JOH. CASPARI SUICERI ... THESAURUS ECCLESIASTICUS, E PATRIBUS...

Digitized by Google

JOH. CASPARI SUICERI
THESAURUS
ECCLESIASTICUS

EX

PATRIBUS GRÆCIS

ORDINE ALPHABETICO CONCINNATUS.

TOMUS ALTER.

Digitized by Google

JOH. CASPARI SUICERI
THESAURUS
ECCLESIASTICUS

EX

PATRIBUS GRÆCIS

ORDINE ALPHABETICO CONCINNATUS.

TOMUS ALTER.

Digitized by Google

X64

Digitized by Google

JOH. CASPARI SUICERI,

S S. Linguarum in Schola Tigurina Profeſſoris Publici

THESAURUS ECCLESIASTICUS,

E PATRIBUS GRÆCIS

ORDINE ALPHABETICO

exhibens

Quæcunque Phraſes, Ritus, Dogmata, Hæreſes, & hujusmodi alia ſpectant.

Inſertis infinitis penè vocibus, loquendique generibus Græcis, hactenus à Lexicographis vel nondum vel obiter ſaltem tractatis.

Opus Viginti annorum indefeſſo labore adornatum.

EDITIO SECUNDA,

Priori Emendatior, Elegantior & longe Auctior.

TOMUS SECUNDUS.

Cum Indicibus neceſſariis.

AMSTELÆDAMI,

Apud R. & J. WETSTENIOS & GUL. SMITH.

MDCCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

2-1130

K.

Καβιδάριος.

KAβιδάριος vox barbara, *lapidarium* ſignificans. Græcis λαξόμος. Gloſſæ Græco-Latinæ: Καβιδάριος, *Cabidarius*. Palladius Hiſt. Lauſ. in Macario ſeniore: Ἦν γὰρ ἐν νεότητι αὐτοῦ λαξευτὸς, ὃν λέγουσι καβιδάριον. *Erat enim in juventute ſua lapidarius, quem vocant cabidarium.*

Κάγκελα. Κάγκελοι, & Κάγκελλοι.

Voces barbaræ, quæ *cancellos* ſignificant. Loca ex Etymologico M. & Heſychio produximus in Δρύφακτον, ubi vide. Ita vocantur in Templis Græcorum ſacra adyta, velis, cancellis, & *feneſtratis*, ut Caſſiodorus loquitur, *januis* obvelata, quibus indigni ab aditu arcentur. Cyrillus Scythopolitanus, in vita Euthymii: Τῆς τοίνυν ἀναφορᾶς ἐπιτελουμένης, Τερέβων ὁ Σαρακηνὸς πλησίον ἱστάμενος τοῦ θυσιαστηρίου ἔχων τὰς χεῖρας ἐπεστηριγμένας τῷ καγκέλλῳ τοῦ ἱερατείου, θεωρεῖ αἰφνίδιον, ὅτι πῦρ οὐρανόθεν κατελθὸν ἐπάνω ἡπλώθη τοῦ θυσιαστηρίου. *Cùm itaq; ſancta oblatio conficeretur, Terebo Saracenus, proximè ſtans altari, habens manus innixas Cancello Hieratii, intuetur, derepentè ignem de cœlo demiſſum, ſuper altare expanſum fuiſſe.* Ibidem: Καὶ ἀπὸ τότε οὐκέτι προσέθετο [ὁ Τερέβων] ἐπιστηρίζεσθαι τῷ καγκέλλῳ τοῦ ἱερατείου. *Ex eo tempore nunquam animum induxit Terebo, cancello Hieratii inniti.* Et in vita Sabæ: Καὶ ἔμεινα νύκτας καὶ ἡμέρας κλαίων ἐπὶ τῶν καγκέλλων τοῦ θυσιαστηρίου. *Et manſi per diem & noctem, plorans, penès cancellos tabernaculi.* Apud Athanaſium in Epiſt. ad Orthod. t. I. pag. 646. ubi de Arianorum furore, ſcribitur κάγκελλοι. Τὸν οἶνον, πολὺν ὄντα, ἢ ἔπινον, ἢ ἐξεχέον, ἢ ἀπέφερον τὸ ἀποκείμενον, ἔλαιον ἥρπαζον, τὰς θύρας καὶ τοὺς καγκέλλους, ὡς σκύβαλα, ἕκαστος ἐβάσταζε. *Vinum, quod multum erat, vel bibebant, vel effundebant, vel auferebant reſiduum, oleum rapiebant, jannas & cancellos, veluti retrimenta, quiſque ferebat.* Quid myſticè denotent, explicat Germanus Conſtantinop. in Hiſt. Eccleſ. pag. 148. Κάγκελλά εἰσι, τὸν προσευχῆς τόπον δηλοῦντα, ἐν οἷς σημαίνει, τὴν μὲν ἔξωθεν τοῦ λαοῦ εἴσοδον, τὴν δὲ ἔσωθεν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ὑπάρχοντα καὶ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν οὖσαν ἐπίβατον. Ἔστι δὲ καὶ ἀληθῶς εἰς τὸ ἅγιον μνῆμα κάγκελλα χαλκᾶ, διὰ τὸ μηδένα εἰσιέναι ἐν αὐτῷ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε. *Cancelli locum orationis deſignant, quoniam extrinſecus populus accedit: intrinſecus autem ſunt ſancta ſanctorum, ſolis ſacerdotibus pervia, ſunt autem revera ad piam memoriam cancelli ænei, ne quis ſimpliciter & temere ingrediatur.* Conſule Gloſſarium Meurſii.

Καθαιρέω. Καθαίρεσις.

Hæ voces apud Scriptores Eccleſiaſticos duas præcipuè ſignificationes, diligenter obſervandas, habent.

I. Significant *metaphoricè dejicere, deponere: ab officio removere:* & de Clericis uſurpantur. Can. XVII. Concilii Nicæni de eo, qui τόκους λαμβάνει ἐκ μεταχειρίσεως, *uſuras ſumit ex mutuo, &c.* Καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται. *E clero deponetur, & alienus à Canone exiſtet.* Canon III. Antiochenus de eo, qui parœciâ ſuâ relictâ, in aliam abit, ſi vocanti Epiſcopo ſuo, & ad parœciam ſuam redire monenti non obtemperet: Εἰ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. *Si in perverſitate perdurat, omnino à miniſterio deponatur, ita ut nequaquam locum reſtitutionis inveniat.* Καθαιρέτω καθυποβάλλειν τινὰ frequenter legitur in Canonibus Conciliorum. Vide Cod. X. XI. XII. Concilii in Templo Apoſtolorum. Διὰ τῆς καθαιρέσεως κολάζεσθαι, *depoſitione puniri*, id eſt, διὰ ἐκπτώσεως τῆς προσούσης ἱερᾶς διακονίας κολάζεσθαι, *remotione à miniſterio, in quo quis conſtitutus eſt, puniri:* ſunt verba Balſamonis ad Can. LI. Baſilii ad Amphilochium, pag. 986. ubi καθαίρεσις appellatur ἔκπτωσις τῆς ὑπηρεσίας, *remotio à miniſterio.* Clericorum eſſe pœnam, docet Zonaras ad Can. LXXXVI. Concilii in Trullo, pag. 195. Ἀντὶ πάσης ἑτέρας τιμωρίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖς κεκληρωμένοις ἀρκεῖν νενομοθέτηται ἡ καθαίρεσις. *Sancitum eſt, clericis loco omnis alius pœnæ, ut plurimùm, ſufficere depoſitionem.* Rectè additum, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Aliquando enim, propter delicti enormitatem, non tantùm καθαιρέσει, ſed etiam ἀκοινωνησίᾳ puniuntur. Docet hoc Zonaras ad Can. XL. Apoſtol. Τῶν καθῃρημένων τινὲς μὲν μόνης ἱερουργίας κωλύονται, οὐ μέντοι καὶ κοινωνίας, ἤ τοῦ συνεκκλησιάζειν· οἱ δὲ, τῇ καθαιρέσει καὶ ἀκοινώνητοί εἰσι, καὶ ἀφωρισμένοι. *Eorum, qui deponuntur, alii quidem à ſolo arcentur ſacrificio, à communione verò non item, quæ vocatur Eccleſiaſtica: alii verò, non tantùm deponuntur, ſed etiam communione Eccleſiaſtica privantur, ſeu excommunicantur.* Confer vocem Ἀκοινώνητος, num. II. 1. & Ἀφορισμὸς, num. II. ad lit. *a.* Atque hæc καθαίρεσις, quæ cum ἀκοινωνησίᾳ conjuncta eſt, in Jure Græco-Romano; ut eſt in Nomoc. Photii, tit. XIII. Cap. II. pag. 1083. vocari videtur τελεία καθαίρεσις, *plena ejectio*, è ſacerdotio ſcilicet. Quomodo καθαίρεσις indicata fuerit τῷ καθῃρημένῳ, patet ex Actis Synodi Epheſinæ, pag. 135. ubi Synodus ad Neſtorium: Γίνωσκε σεαυτὸν διὰ τὰ δυσσεβῆ σου κηρύγματα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς κανόνας ἀπείθειαν, κατὰ τὰ δοκοῦντα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς θεσμοῖς, Ἰουνίου μηνὸς τοῦ ἐνεστῶτος δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι, παρὰ τῆς ἁγίας Συνόδου καθῃρῆσθαι, καὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ ὑπάρχειν ἀλλότριον. *Scias, te propter impia dogmata tua, & propter contumaciam erga Canones, juxta conſtitutiones Eccleſiaſticas, vigeſimo ſecundo Junii die, à ſancta Synodo depoſitum eſſe, & ab omni Eccleſiaſtico gradu alienum eſſe.* Καθαιρεῖσθαι, ſive καθαιρέσεως ἐπιτίμιον, aliis etiam exprimitur verbis Can. LXIX. ad Amphilochium, pag. 777. τῆς ὑπηρεσίας παύεσθαι, *à miniſterio ceſſare.* Can. ſequenti, τῆς λειτουργίας εἴργεσθαι, *à miniſterio prohiberi.* Can. XII. τῆς ὑπηρεσίας ἀποκλείειν, *à miniſterio excludere.*

II. Καθαιρεῖν ὀφθαλμοὺς eſt *oculos comprimere.* Chryſoſtomus lib. II. de Provid. Cap. X. loquens de Jacobo, ob odium Eſavi exule: Ὅτι δὲ ἔμελλε τελευτᾷν ἐκεῖνη, τί ἄρα οὐκ εἶπε; τί δὲ οὐκ ἐφθέγξατο; ἃ καὶ λίθον ῥῆξαι ἱκανὰ, οὐχ ὁρῶσα τὸν παῖδα παρεστῶτα καὶ δακρύοντα

ονῖα καὶ καθαιροῦντα ὀφθαλμοὺς, καὶ συναμβάνοντα στόμα, καὶ περιστέλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιμελούμενον, ἅπερ αὐτοῦ τοῦ θανάτου πικρότερα τοῖς γεγεννηκόσιν εἶναι δοκεῖ. Hæc incertus Interpres ita Latinè reddidit: *Cùm verò illa* (Rebecca) *moritura eſſet, quid non dixit? quid non locuta eſt? Etiam lapides ea ipſum verba liquefacere potuiſſe puto: cùm non videret prope aſtantem filium, atq; illacrymantem, oculosq; ſibi excæcantem, atq; mœrore ſuffuſa ora contrahentem, atq; alia omnia agentem, quæ parentibus morte ipſa videntur graviora.* Satis imperitè, καθαιρεῖν ὀφθαλμοὺς, putavit ſignificare *oculos ſibi excæcare*, *eripere*, vel *peſſundare*: Chryſoſtomus enim ad illum reſpexit morem, quo propinqui ſolebant mortuorum oculos comprimere, & os contrahere, ſeu componere. Locus igitur ita vertendus, *oculos comprimentem, & os contrahentem atq; componentem; aliaq; omnia curantem, &c.* Eadem locutio apud eundem legitur Epiſt. IV. ad Olympiadem, ubi de Jobo, liberis ſuis ſimul triſti caſu privato, ita ſcribit: Οὐδὲ ἴδεν ἐν κλίνῃ κειμένους, οὐδὲ ἐφίλησε χεῖρας, οὐδὲ ἐσχάτων ἤκουσε ῥημάτων, οὐδὲ ποδῶν ἥψατο καὶ γονάτων, οὐ στόμα συνεῖλεν, οὐδὲ καθεῖλεν ὀφθαλμοὺς μελλόντων αὐτῶν τελευτᾷν. *Neque enim jacentes in lecto vidit, nec manus exoſculatus eſt, nec extrema verba audivit, nec pedes & genua tetigit, nec os contraxit, nec oculos moribundorum compreſſit.* Idem Homil. de Paralytico, quæ eſt LXII. tom. V. Pariſ. pag. 940. Σὺ ἄνθρωπε καὶ παρηκολούθησας ἀῤῥωστοῦντι τῷ παιδὶ, καὶ κατακλινόμενον ἐπὶ τῆς κλίνης εἶδες, καὶ ἔσχατα φθεγγόμενον ῥήματα ἤκουσας, καὶ τὰς τελευταίας ἀναπνέοντι παρέστης ἀναπνοὰς, καὶ καθεῖλες ὀφθαλμοὺς, καὶ συνέκλεισας στόμα. *Tu homo ægrotanti filio adſuiſti, decumbentem in lecto vidiſti, poſtrema verba proferentem audiviſti, & extremum halitum exhalanti adſtitiſti, compreſſiſti oculos, & os clauſiſti.* Et Homil. I. in II. ad Corinthios, p. 547. Ὅταν ἴδῃς τοὺς ὀφθαλμοὺς καθῃρημένους, καὶ τὸ στόμα συνηρμένον, καὶ τὸ σῶμα ἀκίνητον, μὴ τοῦτο ἐννόει, ὅτι τοῦτο τὸ στόμα οὐκέτι φθέγγεται, οὔτε οἱ ὀφθαλμοὶ οὐκέτι βλέπουσιν, οὔτε οἱ πόδες οὐκέτι βαδίζουσιν, ἀλλ' εἰς φθορὰν πάντα οἴχεται· μὴ ταῦτα λέγε, ἀλλὰ τ' ἐναντία τούτων. *Cùm compreſſos oculos, atq; contractum os, & corpus motu carens videris, cave hoc tibi in mentem veniat, quòd os iſtud non jam loquitur, oculi iſti non jam cernunt, pedes iſti non jam ambulant, ſed omnia in corruptionem abierunt: verùm his contraria.* Homil. XX. ad populum Antiochenum conjungit itidem ὀφθαλμοὺς καθελεῖν, στόμα συνελεῖν καὶ συνέχειν. *Oculos comprimere, os contrahere & comprimere.* Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXII. pag. 77. ex Epiſtola Dionyſii, inter ritus circa mortuorum ſepulturam obſervari ſolitos recenſet καθαιρεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ στόματα συγκλείειν, *oculos comprimere & ora claudere.* Idem ritus aliter quoque exprimitur. Τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς δακτύλοις περιστέλλειν. Philoſtorgius Hiſt. Eccleſ. lib. IX. Cap. VI. pag. 124. narrat, Aëtium Conſtantinopoli obiiſſe, Eunomiumque extrema ei officia præſtitiſſe: Εὐνομίου τό, τε στόμα συνελθόντος, (legendum συνελόντος) καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς δακτύλοις περιστείλαντος. *Eunomio os ei occludente oculosq; obnubente vel comprimente.* Ὀφθαλμοὺς ἀποκλείειν. Chryſoſtomus Homil. CLVII. tom. V. pag. 953. Parentes mortuorum liberorum χεῖρας ἀποτείνουσιν, ὀφθαλμοὺς ἀποκλείουσι, τοὺς πόδας ἀποτείνουσι, τὴν κεφαλὴν διορθοῦσι, *manus extendunt, oculos claudunt, pedes extendunt, caput componunt.* Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπανορθοῦν. Nyſſenus de Macrina ſorore in vita ejus, tom. II. pag. 195. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἐπανορθούντων οἱ ὀφθαλμοὶ προσεδέοντο. *Neq; enim oculi iis indigebant, qui eos componerent, vel comprimerent.* Ejuſdem ritus etiam apud Gentiles expreſſa exſtant veſtigia. Homerus Il. λ'. v. 452.

> Ἆ δεῖλ', οὐ μὲν σοίγε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
> Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ. — —
> *Ah miſer, non quidem tibi pater & honoranda mater*
> *Oculos comprimunt mortuo.* — —

Ad quæ vetus Scholiaſtes: Ὄσσε καθαιρήσουσι· τοὺς ὀφθαλμοὺς καλακαλύψουσιν. *Oculos compriment: oculos obnubent, obtegent.* Idem, Odyſſ. λ'. v. 425.

> Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι.
> *Manibus oculos comprimere, atq; os componere.*

Iterum Scholiaſtes: Ἑλέειν· καθελεῖν, συγκλεῖσαι. Ἐρεῖσαι· ἁρμόσαι, ἢ ἐπικλεῖσαι. *Comprimere, claudere. Componere, vel claudere.* Euripides in Hecuba:

> Καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν.
> *Et mortua tibi comprimet oculum.*

Virgilius in Æneid.

> — — *Nec te tua funera mater*
> *Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi.*

Ovidius in Epiſt. Penelopes:

> *Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

Lilius Gyraldus lib. de vario ſepeliendi ritu, & Johannes Urſinus Analect. ſacr. lib. I. Cap. XXVII. citant locum ex Plinii lib. XI. Cap. XXXVII. *Morientibus oculos operire rurſusq; in rogo patefacere Quiritium magno ritu ſacrum eſt: ita more condito, ut neq; ab homine eos ſupremum ſpectari fas ſit, & cœlo non oſtendi nefas.* Vide Urſinum. Apud Judæos eundem ritum ſolennem fuiſſe, patet ex Geneſ. XLVI. 4. ubi Lyranus: *Mos erat antiquorum, quo perſona perdilecta claudebat oculos defuncti.*

Καθαίρω. Κάθαρσις.

Harum vocum uſus tantùm Eccleſiaſticus hic obſervabitur. In Narthece, tertia Eccleſiæ parte, locum habebat infimus inter Chriſtianos ordo, qui καθαιρομένων, *ſeſe expurgantium*, appellabatur. Erant autem illi, qui vel fidem Chriſtianam non recepiſſent, vel quòd, etiamſi recepiſſent, novis contractis culpis, piaculares eſſent facti, vel à dæmonibus obſeſſi, pacatam vivendi rationem, ſævis dæmonum tempeſtatibus, amiſerant, eo tamen obſequio ducerentur, ut vel fidem amplecti, vel culpas exoſas abjicere, vel à dæmonum noxa liberari, ſubmiſſo animo, dolenteque corde perambirent. Hi, quoniam ſordibus expurgabantur, καθαιρόμενοι appellabantur. Dionyſius Areopagita Cap. VI. de Eccleſ. Hierarchia, Sect. V. pag. 335. Καθαιρομένη δὲ τάξις, ἡ τῆς ἱερᾶς ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἀμέτοχος, ὡς ἔτι καθαιρομένη. *Ordo autem, qui expiatur, eſt, qui ſancti aſpectus & communionis eſt expers, utpote qui adhuc expiatur.* Locus illis; ut docet Allatius de Narthece Eccleſiæ veteris; in Narthece erat conſtitutus, ut ſacris, quibus tamen liceret, intereſſent, poſtmodum præconis voce dimiſſi, extra Eccleſiæ portas ſe reciperent, facultasque fieret piis Chriſtianis preces reliquas continuare, conſecrationi munerum intereſſe, tum demum corporis & ſanguinis Chriſti participes fieri. Καθαιρομένων ergo, vel *ſe purgantium*, genera tantùm tria apud Patres obſervantur; Catechumenorum, Energumenorum, Pœnitentium. Primò τῶν τελειούντων, *perficientium*; ſecundò, τῶν τελουμένων, *perfectionem acquirentium*; tertiò, καθαιρομένων, *ſeſe purgantium.* Perficientium, primus Hierarcha, ſecundus Presbyter, tertius Miniſter: Perfectionem acquirentium, primi Monachi, ſecundi pii fideles, tertii Pœnitentes conſiſtentes: ſeſe Purgantium primi Catechumeni, ſecundi Energumeni, tertii Pœnitentes. Ἱεραρχῶν eſt καθαίρειν. Vide in Ἱεράρχης, Præcedit Baptiſmum. S. Maximus in Cap. III. Areopa-

Digitized by Google

reopagitæ de cœleſti Hierachia, pag. 14. Σημείωσαι τὴν τάξιν καὶ τὸ τῆς ἱεραρχίας ἀποτέλεσμα, καὶ ὅτι τοὺς προσιόντας δεῖ πρῶτον καθαίρεσθαι τῇ διδασκαλίᾳ τῶν διαιρετικῶν τῆς ἁμαρτίας συμφύρσεων· εἶτα φωτίζεσθαι τῇ γνώσει τῶν θεοπνεύστων γραφῶν τὰ περὶ θεογνωσίας δόγματα, καὶ τότε τελειοῦσθαι τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ. *Nota ordinem & Hierarchiæ perfectionem, & quòd accedentes oportet primò purgari doctrinâ eorum, quæ diſſolvere queant peccati commixtiones: deinde illuſtrari per cognitionem à Deo inſpiratarum ſcripturarum in decretis de Dei cognitione, & tum perfici regenerationis lavacro.* Κάθαρσις apud Dionyſium Areopagitam, Cap. VII. de cœl. Hierarch. Sect. III. pag. 73. de Angelis eſt divinæ ſcientiæ participatio. Κάθαρσίς ἐστι, καὶ φωτισμὸς, καὶ τελείωσις, ἡ τῆς θεαρχικῆς ἐπιστήμης μετάληψις, &c. *Divinæ ſcientiæ participatio eſt purgatio, & illuminatio, atq; perfectio.* Vide ad hoc Pachymerem, pag. 87. Apud Greg. Nazianzenum, Orat. XL. pag. 648. *Baptiſmus* κάθαρσις vocatur. Τῇ καθάρσει σφραγίσθητι. *Baptiſmo conſignare.* Idem, Orat. XI. de Baptiſmo ſororis ſuæ Gorgoniæ, pag. 188. ita ſcribit: Αὐτῇ μὲν οὖν ὑπῆρχεν τὸ τῆς καθάρσεως καὶ τελειώσεως ἡν ἀγαθὸν, ἣν κοινὴν δωρεὰν, καὶ δευτέρα βίου κρηπῖδα παρὰ Θεοῦ πάντες λαβόντες ἔχομεν. *Nam quod ad purgationis & initiationis bonum attinet, (quod commune donum, & ſecunda vitæ fundamentum à Deo omnes acceptum habemus) recens id acceperat.*

Καθάπτομαι.

Verbi hujus ſignificatio ex vulgatis Lexicis ſatis nota eſt. Hic illud tantùm excutere lubet, an in hiſtoria Pauli Actor. XXVIII. 3. in his verbis: Ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, rectè legatur καθῆψε, an potiùs ſcribendum καθήψατο? Nemo meliùs hoc dubium, meo quidem judicio, ſolverit quàm doctiſſimus Bochartus, parte II. de Animalibus, lib. III. Cap. II. cujus verba, inſertis nonnunquam, ubi opus fuerit, aliis, excerpere non pigebit. *Pauli manui*, inquit, hæc vipera *ſe illigavit*, καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, nempe ut inſenſo dente morderet. Vulgatus, Eraſmus, Caſtalio, Beza, reddunt *invaſit manum ejus*, Æthiops, *pependit è manu ejus*: Syrus, & uterque Arabs, *momordit manum ejus*. In qua ipſa ſententia videntur fuiſſe nonnulli Patrum. Ita enim Tertullianus in Scorpiaco, de Paulo, *Morſum viperæ ſprevit.* Et Ambroſius in Hexaëmeron lib. VI. Cap. VI. *Paulum momordit vipera.* Et Prudentius:

Quæ, poſtquam intepuit fomite fumeo,
Laxavitq; ferox colla rigantia,
Jam flecti facilis rettulit ad manum,
Vibrato capite, ſpicula dentium,
Hærentem digiti vulnere mordicùs,
Pendentemq; gerens Paulus inhorruit.

Et Arator lib. II. Hiſt. Apoſtolicæ:

-- -- -- *Cui vipera fixit,*
Dæmonis arma ferens, ſurgentibus obvia flammis,
Antiqua feritate manum, gelidiq; veneni
Vulnus in igne dedit. -- --

Oecumenius quoque, Ἡ ἔχις, τῇ τοῦ Ἀποστόλου χειρὶ ὀδόντας ἐμβαλοῦσα. *Vipera, injectis manui Apoſtoli dentibus.* Nec aliter verſio in linguam vulgarem, quæ pro, καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, habet, καὶ ἐδάγκασε τὸ χέρι του. *Et momordit manum ejus.* Ego eundem Deum, qui, miſſo Angelo ſuo, concluſit ora leonum, ne Prophetam morſu læderent, Daniel VI. 22. puto viperam cohibuiſſe, ne in Apoſtoli manum noxios dentes defigeret. Quod videntur palàm docere hæc verba Lucæ, ἔπαθεν οὐδὲν κακὸν, *nihil mali paſſus eſt.* Nam qui à vipera fuiſſet morſus, non diceretur fuiſſe immunis ab omni malo. Neque verò καθάπτειν *mordere* ſignificat, quod quidem ſciam, ut neque *pendere*, aut *invadere*, ſed *illigare*, ut ſimplex ἅπτειν. Xenophon in Cynegetico: Ἐκ τῶν τριμμῶν εἰς τὰ συμφέροντα καθάπτειν τὰς περιδρόμους ἐπὶ τὴν γῆν. *Ex tramitibus ad loca commoda humi plagas alligant.* Anonymus in Venerem armatam Anthologiæ lib. IV. Cap. XII.

Τίπτε μόθων ἄτλητος, Ἐνυαλίοιο λέλογχας
Κύπρι; τίς ὁ ψεύστας ευγυὰ καθᾶψε μάταν.

Cur, cùm pugnas tolerare non poſſis, Martis arma ſortita es, ò Venus? Quis mendax moleſta hæc fruſtrà adalligavit? Ita etiam περικαθάπτειν *circumalligare*: ut lib. V. Dioſcoridis, Cap. de Hydrargyro: Περικαθάπτουσιν ἄμβικα περιαλείψαντες πηλῷ, *Calicem luto illitum circumalligant.* Et Nomen καθαπτὸς, *alligatus*. Sic in veteri proverbio apud Heſychum, Καθαπτὰ λύεις, vel, ut alii, κάθαμμα (malè in Suida κάθαρμα) id eſt, *ligata, vel nodos ſolvis, quæq; aliis ſunt δύσλυτα, inſolubilia.* Itaque in Lucæ verbis καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ, Stephanus ſupplet ἑαυτὴν, & reddit, *alligavit ſe ejus manui.* Quomodo dixit Baſilius, eandem hiſtoriam referens Homil. IX. in Hexaëmeron, Φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐνάψας ὁ ἔχις, ſupple ἑαυτὸν, *Sarmenta colligenti Paulo cùm vipera ſe illigâſſet.* Tamen alii *pependit* reddunt; quia ἀφάπτειν, & ἐξανάπτειν, eſt *appendere*, aut *ſuſpendere*; & ſtatim ſequitur, ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, *cùm autem barbari vidiſſent beſtiam pendentem è manu ejus.* Alii rurſus *momordit*, quaſi legerint καθήψατο. Nam καθάπτεσθαί τινος eſt *aliquem mordere*, non tamen *dentibus*, ſed *cavillis & dicteriis*. Sic Chryſoſtomus de Virginitate, Cap. XXXIX. σφόδρα αὐτῶν καθήψατο τοῖς ὀνείδεσι, *vehementer eos conviciis mulctavit.* Et verò idem Chryſoſtomus in præſentem locum pro καθῆψε legit καθήψατο. Quod tamen aliter ſumit, nempe pro ſimplici ἥψατο, id eſt, *invaſit*. Is enim ita habet in ſequenti expoſitione, Homil. LIV. in Acta: Εἶτα ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα, τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἅπτεται, καὶ ὅτι ἥψατο, δῆλον ποιεῖ τοῦτο ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. *Deinde vipera, è calore egreſſa, manum ipſius invadit: invaſiſſe enim palàm facit ex ſequentibus.* Ita omnino reddendum. Ita καθῆψε, vel, ſiquidem ipſe quoque eandem ſecutus ſit lectionem, quam Chryſoſtomus, καθήψατο, pro ſimplici ἥψατο ſumſit Theodoretus Serm. V. περὶ προνοίας, pag. 376. Οὕτω τοῦ μακαρίου Παύλου τῶν ξύλων τὸν φάκελον τροφὴν προσφέροντος τῇ πυρᾷ, καὶ τὸ τοῦ ἀέρος κρυμῶδες κεραννύντος τῇ τοῦ πυρὸς ἐπικουρίᾳ, ὁ τοῖς ξύλοις ἐγκεκρυμμένος ἔχις, ἔφυγε μὲν τὸ πῦρ ὡς ὀλέθριον, ἥψατο δὲ τῆς ἀποστολικῆς χειρὸς, ὥσπερ ἀμυνόμενος ὑπὲρ ὧν ἔμελλε πείσεσθαι. *Sic cùm beatus Paulus lignorum faſciculum accenſæ pyræ alimenti loco inferret, & aëris rigorem ignis auxilio temperaret, in lignis deliteſcens vipera, ignem quidem, utpote ſibi noxium, fugit, manum autem Apoſtoli invaſit, tanquam ulciſcens ſe de iis, quæ paſſura erat.* Illud ἥψατο τῆς χειρὸς reddendum omnino, *invaſit manum*. Etenim ἅπτεσθαι ἀνθρώπου eſt *hominem invadere*, ut ex Platone, Thucydide, & Plutarcho probat Stephanus. Unde factum, quòd à multis καθῆψε τῆς χειρὸς reddatur, *invaſit manum*; quaſi καθῆψε, vel καθήψατο ſit idem, quod ἥψατο. Sed nihil opus quidquam mutare, nec uſitato verbo inuſitatæ notiones affingendæ, cùm apprimè id conveniat, ut dicatur *vipera* Pauli *manui ſe alligâſſe*. Nam id *ligare* dicitur ſerpens, quod ſpiris ſuis complectitur. Sic apud ſummum Poëtam angues duo Laocoontem

Corripiunt, ſpiriſq; ligant ingentibus. -- --

Et in Plutarchi libro *Utra anim.* draco Ætolæ puellæ, quam amabat, ſubiratus, τῷ μὲν ἄλλῳ σπειράματι τὰς χεῖρας αὐτῆς ἔδησε πρὸς τὸ σῶμα, τῷ δὲ ἀπολήγοντι τῆς οὐρᾶς ἱμασσεν τὰς κνήμας, *reliquo quidem volumine manus ejus corpori adalligavit, dum extremâ caudâ crura flagellabat.* Et Leo Byzantius in Bœoticis apud Plutarchum libro *de fluviis*, de Cythærone puero: Ὁ δὲ ὄφις, τοῖς κόλποις περισφίγξας, αὐτὸν ἀνεῖλε. *Serpens verò eum, nexibus ſuis conſtrictum, interemit.* Et Cicero de Roſcio, lib. I. de Divinatione; *Noctu lumine appoſito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.* Et lib. II. *De ipſo Roſcio poteſt quidem eſſe falſum, ut circumligatus fuerit angui.*

Καθαροποιέω.

Afferunt hanc vocem Lexica ex Heſychio, apud quem, Καθαροποιεῖ, σαίρει. Metaph. uſurpatur à Gregentio, in Diſputatione cum Judæo, pag. 227. Τρανώσας τὴν προφητείαν, μᾶλλον δὲ καθαροποιήσας. *Vaticinium explanans, imò verò purum & clarum reddens.* Et mox Judæus dicit, καθαροποιῶν τὴν ἀλήθειαν, *veritatem explanans*, clarè eam proponens.

Καθαρός.

I. *Moraliter*, ſeu *ſpiritualiter* καθαρὸς, *purus*, eſſe dicitur per Spiritum ſanctum regeneratus. Atque ita intelligi poteſt illud I. Timoth. I. 5. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, *charitas de corde puro.* Poſſet tamen commodè etiam accipi *de charitate ſincera, minimè ficta.* Atque hoc ſenſu accepit Theophylactus, ad præſentem locum, pag. 744. ſcribens: Ἀγάπην ἀπαιτεῖ τὴν εἰλικρινῆ, τὴν οὐ μέχρι ῥημάτων, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ καρδίας, καὶ ταύτης καθαρᾶς καὶ μὴ τῇ ὑποκρίσει συνεσκιασμένης, ἀλλὰ τὴν ἐκ διαθέσεως καὶ τοῦ συναλγεῖν συνισαμένην. *Charitatem ſinceram poſtulat, non eam quæ in verbis eſt, verùm quæ ex corde, eoque puro, & ſimulatione minimè tecto promanat: quæ ex affectu & condolentia conſtat.* Similiter Matth. V. 8. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, *beati mundo corde*, ſunt *vel* illi, qui, ut Chryſoſtomus exponit Homil. XV. in Matth. καθολικὴν ἀρετὴν, *omnem virtutem poſſident*, καὶ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, *quique nullius mali ſibi conſcii ſunt:* vel ſunt σώφρονες οὐ μόνον τῷ σώματι, ἀλλὰ καὶ τῇ καρδίᾳ. Τοῦ ἁγιασμοῦ γὰρ, ἤτοι τῆς σωφροσύνης χωρὶς, οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ὥσπερ γὰρ τὸ κάτοπτρον ἐὰν ᾖ καθαρὸν, τότε δέχεται τὰς ἐμφάσεις, οὕτω καὶ ἡ καθαρὰ ψυχὴ δέχεται ὄψιν Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν γραφῶν γνῶσιν, *Caſti non tantùm corpore, ſed etiam corde. Nam abſque ſanctificatione, hoc eſt, caſtitate, nullus videbit Dominum. Sicut ſpeculum, ſi fuerit mundum, recipit imagines: ita etiam anima pura accipit viſionem Dei, & Scripturarum notitiam:* Sunt verba Theophylacti in Cap. V. Matthæi, pag. 27. *Vel* tandem καθαροὶ opponuntur τοῖς διψύχοις, unde Jacobi IV. 8. Ἁγνίσατε καρδίας, δίψυχοι. *Purificate corda, vos duplices animo.* Vide etiam in Καρδία, num. II. ad lit. *d.*

II. Καθαρὸς eſt *innocens.* Sic Paulus Actor. XX. 26. Καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων. *Purus ſive inſons ego ſum ſanguinis omnium.* Obſervandus in hac locutione pleonaſmus præpoſitionis ἀπὸ Hebræis uſitatus. Græci dicunt καθαρὸς αἵματος. Chryſoſtomus, βασκανίας καθαρὸν ποιεῖν τὴν ψυχὴν, *animam ab invidia liberare.* Idem Cap. II. in Catena in Jobum, pag. 64. de Jobo: Καθαρὰ μὲν ἡ διάνοια βλασφημίας ἦν, καθαρὰ δὲ ἡ γλῶσσα πονηρῶν ῥημάτων. *Mens quidem pura erat blaſphemiæ, lingua verò à verbis improbis aliena.* Eodem modo conſtruitur verbum καθαρεύειν. Nyſſenus: Ὁ Θεὸς πάσης συνθέσεως καθαρεύει. Deus *ab omni compoſitione immunis eſt.* Chryſoſtomus, ὀργῆς καθαρεύειν, *ab ira immunem eſſe.* Iſidorus Peluſiota, πονηρῶν λογισμῶν καθαρεύειν, *à malis cogitationibus immunem eſſe.* De hoc loquendi modo videatur Philologiæ ſacræ Joh. Vorſtii, part. I. Cap. XIX.

III. Hæretici quidam ſe ipſos vocârunt Καθαροὺς, *Catharos;* de quibus Epiphanius hæreſi LIX. p. 214. Καθαροί τινες λεγόμενοι ἐφύησαν ἀπὸ Ναβάτου τινὸς, ὡς πολὺς ᾄδεται λόγος. Οὗτος ὁ Ναβάτος ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπῆρχεν ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τοῦ πρὸ Μαξιμίνου γενομένου πρώτου· τάχα οἶμαι Δεκίου τότε ἦν, ἢ Αὐρηλιανοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς προφάσεως, τῶν ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκότων, ἐπαρμάτι ἀρθεὶς ἅμα τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ, μὴ θελήσας κοινωνῆσαι τοῖς μετανοοῦσιν ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ, εἰς αἵρεσιν ταύτην τέτραπται, λέγων μὴ εἶναι σωτηρίαν, ἀλλὰ μίαν μετάνοιαν· μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν μηκέτι δύνασθαι ἐλεεῖσθαι παραπεπτωκότα. *Cathari quidam, ſic nominati à Novato quodam pullulârunt, ut vulgò dicunt. Hic Novatus ſub imperio Romano exſtitit, tempore perſecutionis ante Maximinum primæ: exiſtimo autem eam vel à Decio, vel ab Aureliano excitatam fuiſſe. Hoc autem prætextu in hanc prolapſus eſt hæreſin: ſuperbiâ elatus unà cum ſectatoribus ſuis, noluit communicare cum iis, qui in perſecutione lapſi erant, etiamſi poſt perſecutionem reſipiſcerent, dicens, non eſſe ſalutem, ſed unam tantùm pænitentiam: poſt Baptiſmum verò nullam miſericordiæ ſpem lapſo relictam eſſe.* Vide de hoc in Ἀναβάπτισις, num. I. ad lit. *A.* item in voce Μετάνοια. De iiſdem Auguſtinus Cap. XXXVIII. de Hæreſibus: *Cathari, qui ſeipſos iſto nomine, quaſi propter mundiciem, ſuperbiſſimè atque odioſiſſimè nominant: ſecundas nuptias non admittunt:* (vide in Διγαμία, num. II. 3.) *pænitentiam denegant, Novatum ſectantes hæreticum. Unde etiam Novatiani appellantur.* Memorabile eſt Conſtantini M. ad Aceſium, Novatianorum Epiſcopum, dictum, apud Socratem, lib. I. Cap. X. pag. 180. Θὲς, ὦ Ἀκεσίλαε, κλίμακα, καὶ μόνος ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. *Erigito tibi ſcalam: ô Aceſilae, & ad cœlum ſolus aſcendito;* hoc dicto innuens, ſicut obſervat Sozomenus, lib. I. Cap. XXII. pag. 18. b. homines non debere exiſtimare, quemadmodum falsò exiſtimabant Novatiani, ſe eſſe ἀναμαρτήτους. Quem Socrates *Aceſilaum* appellat, eum Sozomenus loco dicto, Nicephorus hiſt. Eccleſ. lib. VIII. Cap. LII. pag. 661. Acta Concilii Nicæni I. parte II. Cap. XXX. pag. 170. & Suidas *Aceſium* conſtanter vocant. De *Catharis* verò accuratam habes narrationem apud Danæum, ad Cap. XXXVIII. Auguſtini de Hæreſibus: quò etiam Lectorem ablegamus.

Καθάρσιος. Καθάρσιον.

Καθάρσιος *purgatorius*, vel *purgativus, purgandi vim habens;* ut ex Lexicis notum. *Aqua in Baptiſmo* vocatur καθάρσιον ὕδωρ. Gregorius Nazianzenus Orat. XL. quæ eſt in ſanctum Baptiſma, pag. 643. ita exhortatur nos ad ſuſcipiendum Baptiſmum: Μετάσχωμεν καθαρσίων ὑδάτων, ὑσσώπου ῥυπτικωτέρων, αἵματος νομικοῦ καθαρωτέρων, σποδοῦ δαμάλεως ἱερωτέρων ῥαντιζούσης τοὺς κεκοινωμένους, καὶ πρόσκαιρον ἐχούσης σώματος κάθαρσιν, οὐ παντελῆ τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν. *Luſtralium aquarum participes ſimus, quæ & hyſſopum extergendi facultate ſuperant, & legalem ſanguinem puritate, & vitulæ cinerem ſanctitate, inquinatos homines aſpergentis, ac brevem corporis purgationem afferentis, non autem peccatum prorſus de medio tollentis.* Καθάρσιον, ſubſtantivè poſitum, notat κάθαρσιν, vel καθαρμὸν, *expiationem, luſtrationem*, vel *piaculum.* Vide Theſaurum Stephani, & Suidam in hac voce. Chryſoſtomus Epiſt. CXVII. Καὶ μέγα καθάρσιον ἁμαρτημάτων ἡ εἰς τὸν πλησίον φιλοφροσύνη. Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις, φησὶ, τὰ παραπτώματα.

Digitized by Google

πλώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. *Benignitate quippe erga proximum peccata commodiſſimè expiantur. Si enim, inquit Chriſtus, remiſeritis hominibus delicta ſua, remittet & vobis pater veſter cæleſtis.* Idem, Homil. LXXVIII. tom. VI. Λουτρόν ἐστι καὶ καθάρσιον ἁμαρτημάτων τὰ δάκρυα. *Lavacrum & quaſi purificatorium peccatorum ſunt lacrymæ.* Et Hom. III. in II. ad Cor. IV. 13. tom. V. Pariſ. p. 363. Οἱ κίνδυνοι τοῖς μετ' εὐχαριστίας αὐτοὺς φέρουσι, καθάρσιον ψυχῆς εἰσι μέγιστον. *Pericula iis, qui illa cum gratiarum actione perferunt, purgatio animæ haud vulgaris ſunt.* Apud eundem, Homil. XCI. tom. VI. pag. 853. *Baptiſmus* vocatur μυστικὸς καθαρμὸς καὶ καθάρσιον, *myſtica purificatio & expurgatio.*

Καθέδρα.

Καθέδρα aliquando *impropriè* ſumitur, & tribuitur,

I. *Deo.* Theophylactus in Cap. X. Marci, pag. 249. Κἂν πολλαχοῦ τῆς γραφῆς καθέδραν ἀκούσῃς, μὴ καθέδραν νόει, ἀλλὰ τιμὴν ὑπερβάλλουσαν. *Etſi ſæpe in Scriptura cathedram audias, ne cathedram intelligas, ſed excellentem dignitatem. Seſſio Chriſti ad dexteram Dei Patris* vocatur ἡ ἐκ δεξιῶν καθέδρα, à Chryſoſtomo, Homil. XXXIV. tom. V. quæ, ut Theophylactus in Cap. XII. ad Hebræos explicat, τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἰσότιμον δηλοῖ, *æqualitatem cum Patre ſignificat.* Vide etiam in Δεξιά, num. II. 2. & in Θρόνος, num. I. 1.

II. *Hominibus.* Ita Pſ. I. 1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε. *Beatus vir, qui in cathedra peſtilentium non ſedit.* Ad quem locum S. Baſilius in Pſal. I. pag. 134. Ἆρα ταύτας λέγει τὰς καθέδρας, ἐφ' ὧν ἀναπαύομεν ἡμῶν τὰ σώματα; καὶ τίς ἡ ἀπὸ ξύλου πρὸς ἁμαρτίαν μετάδοσις, ὥστε με τὴν ὑπὸ τοῦ ἁμαρτωλοῦ προκαταληφθεῖσαν καθέδραν ὡς βλαβερὰν ἀποφεύγειν; ἢ νομίζειν ἡμᾶς χρὴ καθέδραν λέγεσθαι τὴν ἑδραίαν καὶ μόνιμον ἐν τῇ κρίσει τῆς κακίας διατριβήν; ὃ φυλακτέον ἡμῖν, διότι τὸ φιλοπόνως προσδιατρίβειν ταῖς ἁμαρτίαις ἕξιν τινὰ δυσκίνητον ταῖς ψυχαῖς ἐμποιεῖ. Παλαιωθὲν γὰρ πάθος ψυχῆς, καὶ κακοῦ μελέτη χρόνῳ βεβαιωθεῖσα δυσίατος ἐστιν ἢ καὶ ἀνίατος παντελῶς, εἰς φύσιν, ὡς τὰ πολλὰ, τοῦ ἔθους μεθισταμένου. *An dicit* cathedras, *in quibus noſtra conquieſcere facimus corpora? Quænam eſt ligni cum peccato communicatio, ut ipſe cathedram à peccatore præoccupatam, ceu exitialem & noxiam, fugere debeam? An putare debemus,* cathedram *dici ſtabilem & firmam in judicio pravo converſationem? quæ nobis prorſus vitanda eſt, quòd diuturna exercitatio peccatorum, præſertim ſtudio ſi fit & certa deſtinatione, animabus ſolet habitum ingenerare vix unquam deſiturum & ægerrimè mobilem. Animæ enim morbus, ubi jam inveteravit, mali item ſtudium diuturnitate confirmatum vix ullam admittit medelam, aut certè prorſus fit immedicabile: cùm in his ut plurimùm, conſuetudo in naturam abeat.* Quemadmodum *ſedes* magnarum urbium Epiſcopales vocantur θρόνοι, ut vidimus in Θρόνος, num. II. 2. ita etiam καθέδρα, *cathedra* ſatis frequenter pro *Epiſcopatu* ſumitur. Greg. Turonenſis lib. III. Hiſtor. Cap. I. *Dinifius cathedram Pontificalem aſcendit.* In Martyrologio XV. Kal. Februarii: *Cathedra S. Petri, id eſt, Epiſcopatus.* Sidonius multus eſt in hac locutione. De Saturnino Toloſatum Epiſcopo lib. IX. Epiſt. XVI. *Qui Toloſatum tenuit cathedram.*

Καθεύδω.

I. *Propriè* καθεύδειν eſt κοιμᾶσθαι, ὑπνοῦν, *dormire, ſomnum capere;* ut Heſychius exponit, Chryſoſtomus; Βαθὺν καθεύδειν ὕπνον, vel, ut idem loquitur, βαθέως καθεύδειν, *altum dormire.* Theodoretus; Ἐπ' ἀμφω καθεύδειν, *in utramvis aurem dormire.* Nota hæc ſignificatio.

II. *Impropriè* accipitur. Sic

1. καθεύδειν eſt *peccati caligine premi,* ad Epheſios V. 15. Ἔγειραι ὁ καθεύδων. *Expergiſcere qui dormis.* Apud Athanaſium, quæſt. CXIII. de Parabolis, tom. II. pag. 429. hic locus ita exponitur: Καθεύδοντα λέγει τὸν ἐν ἁμαρτίαις κείμενον· καὶ γὰρ ὁ ἐν ἁμαρτίαις ζῶν, νεκρὸς λέγεται εἶναι· καὶ ὥσπερ ὁ νεκρὸς ἀκίνητός ἐστιν· οὕτω καὶ ὁ ταῖς ἁμαρτίαις νενεκρωμένος, πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀκίνητός ἐστιν. Dormientem *eum appellat, qui in peccatis jacet. Qui enim in peccatis vivit, mortuum eſſe dicitur. Quemadmodum enim mortuum, immobilis eſt: ita etiam in peccatis mortuus, ad bonum immobilis eſt.* Photius apud Oecumenium in præſentem locum, pag. 643. Καθεύδοντα καὶ νεκρὸν, τὸν ἐν ἁμαρτίαις λέγει. Καὶ γὰρ ἀνενέργητός ἐστι πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ὡς ὁ νεκρὸς, καὶ φαντασιοῦται ὡς ὁ καθεύδων, καὶ εἰδεχθής ἐστι καὶ δυσωδίας γέμει, ὡς ὁ νεκρὸς πάλιν. Dormientem *& mortuum, in peccatis mortuum appellat. Is enim ineptus eſt ad bonum, ut mortuus, & varia ſibi conjecturâ informat, ut ille, qui dormit, & deformis eſt atq; fœtore plenus, iterum ut mortuus.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. in Epiſt. ad Epheſios, pag. 851. Καθεύδοντα καὶ νεκρὸν, τὸν ἐν ἁμαρτίαις φησί. Καὶ γὰρ δυσωδίας πνεῖ, ὡς ὁ νεκρὸς, καὶ ἀνενέργητός ἐστιν, ὡς ὁ καθεύδων, καὶ οὐδὲν ὁρᾷ, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὀνειρώττει καὶ φαντάζεται. Dormientem *& mortuum eum dicit, qui in peccatis eſt. Etenim tetrum odorem ſpirat, ut mortuus, & non poteſt operari, ut qui dormit, neq; quidquam videt, ut ille, ſed ſomniat & varia ſibi fingit.* His gemina, pro more, affert Theophylactus ad eundem locum, pag. 552. Similis locus eſt I. Theſſal. V. 6. 7. ubi iterum τὸ καθεύδειν de iis, qui in peccatis dormiunt, ſumitur. Ubi Oecumenius, pag. 723. Καθεύδειν φησὶ, τοὺς ἀνενεργήτως ἔχοντας πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν, τουτέστι, τοὺς ἁμαρτάνοντας. Dormire *dicit eos, qui nullis præditi ſunt viribus ad bona facienda, id eſt, peccantes.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 707. Καθεύδοντας, τοὺς ἐν κακίᾳ φησὶν, ὡς ἀνενεργήτους πρὸς ἀρετὴν, καὶ πάντα φαντασιουμένους. Dormientes *vocat eos, qui in malitia dormiunt, ceu ad virtutem nullis præditi viribus, atq; omnia veluti per ſomnium fingentes.* Et Theodoretus, pag. 379. Τοὺς τῇ δυσσεβείᾳ δουλεύοντας, *impietati ſervientes,* dormire dicit. Vide ad eundem locum Chryſoſtomum. Confer enim Ὕπνος.

2. Καθεύδειν, eſt *mori.* Atque hoc ſenſu ſumitur Marci V. 39. Lucæ VIII. 52. ubi Chriſtus de mortua filia Jairi dicit, Οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. Eodem modo Matth. IX. 24. ad quem locum Theophylactus, pag. 49. Καθεύδειν λέγει αὐτὴν, διότι παρ' αὐτῷ ὁ θάνατος ὕπνος ἦν, δυναμένῳ εὐκόλως ἀναστῆσαι. Dormire *dicit illam, eò quòd ſibi mors ſomnus eſſet, utpote qui facilè ſuſcitare poterat.* Confer verbum Κοιμάομαι, voces item Κοίμησις & Ὕπνος.

Καθηγουμένη.

Καθηγουμένη eſt *Præfecta Monaſterii,* vulgò *Abbatiſſa.* Can. XLVI. Concilii in Trullo decernit, *ne Moniales ex Monaſteriis ſuis egrediantur:* Εἰ δέ τις ἀπαραίτητος αὐτὰς ἀνάγκη πρὸς τοῦτο ἕλκοι, μετ' εὐλογίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς προεστώσης τοῦτο πραττέτωσαν. Καὶ τότε μὴ μόναι καθ' ἑαυτὰς, ἀλλὰ μετά τινων πρεσβυτίδων καὶ πρωτευουσῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, μετ' ἐντολῆς τῆς καθηγουμένης. *Si qua autem inevitabilis neceſſitas eas ad hoc trahat, cum benedictione & permiſſione ejus, quæ præeſt, hoc agant. Et tunc etiam non ſolæ, ſed cum aliquibus vetulis, & quæ in Monaſterio primæ ſunt, cum mandato præfectæ.* Eadem aliàs Ἡγουμένη vocatur. Vide ſuo loco.

Καθηγούμενος.

Καθηγούμενοι appellantur *Monaſteriorum præfecti.* Can.

Digitized by Google

Can. XLVI. Concilii in Trullo: Ἄνδρες οἱ τὸν μονήρη μετερχόμενοι βίον, χρείας ἐπειγούσης, καὶ αὐτοὶ μεθ' εὐλογίας τοῦ τὴν ἡγουμενίαν ἐμπεπιστευμένου προϊέτωσαν. *Viri, qui monaſticam vitam ſectantur, neceſſitate urgente, ipſi quoq; cum benedictione ejus, cui præfectura concredita eſt, egrediantur.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 416. Τῆς μονῆς ἐξέρχεσθαι μεθ' εὐλογίας καὶ προτροπῆς τοῦ καθηγουμένου. *E Monaſterio egredi cum benedictione & permiſſione præfecti.* Idem, ad Can. XIX. Concilii Nicæni ſecundi, pag. 541. duo eorum facit genera: Εἰς δύο διαιροῦνται οἱ καθηγούμενοι, εἰς ἱερωμένους καὶ ἀνιέρους. *In duo genera dividuntur Monaſteriorum præfecti, in eos, qui ſacris ſunt initiati, & eos, qui iis non ſunt initiati.* In ipſo Canone vocantur ἡγούμενοι, & ἀνίεροι dicuntur ἡγούμενοι μὴ ἔχοντες χειροτονίαν πρεσβυτέρου, *præfecti, qui non habent ordinem Presbyteri.* Vocantur aliàs Ἡγούμενοι. Vide ſuo loco.

Κάθημαι.

I. Κάθημαι per ἀνθρωποπάθειαν de Deo uſurpatur. Quid verò notet, veteres audiamus. Chryſoſtomus Homil. CVI. tom. V. pag. 692. Ἐὰν ἀναγνῷς καὶ ἀκούσῃς περὶ Θεοῦ, ὅτι κάθηται, τὸ ἑδραῖον καὶ ἀσάλευτον ἐκλάμβανε τῆς μακαρίας φύσεως. *Quando legis & audis de Deo, quòd ſedeat, ſtabilitatem & immutabilitatem divinæ & beatæ illius naturæ intellige.* Greg. Nyſſenus Orat. in S. Stephanum, tom. III. pag. 365. dicit eum, qui aſſerat τὸ θεῖον καθῆσθαι, *Numen divinum ſedere*, indicare hoc loquendi modo, καθιδρύσθαι ἀμεταθέτως τὸ θεῖον ἐν τῷ ἀγαθῷ, *immutabiliter conſtitutum & in bono fundatum eſſe numen divinum.* Vide ibidem plura. Cyrillus Alex. in Cap. VI. Jeſajæ, pag. 102. Ἡ κάθισις ἡ ἐπ' αὐτοῦ (Θεοῦ) τὴν οἱονεὶ βεβαιότητά τε καὶ ἐν ταυτότητι τῶν ἀγαθῶν ἵδρυσίν τε καὶ διαμονὴν ἔοικεν ὑποδηλοῦν. *Seſſio de Deo uſurpata, quaſi ſtabilitatem, & eandem in bonis conſtitutionem & perennitatem ſubindicare videtur.* Eadem repetuntur ab eodem in Cap. XII. Johannis, pag. 710.

II. Κάθημαι in N. T. *habitare* ſignificat, ad exemplum verbi Hebræi ישב. Exemplum eſt Matth. IV. 16. Λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει. *Populus, qui in tenebris habitat.* Ibidem: Καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου. *Habitantibus in regione & umbra mortis.* Vide etiam Lucæ I. 79. Cap. XXI. 35.

Καθιέρωσις.

Habent Lexica, ſed ſine autoritate. Veteres Gloſſæ: Καθιέρωσις, *ſacratio.* A καθιερῶ, quod, interprete Heſychio, Θεῷ ἀνατίθημι, *conſecro, Deo dico.* Can. VI. Cod. Eccleſiæ Africanæ: *In præteritis conciliis ſtatutum meminimus eſſe, ut chriſma, vel reconciliatio pœnitentium, nec non & puellarum conſecratio, à Presbyteris non fiant.* Verſio Græca, *puellarum conſecrationem*, reddit κορῶν καθιέρωσιν. Quid verò ſit, exponit Balſamo ad hunc Canonem; pag. 603. Κορῶν καθιέρωσις, οὐχὶ διακονισσῶν χειροθεσία ἐστίν, ἀλλ' ἔθος ἦν, κόρας προσάγεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ παρθενίαν ὁμολογούσας, καὶ ταύτας οἱ ἐπίσκοποι δι' εὐχῶν καθιέρουν, ὡς ἀνατιθείσας τῷ Θεῷ. *Puellarum conſecratio, non eſt Diaconiſſarum ordinatio, verùm ſolebant puellæ Eccleſiæ adduci, quæ virginitatem profitebantur: atq; has Epiſcopi per preces conſecrabant, ut Deo dicatas.* Deſumta ſunt hæc ex Zonara, qui eadem ad hunc Canonem, pag. 397. obſervat.

Καθίζησις.

Non habent Lexica. Idem quod κάθισις, *ſeſſio.* Legitur apud Greg. Nyſſenum, Orat. in S. Stephanum, tom. III. pag. 365. Ὥσπερ ὁ προφήτης Δαυίδ, καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος τὴν τοῦ μονογενοῦς καθέδραν ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερος λόγοις διηγούμενοι, οὐκ ἔδωκαν νοεῖν, ὅτι τοῦ Πατρὸς ἑστῶτος, ὁ υἱὸς ἐν καθέδρᾳ ἐστί, καίτοιγε μόνης μνησθέντες τῆς τοῦ υἱοῦ καθιζήσεως· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Στεφάνου, τοῦ υἱοῦ τὴν στάσιν ἀκούσας, οὐκ ἂν εὐλόγως περὶ τῆς τοῦ πατρὸς καθέδρας ἀπονοήσειας. *Quemadmodum Propheta David*, (nempe Pſ. CX. 1.) *& Apoſtolus Paulus* (ad Hebræos I. 3.) *in ſuis uterq; ſcriptis Unigeniti ſeſſionem memorantes, non indicârunt, quod Patre ſtante Filius in ſede ſit, licet ſolius ſeſſionis Filii mentionem fecerint: eodem modo, cùm etiam in Stephani hiſtoria ſtationem Filii audiveris, nulla de cauſſa nec rectè de Patris ſeſſione ſuſpicatus fueris.*

Κάθισμα.

Pſalterium, cujus frequens apud Græcos in ſacris officiis uſus eſt, meros continet Pſalmos Davidicos, non mutato ordine, ſed uti in ſacris habentur Bibliis, in certas tamen claſſes, plures vel pauciores Pſalmos, pro Pſalmorum longitudine, continentes, diſtinctos. Atque has ſectiones Græci καθίσματα vocant, quaſi diceres *ſeſſiones*: & viginti tantummodo numerant. Ut Pſalmi diſponantur, expreſſit Cl. Meurſius in Gloſſario ſuo. Καθίσματα ſingula in tres partes ſubdividunt, quas hymno illo Δόξα πατρὶ καὶ Υἱῷ, &c. terminant, aliter ac fit in Eccleſia Latina, quæ dictum hymnum poſt omnes Pſalmos recitat. Κάθισμα decimum ſeptimum, ob prolixitatem Pſalmi, Μακάριοι ἄμωμοι, *Beati immaculati*, uno tantùm Pſalmo completur, quem etiam in tria tmemata, addito hymno jam dicto *Gloria Patri*, dividunt. Diviſiones καθισμάτων appellant στάσεις, *ſtationes* nimirum: ſtantes enim recitant, vel quòd lectionem finientes ſtent, & quaſi reſpirent. Ideò verò καθίσματα vocata exiſtimat Balſamon, quòd Laodiceni Concilii decreto, in unoquoque Pſalmo interjecto ſpatio lectio fieret, ne, dum Pſalmi uno contextu legerentur, laboris pertæſi homines, qui in Eccleſiam convenerant, neglectis officiis, ad alia animum adverterent. Ejus verba ad Can. XVII. dicti Concilii, pag. 853. hæc ſunt: Τῶν ψαλμῶν ἀναγινωσκομένων διὰ μιᾶς ὑφῆς κατὰ παλαιὰν παράδοσιν, καὶ τοῦ συναγομένου λαοῦ ἀποκναιομένου, κἀντεῦθεν ἀκηδιῶντος ἀπὸ τοῦ κόπου, καὶ ἐξερχομένου τῆς ἐκκλησίας· ὥρισαν οἱ πατέρες, μὴ συναπτῶς ἐν ταῖς συνάξεσιν ἐκφωνεῖσθαι τοὺς ψαλμούς, ἀλλὰ διὰ μέσου γίνεσθαι καὶ ἀναγνώσεις ἐπὶ τῷ ἀναπαύεσθαι τὸν λαὸν πρὸς μικρόν, καὶ πάλιν ψάλλειν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εἰς καθίσματα διάφορα τὸ ἱερὸν κατεμερίσθη ψαλτήριον. *Cùm Pſalmi uno contextu ex antiqua traditione legerentur, & populus, qui congregabatur, & moleſtiâ afficeretur, & labore propterea confectus, nullam ejus curam gereret, & ab Eccleſia exiret, ſtatuerunt Patres, non eſſe Pſalmos in Eccleſiaſticis congregationibus uno contextu dicendos, ſed interjiciendas eſſe lectiones, ut aliquantulum quieſcat populus, & rurſus canat. Propterea enim & in diverſa καθίσματα, ſeſſiones ſacrum diſtributum eſt Pſalterium.* Hoc ſublatum fuiſſe, ordine etiam rerum Eccleſiaſticarum immutato, notat Zonaras ad eundem Canonem: Ἔθος ἦν καὶ τοῦτο παλαιόν, ὅπερ ἐξήλασεν, εἰς ἄλλην κατάστασιν καὶ τάξιν ἐλθούσης τῆς ἐκκλησίας. *Fuit hoc quoq; antiquæ conſuetudinis, quæ quidem alio nunc rerum Eccleſiaſticarum ordine inſtituto, ſublata eſt.* Hoc præterea obſervandum, καθίσματα iſta Pſalmorum diverſa eſſe, eaque, pro materiæ diverſitate, nunc ἀναπαύσιμα, nunc ἀναστάσιμα, nunc κατανυκτικὰ, nunc μαρτυρικὰ, nunc ἀποστολικὰ nuncupari, ut ex Typico Sabæ, Triodio, Euchologio, & Horologio patet.

Κάθοδος.

Κάθοδος, ut veteres Gloſſæ exponunt, eſt *Deſcen-*

Digitized by Google

ſus deſcenſio. Apud Scriptores Eccleſiaſticos Incarnatio Filii Dei hoc nomine venire ſolet. Athanaſius orat. de Incarnatione Verbi, pag. 56. Ἡ ἡμῶν αἰτία ἐκείνῳ (vitioſè imprimitur ἐκείνων) γέγονε πρόφασις τῆς καθόδου. *Filius Dei propter nos deſcendit.* Vocatur Θεοῦ κάθοδος οὐρανόθεν, *Dei è cœlo deſcenſus*, ab Euſebio, Demonſtr. Evangel. l. VI. pag. 160. Ἐξ οὐρανοῦ εἰς ἀνθρώπους κάθοδος, *è cœlo ad homines deſcenſus*, lib. eod. pag. 167. & lib. VII. pag. 192. Εἰς ἀνθρώπους κάθοδος, ibid. lib. VIII. pag. 252. Ita etiam appellatur *miſſio Spiritus ſancti*, à Chryſoſtomo Homil. XII. in Acta, Cyrillus Alexandr. ad v. 32. Cap. I. Joh. Ἐν σημείου γνωρίσματος τάξει δεδεῖχθαί φησιν ἑαυτῷ τὴν τοῦ πνεύματος κάθοδον ὁ μακάριος Βαπτιστής. *Per modum indicii ac ſigni, Spiritûs ſancti deſcenſionem ſibi manifeſtam beatus Baptiſta profitetur.* Eodem nomine frequenter ab aliis inſignitur.

Καθολικιανός.

In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. III. ſect. IV. in Biblioth. Juris Canon. pag. 1253. Ἐὰν δὲ ταξεῶται ἢ δὲ καθολικιανοὶ, καταλιπόντες τὴν ὑπουργίαν τοῦ δρόμου καὶ τοῦ πριμιπίλου, χρεωστήσαντες τῷ δημοσίῳ γένωνται κληρικοὶ, ἀποδίδονται τῇ ἰδίᾳ τύχῃ. *Si officiales, vel catholiciani, relicto miniſterio curſus & primipili, contractis erga fiſcum debitis, clerici facti fuerint, conditioni ſuæ reſtituuntur.* Catholiciani ſunt officiales procuratores Cæſaris, qui catholicus & rationalis dicitur, Baſilica ad l. ult. D. *De interrog. in ju. fac.* Gloſſæ veteres: Καθολικὸς, *rationalis.* Ælius Capitolinus in Gord. *Quidam rationalis ſibi ultra procurationem omnia vindicans.* A' Catholico Catholiciani, à rationali rationales dicti. Vide Briſſonium in *rationales.* Vide Gloſſarium Meurſii, & vocem ſequentem, num. II. 2.

Καθολικός.

Duplicem hujus vocis ſignificationem obſervamus:

I. *Generalem.* Atque ita καθολικὸς eſt *univerſalis.* Onomaſticon vetus: *Univerſale.* καθολικόν. Hoc ſenſu Chryſoſtomus in Pſal. CX. dicit, ἀπὸ τῶν καθολικῶν ἐπὶ τὰ μερικὰ μετάγειν τὸν λόγον, *ab univerſalibus ad particularis orationem traducere.* Ita *reſurrectio mortuorum* noviſſimo die futura vocatur καθολικὴ ἀνάστασις. Vide in Ἀνάστασις, num. II. ad lit. *B. Sacrificium Chriſti* vocatur θυσία καθολική. Vide in voce Θυσία, num. I. 2.

II. *Specialem:* quæ iterum duplex eſt:

A. *Politica.* Poſt diœceſeon rationem à Conſtantino inſtitutam, non ſolùm uni diœceſi Rector impoſitus, qui vice Præfecti prætorio jus diceret, ſed etiam procurator nomine Cæſaris, qui univerſas ejus rationes in tota diœceſi tractaret. Atque is καθολικὸς appellatus eſt, quem *rationalem* Latini interpretantur, ut ſub præcedenti voce jam vidimus. In epiſtola Conſtantini ad Euſebium Cæſarienſem apud Socratem, lib. I. Cap. IX. pag. 179. a. Ἀπέσταλται δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικόν. *Miſſæ autem ſunt literæ à manſuetudine noſtra ad rationalem diœceſeos.* Ita etiam exponendus *Africæ Catholicus* apud Euſebium lib. X. Cap. VI. pag. 114. b. in Epiſtola ejuſdem Conſtantini Cæcilianum Carthaginenſem: Ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. *Literas dedi ad Urſum, illuſtriſſimum rationalem Africæ, eiq; ſignificavi, ut gravitati tuæ tria teruntianorum millia numerari curet.* De Catholico, ſive *univerſali rationali* Africanæ diœceſeos intelligendum eſſe, ſatis apparet. Idem Euſebius lib. VII. hiſt. Eccleſ. Cap. X. pag. 73. b. καθολικὸν interpretatur, τὸν ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων, *qui ſupra rationes univerſas Principis, procurator à rationibus univerſis.* Ita apud Athanaſium, tom. II. pag. 29. ſcholiaſticus quidam ad Jovianum Imperatorem dixit: Ὁ καθολικὸς τὰς οἰκίας μου ἦρεν. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· εἰ ὁ καθολικὸς τὰς οἰκίας σου ἦρε, τί κακὸν Ἀθανασίῳ; *Rationalis meas mihi eripuit ædes. Imperator dixit: ſi Rationalis tuas tibi eripuit ædes, quid hoc ad Athanaſium?*

B. *Eccleſiaſtica:* cujus multiplex uſus.

1. Καθολικοὶ, *Catholici*, ſi ad ipſa vocis hujus incunabula, & antiquiſſimum aſcendamus uſum, vocantur *Chriſtiani Orthodoxi*, atque ita diſcernuntur à Chriſtianis hæreticis. Patet hoc ex Cod. lib. I. tit. I. Juſtin. de ſumma Trin. & fide Cathol. *Cunctos. Hanc Legem* (np. *qui ſecundùm Apoſtolicam diſciplinam, Evangelicamq; doctrinam, Patris & Filii, & Spiritus ſancti unam deitatem ſub pari majeſtate & ſub pia Trinitate, credunt*) *ſequentes, Chriſtianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti.* Baſilica: Τὸ τῶν χριστιανῶν καθολικῶν ὄνομα κελεύομεν ἐνοῦσθαι. *Chriſtianorum Catholicum nomen jubemus amplecti.* Legendum καθολικῶν, *Catholicorum.* Sunt igitur Chriſtiani quidam, qui non ſunt *Catholici*, quales hæretici. B. Auguſtinus in Pſal. LXVII. *Egerunt legibus publicis, ad judices venerunt, dixerunt ſe Catholicos, ut poſſent excludere hæreticos. Quare te dicis Catholicum, ut excludatur hæreticus, & non potiùs es catholicus, ne ſis excluſus hæreticus?*

2. Καθολικὴ ἐκκλησία, *Eccleſia Catholica;* quæ triplici modo ſic appellatur.

a. *Catholica Eccleſia* eſt, quæ per totum terrarum orbem eſt diſperſa; de qua jam actum in voce Ἐκκλησία num. IV. 2. Hic ſequentia addimus. Cyrillus Joroſol. Catecheſi XVIII. Illuminat. pag. 170. Καθολικὴ καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ πάσης εἶναι τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν καθολικῶς καὶ ἀνελλειπῶς, ἅπαντα τὰ εἰς γνῶσιν ἀνθρώπων ἐλθεῖν ὀφείλοντα δόγματα, περί τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων πραγμάτων, ἐπουρανίων τε καὶ ἐπιγείων· ὑποτάσσειν, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, λογίων τε καὶ ἰδιωτῶν, καὶ διὰ τὸ καθολικῶς ἰατρεύειν μὲν καὶ θεραπεύειν ἅπαν τὸ τῶν ἁμαρτιῶν εἶδος, τῶν διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιτελουμένων, κεκτῆσθαι ἐν αὐτῇ πᾶσαν ἰδέαν ὀνομαζομένης ἀρετῆς, ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις καὶ πνευματικοῖς παντοίοις χαρίσμασι. Catholica *vocatur, quia per univerſum terrarum orbem diffuſa eſt, à finibus terræ ad fines. Et quia docet catholicè, & ſine ullo defectu vel differentia omnia dogmata, quæ debent venire in cognitionem, de rebus viſibilibus & inviſibilibus, cœleſtibus & terreſtribus: & quia omne genus hominum piè ſubjugat, principes & ſubditos, eruditos & idiotas: & quia in univerſum curat omne genus peccatorum, & quæ per animam & quæ per corpus patrantur: habeturq; in illa omne genus; quocunq; nomine vocetur; virtutis, in factis & dictis, & omnigenis ſpiritualibus donis.*

b. *Quævis Eccleſia particularis*, ſiquidem orthodoxa eſt, vocatur καθολική. Ita Eccleſia Alexandri appellatur *Catholica.* Apud Athanaſium eſt inſcriptio epiſtolæ, tom. I. pag. 779. Κωνσταντῖνος μέγιστος σεβαστὸς, τῷ λαῷ τῷ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν καθολικῆς ἐκκλησίας. *Conſtantinus maximus, Auguſtus, populo Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ.* Ibidem pag. 797. Epiſcopi Ægyptii Tyri congregati ſcribunt: Καὶ γὰρ πολλὴν ὑπὲρ Μελετιανῶν ὁρῶμεν σπουδὴν γινομένην, κατὰ δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ, δι' ἡμῶν ἐπιβουλήν. *Animadvertimus namq;, multa in gra-*

Digitized by Google

tiam Meletianorum, multa rurſus ad inſidias Catholicæ in Ægypto Eccleſiæ, ſub noſtris nominibus agitari. Ita Leo Papa ſe appellat *Epiſcopum Eccleſiæ Romanæ univerſalis, Epiſcopum Eccleſiæ Catholicæ*, Epiſt. LXII. *Epiſcopum Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ*, vel *Eccleſiæ Catholicæ Romanæ*, Epiſt. XII. Item Symmachus, Concil. I. & III. in ſubſcript. quoque, Vigilius Epiſt. XV. Pelagius primus in Epiſt. ad Childeberdum, & ſecundus in Epiſt. ad Epiſc. Iſtriæ, Martinus I. ab Epiſt. IV. ad XIV. Nicolaus primus Epiſt. I. & XXXIX. ſe nominant *Epiſcopos Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ urbis Romæ.* Eccleſia Smyrnenſis ſe *catholicam* vocat, ſcribens ad Eccleſiam apud Philomelium, & ad reliquas Eccleſias Ponticas, eas appellat ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίας, *ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ parœcias;* apud Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XV. pag. 37. a. Similia exempla paſſim ſunt obvia.

c. Quam hodie *matrem, & magiſtram Eccleſiam dicimus*, principalem ac præcipuam civitatis intelligentes, eam Græci καθολικὴν ἐκκλησίαν appellant. Can. LIX. in Trullo vetat Baptiſma celebrari ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι, *in oratorio, quod domi eſt;* additque, Ἀλλ' οἱ μέλλοντες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἀχράντου φωτίσματος, ταῖς καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις. *Sed qui digni volunt haberi ab omnibus ſordibus aliena illuminatione, ad Catholicas accedant Eccleſias.* Καθολικὰς ἐκκλησίας Latinè reddere liceat *matrices Eccleſias.* Hæ ſunt, quæ *Baptiſmales Eccleſiæ* dicuntur in Concilio Toletano Decret. Cauſa XVI. quæſt. I. *Plures baptiſmales Eccleſiæ in una terminatione eſſe non poſſunt, ſed una tantummodo cum ſuis capellis.* Καθολικαὶ ἐκκλησίαι ſunt Synodo in Trullo, qua notione iidem Græci etiam καθολικοὺς nominârunt genus quoddam Metropolitanorum principalium, qui nullis ſubditi erant Patriarchis, & multos ſub ſe habuere Metropolitanos.

3. Πίστις καθολικὴ, *fides catholica.* Ita autem appellatur, *quòd ſit ubiq; diffuſa*, ut ait Optatus II. de Schiſmat. Donat. καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, *per univerſum orbem uſq; ad fines terræ diſſeminata*, ut inquit Irenæus lib. I. adv. Hæreſes, Cap. II. & iisdem ferè verbis Cyrillus Jeroſol. Catecheſi XVIII. ut ſuprà vidimus; quanquam ibi de Eccleſia potiùs, quàm de fide ſit ſermo. Tit. I. ex lib. I. Cod. Collect. Conſtitut. Eccleſ. eſt περὶ τῆς ἀνωτάτω τριάδος καὶ τῆς καθολικῆς πίστεως, *de ſumma Trinitate, & fide Catholica.* Barlaam de principatu Papæ, Cap. XV. Πίστις καθολική ἐστιν, ἣν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι χριστιανοὶ ὁμολογοῦσιν, ὅπουπερ ἂν τυγχάνωσιν. *Fides catholica eſt, quam omnes orthodoxi Chriſtiani profitentur, ubicunq; tandem verſentur.*

4. Καθολικὴ ἐπιστολὴ, *epiſtola catholica. Catholicæ epiſtolæ* dicuntur epiſtola Jacobi, utraque Petri, prima Johannis, & epiſtola Judæ, quòd uni alicui vel homini, vel civitati, vel regioni non ſint ſcriptæ. Hieronymus in catalogo Scriptor. Eccleſ. & vulgares inſcriptiones, *ſecundam* etiam & *tertiam Johannis catholicas* appellat, quæ tamen nonniſi ἀκύρως catholicis annumerari poſſunt, quia ad ſingulares ſcriptæ ſunt perſonas. Oecumenius in Cap. I. Jacobi, pag. 115. de Epiſtolis catholicis ſic ſcribit: Καθολικαὶ λέγονται αὗται, οἱονεὶ ἐγκύκλιοι· οὐ γὰρ ἀφωρισμένως ἔθνει ἑνὶ ἢ πόλει, ἀλλὰ καθόλου τοῖς πιστοῖς. *Hæ dicuntur* catholicæ, *univerſales, quaſi publicæ: neq; enim privatim uni alicui genti vel civitati, ſed omnibus in univerſum fidelibus ſcriptæ ſunt.* Confer vocem Ἐγκύκλιος. Cæſarius quæſt. I. pag. 6. priorem Petri vocat ἔγγραφον καθολικὴν ἐπιστολήν. Ita enim ille: Τοῦ δὲ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων διὰ ἐγγράφου καθολικῆς παρεγγυῶντος, ἑτοίμους ὑπάρχειν πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ πυθομένῳ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. *Principe autem Apoſtolorum in catholica literis mandata epiſtola monente, ut quiſq; paratus ſit ad reſpondendum cuilibet interroganti de ſpe, quæ in nobis eſt.* Perperam ſcriptum πυθομένῳ. Apoſtolus habet αἰτοῦντι, epiſt. I. Cap. III. v. 15.

5. Καθολικοὶ ἐπίσκοποι. *Metropolitani* olim jus ordinandorum Epiſcoporum provincialium habebant, cui juri connexum fuit & alterum jus provocationis. Nam qui ordinationem habebat, eidem etiam provocatio in cauſis Eccleſiaſticis ab Epiſcopis provinciæ porrecta competebat. Hujusmodi ſui juris ac ſuæ ditionis Metropolitanos, quales omnes Concilii Nicæni temporibus fuerunt, poſterior ætas Græciæ καθολικοὺς vocavit. Hoc nomine etiam *Exarchi* totius diœceſeos, ſive *Patriarchæ*, appellati fuerunt. Sic eos vocat Nilus, lib. II. de primatu Papæ: Εἰ μὲν τὰ κλίματα τῆς γῆς ἑκάστῳ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων διανενέμηνται. *Siquidem climata terræ unicuiq; catholicorum Epiſcoporum diſtributa.* Epiſcopus καθολικὸς, *univerſalis* Latinè dici poteſt. Ita *catholicè* Caſſiano idem quod *in univerſum.* Sic enim ille lib. I. de Habitu Monachi, Cap. III. pag. 23. *Quicquid enim inter famulos Dei præſumitur ab uno vel paucis, nec catholicè per omne corpus fraternitatis tenetur, aut ſuperfluum, aut elatum eſt.* Καθολικὸς igitur ἐπίσκοπος non alius, quàm qui τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν ſibi creditam habet, ut loquitur Clemens in Conſtitutionibus. Quæ ſignificatio *Catholici* congruit cum *œcumenici* appellatione. Non igitur ſolus Conſtantinopolitanus οἰκουμενικὸς appellatus, ſed omnes alii Patriarchæ, quibus nomen καθολικῶν additum conſtat. Tenendum tamen, notionem καθολικοῦ in hoc ſenſu reſtringendam eſſe ad univerſam diœceſin, cui præſidet. Ita cùm Carthaginenſis Epiſcopus, qui primus erat Africanæ diœceſeos, aſſerit, *ſe cunctarum Eccleſiarum ſolicitudinem ſuſtinere*, καθολικὸν ſe eſſe totius Africanæ diœceſis indicat, non omnium orbis Eccleſiarum rectorem. Sic enim loquitur Aurelius in Concilio Carthaginenſi Can. LV. Codicis Eccleſiæ Africanæ: *Ego enim cunctarum Eccleſiarum, dignatione Dei, ut ſcitis fratres, ſolicitudinem ſuſtineo.* Intelligere debes cunctarum per Africam conſtitutarum, quarum ſe καθολικὸν Epiſcopum eſſe ſignificat. Hinc, ne omnes per totum orbem Eccleſiæ intelligi videantur, translatio Græca, pro *cunctarum Eccleſiarum*, habet πολλῶν ἐκκλησιῶν, *multarum Eccleſiarum.* Procopius de Perſarum Patriarcha, lib. II. de bello Perſico: Τόν τε χριστιανῶν ἱερέα Καθολικὸν καλοῦσι τῇ ἐκείνων φωνῇ, ὅτι δὴ ἐφέστηκεν εἷς ὢν ἅπασι τοῖς ταύτης χωρίοις. *Et Chriſtianorum Sacerdotem linguâ Græcorum* Catholicum *appellant, quòd nimirum, unus cùm ſit, omnibus præſit ejus regionibus.* Quòd unus ampliſſimæ præeſſet diœceſi, plurimosque regeret. Otto Friſingenſis ait, Armenios Metropolitanum ſuum *Catholicum vocare, id eſt, univerſalem, & ampliùs quàm mille Epiſcopos ſub ſe habere.* Patet hoc ipſum ex Theoriani Legat. Armen. ubi per totum tractatum Theorianus & Armeniorum καθολικὸς colloquuntur: ac proinde Meurſius in Gloſſario ſuo hanc appellationem ad dignitatem politicam malè refert. Verſio Græca donationis falſæ Conſtantini tribus aut quatuor locis καθολικὸν ἐπίσκοπον, & καθολικὸν Πάπαν appellat Pontificem Romanum pro *univerſali*: Τῷ μακαρίῳ Σιλβέστρῳ,

καθ

καὶ πατρὶ ἡμῶν τῷ μεγάλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ καθολικῷ πάπᾳ τῆς πόλεως Ῥώμης. *Beato Silveſtro, & patri noſtro, magno Epiſcopo & univerſali Papæ urbis Romæ.* Et paulò pòſt: Τῷ προγεγραμμένῳ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ ἡμῶν καὶ πατρὶ Σιλβέστρῳ καθολικῷ πάπᾳ παραδίδομεν. *Antè ſcripto beatiſſimo Epiſcopo noſtro & patri Silveſtro univerſali Papæ tradimus.* Item ſub finem, Τῷ πατρὶ ἡμῶν, τῷ ἁγίῳ καὶ καθολικῷ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ. *Patri noſtro, ſancto & univerſali Epiſcopo & Papæ.* Quemadmodum καθολικοὶ ἐπίσκοποι ſunt *univerſales Epiſcopi*, ita καθολικοὶ ἱερεῖς ſunt *univerſales Metropolitani*, apud Nilum de cauſſis diſſenſionum lib. I. pag. 22. & 25.

Καθοσιόω.

Καθοσιόω, ut ex Lexicis notum, eſt *ſanctum ſceleriſq; purum reddo*: item *expio: ſacrifico; conſecro, dico.* Poſtremam ſignificationem etiam agnoſcunt Heſychius & Suidas, qui καθωσιωμένος interpretantur ἀνακείμενος, *dedicatus, conſecratus.* Veteres Gloſſæ: *Devovet*, ἀναλίθησι, καθοσιοῖ. *Devotus*, καθωσιωμένος. Aliæ: Καθοσιόω, *dedico, devoveo, voveo.* At Canone XVIII. Concilii Sardicenſis aliam videtur habere ſignificationem, ubi de Epiſcopo, qui vim perpeſſus eſt, & inique expulſus, ἢ διὰ τὴν ἐπισήμην ἢ διὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἢ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐκδικίαν, καὶ φεύγων τὸν κίνδυνον, ἀθῷος καὶ καθωσιωμένος ὢν εἰς ἑτέραν ἔλθοι πόλιν, μὴ κωλυέσθω ἐκεῖ ἐπὶ τοσοῦτον διάγειν, ἕως ἂν ἐπανέλθῃ, &c. *vel propter notitiam, vel propter confeſſionem catholicæ Eccleſiæ, vel propter veritatis defenſionem, effugiens periculum, innocens & tamen ſupplicio deſtinatus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur ibi tam diu commorari, donec redeat.* Hic καθωσιωμένος eſt *ſupplicio deſtinatus*: Zonaras enim ad hunc Canonem, pag. 381. exponit, ἀφωρισμένος εἰς κόλασιν, *devotus, ſupplicio deſtinatus.* In malam ergo partem, quemadmodum apud Latinos *devotio, devotus.* Sic enim veteres Gloſſæ: *Devotio*, καθοσίωσις, κατάρα.

Καθώς.

Aurea eſt regula Cyrilli Alex. ad v. 23. Cap. V. Johannis, de particulæ hujus uſu. Ὅταν μὲν ἐφ' υἱοῦ καὶ πατρὸς φέρηται τὸ Καθώς, τὸ ἀπαράλλακτον δείκνυσιν· ἐπὶ γὰρ τῶν ὁμοίων κατὰ τὴν φύσιν τοῦτο τάττεται τὸ Καθώς. Ὅταν δὲ ἐπὶ τῶν ἀνομοίων, οὐ πάντως ἀπαράλλακτον ἡμῖν εἰσφέρει τὴν ἰσότητα, ὁμοιότητα καὶ εἰκόνισμα. *Quando particula ſicut de Patre Filioq; profertur, identitatem inſinuat: illud enim ſicut tunc de iis dicitur, quæ ejuſdem naturæ ſunt. Quando autem de rebus diſſimilibus ſecundùm naturam effertur, tunc non omnimodam æqualitatem, ſed ſimilitudinem infert.* His gemina ſunt illa Euthymii in Cap. XVII. Johannis, Καθώς, *& ſimilia, de ſancta Trinitate dicta, æqualitatem ſignificant; de Deo verò & hominibus ſimilitudinem quandam.* I. Joh. III. 3. dicit Johannes: Καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, ἁγνίζει ἑαυτόν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστιν. *Et omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.* Senſus eſt: Componit formatque ſe ad exemplum puritatis ejus: non quaſi æquare id poſſit, ſed ut imitetur illud. Καθώς enim hoc loco, ut Matth. V. 48. ὥσπερ, in non diſſimili argumento, non paritatem innuit, ſed ſimilitudinem. Intelligitur enim Θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπῳ φύσει, *ſimilitudo cum Deo, quatenus natura humana ejus capax eſt*; ut loquitur Nyſſenus, Orat. I. in verba Dei, *Faciamus hominem*, tom. I. pag. 150. Confer vocem Τέλειος, num. II. 2.

Καΐν. Καϊανοί.

Cain eſt filius Adami & Evæ primogenitus, qui dictus eſt קין, id eſt, *acquiſitus*, vel *acquiſitio*, ſeu *poſſeſſio*, à קנה, *acquirere, poſſidere.* Geneſ. IV. 1. ubi expreſsè hujus nominis ratio exſtat. Joſephus, ἀρχαιολογ. lib. I. Cap. III. pag. 6. ſcribit Καΐς, non Καΐν, & addit, κτῆσιν δὲ τοῦτο σημαίνει μεθερμηνευόμενον τὸ ὄνομα. *Poſſeſſionem verò denotat hoc nomen, ſi interpreteris.* Erant ergo, qui deducunt à קין, *lamentari*, & *lamentationem* exponunt: & qui interpretantur *invidiam*, quaſi à קנא, *invidere*; quod facit Euſebius Præparationis Evangel. lib. XI. pag. 304. Ὁ παρ' Ἑβραίοις Καΐν, ζῆλος παρ' Ἕλλησι μεταλαμβάνεται. Τούτῳ δ' ἠξιώθη τοῦ προσρήματος ὁ δηλούμενος, διὰ τὸ ζηλῶσαι τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἄβελ. *Qui apud Hebræos dicitur Cain, is apud Græcos exponitur æmulatio vel invidia. Hoc autem illi nomen propterea impoſitum fuit, quia Abelem fratrem invidiâ proſecutus fuit.* Eodem inclinare videtur Chryſoſtomus Homil. CXV. tom. VI. dum *Cainum* appellat ζήλου ἀρχηγόν, *invidiæ ducem.* Archontici, teſte Theodoreto hæret. fab. lib. I. Cap. XI. pag. 202. dixerunt, *Cainum & Abelem*, eſſe τοῦ διαβόλου παῖδας, *Diaboli filios.* A' Caino orti ſunt hæretici, quos Theodoretus lib. I. hæret. fabul. Cap. XV. pag. 206. Καϊνούς, *Cainos* appellat: alii *Cainianos*: alii *Cainæos*, ut Tertullianus: alii *Caianos*, uti Epiphanius hæreſi XXXVIII. his verbis: Καϊανοί τινες ὀνομάζονται, ἀπὸ τοῦ Καΐν εἰληφότες τὴν ἐπωνυμίαν τῆς αἱρέσεως. *Caiani quidam nominantur, à Caino hæreſeos appellationem nacti.* Epiphanium ſecutus eſt Auguſtinus de Hæreſibus, Cap. XVIII. At hæc nominis formatio, ut rectè obſervat Danæus, minimè probanda. A' *Cain* enim juxta nullas Grammaticorum regulas dici poteſt *Caianus*, ſed potiùs *Cainus*, vel *Cainianus*. Alii namque ſunt *Caiani*, qui, ut ſcribit Johannes Damaſcenus, etiam *Aphthardocitæ* ſunt appellati, à Caiano Alexandrino, & Juliano Halicarnaſſeo profecti. Dicti autem ſunt *Caini* vel *Cainiani* non ab autore ſectæ, ſed ab argumento erroris, quem ſunt ſecuti, quia Cainum illum, de quo Geneſ. IV. tanquam primum & principem bonorum omnium, quæ homines ſentiunt, autorem colunt. Vide Theodoretum & Epiphanium locis citatis, Irenæum lib. I. Cap. XXXV. Tertull. de præſcriptione adv. Hæret. Cap. XLVII. Hieronymum adverſus Vigilantium: imprimis L. Danæum ad Cap. XVIII. Auguſtini de Hæreſibus: & ſuprà in voce Θεός ad num. VIII. ſub litera *a*.

Καινοποιέω.

Καινοποιέω, ut veteres Gloſſæ habent, eſt *novo.* Hinc καινοποιός, *novator.* Eleganter uſurpatur *de regeneratione* apud Juſtinum M. Apol. II. Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ, διηγησόμεθα. *Quo verò modo Deo quoq; nos dedicaverimus, per Chriſtum renovati, jam exponemus.* Tales per Chriſtum καινοποιηθέντες ab Apoſtolo ad Rom. VI. 4. dicuntur ἐν καινότητι ζωῆς περιπατεῖν, *in nova ambulare vita*, id eſt, interprete Theodoreto ad hunc locum, καινήν τινα βιοτεῦσαι ζωήν, καὶ συμβαίνουσαν ἐκείνῳ, ᾧ τῆς ἀναστάσεως κεκοινώνηκας, *novam quandam vitam vivere, & ei convenientem, cujus tu reſurrectionis fuiſti particeps.* Eſt ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι τοῦ νοός, *renovari ſpiritu mentis*, ad Epheſ. IV. 23. ubi Apoſtolus vult, ἀνανεοῦσθαι ἡμᾶς πνευματικὴν ἀνανέωσιν ἐν τῷ νοΐ ἡμῶν, ἀλλ' οὐ σωματικὴν καὶ ἐν σώματι γινομένην, *renovari nos ſpirituali renovatione in mente noſtra, at non corporali, & in corpore facta*: Sunt verba Theophylacti ad præſentem locum. Eſt ἐνδύσασθαι τὸν νέον ἄνθρωπον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν, *induere novum illum hominem, qui renovatur ſecundùm imaginem ejus, qui creavit illum,*

Digitized by Google

ad Coloſſ. III. 10. De *novo homine* vide in Ἄνθρωπος, num. I. 2. ad lit. *bb.* δ.

Καινουργία.

Καινουργέω idem quod καινοποιέω & καινοτομέω, id eſt, καινὸν ποιέω, *innovo, novum facio.* Hinc καινουργία, vox à Lexicographis omiſſa, idem quod καινούργημα & καινοτόμημα, *innovatio, rerum novatio: metaphoricè de regeneratione* uſurpatur. Cyrillus Alex. in Cap. LIV. Jeſajæ, pag. 771. Καινουργίαν λαχεῖν τὴν διὰ Χριστοῦ. *Innovationem per Christum ſortiri.* Et paulò pòſt: Κρείττους ἐχθρῶν, οἱ καινουργίαν λαχόντες τὴν διὰ Χριστοῦ, γενήσονται. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἀναμορφούμενοι πρὸς ἁγιασμὸν ἐν πνεύματι. *Hoſtibus erunt ſuperiores, qui innovationem per Christum ſortiti ſunt. Tales verò illi ſunt, qui reformantur ad ſanctimoniam in ſpiritu.*

Καιρός.

I. Καιρὸς notat *opportunitatem temporis.* Severianus inter χρόνον & καιρὸν ita diſtinguit, ut χρόνον dicat eſſe μῆκος, *ſpatium temporis;* καιρὸν verò, εὐκαιρίαν, *opportunitatem.* Hoc ſenſu Theodoretus in Ἀτέχνως. Ὁ ἀπόστολος εἰς καιρόν ἐστιν, ὅτε κέχρηται τῷ εἴδει. *Apoſtolus nonnunquam opportunè hoc genere loquendi uſus eſt.* Ita ad Epheſ. V. 16. quando jubemur ἐξαγοράζεσθαι τὸν καιρὸν, *redimere tempus,* ſenſus eſt, τῷ παρόντι καιρῷ εἰς δέον χρηστέον, *præſenti tempore, ut par eſt,* utendum eſſe; juxta Theodoretum. Non negligendum eſſe καιρὸν, οὗ πάλιν τυχεῖν ἀμήχανον; *opportunitatem, quæ ſemel elapſa revocari nequit, non eſſe negligendam,* monente Nazianzeno. Vide etiam in Χρόνος, num. II.

II. Notat *vitam præſentem & futuram.* Hinc Chryſoſtomus Homil. XIX. tom. V. pag. 120. *præſentem vitam* vocat καιρὸν τοῦ σταδίου, *tempus ſtadii ſeu curriculi: futuram* verò, καιρὸν τοῦ στεφάνου, *tempus coronæ.*

III. Καιρὸς notat *tempus novi Teſtamenti,* quod Apoſtolus II. Corinth. VI. 2. vocat καιρὸν δεκτὸν, *tempus acceptum.* Ad quem locum Theophylactus, pag. 369. Ποῖος καιρὸς εὐπρόσδεκτος; ὁ τῆς χάριτος, ἐν ᾧ ἄφεσις ἁμαρτημάτων, καὶ δικαιοσύνης χορηγία· οὗτος ὁ δεκτὸς καιρὸς, ἐν ᾧ δέχεται ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπακούει ἡμῶν, καὶ σώζει. Ἐν γὰρ τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ οὔτε ἐπακούσεται, οὔτε βοηθήσει, οὔτε σώσει. Ἐν τῷ τῆς χάριτος οὖν καιρῷ ἀγωνίζεσθαι ὀφείλομεν· εὐκόλως γὰρ ἐπιτευξόμεθα τῶν βραβείων. *Quodnam* tempus acceptum? *Gratiæ, in quo eſt remiſſio peccatorum, juſtitiæq; ſubminiſtratio. Iſtud eſt,* tempus acceptum, *in quo nos Deus recipit, exaudit & ſervat. Judicii enim tempore neq; exaudiet, neq; juvabit, neq; ſervabit. In hoc itaq; gratiæ tempore certare debemus; facilè namq; aſſequemur præmia.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 529. Καὶ ποῖός ἐστιν ὁ εὐπρόσδεκτος καιρὸς, καὶ ἡ ἡμέρα τῆς σωτηρίας; Ἡ τῆς δωρεᾶς, ἡ τῆς χάριτος. Ὁ νῦν φησιν, ὑπάρχων καιρὸς, ἐν ᾧ ἁμαρτημάτων μὲν ἄφεσις πρόκειται, ἡ δὲ δικαιοσύνη δωρεὰν δίδοται. *Et quodnam eſt* tempus acceptum, *& dies ſalutis? Dies doni & gratiæ. Tempus præſens, inquit, in quo peccatorum quidem propoſita eſt remiſſio, juſtitia verò ex gratia confertur.* Idem tempus vocatur καιρὸς διορθώσεως ad Hebræos IX. 10. *tempus correctionis;* quod eſt tempus τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τοῦ μέλλοντος διορθώσασθαι ταῦτα, καὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ πνευματικὴν λατρείαν ἐπεισαγαγεῖν, *adventus Chriſti, qui hæc emendaturus erat, ac verum & ſpiritualem Dei cultum introducturus;* ut exponit Theophylactus, pag. 959. Ad eundem locum Oecumenius, pag. 841. καιρὸν διορθώσεως, dicit eſſe τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, *tempus adventûs Salvatoris.*

Κακανδρία.

Ex ſolo Sophocle hanc vocem afferunt Lexica. Suidas exponit per δειλίαν, *ignaviam:* Heſychius, ἐπὶ κακὰ δύναμιν, *ad res malas potentiam.* Prior ſignificatio longè uſitatior, ut ſubjecta docent exempla. Cyrillus Alex. in Cap. I. Amoſi, pag. 250. Ἡθενηκότες οἱ Σύροι, βραχὺ πολιορκοῦντος Σαμάρειαν τοῦ Ἄδερ, πρόφασιν ἐποιοῦντο τῆς κακανδρίας οὐκ ἀληθῆ, λέγοντες, Θεὸς ὀρέων Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ οὐχὶ Θεὸς κοιλάδων. *Fracti Syri, ad breve tempus Samariam obſidente filio Ader, ignaviam ſuam malè excuſârunt, dicentes, Deus montium Deus Iſraëlis, non verò vallium.* Idem in Cap. II. Nahumi, pag. 500. de Ninevitis: Ἀλλ' ἦν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ καὶ δειλίαις αὐτῶν καταφορτίζων τὸν νοῦν, καὶ κατακομίζων εἰς κακανδρίαν, καὶ παραλύων τὸ μάχιμον. *At erat univerſorum Deus, qui & timoribus eorum animos oneraret, & in ignaviam ageret, & ſpiritus bellicos debilitaret.* Ibid. p. 503. καταπλήττειν τινὰ εἰς κακανδρίαν, *aliquem ad ignaviam conſternare.*

Κακία. Κακός.

Hæ voces uſurpantur,

I. *Propriè,* & notant *peccata, improbitatem, ſcelera: item improbos & ſceleratos homines.* De hac ſignificatione Chryſoſtomus Homil. LXVI. tom. VI. Ἔστι κακία, ἡ ὄντως κακία, πορνεία, μοιχεία, πλεονεξία, καὶ τὰ μυρία δεινὰ τὰ τῶν ἐσχάτων ὄντα ἐγκλημάτων ἄξια καὶ τιμωριῶν. *Eſt malitia, quæ verè malitia eſt, ſcortatio, adulterium, avaritia, & infinita mala alia maximis reprehenſionibus & pœnis digna.* Idem, Homil. LXXXVI. tom. VII. Κακία ἐστὶ, τὸ ἀντικείμενον τῇ ἀρετῇ, φθόνος καὶ κλοπὴ, καὶ φόνος, καὶ πόλεμος, καὶ ὅσα κακὰ λέγεται καὶ ἔστι. *Malitia eſt, quidquid virtuti contrarium eſt, nempe invidia, furtum, cædes, bellum, & quæcunq; mala dicuntur & ſunt.* Quicquid virtuti contrarium. Greg. Nyſſenus de vita Moſis, tom. I. pag. 248. Πέφυκε πᾶσα κακία ἢ κατ' ἔλλειψιν, ἢ καθ' ὑπέρπλωσιν ἀρετῆς ἐνεργεῖσθαι. *Vitium omne ad virtutem collatum, aut deficit, aut excedit.* Poſtea ſubjicit exempla, οἷον ἐπὶ τῆς ἀνδρείας, ἔλλειψίς τίς ἐστιν ἀρετῆς ἡ δειλία· ὑπέρπλωσις δὲ τὸ θράσος, &c. *verbi causâ, ſi audaciam confers cum fortitudine, eſt exceſſus quidam: ſi timorem, defectus, &c.* Huc etiam faciunt ſequentia veterum. Baſilius in regulis fuſiùs diſputatis, Interrogat. II. tom. II. pag. 414. Οὗτός ἐστι κακίας ὅρος, ἡ πονηρὰ καὶ παρὰ ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ χρῆσις τῶν ἐπ' ἀγαθῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν. *Hæc eſt vitii definitio, pravus & à præceptis Domini abhorrens earum facultatum uſus, quæ boni cauſâ nobis à Deo datæ ſunt.* Theophylactus in Cap. III. ad Romanos, pag. 36. Ἡ κακία οὐδὲν ἀλλ' ἢ παρατροπή ἐστι τῶν φυσικῶν πρὸς τὸ καλὸν κινήσεων. *Malitia nihil aliud eſt, quàm perverſio naturalium erga bonum motuum.* Damaſcenus contra Manichæos, pag. 256. Οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἡ κακία, εἰ μὴ τὸ παρὰ φύσιν καὶ νόμον κεχρῆσθαι ταῖς φυσικαῖς δυνάμεσι. *Vitium nihil aliud eſt, quam facultatibus naturalibus contra naturam & legem uti.* Idem, lib. II. orthod. fidei, Cap. XXX. pag. 164. Ἡ κακία οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ἀναχώρησις τοῦ ἀγαθοῦ. *Vitium nihil aliud eſt, quàm receſſio à bono.* Et lib. IV. Cap. XX. pag. 364. dicit κακίαν aliquando denotare τὸ τῇ φύσει κακὸν, ὅπερ ἐναντίον ἐστὶ τῇ ἀρετῇ, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ θελήσει, *id quod naturâ malum eſt; quod contrarium eſt virtuti & voluntati Dei.* Greg. Nyſſenus Orat. Catechet. magna, Cap. VIII. tom. III. pag. 63. Ἐκεῖνο μόνον κακὸν, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀλλοτρίωσις. *Illud ſolum malum eſt, ab eo quod eſt bonum abalienatio.* Theophylactus in I. Corinth. V. pag. 202. Κακὸς πᾶς ὁ τὸ κακὸν πράττων. *Omnis ille malus eſt, qui malum facit.* Damaſcenus contra Manichæos, pag. 258. Κυρίως κακόν ἐστι καὶ λέγεται, τὸ παρὰ τὸν νόμον τοῦ κτίσαντος γενόμενον. *Propriè malum eſt & dicitur, quicquid contra legem*

Digitized by Google

gem Creatoris factum eſt. Origenes lib. VI. contra Celſum, pag. 313. Κυρίως, κατὰ τὰς θείας γραφάς, ἀγαθά εἰσιν αἱ ἀρεταί, καὶ αἱ κατὰ ταύτας πράξεις· ὥσπερ κυρίως κακά, τὰ ἐναντία τούτοις. *Propriè juxta divinas Scripturas* bona *ſunt virtutes, & quæ juxta eas ſunt operationes: quemadmodum propriè* mala, *quæ his ſunt contraria.* Hic verò illud probè tenendum, κακίαν & κακὰ non eſſe ſubſtantias, ſed privationes, quod veteres contra Manichæos frequenter & diligenter inculcant. Gregorius Nyſſenus de Anima & Reſurrect. tom. III. pag. 223. Ἡ κακία ἐν τῷ μὴ εἶναι τὸ εἶναι ἔχει. Οὐ γὰρ ἄλλη τίς ἐστι καὶ κακίας γένεσις, εἰ μὴ τοῦ ὄντος στέρησις. Τὸ δὲ κυρίως ὂν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις ἐστίν. Ὃ οὖν ἐν τῷ ὄντι οὐκ ἔστιν, ἐν τῷ μὴ εἶναι πάντως ἐστί. *Vitium in eo, quod non eſt, ſuum eſſe habet. Non enim ulla alia vitii generatio eſt, quàm ejus, quod eſt, privatio. Quod autem propriè eſt, boni natura eſt. Quod igitur in ente non eſt, in eo, quod non eſt, prorſus eſt.* Damaſcenus contra Manichæos, pag. 322. dicitur κακίαν aliquando denotare τὴν τῆς ἀρετῆς στέρησιν, *virtutis privationem.* Idem, lib. II. Orthod. fidei, Cap. IV. pag. 77. Οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ κακόν, εἰ μὴ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις. *Malum nihil aliud eſt, quàm boni privatio.* Et lib. ejusd. Cap. XXI. pag. 367. Τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ στέρησις τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν παραδρομή· οὐδὲν γὰρ κακὸν κατὰ φύσιν. *Malum nihil aliud eſt, quàm boni privatio, & ex eo, quod ſecundùm naturam, ad id, quod contra naturam, prolapſio: ſecundùm naturam enim nihil malum.* Greg. Nyſſenus Serm. contra Manichæos, tom. III. pag. 180. Οὐδὲν κατ᾽ οὐσίαν κακόν· τοῦ τὸ κακὸν ποιὸν εἶναι. Οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία· τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία. *Nihil ſecundùm ſubſtantiam malum eſt; quòd malitia ſit qualitas. Nulla porrò qualitas eſt ſubſtantia: malum igitur non eſt ſubſtantia.* Vide præterea Athanaſium Orat. contra Gentes, tom. I. pag. 6. Dionyſium Areopag. Cap. IV. de div. Nominib. pag. 499. & 501.

II. Καταχρηστικῶς *malum* dicitur id, quod opponitur bono, utili, commodo. Hoc ſenſu κακία & κακὰ dicuntur *afflictiones, miſeriæ, ærumnæ: pœnæ* etiam: quod *malum* vulgò *malum pœnæ* dicitur. Damaſcenus contra Manichæos, pag. 322. dicit κακίαν aliquando denotare τὴν τῆς χαρᾶς, τουτέστι, τοῦ ἐπιθυμουμένου στέρησιν, *privationem gaudii, id eſt, rei deſideratæ & expetitæ.* Idem, lib. IV. orthod. fidei, Cap. XX. pag. 364. docet, κακίαν aliquando ſignificare τὸ πρὸς τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν κακὸν καὶ ἐπίπονον, ἤγουν τὰς θλίψεις καὶ ἐπαγωγάς, *id, quod nobis videtur malum & laborioſum, ut ſunt afflictiones & tentationes.* S. Maximus in Cap. IV. Dionyſii Areop. de divinis Nominibus, pag. 167. Ἐν τοῖς προφήταις, ἡ κακία παιδεία λέγεται. *Apud Prophetas malitia, dicitur caſtigatio.* Baſilius Cæſar. in Orat. quòd Deus non ſit autor mali: Κακὸν λέγομεν, τὸ ἡμῖν ἐπίπονον καὶ ὀδυνηρὸν πρὸς τὴν αἴσθησιν. *Malum dicimus, quod nobis moleſtum & acerbum eſſe videtur.* Damaſcenus contra Manichæos, pag. 320. Κακὸν λέγεται, τὸ κατ᾽ αἴσθησιν· ὡς αἱ θλίψεις, αἱ κατὰ τοὺς πειρασμούς. *Malum dicitur, quod tale videtur: cujusmodi ſunt afflictiones, quæ in tentationibus inferuntur.* Eandem τοῦ κακοῦ ſignificationem idem ibidem inculcat pag. 258. Atque hujus notionis exempla ſatis in Scriptura obvia. Illuſtre occurrit Matth. VI. 34. ubi Salvator noſter: Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. *Sufficit diei ſuum malum.* Hic κακία nihil aliud notat, quàm *vexationem, afflictionem, nimiam ſolicitudinem.* Hinc Chryſoſtomus Homil. LXVI. tom. V. κακίαν hoc loco dicit eſſe κάκωσιν, ταλαιπωρίαν, *vexationem, miſeriam.* Et Homil. XXVII. tomi ejusd. interpretatur *μόχθους, ἱδρῶτας, ταλαιπωρίαν, moleſtias, ſudores, miſeriam.* Item Homil. XXII. in Matth. ταλαιπωρίαν, συντριβήν, *miſeriam, afflictionem.* Theophylactus in Cap. VI. Matth. pag. 38. Κακίαν ἡμέρας, τὴν συντριβὴν καὶ τὴν κάκωσιν λέγει. Οἷον, ἀρκετόν σοι ὅτι συντρίβῃ ὑπὲρ τῆς σήμερον, εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς αὔριον μεριμνήσεις, πότε σχολάσεις τῷ Θεῷ, ἀεὶ συντρίβων σεαυτὸν ὑπὲρ τῶν σωματικῶν; Malitiam diei, *afflictionem & vexationem vocat. Quaſi dicat: ſufficit tibi, quòd propter hodiernum diem affligeris: quod ſi etiam pro craſtino ſolicitus fueris, quando vacabis Deo, ſemper temetipſum crucians pro corporalibus?* Greg. Nyſſenus Orat. IV. in Orat. Dominicam, tom. I. pag. 749. κακοπάθειαν, *malorum paſſionem,* interpretatur. Lyranus etiam ſcopum feliciter ferit, quando præſentem locum ita illuſtrat: *Sufficit diei malitia ſua, id eſt, cuilibet tempori ſolicitudo ſua: quæ quidem ſolicitudo dicitur* malitia, *quia eſt quoddam malum pœnæ: in ſtatu enim innocentiæ non indiguiſſet homo tali ſolicitudine.* A' ſcopo aberrat Oecumenius, qui in Cap. V. ad Epheſios, pag. 644. κακίας ἡμέρας vult eſſe τὰ ἐν αὐτῇ κακὰ παρ᾽ ἡμῶν γινόμενα, *mala, quæ in illo à nobis fiunt.* Ad compendium rem referimus, & Chriſti mentem eſſe dicimus, Quodvis tempus alioqui ſuam ſecum afferre calamitatem, ut non ſit neceſſarium, quotidianam moleſtiam nova acceſſione, & ſolicitudine iſta anxia ac inutili conduplicare. Atque ad hanc Chriſti ſententiam illuſtrandam, multa etiam ex profanis Autoribus afferri poſſent monita. Pauca delibâſſe ſufficiet. Propertius interrogat:

Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem?
Imminet, & tacito clàm venit illa pede.

Seneca Epiſt. XIII. *Etiamſi futurum eſt malum, quid juvat dolori ſuo occurrere? Satis citò dolebis, cùm venerit: interim tibi meliora propone.* Et Epiſt. XXIV. *Quid neceſſe eſt mala accerſere, & ſatis citò cùm advenerint patienda, præſumere?* Item Epiſt. XCVIII. *Quæ iſta dementia eſt, malum ſuum antecedere?* Non prætereundus Tertullianus, qui lib. II. adv. Marcionem, Cap. XXIV. pag. 653. dicit, *Nam & apud Græcos interdum* malitiæ *pro vexationibus & læſuris, non pro malignitatibus ponuntur.* Huc etiam referri debent illa Scripturæ loca, quæ κακίαν & κακὰ à Deo eſſe pronunciant. Talis eſt locus Jeſajæ XLV. 7. ubi Deus de ſeipſo, Ἐγὼ ὁ κτίζων κακά, *ego creo mala.* Ad quæ Theodoretus, in hoc caput Jeſajæ, pag. 109. Τὰ δοκοῦντα κακά, σκότος ὠνόμασε. Κακὰ δὲ αὐτὰ κέκληκεν, οὐχ ὡς φύσει κακά· ἀλλ᾽ ὡς οὕτως ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενα. Εἰώθαμεν γὰρ λέγειν, κακὴν εἶδον σήμερον ἡμέραν· οὐκ ἐπειδὰν ἡ ἡμέρα εἰς ἑτέραν τινὰ μεταβληθῇ φύσιν, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἐν αὐτῇ συνέβη τὰ λυπηρά. *Quæ* mala *videntur, tenebras nuncupavit. Mala autem illa dixit, non quaſi naturâ ſint mala, ſed quòd ab hominibus talia æſtimentur. Solemus enim dicere,* Malam hodie vidi diem, *non quòd dies in alteram quandam tranſierit naturam, ſed quòd triſtia in illa contigerint.* Chryſoſtomus Homilia XXII. in Matth. pag. 159. ad præſentem locum: Οὐ κακίαν φησίν, ἀλλὰ τοὺς λοιμούς, καὶ τοὺς λιμούς, τὰ δοκοῦντα εἶναι κακὰ παρὰ τοῖς πολλοῖς. *Non intelligit malitiam, ſed peſtilentiam & famem, quæ multis mala eſſe videntur.* Baſilius M. Interrogat. CCLXXVI. regul. brev. Κακὰ κτίζει ὁ Θεός, οὐχ ὑπὲρ ὧν κολαζόμεθα, ἀλλὰ δι᾽ ὧν παιδευόμεθα. Τὰ δὲ παιδεύοντα καὶ διὰ τῆς κακώσεως εἰς ἐπιστροφὴν ἄγοντα, γίνεται εἰς ἀγαθόν. Deus creat mala, *non propter quæ plectimur, ſed per quæ caſtigamur. Porrò quæ nos corrigunt, & averſos vexatione ſua ad meliorem vitam revocant, ea vertuntur in bonum.* Iterum Chryſoſtomus Homil. XXVII. t. V. Ποῖα κακά; αἰχμαλωσίαν, δουλείαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐ πορνείαν καὶ ἀσέλγειαν, καὶ πλεονεξίαν, οὐδὲ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. *Quænam mala? Captivitatem, ſervitutem, &*

Digitized by Google

quæ ſunt alia his ſimilia: non ſcortationem & laſciviam, avaritiamve, neq; aliud quidquam horum. Origenes lib. VI. contra Celſum, pag. 314. pluribus à cavillis Celſi hunc locum vindicat, & tandem concludit, κτίζει τὰ σωματικὰ, ἢ τὰ ἐκτὸς κακὰ, καθαίρων καὶ παιδεύων τοὺς μὴ βουληθέντας παιδευθῆναι λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ ὑγιεῖ. *Creat mala corporis & externa, repurgans & caſtigans eos, qui nolunt verbis ſanaq; doctrinâ caſtigari.* Cyrillus Alex. in Cap. XLV. Jeſajæ, pag. 602. κτίζει κακὰ, τουτέστι, κακωτικὰ, ἤτοι πάσης κακώσεως ἐμποιητικά. Creat mala, *id eſt, malè affligentia, vel omnem vexationem afferentia.* Alius, huic ſimilis, locus eſt Amoſi III. 6. Εἰ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν; *Eſtne malitia in urbe, quam Dominus non fecit?* Ad hæc Theodoretus, pag. 773. in hunc Prophetam: Ἀδύνατον μὴ βουλομένου Θεοῦ τιμωρίαν ἐπενεχθῆναί τινα. Κακίαν γὰρ τὴν τιμωρίαν κέκληκε τῷ κοινῷ ἔθει χρησάμενος. Κακὰ γὰρ καλεῖν εἰώθαμεν καὶ τὰς νόσους, καὶ τὰς παιδείας, καὶ τοὺς ἀώρους θανάτους, καὶ λοιμοὺς, καὶ πολέμους, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, οὐκ ἐπειδὰν φύσει ταῦτα κακὰ, ἀλλ' ἐπειδὰν τῶν ἀνθρώπων κακωτικὰ, καὶ λύπην προξενοῦντα, καὶ πένθος. *Fieri non poteſt, ut nolente Deo pœna aliqua infligatur.* Malitiam *enim pœnam vocavit, pervulgata uſus conſuetudine.* Mala *enim vocare ſolemus morbos, caſtigationes, immaturas mortes, peſtes, bella, atq; his ſimilia: non quia naturâ hæc mala ſunt, ſed quia homines malis afficiunt, triſtitiamq; & luctum advehunt.* Chryſoſtomus Homil. XXVII. tom. V. itidem per κακίαν dicit intelligi τοὺς λιμοὺς, τὰς νόσους, τὰς θεηλάτους πληγὰς, *fames, morbos, plagasq; à Deo inflictas.* Et Homil. XXII. in Matth. Κακίαν οὐχὶ ἁρπαγὰς λέγει, οὐδὲ πλεονεξίας, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλὰ τὰς ἄνωθεν ἐπιφερομένας πληγάς. Malitiam *non appellat rapinas, neq; avaritiam, aut aliud quid his ſimile, ſed cœlitus immiſſas plagas.* Dorotheus Doctr. XIV: pag. 836. Κακίαν λέγει πάντα τὰ κακωτικά· εἰσὶ τὰ θλιβερὰ τὰ γινόμενα πρὸς παίδευσιν ἡμῶν διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν· αἴτινά ἐστι, λιμὸς, σεισμὸς, ἀβροχία, νόσοι, πόλεμοι. Malum *dicit omnia noxia: cujuſmodi ſunt afflictiones, quæ fiunt ad caſtigationem noſtri propter malitiam noſtram: ut ſunt fames, terræmotus, ſiccitas, morbi, bella.* Cyrillus Alex. in Caput VIII. Hoſeæ, pag. 118. Κακίαν λέγει τὴν κάκωσιν. Τὰ μὲν γὰρ τῶν πραγμάτων αὐτὸς καθ' ἰδίαν ἐργάζεται γνώμην, τὰ δὲ καὶ γίνεσθαι συγχωρεῖ, κολάζων τινὰς, κἂν εἰ πράττοιτό πως ἀνεθελήτως αὐτῷ. Malitiam *dicit vexationem. Alia enim opera ſecundùm propriam operatur voluntatem, alia verò fieri permittit, puniens quoſdam, etiamſi hoc eo quaſi nolente fiat.* Idem in Cap. III. Habacuci, pag. 570. Οὐκ αὐτὸς ποιεῖ τὴν κακίαν, συμβῆναι δὲ μᾶλλον ταῖς τῶν πόλεων πλημμελούσαις ἐπιτρέπει πολλάκις. *Non ipſe* (Deus) *facit mala, ſed potiùs permittit: ut ea civitatibus peccantibus ſæpe eveniant.* Iterum alius locus eſt Jonæ III. 10. Καὶ μετενόησεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ᾗ ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐποίησεν. *Et pœnituit Deum malorum, quæ locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit.* Ad quem locum Theodoretus, pag. 806. Κακίαν τὴν ἀπειλὴν προσηγόρευσεν, οὐχ ὡς φύσει κακὴν οὖσαν· πῶς γὰρ ἂν εἴη κακὴ, ἡ κακίας μὲν παύουσα, ἀρετῆς δὲ καὶ εὐνομίας κτῆσιν εἰσαγαγοῦσα; τοῖς δὲ παρ' ἡμῖν πολιτευομένοις ὀνόμασιν ἡ θεία κεχρημένη γραφὴ, κακίαν ὠνόμασε τῆς τιμωρίας τὴν ἀπειλὴν, ὡς κακοῦν καὶ ἀνιᾶν δυναμένην. Malitiam *vocavit minas, non quòd naturâ malæ ſint: nam quomodo malæ eſſent, quæ malitiam prohibent, virtutiſq; & juſtitiæ poſſeſſionem inducunt; At nominibus, quæ à nobis uſurpari ſolent, ſacra Scriptura uſa,* malitiam *vocavit pœnæ minas, ut quæ vexare & fatigare poſſint.* Cyrillus Alexandrinus in eundem Prophetam, pag. 385. Κακίαν ὅταν λέγῃ, μὴ φαυλότητα νόει, τὴν κακωτικὴν δὲ μᾶλλον ὀργήν· οὐ γάρ ἐστι τῶν κακῶν ἐργάτης ὁ φιλάρετος ἡμῶν Θεός. *Quando* malitiam

dicit, ne improbitatem intelligas, ſed potiùs iram punientem: neq; enim mala efficit Deus noſter, qui virtutis ſtudioſus eſt. Huc tandem referri debet illuſtris illa ſententia Theophylacti ad v. 2. Cap. XII. Epiſt. ad Romanos, pag. 118. Πολλὰ θέλει ὁ Θεὸς, τὰ μὲν πρὸς εὐεργεσίαν ἡμῶν· ἃ καὶ ἀγαθὰ λέγονται, ὡς ἀγαθότητος γέμοντα· τὰ δὲ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν θέλει ὀργιζόμενος· ἃ καὶ κακὰ λέγονται, ὡς κάκωσιν ἐμποιοῦντα, καίτοι καὶ τούτων τὸ τέλος ἀγαθόν. *Multa vult Deus, alia quidem ad beneficentiam noſtram; quæ etiam bona dicuntur, ceu bonitate referta: alia verò vult, propter peccata noſtra iratus; quæ &* mala *dicuntur, ut quæ nos affligant, etiamſi horum quoq; finis bonus ſit.*

III. Κακία, *malitia* per antiphraſin ponitur pro *innocentia* I. Corinth. XIV. 20. ubi jubemur νηπιάζειν τῇ κακίᾳ, *infantes eſſe malitiâ:* hoc eſt, innocentiâ ſimiles eſſe infantibus, atque adeò expertes eſſe malitiæ, ut infantes, in quos propter teneram ætatem non cadit malitia, qualis reperitur in adultis. Chryſoſtomus ad hunc locum, ſeu Homil. XXXVI. in I. ad Corinth. pag. 482. dicit, νηπιάζειν τῇ κακίᾳ, eſſe τὸ μηδὲ εἰδέναι τὸ ποῖόν ἐστι κακία, *ne ſcire quidem quid ſit malitia.* Et Theophylactus in eandem Epiſt. pag. 284. Νηπιάζει τῇ κακίᾳ, ὁ μηδένα κακοποιῶν, ἀλλ' ὥσπερ νήπιον, ἄκακος. *Infans eſt malitiâ, qui neminem malo afficit, verùm infantis in morem innocens eſt.* Photius apud Oecumenium in hoc ipſum Caput, pag. 473. Νηπιάζειν ἐστὶ τὸ μὴ εἰδέναι κακοποιεῖν, ἢ ἁμαρτάνειν. *Infantem eſſe, eſt neſcire nocendi artes, vel peccandi.* Theodoretus vult, Apoſtolum jubere Corinthios οὐ τῶν παίδων τὴν ἄνοιαν, ἀλλὰ τὴν ἀκακίαν ζηλοῦν, τῶν δὲ τελείων μὴ τὴν πονηρίαν, ἀλλὰ τὴν ἀγχίνοιαν ἔχειν, *non puerorum ignorantiam, ſed innocentiam imitari: perfectorum autem non improbitatem, ſed ſolertiam retinere.*

Κακόξενος.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Qui malè ſe gerit erga hoſpites ſeu peregrinos.* Baſilius Cæſar. Homil. VIII. in Hexaëm. pag. 104. poſtquam dixiſſet cornices ciconias advolantes, & rurſus avolantes δορυφορεῖν καὶ παραπέμπειν, *veluti lictores ſatellitesq; eas comitari & deducere,* ſubjicit, Ἀκουέτωσαν οἱ κακόξενοι, καὶ τὰς θύρας κλείοντες, καὶ μηδὲ στέγης ἐν χειμῶνι, καὶ νυκτὶ τοῖς ἐπιδημοῦσι μεταδιδόντες. *Audiant hæc homines illi, qui hoſpitio neminem excipiunt, januaſq; ſuas occludunt, & neq; hyeme, neq; noctu, ſolo tecto peregrinos ſuſcipiunt.*

Κακοπιστία.

Non habent Lexica. Significat *perfidiam.* Dionyſius Alexandrinus in Epiſt. adv. Paulum Samoſat. Τοῦτό σου τὴν κακοπιστίαν ἐμφράττει, *hoc perfidiam tuam convincit.*

Κακόπιστος.

Non habent Lexica. Dionyſius Alexandr. in Epiſt. contra Paulum Samoſat. Judæos vocat κακοπίστους, *perfidos.* Marcus Eremita de Baptiſmo: Δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς βεβαιοπίστοις· τοῖς δὲ ἀπίστοις, ἢ κακοπίστοις, καὶ μὴ βαπτισθεῖσιν οὐ δίδοται. *Spiritus ſanctus datur firmiter credentibus: infidelibus autem, aut malè credentibus, ac non baptizatis non confertur.*

Κακοσυμβουλία.

Non habent Lexica. *Pravum conſilium.* Legitur in Prato ſpirituali Joh. Moſchi, Cap. XLV. pag. 1073.

Κακοσχολεύομαι.

Non habent Lexica. *Malis artibus vaco.* Cyrillus Alexandr. lib. IV. adv. Julianum, pag. 125. Κακοσχολεύεσθαι καὶ τυρβάζειν, καὶ ἐμποδίζειν, πολλάκις τοῖς εἰς

Digitized by Google

ἀρετὴν ἀφικνουμένοις. *Malis artibus vacare, ac ludificari, & impedimento ſæpius eſſe ad virtutem contendentibus.* Et ſtatim de Porphyrio: Κακοσχολεύεσθαι φησὶν αὐτοὺς, καὶ τοῖς κατορθοῦν ἐθέλουσι τὴν ἀρετὴν ἀντιλαμβάνεσθαι. *Malis artibus eos* (dæmones) *vacare dicit, & virtuti ſtudere volentibus reſiſtere.*

Κακούβιον.

Legitur hæc vox apud Epiphanium hæreſi XXX. quæ eſt κατὰ Ἐβιωναίων, pag. 64. Καὶ ὕδωρ κελεύσας ἐνεχθῆναι ἐν ἄγγει, ἐν καμψάκῃ φημὶ, κακούβιον δὲ τοῦτο οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι. *Cumq; juſſiſſet aquam afferri in vaſe, in vaſe olearum dico, quod incolæ* κακούβιον *vocant.* Cl. Meurſius monet reſcribendum eſſe κακάβιον. Quid ſi potiùs κάκαβον? Quid κάκαβος ſit, ex Lexicis ſatis notum.

Καλιῤῥημοσύνη.

Non habent Lexica. *Eloquentia, ſuavitas verborum.* Legitur apud Olympiodorum, in Cap. XII. Eccleſiaſtæ.

Καλλιμάρτυρ.

Καλλιμάρτυρας Græci plerunque vocant fœminas, quæ pro Religione Chriſtiana mortem oppetunt. In Conſtitut. quadam Man. Comneni: Διὰ τὴν καλλιμάρτυρα Βαρβάραν. *Propter præclaram Martyrem Barbaram.* Et mox: Ὅτι τὴν καλλιμάρτυρα Εὐφημίαν πανηγυρίζομεν. *Quoniam diem feſtum celebramus Martyris Euphemiæ.*

Κάλλος.

Κάλλος, *pulchritudo*, tribuitur

I. *Deo*, qui vocatur κάλλος. Cur hoc fiat, explicat Dionyſius Areopagita Cap. IV. de div. Nominib. num. VII. pag. 470. Τὸ ὑπερούσιον καλὸν, κάλλος λέγεται, διὰ τὴν ἀπ' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς οὖσι μεταδιδομένην οἰκείως ἑκάστῳ καλλονὴν, καὶ ὡς τῆς πάντων εὐαρμοστίας καὶ ἀγλαΐας αἴτιον, δίκην φωτὸς ἐναστράπτον ἅπασι τὰς καλλοποιοὺς τῆς πηγαίας ἀκτῖνος αὐτοῦ μεταδόσεις, καὶ ὡς πάντα πρὸς ἑαυτὸ καλοῦν (ὅθεν καὶ κάλλος λέγεται) καὶ ὡς ὅλα ἐν ὅλοις εἰς ταυτὸ συνάγον. *Pulchrum ſupereſſentiale* pulchritudo *appellatur propter illam pulchritudinem, quam rebus omnibus pro cujusq; modulo communicat, in quantum eſt cauſſa omnis pulchritudinis ac venuſtatis, dum rebus omnibus pulchrificas fontalis ſui radii diſtributiones, lucis in morem afflat, omniaq; ad ſe* καλεῖ, id eſt, *vocat, (unde &* κάλλος, id eſt, *pulchritudo, dicitur) & tota in totis quaſi in ſe colligit.*

II. *Hominibus;* quæ duplex eſt.

1. *Corporis;* quam Greg. Nyſſenus Orat. de Anima, tom. II. pag. 97. ita deſcribit: Ἡ συμμετρία τῶν μελῶν μετὰ τῆς εὐχροίας, τὸ κάλλος ποιεῖ τοῦ σώματος. *Membrorum & artuum moderata proportio cum bonitate coloris, pulchritudinem corporis facit.* Baſilius Cæſar. in Pſal. XLIV. pag. 255. Κάλλος ἐστὶ τὸ ἐν τῇ συνθέσει τῶν μελῶν εὐάρμοστον, ἐπανθοῦσαν αὐτῷ τὴν χάριν ἔχον. *Pulchritudo conſiſtit in concinna membrorum compoſitione, ex ſe efflorescentem gratiam obtinens.* De eodem Chryſoſtomus Homil. XVIII. tom. V. pag. 112. Τί ἐστι κάλλος σώματος; ὀφρὺς ἐκτεταμένη, ὀφθαλμὸς μειδιῶν, παρειὰ ἐρυθραινομένη, χεῖλη φοινικίζοντα, τράχηλος ἀνεστηκὼς, κόμη κραδαινομένη, δάκτυλοι εὐμήκεις, ἡλικία ἀνεστηκυῖα, λευκότης ἐπανθοῦσα. *Quid eſt pulchritudo corporis? Supercilium elatum, oculus placitus, maxilla purpurea, labia rubentia, cervix erecta, coma criſpa, digiti prælongi, ſtatura erecta, albedo emicans.* Hæc verò pulchritudo eſt momentanéa: eſt; ut eleganter Greg. Nazianzenus Orat. XXXI. pag. 503. νόσου καὶ χρόνου παίγνιον, *morbi & temporis ludibrium*, concinit Owenus:

Quid fidis formæ, populat quam morbus & ætas?
Multis cauſa mali candida forma fuit.

2. *Animæ.* Baſilius in Cap. V. Jeſajæ, pag. 973. Κάλλος ψυχῆς, τὸ καθ' ἀρετὴν σύμμετρον. *Animæ pulchritudo eſt conſentanea ejus proportio ſecundùm virtutem.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. tom. V. pag. 112. Τί ἐστι κάλλος ψυχῆς; Σωφροσύνη, ἐπιείκεια, ἐλεημοσύνη, ἀγάπη, φιλαδελφία, φιλοστοργία, ὑπακοὴ Θεοῦ, νόμου πλήρωσις, δικαιοσύνη, συντριβὴ διανοίας. *Quanam eſt animæ pulchritudo? Temperantia, æquitas, eleemoſyna, charitas, fraternus amor, mutuus parentum & liberorum amor, obedientia erga Deum, impletio legis, juſtitia, contritio cordis.* Greg. Nazianzenus Orat. XIX. pag. 291. Ἓν κάλλος, τὸ τὴν θείαν εἰκόνα ἢ συντηρεῖν, ἢ ἀνακαθαίρειν εἰς δύναμιν. *Una animæ pulchritudo eſt, divinam imaginem vel tueri, vel pro viribus repurgare.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. III. Cap. XI. pag. 248. Κάλλος ἄριστον, τὸ ψυχικόν· ὅταν ἡ κεκοσμημένη ψυχὴ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ τοῖς ἐκ τούτου ἐμπνεομένη φαιδρύμασι, δικαιοσύνῃ, φρονήσει, ἀνδρείᾳ, σωφροσύνῃ, φιλαγαθίᾳ τε καὶ αἰδοῖ, ἧς οὐδὲν εὐανθέστερον χρῶμα ἑώραται πώποτε. *Pulchritudo optima, animæ pulchritudo eſt, quando fuerit ſancto Spiritu, & iis, quæ ab eo oriuntur, ornata ornamentis, juſtitiâ, prudentiâ, fortitudine, temperantiâ, bonorum amore & pudore, quo nullus color nitidior unquam viſus eſt.*

Καλόγηρος.

Καλόγηρος eſt *Monachus.* Corona precioſa: Καλόγηρος. *Monachus.* Geraſimus Vlachus in ſuo Theſauro ſcribit καλόγερος. Hæc enim apud illum leguntur: Καλόγερος, *Monachus:* μοναχὸς, ἐρημίτης, μονήρης, &c. Καλογρία, *Monacha,* μονάστρια, ἀσκήτρια. Corona verò precioſa ſcribit καλογρία. Καλογερεύομαι, *Monachus fio,* μονάζω, ἐρημάζω. Palladius Hiſt. Lauſ. in Innocentio: Δακρύσας οὖν ὁ καλόγηρος, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἐπ' αὐτοὺς, λαβὼν τὸν νεανίσκον εἰσῆλθεν εἰς τὸ μαρτύριον ἑαυτοῦ. *Cùm lacrymatus eſſet Monachus, & miſericordiâ erga nos fuiſſet commotus, aſſumto juvene in ſuum ingreſſus eſt Martyrium.* In hiſt. Concilii Florentini ſect. VI. Cap. IV. pag. 146. Τί δὲ οὐκ εἰσὶ καλόγηροι; *Cur verò non ſunt Monachi?* Cap. VII. ejuſd. ſect. pag. 152. ſemel atque iterum repetitur. Ita autem vocabant Monachos & Monachas ætatis provectioris, à pulchra ſenectute: mox verò nomen ad quosvis extendi cœpit, nulla ætatis habita ratione. Vide plura in Gl. Meurſii.

Καμελαύχιον.

Καμελαύχιον eſt *pilei genus.* Suidas: Καμηλαύκιον. Ῥωμαίων ἡ λέξις· ῥηθείη δ' ἂν καὶ Ἑλληνιστὶ, παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν. *Camelaucium. Romanorum vox eſt. Græcè tamen etiam dici poteſt; ab abigendo æſtu.* Falſum, Latinam vocem eſſe. Ariſtophanes in Acharnenſibus, pag. 280. v. 13.

Τὸ πιλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν, τὸ Μύσιον.

Ibi ſcholiaſtes: Τὸ πιλίδιον, τὸ νῦν καμελαύκιον καλούμενον. Dicetur ergo quaſi καμελαύνιον, παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν. Ita namque Etymolog. M. Καυσία εἴρηται μὲν καμελαύκιον, παρὰ τὸ ἐλαύνειν τὸ καῦμα. *Cauſia dicitur camelaucion, quòd probibeat calorem.* Iterum Suidas: Κίδαρις· περίθεμα κεφαλῆς, ἢ ἐκ τῆς τριχὸς ὕφασμα· ἤτοι εἶδος καμηλαυχίου, ὃ καὶ τιάρα νοεῖται. *Cidaris. Capitis tegmen: vel ex pilis textum. Vel genus Camelauchii: quod ex tiara intelligitur.* Heſychius: Τιάρας εἶδος τῆς

περι-

περικεφαλαίας περιθέμενος κεφαλῇ καμελαύκιον. *Criſta galeæ: apex ſeu criſta galeæ impoſita capiti: camelaucion.* Euchologium pag. 158. Ἐνδύει αὐτὸν χιτῶνα, καὶ καμιλαύχιον. *Induit eum tunicâ & camelaucio.* Ipſa ſcriptionis varietas ſatis innuit recentiorum Græcorum vocem eſſe. Vera ſi eſt origo, quam vidimus, καμηλαύνιον omnino ſcribendum foret: ad quod proximè accederent Gloſſæ Baſil. in quibus καμηλάνιον, facili lapſu, pro καμηλαύνιον. Reliqua ex Gloſſ. Meurſii, & Adverſ. de La Cerda, Cap. XXXVI. num. VIII. peti poterunt, ſiquidem operæ precium videatur ματαιοπονεῖν.

Κάμηλος.

I. *Etymon* vocis conſideramus. Artemidorus lib. Onirocritic. Cap. V. Κάμηλος οἱονεὶ κάμμηρος, ὥς φησιν Εὔηνος εἰς Εὔνομον Ἐρωτικοῖς. *Camelus dicitur quaſi κάμμηρος, ut inquit Evenus in Eroticis ad Eunomum.* Ita Græcorum plures *camelum* dici volunt quaſi κάμμηρον, quia μέσους κάμπτει τοὺς μηρούς, *media femora* inter incedendum *inflectit.* Ægyptii, referente Horo, lib. II. Cap. XCV. ut tardum hominem, deſignarent, camelum pingebant; quia ἐκείνη μόνη τῶν ἄλλων ζώων τὸν μηρὸν κάμπτει, *omnium animalium ſolus camelus femur inflectit.* Nempe, ut obſervat Herodotus lib. III. Cap. III. & ex illo Ælianus, Hiſt. lib. X. Cap. III. Κάμηλος ἐν τοῖς ὀπισθίοις σκέλεσιν ἔχει τέτταρας μηρούς, καὶ μέντοι καὶ γόνατα τοσαῦτα. *Camelus in poſterioribus cruribus quatuor habet femora, & totidem genua:* id eſt, quatuor articulos, cum totidem oſſibus interjectis. Per eos articulos, quos in femore habet ſolus camelus, medium femur illi flectitur. Etymologus verò κάμηλον dictum vult, ὅτι χαμαὶ καθημένη αἴρει τὸ φορτίον, *eò quòd humi ſedens onus attollit.* Eandem originem etiam tradit Iſidorus libro XII. Cap. I. Verùm utrumque hoc etymon ridiculum planè & falſum eſſe, jam olim obſervârunt Viri docti. *Camelus* enim Hebræis eſt גמל, *gamal.* Qua voce uſi ſunt Job & Moſes, antequam *camelus* Græcis vel de nomine notus eſſet. Neque enim Græcum animal eſt camelus, ſed Aſiaticum & Africanum. Et Hebræorum nomen æmulantur Samaritani, Syri, Chaldæi, Arabes, Ægyptii & Æthiopes. Rectè igitur Varro, lib. IV. de lingua Latina: *Camelus ſub nomine Syriaco in Latium venit.* Et Heſychius: Γαμάλη, κάμηλος παρὰ Χαλδαίοις. Joſephus etiam lib. IV. de Bello, *Gamalon urbem, & montem* dicit εἰκάσθαι καμήλῳ τὸ σχῆμα, παρ' ἣν ὠνόμασται, *cameli ſpeciem habere, unde nominatur.* Quamvis autem conſentiant in eo viri docti, *camelum* dici ab Hebræo גמל, in eo tamen diſſentiunt, à qua verbi illius ſignificatione deducatur. Nempe cùm Hebræum גמל duas diverſiſſimas ſignificationes habeat, nempe *ablactare*, & *retribuere*, vel *rependere*, Schindlerus, & alii, à prima ſignificatione *camelum* dici volunt, atque ſic propriè ſignificari *camelum nuper ablactatum.* Alii cùm גמל ſignificet camelum quemvis, non nuper ablactatum, ſummæ eruditionis Bochartus, *Camelum à retribuendo* dictum aſſerit. Ejus verba, ex II. parte de Animalibus, lib. II. Cap. I. adſcribo: *Cauſa ſic cur appellatus ſit* camelus *tam eſt obvia, ut non poſſim non mirari, doctos id fugiſſe hactenus. Hebraicè* גמל *quandoq; eſt* bonum, *quandoq; eſt* malum rependere, *uno verbo μνησικακεῖν, ut Græci reddunt Joëlis III. 4. Inde* Camelus *meritò* גמל gamal *dictus eſt; quia nullum eſt animal, quod vel acceptæ injuriæ memoriam conſervet tenaciùs, vel ultionem perſequatur acriùs. Unde Baſilius Homil. VIII. in Hexaëmeron, pag. 98.* *quo loco animalia terreſtria marinis confert, & præfert,* τὸ δὲ τῶν καμήλων μνησίκακον, καὶ βαρύμηνι, καὶ διαρκὲς πρὸς ὀργὴν, τί ἂν μιμήσασθαι τῶν θαλαττίων δύναιτο; Camelorum autem animum injuriarum memorem, & gravem, & diurnam iram quis unquam marinorum piſcium imitari queat? *Item:* Πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος, μακρῷ χρόνῳ ταμιευσαμένη τὸν μῆνιν, ἐπειδὰν εὐκαιρίας λάβηται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωσιν. Olim verberibus cæſus camelus, irâ longo pòſt tempore reconditâ, cùm commodum tempus nactus fuerit, malum rependit. *Malum rependit Hebraicè eſſet* גמל הרעה. *Chryſoſtomus in ſermone* περὶ αὐχμοῦ, *tom. VII. pag. 353.* Ἵπποι θηλυμανεῖς γεγονότες, ὅ φησιν ἡ γραφὴ, καὶ λύκοι ἅρπαγες, καὶ μνησικακοῦντες ὡς κάμηλοι. *Facti ut equi furentes in fœminas, juxta Scripturam, & lupi rapaces, & injuriarum memores ut cameli. Iſidorus Peluſiota lib. II. Epiſtolâ CXXXV.* Ὅταν γάρ τις σκιρτᾷ μὲν ὡς ταῦρος, λακτίζῃ δὲ ὡς ὄνος, χρεμετίζῃ δὲ ἐπὶ γυναιξὶν ὡς ἵππος θηλυμανὴς, καὶ γαστριμαργῇ ὡς ἄρκτος, πιαίνῃ δὲ τὸ σῶμα ὡς ἡμίονος, μνησικακῇ δὲ ὡς κάμηλος. Cùm quis ut taurus ſubſultat, ut aſinus calcitrat, ut ſalax equus in fœminas hinnit, ut urſus ventri indulget, ut mulus corpus ſaginat, & ut camelus memor eſt injuriarum. *Euſtathius in Hexaëm. pag. 39.* Θερμὸς ὁ ἵππος πρὸς ἐπιθυμίαν τοῦ θήλεος, νωθρὸς ὁ ὄνος, μνησίκακον κάμηλος. Equus in fœminam libidine ardet, tardus eſt aſinus, camelus acceptæ injuriæ memor eſt. *Leo Africanus lib. IX.* Sub veris initium in Venerem propenſi, non modò ſe mutuò offendunt, verùm homines, à quibus injuriâ olim affecti fuere, leviorum etiam ictuum reminiſcentes, capitaliter inſectantur. *Olearius Itineris Perſici lib. V.* Cameli in ultionem valde proni ſunt, & acceptæ injuriæ memoriam diutiſſimè ſervant. Ita ut in Perſide *ira cameli* in proverbium abierit, cùm de odio implacabili res eſt. *Quo œſtro percitum camelum ita deſcribit Greg. Nazianzenus Jambico XXI. pag. 236.*

Τί δ' ἂν κάμηλος φυσικῆς ἐξ ὕβρεως,
Βρυχῶσα λαιμῷ κἀνχέν' ἐκτείνουσά σοι
Στήσῃ παλαίων, ἢ τὸ φεύγειν σώφρονος;
Quid? ſi camelus quiſpiam ferox tonet
Gutture, tibique tendat infeſtum caput,
Stabiſne pugnans? nonne qui ſapit, fugit?

Reliqua ex ipſo Bocharto peti poterunt.

II. *Proverbia*, de camelo in N. Teſtamento uſurpata, duo ſunt.

1. Legitur Matth. XIX. 24. Marci X. 25. & Lucæ XVIII. 25. Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. *Facilius eſt, ut camelus pertranſeat foramen acûs, quàm ut dives in Dei regnum ingrediatur.* In his Chriſti verbis multi exiſtimant non agi *de camelo animali*, ſed *de camelo*, vel *camilo, fune nautica.* Nam κάμιλον vocari τὸ παχὺ σχοινίον, ᾧ χρῶνται οἱ ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν τὰς ἀγκύρας, *craſſum rudentem, quo nautæ utuntur, ad jaciendas ancoras;* inquit Theophylactus in Cap. XIX. Matthæi, pag. 113. Eodem modo Phavorinus in Κάμηλος. Iterum Theophylactus in Cap. X. Marci, pag. 246. Κάμηλον νόει, ἢ αὐτὸ τὸ ζῶον, ἢ σχοῖνον τινὰ παχεῖαν, ἧ τὰ μέγιστα τῶν πλοίων χρῶνται. *Per* camelum *intellige vel animal, vel craſſum funem, quo nautæ in maximis navibus utuntur.* Eadem repetit ad Cap. XVIII. Lucæ, pag. 481. Scholiaſtes Ariſtophanis Veſpis, pag. 349. & Suidas etiam intelligunt τὸ παχὺ σχοινίον, in eo tamen differunt, quòd κάμηλον volunt aſſe *animal*, κάμιλον verò *funem nauticum.* Fruſtrà ſuſpicatur Druſius, eos non ſcripſiſſe κάμιλον, ſed κάβιλον, ut Græca vox conveniat cum Belgico

Digitized by Google

gico *cabel*. **Uterque** enim diſertè affirmat, hoc ſolo differre κάμιλον à κάμηλος, *camelus*, quod illud per *Jota*, hoc per η ſcribatur. Neque opus erat Græcam vocem cudere, unde Belgica oriretur, cùm Hebræi, Chaldæi, Syri, Æthiopes, Arabes funem nauticum חבל *chebel*, vel *chabal* vocent, ut docet Bochartus lib. ſuprà citato, Cap. V. Interim tamen nihil impedit, quò minùs per κάμηλον vel *animal*, vel *funis nauticus* intelligatur. *Animal* intelligendum ſuadet vocis acceptio uſitatior, & Talmudicorum proverbium à Caninio pridem uſurpatum, de eo, qui rem impoſſibilem effecturum ſe profitetur, *Forte ex urbe Pomboditha es, ubi immittunt elephantem per foramen acûs.* Chriſtus pro elephante camelum; ut animal Judæis notius, uſurpare voluit. Sed agi de *rudente* potiùs ſuadet analogia major inter rudentem, & filum, quod ſolet per foramen acûs induci. Tum quòd גמל, & κάμηλος tam à Syris & Helleniſtis, quàm ab Arabibus potuit pro rudente uſurpari. Itaque Syri & Arabes non *animal*, ſed *rudentem* hic intelligunt. Et Talmudicos ne quis objiciat, habent & ipſi adagium de rudente per foramen anguſtum, quale eſt foramen acûs. Vide Buxtorfium in פיסורין.

2. Occurrit Matth. XXIII. 24. Οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὸν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. *Excolantes culicem, camelum verò deglutientes.* His Phariſæos & Scribas ferit Chriſtus, eò quòd, cùm in minimis eſſent ſuperſtitioſi & anxii, interim ea negligebant, quæ majoris erant momenti. Theophylactus ad præſentem locum, pag. 139. Τὸν κώνωπα διϋλίζοντας τούτους ὀνομάζει, ὡς τὰ μὲν μικρὰ ἁμαρτήματα παραφυλαττομένους· τὸ δὲ κάμηλον, ἤτοι τὰ μεγάλα, καταπίνοντας καὶ παρορῶντας. *Culicem excolantes eos nominat, ut parva quidem peccata obſervantes: camelum autem, hoc eſt, magna, deglutientes & deſpicientes.* Huc facit illud Senecæ, lib. in ſup. non cod. injur. *Sic invenies ſervum, qui flagellis quàm colaphis cædi malit: & qui mortem ac verbera tolerabiliora credit, quàm contumelioſa verba.* Culicem excolare, & camelum deglutire, eſt, ſicut exponit Hilarius, *peccata levia vitare, & grandia devorare.*

Καμίσιον.

Καμίσιον eſt ſimile induſio veſtimenti genus, conſutum clauſumque in ſummitate, ac relicto foramine, quod caput admitteret, quoties indueretur. *Induſium* propriè ſubinduitur ad cutem, lineæ veſtes ſub laneis: at καμίσιον laneis exterius ſuperinjiciebatur: unde καμίσια à Codino dicta ſunt ἐπιῤῥιπτάρια. Concil. Florent. Sect. VI. Cap. XXII. pag. 176. Ἐτέτακτο δὲ καὶ εἷς ἐκ τῶν Λατίνων καμίσιον λευκὸν ἐνδεδυμένος. *Ordinatus verò fuit unus ex Latinis induſio amictus albo.* Plura vide in Gl. Meurſii.

Κάμνω.

Illuſtris & ſatis vexatus eſt locus apud S. Jacobum, Cap. V. v. 15. Ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα. *Oratio fidei ſalvabit infirmum.* Extremæ unctionis Patroni hoc verbo abutuntur. Bellarm. lib. I. de extrema unctione, Cap. III. §. *Et hoc idem voluiſſe Jacobum, &c.* Κάμνειν ſignificat *deficere*, & etiam *mori*, unde etiam κάμνοντες dicuntur *mortui*. Verùm κάμνειν dicuntur illi, qui in deteriore quidem ſtatu, ſed à deſperato diſtincto ſunt conſtituti. Chryſoſtomus ἔκαμνεν ὁρῶν τῷ ὀφθαλμῷ, *laborat videns oculo.* Appianus civilium tertio, Δέκιμος ἔκαμνεν ὑπὸ λιμοῦ. *Decimus Brutus fame laborabat.* Quàm graviter? ut voles: ut nondum tamen graviſſimè: nam paulò pòſt, cùm jam Hirtius eſſet cæſus, Μυτίνην τε εἰς ἔσχατον ἀφῖχθαι λιμοῦ: *Mutinam veniſſe ad extremum famis.* Polybius lib. I. Οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι κάμνοντες ἤδη τοῖς πόνοις διὰ τὴν συνέχειαν τῶν κινδύνων εἰς τέλος ἀπήλγουν. *Romani quoque ac Carthaginenſes laboribus jam defatigati propter continua pericula, tandem deſperabant.* Nota prius κάμνειν, poſtea demùm ἀπαλγεῖν. Hic ergo non de deſperato uſurpatur ſtatu. Ita verbum κάμνειν tum de ſanabilibus morbis, tum de iis, qui ſalutis ſpem non admittunt, adhibetur. Utramque ſignificationem agnoſcit Heſychius: Καμεῖν, κοπιάσαι, ἢ ὀκνῆσαι, νοσῆσαι, ἀποθανεῖν. Καμεῖν, id eſt, *laborare, vel pigreſcere, ægrotare, mori.* Item: Κάμνει, νοσεῖ, ἐργάζεται, κοπιᾷ, ὀργίζεται, ἀποθνήσκει. Κάμνει, id eſt, *ægrotat, operatur, laborat, iraſcitur, moritur.* Suidas eodem modo: Κάμνειν, ἐπὶ τοῦ ποιεῖν καὶ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ νοσεῖν. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων. Κάμνειν *ponitur pro facere & operari, & pro morbo laborare, ægrotare. Dicitur etiam de mortuis.* Imprimis obſervanda, quæ ſubjungit; nimirum ἀποκάμνειν ſignificare τὸ ἀπειπεῖν, καὶ ἀπαγορεῦσαι, καὶ ἀπογνῶναι· οἷον, Ἀπέκαμον νουθετῶν, *animum deſpondere ac deſperare: ut, Admonendo ſum defatigatus.* Et profectò hoc verbum de morbis quibusvis, etiam levioribus uſurpari, ita eſt manifeſtum, ut mirum ſit, homines reperiri, qui hoc in dubium vocare auſint. Non pigebit tamen unum alterumve exemplum ex ſcriptoribus afferre Eccleſiaſticis; ex profanis Lexica producunt. Baſilius Cæſar. Orat. XI. morali, quæ eſt de morte: Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν ἐπαινῶ τὸν ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν τοῖς κάμνουσιν, ἑαυτὸν τῶν νοσημάτων ἀναπιμπλάντα. *Neque medicum laudem, qui, cùm ægris auxilium ferre debeat, ſe ipſum morbis impleat.* In literis Imperatoris, quibus jubet transferri Synodum ex urbe Nicæa Chalcedonem, in Actorum ejus Concilii parte I. Ἐγνώκαμεν ἐκ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῆς ὑμετέρας θεοφιλείας, ὅτι πλείους ἐξ ὑμῶν καὶ διὰ τοῦ σώματος ἀσθενείας, καὶ δι' ἑτέρας αἰτίας διαφόρους κάμνουσι. *Cognovimus ex his, quæ à veſtra pietate ſcripta ſunt, plurimos veſtrûm tam corporis infirmitate, quàm aliis diverſis de cauſis laborare.* Theodoretus Dial. II. Cap. IV. cùm dixiſſet, μισανθρωπίας ἔργον ἡ τῶν καμνόντων ὑπεροψία, *immanitatis opus eſt, ægrotantes negligere*, ſubjicit, προσήκει τοίνυν καὶ συναλγεῖν καὶ θεραπεύειν εἰς δύναμιν. *Danda eſt igitur opera, ut & ſocii ſimus ægritudinis, & quantum poſſumus morbis medeamur.* Rem tandem illuſtrat morborum aliquot inductione, cujusmodi ſunt ὀφθαλμῶν ἐπίῤῥοιαι, ἀκοῶν τραύματα, ὀδόντων ὀδύναι, &c. *Oculorum fluxus, aurium vulnera, dentium dolores, &c.* Non puto morbos hic intelligi deſperatos. Ita Greg. Nazianzenus dicit ἐξ ἀῤῥωστίας κάμνειν, *infirmitate laborare.* Item, ἔκαμνεν αὐτῷ τὸ σῶμα, *ægrotavit corpore.* Tandem, ut rem totam paucis demus confectam, Latinus Interpres, κάμνοντα apud Jacobum, ut vidimus, interpretatur *infirmum*, quod non poteſt de eo intelligi, qui deſperato laborat morbo, ſed de eo, qui ἀσθενεῖ, *infirmatur*: quod verbum idem Apoſtolus v. 14. de eodem, quem poſtea κάμνοντα vocat, uſurpat.

Καμουχέϊνος.

Satis obſcura & barbara vox, quam Cl. Meurſius omittit. Occurrit in Hiſt. Concilii Florentini, Sect. IV. Cap. XXV. pag. 101. ubi in deſcriptione ſuggeſtus & throni Papalis, Græci dicunt ſe vidiſſe, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει κείμενον τὸν ἐπηρμένον θρόνον, ὕπερθεν μὲν οὐρανὸν καμουχίνον εἰς ὕψος αἰωρούμενον ἔχοντα, *à dextera parte thronum in immenſam ſublimitatem erectum, at in*

in altitudinem multò ſublimiorem, tentorium orbiculare throno ſupereminens. Et Sect. VII. Cap. XV. pag. 214. de Imperatore Conſtantinop. per Florentiam eunte, Διήρχετο δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν πόλιν οὕτω καταβρεχόμενος ἔχων ἑκατέρωθεν δύο Καρδηναλίους συνοδοιποροῦντας· ὕπερθεν δὲ οὐρανὸν καμουχᾶνον. Interpres: *Imperator autem totam civitatem pertranſiit, his imbribus madefactus, & ſtipatus utrinque duobus Cardinalibus, ſupernè conopæo expanſo munitus.* Καμουχᾶς, ut docet Geraſimus Vlachus, eſt *Damaſcena bombyx*, Δαμασκηνὸν σηρικὸν, juxta alios καμοῦχα. Hinc intelligitur, οὐρανὸν καμουχᾶνον notare *conopeum*, vel *cælum ex Damaſcena bombyce factum.*

Κάμπος.

Rigaltius in libello de Verborum ſignificatione: *Campus*, κάμπος, χωρίον. *Nicetas Choniat.* Κάμπος, πεδίον. *Eſt igitur campus, in quo fit bellum, & pugnatur acriter.* Vox igitur Latina *Campus*, ut docet Scaliger in Conjectaneis, notat omnia plana, quæ Poetæ *æquora terræ* appellant, ab eo, quod *circus*, ſive *Hippodromus*, Siculis, Heſychio teſte, καμπὸς vocaretur: nempe ἀπὸ τῆς καμπῆς, hoc eſt, *equorum flexu*; unde & metæ ipſæ, καμπτῆρες. Vide Etymolog. Voſſii in Campus. Geraſimus Vlachus in Theſauro quadrilingui: Κάμπος. *Campus.* Πεδίον. Apud Athanaſium, tom. II. pag. 27. Πρώτη ἐντυχία, ἣν ἐποιήσαντο, ἀπερχομένου τοῦ Βασιλέως εἰς κάμπον, ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πύλῃ. *Primus congreſſus factus eſt, abeunte Imperatore in campum, in porta Romanenſium.* Et paulò poſt: Ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐπλήρωσε τὸν ἵππον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν κάμπον. *His auditis Imperator ſtimulavit equum, & in campum abiit.* In Epiſt. Acacii Conſtantinop. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram in Can. pag. 530. Ἐν τῷ κάμπῳ τὰ πλήθη κατὰ δακρύων ἀνεβόων τὸ, Κύριε ἐλέησον. *In Campo tota frequentia cum lacrymis exclamavit, Domine miſerere.* Eadem ibidem repetuntur, pag. 556. in Epiſt. Quintiani ad eundem Fullonem. Vide inſuper Gloſſarium Meurſii.

Καμψάριος.

Κάμψα apud Græcos recentiores ponitur pro κάψα, *capſa.* Heſychius: Κάμψα, θήκη, γλωσσοκομεῖον. *Capſa, theca, arcula.* Item: Καμψία, κανᾶ, κανίσκια, κανάβια κυνηγετικὰ, ὡς γύργαθοι ἢ ὑποδήματα ποιά. *Caniſtra, calceamenta venatoria, ut caniſtra, vel calceamenta quædam.* Καμψία Græcis dicuntur *vaſa viminea* ex virgis inflexis & invicem implexis reticulatim contexta. Κάμψον quoque iidem appellaverunt arculam ex vimine plexo flexoque factam. Hinc Latinum capſa. Κάμψα, capſa, ut ἀνταμβάτης, andabata. Καμψίον ergo calcei genus, quod corrigiis & loris reticulatim cancellatimque implicitis adnecteretur. Καμψία, κανάβια κυνηγετικὰ interpretatur Heſychius. At καναβία Polluci inter γυναικεῖα ὑποδήματα. Ἀ κάμψα eſt καμψάριος, *capſarius.* Capſarii autem dicti ſunt, *qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt:* prout definit Paulus l. III. §. fin. ff. de offic. præfect. vig. Eamque deſcriptionem comprobant hæc verba Epiphanii, lib. II. Panarii, ſeu hæreſi LII. pag. 200. dum Adamianorum peſſimos ac nefandiſſimos mores deſcribit, quos inter cætera nudis corporibus refert conventus habuiſſe in hypocauſtis, & ad fores adſtitiſſe ipſis quoſdam *capſariorum* inſtar, qui eorum veſtimenta ſuſciperent ac cuſtodirent. Verba ejus ſunt: Πρῶτον γάρ φασι τὰς τοιαύτας τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας ἤτοι φωλεοὺς καὶ συγκλύσεις ἐν ὑποκαύστοις οἰκοδομεῖσθαι. - - Ἐν δὲ τῷ εἰσιέναι ἱματιοφύλακές εἰσί τινες πρὸς ταῖς θύραις δίκην καμψαρίων, ὑπ' αὐτῶν ἐπιτεταγμένοι. Aliàs *capſarii* etiam dicuntur capſarum artifices: item, qui libros geſtant & portant. Quo ſenſu apud Suetonium in Neron. Cap. XXXVI. *Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos quærere.*

Κανάλιος.

Κανάλιος, *Canalis*, notat viam, per quam homines tranſeunt, quemadmodum aqua per canalem vel aquæductum fluit. Ita ſumitur Can. XXI. Concilii Sardicenſis, ubi hæc leguntur: Ἐὰν ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἐν ταῖς παρόδοις, ἤτοι κανάλιῳ ἐπισκόπων καθεστώτων θεασάμενος ἐπίσκοπον. *Si unusquiſque noſtrûm, qui in tranſitu ſeu canali conſtituti Epiſcopi, cùm viderit Epiſcopum.* Ad quæ Zonaras, pag. 383. Ἐν ταῖς παρόδοις interpretatur ἐν ταῖς δημοσίαις ὁδοῖς, ἤτοι κανάλιῳ, δι' ὧν διέρχονται οἱ ὁδοιπορεύοντες ἀδιακώλυτως, ὡς δίεισιν ἐν ὑδραγωγίῳ τὸ ὕδωρ. Κανάλις γὰρ ἀγωγὸς ὕδατος λέγεται· ἡ δὲ λέξις Ῥωμαϊκή. *In viis publicis ſeu canali, per quas tranſeant iter facientes ſine impedimento, quemadmodum aqua per aquæductum tranſit.* Canalis *enim dicitur aquæductus: eſt autem vox Latina.* Eodem modo ad eundem Canonem Balſamon, pag. 876. *Canalicolæ*, ſunt homines forenſes; pauperes, qui circa canalem fori conſiſtunt, ἀγοραῖοι Græcè. Galli hominem nauci, & fecem plebis vocant *Canaille.* Feſtus: *Canalicolæ forenſes, homines pauperes dicti, quòd circa canales fori conſiſterent.* Ubi rectè pro *canales*, numero ſingulari *canalem* legit Scaliger. Plaut. Curcul. Act. IV. Sc. I.

In foro infimo boni homines, atque dites ambulant:
In medio propter canalem, ibi oſtentatores meri.

Agellius lib. IV. Cap. XX. *Qui jurabat, cavillator quidam, & canalicola, & nimis ridicularius fuit.* Græci recentiores etiam dicunt Κανάλη, ſive κανάλης, & κανάλος, item κανάλε & κανάλι. Corona precioſa: Κανάλη. *Aquæductus*, ὀχετός. Gloſſæ Baſilicorum: Κανάλης, ἀγωγὸς ὕδατος. Gloſſæ Græco-Latinæ, Κανάλης, *cloaca.* Geraſimus Vlachus: Κανάλι. *Canalis.* Σωλήν. Κανάλι. *Alveus.* Vide etiam Gloſſarium Meurſii.

Κανδήλα.

Κανδήλα, *candela.* Vox origine Latina, à *candeo:* ut à *loquor, loquela*; à *ſuadeo, ſuadela*; à *queror, querela.* Ineptit ergo Suidas, qui dicit, Κανδήλα, παρὰ τὸ καίειν δῆλα. *Candela dicta, quod ſit clara, lumenque clarum ſuppeditet, dum uritur.* Typicum Sabæ, Cap. II. Ἀπέρχεται, καὶ ἅπτει τὰς κανδήλας. *Abit, & incendit candelas.* Κανδήλα ἄσβεστος, lumen, quod ſemper in Eccleſia accenſum. Cyrillus in vita Euthymii: Καὶ καθ' ἑσπέραν λαμβάνουσα ἁγίασμα ἀπὸ τῆς τοῦ ἁγίου θήκης, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς ἀσβέστου κανδήλας πίνουσα οὕτως ἠλευθερώθη ἀπὸ τοῦ δαίμονος. *Et quotidie accipiens ſacram aquam è ſancti depoſito, & aquam inextinguibilis lampadis bibens, ſic liberata eſt à dæmone.* Anaſtaſius Monachus, in Narrationibus de Patribus Sinaitis: Ὅπερ γέγονε, καὶ σώζεται ἕως τοῦ νῦν ὁ πίθος καὶ κανδήλα ἄσβεστος ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Θεοτόκου κρέμαται καὶ ἅπτει ἐν αὐτῷ. *Quod factum eſt: & ad hunc diem ſervatur dolium, & lampas inextincta in honorem ſanctæ Deiparæ pendet apud ipſum accenſa.* Lumina illa vocantur etiam ἀκοίμητα, quòd nunquam obdormiant, nec ſomnum capiant, ſed perpetuo lumine ſemper invigilent. Anonymus de locis Jeroſolymitanis: Καὶ κρέμανται κανδῆλαι τέσσαρες ἀκοίμητοι. *Et pendent lampades quatuor, nunquam obdormiſcentes.*

Digitized by Google

ſcentes. Neque *candelam* ſemper ſignificat, ſed etiam vas aliquod, cujus uſus in Liturgia. Euchologium pag. 127. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀντὶ ὕδατος οἶνον εἰς τὴν κανδήλαν τοῦ εὐχελαίου βάλλουσιν. *Obſervandum eſt, in magna Eccleſia loco aquæ vinum infundi in candelam Euchelæi.* Epiphanius contra Meletianos, ſeu hæreſi LXVIII. pag. 309. Μετὰ καί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ κατεάξαι κανδήλαν, ὡς ἔχει ὁ λόγος. *Cum quibuſdam etiam ex populo confregiſſe candelam, ut fama fert.* Et mox: Οἱ κατήγοροι οὖν προσῆλθον τῷ βασιλεῖ, σκεῦός τι μυστηρίων λέγοντες εἶναι, ὅπερ κανδήλαν τινὲς ἔφασαν. *Accuſatores igitur acceſſerunt ad Imperatorem, vas aliquod myſteriorum eſſe dicentes, quod quidam, candelam appellarunt.* Scribitur etiam καντήλα & καντήλι. Geraſimus Vlachus: Καντήλα. *Lampas.* Λυχνία, λύχνος, λυχνοῦχος. Καντήλι. *Candela.* Δαδίον, λυχνίδιον. Conſule Gl. Meurſii.

Κανδηλάπτης.

Κανδηλάπτης, ὁ τὰς κανδήλας ἅπτων, *qui candelas accendit* in Eccleſia. Typicum Sabæ Cap. I. pag. 1. Πρὸ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον, ἤγουν περὶ ὥραν δεκάτην τῆς ἡμέρας ἀνέρχεται ὁ κανδηλάπτης. *Ante ſolis occaſum, ſive circa decimam diei horam, aſcendit candelarum ſive lampadum accenſor.* Pentecoſtarium: Ἐναπομείνας ἔνδον τοῦ ναοῦ μόνος ὁ κανδηλάπτης, ἅπτει τὰ κηρία πάντα καὶ τὰς κανδήλας. *Manens intra Templum ſolus candelarum accenſor, accendit omnes cereos, & candelas.* Ejus quoque fuit verberare laminam, populumque congregare. Colligo ex Typico Sabæ: Κανδηλάπτης κρούει τὰς βαρέας καὶ τὸ σιδηροῦν, καὶ σημαίνει τὸ μέγα σήμαντρον. *Candelapſes pulſat Vareas, & ferreum, & dat magnum ſignum.* Alia loca vide in Βαρέα. Hoc quidem propriè officium fuit λαοσυνάκτου: ſed potuerunt duo officia uni committi: ſæpius namque unus duo ſibi adjuncta munia exercet.

Κανίσκιον.

Κανίσκια ſunt *munera*, ſeu *donaria*, πρυτανεῖα olim Græcè, σπόρτουλα Latinè, quod etiam nomen in Græciam tranſlatum eſt. In Concilii Florentini hiſtoria ſcribitur κανίσκια. Sect. III. Cap. II. pag. 44. Καὶ ἐκ τοῦ Ἰωάννου φλωρία λαμβάνει, καὶ ἐξόδους παρέχει τοῖς πρέσβεσι, καὶ κανίσκια πρὸς οὓς αἱ πρεσβεῖαι. *Et aliquot florenos à Johanne accipit, quibus legatos ad iter inſtruit, & munera tranſmittit iis, ad quos legationes erant deſtinatæ.* Sect. IV. Cap. XIV. pag. 85. Dux Venetiarum Patriarchæ Conſtantinop. miſiſſe dicitur κανίσκιον σάχαρ Ἰνδικοῦ, *munus ſacchari Indici.* Hodierni Græci dicunt κανίσκι. Patet ex Vlachi Theſauro, ubi ſequentia: Κανίσκι. *Munus.* Γέρας· δώρημα· δωρεά· δῶρον. Κανίσκισμα. *Munerum oblatio.* Δωροφορία. Κανισκιστικῶς. *Munerariim.* Δωρηματικῶς. Κανισκαποδοῦχος. *Muneribus corruptus.* Δωρολήπτης. Δωροφάγος. Vide etiam in Gl. Meurſii vocem Σπόρτελλον, & infra Σπόρτουλον.

Κανονάρχης.

Κανονάρχης, *præfectus canonum*, qui monachos ad pſallendos in vigiliis canones excitabat. Typicum Sabæ, Cap. V. pag. 5. Ψάλλονται δὲ εἰς τὸ μέσον, ποιοῦντος τοῦ κανονάρχου μετάνοιαν. *Canuntur autem in medio, canonarcha reverentiam faciente.* Pratum ſpirituale Joh. Moſchi, Cap. XI. pag. 1061. Κρούοντος τοῦ κανονάρχου τὸ ξύλον. *Cùm præfectus Canonum pulſaret lignum.* Erant plures numero, & ex ordine Lectorum, ut docet Meurſius in hac voce. Codinus: Οὐ ψάλλεται μὲν ἐκ δευτέρου τὸ τροπάριον, ἀναγινώσκεται δὲ ὑπὸ τοῦ κανονάρχου. *Non canitur quidem ſecunda vice troparium, ſed legitur à præfecto Canonum.* Ipſe liber, qui ἀναγνώσματα continebat, voce Barbara appellatur Κανονάριον. In Bibliotheca Barberina proſtat, Κανονάριον τῶν ἀναγνωσμάτων τοῦ εὐαγγελίου καθ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν, ὃν δὴ τρόπον δεῖ ἀναγινώσκεσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Vide Diſſertat. I. Allatii de libris Eccleſ. Græcorum.

Κανονίζω.

Verbum hoc tres præcipuè ſignificationes habet.

I. Κανονίζειν eſt *ad regulam dirigere, ad normam examinare.* Veteres Gloſſæ: Κανονίζω, *regulor.* Clemens Alex. Strom. VI. pag. 689. Οἱ μὴ ἐπιστάμενοι τὴν γνῶσιν, οὐδὲ κανονίζειν δύνανται τὴν ἀλήθειαν. *Qui cognitionem neſciunt, nec veritatem ad certam regulam examinare poſſunt.* Athenagoras Legat. pro Chriſtianis: Οἷς ὁ βίος ὡς πρὸς στάθμην τὸν Θεὸν κανονίζεται. *Quorum vita ad Deum, veluti normam ac regulam, dirigitur.* Chryſoſt. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, Cap. VII. pag. 873. tom. V. Pariſ. Καθάπερ ὁ ἥλιος τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας, οὕτω καὶ ἡ σελήνη τὰς τῆς νυκτὸς κανονίζει. *Quemadmodum ſol diurnas, ita luna nocturnas horas dirigit.* Cyrillus Alexand. Cap. XVIII. contra Anthropomorph. pag. 387. Τὰ τῆς θείας φύσεως ἴδια καὶ ἐξαίρετα οὐ διὰ τῶν καθ' ἡμᾶς μᾶλλον κανονίζεται, ἀλλ' ἐν ἰδίοις εἰσὶ λόγοις, καὶ πίστει λαμβάνεται, καὶ περιεργοτέρων λογισμῶν οὐκ ἀνέχεται. *Quæ divina naturæ propria ſunt & peculiaria, non ex noſtra natura metienda ſunt, ſed propriam rationem obtinent, fideq; ſuſcipiuntur, neq; curioſiores ratiocinationes admittunt.* Baſil. Cæſar. in Pſal. LIX. pag. 294. Τῇ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἀκριβείᾳ κανονίζειν τὴν πολιτείαν. *Juxta exactam diſciplinam Evangelicæ regulæ vitam ſuam moderari & dirigere.*

II. Κανονίζειν eſt *per certas regulas & canones conſtituere, ſancire aliquid.* Hoc ſenſu legitur apud Socratem, hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XVII. pag. 196. a. Ὁ Ἰούλιος τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθεῖσιν, ἀντιγράφων ἐμέμψατο. (Sic enim potiùs legendum, quàm ἐπέμψατο.) Πρῶτον μὲν οὖν τὸ ἐπαχθὲς τῆς ἑαυτῶν ἐπιστολῆς, ἔπειτα παρὰ κανόνας ποιοῦντας, διότι εἰς τὴν σύνοδον αὐτὸν οὐκ ἐκάλεσαν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης, κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας. *Julius Antiochiæ congregatos reprehendit literis viciſſim ſcriptis: primùm quidem eis exprobrando moleſtam epiſtolam, deinde, quòd contra canones agerent, eum ad Synodum non vocando, Eccleſiaſtico canone exigente, non oportere citra Romani Epiſcopi ſententiam Canones Eccleſiis præſcribere.* Ita namque reddenda illa, κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας: non, ut Caſſiodorus in tripartita lib. IV. Cap. IX. *Non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari:* nec, ut Magdeburgenſes, qui Centuriâ IV. Cap. VII. titulo de politia Eccleſiaſtica, interpretantur, *Ne qua canonicè dedicetur Eccleſia:* nec etiam, ut Chriſtophorſonus apud Socratem Cap. V. *Non oportere abſq; ſententia Epiſcopi Romani decreta Eccleſiis ſancire,* Et Cap. XIII. *Ne decreta abſq; ſententia Epiſcopi Romani ſanciantur.* Canon VI. Concilii in Templo Apoſtolorum: Δῆλος ὡς ἅτινα περὶ μοναζόντων ἀνδρῶν ἡ ἁγία σύνοδος ἐκανόνισε, τὰ αὐτὰ καὶ περὶ μοναζουσῶν γυναικῶν κρατεῖν ἐδικαίωσε. *Manifeſtum eſt, quæcunq; ſancta Synodus de Monachis canonicè conſtituit, eadem de Monialibus obſervanda eſſe decreviſſe.* Nilus de cauſſis diſſenſionum lib. I. pag. 19. loquens de Concilio Apoſtolorum: Γενομένων ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὐ τὸ πρωτεῖον ἁρπάζει Πέτρος, οὐδ' ἐμοί, φησι, κανονίζειν ἐφεῖται τάγε τοιαῦτα. *Cùm Apoſtoli Jeroſolymis eſſent congregati, Petrus ſibi primatum non vendicat, nec dicit, mihi permiſſum eſt in his talibus Canones præſcribere.* Concilium Florentinum Sect. VI. Cap. VI. pag. 150. de eodem Concilio: Συνῆλθον οἱ ἀπόστολοι καὶ διωρίσαντο καὶ ἐκανόνισαν, καὶ ἐνομοθέτησαν ἀπέχεσθαι τοῦ πνικτοῦ,

πνικτοῦ. Interpres: *Apoſtoli convenerunt, & determinârunt, & in Canonem Scripturarum digeſſerunt, & velut legem orbi Chriſtiano propoſuerunt, à ſuffocato abſtinendum eſſe.* Ἐκανόνισαν minus dextrè redditur, *in Canonem Scripturarum digeſſerunt*: potiùs vertendum, *hunc Canonem præſcripſerunt.* Johannes Antiochenus in Præfat. ad Collectionem Canonum, pag. 500. Καὶ Βασίλειος ὁ μέγας περὶ πολλῶν ἐκανόνισεν. *Et Baſilius magnus de multis rebus Canones compoſuit.*

III. Κανονίζειν eſt *in Canonem Scripturarum referre.* Theodoretus præfat. in Canticum, pag. 984. contra eos, qui libri hujus autoritatem in dubium vocarunt: Ἐχρῆν μὲν ἐν αὐτὰς συνιδεῖν, ὡς πολὺ λίαν αὐτῶν καὶ σοφώτεροι καὶ πνευματικώτεροι τυγχάνουσιν οἱ μακάριοι πατέρες, οἱ τοῦτο τὸ βιβλίον ταῖς θείαις γραφαῖς συντεταχότες, καὶ ἅτε δὴ πνευματικὰ κανονίσαντές τε αὐτὸ, καὶ ἐκκλησίας πρέπειν ἀποφηνάμενοι. *Atqui debebant iſti, ſe longè vel ſapientia vel ſpiritu præſtantiores agnoſcere beatos Patres, qui librum hunc inter divinas Scripturas collocârunt, eumq; ut ſpiritu refertum in canonem receperunt, & Eccleſiâ dignum cenſuerunt.* Chriſtianus, in Topographia Chriſtiana, lib. VII. Οἱ κανονίσαντες τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους. *Qui utrimq; Teſtamenti libros in Canonem retulerunt.* Hinc *libri Canonici* frequenter vocantur κεκανονισμένα, vel κανονιζόμενα βιβλία. Argumentum Epiſt. CCCLXIX. lib. I. apud Peluſiotam eſt, Ὅτι οὐδὲν τῶν ἐνδιαθήκων καὶ κεκανονισμένων βιβλίων δεῖ προτιμᾶν εἰς ἀνάγνωσιν. *Nihil lectioni Canonicorum librorum præferendum eſſe.* Athanaſius in Synopſi Scripturæ, tom. II. pag. 55. Πᾶσα γραφὴ ἡμῶν Χριστιανῶν θεόπνευστός ἐστιν. Οὐκ ἀόριστα δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον ὡρισμένα καὶ κεκανονισμένα ἔχει τὰ βιβλία. *Chriſtianorum Scriptura tota divinitus inſpirata eſt. Nec verò incertos, ſed potiùs certos & in Canonem relatos continet libros.* Idem, in Epiſt. ad Rufinum, tom. II. pag. 38. Ἔδοξε κἀμοὶ προτραπέντι παρὰ γνησίων ἀδελφῶν, καὶ μαθόντι ἄνωθεν, ἑξῆς ἐκθέσθαι τὰ κανονιζόμενα, καὶ παραδοθέντα πιστευθέντα τε θεῖα εἶναι βιβλία. *Mihi quoq;, utpote qui ad hoc à germanis incitatus ſum fratribus, & qui jam olim didici, deinceps exponere, quinam libri ſint Canonici, qui traditi, & pro divinis habiti, viſum eſt.*

Κανονικός.

I. Κανονικὰ βιβλία ſunt libri *Canonici*, aliàs κανονιζόμενα vel κεκανονισμένα, ut ſub voce præcedenti, num. III. modò vidimus. Vide in Βίβλος, num. I. ad lit. *b*.

II. Κανονικὰ γράμματα & κανονικαὶ ἐπιστολαὶ, erant literæ, quas orthodoxi Epiſcopi, tanquam fidei ſuæ teſſeras, invicem mittebant, ut earum commercio ſocietatem ejuſdem religionis, &, ut loquitur Tertullianus de Præſcript. Cap. XX. *communionem pacis & conteſſerationem hoſpitalitatis* oſtenderent. Id teſtatur Concilii Antiocheni epiſtola Synodica ad Dionyſium Romanum, & Maximum Alexandrinum Epiſcopos, quæ apud Euſebium exſtat lib. VII. Cap. XXX. ubi de depoſitione Pauli Samoſateni, & Domni in ejus locum ſubſtitutione agitur: Ἐδηλώσαμεν τε ὑμῖν, ὅπως τούτῳ γράφητε, καὶ παρὰ τούτου τὰ κανονικὰ δέχησθε γράμματα. *Indicavimus etiam vobis, ut illi*, Domno, *ſcribatis, & ab eo literas Canonicas, vel communionis, accipiatis.* Ac proinde unitatem Eccleſiæ probari ſolitam tradit Optatus Milevitanus, lib. I. *Nobis*, inquit, *totus orbis commercio formatarum in una communionis ſocietate concordat.* Et Auguſtinus, Epiſt. CLXII. *Unde factum eſt, ut etiam ad nonnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus, non communicatorias literas, quas jam olim propter ſuam perverſitatem ab unitate catholica, quæ toto orbe diffuſa eſt, non accipiunt: ſed privatas tantùm.* Et Epiſt. CLXIII. de Eleuſio & ſociis ejus loquens: *Hic primò aſſerere conatus eſt, ubiq; terrarum eſſe communionem ſuam. Quærebam, utrum epiſtolas communicatorias, quas formatas dicimus, poſſent, quò vellent, dare, &c.* Harum epiſtolarum meminit Can. VIII. Concilii Antiocheni his verbis: Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν. *Nec Presbyteri, qui ſunt in regionibus, dent Canonicas epiſtolas, vel ad ſolos vicinos Epiſcopos epiſtolas mittant.* Et Can. XLI. Conc. Laod. Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν. *Quòd non oporteat Sacerdotem aut clericum ſine canonicis literis proficiſci.* Tales epiſtolæ, ut jam ex Milevitano & Auguſtino intelleximus, *formatæ* dicuntur paſſim in Conciliis, quoniam in illis τύπος ſeu *forma* ſigni Epiſcopalis impreſſa erat. Vigilius Papa in epiſtola ad Epiſcopos Galliæ: *Illud pari autoritate mandamus, ut quiſquam ſine prædicti fratris & Coëpiſcopi noſtri* formata *tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficiſci.* Et in Epiſt. ad Aurelianum Epiſc. Arelatenſem: *Ne quis ſine* formata *tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficiſci, ſed ut conſuetudinem illam debeant cuſtodire, quam conſtat ſemper noſtræ ſedis habuiſſe vicarium, & à vobis* formatam *poſtulent, ſi cauſarum ſuarum neceſſitate compulſi ad longiora itinera deſtinare diſponunt.* Vide plura apud Sirmondum ad Sidonium. Porrò, harum *canonicarum* ſive *formatarum epiſtolarum* variæ erant ac diſtinctæ ſpecies & appellationes diverſæ, quas paſſim in Conciliorum Actis & in univerſa hiſtoria Eccleſiaſtica obſervare licet. Generaliter autem κανονικῶν ἐπιστολῶν appellatione, εἰρηνικαὶ & συστατικαὶ, *pacificæ & commendatitiæ* ſignificantur. Id docet Zonaras ad Can. VIII. Antioch. pag. 328. Κανονικὰς ἐπιστολὰς, τὰς συστατικὰς καὶ εἰρηνικὰς ὀνομάζει. *Canonicas epiſtolas, commendatitias & pacificas nominat.* Balſamon ad Can. XLI. Laodic. pag. 840. dicit per γράμματα κανονικὰ intelligi συστατικὰς καὶ ἀπολυτικὰς ἐπιστολὰς, *commendatitias & dimiſſorias epiſtolas.* Zonaras ad eundem Canonem, p. 356. Ἐπιστολὰς εἰρηνικὰς καὶ συστατικὰς, κανονικὰ γράμματα ἐνταῦθα ὠνόμασαν. *Epiſtolas pacificas & commendatitias, Canonicas literas hoc loco nominârunt.*

III. Κανονικοὶ vocantur *omnes illi, qui in Canone numerantur.* Baſilius Can. VI. ad Amphilochium, p. 761. Τῶν κανονικῶν τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διασπᾶν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. *Canonicorum fornicatio pro matrimonio non reputetur, ſed eorum conjunctio omnino divellatur.* Qui hic dicantur κανονικοὶ, Zonaras ad præſentem Canonem, pag. 59. & ex eo Balſamon, pag. 936. ita explicant: Κανονικοὺς, τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους φησὶν, ἤγουν κληρικοὺς, μοναχοὺς, μοναστρίας, καὶ τὰς παρθενίαν ἐπαγγειλαμένας. *Canonicos eos dicit, qui in Canone numerantur, ſcilicet Clericos, monachos, monachas, & quæ virginitatem profeſſæ ſunt.* Ita κανονικὴ γυνὴ eſt *mulier Deo conſecrata.* Athanaſius quæſt. XCVI. ad Antiochum, tom. II. pag. 369. Φρικτὸν τὸ κρῖμα, τὸ κανονικῇ γυναικὶ καταπίπτεσθαι. *Terribile judicium* eum manet, *qui ad mulierem canonicam accedit.* Κανονικοὶ ψάλται, *canonici cantores.* Can. XV. Laodic. Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ. *Quòd non oportet præter canonicos cantores, qui ambonem aſcendunt, & ex codice canunt, alios quoslibet canere in Eccleſia.* Ut hanc hujus vocis ſignificationem meliùs intelligas, vide in voce Κανών, num. V.

IV. Κανονικὸν eſt *tributum ordinarium.* In Conſti-

tut.

Digitized by Google

tut. Iſaacii Comneni, apud Photium, in Nomocan. tit. I. Cap. XXXIV. in Scholiis, pag. 856. Biblioth. Juris Canonici: Τυποῖ δὲ ἡ βασιλεία μυ, καὶ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τ͂ ἱερέων, καὶ ἐπὶ τῷ κανονικῷ ͅ τ͂ παλαιὸν ἰσχύειν τύπον. *Statuit verò Imperatoria mea majeſtas, ut etiam in ordinatione ſacerdotum & canonariis* (tributis) *vetus forma autoritatem obtineat.* Et poſtea: Ὡσαύτως καὶ ὑπὲρ τῦ κανονικοῦ, ἀπὸ τῦ ἔχοντ© χωρίυ τριάκοντα καπνὺς ἓν νόμισμα ἐν χρυσοῦ ὅμοιον, &c. *Sic ſimiliter pro canonario* (tributo) *à vico triginta infumibula habente, ſimilem aureum unum, &c.* Vide etiam in Κανὼν, num. VI. Hinc Κανονικάριοι, *Canonicarii*, exactores collectoreſque, in quos jus erat præpoſito ſacri cubiculi. Adi Gl. Meurſii in hac voce.

Κανών.

I. Κανὼν *propriè* notat *regulam*, quæ diſcernit rectum ab obliquo & curvo, quæque nec additionem nec detractionem admittit. Greg. Nyſſenus Orat. IV. contra Eunomium, tom. II. pag. 552. Ἐπὶ κανόν© ἡ τελειότης ὔτε κοιλαινομένη τῷ λείποντι, ὔτε ἀνωμαλῦσα τῷ πλεονάζοντι. *In regula ſeu norma perfectio eſt, quæ neq; cavatur ſive vacuatur propter defectum, neq; inæqualis eſt propter redundantiam.* Baſilius Cæſar. lib. I. adv. Eunom. pag. 9. Ὁ κανὼν καὶ ὁ γνώμων, ἕως ἂν μηδὲν ἐνδέῃ τῦ κανὼν εἶναι καὶ γνώμων, ὐδεμίαν προσθήκην εἰς ἀκρίβειαν ἐπιδέχεται. Κατὰ γὰρ τὸ ἐλλεῖπον ἡ πρόσθεσις· ἀτελεῖς δὲ ὑπάρχοντες ὐδὲ τ͂ προσηγοριῶν τύτων ὑγιῶς ἂν ἔτι τυγχάνοιεν. *Regula & amuſſis, in quantum nihil eis deeſt, quo exactiores fiant, nullam recipiunt acceſſionem. Nam cui aliquid deeſt, illi additio congruit: qui verò imperfecti ſunt, nunquam rectè amuſſis ac regulæ appellabuntur nominibus.* Et Chryſoſtomus Homil. XII. in Epiſt. ad Philippenſes, ad Cap. III. v. 16. pag. 70. Ὁ κανὼν ὔτε πρόσθεσιν, ὔτε ἀφαίρεσιν δέχεται, ἐπεὶ τὸ κανὼν εἶναι ἀπόλλυσι. *Regula neq; additionem, neq; ablationem recipit: alioqui enim regula non eſſet.* Eadem ad eundem locum habet Theophylactus, pag. 611. Varinus in voce Κανὼν conſentit. Κανών ἐςι νόμ© ἀπαράβατ©, καὶ μέτρον ἀδιάψευστον, πᾶσαν πρόσθεσιν καὶ ἀφαίρεσιν μηδαμῶς ἐπιδεχόμεν©. *Norma eſt lex perpetua, & menſura fallere ac falli neſcia, nullam neq; additionem neq; ablationem ullo modo admittens.*

II. *Metaphoricè* doctrina in Verbo Dei tradita, ſeu in Scripturis ſacris comprehenſa vocatur Κανὼν à veteribus Eccleſiæ Doctoribus: imò ab ipſo Apoſtolo non ſemel. Loca ſunt ad Galat. VI. 16. Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τύτῳ ςοιχήσυσιν. *Et quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint.* Ad hæc Theodoretus pag. 289. Κανόνα ἐκάλεσε τὴν προκειμένην διδασκαλίαν, ὡς εὐθύτητι κοσμυμένην, καὶ μήτε ἐλλεῖπον τι, μήτε περιττὸν ἔχυσαν. *Regulam vocavit propoſitam doctrinam, ut quæ rectitudine ornetur & nihil habeat quod ſit mancum, vel ſuperfluum.* Ad eadem Oecumenius, pag. 609. dicit; Ὅσοι τῷ κανόνι, καὶ τῇ διδαχῇ ταύτῃ ἀρκεσθῶσι. *Quicunq; in hac regula & doctrina acquieſcent.* Ad Philipp. III. 16. Τῷ αὐτῷ ςοιχεῖν κανόνι. *In eadem permanere regula.* Hic rurſus Theodoretus, pag. 337. Κανόνα τὸ εὐαγγελικὸν ἐκάλεσε κήρυγμα. Ὁ δὲ κανὼν εὐθύτητ© ὅρ© ὐδενὸς προσδεόμεν©. *Regulam appellavit prædicationem Evangelicam. Regula autem rectitudinis terminus nullo indigens.* Chryſoſtomus Homil. XII. in hanc Epiſt. pag. 70. & ex eo Theophylactus, pag. 611. Τῷ αὐτῷ κανόνι, explicant, τῇ αὐτῇ πίςει, τῷ αὐτῷ ὅρῳ. *Eodem fide, eodem termino.* De hoc ſacræ Scripturæ Canone eodem modo ſentiunt Patres etiam alibi. Clemens Alexandr. Strom. VI. pag. 676. Κανὼν ἐκκλησιαςικὸς, ἡ συνῳδία καὶ ἡ συμφωνία νόμυ τε καὶ προφητῶν τῇ κατὰ τὴν τῦ Κυρίυ παρυσίαν παραδιδομένῃ διαθήκῃ. *Regula eccleſiaſtica eſt concentus & conſenſio Legis & Prophetarum, convenienter Teſtamento, quod traditur per Domini adventum.* Chryſoſtomus Homil. LVIII. in Geneſin docet eos in abſurda quæque incidere, qui relicto Scripturarum Canone humanam ſequuntur rationem. Ὁρᾷς, inquit, εἰς ὅσην ἀτοπίαν ἐκπίπτυσιν οἱ μὴ βυλόμενοι τῷ τ͂ θείας γραφῆς κατακολυθεῖν κανόνι, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ἅπαντα ἐπιτρέποντες; *Vides in quantam abſurditatem illi incidant, qui divinæ Scripturæ canonem ſequi recuſantes, propriis ratiocinationibus omnia permittunt?* Idem, Homil. XXXIII. in Acta, ad objectionem dicentium, *Non poſſumus de Religione judicare*, dicit, ad Scripturam, tanquam ad Canonem eſſe recurrendum, tandemque concludit: Ὥσπερ εἰ κανών τις ἦν, πρὸς ὃν πάντα ἀπευθύνεσθαι ἐχρῆν, ὐ πολλῆς ἔδει σκέψεως, ἀλλὰ τ͂ παραμετρῦντα εὔκολον ἦν λαβεῖν, ὕτω καὶ νῦν. *Sicut ſi regula eſſet, ad quam omnia dirigenda eſſent, non multo opus prætextu, ſed malè metientem facilè deprehenderemus: ita etiam nunc.* Statim ſubjicit, quam regulam intelligat: Πειθώμεθα τοῖς τῦ Θεῦ νόμοις, καὶ πάντα πράττωμεν, κατὰ τὸ αὐτῷ δοκῦν, ἢ κατὰ τ͂ αὐτῦ βύλησιν πολιτευώμεθα. *Credamus divinis legibus, & omnia faciamus prout illi placet, & juxta ejus voluntatem vitam inſtituamus.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CXIV. lib. IV. Ὅτι δὲ ταῦτα ὕτως ἔχει, τ͂ κανόνα τ͂ ἀληθείας, τὰς θείας, φημὶ, γραφὰς κατοπτεύσωμεν. *Hæc autem ita ſe habere, adhibitâ veritatis normâ, ſacras intelligo ſcripturas, age contemplemur.*

III. *Decretorum Synodalium capita vocantur* uſitatiſſimè κανόνες, *regulæ*. Socrates lib. I. Cap. XIII. p. 181. a. Τότε οἱ ἐν τῇ συνόδῳ ἐπίσκοποι καὶ ἄλλα τινὰ ἐγγράψαντες, ἃ κανόνας ὀνομάζειν εἰώθασιν, αὖθις κατὰ πόλιν τὴν ἑαυτῶν ἐχώρησαν. *Tunc in Synodo congregati Epiſcopi, poſtquam etiam alia quædam conſcripſiſſent, quæ Canones appellare conſueverunt, iterum in civitatem ſuam ſeceſſerunt.* Sozomenus lib. I. capite XXIII. pag. 18. d. de eadem Synodo Nicæna loquens: Ἡ δὲ σύνοδ© ἐπανορθῶσαι τ͂ βίον σπυδάζυσα τ͂ περὶ τὰς ἐκκλησίας διατριβόντων, ἔθετο νόμυς, ὓς κανόνας ὀνομάζυσι. *Synodus verò, cùm vitam Eccleſiaſticorum emendare ſtuderet, leges poſuit, quas Canones appellant.* Huc pertinent vulgò vocati Κανόνες τ͂ ἁγίων ἀποςόλων, *Canones ſanctorum Apoſtolorum*, quos Canon II. Concilii in Trullo recipiendos decernit, & quos Damaſcenus lib. IV. orthod. fidei, Cap. XVIII. pag. 348. libris N. Teſtamenti Canonicis adjicit, ut jam vidimus in voce Γραφὴ, num. VII. 2. Photius verò in Præfat. in Nomocanonem, etſi eoſdem amplectatur, diſſimulare tamen non audet, eos à quibuſdam pro dubiis habitos eſſe: Εἰ καί τινες αὐτὺς ἀμφιβόλυς διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο. *Quamvis nonnulli quibuſdam cauſis moti pro dubiis eos habuerint.* Et revera ſuppoſititios eſſe jam olim agnovit Gelaſius Pontif. Rom. diſtinct. XV. Can. *Sancta Romana. Liber*, inquit, *Canonum Apoſtolorum apocryphus eſt.* Et diſtinct. XVI. iidem autoritate Iſidori rejiciuntur, his verbis: *Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recipit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab autoritate Canonica atq; Apoſtolica, eorum geſta conſtat eſſe remota, atq; inter apocrypha reputata.* Plura petantur ex Critico Riveti, lib. I. Cap. I. ex Cenſura Roberti Coci *de Canonibus Apoſtolorum*: ex Magdeburgenſ. Cent. I. lib. II. Cap. VII. Huc imprimis pertinent *Canones Conciliorum*; cujuſmodi ſunt Concilii Nicæni, Oecumenici I. Canones XX. Concilii Ancyrani, XXV. Concilii Neocæſarienſis, XIV. &c. de quibus Photius præfat. in Nomocanonem

Digitized by Google

nonem dicit, juxta Baſilium M. & Gregorium, χρῆται κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς ἐκείνους λέγειν τε καὶ κρίνειν, οὕς, οὐ μόνον καθ' ἑαυτόν τις, ἀλλὰ πλείους ἅγιοι πατέρες εἰς ταυτὸν συνελθόντες, κοινῇ γνώμῃ, καὶ μεμεριμνημένῃ βασάνῳ διετάξαντο, *Canones Eccleſiaſticos eos eſſe dicendos & habendos, quos non modò ſeorſum & privatim aliquis, ſed plures ſancti Patres in unum convenientes de communi ſententia, cum accurata ac ſolicita perquiſitione decreviſſent.* Latiùs longè rem extendit Nicephorus Chartophylax in reſponſis ad Theodoſium Monachum, his verbis: Κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς παρὰ τῶν θεοφόρων πατέρων ἐκτεθέντας καὶ βεβαιωθέντας ἐκείνους εἶναι λέγομεν, οὓς οἵ τε ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἐν ταῖς ἑπτὰ μεγάλαις καὶ οἰκουμενικαῖς συνόδοις συνελθόντες ἅγιοι πατέρες ἐξέθεντο· πρὸς τούτοις καὶ τοὺς παρὰ τῶν τοπικῶν συνόδων γεγονότας, καὶ παρὰ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς λαμψάντων φωστήρων τῆς ἐκκλησίας καὶ μεγάλων ἱεραρχῶν ἐκφωνηθέντας. *Canones Eccleſiaſticos à divinis Patribus editos & confirmatos eſſe dicimus eos, quos tum ipſi ſancti Apoſtoli, tum ſancti Patres in ſeptem magnis & œcumenicis Synodis congregati ediderunt. Præterea etiam eos, quos Synodi locales vel provinciales fecerunt, & quos diverſis temporibus quæ claruerunt Eccleſiæ luminaria & magni Pontifices promulgârunt.* Hic tamen illud diligenter obſervandum, ἐκκλησίας κανόνα, & κανόνα ἐκκλησιαστικὸν paſſim vocari, cùm in ſcriptis Patrum, tum in antiquis Conciliis, non ſolùm quidquid pro regula fidei, ut ſcripto ſancitum, tenendum eſt; ſed etiam omne id, quod in veterato Eccleſiæ more, diſciplina cuſtodiendum ſanxit, quodque vicem regulæ tenet, etiam in his, quæ ad fidem non pertinent. Ita Can. IX. Concilii Antiocheni ἀρχαῖος κανὼν πατέρων, *antiquus Patrum canon*, vocatur antiqua conſetudo Patribus recepta, & pro regula in Eccleſia obſervata. Hinc etiam ſæpe occurrit in Conciliis, aliquid fieri aut uſurpari præter ἐκκλησιαστικὸν κανόνα. In epiſtola Dionyſii ad Philemonem, Romanum Presbyterum, apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. VII. pag. 72. b. Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ μακαρίου Πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ παρέλαβον. *Hanc ego regulam & formam à ſancto Papa noſtro Heracla accepi.* Et in Epiſt. Cornelii Papæ ad Fabium, quæ habetur apud eundem Euſebium, lib. VI. Cap. XLIII. pag. 70. a. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα. *Neq; etiam reliqua conſecutus eſt, cùm morbum effugiſſet, quorum juxta Eccleſiæ canonem*, id eſt, conſuetudinem, *participem fieri oportet.* Tertullianus multis in locis *regulam* vocat. Vetus verſio Canonum Concilii Nicæni, à Dionyſio Exiguo adornata, Can. II. *regulam* quoque appellat. *Quoniam plura, aut per neceſſitatem, aut aliàs cogentibus hominibus, adverſus Eccleſiaſticam facta ſunt regulam.* In Græco eſt, παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικόν. Leoni Papæ in Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem XC. *Conſuetudo Eccleſiaſtica* dicitur: *Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica.* &c. Canone II. Concilii Conſtantinopol. non tantùm ſemel atque iterum κανών, ſed etiam συνήθεια τῶν πατέρων vocatur: τὰς δὲ ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, οἰκονομεῖσθαι χρὴ κατὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν τῶν πατέρων. *Eccleſias autem Dei, quæ ſunt in barbaricis gentibus, gubernari oportet ſecundùm eam quæ obtinuit Patrum conſuetudinem.* In aliis Conciliis ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ ſunt. Concilia Latina ſæpe vocant *Eccleſiaſticum ordinem.*

IV. Κανὼν eſt *Pſalmus & canticum*, certis diebus ordinariè, & quaſi ex regula cani ſolitum. Zonaras ad Can. Anaſtas. Damaſceni: Κανὼν λέγεται, ὅτι ὡρισμένον καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ ἔμμετρον ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. *Canon appellatur, quoniam certum & formatum habet metrum, quod novem odis abſolvitur.* Varii verò ſunt hi *Canones*, & plures, quàm obſervavit Meurſius. Eſt κανὼν ὁ τῆς ὑψώσεως, apud Etymologici autorem, qui canebatur in feſto τῆς ὑψώσεως τοῦ σταυροῦ, *exaltationis crucis*, nempe XIV. ſeptembris, ut patet ex Conſtitutione Manuelis Comneni. Eſt κανὼν νεκρώσιμος, quem canebant in ſabbato paſſionis. Menologium in Martio: Ψάλλεται δὲ τὰ τετραώδια τῆς ἡμέρας ἐν τῷ νάρθηκι, ἀντὶ τοῦ νεκρωσίμου κανόνος. *Canitur verò tetraodium diei in Narthece, loco canonis in die paſſionis cani ſoliti.* Pentocoſtarium: Οἱ νεκρώσιμοι κανόνες τῶν ὅλων σαββάτων τῆς πεντηκοστῆς ἐν τοῖς ἀποδείπνοις τῆς παρασκευῆς ὀφείλουσι ψάλλεσθαι. Idem etiam vocatur κανὼν σταυρώσιμος, *canon paſſionalis*, in Paracletice. Eſt κανὼν τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, qui in magna, id eſt, hebdomade Paſchæ proximè antecedente canebatur. Meminit etiam τοῦ μεγάλου κανόνος Codinus, & Cantacuzenus. Menologium in Martio: Ψάλλεται ὁ μέγας κανών. *Canitur magnum Canon.* Triodium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ψάλλομεν τὴν τοῦ μεγάλου κανόνος ἀκολουθίαν. *Eodem die*, nempe feriâ quintâ quintæ hebdomadis Quadrageſimæ, *canimus magni canonis officium.* Ejus autor erat Andreas Jeroſolymitanus, Archiepiſcopus Cretenſis; ut ibidem docetur. Cur vocetur μέγας, ratio quoque ſubjicitur, Ὅτι τῶν λοιπῶν κανόνων ἀνὰ τριάκοντα, καὶ μικρόν τι πρὸς, τροπάρια ἐχόντων, οὗτος εἰς διακόσια καὶ πεντήκοντα πρόεισι. *Quia, cùm reliqui canones tantùm triginta, & paulò plura troparia habeant, hic ad ducenta & quinquaginta progrediatur.* Erant etiam κανόνες ἀναστάσιμοι, qui in die reſurrectionis Chriſti canebantur, atque illi quidem in octoecho. Typicum Sabæ Cap. XV. p. 26. Καὶ οἱ κανόνες τῆς ὀκτωήχου, οἱ ἀναστάσιμοι. Menologium in Martio: Ἀναστάσιμος κανών. Erant κανόνες σταυροαναστάσιμοι. Eorum frequens mentio in Paracletice. Euchologium pag. 22. Καὶ ἀρχόμεθα τῶν κανόνων, τοῦ ἀναστασίμου, σταυροαναστασίμου, τῆς Θεοτόκου. Invenio κανόνας τοῦ μηναίου καὶ τριῳδίου,. *Canones cantici certo menſe cani ſoliti, & Triodii.* Menologium in Aprili: Οἱ κανόνες τοῦ μηναίου, καὶ τοῦ τριῳδίου. Eſt κανὼν κατανυκτικός, ſæpe in Paracletice. Κανὼν παρακλητικός. Breviarium Græcorum: Κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Eſt κανὼν ἱκετήριος. Pentecoſtarium: Ψάλλομεν ἐν τοῖς ἀποδείπνοις τὸν ἱκετήριον κανόνα τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Eſt κανὼν τῶν ἀσωμάτων. In Paracletico: ἕτερος κανὼν τῶν ἀσωμάτων. Item, ἕτερος κανὼν εἰς τοὺς ἀσωμάτους. Eſt κανὼν τριαδικὸς in Paracletice, *Canon, ſive hymnus in S. Trinitatem.* Horum autem Canonum quidam ſcripti erant carmine Jambico, ut ex Cedreno docet Meurſius in voce Κανών: quidam etiam carmine Heroico. Colligo ex Menologio ad XI. Martii, ubi; Ὁ κανὼν τοῦ ἁγίου, οὗ ἡ ἀκροστιχίς,

Σωφρονίου μέλπω τὸν ἐπώνυμον αἴσιμα ῥέζων.

V. Κανὼν notat *ordinem clericorum* Can. XVI. Concilii Nicæni, Ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, *qui in Canone cenſetur.* Et Can. XVII. Οἱ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, *qui in Canone recenſentur.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 62. exponit, οἱ ἐν κλήρῳ τεταγμένοι, *qui in clerum cooptati ſunt.* Apud Athanaſium de Virginitate, tom. I. pag. 1052. Οὐαὶ παρθένῳ, τῇ μὴ οὔσῃ ὑπὸ κανόνα. *Væ virgini, quæ non manet in ordine ſuo.* Et mox: Μακαρία παρθένος, ἡ οὖσα ὑπὸ κανόνα. *Beata virgo, quæ manet in ordine ſuo.* Hinc etiam Can. XVII. Concilii Nicæni de eo, qui turpi deditus eſt lucro, Καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

E cle-

Digitized by Google

E clero deponatur, & alienus à Canone exiſtat. Confer num. III. in voce Κανονικός.

VI. Κανὼν notat *tributum, anniverſariam penſitationem præſtationemq;.* Ita *Canon frumentarius, Canon metallicus, Canon veſtium, Canon nauli, &c.* Unde etiam *Canonicæ veſtes*, & *Canonici equi: Canonica penſitatio.* Vide Briſſonium de Verborum ſignificationibus lib. III. & in Appendice. Antiochus monachus in Pandecte Homil. CV. Ὥσπερ ὁ γεωργὸς, ἐὰν μὴ δοίη πλήρη καὶ καλὸν τὸν κανόνα αὐτοῦ, εἰς φυλακὴν ἐμβάλλεται. *Quemadmodum agricola, ſi plenum & bonum non det Canonem ſuum, in carcerem conjicitur.* S. Athanaſius Apol. II. Ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβαλόντος. *Quaſi ego Canonem Ægyptiis impoſuerim.* Sozomenus lib. II. Cap. XXI. de re eadem, ὡς φόρον ἐπιθεὶς Αἰγυπτίοις, dixit. Elegans locus eſt Alcuini Abbatis Homiliâ de Zizaniâ: *Rara avis in terris hodie Canonicus à Canone vitæ. Unde ergo? Audi unde. Eſt namq; Canon vitæ, ut dictum eſt, & eſt Canon pecuniæ, videlicet alicujus penſionis certæ. Unde ſolet dici, Solve mihi canonem meum, id eſt, penſionem meam. Eja ergo, ô Canonice, inveniamus Canonem tuum, à quo derivaris, id eſt, à Canone pecuniæ, non à Canone vitæ; id eſt, à Canone regionis, non à Canone religionis.* Confer num. IV. in voce Κανονικός.

Καπηλεύω.

Græcis veteribus, ſi Grammaticis fides, *vinum* πηλὶς dictum, unde κάπηλος ſit *caupo.* Heſychius: Πηλὶς, οἶνος, Ἴωνες· ὅθεν καὶ κάπηλος, ὁ τὸν οἶνον πωλῶν. Πηλὶς *apud Iones eſt vinum: unde etiam* κάπηλος, *qui vinum vendit.* Et Suidas: Καπηλίς. παρὰ τὸ κακύνειν τὸν οἶνον. Πηλὸς δὲ ὁ οἶνος. Καπηλὶς, *caupona, cauponatrix. Sic dicta, quòd vitiet vinum.* Πηλὶς *enim vinum.* Quanquam idem mox, quomodo & Etymologus, πηλὸν negat eſſe οἶνον. Verùm, ut jam obſervavit doctiſſimus Gatakerus, apud utrumque corrupta eſt lectio; quæ tamen Henr. Stephano & Æmylio Porto impoſuit. Suidas dicit: Κάπηλος. Μεταβολεὺς, πραγματευτής. - - Κάπηλος, ἐν ἀνθ' ἑνός τινες οἴονται εἶναι, οἷον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφοκλεῖ. Εὐπετὴς φορὸς εἰς τὸν πηλόν. Ὁ μέν τοι οἶνος οὐκ ἔστι πηλίς. - - Καὶ γὰρ ἕτερόν ἐστιν οἰνοπώλης, καὶ ἕτερον κάπηλος. Κάπηλος. *Caupo, inſtitor, propola: rerum permutator, negotiator.* - - Κάπηλος. *Quidam putant* κάπηλον *&* μεταβολέα *eſſe unum pro uno*, id eſt, Synonyma, *ex illo apud Sophoclem: Proclivis in vinum. Vinum tamen non eſt* πηλὶς - - *Aliud enim eſt* οἰνοπώλης, *vini venditor, & aliud* κάπηλος, *rerum permutator, negotiator.* Etymologus: Κάπηλος, ὁ μεταβολος, καὶ οἰνοπώλης. Παρὰ τὸ χέειν τὸν πηλὸν, ἤγουν τὸν οἶνον. Τινὲς οἴονται ἐν ἀνθ' ἑνὸς εἶναι· οἷον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφοκλεῖ,

Πολὺς δὲ πηλὸς ἐκ πίθων τυρβάζεται;

Ὁ μὲν οὖν Σοφοκλῆς, Εὐπετὴς φορὸς εἰς τὸν πηλόν· ὁ μέν τοι οἶνος, &c. ut ſuprà Suidas. Exiſtimavit uterque vir doctiſſimus, verbis illis, ἐν ἀνθ' ἑνὸς, indicari, eundem eſſe κάπηλον & μετάβολον, & μεταβολέα, quia ea ſcilicet τοῦ κάπηλος interpretatio præceſſerat apud Suidam, ſed ſeorſim. Portus etiam Etymologo dictum, hoc colligi ex Sophocle, apud quem in Philoctete mercator ejusmodi introducitur. Cùm ibi tamen τοῦ καπήλου nomen nusquam compareat; tum, κάπηλον etiam ſignificare illum, qui eſt ad vinum proclivis. Cæterùm iſta à ſcriptorum mente aliena ſunt. Exciderat Suidæ codicibus notatio vocis κάπηλος, quæ πηλὸν includeret: ea apud Etymologum extat aliqua. Huic explicandæ ſubjungitur utrobique, quosdam exiſtimare, ἐν ἀνθ' ἑνὸς εἶναι, (πηλὸν καὶ) οἶνον. Ita enim ſupplendum & reſtituendum, inducto οἶον, quod ſpurium eſt: id adſtruere nitebantur ex Sophocle, qui πηλὸν pro *vino*, loco non uno, poſuerit; hæc utriusque mens genuina. Verùm, ut rectè V. C. Caſaubonus, πηλὸν, *non merum ac ſincerum, ſed miſtum & mangoniſatum* vocabant *vinum.* Reliqua ex Cap. V. Adverſ. Cl. Gatakeri poterunt peti. Sed redeamus ad vocem κάπηλος. Veteres Gloſſæ: Κάπηλος. *Cauponarius, Copo.* Aliæ: *Copo & Caupo*, κάπηλος. Heſychius: Κάπηλος, μεταπράτης· ὁ τὰ πρὸς τὴν κάπην πιπράσκων· κάπη δὲ ἡ τροφή. Κάπηλος, cocio: *qui ad cibum neceſſaria vendit:* κάπη *enim eſt alimentum, cibus.* Κάπη verò à κάπτω, quod Heſychius interpretatur ἀποδέχεσθαι, ἐσθίειν, *capere, edere.* Ab hoc ergo fonte potiùs, quàm παρὰ τὸ κακύνειν τὸν οἶνον, κάπηλος, *caupo*, quòd hoſpitibus præbeat cibum. Et καπηλεύω, eodem Heſychio interprete, μεταπωλῶ, οἰνοπωλῶ, καὶ τὰ πρὸς τὰς τροφὰς καὶ πόσεις. *Revendo, vinum vendo: ea* vendo, *quæ ad cibum & potum* faciunt. *Metaphorica* hujus verbi ſignificatio eſt II. Corinth. II. 17. ubi Apoſtolus: Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. *Non enim, ut pleriq; cauponamur ſermonem Dei, ſed ut ex ſinceritate de Chriſto loquimur.* Sunt, qui exiſtimant *metaphoram deductam eſſe à cauponibus*, qui, ut quæſtum faciant, nihil non adulterant, vinum præcipuè, aquam ei affundentes. Ita Theodoretus ad hunc locum, pag. 221. quando dicit, Apoſtolum de adverſariis ſuis ſcribere: Ἐκεῖνοι τὸν θεῖον καπηλεύουσι λόγον, μῦθον αὐτὸν ἐργαζόμενοι, καὶ τοὺς οἰκείους λογισμοὺς ἀναμιγνύντες τῇ χάριτι, καθάπερ οἱ τοῦ οἴνου τὸ ἀκραιφνὲς τῷ ὕδατι κεραννῦντες, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, Οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. *Illi autem divinum ſermonem cauponantur, eum fabulam efficientes, & ſua cogitata gratiæ admiſcentes: quemadmodum qui vinum purum aqua miſcent, juxta prophetiam dicentem,* Jeſ. I. 22. *Caupones tui vinum aquâ miſcent.* Alii, in genere illud καπηλεύοντες interpretantur de iis, qui lucrum ſectantur, qui quæſtui ſerviunt, prædicationem Evangelii quæſtui habent: qui διδάσκουσιν ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν, *ea docent, quæ non oportet, turpis lucri gratiâ*, ad Tit. I. 11. qui, ut Theophylactus ad Joh. X. de Judæorum rectoribus, Οὐκ ἐζήτουν τοῦ λαοῦ τὴν ὠφέλειαν, ἀλλὰ τὴν ἐκ τοῦ λαοῦ αἰσχροκέρδειαν. *Non quærebant populi utilitatem, ſed turpe à populo lucrum.* Atque ita Grammaticorum doctiſſimus, Heſychius, hunc ipſum Apoſtoli locum interpretari volens, dum ſcribit. Καπηλεύοντες, πραγματευόμενοι. Eodem inclinat Theophylactus ad eundem locum, pag. 345. Apoſtolum ita loquentem introducens: Τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἀνέθηκα, διότι οὐκ εἰμὶ, ὡς οἱ ψευδαπόστολοι, καπηλεύων καὶ νοθεύων τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ· Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς καὶ τὴν διδασκαλίαν δολοῦντας τοῖς τῶν ἔξω σοφίσμασι, καὶ χρημάτων πωλοῦντας ὅπερ δωρεὰν ἔδει διδόναι. *Deo totum retuli acceptum, quòd non ſum ſicut falſi Apoſtoli, cauponans & adulterans donum Dei. Innuit autem, quòd ipſi Evangelii etiam doctrinam depravent humanæ ſapientiæ ratiocinationibus; ac pecuniâ divendere conentur, quod gratis impertiendum erat.* Eadem ſignificatione hoc verbo non ſemel uſus Ignatius. In Epiſt. ad Trallianos, pag. 7. de planis quibusdam, qui jura omnia, divina præſertim, venalia habebant, ita alloquitur: Εἰσὶ γάρ τινες ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται, οὐ χριστιανοὶ, ἀλλὰ χριστέμποροι, ἀπάτῃ (fortè legendum ἀπαντῇ, *ubiq;*) περιφέροντες τὸ ὄνομα Χριστοῦ, καὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ τὸν ἰὸν προσπλέκοντες τῆς πλάνης τῇ γλυκείᾳ προσηγορίᾳ, ὥσπερ οἰνομέλιτι κώνειον κεραννῦντες, ἵνα ὁ πίνων τῇ γλυκύτητι κλαπεὶς ποιότητι τὴν γευστικὴν αἴσθησιν, ἀφυλάκτως τῷ θανάτῳ περιπαρῇ. *Sunt nonnulli vaniloqui & ſeductores, non Chriſtiani*

Digitized by Google

ſtiani, ſed Chriſti inſtitores, vel Chriſtivenduli, fraude circumferentes illius nomen, & adulterantes verbum Evangelii, & erroris venenum allinentes dulci illi appellationi, velut mulſo aconitum miſcentes, ut bibentis decipiatur guſtus illo ſuaviſſimo ſapore, & incautè morte conficiatur. En hic χριστέμποροι & καπηλεύοντες τὸν λόγον conjunguntur. Et in Epiſt. ad Magneſios, pag. 58. Οἱ χριστέμποροι, τὸν λόγον καπηλεύοντες, καὶ τὸν Ἰησοῦν πωλοῦντες. *Sub Chriſti nomine & prætextu mercaturam exercentes; verbum Dei quæſtui habentes, & Jeſum vendentes.* Chryſoſtomus Homil. V. in II. ad Corinthios utramque ſignificationem metaphoricam in verbis Apoſtoli locum habere poſſe his verbis indicat: Εἰ γὰρ καὶ μεγάλα φθεγγόμεθα, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἡμέτερον ἔφαμεν εἶναι κατόρθωμα, ἀλλὰ τὰ πάντα τοῦ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ μιμησόμεθα τοὺς ψευδαποστόλους, τοὺς τὰ πολλὰ αὐτῶν εἶναι λέγοντας. Τοῦτο γάρ ἐστι καπηλεῦσαι, ὅταν τις νοθεύῃ τὸν οἶνον, ὅταν τις χρημάτων πωλῇ, ὅπερ δωρεὰν ἔδει δοῦναι. Ἐνταῦθα γὰρ καὶ εἰς χρήματα αὐτοὺς σκώπτειν μοι δοκεῖ, καὶ ὅπερ εἶπον αἰνίττεσθαι πάλιν, οἷον, ὅτι τὰ αὐτῶν ἀναμιγνύουσι τοῖς θείοις. Ὅπερ καὶ Ἡσαΐας ἐγκαλῶν ἔλεγεν, Οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. Εἰ γὰρ καὶ περὶ οἴνου τοῦτο εἴρηται, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι καὶ εἰς διδασκαλίαν αὐτὸ ἐκλαμβάνων. *Nam etſi magna quædam proloquimur; tamen nihil noſtrâ induſtria confectum fuiſſe, ſed omnia Chriſti eſſe diximus. Neq; enim falſos imitabimur Apoſtolos, qui pleraq; ſua eſſe dicunt. Hoc enim eſt* cauponari, *cùm quis vinum adulterat: cùm quis pecuniâ id vendit, quod gratis dare debebat. Hoc enim loco & de quæſtu eos lepidè perſtringere videtur, & rurſus id, quod dixi, ſignificare, nempe, quòd ſua illi divinis admiſceant. Quod etiam Jeſajas objiciebat, dicens,* Caupones tui vinum aquâ miſcent. *Nam etſi de vino hoc dictum ſit, non tamen aberrârit, qui de doctrina hoc quoq; intellexerit.*

Καρδία.

I. *Subjectum* καρδίας, *cordis*, eſt

1. *propriè animal*, nempe *tum beſtia*, *tum homo.* De poſteriori deinceps maximè agetur.

2. *Metaphoricè,*

a. *Angeli.* Quid autem eis tributum *cor* notet, docet Dionyſius Areopagita, Cap. XV. de cœleſti Hierarchia, pag. 167. *Dicimus*, τὴν καρδίαν εἶναι σύμβολον τῆς θεοειδοῦς ζωῆς, τῆς τὴν οἰκείαν ζωτικὴν δύναμιν ἀγαθοειδῶς εἰς τὰ προνοούμενα διασπειρούσης, *cor eſſe Symbolum vitæ deiformis, quæ vim vitalem ſuam deiformiter in ea, quibus conſulit, diſpertit.* Hæc Pachymeres, pag. 182. ita παραφράζει. Ἡ καρδία σύμβολόν ἐστι τῆς θεοειδοῦς ζωῆς· ὡς γὰρ ἐκ τῆς καρδίας διασπείρονται αἱ δυνάμεις τῷ σώματι, οὕτως ἐκ τούτων ἡ ζωτικὴ δύναμις εἰς τὰ προνοούμενα διαδίδοται. *Cor Symbolum eſt vitæ deiformis: ſicut enim ex corde vires corpori diſtribuuntur, ſic ex his vitalis vis in ea, quæ providentiâ reguntur, diſtribuitur.*

b. *Terra.* Ita καρδία τῆς γῆς, *cor terræ*, Matth. XII. 40. eſt *ſepulchrum.* Id agnoſcit Chryſoſtomus Homil. XLIII. in Matthæum: Οὐ γὰρ εἶπεν, ἐν τῇ γῇ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς· ἵνα καὶ τὸν τάφον δηλώσῃ, καὶ μηδεὶς δόκησιν ὑποπτεύσῃ. *Non enim dixit*, in terra, *ſed* in corde terræ: *ut & ſepulchrum denotet, & nemo apparentiam fuiſſe ſuſpicetur.* Nec his contrarius Theophylactus ad eundem locum, pag. 69. quando ſcribit, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τῷ κατωτάτῳ λέγω τόπῳ, τῷ ᾅδῃ δηλονότι καταβὰς, τριήμερος ἀνέστη. *Poſtquam* in corde terræ, *in infimum inquam locum, infernum ſcilicet deſcendit, tertio die reſurrexit.* Ἅδης enim notat ſtatum animæ poſt mortem corporis, ut in voce ᾅδης videre eſt. Ignatius in Epiſt. ad Trallianos de Chriſto: Τὸ σάββατον ὑπὸ γῆν μένει ἐν τῷ μνημείῳ. *Sabbato ſub terra manet in ſepulchro.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CXIV. lib. I. Τῶν τριῶν τῆς ταφῆς τοῦ Κυρίου ἡμερονυκτίων αὕτη ἐστὶν ἡ διασάφησις. Γέγραπται, ὥσπερ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· οὕτως καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔσται ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Ὁ τοίνυν ἐπαγγειλάμενος τὸν τύπον πληροῦν Ἰωνᾶ, ἀκριβῶς αὐτὸν ἐπιστάμενος· ἐπειδὴ καὶ παρῆν Ἰωνᾷ, καὶ ῥιπτουμένῳ εἰς τὸν βυθὸν, καὶ ἐκβρασσομένῳ ἐκ τοῦ βυθοῦ. Τοῦτον ἐπλήρωσεν ἀσφαλῶς, τοσοῦτο ἐν τῷ τάφῳ διατρίψας, ὅσον Ἰωνᾶς ἐν τῷ κήτει. *Trium Domini in ſepulchro exactorum dierum hæc eſt explanatio. Scriptum eſt:* Quemadmodum Jonas fuit in ventre ceti, &c. *Is igitur, qui ſe Jonæ typum expreſſurum receperat, cùm eum exactè nôſſet; quippe qui etiam Jonæ adeſſet, cùm in profundum præceps ageretur, atq; è profundo ejiceretur; eum quoq; haud dubiè explevit, tanto nimirum temporis ſpatio in ſepulchro commoratus, quanto Jonas in ventre ceti.* Vide Cl. Ravanellum in voce *Cor*, num. IV.

II. *Proprietates cordis* ſunt,

1. *quòd membrum præſtantiſſimum.* Chryſoſtomus Homil. XI. de Statuis: Τὸ κυριώτατόν ἐστι τῶν μελῶν ἐν ἡμῖν καρδία, καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἁπάσης αὐτῇ τὸ κῦρος ἐγκεχείρισται, καὶ τὸ τυχὸν πληγείσης αὐτῆς θάνατος γίνεται. *Cor membrorum noſtrorum præcipuum eſt, & totius vitæ noſtræ firmitas ipſi tradita eſt, & ipſo quomodocunq; læſo mors ſequitur.*

2. *quòd ſedes & origo cogitationum.* Hinc Chryſoſtomo dicitur ῥίζα ἐνθυμημάτων, πηγὴ λογισμῶν. *Radix cogitationum, fons rationum.* A Theodoreto in Cap. II. Danielis, pag. 563. τῶν λογισμῶν ταμεῖον, *rationum penu.*

3. *quòd divinæ gloriæ ſpeculum.* Theodoretus ad v. 18. Cap. III. Epiſt. II. ad Corinthios, pag. 225. Ὥσπερ τὸ διαφανὲς ὕδωρ ἐκμάττεται τῶν εἰσορώντων τὰς ὄψεις, καὶ αὐτὸν τοῦ ἡλίου τὸν κύκλον, καὶ τῶν οὐρανῶν τὰ κύτη· οὕτως ἡ καθαρὰ καρδία τῆς θείας δόξης οἷόν τι ἐκμαγεῖον καὶ κάτοπτρον γίνεται. *Quemadmodum limpida aqua, eorum vultum qui inſpiciunt, & ipſum ſolis arculum, & cœlorum convexa repræſentat: ita etiam cor purum fit divinæ gloriæ veluti quoddam ſpeculum & effigies.*

Hinc καρδία *Metonymicè* ſumitur *pro affectibus & appetitibus*: quò referri debet,

a. *Cor lapideum & carneum.* De eo ſic Iſidorus Epiſt. CLX. lib. IV. pag. 503. Τὸ μὲν, Ἐκσπάσω ἐξ αὐτῶν (δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἑκουσίως προστιθεμένων τῇ θείᾳ παιδεύσει) τὴν λιθίνην καρδίαν· τὴν ἀναίσθητον καὶ ἀνάλγητον τῆς ψυχῆς μηνύει ἕξιν, τὴν τοῖς θείοις ἀντιπράττουσαν νόμοις. Τὸ δὲ, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, τὴν εὔεικτον καὶ πειθήνιον, καὶ τοῖς πνευματικοῖς εἴκουσαν θεσμοῖς. *Dictum illud:* Auferam ab ipſis (*videlicet qui divinæ inſtitutioni ſponte obſequuntur, ſeſeq; accommodant*) cor lapideum: *indicat habitum animæ ſenſus ac doloris omnis expertem, planeq; ſtupidum, divinis legibus repugnantem. Quod autem ſequitur.* Et dabo ipſis cor carneum, *ſignificat* (habitum animi) *facilè cedentem atq; obſequentem, & ſpiritualibus ſanctionibus ſe ſubmittentem.* Ad eundem locum, nempe Ezech. XI. 19. Theodoretus, pag. 350. in Ezechielem: Καὶ οὐδεὶς ἂν τῶν ἐχεφρόνων φύσει λίθου τὴν λιθίνην ὑπολάβοι καρδίαν, ἀλλὰ τὴν ἀπειθῆ, καὶ ἀτεράμονα, καὶ εἴκειν Θεῷ μὴ βουλομένην· σαρκίνην δὲ πάλιν, τὴν εὐπειθῆ καὶ εὐήκοον. *Et nemo eorum, qui prudentes ſunt, opinetur* lapideum cor *eſſe lapidis naturam, ſed quod renuit obedire, atq; eſt inexorabile, quodq; Deo non vult cedere;* carneum *verò rurſus, obediens, & quod facilè cedit.* Idem ad v. 26. Cap. XXXVI. Ezech. pag. 501. Λιθίνην καρδίαν καλεῖ τὴν ἀντίτυπόν τε καὶ ἀπειθῆ· σαρκίνην δὲ, τὴν εὐπειθῆ τε καὶ εὐήκοον, καὶ τῶν θείων γραμμάτων δέξασθαι δυναμένην τοὺς τύπους. Lapideum cor *vocat adverſarium & rebelle:* carneum *verò, obediens, & dicto parens, quodq; divina-*

rum

Digitized by Google

rum literarum figuras poſſit excipere. Tale autem *Cor lapideum* non eſt à Deo, ſed ab hominis pravitate. Origenes Philocaliæ Cap. XXI. pag. 58. ad Matth. XIII. 5. Αὕτη ἡ πέτρα ἀνθρωπίνη ψυχή ἐστι, διὰ τὴν ἀμέλειαν σκληρυνθεῖσα, καὶ διὰ τὴν κακίαν ἀπολιθωθεῖσα· λιθίνη γὰρ οὐδενὶ ἐκτίσθη ὑπὸ Θεοῦ καρδία, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πονηρίας τοιαύτη γίνεται. *Hæc* Petra *humana eſt anima, negligentiâ indurata propter malitiam in lapidem converſa: nulli enim creavit Deus* cor lapideum, *ſed tale ab improbitate fit.*

b. *Cor rectum.* Pſal. VII. 10. εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, *recti corde.* Ad quod Baſilius Cæſar. in hunc ipſum Pſalmum pag. 146. Εὐθύς ἐστι τῇ καρδίᾳ ὁ τὸν λογισμὸν μὴ ἔχων ῥέποντα πρὸς ὑπερβολὴν μηδὲ ἔλλειψιν, ἀλλ' ἀπευθυνόμενος πρὸς τὸ μέσον τῆς ἀρετῆς. Rectus corde, *is eſt, qui animum retinet neutrobi vergentem, ſic ut neque in exceſſu neque in defectu peccet: ſed qui ad medium virtutis dirigitur.*

c. *Cor contritum.* Pſal. LI. 19. dicit David, Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Quid verò hoc ſit, docet iterum Baſilius in Pſalm. XXXIII. pag. 230. Συντριμμὸς καρδίας ἐστὶν ὁ ἀφανισμὸς τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. Ὁ καταφρονήσας τῶν τῇδε, καὶ ἀποδεδωκὼς ἑαυτὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐμπαρέχων ἑαυτοῦ τὸ ἡγεμονικὸν τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ θειοτέροις νοήμασιν, οὗτος ἂν εἴη συντετριμμένην ἔχων τὴν καρδίαν, καὶ ποιήσας αὐτὴν θυσίαν οὐκ ἐξουδενουμένην ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Contritio cordis *abolitio eſt humanarum cogitationum. Quicunque enim præſentia deſpexerit, ſeq; verbo Dei addixerit, & ſuam ipſius mentem iis tradiderit intelligendis, quæ ſupra hominem & diviniora ſunt, hic demum* contritum cor *habet, ſacrificiumq; obtulit, quod minimè deſpicietur à Domino.*

d. *Cor purum.* David precatur Pſal. LI. 12. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός. *Cor mundum crea in me Deus.* Baſilius Cæſ. in Orat. Quòd Deus non ſit autor mali, pag. 424. Οὐχὶ νῦν δημιούργησον, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς κακίας παλαιωθεῖσαν ἀνακαίνισον· καὶ ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Τὸ κτίσῃ· οὐχ ἵνα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγάγῃ, ἀλλ' ἵνα τοὺς ὄντας μεταποιήσῃ. *Non dicit: Nunc crea, ſed in malitia inveteratum renova: & ut duo creet in unum novum hominem, non ut ex non exiſtente producat,* dicit creet, *ſed ut exiſtentes mutet ac renovet.* Greg. Nazianzenus Orat. XLIII. p. 698. Ἐπιζητεῖ ὁ θεῖος Δαυὶδ καρδίαν καθαρὰν ἐν ἑαυτῷ κτιζομένην, καὶ πνεῦμα εὐθὲς τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινιζόμενον· οὐχ ὡς οὐκ ἔχων. Τίς γὰρ εἰ μὴ Δαυὶδ ὁ τοιοῦτος; ἀλλ' ὡς καινὸν γινώσκων τὸ νῦν ἀεὶ προστιθέμενον. *Divinus David* cor mundum in ſe creari *ac ſpiritum rectum in viſceribus innovari poſtulat, non quòd non habeat, (quis enim habere poſſit, ſi tantus vir eo careat?) ſed quòd pro novo id ducat, quod nunc quotidie accreſcit.* Chryſoſtomus in Biblioth. Photii Cod. CCLXXVII. pag. 1557. Δαυὶδ παρακαλεῖ τὸν Θεόν, καὶ λέγει· Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός, οὐχ, ὅτι πρότερον οὐκ εἶχε καρδίαν, οὐδὲ περὶ τῆς οὐσίας τῆς καρδίας λέγει· ἀλλὰ περὶ τῆς κοσμούσης αὐτὴν ἀρίστης πολιτείας. *David Deum rogat, dicens:* Cor mundum crea in me Deus: *non quòd priùs cor non habuerit, nec de cordis ſubſtantia loquitur: ſed de optima vivendi ratione cor exornante.* Ita autem orabat, ut ibidem Chryſoſtomus, Ἐπειδὴ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐῤῥυπώθη τῇ μοιχείᾳ καὶ τῷ φόνῳ, καὶ πρὸς φθορὰν κατεφέρετο. *Quia cor ejus ſordibus adulterii & homicidii contaminatum erat, & ad corruptionem ferebatur.* De eadem cordis puritate S. Macarius Homil. XV. pag. 190. Αὕτη ἐστὶν ἡ καθαρότης τῆς καρδίας, ἐπιδὼν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἢ ἀσθενεῖς, συμπαθήσῃς, καὶ εὔσπλαγχνος ἐπ' αὐτοῖς γένῃ. *Hæc cordis puritas eſt, ut, ſi videas peccatores vel infirmos, commiſeratione tangaris, & miſericors erga eos ſis.* Plura *de puritate cordis* jam ſupra habes in voce Καθαρὸς, num. I.

e. *Verum Cor.* Ad Hebræos X. 22. dicit Apoſtolus: Προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας. *Accedamus cum vero corde.* Hic μετὰ ἀληθινῆς καρδίας eſt μετὰ εἰλικρινοῦς διαθέσεως, *cum ſincera affectione;* ut ad hunc locum Theodoretus, pag. 441. Vel, juxta Theophylactum, pag. 979. Μετὰ καρδίας ἀδόλου, ἀνυποκρίτου πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ἢ ἀδιστάκτου, μηδὲν ἀμφιβαλλούσης, μηδὲν ἐνδοιαζούσης περὶ τῶν μελλόντων, καὶ διὰ τοῦτο μικροψυχούσης. *Cum corde doli experte, non fucato erga fratres, vel nihil hæſitante, nihil ambigente, nihil dubitante de futuris, ac propterea in puſillanimitatem recidente.* Et Oecumenius, pag. 849. exponit, *Accedamus* τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ μετὰ ἀληθείας, μηδὲν νόθον ἢ ὕπουλον ἔχοντες, *ad fidem in Chriſtum cum veritate, nihil ſpurii aut ſubdoli habentes.*

f. *Cor novum.* Ezechiel. XXXVI. 26. promittit Deus: Καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ὑμῖν. *Et dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum dabo vobis.* Ad quæ Theodoretus, pag. 500. Διὰ τούτων τὴν φρονήματος ἐναλλαγὴν ἐσήμανεν. Ἐπὶ γὰρ τὰ ἀμείνω φησὶ ῥέψει ὑμῶν ἡ καρδία, οὐκέτι κατὰ τὴν προτέραν συνήθειαν ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν ἔχουσα· τὸ δὲ δώσω, οὐδαμῶς τῷ αὐτεξουσίῳ λυμαίνεται· λόγοις γὰρ καὶ ἔργοις, καὶ τοῖς μυρίοις χρησάμενος θαύμασιν, οὐκ ἐκείνους μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῇ εὐσεβείᾳ προσελθεῖν ἔπεισεν, οὐκ ἠνάγκασεν· ἀλλ' ὅμως καὶ μὴ ἀναγκάσας, ἀλλὰ πείσας αὐτοὺς λέγει δεδωκέναι ταῖς ψυχαῖς τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω ῥοπὴν, ὡς αὐτὸς αἴτιος τούτου, δι' ὧν εἶπέ τε καὶ ἔδρασε, γεγονώς. *Per hæc mentis mutationem ſignificavit. Ad meliora enim cor veſtrum inclinabit, non item ſecundum priſtinam conſuetudinem ad deteriora propendens. Illud verò* dabo, *nequaquam liberum lædit arbitrium: verbis enim & operibus, & infinitis adhibitis miraculis, non illis ſolis, ſed etiam omnibus gentibus, ut ad pietatem accederent, ſuaſit, non coëgit: & tamen quamvis non coëgerit, ſed ſuaſerit, ſe ait dediſſe animis ad meliora propenſionem: quippe ipſe autor hujuſce rei, tum his quæ dixit, & quæ fecit, factus eſt.*

Καρδιογνώστης.

Καρδιογνώστης, *qui corda novit, cordium ſcrutator:* epitheton, quod ſoli Deo competit, & bis in actis legitur, nempe Cap. I. 24. & XV. 8. Ita autem vocatur, ὅτι πάντα ἔγνωσται καὶ ὥρισται παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ πρὸ τῆς ἐνθυμήσεως ἡμῶν. *Quoniam omnia nota & definita apud Deum, etiam ante cogitationes noſtras:* inquit Oecumenius in Cap. I. Actorum, pag. 8. Clemens Alexandrinus Strom. VI. pag. 665. Καρδιογνώστην τὸν Θεὸν παρειλήφαμεν, οὐκ ἐκ κινήματος ψυχῆς τεκμαιρόμενον, καθάπερ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι· ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τοῦ ἀποβαίνοντος· γελοῖον γὰρ οὕτως νοεῖν, οὐδὲ, ὡς ὁ ἀρχιτέκτων γενόμενος τὸ ἔργον ἐπῄνεσεν, καὶ ὁ Θεὸς οὕτως ποιήσας τὸ φῶς, ἔπειτα ἰδὼν, καλὸν εἶπεν, ὁ δὲ, καὶ πρὶν ἢ ποιῆσαι, οἷον ἔσται εἰδὼς, τοῦτο ἐπῄνεσεν, ὃ ἐγένετο, δυνάμει ποιοῦντος καλὸν ἄνωθεν διὰ τῆς ἀνάρχου προθέσεως τὸ ἐσόμενον ἐνεργείᾳ καλόν· αὐτίκα τὸ ἐσόμενον ἤδη προεῖπεν εἶναι καλὸν, τῆς φράσεως ὑπερβατῷ κρυψάσης τὴν ἀλήθειαν. *Deum accepimus ſcrutatorem cordium, non qui conjicit ex motu animi, ſicut nos homines: ſed neq; eventu (ridiculum enim eſſet ſic cogitare:) neq; ut architectus laudavit opus factum, ſic quoq; Deus cùm feciſſet lucem, deinde eam vidiſſet, dixit bonam. Ille autem priuſquam feciſſet, ſciens qualis eſſet futura, eam laudavit, quæ facta eſt, ut qui poteſtate ab alto bonum faceret per principio carens propoſitum, id quod actu futurum erat bonum: & quod futurum erat, jam prædixit eſſe bonum, dictione hyperbato celante veritatem.* Sunt in ſcriptura etiam aliæ locutiones, quæ Deum καρδιογνώστην eſſe demonſtrant. Apocal. II. 23. ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας. Jobi VII. 20. ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων. Quod Olympiodorus in Catena, pag. 193. exponit per, ταῖς ἐννοίαις ἐμβατεύων.

Digitized by Google

Cui aditus eſt ad intimas cogitationes. Alia his gemina loca produximus in verbo Ἐρευνάω. Philo in lib. περὶ φιλανθρωπίας. Τὸν ἀοράτυ ψυχῆς ἔφορον, ὃς διάνοιαν ἀκριβῶς θεωρεῖ. *Inviſibilis animæ inſpectorem, qui mentem exactè contemplatur.* Nazarius in Panegyrico: *Quamvis humanæ mentes profundos gerant cogitationum receſſus, inſinuat tamen ſe totam ſcrutatura divinitas.*

Καρδιοπονέω.

Non habent Lexica. *Ex animo laboro, cor affligo.* Marcus Eremita de Baptiſmo: Καρδιοπονεῖν βυλόμενος. *Ex animo laborare cupiens.* Mox: Οὐ δύναται μὴ καρδιοπονεῖν ὁ προσεχλικὸς τῶν λογισικῶν μετεωρισμῶν. *Nequaquam poteſt cor non affligere, qui jactationibus conceptis animum attendit.*

Καρτεροψυχία.

Omittunt hanc vocem Lexica. Significat *animorum fortitudinem.* Legitur apud Baſilium Cæſarienſ. Epiſt. CCXCVIII. pag. 1066. Πλυσίαν καὶ ἀκμαιοτέραν τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθῦς πίσεως καρτεροψυχίαν ἐπιδαψιλεύσασθαι. *Ditiorem & vividam magis animorum fortitudinem pro vera fide largiſſimè demonſtrare.*

Κάσανος.

Κάσανος eſt *colorem habens caſtaneæ.* Nicephorus, Epiſcopus Conſtantinop. in Actis Concilii Epheſini, pag. 313.. Φαινόλιον κάσανον. *Pallium caſtanei coloris.* Apud Meurſium eadem ſignificatione legas κασανάτος, ex Gloſſis Græco barbaris, in quibus: Μέλανα οἶνον· κρασὶν μαῦρον, ἤγυν κασανᾶτον. In Theſauro Vlachi: Κάσανον, *caſtaneum.* Κάσανος· ἡ διὸς βάλανος.

Καταβαπλίζω.

Afferunt quidem Lexica hoc verbum, nullis tamen autorum exemplis ejus illuſtrant ſignificationem. *Propriè* idem quod καλαβάπλω, id eſt, juxta Heſychium, ποντίζω, *demergo. Metaphoricè* frequenter uſurpatur à Patribus. Chryſoſtomus Epiſt. CV. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μήτε πρὸς τὰ φαιδρὰ τῦ παρόντος κεχηνέναι βίυ, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν καλαβαπλίζεσθαι· ἀλλ᾽ ἓν μόνον σκοπεῖν, ὅπως εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων ἡμῶν πατρίδα μετὰ πολλῆς παραγινέσθαι τῆς παῤῥησίας. *Rogo vos atque obſecro, ut nec præſentis vitæ rebus jucundis inhietis, nec à moleſtis deprimamini: verùm hoc unum ſpectetis, quonam pacto ad communem omnium noſtrûm patriam cum ingenti fiducia perveniatis.* Idem dicit, πολλῷ καλαβαπλίζεσθαι τῷ τῶν ὀφλημάτων βυθῷ. *Multitudine debitorum obrui, demergi.* Item: Ὑπὸ τῶν τῆς λύπης κυμάτων καλαβαπλίζεσθαι. *Triſtitiæ fluctibus obrui.* Item: Ὑπὸ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς καλαβαπλίζεσθαι. *Tentationibus obrui.* Baſilius Cæſar. Orat. de Jejunio, pag. 331. Λύπη μέθη ἐςὶ καταβαπλίζυσα τὴν διάνοιαν. *Triſtitia eſt temulentia ſenſum hominis obruens ac demergens.* Greg. Nyſſenus, Τῇ ἀπάτῃ τῦ βίυ καταβαπλίζεσθαι. *Vitæ fraude immergi.*

Καταβαπτιςήριον.

Non habent Lexica. Opponitur βαπλιςηρίῳ. Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 649. Ἀληθῶς ἀντίχρισοι τοῖς οἴκοις ἐπεισῆλθον, καὶ ἀλλότριοι ἤγειραν θυσιαςήρια, καὶ καλαβαπλιςήρια ᾠκοδόμησαν ἐξεναντίας τῦ ἀληθινῦ θυσιαςηρίυ, καὶ τῆς ἁγίας κολυμβήθρας. *Revera antichriſti in ædes irrepſerunt, & alieni erexerunt altaria, & catabaptiſteria exſtruxerunt è regione veri altaris, & ſanctæ piſcinæ.*

Καταβαπτιςής.

Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 670. καταβαπλιςὴν opponit βαπλιςῇ, quando eum, qui SS. Trinitatem confiteri renuit, etiam baptizare recuſat, ita allocutus eundem: Εἰ μὴ καλαδέχῃ τὸ τέλειον τῆς θεότητος, ζήτει τὸν βαπλιςήν, ἢ καλαβαπλιςήν. Ἐμοὶ δὲ ἐ σχολὴ τέμνειν θεότητα, καὶ νεκρόν σε ποιεῖν, ἐν καιρῷ τῆς ἀναγεννήσεως. *Si perfectam* deitatem non admittis, quære qui te tingat, vel *potius extinguat. Mihi enim non vacat deitatem ſecare, atque in regenerationis tempore tibi mortem inferre.*

Κατάβασις.

Euſebius Demonſtrat. Evang. lib. VI. pag. 170. *Incarnationem* Filii Dei vocat Θεῦ λόγυ ἐξ ὐρανῶν καλάβασιν, *Dei Verbi è cœlis deſcenſum.* Καλάβασις εἰς ᾅδυ eſt *deſcenſus ad inferos*, apud Chryſoſtomum Homil. XL. in I. ad Corinthios. Vide integrum locum in voce Ἅδης, num. II. 1.

Καταβολικός.

Spiritus, qui energumenos vexabant, dicebantur *catabolici.* Tertullianus lib. de Anima, Capite XXVIII. pag. 491. *Scimus etiam Magos elicere explorandis occultis catabolicos & paredros, & pythonicos ſpiritus.* Hic malè quidam *catbabolicos* ſcribunt. Unde verò καλαβολικοί, *catabolici* dicti? An ἀπὸ τῆς καλαβολῆς, quando *calumniam* ſignificat in illo Cleobuli Jambico,

> Ψευδὴς καλαβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται.
> *Mendax calumnia vitæ nocet?*

An verò καλαβολῆς, quatenus *ſacrificium vel victimam* ſignificat? quòd ſcilicet victimis & ſacrificiis elicerentur? Heſychius: Καλαβολή, θυσία, τελετή. Græci etiam dicunt καλαβάλλειν ἱερεῖον, *mactare hoſtiam.* Hinc καλάβολοι *victimarii*, vel *confectores victimarum.* Sed vero longè ſimilius eſt, *catabolicos* dictos eos Spiritus, qui per arreptitios & energumenos futura prædicebant, quos plerumque raptabant, dejiciebant, & ſolo affligebant. Hinc ergo καλαβολικοί dicti. Nam & καλαβολή, dæmonis ἐπίπνοιαν & κατοχὴν ſignificat, ut patet ex Polluce lib. I. Cap. XVIII. *Catabolici* itaque dicti illi dæmones ac ſpiritus, quòd dejicerent & affligerent, proſternerentque, quos numine ſuo implebant, ἀπὸ τῦ καλαβάλλειν, vel ἀπὸ τῆς καλαβολῆς, quæ *acceſſionem & afflationem* cum impetu ſignificat, quòd derepente irruerent ſcilicet, & vates ſuos corriperent, ſpirituque fatidico implerent. Nam καλαβολὴ ἐπίπνοιαν Θεῦ καὶ κάθοδον ſignificat, ut docet Pollux loco ſuprà laudato. Cyrillus Alex. lib. XI. de Adorat. pag. 404. miſſionem Spiritûs ſancti vocat τῦ παναγίυ πνεύματος εἰς ὑμᾶς καλαβολήν. Sic καλαβολὴ πυρετῦ apud medicos acceſſio febris.

Καταβραβεύω.

Occurrit hoc verbum ad Coloſſ. II. 18. Μηδεὶς ὑμᾶς καλαβραβευέτω. Vulgatus: *Nemo vos ſeducat.* Beza: *Nullus voluntarius moderator de vobis ſtatuat.* Illyricus: *Ne quis vobis palmam intervertat.* Eraſmus καλαβραβεύειν exponit, *in brabeis, aut præmiis fraudare.* Hieronymus in quæſt. ad Algaſiam, quæſt. X. *Nemo adverſum vos præmium accipiat.* Verſio Tigurina: *Ne quis præmium vobis intercipiat.* Optimè. Eadem in margine, Καλαβραβεύειν *dicitur, cùm penes alium eſt victoria, penes alium præmium.* Prorſus ex mente Chryſoſtomi, qui Homil. VII. in hanc Epiſt. pag. 122. Καλαβραβευθῆναί ἐςιν, ὅταν παρ᾽ ἑτέρῳ μὲν ἡ νίκη ᾖ, παρ᾽ ἑτέρῳ δὲ τὸ βραβεῖον, ὅταν ἐπηρεάζῃ νικήσας. Καλαβραβευθῆναι *eſt, quando penes alium quidem victoria eſt, penes alium verò brabeum, quando victoriam conſecuto inſultatur.* Eodem modo Theophyl. p. 654. Μηδεὶς ὑμᾶς καλαβραβευέτω, τυτέςιν, ἐπηρεαζέτω. Καλαβραβεύειν γάρ ἐςιν, ὅταν ἕτερος μὲν νικᾷ, ἕτε-

ρος δὲ

Digitized by Google

ος δὲ λαμβάνῃ τὸ βραβεῖον. *Nemo vos damno afficiat. Nam καταβραβεύειν eſt, quando alter quidem victoriam obtinet, alter verò victoriæ præmium accipit.* Nec alienus ab hac expoſitione Theodoretus, qui pag. 355. ad Apoſtoli locum: Βραβευτὰς καλοῦσι τοὺς τῶν ἀγωνιζομένων κριτάς. Οὗτοι γὰρ τοῖς νικῶσι τῆς νίκης τὴν ψῆφον ὀρέγουσι· καταβραβεύειν δέ ἐστι, τὸ ἀδίκως βραβεύειν. Ἐπειδὰν τοίνυν καὶ αἱ τὰς νομικὰς παρατηρήσεις τῷ εὐαγγελίῳ παραμιγνῦντες ἀπὸ τῶν κρειττόνων αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ἐλάττω μετέφερον, εἰκότως ἔφη, Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. *Brabeutas appellant judices eorum, qui decertant in certaminibus. Hi enim vincentibus dant calculum victoriæ.* Καταβραβεύειν *autem eſt injuſtè adjudicare victoriam. Quoniam ergo qui legis obſervationes admiſcebant Evangelio, à præſtantioribus eos traducebant ad deteriora, jure dixit,* Ne quis præmium vobis intercipiat. Suidas, in mente habens hunc ipſum Apoſtoli locum, inquit: Καταβραβευέτω (ita enim cum Apoſtolo ſcribo, non καταβραβευέσθω) καταλογιζέσθω. Κατακρινέτω. Καταγωνιζέσθω. Τὸ ἄλλου ἀγωνιζομένου ἄλλον στεφανοῦσθαι, λέγει ὁ ἀπόστολος καταβραβεύεσθαι. *Recenſeat. Contemnet. Devincat. Cùm alio certante alius coronatur, Apoſtolus hoc vocat* καταβραβεύεσθαι, hoc eſt, *juſto debitoque victoriæ præmio fraudari.* Et Heſychius: Καταβραβεύεται, κατακρίνεται, καταγωνίζεται. *Condemnatur: in lucta & prælio vincit.* Photius apud Oecumenium in Epiſt. ad Coloſſenſes, pag. 697. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω· μηδεὶς ὑμᾶς κατακρινέτω. *Nemo vos condemnet*, nimirum debito præmio vos fraudando. Victis ergo brabeum negabatur, victori verò concedebatur. Si negaretur, καταβραβεύεσθαι dicebatur. Quod verò brabeum noſtrum? Ipſe Chriſtus. Καταβραβεύεται, qui eo, aut fiduciâ illius ſpoliatur. Hoc agebant, ut rectè ad Can. XXXV. Concilii Laodiceni, pag. 351. Zonaras notat, qui docebant, ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστὸν ἐπικαλεῖσθαι εἰς βοήθειαν, &c. Totum locum, & alia huc pertinentia habes in voce Ἄγγελος, num. 5. ubi *de Angelorum diviſione*, ad lit. ε. num. 2. De ipſa verbi hujus ſignificatione Zonaras ibidem addit: Καταβραβεύειν ἐστὶ, τὸ μὴ τὸν νικήσαντα ἀξιοῦν τοῦ βραβείου, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ δίδοσθαι αὐτὸ, ἀδικουμένου τοῦ νικήσαντος. Καταβραβεύειν *eſt, non eum qui vicit brabeo dignari, ſed alii illud conferre, injuriâ affecto victore.*

Καταδυσις. Καταδύω.

Frequens harum vocum uſus, ad ſignificandam *immerſionem* in S. Baptiſmo: de quibus jam ſatis fusè actum in Ἀναδύω & Ἀνάδυσις: ubi vide.

Καταθέσιον.

Καταθέσιον eſt *repoſitorium, conditorium.* Palladius Hiſt. Lauſ. in Ammonio, pag. 29. Τὰ καταθέσια τῶν ἁγίων. *Repoſitoria ſanctorum.* Et mox: Ἐν αὐτοῖς τοῖς καταθεσίοις ἀποδέχεται τὸν Ῥουφῖνον ὁ ἅγιος ἀπὸ τοῦ ἀχράντου βαπτίσματος. *In ipſis repoſitoriis ſanctus ille è ſacro Baptiſmate ſuſcipit Rufinum.* Notat locum, ubi reponitur panis & vinum in uſu S. Cœnæ. Germanus in hiſt. Eccleſ. pag. 163. Ὅπερ ἐστὶν ἀντίτυπον τοῦ ἁγίου μνήματος ἐκείνου, τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὸ καταθέσιον, δηλαδὴ ἐν ᾧ ἐτέθη τὸ ἅγιον καὶ πανάχραντον σῶμα, ἡ ἁγία τράπεζα. *Quod*, nimirum novum ex petra exciſum Chriſti monumentum, *exemplar eſt ſancti monumenti illius, altare & repoſitorium, in quo poſitum eſt ſanctum & omnino immaculatum corpus, quæ eſt ſancta menſa.* In Menologio καταθέσια ſunt feſta depoſitionis ſacrarum veſtium & Zonæ beatæ Virginis. In menſe Julio: Εἰς τὴν δευτέραν τὰ καταθέσια τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις. *Secundo die feſtum depoſitionis ſacræ veſtis ſanctiſſimæ Deiparæ, quæ in Blachernis colitur.* In menſe Auguſto: Εἰς τὴν λά τὰ καταθέσια τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. *Trigeſimo primo die feſtum depoſitionis venerbilis zonæ ſanctiſſimæ Deiparæ.*

Κατακλαστόν.

Ita vocatur *fruſtum panis benedicti.* Typicum Sabæ Cap. XIV. pag. 22. Ὁ εὐλογηθεὶς ἄρτος, ἤτοι τὸ κατακλαστὸν δίδοται. *Datur panis benedictus, ſive* τὸ κατακλαστόν. Cap. XI. pag. 11. Εἶτα δίδοται συνήθως τὸ κατακλαστόν. *Tum datur pro more fruſtum panis benedicti.* Menologium ad 2. Februarii, καὶ δίδοται τὸ κατακλαστόν. Nicephorus Conſtantinop. Cap. XIX. Τοὺς ὄντας ἐν ἐπιτιμίοις μοναχοὺς χρὴ συνεσθίειν καὶ συνεύχεσθαι, μετέχειν δὲ καὶ εὐλογίας, ἤγουν κατακλαστοῦ. *Oportet Monachos, qui pœnis ſunt ſubjecti, ſimul edere & orare; participes verò etiam fieri eulogiæ, ſive fruſti panis benedicti.* Demetrius Chomatenus in reſponſis ad Conſtantinum Cabaſilam eadem voce utitur. Ibi quæritur, *An Græcus ſacerdos Latino qui ſacris interfuiſſet, debet* μεταδοῦναι κατακλαστοῦ, *dare partem panis benedicti?* Reſponſio eſt: Καὶ προθύμως προσερχομένοις τούτοις μεταδώσει κατακλαστοῦ. *Etiam illis, ſacerdotibus Latinis, ſiquidem promto accedant animo, dabit partem panis benedicti.* Dicitur etiam ſimpliciter κλαστόν. In Menologico: Καὶ λαμβάνουσιν οἱ ἀδελφοὶ κλαστόν. *Et accipiunt fratres panem benedictum.* Κατακλαστὸν verò, vel etiam κλαστὸν vocatur propter fractionem, quam videntur in eo dividendo obſervâſſe, ſicut obſervabatur in Euchariſtiæ diſtributione.

Κατάκλειστος.

Græci κατάκλειστον vocant *virginem intactam, integram à viro, pudicam*, quæ omnino virum ignorat: *concluſam*, non quòd religionis causâ incluſæ eſſent, ut hodie Moniales, quæ Græcis ἔγκλειστοι dicuntur, ut vult Baronius. Sed κατάκλειστος erat honeſtiorum virginum epitheton, ut Grammatici vocant, perpetuum. Virgines enim domi continebantur in propriis œcis, ac ædium receſſibus, quos Græci appellabant παρθενῶνας, *cellas virginales.* Patet hoc ex ſequentibus. Mentio κατακλείστων II. Maccab. III. 19. ubi deſcribitur tumultus, cujus occaſionem profanus ille Heliodorus præbuit. Narrat ibi autor inter alia, *Virginum quoque, quæ concluſæ erant* (αἱ κατάκλειστοι τῶν παρθένων) *alias ad veſtibulum & portas concurriſſe, alias ad parietes per feneſtras exerto collo proſpectâſſe.* Ad quæ Gloſſa ordinaria: *Virgines, quæ concluſæ erant: id eſt, de domibus parentum non exibant, ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis: tamen in illa turbatione exibant præter morem ſolitum currentes ad Oniam.* Similis locus extat III. Maccab. I. 15. ubi in tali quoque urbis ἀγωνίᾳ, Philopatore videlicet ingreſſum in ſanctum ſanctorum improbè & audacter adornante, narrat autor τὰς κατακλείστους παρθένους ἐν θαλάμοις, *incluſas in thalamis virgines cum matribus erupiſſe.* Huc facit Poetæ Lyrici fragmentum apud Hephæſtionem:

Ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος,
Τὴν οἱ φασὶ τεκόντες
Εὐναίης ὀαριστμοὺς
Ἔχειν ἴσον ὀλέθρῳ.

Puella incluſa, cujus dicunt parentes in lecto colloquia perniciem coarguere. Plura petantur ex Caſauboni Exercitat. I. ad Annales Baronii, numero XXIII. & ex Adverſar. ſacr. Feſſelii lib. II. Cap. XVI. qui ſua ex Caſaubono habet.

Κατακλυσμός.

Κατακλυσμὸς eſt *proluvies, illuvies, ſeu illuvio.* Peculiariter etiam *diluvium*, quod nobis in ſacris commemoratur

ratur literis. Vide Matth. XXIV. 38. 39. Lucæ XVII. 27. II. Petri II. 5. Chryſoſtomus *κατακλυσμὸν* vocat, *τὸ κοινὸν τῆς οἰκουμένης ναυάγιον*, *commune totius orbis naufragium*. Item, *κατακλυσμὸν παγκόσμιον*. Photius Epiſt. LXXXII. pag. 129. *Τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ναυάγιον*. *Commune hominum naufragium*. Baſilius Cæſar. in Pſal. XXVIII. pag. 180. *Κατακλυσμὸς, ὑδάτός ἐστιν ἐπίκλυσις ἐξαφανίζοντος πᾶν τὸ ὑποκείμενον*. *Diluvium, aquæ inundatio eſt, omne ſubjectum delentis*.

Κατακοινόω.

Non habent Lexica. Significat *impertio, communico*. Legitur apud Oecumenium in Cap. I. Actorum, pag. 4. *Chriſtus νῦν καὶ Σαμαρεῦσι καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι τὸ κήρυγμα κατακοινοῖ*, *nunc etiam Samaritanis & reliquis gentibus Evangelii prædicationem impertit*.

Καταλεαίνω.

Lexica afferunt ex Heſychio, apud quem *Καταλεάναντες, κατατρίψαντες*, *Levigantes, conterentes*. In veteri Lexico *καταλεαίνω* exponitur *Explano, contero, deleo, lituras induco*. Cyrillus Alexandr. in Cap. II. Haggæi, pag. 646. *Θεοῦ μὴ κατευθύνοντος, καὶ τὴν τῶν πρακτέων ἡμῖν μὴ καταλεαίνοντος ὁδὸν, εἰκαία τις πάντως καὶ ἀνόνητος ἡ ἐφ' ὁτῳοῦν ἀνθρώπου σπουδή*. *Deo non dirigente, & actionum noſtrarum viam non complanante, inanis eſt prorſus & inutilis hominis in quacunque re ſuſceptus labor*.

Καταλευκαίνω.

Non habent Lexica. Metaph. ſignificat *explano, expono, declaro*. Cyrillus Alexandrinus in Cap. I. Sophoniæ, pag. 582. *Καταλευκαίνει τὸ ἀμυδρῶς εἰρημένον*. *Obſcurè dictum explanat*.

Καταλλάσσω. Καταλλαγή.

Ut harum vocum uſum in Canonibus Conciliorum faciliùs & feliciùs intelligamus, obſervandum eſt, *duo* præcipuè fuiſſe *genera κοινωνίας, communionis*, unam *minimam*, alteram *majorem*. *Minima* fuit, quæ omnium rerum ſocietatem & communionem; excepto Euchariſtiæ & oblationum uſu poteſtateque; conceſſit: contrà *major*, quæ omnium rerum, atque adeò ipſius etiam Euchariſtiæ uſum permiſit. Hinc colligitur, *duas* etiam fuiſſe *καταλλαγὰς, reconciliationes*.

I. *Καταλλαγὴ, reconciliatio* erat, quâ pœnitentes abſolvebantur, & ablatum primæ communionis jus recuperabant: atque hæc *reconciliatio minima* fuit. De ea intelligendus Can. XLV. Cod. Eccleſiæ Africanæ: *Ut ſcenicis, atque hiſtrionibus, ceteriſque hujuſmodi perſonis reconciliatio non negetur*. In Græco eſt: *Ὥστε τοῖς σκηνικοῖς καὶ μίμοις, καὶ τοῖς λοιποῖς τοιουτοτρόποις προσώποις, ἢ ἀποστάταις, μετανοοῦσι καὶ ἐπιστρέφουσι πρὸς τὸν Θεὸν, χάριν ἢ καταλλαγὴν μὴ ἀρνεῖσθαι*. Balſamon ad hunc Canonem, pag. 659. *καταλλαγὴν* dicit eſſe *λύσιν τῶν ἐπιτιμίων*, *abſolutionem à pœnis, ſolutionem pœnarum*. Et Zonaras, pag. 432. *Καταλλαγὴν, τὴν λύσιν τῶν ἐπιτιμίων λέγει· λύεται γὰρ τοῦ δεσμοῦ ὁ ἐπιτιμηθεὶς, ὅτε συνίδῃ ὁ δεσμήσας αὐτὸν ὡς καταλλαγέντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν ἐπιτιμίων*. *Reconciliationem vocat pœnarum ſolutionem: vinculo enim ſolvitur pœnæ ſubjectus, quando ille, qui eum ligavit, intellexit, eum per pœnas Deo reconciliatum eſſe*.

II. *Καταλλαγὴ, reconciliatio* erat, quâ pœnitentes adipiſcebantur jus communionis integrum, & ad Euchariſtiæ participationem admittebantur: atque hæc *reconciliatio major* fuit, & ultima. In ea pœnitentes dicuntur *τελείως δεχθῆναι*, *perfectè recipi*, Cap. VIII. Ancyrano. Vide in verbo *Δέχομαι*. Cap. IX. *τοῦ τελείου μετέχειν*, *perfectionem conſequi*. Can. IV. *ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον*, *ad perfectionem accedere*. Can. XX. *τοῦ τελείου τυχεῖν*, *perfectionem aſſequi*. Vide in *Τέλειος*. Dicuntur Canone VII. Carthag. *reconciliari divinis altaribus*: verſio Græca habet, *καταλλαγῆναι τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις*. Editio verò Tigurina vitioſè, *τοῖς ἱεροῖς μοναστηρίοις*. Balſamon legit, *τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις*, & explicat pag. 605. *Καταλλαγῆναι, ἢ παραχωρηθῆναι εἰς μετάληψιν τῶν ἁγίων ἁγιασμάτων μετὰ ἐξομολόγησιν*. *Reconciliari, vel poteſtatem accipere communicandi ſacramenti, poſt exomologeſin*, id eſt, ut in *Ἐξομολόγησις*, num. III. explicatum, poſt integram pœnitentiæ actionem. Zonaras ad eundem Canonem, pag. 398. *καταλλαγῆναι τοῖς ἱεροῖς θυσιαστηρίοις* exponit, *δεκτὸν γενέσθαι εἰς τὴν θείαν μετάληψιν*. *Recipi ad divinam communionem*, ſcil. Euchariſtiæ.

Quid ſit *καταλλάσσειν εἰς δημοσίαν λειτουργίαν*, docetur in voce *Λειτουργία*.

Καταμανθάνω.

Veteres Gloſſæ: *Καταμανθάνω. Conſidero, condiſco. Καταμάθησις. Conſideratio*. Aliæ: *Conſiderat, κατανοεῖ, καταμανθάνει*. Syneſius: *Ἑαυτὸν καταμανθάνειν*. *Seipſum conſiderare*. Chryſoſtomus, *ἀκριβῶς καταμανθάνειν τί*. *Aliquid accuratè conſiderare*. Idem quod *κατανοεῖν*, ut ex Gloſſis vidimus. Patet etiam ex collatione locorum Matth. VI. 28. & Lucæ XII. 27. Apud Matthæum eſt, *Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ*. Apud Lucam, *Κατανοήσατε τὰ κρίνα*. Utrobique Vulgatus: *Conſiderate lilia*. Minùs aptè Beza: *Diſcite*. Non malè etiam reddas, *Cognoſcite*. Donatus enim in Terentium, *Cognoſcere, eſt diligenter & attentè conſiderare*. Hac ipſa ſignificatione uſurpatur *καταμανθάνειν* Geneſ. XXIV. 21. ubi de ſervo Abrahami, Rebeccam conſiderante: *Ὁ δὲ ἄνθρωπος κατεμάνθανεν αὐτήν*. Et Cap. XXXIV. 1. de Dina, *Ἐξῆλθε καταμαθεῖν τὰς θυγατέρας τῶν ἐγχωρίων*. Job XXXV. *Κατάμαθε δὲ νέφη, ὡς ὑψηλὰ ἀπὸ σοῦ*. Sirach. IX. 5. *Παρθένον μὴ καταμάνθανε*, quâ voce Iſidorus Peluſiota Epiſt. LXVI. lib. III. ait indicari *τὴν ἐκ μελέτης κατανόησιν, τὴν περίεργον ὄψιν, τὴν μετ' ἐπιθυμίας θεωρίαν*, *accuratam & diligentem conſiderationem, contemplationem, curioſum aſpectum, cum cupiditate conjunctam contemplationem*. Eodem Cap. V. 8. *μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον*. Quod apud Iſidorum eſt, *τὰς ἐμμερεῖς ὄψεις πολυπραγμονεῖν*. Nilus, Paræneticorum Cap. CXXVII. *Εἰ θέλεις πάσης ἁμαρτίας ἀνώτερος εἶναι, πράξεις ἀλλοτρίας μὴ καταμάνθανε*. *Si omni peccato vis eſſe ſuperior, in actiones alienas ne curioſè inquirito*.

Καταμεθύω.

Vulgata Lexica interpretantur, *Inebrio, ebrium facio*. Ita ſumitur apud Dion. Caſſium. Vide Lexicon meum. Alias etiam obſervo ſignificationes. Athanaſius Orat. III. contra Arianos, tom. I. pag. 395. de Arianis: *Οὐκ ἐρυθριῶσιν οὕτω καταμεθύοντες τῆς ἀληθείας*. *Non erubeſcunt ita contra veritatem debacchari*. Cyrillus Alexandr. *Τοῖς τῶν ἰδίων ἡδονῶν καταμεθύει κύμασι*. *Propriarum voluptatum fluctibus inebriatur*. Apud eundem, lib. VII. de Adoratione, pag. 221. in bonam partem: *Τὸν τοῦ νόμου φύλακα γνήσιον, καὶ ὧν ἂν βούλοιτο Θεὸς ἄπληστον ἐραστὴν ταῖς τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀφθονίαις καταμεθύειν εἰκός*. *Germanum legis obſervatorem, & eorum, quæ Deo placent, cupidiſſimum amatorem, bonorum cæleſtium abundantiâ inebriari par eſt*.

Κατανδρίζομαι.

Henricus Stephanus: *Κατανδρίζεσθαι*, *Heſychio eſt*

κατα-

Digitized by Google

καταπαλαῖσαι, *vincere, ſuperare. Sonat potiùs Viribus & virilitate prævalere.* Significat omninò, *viriliter & fortiter ſuperare.* Sic enim Cyrillus Alexand. in Cap. II. Nahumi pag. 497. *metaphoricè:* ἑτοίμως τε καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τοὺς τῆς ὁδοιπορίας πόνους, καὶ παντὸς ὄκνου κατανδρίζεσθαι. *Promtum & aptum eſſe ad ſufferendos itineris labores & moleſtias, omnemq; torporem viriliter ſuperare.*

Κατανεανιεύομαι.

Κατανεανιεύομαι, *Juveniliter glorior:* vel etiam *juvenili robore prævaleo: animosè ſupero.* Sic etiam Heſychius, Κατανεανιευόμενος, καταυχώμενος, κατισχύων. *Qui adverſus aliquem gloriatur; qui prævalet, ſuperat.* Et Suidas: Κατανεανιεύεται, κατισχύει, ἢ καυχᾶται. Cyrillus Alexand. Lib. III. in Joh. Cap. II. pag. 257. πάντα τοῖς εὐσεβέσιν ῥᾷστα τὰ δεινὰ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπησιν, κἂν ὡς ὄρος ἡ θλίψις ἐγείρηται, παντὸς ἐκεῖνοι κινδύνου κατανεανιεύσονται, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας τὴν γνώμην οὐκ ἀποστήσουσι. *Piis omnia adverſa portatu facilia ſunt propter amorem erga Chriſtum, etiamſi afflictio montis inſtar excitetur, omne illi periculum animosè ſuperabunt, & à dilectione Dei non recedent.* Idem in Cap. II. Nahumi, pag. 498. τῆς σαρκὸς μὴ ποιεῖσθαι πρόνοιαν εἰς ἐπιθυμίαν, κατανεανιεύεσθαι δὲ παθῶν, καὶ ὄκνου παντός. *Carnis curam non habere,* ad explendam *cupiditatem, ſed animosè paſſionibus & cuivis languori reſiſtere.*

Κατανεύσιμος.

Non habent Lexica. Cyrillus Alexand. lib. IV. adv. Julianum, pag. 136. παναλκὲς τὸ Θεῖον, καὶ οὐδὲν ἀνήνυτον αὐτῷ, κἂν ᾖ κατανεύσιμον. *Omnipotens eſt Deus, nec quidquam eſt, quod ab illo vel ſolo nutu perfici nequeat.*

Κατανυκτικόν.

Ut intelligas, quid ſit κατανυκτικὸν, vide vocem κάθισμα, ubi docetur καθίσματα Pſalmorum varia fuiſſe. Typicum Sabæ, pag. 6. τῇ κυριακῇ ἑσπέρας, ἀναστάσιμον ἓν κατανυκτικὸν ἕν, ſc. κάθισμα.

Καταπατέω.

Καταπατέω impropriè eſt, *aliquam perſonam aut rem contemnere & probrosè tractare.* Ad quam ſignificationem referri debet, quod ait Apoſtolus de iis, *qui conculcant Filium Dei,* ad Hebr. X. 29. Ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, quod Theodoretus exponit per ἀτιμάζων, *qui deſpicatui habet.* Pluribus locum explicat Chryſoſtomus, Homil. XX. in Epiſt. ad Hebræos, quando ad interrogationem, Καὶ πῶς καταπατεῖ τις τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ; *Et quomodo conculcat quiſpiam Filium Dei?* reſpondet, Ὅταν ὁ μετέχων αὐτοῦ ἐν τοῖς μυστηρίοις, ἁμαρτίαν ἐργάζηται, εἰπέ μοι, οὐχὶ κατεπάτησεν αὐτόν; οὐχὶ κατεφρόνησεν αὐτοῦ; καθάπερ γὰρ τῶν καταπατουμένων οὐδένα λόγον ἔχομεν, οὕτω καὶ οἱ ἁμαρτάνοντες, τοῦ Χριστοῦ οὐδένα λόγον ἔσχον, ὅθεν καὶ οὕτως ἥμαρτον· γέγονας σῶμα Χριστοῦ, καὶ δίδως σαυτὸν τῷ διαβόλῳ, ὥστε καταπατεῖν σε; *Quando qui eſt ejus particeps in myſteriis, peccatum feceris, nonne, dic mihi, eum conculcavit? nonne eum deſpexit? Quemadmodum enim eorum, quæ conculcatur, nullam habemus rationem: ita etiam qui peccant, nullam Chriſti habent rationem, unde etiam ſic peccant. Factus es corpus Chriſti, & das te diabolo conculcandum?* Eadem ab eo repetuntur Homil. CXXIII. tom. V. pag. 808. Theophylactus ſequitur Chryſoſtomum ad præſentem locum, p. 983. Et Oecumenius pag. 851. Πῶς τις καταπατεῖ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ὅταν αὐτοῦ παρακούῃ· ὅταν αὐτοῦ μεταλαμβάνων, ἁμαρτίας ἐργάζηται· τοῦτο γὰρ καταπατῆσαι, τὸ καταφρονῆσαι. *Quomodo quis Filium Dei conculcat? Quando ei non obtemperat: quando cùm ejus particeps ſit, peccata operatur: illud enim eſt conculcare, id eſt, deſpicere.* Ita etiam apud Latinos *calcare,* eſt prorſus contemtui habitum velut pedibus conterere. Claudianus: *Eripe calcatis non proſpera cingula Muſis.* Petronius: *Verſum timuerunt calcare.* Ammianus lib. XXVII. Sapor calcata fide ſub Joviano pactorum. Uſus verò iſtius verbi à more victorum ductus: apud eos enim olim ſolenne erat, eorum, quos devicerant, colla pedibus conculcare. Ad id alluſit Claudianus de VI. Honorii conſulatu, paulò antè finem libri:

Colla triumphati proculcat Honorius Iſtri.

Et Tzetzes Grammaticus Chil. VII. Hiſt. CXLIII.

Πῶς τὸν Ῥωμαίων ἄνακτα νικήσουσιν οἱ Πέρσαι,
Τραχήλῳ τε πατήσουσιν, οἷα δεδουλωκότες.
Quomodo Romanum regem vincent Perſæ,
Super colloq; calcabunt, velut ſervituti addicentes.

Apertè verò Michael Glycas, ſive is Theodorus Metochita eſt, parte IV. Annal. de Diogene: *Sed, ò occaſum infelicem, in hoſtium deniq; poteſtatem venit, & vinctus ad Sultanum deducitur: ille verò ſolio ſuo deſiliens, pro more calcata Diogenis cervice, mox eum de terra erigit, & amanter complexus: Formidinis, inquit, expers eſto Imperator,* &c. Alia exempla vide apud Ravanellum in verbo *Conculcare.*

Καταπέτασμα.

Καταπέτασμα, *velum,* ſumitur,

I. *Propriè,* & notat

1. καταπέτασμα *Templi Solomonici,* quod Iſraëlitis diſtinctionem faciebat ἀναμέσον τοῦ ἁγίου καὶ ἀναμέσον τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων, *inter ſanctum & inter ſanctum ſanctorum,* Exodi XXVI. 33. *Hoc velum,* Chriſto in cruce exſpirante, *à ſummo ad imum uſq; in duas partes ſciſſum eſt,* Matthæi XXVII. 51. Marci XV. 38. Lucæ XXIII. 45. de quo, quid notaverit, & cur ſciſſum fuerit, non erit ἀπροσδιόνυσον veterum audire meditationes. Chryſoſtomus Homil. LXXXVIII. in Matthæum, pag. 541. dicit, rupturam veli notâſſe, ὅτι τὰ ἄβατα ἔσται λοιπὸν βατὰ, καὶ ὁ οὐρανὸς ἀνοιγήσεται, καὶ πρὸς τὰ ἀληθινὰ ἅγια τῶν ἁγίων τὰ πράγματα μεταστήσεται, *inacceſſa deinceps fore pervia, & cœlum apertum iri, & ad ad vera ſancta ſanctorū translatum.* Idem, Homil. LXVI. tom. V. dicit, velum illud fuiſſe figuram corporis Chriſti. Τὸ καταπέτασμα εἰκὼν τοῦ σώματος. Ὥσπερ γὰρ τὸ καταπέτασμα ἐμεσολάβει τῷ τόπῳ, καὶ διεῖργε τὴν ἔξωθεν ὄψιν τῆς ἔσωθεν μυσταγωγίας· οὕτω τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καταπέτασμα ἦν τῆς θειότητος, μὴ συγχωροῦν ταῖς ὄψεσι ταῖς θνηταῖς ἐνατενίζειν τῇ ὄψει τοῦ ἀθανάτου. *Velum imago eſt corporis. Quemadmodum enim velum medium erat inter utrumq; locum, & aſpectum externum ab interioribus ſacris arcebat: ita corpus Domini velum erat deitatis, non permittens mortalibus oculis intueri vultum immortalis.* Quid velum illud fuerit, & cur in morte Chriſti ſciſſum, clariùs exponit Theophylactus in Cap. XXVII. Matth. p. 177. Τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, ὀθόνη τις ἦν μέσον κρεμαμένη τοῦ ναοῦ καὶ ἀποτειχίζουσα τὰ ἔσω πρὸς τὰ ἔξω, οἷόν τι μεσότοιχον. Σχίζεται τοίνυν τοῦτο, δηλοῦντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὁ ναὸς ὁ ἄβατος, ὁ ἀθέατος, οὗ τὰ ἐσώτατα ἀπετείχιζε τὸ καταπέτασμα, οὕτω χυδαιωθήσεται καὶ βεβηλωθήσεται, ὥστε πᾶσιν εἶναι βατὸς καὶ θεατός. *Velum Templi erat linteum quoddam in medio Templi pendens, diſcernensq; ab his quæ intra, ea quæ extra, ut interſtitium. Sciditur igitur hoc, demonſtrante Deo, quòd Templum inacceſſum & nunquam viſum, cujus intima velamen ſecludebat, commune ſit futurum, & profanandum, ita ut omnibus ſit acceſſibile & viſibile.* Similem ferè rationem idem repetit in Cap. XV. Marci, pag. 286. Ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα, δηλοῦντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἡ χάρις τοῦ πνεύματος ἀπέστη ἀπὸ τοῦ ναοῦ, καὶ ὅτι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, πᾶσι θεατὰ καὶ βάσιμα καταστήσονται.

ϛονται. *Sciſſum eſt velum, per hoc manifeſtante Deo, quòd gratia Spiritûs à templo receſſerit, & ſancta ſanctorum omnibus conſpicua & pervia ſint futura.* Eandem rationem inculcat Photius epiſt. CXXV. pag. 165. Διὰ τοῦτο διεπετάννυτο τὸ ὕφασμα, ὥστε ἄβατα μὲν φυλάττειν τὰ τίμια τοῦ λαοῦ, μόνοις δὲ τοῖς ἱερεῦσιν εἶναι ὁρατά· ὃ δὲ περιῤῥαγέντος, ἀνεπετάσθη μὲν δηλονότι πᾶσιν ἡ ὄψις αὐτῶν, κοινὰ δὲ γέγονεν, εἰς κοινὴν ἀπενεχθέντα θέαν καὶ βεβήλωσιν, τὰ τέως ἅγια καὶ φρικτά· δι' ὧν προοιμιάσθη καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῖς ἁπάντων θεσμῶν, καὶ τῆς νομικῆς λατρείας ἡ παντελὴς ἀναίρεσις καὶ σχολή. *Ideò extendebatur illud velum, ut veneranda illa myſteria à vulgi oculis remota cuſtodirentur, & ſolis videnda paterent ſacerdotibus: velo autem dirupto, patebant ea omnium oculis, & communia fiebant, quæ eò usque ſacra & ſancta fuerunt, in omnium producta conſpectum & profanationem: & hæc quaſi procemia ipſis contingebant univerſalis illius ſublationis, quæ leges ipſorum, & legalem cultum in æternum ceſſare fecit.* Sciſſum velum, ad denotandum, retecta eſſe myſteria, ſeu arcana ſalutis, ut jam ſub Evangelio clariùs ea cernere liceat, quàm olim ſub veteri Teſtamento, atque, ut loquitur Hieronymus, *omnia legis revelata eſſe myſteria, ut quæ priùs recondita tenebantur, univerſis gentibus proderentur:* vel, ut habet Theophylactus ad Cap. XXVII. Matth. pag. 177. Ἐσήμαινε τὸ καταπέτασμα σχιζόμενον, τὴν τοῦ γράμματος τοῦ νομικοῦ περιαίρεσιν, καὶ ὅτι ἀποκαλυφθήσεται πάντα τὰ νομικά, ἃ πρότερον τῷ γράμματι ὥσπερ τινὶ καταπετάσματι συνεκρύπτετο, καὶ τὰ πρὶν ἀσαφῆ καὶ αἰνιγματώδη, φανερωθήσεται νῦν εἰς τὸν Χριστὸν ἐκβάντα. *Sciſſum velum ſignificabat literæ legalis ſublationem, & quòd revelanda ſint omnia legalia, quæ priùs literâ, ut velamento quodam, erant cooperta: & quæ priùs obſcura erant, ac plena ænigmatibus, ſint manifeſtanda nunc in Chriſto impleta.* Sciſſum velum, quemadmodum Judæi, auditâ blaſphemiâ, veſtes lacerabant. Ita Theophylactus ibidem: Ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ ταῖς κατὰ Θεοῦ βλασφημίαις περιῤῥήγνυσθαι τοὺς χιτῶνας· καὶ νῦν οὖν ὁ θεῖος ναός, ὥσπερ δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ τοῦ Θεοῦ θανάτῳ, περιέῤῥηξατο τὴν ἑαυτοῦ ἐσθῆτα, τὸ καταπέτασμα. *Sicut erat mos Judæis in blaſphemiis contra Deum lacerare veſtes: ita nunc quoque divinum templum quaſi ægrè ferens Dei mortem, dirupit veſtem ſuam, hoc eſt, velum.* Alias præterea rationes affert Photius epiſtolâ citatâ. Dicit, veli rupturam fuiſſe θεομηνίαν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς μιαιφονίας ἀπαραγράπτον ἔλεγχον, *à divino furore, & adverſus homicidium à Judæis profectum indelebilem convictionem.* Fuiſſe indicium & præſagium futuræ deſtructionis Templi. Σύμβολον αὐτὸ καὶ προμήνυμα ἐγένετο τῆς μεθ' ὅσα ἔτη καταστροφῆς τε καὶ ἐξερημώσεως τοῦ περιωνύμου ναοῦ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ Ἰουδαϊκῶν τελετῶν τε καὶ ὀργίων. *Symbolum & prædeſignatio extitit illius ruinæ, ſubverſionis & deſolationis, quæ non poſt multos annos celebratiſſimum illud Templum, & quæ in Templo erant ſacra ſolennia, orgia Judaica ſequebatur.* Denotâſſe, doctrinam de Deo non ampliùs Judææ finibus incluſam manſuram; Ὅτι τῶν Ἰουδαίων ἡ περὶ τὸ θεῖον γνῶσις καὶ λατρεία, ἐνπεριγράπτῳ μὲν τόπῳ, τῇ τε Ἰουδαίᾳ καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐναπεκλείετο· τύπων δὲ ὅμως καὶ παραχαραγμάτων τάξιν ἀνεπλήρου τῆς χάριτος. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τὴν εἰς στενὸν κομιδῇ περιγεγραμμένην λατρείαν καὶ γνῶσιν ἀργῆσαι, τὴν εἰς τὰ πέρατα δὲ τῆς οἰκουμένης διὰ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐξαπλοῦσθαι, μέλλουσαν εἰς ἀρχὴν καταστῆναι· διὰ τοῦτο δὴ ῥήγνυται τὸ προμετωπίδιον ὕφασμα ἐκεῖνο· δι' οὗ τὰ τῶν ἁγίων ἅγια, ὡς ἐν ἀποῤῥήτῳ καὶ ἀψαύστῳ περιεστέλλετο χωρίῳ, μονονουχὶ τοῖς ἔργοις βοῶν καὶ προκαλούμενον ἅπαντας εἰς τὴν τῶν ἀθεάτων καὶ θείαν ἐποψίαν τε καὶ ἐπίγνωσιν, καὶ ὡς οὐκέτι μέρει τινὶ τῆς οἰκουμένης καὶ ἀναριθμήτῳ ἔθνει ἡ εὐσέβεια συγκλεισθήσεται, ἀλλ' ἅπαντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, τῶν τοῖς Ἰουδαίοις ἀπροσίτων καὶ ἀνεφίκτων ἐν ἀπολαύσει γενήσεται. *Quoniam Judæorum de Deo cognitio, & cogniti Numinis cultus concluſus erat loco circumſcripto, hoc eſt, Judææ & Jeroſolymorum finibus, quæ tamen omnia typorum & prædeſignationum gratiæ locum obtinebant. Quocirca, cùm in anguſtum concluſa illa cognitio & Dei cultus ceſſare deberet, cultus autem per ſalutarem paſſionem erat patefaciendus, & usque ad terminos orbis diſſeminandus, & in eorum locum ſubintroducendus; ob eam cauſam dirumpitur hoc, velut fronti ſuperinductum, velum, per quod ſancta illa ſanctorum in obſcuro & intacto loco concludebantur: ita ut tantùm non clara voce pronuncietur per ipſa opera, Venite omnes vos ad videnda inviſibilia, ad divinum intuitum & cognitionem, nec adhuc ut olim parte quadam orbis terræ & una natione non ita numeroſa, cultus divinus concludetur, ſed gentes univerſæ, & fines terræ illis fruentur, ad quæ Judæi ipſi accedere non poterant.* Indicâſſe cœlum antea occluſum, jam reſeratum eſſe. Ἡ κιβωτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἀποῤῥήτων, ἐν τῷ ναῷ ἀπεκρύπτετο, διειργομένη τῷ καταπετάσματι, καὶ πρόσοδον αὐτῆς πλὴν ὅσα τοῖς ἱερεῦσιν, οὐδενὶ ἀνθρώπων ἐμπαρέχοντα. Ἐδήλου δὲ ἄρα τοῦτο καὶ ὑπέγραφε τὴν εἰς οὐρανὸν εἴσοδον, ἀνθρώποις ἄβατον συντετηρῆσθαι τέως, καὶ μηδέ τινα μηδὲ τῶν τῆς νομικῆς λατρείας ἐραστῶν, ταύτης ἀξιωθῆναι τῆς λήξεως. Ῥήγνυται οὖν τοῦτο, τοῦ δεσπότου σταυρουμένου, τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον πᾶσιν ἡμῖν ὑποσαλπίζον καὶ εὐαγγελιζόμενον. Καὶ γὰρ δὴ διὰ τοῦ ζωοποιοῦ θανάτου αὐτοῦ, τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον, παντὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, ἐνεκαίνισεν ὁ διὰ τοῦτο κενωθείς, καὶ σάρκα τὴν ἡμετέραν προσλαβών, καὶ πάντα παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. *Arca, unà cum aliis occultatis, in templo abſcondebatur, velo interducto excluſa, neque acceſſus cuiquam, præterquam ſacerdotibus, permittebatur. Declarabat, aſcenſum in cælum hominibus hucusque impervium cuſtoditum fuiſſe, nec quenquam ex iis, qui legalis cultus amatores fuerant, ad hanc dignitatem fuiſſe admiſſum. Quocirca hoc rumpitur velum crucifixo Domino, & tubâ clarius ſignificatur & prædicatur, introitum in cælos nobis omnibus patere. Etenim is, qui ob hoc ipſum exinanitus fuit, & carnem noſtram aſſumſit, & omnia pro nobis paſſus eſt, Chriſtus ille Deus noſter, per vivificantem mortem ſuam univerſo mortalium generi ingreſſum in cælos reſtauravit.* Quòd dicit, πλὴν ὅσα τοῖς ἱερεῦσι, lapſus eſt memoriâ, nec enim, ἱερεῦσι, ſed ſoli ἀρχιερεῖ patebat ſanctum ſanctorum, idque ſemel tantùm in anno. Plura de hac *veli ruptura* vide apud Cl. Ravanellum in voce *Velum*.

2. Καταπέτασμα *templi Chriſtianorum*. De eo Cyrillus Alexandr. ad v. 24. Cap. II. Joh. pag. 81. in Catena in Johannem: Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ γνώμη τῶν ἄρτι πεπιστευκότων, ἀλλ' οὐδὲ ἱδρυμένος ὁ νοῦς ἐπὶ νεαροῖς τοῖς θαύμασι. Μανθανέτωσαν τοίνυν διὰ τούτων οἱ τῶν τοῦ Σωτῆρος μυστηρίων ταμίαι, μὴ πρόωρον τῶν ἱερῶν καταπετασμάτων εἴσω ποιεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, μηδὲ νεοφύτοις ταῖς θείαις ἐπιτρέπειν προσιέναι τραπέζαις. *Non eſt ſtabilis ſententia eorum, qui nuper crediderunt, ſed neque mens illorum recentibus miraculis ſatis confirmata. Diſcant igitur omnes, quibus Salvatoris myſteria concredita ſunt, neminem adhuc immaturum intra velum ſacrum admittere, neque neophytos divinis adhibere menſis.* Aliàs ἀὴρ eſt, ſeu *ſudarium*, quo ſacerdos in Liturgia utitur. Germanus in Hiſt. Eccleſiaſt. p. 153. Τὸ καταπέτασμα ἤτοι ὁ ἀὴρ ἐστὶ καὶ λέγεται ἀντὶ τοῦ λίθου οὗ ἠσφαλίσατο τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσήφ, ὅπερ ἐσφράγισεν ἡ πλὰξ τῆς κουστωδίας. *Velum ſive aër eſt & dicitur eſſe vice lapidis, quo munivit monumentum Joſeph, quod obſignavit tabella cuſtodiæ.* Vide in Ἀὴρ, num. II. 2.

II. *Tropicè*, & notat *cælum tertium*, cujus typus erat ſanctuarium, quod velo ſeparabatur à reliquis taber-

Digitized by Google

tabernaculi ſeu templi partibus. Ita ſumitur ad Hebræos VI. 19. ubi *ſpes Chriſtiana* vocatur *ancora animæ* (vide in Ἄγκυρα,) *εἰσερχομένη εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, incedens uſq; ad interiora velaminis.* Ad quem locum Theodoretus, pag. 422. Καταπέτασμα τὸν οὐρανὸν ἐκάλεσε· τὴν γὰρ τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὑπέσχετο δώσειν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ὁ Κύριος. *Vocavit* velamen *cælum. Regnum enim cælorum ſe daturum iis, qui in ipſum crediderint, pollicitus eſt Dominus.* Chryſoſtomus etiam, Homil. XI. in epiſt. ad Hebræos, εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, interpretatur διικνουμένην εἰς τὸν οὐρανὸν, *quæ pervadit uſq; in cælum.* Et Homil. LV. tom. V. pag. 370. propterea dicit καταπέτασμα hic notare *cælum,* ὅτι καθάπερ τὸ καταπέτασμα ἀπὸ τῆς ἔξω σκηνῆς διεῖργε τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὕτω δὴ καὶ ὁ οὐρανὸς οὗτος, ὥσπερ καταπέτασμα, μέσος τῆς κτίσεως παρεμβεβλημένος ἀπὸ τῆς ἔξω σκηνῆς, τουτέστι, τοῦ κόσμου τούτου τοῦ βλεπομένου διείργει τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, τὰ ἄνω λέγων, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός. *Quia, ſicut velum ab exteriore parte tabernaculi dirimebat ſancta ſanctorum: ita cælum iſtud tanquam velum medium inter creaturam objectum, ab exteriore tabernaculo, hoc eſt, mundo hoc, quem videmus, dirimit ſancta ſanctorum, videlicet ea, quæ ſupra ſe ſunt, quò præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Chriſtus.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 931. Ὥσπερ ἐν τῇ παλαιᾷ τὸ καταπέτασμα διεῖργε τὸ ἅγιον ἀπὸ τῆς λοιπῆς σκηνῆς, οὕτω καὶ ὁ οὐρανὸς ἡμῖν καταπέτασμα, διείργων τὰ κάτω ἀπὸ τῶν θειοτέρων καὶ ὑπερουρανίων. *Quemadmodum in veteri Teſtamento velamen disjunxit Sanctum à reliquo tabernaculo: ita cælum nobis velamen eſt, disjungens inferiora à divinioribus & ſupercæleſtibus.*

Καταπωλέω.

Omittunt hoc compoſitum Lexica. Idem quod πωλέω, *vendo, venale propono.* Cyrillus Alexandr. in Cap. VII. Micheæ, pag. 455. Πολλοὶ πολλάκις τῶν εἰς ἀρχὴν τεταγμένων, γεγόνασι μὲν ἀνόσιοι καὶ φιλοκερδέστατοι, καὶ καταπωλοῦντες εὐκόλως τὰς ἑαυτῶν γνώμας τοῖς παραφθείρειν ἐθέλουσι. *Multi eorum, penes quos imperium eſt, ſæpe homines ſunt nefarii & lucri cupidiſſimi, facileq; ſuffragia ſua iis proponunt venalia, qui eos corrumpere ſatagunt.*

Κατάρα.

Κατάρα eſt *execratio, maledictio.* Ponitur pro *exitio.* Olympiodorus, in Cap. X. Eccleſiaſtæ, pag. 668. Κατάρα ἐστὶν αἴτησις κακῶν, ἢ ἑαυτῷ, ἢ τῷ πλησίον. *Imprecatio eſt, cùm quis vel ſibi ipſi, vel proximo mala precatur.* ad Gal. III. 10. Et v. 13. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. *Chriſtus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus eſt execratio.* Dicitur autem factus κατάρα, quia peccata noſtra, eorumque pœna, ac proinde reatus noſter, ira Dei, & damnatio, quam commerueramus, in eum à Deo tranſlata ſunt: ὅτι τὴν καθ' ἡμῶν κατάραν εἰς ἑαυτὸν ἀνέλαβε, *quia nobis intentatam execrationem in ſe ipſum aſſumſit,* inquit Chryſoſtomus Homil. CVI. tom. V. vel, ut idem habet Homil. XI. in Joh. pag. 598. Γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι ἡ οὐσία αὐτοῦ τῆς οἰκείας ἀποστᾶσα δόξης, εἰς κατάραν οὐσιώθη, (τοῦτο γὰρ οὐδ' ἂν δαίμονες ἐννοήσαιεν) ἀλλ' ὅτι τὴν καθ' ἡμῶν κατάραν δεξάμενος, οὐκ ἀφίησιν ἡμᾶς ἐπαράτους εἶναι λοιπόν. *Factus pro nobis execratio: non eò hoc dicit, quòd ſubſtantia ipſius, gloriam ſuam deſerens, in execrationem converſa ſit, (id enim ne ipſi quidem dæmones cogitent:) ſed quia execrationem adverſum nos ſuſcipiens, non ſinit nos ampliùs maledictos eſſe.* Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 274. in epiſt. ad Galatas: Ταῖς ἀραῖς τοῦ νόμου πάντων ὑποκειμένων, τὸν κατὰ τὸν νόμον ἐπάρατον αὐτὸς κατεδέξατο θάνατον, ἵνα τῆς ἀρᾶς πάντας ἀνθρώπους ἐλευθερώσῃ, καὶ τὴν ἐπηγγελμένην πᾶσιν εὐλογίαν δωρήσηται. *Cùm legis execrationibus omnes eſſent obnoxii, eam quæ ex lege execranda erat mortem ſubiit, ut omnes homines liberaret ab execratione, & promiſſam omnibus benedictionem largiretur.* Et Theophylactus, pag. 464. Ἐδέξατο κατάραν τὴν ἀπὸ τοῦ κρεμασθῆναι, καὶ ἔλυσε κατάραν, τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ πληροῦν τὸν νόμον ἡμῖν ἐπικειμένην, αὐτὸς μὴ ὑποκείμενος ταύτῃ· τόν τε γὰρ νόμον ἐπλήρωσε, καὶ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε. *Suſcepit maledictionem ſuſpenſioni debitam, diſſolvitq; maledictionem, quæ nobis, quòd legem non impleremus, erat impoſita, ipſe qui ei non erat obnoxius. Legem enim implevit, & peccatum non fecit.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. pag. 580. Κατάρα ἤκουσε δι' ἐμὲ, ὁ τὴν ἐμὴν λύων κατάραν. *Propter me vocatus eſt execratio, qui execrationem meam ſolvit.* Epiphan. hæreſi XLII. p. 137. Οὐκ ἔστι Χριστὸς κατάρα ἀλλὰ τῆς κατάρας λύσις, εὐλογία δὲ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν ἀληθῶς πεπιστευκόσι. *Chriſtus non eſt execratio, ſed execrationis ſolutio, benedictio verò omnibus, qui in eum verè crediderunt.* Et hæreſi LXXVII. pag. 424. Οὐκ αὐτὸς, κατάρα γέγονεν, ἀλλὰ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν. *Ipſe non eſt factus maledictio, ſed maledictionem pro nobis ſuſcepit.* Eodem modo Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. X. pag. 290. ubi vide.

Καταῤῥαίζω.

Non habent Lexica. Simplex ῥαίζω ſignificat ῥάων εἰμὶ, *convaleſco, meliuſculè valeo, recreor ex morbo.* Heſychius: Ῥαΐζεται, ὑγιαίνει. *Rectè valet.* Ῥαΐσαι, ἐκ νόσου ἀναλαβεῖν. *Ex morbo recreari.* Hinc ἀναῤῥαίζω idem ſignificans. Iterum Heſychius: Ἀναῤῥαΐσαι, παύσασθαι ὀδυνᾶσθαι, *dolore affici deſino.* Καταῤῥαίζω verò actionem ſignificat tranſeuntem, *ſedo dolorem,* &c. Cyrillus Alexandr. lib. X. in Joh. pag. 841. de Chriſti diſcipulis, ob ejus in cælum aſcenſum triſtibus. Καταῤῥαΐζει ἀκμαιοτάτην ἐν τοῖς μαθηταῖς τὴν λύπην εὑρών. *Sedat vehementiſſimam, quam in diſcipulis invenit triſtitiam.* Et pag. 847. Τὴν ἐν τοῖς μαθηταῖς καταῤῥαΐσαι λύπην. *Diſcipulorum ſedare triſtitiam.*

Καταργέω.

Frequens verbum in N. Teſt. apud Paulum præcipuè. Significat autem,

I. *Inutilem reddo, inutiliter occupo.* Ita ſumitur Lucæ XIII. 7. ubi de ficu infrugifera, ἔκκοψον αὐτὴν, ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; Vulgatus: *Succide illam, ut quid etiam terram occupat?* Beza: *Terram inutilem reddit,* Vir ſummus, *Quid terram impedit?* Apulejus de dolio quodam ſupervacuum locum detinente: *Præter impedimentum converſationis noſtræ nihil ampliùs præſtat.* Τὴν γῆν καταργεῖν ea dicitur ficus, quæ, ut loquitur Theophylactus in Cap. XIII. Lucæ, pag. 424. Οὔτε αὐτὴ καρποφορεῖ, καὶ ἄλλην ἐμποδίζει δυναμένην καρποφορεῖν, *nec ipſa fructum fert, & aliam impedit quæ fructum ferre poſſet.* Eſt ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, *inutile pondus terræ,* apud Homerum, il. σ. v. 104. ubi vetus ſcholiaſtes, μάταιον βάρος τῆς γῆς.

II. *Libero.* Ita ſumitur ad Romanos VII. 6. κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, *liberi ſumus à Lege:* id eſt, interprete Theodoreto ad hunc locum, pag. 52. ἀργὸς ἡμῖν ἐστιν, οὐκέτι κατ' ἐκεῖνον πολιτευόμεθα. *Nobis otioſa facta eſt, neq; enim ex illa ampliùs vitam inſtituimus.* Juxta Theophylactum, pag. 62. Κατηργήθημεν ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νόμου, ὅ ἐστιν, ἀπελύθημεν, ἠλευθερώθημεν, ἀποθανόντες, καὶ νεκροὶ, καὶ ἀκίνητοι γενόμενοι πρὸς ἐκεῖνο τὸ

πρᾶγμα

Digitized by Google

πρᾶγμα, ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὅπερ ἦν ἡ ἁμαρτία. *Nos liberi ſumus à Lege, quod eſt, abſoluti ſumus, liberati ſumus, defuncti vitâ & mortui, & immobiles facti ad illam rem, in qua detinebamur; quæ erat peccatum.* Apud Oecumenium, p. 297. Κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, τουτέστιν, ἀπολελύμεθα καὶ λελυτρώμεθα. *Liberi ſumus à lege, id eſt, liberi ſumus & liberati.* Eandem ſignificationem habet ad Rom. VII. 2. ubi de vidua, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρὸς, *liberata eſt à lege viri,* id eſt, ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται, *ſoluta eſt, liberata eſt;* juxta Oecumenium, pag. 297. ἀπήλλακται τῆς ἐξουσίας τοῦ νόμου, *liberata eſt à poteſtate legis;* juxta Theophylactum, pag. 61.

III. *Ab aliquo ſeparo.* Ita ad Galatas V. 4. de iis, qui per legem juſtificari volunt, κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. *Evacuati eſtis Chriſto, facti eſtis inanes Chriſti.* Id eſt, interprete Theophyl. p. 480. Οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχετε μετὰ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες, ὡς ὑπολαμβάνετε, ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· τῆς χάριτος ἐξεπέσατε τῆς ἀληθῶς δικαιούσης. *Nullam ſocietatem habetis cum Chriſto, qui, ut opinamini, in lege juſtificamini: à gratia verè juſtificante excidiſtis.* Oecumenius explicat, pag. 603. Ἀπεκόπητε, ἀπεπέσατε ἀπ' αὐτοῦ, ἀνωφελῆ ὑμῖν λοιπὸν τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν ἅπαντα. *Abſciſſi eſtis, ab eo excidiſtis, inutilia vobis deinceps omnia, quæ Chriſti ſunt.*

IV. *Aboleo, abrogo, ceſſare facio.* Ad Rom. III. 3. Μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; *Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit?* Beza, *Inanem reddet?* Hîc καταργεῖν Oecumenius pag. 264. explicat per ματαιοποιεῖν, *inanem reddere:* & Photius apud eundem per μάταιον ἀπελέγχειν. Ad Rom. IV. 14. Εἰ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. *Si qui ex lege, hæredes ſunt, abolita eſt promiſſio:* id eſt, ψευδεῖς, καὶ οὐκ ἀληθεῖς, αἱ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὑποσχέσεις παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημέναι. *Falſæ ſunt, & non veræ, quæ Abrahamo facta ſunt à Deo promiſſiones.* Photius apud Oecumenium, ad præcedentem Theodoreti expoſitionem accedens, dicit, pag. 277. Κατήργηται ἡ ἐπαγγελία· οἷον ἄχρηστος καὶ ἀτέλεστος γεγένηται. *Abolita eſt promiſſio: quaſi inutilis & infecta fuit.* Mox: Ἀπρακτος γέγονε. *Irrita facta eſt.* I. Corinth. II. 6. eodem ſenſu οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου dicuntur καταργούμενοι, *qui abolentur:* ubi Theophylactus, pag. 178. dicit, eos vocari καταργουμένους, τουτέστι, παυομένους, καὶ οὐκ αἰωνίζοντας, *ceſſantes, & non in ſecula durantes.* Eadem ſignificatione hoc verbum uſurpatur II. Theſſal. II. 8. ubi καταργήσει, Gennadio apud Oecumenium pag. 734. interprete, eſt παύσει, ἀπολέσει, *ceſſare faciet, perdet:* ad Rom. VI. 6. I. Corinth. I. 28. Cap. VI. 13. Cap. XIII. 8. Cap. XV. 24. 26. & alibi.

Καταρτίζω.

Καταρτίζω in N. Teſtamento ſignificat *perficere,* & quidem vel

I. *Opus inceptum abſolvendo & conſummando.* Atque ita ſumitur I. Theſſal. III. 10. Καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως, *quæ deſunt fidei complere:* ubi Theophylactus, pag. 696. Καταρτίζεσθαι ἐκεῖνο λέγομεν, ᾧ ὀλίγον τι λείπει. *Illud compleri dicimus, cui puſillum quid deficit.* Et Theodoretus, pag. 373. explicat, τὰ ἐλλείποντα πληρῶσαι, *ea, quæ deficiunt, implere.* Ad Hebr. XIII. 21. precatur Apoſtolus; Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, *Deus verò pacis perficiat vos in omni opere bono.* Ad hæc Theophylactus, pag. 1030. Δείκνυσιν ὅτι ἤρξαντο τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἐδέοντο δὲ τοῦ τελειωθῆναι ἐν αὐτοῖς· ὃ καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς. *Innuit, quòd opera quidem bona ſint exorſi, opus autem habebant in ipſis conſummari: id quod ipſis optat.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 873. καταρτίσαι, οἷον πληρῶσαι, τελειῶσαι, *quaſi implere, perficere.* Eandem ſignificationem hoc verbum obtinet II. Corinth. XIII. 11. Καταρτίζεσθε. *Perfecti eſtote:* id eſt, juxta Theodoretum, ἀναπληρώσατε τὰ ἐλλείποντα. *Ea quæ deſunt ſupplete.* Et juxta Theophylactum, pag. 434. Καταρτίζεσθε, ἀντὶ τοῦ, τέλειοι γίνεσθε ἔν τε δόγμασι, καὶ ἐν βίῳ, καὶ ἀναπληροῦτε τὰ λείποντα ὑμῖν. *Perfecti eſtote, hoc eſt, integri eſtote & in doctrina, & in moribus, ac replete, quæ deſunt vobis.* Eodem modo ad v. 10. κατάρτισιν interpretatur. Sic enim illa Apoſtoli, *Hoc autem etiam precor,* τὴν ὑμῶν κατάρτισιν, *veſtram perfectionem:* Οὐ μόνον, φησὶ, βούλομαι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ εὔχομαι τὸ εἶναι ὑμᾶς ἀλήπτους καὶ κατηρτισμένους, τουτέστι, τετελειωμένους, μηδεμίαν λαβὴν παρέχοντας. *Non ſolum, inquit, hoc volo, ſed precor etiam eſſe vos irreprehenſibiles & integros, hoc eſt, perfectos, nullam anſam præbentes.* Apud Oecumenium, pag. 574. ad hunc ipſum locum ſequentia leguntur: Καταρτίζεσθε, ἀντὶ τοῦ τέλειοι γίνεσθε, ἀναπληροῦτε τὰ λείποντα, ἐν ἀρετῇ τελειοῦσθε, καὶ τ' ἄλλα πράττετε. *Integri eſtote, quaſi perfecti fiatis, ea quæ deſunt repleatis, in virtute perficiamini, atque reliqua faciatis.*

II. *Quod ruptum ac diſſolutum erat, connectendo & coagmentando.* Ita Matth. IV. 21. καταρτίζειν τὰ δίκτυα, *ſarcire retia.* Eodem modo Marci I. 19. Hîc καταρτίζειν eſt συῤῥάπτειν, *reparare, conſuere;* ut Theophylactus exponit ad Matth. IV. pag. 24.

III. *Membrum luxatum reconcinnando,* ſive loco ſuo reponendo, & adaptando, rurſus componendo. Et apud Galenum Καταρτισμὸς, μεταγωγὴ τῶν ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου εἰς τὸν κατὰ φύσιν. *Luxatorum oſſium compoſitio reſtitutioque ad naturalem poſitionem ſitumque legitimum.* Eleganter transfertur ad animum. Baſilius Homil. IX. in Hexaëm. ſtatim poſt initium, pag. 112. Δοξάσω τὸν μὴ ἀπασχολήσαντα τὸν νοῦν ἡμῶν ἐπὶ τὰ μάταια, ἀλλὰ πάντα εἰς οἰκοδομὴν καὶ καταρτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν γραφῆναι οἰκονομήσαντα. *Glorificabo eum, qui non ſivit mentem noſtram irretiri evanidæ iſtius & inanis philoſophiæ dogmatis: ſed ea duntaxat conſcribi voluit; quæ ad ædificationem & inſtructionem animorum faciunt.* Ita I. Corinth. I. 10. hortatur Apoſtolus Corinthios, *ut ſint* κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, *coagmentati eadem mente & ſententia.* Ad hæc Theophylactus, pag. 167. Κατηρτισμένοι, τουτέστι, τέλειοι ἐν πᾶσι πράγμασιν ὁμονοοῦντες. *Coagmentati, id eſt, perfecti, in omnibus rebus idem ſentientes.* Ad Gal. VI. 1. *Etiamſi præoccupatus fuerit homo in aliqua offenſa,* ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, *Vos ſpirituales inſtaurate hujusmodi hominem.* Καταρτίζετε, inquit Theophylactus, μὴ κολάζετε, ἀλλὰ διορθοῦσθε. *Inſtaurate, non punite, ſed corrigite,* Et Theodoretus, pag. 286. Καταρτίζετε, ἀντὶ τοῦ, διορθοῦσθε, στηρίζετε, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦτε. *Inſtaurate, pro, corrigite, confirmate, quod deficit ſupplete.*

IV. *Aptè aliquid concinnando, componendo, adoptando.* Ita ad Hebræos XI. 3. ubi de apta concinnatione, & artificioſa conſtructione mundi uſurpatur: Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ. *Per fidem intelligimus conſtructum fuiſſe mundum verbo Dei.* Theophylactus exponit per τὸ γενέσθαι, Theodoretus per δημιουργηθῆναι. Neuter verbi vim exhauſit. Lucæ VI. 40. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum:* κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Id eſt, quicunque bene, ac prout decet, inſtructus fuerit, non gravabitur eam ſubire ſortem, quam & ſubiit magiſter ejus: hoc enim eſt, εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Κατηρτισμένος hic eſt, qualis II. Timoth. III. 17. ἄρτιος καὶ ἐξηρτισμένος. Vide in Ἄρτιος. Matth. XIII. 52. μαθητευθείς. In Gloſſis: Κατηρτισμένος *conſtructus, inſtructus.* Apud Lucam κατηρτισμένος μαθητὴς, eſt τετελειωμένος, *perfectus;*

ſεϑαι; ut exponit Theophylactus. Eandem ſignificationem habet verbum καλαρλίζω ad Rom. IX. 22. Σκεύη ὀργῆς καληρλισμένα εἰς ἀπώλειαν, *vaſa iræ coagmentata ad interitum.* Theodoretus ad hunc locum, pag. 79. dicit ita vocari τοὺς αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τοῦτο γεγενημένους, *eos qui ſua ſponte tales facti ſunt.* Et Theophylactus p. 97. Καληρλισμένος εἰς ἀπώλειαν, id eſt, ἀπηρλισμένος παρ' ἑαυτοῦ καὶ οἴκοθεν, *à ſe ipſo proprioque ingenio aptatus.* Huc etiam referri queat illuſtris ille locus ad Hebræos X. 5. ubi Meſſias dicit, Σῶμα κατηρλίσω μοι. *Corpus aptâſti*, id eſt, interprete Theophylacto, pag. 974. Τὸ σῶμά μου κατηρλισμένην καὶ τελείαν θυσίαν ἀφωρίσας γενέσθαι. *Corpus meum conſummatum & perfectum ſacrificium ut fieret ſeparâſti, ſegregâſti.* Idem ille Pſal. LXVIII. 9. ubi David de hæreditate populi Iſraëlitici: Σὺ κατηρλίσω αὐτήν. *Tu eam perfeciſti.* Gl. Græco-Latinæ: Καλαρλίζω, *ſtruo, inſtruo, conſtruo, perficio.* Heſychius, ex hoc Pſalmi loco, Κατηρλίσω, ἐποίησας, ἐτελείωσας. *Feciſti, perfeciſti.* Pricæus legendum putat, στερεὰν ἐποίησας, ἐτελείωσας. Idem alibi, Καλαρλίσαι, καλασκευάσαι, τελειῶσαι, στερεῶσαι. *Perficere, adornare, conſummare, firmare.* Suidas, ad eundem reſpiciens locum: Καληρτίσω, ἐτελείωσας. *Perfeciſti.*

Καλασαρκόω.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Significat *obeſum, corpulentum reddo.* Baſilius Homil. V. in Hexaem. pag. 56. Εὐθαλὴς τῷ σώματι, καλασεσαρκωμένος ὑπὸ τρυφῆς. *Corpore florens, propter delicias obeſus.* Idem, Homil. de Jejunio I. pag. 329. Σὺ ὑπερπιαίνων σεαυτὸν καὶ καλασαρκῶν, οὐκ ἀνίης. *Tu ſupra modum ſaginandi te ipſum obeſumque reddendi, nullum finem facis.* Et Homil. II. de Jejunio, pag. 333. Τοὺς τὰ τακτικὰ μελετῶντας, καὶ τοὺς ἐν παλαίστραις διαπονουμένους, ἀκόλουθόν ἐστι τῇ δαψιλείᾳ τῆς τροφῆς καλασαρκοῦν ἑαυτοὺς, ὡς ἂν εὐτονώτερον τῶν πόνων ἀντιλαμβάνοιντο. *His, qui bellicis in rebus exercentur, quique in palæſtris luctando deſudant, convenit, ut copia ciborum reddant ſeipſos corpulentos & obeſos, quò validioribus nervis labores queant capeſſere.* Apud Theophylactum verò in Cap. XII. Lucæ, pag. 409. Καλασαρκοῦν τὴν ψυχὴν, eſt, *animam carni ſubdere*, id eſt, voluptatibus carnis ſubjicere.

Καλασκεδάζω.

Lexica interpretantur, *Diſpergo, diſſipo:* Heſychius verò Καλασκεδάσαι, καλαχέαι, *offundere.* Optimè: ita enim ſatis frequenter apud Chryſoſtomum reperitur uſurpatum. Homil. XXVII. in Geneſin: Ἵνα μὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο πάλιν πολλὴν αὐτῷ καλασκεδάσῃ τὴν ἀθυμίαν. *Ne hoc ipſum rurſus multum animi mœrorum ei offundat.* Homil. VII. in Geneſin: Αἰσχύνη τις καλασκεδάζεται τῆς ἡμετέρας ψυχῆς. *Confuſio quædam animæ noſtræ offunditur.* Idem adv. vituperatores vitæ Monaſt. lib. III. Cap. XV. Τί δεῖ λέγειν τὰς ἄλλας ἀνάγκας τῶν παίδων, τῆς οἰκίας τὰς φροντίδας, οἳ πᾶσαν προθυμίαν ἱκαναὶ ἀμβλῦναι, καὶ πολλὴν τῆς ψυχῆς καλασκεδάσαι νάρκην; *Quid me proſequi neceſſe eſt educandorum liberorum ſummas neceſſitates, curasque reliquas rei familiaris? quæ profectò tantæ ſunt, ut omnem animi alacritatem obtundere, ſummamque ſegnitiem ac ſtuporem animis offundere queant.* Lib. III. de Providentia, Cap. II. Τοσαύτη κατεσκεδάσθη τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς ἀθυμίας ἀχλύς. *Tanta oculis omnium offuſa erat mœroris nebula.* Diſſipandi tamen & *diſpergendi*, ſignificatio etiam apud eundem occurrit Homil. XXX. in Geneſin: Κατεσκέδασε τὴν ἀτιμίαν. *Ignominiam depulit.*

Καλασοβαρεύομαι.

Non habent Lexica. Σοβαρὸς, juxta veteres Gloſſas, *ſeverus, tetricus.* Heſychius: Σοβαρὸς, ὑπερήφανος, αὐθάδης, σεμνὸς, ἀπὸ τοῦ σέβας· ἢ συβαρὸς καὶ πλούσιος, ἀπὸ Συβαριτῶν. *Superbus, arrogans, jactabundus:* deductum à σέβας, *reverentia, ſtupor præ admiratione: vel* συβαρὸς, *dives, à Sybaritis.* Poſteriora etiam Suidas habet; quem vide. Iterum Heſychius: Σοβαρεύεται, ἐπαίρεται. *Seſe effert, ſe arroganter oſtentat.* Cyrillus Alexandr. ad Joh. IX. 29. Ἐπ' ἀθεραύστοις ἀναισχυντίαις σοβαρευόμενοι, τὸ ἡμεῖς οἴδαμεν ἀναφθέγγονται. *Præfractâ impudentiâ tumidi,* Nos ſcimus, *inclamant.* Hinc καλασοβαρεύομαι, *inſolenter me adverſus aliquem effero.* Cyrillus Alex. lib. X. in Joh. ad Cap. XV. v. 20. pag. 899. Μὴ ζητεῖσθε παρ' ἡμῶν τὸ μεῖζον ἀκαίρως, μηδὲ τοῦ τοῦ Κυρίου καλασοβαρεύεσθε μέτρου. *Nolite altum intempeſtivè ſapere, nec Domini mediocritatem ſuperbè deſpicite.*

Καλασοφίζομαι.

Καλασοφίζομαι eſt *circumvenio, doloſè ago, callidè ago.* Hoc ſenſu in veteri & novo Teſtamento reperitur. Exodi I. 10. Δεῦτε, καλασοφισώμεθα αὐτούς. *Agite, circumveniamus eos.* Quò reſpiciens Suidas: Καλασοφισώμεθα· τεχνασώμεθα· μηχανῇ τινι κακώσωμεν. *Circumveniamus, moliamur aliquid contra eos: arte aliqua vexemus: callidè decipiamus.* Idem: Καλασοφισθεῖσα, χλευασθεῖσα. *Circumventa, deriſa, decepta, callidè deluſa.* Heſychius: Καλασοφισθεῖσα, χλευασθεῖσα, τεχνασθεῖσα. Heinſius mavult legere, καλαχλευασθεῖσα, καλατεχνασθεῖσα. Idem: Κατεσοφίσθη, ἐπλανήθη. *Seductus, in errorem inductus fuit.* Nec aliter τὸ κατεσοφίσατο accipiendum Judith. V. 11. ubi emendatiora exemplaria habent: Καὶ ἐπανέστη αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεσοφίσατο αὐτοὺς, καὶ ἐταπείνωσεν αὐτοὺς ἐν πόνῳ καὶ ἐν πλίνθῳ, καὶ ἔθετο αὐτοὺς εἰς δούλους. *Et inſurrexit eis rex Ægypti, & circumvenit eos, & humiliavit eos in labore & in latere, & eos fecit ſervos.* Cap. X. 20. Οἱ ἀφεθέντες δυνήσονται καλασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν. *Qui dimiſſi poterunt decipere omnem terram.* In novo Teſt. ſemel legitur, Act. VII. 19. ubi S. Stephanus eadem narrans, quæ habentur Exodi I. 10. & Judith. V. 11. de Pharaone dicit: Οὗτος καλασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν. *Hic circumveniens genus noſtrum, afflixit patres noſtros:* ita vulgata & Tigurina verſio. Nec malè. Senſus namque eſt: obliquis artibus & conſiliis genus noſtrum extinguere moliebatur, φορτία δυσβάστακτα imponendo nobis, imò graviora quàm quæ ferre poteramus, ut ſic ſine vi aperta ad perniciem redigeremur. Ezechiel Tragicus apud Clementem Alex. Strom. I. p. 344. de re eadem:

Ἰδὼν γὰρ ἡμῶν γένναν ἄλις ηὐξημένην,
Δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο
Βασιλεὺς Φαραώ. — — —
Noſtrum videret nam genus cùm creſcere,
Eſt machinatus in nos plus ſatis doli
Rex Pharao. — — —

Philo in hac eadem hiſtoria, de eodem: Τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀφαιρεῖν ἐπινοίαις ἀνοσιουργοῖς ἐμηχανᾶτο. *Robur ipſis adimere artibus nefandis moliebatur.* Baſilius M. Homil. I. de Jejunio, pag. 331. itidem hoc verbo *fallendi, fucum faciendi* ſignificatu utitur. Μὴ ὡς ἀμυνόμενος τὰς ἡμέρας, μὴ ὡς καλασοφιζόμενος τὸν νομοθέτην, τῶν πέντε ἡμερῶν τὴν κραιπάλην προαποτίθεσο. *Ne, velut ulciſcens jejunii dies, neu veluti fucum facturus legis autori, in hos quinque dies crapulæ theſaurum reponito.* Idem in principium Prov. p. 468. Καλὴ πανουργία τῶν Ἑβραίων καλασοφισαμένων τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ τόν τε μισθὸν τῆς ἐργασίας τῶν πόλεων ἀπολαβόντων, καὶ ὕλας ἑαυτοῖς πρὸς τὴν σκηνὴν συμποριζομένων. *Pulchra admodum fuit Hebræorum aſtutia Ægyptios decipientium, ac pro opere ædificatarum urbium præmium accipientium, materiamque ad condendum tabernaculum* ſibi-

ſibi ipſis comparantium. Adjungi etiam poteſt locus è Luciano, Dial. Promethei & Jovis, ubi Jupiter Prometheum in hunc alloquitur modum: Καταϲοφίζῃ με, ὦ Προμηθεῦ. *Callidè*, ſive *doloſè mecum agis, ô Prometheu.* Illud καταϲοφίζῃ ſic exponendum eſſe, patet ex iis, quæ ibidem Prometheus ſubjungit: Καὶ τί πλέον ἕξω; οὐ γὰρ ἀγνοήσεις αὖθις ἔνθα ὁ Καύκασός ἐστιν, οὐδ' ἀπορήσεις δεσμῶν ἤν τι τεχνάζων ἁλίσκωμαι. *Et quid mibi proderit? Non enim rurſus ubi ſit Caucaſus latebit te, neq; deerunt tibi vincula, ſi callidè aliquid moliens deprehendor.* Lubens, ubi operæ videtur precium, novi Teſtamenti verſionem in linguam conſulo vulgarem. Illa Act. VII. 19. pro οὗτος καταϲοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, habet ἐτοῦτος ἐκατατέχνευσε τὸ γένος μας. Tandem non omittenda verba Oecumenii ad eundem locum, pag. 39. Οὗτος καταϲοφισάμενος, τουτέστι, πανούργοις ἐπινοίαις αὐτῶν περιγενέσθαι βουλευσάμενος. Σοφισμὸς γάρ ἐστι βεβιασμένη ἐξήγησις· διὸ ὧδε ἡ ἔμφασις λέγει, τὸ βιαίως αὐτοῖς ἐπιθέσθαι δηλοῦντι. Ὅθεν καὶ σοφιστὰς τοὺς γόητας καλοῦσιν, ὡς ἀληθὲς διὰ ἀπάτης καὶ σοφισμῶν κρύπτοντας. Καταϲοφισάμενος, *hoc eſt, id agens, ut verſutiis illos conſiliis ſuperaret.* Σοφισμὸς *enim eſt callida & coacta interpretatio: unde hîc emphaticè dictum eſt, quòd* Pharao *violenter eos ſit aggreſſus. Unde etiam* σοφιστὰς *vocant verſutos, impoſtores, ut qui veritatem per fallaciam & callidas interpretationes occultent.*

Καταϲπιλάζω.

Heſychius: Καταϲπιλάζων, μολύνων. *Commaculans.* Atque ita deducendum à σπιλὸς, *labes, inquinamentum,* quo ſenſu occurrit in Epiſt. Judæ, v. 12. De quo tamen loco aliquid monemus in Σπιλάς. Etymolog. verò M. Καὶ φιλεπίδημον φόνον καταϲπιλάζοντες, exponit κατακρύπτοντες, *occultantes*, additque, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑφάλων πετρῶν, αἵτινες ὑπὸ ὕδατος καλυπτόμεναι, τοῖς ἀπροόπτως προσπιλάζουσι κίνδυνον ἐπιφέρουσι. *Metaphora deductâ à petris ſub mari latentibus, quæ ab aqua occultatæ iis, qui ex improviſo appropinquant, periculum creant.* Sunt omnino σπιλάδες *ſaxa ſub aquis latentia.* Σπίλας etiam, juxta veteres Gloſſas, eſt *procella*: ad quam ſignificationem accedit καταϲπιλάζω apud Cyrillum Alex. lib. VI. adv. Julianum, pag. 187. Οὐχ οὕτω πνεύματος λαύρου καταϲπιλάζοντος ἀγριαίνεται θάλασσα, ὡς ἀνδρὸς ψυχὴ παθοῦσα τὸ δύσοργον καὶ τὸ ἀχάλινον τοῦ θυμοῦ. *Non ſic mare ſævit, cùm ventus vehemens procellas excitat, ut mens hominis iracundiæ vi & impotentia agitata.*

Κατάστασις.

Quàm varias hæc vox ſignificationes habeat apud autores profanos, ex vulgatis haberi poteſt Lexicis. Nos obſervamus inſuper unam & alteram apud Scriptores Eccleſiaſticos obviam.

I. Notat *ordinationem ad officium.* Can. XIX. Concilii Antiocheni decernit, *Epiſcopum non eſſe ordinandum absq; Synodo & præſentia Metropolitani provinciæ: quodſi omnes adeſſe non poſſint, plures omnino adeſſe oportere,* ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφους γενέσθαι, καὶ οὕτως μετὰ τῆς τῶν πλειόνων ἤτοι παρουσίας ἢ ψήφου γίνεσθαι τὴν κατάστασιν, *aut certè per literas unà cùm illis ſuffragium ferre, & ſic cum plurium præſentia aut ſuffragio ordinationem fieri.* Et mox: Εἰ δὲ κατὰ τὸν ὡρισμένον κανόνα γίγνοιτο ἡ κατάστασις, *Si autem juxta præfinitum canonem ordinatio facta fuerit.* Zonaras ad hunc Canonem. pag. 334. dicit τὴν κατάστασιν *eſſe* ψῆφον τὴν καθιστῶσαν τόν δε εἰς τὴν δε τὴν πόλιν ἐπίσκοπον, *ſuffragium, quo aliquis ordinetur Epiſcopus in hac vel illa urbe.* In Epiſt. Julii apud Athanaſium, tom. I. pag. 743. Τοῦτο δὲ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ περὶ Μαρτύριον ἀντέλεγον, οὐδὲ ἠρνοῦντο τὸν Πιστὸν ὑπὸ Σεκούνδου ἐσχηκέναι τὴν κατάστασιν. *Huic autem neq; Martyrii fautores contradicebant, neq; negabant, Piſtum à Secundo ordinationem habuiſſe.* Et mox: Ἀδύνατον τὴν κατάστασιν Σεκούνδου τοῦ Ἀρειανοῦ, ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἰσχύσαι, *Fieri nequit, ut ordinatio Secundi Ariani in Eccleſia catholica rata habeatur.* Pag. 747. Πάντες ἐπίσκοποι γράφοντες διεβεβαιώσαντο καὶ τὴν κατάστασιν αὐτοῦ ἔννομον γεγονέναι. *Omnes Epiſcopi datis literis confirmabant, etiam ordinationem ejus legitimam fuiſſe.*

II. Κατάστασις apud recentiores Græcos *non eſt ſtatio, ſed ipſa hominis conditio, ritus, ordo, conſtitutio, & mores*: hinc hominem dicunt ἀκατάστατον, non qui non ſtat, ſed qui improbis inſulſisque moribus eſt. Sic, cùm vident aliquem nulla diſcretione præditum, quaſi admiratione ducti, dicant, ἰδὲ κατάστασιν, quod alii σύστασιν. Chryſoſtomus Homil. CXXI. tom. V. pag. 793. Ἡ εὐαγγελικὴ κατάστασις πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἄγεται κατάστασιν. *Evangelica conſtitutio*, vel *Evangelici mores ad veteres deducuntur mores.* Nec aliter apud Cyrillum Scythopolitanum in vita Sabæ: Ἔχων μετ' αὐτοῦ δευτερεύοντα τὸν τῶν κοινοβιακῶν καταστάσεως φροντίδων. *Habens ſocum ſecundum cœnobiacarum curarum præfectum.* Hinc ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *præfectus moderandis moribus,* vel *dirigendis ritibus ſacris, & conſtitutionibus.* Græci, ut juventutis impetus compeſcerent, & immoderatos juvenum mores frenarent, ac turbis rixisque modum ponerent, τὸν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως in Bemate conſtituerunt, qui juvenes inquietos, ſua autoritate ſedatos, ab injuriis & contentionibus, & indecoris actibus ad bonam frugem reducerent. Poteſt etiam dici *rebus ſacris dirigendis* præfectus; id namque illi incumbebat, ut ex præſcripto, & ſanctorum Patrum ſancitis, res divina perageretur, caveretque, ne quis extra præſcriptos limites pedem efferret.

Κατάστημα.

Legitur hæc vox in N. Teſt. Cap. II. v. 3. ad Titum, ubi Apoſtolus vult πρεσβύτιδας, *anus*, eſſe ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. Vulgatus, *in habitu ſancto.* Tigurina: *In habitu, qui religionem deceat.* Beza, *in habitu, qui ſanctimoniam deceat.* Theodoretus κατάστημα ἱεροπρεπὲς interpretatur τὴν τοῦ σεμνότητος εὐκοσμίαν, *honeſtum ornatum.* Theophylactus dicit, γραΐδας λέγει, ἃς καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος καὶ τῆς καταστολῆς δεῖ κοσμίας φαίνεσθαι. *Anus intelligit, quas & ab ipſo habitu & ornatu honeſtas videri oportet.* Oecumenius per κατάστημα intelligit τὰ περιβόλαια, *veſtes*: & vulgaris verſio Græca, ἐνδύματα. Hi ergo omnes putârunt, κατάστημα hic idem eſſe, quod I. Tim. II. 9. καταστολή. Alii, & quidem convenientiùs, latiùs vocem exiſtimant ſumendam, ut non tantùm amictum, ſed & geſtum, inceſſum, &c. complectatur. Porphyrius in περὶ ἀποχῆς δ'. de Ægyptiorum ſacerdotibus, Τὸ δὲ σεμνὸν αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ καταστήματος ἑωρᾶτο, πορεία γὰρ ἦν &c. εὔτακτος, καὶ βλέμμα καθεστηκός. *Morum ſeveritas ex ipſo etiam patebat habitu, inceſſus enim erat &c. ordinatus, & aſpectus modeſtus.* Baſilius de vita Solitaria: Τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. *Lætum enim & tranquillum animæ ſtatum conſolationes, quæ ex hymnis capiuntur, ſuppeditant.* Eodem ſenſu κατάστασις apud eundem in Pſal. XXXIII. p. 228. Ζήτησον εἰρήνην λύσιν τῶν τοῦ κόσμου τούτου θορύβων, κτῆσαι γαληνιῶντα νοῦν, ἀκύμαντά τινα καὶ ἀτάραχον κατάστασιν τῆς ψυχῆς. *Quare pacem, nimirum ſolutionem à tumultuariis mundi hujus curis: para tibi mentem tranquillam, ſtatumq; animæ ab omni fluctuatione ac turbela ſejunctum.* Hinc βλέμματι καὶ κινήματι καταστηματικὸς, *vultu & motu ſedatus*, Plutarchus in Gracchorum vita. Ergo καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, *quarum probata eſt converſatio, ſermo moderatus, ſancta verecundia*: ut & de provectioris ætatis feminis locutus D. Hieron. Epiſt.

Epiſt. ad Demetriadem. Idem lib. IV. Epiſt. *Quorum habitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum eſt.* Græcè contractiùs dicas, ὧν αὐτὸ τὸ κατάστημα μαθητεία ἐστίν, ut de Trallenſium Epiſcopo S. Ignatius dixit: cujus verba Hieronymus videtur imitatus. Ambroſius III. de Virgin. in laudibus B. Mariæ: *Nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior: ut ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis.* Caſſianus Collat. XI. Cap. II. pag. 362. de quibuſdam in Ægypto anachoretis: *Quorum ita & antiquitas in corporibus jam curvatis, & ſanctitas in ipſo etiam fulget aſpectu, ut vel ſola contemplatio eorum magnam intuentibus poſſet conferre doctrinam.* Clemens Alex. Pæd. lib. III. Cap. XI. pag. 246. etiam de mulieribus, κατάστημα σεμνὸν vocat.

Καταστολή.

Heſychius: Καταστολήν, περιβολήν. *Amictum.* Suidas: Καταστολή, ἡ στολή. *Amictus, ſtola.* I. Tim. II. 9. vult Apoſtolus, ut mulieres ſe ornent ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, *in habitu ornato.* Theodoretus ad hunc locum interpretatur περιβολή. Καὶ αὐτῇ τῇ περιβολῇ μηνυέτω τῶν ψυχῶν τὴν σεμνότητα. *Ipſo etiam amictu indicante animarum honeſtatem.* Theophylactus verò, pag. 759. Chryſoſtomum imitatus: Καταστολὴν λέγει, τὸ πάντοθεν περιεστάλθαι, καὶ συγκεκαλύφθαι, ἀλλὰ μὴ ἀνακεκαλύφθαι ἀναισχύντως. Καταστολὴν *dicit, undiq; veſtiri & contegi, nec impudenter detegi.* Vult Apoſtolus, ut idem loquitur, mulieres ἐστολίσθαι κοσμίως, καὶ μὴ περιέργως, *veſtiri honeſtè, non curioſè.* Ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, eſt ἐν στολῇ κοσμίῳ· στολῇ ἀπεριέργῳ καὶ εὐσχήμονι, *in veſtitu honeſto: veſtitu non exquiſito vel ſupervacaneo, ſed honeſto;* ut Clemens Alexandr. Pædag. lib. III. Cap. XI. Baſilius ad Gregorium: Μήτε ἐν χρώματι τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ καταστολῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. *Neq; colorem ſectetur purpureum, neq; amictum ſubtilem & mollem.* Vulgatus in loco Apoſtoli καταστολὴν interpretatur *habitum.* Rectè, ut monet Cl. Pricæus: *Habitus enim*, inquit Servius ad Virgilium: *apud veteres dicebatur tam corporis, quàm eorum, quæ propter corpus ſunt.* Quæ καθ' ὑστερολογίαν intelligenda. Iſidorus de Clericis offic. Eccleſiaſt. II. 2. *Pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu -- oſtendant.* Caſſianus Inſtitut. lib. I. Cap. IV. ab initio, de Monachis Ægyptiis: *Sunt præterea quædam in ipſo Ægyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruentia; quò ſimplicitatis & innocentiæ obſervantia etiam in ipſa veſtitus qualitate teneatur.* Can. III. Ancyranus de iis, qui coacti thus offerebant, ſtatuit, ut dolorem ſuum ſemper teſtentur τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι, *& amictu, & habitu, & vitæ humilitate.* Ad quæ Zonaras, pag. 288. Καταστολὴ τὸ μέτριον καὶ κατεσταλμένον τοῦ ἤθους ἐστίν· ἢ τὰ περιβλήματα, καὶ ἡ στολή. Καταστολή, *ſunt modeſti & humiles mores: vel etiam amictus & ſtola.* De moribus etiam uſurpat Clemens Alex. Strom. VI. pag. 659. Ἀπτέον μουσικῆς, εἰς καλλωπισμὸν ἤθους καὶ καταστολήν. *Attingenda eſt Muſica ad mores ornandos & componendos.*

Καταστρηνιάω.

Καταστρηνιάω à ſimplici στρηνιάω, quod apud Heſychium metaphoricè inter alia ſignificat, διὰ πλοῦτον ὑβρίζω καὶ βαρέως φέρω, *propter divitias contumelioſè tracto, inſolens ſum, inſulto, & graviter fero.* Suidæ στρηνιῶ eſt ἀτακτῶ, *immodeſtè vivo: deliciis nimium indulgeo.* Varinus ex Etymolog. Στρηνιᾷν παρὰ τὸ στερεῖν ἢ ἀποσπᾷν τὰς ἡνίας· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλόγων ζώων. Στρηνιᾷν dicitur *à* στερεῖν *&* ἡνία, *ab auferenda & avellenda habena: metaphora à brutis deductâ.* Legitur Apoc. XVIII. 7. & 9. ubi de Babylone: Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε. *Quantum extulit ſeſe & luxuriata eſt.* Et de regibus, *qui cum illa ſcortati ſunt,* οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, *& luxuriati.* Primitivum eſt στρῆνος, de quo Suidas: Στρῆνος· εἰς τὴν παλαιὰν τοῦτο κεῖται· Τὸ στρῆνός σου ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου. *Hoc* vocabulum *eſt in veteri* Teſtamento, nempe II. Reg. XIX. 28. *Tumultuatio tua aſcendit ad aures meas.* At Apocal. XVIII. 3. ubi iterum de Babylone, *& mercatores terræ* ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν, *opibus deliciarum ejus divites facti ſunt:* hîc ergo *delicias* notat: unde verſio in linguam vulgarem pro eo ponit, ἀσωτία, *luxuria, laſcivia,* & pro ἐστρηνίασε v. 7. ἀσώτησε, *luxu diffluxit:* item v. 9. pro στρηνιάσαντες, ἐκαλοπάθησαν, *in luxu vixerunt & deliciis.* Hinc tandem compoſitum καταστρηνιάω, quo utitur Apoſtolus I. Timoth. V. 11. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν. Beza: *Porrò juniores viduas recuſa: poſtquam enim laſcivire cœperint adverſus Chriſtum, nubere volunt.* Vulgatus: *Cùm luxuriatæ fuerint in Chriſto.* Sine dubio legendum, *in Chriſtum.* Ὅταν καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, pro στρηνιάσωσι κατὰ τοῦ Χριστοῦ. Sic Jacobi II. 13. κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως, id eſt, καυχᾶται κατὰ κρίσεως. Idem uſus verbi καταροβαρύνομαι. Illud vide. Chryſoſtomus Homil. XV. in I. ad Timoth. pag. 311. Ὅταν καταστρηνιάσωσιν, interpretatur ὅταν ἀκκισθῶσιν, ὅταν θρύπτωνται. Καθάπερ ὅταν ἐπὶ ἀνδρός τις ἐπιεικοῦς λέγῃ, Ἄφες αὐτήν, ὅτι ἑτέρου γέγονε. *Cùm in laſciviam deliciaſq; fuerint reſolutæ. Quemadmodum ſi quis de viro bono diceret: Dimitte illam, alterius enim fuit.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 781. itidem exponit, Ὅταν ἀκκισθῶσιν, ὅταν θρύψωνται, ὅταν καθυπερηφανεύσωνται τοῦ Χριστοῦ, μὴ καταδεχόμεναι αὐτὸν νυμφίον, ἐκπίπτουσι λοιπὸν εἰς τὸν γάμον. Hoc eſt, *Quando laſcivierint, & deliciatæ fuerint, ac quando ſuperbierint adverſus Chriſtum, ipſum in ſponſum non admittentes, in nuptias deinceps excidunt.* Apud Oecumenium, pag. 758. Ὅταν καταβλακευθῶσιν, ὅταν καταθρυφθῶσι. *Cùm deliciatæ fuerint adverſus* ſc. Chriſtum. Eodem ſenſu Hieronymus ad Gerontiam interpretatur, *Fornicari in injuriam viri ſui Chriſti, hoc enim Græcus ſermo ſignificat.* Non diſſimili nec ſenſu nec figura Clemens Alex. Strom. II. pag. 373. ἀποσκιρτᾷν τῆς ἀληθείας, *à veritate reſilire:* Irenæus lib. III. Cap. XLIV. *in deliciis ac luxuriis verſari adverſus Dei benevolentiam:* Lactantius lib. V. Cap. XXIII. *aberrare à diſciplina Legis, & vincula abrumpere.* Itaque καταστρηνιᾷν τοῦ Χριστοῦ, eſt, abjecto Chriſti fræno, ſeu, contra legem & præſcriptum Chriſti, verbis, geſtibus, habitu gerere ſe immodeſtiùs, vel, vitam agere molliorem & ſolutiorem, quàm par ſit.

Κατασφενδονάω.

Non habent Lexica. Σφενδονάω eſt *funda utor, fundam torqueo.* Suidas: Σφενδονᾶσθαι, ἀπορρίπτεσθαι. *Fundâ projici.* Κατασφενδονάω, *fundam torqueo adverſus.* Cyrillus Alex. in Cap. II. Nahumi, pag. 499. Τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ταῖς ἀθυροστομίαις κατασφενδονῶντες. *Oris petulantiâ, ceu fundâ, gloriam Dei appetentes.*

Κατατομή.

Veteres Gloſſæ: Κατατομή, *conciſio, deciſio.* Uſus hac voce Apoſtolus ad Phil. III. 2. Βλέπετε τὴν κατατομήν. *Cavete conciſionem.* Ad περιτομὴν alluſiſſe Apoſtolum, ex ſequenti patet verſu. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. *Nos enim circumciſio,* nempe *vera ſumus.* Περιτομή, ut alibi ſæpe, pro περιτετμημένοις, *circumciſis:* quos hic Apoſtolus notat, utpote qui circumciſione ſua plurimùm

mùm gloriabantur, tum & ſub ſalutis neceſſitate ritum hunc agebant, & ab aliis exigebant. At Apoſtolus κατατομῆς potius, quàm περιτομῆς nomine iſtos voluit inſignitos. Appellationis rationem non unam omnes reddunt. Camerarius, κατατομὴν, inquit, καθ' ὑπαλλαγὴν vocat, id eſt, *receſos*, ſive *conciſos, quia jam tantùm lacerarent, ſecando corpora ſua, ſublata, poſt Chriſti adventum, circumciſione legitima.* In quo præeuntem habet Chryſoſtomum, Homil. X. in Epiſt. ad Philippenſes, pag. 59. Οὐδὲ τοῦ ὀνόματος ἐκείνης τῆς περιτομῆς μεταδώσειν· ἀλλὰ τί φησιν; ἡ περιτομὴ ἐκείνη κατατομή ἐστιν. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ τὴν σάρκα κατατέμνουσιν· ὅταν γὰρ μὴ ἢ νόμιμον τὸ γινόμενον, οὐδὲν ἄλλο, ἢ σαρκὸς τομή ἐστι, καὶ κατατομή. *Sed ne nomine quidem circumciſionem impertit. Sed quid inquit? Circumciſio illa, conciſio eſt. Nihil enim aliud faciunt, quàm carnem concidunt. Quando enim quod fit, legitimum non eſt, nihil aliud quàm carnis ſectio eſt, & conciſio.* Eodem idem refert, quod dixit, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, *cavete malos operarios:* καὶ ἡμεῖς δὲ κατατομὴν λέγομεν, ἐπὶ τῶν εἰκῇ καὶ ἁπλῶς καὶ ἄνευ τέχνης τοῦτο ποιούντων. *Etiam nos conciſionis nomine utimur de iis, qui temere, perfunctoriè, & ſine arte hoc faciunt,* id eſt, aliquid concidunt. Propiùs ad Camerarii mentem Theophylactus, pag. 604. Μέγα καὶ τίμιον ἦν ποτε παρὰ Ἰουδαίοις ἡ περιτομὴ, ὅπουγε καὶ τὸ σάββατον διὰ ταύτην ἐλύετο. Ἐπεὶ οὖν νῦν ἤργησεν, οὐδὲν ἄλλο ἡ κατατομή ἐστιν. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι νόμιμον τὸ γινόμενον, τὴν σάρκα μόνον κατατέμνουσι. *Magna quondam & precioſa res erat apud Judæos circumciſio, ſiquidem vel ſabbatum propter eam ſolveretur. At poſtquam nunc irrita facta eſt, nihil aliud eſt quàm conciſio. Cùm enim non ſit legitimum quod fit, carnem tantummodo concidunt.* In eandem planè ſententiam Oecumenius: quem vide. Facit eodem, quòd Beza ſuſpicatur, alludi ad *profanas* illas *inciſiones* prohibitas Levit. XIX. 28. XXI. 5. ut non alio loco haberi velit horum *circumciſionem*, quàm quo *profanam inciſionem* illam. Aliam etiam appellationis illius rationem afferunt Chryſoſtomus, Theodoretus & Theophylactus, ὅτι τὴν ἐκκλησίαν ἐπεχείρουν κατατέμνειν, *quoniam Eccleſiam concidere conabantur;* vel, τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα τέμνειν, *corpus Eccleſiæ ſcindere.* Vide Adverſar. Gatakeri, Cap. XXXVIII. Alia eſt ſententia Heinſii, qui in Exercitationibus ſuis: *Fruſtra nobis eſſe videntur, qui ad* impias inciſiones *aut* profanas, *quarum mentio in Lege, referendum id exiſtimant. Quid enim hoc ad* שרט, *ſive* ἐντομίδα, *de qua Moſes? Quid autem* κατατέμνειν *ſit, ut vulgò uſurpatur, nemo neſcit. Quomodo, & qui ex viris, cùm ſecantur, non viri evadunt. Ita Judæorum* περιτομὴ, *cùm hodie carnalis ſit,* κατατομὴ, *per* ἐυτελισμὸν, *& contemtum, eleganter ac urbanè dici poteſt. Ut cùm Magnus Baſilius, Judæum* τῆς κατατομῆς ἄνθρωπον, *ad ſecundum Eſajæ, Catenâ nondum editâ, non ſine cauſſa, & venuſtè, ex hoc loco dixit.* Ἐρώτησαν τὸν τῆς κατατομῆς ἄνθρωπον, τὸν κατὰ σάρκα Ἰουδαῖον, περὶ ποίου νόμου λέγει, καὶ περὶ ποίου λόγου. *Jam autem, quemadmodum* περιτομὴ *carnalis, ita quæ* κατατομὴ *primò fuit, tandem &* ἀποτομὴ *evaſit. Abſciſſi enim ſunt Judæi, ut infererentur alii. Neque præter rem Homil. CXIV. Chryſologus:* Judæe, quid habes quod non perdidiſti? Si autem perdidiſti, quid gloriaris quaſi non perdideris? ubi eſt Templum? ubi ſacerdos? ubi ſacrificium? ubi incenſum? ubi purificationes tuæ? ubi ſolennitatum tuarum non omittenda devotio? ſed ut his Judæus meritò circumcideris, quia bonis omnibus abſciſſus es ſuprà dictis. *Quo ſenſu idem Baſilius,* τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀποτμηθέντα, *Homil. de Humilitate dixit, ut quemadmodum* λαλεῖν *&* καταλαλεῖν, *ita* τέμνειν *&* κατατέμνειν *dicatur, unde* κατατομὴ, *quemadmodum nec ignoro,* κατατομὴν *&* unionem, *nonnunquam ab antiquis opponi. Aſceticorum autor.* Τοῦτο τὸ κεφάλαιον τῆς τοῦ Σωτῆρος κατὰ σάρκα οἰκονομίας· ἵνα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, πρὸς ἑαυτὴν τε καὶ ἑαυτὸν συναγάγῃ, καὶ τὴν πονηρὰν κατατομὴν ἐξελὼν, τὴν ἀρχαίαν ἀνακαλέσηται ἕνωσιν. Hæc Servatoris noſtri ſecundum carnem diſpenſationis ſumma eſt, ut humanæ participes naturæ inter ſe & ſecum conjungat, perverſaque disjunctione ſemel ſublata, antiquam unionem revocet. Hactenus ille.

Καταφατικός.

Vide de hac voce in Ἀποφατικός.

Καταφωτίζω.

Καταφωτίζειν eſt *illuminare, illuſtrare.* Τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι καταφωτίζειν, eſt *baptizare.* Methodius in vita Dionyſii Areopagitæ, pag. 381. de Dionyſio Pariſiis degente: Καὶ λαὸν νέον ἐν τῇ ἀληθείᾳ τοῦ εὐαγγελίου δεδιδαγμένον τῷ ἁγίῳ αὖθις ἐκεῖ βαπτίσματι κατεφώτισε. *Novumque populum in Evangelii veritate eruditum ſancto baptiſmo poſtea illic illuminavit.*

Καταψιλόω.

Καταψιλόω Lexicographis eſt *denudo, deglabro,* ſeu *connudo, compilo.* Apud Heſychium: Καταψιλωθήσεται, ψιλὸν γενέσθαι. Eodem modo Varinus. Omnino ſcribendum γενήσεται. *Rarum, tenue, ſubtile fiet.* Metaphoricè, *complano.* Cyrillus Alexandr. in Cap. XI. Hoſeæ, pag. 159. Ἰσραὴλ κεκληρονόμηκε τῆς ἐπαγγελίας τὴν γῆν, Θεοῦ πᾶν αὐτοῖς καταψιλοῦντος τὸ ἀναντες, καὶ τὸ δύνασθαι κατευμεγεθεῖν τῶν ἐχθρῶν ἀπονέμοντος. *Iſraël ſortitus eſt terram promiſſionis, Deo omne arduum illis complanante, & ut hoſtes ſuperare poſſent largiente.*

Κατέλευσις.

Non habent Lexica: idem quod κάθοδος vel κατάβασις *deſcenſus.* Euſebius in vita Conſtantini, pag. 166. a. incarnationem Filii Dei vocat κατέλευσιν τοῦ Σωτῆρος, *deſcenſum ſervatoris.*

Κατεπάνος. Κατεπανικός. Κατεπανίκιον.

Multa de his vocibus Cl. Reineſius, var. lect. lib. III. Cap. I. Præcipua hic exſtare volumus. *Catapanum* è Magiſtratibus minoribus Neapoli appellârunt eum, ad quem cura, carnis, ſalis, olei, vini, obſoniorum, panis, omniſque adeò annonæ ſtudium pertinebat, ut & ſuppeteret civibus, & incorrupta eſſet, & juſto precio venderetur; ejuſdem fuit ponderibus & menſuris attendere, iniqua corrigere, minores frangere. Olim qui panis & cæterarum rerum venalium in urbe & municipiis ſollicitudinem haberent juſſu decurionum *Epiſcopi* appellabantur. Vide in Ἐπίσκοπος, num. I. Græcis ἀγορανόμοι, οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. A potiori verò parte curæ, nimirum frumento in panem, Neapolitani videntur *Catapanum* vocâſſe, qui aliâs *annonarius.* Eo ipſo vocabulo *catapani* ducem Imp. in Italia vicarium, quem olim Exarchum dixerant, ab Italis ſignificatum fuiſſe, addito etiam etymo, *quòd ſuper omnia conſtitutus eſſet,* παρὰ τὸ πᾶν, tradit J. C. Capacius lib. II. Hiſt. Neapol. Verùm à πᾶν *Catapanus* fieri nequit. In hiſtoriis Italicis, lingua vulgari ſcriptis, *Catapanus* is appellatur, qui Imperatoris Conſtantinop. vices gerit, vel rei gerendæ causâ ab eodem in Italiam mittitur; ſed vocabulum hoc ſive è Græco κατεπάνος,

Digitized by Google

-ος, de cujus ſignificatione & etymo poſtea, ſive è Latino *Capitaneus* vulgus corrupit. Cl. Meurſius in Gloſſario ſuo, in Conſtitut. quadam Alexii Comneni junioris, κατεπάνους interpretatur *redemtores tributorum & vectigalium.* At intelligi *magiſtratus in provincia*, docet Reineſius: ac proinde χρείαν πρακτορικὴν *officium quæſtoris*, χρείαν κατεπανικὴν, cujus etiam meminit Balſamon ad Can. XII. Concilii Nicæni II. pag. 518. officium præfecti annonæ, & omnem utriusque cauſam & ſuſtentationem eſſe, quæ in ſtipendiis ſeu annonis & capitationibus à Provincialibus præſtari ſolet. In verbis verò Johannis Curopalatæ, quæ etiam producit Meurſius, ὁ κατεπάνος τῆς Ἰβηρίας ὁ Ἰεσίτης, regulus, præfectus, ſeu domicellus, Iberiæ eſt, voce vel è Slavocino PAN, vel è Latino *Capitaneus* à Græcis, per corruptelam ab Italico vulgo factam, formata. Balſamon, loco ubi ſuprà, pag. 519. meminit τῶν πραιτώρων, καὶ πρακτόρων, καὶ κατεπάνων. Occurrit κατεπανίκιον apud Nicetam in Man. Comneno, lib. II. Vide Gl. Meurſii.

Κατευμεγεθέω.

De hoc verbo ſic Henr. Stephanus: Κατευμεγεθεῖν in v. I. *ſuperiorem eſſe, dominari, ſub imperio ſuo habere.* Suidas καταδυναστεύειν exponit, genitivo jungi tradens. Hæc ille. Legitur etiam apud Heſychium, qui exponit καταδυναστεύειν, ὑπερβάλλειν, νικᾶν, *ſub poteſtatem redigere, ſuperare, vincere.* Frequentiſſimum apud Cyrillum Alexandrinum. In Cap. XIII. Jeſajæ, pag. 224. de ſanctis ita ſcribit: Κατευμεγεθοῦσι δὲ τῶν ἀνθεστηκότων δεινῶς στρατηγοῦντος Χριστοῦ, καὶ συνασπιζόντων ἁγίων ἀγγέλων. *Superiores verò evadunt adverſariis, utpote duce Chriſto, & defendentibus Angelis ſanctis.* In Cap. XV. Jeſajæ, pag. 249. de Moabitis: Δεινοὶ καὶ ἀγέρωχοι Μωαβῖται γεγόνασι, καὶ ταῖς τῶν δαιμονίων ἀπάταις ἐπιθαρρήσαντες, καὶ διὰ μαγικῆς τέχνης κατευμεγεθήσειν οἰόμενοι τῆς ἁπάντων χειρός. *Moabitæ terribiles & inſolentes fuerunt dæmoniorũ impoſturis confidentes, ſe omnium potentiam magica arte ſuperaturos exiſtimabant.* In idem C. p. 252. Ψυχὴ τῷ θείῳ φόβῳ τετειχισμένη, ἰσχυρά τέ ἐστι καὶ δυσάλωτος, καὶ τῆς τῶν μαχομένων αὐτῇ κατευμεγεθοῦσα χειρός. *Anima divino timore munita, fortis & captu difficilis eſt, & manum eorum, qui eam oppugnant, ſuperat.* Aliud Exemplum vide ſub Καλαφιλέω.

Κατήνα.

Κατήνα, *Catena.* Gloſſæ Græco-Latinæ: Κατήνα, *catella.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCCLXXXV. lib. I. pag. 122. Ἄξιοι ὄντες ταῖς ἰδίαις δεδέσθαι κατήναις. *Qui merentur, ut ſuis vinciantur catenis.* Act. IV. Concilii ſub Menna, pag. 615. Κατήναις εὕρομεν ταῖς θύραις ἐμβεβλημένην. *Domum invenimus clauſam.* Pag. 616. τὰς θύρας τοῦ αὐτοῦ οἴκου ἠσφαλισμένας εὑρόντες ἔξωθεν διὰ κατήνας. *Cùm fores ejusdem domûs extrinſecus catenâ munitas inveniſſent.* Invenitur etiam κατήνιον. Vide Gl. Meurſii.

Κατηχέω.

Verbum hoc duplici modo præcipuè ſumitur:

I. *Generaliter*, & ſignificat *audire aliquid ex aliorum ſermone.* Ita ſumitur Actor. XXI. 21. & 24. Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ. Vetus: *Audierunt autem de te.* Sic etiam Eraſmus. Beza & Piſcator, *Audierunt autem de te ex aliorum ſermone.* Chryſoſtomus, Κατηχήθησαν, inquit, τουτέστιν, ἐδιδάχθησαν, καὶ ἐπίστευσαν. *Edocti ſunt, & crediderunt.* Poſterius addit Chryſoſtomus velut ἐξ ἐπιμέτρου, cùm alioqui ſatis fuiſſet dixiſſe, ἐδιδάχθησαν. Nam paulò pôſt, pro κατήχηνται nihil aliud explicationis loco ponitur, niſi ἐδιδάχθησαν. Optime. Videtur enim κατηχήθησαν plùs eſſe, quàm ἤκουσαν. Nam non ſolùm audiverunt, ſed etiam ſic audiverunt, ut ſimul admonerentur de periculo quodam, & juberentur cavere ſibi, ne deciperentur. Verſu 24. Ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστι, *quòd nihil ſit eorum, quæ de te edocti ſunt:* vel, *quæ de te acceperunt:* vel, *quæ monentibus quibusdam de te acceperunt.* Obſervabis in his duobus locis κατηχηθῆναι περί τινος, & τοὺς κατηχηθῆναι περί τινος, cum duplici genitivo, rei ſcil. & perſonæ, media præpoſitione, rariore ſignificatu, ſed ſatis elegante.

II. *Specialiter*, & ſignificat, *audire ex aliorum ſermone aliquid, quod pertineat ad myſteria ſalutis.* Ita Lucæ I. 4. Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Vulgatus: *ut cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.* Tigurina verſio, *de quibus edoctus es.* Beza, *earum, quas auditione accepiſti.* Theophylactus ad hunc locum, pag. 298. hunc ſenſum eſſe vult: Πρότερον μὲν ἀγράφως σε κατήχησα, ὦ Θεόφιλε, νῦν δὲ ἐγγράφως σοι παραδιδοὺς τὸ εὐαγγέλιον, ἀσφαλίζομαι τὸν σὸν λογισμὸν, ἵνα μὴ ἐπιλάθηται τῶν ἀγράφως παραδιδομένων. *Priùs te ſine ſcriptis docui, ô Theophile, nunc tibi ſcriptum trado Evangelium: atq; ita mentem tuam munio, ut ne obliviſcatur eorum, quæ ſine ſcriptis tradita ſunt.* Tolerari poteſt interpretatio: incertum interim, an Theophilus ab ipſo quoque Luca ἀγράφως fuerit doctus, prout ἐγγράφως in Evangelio.

Hoc verò ſenſu verbum Κατηχέω iterum duplici modo ſumitur:

1. *Latiùs*, pro *inſtituere in cognitione myſteriorum religionis.* Hanc ſignificationem habet ad Romanos II. 18. κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου. Vulgatus, *Inſtructus per legem.* Beza, *Inſtitutus ex lege.* Heſych. vel ad hunc, vel ad locum ad Gal. VI. 6. reſpiciens, κατηχούμενος interpretatur διδασκόμενος, παιδευόμενος, *doctus, inſtitutus.* Verſio in linguam vulgarem hoc loco itidem διδασκόμενος. Nec aliter Theodoretus, qui τούτων γάρ σοι ἐκεῖνος (ὁ νόμος) διδάσκαλος γεγένηται. *Illa (lex) enim hæc te docuit.* Ita I. Corinth. XIV. 19. ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, *ut & alios inſtruam.* Et ad Galat. VI. 6. Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι. *Communicet autem qui inſtituitur in ſermone, ei qui inſtituit:* ubi Oecumenius, pag. 608. κατηχούμενος exponit per διδασκόμενος: Theodoreto eſt μαθητευόμενος, & κατηχῶν eſt διδάσκαλος. Eodem ſenſu Greg. Nyſſenus Homil. XV. in Canticum, tom. I. pag. 691. de Nathanaele: *Illo ſapienter latum hunc nuncium accipiente*, διὰ τὸ μετὰ πάσης ἀκριβείας κατηχῆσθαι παρὰ τῆς προφητείας αὐτὸν τὸ περὶ τὸν Κύριον μυστήριον, *quòd peraccuratè ex libris vaticiniorum de Domini myſterio edoctus eſſet.* Chryſoſtomus ſerm. VI. de Paulo: ὁ Παῦλος τοὺς δεσμώτας κατήχησε. *Paulus vinctos doctrinâ Chriſtianâ imbuit.* Idem, Homil. I. in v. 3. Cap. XVI. ad Romanos, de Priſcilla: Αὕτη λαβοῦσα τὸν Ἀπολλὼ, κατήχησε τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διδάσκαλον ἀπηρτισμένον ἐποίησεν. *Hæc cùm aſſumſiſſet Apollo, docuit viam Dei, & perfectum magiſtrum reddidit.*

2. *Strictiùs*, pro *inſtituere viva voce in cognitione primorum capitum fidei, ſeu doctrinæ Chriſtianæ*; Actor. XVIII. 25. de Apollo: Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου. *Hic erat edoctus viam Domini*, Huc enim illud exemplum etiam commodè referri queat. Et ſic, κατήχησις eſt familiaris, per vivam vocem facta inſtitutio in elementis Chriſtianæ religionis; quam inſtituendi rationem ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia viguiſſe, patet ex Hebr. V. 12. ubi denotatur per στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ,

Digitized by Google

elementa initii eloquiorum Dei. Vide Στοιχεῖον: ex Hebr. V. 1, 2. ubi denotatur per *ſermonem*, *qui in Chriſto rudes inchoat.* Eandem rationem poſt Apoſtolorum quoque tempora aliquot ſeculis in Eccleſia obtinuiſſe, ex multis veterum ſcriptis catecheticis patet. Qui verò ita inſtituebantur, κατηχούμενοι appellabantur. Theophylactus in Cap. I. Johannis, pag. 564. ad v. 12. Πολλοὶ λαμβάνουσι μὲν αὐτὸν διὰ τοῦ πιστεῦσαι μόνον, οἷοί εἰσιν οἱ λεγόμενοι Κατηχούμενοι, οὔπω δὲ ἐγένοντο τέκνα Θεοῦ, ἐξουσίαν μέντοι γε ἔχουσιν, εἰ βούλοιντο βαπτισθῆναι, καὶ ταύτης καταξιωθῆναι τῆς χάριτος, τῆς υἱοθεσίας φημί. *Multi recipiunt quidem eum per hoc, quòd ſolùm credunt, quales ſunt, qui dicuntur* Catechumeni, *non autem facti ſunt filii Dei, poteſtatem autem tunc habent; cùm voluerint baptizari, & hanc gratiam conſequi, adoptionem inquam in filios.* Balſamon ad Can. XIX. Laodicenum, pag. 836. Κατηχούμενοι λέγονται, οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα ἑτοιμαζόμενοι. *Catechumeni dicuntur, qui ad Baptiſmum præparantur.* Dicuntur in veſtibulo ſalutis eſſe conſtituti. Nazianzenus orat. XL. pag. 647. Ἕως εἶ κατηχούμενος, ἐν προθύροις εἶ τῆς εὐσεβείας, ἔσω γενέσθαι σε δεῖ, τὴν αὐλὴν διαβῆναι, τὰ ἅγια κατοπτεῦσαι, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων παρακύψαι, μετὰ τῆς Τριάδος γενέσθαι. *Quamdiu in Catechumenorum numero es, in pietatis veſtibulo es. Intrare te oportet, atrium pertranſire, in ſancta ſanctorum introſpicere, cum Trinitate conjungi.* Huc facit illud Nyſſeni, orat. de Baptiſmo, tom. II. pag. 216. Ἔξω τοῦ παραδείσου τυγχάνεις ὁ κατηχούμενος, κοινωνῶν τῆς ἐξορίας τῷ Ἀδὰμ τῷ προπάτορι. *Es extra Paradiſum, Catechumene: ſocius exilii Adam, primi noſtri parentis.* Hinc πιστοὶ & κατηχούμενοι opponuntur. Vide in πιστός. In quibus maximè fuerint inſtituti, etiam docent veteres. Patet maximè ex Conſtitut. Apoſtol. lib. VII. Cap. XL. pag. 991. & 992. Ὁ μέλλων κατηχεῖσθαι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, παιδευέσθω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τὴν περὶ τοῦ ἀγεννήτου γνῶσιν· τὴν περὶ υἱοῦ μονογενοῦς ἐπίγνωσιν· τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληροφορίαν. Μανθανέτω δημιουργίας διαφόρου τάξιν, προνοίας εἱρμόν· νομοθεσίας διαφόρου δικαιωτήρια· παιδευέσθω διατί κόσμος γέγονε· καὶ δι' ὃ κοσμοπολίτης ὁ ἄνθρωπος· ἐπιγινωσκέτω τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οἷα τίς ὑπάρχει· παιδευέσθω, ὅπως ὁ Θεὸς τοὺς πονηροὺς ἐκόλασεν ὕδατι καὶ πυρί, τοὺς δ' ἁγίους ἐδόξασε καθ' ἑκάστην γενεάν, &c. Προσκυνείτω δὲ ὁ χειροθετῶν αὐτὸν τὸν Θεὸν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, εὐχαριστῶν ὑπὲρ τοῦ πλάσματος, ὅτι κατέπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, &c. Καὶ μετὰ τὴν εὐχαριστίαν ταύτην παιδευσάτω αὐτὸν τὰ περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως· τά τε περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως. *Qui docendus eſt ſermonem pietatis, inſtituatur ante Baptiſmum in cognitione ingeniti, in cognitione Filii unigenæ: in plena perceptione myſterii de Spiritu ſancto. Diſcat creationis variæ ordinem: providentiæ ſeriem: legiſlationis variæ judicia. Erudiatur, cur mundus factus: & cur mundi incola conſtitutus homo. Agnoſcat ſuam ipſius naturam, qualis ea eſt. Erudiatur, quomodo Deus pravos punierit aqua & igne, ſanctos verò in ſingulis generationibus glorificaverit,* &c. *Qui verò manus ei imponit, adoret Deum, univerſorum Dominum, gratias agens pro creatura, quòd miſerit Filium ſuum,* &c. *Et poſt hanc gratiarum actionem, doceat eum ea, quæ ad Domini incarnationem ſpectant: ea, quæ ad paſſionem ejus, ad reſurrectionem à mortuis, & ad aſcenſionem.* In ipſo Baptiſmi tempore; ut lib. eod. Cap. XLI. pag. 993. Ὁ κατηχηθεὶς μανθανέτω τὰ περὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ διαβόλου, καὶ τὰ περὶ τῆς συνταγῆς τοῦ Χριστοῦ. De hoc ritu vide in Ἀποτάσσομαι. Theodorus Anagnoſta Eclog. II. docet, Catechizandis ſymbolum fuiſſe expoſitum. Αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ σύμβολον, ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ἐν τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ τοῦ θείου πάθους τῷ καιρῷ τῶν γινομένων ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου κατηχήσεων. *Si ipſe non recipiat ſymbolum, quod ſemel in anno recitatur in ſancta Paraſceve divinæ paſſionis, eo tempore, quo Catecheſes ab Epiſcopo fiunt.* Nec ſymbolum tantùm, ſed etiam Orationem Dominicam. Clarè hoc docet Ferrandus Diaconus in epiſt. ad Fulgentium, de Æthiope catechizando, *Univerſa quoque religionis Catholicæ veneranda myſteria cognoſcens atque percipiens, celebrato ſolenniter ſcrutinio, per exorciſmum contra diabolum vindicatur: cui ſe renunciare conſtanter, ſicut hic conſuetudo poſcebat, auditurus ſymbolum profitetur. Ipſa inſuper ſancti ſymboli verba memoriter in conſpectu fidelis populi clara voce pronuncians, piam regulam Dominicæ orationis accepit.* Neque hoc tantùm; ſed & principia quatuor Evangeliorum. Beda de Tabernac. lib. II. Cap. XIII. *Pulcher in ipſa Eccleſia mos antiquitus inolevit, ut his, qui catechizandi, & Chriſtianis ſunt ſacramentis initiandi, quatuor Evangeliorum principia recitentur, ac de figuris & ordine eorum in apertione aurium ſuarum ſolenniter erudirentur: quo ſciant exinde, ac meminerint, qui & quot ſint libri, quorum verbis maximè in fide veritatis debeant erudiri.*

Catechumenorum verò *duo* erant *genera.*

A. *Unum* eorum, qui audiebant verbum Dei, & Chriſtiani fieri volebant, ſed Baptiſmum nondum petierant, atque hi dicebantur *Audientes*, ſive *Auditores.* Loca *de Audientibus* produximus ex Patribus Latinis in verbo Ἀκροάομαι, num. II. Horum meminit Can. XIV. Concilii Nicæni primi: Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *De Catechumenis lapſis placuit ſanctæ & magnæ Synodo, ut ii tribus annis audientes tantùm ſint,* μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων, *poſtea orent cum Catechumenis:* hæc ad alterum genus, de quo mox, referenda. Alexius Ariſtinus in Can. XIV. Ancyranum: Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, οἱ δὲ γεγόνασι τελειότεροι ἐφ' ἱκανὸν τὰ τῆς πίστεως μαθητευθέντες. *Duæ erant ſpecies Catechumenorum; quidam enim recenter adveniunt; alii perfectiores, ſatiſque rebus fidei inſtructi.* Matthæus Blaſtarius itidem duos recenſet ordines. Εἰς δύο τάξεις οἱ κατηχούμενοι πάλαι ἐτέθειντο, *In duos ordines Catechumeni apud veteres dividebantur.* Ordinem, de quo ſermo hoc loco, ſic deſcribit: Εἰς τοὺς ἄρτι προσελθόντας, οἳ καὶ ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων εὐαγγελίων ἐξήρχοντο. *In eos, qui recens advenerant, qui etiam imperfectiores erant, & poſt auditionem divinorum Evangeliorum exibant.* Duplicis hujus ordinis etiam meminit Canon V. Neocæſarienſis. Κατηχούμενος --- ἁμαρτάνων, ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω, μηκέτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. *Catechumenus, -- ſi peccat: ſi genu quidem flectens, audiat, non ampliùs peccans: ſin autem etiam audiens peccet, expellatur.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 789. Δύο τάξεις τῶν κατηχουμένων εἰσί. *Duo Catechumenorum ſunt ordines.* De priori ſic loquitur: Οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, καὶ ὡς ἀτελέστεροι, μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν γραφῶν καὶ τῶν εὐαγγελίων, εὐθὺς ἐξίασιν. *Alii quidem recens accedunt, & ut imperfectiores, poſt auditionem ſcripturarum & Evangeliorum, ſtatim egrediuntur.* De iiſdem Zonaras ad eundem Canonem, pag. 305. Οἱ δὲ ἄρτι προσελθόντες καὶ ἀτελέστεροι ὄντες, τῶν ἁγίων γραφῶν ἤκουον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ εὐαγγελίου ἀπῄεσαν. *Illi verò, qui nuper admodum acceſſerunt, cùm imperfectiores ſint, ſanctas ſcripturas audiebant, & poſt lectionem Evangelii abibant.*

B. *Alterum* eorum, qui jam pridem acceſſerant,

Digitized by Google

rant, & in fide rectè inſtituti, Baptiſmum petebant, & præſcripto tempore exſpectabant. Hi dicebantur ἐναιτοῦντες, *competentes.* Horum meminit Auguſtinus lib. de cura pro mort. hab. Cap. XII. *Paſcha appropinquante, dedit nomen inter alios* competentes. Et Homil. XLIX. *Quod dico* competentibus *& fidelibus, audiant pœnitentes.* Et lib. de fide & operibus, Cap. VI. *Cùm fontis illius ſacramenta peteremus, atq; ab hoc* competentes *etiam vocaremur.* Ambroſius lib. V. epiſt. XXXIII. *Symbolum aliquibus* competentibus *in Baptiſteriis tradebam Baſilicæ.* Iſidorus lib. I. de offic. Eccleſ. Cap. XXVII. & lib. II. Cap. XXI. & lib. VII. orig. Cap. XIV. Competens *vocatur, qui poſt inſtructionem fidei competit gratiam: unde & à petendo,* competens *vocatur.* Concilium Agathenſe, Can. XIII. *Symbolum etiam placuit publicè in Eccleſia* competentibus *prædicari.* Leo I. P. R. decret. Cap. XI. & XII. *electos* vocat. *In baptiſandis in Eccleſia* electis *hæc duo tempora de quibus locuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus.* De hoc genere Alexius Ariſtenus in Can. XIV. Ancyranum: cujus verba ſub primo genere produximus. Eos vocat τελειοτέρους ἐφ' ἱκανὸν τὰ τῆς πίστεως μαθητευθέντας. Matthæus Blaſtarius eos appellat ἤδη τελειοτέρους, τὴν πίστιν εἰσδεξαμένους, ὑπερτιθεμένους δὲ τὸ βάπτισμα, *jam perfectiores, ut qui fidem exceperant, ſed Baptiſmum differebant.* Addit etiam, οἳ καὶ μέχρι τῆς τῶν κατηχουμένων εὐχῆς ἐν τῷ Κυριακῷ παρέμενον καὶ ταύτης μυστικῶς λεγομένης, τὸ γόνυ ἔκλινον, ἐκφωνηθέντος δὲ τοῦ, ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, ἐξήρχοντο. *Qui ad Catechumenorum uſq; prædicationem manebant in Dominico; quæ cùm ſecreto diceretur, ipſi genua flectebant: verùm cùm illud acclamaretur:* Quicunque Catechumeni eſtis *accedite, exibant.* Nec aliter Balſamon ad Can. V. Neocæſar. pag. 789. Οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελειότεροι, ὅθεν καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες, τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ· ὅταν δὲ ἐκφωνηθῇ τὸ, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξέρχονται καὶ οὗτοι. *Alii verò jam accedebant, & perfectiores erant, unde preces ſuper Catechumenos recitari ſolitas exſpectantes, genu in illis flectunt. Quando verò illud acclamatur,* Qui Catechumeni eſtis accedite, *tunc etiam hi egrediuntur.* Zonaras ad eundem Canonem, pag. 305. Οἱ μὲν πιστοὶ ὄντες, ὑπερτιθέμενοι δὲ τὸ βάπτισμα, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἵσταντο καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχῆς λεγομένης ἔκλινον τὸ γόνυ· ὅτε δὲ ἐξεφωνήθη τὸ, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξήρχοντο. *Illi quidem, qui fideles erant, Baptiſmum verò differebant, cum Catechumenis ſtabant, & dum oratio ſuper Catechumenis recitabatur, genu flectebant. Cùm verò illud acclamabatur,* qui Catechumeni eſtis accedite, *tunc exibant.* Quid κατηχουμένων εὐχὴ ſit, jam docuimus in voce Εὐχὴ, num. VIII. ad lit. *b.* De formula illa, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, deinceps aliquid monendum. Eam Liturgia in Euchologio ex Chryſoſtomo, ita deſcribit, pag. 38. Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε· οἱ κατηχούμενοι προέλθετε· μή τις τῶν κατηχουμένων, ὅσοι πιστοὶ ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. *Quicunq; Catechumeni eſtis accedite: Catechumeni accedite: nequis Catechumenorum, quicunq; fideles eſtis, adhuc & adhuc in pace Dominum oremus.* Eadem habet Liturgia Baſilii, pag. 48. & Liturgia præſanctificatorum in Euchologio, pag. 76. Rem totam ut melius intelligamus, placet ritum univerſum, Catechumenos alioſque ab Eccleſia dimittendi, deſcribere. Recitatis inter Miſſarum ſolennia lectionibus ex lege, Prophetis, Epiſtolis, Actis, & Evangeliis, pro more Eccleſiæ; Diaconus ex loco edito clamabat, ἐκήρυττε. *Nemo audientium, nemo infidelium adſit.* Licèt enim in ſacerdote κηρύττειν, ὁμιλεῖν, & εὐαγγελίζεσθαι ſignificet, in Diaconis illud miniſterium declarat, quo, dato orarii ſigno, actionum ſacrarum ritus & ordinem moderabantur. Vide verbum Κηρύττω. Matthæus Blaſtarius in Synopſi Canonum: Ὠράριον ἐξαρτῶντες διάκονοι τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχὰς, καὶ τῷ ὠραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων, καὶ τῶν πιστῶν. *Diaconi, qui orarium geſtant, Sacerdotibus aſſiſtentes, & ſacri officii orationes obſervantes, per orarium eis, qui ſunt in Ambone, Diaconis ſignificant, quando oporteat vel ad Catechumenos, vel ad fideles, orationem flectere.* Chryſoſtomus Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos: Ὁ διάκονος ὑψηλὸς ἑστὼς, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τὶς κήρυξ τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει· τοὺς μὲν ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει. *Diaconus in altiori loco ſtans, magna voce, terribili clamore, veluti quidam præco, manus ſuſtollens in altum, alios quidem vocat, alios probibet, alios excludit, alios introducit.* Sic ſilentio facto, præcipit Catechumenis, ut pro ſe ipſis, hortaturque reliquos fideles, ut pro Catechumenis, orent: & ſupplicatione peracta, & illis inclinantibus capita, Epiſcopus benedicebat; tum demum Diaconus egreſſum indicabat: illis egreſſis, ad orationem Energumenos convocabat; poſt preces, illis dimiſſis, advocabat eos, qui in pœnitentia erant: quibus etiam poſt preces dimiſſis, fidelium Miſſam perſequebantur. Id comprobat Laodiceni Concilii Can. XIX. Περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων οὕτως τὰς εὐχὰς τῶν πιστῶν γίνεσθαι τρεῖς. *Quòd oportet, ſeorſum primùm, poſt ſermones Epiſcoporum, Catechumenorum orationem peragi, & poſtquam exierint Catechumeni, pœnitentium orationem fieri; iiſq; accedentibus accepta manuum impoſitione, & abſcedentibus, ſic fidelium tres orationes fieri.* Zonaræ expoſitionem, ad hæc hujus Canonis verba, producimus in voce Εὐχὴ, num. VIII. ad lit. *b.* Addimus hic Alexii Ariſteni ad eundem Canonem verba: Ὁ παρὼν κανὼν τὴν τάξιν διδάσκει τῶν εὐχῶν, ὅπως ὀφείλει γίνεσθαι. Καὶ φάσκει πρῶτον μὲν τὴν τῶν κατηχουμένων ἐπιτελεῖσθαι εὐχήν· εἶτα δὲ καὶ τὴν τῶν ἐν μετανοίᾳ προσάγεσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν τῶν πιστῶν· εἶτα τὴν εἰρήνην, καὶ τὸν ἀσπασμὸν γίνεσθαι, καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι. *Præſens Canon ordinem tradit precationum, quànam illæ ratione peragi debeant: traditq; primùm quidem Catechumenorum precationem peragendam eſſe; poſtea eorum, qui in pœnitentia ſunt; deinceps pacem, & amplexum cum oſculo; tum demum ſanctam oblationem peragendam eſſe.* Hic non notari miniſterium lectionum, orationum, & aliorum id genus, quod celebratur in Eccleſia ante dimiſſionem Catechumenorum; ſed fidelium preces ſuper ipſos Catechumenos ad Deum, jam ſuprà in voce Εὐχὴ demonſtratum eſt. His precibus recitatis, Epiſcopus Catechumenis benedicebat, dicens: Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀγέννητος, ὁ ἀπρόσιτος, & reliqua, quæ habentur in Conſtitut. Apoſtol. lib. VIII. Cap. VI. pag. 1007. Notanda Canonis adducti verba, καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, iiſq;, Catechumenis nempe & pœnitentibus, *accedentibus ſub manum,* hoc eſt, cervices ſuas ac capita manui & benedictioni Epiſcopi ſupponentibus, tum, cùm eorum oratio recitabatur, quod χειροθεσίαν & εὐχὴν Clemens in Conſtitut. vocavit; manuum namque impoſitione ſuper eos, qui jam

ante

Digitized by Google

ante eum inclinatis capitibus ſuccubuerant, deprecatur. Hinc formulæ illæ poſt lectum Evangelium, aliaque divinæ Scripturæ oracula: Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε· οἱ κατηχούμενοι προέλθετε· ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε· μήτις τῶν κατηχουμένων· ὅσοι πιστοὶ ἔτι καὶ ἔτι τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Non ergo poſt Evangelium ingrediebantur Catechumeni, ſed egrediebantur. Id clarè docet Dionyſius Areopagita, Eccleſiaſt. Hierarchiæ Cap. III. Myſt. II. pag. 243. Ἑξῆς δὲ, διὰ τῶν λειτουργῶν ἡ τῶν ἁγιογράφων δέλτων ἀνάγνωσις ἀκολούθως γίνεται, καὶ μετὰ ταῦτα ἔξω γίνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες· μένουσι δὲ οἱ τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Per miniſtros exinde conſequenter ſacrarum Scripturarum lectio recitatur: quâ finitâ, ſacro ambitu arcentur Catechumeni, & cum iis Energumeni & Pœnitentes; illis, qui divinorum aſpectu & communione digni ſunt, remanentibus.* Et Maximus in Myſtagogia, Cap. XIV. Μετὰ τὴν θείαν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, καὶ ἡ τῶν κατηχουμένων καὶ ἡ τῶν λοιπῶν, τῶν ἀναξίων τῆς θείας τῶν δειχθησομένων μυστηρίων θεωρίας, ἀπόλυσίς τε καὶ ἐκβολὴ διὰ τῶν λειτουργῶν, γίνεται. *Poſt divinam ſancti Evangelii lectionem, & Catechumenorum & reliquorum, qui divina oſtendendorum ſacramentorum contemplatione indigni ſunt, fit per ſacros miniſtros dimiſſio & ejectio.* Auguſtinus Serm. CCXXXVII. de Tempore, *Ecce*, inquit, *poſt ſermonem fit miſſa Catechumenis: manebunt fideles, venietur ad orationem.*

Καθηχούμενα. Καθηχουμενεῖα.

Κατηχούμενα & Κατηχουμενεῖα vocantur loca, in quibus Catechumeni ſtant, & ubi tabulæ quoque catecheticæ aſſervantur, quas in ſingulis haberi Eccleſiis mos eſt. Patet ex Novell. LXXIII. Leonis: Φημὶ δὲ τὸ ἐν ταῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω, συνοικεῖν τινὰς γυναιξί. *Dico autem in ſuperioribus Eccleſiarum locis, quæ vulgus* Catechumena *appellare ſolet, habitare quoſdam cum mulieribus.* Canon XCVII. Concilii in Trullo: Τοὺς ἢ γαμετῇ συνοικοῦντας, ἢ ἄλλως ἀδιακρίτως τοὺς ἱεροὺς τόπους κοινοποιοῦντας, καὶ καταφρονητικῶς περὶ αὐτοὺς ἔχοντας, καὶ οὕτως ἐν αὐτοῖς καταμένοντας, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς σεβασμίοις οἴκοις κατηχουμένων ἐξωθεῖσθαι προστάσσομεν. Interpres: *Qui cum uxore habitant, vel temere aliàs ſacra loca prophanant eaq; deſpiciunt, & ſic in ipſis diverſantur, ejiciendos ſancimus à penetralibus ædium ſanctarum.* Malim: *Eos ex ipſis etiam Catechumenis, quæ in ſanctis ædibus ſunt, ejiciendos ſancimus.* Canonis mentem minimè aſſecuti Alexii Ariſtini & Simeonis Logothetæ in Synopſi Canonum, Interpretes, dum ita contractum Canonem; ὁ ὑπογύναιος, καὶ καταφρονητικῶς μένων ἐν ἱερῷ, ἐξωθείσθω καὶ τῶν καθηχουμένων, interpretantur, *uxori addictus, ac per contemtum manens in templo, expellatur etiam è Catechumenorum ordine.* Καθηχούμενα ſunt quod dixi. Manifeſtum, quia Canon dicit, ἐκ τῶν ἐν τοῖς σεβασμίοις οἴκοις κατηχουμένων. Id agnoſcit Zonaras ad hunc Canonem, pag. 204. Ἱεροὺς τόπους οὐ τοὺς θείους ναοὺς ἐνταῦθα καλεῖ, ἀλλὰ τὰς περὶ αὐτοὺς κατοικίας, οἷα εἰσι τὰ λεγόμενα κατηχούμενα. *Sacra loca hic non vocat divina templa, ſed circa ea habitationes, cujuſmodi ſunt vulgo dicta Catechumena.* Diaconus in Conſtantino Copronymo: *Cùm Artavaſdo faveret, convocato populo apud* Catechumena *magnæ Eccleſiæ, & per jam dictum Athanaſium perſuaſit omnibus credere.* Uſitatius κατηχουμενεῖα. Balſamon ad adductum Can. Trullanum, pag. 486. Ἱεροὶ τόποι λέγονται οἱ ἀφιερωμένοι τῷ Θεῷ, ἤγουν οἱ θεῖοι ναοὶ, οἱ πρόναοι, τὰ κατηχουμενεῖα. *Sacra loca dicuntur loca Deo conſecrata, ut ſunt divina templa, templorum veſtibula, Catechumena.* In Edicto Michaelis Patriarchæ: Ἐν τοῖς δεξιοῖς τῶν κατηχουμενείων. *Ad dextrum latus Catechumenorum.* Concil. Florentinum, Sect. II. Cap. XXV. pag. 22. Ἦλθε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκάθισε μετὰ τοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς κατηχουμενείοις. *Venit etiam Imperator, & cum Patriarcha accubuit ad dextrum latus Catechumenorum.* Plura ex Meurſii Gloſſario haberi poſſunt.

Κατισχνόω.

Lexica ex Heſychio habent, apud quem, Κατισχνοῦν, καταλεπτύνειν, *attenuare, extenuare.* Frequens verbum apud Cyrillum Alexandrinum. Aliquot producimus exempla. Lib. I. adv. Julianum, pag. 301. Τῆς ἱστορίας πάχος κατισχνοῦν, καὶ τὴν ἀπόρρητον τῶν ἐννοιῶν περιεργάζεσθαι δύναμιν. Interpres: *Hiſtoriæ craſſitudinem attenuare, & arcanam vim notionum perveſtigare.* Mihi, τῆς ἱστορίας πάχος κατισχνοῦν, eſt id, *quod in hiſtoria craſſum nimis videtur, diligenter examinare: minutiſſima quæque perveſtigare.* Idem, lib. IX. adv. Julianum, p. 313. eodem ſenſu dixit, τὸ ἐν τῷ νόμῳ σκιᾶς τὸ πάχος καταλεπτύνειν: ubi iterum Interpres, *Extenuare craſſitudinem.* Annon potiùs, *id quod umbra legalis craſſiùs proponit, attenuare,* vel *ſubtiliter contemplari?* Eſt, quod apud eundem, lib. eod. pag. 316. Ἰσχνῇ διανοίᾳ τῶν ἐν τῷ νόμῳ κεκρυμμένων ἐννοιῶν τὸ βάθος καταθρεῖν, *ſubtili mentis acie arcanorum ſenſuum altitudinem in lege contemplari.* Ibid. pag. 317. Χρῆναι φημὶ τοὺς οἵπερ ἂν ὦσι τῶν ἀληθῶν δογμάτων ἐρευνηταὶ, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις ἄνω τε καὶ κάτω στρέφειν τὰς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀπορουμένων ἐννοίας, καὶ οἷον ἀναμαρυκᾶσθαι συχνῶς, καὶ οἷον ἀκαταλήκτοις ἀκριβείαις κατισχνοῦν ἐπείγεσθαι τὰ δυσέφικτα τῶν θεωρημάτων. Hic Interpres: *Verorum dogmatum indagatoribus, non ſemel, ſed multoties, ſusq; deq;* (omnino, *ultro citroq;*) *verſandos eſſe quæſtionum ſenſus dico, & ruminandos identidem, ac indefeſſo ſtudio difficillimas res ſubtiliter examinandas.* Idem apud eundem eſt, lib. eod. pag. 324. Λεπτὸν ἐνεῖναι τὸ ὀφθαλμὸν τοῖς ἐν γράμμασι νόμοις. *Leges in litera poſitas valde ſubtiliter diſpicere.*

Κατορθόω.

I. Quemadmodum κατόρθωμα eſt *virtutis cujusvis rectè factum,* vel *officium* aut *facinus ſucceſſu felici patratum:* ita κατορθοῦν eſt *feliciter & proſpere rem gerere.* Chryſoſtomus Homil. XIII. ad populum Antiochenum, κατορθῶσαι τῆς σωφροσύνης, *omnes temperantiæ partes implere: feliciter circa temperantiæ ſtudium verſari.* Et Homil. contra Gentiles: Κατορθοῦσθαι βούλονται τὰ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν. *Feliciter perfici & præſtari volunt, quæ ad ſalutem hominum ſpectant.* Theodoretus lib. V. contra Græcos, τὸν ὀρθὸν κατώρθωσε βίον, *rectam vitam duxit.*

II. Κατορθοῦν eſt *efficere, perficere: implere: rei alicui ſtudere.* Baſilius M. regul. fuſiùs diſputat. reſp. X. pag. 437. Πάντα ἐπιμελείᾳ κατορθοῦται. *Omnia diligentiâ perficiuntur:* labor improbus omnia vincit. Ibidem reſp. V. pag. 423. Ἀδύνατον ἄλλως τὸ ἀκριβὲς τοῦ ἔργου κατορθωθῆναι. *Aliter fieri nequit, ut opus accuratè perficiatur.* Ita κατορθοῦν ἀρετὴν, *virtuti ſtudere, virtutem implere & perficere.* Chryſoſtomus in Cap. V. ad Galatas, pag. 757. Ὥσπερ οἱ τῶν ἵππων εὐήνιοι, καὶ ἀφ' ἑαυτῶν πάντα πράττοντες, οὐκ ἂν δεηθεῖεν μάστιγος· οὕτω καὶ ψυχὴ κατορθοῦσα τὴν ἀρετὴν ἀπὸ πνεύματος, οὐ δεῖται τοῦ νουθετοῦντος νόμου. *Quemadmodum equi freno morigeri, omniaq; ex ſe facientes, non egent ſcutica: ſic etiam anima, quæ impulſu ſpiritus virtutem colit, non eget admonitionibus legis.* Homil. X. in Epiſt. ad Philipp. pag. 62. Εὐκολώτερον μᾶλλον διὰ τῆς πενίας ἡ ἀρετὴ κατορθοῦται. *Longè faciliùs per paupertatem*, id eſt, à pauperibus, *virtus colitur.* Idem, Homi-

Digitized by Google

Homilià XLIII. in Geneſin, pag. 349. Οὐχ ὁ τόπος ἐστὶν ὁ τὴν ἀρετὴν κατορθῶν, ἀλλ᾽ ἡ γνώμη, καὶ ὁ τρόπος. *Non locus virtutis ſtudium vobis conciliat, ſed voluntas & mores.* Κατορθοῦν ἐντολὰς, *mandata implere.* Chryſoſtomus Homil. CXX. t. V. pag. 787. Εἰ τοσαύτην σπουδὴν ποιεῖται ὁ Θεὸς, ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς, καὶ τοσαῦτα πραγματεύεται, ὥστε κατορθοῦν ἡμᾶς τὰς ἐντολὰς, εὔδηλον ὅτι καὶ ἁμαρτάνοντας κολάζει, καὶ κατορθοῦντας στεφανοῖ. *Si tantum adhibet ſtudium Deus, ut nos minimè peccemus, ac tantum elaborat, ut nos mandata impleamus, hoc quoque manifeſtum eſt, eum & peccantes punire, & rectè agentes coronare.* Κατορθοῦν νόμους, *leges implere.* Iterum Chryſoſtomus ſub finem Homil. III. ad populum Antiochenum: Ἔδει μὲν ὑμῖν ὁλόκληρον ἐγχειρίζειν τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ τοῦτον ἄριστον ἡγοῦμαι τρόπον διορθώσεως, τὸ κατὰ μέρος λαμβάνοντας τοὺς νόμους κατορθοῦν, καὶ τότε ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἰέναι. *Oportebat quidem omnem vobis mandare virtutem, ſed hunc eſſe correctionis optimum modum puto, ut per partes legem acceptam impleamus, & tum ad alias pergamus.* Κατορθοῦν φιλίαν, *amicitiam colere.* Chryſoſtomus Hom. II. in I. ad Timoth. pag. 255. Οὐδὲν οὕτω λυμαίνεται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὡς τὸ φιλίας καταφρονεῖν, καὶ μὴ μετὰ πολλῆς αὐτὴν κατορθοῦν τῆς σπουδῆς. *Nihil æquè genus hominum labefactat & corrumpit, ut amicitiam ſpernere, eamque non ſummo ſtudio excolere.*

III. Κατορθόω eſt *voti compos fio; obtineo, quod deſidero, conſequor.* Baſilius in Pſal. XXXII. pag. 197. Γνώρισον τὴν ὅλην τῶν δικαίων κατάστασιν, ὁμαλῶς καὶ ἀδιακόπως τὴν ἐπὶ τῷ Θεῷ εὐφροσύνην κατορθούντων. *Cognoſce omnem juſtorum ſtatum, quo illi æquabiliter nec interciſè lætitiam in Deo ſunt conſecuti.* Idem, Homil. I. de Jejunio, pag. 323. Ἡ ἐν παραδείσῳ διαγωγὴ νηστείας ἐστὶν εἰκὼν οὐ μόνον καθότι τοῖς ἀγγέλοις ὁμοδίαιτος ὢν ὁ ἄνθρωπος, διὰ τῆς ὀλιγαρκίας τὴν πρὸς αὐτοὺς ὁμοίωσιν κατώρθου, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὅσα ὕστερον ἡ ἐπίνοια τῶν ἀνθρώπων ἐξεῦρεν, οὔπω τοῖς ἐν τῷ παραδείσῳ διατωμένοις ἐπινενόητο. *Ipſa quondam in paradiſo vita, jejunii imago eſt, non ob id modò, quòd homo Angelorum ritu vivens, dum pauciſſimis contentus fuit, ſimilitudinem cum illis conſecutus eſt; verùm etiam, quòd, quæcunque poſtea hominum cogitatio commenta eſt, ea nondum erant excogitata in paradiſo degentibus.*

IV. Νοσήματα κατορθοῦν, *morbos curare, ſanare.* Chryſoſtomus Homil. LXII. quæ eſt in Paralyticum, t. V. Paris. pag. 330. Νόσημα οὐκ ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, ἀλλὰ θείᾳ κατορθούμενον χάριτι. *Morbus, qui non arte humana, ſed gratiâ divinâ curatur.* Reliqua ex Lexicis petenda.

Κατόρθωμα.

I. Κατόρθωμα eſt *rectè factum, bonum opus.* Chryſoſtomus ſerm. περὶ τοῦ μὴ ἀπογινώσκειν, tom. VIII. pag. 77. Ἡ τῶν κατορθωμάτων μνήμη πρὸς ἀλαζονείαν ἡμᾶς ἐπαίρει, ἡ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη καταστέλλει τὴν διάνοιαν καὶ ταπεινοῖ. *Memoria bonorum operum arrogantes reddit: memoria verò peccatorum mentem deprimit & humiliat.* Ibid. Ἡ γραφὴ τὰ κατορθώματα λέγει τῶν δικαίων, καὶ τὰ ἐλαττώματα, ἵνα τὰ μὲν φύγωμεν, τὰ δὲ ζηλώσωμεν. *Scriptura bona opera & defectus juſtorum narrat, ut hos quidem fugiamus, illa verò imitemur.* Homil. XIII. ad populum Antiochenum: Ὅταν τὸ κατόρθωμα εὔκολον ᾖ. Brixianus reddit, *Cùm correctio ſit facilis.* Vertendum, *Cùm bonum opus, cùm rectè factum facile ſit.* Διόρθωσις, *Correctionem* ſignificat, non κατόρθωμα. Chryſoſtomus Homil. eadem: Ἡ δὲ διόρθωσις λοιπὸν προαιρέσει καὶ σπουδῇ, καὶ πόνοις ἐγκεχείρισται. Ubi iterum Brixianus malè *bonam operationem* vertit. Eſt autem *emendatio, correctio.* Theodoretus in Cap. XVI. Ezechielis, p. 369. Αὕτη τῶν κακῶν ἡ ἀρχὴ, τὸ καταλιπεῖν μὲν τὴν θείαν ἐλπίδα, τοῖς δὲ οἰκείοις ἐναβρύνεσθαι κατορθώμασιν. *Hoc eſt malorum initium, abjecta ſpe divina, bonis ſuis gloriari operibus.* Eleganter Chryſ. Homil. III. in Matth. p. 17. Ἀσφαλὴς ταμιεία κατορθωμάτων, λήθη κατορθωμάτων. *Tutiſſimum bonorum operum repoſitorium eſt bonorum operum non meminiſſe.* Et paulò pòſt: Εἰ βούλει μεγάλα σε ποιῆσαι τὰ κατορθώματα, μὴ νόμιζε αὐτὰ εἶναι μεγάλα, καὶ τότε ἔσται μεγάλα. *Si tu vis bona opera tua facere magna, ne exiſtimes ea magna eſſe, & tunc magna erunt.* Hic etiam illud obſervari poteſt, κατορθωμάτων apud Chryſoſtomum duo eſſe genera; quorum alia apud ipſos facientes conſiſtant, eoſque juvent & perficiant: alia foràs quoque porrigantur & aliorum utilitates augeant. Prioris generis ſunt jejunium, humicubatio, virginitatis cultus, temperantia. Poſterioris, eleemoſynam dare, docere alios, & in ſumma, charitatis opera exercere. Atque hæc poſteriora prioribus præferenda ſunt. Patet hoc ex Chryſoſtomi Homil. LXXVII. in Matth. Ἴδωμεν, τί μὲν τῶν κατορθωμάτων μέχρις ὑμῶν ἵσταται, τί δὲ ἀφ᾽ ἡμῶν καὶ εἰς ἑτέρους διαβαίνει. Οὐκοῦν τὸ μὲν νηστεῦσαι, καὶ χαμευνῆσαι, καὶ παρθενίαν ἀσκῆσαι, καὶ σωφρονῆσαι ταῦτα αὐτοῖς τοῖς ἐργαζομένοις φέρει τὸ κέρδος, τὰ δὲ ἀφ᾽ ἡμῶν εἰς τὸν πλησίον διαβαίνοντα, ἐλεημοσύνη, διδασκαλία, ἀγάπη. *Videamus, quænam bona opera apud nos conſiſtant, quæ autem à nobis ad alios quoque tranſeant. Jejunare igitur, humi cubare, virginitatem exercere, temperantiæ ſtudere, hæc omnia ipſis, qui ea operantur, utilitatem afferunt. At à nobis ad proximum tranſeunt, eleemoſyna, doctrina, charitas.* Comparationem verò hanc autoritate & calculo probat Apoſtolico, adductis locis I. Corinth. XIII. 3. Philip. I. 24. Poſt hæc addit exhortationem, ut poſteriori maximè generi bonorum operum, inter quæ facilè principem locum obtinet miſericordia, ſtudeamus: quorum exercitium non noſtram tantùm ſalutem, ſed inſuper etiam utilitates proximorum procurat ac promovet. Ταύτας φησὶ, ζητῶμεν τὰς ἀρετὰς, αἳ μετὰ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας καὶ τοὺς πλησίον τὰ μέγιστα ὠφελῆσαι δύνανται. ἂν τοιοῦτον ἡ ἐλεημοσύνη, τοιοῦτον ἡ εὐχή· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴ παρ᾽ ἐκείνης δυνατὴ καὶ ὑπόπτερος γίνεται -- οὐκ εὐχὴ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ νηστεία ἐντεῦθεν τὰ νεῦρα ἔχει κἂν νηστεύῃς χωρὶς ἐλεημοσύνης, οὐδὲ νηστεία τὸ πρᾶγμα λογίζεται, ἀλλὰ γαστριζομένου καὶ μεθύοντος χείρων ὁ τοιοῦτος, καὶ τοσούτῳ χείρων, ὅσῳ τρυφῆς ὠμότης χεῖρον καὶ χαλεπώτερον. *Has,* inquit, *amplectamur virtutes, quæ nobis ſalutares, & proximo perutiles ſunt. Tale quid eleemoſyna eſt, tale oratio: imò verò etiam hæc ab illa vires & alas aſſumit. -- Non autem ſola oratio verùm etiam jejunium inde corroboratur. Quippe ſi abſque eleemoſyna jejunes, nec jejunium quidem hoc reputatur: cùm ventris ſervo ac temulento, qui ita jejunat, deterior ſit, tantoque pejor, quantò crudelitas deliciis nequior eſt.* Deinde & virginitatem, quæ tamen ſingulare Dei donum eſt, ſi eleemoſyna careat, adeò nihil proficere ait ad ſalutem, ut etiam addicat ſuum cultorem æternæ damnationi, regnique cœleſtis exſortem faciat. Quam ſeveriſſimam & maximè terribilem ſententiam repetit quoque Hom. ſeq. nempe LXXVIII. his verbis: Καὶ παρθενία, καὶ τὰ ἄλλα πάντα καλὰ τῶν ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης καλῶν ἔρημος ὄντα, μετὰ τῶν πόρνων ἐκβάλλεται καὶ τῶν ἀπανθρώπων. *Etiam virginitas, & omnia alia bona, ſi deſtituantur eleemoſynâ, cum ſcortatoribus & crudelibus ejicitur.* Et eadem Hom. Οὐδὲν ἀμαυρότερον παρθενίας, ἐλεημοσύνην μὴ ἐχούσης. *Nihil ignobilius virginitate, quæ eleemoſynâ deſtituitur.* Interpres ſatis infulsè vertit: *Nihil tenebroſius eſt, quàm virginitas oleo carens.* Hæc de duplici κατορθωμάτων genere notavit Cl. Rittershuſius, ſacrarum Lect. lib. III. Cap. XV unde etiam pleraque excerpſimus.

II. Κατορθώματα vocantur *Dei erga homines beneficia.* Hoc ſenſu vocem uſurpat Chryſoſt. Homil. XXV. in Matth. pag. 178. Τοῦ διηνεκῶς μεμνημένοι διηνεκῶς τῶν κατορθωμάτων τῶν εἰς ἡμᾶς, σπουδαιότεροι πρὸς

τὰς ἐντολὰς ἐκείνε ἐσόμεθα. *Beneficiorum Dei erga nos memores, ſtudioſiores erimus ad mandata ejus ſervanda.* Καῖορθώματα hic ſunt ἐυεργεσίαι. Patet ex iis, quæ continuò ſubjiciuntur. Διὰ τῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν. Εὐχάριστοι γίνεσθε. Φυλακὴ γὰρ ἐυεργεσίας ἀρίστη ἡ τῆς ἐυεργεσίας μνήμη, καὶ διηνεκὴς ἐυχαριστία. *Propterea etiam Paulus dixit*, nempe ad Coloſſ. III. 15. *Grati eſtote. Optimus quippe beneficii cuſtos eſt ipſa beneficii memoria, & perpetua gratiarum actio.*

Καυτηριάζω.

Καυτήριον eſt *cauterium*, quod urendi vim habet. Uſurpatur tam pro medicamento, quod poteſtate urit, quàm pro ferro candente, cujus uſus plerumque neceſſarius eſt, vel ad ſiſtendum ſanguinis profluvium, undecunque manaverit, vel ad intercipiendas defluxiones, vel ad oſſa carioſa & maligna ulcera. Id ferrum, καυτῆρα Hippocrates appellavit. *Erat* autem, ut ſcribit Galenus, *areus calamus perforatus in fundo, per quem parvum ferrum adurens demiſſum adurebat.* Hinc καυτηριάζω apud Apoſtolum I. Tim. IV. 2. *Quidam deſciſcent à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi falſiloquorum*, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν. Hoc quid ſit, Doctores veteres variè exponunt, omnes eleganter. Chryſoſtomus Homil. XI. in hanc Epiſtolam: Τὸ συνειδὸς κεκαυτηριασμένοι, τυτέστι, πονηρῶ ὄντες βίῳ. *Cauteriatâ conſcientiâ, id eſt, vitâ flagitioſâ ſunt.* Similiter etiam Theophylactus, pag. 771. qui explicat, πονηρῦ βίυ εἰσί· καὶ ἐπειδὰν συνίσασιν ἑαυτοῖς ἀκαθαρσίαν πολλήν, διὰ τῦτο τὸ συνειδὸς αὐτῶν ἀνεξαλείπτυς ἔχει τὰς καυτῆρας τῦ μυσαρῦ βίυ, καὶ διαβάλλει τὸν γάμον, *pravæ ſunt vitæ: & quia conſcii ſibi ſunt multæ impuritatis, propterea conſcientia eorum indelebiles notas ſordidæ vidæ inuſtas habet, atque adeò nuptias calumniatur.* Eodem ferè modo Suidas, ad præſentem locum reſpiciens: Κεκαυτηριασμένος· μὴ ἔχων ὑγιῆ τὴν συνείδησιν. *Cauterio notatus: non habens ſanam conſcientiam.* Et Heſychius: Κεκαυτηριασμένοι· μὴ ἔχοντες τὴν συνείδησιν ὑγιῆ. Theodoretus in hanc Epiſt. pag. 479. maluit intelligere *de extremo ſtupore.* Κεκαυτηριασμένυς τὴν ἰδίαν συνείδησιν αὐτὺς κέκληκε, τὴν ἐσχάτην αὐτῶν ἀναλγησίαν διδάσκων. Ὁ γὰρ τῷ καυτῆρι τότε νεκρωθεὶς, τὴν προτέραν αἴσθησιν ἀποβάλλει. Οὕτως αὐτῶν τὴν διαφθορὰν τῶν δογμάτων δηλώσας, καὶ τὴν ἄλλων νομίμων βδελυρίαν προλέγει. Cauteriatam *eos* conſcientiam *habere dixit, ſtuporem eorum extremum docens. Locus enim cauterii morte affectus, priorem ſenſum amittit. Ita poſtquam eorum dogmatum perniciem oſtendit, quàm etiam execrandæ ſint aliæ illorum leges, prædicit.* Ita verſio in linguam vulgarem retinet quidem vocem Apoſtolicam, in margine tamen adjicit, pro κεκαυτηριασμένη συνείδησις, ἡ κεκαυμένη καὶ ἀναίσθητος γινομένη. Ambroſius: *Sicut cauterium corium corrumpit, & notam infligit; ita & fallacia conſcientiam, quæ dolo malevolentiæ aliud ſcit, & aliud profitetur, denotat ad perditionem. Jam enim hos immutari negat, ut ſalventur: quia ſicut cauterium immutari non poteſt, ita nec eorum animus emendari.* Remigius: *Cauter, vel cauterium eſt ferramentum Medici, à quo corrumpitur & uritur cutis & caro hominis. Ita, inquit, illorum mens, qui à fide recedunt, corrupta eſt pravâ doctrinâ, & perverſo opere.* Multa de *Cauterio*, & quæ ad Apoſtolici loci explicationem faciunt, Joh. Heinr. Urſinus Analect. ſacr. l. I. c. LXII.

Κέδρος.

I. *Etymon.* Varias varii hujus vocis etymologias afferunt: quidam planè ridiculas. Quis non rideat, dictam κέδρον, quaſi καιομένης δρυὸς ὄζιν, *arboris humorum ardentis?* Iſidor. l. XVII. Cap. VII. Alii dictam volunt à κέω, *uro:* & adducunt illud Virgilii lib. VII.

Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Alii à κηώδης, quia *adoratam* Poëta vocet. Nam κηώδης eſt ἐυώδης, τεθυμιαμένον, ἀπὸ τῦ καίεσθαι, ut ait Heſychius. Vel, ut vult Voſſius, eſt ab ארז, κατὰ πρόσθεσιν καὶ ἐπένθεσιν τῦ Δ. quod idem notat. Alias conjecturas, vel etiam nugas, vide apud Etymologum. At ipſe ſonus vocabuli Hebræam originem indicat. קדר eſt *nigreſcere, tenebreſcere.* Hinc prope Jeroſolymam, urbem inter & montem Oliveti, vallis ac torrens Cedron. Joſephus vocat κεδρῶνα, ut Græcia ἐλαιῶνα, δαφνῶνα, πλατανῶνα, loca his arboribus conſita. S. Johannes Cap. XVIII. 1. *torrentem* τῶν κέδρων appellat, à cedri abundantia, adeoque *ab obſcuritate, & umbrarum denſitate.* Vide Urſini Arboretum Biblicum, Cap. XIX. & Ravanellum in *Cedron.*

II. *Explicatio nominis.* Κέδρος, *Cedrus* accipitur

1. *Propriè*, pro arbore. De ea Baſilius M. in Cap. II. Jeſajæ, pag. 887. Αἱ κέδροι φυτὸν εἰσιν ἀχρήστων καρπῶν, αἱ καὶ εἰς ὕψος μήκιστον αὐξανόμεναι, καὶ ἀεὶ ἐπιδιδῦσαι κατὰ τὴν προσθήκην τῦ χρόνυ, ὔτε γηρῶσαι ῥᾳδίως, ὔτε ευκόλως καταστηπόμεναι. *Cedri ſunt plantæ, inutiles ferentes fructus, in proceram altitudinem excreſcentes, proque temporis progreſſu ſemper ſe in ſublime tollentes, quæ non facilè ſenium ſentiunt, neque facilè putreſcunt.*

2. *Metaphoricè*, pro hominibus ſuperbis, & robore ac potentia pollentibus. Baſilius in Cap. IX. Jeſajæ, pag. 1037. Οἱ ἐπαιρόμενοι ἐπὶ τῇ ψευδωνύμῳ γνώσει, καὶ φανταζόμενοι ὡς τὰ μυστήρια τῦ ὑπεράνω Θεῦ καταληφότες, κέδροι λέγονται. *Qui falsò dictâ ſcientiâ efferuntur, ſibique fingunt, ſe myſteria Dei jam comprehendiſſe, cedri dicuntur.* Et paulò antè: Τὰ σκληρὰ καὶ δυσκαμπῆ ἤθη, τὰ ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τῦ Θεῦ, κέδρυς ἔγνωμεν λεγόμενα. *Mores hominum præfractos & per contumaciam flecti neſcios, quibus ſe attollunt adverſus ſcientiam Dei, novimus dici cedros.* Idem. in Pſal. XXVIII. pag. 174. Ἡ κέδρος ὡς ἄκαρπον καὶ δυσκαμπὲς διαβάλλεται, ὡς καὶ εἰκόνα πληρῦν τῦ ἀσεβῦς. *Cedrus, ut infructuoſa & flecti neſcia, traducitur, ita ut etiam impii adimpleat ſimilitudinem.* Iterum in Cap. II. Jeſajæ, pag. 888. *Cedri* ſunt τὰ ὑψώματα τῆς πονηρίας, τὰ ἐπαιρόμενα κατὰ τῆς γνώσεως τῦ Θεῦ, *altitudines nequitiæ, ſe attollentes adverſus notitiam Dei.* Theodoretus in præfat. in Canticum, pag. 987. Τὺς ἐπὶ πλύτῳ βρενθομένυς, (legendum, βρενθυομένυς) καὶ ἐν ἀξιώμασι λαμπρυνομένυς, *homines divitiis & honoribus ſuperbos atque inſignes*, cedros appellat Scriptura. Idem, ad v. 11. Pſal. LXXXIX. pag. 720. dicit Davidem vocare *cedros Dei*, τὺς ὑψηλὺς ἄρχοντας, τὺς ὑπὸ τῦ Θεῦ τὸ ἄρχειν εἰληχότας, *ſublimes principes, qui à Deo imperium ſortiti ſint.* Huc etiam referri poſſunt illa Suidæ: Κέδροι. Δένδρα ὑψίκομα καὶ ἄκαρπα· αἷς ἀπεικάζει Δαυὶδ τὴν εἰδωλολατρείαν. *Cedri. Arbores alticomæ & infrugiferæ: quibus David ſimulachrorum cultum comparat.*

III. *Proprietates* cedrorum ſunt, quòd ſint

1. arbores, *quarum lignum cariem non ſentit.* Theodoretus in Cap. V. Cantici, pag. 1061. Ἄσηπτος ἐν ξύλοις ἡ κέδρος. *Inter arbores cedrus non putreſcit.* Baſilius in Pſal. XXVIII. pag. 174. Ἡ κέδρος, ὡς μόνιμον καὶ σηψεως ἔξω, καὶ ἐυώδες, καὶ σκέπην ἱκανὴν παρέχεσθαι παρὰ τῆς γραφῆς ἐπαινεῖται. *Cedrus, ut reliquis arboribus longævitate præſtantior, & à putredine immunis, & odorata, & ad tegendum apta, à ſcriptura commendatur.* Hinc Theodoretus in Cap. XVII. Ezechielis, pag. 386. v. 22. per *cedrum* intelligit Chriſtum: Κέδρον, αὐτὸν προσηγόρευσε τὸν Χριστὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ἔχει δὲ καὶ ἄσηπτον ἡ κέδρος, ὥσπερ καὶ ὁ δεσπότης καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τὸ ἀναμάρτητον ἔσχηκε. *Cedrum, ipſum vocavit Chriſtum ſecundùm naturam humanam. Eaque eſt cedri natura, ut nun-*

Digitized by Google

ut nunquam putreſcat, quemadmodum etiam Dominus ſecundum naturam humanam id habuit; ut peccare non poſſet. Quomodo præterea Chriſtus ſit cedrus, copioſe & eleganter exponit Urſinus Cap. XX. Arboreti ſui.

2. *arbores maximæ & proceriſſimæ*, atque robuſtiſſimæ, qua de cauſa denotantur per *cedros Dei*, Pſal. LXXX. 10. Hinc Pſal. XCII. 13. *cedro Libani* comparatur felicitas fidelium, his verbis: *Juſtus ſicut cedrus Libani creſcet*, vel, ut Vulgatus, *multiplicabitur*. Sedulius lib. IV. pag. 131.

Omnis enim, quicunq; Deo nil fertile nutrit,
Ceu ſterilis truncus, lignis æquabitur uſtis.
At juſtus palmæ ſimilis florebit amunæ,
Semper habens frondes, & tanquam Libana Cedrus
Multiplicandus adeſt, & vertice ſidera tangit.

Apollinarius:

Τῆμ☉ ἂρ ἀνθήσει ὅσι☉ βροτὸς οἷά τε φοῖνιξ,
Ἶσά γε βριθόμεν☉ χλοερῇ λιβανίτιδι κέδρῳ.
Tunc utiq; florebit ſanctus mortalis velut palma,
Æquè abundans ut viridis Libani cedrus.

Ad hæc eadem hujus Pſalmi verba Theodoretus, pag. 770. Οἱ μὲν ἁμαρτωλοί, χόρτῳ παραπλησίως ἀνθήσαντες, συντόμως ἀπεσβήσθησάν τε καὶ διεφθάρησαν· ὁ δὲ δίκαι☉ τῆς μὲν κέδρου τὸ δασύ, καὶ θερμόν, καὶ θρέψιμον, τοῦ δὲ φοίνικ☉ μιμήσεται τὸ ὑψίκομόν τε καὶ κάρπιμον. Διαρκεῖ δὲ ἀμφότερα καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαμένοντα χρόνον, χρόνου δὲ καὶ εἰς αὔξησιν δέονται. Τοιαύτη καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς φυτουργία, πόνῳ πολλῷ καὶ χρόνῳ φυομένη, ἀλλ᾽ εἰς ὕψ☉ αἰρομένη, ὥριμόν τε καὶ ἥδιστον φέρουσα τὸν καρπόν, καὶ σκέπην ἱκανὴν τῷ κεκτημένῳ παρέχουσα. *Peccatores quidem fœni inſtar cum floruiſſent, brevi extincti & corrupti ſunt. Juſtus vero cedri denſitatem, & calorem, & vim nutriendi, palmæ verò altas comas, & fertilitatem imitabitur. Utraq; autem diuturno tempore manent, & tempore ad creſcendum indigent. Talis etiam eſt virtutis plantatio, quæ multo labore & tempore naſcitur: ſed in altitudinem erecta, tempeſtivum dulciſſimumq; fert fructum, copioſamq; umbram poſſeſſori præbet.* Ambroſius Serm. IV. in Pſal. CXVIII. *Sicut cedrus non putreſcit, ita nec majorum gloria ullâ vetuſtate corrumpitur.* Janſenius in paraphraſi: *Pii ſemper in bono proficiunt ſe ipſis ſemper altiores, donec cœlos ipſos attingant, ad quos cedrorum more ſemper nituntur.* Beza ſimiliter;

At juſti ad uſq; nubila,
Ceu palma, tollent verticem,
Et celſa, tanquam Libani
Cedrus, gravant cacumina.

Buchananus:

Ceu palma, juſtus germinabit interim,
Aut cedrus in Libani jugo,
Quam non procellæ, non calor, non frigora
Honore nudant frondium.

Haymo quoque non malè: *Juſtus multiplicabitur ineffabili gloria æternitatis: ſicut Cedrus Libani, quæ altior creſcit aliis cedris, & eſt imputribilis, &c.*

Κειμήλιον.

I. *Propriè* κειμήλιον,

1. eſt *ſupellex precioſa*, quam quis poſſidet. Heſychius: Κειμήλια, τὰ ἀπόθετα χρήματα, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι, καὶ τὰ ἐν παραθέσει. *Opes repoſitæ, à* κεῖσθαι; *& quæ reconditæ ſunt.* Suidas: Κειμήλια· κτήματα, ἢ ἀποκείμενα χρήματα. *Poſſeſſiones, vel recondita pecunia.* Κειμήλιον ergo omne immobilium bonorum genus; ſuppellex, quæ immobilium bonorum nomine comprehenditur. Cum eo conjungitur ab Homero πρόβασις, quo nomine cenſentur omnia bona mobilia. Odyſſ. β. v. 75.

— — — — Ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη
Ὑμέας ἐσθέμεναι κειμήλιά τε πρόβασίν τε.
— — — — *Mihi verò ſatius eſſet*
Vos abſumere quicquid precioſi eſt in ædibus, &
omne pecus.

Vetus Scholiaſtes: Πρόβασιν, πρόσοδον, ἀπὸ τοῦ προβαίνειν. Ἐκ τούτου τὴν οὐσίαν. Πρόβασιν, τὴν τῶν τετραπόδων κτῆσιν. *Πρόβασιν vocat reditum, à* προβαίνειν. *Hinc etiam bona mobilia.* Πρόβασιν, *quadrupedum poſſeſſionem.* Ita Heſychius: Πρόβασις, ἡ τῶν βοσκημάτων κτῆσις. Euſtathius verò ad Homeri locum notat, eum κειμήλια vocâſſe τὰ κείμενα, id eſt, quæ ἀκίνητα, *immobilia*, appellantur: πρόβασιν verò ea, quæ αὐτοκίνητα, ſeu τὰ διὰ ποδῶν προβαίνοντα, *ſeſe moventia, pedibus progredientia.* Il. ζ. v. 47. Πολλὰ δ᾽ ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται. *Multa vero in divitis patris* domo *res precioſæ reconditæ jacent.* Scholiaſtes: Κειμήλια· τὰ ἀργὰ καὶ ἀπόθετα χρήματα. *Otioſæ & reconditæ pecuniæ.* Hoc ſenſu legitur apud Aſterium Amaſeæ Epiſcopum Homil. in Avaros: Ὑπέρκυψον τῷ λογισμῷ εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον, ὅτε οὐκ ἔσῃ, ὅτε μικρὰ γῆ καθέξει ζωῆς διαλυμένον τὸ σῶμα ἀναίσθητον, πλὰξ δὲ ὀλίγων σταθμῶν καλύψει τὸ λείψανον. Ποῦ τότε ὁ πλοῦτ☉ καὶ τὰ συναχθέντα κειμήλια; τίς ὁ τῶν καταλειφθέντων κληρονόμ☉; *Mitte cogitationem in futurum ævum, quando non eris, quando pauxilla terra corpus tuum exporrectum, omniq; ſenſus expers continebit, & paucorum tabula palmorum reliquias tuas teget. Ubi tunc opes, & collecta cimelia? quis bonorum a te relictorum hæres.* Apud Chryſoſt. ἄσπιλον κειμήλιον, *incontaminatum cimelium*.

2. *in ſpecie* κειμήλια, ſunt *vaſa aurea*, ſive *vela*, & quicquid eſt in veſtiario, ſeu Templi cubiculo, ſanctum & precioſum. Anaſtaſius vocat jam *cemelia*, jam *cimelia*, interdum *cemelias*, & *cimelias*. In Concilio Chalcedonenſi, *Epiſcopus habens vaſa argentea ſacrata uſq; ad libras ducentas, poculum gemmatum, quod donatum erat Eccleſiæ*, ἐν τοῖς κειμηλίοις τῆς ἐκκλησίας οὐκ ἀπέθετο. *in cimeliis Eccleſiæ non repoſuit.* Chronicon Alexandr. de Conſtantino Imp, Ἀναθέματα πολλὰ καὶ κειμήλια χρυσᾶ - - προσήγαγε. *Donaria multa & cimelia aurea obtulit.* Evagrius lib. III. Cap. XXXI. pag. 154. a. de Anaſtaſio Imperatore loquens: Τὴν ὁμολογίαν παρέθετο Μακεδονίῳ, τὴν τῶν σεπτῶν κειμηλίων παραφυλακὴν ἐμπεπιστευμένῳ. *Confeſſionem depoſuit apud Macedonium, cui cuſtodia credita erat venerandorum cimeliorum.* Cyrillus Can. II. Epiſt. ad Domnum; ut obſervat Balſamon ad Can. XII. Concilii Nicæni II. p. 514. ἀνεκποίητα εἶναι διορίζεται τὰ κειμήλια, ἤγουν τὰ ἱερά, καὶ τὰς ἀκινήτους κτήσεις τῶν ἐκκλησιῶν, *decernit cimelia, ſeu ſacra, & immobiles Eccleſiarum poſſeſſiones non eſſe abalienandas.* Idem Balſamon ad Can. Cyrilli, pag. 1079. dicit κειμήλια τῶν ἐκκλησιῶν eſſe τὰ ἱερά, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναθήματα, *ſacra, & reliqua donaria.* Poſſunt tamen ad redimendos captivos alienari. Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, p. 1346. Τὰ σεπτὰ κειμήλια ἐπὶ μόνῃ ἀναῤῥύσει αἰχμαλώτων ἐκποιείσθωσαν. *Religioſa cimelia duntaxat ad captivorum redemtionem alienantor.* Aliàs per Arrianos ablata vindicanda. Ibid. pag. 1350. Αἱ ἐκκλησίαι τῶν Ἄφρων ἐκδικείτωσαν τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἀφαιρεθέντα κειμήλια, καὶ ἱερὰ ἐσθήματα. *Aphrorum Eccleſiæ cimelia, veſteſq; ſacras, ipſis per Arrianos ablatas, vindicanto.* Qui ſacra hæc Eccleſiæ vaſa cuſtodiebat, dictus κειμηλιάρχης, vulgò *ſacriſta*: in Concilio Toletano I. *cuſtos Eccleſiæ*: uſitatiſſimè σκευοφύλαξ, de quo ſuo loco.

II. *Metaphoricè* de corpore uſurpatur. Heſychius in hac voce: Μεταφορικῶς δὲ καὶ ἐπὶ σώματ☉ τίθεται. *Metaphoricè verò etiam de corpore uſurpatur.* Nonnus:

— — — — Ὄφρα φυλάξῃ
Σώματ☉ ἡμετέρου κειμήλιον. — —
Ut cuſtodiat corporis noſtri cimelium. Apud Ignatium in Epiſt.

Digitized by Google

Epiſt. ad Heronem, pag. 109. Παρθένους φυλάττετε, ὡς Χριστοῦ κειμήλια. *Virgines cuſtodite, ut Chriſti cimelia.* Eodem modo ἀνάθημα nonnunquam uſurpatur. Vide in Ἀνάθημα, ante finem vocis.

Κειρίαι.

Κειρίαι ſunt *tæniæ*, quibus mortui à capite ad pedes vinciebantur. Suidas: Κειρία· εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων, παρεοικὸς ἱμάντι· ᾗ δεσμοῦσι τὰς κλίνας. *Genus zonæ ex funibus, loro ſimile: quâ lectos vinciunt.* Κειρίαι hic ſunt *cunabula*, vel *incunabula*, ſeu *faſciæ*, quibus colligantur infantes in cunis poſiti. Adducit poſtea Suidas locum ex Ariſtoph. Avibus, pag. 400. v. 8. ubi vide. In N. Teſt. nempe Joh. XI. 44. κειρίαι ſunt *tæniæ ſeu vincula*, quibus pollingebantur corpora mortuorum. Gloſſæ veteres: *Tænioſus*, κιριάτης, pro κειριάτης, ut κίρω, pro κείρω, *tondeo*: & σιρά, pro σειρά. Apud Heſychium eſt Κηρίαις, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα. Quæ verba manifeſtè mendoſa, fortaſſe & confuſa. Pricæus legendum cenſet, Κειρίαις ἐντετυλιγμένοι, & pòſt, pro ἐπιθανάτιοι, ἐπὶ τεθνηκότων ponendum. Κηρίαις, vel, quod ordini literarum magis conveniret, κηρίαις retinendum videtur: ἀπὸ τοῦ κηρὸς, id eſt, *à morte*, quaſi dicas mortuales faſcias. Salmaſius apud Heſychium legit: Κηρίαι, ἐπιθανάτια ἐντετυλιγμένα, quaſi velit dicere, *quibus ii, qui fato functi ſunt, involvuntur.* Hanc verò lectionem nemo facilè admiſerit: placet magis altera Pricæi, modò pro κειρίαις, legatur κηρίαις. Κειρίαις δεδεμένος eſt *feralibus amiculis adſtrictus atq; obditus*, ut loquitur Apuleius lib. X. *Linea ſepulchrorum vincula* dixit Tertullianus. Nilus apud Photium Orat. I. in Paſcha, Cod. CCLXXVI. paginâ 1529. de infante adhuc in utero latente, τοῖς παρὰ τῆς φύσεως ἐνειλημμένος σπαργάνοις προσέοικε νεκρῷ κειρίαις δεδεμένῳ. *Naturæ faſciis involutus, ſimilis eſt mortuo faſciis ſepulchralibus involuto, ligato.* Κειρίας, quæ propriè *mortuorum involucra* erant, etiam *pro incunabulis, & faſciolis*, quibus alligantur infantes, uſurpârunt. Moſchopulus: Κειρία, ὁ τῶν νεκρῶν δεσμὸς, ἤγουν ἡ κοινῶς φασκία, καὶ ᾗ δεσμοῦσι τοὺς νεκρούς. *Κειρία eſt infantum ligamen, ſive communiter dicta faſcia, & quâ ligant mortuos.* Κειρίαι Vulgato ſunt *inſtitæ*, ut & Auguſtino. Onomaſticum vetus: *Inſtitæ*, κειρίαι. Hinc *inſtito, mortuum involvo*, in Gloſſis Iſidori.

Κελικόλαι.

In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. in Paratit. ad Tit. V. Οἱ κελικόλαι ἐὰν μὴ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μεταδιώξωσιν, ὡς αἱρετικοὶ τιμωροῦνται. *Cælicolæ, niſi fidem orthodoxam ſectati fuerint, tanquam hæretici puniuntur.* Veteres Gloſſæ, Ὁ σέβων τὸν οὐρανόν. *Cælicola.* Chryſoſtomus Homil. I. ad populum Antiochenum refert, quoſdam ἐκπλαγέντας τὸ μέγεθος τοῦ οὐρανοῦ καὶ θαυμάσαντας αὐτοῦ τὸ κάλλος, νομίσαι αὐτὸν εἶναι Θεὸν, *admiratos cæli magnitudinem, & ob ejus pulchritudinem obſtupefactos, exiſtimâſſe illud eſſe Deum.* Cælum à Judæis cultum fuiſſe, ut numen primarium, traditur. Petronius:

Et cæli ſummas advocet auriculas.

Juvenalis Satyr. XIV. de iiſdem:

Nil præter nubes & cæli lumen adorant.

Sic Strabo lib. XVI. pag. 523. ex Moſis doctrinâ, ſed falsò, docet. Conſtat autem apud Hebræos, ut monet doctiſſimus Seldenus, τὸ שמים, id eſt, *cælum*, ſæpe pro Deo Opt. Max. ſumi. In N. Teſt. quoque οὐρανὸς eodem modo uſurpatur. Vide Matth. XXI. 15. & Lucæ XV. 18. Notum Militiæ cœli aras in veteri Judæorum ſuperſtitione dicatas: verùm, ea huc non trahenda. Malè intellectum Judæorum idioma ſeu phraſin in cauſſa fuiſſe putavi, inquit Seldenus, cur ſummum iis Numen cœlum eſſe impii calumniarentur; tametſi Chriſtianorum Imperatorum edictis ſub nomine *Cælicolarum* coërceri videantur. Qui enim Cœlicolæ in Codicis titulo *de Judæis & Cælicolis* vocantur, Judæos fuiſſe quis autumet, edoctus ex Codicis Theodoſiani lib. XVI. tit. VIII. lib. 19. unde lex duodecima Juſtiniani ſumta. Sed verò Honorius & Theodoſius ibi: *Cælicolarum nomen inauditum quodammodo* novum crimen *ſuperſtitionis vindicavit.* Certè ſi Judæi intelliguntur, nomen tunc temporis non erat Romæ inauditum; nec crimen novum. Judæi enim Cœlicolæ dicti, ſaltem re ipſa deſignati, etiam ſub Auguſto, uti ex Strabone liquet. Verùm, hæc calumnia, ut aliæ multæ, in gentem à Deo primùm electam, ab imperitis & profanis fuit excogitata. De *Cælicolis* vide Joſephum Scaligerum de emendatione temporum, pag. 22. contra Serrarium Elenchi Cap. ult. & Minerval Serrarii contra Scalig. & Druſ. lib. V. Cap. ult.

Κελλικός.

Non habet Meurſius in Gloſſario. Eſt *cubicularius.* In Concilio Florentino, Sect. IV. Cap. XXII. pag. 97. aliquoties legitur. Ἀνοιξάντων τῶν τοῦ Πάπα κελλικῶν κλειδούχων τὴν τοῦ τρικλίνου πύλην. *Aperientibus triclinii januam cubiculariis iſtis, quibus à Papa cubiculorum cura, ac clavium cuſtodia fuit demandata.* Ἀνοιξάντων ἅμα τῶν κελλικῶν. *Reſerantibus cubiculariis.* Μετὰ μικρὸν ἦλθον οἱ κελλικοί. *Paulò pòſt venerunt cubicularii.*

Κελλίον.

I. *In genere quævis cellula, quodvis cubiculum* vocatur κελλίον. Moſchopulus: Κοιτὼν, κυρίως μὲν οἶκος ὁ περιέχων κοίτας πολλὰς, ὡς οἱ ξενῶνες· καταχρηστικῶς δὲ τὸ κοινῶς λεγόμενον κελλίον. *Κοιτὼν, propriè quidem domus eſt, quæ continet multa cubilia, ut hoſpitia vel noſocomia: impropriè verò vulgò dictum κελλίον.* Chryſoſtomus Homil. XLV. in Acta: Ἔχε οἴκημα ἔνθα Χριστὸς παραγίνεται· εἰπὲ, τοῦτο τὸ κελλίον τοῦ Χριστοῦ· ἡ οἰκία αὕτη αὐτῷ ἀφώρισται. Κἂν κατώγειον ᾖ καὶ εὐτελὲς, οὐκ ἀπαξιοῖ. *Habe domum, in quam venit Chriſtus. Dic: Hæc cellula Chriſti eſt: domus iſta ei ſegregata eſt. Etiamſi ſubterraneum ſit ac vile, non deſpicit.*

II. *Propriè Monachorum cellula.* Typicum Sabæ, Cap. V. pag. 5. Καὶ ψάλλουσιν οἱ ἀδελφοὶ ἐν τοῖς κελλίοις αὐτῶν. *Et canunt fratres in cellulis ſuis.* Balſamon ad Can. XXXV. Concilii Trull. pag. 400. Κελλία τῶν ἀρχιερέων. *Pontificum cellulæ.* Ἀναχωρητικὰ κελλία. *Anachoreticæ cellulæ.* Vide in Ἡσυχαστήριον. Sozomenus lib. VI. Cap. XXXI. pag. 87. b. Ἕτερός ἐστι τόπος σχεδὸν ἑβδομήκοντα σταδίοις διεστὼς, ὄνομα κελλία. Ἐν τούτῳ δὲ σποράδην ἐστὶ μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθὸ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας. *Alius eſt locus ſeptuaginta ferè ſtadiis diſtans, cui nomen κελλία, cellulæ. In eo verò ſparſim ſunt caſæ monachorum multæ, unde etiam hanc appellationem nactus eſt.* Vide Gl. Meurſii.

Κελλιώτης.

I. Κελλιῶται; ut docet Meurſius in Gloſſario, & ex eo Lud. De la Cerda Adverſ. Cap. CXXI. num. LXII. ſunt miniſtri interioris conclavis Imperatoris ac Deſpotarum. Phranzes Chron. lib. II. Cap. I. *Mos & conſuetudo vigebat in Imperatorum palatio, per quam patrum celliotis filiorum cellas, non contrà, filiorum miniſtris patrum frequentare licebat.* Et mox: *Hocquoq; mos tenet,*

tenet, ut celliotæ Imperatoris ad ſepulchrum ejus uſq; ad prima ſacra funeralia, ſive juſta perſeverent.

II. Quemadmodum κελλίον prout modò vidimus, tam Monachi *cellulam*, quàm aliud aliquod *conclave* ſignificabat, ita κελλιῶται illi vocabantur Monachi, qui, cùm ad labores eſſent ineptiſſimi, & oneribus Monachorum impares, quietè tamen vivere exoptabant. Hi extra Monaſteria, quæ muris undique cinguntur, cellam, collatâ pecuniâ, cui Templum, vinea & campus annexa ſunt, quorum fructibus vivere poſſent, coëmebant, ſibique cum nonnullis ſociis vivebant. Diebus feſtis ad Monaſterium accedebant & officiis celebrandis aſſiſtebant: quibus finitis, ad Cellam regrediebantur, domeſtica negotia curabant, & precibus vacabant. Eorum meminit Dorotheus Doctr. XVI. Aliàs *Anachoretæ* dicti. Vide Ἀναχωρητής.

Κελλιωτικός.

Κελλιωτικὴ μονὴ, *cella monaſtica* apud Balſam. in Nomocan. Photii, tit. I. C. XXIV. p. 844. Πῶς ἂν ἐστὶν ὁ ἀναδεχόμενος λαϊκὸς διοίκησιν ἐναγοῦς οἴκου, ἢ διακονίαν ἐκκλησιαστικὴν, ἢ κληρικὸς γινόμενος, ἢ ἐν κελλιωτικῇ μονῇ καταταττόμενος ἄδωρεὶ, ἀγνοῶ. *Quinam laicus citra dationem, aut procurationem ſacri loci, miniſteriumve eccleſiaſticum ſuſcipiat, aut clericus fiat, aut in cellam monaſticam admittatur, ignoro.* Vide etiam Gl. Meurſii.

Κένανδρος.

Κένανδρος, eſt κενὸς ἀνδρῶν, *viris vacuus.* Cyrillus Alexandr. in Cap. X. Jeſajæ, pag. 180. de Aſſyrio Jeroſolymam obſidente, Καὶ σκοπὸς ἦν αὐτῷ, φείσασθαι μὲν οὐδενὸς, ἄρδην δὲ πᾶσαν ἀποκεῖραι τὴν χώραν, καὶ κένανδρον ἀποφῆναι, καὶ τῶν ἐνοικούντων ἔρημον. *Id intendebat, ut nemini quidem parceret, totam verò regionem funditus vaſtaret, hominibusq; deſertam, & incolis vacuam redderet.* Id. in Cap. XIX. Jeſajæ, pag. 291. Κένανδροι μεμενήκασιν οἶκοι καὶ κῶμαι. *Domus ac vici viris vacui manſerunt.* Et in Cap. LII. Jeſajæ pag. 735. de Jeroſolyma à Romanis expugnatâ: Κένανδρος ἦν ἡ ἁγία πόλις. *Sancta civitas viris vacua erat.* Suidas interpretatur κενὸς ἀνὴρ, *inanis, vanus, futilis vir.* Exempla hujus ſignificationis deſidero.

Κενεμβατέω.

Heſych. Κενεμβατεῖ, ματαίως πατεῖ. *Per inane graditur, fruſtra graditur.* Suidas: Κενεμβατεῖν· εἰς κενὰ βαίνειν, κενὰ ἐπιχειρεῖν. *In res inanes ire, per inania vadere. Inania ſuſcipere.* Baſilius Cæſar. Homil. XVI. quæ eſt in principium Evangelii ſecundùm Johannem, paginâ 504. Ἄφες σεαυτοῦ τὸν νοῦν δραμεῖν ὅσον βούλεται καὶ διαβαθῆναι ἐπὶ τὰ ἄνω· εἶτα ὄψει αὐτὸν μυρία πλανηθέντα, καὶ πολλὰ κενεμβατήσαντα, εἰς πάλιν ἐπανιόντα πρὸς ἑαυτὸν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καταστῆσαι ἑαυτοῦ τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι. *Dimitte tuam mentem, quantum ipſa cupit procurrere, & ad ſuperiora conſcendere: deinde ipſam reperies in infinitum errantem, & variè per inane gradientem, rurſus verò ad ſe ipſam redeuntem, quoniam antiquius ſe ipſa principium reperire nequit.* Idem, Homil. XXV. quæ eſt de generatione Chriſti, ſtatim poſt initium, pag. 585. Σοῦ δὲ μὴ κενεμβατείτω ὁ νοῦς εἰς αἰῶνας ὑπερβαίνων πρεσβυτέρους τοῦ Υἱοῦ, τοὺς οὔτε ὄντας οὔτε ἐσομένους. Interpres: *Mens tua in temporum ac ſeculorum cogitatione non evaneſcat, ut ea Filio priora exiſtimes, quæ nunquam fuerunt, aut erunt.* Pro, *non evaneſcat*, commodiùs dices, *ne per inane gradiatur, ne inania ſuſcipiat.* Occurrit etiam apud Plutarchum, ut ex Budæo Stephanus.

Κενοβουλία.

Non habent Lexica. *Inane, vanum, futile conſilium.* Cyrillus Alexandr. in Cap. II. Habacuci, pag. 546. Οἱ μάγοι τοὺς ψευδωνύμους Θεοὺς ἐκάλουν εἰς ἐπικουρίαν, θυσίας τε καὶ σπονδὰς τοῖς ἀναισθήτοις προσῆγον, ὅλην ἐπ' αὐτοῖς τοῦ σώζεσθαι θέμενοι τὴν ἐλπίδα· ἀλλ' ἦν ὕθλος ἐκεῖνα καὶ φενακισμὸς, ἀπάτη, καὶ κενοβουλία, καὶ ἕτερον οὐδέν. *Magi falsò appellatos Deos in auxilium vocabant, victimasq; & libationes inſenſibilibus offerebant, omni ſalutis ſpe in iis collocata: verùm iſta nugæ erant, illuſio, fraus, & futile conſilium, nihilq; præterea.*

Κενόδοξος. Κενοδοξία.

I. *Explicatio nominis.* Veteres Gloſ. Κενόδοξος, *Vanæ gloriæ* ſc. ſtudioſus. Κενοδοξία, *vana gloria.* Suid. Κενοδοξία· ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις. *Vana quædam de ſe opinio. Inanis gloria.* Heſych. Κενὴ δόξα, κενοδοξία. Iſidorus Peluſ. epiſt. CCCLXXXI. l. III. p. 402. Κενόδοξον κλητέον, τὸν ἐφ' οἷς μὴ πράττει δοξάζεσθαι βουλόμενον. *Ille κενόδοξος appellandus eſt, qui ob ea, quæ minimè agit, gloriam conſequi cupit.* Et epiſt. CCCCI. lib. V. pag. 682. Ὁ κενὸς ὢν ἔργων χρηστῶν, ἀντιποιούμενος δὲ δόξης, κενόδοξος ἂν δικαίως καλοῖτο. *Qui, cùm inanis ſit bonorum operum, gloriam nihilominus affectat, κενόδοξος, id eſt, inanis gloriæ cupidus meritò vocatur.* Apud Baſilium Cæſar. in Reg. brev. interrogat. LII. pag. 545. Κενόδοξός ἐστιν, ὁ ψιλῆς ἕνεκεν τῆς ἐν κόσμῳ δόξης, τῆς παρὰ τῶν ὁρώντων, ἢ ἀκουόντων ποιῶν τι καὶ λέγων. *Inanis gloriæ cupidus ille eſt, qui ſimplicis tantùm gloriæ mundanæ causâ, quæ vel à ſpectantibus, vel ab audientibus ipſi naſcitur, aliquid facit dicitve.*

II. *Varia* κενοδοξίας ſunt *mala.* Greg. Nazianzenus orat. I. pag. 22. Μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον. *Inanis gloriæ ſtudium hominibus magno ad virtutem impedimento eſt.* Scitè Bion, ut Laërt. lib. IV. τὴν οἴησιν, προκοπῆς ἐγκοπὴν, *animi elationem, profectûs impedimentum* dicebat. Apud Baſilium Conſtitut. Monaſt. Cap. X. varia κενοδοξίας recenſentur mala. Pag. 695. appellatur ἡ δυσάλωτος τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐπίβουλος, ἡ πρὸς ταῖς οὐρανίαις ἁψῖσι τὰς καθ' ἡμῶν λόχους ἱδρύουσα, καὶ μέχρις οὐρανῶν ἐκτεινομένας ἀρετὰς καταβαλεῖν φιλονεικοῦσα, *illa expugnatu difficilis & callida ſalutis noſtræ inſidiatrix, illa vel in ipſis cæli convexis inſidiarum adverſus nos collocatrix: virtutes ramis in cælum uſq; licèt expaſſis ac porrectis adornatas profligare ac deturbare pertinaciſſimè contendens.* Et pag. 696. κενοδοξία vocatur ὁ γλυκὺς σκυλευτὴς τοῦ πνευματικοῦ πλούτου, ὁ ἡδὺς τῶν ἡμετέρων ψυχῶν πολέμιος, ὁ σὴς τῶν ἀρετῶν, ὁ μεθ' ἡδονῆς τὰ ἡμέτερα καλὰ λῃζόμενος, ὁ μέλιτι χρώσας τῆς οἰκείας ἀπάτης τὸ δηλητήριον, καὶ ταῖς διανοίαις τῶν ἀνθρώπων τὴν ὀλεθρίαν ὀρέγων κύλικα. *Dulcis ſpiritualium opum exſpoliatrix, jucundus animarum noſtrarum hoſtis, tinea virtutum, blandiſſima bonorum noſtrorum deprædatrix, mellis illitu fraudis ſuæ veneni colorans, & mortiferi hominum mentibus poculi porrectrix.* Pag. 697. Οὐ μόνον καθαιρετὴς καλῶν πράξεων, ἀλλὰ καὶ τῶν πονηρῶν ὁδηγός. *Non modò valet ad evertendas actiones honeſtas, ſed ad improbas etiam viam munit.* Chryſoſtomus Homil. XVII. in epiſt. ad Romanos, pag. 150. Μήτηρ γεέννης κενοδοξία, καὶ τὸ πῦρ ἀνάπτει σφοδρῶς ἐκεῖνο, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον. *Inanis gloria mater gehennæ eſt, ignemq; illum valde accendit, & vermem illum venenoſum.* Vide ibidem plura. Idem in orat. πρὸς νεωτέραν χηρεύσασαν, tom. VI. pag. 302. Ἡ κενοδοξία καὶ ἡ ἀπόνοια παντὸς ἄγους μᾶλλον τὰς τῶν ἀνθρώπων μολύνει ψυχάς. *Inanis gloria & ſuperbia omni ſcelere magis animas hominum contaminant.* Propterea verò, ut rectè

Digitized by Google

Damaſcenus contra Manichæos, pag. 254. *κακὴ κενοδοξία, οὐ διὰ τὸ ἀγαπᾷν τὴν δόξαν· ἀλλὰ διὰ τὸ, μὴ τὴν ἐκ Θεοῦ δόξαν ἀγαπᾷν, mala eſt inanis gloria, non quòd amet gloriam: ſed ideò, quia non amat gloriam, quæ à Deo eſt.*

Κενοσπουδία.

Habent Lexica ex Suida, apud quem: *Κενοσπουδία, ματαία σπουδή. Καὶ κενόσπουδος, ὁ ἐπὶ ματαίοις σπουδάζων. Inane ſtudium. Et inanium rerum ſtudio occupatus.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. X. pag. 203. de Johanne Baptiſta: *Ὁ τὴν ἀλαζονείαν τὴν πολιτικὴν, ἐκτραπεὶς, εἰς δὲ τὸ ἔρημον τῆς ἐρημίας, κατὰ γαλήνην Θεῷ συμπεπολιτευμένος, ἐκτὸς πάσης κενοσπουδίας, ἀπειραγαθίας μικροπρεπείας. Dùm in ſolitudinum quietes, tranquillè cum Deo verſaturus ſe recepiſſet, ab omni inani ſtudio, vanaq́ boni ſpecie, ſordidoq́ ac illiberali decore ſe removit.*

Κενοφωνέω.

Quid *κενοφωνία* ſit, ex N. Teſtam. ſatis notum. Apoſtolus I. Timoth. VI. 20. diſcipulum ſuum jubet *devitare τὰς βεβήλους κενοφωνίας, profanas vocum novitates:* & II. Timoth. II. 16. idem monitum repetit. Ubi *κενοφωνίας* vocat *κενοὺς λόγους, inanes ſermones*, ut ad Epheſ. V. 6. Vulgatus, quando interpretatur *vocum novitates: καινοφωνίας* legit. Heſychius ex his locis, *Κενοφωνίας, ματαιολογίας. Vaniloquentias, de rebus nihili curioſas diſceptationes.* Et Suidas: *Κενοφωνίας, ματαιοφωνίας, ἀσεβείας, ἤγουν, αἱρετικάς.* Ubi Portus rectè legendum cenſet, *ἀσεβεῖς φωνὰς, ἤγουν αἱρετικάς. Inanes vanasq́ voces. Impias voces, hoc eſt, hæreticas.* Theodoretus in II. Timoth. II. *κενοφωνίας* interpretatur *μυσαρὰ καὶ μάταια δόγματα, execranda & inania dogmata.* Theophylactus ad eundem locum interpretatur *ματαιολογίας. Κενοφωνέω*, quod ſolus Suidas, ſed ſine interpretatione, affert, eſt *κενολογέω, inaniter loquor, inanes emitto voces, vana verba ſono.* Legitur apud Çyrillum Alexandrinum. Loca jam produximus in vocibus *Ἐκκαπηλεύω*, & *Ἐυσυνάρπαστος*, ubi vide.

Κενόω.

I. *Κενόω* ſignificat, juxta veteres Gloſſas, *Vacuo, evacuo.* Ad Philipp. II. 7. de Chriſto, *ἑαυτὸν ἐκένωσεν. Ipſe ſe exinanivit*, Heſychius, huc ſine dubio, reſpiciens *Ἐκένωσεν, ἠρήμωσεν.* Eodem ſenſu Michael Syngelus in vita Dionyſii Areopagitæ, pag. 351. de Filio Dei: *Κενοῦται πρὸς βραχὺ τῆς θεϊκῆς δόξης οἰκονομικῶς, ἵνα με πληρώσῃ τῆς αὐτοῦ θεότητος, καὶ Θεὸς χάριτι γένωμαι. Exinanitur ad breve tempus divinâ gloriâ ex diſpenſatione, ut ſua me impleret divinitate, ac dono illius Deus efficerer.* Exinanivit ſe, ut loquitur Auguſtinus lib. VII. de Trinitate, Cap. III. *non mutando divinitatem ſuam, ſed noſtram mutabilitatem aſſumendo.*

II. *Κενόω* eſt *inanem*, ſeu *inutilem reddo.* Ita ad Roman. IV. 14. *κεκένωται ἡ πίστις, inanis facta eſt fides:* id eſt, interprete Theophylacto ad hunc locum, pag. 44. *κενὸν καὶ ἀχρεῖον πρᾶγμα εὑρίσκεται, vana & inutilis eſſe res deprehenditur.* Vel, juxta Photium apud Oecumenium, pag. 276. *Οὐδέν ἐστι, καὶ αὐτῆς τὸ ὅλον ἠφάνισαι. Nihil eſt, tota evanuit.* I. Corinth. I. 17. *Ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Ne inanis reddatur crux Chriſti.* Heſychius, huc reſpiciens: *Κενωθῇ, μάταιος ἀποφανθῇ. Inanis reddatur, vana eſſe dicatur.* Theophylactus: *Ἄχρηστος καὶ κενὸς εὑρεθῇ. Inutilis & inanis inveniatur.* Similiter II. Corinth. IX. 3. *Ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν κενωθῇ. Ne gloriatio noſtra inanis fiat*, Id eſt, rurſus juxta Theophylactum, *μάταιον καὶ κενὸν ἐλεγχθῇ τὸ καύχημά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν. Inanis & vana arguatur gloriatio mea de vobis.*

III. *Metaphoricè* eſt *omnia in aliquid impendere*, ſignificatione uſitatiſſima, à Lexicographis tamen non obſervata. *Πάντα τὰ ὄντα εἰς τὰς πενίας κενοῦν, omnes opes ſuas in pauperes effundere*, Chryſoſtomus in Pſal. XLI. *Σπουδὴν κενοῦν.* Chryſoſtomus ſerm. LVII. tom. V. Edit. Pariſ. pag. 762. de iis, qui contra ſe ipſos orant: *Ὃν γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων παρακαλοῦσι τὸν Θεὸν, οὐδὲ συγγνώμην αἰτοῦσι τῶν πλημμεληθέντων αὐτοῖς, ἀλλὰ τὴν σπουδὴν ταύτην κατὰ τῶν ἐχθρῶν κενοῦσιν ἅπασαν. Nam Deo preces offerunt non pro ſuis delictis, neq́ ut veniam peccatorum ſuorum petant, ſed hoc ſtudium omne conferunt adverſus inimicos.* Item in Ecloga de Anima, tom. VI. ejuſdem edit. pag. 742. *Οἱ γὰρ ἅπασαν τὴν σπουδὴν εἰς τὸν καλλωπισμὸν κενοῦντες τῆς ἑαυτῶν οἰκίας, ἐν τοῖς ἔξω πλουτοῦντες ἀμελοῦσι τῶν ἔνδον. Qui enim omne ſtudium in ornatum ſuarum ædium conferunt, cùm in exterioribus divites ſint, interiora negligunt.* Huc etiam referri queant ſequentes locutiones. Chryſoſtomus: *Πάντα θυμὸν κενοῦν κατὰ τῆς τοῦ διαβόλου κεφαλῆς. Omnem bilem in diaboli caput effundere.* Idem, *Πάντα πόνον κενοῦν. Omnem impendere laborem.* Nazianzenus: *Ἐν τοῖς παρέργοις κενῶσαι τὴν ἰσχύν. Omnes vires ſuas in acceſſoria conferre.*

Κένωσις.

Κένωσις, ut ex Lexicis notum, eſt *inanitas, evacuatio.* Apud Scriptores Eccleſiaſticos notat *Chriſti exinanitionem & incarnationem.* Cyrillus Alexandr. Dial. V. de SS. Trinitate, pag. 571. *Ἦν γὰρ φύσει καὶ ἀληθῶς Θεὸς καὶ πρὸ τῶν τῆς κενώσεως χρόνων. Erat enim* (Filius Dei) *naturâ & verè Deus etiam ante tempora exinanitionis*, ſeu *incarnationis.* Et pag. 572. dicit, *Non oportuiſſe Chriſtum τοῖς τῆς κενώσεως ἐμφιλοχωρῆσαι μέτροις, in inanitionis conditione hærere.* Et mox: *Γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν. Factus eſt homo, & ſe ipſum demiſit ad exinanitionem.*

Κεραία.

Vox hæc varia ſignificat.

I. Idem quod *κέρας, cornu.* Ariſtot. hiſt. anim. lib. IV. Cap. II. de duplici caraborum genere, *ἔχουσιν ἀμφότερα κεραίας δύο πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν μεγάλας καὶ τραχείας, καὶ ἄλλα κεράτια ὑποκάτω λεῖα, utriq́ cornua bina habent ante oculos longa & aſpera, quibus alia minuta & leviora cornicula ſubjacent.* Hæc paulò pòſt *κέρατα* appellat.

II. Utero tribuuntur *κεραῖαι* à Medicis, quæ ſunt duæ uteri *ἀποφύσεις* exiguæ, à lateribus ad ilia, papillæ ſeu cornibus exorientibus ſimiles. Id teſtatur Pollux, lib. II. *τῆς δὲ μήτρας αἱ ἐπὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ πλάγια ἐκφύσεις, κεραῖαι καλοῦνται καὶ πλεκτάναι.*

III. Eſt *antenna*, ut *κέρας*, hoc eſt lignum in ſuperiore mali parte per transverſum collocatum, unde velum pendet: quæ voce compoſita *ἱστοκεραία* vocatur. Polyb. apud Suidam, *καθελόμενος τοὺς ἱστοὺς καὶ τὰς κεραίας, cùm malos demiſiſſet & antennas.* Phavorinus: *Κεραία, τὸ κερατάριον, τὸ διὰ πλαγίου ξύλον τῷ ἱστῷ ἐπικείμενον, ᾧ καὶ τὴν ὀθόνην ἐξάπτουσι.* h. e. *Κεραία, corniculatum, per transverſum malo navis ſuperpoſitum lignum, de quo & velum ſuſpendunt.* Nomen *κερατάριον* non legi alibi. Theophr. hiſt. pl. lib. V. Cap. VI. *Ὅμως δὲ ὅγε ἱστοὶ καὶ αἱ κεραῖαι ἐξαιρεθεῖσαι μήτρας, ἀχρεῖοι. Mali tamen atq́ antennæ, medullâ exemptâ, inutiles.* Huc etiam commodè referri poteſt, quod legimus Matth. V. 18. & Lucæ XVI. 17. ubi

Digitized by Google

κεραία haud incommodè *lineam*, vel *lineolam* ſignificat. Etſi enim κεραία, *apicem, extremitatem, quæ inſtar cornu emineat*, denotet, de *linea* tamen quoque dicitur, quæ duobus utrinque cornibus & extremitatibus conſtat. Ita ſumitur apud Heſychium, ad v. 6. Pſal. XII. cujus hæc ſunt verba, Τοῦτον τὸ σίχον δύο ζυγαὶ τῶν ἑρμηνευτῶν εἶπον. Διότι παράκειται τὸ σημεῖον τὸ διὰ τοῦ μέλανος, ὃ λέγεται λημνίσκος. Διὰ μὲν τῆς κεραίας τῆς μέσης σημαίνει τὸ σίχον· διὰ δὲ τῶν δύο στιγμῶν τῶν ἐπάνωθεν καὶ τῶν ὑποκάτω τὰς δύο ζυγὰς τῶν ἑρμηνευτῶν ᾐνίξατο. *Lemniſcus* ita pingitur ÷, ut notat Cl. de Dieu, ad Matth. V. 18. Media ejus linea Heſychio vocatur κεραία, quæ ſuprà & infrà habet δύο στιγμὰς, hoc eſt, *duo puncta*. Conſentit Greg. Nyſſenus, Orat. I. in Reſurrect. Chriſti, tom. III. pag. 398. ſic ſcribens: Ἡ ἐγκάθετος γραμμὴ, ἡ ἄνωθεν ἐπὶ τὸ βάθος καθήκουσα, ἰῶτα λέγεται. Ἡ δὲ ἐγκαρσίως ἀγομένη διὰ πλαγίου κεραία ὀνομάζεται, καθώς ἐστι καὶ παρὰ τῶν ναυτιλλομένων τοῦτο μαθεῖν. Τὸ γὰρ ξύλον τὸ διὰ πλαγίου τῷ ἱστῷ ἐπικείμενον, ᾧ καὶ τὴν ὀθόνην ἐξαπλοῦσι, κεραίαν λέγουσιν ἐκ τοῦ σχήματος ὀνομάζοντες. *Linea recta, è ſublimi in imum deſcendens*, jota *dicitur. Obliquè autem ad latera pertingens* κεραία *nominatur, id quod ab ipſis navigantibus diſcere licet, qui lignum illud transverſum malo adjacens, unde vela ſuſpendunt, ex figura* κεραίαν *nominant*. Hoc intelligit Heſych. quando ſcribit, κεραία, ἐν τῷ πλοίῳ οὕτω τὶ καλεῖται. Sic Plutarchus in Numa, ubi de Peltis & Ancilibus: Ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσι. *Exciſionem habet lineæ tortuoſæ, cujus cornua* (item apices, vel extremitates utrinque) *flexuras habent*.

IV. Κεραῖαι ſunt *ligna, quæ muro affigebant, ut inter illa ſuſpenderent aut trabes, aut ſimilia, cùm opus eſſet, demittenda*. Latini *cervos* appellant. Id artificium fusè deſcribit Thucyd. in Platæenſium obſidione. Appianus, lib. IV. de bell. civil. pag. 1016. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐσχεδίαζον κλίμακας, οἱ δὲ κεραίας τοῖς τείχεσι προστιθέντες, ὡς διὰ κλιμάκων ἐπεχείρουν. *Alii ſcalas faciebant ex tempore, alii cervos admoventes muniibus pro ſcalis eis utebantur*. Exemplum videtur translatum à re navali, aut eò traductum: nam antiqui in ſuis ναυμαχίαις ad ſaxorum conjectionem antennis uſi, quas κεραίας λιθοφόρους appellabant; ut eſt apud Diodorum Sicul. in deſcriptione pugnæ à Conone & Callicratida pugnatæ.

V. Κεραῖαι dicuntur etiam *eminentiæ, aut apices eminentes in aliqua re*, ut cornua ex cornigerorum capitibus. Oppian. lib. III. de Venat. v. 476. Παρὰ δ' οὔατα μεσσόθι κόρσης ἀβληχραὶ κροτάφοισιν ἐπαντέλλουσι κεραῖαι. *Sed ſecundum aures in medio capitis molles ſupra tempora exoriuntur apices*.

VI. Per Κεραίας ſignificari *Puncta vocalia*, & *Notas accentuum* in Hebræorum codicibus ſacris, vel lege, ut vocant; non pauci Viri docti & celebres opinantur. Hanc verò ſententiam ſuam probabilem reddunt verbis Domini Matth. V. 18. & Luc. Cap. XVI. 17. Τοῦ νόμου μίαν κεραίαν οὐ μὴ πεσεῖν. *Legis unum apicem non caſurum*: id eſt, minimum præceptum legis non fruſtra periturum, Matth. V. 19. In adverſam partem inclinârunt jam olim *Capnio*, *Zwinglius*, *Munſterus*, *Calvinus*, *Fagius*, *Mercerus*, *Joſ. Scaliger*, *Maſius*, *Druſius*, *Erpenius*, *&c.* Procul dubio, quia nusquam gentium, vel Κεραίας nomen pro notis vocalium vel accentuum Hebræorum legerunt; vel allegata verba Domini, à quoquam Doctorum Eccleſiæ antiquorum interpretata vidère. Qui plura deſiderat in hanc rem, conſulat Doctiſſimi & Celeberr. *D. Friderici Spanhemii*, Part. III. Dub. Evang. CXXIX. & ſeqq. Summa eſt: *Certum exiſtimo*, Puncta vocalia *hic non deſignata fuiſſe à Domino*.

Κέρας.

Κέρας, *cornu* in Scriptura S. frequenter *metaphoricè* uſurpatur. Baſilius in Cap. V. Jeſajæ, pag. 936. Τὸ κέρας ὑψηλότερόν ἐστι τοῦ παντὸς σώματος καὶ στερρότερον, ὁμοῦ μὲν κόσμον παρέχον τῇ κεφαλῇ, ὁμοῦ δὲ καὶ ὅπλον ὑπάρχον ἀμυντήριον. *Cornu omni reliquâ corporis parte eſt eminentius ac ſolidius: ſimul quidem ornamentum affert capiti, ſimul vero præſens armatura eſt ad propulſandas injurias*. Atque hinc κέρας ponitur,

I. *In genere* pro potentia & robore: *in ſpecie* pro gloria & potentia regia. Suidas: Κέρας· ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων. *Cornu. Robur in ſacra Scriptura, per translationem* ductam *ab animalibus cornibus armatis, & his vim propulſantibus*. Theodoretus ad v. 17. Pſal. LXXXIX. pag. 753. Καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. *Et in juſtitia tua exaltabitur cornu noſtrum*. Καὶ ἡμεῖς δέ φησι ταύτην ἔχομεν τὴν ἐλπίδα, καὶ τὴν σὴν ἐπικουρίαν προσμένομεν· διὰ ταύτην γὰρ κρείττους τῶν πολεμίων ἐσόμεθα. Κέρας γὰρ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ κράτος ἐκάλεσεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κερασφόρων ζώων, ἃ τοῖς κέρασι καθωπλισμένα τούτοις κέχρηται κατὰ τῶν ἐπιόντων. *Porrò nos, inquit, hanc ſpem habemus, tuamque opem præſtolamur: propter hanc enim hoſtibus ſuperiores erimus. Nam* cornu *robur & potentiam vocavit, metaphorâ deſumtâ ab animalibus cornutis, quæ cornibus armata, iis adverſus inſurgentes utuntur*. Chryſoſtomus, Homil. XIV. tom. V. pag. 74. Scriptura *cornu* vocare ſolet τὴν δύναμιν, τὴν δόξαν, τὴν περιφάνειαν, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλόγων ζώων. Καὶ γὰρ ἐκείνοις ἀντὶ δόξης καὶ ὅπλα τὸ κέρας μόνον ἐδέδωκεν ὁ Θεὸς, *potentiam, gloriam & ſplendorem, metaphorâ deſumtâ à brutis. Illis enim Deus loco gloriæ & armorum cornu tantùm dedit*. Aretas in Cap. V. Apocal. pag. 915. Κέρατα τὴν δύναμιν σημαίνει καὶ τὴν δόξαν. Cornua *potentiam & gloriam notant*. Theodoretus in Cap. XXIX. Ezech. pag. 462. Κέρας ἡ θεία γραφὴ ποτὲ μὲν καλεῖ τὴν εὐσέβειαν, ποτὲ δὲ τὴν δύναμιν, ποτὲ δὲ τὴν βασιλείαν. Cornu *divina Scriptura aliàs pietatem vocat, aliàs potentiam, aliàs regnum. De pietate* quoque exponit Suidas, reſpiciens ad v. 10. Pſal. LXXV. Κέρας τοῦ δικαίου. Οὕτως ἐκάλεσε τὸ εὐσεβὲς φρόνημα. Τουτέστι, περίβλεπτος ἔσται. Cornu juſti. *Sic vocavit pium animum, piam mentem. Hoc eſt, illuſtris erit*. Cyrillus Alex. in Cap. V. Jeſajæ, pag. 78. Λαμβάνεται τὸ κέρας παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ εἰς ἰσχὺν καὶ εἰς δύναμιν, καὶ εἰς δόξαν τὴν βασιλικήν. Cornu *in divina Scriptura accipitur pro viribus, pro potentia, & pro gloria regia*.

II. Rurſus *cornu in ſpecie* ſumitur,

1. pro *potentia & robore Dei*. Ita accipitur Habac. III. 4. Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ ὑπάρχει αὐτῷ. *Cornua in manibus ejus ſunt illi*. Ad quæ Theodoretus, p. 857. Κέρατα τὴν δύναμιν προσηγόρευσεν, ἐπειδὰν ὅπλα ταῦτα τῶν κερατηφόρων ζώων. Τοῦτό ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ εἰρημένον. Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. Cornua *vocavit potentiam, quoniam hæc arma ſunt animalium, quæ hæc habent. Ejusmodi eſt, quod beatus David dixit*, Pſal. XLIV. 5. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu*. Κερατίζω juxta veteres Gloſſas, eſt *cornu peto*. Ad locum illum Pſalmi iterum Theodoretus, pag. 563. Τὰ κερασφόρα ζῶα ὅπλον τὸ κέρας παρὰ τῆς φύσεως ἔλαβεν· ἡμεῖς δὲ κέρας σωτηρίας, καὶ νικηφόρον ὅπλον, τὸ σὸν ἔχομεν ὄνομα, καὶ τούτῳ χρώμενοι τῶν πολεμίων περιεσόμεθα. *Animalia cornigera pro armis cornua à natura acceperunt: nos vero cornu ſalutis, victriciaque arma tuum nomen habemus, & hoc utentes hoſtes ſuperabimus*. Sumitur

tur *potentia & robore Meſſiæ, ſeu Chriſti* Pſ. CXXXII. 17. Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυίδ. *Illic producam cornu Davidi.* Ad hæc Theodoretus, pag. 930. Τὸ κέρας ἰσχυρόν τι δηλοῖ καὶ μόνιμον. Ἐπειδὰν δὲ τῷ Ζοροβάβελ οὐχ ἁρμόττει ἡ προφητεία, ὁ λόγος τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ γέννησιν προθεσπίζει. Cornu *fortitudinem & firmitatem indicat. Quoniam verò vaticinatio Zorobabeli minimè congruit, ſermo Chriſti ortum ſecundùm carnem prædicit.* Eadem ex Theodoreto Suidas affert. Nec de alio, quàm de Meſſia hoc intelligendum eſſe disertè teſtatur Zacharias Lucæ I. 69. Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν, ἐν τῷ οἴκῳ Δαυὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. *Et excitavit cornu ſalutis nobis in domo Davidis pueri ſui:* ubi Theophylactus, pag. 311. Ἤγειρε κέρας σωτηρίας, τουτέστι, δύναμιν καὶ βασιλείαν σωτήριον. Τὸ γὰρ κέρας ἢ δύναμιν σημαίνει, (τὰ γὰρ κερασφόρα ζῶα ἐν τοῖς κέρασι τὴν δύναμιν ἔχουσιν) ἢ βασιλείαν· τῷ γὰρ κέρατι ἐχρίοντο οἱ βασιλεῖς. *Excitavit cornu ſalutis, hoc eſt, potentiam & regnum ſalutare.* Cornu *enim vel potentiam ſignificat, (cornigera enim animalia in cornibus robur habent) vel regnum; ex cornu enim reges inungebantur.*

2. pro *potentia & robore piorum & Eccleſiæ*, quæ eſt corpus Chriſti. Pſal. LXXV. 10. Ὑψωθήσεται τὰ κέρατα τοῦ δικαίου. *Exaltabuntur cornua juſti.* De eo jam aliquid ex Suida, qui ſua ex Theodoreto habet, ſub num. I. Sic Pſ. LXXXIX. 17. Ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου (Theodoretus legit, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου) ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. Vide iterum num. I. Pſal. XCII. 10. Ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος τὸ κέρας μου. *Exaltabitur ſicut unicornis cornu meum.* Ad quem locum Theodoretus, p. 769. Ἡμεῖς δὲ οἱ τὴν σὴν ἐπίγνωσιν ἔχοντες, τὴν τῶν ἐχθρῶν σου κατάλυσιν θεασάμενοι, γαυριάσομεν ἐπὶ σοί, καὶ μεγαλοφρονήσομεν. *Nos verò, qui tui cognitionem habemus, tuorum hoſtium everſionem contemplati, in te gloriabimur, & exultabimus.* Pſal. CXII. 9. de homine pio: Τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ. *Cornu ejus exaltabitur in gloria.* Hic iterum Theodoretus, pag. 858. Κέρας τὴν ἰσχὺν καλεῖ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων τοὺς ἐπιόντας. Λέγει τοίνυν ὅτι καὶ δυνατὸς καὶ περίβλεπτος ἔσται ὁ τῆς ἀρετῆς κεκτημένος τὸν πλοῦτον. Cornu *robur vocat, translatione ſumta ab animalibus, quæ cornibus armata ſunt, & hiſce aggredientes ulciſcuntur. Dicit igitur, eum, qui virtutis divitias poſſidet, potentem, atq; illuſtrem fore.* Pſal. CXLVIII. 14. Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. *Et exaltabit cornu populi ſui.* Ad hunc locum Baſilius Cæſar. in Pſal. XXVIII. p. 176. Τὸ κέρας ὑπὸ τῆς γραφῆς ἀντὶ τῆς δόξης πολλαχοῦ παρειλημμένον ἐστὶν εὑρεῖν, ὡς τό, ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. Cornu *ſæpe à Scriptura ſacra pro gloria uſurpatum reperitur, ut in illo,* Exaltabit cornu populi ſui. Theodoretus verò de robore & potentia exponit. Sic enim in iſtum Pſalmum, pag. 979. Ἄμαχον φησι δείξει, καὶ περίβλεπτον τὸν οἰκεῖον λαόν. Κέρας γὰρ τὴν ἰσχὺν ἐκάλεσεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κερασφόρων ζώων, ἃ τὴν ἰσχὺν ἔχει ἐν ἐκείνοις σεμνύεται. *Inexpugnabilem, ait, & illuſtrem reddet populum ſuum.* Cornua *enim robur vocavit, metaphorâ deſumtâ ab animalibus cornutis, quæ robur in illis ſe habere gloriantur.*

3. pro *potentia impiorum* intra & extra Eccleſiam. Sic Pſal. LXXV. 10. Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συγκλάσω. *Et omnia cornua peccatorum confringam.* Hoc Theodoretus interpretatur περὶ τῶν ἐπιστρατευσάντων Ἰουδαίοις μετὰ τὴν ἐπάνοδον πολεμίων, *de hoſtibus, qui eos poſt reditum* ex captivitate *bello laceſſiti fuerunt:* de iis, *qui* ἐκ διαφόρων συλλεγέντες ἐθνῶν, τὸν κατ' αὐτῶν ἀνεδέξαντο πόλεμον, *ex variis gentibus collecti, bellum adverſus ipſos ſuſceperunt.* Ezech. XXXIV. 21. de impiis, τοῖς κέρασιν ὑμῶν ἐκερατίζετε, *cornibus veſtris ventilabatis.* Theodoretus, pag. 488. dicit intelligi, τῶν ἐν δυνάμει τὴν ἄδικον δυναστείαν, *eorum qui in imperio conſtituti ſunt, injuſtam potentiam.*

Κέρδος.

Hanc vocem ob ſolum illuſtrem locum Apoſtoli ad Philipp. I. 21. digniſſimam putamus, quæ hic exſtet. Dicit Apoſtolus: Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστός, καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος. Vulgatus: *Mihi vivere, Chriſtus eſt: & mori, lucrum.* Tigurini: *Nam mihi vita Chriſtus eſt: & mors lucrum.* Ita Eraſmus, & alii. Qui ſic interpretantur, volunt indicari, fidelium vitam eſſe Chriſtum; & mortem pro eo oppetitam eſſe lucrum. Quò referri poteſt illud Greg. Nazianzeni: Βίω τὸ κέρδος ἐκβιοῦν καθ' ἡμέραν. *Vita lucrum, quotidie mori.* Item illud Nyſſeni in Baſilii M. epitaphio: Χριστὸς ἦν ἀμφοτέροις τὸ ζῆν, καὶ ὁμοίως ἑκατέρῳ κέρδος ὁ θάνατος. *Chriſtus utrique vita erat, & ſimiliter utrique mors lucrum.* Eodem concedunt veteres. Theodoretus in hanc Epiſtolam, pag. 327. Ὀνησιφόρα μοι ἀμφότερα, καὶ ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος. Καὶ τὴν ζωὴν γὰρ τοῖς τοῦ Χριστοῦ νόμοις διακοσμῶ, καὶ τὸν θάνατον δι' αὐτὸν αἱροῦμαι μεθ' ἡδονῆς. *Utrumque mihi conducibile eſt, & vita, & mors. Nam & vitam legibus Chriſti exorno, & mortem propter ipſum libenter ſuſcipio.* Theophylactus, ex Chryſoſtomo, pag. 586. Καινὴν ζωὴν ζῶ, καὶ ὁ Χριστός μοί ἐστι τὰ πάντα, καὶ πνοή, καὶ ζωή, καὶ φῶς. *Novam quandam vitam vivo, & Chriſtus eſt mihi omnia, & ſpiritus, & vita, & lumen. De morte* verò idem paulò pòſt: Τὸ δὲ ἀποθανεῖν, κέρδος, ὅτι αὐτῷ, φησι, τότε σαφέστερον συνέσομαι. Ὥστε κέρδος μοι προξενήσουσιν οἱ τῆς ἐν τῷ κόσμῳ ζωῆς ἐκβαλεῖν σπεύδοντες, τῷ Χριστῷ, ὅς ἐστιν ἐμὴ ζωή, παραπέμποντές με. *Mori autem lucrum eſt, quia tunc apertiùs cum ipſo verſabor. Lucrum itaque mihi præbebunt, feſtinantes me ex hujus mundi vita ejicere, Chriſto, qui eſt vita mea, me allegantes.* Quamvis hæc interpretatio non usque adeò ſit ἀπόβλητος, Beza tamen mentem Apoſtoli feliciſſimè videtur aſſecutus, quando reddidit: *Mihi enim eſt, Chriſtus, & in vita & in morte lucrum.* Senſus eſt: Parùm penſi habeo, quid de me fiat, modò ſive vita, ſive morte mea Chriſto honos ullus accreſcat: mihi ſiquidem, cùm in vita, tum & in morte quæſtus eſt Chriſtus, hoc eſt, quæſtus omnis, ſive merces omnis, quam ego mihi vel vivendo, vel moriendo propono, expetoque, Chriſtus eſt; ſive ea eſt; ut Chriſto deſerviam.

Κεφαλάδες.

Κεφαλάδες Græcis dicuntur, qui vulgò *Capitanei.* Hiſtoria Concilii Florentini Sect. IX. Cap. IX. p. 266. hanc vocem habet. Et Sect. ejusd. Cap. XIII. p. 271. Λέγω οὖν πρὸς ὑμᾶς τοὺς κεφαλάδας, ἵνα προσέχητε. *Vobis igitur centurionibus vel capitaneis dico, ut attendatis, &c.* Vide Gl. Meurſii.

Κεφάλαιον.

I. Κεφάλαιον notat *ſummam pecuniæ.* Artemidorus lib. I. Cap. XVIII. Τὰ χρήματα, κεφάλαια καλεῖται. *Gloſſæ:* Κεφάλαιον, ἐπὶ δανείου, *ſors, ſumma.* Aliæ: *Summam,* ποσότητα, κεφάλαιον. Vetus Onomaſticon: *Summa,* κεφάλαιον. Suidas: Κεφάλαια, τὰ χρήματα. *Pecuniæ.* Κεφάλαιον igitur eſt pecunia fœnori data, vel debita, quæ hodie *ſumma principalis* dicitur, & quæ à Græcis ἀρχαῖον quoque vocatur. Heſychius: Ἀρχαῖα, τῶν δανείων τὰ κεφάλαια. Vide etiam Suidam in Ἀρχαῖα & Ἀρχαῖον. Chryſoſtomus ſub finem Homiliæ in Meretricem & Phariſæum, t. VI. Pariſ. p. 401. Ἀπὸ γὰρ τῶν πολλῶν ἀνομιῶν μου καὶ τὸ κεφάλαιον σὺν τόκῳ ἀνήλωσα· μὴ ἀπαιτήσῃς με, ἃ παρέσχες μοι, τῆς ψυχῆς τὸ κεφάλαιον, καὶ τῆς σαρκὸς τὸν τόκον. *Meis ſiquidem multis*

ſcele-

ſceleribus ſortem cum fœnore abſumſi: ne, quæſo, à me repetas, quæ mihi dediſti animæ ſortem, & corporis fœnus. Idem Homil. XXI. quæ eſt in locum Jeſajæ VI. I. t. V. Angl. pag. 128. Ὁ ἔμπορος διὰ τοῦτο καὶ πελάγη τέμνει, καὶ κινδύνων κατατολμᾷ καὶ τόπους ἐκ τόπων μεταμείβει, καὶ ἀΰπνους πάσας διατελεῖ νύκτας, ἵνα τὰ τῆς ἐμπορίας αὐτῷ πλεονάζῃ· ὡς εἴγε τοῦτο μὴ προσῇ, ἀλλὰ σὺν τῷ κέρδει καὶ ἡ τοῦ κεφαλαίου αὐτῷ ἐπιγένηται ζημία, οὐδὲ αἱρεῖσθαι ἕξεσιν αὐτῷ, οὐδὲ τοὺς πολυπλόκους ἐκείνους ὑπομένειν κινδύνους. *Mercator propterea maria ſulcat, & pericula aggredi audet, & loca ex locis mutat, & inſomnes totas tranſigit noctes, ut mercaturam ſuam augeat: quòdſi hoc ei non obtingat, ſed cum lucro ipſius etiam ſortis jacturam faciat, ne ſolvere quidem ei licet, neq; varia illa ſubire pericula:* Idem alio in loco: πολλάκις ἐν τῷ κεφαλαίῳ τὴν ζημίαν ὑπέμειναν οἱ δανείσαντες. *Sæpè ipſius etiam ſortis jacturam fecerunt fœneratores.* Greg. Nyſſenus orat. contra Uſurarios, t. II. pag. 228. Ὁρᾷς τὴν φιλοτιμίαν; βλέπεις τὴν ἀγαθότητα, ὁ σφόδρα ἀναισχυντος δανειστὴς κάμνει, ἵνα διπλασιάσῃ τὸ κεφάλαιον· ὁ Θεὸς δὲ αὐθαιρέτως τῷ μὴ θλίβοντι τὸν ἀδελφὸν, τὸ ἑκατονταπλάσιον δίδωσι. Πείθου οὖν τῷ Θεῷ συμβουλεύοντι, καὶ λήψῃ τόκους ἀναμαρτήτους. Ἵνα τί μετὰ ἁμαρτίας μερίμναις σαυτὸν ἐκτήκεις τὰς ἡμέρας ἀριθμῶν, τοὺς μῆνας ψηφίζων. τὸ κεφάλαιον ἐννοῶν, τὰς προσθήκας ὀνειροπολῶν. φοβούμενος τὴν προθεσμίαν, μὴ ἄκαρπος παραγένηται, ὡς θέρος χαλαζωθέν. *Vides liberalitatem? cernis bonitatem? Impudentiſſimus quidem fœnerator laborat, ut alterâ tantâ ſortem augeat: at Deus ſponte ſua & ultrò ei, qui fratrem ſuum non opprimit, centuplum reddit. Obtempera igitur Deo conſilium danti, & uſuras, quæ à culpa aberunt, accipies. Cur te cum ſcelere curis ipſe conficis, dies numerans, menſes ad calculos revocans, ſortem cogitans, quæſtum ſomnians, & metuens ne debitor moram nectat, neve dies ſolutioni deſtinatus ſterilis fiat, eadem prorſus ratione, quâ æſtas, quâ fruges grandine obtritæ fuerunt.* Sic Apoſtolum Actor. XXII. 28. ſeſe civem Romanum profitentem, alloquitur Centurio: Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. *Ego multâ ſummâ civitatem iſtam acquiviſi.* Verſio in linguam vulgarem pro κεφάλαιον, ponit ἔξοδον, quod apud recentiores Græcos *ſumtum* notat. Vide in Ἔξοδος, num. II. Quod Græci κεφάλαιον, id Latini *ſortem* dixerunt. Plaut. Moſtell. Act. III. ſc. I.

Qui mihi neq; fœnus: neq; ſortem argenti donant.

Terentius Adelph. Act. II. ſc. II.

Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer!

Utramque vocem *ſortis* & *capitis* conjunxit Ambroſius: *Una pecunia, inquit, à fœneratoribus datur, & quàm multa à debitoribus exiguntur? quanta ſibi fecerunt vocabula? Nummus datur, & fœnus appellatur. Sors dicitur. Caput vocatur.*

II. Κεφάλαιον ſumitur pro *ſummo rei*, vel *orationis capite*: ſive, notat *ſummam ac præcipuam rem, de qua quæritur.* Heſychius: Κεφαλὴ, κεφάλαιον, ζήτημα ἄκρον. Latini *ſumma rerum capita*, & *capita rerum* vocant. Virgilius *faſtigia*. Inde *ſummarium* appellatur, quo res per hujuſmodi ſumma capita compendiosè ſignarentur potiùs, quàm explicarentur. Quod Græcis ἐν κεφαλαίῳ, ἐν ἐπιτομῇ, κεφαλαιωδῶς, Latinis *ſummatim*. Chryſoſtomus Homil. I. in Matth. hoc ſenſu uſus, quando dicit: Ἐν τοῖς κεφαλαίοις καὶ συνέχουσιν ἡμῶν τὴν ζωὴν, καὶ τὸ κήρυγμα συγκροτοῦσιν, οὐδαμοῦ τις αὐτῶν οὐδὲ μικρὸν διαφωνήσας εὑρίσκεται. *In præcipuis capitibus, in quibus & vita noſtra & prædicationis ſumma conſiſtit, nuſquam aliquis eorum* (Evangeliſtarum) *vel in minimo diſſentire deprehenditur.* Id. lib. I. de Providentia, Cap. V. Πᾶσαν μὲν οὖν ἡ τοῦ Κυρίου τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγαθότητα οὔτε μαθεῖν, οὔτε διηγήσασθαι δυνατόν· ὧν δὲ ἴσμεν, τὸ κεφάλαιον ἐρῶ. *Omnem itaque Dei in nos benignitatem neque cogitatione comprehendere, neq; narrare poſſibile eſt: eorum tamen, quæ novimus, ſummam, ſive, quod præcipuum eſt, dicturus ſum.* Et lib. ejuſdem Cap. IX. τὸ κεφάλαιον ἠμέληται τῶν ἀγαθῶν, ἡ ταπεινοφροσύνη. *Summum omnium bonorum, humilitas, negligitur.* Huc etiam referri queat locus ad Hebræos VIII. 1. Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. *Cæterum eorum quæ dicimus, hæc ſumma, hoc præcipuum & maximum eſt.* Ita ex Oecumenio in hanc epiſt. pag. 834. exponit Suidas: Κεφάλαιον. Ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Κεφάλαιον ἀεὶ τὸ μέγιστον λέγεται. *Maximum quoq; dicitur caput.* Et Theophylactus, pag. 947. adhuc clariùs. Κεφάλαιον ἀεὶ τὸ μέγιστον λέγεται· ὅταν τις ἐν ὀλίγῳ τὰ κυριώτερα παραλαβεῖν μέλλῃ, ἐν κεφαλαίῳ φησὶ ποιεῖσθαι τὸν λόγον· ὥσπερ καὶ ἡ κεφαλὴ μικρὰ οὖσα, τὸ κυριώτερόν ἐστι τοῦ σώματος· φησὶν οὖν καὶ νῦν ὁ ἀπόστολος, κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τουτέστιν, ἵνα εἴπω τὸ μέγιστον καὶ συνεκτικώτερον, Θεὸν ἔχομεν ἀρχιερέα. *Caput ſemper quod maximum eſt, dicitur: ſi quando quiſpiam, quod præcipuum eſt, ſe paucis comprehenſurum dicit, in ſumma ſe verba facturum dicit: quemadmodum etiam caput, licèt parvum ſit, præcipua tamen corporis pars eſt. Ait igitur etiam nunc Apoſtolus*, cæterùm eorum quæ dicimus, hæc ſumma eſt: *hoc eſt, ut dicam, quod maximum & præcipuum eſt, Deum habemus pontificem.*

III. Κεφάλαια ſunt τμήματα, λόγοι, ſive *partes majores*, in quas vel Autores ipſi, vel alii Libros diviſerunt. Liber Ariſtotelis de Interpretatione diviſus eſt in quinque τμήματα, ſive λόγους. Hæ partes, inquam, τμήματα inſcribuntur, & dicuntur, non ſolum in operibus Ariſtotelis, ſed etiam in Commentariis interpretum Græcorum & Latinorum. Hæc etiam τμήματα Ammonius ſemper in Commentariis vocat κεφάλαια. Vide doctiſſimi Croii obſervat. in N. Teſtamentum.

IV. Κεφάλαιον ſumitur pro *ipſa Pericope* ſive *Sectione*. Athanaſius ultimam partem Sermonis, quem die Pentecoſtes Petrus habuit, κεφάλαιον vocat. In Diſputat. contra Arium, dicit, Ἀνάγνωθι τὸ κεφάλαιον ὅλον. *Lege totum caput.* Aliquando apud Patres Latinos *capitulum* eadem ſignificatione uſurpatur. Apud autorem Homiliæ II. de adventu Chriſti, quæ exſtat inter opera Ambroſii, & Maximi Taurinenſis Epiſcopi. *Superiori Dominica capitulum Evangelicum diſſerentes, partem quandam ex illo perſtrinximus.*

V. Aliquando, ut iterum obſervat Croius, κεφάλαιον, & *capitulum* ſumitur pro *partibus ſectionum*, & pro *ſententiis ſcripturæ ſacræ*, quas Patres laudant ad eorum, de quibus agunt, confirmationem. Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 341. ad Danielis XII. 12. Μακάριος ὁ φθάσας εἰς ἡμέρας χιλίας τριακοσίας τριάκοντα πέντε. *Beatus, qui pervenerit ad dies mille trecentos triginta quinque;* ſequentia habet: Μέχρι γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ὁ πόλεμος ἦν· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπαύσατο. Δείκνυται δὲ καὶ οὗτος ὁ ἀριθμὸς ἐκ τοῦ ὑποτεταγμένου κεφαλαίου ἔχοντος ὧδε. Καὶ ἀπὸ καιροῦ παραλλάξεως τοῦ ἐνδελεχισμοῦ· καὶ δοθήσεται βδέλυγμα ἐρημώσεως ἡμέρας χιλίους διακοσίους ἐνενήκοντα. Μακάριος ὁ ὑπομένων, καὶ φθάσας εἰς ἡμέρας ͵α τ΄ λ΄ ε΄. *Demonſtratur autem hic numerus à ſubjecto* capitulo, *quod ſic habet: Et à tempore immutationis perennitatis, ex quo data fuerit abominatio deſolationis dies mille ducenti nonaginta. Beatus, qui ſuſtinuerit, & pervenerit ad dies mille trecentos triginta quinq;.* Tertullianus lib. II. ad uxorem, Cap. II. p. 280. *Numquid, inquam, de illo* Capitulo *ſibi blandiuntur, prima ad Corinth. ubi ſcriptum eſt: ſi quis frater infidelem habet uxorem, &c.* Idem in lib. de Pudicitia, ſub finem C. XVI. p. 1010.

Sed eſt hoc ſolenne perverſis, & idiotis, & Hæreticis, jam & Pſychicis univerſis, alicujus Capituli *ancipitis occaſione, adverſus exercitum ſententiarum Inſtrumenti totius armari.* Ita etiam Hieronymus & Auguſtinus, ex quibus loca quoque producit Cl. Croius. Hæc ſunt κεφάλαια, quæ Suidas diſtinguit à *Titulis*, ſive *ſectionibus majoribus*, quando ſcribit: Τίτλος διαφέρει κεφαλαίου. Καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος ἔχει τίτλους ξή. Κεφάλαια τνέ. Ὁ δὲ Μάρκος τίτλους μή. Κεφάλαια λϛ΄. Ὁ δὲ Λουκᾶς τίτλους πγ΄. Κεφάλαια τμή. Ὁ δὲ Ἰωάννης τίτλους ιή. Κεφάλαια σλϛ΄. *Titulus differt à Capite. Nam Matthæus quidem habet Titulos LXVIII. Capita verò CCCLV. Marcus verò Titulos XLVIII. Capita, XXXVI. Lucas verò, Titulos LXXXIII. Capita, CCCXLVIII. Et Johannes, Titulos XVIII. Capita, CCXXXII.* Corrigenda hæc Suidæ verba aliquot locis. Marcus plura *capita* habet, quàm XXXVI. alioqui enim plures haberet *Titulos*, quàm *capita*: ac proinde pro λϛ΄. ponendum σλϛ΄. aut σλέ. ut ſint *Capitula* CCXXXVI. vel CCXXXV. Patet ex Hieronymo, vel potiùs ex Commentariis, qui ejus nomine inſcribuntur: in quorum fine hæc leguntur verba: *Ducenteſimo triceſimo quinto Capitulo Marcus ſigna credentium, cum Matthæo & Luca concordans, enarrat.* Lucas habet Capitula CCCXLIII. Ita namque Ammonius, qui Evangelia in Pericopas & Capita diviſit: Matthæum nimirum in Capitula CCCLV. Marcum in Capitula CCXXXV. Lucam in Capitula CCCXLIII. & Johannem in Capitula CCXXXII. Quatuor igitur Evangeliſtarum libri habent Capitula MCLXV. vel etiam MCLXII. Juxta calculum Cæſarii, Dial. I. Interrogat. XXXIX. habent Capitula MCLXII. Τέσσαρα ἡμῖν ὑπάρχει εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο. Epiphanius totidem recenſet in Ancorato: Τέσσαρά εἰσιν εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο. Hinc conſtat ſingulas ſectiones in aliquot diviſas fuiſſe Capitula: cùm enim CCXVII. tantùm ſint περικοπαὶ, ſive ſectiones: Capitula verò MCLXII. aut paulò plura, quis non videat, neceſſe eſſe, ut ſectiones ſingulæ in aliquot Capitula diſtinctæ fuerint?

VI. Tandem κεφάλαια ſunt majores & prolixiores illæ partes, in quas denique diſtincti fuerunt Libri novi Fœderis, & quibus hodie utimur in laudandis Scripturæ ſacræ locis atque ſententiis: De quibus fusè idem Cl. Croius ibidem, Cap. VII.

Κεφαλή.

Aliquot *Capitis proprietates* conſideramus.

I. *Proprietas* capitis eſt, quòd ſit membrum in ſupremo ac altiſſimo corporis loco ſitum. Theodoretus Orat. III. de providentia, pag. 349. jubet illud aſpicere ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τῆς τοῦ σώματος πόλεως ἐν ὕψει καθημένην, καὶ οἷόν τινα πλοῦτον καὶ θησαυρὸν ἐν ἰσχυροτάτῳ φρουρίῳ φυλάττουσαν τὸν ἐγκέφαλον, *arcis inſtar in ſummo civitatis hujus, humani nimirum corporis, faſtigio ſitum, in quo opulentiſſimus quoque hominis theſaurus, nempe cerebrum, quaſi in munitiſſimo caſtro cuſtoditur.* Et Greg. Nyſſenus de opificio Hominis, Cap. XII. tom. I. pag. 67. κεφαλὴν, *caput* vocat ἀκρόπολιν τοῦ παντὸς σώματος, *arcem totius corporis.* Hinc *caput* ponitur,

1. *pro eo, qui primas tenet.* Sic Chriſtus dicitur Coloſſ. II. 10. κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, *caput omnis imperii & poteſtatis:* ubi Apoſtolus, monente Theodoreto, τὸ κεφαλὴ ἀντὶ τοῦ ἀρχὴ τέθεικε, *caput poſuit pro principatu.* I. Cor. XI. 3. παντὸς ἀνδρὸς κεφαλὴ, *omnis viri caput.* Ad quem locum Theophylactus. pag. 251. Ἡμῶν κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, καὶ ὡς δημιουργὸς καὶ ὡς σώματος αὐτοῦ ὄντων ἡμῶν. *Caput noſtrum eſt Chriſtus, & quatenus eſt creator noſter, & quatenus nos ſumus corpus ejus.* Quid Theodoretus ſentiat, propoſuimus in voce Ἐκκλησία, num. II. ad lit. *a*. Photius apud Oecumenium ad præſentem locum, pag. 448. Κεφαλὴ ἡμῶν τῶν πιστῶν ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὡς συσσώμων καὶ συμμετόχων αὐτῷ γεγενημένων, διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ σώματος καὶ αἵματος αὐτοῦ· δι' αὐτῶν γὰρ ἅπαντες ἓν σῶμα χρηματίσαντες, κεφαλὴν ἔχομεν αὐτόν. *Caput noſtrum, qui fideles ſumus, Chriſtus eſt, utpote qui ejuſdem corporis conſortes & ejus participes facti ſumus, per communionem corporis & ſanguinis illius: per ea namque omnes unum corpus appellati, ipſum caput habemus.* Ibid. paulò pòſt: Τῶν ἀνθρώπων κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ δημιουργικόν. *Hominum caput Chriſtus eſt propter creationem.* Vide plura in Ἐκκλησία, num. II. ad lit. *a*. Ita *vir* dicitur κεφαλὴ γυναικὸς, iterum I. Corinth. XI. 3. Ad quem locum Photius apud Oecumenium; Κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ὅτι αὐτὸς γεννήτωρ αὐτῆς καὶ προβολεὺς, καὶ ὁμοούσιος ὑπάρχει αὐτῇ. *Caput mulieris vir eſt, quia ipſe genitor & productor ejus, & ejuſdem cum ipſa eſſentiæ eſt.* Verior ibidem ſubjicitur ratio: Κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ κατάρχειν καὶ ἐξουσιάζειν αὐτῆς. *Caput mulieris vir eſt, quia dominium & poteſtatem in eam habet.* Theophylactus itidem: Διὰ τὸ κατάρχειν αὐτῆς. *Deus* etiam, eodem in loco, dicitur eſſe *caput Chriſti*, ὡς γεννήτωρ καὶ προβολεὺς καὶ ὁμοούσιος αὐτοῦ, *ut qui eum genuit, & ejuſdem cum eo eſſentiæ eſt*; ut habet Photius apud Oecumenium ad præſentem locum. Ibidem: Χριστοῦ κεφαλὴ ὁ πατὴρ διὰ τὸ αἴτιον. *Chriſti caput Pater, quia cauſſa.* Cyrillus Alexandr. in Actis Epheſini Concilii, pag. 148. Ἔχει κεφαλὴν αὐτὸς, ὡς φύσει Θεὸς, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα· γεγέννηται γὰρ ἐξ αὐτοῦ, κατὰ φύσιν Θεὸς ὢν λόγος. *Habet ipſe* (Chriſtus) *caput, ut naturâ Deus, Patrem in cœlis: ex eo enim genitus eſt, ſecundum naturam Deus exiſtens Sermo.* Theodoretus verò ad hunc locum, pag. 172. rectiùs aſſerit, *Deum eſſe caput Chriſti* κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, *ſecundum naturam humanam.* Quam ſententiam οὐδὲν ἀσεβὲς ἔχουσαν etiam Theophylactus agnoſcit: Ἐπεὶ, inquit, καὶ Θεὸς ὁ πατὴρ λέγεται τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπεὶ γὰρ ἡμῖν ὁμοιωθῆναι κατεδέξατο, καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν ἐχρημάτισε καὶ κεφαλὴ, οὐδὲν καινὸν εἰ καὶ τὰ τῆς ταπεινώσεως ὀνόματα καταδέχεται, καὶ τὸν κατὰ τὴν θεότητα πατέρα ἔχει κεφαλὴν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς ἄρχοντα αὐτοῦ, καὶ ὡς Θεὸν αὐτοῦ. *Quandoquidem & Deus Pater Chriſti dicitur ſecundùm humanitatem, quia enim nobis aſſimilari dignatus eſt, & frater noſter, & caput noſtrum audiit, nihil novum eſt, ſi & humiliationis nomina recipiat, ac eum, qui juxta divinitatem Pater eſt, caput habeat ſecundùm humanitatem ſuam, tanquam principem & Deum ſuum.* Mavult tamen, *Patrem eſſe caput Chriſti*, ὡς αἴτιον αὐτοῦ, *ceu cauſſam ipſius.* Nec alteram tamen expoſitionem rejicit Theodoretus, quæ Patrem vult eſſe caput Chriſti reſpectu naturæ divinæ, dummodo ſano accipiatur ſenſu, non juxta Arrianos & Eunomianos, qui inde inferre ſtudebant, Filium eſſe κτίσμα καὶ ποίημα, *creaturam & opificium.* Vide ipſum Theodoretum.

2. *pro eo, quod eſt in qualibet re præcipuum.* Sic κεφαλὴ γωνίας, *caput anguli*, eſt lapis præcipuus, qui totius ædificii juncturam ſuſtinet in angulo, Pſal. CXVIII. 22. Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. *Quem lapidem reprobârunt ædificantes, is factus eſt caput anguli.* Hoc de Chriſto intelligendum. Rationem appellationis docet Theodoretus in hunc Pſal. pag. 876. Ὁ δεσπότης Χριστὸς τοὺς δύο τοίχους τοὺς ἀπ' ἀλλήλων ἑστῶτας ἐκ διαμέτρου, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων φημὶ, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας, τοὺς μὲν δυσσεβείᾳ δουλεύοντας, τοὺς

δὲ τοῦ

Digitized by Google

διὰ τοῦ νόμου τὸ ζυγὸν ἕλκοντας καὶ εἰς ἓν συναγαγὼν τὰ διεστῶτα συνέζευξε, καὶ μίαν ἐξ ἀμφοτέρων συνήρμοσεν ἐκκλησίαν, γωνίαν τινὰ μιμησάμενος δύο τοίχους συνδέουσαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους συνάπτουσαν. *Dominus Chriſtus duos parietes, à ſe invicem ex diametro diſtantes, eos, inquam, qui ex Judæis, & eos, qui ex Gentibus crediderunt: hos quidem impietati ſervientes, illos verò Legis jugum ferentes, & in unum cogens, quæ disjuncta erant conjunxit; & unam ex utriſq; conflavit Eccleſiam, angulum quendam imitatus, duos muros colligantem, & inter ſe copulantem.* Hic idem lapis intelligitur Jeſ. XXVIII. 19. per λίθον πολυτελῆ; lapidem pretioſum: ubi Theodoretus, p. 83. Ἀκρογωνιαῖος λίθος ὁ δεσπότης Χριστὸς, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, ὁ ἐν ἑαυτῷ τοὺς ἐξ ἐθνῶν καὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ συνάψας, καὶ ἕνα λαὸν ἀποφήνας. *Lapis angularis eſt Dominus Chriſtus, qui fecit utraq; unum, qui eos, qui ſunt ex Gentibus, & qui ex Iſraël, in ſe ipſo copulavit, & unum populum fecit.* Per *lapidem ab ædificantibus rejectum,* Chriſtum eſſe intelligendum, ipſe Salvator noſter docet Matth. XXI. 42. Marci XII. 10. Lucæ XX. 17. Theophylactus in Cap. XXI. Matth. pag. 127. Αὐτὸς ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἐτέθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, τουτέστι, κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο, συνάπτων τοὺς Ἰουδαίους καὶ τοὺς ἐθνικοὺς εἰς μίαν πίστιν· ὥσπερ γὰρ ὁ λίθος ὁ τὴν γωνίαν ἐν τῇ οἰκοδομῇ ποιῶν, συνέχει τὸν ἔνθεν καὶ τὸν ἐκεῖθεν τοῖχον, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς εἰς μίαν πίστιν πάντας συνέδησεν. *Ipſe* (Chriſtus) *cùm ſurrexiſſet ex mortuis, poſitus eſt in caput anguli, hoc eſt, caput Eccleſiæ factus, conjungens Judæos & Gentiles in unam fidem. Sicut enim lapis angulum in ædificio faciens, continet hac & illac murum: ſic etiam Chriſtus omnes in unam fidem colligavit.* Eadem repetit in Cap. XII. Marci, pag. 256. Hoc ipſum vaticinium de Chriſto explicat Petrus Actor. IV. 11. ubi Oecumenius, pag. 23. Εἰς κεφαλὴν γωνίας τοῦ τῆς πίστεως γέγονεν οἴκου, ἀμφοτέρους συνάπτων τοὺς τοίχους, τὸν ἐξ Ἰουδαίων λαὸν, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν εἰς μιᾶς πίστεως συμφωνίαν. *In caput anguli, id eſt, fidei factus eſt ædificii, utrumq; murum conjungens, nempe populum ex Judæis & ex Gentibus in ejusdem fidei conſenſum.* Plura vide in Ἀκρογωνιαῖος, num. II. & in λίθος, num. II. 2.

II. *Caput eſt membrum; ex quo motus, ſenſus, vigor, & vita deſluit in membra corporis:* unde totum corpus regitur. Hinc à Greg. Nazianzeno, orat. XL. pag. 666. vocatur τῶν αἰσθήσεων ἐργαστήριον, *ſenſuum domicilium & officina.* Eleganter etiam Chryſoſtomus Homil. V. in II. ad Theſſalonicenſes, pag. 246. Καθάπερ κυβερνήτης ἅπαν τὸ σῶμα ἰθύνει· ἐν γὰρ τῇ κεφαλῇ καὶ οἱ τοῦ σώματος καὶ οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί. Ἐκεῖθεν ἐπιῤῥεῖ τούτοις τὸ διορατικὸν, ἐκεῖθεν τὸ ἡγεμονικόν· καὶ τὸ μὲν λοιπὸν τάττεται εἰς διακονίαν, αὐτὴ δὲ εἰς τὸ ἐπιτάττειν κεῖται· πᾶσαι αἱ αἰσθήσεις ἐκεῖθεν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πηγήν· τὰ φωνητικὰ ὄργανα ἐκεῖθεν ἀναπέμπεται, τὸ διορατικὸν, τὸ ὀσφρητικὸν, ἡ ἁφὴ πᾶσα· ἡ γὰρ τῶν νεύρων ῥίζα καὶ τῶν ὀστῶν ἐκεῖθεν συνίσταται. Caput, *tanquam gubernator aliquis, totum corpus regit ac dirigit. In capite enim & corporis & animæ ſunt oculi. Illinc ad eos affluit vis perſpiciendi, illinc vis regendi, quæ tenet principatum. Et reliquum quidem corpus conſtituitur ad miniſtrandum, hoc verò ad imperandum collocatum eſt. Omnes ſenſus illinc habent principium & fontem: illinc inſtrumenta emittuntur vocalia, facultas videndi, facultas odorandi, tactus univerſus: illinc enim eſt radix nervorum & oſſium.* Hic interpres τὸ ἡγεμονικὸν interpretatur, *vis regendi, quæ tenet principatum.* Minùs conſideratè. Τὸ ἡγεμονικὸν enim eſt *cor*, pars animæ præcipua, unde ratio proficiſcitur. Heſych. Ἡγεμονικὸν, ὁ νοῦς. *Mens.* Suid. Ἡγεμονικὸν, ὁ νοῦς· ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς· ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται· καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται, ὅπερ ἐ-ται (ἐστὶν) ἐν τῇ καρδίᾳ. Ἡγεμονικόν. *Mens, vel præcipua animæ pars, in qua ſunt imaginationes, & affectiones, & unde ratio, vel oratio emanat, ac emittitur, quod in corde eſt.*

III. Alia etiam *proprietas* eſt, quòd caput ſit membrum totius corporis nobiliſſimum & digniſſimum. Hinc κεφαλὴ pro *toto corpore* ponitur in dicto illo Chriſti proteſtantis, dum in his terris verſaretur, ſe *non habere ubi reclinaret caput*, Matth. VIII. 20. Lucæ IX. 58. Eſt locutio proverbialis, ultimam egeſtatem indicans. Simile illud Ariſtophanis, Ἐκκλησ.

Γεωργεῖν τῷ μὲν πολλὴν (γῆν,) τῷ δ᾽ εἶναι μηδὲ ταφῆναι. *Alius quidem multam habet terram, quam colat; alius verò ne quidem habet ubi ſepeliatur;* μηδὲ ποῦ ταφῆναι. Et illud Ciceronis Philipp. XIII. *Veſtigium ubi imprimam non habeo.* Idem ad Atticum: *Is ubi conſiſtat uſpiam, non habet.* Agapetus Diaconus Cap. XVI. Καὶ οἱ μὲν (πλούσιοι) κατέχουσι τοῦ κόσμου τὰ πέρατα· οἱ δὲ (πένητες) οὐκ ἔχουσι ποῦ στῆσαι τὰ πέλματα. *Et divites quidem occupant ultimos mundi terminos: pauperes verò non habent, ubi plantas pedum figant.* Salvianus lib. IV. contra Avaritiam: *Sunt quidam, quibus etſi veſtimenta deſunt, alimenta non deſunt: multi ſanè hoſpitio egent, veſtibus non egentes: multi domo carent, ſed non ſubſtantia: ſunt deniq; quibus etſi deſunt multa, non deſunt omnia; Chriſtus tantummodo ſolus eſt, cui nihil eſt, quod in omni humano genere non deſit.*

Κεφαλίς.

Suidas: Κεφαλὶς βιβλίου· ὅπερ τινὲς εἴλημά φασιν. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. *Capitulum libri, caput, quod quidam vocant volumen. In capite libri ſcriptum eſt, de me.* Reſpicit ad Pſal. XL. 8. ubi Theodoretus, pag. 550. dicit: Aquilam & Symmachum τὴν κεφαλίδα τὰς θείας γραφὰς μέχρι καὶ τήμερον Ἰουδαῖοι κατασκευάζειν εἰώθασι. *Sic autem ſcripturas divinas in hodiernum uſq; diem Judæi concinnare ſolent.* Idem, in Cap. III. Ezechielis, pag. 319. Κεφαλίδα καλεῖ τὰ εἰλητὰ βιβλία· οὕτω γὰρ οἱ πάλαι τὴν τῶν συγγραμμάτων ἐφύλαττον μνήμην. Ἰουδαῖοι δὲ μέχρι τοῦ παρόντος ἐν τοιούτοις εἰλήμασι τὰς θείας ἔχουσι γραφάς. Κεφαλίδα *autem vocat libros convolutos. Sic enim priſci ſcripta monumenta ſervabant. Judæi verò ad hoc uſq; tempus in hujuſcemodi voluminibus divinas habent ſcripturas.* Locus ex Pſalmo XL. adducitur etiam in N. Teſt. ad Hebræos X. 7. Hieronymus putat, *in capite libri*, idem eſſe, ac, *in principio Geneſeos*, videturque reſpicere ad id, quod exſtat initio Geneſ. Ἐν ἀρχῇ *fecit Deus cælum & terram:* nam plerique veterum per ἀρχὴν intellexerunt *Filium Dei*, ut monuimus ſuprà, in voce Ἀρχὴ, num. I. 3. ad lit. α. Theophylactus verò in epiſt. ad Hebræos, pag. 974. hoc refert ad id, quod exſtat Geneſ. I. 26. his verbis: Κεφαλίδα βιβλίου, τὴν ἀρχὴν τῶν τῆς παλαιᾶς βιβλίων λέγει· καὶ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Μωϋσέως βιβλίῳ τῷ τῆς Γενέσεως, ὅταν λέγῃ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, τὴν γνῶσιν τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ προανοίγει. *Caput libri, principium veteris Teſtamenti librorum dicit. Etenim in primo Moſis volumine, in Geneſi, cùm dicit*, Faciamus hominem ad imaginem noſtram, *cognitionem divinitatis Chriſti ſtatim prædicit ac revelat.* Verùm longè convenientiùs ille ibidem, per κεφαλίδα βιβλίου generaliter intelligit τὸ εἰλητάριον τοῦ νόμου, ἤτοι τὸ τῆς παλαιᾶς βιβλίον, *Legis volumen, ſeu veteris Teſtamenti librum.* Vide Miſcell. Fulleri lib. II. Cap. X.

Κηρόβυλλον.

Κηρόβυλλον. Cerea bulla. Balſamon in Photii Nomocan. Tit. IX. Cap. I. pag. 103. ex Conſtitut. Alexii Comneni, Κἂν διὰ κινναβάρεως ὑποσεσημασμένον τυγχάνῃ, κἂν τὴν κηρόβυλλον σφραγῖδα φέρῃ. *Tametſi cinnabari ſubſignatum ſit, tametſi cerea bulla ſigillum habeat.* Erant autem bullæ quadruplices, aurea, argentea, cerea, & plumbea: quæ omnia ex Cl. Meurſii Gloſſario peti poſſunt.

Κηρόχυλος.

Non habent Lexica. *Ex cera fuſilis.* Chryſoſtomus Serm. de uno Legislatore, tom. VI. Pariſ. p. 14. Ἐγὼ καὶ τὴν κηρόχυτον γραφὴν ἠγάπησα εὐσεβείας πεπληρωμένην. *Ego etiam picturam ex cera fuſilem adamavi, pietate refertam.* Κηροχυτέω, quod Lexica ex Ariſtophane afferunt, eſt *ceram fundo & liquo*, κηρὸν διαλύω.

Κήρυγμα.

I. Κηρύγματα aliquando notant *doctrinam fidei, ſive capita illa Religionis Chriſtianæ, quæ ſunt catholica & perpetua*, & differunt à *dogmatibus*. De eo autem jam actum in voce Δόγμα, num. II. 2.

II. Κήρυγμα notat ipſam *Evangelii prædicationem, doctrinam Evangelicam.* Ponitur que

a. *vel ſimpliciter* ſine epithetis. Ita accipitur I. Corinth. I. 21. Cap. II. 4. Cap. XV. 14. II. Timoth. IV. 17. Ad Titum I. 3. Eodem modo ſatis frequenter apud Patres. Theodoretus ad v. 7. Cap. I. ad Philippenſes, pag. 324. Μυρίους ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος κινδύνους ὑπομένειν. *Pro prædicatione innumerabilia ſufferre pericula.* Baſilius Cæſar. in Pſal. XLV. Ἐν ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην διῆλθε τὸ κήρυγμα. *Brevi tempore prædicatio totum pene terrarum orbem pervaſit.* Chryſoſtomus Homil. XXXV. in Acta, de Timotheo: Τινὲς δοκοῦσι μετὰ τὸ κήρυγμα αὐτὸν τεχθῆναι. Ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τάχα τοῦτο· ἀπὸ βρέφους γάρ, φησι, τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας. *Quidam exiſtimant: eum poſt prædicationem natum eſſe: verùm res fortaſſe ita ſe non habet. Dicit enim, A puero ſacras literas noviſti.* Zonaras ad hunc Can. XII. Ancyranum, pag. 294. Τὸ παλαιόν, τὸ μὲν κήρυγμα ἐδέχοντο οἱ πλείους, καὶ ἐπίστευον τῷ Χριστῷ, βαπτίζεσθαι δὲ ὑπερετίθεντο. *Olim plures quidem prædicationem ſuſcipiebant, & in Chriſtum credebant, Baptiſmum verò differebant.*

b. *vel cum epithetis.* Κηρύγματα εὐαγγελικά. Cyrillus Alexandr. in Cap. XXVI. Jeſajæ, pag. 361. Ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι γυμνὸν καὶ διαφανὲς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκφαίνεται κάλλος. *In Evangelica prædicatione nuda & perſpicua apparet veritatis pulchritudo.* Et in Cap. LV. pag. 774. Ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι γνῶσις ἀληθὴς τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ. *In prædicatione Evangelica vera eſt cognitio ejus, qui eſt naturâ Deus.* Concilium Conſtantinopolit. in Trullo vocat ζωηφόρον τῆς ἀληθείας κήρυγμα, *vivificans veritatis prædicatio.* A' Michaële Syngelo in vita Dionyſii Areopagitæ, pag. 346. vocatur σωσίκοσμον καὶ φερέσβιον κήρυγμα, *præconium, à quo mundus ſalutem & vitam accepit.*

Κηρύσσω.

Κηρύσσειν; ut doctiſſimus obſervat Juſtellus ad Can. II. Ancyranum, & nos jam ſuprà monuimus in verbo Κατηχέω, num. II. ad lit. *B.* Diaconis tributum, non ſignificat *verbum prædicare*, ſed illud declarat miniſterium, quo dato Orarii ſigno, actionum ſacrarum ritus & ordinem moderabantur. Docet id Matthæus Blaſtarius, cujus verba in Κατηχέω laudavimus. Ita ſumitur Can. II. Ancyrano, ubi *Diaconi, qui immolaverint, jubentur ceſſare ab omni ſacro miniſterio*, λειτουργίας, τοῦ τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν, *ſive panem, vel calicem offerendi, vel prædicandi.* Socrates lib. II. Cap. XI. pag. 194. de Athanaſio loquens: Καὶ προστάξας διακόνῳ κηρύξαι εὐχήν, αὖθις ψαλμὸν λέγεσθαι παρεσκεύασε. *Cùm præcepiſſet Diacono, ut orationem prædicaret, poſtea Pſalmum recitari curavit.* Eadem de Athanaſio refert autor incertus in vita ipſius, operum ejus tom. II. in Appendice, pag. 45. Σημαίνει εὐχὴν κηρύξαι τῷ διακόνῳ. *Signo dato monet Diaconum, ut orationem prædicet.* Hinc frequentes illæ Diaconorum acclamationes in Liturgiis: Εὔξασθε οἱ κατηχούμενοι· οἱ πιστοὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων δεηθῶμεν· ὅσοι κατηχούμενοι, &c. Vide in Κατηχέω paulò ante finem: & in Εὐχή, num. VIII. ad lit. *b.* Eodem ſenſu σύναξιν κηρύττειν, *conventum prædicare, indicere.* Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 686. Τὴν σύναξιν τῶν πατέρων ἄρτι κήρυξον, τῶν ἐν Χαλκηδόνι πατέρων τὴν σύναξιν αὔριον ποίησον. Ἐκηρύχθη ἡ σύναξις διὰ Σαμουὴλ διακόνου. *Conventum Patrum nunc prædica, Patrum Chalcedonenſium conventum cras inſtitue. Prædicatus eſt conventus per Samuelem Diaconum.* Ibidem frequenter, τὴν σύναξιν κηρύξαι. In Judæorum etiam Synagogis, legem è pulpito recitanti aderat aliquis manu ſudarium tenens, qui populo ſignum daret, ut *amen* diceret, obſervante Caſaubono ad Vopiſcum.

Κιβώριον.

Κιβώρια ſunt *loculi fabarum.* Ab eorum ſimilitudine κιβώριον Græcis *poculi genus*, Scypho ſimile, quod ab inferiore parte in anguſtum contrahatur, ut *ciborium* fabæ Ægyptiæ. Heſychius diſertè, Κιβώριον, Αἰγύπτιον ὄνομα, ἐπὶ ποτηρίου. Vox eſt Græcæ originis. Nam κίβα apud Ætolos, *pera*, vel *ſacculus.* Apud Heſychium: Κίβα, πήρα, Αἰτωλοί. Unde κίβησις pro eodem Cypriis, eodem teſte. Athenæus lib. XI. ex Didymo κιβώρια vocat σκυφία. *Ciborium* ergo primò notat *fabam Ægyptiam.* Hinc *poculum ex faba Ægyptia.* Denique *poculum alius materiæ, quòd fabam Ægyptiam referat.* Obtinet etiam *ciborii* appellatio in Eccleſia vaſis, quibus altaria ornata. Anaſtaſius in Leone tertio: *Ciborium ex argento puriſſimo.* In Leone quarto: *Ciborium miræ pulchritudinis obtulit, ex argento puriſſimo, aureo ſuperinductum colore, cum gemmis praſſinis, & hyacinthinis penſans libras trecentas tredecim & ſemis.* Meminit Flodoardus lib. IV. Hiſt. Remenſ. Cap. XIX. *Ciborium quoque ſuper altare ſanctæ Mariæ argento aggreſſus eſt operire.* Chryſoſtomus Homil. XLII. in Acta, ad v. 24. Cap. XIX. Interrogat. πῶς ἔνι ναοὺς ἀργυροῦς γενέσθαι; *qui fieri poſſunt delubra argentea?* Et reſpondet, Ἴσως ὡς κιβώρια μικρά. *Fortaſſe ut parva ciboria.* Vide Bezam ad præſentem locum. Aliàs, ut notat Meurſius, κιβούργιον, ſive κιβούριον, aut κιβοῦρι apud Græcos recentiores eſt *Templum, Monumentum.* Gloſſæ Græco-barbaræ: Ἅγια, τεμένη, κιβούργια, μνήματα. Et mox: Ἀγίοισι, τεμένεσι, εἰς τὰ κιβούργια. Iterum alibi, μνῆμα, ἢ τάφον, ἢ κιβούρι. Vlachus verò in Theſauro ſuo ſcribit κηβοῦρι, *buſtum.* Σῆμα, τύμβος, θήκη, σορός, κενοτάφιον. Quid κιβώριον in Templis myſticè notet, ita exponit Germanus Conſtantinop. in Hiſt. Eccleſ. pag. 147. Τὸ κιβώριόν ἐστιν ἔνθα ἐστὶν ἡ σταύρωσις, ἀντὶ τοῦ τόπου ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Χριστός. Ἐγγὺς γὰρ ὁ τόπος, καὶ ὑπόβαθρος, ὅπου ἐτάφη. Ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν συντομίᾳ ἐμφέρεσθαι τὴν σταύρωσιν, καὶ τὴν ταφήν, καὶ τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ, ἐν ἐκκλησίᾳ τέτακται. Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης Κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται ἅγια ἁγίων καὶ ἁγίασμα αὐτοῦ, &c. *Ciborium eſt, ubi eſt crucifixio, vice loci ubi crucifixus eſt Chriſtus. Vicinus enim erat locus & funda-*

Digitized by Google

fundamentum habebat ſubjectum, ubi ſepultus fuit. Verùm quia compendio inducitur crucifixio, ſepultura & reſurrectio Chriſti, in Eccleſia collocatur. Eſt etiam ſecundùm arcam illam Teſtamenti Domini, in qua dicuntur ſancta ſanctorum & ejus ſanctificatio, &c. Commentum eſt, quòd addit, τὸ κιϐ, ἐςὶ κιϐωτὸς, τὸ δὲ ὤριον, φωτισμὸς κυρίου, ἢ φῶς Θεοῦ. Cib, *eſt arca*, orium *illuminatio Domini, aut lumen Dei.* Quantopere fallatur, argumento eſt, quòd Strabo, Horatius, alii, meminere: ut ipſo Chriſtiano nomine antiquior ea vox ſit: ut ad Athenæi undecimum notavit Caſaubonus. Vide Etymolog. Voſſii in *Ciborium*.

Κιϐώτιον.

Veteres Gloſſæ: Κιϐώτιον, *arcula*. Suidas: Κιϐὸς, τὸ κιϐώτιον. *Arcula, capſula, ciſta.* Chryſoſtomus Homil. XXXII. in Matthæum inter vaſa, quæ in Chriſtianorum Templis longè præſtantiora ſunt, quàm in Templo Solomonis, numerat κιϐώτιον. Verba ejus: Κιϐώτιον, ἐκείνης τῆς κιϐωτοῦ πολλῷ βέλτιον, καὶ ἀναγκαιότερον· οὐ γὰρ ἱμάτια, ἀλλ' ἐλεημοσύνην ἔχει συγκεκλεισμένην. *Arca hæc longè præſtantior illa, & magis neceſſaria: non enim veſtes, ſed eleemoſynam incluſam continet.* Idem, Homil. XLIII. in I. ad Corinthios, pag. 533. monet, ut quilibet domi ſuæ habeat κιϐώτιον, in quod oraturus pro pauperibus aliquid conjiciat. Κιϐώτιον, inquit, πενήτων ποιῶμεν ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ παρὰ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἕστηκας εὐχόμενος, ἐκεῖ κείσθω, καὶ ὁσάκις ἂν εἰσέλθῃς εὔξασθαι, καταθεὶς πρῶτον τὴν ἐλεημοσύνην, καὶ τότε ἀνάπεμπε εὐχήν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἂν ἄλουτοι χερσὶν ἀνέλθοις εὔξασθαι, οὕτω μηδὲ ἐλεημοσύνης χωρίς. Καὶ γὰρ τοῦ εὐαγγελίου κρέμασθαι παρὰ τὴν κλίνην οὐκ ἔλαττον τὸ ἐλεημοσύνην κεῖσθαι. Εὐαγγέλιον μὲν γὰρ ἐὰν κρεμάσῃς μηδὲν ποιῶν, οὐδὲν τοσοῦτον ὠφεληθήσῃ. Τοῦτο δὲ ἔχων τὸ κιϐώτιον, ὅπλον ἔχεις κατὰ τοῦ διαβόλου. -- Παρὰ τοῦτο καὶ τῇ κλίνῃ κείσθω τὸ κιϐώτιον, καὶ ἀφαντασίαστος ἔσται ἡ νύξ. *Pauperum arculam domi faciamus, & juxta locum in quo ſtas orans ſita ſit: & quoties ad orandum fueris ingreſſus, depone primùm eleemoſynam, & tunc emitte precationem: & ſicut non facilè illotis manibus ad orandum accederes, ſic neque abſque eleemoſyna. Etenim non minus eſt, eleemoſynam eſſe ſepoſitam, quàm Evangelium eſſe ad lectum ſuſpenſum. Nam ſi Evangelium quidem ſuſpenderis nihil faciens, non adeò magnam accipies utilitatem. Hanc autem habens arculam, arma habes contra diabolum. -- Ideo & juxta lectum ſita ſit arcula, noxque nullis perturbabitur viſis & inſomniis.* Et paulò ſuperiùs, eadem Homiliâ, pag. 530. ad v. 2. Cap. XVI. Τέως δὲ παρὰ σαυτῷ τίθει, φησὶ, καὶ ποίησόν σου τὴν οἰκίαν, ἐκκλησίαν· τὸ κιϐώτιον, γαζοφυλάκιον. *Interim autem, inquit, apud te ſepone, & domum tuam, fac Eccleſiam: arculam, gazophylacium.*

Κιϐωτός.

Κιϐωτὸς, *arca*.

I. alia *propriè* dicta eſt: quæ iterum

1. *communis*: cujuſmodi eſt

a. *in qua reponuntur corpora mortuorum.* Heſychius: Κιϐωτὸς, λάρναξ ξυλίνη, ἡ σορός. *Arca, capſa lignea, vel loculus.*

b. *in qua reponuntur, veſtes & pecuniæ.* Suidas: Κιϐωτὸς καὶ κίστις διαφέρει· ὅτι ἡ μὲν κίστις εἰς ὑποδοχήν ἐστιν ἐδεσμάτων· ἡ δὲ κιϐωτὸς, ἱματίων καὶ χρημάτων. *Κιϐωτὸς & κίστις differunt: quia ciſta quidem eſt* parata *ad recipiendos cibos: arca verò ad* ſervandas *veſtes & pecunias.* Quòd ait κιϐωτὸν eſſe *ciſtam veſtiariam*, id confirmatur loco Dioſcoridis, lib. III. Cap. XXVI. de abſinthio: Δοκεῖ δὲ καὶ περιπατούμενον εἰς τὰς κιϐωτοὺς, ἄβρωτα τηρεῖν τὰ ἱμάτια. *Videtur verò etiam in arcas inſperſum veſtes ab eroſionis vitio vindicare.* Et Clementis Alexandr. lib. III. Pædag. Cap. VII. pag. 235. Ποῦ δὲ συναγείρουσι τῶν ἐσθήτων τὰς κιϐωτούς; *Quorſum verò congregant veſtium arcas?* Ita etiam Plinius de hoc ipſo, lib. XXVII. Cap. VII. *Veſtibus inſertum tineas arcet.*

c. *quæ poſita fuit in porta domûs Dei*, & in quam injiciebatur pecunia, ad inſtaurandum Templum collecta, II. Regum XII. 9. ubi κιϐωτὸς appellatur: at II. Chron. XXIV. 8. 10. 11. γλωσσόκομον.

2. *ſacra*, nempe κιϐωτὸς τῆς διαθήκης, *arca fœderis*: de qua notanda ſunt:

A. *Nomen.* Appellatur autem,

α. Ἡ κιϐωτὸς διαθήκης Κυρίου πάσης τῆς γῆς, *arca fœderis Domini totius terræ*, Joſuæ III. 11. 13. & alibi: quia erat pignus fœderis, quod Deus cum Iſraelitis contraxerat.

β. Ἡ κιϐωτὸς τοῦ ἁγιάσματος τοῦ Κυρίου. *Arca ſanctificationis Domini*, Pſal. CXXXII. 8. Ratio: Ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἡ κιϐωτὸς ἔκειτο τὰς πλάκας ἔχουσα τοῦ νόμου. *Quoniam in ſanctis ſanctorum arca ſtabat tabulas legis habens:* inquit Theodoretus in hunc Pſalmum, pag. 928.

B. *Adjuncta arcæ*: qualia ſunt ea, quæ erant intra arcam. Sunt autem, qui aſſerunt, tria fuiſſe in arca, *urnam mannæ, virgam Aaronis, & tabulas fœderis*, ex Hebr. IX. 4. At duo priora non intra arcam, ſed coram ea collocata erant, ut ex Exodi XVI. 33. 34. Numer. XVII. 10. *Solæ* autem *tabulæ* in ea incluſæ; ut habetur I. Reg. VIII. 9. 21. II. Chron. V. 10. Dicendum igitur, illud ἐν ᾗ ad Hebræos IX. 4. non ad κιϐωτὸν, ſed ad σκηνὴν referendum eſſe, habetur autem σκηνὴ v. 3. vel, ἐν, *in*, poni pro *ad*, ſeu *juxta*, quemadmodum aliquando ב Hebræorum. Theophylactus autem ad Apoſtoli locum primùm refert, tantùm Tabulas fœderis in arca fuiſſe: deinde verò, Apoſtolum ex traditione ſciviſſe, reliqua in eandem fuiſſe repoſita. Verba ejus ſunt: Ζητήσεις δὲ, πῶς ἐν μὲν ταῖς βασιλείαις γέγραπται, ὅτι οὐκ ἦν ἄλλο τι ἐν τῇ κιϐωτῷ, εἰ μὴ αἱ πλάκες, νῦν δὲ καὶ τὴν στάμνον φησὶν ὁ Ἀπόστολος, καὶ τὴν ῥάϐδον Ἀαρὼν ἐν ταύτῃ ἀποτεθεῖσθαι; *Quæras autem, Qui ergo in libris Regum ſcriptum ſit, quòd non aliud quiddam fuerit in arca, præter tabulas: nunc verò & urnam Apoſtolus, & virgam Aaronis in ea repoſitam fuiſſe aſſerat?* Ad hoc dubium reſpondet Theophylactus: Ἴσως δὲ, ἅτε ἄριστα παιδευθεὶς τὰ Ἑϐραϊκὰ ὑπὸ τοῦ Γαμαλιὴλ, ἐκ παραδόσεως ἂν εἶχε τοῦτο· ἐπεὶ καὶ νῦν οἱ Φαρισαΐζοντες τῶν Ἑϐραίων συντίθενται τοῦτο οὕτως ἔχειν. Πλὴν οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ὅτε ἔμελλε κρυϐῆναι ἡ κιϐωτὸς ἐπὶ Ἱερεμίου, ἴσως ἀπετέθησαν ἄν, φασι, καὶ ταῦτα ἐν αὐτῇ. *Fortaſſe, utpote qui optimè inſtitutus erat, in rebus Hebraicis à Gamaliele, ex traditione hoc habebat: quandoquidem nunc etiam Hebræi, qui Phariſæos ſectantur, iſtud ita ſe habere aſſentiuntur. Verumtamen non ab initio, verùm quando arca temporibus Jeremiæ occultanda erat, forſan, inquiunt, & hæc tum ibi repoſita erant.* Verùm, hæc traditio nullo nititur ſolido fundamento, & ejus ne veſtigia quidem in Scriptura oſtendi poſſunt.

II. *Alia eſt impropriè* dicta: nempe ea, quæ vulgò vocatur *arca Noachi*, & Dei mandato fuit exſtructa. *Ejus reliquias* ſuis adhuc temporibus fuiſſe viſas, refert Epiphanius adv. Hæreſ. lib. I. Hæreſi XVIII. pag. 23. Ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ τῶν Καρδυαίων χώρᾳ. *Etiamnum reliquiæ arcæ Noachi oſtenduntur in Cardyeorum regione.* Joſephus ſcribit Καρδυαίων, antiq. lib. I. Cap. IV. Theophilus Antioch. lib. III. ad Autol. *arcæ hujus reliquiæ*, inquit, *adhuc durare perhibentur* ἐν τοῖς Ἀραϐικοῖς ὄρεσιν, *in Arabicis montibus, ibique oſtendi.* Philoſtorgius Hiſt. Eccleſ. lib. III. tm. VIII. pag. 32. Ἔνθα τὸ ὄρος Ἀραράτ, ἐφ' οὗ

Digitized by Google

καὶ τὴν κιβωτὸν ἱδρυνθῆναί φησιν ἡ γραφή. ἧς ἄχρι καὶ νῦν εἶναί φασιν οὐ μικρὰ λείψανα τῶν τε ξύλων, καὶ τῶν ἥλων ἐκεῖσε σωζόμενα. *Ubi eſt mons Ararat, ubi & arcam conquieviſſe ait ſcriptura, in quo etiamnum eſſe ajunt haud parva lignorum & clavorum fragmina, quæ ibi reliqua facta ſunt.* Arca eſt typus Eccleſiæ. Chryſoſtomus Homil. LXV. tom. VI. pag. 675. Καθάπερ ἡ κιβωτὸς ἐν μέσῳ τοῦ πελάγους διέσωζε τοὺς ἔσω ὄντας, οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία διασώζει τοὺς πλανωμένους ἅπαντας. Ἀλλ' ἡ μὲν κιβωτὸς τὰ ἄλογα ἔλαβε, καὶ ἔσωζεν ἄλογα· ἔλαβεν ἡ ἐκκλησία ἀλόγους ἀνθρώπους, καὶ οὐ σώζει μόνον, ἀλλὰ καὶ μεταβάλλει· ἔλαβεν ἡ κιβωτὸς κόρακα καὶ κόρακα ἐπέμψε· λαμβάνει ἡ ἐκκλησία κόρακα καὶ ἐκπέμπει περιστεράν· λαμβάνει λύκον, καὶ ἐκπέμπει αὐτὸν πρόβατον· ὅταν γὰρ εἰσέλθῃ ἐνταῦθα ἄνθρωπος ἁρπάζων, πλεονεκτῶν, ἀκούσῃ δὲ τῶν θείων λογίων τῆς διδασκαλίας, μεταβάλλει τὴν γνώμην, καὶ ἀντὶ λύκου γίνεται πρόβατον. *Quemadmodum in medio mari ſervabat eos arca, qui intus erant; ſic etiam omnes qui errant, ſervat Eccleſia. Sed arca quidem rationis expertes accepit animantes, & rationis expertes animantes ſervavit: rationis expertes homines accipit Eccleſia, nec ſervat tantùm, ſed etiam immutat. Corvum accepit arca, & corvum emiſit: Eccleſia corvum accipit, & columbam emittit, accipit lupum, & ovem illum emittit. Cùm enim ingreſſus hic fuerit homo rapax & fraudator, ubi divinorum doctrinam eloquiorum audiverit, mutat mentem, & pro lupo fit ovis.* In eandem ſententiam ſcribit idem, Homil. LXXIX. tom. VI. pag. 784. Οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τῆς κιβωτοῦ τὴν ἐκκλησίαν μείζονα προσειπών. Ἡ μὲν γὰρ κιβωτὸς παρελάμβανε τὰ ζῶα, καὶ ἐφύλαττε ζῶα· ἡ δὲ ἐκκλησία παραλαμβάνει τὰ ζῶα καὶ μεταβάλλει. οἷόν τι λέγω· εἰσῆλθεν ἐκεῖ ἱέραξ, εἰσῆλθε λύκος, καὶ ἐξῆλθε λύκος· εἰσῆλθέ τις ἱέραξ ἐνταῦθα, καὶ ἐξέρχεται περιστερά· εἰσέρχεται λύκος, καὶ ἐξέρχεται πρόβατον· εἰσέρχεται ὄφις, καὶ ἐξέρχεται ἀρνίον, οὐ τῆς φύσεως μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς κακίας ἐλαυνομένης. *Non peccaverit, qui Eccleſiam arcâ præſtantiorem dixerit. Arca namque accepit quidem animalia, & animalia cuſtodivit: Eccleſia verò animalia accipit & mutat. Exempli gratia: illic ingreſſus eſt corvus: ingreſſus eſt lupus, & egreſſus eſt lupus. Si quis hic corvus fuerit ingreſſus, egreditur columba: ingreditur lupus, & egreditur ovis: ingreditur ſerpens, & egreditur agnus, non mutatâ naturâ, ſed malitiâ expulſâ.* Plura vide apud Ravanellum in voce *Arca*.

Κιγκλίς.

I. *Cancelli* in veterum ædibus fuerunt fores cancellatæ & translucidæ, ex lignis reticulatim compoſitis textæ. Δικτυωτὰς θύρας Græci appellant, hoc eſt, *reticulatas fores.* Κιγκλίδας una voce veteres appellant: recentiores καγκέλλους. Vide in Κάγκελλα. Heſychius: Κιγκλίδες, θύραι, ἃς ἡμεῖς καγκελλωτὰς λέγομεν. In tribunalibus ſepta, quibus arcebantur turbæ, *cancellos* dicebant: Græci δρύφακτα, de quo ſuo loco. Pollux lib. VIII. τὴν κιγκλίδα καὶ τὸν δρύφακτον partes eſſe vult τοῦ δικαστηρίου. Τῶν δὲ, inquit, τοῦ δικαστηρίου μερῶν, ἔστι καὶ ἡ κιγκλὶς καὶ δρύφακτος. Δρύφακτος igitur & κιγκλὶς differebant. Δρύφακτος enim propriè dicebatur totum fori judicialis conſeptum, quod ex tabulis compactum erat, & pluteis undiquaque munitum. Κιγκλίδες autem erant reticulatæ, vel cancellatæ fores τοῦ δικαστηρίου. Heſychius: Κιγκλὶς, ὁ τοῦ δικαστηρίου κάγκελλος. Ergo κιγκλίδες propriè ſunt *cancelli.* Onomaſticon vetus: *Cancelli,* κιγκλίδες. Suidas: Κιγκλίδες, αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι, ὁ κάγκελλος. Dicaſteriorum fores: cancellus. Chryſoſtomus orat. II. de Lazaro, tom. V. Pariſ. p. 49. Καθάπερ, οἱ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, ἀεὶ μὲν ἐν κατηφείᾳ καὶ ὀδύναις εἰσί, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἂν μέλλωσιν ἐξάγεσθαι, καὶ παρ' αὐτὰς τὰς τοῦ δικάζοντος ἄγεσθαι θύρας· καὶ πρὸ τῶν κιγκλίδων ἑστῶτες καὶ τῆς τοῦ κρίνοντος φωνῆς ἔνδοθεν ἀκούοντες, ἀποπνίγονται (malè editur, ἀποπήγνυνται) τῷ φόβῳ, καὶ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ μάλιστα μὲν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἁμαρτίας ὀδυνᾶται καὶ στενοχωρεῖται, πολλῷ δὲ πλέον ὅταν ἐντεῦθεν ἀποσπασθεῖσα ἀπάγεσθαι μέλλῃ. *Quemadmodum qui tenentur in carcere, ſemper quidem dejecti mœrenteſque ſunt, maximè tamen ſub illum diem, quando ſunt educendi, & ad ipſas judicii fores protrahendi, ac pro cancellis fori ſtantes judicis vocem intus audiunt, exanimantur metu, nec meliori ſunt ſpecie, quàm mortui: ſic etiam anima, maximè quidem ipſo peccati tempore cruciatur & angitur, multò tamen magis, cùm hinc avulſa abducenda eſt.* Eadem repetuntur in Eclogis ex Chryſoſtomi orationibus, orat. de Anima, tom. VI. Pariſ. pag. 743. ubi iterum ἀποπήγνυνται τῷ φόβῳ, *obrigeſcunt metu.* Sed omnino ſcribendum eſſe ἀποπνίγονται, nulli dubium eſſe poterit, qui verbi ἀποπνίγω uſum habuerit perſpectum; de quo ſuo actum loco.

II. In Templis vocantur κιγκλίδες, quæ aliàs ἅγιαι θύραι, ἅγια θύρια, κάγκελοι vel κάγκελα. Cantacuzenus: Αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τῇ σωλέᾳ, τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσιν ἑστηκότα εὑρίσκει. *Ipſe verò ſolus, tranſito ſoleâ, reperit Patriarcham in portulis ſanctis ſtantem.* Plura vide in Δρύφακτον.

Κίνδυνος.

I. *Bonum* aliquando periculum. Clemens Alex. in Protreptico, pag. 59. Καλὸς ὁ κίνδυνος, αὐτομολεῖν πρὸς Θεόν. *Pulchrum eſt periculum, ad Deum transfugere.* Greg. Nazianzenus epiſt. XIX. pag. 779. Κρείττων ἀσφαλείας κίνδυνος, καὶ συμφορὰ εὐημερίας αἱρετωτέρα. *Periculum ſecuritate, & calamitas rebus ſecundis potior, magiſque expetenda.*

II. *Nemo* tamen *ſe ipſum periculis temere objiciat.* Greg. Nazianzenus orat. X. pag. 168. dicit, *legem Chriſtianorum eſſe,* ἐνστάντος μὲν καιροῦ, διακινδυνεύειν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ προδιδόναι δειλίᾳ τὴν εὐσέβειαν· ἕως δ' ἂν ἐξῇ, μὴ προκαλεῖσθαι τοὺς κινδύνους, εἴτε δέει τῶν ἡμετέρων ψυχῶν εἴτε φειδοῖ τῶν ἐπαγόντων τὸν κίνδυνον, *jubentem, ut urgente quidem tempore pro veritate periculum adeamus, nec pietatem per ignaviam prodamus: quando autem licet, pericula ipſa nec provocemus; ſive animarum noſtrarum metu, ſive ut iis conſulatur, qui periculum nobis inferunt.* Chryſoſtomus Homil. XXVI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 563. ad quæſtionem, cur Moſes ex Ægypto fugerit, eleganter reſpondet, ὥστε μὴ εἰς πρόδηλον ἑαυτὸν κίνδυνον ἐμβαλεῖν· τοῦτο γὰρ λοιπὸν πειράζοντος ἦν, τὸ ἅλλεσθαι εἰς μέσους κινδύνους, καὶ λέγειν, ἴδωμεν εἰ σώζει με ὁ Θεός. Τοῦτο καὶ τῷ Χριστῷ εἶπεν ὁ διάβολος· ῥίψον σεαυτὸν κάτω· ὁρᾷς ὅτι τοῦτο διαβολικόν ἐστι, τὸ εἰκῇ καὶ μάτην ῥίπτειν ἑαυτοὺς εἰς κινδύνους, καὶ πειράζειν εἰ σώζει ὁ Θεός; *Ne in manifeſtum ſe conjiceret periculum. Hoc enim jam erat tentantis, in media proſilire pericula, & dicere, videamus an me ſervet Deus. Hoc etiam Chriſto dixit diabolus, projice te deorſum. Vides, hoc eſſe diabolicum temere & inconſideratè ſe in pericula conjicere, & tentare, an Deus conſervet.* Idem, Homil. XXXIV. tom. V. pag. 220. Ἐπεὶ ἐκέλευσεν εὔχεσθαι, μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, τοῦτο αὐτὸ διδάσκει αὐτὸς διὰ αὐτοῦ τοῦ πράγματος λέγων, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, παιδεύων ἅπαντας τοὺς ἁγίους μὴ ἐπιπηδᾶν τοῖς κινδύνοις, μηδὲ ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἀναμένειν μὲν ἐπιόντας, καὶ ἀνδρείαν πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι, μὴ μὴν αὐτοὺς προπηδᾶν, μηδὲ πρώτους ὁμόσε τοῖς δεινοῖς ἰέναι. *Quoniam orare juſſit, ne nos inducas in tentationem, iſtud*

ipſum

Digitized by Google

ipſum re ipſa docet illos dicens, Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, docens ſimul ſanctos omnes, ne periculis ſeſe objiciant, neq; ſe præcipitent, ſed inſultum adverſariorum exſpectent, omnemq; fortitudinem præ ſe ferant: non tamen ut ipſi proſiliant, ſeq; priores malis objiciant. Vide ibidem plura. Greg. Nyſſenus Orat. III. contra Eunomium, tom. II. pag. 549. Συγγνωστὸν τὸ ἀτύχημα, ὅταν ἀκούσιον ᾖ, τὸ δ' ἐκ προνοίας τινὸς καὶ σπουδῆς τοῦ κακοῦ τὴν πεῖραν ἐφέλκεσθαι, μὴ ἀγνοοῦντα τὴν συμφορὰν, πᾶσαν ὑπερβολὴν δυστυχημάτων παρέρχεται. *Veniâ dignum infortunium, ſi non ſit voluntarium: ſed conſultò & datâ operâ ad mali experientiam pertrahi, non ignorantem calamitatem, omnem infortuniorum exſuperantiam excedit.* Theophylactus in Cap. IV. Matthæi, pag. 23. ad v. 12. Ἀναχωρεῖ ὁ Ἰησοῦς, παιδεύων ἡμᾶς μὴ ἐπιρρίπτειν ἑαυτοὺς τοῖς κινδύνοις. *Secedit Jeſus, docens nos, ne temerè periculis nos ipſos objiciamus.* Idem, ad v. 23. Cap. X. Matthæi, pag. 55. Κελεύει δὲ φεύγειν διωκομένους· τὸ γὰρ προδήλως ῥίπτειν ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον, καὶ αἴτιον γίνεσθαι καταχρίσεως τοῖς φονευταῖς, καὶ ζημιοῦν τοὺς μέλλοντας ὠφελεῖσθαι διὰ κηρύγματος, διαβολικόν ἐστι. *Jubet fugere eos, qui perſecutionem patiuntur. Periculo namq; ſe temerè objicere, & autorem fieri condemnationis homicidis, & damno eſſe his, quibus prædicatio prodeſſe poſſet, diabolicum eſt.* Et in Cap. XII. Matth. pag. 65. Τὸ γὰρ ῥιψοκίνδυνον, οὐ θεάρεστον. *Temerè enim ſe periculo objicere, Deo non eſt gratum.* In Cap. XI. Joh. pag. 731. Εἰς κατάκριμα τῶν Ἰουδαίων ἀναχωρεῖ ὁ Κύριος, οὐ δειλιῶν, ἅμα δὲ καὶ ἡμᾶς διδάσκων, μὴ ἐπιρρίπτειν ἑαυτοὺς εἰς κινδύνους, κἂν ὑπὲρ εὐσεβείας ὦσιν, ἀλλὰ καταλαμβανομένους μὲν ἵστασθαι γενναίως, μὴ καταληφθέντας δὲ εἰς ἐθελούσιον κίνδυνον μὴ παραβάλλεσθαι, διὰ τὸ τῆς ἐκβάσεως ἄδηλον. *In condemnationem Judæorum ſecedit Dominus, non ex metu, ſed ſimul nos docens, ne nos temerè periculis objiciamus, ne quidem pro pietate: ſed ſtemus quidem fortiter deprehenſi: non deprehenſi autem ne in voluntarium periculum, propter incertum eventum irruamus.* Vide eundem ad v. 27. C. XI. epiſt. ad Hebræos, pag. 1000.

Κιόνια.

Κίων, ut ex Lexicis notum, eſt *columna*. Inde κιόνιον, vel κιονὶς & κιονίσκος, eſt μικρὰ κίων, *parva columna, columella.* Quid verò apud Dioſcoridem ſint κιόνια, Lexica quoque docent. In templis Græcorum, ut docet Germanus Conſtantinop. in Theoria Eccleſiaſt. pag. 148. Κιόνια, ἤτοι τὰ στῆθα τὰ διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ, εἰσὶν ἃ δηλοῦσι τὸν μὲν ἔξωθεν τοῦ βήματος ναὸν, τὴν εἴσοδον καὶ παράστασιν τοῦ λαοῦ τοῦ εἰσερχομένου εἰς προσευχήν. *Columellæ ſive thoraces ſeparantes Bema à reliquo templo, monſtrant quidem templum extra Bema, introitum, & ubi ſtat populus qui ingreditur ad orationem.*

Κλάσις.

Κλάσις τοῦ ἄρτου, *fractio panis.* Ita *Euchariſtiam* appellari, patet ex Interprete Syro, qui verba Actor. II. 42. Τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, vertit, *in fractione Euchariſtiæ.* Ita etiam intellexit Chryſoſtomus Homil. XXVII. in I. ad Corinth. pag. 422. ad hunc ipſum locum reſpiciens: Οὐκ ἤκουσας, πῶς καὶ οἱ τρισχίλιοι, οἱ τῆς κοινωνίας ἀπολαύοντες, διαπαντὸς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ διδασκαλίᾳ. *Non audiviſti, quomodo etiam illi ter mille, qui communionis erant participes, perduraverint in oratione & doctrina?* Per κοινωνίαν hic omnino intelligendam eſſe *S. Cœnæ participationem*, antecedentia & conſequentia ἀναντιρρήτως evincunt. Agit enim de S. Cœna. Eodem modo intellexit verſio Græca N. Teſt. in linguam vulgarem, quæ ad marginem notat: Εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ δείπνου καὶ ἀρίστου τὰ ὁποῖα δεῖπνα ἐκάλουν ἀγάπας· καὶ εἰς αὐτὰς ἐκοινώνουν καὶ τὴν εὐχαριστίαν, *In communione Cœnæ & prandii, quæ convivia vocârunt Agapas; in quibus etiam Euchariſtiam accipiebant.* Iterum Syrus interpres de eadem Euchariſtia intellexit v. 46. capitis ejusdem. Vertit enim: *Frangebant munus benedictum, & accipiebant cibum.* Nec aliter intellexit Walafridus Strabo, lib. de Ritibus Eccleſiæ, Cap. XX. ſed Nicolao Lyrano; quem in Notis imitatur Cl. Beza; locus ille ancipitem habere ſententiam videtur: ſcribit enim; *Communicatione fractionis panis, tum quòd quotidie communicabant, tum quòd communes cibos, ſicut & cætera, ſumebant.* Ac Chryſoſtomus, contra ſententiam, quam jam ex illo audivimus, ſui oblitus, per *fractionem* itidem indicari cenſet aliud, nempe *temperantiam & victus tenuitatem.* Ita enim ad Actor. II. 46. Homil. VII. in Acta, pag. 647. Τὸν ἄρτον μοι δοκεῖ λέγων, καὶ τὴν νηστείαν ἐνταῦθα σημαίνειν, καὶ τὸν σκληρὸν βίον· τροφῆς γὰρ, οὐ τρυφῆς μετελάμβανον. *Dum panem nominat, videtur mihi etiam jejunium hic indicare. & duram vitam: cibum enim, non delicias accipiebant.* Ad eundem locum eodem modo Oecumenius, pag. 15. Τὸ κλῶντες ἄρτον εἶπεν, ἵνα τὸ εὐτελὲς καὶ αὐτάρκειον ὑπεμφήνῃ αὐτῶν τῆς διαίτης· ἄρτον γὰρ κλῶντες, μετελάμβανον τροφῆς, ἀλλ' οὐκ ἐτρύφων. *Frangentes panem dixit, ut frugalitatem & ſimplicem eorum innueret cibum: panem enim frangentes panem accipiebant, at non in deliciis vivebant.* Verùm hæc minùs ſolida. Certè ἄρτον κλᾷν multi de S. Cœna ſunt interpretati. Sunt etiam tum è veteribus, tum ex recentioribus, qui verba Lucæ Cap. XXIV. 35. ubi tamen non de *Cœna ſacramentali*, ſed de *communi* ſermo eſt; de *Sacramento* acceperunt. Id fecit Theophanes Orat. XXXII. pag. 238. Ἀποκαλύπτεται αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, ἐν τῇ μεταλήψει δηλαδὴ φρικτῶν μυστηρίων. *Revelatur iis (diſcipulis) in fractione panis: hoc eſt in communione tremendorum myſteriorum.* Auguſtinus Serm. CXL. de tempore: *Ubi voluit Dominus agnoſci in fractione panis: ſecuri ſimus: panem frangimus, & Dominum agnoſcimus.* Vide Caſaubonum Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XXXVIII. & Ravanellum in verbo *Frango*, diſt. II. num. 2.

Κλείς.

Uſus clavium eſt ad aperiendum & claudendum; in quem uſum *claves* habere dicuntur.

I. *Is, qui Dominus* eſt: quo reſpectu *per claves* denotatur metonymicè poteſtas abſoluta & ſuprema. Sic Chriſtus dicitur habere τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυίδ, *clavem Davidis*, hoc eſt, poteſtatem omnem adminiſtrationis & gubernationis in Eccleſia; quæ per *domum illam Davidis* adumbratur; atque adeò poteſtatem abſolutam & ſupremam, tanquam abſolutus Dominus & princeps Eccleſiæ, Apocal. III. 7. ubi Andræas Cæſarienſis de *clavi* dicit, ἐξουσίας σύμβολον *poteſtatis ſymbolum.*

II. *Miniſtri Domini*, ſeu *œconomi*: quo reſpectu *clavium* nomine metonymicè etiam ſignificatur poteſtas & adminiſtratio. Huc pertinent *claves regni cœlorum*, id eſt, miniſterialis poteſtas gubernandi Eccleſiam, de quibus Matth. XXI, 19. Quam poteſtatem,

1. *Alii ſoli Petro* datam exiſtimant. Ita Eulogius in Bibliotheca Photii, Cod. CCLXXX. paginâ 1600. Ὅτι διὰ τοῦτο οὔτε πρὸς Ἰωάννην, οὔτε πρὸς ἕτερόν τινα τῶν μαθητῶν ἔφη ὁ Σωτὴρ τό. Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' ἢ πρὸς Πέτρον,

Πέτρον, ὃς ἔμελλε τῷ τῆς ἀρνήσεως περιπίπτειν ὀλισθήματι καὶ διὰ δακρύων καὶ μετανοίας ἀπονίπτειν τὸ ἁμάρτημα, ἵνα τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι πρὸς τοὺς ἐξαμαρτάνοντας φιλανθρωπότερον διατίθοιτο. Οἱ γὰρ ἄλλοι ἀπείρατοι μεμενηκότες, τάχα ἂν ἀποτομώτερον αὐτοῖς διεκέχρηντο. *Ideò nec Johanni, nec alteri cuiquam diſcipulorum dixit Salvator: Tibi dabo claves regni cœlorum, &c. Sed ſoli Petro, qui in abnegationis vitium prolapſurus erat, & peccatum lacrymis atque pœnitentiâ ablaturus, ut ſuo ipſius exemplo erga peccatores humanior eſſet. Alii enim non tentati, forſan ſeverius cum peccatoribus egiſſent.*

2. *alii* verò ſtatuunt, etſi Chriſtus ſolum Petrum fuerit allocutus, *in perſona* tamen *Petri cæteris* quoque *Apoſtolis*, ac proinde *omnibus & ſingulis Eccleſiæ Paſtoribus*, legitimè vocatis, ſeſe *claves regni cœlorum* daturum promiſiſſe. Ita ſentit Photius, qui verbis Eulogii, modo adductis, continuò ſubjicit: Τοῦτο μὲν φησὶν ὁ Εὐλόγιος, πιθανώτερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον λέγων. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς Πέτρον εἴρητο· ἀλλ' ὃν ἐν προσώπῳ τοῦ κορυφαίου, καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν μαθητῶν ἡ τοιαύτη ἐξουσία ἐδέδοτο, ὅπου γε καὶ τοῖς ἀπ' ἐκείνων τὸ ἀρχιερατικὸν κατὰ διαδοχὴν περιβεβλημένοις ἀξίωμα, τὴν αὐτὴν προσεῖναι τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἐξουσίαν πιστεύομεν. *Hoc quidem Eulogius veriſimilius magis quàm verius dicit. Etſi enim Petro dictum eſt, verumtamen in perſona coryphæi etiam cæteris Apoſtolis talis poteſtas data eſt: quandoquidem etiam illis, qui per ſucceſſionem ab iis ſacerdotalem dignitatem acceperunt, eandem ſolvendi ligandique poteſtatem adeſſe credimus.* Optimè. Nam, ut Ambroſius in Pſal. XXXVIII. Quod Petro dicitur, Apoſtolis dicitur. Petrus enim non ſuo tantùm, ſed & collegarum nomine confeſſionem illam ediderat, *Tu es Chriſtus, Filius ille Dei viventis*: Sicut ex eo colligitur, quòd Chriſtus, non Petrum, in ſingulari, ſed diſcipulos, in communi, interrogaverat, Matth. XVI. 15. Unde quod Petro hîc promittit, id Apoſtolis poſtea omnibus promiſiſſe legitur Matth. XVIII. 18. & poſt reſurrectionem reapſe contuliſſe Joh. XX. 21. 23. ut agnoſcit Theophylactus in Cap. XVI. Matth. 94. Κλεῖδας νοήσεις, τὰς δεσμούσας καὶ λυούσας τὰς τῶν σφαλμάτων ἢ συγχωρήσεις, ἢ ἐπιτιμήσεις. Ἔχουσι γὰρ ἐξουσίαν ἀφιέναι καὶ δεσμεῖν, οἱ κατὰ Πέτρον τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξιωθέντες χάριτος. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς Πέτρον μόνον εἴρηται τὸ, δώσω σοι, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις δέδοται. Πότε; ὅτε εἶπεν, Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται. Claves *intelliges, quæ ligant & ſolvunt, hoc eſt, delictorum vel remiſſiones, vel pœnas. Habent enim poteſtatem remittendi & ligandi, qui ſicut Petrus, epiſcopatus gratiam conſecuti ſunt. Quamvis enim ſoli Petro dictum ſit*, Tibi dabo, *omnibus tamen Apoſtolis datæ ſunt. Quando? Cùm dixit*: Si quorum remiſeritis peccata, remittuntur. Imò idem verba Chriſti Matth. XVIII. 18. ad omnes extendit fideles. Sic enim ad illa, pag. 106. Ἐὰν σὺ ὁ ἀδικηθεὶς ἔχῃς ὡς τελώνην καὶ ἐθνικὸν τὸν ἀδικοῦντα, ἔσται καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ τοιοῦτος. Ἐὰν δὲ λύσῃς αὐτὸν, τουτέστι, συγχωρήσῃς, ἔσται καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ συγκεχωρημένος· οὐ γὰρ μόνον ὅσα λύουσιν οἱ ἱερεῖς, εἰσὶ λελυμένα, ἀλλ' ὅσα καὶ ἡμεῖς οἱ ἀδικηθέντες ἢ δεσμοῦμεν ἢ λύομεν κἀκεῖνα ἔσται δεδεμένα ἢ λελυμένα. *Si tu offenſus, habes eum, qui te injuriâ affecit ſicut Publicanum & Gentilem, erit ille etiam in cælo talis. Si autem ſolveris eum, hoc eſt, ignoveris, erit ei etiam in cælo condonatum. Non enim ſolùm, quæ ſolvunt Sacerdotes, ſunt ſoluta; ſed quæcunque etiam nos injuria affecti vel ligamus, vel ſolvimus, ipſa etiam erunt ligata, vel ſoluta.* Cyprianus quoque de ſimplic. Prælat. ex Joh. XX. 23. colligit, *Chriſtum Apoſtolis omnibus, poſt reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuiſſe.* In quam etiam ſententiam Hieronymus, lib. I. adv. Jovinian. ait; *Cuncti* (Apoſtoli) *claves regni cælorum accipiunt, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidatur.* Chryſoſtomus in prologo in Evangelium Johannis, in Catena, de Johanne Evangeliſta, Ὁ στῦλος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὁ τὰς κλεῖς ἔχων τοῦ οὐρανοῦ. *Eccleſiarum orbis columna, qui claves cœli habet.* Eandem ſententiam, de clavibus omnibus fidelibus Eccleſiæ Paſtoribus datis, ſequuntur alii ex veteribus. Dionyſius Areopagita Hierarch. Eccleſ. Cap. VII. num. VII. pag. 358. Τῷ τὰς θείας ἀποκαλύψεις τοῦ παναγιστάτου πατρὸς ἐλλαμπομένῳ τὰ λόγιά φησιν, ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὡς ἐκεῖνα καὶ πάντος τοῦ κατ' αὐτὸ ἱεράρχου, κατὰ τὰς ἐν αὐτῷ γενομένας τῶν πατρικῶν δικαιωμάτων ἀποκαλύψεις, ἐκφαντορικῶς καὶ διαπορθμευτικῶς τούς τε θεοφιλεῖς προσιεμένου, καὶ τοὺς ἀθέους ἀποκληροῦντος. *Ei qui divinas revelationes à ſupremo Patre didicerat, dicitur*: Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, *ita ut ille, omniſque Pontifex illi ſimilis, juxta revelationes paternarum juſtificationum ſibi indultas, quaſi interpres ac portitor Dei charos admittat, & impios excludat.* Apud Baſilium M. Conſtit. Monaſt. Cap. XXII. pag. 718. Ὁ καθηγούμενος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ὁ τοῦ Σωτῆρος ἐπέχων πρόσωπον, καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γινόμενος, καὶ ἱερουργῶν τῷ Θεῷ τὴν τῶν πειθομένων αὐτῷ σωτηρίαν. Καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παιδευόμεθα, Πέτρον ποιμένα μεθ' ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας ἑαυτοῦ καθιστῶντος, Πέτρε γάρ, φησι, φιλεῖς με πλέον τούτων; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Καὶ πᾶσι δὲ τοῖς ἐφεξῆς ποιμέσι καὶ διδασκάλοις, τὴν ἴσην παρέχοντος ἐξουσίαν· καὶ τούτου σημεῖον, τὸ, δεσμεῖν ἅπαντας ὁμοίως, καὶ λύειν ὥσπερ ἐκεῖνος. *Nihil eſt aliud antiſtes, quàm perſonam Salvatoris ſuſtinens, & mediator inter Deum & homines, ſacrificans Deo eorum qui ei ſubſunt ſalutem. Et hoc ab ipſo Chriſto docemur, Petrum poſt ſe Eccleſiæ ſuæ paſtorem conſtituente.* Petre *enim, inquit,* amas me plus his? Paſce oves meas. *Sed & omnibus deinceps Paſtoribus ac magiſtris eandem tribuit poteſtatem: cujus quidem rei ſignum eſt, quod omnes ſimiliter atque ille, & ligent, & ſolvant.* Alia inſuper Patrum teſtimonia producit Chamierus Panſtratiæ tom. II. lib. XI. de Oecum. Pontifice Cap. IX. & Ravanellus in voce *Clavis*.

Κλέπτης.

Κλέπτης, *fur.* Hæc vox ſumitur

I. *Propriè.* Ita, juxta Balſamonem ad Can. IX. Gregorii Thaumaturgi, pag. 915. Κλέπτης ἐστὶν, ὁ τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ψηλαφῶν παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου, ἐν εἰδήσει τοῦ λυπῆσαι αὐτόν. *Fur eſt, qui rem alienam, invito domino, cùm ſciat ſe eum hac ratione læſurum, contrectat.* Suidas: Κλέπτης, ὁ τὰ ἀλλότρια ἀφαιρούμενος. *Fur eſt, qui res alienas clàm aufert.*

II. *Impropriè.* Sic *fures* appellantur *falſi doctores*, Joh. X. 1. 8. quia homines clam, ſeu fraudulenter & callidè abripiunt à Deo: vel quia furantur hominibus bona ſpiritualia & cœleſtia, animaſque eorum in exitium æternum præcipitant. Clemens Alex. Strom. I. pag. 311. ad Joh. X. 8. Πάντες οἱ πρὸ Κυρίου κλέπται καὶ λῃσταί· οὐχ ἁπλῶς πάντες ἄνθρωποι, πάντες δὲ οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ πάντες οἱ μὴ κυρίως ὑπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένοι. *Omnes, qui fuerunt ante Dominum, fures & latrones: non abſolutè autem omnes homines, ſed omnes falſi prophetæ, & omnes, qui non propriè ab ipſo miſſi ſunt.* Iſidorus Peluſiota, Epiſt. CXIX. lib. III. pag. 304. Οὐ περὶ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ νόμου εἴρηται, ἀλλὰ περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν περὶ ὧν αὐτὸς ἔφη. Οὐκ ἀπέστελλον αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον. Οὐ γὰρ εἶπε, πάντες, ὅσοι ἀπεστάλησαν, ἀλλ' ὅσοι ἦλθον. Οἱ μὲν γὰρ προφῆται ἀπεστάλησαν. *Non de Prophetis & Lege dictum eſt, verùm de falſis prophetis, de quibus ipſe dixit*,

Digitized by Google

xit. Non mittebam eos, & ipſi currebant. *Non enim dixit, omnes, qui miſſi ſunt: ſed, qui venerunt. Nam Prophetæ quidem miſſi ſunt.* Vide ibidem plura. In eandem ſententiam Theophylactus ad v. 8. Cap. X. Joh. pag. 707. ſua ab Iſidoro mutuatus: Τὸ δὲ, πάντες ὅσοι ἦλθον, οὐ περὶ τῶν προφητῶν λέγει, ὡς οἱ Μανιχαῖοι παραναίουσιν· ἐκεῖνοι γὰρ δεῖξαι βουλόμενοι, τὴν παλαιὰν διαθήκην ἀλλοτρίαν οὖσαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς προφήτας μὴ ἐκ Θεοῦ ἀπεστάλθαι, χρῶνται τῷ ῥητῷ τούτῳ. Ἰδὲ γάρ, φασιν, ὁ Κύριος εἶπεν, ὅτι πάντες ὅσοι ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί. Οὐκ οὖν περὶ τῶν προφητῶν τοῦτό φησιν, ἀλλὰ περὶ Θευδᾶ καὶ Ἰούδα, καὶ τῶν ἄλλων στασιαστῶν. *Hoc verò*, omnes qui venerunt, *non de Prophetis dicit, ut Manichæi delirant. Nam illi volentes oſtendere, vetus Teſtamentum non eſſe à Deo, & Prophetas non eſſe miſſos à Deo, utuntur hoc dicto. Ecce enim, inquiunt, Dominus dixit*, omnes qui venerunt, fures ſunt & latrones. *Non igitur de Prophetis hoc dicit, ſed de Theuda & Juda, aliiſq; ſeditioſis.* Chryſoſtomus in Catena, ad v. 1. Cap. X. Johan. pag. 261. Ἐνταῦθα καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ αἰνίττεται, καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν ἐσομένους, τόν τε ἀντίχριστον καὶ τοὺς ψευδοχρίστους, τόν τε Ἰούδαν καὶ Θευδᾶν, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγόνασιν. *Hic & qui fuerunt ante ipſum, & qui poſt eum futuri ſunt notat, & Antichriſtum & falſos chriſtos, Judam etiam & Theudam, & ſi alii ejuſmodi fuerunt.* Et mox, ſequenti paginâ: Κλέπτην καὶ λῃστὴν ἀποκαλεῖ, καὶ ἀλλαχόθεν ἀναβαίνοντα, τὸν τὴν μὴ διδομένην αὐτῷ τιμὴν δύνασθαι λαβεῖν οἰόμενον, περὶ ὧν φησιν ὁ προφήτης. Ἐβασίλευσαν, καὶ οὐ δι᾽ ἐμοῦ· ἦρξαν, καὶ οὐ διὰ πνεύματός μου. *Furem ac latronem, & aliunde aſcendentem vocat, qui ſibi non conceſſum honorem arrogat: de quibus Propheta*, Regnaverunt, *inquit*, & non ex me: principes extiterunt, & non per Spiritum meum. Ammonius ibidem: Κλέπτης ἐστίν, ὁ μὴ τῇ νενομισμένῃ ἀπὸ τῶν γραφῶν χρώμενος διδασκαλίᾳ, ἀλλὰ δι᾽ ἑτέρας μὴ νενομισμένης ἐρχόμενος. *Fur eſt, qui non utitur legitima ſcripturarum doctrina, ſed aliam quampiam illegitimam ſpuriamq; amplectitur.* Et Theod. Mopſveſtenus in eadem Catena, pag. 263. Κλέπτης καὶ λῃστής, ὁ ἁπλῶς ἐπιπηδήσας τῇ εἰσόδῳ καὶ τῷ ἀξιώματι, καὶ τὰ ἐπὶ λύμῃ τῶν προβάτων ἐργασάμενος. *Fur & latro, qui temerè inſiliendo ad dignitatem graſſatur, & ovium perniciem machinatur.* Apolinarius ibid. per *furem & latronem* intelligit πονηρὸν διδάσκαλον καὶ πρὸς πονηρίαν ἀπὸ νόμου μεταθέντα, *pravum doctorem, & à pietate ad impietatem traducentem.* Cyrillus Alexandr. lib. VI. in Joh. pag. 637. Κλέπτην καὶ λῃστὴν ἀποκαλεῖ ἀλλαχόθεν ἀναβαίνοντα, τὸν ἐκ βίας καὶ τυραννίδος τὴν οὐ διδομένην αὐτῷ τιμὴν δύνασθαι λαβεῖν οἰόμενον. *Furem & latronem appellat aliunde aſcendentem, qui per vim & tyrannidem ſe rapere poſſe putat honorem ſibi non datum.*

III. *Proprietas furis* eſt venire nocte, & quidem ex improviſo, nobis non animadvertentibus. Matth. XXIV. 43. *Pater familiâs* neſcit ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, *quâ vigiliâ fur venturus ſit.* Hinc ei comparatur dies ſeu adventus Chriſti, qui repentinus futurus eſt. I. Theſſal. V. 2. Αὐτοὶ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, οὕτως ἔρχεται. *Ipſi accuratè ſcitis, diem illum Domini ut furem in nocte, ita venturum eſſe.* Ad hunc locum Theodoretus, p. 378. Τὸ αἰφνίδιον τῆς δεσποτικῆς παρουσίας ἀπείκασε κλέπτῃ· καὶ γὰρ οὗτος πειρᾶται λαθεῖν, ἀλλ᾽ ὁ φυλάττων τὴν οἰκίαν, τῆς τοῦ κλέπτου παρουσίας αἰσθάνεται· ὁ δὲ ὀλιγωρῶν καὶ καθεύδων ἀποσυλᾶται· οὕτως ὁ νήφων τῆς δεσποτικῆς ἐπιφανείας τὰ σημεῖα γινώσκει. *Repentinum Domini adventum furi comparavit. Is enim conatur latere, ſed qui domum cuſtodit, furis adventum præſentit: qui autem negligens eſt & dormit, ei domus diripitur. Ita qui vigilat, Dominici adventus ſigna percipit.* Oecumenius dicit, pag. 722. in hanc Epiſt. Apoſtolum his verbis declarare τὸ λαθραῖον καὶ αἰφνίδιον, adventum *occultum & repentinum.* Eodem modo II. Petri III. 10. Ἥξει ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί. *Veniet ſicut fur in nocte dies ille Domini.* Ad quæ Oecumenius, pag. 184. Τὸ ἀδηλον τῆς ἐφόδου τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας καὶ τὸ ἀπροσδόκητον, διὰ τοῦ κλέπτου καὶ τῆς νυκτὸς τὸ ἄδηλον· ἄδηλα γὰρ πάντα τὰ ἐν νυκτί. Διὰ δὲ τοῦ κλέπτου, τὸ ἀπροσδόκητον· οὐδεὶς γὰρ κλέπτην προσδοκῶν κλαπήσεται, ἀλλ᾽ οἱ ἀπροσδόκητοι τούτου, ἐκεῖνοι κλαπήσονται. *Incertum & improviſum impetum adventus Domini, per noctem & furem declaravit.* Per noctem *quidem, incertitudinem: omnia enim nocturno tempore incerta.* Per furem verò, *quod ex improviſo fit: nemo enim, qui furem exſpectat, ſpoliabitur: ſed qui eum non obſervant, illi ſpoliabuntur.*

Κλῆμα.

Quid κλῆμα ſit, ex vulgatis notum Lexicis. Ælius Spartianus de Adriano Cæſare, *vitem* pro *centurionatu* poſuit, his verbis: *Nulli vitem, niſi robuſto & bonæ famæ daret.* Græci hoc κλῆμα vocant. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XV. pag. 751. b. Τιμή τις ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίνεσθαι· τόπου σχολάζοντος ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τὸν Μαρῖνον ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. *Vitis nomen militaris dignitatis apud Romanos, quam qui obtinent, centuriones eſſe dicuntur. Hujuſmodi locus cùm vacaret, ad ejus promotionem Marinum gradûs ordo vocabat.* Eadem Nicephorus lib. VI. Cap. XIII. pag. 404. ita narrat: Ἐκάλει αὐτὸν ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐπί τινα, κατὰ τὸ ἔθος Ῥωμαίοις, ἀξιώματος προκοπήν· κλῆμα τοῦτο ἐκάλουν, ἑκατοντάρχου τόπον ἐπέχον. *Vocabat eum diſciplinæ militaris ordo ad honorem, Romanorum more, majorem, graduṁq; dignitatis altiorem: vitem hanc vocabant, & eam qui conſequebatur, centurionis locum obtinebat. Ordine*, inquit Cl. Salmaſius in Notis ad Spartianum, *ut notum eſt, in militia Romana promotiones fiebant, & in orbem quendam. Marinus iſte, cujus apud Euſebium mentio, cùm is Centurio, quem proximus impellebat, vel deceſſiſſet, vel in altiorem militiæ gradum promotus eſſet, locum eum maximè vacantem, jure ſibi ac promotionis ordine debitam ubi obire velle cœpit, interceſſit quidam, & Chriſtianum iſta dignitate potiri poſſe negavit, eumq; hoc nomine accuſavit, quòd Chriſtianus eſſet. Hic ſenſus verborum Euſebii, hæc vera diſtinctio. Qui Centuriones autem fiebant, vel ordine promotionis ad hunc gradum perveniebant, ut ille Marinus apud Euſebium, Scæva apud Lucanum.*

-- Ibi ſanguine multo
Promotus Latinam longo gerit ordine vitem:

Vel beneficio Imperatoris, aut Ducis ad hunc honorem promovebantur, quibus vitis *ſcilicet dabatur ab Imperatore, ut hoc loco.*

Κληρικός. Κλῆρος.

I. Κλῆρος *propriè* ſignificat *ſortem.* Veteres Gloſſæ: κλῆρος, *hæc ſors.* Heſychius: Κλῆρος, τὸ βαλλόμενον εἰς τὸ λαχεῖν. *Quod ad ſortiendum projicitur.* Suidas: Κλῆρος· τόπος, κτῆμα, οὐσία, ἡ λαχμός. *Locus, poſſeſſio, ſubſtantia, vel ſors.*

II. *Metonymicè* ſignificat *hæreditatem*, quia hæreditas in plures ſorte plerunque dividitur. Suidas: Κλῆρος, καὶ ἡ κληρονομία. Κλῆρος *etiam hæreditas* vocatur. Sic

1. *Eccleſia metaphoricè* appellatur κλῆρος, ſeu *hæreditas Dei*, quia Deo chara eſt, ut chara ſolet eſſe homini hæreditas, quæ ei ſorte obtigit. Ita Petrus I. Epiſt. V. 3. κλήρους, *hæreditates Domini* vocat Eccleſias ſingu-

Digitized by Google

ſingulas quibus ſinguli Paſtores præficiuntur, atque adeò nomen iſtud populo Chriſtiano tribuit, quemadmodum populus Iſraëliticus eodem inſigniebatur nomine, & κληρονομία vocabatur. Pſal. XXXIII. 12. *Beatus populus, quem elegit Deus* εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ *in hæreditatem ſibi.* Ubi Theodoretus, pag. 519. Ἐκλεκτὸς λαὸς κληρονομία Θεοῦ προσαγορευόμενος, πάλαι μὲν ὁ Ἰουδαϊκὸς, μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκλεγεὶς, καὶ τῆς πίστεως τὰς ἀκτῖνας δεξάμενος. *Populus electus, Dei hæreditas nominatus, olim quidem populus Judaicus erat: poſtea verò qui ex gentibus electus fidei radios recepit.* Ita alibi paſſim. Sed redeamus ad locum Petri. Oecumenius in illam Epiſt. pag. 165. Κλῆρον τὸ ἱερὸν σύστημα καλεῖ, ὥσπερ καὶ νῦν ἡμεῖς. *Clerum vocat ſacrum cœtum, quemadmodum etiam nos.* Per ἱερὸν σύστημα intelligit *Miniſtros Eccleſiaſticos*, quemadmodum etiam Pontificii. At hoc falſum eſſe, vel inde patet, quòd Apoſtolus non opponit cleris ποιμνίον, ſed poſterius hoc nomen ſubjungit, tanquam prioris ἐξηγητικόν. Ita Theophanes Homil. XII. pag. 70. auditores ſuos vocat κλῆρον, quando eos ita alloquitur: Ἡμεῖς δὲ ὦ κλῆρος ἐμὸς, τὰς αὐτῶν ὁρμὰς ἐκκλίνοντες, φέρε πάλιν τῶν ἱερῶν τοῦ εὐαγγελίου λόγων ἀκούσωμεν. *Nos verò, ò clere mi, eorum impetus declinantes, age rurſus ſacra Evangelii verba audiamus.* Haud tamen diffiteor, Chriſtianos omnes jam olim diſtinctos fuiſſe in κλῆρον, ſeu κληρικοὺς, & λαϊκοὺς, in *Clerum*, ſeu *Clericos*, & *Laicos*: verùm non aliam ob cauſſam miniſtri Eccleſiæ primùm dicti fuerunt *clerici*, quàm quòd ſorte ſeu ſortitione ex popularibus ſelecti eſſent ad obeundam ſacri miniſterii functionem. Colligo ex Pachym. in Cap. V. Dionyſii Areopagitæ de Eccleſiaſt. Hierarch. p. 327. Ἐγὼ λέγω, σύμβολόν τι ἐξ ἀποκαλύψεως, ἢ ἐνεργήματος τοῦ παναγίου πνεύματος πίπτον ἐπὶ τὸν κληρούμενον, ὁ κλῆρος ἦν. *Ego dico, ſortem fuiſſe ſignum aliquod revelationis vel afflationis ſanctiſſimi ſpiritûs, quod cadebat ſuper eum, qui in clerum cooptabatur.* Reſpiciunt hæc verba ad electionem Matthiæ Act. I. Quid verò κλῆρος ſit, docet Suidas: Λέγεται κλῆρος καὶ τὸ σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων. *Dicitur etiam clerus Diaconorum & Presbyterorum cœtus.* Hunc primus inſtituit Hyginus Pontifex temporibus Antonini Pii. Anaſtaſius in vita ejus: *Hic clerum compoſuit, & diſtribuit gradus.* Quadruplex verò erat in Imperio Orientali: primus Imperatoris, ſecundus Imperatricis, tertius patriarchæ ſive Eccleſiæ, quartus Exocatacœlorum. Conſtabat autem ex Presbyteris ſexaginta, Diaconis viris centum, fœminis quadraginta, Subdiaconis nonaginta, Lectoribus centum decem, Pſaltis viginti quinque, & Oſtiariis centum. Ita enim conſtitutus eſt numerus à Juſtiniano. Novellâ III. Reliqua ex Gloſſario Meurſii in voce Κλῆρος, petenda. Balſamon in Nomoc. Photii, Tit. I. de Fide, Cap. XXXI. pag. 31. *Clericos* dicit *appellari* τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας, *Presbyteros, & Diaconos, & Subdiaconos, & Lectores, & Pſaltas.* Iſidorus lib. II. de officiis Eccleſ. Cap. I. ita de hac voce: *Cleros autem vel Clericos hinc appellatos Doctores noſtri dicunt, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum. Sic & omnes, quos illis temporibus Eccleſiarum principes ordinabant, ſorte eligebant. Nam* κλῆρος *ſors interpretatur, unde & hæreditas Græcè* κληρονομία *appellatur, & hæres* κληρονόμος. *Proinde ergo clericos vocari ajunt, eò quòd in ſortem hæreditatis Domini dentur, vel pro eo quòd ipſe Dominus ſors eorum ſit, ſicut de eis ſcriptum eſt, loquente Domino: Ego hæreditas eorum.*

2. Κλῆρος, & frequentiùs κληρονομία, ex Hebræorum idiotiſmo, accipitur pro præmio ſeu retributione, piis à Deo gratuitò collata. Sic *vita æterna* vocatur κληρονομία Pſal. LXI. 6. *Tu dediſti* κληρονομίαν *timentibus nomen tuum.* Ad quæ Theodoretus, pag. 631. Κληρονομία ἀληθὴς, ἡ αἰώνιος ζωὴ, περὶ ἧς ἔφη ὁ δεσπότης Χριστὸς τοῖς ἐκ δεξιῶν ἀμνοῖς. Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἑτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου. Ταύτην τὴν κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν δώσειν ὁ δεσπότης ὑπέσχετο. *Vera hæreditas eſt vita æterna, de qua Dominus Chriſtus agnis ad dextram ait:* Venite benedicti Patris mei, hæredes eſtote regni, quod paratum eſt vobis ante mundi conſtitutionem. *Hanc hæreditatem Dominus timentibus eum ſe daturum promiſit.* Ad Epheſ. I. 14. *Spiritus S.* dicitur ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, *arrhabo hæreditatis noſtræ.* Ad Coloſſ. I. 12. Apoſtolus hortatur Coloſſenſes, *ut Deo gratias agant*, τῷ ἱκανώσαντι αὐτοὺς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων, *qui eos idoneos fecit ad participandam ſortem ſanctorum.* Ad quem locum aurea ſunt illa Chryſoſtomi Homil. II. in hanc Epiſt. pag. 98. quæ etiam leguntur apud Theophylactum, pag. 632. Διὰ τί κλῆρον καλεῖ; Δεικνὺς ὅτι οὐδεὶς ἀπὸ κατορθωμάτων οἰκείων βασιλείας τυγχάνει· ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ κλῆρος ἐπιτυχίας μᾶλλόν ἐστιν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· οὐδεὶς γὰρ τοιαύτην ἐπιδείκνυται πολιτείαν ὥστε βασιλείας ἀξιωθῆναι, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ δωρεᾶς ἐστι τὸ πᾶν. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅταν πάντα ποιήσατε, λέγετε ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὃ γὰρ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. *Cur ſortem appellat? Oſtendere volens, neminem bonis operibus ſuis regnum conſequi: ſed quemadmodum ſors* (hic rectè addit Theophylactus, οὐκ ἀνθρωπίνης ἐστὶ σπουδῆς, ἀλλὰ, *non eſt humanæ diligentiæ, ſed*) *fortunæ potiùs: ita etiam hoc loco. Nemo enim adeò vivit accuratè & piè, ut regno dignus habeatur, ſed gratia ejus totum eſt. Propterea dicit, Cùm omnia perfeceritis, dicite quòd inutiles ſervi ſimus: quod enim debuimus facere, fecimus.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 688. dicit Apoſtolum optimè dicere κλῆρον οἱονεὶ κληρονομίαν τινὰ καὶ δωρεὰν, *ſortem, quaſi hæreditatem quandam & donum. Vitam* verò *æternam dari ex gratia*, jam probavimus in voce Ζωὴ, num. II. 3. ad lit. *c.*

Κληρόω.

Obſervanda illa hujus verbi ſignificatio, quâ apud ſcriptores Eccleſiaſticos κληρόω eſt *Clericum facio, in clerum adſcribo*: & κληροῦσθαι, *clero adſcribi.* Balſamon in Nomocan. Photii, Tit. I. de Fide, Cap. X. pag. 15. Κανόνος διοριζομένου, μὴ κληροῦσθαί τινα, εἰ μὴ ποιήσῃ Χριστιανοὺς πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. *Cùm Canon decernat, ne quis fiat clericus, niſi omnes, qui in domo ipſius ſunt, Chriſtianos fecerit.* Et pag. 16. Διὰ τοῦτο οὐ παραχωρεῖ αὐτὸν κληρωθῆναι, *propterea non permittit ut Clericus fiat.* Idem, ad Can. LXI. Carthag. pag. 686. pro eodem ponit ἐν κλήρῳ τάττεσθαι, & κληρωθῆναι. Apud Zonaram, ad Can. LXXXVI. Trullanum, pag. 195. κεκληρωμένοι ſunt *Clerici, clero adſcripti.* Locum producimus in Καθαιρέω, num. I. Quod Can. VIII. Concilii Neo-Cæſ. eſt, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται, *talis ad miniſterium venire non poteſt*; id Ariſtinus in Synopſi Canonum ſimpliciter effert, οὐ κληροῦται, *non adſcribitur in Clerum.* Theodorus Presbyter de Incarnatione Domini, pag. 233. de Neſtorio: Κληροῦται ἐν Ἀντιοχείᾳ, *in clerum adſcriptus eſt Antiochiæ.* Id ita vertendum eſſe, ex Theodoreto patet, qui lib. IV. Hæret. fabul. Cap. XII. pag. 244. velut paraphraſi aliqua, quod hic dicitur κληροῦται ἐν Ἀντιοχείᾳ, interpretaturus, ita de Neſtorio illo ſcribit: Ἐν ταύτῃ (τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀντιοχέων πόλει) τῇ ἐκκλησίᾳ

Digitized by Google

κλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προϊὼν (malo, προσιὼν) εἰσεφθάρη, καὶ τῷ καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐναρίθμιος γεγονὼς, τόν τε τοῦ Θεοῦ λαὸν διδάσκειν πεπιστευμένος, ἔδειξεν εὐθὺς ἐν προοιμίοις, οἷος παρὰ πάντα τὸν βίον γενήσεται. *In hac (magna Antiochenorum civitate) in Eccleſiam Dei ſe ingeſſit, & in numerum Presbyterorum relatus eſt, docendiq; populi Dei munere impoſito, ſtatim in principio oſtendit, qualis totâ vitâ eſſet futurus.*

Κλήρωσις.

Κλήρωσις apud profanos autores eſt *ſortio*. Veteres Gloſſæ: Κλήρωσις, *ſortitus*. Iſocrates Areopag. de electione magiſtratuum, quæ ſorte fit, ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν. Apud Scriptores Eccleſ. *clericatum* notat, Can. CV. Cod. Eccleſ. Africanæ: *Quicunq; non communicans in Africa, in tranſmarinis ad communicandum obrepſerit, jactur..m Clericatus excipiat.* Græcè, τὴν ζημίαν τῆς κληρώσεως ἀναδέξεται, Zonaras, pag. 493. exponit, Ἐκπεσεῖται τοῦ κλήρου, καὶ τῆς διὰ τοῦ κληρικὸς εἶναι τιμῆς. *Excidet clero, & honore, quem clericus habet.* Eodem modo ibid. Can. LVII. Μὴ ὀφείλειν ἐμποδίζεσθαι εἰς τάξιν κληρώσεως. *Non debere munus clericatus impedire.*

Κλῆσις. Καλέω. Κλητός.

Vocatio maximè *duplex*:

I. *Ad munus.* Hæc intelligitur I. Corinth. VII. 20. Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω. *Unusquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.* Ad hæc Theophylactus, pag. 218. Ἐν οἵῳ βίῳ, καὶ ἐν οἵῳ τάγματι καὶ πολιτεύματι ὢν ἐπίστευσεν ἐν τούτῳ μενέτω. *Quocunq; in vitæ genere, vel ordine vel conditione quiſpiam crediderit, in hoc perſeveret.* Hoc reſpectu Paulus ſe vocat κλητὸν ἀπόστολον, *vocatum Apoſtolum*. Rom. I. 1. ubi Theophylactus, pag. 4. Ταπεινοφροσύνης τὸ ῥῆμα· δείκνυσι γὰρ ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο. *Humilis & modeſti animi hoc verbum eſt. Indicat enim, quod non ipſe quærendo invenerit, ſed vocatus acceſſerit.* Et Theodoretus. Κλητὸν ἑαυτὸν ὀνομάζει, τὴν ἄνωθεν αἰνιττόμενος κλῆσιν. *Se* vocatum *appellat, ſupernam vocationem innuens.* Eodem nomine ſe inſignit I. Corinth. I. 1. ubi iterum Theophylactus, pag. 163. Ἐκλήθην, φησὶν, οὐκ αὐτὸς εὗρον, οὐδὲ οἰκείᾳ σοφίᾳ κατέλαβον. *Vocatus ſum, inquit, non ipſe inveni, neq; propriâ ſapientiâ apprehendi.* Chryſoſtomus autem hoc refert *ad vocationem ad ſalutem*; ut mox videbimus.

II. *Ad ſalutem & gratiam*, quæ eſt ex gratuita Dei dilectione. Theophylactus ad Rom. I. 6. p. 7. Κλητοί ἐστε καὶ αὐτοὶ χάριτι προληφθέντες, οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν προσελθόντες. *Vocati eſtis & ipſi, gratiâ anticipati, non propria virtute accedentes.* Cur Paulus ſe vocet κλητὸν ἀπόστολον, docet Chryſoſtomus, Homil. XLIX. tom. VI. Pariſ. pag. 666. Edit. verò Etonienſis, tom. VIII. pag. 107. Τί οὖν ἡμᾶς βούλεται διδάξαι διὰ τοῦ κλητὸν ἑαυτὸν καλέσαι; ὅτι οὐκ αὐτὸς τῷ δεσπότῃ προσῆλθε πρῶτος, ἀλλὰ κληθεὶς ὑπήκουσεν· οὐκ αὐτὸς ἐζήτησε καὶ εὗρεν, ἀλλ' εὑρέθη πλανώμενος· οὐκ αὐτὸς πρὸς τὸ φῶς ἀνέβλεψε πρῶτος, ἀλλὰ τὸ φῶς τὰς οἰκείας ἀκτῖνας πρὸς τὰς ὄψεις ἀφῆκε τὰς ἐκείνου, καὶ τοὺς ἔξω πηρώσας ὀφθαλμοὺς, οὕτω τοὺς ἔνδοθεν ἤνοιξε. Βουλόμενος οὖν ἡμᾶς παιδεῦσαι ὅτι τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ πάντων οὐδὲν ἑαυτῷ λογίζεται, ἀλλὰ τῷ κεκληκότι Θεῷ, κλητὸν ἑαυτὸν καλεῖ. *Quid ergo docere nos vult, cùm ſe ipſum* vocatum *appellat? ſe nimirum priorem ad Dominū non acceſſiſſe, verùm vocatum obedivisse: non ipſum quæſiviſſe & inveniſſe, ſed cùm aberrâſſet, inventum eſſe: non ipſum ad lucem ſuſpexiſſe primùm ſed lucē radios ſuos in ejus palpebras vibrâſſe, & exterioribus oculis orbato, interiores deinde eſſe reſeratos. Cùm igitur docere nos vellet, ſe nullum ex bonis operibus ſuū omnibus ſibi ipſi tribuere, ſed Deo, qui vocavit, ſe ipſum* vocatum *appellat.* Et mox: Τὸ κλητὸς ὄνομα, οὐδενός ἐστιν ἔνδειξις ἑτέρου, ἢ τὸ μηδὲν δίκαιον νομίζειν, εἶναι Παῦλον τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, ἀλλὰ πάντα ἀνατιθέναι τῷ δεσπότῃ Θεῷ. *Nomen illud* vocatus, *nihil aliud indicat, niſi Paulum nihil ex ſuis bonis operibus ſibi proprium arbitrari, ſed omnia Domino Deo accepta referre.* Oecumenius in epiſt. Judæ, pag. 225. fideles propterea dicit appellari κλητοὺς, ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔχουσι διὰ τοῦ ἑλκύσθαι καὶ τὸ κεκλῆσθαι, *quòd vocationem non à ſe ipſis habeant, ſed à Patre, à quo ſint tracti.* Chryſoſtomus Homil. LXIX. in Matth. χάριτος ἦν ἡ κλῆσις. -- Τὸ κληθῆναι οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας γέγονεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος. *Gratuita erat vocatio. Vocatio non erat à dignitate, ſed à gratia.* Photius apud Oecumenium in Cap. XI. ad Romanos, pag. 337. Οὐδὲ γὰρ οἱ προσελθόντες, διὰ ἔργα προγενόμενα ἀξιόχρεοι πρὸς τὴν κλῆσιν ἔδοξαν, ἀλλὰ χάρις Θεοῦ ἐστι τὸ πᾶν. *Neq; enim qui acceſſerunt, propter opera præcedentia digni videbantur vocatione, ſed gratiæ Dei omnia in ſolidum adſcribenda.* Theodoretus ad v. 9. Cap. I. epiſt. II. ad Timoth. Κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐκ εἰς τὸν ἡμέτερον ἀποβλέψας βίον, ἀλλὰ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν. *Vocavit nos Deus non ad vitam noſtram reſpiciens, ſed propter ſolam benevolentiam & humanitatem ſuam.* Chryſoſtomus Homil. I. in I. ad Corinth. pag. 245. Ἐπειδὰν τῷ Θεῷ ἔδοξεν, ἐκλήθημεν, οὐκ ἐπειδὰν ἄξιοι ἦμεν. *Quia Deo placuit, vocati ſumus, non quòd digni fuerimus.* Homil. II. in eandem epiſt. pag. 251. Ἐκλήθητε, οὐκ αὐτοὶ προσήλθετε. *Vocati eſtis, non ipſi acceſſiſtis.* Theophylactus in Cap. XXII. Matth. pag. 130. Χάριτι μόνῃ πάντες ἐκλήθημεν, ἀγαθοί τε καὶ πονηροί. *Gratiâ ſolâ vocati ſumus omnes, boni & mali.* Idem in II. ad Corinthios Cap. V. ad v. 18. pag. 367. Οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτῷ προσεδράμομεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμᾶς ἐκάλεσε διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ. *Non enim nos ipſi accurrimus, ſed ipſe nos vocavit per mortem Filii.*

Κλινηφόρος.

Non habent Lexica. Eſt *lectum ferens*. Chryſoſtomus Homil. in Publicanum & Phariſæum, tom. VI. Edit. Pariſ. pag. 570. Ταῦτα ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις προτέθεικε τὰ χαρίσματα, ἐν οἷς τοὺς δικαίους δείκνυσιν ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμποντας, μέλη παρειμένων νευρούμενα, κλινηφόρους παραλύτους τρέχοντας, &c. *Iſta Chriſtus in divinis Evangeliis dona ſpectanda propoſuit, in quibus juſtos oſtendit fulgore ſolem ſuperantes, corroborata membra languidorum, lectos ferentes paralyticos currentes*, &c.

Κλινικός.

I. *In genere Clinicus*, κλινικὸς, eſt ita morbo affectus, ut ſurgere è lecto nequeat, nullaque ampliùs de ſalute ejus ſpes eſt; quem Latini *deploratum* & *expoſitum* vocant. Plinius lib. XXV. C. V. *Medetur etiam morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis.* Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: *Quem nudum & clinicum non Fabiolæ veſtimenta texerunt?* Idem in Epitaphio Paulæ? *Quis inopum moriens non illius veſtimentis obvolutus eſt? quis clinicorum non ejus facultatibus ſuſtentatus eſt?* Dicuntur etiam *clenici*. In actis paſſionis Cornelii Papæ: *Protinus erexit ſe Salluſtia clamans & dicens, verè Chriſtus eſt Deus, Dei Filius. Et dicebat ad beatum Cornelium Papam, Baptiza me, per Chriſtum te conjuro: & currens quæ erat clenica implevit vas aqua, & attulit ei.* Idem in paſſione Callixti Papæ: *Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, cujus uxor clenica jacebat annis quatuor, & miſit ſe ad pedes Palmatii*, &c. Græcis ſunt κλινήρεις & κατακλινεῖς. Qui ita decumbunt, Latinis dicuntur *morbo lectuali ægrotare*. Ælius Spartianus de Hadriano: *In morbum incidit lectualem.* Per *lectualem morbum* intelligit longum & diuturnum, difficilemque ac

tabificum morbum, quem contraxerat Hadrianus ex eo, quòd in ſummis caloribus atque frigoribus capite intecto ſemper iter facere ſolitus eſſet. *Lectuales* ejusmodi *morbos* Latini vocârunt, quòd diu in lecto detinerent ægrotantes.

II. *In ſpecie Clinici* vocantur, qui in lecto, ob morbum, ne ſine Baptiſmo morerentur, aqua affundebantur, vel aſpergebantur. Hoc indicat Cyprianus lib. IV. Epiſt. VII. quæ eſt ad Magnum, pag. 210. ubi multa de eorum Baptiſmo. De eodem verba Cornelii, urbis Romanæ Epiſcopi, habemus in literis ejus ad Fabium, Epiſcopum Antiochenum, quæ apud Euſebium exſtant, lib. VI. Cap. XLIII. pag. 70. Καταλιπὼν γὰρ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου, κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. Novatus, imò Novatianus, *Eccleſiam Dei reliquit, in qua, poſt fidem receptam, Presbyterii honore donatus fuit, favore Epiſcopi, qui illi manus ad ſortem Presbyterii impoſuit; qui quidem Epiſcopus ab omni Clero, imò etiam à multis laicis impeditus, (quoniam minimè licebat quenquam in lecto propter morbum baptizatum, quemadmodum etiam huic contigerat, in clerum aſſumi) petiit, ut hunc ſolum ordinare permitteretur.* Ita baptizatorum etiam meminit Can. XII. Neo-Cæſar. Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται. *Si quis in morbo conſtitutus, baptizatus fuerit, ad honorem Presbyterii promoveri non poteſt.* Canon XLVII. Laodic. Ὅτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ φώτισμα, καὶ εἶτα ἀναστάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν. *Quòd oportet eos, qui in morbo baptiſmum accipiunt, & poſtea convaluerunt, fidem ediſcere, & noſſe, quòd divino beneficio digni habiti ſunt.* Vide etiam Can. XLV. Eccleſ. Africanæ.

Horum autem *Clinicorum duo* ſunt *genera*.

1. *Unum* tum Catechumenorum, tum Gentilium ſeſe convertentium, qui in extremis conſtituti, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ, in lecto decumbentes, baptizabantur. Horum meminit Epiphanius, hæreſi XXVIII. quæ eſt Cerinthianorum, pag. 54. Verba ejus adduximus in voce Βάπτισμα, num. V. ad lit. ℵ. 1. c. β. Ita Arinthæus Prætor, ab uxore redditus Chriſtianus, in fine vitæ baptizatus eſt, referente Baſilio Magno, Epiſtol. CCCLXXXVI. quæ eſt conſolatoria ad conjugem ejus. Verba ejus, pag. 966. ſunt: Μέγας μὲν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, μέγας δὲ ἐν τῷ μέλλοντι, μηδὲν ἐκ τῆς παρούσης λαμπρότητος πρὸς ἐλπιζομένην δύναμιν ζημιωθεὶς, διὰ τὸ πᾶσαν κηλῖδα τῆς ψυχῆς, πρὸς ταῖς ἐξόδοις τοῦ βίου, τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀποκαθήρασθαι, ὧν αὐτὴ πρόξενος αὐτῷ καὶ συνεργὸς γενομένη, μεγίστην ἔχε τὴν παραμυθίαν. *Magnus quidem in præſenti hac vita, magnus verò etiam in futura, nec ex præſenti ſplendore damni quicquam in ſperata gloria expertus, propterea quòd in ipſo vitæ exitu cunctam animæ maculam lavacro regenerationis accepto deterſit: cujus rei cùm ei conciliatrix & cooperatrix fueris, maximam inde conſolationem cape.*

2. *Alterum genus Clinicorum*, illorum fuit, qui Chriſtiani quidem erant profeſſione, ſed ſtudio Baptiſmum differebant, ſimul & baptizari & mori volentes, ne poſt acceptum Baptiſmum rurſus peccarent, decepti malè intellecto loco ad Hebræos VI. 4. unde cum Novatianis colligebant, nullam, poſt Baptiſmum delinquentibus, veniæ ſpem reliquam eſſe. Ita Conſtantinus Imp. extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio, Nicomedienſi Epiſcopo, baptizatus eſt, ut, præter Euſebium lib. IV. de vita ejus, Cap. LXII. pag. 155. b. alii etiam Hiſt. Eccleſ. Scriptores tradiderunt; nempe Socrates, lib. I. Cap. XXXIX. pag. 190. b. Theodoretus, lib. I. Cap. XXXII. pag. 295. a. Sozomenus, lib. II. Cap. ult. pag. 35. b. & Nicephorus lib. VIII. Cap. LIV. p. 66. &c. Etiam Conſtantini Filius, Conſtantius, moriens voluit baptizari, ἀποθνήσκων ἐδέξε βαπτίζεσθαι, ut docet Athanaſius de Synodis Arimini & Seleuciæ. Idem de Theodoſio M. tradit Ambroſius Orat. de obitu ejus, & Socrates lib. V. Cap. VI. pag. 244. a. Hic Baptiſmus eleganter vocatur ἐντάφιον βάπτισμα à Greg. Nyſſeno, ſub finem orationis πρὸς τοὺς βραδύνοντας εἰς τὸ βάπτισμα, *adverſus eos, qui Baptiſmum differunt*, tom. II. pag. 224. quando monet: Ἀπόθεσθε οὖν τὴν ματαίαν γνώμην, οἱ ἐντάφιον τηροῦντες τὸ βάπτισμα. *Deponite ergo inanem veſtram ſententiam, qui Baptiſmum ad exequias reſervatis.* Hunc Clinicorum morem acriter reprehenderunt orthodoxi Patres, inque hanc Baptiſmi differendi conſuetudinem graviter ſunt invecti. Unum & alterum audiviſſe ſufficiet. Plurima habet Greg. Nazianzenus Orat. XL. quæ eſt in S. Baptiſma. Pauca excerpamus. Pag. 643. dicit: Βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν· καὶ μὴ ἀναβαλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν ὡς ἀδικίαν, μηδὲ ἀναμείνωμεν πλεῖον γενέσθαι κακοὶ, ἵνα πλεῖον συγχωρηθῶμεν, μηδὲ γενώμεθα χριστοκάπηλοι καὶ χριστέμποροι, μηδὲ φορτισθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδροι τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ' ὧν τὸ πλεῖον ἠλπίσαμεν, τὸ πᾶν ἀπολέσαντες. Ἕως ἔτι τῶν λογισμῶν κύριος εἶ, πρόσδραμε τῷ δωρήματι, καὶ τὰ ἑξῆς. *Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua cogamur. Ne beneficium, tanquam injuriam differamus, nec exſpectemus, donec pejores ſiamus, ut plura nobis condonentur: nec Chriſto, tanquam caupones & negotiatores, abutamur: nec graviori ſarcina oneremur, quàm vires noſtræ ferre queant, ne unà cum navi demergamur, ac Gratiam per naufragium amittamus, dumque plura ſpe atque animo concepimus, omnia perdamus. Quamdiu mentis adhuc compos es, ad donum accurre, &c.* Chryſoſtomus Homil. I. in Acta, pag. 615. Μὴ καιρὸν ἀναμείνωμεν, μή ποτε μέλλοντες καὶ ἀναβαλλόμενοι, ἀπέλθωμεν κενοὶ καὶ ἔρημοι τούτων ἀγαθῶν. Πῶς οἴεσθε ὀδυνῶμαι, ὅταν ἀκούσω, ὅτι ἀμύητός τις ἀπηνέχθη ἐντεῦθεν, τὰς ἀφορήτους ἐννοῶν κολάσεις ἐκείνας, τὴν ἀπαραίτητον τιμωρίαν; πῶς δάκνομαι πάλιν, ὅταν ἑτέρους ἴδω πρὸς τὰς ἐσχάτας φθάνοντας ἀναπνοὰς, καὶ μηδὲ ἐντεῦθεν σωφρονιζομένους; Διά τοι τοῦτο πολλὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀνάξια γίνεται. *Ne tempus exſpectemus, ne quando fiat, ut, dum cunctamur & procraſtinamus, diſcedamus hinc inanes, tantique bonis vacui. Quomodo creditis me diſcruciari animo, quoties aliquis nondum initiatus ex hac vita abreptus fuerit, mecum reputantem intolerabiles illos cruciatus, & ſupplicium inevitabile? Rurſus, quos æſtus pectoris ſentio, quoties alios video ſub extremum halitum feſtinantes ad initiationem*, (ita quidem Interpres, ſed parùm accuratè, ego reddiderim, *quoties alios video ad extremos ſpiritus perveniſſe*, vel, *in agone conſtitutos*, ſeu, *extremos ſpiritus ducere*) *nec hinc puriores fieri?* (Ita rurſus Interpres: ridiculè. Reddendum, *nec tamen inde ſapientiores reddi?*) *Hinc multa tanto dono indigna fiunt.* Idem, Homil. XXIII. in Acta, pag. 746. Τί τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς ἀναμένεις ὡς δραπέτης, ὡς κακοῦργος, ὡς οὐκ ὀφείλων τῷ Θεῷ ζῆσαι; τί ὡς πρὸς ἀπηνῆ τινα καὶ ὠμὸν τρέχων δεσπότην οὕτω διάκεισαι; τί ψυχρότερον; τί ταλαιπωρότερον τοῦ τότε λαβόντα τὸ φώτισμα; *Cur extremos exſpectas ſpiritus ſicut fugitivus, ſicut malefactor, & quaſi Deo vivere non deberes? Quare ſic afficeris, quaſi ad inhumanum & crudelem quendam Dominum curreres? Quid frigidius? quid miſerabilius tunc demum*

Baptiſmum

Baptiſmum accipientibus? Contra eosdem integram ſcripſit Orationem Gregorius Nyſſenus, quæ extat tomo II. pag. 215. & ſeqq. Quædam ex ea adduximus Obſervat. noſtrarum Cap. III. pag. 72. ubi vide. Pag. 220. narrat exemplum Juvenis cujusdam nobili loco nati, cui Archias nomen, qui à Barbaris vulneratus, & morti jam vicinus, ὡς εἶχε δυνάμεως ἀνεβόα· καὶ γὰρ ἦν τῶν ἀμυήτων. Ὄρη καὶ νάπαι βαπτίσατε, δένδρα καὶ πέτραι, καὶ πηγαὶ δότε τὴν χάριν, quàm maxima poterat voce: nondum enim erat Baptiſmi ſacramento initiatus; exclamabat: Montes & ſylvæ baptizate; arbores, rupes & fontes conferte gratiam! Qui plura de Clinicis deſiderat, doctiſſimas adeat Cl. Juſtelli Notas ad Can. XII. Concilii Neo-Cæſarienſis, & Voſſii Diſputationem XII. de Baptiſmo, Theſi quinta.

Κλοπή.

Hic illud tantùm obſervamus, eſſe furtum aliquod laudabile. Talis κλοπὴ veteribus mulieris profluvio ſanguinis laborantis, quæ Matth. IX. 20. προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου τοῦ Ἰησοῦ, accedens à tergo, tetigit fimbriam veſtimenti Jeſu. De quo ejus facto ſic Chryſoſtomus, Homil. CXXV. tom. V. pag. 818. Ὢ κλοπῆς, ἣν αὐτὸς ἐπῄνεσεν ὁ τὰς κλοπὰς τιμωρούμενος· ὢ κλοπῆς τὸν κλαπέντα τερπούσης· ὢ σύλων στεφανουμένων ἐκ δικαστοῦ. O furtum, quod ipſe laudavit, à quo furta vindicantur! ò furtum, quod eum delectat, qui furtum eſt paſſus! ò prædationem à judice coronatam! Et Theophanes, Homil. X. pag. 60. Οὐκ ἔλαθε τὸν καρδίας καὶ νεφροὺς ἐμβατεύοντα ἡ τῆς γυναικὸς ἐπαινουμένη κλοπὴ, οὔτε μὴν καλύπτει ταύτην σιγῇ. Non latuit eum, qui corda & renes ſcrutatur, laudabile mulieris furtum, neq; tamen id ſilentio celat. Idem Homil. XXIII. pag. 146. Πίστει ἡ θαυμαστὴ αἱμόῤῥους εἰργάσατο τὴν ἐπαινουμένην κλοπήν. Fide laudabilem illa ſanguinis profluvio laborans admirandia mulier furtum fecit. Sic etiam furti non fuerunt rei Iſraelitæ, qui Ægyptios ſpoliarunt: Οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ὡς οἱ κατήγοροί φασιν· οὐδὲ γὰρ ἀλλοτρίων αὐτοὺς ἀνέπεισεν ἐπιθυμεῖν ὁ Θεός· ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὧν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὑπηρέτησαν τοῖς Αἰγυπτίοις, μισθὸν ἀναγκαῖον κομιζόμενοι. Ἔπειτα δὲ καὶ τρόπον τινὰ ἠμύναντο, ἀντιλυποῦντες ὡς φιλαργύρους Αἰγυπτίους, τῇ τῆς λείας ἐκφορήσει, καθάπερ ἐκεῖνοι τοὺς Ἑβραίους τῇ καταδουλώσει. Εἴτ᾽ οὖν, ὡς ἐν πολέμῳ, φαίη τις τοῦτο γεγονέναι, τὰ τῶν ἐχθρῶν φέρειν ἠξίουν νόμῳ τῶν κεκρατηκότων, ὡς κρείττονες ἡττόνων· καὶ τὰ ἑξῆς. Non propter avaritiam, ut dicunt accuſatores: (neq; enim Deus eis aliena perſuaſit concupiſcere) ſed primùm quidem, earum, quas omni tempore Ægyptiis præbuerunt, operarum ac ſervitiorum neceſſariam mercedem referentes: deinde etiam quodammodo ſe ulti ſunt, Ægyptiis ut avaris par pari referentes prædæ exportatione, ſicut illi Hebræis prius moleſtiam attulerant, redigendo eos in ſervitutem. Sive ergo ut in bello quis hoc factum eſſe dixerit: res hoſtium victoriæ jure auferre volebant, ut potentiores inferiorum, &c. Sunt verba Clementis Alexand. Strom. I. pag. 345. Eadem eſt ſententia Greg. Nazianzeni Orat. XLII. quæ eſt II. in Paſcha, pag. 690. Χρῆσαι παρ᾽ Αἰγυπτίων σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ· μετὰ τούτων ὁδευσον, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐφοδιάσθητι, μᾶλλον δὲ τῶν σῶν. Χρεωστεῖταί σοι μισθὸς τῆς δουλείας καὶ τῆς πλινθείας, εὑρεῖν τι καὶ σὺ περὶ τὴν ἀπαίτησιν, καλῶς ἀπατήσον. Vaſa aurea & argentea ab Ægyptiis commodato accipe: cum his te itineri committe: ex alienis facultatibus viaticum tibi para, imò ex tuis potiùs: ſervitutis enim ac confectorum laterum merces tibi detur. Callidè tu quoq; aliquid circa mercedis flagitationem comminiſcere: pulchrè fraude. Chryſoſtomus Homil. XX. in Epiſtol. ad Hebræos dicit Iſraëlitas ex Ægypto egreſſos eſſe χρυσία λαβόντας, τὸν μισθὸν τῆς οἰκοδομῆς, aureis acceptis, mercede ædificationis. Theodoretus, quæſt. XXIII. in Exodum, pag. 89. Πολὺν ἐν Αἰγύπτῳ χρόνον ὑπέμεινεν ὁ λαὸς, πλινθουργῶν, καὶ τειχοποιῶν, καὶ πόλεις οἰκοδομῶν. Ἠβουλήθη τοίνυν μισθὸν αὐτοὺς τῶν πόνων λαβεῖν ὁ δεσπότης Θεός. Diutiſſimè laboravit in Ægypto populus Iſraeliticus, conficiendis lateribus, & conſtruendis muris ac civitatibus. Quamobrem voluit Dominus Deus illos laborum mercedem recipere. Idem, ad v. 37. Pſal. juxta Hebræos CV. pag. 822. Ἐπειδὴ οὐδὲ τὰ οἰκεῖα λαβεῖν οἱ Αἰγύπτιοι τοῖς Ἑβραίοις ἐπέτρεπον, πρὸς τοῖς οἰκείοις ἔλαβον καὶ τὸν Αἰγυπτίων πλοῦτον, οἷόν τινα μισθὸν τῆς χαλεπῆς δουλείας κομισάμενοι τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον. Οὐ γὰρ ἀδίκως τοῦτο γενέσθαι προσέταξεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδικοῦντας παιδεύων, καὶ τοὺς ἀδικηθέντας ψυχαγωγῶν. Quoniam Ægyptii nec res ſuas proprias Hebræos accipere permittebant, præter proprias, Ægyptiorum etiam opes acceperunt, velut quandam acerbæ ſervitutis mercedem, aurum & argentum reportantes. Non enim injuſtè hoc fieri Deus præcepit, ſed ut injuriæ autores plecteret, & injuriâ affectos conſolaretur. Plura vide apud Ravanellum in voce Fur, num. I. 1.

Κνήθω.

Verbum hoc accipitur

I. Propriè, & ſignificat, juxta veteres Gloſſas, ſcalpo. Idem quod κνᾶν. Sic enim Heſychius: Κνᾶν, κνήθειν.

II. Tropicè. Sic pruritus aurium, ſumitur pro perverſa ac inſana cupiditate ex ore falſorum doctorum audiendi, atque adeò cognoſcendi & amplectendi novam doctrinam: metaphorâ deſumtâ à ſcabioſis, quibus cutis prurit, adeò ut ſcalpendi libidine ardeant, & ex frictione ingentem voluptatem percipiant, ſed quam inſequi ſolet dolor non mediocris. Hoc ſenſu damnantur II. Timoth. IV. 3. κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, prurientes auribus. Heſychius, ad hunc locum reſpiciens: Κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, ζητοῦντές τι ἀκοῦσαι καθ᾽ ἡδονήν. Prurientes auribus, quærentes aliquid audire quod oblectet. Ad eundem locum Chryſoſtomus, Homil. IX. in hanc Epiſt. pag. 371. κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν interpretatur, τοὺς ἡδονῆς χάριν λέγοντας καὶ τέρποντας τὴν ἀκοὴν ἐπιζητοῦντες, quærentes voluptatis gratiâ loquentes, & auditum oblectantes. Et Theophylactus, pag. 828. τερπόμενοι τὴν ἀκοὴν, καὶ γαργαλιζόμενοι, καὶ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντες τὰ πρὸς χάριν ἀκούειν. Oblectati auribus, ac titillati, ſemper concupiſcentes audire quæ placeant. Eodem modo Oecumenius, pag. 780. Optimè Theodoretus ad præſentem locum, pag. 504. Τὸ κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, ἀντὶ τοῦ τερπόμενοι τέθεικεν· ἐπειδήπερ ἡδονήν τινα τῆς ἀκοῆς ἡ κνῆσις ἐργάζεται. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ μυθώδη παιδεύματα, τέρψιν οὐκ ὄνησιν ἔχοντα. Prurientes auribus, poſuit pro eo quod eſt, delectati, quia voluptatem aliquam parit aurium perfricatio. Hujusmodi autem ſunt etiam fabuloſæ doctrinæ, quæ delectationem habent, non utilitatem. Quid ſit, etiam intelligitur ex verbis Balſamonis ad Can. LVII. Cod. Eccleſiæ Africanæ, pag. 669. Κνήθοντες τὰς ἀκοὰς καὶ κολακεύοντες, ἀντὶ τοῦ λόγοις ἀπατηλοῖς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἡδύνοντες, καὶ γαργαλίζοντες. Τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων εἴληπται. Τὰ γὰρ ζῶα καταψώμενα καὶ κνηθόμενα χερσὶν ἀνθρώπων, γαργαλίζονται, καὶ χειροήθη γίνονται. Auribus pruritum facientes, & adulantes, pro verbis fallacibus aures eorum oblectantes & titillantes. Hoc ſumtum eſt ex metaphora animalium. Animalia enim demulſa & manibus titillata hominum, voluptate quadam afficiuntur, & cicurantur. Κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, ſunt tales, de quibus Lactantius lib. V. Cap. I. Nihil audire, &c. niſi expeditum ac diſertum volunt, nec quicquam inhæret animis eorum, niſi quod aures blandiore ſono permulcet. Et paulò pòſt: Nil verum putant, niſi quod auditu ſuave eſt; nihil

Digitized by Google

credibile, niſi quod incutere poteſt voluptatem. Hieronymus ad illa Ezechielis XXXIII. 32. *Factus es iis quaſi carmen Muſicum: Tales ſunt uſq; hodie multi in Eccleſiis, qui ajunt, venite, audiamus illum & illum mirâ eloquentiâ prædicationis ſua verba volventem.* Sunt, *qui* Actor. XVII. 21. Εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, *ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere aut audire aliquid novi.* Sunt ad II. Theſſal. III. 11. μηδὲν ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ περιεργαζόμενοι, *nihil operis facientes, ſed curioſè agentes.* Plinius lib. I. epiſt. XIX. *Aures hominum novitate lætantur.*

Κοιλία.

Κοιλία, *venter*, aliquando in ſacris notat

I. *Gulam*, id eſt, ingluviem, voracitatem, nimiumque ciborum appetitum. Ita juxta veteres, ſumitur 1. Corinth. VI. 13. Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν. *Eſca ventri, & venter eſcis.* Chryſoſtomus Homil. XVII. in hanc Epiſt. pag. 348. Κοιλίαν ἐνταῦθα, οὐ τὴν γαστέρα, ἀλλὰ τὴν γαστριμαργίαν λέγει, ὡς ὅταν λέγῃ· ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία· οὐ περὶ τοῦ μέλους λέγων, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀδδηφαγίας. *Ventrem hoc loco, non dicit ventrem, ſed gulam: ut cùm dicit*, Quorum Deus venter: *non de membro loquens, ſed de inexplebili edendi cupiditate.* Apud Athanaſium, quæſt. CII. de Parabolis ſcripturæ, tom. II. pag. 425. Κοιλίαν, τὴν γαστριμαργίαν λέγει, οὐχὶ τὴν γαστέρα. *Κοιλίαν appellat gulam, non ventrem.* Et Theophylactus in I. Corinth. pag. 208. Κοιλίαν, τὴν γαστριμαργίαν φησὶν, οὐ τὸ μέλος ἡμῶν. *Ventrem, guloſitatem dicit, non membrum noſtrum.* Eodem modo ſumitur γαστὴρ, ut ſuo loco monuimus, num. II. in illa voce. Ita ad Roman. XVI. 18. per κοιλίαν, juxta Theodoretum, intelligitur γαστριμαργία, & qui ei ſerviunt vocantur κοιλιόδουλοι. Sunt tamen, qui I. Corinth. VI. 13. per κοιλίαν intelligunt non γαστριμαργίαν, ſed *uſum ventris*, adeoque volunt, nos non debere ſolicitos eſſe nimiùm de cibis. Ita Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 145. Διὰ τὴν κοιλίαν ἐδημιουργήθη τὰ βρώματα· προσήκει μέντοι εἰδέναι σε, ὅτι καὶ ταῦτα λήψεται τέλος· μετὰ γὰρ τὴν ταφὴν, περιττὰ τοῖς ἀνθρώποις τὰ βρώματα· καὶ ὁ μέλλων δὲ βίος ἔχει τούτων οὐδέν. *Propter ventrem cibi creati ſunt. Sciendum autem eſt tibi, hos quoq; finem accepturos. Poſt ſepulchrum enim cibi hominibus ſunt ſuperflui: porrò autem vita quoq; futura horum nihil habet.* Huc facit conſilium Greg. Nazianzeni, orat. XL. pag. 667. Καλὸν ταύτην (κοιλίαν) μὴ θεοποιεῖν ἐκ τρυφῆς, καὶ τῆς καταρρεούσης βρώσεως· ἀλλὰ καθαίρειν ὅτι μάλιστα, καὶ ποιεῖν λεπτοτέραν, ὥστε τὸν λόγον Κυρίου ἐν μέρῃ δέχεσθαι. *Præclarum eſt cavere, ne eum (ventrem) per luxum & diffluentes cibos deum efficiamus: quin potiùs accuratiſſimè purgemus & extenuemus, ut verbum Domini intimo ſinu ſuſcipiat.* Quia verò κοιλία notat *gulam*, hinc *venter* illorum dicitur *deus*, ad Philipp. III. 19. qui immerſi ſunt deliciis & voluptatibus mundanis: Λατρεύουσι γὰρ ὡς Θεῷ ταύτῃ, καὶ πᾶσαν θεραπείαν προσάγουσι. *Serviunt enim huic tanquam Deo, omnemq; ei cultum exhibent;* inquit Theophylactus ad hunc locum, pag. 612. Et Photius apud Oecumenium, pag. 677. Ὡς δεσποίνῃ γὰρ, μᾶλλον δὲ ὡς Θεῷ δουλεύουσιν αὐτῇ. *Tanquam dominæ enim, imò potiùs tanquam Deo, ſerviunt illi.* Chryſoſtomus Homil. XXI. in Matth. ad eundem locum reſpiciens, κοιλίαν dicit *vocari Deum*, οὐκ ἀπὸ τοῦ τῆς δεσποίνης ἀξιώματος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν δουλευόντων ἀθλιότητος, *non propter dominæ dignitatem, ſed propter ſervientium miſeriam.*

II. *Cor, animum*, ſeu *mentem*. Ita ſumitur Joh. VII. 38. ubi *ex ventre illius*, qui præſtantiſſimis Spiritûs S. donis copioſè ornatur, dicuntur *effluere* ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος, *flumina aquæ vivæ.* Ubi Theophylactus, pag. 671. Κοιλίαν μὲν τροπικῶς ὀνομάζει τὴν καρδίαν, ὡς καὶ ὁ Δαυὶδ, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, τουτέστι, τῆς καρδίας μου· ποταμοὺς δὲ ῥεῦσαι ἔφη, καὶ οὐ ποταμὸν, ὕδατος ζῶντος, τὴν τοῦ πνεύματος ἄφθονον χάριν, καὶ τὴν δαψίλειαν αἰνιττόμενος. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα, εἰς ὅσην ψυχὴν εἰσέλθοι, καὶ ἐν ᾗ ἂν ἱδρυνθείη, ποιεῖ αὐτὴν ἀναβλύζειν πάσης πηγῆς ἀφθονώτερον. Ventrem *quidem tropicè* cor *nominat, ſicut etiam David*, Et legem tuam in medio ventris mei, *hoc eſt, cordis mei.* Flumina *autem fluere dixit, & non* flumen, aquæ vivæ, *Spiritûs liberalem gratiam & largitatem inſinuans. Talis enim eſt Spiritus, ut in quamcunq; animam introierit, & in qua reſederit, faciat illam ſcaturire quovis fonte uberius.* Locus, quem innuit, legitur Pſal. XL. 8. ubi LXX. habent τῆς καρδίας μου, Theodoretus verò itidem τῆς κοιλίας μου, & dicit, Davidem ita loqui ex *metaphora* τῶν εὖ περί τινα διακειμένων, καὶ ἔνδον ἐφιεμένων ἐμβαλεῖν τὸν ποθούμενον, *eorum, qui aliquem amore proſequuntur, & deſiderant illum intra viſcera ſua conjicere.* Ita κοιλία quoque ſumitur Jobi XV. 35. Ἡ δὲ κοιλία αὐτοῦ ὑποίσει δόλον. *Venter verò ejus ſuſtinebit dolum.* Ad quæ Olympiodorus in Catena, pag. 298. Κοιλίαν, ὅλον τὸ ἐντὸς χωρίον φησὶ, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχήν. *Ventrem vocat regionem omnem corporis internam, & animam ipſam.* Ita Cap. XXX. 27. idem per κοιλίαν intelligit ψυχὴν, καρδίαν, *animam, cor.* Gregorius M. ad v. 35. Cap. XV. Jobi: *Ventris vel uteri nomine in ſacro eloquio mens ſolet intelligi. -- Et quidem uteri nomine rectè mens accipitur; quia ſicut proles in utero concipitur, ſic cogitatio in mente generatur: & ſicut in ventre cibi, ita continentur in mente cogitationes.*

Κοιλιόδουλος.

Habent Lexica, ſed ſine Autore. *Ventris ſervus, ventri deditus.* Legitur apud Palladium, hiſt. Lauſiacæ Cap. XXI. pag. 53.

Κοιλόσταθμος.

Non habent Lexica. Legitur apud LXX. Interpretes Haggæi I. 4. ubi Deus Judæis per Prophetam exprobrat, quod habitent ἐν οἴκοις κοιλοστάθμοις, *in domibus concavis.* Quod Cyrillus Alexandr. in hunc Prophetam, pag. 630. ita exponit: Κοιλοστάθμους οἴκους φησὶν, ὧν ἂν αἱ φλιαὶ, ἤτοι τῶν θυρῶν οἱ σταθμοὶ σιδήρῳ διακοιλαίνοιντο, περιορυττόντων εἰμαί πως τεκτόνων αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀπό γε τῆς σφῶν εὐτεχνίας ἐγχαραττόντων δαιδάλματα. *Domos concavas nominat, quarum antepagmenta ſive poſtes portarum ferro ſculpti, opificum ſolertiâ circumcirca emblematis mira varietate, & artificio elaboratis exornantur.* Σταθμοὶ, apud Heſychium inter alia, ſunt τὰ ἑκατέρωθεν τῶν θυρῶν ξύλα, ἃ νῦν πήγματα καλοῦμεν, *ligna, quæ ex utroq; januarum latere ſunt, quæ nunc pegmata*, id eſt, machinas cum ſuis ſimulachris, *appellamus.* Suidas: Σταθμῶν τῶν παραστάδων τῆς θύρας. *Januæ antepagmentorum.* Lignorum, vel lapidum, qui utrinque oſtii latus muniunt. Α' κοιλόσταθμος apud eosdem ſeptuaginta eſt verbum κοιλοσταθμέω I. Reg. VI. 9. ubi de templo Solomonis, καὶ ἐκοιλοστάθμησε τὸν οἶκον κέδροις. Occurrit etiam v. 15. Cap. ejuſdem. In Hebræo eſt סָפַן, quod ſignificat *operuit, obduxit, laqueavit, tabulavit, contignavit:* & סִפֻּן, *tectum, tabulatum.*

Κοιμάομαι.

Verbum hoc in ſcriptura ſacra *impropriè* ſumtum, frequentiſſimè ſignificat *morior*, ut doctè obſervat Cl. Vor-

Digitized by Google

Cl. Vorſtius Philologiæ ſacræ Cap. VI. Exemplum eſt Jobi III. 13. Νῦν ἂν κοιμηθεὶς ἡσύχασα, ὑπνώσας δὲ ἀνεπαυσάμην μετὰ βασιλέων. *Nunc utiq; dormiens quieſcerem, ſomnum autem capiens requieſcerem cum regibus.* Ad hæc Apolinarius in Catena in Jobum, pag. 126. Κοίμησιν καὶ ὕπνον, τὸν θάνατον λέγει, ἀπὸ τοῦ σχήματος τὴν προσηγορίαν θέμενος, ἢ οὕτως ὀνομάζων, διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. *Dormitionem & ſomnum, mortem dicit, ab imagine & forma nomen mutuatus; vel propter reſurrectionis ſpem, ſic appellans.* Matth. XXVII. 52. σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων, *corpora defunctorum ſanctorum.* Hic indicatur ἡ τῶν νεκρῶν ἔγερσις ἡ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου γενομένη, *mortuorum reſurrectio, quæ facta eſt tempore paſſionis Domini;* inquit Theophylactus, pag. 178. Alii, ſed περιεργότερον, ut ibidem Theophylactus monet, per κεκοιμημένους intelligunt τοὺς νενεκρωμένους ταῖς ἁμαρτίαις, *mortuos peccatis.* Joh. XI. 11. *Lazarus amicus noſter* κεκοίμηται, *dormit.* Κοιμᾶσθαι autem, ſive *dormire* vel *quieſcere* Lazarum ait Chriſtus, non quòd non mortuum ſciret, ſed ob rationes aliquot, juxta Theophylactum pag. 720. a. Διὰ τὸ ἀκόμπαστον, οὐ γὰρ ἠβούλετο φαίνεσθαι κομπαστής, ἀλλὰ κεκρυμμένως τὴν ἀνάστασιν ἐξυπνισμὸν ὠνόμασε. *Quia à faſtu erat alienus: nolebat enim oſtentator videri, ſed occultè reſurrectionem excitationem à ſomno nominavit.* b. Ἵνα δείξῃ ἡμῖν, ὅτι καὶ πᾶς θάνατος ὕπνος καὶ ἀνάπαυσις. *Ut oſtendat nobis, omnem mortem ſomnum eſſe & requiem.* c. Εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις θάνατος ἦν ἡ τοῦ Λαζάρου τελευτή, ἀλλ᾽ αὐτῷ γε τῷ Ἰησοῦ τῷ ὅσον οὔπω μέλλοντι αὐτὸν ἀναστῆσαι, ὕπνος ἐλογίζετο. Καὶ ὥσπερ ἡμῖν τὸν κοιμώμενον διϋπνίσαι ῥᾴδιον, οὕτως ἐκείνῳ, μᾶλλον δὲ μυριοπλασίως εὐχερέστερον τὸ ἀναστῆσαι τὸν θανόντα. *Quamvis aliis mors fuerit, Lazari obitus: ipſi tamen Jeſu ſomnus exiſtimabatur, eò quòd eum ſtatim reſuſcitaturus erat. Et ſicut nobis facile eſt excitare dormientem, ita illi, imò innumeris modis facilius eſt reſuſcitare mortuum.* Ultima ratio optima & certiſſima. Sic etiam D. Chryſologus ſermone XXXIV. *Verè apud Deum mors ſomnus eſt, quia velociùs mortuum ad vitam ſuſcitat, quàm de ſomno dormiens ab homine ſuſcitatur.* Euthymius ad Marci V. in narratione non diſpari, *Illis quidem mortua erat, ſibi autem dormiebat: illi namq; ſuſcitare eam non poterant, ipſe verò perfacilè.* Ita Actor. VII. 60. de Stephano, Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη. *Et cùm hoc dixiſſet, obdormivit.* Cap. XIII. 36. de Davide, ἐκοιμήθη. Eodem ſenſu frequenter in Epiſtolis Paulinis, nempe I. ad Corinth. & I. ad Theſſal. ſemel apud Petrum, II. Epiſt. III. 4. I. Corinth. XV. 18. Οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ. Quid præpoſitio ἐν hic denotet, monemus in verbo Ἀποθνήσκω. Hic tantùm, promiſſorum memores, Patrum expoſitionem afferimus. Theodoretus ad illum locum, pag. 198. κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ ἀπώλοντο, exponit, ἀνῃρέθησαν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ὁμολογίας, *pro Chriſti confeſſione interfecti ſunt.* Theophylactus, pag. 297. Οἱ διὰ τὸν Χριστὸν ἀποθανόντες καὶ μαρτυρήσαντες, ἀπώλοντο, εἰ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, καὶ πάντες δὲ ἁπλῶς, οἱ ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν πίστει καὶ διαγωγῇ τῇ στενῇ καὶ τεθλιμμένῃ κοιμηθέντες, ἀπώλοντο, τῶν τερπνῶν τοῦ κόσμου στερηθέντες, καὶ μηδὲ μετὰ ταῦτα μέλλοντές τινος ἀγαθοῦ ἀπολαῦσαι, εἴπερ ἀνάστασις οὐκ ἔσται. *Qui propter Chriſtum mortui ſunt & martyrium obierunt, perierunt, ſi non eſt reſurrectio. Cuncti præterea ſimpliciter Chriſtiani, qui in fide in Chriſtum, & via anguſta & arcta obdormiverunt, interierunt, mundanis voluptatibus orbati, neq; poſthac aliquo bono fruituri, ſi reſurrectio non erit.* Apud Dionyſium Areopagitam Cap. VII. Eccl. Hierarch. p. 347. agit περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων, *de iis, quæ fiunt circa defunctos.* In ipſo Capite ſubinde hoc ſenſu legitur. Palladius hiſt. Lauſiacæ Cap. VII. pag. 23. de Ammon. Ἐν τῷ μονήρει βίῳ ἐτελεύτησε, μᾶλλον δὲ ἐκοιμήθη. *In vita ſolitaria obiit, vel potiùs obdormivit.* Plura vide in Ἀποθνήσκω, in Καθεύδω, in Κοίμησις, & in Ὕπνος.

Κοίμησις.

Quemadmodum præcedens Κοιμάομαι *impropriè de morte* uſurpatur; ita etiam κοίμησις, quod propriè *dormitionem* ſignificat; ut videre eſt Joh. XI. 13. frequenter *mortem* notat. Chryſoſtomus: Μεθ᾽ ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας ὑποφέρειν τῶν τέκνων τὴν κοίμησιν. *Patienter & cum gratiarum actione liberorum mortem ferre.* Idem, Homiliâ XXIX. in Geneſin: Οὔτε ὁ θάνατος, θάνατός ἐστι λοιπὸν, ἀλλὰ ὄνομα μόνον ἔχει θανάτου· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἀφῃρέθη· οὐκέτι γὰρ οὐδὲ θάνατον αὐτὸν προσαγορεύομεν, ἀλλὰ κοίμησιν καὶ ὕπνον. *Neq; mors, ampliùs mors eſt, ſed nomen tantùm mortis habet: imò verò ipſum etiam nomen ſublatum eſt: neq; enim ampliùs mortem appellamus, ſed dormitionem, & ſomnum.* Baſilius Cæſar. Epiſt. IV. ad Greg. Nazianzenum, pag. 289. Ἐπὶ τῇ κοιμήσει τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου φόβος ἡμᾶς κατέλαβεν οὐ μικρός. *Propter beati Euſebii Epiſcopi obitum timor nos invaſit haud mediocris.* Dionyſius Areopagita Cap. VII. Eccleſ. Hierarchiæ, pag. 348. Ἐν τούτοις μὲν οὖν ἡ τῶν ἱερῶν ἐστι κοίμησις ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀσαλεύτοις ἐλπίσιν εἰς τὸ τῶν θείων ἀγώνων ἀφικνουμένη πέρας. *Hinc fit, ut ſanctorum obdormitio ſit in lætitia certiſq; ſpebus, dum ad certaminum divinorum finem venit.* *Feſtum dormitionis* B. Virginis vocatur ἑορτὴ τῆς κοιμήσεως. Concilium Florentinum Sect. XI. Cap. I. pag. 313. Ἐν κυριακῇ τῆς πρώτης ἑορτῆς τῆς κοιμήσεως. *Die Dominico, quo prima ſolennitas in Dormitionem B. Virginis cœpit celebrari.* Eſt dies decimus quintus Auguſti, quo tam Romana, quàm Orientalis Eccleſia hoc feſtum celebrat. Latini ſæpiùs *Aſſumtionem* vocant, Græci κοίμησιν, *Dormitionem:* quòd eodem die mortuam & aſſumtam in cœlos B. Virginem credebant, vel ſaltem utrumque ad eundem diem referebant. Vide Hoſpinianum de Orig. Feſt. Chriſtianorum *de Feſto Aſſumtionis B. Virginis.*

Κοιμητήριον.

I. Κοιμητήριον, *dormitorium*, locus in quo dormitur. Athenæus lib. IV. Cap. V. ex Doſiadis lib. IV. τῶν Κρητικῶν refert, apud Cretenſes in ſingulis civitatibus ædes quaſdam fuiſſe publicas, in quibus peregrini dormire ſolebant, unde etiam κοιμητήρια appellabantur: Εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο, ὧν τὸν μὲν καλοῦσιν ἀνδρεῖον, τὸν δὲ ἄλλον, ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι, κοιμητήριον προσαγορεύουσι. *Sunt autem per totam Cretam binæ domus, quarum aliam quidem appellant* ἀνδρεῖον, *aliam verò, in qua hoſpites dormire faciunt,* κοιμητήριον *appellant.*

II. Chriſtiani, quia mortuorum reſurrectionem credunt, & *mortem* ὕπνον potiùs & κοίμησιν, quàm θάνατον appellandam eſſe volunt: *Sepulchra* vocant κοιμητήρια, quaſi *dormitoria*, ſeu loca ad quietem & ſomnum comparata. Chryſoſtomus Homiliâ LXXXI. tom. V. pag. 563. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ τόπος κοιμητήριον ὠνόμασται, ἵνα μάθῃς ὅτι οἱ τετελευτηκότες καὶ ἐνταῦθα κείμενοι οὐ τεθνήκασιν, ἀλλὰ κοιμῶνται καὶ καθεύδουσι. *Propterea ipſe etiam locus cœmeterium appellatum eſt, ut diſcas, mortuos & hic repoſitos non eſſe mortuos, ſed dormire.* Solebant autem ad ſepulchra ſuorum Martyrum, quorum ſacro-ſancta erat memoria, præcipuè convenire, ibique ſacra celebrare. Caſſiodorus hiſt. Tripartitæ lib. V. Cap. III. *Populus jejunans eſt egreſſus ad cœmeterium, orationis causâ.* Hinc frequens κοιμητηρίων mentio apud priſcos hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcri-

Digitized by Google

cæ ſcriptores. Æmilianus Ægypti Præſes ſic Chriſtianorum Epiſcopos alloquitur apud Euſebium lib. VII. Cap. XI. pag. 74. a. Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσαι οὔτε ὑμῖν, οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. *Nullatenus verò licebit neq; vobis, neq; ullis aliis, vel conventus celebrare, vel in ſic appellata cœmeteria ingredi.* Canon IX. Concilii Laodiceni: Περὶ τοῦ, μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων τῶν αἱρετικῶν ἀπιέναι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, εὐχῆς, ἢ θεραπείας ἕνεκα. *Non concedendum eſſe in cœmeteria, vel in ea quæ dicuntur martyria quorumvis hæreticorum, eos qui ſunt Eccleſiæ, accedere orationis vel curationis gratiâ.* Pontius Paulinus in actis paſſionis Cypriani, de Valeriani edicto contra Chriſtianos loquens: *Juſſum eſt ut nulla conciliabula faciant, neq; cœmeteria ingrediantur.* Vide Juſtellum ad Can. IX. Concilii Laodiceni, & Meurſium in Κοιμητήριον.

Κοινίσκια.

Κοινίσκια ſunt, quæ pertinent ad uſum, utique ad Cœnam. Uſurpat hanc vocem Balſamon ad Can. IV. Apoſtol. pag. 235. Ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων, καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα καὶ κοινίσκια λεγόμενα, &c. *Quomodo autem, quæ in memoriis ſanctorum & mortuorum offeruntur, & cœniſcia appellantur, &c.*

Κοινοβιακός.

Non omnes Monachi eodem vitæ inſtituto vivunt. Sunt enim qui κοινοβιακοὶ, & qui ἰδιόῤῥυθμοι nuncupantur. Κοινοβιακοὶ ſunt, non tantùm qui ſimul habitant, ſed communi habitatione ex uno veſtiario veſtiuntur, & ex uno cellario paſcuntur, & iisdem exercitiis ſubjacent, & celebrandis officiis, iisdem legibus, adſunt. Inter eos nonnulli ſunt τοῦ μεγάλου σχήματος καὶ ἀγγελικοῦ, *magni habitus atq; Angelici*, & μεγαλόσχημοι dicuntur, perfectiori vitæ inſtituto addicti, alii, iique majori numero, τοῦ μικροῦ, *parvi*, qui & μικρόσχημοι. Atque hi κοινοβιακοὶ ſunt. Eorum meminit Theophylactus in Cap. XIII. Matthæi, pag. 72. Οὐ μὴν ἐπ' ἴσης καρποφοροῦσι πάντες οἱ δεξάμενοι τὸν λόγον, ἀλλ' ὁ μὲν, ἑκατὸν τυχὸν ὁ ἀκτημοσύνην τελείαν ἔχων καὶ ἄκραν ἄσκησιν, ὁ δὲ, ἑξήκοντα, ὁ κοινοβιακὸς τυχὸν μοναχὸς καὶ ἔτι πρακτικός. Ὁ δὲ, τριάκοντα, ὁ γάμον σεμνὸν ἑλόμενος, καὶ τὰς ἀρετὰς ὡς ἐγχωρεῖ σπουδαίως μετερχόμενος. *Non enim æqualem fructum ferunt omnes, qui verbum ſuſcipiunt: ſed alius quidem centuplum, fortè paupertatem perfectam habens, & ſummam exercitationem. Alius autem ſexagenum, ut cœnobiacus forte monachus & adhuc operans. Alius verò tricenum, ut qui honeſtas nuptias ſelegit, & virtutem pro virili amplexatur.* Ἰδιόῤῥυθμοι verò ſuo more vivunt. Antequam enim habitum induant, certa pecunia corrogata, ad ſui neceſſarios uſus ſibi per monaſterium ſubminiſtrandos, cellam obtinent, & quotidie panem & vinum, quæ aliis etiam tradi ſolent à Cellario, ad victum accipiunt. Vide L. Allatium de Eccleſiæ Conſenſu, lib. III. Cap. VIII. num. VIII.

Κοινοβιάρχης.

Vetus Onomaſticon: *Abbas*, κοινοβιάρχης. Typicum Sabæ, Cap. XIX. pag. 37. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου. *Sancti patris noſtri Theodoſii Abbatis.*

Κοινόβιον.

Κοινόβιον, *cœnobium*, communis Monachorum habitatio. Juſtinianus Novell. V. Τὰς ἄλλας, ὅσοις εἰς πλῆθος ἡ ἄσκησίς ἐστιν, ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις εἶναι βουλόμεθα. *Alios, quibus magno numero exercitatio ſeu vita monaſtica eſt, in ſic dictis cœnobiis eſſe volumus.* Balſamon ex Juſtiniano ad Can. XLVII. Carthag. p. 657. Ἐν τοῖς μοναστηρίοις, ἅπερ κοινόβια καλοῦνται. *In monaſteriis, quæ cœnobia vocantur.* Ibid. κοινόβια, μοναστήρια. Theophylactus in Cap. IV. Marci, pag. 209. Οἱ μὲν εἰσι παρθένοι καὶ ἐρημικοί· ἄλλοι μιγάδες καὶ ἐν κοινοβίῳ· ἕτεροι, λαϊκοὶ καὶ ἐν γάμῳ. *Alii quidem ſunt virgines, & ſolitarii: alii, mixti & in cœnobio: rurſus alii, laici & in conjugio viventes.* Primus ea inſtituit Baſilius. Lectionale de eo: *Primus cœnobia excogitavit, ritumq; illum monachorum agreſtem ad formulam quandam religioni propiorem reduxit.*

Κοινοβουλία.

Non habent Lexica. *Commune conſilium, voluntatis communio.* Cyrillus Alexandrinus ad v. 18. Cap. X. Johannis, pag. 661. dicit *Filium habere* κοινοβουλίαν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, *communionem conſilii cum Deo & Patre.* Idem, Dial. IV. de SS. Trinitate, pag. 516. ad verba Dei, *Faciamus hominem*: Κοινοβουλία τε, καὶ ἰσουργία, καὶ ἡ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ὁμοιότης γέγραπται διὰ Μωσέως. *Voluntatis communio, & in operando æqualitas, & omnimoda ſimilitudo à Moſe conſignata eſt literis.*

Κοινολαΐτης.

Κοινολαΐτης eſt εἷς τοῦ κοινοῦ λαοῦ, *aliquis è vulgo.* Balſamon ad Can. XXVI. Apoſtol. pag. 252. Σημείωσαι οὖν, πῶς τιμωρεῖται ὁ κλῆρος διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν κοινολαϊτῶν. *Obſerva igitur, quomodo Clerus propter vulgi inſolentiam puniatur.* Idem, ad Can. XXIII. Concilii in Trullo, pag. 384. Οὐ πιπράσκεται, οὐδὲ χρήμασιν ὁ ἁγιασμὸς μεταδίδοται, ἀλλὰ δῶρον τοῖς ἀξίοις τὰ ἅγια δῶρα διανέμεται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἅγια δωρεὰ κατὰ κοινολαΐτας λέγεται τὰ ἅγια. *Non venditur, neq; ob pecunias S. Cœna datur, ſed donum ſanctis ſancta dona diſtribuuntur. Propterea etiam ſanctum donum à vulgo vocatur* ἅγια, *ſancta.*

Κοινοποιέω.

Κοινοποιέω & κοινοποιέομαι, *commune facio, communico.* Clemens Alexandr. Strom. lib. V. pag. 574. de Gentilium Philoſophis: Ἤδη γοῦν οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν ἤθελον ἀναίδην ἐκκεῖσθαι πάντα· οὐδὲ κοινοποιεῖσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ, τοῖς μηδ' ὄναρ τὴν ψυχὴν κεκαθαρμένοις. *Jam ergo nec quibuslibet volunt omnia exponi temere, nec communicari bona ſapientiæ, iis qui ne in ſomnis quidem ſunt animâ expurgati.* Et lib. VI. pag. 641. Δημοσίας γὰρ βίβλους, εἴτε τὰς Ἰουδαϊκὰς λέγει γραφὰς, εἴτε τὰς τῶν φιλοσόφων· κοινοποιεῖ τὴν ἀλήθειαν. *Libros autem communes, ſive Judaicas, ſive Philoſophorum dicit ſcripturas: communem facit veritatem.*

Κοινωνέω.

I. *In genere* κοινωνεῖν eſt *communicare*, ſeu *rei alicujus participem fieri.* Baſilius, καμάτων κοινωνεῖν, *laborum participem eſſe.* Oecumenius in I. Joh. IV. Μηδὲν εἰς φύσιν τῷ Θεῷ κοινωνοῦμεν. *Nihil cum natura divina commune habemus.* Theophylactus, Ἀνομίαις ἀλλοτρίαις κοινωνεῖν. *Alienis communicare iniquitatibus*, dixit, eodem ſenſu, quo Apoſtolus I. Timoth. V. 22. κοινωνεῖν ταῖς ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις, *communicare peccatis alienis*, id eſt, peccata aliena imitari: Euthymius ad Marci III. de Chriſto: *Pernoctabat in oratione ad Deum, inſtruens nos ut, ſi quando aliquem electuri ſumus, in oratione pernoctemus, quò is, qui dignus eſt, innoteſcat, ne communicemus peccatis alienis.* Ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων κοινωνεῖν, dixit etiam Artemidorus. Sic ad Epheſ. V. 11. τοῖς τοῦ σκότους

Digitized by Google

τε ἔργοις συγκοινωνεῖν. II. Joh. v. 11. τοῖς πονηροῖς ἔργοις κοινωνεῖν. Clemens Alexandr. Strom. VII. pag. 728. Σφαλερὸν τοῖς ἑτέρων ἁμαρτήμασι συνεπιγράφεσθαι. *Lubricum ac periculoſum eſt aliorum peccatis communicare.*

II. *In ſpecie* de S. Cœna uſurpatur, & ſignificat

1. *Communicare*, id eſt, S. Cœnæ participem fieri, ad S. Cœnam accedere. Chryſoſtomus Homil. LXXIV. inter alia, περὶ τῶν ἀναξίως κοινωνούντων, *de iis, qui indignè communicant*, ſeu *S. Cœnam accipiunt*. Baſilius Cæſar. epiſt. CCLXXXIX. Τὸ κοινωνεῖν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καλὸν καὶ ἐπωφελές· ἡμεῖς τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν. *Bonum & utile eſt, ſingulis communicare diebus: nos quater ſingulis hebdomadis communicamus.* Philoſtorgius lib. III. hiſt. Eccleſ. tm. XIV. pag. 47. μυστικῆς κοινωνεῖν θυσίας, *myſtico communicare ſacrificio.* Ariſtinus in Synopſi Canonum Concilii Nicæni. Can. XVI. pag. 679. Οἱ ἐξοδευόμενοι, κοινωνείτωσαν. *Qui vitâ excedunt, communicent.* Pro eo Can. XIII. Nicænus habet μεταχεῖν εὐχαριστίας, *Euchariſtiæ participem fieri.* Quid ſit χωρὶς προσφορᾶς κοινωνεῖν, docetur in voce προσφορά.

2. *Ad S. Cœnam admittere*, S. Cœnam alicui adminiſtrare. Chryſoſtomus epiſt. CXLIII. Λέγουσιν, ὅτι τινὰς ἐκοινώνησα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτούς. *Ajunt, me quibusdam S. Cœnam, poſtquam illi ediſſent, adminiſtraſſe.* Ita etiam ad Gal. VI. 6. in re quidem alia, ſed eadem ſignificatione, dixit Apoſtolus, Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. *Communicet autem qui inſtituitur in ſermone, ei qui ſe inſtituit, omnia bona.* Euſebius Præparat. Evangel. lib. I. pag. 10. Τῶν ὑπαρχόντων ἀπόροις καὶ ἐνδεέσι κοινωνεῖν. *Opes communicare inopibus & egenis.* Baſilius Cæſar. Ἑτέροις σοφίας κοινωνεῖν. *Cum aliis ſapientiam communicare.*

Κοινωνία.

Hæc vox, inter alia, ſignificat in ſacris,

I. *Beneficentiam, eleemoſynam & officia charitatis.* Ita ſumitur ad Rom. XV. 26. κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. *communicationem aliquam facere*, ſive *collationem*, id eſt, conferre aliquid in pauperes: ubi Theodoretus per εὐποιΐαν explicat τὴν κοινωνίαν. Diſertè Theophylactus ad eundem locum, pag. 151. Πανταχοῦ κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, ὡς κοινοῦ τοῦ κέρδους ὄντος, καὶ τῶν διδόντων, καὶ τῶν λαμβανόντων. *Ubiq; eleemoſynam communicationem vocat, quòd lucrum commune ſit cùm dantium tum accipientium.* Quod dicit Apoſtolum *ubique eleemoſynam appellare κοινωνίαν*, id ita intelligendum, quòd, quoties mentionem faciat beneficentiæ erga pauperes, nunquam utatur voce ἐλεημοσύνη, ſed voce κοινωνία. Aliàs κοινωνία apud illum alias quoque habet ſignificationes, ut videre eſt I. Corinth. I. 9. X. 16. II. Corinth. VI. 14. XIII. 13. & alibi. Redimus ad locum Rom. XV. 26. Ad eum etiam Oecumenius, pag. 374. Κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, καθὰ αὐτοὶ μὲν χρήματα πέμπουσιν, οἱ δὲ ἅγιοι τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν συνεισφέρουσι. Communicationem *vocat eleemoſynam, quatenus illi quidem pecunias mittunt, ſancti verò libertatem cum Deo loquendi conferunt.* II. Corinth. VIII. 4. eodem ſenſu, Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους. *Cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam & communicationem miniſterii.* Theodoretus dicit hic intelligi τὴν τῶν ἁγίων θεραπείαν, *curam erga ſanctos.* Addit: χάριν δὲ καὶ κοινωνίαν, τὴν τοιαύτην θεραπείαν ἐκάλεσε· δι' ἀμφοτέρων διδάσκων ὡς τοῦ μεταδιδόντος τὸ κέρδος· κοινωνοὶ γὰρ τῶν θεραπευομένων οἱ θεραπεύοντες. Gratiam *autem &* communicationem *vocavit ejuſmodi ſubventionem: per utramque docens, lucrum ejus eſſe, qui impertit. Qui enim ſubveniunt, erunt eorum, quibus ſubvenitur ſocii & participes.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 541. Κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, δεικνὺς, ὅτι οἱ μὲν χρήματα διδόασιν, οἱ λαμβάνοντες, τὴν παρὰ Θεοῦ βοήθειαν αὐτοῖς συνεισφέρουσι. Communicationem *vocat eleemoſynam, oſtenditq; alios quidem pecunias dare; eos verò accipientes, ipſis Dei auxilium conciliare.* Ad Hebr. XIII. 16. Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. *Beneficentiæ verò & communicationis nolite oblivisci.* Ubi Theophylactus, ἐλεημοσύνην, κοινωνίαν ὀνομάζει. *Eleemoſynam nominat communicationem.* Et Theodoretus, pag. 471. dicit εὐποιΐαν meritò κοινωνίαν vocari, & ſubjicit, Κοινωνία τοίνυν ἐστὶ καὶ ἀντίδοσις· ὁ μὲν γὰρ δίδωσι χρήματα, ὁ δὲ ἀντιδίδωσιν εὐλογίαν, καὶ ἔστι τοῦ δεομένου τὰ μείζονα. Communicatio *ergo eſt & remuneratio. Hic enim dat pecunias, ille verò reddit benedictionem, & ejus qui indiget ſunt potiora.*

II. *Participationem*, ſeu *communionem.* Ita appellatur.

1. *S. Cœna*, appellatione ex I. Corinth. X. 16. Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἐστίν, ὁ ἄρτος ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου ἐστί; *Poculum benedictionis, quod conſecramus, nònne communio ſanguinis Domini eſt? Panis, quem frangimus, nònne communio corporis Domini eſt?* Ita autem vocatur à Dionyſio Areopagita, apud quem Hierarch. Eccleſ. Cap. III. pag. 242. ſect. II. hic præfigitur titulus, Μυστήριον συνάξεως, εἴτουν κοινωνίας. *Myſterium Synaxeos: ſeu communionis.* Mox ibidem vocatur θεαρχικὴ κοινωνία, *divina communio.* A' Chryſoſtomo, Homil. X. in Johannem, πνευματικὴ καὶ φρικτὴ τῶν μυστηρίων κοινωνία, *ſpiritualis & tremenda myſteriorum communio.* Idem, Homil. I. tom. V. Pariſ. pag. 19. Μηδὲν οὕτω σπουδάζωμεν, ὡς ὀργῆς καθαρεύειν, καὶ τοὺς πρὸς ἡμᾶς ἀηδῶς ἔχοντας καταλλάττειν, εἰδότες ὅτι οὔτε εὐχὴ, οὔτε ἐλεημοσύνη, οὔτε νηστεία, οὔτε κοινωνία μυστηρίων, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἐὰν μνησικακῶμεν, δυνήσεται ἡμῶν προστῆναι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. *Nihil ita ſtudeamus, quam ut irâ vacemus, & nobis infenſos reconciliemus, probe ſcientes, nullam nec orationem, nec eleemoſynam, nec jejunium, nec myſteriorum participationem, aut aliud quippiam, ſi memores offenſarum ſimus, nobis in illa die patrocinari poſſe.*

Vocatur autem *S. Cœna* κοινωνία

a. *Propter unionem noſtram cum Chriſto, & fidelium inter ſe.* Ita Damaſcenus Orthod. fidei lib. IV. Cap. XIV. pag. 319. Κοινωνία λέγεταί τε καὶ ἔστιν ἀληθῶς διὰ τὸ κοινωνεῖν ἡμᾶς δι' αὐτῆς τῷ Χριστῷ, καὶ μετέχειν αὐτοῦ τῆς σαρκός τε καὶ τῆς θεότητος· κοινωνεῖν δὲ καὶ ἑνοῦσθαι ἀλλήλοις δι' αὐτῆς· ἐπεὶ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἄρτου μεταλαμβάνομεν οἱ πάντες, ἓν σῶμα Χριστοῦ καὶ ἓν αἷμα, καὶ ἀλλήλων μέλη γινόμεθα, σύσσωμοι Χριστοῦ χρηματίζοντες. Communio *dicitur, & revera eſt, quia per eam Chriſto communicamus, ejusq; carnis & divinitatis participes ſimus, quia etiam per illam inter nos communionem habemus & unimur. Nam quia unius panis participes ſimus omnes, unum Chriſti corpus & unus ſanguis, & alii aliorum membra efficimur ejuſdem cum Chriſto corporis exiſtentes.* Vide in Σύναξις, num. V. 2. ſub lit. *b.* num. 1.

b. *Quia nos cum Chriſto non tantùm unit, ſed etiam regni ejus participes reddit.* Ita Iſidorus Peluſiota l. 1. epiſt. CCXXVIII. Κοινωνία κέκληται ἡ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψις, διὰ τὸ τὴν πρὸς Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεσθαι ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ ποιεῖν βασιλείας. *Divinorum Sacramentorum perceptio idcirco* Communio *appellata eſt, quia nobis conjunctionem cum Deo largitur nosq; regni ipſius conſortes reddit.* Conſentit Metroph. Critop. in Confeſſ.

Eccleſ. Orient. C. V. pag. 73. Ἡ ἁγία κοινωνία, σύμβολον τῆς συσσωματώσεως καὶ ἐγκεντρίσεως ἡμῶν πρὸς τὸν ἐνανθρωπήσαντα υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, δι᾽ ἧς ἐγκεντρίσεως διὰ λυτρώμεθα τοῦ αἰωνίου θανάτου· τῆς ῥίζης γὰρ ὑγιαινούσης καὶ ἀειθαλλούσης, οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως μὴ καὶ τοὺς κλάδους συνυγιαίνειν ταύτῃ καὶ συνθάλλειν διαπαντός. *Sancta communio Symbolum corporationis & inſitionis noſtræ eſt in incarnatum Filium & Dei verbum, per quam inſitionem liberamur ab æterna morte: cùm enim radix ipſa ſana ſit & ſemper florens, fieri nequit, ut non etiam rami unà cum ea ſani ſint & ſemper floreant.*

c. *Quia omnes ejus fiunt participes.* Ita Pachymeres vult in Cap. III. Areopagitæ de Eccleſ. Hierarch. pag. 265. *S. Cœnam* vocari κοινωνίαν, διὰ τὸ τότε κοινωνεῖν τοὺς ἀξίους πάντας τῶν μυστηρίων, *quia in ea omnes digni, myſteriorum participes fiant.* Sic igitur vocabitur, quia eſt κοινὸν δεῖπνον *communis Cœna*, ad quam omnes fideles admitti debent. Hoc urget Chryſoſtomus Homil. XXVII. in I. ad Corinth. pag. 419. Δεῖπνον κυριακὸν, τουτέστι, τὸ δεσποτικὸν, ὀφείλει κοινὸν εἶναι· τὰ γὰρ τοῦ δεσπότου οὐχὶ τοῦδε μέν ἐστι τοῦ οἰκέτου, τοῦδε δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κοινῇ πάντων· τὸ οὖν κυριακὸν τοῦτό φησι τὸ κοινὸν, εἰ γὰρ τοῦ δεσπότου σοῦ ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, οὐκ ὀφείλεις ὡς ἴδια ἀποσπᾶν, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ κυρίου καὶ τοῦ δεσπότου ὄντα, κοινῇ πᾶσι προτιθέναι· τοῦτο γάρ ἐστι κυριακόν. *Dominica, id eſt, Domini Cœna debet eſſe communis: nam quæ ſunt Domini, non hujus quidem ſunt famuli, illius verò non ſunt, ſed communiter omnium. Dominicam ergo dicit hanc eſſe communem: Si enim Domini tui eſt, quemadmodum omnino eſt, non debes eam, tanquam privatam avellere, ſed tanquam quæ ſit Domini communiter omnibus proponere: ea enim eſt Dominica.* Integra Homilia lectu digniſſima. Ex ea ſequentia quoque ſunt hujus loci. Ὁ Χριστὸς πᾶσιν ἐξ ἴσης ἔδωκε λέγων· λάβετε, φάγετε. Ἐκεῖνος τὸ σῶμα ἐξ ἴσης ἔδωκε, σὺ δὲ οὐδὲ τὸν κοινὸν ἄρτον δίδως ἐξ ἴσης; καὶ γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων ὁμοίως ἐκλάσθη, καὶ σῶμα γέγονεν ὑπὲρ ἁπάντων ἐξίσης. *Chriſtus omnibus ex æquo dedit, dicens:* Accipite, edite: *Ille corpus ex æquo dedit; tu verò ne panem quidem communem ex æquo diſtribuis? Etenim pro omnibus ſimiliter eſt fractus, & ex æquo factus eſt corpus pro omnibus.* Idem, Homil. LI. tom. V. pag. 349. Ἡ αὐτὴ τράπεζα, τὸ αὐτὸ ποτήριον, ἡ αὐτὴ τροφὴ ἅπασι πρόκειται τοῖς ἐνταῦθα εἰσιοῦσι. *Eadem menſa, idem poculum, idem cibus omnibus huc introëuntibus propoſitus eſt.* Theodoretus quæſt. LII. in I. Regum, pag. 253. Οὐχ οἱ ἱερώμενοι μόνοι μεταλαμβάνουσι τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἀλλὰ πάντες οἱ τετυχηκότες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. *Non ſoli Sacerdotes Dominici corporis & ſanguinis fiunt participes, ſed omnes, qui ſanctum ſunt conſecuti Baptiſmum.* Vide Caſaubonum Exercit. XVI. adv. Baronium, Sect. XXX.

2. Κοινωνία extra uſum S. Cœnæ; quæ duplex præcipuè eſt,

a. *Eccleſiaſtica*; cujus tot ſunt ſpecies, quot depoſitionum genera; quæ cùm fuerint plurima, hujus etiam *communionis* jus & participatio variis modis concedi & imminui poterat. Illud unum monendum eſt, cùm quis omnimoda depoſitione, quæ τελεία καθαίρεσις & perpetua puniretur, hoc eſt, cùm quis tam à gradus honore, quàm functione removeretur, eum jus integrum *communionis Eccleſiaſticæ* amiſiſſe, & inter Laicos fuiſſe relegatum, cum quibus communione Laica non minùs quàm cæteri Laici fruebatur. Vide in Καθαίρεσις, num. I. in Ἀκοινωνησία & Ἀκοινώνητος, nec non in Ἀφορισμός.

b. *Laica.* De qua jam actum in Ἀκοινώνητος, num. II. 2. in Ἀφορισμὸς, num. II. 1. ad lit. *b.* Agetur etiam in voce Σύστασις, num. IV.

Κοινωνικός.

I. Κοινωνικὸς eſt, *qui ſua cum aliis libenter communicat; facilis & liberalis.* Hoc ſenſu accipienda videtur hæc vox I. Timoth. VI. 18. ubi Apoſtolus vult *divites* εἶναι εὐμεταδότους, κοινωνικοὺς, *faciles ad impertiendum, ad communicandum*; vel, juxta Bezam, *facilis convictus.* Ita; ut doctiſſimus Pricæus obſervat; μεταδιδόναι & κοινωνεῖν junxit Philo in lib. de ſeptenario numero. Hinc apud Clementem Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. XII. pag. 211. εὐμετάδοτος κοινωνία, in his: Ἔστω οὖν ἐπὶ μὲν καρποῖς τῶν χειρῶν ὑμῶν κόσμος ἅγιος, εὐμετάδοτος κοινωνία, καὶ ἔργα οἰκουρίας. Ὁ γὰρ διδοὺς πτωχῷ, δανείζει Θεῷ. *Sit ergo*; ita mulieres compellat; *in veſtrarum manuum carpis ſanctus ornatus, quæ facilè impertitur communicatio, & familiæ adminiſtrandæ opera. Qui enim dat pauperi, fœneratur Deo.* Ibid. lib. III. Cap. VII. pag. 236. μετάδοσις κοινωνοῦσα. Verba ejus ſunt: Ἡ μετάδοσις, ἀγαθὴ φιλανθρωπίας ὑπάρχουσα πηγὴ, κοινωνοῦσα τοῖς διψῶσι τοῦ ποτοῦ, αὔξεται πάλιν καὶ πίμπλαται. *Elargitio quæ eſt bonus fons benignitatis, potum ſitientibus communicans, rurſus augetur & repletur.* Ut apud Apoſtolum κοινωνικοὶ juncti εὐμεταδότοις, ita ad Hebr. XIII. 16. εὐποιΐα καὶ κοινωνία. Theodoretus hoc loco, per κοινωνικοὺς intelligit, τοὺς ἄτυφον ἦθος ἔχοντας, *eos, qui moribus ſunt à ſuperbia alienis:* Theophylactus verò, τοὺς ὁμιλητικοὺς, τοὺς προσηνεῖς, *ſocietatis amantes & humanos*; & Oecumenius, pag. 764. κοινωνικοὺς, inquit, τουτέστι, πρᾴους, προσηνεῖς, ἀτύφους, συγκαταβατικούς. *Κοινωνικοὺς, id eſt, manſuetos, humanos, à ſuperbia alienos, qui ſeſe demittunt.* Ita fortè interpretati, quia v. 17. præcedit, μὴ ὑψηλοφρονεῖν. Malim tamen cum Beza intelligere eos, qui ſunt *facilis convictus*, & ſupplere, τῆς τραπέζης. Vide Lucæ XIV. 13. Apulejus lib. VIII. *Cœnâ poculoq; communi charior chariorq; factus.* Plautus: *Communicabo te ſemper menſâ meâ.* Poteſt tamen Paulus etiam generaliùs hac voce uſus eſſe. Philo περὶ φιλανθρωπίας, de Moſe ſpicilegium relinqui præcipiente, Τοὺς εὐπόρους μεγαλόφρονας καὶ κοινωνικοὺς κατασκευάζων. *Divites largos & ad impertiendum promptos reddens.* Sic ἄνδρα τῶν ὄντων κοινωνικὸν, *virum, qui bonorum ſuorum alios libenter facit participes,* dixit Lucianus. Et apud Pollucem ἀνὴρ κοινωνικὸς opponitur τῷ τὸν πλοῦτον θησαυρίζοντι. Huc etiam referri queat illud Clementis Alex. lib. II. Cap. XII. pag. 207. Παρήγαγε δὲ τὸ γένος ἡμῶν ἐπὶ κοινωνίᾳ ὁ Θεὸς, αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ πρότερον μεταδοὺς καὶ κοινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν ἑαυτοῦ ἐπικουρήσας λόγον, πάντα ποιήσας ὑπὲρ πάντων· κοινὰ οὖν, πάρεστί μοι, καὶ πλεονάζει μοι, διὰ τί μὴ τρυφήσω; οὐκ ἀνθρώπινον, οὐδὲ κοινωνικόν· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀγαπητικὸν πάρεστί μοι, διὰ τί μὴ μεταδῶ τοῖς δεομένοις; *Produxit autem genus noſtrum Deus ipſe ad communicationem, cùm ipſe prior verbum ſuum impertiit, & omnibus commune ſubminiſtravit, & fecit omnia pro omnibus: ſunt ergo omnia communia, ne plura quàm alii ſibi vendicent divites. Hoc ergo, adſunt mihi, & ſuperſunt, cur non in deliciis vivam? non eſt humanum, neque ad communicandi promtitudinem pertinet. Illud autem magis charitatem arguit, adſunt mihi, cur non impertiar egenis?*

II. Κοινωνικὸν illud dicitur, *quo noſtram cum aliis communionem teſtamur fraternam.* Cyrillus Alexandr. in Actis Epheſinis, pag. 280. Ἐὰν ὑπογράψῃ ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης καὶ δέξηται τοῦτον, τότε ἀπόδοτε τὰ κοινωνικά. *Siquidem religioſiſſimus Johannes Epiſcopus Antiochenus, ſubſcripſerit, eumq; receperitis, tunc ei date dexteras communionis, vel, eum in communionem veſtram recipite.* Ibid. pag. 282. γράμματα κοινωνι-

Digitized by Google

κοινωνικά, literæ, quibus noſtram cum alio communionem teſtamur. Πέπομφα γράμματα πρός τε τὴν θεοσέβειαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους κοινωνικά· καὶ συνήχθημεν εἰς εἰρήνην. *Miſi literas, tum ad pietatem ejus, tum ad alios Epiſcopos, communionis teſtes: & ad concordiam adducti ſumus.*

III. Κοινωνικὴ vocatur *uxor, quæ omnia cum marito communia habet.* Macarius Homil. VII. pag. 101. Ἐάν τις ὡραιοτέρα κόρη καὶ σοφωτέρα καὶ πλουσιωτέρα ὑπὲρ πάσας, λάβῃ ἄνδρα πτωχὸν, ταπεινὸν καὶ δυσειδῆ, ἐνδεδυμένον ῥακώδη, καὶ ἀποδύσῃ αὐτὸν τὰ ῥυπαρὰ ἐνδύματα, καὶ ἐπιθῇ αὐτῷ διάδημα, καὶ γένηται αὐτῷ κοινωνική, λοιπὸν ἄρχεται πτωχὸς ἐκεῖνος πτοεῖσθαι, καὶ λέγειν, ἐμοὶ τῷ ταλαιπώρῳ καὶ πτωχῷ, καὶ πτωχῷ καὶ μετρίῳ καὶ ταπεινῷ τοιαύτη ἐδόθη κοινωνική. *Si virgo quædam omnes alias formâ, prudentiâ & divitiis antecellens, viro nupſerit pauperi, humili loco nato & deformi, veſtibus laceris induto, eumq́; exuerit veſtimentis ſordidis, eiq́; impoſuerit diadema, ejusq́; facta fuerit ſocia: pauper ille animo conſternatur, & dicit: Mihi miſero, vili, pauperculo, mediocri & humili talis data eſt ſocia.*

IV. Κοινωνικὸς eſt, *qui ad S. Cœnam admittitur, non excommunicatus.* Photius in Nomocan. tit. XII. Cap. II. Ἡ δὲ α΄ διάταξ. τοῦ γ΄ τίτ. τῶν νεαρῶν αἱρετικοὺς λέγει τοὺς μὴ ὄντας κοινωνικούς. *Conſtitut. I. tit. III. Novellarum, hæreticos dicit, qui communicare non poſſunt.* Quid hic κοινωνικοὶ ſint, ita explicat Balſamon. pag. 1061. Bibl. Juris Canonici: Λέγει δὲ αἱρετικοὺς εἶναι πάντας τοὺς μὴ μεταλαμβάνοντας τῶν ἁγιασμάτων ἀπὸ τῶν ἱερέων κατὰ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. *Dicit autem hæreticos eſſe, quicunque in ſancta Dei Eccleſia per Sacerdotes participes non fiunt Sacramentorum.*

V. Κοινωνικὸν eſt *troparium* ſeu *hymnus*, qui dici vel cani ſolebat ſub adminiſtratione S. Cœnæ, donec omnes fideles ejus fuiſſent facti participes. Meurſius exiſtimat, *poſt communionem, ſublato ſacro pane cani ſolitum hymnum ſic fuiſſe vocatum.* Sed fallitur. Apparet enim ex verbis, quæ ex Liturgia Chryſoſtomi producit, chorum ceciniſſe κοινωνικὸν, poſtquam Sacerdos manum admoviſſet ſacro pani, πρὸ τοῦ ποιῆσαι τὴν ἁγίαν ὕψωσιν. Fiebat autem ὕψωσις iſta; ut in Ὕψωσις docetur; ante Sacerdotis ac cleri participationem ſeu ſumtionem, ac populo diſtributionem. Verba Liturgiæ adſcribo, quæ leguntur pag. 103. Ὅταν δὲ ἴδῃ ὁ διάκονος τὸν ἱερέα ἐκτείνοντα τὰς χεῖρας, καὶ ἀπτόμενον τοῦ ἁγίου ἄρτου πρὸς τὸ ποιῆσαι τὴν ἁγίαν ὕψωσιν, ἐκφωνεῖ· πρόσχωμεν· καὶ ὁ ἱερεύς· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Ὁ χορός· εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς ἀμήν· εἶτα ψάλλει ὁ χορὸς τὸ κοινωνικὸν τῆς ἡμέρας ἢ τοῦ ἁγίου. *Quando verò Diaconus videt ſacerdotem manus extendentem, & ſanctum panem attingentem ad faciendam ſanctam elevationem, exclamat:* Attendamus. *Et ſacerdos:* Sancta ſanctis. *Chorus:* Unus ſanctus, unus Dominus Jeſus Chriſtus, in gloriam Dei Patris: amen. *Poſtea canit chorus Canonicon diei vel ſancti.* In Latina verſione Liturg. Chryſoſtomi, quam Leoni Thuſco adſcribunt, ita eſt. *Hac oratione dicta, dicit Diaconus:* Attenti ſimus. *Et ſacerdos ſe inclinans ſuſcipit portionem, quæ eſt in ſancta patena, & modicum ſuſtollens, dicit:* Sancta ſanctis. Peracta communione nihil reſtabat de ſacro pane, quod tolli oporteret, ut Cl. Meurſio viſum; & tùm hoc canebatur Troparium: Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, Κύριε, ὅπως ἀνυμνήσωμεν τὴν δόξαν σου, ὅτι ἠξίωσας τῶν ἁγίων σου μετασχεῖν μυστηρίων· τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην. Ἀλληλούϊα. *Repleatur os noſtrum laude, ut celebremus gloriam tuam, quod nos ſancta tua myſteria participare dignatus es: Conſerva nos in ſanctificatione tua toto die meditantes juſtitiam tuam. Alleluja.* Typicum Sabæ, p. 7. κοινωνικὸν τοῦ ἁγίου. Occurrit ſæpe in Ritualibus Græc.

Κολάζω. Κόλασις.

Κόλασις eſt τιμωρία, *pœna.* Sunt autem *pœnæ duplices:*

I. *Temporales:* de quibus obſervandum,

1. *Eas juſtè à Deo peccatoribus immitti.* Nempe ut Chryſoſtomus, Homil. LXV. tom. VI. τῆς κολάσεως ὑπόθεσις ἡ ἁμαρτία, *Cauſſa pœnæ peccatum eſt.* Clemens Alex. Pædag. lib. I. Cap. VIII. pag. 116. Τὴν κόλασιν ὁ Θεὸς οὐχ ὑπὸ ὀργῆς ἐπιφέρει, ἀλλὰ τὸ δίκαιον σκοπεῖ· ὡς οὐ συμφέρει παραλειφθῆναι τὸ δίκαιον δι' ἡμᾶς· αἱρεῖται δὲ ἕκαστος ἡμῶν τὰς τιμωρίας, αὐτὸς ἑκὼν ἁμαρτάνων, αἰτία δὲ ἑλομένου· ὁ Θεὸς ἀναίτιος. *Deus non ex ira irrogat ſupplicium, ſed quod juſtum eſt, conſiderat, nempe quod propter nos non expediat prætermitti quod juſtum. Unuſquiſque autem noſtrûm ſupplicium eligit, cùm ſponte peccat: in Deum autem culpa conferri nequit.* Huc etiam facit illud Theodoreti in Cap. XXI. Ezech. pag. 408. Θεὸς οὐχ ἑκὼν κολάζει ἀλλ' ὑπὸ τῆς τοῦ λαοῦ παρανομίας ἀναγκαζόμενος. *Deus non libens punit, ſed populi ſcelere coactus.*

2. *Eas utiles eſſe & neceſſarias.* Eleganter Chryſoſtomus Homil. VI. ad populum Antiochenum, dicit ἁμαρτίαν εἶναι σηπεδόνα, *peccatum eſſe ulcus*, τὴν δὲ κόλασιν verò σίδηρον ἰατρικὸν, *ferrum medicum.* Idem, Homil. III. de Lazaro, ſeu Homil. XXXVII. tom. V. p. 247. Οὐχ ἡ κόλασις κακὸν, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία κακόν. Αὕτη μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ διΐστησιν, ἐκείνη δὲ συνάγει ἡμᾶς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ καταλύει τὴν ὀργήν. *Pœna non eſt mala, ſed peccatum malum eſt. Hoc enim à Deo ſeparat: illa verò nos ad Deum aggregat, iramq́; tollit.* Theodoretus in Cap. VI. Ezech. p. 334. Ἰατρικῶς ὁ φιλάνθρωπος κολάζει δεσπότης, ἵνα παύσῃ τῆς ἀσεβείας τὸν δρόμον. *Clemens Dominus ita punit, ut medici more ſanitatis habeat rationem, & impietatis curſum impediat.* Clemens Alex. Strom. VII. p. 762. itidem de Deo: Κολάζει πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς κολαζομένοις. *Caſtigat & communiter & privatim ad utilitatem eorum, qui puniuntur.* Et paulò antè dicit, ὡς πρὸς τοῦ διδασκάλου ἢ τοῦ πατρὸς οἱ παῖδες, οὕτως ἡμεῖς πρὸς τῆς προνοίας κολαζόμεθα. *Sicut à magiſtro vel patre pueri, ita nos caſtigamur à providentia.* Stromate IV. p. 536. Κόλασις τὸν ἁμαρτήσαντα οὐκ ὠφελεῖ εἰς τὸ μὴ πεποιηκέναι, ἀλλ' εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν, μηδὲ μὴν ἄλλον τινὰ τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν. *Punitio non juvat eum qui peccavit ad hoc ut non fecerit, ſed ad hoc ut non peccet ampliùs, neq́; ullus alius incidat in ſimilia.* Strom. VI. p. 664. Κόλασις τὸ μὲν κολαζομένῳ διορθώσεως αἰτία· τοῖς δὲ διορᾶν πόῤῥωθεν δυναμένοις, παράδειγμα γίνεται, δι' οὗ τὸ συνεμπίπτειν τοῖς ὁμοίοις ἀνακόπτουσι. *Pœna, ei quidem, qui punitur, eſt cauſſa correctionis: iis autem, qui poſſunt eminus perſpicere, fit exemplum, per quod cavent, ne ampliùs in ſimilia incidant.* Idem, Pædag. lib. I. Cap. VIII. pag. 117. Ἡ κόλασις ἐπ' ἀγαθῷ καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ κολαζομένου· ἔστι γὰρ ἐπανόρθωσις ἀντιτείνοντος. *Caſtigatio eſt bono & utilitati ejus, qui caſtigatur: eſt enim ejus qui reſiſtit correctio.* Lib. III. Cap. VIII. pag. 239. Διὰ τοῦτο αἱ κολάσεις καὶ αἱ ἀπειλαὶ, ἵνα δείσαντες τὰς δίκας, τοῦ ἁμαρτάνειν ἀποσχώμεθα. *Pœnæ ac minæ propterea ſunt, ut timentes pœnas, à peccatis abſtineamus.* Theodoretus in Cap. LII. Jeremiæ, pag. 275. Θεὸς κολάζων ἐλεεῖ, καὶ παιδείαν ἐπάγων ψυχαγωγεῖ, καὶ τῶν δικαίων τὴν ψῆφον τῇ φιλανθρωπίᾳ κιρνᾷ. *Deus puniens miſeretur, & caſtigatione utens conſolatur: juſtitiæq́; ſententiam clementiâ temperat.*

II. *Æternæ.* Cur pœna infernalis vocetur αἰώνιος κόλασις, docet Damaſcenus lib. II. Orthod. fidei, C. I. pag. 65, 66. Αἰώνιος κόλασις τὸ ἀτελεύτητον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δηλοῖ· οὐδὲ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἡμέραις καὶ

νυξὶν ὁ χρόνος ἀριθμηθήσεται· ἔσται δὲ μᾶλλον τοῖς ἁμαρτωλοῖς νὺξ βαθεῖα ἀπέραντος. *Æterna pœna, declarat futurum ſeculum ſine fine fore: neque enim poſt reſurrectionem tempus diebus & noctibus numerabitur: ſed potiùs peccatoribus nox profunda erit* & finis expers. Chryſoſtomus Orat. in verba Chriſti Matth. VII. 13. ſeu Homil. IX. tom. V. Pariſ. pag. 141. Ὅπερ μιᾶς νυκτὸς ὄναρ, τοῦτο ἅπας ὁ παρὼν βίος πρὸς τὴν διαδεξαμένην ἡμᾶς κόλασιν καὶ τιμωρίαν. *Quod unius noctis eſt ſomnium, hoc tota præſens eſt vita, ſi cum ea, quæ nos exceptura eſt, punitione & pœna comparetur.* Idem, Homil. in Timoth. V. ſeu XXV. tomi ejuſd. pag. 445. Τὸν ἁμαρτίᾳ συζῶντα, ἀμήχανον σωθῆναί ποτε, ἀλλ᾽ ἀνάγκη πάντως καὶ ἐνταῦθα ἐπονείδιστον εἶναι, καὶ ἀπελθόντα ἐκεῖ, ἀθάνατα πάλιν κολάζεσθαι. *Eum qui peccatis vivit addictus, impoſſibile eſt unquam ſalvum fieri, ſed planè neceſſe eſt & hîc ignominioſum eſſe, & mortuum, rurſus illic immortali ſupplicio affici.* Alia habes in voce Ἅδης, num. II. 3. ad lit. *b. aa.* ubi etiam eorum conſideratur ſententia, qui pœnarum infernalium finem ſtatuerunt.

III. Obſervanda hic diligenter verbi κολάζω ſignificatio, quando eſt *Reprimo, coërceo, moderor*: ſeu, *quod nimium eſt reprimo, freno.* Gloſſæ veteres: Κολάζω, -- *coherceo.* Theodoretus dicit, τὸ ἄγαν ψυχρὸν κολάζομεν τῷ θερμῷ, *Nimis frigidum calido temperamus.* Greg. Nazianzenus, περιβολὴ τῦφον κολάζουσα, *Amictus faſtum coërcens.* Iſidorus Peluſiota, lib. III. Epiſt. CCCLXXXIV. Ἡ φιλανθρωπία κολάζει τὴν ὠμότητα. *Humanitas ac manſuetudo crudelitatem coërcet.* Idem dicit, τὰς ἐπιθυμίας κολάζειν, *cupiditates frenare*: τῇ αὐταρκείᾳ τὴν ἀμετρίαν κολάζειν. *Sufficientiâ immoderationem coërcere*: τὴν ἀμετρίαν τῆς χαρᾶς κολάζειν, *nimium reprimere gaudium.* Baſilius Cæſar. Can. IV. ad Amphilochium, pag. 761. de τριγάμοις dicit, eorum conjugium vocari πολυγαμίαν, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην, *polygamiam, vel potiùs caſtigatam fornicationem.* Zonaras, pag. 58. explicat, ἤγουν οὐκ ἐκκεχυμένην καὶ ἀδιάφορον, ἀλλὰ συνεσταλμένην καὶ περιγεγραμμένην μιᾷ γυναικί, *id eſt, non effuſam & indifferentem, ſed contractam & una uxore contentam.* Quid κεκολασμένος ſit, optimè explicat Philoſophus Eth. Nicom. lib. III. Cap. XII. Τὸ δὲ τοιοῦτον (τὸ μετρίας εἶναι καὶ ὀλίγας τὰς ἐπιθυμίας, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι) εὐπειθὲς λέγομεν καὶ κεκολασμένον. *Hoc verò; nempe cupiditates eſſe moderatas & paucas, nec rationi contrarias; tractabile dicimus & caſtigatum.* Hinc δίαιτα κεκολασμένη, *accurata & exquiſita victûs ratio*, apud Plutarchum in Lycurgo, & Lucian. in Hermat. Vide Theſaurum Stephani; qui etiam docet, metaphoram eſſe deſumtam à ſtirpibus vitibusque, quibus cùm flagella luxuriantia, aut ſarmenta ſuperflua demuntur, κολάζεσθαι, id eſt, *caſtigari*, perhibentur. Apud Latinos etiam *caſtigatum* dicitur, quicquid immodica omni luxurie atque exuberante redundantia immune, intra decori limites juſtos coërcetur & conſiſtit. Ita *pectus caſtigatum*, Ovid. in Amor. lib. I. Eleg. V.

Quàm caſtigato planus ſub pectore venter?

Frons caſtigata, Statio Sylv. lib. II. poëm. I.

Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis.

Carmen caſtigatum, Flacco in Arte:

— — Carmen reprehendite, quod non
Multa dies & multa litura coërcuit: atque
Perfectum, decies non caſtigavit ad unguem.

Ambitioſa nimirum *recidendo ornamenta*; uti idem ibidem.

Κολακεύω. Κολακεία.

I. Κολακεύω, juxta veteres Gloſſas, eſt *Blandio, adulo, adſector.* Eſt *adulationibus capio.* Ignatius in Epiſt. ad Romanos, pag. 246. Σῖτός εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ δι᾽ ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος Θεοῦ εὑρεθῶ. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, &c. *Frumentum ſum Dei, dentibus ferarum molar, ut mundus panis Dei inveniar. Imò blanditiis demulcete potiùs feras, ut mihi ſepulchrum fiant.* Et mihi pag. 247. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι, ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν. *Utinam fruar beſtiis mihi paratis, quas opto veloces mihi inveniri, quas & blanditiis demulcebo, ut protinus me devorent.* Chryſoſtomus Homil. XIV. in II. ad Corinth. p. 628. Φιλανθρωπίας ἐστὶ, τὸ μὴ πανταχοῦ χαρίζεσθαι τοῖς κάμνουσι, μηδὲ κολακεύειν τὰς ἀτόπους αὐτῶν ἐπιθυμίας. *Humanitatis eſt, ægrotis non ubique indulgere, nec præpoſteris eorum cupiditatibus adblandiri.* Ita κολακεία, ut idem, Homil. V. in Epiſt. ad Philippenſes, pag. 30. eſt, Ὅταν τις θεραπεύῃ τινὰς ἐπὶ μηδενὶ τῶν δεόντων, ἀλλὰ θηρώμενός τι τῶν βιωτικῶν. *Aſſentatio eſt, cuivis inſervire, non ob eas res, quæ opus ſunt, ſed aliquid, quod ad hanc vitam faciat, captantem.*

II. Eſt *ſeduco.* Ita verbum hoc accipiendum eſſe docet Can. CXX. Cod. Eccleſ. Africanæ, Zonaras, pag. 504. in his: Καὶ μὴ ἑαυτόν τις κολακεύσῃ. *Nec ſibi quiſquam blandiatur.* Ἀντὶ τοῦ, ἀπατήσῃ· ἡ γὰρ κολακεία ἀπάτη ἐστίν, οὐδὲν ὑγιὲς τοῦ κολακεύοντος λέγοντος, ἀλλὰ πάντα πρὸς χάριν καὶ θεραπείαν τοῦ κολακευομένου. *Pro, ſeducat*: κολακεία *enim eſt fraus, deceptio, cùm adulator nihil ſani dicat, ſed omnia ad gratiam & deliniment um ejus, quem adulationibus demulcet.* Suidas: Κολακεία· ἡ ἀπάτη. *Fraus, deceptio.* Veteres Gloſſæ: Κολακία. -- *Deceptio.*

Κολαφίζω.

Hoc verbum unum eſt ex iis vocibus, quas Attici & Helleniſtæ non admittunt. Thomas Magiſter aſſerit, hoc verbum, & nomen, unde oritur, ut & illud, quod ab eo deducitur, non eſſe Attica. Κολαφίζω, καὶ κολαφισμὸς, καὶ κόλαφος, ἀνάττικα. Id quoque obſervat Euſtathius, in Odyſſ. lib. XVII. & ſcribit κόλαφον ab Atticis κόνδυλον dici. Ἀττικοὶ δὲ τὸν κόλαφον, κόνδυλον φασὶ διὰ τοῦ δ. Refert tamen Epicharmum uſum eſſe voce κόλαφος, & Pauſaniam verbo κολαφίζειν. Ἐκεῖθεν δὲ καὶ κόλαφος παρὰ Ἐπιχάρμῳ, καὶ τὸ ἐκολάφισαν, ἐντεῦθεν Παυσανίας φησίν. Hac voce uſum fuiſſe Epicharmum in duabus Comœdiis, Ἀγρωστίνῳ ſcilicet, id eſt, *Ruſtico*, & Παιδοτρίβαις, id eſt, *Ludimagiſtris*, docet Heſychius: Κόλαφος, κόνδυλος· Παρὰ δὲ Ἐπιχάρμῳ ἐν Ἀγρωστίνῳ καὶ Παιδοτρίβαις ὄνομα. Autor Etymologici Magni, annotat hanc vocem eſſe Græcam apud Epicharmum, & illius verba refert: Τὸ δὲ ὄνομα Ἑλληνικὸν παρὰ Ἐπιχάρμῳ.

Ὡς ταχὺ κόλαφος περιπατεῖ δεινός.
Ut velociter colaphus ambulat gravis.

Aliquoties occurrit in N. Teſtamento. In hiſtoria paſſionis Dominicæ, Matth. XXVI. 67. & Marci XIV. 65. ubi reſpicitur ad Jeſajæ L. 6. Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας· τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. *Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas*: ad quæ Theodoretus, pag. 114. Ταῦτα πάντα διδάσκει τῶν θείων εὐαγγελίων ἡ ἱστορία. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ ἀρχιερέως οἰκέτης ἐπὶ κόρρης αὐτὸν ἐπάταξεν· οἱ δὲ ἐκολάφιζον αὐτόν. *Hæc omnia docet Divinorum Evangeliorum hiſtoria. Nam famulus quidem Pontificis genam ejus percuſſit: alii verò colaphis eum cædebant.* Theophylactus ad Matth. XXVI. pag. 169. Κολαφίζειν ἐστὶ τὸ διὰ τῶν χειρῶν πλήττειν, συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων. Καὶ ἵνα ἀφιλέστερον εἴπω, διὰ τοῦ γρόνθου κονδυλίζειν. Κολαφίζειν *eſt manibus percutere, incur-*

incurvatis, ſeu in pugnum contractis digitis. Et ut ſimpliciùs dicam, pugno cædere. Non malè. Γρόνθος enim, juxta veteres Gloſſas, pugnus. Pro quo recentiores Græci γρόθος. Vlachus in Theſauro ſuo: Γρόθος, colaphus, κόλαφος, πυγμή. Γροθίζω, pugnis cædo, κονδυλίζω. Γροθοκόπημα, ictus pugni, κονδυλισμός. Γροθοκοπῶ. Alapâ percutio, κολαφίζω. Γροθομάχομαι. Pugnis decerto, πὺξ παίω. Et Heſychius; Κονδυλίζει, κολαφίζει. Veteres Gloſſæ: Κόνδυλος, colaphus. I. Corinth. IV. 11. Κολαφιζόμεθα. Colaphis cædimur. Theophylactus exponit per τυπτόμεθα. Verberamur. II. Corinth. XII. 7. Ἵνα με κολαφίζῃ, ut me colaphis cædat. Chryſoſtomus ad hunc locum, Homil. CXXII. tom. V. pag. 802. Τὸ κολαφίζειν τινὰς ἐπὶ κεφαλῆς ἔλαβον μόνον. Κολαφισμὸς δὲ λέγεται κάκωσις, ταπείνωσις. Ἐκολάφισεν αὐτὸν ἐχθρὸς αὐτοῦ, ἐταπείνωσε. Τόδε πρᾶγμα ἐκολάφισεν, ἀντὶ τοῦ, ἐταπείνωσεν· οὐ μόνον γὰρ ἐπὶ κεφαλῆς λέγεται· καὶ αὐτὸς κέχρηται τῇ λέξει πάλιν. Ἐπειδὰν γὰρ ἰδιώτης ἦν, τῇ συνήθει λέξει κέχρηται εἰς παράστασιν τῶν νοημάτων. Μέχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἐπηρεαζόμεθα παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἐπιβουλευόμεθα, κωλυόμεθα, ἐμποδιζόμεθα, ἀδικούμεθα, τουτέστι, κολαφιζόμεθα, κακουχούμεθα, μαστιγούμεθα, δεινὰ πάσχομεν, ἐν δεσμωτηρίῳ ἐμβαλλόμεθα, ἀπαγόμεθα, ἐξοριζόμεθα, λιμῷ παραδιδόμεθα. Ὅλην ἐν ταύτην τὴν κάκωσιν, κολαφισμὸν ἐκάλεσε καὶ ταπείνωσιν. Verbum κολαφίζειν quidam de pulſatione capitis tantùm acceperunt. Atqui κολαφισμὸς dicitur afflictio, oppreſſio, dejectio. Inimicus ejus ipſum colaphizavit, afflixit; hæc res colaphizavit, afflixit. Neque enim de capite tantùm dicitur. Et ipſe Paulus eodem verbo rurſus uſus eſt. Nam cùm ille eſſet idiota, uſitato quodam verbo ſententiam ſuam explicare voluit uſque ad præſentem horam & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphizamur, & omni contumeliarum genere ab hoſtibus afficimur, inſidiæ nobis ſtruuntur, impedimur, injuriis afficimur, hoc eſt, colaphizamur, affligimur & malè habemur, flagellis cædimur, miſera ſuſtinemus, in carcerem conjicimur, deportamur, exterminamur, fami objicimur. Totum igitur hoc afflictionis genus κολαφισμὸν, appellavit, & oppreſſionem. Atque ex his, quæ hactenus attulimus, patet, verbum κολαφίζω duplicem maximè ſignificationem habere,

a. propriam, & eſſe colaphis cædo. Ita ſumitur apud Matthæum & Marcum, ubi Chriſtus colaphis cæſus fuiſſe dicitur. Vide Sedulium operum Paſchal. lib. V. Cap. VI. dicentem, per illos colaphos, Chriſto impactos, habemus capitis ſoſpitatem -- his alapis libertatem ſumus conſecuti perpetuam; quam ſententiam lib. IV. verſiculis iſtis exprimit:

> *Namque per hos colaphos caput eſt ſanabile noſtrum,*
> *His alapis nobis libertas maxima plauſit.*

Et Juvencus:

> *Tunc ſanctam Chriſti faciem ſputa undique complent,*
> *Et palmæ in malis, colaphiq́ in vertice crebri*
> *Inſultant.*

b. impropriam ſeu metaphoricam, pro duriter aliquem affligo, & contumelioſiſſimè, indigniſſimè, & ignominioſiſſimè eum tracto. Sic Mich. V. 1. Ἐν ῥάβδῳ πατάξουσιν ἐπὶ σιαγόνα τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. In virga percutient ſuper maxillam tribus Iſraël. Ad quæ Theodoretus, p. 823. Πάσῃ παροινίᾳ κατὰ τῶν ἐνοικούντων χρήσεσθαι προσδοκήσαντες· τοῦτο γὰρ εἶπε, ῥάβδῳ πατάξουσιν ἐπὶ σιαγόνα, ὡς τὸ τοιαύτης πληγῆς μείζονα τὴν ἀτιμίαν ἐχούσης. Omni in habitatores inſolentia ſe uſuros ſibi pollicentes: hoc enim eſt, quod dixit, in virga percutient ſuper maxillam, quod ejuſmodi plaga majorem ignominiam inurat. Suidas: Ἐκολάφισαν, ἐβασάνισαν. Cruciârunt, tormentis torſerunt. Atque hoc ipſo modo commodiſſimè accipi poſſunt iſta, quando Apoſtolus refert, ſe à perſecutoribus & à Satana colaphis cæſum fuiſſe, locis paulò antè citatis Ratio autem hujus metaphoræ eſt, quòd colaphis cædi ſervile erat: ſervi enim colaphis cædebantur à dominis adverſus ipſos iratis, ut patet ex I. Petri II. 20. ubi per κολαφίζεσθαι, ſynecdochicè intelligi poteſt quibusvis plagis & injuriis affici. De ſervo colaphis à domino cæſo extat exemplum apud Senecam in ludo Claudii, ubi dicitur: Apparuit ſubitò C. Cæſar, & petere illum in ſervitutem cœpit: producit teſtes qui illum viderent ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem; adjudicatur C. Cæſari.

Κολλάομαι.

Veteres Gloſſæ: Κολλῶμαι, hæreo. Lucæ XV. 15. de filio prodigo: Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. Et abiit, & adhæſit uni civium regionis illius. Ubi doctiſſimus Pricæus:

> *Jam ſibi ſervitium videt, ah! Dominumq́ paratum.*
> *Heu, heu, libertas illa paterna vale.*

Ἐκολλήθη, ut ſolent nempe, quibus nullum vitæ ſubſidium relictum. Terentius:

> *--- Tum ille egens fortè applicat*
> *Primùm ad Chryſidis patrem, &c.*

Vulgatus, Adhæſit uni civium: ut & Jeſajæ LVI. 3. Filius advenæ, qui adhæret Domino. LXX. ὁ προσκείμενος πρὸς Κύριον. Ita Plinius lib. VII. Epiſt. XXVII. de Curtio Rufo, Tenuis adhuc, & obſcurus obtinendi Africam hæſerat. Suetonius de Nicia Grammatico, Hæſit Cn. Pompeio & Caio Memmio. Terentius in Eunucho:

> *-- -- Ut hæream in parte aliqua tandem apud*
> *Thaidem.*

Ad quem locum Donatus: Τὸ hæream, ultimum genus beneficii eſt. In veteri Onomaſtico, Adhæreo, προσκολλῶμαι. Plautus Menechm. planè ad verbum Græcum,

> *-- -- Se applicant, agglutinant.*

In veteri Gloſſario, προσκολλῶ, applico, agglutino. Ita Act. V. 13. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς. Cæterorum autem nemo audebat ſe conjungere illis. Conjungere vel adjungere, προστίθεσθαι, quod legitur verſu ſequenti, προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ. Vulgatus per augebatur exponit; malim, Adjungebantur ſc. αὐτοῖς. Ut hic προστίθεσθαι idem ſit, quod modò κολλᾶσθαι. Oecumenius pag. 28. illud, οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς, exponit, οὐδὲ προσπελάζειν τις αὐτοῖς ἐτόλμα. Ne appropinquare quidem ad eos quiſquam audebat. Ita etiam Act. II. 41. Vetus Onomaſticon: Adjungo, προστίθημι. Cap. IX. 26. de Paulo, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς, tentabat ſe jungere diſcipulis. Id eſt, Applicare ſe, vel adjungere: eorum ſocietate uti. Eodem modo Cap. X. 28. & XVII. 34. ſic Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, τοῖς ἐντυγχάνουσι μὴ ῥᾳδίως κολλᾶσθαι. Obviis haud facilè ſe applicare, vel adjungere. Ad Rom. XII. 9. Κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ. Adhærentes bono. Ad quæ Theodoretus, pag. 97. Οὐχ ἁπλῶς εἶπε, μεταδιώκειν· ἀλλὰ τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐργασίᾳ συνῆφθαι λίαν προσέταξεν, οἷόν τινι κόλλῃ τῇ διαθέσει χρωμένους. Non dixit ſimpliciter, perſequi: ſed bonorum operationi valde adhærere præcepit, affectione tanquam glutine aliquo utentes. Et Theophylactus, pag. 123. explicat, Διάθεσιν πρὸς αὐτὸ ἀγαπητικὴν ἔχοντες. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς συνάπτων οἰκειότερον τὸν ἄνδρα τῇ γυναικὶ, ἔλεγε, Προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα. Affectum charitatis erga ipſum habentes. Hunc ad modum Deus maritum uxori familiariùs copulans, Agglutinabitur, inquit, uxori ſuæ. I. Corinth. VI. 17. Ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν· ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυ-

Digitized by Google

ξίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι. *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur: qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.* Ad quem locum Theodoretus, pag. 146. Τῇ πόρνῃ κολλώμενος, μέλη πόρνης, τὰ μέλη ποιεῖς· τῷ δὲ Κυρίῳ διὰ τοῦ πνεύματος συναπτόμενος, μέλη Χριστοῦ τὰ μέλη ποιεῖς. *Meretrici adhærens, membra tua facis membra meretricis: Domino autem per ſpiritum conjunctus, membra Chriſti membra facis.* Ita Athanaſius tom. II. pag. 298. Ἄνθρωπος Θεῷ διὰ πίστεως κολληθεὶς καὶ χάριτος, ἓν λέγεται πνεῦμα. *Homo Deo per fidem & gratiam conjunctus, unus dicitur ſpiritus.*

Κολλυβιστής.

Optimæ Gloſſæ: Κολλυβιστής. *Nummularius.* Aliæ: *Nummularius.* Κολλυβιστὴς, τραπεζίτης. Heſychius: Κολλυβιστὴς, τραπεζίτης· κόλλυβος γὰρ εἶδος νομίσματος, καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς. *Κολλυβιστὴς eſt menſarius: κόλλυβος enim eſt ſpecies numiſmatis, & æri impreſſus bos.* Ita etiam Theophylactus in Cap. XXI. Matth. pag. 121. Κολλυβισταί εἰσιν οἱ παρ' ἡμῖν λεγόμενοι τραπεζῖται· κόλλυβος γὰρ εἶδός ἐστι νομίσματος εὐτελοῦς, ὥσπερ ἔχομεν τυχὸν ἡμεῖς τοὺς ὀβολοὺς, ἢ τὰ ἀργύρια. *Collybiſtæ ſunt, qui apud nos dicuntur menſarii: collybus enim ſpecies eſt vilis numiſmatis, ſicut & nos habemus obolos, vel etiam minuta.* Idem, in Cap. XI. Marci, pag. 254. Κολλυβισταὶ ἦσαν, οἱ τὰ νομίσματα ἀλλάσσοντες· κόλλυβος γὰρ εἶδος λεπτοῦ νομίσματος χαλκοῦ. *Collybiſtæ fuerunt, qui nummos permutabant: collybus enim eſt ſpecies minimi ærei numiſmatis.* Et tandem in Cap. II. Joh. pag. 589. Κολλυβισταί εἰσιν, οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, ἤτοι τοὺς νούμμους. Κόλλυβος γὰρ λέγεται τὸ λεπτὸν νόμισμα παρ' Ἕλλησιν, ὃ Ῥωμαῖοι νοῦμμον ὀνομάζουσι. *Nummularii ſunt, qui minuta æra vendunt. Collybus enim apud Græcos minutum numiſma eſt, quod Romani* nummum *vocant.* Zonaras ad Can. LXXVI. in Trullo, pag. 189. Κολλυβισταί εἰσιν οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, ἤτοι τοὺς νούμμους. Κόλλυβος γὰρ λέγεται παρ' Ἕλλησι τὸ λεπτὸν νόμισμα, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις νοῦμμος καλεῖται, καὶ κέρμα δὲ τὸ νόμισμα λέγεται. *Collybiſtæ ſunt, qui minuta æra vendunt, vel nummos. Collybus enim apud Græcos minutum eſt numiſma, quod apud Romanos* nummus *vocatur. Numiſma verò etiam æs appellatur.* Rectè collybiſtæ definiuntur, οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, *qui vendunt minuta æra,* pro alia pecunia ſcilicet, accepto collybo. Collybiſtæ argentarii ſunt, vel potiùs nummularii, non abſimiles argentariis, quos ſive ars, ſive longus uſus tractandarum & permutandarum pecuniarum ita erudivit, ut auri, argenti, æris qualitatem hi ſoli probè nôſſe exiſtimentur. Qua de cauſſa ad eos eunt frequenter, quaſi peritiſſimos nummorum æſtimatores, qui de quantitate nummorum ambigunt, puta, quanti ſit nummus, aut ſolidus aliquis, cujus auri, an probus: an ſubæratus: an ponderis æqui: an lacuna in eo ſit aliqua: nam hæc curioſè homines inquirunt. Adde etiam Ariſtophanis Scholiaſten Pace, pag. 479. qui κόλλυβον dicit eſſe εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος. Ad illud etiam, quod Heſychius dicit, κόλλυβον eſſe ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένον βοῦν, facit, quod vetus Homeri Scholiaſtes ad Iliad. β'. v. 449. annotat. Ἑκατόμβοιος, inquit, ἑκατὸν βοῶν τιμῆς ἄξιος, ὅ ἐστιν ἑκατὸν χρυσῶν νομισμάτων· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι, τιμῶντες τὸ ζῶον τὸ βοῦν, διὰ πολλὰ μὲν, καὶ ὅτι δὲ ἱερόν ἐστιν, ἐνεχάραττον, τῷ μὲν ἑνὶ μέρει τοῦ νομίσματος, βοῦν, τῷ δὲ ἑτέρῳ, τὸ τοῦ βασιλέως πρόσωπον. *Centum nummorum, id centum boum precio dignus, quod eſt centum aureorum numiſmatum: veteres enim, cùm bovem multas ob cauſſas in precio haberent, maximè etiam quòd ſacer eſſet, imprimebant, alteri quidem numiſmatis parti, bovem, alteri verò, Imperatoris faciem.* Vide plura in Τραπεζίτης, in Etymologico Voſſii in *Collybus*; apud Ravanellum in *Collybiſta, Numiſma, Menſarii & Trapezitæ.*

Κολόβιον. Κολοβίων.

Gloſſæ Græco-Latinæ: Κολόβιον, *colobium. Subucula.* Quid ſit, ex Papia colligitur: *Colobium genus veſtis dictum, quia longum eſt, & ſine manicis: hoc antiquitus utebantur, ſed quia nuditas brachiorum culpabatur, uſus colobiorum in dalmaticas eſt mutatus.* Colobia igitur olim abſque manicis; poſtea manicatæ, ad eum modum, quo dalmaticæ; de quibus in Δαλματική. Itaque *colobium* dictum à κολοβὸς, *curtus, mutilus, truncus.* Servius Æneid. IX. ad illud,

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ,

inquit, *Tunicæ veſtræ habent manicas, quod etiam Cicero vituperat dicens,* manicatis & talaribus tunicis, *nam colobiis utebantur antiqui.* Hæc totidem verbis refert Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus. Nicetas Theſauri orthod. lib. I. Cap. XXXIX. *Dalmatica, quæ nunc colobia dicuntur, purpuraque prætexuntur, induti, phylacteria ſua oſtentabant, breves nimirum chartulas, quibus inſcripta lex erat, quas illi precioſis fasciis ornatas, auroque diſtinctas, tanquam Judæorum magiſtri, deferebant.* Epiphanius Hæreſi XV. pag. 20. Ἐπειδὴ στολὰς, &c. Habes locum in Δαλματική. Codinus in Orig. Conſtantinop. Ὁσάκις δὲ ἤρχετο εἰς θεωρίαν, ἐφόρει λευκὸν κολόβιον, καὶ ῥάβδον λευκὴν κατεῖχε τῇ χειρί. *Quoties verò in conſpectum prodibat, geſtabat album colobium, & baculum album manu tenebat.* Reliqua ex Gloſſario Meurſii, & ex Adverſ. ſacr. Lud. de la Cerda, Cap. XXII. num. I. peti debent.

Κολοβόω.

I. *Propriè.* Quemadmodum κολοβὸς eſt ὁ μέρος τοῦ σώματος ἀφῃρημένος, *mutilus, truncus,* ut exponunt veteres Gloſſæ; & κολοβὸν, juxta Suidam, τὸ ἐλλεῖπον, *cui aliquid deeſt*; vel, juxta Heſychium, κολοβὸς, κονδὸς, σμικρὸς, ὀλιγοστὸς, ἢ ἐστερημένος, *curtus, parvus, exiguus, vel privatus:* ita κολοβόω, juxta veteres Gloſſas, eſt *verebio,* id eſt, *mutilo, decurto, detrunco, amputo.* Hinc κεκολοβωμένοι πόδες, *pedes curti,* id eſt, *truncati, amputati.* Ita II. Samuel IV. 12. κολοβοῦσι τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν. Amputant manus eorum & pedes eorum.

II. *Impropriè* eſt *decurto, abbrevio,* de rebus aliis, quàm de corporeis. Matth. XXIV. 22. Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. *Et niſi contracti fuiſſent dies illi, periret omnis caro: ſed propter electos contrahentur dies illi.* Eadem leguntur Marci XIII. 20. Chryſoſt. Homil. LXXVI. in Matthæum, illud, εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν, explicat, εἰ ἐπὶ πλέον ἐκράτησεν ὁ πόλεμος Ῥωμαίων ὁ κατὰ τῆς πόλεως, ἅπαντες ἂν ἀπώλοντο οἱ Ἰουδαῖοι. *Si diutius Romanorum adverſus civitatem bellum duraviſſet, nemo Judæorum omnino evaſiſſet.* Ita etiam Theophylactus in Matth. pag. 145. at in Cap. XIII. Marci, pag. 265. Εἰ μὴ ἐκολόβωσεν ὁ Θεὸς, τουτέστι, συντόμως κατέλυσε τὸν πόλεμον τῶν Ῥωμαίων, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ, τουτέστιν, Ἰουδαῖος οὐκ ἂν ὑπελείφθη. *Niſi abbreviaſſet Deus, id eſt, citiùs Romanorum bellum diſſolviſſet, nulla caro ſervata fuiſſet, hoc eſt, Judæus non fuiſſet relictus.* Vide Ravanellum in *Decurtare.* Cyrillus Alexandr. in Cap. XVIII. Jeſajæ, pag. 280. Παιδεύοντος μὲν (Θεοῦ) τοὺς προσκρούοντας, κολοβοῦντος δὲ πλεονάκις τὰς δίκας, καὶ εἰς ἅπαξ οὐκ ἐῶντος ἀπόλλυσθαι τοὺς παιδευομένους. *Caſtigante quidem* (Deo) *peccantes, abbreviante verò ſæpiùs pœnas, nec prorſus eos, qui caſtigantur perire permittente.*

Κολα-

Digitized by Google

Κολοφών.

Heſychius: Κολοφὼν ἐπὶ παθῶν ἢ συμφορῶν λαμβάνεται, κεφάλαιον καὶ τὸ τέλος ἤγουν τὸ πέρας τοῦ πράγματος. *Colophon de calamitatibus uſurpatur: caput & finis rei.* Suidas: Κολοφὼν, τὸ πέρας. Τὸ μέγα καὶ ὑψηλὸν ἀκρωτήριον. Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ μεγάλων κακῶν. *Colophon. Finis. Magnum & excelſum promontorium. Sumitur autem etiam pro magnis malis.* Frequentiſſima ſignificatio, quâ uſurpatur *de calamitatibus & malis maximis.* Chryſoſtomus de Juda proditore, Εἰς τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ἐξεπήδησεν. *In verticem ſeu faſtigium malorum proruit.* Idem lib. II. de Providentia, Cap. IV. Κἂν οὕτω διακείμενος ᾖς, ταχέως καὶ τὸν κολοφῶνα τούτων ἀποκρούσῃ τῶν κακῶν. *Quodſi hoc animo fueris, citò ſupremum hunc malorum verticem abs te arcebis.* Et lib. eod. Cap. XII. de Rachelem lugente Jacobo: Τότε αὐτῷ τῶν κακῶν ἐπῆλθεν ὁ κολοφὼν ὁ τῆς ἐρωμένης θάνατος, ἄωρός τε ὢν καὶ βίαιος ὤν. *Tunc ſupremus eum* (Jacobum) *malorum omnium vertex invaſit, mors ſcilicet chariſſimæ, immatura ſimul & violenta.* Idem in Pſal. CXXIV. Οὐχὶ θάνατός ἐστι τῶν κακῶν ὁ κολοφών; *Nonne mors eſt malorum vertex, vel extremum?* Iſidorus Peluſiota lib. II. Epiſt. CXXVII. pag. 180. Εἰργάσται τῶν κακῶν ὁ κολοφὼν, καὶ τῆς τραγῳδίας τὸ κεφάλαιον. *Dicetur, quod malorum ab ipſis commiſſorum ſummum eſt, totiusq; tragœdiæ caput.*

Κόλπος.

I. Κόλπος *metaphoricè* uſurpatur, quando per ἀνθρωποπάθειαν Deo tribuitur. Suidas: Κόλπος ἐπὶ Θεοῦ, ὁ τῶν ἀγαθῶν θησαυρός. Χεὶρ δὲ, ἡ ἐνέργεια. Ἵνα τί ἀποστρέφεις τὴν χεῖρά σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου; *Sinus, cùm de Deo dicitur, idem valet, ac Bonorum theſaurus. Manus vero, eſt ipſa efficacitas. Cur avertis manum tuam à medio ſinus tui?* Adducit verba Pſal. LXXIV. 11. & expoſitionem, quam ibi habet Theodoretus, pag. 691. Addi merentur, quæ præterea apud eum leguntur. Τέθεικε δὲ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν πεπληρωμένον ἐχόντων τὸν κόλπον, καὶ αἰτουμένων μὲν, δοῦναι δὲ μὴ βουλομένων, ἀλλ' ἐπιστρεφόντων εἰς τοὐπίσω τὴν χεῖρα. *Hoc autem poſuit ex tranſlatione eorum, qui plenum ſinum habent, & cùm orantur ut dent, largiri nolunt, ſed manum retro trahunt.* Ita Joh. I. 18. Filius dicitur eſſe εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, *in ſinu Patris.* Quod Chryſoſtomus Homil. XV. in Joh. pag. 614. ita exponit: Τέθεικεν, ὁ ὢν ἐν κόλπῳ τοῦ πατρὸς, ἵνα νοῆται καὶ Υἱὸς ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς· ἀντὶ τῆς οὐσίας, τὸν κόλπον εἰπὼν, ὡς ἐκ παραδείγματος σωματικοῦ. Τοῦτοι γάρ εἰσί πως τῶν νοητῶν τὰ ἐμφανέστερα. *Poſuit,* Qui eſt in ſinu Patris, *ut cognoſcatur Filius ex ipſo, & in ipſo naturaliter; cùm pro ſubſtantia, ſinum poſuit, exemplo nimirum corporeo utens. Res namq; manifeſtiores, rebus ſpiritualibus explicandis conducunt.* Idem, Homil. IV. de Incomprehenſibili, tom. VI. pag. 413. Quando Filius dicitur eſſe ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ἀπὸ τῆς τοῦ κόλπου προσηγορίας τὴν πρὸς τὸν γεγεννηκότα ἐγγύτητα, καὶ τὴν παῤῥησίαν ἐκλάμβανε, *in ſinu Patris, ſinûs vocabulo intellige unigeniti propinquitatem cum Patre & familiaritatem.* Vide ibid. plura, ubi mox: Ἐκ τῆς ῥήσεως ταύτης τῆς λεγούσης, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, τὸ ἀϊδίως εἶναι ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς δυνατὸν ἐκλαβεῖν. *Ex hac dictione, quæ dicit,* Qui eſt in ſinu Patris, *eum æternùm in ſinu Patris eſſe, intelligi poteſt.* Theophylactus in Cap. I. Joh. pag. 571. Κόλπους ἀκούων πατρικοὺς, μηδὲν ὑποπτεύσῃς σωματικὸν ἐπὶ Θεοῦ. Τὴν γὰρ γνησιότητα καὶ τὸ ἀχώριστον, καὶ συναΐδιον δεῖξαι βουλόμενος τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὁ Εὐαγγελιστὴς, τούτου τοῦ ὀνόματος ἐμνήσθη. *Sinum audiens paternum, non ſuſpiceris aliquid corporale de Deo. Evangeliſta enim volens oſtendere, Filium Patri eſſe coæternum, verum ac inſeparabilem, hujus nominis mentionem fecit.*

II. Cum ea *ſinu excipiantur, quæ dantur, & quæ chariſſima* ſunt, hinc

1. Κόλποι τῆς διανοίας, *memoria* eſt. Chryſoſtomus: Ἀπλώσαντες τοὺς κόλπους τῆς διανοίας οὕτω δέξασθε τοὺς περὶ τῆς νηστείας λόγους. *Pandite ſinus mentis veſtræ, atque ita ſermones de jejunio excipite.* Idem, Homilia XLIII. in Geneſin, tom. I. pag. 348. Εἰς τοὺς κόλπους τῆς διανοίας τὰς τῶν δικαίων ἀρετὰς ἐναποτίθεσθαι. *In ſinum mentis juſtorum virtutes reponere.*

2. *In ſinum Abrahami aſportandi* dicuntur *fideles*, qui moriuntur, Lucæ XVI. 22. id eſt, in locum quietis, ſolatii & gaudii recipiendi, nempe in Paradiſum cœleſtem. Ita explicant veteres. Gregor. Nyſſenus de Anima & Reſurrectione, tom. III. pag. 218. Ἡ ἀγαθὴ τῆς ψυχῆς κατάστασις, ἐν ᾗ τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴν ἀναπαύει ὁ λόγος, κόλπος τοῦ Ἀβραὰμ ὀνομάζεται. *Bonus animæ ſtatus, in quo patientiæ athletam ſermo requieſcere facit,* ſinus Abrahæ *nominatur.* Dionyſius Areopagita Eccleſ. Hierarch. Cap. VII. num. III. Contemplat. III. pag. 353. Ἡ μὲν οὖν εὐχὴ θεαρχικῆς ἀγαθότητος δεῖται, πάντα μὲν ἀφεῖναι τὰ δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἡμαρτημένα τῷ κεκοιμημένῳ, κατατάξαι δὲ αὐτὸν ἐν φωτὶ καὶ χώρᾳ ζώντων, εἰς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἐν τόπῳ οὗ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. *Rogat itaq; precatio divinam bonitatem, ut defuncto peccata omnia remittat, quæ per humanam infirmitatem commiſſa ſunt, eumq; in lucem ac vivorum regionem transferat, & collocet in ſinu Abrahæ, Iſaaci & Jacobi, in loco, à quo dolor & triſtitia gemitusq; aufugiunt.* Continuò ſubjicit, pag. 354. Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, δῆλα τὰ τῶν ἁγίων μακαριώτατα γέρα. *Hæc utique perſpicua, ut arbitror, beatiſſima ſanctorum præmia ſunt.* Tum definit: Κόλποι δέ εἰσιν, ὡς οἶμαι, τῶν μακαρίων πατριαρχῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πάντων, αἱ θειότατοι καὶ μακάριαι λήξεις, αἱ τοὺς θεοειδεῖς ὑποδεχόμεναι πάντας εἰς τὴν ἐν αὐταῖς ἀγήρω καὶ μακαριωτάτην τελείωσιν. Sunt *autem, meâ quidem ſententia, ſunt beatorum Patriarcharum cæterorumq; ſanctorum diviniſſimæ beatiſſimæq; quietis ſedes, quæ viros omnes deiformes excipiunt in conſummationem, quæ in iis eſt, immortalem & beatiſſimam.* Ita exponit Pachymeres in Paraphraſi, pag. 367. Baſilius Cæſar. Orat. in XL. Martyres, hos ipſos hunc in modum ſeipſos ad conſtantiam exhortantes inducit, pag. 531. Δριμὺς ὁ χειμὼν, ἀλλὰ γλυκὺς ὁ παράδεισος· ἀλγεινὴ ἡ πῆξις, ἀλλ' ἡδεῖα ἡ ἀπόλαυσις· μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ ὁ κόλπος ἡμᾶς θάλψει τοῦ πατριάρχου. *Acris eſt hyems, ſed dulcis Paradiſus: affligens glacies, ſed delectabilis fruitio:* (an potiùs, ἀνάπαυσις, *requies?*) *brevi tempore perſeramus, & ſinus Patriarchæ nos fovebit.* Chryſoſtomus, Homil. XL. in Geneſin: Πάντες οἱ δίκαιοι ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν, καὶ μέχρι τῆς συντελείας αὐτῆς, εὐχῆς ἔργον ποιοῦνται εἰς τοὺς κόλπους τοῦ πατριάρχου καταντῆσαι. *Omnes juſti ab illo tempore usque nunc, & usque ad conſummationem temporum, id maximè in votis habent, ut ad ſinum Patriarchæ perveniant.* Idem, Homil. XXVII. in Matthæum: Κόλπους Ἀβραὰμ ἀντὶ τῆς βασιλείας εἶπε. *Sinum Abrahami pro regno dixit.* Et Homil. XIII. in II. ad Corinthios: Πένης ὁ Λάζαρος ἦν, καὶ σφόδρα πένης· πλούσιος δὲ ὁ παρατρέχων ἐν τῷ πυλῶνι κείμενον τοῦτον. Τίς οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὴν βασιλείαν, καὶ τοῖς κόλποις ἐνετρύφα τοῦ Ἀβραάμ; Τίς δὲ ἀπετηγανίζετο, καὶ οὐδὲ σταγόνος ἦν κύριος; *Pauper erat Lazarus, & valde pauper: dives contrà is, qui pro foribus jacentem præteribat. Uter igitur in regnum cælorum ingreſſus eſt, atq; in ſuaviſſimo Abrahæ ſinu requievit? Uter rurſus flammis excruciabatur, ac ne unicam quidem aquæ guttam conſequi potuit?* Aretas in Cap. VI. Apocal. ex Andrea, de ſanctis cœliti-

litibus, Εἰκότως εὐφραίνονται τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ ἀναπαυόμενοι. *Meritò gaudent in ſinu Abrahæ quieſcentes.* Euſebius Præparat. Evangel. libro XIII. pag. 387. Ἐκδημοῦντες ἀπὸ τοῦ σώματος, ἐνδημοῦμεν τῷ Κυρίῳ, ὡς καὶ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσιν ἐπήγγελται εἰς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἀναπαύσεσθαι, μετά τε τῶν ἄλλων παρ' Ἑβραίοις θεοφιλῶν προφητῶν τε καὶ δικαίων ἐν μακαρίᾳ ζωῇ τὸν μακρὸν αἰῶνα διάξειν. *Migrantes è corpore, ad Dominum imus habitatum, ſicut etiam omnibus in eum ſperantibus promiſſum eſt, eos in ſinu Abrahæ, Iſaaci & Jacobi requieturos, cumque aliis apud Hebræos Dei amantibus Prophetis & juſtis in beata vita longum ævum acturos.* Gregorius Nazianzenus Orat. X. pag. 170. de Cæſario fratre ſcribit: Σὺ ἡμῖν οὐρανὸς ἐμβατεύοις, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ, οἵτινες δή ποτέ εἰσιν, ἀναπαύσαιο, καὶ ἀγγέλων ἐποπτεύοις χορείαν, καὶ μακαρίων ἀνδρῶν δόξας τε καὶ λαμπρότητας. *Tu, divinum & ſacrum caput, cælum penetres, atque in Abrahæ ſinu, quicunque tandem ille ſit, conquieſcas, & Angelorum choream, ac beatorum virorum gloriam & ſplendorem ſpectes.* Theophylactus in Cap. XVI. Lucæ, pag. 461. Κόλπους Ἀβραὰμ ἔφασαν τὴν περιοχὴν τῶν ἀγαθῶν τῶν ἀποκειμένων τοῖς δικαίοις, τοῖς ἀπὸ ζάλης εἰς λιμένας καταντήσασιν οὐρανίους. Ἐπεὶ καὶ ἐν θαλάσσῃ κόλπους εἰώθαμεν καλεῖν τοὺς λιμενώδεις καὶ ἀναπαυστηρίους τόπους. Sinum Abrahæ *dixerunt eſſe complexum bonorum, quæ juſtis repoſita ſunt, qui à tempeſtate ingreſſi ſunt in portus cæleſtes, quoniam etiam in mari ſinus appellare ſolemus loca portubus & quieti apta.* Theophanes Homil. VIII. pag. 49. poſtquam dixiſſet, ſinum Abrahæ non eſſe σωματικῶς accipiendum, addit: Ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν κατάστασιν τῆς ψυχῆς, ἐν ᾗ τοὺς δικαίους ἀναπαύει ὁ λόγος, κόλπον Ἀβραμιαῖον ὠνόμασε. Πρῶτος γὰρ οὗτος ὁ πατριάρχης διὰ πίστεως τῆς ἐλπιζομένης κληρονομίας μετὰ τὴν πολλὴν κακοπάθειαν ἔτυχε. Τὴν γοῦν τῶν ἀμετρήτων ἀγαθῶν ἔνδειξιν τῷ τοῦ κόλπου διασημαίνει ὀνόματι, ᾧ πάντες δι' ἀρετῆς τὸν παρόντα διαπλέοντες βίον, ὅταν ἐντεῦθεν ἀπάρωσιν, ὡς ἐν ἀκλύστῳ λιμένι τὰς ψυχὰς ἐνορμίζονται. *Sed bonum animæ ſtatum, in quo Verbum juſtos reficit ac recreat,* Sinum Abrahæ *vocavit. Hic enim Patriarcha primus per fidem, quam ſperamus hæreditatem, poſt multas moleſtias conſecutus eſt. Itaque immenſorum bonorum demonſtrationem* ſinus *nomine indicat, ad quem omnes, qui vitæ hujus navigationem cum virtute conficiunt, poſtquam hinc ſolverunt, velut ad tranquillum portum animas appellunt.*

Κολυμβήθρα.

Veteres Gloſſæ: Κολυμβήθρα. *Piſcina, natura.* Eſt locus ubi natare poſſumus, ſeu nos mergere. Apud Scriptores Eccleſiaſticos ſatis frequenter *de Baptiſmo* uſurpatur. A Baſilio Seleucienſi, Orat. XXVII. pag. 149. Chriſtiani vocantur οἱ τῆς τοῦ πνεύματος κολυμβήθρας υἱοὶ, *ſpiritualis piſcinæ filii.* A' Chryſoſtomo Homil. XC. tom. V. pag. 714. *Baptiſterium* vocatur φοβερὰ καὶ ποθεινὴ κολυμβήθρα, *terribilis & deſiderabilis piſcina.* Ab eodem in Cap. IV. ad Galatas, κολυμβήθρα τῶν ὑδάτων, *piſcina aquarum.* A' Michaële Syngelo, in vita Dionyſii Areopagitæ, pag. 350. Ἡ τοῦ ζωοποιοῦ βαπτίσματος ἀναγεννητικὴ κολυμβήθρα. *Lavacrum baptiſmatis, quo regeneramur, vitamque recipimus.* Κολυμβήθρα τοῦ βαπτιστηρίου. Vide in Βαπτιστήριον. Apud Juſtinum M. quæſtione CXXXVII. ad Orthodoxos: Ἡμεῖς τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἐν τῷ βαπτίσματι τελοῦμεν τὰ σύμβολα πῶς πρῶτον μὲν ἐλαίῳ χριόμεθα, ἔπειτα δὲ τὰ προλεχθέντα ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τελέσαντες σύμβολα, τῷ μύρῳ σφραγιζόμεθα ὕστερον; *Nos in baptiſmo paſſionis & reſurrectionis ejus* (Chriſti) *ſymbola celebramus: quomodo primùm quidem oleo ungimur, deinde verò in ſacro lavacro, quæ dicta ſunt, ſymbolis peractis, poſt illa unguento conſignamur?*

Κομβίνα. Κομβίνευμα. Κομβινεύω.

Significationem & uſum harum vocum placet proponere ex Cl. Salmaſio Notis ad Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, pag. 124. Diplomata, inquit, paſſim apud veteres, quæ recentioribus *evectiones*, *tractoriæ & combinæ*: quorum trium vocabulorum eadem pene ratio. Nam *combinæ* ſunt literæ, quæ dabantur à Principe ad combinanda publica animalia, & curſum uſurpandum. *Combina* pro combinatione. *Combinare* autem propriè eſt κατὰ δύο ζευγνύειν. Ut *conquaternare*, κατὰ τέσσαρα. Optimæ Gloſſæ: *Combinat*, ζευγνύει, συνάπτει. *Conquaternat*, ζευγνύει κατὰ τεσσάρων. *Combina* igitur pro combinatio, eſt evectio, vel combinandorum animalium publicorum & jungendorum ad currum copia & facultas. Vel ſic potiùs, *Combina* eſt σύνθημα. Nam *combinare* eſt συνδυάζειν. Hinc κομβίνα συνδυασμός. Ἀπὸ συνδυασμοῦ aliquid facere, idem eſt, quod ἀπὸ συνθήματος, *ex compacto, ex compoſito.* Hinc κομβίνα, *combina*, σύνθημα. Euſtathius Anteceſſor de Temp. Intervall. Τρακτωρίαι ἐλέγοντο αἱ κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων προφάσει ζώων δρομικῶν γενόμεναι, ἃς καὶ κομβίνας ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ Ῥωμαίων, τουτέστι σύνθημα. *Tractoriæ dicebantur mandata, quæ curſu publico iter facientibus dabantur à Præfectis Prætorio, quas etiam Combinas eadem Romanorum lingua appellat, id eſt,* σύνθημα. Gloſſæ: Σύνθημα, *ſigillum, evectio.* Ἀπὸ τῆς κομβίνας verbum κομβινεύειν, *ordinare, diſponere* in rebus circenſibus apud Chryſoſtomum Orat. de Circo. Nam & κομβίνα etiam dicebatur *ſignum* vel *mappa*, quam mittebat Prætor committendis ludis. Hinc, ut dixi, κομβινεύειν de circenſibus uſurpatum Chryſoſtomo, tom. VI. Edit. Pariſ. pag. 490. Locus hodie corruptus, ſic legendus eſt: Μὴ τρεπέτω σε τὰ πρὸ ἱππικοῦ κομβινεύματα, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ πρὸ κρίσεως κινδυνεύματα. Εἰ βούλει κομβινεύειν καὶ διατάσσεσθαι, δύνασαι τοῦτο ποιεῖν μᾶλλον ἐν θεωρήματι πνευματικῷ. Vulgò legitur τὰ πρειππικὰ κομβινεύματος. Vir illuſtris in Notis ad Sphæram barbaricam Manilii, τὰ προϊππικὰ κομβινεύματος, ex illo Chryſoſtomi loco, etſi Chryſoſtomi non meminit, interpretabatur *præmiſſionem combinatorum*, ſive *deſultorum*. Nam *equi deſultorii*, miſſus exituros in circenſi ſpectaculo denunciabant. Sed κομβινεύειν propriè eſt *ſignum emittendis quadrigis dare*, & κομβίναν mittere, hoc eſt, *ſignum* vel *mappam*. Vide Gl. Meurſii in Κομβίνα, & inferiùs Τρακτωρία.

Κομεντάριον. Κομεντάριος.

Κομεντάριον, vel pluraliter κομεντάρια, *commentaria*, notant aliquando *carcerem*, ut colligitur ex Athanaſii Apol. ad Conſtantinum, Imperat. tom. I. pag. 691. Γέγραπται, ὥστε Φρουμέντιον τὸν Ἐπίσκοπον ἐκεῖθεν ἀχθῆναι, καὶ ἐμὲ μὲν μέχρι τῶν Βαρβάρων ζητεῖσθαι, καὶ εἰς τὰ λεγόμενα κομεντάρια τῶν ἐπάρχων παραπέμπεσθαι, τοὺς δὲ λαοὺς καὶ τοὺς κληρικοὺς πάντας ἀναγκάζεσθαι κοινωνεῖν τῇ Ἀρειανικῇ αἱρέσει. *Scriptum eſt, ut Frumentium Epiſcopum inde ducerent, ac me quidem ubicunque, etiam apud Barbaros perquirerent, & ad cuſtodias Præfectorum, quæ commentaria nominantur, deportarent, laicos verò* (legendum enim, λαϊκοὺς) *& clericos omnes cogerent Arianorum communicare hæreſi.* Hinc etiam κομεντάριος, *commentarienſis*, carceris præfectus, in Synodi Alexandrinæ apologia pro Athanaſio, apud Athanaſium tom. I. pag. 728. de Arianis: Πῶς σύνοδον ὀνομάζειν τολμῶσιν,

Digitized by Google

τελμῶσιν, ἧς Κόμης προκάθητο, καὶ παρῆν σπεκουλάτωρ· καὶ κομενταρήσιος ἡμᾶς εἰσῆγεν ἀντὶ διακόνων τῆς ἐκκλησίας; *Quomodo Synodum nominare audent, cui Comes præfuit, & adfuit ſpeculator; & commentarienſis nos introduxit loco Diaconorum Eccleſiæ?* Pro κομενταρήσιος, ſine dubio legendum κομενταρήσιος. Hæc enim vox hoc ſenſu uſitata. Suidas: Κομενταρήσιος, ὄνομα κύριον. Heſychius clarè: Κομενταρήσιος, τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος. *Commentarienſis, qui accuſationum acta ſubnotat.* Vide Gl. Meurſii in Κομενταρήσιος. *Commentarienſes* ergo carcerum præfecti, ſic fortè appellati, quòd in commentarios eorum, qui carcere concluderentur, nomina referrent. *Commentarienſes* etiam appellantur, quorum manu acta ſubnotantur, quoties apud fiſcum agitur.

Κόμης.

Heſychius: Κόμης, ἄρχων, ἡγεμών. *Comes, princeps, dux.* Suidas: Κόμης· ὁ λαοῦ ἄρχων· καὶ κλίνεται κόμητος. *Comes, populi princeps. Et declinatur,* κόμητος, *Comitis. Comites* in Pandectis appellantur, qui proconſules, præſides, procuratorésve in provincias euntes comitabantur & in officio eorum erant. In conſtitutionibus Impp. recentiorum *varia*, pro adminiſtrationum varietate, *Comitum nomina* inveniuntur. Aliquot ſubjicere placet; reliqua vide apud virum in literis maximum, Barnabam Briſſonium, de Verb. ſignificat. lib. III.

1. Κόμης τῶν πριβάτων, vel πριβάτων. Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. III. tm. XII. pag. 45. de Euſtachio: Ὃς κόμης ἦν τῶν λεγομένων πριβάτων. *Qui comes erat rerum privatarum.* Hic patrimonium Principis & res ejus privatas curabat, vacantiaque bona occupabat: &, ut Caſſiodorus ſcribit, per rationalium curam privatam Principum gubernabat ſubſtantiam. Philoſtorgius lib. VII. tm. X. pag. 96. de Elpidio ſub Juliano: Ἐλπίδιος τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστὼς (κόμητας πριβάτων ἡ Ῥωμαίων γλῶσσα καλεῖ) *Elpidius domus Imperatoriæ propoſitus; Comites rerum privatarum Romanâ linguâ vocantur.* De eodem Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. III. Cap. VIII. pag. 646. Ἐλπίδιος τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων τε καὶ κτημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος· κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον Ῥωμαῖοι προσαγορεύειν εἰώθασιν. *Elpidius privatarum Imperatoris facultatum & pecuniæ curator, quem Comitem rerum privatarum appellare Romani ſolent.*

2. Κόμης ἐξκουβιτόρων, *Comes excubitorum* in Faſtis Siculis, in Chronico Euſebii, pag. 294.

3. Κόμης λαργιτιώνων. *Comes largitionum.* Λαργιτιῶνες, *largitiones.* Theſaurus & ærarium Imperatoris, è quo ſumtus in publicum impendi ſoliti. Huic præfectus Comes. Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XIX. pag. 689. Καὶ ὁ τῶν κομητατησίων δὲ, λαργιτιώνων κόμης. *Comitatenſium verò, largitionum Comes.* Cap. eod. pag. 694. Δορυφόροις πρὸς ἀδικίαν τῷ τῶν λαργιτιώνων χρώμενοι κόμητι. *Satellite ad injuriam utentes Comite largitionum.* Salmaſius in Notis ad hiſt. Auguſtæ Scriptores: Poſteriorum Imperatorum ævo pro *ærario ſacro, largitiones ſacras* dixerunt, & *præfectum ærarii ſacri, Comitem ſacrarum largitionum.* Magnifico planè vocabulo, quaſi ad nullam aliam rem ærarium Princeps haberet, quàm ad largiendum. Sic res etiam privatæ Principis, *largitiones* dicebantur. Atque hæ non tantùm in auro argentoque, gemmis & veſtibus, ac reliquis mobilibus conſiſtebant: Sed etiam in domibus palatiiſque, prædiis ac poſſeſſionibus, rebuſque ſoli erant poſitæ. Ut olim igitur *duo æraria, publicum & privatum Principis*; Sic ſub poſterioribus Imperatoribus *duæ largitiones, ſacra & privata.* Nam *ſacræ largitiones, & ſacrum ærarium* idem: ut *privatæ largitiones, & privatum ærarium.* Publicum ærarium, quod erat olim populi, etiam Principis factum eſt. Itaque tam publicum quàm privatum, vocabatur *Principis ærarium.* Gloſſæ apud Suidæ Etymologicum: Πρίβατα, τὰ τῷ βασιλεῖ ἰδιάζοντα διαφέροντα· ἄλλα δέ ἐστι καὶ δημόσια, ὅσα τελεῖ ὑπὸ τὸν κόμητα τῶν λαργιτιώνων ταῖς δημοσίαις ὑπάρχοντα χρείαις· λαργιτιῶνες δὲ εἰσὶ δύο· τὰ σάκρα καὶ τὰ πρίβατα· δύο γάρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ οἱ ἰδιάζοντες τῆς βασιλείας· οἷον ὁ τῶν λαργιτιώνων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ τοῦ φίσκου. Idem ergo planè munus & officium ſacrarum largitionum præfecti, & ſacri ærarii præpoſiti: imò res omnino eadem nomen tantùm diverſum. Claudianus de Comite ſacrarum largitionum:

Huic ſacræ mandantur opes; orbiſq; tributa.
Poſſeſſi quicquid fluviis evolvitur auri, &c.

Conſule inſuper Gl. Meurſii in Κόμης.

Κομιτάτον.

Κομιτάτον, *Comitatus.* Can. XCIII. Cod. Eccleſiæ Africanæ: *Illud præterea cunctis nobis placuit: ut literæ de cœtu noſtro ad glorioſiſſimos Imperatores, & eminentiſſimas poteſtates dirigantur: quibus inſtruantur noſtro omnium conſenſu ad beatiſſimum comitatum legatos à nobis eſſe directos.* Græca ſic habent: Κἀκεῖνο δὲ πρὸς τούτοις ἤρεσεν, ἵνα γράμματα ἐκ τῆς ἡμετέρας συνελεύσεως πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους βασιλέας καὶ τὰς ὑπερεχούσας ἀξίας ἀποσταλῶσι, δι' ὧν πληροφορῶνται ὡς τῇ συναινέσει πάντων ἡμῶν ἐπὶ τὸ εὐτυχέστατον κομιτάτον τοὺς τοποτηρητὰς παρ' ἡμῶν εἶναι ἀποσταλέντας. Ibid. Can. CVI. aliquoties occurrit. Act. I. Concilii ſub Menna, pag. 591. Παραγενόμενοι εἰς τὸ κομιτάτον τοῦ γαληνοτάτου ἡμῶν βασιλέως. *Cum veniſſemus ad comitatum ſereniſſimi Imperatoris noſtri.* Alia loca affert Meurſius; quem vide. Quid ſit, docet Balſamon ad Can. CVI. Carthag. pag. 728. Εἰς τὸ κομιτάτον, ἤγουν ἔνθα ἐστὶν ὁ κόμης ἤτοι ὁ βασιλεύς. *Ad comitatum, ſive ubi eſt Comes vel Imperator.* Zonaras ad idem Concilium, pag. 483. interpretatur παλάτιον, *palatium.* Ita igitur appellata eſt *Imperatoris aula & domus.* Poſſidonius in vita S. Auguſtini: *Apud Mediolanum, ubi tunc temporis Valentiniani junioris comitatus erat.* Auſonius ad Symmachum: *In comitatu, inquam, qui frontes hominum aperit, frontes tegit.* Interdum vocantur στρατιῶται, ut ſuo docebimus loco.

Κομμονιτόριον.

Κομμονιτόριον. *Commonitorium.* Annotationem & ſcripturam conventionis ſignificat. Suidas: Κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ προστακτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας. *Commonitorium, epiſtola mandata continens, in regiones ab Imperatore miſſa.* Frequenter legitur in Cod. Canonum Eccleſiæ Africanæ. Aurelius Epiſcopus in eo dicit: *Proferatur commonitorium, quod fratres & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegaverunt, & cætera, quæ acta ſunt, vel agenda ſunt ſubſequenter.* In Græco eſt κομμονιτόριον. Balſamon ad hujus Concilii Canones. pag. 593. Κομμονιτόριον, ἤτοι τὸ ἔγγραφον ὑπόμνημα τῶν πραχθέντων καὶ λαληθέντων (ἔθος γὰρ ἐν ταῖς συνελεύσεσι τὰ λαλούμενα καὶ τυπούμενα, καὶ ὅσα ἐπράχθησαν, γράφεσθαι) ἢ κομμονιτόριον, τὴν ἐντολὴν τοῦ πάπα φησί, δι' ἧς ἐνετείλατο ἐγγράφως, τίνα ὤφειλον ζητηθῆναι, ὡς ἂν γινώσκωσι ταῦτα, καὶ μηδὲν λανθάνῃ αὐτῶν, ὅπερ μᾶλλον ἔοικεν εἶναι. Commonitorium, *vel ſcriptum appellat commentarium factorum & dictorum, (ſolent enim in conventibus dicta & decreta, & quæcunque acta ſunt, ſcribi:) vel* commonitorium *dicit, mandatum Papæ, quo literis conſignato præcepit, quæ*

erant interroganda, ut ea cognoſcerent, neque quidquam eorum lateret, quod vero videtur ſimilius. Deſumta hæc ſunt ex Zonara, qui eadem habet ad Can. I. hujus Codicis, paginâ 386. Gloſſ. Baſil. Κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προστάξεως. *Commonitorium, epiſtola cum mandato miſſa.* Ita hæc vox accipitur Can. XCIII. Conc. Carthag. & apud Auguſtinum epiſt. CXXIX. & CLVIII. Commonitorii formulam vide apud Caſſiodorum lib. VII. Variarum, Cap. XXII. Vincentius Lirinenſis lib. adv. profan. novat. *Me verò ſublevandæ recordationis, vel potiùs oblivionis meæ gratiâ commonitorium mihimet paráſſe ſuffecerit.* Symmachus etiam *Monitorium* pro eodem uſurpâſſe videtur. Vide etiam Gl. Meurſii.

Κομψοεπής.

Lexica non habent. *Facetus.* Cyrillus Alex. in Cap. III. Nahumi, pag. 506. Γύναια ἑταιριζόμενα τότε δὴ μάλιστα δοκοῦσι πολὺ τὸ ἐπίχαρι μελετᾷν ὅτε φαίνοιντο στωμύλα καὶ κομψοεπῆ. *Mulierculæ meretricam facientes tum præcipuè multùm ſe commendare, & gratias reddere videntur, cùm garrulas & facetas ſeſe præſtiterint.*

Κονδῖτον.

Κονδῖτον. *Conditum.* Potionis genus. Vide quæ Cl. Meurſius in Gloſſario ſuo habet: quibus adde, οἶνος κονδῖτος, *vinum conditum.* Athanaſius Dial. I. de SS. Trinitate, ſub finem, tomi II. pag. 183. Cùm Orthodoxus dixiſſet: ὁμοούσιον εἶναι πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, *eandem eſſe eſſentiam Patris, Filii & Spiritûs ſancti,* Anomœus objecit, Θέλεις οὖν εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ κονδῖτος οἶνος κεραθεὶς, οὕτως ἐστὶ πατὴρ, υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα; *Vis igitur dicere, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum eſſe inſtar vini conditi miſti?* Reſpondet Orthodoxus: Οὐδὲ οἶδας, ὅτι σὺ τοῦτο λέγεις; *An ignoras, te hoc affirmare?* Anomœus: Πῶς; *Quomodo?* Orthodoxus: Ὅτι ἄλλην φύσιν λέγεις τοῦ πατρὸς, καὶ ἄλλην τοῦ υἱοῦ, καὶ ἄλλην τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὡς οἴνου, καὶ μέλιτος, καὶ πεπέρεως. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ἐὰν ᾖ ὁ πατὴρ οἶνος εὐφραίνων καρδίαν, καὶ ὁ υἱὸς οἶνος εὐφραίνων καρδίαν, καὶ τὸ πνεῦμα οἶνος εὐφραίνων καρδίαν ἐστὶν, ἢ ὁ πατὴρ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Ὑμεῖς ἄρα, καὶ οὐχ ἡμεῖς, κονδίτῳ παρεβάλετε τὸν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, οἱ ἀνομοίους τὰς φύσεις εἰσηγούμενοι. *Quia aliam naturam dicis Patris, & aliam Filii, & aliam Spiritûs ſancti: ut vini, & mellis, & piperis. Nos verò dicimus, ſi Pater eſt vinum lætificans cor, etiam Filius vinum lætificans cor, & Spiritus ſanctus vinum lætificans cor, quatenus Pater dulcedine ſuperat mel & favum. Vos igitur, non nos, condito ſimilem dixiſtis Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, ut qui diſſimiles naturas eſſe docetis.*

Κονιάω.

Veteres Gloſſæ: Κονιῶ, *decalco, albo.* Eſt τοὺς τοίχους τῇ κονίᾳ ἤγουν τιτάνῳ καὶ ἀσβέστῳ παραχρίω, *opus albarium facio, calce induco.* In N. Teſt. *de hypocritis* uſurpatur. Matth. XXIII. 27. dicit Salvator, *Scribas & Phariſæos ſimiles eſſe* τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. *Sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia.* Rationem verſu ſequenti ſubjicit idem. Ad quæ Theophylactus, pag. 140. Ἐσπούδαζον τὴν μὲν ἔξωθεν κατάστασιν σεμνοὶ φαίνεσθαι, ὥσπερ οἱ τάφοι οἱ κεκονιαμένοι, τουτέστι, τῇ γύψῳ καὶ τῇ ἀσβέστῳ λελευκασμένοι· τὰ ἔσω πάσης ἀκαθαρσίας, καὶ νεκρῶν καὶ σεσηπότων ἔργων ἦσαν πλήρεις. *Dabant operam, ut exteriori habitudine decori viderentur, ſicut ſepulchra dealbata, utpote gypſo & calce dealbata: intus autem immundicia mortuorum & putridorum operum erant pleni.* Lucianus de Philoſophorum nomen ementientibus, Σεμνοὶ τὰ ἔξω καὶ τὰ δημόσια φαινόμενοι. *Graves extrinſecus, & eorum reſpectu, quæ in oculos incurrunt, videntur.* Seneca: *Nec habemus itaque iſta oculiferia, nec emtorem decipimus, nihil inventurum cùm intraverit, præter ea, quæ in fronte ſuſpenſa ſunt.* Comparationem à ſepulchris etiam alii afferunt. Laberius:

Sepulchri ſimilis, nil niſi nomen retineo.

Ovidius:

Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.

Clemens Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. III. pag. 160. Γελοίως σχηματισθῆναι, καθάπερ ἐν ταῖς πομπαῖς ὁρῶνταί τινες, ἔξωθεν κεχρισμένοι καταπληκτικῶς εἰς σεμνότητα, τὰ ἔνδον ἄθλιοι. *Habitum ac figuram quampiam ridiculè præ ſe ferre, quemadmodum in pompis videntur nonnulli extrinſecus ita uncti & obliti ad gravitatem, ut ſtuporem & admirationem afferant, intus autem ſunt planè miſeri.* Ita Act. XXIII. 3. Paulus vocat Ananiam τοῖχον κεκονιαμένον, *parietem dealbatum.* Sic autem vocat hominem exteriore apparatu tumentem, idque & verè & eleganter. Seneca, epiſt. CXV. pag. 746. *Miramur parietes tenui marmore inductos, cùm ſciamus quale ſit, quod abſconditur, oculis noſtris imponimus: & cùm auro tecta perpendimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? Scimus enim ſub illo auro fœda ligna latitare. Nec tantùm parietibus aut lacunaribus ornamentum prætenditur: omnium iſtorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas eſt: inſpice, & duces ſub iſta tenui membrana dignitatis quantum mali lateat.* Theophylactus ad præſentem locum: Τοῖχον κεκονιαμένον αὐτὸν καλεῖ, ἐπειδὴ λαμπρὰν μὲν εἶχε τὴν ὄψιν, ὡς νόμου ἔκδικος, καὶ νόμῳ δικάζων· ἡ δὲ διάνοια ἀνομίας ἐπεπλήρωτο. *Vocat illum parietem dealbatum, quia ſplendidum habebat aſpectum, ut legis vindex, & is, qui ex legis præſcripto judicaturum ſe profitebatur: mens verò iniquitate repleta erat.* Auguſtinus in Pſal. CIII. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? Quid eſt dealbata? Illuminata: non dealbata, ſicut fucata, quemadmodum ſe dealbant fœminæ, quæ volunt videri, quod non ſunt: non dealbata ſicut paries dealbatus: deſtruetur enim, ſicut dicit Apoſtolus, paries dealbatus, hypocriſis & ſimulatio. Paries dealbatus, foris tectorium, intus lutum.*

Κοντάκιον.

Κοντάκιον eſt *tomus, volumen.* Moſchopulus: Τόμος, τὸ κοντάκιον. Typicum Sabæ, Cap. II. pag. 4. Καὶ ἀνάγνωσις ἀφ' ἕκτης ᾠδῆς κοντάκιον τοῦ ἁγίου, εἰ ἔχει· εἰ δ' οὐκ ἔχει, λέγομεν κοντάκιον τῆς Θεοτόκου. Cap. V. p. 5. ψάλλει τοίνυν καὶ τὸ κοντάκιον τοῦ ἁγίου. Menologium ad 4. Febr. Κοντάκιον τῆς ἑορτῆς. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 109. Μετέπειτα (np. poſt ἀπολυτίκιον) λέγει τὸ κοντάκιον. De eorum autore & occaſione ſic fabulatur Menologium ſub primo Octobris die: Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ῥωμανοῦ τοῦ ποιητοῦ τῶν κοντακίων. *Memoria ſancti patris noſtri Romani, contaciorum autoris.* Sub Anaſtaſio Imperatore vixit. Conſtantinopoli manſit ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· ἔνθα καὶ τὸ χάρισμα τῆς συντάξεως τῶν κοντακίων ἔλαβεν, ἐπιφανείσης αὐτῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου κατ' ὄναρ, καὶ τόμον χάρτου ἐπιδούσης καὶ κελευσάσης αὐτὸν καταφαγεῖν· ἔδοξεν οὖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, καὶ καταπιεῖν τὸν χάρτην· ἦν δὲ ἡ ἑορτὴ τῆς Χριστοῦ γέννης· καὶ εὐθέως ἔξυπνος γενόμενος, ἀναβὰς ἐν τῷ ἄμβωνι, ἤρξατο ψάλλειν, Ἡ παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει· καὶ ποιήσας καὶ τῶν λοιπῶν ἑορτῶν τὰ κοντάκια, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἐπισήμων ἁγίων, ὡς εἶναι τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων κοντακίων ὑπὲρ τὰ χίλια, *in Templo ſanctiſſimæ Deiparæ, ubi etiam donum conficiendi contacia accipit,*

pit, apparente ei ſanctiſſimâ Deiparâ per ſomnium, & volumen chartæ tradente, illudq́; deglutire jubente. Exiſtimat igitur, ſe os aperuiſſe & chartam deglutiviſſe: erat autem feſtum Nativitatis Chriſti. Et ſtatim experrectus, ambonem conſcendit, & canere cœpit. Virgo hodie ſupereſſentialem parit: *fecitq́; reliquorum etiam feſtorum contacia, celebrium quin etiam ſanctorum, ita ut multitudo contaciorum ab eo factorum numerum excedant millenarium.* Vide Gloſſarium Meurſii in Κοντάκιον.

Κοπέλιν.

Κοπέλιν apud recentiores Græcos eſt *ſpurius*. In hiſtoria Concilii Florentini, ſect. IX. Cap. VI. pag. 257. ubi Epheſius Patriarcha ad Nicænum. Ὅτι σὺ ὑπάρχεις κοπέλιν, καὶ ἐποίησας ὡς κοπέλιν. *Tu ſpurius es, & feciſti ut ſpurius.* Aliàs iiſdem κόπελος eſt *ſpurius*, ut Meurſius docet.

Κοπιάτης.

Κοπιάτης eſt *veſpillo*. Gloſſæ Græco-latinæ: *Biſpelliones.* Νεκροθάπται, κοπιάται. Epiphanius in compendiaria doctrina de Fide, pag. 465. Κοπιάται, οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων. *Qui mortuorum corpora curant.* Juſtin. Novell. LIX. ὥστε μέντοι μὴ ἐλάττους εἶναι τοὺς δεκανοὺς, ἤτοι κοπιάτας, τῶν ὀκτακοσίων τῶν ἀπονεμηθέντων τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐκδίκοις. Vide pag. 173. & in Δεκανὸς, num. II. 4. item Gl. Meurſii in hac voce.

Κοπιάω.

I. Verbum hoc in ſcriptura aliquando *impropriè* ſumitur pro *afflictione, moleſtia, & dolore*, quem peccatorum nobis exprimit conſcientia. Huc referri poteſt illuſtris ille locus Matth. XI. 28. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos.* Ad quem locum Baſilius Cæſar. in Pſal. XLVI. pag. 272. Πατρικὴ ἡ φωνὴ ἡπλωμέναις ἀγκάλαις πρὸς ἑαυτὸν καλοῦντος τοὺς τέως ἀφηνιάζοντας. *Patris eſt hæc vox paſſis ulnis ad ſe invitantis adhuc rebelles & contumaces.* Baſilius Seleucienſis orat. XXIX. pag. 158. Νεύσατε μόνον πρὸς ἐμὲ, καὶ τὴν θεραπείαν κομίσασθε· παρ' ὑμῖν τὰ τραύματα· παρ' ἐμοὶ τὰ φάρμακα· παρ' ὑμῖν τὰ ἁμαρτήματα· παρ' ἐμοὶ τὰ ἰάματα. Μετάνοιαν ἐπιζητῶ μόνον, καὶ θεραπεύεται ἕλκος. Δείξατέ μοι τὴν τοῦ τρόπου μεταβολὴν, καὶ κομίσασθε τὴν τοῦ λυποῦντος ἀπαλλαγήν. *Ad me tantùm reſpicite, & ſanationem recipite. Apud vos vulnera, apud me medicamenta. Apud vos peccata, apud me remedia. Solùm requiro pœnitentiam, & ſano ulcus. Oſtendite mihi morum mutationem, & reportate liberationem ab eo, quod vos triſtitiâ afficit.* Origenes lib. III. contra Celſum, pag. 150. Πάντες ἄνθρωποι, διὰ τὴν τῆς ἁμαρτίας φύσιν κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, καλοῦνται ἐπὶ τὴν παρὰ τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἀνάπαυσιν. *Omnes homines, ob innatam ad peccandum proclivitatem laborantes & onerati, vocantur à verbo Dei ad quietem capeſſendam.* Chryſoſtomus Homil. XXXVIII. in Matth. pag. 259. Οὐχ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλὰ πάντες οἱ ἐν φροντίσιν, οἱ ἐν λύπαις, οἱ ἐν ἁμαρτίαις. Δεῦτε, οὐχ ἵνα ἀπαιτήσω εὐθύνας, ἀλλ' ἵνα λύσω τὰ ἁμαρτήματα. Δεῦτε, οὐκ ἐπειδὰν δέομαι ὑμῶν τῆς δόξης, ἀλλ' ἐπειδὰν δέομαι ὑμῶν τῆς σωτηρίας· ἐγὼ γάρ, φησιν, ἀναπαύσω ὑμᾶς· οὐκ εἶπε, σώσω μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὃ πολλῷ πλέον ἦν, ἐν ἀδείᾳ καταστήσω πάσῃ. *Non hic, aut ille, ſed omnes qui curis, qui doloribus, qui peccatis vexamini. Venite, non ut pœnas luatis, ſed ut ego peccata ſolvam. Venite, non quòd gloria veſtra indigeam, ſed quia ſalutem veſtram maximè ſitio. Ego enim, inquit, reficiam vos: non dixit, ſervabo tantùm, ſed, quod majus eſt, in omni ſecuritate conſtituam.*

Idem, Homil. V. de incomprehenſibili, tom. VI. pag. 424. Κοπιῶντας interpretatur τοὺς ἐκ τοῦ βάρους τῶν ἁμαρτημάτων κεκοπιωμένους, *ex onere peccatorum laborantes.* Theophylactus verò pag. 62. & ex eo Theophanes Homil. LIV. pag. 367. per κοπιῶντας intelligit Judæos, ὡς παρατηρήματα νομικὰ βαρέα μετερχομένους, καὶ κοπιῶντας ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου, *ut in gravibus legis traditionibus occupatos, & in operatione mandatorum legis laborantes.* Interpres, quando reddit, *ut facientes traditiones legis graves*, Græca non aſſequitur. Sed verior eorum expoſitio, quæ vult, hic agi de iis, qui onere peccatorum ſuorum premuntur.

II. Κοπιῶντες ſunt, qui aliàs κοπιάται, *veſpillones, libitinarii.* Apud Ignatium in epiſt. ad Antiochenos, pag. 96. hæc leguntur ſuppoſititia: Ἀσπάζομαι ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωροὺς, τοὺς κοπιῶντας, ἐπορκιστὰς, ὁμολογητάς. *Saluto ſubdiaconos, Lectores, Cantores, Janitores, Libitinarios, Exorciſtas, Confeſſores.* Videantur Notæ Vedelii ad hunc locum.

Κορρίκτωρ.

Κορρίκτωρ, *Corrector.* Sæpe legitur apud Iſidorum Peluſiotam. Lib. I. Epiſt. CXVI. pag. 36. ſcribit Αὐσονίῳ κορρίκτορι, *Auſonio correctori.* Item epiſt. CCCXCV. lib. ejuſdem, pag. 102. Et epiſt. XXV. lib. II. Epiſt. XV. Σεραπίωνι κορρίκτορι. Munus ejus explicat Epiſt. CXVI. lib. I. quæ talis eſt ad Auſonium Correctorem: Σοφὸν ἔχων ἀληθείας ἐξεύρημα τὸ πολυειδὲς τῶν βασάνων μηχάνημα, χρῆσαι τῷ φόβῳ πρὸς τὴν κρίσιν, ἐπειδὴ φόβον σε τοῖς κακοῖς ὁ θεῖος νόμος ὡρίσατο. *Cum ſapiens veritatis inventum habeas multiplicem tormentorum machinam, timore ad judicium utere: quandoquidem te terrorem improbis divina lex conſtituit.* Et epiſt. CCXXVIII. lib. V. pag. 629. quæ ad eundem Auſonium ſic habet: Πρέπει τῇ σῇ ἀνδρείᾳ, τῇ τῶν νόμων ὡπλισμένῃ ἰσχύϊ, ἀναγκάζειν ἀπέχεσθαι τοῦ ἀδικεῖν, τοὺς ὅθεν οὐ χρὴ κερδαίνειν ἐπιχειροῦντας, κατὰ τῶν ἀσθενεστέρων ὁπλίζοντας τὴν δεξιάν. *Generoſitati tuæ convenit, legum robore armatæ cogere ut ab injuria abſtineant, qui unde non oportet aliquid lucrari conantur, quiq́; dextram adverſus imbecilliores armant.* Tandem epiſt. CCLXIII. lib. III. pag. 363. Καλῶς ἂν, ὦ λογιμώτατε, διοικήσειας τὴν ἀρχὴν, εἰ τοῦ μὲν δικαίου φύλαξ ἀκλινὴς γένοιο, ἴσον δὲ ἀπέχοιο ἀπεχθείας ἀδίκου καὶ χάριτος· τὸ δὲ ξίφος, ἄχραντον, ὡς ἐνδέχεται, τηρήσειας, ταῖς ἀπειλαῖς τὰ πταίσματα προαναστέλλων. *Commodè, vir ſummâ doctrina & eloquentiâ prædite, imperium adminiſtrâris, ſi æquitatis quidem firmus cuſtos fueris, ac peræquè & ab iniquo odio, & à gratia & favore te ipſum removeas: ac denique immaculatum, quoad ejus fieri queat, gladium conſervâris, minis videlicet flagitia, antequam committantur, coërcens & reprimens.* Erant autem *Correctores* in oriente bini: in occidente tres. Et videtur Cl. Meurſio nata hæc dignitas mox poſt Cæſares, declinante imperio. Primùm invenitur temporibus Aureliani. Eutropius in ejus rebus geſtis, lib. IX. *Qui quidem Tetricus corrector Apuliæ poſtea fuit, ac privatus diutiſſimè vixit.* Vide Gl. Meurſii & Barnabæ Briſſonii lib. III. de Verborum Significatione, in voce *Correctores.*

Κορταλῖνοι.

Κορταλῖνοι, ſic ſcribere malo, quàm cum Meurſio κορτιλῖνοι, *cohortalini*, vilis conditionis milites. Gloſſæ Baſilic. Κορταλῖνοι· εὐτελεῖς· θυρωροὶ τοῦ πραιτωρίου. *Cohortalini: viles, abjecti, oſtiarii Prætorii.* In Photii Nomocanone, tit. XII. Cap. II. ex tit. V. lib. I. Cod. pag. 1062. Biblioth. Juris Canonici, hæc

Digitized by Google

afferuntur de Manichæis & Donatiſtis: Οὐ γίνονται ἀξιωματικοὶ, ἢ συνήγοροι, ἢ ἔκδικοι, ἢ πρεσβύτεροι πόλεως, γίνονται δὲ κορταλῖνοι. *Non conſequuntur honores, neq; patroni cauſarum, aut defenſores, aut civitatum ſeniores, ſed viles & abjecti fiunt.* Balſamon in Conſtitut. Eccleſiaſt. Collect. ex lib. I. Cod. tit. V: de Hæreticis, num. XII. *Non habeant poteſtatem* ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν Χριστιανοῖς ἢ ἐπισκόποις, ἢ στρατεύεσθαι, πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων, *injuriis afficiendi, vel judicandi Chriſtianos aut Epiſcopos, vel etiam militandi, extra quam ſi genere cobortalini ſint.*

Κορυφαῖος.

Vide in voce Πέτρος, num. I. 2.

Κοσμικός.

I. Κοσμικὸς eſt *ſecularis*: quiſquis extra clerum eſt. Veteres Gloſſæ, Κοσμικὸς, *ſecularis*. Typicum Sabæ Cap. V. Ἵνα μὴ ἐῶσι ἐρχομένους εὐχῆς χάριν μοναχοὺς εἴτε κοσμικοὺς εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ ναῷ ψαλλούσης τῆς ἐκκλησίας. *Ne ſinant accedentes orationis gratiâ monachos vel ſeculares ingredi in Templum canente Eccleſia.* Vide Gl. Meurſii.

II. Κοσμικὸς eſt *rebus mundanis deditus*. Clemens Alexand. Strom. II. pag. 378. Ξένος, ὧν ξένα τὰ κοσμικά. Κοσμικοὺς γὰρ, τοὺς εἰς γῆν ἐλπίζοντας καὶ τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας, ἐξακούομεν. *Hoſpites ſunt, quorum ſunt externa, quæ ſunt mundana.* S. Maximus Cent. II. de Charitate, Cap. LIII. Κόσμον λέγει ἡ γραφὴ, τὰ ὑλικὰ πράγματα· καὶ κοσμικοί εἰσιν, οἱ τούτοις τὸν νοῦν ἐνασχολοῦντες. *Mundum ſcriptura vocat res terrenas: mundani verò ſunt, qui in hiice rebus mentem habent occupatam.* Macarius Homil. XV. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ γευσάμενοι τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, καὶ μέτοχοι ὄντες τοῦ πνεύματος, ἐὰν μὴ σφαλίσωνται, κατασβέννυνται, καὶ γίνονται χείρους ἢ ἦσαν κοσμικοὶ ὄντες. *Ipſi etiam illi, qui gratiam Dei guſtârunt, & participes facti ſunt Spiritûs, niſi confirmentur, extinguuntur, & deteriores fiunt, quàm erant, cùm rebus adhuc dediti eſſent mundanis.*

III. Κοσμικὸν notat id, *quod eſt externum, & viſibile, aut caducum.* Huc pertinet ἅγιον κοσμικὸν, *mundanum ſanctuarium*, id eſt, ſanctuarium typicum, terrenum, externum, viſibile, de quo ad Hebr. IX. 1. ubi Chryſoſtomus, Homil. XV. in hanc Epiſt. Ἅγιον κοσμικὸν λέγει, ἐπειδὰν πᾶσιν ἐφίετο ἐπιβαίνειν, καὶ δῆλος ἦν ὁ τόπος ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ, ἔνθα οἱ ἱερεῖς εἱστήκεσαν, ἔνθα οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ προσήλυτοι, οἱ Ἕλληνες, οἱ Ναζωραῖοι. Ἐπεὶ οὖν καὶ Ἕλλησι βατὸν ἦν, κοσμικὸν αὐτὸ καλεῖ. Mundanum ſanctuarium *dicit, quoniam permittebatur omnibus ingredi: & manifeſtus erat locus in eadem domo, ubi ſtabant ſacerdotes, ubi Judæi, proſelyti, Græci, Nazarei. Quoniam ergo ad id patebat aditus etiam gentibus, ipſum vocat* mundanum. Eadem Theophylactus repetit in Cap. IX. ad Hebræos, pag. 955. Oecumenius, pag. 838. dicit appellari ἅγιον κοσμικὸν, διὰ τὸ πᾶσιν ἐξεῖναι εἰσιέναι, *mundanum ſanctuarium, quia omnibus ingredi liceat.*

Κόσμιος.

Veteres Gloſſæ: Κόσμιος, *decorus, ornatus*. Heſychius: Κοσμίους, ἀνεπιλήπτους. *Inculpatos*. I. Timoth. II. 9. ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, *in habitu ornato*.. Vide in καταστολή. I. Timoth. III. 2. Apoſtolus vult Epiſcopum eſſe κόσμιον. Hic κόσμιος ad mores pertinet. Eò refert Theodoretus ad præſentem locum, pag. 475. Κόσμιον καὶ φθέγματι, καὶ σχήματι, καὶ βλέμματι, καὶ βαδίσματι· ὥστε καὶ διὰ τοῦ σώματος φαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς σωφροσύνην. *Ornatum & locutione, & habitu, & aſpectu, & inceſſu: ut etiam per corpus appareat animæ moderatio.* Vulgatus ornatum reddit. Beza, *compoſitum*. Ita Seneca Cap. VIII. de vita beata, *Compoſitum & ordinatum fore talem virum*: & Epiſt. CXIV. de Animo loquens: *Si ille ſanus eſt, ſi compoſitus, gravis, temperans, ingenium quoque ſiccum ac ſobrium eſt.* Poſſes etiam *gravem* vertere, ut Theophylactus, qui interpretatur σεμνοπρεπῆ. Greg. Nazianzenus in Epiſt. ad Dioclem: Κόσμος, ἡ σεμνότης. *Gravitas*. Heſychius: Ἐν κόσμῳ, ἐν σεμνότητι.

Κοσμογένεια & Κοσμογονία.

Utramque vocem omittunt Lexica. Clemens Alex. Strom. VI. pag. 683. Ἡ κοσμογένεια ἐν ἓξ περαιοῦται ἡμέραις. *Creatio mundi ſex diebus abſolvitur.* Theodoretus Θεραπευτ. Serm. IV. ſub finem: Τῶν προφητῶν ὁ κορυφαῖος Μωϋσῆς, ὁ τὴν κοσμογενείαν ξυγγράψας. *Prophetarum princeps Moſes, qui mundi genituram conſcripſit.* In prologo ſcribitur κοσμογένεια. Serm. II. Μωϋσῆς ὁ τὴν κοσμογένειαν ξυγγράφων. Cyrillus Alexand. lib. I. adv. Julianum, pag. 21. Geneſin vocat βιβλίον κοσμογονίας, *librum genituræ mundi*. Clemens Alexand. Strom. IV. pag. 475. Ἡ κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα γνωστικῆς παραδόσεως φυσιολογία, μᾶλλον δὲ ἐποπτεία, ἐκ τοῦ περὶ κοσμογονίας ἤρτηται λόγου. *Quæ eſt ex veritatis regula, gnoſticæ traditionis naturæ contemplatio, vel potiùs ſuperna quædam ſpeculatio, dependet ex ea oratione, quæ traditur de ortu mundi.*

Κοσμοκράτωρ.

Κοσμοκράτωρ eſt *mundi imperium obtinens*, vel *princeps mundi*. Veteres Gloſſæ: Κοσμοκράτωρ, *mundi rector*. Ad Epheſ. VI. 12. Πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Vetus Interpres reddidit: *Adverſus mundi rectores tenebrarum harum*. Alii, *Adverſus mundi dominos*, rectores *tenebrarum ſeculi hujus*. Tertullianus autem lib. I. de Reſurrectione carnis, ſub finem Cap. XXII. pag. 575. κοσμοκράτορας vertit *mundi potentes*: alibi, *munditenentes*. Ita autem vocantur *mali angeli*, ὡς τῶν πονηρῶν πράξεων καθηγεμόνες, *ut malarum actionum autores*; ut explicat Oecumenius ad hunc locum; pag. 648. De iiſdem exponit Theodoretus, pag. 318. Κοσμοκράτορας αὐτοὺς ὠνόμασεν, οὐχ ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν δὲ τὴν ἀρχὴν δεξαμένους, ἀλλ᾽ ὡς τῶν ῥᾳθυμίᾳ συζώντων γνώμῃ τὴν δουλείαν ἀσπασαμένων. *Nominavit eos*, nempe malos dæmones, *mundi rectores, non quòd hunc à Deo principatum acceperint, ſed quod qui vivunt in ſocordia, ſervitutem ſua ſponte amplectantur.* Et Theophylactus, pag. 566. Οὐχὶ τοὺς τοῦ κόσμου, ἤγουν τῆς κτίσεως κρατοῦντας· ἀλλ᾽ οἶδε κόσμον ἡ γραφὴ τὰς πονηρὰς πράξεις λέγειν, καὶ τοὺς ταύτας μετιόντας. Τούτων οὖν κρατοῦσιν οἱ δαίμονες αὐθαιρέτως ὑποδουλωθέντων αὐτοῖς. *Non quòd in mundum, ſeu creaturam dominentur: ſed ſcriptura* mundum *vocat prava opera, & qui ea perpetrant. In hos igitur ſponte in ipſorum ſervitutem redactos imperium exercent dæmones.* Confer quæ dicta ſunt in voce Αἰών, num. V. & in Ἄρχων, num. I. 2. ad literas *b*. & *c*.

Κοσμοπολίτης.

Κοσμοπολίτης eſt *mundi civis*. Ita vocatur *homo*. Conſtitut. Apoſtol. lib. VII. Cap. XXXV. pag. 985. Τέλος τῆς δημιουργίας τὸ λογικὸν ζῶον τὸν κοσμοπολίτην τῇ σῇ σοφίᾳ διαταξάμενος κατεσκεύασας. *Finem creationis animal rationale, mundi civem, ſapientiâ tuâ præparâſti.* In Liturgia Jacobi ibid. lib. VIII. Cap. XII. pag. 1016. Σὺ οὐ μόνον τὸν κόσμον ἐδημιούργησας, ἀλλὰ καὶ τὸν κοσμοπολίτην ἄνθρωπον ἐν αὐτῷ ἐποίησας κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας. *Tu non tantùm mundum creâſti, ſed etiam mundi civem hominem in eo feciſti, eumq; mundi ornatum conſtituiſti.* Ita apud Laërtium interrogatus Diogenes, cujas ſit? reſpon-

Digitized by Google

ſpondet, ſe 'eſſe κοσμοπολίτην, apud Lucianum autem κόσμου πολίτην diviſim.

Κόσμος.

Κόσμος, *mundus* notat

I. *Ornatum.* Heſychius: Κόσμος, καλλωπισμὸς, κατασκευή, τάξις, κατάστασις, στρατηγὸς, κεκοσμημένος, κάλλος. *Ornamentum, compoſitio, ordo, magiſtratus, ornatus, pulchritudo.* Veteres Gloſſæ: Κόσμος. *Decus, ornatus.* Κόσμος γυναικός. *Ornamentum.* Hoc ſenſu legitur I. Petri III. 3. Chryſoſtomus in Pſal. XI. Κόσμος ἀληθὴς ὁ περὶ ψυχήν· ὁ δὲ ψευδὴς, ὁ περὶ σῶμα. *Verus ornatus, eſt ornatus animæ: falſus verò, ornatus corporis.* Greg. Nazianzenus Orat. XII. pag. 199. Κόσμος ἐστὶν ὅπερ λέγεται καὶ κάλλος ἀπρόσιτον. *Mundus eſt, ut appellatur, incomparabilis pulchritudo.* Theophanes Homil. LVI. pag. 380. Κόσμος ἡ τοῦ κάλλους ἁρμονία καὶ διακόσμησις. *Κόσμος eſt pulchritudo ex partium proportione conſurgens, & quidam ornatus.* Suidas εὐπρέπειαν, *ornatum* ſignificare dicit.

II. *Totam rerum creatarum univerſitatem.* Suidas: Κόσμος σημαίνει τόδε τὸ πᾶν. *Notat hoc univerſum.* Idem: Κόσμος, τὸ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύγκραμα. *Mundus eſt compages, & temperamentum ex cœlo & terra, & iis, quæ ſunt in horum medio.* Eadem leguntur apud Nazianzenum, Orat. XLII. pag. 679. niſi quòd pro σύγκραμα & σύγκειμα, quemadmodum etiam legendum ex Philone de Mundo, unde hæc Mundi definitio petita. Eandem repetit Theophanes Homil. LVI. pag. 380. Baſilius de Spiritu S. Cap. XXII. Κόσμος ἐστὶ τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς σύστημα. *Mundus eſt compages ex cœlo & terra.* Hac autem definitione cœlum & terra comprehenduntur. Macarius Homil. XLV. Δύο κόσμους ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, τὸν μὲν ἄνω τοῖς λειτουργικοῖς πνεύμασι, καὶ τὴν πολιτείαν ἐκεῖ ἔχειν διετάξατο· τὸν δὲ κάτω τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τὸν ἀέρα τοῦτον. *Duos mundos creavit Deus: ſuperiorem quidem ſpiritibus miniſtratoriis, qui ibi vitæ ſtatum habent, inferiorem verò hominibus ſub hoc aëre, aſſignavit.* Atque hoc ſenſu

1. *cauſſa efficiens Mundi Deus eſt.* Chryſoſtomus Homil. IX. ad populum Antiochenum: Θεὸς μέγαν καὶ θαυμαστὸν τὸν κόσμον ἐποίησεν, ὑπὲρ φύσεως ἀκολουθίαν αὐτὸν συνέπηξεν, ἐξ ἐναντίων αὐτὸν συνέστησε, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, πυρὸς καὶ ὕδατος, γῆς καὶ ἀέρος. *Deus magnum & mirabilem fecit mundum, ſupra naturæ conſequentiam ipſum compegit, ex contrariis ipſum conſtituit, ex calido & frigido, ſicco & humido, terra & aëre.* Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 671. Πίστευε τὸν σύμπαντα κόσμον ὅστις τε ὁρατὸς, καὶ ὅστις ἀόρατος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον, καὶ προνοίᾳ τοῦ ποιήσαντος διοικούμενον, δέξασθαι τὴν εἰς τὸ κρεῖττον μεταβολήν. *Crede mundum univerſum, tam qui oculis cernitur, quàm qui oculorum obtutum fugit, à Deo ex nihilo creatum eſſe, & Creatoris providentiâ gubernari, foreq; aliquando, ut in præſtantiorem ſtatum immutetur.* Nec ſolus Pater, ſed etiam Filius & Spiritus cauſa creationis primaria. Hoc voluit Baſilius Cap. XVI. de Spiritu ſancto: Προκαταρκτικὴ αἰτία τῶν γινομένων ὁ πατὴρ, ἡ δημιουργικὴ ὁ υἱὸς, ἡ τελειωτικὴ τὸ πνεῦμα. Graviſſimè ergo lapſi ſunt,

a. qui *Mundum genitum* eſſe ſomniârunt. Atque hoc fuit impium Simonis Magi delirium, qui, referente Theodoreto hæret. fab. lib. I. Cap. I. pag. 192. aſſeruit κόσμον γεννητὸν εἶναι, γεγενῆσθαι δὲ ἐκ τῆς φαινομένης τοῦ πυρὸς ἐνεργείας, *Mundum genitum eſſe, genitumq; ex operatione ignis, quæ cernebatur.*

b. qui *Mundum ab Angelis creatum* dixerunt. Eundem errorem Simoni quoque tribuit Theodoretus loco citato. Dixit ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δημιουργηθῆναι τὸν κόσμον. De eodem Epiphanius hæreſi XXI. p. 30. Οἱ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. *Angeli Mundum & homines creârunt.* Eadem fuit impia Menandri ſententia, referente Theodoreto ibidem. Carpocrates, ut habet Athanaſius Orat. II. contra Arianos, tom. I. pag. 363. Ἀγγέλους τοῦ κόσμου δημιουργοὺς εἶναί φησιν. *Angelos mundi creatores eſſe dicit.* Vide etiam Epiphanium, hæreſi XXVII. pag. 49. eadem de eo referentem. Saturnilus docuit τὸν κόσμον ὑπ' ἀγγέλων γεγενῆσθαι, Epiphanius hæreſi XXIII. pag. 32. De eodem Theodoretus hæret. fabul. lib. I. Cap. III. pag. 194. Ἑπτά τινας ἐκ τῶν ἀγγέλων τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔφησε. *Septem ex horum numero Angelorum mundum condidiſſe dixit.* Idem delirium Cerinthianis tribuit Epiphanius hæreſi XXVIII. pag. 53. Baſilides docuit τοὺς τὸν οὐρανὸν τὸν ἔσχατον, τὸν ὑφ' ἡμῶν ὁρώμενον, οἰκοῦντας ἀγγέλους δημιουργῆσαι τὸν κόσμον, *ultimum cœlum, quod à nobis cernitur, inhabitantes Angelos mundum condidiſſe.* Theodoretus hæret. fabul. lib. I. Cap. IV. pag. 195. Vide etiam Ravanellum in voce *Mundus*, num. II. 1.

c. *Qui plures mundos ſomniârunt.* Id fecerunt Anaximander, Anaximenes, Archelaus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Democritus, Epicurus, ejusque diſcipulus Metrodorus. Opheos hæreticos ſimiliter deſipuiſſe docet Auguſtin. hæreſi LXXVII. Vide Voſſii Diſputat. I. de Creatione theſi XI. His omnibus opponimus illud Athanaſii Orat. contra Gentes, tom. I. pag. 43. Οὐχ ὅτι εἷς ἐστιν ὁ δημιουργὸς, διὰ τοῦτο καὶ εἷς ἐστιν ὁ κόσμος· ἠδύνατο γὰρ καὶ ἄλλους κόσμους ποιῆσαι ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι εἷς ἐστιν ὁ κόσμος ὁ γενόμενος, ἀνάγκη καὶ τὸν τούτου δημιουργὸν ἕνα πιστεύειν εἶναι. *Non quia unus eſt Creator, propterea etiam unus eſt Mundus: potuiſſet enim etiam alios mundos condere Deus: ſed quoniam unus conditus eſt mundus, neceſſariò etiam credendum, ejus creatorem unum eſſe.*

2. *Materia*, ex qua mundus creatus fuerit nulla eſt. Hinc κτίσις vocatur ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, *è nihilo in aliquid productio*, à Chryſoſtomo, tom. VIII. pag. 148. Homil. in II. Corinth. V. 17. Eadem habet Baſilius M. Epiſtolâ CXLI. Vide in Κτίσις. Damnamus ergo omnes illos, qui Mundum quidem à Deo factum agnoſcunt, ſed ex præexiſtente materia. Ita ſenſiſſe *Marcionem*, teſtatur Tertullianus lib. V. adv. Marcionem, Cap. XIX. *Hermogenem*, teſte eodem contra Valentinum Cap. XVI. & contra Hermogenem Cap. I. & de Præſcript. Cap. XXXIII. Theodoreto item hæret. fab. lib. I. Cap. XIX. pag. 207. qui de illo ſic ſcribit: Ἐξ ὑποκειμένης ὕλης καὶ συναγεννήτου τὸν Θεὸν ἔφη δημιουργῆσαι τὰ πάντα. *Ex ſubjecta materia & coingenita Deum dixit omnia creâſſe.* Ἀδύνατον γὰρ ὑπέλαβεν ὁ ἐμβρόντητος καὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων, ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖν. *Impoſſibile enim eſſe ſtolidus homo exiſtimabat etiam Deo univerſorum, ut ex nihilo crearet.* Idem ſtatuerunt Manichæi, de quibus Chryſoſtomus Homil. I. tom. V. Τὴν ὕλην, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων, τὴν φθειρομένην, τὴν ῥέουσαν, τὴν ἀλλοιουμένην τοῖς τῆς ἀγεννησίας πρεσβείοις ἐτίμησαν. *Materiam, quæ è nihilo eſt, corruptioni obnoxiam, fluidam, mutationis capacem, ingenitam dixerunt.* Theodoretus, hæret. fab. lib. I. Cap. XXVI. docuerunt, τὰ τοῦ κόσμου μέρη οὐ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης εἶναι ποιήματα, *mundi partes non Dei, ſed materiæ opera eſſe.* Vide etiam Epiphanium hæreſi LXVI. p. 271. Greg. Nyſſenum de Opificio hominis, Cap. XXIII. tom. I. pag. 105. 106. & Auguſtinum de hæreſibus Cap. XLVI. Eleganter Athanaſius Orat. de Incarnatione Verbi, tom. I. pag. 55. *Scriptura docet*, οὔτε αὐτομάτως, διὰ τὸ μὴ ἀπρονόητα εἶναι, οὔτε ἐκ προϋποκειμένης ὕλης, διὰ τὸ μὴ ἀσθενῆ εἶναι τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων,

των, καὶ μηδαμῶς ὑπάρχοντα τὰ ὅλα εἰς τὸ εἶναι πεποιηκέναι τὸν Θεὸν διὰ τοῦ λόγου, *neq; fortuitò, quia divinam providentiam non effugiunt, neq; ex præexiſtente materia, quia Deus non eſt impotens, ſed ex nihilo, etiam prorſus non exiſtentia, univerſa Deum per Verbum creâſſe.*

3. *Finis Mundi* a. κατὰ θέσιν eſt *gloria Dei.* Hinc Mundus elegantiſſimè à Gregor. Nazianzeno Orat. XLIII. pag. 699. vocatur μέγας καὶ θαυμαστὸς τῆς μεγαλειότητος τοῦ Θεοῦ κήρυξ, *magnus & admirabilis majeſtatis divinæ præco.* Ex Mundi opificio cognoſcitur Deus. Hinc Chryſoſtomus Homil. V. in I. ad Corinthios, Ἔδωκεν αὐτὶ δέλτου τὸν κόσμον. *Deus Mundum dedit loco libri.* Greg. Nyſſenus Orat. II. in verba, *Faciamus hominem*, tom. I. pag. 155. *mundum* appellat βιβλίον ἔγγραφον. Locum produximus in voce βίβλος, num. II. 3. ubi etiam alia, quæ huc faciunt. Vide imprimis in Θεὸς, num. III. 3. ubi pluribus docetur, ipſam rerum omnium creationem Dei exiſtentiam probare.

b. κατ᾽ ἄρσιν. *Non eſt adorandus.* Clemens Alexand. in Protreptico, pag. 42. Μή τις ὑμῶν τὸν κόσμον ἐκθειαζέτω, ἀλλὰ τὸν κόσμου δημιουργὸν ἐκζητησάτω. *Nemo veſtrûm mundum Deum faciat, & ut Deum colat, ſed mundi quærat opificem.*

4. *Accidentia Mundi.* Inter ea eſt *interitus* ejus, quem veteres ſummo conſenſu non κατ᾽ οὐσίαν, ſed κατὰ ποιότητα futurum dicunt. Hæc fuit ſententia Irenæi lib. IV. Cap. VI. cujus autoritate eandem defendit Andreas Cæſarienſis ad Cap. VI. Apocal. Idem ſenſit, qui ſub Juſtini Martyris nomine ſeſe venditat, Reſp. V. ad Græcos, pag. 196. Edit. Græco-Lat. ubi futura dicitur noviſſimo die τῶν ὄντων εἰς τὸ κρεῖττον μετάποίησις κατὰ τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων, *rerum creatarum in melius mutatio ſecundùm fidem orthodoxorum.* Vide etiam Reſp. XCIII. XCIV. & XCV. ad Orthodoxos. Hanc ſententiam clarè imprimis & fuſe tractat Proclus apud Epiphanium hæreſi LXIV. pag. 234. & ſeqq. Euſebius præparat. Evang. lib. XI. Cap. XVII. pag. 328. agit, Περὶ τῆς ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς τοῦ κόσμου. *De mutatione & reſtauratione mundi.* Et lib. III. Demonſtrat. Evang. pag. 69. Συντέλεια καὶ μεταβολὴ ἡ ἐπὶ τὰ κρείττω τοῦδε τοῦ παντός. *Conſummatio & mutatio totius hujus univerſi in melius.* Cyrillus Jeroſol. Catech. XI. Illuminat. pag. 111. Ὁ γεννητὸς οὗτος ὁ κόσμος πάλιν ἀνακαινοποιεῖται, &c. *Creatus hic mundus rurſus renovatur.* Baſilius M. Orat. I. in Hexaëm. pag. 5. poſt verba Apoſtoli I. Corinth. VII. 31. Παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, & illa Matthæi XXIV. 35. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, ſcribit: Προαναφώνησις τῶν περὶ συντελείας δογμάτων καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου μεταποιήσεως. *Prædictio dogmatum de conſummatione, & de mundi innovatione.* Et paulò pòſt, pag. 6. Ἀνάγκη μεταποιηθῆναι τὸν κόσμον, εἴ μέλλοι καὶ ἡ τῶν ψυχῶν κατάστασις πρὸς ἕτερον εἶδος ζωῆς μεταβάλλειν. Ὥσπερ γὰρ ἡ παροῦσα ζωὴ συγγενῆ ἔχει τοῦ κόσμου τούτου τὴν φύσιν· οὕτω καὶ ἡ μέλλουσα τῶν ψυχῶν ἡμῶν διαγωγὴ οἰκείαν τῇ καταστάσει ὑποδέξεται τὴν λῆξιν. *Neceſſe eſt, mundum hunc immutari, ſiquidem ſtatus animarum in aliam vitæ ſpeciem reformabitur ac permutabitur. Quemadmodum enim præſens vita cognatam obtinuit & huic mundo conformem naturam: ita etiam ſecuturæ illius vitæ ratio ſortem conditionémve exceptura eſt animarum noſtrarum ſtatui convenientem.* Chryſoſtomus ad eos, qui offenduntur, Cap. VII. Ὁ κόσμος ἀμείνων διὰ σὲ ἔσται· ὅτι γὰρ ἀμείνων ἔσται, καὶ τοῦτο διὰ σέ, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος. Καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται. &c. *Mundus præſtantior propter te erit: eum verò præſtantiorem fore propter te, audi quid dicat Paulus: Ipſæ etiam res creatæ liberabuntur, &c.* ad Romanor. VIII. 21. Theodoretus ad v. 16. Cap. I. ad Coloſſ. pag. 347. Propheta dicit: Ἔσται ὁ οὐρανὸς καινός, καὶ ἡ γῆ καινή. Καί· Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. Ἐν ἐλπίσι δὲ ἔχομεν τὴν τούτων μεταβολήν. *Erit cælum novum & terra nova. Item, Vetera tranſierunt, ecce nova facta ſunt omnia. In ſpe autem habemus horum mutationem.* Æneas Gazæus in Theophraſto, pag. 38. Καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀναβιώσεται, οὐχ ὥστε πάλιν τεθνάναι, οὐδὲν γὰρ ἔσται θνητόν· ἀλλὰ πάντα καινὰ καὶ ἀθάνατα, καὶ ὁ πᾶς οὗτος κόσμος καὶ ὁ ἄνθρωπος. *Omnino reviviſcet homo, non ut iterum moriatur, nihil enim erit mortale: ſed omnia nova & immortalia erunt, etiam totus hic mundus & homo.* Greg. Nazianzenus Orat. X. pag. 174. Ἀναμένω τὴν τοῦ ἀρχαγγέλου φωνήν, τὴν ἐσχάτην σάλπιγγα, τὸν οὐρανοῦ μετασχηματισμόν, τῆς γῆς μεταποίησιν, τῶν στοιχείων ἐλευθερίαν, τοῦ κόσμου παντὸς ἀνακαίνισιν. *Exſpecto Archangeli vocem, extremam tubam, cæli transformationem, terræ immutationem, elementorum libertatem, totius mundi renovationem.* Idem, Orat. XXI. pag. 388. *mundi mutationem*, in extremo Chriſti adventu futuram, vocat μεταποίησιν καὶ μετάθεσιν εἰς τὸ ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον, *immutationem, atque in tranquillum ſtatum, & ab omni motu & agitatione liberum, translationem.* Theophylactus ad v. 18. Cap. V. Matth. Ὁ κόσμος παρέρχεται καὶ μετασχηματίζεται. *Mundus præterit & transfiguratur.* Idem ad v. 12. Cap. I. ad Hebræos, pag. 884. Μεῖζόν τι τῆς δημιουργίας ᾐνίξατο, τὸν μετασχηματισμὸν τοῦ κόσμου. Ἀλλαγήσεται γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ οὕτως εὐκόλως, ὥσπερ ἂν εἴ τις περιβόλαιον ἑλίξει. *Majus quiddam quàm ſit creatio, hic innuit Apoſtolus, transfigurationem videlicet Mundi. Mutabuntur enim omnia a corruptione ad incorruptibilitatem: & adeò facilè, ut ſi quis amictum circumvolvat.* Damaſcenus lib. II. Orthod. fidei Cap. X. pag. 111. Καὶ αὐτὴ ἡ (γῆ) παρελεύσεται καὶ ἀλλαγήσεται. *Ipſa etiam terra præteribit & mutabitur.* Oecumenius in II. Petri III. 7. pag. 182. Οὐ παντελῶς πρὸς φθορὰν ὁ κόσμος χωρήσει, ἀλλὰ πρὸς ἀνακαινισμόν. *Mundus non prorſus corrumpetur, ſed renovabitur.* Gemina ſunt, quæ Aretas habet in Cap. X. Apocal. pag. 939. Οὐκ εἰς ἀνυπαρξίαν χωρήσει ὁ νῦν κόσμος, ἀλλ᾽ εἰς ἀνακαινισμόν. *Non prorſus interibit præſens mundus, ſed renovabitur.* Eadem eſt ſententia Patrum quoque Latinorum, Hilarii in Pſal. CXVIII. ad lit. Lamed. Hieronymi in Cap. LXV. Jeſajæ: aliorum. Vide Voſſii Diſputat. XVIII. *de Mundi fine*, Theſi III. & in Παλιγγενεσία, num. III.

III. Ex ſecunda hac κόσμου ſignificatione variæ oriuntur *ſignificationes impropriæ.* Ita κόσμος *Mundus* notat,

1. *Imperium Romanum.* Gelaſius Cycizenus in exordio lib. I. Actor. Concilii Nicæni, pag. 1. hoc ſenſu vocem uſurpat, quando ait, Synodum Nicænam coactam fuiſſe ἐκ πασῶν τῶν τοῦ Ῥωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, *ex omnibus Romani Mundi provinciis*: vel, ut Balforeus: *Ex omnibus Romani orbis provinciis.*

2. *Terram, in qua homines* vivunt. Ita ſatis frequenter in ſacris. Vide in I. Timoth. I. 15. Ad Hebr. X. 5. Jacobi II. 5. I. Timoth. VI. 7. Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον· δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. *Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus.* Vide quæ ad hunc locum notavimus in voce Γυμνὸς, num. 3.

3. *Homines, qui in Mundo vivunt.* Cyrillus Alex. lib. X. in Joh. ad v. 22. Cap. XIV. pag. 829. Κόσμον ἔθος ἐστὶν ἡμῖν ὀνομάζειν, κατά γε τὴν ἐντριβῆ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρόκειμενον λόγον, τοὺς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τυχὸν, ὥσπερ εἴ τις καὶ πόλιν λέγοι, τοὺς ὅλην οἰκοῦντας τὴν πόλιν. Mundum, *juxta obviam & omnibus notam rationem, appellare ſolemus omnes, qui in univerſo ſunt mundo; quemadmodum ſi quis dicat civitatem eos, qui totam aliquam urbem*

Digitized by Google

urbem incolunt. Idem, ad v. 8. Cap. XVI. Johannis, pag. 921. Ἡ τοῦ κόσμου προσηγορία σημαίνει τοὺς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένους τε καὶ κατῳκηκότας. Mundi vox denotat in univerſo mundo diſperſos & habitantes.

4. Reprobos, infideles, non regenitos, rebusq; tantùm mundanis addictos. Vide Joh. I. 10. Cap. VII. 7. Cap. XII. 31. & alibi. Auguſtinus Tract. II. in Johannem: Amando mundum, dicti ſunt mundus; ipſi enim corde habitant in mundo: nam qui non diligunt mundum, carne verſantur in mundo, ſed corde inhabitant cælum. Sic, per malam domum, inhabitantes malos; per bonam domum, inhabitantes bonos intelligimus. Chryſoſtomus Homil. VIII. in Joh. ad v. 1. Cap. X. Ἐνταῦθα τὸν κόσμον τὸ πλῆθός φησι τὸ διεφθαρμένον, καὶ τοῖς γηΐνοις προστετηκὸς πράγμασι, τὸν χυδαῖον καὶ ταραχώδη, καὶ ἀνόητον λαόν. Hoc loco mundum appellat corruptam multitudinem, & rebus terrenis addictam: confuſum, tumultuoſum & ſtultum populum. Et paulò pòſt: Ὁ κόσμος, τουτέστιν, οἱ τῷ κόσμῳ μόνῳ προσηλωμένοι, καὶ τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντες ἄνθρωποι. Mundus, id eſt, qui ſoli mundo affixi ſunt, & ea, quæ mundi ſunt, ſapiunt. Ammonius Catenâ in Cap. I. Joh. pag. 25. Ὧδε κόσμον λέγει τοὺς τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντας, καὶ αὐτῷ προσηλωμένους. Mundum hic vocat eos, qui ea quæ mundi ſunt ſapiunt, illiq; affixi ſunt. Cyrillus Alexandr. lib. IV. Cap. V. in Joh. pag. 401. ad Joh. XV. 19. Κόσμον ἐν τούτοις οὐ τὴν ὁρωμένην κτίσιν ἀποκαλεῖ, μᾶλλον δὲ τοὺς φρονοῦντας τὰ ἐν κόσμῳ. Mundum hic non viſibilem vocat creaturam, ſed potiùs mundana ſapientes homines. Idem, ad v. 8. Cap. XVI. Joh. pag. 921. Σημαίνει ἡ τοῦ κόσμου προσηγορία, τὸν ταῖς φιληδονίαις ἀκαταλήκτως ἐγκαλινδούμενον, καὶ τῆς διαβολικῆς βδελυρίας οὐκ ἐξιστάμενον. Vocabulum mundi denotat eum, qui in voluptatibus indeſinenter volutatur, nec unquam à diabolicis abominationibus recedit. Ita etiam Theophylactus in Cap. I. Joh. pag. 563. in Cap. VIII. Joh. pag. 679. & in Cap. XIV. Joh. pag. 770. per mundum dicit intelligi, τοὺς τὰ κοσμικά, τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντας. Oecumenius ad Jacobi I. 27. pag. 122. Κόσμον ἐνταῦθα τὸν δημώδη καὶ συρφετὸν ὄχλον ἀκούσον, τὸν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης αὐτοῦ φθειρόμενον. Per mundum hoc loco intelligi debet vilis plebecula, fæx plebis, quæ deceptricibus ejus cupiditatibus corrumpitur. Theophanes Homil. LVI. pag. 380. Ἔστιν ὅτε καὶ ἡ κοσμικὴ κακία, καὶ ἡ δελεάζουσα ἡδονή, καὶ ἡ πρὸς τὴν ὕλην ἀνάφυσις, καθ' ὃ τοὺς ἐν αὐτοῖς ζῶντας, κοσμικοὺς ὀνομάζομεν. Aliquando etiam mundi malitia, & voluptatis illecebra, & ipſa rerum in materia concretarum colluvio mundus dicitur; unde mundanos appellamus eos, qui his dediti vitam agunt.

5. Res terrenas. Theophylactus ad v. 14. Cap. VI. ad Galatas, pag. 493. Δι' οὗ ἐμοὶ ὁ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Κόσμον τὰ βιωτικὰ πράγματα λέγει, δόξαν, πλοῦτον, τρυφήν. Per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Mundum, hujus ſeculi res & negotia dicit, gloriam, divitias, voluptates. S. Maximus, Cent. II. de charitate, Cap. LIII. Κόσμον λέγει ἡ γραφὴ τὰ ὑλικὰ πράγματα. Mundum ſcriptura appellat res terrenas. Oecumenius ad ſuperiorem Apoſtoli locum, pag. 609. Κόσμον φησί, τὰ βιωτικὰ πράγματα, τὸν παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινον, τὴν δόξαν. Mundum dicit, res mundanas, laudem & gloriam ab hominibus profectam.

6. Multitudinem ſeu turbam. Theophanes Homil. LVI. pag. 380. Κόσμος ἡ τοῦ λαοῦ πληθύς. Mundus dicitur populi multitudo. Atque ita ſumi dicit Joh. XII. 19. ubi Pontifices de Chriſto dicant, Ἴδε, ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. Ecce, mundus eum ſequitur. Vide etiam Joh. VII. 4.

Homo vocatur μικρὸς κόσμος. Vide in Μικρόκοσμος.

Κοσμοσωτήριος.

Non habent Lexica. Mundum ſalvans. Balſamon ad Photii Nomocan. tit. II. Cap. II. pag. 41. nomen Chriſti vocat τὸ γλυκὺ καὶ κοσμοσωτήριον ὄνομα, dulce & mundo ſalutare nomen.

Κουβικουλάριος.

Κουβικουλάριος. Cubicularius. Codinus in Chronico Conſtantinop. Ἀβερλιανὸς ἐσφάγη ὑπὸ κουβικουλαρίου. Menologium menſe Auguſto, ad diem quartum: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Ἐλευθέριος ὁ κουβικουλάριος ξίφει τελειοῦται. Eodem die ſanctus Eleutherius cubicularius gladio percutitur. Vide Gl. Meurſii.

Κουβουκλείσιος.

Hæc etiam vox Cubicularium ſignificat, à claudendis & obſerandis cubiculis. Epiſt. CIV. apud Photium, pag. 149. inſcripta eſt Γεωργίῳ Διακόνῳ καὶ Κουβουκλεισίῳ. Georgio Diacono & Cubiculario. Κουβουκλείσιος vocatur in Hiſtoria Concilii Florentini Sect. IX. Cap. IX. pag. 264. Ἀπὸ κουβουκλείου, quod conclave, cubiculum ſignificat. Chryſoſtomus Homil. de Pœnitentia & Virginitate, tom. I. Edit. Pariſ. pag. 831. Κόρη προσαγορεύεται ὁ ὀφθαλμός, ἵνα ὡς ἐκείνη διὰ δύο βλεφάρων, ὡς ἔν τινι κουβουκλείῳ ἀποκέκλεισται, οὕτω καὶ ἡ παρθένος διαμένῃ. Pupilla appellatur oculus, & ſicut ille duabus palpebris velut in quodam conclavi clauſus eſt, ita & virgo permaneat. Vide Gl. Meurſii.

Κουκούλλιον.

Scribitur etiam κουκούλιον. Cuculla. Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. III. Cap. XIV. pag. 41. a. de Monachis Ægyptiis agens: Τὸ δὲ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σκέπασμα, ὃ κουκούλιον καλοῦσι. Capitis verò integumentum, quod cucullam vocant. Euchologium pag. 175. Ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν ἐνδύεται τὸ κουκούλιον τῆς ἀκακίας. Frater noſter induitur cucullâ innocentiæ. Et pag. 176. Τὸ κουκούλιον, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου. Cucullam, galeam ſalutarem. Caſſianus lib. I. Cap. IV. pag. 24. de Monachis Ægyptiis: Cucullis namque perparvis uſque ad cervicis humerorumq; demiſſis confinia, quibus tantùm capita contegant, indeſinenter diebus utuntur ac noctibus, ſcilicet ut innocentiam & ſimplicitatem parvulorum jugiter cuſtodire etiam imitatione ipſius velaminis commoneantur. Myſticam ſignificationem ex Germano Conſtantinop. & ex Dorotheo etiam tradit Meurſius in Gloſſario; ubi vide. Erat verò cuculla veſtis quoque. Cæſarius lib. III. Cap. XXV. Ad quod verbum Abbas evigilans, experiri volens, utrum viſio erat vera, vel, ſicut ſæpe evenit, fantaſtica, cucullam ſupra pectus ſuum palpavit, quam totam invenit madidam, lacrymarumq; ſtillicidiis perfuſam & reſperſam. Vide Adverſ. De la Cerda Cap. XLIV. num. XII.

Κοῦπα.

Κοῦπα. Cupa. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo, Κοῦπα. Cratera. Κάλπη. Concil. Florent. Sect. V. Cap. XI. pag. 127. Ἔχω δὲ κούπας τρεῖς, καὶ δίδωμι ἐξ αὐτῶν τὰς δύο. Habeo verò doliola tria, & ex iis duo trado. Sect. VI. Cap. IV. pag. 147. Καὶ οἶδα ὅτι εἷς ἐξ ἐκείνων διεπράσατο κούπαν. Novi unum ex iis, qui capſulam vendiderit.

Κοῦρσωρ.

Κοῦρσωρ. Curſor. Philoſtorg. Hiſt. Eccleſ. lib. II. tm. IV. pag. 10. Κἀκείνην δὲ πάλιν φωραθεῖσαν τινὶ τῶν κουρσώρων μοιχωμένην. Eam verò pariter delatam, quòd cum quodam ex curſoribus ſtuprum admiſiſſet. Cæſarius, quæſt. XLV. pag. 86. ſtellam, quæ Magis apparuit, vocat θεῖον κούρσωρα, divinum curſorem. Chryſoſtomus

Digitized by Google

mus Orat. III. de Jobo, quæ CLIX. tom. V. pag. 958. Οὐκ εἶδες καὶ τοὺς παρ' ἡμῖν ἄρχοντας, ὅταν μὲν μετὰ τιμῆς τινὰ καλῶσι, πῶς ἀποστέλλουσι τοὺς δρομεῖς, κουρσώρας καλουμένους Ῥωμαϊστί? *Nonne & eos, qui apud nos ſunt Principes, vidiſti quomodo cum honore quidem quoſdam ad ſe vocari jubent, Curſores Romanâ linguâ vocatos, mittunt?*

Κόρτη.

Non habet Meurſius. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Κόρτη. *Aula.* Italicè, *Corte.* Αὐλή, παλάτιον. Hiſt. Concilii Florentini, Sect. II. Cap. XXI. pag. 17. dicit, Concilium Baſilienſe fuiſſe congregatum μάλιστα ἐπὶ τῇ συστολῇ καὶ ὑποτυπώσει τοῦ Πάπα τι, καὶ τῆς κόρτης αὐτοῦ, *maximè ut Papæ potentia deprimeretur, ejuſq; curia coërceretur.* Sect. V. Cap. IV. pag. 116. Ὁ διδάσκαλος τῆς κόρτης Ἰωάννης ὁ Ἰσπανός. *Doctor aulæ Johannes Hiſpanus.* Aliquoties ibidem legitur. Vide Sect. VI. Cap. XIV. p. 162. & Sect. ejusd. Cap. XXIII. pag. 177.

Κουφέτα.

Habet quidem Cl. Meurſius, ſed quid ſignificet, non explicat. Eſt autem vox Latina, *confecta*, id eſt, *bellaria.* Concil. Florent. Sect. VI. Cap. II. pag. 143. Καὶ ἔφερον ἡμῖν κουφέτα δαμασκηνά, καὶ οἶνον. *Et attulerunt nobis bellaria dulciariorum arte confecta, pruna Damascena, & vinum.*

Κουφοδοξία.

Non habent Lexica. *Vana opinio.* Palladius in hiſt. Lauſiaca, pag. 8. Ἐπὶ τοσοῦτον ἤλασαν κουφοδοξίας ἀκολασίᾳ, &c. *Eò vanæ eos perduxit opinionis intemperantia, &c.*

Κράκτης.

Eſt apud Græcos liber muſicalis, in quo varia Troparia, & Pſalmi, & alia, quæ in Matutinis, & in aliis officiis, & Liturgiis potiſſimùm cantari ſolent in varia argumenta, cum muſicis notis. Ex iis quædam vocantur κεκραγάρια, quaſi diceres *clamatoria*, & eſt Pſalmus, qui incipit, *Domine clamavi, exaudi me*, videnturque ſic dicta, quòd in primo verſiculo bis verbi κράζω fiat mentio. Dicit enim Κύριε ἐκέκραξα πρὸς σέ, εἰσάκουσόν μου· πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ. *Domine clamavi ad te, exaudi me, attende voci orationis meæ, cùm clamavero ad te.* Eo etiam nomine cantica cum modulatione decantata inferuntur. Unde etiam κράκται *Cantores* ſunt, *non Lectores.* Codinus de off. aulæ Conſtantinop. Cap. XVIII. Οἵτε πρωτοψάλται, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, οὓς ἐξ ἔθους παλαιοῦ κράκτας ἐν ταῖς τοιαύταις ὀνομάζουσι πανηγύρεσι, καὶ τελεταῖς. Ψάλλουσιν ᾄσματά τινα συντελοῦντα καὶ ἡρμοσμένα εἰς τὰ τοιαῦτα. *Quas occupant Protopſaltæ, Domeſtici, & Lectores, quos veteri more in ejuſmodi panegyricis feſtis, & initiationibus* clamatores *vocant; qui carmina quædam & cantica canunt huc facientia & accommodata.* Eadem ferè habet Cantacuzenus hiſt. lib. I. Cap. XLI. *Protopſaltæ, qui & Domeſtici vocantur, & cæteri ordinis Eccleſiaſtici, qui cantare nôrunt, quos in talibus ſacris* κράκτας *appellare mos eſt, cantica quædam de induſtria ad hujus diei feſti celebritatem confecta modulantur.*

Κρανίον.

Κρανίον eſt *calvaria.* Locus, ubi Chriſtus fuit crucifixus, vocatur κράνιον Lucæ XXIII. 33. κρανίου τόπος, Matth. XXVII. 33. Marci XV. 22. & Joh. XIX. 17. Sunt qui cenſent, hunc locum ſic dictum fuiſſe, quòd eſſet colliculus, rotunditate ſpeciem *cranii* referens: alii, ut Hieronymus ad Cap. XXVII. Matth. quòd in eo multa eſſent *crania*, quia in hoc loco damnati ſupplicio afficiebantur. Plerique tandem Patres Græci volunt ſic appellatum eſſe hunc locum, quia in eo Adam fuerit ſepultus. Sic Epiphanius hæreſi XLVI. pag. 172. Ἐπεὶ τοῦ πρωτοπλάστου ἐκεῖ τὸ κρανίον εὕρηται, καὶ ἐκεῖ τὸ λείψανον ἐναπέκειτο, τούτου ἕνεκα κρανίου τόπος ἐπεκέκλητο, ἐφ' οὗ σταυρωθεὶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. *Quoniam Adami ibi inventa eſt calvaria, ibiq; reliquiæ repoſitæ erant, propterea calvariæ locus cognominabatur, in quo crucifixus Dominus noſter Jeſus Chriſtus.* Athanaſius de cruce & paſſione Domini, tom. I. pag. 1003. Οὐδὲ ἀλλαχοῦ πάσχει, οὐδὲ εἰς ἄλλον τόπον σταυροῦται, ἢ εἰς τὸν κρανίου τόπον, ὃν Ἑβραίων οἱ διδάσκαλοι φασὶ τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τάφον. *Neque alibi patitur, neque alio in loco crucifigitur, quàm in calvariæ loco, quem Hebræorum doctores Adami ſepulchrum eſſe dicunt.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXXVIII. pag. 199. Κατὰ τὰς τῶν Ἰουδαίων παραδόσεις, τὸ κρανίον τοῦ Ἀδὰμ ἐκεῖσε εὑρέθη, καὶ τοῦτο διεγνωκέναι τὸν Σολομῶντα διὰ τῆς ὑπερβαλλούσης αὐτοῦ σοφίας. Τούτου χάριν, φασί, καὶ κρανίου τόπος ἐκλήθη ὁ τόπος ἐκεῖνος. *Juxta Judæorum traditiones, calvaria Adami ibi inventa eſt, idq; per ſummam ſapientiam ſuam cognoviſſe Solomonem. Propterea, dicunt, locus calvariæ locus ille vocatus eſt.* Theophylactus in Cap. XIX. Joh. pag. 822. Κρανίου τόπον, ἔλεγον τὸν τόπον· καὶ γὰρ λόγος κατεῖχεν, ὅτι ἐκεῖ τέθαπται ὁ Ἀδάμ, ἵνα ὅπου ἡ ἀρχὴ τοῦ θανάτου, ἐκεῖ ἡ πτῶσις αὐτοῦ γένηται. *Calvariæ locum, dicebant locum illum: narratio enim prodit, ibi ſepultum eſſe Adamum, ut ubi principium mortis, illic & caſus ejus fieret.* Vide plura in voce Ἀδάμ, paulò antè num. VI. Ridiculum eſt, quod Baſilius Seleucienſis loco ſuprà citato dicit: Ἐκάλουν κρανίου τόπον, ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ παιδίον ἔχον κέρατα. *Vocabant calvariæ locum, in quo mulier quædam infantem peperit cornua habentem.*

Κράσπεδον.

Veteres Gloſſæ: Κράσπεδον, *fimbria, lacinia.* Heſychius: Κράσπεδα, τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα, καὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. Κράσπεδα, *ſunt limbi, qui adſuuntur ad extremas oras veſtimenti, & extremitas ejus.* Suidas: Κράσπεδον· τὸ ἱμάτιον τοῦ ἱερέως· παρὰ τὸ εἰς πέδον ἐγγίζειν. *Sacerdotis veſtimentum: quòd ad ſolum accedat.* Imò non notat veſtimentum, ſed limbum, oram veſtimenti, extremam ac imam veſtimenti partem: τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου, ut rectè Theophylactus in Cap. IX. Matthæi. Scribæ & Phariſæi, qui omnia opera ſua ad oſtentationem faciebant, ut ſpectarentur ab hominibus, *fimbrias ſuas producebant*, id eſt, eas quàm longiſſimas faciebant, ut tantò magis conſpicuæ eſſent, Matth. XXIII. 5. ubi de hypocritis illis, μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν, *producunt fimbrias palliorum ſuorum.* Epiphanius hæreſi XV. pag. 20. de Scribis: Habent κράσπεδά τινα σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας, εἰς ἐπίδειξιν κόμπου καὶ ἔπαινον τῶν θεωμένων, *fimbrias quaſdam, quæ vivendi eorum rationem deſignabant, ad oſtendendum faſtum & ad laudem captandam à ſpectatoribus.* Ibidem ad locum Matthæi: Ῥοΐσκους γὰρ τινὰς ἐπὶ τὰ τέσσαρα πτερύγια τοῦ τρίβωνος ἕκαστος εἶχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμονος δεδεμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο, ἢ παρθενίαν ἤσκει. *Corymbos enim quoſdam ad quatuor alas pallii unuſquiſque habebat alligatas ex ipſo ſtamine, eo tempore, quo ſeſe continebat, vel virginitatem exercebat.* Ad eundem locum Theophylactus, p. 138. Τὰ κράσπεδα ἐποίουν ἐπὶ τῶν ἄκρων τῶν ἱματίων, ὑακίνθινά τινα ἢ κόκκινα κλώσματα, οἷον κροσσούς. *Fimbrias faciebant in extremis veſtibus, violaceis & coccineis limbis.* Conſentit, Hieronymus itidem ad præſentem locum: *Juſ-*

ſeras

ſerat quoq;, inquit, *aliud Moſes, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, ad Iſraëlis populum dignoſcendum: ut quomodo in corporibus circumciſio ſignum Judaicæ gentis daret, ita & veſtis haberet aliquam differentiam. Superſtitioſi magiſtri, captantes auram popularem, atq; ex mulierculis ſectantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant; ut, videlicet, ambulantes, & ſedentes interdum pungerentur: & quaſi hac admonitione retraherentur ad officia Domini, & miniſteria ſervitutis ejus.* Confer vocem Φυλακτήριον.

Κρείσσων, vel Κρείτλων.

I. Κρείσσων eſt *melior.* Veteres Gloſſæ hanc ſignificationem tradunt: Κρείσσων, *melior, potior, præſtantior.* Κρεῖσσον. *Melius, potius.* Heſychius: Κρεῖσσον, κρεῖτλον, βέλτιον, κάλλιον. *Melius, præſtantius.* Uſitatiſſima hæc ſignificatio in N. Teſt. I. Cor. XII. 31. Ζηλῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείτλονα. *Ambite verò dona potiora.* Theophylactus exponit, τὰ ὠφελιμώτερα, *utiliora, præſtantiora.* Theodoretus, eodem ſenſu, τὰ μείζονα, *majora, excellentiora.*

II. *Viribus præſtantior, potentior, ſuperior.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CXLII. lib. I. pag. 44. Πταῖσμα κρεῖσσον μεταγνώσεως. *Peccatum, quod ſuperat reſipiſcentiam.* Idem, Epiſt. XVII. lib. II. pag. 132. Ὁ τῇ ἱερᾷ ἀγκύρᾳ δεδεμένος, πάντων ἐστὶ κρείτλων τῶν λυπηρῶν. *Qui ſacrâ anchorâ recreatur & erigitur, omnes moleſtias ſuperat.* Chryſoſtomus: Κρείτλων παντὸς ῥύπου. *Omni labe ſuperior,* id eſt, *immunis ab omni macula.* Greg. Nyſſenus de Moſe: Κρείτλων ἦν θυμοῦ τε καὶ ἐπιθυμίας. *Superavit iram & concupiſcentiam.* Greg. Nazianzenus: Τῶν ἁμαρτημάτων στῆσαι τὴν φορὰν κρεῖσσον ἢ καθ' ἡμᾶς. *Peccatorum ſiſtere curſum, vires noſtras ſuperat.* Cyrillus Alex. in Actis Epheſinis, pag. 160. Ὥσπερ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, κρείτλους ἡμεῖς γεγόναμεν τῆς φθορᾶς· οὕτω διὰ τῆς ἐν τῷ πειράζοντι νίκης, πάλιν ἡμεῖς κεκρατήκαμεν. *Quemadmodum per reſurrectionem Chriſti à mortuis, nos ſuperiores evaſimus corruptione: ita per ejuſdem victoriam à tentatore reportatam, nos iterum ſuperiores facti ſumus, vicimus.* Homerus eadem notione non ſemel tantùm. Il. α. v. 80. Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ. *Potentior enim Rex quando iraſcitur viro inferiori.* Vetus Scholiaſtes: Κρείσσων· ἐπικρατέστερος. *Fortior, potentior.* Il. γ. v. 71. -- Κρείσσων τε γένηται. *Superiorq; fuerit.* Idem Scholiaſtes: Κρείσσων, ἰσχυρότερος, ἐπικρατέστερος. *Fortior, potentior.* Vide etiam. Il. ead. v. 92. Il. π. v. 688.

III. Κρείσσων *de Deo* dicitur. Athanaſius Orat. contra Gentes, tom. I. pag. 31. Συγγνώμη δὲ ὁ λόγος ἐχέτω παρ' αὐτοῦ τοῦ κρείτλονος. *Sed pace Numinis ſit venia dicto.* Ita apud Platonem, Plutarchum, & alios, ut ex vulgatis haberi poteſt Lexicis.

Κρεωδοτέω & Κρεωλογέω.

Lexica hæc verba omittunt. Κρεωδοτέω eſt *carnes do ſeu diſtribuo:* κρεωλογέω, *carnem colligo.* Utrumque legitur in Conſtitut. Apoſtolicis. Loca producimus in Μανναδοτέω.

Κρεωνομέω.

Nec hoc verbum Lexica habent. Significat *Dilanio.* Cyrillus Alex. in Cap. XI. Zachariæ, pag. 770. Πολεμήσει τοῖς ἁγίοις ὁ τῆς ἀνομίας υἱός, καὶ ἀχάλινον αὐτοῖς ἐπαφεὶς τὴν ὀργήν, μονονουχὶ καὶ κρεωνομήσει. *Filius iniquitatis ſanctos oppugnabit, & irâ indomitâ eos invadens, propemodum dilaniabit.*

Κρεωφαγέω. Κρεωφάγος.

Κρεωφαγέω *carnes voro, edo: carnibus veſcor.* Habent Lexica, ſed ſine autore. Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCCCLXXIV. lib. I. pag. 119. Εἰ νομίμως ἀσκεῖτε, νηστεύοντες μὴ τυφοῦσθε. εἰ δ' ἐπὶ τούτῳ αὐχεῖτε, μᾶλλον κρεωφαγεῖτε. *Si Monaſticam vitam legitimè colitis, jejunantes à faſtu alienos vos præbete. Sin autem hoc nomine inſoleſcitis, carnes potiùs edite.* Idem eodem verbo *impropriè* utitur Epiſt. CCCCXLVI. lib. ejuſd. pag. 113. ad Palladium ſcribens: Εἰ νηστεύεις ἀπὸ βρωμάτων, τί κρεωφαγεῖς λοιδορίας; καλὸν γὰρ ἐκείνων ἐμφορεῖσθαι, ἢ ταύταις βεβηλοῦσθαι. Εἰ δὲ τῶν μὲν ἀπέχῃ, ταῖς δὲ μολύνῃ, ἔοικας τινὶ μικρὰ προσευχομένῳ, καὶ πλεῖστα βλασφημοῦντι. *Si à cibis abſtines, quid conviciis & maledictis tanquam carnibus veſceris? Præſtiterat enim illis ingurgitari, quàm his contaminari. Quod ſi ab illis abſtinens, his inficeris & conſpurcaris, ei ſimilis es, qui parùm precatur, ſæpiſſimè autem Deum impiis & contumelioſis vocibus inceſſit.* Κρεωφάγος eſt *carnivorus, qui carnibus veſcitur, carnium vorator.* Ita etiam vocatur tempus poſt Quadrageſimam, quo carnibus iterum veſci licebat. Codinus de Offic. Καὶ ποιῶν εὐχὴν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς τραπέζης, ἐπὶ τὸ τὴν τεσσαρακοστὴν παρελθεῖν, ἀρχὴν δὲ τὴν κρεωφάγον λαβεῖν, λαμβάνει ἄρτον καὶ μίνσον, καὶ ἀπέρχεται. *Et orationem recitans ad Imperatoris menſam, quia Quadrageſima præteriit, & carnibus veſci rurſus licet, accipit panem & ferculum, atque diſcedit.*

Κρινόχρους.

Non habent Lexica. Κρινόχρους, ad formam ἁπαλόχρους, eſt, *qui floridum habet corpus, floridam cutem lilii inſtar.* Uſus hac voce Chryſoſtomus Homil. de Joſepho, tom. VI. Edit. Pariſ. pag. 135. ubi de Joſepho: Λευκοὺς ἔχων ὀδόντας ὡς γάλα, πυρίζων τοῖς χείλεσιν, ὀφρύας ἔχων ἡπλωμένας ὑπὸ κρινοχρόῳ μετώπῳ δασύτητι τῶν τριχῶν ἀλλήλαις συνεζευγμένας. *Candidos inſtar lactis dentes habens, labia igneo colore rubentia, expanſa florida ſub fronte ſupercilia pilorum inter ſe denſitate connexa.*

Κρίνω. Κρίμα. Κρίσις.

I. Κρίνειν, *judicare,* eſt

1. *cauſſas diſcutere & cognoſcere.* Heſychius κρῖναι etiam explicat per δοκιμάσαι, *perpendere, explorare, exquirere.* Baſilius M. in Pſal. VII. pag. 141. Τὸ κρίνεσθαι ἐπὶ τοῦ δοκιμάζεσθαι ὑπὸ τῆς γραφῆς παραλαμβάνεται. Judicari *pro explorari, probari à Scriptura ſumitur.* Addit exemplum ex Pſal. VII. 9. Ὡς τό, Κρῖνόν με κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. Ἐπάγει γὰρ ἐκεῖ, Δοκίμασόν με Κύριε, καὶ πείρασόν με. *Ut in illo, Judica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Ibi enim ſubjungit: Proba me Domine, & tenta me.* Vide ad eundem locum Theodoretum. Huc referri poteſt, locus Joh. VIII. 15. ubi κατὰ σάρκα κρίνειν, eſt ἀδίκως κρίνειν, *injuſtè judicare;* ut exponit Chryſoſtomus Homil. LII in Johannem: quod illi faciunt, qui ad terrena tantùm reſpiciunt, & ſecundum illa judicant: Οἱ μόνα θαυμάζοντες τὰ ἐπίγεια, inquit Cyrillus Alex. lib. V. Cap. IV. in Joh. pag. 512. τῶν μὲν οὐρανίων ἀγαθῶν ὁρῶσιν οὐδέν, εἰς μόνην δὲ τὴν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ λαμπρότητα βλέποντες, τὸ πλουτοῦντα θαυμάζουσιν, ἤτοι τὸ ἑτέροις, τισὶ δοξαρίοις ἐπικομπάζοντα. *Qui ſolas res terrenas admirantur, neque ad bona cæleſtia reſpiciunt, ſed ad ſolum in hoc mundo ſplendorem: divitiis affluentem admirantur, vel ob aliam aliquam gloriolam ſeſe jactitantem.* Vel, ut idem paulò pòſt: Κρίνουσι κατὰ τὴν σάρκα, οἱ μὴ βλέποντες εἰς ἁγιότητα, μὴ πολιτείαν, μὴ τρόπους εἰωθότες δοκιμάζειν, ἀλλ' εἰς μόνα τὰ ἐπίγεια τὸν οἰκεῖον παραπέμποντες νοῦν, καὶ παντὸς ἀξιοῦντες θαύματος τὸν ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ τεθραμμένον. Juxta carnem judicant, *qui non reſpiciunt ad ſanctitatem; qui non ſolent explorare vivendi rationem, non mores: ſed ad terrena tantùm men-*

Digitized by Google

tem ſuam convertunt, omniq; admiratione eum judicant dignum, qui in divitiis & deliciis enutritus eſt. Ita Oecumenius pag. 163. κρῖμα exponit I. Petri IV. 17. per ἐξέτασιν, ἔρευναν, ἐκλογισμὸν, *explorationem, inquiſitionem, accuratam examinationem.* Quanquam hic potiùs, ut idem etiam agnoſcit, θλίψεις, *afflictiones*, intelligantur. Eodem ſenſu dicit Chryſoſtomus lib. II. de Providentia, Cap. X. Τὰ κατορθώματα οὐ τῷ μέτρῳ τῶν πειρασμῶν, ἀλλὰ τῇ τῶν πραττομένων δυνάμει κρίνεται. *Rectè facta non tam tentationum numero & magnitudine, quàm rerum virtute æſtimantur.*

2. *Sententiam ferre.* Sic Joh. VII. 24. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε. *Nolite judicare ſecundum faciem, ſed juſtum judicium judicate.* Ad quæ Chryſoſtomus Homil. XLIX. in Joh. Μὴ ἐπειδὰν Μωϋσῆς μείζονα παρ' ὑμῖν ἔχει τὴν δόξαν, ἀπὸ τοῦ τῶν προσώπων ἀξιώματος φέρετε τὴν ψῆφον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δικαίως κρῖναι. *Non propterea, quòd Moſes apud vos majoris eſt autoritatis, ſecundum perſonæ dignitatem ſententiam pronunciate, ſed ab ipſa rerum natura: hoc enim eſt juſtè judicare.* Et Theophylactus, pag. 666. in Johannem: Μὴ κατ' ὄψιν κρίνετε, ἀντὶ τοῦ, δικαίως καὶ ἀπροσωπολήπτως ψηφίσασθε. *Nolite judicare ſecundum faciem, id eſt, juſtè & absq; perſonarum acceptione judicate.* Atque hoc ſenſu τὸ κρίνειν, *judicare & judicium* tribuitur

a. *Deo.* Pſal. IX. 9. Καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. *Et ipſe judicabit orbem terræ in juſtitia, judicabit populos in rectitudine.* Ad quem locum Theodoretus, pag. 430. Οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔδειξεν, ἀλλὰ κἀν τῷ μέλλοντι τὸ φρικῶδες αὐτοῦ δείξει κριτήριον, πᾶσιν ἀνθρώποις δικάζων, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμων ἑκάστῳ. *Non enim tantùm in præſenti vita propriam potentiam oſtendit, verùm etiam in futura terribile judicium ſuum demonſtrabit, omnibus hominibus jus reddens, & pro dignitate unicuique retribuens.*

b. *Chriſto.* Joh. V. 30. Καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν. *Et judicium meum juſtum eſt.* Item: Καθὼς ἀκούω, κρίνω. *Sicut audio, judico.* Greg. Nyſſenus Homil. VII. in Canticum, tom. I. pag. 571. hunc locum explicans, ſcribit: Οὗτος γὰρ ὁ ἀκριβέστατος τῆς δικαίας κρίσεως ὅρος, τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ κατά τινα προσπάθειαν ἀπόκρισιν τοῖς κρινομένοις νέμειν· ἀλλὰ πρῶτον ἀκούειν τῶν ὑποδίκων τῇ κρίσει· εἶθ' οὕτως τὴν ἐπ' αὐτοῖς ψῆφον ἐκτίθεσθαι. *Hæc enim eſt juſti judicii accuratiſſima definitio, non ex ſe aliqua affectione dare reſponſum iis, qui in judicio contendunt: ſed primùm audire eos, qui ſubeunt judicium, & deinde in eos ferre ſententiam.*

c. *Apoſtolis.* Matth. XIX. 28. & Luc. XXII. 30. *Apoſtoli* dicuntur *judicaturi duodecim tribus Iſraëlis.* Theophylactus in Cap. XXII. Lucæ, pag. 516. κρίνοντες exponit per κατακρίνοντες, *condemnantes*, ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν τοὺς ἀπιστήσοντας, *eos, qui ex duodecim tribubus increduli ſunt futuri.* Dicuntur autem potiùs *judicaturi*, quia calculo ſuo juſtiſſimam Judicis ſententiam ſunt approbaturi, vel, quia eorum prædicatio omnes eos, qui eam protervè rejecerunt, eſt condemnatura. Theophylactum imitatur Theophanes Homil. XLI. pag. 294. Τὸ κρίνοντες οὐ δηλοῖ τὸ δικάσαντες, ἀλλ' οἱονεὶ καταχρίνοντες. *Illud* judicaturi, *non ſignificat eos laturos eſſe ſententiam, ſed quaſi condemnaturos.*

d. *Sanctis.* I. Corinth. VI. 2. 3. Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; *An neſcitis quoniam ſancti de hoc mundo judicabunt? An neſcitis quoniam Angelos judicabimus?* Dicuntur autem *ſancti mundum*, id eſt, cœtum malorum, & *Angelos*, id eſt, ſpiritus malos *judicaturi*, quatenus Chriſto in noviſſimo die ſententiam ferente, ſententiam etiam ferent Apoſtoli & alii fideles, qui Chriſto adjuncti erunt, tanquam aſſeſſores ejus, & impios condemnaturi. Chryſoſtomus Homil. XVI. in hanc Epiſt. pag. 342. Οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι. Κρινοῦσι δὲ, οὐχὶ αὐτοὶ καθήμενοι καὶ λόγον ἀπαιτοῦντες, ἀλλὰ κατακρινοῦσιν. – – Ὅταν γὰρ τὸν αὐτὸν ἥλιον ὁρῶντες, καὶ τῶν αὐτῶν μετέχοντες πάντων, ἡμεῖς μὲν εὑρεθῶμεν πιστεύσαντες, ἐκεῖνοι δὲ ἠπιστηκότες, οὐ δυνήσονται εἰς ἄγνοιαν καταφυγεῖν· κατηγορήσομεν γὰρ αὐτῶν ἡμεῖς δι' αὐτῶν, ὧν ἐπράξαμεν. Sancti mundum judicabunt. *Judicabunt autem non ipſi ſedentes, & rationem exigentes, ſed condemnabunt. – – Quando enim eundem ſolem videntes, & earundem rerum omnium participes, nos quidem inventi fuerimus credidiſſe, illi autem non credidiſſe, non poterunt ad ignorantiam confugere: eos enim nos accuſabimus per ea quæ fecimus.* Theodoretus ad eundem locum, pag. 143. Τὸ κρινοῦσιν, ἀντὶ τοῦ κατακρινοῦσι τέθεικεν. Οὕτως ἄνδρες Νινευῖται, καὶ βασίλισσα νότου κατακρινεῖ τὴν γενεὰν ἐκείνην. Οὕτως οἱ δώδεκα Ἀπόστολοι κρινοῦσι τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, τουτέστι, κατακρινοῦσι. Κατακρινοῦσι δὲ, ὡς ἐξ αὐτῶν ὄντες, καὶ τῷ Κυρίῳ πιστεύοντες, καὶ μυρία θανάτων εἴδη ὑπομεμενηκότες, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν οὐκ ἀρνησάμενοι πίστιν. Οὕτω πάλιν οἱ ἐκ τῶν ἐθνῶν πεπιστευκότες τοὺς μὴ πιστεύσαντας κατακρινοῦσιν εἰς τὸ σωτήριον κήρυγμα. Judicabunt *poſuit pro condemnabunt. Sic viri Ninivitæ, & regina Auſtri condemnabit generationem illam. Sic duodecim Apoſtoli judicabunt duodecim tribus Iſraëlis, id eſt, condemnabunt. Condemnabunt autem, ut qui ſunt ex ipſis, & Domino credunt, & innumerabilia mortis genera ſubierunt, & fidem in eum non negaverunt. Ita rurſus qui ex gentibus crediderunt, eos condemnabunt, qui non crediderunt ſalutari prædicationi.* Eadem eſt ſententia Theophylacti, pag. 204. qui Chryſoſtomi verba repetit. Quomodo *ſancti Angelos* dicantur *judicaturi*, jam docuimus in voce Ἄγγελος, ſub titulo, *Angelus malus*, ad lit. β. Poſſent tamen hæc ipſa commodè etiam ad ſequentem referri ſignificationem.

II. Κρίνειν eſt κατακρίνειν, *Condemnare.* Sic ſumitur Matth. VII. 1. Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. *Ne judicate, ut ne judicemini.* Greg. Nyſſenus de Pœnitentia, tom. II. pag. 170. ad hunc locum: Οὐ τὴν κρίσιν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην ἐκβάλλει· κρίσιν δὲ ὀνομάζει τὴν τραχυτέραν κατάκρισιν. *His verbis non aufertur nobis facultas humanè benigneq; judicandi, ſed interdicitur, ne graviùs & aſperiùs judicando condemnemus.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 38. in Matth. Οὐχὶ τὸ ἐλέγχειν κωλύει, ἀλλὰ τὸ κατακρίνειν. Ὁ μὲν γὰρ ἔλεγχος, ἐπὶ ὠφελείᾳ ἐστὶν, ἡ δὲ κατάκρισις, ἐπὶ ὀνειδισμῷ καὶ ἐξουδενώσει. *Non prohibet reprehenſionem, ſed condemnationem. Nam reprehenſio utilis eſt, condemnatio autem probroſa & deſpectûs plena.* De hac ſignificatione Baſilius M. in Pſal. VII. pag. 141. Τὸ κρίνεσθαι ἐπὶ τοῦ κατακρίνεσθαι ὑπὸ τῆς γραφῆς παραλαμβάνεται, ὡς τὸ. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεξητάζομεν, φησιν, οὐκ ἂν κατακρίσει ὑπεβαλλόμεθα. Judicari *in Scriptura ſumitur pro condemnari; ut in illo*, I. Corinth. XI. 31. ubi διεκρίνομεν, *Si nos ipſos dijudicaremus, non utiq; judicaremur. Si enim nos ipſos perſcrutaremur, utiq; condemnationi non ſubjiceremur.* Vide ibidem alia exempla. Locum Apoſtoli eodem modo accipit Theodoretus pag. 176. in I. ad Corinthios: Εἰ τὰ βεβιωμένα λογίζεσθαι ἠθέλομεν, καὶ δικαίαν καθ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξεφέρομεν ψῆφον, οὐκ ἂν παρὰ τοῦ Θεοῦ κολαστικὴν ἐδεξάμεθα ψῆφον. *Si vellemus vitæ noſtræ rationes inire, & juſtam in nos ferremus ſententiam, non ferret in nos Deus, quâ nos puniret ſententiam.* Et Theophylactus, paginâ 261. Οὐκ εἶπεν, εἰ ἑαυτοὺς ἐκολάζομεν, ἀλλὰ μόνον, εἰ ἐκρίνο-

Digitized by Google

ἐκρίνομεν καὶ καταγινώσκομεν ἑαυτῶν, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐνταῦθα κατεκρινόμεθα παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐξεφεύγομεν ἂν καὶ τὰς ἐνταῦθα κολάσεις, καὶ τὰς ἐκεῖ. *Non dixit, ſi nos ipſos puniremus, ſed tantùm*, ſi judicaremus *& condemnaremus nos ipſos, ne hic quidem condemnaremur à Deo, verùm & præſentia & futura ſupplicia effugeremus.* Ita Jacobi IV. 11. Κρίνει τὸν νόμον. *Judicat legem.* Id eſt, juxta Oecumenium ad h. l. pag. 132. Καταϰρίνει, καταφρονεῖ· ὁ γὰρ καταϰρίνων, ἀπὸ καταφρονήσεως τοῦτο ποιεῖ. *Condemnat, deſpicit. Qui enim condemnat, ex contemtu hoc facit.* Joh. 3. 18. Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. *Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus eſt.* Cyrillus Alexandr. lib. II. in Joh. Cap. LIII. ad hunc locum: Προτίθησι τοίνυν, τῷ μὲν πιστεύοντι γέρας, τὸ μὴ καλεῖσθαι πρὸς κρίσιν· τῷ δὲ ἀπειθοῦντι κόλασιν. *Hoc itaq; credenti præmium proponit, quod minimè vocandus ſit ad judicium; non credenti autem ſupplicium intentat.* Ammonius in Catena ad eundem locum, pag. 98. Σημειωτέον καθολικῶς, ὅτι πᾶς ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν Χριστὸν, κατάκριτός ἐστι τῇ κολάσει ἀποδοθησόμενος. *Univerſim tenendum eſt, omnem, qui non credit in Chriſtum, condemnatum, ſupplicio tradendum eſſe.* Vide etiam Theophylactum ad eundem locum, pag. 598. item alia loca num. I. 2. ad lit. *c. d.* Quemadmodum κρίνω aliquando eſt καταϰρίνω, ita etiam κρῖμα nonnunquam denotat *condemnationem.* Joh. IX. 39. dicit Chriſtus: Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον. *In judicium ego in hunc mundum veni*, id eſt, interprete Theophylacto, p. 704. εἰς μείζονα κόλασιν καὶ κατάκρισιν, *ad majorem punitionem & condemnationem.* Ita etiam Ammonius in Catena in Joh. p. 260. εἰς μείζονα κόλασιν. 1. Cor. XI. 34. Ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. *Ut non in judicium conveniatis*, id eſt, εἰς βλάβην ὑμῶν, εἰς κατάκρισιν, *ad detrimentum veſtrum, ad condemnationem*, ut inquit Theophylactus. Rom. XIII. 2. Ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται, id eſt, κατάκρισιν τὴν παρὰ Θεοῦ ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται, *condemnationem à Deo ſibi attrahunt*; juxta Oecumenium in hanc Epiſt. pag. 354. Κρίσις quoque *condemnationem* nonnunquam denotat. Joh. V. 24. de credente in Chriſtum, εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, *in judicium non venit.* Chryſoſtomus in Catena in Joh. pag. 157. explicat: Οὐ κολάζεται. *Non punitur.* Theophylactus in Johan. pag. 631. εἰς κόλασιν οὐκ ἔρχεται, *in ſupplicium non venit.*

III. Κρίσις notat *juſtitiam, juſtum judicium.* Cyrillus Alexandr. lib. XI. de Adoratione, pag. 383. Κρίσιν ὀνομάζειν ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, τὴν ὀρθότητα καὶ δικαιοκρισίαν. *Scriptura ſolet* judicium *appellare rectitudinem & juſtum judicium.* Exempli loco ſubjicit verba Pſal. CVI. 3. Μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν, καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ. *Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore.* Idem ad v. 8. Cap. XXVI. Jeſajæ, pag. 360. Ἡ γὰρ ὁδὸς Κυρίου κρίσις, τουτέστι, δικαιοσύνη, ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι τὴν δικαιοσύνην ὑποδηλοῦν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ, τιμὴ φησι, βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ, τουτέστι, τὴν δικαιοσύνην, ἐν τιμῇ γὰρ τῇ παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις πᾶσά ἐστι βασιλεία φιλοῦσα δικαιοσύνην. *Via enim Domini judicium, id eſt, judicia. Solet enim divinitus inſpirata ſcriptura* judicii *nomine juſtitiam declarare: prout etiam beatus David dicit, Honor regis judicium amat, id eſt, juſtitiam: apud Deum enim & apud homines in honore eſt omne regnum, quod juſtitiam amat.*

IV. Κρίματα ſunt *præcepta, mandata.* Ita vox ſumitur Pſal. XIX. 10. τὰ κρίματα κυρίου ἀληθινά. *Judicia Domini vera.* Ad quem locum Theodoretus p. 468. dicit, *Lex* vocatur κρίματα, ὡς τὰς θείας ψήφους ὑποδεικνὺς, καὶ διδάσκων τίνων ὁ μὲν φυλάττων τεύξεται ἀγαθῶν, τίσι δὲ ὁ παραβαίνων τιμωρίαις παραδοθήσεται, *tanquam divinas ſententias oſtendens, atq; edocens, quibus bonis perfruetur, qui eas cuſtodit, quibusq; ſuppliciis plectetur, qui tranſgreditur.* Apud Juſtinum M. reſp. XCII. ad Orthod. p. 271. Ἡ γραφὴ κρίματα λέγει τοὺς λόγους τοὺς διαστέλλοντας τῶν οὐ πρακτέων τὰ πρακτέα, καὶ τιμὴν μὲν τὴν ἐπὶ τῇ ὑπακοῇ, ἀτιμίαν δὲ ἐπὶ τῇ παρακοῇ ὡρισμένους. Ita legendum, non ὡρισμένας. *Scriptura* judicia *vocat ſermones facienda à non faciendis diſcernentes, honoremq; & præmium obedientiæ, ignominiam verò & pœnas inobedientiæ conſtituentes.*

V. Κρίσις notat *judicium univerſale* ſeu *extremum.* Ubi

1. *Explicatio nominis.* Varia hujus judicii nomina & epitheta habes in voce Ἡμέρα, num. I. 15.

2. *Cauſſa efficiens* Deus: hinc II. Petri III. 12. Ἡ τοῦ Θεοῦ ἡμέρα, *dies Dei:* Apocal. XVI. 14. ἡ μεγάλη ἡμέρα τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, *magnus ille dies Dei omnipotentis.* Tatianus in Exhortat. ad Græcos: Δικάζωσι δὲ ἡμῖν οὐ Μίνως, οὐδὲ Ῥαδάμανθος, - - δοκιμαστὴς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς Θεός. *Apud nos autem judicandi munus obit non Minos, neq; Rhadamantus, - - cenſor verò ipſe creator Deus. Communiter* ergo tota *SS. Trinitas: ſingulariter* verò *Chriſtus* θεάνθρωπος. Joh. V. 22. Οὐδὲ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ. *Neq; Pater judicat quenquam, ſed omne judicium dedit Filio.* Non tamen excluditur Pater. Ad quem locum Greg. Nyſſenus orat. VI. contra Eunomium, t. II. pag. 591. Ὁ πατὴρ τὴν κρίσιν πᾶσαν ἔδωκε τῷ υἱῷ, αὐτὸς κρίνων οὐδένα, οὐ τῷ μὴ δύνασθαι ἢ σῶσαι τὸ ἀπολλύμενον, ἢ κρῖναι τὸ ἁμαρτήσαντα, διὰ τοῦ υἱοῦ ταῦτα ποιῶν· ἀλλὰ τῷ διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως, δι' ἧς τὰ πάντα ἐργάζεται, καὶ ταῦτα ποιεῖν. Δύναμις δὲ τοῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱός· οὐκοῦν οἱ διὰ τοῦ υἱοῦ σωθέντες, τῇ δυνάμει τοῦ πατρὸς ἐσώθησαν· καὶ οἱ παρὰ τούτου κρινόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ τὴν κρίσιν ὑπέχουσι· Χριστὸς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη. *Pater omne judicium dedit Filio, ipſe neminem judicans, non quòd non poſſit vel ſervare, quod perierat, vel judicare eum qui peccaverat: ſed quia per ſuam potentiam, per quam omnia operatur, hæc etiam faciat: potentia autem Patris eſt Filius. Quare qui per Filium ſalvi facti ſunt, potentiâ Patris ſervati ſunt: & qui ab hoc judicantur, Dei juſtitiâ judicium ſubeunt: Chriſtus enim eſt juſtitia Dei.* Et t. III. tractatu, *Quòd non ſint tres dii*, p. 22. eundem locum exponens, ſcribit: Ὥσπερ μαθόντες περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τῆς γραφῆς λεγούσης, κρίνειν αὐτὸν πᾶσαν τὴν γῆν, κριτὴν τοῦ παντὸς αὐτὸν εἶναι διὰ τοῦ υἱοῦ φαμέν· καὶ πάλιν ἀκούσαντες, ὅτι ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, οὐχ ἡγούμεθα μάχεσθαι πρὸς ἑαυτὴν τὴν γραφήν· ὁ γὰρ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν διὰ τοῦ υἱοῦ, ᾧ πᾶσαν δέδωκε τὴν κρίσιν, τοῦτο ποιεῖ· καὶ πᾶν τὸ παρὰ τοῦ μονογενοῦς γινόμενον, εἰς τὸν πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὥστε καὶ κριτὴν αὐτὸν τοῦ παντὸς εἶναι, καὶ κρίνειν μηδένα διὰ τὸ πᾶσαν, ὡς εἴρηται, τὴν κρίσιν τῷ υἱῷ δεδωκέναι, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ υἱοῦ κρίσιν τοῦ πατρικοῦ μὴ ἀπηλλοτριῶσθαι βουλήματος. *Quemadmodum de Deo univerſorum docti ſcriptura dicente, quòd judicet omnem terram judicem eum univerſarum rerum per Filium eſſe dicimus: ac rurſus, ubi audiverimus, quòd Pater neminem judicet, non exiſtimamus ſecum pugnare ſcripturâ. Nam qui judicat omnem terram per Filium, cui omne dedit judicium, hoc facit: ac quicquid per unigenitum fit, ad Patrem relationem habet, ut & ipſe judex univerſarum rerum ſit, & neminem judicet, quippe cùm, ut dictum eſt, judicium omne Filio dederit, & omne judicium Filii à Patris voluntate diverſum non ſit.* Theophylactus ad eundem locum p. 630. Κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ· τοῦτο οὕτω νόησον· ὅτι κριτὴν αὐτὸν ἐγέννησεν, ὥσπερ ἀκούεις καὶ τὸ, ζωὴν ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ νόει, ὅτι ζῶντα αὐτὸν ἐγέννησεν· ἐπεὶ γὰρ ὁ πατήρ ἐστιν αἴτιος τῷ υἱῷ τοῦ εἶναι, τὰ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς,

Digitized by Google

υἱὸς, λέγεται λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς, ὡς ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς ταῦτα ἔχων. Καὶ τὴν κρίσιν οὖν ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς οὕτως, ὡς ἔχει αὐτὴν ὁ πατήρ. *Omne judicium dedit Filio: ſic intellige hoc, quod judicem eum genuerit. Sicut etiam cùm audis, quòd vitam dederit illi, intelligis, quod viventem illum genuerit. Quia enim Pater autor eſt Filio ut ſit, omnia quæcunq; habet Filius, dicitur accepiſſe à Patre, eò quòd ex illo naturaliter hæc habeat. Igitur & judicium habet à Patre, ſicut illud habet Pater.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. I. Cap. XVIII. pag. 60. Ὁ πατὴρ οὐδένα κρίνει, τὴν δὲ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. Ἔκρινε γὰρ ὁ πατὴρ δηλονότι, καὶ ὁ υἱὸς, ὡς Θεὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς, ὡς ἄνθρωπος σωματικῶς καταβήσεται, καὶ καθίσεται ἐπὶ θρόνου δόξης· σώματος γὰρ περιγραπτοῦ ἡ κατάβασις καὶ ἡ καθέδρα. *Pater nullum judicat, judicium autem omne dedit Filio. Judicavit enim Pater videlicet, & Filius, ut Deus, & Spiritus ſanctus. Ipſe verò Filius, ut homo, corporaliter deſcendet, & ſedebit in throno gloriæ: corporis enim circumſcripti eſt deſcenſio & ſedes.*

3. *Materia*, atque adeò *objectum*, ſeu *ſubjectum* ſunt *omnes homines*. Iſidorus Peluſ. Epiſt. CCXXII. lib. I. pag. 64. ad interrogationem, *Quomodo Chriſtus dicatur venturus ad judicandum vivos & mortuos?* triplici modo reſpondet. *a*, Τὸ κρίνεσθαι ζῶντας καὶ νεκροὺς, τοῦτό ἐστι, τὸ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς κρίσιν ἐλεύσεσθαι, καὶ οὔτε ἐν θατέρῳ κεχωρισμένον, ἀλλ' ὥσπερ κοινὴν τῆς ἐνταῦθα συνάφειαν ἐποιήσαντο, οὕτω καὶ τὴν ἐκεῖθεν δίκην ἡνωμένως ὑφέξουσιν. *b.* Ζῶντας, τοὺς ἀείζωον βίον καὶ θεοφιλῆ μετελθόντας, καὶ νεκρωθέντας τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ τὸ δοθὲν αὐτοῖς τάλαντον, ὡς ἐν τάφῳ τῇ ἑαυτῶν καταχώσαντας ῥᾳθυμίᾳ, καὶ ἀμύνασθαι αὐτοὺς τιμωρίᾳ. *c.* Κρῖναι τοὺς τότε ζῶντας καταλειφθέντας, καὶ τοὺς ἤδη πρὸ αὐτῶν κοιμηθέντας. *α. Per id, quòd* vivos & mortuos judicandos *eſſe ait Scriptura, illud ſignificatur, fore, ut anima & corpus ſimul in judicium veniant, nec alterum ab altero ſejungatur, verùm quemadmodum in hac vita communem conjunctionem habuerunt, ſic etiam futurum judicium ſubeant. β. Vivos, hoc eſt, eos, qui æternam vitam & Deo gratam conſectati ſunt; & eos, qui peccatis immortui ſunt, datumq; ſibi talentum in ſua ſocordia, perinde atq; in ſepulchro defoderunt, judicare atq; cruciatu afficere. γ. Judicare eos, qui tum vivi relicti fuerint, & eos, qui ante ipſos vitam cum morte commutârunt.* Poſtremam tantùm expoſitionem ſcripturæ conſentaneam eſſe, nemo eſt qui ambigat. Diſertis hoc docet verbis Apoſtolus I. Theſſal. IV. 15. 16. 17. Ad quem locum monet Theophylactus, pag. 704. Methodium quoque per ζῶντας intellexiſſe ψυχὰς, & per νεκροὺς, intellexiſſe σώματα. Itidem αἱρεσιώτας. Veram expoſitionem illud etiam confirmat, quòd Chriſtus Act. X. 42. appellatur ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, *conſtitutus à Deo judex vivorum & mortuorum:* quia idem II. Tim. IV. 1. judicaturus dicitur ζῶντας καὶ νεκρούς. Hic per ζῶντας rurſus intellige eos, *Qui tunc in terris fuerint, atq; ævum agitabunt:* qui I. Theſſ. IV. 15. οἱ εἰς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν περιλειπόμενοι dicuntur. Νεκροὺς, omnes tanta ſeculorum ſerie præmortuos: κεκοιμημένους, & κοιμηθέντας dicto ad Theſſalonicenſes loco. Ita rectè Theodoretus ad II. Timoth. IV. 1. pag. 503. Νεκρῶν καὶ ζώντων κριτὴν τὸν κύριον κέκληκεν, ἐπειδὰν καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνίστησι, καὶ εἰς τὸ κριτήριον ἄγει, καὶ τοὺς κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν εὑρισκομένους ἐνδύων τὴν ἀφθαρσίαν, ἀπαιτεῖ τὰς εὐθύνας. Mortuorum & vivorum judicem *Dominum appellavit, quoniam & mortuos ſuſcitat, & ducit ad judicium, & eos, qui in tempore conſummationis invenientur, induens incorruptione, rationem ab iis exiget.* Et Theophylactus ad eundem locum, pag. 826. triplicem affert expoſitionem, quemadmodum paulò antè Iſidorus, quarum intermedia tantùm vera. Ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἢ ἁμαρτωλοὺς λέγει καὶ δικαίους, ἢ τοὺς ἤδη ἀπελθόντας, καὶ τοὺς τότε καταληφθησομένους ζῶντας. Τινὲς δὲ καὶ ψυχὰς καὶ σώματα ἐνόησαν. Viventes & mortuos, *vel peccatores dicit & juſtos; vel qui jam abierunt ex hoc ſeculo, & qui tum relinquentur vivi. Quidam autem & animas & corpora intellexerunt.*

4. *Ad Circumſtantias* pertinet *tempus*. Inſtituetur judicium *in adventu Chriſti*, II. Timoth. IV. 1. vel, *ultimis diebus*, Jacobi V. 3. At, quo anno, & quo die judicium ſit futurum, ſolus Deus novit. Voluit autem ſapientiſſimus Deus, tempus illud nos latere, ut in ſingula momenta ſimus parati ad recipiendum Sponſum cœleſtem. Baſilius M. lib. IV. adv. Eunomium, pag. 101. Διὰ τὸ μὴ συμφέρειν τοῖς ἀνθρώποις ἀκοῦσαι τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως, ἀπεσιώπησεν. Ἡ μὲν γὰρ ἀεὶ προσδοκία θερμοτέρους περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ πολὺν τὸν μεταξὺ χρόνον ἔσεσθαι γνῶσις, ὀλιγωροτέρους ἂν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐποίησεν, ἐλπίδι τοῦ καὶ ὕστερον μεταβαλλομένους δυνηθῆναι σωθῆναι. *Quoniam non conducebat hominibus judicii tempus audire, idcirco reticuit* Chriſtus. *Nam exſpectatio quidem perpetua ferventiores ad pietatem reddit: cognitio verò, multum adhuc temporis interjectum eſſe, negligentiores circa pietatem feciſſet, quia ſperâſſent, ſe vitâ in melius mutatâ poſtea ſalvari poſſe.* Chryſoſtomus Homil. XLV. in Johannem, pag. 743. hanc reddit rationem, cur ultimi judicii tempus nos lateat, ἵνα διαπαντὸς ὦμεν ἐναγώνιοι, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀσφαλείᾳ μὴ θαῤῥῶμεν, *ut ſemper anxii atq; ſoliciti ſimus, & ne in ipſa quidem ſecuritate ſine metu vivamus.* Idem Homil. XXIII. in Acta: Φοβηθῆτε τὸ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον. Ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται ὁ θάνατος. Οὐδὲ ἁπλῶς ὡς κλέπτης, ἀλλὰ καθευδόντων ἡμῶν ἐπιτίθεται, καὶ ῥᾳθυμοῦντας λαβὼν ἄπεισι. Διὰ τοῦτο ἄδηλον ἐποίησε τὸ μέλλον ὁ Θεὸς, ἵνα ἀεὶ τῷ τῆς προσδοκίας ἀδήλῳ ἐν ἀρετῇ διάγωμεν. *Time, quoniam incertum eſt futurum tempus. Sicut fur in nocte, ita venit mors. Neq; ſimpliciter ſicut fur, ſed dormientibus nobis inſidiatur, deſidesq; apprehenſos abducit. Idcirco futurum tempus incertum voluit eſſe Deus, ut exſpectatione incerta virtuti ſemper ſtudeamus.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CXVII. lib. I. pag. 36. Τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους ἀγνοεῖν συμφέρει, ἵνα πᾶσαν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι νομίζοντες, ἕτοιμοι πρὸς ταύτην τυγχάνωμεν γρηγοροῦντες, καὶ τὸν κύριον ἡμῶν περιμένοντες. *Diem finis mundi ignorare conducit, ut omnem diem illum exiſtimantes eſſe, parati ad eum ſimus, vigilantes, ac Dominum noſtrum exſpectantes.* Vide pluribus in eandem ſententiam differentem Chryſoſtomum Homil. IX. in I. ad Theſſalonicenſes, pag. 204. 205. Temerarii ergo ſunt, quicunque certum tempus ſecundo Chriſti adventui aſſignant. Id facit Synaxarium Græcorum; quod, etiamſi aſſerat, Chriſtum abſcondiſſe diſcipulis diem adventus ſui, tandem determinat, licèt ex aliorum ſententiâ, poſt ſeptem annorum millia futurum, pag. 16. Πότε μέντοι γενήσεται ἡ αὐτοῦ παρουσία, οὐδεὶς οἶδε, τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος τοῖς ἀποστόλοις ἀπέκρυψε. Τίνα γε μὴν σημεῖα τινὰ ἐνέφηνε προηγήσασθαι, ἅ τινες τῶν ἁγίων καὶ πλατύτερον διεσάφησαν. Λέγεται δὲ ὅτι μετὰ τὰς τῶν ἑπτὰ χιλιάδων χρόνων παρέλευσιν ἔσται. *Quando verò illius adventus erit, nemo ſcit, hoc enim & Dominus Apoſtolis abſcondit. Nihilominus ſigna nonnulla præceſſura manifeſtavit, quæ pleriq; ſanctorum fuſius expoſuere. Fama verò eſt, poſt ſeptem annorum millia exacta futurum.* Hic verò ſolvendum venit dubium, quomodo Chriſtus Matth. XXIV. 36 & Marci XIII. 32. aſſerat, *Nemini notum eſſe diem ultimi judicii, ne ipſi quidem Filio?* Hoc enim priſcis temporibus Ariani, & deinceps Agnoetæ ad Filii unigeniti naturam divinam imminuendam arripiebant; de quo aliquid in Ἀγνοηταί. Va-

riis

Digitized by Google

riis ergo modis heterodoxis illis ab orthodoxis occurritur. Videamus eorum ſententias diſtinctè.

a. Euthymius in Matth. vult apud Matthæum dici, *Neminem nôſſe, nec Angelos ipſos, niſi Patrem ſolum*; apud Marcum verò, *ubi Filii fit mentio, excluſivum omitti*: ut ſenſus ſit, *neq; Filius ſcit, niſi Pater*, videlicet, *ſciat*: quia verò ſcit Pater, ſcit utique & Filius. Nimis hoc argutum eſt. Tale tamen quippiam ex orthodoxi antiquioris ſententia refert Greg. Nazianzenus Orat. IV. adv. Eunomium, quæ eſt ſecunda de Filio, ordine XXXVI. pag. 588. Ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄλλως οἶδε τὴν ἡμέραν, ἢ τὴν ὥραν, ἢ ὡς ὅτι ὁ πατήρ. Ἐπειδὰν ὁ πατὴρ γινώσκει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ υἱός. *Non aliter nôſſe Filium, niſi eâ ratione, quâ Pater novit diem, vel horam. Quoniam Pater novit, etiam Filius.* Hoc autem Baſilii eſſe notat Elias Cretenſis: ſed fruſtrà. Iſte enim, ut mox videbimus, in diverſum concedit. In diſceptatione etiam illa, quam in Synodo Nicæna cum Ario habuiſſe fertur Athanaſius, reperiuntur eadem ferè cum illis, quæ Euthymius attulit, & Gregorius attigit: verba enim ejus ſunt: Γεγνώσκων γὰρ ἑαυτὸν μὴ διεστῶτα ἀπὸ τοῦ πατρὸς κατ' οὐσίαν, ἀλλ' ἡνωμένον τῇ θεότητι τῷ Θεῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὴν ἑαυτοῦ πρόγνωσιν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς προγνώσει ἐσήμανε. *Cùm nôſſet, ſe à Patre ſecundum eſſentiam nihil diſtare, ſed deitatis ratione unum cum Patre exiſtere, proinde præcognitionem ſuam ſub Patris præcognitione ſubindicavit.* Eodem inclinat Baſilius M. Epiſt. CCCXCI. pag. 1169. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστιν, ἓν δὲ ὧν ἔχει, καὶ ἡ γνῶσίς ἐστι τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας. Παρασιωπήσας τοίνυν, ὡς ὁμολογούμενον, τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐν τῇ λέξει τοῦ Ματθαίου ὁ κύριος, τοὺς ἀγγέλους εἶπεν ἀγνοεῖν, εἰδέναι δὲ τὸν πατέρα μόνον τὴν τοῦ πατρὸς γνῶσιν κατὰ τὸ σιωπώμενον καὶ ἑαυτοῦ εἶναι λέγων, διὰ τὸ καὶ ἐν ἄλλοις εἰρηκέναι. Καθὼς γινώσκει με ὁ πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα. Omnia, quæ Pater habet, mea ſunt: *inter illa autem, quæ Pater poſſidet, omnino recenſetur illius diei & horæ cognitio. Suam igitur perſonam ſilentio transmittens Dominus, veluti rem in confeſſo poſitam, in illa Matthæi ſententia,* Angelos *dixit* ignorare, ſolum Patrem cognoſcere: *Scientiam illam Patris, & ſuam eſſe ſtatuens per reticentiam, eo quòd alibi dixerit, Quemadmodum Pater me cognoſcit, ad eundem modum Patrem ego cognoſco.* Vide integram epiſtolam. Photius etiam, Epiſt. CCXXVIII. poſtquam tres alias præmiſiſſet expoſitiones, pag. 342. hanc ſubjicit quartam: Οὐδὲ ὁ υἱὸς ἂν ᾔδει, εἰ μὴ ὁ πατήρ. Τουτέστιν, ἐκεῖθεν πηγάζεται τῷ υἱῷ ἡ γνῶσις, ὅθεν αὐτῷ καὶ τῆς γεννήσεως ἡ αἰτία· οὐδὲ γὰρ ἄναρχος καὶ ἀναίτιος, ὥσπερ ὁ πατήρ, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ἀναφέρεται καὶ συμφυὲς αἴτιον τὸν γεγεννηκότα· οὐδὲ ὁ υἱὸς ἂν ᾔδει, εἰ μὴ ὁ πατήρ. *Neq; Filius ſciret, niſi Pater revelaret. Hoc eſt, ab eo fonte flueret cognitio, unde & generationis cauſſa: nam non eſt Filius ſine principio & cauſa, ac eſt Pater; ſed in principium refertur, & cauſam congenerem, nempe Patrem: Nec Filius ſciret, niſi prius Pater.*

b. In eadem diſceptatione Athanaſii cum Ario, de qua ſuprà, ſubjunguntur quædam *de filio altero*, ex parabolis Matth. XXI. 29. & Lucæ XV. 24. *qui Eccleſiæ Chriſtianæ in Synagogæ Judaicæ locum ſuffectæ typum gerat: hunc enim omni honore gratiaq; reliqua à Patre, qui ſuffecerat, affectum, præterquam quod hoc unum illum celatum voluerit.* Quæ ἐξ ὧν εἴρηται Arius ipſe concedens introducitur. Ab Origene iſtud Gatakero ſumtum videtur, qui in Matth. Orat. XXX. *Quamdiu corpus ejus in terris poſitum, quod eſt Eccleſia, ignorat, tam diu & ipſe ignorare perhibetur.* Quod etiam Hieronymus, ſed ὑποβολιμαῖος, licèt à mente Euangeliſtæ Chriſtique ipſius remotiſſimum, ſuis in Marcum Commentariis inſerſit: nec admittere dedignatus eſt Eulogius Alexand. referente Photio in Biblioth. Cod. CCXXX. pag. 881.

c. Nimis etiam coactum, quod Epiphanius hæreſi LXIX. pag. 328. & in Ancorato, pag. 478. *duplicem* dicit eſſe *cognitionem*, ſive εἴδησιν, alteram θεωρίας ἢ ἐννοίας, *viſionis* ſeu *notionis* tantùm, alteram γνώσεως καὶ χρήσεως, ἤτοι πράξεως, *notitiæ & uſus*, *ſive actionis* etiam, Gen. IV. 1. illâ *nôſſe* Chriſtum diem judicii, iſtâ *nôſſe* quidem *Patrem*, *Filium* verò *non item*: quia *nondum quenquam judicat*, Joh. V. 22. Eodem concedit Photius Epiſtolâ CCXXVIII. pag. 337. quando dicit, ſe ſene quodam, in rebus Theologicis apprimè verſato, uſum eſſe magiſtro, eumque de hac quæſtione ita differentem audiviſſe: Τὸ εἰδέναι διττὸν ἔλεγεν εἶναι· τὸ μὲν ἐπιστήμῃ, τὸ δὲ τῇ πείρᾳ· κατὰ μὲν οὖν ἐπιστήμην ὁμοίως εἰδέναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὥραν· κατὰ πεῖραν δὲ οὐκέτι. Τὸν μὲν γὰρ πατέρα καὶ εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ προσλαβεῖν τὴν τοιαύτην γνῶσιν, ἡνίκα πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ τὴν κρίσιν· ἐκεκρίκει γὰρ τότε ὁ πατὴρ τὴν κρίσιν ἅπασαν ἐγχειρίσαι τῷ υἱῷ, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς ψήφους τὰς αὐτοῦ ἐνεργῆσαι τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ συμπεραίνεσθαι· ὁ δέ γε υἱὸς, δῆλον ὡς οὔπω κέκρικεν, οὐδ' εἰς ἔργον πρᾶξιν, ἧς αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀνέδειξε κύριον, ἤγαγεν. Οὐκοῦν ὁ μὲν πατὴρ καὶ πείρᾳ τὴν ὥραν οἶδεν· ὁ δὲ υἱὸς, εἰ καὶ κατ' ἐπιστήμην, ὥσπερ ὁ πατήρ· ἀλλ' οὔπω δὲ καὶ πείρᾳ· εἴσεται δὲ, ἐπειδὰν δηλονότι τὴν κρίσιν, οἴσῃ, τῆς κατ' ἐπιστήμην εἰδήσεως εἰς τὴν κατὰ πεῖραν γνῶσιν προελθούσης. Scire *duplex eſſe dicebat, unum, per experientiam, alterum per ſcientiam. Secundum ſcientiam quidem, æquè ac Patrem nôſſe Filium diem illum & horam: non autem ſecundum experientiam: Patrem enim experientiâ cognoviſſe, & talem notitiam aſſumſiſſe, quando omne judicium Filio tradiderit: judicabat enim tunc Pater convenire, ut judicium omne Filio tradat, & quantum ipſius ſuffragium attinebat, proprium judicium ſuum conſummâſſe & perfeciſſe. At conſtat Filium actu nondum judicâſſe, nec in effectum rem illam, cui ipſum præfecit Pater, duxiſſe. Quocirca Pater quidem ipsâ etiam experientiâ horam novit: Filius, licèt ut Pater ſecundum ſcientiam novit, nondum tamen experientiâ novit: ſciet autem tum, cùm judicium feret, cognitione, quæ eſt per ſcientiam, in cognitionem per experientiam tranſeunte.* Hanc tamen expoſitionem Photius non cenſet per omnia veram eſſe. Verùm iſtæ peculiares quorundam opiniones ſunt. Aliò abeunt Interpretes plerique; ut deinceps videbimus.

d. Nonnulli ideò ajunt *de Filio dici*, *quòd diem illum neſciat*, quia etiamſi ſciat, alios tamen id celet. Iſidorus Peluſiota Epiſt. CXVII. lib. I. pag. 30. Σαφηνίζειν τὰ ἀνωφελῆ παρῃτεῖτο προβλήματα. *Inutiles quæſtiones explicare recuſabat.* Item: Τῆς εἰκαίας ἐρωτήσεως τὴν ἀπόφασιν οὐκ ἐδήλωσε. *Vanæ percunctationis explicationem ac ſententiam minimè declarandam duxit.* Baſilius M. Epiſt. CXLI. pag. 929. Διά σε τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως ἀγνοεῖ· καί τοι οὐδὲν λανθάνει τὴν ὄντως σοφίαν. Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Οὐδεὶς δὲ ἀνθρώπων πώποτε ὃ πεποίηκεν, ἀγνοεῖ· ἀλλὰ τοῦτο οἰκονομεῖ διὰ τὴν σὴν ἀσθένειαν, ἵνα μήτε τῷ στενῷ τῆς προθεσμίας οἱ ἁμαρτήσαντες τῇ ἀθυμίᾳ καταπέσωσιν, ὡς οὐχ ὑπολελειμμένου καιροῦ μετανοίας, μηδ' αὖ πάλιν οἱ πολεμοῦντες μακρὰν τῇ ἀντικειμένῃ δυνάμει διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου λιποτακτήσωσιν. Ἑκατέρους τοίνυν διὰ τῆς προσποιητικῆς ἀγνοίας οἰκονομεῖ. *Propter te horam & diem judicii ignorat: quanquam nihil latet veram illam ſapientiam. Nam per illam omnia ſunt condita. Nemo autem hominum unquam opus ſuum, quod fecit, ignorat. Verùm id ita diſpenſat Chriſtus propter tuam infirmitatem, ne vel ii, qui deliquerunt, per anguſtiam præſcripti temporis adigantur ad deſperationem, tanquam non relicto reſipiſcentiæ tempore: vel rurſus ii, qui in militia Chriſtiana decertant, per temporis prolixitatem ad deſerendam* aciem

Digitized by Google

aciem impellantur, ſi viderint ſibi bellum eſſe diuturnum cum adverſaria poteſtate. Itaq; utrumq; per ignorantiæ prætextum conſulit. Photius epiſt. CCXXVIII. pag. 336. *Si quis dixerit*, Τὸ μὴ βούλεσθαι τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν ἅπερ αὐτοῖς οὐκ ἦν τέως σύμφορον μαθεῖν, οὐδὲ τοῦτο τῆς φιλανθρώπου προνοίας ἡ μέθοδος παραιτεῖται· μεθοδεύοιτο δ' ἄν, ἐξ οἰκονομίας σχηματιζομένη τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὸ μᾶλλον δόξαι μὴ εἰδέναι, ὑπὲρ τοῦ μὴ λυπεῖν τοὺς μαθητὰς τὸ ἐγνωσμένον μαθεῖν ζητοῦντας, οὐκ ἐκδιδάσκοντα, *noluiſſe eum diſcipulis dicere, quæ iis ſcitu nondum erant utilia, ne hæc quidem ratio à providentia Dei erga homines abhorret: prudenter enim per diſpenſationem præ ſe fert ignorantiam, & potiùs videri vult ignorare, ne mærore diſcipulos afficeret, qui deſiderabant id, quod ignorabant, intelligere.* Chryſoſtomus Homil. LXXVII. in Matth. Τῷ μὲν εἰπεῖν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, ἐπεστόμισεν αὐτοὺς, ὥστε μὴ ζητῆσαι μαθεῖν, ὅπερ ἐκεῖνοι οὐκ ἴσασι· τῷ δὲ εἰπεῖν, οὐδὲ ὁ υἱὸς, κωλύει μὴ μόνον μὴ μαθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ καὶ ζητῆσαι. *Quòd dixit*, neque Angeli, *repreſſit eos, ne diſcere vellent, quod Angeli neſciunt. Eo verò, quod dixit*, neque Filius, *non ſolùm à diſcendo, ſed etiam à quærendo prohibuit.* Mox: Πῶς, εἰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, τὴν ἡμέραν ἠγνόησε; *Quomodo is, per quem omnia facta, & ſine quo nihil factum, diem ignoravit?* Vide ibidem plura. Theophylactus in Cap. XXIV. Matthæi, pag. 147. Ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδεν εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος, κωλύει αὐτοὺς ζητεῖν· ὥσπερ καὶ πατέρες πολλάκις κατέχοντές τι ἐν ταῖς χερσὶν, εἶτα ζητούμενοι τοῦτο ὑπὸ τῶν παίδων, καὶ μὴ θέλοντες δοῦναι, κρύπτουσιν αὐτὸ, λέγοντες· οὐκ ἔχομεν ὃ ζητεῖτε· καὶ οὕτω παύονται τὰ παιδία κλαυθμυριζόμενα· οὕτω καὶ ὁ Κύριος, ἵνα παύσῃ τοὺς ἀποστόλους θέλοντας μαθεῖν περὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας, εἶπεν ὅτι οὐδὲ ἐγὼ οἶδα εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος· ὅτι γὰρ γινώσκει καὶ αὐτὸς τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν· πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ εἰσι· καὶ τὴν γνῶσιν δὲ ἔχει τῆς ἡμέρας, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα ἔχει ταύτην. *Cùm dicit*, neque Filius novit niſi Pater ſolus, *prohibet ne inquirant: ſicut etiam patres ſæpe continent quid in manibus, deinde autem id à filiis rogati, & dare recuſantes, illud occultant, dicentes: Non habemus, quod quæritis: & ſic plorantes filios compeſcunt. Ita etiam Dominus, ut compeſcat Apoſtolos ne diſcere velint de die illo & hora, dixit*, Neque ego ſcio, niſi Pater ſolus. *Scit enim & ipſe & horam & diem illum: id quod ex multis aliis eſt manifeſtum. Omnia enim, quæcunq; habet Pater, Filii ſunt: notitiam autem habet diei illius*, proinde & Filius illam habet. Cyrillus Alexandr. in Theſauro lib. XXII. Οἰκονομεῖ γάρ που Χριστὸς, μὴ εἰδέναι λέγων τὴν ὥραν ἐκείνην, καὶ οὐκ ἀληθῶς ἀγνοεῖ. *Diſpenſatione quadam utitur Chriſtus, neſcire ſe dicendo horam illam, cùm verè non ignoret.* Et rurſus: Οἶδε γὰρ τὰ πάντα ὁ υἱὸς, κἂν οἰκονομῶν ἀγνοεῖν τι λέγῃ. *Novit enim cuncta Filius, etiamſi per diſpenſationem quandam aliquid neſcire ſe dicat.* Eodem modo Hilarius lib. IX. de Trinitate: *Diſpenſatio eſt potiùs abſconditæ ſcientiæ, quàm natura neſciendi; cùm Filius idcirco neſcire ſe dicat, ne & alii ſciant; & Patrem ſolùm dicat ſcire, & ne ipſe non neſciat.* Thomas etiam adv. Gentes lib. IV. Cap. VIII. *Non ignoravit; ſed ad ignorantis modum ſe habuit, quia diſcipulis non revelavit.* Eodem ferè concedit Camero in Myrothecio Evangelico. Nôſſe, inquit, *idem hic valet, atq;* docere; *qua ſignificatione* ſciendi *vocabulum à Paulo ſumitur I. Corinth. II. 2.* Cæterùm nec hic ſenſus; ut Cl. Gatakerus rectè obſervat; licèt magnos autores fautoresque habeat, ſolidus ſatis videtur. Siquidem, ut Calvinus in Harm. Evang. monet, *Communis Chriſto cum Angelis aliisq; etiam, ignorantia iſtic tribuitur: at illos ignorare ſimpliciter quiq; intelligunt.* Quin & tam *Pater* ipſe hoc ſenſu: non minùs quàm *Filius*, *diei iſtius neſcius* dici poterit, ſi *nôſſe* pro *celare* ſumatur; cùm eoſdem quos Chriſtus, ipſe pariter hoc idem non doceat, ſed celet.

e. Quidam volunt, Chriſtum hominem non prorſus quidem tempus noviſſimi diei ignoraſſe ſed ideo ignoraſſe dici, quia ſcientiam illam, quâ id nôrat, non à ſe, ſed à natura divina, neſcia alioqui hac in parte futura, mens humana habuerit. Ita Gregorius I. Romanus in Regiſtro, lib. VIII. epiſt. XLII. *In natura quidem humanitatis diem novit: ſed tamen hunc non natura humanitatis novit: ergo quod in ipſa novit, non ex ipſa novit.* Eodem inclinat Cyrillus Alexandr. in Theſauro, Aſſert. XII. pag. 223. Εἰδὼς ὡς Θεὸς λόγος, δύναται ὡς ἄνθρωπος ἀγνοεῖν· ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ. *Cùm nôrit, ut Deus ſermo, poteſt tamen ignorare, quâ homo, ut ſecundùm omnia ſimilis ſit fratribus.* Et paulò latiùs ad Caloſyr. Cap. XIV. Καθὸ μὲν νοεῖται Θεὸς, οἶδε πάντα ὅσα καὶ πατήρ· καθό γε μὴν ἄνθρωπος καὶ αὐτὸς, οὐκ ἀποσείεται καὶ ἀγνοῆσαι δοκεῖν, διὰ τὸ πρέπειν τῇ ἀνθρωπότητι. *Secundùm quod Deus eſſe intelligitur, novit omnia quæcunq; & Pater: idem tamen ſecundùm quod homo eſt, nec neſcium videri ſe renuit, quia humanæ naturæ iſtud convenit.*

f. Eorum ſimpliciſſima eſt ſententia, qui ſtatuunt, Chriſtum, quatenus homo eſt, tunc temporis, quo id proferebat, prorſus ignoraſſe horam noviſſimi diei. Id ipſum fortaſſe vult Cyrillus, non tantùm locis modò citatis, ſed etiam ſequentibus in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 151. Κἂν ἀγνοεῖν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλ' οἶδε θεϊκῶς. *Etiamſi ſecundùm naturam humanam ignorare dicatur, novit tamen ſecundùm divinam.* Idem in Theſauro, Aſſert. XXII. pag. 218. Ἣν ἡμέραν ἀγνοεῖν ἔφησεν οἰκονομικῶς, ἀποσώζων πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τάξιν· ἀνθρωπότητος γὰρ ἴδιον τὸ μὴ εἰδέναι τὰ μέλλοντα. *Quem diem ignorare ſe dixit ſecundùm diſpenſationem, ſervans rurſus ordinem naturæ humanæ convenientem: naturæ enim humanæ proprium eſt, neſcire futura.* Pag. 221. Εἶδε μὲν ὡς σοφία καὶ λόγος ὢν ἐν πατρί· μὴ εἰδέναι δέ φησι δι' ἡμᾶς καὶ μεθ' ἡμῶν ὡς ἄνθρωπος. *Scivit quidem tanquam ſapientia & ſermo in Patre exiſtens: ſe autem neſcire dicit propter nos & nobiſcum ut homo.* Et in Cap. XIV. Zachariæ, pag. 800. ᾟ μὲν νοεῖται καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, οὐκ ἂν εἰδείη τὰ ἐν τῷ πατρί· ᾗ δέ ἐστι φύσει Θεὸς, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς, οἶδε που πάντως καὶ τὴν ἐσχάτην ἡμέραν, κἂν εἰ λέγοι μὴ εἰδέναι διὰ τὸ ἀνθρώπινον. *Quatenus ut homo nobis ſimilis conſideratur, neſcit ea, quæ in Patre ſunt: quatenus verò naturâ Deus eſt, & ex eo genitus, omnino etiam novit ultimum diem, etiamſi dicat, ſe ignorare ſecundùm naturam humanam.* Ephræmius apud Photium Cod. CCXXIX. pag. 796. Ὁ αὐτὸς πάντα προγινώσκει, ἔστι γὰρ φύσει Θεός· καὶ πάλιν ἀγνοεῖν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν διὰ τὸ ἡμέτερον λέγεται φύραμα. *Idem prænoſcit omnia, eſt enim naturâ Deus: & rurſum ignorare dicitur extremum diem propter carnem noſtram.* Chryſoſtomus Homiliâ CXVII. tom. V. pag. 755. Τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ λαμβάνεται καὶ εἰς τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, καὶ εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας σχῆμα· ἀγνοεῖ τοίνυν κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἀνθρωπότητος ὁ γινώσκων τὰ πάντα κατὰ τὴν δύναμιν τῆς θεότητος. *Nomen* Filii *uſurpatur & de deitatis dignitate, & de diſpenſatione. Ignorat igitur ſecundùm naturam humanam, qui omnia novit ſecundùm deitatis potentiam.* Athanaſius epiſt. ad Serapionem, tom. I. pag. 172. Ἀνθρωπίνως τοῦτο εἴρηκε· καὶ τὸ αἴτιον τοῦ οὕτως εἰρηκέναι ἔχει τὸ εὔλογον· ἐπειδὰν γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, ἀνθρώπων δὲ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν, ὥσπερ τὸ πεινᾶν, καὶ τὰ ἄλλα· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἄνθρωπος γεγονὼς, ἐπιδείκνυται,

ἵνα

Digitized by Google

ἵνα δείξῃ, ὅτι ἀληθῶς ἀνθρώπινον ἔχει σῶμα. *Humano more hoc dixit*, np. neque Filium diem illum, & illam horam ſcire; *atq; cauſſa, cur ita locutus ſit, ratione non caret. Cùm enim homo factus ſit, hominum verò proprium ignorare, quemadmodum eſurire, & alia: propterea etiam hominum ignorationem, ut homo factus, oſtendit, ut demonſtret, ſe verè humanum habere corpus.* Idem, orat. IV. contra Arianos, tom. I. pag. 494. Τίνος χάριν γινώσκων ἔλεγεν, ὅτι οὐδὲ ὁ υἱὸς οἶδεν, οὐδένα τῶν πιστῶν ἀγνοεῖν οἶμαι· ὅτι καὶ τοῦτο οὐδὲν ἧττον διὰ τὴν σάρκα ὡς ἄνθρωπος ἔλεγεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐλάττωμά ἐστι τοῦ λόγου, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως ἴδιον καὶ τὸ ἀγνοεῖν. *Cur, cùm ſciverit, dixerit, neq; Filium ſcire, neminem fidelium ignorare puto: quoniam hoc nihilominus propter carnem, tanquam homo, dixit. Neq; hoc Verbo quidquam detrahit, ſed naturæ humanæ proprium eſt etiam ignorare.* Et paulò poſt: Δῆλόν ἐστιν, ὅτι καὶ τὴν τοῦ παντὸς τέλους ὥραν, ὡς μὲν λόγος, γινώσκει· ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἀγνοεῖ· ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν. *Manifeſtum eſt, tanquam verbum, finis univerſorum horam ſcire: tanquam hominem verò, ignorare: homini enim propria eſt ignorantia.* Theodoretus ad IV. Cyrilli anathematiſmum, tom. IV. pag. 713. Εἰ οὔτε ψεύδεται ἡ ἀλήθεια, οὔτε ὁ Θεὸς λόγος ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν, ἣν αὐτὸς ἐποίησεν, ἣν αὐτὸς διώρισεν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην· ἀλλ' ἔχει τοῦ πατρὸς τὴν γνῶσιν, ὡς εἰκὼν ἀπαράλλακτος· οὐκ ἄρα τοῦ Θεοῦ λόγου ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, τῆς τοσαῦτα κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ γινωσκούσης, ὅσα ἡ ἐνοικοῦσα θεότης ἀπεκάλυψε. *Si veritas non mentitur, neq; Deus verbum diem ignorat, quem fecit, quem præfinivit, in quo judicaturus eſt orbem: ſed habet Patris cognitionem ut imago incommutabilis. Non igitur Dei verbi eſt ignorantia, ſed formæ ſervi, quæ tanta illo tempore ſciebat, quanta Deitas inhabitans revelabat.* Greg. Nazianzenus orat. XXXVI. pag. 588. Γινώσκει μὲν ὡς Θεὸς, ἀγνοεῖν δέ φησιν ὡς ἄνθρωπος. *Scit quidem tanquam Deus, ſe autem ignorare dicit, quatenus homo eſt.* Photius Epiſt. CCXXVIII. pag. 335, 336. Ὡς μὲν δημιουργὸς ἁπάντων καὶ Θεὸς, ἅπαντα τῷ πατρὶ συνῄδει· ὡς ἄνθρωπος δὲ, οὐδὲ τὴν ἀνθρώποις πρέπουσαν ἄγνοιαν, ἢ μὲν ἂν οὐκ ἠθέτει. Ὃς γὰρ δὴ τὸ ὅλον εἵλετο λαβεῖν, πῶς ἄν τι τῶν περὶ ἐκεῖνο παρῃτήσατο μὴ λαβεῖν, ἢ μὴ πιστεύεσθαι ὅτιπερ ἔχοι λαβών; *Certè, ut conditor omnium ac Deus omnia cum Patre ſciebat; at tanquam homo, humanam à ſe ignorantiam non rejecit. Nam qui totum dignus eſt recipere, quomodo unum aliquid eorum abnegaret, nec reciperet, aut ubi accepiſſet, accepiſſe non crederetur?* Damaſcenus Orthod. fidei lib. III. Cap. XXI. pag. 260. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὴν μὲν ἀγνοοῦσαν καὶ δούλην ἀνέλαβε φύσιν. Καὶ γὰρ δούλη ἐστὶν ἡ ἀνθρώπου φύσις τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔχει τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν. *Scire oportet, quòd ignorantem & ſervam aſſumſerit naturam. Nam & hominis natura ſerva Dei eſt, qui fecit illam & non habet futurorum cognitionem.* Cùm igitur veteres tanto conſenſu ſtatuant, Filium ſecundùm naturam humanam ultimi diei tempus ignorare, verè dictum à Leontio de ſectis, act. ultima, pag. 546. Ἰστέον, ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν πατέρων, σχεδὸν δὲ πάντες, φαίνονται λέγοντες αὐτὸν ἀγνοεῖν· εἰ γὰρ κατὰ πάντα λέγεται ἡμῖν ὁμοούσιος, ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς· δηλονότι καὶ αὐτὸς ἠγνόει. *Scire oportet, multos ex Patribus, imò ferè omnes, affirmare, eum ignorare. Si enim juxta omnia nobis dicitur factus ſimilis, nos verò etiam ignoramus, ipſe quoq; ignorabat.* Vide inſuper in Ἀγνοηταί.

g. Dilutum tandem nimis eſt; ut hoc quoque addamus; quod Photius epiſt. CCXXVIII. pag. 336. affert, Chriſtum propterea ſoli Patri notitiam ultimi diei vendicare, ut eum hac ratione honoraret. Verba ejus ſunt: Τρίτον δ' ἂν ἴδοι τις κἀκεῖνο, ὡς τῷ πατρὶ διδοὺς ὁ υἱὸς, ὡς αἰτίῳ, τὰ πρεσβεῖα. Πρέπει γὰρ υἱῷ φιλοπάτορι, πάσης τε φύσεως καὶ εὐταξίας δημιουργῷ καὶ νομοθέτῃ, καὶ τοῖς τῆς αἰτίας προνομίοις τιμᾷν τὸν πατέρα, καὶ τὴν τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας γνῶσιν, ὥσπερ δὴ καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐκείνῳ προσανατίθησιν· οὐχ ἑαυτὸν (ἄπαγε) ταύτης ἀποστερῶν, ὅτι μηδ' ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων τε καὶ καλῶν, ἀλλ' ἐκεῖνον κἀν ταύτῃ προτιμῶν. *Tertium conſideret quis & illud, quòd cùm Patri, tanquam cauſæ, Filius prærogativam adſcribat: convenit enim Filio, qui patrem ſuum diligit, utpote totius naturæ & ordinationis creatori & diſpenſatori, cauſſæ præeminentiis honorare Patrem, ac ſic diei illius & horæ cognitionem, ut & alia multa, eidem adſcribere, non, id enim nefas eſt, ſeipſum illa ſcientia privare, ut nec alio aliquo digno & honorando munere, verùm illum ſibi præferre.*

5. *Finis* judicii ultimi eſt

a. Ut patefiat *juſtitia Dei.* Hinc Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Coloſſ. pag. 101. Εἰ κρίσις οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι δίκαιος ὁ Θεὸς, (κατ' ἄνθρωπον λέγω) εἰ δίκαιος οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, οὐδὲ Θεός ἐστιν· εἰ Θεὸς οὐκ ἔστιν, ἁπλῶς πάντα φέρεται. *Si judicium non eſt, nec Deus juſtus eſt, (humano more loquor) ſi Deus non eſt juſtus, neq; Deus eſt: ſi Deus non eſt, omnia temerè feruntur.* Alium locum ex Juſtini Martyris apologia ad Senatum Rom. produximus in voce Ἅδης num. II. 3.

b. Ut ejus conſideratione ad pietatem accendamur. Baſilius Seleucienſis orat. V. pag. 25. Μοὶ δοκεῖ τῶν μελλόντων κριτηρίων, καὶ τῆς ἐσχάτης καὶ φρικώδους ἡμέρας εἰς τὴν πίστιν, καὶ μνήμην ἀγαγεῖν ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους βουλόμενος, τὸν πάνδημον ἐκεῖνον εἰργάσατο κίνδυνον, ἵν' ἡ ὄψις μαρτυροῦσα τοῖς πάθεσι, φυλάττῃ τὸν φόβον εἰς σωτηρίας ἐφόδιον· ἵνα τοσαύτης κολάσεως τὴν ἀσέβειαν μητέρα γινώσκοντες οἱ ἄνθρωποι, δέει τῆς τιμωρίας τὴν φυγὴν πραγματεύωνται. *Ego exiſtimo, Deum, cupientem homines eò adducere, ut futurum judicium credant, ejusq; memoriam nunquam deponant, univerſale illud judicium & metum ejus omnibus incuſſiſſe, ut ipſe viſus teſtimonium perhibens affectibus, metum illum cuſtodiat ad ſalutem obtinendam: ut homines, tantæ punitionis cauſſam agnoſcentes impietatem, metu pœnæ eam effugere ſtudeant.* Baſilius M. epiſtolà CCLXXXIII. pag. 1050. Μακαρία ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἡ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μηδεμίαν ἄλλην μέριμναν στρέφουσα, ἢ πῶς ἐπὶ τῆς μεγάλης ἡμέρας, καθ' ἣν πᾶσα ἡ κτίσις περιστήσεται τὸν κριτὴν, τὰς εὐθύνας τῶν πεπραγμένων ἀποδιδοῦσα, καὶ αὐτὴ δυνηθῇ κούφως ἀποθέσθαι τὸν λόγον τῶν βεβιωμένων. Ὁ γὰρ ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος, καὶ ἀεὶ μελετῶν τὴν ἐπὶ τοῦ ἀπαραλογίστου κριτηρίου ἀπολογίαν, ὁ τοιοῦτος ἢ οὐδὲν, ἢ παντελῶς ἐλάχιστα ἁμαρτήσεται. *Beata illa anima, quæ noctes diesq; nullam aliam curam verſat, præter unam illam, ut in die illa magna, cùm judicem ſuum creatura omnis circumfuſa ambiverit, rationem redditura operum ſuorum, facilem ipſa atq; expeditam vitæ transactæ rationem poſſit inire. Qui enim diem atq; horam illam ante oculos perpetuò poſuerit, quiq; defenſionem agendæ cauſæ ſuæ apud juſtiſſimum illud tribunal meditabitur, is vel nulla, vel leviſſima pauciſſimaq; peccata commiſſurus eſt.* Idem, in Pſal. VII. pag. 141. Πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ὁ περὶ τῆς κρίσεως ἐγκατέσπαρται λόγος, ὡς ἀναγκαιότατος καὶ συνεκτικώτατος εἰς διδασκαλίαν εὐσεβείας τοῖς εἰς Θεὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πεπιστευκόσι. *Multis in locis Scripturæ ſermo de judicio interſperſus eſt, ut neceſſarius maximè, & ad conſervandam pietatis Doctrinam opportunus valde apud eos, qui in Deum per Jeſum Chriſtum crediderunt.* Huc etiam facit, quòd Chryſoſtomus Homil. XLV. in Joh. pag. 742. monet, λέγωμεν πρὸς ἀλλήλους τε ἀεὶ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς, ἀνάστασίς ἐστι, καὶ δικαστήριον ἡμᾶς μένει φοβερόν. *Dicamus & alii ad alios ſubinde, & ad nos ipſos, Reſur-*

rectio

rectio eſt, & judicium nos exſpectat terribile. Et pag. 743. Συνεχῶς καὶ πρὸς ἑαυτοὺς φθεγξώμεθα καὶ πρὸς ἄλλους· Ἀνάστασίς ἐστι, καὶ κρίσις, καὶ εὐθύναι τῶν πεπραγμένων. *Subinde & ad nos ipſos & ad alios dicamus: Reſurrectio eſt, & judicium, & rationes factorum.*

Κριοκρούω.

Non habent Lexica. Idem quod κριοκοπέω, *ariete pulſo, ariete tundo, ariete percutio, arieto.* Cyrillus Alex. orat. de exceſſu animæ, pag. 416. Ἐὰν τὸν φόβον ἔχωμεν ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ τὴν μνήμην τοῦ θανάτου ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρωμεν, πάντες οἱ δαίμονες καθ' ἡμῶν ὁπλίζονται· ἀλλ' ὥσπερ κριοκρούοντες, ὡς τεῖχος ἡμᾶς ἐρήσουσι. *Siquidem metum in corde habeamus, memoriamque mortis animo circumferamus, omnes dæmones contra nos armantur: ſed hi nos, tanquam arietibus pulſantes, velut mœnia deprehendent.*

Κριός.

Κριὸς *propriè* eſt *aries*, τετράπουν καὶ βληχητικὸν ζῶον, *quadrupes & balatile animal,* inquit Baſilius M. in Pſal. XXVIII. pag. 167. Et pag. ſeq. Ὁ κριὸς ἡγεμονικόν ἐστι ζῶον, καθηγούμενος τῶν προβάτων ἐπί τε νομὰς τροφίμους καὶ ἀναπαύσεις ὑδάτων, καὶ πάλιν ἐπὶ σηκοὺς καὶ ἐπαύλεις. *Aries eſt animal imperium tenens ac princeps, & viam præit ovibus ad edulem & paſcuam pabulationem, ad aquarum peramœnam refocillationem, ad ſtabulum inſuper & caulas.* Heſychius: Κριὸς, ὁ τῶν προβάτων ἄρσην. *Aries, ovium mas eſt.* Sumitur deinde *metaphoricè*, & notat *ducem gregis Dominici*, ſeu *Paſtorem*. Id obſervat Baſilius loco citato, quando præcedentibus continuò ſubjicit: Τοιοῦτοι καὶ οἱ τῆς ποίμνης τοῦ Χριστοῦ προεστῶτες· προάγοντες μὲν ἐπὶ τὰς εὐανθεῖς καὶ εὐώδεις τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας τροφὰς, καὶ ὕδατι ζῶντι τῇ ἐπιχορηγίᾳ τοῦ πνεύματος ἄρδοντες καὶ ὑψοῦντες καὶ πρὸς καρποφορίαν ἐκτρέφοντες· ὁδηγοῦντες δὲ πρὸς ἀνάπαυσιν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀσφάλειαν. *Tales etiam ovilis Chriſti præſides ſunt, præeuntes gregi Dominico ſeſe conferenti ad carpenda ſpiritualis doctrinæ florulenta & odoratiſſima pabula, qui ſibi creditas oves rigent, ſuppeditante illis aquam vivam Spiritu Sancto, & eas adoleſcere faciant, atque ad proferendos ex ſe fructus enutriant, qui viam præmonſtrent ad requiem perennem contendentibus, eaſdemque ab inſidiantium impoſturis præmuniant ac tueantur.*

Κριτής.

Hoc nomen tribuitur,

I. *Deo.* Chryſoſtomus in Pſal. L. Ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, τὸ κριτὴς ἀντὶ τοῦ δίκαιος εἴληπται. *De Deo vox* judex, *pro* juſtus *ſumitur.* Vocatur II. Timoth. IV. 8. Ὁ δίκαιος κριτὴς, *juſtus judex.* Ille juſtus, qui coronas, quod ſolet populus, ad immeritos non defert; nec, ut ludicrorum ſpectaculorum judices, aut ambitu aut gratiâ vincibilis. Auguſtinus in Pſal. IX. illud, *judicabit populos cum juſtitia,* explicat, *Non quemadmodum judicant homines, -- à quibus plerumque deteriores abſolvuntur, quàm condemnantur.* Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 504. οἶδα αὐτὸν δίκαιον· οἶδα δὲ καὶ κριτήν. καὶ θαῤῥῶ τῇ κρίσει, καὶ προσμένω τὴν ψῆφον. *Novi ipſum juſtum, novi etiam judicem. In judicio confido, & exſpecto ſententiam.* Pſal. VII. 11. Ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος. *Deus eſt Judex juſtus.* De eodem Maccab. lib. II. Cap. XII. 6. Τὸν δίκαιον κριτήν. I. Petri II. 22. Τῷ δικαίως κρίνοντι.

II. *Hominibus.* De judicis officio Iſidorus Peluſiota epiſt. CLXXV. lib. III. pag. 326. χρὴ τὸν κριτὴν καὶ συνετὸν εἶναι καὶ ἀδέκαστον, καὶ χρημάτων καὶ αἰδοῦς, καὶ κολακείας καὶ φόβου κρείττονα. *Judicem oportet eſſe & ſagacem, & integrum, pecuniâ, pudore, blanditiis & metu ſuperiorem.* Apud Baſilium M. in Appendice, Conc. I. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, pag. 4. ὥσπερ ὁ τοξότης πρὸς τὸν σκοπὸν ἀπευθύνει τὸ βέλος, οὔτε ὑπερβολαῖς, οὔτε ἐλλείψεσιν, οὔτε ταῖς ἐφ' ἑκάτερα παρατροπαῖς ἀποπλανῶν τὴν τοξείαν· οὕτως ὁ κριτὴς ὀφείλει τοῦ δικαίου καταστοχάζεσθαι· οὔτε πρόσωπα λαμβάνων· γνωρίζειν γὰρ πρόσωπον ἐν κρίσει οὐ καλόν· οὔτε ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν, ἀλλ' εὐθείας καὶ ἀδιαστρόφους ἐκφέρων τὰς κρίσεις· καὶ δυοῖν κρινομένων παρ' αὐτῷ, τοῦ τε πλεονεκτοῦντος, καὶ τοῦ τὸ ἔλαττον ἔχοντος, ὀφείλει αὐτοὺς ἰσάσαι ἐπανισῶν αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοσοῦτον ἀφαιρῶν τοῦ ὑπερέχοντος, ὅσον ἐλαττούμενον εὑρίσκει τὸν ἀδικούμενον. *Quemadmodum ſagittarius rectà ad ſcopum ſagittam dirigit, neque altiùs, neque demiſſiùs, aut hac aut illa parte inclinata manu ab eo aberrat: ſic judex tota mentis acie ad id, quod juſtum eſt debet contendere nullius perſonam reſpiciens: nam in judicando perſonam agnoſcere non eſt æquum: neque in alteram partem propenſus incumbens, ſed rectam minimeque diſtortam ſententiam ferens. Duobus autem apud ipſum de jure diſceptantibus, tum qui vim intulit, tum qui paſſus eſt, ſic litem inter ipſos componat, ut utrumque ad æqualitatem reducat, tantum certè potentiori detrahens, quantum læſum eſſe viribus inferiorem deprehenderit.* Scriptum eſt κατὰ πρόκλησιν, quod Interpres vertit, *precibus condonans & precariò faciens.* Omnino ſcribendum exiſtimo κατὰ πρόσκλισιν· quod quid ſit, in πρόσκλισις exponetur. Πρόσκλισις, ut veteres Gloſſæ exponunt, eſt *provocatio.* Eſt, juxta Heſychium, κλῆσις ἐπὶ δίκης, *poſtulatio in judicio.* Clariùs adhuc Suidas: Πρόκλησις, εἰώθεσαν ὁπότε δικάζοιντό τινες, ἐξαιτεῖν, ἐνίοτε θεραπαίνας, ἢ θεράποντας εἰς βάσανον, ἢ εἰς μαρτυρίαν τοῦ πράγματος. Καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο προκαλεῖσθαι. Τὸ δὲ γραμματεῖον τὸ περὶ τούτου γραφόμενον, ὠνομάζετο πρόκλησις. *Provocatio, poſtulalatio, Solebant, cùm aliqui in judicio litigabant, poſtulare interdum ancillas, aut ſervos ad quæſtionem, aut ad rei teſtimonium. Et hoc vocabatur,* προκαλεῖσθαι, id eſt, *provocare, vel poſtulare. Tabella verò hac de re ſcripta, vocabatur* πρόκλησις, id eſt, *provocatio, ſive poſtulatio.* Manifeſtum ergo, hanc vocem in Baſilii dicto locum habere non poſſe. Et, ſi vel maximè locum haberet, interpres ſenſum ejus minimè fuiſſet aſſecutus. Sed in viam. Qui κατὰ πρόσκλισιν judicat, Lucæ XVIII. 2. appellatur κριτὴς ἀδικίας, id eſt, κριτὴς ἄδικος, *injuſtus judex.* Theophylactus, qui ad præſentem locum, pag. 474. *judicem* hunc appellat πάσης κακίας πεπληρωμένον, καὶ πρὸς Θεὸν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπαναισχυντήσαντα, *omni malitiâ repletum, neque Deum neque homines reverentem,* teſtatur, quoſdam adeò ἀλληγορομανεῖν, ut per κριτὴν ἀδικίας intelligant ipſum Deum, τὸν καταδικάζοντα τὴν ἀδικίαν, ὃς οὔτε Θεὸν φοβεῖται· αὐτὸς γὰρ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔχει ὃν φοβηθήσεται ἕτερον· ἀλλ' οὔτε ἄνθρωπον αἰσχύνεται, Θεὸς γὰρ πρόσωπον ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει, *condemnantem injuſtitiam, qui neque Deum timet. Ipſe enim Deus ſolus non habet quem timeat alium. Sed neque hominem reveretur. Deus enim perſonam hominis non recipit.* Profana hæc allegoria reperitur apud Athanaſium, quæſt. XXX. de Parabolis Scripturæ, tom. II. p. 400. Τίς ἐστιν ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας, ὁ μήτε τὸν Θεὸν φοβούμενος, μήτε ἄνθρωπον ἐντρεπόμενος; Et reſpondet, ὁ Θεὸς οὔτε γὰρ Θεὸν ἔχει ὃν φοβηθήσεται, οὔτε ἄνθρωπον ἐντραπήσεται. *Deus: neque enim Deum habet, quem timeat, neque hominem, quem revereatur.* Non ſine cauſa hanc παρερμηνείαν, Titus Boſtrorum Epiſcopus, vel potiùs alius, qui Expoſitionem in Lucam ſcripſit, in C. XVIII. pag. 822. tanquam rem ſtupore dignam, notavit. Πῶς οὖν, inquit, μετὰ τοιαύτας ἐμφανεῖς ἀποδείξεις οὐ φρίττουσί τινες, κἂν ὅλως εἰς ἔννοιαν λαμβάνειν, μήτιγε καὶ παῤῥησίᾳ λαλεῖν, αὐτὸν τὸν Θεὸν εἶναι κριτὴν ἀδικίας; ἐκπλήττεσθαι χρή. *Quomodo igitur, poſt tam manifeſtas demonſtrationes, non horreant,*

tent quidam, vel in animum admittere, ne dicam profiteri palàm, ipſum Deum injuſtum eſſe judicem? ſtupore dignum eſt. Κριτὴς ergo ille ἀδικίας eſt *ſpernens ſuperos hominesq; ſimul.* Vel, ut Theognis,

-- Ἄδικος, καὶ ἀτάσθαλος, οὔτε τι ἀνδρῶν,
Οὔτε τι ἀθανάτων μῆνιν ἀλευόμενος.
Temnens humanum genus & mortalia jura,
Deſpiciensq; Deum memorem fandi atq; nefandi.

Nec mirum homines non reveritum fuiſſe, qui nec Deum timebat. Θεῶ καταφρονήσας οὐδ' ἄλλου ἄν τινος φροντίσειεν, Mæcenas apud Dionem dixit. *Neq; Deum neq; homines timere*, proverbiale eſt, inquit Cl. Pricæus, ad conſummatiſſimam & poſtremiſſimam improbitatem denotandam. Vide quæ idem elegantiſſima ad præſentem locum ex variis Autoribus affert.

Κρότος. Κροτέω.

Ut harum vocum uſum pleniùs intelligamus, placet plurimas, easque doctiſſimas obſervationes Iſaci Caſauboni in Notis ad Avidium Caſſium Vulcatii Gallicani, pag. 89. huc referre, & inſertis ſubinde aliis ex Antiquitate autoritatibus illuſtrare. Mos acclamandi, qui è theatris in fora primùm penetravit, (is locus eſt ἀγωνιστηρίων λόγων) deinde etiam in Senatum, ex aliis ſcriptoribus notus eſt, ſed ipſas acclamationum formulas, & earum exempla non invenias apud vetuſtiorem alium Capitolino, ac cæteris hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus hiſce. Ejus rei cauſſa, quòd omnes quæ in his libris proferuntur acclamationes, ex Actis publicis deſcriptæ ſunt ab autoribus. Lampridius in Alexandro Severo: *Addam acclamationes Senatus, quibus id decretum eſt, ex Actis urbis a. d. prid. Nonas Martias.* Non ſunt autem acclamationes Senatus in acta publica ceptæ referri ante Trajani tempora: ejus honori primùm hoc fuit delatum. Plinius in Panegyrico, pag. 438. *Ante orationes principum tantùm ejuſmodi genere monimentorum mandari æternitate ſolebant; acclamationes quidem noſtræ parietibus curiæ claudebantur. Erant enim, quibus nec Senatus gloriari, nec Principes poſſent: has vero & in vulgus exire, & poſteris prodi cùm ex utilitate, tùm ex dignitate publica fuit.* Poſt illa igitur tempora etiam hiſtorici factas cuique Principi acclamationes ceperunt in literas referre: id vero vides quo ſtudio, quâ diligentia ab iſtis autoribus ſit factum: quas equidem non dubito pleraſque deſcripſiſſe è libris Marii Maximi, & aliorum vetuſtiorum, quàm ipſi ſint. Græci vocant ἐπιβοήματα, vocem Latinam vertentes: nam ea notione vetus Græcia id verbum ignoravit. Dicunt & κρότους, & *acclamare* κροτεῖν, ἐπιβοᾶν, vel ἐκβοᾶν, & ἐπιφημίζειν & ἐπιχειρνυάζειν Evagrius, atque ἐπικράζειν. Non malè ſanè: clamabant enim ad ravim uſque, & ut Victor loquitur, uſque ad vocis defectum. Nam ubi ſemel mos hic theatrorum in cœtum illum graviſſimorum patrum, contra veterem diſciplinam, eſt admiſſus, nullus eſt modus ſervatus: ſed quicquid in theatricis acclamationibus fieri ſolitum, idem & in iſtis. Non temerè autem quid quiſque vellet acclamabant: ſed, ut in choris, erat aliquis, cujus vox cæteris præiret: hic formulam acclamationis concipiebat: reliqua turba nil niſi acceptas ab eo voces reddebat. Ars verò adhibita & in concipiendis acclamationibus, quas ideo Plinius ſecundus *cantica* appellat: & in acclamando; modulatione enim quadam utebantur: canentibus non diſſimiles. Atque ut in ruſticis quibusdam cantilenis fieri videmus, ut idem repetatur ſæpius; ſic qui acclamabant, non ſemel aut iterum, ſed ſæpius eadem verba reſonabant. Semper autem in Actis adnotatum, quoties quidque fuiſſet repetitum. Quod nec hiſtorici quidam neglexerunt: nam leges ſæpius in iſtis libris, *dictum quinquies, dictum decies, dictum vicies*, & ſimilia. Trebellius verò in Claudio etiam *ſexagies* atque *octuagies* idem acclamatum obſervat. Adeò illa tempeſtate mos acclamandi invaluerat: quem non dubitamus ægrè initiò, & paucis autoribus, modicè ac verecundè à conſcriptis Patribus fuiſſe admiſſum. Res enim erat, ut nobis quidem videtur, indecora prorſus, & à gravitate tam venerandi conſeſſus alieniſſima. Sed ubi acceſſit uſus & conſuetudo, per quam ſæpe τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται, facilè vetuſtas ipſa omnem deformitatis hujus ſenſum in hominum vel ſapientiſſimorum animis extinxit. Igitur ſemel receptus mos crevit indies, neque ſolùm in Senatu, aut aliis civilibus cœtibus id ſervatum; ſed & in omnibus Eccleſiaſticis conventibus idem olim factitatum. Vetus enim Eccleſia & acclamandi morem uſurpavit, & illas ipſas etiam formulas retinuit, quas habent autores iſti diverſis locis. His populus in ſacris conventibus utebatur; his & Patres ipſi in Synodis ſuis, Atque ut Senatorum acclamationes in Acta publica relatæ, numero etiam annotato, quoties quidque dictum fuiſſet: ſic & vetus Eccleſia cùm in Acta Synodica (πράξεις ipſi & πεπραγμένα vocant,) tum in alia geſta Eccleſiaſtica habitas acclamationes per notarios ſuos pari diligentia referebat. Proferam exempla aliquot, ut ſtudioſi lectores cum iis conferant, quæ paſſim in his vitis leguntur. In Actis ordinationis Eradii, cùm illum beatiſſimus Auguſtinus jam Senex apud Clerum & populum ſucceſſorem ſibi dixit: poſt iſta Auguſtini verba, *Presbyterum Eradium mihi ſucceſſorem volo*, ſequuntur iſta: *A populo acclamatum eſt: Deo gratias, Chriſto laudes:* dictum eſt vicies ter. *Exaudi Chriſte, Auguſtino vita:* dictum eſt ſexies decies. *Te Patrem, Te Epiſcopum:* dictum eſt octies: *Cumq; reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit: Non opus eſt, &c.* Mox, *A notariis Eccleſiæ, ſicut cernitis, excipiuntur quæ dicimus; excipiuntur, quæ dicitis: & meus ſermo, & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertiùs ut dicam, eccleſiaſtica nunc geſta conficimus: ſic enim hoc eſſe quantum ad homines confirmatum volo.* A populo acclamatum eſt trigeſies ſexies, *Deo gratias, Chriſto laudes: Exaudi Chriſte. Auguſtino vita:* dictum eſt tredecies. Et ſub finem, *Hic mihi reſponſione veſtra opus eſt: teneam reſponſionem veſtram: de hac aſſertione aliquid acclamate. A populo acclamatum eſt, Fiat, fiat:* dictum vicies quinquies. *Dignum eſt, juſtum eſt:* dictum vicies octies, *Fiat, fiat*; dictum quater decies. *Olim dignus, olim meritus:* dictum vicies quinquies. *Judicio tuo gratias agimus:* dictum tredecies. *Exaudi Chriſte, Eradium conſerva:* dictum octies decies. Planè hæc gemina ſunt iis, quæ in Claudium Senatores dixerunt, cùm illi imperium deferrent: *Auguſte Claudi, dii te nobis præſtent:* dictum ſexagies, &c. quæ habes apud Trebellium. Synodicæ acclamationes in Actis Conciliorum multæ. In Actis Synodi Epheſinæ Oecumenicæ tertiæ, Celeſtino & Cyrillo, duobus Chriſtianæ fidei columinibus ita acclamatur venuſtiſſime: Αὕτη δικαία πίστις· νέῳ Παύλῳ Κελεστίνῳ, νέῳ Παύλῳ Κυρίλλῳ. Κελεστίνῳ τῷ ὁμοψύχῳ τῆς συνόδου. Κελεστίνῳ εὐχαριστεῖ πᾶσα ἡ σύνοδος. Κελεστίνῳ τῷ φύλακι τῆς πίστεως· εἷς Κελεστῖνος, εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς

Digitized by Google

συνόδου· μία πίστις τῆς οἰκουμένης. *Hæc vera fides: novo Paulo Celeſtino, novo Paulo Cyrillo, Celeſtino cum Synodo conſentienti. Celeſtino gratias agit tota Synodus. Celeſtino cuſtodi fidei. Unus Celeſtinus, unus Cyrillus: una fides Synodi: una fides totius orbis.* Non diſſimiles acclamationes iſtis, quas in alia Synodo habitas refert Evagrius lib. II. Cap. XVII. Ἅγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον· ὀρθόδοξε Βασιλεῦ, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη· τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. *Sancte Domine, tu ipſum defende: orthodoxe Imperator, tu ipſum defende. Leonis multi anni: Patriarchæ multi anni.* Tales acclamationes plurimæ occurrunt in Actis Concilii ſub Menna, Act. V. Iterum apud Evagrium, loco citato, non multò aliter in Dioſcorum acclamatur, quàm apud Lampridium in mortuum Commodum: Ἀνάθεμα Διοσκόρῳ, Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε· τοῦτον ἔξω βάλε· ἆρον βίαν τῆς συνόδου· ἆρον ὕβριν τῆς συνόδου· ἆρον βίαν τῆς συνόδου· ἆρον αἶσχος τῆς συνόδου. *Anathema Dioſcoro. Dioſcorum Chriſtus depoſuit: hos ejice: tolle ignominiam Synodi: tolle vim Synodi: tolle opprobrium Synodi.* Earum etiam *acclamationum*, quibus excipere, atque adeò interpellare ſoliti Epiſcopos concionantes, & in ſcriptis Patrum, & in eorum vitis frequens mentio. Ac videtur admirandæ ſanctitatis vir, B. Auguſtinus, eum morem non tuliſſe invitus, atque adeò non improbâſſe: quod ex lib. IV. de doctrina Chriſtiana, Cap. XXVI. aliiſque locis licet intelligere. Gregorius etiam Nazianzenus, qui orat. IV. pag. 130. Ἀναλάβωμεν ὕμνους ἀντὶ τυμπάνων, ψαλμῳδίαν ἀντὶ τῶν αἰσχρῶν λυγισμάτων καὶ ᾀσμάτων, κρότον εὐχαριστήριον ἀντὶ κρότων θεατρικῶν. *Hymnos pro tympanis aſſumamus, pſalmodiam pro fœdis modulationibus & cantibus, plauſum grati animi indicem pro theatricis acclamationibus.* Eaſdem acclamationes non damnat Chryſoſtomus, modò ſint ſigna quædam attenti & benevoli animi, & cum illis facta jungantur. Sic enim Homil. XVI. in epiſt. ad Romanos: Μὴ μέχρι τῶν ἐπαίνων στῶμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιτελέσωμεν τὰ εἰρημένα. *Ne laudibus tantùm ſeu acclamationibus contenti ſimus, ſed dicta etiam faciamus.* Et Homil. XXVII. in Geneſin: Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι, ὁρῶν ὑμᾶς μεθ' ἡδονῆς ἀκούοντας τὰ λεγόμενα καὶ διὰ τοῦ κρότου δεικνύντας, ὅτι ἕτοιμοι γενέσθαι σπουδάζετε, καὶ εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν δεσποτικὴν ταύτην παραίνεσιν. *Gaudeo & lætor, quoties video vos cum voluptate dicta excipere, & acclamatione demonſtrare, vos paratos eſſe ad exhortationem dominicam in effectum deducendam.* Alibi tamen idem Chryſoſtomus hunc morem improbavit damnavitque. Exſtant integræ illius Homiliæ, quibus id unum agitur, ut plauſus omnes & acclamationes de Concionibus ſacris tollantur. Homil. II. ad populum Antiochenum: Τί μοι τῶν κρότων ὄφελος τούτων; *Quid mihi proſunt acclamationes iſtæ?* Homil. V. ad eundem: Ταύτας ὑμῖν παρατίθημι τὰς ἱστορίας, οὐχ ἵνα ἐπαινῆτε τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἵνα μιμῆσθε τὴν ἀρετήν. *Has vobis hiſtorias appono, non ut dicta laudetis, ſed ut virtutem imitemini.* Homil. eâdem: Ἐπῃνέσατε τὸ εἰρημένον, ἀλλ' ὅπως καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων δείξατε τὸν ἔπαινον. *Laudâſtis dicta, verùm & factis laudem demonſtrate.* Idem περὶ ἀκαταλήπτου, circa finem orat. III. Ἐπῃνέσατε τὰ εἰρημένα; μετὰ πολλοῦ θορύβου καὶ κρότου τὴν παραίνεσιν ἐδέξασθε; ἀλλ' οὕτως ἡμῖν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδείξησθε τοὺς ἐπαίνους· ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ἔπαινον, ἐκεῖνον τὸν κρότον, τὸν διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν. *Laudâſtis quæ dixi? magno cum tumultu & plauſu admonitionem ſuſcepiſtis? ſed velim curam quoq; adhibeatis, ut facto veſtra approbatio oſtendatur. Illam quæro laudem, illum plauſum, quem ipſa comitantur opera.* Homil. XVII. in Matthæum: Ἐπῃνέσατε τὰ εἰρημένα· ἀλλ' ἐμοὶ κρότων οὐ δεῖ, οὐδὲ θορύβων, οὐδὲ ἠχῆς· ἓν βούλομαι μόνον, μεθ' ἡσυχίας καὶ ἐπιστήμης ἀκούοντας ποιεῖν τὰ λεγόμενα. *Dicta laudâſtis: ſed nequaquam ego plauſu indigeo, neq; tumultu, vel etiam ſono: id unum requiro, ut ſedato & diſcendi cupido animo attendatis, & dicta faciatis.* Homil. XXXI. in Acta: Καὶ πολλάκις ἐνενόησα θεῖναι νόμον τὸν κωλύοντα τοὺς κρότους, καὶ πείθοντα μετὰ σιγῆς ὑμᾶς ἀκροᾶσθαι, καὶ τῆς προσηκούσης εὐταξίας. *Et ſæpius cogitavi ponere legem plauſus prohibentem, & ſuadentem, ut cum ſilentio & convenienti decentia audiatis.* Homil. in Matth. VII. 13. t. V. Pariſ. pag. 137. Ποίᾳ λοιπὸν προσδοκίᾳ τῶν αὐτῶν ἁψόμεθα πόνων, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῖς ταύτην τὴν πνευματικὴν παραθήσομεν, ὁρῶντες μηδὲν πλέον αὐτοὺς ἐντεῦθεν καρπουμένους, ἀλλ' ἁπλῶς συνηθείᾳ τινὶ κατακολουθοῦντας, καὶ κροτοῦντας μὲν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα, καὶ δεικνῦντας ἡμῖν, ὡς μεθ' ἡδονῆς δέχονται τοὺς ἡμετέρους λόγους, &c. *Qua tandem exſpectatione lactati redibimus ad eoſdem labores, & hanc illis doctrinam ſpiritualem apponemus, cùm nullum eos inde fructum percepiſſe videamus, ſed conſuetudini cuidam temere obſequentes cum acclamatione, quæ dicebantur à nobis, excepiſſe, nobisq; ſignificationem dediſſe voluptatis ejus, quam ex noſtris ſermonibus capiebant.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCI. lib. V. Οὐκ εἰς ὠφέλειαν ὁ λόγος, καὶ ἔργων ἐπίδειξιν, ἀλλ' εἰς κρότον μόνον τελευτᾷ. *Oratio ſibi non habet conjunctam utilitatem operumq; demonſtrationem, ſed ſolam acclamationem.* Idem, epiſt. CXXX. lib. IV. Πρὸς χάριν τῶν λεγόντων κροτοῦσιν, ὥσπερ ἡνιόχων ἢ ὀρχηστῶν τυγχάνοντες ἐρασταί. *Ad gratiam eorum, qui dicunt, plauſum excitant, perinde ac ſi aurigarum & ſaltatorum eſſent amatores.* Tales ergo favores, plauſus & acclamationes aucupari & ambitioſè conſectari minimè decet: quod vitium in Paulo Samoſateno reprehenſum eſt, ſcribit Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXX. pag. 80. b. Καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὡς ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις· τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων. *Et qui, cùm eum audirent concionantem non laudibus extollerent, non, ut in theatris fieri ſolet, oraria moverent, nec acclamarent, atq; itidem ut qui circa ipſum ſtabant factionis ejus viri ac mulieres exſilirent, & indecorè admodum audirent: eos igitur, ut in domo Dei modeſtè, graviter atq; decenter audientes, graviter increpavit & contumelioſis verbis excepit.* Eadem refert Nicephorus lib. VI. Cap. XXX. p. 424. & Ruffinus lib. VII. C. XXVI. his verbis: *Ab auditoribus verò non favorem, neq; plauſum ſperare ſolùm, ſed theatrali more oraria moveri ſibi exſpectabat, & vocem tanquam de caveis dari.* Ὀθόνας, ſeu tenues faſcias lineas, *oraria* vocabant, quas, dum favorem ſignificabant, & applauſum, movebant atque jactabant, ut & manus & veſtes, quod eſt ἀνασείειν τὰς χεῖρας καὶ ἐσθῆτα. Unde Vopiſcus in Aureliano, *Ipſumq; primum donâſſe oraria populo R. quibus uteretur populus ad favorem.* De iiſdem concionatoribus, qui eloquentiâ ſuâ auram captant popularem, Chryſoſtomus Homil. XXX. in Acta, pag. 784. Τοῦτο πάσχομεν καὶ ἡμεῖς, κάλλη λέξεων περιεργαζόμενοι, καὶ συνθήκας καὶ ἁρμονίας, ὅπως ἀρέσωμεν, οὐχ ὅπως ὠφελήσωμεν· ὅπως θαυμασθῶμεν, οὐχ ὅπως διδάξωμεν· ὅπως τέρψωμεν, οὐχ ὅπως κατανύξωμεν· ὅπως κροτηθῶμεν, καὶ ἐπαίνου τυχόντες ἀπέλθωμεν, οὐχ ὅπως τὰ ἤθη ῥυθμίσωμεν· πιστεύσατέ μοι, οὐκ ἄλλως λέγω· ἐπειδὰν λέγων κροτῶμαι, παρ' αὐτὸν μὲν τὸν καιρὸν ἀνθρώπινόν τι πάσχω· τί γὰρ οὐκ ἂν τις εἴποι τὸ ἀληθές; καὶ γάνυμαι, καὶ διαχέομαι· ἐπειδὰν δὲ ἀπελθὼν οἴκαδε ἐννοήσω τοὺς κροτήσαντας οὐδὲν ὠφεληθέντας, ἀλλ' εἴ τι καὶ ὠφεληθῆναι ἔδει ὑπὸ τοῦ κρότου, καὶ τῶν ἐπαίνων ἀπολωλεκότας, ὀδυνῶμαι, καὶ στένω, καὶ δακρύω, καὶ ὡς εἰκῇ πάντα εἰρηκὼς, οὕτω διάκειμαι,

Digitized by Google

κημαι, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν λέγω· τί μοι τὸ ὄφελος τῶν ἱδρώτων, τῶν ἀκουόντων οὐκ ἐθελόντων καρποῦσθαί τι παρὰ τῶν λόγων τῶν παρ' ἡμῶν; *Hoc etiam nobis accidit. Floſculos verborum, & compoſitionem, & harmoniam curioſius ſectamur, ut exhilaremus* (interpres imperitè, *ut canamus*, quaſi eſſet ab ᾄδω, cùm ſit ab ἥδω) *non ut proſimus: ut ſimus in admiratione, non ut doceamus: ut oblectemus, non ut compungamus: ut plauſu & laudibus obtentis abeamus, non ut mores componamus. Credite mihi, non dicerem alioquin, quoniam quando inter dicendum plauſum excito, per illud quidem tempus, humanum quiddam mihi accidit. Cur enim verum quis non dicat? Et lætor, & gaudio perfundor:* (hic rurſus interpres, καὶ γάννυμαι καὶ διαχέομαι peſſimè reddit, *& diſtrahor, & diffindor.*) *ubi autem domum redeo, & intelligo plaudentes ſine fructu abiiſſe, & ſi fructum accipere poterant, à plauſu & laudibus periiſſe: ploro, & gemo, & lacrymor, & quaſi fruſtra omnia dixerim ſic afficior, mihiq; ipſi dico: Quæ ſudorum meorum utilitas, ſi auditores è verbis meis nullum fructum accipere volunt?* Vide ibidem plura. Confer etiam vocem Ἄξιος, ubi de *Acclamationibus in electione Imperatorum, & ordinatione Clericorum.* De *applauſu* etiam & *acclamationibus in conventibus Eccleſiaſticis* agit Ritterſhuſius ſacr. Lection. lib. III. Cap. XXII.

Κρυφιομύστως.

Non habent Lexica. Legitur apud Gregentium in Diſputatione cum Judæo: pag. 244. Τῶν Χριστιανῶν βάπτισμα κρυφιομύστως ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ᾐνίξατο. *Chriſtianorum baptiſma occulto myſterio Deus per Prophetam innuit.*

Κτηνοπρεπής.

Habent quædam Lexica, ſed ſine autore. *Quem decent ea, quæ jumentis conveniant, jumentis ſeu brutis ſimilis, ſtolidus.* Cyrillus Alexandr. lib. III. adv. Julianum, pag. 89. Τὸ ὁλοτρόπως ἀγνοεῖν τί μέν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, τί δὲ δὴ καὶ τὸ ἀνάπαλιν, κτηνοπρεπὲς ἂν εἴη, καὶ λίθῳ μᾶλλον ἢ ξύλῳ προσπεφυκός. *Prorſus ignorare, quid bonum ſit, quidq; ſecus, pecuinum eſt, & lapidi potiùs aut trunco conveniens.*

Κτίζω. Κτίσις.

Κτίσις notat

I. *Creationem*, & ſumitur

1. *Propriè, pro productione rerum ex nihilo.* Chryſoſtomus Homil. in II. Corinth. V. 17. quæ habetur tomo VIII. pag. 148. & ex qua ſequentia etiam affert Photius Cod. CCLXXVII. pag. 1557. Κτίσις ἐν τῇ γραφῇ λέγεται ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγή. Ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰργάσατο. *Creatio in ſcriptura dicitur è nihilo in aliquid productio. Creavit Deus cælum, hoc eſt è nihilo producere*, Baſilius epiſt. CXLI. eodem modo, Μία καὶ πρώτη κτίσις ἐστὶν, ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγή. Et Baſilius orat. IV. contra Eunomium, t. II. pag. 543. πρώτην τῆς κτίσεως ἡμῶν τὴν φύσιν, *primam creationis noſtræ naturam* dicit eſſe, καθ' ἣν ἐπλάσθημεν, *ſecundùm quam formati ſumus.* Vide etiam in Κόσμος, num. I. 2.

2. *Impropriè:*

a. *Pro regeneratione.* Chryſoſtomus loco ſuprà citato: Κτίσις ἐν τῇ γραφῇ λέγεται ἡ ἐκ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή· κτίζει ὁ Θεὸς, ὅταν τὸν πονηρὸν ἄνθρωπον, καλὸν ἀπεργάσηται· ἐνταῦθα τὸ κτίζειν, πραγμάτων ἐστὶν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. *Creatio in ſcriptura dicitur ex aliquo in melius immutatio. Creat Deus, quando malum hominem, bonum reddit. Hic creatio eſt mutatio in melius.* Etiam Baſilius loco citato: Δευτέρα κτίσις ἐστὶν, ἡ ἀπὸ τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσις. *Altera creatio eſt, è deteriori in melius immutatio.* Nyſſenus itidem ubi ſuprà, *ſecundam* κτίσιν dicit eſſe, καθ' ἣν ἀνεπλάσθημεν, *per quam reformati fuimus.* Hæc eſt καινὴ κτίσις, *nova creatio*, vel *nova creatura*, de qua Apoſt. II. Cor. V. 17. & Gal. VI. 15. Greg. Nyſſenus de ſcopo Chriſtiani, t. III. p. 304. Καινὴν κτίσιν ἐκάλεσε τὴν ἐν καθαρᾷ καὶ ἀμώμῳ καρδίᾳ, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένη κακίας καὶ πονηρίας, καὶ αἰσχύνης, ἐνοίκησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ὅταν γὰρ μισήσῃ μὲν ἡ ψυχὴ τὸ ἁμαρτάνειν, οἰκειώσῃ δὲ αὐτὴν κατὰ δύναμιν τῇ τῆς ἀρετῆς πολιτείᾳ, καὶ δέξηται μεταποιηθεῖσα τῷ βίῳ τὴν τοῦ πνεύματος εἰς ἑαυτὴν χάριν, καινὴ γέγονεν ὅλη, καὶ ἀνεκτίσθη. *Novam creaturam appellavit Spiritus ſancti inhabitationem in puro & inculpato corde, omniq; malitia ac improbitate & dedecore libero. Nam quando animus peccatum odio fuerit proſecutus, ac ſeipſum pro viribus virtutis ſtudio conſecraverit, & cum vita commutatus ſpiritûs in ſe gratiam acceperit, novus effectus eſt totus, & reparatus atq; inſtauratus.* Baſilius M. l. IV. contra Eunomium, t. II. p. 105. Εἴρηται καινὴ κτίσις, οὐχ ὡς ἄλλης κτίσεως γενομένης, ἀλλὰ τῶν φωτιζομένων ἐπὶ βελτίοσιν ἔργοις κατασκευαζομένων. *Dicitur nova creatura, non quòd alia creatura factus ſit, ſed quoniam illuminati ad meliora opera præparantur.* Athanaſius de communi eſſentia trium perſonarum, t. I. p. 224. Λέγεται καινὴ κτίσις, ἡ τῶν ἐξ ἁμαρτιῶν διαπεπτωκότων ἐπὶ τὸ βέλτιον μετακόσμησις. *Appellatur nova creatura, eorum, qui in peccata prolapſi ſunt, in melius transformatio.* Macarius Homil. XLIV. p. 502. Ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τοῦτο παραγέγονεν, ὥστε τὴν φύσιν ἀλλάξαι καὶ μεταποιῆσαι, καὶ ἀνακαινίσαι, καὶ ἀνακτίσαι τὴν ψυχὴν ταύτην τὴν κατεστραμμένην τοῖς πάθεσι διὰ τὴν παράβασιν, κεράσας τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ πνεύματι τῆς θεότητος· καινὸν νοῦν, καὶ καινὴν ψυχὴν, καὶ καινοὺς ὀφθαλμοὺς, καινὰ ὦτα, καινὴν γλῶτταν πνευματικὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς καινοὺς ἀνθρώπους τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, ἦλθεν ἀπεργάσασθαι. *In Chriſto nova creatura. Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus propterea venit, ut naturam mutaret, renovaret, & animam hanc, affectibus propter transgreſſionem perverſam reformaret, miſcens proprio Spiritu ſuo deitatis: novam mentem, novam animam, novos oculos, novas aures, novam ſpiritualem linguam, & ſimpliciter, venit, ut ſibi credentes novos efficeret homines.* Chryſoſtomus in C. VI. ad Galatas, p. 762. Καινὴν κτίσιν ταύτην καλεῖ, τὴν καθ' ἡμᾶς πολιτείαν, διά τε τὰ γεγενημένα, διά τε τὰ ἐσόμενα· γεγενημένα μὲν, ὅτι ἡ ψυχὴ ἡμῶν παλαιωθεῖσα ἐν γήρᾳ τῆς ἁμαρτίας, ἀθρόως διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀνενεώθη, ὡσανεὶ δημιουργηθεῖσα πάλιν, διὸ καινὴν καὶ οὐρανίαν ἀπαιτούμεθα πολιτείαν. Διὰ τὰ ἐσόμενα δὲ, ὅτι καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις εἰς ἀφθαρσίαν μεταστήσεται μετὰ τῶν σωμάτων τῶν ἡμετέρων. *Hanc appellat novam creaturam, noſtrum vivendi inſtitutum, tum ob ea quæ facta ſunt, tum ob ea quæ futura. Ob facta quidem, quod noſtra natura, quæ inveteraverat ſenio peccati, repentè baptiſmi lavacro renovata eſt, non aliter quàm ſi denuo eſſet creata: quapropter etiam nova & cæleſtis à nobis exigitur vivendi ratio. Ob futura verò, quòd & cælum & terra, & omnis deniq; creatura, in incorruptibilitatem transferetur unà cum corporibus noſtris.* Interpres, γεγενημένα malè interpretatur *nata.* Sunt *facta*, ſeu *præterita*: nam γεγενημένα & ἐσόμενα conjunguntur. Theodoretus ad II. Corinth. V. 17. pag. 232. Προσήκει τοίνυν τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευκότας, ὡς ἐν καινῇ τινι πολιτεύεσθαι κτίσει· νεουργηθέντες γὰρ διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος τὸ τῆς ἁμαρτίας ἀπεδυσάμεθα γῆρας. *Oportet ergo eos, qui Chriſto crediderunt, tanquam in nova aliqua creatione vitam inſtituere: per ſanctiſſimum enim Baptiſmum renovati, peccati ſenium exuimus.* Theophylactus ad eundem locum, p. 367. Εἴ τις ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ, εἰς ἑτέραν δημιουργίαν ἦλθε, καὶ νέα κτίσις ἐγένετο. *Si quis cre-*

Digitized by Google

dedit Chriſto, in aliam planè creationem venit, & nova creatura factus eſt. Idem ad Gal. VI. 15. pag. 494. Καινὴ κτίσις ἡ κατὰ Χριστὸν ζωὴ, διότι νῦν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, παλαιωθεῖσαι τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀνενεώθησαν τῷ βαπτίσματι. *Nova creatura eſt vita ſecundùm Chriſtum, propterea quòd nunc animæ noſtræ inveteratæ peccato, renovatæ ſunt per Baptiſmum.* Jobius Monachus in Bibliotheca Photii, Cod. CXXII. pag. 593. ad locum Apoſtoli ad Epheſ. II. 10. Αὐτοῦ ἐσμὲν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ποίημα καὶ κτίσμα, δηλονότι τὴν ἀνάπλασιν ἡ ἀποστολικὴ φωνὴ καλεῖ. *Ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Jeſu*, &c. *Opus & creaturam vocat Apoſtolus reformationem.* Vide ad eundem locum Theodoretum & Theophylactum.

b. *Pro inſtauratione & renovatione cæli & terræ,* quæ fiet in fine mundi *& rerum omnium mutatione.* Vide Jeſ. LXV. 17. & LXVI. 22. Ὁ οὐρανὸς καινός. *Cælum novum:* ubi Theodoretus, pag. 44. Ἅπασαν τὴν ὁρωμένην μεταβαλὼν κτίσιν καινὴν ἀπεργάσομαι. *Viſibilem omnem creaturam immutans, novam efficiam.* Baſilius M. Epiſt. CXLI. τρίτην κτίσιν dicit eſſe, τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν, *mortuorum reſurrectionem.* Theodoretus in Cap. VI. ad Galatas, pag. 288. ad v. 15. Καινὴν κτίσιν κυρίως καλεῖ τὴν ἐσομένην μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τῶν πραγμάτων μεταβολήν· τότε γὰρ καὶ ἡ κτίσις τῆς ἐπικειμένης ἐλευθεροῦται φθορᾶς, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις τὴν ἀθανασίαν ἐνδύεται. *Novam creaturam propriè appellat futuram poſt mortuorum reſurrectionem rerum mutationem. Tunc enim & creatura liberatur ab imminenti corruptione, & hominum natura immortalitatem induit.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 494. poſtquam dixiſſet, ut ſub litera præcedenti vidimus, *vitam ſecundùm Chriſtum eſſe novam creaturam, quia animæ per Baptiſmum renoventur*, hanc etiam addit rationem, καὶ ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ δόξῃ τιμηθησόμεθα, καὶ τὰ σώματα καινισθέντες, καὶ ἀφθαρτισθέντες, *quoniam in futuro ſeculo incorruptibilitate & gloria honorabimur, corporibus innovatis incorruptibilibuſq; redditis.*

II. *Creaturam.* Veteres Gloſſæ: Κτίσις. *Creatura.* Hic ſequentia obſervamus:

1. *Propriam ſignificationem*, quâ denotat *rem creatam.* Ita ſumitur ad Rom. VIII. 38. ad Coloſſ. I. 15. ubi Chriſtus vocatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Cujus loci explicationem, contra Hæreticorum παρερμηνείας & impias depravationes, afferimus in voce πρωτότοκος, num. I. 2. ſub lit. *a.* Alter illuſtris & vexatiſſimus locus Proverb. VIII. 22. Κύριος ἔκτισέ με, &c. explicatur in voce Ἰσὺς, num. III. 4. ſub lit. *c.* Eodem modo ſumitur ad Hebr. IV. 13. Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. *Et non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus.* Ad quæ Theophylactus, pag. 909. Οὐ μόνον, φησὶν, ἀνθρώπων ἐτάζει καὶ ἐρευνᾷ καρδίας, ἀλλὰ κἂν ἀγγέλους, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, πάντα δῆλά ἐστιν ἐκείνῳ· οὐδέν ἐστιν ὃ λαθεῖν ἐκείνου τὸν ὀφθαλμὸν δύναται. *Non ſolùm, inquit, hominum corda explorat & ſcrutatur, verùm etiamſi Angelos dicas, etiamſi Archangelos, etiamſi Cherubim & Seraphim; omnia illi ſunt perſpicua. Nihil eſt, quod oculum ejus latere poſſit.*

2. *Impropriam:* quâ uſurpatur

a. *Pro tota rerum creatarum univerſitate.* Baſilius Seleuc. orat. I. quæ eſt de creatione Mundi, pag. 4. κτίσεως ἔδαφος. *Mundi pavimentum.* Et Orat. XXXVI. quæ eſt de duobus cœlis: Ὅπερ γὰρ ἥλιος ἐν τῇ κτίσει, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι. *Quod enim ſol in mundo eſt, hoc oculus in corpore.* Ita ſumitur ad Rom. VIII. 19, 20. &c. Ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exſpectat. Ubi Theodoretus, np. ad v. 19. pag. 695. Οὐχ ὁρᾶτε, φησὶν, οὐρανὸν, γῆν, θάλατταν, ἀέρα, ἥλιον, σελήνην, πᾶσαν τὴν ὁρωμένην κτίσιν, καὶ πρὸς τούτοις ἀόρατα, ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, δυνάμεις, ἐξουσίας, κυριότητας, ταῦτα πάντα τὴν ὑμετέραν προσμένει τελείωσιν. *Non videtis, inquit, cælum, terram, mare, aërem, ſolem, lunam, & omnem quæ oculis cernitur creaturam, & quæ præterea ſub viſum non cadunt, Angelos, Archangelos, virtutes, principatus, dominationes? Hæc omnia veſtram perfectionem exſpectant.*

b. *Pro toto genere humano.* Marci XVI. 15. Κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. *Prædicate Evangelium omni creaturæ*, id eſt, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, *omnibus gentibus*, ut eſt Matth. XXVIII. 19. & Lucæ XXIV. 47. Ita Coloſſ. I. 23. de eodem Evangelio Apoſtolus, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. *Quod prædicatum eſt in univerſa creatura, quæ ſub cælo eſt.*

c. *Pro homine regenito.* Vide ſuprà num. I. 2. ad lit. *a.*

d. *Pro ordinatione politica.* Ita ſumitur I. Petri II. 13. Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν Κύριον. *Proinde ſubjecti eſtote cuivis humanæ ordinationi propter Dominum.* Ad hunc locum Oecumenius, pag. 149. in hanc epiſtolam: Κτίσιν ἀνθρωπίνην τὰς ἀρχὰς λέγει τὰς χειροτονητὰς ὑπὸ τῶν βασιλέων, ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς· καθότι καὶ αὐτοὶ ὑπὸ ἀνθρώπων ἐτάχθησαν, ἤτοι ἐτέθησαν· οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ τὴν θέσιν, κτίσιν καλεῖν. *Κτίσιν ἀνθρωπίνην vocat magiſtratus à regibus ordinatos, vel etiam ipſos reges: quoniam illi quoq; ab hominibus ordinati vel conſtituti ſunt. Solet enim ſcriptura* ordinationem *vocare κτίσιν.*

3. *Diviſionem creaturarum.* Chryſoſtomo eſt κτίσις ἡ ἄνω, ἡ κάτω, αἰσθητὴ, νοερὰ, ἡ ἐν σώματι, καὶ ἀσώματος. *Creatura, quæ ſuprà, quæ infrà: quæ ſenſu comprehenditur, quæ intelligentiâ percipitur: corporea & incorporea.* Idem in Pſalmum CXLIX. Ἔστι κτίσις αἰσθητὴ, νοητὴ, ὁρατὴ, ἀόρατος, ἡ μὲν σωμάτων ἐμπέπλησται, ἡ δὲ ἐστιν ἀσώματος. *Eſt creatura ſenſilis, intelligibilis, viſibilis, inviſibilis: alia quidem corporea, alia verò incorporea.* In eundem Pſal. Theodoretus, pag. 975. Κτίσις νοητὴ καὶ αἰσθητὴ, λογικὴ καὶ ἄλογος, ἔμψυχος καὶ ἄψυχος. *Creatura, quæ ſub intelligentiam, & quæ ſub ſenſum cadit: rationis compos, & rationis expers, animata & inanima.* Greg. Nyſſenus orat. IV. in orat. Dominicam, t. I. pag. 743. Μεμέρισται πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις εἴς τε τὴν ἀσώματον καὶ τὴν ἐνσώματον φύσιν· ἔστι δὲ ἀγγελικὴ μὲν ἡ ἀσώματος· τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι. *Omnis creatura rationalis partim in incorpoream, partim in corpoream naturam diviſa eſt. Eſt autem angelica quidem incorporea: altera verò ſpecies, nos homines ſumus.* Idem, orat. in Baptiſmum Chriſti, t. III. p. 381. Κτίσις ἡ ἐγκόσμιος καὶ ὑπερκόσμιος· *Creatura mundana & ſupramundana.* Greg. Nazianzenus in Apologetico: Κτίσις ὁρατὴ, καὶ κτίσις ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν. *Creatura viſibilis; & creatura, quæ ſub ſenſum non cadit.*

Κτισματολατρεία.

Non habent Lexica. Significat *creaturarum cultum.* Uſus hoc voce Theophylactus ad v. 6. Cap. II. ad Romanos, p. 21. Εἶπεν ἄνω ὅτι ἡ ἀντιμισθία τῆς πλάνης, καὶ τῆς κτισματολατρείας, ἐν αὐτοῖς οἷς ἠσέλγαινον, ἀπεδίδοτο τοῖς φαύλοις. *Suprà dixit, quòd merces erroris, & creaturarum cultûs, impiis per illa ipſa, in quibus laſciviebant, reddebatur.* Arianis poteſt tribui κτισματολατρεία, ipſique meritò appellantur κτισματολάτραι, quia Filium Dei dixerunt eſſe κτίσμα, eundem tamen coluerunt. Huc facit illud Athanaſii orat. contra Arianos, tom. II. pag. 22. Ὁ μὲν ἀπόστολος αἰτιᾶται τοὺς Ἕλληνας ὅτι κτίσματα σέβουσι, λέγων· ὅτι ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα Θεόν. Οὗτοι δὲ κτίσμα λέγοντες

εἶναι

Digitized by Google

ὅπως τὸν Κύριον, καὶ ὡς κτίσματι λατρεύοντες αὐτῷ, τί διαφέρουσιν Ἑλλήνων; *Apoſtolus igitur accuſat Græcos, quod creaturas colant, quando dicit:* Servierunt creaturæ potiùs quàm creatori *Deo. Hi verò, dicentes Dominum eſſe creaturam, & ei tanquam creaturæ ſervientes, quid à Græcis differunt?* Et, quod Theodoretus ſcribit ad eundem Apoſtoli locum, ad Rom. I. 25. p. 19. Ταύταις ὑπόκειται ταῖς κατηγορίαις καὶ οἱ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν κτίσμα μὲν ἀποκαλοῦντες, ὡς δὲ Θεὸν προσκυνοῦντες. *In eaſdem reprehenſiones incidunt etiam illi, qui unigenitum Dei Filium creaturam quidem vocant, & tanquam Deum tamen adorant.* Ob eandem cauſam Arianis tribuitur ἀνθρωπολατρεία, illi appellantur ἀνθρωπολάτραι, & dicuntur ἀνθρωπολατρεῖν. Vide in vocibus Ἀνθρωπολατρεία, Ἀνθρωπολατρέω, & Ἀνθρωπολάτρης.

Κτισματολάτρης.

Non habent Lexica. *Creaturarum cultor.* Legitur in ſententiis de Imaginibus, in Biblioth. Patrum, tom. XI. pag. 727.

Κυβεία. Κυβευτής.

Quid κυβεία & κυβευτὴς *proprie* ſignificent, ex Lexicis ſatis notum eſt. Nos *metaphoricam* hic obſervamus ſignificationem, quæ occurrit apud Apoſtolum ad Epheſ. IV. 14. Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Beza vertit: *Ut ne ſimus amplius pueri, qui fluctuemus & circumferamur quovis vento doctrinæ, in hominum alea, veteratoria ad inſidioſè fallendum verſutia. In alea hominum*, id eſt, incertis illis caſibus, quibus jactantur homines. Aliæ editiones habent, *in aleatoria ludificatione*, id eſt, aſtutia ſeu ſophiſtica falſorum doctorum: metaphora ab aleatoribus, inter quos multæ ſunt fallendi artes, & imponit alter alteri quibuscunque poteſt modis, eumque circumvenit. Vetus interpres reddit *Nequitia*, Eraſmus *verſutia.* Theodoretus ad hunc locum, pag. 308. Κυβείαν τὴν πανουργίαν καλεῖ. Πεποίηται δὲ ἀπὸ τοῦ κυβεύειν τὸ ὄνομα. Ἴδιον δὲ τῶν κυβευόντων τὸ τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρειν τὰς ψήφους, καὶ πανούργως τοῦτο ποιεῖν. *Κυβείαν appellat verſutiam ſeu calliditatem. Nomen ductum eſt à verbo κυβεύειν, teſſeris ludere. Proprium eſt autem ludentium teſſeris, ut calculos huc & illuc transferant, & callidè hoc faciant.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 537. Κυβευταὶ λέγονται οἱ ταῖς πεσσοῖς κεχρημένοι. Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ ψευδοδιδάσκαλοι, μετατιθέντες τοὺς ἀφελεστέρους, ὥσπερ πεττούς, ὡς βούλονται. Κυβευταὶ *dicuntur, qui talis utuntur. Hujuſmodi ſunt falſi doctores, tranſponentes ſimpliciores, ceu talos, prout voluerint.* Chryſoſtomus Homil. XI. in Epiſt. ad Epheſios, pag. 821. Κυβευταὶ λέγονται, οἱ τοῖς πεττοῖς κεχρημένοι. Τοιοῦτοί εἰσιν οἱ πανοῦργοι, ἐπειδὰν ἀφελεστέρους τινὰς λάβωσι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μετατιθέασι καὶ μεταφέρουσιν ἅπαντα. Κυβευταὶ *dicuntur, qui talis utuntur. Tales ſunt homines vaſri & aſtuti, ſi in ſimpliciores quosdam incidant. Illi enim omnia tranſponunt & transferunt.* Oecumenius in Cap. IV. ad Epheſios, pag. 635. Κυβευταὶ λόγων λέγονται, οἱ ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο διδάσκοντες, καὶ μεταβαίνοντες ἀεὶ ἀπὸ τούτου εἰς τοῦτο πανούργως. Τοιοῦτοι οἱ αἱρετικοί. *Aleatores ſermonum dicuntur, qui modò hoc, modò illud docent, & ab alio ad aliud callidè & aſtutè deflectunt. Tales ſunt hæretici.* De hac Hæreticorum natura vide in Αἱρετικός, num. III. ad literas β, γ. Suidas quoque κυβείαν interpretatur πανουργίαν, *aſtutiam, calliditatem, nequitiam.* Clemens verò Alexandr. Strom. I. pag. 290. ad ματαιοπονίαν refert. Τοιοῦτοι δὲ, inquit, οἱ ἐριστικοὶ οὗτοι, εἴτε αἱρέσεις μετίοιεν, εἴτε καὶ διαλεκτικὰ συνασκοῖεν τεχνύδρια. Οὗτοι οἱ τὰ καλάθια κατασπῶντες, καὶ μηδὲν ὑφαίνοντες, φησὶν ἡ γραφή· ματαιοπονίαν ἐζηλωκότες, ἣν κυβείαν ἀνθρώπων ὁ ἀπόστολος ἐκάλεσε, καὶ πανουργίαν, πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης ἐπιτήδειον. *Tales autem ſunt litigioſi iſti, ſive ſectas ſectentur, ſive artes neſcio quas exerceant Dialecticas. Iſti ſunt, qui funiculos trahunt, inquit Scriptura, & nihil texunt, inanem laborem plurimi facientes, quem impoſturam & aſtutiam ipſe vocavit Apoſtolus, aptam ad erroris inſidias.* Epiphanius in Manich. *vanas & ineptas ſubtilitates* κυβευτικὴν διδασκαλίαν vocat.

Κυβερνήτης.

Κυβερνήτης, ut habet Suidas, *propriè* ὁ τοῦ πλοίου ἡγεμών, *navis dux, rector, gubernator:* ἄρχων τῶν ναυτῶν, *nautarum dux*, ut Plato Polit. I. *Metaphoricè* Apoſtoli vocantur κυβερνῆται. Chryſoſtomus Homil. I. de Pentecoſte, ſeu LXXXVIII. tom. V. *Apoſtoli vocantur* κυβερνῆται, ἐπειδὰν τὸ κλυδώνιον τῆς πλάνης ἔπαυσαν, *gubernatores, quoniam æſtum erroris ſedârunt.* Idem, Homiliâ CXLIII. tomi ejusdem: Vocantur κυβερνῆται, ὅτι τὴν οἰκουμένην ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἐχειραγώγησαν, *quoniam orbem è terra in cœlum manu duxerunt.* Ita ſτρατηγὸς dicitur κυβερνήτης τῆς πόλεως, *gubernator ſeu adminiſtrator aut rector alicujus civitatis*, ut Cicero pro Rab. Poſth. dicit *Cuſtos, gubernatorq; Reipublicæ.*

Κύκλος.

Variæ hujus vocis ſignificationes ex Lexicis, imprimis ex Theſauro Stephani, peti poſſunt. Eleganter res humanæ, ob inconſtantiam, à veteribus appellantur κύκλος. Greg. Nazianzenus Orat. XVII. quæ eſt ad cives Nazianzenos ob Præſidis offenſionem dejectos, pag. 268. Κύκλος τίς ἐστιν, ἀδελφοὶ, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. - - Περιχωρεῖ γὰρ τὰ πάντα ῥᾳδίως καὶ μεταχωρεῖ, καὶ ἀντικαθίσταται, ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν, καὶ γράμμασι τοῖς καθ᾽ ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. *Res humanæ, fratres, velut orbe quodam volvuntur. - - Omnia enim facilè in orbem feruntur, atq; in diverſum migrant, ſibiq; invicem adverſantur: ut ventis tutius, aut literis in aqua ſcriptis fides haberi poſſe videatur, quam hominum felicitati.* Ad hæc notat Elias Cretenſis, Gregorium ex Herodoto ſumſiſſe, cujus verba ſint, *Orbis eſt quidam rerum humanarum, qui circumagitans eodem ſemper uti ſtatu rerum proſpero non patitur.* Idem, Orat. XVI. quæ eſt περὶ φιλοπτωχίας, pag. 250. Φύσει οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδὲ αὔταρκες, οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἱστάμενον· ἀλλὰ κύκλος τις τῶν ἡμετέρων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλας ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πολλάκις, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ὥρας, φέρων μεταβολάς. *Naturâ nihil in rebus humanis firmum & æquabile ac diuturnum, atq; eodem ſtatu conſtanter permanens: verùm rerum noſtrarum velut orbis quidam volvitur, aliâs alio tempore, ſæpe etiam uno eodemq; die, atq; etiam interdum eâdem horâ, mutationes ferens.* Vide ibidem plura. Agapetus in Paræneſi Cap. XI. Κύκλος τις τῶν ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλως φέρων αὐτὰ, καὶ περιφέρων· καὶ τούτοις ἀνισότης ἐστὶ, τὸ μηδὲν τῶν παρόντων ἐν ταυτότητι μένειν. *Circulus quidam humanarum rerum revolvitur, qui modò ſic, modò aliter ipſos agitat, & circumfert: atq; in his inæqualitas eſt, eò quòd nihil ex præſentibus in eodem ſtatu maneat.* Hinc Cicero Orat. in Piſonem: *Ne tum quidem, cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat.* Tibullus lib. I. Eleg. V.

Verſatur celeri fors levis orbe rotæ.

De inconſtantia rerum humanarum plura exhibemus in voce Βίος, num. I. ſub lit. *b.*

Κῦμα.

Κύματα *propriè*, juxta Heſychium, ſunt ὑδάτων ἐκδρομαὶ βίαιαι, *violentæ aquarum excurſiones. Metaphoricè* tre-

frequenter uſurpatur. Κύματα κακίας, *vitiorum fluctus.* Chryſoſtomus Homil. IX. tom. V. Pariſ. pag. 142. de divite Lucæ XVI. Διηνεκῶς στερεὰν καὶ ἐπίπεδον ὁδεύων, οὕτω τὸν παρόντα βίον διέδραμε, καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ὑπὸ τῶν κυμάτων τῆς κακίας καταποντιζόμενος, καὶ οὐ λαμβάνων αἴσθησιν. *Quaſi per ſolidam & planam regionem perpetuò iter faciens, ita præſentis vitæ ſpatia decurrebat; quotidie vitiorum fluctibus mergebatur, neq; ſentiebat.* Κύματα ὀργῆς, *iracundiæ fluctus.* Idem, Homil. IV. de laudibus Pauli, tomo eod. pag. 591. Καταστέλλων αὐτοῦ τὴν μανίαν ἐκείνην, πρῶτον κατευνάζει τὰ κύματα τῆς ῥαγδαίας ὀργῆς ἐκείνης διὰ τῆς πηρώσεως, καὶ τότε αὐτῷ διαλέγεται, δεικνὺς τῆς σοφίας αὐτοῦ τὸ ἀπρόσιτον, καὶ τὸ τῆς γνώσεως ὑπερέχον. *Furorem ejus* (Pauli) *comprimit* (Chriſtus:) *concitatos & præcipites illius iracundiæ fluctus, cæcitatis beneficio ſedat, & tunc demum cum eo colloquitur, oſtendens inacceſſibilem ſapientiam ſuam, & ſupereminentem cognitionem.* Κύματα ἡδονῆς, *libidinis fervor.* Idem, Homil. in Samaritanam, tom. VI. Pariſ. pag. 416. Ἐκείνη μὴ φέρουσα χαλινῶσαι τῆς ἡδονῆς τὰ κύματα, λαθραίως εἶχε λοιπὸν τὸν πορνεύοντα μετ' αὐτῆς. *Illa, cùm libidinis cohibere fervorem non poſſet, clàm deinceps eum habebat, cum quo ſcortabatur.* Κύματα παθῶν, *perturbationum fluctus.* Idem, in Eulogis, Homil. de Jejunio & Temperantia, pag. 709. Πολλάκις ἡμῶν τὴν διάνοιαν κύματα καταλαμβάνει παθῶν, τῶν θαλαττίων ἀγριώτερα, καὶ πολλὴν αὐτῇ ἐμποιοῦντα τὴν σύγχυσιν. *Sæpe perturbationum fluctus, marinis æſtibus immaniores, mentem noſtram obruunt, atque ingentem ei inferunt confuſionem.* Eodem modo *fluctus* apud Latinos. Cicero pro Muræna: *Et quidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat concionum fluctibus ſemper putavi Miloni eſſe ſubeundas.* Silius: *Inſanos curarum comprime fluctus.* Lucretius: *Volvere curarum triſtes in pectore fluctus.* Idem dixit, *Irarum fluctus.*

Κυπριανά.

Κυπριανά, feſtum in memoriam B. Cypriani à Carthaginenſibus inſtitutum. Nautæ ita quoque tempeſtatem appellabant, quæ ordinaria circa illud feſtum. De feſto Cypriani in Eccleſiis Africis circa annum Chriſti CCCCXXX. obſervato, extat Auguſtini teſtimonium in lib. de Gratiâ novi Teſtamenti, Cap. V. Memorat etiam Evagrius lib. IV. hiſt. Eccleſ. Cap. XVI. pag. 162. b. ex Procopio, Vandal. lib. I. circa finem, his verbis: Κυπριανὸν ἅγιον ἄνδρα μάλιστα πάντες Καλχηδόνιοι σέβονται, καὶ αὐτῷ νεών τινα λόγου πολλοῦ ἄξιον πρὸ τῆς πόλεως ἱδρυσάμενοι παρὰ τὴν τῆς θαλάσσης ἠϊόνα, τά τε ἄλλα ἐξοσιοῦνται, καὶ ἄγουσιν ἐνιαύσιον ἑορτήν, ἣν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν χειμῶνα οἱ ναῦται, ὅπερ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρει προσαγορεύειν εἰώθασιν· ἐπεὶ εἰς τὸν καιρὸν ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ἐφ' οὗ ταύτην οἱ Λίβυες ἄγειν εἰς ἀεὶ τὴν ἑορτὴν νενομίκασι. *Cyprianum virum ſanctum maximè univerſi Carthaginenſes venerantur, eiq; Templum magnificum pro urbis mœnibus ad littus maris ſtatuerunt. Atq; præter cultus alios, quos ei exhibent, feſtum quoq; anniverſarium diem celebrant, quem* Cypriana *nominant. Et eodem, quo feſtum eum conventum, nomine, tempeſtatem quandam procelloſam appellare ſolent nautæ: quandoquidem in id tempus incidere conſuevit, quo tempore Libyes feſtum hunc diem ſemper celebrandum lege conſtituerunt.* De tempeſtate verò ibidem hæc leguntur: Οἱ δὲ ναῦται οὐκ ἐπείθοντο· τήν τε γὰρ ἐκείνῃ ἀκτὴν ἀλίμενον ἔφασκον εἶναι, καὶ χειμῶνα ἐπίσημον αὐτίκα μάλα γενήσεσθαι ἐπίδοξον εἶναι, ὃν δὴ οἱ ἐπιχώριοι Κυπριανὰ καλοῦσι. *Nautæ verò non parebant: littus enim illic portu carere dixerunt, & tempeſtatem inſignem ſtatim maximè futuram videri, quam indigenæ Cypriana vocant.* Eadem ex Procopio narrat Nicephorus hiſt. Eccleſ. lib. XVII. Cap. XII. pag. 751. 752. Vide etiam Gl. Meurſii.

Κυριακή.

I. *In genere* primus dies hebdomadæ, vocatur κυριακή. Ita appellatur à Nazianzeno Orat. XLIII. pag. 700. Ignatius in Epiſt. ad Magneſ. pag. 57. hunc diem vocat τὴν κυριακήν, τὴν ἀναστάσιμον, τὴν βασιλίδα, τὴν ὕπατον πασῶν τῶν ἡμερῶν, *diem Dominicam, diem reſurrectioni conſecratam, reginam & principem omnium dierum.* Vocatur etiam κυριώνυμος. Georgius Pachymeres Hiſt. lib. IV. Ἡμέρα δὲ ἦν, καθ' ἣν ταῦτ' ἐπράττετο, κυριώνυμος. *Dies autem erat, quâ hæc peragebantur, à Domino nomen habens.* Et lib. VIII. Καὶ ἀπεναρκήσας τοῖς ὅλοις ἐν μιᾷ τῶν κυριωνύμων ἡμερῶν ὁμιλίαν λαλήσας πρὸς τὸν λαόν. *Et deſperatis omnibus, uno ex diebus, qui à Domino nomen ſibi vendicant, homiliâ habitâ ad populum.* Balſamon ad Can. XXIX. Laodic. pag. 839. Τὸ μὴ ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν κυριώνυμον οὐκ ἀναγκαστικῶς ἐπέτρεψαν. *Ne quis laboret eo die, qui à Domino nomen habet, non præcisè mandârunt.* In N. Teſt. Apocal. I. 10. vocatur κυριακὴ ἡμέρα. De hoc autem feſto die ſequentia obſervanda veniunt:

1. *Antiquitas.* Κυριακή, vel ἡμέρα κυριακή, *Dominicus dies*, ab antiquiſſimo tempore hoc nomine inſignitus fuit. Nicephorus lib. VII. Cap. XLVI. p. 515. tradit, *Conſtantinum M. diem illum, quem Judæi primum numerârunt, & Græci ſoli dicârunt, Dominicum appellâſſe.* Ἣν Ἑβραῖοι πρώτην εἶχον ἡμέραν, Ἕλληνες δ' ἡλίῳ ἀνέθεντο, κυριακὴν κατωνόμασε. Nicephorum ſecutus eſt Angelus Politianus Miſcellan. Cap. VIII. *Nec illud omiſerim, mutata dierum iſtorum nomina, in quæ nunc à Chriſtianis uſurpantur, auctore Conſtantino Principe; ſicut in illius Græca laudatione meminit Nicephorus.* Hoc falſum eſſe evincunt teſtimonia Patrum Conſtantino antiquiorum. Ignatium in Epiſt. ad Magneſ. audivimus, ut & ipſum in Apocalypſi Johannem. Sunt tamen, qui exiſtimant, Nicephorum id tantùm velle; Conſtantinum appellationem hanc non tam inveniſſe, quàm jam non nihil deſitam in publicum uſum reduxiſſe: ita ut, ſicut ipſe Chriſtianiſmus ſub Conſtantino de integro refloruit, ita & appellatio Dominici diei quaſi renata ſit, ut & vacatio ab omni opere ſervili. Atque hoc veriſimile videtur ex iis, quæ de re eadem refert Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. VIII. pag. 13. a. Τὴν δὲ κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν, ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν. *Sancivit autem ut omnes vacarent à judiciis & ab aliis operibus, & precibus atq; ſupplicationibus Deum colerent, eo die, qui Dominicus appellatur, quem Hebræi primum hebdomadæ vocant, Græci verò ſoli dicârunt, & eo, qui ſeptimum antecedit.* Manifeſta ſunt verba. Non dicit, à Conſtantino appellatam κυριακήν, ſed jam antè ſic vocatam, feriatam eſſe decrevit. Colligitur etiam ex ipſo Nicephoro, qui lib. IV. Cap. VIII. paginâ 293. ex Epiſtola Dionyſii Corinthii ad Soterem, Pontificem Romanum, illa quoque inter alia refert: Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν διηγάγομεν· ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν καὶ ἕξομεν ἀεὶ ποτὲ ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι. *Hodiernum tranſegimus ſacrum Dominicum diem, quo epiſtolam veſtram legimus: quam etiam deinceps ſemper cohortationis inſtitutionisq; noſtræ gratiâ legimus.* Id ipſum etiam colligit Meurſius ex Theodoſiano Codice, in l. Solis, XIII. de Exact. *Solis die, quem Dominicum ritè dixere majores, omnium omnino litium & negotiorum quieſcat intentio:*

Digitized by Google

intentio: item ex veteri Inſcriptione ſub Alexandro Severo, quæ talis eſt:

ΕΤΕΙ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΚΑΙ ϹΑΡΟϹ
ΤΩ. Α. ΑΡΧΗ
ΑΙ ΚΥΡΙΑΚΑΙ. ΤΟΥ. ΠΑϹΧΑ.
ΚΑΤΑ. ΕΤΟϹ.

2. *Ratio nominis.* Hunc diem κυριακὴν ἡμέραν dici, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀναςῆναι Κύριον, *quia Dominus ea die reſurrexit*, inquit Chryſoſtomus in Pſal. CXIX. Vide in Ἡμέρα, ad num. I. 1. Auguſtinus de verbis Apoſtoli Serm. XV. *Dominicus hic dies idcirco dicitur, quia eo die Dominus reſurrexit: vel, ut ipſo nomine docerent, illum totum Domino conſecratum eſſe debere.* Huc etiam faciunt illa Balſamonis ad Can. LXVI. Apoſtol. pag. 267. Τὴν κυριακὴν πανηγυρίζομεν, διὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ παγκόσμιον χαρὰν καὶ ἀνάςασιν. *Dominicam celebramus, propter Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti univerſale gaudium & reſurrectionem.*

3. *Ejus celebratio.* Edicto Conſtantini fuiſſe ſancitum, ut omnes hunc diem feriarentur, jam audivimus. Idem refert Pollux in Chronico de Conſtantino: Τὴν δὲ παρασκευήν, καὶ τὴν κυριακὴν τιμᾶσθαι προσέταξε, τὴν μὲν διὰ τὸ ςαυρὸν τοῦ Κυρίου, τὴν δὲ διὰ τὴν ἀνάςασιν. *Feriam ſextam, & Dominicam, honorari juſſit: illam quidem propter Crucem Chriſti, hanc verò propter Reſurrectionem.* Hinc tamen non rectè infertur, hunc diem antea à Chriſtianis non fuiſſe celebratum; multa enim Imperatores & Principes, quæ jam olim in uſu fuerant, ſuis etiam ſanctionibus obſervari juſſerunt: ut de hoc eodem die Leo Magnus, Imperator poſt Marcianum, ἐνομοθέτησε τὴν κυριακὴν παρὰ πᾶσιν ἀργεῖσθαι, ἄπρακτόν τε εἶναι, καὶ σεβασμίαν, *ſtatuit, ut Dominica die otium ſervaretur ab omnibus, nec quicquam operis in illa fieret, ſed venerabilis eſſet:* ut legitur in Eclogis ex Hiſt. Eccleſ. Theodori Lectoris, p. 350. Lex etiam habetur in Codice Juſtinianeo: *Omnes Judices urbanæque plebes, & cunctarum artium officium, venerabili die ſolis quieſcant.* Leo poſtea Imperator, Nov. LIV. decernit, ipſos quoque agricolas die Dominico debere otiari, & poſt Leonem Manuel Imperator, Edicto de hac re edito, Menſe Martio, Indictione XIV. anno Chriſti CIƆ CLXI. Neque propterea argumentari quis poſſit, ante hos Imperatores hoc eodem die non fuiſſe feriatum, cùm id expreſsè ſanciatur, ante hos omnes, Canone XXIX. Concilii Laodiceni, Δεῖ Χριςιανοὺς τὴν κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν. *Oportet Chriſtianos, diem Dominicum præferentes, otiari, ſi modò poſſint.* Illud, εἴγε δύναιντο, non reſpicit arbitrium Chriſtianorum; nempe ſi velint, ferientur; cùm id omnino exequi debeant; ſed neceſſitatem & ἀδυναμίαν; nimirum id agant, dummodo neceſſitas aliud non cogat. Hinc Balſamon ad hunc Canonem, pag. 839. Οἱ πατέρες τὸ μὴ ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν κυριώνυμον, οὐκ ἀναγκαςικῶς ἐπέτρεψαν, ἀλλὰ προσέθεντο, εἴγε δύναιντο οἱ πιςοί. Εἰ γὰρ ἐκ πενίας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀνάγκης καὶ κατὰ τὴν κυριώνυμον ἐργάσαιτό τις, οὐ προκριματισθήσεται. *Patres die Dominico non operari, non neceſſario mandârunt, ſed adjecerunt,* ſi poſſint fideles. *Si enim propter inopiam, vel aliquam aliam neceſſitatem, etiam die Dominico aliquis fuerit operatus, præjudicium ei non afferetur.* Zonaras verò ad eundem Canonem, p. 349. Ὁ μὲν κανών, εἰ δύναιντο, προσέθετο. Ὁ δὲ τῆς πολιτείας νόμος, ἀπαραίτητον τὴν ἀργίαν ἐν τῇ κυριακῇ ἀπαιτεῖ, ἄνευ τῶν γεωργῶν· ἐκείνοις γὰρ καὶ ἐν κυριακῇ ἐργάζεσθαι ἐφίησιν, ὅτι ἴσως τὸ ἔργον καλεπειγόμενον, οὐχ εὑρήσουσιν ἄλλην ἡμέραν οὕτως αὐτοῖς εἰς τὰ ἔργα αὐτῶν συμβαλλομένην. *Canon quidem,* ſi poſſint, *addit. Lex verò politica inevitabile otium in die Dominica exigit, exceptis agricolis: illis enim etiam die Dominica laborem permittit, ſi fortè, laboribus cogentibus, non aliam inveniant diem laboribus ſuis æquè aptam.* Sic Conſtantinus lib. III. de Feriis, ubi die ſolis omnes quieſcere ſtatuit, opera tamen ruſtica, in quibus vel mora, vel procraſtinatio magnum haberet periculum, prudenter excipit: *Ruri poſiti,* inquit, *agrorum culturæ libenter licenterque inſerviant: quoniam frequenter evenit, ut non aptiùs alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandentur.* Harmenopulus in Enchirid. Ἐν τῇ κυριακῇ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἑορταῖς, καὶ οἱ δικαςαὶ καὶ πάντες ἀργείτωσαν, πλὴν τῶν γεωργῶν. *Die Dominico cæteriſque feſtis diebus tam judices quàm reliqui otientur, ſolis exceptis agricolis.* Ita etiam alibi. Vide Biblioth. Juris Canonici, pag. 1242. & 1251. Leo tamen Imperator lege lata juſſit σχολάζειν κατὰ τὴν κυριακὴν καὶ τοὺς γεωργούς, *etiam agricolas die Dominico otiari.* Nec quieſcendum tantùm ſtatuerunt veteres hoc die, verùm etiam, ut diem celebriorem redderent, *nec genubus flexis orabant, nec jejunabant.* De quo vide in Γόνυ, num. 3. *Iter non faciebant.* Nicephorus Conſtantinop. Can. VIII. Οὐ δεῖ ὁδοιπορεῖν ἄνευ ἀνάγκης, ἢ βίας ἐν κυριακῇ. *Die Dominico ſine neceſſitate vel vi iter non eſt faciendum.* Die eodem *ſpectacula theatrorum & ludorum amovenda.* Can. LXI. Carthag. *Nec non & illud petendum, ut ſpectacula theatrorum cæterorumque ludorum, die Dominica, vel cæteris Religionis Chriſtianæ diebus celeberrimis amoveantur.* Die Dominico *inſtrumenta Muſica conticeſcant.* Euſebius in Epitome temporum, pag. 291. de Leone Magno: Ὁ αὐτὸς θειότατος βασιλεὺς τὰς κυριακὰς ἀπράκτους ἐκέλευσε γίνεσθαι, ἐκφωνήσας περὶ τούτου αὐτοῦ νόμον, ἵνα μήτε αὐλὸς, ἢ κιθάρα, ἢ ἄλλο τι μουσικὸν λέγοιτο ἐν κυριακῇ, ἀλλὰ πάντα ἀργεῖν. *Idem diviniſſimus Imperator dies Dominicos feſtos eſſe juſſit, divina lege de hoc lata, ut nec tibia, nec cithara, aut aliud aliquod inſtrumentum Muſicum die Dominico audiatur, ſed omnia ceſſent.*

II. *In ſpecie* omnes Dominicæ per totum annum certas ſortitæ ſunt appellationes; quas hic ordine, in gratiam Antiquitatis ſtudioſorum, ſubjicere non pigebit.

1. Eſt Κυριακὴ τοῦ Λουκᾶ· τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου. Latinis, *Dominica tertia poſt Epiphaniam.* In hanc exſtat Homilia XVI. Theophanis, pag. 92. Sic autem appellata, quòd ea parabola de Publicano & Phariſæo ex Cap. XVIII. Lucæ recitetur. Appellatur etiam Προσφωνήσιμος & Ἀρτζιβούριος, ut ſuis monemus locis.

2. Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου, *Dominica filii prodigi.* Latinis, *Dominica ſeptuageſima.* In hanc exſtat Homil. XVII. apud Theophanem, pag. 100. Sic dicta, quòd eâ parabola de filio prodigo ex Cap. XV. Lucæ legatur. Hebdomada illa ἀπόκρεως à ſubſequente Dominica nomen habet; cùm carnis comedendæ finem faciunt. Vide in Ἀπόκρεως.

3. Κυριακὴ τῆς ἀποκρέω. Latinis, *Dominica Sexageſima;* quâ carnis comedendæ finem faciunt. Vide in Ἀπόκρεως.

4. Κυριακὴ τῆς τυροφάγου. Latinis, *Dominica Quinquageſima.* Græcis à *caſei eſu* nomen habet. Vide in Τυροφάγος.

5. Κυριακὴ πρώτη τῶν νηςειῶν, ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας, *Dominica prima jejuniorum, ſive orthodoxiæ.* Dominica prima Quadrageſimæ, quæ Latinis eadem eſt, & dicitur *Invocavit.* Vide in voce Ὀρθοδοξία.

6. Κυριακὴ δευτέρα τῶν νηςειῶν, *Dominica ſecunda jejuniorum.* Dominica ſecunda Quadrageſimæ, Latinis

Digitized by Google

nis *Reminiſcere*, à cantu ſumto ex Pſal. XXV. Pachymeres lib. XI. Καὶ ἡ δευτέρα τῆς δευτέρας τῶν νηστειῶν ἑβδομάδος νεκρὰν τὴν ἄνασσαν εἶδεν. *Et ſecunda Feria ſecundæ jejuniorum Hebdomadis mortuam Imperatricem conſpexit.*

7. Κυριακὴ τρίτη τῶν νηστειῶν, *Dominica tertia jejuniorum.* Dominica tertia Quadrageſimæ. Latinis *Oculi*, à cantu deſumto ex Pſal. XXV. dicitur etiam *Dominica* τῆς Σταυροπροσκυνήσεως, *adorationis crucis.* Vide in Σταυροπροσκύνησις.

8. Κυριακὴ τετάρτη τῶν ἁγίων νηστειῶν, *Dominica quarta ſanctorum jejuniorum.* Dominica quarta Quadrageſimæ. Latinis *Lætare*, à cantione, ex Cap. LXVI. Jeſajæ deſumta. Dicitur etiam μέση τῶν νηστειῶν, *media jejuniorum*, & μεσότης τῶν νηστειῶν, *medietas jejuniorum*; ita enim eſt: & uno verbo μεσονήστιμος, de quo ſuo loco. Cedrenus in Leone Copronymi F. Τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν εὗρεν ἐν τῷ προσκεφαλαίῳ Εἰρήνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ εἰκόνας δύο. *Mediâ jejuniorum hebdomadâ* Imperator *duas imagines invenit in pulvinari uxoris ſuæ Irenes.* Auctor de inventione Capitis S. Johannis Baptiſtæ: Κατά τινα νύκτα τῆς μέσης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. *Quadam nocte, mediæ jejuniorum hebdomadis.*

9. Κυριακὴ πέμπτη τῶν ἁγίων νηστειῶν, *Dominica quinta ſanctorum jejuniorum.* Dominica quinta Quadrageſimæ, ſeu Paſſionis. Latinis *Judica*, à cantu deſumto ex Pſal. XLIII. Hujus hebdomadis feriâ quintâ canitur *magnus Canon*, de quo in Κανών, num. IV. Eadem hebdomade, Sabbato in matutinis, ἀκάθιστον ὕμνον ſanctæ Deiparæ celebrant. Vide in Ἀκάθιστος.

10. Κυριακὴ τῶν βαΐων, *Dominica palmarum.* Vide in Βαΐον. Vocatur etiam βαϊοφόρος, de quo itidem ſuo loco.

11. Κυριακὴ τοῦ πάσχα, *Dominica reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Hæc Hebdomas, ob myſteria, quæ in ea per totam celebrantur, vocatur μεγάλη ἑβδομάς, *magna hebdomas.* Vide in Ἑβδομάς. Aliâs dicitur ἑβδομὰς τοῦ σωτηρίου πάθους, Σταυρώσιμοι ἡμέραι. Παθημάτων ἡμέραι. Vide ibidem, & in voce Πάσχα. Alias ejus appellationes habes in Ἡμέρα, num. I. 5. In Typico Sabæ, pag. 8. vocatur ἁγία καὶ μεγάλη κυριακή, *ſancta & magna Dominica.* Suidas: Κυριακὴ μεγάλη· περὶ τῆς τριημέρου ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ. *Magna Dominica: de triduana Chriſti reſurrectione.* Diaconus in Leone Conſtantini F. *In craſtinum, quando videlicet magnus Dominicus dies Paſchæ celebratus eſt.*

12. Κυριακὴ τοῦ ἀντιπάσχα, ἤτοι τοῦ Θωμᾶ, *Dominica Paſchæ oppoſita, ſeu Thomæ.* Vide in Ἀντιπάσχα. Typicum: Καὶ σχολάζει ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης μέχρι τοῦ σαββάτου τοῦ ἀντιπάσχα. *Et non dicitur à magna Feria quinta usq; ad Sabbatum Antipaſchæ.* Latinis dicitur *Dominica in albis*, nempe depoſitis, ut in Miſſa Ambroſiana ſcribitur: pridie namque à baptizatis albæ, ſive alba veſtimenta, deponebantur. Alcuinus de offic. Eccleſ. Cap. de Sabbato in albis: *Hodie albati, qui in Sabbato ſancto baptizati fuerant, veſtibus albis exuuntur.* Græcis etiam dicitur καινὴ ἢ νέα κυριακή. *Nova Dominica.* Orat. XLIII. Nazianzeni eſt εἰς τὴν καινὴν κυριακήν. Can. LXVI. Concilii in Trullo: Ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς, &c. Locum jam produximus in voce Ἀναστάσιμος, num. I. Theodorus Balſamon in expoſ. Can. XXVII. Baſilii ad Amphilochium: Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς κυριακῆς, καὶ καταντᾷ εἰς τὴν ἑτέραν κυριακὴν τὴν καινήν, καὶ ἐξ ἐκείνης αὖθις εἰς τὴν ἐφεξῆς κυριακήν. *Incipit enim à Dominica Paſchæ, & in novam aliam Dominicam redit, & ex illa rurſus in ſequentem Dominicam.* Nicephorus Blemmida in vita Pauli Latrenſis: Ἔθος τῷ μακαρίῳ τὴν μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα κυριακήν, νέαν αὐτὴν καλεῖν εἰώθαμεν, λαμπρότατα ἑορτάζειν. *Beatus ille vir Dominicam, quæ Paſchati ſuccedit, nos eam* Novam *nuncupamus, quàm ſplendidiſſimo apparatu celebrare ſolitus erat.* Typicum Sabæ, Cap. X. pag. 8. Τῇ νέᾳ κυριακῇ, ἤτοι τοῦ Θωμᾶ. *Nova Dominicâ, ſive Thomæ.* Vocatur etiam κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ, ſeu ψηλάφησις τοῦ ἁγίου ἐνδόξου ἀποστόλου Θωμᾶ, quòd eo die legatur Evangelium de Thoma Apoſtolo, qui, ut ſcribit Oecumenius in Cap. I. Actor. pag. 6. ἰάθη τὴν ἀπιστίαν τῇ ψηλαφήσει τῶν χειρῶν τραυμάτων, καὶ τῆς πλευρᾶς, *incredulitatem ſanavit contrectatione ſauciatarum manuum & lateris.* Pentecoſtarium: Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ Θωμᾶ, ἤγουν τοῦ ἀντιπάσχα εἰ συμβῇ εἶναι τὸν Μάϊον μῆνα. *Sciendum eſt, à Dominica Thomæ, hoc eſt, Antipaſcha, ſi acciderit eſſe menſem Majum.*

13. Κυριακὴ τρίτη ἀπὸ τοῦ πάσχα, ἤτοι τῶν μυροφόρων, *Dominica tertia à Paſchate, ſive unguenta ferentium.* Typicum, Cap. X. pag. 8. Τῇ κυριακῇ τῶν μυροφόρων. Pentecoſtarium: Κυριακῇ τρίτῃ ἀπὸ τοῦ πάσχα, τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου. *Dominica tertia à Paſchate, ſive ſanctarum unguenta ferentium mulierum, & Joſephi juſti*, qui fuerat ex Arimathæa. Latinis eſt *Dominica ſecunda poſt Paſcha.* Neque mirum; Græci enim ipſam etiam Dominicam Paſchatis in annumeratione ponunt: Latini, *à Dominica in albis*, Dominicarum numerum ſumunt. Invenio tamen etiam in Pentecoſtario, *ſecundam* appellari: Τὴν τῶν ἁγίων γυναικῶν μυροφόρων ἑορτὴν ἑορτάζομεν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ δευτέρᾳ μετὰ τὸ πάσχα. *Sanctarum unguenta ferentium mulierum feſtum celebramus eâdem die Dominicâ ſecundâ poſt Paſcha.* De mulieribus unguenta ferentibus vide in Μυροφόρος & Ἀρωματοφόρος.

14. Κυριακὴ τετάρτη τοῦ παραλύτου, *Dominica quarta Paralytici.* Typicum, Cap. X. pag. 8. Τῇ κυριακῇ τοῦ παραλύτου. *Dominicâ Paralytici.* Quarta Dominica, & ſequens Hebdomas, vocatur κυριακὴ τετάρτη ἀπὸ τοῦ πάσχα, ἤτοι τοῦ παραλύτου. Cujus officium canitur Dominicâ, ac Feriâ ſecundâ & tertia finit. Quarta enim, à matutino, feſtum mediæ Pentecoſtes, Græci μεσοπεντηκοστήν, de quo ſuo loco, nominant, incipitur. Synaxarion: Τῇ τετάρτῃ τοῦ παραλύτου τὴν τῆς μεσοπεντηκοστῆς ἑορτάζομεν ἑορτήν, διὰ τὴν τιμὴν τῶν μεγάλων δύο ἑορτῶν, τοῦ πάσχα λέγω καὶ τῆς πεντηκοστῆς, ὡς ἑκατέρας ἑνοῦσάν τε καὶ συνδέουσαν. *Feriâ quartâ Paralytici, mediæ Pentecoſtes ſolennitatem celebramus in honorem magnarum duarum feſtivitatum, Paſchatis nimirum & Pentecoſtes, tanquam ea, quæ utramq; unit & colligat.*

15. Κυριακὴ πέμπτη τῆς Σαμαρείτιδος, ἤτοι τῆς μεσοπεντηκοστῆς, *Dominica quinta Samaritanæ, ſive mediæ Pentecoſtes.* Typicum, Cap. X. Τῇ κυριακῇ τῆς Σαμαρείτιδος. *Dominicâ Samaritanæ.* Eſt Dominica quinta à Paſchate, ſive Samaritanæ, à qua nomen ſubſequens Hebdomas habet; etſi nonniſi die Dominico, & à feria quinta usque ad aliam Dominicam officia ſibi vendicet: partem enim hujuſce priorem, quemadmodum & antecedentis poſteriorem, mediæ Pentecoſtes feſtum occupavit. Typicum Cap. XL. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἡ ἀκολουθία τῆς μεσοπεντηκοστῆς ψάλλεται ἡμέρας ὀκτώ. *Sciendum eſt, officium Meſopentecoſtes celebrari per dies octo:* aliter ac factum fuit in Meſoneſtimo, nempe medio jejuniorum tempore. Nam Meſoneſtimus integram occupat, Meſapentecoſte duas mutilat, primam caudâ, alteram capite; ut tradit L. Allatius de Dominicis Græcorum. Hinc; addit

idem;

Digitized by Google

idem; corrigendum Triodion, κυριακὴ πέμπτη τῆς Σαμαρείτιδος, *Dominica quinta Samaritanæ.* Legitur τετάρτη, quarta. Et Synaxarium Calliſti: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ πέμπτῃ μετὰ τὸ πάσχα τὴν τῆς Σαμαρείτιδος ἑορτὴν ἑορτάζομεν. *Eodem die Dominica quinta poſt Paſcha, diem feſtum Samaritanæ celebramus.* Legitur τετάρτη, *quarta*, idque ex Evangelio, Typico, aliiſque Græcorum Ritualibus libris, & ex ipſa à Paſchate Dominicarum numeratione. Latinis eſt, *Dominica quarta poſt Paſcha.*

16. Κυριακὴ ἕκτη ἀπὸ τοῦ πάσχα, ἤτοι τοῦ τυφλοῦ. *Dominica ſexta à Paſchate, ſive cæci.* Hîc rurſus corrigendum Triodion, quod habet πέμπτη, *quinta.* Et Calliſti Synaxarion: Τῇ αὐτῇ κυριακῇ ἕκτῃ ἀπὸ τοῦ πάσχα, τὸ εἰς τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἑορτάζομεν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θαῦμα. *Hâc eâdem ſextâ Dominicâ à Paſchate, in cæcum à nativitate, Domini, & Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti miraculum celebramus.* Legitur πέμπτη.

17. Κυριακὴ ἑβδόμη ἀπὸ τοῦ πάσχα, ἤτοι τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ. *Dominica ſeptima à Paſchate ſanctorum trecentorum decem & octo Deiferorum Patrum, qui Nicææ convenerunt.* Latinis eſt, *Dominica infra octavam aſcenſionis Chriſti.*

18. Κυριακὴ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, *Dominica ſanctæ Pentecoſtes.* Dominica octava à Paſchate Spiritus ſancti eſt, & à dierum numero, qui inter Paſcha & eam excurrunt, *Pentecoſtes* nomen ſortita eſt. Calliſtus in Synaxario: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ ὀγδόῃ ἀπὸ τοῦ πάσχα τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν. *Eadem die Dominica octava à Paſchate ſanctam Pentecoſten celebramus.*

19. Κυριακὴ πρώτη μετὰ τὴν πεντηκοστήν, ἤτοι τῶν ἁγίων πάντων, ἤτοι τοῦ Ματθαίου. *Dominica prima poſt Pentecoſten, vel ſanctorum omnium, ſeu Matthæi.* Obſervabis, poſt Pentecoſten ſequi Hebdomadas & Dominicas, quæ Matthæi, quod in illis Evangelium Matthæi per ſectiones inter officia legatur, dicantur; nec à præcedente Dominica, ſed à ſubſequente numerentur. Vide L. Allatium de Dominicis Græcorum, num. XXXI.

20. Κυριακὴ δευτέρα τοῦ Ματθαίου περὶ τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ. *Dominica ſecunda Matthæi de doctrina Chriſti.* Latinis, *Dominica ſecunda poſt Pentecoſten.*

21. Κυριακὴ τρίτη τοῦ Ματθαίου. *Dominica tertia Matthæi.* Latinis, *Dominica tertia poſt Pentecoſten.*

22. Κυριακὴ τετάρτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου. *Dominica quarta Matthæi, de Centurione.* Latinis, *Dominica quarta poſt Pentecoſten.*

23. Κυριακὴ πέμπτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων. *Dominica quinta Matthæi, de duobus vexatis à Dæmone.* Latinis, *Dominica quinta poſt Pentecoſten.*

24. Κυριακὴ ἕκτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τοῦ παραλυτικοῦ. *Dominica ſexta Matthæi, de Paralytico.* Latinis, *Dominica ſexta poſt Pentecoſten.*

25. Κυριακὴ ἑβδόμη τοῦ Ματθαίου, περὶ τῶν δύο τυφλῶν. *Dominica ſeptima Matthæi, de duobus cæcis.* Latinis, *Dominica ſeptima poſt Pentecoſten.*

26. Κυριακὴ ὀγδόη τοῦ Ματθαίου, περὶ τῶν πέντε ἄρτων, καὶ τῶν δύο ἰχθύων. *Dominica octava Matthæi, de quinq; panibus & duobus piſcibus.* Latinis, *Dominica octava poſt Pentecoſten.*

27. Κυριακὴ ἐννάτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπατοῦ. *Dominica nona Matthæi, de ambulatione in mari.* Latinis, *Dominica nona poſt Pentecoſten.*

28. Κυριακὴ δεκάτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τοῦ σεληνιαζομένου. *Dominica decima Matthæi, de Lunatico.* Latinis, *Dominica decima poſt Pentecoſten.*

29. Κυριακὴ ἑνδεκάτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ βασιλέως. *Dominica undecima Matthæi, de Parabola Regis.* Latinis, *Dominica undecima poſt Pentecoſten.*

30. Κυριακὴ δωδεκάτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Ἰησοῦν πλουσίου. *Dominica duodecima Matthæi, de interrogante Jeſum Divite.* Latinis, *Dominica duodecima poſt Pentecoſten.*

31. Κυριακὴ δεκάτη τρίτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ ἀμπελῶνος. *Dominica decima tertia, de parabola vineæ.* Lat. *Dominica decima tertia poſt Pentecoſten.*

32. Κυριακὴ δεκάτη τετάρτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τῶν κεκλημένων εἰς τὸν γάμον. *Dominica decima quarta, de vocatis ad nuptias.* Latinis, *Dominica decima quarta poſt Pentecoſten.*

33. Κυριακὴ δεκάτη πέμπτη τοῦ Ματθαίου, περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Ἰησοῦν νομικοῦ. *Dominica decima quinta Matthæi, de interrogante Jeſum Legis interprete.* Latinis, *Dominica decima quinta poſt Pentecoſten.* Dominica hæc mutat nomen, & à feſto exaltationis ſanctæ Crucis vocatur κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως, *Dominica ante exaltationem*, quâ ex Johannis Evangelio legitur; quemadmodum & quæ ſequitur, κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν, *Dominica poſt exaltationem*; & legitur ex Evangelio Marci. Vide in voce Ὕψωσις. Hucuſque *Dominicæ Matthæi*: ſequuntur *Dominicæ Lucæ.*

34. Sæpe eſt κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως. *Dominica ante exaltationem.* Latinis, *Dominica decima ſexta poſt Pentecoſten.*

35. Κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν. *Dominica poſt exaltationem.* Latinis, *Dominica decima ſeptima poſt Pentecoſten.*

36. Κυριακὴ πρώτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων. *Dominica prima Lucæ, de captura piſcium.* Latinis, *Dominica decima octava poſt Pentecoſten.*

37. Κυριακὴ δευτέρα τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἀγάπης. *Dominica ſecunda Lucæ, de amandis inimicis.* Latinis, *Dominica decima nona poſt Pentecoſten.*

38. Κυριακὴ τρίτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας. *Dominica tertia Lucæ, de filio viduæ.* Latinis, *Dominica vigeſima poſt Pentecoſten.*

39. Κυριακὴ τετάρτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου. *Dominica quarta Lucæ, de parabola ſeminis.* Latinis, *Dominica vigeſima prima poſt Pentecoſten.*

40. Κυριακὴ πέμπτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου. *Dominica quinta Lucæ, de Divite & Lazaro.* Lat. *Dominica vigeſima ſecunda poſt Pentecoſten.*

41. Κυριακὴ ἕκτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τοῦ ἔχοντος τὸν λεγεῶνα. *Dominica ſexta Lucæ, de habente legionem.* Latinis, *Dominica vigeſima tertia poſt Pentecoſten.*

42. Κυριακὴ ἑβδόμη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου καὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης. *Dominica ſeptima Lucæ, de filia præfecti Synagogæ, & de ſanguinis profluvio laborante.* Lat. *Dominica vigeſima quarta poſt Pentecoſten.*

43. Κυριακὴ ὀγδόη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Κύριον Νομικοῦ. *Dominica octava Lucæ, de interrogante Dominum Legis interprete.* Latinis, *Dominica vigeſima quinta poſt Pentecoſten.*

44. Κυριακὴ ἐννάτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ οὗ εὐφόρησεν ἡ χώρα πλουσίου. *Dominica nona Lucæ, de divite, cujus regio exuberavit.* Latinis, *Dominica vigeſima ſexta* & ultima *poſt Pentecoſten.*

45. Κυριακὴ δεκάτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας. *Dominica decima Lucæ, de muliere habente ſpiritum infirmitatis.* Latinis, *Dominica prima Adventûs.*

46. Κυριακὴ ἑνδεκάτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῶν κεκλημένων εἰς τὸ δεῖπνον. *Dominica undecima Lucæ, de vocatis ad Cœnam.* Latinis, *Dominica ſecunda Adventûs.*

47. Κυριακὴ δωδεκάτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τῶν δέκα λεπρῶν. *Dominica duodecima Lucæ, de decem leproſis.* Latinis, *Dominica tertia Adventûs.*

Digitized by Google

48. Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. *Dominica ante nativitatem Chriſti.* Latinis, *Dominica quarta Adventûs.*

49. Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. *Dominica poſt nativitatem Chriſti.* Latinis, *Dominica infra octavam Nativitatis.*

50. Κυριακὴ πρὸ τῶν Φώτων. *Dominica ante Lumina.* Latinis, *Dominica infra octavam Circumciſionis.* Vide in voce Φῶς.

51. Κυριακὴ μετὰ τὰ Φῶτα. *Dominica poſt Lumina.* Latinis, *Dominica infra octavam Epiphaniæ*; quæ eſt prima poſt Epiphaniam.

52. Κυριακὴ δεκάτη πέμπτη τοῦ Λουκᾶ, περὶ τοῦ Ζακχαίου. *Dominica decima quinta Lucæ, de Zacchæo.* Latinis, *Dominica ſecunda poſt Epiphaniam.* Reliqua ex L. Allatio petenda.

III. Κυριακὴ notat *Templum.* Cedrenus: Τότε καθιστᾷ Κωνσταντῖνος τοὺς ἰδίους παῖδας καίσαρας, καὶ κυριακὰς πρὸς ἐπιστροφὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ ποιεῖ. *Tunc conſtituit Cæſares filios ſuos, & Dominicas ad convertendas gentes ſingulis locis, in honorem Dei, exſtruit.* Uſitatior hac notione vox Κυριακόν. Vide ſequentia. Fortè tamen pro κυριακὰς legendum κυριακὰ ut eſt apud Euſeb. de Epit. temporum in eadem hiſtoria.

Κυριακόν.

I. Uſitatiſſimè notat *Templum.* Can. V. Neo-Cæſ. Κατηχούμενος, ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν, ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ. *Catechumenus ſi in Dominicum ingrediens, in ordine Catechumenorum ſteterit.* Can. XIII. ejuſd. Concilii: Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως. *Regionarii Presbyteri, in Dominico civitatis offerre non poſſunt, præſente Epiſcopo, vel Presbyteris urbis.* Can. XXVIII. Laodic. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν. *Quòd non oportet in Dominicis, aut Eccleſiis agapes facere.* Eadem repetuntur Can. LXXIV. in Trullo; ad quem Balſamon, pag. 451. Πᾶς τόπος τῷ Κυρίῳ ἀνατεθειμένος, κυριακὸς λέγεται· κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστὶν, ἀλλὰ πρόναος τυχὸν, ἢ ἕτερόν τι ἱερόν. *Omnis locus Domino conſecratus, Dominicus dicitur, etiamſi non ſit Eccleſia, ſed vel veſtibulum Templi, vel aliud quid ſacrum.* Zonaras verò ad eundem, p. 187. Πολλαχοῦ τὸ τοῦ κυριακοῦ ὄνομα εὕρηται ἐν τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας λαμβανόμενον, μόνος δ', ὁ κανὼν οὗτος διαστέλλει τάχα τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ κυριακόν. Οἶμαι δὲ τὸ, ἢ, ἐνταῦθα μὴ διαζευκτικῶς κεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ἑρμηνευτικὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ, ἤτοι. *Multis in locis nomen* κυριακὸν *reperitur in Canonibus pro Eccleſia uſurpatum: ſolus verò præſens Canon fortè diſtinguit Eccleſiam & Dominicum. Exiſtimo autem illud,* ἢ, *vel, non-disjunctivè poſitum eſſe, ſed explicandi vim habere, & pro* ἤτοι, *videlicet, ſcilicet, poni.* Placet omnino hæc ſententia. Hinc Ariſtinus & Symeon Logotheta verba Canonis illius ita exprimunt: Ἀκούβιτα καὶ ἀγάπαι ἐπ' ἐκκλησίαις οὐ γίνονται. *Accubitus & agapæ in Eccleſiis non fiunt.* In edicto Maximini pro Chriſtianis, cujus exemplum legitur apud Euſebium, lib. IX. Cap. X. pag. 106. a. Καὶ τὰ κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. *Quin & Dominica ſua exſtruere conceditur.* Euſebius in Epitome Temporum, pag. 280. de Conſtantino: Κατὰ αὐτὸν δὲ τὸν καιρὸν κατὰ τῶν πολεμίων τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως στρατεύσας, ὑπηγάγετο τῇ εὐχῇ τὴν νίκην. Διὸ καὶ κυριακὰ πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τοῦ ἐπὶ πάντων σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πεποίηκε. *Cùm ſub idem tempus bellum inferret hoſtibus fidei Chriſtianæ, precibus victoriam eſt conſecutus. Propterea etiam Dominica ad Gentilium converſionem ſingulis locis in honorem omnium Salvatoris Chriſti, Dei noſtri, exſtruxit.* Vide eundem in vita Conſtantini. Cyrillus Jeroſol. Catech. Illum. XVIII. pag. 173. Κἂν ποτε ἐπιδημῇς ἐν πόλεσι, μὴ ἁπλῶς ἐξέταζε ποῦ τὸ κυριακόν ἐστι· καὶ γὰρ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀσεβῶν αἱρέσεις, κυριακὰ τὰ ἑαυτῶν σπήλαια καλεῖν ἐπιχειροῦσι. *Quodſi fortè veneris in civitates, ne ſimpliciter inquire, ubi ſit Dominicum: nam & reliquæ impiorum hæreſes, ſpeluncas ſuas, Dominica appellare non dubitant.* Apud Athanaſium in populi Alexandrini proteſtatione, tom. I. pag. 866. Τὰ ἐν τῷ κυριακῷ ὅπλα τε καὶ τόξα κέκραγε τὴν παρανομίαν. *In Dominico arma & tela iniquitatem clamitârunt.* Pag. 867. Ἀγρυπνούντων ἡμῶν ἐν τῷ κυριακῷ, καὶ ταῖς εὐχαῖς σχολαζόντων. *Vigilantibus nobis in Dominico, & precibus vacantibus.* Et mox: Διάκονοι ἐν αὐτῷ τῷ Κυριακῷ κατεκόπτοντο πληγαῖς. *Diaconi in ipſo Dominico plagis cædebantur.* Ita apud eundem in vita S. Antonii, tom. II. pag. 452. Conſtitut. Apoſtol. lib. II. Cap. LIX. pag. 883. Ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι ἐν τοῖς κυριακοῖς. *Quotidie manè & veſperi congregemini, pſallentes & orantes in Dominicis.* Latini etiam dicunt *Dominicum*, vel *Dominica domus.* Apud Hydatium: *His Conſulibus dedicatum eſt Conſtantinopoli Dominicum XV. Kal. Martias.* Autor Itinerarii Jeroſolymam Burdegalâ: *Ibidem modò juſſu Conſtantini Imp. Baſilica facta eſt, id eſt, Dominicum miræ pulchritudinis.* Hieronymus in Chronico: *In Antiochia Dominicum, quod vocatur Aureum, ædificari cœptum.* Mox: *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.* Salvianus lib. VI. de Gubernat. *Ita ergo nos forſitan facimus, atque humanis ſaltem cum Deo noſtro retributionibus agentes, cùm ab eo bona accepimus, bona reddimus; ad domos videlicet ſtatim Dominicas recurrimus, corpora humi ſternimus, mixtis cum fletu gaudiis ſupplicamus.*

II. Κυριακὰ ſunt *bona Dominica vel Eccleſiaſtica.* Ita hanc vocem accipi vult Balſamon Canone XV. Ancyrano, pag. 776. Ἀκίνητα ἐπισκοπικὰ, λεγόμενα τὰ καὶ κυριακὰ, ὡς τῷ Κυρίῳ ἀνατεθειμένα. *Immobilia Epiſcopalia, quæ & Dominica appellantur, & quæ Domino ſint dedicata.* Verba Canonis hæc ſunt: Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ κυριακόν. *De his, quæ pertinent ad Dominicum, quæcunque, cùm Epiſcopus non eſſet, Presbyteri vendiderint, Dominicum revocare.* Hic κυριακὸν notat *Dominicum*, ſeu *Dominicam domum*: & τὰ διαφέροντα τῷ κυριακῷ, ſunt *quæ pertinent ad Dominicum.* Ita etiam Symeon Logotheta, qui verba Canonis, περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, reddit, τὰ τῆς ἐκκλησίας, *quod ad Eccleſiam pertinet.* Conſtitut. Apoſtol. lib. II. Cap. XXIV. pag. 651. Αὐτάρκη ἐχέτω τροφὴν καὶ ἀμφιασμὸν ὁ ἐπίσκοπος, τὰ τῇ χρείᾳ καὶ τῇ σεμνότητι προσήκοντα· μὴ τοῖς κυριακοῖς ὡς ἀλλοτρίοις κεχρῆσθαι, ἀλλὰ μεμετρημένως. *Sufficientem habeat victum & amictum Epiſcopus, neceſſitati & honeſtati convenientem: ne Dominicis, ſeu bonis Eccleſiaſticis ut alienis utatur, ſed modicè.*

III. Κυριακὸν, pro κυριακὸν δεῖπνον, notat *Cœnam Dominicam.* Κυριακὸν ἐπιτελεῖν, pro *rem ſacram facere*, ſæpe in Actis Martyrum. Deſumta appellatio ex I. Corinth. XI. 20. Ita *Dominicum* apud Latinos. Cyprianus Epiſt. LXIII. ad Cæcilium, pag. 147. a. *Numquid ergo Dominicum poſt Cœnam celebrare debemus, ut ſic mixtum calicem frequentandis Dominicis offeramus?* In actis Saturnini Martyris: *In collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebravi.* Vide Adverſ. ſacr. Lud. de la Cerda Cap. XXXII. num. X.

Κυριοκτονέω.

Non habent Lexica. Significat, *Dominum occido.* Cyrillus Alex. ad Cap. VIII. Jeſ. v. 9. & 10. p. 139. Judæos ita compellat: Εἰ καὶ νενομίκατε ἰσχύειν κυριοκτονήσαντες, ἀλλ' ἂν ἡττήθητε λοιπόν. *Etſi exiſtimaveritis, vos, ſiqui-*

Digitized by Google

ſiquidem Dominum interficeretis, prævalituros: nihilominus victi eſtis.

Κυριοκτόνος.

Κυριοκτόνος, *Domini interfector.* Judæi frequenter vocantur κυριοκτόνοι, quia Dominum Jeſum Chriſtum interfecerunt. Ignatius in Epiſt. ad Trall. p. 15. eos vocat θεομάχους, κυριοκτόνους, προφητοκτόνους, *Dei hoſtes, Domini interfectores, Prophetarum occiſores.* Vide alia loca in Ἰουδαῖος, num. I.

Κυριολεκτέω. Κυριολογέω. Κυριολογία.

I. Κυριολεκτεῖν & κυριολογεῖν ſignificant *propriè loqui, propriis uti verbis.* Paſſivè etiam nomen ſeu vocabulum aliquod κυριολογεῖται, *propriè dicitur, propriè uſurpatur.* Clemens Alex. lib. V. Strom. pag. 556. de Symbolica Ægyptiorum: Τῆς συμβολικῆς, ἡ μὲν κυριολογεῖται κατὰ μίμησιν, ἡ δ᾽, ὥσπερ τροπικῶς γράφεται· ἡ δὲ, ἄντικρυς ἀλληγορεῖται κατά τινας αἰνιγμούς. *Symbolicæ, una quidem propriè loquitur per imitationem, alia verò ſcribitur veluti tropicè, alia verò contrà ſumitur allegoricè per quædam ænigmata.* Ibid. κυριολογούμενον εἶδος, *forma, quæ propriè dicitur.* Juſtinus in Parænesi ad Græcos, pag. 19. Οὐδὲν ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν. *Fieri non poteſt, ut Deo proprium aliquod nomen tribuatur.* Et hæc ſignificatio ex Lexicis nota.

II. Eſt *Dominum dico, Domini titulo decoro.* Ignorant Lexica hanc ſignificationem, in doctrina de SS. Trinitate ſatis uſitatam. Epiphan. hæreſi LXXIV. pag. 377. de Spiritu S. dicit, σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ κυριολεκτεῖται, *cum Patre & Filio Domini titulo decoratur.* Euſebius Demonſtrat. Evang. lib. V. pag. 149. negat, Angelum, qui Jacobo apparuit Geneſ. XXXII. eſſe Angelum creatum, ἀπὸ τοῦ κυριολεκτεῖσθαι καὶ θεολογεῖσθαι τὸν δηλούμενον· καὶ γὰρ Θεὸν αὐτὸν ἡ θεία γραφὴ διαῤῥήδην ἀναγορεύει, καὶ κύριον ἀποκαλεῖ. *quia Dominus appellatur, eique Deitas attribuitur: & enim divina Scriptura ipſum diſertè Deum & Dominum prædicat & appellat.* Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone, pag. 277. θεολογεῖν καὶ κυριολογεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *Spiritum ſanctum Deum & Dominum dicere.* Apud Baſilium M. lib. V. contra Eunomium, τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κυριολογεῖν μὴ βουλόμενοι, *Spiritum Dei appellatione Domini ornare nolentes* dicuntur Eunomiani. Eodem ſenſu συγκυριολογεῖσθαι dixit Athanaſius Dial. III. de S. Trinitate, tom. II. pag. 221. Τὸ πνεῦμα συμπροσκυνεῖται καὶ συγκυριολογεῖται τῷ υἱῷ. *Spiritus ſanctus ſimul cum Filio adoratur & Dominus appellatur.* Ita κυριολογία eſt *appellatio vel titulus Domini.* Athanaſius Orat. contra Sabellii gregales, tom. I. pag. 655. ad Matth. VII. 21. Τίς ὁ ταῦτα λέγων, Οὐ πᾶς ὁ λέγων, Κύριε, κύριε, &c. οὐκ ἀνθρώπου τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ Θεοῦ δεικνύντος τὴν γνησίαν ἀπὸ πατρὸς γέννησιν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν κυριολογίαν οὐκ ἀρνουμένου τὴν περὶ ἑαυτοῦ. *Quis, qui hæc dicit,* Non omnis, qui dicit, Domine, Domine, &c. *non hominis hoc dictum, ſed Dei oſtendentis genuinam à Patre generationem, ac proinde Domini titulum non recuſantis.*

Κυριολέκτως.

Non habent Lexica. Significat *propriè*, & legitur apud Olympiodorum, in fine Commentarii in Cap. IV. Eccleſiaſtæ, pag. 613.

Κύριος.

Nomen hoc Κύριος, *Dominus* tribuitur

1. *Deo*, & idem quod Θεὸς notat. Chryſoſtomus Homil. XIV. in Geneſin: Κἂν τε Κύριον ἀκούσωμεν, κἄν τε Θεὸν, οὐδεμία ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐστὶ διαφορά. *Sive* Dominum *audiamus, ſive* Deum, *nulla in nominibus differentia eſt.* Theodoretus quæſt. II. in Deuteron. p. 170. Τὸ κύριος καὶ Θεὸς, τῆς θείας ἐστὶ φύσεως, οὐ τῆς τῶν προσώπων διαιρέσεως δηλωτικά· ὁ δὲ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῶν ἰδιοτήτων σημαντικά. *Nomina,* Dominus & Deus, *naturam divinam, non perſonarum diſtinctionem ſignificant: voces verò, Pater, Filius & Spiritus ſanctus proprietates indicant. Deus* autem appellatur κύριος, διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων, *Dominus, quia univerſis dominatur;* inquit Theophilus lib. I. ad Autolycum, pag. 245. In appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139. Κύριος λέγεται, ὅτι κυριεύει πάσης τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀναπνοῆς, ἤγουν πάσης τῆς κτίσεως, οὗ ἡ κυρεία ἀπέραντος. Dominus *dicitur, quia toti dominatur terræ, & omnibus reſpirantibus, id eſt, omnibus rebus creatis, cujus dominium infinitum eſt.* Ita omnium Dominus: fidelium verò duplici reſpectu. Hoc docet Chryſoſt. in Pſal. VIII. Τῶν ἄλλων τῶν οὐ πιστευόντων εἰς αὐτὸν, ἑνὶ τρόπῳ κύριός ἐστιν, ἡμῶν δὲ διπλῶς· τῷ τε ἐξ οὐκ ὄντων ποιῆσαι, τῷ τε γνωσθῆναι παρ᾽ ἡμῶν. *Aliorum, qui in eum non credunt, uno modo Dominus eſt: noſter verò duplici; tum, quia nos ex nihilo produxit, tum, quia à nobis agnoſcitur.*

2. *Filio Dei.* Greg. Nazianzenus Orat. XXIII. pag. 420. Ὅριζε δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων, ἕνα μὲν εἰδέναι Θεὸν ἀγέννητον τὸν πατέρα· ἕνα δὲ γεννητὸν Κύριον, τὸν υἱὸν, Θεὸν μὲν, ὅταν καθ᾽ ἑαυτὸν λέγηται προσαγορευόμενον. Κύριον δὲ, ὅταν μετὰ πατρὸς ὀνομάζηται· τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν, τὸ δὲ διὰ τὴν μοναρχίαν. *Quin pietatis noſtræ doctrinam præſcribe, ſic nos inſtituens, ut Deum unum ingenitum agnoſcamus, hoc eſt, Pater: unum item genitum* Dominum, *Filium videlicet, qui Deus quidem appellatur, cùm de eo ſeparatim ſermo habetur,* Dominus *autem, quando cum Patre nominatur; illud propter naturam, hoc propter unicum divinitatis principatum, &c.* Vide voces præcedentes ad num. II.

3. *Spiritui ſancto.* Hinc Baſilius M. lib. V. contra Eunomium dicit, *Spiritum S.* τῷ κυρίου καὶ Θεοῦ δοξάζεσθαι ὀνόματι, *Domini & Dei nomine glorificari.* Et Nazianzenus, Orat. XXXVII. pag. 610. dicit eum eſſe αὐτοκύριον, *ipſum Dominum.* Oecumenius in II. Cor. III. pag. 518. Κύριος τὸ πνεῦμα, καὶ ὁμόθρονον, καὶ ὁμοπροσκύνητον, καὶ ὁμοούσιον πατρὶ καὶ υἱῷ. *Dominus eſt Spiritus, ejuſdem throni, ejuſdem adorationis, ejuſdem eſſentiæ cum Patre & Filio compos.* Vide verba præcedentia ad num. II.

4. *Patri & Filio* ſimul. Id fit Pſal. CX. 1. Gen. XIX. 24. & II. Timoth. I. 18. ut docet Chryſoſtomus Homil. III. in II. ad Timoth. pag. 341. Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου. Δύο κύριοι; οὐδαμῶς· ἀλλ᾽ ἡμῖν εἷς κύριος Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ εἷς Θεός. Ἐνταῦθα οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες ἐπιπηδῶσι τῷ εἰρημένῳ· ἀλλὰ μανθανέτωσαν, ὡς ἔθος τῇ γραφῇ τοῦτο, καὶ πολλαχοῦ ἐστιν εὑρεῖν ταύτῃ τῇ συνηθείᾳ τὴν γραφὴν κεχρημένην, ὡς ὅταν λέγῃ, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ κυρίῳ μου. Καὶ πάλιν· Ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου· τοῦτο δὲ προσώπων ἐστὶ παραστατικὸν ὁμοουσίων, οὐ φύσεως διαιρετικόν· οὐ γὰρ ἵνα δύο οὐσίας διαφερούσας ἀλλήλων, ἀλλ᾽ ἵνα δύο πρόσωπα νοήσωμεν τῆς αὐτῆς οὔσης οὐσίας ἑκάτερα, τοῦτο λέγει. Det illi Dominus invenire miſericordiam apud Dominum. *Duo igitur Domini? Nequaquam: ſed nobis unus eſt Dominus Chriſtus Jeſus, & unus Deus. Hic, qui Marcionis laborant morbo, huic dicto inſultant. Sed diſcant, uſitatum eſſe in Scripturis hoc dicendi genus, eaſque ſæpe hoc loquendi genere uti; ut cùm dicit:* Dixit Dominus Domino meo. *Et rurſus:* Pluit Dominus à Domino. *Quæ quidem perſonas conſubſtantiales eſſe demonſtrant, non naturæ diverſitatem indicant: hoc enim dicit, non ut duas ſubſtantias inter ſe differentes, ſed ut duas perſonas unius ejuſdemque ſubſtantiæ utramque intelligamus.* Ita etiam Euſebius hiſtor. Eccleſ. lib. I. Cap. II. pag. 2. vult Geneſ. XIX. 24. Patrem & Filium intelli-

telligi, Τὸν λόγον δεύτερον μετὰ τὸν πατέρα καὶ κύριον σαφέστατα Μωϋσῆς ἀναγορεύει, λέγων. Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου. *Sermonem ſecundum à Patre etiam Dominum prædicat clariſſimè Moſes, dicens: Pluit Dominus à Domino.* Poteſt etiam illud παρὰ κυρίου, exponi *à ſe ipſo*, ut ſit Hebraiſmus emphaticus. Utramque expoſitionem ad locum Apoſtoli affert Theophylactus, pag. 807. Ἔθος τῇ γραφῇ οὕτω κεχρῆσθαι τῷ λόγῳ, ὡς τὸ, Ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου, τουτέστι, παρ' ἑαυτοῦ. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Εἰ δὲ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δηλοῦσθαι ἐνταῦθα δέξῃ, οὐδὲ τοῦτο ἄτοπον. Καὶ ὁ Πατὴρ γὰρ Κύριος, καὶ ὁ Υἱὸς Κύριος, καὶ τὸ πνεῦμα Κύριος· ἀλλ' εἷς κύριος ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἐμφαινόμενος. *Solet Scriptura ſic loqui, ut,* Pluit Dominus à Domino, *id eſt, à ſe ipſo. Hunc ad modum etiam hic. Quodſi & Patrem & Filium hic ſignificari admiſeris, nec hoc abſurdum erit: nam & Pater Dominus eſt, & Filius Dominus: & Spiritus Dominus: at unus Dominus in tribus perſonis indicatur.*

5. *Meſſiæ.* Pſal. CX. 1. Quem locum de Meſſia intelligendum eſſe, agnoſcit Theodoretus, quando pag. 849. in Pſalmos, dicit, Davidem Κύριον ἑαυτοῦ καλεῖν τὸν δεσπότην Χριστὸν, *Dominum ſuum vocare Chriſtum:* indeque rectè concludit, eum *verum eſſe Deum:* Οὐκ ἄρα μόνον ἄνθρωπος κατὰ τὴν Ἰουδαίων ἄνοιαν, ἀλλὰ καὶ Θεὸς, ὡς τοῦ Δαυὶδ δημιουργός τε καὶ κύριος. Καὶ τὸ κοινὸν δὲ τῶν ὀνομάτων τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας δηλοῖ. Κύριος γὰρ Κυρίῳ λέγει, καὶ οὐ κύριος κτίσματι, οὐδὲ κύριος ποιήματι. *Propterea profectò non ſolùm eſt homo, ſecundum Judæorum inſaniam; ſed etiam Deus, quippe Davidis conditor & Dominus. Cæterùm communio nominum identitatem ſubſtantiæ oſtendit. Dominus enim Domino dicit, & non Dominus creaturæ, neq; Dominus figmento.* Eſt autem Meſſias *naturâ Dominus*, juxta illud Cyrilli Jeroſol. Catech. Illumin. X. pag. 100. 101. Κύριος κατ' ἀλήθειαν, οὐκ ἐκ προκοπῆς τὸ κυριεύειν λαβὼν, ἀλλ' ἐκ φύσεως τὸ τῆς κυριότητος ἔχων ἀξίωμα· καὶ οὐ καταχρηστικῶς, ὡς ἡμεῖς, κύριος καλούμενος, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ κύριος ὢν, ἐπειδὰν νεύματι πατρὸς κυριεύει τῶν οἰκείων δημιουργημάτων. *Verè Dominus eſt; non progreſſione aliqua dominationem accepit, ſed naturâ dominationis dignitatem habet. Nec abuſivè ut nos, Dominus vocatur, ſed verè Dominus exiſtit, quoniam nutu Patris ſuis dominatur creaturis.* V. ibid. plura. Denotatur etiam per Κύριον τῆς δόξης, *Dominum gloriæ* I. Cor. II. 8. ubi Apoſtolus *de principibus hujus ſeculi* dicit, *eos ſapientiam Dei occultam non cognoviſſe:* εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. *Nam ſi cognoviſſent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Quem locum explicans Greg. Nyſſenus Orat. VI. contra Eunomium, tom. II. p. 596. ſic ſcribit: Ἡ τοῦ θανάτου πεῖρα ἐπὶ τὸ κεκοινωνηκότα τῆς ἐμπαθοῦς φύσεως ἀναφέρεται διὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, καὶ τὰ ὑψηλά τε καὶ θεοπρεπῆ τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον καταβαίνει· ὡς καὶ κύριον τῆς δόξης τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ φανέντα κατονομάζεσθαι, τῇ τῆς φύσεως αὐτοῦ πρὸς τὸ ταπεινὸν ἀνακράσει, καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων χάριτος ἐκ τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον συμμεταβάσης. *Mortis experimentum ad eum, qui particeps factus eſt naturæ patibilis, refertur, propter hominis ſecum unionem: atq; illa excelſa & Deo convenientia nomina in hominem deſcendunt: ita ut* Dominus gloriæ *is, qui in cruce viſus eſt, nominetur, propter temperationem naturæ ipſius cum eo quod eſt humile, & quòd gratia nominum ex divino ad humanum ſimul tranſeat.* Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 129. Κύριον δόξης τὸν ἐσταυρωμένον ἐκάλεσεν, οὐ τῇ θεότητι περιάπτων τὸ πάθος, ἀλλὰ τῆς τῶν ἡμαρτηκότων παρανομίας δεικνὺς τὴν ὑπερβολήν. Dominum gloriæ *crucifixum appellavit, nequaquam divinitati paſſionem tribuens, ſed ſummum eorum, qui peccârunt, ſcelus oſtendens.* Et Theophylactus, pag. 179. Κύριον δόξης ἐνταῦθα ὠνόμασε τὸν Χριστόν. Διότι γὰρ ἀδοξία ἐδόκει ὁ σταυρὸς, δείκνυσιν ὅτι οὐδὲν εἰς δόξαν παρεβλάβη ἐκ τοῦ σταυροῦ, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐδοξάσθη, ὡς ἐκ τούτου μᾶλλον φανεὶς φιλάνθρωπος. Dominum gloriæ *hic appellavit Chriſtum. Quia enim crux pro infamia ducebatur, oſtendit, illam gloriam ex cruce nihil detrimenti accepiſſe, quin potiùs inde glorificatum eſſe, ut qui ex hoc humanæ ſalutis ſtudioſior apparuit.* Κύριος δόξης, uſitatiſſimo Hebraiſmo, eſt κύριος δεδοξασμένος, *Dominus glorioſus*, ut Act. VII. 2. ὁ Θεὸς τῆς δόξης. Vide in Δόξα, num. I. 1. Quidquid autem ſit, duæ hic obſervandæ naturæ, & una perſona, quia & Deus gloriæ, & paſſus, & quia paſſio Domino gloriæ tribuitur, quæ alioqui propria humanæ naturæ eſt. Quando Actor. II. 36. in concione ſua Petrus, ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, vox κύριος non denotat οὐσίαν, ſed ἐξουσίαν, ut Orthodoxi contra Hæreticos rectè obſervârunt, & nos ex iis docemus in verbo Ποιέω. Etiam hoc obſervandum, *nomen* κύριος, Lat. *Dominus*, frequentiſſimè *pro Chriſto* uſurpari. Loca ex novo Teſtamento, quia ubique obvia, non adducimus. Pauciſſima ex Antiquitate ſufficient. Chryſoſtomus Homil. IX. in Epiſtol. ad Coloſſ. pag. 139. Ἡμεῖς τῶν ἐπιστολῶν προτάσσομεν τὸ ὄνομα κυρίου. Ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ τὸ ὄνομα Κυρίου, πάντα αἴσια. *Nos Epiſtolis præfigimus nomen* Domini: *ubi enim nomen Domini fuerit, ibi omnia auſpicata, læta, proſpera.* Præfigebant autem nomen κύριος, in formula ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Chryſoſtomus ad Innocentium, Epiſcop. Rom. Epiſt. CXXII. Τῷ δεσπότῃ μου τῷ αἰδεσιμωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ, - - Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν. *Reverendiſſimo & Dei amantiſſimo Domino meo, Epiſcopo, - - Johannes in Domino gaudere.* Eodem modo Baſilius M. Epiſt. LXIX. & alii paſſim. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VI. Cap. XLI. pag. 68. b. ex Dionyſio: Οἱ δὲ στεῤῥοὶ καὶ μακάριοι στύλοι τοῦ Κυρίου, κραταιωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν ἑαυτοῖς πίστεως ἀξίαν καὶ ἀνάλογον δύναμιν καὶ καρτερίαν λαβόντες, θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς βασιλείας μάρτυρες. *Firmæ autem & beatæ columnæ Domini, ab eo roboratæ, & fidei firmitati, quæ in ipſis erat, vires & tolerantiam aptè reſpondentem adeptæ, admirabiles regni ejus teſtes factæ ſunt.* Salvianus lib. III. de Gubern. *Numquid deliravit Dominus, qui præcepit, omnis enim, inquit per Apoſtolum ſuum, clamor auferatur à vobis cum omni malitia?* Huc etiam referri debet uſitata in N. Teſt. locutio ἐν κυρίῳ, quæ ſignificat

a. *in iis, quæ pertinent ad Dominum* Chriſtum. Ita ſumitur I. Corinth. IV. 17. *Miſi Timotheum*, πιστὸν ἐν Κυρίῳ, *fidelem in Domino:* id eſt, interprete Theophylacto, οὐκ ἐν βιωτικοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν πράγμασι, *non in rebus temporariis, ſed in iis, quæ ad Chriſtum pertinent.*

b. *piè, ſanctè, religioſè, caſtè, cum timore.* Ita I. Corinth. VII. 39. de muliere, cujus maritus obiit, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλῃ γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ, *libera eſt, ut cui vult nubat: modò in Domino.* Chryſoſtomus Homil. XIX. in hanc Epiſt. Ἐν Κυρίῳ, τουτέστι, μετὰ σωφροσύνης, μετὰ κοσμιότητος· ταύτης γὰρ πανταχοῦ χρεία, καὶ δεῖ ταύτην διώκειν· ἄλλως γὰρ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν τὸν Θεόν. In Domino, *id eſt, cum temperantia, cum honeſtate & modeſtia: ea enim ubiq; neceſſaria, eamq; ſectari oportet: aliter enim Deus videri nequit.* Theophylactus, etiam exponit μετὰ σωφροσύνης, μετὰ κοσμιότητος, ſed addit, Ἐπὶ παιδοποιίᾳ καὶ προστασίᾳ, μὴ ἐμπαθείᾳ ἐπιθυμίας. *Ad liberorum procreationem & curam, non cum libidinis affectione.* Rectè etiam Epiphanius hæreſi LIX. pag. 216. Ἐν Κυρίῳ, exponit, μὴ ἐν πορνείᾳ, μὴ ἐν μοιχείᾳ, μὴ ἐν κλεψιγαμίᾳ, ἀλλ' ἐν παῤῥησίᾳ, ἐν σεμνῷ γάμῳ. *Non in fornicatione, non in adulterio, non in furtivo conjugio, ſed palàm,*

Digitized by Google

palàm, & in honeſto conjugio. Balſamon ad Can. XLI. Baſilii ad Amphilochium, pag. 977. dicit: Ἐν Κυρίῳ συνάπτει γάμον, ἡ μετὰ ὀρθοδόξου, οὐ μὴν μετὰ αἱρετικοῦ συναφθεῖσα. *In Domino nuptias contrahit, quæ cum orthodoxo, non certè quæ cum hæretico copulatur:* atque hoc dicit eſſe illud Apoſtoli, μόνον ἐν Κυρίῳ. Hauſta hæc interpretatio ex veteribus: illi enim ferè volunt, Apoſtolum per illud, μόνον ἐν Κυρίῳ, prohibere, ne quis fidelis cum infideli matrimonium contrahat. Ita Theodoretus, qui pag. 156. ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ, τουτέστιν, ὁμοπίστῳ, εὐσεβεῖ, σωφρόνως, ἐννόμως, *libera eſt, ut cui vult nubat, modò in* Domino *hoc eſt, ejuſdem fidei, pio, honeſtè, legitimè.* Ita etiam Tertull. lib. V. adv. Marcion. de Epiſt. ad Corinth. lib. II. ad uxor. & de Corona Militis.

c. *Domini cauſâ,* vel, *propter Dominum.* Ita ſumitur ad Rom. XVI. 2. ubi Apoſtolus vult, Phœben recipi ἐν Κυρίῳ, *in Domino:* hoc eſt, διὰ τὸν Κύριον, *propter Dominum;* ut Theophylactus exponit.

d. *Secundùm Dominum, prout Dominus vult.* Ad Epheſ. VI. 1. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ. *Filii, obedite parentibus veſtris in Domino.* Theophylactus: Ἐν Κυρίῳ, τουτέστιν, ὅταν κατὰ Κύριον ᾖ τὰ προστάγματα. In Domino, *hoc eſt, quando ſecundum Dominum fuerint mandata.* Oecumenius, pag. 646. in hanc Epiſt. exponit, κατὰ Κύριον, ἐν οἷς μὴ βλάπτεται εὐσέβεια. *Secundum Dominum, in iis, quibus pietas non læditur.* Theodoretus: Κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον. *Juxta legem Dei.*

6. *Hominibus.* Act. XXV. 26. *Imperator Romanus* vocatur Κύριος. Auguſtus tamen, teſte Suetonio, *Domini* appellationem abhorruit, & edicto vetuit, quia Romanis nomen *domini* & *regis* exoſum eſſe noverat. *Tiberius;* inquit Suetonius; *Dominus appellatus à quodam, denunciavit, ne ſe ampliùs contumeliæ cauſâ nominaret.* Judas Galilæus, de quo Actor. Cap. V. docuit; ut ſcribit Theophylactus in Cap. XIII. Lucæ, pag. 422. μηδένα ἀνθρώπων μηδὲ μέχρι ῥήματος ἀνέχεσθαι λέγειν Κύριον, μηδὲ κατά τινα τιμὴν καὶ φιλοφροσύνην, μηδ' αὐτὸν βασιλεύοντα, *non ferendum ullum omnino hominem Dominum dici, neque honoris, vel modeſtiæ gratiâ, & ne Regem quidem ipſum.* Addit Theophylactus: Ὅθεν καὶ πολλοίγε αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ μὴ εἰπεῖν Κύριον τὸν Καίσαρα, χαλεπῶς ᾐκίζοντο. *Unde & multi ipſorum, propterea quod Cæſarem non dicerent* dominum, *graviter feriebantur.* Vide etiam Joſeph. lib. VII. de bello Judaico, Cap. XXIX. unde ſua Theophylactus habet. Plura de hoc themate ſuppeditat Ravanellus in voce *Dominus*, num. XIV. Huc etiam referri poteſt illud Salvatoris Matth. VI. 24. Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. De eo autem jam actum in verbo Δουλεύω, num. III. 4.

Κυριώνυμος.

Non habent Lexica. Eſt *A' Domino nomen habens.* Ita appellatur *dies Dominica.* Loca aliquot produximus in voce Κυριακὴ, ſtatim ab initio, num. I.

Κύων.

Impropriam tantùm, & quidem *in malam partem* ſumtam, *Canis* ſignificationem hic examinamus. Atque ita *Canes* ſumuntur

I. Pro *abjectis & viliſſimis hominibus.* *Canis* nomen per contemtum ſolet adhiberi. Quod etiam Auguſtinus monet quæſt. XXXVII. *Canis* certè *pro viliſſimo animali* habetur: unde παροιμιῶδες illud Eccleſ. IX. 4. Ὁ κύων ὁ ζῶν αὐτὸς ἀγαθὸς ὑπὲρ τὸν λέοντα τὸν νεκρόν. *Canis vivus præſtantior eſt leone mortuo.* Hebræi etiam, quò rei alioqui per ſe vilis ſatis, vilitatem vehementiùs exprimant, *mortuum* appellant *canem:* de ſe David ad Saulem I. Reg. XXIV. 15. Ὀπίσω κυνὸς τεθνηκότος, καὶ ὀπίσω ψύλλου ἑνὸς καταδιώκεις. *Canem mortuum inſectaris & pulicem.* Juxta Hebræos habentur I. Samuel. XXIV. 15. Ad Davidem Mephiboſeth II. Sam. IX. 8. Ἐπέβλεψας ἐπὶ τὸν κύνα τὸν τεθνηκότα τὸν ὅμοιον ἐμοί. *Reſpexiſti ad canem mortuum, ſimilem mibi.* Et de Simæo Abiſæus Cap. XVI. 9. Ἱνατί καταρᾶται ὁ κύων ὁ τεθνηκὼς οὗτος τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα; *Cur maledicit canis iſte mortuus Domino meo regi?* Vide Ravanell. in voce *Canis*, num. I. 1.

II. Pro *hominibus, infidelibus, ſeu pro hominibus profanis & alienis à fœdere Dei.* Matth. XV. 26. & Marci VII. 27. Chriſtus *mulierem Cananæam* vocat κυνάριον, *canem* vel *catellum* διὰ τὸ τοὺς ἐθνικοὺς ἀκάθαρτον βίον ἔχειν καὶ περὶ τὰ αἵματα τῶν εἰδωλοθύτων ἀναστρέφεσθαι, *quòd gentiles impuram agerent vitam, & in ſanguine idolis immolatorum verſarentur;* inquit Theophylactus in Cap. XV. Matthæi, pag. 88. Idem, in Cap. VII. Marci, pag. 226. Κυνάρια ὀνομάζει τοὺς ἐθνικοὺς, ὡς μιαροὺς δοκοῦντας τοῖς Ἰουδαίοις. *Canes nominat Gentiles, tanquam exoſos Judæis habitos.* Chryſoſtomus autem Homiliâ CXIX. tom. V. pag. 773. vult Chriſtum hac appellatione hujus mulieris *in precibus conſtantiam* ſignificare voluiſſe: Οἶμαι καὶ πιστεύω, ὅτι ἐν τῇ ὕβρει ταύτῃ ἐνέθηκε τῆς εὐνοίας τὴν εἰκόνα, δεικνὺς τὸ εὐνοϊκὸν τοῦ ζώου. Κύων μυρία πάσχων, τῆς δεσποτικῆς οἰκίας οὐκ ἀφίσταται· κύων ὅτε εἴδῃ τὰ δεσποτικὰ βήματα, σιωπᾷ· ὅταν δὲ δούλους δεσποτικοὺς, ἡσυχάζει· ὅταν δὲ ἴδῃ ἀλλοτρίους, παρατάττεται, ὑλακτεῖ, οὐχ ἡσυχάζει, πρὸς οὐδένα τῶν ἄλλων βλέπων. Ἰουδαῖοι πῶς ὁρῶσι κατὰ Θεοῦ μυρίας βλασφημίας, καὶ οὐ παρατάττονται; βλέπε Χριστιανὸν ἀκούοντα βλασφημίας αἱρετικῆς ἢ ἑτέρας πλάνης, καὶ εὐθέως θορυβούμενον, ὑλακτοῦντα, βοῶντα κατὰ τῶν ἐναντίων. Οὐ φέρει Χριστιανὸς ἰδεῖν ἀλλοτρίαν ὄψιν, ἀλλ' ὡς κύων περὶ τὸν δεσποτικὸν πυλῶνα ὑλακτεῖ· καὶ οἱ ἔξω τῆς πίστεως φιλόσοφοι τὴν τῶν κυνῶν προσηγορίαν ἠσπάσαντο, διὰ τὸ εὐνοϊκὸν τοῦ ζώου, καὶ οὐκ ἐβδελύχθησαν τὸ ὄνομα, ἀλλ' ἀπέβλεψαν εἰς τὴν εὔνοιαν τῆς φύσεως. Ὅτι δὲ ἀποδέχεται ὁ Θεὸς τὸν ὑλακτοῦντα ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, καὶ μέμφεται τῷ σιωπῶντι, καὶ μὴ ὑλακτοῦντι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, λέγει περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, πάντες κύνες εἰσὶν, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν. Κύων καλεῖται ψυχὴ εὐνοοῦσα τῷ δεσπότῃ, καὶ ὑπὲρ τοῦ δεσπότου ὑλακτοῦσα, οὐχ ὑβριζομένη. Κύων, ὅταν μανῇ, τοῦτο μόνον ἔχει σημεῖον τῆς μανίας, ὅταν κατὰ τοῦ δεσπότου τοὺς ὀδόντας ἐπάρῃ. *Ego exiſtimo & credo, Chriſtum, Cananæam mulierem probroſo canis nomine appellando, benevoli affectus imaginem nobis proponere voluiſſe, atque blandos canis mores oſtendere. Canis, etiamſi infinita ſufferat mala, domini tamen ſui ædes non deſerit. Canis, ſi heri videat veſtigia, ſilet: ſi vero domini ſervos, quieſcit: ſin peregrinos videat, commovetur, latrat, non quieſcit, ad neminem reliquorum reſpiciens. Quomodo Judæi innumerabiles adverſus Deum blaſphemias vident, nec tamen commoventur? Vide Chriſtianum, qui, ſi hæreticorum, aut aliorum errorum patronorum blaſphemiam audiat, ſtatim perturbatur, latrat & clamat adverſus hoſtes. Non ſuſtinet Chriſtianus alienum videre vultum, ſed tanquam canis circa Dominicas fores latrat. Et à fide alieni Philoſophi à canibus denominationem ſunt amplexi, propter animalis iſtius blandos mores, nec illud nomen ſunt averſati, ſed reſpexerunt ad benevolum naturæ affectum. Quoniam vero Deus eum recipit, qui pro pietate canum inſtar latrat, & tacentem reprehendit, eumque qui pro veritate non latrat, de Iſraëlitis dicit,* Jeſ. LVI. 10. Omnes canes ſunt, qui non poſſunt latrare. *Canis vocatur anima, quæ benevolo eſt erga Dominum affectu, & pro Domino latrat, non afficitur contumeliis. Canis, cùm furit, illud tantùm furoris ſignum habet, quando contra Dominum dentes effert.* Quòd dicit, *Philoſophos quosdam*

Digitized by Google

dam à canibus denominari voluiſſe, *Cynicos* intelligit, eamque appellationem in laude ponit. Alii tamen aliter. Quibusdam ſic appellati à gymnaſio Cynoſarge, in quo philoſophatus fuit Antiſthenes: aliis à canina mordacitate, aliis denique, quòd canum more in propatulo coirent. Audire placet Lactantium. *Quid loquar*, inquit, *de Cynicis, quibus in propatulo coire cum conjugibus mos fuit? Quid mirum ſi à canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum & nomen traxerunt? κύων enim Græcis eſt canis.* Rem ita ſe habuiſſe, indicat etiam Apuleius Florid. II. cùm de Cratete ſic loquitur: *Duxit Cynicus puellam in porticum. Ibidem loco celebri, coràm, luce clariſſima accubuit, coramq́; virginem imminuiſſet paratam pari conſtantia, ni Zeno, procinctu palliaſtri circumſtantis coronæ obtutu magiſtrum in ſecreto defendiſſet.* A' *mordacitate* tamen dictos eſſe confirmat Diogenes, qui interrogatus, *cur canis appellaretur?* reſpondit: *Quia iis, qui dant, blandior; qui non dant, oblatro, malos autem mordeo.* De eorum *impudentia* vide etiam Auguſtinum lib. XIV. de Civitate Dei, Cap. X. Valerium lib. I. Cap. XV.

III. Pro *profanis contemtoribus verbi Dei*, & in ſervos Dei, qui illud ipſis annunciant, crudeliter ſævientibus. Ita accipitur Matth. VII. 6. ubi Chriſtus: Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί. *Nolite dare ſanctum canibus.* De talibus Seneca Epiſt. XXIX. *Nulli niſi audituro dicendum eſt.* Quintilianus VI. Declamat. *Labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur: ſtulta cura eſt, quæ ſpem non habet.* Feſtus Avienus:

-- -- *Cur inefficaciter*
Secreta rerum in non tenacem effunderem?
In non ſequacem quis profunda oggarriat?

Ælianus: Τί μοι κωφοῖς καὶ ἀνοήτοις συμβουλεύειν τὰ λυσιτελέστατα; *Quid ego ſurdis & dementibus optima ſuaderem?* Salvianus: *Infructuoſus eſt & inanis labor, ubi non recipit probationem pravus auditor.* Cyprianus contra Demetrianum: *Labor irritus, & nullius effectûs, offerre lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto.* In eundem ſenſum Arnobius: *An tibi aſpernanti fugientiq́; infundenda in gremium eſt divinæ benevolentiæ gratia? vis ſumere quod offertur, atq; in tuos uſus convertere? conſulueris tibi.* Leo Imper. Conſt. LXXXVI. pag. 490. Οἱ τὴν παρὰ τοῦ παναγίου πνεύματος διδομένην αὐτοῖς τιμὴν περιυβρίζοντες, καὶ, τὸ ἑαυτῶν μέρος, τὸ ὕψος ταπεινοῦντες τῆς χάριτος, δικαίως, οἷα τῆς εὐεργεσίας ἀνάξιοι, ἧς τὸ μέγεθος οὐκ αἰσθάνονται, τὴν ἀφαίρεσιν κατακρίνονται. *Qui honorem ſibi à ſanctiſſimo Spiritu datum contumelioſè tractant, &, quantum in ipſis eſt, gratiæ magnitudinem deprimunt, meritò, utpote beneficio hoc indigni, cujus præſtantiam non ſentiunt, ejus ablatione mulctantur. Canes* hîc vocat Chriſtus; ut propiùs ad rem accedamus; quales Paulus II. Timoth. IV. 3. τοὺς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνεχομένους, *qui ſanam doctrinam non tolerant:* Lucas Actor. XIX. 9. σκληρυνθέντας, καὶ ἀπειθοῦντας, καὶ τὴν ὁδὸν κακολογοῦντας, *qui indurati, parere nolunt, & de via* Domini *malè loquuntur.* Clemens Alexandrinus Strom. II. pag. 361. dicit intelligi φθονεροὺς καὶ τεταραγμένους, ἀπίστους τε ἔτι ἤθεσιν, εἰς ὑλακὴν ζητήσεως ἀναιδοῦς, *invidioſos & perturbatos, & adhuc infidelibus & impudentibus moribus præditos ad latrandum adverſus inquiſitionem.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. in Matth. Κύνας ἐνταῦθα, τοὺς ἐν ἀσεβείᾳ ζῶντας, ἀνιάτως, καὶ μεταβολῆς τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον οὐκ ἔχοντας ἐλπίδα ᾐνίξατο. *Per canes hîc innuit homines in impietate viventes inſanabili, ſpemq́; converſionis in melius omnino non habentes.* Homil. I. in Matth. pag. 7. dicit notari τοὺς μὴ τίμια ταῦτα ἡγουμένους καὶ σεμνά, *qui hæc*, nempe verba Chriſti, *non habent pro precioſis & venerandis.* Theophylacto in Cap. VII. Matthæi *Canes* ſunt ἄπιστοι, *infideles.* Photius Epiſt. LIV. pag. 107. Κύνες, καὶ τῶν αἱρετικῶν, καὶ τῶν ἀπίστων, ὅσοι πολλάκις τὸν τῆς εὐσεβείας κατηχηθέντες λόγον, οὐ μόνον οὐδὲν ἄμεινον διετέθησαν, ἀλλὰ καὶ τὴν λύσσαν αὐτῶν κατὰ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν θρησκείας, ἐμμανέστερον κυνῶν ὑλακτούντων, ἐπεδείξαντο. Canes *ſunt & Hæretici & Pagani, qui cùm ſæpe religionis prima rudimenta infuſa audiverint, non tantùm meliori ſtatu non ſunt, ſed & rabiem ſuam produnt, multò quidem furioſius ipſis canibus contra ſacram religionem noſtram latrantes.* Vide etiam Iſidorum Peluſiotam Epiſt. CLXXXI. lib. IV. pag. 516.

IV. Pro *execrandis & ſceleratiſſimis hominibus.* Apocal. XXII. 15. à civitate ſancta, Jeroſolyma cœleſti, excludendi perhibentur οἱ κύνες καὶ οἱ πόρνοι, quod Interpretes conſtanter reddunt, *Canes & ſcortatores*, cùm πόρνοι potiùs ſint *cinædi, pueri meritorii.* Heſychius: Κίναιδος, ἀσελγής, πόρνος. *Cinædus, laſcivus, puer meritorius.* Quis ſit πόρνος, & unde ſic dicatur, apertè docet Xenophon Memoral. lib. I. Τὴν ὥραν ἐάν τις ἀργυρίου πωλῇ τῷ βουλομένῳ, πόρνον αὐτὸν ἀποκαλοῦσι. *Qui ætatis florem mercede proſtituerit, hunc* πόρνον *appellant.* Apud Ariſtophanem, παῖδες πόρνοι, *pueri meritorii.* Veteres Gloſſæ: Πόρνος, *ſcortum.* Huc facit illud Chryſoſtómi Homil. IV. ad Cap. I. v. 27. Καὶ ἵνα μάθῃς ἡλίκον τοῦτό ἐστιν, εἴ τις ἐλθὼν ἐπηγγείλατο ἐξ ἀνθρώπου κύνα ποιεῖν σε, ἆρα οὐκ ἂν ὡς λυμεῶνα ἔφυγες; ἀλλ' ἰδού, οὐ κύνα ἐξ ἀνθρώπου σαυτὸν ἐποίησας, ἀλλὰ τὸ τούτου ζῶον ἀτιμότερον. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ εἰς χρῆσιν ἐπιτήδειον, ὁ δὲ ἡταιρηκὼς οὐδαμοῦ χρήσιμος. Τί δέ, εἰπέ μοι, εἴ τις ἠπείλει ποιεῖν τίκτειν ἄνδρας καὶ λοχεύεσθαι, οὐκ ἂν ἐπλήσθημεν θυμοῦ; ἀλλ' ἰδοὺ νῦν χαλεπώτερα ἑαυτοὺς κατειργάσαντο οἱ τὰ τοιαῦτα λυττῶντες. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον εἰς γυναικείαν μεταβαλεῖν φύσιν, καὶ μένοντα ἄνδρα γενέσθαι γυναῖκα, μᾶλλον δὲ μήτε τοῦτο, μήτε ἐκεῖνο. *Et ut diſcas, quàm grande hoc flagitium ſit: ſi quis ex homine canem facere te profiteatur, annon, ut peſtiferum, averſeris & fugias? Ecce autem, non canem ex homine te ipſum feciſti, ſed quoddam cane etiam vilius animal: canis enim ad uſum aliquem idoneus eſt, ſcortus autem nullibi utilis. Quòd autem, quæſo, ſi quis minetur, facturum ſe ut viri parturiant ac pariant, annon animi nobis adverſus talem bile turgerent? At graviora ſibi infligunt iſti, rabie ejusmodi perciti. Neq; enim par ſcelus eſt, in muliebrem naturam migrare, ac virum manentem mulierem fieri: quin potiùs neq; hoc, neq; illud fuerit.* Propudia ergo iſta *canibus* confert, & canibus quidem rabioſis. Reſpectu autem hujus impuritatis, *canem & porcum* ſæpiùs conjungi deprehendas. Sic Chriſtus Matth. VII. 6. ut ſub numero præcedenti vidimus, *Nolite dare ſanctum canibus: neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Et II. Petri II. 22. Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα· Καί· Ὗς λουσαμένη, εἰς κύλισμα βορβόρου. *Canis reverſus ad ſuum ipſius vomitum: &, Sus lota, ad volutabrum cœni.* Ad hunc locum Heriveus Archiepiſcopus Rhemenſis Epiſt. ad Witonem: *Æquè ut ante Baptiſmum juxta Paganiſmi morem, quemadmodum ſues, ſunt reverſi ad volutabrum, & canes ad vomitum, ludicras voluptates, neſando Paganorum ritu, exercuere.* Cyrillus Alexandr. lib. VIII. de Adoratione, pag. 261. Κύνα τὸν ἀναιδῆ καὶ ἀκάθαρτον ἄνθρωπον ὀνομάζειν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ. *Solet divina Scriptura impudentem & impurum hominem, nominare canem.* Greg. Nyſſenus in Pſal. Cap. XVI. ad v. 6. Pſal. LIX. tom. I. pag. 366. Τῆς μὲν πόλεως οἰκήτωρ ἐστίν, τὸ μέγα καὶ τίμιον χρῆμα, ὁ ὄντως ἄνθρωπος, καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβληθέντα χαρακτῆρα τῇ φύσει διὰ τοῦ βίου μεμορφωμένον ἔχων. Ὁ δὲ περὶ τὰ ἔξω τῆς πόλεως ἀναστρεφόμενος κύων ἐστί, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὥστε φανερὸν εἶναι παντί, πῶς χρὴ διακρίνειν τοὺς κύνας ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἀνθρώπων, οὐκ ἐκ τοῦ σχήματος λέγω

τῆς

Digitized by Google

τῆς τοῦ σώματος διαπλάσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ τὸν βίον διαφορᾶς. Ὁ γὰρ τῆς ἐναρέτου πόλεως ἔνοικος, ἀληθῶς ἐστιν ἄνθρωπος. Εἰ δέ τις περὶ τὴν δυσώδη ἀκολασίαν, ἢ τὴν περιττωματικὴν πλεονεξίαν, ἣν κυρίως ἄν τις ὀνομάσειε κόπρον, ἢ περὶ τὰ ἄλλα τῆς κακίας εἴδη τὴν σπουδὴν ἔχοι, ἔξω τοῦ κύκλου τῆς πόλεως ἐκείνης πλανώμενός τε καὶ περιέπων, βοᾷ καθ' ἑαυτοῦ τὸ κύων εἶναι, μεταπλασθείσης ἀπὸ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ὁμοιότητος, ἐπὶ τὸ κυνῶδες τῆς φύσεως. *Civitatis incola eximium quiddam eſt, & venerandum, verè homo, eumq; quem ab initio naturæ impreſſum accepit characterem, ipſâ vitâ ſuâ expreſſum circumferens. At qui ſeſe in iis, quæ extra civitatem ſunt, occupat, canis eſt, non homo: ut proinde omnibus planum ſit, qua ratione diſcernere oporteat canes ab illis, qui naturâ ſunt homines: non enim diſcrimen hoc ex efficta corporis forma petendum eſt, ſed ex differentia vitæ quam vivunt. Nam qui civitatis virtute præditæ incola eſt, ille verè homo eſt. Quodſi quis circa fœtidam intemperantiam, aut circa ſuperfluam cupiditatem, quam quis propriè nominaverit canum, vel in aliis improbitatis generibus ſtudium & induſtriam collocat, extra ambitum civitatis illius oberrans, is de ſe ipſo clara voce teſtatur, ſe canem eſſe, transformatâ illâ, quam cum Deo habebat, ſimilitudine in caninam naturam.*

V. Pro *doctoribus, & aliis impudentibus hominibus.* Hinc Heſychius: Κυναῖος, ἀναιδής. *Caninus, canis inſtar impudens.* Ita etiam Suidas. Iterum Heſychius: Κύνες, -- ἀναιδεῖς. *Canes, impudentes.* Idem, Κύων, δηλοῖ τὸν ἀναιδῆ. *Canis denotat impudentem.* Confer, quæ ad numerum præcedentem dicta. Chryſoſtomus Homil. XII. ad populum Antiochenum: Ἀναίσχυντον ὁ κύων. *Impudens eſt canis.* Ita Jeſajæ LVI. 10. falſi doctores canibus comparantur, quia eo impudentiæ prorumpunt, ut hoſtibus quidem veritatis blandiantur, Dominum autem, & gregem ejus, turpis ſcilicet lucri cauſâ, negligant. Hoc obſervat Theodoretus, ad locum illum, pag. 122. ſic ſcribens: Κατὰ μὲν γὰρ τῶν δαιμόνων οὐχ ὑλάκτουν, ἀλλὰ περισαίνοντες τοὺς πολεμίους, ὡς εὐεργέτας ἐδέχοντο· κατὰ δὲ τοῦ τροφέως, καὶ σωτῆρος ὑλάκτουν. *Contra dæmones enim non latrabant, ſed circumblandientes inimicis, eos velut benefactores excipiebant: adverſus nutricium autem & ſervatorem latrabant.* Nec aliter uſurpâſſe videtur Apoſtolus ad Philippenſes III. 2. cùm dixit, Βλέπετε τοὺς κύνας, *cavete canes.* Ubi tamen, *cur falſi doctores, canes nominentur,* non una omnium ſententia. Sunt qui id factum putant *propter impietatem*, quòd à Chriſto ſint alieni, quomodo *exteri canes* dicti Matth. XV. 26. Vide ſuprà num. II. Vel *propter ingratitudinem*, quòd etiam largientem & benefactorem allatrent. Alii *propter maledicendi ſtudium*, quòd in Apoſtolum inveherentur, unde *canina facundia* in diverbium abierit. Alii *ob impudentiam.* Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 334. Ἴδιον τῶν κυνῶν ἡ ἀναίδεια· ἐπειδὴ τοίνυν πολλάκις διελεγχθέντες οὗτοι, ὡς κακῶς τὸ κήρυγμα διαφθείροντες, ἐπέμενον τῇ μοχθηρίᾳ τῆς γνώμης, εἰκότως αὐτοὺς προσηγόρευσε κύνας. *Canum propria eſt impudentia. Quoniam ergo ii ſæpe convicti, quòd prædicationem corrumperent, in ſua improbitate perſeverabant, meritò eos* canes *vocavit.* Theophylactus, pag. 603. *Canes vocantur Judæi,* ὡς ἰταμοί, καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀληθείας ἀναισχυντοῦντες, καὶ κατὰ πάντων ὑλακτοῦντες, *tanquam impudentes, & ad lumen veritatis impudenter ſeſe gerentes, ac omnes allatrantes.* Alii *ob turpis lucri ſtudium.* Hæc eſt ſententia Chryſoſtomi, Homil. X. in Epiſt. ad Philipp. pag. 58. Ἐνταῦθα ἦσάν τινες, οὓς ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αἰνίττεται, Ἰουδαῖοι μιαροὶ καὶ κατάπτυστοι, αἰσχροκερδεῖς καὶ φίλαρχοι, οἳ βουλόμενοι τῶν πιστῶν πολλοὺς παρασπάσαι, ἐκήρυττον, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν καὶ τὸν Ἰουδαϊσμόν, παραφθείροντες τὸ εὐαγγέλιον. *Hic erant aliqui, quos in omnibus Epiſtolis ſignificat, Judæi, impuri, execrandi, turpis lucri & principatûs cupidi, qui cùm multos ex fidelibus ad ſe allicere vellent, & Chriſtianiſmum & Judaiſmum prædicabant, corrumpentes Evangelium.* Subjicit tamen, eum τὸ ἀναιδὲς αὐτῶν καὶ τὸ ἰταμόν, *impudentiam eorum & audaciam*, etiam proponere voluiſſe. Alii, *propter impuritatem*, quia canis inſtar ad vomitum reverterentur. Vide ſupra ſub num. IV. Alii tandem, διὰ τὸ λαθραιόδηκτον, vel λαθρόδηκτον, *quòd clanculum admorderent*: unde niſi ſedulò obſervarentur, incautioribus nocumentum haud contemnendum accreſceret. Ita Photius apud Oecumenium in hanc Epiſtol. pag. 671. *Judæi vocantur canes* ἢ διὰ τὸ ἀναίσχυντον, ἢ ὥσπερ ἐπιστρέφοντες εἰς τὸ ἴδιον ἐξέραμα, ἢ διὰ τὸ λαθραιόδηκτον, *vel propter impudentiam, vel ut revertentes ad vomitum ſuum, vel quòd clanculum admorderent.* Ita in Epiſt. ad Epheſios, quæ Ignatii nomen præfert, p. 220. de falſis Doctoribus: Οὓς δεῖ ὑμᾶς, ὡς θηρία ἐκκλίνειν· -- εἰσὶ γὰρ κύνες ἐνεοί, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, λυσσῶντες, λαθροδῆκται. *Quos oportet vos, tanquam feras, declinare: ſunt enim canes muti, non valentes latrare, rabidi, qui clanculum mordent.* Oecumenius in Cap. IV. ad Epheſios, pag. 640. Τῶν κυνῶν οἱ λαθροδῆκται. *Canes clanculum mordentes.* Atque hanc ſententiam omnibus aliis præfert Cl. Gatakerus Adverſ. Miſcell. Cap. XXXVIII. ubi notatu digniſſima quære. Aliàs, *homines ob depravatos mores cum beſtiis comparari*, jam docuimus in Ἀλώπηξ, & in Γέννημα, num. II. Vide etiam in Χοῖρος.

Κώδιον.

Quid Κώδιον ſit, docuimus in voce Ἔνδυμα, ubi vide.

Κῶμος.

Variæ hujus vocis ſignificationes ex Theſauro Stephani peti poſſunt. Veteres Gloſſæ: Κῶμος, *comiſatum, comiſacio.* Latinis *comiſſatio* propriè dicebatur *convivium, quod poſt cœnam fiebat in multam noctem.* Ita uſus Livius, lib. XL. apud quem Demetrius jam *cœnatus* ad comites ait: *Quin comiſſatum ad fratrem imus?* Utitur & hoc pacto Suetonius in Domitiano, Cap. XXI. pag. 475. *Convivabatur frequenter ac largè, ſed pæne raptim: certè non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comiſſaretur. Nam ad horam ſomni nihil aliud quàm ſecretò ſolus deambulabat.* Sed plus eſt κῶμος quàm *comiſſatio*: notat namque κῶμος *omnem amatorum laſciviam ac proterviam, ſeu vino ſaucii ſint, ſeu non ſint.* Quidam deducunt à κῶμα, quod Heſychius interpretatur κοίμησις, ὕπνος λιθώδης, καταφορὰ ὕπνου βαθέος. *Sopor altus, profundus ſomnus, cùm quis lapidis inſtar ſine ſenſu cubat, ſoporis vehementis impetus.* Commodiùs legas ληθώδης. Voſſius in Etymologico ſuo mavult deducere à כמוש *Chamos*, qui *Moabitarum deus*; videtur enim conviviis à Moabitis cultus, indeque ortum quòd κῶμος à Græcis haberetur *temulentiæ deus.* Nec diſplicet, inquit idem, opinio Caſauboni, ut quemadmodum à מום eſt μῶμος, ita à קום ſit κῶμος. קום notat *ſurgere*: ut κῶμος ſit *laſcivia eorum, qui à convivio ſurrexerunt.* Ita κῶμος propriè erit ἀνάστασις ἀπὸ τοῦ δείπνου, hoc eſt, *cùm ſurgitur à menſa*, inque publicum proditur. *Laſciviarum eruptionem* vocat Tertullianus, adverſus gentes, cùm ait *Æquè oratio convivium dirimit: inde diſceditur, non in catervas cæſionum, neq; in claſſes diſcurſationum, neq; in eruptiones laſciviarum.* Heſychius: Κῶμοι, ἀσελγῆ ᾄσματα καὶ πορνικά· συμποσιακαὶ ᾠδαί. Κῶμοι ſunt *laſciviæ & meretriciæ cantilenæ: convivales cantiones.* Hinc apud eundem:

Καμά-

Digitized by Google

Κωμάζει, κῶμον ᾄδει, ὑβρίζει μετὰ μέθης. *Comeſſationem canit*: vel, *Comum, comeſſationum nocturnarumq; ſaltationum præſidem celebrat. Inſolenter & petulanter cum ebrietate ſe gerit.* Ita etiam Suidas, apud quem Κῶμος, ἡ μέθη, καὶ ὁ ὀρχισμός. Κῶμός ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς ἐγχρονίζοντος τοῦ οἴνου, ἐρεθίζων τὴν ἡδυπάθειαν, καὶ θέατρον ἄσχημον ποιῶν τὸ συμπόσιον, κυμβάλοις τισὶ καὶ ὀργάνοις καταθέλγων τοὺς δαιτυμόνας. Κῶμος, *ebrietas, temulentia: & ſaltatio.* Κῶμος etiam *eſt tibia ad ebrietatem conciliandam apta, potatione diutiùs producta, & faciens convivium turpe theatrum ac fædum ſpectaculum, cymbalis, crepitaculis quibusdam, & muſicis inſtrumentis convivas demulcens.* Ter legitur hoc vocabulum in N. Teſtamento: ad Rom. XIII. 13. *Sicut in die honeſtè ambulemus,* μὴ κώμοις καὶ μέθαις, *non in comeſſationibus & ebrietatibus*: ubi, ad vocis ſignificationem alludens Theodoretus, p. 102. Κωμάζειν τινὲς εἰώθασιν ἐν συμποσίοις, καὶ αἰσχροῖς ᾄσμασι καταμολύνειν τὴν γλῶτταν. *Solent nonnulli in conviviis laſcivire, & linguam turpibus cantilenis polluere.* Et Theophylactus ad eundem locum, ex Photio apud Oecumenium in Cap. XIII. ad Romanos: Κῶμός ἐστι τὰ μετὰ μέθης καὶ ὕβρεως ᾄσματα· ὃ καὶ παροινία λέγεται. Κῶμος *ſunt cantilenæ, quæ in ebrietate cum petulantia fiunt: quod & temulentia dicitur.* Ad Galatas V. 21. Φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι. *Invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes.* Ubi iterum Theophylactus, pag. 486. Κῶμοι τὰ τῶν μεθυόντων μεθ' ὕβρεων ᾄσματα. *Κῶμοι ſunt temulentorum ebrioſorumq; laſcivæ & contumelioſæ cantilenæ.* Adde illud Zonaræ ad Can. IV. Concilii in Templo Apoſtol. pag. 243. Κωμάζειν ἐστὶ, τὸ μετὰ αὐλῶν καὶ κιθάρας καὶ ᾠδῶν τὸν οἶνον πίνειν. *Κωμάζειν eſt cum tibiis, cithara, & cantilenis vinum bibere.* Vide inſuper I. Petri IV. 3.

Κωφός.

Κωφὸς non tantùm eſt *mutus*, ſed etiam *ſurdus*. Heſychius: Κωφὸς, οὔτε λαλῶν, οὔτε ἀκούων ἐνεός. Κωφὸς eſt, *qui neq; loquitur, neq; audit, mutus.* Pindari Scholiaſtes in Pyth. Od. IX. pag. 305. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ κωφὸς ἐστιν, ὁ μὴ ἀκούσας, οὐδὲ εἰπεῖν δύναται. Veteres Gl. Latino-Græcæ: *Mutus*, ἄλαλος, ἐνεὸς, καὶ κωφός. Eædem: *Surdus*, κωφός. Et Græco-Lat. Κωφὸς, *ſurdus*. Theophylactus ad v. 14. Cap. XI. Lucæ, pag. 392. Κωφὸς λέγεται μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁ μὴ λαλῶν· λέγοιτο δ' ἂν καὶ ὁ μὴ ἀκούων· κυριώτερον δὲ, ὁ μήτε ἀκούων, μήτε λαλῶν· καὶ οἵγε ἐκ γενετῆς μὴ ἀκούοντες, οὐδὲ λαλοῦσιν. Ἐξ ἀνάγκης γὰρ τοῦτο συμβαίνει αὐτοῖς· ἐκεῖνα γὰρ λαλοῦμεν, ὅσα διὰ τοῦ ἀκούειν μανθάνομεν δηλαδή. *Κωφὸς quidem ut plurimùm mutus dicitur: dicitur autem etiam, qui non audit: propriè verò, qui neq; audit, neq; loquitur. Et ſanè qui à nativitate non audiunt, iidem nec loquuntur: illud enim iis neceſſariò evenit. Illa namq; loquimur, quæ per auditum diſcimus.* Κωφὸς ſignificat *mutum* Matth. IX. 32. 33. Cap. XII. 22. Cap. XV. 30. 31. & alibi. *Surdum* denotat Matth. XI. 5. Marci VII. 37. Lucæ VII. 22. Imò apud Latinos quoque *ſurdus* pro *muto*. Julianus, Archiepiſcopus Toletanus contra Judæos: *Tu ergo, fili David, qui ad nos in carne veniſti, clave crucis tuæ ſecreta cordis mei adaperi, mittens unum de Seraphim, per quem candens carbo ille, de altari tuo ſublatus, ſurdentia labra mea depurget.* Sunt *ſurdentia labra* mutis non imparia, Græca imitatione, qui *mutum & ſurdum*, ut vidimus, eadem voce exprimunt. Vetus Onomaſticon: *Surdeo*, κωφῶμαι. *Surdo*, κωφόω. *Surdus*, κωφός. Eodem ſenſu capiendum apud Plautum Milite proverbium, *ſurdum verberare*, quod ſanè multò magis congruum; qui quocunque etiam furore verberatus, non poteſt indicium rei facere eloquendo.

Λ.

Λάβαρον.

Labarum vexillum erat ingens, quod Imperatori præferri, ac à militibus adorari ſolebat, circiterque Adriani tempora uſurpari cœptum. Id in crucem commutavit Conſtantinus, cùm ei per ſomnium apparuiſſet, his verbis inſcriptis, ἐν τούτῳ νίκα, *in hoc vince.* Putârunt quidam; ſcribit Voſſius in Etymologico; olim ſic vocatum ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, hoc eſt, *à pietate*, cujus erat ſignum. Verùm obſtat, quòd hoc nomen non Conſtantini demum tempore occepit. Sanè meminit quoque ejus Tertullianus in Apologetico, Cap. XVI. ubi videri poſſunt Pamelii notæ ad num. 244. 245. Alii putant à λαβεῖν, *à capiendo* dici. Sunt etiam ex antiquis, quibus vocabulum origine Latinum videtur, *à labore*, quia, ut eſt apud Nazianzenum στηλιτευτ. ά. καμάτων λυτήριον, *laborum ſolutio*, vulgò diceretur. Λάβωρον certè ſcribitur apud Sozomenum lib. I. Cap. IV. ab initio, pag. 11. a. Ἐκέλευσεν ἄνδρας ἐπισήμους χρυσῷ καὶ λίθοις τιμίοις εἰς σταυροῦ σύμβολον μετασκευάσαι τὸ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενον λάβωρον. Σημεῖον δὲ τοῦτο πολεμικὸν τῶν ἄλλων τιμιώτερον. *Juſſit viros eruditos ex auro & lapidibus precioſis in ſignum crucis transformare, quod apud Romanos vocatur laborum. Signum verò hoc militare aliis præſtantius.* Ita etiam ſcribitur apud Nicephorum hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXXVII. pag. 496. ubi hoc ipſum quoque narratur. *Laborum* itidem apud Aldhelmum de laudibus Virginitatis: *Præmiſſo Chriſti* laboro *tutus, & Chriſti vexillo armatus, nec venenata draconum detrimenta tremebundus extimuit.* Sed obſtat huic etymo mediæ ſyllabæ quantitas, quam Prudentius corripit, cùm de Conſtantino ait:

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum ſummis crux addita criſtis.

Apud Chryſoſtomum Homil. III. in I. ad Timoth. pag. 260. λάβυρον ſcribitur: οἱ βαστάζοντες τὸ σημεῖον τὸ βασιλικὸν ἐν πολέμῳ (τὸ λεγόμενον τῇ συνηθείᾳ λάβυρον) πολλῆς δέονται τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ἐμπειρίας, ὥστε αὐτὸ μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις. *Qui in bello regium ſignum circumferunt; quod vulgò laborum dicitur; magnis egent viribus, maximaq; peritiâ, ut ne id hoſtibus prodant.* Interpres quid eſſet ignoravit; unde hæc verba, τὸ λεγόμενον τῇ συνηθείᾳ λάβυρον, vertit, *ut moris eſt, magnis laboribus indigent.* Veriſimilius videtur etymon, quod Fullerus lib. IV. Miſcell. Cap. XII. affert, dum cenſet *labarum* eſſe à λάφυρον, υ in α abeunte, ut à κύλιξ, *calix*. Nempe quia primitus laborum fuerit λάφυρον, hoc eſt, *exuviæ ſeu ſpolia hoſti vivo detracta.* Puta paludamentum imperatorium, quod vexilli loco geſtabatur. Figuram ejus ſi nôſſe vis, adi Euſebium in primo de vita Conſtantini, & Niceph. hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXIX. Ex recentioribus multa de eo Fullerus loco citato, & lib. II. Cap. I. Gyraldus Dialogiſmo XXV. Alciatus in XII. lib. Cod. tit. de Præpoſitis *laborum*: Mekerchus de pronunciat. Ling. Gr. Cap. XXXIV. Cujacius ad lib. XII. Tit. XVIII. Lipſius ad lib. III. de Cruce, Cap. XV. & Obſervat. lib. XI. Cap. XX. Meurſius in Gloſſario ſub voce Λάβαρον: Voſſius lib. III. de Vitiis ſermonis, Cap. XVIII. & in Etymologico ad vocem *Labarum*.

Λάβρα.

Λάβρα nihil aliud eſt, quàm λαύρα, nam υ & β ſæpiſſimè

Digitized by Google

piſſimè permutantur: & λάβρϛ idem quod λαῦρϛ, teſtibus Lexicographis & Grammaticis. Heſychius: Λαύρα ῥύμη, δι' ἧς ὁ λαὸς εἰσέρχεται. *Vicus, vel via publica, per quam populus ingreditur.* Eſt ῥύμη ὁδὸς δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσι. *Vicus, via, per quam populus fluit ſeu commeat.* Eſt etiam ῥύμη στενὴ ἢ στενωπὸς, *vicus anguſtus aut angiportus:* ἔνθα πᾶσα ἀκαθαρσία, ἢ ῥυπαρὸς τόπος. *Ubi omnes ſunt ſordes, vel ſordidus locus,* inquit Suidas. Τόπος πρὸς ὑποχώρησιν ἀνειμένος, *locus ad ventrem ibi exonerandum vacuus relictus.* Epiphanius hæreſi LXIX. pag. 311. Καὶ ἰδίαν ταύταις (ἐκκλησίαις) ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων, πλησίον ἑκάστης ἐκκλησίας ὄντων, καὶ ἀμφόδων, ἤτοι λαβρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων ὑπὸ τῶν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. *Seorſum Eccleſiis iſtis præpoſiti ſunt Presbyteri, propter eccleſiaſticos uſus incolarum, qui proximi ſunt cuique Eccleſiæ, atque etiam platearum, vel Labrarum more patrio dictarum iis, qui Alexandrinorum urbem incolunt.* Ad ſimilitudinem verò *Labrarum* in urbibus extructa Monachorum domicilia, idem nomen ſunt ſortita. Teſtis Suidas, apud quem hæc quoque leguntur: Καὶ λαῦρα ἡ στενὴ κατοικία τῶν Μοναχῶν. *Laura etiam anguſta Monachorum habitatio.* Balſamon ad Can. I. Concilii Conſtantinopolitani in templo Apoſtolorum: Κελλία δὲ, ἢ τὰς καλουμένας λάβρας ἐν ἐρήμοις οἰκοδομεῖν. *Cellulas verò, & ſic vocatas Lauras in locis deſertis extruere.* Idem, ad Can. XII. Concil. II. Nicæni, pag. 517. Παρὰ τῶν ἄνωθεν ἀριθμηθέντων μοναστηρίων, ἢ καὶ ἡσυχαστηρίων, ἢ καὶ ἀναχωρητικῶν κελλίων, καὶ λαβρῶν, καὶ ἁπλῶς κατοικητηρίων μοναχικῶν. *A ſuprà enumeratis Monaſteriis, vel Heſychaſteriis, vel etiam anachoreticis cellulis, & lauris, & ſimpliciter domiciliis monachalibus.* Vide etiam in λαῦρα.

Λάζαρος.

I. *Etymon.* De Etymologia nominis Lazari multa habet Fullerus Miſcell. lib. I. Cap. X. Nos rem totam ad compendium referimus. Exiſtimant viri docti. *Lazarum* eundem eſſe, quem Hebræi *Eleazarum* appellant: unde interpretantur, *Dei adjutorium.* Hieronymus verò in interpret. Nom. Hebr. exponit ſimpliciter, *Adjutum.* Eodem modo Theophanes. Homil. VIII. pag. 48. Τάχα δὲ καὶ πᾶς πτωχὸς, ἅτε βοηθείας ὑπὸ τῶν ἐχόντων δεόμενος, Λάζαρός ἐστι, τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο προσβοηθούμενος ἑρμηνεύεται. *Forſan quilibet pauper, utpote divitum auxilii indigus, Lazarus eſt. Hoc enim nomen exponitur, Adjutus,* ſed in utroque etymo eſt quod deſideres. Nam lingua Hebræa nunquam patitur, ut vox אל deperdat literam א, in hujusmodi nominum compoſitione. Nec poteſt ſignificare *adjutum:* id enim ſignificaret עזור. Doctiſſimus ergo Fullerus vult, negandi particulam Syriacam eſſe לא: Nomen autem participiale, Syrorum more formatum, eſſe עזר, id eſt, *auxiliares* vel *auxiliator;* ut עוזר Hebræum: quem verò *deſtitutum auxilio* Latini dicant, Hebr. nominare לא עוזר לו Syros לא עזר לה & א in vocali ſua longa ſub ל quieſcere: ac proinde Syris לעזר eſſe, qui Latinis *inops.* Græcis ἀβοήθητος, qua voce uſus Juſtinus in epiſt. ad Zenam: Μήτις ἀθλίους ὑμᾶς καὶ ἀβοηθήτους ὑπολάβῃ. *Ne quis nos miſeros, & aliorum auxilio deſtitutos eſſe ſuſpicetur.* Et Baſilius in Cap. III. Jeſajæ, p. 927. Ἡλικία ἀβοήθητος, εὐκολός ἐστι πάντα παθεῖν, ὥσπερ ἂν δοκῇ τοῖς πολεμίοις. *Ætas auxilio deſtituta, ad omnia mala toleranda eſt facilè expoſita, quæ illi ingerere viſum fuerit hoſtibus.* Hoc etymon ſuo etiam calculo probat Lud. de Dieu in Cap. XVI. Lucæ.

II. Hiſtoria Evangeliſtarum *duos* nobis proponit Lazaros: de quibus diſtinctè agemus.

1. *Prioris* fit mentio Lucæ Cap. XVI. Hîc quæritur, *Utrum narratio iſta de divite prodigo, & de Lazaro, hiſtoria ſit, an parabola?* Tres verò ſunt maximè ſententiæ; quas ordine conſiderabimus.

a. *Quidam parabolam eſſe volunt.* Ita ſentit Clemens Alex. Strom. IV. pag. 486. Τί βούλεται ἡ τοῦ Λαζάρου παραβολὴ τοῦ Κυρίου, πλουσίου καὶ πένητος εἰκόνα δεικνῦσα; *Quid ſibi vult Lazari parabola Domino, divitis & pauperis ſimilitudinem oſtendens?* Idem cenſet Theophylactus in Cap. XVI. Lucæ, pag. 458. Παραβολὴ τοῦτο, ἀλλ' οὐχ, ὥς τινες ἀνοήτως ἂν οἰηθεῖεν, πρᾶγμα ἐστιν ἤδη γεγονὸς, οὐδέπω γὰρ οὔτε τοῖς δικαίοις τῶν ἀγαθῶν, οὔτε τοῖς ἁμαρτωλοῖς τῶν ἐναντίων ἡ ἀποκλήρωσις. *Parabola eſt, ſed non, ut quidam inſipienter exiſtimare poſſent, hiſtoria vel res jam geſta: nondum enim neque juſtis bona, neque peccatoribus contraria aſſignata ſunt. Parabolam* quoque appellat Theophilus Antiochenus lib. IV. Allegoriarum, t. I. Biblioth. Patrum, pag. 889. Eucherius Quæſt. in Lucam. Chryſoſtomus quatuor Homiliis de Lazaro. Homil. I. quanquam dixiſſet, ἡ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τῶν ἑκατέροις συμβάντων ἱστορία, *hiſtoria de divite & Lazaro, & de iis, quæ utrique acciderunt:* ſtatim tamen ſubjicit, ἄνωθεν ὑμῖν αὐτὴν ἀναγνώσομαι τὴν παραβολήν. *a principio vobis ipſam parabolam legemus.* Mox: Τίς ἐστι τῶν Εὐαγγελιστῶν, ὁ τὴν παραβολὴν ταύτην εἰρηκέναι τὸν Χριστὸν εἰπών; *Quis Evangeliſtarum dixit, hanc parabolam à Chriſto fuiſſe propoſitam?* In principio Homil. III. Οὐ τὰ τυχόντα ὑμᾶς ὤνησεν ἡ κατὰ τὸν Λάζαρον παραβολὴ, πλουσίους καὶ πένητας. *Haudquaquam mediocrem nobis utilitatem attulit de Lazaro parabola, tum divitibus tum pauperibus.* Et ab initio Homil. IV. Τῆς τοῦ Λαζάρου παραβολῆς τὸ τέλος ἀνάγκη τήμερον ἀποδοῦναι. *Quod ſupereſt de Lazari parabola, neceſſum eſt, ut perſolvamus hodie.* Aſterius etiam, homil. de Divite & Lazaro, pag. 570. παραβολὴν vocat, & δραματικῶς omnia dicit proponi. Et pag. 571. Οἶμαι τὴν αἰνικτὴν παραβολὴν νοητῆς εἶναι θεωρίας αἴνιγμα. Parabolam eſſe, non hiſtoriam, docet Expoſitio in Cap. XVI. Lucæ, pag. 816. quæ Tito Boſtrenſi adſcribitur.

b. *Pro hiſtoria habent alii.* Id facit Irenæus Lib. II. Cap. LXII. Tertullianus lib. de Anima, Cap. VII. pag. 479. ubi inter alia, *Et quid illic Lazari nomen, ſi non in veritate res eſt?* Ita etiam Ambroſius Comment. Lib. VIII. in Lucæ XVI. Hieronymus ad Marcellam de exitu Leæ; & ad Paulam de abitu Blæſillæ: Hilarius in Pſal. CXXII. Gregorius in Dialogis lib. IV. Cap. XXXIII. & tomi II. Homil. XL. in Evangelia: Auguſtinus lib. XXI. de Civit. Dei, Cap. X. & Epiſt. XCIX. ad Evodium: Euthymius & alii in Cap. XVI. Lucæ. Ipſe etiam Chryſoſtomus Homil, de Lazaro & Divite, tomo VI. Edit. Pariſ. pag. 564. rem totam, tanquam hiſtoriam, ac proinde verè geſtam, tractat: & circa finem, *Lazarum* appellat λαμπρότατον, *clariſſimum.* Appellat etiam ἱστορίαν Homil. I. de Lazaro, ut modò vidimus. Idem Homil. VI. in II. ad Corinthios: πόθεν δυνήσομαι μαθεῖν ὅτι ψυχὴν ἔχεις ἄνθρωπε; Βούλεσθε δείξω νεκρὰν ψυχὴν, καὶ ζῶσαν; ἄγωμεν τὸν λόγον πάλιν ἐπὶ τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας ἐκείνους, καὶ, εἰ δοκεῖ, τὸν πλούσιον εἰς μέσον καταθώμεθα τὸν ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, καὶ εἰσόμεθα τί ποτέ ἐστι ψυχῆς νέκρωσις. *Unde diſcere potero, te humanâ præditum eſſe animâ? Vultis vobis mortuam ac viventem animam oſtendam? Ad priſcos illos viros ſermonem conferamus, ac, ſi placet, divitem illum, qui Lazari tempore erat, in medium producamus: atque quidnam tandem mors animæ ſit, intelligemus.* Et Homil. VI. adv. Judæos hoc ipſum haud obſcurè innuit, his verbis: Ὁ δὲ Λάζαρος

Digitized by Google

λιμῷ καὶ νόσῳ καὶ ἐρημίᾳ πάντα τὸν χρόνον ἐπάλαισεν, οὐ τριακονταοκτὼ ἔτη ἔχων μόνον, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ζωήν· οὕτω γοῦν καὶ ἐξέπνευσεν, ἐν τῷ πυλῶνι κείμενος τοῦ πλουσίου, καταφρονούμενος, χλευαζόμενος, λιμώττων, τοῖς κυσὶ βορὰ προκείμενος. Οὕτω γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα παρεῖτο, ὡς μηδὲ ἀποσοβεῖν δύνασθαι τοὺς κύνας ἐπιόντας, καὶ τὰ τραύματα λιχμωμένους. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπαοιδὸν ἐζήτησεν, οὐ πέταλα περιῆψεν, οὐ μαγγανείας ἐκίνησεν, οὐ γόητας πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλεσεν, οὐκ ἄλλο τι τῶν κεκωλυμένων ἐποίησεν, ἀλλ' εἵλετο μᾶλλον τοῖς κακοῖς ἐναποθανεῖν ἐκείνοις, ἢ τῆς εὐσεβείας μικρόν τι προδοῦναι μέρος. *Lazarus autem cum fame, cum morbo, cum ſolitudine per omnem vitam colluctatus eſt, non triginta & octo annos tantùm in his verſatus, ſed per omne vitæ tempus. Sic igitur & exſpiravit in divitis veſtibulo jacens, contemtus, irriſus, eſuriens, canibus objectus pabulum. Sic enim illius corpus debilitatum erat, ut nec canes irruentes, ulceraque illius lingentes poſſet abigere. Haud tamen quærebat incantatorem, non petala circumligavit, non adhibuit incantationes, non veneficos ad ſe vocavit, nec aliud quicquam vetitorum tentavit, ſed malis iſtis immori maluit, quàm ulla ex parte pietatem deſerere.* Eodem manifeſtè inclinat Homil. IV. de Fato & Providentia, ſtatim poſt initium Orationis, tom. I. Edit. Pariſ. pag. 729. Juvat hanc ſententiam, quòd, ut eſt apud Scriptorem reſp. ad orthod. Juſtino adſcriptarum, reſp. LX. *Parabola ſit* λόγος ὁμοιότητα περιέχων τοῦ γεγονότος πράγματος πρὸς τὸ ἐσόμενον, *oratio rei præteritæ, cum ea, quæ futura eſt, ſimilitudinem continens:* iſthæc verò ὁμοιότης ſumi ſoleat ab iis, quæ in oculos incurrunt, non illis, quæ in altera geruntur vita; cujusmodi cùm minùs nota ſint, plurimùm rei tenebras magis afferant, quàm lucem.

c. Tertia adhuc reſtat ſententia, inter primam & ſecundam media, quæ non ἁπλῶς hiſtoriam eſſe putat, ſed ſic ſtatuit; ut inter Comœdiam & Tragœdiam eſt, quam Tragicomœdiam vocat Plautus: ita hanc narrationem eſſe quidem hiſtoriam rei geſtæ, ſed tamen παραβολικῶς ſive ἀλληγορικῶς tractatam. Atque huc inclinant recentiores, non tantùm Calvinus, ſed etiam Pontificii, Maldonatus, Salmero. Olim etiam nonnulli. Autor reſp. ad orthodoxos apud Juſtinum, reſp. LX. pag. 258. Τὸ κατὰ τὸν Λάζαρον καὶ πλούσιον διήγημα, οὔτε παραβολή ἐστιν, οὔτε ἱστορία. - - Ἔστι δὲ ὑποτύπωσις λόγου διδασκαλίαν ἔχοντος τοῦ μὴ δύνασθαι μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον τῆς ψυχῆς κατὰ πρόνοιάν τινα ἢ σπουδὴν ὠφελείας τινὸς τυχεῖν τοὺς ἀνθρώπους. *Narratio de divite & Lazaro, neque parabola eſt, neque hiſtoria. Eſt autem evidens & illuſtris repræſentatio, doctrinam illam habens, poſt exitum animæ ex corpore, non poſſe homines utilitatem aliquam conſequi providentiâ & ſtudio ullo.* Eadem eſt ſententia Theophanis, Homil. VIII. quæ eſt de Divite & Lazaro, p. 48. Ὁ Σωτὴρ τὴν παροῦσαν παραβολὴν συντάττει τῷ ἱστορικῶς γινομένῳ δραματικὴν συμπλέξας διήγημα. *Salvator præſentem componit parabolam cum eo quod revera fuit, poëticam narrationem intexens.* Chryſoſtomus etiam Homil. I. de Lazaro; ut ſub lit. *a.* vidimus; eadem penè periodo, nunc *hiſtoriam*, nunc *parabolam* appellat. Nempe non parabola, ſed hiſtoria eſt, quatenus Lazarum & Divitem fuiſſe dicit, ac illum poſt mortem delatum narrat in Abrahæ ſinum, & ibi refrigerium conſequi; hunc in inferno ſepultum, atque inibi torqueri: at non hiſtoria, verùm parabola eſt, quatenus dicitur dives oculos levâſſe, & cum Abrahamo locutus, atque ab eo poſtulâſſe, ut aquæ guttâ linguam ſuam refrigeraret: quæ omnia, ut optimè Theophilus Antiochenus lib. IV. Alleg. *Secundùm eos affectus loquitur* Chriſtus: *quos anima aliquando pro neceſſitate corporis geſſerat.* Qui plura de hac Quæſtione deſiderat, videat Cl. Voſſii Diſputationem V. quæ eſt *de ſtatu Animæ à corpore ſeparatæ*; & Chamierum Panſtratiæ tom. III. lib. VIII. *de uno Mediatore*, Cap. III.

2. *Poſterioris* hiſtoria nobis deſcribitur, Joh. Cap. XI. Erat autem è Bethania, amicus Chriſti, frater Marthæ & Mariæ, & quem Chriſtus mortuum ſuſcitavit. *Lazarus mortuus lapſi Adami Symbolum fuit.* Sic enim Macarius Homil. XXX. pag. 416. Λάζαρος, ὃν ὁ Κύριος ἀνέστησεν, ὁ πολλῆς δυσωδίας γέμων, ὥστε μηδένα δύνασθαι τῷ μνήματι προσεγγίσαι, σύμβολον ἦν τοῦ Ἀδὰμ τοῦ πολλὴν δυσωδίαν ἐν τῇ ψυχῇ προσλαβόντος, καὶ μελανίας καὶ σκότους πληρωθέντος. *Lazarus, quem Chriſtus ſuſcitavit, qui multo fœtore adeò fuit repletus, ut nemo ad ſepulchrum ejus appropinquare potuerit, Symbolum erat Adami, qui multum fœtorem in animam admiſit, & nigredine atque tenebris eam replevit.* Quoto ætatis anno fuerit ſuſcitatus, & quoto rurſus mortuus. Epiphanius Hæreſi LXVI. pag. 281. Ἐν παραδόσεσιν εὕρομεν, ὅτι τριάκοντα ἐτῶν ἦν τότε ὁ Λάζαρος, ὅτε ἐγήγερται· μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆσαι αὐτὸν, ἄλλα τριάκοντα ἔτη ἔζησε, καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε κοιμηθείς. *In traditionibus invenimus, Lazarum triginta annos habuiſſe, cùm fuiſſet ſuſcitatus: poſtquam verò reſurrexiſſet, eum alios triginta annos vixiſſe, atque ſic, poſtquam obdormiviſſet, ad Dominum migrâſſe.* Ibi, ubi ſepultus fuit, exſtructum Templum. Chryſoſtomus Homil. XCII. tom. VII. ἐπιγραφομ. Ἡ θήκη Λαζάρου γέγονεν ἐκκλησία· πάντες γὰρ ἐπείγονται αὐτόθι προσεύξασθαι, ὅπου Ἰησοῦς προσηύξατο. *Sepulchrum Lazari factum eſt Eccleſia: omnes enim illic precari adnituntur, ubi Chriſtus precatus fuit.* Agnoëtæ ex eo, quòd Chriſtus Joh. XI. 34. interrogavit, *Ubi poſuiſtis eum?* impiè collegerunt, eum juxta divinam naturam quædam ignorâſſe. At optimè Athanaſius in Epiſt. ad Maximum Philoſophum, tom. I. pag. 164. Πυνθάνεται ἀνθρωπίνως ποῦ Λάζαρος κεῖται, ἐγείρει δὲ τοῦτον θεϊκῶς. *Juxta naturam humanam interrogat, ubi poſitus ſit Lazarus; eundem verò juxta naturam divinam ſuſcitat.* Chryſoſtomus in Catena ad præſentem locum, pag. 229. Καὶ εἶπε, ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Οὐδὲ γὰρ βούλεται αὐτὸς ἐπιῤῥίπτειν, ἀλλὰ πάντως παρ' ἐκείνων παρακαλούμενος ποιεῖν, ὥστε πάσης ὑποψίας ἀπαλλάξαι τὸ σημεῖον. *Et dixit*, Ubi poſuiſtis eum? *Non enim vult ipſe ſe ingerere, ſed omnia ab iis rogatus facere, ut miraculum omni ſuſpicione liberaret.* Theodorus Mopsveſtenus ibidem: Ἐρωτᾷ, ποῦ τεθείκατε; οὐκ ἀγνοῶν, (πῶς γὰρ ὁ πόῤῥωθεν εἰπὼν, ὅτι τετελεύτηκεν;) ἀλλ' ὥστε δοκεῖν τάξιν τινὰ τῷ πράγματι διδόναι, καὶ μὴ μετ' ἐπιδείξεως τὸ θαῦμα ἐργάζεσθαι. *Rogat*, ubi poſuiſtis? *non ut ignorans, (quomodo enim, qui dicebat eum mortuum, cùm adhuc procul eſſet?) ſed ut certo quodam ordine, & non ad oſtentationem, miraculum hoc facere videretur.* Et Ammonius: Ἐρωτᾷ δὲ τοῦτο, ἵνα καὶ προφάσει τοῦ ὑποδεῖξαι τὸν τόπον ἔλθωσι, καὶ ἴδωσι τὸ σημεῖον· ὡς ἀφιλόκομπος τοῦτο εἶπε, καὶ ἀγνοεῖν σχηματίζεται, διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταπεινὸν, ὁ πάντα εἰδὼς ὡς Θεὸς, ἵνα πολλοὺς ἑλκύσῃ εἰς τὸν τόπον. *Hoc autem interrogat, ut prætextu loci oſtendendi plures eò convenirent, atque miraculum cernerent. Tanquam minimè jactabundus id dixit, & propter humanæ naturæ humilitatem, ſe ignorare ſimulabat, cùm ut Deus omnia ſciret, quò plures ad eum locum alliceret.* A' Lazaro mortuo; ut illud quoque ex Cl. Meurſio obſervemus; *homo recens mortuus* vocatur Λάζαρος, & *veſtis emortualis* Λαζάρωμα. Triodium; Ἀπὸ τούτου καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἄρτι θανὼν Λάζαρος λέγεται, καὶ τὸ ἐντάφιον ἔνδυμα πάλιν Λαζάρωμα καλεῖται, αἰνιττομένου τοῦ λόγου εἰς μνείαν τοῦ πρώτου Λαζάρου ἔρχεσθαι. *Ab hoc etiam omnis homo recens mortuus*

Laza-

Digitized by Google

Lazarus *dicitur, & ſepulchrale veſtimentum vocatur* λαζάρωμα, *ut hac ratione nobis in memoriam revocemus primum Lazarum.*

Λαθρογαμία.

Non habent Lexica. Significat *clandeſtinum matrimonium.* Legitur Can. I. Concilii Laodiceni: *Oportet* τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, μὴ λαθρογαμίαν ποιήσαντας, *eos, qui liberè & legitimè binis nuptiis juncti ſunt, neque clandeſtinum matrimonium inierunt, ad communionem recipi.*

Λαθροδήκτης.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. Eſt *clanculum mordens.* Exempla produximus in voce Κύων, ſub finem num. V. ubi vide.

Λαϊκός.

Populi Chriſtiani diſtinctionem in κληρικοὺς & λαϊκοὺς ſatis antiquam eſſe, jam ſuprà in voce Κληρικὸς monuimus, num. II. 1. Quis verò ejusdem fuerit uſus, ibidem docuimus. De voce præſenti aliquot videamus teſtimonia. Ignatius in Epiſt. ad Magneſios, pag. 55. Ὥσπερ ἄνευ τοῦ πατρὸς ὁ Κύριος οὐδὲν ποιεῖ· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδὲ πρεσβύτερος, μὴ διάκονος, μὴ λαϊκός. *Quemadmodum Dominus ſine Patre nihil facit: ſic & vos ſine Epiſcopo, nec Presbyter, nec Diaconus, nec laicus.* Hæc autem excerpta ſunt ex Conſtit. Clement. lib. II. Cap. XXVI. XXX. XXXI. XLIV. In Canonibus Apoſtolorum aliquoties legitur. Can. XIII. Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκός. *Si quis clericus aut laicus.* Can. XXIV. Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. *Laicus qui ſe ipſum mutilavit, ſeparetur annos tres.* Vide etiam Can. LXV. LXXII. LXXXIV. LXXXV. Apud Juſtinum M. reſp. XCVII. ad quæſt. orthod. Τὴν θυγατέρα τοῦ ἱερέως πορνεύσασαν, διὰ πυρὸς ἀναλίσκει· τὴν δὲ τοῦ λαϊκοῦ ἀνδρὸς, διὰ λίθου. *Filiam ſacerdotis fornicantem, igne comburit: viri verò laici, lapidibus enecat.* Juſtinianus Imp. ad Epiphanium Conſtantinop. Μὴ εὐθὺς λαϊκὸς εἰς ἐπίσκοπον παραγέσθω. *Laicus non ſtatim ad Epiſcopatum traducitor.* Theophylactus in Cap. IV. Marci, pag. 209. Οἱ μέν εἰσι παρθένοι καὶ ἐρημικοί· ἄλλοι, μιγάδες καὶ ἐν κοινοβίῳ ἕτεροι, λαϊκοὶ καὶ ἐν γάμῳ. *Alii quidem ſunt virgines & ſolitarii: alii in cœnobiis & congregationibus vivunt: alii laici & conjugati.* Λαϊκὴ ἀπιστία apud Clementem Alexandr. Strom. V. pag. 562. Τὸ κάλυμμα, κάλυμμα λαϊκῆς ἀπιστίας. *Operculo arcebatur populi infidelitas.*

Λαμβάνω.

Verbi hujus ſignificationes pleræque ſatis notæ: nos duas tantùm, minus obvias, hic obſervamus.

I. Notatu digniſſima ſunt, quæ doctiſſimus Gatakerus ad II. Cor. XI. 20. Adverſ. ſacr. Cap. XXVII. obſervat. Dicit Apoſtolus: Ἀνέχεσθε γὰρ, εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει. Non videntur aſſecuti Interpretes, quid τὸ λαμβάνει velit. Vetus interpres jejunè & exiliter nimis, *ſi quis accipit*: Beza, *ſi quis ſtipendium accipit*: voce ὀψώνιον ex commatio 8. ſuppletâ. Caſtellio: *Si quis dona accipit.* Eraſmus & Tig. ut vetus. Atqui cum reliqua omnia, quæ Apoſtolus iſtic loquitur, atrocioris, gravioris ſaltem, ſint criminis, vocis vim nihil horum ſatis exprimere videtur. Præterea neque magnum, aut inſolens eſt, pati aliquem, qui vel muneris obiti mercedem aliquam, vel etiam ſponte data accipere velit. Acceſſit propiùs paulò Primaſius; *Si quis devorat, ſi quis accipit, id eſt, ſubſtantias veſtras accipiendo, vel rapiendo conſumit.* Ut *accipere* hoc loco pro *diripere* ſit. Gregorius itidem in Job. lib. XXXIII. Cap. XVI. *Si quis accipit, id eſt, ſi quis rapit: accipere enim aliquando dicimus auferre; unde & aves illæ, quæ ſunt rapiendis avibus avidæ, accipitres vocantur.* Quæ eadem Iſidorus habet, Orig. lib. XII. Cap. VII. Inde de Antiocho Seleuci fratre: *Hierax eſt cognominatus; quia non hominis, ſed accipitris ritu, in alienis eripiendis, vitam ſectaretur.* Quanquam *accipere & rapere* opponi ſolent plerumque. Julianus Imp. apud Marcellinum, lib. XVI. *Rapere, non accipere, ſciunt agentes in rebus.* Verùm ita טרף Hebr. reddidit vetus interpres Hoſeæ IV. 14. *Ego capiam:* & Cap. VI. 1. *ipſe cepit*: pro *rapiam, & rapuit.* Quod & Druſius obſervavit Miſcell. lib. II. Cap. LXXV. Quin & λαμβάνειν ἀντὶ τοῦ ἀφαιρεῖν uſurpatur. Quod & Brightmannus monuit, Apocal. III. 11. Ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. *Ne quis coronam tibi auferat.* Et Cap. VI. 4. Λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς. *Pacem tollere de terra.* Ita poteſt reddi, εἴ τις λαμβάνει, *ſi quis tollit*: quemadmodum etiam verſio in vulgarem linguam Græcam, pro λαμβάνει, ponit παίρνει, quod ſignificat ἀφαιρεῖ. Verùm optimè Dunæus; λαμβάνει, *quæſtum facit*; id enim etiam τὸ λαμβάνειν, unde λῆμμα & λῆψις, *quæſtus.* Ariſtoteles Ethic. lib. IV. Cap. I. Ἐλευθεριότης δὲ μεσότης περὶ δόσιν καὶ λῆψιν. *Circa largitionem & quæſtum.* Æſchini objicit Demoſthenes, quòd ſit ἐπὶ τὸ λῆμμα ῥέπων, *ad quæſtum*, iniquum, ſcil. quo corrumpatur, *pronus.* Vide Lexica in voce λῆμμα. Demoſthenes etiam τὸ λαβεῖν eodem ſenſu abſolutè uſurpavit. Περὶ τριηραρχίας. Παντελῶς τ' ἄλλα περίεργα πρὸς τὸ λαβεῖν νομίζουσι. *Superflua reliqua omnia, præterquam quæſtum facere, reputant.* Idem Olynthiacâ I. Μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν, τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. *Unam eandemq; rationem eſſe debere & quæſtum faciendi, & quæ opus ſunt exequendi.* Quin & in eadem oratione τὸ καρποῦσθαι & τὸ λαμβάνειν pro eodem planè adhibentur verbis illis: Ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας, καὶ τὰς ἀγορὰς, ἔτι δώσειν αὐτῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν, ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. *Ego verò audivi quoſdam non conceſſuros, ut è foris & portubus fructus percipiat: oportere enim ex iſtis quæ opus ſunt conſiant, non ut Philippus quæſtum faciat.* Itaque, εἴ τις λαμβάνει, ſic poteſt παραφράζεσθαι, *ſi quis per technas calidas quæſtum faciendo emungit vos.* Hoc autem ampliùs eſt multò, quàm *dona accipere*, quod eſt ſpontaneæ largitionis, aut *ſtipendium* etiam, quod eſt juſtæ mercedis; & cum reliquis, quæ hoc loco congeſſit Apoſtolus, apprimè convenit; iſti enim perſonati Apoſtoli & prædicatores ἀδόκιμοι, non tantùm prædicationis precium à Corinthiis ſumebant, ſed εἰς τὰς οἰκίας ἐνδύνοντες, ut alibi Apoſtolus, ipſos etiam exedebant. Reliqua apud Gatakerum vide.

II. Illuſtris planè, ſed ſatis difficilis eſt locutio Chriſti Joh. XVI. 14. 15. ubi de Spiritu S. bis dicit, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, *de meo accipiet.* In ejus explicatione non conſentiunt Veteres.

1. *Alii* enim *volunt* hac locutione *ſignificari unitatem Filii ac Spiritus ſancti.* Ita Chryſoſtomus ad præſentem locum, ſeu Homiliâ in Joh. LXXVIII. pag. 881. Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τουτέστιν, ἅπερ ἂν εἶπον ἐγὼ, ταῦτα κἀκεῖνος ἐρεῖ. Ὅταν δὲ εἴπῃ, Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει, οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲ ἴδιον παρὰ τὰ ἐμά. Ὥσπερ οὖν περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ὅτι ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδὲν παρεκτὸς τοῦ Πατρὸς, οὐδὲν ἴδιον παρ' ἐκεῖνον, καὶ ἀλλότριον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος. Τὸ δὲ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ, ἐξ ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως· μία γὰρ ἐμοῦ καὶ

Digitized by Google

τοῦ πνεύματος γνῶσις. Ipſe de meo accipiet, *hoc eſt, quæ ego dixi, eadem ipſe quoque dicet. Cùm verò dicit*, nihil à ſe ipſo loquetur, *nihil contrarium, nihil aliud à meis dictis. Quemadmodum itaque de ſe ipſo loquens*, Quia à me ipſo non loquor, *id dicit, nihil præter Patris voluntatem, nihil ab ipſo alienum : ita etiam de Spiritu ſancto. Illud autem*, de meo, *ex iis, quæ ego ſcio, ex mea cognitione : una enim eſt mea & Spiritûs cognitio.* Theophylactus imitatur, pro more, Chryſoſtomum, quando pag. 790. in Joh. ſcribit: Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τουτέστιν, ἐξ ὧν αὐτὸς οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως· ἢ καὶ ἄλλως τὸ ἐκ τοῦ ἐμοῦ, τουτέστιν, ἐκ τοῦ ἐμοῦ θησαυροῦ, ὅπερ ἐστὶ τοῦ πατρός. Ἐπεὶ γὰρ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι, καὶ ἐμὸς πλοῦτος, καὶ ὁ Παράκλητος δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς λαλήσει, εἰκότως λέγει, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, τουτέστι, θησαυροῦ, καὶ πλούτου, καὶ τῆς γνώσεως. Ipſe de meo accipiet, *hoc eſt, ex his quæ novi, ex mea cognitione. Vel etiam aliter*, de meo, *hoc eſt, ex meo theſauro, qui ſcilicet Patris eſt. Cùm enim omnia quæcunque Pater habet, mea ſint, meæ etiam ſint divitiæ, Paracletus verò ex Patre loquetur, meritò dico, quod de meo accepturus ſit, hoc eſt, theſauro, & divitiis, & cognitione.* Eodem modo explicat Metrophanes in Confeſſ. Eccleſ. Orient. Cap. I. pag. 28. Τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, αὐτὸς ὁ ἀρχιδιδάσκαλος ἡμῶν ἤδη ἐσαφήνισεν, ἐπαγαγὼν εὐθὺς τὸ, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν· μονονουχὶ λέγων, οὐκ ἄλλα μὲν ἐγὼ ἀνήγγειλα ὑμῖν, ἄλλα δὲ ἐκεῖνος ἀναγγελεῖ, ἀλλὰ ταυτὰ ἐμοὶ κἀκεῖνος ἀναγγελεῖ· ἅπερ γὰρ ὁ πατήρ εἴρηκέ μοι, ἐκ τούτων καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα λήψομενον ἀναγγελεῖ ὑμῖν· δεικνὺς ἀναντιῤῥήτως κἂν τούτοις κοινὴν εἶναι τὴν τῆς ὁμοουσίου Τριάδος περὶ τὰ ἔξω ἐνέργειαν. *Illud*, ipſe de meo accipiet, *ipſe ſummus magiſter noſter, jam explicavit, quando ſtatim adjecit*, Et annunciabit vobis, *tantum non dicens : Non ego alia annunciavi vobis, & alia ille annunciabit ; ſed eadem quæ ego & ille annunciabit : quæ enim Pater mihi dixit, ex his etiam Spiritus S. ſumet & annunciabit vobis : demonſtrans ſimul etiam per hæc citra contradictionem, communem eſſe conſubſtantialis Trinitatis ad extra operationem.*

2. *Alii exiſtimant*, verbis, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, *proceſſionem Spiritus S. ex Filio indicari.* Epiphanium hac locutione, πνεῦμα πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, proceſſionem Spiritûs ex Patre & Filio ſignificare, docuimus in voce Ἐκπόρευσις, num. II. 2. ad lit. *a*. Eodem concedit Cyrillus Alex. in Catena in Cap. XVI. Joh. pag. 395. ubi de Spiritu ſancto: Ἐπειδὴ ὁμοούσιόν ἐστι τῷ υἱῷ, πρόεισι θεοπρεπῶς καὶ δι' αὐτοῦ, τὴν ἐφ' ἅπασι τελειοτάτην ἔχων ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν· διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. *Cùm Filio ſit conſubſtantialis, ab ipſo quoq; Deo congruenti modo, procedit, & per ipſum perfectiſſimam in omnibus operandi vim atq; efficacitatem habet; propterea dixit, Quia de meo accipiet.* Perſpicuus imprimis in hac re Apolinarius in eadem Catena, pag. 396. Εἰς ἐμὴν ἔσται δόξαν ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια καὶ διδασκαλία, ὅτι καὶ παρ' ἐμοῦ τὸ πνεῦμα ἔρχεται. Τὸ δὲ, παρ' ἐμοῦ λέγων, δηλοῖ καὶ τὸ παρὰ πατρὸς, ἐμὰ γάρ ἐστι τὰ πατρῷα. *Spiritus efficacitas atq; doctrina in meam cedet gloriam, quoniam à me Spiritus procedit. Dicens autem*, à me, *ſignifico etiam à Patre, Patris enim etiam mea ſunt.* Poſtea illud, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, negat *de cognitione* intelligi debere : tandemque concludit, ὥστε ἀντὶ τοῦ λέγειν, ὅλον παρ' ἑαυτοῦ τὸ πνεῦμα ἐρρεῖσθαι, εἴρηκε τὸ, ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. *Pro eo itaque quod diceret, totum à ſe Spiritum promanare, ait, Ille de meo accipiet.* Nonnus in ſua paraphraſi itidem de proceſſione intellexit, ſed cùm proceſſionem Spiritûs ex Filio negaret, illud ἐκ τοῦ ἐμοῦ, temerario auſu mutavit, & pro eo poſuit ἐκ τοῦ πατρός. Sic enim v. 14. παραφράζει:

Οὗτος ἰὼν παρὰ πατρὸς, ἀνυψώσει με γεραίρων.
Ὅττι κεν ἡμετέροιο δεδεγμένος ἐκ γενετῆρος
Ὑμῖν συμμιγέεσσι προώρια θέσφατα φαίνει
Ὅσσά περ ἔσσεται ὕμμι. -- -- --
Hic exiens à Patre, exaltabit me honorans :
Quia noſtro recipiens à Patre
Vobis promiſcuis tempus præoccupantia oracula oſtendet,
Quæcunque evenient vobis. -- -- --

Et v. 15.

Οὕνεκεν ὔμμιν ἔειπον ὅτι ζαθέοιο τοκῆος
Δέγμενος ἡμετέροιο προαγγέλλει τέλος ἔργων.
Propter quod vobis dixi, quòd divino à Patre
Recipiens noſtro prænunciabit finem operum.

Vide Danielis Heinſii Exercitationes Sacras ad Nonnum, Cap. XXVI.

Λαμπήνη.

Quid λαμπήνη ſit, docet Suidas, quando ſcribit: Λαμπήνη, ἅμαξα βασιλική. Ἱερὸν περιφανές· ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν. *Lampene eſt currus regius, regia lectica : rheda inſignis, id eſt, currus tectus.* Ἱερὸν corruptè ſcriptum pro ῥαίδιον. Veteres Gloſſæ : Ῥαίδιον, *rheda*. Unde etiam Heſychius reſtituendus, apud quem : Λαμπήνη, εἶδος ἁμάξης, ἐφ' ἧς ὀχοῦνται. Ἔνιοι, ἀπήνη, ἢ ἅρμα ἁμάξης περιφανοῦς βασιλικῆς. ἢ ῥαβδίον περὶ κεφαλὴν ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν. Ultima omnino ſic legenda, ἢ ῥαίδιον περιφανές, ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν. Legitur Jeſajæ LXVI. 20. ἐν λαμπήναις ἡμιόνων, *in rhedis mulorum*. In Hebræo eſt, *in rhedis & in mulis*. Ἐν δια-δυοῖν. Dicitur etiam λαπήνη. Suidas : Λαπήνη, ἡ ἅμαξα. *Rheda, currus*. Et I. Samuël. XXVI. 5. 7. Græcæ verſionis una editio Saulem dormientem deſcribit ἐν λαμπήνῃ, altera ἐν λαπήνῃ. Porrò, ut λείβειν, obſervante incomparabili Bocharto, factum eſt ex εἴβειν, λάχνη ex ἄχνη, λαιψηρὸς ex αἰψηρὸς, ita λαπήνη ex ἀπήνη. Et ἀπήνη propriè eſt *mulare vehiculum*. Heſychius : Ἀπήνη, ἅμαξα· ἢ δὲ ζεῦγος ἡμιόνων. *Apene, currus : aliis eſt mulorum jugum*. Et Suidas : Ἀπήνη, ἡ ἅμαξα. Homerus Odyſſ. ζ. v. 73.

Οἱ μὲν ἄρ' ἐκτὸς ἅμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην
Ὅπλεον, ἡμιόνους θ' ὕπαγον, ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ.
Illi quidem extra currum velocem à mulis agitatum
Inſtruebant, mulos verò ſubegerunt, junxeruntq; ſub curru.

Vetus Scholiaſtes ad v. 75. ejuſd. Od. ἀπήνην interpretatur ἅμαξα. Il. ω. v. 324.

Πρόσθε μὲν ἡμίονοι ἕλκον τετράκυκλον ἀπήνην.
Ante quidem muli trahebant quatuor-rotarum currum.

Hic rurſus exponitur per ἅμαξα. Odyſſ. ζ. v. 88.

Ἔνθ' αἵγ' ἡμιόνους μὲν ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης.
Ibi illæ mulos quidem ſolvebant à curru.

Odyſſ. η. v. 5. 6.

Οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης
Ἡμιόνους ἔλυον.
Qui ſanè à curru
Mulos ſolvebant.

Pindari Scholiaſtes, Olympiâ V. pag. 40. Ἀπήνη δέ ἐστιν ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν. *Apene eſt currus mulis junctus*. Itaque id ipſum fuit λαμπήνη, vel λαπήνη. Hinc Theodoretus hæc vocabula, quæſt. LX. in I. Reg. pag. 258. inter ſe confert tanquam ἰσοδύναμα. Λαμπήνη, inquit, εἶδός ἐστιν ἁρμαμάξης, ὥσπερ αὖ καὶ ἀπήνη. *Lampene, carrucæ genus eſt, ſicut etiam apene.*

Λαμπρός.

Dies reſurrectionis Chriſti aliquando, nullo alio addito nomine, vocatur λαμπρά. Pentecoſtarium :

οἱ

Οἱ κανόνες τῆς λαμπρᾶς μετὰ τῶν εἱρμῶν. *Canones ſplendidi cum hirmis.* Aliis dicitur λαμπρὰ ἡμέρα. Georgius Acropolita in Hiſtor. Καὶ τὴν λαμπρὰν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμέραν προεορτάσας. *Et ſplendida reſurrectionis die ante celebrata,* iterum aliis λαμπρὰ κυριακή. Pentecoſtarium; Τὸν κανόνα τῆς λαμπρᾶς κυριακῆς, *Canonem ſplendidi Dominici.* Demetrius Chomatenus in Reſp. λαμπρὰ κυριακὴ τοῦ πάσχα. *Splendida Dominica Paſchatis.*

Λαμπροφορέω.

Non habent Lexica. Duas autem ejus obſeravi ſignificationes:

I. *Splendeo.* Apud Athanaſium, quæſt. XXVII. ad Antiochum, tom. II. pag. 341. Ὅσον διαφέρει τῆς σελήνης ὁ ἥλιος· τοσοῦτον ὑπερέχει καὶ λαμπροφορεῖ ἡ τῶν ἀγγέλων οὐσία τῆς οὐσίας τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρώπων. *Quantum ſol à luna differt: tantum ſuperat & ſplendet ſupra eſſentiam animarum humanarum eſſentia Angelorum.*

II. *Candidam veſtem gero.* In veteri Eccleſia in Baptiſmo veſte candida induebantur, ut videre eſt in vocibus Ἔνδυμα, num. II. & Ἐσθής. Illi dicebantur λαμπροφορεῖν Jobius apud Photium, Cod. CCXXII. pag. 595. Οἱ φωτιζόμενοι ἑπτὰ ἡμέρας λαμπροφοροῦσι. *Baptizati ſeptem diebus candidati incedunt.* Rationem habes ibidem, pag. 597. Τὸ μέντοι λαμπροφορεῖν τοὺς βαπτιζομένους, τῆς τῶν ἀγγέλων ἐστὶ σύμβολον λαμπρότητος, τὸ καθαρὸν ἐκείνοις τοῦ νοῦ, καὶ ἀμιγὲς τῆς ὕλης καὶ τῶν παθῶν διατυπώσης· ὧν χρὴ καὶ τὸν φωτισθέντα, ἐν μεθέξει τῆς χάριτος γεγονότα, ἐν τοῖς λαμπρότητος χαρίσμασι συντηρεῖν ἑαυτόν. *Quòd autem qui baptizantur candidam veſtem gerunt, ſignum illud eſt Angelici ſplendoris, qui puritatem mentis illis, ſine mixtione materiæ ac paſſionum, exhibet: quorum quidem gratiæ cùm illuminatus ſit particeps effectus, in ſplendoris accepti donis ſe ipſum conſervare debet.* Plura vide in Ἀπέκδυσις & Ἱμάτιον; item obſervat. noſtrarum Cap. III. ad appellationem Baptiſmi XI. pag. 81.

Λαμπροφορία.

λαμπροφορία eſt *candidæ veſtis geſtatio.* Gregorius Nazianzenus orat. XXIII. pag. 409. de Angelis: Ἀγγελικὸν ἡ λαμπροφορία, καὶ ἡ φαιδρότης, ὅταν τυπῶνται σωματικῶς, σύμβολον οἶμαι τοῦτο τῆς κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν καθαρότητος. *Angelicum eſt candidæ veſtis geſtatio, & ſplendor, cùm corporeâ formâ pinguntur, ad deſignandam, ni fallor, naturalem ipſorum puritatem:* Can. CII. Concilii in Trullo: Πρὸς τὴν ἄνω λαμπροφορίαν κεκλημένος ἄνθρωπος. *Homo ad claritatem illam ſupernam vocatus.*

Λαμπροφόρος.

Candidam veſtem gerens. Dies reſurrectionis Chriſti vocatur λαμπροφόρος ἡμέρα. Pentecoſtarium: Ἀρχόμεθα δὲ ἀναγινώσκειν ἀπ᾽ αὐτῆς δηλονότι τῆς λαμπροφόρου ἡμέρας. *Incipimus verò legere, ab ipſa nempe die ſplendorifera.* Paracletice: Πρώτη ὑπάρχει ἡμερῶν καὶ κυρία, ἡ λαμπροφόρος αὕτη, ἐν ᾗ ἀγάλλεσθαι ἄξιον. *Prima exiſtit & præcipua dierum, hæc ſplendorifera, in qua exſultare decet.* Nicolaus Patriarcha ad Anaſtaſium Abbatem Sinaitam: Ἰδοὺ λοιπὸν ἐφέστηκεν ἡμέρα λαμπροφόρος, ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασις, πιστῶν ἡ εὐφροσύνη. *Ecce denique inſtat dies ſplendorifera, Chriſti reſurrectio, credentium lætitia.* Theophanes ſub finem orat. XXVI. pag. 187. Προετοιμασθῶμεν ὑπαντῆσαι Χριστῷ, κατὰ τὴν λαμπροφόρον ἀνάστασιν καθαραῖς ἐλλαμπόμενοι πράξεσιν. *Ad occurſum Chriſti nos præparemus, tempore ſplendoriferæ reſurrectionis, puris actionibus prælucentes.* Reſurrectionis autem Chriſti dies ita vocatur, non ſolùm quòd mentes hominum illuſtraret, & de ſplendidæ vitæ æternitate commonefaceret; ſed etiam quòd luminibus omnia cereisque accenſis illuminarentur, ut colligitur ex Gregorii Nazianzeni orat. XLII. quæ eſt II. in Paſcha, pag. 676. Πάσχα, Κυρίου πάσχα, καὶ πάλιν ἐρῶ πάσχα τιμὴ τῆς τριάδος· αὕτη ἑορτῶν ἡμῖν ἑορτή, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων, τοσοῦτον ὑπεραίρουσα πάσας, οὐ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον καὶ χαμαὶ ἐρχομένας, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τὰς αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπὶ αὐτῷ τελουμένας, ὅσον ἀστέρας ἥλιος· καλὴ μὲν καὶ ἡ χθὲς ἡμῖν λαμπροφορία καὶ φωταγωγία, ἣν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ συνεστησάμεθα πᾶν γένος ἀνθρώπων μικροῦ δεῖν, καὶ ἀξία πᾶσα, δαψιλεῖ τῷ πυρὶ τὴν νύκτα καταφωτίζοντες, καὶ τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀντίτυπος· ὅσον τε οὐρανὸς ἄνωθεν φρυκτωρεῖ, κόσμον ὅλον ἀγλαΐζων τοῖς παρ᾽ ἑαυτοῦ κάλλεσι καὶ ὅσον ὑπερουράνιον, ἔν τε ἀγγέλοις τῇ πρώτῃ φωτεινῇ φύσει μετὰ τὴν πρώτην τῷ ἐκεῖθεν πηγάζεσθαι, καὶ ὅσον ἐν τῇ τριάδι, παρ᾽ ἧς φῶς ἅπαν συνέστηκεν ἐξ ἀμερίστου φωτὸς μεριζόμενον καὶ τιμώμενον· καλλίων δὲ ἡ σήμερον καὶ περιφανεστέρα, ὅσῳ χθὲς μὲν πρόδρομον ἦν τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀνισταμένου τὸ φῶς, καὶ οἷον εὐφροσύνη τις προεόρτιος· σήμερον δὲ τὴν ἀνάστασιν αὐτὴν ἑορτάζομεν, οὐκ ἔτι ἐλπιζομένην, ἀλλ᾽ ἤδη γεγενημένην, καὶ κόσμον ὅλον ἑαυτῇ συνάγουσαν. *Paſcha, Domini Paſcha, iterumq; Paſcha dicam: honor ſacro-ſanctæ Trinitatis. Hoc eſt feſtum feſtorum, & celebritas celebritatum, tantum reliquis omnibus, non humanis tantùm, & ab hominibus profectis, ſed ipſis Chriſti feſtis diebus, clarius, quantum ſol ſtellas ſuperat claritate. Illuſtris quidem nobis & heſterna lux, plena luminum & lucernarum, quam privatim publiceq; omnes propè mortales, & omnes omnium dignitatum ordines, pulſa crebris ignibus nocte, peregimus; lux, inquam, magnum illud lumen referens: quantò cœlum altius totum terrarum orbem ſuis ornamentis illuſtrat, quantoq; clarius illud lumen, quod ſupracæleſte eſt, & in Angelis veluti prima lucida natura, poſt principem & increatam naturam, etiam ipſa Trinitate, à qua omnis lux producta eſt, ab indiviſibili lumine diviſum atque honoratum, oritur tanquam ex fonte. Præclarior verò lux hodierna, quòd heſterna hodiernæ quaſi nuncia fuerit, & veluti naſcens primum jubar, & ante ſolennitatem ipſam lætitia: hodierna verò die ipſam reſurrectionem celebramus, non ampliùs in ſpe poſitam & exſpectatam, ſed præſentem, totumq; ad ſe mundum attrahentem.* Alium locum ſub verbo λευχειμονίᾳ producimus ex Ignatio Diacono. Hic verò etiam illud probè tenendum, quòd, etiamſi iſta λαμπροφορία & φωταγωγία jam olim in Eccleſiam fuerit introducta, ipſe tamen Greg. Nazianzenus alibi morem iſtum reprehenderit potiùs, tanquam à Gentibus mutuatum, quàm commendârit. En tibi verba ejus ex orat. IV. quæ eſt II. in Julianum, pag. 129. Πρῶτον μὲν ἀδελφοί, πανηγυρίσωμεν, μὴ φαιδρότητι σώματος, μηδὲ ἐσθῆτος ἐναλλαγαῖς, καὶ πολυτελείαις, μηδὲ κώμοις καὶ μέθαις, ὧν κοίτας καὶ ἀσελγείας τὸν καρπὸν ἐμάθετε· μηδὲ ἄνθεσι στέψωμεν ἀγυιάς, μηδὲ μύρων αἰσχύναις τραπέζας, μηδὲ πρόθυρα καλλωπίσωμεν· μὴ τῷ αἰσθητῷ φωτὶ καταλαμπέσθωσαν οἰκίαι, μηδὲ συναυλίαις καὶ κρότοις ἀσχημονείτωσαν· οὗτος μὲν γὰρ Ἑλληνικῆς ἱερομηνίας ὁ νόμος· ἡμεῖς δὲ μὴ τούτοις τὸν Θεὸν γεραίρωμεν, μηδὲ τὸν παρόντα καιρὸν ἐπαίρωμεν, οἷς οὐκ ἄξιον, ἀλλὰ ψυχῆς καθαρότητι, καὶ διανοίας φαιδρότητι, καὶ λύχνοις τοῖς ὅλον τὸ σῶμα φωτίζουσι τῆς ἐκκλησίας· θείοις λέγω θεωρήμασι καὶ νοήμασιν ἐπί τε τὴν ἱερὰν λυχνίαν ἐγειρομένοις, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταλάμπουσιν. *Ac primùm quidem, fratres, feſtum celebremus non corporis nitore, non veſtitûs mutatione ac magnificentiâ, non comeſſationibus & ebrietatibus, quarum fructum cubilia, & impudicitias eſſe didiciſtis: nec floribus vicos cingamus, unguentorum turpitudine menſas & veſtibula ornemus: nec externo lumine ſplendeſcant domus, nec tibicinum cantu*

pl uſibusq; perſonent: hoc enim more Gentiles novæ Lunæ Feſtum celebrant. At nos ne committamus, ut ad hunc modum Deum honoremus, ac præſens tempus iis rebus, quæ minimè decent, extollamus: verùm animi puritate & mentis hilaritate, & lucernis totum Eccleſiæ corpus illuſtrantibus, hoc eſt, divinis contemplationibus & cogitationibus, quæ ſuper ſanctum candelabrum excitentur, atq; univerſum terrarum orbem luce perfundant.

Λαονγησία.

Non habent Lexica. Eſt *populi ducatus*, vel, ut ita dicam, *ductio*. Legitur apud Juſtinum Mart. in Dialogo cum Tryphone, ubi Joſua dicitur διαδέξασθαι τὴν λαονγησίαν μετὰ Μωσέα, *Moſi ſucceſſiſſe in populo ducendo.*

Λαοπλάνος.

Hæc etiam vox à L:xicographis omittitur. Eſt *populi ſeductor*. Idem Juſtinus, Dial. eodem, de Judæis Chriſtum calumniantibus, Καὶ μάγον εἶναι αὐτὸν ἐτόλμων λέγειν, καὶ λαοπλάνον. *Magum eum & populi ſeductorem nominare audebant.* Vide Joh. VII. 12.

Λαοσυνάκτης.

Inter officia & dignitates magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ erat officium *Laoſynactarum*, qui Diaconos congregabant, & intonabant, ne quis ex ipſis abeſſet; convocabant etiam Principes & populum in Eccleſiam. Vide in ψάλτης.

Λαοσυναξία.

Eſt *conjuratio*. In quæſtionibus ad Nicetam, Metropolitanum Theſſalonicenſem: Ὁ λαοσυναξίας ἐκμελετῶν, τίνι ἄρα ἐπιτιμίῳ ὑπόκειται; *Qui conjurationes meditatur, cuinam pœnæ ſubeſt?* Quod in quæſtione eſt λαοσυναξία, id in reſponſione appellatur συνωμοσία & φρατρία, *conjuratio, conſpiratio.*

Λαργιτίωνες.

De hac voce ſufficienter actum in Κόμης, ad num. 3. ubi vide, ut in Gl. Meurſii.

Λάρμα.

Non habet Meurſius in Gloſſario ſuo. Eſt *conclamatio ad arma*. In hiſt. Concilii Florentini, ſect. VII. Cap. V. pag. 192. Δραμὼν τὶς ἐξ αὐτῶν λάρμα διὰ τοῦ κώδωνος ἐσήμανε. *Accurens eorum aliquis per campanam ad arma convocavit.* Mox: Ἐσήμανε λάρμα παρὰ γνώμην τῶν λοιπῶν. *Præter reliquorum voluntatem ad arma convocavit.*

Λατρεία.

I. *Latè* ſumitur hæc vox, & denotat quicquid fit in honorem & cultum Dei. Theodoretus ad v. 9. Cap. I. ad Romanos, pag. 13. Εἴδη λατρείας πολλά· Καὶ γὰρ ὁ προσευχόμενος, Θεῷ λατρεύει, καὶ ὁ νηστείᾳ χρώμενος, καὶ ὁ τοῖς θείοις προσέχων λογίοις, καὶ μέντοι καὶ ὁ τῆς τῶν ξένων θεραπείας ἐπιμελούμενος. *Multa divini cultus ſunt genera. Qui enim precatur, Deum colit, & qui jejunio utitur, & qui divinis vacat eloquiis: & is etiam, qui recipiendorum hoſpitum curam gerit.* Eadem ad eundem locum habet Oecumenius, pag. 247. Apud Chryſoſtomum in Pſal. XLI. ἐπιτελεῖν λατρείαν de eo dicitur, qui pietatem exercet in canendis ad menſam communem Pſalmis. Joh. XVI. 2. dicit Chriſtus ad diſcipulos ſuos: Ἀλλ᾽ ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. *Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Ita vulgatus: malim cum Beza *cultum* interpretari, vel *officium*, *rem gratam*. Ita intellexit Theophylactus, qui pag. 786. interpretatur, θεάρεστον ἔργον νομίσει καὶ εὐσεβὲς διαπράξασθαι. *Exiſtimabit ſe rem piam Deoq; gratam facturum.* Et Ammonius in Catena in Joh. pag. 388. Ὅτι λατρείας θεοφιλοῦς δύναμιν εἶναι νομίζουσι τὸ σφάξαι ὑμᾶς. *Exiſtimant ſe Deo gratum exhibere cultum, ſi vos occidant.* Oratio ſive invocatio Dei vocatur λατρεία. Chryſoſtomus Homil. I. περὶ προσευχῆς, conjungit εὐχὴν καὶ λατρείαν, & diſertè hanc pro illa ponit. Verba ejus ſunt: Ὅταν ἴδω τινὰ τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας ἀκορέστως ἐχόμενον, καὶ τὸ μὴ προσεύχεσθαι συνεχῶς, ἐν ταῖς μεγίσταις ἀριθμοῦντα ζημίαις, τεκμαίρομαι τὸν τοιοῦτον πάσης ἀρετῆς ἀσκητὴν εἶναι βέβαιον, καὶ τοῦ Θεοῦ ναόν· εἰ γὰρ στολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ βῆμα ποδὸς, καὶ γέλως ὀδόντων ἀναγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα· πολλῷ μᾶλλον εὐχὴ καὶ λατρεία σημεῖον ἐστι δικαιοσύνης ἁπάσης. *Ubi quem conſpexero inſatiabiliter adhærentem latriæ Dei, &c. ſi non continenter oraverit, id in maximis detrimentis deputantem, hunc ego conjicio omnes virtutes ſolidè exercere, Deiq; eſſe templum. Nam ſi veſtitus hominis, ſi pedum inceſſus, ſi riſus dentium, juxta ſapientem Solomonem, declarat qualis homo ſit: multò magis Oratio & Latria Dei ſignum eſt omnigenæ juſtitiæ.* Et Homil. eadem: Χρὴ καὶ τῆς κλίνης ἀπανισταμένους φθάνειν ἀεὶ τὸν ἥλιον τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ, καὶ τραπέζης ἁπτομένους, καὶ καθεύδειν μέλλοντας· μᾶλλον δὲ καὶ καθ᾽ ἑκάστην ὥραν μίαν εὐχὴν τῷ Θεῷ προσφέροντας, ἴσον τῇ ἡμέρᾳ δρόμον τελοῦντας· ἐν δέ γε τῇ τοῦ χειμῶνος ὥρᾳ καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον μέρος εἰς προσευχὰς ἀναλίσκοντας, καὶ τὰ γόνατα κάμπτοντας σὺν πολλῷ τῷ φόβῳ τῇ δεήσει προσέχοντας, μακαρίζοντας ἑαυτοὺς ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ. *Oportet & ſtratis relictis Dei latriis prævenire ſolis exortum, & cùm ad menſam accedimus, & cùm cubitum ituri ſumus: quin potiùs ſingulis horis unam precationem offerre Deo, æqualem diei curſum decurrentes: hyberno verò tempore etiam noctis maximam partem precibus conſumentes, & genua flectentes multo cum timore precibus intentos, beatos prædicantes nos ipſos ob Dei latriam.* Hic non incommodè quæritur, An diſtinctio λατρείας & δουλείας, qualem urgent Pontificii, dum volunt λατρείαν eſſe cultum ſoli Deo debitum; δουλείαν verò cultum, quem fas ſit religiosè tribuere creaturis, aliquo nitatur ſcripturæ fundamento? Nos illud negamus; ratio evidentiſſima eſt, quia hæ voces ſine diſcrimine uſurpantur, & ejusdem ſunt ſignificationis, tam apud profanos autores & Grammaticos, quam apud Græcos V. Teſt. Interpretes, & N. Teſt. ſcriptores θεοπνεύστους. Agnoſcit hoc Laurentius Valla ad v. 10. Cap. IV. Matthæi; Ludovicus Vives in Auguſtini lib. X. de Civit. Dei, Cap. I. & alii. Veteres Gloſſæ: λατρεύω, *ſervio. Servio*, δουλεύω. Heſychius: λατρεύειν, δουλεύειν. Item, λατρευτὸν, δουλικόν. Et, λατρεύω, σέβω, δουλεύω. Tandem, λατρεία, δουλεία. Suidas: λατρεία, δουλεία ἐπὶ μισθῷ. *Servitus mercedis cauſſâ.* Phavorinus: λατρεύειν, κυρίως τὸ δουλεύειν. *Λατρεύειν propriè eſt ſervire.* Theophylactus illud ad Rom. I. 9. ᾧ λατρεύω, exponit per δουλεύω. LXX. interpretes per λατρείαν non modò exprimunt cultum ſoli Deo debitum, verùm etiam illum, qui tribuitur creaturis, ut Levit. XXIII. 7, 8, 21. Numer. XXVIII. 18. ubi *opus ſervile*, quod Lex faciendum vetat in ſabbato, vocatur ἔργον λατρευτόν. Et Deuteron. XXVIII. 48. habetur, λατρεύσεις τοῖς ἐχθροῖς σου. *Servies inimicis tuis:* iidem voce δουλείας utuntur paſſim; cùm agitur de Deo, & de cultu, qui ſoli Deo tribuitur, & עבר modò per δουλεύειν, modo per λατρεύειν interpretantur. Idem ex N. T. patet: nam Matth. VI. 24. Act. XX. 19. Rom. VI. 6. & XII. 11. & XIV. 18. & XVI. 18. Epheſ. VI. 7.

Coloſſ.

Digitized by Google

Coloſſ. III. 24. cultus qui Deo tribuitur, per verbum δουλεύειν exprimitur: at Matth. IV. 10. Rom. I. 9. & alibi frequenter, idem cultus per verbum λατρεύειν indicatur. Sed de hoc Theologi pluribus & accuratè agunt. Hæc verò λατρεία Deo debita, *duplex* eſt:

1. *Legalis.* Hunc cultum Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. IV. pag. 3. b. ob varios typos & figuras, vocat λατρείαν συμβολικὴν, *cultum allegoricum, ænigmaticum:* Cyrillus Alexandr. lib. I. Glaph. in Exodum, pag. 263. Παιδαγωγικὴν λατρείαν. Ἀπρόσιτος ὁ Χριστὸς, inquit, τοῖς ἐν νόμῳ, καὶ τῇ παιδαγωγικῇ λατρείᾳ. *Illis, qui ſub lege & pædagogico erant cultu, Chriſtus aditu erat difficilis.* Ita etiam vocat Oecumenius in Cap. VII. Act. pag. 42. Nempe, ut iterum Cyrillus Alexand. lib. X. in Johannem, pag. 835. Προγύμνασμα τῆς ἀληθοῦς, καὶ ἐν πνεύματι λατρείας τὰ διὰ Μωσέως. *Quæ per Moſen tradita, ſunt praeexercitatio quædam veri & ſpiritualis cultûs.* Hinc ad Gal. III. 24. vocatur παιδαγωγὸς εἰς Χριστόν. Vide in Νόμος. Vocatur ἀρχαία λατρεία. Apud Juſtinum Mart. quæſt. I. Orthod. τὴν ἀρχαίαν λατρείαν ἀνεῖλεν ὁ Θεός. *Veterem cultum Deus ſuſtulit.*

2. *Evangelica.* Hic *cultus*, eodem apud Juſtinum loco vocatur ἡ τῶν χριστιανῶν λατρεία, *Chriſtianorum cultus:* νέα λατρεία, *novus cultus.* Ab Apoſtolo ad Rom. XII. 1. vocatur λογικὴ λατρεία. De ratione hujus appellationis ſic Cyrillus Alex. Homil. Paſchali XXII. pag. 273. Λογικὴν λατρείαν τὴν τοῦ ἀνθρώπου καλεῖ καθιέρωσιν, ἀντιπαρεξάγων τὸ χρῆμα ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις· οὐ γὰρ λογικὴ λατρεία τὸ δρώμενον ἦν· βοοθυσίαι δὲ μᾶλλον ὡς ἐν σκιᾷ καὶ τύποις τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος ὠδίνουσαι. *Cultum rationalem, hominis conſecrationem appellat, idq; legalibus ſacrificiis viciſſim opponit: id enim, quod fiebat, non erat cultus rationalis: ſed mactationes potiùs boum: quæ in umbra & figura veritatis pulchritudinem deſignarent.* Chryſoſtomus Homil. XX. in epiſt. ad Romanos: Λογικὴ λατρεία, ἡ πνευματικὴ διακονία, ἡ πολιτεία ἡ κατὰ Χριστὸν, οὐδὲν ἔχουσα σωματικὸν, οὐδὲν παχὺ, οὐδὲν αἰσθητόν. *Cultus rationalis, ſpiritualis ſervitus: vita juxta Chriſtum inſtituta, quæ nihil corporei habet, nihil craſſi, nihil quod ſit ſenſibile.* Theodoretus in Cap. XII. ad Romanos, pag. 94. Ἁγίαν, καὶ λογικὴν, καὶ εὐάρεστον τὴν θυσίαν ταύτην ὠνόμασε, ταῖς τῶν ἀλόγων ἱερουργίαις παρεξετάζων, καὶ δεικνὺς ταύτῃ τὸν δεσπότην Θεὸν ἀρεσκόμενον. *Sanctam, & rationalem, atq; Deo placentem hanc hoſtiam nominavit, eam cum ratione carentium ſacrificiis comparans, & hanc Domino Deo gratam eſſe oſtendens.* Iterum Chryſoſtomus Homil. XI. in epiſt. ad Hebræos, p. 492. Τί ἐστιν ἡ λογικὴ λατρεία; τὰ διὰ ψυχῆς, τὰ διὰ πνεύματος· ὅσα μὴ δεῖται σώματος, ὅσα μὴ δεῖται ὀργάνων, μὴ τόπου· τὰ δέ ἐστιν, οἷον ἐπιείκεια, σωφροσύνη, ἐλεημοσύνη, ἀνεξικακία, μακροθυμία, ταπεινοφροσύνη. *Quid eſt* cultus rationalis? *Quæ per animam offeruntur, quæ per ſpiritum, quæ non opus habent corpore, non inſtrumentis, non loco. Sunt verò iſta, modeſtia, temperantia, eleemoſyna, tolerantia, lenitas & patientia.* Theophylactus in Cap. XII. ad Romanos, pag. 116, 117. Λογικὴ λατρεία, οὐ μόνον ἡ διὰ λόγων πρὸς Θεὸν γινομένη, ἀλλὰ καὶ ἡ μετὰ Χριστὸν πολιτεία, ὅταν μηδὲν ἄλογον πάθος ἐν ἡμῖν κρατῇ, ἀλλὰ ὁ λόγος τὰ πάντα διοικῇ· καὶ ὥσπερ ἀρχιερεὺς ἕκαστος ἑαυτοῦ γίνεται, ἀποσφάττων τὰς ἔνδον κακίας, καὶ δοκῶν ἀεὶ παρεστάναι τῷ Θεῷ, καὶ κατὰ πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ῥῆσιν οὕτω φρίττων· ὡς ὁ ἀρχιερεὺς, ὅταν θείῳ θυσιαστηρίῳ παρίσταται. *Rationalis cultus eſt, non ſolùm qui verbis ad Deum factis præſtatur, verùm etiam vita & converſatio ſecundùm Chriſtum, & quando nullus irrationalis affectus in nobis regnat, ſed ratio omnia gubernat: & tanquam pontifex quisq; ſui ipſius factus fuerit, interiorem malitiam jugulans, ſeq; exiſtimans ſemper coram Deo ſtare, ac in omni opere & verbo inſtar Pontificis divinæ aræ adſiſtentis perhorreſcens.* Vide in Θυσία, num. II. 2. ad lit. b.

II. *Strictè* Euchariſtiæ celebrationem denotat. Chryſoſtomus appellat λατρείαν καθημερινήν. *Liturgiam matutinam & veſpertinam.* Euſebius lib. IV. de vita Conſtantini, ἐπὶ τὴν λατρείαν τοῦ Θεοῦ παρεῖναι dicit, pro *convenire ad Synaxin; vel S. Cœnæ celebrationem.* Cyrillus in Epiſt. ad Neſtorium, Actorum Concilii Epheſini pag. 80. Καταγγέλλοντες τὸν κατὰ σάρκα θάνατον τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν λατρείαν. *Annunciantes mortem ſecundùm carnem unigeniti Filii Dei, incruentum in Eccleſia cultum peragimus.* Sic Greg. Nyſſenus de ſcopo Chriſtiani, tom. III. pag. 299. Δεῖ τὸν μέλλοντα ψυχὴν καὶ σῶμα κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας νόμον προσάγειν Θεῷ, καὶ τὴν ἀναίμακτον αὐτῷ καὶ καθαρὰν ἀποδιδόναι λατρείαν, &c. *Par eſt, ut is, qui animum & corpus juxta pietatis legem adducere Deo cogitat, atque incruentum & purum ipſi cultum exhibere,* &c. Apud Euſebium quoque demonſtrat. Evangel. lib. I. pag. 16. vocatur ἀναίμακτος καὶ καθαρὰ λατρεία, *incruentus & purus cultus.*

Λαῦρα.

Λαῦρα. *Laura. Monaſterium.* Idem quod λάβρα, de quo ſuprà. Evagrius lib. I. Cap. XXI. pag. 129. b. de Eudocia, ὥστε καὶ εὐαγῆ δείμασθαι φροντιστήρια, καὶ τὰς καλουμένας λαύρας. *Ut etiam ſancta exſtruxerit monaſteria, & ſic vocatas Lauras.* Vide Gl. Meurſii.

Λεγατάριος.

Λεγατάριος. *Legatarius.* Gloſſæ Latino-græcæ: *Legator.* Λεγατάριος. Scribitur etiam ληγατάριος. Suidas: Ληγατάριος, εἶδος ἄρχοντος παρὰ Ῥωμαίοις. *Legatarius. Apud Romanos eſt Magiſtratus ſpecies.* Menologium menſe Novembri: Ἰωάννης ὁ ἀπὸ λεγαταρίων. Inepta ſunt, quæ habet Pachymerius in Paraphraſi in Cap. XV. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 183. Λῆξιν τὴν κληρονομίαν οἱ παλαιοὶ ἔλεγον· ὅθεν καὶ ληγάτα, καὶ ληγατάριοι, καὶ ληξιαρχικὸν γράμμα, τὸ διδόμενον, τοῖς ὑπὲρ τὰ δέκα ὀκτὼ ἔτη τῶν κληρονόμων, εἰς τὸ ἄρχειν τῆς οἰκείας κληρονομίας, διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον. *Antiqui* λῆξιν, id eſt, *ſortem, appellabant hæreditatem: unde etiam legata, & legatarii, ſcriptumq; legatarium, quod hæredibus datur, qui jam decimum octavum annum exceſſerant, ut hæreditatis ſuæ adminiſtrationem ac gubernationem propter ætatis perfectionem adeant.* Vide Gl. Meurſii.

Λεγατεύω.

Λεγατεύειν, *legare.* Longè frequentiùs ſcribitur ληγατεύειν. Photius in Nomoc. tit. II. Cap. II. Ἐάν τι ληγατευθῇ. *Si quid legatum fuerit.* Item, ἐπὶ τοῖς τῷ Θεῷ ληγατευομένοις. *In iis, quæ Deo legata ſunt.* Sæpius ibidem occurrit. Suidas: Ἐληγάτευσεν, ἀπένειμε. *Legavit, diſtribuit.*

Λεγάτον.

Λεγάτον, vel ληγάτον, idque frequentiùs, *legatum.* Epiphanius de fide Eccleſiæ, pag. 457. de Kethura, pellice Abrahami: Δώματα δὲ ἔλαβεν, ὡς ληγάτου χάριν. *Dona verò accepit, quaſi legati loco.* Zonaras ad Can. XXV. Carthag. pag. 413. Μηδὲ κατὰ κληρονομίαν ἢ ληγάτον, ἢ ἄλλως πως καταλιμπάνειν τι τοῖς αἱρετικοῖς ἢ ἀπίστοις ὀρθοδόξους χριστιανοὺς, καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις. *Legibus etiam politicis vetitum eſt, ne Chriſtiani orthodoxi neq; hæreditatis, neque legati nomine, vel alio quocunque modo hæreticis vel infidelibus aliquid relinquant.*

Photius

Digitized by Google

Photius in Conſtitut. Eccleſ. Collect. l. III. ex Novellis: Τὰ εὐαγέσιν οἴκοις, ἢ ἐκκλησίαις ἢ συστήμασι καταλειφθέντα ληγάτα εἴσω μηνῶν ἓξ τῆς ἐμφανείας τῆς διαθήκης καταβαλλέσθω. *Quæ religioſis domibus, aut eccleſiis, aut collegiis, relicta ſunt legata; ſex intra menſes à publicatione tabularum teſtamenti ſolvuntor.*

Λεγάτος.

Λεγάτος, vel ληγάτος, *legatus.* In Actis Synodi Epheſinæ, p. 185. Τῶν ἀπὸ τῆς μεγάλης Ῥώμης ἀπεσταλμένων ληγάτων, ἢ τοποτηρητῶν. *Ex magna Roma miſſorum legatorum, vel vicariorum.* Balſamon ad Can. XXVIII. Concilii Chalced. Περὶ τῶν λεγάτων τοῦ Πάπα Ῥώμης, *De legatis Papæ Romani.* Vide Gl. Meurſii.

Λειτουργέω.

Verbi hujus ſignificationes, apud profanos Autores obvias, Lexica exhibent. Quando *de rebus* uſurpatur *divinis*, duplicem maxime habet ſignificationem:

I. *Latiorem & impropriam*, & de quocunque pietatis officio uſurpatur. Sic ſumitur ad Rom. XV. 27. λειτουργῆσαι ἐν τοῖς σαρκικοῖς; *miniſtrare in rebus carnalibus*, id eſt, ſubſidia pauperibus adminiſtrare. Ita interpretatur Theodoretus, qui ad hunc locum, pag. 113. Τὴν μετάδοσιν τῶν χρημάτων ἄνω μὲν κοινωνίαν, κάτω δὲ λειτουργίαν ἐκάλεσε· τῇ μὲν κοινωνίᾳ τὴν ἀντίδοσιν ὑποφαίνων, τῇ δὲ λειτουργίᾳ τὸν ὀφειλόμενον φόρον. *Pecuniarum diſtributionem ſuperiùs quidem*, nempe verſu 26. *communionem, inferiùs autem miniſterium appellavit: communione quidem retributionem, miniſterio autem debitum tributum ſubindicans.* Et Theophylactus, pag. 151. Ὀφείλουσιν οὖν πάλιν μεταδοῦναι αὐτοῖς τῶν σαρκικῶν ἀγαθῶν οἱ ἐξ ἐθνῶν. Οὐκ εἶπε δὲ κοινωνῆσαι, ἀλλὰ, λειτουργῆσαι· ἐν τάξει γὰρ διακόνων αὐτοὺς κατέστησεν. *Debent itaque gentes carnalia ſua bona eis impertiri. Non autem dixit*, communicare, *ſed*, miniſtrare: *in ordine enim miniſtrorum eos collocavit.* Eodem ſenſu dixit Ariſtoteles, λειτουργεῖν ταῖς οὐσίαις, *inſervire præbendâ pecuniâ.* Confer voces ſequentes Λειτουργία & Λειτουργός.

II. *Anguſtiorem & propriam:* & ſignificat

1. *In genere* ſacram in Eccleſia functionem obire. Ita ſumitur de Sacerdotibus V. Teſt. ad Hebr. X. 11. Πᾶς ἀρχιερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, *omnis Sacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans.* Et de miniſtris Eccleſiæ Chriſtianæ Act. XIII. 2. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, *miniſtrantibus autem illis Domino.* Cotonus vult reddendum eſſe, *ſacrificantibus illis.* Peſſimè. Repugnat verſio vulgata, quæ habet, *miniſtrantibus illis.* Lyranus exponit: *Miniſtrantibus autem illis Domino, id eſt, in bonis operibus ſecundùm ſuos gradus & officia.* Latiorem hic ſignificationem locum habere vult: ſed anguſtior magis convenit. Nam λειτουργεῖν ſignificat *publico munere fungi:* hic verò agitur de Miniſtris Eccleſiæ, unde rectè verſio Gallica, *illis ſacram ſuam functionem obeuntibus*, nempe functionem docendi & prophetandi, ut bene cenſet ipſe Cajetanus; & patet ex collatione cum v. 1. ubi Miniſtri illi dicuntur fuiſſe doctores & prophetæ. Unde etiam Chryſoſtomus Homil. XVII. in Acta, & Oecumenius λειτουργούντων interpretantur κηρυττόντων, *prædicantibus:* nam λειτουργεῖν, inquit Beza, reſtrinxerunt ad publicas preces propter adjunctam jejunii mentionem. Eandem ſignificationem verbum λειτουργεῖν ſæpe etiam in Canonibus Conciliorum obtinet. Can. I. Ancyrano, de Presbyteris qui immolaverunt, ſed poſtea reluctati ſunt: Τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι. *Viſum eſt, eos honorem quidem ſedis retinere: offerre autem illis, aut ſermonem conferre, vel omnino ſacro aliquo miniſterio fungi non licere.* Ariſtinus in Synopſi, illud λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, exprimit per τῶν ἁγίων ἐπιτελεῖν τι. *Aliquid ſanctorum myſteriorum peragere.* Eodem modo Symeon Logotheta. Dionyſius Exiguus interpretatur, *ſacerdotalibus officiis fungi.* Zonaras ad eundem Canonem, pag. 286. exponit, ἱερουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν δικαίων, *ſacerdotale munus quodcunque obire.* Can. XII. Concilii Sardicenſis, λειτουργεῖν ſignificat εὔχεσθαι. Ita enim Zonaras ad illum, pag. 377. Τὸ λειτουργεῖν ἐνταῦθα, οὐχὶ τὸ ἱερουργεῖν καὶ προσφέρειν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν νοητέον, ἀλλὰ τὸ εὔχεσθαι, καὶ τοὺς συνήθεις ὕμνους τῷ Θεῷ ἀναπέμπειν. *Verbum* λειτουργεῖν *hoc loco non ita intelligendum eſt, quaſi ſignificet ſacrificare, & incruentum offerre ſacrificium, ſed orare, & conſuetos hymnos Deo offerre.* Per εὔχεσθαι etiam exponit Balſamon ad eundem Can. pag. 869. Ita Greg. Nazianzenus orat. IX. p. 159. λειτουργῶμεν Θεῷ τὴν αἴνεσιν, *laudem Deo miniſtremus*, vel *offeramus.*

2. *In ſpecie*, ſacram adminiſtrare Cœnam, ſeu celebrare corpus Chriſti. Patet ex iis, quæ modò ex Zonara adduximus. Vide ſequentes voces.

Λειτουργία.

Easdem hujus vocis ſignificationes obſervamus, quas verbi præcedentis eſſe diximus.

I. *Latiori & impropria ſignificatione* uſurpatur de quocunque pietatis officio, etiamſi à privato præſtetur. *De beneficentia* erga pauperes uſurpatur II. Corinth. IX. 12. & ad Philipp. II. 30. de Epaphrodito, Ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. *Ut suppleret defectum veſtri erga me officii.* Per λειτουργίαν intelligitur σωματικὴ διακονία, inquit Theophylactus: & addit, Τοῦτο οὖν, ὃ ὑστερήσατε ὑμεῖς, τὴν διὰ τῆς χειρὸς καὶ τοῦ σώματος λειτουργίαν, αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν, ἀντὶ πάντων ὑμῶν διακονήσας μοι. *Hoc igitur, quod vobis defuit, nimirum, quod corpore manuq; mihi non miniſtraveritis, ipſe ſupplevit, omnium veſtrûm loco mihi inſerviens.* De quovis fideli vitam piè inſtituente. Chryſoſtomus Homil. III. in Annam, quæ eſt XIII. t. V. pag. 70. patres monet, dent operam, ut filii ſui fiant cives civitatis cœleſtis, ἵνα τῆς ἄνω πολιτείας μετασχεῖν δυνηθῶσι, καὶ τὴν ἐκεῖ λειτουργίαν ἀξιωθῶσιν ἐπιτελεῖν, *quo digni reperiantur, qui functiones obeant illius civitatis.*

II. *Anguſtiori & propria ſignificatione* notat

1. *In genere*, omne miniſterium, quod ad ſacra pertinet. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. I. p. 33. b. Τέταρτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν τῆς αὐτόθι λειτουργίαν κληροῦται πρῶτος. *Quartus ab Apoſtolis Eccleſiæ Alexandrinæ miniſterium ſortitur.* Nicephorus hiſt. Eccleſ. lib. III. Cap. XXV. pag. 258. pro eo habet, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας τὸν θρόνον κληροῦται. *Paroecia Alexandrinæ thronum ſortitur.* Id. ibidem de eodem: Τρίτῳ τῆς ἡγεμονίας ἔτει Ἀδριανοῦ δωδεκάτῳ δὲ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ ἐκπληρώσαντα, διαδέχεται Ἰοῦστος. *Ei, cùm duodecim annos miniſterium obiiſſet, Adriano tertium imperante annum, Juſtus eſt ſurrogatus.* Pro δωδεκάτῳ, malim legere δωδέκατον. Ibidem aliquoties hoc ſenſu occurrit, ubi etiam pro λειτουργία ponitur κλῆρος τῆς ἐπισκοπῆς, *Epiſcopatus*, vel ἐπισκοπὴ ſimpliciter: Προστασία, *adminiſtratio:* ἱεραὶ ἡνίαι, *ſacræ habenæ.* Ita τὰ τῆς λειτουργίας πράττειν, *ea, quæ ad cultum ſacrum ſpectant, peragere*, Can. IV. Antiocheno: ubi hæc leguntur: Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς,

ρεθεὶς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέ τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας. *Si quis Epiſcopus à Synodo depoſitus, vel Presbyter aut Diaconus à proprio Epiſcopo, auſus fuerit aliquid de miniſterio agere.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 325. Λειτουργίαν ἐνταῦθα οὐ τὴν ἱερουργίαν καὶ τὴν τελετὴν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας φησὶ μόνην, ἀλλ' ἅπαν ἀρχιερατικὸν δίκαιον. Liturgiam *hoc loco, non ſacrorum modò & incruenti ſacrificii celebrationem, ſed omnes ſummi ſacerdotii functiones dicit:* quod ibi Balſamo pag. 814. ἱερατικόν τι ἐνεργήσασθαι, *ſacra peragere: aliquid quod ad cultum ſacrum pertinet, peragere.* Sumitur etiam pro toto cultu ſacro Canone VI. Cod. Eccleſ. Africanæ, *reconciliare in publica miſſa*, Græcè redditur καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν. Quid hoc ſit, explicat Balſamon ad hunc Can. pag. 603, 604. Τὸ καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν, τοῦτό ἐστιν. Οἱ ἐπιτιμηθέντες, καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰργόμενοι, οὐ παραχωροῦνται συνίστασθαι μετὰ τῶν πιστῶν, καθ' ἑαυτοὺς δὲ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν οὐ κωλύονται· ὅτε δὲ τοῦ ἐπιτιμίου λυθῶσι, τότε συνίστανται τοῖς πιστοῖς, καὶ δημοσίᾳ ἤγουν φανερῶς ὑμνοῦσι τὸν Θεὸν μετὰ τοῦ δήμου. Reconciliare in publica miſſa, *hoc eſt: Qui puniuntur, & ab Eccleſia arcentur, iis non conceditur cum fidelibus conſiſtere: non prohibentur autem ſeorſim Deum laudare: quando verò pœnâ fuerint ſoluti, tunc cum fidelibus conſiſtunt, & publicè ſeu manifeſtè Deum cum populo laudant.* Deſumta hæc ſunt ex Zonara, apud quem ad hunc Can. eadem leguntur, pag. 397. in fine tantùm ſequentia adduntur: Ἤγουν μετὰ τοῦ δήμου τῶν πιστῶν, τοῦ πλήθους δηλαδὴ λειτουργοῦσιν, ἀντὶ τοῦ, φανερῶς ὑμνοῦσι τὸ θεῖον, καὶ λατρεύουσι τῷ Θεῷ· ἐξείληπται γὰρ τὸ λειτουργεῖν καὶ ἐπὶ λατρείας καὶ ὕμνου. *Hoc eſt, cum fidelium populo, multitudine ſcilicet* λειτουργοῦσι, *pro, manifeſtò & publicè Numen laudant, & Deo ſerviunt:* λειτουργεῖν *enim accipitur etiam de cultu & laude.* Quemadmodum autem res divina; ut doctiſſimus Caſaubonus, Exercitat. XVI. num. XLI. docet; vetuſtiſſimo Chriſtianorum inſtituto, dividitur in cultum matutinum & veſpertinum: ita Patrum libris fit mentio *Liturgiæ matutinæ & veſpertinæ.* In Actis Concilii Epheſini, pag. 295. ex epiſtola Synodi ad Imperatorem, de Cyrillo Alex. & Memnone: Καὶ μήτε τὴν ἁγίας πεντηκοστῆς τὴν πανήγυριν ἐπιτελέσαι συγχωρησάντων, μήτε τὰς ἑσπερινὰς, ἢ τὰς ἑωθινὰς λειτουργίας. *Et qui neque ſanctæ Pentecoſtes celebritatem celebrare conceſſerunt, neque veſpertinas aut matutinas liturgias.*

2. *In ſpecie,* omne illud miniſterium, quod circa ſacram peragitur menſam, ſeu circa S. Cœnæ celebrationem. Cathol. apud Theorianum, Legat. Armen. 148. Ἡ λειτουργία ἁγιάζει οἶνον, καὶ γίνεται αἷμα Χριστοῦ. *Liturgia ſanctificat vinum, & fit ſanguis Chriſti.* Et p. 152. Οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν μόνην τὴν θείαν λειτουργίαν ἔνδον τοῦ θείου ναοῦ ἐπιτελεῖν διωρίσαντο, μόνου τοῦ ἱερέως εἰσιόντος εἰς αὐτὸ, τοῦ λαοῦ παντὸς ἔξω ἱσταμένου. *Doctores noſtri divinam Liturgiam intus in divino templo peragendam eſſe decreverunt, ſolo ſacerdote in illud ingrediente, & univerſo populo foris ſtante.* Theodoretus epiſt. CXLVI. pag. 1032. dicit verba Apoſtoli II. Corinth. XIII. 13. Ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῆς μυστικῆς εἶναι λειτουργίας προοίμιον, *in omnibus Eccleſiis myſticæ liturgiæ prœmium eſſe.* Hinc nomen acceperunt λειτουργίαι, quæ ſunt deſcriptiones quædam ordinis ſervandi in S. Cœnæ celebratione: cujuſmodi ſunt, quæ hodie circumferuntur ſub titulis partim veris, partim falſis Petri, Jacobi, Andreæ, Baſilii, Chryſoſtomi, & ſimiles. Latini vocant *Ordinem agendi*, vel *Officium*, Græci aliquando etiam ἀκολουθίαν. Conſtant non tantùm precibus, ſed etiam ſcripturæ lectione, & S. Communione. Juſtinianus novellâ VII. pag. 36. ubi de abalienatis agit Monaſteriis, Ἐν οἷς μοναστήριόν τε καθιδρύθη καὶ ἱερὰ γέγονε λειτουργία, ὁποίαν εἰωθός ἐστιν ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις γίνεσθαι, τῶν τε θείων ἀναγινωσκομένων γραφῶν, τῆς τε ἱερᾶς καὶ ἀῤῥήτου μεταδιδομένης κοινωνίας. *Inter quæ Monaſterium fuit conſtitutum, & ſacra Liturgia inſtituta, qualis in ſanctiſſimis Eccleſiis fieri conſuevit, lectis partim divinis ſcripturis, partim verò ſacra & ineffabili Communione diſtributa.*

Λειτουργός.

Magnam hæc quoque vox cum præcedentibus affinitatem habet.

I. Λειτουργὸς dicitur *de miniſterio & functione publica.*

1. *Angelorum*, qui ad Hebr. I. appellantur λειτουργοὶ Θεοῦ; & v. 14. πνεύματα λειτουργικά. Vide in voce Ἄγγελος, num. 5. ad lit. C.

2. *Magiſtratuum*, qui itidem appellantur λειτουργοὶ Θεοῦ, ad Rom. XIII. 6. Θέλει γὰρ ὁ Θεὸς εἰρήνην ἐμπολιτεύεσθαι καὶ ἀρετὴν, καὶ κακίαν ἀπελαύνεσθαι. Καὶ εἰς τοῦτο οἱ ἄρχοντες λειτουργοῦσι τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, πονοῦντες ὑπὲρ τῆς κοινῆς καταστάσεως, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες, ἵνα ἡμεῖς ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀταραξίᾳ διάγωμεν. *Vult enim Deus pacem ac virtutem in republica verſari, vitium autem profligari: atque in hoc Principes miniſtrant voluntati Dei pro communi ſtatu laborantes, inque id ipſum perſeveranter incumbentes, ut nos in pace ac tranquillitate vitam tranſigamus:* Sunt verba Theophylacti ad præſentem locum, pag. 130. Ad eundem locum Oecumenius, pag. 355. Vocantur λειτουργοὶ Θεοῦ, id eſt, ὑπουργοὶ Θεοῦ καὶ λειτουργοῦντες Θεῷ εἰς τὸ φροντίζειν ἡμῶν ὡς Θεός. Θεοῦ γὰρ πληροῦσι θέλημα. *Miniſtri Dei ſunt, & miniſtrant Deo, dum noſtri curam gerunt ut Deus: Dei enim voluntatem faciunt.*

3. *Miniſtrorum Eccleſiæ.* Hic autem obſervandum venit.

a. Apud Dionyſium Areopagitam eos dici λειτουργοὺς, qui aliàs appellantur διάκονοι, ſic enim Eccleſ. Hierarch. Cap. II. part. II. num. VI. pag. 216. Ὁ ἱεράρχης, αὐτῶν ἀπογραψαμένων, εὐχὴν ἱερὰν ποιεῖται καὶ ταύτην ἁπάσης αὐτῷ τῆς ἐκκλησίας συμπληρωσάσης, ὑπολύει μὲν αὐτὸν, καὶ ἀπαμφιέννυσι διὰ τῶν λειτουργῶν. *Sacrorum præſes adſcriptis illis*, np. viro & ſuſceptore, *ſacram inſit precationem: quâ unà cum ipſo ab univerſa congregatione completâ, illum diſtinguit, & per miniſtros exuit.* Hic per λειτουργοὺς intelliguntur *diaconi:* hoc enim circa Baptiſmum eorum erat officium, ut patet ex iis, quæ diximus in voce Διάκονος, num. II. 2. ad lit. β'. Teſtatur etiam S. Maximus, qui ad præſentem locum, pag. 61. diſertè. Τῶν λειτουργῶν. Λειτουργοὺς λέγει τοὺς διακόνους. *Liturgos vocat diaconos.* Iterum Dionyſius ibid. num. VII. pag. 217. Καὶ τελείως ἀπαμφιεσάντων αὐτὸν τῶν λειτουργῶν, κομίζουσιν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον. *Dum verò miniſtri penitus eum exuunt, ſacrum unctionis oleum afferunt ſacerdotes.* Et Cap. III. de Eccleſ. Hierarch. parte II. pag. 243. Ἑξῆς δὲ, διὰ τῶν λειτουργῶν ἡ τῶν ἁγιογράφων δέλτων ἀνάγνωσις ἀκολούθως γίνεται. *Per miniſtros exinde conſequenter ſacrarum ſcripturarum lectio recitatur.* Pachymerius ad locum, pag. 266. Διὰ τῶν ἀναγνωστῶν (τούτους γὰρ λέγει λειτουργοὺς) τῶν θείων γραφῶν, τῶν προφητειῶν, τοῦ ἀποστόλου, τοῦ θείου εὐαγγελίου ἡ ἀνάγνωσις γίνεται. *Per Lectores (hos enim Liturgos vocat) divinarum ſcripturarum, ut Prophetiarum, Apoſtoli, & Evangelii divini lectio recitatur.* Aliquoties ibid. apud Dionyſium λειτουργῶν mentio: & διακόνους intelligi ait S. Maximus. Nulla tamen inter eum & Pachymerium pugna: διάκονοι enim olim etiam ἀναγνῶσται. Vide in Διάκονος loco citato.

b. Apud Baſilium, Greg. Nazianzenum & Nyſſenum, Chryſoſtomum, & cæteros Patres, omnes Eccleſiæ Miniſtros, præſertim verò Presbyteros & Epiſcopos vocari λειτουργοὺς τοῦ Θεοῦ, vel τοῦ θυσιαστηρίου,

Digitized by Google

ρὶν, vel τῆς καινῆς διαθήκης, vel τὰς τὴν λειτουργίαν τοῦ θυσιαστηρίου πεπιστευμένους. Euſebius lib. IV. de vita Conſtantini, Cap. XXXVII. de Conſtantino ſcribit: Οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ καθιστάμενος, συνόδους τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν συνεκρότει. *Tanquam communis Epiſcopus à Deo conſtitutus, miniſtrorum Dei cogebat Synodos.*

Λειψανδρία.

Lexica afferunt ex Heſychio, cui λειψανδρία eſt λεῖψις ἀνδρῶν, *virorum penuria.* Cyrillus Alexandr. in Cap. XLIX. Jeſajæ pag. 768. Ἀποστήσαντος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπενεγκόντος Χριστῷ, πεπόρθηται πᾶσα τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, ἐνεπρήσθη δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁμοῦ καὶ αὐτὸς ὁ ναὸς, καὶ τοσαύτη λειψανδρία κατέσχε τὴν Ἰουδαίαν, ὥστε τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν αἰνιγματωδῶς αὐτὸ δὴ τοῦτο καταμηνῦσαι πολλαχοῦ. *Cùm Iſraël ad incredulitatem fuiſſet prolapſus, & ipſi Chriſto manus intuliſſet, tota regio Judaica fuit vaſtata, ſimul autem cum Jeroſolymis ipſum templum fuit incenſum, & tantâ virorum penuriâ laboravit Judæa, ut beatus propheta Jeſajas hoc ipſum pluribus in locis ænigmaticè indicàrit.*

Λείψανον.

Latè ſumta hæc vox, notat κατάλειμμα, reſiduum, reliquias, quales tandem illæ ſint. Chryſoſtomus epiſt. CXIV. Τὰ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας εὐχαῖς ταῖς σαῖς ἀπεθέμεθα, καὶ ἐν ὑγείᾳ διάγομεν νῦν. *Infirmitatis reliquias, tuis adjuti precibus, depoſuimus, & nunc bene valemus.* Eadem locutione etiam alibi utitur. Ab Herodiano urbis dirutæ *reliquiæ* vocantur λείψανα.

II. *Strictè* ſumitur, & notat *reliquias*

1. *Sacras*, vel certè ſic dictas. Dicuntur λείψανα τῶν ἁγίων, *reliquiæ ſanctorum*, à Chryſoſtomo, Hom. LXV. tom. V. Vocem Græcam Latini quoque retinent. Qui vitam Gundulæ ſcripſit. *Prope lipſanas ſacræ Virginis ire religioſum duxit.* Idem: *Erat namque cernere, prope lipſanas ſacræ Virginis ſe admiſiſſe, & ſub tanta protectrice à ſtrepitu proſequentium jam ſecurum procubuiſſe.* Per hæc autem λείψανα intelligebantur.

a. Ipſa *Martyrum corpora*, quæ à Chriſtianis ſolebant conquiri, & honeſtè ſepeliri, ut apparet ex epiſt. Smyrnenſis Eccleſiæ de martyrio Polycarpi, apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XV. pag. 39. ubi fideles dicunt. Ἡμεῖς ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. *Nos collecta oſſa ejus, lapidibus precioſis præſtantiora, & auro probatiora, quo decuit loco repoſuimus.* Atque hæc corpora appellabantur λείψανα. In Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. Cap. ult. Τῶν παρὰ Θεῷ ζώντων οὐδὲ τὰ λείψανα ἄτιμα, *Eorum, qui apud Deum vivunt, ne reliquiæ quidem ſunt inhonoratæ.* Apud Nazianzenum orat. in Cyprianum, quæ eſt XVIII. p. 284. Τὸ σῶμα ἀφανὲς ἦν. *Corpus nusquam apparebat.* Loquitur de corpore Cypriani, quod pauló pòſt rurſus σῶμα vocat: illud ipſum autem eodem loco appellat, ἅγια λείψανα, ſacras reliquias.

b. *Alia etiam.* Nam à corporibus deinceps ad alia ventum, Damaſcenus Orthod. fidei lib. IV. Cap. XII. p. 307. Πάντα τὰ Θεῷ ἀνακείμενα προσκυνοῦμεν, αὐτῷ τὸ σέβας προσάγοντες. Interpres: *Omnia, quæ Deo adjacuerunt, adoramus, ipſi cultum exhibentes.* Ἀνακείμενα ſunt *dicata, conſecrata.* Vide in Ἀνάκειμαι. Præmiſerat autem Τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον, τοὺς ἥλους, τὴν λόγχην, τὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτοῦ σκηνώματα, ἅτινά εἰσιν ἡ φάτνη, τὸ σπήλαιον, ὁ Γολγοθᾶς, ὁ ζωοποιὸς τάφος, ἡ Σιὼν, τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ἀκρόπολις, καὶ τὰ ὅμοια. *Lignum crucis, clavos, lanceam, indumenta, & ſacra ipſius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, Golgatha, ſepulchrum vivificum, Sion, Eccleſiarum propugnaculum, & ſimilia.* De his verò reliquiis jam quæritur, *An ſint adorandæ?* Ad hanc quæſtionem ut faciliùs reſpondeamus, primùm κατὰ θέσιν ex Antiquitate proponemus, *quem reliquiis honorem veteres Chriſtiani tribuendum putârint*, vel, *cur eas nobis datas crediderint?* Eleganter Chryſoſtomus Homil. XCII. t. V. pag. 626. Ἐμερίσατο ὁ Θεὸς πρὸς ἡμᾶς τοὺς μάρτυρας, τὰς ψυχὰς λαβὼν αὐτὸς, τὰ σώματα ἡμῖν ἔδωκεν, ἵνα ἔχωμεν ὑπόμνησιν ἀρετῆς διηνεκοῦς τὰ ἅγια τούτων ὀστᾶ. *Deus nobiscum partitus eſt Martyres: ipſe animas ſumſit, nobis verò corpora dedit, ut habeamus perpetuum ad virtutem incitamentum, ſancta eorum oſſa.* Idem Homil. LXV. t. eod. pag. 456. dicit Deum propterea τὰ τῶν ἁγίων λείψανα nobis reliquiſſe, ἵνα παρακαλέσῃ ἡμᾶς πρὸς ἀρετὴν, *ut nos ad virtutem excitent.* Vide ibidem multa in hanc ſententiam. Et t. ejusd. Homil. LXX. p. 504. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων εἴασεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, βουλόμενος ἡμᾶς πρὸς τὸν αὐτὸν ἐκείνοις χειραγωγῆσαι ζῆλον. *Propterea ſanctorum etiam reliquias nobis reliquit Deus volens nos ad ſimilem ipſis zelum quaſi manuducere.* Deinde κατ᾽ ἄρσιν. *Noluerunt veteres vel Martyres, vel eorum reliquias eſſe adorandas.* De hoc vide in voce Μάρτυς. Non negamus tamen, quosdam intempeſtivo abreptos zelo, aliter de ſanctorum reliquiis ſtatuiſſe. Nicephorus Conſtantinop. in epiſt. ad Leonem, P. Rom. quæ habetur in Actis Epheſinis, p. 310. Προσκυνῶ καὶ περιπτύσσομαι τὰ σεβάσμια τῶν ἁγίων λείψανα, ὡς ἰατρεῖον ψυχικῶν τε καὶ σωματικῶν παθημάτων τυγχάνοντα. *Adoro & complector venerandas ſanctorum reliquias, ut medicinas ſpiritualium & corporalium affectuum.* Photius, epiſt. I. p. 17. Καὶ ναοὺς ἁγίων, καὶ τάφους, καὶ λείψανα, πιστοῖς βρύοντα ἰάσεις, πιστῶς προσκυνοῦμεν, τὸν αὐτοὺς δοξάσαντα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν μεγαλύνοντες καὶ ἀνευφημοῦντες. *Et ſanctorum templa, & ſepulchra, & reliquias, fidelibus curationes emittentes, fideliter veneramur; Chriſtum nimirum Deum noſtrum, qui ſic eos glorificavit, honorantes & laudibus proſequentes.* Vide etiam Damaſcenum Orthod. fidei lib. IV. Cap. XVI. p. 336.

2. *Reliquias S. Cœnæ*, Germanus in Hiſtoria Eccleſ. pag. 179. Ἡ δὲ ἄρσις τῶν καταλειφθέντων θείων λειψάνων, τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ὑπαινίττεται. *Sublatio autem relictarum ſanctarum reliquiarum, aſſumtionem Domini ac Dei noſtri ſubinnuit.* Vocantur aliàs περισσεύματα, ut ſuo docetur loco. Heſychius: Λείψανα, περισσεύματα. Vocantur etiam εὐλογίαι περισσεύουσαι, & εὐλογίαι μυστικαί. Vide in Εὐλογία, num. IV. 1. Etiam apud alios Autores λείψανα interdum ſignificant *conviviorum reliquias*, ut docet Cl. Rittershuſius Lect. ſacr. lib. VI. Cap. XVIII.

Λεξιθήρας & Λεξιθηρέω.

Omittunt has voces Lexicographi. Placet hoc loco præmittere, quæ de his vocibus doctiſſimus obſervat Reineſius Var. Lectionum lib. I. Cap. VI. *Iſaacus Caſaubonus*, inquit, *producit anim. ad Athen. lib. III. Cap. XVIII. voculam* λεξιθήρ, *ex Epiphanio L. II. Panarii Cap. de Arianis, pro eo* qui undique voculas ſententiasque *ad dogmatis ſui confirmationem, ſive aptæ, ſive ineptæ eæ ſint,* aucupatur, *eamq; ceu verè Græcam adprobat: & Cap. XIX. verbum* λεξιθηρεῖν, *eadem ſignificatione apud eundem Epiphanium ſæpe reperiri obſervat. Idem facit J. Sirmondus lib. II. propempt. ad Salmas. Cap. VI. an ab iſto edoctus, neſcio: ſed utrumq; deceptum eſſe, id verò ſcio. Cùm enim in caſu accuſandi* πληθυντικῶς *legiſſet alicubi* λεξιθῆρας, *quintæ declinationis eam terminationem eſſe opinatus eſt; aliter ſi à ſimplice* θήρα, θηράω, θηρεύω *deducta & compoſita introſpexiſſet, ſenſurus. Voces* μιξόθηρ *&* μιξόθηρες, *illa apud Lycophr. quæ Scillam monſtrum cum ſex capitibus* κάμπης, κυνὸς, λέοντος, γοργόνος, φαλαίνας, ἀνθρώπου *& duodecim pedibus; hæc apud Athenagoram orat. de reſurr. mort. quâ homines belluinis moribus adpellat, in exemplum τοῦ λεξιθὴρ trabi nequeunt;*

ſunt

Digitized by Google

ſunt enim à vocabulo primiformi θὴρ, θηρὸς; λεξιθὴρ *verò à derivativis* θήρα, θηράω: *à quibus quæ deducuntur maſculina omnia, primæ declinationis eſſe tot exemplis doceri poteſt.* Ὀνοματοθήρας, nominum captator: *Athen. lib. IV. habet vocandi caſum,* καλὲ ὀνοματοθήρα, & λογοθήρας, ſermonum ſublegulus: *Heſychius* θηρολέξης. Ὀρνιθοθήρας, auceps, *apud Ariſtoph.* φυγαδοθήρας *cognomen Archiæ Thurii, quòd exules Athenis perſequeretur & inquireret, apud Plutarchum in vita Demoſth. & Hyper.* Κογχοθήρας, *de purpura, apud Athen. lib. III. Epicharm. in Nuptiis Hebes.* Σπογγοθῆραι, qui ſpongias piſcantur, ſpongiarii, *apud Pollucem.* Μετεωροθῆραι, *accipitrum genus à prædatura in ſublimi dictum, apud Ariſtot. lib. IX. animal. Cap. XXXVI.* Σωληνοθῆραι, qui ſolenas capere ſolerent, *apud Athen. lib. III.* ὑοθῆραι, *nomen dramatis Steſichorii apud Athen. ib. id eſt,* Venatores. Μωμοθήρας, *titulus fabulæ Platonis junioris, quam laudat Heſychius in* παλινῳδίᾳ. Ταγηνοκνισσοθήρας, *à ſcriptore anonymo vetere Rom. hiſt.* adulator *appellatur, quòd Sartaginum nidores ſectetur, & culinarum ferventium fumos.* Μυοθῆραι, *ſerpentum genus muribus tantùm infeſtum: iI Nicandro* μύαγροι *ob id dicti.* Therotheræ, θηροθῆραι, θῆρας θηρῶντες, ferarum, leonum venatores; *gentes Troglodytarum ita dictas fuiſſe à venatu miræ velocitatis, è Jubæ hiſtoriis ſcribit Plinius lib. VI. Cap. XXIX. ita enim apud hunc emendandum eſſe conjecto voculam* Therothoas, *quæ apud Jubam, qui ſc. Græcè ſcripſit, fuerit* θηροθοὰς, *q. d.* in venatione, in feris perſequendis pernicies, *quæ adpellatio gentis, non eſt præ mea iſta probabilis. Analogia igitur poſcente docenteq́; ,* λεξιθήρας *verum Græcum nomen eſt, non* λεξιθὴρ, *expungendusq́; propterea etiam, quem Lexici eadem infelicitate commenti ſunt,* μυοθὴρ ὄφις. *De verbo* λεξιθηρεῖν, *quod & Cl. Salmaſius, ſed maximè invitis Muſis Gratiisq́; Gellio, apud quem lib. II. Cap. IX. hactenus fuit* λέξεις τηρεῖν, *quod eſt* obſervare dictiones, *Plin. Exerc. f. 1267. ſuppoſuit, idem omnino ſentiendum eſt: repugnare iſti formationi analogiam; niſi verbum* θηράω *inter ea eſſe, quæ ad duas conjugationes pertinere obſervant Grammatici, doceant, quod fortaſſe nunquam poterunt: Nos interea hoc labore entia præter neceſſitatem multiplicata civitate Attica ejiciendi bellè ſic defuncti erimus.* Hactenus vir longe doctiſſimus. In his pleraque nos quoque probamus: quibusdam tamen calculum noſtrum nondum addimus. Omnino dicendum λεξιθήρας in caſu nominativo. Hoc confirmat Vox ἰχθυοθήρας, quam ſuprà habes ſuo loco; & Δολιοθήρας, de qua itidem ſuo loco. Item σπογγοθήρας apud Plutarchum; de qua voce videantur Lexica. En tibi exempla clariſſima. Iſidorus Peluſiota epiſt. CCLVIII. lib. V. pag. 637. Ὁ φίλος ὁ ἀὸς ὁ μεγαλογέρ@ καὶ λεξιθήρας. *Amicus ille tuus jactabundus & verborum venator.* Idem epiſt. CCXLV. lib. ejuſd. pag. 633. Ψυχρόν ἐστι, εἰ καὶ μὴ τοῖς λεξιθήραις δοκεῖ, τὸ σμικρολογεῖν, καὶ περὶ τούτων ποιεῖσθαι τὴν ἅμιλλαν. *Frigidum & abſurdum eſt, etiamſi verborum venatoribus vel ſublegulis non videatur, de rebus leviſſimis verba facere, & de iis contendere.* Tales à Chryſoſtomo appellantur λέξεων θηραταί. Vide in θηρολεκτέω. A Clemente Alex. Strom. I. pag. 279. Λεξειδίων θηράτορες, *dictiuncularum venatores.* Οἱ δέ τινες, σφᾶς αὐτοὺς ἐπαίροντες, διαβολὰς τοῖς λόγοις ἐξευρίσκειν βιάζονται, ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκπορίζοντες, λεξειδίων θηράτορες, ζηλωταὶ τεχνυδρίων. *Aliqui autem alii, ſeipſos extollentes, calumnias verbis invenire contendunt, contentioſas comparantes quæſtiones, dictiuncularum venatores, puſillarum artium quarundam æmulatores.* De verbo λεξιθηρεῖν, cum bona doctiſſimi Reineſii venia, aliter ſentimus. Veriſſimum quidem, apud Gellium ſcribi λέξεις τηρεῖν, interim tamen nondum propterea verbum λεξιθηρεῖν civitate Attica ejiciendum: illo enim uſos deprehendo Origenem & Cyrillum Alex. Ille in Philocalia, Cap. XXI. pag. 60. de v. 12. Cap. IV. Marci ſcribit: Σημειωτέον ἐστὶ τὸν τόπον πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους, λεξιθηροῦντας μὲν τὰ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, &c. *Notandus eſt locus adverſus hæreticos, qui è veteri Teſtamento dicta quædam aucupantur vel ſublegunt.* Hic Dial. III. de SS. Trinitate, p. 485. itidem de Hæreticis: Λεξιθηροῦσι καὶ τριποθήτως ἁρπάζουσι πᾶν ὅπερ ἂν φαίνοιτο τῇ τοῦ υἱοῦ τιμῇ τε καὶ δόξῃ καθεστηκὸς ἐναντίον. *Ex ſyllabis & vocibus avidiſſimè captant & arripiunt, quodcunq; videtur Filii honori & gloriæ contrarium.* De hac hæreticorum natura vide in Ἀιρετικὸς, num. III. ad lit. δ. Pro λεξιθηρεῖν Græci etiam dicunt θηρολεκτεῖν, ὀνόματα θηρεύειν, &c.

Λεπρός.

Pauca de hac voce, Canon. XVII. Ancyranus ſic habet: Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι. *Eos qui irrationabiliter verſati ſunt, & qui leproſi ſunt, vel fuerunt, præcepit ſancta Synodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.* Canone præcedente cum brutis commixtio damnata fuerat longiſſimâ & durâ pœnitentiâ, quæque juxta reorum ætatem producta fuerat. Eorum autem nullus ad fletum, vel auditionem pulſus fuerat, non miſericordiæ cauſſâ, ſed ſeveritatis. Quod enim tempus aliàs in Fletu & Auditione; Græci πρόσκλαυσιν vocant & ἀκρόασιν; tranſigere debuerunt, illud omne in ſubſtratione tranſigunt, quæ ſtationum duriſſima eſt; imò in qua ſola opera duriſſima imperantur. Hoc igitur decimo ſeptimo Canone addunt, ſi ejusmodi homines leproſi fuerint, ad hyemantes, id eſt, extra omnem Eccleſiæ ambitum εἰς ὑπαίθριον καὶ τὰ τοῦ ναοῦ προαύλια eſſe ſubmovendos, ne ſcilicet ſui corporis contagio cæteros inficerent, ut ibi pœnitentiam, quæ Canone præcedenti definita fuerat, peragant. Moſaica lege; Levit. XIII. 46. Numer. V. 2. leproſi à reliquo cœtu prohibentur, qui mos in Europa viget, non religionis, ſed ſanitatis cauſſâ. Teſtatur Balſamon Commentario in epiſt. Athanaſii ad Ammun, pag. 920. in oriente hoc non obſervari. Οἱ λέπραν νοσήσαντες inquit, παρὰ μὲν τοῦ παλαιοῦ νόμου, ὡς ἀκάθαρτοι ἀπεπέμποντο· μεθ' ἡμῶν δὲ καὶ ἐκκλησιάζουσι καὶ συνεύχονται, ἀπὸ τῆς νόσου μηδὲν ἐμποδιζόμενοι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ οἰκτειρόμενοι. *Qui leprâ laborârunt, in veteri quidem Lege, ut impuri rejiciebantur: nobiscum verò & Eccleſiam adeunt, & precantur, nec à morbo ſuo impediuntur, ſed potiùs amicè tractantur.* Sed alia fuit in Ancyrana provincia conſuetudo: ubi tamen per λεπροὺς alii intelligunt eos, qui κτηνοβατείας vitio cæteros infecerunt: alii ſimpliciter pollutos, vitiis inquinatos. Sed hæ ſententiæ à vero alienæ.

Λεπτηγορέω.

Non habent Lexica. Idem quod λεπτοεπέω & λεπτομυθέω, *minutiſſima quæque recenſeo.* Cæſarius, Dial. I. Interrogat. XXVIII. Μὴ λεπτηγορούσης τῆς γραφῆς τὰ φυσικὰ ἡμῶν ὄργανα. *Cùm non quævis minuta naturæ noſtræ organa recenſeat ſcriptura.*

Λεπτοβόης.

Non habent Lexica. Idem quod λεπτόφωνος, *exilem & gracilem vocem habens.* Cyrillus Alex. lib. III. in Joh. C. II. p. 258. de lege: Ὁ λεπτοβόης τε καὶ σμικρόκηρυξ νόμος εἰς μόνην τὴν Ἰουδαίων ἠκούσθη χώραν. *Lex, gracilis ille ac tenuis præco in ſola Judæa auditus eſt.*

Λεπτοεπέω.

Non habent Lexica. Idem quod λεπτολογέω & λεπτομυθέω, *ſubtiliter diſſero, minutiſſima quæque tracto.* Cyrillus Alexandr. Dial. V, de SS. Trinitate, pag. 567.

Digitized by Google

567. Ἡμᾶς ἀνάγκη λεπτοεπεῖν ᾐρημένους, ἀνασκαλεύειν τὰ κεκρυμμένα. *Nobis, quibus ſubtiliter diſputare conſtitutum eſt, operæ precium eſt, occulta ſcrutari, retegere.*

Λεπτομυθέω.

Nec hoc verbum Lexica exhibent. Cyrillus Alex. lib. III. in Joh. Cap. III. pag. 267. Τί γὰρ ἄν τις τοῖς τοιούτοις ἐπιδιατρίψαι λεπτομυθῶν, καὶ τὰ μηδαμόθεν δυσχερῆ κατακερματίζων εἰς οὐκ εὐκαίρους πολυλογίας; *Cur iſtiuſmodi ſubtilitatibus explicandis quiſpiam immoretur, & intempeſtiva prolixitate, quæ nihil difficultatis in ſe habent in minutas quodammodo partes ſecet?* Idem, lib. XII. in Joh. ad v. 25. Cap. XIX. pag. 1064. Τί οὖν ἄρα τὸ λεπτομυθεῖν ἀναπεῖσαν τὸν μακάριον εὐαγγελιστήν, ὡς καὶ τῆς τῶν γυναικῶν διαμεμνῆσθαι παραμονῆς; *Quid igitur beatum Evangeliſtam impulit, ut minuta quæque narraret, atque adeò permanſionis mulierum mentionem faceret?*

Λευίτης.

Levitæ, ſeu *filii Levi* accipiuntur *ſynecdochicè* modò pro ſacerdotibus, qui oriundi erant ex tribu Levi: modò, & quidem frequentiùs, pro reliquis ex hac tribu oriundis, qui in ſacro Dei cultu obeundo ſacerdotibus miniſtrabant: à quibus ſumtâ metaphorâ *Levitæ* appellantur veri Dei cultores ſub Novo Teſtamento, ſeu illi, quos Deus ex gentibus per prædicationem Evangelii convertit, ut ſibi miniſtrent, atque cultum ſpiritualem exhibeant; & ſpecialiter illi ex gentibus, quos ad ſacri miniſterii functionem obeundam Deus vocavit. Vide Jeſajæ LXVI. 21. Jerem. XXXIII. 22. collato cum v. 18. 21. ubi Theodoretus, pag. 235. Ἅπασα γῆ καὶ θάλαττα πλήρεις ἀρχιερέων, καὶ τῶν τὴν λευιτικὴν λειτουργίαν πληρούντων διακόνων. *Terra univerſa, & mare, plena ſunt pontificibus, & diaconis Levitico munere fungentibus.* Hinc ergo Levitarum appellatio miniſtris Eccleſiæ Chriſtianæ, & nominatim *Diaconis*, olim tribuebatur. Can. III. Cod. Eccleſiæ Africanæ, *Condecet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, nec non & Levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 393. Λευίτας, τουτέστι, διακόνους, τοὺς ὑπουργοῦντας τοῖς θείοις καθιερώμασιν, ἤτοι τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ, τῇ καθιερωμένῃ τῷ Θεῷ. *Levitas, id eſt, Diaconos inſervientes divinis conſecrationibus, ſive incruento ſacrificio, quod Deo conſecratur.* Syneſius Epiſt. LVIII. pag. 35. Ὁ δὲ τοιοῦτος, εἴτε Λευίτης ἐστίν, εἴτε πρεσβύτερος, εἴτε ἐπίσκοπος, παρ' ἡμῖν ἐν Ἀνδρονίκου μοίρᾳ τετάξεται. *Atque hic, ſive Levita, ſive Presbyter, ſive Epiſcopus ſit, apud nos eodem, atque Andronicus loco cenſebitur.*

Λευκός.

Λευκὸς aliquando eſt *clarus, apertus, perſpicuus*; metaphorâ *à limpidis* deſumtâ *aquis*. Cæſarius quæſt. XXIII. pag. 46. Περὶ ἧς λευκότερον μικρὸν ὕστερον διαλέξομαι. *De qua*, nempe ſanguinis profluvio laborante, *clariùs paulò poſt loquar.* Athanaſius Orat. III. contra Arianos, tom. I. pag. 443. Λευκότερον φωτὸς ἀποδείκνυται καὶ ἐκ τούτου, ὅτι οὐκ ἔστι κτίσμα ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' υἱὸς ἀληθινός. *Ipſa luce clarius demonſtratur etiam hiſce, Dei Verbum non eſſe creaturam, ſed verum Filium.* Cyrillus Jeroſol. Catecheſi XII. Καὶ λευκότατά φησιν οὕτως, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν βασιλέων ἐκείνων ἀναστήσει ὁ Θεὸς τὴν οὐρανοῦ βασιλείαν. *Et clariſſimè ſic dicit, & in diebus illorum regum eriget Deus regnum cœli.*

Λευκοφορέω.

Non habent Lexica. *Candidas fero veſtes.* In Prato ſpirituali Joh. Moſchi, Cap. LXVI. pag. 1081. Βλέπω ἄνδρας λευκοφοροῦντας. *Video viros, candido amictu veſtitos.*

Λευχείμων. Λευχειμονέω.

Veteres Gloſſæ: Λευχείμων, *candidatus.* Heſychius: Λευχείμων, λευκὰ ἱμάτια φορῶν. *Albas veſtes ferens.* Suidæ idem quod λευκοφόρος. Oecumenius in Cap. I. Actor. pag. 4. Δύο ἄνδρες λευχείμονες πιστοῦνται τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀποκατάστασιν τοῦ Κυρίου. *Duo viri albis induti confirmant Domini in cælos reſtitutionem.* Epiphanius hæreſi XLIX. pag. 182. de Pepuzianis ſcribit: Πολλάκις ἐν τῇ ἑαυτῶν ἐκκλησίᾳ εἰσέρχονται λαμπαδηφοροῦσαι ἑπτά τινες παρθένοι, λευχείμονες δῆθεν ἐρχόμεναι, ἵνα προφητεύωσι τῷ λαῷ. *Sæpe in Eccleſiam eorum ingrediuntur lampades ferentes ſeptem quædam virgines, albis videlicet indutæ accedentes, ut populo vaticinentur.* Dionyſius Alex. in Epiſt. ad Baſilidem, *Angelum*, qui in ſepulchro Chriſti ſediſſe dicitur, vocat νεανίσκον λευχείμονα, *juvenem albis indutum.* Ita eundem etiam appellat Euſebius in Catena in Cap. XX. Joh. p. 451. Et Theophanes Homil. XXIX. pag. 221. de mulieribus ad ſepulchrum Chriſti accedentibus: Θεάματι ἀποφωτίζῳ περιτυχοῦσαι ἐξεθαμβήθησαν νεανίου λευχείμονος ὀφθέντος αὐταῖς ἐν τοῖς δεξιοῖς. *Spectaculo ancipiti objecto obſtupuerunt, viſo juvene à dextris albis induto.* De eodem Germanus Conſtantinop. in hiſt. Eccleſ. pag. 167. Πρόεισι λευχειμονῶν ὁ ἄγγελος, τὸν λίθον τοῦ τάφου ἀποκυλίων τῇ χειρί. *Prodit Angelus albis indutus, & devolvit manu lapidem ſepulchri.* Ammonius in Catena in Cap. XX. Joh. pag. 453. de duobus Angelis ad ſepulchrum Chriſti apparentibus, λευχειμονοῦντες ἐφαίνοντο, *albis induti apparuerunt.* Theophanes Homil. XXXI. pag. 231. de iiſdem, δύο λευχειμονοῦντες ὠράθησαν. *Duo albis induti viſi ſunt.* Et Homil. XXXIV. pag. 244. de Maria loquens: Δύο γὰρ αὐτῇ λευχειμονοῦντες ἐφάνησαν ἄγγελοι. *Duo enim albis induti Angeli apparuerunt illi.* Cyrillus Jeroſ. Catecheſi IV. Νεοφωτ. pag. 211. Χρὴ λευχειμονεῖν διὰ παντός. *Semper oportet albis indutos eſſe.* Ignatius, Diaconus & Scevophylax magnæ Eccleſiæ in vita Nicephori Patriarchæ: Ἡνίκα γὰρ βασιλεύς τε καὶ ἡ περὶ τὰ βασίλεια σύγκλητος ἐν τῷ μεγίστῳ ναῷ παρῆν, τὰ τῆς φρικτῆς ἀναστάσεως ἐπιτελέσοντες ὄργια· ἡνίκα τὸν ἱερὸν χῶρον ἐκεῖνον ἡ χρυσήλιος φωτοχυσία δαψιλῶς σελαγίζουσα τῆς ἐλπιζομένης ἀδιαδόχου λαμπρότητος τὰς μαρμαρυγὰς ὑπεκήρυττεν· ἡνίκα πᾶς ὁ τῆς ἐκκλησίας λευχειμονῶν συνέῤῥει ὅμιλος. *Cùm enim Imperator, & qui in Regia erant viri Senatorii, in maximo templo aderant, admirandæ reſurrectionis myſteria completuri; cùm ſacrum illum locum, luminum, ad inſtar ſolis, effuſio abundè reſplendens, indeſinentis illuminationis, quæ ſperatur, ſplendores æquè ac præco evulgabat; cùm univerſus Eccleſiæ candidis indutus veſtibus exercitus concurrebat.* In his omnibus λευχείμων idem quod λαμπροφόρος, & λευχειμονῶ idem quod λαμπροφορῶ. Et quia *albæ* ſeu *candidæ veſtes* lætitiæ ſunt ſignum, quemadmodum *nigræ ſeu atræ* triſtitiæ & luctûs: hinc Chryſoſtomus Homil. in ſancta & magna Paraſceve recitata, tom. VI. Pariſ. pag. 403. verbo λευχειμονεῖν metaphoricam tribuit ſignificationem, quando inquit: Ἐπειδὰν δὲ τοῖς εὐαγγελίοις ἐνέτυχον, καὶ ἐλαβόμην ταύτης τῆς ἡμέρας, ἀπώλεσά τε τὴν λύπην, καὶ λευχειμονῶ τῷ λόγῳ, καὶ λέγω ἐμαυτῷ καὶ ὑμῖν· Ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, στεναγμός. *Poſtea verò quàm in Evangelia incidi, & hunc diem conſideravi, tum omnem abjeci triſtitiam & ſermone lætitiam præ me tuli, mihique ipſi & vobis dixi: Jam dolor receſſit, triſtitia, gemitus.*

Λέων.

I. *Explicatio vocis.* Iſidorus lib. XII. Cap. II. falsò cenſet *leonem* à Græco nomine, ſignificante *regem*, dici. Meliùs Græci λέοντα dici volunt à λεύσσω, vel λάω,

Digitized by Google

λάω, id eſt, *video*, unde & ἀλαὸς, *cæcus*. Ita Porphyrius, Euſtathius, Etymologus, & Grammaticorum alii, quia *leo* eſt ὀξυδερκέστατον θηρίον, *animal viſus acerrimi*, ut ſcripſit, monente Cl. Bocharto, Manethon Ægyptius in Notis ad Herodotum. Unde eſt, quòd tam lucidos habet oculos, ut aliorum animalium viſum fulgore ſuo perſtringat. Oppianus de leonibus Venat. lib. III.

Καὶ πυρὸς ἀστράπτουσιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαί,
Et ſcintillæ ignis ab oculis fulgurant.

Et lib. IV. de equis:

— — Τρείουσι καὶ ἀγκλίνουσιν ὀπωπὰς
Δειμαίνοντες ἄνακτος ἑοῦ πυριλαμπέα κανθόν.

Tremunt, & avertunt oculos metuentes Regis ſui (id eſt, leonis) *fulgentem aſpectum*. Huc etiam pertinet, quòd ab Homero χαροποὶ vocantur & σμερδαλέοι. Sic enim in matrem Deorum:

— Λύκων κλαγγή χαροπῶν τε λεόντων.
Luporum clangor, terribiliumq́ue leonum.

Et Odyſſ. λ'. v. 610.

Ἄρκτοι τ' ἀγρότεροί τε σύες, χαροποί τε λέοντες.
Urſiq́ue, agreſteſq́ue apri, terribileſq́ue leones.

Χαροποὶ dicuntur, *qui glaucos & fulgidos*, atque ideo *truces habent oculos*. Heſychius, χαροπὸς, interpretatur non tantùm περιχαρὴς *perlætus*, ſed etiam γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερὸς, *glaucus*, *flavus*, *terribilis*. Emendandus Suidas, apud quem χαροπὸς eſt περιφεγὴς, pro περιχαρής. Vetus Homeri Scholiaſtes ad proximum Homeri locum: Χαροποὶ, καταπληκτικοὶ, φοβεροί. *Horribiles, terribiles*. Iterum Homerus Il. σ'. v. 579.

Σμερδαλέω δὲ λέοντε — —
Horrendi verò leones.

Eſt autem σμερδαλέος, juxta Homeri Scholiaſtas, καταπληκτικὸς, vel, τῇ ὄψει καταπληκτικός. *Terribilis, viſu terribilis*. Heſychius: Σμερδαλέον, φοβερὸν, καταπληκτικόν.

II. *Proprietates leonum* præcipuæ ſunt,

1. *quòd ſint robuſtiſſimi*. Inſignem leonis fortitudinem diſertis verbis paſſim deprædicant ſcriptores ſacri. Judic. XIV. 18. *Quid leone fortius?* Proverb. XXX. 30. *In beſtiis leo fortiſſimus eſt*. II. Sam. XVII. 10. *Fortiſſimus quisque, cujus cor erat ut cor leonis*. Græci θυμολέοντα, vel λεοντόθυμον dicunt. Vide Homer. Il. ε. v. 639. η. v. 228. Odyſſ. δ'. v. 724. 814. λ'. v. 266. Vetus ejus Scholiaſtes interpretatur θυμολέοντα in adductis locis, λεοντόψυχον, γενναῖον, item ἀνδρεῖον, λεοντόθυμον. Vox λεοντόθυμος legitur apud hunc interpretem; quod non obſervant Lexicographi. Ariſtoteles hiſtor. animal. lib. I. Cap. I. Τὰ δὲ θηρία ἐλεύθερα, καὶ ἀνδρεῖα, καὶ εὐγενῆ, οἷον λέων. *Feræ quædam liberæ ſunt, & ſtrenuæ, & generoſæ, ut leo*. Vide Cl. Bochartum de Animalib. parte I. lib. III. Cap. II.

2. *quòd* non ſolùm robore & potentiâ, ſed etiam *dignitate & gloria inter beſtias excellant*. Omnino *leo*, propter eximias dotes, *Rex ferarum* eſſe putatur. Ita ſtatuit Oppianus Cyneg. lib. III. in quo leones,

Δώροισιν μετέπειτα Διὸς μέγα κοιρανέουσι θηρσὶν ὀρεσαύλοις,
Donis Jovis poſtmodum potenter imperant feris montivagis.

Hinc idem ibid. vocat

κλυτὸν βασιλῆα λέοντα,
inclytum regem leonem.

Et Philes Cap. XXXI.

Θηρῶν τε βασιλεὺς ὁ θρασὺς ἄναξ λέων.
Et qui ferarum ſtrenuus Rex eſt leo.

Vide etiam Ælianum de Animal. l. XV. Cap. XVII. pag. 319. Suidam in voce Ἀρχή. Conſentiunt quoque Patres. Epiphanius, cui, hæreſi LXXVIII. *leo* eſt βασιλικώτατον γένος ἐπὶ τὰ ἄλλα ζῶα, *maximè regium genus ſupra reliqua animalia*. Macarius, Homil. I. dicit *leonem* βασιλεύειν τῶν ἀγρίων θηρίων, *imperium obtinere in beſtias*. Olympiodorus in Catena in Cap. X. Jobi, pag. 234. itidem *de leone*; Ἀρχικὸν τὸ ζῶον. *Eſt animal imperio præditum.*

III. *Cognata.* Leoni conferuntur

1. *in bonam partem*, ſeu in laudem,

a. *Deus* Opt. Maximus; qui ſive ſeveriùs caſtiget ſuos, ſive in impios atrociùs animadvertat, nobis proponitur ut leo, qui è luſtro ſuo prodiens, obvios diſcerpit, & dilacerat, nec quisquam eſt, qui ei reſiſtat. Ita Jobi X. 16. Sanctus vir Deum compellat. *Cùm attollit ſeſe*, ſcil. caput meum, de quo verſu præcedente, *ut ferox leo venaris me*. LXX. Interpp. minùs commodè: Πλήρης γὰρ ἀτιμίας εἰμί· ἀγρεύομαι γὰρ ὥσπερ λέων εἰς σφαγήν. *Plenus enim ſum opprobrio, & capior ſicut leo ad occiſionem*. Jobum leoni volunt conferri, cùm tamen Deus illi conferatur. Hinc Olympiodorus in Catena, eorum interpretationem ſecutus, pag. 233. Ὥσπερ λέων εἰς σφαγὴν ἀγρευόμενος, οὕτω πανταχόθεν ταῖς τιμωρίαις βάλλομαι. Ἔοικε δὲ λέοντι ἑαυτὸν παρεικάσαι διὰ τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν καὶ εὐσθένειαν. *Inſtar leonis venatione ad necem capti, ſuppliciis undique afficior. Propter priſtinam autem felicitatem, & virium integritatem, videtur leoni ſeipſum comparare.* Polychronius verò ibidem, commodiorem quærens interpretationem, ſcribit: Σαφέστερον δὲ ἔχει τὸ Ἑβραϊκόν, Ἐάν τε γάρ, φησιν, εὐσθενὴς ὦ ὡς λέων, πιάσεις με, τουτέστιν, ἐγὼ ὁ δυνατὸς καὶ γαῦρος, λέοντος δίκην, τῇ περιούσῃ δόξῃ, καὶ ἀφθονίᾳ τοῦ πλούτου, ὥσπερ ἄρκυσι τοῖς δεινοῖς τεθήραμαι, οὐδεμίαν διάλυσιν τῶν δεινῶν εὑρίσκων. *Apertius autem Hebræus habet*, ſi robuſtus fuero ſicut leo, comprehendes me, *hoc eſt, Ego, qui gloriâ eximiâ & divitiarum affluentiâ, leonis inſtar valeo & efferor; ærumnis, quaſi retibus, implicatus ſum, & miſeriarum nullum finem invenio*. Clariſſima ſunt, quæ leguntur Thren. III. 10. & Jerem. XXV. 37. 38. Vide quid ipſe Deus dicat Hoſeæ V. 14. ubi Theodoretus, pag. 719. Ἔθος γὰρ καὶ τοῖς θηρίοις ἐκείνοις, ὅταν τι θηρεύσωσιν, εἰς τοὺς συνήθεις ἐπανιέναι τόπους, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς θήρας ἐγγενόμενον διαναπαύειν πόνον· κἀγὼ τοίνυν, φησί, δίκην πάνθηρος καὶ λέοντος διὰ τῶν πολεμίων ὑμῖν ἐπελθών, κατ' ἐμαυτὸν λοιπὸν ἔσομαι, προνοίας ὑμᾶς οὐδεμιᾶς ἀξιῶν. *Quoniam mos eſt his feris, cùm quidpiam venatæ fuerint, in priſtina loca redire, ibiq́ue ſe recreare à labore, quem venando ſuſceperint: ego quoq́ue, inquit, more pantheris & leonis, cùm per hoſtes in vos irruero, apud me deinceps ero, nullam vobis curam impertiens.* Confer etiam Hoſeæ Cap. XIII. 7. 8. & vide, quæ ibidem Theodoretus notavit, pag. 743. Elegantiſſima ſunt, quæ ad eundem locum ſcribit Greg. Nazianzenus Jambico carmine XXI. pag. 233. 234.

Θεὸν δ' ἀκούων ἐν γραφαῖς χολούμενον,
Ἢ πάρδαλίν τιν', ἢ παροιστρῶσαν πόθῳ
Ἄρκτον, &c.
Καλῶς ἄκουε, μὴ κακῶς τοῦ πράγματος·
Πάσχει γὰρ οὐδέν, ὧν ἐγὼ πάσχω Θεός.
Μή τις τοῦτ' εἴπῃ· καὶ γὰρ οὐδ' ἐξίσταται
Αὐτός ποθ' αὑτοῦ· ταῦτα γὰρ τοῦ συνθέτου,
Καὶ τοῦ μάχεσθαι ἠργμένου ἐκ πλείονος.
Ὃ δ' ἐστι, τοῦτ' εὔδηλον, ἄτρεπτος φύσις.
Πῶς οὖν τυποῦται ταῦτα; τῆς τροπῆς νόμοις.
Πῶς; δειματοῦσαι τῶν ἁπλουστέρων φρένας.
Ὥσπερ τὰ πολλὰ τοῦ λόγου δηλουμένων,

Digitized by Google

Ἀντιστροφὴν νόει, καὶ τὸ πᾶν ἔχεις.
Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὶ πλήσσομεν χολούμενοι,
Χολᾷν τὸ πλῆσσον τοῖς κακοῖς ἐγράψαμεν.
Irâ moveri porrò cùm legis Deum,
Pardumq́ue, amoris percitam aut œſtro velut
Urſum, &c.
Rem non ſiniſtrè, ſed bono ſenſu accipe.
Quæ patior, horum nil Deus prorſum ſubit:
Hoc nemo dicat: non enim à ſe cælitum
Rex erit unquam. Compoſitis hæc congruunt,
Capere dudum quæque jam bello premi.
Aſt ille; quis non hoc videt? verti negat.
Quinam ergo dantur hæc Deo? tropico modo,
Mentes ut ipſe terreat mage ſimplices,
Multa velut ex his, tropica quæ dicta indicant.
Antiſtrophen fac cogites: & totum habes.
Nam bile quoniam conciti aliquem cædimus,
Iram proinde, cùm ferit, damus Deo.

b. *Chriſtus.* Ita Apocal. V. 5. Ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων, ὁ ὢν ἐκ φυλῆς Ἰούδα. *Ecce vicit leo ille ex tribu Juda.* De hac appellatione Chryſoſtomus Homil. XCVII. tom. V. pag. 644. Καλεῖ ἡ γραφὴ τὸν Σωτῆρα λέοντα, διὰ τὸ ἐκ βασιλικῆς εἶναι φυλῆς· ὥσπερ γὰρ τῶν τετραπόδων ὑπάρχει βασιλεὺς ὁ λέων, οὕτω καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσεν ἡ Ἰούδα φυλὴ, ἐξ ἧς ὁ Σωτὴρ ἀνέτειλε. Καὶ μὴ νομίσῃς, ἀγαπητὲ, ἀνάξιον εἶναι τοῦ Χριστοῦ, τὸ, εἰκόνι λέοντος ἀπεικάζεσθαι· σχηματίζει γὰρ ἡ γραφὴ τὴν εἰκόνα ταύτην καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς θεότητος. Ἄκουε γοῦν οἷα ὁ προφήτης φησί. Λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; κατὰ τὸ δυνατὸν τοίνυν, καὶ τὸ φοβερὸν, καὶ τὸ βασιλικὸν, λέοντι ἀπεικάζεται ὁ Χριστός. *Scriptura Salvatorem vocat leonem, eò quòd eſſet ex tribu regia: ut enim quadrupedum rex eſt leo, ſic inter Judæos tribus Juda regnabat, ex qua Salvator exortus eſt. Neque verò exiſtimes, chariſſime, Chriſto indignum eſſe, leonis imagini comparari: nam & eandem ipſi divinitati tribuit Scriptura. Audi ergo quid dicat Propheta:* Leo rugiet; quis non timebit? *Ergo ratione potentiæ, & quatenus terribilis eſt, ac regia majeſtate pollens, comparatur leoni Chriſtus.* Conſentit Cyril. Jeroſ. Catecheſi Illum. X. pag. 99. Λέων καλεῖται οὐκ ἀνθρωποβόρος, ἀλλὰ τὸ βασιλικὸν καὶ στερρὸν καὶ πεποιθὸς τῆς ὑποστάσεως διὰ τῆς προσηγορίας ὥσπερ ἐνδεικνύμενος. Λέων δὲ καλεῖται ἀπεναντίας τῷ λέοντι τῷ ἀντιδίκῳ, ἦλθε γὰρ ὁ σωτὴρ, οὐ μεταβαλὼν τὸ πρᾶον τῆς φύσεως τῆς ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ ὡς λέων δυνατὸς ἐκ φυλῆς Ἰούδα, σώζων μὲν τοὺς πιστεύοντας, καταπατῶν δὲ τὸν ἀντίδικον. *Leo vocatur, non hominum vorator: ſed regium quiddam & ſolidum, atque confidentia perſonæ per illam appellationem indicatur. Leo autem vocatur ex adverſo leoni adverſario. Venit enim Salvator, non mutans naturæ ſuæ manſuetudinem, ſed tanquam leo fortis de tribu Juda, ſervans quidem credentes, conculcans autem adverſarium.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CLXXV. lib. II. pag. 208. dicit *Chriſtum vocari leonem* κατὰ τὸ βασιλικὸν καὶ ἄμαχον, *ob regiam amplitudinem & invictum robur.*

c. *Angeli.* Dionyſius Areopagita Cap. XV. de cœleſti Hierarchia, pag. 171. quid *leonis forma Angelis tributa* denotet, ita explicat: Τὴν λέοντος μορφὴν ἐμφαίνειν οἰητέον τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ῥωμαλέον, καὶ ἀδάμαστον, καὶ τὸ πρὸς τὴν κρυφιότητα τῆς ἀφθέγκτου θεαρχίας, ὅση δύναμις, ἀφομοιωτικὸν τῇ τῶν νοερῶν ἰχνῶν περικαλύψει, καὶ τῇ μυστικῶς ἀνεκπομπεύτῳ περιστολῇ τῆς κατὰ θείαν ἔλλαμψιν ἐπ᾽ αὐτὴν ἀναγωγικῆς πορείας. *Leonis forma declarare putanda eſt vim illam principalem ac robuſtam atque indomabilem, quâ iſti occultiſſimo ineffabilis divini principatus arcano pro virili ſimiles evadere nituntur, ſpiritualium veſtigiorum cooperatione myſticeq́ue, ſupereſſe commeatu viæ, quæ ad ipſam per divinam illuſtrationem inducebat.* Vide ad hunc locum Pachymeræ paraphraſin, pag. 187. 188. Cl. Bochartus de Animal. parte I. lib. III. Cap. VI. vult, *per quatuor animalia,* quæ Ezechielis primùm Cap. I. & X. dein Johanni Apocal. IV. apparuerunt, totidem *denotari Angelos.* Eum vide.

d. *Fideles* in genere cum leonibus conferri docet Solomon Prov. XXVIII. 1. *Fugit impius nemine perſequente: ſed juſti, inſtar leunculi, confidunt.* Leonem, robore ſuo fretum, ubivis dormire, tanquam in tuto loco, neque mali quidquam ſuſpicari, ſatis notum, & patet ex iis, quæ *ſub prima ejus proprietate* adduximus. Ita cum bono viro agitur, qui conſcientiæ ſuæ theatro tutus, nihil timet. Id agnoſcit Iſidorus Peluſiota, qui Epiſt. CLXXV. lib. II. pag. 208. δίκαιον *leonem* vocari dicit κατὰ τὸ ἀδεὲς καὶ ἄφοβον, *ob intrepidum animum, ac nihil periculi metuentem:* & adducta Solomonis verba ſubjungit, δίκαιος γὰρ ὡς λέων πέποιθε. *Juſtus enim, ut leo, confidit.* Hinc apud Laërtium Brias interrogatus, Τί ἂν εἴη τῶν κατὰ τὸν βίον ἄφοβον; *Quid in vita eſſet metûs expers?* reſpondit, Ὀρθὴ συνείδησις. *Bona conſcientia.* Et Socrates quærenti, Τίνες ἀταράχως ζῶσι; *Quinam ſine perturbatione viverent?* regeſſit, Οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς ἄτοπον συνειδότες. *Qui nullius peccati ſibi conſcii ſunt.* Poëta Chriſtianus:

Conſcia mens recti nullo commota pavore eſt.

Item:

Accuſent te mille licèt, mens conſcia recti
Stat tamen, & nunquam judicis ora timet.

2. *In malam partem* Leoni conferuntur

a. *Diabolus.* De eo Apoſtolus Petrus I. Epiſt. V. 8. Ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. *Adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, obambulat, quærens quem devoret.* Chryſoſtomus Homil. XCVII. tom. V. p. 644. Καλεῖται ὁ διάβολος λέων, οὐχ ὡς δυνατὸς, οὐδ᾽ ὡς φοβερὸς, ἀλλ᾽ ὡς πλήκτης, ὡς τύραννος, ὡς ἀφανιστικός. *Diabolus vocatur leo, non ut potens, vel ut tremendus, ſed ut percuſſor, ut tyrannus, ut exterminator.* Atque hoc probat adducto Apoſtoli loco. Et Homil. VI. in Epiſt. ad Philipp. Ὅταν αὐτοῦ τὸ ἁρπακτικὸν ἡ γραφὴ βούληται δηλῶσαι, φησὶν, ὡς λέων ὠρυόμενος περιέρχεται, ζητῶν τίνα καταπίῃ. *Quando Scriptura illius* (diaboli) *rapacitatem declarare vult, dicit, Tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem devoret.* Et Iſidorus Peluſiota, Epiſt. CLXXV. lib. II. pag. 208. Λέων κέκληται ὁ διάβολος κατὰ τὸ θηριῶδες καὶ αἱμοβόρον· ὡς λέων γὰρ περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. *Diabolus vocatus eſt leo ob feritatem cruorisq́ue ſorbendi aviditatem: obambulat enim tanquam leo, quærens quem devoret.*

b. *Homines impii, & Dei aut fidelium hoſtes: tyranni.* Ita *leonis* nomen ſumitur Jeſajæ XXXV. ubi tamen Theodoretus, pag. 93. Λέοντα τὸν διάβολον, ὡς οἶμαι, καλεῖ. *Leonem, ut opinor, diabolum vocat.* Ita etiam Pſal. VII. 3. Μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχήν μου. *Ne quando rapiat ut leo animam meam.* Hic Theodoretus per *leonem* intelligit πολεμοῦντας, *hoſtes.* Et Pſal. XVII. 12. *Similis eſt leoni, qui rapere appetit, & leunculo, qui ſedet in latibulo.* De hoſtibus Davidis interpretatur Theodoretus, pag. 452. Τὸ λογικὸν τῆς φύσεως ἀποῤῥίψαντες, θηρία μιμοῦνται τροφῆς ἐφιέμενα, καὶ ταύτην περισκοποῦντα, καὶ ἐξαπιναίως ἐφορμῶντα. *Abjecta naturali ratione, feras imitantur cibi avidas, & prædam obſervantes, & derepente aggredientes.* Pſal. X. 9. *Inſidiatur in latibulo, ſicut leo in luſtro ſuo, &c.* Iterum audire juvat Theodoretum, pag. 435. ſic ad hæc ſcribentem: Καθάπερ ὁ λέων τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρει τὸ ὄμμα θήραν ἐπιζητῶν· οὕτως οὗτος νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας καινοὶ μηχανάς. *Quemadmodum leo huc & illuc transfert oculum, venatum quærens, ſic iſte dies nocteſq́ue rapina*

rapina

Digitized by Google

line & avaritiæ artes excogitat. Pſal. XXXV. 17. Ῥῦσαι ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου. *Libera à leonibus unicam meam.* Ad quæ idem Theodoretus, pag. 528. Εἰρηκὼς ἄνω, Ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν· ἴδιον δὲ τῶν λεόντων ὁ βρυχμός. Εἰκότως αὐτοὺς καὶ λέοντας προσηγόρευσε, τὸ ὠμόβορον καὶ θηριῶδες ἐξελέγχων τῆς γνώμης. *Cum ſuperiùs dixiſſet*, Frenduerunt adverſus me dentibus ſuis, *propriumque ſit leonum frendere, meritò ipſos etiam leones appellavit, animi crudelitatem feritatemque redarguens.* Pſal. LVII. 5. Καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων. *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum*; id eſt, juxta eundem Theodoretum, Δικαίας ἀπολαύσας φιλανθρωπίας, τῆς τῶν πολεμίων ἀπηλλάγην θηριωδίας. Λεόντων γὰρ δίκην ἐπίθεντο διασπάσαι βουλόμενοι, *Juſtam miſericordiam conſecutus, ab hoſtium feritate liber fui. Inſtar enim leonum me invaſerunt, diſcerpere cupientes.* Sic II. Timoth. IV. 17. verbis Apoſtoli, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, *& liberatus ſum de ore leonis*, Neronem intelligi volunt veteres Interpretes, qui, ut eſt Pſal. XXI. 14. aperuit ſuper illum os ſuum tanquam leo rugiens. Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 506. Τὸν Νέρωνα λέοντα προσηγόρευσε, καὶ ὡς βασιλέα, καὶ ὡς ὠμότατον γεγενημένον. *Neronem appellavit leonem, ut qui & Imperator fuerit, & crudeliſſimus.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 783. dicit itidem, Neronem vocari leonem διὰ τὸ ὠμὸν καὶ θηριῶδες, *propter crudelitatem & feritatem.* Euſebius etiam hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XXII. pag. 18. etiam de Nerone exponit, eumque *leonem* appellari docet διὰ τὸ ὠμόθυμον, *propter animi crudelitatem.* Chryſoſtomus Homil. X. in hanc Epiſtolam, ita Neronem appellari tradit, non tantùm διὰ τὸ θηριῶδες, *propter feritatem*, ſed etiam διὰ τὸ ἰσχυρὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ἀκατάπληκτον, *propter imperii ejus robur & invictas vires.* Theophylactus poſteriorem tantùm affert rationem. Verùm ei non tam ob potentiam, quàm ob eximiam feritatem hoc cognomentum videtur inditum. Vide Pricæum ad præſentem locum.

Λήθη.

I. Quid λήθη ſit, ita explicat Damaſcenus lib. II. Orthod. fidei, Cap. XX. pag. 137. Λήθη ἐστὶ μνήμης ἀποβολή. *Oblivio eſt memoriæ amiſſio.*

II. *Deo tribuitur* ἀνθρωποπαθῶς. Theodoretus in Pſal. XLII. ad v. 11. pag. 560. Τὸ δὲ, ἐπελάθου μου, τουτέστι τῆς σῆς μοι προνοίας οὐ μεταδίδως. Λήθη γὰρ πάθος ἀνθρώπινον· ἴδιον δὲ Θεοῦ ἀπάθεια. *Hoc autem*, Oblitus es mei, *idem eſt ac, tui auxilii compotem me non feciſti. Oblivio enim humana affectio eſt: proprium autem Dei, ſine affectionibus eſſe.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. I. Cap. XIV. pag. 51. Λήθην, καὶ ὕπνον, καὶ νυσταγμὸν τοῦ Θεοῦ ἐννοοῦμεν, τὴν ὑπέρθεσιν τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀμύνης, καὶ τὴν τῆς συνήθους πρὸς τοὺς οἰκείους βοηθείας ἀναβολήν. *Per oblivionem, & ſomnum atque dormitationem intelligimus dilationem ultionis adverſus inimicos, & conſueti erga familiares auxilii procraſtinationem.*

Λῆξις.

I. Λῆξις, quatenus deſcendit à verbo λήγειν, *ceſſare*, notat *ceſſationem ac finem.* Veteres Gl. λῆξις, *terminatio.* Suidas: Λῆξις, παῦσις. *Ceſſatio.*

II. Quatenus deſcendit ab inuſitato λήχω, pro λαγχάνω, *ſortior, adipiſcor, ſum compos, obtineo*, frequentiſſimè ſignificat *ſortitionem*; *ſortem*, ſive *quod ſorte obvenit*, id eſt, *hæreditatem, portionem, conditionem.* Heſychius: Λήξεως, κληρονομίας, τελειώσεως, μερισμοῦ. *Sortitionis, hæreditatis, conſummationis, partitionis.* Item: Λῆξις, τελείωσις, ἀποκλήρωσις. *Sortitio, conſummatio, aſſignatio melioris portionis.* De eadem voce Suidas ſcribit eam ſignificare μερίδα, κληρονομίαν, *portionem, hæreditatem.* Exempla vide apud eundem. Eleganter & frequenter de felici fidelium in futura vita conditione uſurpatur. Chryſoſtomus Homil. XLII. in I. ad Corinthios: Οὐ γὰρ τοῦτο θαυμαστὸν μόνον, ὅτι σήπεται πρῶτον τὰ σώματα, καὶ τότε ἀνίσταται, οὐδ' ὅτι ἐπὶ πολλῷ μείζονα λῆξιν μεταβαίνει. *Non hoc tantùm mirabile eſt, quod corpora primùm putreſcunt, & tunc demum reſurgunt, neque quod ad longè meliorem tranſeunt conditionem*, &c. Homil. X. in II. ad Corinthios: Τότε μάλιστα χαρήσῃ, καὶ ἥξεις ἐπὶ βελτίονα λῆξιν. *Tunc maximè gaudebis, & ad meliorem conditionem* ſeu *ſtatum pervenies.* Idem in Pſal. CXIII. Ἵνα ἐπ' ἐκείνην ἔλθωμεν τὴν λῆξιν, ἣν οὔτε λόγος, οὔτε νοῦς, οὔτε ἕτερον οὐδὲν παραστῆσαι δυνήσεται. *Ut ad eam perveniamus conditionem, quam neque ſermo, neque mens, neque aliud quidpiam exprimere poterit.* Vocatur ἀμείνων λῆξις. Chryſoſtomus Homil. I. in II. ad Corinthios, pag. 547. Εἰς βελτίονα χώραν μετέστη, καὶ πρὸς ἀμείνω λῆξιν ἀνεπήδησεν ὁ τελευτήσας. *In meliorem locum translatus eſt, & ad meliorem ſtatum tranſiit is, qui mortuus eſt.* Τῶν ἀγαθῶν λῆξις. Chryſoſtomus Homil. XXIII. in Matth. pag. 168. Οὐ γὰρ πατρὶ παιδίον οὕτω ποθεινόν ἐστι καὶ ἐπέραστον, ὡς τῶν ἀγαθῶν ἡ λῆξις, καὶ τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. *Neque enim patri filius adeò deſiderabilis & charus eſt, ut bonorum illa hæreditas, atque hinc migrare, & cum Chriſto eſſe.* Vocatur ἡ τῶν ἀγγέλων, vel ἀγγελικὴ λῆξις. Chryſoſtomus Homil. XXIV. in I. ad Corinthios: Τοὺς οὐρανοὺς ἐλπίζω ἀπολήψεσθαι, τὴν ἀθάνατον ζωὴν τὴν ἀγγέλων λῆξιν. *Spero me conſecuturum cælos, immortalem vitam, Angelorum conditionem.* Idem, Homil. XLIV. tom. V. pag. 295. de Chriſto: Ἀνάστασιν ἐπηγγείλατο, καὶ ἀφθαρσίαν σωμάτων, καὶ λῆξιν μετὰ ἀγγέλων πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαίνουσαν. *Promiſit reſurrectionem, & corporum immortalitatem, & conditionem Angelicam.* Et Homil. XXXI. in Matth. pag. 213. docet mortem infantis pii more Ethnico non eſſe deflendam: Καθεύδει τὸ παιδίον, οὐ τέθνηκεν· ἡσυχάζει, οὐκ ἀπόλωλεν· ἀνάστασις γὰρ αὐτὸ διαδέξεται, καὶ ζωὴ αἰώνιος, καὶ ἀθανασία, καὶ λῆξις ἀγγελική. *Dormit infans, non eſt mortuus: quieſcit, non periit, reſurrectio enim, & vita æterna atque immortalitas, & ſors ſeu conditio Angelica illum excipiet.* Vocatur μακαρία λῆξις. Idem, Homil. de Philogonio: Πρὸς μακαρίαν καὶ ἀγήρω λῆξιν μετέστη. *Ad beatam & ſenii expertem conditionem tranſiit.* Nicephorus in Actis Epheſinis, p. 273. Εἰς τὴν ἄνω λῆξιν καὶ μακαρίαν ἐπείγονται. *Ad ſupernam & beatam adſpirant conditionem.* Chryſoſtomus Homilia XXXIX. in Joh. pag. 719. Μακάριοι, καὶ τρισμακάριοι, καὶ πολλάκις τοῦτο οἱ τῆς μακαρίας ἐκείνης ἀπολαύοντες λήξεως. *Beati, terque quaterque beati, qui beata illa conditione fruuntur.* Vocatur ἡ μετὰ Χριστοῦ λῆξις. Chryſoſtomus in Pſal. CXVII. Οὐ μέχρι τῶν γεγενημένων ἵσταται τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' ἐφ' ἕτερα πρόεισι μείζονα, τὴν ἀνάστασιν, τὴν βασιλείαν, τὴν μετὰ Χριστοῦ λῆξιν. *Non in iis tantùm, quæ facta ſunt, res noſtræ conſiſtunt, ſed ad alia majora progrediuntur, ad reſurrectionem nimirum, ad regnum, ad hæreditatem cum Chriſto.* Vocatur ὑπερκόσμιος λῆξις. Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCVII. lib. III. pag. 338. Ἡ ὑπερκόσμιος λῆξις ἡ τῶν ἀγαθῶν πάντων καταῤῥυτος καὶ τοῖς λυπηροῖς ἅπασιν ἄβατος, ἡ ἀθυμίας ἄγονος, καὶ θυμηδίας ἁπάσης μήτηρ. *Cæleſtis illa conditio, illa inquam bonis omnibus perfuſa, moleſtiiſque omnibus invia, illa mœroris expers, & lætitiæ omnis parens.* Θεία λῆξις. In Actis Epheſinis, pag. 273. Ὁ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντῖνος. *Beatæ memoriæ Conſtantinus.*

III. Significat *regionem, locum*: *culmen* item, ſeu *faſtigium.* Greg. Nazianzenus Orat. XXVIII. quæ eſt in laudem Heronis, philoſophi Alexandrini, pag. 418.

Τοῦτο

Τοῦτο τὸ δρᾶμα εἶδε μὲν ἡ ἀνατολή, ἐθρήνησε δὲ καὶ ἡ δύσις. *Hanc tragœdiam oriens quidem vidit, ac occidens quoq; deflevit.* Chryſoſtomus Homil. LVI. in Joh. pag. 786. Ὁ ὀφθαλμὸς ὥσπερ ἔν τινι βασιλικῷ χωρίῳ ἵδρυται, τὴν ἄνω λῆξιν λαχών, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων προκαθήμενος. *Oculus tanquam in loco quodam regio collocatus, ſuperiorem partem occupat, & reliquis ſenſibus præſidet.* Cyrillus Alexandr. in Cap. II. Jeſajæ, pag. 44. Δυσσεβείας εἰς τοῦτο προήκουσι μέτρον, ὡς παντὸς εἰς λῆξιν ἐλάσαι κακοῦ. *Ad eam impietatis menſuram procedunt, ut ad omnium malorum quaſi culmen pertigerint.* Idem, in Cap. III. Jeſajæ: Εἰς λῆξιν ἁπάσης ἀρετῆς ἀναβαίνειν. *Ad culmen omnium virtutum aſcendere.* Et in Cap. LIII. Jeſ. pag. 750. de Chriſto: Ἔργῳ τε καὶ λόγῳ παναμώμητος ἦν, καὶ εἰς λῆξιν ἁπάσης καθαρότητος διελήλακεν. *Operibus & verbis prorſus erat inculpatus, & ad culmen omnis puritatis pervenerat.*

Ληστής.

Pauca hic ex antiquitate producere libet *de duobus* cum Chriſto crucifixis *latronibus.*

I. Quæritur, *quomodo* Matth. XXVII. 44. & Marci XV. 32. *uterque in Chriſtum blaſphemias effudiſſe dicatur, cùm* Lucæ XXIII. 39. *id uni tantùm tribuatur?* Reſp. Poteſt hoc per ſynecdochen de ambobus enunciari, quod alteri tantùm competebat. Veteribus tamen ea probatur ſententia, quæ utrumque ab initio hoc feciſſe, alterum verò poſtmodum converſum fuiſſe ſtatuit. Ita Chryſoſtomus Homil. LXXXVIII. in Matthæum: Καὶ γὰρ οἱ λῃσταὶ ὕβριζον αὐτόν· ὠνείδιζον ἀμφότεροι· ὅμως οὖν ὁ Λουκᾶς φησιν, ὅτι ὁ εἷς ἐπετίμα, πλὴν ἀμφότερα γέγονε· πρότερον γὰρ ἀμφότεροι ὠνείδιζον, ὕστερον δὲ οὐκέτι. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς ἔκ τινος συνθήματος τὸ πρᾶγμα γεγενῆσθαι, ἢ μηδὲ εἶναι λῃστὴν τὸν λῃστήν, ἀπὸ τῆς ὕβρεως δείκνυσί σοι, ὅτι ἄνω ἐπὶ τοῦ σταυροῦ λῃστὴς ἦν καὶ ἐχθρός, ἀλλὰ ἀθρόον μετεβλήθη. *Etenim ipſi etiam latrones eum contumeliis afficiebant: ambo eum probris afficiebant. Nihilominus Lucas dicit, unum increpuiſſe alterum. Utrumq; profectò factum eſt. Primùm quidem uterq; probris afficiebat: deinceps verò non amplius. Nam ne quis ex compoſito rem factam fuiſſe exiſtimares, nec latronem illum fuiſſe, qui latro fuit, ab ipſa contumeliâ etiam in cruce latro atque inimicus antea fuiſſe & repentè converſus oſtenditur.* Ita etiam idem Homil. LXXXIII. tom. V. pag. 572. Εἷς τις τῶν εὐαγγελιστῶν φησιν, ὅτι ἀμφότεροι ἐλοιδόρουν τὸν Ἰησοῦν. Καὶ τοῦτο δὲ ἀληθές, ὃ καὶ μάλιστα ἐπιτείνει τούτου τὴν εὐγνωμοσύνην· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν λοιδορῆσαι παρὰ τὴν ἀρχήν, ἀθρόον δὲ τοσαύτην τὴν μεταβολὴν ἐπιδείξασθαι. *Unus ex Evangeliſtis dicit, utrumq; conviciis læſiſſe Jeſum. Hoc etiam verum eſt, quod etiam quàm maximè hujus candorem & probitatem commendat. Veriſimile enim eſt eum ab initio conviciis læſiſſe, repente verò tantam mutationem demonſtrâſſe.* Idem, Homil. in Paralyticum, quæ eſt LXII. tom. V. edit. Pariſ. pag. 928. Ἐπὶ τῶν λῃστῶν, ὁ μὲν φησιν, ὅτι οἱ δύο αὐτὸν ἐβλασφήμουν· ὁ δέ, ὅτι ὁ εἷς ἐπεστόμιζε τὸν κατηγοροῦντα. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο ἐναντίον. Διατί; ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἀμφότερα γέγονε· καὶ παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀμφότεροι ἦσαν ἐν πονηρευομένοις· μετὰ δὲ ταῦτα σημείων γινομένων, καὶ τῆς γῆς κλονουμένης, καὶ τῶν πετρῶν σχιζομένων, καὶ ἡλίου κρυπτομένου, θάτερος αὐτῶν μετεβλήθη, σωφρονέστερος γέγονε, καὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἐπέγνω, καὶ τὴν βασιλείαν ὡμολόγησε τὴν ἐκείνου. *De latronibus ait duos ipſum blaſphemaſſe, alter alter verò unum compeſcuiſſe illum, qui accuſabat. Sed neq; hoc contrarium. Quid ita? Quoniam hic quoq; utrumq; accidit: atq; initio quidem uterque improbè ſe gerebat: poſtea verò cùm facta eſſent miracula, terra mota, petræ ſciſſæ, & ſol abſconditus, alter eorum converſus & prudentior eſt factus, crucifixum agnovit, ejusq; regnum confeſſus eſt.* Vide ibidem plura. Chryſoſtomum imitatur Theophylactus in Cap. XXVII. Matthæi, pag. 175. de iiſdem latronibus: Ἀμφότεροι γὰρ παράνομοι, καὶ ὀνειδίζοντες τὸν Χριστόν· ὕστερον δὲ ὁ εἷς ἐπιγνοὺς αὐτόν, ὡμολόγησε βασιλέα. *Uterque enim prævaricatores erant, & Chriſtum probris afficiebant: poſtmodum verò unus eum agnovit, & regem confeſſus eſt.* Conſentiunt Origenes tract. XXXV. in Matth. Hieronymus in Cap. XXVII. Matthæi, & Titus Boſtrenſis in Cap. XXIII. Lucæ pag. 833. in Biblioth. Patrum, tom. XIII. Loca vide apud Ravanellum in voce *Latro*, num. I. 1.

II. *Mira eſt latronis converſio, & ſolatii plena.* Præclarè de ea Cl. Heinſius in Cap. XXIII. Lucæ: *Mihi quidem,* inquit, *tale hoc miraculum videtur, ut illuſtrius majusq; nullum alibi exſtare exiſtimem: nullum, quod afflictos peccatorum mole animos attollat magis. Ut Theophilum Alexandr. ſæpe admirer, qui in eleganti Diſſertatione, ſive Homilia, cujus inſcriptio,* Cui ſimilis ſit homo, *duos ſe imprimis ſeriò conſiderâſſe ait: hinc Adamum, generis autorem, qui à Deo tot tantisq; privilegiis donatus pariter ac bonis, ſemel cecidit, ac omnibus repentè excidit. Quòd cùm cogito, à deſperatione parùm intereſt quin, inquit, obrui me ſentiam:* Ὅταν δὲ εἰς τὰ κατὰ τὸν λῃστὴν τὸν νοῦν ἐπανάγω, καὶ γνῶ, ὅτι διὰ ἑνὸς λόγου σέσωσται, ἐξαλειφθέντων αὐτοῦ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων, ἀναψύχω τῇ ἐλπίδι, καὶ προστρέχω τῇ μετανοίᾳ· ἐπειδὴ ἐκεῖνος τῷ ἔργῳ πέπτωκε, καὶ οὗτος δὲ ἑνὸς λόγου σέσωσται· ἐκεῖνος θαύματα ἐξαίσια εἶδε, καὶ παρήκουσεν· οὗτος οὐδὲν οἶδεν, εἰ μὴ τὸν Χριστόν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον καὶ ἠτιμωμένον, καὶ ἐπίστευσε. *Cùm ad ea autem, quæ latroni evenerunt, animum converto, videoq;, verbo unico, deletis omnibus criminibus, ſervatum, ſpe jam recreor reficiorq;: quin & ad reſipiſcentiam accurro. Siquidem te alter, ſive, agendo cecidit: alter verbo unico ſervatus eſt. Alter ſtupenda viderat miracula, & non obediit. Hic nihil præter Chriſtum, eumq; crucifixum & ignominiis affectum, noverat, & credidit.* Vide plura apud eundem Heinſium. His gemina prorſus habet Chryſoſtomus Homil. VII. tom. V. pag. 26. Ἐξέβαλεν ὁ διάβολος τὸν Ἀδάμ, εἰσήγαγε τὸν λῃστὴν ὁ Χριστός· καὶ σκόπει τὸ διάφορον· ἐκεῖνος οὐκ ἔχοντα ἁμαρτίαν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μίαν κηλῖδα παρακοῆς, ἐξέβαλεν· ὁ Χριστὸς λῃστὴν μυρία φορτία ἁμαρτημάτων βαστάζοντα οὕτως εἰσήγαγεν εἰς τὸν παράδεισον. ἄλλο δὲ οὐδέν. ἔστι καὶ ἄλλο μεῖζον εἰπεῖν· οὐ γὰρ λῃστὴν εἰσήγαγε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καὶ πρὸ τῶν ἀποστόλων· ἵνα μηδεὶς τῶν μετὰ ταῦτα ἀπογνῷ τὴν εἴσοδον, μηδὲ ἀπελπίσῃ τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτοῦ, τὸν μυρίων γέμοντα κακῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς στρεφόμενον ὁρῶν· ἀλλ᾽ ἴδωμεν μὴ πόνους ἐπεδείξατο καὶ κατορθώματα καὶ καρποὺς ὁ λῃστής· οὐδὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἀπὸ ψιλοῦ ῥήματος, ἀπὸ πίστεως μόνης, πρὸ τῶν ἀποστόλων εἰσεπήδησεν εἰς τὸν παράδεισον, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ἡ ἐκείνου εὐγνωμοσύνη, τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὅσον τοῦ δεσπότου ἡ φιλανθρωπία, &c. *Ejecit diabolus Adamum, introduxit latronem Chriſtus. Et conſidera differentiam. Ille hominem non habentem peccatum, ſed unicam inobedientiæ maculam ejecit. Chriſtus latronem multis peccatorum oneribus onuſtum, ita in paradiſum introduxit. An verò nihil præterea? Poteſt etiam aliquid majus dici. Neq; enim latronem tantùm introduxit, ſed etiam ante omnes orbis incolas, & ante Apoſtolos: ne quis poſthac de introitu deſperet, vel de ſalute ſua, videns infinitis refertum malis in aulis regiis verſantem. Sed videamus, num latro laborum, præclarè factorum, & fructuum aliquod ediderit ſpecimen. Neq; hoc dici poteſt, ſed ob ſolum verbum, ob ſolam fidem, ante Apoſtolos in paradiſum introivit, ut diſcas, ejus probitatem non tantam habuiſſe vim, quantam habuit Domini humanitas.* Occurrunt in eandem ibidem ſententiam plura.

III. Quæritur, *Num latro eo ipſo die, quo Chriſtus ei Paradiſum promiſit, in eum fuerit ingreſſus?* Non eadem veterum

veterum eſt ad hanc quæſtionem reſponſio. Eorum ſententias enumerat Theophylactus in Cap. XXIII. Lucæ, pag. 534. & 535. & ex eo Theophanes Homil. XXVII. pag. 206, 207.

1. Eſt, per illud σήμερον notari τὸ ἀδιάπτωτον τῆς ἐπαγγελίας, *promiſſionis firmitatem*: ita Theophanes eorum proponit ſententiam. Theophylactus verò, Οὐδὲ ὁ λῃστὴς ὅπω ἔτυχε τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς, ἀλλ' ἐπειδὰν ἀμετάθετος καὶ ἀδιάψευστος ἡ τοῦ Κυρίου ὑπόσχεσις, διὰ τοῦτο εἴρηται τὸ, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ· ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτον εἶδος, φασὶν ἐν τοῖς τοῦ Κυρίου ῥήμασιν, ἐν οἷς περὶ τῶν ἔσεσθαι μελλόντων, ὡς ἤδη γεγενημένων διέξεισιν, ὡς ὅταν λέγῃ, ὁ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. *Neque latro adhuc ſortitus eſt in paradiſo converſationem: ſed quia invariabilis eſt, & mentiri nequit Domini promiſſio, ideo dictum eſt.* Hodie mecum eris in Paradiſo. *Eſt enim, inquiunt, & hæc ſpecies phraſeos in verbis Domini, ut de futuris loquatur, tanquam de iis, quæ jam facta ſunt: ut cùm dicit, Qui non credit, jam judicatus eſt.* Hoc ipſum etiam vult Chryſoſtomus; quanquam alibi, ut deinceps videbimus, ſui oblitus, longè aliter ſentiat; Homil. VII. t. V. pag. 28.

2. Alii contra omnium Codicum fidem, ita locum iſtum legunt, Ἀμὴν λέγω σοὶ σήμερον, μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. *Amen dico tibi hodie, mecum eris in Paradiſo.* Theophylacti verba ſunt: Ἄλλοι δὲ ἐκβιάζονται τὸ ῥῆμα, στίζοντες εἰς τὸ σήμερον, ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον, ἀμὴν λέγω σοὶ σήμερον, εἶτα τὸ, μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐπιφέροντες. *Alii autem torquent dictum hoc, punctum facientes poſt* hodie, *ut is ſit ſenſus*, Amen dico tibi hodie: *deinde* mecum eris in Paradiſo, *adjicientes*. Eodem modo horum ſententiam proponit Theophanes.

3. Rurſus alii fingunt, *Paradiſum non notare regnum cælorum*, & affirmant, ut Theophylactus habet, Τὸν λῃστὴν τοῦ μὲν παραδείσου τετυχηκέναι, τῆς δὲ βασιλείας οὐ τυχεῖν, τεύξεσθαι δὲ, ὅτε καὶ πάντες οὓς ἀπηριθμήσατο ὁ Παῦλος. *Latronem paradiſum quidem conſecutum eſſe, non autem regnum cælorum: conſecuturum autem, quando etiam omnes, quos Paulus enumerârit*, nimirum ad Hebræos Cap. XI. 13.

4. Iterum alii ſtatuunt; ut verbis Theophylacti utar; Τὸν λῃστὴν μὲν εἶναι ἐν τῷ παραδείσῳ, ἤτοι τῇ βασιλείᾳ, καὶ οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ πάντας, οὓς ἀριθμεῖται ὁ Παῦλος· οὐ μὲν τοι ἀπολαύειν τῆς τελείας τῶν ἀγαθῶν κληρουχίας, *Latronem quidem eſſe in Paradiſo, hoc eſt, in regno, & non ipſum ſolum, ſed etiam omnes, quos enumeret Paulus: ſed perfecta bonorum participatione non frui.* Atque huic ſententiæ ſuum addit calculum Theophylactus, eamque ſimili explicat.

5. Alii tandem affirmant, *per Paradiſum intelligi ipſum cælum*, atque adeò ipſam vitam æternam, gloriamque & felicitatem cœleſtem, Latronemque eò tranſlatum fuiſſe. Hanc ſententiam, utpote ſolam veram ſequentibus ex ipſa Antiquitate rationibus probamus.

a. Dicunt *latronem in vitam æternam, in cælum, ad ſalutem æternam ingreſſum eſſe.* Chryſoſt. poſtquam Homil. VII. t. V. p. 26. aliquoties dixiſſet, Latronem à Chriſto in Paradiſum fuiſſe intromiſſum, & quidem ante ipſos Apoſtolos, addit, Ἐν τῷ σταυρῷ μετὰ τὴν ἀπόφασιν σωτηρίας ἔτυχεν ἄρα τάχος· ἀπὸ σταυροῦ εἰς οὐρανὸν, ἀπὸ καταδίκης εἰς σωτηρίαν. *In cruce, poſt latam ſententiam ſalutem conſecutus eſt: à cruce in cælum: à condemnatione ad ſalutem.* Idem, Homil. X. de pœnitentia, t. I. edit. Pariſ. p. 635. Ὁ λῃστὴς μετὰ τοσαύτην κακίαν, ἐπειδὰν μὴ ἀπέγνω, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰς τὸν παράδεισον εἰσῆλθε. *Latro poſt tantam malitiam, quoniam non deſperavit, ante omnes alios in Paradiſum ingreſſus eſt.* At reliqui fideles omnes recipientur in cœlum, ergo eundem in locum receptus latro. Clariùs adhuc Johan. Jejunator Orat. de virginitate, quæ eſt LXXVII. tomi ejusd. p. 829. Ὁ λῃστὴς ἐν ῥοπῇ ἐσώθη πιστεύσας, καὶ τὸν ἀδαπάνητον θησαυρὸν τῆς βασιλείας ἐκέρδανε. *Latro in momento ſalvatus eſt, cùm credidiſſet, & incorruptum regni theſaurum lucratus eſt.* Iterum Chryſ. Homil. de Cruce & latrone, quæ eſt XXXII. t. V. edit. Pariſ. pag. 491. dicit Chriſtum latroni reddidiſſe τὴν ἀρχαίαν πατρίδα, *antiquam patriam*: ipſum eum introduxiſſe εἰς τὴν πατρῴαν πόλιν, *in paternam civitatem*. Conſentiunt Latini Patres. Ambroſius in II. Corinth. Cap. XII. dicit Chriſtum *Confeſſorem ſuum in regno Paradiſi recepiſſe*: Hilarius lib. X. de Civitate, *ſubitò eum recepiſſe ad regnum.*

b. Dicunt *latronem in illum receptum fuiſſe Paradiſum, in quem Chriſtus.* Epiph. hæreſi LXVI. p. 291. Ὁρῶμεν τὸν λῃστὴν ἐπὶ κακουργίας ἁλόντα, καὶ κρεμασθέντα ἐπὶ ξύλου, καὶ ἐξομολογησάμενον, καὶ ἅμα τῷ Κυρίῳ ἐν τῷ παραδείσῳ εἰσεληλυθότα. *Videmus latronem malitiæ convictum, & è ligno pendentem, & ingenuam confeſſionem edentem, & ſimul cum Domino in Paradiſum ingreſſum.* In quem raptus fuit Paulus. Chryſoſt. de latrone in Cruce, t. VI. edit. Paris. p. 441. Ἐν μέσῳ τηρεῖ πρῶτον τὸν παράδεισον εἰς ἐπαγγελίαν πρῶτον τῷ λῃστῇ· ὅταν γὰρ εἴπῃ Παῦλος· ἡρπάγην εἰς τὸν παράδεισον· ἀλλὰ μετὰ τὸν λῃστὴν τοῦτο ἐγένετο. *Reſervat in medio Paradiſum, ut latroni primum promittatur. Licèt enim dixerit Paulus,* Raptus ſum in Paradiſum; *poſt latronem tamen hoc accidit.* Idem docet Homil. XXVI. in II. ad Corinth. p. 683. Vide Ravanel. in voce *Paradiſus*, n. 7. Eleganter, ut hoc etiam addamus, Greg. Nyſſen. Orat. V. in Reſurrect. Chriſti t. III. p. 439. Ἐθρήνει ἡ ἡμέρα τὰς Ἰουδαίων συμφορὰς, ὅτε μέσῳ λῃστῶν ἡ ζωὴ ἐκρέματο, τοῦ μὲν ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος, τοῦ δὲ τῇ μετανοίᾳ λῃστεύοντος τὸν παράδεισον. *Dies ipſe lamentabatur Judæorum ærumnas, cùm in medio latronum vita penderet: altero quidem conviciante & obloquente: altero verò per pœnitentiam Paradiſum prædante.*

Λίβανος.

Λίβανος, ex conſuetudine antiquiſſima, apud probatos Autores nunc *montem*, nunc *arborem* ſignificat. Quando *arborem thuriferam* denotat, non à *monte Libano*, ſed à *candore* nomen accepit, ut pluribus docet Cl. Bochartus Geograph. ſacræ lib. I. Cap. XVIII. Λιβανωτὸς eſt *thus*, ſeu *concretus thuriferæ arboris liquor*. Hoc diſcrimen inculcat Heſychius: Λίβανος, τὸ δένδρον, καὶ τὸ ὄρος· λιβανωτὸς δὲ, ὁ καρπὸς αὐτοῦ, εἶδος θυμιάματος. *Libanos eſt arbor & mons: Λιβανωτὸς, verò, fructus ejus, ſpecies thymiamatis. Phrynichus de vocibus Atticis*: Λίβανον λέγε τὸ δένδρον· τὸ δὲ θυμιώμενον, λιβανωτόν. Et Ariſtophanis ſcholiaſtes in Pluto, ad verba: Οὐ λιβανωτὸν γὰρ θύειν· Ἄλλο λίβανος, καὶ ἄλλο λιβανωτός. Λίβανος μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον· λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου· ἔστι δὲ καὶ ὄρος λίβανος καλούμενον. *Neq; enim thus pedo. Aliud eſt* λίβανος, *& aliud* λιβανωτός. λίβανος *enim eſt ipſa arbor*: λιβανωτὸς *verò eſt fructus thuriferæ arboris. Eſt etiam mons, qui* Libanus *vocatur.* Interim tamen non apud Sophoclem tantùm, quod Prynichus obſervat, ſed etiam apud Ariſtot. Meteorolog. lib. IV. cap. X. & apud alios Autores, imprimis verò apud LXX. Interpp. λίβανος ſignificat λιβανωτόν. Apud Matth. Cap. II. 11. Magi Chriſto obtuliſſe dicuntur χρυσὸν καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν, *aurum, & thus, & myrrham.* De quibus donis veteres audire juvat. Theodoretus in Cap. III. Cantici, pag. 1036. Λίβανος μὲν Θεῷ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν ἀπονενέμηται νόμον· ἡ δὲ σμύρνα νεκρῶν ἐστι σωμάτων ἀλοιφή. *Thus quidem Deo juxta legem Moſaicam tributum: myrrhâ verò condiuntur corpora defunctorum.* Et in Cap. IV. pag. 1044 *myrrham* in Chri-

Digitized by Google

ſto denotare τὸν θάνατον, *mortem* : *thus* verò τὴν θείαν φύσιν, *naturam divinam*. Et pag. 1049. Θεολογίας σύμβολον ὁ λίβανος, ἐπειδὰν κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον Θεῷ προσεφέρετο. *Divinitatem indicat thus, quod Deo ex veteris Legis inſtituto offerebatur.* Clemens Alex. Pædag. lib. II. Cap. VIII. pag. 176. Χρυσὸν Χριστῷ γεννηθέντι, βασιλείας σύμβολον, προσεκόμισαν οἱ Μάγοι. *Aurum Chriſto nato, regni ſymbolum, Magi obtulerunt.* Baſilius M. de humana Chriſti generatione: Ὡς μὲν βασιλεῖ τὸν χρυσὸν, ὡς δὲ τεθνηξομένῳ τὴν σμύρναν προσήνεγκαν, ὡς δὲ Θεῷ τὸν λίβανον. *Tanquam regi aurum, tanquam morituro myrrham, tanquam Deo thus offerebant.* Greg. Nazianzenus oratione XXXVIII. pag. 623. Δωροφοροῦσι χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν ὡς βασιλεῖ, καὶ ὡς Θεῷ, καὶ ὡς διὰ σὲ νεκρῷ. *Offerunt dona, aurum, thus, & myrrham, ut Regi, ut Deo, & propter te mortuo.* Petrus Archidiaconus Alexandrinus, Can. XIII. Προσφέροντες αὐτῷ καιριώτερα καὶ πρεπωδέστερα δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν, ὡς βασιλεῖ, καὶ Θεῷ, καὶ ἀνθρώπῳ. *Offerentes ei præcipua & maximè convenientia dona, aurum, thus, & myrrham, ut Regi, & Deo, & homini.* Amphilochius in Actis Epheſinis, pag. 254. Προσφέρουσιν οἱ Μάγοι χρυσίον γνωρίζοντες αὐτὸν εἶναι βασιλέα· προσφέρουσι λίβανον Θεῷ γὰρ ἴσασι προσφέροντες· προσφέρουσι σμύρναν, διὰ τὴν ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ πάθους νέκρωσιν. *Offerunt Magi aurum, ſcientes ipſum eſſe Regem: offerunt thus, ſciunt enim ſe Deo offerre: offerunt myrrham, propter mortificationem in myſterio paſſionis.* Origenes lib. I. contra Celſum, pag. 46. Φέροντες μὲν δῶρα, ἅ, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, συνθέτῳ τινὶ ἐκ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου θνητοῦ προσήνεγκαν σύμβολα μὲν, ὡς βασιλεῖ τὸν χρυσὸν, ὡς δὲ τεθνηξομένῳ τὴν σμύρναν, ὡς δὲ Θεῷ τὸν λιβανωτόν. *Ferentes dona compoſito, ut ſic loquar, ex Deo & mortali homine, aurum in ſignum poteſtatis regiæ, ut morituro myrrham, ut Deo thus.* Theophylactus in Cap. II. Matthæi, pag. 14. Τὸν μὲν χρυσὸν προσήγαγον αὐτῷ ὡς βασιλεῖ· τῷ γὰρ βασιλεῖ χρυσὸν τελοῦμεν οἱ ὑπὸ χεῖρα· τὸν δὲ λίβανον, ὡς Θεῷ· τῷ γὰρ Θεῷ λίβανον θυμιῶμεν· τὴν δὲ σμύρναν, ὡς μέλλοντι γεύσασθαι θανάτου· μετὰ γὰρ τῆς σμύρνης ἐνταφιάζουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ μένειν τὸ σῶμα ἄσηπτον· ἡ γὰρ σμύρνα, ξηρὰ οὖσα, ξηραίνει τὴν ὑγρότητα, καὶ οὐκ ἐᾷ σκώληκας γενᾶσθαι. *Aurum quidem obtulerunt ei, ut regi: aurum enim ſubditi regibus pendimus. Thus autem, ut Deo: Deo enim thus adolemus. Myrrham verò, ut guſtaturo mortem. Nam Judæi cum myrrha mortuos ſepeliunt, ut corpus maneat incorruptum: myrrha enim, cùm ſicca ſit, exſiccat humiditatem, nec vermes generari ſinit.* Ita igitur plerique volunt Magos ſignificâſſe *auro* Chriſtum eſſe Regem, *thure* eſſe Deum, *myrrha* eſſe hominem, qui mortem eſſet perpeſſurus, & cujus corpus myrrhâ eſſet condiendum. Hinc verſiculus ille, qui Claudiano Mamerco Viennenſi adſcribitur:

Myrrham homo, rex aurum, ſuſcipe thura Deus.

Nec non ille Juvenci Presbyteri:

Aurum, thus, myrrham, Regique, Deoque, hominique
Dona ferunt.

Alia tamen ſententia autoris de Stella & Magis apud Cyprianum, pag. 455. qui vult, *Magos in auro Regem, in thure ſacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamvis paſſibilem profeſſos eſſe.* Ambroſius ſtatuit, *confeſſos eſſe in myrrha reſurrectionem corporis, in thure Chriſtum veneratos eſſe ut Deum, in auro Regis potentiam declarâſſe.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in Matthæum, pag. 50. dicit, Ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν δῶρα προσάγουσι· καὶ δῶρα, οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὡς Θεῷ· ὁ γὰρ λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα τούτου σύμβολον ἦν. *Apertis theſauris ſuis, offerunt munera, & munera, non ut homini, ſed ut Deo: thus enim & myrrha hujus ſymbolum erant.* Plura de his Magorum muneribus, & an hæc ſatis ſint ſolida, vide apud Ravanellum in voce *Myrrha*, n. II. 3. Adhuc addimus Theophanem, qui Homil. XIV. pag. 87. jubet nos offerre ὡς χρυσὸν τὴν πίστιν, ὡς δὲ λίβανον τὰς πράξεις, ὡς δὲ σμύρναν τὴν τοῦ σώματος νέκρωσιν, *auri loco fidem, & actiones ut thus, & inſtar myrrhæ corporis mortificationem*: & Germanum Patriarcham, qui in hiſt. Eccleſ. pag. 157. jubet nos Chriſto, ad Magorum imitationem, offerre πίστιν, ἐλπίδα καὶ ἀγάπην, ὡς χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν, *fidem, ſpem & charitatem, ut aurum, thus & myrrham.* Nec illud omittendum, fruſtra eſſe Grammaticos, qui λίβανον & λιβανωτὸν dici nugantur παρὰ τὸ λίαν βαίνειν ἢ παρὰ τὸ λείβειν, aut etiam à monte *Libano*. Etenim ex Hebræo לבונה factum Syriacum לבונתא, Arab. לבנאן, Gr. λίβανος & λιβανωτὸς, docente Cl. Bocharto, loco ſuprà laudato.

Λιβελλίσιος.

Λιβελλίσιος, *Libellenſis*, qui conſcribit libellos, vel A' *libellis*. Menologium menſe Septembri de Theodota: Εἰ καὶ ὁ λιβελλίσιος εἰσέλθῃ μετ' ἐμοῦ, καὶ τοῦ πυρὸς κυριεύσῃ, θύσω κἀγὼ τοῖς θεοῖς σου. *Si etiam libellenſis mecum ingrediatur, & in ſua poteſtate ignem habeat, ego quoque diis tuis ſacrificabo.* Aliquoties ibi occurrit, & ſemper ſcribitur λιβελλήσιος. Vide Gl. Meurſii.

Λίβελλος.

Λίβελλος, *libellus.* Photius epiſt. I. pag. 11. Βιγίλιος ὁ τῆς Ῥώμης τὴν κοινὴν τῶν πατέρων πίστιν ἐπικυροῖ λιβέλλῳ. *Vigilius Romanus communem Patrum fidem, libello dato, confirmavit.* Cùm Epiſcopi in Concilio Nicæno exhiberent λιβέλλους καὶ ἐγκλήματα, Conſtantinus M. δεξάμενος τοὺς λιβέλλους, σφραγίσας τε τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ ἐκέλευσε φυλάττεσθαι, *acceptos libellos, & annulo ſuo obſignatos, ſervari juſſit.* Mox: Καὶ κελεύσας ἐνεχθῆναι πῦρ, ἐμπρησθῆναι τοὺς λιβέλλους προσέταξεν. *Et cùm ignem afferri juſſiſſet, libellos comburi mandavit.* In Actis Concilii Nicæni, lib. II. Cap. VIII. pag. 87. 88. Vide Gl. Meurſii, Can. VII. Concilii Conſtantinop. *Arianos, & Macedonianos, & Sabbatianos,* &c. δεχόμεθα διδόντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας πᾶσαν αἵρεσιν, μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, *recipimus, dantes libellos & omnem hæreſin execrantes, quæ non ſentit ut ſentit ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia.* De hac conſuetudine pluribus jam actum in voce Αἱρετικὸς, num. IV. ſub lit. *A.* Hac occaſione paucis explicare libet, quinam apud veteres dicantur *Libellatici*. *Duo* eorum *genera* fuiſſe videntur:

1. Eorum, qui Chriſtum negarent; ac libello dato, ſe non eſſe Chriſtianos, affirmarent, ut hac ratione pœnas, quæ de Chriſtianis ſumebantur, quoquo modo effugerent. Horum mentio apud Cyprianum de Lapſis, pag. 244. *Nec ſibi, quò minùs agant pœnitentiam, blandiantur, qui etſi nefandis ſacrificiis manus non contaminaverunt, libellis tamen conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio denegantis, conteſtatio eſt Chriſtiani, quod fuerat, abnuentis; feciſſe ſe dixit; quicquid alius faciendo commiſit.* Idem, epiſt. XXXI. pag. 57. *Sententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus adverſus eos, qui ſe ipſos infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodiderant, quaſi evaſuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minùs, quàm ſi ad nefarias aras acceſſiſſent, hoc ipſo quod ipſum conteſtati fuerant, tenerentur.*

2. Eorum eſt, qui Chriſtum faterentur; pecuniâ verò redimerent, ne cogerentur diis ſacrificare; quales libello à præſidibus accepto, periculum effugiebant. De iis iterum Cyprianus in epiſt. ad Antonianum, quæ eſt LII. ſeu II. lib. IV. *Cùm occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſten-*

ſa

Digitized by Google

la fuiſſet occaſio, ad magiſtratum veni, vel alio eunte, mandavi Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli venire me non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne, quod non licet, faciam. Epiſt. ead. pag. 97. *Quando multo & gravior, & pejor ſit mœchi, quàm Libellatici cauſa, cùm hic neceſſitate, ille voluntate peccaverit; hic exiſtimans, ſibi ſatis eſſe, quòd non ſacrificaverit, errore deceptus ſit, ille matrimonii expugnator alieni.* &c. Vide Albaſpinæum lib. I. obſervat. XXI. & Adverſar. ſacr. De la Cerda Cap. CXXXIX. num. II.

Λιθόλευστος.

Suidas λιθόλευστος, λιθόβλητος. *Lapidatus, lapidibus obrutus,* Cyrillus Alexandr. in Cap. VI. Amoſi, pag. 319. de Blaſphemo Levitici XXIV. τελευτᾷ λιθόλευστος. *Lapidibus obrutus moritur.* Legitur etiam apud Sophoclem, & exponitur per λιθόβλητος.

Λίθος.

I. *Propriè* ſumitur. Hæc ſignificatio occurrit apud Marcum, Cap. XIII. 2. & Lucæ XIX. 44. ubi Chriſtus de urbis Jeroſolymitanæ deſtructione: Οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. *Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Complementum hujus prædictionis agnoſcit Theophylactus in Cap. XIII. Marci, pag. 263. Ἱστόρηται ὅτι ὁ Αἴλιος Ἀδριανὸς κατέσκαψε τὴν πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν ἐκ βάθρων αὐτῶν· ὥστε καὶ τοῦτο ἐπ' αὐτοῦ πληρωθῆναι, τὸ, μηδὲ λίθον ὑπολειφθῆναι ἐπὶ λίθῳ. *Hiſtoriæ habent, quòd Ælius Hadrianus templum & civitatem à fundamentis effoderit: atque ita ſub illo impletum eſt, ne lapidem quidem ſuper lapidem relictum iri.* Theodoretum, ut αὐτόπτην & oculatum veritatis hujus prædictionis teſtem audire juvat, qui ſerm. XI. de curandis Græcorum affectibus, pag. 659. ſic ſcribit: Τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ὁ δεσπότης Χριστὸς προεῖπε πολιορκίαν, καὶ ὡς ὁ νεὼς ἐκεῖνος ὁ περιβόητος ἄρδην καταλυθήσεται, καὶ ὡς εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τὸ τῶν ἐσταυρωκότων αὐτὸν κατασπαρήσεται γένος· ἴδωμεν τοίνυν εἰ μὴ τὸ πέρας ὁ λόγος ἐδέξατο. Καὶ περὶ μὲν Ἰουδαίων οὐκ οἶμαι ὑμᾶς ἀμφισβητήσειν· ἐκείνης τε γὰρ τῆς πόλεως ἐξελήλανται, καὶ τῆς οἰκουμένης γεγένηνται μέτοικοι· τοῦ νεὼ δὲ καὶ τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἐκ βάθρων κατάλυσιν, οἱ μὲν τεθεαμένοι, φιλαλήθως ὁμολογήσατε, οἱ δὲ λοιποὶ, τοῖς διηγουμένοις πιστεύσατε· αὐτόπτης γάρ τοι κἀγὼ τῆς ἐρημίας ἐκείνης γεγένημαι, καὶ τὴν πρόῤῥησιν, ἣν ταῖς ἀκοαῖς ἐδεξάμην, ἐθεασάμην τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τὴν ἀλήθειαν ὕμνησά τε καὶ προσεκύνησα. *Urbis Jeroſolymitanæ obſidionem everſionemque prædixit Chriſtus, Templumque illud celeberrimum funditus evertendum, Judæos etiam, qui ipſum crucifixuri erant, extorres toto orbe diſpergendos. Videamus igitur, an hæc prædictio ad eventum pervenerit. Ac de Judæis quidem vos dubitaturos non puto. Ex illa enim urbe expulſi ſunt, & totius orbis facti inquilini. Templi verò ſolitudinem, & à fundamentis everſionem, qui ipſi vidiſtis, confitemini: reliqui verò narrantibus credite. Ego enim hiſce oculis vidi ſolitudinem illam, & prædictionem, quam auditu acceperam, oculis ſum intuitus veritatemque laudavi atque adoravi,*

II. *Impropriè* accipitur: exempla in ſacris ſunt frequentiſſima: nobis pauca adduxiſſe ſatis fuerit.

1. *Lapides dicuntur gentes* à fœdere Dei alienæ Matth. III. 9. & Lucæ III. 8. de quo jam ſatis actum in voce Ἀβραάμ.

2. *Lapis* dicitur *Chriſtus*, ſeu Meſſias, fundamentum Eccleſiæ, Zachar. III. 9. ubi Theodoretus, p. 895. dicit Zorobabelem quidem intelligi, ſed Chriſtum præfigurari: Λίθον αὐτὸν ὀνομάζει διὰ τὸ στεῤῥὸν, καὶ ἀκαταγώνιστον· ἄλλως τε καὶ τύπος ἦν τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὃς λίθος ὑπὸ τῆς θείας πολλαχοῦ προσηγορεύθη γραφῆς. *Eum nominat* lapidem *propter firmitatem & inexpugnabile robur; aliàs etiam typus erat Domini Chriſti, qui in multis ſcripturæ divinæ locis* lapis *appellatus eſt.* Vocatur *lapis exciſus ſine manibus è monte*, Daniel. II. 34. Hunc *lapidem eſſe Chriſtum* probat idem Theodoretus ad præſentem locum, pag. 565. adductis ſequentibus ſcripturæ teſtimoniis Jeſ. XXVIII. 56. Pſal. CXVIII. 22. Matth. XXI. 42. Actor. IV. 11. Epheſ. II. 20. I. Corinth. X. 4. tandemque ſubjicit: Οὐκοῦν ὑπὸ παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης διδασκόμεθα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προσηγορεῦσθαι λίθον· οὗτος γὰρ ἐτμήθη ἀπὸ ὄρους ἄνευ χειρῶν, γεννηθεὶς ἐκ παρθένου γαμικῆς κοινωνίας χωρίς· οἶδε πολλάκις καὶ τὴν παρὰ φύσιν γέννησιν, λατομίαν ἡ θεία προσαγορεύειν γραφή. Ἰουδαίοις γὰρ τὴν παρὰ φύσιν Ἡσαΐας γενομένην τῷ Ἀβραὰμ παιδογονίαν ἀναμιμνήσκων, ἐμβλέψατε, ἔλεγεν, εἰς τὴν στερεὰν πέτραν, ἐξ ἧς ἐλατομήθητε. Οὐκοῦν ὄρος μὲν ἡ Δαυιτικὴ φυλὴ, λίθος δὲ ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὐ κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως τμηθείς· οὗτος δὲ πάλαι σμικρὸς φαινόμενος, δι' ἣν περιέκειτο φύσιν, ἀθρόον ἐδείχθη ὄρος μέγιστον, πᾶσαν πληρώσας τὴν οἰκουμένην. *Docemur igitur tum à veteri, tum à novo Teſtamento, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum* lapidem *fuiſſe appellatum. Hic enim exciſus eſt à monte ſine manibus, natus de Virgine abſque nuptiali commercio: conſuevitque ſæpe ortum præter naturam* lapidis exciſionem *divina ſcriptura nuncupare. Judæis in memoriam redigens Jeſajas LI. 1. eam filii procreationem, quæ præter naturam Abrahamo obtigit.* Inſpicite, *ajebat,* in ſolidam petram, ex quâ quaſi exciſi eſtis. *Igitur* mons *quidem Davidica tribus eſt,* lapis *autem Chriſtus, qui, quantum ad naturam humanam attinet, non ſecundùm naturæ legem exciſus eſt. Hic autem cùm parvus olim videretur, propter eam quam induerat naturam, confeſtim maximum ſe montem oſtendit, qui univerſum complevit orbem terrarum.* Greg. Nyſſenus ad Dan. II. 34. orat. in Baptiſmum Chriſti, t. III. pag. 374. Ἐτμήθη λίθος ἄνευ χειρὸς· τουτέστιν, ἐγεννήθη Χριστὸς ἄνευ ἀνδρός· ὡς γὰρ καινόν ἐστι καὶ παράδοξον, λίθον πέτρας ἀποτμηθῆναι ἄνευ λιθοτόμου καὶ ὀργάνων λιθουργικῶν· οὕτως παντὸς ἐπέκεινα θαύματος, ἐξ ἀνυμφεύτου παρθένου τόκον ὀφθῆναι. Exciſus eſt lapis abſque manu: *hoc eſt, natus eſt Chriſtus abſque viro. Ut enim novum, inauditum & inuſitatum eſt, lapidem ab rupe abſcindi ſine opera latomi atque inſtrumentis latomicis: ita ſuperat omne miraculum, videri partum ex virgine innupta.* Chriſtus etiam vocatur κεφαλὴ γωνίας, *caput anguli:* de quo in Κεφαλή, num. I. 2. vocatur λίθος ἀκρογωνιαῖος, *lapis angularis:* de quo in Ἀκρογωνιαῖος, num. II. quibus hic ſequentia adhuc addimus. Ad Epheſ. II. 20. *Fundamenti* vocabulo Chriſtus intelligitur, & fundamenti iſtius λίθος ἀκρογωνιαῖος idem appellatur: tanquam in fundamento hoc ipſo *lapis* ipſe ſit, vel *ſummus*, ut vulgatus interpres reddidit, eumque ſecuti veteres plerique, vel *imus*, ut Beza & Piſcator reddiderunt: quæ videntur contraria, ſed ſatis probè ab Hieronymo Zanchio conciliantur, cùm *lapidem angularem* ejuſmodi deſignari exiſtimat, *qui ab imo usque ædificii fundo, ad ſummum ejuſdem culmen pertingat.* Quò ſpectare videtur, quod Chryſoſtomus Hom. VI. in epiſt. ad Epheſ. p. 790. quem & Theophylactus imitatur, pag. 521. in eandem Epiſtolam; Δηλοῖ ὅτι ὁ τὸ πᾶν συνέχων ἐστὶν ὁ Χριστός· ὁ γὰρ λίθος ὁ ἀκρογωνιαῖος καὶ τοὺς τοίχους συνέχει καὶ τοὺς θεμελίους. *Indicat eum, qui omnia continet Chriſtum eſſe. Lapis enim angularis & parietes continet & fundamenta.* Chryſoſt. veſtigia premit ſcholiaſtes Græcus: Αὐτὸς ὁ καὶ τὸν θεμέλιον καὶ τὸ οἰκοδόμημα ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν, συνέχων καὶ συσφίγγων. *Ipſe eſt, qui & ædificium, & fundamentum, tam ſuperiùs, quàm inferiùs continet & conſtringit.* Vide doctiſſimi Gatakeri Cinnum Cap. XX. pluribus hoc ipſum exponentem. Cur Chriſtus *lapis angularis* vocetur, hanc reddit rationem Epiphanius Hæreſi LXIX. p. 324. Ἀκρογωνιαῖος λίθος, διὰ τὸ ἐπισφίγ-

ξαι παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν. *Lapis angularis, quia conjunxit & conſtrinxit vetus & novum Teſtamentum, circumciſionem & præputium in unam conjunctionem.* Iſidor. Peluſ. Epiſt. CCCCXCVII. lib. I. pag. 125. Ὃν τρόπον δύο σύνδεσμος τοίχων γωνιαῖός τις εὑρίσκεται λίθος, πρὸς ἀδιαίρετον ἕνωσιν ἑκατέρους συνδέων· οὕτω τοὺς δύο τῆς οἰκουμένης λαοὺς ἡ τοῦ δεσπότου ἡμῶν ἔνσαρκος οἰκονομία συνάψασα, καὶ εἰς ἓν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμα συναρμολογήσασα, εἰς κεφαλὴν γωνίας ἐγένετο ἀσάλευτον τὴν ἕνωσιν τῇ ἑαυτῆς μεσιτείᾳ φυλάξασα. *Quemadmodum angularis quidem lapis duorum parietum vinculum eſſe invenitur, ad arctiſſimam & firmiſſimam conjunctionem eos inter ſe devinciens: eodem modo Domini noſtri incarnatio duobus orbis populis inter ſe copulatis, atq; in unum corpus & in unum ſpiritum compactis, in caput anguli effecta eſt, firmam ac minimè nutantem conjunctionem interpoſitu ſuo cuſtodiens.* Apud Athanaſium quæſt. IV. de parabolis Scripturæ, tom. II. pag. 402. 403. duplici modo Chriſtus dicitur eſſe *lapis angularis.* Priore quidem, διὰ τὸ συγκρατεῖν ἐν τῇ πίστει εἰς μίαν ὁμόνοιαν τὰ ἔθνη. Ἐπεὶ γὰρ τὰ ἀπόγονα τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Ἰουδαίων πεπιστεύκασι τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦτο γωνίᾳ ἀπεικάσθη καὶ ὁ Χριστός, ὅτι τοὺς γόνους ἐκείνων συνῆψεν ἐν τῇ πίστει, *quia in fide ad conſenſum continet gentes. Cùm enim & Græcorum & Judæorum poſteri Chriſto crediderint, propterea angulo confertur Chriſtus, quoniam filios eorum in fide conjunxit.* Poſteriori verò, Ἐπειδάν, ὅτε κτίζεται οἰκία, προστιθέασιν οἱ οἰκοδομοῦντες ἐν τῇ γωνίᾳ τοῦ τοίχου λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἤτοι τὸν ἔχοντα γωνίαν ἐν τῇ ἄκρᾳ αὐτοῦ· πεσὼν δὲ ὁ τοιοῦτος ἐν τῇ ἄκρᾳ τοῦ τοίχου, συνάπτει καὶ κρατεῖ τοὺς δύο τοίχους ἐν τῷ ἅμα. Κατὰ οὖν τὸν τοιοῦτον τρόπον λέγεται καὶ ὁ Χριστὸς λίθος ἀκρογωνιαῖος, ὅτι συνῆψε τοὺς δύο λαοὺς ἐν τῷ ἅμα, τουτέστι λαὸν τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν. *Quoniam quando domus exſtruitur, ædificatores ad parietis angulum adjiciunt lapidem angularem, ſive habentem angulum in ſummitate ſua: talis verò in ſummitate parietis conſtitutus, conjungit & continet duos parietes in unum. Ad hunc igitur modum etiam Chriſtus dicitur lapis angularis, quia duos populos ſimul conjunxit, populum nimirum ex Judæis & Gentibus collectum.* Chriſtus autem eſt λίθος νοητός, *qui mente cernitur,* non αἰσθητός, *qui oculis corporeis videtur.* Ita eum appellat Greg. Nyſſenus Orat. in Baptiſmum Chriſti, tom. III. pag. 374. Et Chryſoſtomus Homil. VI. adv. Anomœos: Ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ οὐχ ὁ αἰσθητός, ἀλλ' ὁ νοητὸς λίθος τὴν βαρβαρικὴν ἐκείνην κατήνεγκε κεφαλήν. *Tempore Davidis non ſenſilis, ſed ille, qui intelligentiâ percipitur, lapis barbarum illud caput dejecit.* Idem, Homil. de Pœnitentia & Virginitate, tom. I. edit. Pariſ. pag. 826. de Patriarcha Jacobo: Διὰ τὴν ψυχὴν ὁ ἀσκητὴς Ἰακὼβ λίθον πρὸς κεφαλῆς ἐτίθει κοιμώμενος, ἵνα τὸν νοητὸν λίθον καθ' ὕπνους θεάσηται. *Propter animam certator ille Jacob lapidem ad caput ſibi poſuit dormiens, ut lapidem illum, qui intelligentiâ percipitur, per ſomnos videret.* Non pigebit huc referre, quæ *de lapide angulari* Cl. Barthius habet, Adverſar. lib. VIII. Cap. XII. *Notanda eſt,* inquit, *veterum opinio de quodam lapide, qui pinna olim magnificentiſſimi Templi fuit; eum enim ſepoſitum velut, pro* lapide *illo* angulari *habebant, cujus ſimilitudine de ſe Dominus, ſe nimirum ex ſepoſito* lapidem *eſſe factum* angularem. *Unde religio neſcio, an ſuperſtitio velut dicti quoddam teſtimonium lapidem quendam angulis conſpicuum commonſtrabat. Vides id ex Prudentio, & in Itinerario vetuſtiſſimo Burdigalenſi, quod Petrus Pithæus olim edidit.* Ibi eſt Lapis angularis magnus, de quo dictum eſt, Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes. Item ad caput anguli & ſub pinna turris ipſius ſunt cubicula plurima, ubi Solomon palatium habebat. *Pertinet eodem, quòd fragmenta ejus Lapidis, quem* Revolutum *dicebant, cum Reliquiis S. pari veneratione colebantur, ut vides apud Guntherum Monachum in hiſtoria expugnatæ à Balduino Conſtantinopolis, quam tomo V. Antiquitatum edidit Henricus Caniſius, Cap. XXIV. Verba Prudentii ſunt in hoc opuſculo:*

Excidio Templi veteris ſtat prima ſuperſtes.
Structus enim lapide ex illo manet angulus uſque
In ſeclum ſecli, quem ſpernunt ædificantes,
Nunc caput eſt Templi, & lapidum compago novorum.

Quo loco meliùs ex emendatioribus libris legendum puto, -- Laterum compago duorum: *Faciet enim protuberantem Angelum duobus ſibi junctis eminentior, unde &* Lapis offenſionis *dicitur. Cæterùm tam alta in hac pinna ſuperſtitio duravit uſque ad tempora noſtra, quibus etiam ipſis pro ſingulari ejus dicti teſtimonio oſtendebatur, ut ſcribit Petrus Bellonius in libris obſervationum Gallicis, & à Carolo Cluſio Latinitate donatis. Cùm de ſeipſo tamen à Prophetis ante multa ſecula præſignato loquatur Dominus, & de eodem in Actis Apoſtolus, &* vivum lapidem, *vivos lapides procreantem exponit ipſum Dei Filium Petrus Apoſtolus Epiſt. I. Cap. II. Sitq;* angularis lapis *per figuram Princeps populi ut ornamentum domûs, ut vides Jeſajæ XIX. in pœnis Ægyptiorum.* Hactenus Barthius.

Chriſtus inſuper vocatur λίθος προσκόμματος, *Lapis offendiculi* ad Rom. IX. 32. 33. & I. Petri II. 8. *non cauſaliter*, ac ſi Chriſtus eſſet cauſa offenſionis & lapſus per ſe: cùm per ſe ſit *Lapis angularis* in Sion erectus εἰς ἀνάστασιν, *in reſurrectionem* omnium eorum, qui in cœno peccati demerſi jacent, Lucæ II. 34. Jeſ. VIII. 14. ſed *occaſionaliter*, quia impii inde ſumunt occaſionem ſcandali & ſubſequentis lapſus. *Eventualiter*, quia per accidens ita ſolet evenire, ut offendantur impii in illo, qui venit propter eorum ſalutem & reſurrectionem. Theodoretus in Cap. IX. ad Romanos, pag. 81. Προσπταίειν εἰώθασιν οἱ ἑτέρως τὴν διάνοιαν ἔχοντες, καὶ τὴν ὁδὸν προσκοπεῖν οὐκ ἐθέλοντες. Τοῦτο πεπόνθασιν Ἰουδαῖοι. Περὶ γὰρ δὴ τὰ περιττὰ τοῦ νόμου κεχηνότες, τὸν ὑπὸ τῶν προφητῶν προαγορευθέντα λίθον ἰδεῖν οὐκ ἠθέλησαν, καί τοι σαφῶς ἐκείνων προθεσπισάντων, ὡς ὁ τούτῳ πιστεύων μεγίστων τεύξεται ἀγαθῶν. *Solent offendere, qui mentem aliò convertunt, & viam nolunt proſpicere. Hoc Judæis accidit. Ad ea enim quæ ſupervacanea ſunt legis inhiantes, lapidem à Prophetis prædictum videre noluerunt: licèt illi apertè prædixerint, quòd qui ei credit, ſit maxima bona conſecuturus.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 99. 100. Ὁ προσκόπτων, ἐκ τοῦ πρὸς ἕτερα κεχηνέναι, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἔμπροσθεν, προσκόπτει. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι οὖν ἐκ τοῦ πρὸς τὸν νόμον κεχηνέναι προσέκοψαν τῷ Χριστῷ, τουτέστιν, ἠπίστησαν. Λίθος δὲ προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου, ἀπὸ τοῦ τέλους καὶ τῆς ἐκβάσεως τῶν ἀπιστησάντων ὠνόμασαι ὁ Χριστός. Αὐτὸς γὰρ καθ' ἑαυτὸν θεμέλιος καὶ ἑδραίωμα ἐτίθη. *Qui impingit, propterea impingit, quòd aliis inhiet, non animadvertens quid pedibus ſit obvium. Judæi itaq; legi inhiantes, in Chriſtum impegerunt, id eſt, increduli fuerunt.* Lapis *autem* offenſionis & petra ſcandali, *à fine & eventu eorum, qui non crediderunt Chriſtus nominatus eſt. Ipſe enim per ſe fundamentum baſisq; poſitus eſt.* Chryſoſtomus Homil. XVI. in Epiſt. ad Romanos, pag. 146. Προσκόμματος λίθον καὶ πέτραν σκανδάλου φησὶν ἀπὸ τῆς γνώμης καὶ τοῦ τέλους τῶν μὴ πιστευσάντων. *Offenſionis lapidem & petram ſcandali vocat à ſententia & eventu eorum, qui non crediderunt.* Elegantèr Gregorius Nazianzenus Orat. XVII. pag. 270. Εἷς ἥλιος, ἀλλὰ φωτίζει μὲν τὴν ὑγιαίνουσαν ὄψιν, ἀμαυροῖ δὲ τὴν ἀσθενοῦσαν. Βούλει τί καὶ τῶν ἡμετέρων εἴπω θαῤῥήσας; εἷς Χριστός,

Digitized by Google

χρὸς, ἀλλ᾽ εἰς πτῶσιν κεῖται καὶ ἀνάστασιν· πτῶσιν μὲν τοῖς ἀπίστοις, ἀνάστασιν δὲ τοῖς πιστεύουσι. Καὶ τοῖς μὲν ἐστι πέτρα προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου, ὅσοι μὴ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐνόησαν, ἀλλ᾽ ἐν σκότει διαπορεύονται, εἴτε εἰδώλοις θρησκεύοντες, εἴτε μέχρι τοῦ γράμματος διαβλέποντες, καὶ ὑπὲρ τοῦτο αὐγασθῆναι μὴ θέλοντες, μήτε ἰσχύοντες. *Unus eſt ſol: & tamen ut ſanis oculis ſplendorem affert, ita ægros & imbecilles obſcurat. Vis ex noſtra doctrina aliquid audacter proferam? Unus eſt Chriſtus: idem tamen in ruinam poſitus eſt & in reſurrectionem. In ruinam quidem incredulis, in reſurrectionem verò credentibus: & aliis quidem* petra offenſionis *eſt &* lapis ſcandali, *iis nempe, qui neſciverunt neque intellexerunt, ſed in tenebris ambulant, quales illi ſunt, qui vel idolis ſerviunt, vel ad literam tantùm reſpiciunt, nec quidquam præterea ſplendoris haurire vel cupiunt, vel poſſunt.* Poſtmodum addit, eundem aliis eſſe *lapidem angularem*; de quo in Ἀκρογωνιαῖος, & in ſuperioribus.

Λιθοτράχηλος.

Lexica hanc vocem non habent. *Qui eſt lapidea cervice.* Julianus apud Cyrillum Alex. lib. VI. adv. Julianum, pag. 213. *Judæos* vocat σκληροκάρδιον καὶ λιθοτράχηλον λαὸν, *durum corde, & lapidea cervice populum.*

Λιθόω.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Λιθόω eſt, *in lapidem verto, lapidem facio:* & λιθόομαι, *lapideſco, in lapidem vertor & indureſco.* Apud Clementem Alex. in Protreptico, pag. 3. legitur οἱ εἰς τὴν ἀλήθειαν λελιθωμένοι, *qui adverſus veritatem induruerunt:* prout locum illum ſatis expoſuimus in voce Ἀβραάμ, paulò ante finem.

Λιμήν.

Quid λιμὴν *propriè* ſit, ſatis notum: nos *improprias* aliquot ſignificationes, eaſque apprimè venuſtas, hic tantùm exſtare volumus.

I. *S. Scriptura* vocatur λιμὴν, *portus,* quia ad illam in omnibus adverſis, tanquam ad tutiſſimum portum confugere licet. Chryſoſtomus Homil. III. tom. V. pag. 9. Οὐκ ἔστι κυμάτων ταραχὴ ἐν τῷ πελάγει τῶν γραφῶν, ἀλλὰ παντὸς λιμένος εὐδιώτερον τοῦτο τὸ πέλαγος· οὐκ ἔστιν ἀνάγκη πρὸς τοὺς ζοφεροὺς τῆς ἀβύσσου κόλπους κατενεχθῆναι, οὐδὲ ὑδάτων ἀλόγων ῥύμῃ τὴν τοῦ σώματος ἐπιτρέψαι σωτηρίαν· ἀλλὰ πολὺ μὲν ἐνταῦθα τὸ φῶς, καὶ αὐτῶν τῶν ἀκτίνων φαιδρότερον, πολλὴ δὲ ἡ γαλήνη, πᾶσα δὲ ἐκποδὼν ταραχὴ, καὶ τῶν εὑρισκομένων τοσοῦτον τὸ κέρδος, ὅσον οὐδὲ λόγῳ παραστῆσαι δυνατόν. *Non reperiuntur fluctuum ſtrepitus in mari Scripturæ, ſed omni portu tranquillius & ſerenum magis hoc mare: non opus eſt, ut ad obſcuros abyſſi ſinus deferamur, neque ut ſalutem corporis aquarum violentiæ committamus: verùm multa quidem hic lux eſt, & ipſis radiis ſolaribus clarior, magna verò tranquillitas, omnis hinc remotus tumultus, & eorum, quæ inveniuntur tantum lucrum, quantum ne verbis quidem exprimi poteſt.* Alium ex eodem Chryſoſtomo locum habes in voce Γραφὴ, ſub num. VI. 5. Ita Cicero ad Curium, *In Philoſophiæ portum ſe conferre.*

II. *Eccleſia eſt portus.* Chryſoſtomus Homiliâ LXXIV. tom. V. pag. 523. Λιμήν ἐστιν ἀπάντων τούτων ἀπηλλαγμένος, λιμήν ἐστι ψυχῶν πνευματικός. *Portus eſt ab his omnibus* (nempe hoſtium inſidiis) *liber, portus eſt animarum ſpiritualis.* Si Cicero ad Brutum meritò dixit, *Et fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu:* longè potiori jure nos Eccleſiam, ſeu Templum portum appellamus, utpote in quo ſubſidia ſalutis nobis offeruntur, proponuntur.

III. *Apoſtoli* vocantur à Chryſoſtomo Homiliâ CXLIII. tom. V. Λιμένες, ὅτι τὰ κύματα τῆς ἀσεβείας κατέστειλαν, *portus, quia fluctus impietatis ſedârunt.*

IV. *Mors eſt portus.* Chryſ. Homil. XXXI. in Matth. pag. 213. Λιμὴν εὔδιος ὁ θάνατος. *Portus tranquillus mors eſt.* Greg. Nazianz. Orat. XIX. pag. 288. Ὅπερ ἐστὶ τοῖς πλέουσι λιμὴν εὔδιος, τοῦτο τοῖς ἐνταῦθα χειμαζομένοις ἡ ἐκεῖσε μετάστασις καὶ μετάθεσις. *Quod navigantibus tranquillus portus eſt, hoc iis, qui hujus vitæ procellis agitantur, migratio & translatio ad alteram vitam.* Hinc ipſa *vita æterna* ἀκύμαντος λιμὴν, *portus placidus & tranquillus.* Chryſoſtomus Homil. V. de laudibus, tom. V. edit. Pariſ. pag. 618. Μετὰ πολλῆς τῆς εὐπορίας εἰς τὴν ἀκύμαντον λιμένα καταπλεῖν, καὶ τῶν ἀκηράτων ἐπιτυχεῖν στεφάνων. *Cum maximis divitiis ad portum tutiſſimum pervenire, & incorruptas conſequi coronas.* Idem, Homil. IX. in Matth. pag. 57. de infantibus ab Herode interemtis: Τί τοίνυν ἐβλάβη τὰ παιδία ἀναιρεθέντα ἐπὶ ὑποθέσει τοιαύτῃ, καὶ πρὸς τὸν ἀκύμαντον ταχέως ἀπενεχθέντα λιμένα; *Quid igitur infantes iſti, ob cauſſam iſtam occiſi, paſſi ſunt mali, cùm ſtatim ad tutiſſimum portum fuerint delati?* Ita de *morte* Cicero de Senectute: *Quò propius ad mortem accedo, quaſi terram videor videre, aliquandoque in portum ex longa navigatione eſſe venturum.* Idem I. Tuſcul. *Paratum nobis portum & perfugium mortem putemus, quò utinam velis paſſis provehi liceat!*

V. *Miſericors & beneficus pauperis portus* eſt. Chryſoſtomus Epiſt. LXIV. Sopatrum, Armeniæ Præfectum, vocat κοινὸν τῶν πενήτων λιμένα, *communem pauperum portum.* Idem πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, Cap. XII. tom. V. edit. Pariſ. pag. 900. de Jobo ſcribit: Καθάπερ κοινὸς ὢν ἁπάντων πατὴρ, οὕτω τὰς ἑκάστου συμφορὰς, τὰς μὲν διώρθου, τὰς δὲ ἐθρήνει, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων, καὶ διὰ παντὸς τρόπου τοὺς ἐν συμφοραῖς ἀνέχων, καὶ κοινός τις ἁπάντων λιμὴν γινόμενος. *Tanquam communis omnium pater eſſet, ita ſingulorum calamitates alias ſarciebat, alias lugebat, & verbis, & factis, & ſimul dolentis affectu, & lacrymis, & modis omnibus preſſos calamitatibus erigebat, communis omnium portus factus.* Et Homil. XXIII. ejuſd. tomi, pag. 337. Ὁ μὲν παρθενεύων καὶ νηστεύων ἑαυτῷ χρήσιμος. Ὁ δὲ ἐλεῶν, κοινός ἐστι τῶν ναυαγούντων λιμὴν, τὰς τῶν πλησίον διορθούμενος πενίας, καὶ τὰς ἑτέρων λύων ἀνάγκας. *Qui virginitatem ſervat, & jejunat, ſibi quidem ipſi utilis eſt: qui verò miſeretur, communis eſt naufragorum portus, proximorum paupertatem ſublevans, & alienis neceſſitatibus ſuccurrens.* Idem Homil. V. tom. V. pag. 28. Λιμὴν τοῖς πένησιν αἱ τῶν ἀντιλαμβανομένων χεῖρές εἰσι. *Portus pauperibus ſunt manus ſuccurrentium.* Tomi ejuſd. Homil. XIX. pag. 116. Ὁ ἐλεήμων κοινὸς λιμὴν, πατὴρ πάντων, βακτηρία τῶν γεγηρακότων. *Miſericors communis portus eſt, pater omnium, ſcipio ſenio confectorum.* Vide etiam Homil. XXXVI. tomi V. pag. 240.

VI. Ipſa *paupertas portus dicitur.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. in Epiſt. ad Hebræos, pag. 528. Χειραγωγία τίς ἐστι τῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν φερούσης ὁδοῦ, ἄλειμμα ἀθλητικὸν, γυμνασία τις μεγάλη καὶ θαυμαστὴ, λιμὴν εὐδιεινός. Paupertas *manu quaſi ducit ad viam in cœlum, athleticum incitamentum, exercitatio quædam magna & admirabilis, portus tranquillus.*

VII. *Miſericordia Dei eſt portus* pauperum ſpiritualium, id eſt, *peccatorum.* Chryſoſtomus Homil. XXXI. tom. V. pag. 190. mulierem Cananæam ita introducit loquentem: Ἐλέησόν με, οὐκ ἔχω κατορθώματα βίου, οὐκ ἔχω παῤῥησίαν πολιτείας· ἐπὶ ἔλεον καταφεύγω, ἐπὶ τὸν κοινὸν τῶν ἡμαρτηκότων λιμένα· ἐπὶ ἔλεον

καταφεύγω, ὅπου δικαστήριον οὐκ ἔστιν, ὅπου ἀνεξέταστος ἡ σωτηρία. *Miſerere mei, nulla habeo bona opera, vitæ meæ ratio nullam mihi conciliat fiduciam: ad miſericordiam confugio, ad communem peccatorum portum: ad miſericordiam confugio, ubi ceſſat judicium, ubi infallibilis ſalus eſt.*

VIII. *Conjugium eſt portus caſtitatis.* Chryſoſtomus de Virginitate, Cap. IX. tom. VI. pag. 248. Ὁ γάμος λιμήν ἐστι σωφροσύνης τοῖς βουλομένοις αὐτῷ χρῆσθαι καλῶς, οὐκ ἀφεὶς ἀγριαίνειν τὴν φύσιν. Ἀντὶ γὰρ προβόλων προστήσας τὴν ἔννομον μῖξιν, καὶ ταύτῃ τὰ τῆς ἐπιθυμίας διεχόμενος κύματα, ἐν γαλήνῃ πολλῇ καθίστησιν ἡμᾶς καὶ διατηρεῖ. *Matrimonium iis, qui eo rectè uti volunt, eſt continentiæ portus, naturam efferari non permittens. Nam legitimo coitu, quaſi ſcopulis quibusdam objectis, eoq; ſuſtinendis libidinis fluctibus, nos in ſumma tranquillitate collocat ac tuetur.*

Λιτοφαγία.

Non habent Lexica. Λιτόβιος Heſychio eſt εὐτελῶς τραφείς, *vili & tenui aſſuetus victui.* Λιτοδίαιτος pro eodem ſumitur, dicere etiam queas λιτοφάγος. Hinc λιτοφαγία eſt, quod aliàs dicitur, τὸ λιτοδίαιτον, & τὸ λιτὸν τῆς διαίτης, *victus tenuis, frugalitas.* Thalaſſius, Cent. IV. Cap. XXXI. Ὡραία νηστεία, ἡ λιτοφαγίαν ἔχουσα. *Pulchrum eſt jejunium, quod modico frugaliq; cibo gaudet.* Βραχυφαγία eodem ſenſu uſurpatur.

Λογία.

Suidas de hac voce ita ſcribit: Λογία. Ὁ Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς, λογίαν τὴν συλλογὴν καλεῖ, λέγων, περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους. *Collectio, collecta, eleemoſyna. Chryſoſtomus in interpretatione epiſt. ad Corinthios,* λογίαν *vocat collectam, dicens, de collecta verò in ſanctos.* Verba Apoſtoli leguntur I. Corinth. XVI. 1. Chryſoſtomus verò Homil. XLIII. ſtatim poſt initium, dicit Apoſtolum deſcendere ἐπὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης λόγον ποιεῖσθαι, *ad caput bonorum, & de eleemoſyna verba facere.* Paulò pòſt: Λογίαν δὲ τὴν συλλογὴν καλεῖ, ἐκ προοιμίων εὐθέως κοῦφον τὸ πρᾶγμα ποιῶν. Ὅταν γὰρ ἐξ ἁπάντων συνεισφέρηται, ἑκάστῳ κοῦφον γίνεται τὸ ἐπίταγμα. Λογίαν *autem vocat collectionem, ſtatim ab initio rem faciens levem. Nam ſi ab omnibus confertur, unicuique fit leve quod conſtituitur.* Et ad v. 2. Ἵνα μή, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. Τουτέστιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰσφορᾶς, τότε ἀναγκάζησθε συλλέγειν. *Ne cùm venero, tunc collectæ fiant. Hoc eſt, ne tempore collationis, neceſſe habeatis colligere.* Chryſoſtomum imitatur, pro more, Theophylactus ad eundem locum, pag. 315. Oecumenius quoque, pag. 492. λογίαν interpretatur συλλογήν. Theodoretus item, pag. 207. Λογίαν, τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων καλεῖ. Λογίαν *vocat pecuniarum collectionem.* Iterum Chryſoſtomus Homil. LXXXVI. tom. VI. dicit λογίαν οὐδὲν ἕτερον εἶναι, ἀλλ' ἢ συλλογὴν καὶ ἔρανον παρὰ πάντων ἐπιδιδόμενον, λογίαν *nihil aliud eſſe, quàm collectionem, & collationem ſive ſymbolum ab omnibus datum.*

Λογικεύομαι.

Lexica non habent. Eſt *ratiocinor.* Cyrillus Alexandr. lib. III. in Joh. Cap. I. pag. 248. Μετέχει ἡ κτίσις αὐτοῦ, καὶ πᾶς ὅτι τὴν τοῦ λογικεύεσθαι καὶ φρονεῖν ἐπάγεται δύναμιν, σκεῦος ὥσπερ ἐστὶν εἰς τὸ δύνασθαι θείου πληροῦσθαι φωτός. *Creatura ejus* (ſcil. divini luminis) *particeps eſt, & quisquis ratiocinandi ſapiendiq; vi præditus eſt, vas quodammodo eſt, ut divina luce impleri queat.*

Λόγιον.

I. Λόγιον eſt *oraculum, reſponſum divinum.* Veteres Gloſſæ: Λόγιον, ὁ χρησμός. *Oraculum.* Heſychius: Λόγια, θέσφατα, μαντεύματα, φητεύματα, (ego legendum cenſeo, προφητεύματα) φῆμαι, χρησμοί. *Oracula, vaticinia, prædictiones, præſagia, omina, oracula.* Suidas: Λόγια· τὰ παρὰ Θεοῦ λεγόμενα καταλογάδην. Χρησμοὶ δέ, οἵτινες ἐμμέτρως λέγονται θεοφορουμένων τῶν λεγόντων. *Oracula: divina reſponſa oratione ſoluta.* Χρησμοὶ *verò oracula, quæ verſibus conſtant, & ab iis proferuntur, qui numine divino ſunt afflati.* De hoc diſcrimine conſulatur Theſaurus Stephani.

II. Apud Scriptores Eccleſiaſticos hæc vox *de oraculis divinis,* ſeu *de teſtimoniis Prophetarum & Apoſtolorum: de ſacris literis* uſurpatur: idque

1. vel *abſolutè.* Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. Cap. II. pag. 13. dicit cœleſtes Hierarchias eſſe celebrandas κατὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς λογίοις ἐκφαντορίαν, *ſecundum earundem myſticam in oraculis explanationem.* Pachymeres, pag. 26. pro, ἐν τοῖς λογίοις, habet ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς, in ſacris literis. Ignatius in Epiſt. ad Smyrnenſes, pag. 164. Φασὶ τὰ λόγια· Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν, &c. *Ajunt oracula: Hic Jeſus, qui aſſumtus eſt à vobis in cælum, &c.*

2. vel *cum variis epithetis:* cujusmodi ſunt,

a. Λόγια τοῦ Θεοῦ, *eloquia Dei,* ad Rom. III. 2. Hebr. V. 12. & I. Petri IV. 11. Theodoretus ad Rom. intelligit νόμον, *legem:* Theophylactus, χρησμοὺς ἄνωθεν κατενεχθέντας, *divina reſponſa cælitus demiſſa.*

b. Θεῖα λόγια. Juſtinus M. in Expoſitione fidei *Scripturam S.* vocat τὸ θεῖον λόγιον, *divinum eloquium.* Theodoretus θεραπευτ. Serm. II. Ταῦτα οὐκ ἔνεστι μαθεῖν ἀκριβῶς, τὸν μὴ τοῖς θείοις ἐντετυχηκότα λογίοις, καὶ τὸ τῆς γνώσεως φῶς παρὰ τῆς θείας δεξάμενον χάριτος. *Hæc nequaquam accuratè quisquam percipiet, niſi divina legerit eloquia, ac niſi cognitionis lumen divinâ collatum gratiâ acceperit.* Chryſoſtomus Homil. XLVII. in Joh. pag. 748. Ὅταν περὶ πνευματικῶν διαλεγώμεθα, μηδὲν ἔστω βιωτικὸν ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, μηδὲν γήϊνον. ἀλλὰ πάντα ἀναχωρείτω, πάντα ἐξοριζέσθω τὰ τοιαῦτα, καὶ ὅλοι γινώμεθα τῆς τῶν θείων λογίων ἀκροάσεως μόνης. *Quando de rebus ſpiritualibus verba facimus, nihil quod præſenti vitæ inſervit, nihil terrenum in noſtris ſit animis: ſed omnia ſecedant, omnia expellantur talia, & toti divinorum eloquiorum auditioni tantùm vacemus.*

c. Ὑπερκόσμια καὶ ἱερώτατα λόγια, *ſupramundana & ſacratiſſima eloquia:* apud Dionyſium Areopagitam Cap. I. de Eccleſ. Hierarchia.

d. Θεοπαράδοτα & σεπτότατα λόγια, *divinitus tradita & veneranda eloquia.* Vide in Θεοπαράδοτος.

e. Ἱερὰ καὶ θεαρχικὰ λόγια, *ſacra & divina oracula:* Dionyſius Areopagita Cap. I. de divinis Nominibus, num. I. pag. 375.

f. Τὰ ἀψευδῆ τῆς γραφῆς λόγια. *Minimè fallacia Scripturæ eloquia.* Iſidorus Peluſiota, Epiſt. CLXXIX. lib. V. pag. 608.

g. Θεόπνευστα λόγια. *Divinitus inſpirata eloquia.* Euſebius lib. IV. de vita Conſtantini, pag. 150. a. de Conſtantino ſic ſcribit: Μετὰ χεῖρας λαμβάνων τὰς βίβλους, τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προσανεῖχε τὸν νοῦν. *Biblia ſumſit in manus, & divinitus inſpiratorum eloquiorum contemplationi mentem adhibuit.*

h. Ephræmius Syrus, aut qui de eo judicavit Photius, univerſum novum fœdus εἰς τὰ κυριακὰ λόγια, *in Dominica eloquia,* & εἰς τὰ ἀποστολικὰ κηρύγματα, *in prædicationes Apoſtolicas* diviſit.

i. Μαιευτικὰ λόγια ſunt *obſtetricantia oracula.*

Ita

Digitized by Google

Ita Dionyſius Areopagita Eccleſ. Hierarch. C. V. P. III. & Cap. VI. P. I. 1. vocat Catecheſin, ſeu doctrinam Chriſtianam, in qua Catechumeni à Diaconis inſtituebantur, qui inſtar obſtetricum illos fovebant, & ad Baptiſmum, ſpiritualemque in Chriſto nativitatem diſponebant. Poſteriori loco dicit Areopagita: Πρὸς τῶν λειτουργῶν τοῖς μαιευτικοῖς λογίοις πρὸς ζωτικὴν ἀπότεξιν μορφοῦσθαί τε καὶ διαπλάττεσθαι. *A Diaconis ad vitalem portum oraculis obſtetricantibus formari atque fingi.* Vide ad hæc Pachymeræ paraphraſin pag. 339.

Λογισμός.

Pauca de hac voce obſervamus.

I. Λογισμὸς, quatenus *ratiocinationem* denotat, & πίστις ſæpe apud Chryſoſtomum opponuntur. Homil. XIX. in Epiſt. ad Hebræos, pag. 530. Μηδὲν περιεργάζου, μηδὲ λογισμοὺς ἀπαίτει· πίστεως δεῖται τὰ ἡμέτερα. *Nihil curioſius ſcruteris, neque rationes requirens: noſtra fide egent.* Alia exempla quære in voce Πίστις, in *Proprietatibus*, ſub lit. *f.*

II. Mediæ ætatis Græci hac voce utuntur pro ἐξομολόγησις, *confeſſio:* dicunt enim λογισμοὺς δέχεσθαι, *ratiocinia excipere*, quod aliis eſt, *Confeſſiones audire.* Ita Balſamon ad Can. VI. Carthag. pag. 604. Σημείωσαι ὅτι οἱ χωρὶς ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς δεχόμενοι λογισμοὺς ἀνθρώπων ἱερώμενοι μοναχοὶ κακῶς. *Obſerva, quòd qui ſine Epiſcopali permiſſione ſuſcipiunt hominum confeſſiones ſacrati Monachi, malè faciunt.* Zonaras ad Can. VII. Carthag. pag. 398. Καὶ οἱ νῦν λογισμοὺς δεχόμενοι μοναχοὶ, εἰ μὴ ἐξ ἀρχιερέων ἐπιτραπῶσι δέχεσθαι λογισμοὺς, οὔτε δεσμεῖν, οὔτε λύειν ἔχουσιν ἐξουσίαν. *Et qui nunc confeſſiones audiunt Monachi, ſi non ab Epiſcopis habeant permiſſionem confeſſiones audiendi, nec ligandi, nec ſolvendi poteſtatem habent.* Nicephorus Gregoras hiſt. lib. IV. de Michaele Auguſto dixit, Τῷ Ἰωσὴφ πατριάρχῃ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευε. *Joſepho Patriarchæ peccata confeſſus eſt.*

Λογοθέσιον.

Mirum eſt, vocem hanc elegantem, & apud Patres ſatis uſitatam, in vulgatis non exſtare Lexicis. Optimæ Gloſſæ: Λογοθέσιον. *Ratiocinium.* Quemadmodum Græci dicunt λόγον θεῖναι πρὸς τὸν οἰκέτην, *rationem exigere à ſervo.* Chryſoſtomus: Τιθέναι τὸν λόγον μετὰ οἰκέτου, *rationem inire cum ſervo,* Clemens Alex. ita λογοθέσιον eſt *ratio.* Oecumenius in Epiſt. Judæ, pag. 228. Τὸ πᾶσιν ἀνθρώποις μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔξοδον λογοθέσιον. *Ratio, quæ ab hominibus exigetur omnibus poſt exitum ex corpore.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXVII. pag. 150. Λογοθέσιον ἡμᾶς ἀπεκδέχεται, καὶ κρίσις ἀπαραίτητος, καὶ κριτὴς φοβερὸς, ἢ πρὸς βασιλείαν καλῶν, ἢ πρὸς γέενναν ἐκπέμπων. *Ratio exſpectat, & judicium rectum, & terribilis judex, vel ad regnum vocans, vel in gehennam mittens.* Ultimi judicii dies à Chryſoſtomo Homil. XVIII. in Epiſt. ad Romanos, vocatur λογοθεσίου ἡμέρα, *dies, quo ratio exigetur.* Idem, Homil. I. in Aſcenſionem Domini, tom. VI. edit. Pariſ. pag. 450. Πρόκειται τῶν βεβιωμένων λογοθέσιον, καὶ πανγκόσμιον δικαστήριον. *De rebus omnibus, quæ in vita fuerint actæ, rationes nobis reddendæ proponuntur, & judicium univerſale conſtituitur.* Et in Pſal. IV. tom. I. pag. 531. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ἑσπέρᾳ λογοθέσιον ἀπαίτει τὴν ψυχὴν, καὶ καταδίκαζε τὸν ἡμαρτηκότα λογισμόν. *Singulis diebus veſperi rationem exige ab anima, & condemna ſenſum, qui peccavit.*

Λογοθέτης.

Veteres Gloſſæ: Λογοθέτης. *Ratiocinator, diſcuſſor, diſputator. Cancellarius* Græcis λογοθέτης nuncupatur, autore Niceta. Sunt qui exponant *magiſtrum rationum, qui expenſa & accepta computat.* Erat autem duplex, *Eccleſiaſticus & Palatinus.* Palatini varii erant, De his fusè Meurſius in Gloſſario, quò Lectorem ablegamus.

Λόγος.

I. *Explicatio Nominis.* Hæc vox ſumitur

1. *Propriè*, & notat

a. Λόγον προφορικὸν, ſeu τὸν ἔξωθεν, *externum, hominis* ſcilicèt, *cùm loquitur.* De quo Damaſcenus Orthod. fidei lib. II. Cap. XXI. pag 138. Ὁ προφορικὸς λόγος, ἐν τῇ φωνῇ, καὶ ἐν ταῖς διαλέκτοις τὴν ἐνέργειαν ἔχει· ἤγουν ὁ διὰ γλώσσης καὶ στόματος προφερόμενος λόγος. *Sermo externus, vel ore prolatus, in voce & in dialectis ſuam exerit vim: id eſt, per linguam & os prolata eſt oratio.* Addit, Ἔστι δὲ ἄγγελος νοήματος. *Eſt autem index mentis.* Ex Athanaſio hæc deſumta de Definitionibus, tom. II. pag. 53. Baſilius M. Orat. in principium Evangelii Johannis, pag. 505. Ἔστιν λόγος ὁ διὰ τῆς φωνῆς προφερόμενος, ὁ μετὰ τὸ προενεχθῆναι τῷ ἀέρι ἀπολλύμενος. *Eſt ſermo per vocem prolatus, & aërem verberans, ſtatimque periens.* De eodem Greg. Nyſſenus, Orat. XII. contra Eunomium, tom. II. pag. 852. Πᾶς λόγος, ὅ γε ἀληθῶς λόγος, σημαντική τίς ἐστι τῶν κατ' ἔννοιαν κινημάτων φωνή. *Omnis ſermo, qui verè ſermo eſt, ſignificativa vox eſt motionum, quæ in mente ſiunt.*

b. Λόγον ἐνδιάθετον, ſeu τὸν ἔνδον, *ſermonem internum:* quem Baſilius M. loco ſuprà laudato, ita deſcribit: Ἔστι λόγος ἐνδιάθετος, ἐνυπάρχων ἡμῶν ταῖς καρδίαις, ὁ ἐννοηματικός. *Eſt ſermo internus, cordibus noſtris inſitus, ſeu mentalis.* Damaſcenus orthod. fidei lib. I. Cap. XVIII. pag. 61. ἐνδιάθετον λόγον dicit, τὸν ἐν καρδίᾳ λαλούμενον, *quem in corde loquimur, mentis conceptum.* Lib. II. Cap. XXI. pag. 138. Ἔστιν ἐνδιάθετος λόγος, κίνημα τῆς ψυχῆς, ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενον ἄνευ τινὸς ἐκφωνήσεως. *Eſt ſermo internus, motus animæ, in vi ratiocinandi factus ſine ulla enunciatione.* Apud Athanaſium de Definitionibus, tom. II. pag. 53. Λόγος ἐνδιάθετος, ὁ τῶν ἀγγέλων, καὶ ὁ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ διανοίᾳ λαλούμενος λόγος. *Sermo internus, Angelorum eſt, & quem, in mente noſtra loquimur.*

2. *Impropriè*, & notat

A. Λόγον τεχνικὸν, ut vocat Baſilius *artificioſam orationem.* Huc pertinet,

a. Λόγος ἠθικὸς, δογματικὸς, *oratio Ethica: dogmatica.* Chryſoſtomus: Τὸ πλέον τῆς παραινέσεως εἰς τὸν ἠθικώτερον ἀναλίσκειν λόγον. *Maximam exhortationis partem oratione morali conſumere.* Idem conjungit λόγον δογματικὸν καὶ ἠθικὸν, *orationem moralem & dogmaticam:* eodem modo Oecumenius in I. Petri Cap. II. p. 149.

b. Λόγος παρακλήσεως, *ſermo exhortationis* Act. XIII. 15. dicitur in eo eſſe, cui Deus conceſſit donum exponendi ſcripturas.

c. Λόγος γνώσεως, *ſermo cognitionis*, & λόγος σοφίας, *ſermo ſapientiæ*, I. Corinth. XII. 8. Chryſoſtomus Homil. XXIX. in I. ad Corinthios, pag. 433. Τί ἐστι λόγος σοφίας; ὃν εἶχεν ὁ Παῦλος, ὃν εἶχεν Ἰωάννης ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς, λόγος δὲ γνώσεως, ὃν εἶχον οἱ πολλοὶ τῶν πιστῶν, γνῶσιν μὲν ἔχοντες, διδάσκειν δὲ οὐ δυνάμενοι, οὐδὲ εἰς ἕτερον εὐκόλως ἐξενεγκεῖν, ἅπερ ᾔδεσαν. *Quid eſt* ſermo ſapientiæ? *quem habuit Paulus, quem habuit Johannes filius tonitru:* ſermo verò cognitionis, *quem multi fidelium habebant, cognitione quidem imbuti, ad alios verò docendos non apti, quique quæ ſciverant, cum aliis haud facilè communicare poterant.* Eodem modo Theophylactus ad

ad præſentem locum. Et Theodoretus pag. 180. illis σύμψηφος, rem clariſſimè proponit: Λόγον σοφίας, οὐ τὴν εὐγλωττίαν καλεῖ, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν, ἧς καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος Παῦλος τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ ὁ θειότατος Πέτρος τῶν Ἀποστόλων ὁ κορυφαῖος, καὶ τῶν μαρτύρων ὁ πρῶτος ὁ μακάριος Στέφανος· οὐ γὰρ ἂν ἠδυνήθησαν ἄνδρες ἁλιεῖς καὶ ἀποχειροβίωτοι, καὶ γραμμάτων ἀμύητοι, καὶ δημηγορίας κατατολμῆσαι καὶ συγγραφῆς, καὶ δυνάμεως ὅτι μάλιστα πλείστης ἐμπλῆσαι τοὺς λόγους καὶ τὴν συγγραφὴν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ θείου πνεύματος τὴν ἀληθῆ σοφίαν ἐδέξαντο· ἕτεροι δὲ τῶν πεπιστευκότων, τὴν μὲν γνῶσιν εἶχον τῶν θείων δογμάτων, δημηγορεῖν δὲ τούτοις ὁμοίως οὐκ ἴσχυον· καὶ τοῦτο μέντοι δῶρον ἦν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. Sermonem ſapientiæ *vocat, non eloquentiam, ſed veram doctrinam, cujus ipſe etiam divinus Apoſtolus gratiam acceperat, & divinus Johannes Evangeliſta, & diviniſſimus Petrus Apoſtolorum coryphæus, & Martyrum primus, beatus Stephanus. Neque enim potuiſſent homines piſcatores, & manu ſibi victum parantes, & literarum planè ignari, & conciones habere & ſcribere, & quæ dicebant, & ſcriptis mandabant vi maxima implere, niſi à divino Spiritu veram Sapientiam accepiſſent. Alii autem ex iis, qui crediderant, habebant quidem divinorum dogmatum cognitionem, ſed non perinde ac illi concionari poterant: & tamen hoc quoque donum à gratia Spiritus erat.*

d. Τοῦτο λόγον ὑπερβαίνει. Chryſoſtomus Homil. III. in Geneſin: Πάντα λόγον ὑπερβαίνουσα δημιουργία. Interpres: *Opificium, quod omnem rationem tranſcendit.* Idem, in Pſal. XLI. Πάντα ὑπερβαίνων λόγον, πᾶσαν ἐκφεύγων διάνοιαν. Interpres: *Quæ omnem excedit rationem.* Verùm λόγος hic non *rationem*, ſed *orationem*, aut *ſermonem* notat. Ita iterum Chryſoſtomus Homil. IV. ad populum Antiochenum. Τὸ θαῦμα πᾶσαν ὑπερβαίνει λόγων διήγησιν. *Miraculum omnem verborum narrationem tranſcendit.* Homil. XVII. in I. ad Corinth. Ἀνάστασις ἡ ἔνδοξος ἐκείνη, καὶ πάντα ὑπερβαίνουσα λόγον. *Glorioſa illa reſurrectio, quæ omnem orationem excedit.* Evagrius lib. IV. Cap. XXX. de Templo Sophiæ. Τὸν ναὸν εὐπρεπῆ καὶ ἔξοχον καὶ λόγου δύναμιν ἐκβαίνοντα. *Templum ſpecioſum, excellens, & omnem orationis vim excedens.* Baſilius M. Homil. VIII. in Hexaëm. p. 109. Ἀλλὰ αἰσθάνομαι τοῦ λόγου τὴν συμμετρίαν ἐκβαίνοντος. *At orationem noſtram cancellos tranſgredi ſentio mediocritatis.* Sed hoc non omnino hujus loci. Interim tamen Chryſoſtomus nonnunquam etiam *rationem* ſive *mentis captum exſuperare* quædam dicit: ſed tum λογισμοῦ potiùs, quàm λόγου voce utitur, ut Homil. XLII. in I. ad Corinthios: Ταῦτα καὶ τηλικαῦτα καὶ πάντα λογισμὸν καὶ νοῦν ὑπερβαίνοντα. *Hæc & tanta omnem & rationem & mentem excedunt.* Idem alibi, Θεὸς ὑπερβαίνει πολλῷ τῷ μέτρῳ τὸν ἡμέτερον λογισμόν. *Deus infinitis modis noſtram excedit rationem.* Græci aliàs eodem ſenſu dicunt, τοῦτο τὴν ἡμετέραν διάνοιαν ὑπερβαίνει, Baſil. M. τὴν αἴσθησιν ὑπερβαίνειν Greg. Nazian. Et quia λόγος denotat *orationem*, frequenter etiam ſumitur

e. *Pro prædicatione Evangelii*, quæ à Chryſoſtomo Homil. XII. in I. ad Timoth. pag. 299. vocatur λόγος διδασκαλικὸς, *oratio ad inſtruendum & docendum apta.* Ita accipitur II. Timoth. II. 9. Ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται. *Sed verbum Dei non eſt alligatum.* Hic ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, eſt τὸ εὐαγγέλιον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐν ἁλύσει ἐπρέσβευεν, ad Epheſ. VI. 20. Eleganter Theodoretus in II. ad Timoth. pag. 497. Τῶν γὰρ δὴ χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν δεδεμένων, ἡ γλῶττα κηρύττει τὸ εὐαγγέλιον. *Alligatis enim pedibus & manibus, lingua prædicat Evangelium.* Vide etiam Theophylactum, pag. 811. ad eundem locum. Chryſoſtomus Homil. XVI. ad Antiochenos de S. Paulo: Ὁ διδάσκαλος ἐδέδετο καὶ ὁ λόγος ἐπέτετο· ἐκεῖνος τὸ δεσμωτήριον ᾤκει, καὶ ἡ διδασκαλία πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἔτρεχε. *Doctor ligatus erat, & verbum volabat: ipſe in carcere habitabat, & doctrina totum terrarum orbem peragrabat.* Vide Cl. Pricæum ad Apoſtoli locum. Huc jam etiam referri debet,

α. Λόγος ἀκοῆς, *ſermo auditus*, vel *quem audivimus*, I. Theſſal. II. 13. Vide in Ἀκοὴ, num. II. 3.

β. Λόγος σταυροῦ, *verbum crucis*, I. Corinth. I. 18. quod, interprete Theodoreto: pag. 125. eſt τὸ περὶ τοῦ σταυροῦ κήρυγμα, *prædicatio de cruce*: vel, ut Theophylactus, pag. 170. Τὸ κήρυγμα τοῦ σταυροῦ, ἤτοι τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐσταυρωμένου. *Prædicatio crucis, ſive Chriſti crucifixi.*

γ. Θεόπνευστοι λόγοι, *verba divinitus inſpirata.* Ita Conſtantinus M. apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. VI. pag. 542. doctrinam Evangel. ſcripturis comprehenſam, & ab Apoſtolis prædicatam nominat, quando Epiſcopos, in Concilio Nicæno congregatos, ſic alloquitur: Εὐαγγελικαὶ βίβλοι καὶ ἀποστολικαὶ, &c. Vide locum integrum in Γραφὴ, num. III. 2. Clemens Alexandr. Strom. VII. pag. 762. Δόξης δὲ ἐπιθυμοῦσιν, ὅσοι τὰ προσφυῆ τοῖς θεοπνεύστοις λόγοις ὑπὸ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων τε καὶ διδασκάλων παραδιδόμενα, &c. *Gloriæ autem tenentur deſiderio, qui ea, quæ ex ſua natura conveniunt, ſermonibus divinitus inſpiratis, tradita à beatis Apoſtolis & magiſtris, ſua ſponte fallaci ſapientiæ ſimulatione corrumpunt.*

B. *Doctrinam.* Huc pertinet

α. Ὁ πιστὸς λόγος, *fidelis ſermo*, I. ad Timoth. III. 1. ad Titum I. 9. III. 8. eſt λόγος ἀληθὴς, καὶ ἐκβησόμενος, *certus ſermo, & implendus*; ut habet Oecumenius ad Titum III. 8. pag. 792. vel; ut idem ad Titum I. 9. pag. 787. Ὁ ἀληθὴς, ἢ ὁ διὰ πίστεως χορηγούμενος καὶ οὐκ ἀπὸ λογισμῶν. *Certus, verus, vel per fidem, non à rationibus ſuppeditatus.* Theodoretus ad I. Timoth. III. 1. exponit per ἀψευδὴς καὶ ἀληθὴς, *verus & à mendacio alienus.*

β. Ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος. *Per Angelos dictus ſermo.* Hebr. II. 2. Theodoretus interpretatur νομικὰς διατάξεις, *conſtitutiones* legales, & ſubjicit: Τῇ γὰρ θέσει τοῦ νόμου ἄγγελοι διηκόνουν. *Ferendæ enim Legi Angeli miniſtrabant.* Clariùs Theophylactus ad præſentem locum, pag. 886, 889. ex Homilia III. Chryſoſtomi in eandem Epiſtolam: Λόγον δὲ ἀγγέλων λαληθέντα ἤτοι τὴν δεκάλογον νοητέον· καὶ γὰρ εἰκὸς ὅτι ἄγγελοι ἂν παρῆσαν τότε, οἷς τὸ ἔθνος ἐμπεπιστευμένοι, καὶ αὐτοὶ τὰς σάλπιγγας ἐποίουν, καὶ τἄλλα, τὸ πῦρ, τὸν γνόφον, ὡς ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας· Διαταγεὶς δι' ἀγγέλων. Καὶ πάλιν· ἐλάβετε νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. Ἢ λόγον, πάντα τὰ προστάγματα τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ διὰ τῶν ἀγγέλων διακονηθέντα. Per *ſermonem per Angelos enunciatum, vel Decalogus intelligendus eſt. Veriſimile enim eſt, Angelos tum adfuiſſe, quibus gens Hebræa commiſſa fuerat, atq; illi tubas faciebant, idq; genus alia, ut ignem, caliginem, perinde ac in Epiſt. ad Galatas III. 19.* Ordinata per Angelos. *Et iterum Actor. VII. 53.* Accepiſtis Legem per diſpoſitiones Angelorum. *Vel per* ſermonem *omnia juſſa per Angelos in veteri Teſtamento diſpenſata, accipienda ſunt.*

γ. *Doctrinæ reſpondeant facta.* Nilus in Capitibus parænetichs, Cap. XI. Λόγῳ μὲν τὴν ἀρετὴν δίδασκε, ἔργῳ δὲ αὐτὴν κήρυττε. *Verbis quidem virtutem doceto, operibus autem eandem declara.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCVIII. lib. II. pag. 219. Οὐ τοσοῦτον ὁ λόγος, ὅσον ὁ τρόπος τῶν διδασκόντων παραθήγειν πέφυκε. *Non docentium doctrina perinde animos acuere ſolet, ut vita & mores.* Apud eundem epiſt. CCLXXV. lib. II. p. 247.

Βίος

Digitized by Google

ος ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πέφυκεν, ἢ λόγος ἄνευ βίου. ὁ μὲν γὰρ καὶ σιγῶν ὠφελεῖ, ὁ δὲ καὶ βοῶν ἐνοχλεῖ. Εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδράμοιεν φιλοσοφίας ἁπάσης ἀπετέλεσαν ἄγαλμα. *Vita ſine doctrina magis prodeſſe ſolet, quàm doctrina ſine vita. Nam illa etiam tacens prodeſt: hæc autem etiam clamans moleſtiam affert. At ſi & doctrina & vita concurrant & amicè conſpirent, omnis philoſophiæ ſimulacrum efficiunt.* Epiſt. CCCLXII. lib. III. pag. 398. Ὥσπερ λόγος ἄπρακτος ἀτελής· οὕτω καὶ πρᾶξις ἄλογος. Vide in Ἄπρακτος, num. III. idem, Epiſt. XVIII. lib. IV. pag. 421. Ἅπας ὁ λόγος χηρεύων πραγμάτων, νεκρός ἐστι καὶ ἀχρεῖος. *Omnis doctrina operibus deſtituta, mortua eſt & inutilis.* Vide in Διδάσκαλος, num. I. ad lit. *A. β.* Adde etiam ſequentia. Olympiodorus Catenâ in Jobum, Cap. XX. pag. 449. Ἔπαινος καὶ τοῦ λέγοντος, ὅταν ἐμπράκτους ἔχῃ τοὺς λόγους· καὶ τοῦ ἀκούοντος, ὅταν μετὰ δίψης ἀκούῃ καὶ πίθῃ. *Et dicentis laus eſt, ſi ſermones cum factis conjunctos habuerit; & auditoris, ſi cum ſiti & deſiderio audierit.* Iterum Iſidorus epiſt. XLVI. lib. I. Πρᾶττε λογικῶς, καὶ λέγε πρακτικῶς. *Da operam, ut & ſermonem ad actionem & actionem ad ſermonem adjungas.* Athanaſius Homil. de Semente, tom. I. pag. 1064. Τί τὸ ὄφελος, ἐὰν εὐσύνθετος μὲν ὁ λόγος, κακοσύνθετος δὲ ὁ τρόπος; *Quæ utilitas eſt, ſi oratio quidem apta ſit & concinna, mores verò inepti & inconcinni?*

C. *Rationem*, id eſt, facultatem illam animæ præſtantiſſimam, quâ præcipuè homines differunt à beſtiis. De ea ſic Greg. Nyſſenus de Caſtigationibus, tom. III. pag. 311. Θεῖον ἀληθῶς, καὶ ἱερὸν χρῆμα ὁ λόγος Θεοῦ, κτῆμα ἐξαίρετον, οὐκ ἄλλοθεν προσγινόμενον, ἀλλὰ συγκεκραμένον τῇ φύσει, ἀνθρώπῳ δῶρον τιμιώτατον παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος εἰς αὐτὸν ἐλθόν· διὸ καὶ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγενῆσθαι λέγεται. *Ratio à Deo data verè divina res eſt & ſacra, eximia poſſeſſio, non aliunde adnata, ſed cum natura commixta, homini munus precioſiſſimum ab opifice in eum deſcendens.* Vide ibidem plura. Cydonius orat. de contemnenda morte, pag. 15. Ὃ ἄνθρωπον καὶ τῶν λοιπῶν διαιρεῖ, ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ ὁ νοῦς, ὥσπερ τις ἡγεμὼν ἐν μετεώρῳ καθήμενος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ, πᾶσι τοῖς περὶ τὸν ἄνθρωπον χρώμενος, ὡς ἂν ἐνδοκίᾳ δεσπότης πρὸς ὃν πάντα τέτακται, καὶ τὰ τῶν υἱῶν, καὶ τὰ τῶν δούλων. *Quod hominem à reliquis diſtinguit, ratio eſt, & mens, inſtar principis in ſuperiori loco ſedens, tum ad ſe, tum ad ſuum uſum cuncta humana accommodans, tanquam dominus ædium, ad quem & filii & ſervi omnes actiones ſuas referunt.*

D. Ὁ λόγος notat *ſecundam SS. Trinitatis perſonam*, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt æternus Dei Filius, & Meſſias à Deo promiſſus. Is autem eſt λόγος οὐ ῥητὸς, ἀλλ' οὐσιώδης, *ſermo non pronunciatus, ſed ſubſtantialis*, ut loquitur Ignatius ad Magneſianos. Et Theodoretus θεραπευτ. ſerm. II. Ἔστι λόγος οὐκ εἰς ἀέρα χεόμενος, ἀλλ' ἐνεστὼς λόγος, *verbum, quod per aërem diffunditur; ſed verbum, quod ſubſtantialiter ineſt.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Illuminat. IV. pag. 8. Πίστευε ὅτι ἑνὸς Θεοῦ μονογενὴς εἷς ἐστιν υἱὸς, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων Θεὸς λόγος, οὐ λόγος προφορικὸς εἰς ἀέρα διαχεόμενος, οὔτε λόγοις ἀνυποστάτοις ἐξομοιούμενος· ἀλλὰ λόγος υἱὸς, λογικῶν ποιητὴς, λόγος ἀκούων τοῦ πατρὸς, καὶ λαλῶν αὐτός. *Crede unius Dei unigenitum eſſe Filium, ante omnia ſecula Deum verbum: verbum non quod prolatum in aërem diffundatur, neque quod cum verbis quæ per ſe ſubſiſtere nequeunt, ſimilitudinem habet, ſed verbum Filium, eorum creatorem, qui ratione utuntur, verbum Patrem audiens, & ipſum loquens.* Ἐνεστὼς λόγον etiam vocat Athanaſius de Definitionib. tom. II. p. 53. Damaſcenus Orthod. fidei l. I. Cap. XVIII. p. 61. vocat λόγον οὐσιωδῶς τῷ πατρὶ ἀεὶ συμπαρόντα, *Verbum Patri eſſentialiter ſemper præſens.* Hinc οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου vocantur *Chriſtiani*, qui λόγον agnoſcunt, apud Origenem lib. VI. contra Celſum, pag. 293. quemadmodum è contrario ibidem ἀλλότριοι τοῦ λόγου, *à religione Chriſtiana alieni.* Verba ejus ſunt de Celſo: *Videtur mihi feciſſe idem, quod Judæi doctrinæ Chriſtianæ initio, ſparſo rumore, quòd ejus ſectæ homines mactati pueri veſcerentur carnibus:* Καὶ πάλιν, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου, τὰ τοῦ σκότους πράττειν βουλόμενοι, σβεννύουσι μὲν τὸ φῶς, ἕκαστος δὲ τῇ παρατυχούσῃ μίγνυται· ἥτις δυσφημία παραλόγως πάλαι μὲν πλείστων ἔσων ἐκράτει, πείθουσα τοὺς ἀλλοτρίους τοῦ λόγου ὅτι τοιοῦτοί εἰσι χριστιανοί. *Et quod, quoties eis libeat operam dare occultis libidinibus, extincto lumine conſtupret quam quiſque primam nactus fuerit, quæ falſa & iniqua opinio dudum valde multos à religione noſtra alienos tenuit, perſuaſos, quòd tales ſint Chriſtiani.* Loca N. T. in quibus Dei Filius vocatur ὁ λόγος, ſunt Joh. I. 1. 14. I. Joh. V. 7. Apocal. XIX. 13. Eodem referri poteſt locus ad Hebr. IV. 12. Ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, &c. Non tamen in eo conſentiunt veteres:

a. Alii enim λόγον προφορικὸν, *verbum prædicatum* intelligunt. Chryſoſt. Homil. CVI. tom. V. p. 691. Δίστομον καλεῖ τὴν μάχαιραν, ἐπειδὰν διπλῷ κέχρηται τῷ λόγῳ, τῷ μὲν στηρίζοντι, τῷ δὲ καθαιροῦντι. Καθαιροῦσι μὲν τοὺς ἐναντίους, στηρίζοντι δὲ τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. *Ancipitem vocat gladium, quia duplicem rationem ſacræ literæ ſequuntur: aut enim confirmant & fulciunt bonos, aut refutant & ſubvertunt adverſarios, & domeſticos quidem fidei illæ confirmant & corroborant.* Ita quidem interpretatur Joh. Jacobus Beurerus: quæ ſi vera eſſet verſio, omnino hæc verba non de Filio Dei, ſed de ſcriptura ſacra eſſent accipienda. In quam etiam ego ſententiam, re nondum accuratiùs examinata, ſum prolapſus: ſed nunc demum ex antecedentibus evidenter colligo, Chryſoſtomum per λόγον, intelligere λόγον ἐνυπόστατον, ac proinde integrum locum ſic reddo: *Ancipitem vocat hunc gladium, quia duplici utitur* (np. Filius Dei) *ſermone, altero quidem fulciente, altero verò deſtruente. Deſtruente quidem adverſarios, fulciente verò fidei domeſticos.* Unum ergo, poſt accurratum examen, invenio Cyrillum Alex. qui hæc ad λόγον ἔγγραφον refert, cùm tamen alibi frequentiſſimè ad τὸν ἐνυπόστατον referat; verba ejus in Cap. XIV. Zachariæ, pag. 798. poſtquam egiſſet περὶ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος λόγου, *de verbo ſalutaris prædicationis*, ſunt hæc ipſa Apoſtoli, Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτατος.

b. Alii verò ſummo conſenſu hæc non ad λόγον ἔγγραφον, ſed ad τὸν ἐνυπόστατον, diſpenſatorem omnium, quæ olim in antiquo Fœdere geſta ac dicta ſunt referre malunt. Quod & ipſa loci, inquit Cl. Heinſius, ratio poſtulare videtur: quale eſt, quòd κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας dicitur, aliaque ei tribuuntur, quæ parùm commodè de verbo ſcripto accipiuntur. Quis enim, ut nunc cætera omittam, verbum ſcriptum, καρδιογνώστην dicat? oculos quis illi tribuat? ut cùm ſequitur, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς, &c. Additur deinde, πρὸς ἡμῖν ὁ λόγος; ſubjungitur, ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, &c. Nam ut ſimul de Deo, τοῦ ἐγγράφου λόγου autore, loquatur, quod nonnulli videntur velle, id prorſus ἄτοπον. Sed audiamus veteres. Hoc modo intellexit Chryſoſtomus Homil. VII. in epiſt. ad Hebræos: quamvis enim ſatis obſcurè rem initiò proponat: tandem tamen dicit, Πάντα γυμνά, φησὶ, καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. *Omnia*

enim nuda & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis eſt ſermo. Sed ad quem ſermo? Ipſe indicat paulò pòſt, Εἶτα τοῦτο εἰπὼν, φοβερώτερον ἔτι τὸν λόγον ποιῶν, περὶ τοῦ Υἱοῦ διαλέγεται, καί φησι, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Ἀλλὰ τοῦ, αὐτῷ μέλλομεν δοῦναι εὐθύνας τῶν πεπραγμένων. *Deinde, poſtquam hoc dixiſſet, adhuc terribiliorem efficit orationem deq; Filio loquitur, & dicit,* Ad quem nobis eſt ſermo: *hoc eſt, cui reddemus rationem eorum, quæ geſſimus.* Theodoretus ad præſentem locum, pag. 412. hæc de Judice omnium interpretatur. Οὐδὲν δύναται λαθεῖν ἐκεῖνον τὸν ἀδέκαστον δικαστὴν, πάντα δὲ ἀκριβῶς ἐπίσταται, καὶ αὐτῶν τῶν λογισμῶν τὰ κινήματα· οἶδε τὰ ἐν τῷ σκότει γινόμενα, οἶδε τὰ κρύβδην τολμώμενα. *Nihil poteſt latere illum judicem incorruptum: perfectè autem ſcit omnia, etiam ipſarum cogitationum motus. Novit quæ fiunt in tenebris, novit quæ clanculum perpetrantur.* Theophylactus, pag. 908. dicit λόγον illum vocari λόγον ζῶντα, partim ὅτι ζῇ ἀεὶ, *quia ſemper vivit:* partim, ἵνα μὴ λόγον ἀκούσας, ῥῆμα ἀνυπόστατον νομίσῃς, ζῶν ἐστί, φησι, τουτέστιν, ὑφεστὼς καὶ ἐνεργὴς, *ne, cùm verbum audis, verbum, quod ſubſiſtentia caret, exiſtimes, vivum eſt, inquit, hoc eſt, ſubſiſtit & efficax eſt.* Hæc de Filio eum dicta velle, manifeſtum inde fit, quòd verbis Apoſtoli, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν τῆς καρδίας, ſubjicit, τὴν θεότητα ἐνταῦθα δηλοῖ τοῦ λόγου. Θεοῦ γὰρ τὸ ἀνακρίνειν, τουτέστιν, ἐτάζειν καὶ εἰδέναι τὰς ἐνθυμήσεις. *Divinitatem verbi hic innuit. Dei enim eſt judicare, hoc eſt, explorare ac noviſſe cogitationes.* Et mox: Ἵνα ἐναργέστερον δηλώσῃ πῶς εἰσι πάντα γυμνὰ καὶ φανερὰ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λόγου, λέξει ἐχρήσατο ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐκδερομένων προβάτων. *Ut clariùs patefaciat, quomodo ſint omnia nuda & aperta coram Deo verbo, voce uſus eſt per metaphoram ſumtam ab ovibus, quibus pellis eſt detracta.* Nec hujus tantùm Epiſtolæ expoſitiones ita ſentiunt: alii in ſuis ſcriptis eodem concedunt. Athanaſius Orat. III. contra Arianos, tom. I. pag. 406. perſpicuè, quando inter λόγον τοῦ Θεοῦ & λόγον ἀνθρώπων oppoſitionem hanc inſtituit: Θεός ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ· καὶ Θεὸς γὰρ ἦν, φησὶν ὁ λόγος· καὶ μὲν λόγοι τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ἰσχύουσιν εἰς ἐνέργειαν· διὸ καὶ οὐδὲ διὰ λόγων, ἀλλὰ διὰ χειρῶν ἄνθρωπος ἐργάζεται· ὅτι αὗται μὲν ὑπάρχουσιν, ὁ δὲ λόγος αὐτῶν οὐχ ὑφίσταται· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ζῶν ἐστιν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ κλ. *Deus eſt imago Dei: Erat enim verbum illud, inquit, Deus. Et verba quidem hominum nihil ſunt ad operationem: propterea neque per verba, ſed per manus homo operatur: quoniam hæ quidem exiſtunt, verbum verò eorum non exiſtit. Dei autem verbum, ut Apoſtolus inquit, vivum eſt,* &c. Et orat. ead. pag. 442. *Dum ſcriptura Filium diſtinguit ab operibus,* ἐνδείκνυσιν ὅτι τῶν ἔργων δημιουργός ἐστιν ἡ σοφία, καὶ οὐκ ἔργον· ταύτῃ τῇ διαστολῇ καὶ ὁ Παῦλος κέχρηται γράφων Ἑβραίοις, ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, &c. Ἰδοὺ γὰρ τὰ μὲν γενητὰ, κτίσιν ὠνόμασε· τὸν δὲ υἱὸν λόγον οἶδεν τοῦ Θεοῦ, *oſtendit operum creatorem eſſe ſapientiam, non opus. Hac diſtinctione etiam Paulus uſus eſt, ad Hebræos ſcribens:* Vivum enim eſt verbum Dei, &c. *Ecce enim facta quidem, vocavit creaturam: Filium verò verbum Dei eſſe novit.* Idem, de ſalutari adventu Chriſti contra Apollinarium, tom. I. pag. 645. Ὁ ἀπόστολος περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ λέγει. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, κλ. *Apoſtolus de Deitate ejus* (Filii) *dicit: Vivum enim verbum Dei,* &c. Succedat Cyrillus Alexandr. qui præſentem locum paſſim de Filio Dei explicat. Id facit lib. IX. de Adoratione, pag. 300. Poſtquam enim hæc Cap. IV. ad Hebr. verba adduxiſſet, ſtatim ſubjicit, φωτίζει δὴ οὖν καὶ ἐφορᾷ πάντα Χριστός. *Chriſtus igitur omnia illuminat & intuetur.* Lib. XIII. de Adorat. pag. 459. poſtquam multis de Chriſto egiſſet, addit: Ἔστι μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ζῶν τε καὶ ἐνεργὴς ὁ τοῦ πατρὸς λόγος, καὶ πρός γε τούτῳ ζωὴ, καὶ φῶς. *Eſt enim ſine controverſia vivum & efficax Patris verbum, & præterea etiam vita, & lux.* Idem, in Cap. XLI. Jeſajæ, pag. 532. de Filio Dei: Μὴ ἀπ᾽ ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, &c. *Num à me aliquid occultabitur? Eſt enim verè vivum Dei verbum & efficax.* Iterum in Cap. III. Zachariæ, pag. 678. Ὅτι δὲ μυρίοις ὄμμασιν ἐφορᾷ πάντα, καὶ ἐπισκέπτεται τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ἡ θεία τε καὶ ἀπόῤῥητος τοῦ υἱοῦ φύσις, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν, &c. *Divinam & ineffabilem Filii naturam noſtra omnia mille oculis intueri, & obſervare, nemo facilè dubitaverit: Vivum enim Dei verbum, & efficax, & penetrabilius omni gladio.* &c. Libro X. in Joh. ad v. 3. Cap. XV. pag. 871. Αὐτὸς ἐστιν ὁ ζῶν, καὶ τομώτατος αὐτοῦ λόγος, ὁ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς, &c. *Ipſe* (nempe Filius) *eſt vivum illud & acutiſſimum ejus* (Patris) *Verbum, pertingens uſque ad diviſionem animæ,* &c. Vide eundem lib. XV. de Adoratione, pag. 544. & in Theſauro. Aſſert. XV. p. 169. Eodem modo exponit Euſebius Pamphili in Actis Synodi Nicænæ, lib. II. Cap. XVIII. pag. 119. & Leontius, Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, ibid. parte II. Cap. XX. pag. 138. Cæſarius quæſt. ult. pag. 212.

De hoc autem λόγῳ diſtinctè ſequentia veniunt conſideranda:

א. *An rectiùs* Verbum *Latinè, an verò* ſermo *reddatur?* Rectè Lactantius Inſtitut. lib. IV. Cap. IX. *Sed meliùs Græci* λόγον *dicunt, quàm nos* verbum *ſive* ſermonem: λόγος *enim &* ſermonem *ſignificat &* rationem: *quia ille eſt vox & ſapientia Dei.* Vetus interpres in hac materia adhibet, *Verbum:* Eraſmus, Beza & Piſcator, *ſermo.* Primus fortè Eraſmus veterem hoc nomine reprehendit, quòd λόγον *Verbum* verterit. Quòdſi Patrum & antiquorum ſcriptorum teſtimonio ſtandum ſit, illi omnes multò frequentiùs & libentiùs, *Verbi*, quàm *ſermonis* vocabulo utuntur. Occurrit quidem aliquoties apud eos *ſermo*, pro λόγος, ſed tamen frequentior *Verbi* uſus. Interim non repudiandum eſt *Sermonis* vocabulum: at τὸν λόγον aptiùs & meliùs per *ſermonem*, quàm per *verbum* exprimi, hoc verò ex Patribus oſtendi nequit.

ב. *Cur ſecunda SS. Trinitatis perſona* λόγος *vocetur* Reſpondetur,

a. κατ᾽ ἄρσιν. Non ita vocatur, *quòd ſit:* ut ſtatuit Photinus, teſte Zonara ad Canon. I. Concilii Conſtantinop. pag. 68. Λόγος προφορικὸς, καὶ θεῖόν τι πρόσταγμα ὑπουργοῦν τῷ Θεῷ εἰς τὴν παραγωγὴν τοῦ παντὸς, ὡς ὄργανόν τι μηχανικὸν, *verbum externum, & divinum quoddam mandatum ſubſerviens Deo ad productionem totius univerſi, inſtar inſtrumenti mechanici.* Eadem Samoſateni impietas fuit, qui teſte Leontio de ſectis, Act. III. pag. 436. Οὐκ ἔλεγε τὸν αὐθυπόστατον λόγον γεγενῆσθαι ἐν τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ λόγον ἔλεγε τὴν κέλευσιν καὶ τὸ πρόσταγμα, τουτέστιν, ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς διὰ ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου ὃ ἐβούλετο, καὶ ἐποίει. *Non dixit verbum per ſe ſubſiſtens in Chriſto fuiſſe, ſed* λόγον *dixit eſſe juſſum & mandatum: hoc eſt, juſſit Deus per hominem illum quod volebat, & faciebat.*

b. Κατὰ θέσιν. Chryſoſtomus in Pſal. XLV. Υἱός ἐστι λόγος, ἀλλ᾽ οὐκ ἀνυπόστατος, ἀλλ᾽ ἵνα τὸ πρὸς τὸν πατέρα συγγενὲς μάθωμεν. *Filius eſt verbum, ſed non ſubſiſtentiam non habens, verùm ut diſcamus ejus cum Patre conjunctionem.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. I. Cap. IX.

Digitized by Google

IX. pag. 31. Λόγος καὶ ἀπαύγασμα λέγεται, διὰ τὸ ἄνευ συνδυασμοῦ, καὶ ἀπαθῶς, καὶ ἀχρόνως, καὶ ἀῤῥεύστως, καὶ ἀχωρίστως γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ πατρός. *Vocatur verbum & effulgentia, propterea quod ſine coitu, ſine paſſione, ſine tempore, ſine corruptione, & inſeparabiliter ex Patre genitus eſt.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. tom. V. vocatur λόγος, ὅτι ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἐτέχθη· ὥσπερ γὰρ ὁ λόγος ὁ ἐμὸς ἀπὸ τῆς ψυχῆς μου γεννᾶται, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἐτέχθη. *Verbum, quoniam à Patre genitus eſt. Quemadmodum enim verbum meum ex animo meo generatur, ita etiam Filius à Patre genitus eſt.* Theodoretus in Epitome divinorum Decretorum, Cap. II. pag. 256. Ὁ λόγος δηλοῖ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως· ἵνα γὰρ μὴ υἱὸν ἀκούοντες εἰς ἀνθρωπίνας καταπέσωμεν ἐννοίας, καὶ νομίσωμεν παραπλησίως ἡμῖν γεννηθῆναι τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν, λόγον αὐτὸν προσηγόρευσε· ταύτῃ διδάσκων ὡς ἡ γέννησις ἐκείνη πάθους παντὸς ἐλευθέρα· οὐδὲ γὰρ ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος, ὠδίνων τὸν λόγον, δεῖται τῆς τοῦ θήλεως κοινωνίας, ἢ ῥεῦσιν, ἢ τομήν τινα ὑπομένει· ἀλλὰ τέλειος ὤν, τέλειον ἀποτελεῖ τὸν λόγον. Verbum *impatibilem fuiſſe generationem ſignificat. Ne enim filium audientes in humanas incideremus cogitationes & crederemus eodem quo nos modo genitum fuiſſe univerſorum opificem,* Verbum *illum appellavit: ſic docens, generationem illam ab omni paſſione liberam fuiſſe. Nec enim mens noſtra verbum parturiens opus habet conjunctione fœminæ, vel ſectionem, fluxionemq; aliquam patitur, ſed ſicut perfecta eſt, perfectum efficit verbum.* Gregorius Nyſſenus orat. II. tom. II. pag. 27. eodem ferè modo rem proponit. Dicit enim; Γεννᾶται ὁ λόγος ἐν τῇ καρδίᾳ γέννησίν τινα ἀκατάληπτον καὶ ἀσώματον, καὶ μένει ἔνδον ἀχώριστος, καὶ γεννᾶται δευτέραν γέννησιν σωματικὴν διὰ χειλέων, καὶ τότε τοῖς πᾶσι γνωρίζεται· τῆς δὲ γεννησαμένης αὐτὸν ψυχῆς οὐ χωρίζεται, ἵνα διὰ τοῦ λόγου τῶν δύο ἡμῶν γεννήσεων σαφῶς τὰς δύο τοῦ Θεοῦ λόγου γεννήσεις κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν μάθωμεν· γεγέννηται γὰρ ἀοράτως καὶ ἀνερμηνεύτως, ἀκαταλήπτως ἐκ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων· καὶ ἦν ἄγνωστος ὡς ἔν τινι ψυχῇ πρὸς τὸν πατέρα, ἕως ὥσπερ ἐκ καρδίας τινὸς τῆς ἁγίας παρθένου ἀφθόρως καὶ ἀσπόρως γεγέννηται κατὰ σάρκα, καὶ ἐνεφανίσθη τῷ κόσμῳ, μὴ χωρισθεὶς τῆς πατρικῆς κρυφίας οὐσίας τοῦ γεννήτορος Θεοῦ. *Generatur in corde verbum generatione quadam incomprehenſibili atq; incorporea, manetq; intus incognitum, ac ſecunda generatione corporea per labia generatur, tuncq; omnibus innoteſcit: ab anima tamen, quæ ipſum genuit, non avellitur; ut per duplicem verbi noſtri generationem manifeſtè duas Dei verbi generationes ſecundùm imaginem & ſimilitudinem ediſcamus. Genitus enim eſt inviſibili, & inexplicabili atque incomprehenſibili ratione ex Patre ante ſecula: eratq; incognitus, tanquam in anima quadam, apud Patrem: quousq; tanquam ex corde quodam ex ſancta Virgine, ſine corruptione, ſine ſemine, ſecundùm carnem generatus eſt, mundoq; ſe prodidit, nihil ab occulta Dei genitoris paterna ſubſtantia ſeparatus.* Baſilius M. in initium Evangelii Johannis, pag. 506. Διὰ τί λόγος; ἵνα δειχθῇ ὅτι ἐκ τοῦ νοῦ προῆλθε. Διὰ τί λόγος; ὅτι ἀπαθῶς ἐγεννήθη. Διὰ τί λόγος; ὅτι εἰκὼν τοῦ γεννήσαντος, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν γεννήσαντα, οὐδὲν ἐκεῖθεν ἀπομερίσας, καὶ τέλειος ὑπάρχων καθ' ἑαυτόν· ὡς καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ὅλην ἡμῶν ἀπεικονίζει τὴν ἔννοιαν· ἃ γὰρ κατὰ καρδίαν ἐνενοήσαμεν, ταῦτα τῷ ῥήματι προηνέγκαμεν· καὶ ἔστι τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ νοήματος ἀπεικόνισμα τὸ λαλούμενον -- λόγον οὖν εἶπεν, ἵνα τὴν ἀπαθῆ σοι γέννησιν τοῦ πατρὸς παραστήσῃ, καὶ τὴν τελείαν ὕπαρξίν σοι τοῦ υἱοῦ θεολογήσῃ, καὶ τὴν ἄχρονον συνάφειαν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα διὰ τούτων ἐνδείξηται. *Cur* Verbum? *ut quod ex mente procedit, oſtendatur. Cur* verbum? *Quoniam citra paſſionem genitum eſt. Cur* verbum? *Quoniam imago eſt genitoris, totum in ſe monſtrans genitorem, nullam inde partem deducens, & perfectum in ſe exiſtens: quemadmodum verbum noſtrum, quod totius noſtræ cogitationis imaginem refert. Quæ enim ſecundùm cor cogitavimus, hæc verbo proferimus, & quod loquimur, exemplar habet ejus, quod corde cogitamus.* -- Verbum *itaq; dixit, ut paſſionis expertem Patris generationem oſtendat, & perfectam Filii ſubſtantiam te doceat, & conjunctionem ſine tempore Filii ad Patrem per hæc demonſtret.* Vide ibidem plura. Chryſoſtomus Homil. CXVI. tom. V. pag. 747. Ἐπειδὰν ἀπαθὴς ἡ τοῦ λόγου γέννησις, λόγον λέγει, ἵνα ἀπὸ τῶν κατὰ σὲ τὰ ὑπὲρ σὲ παιδεύσῃ, ὅτι ὥσπερ ὁ νοῦς γεννῶν τὸν λόγον οὐ πάθει γεννᾷ, οὐ τέμνεται, οὐ ῥεῖ, οὔτε ἄλλο τι τῶν σωματικῶν ὑφίσταται· οὕτω καὶ ἡ θεία καὶ ἀπαθὴς γέννησις ἄφραστος, καὶ ἀκατάληπτος, οὐ τεμνομένη, οὐ μεριζομένη, ἀλλ' ὑπὸ μὲν τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀπίστων αἱρετικῶν τεμνομένη κακῶς, ὑπὸ δὲ τῆς εὐσεβείας ἑνουμένη καλῶς· διὰ τί τοῦτο παρῃτήσατο ὁ εὐαγγελιστής, καὶ οὐκ εἶπεν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ υἱός; ἵνα μὴ ἡ τοῦ υἱοῦ προσηγορία πάθους γέννησιν εἰσαγάγῃ· ἀλλὰ λέγει αὐτὸν λόγον, ἵνα τὸ ἀπαθὲς παραστήσῃ τῆς γεννήσεως· καὶ ἵνα μὴ προφορικὸν λόγον νομίσῃς, ἐπήγαγε. Καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· ἵνα ἀπὸ τοῦ μὲν λόγου τὸ ἀπαθὲς, ἀπὸ δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀξίαν νοήσῃς. *Quoniam verbi generatio omnis paſſionis eſt expers,* Verbum *appellat, ut ex iis quæ in te cernuntur, ea quæ longè à ſenſu tuo remota ſunt, percipias. Nam quemadmodum mens noſtra ſermonem vel verbum generans, nulla id paſſione facit: non enim ſecatur, neq; fluit, neq; quidquam eorum, quæ corporeis rebus eveniunt, ſuſtinet: ſic etiam divina & paſſionis expers ineffabilis & incomprehenſibilis generatio non ſecatur, non in partes diſtribuitur; ſed ab impiis quidem & infidelibus hæreticis improbè diſcerpitur; à piis verò bene unitur. Quare verò eam loquendi rationem repudiavit, nec dixit,* In principio erat Filius? *Ne Filii appellatio cum paſſione quadam conjunctam generationem introduceret: ſed eum appellat* verbum, *ut ſine paſſione factam oſtenderet generationem: & ne verbum ore prolatum exiſtimares, ſubjecit.* Et verbum erat Deus, *ut ex vi* Verbi *perpeſſionis vacuitatem, ex voce verò* Deus *dignitatem ejusdem cognoſceres.* Gregorius Nazianzenus orat. XXXVI. pag. 590. tres reddidit rationes, cur Filius Dei λόγος vocetur. Prima eſt: Ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, ὡς πρὸς νοῦν λόγος· οὐ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς, καὶ τὸ ἐξαγγελτικόν. *Quia ita ſe habet ad Patrem, ut ſermo ad mentem, non modò propter generationem paſſionis omnis expertem, verùm etiam propter conjunctionem ipſius cum Patre, vimq; enunciatricem.* Secunda: Τάχα δ' ἂν εἴποι τις, ὅτι καὶ ὡς ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον, ἐπειδὰν καὶ τοῦτο λέγεται λόγος· ὁ γὰρ νενοηκώς φησι τὸν υἱόν, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἑωρακώς, νενόηκε τὸν πατέρα, καὶ σύντομος ἀπόδειξις καὶ ῥᾳδία τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως, ὁ υἱός· γέννημα γὰρ ἅπαν τοῦ γεγεννηκότος σιωπῶν λόγος. *Fortaſſe etiam, quia eodem modo ſe ad Patrem habet, quo definitio ad definitum. Nam definitio quoque* λόγος *dicitur. Qui enim Filium cognovit, ait Chriſtus* (*hoc enim ſignificat,* Qui vidit) *Patrem quoq; cognovit: ac brevis, & compendioſa faciliſq; paternæ naturæ declaratio, eſt Filius. Omne enim quod genitum eſt, genitorem ſuum tacita quadam voce definit.* Ad hæc verba ſic Elias Cretenſis: *Ut enim definitio naturam rei definitæ declarat, ſic & ſubſiſtens* Dei verbum *naturam Patris demonſtrat. Ajunt etiam Dionyſius & Baſilius ob eam cauſam Chriſtum* λόγον *dici, quod Patris imago ſit, eumq; totum in ſe repræſentet, quemadmodum & ſermo totam noſtram cogitationem.* Tertia: Εἰ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐνυπάρχειν τοῖς οὖσι λέγοι τις, οὐχ ἁμαρτήσεται τοῦ λόγου· τί γάρ ἐστιν, ὃ μὴ λόγῳ συνέστηκε; *Quòd ſi quis etiam, quia rebus omnibus inſit,* λόγον *vocari contendat, à ratione non aberrabit. Quid enim eſt, quod non* Verbo *conditum ſit?*

Digitized by Google

Theophylactus in Cap. I. Johannis, pag. 556. itidem tres affert cauſas. Primam ſic proponit: Λόγον αὐτὸν ἐκάλεσεν, ἵνα σὺ μάθῃς, ὅτι ὥσπερ ὁ λόγος γεννᾶται ἐκ τοῦ νοὸς ἀπαθῶς, οὕτω καὶ οὗτος ἐγεννήθη ἐκ τοῦ πατρὸς ἀπαθῶς. Verbum *ipſum vocavit, ut diſcas, quòd ſicut verbum gignitur ex mente ſine paſſione, ita & hic à Patre natus eſt absq; ulla paſſione.* Secunda eſt: Ἐπειδὰν τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῖν ἀπήγγειλεν, ὥσπερ καὶ πᾶς λόγος τὰ τοῦ νοὸς ἀπαγγέλλει βουλεύματα. *Quia paterna nobis annunciavit, quemadmodum omne verbum mentis cogitationes annunciat.* Tertia: Ἵνα δείξῃ αὐτὸν συναΐδιον τῷ πατρὶ ὄντα. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν νοῦν ὄντα ποτὲ χωρὶς λόγου, οὕτως οὐδὲ τὸν πατέρα καὶ τὸν Θεὸν χωρὶς υἱοῦ. *Ut oſtendat coæternum eſſe Patri Filium. Sicut enim dici nequit, mentem aliquando eſſe absque verbo, ita neq; Patrem & Deum absq; Filio.* Eædem rationes afferuntur in Appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139. Epiphanius hæreſi LXXIII. pag. 366. Λόγος ὀνομάζεται ἐπειδὴ ἑρμηνεύς ἐστι τῶν τοῦ Θεοῦ βουλημάτων. Verbum *nominatur, quoniam Dei decreta nobis explicat.* Dionyſius Areopagita Cap. VII. de div. Nominibus, num. IV. pag. 607. Λόγος ὁ Θεὸς ὑμνεῖται πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων, οὐ μόνον ὅτι καὶ λόγου καὶ νοῦ καὶ σοφίας ἐστὶ χορηγὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰς πάντων αἰτίας ἐν ἑαυτῷ μονοειδῶς προείληφε, καὶ ὅτι διὰ πάντων χωρεῖ διϊκνούμενος. *Deus* Verbum *prædicatur à Scripturis, non ſolùm quia rationis & mentis & Sapientiæ largitor eſt, ſed quia cauſſas omnium in ſe ipſo uniformiter anticipavit; & quia per omnia meat.* Vide etiam Pachymeræ ad hunc locum paraphraſin, pag. 618. Iſidorus Peluſiota Epiſt. CXLI. lib. III. pag. 312. Εἰκότως λόγος προσαγορεύεται, οὐχ ὅτι λόγος μόνον ἐστὶ, καὶ τοῦ πατρὸς ἑρμηνευτὴς, ὥς τινες οἴονται· ἀλλ' ὅτι καὶ θᾶττον ἢ λόγος δημιουργεῖ, καὶ ἀπαθῶς ἐτέχθη. Λόγος δ' ὢν, ἐνυπόστατός ἐστι, καὶ οἰκείαν ἰδιότητα ἔχει. *Meritò* Verbum *appellatur, non quòd verbum ſolùm ſit, ac Patris interpres, ut quibusdam placet, verùm quia dicto etiam citiùs operatur, ac citra perpeſſionem ullam genitus eſt.* Verbum *autem cùm ſit, ſubſiſtens quiddam eſt, ac peculiarem proprietatem habet.* Theodorus, Ancyræ Epiſcopus, in Actis Epheſinis pag. 262. Λόγος εἴρηται ὁ μονογενὴς, ἑρμηνευούσης τῆς θείας γραφῆς τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς γεννήσεως· ἐπειδὴ καὶ νοῦς ἀνθρώπων ἀπαθῶς τίκτει τὸν λόγον. Verbum *vocatur unigenitus* Dei Filius, *quia hac ratione divina Scriptura explicat generationem ejus ſine paſſione factam: quoniam hominum quoq; mens citra paſſionem verbum progignit.* Atque hæc paulò fuſiùs in honorem τοῦ λόγου proponere libuit: de cujus generatione æterna jam quædam attigimus in voce Γέννησις, ſub numero IV.

ℶ. *Varia Filii Dei, quatenus* Verbum *appellatur, epitheta.* Quædam ſuprà produximus ad lit. *D.* Adjicimus hic inſuper ſequentia. Clementi Alex. in Admonit. ad Gentes, pag. 68. dicitur ὁ καθάρσιος, καὶ σωτήριος καὶ μειλίχιος, ὁ θεῖος λόγος, ὁ φανερώτατος ὄντως Θεὸς, ὁ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων ἐξισωθεὶς. *Expurgans, ſalutare, benignum & clemens, Verbum divinum, quod revera Deus manifeſtiſſimus, univerſorum Domino exæquatus.* Et Pædag. lib. III. Cap. VIII. pag. 239. vocatur ὁ παντεπόπτης λόγος, ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν ἀνόσια δρῶντας· ὁ ἄγρυπνος τῆς ἀνθρωπότητος φύλαξ. *Verbum quod omnia videt, quod latere non poſſunt, qui nefaria perpetrant: vigilans humanæ naturæ cuſtos.* Apud Juſtinum M. in Paræneſi, pag. 31. vocatur λόγος ἀχώριστος δυνάμει τοῦ πατρὸς, *Verbum potentiâ à Patre indiſcretum.* Apol. II. pro Chriſtianis, pag. 161. λόγος πρωτότοκος τοῦ Θεοῦ, *primogenitum Dei Verbum.* In Dialogo cum Tryphone, pag. 102. λόγος ἀνδρωθεὶς, *Verbum incarnatum.* À Chryſoſtomo Homil. CXXIV. tom. V. pag. 816.

συνάναρχος τοῦ πατρὸς λόγος, *Verbum ſimul cum Patre principio carens*, vel *æternum.* À Greg. Nazianzeno Orat. XXXVIII. pag. 620. Ὁ προαιώνιος λόγος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχὴ, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου κάλλους, ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ πατρὸς λόγος καὶ ὅρος. *Illud ſeculis antiquius Verbum, illud inviſibile, illud incomprehenſibile, illud incorporeum, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expreſſio, illud immotum ſigillum, illa per omnia ſimilis imago, illud Patris Verbum & terminus.* Ab Euſebio, hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. III. pag. 3. a. ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος τοῦ Θεοῦ λόγος, *divinum & cæleſte Dei Verbum.* Ibid. Cap. IV. pag. 3. b. ἔνθεος καὶ οὐράνιος λόγος, *divinum & cæleſte Verbum.* Ab Iſidoro Peluſ. Epiſt. CCCXXIX. lib. III. pag. 384. ὁ πατρῷος λόγος, *Verbum paternum.* Ab Origene, lib. II. contra Celſum, pag. 63. ὁ ἔμψυχος λόγος, *Verbum animatum.* Facit hoc epitheton contra eos, qui negârunt λόγον in Incarnatione aſſumſiſſe Ψυχὴν; de quibus paulò pòſt.

ℸ. Hic commodè ſatis tractari poteſt *doctrina de tremendo Incarnationis myſterio*, quia Joh. I. 14. Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, *Verbum illud caro factum eſt.* Ubi obſervamus,

α. Varia ejus *nomina.* Appellatur Οἰκονομία, vel ſimpliciter, vel cum variis epithetis: Σάρκωσις, Ἐνανθρώπησις, Ἐνσωμάτωσις, Ἐπιδημία, Ἐνδημία, Παρουσία, Κάθοδος, Κατάβασις, Πάροδος, Εἴσοδος, Ἔλευσις, Κατέλευσις, Θεοπλασία, Ἀνδρικὴ Θεουργία, Γένεσις, Ἐπιφάνεια, Θεοφάνεια, &c. de quibus omnibus ſuis agitur locis.

β. *Cur* λόγος, ſeu ſecunda SS. Trinitatis perſona, *carnem aſſumſerit.* Vide in Υἱός.

γ. *Varias circa Incarnationem hæreſes*; quas ad quatuor Claſſes referimus.

1. *Claſſis* eos comprehendit Χριστομάχους, qui de natura & veritate humanitatis Chriſti errârunt; quorum,

a. *alii* carnem Chriſti non veram, ſed putativam & phantaſticam eſſe, adeoque Chriſtum non verè paſſum eſſe aſſerebant. Ignatius in Epiſt. ad Tarſenſes & Smyrnenſes, docet, *quosdam dixiſſe, Chriſtum* δοκήσει *tantùm genitum, &* δοκήσει *tantùm crucifixum eſſe.* De iisdem Chryſoſtomus Homil. IV. in Epiſt. ad Hebræos: Dixerunt, Chriſtum δοκήσει παραγενέσθαι, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ, *opinione tantùm veniſſe, non verè.* Iterum Ignatius in Epiſt. ad Trallianos, pag. 12. Τινὲς, ἄθεοι ὄντες, τοῦτ' ἔστιν, ἄπιστοι, λέγουσι τὸ δοκεῖν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀληθῶς ἀνειληφέναι σῶμα· καὶ τῷ δοκεῖν τε τεθνηκέναι, πεπονθέναι οὐ τῷ ὄντι. *Quidam athei, id eſt, increduli, ajunt, ipſum ſola opinione hominem natum eſſe, non autem revera corpus aſſumſiſſe: & opinione mortuum, non autem verè paſſum.* Hæreſin hanc fovebant varii. Simon, Menander, Marcion, Valentinus, Baſilides, Bardeſanes, Cerdo, Manes ἠρνήθησαν ἄντικρυς τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ, *prorſus negârunt humanam Chriſti naturam*; ut monet Theodoretus in Ἀσυγχύτῳ. Idem, Hæret. fabul. lib. V. Cap. XI. pag. 278. Cerdo, Marcion, & Manes ὡς ἄνθρωπον φανῆναι τὸν Χριστὸν ἔφασαν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα, *Chriſtum tanquam hominem apparuiſſe dixerunt, cùm humanum nihil haberet.* Idem, Epiſt. CIV. pag. 975. Simon, Baſilides, Valentinus, Manes, Bardeſanes, Marcion μόνον Θεὸν ἀποκαλοῦσι τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα, ἀλλὰ φαντασίᾳ καὶ δοκήσει φανέντα τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον, *Deum tantummodo appellant Chriſtum Dominum,*

Digitized by Google

ninum, qui humani habeat nihil, ſed phantaſiâ & opinione velut homo apparuerit hominibus. Et Epiſt. CXLV. pag. 1024. de Simone, Menandro, Cerdone & Marcione, παντάπασιν ἀρνοῦνται τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν μυθολογίαν ἀποκαλοῦσι. *Penitus negant Incarnationem, nativitatemq; ex Virgine fabulam vocant.* Theorianus legat. Armen. pag. 180. Marcion, Manes, Valentinus docuerunt, δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ψιλῇ Χριστὸν ὀφθῆναι ἄνθρωπον, οὐ μὴν ἀληθείᾳ καὶ κατὰ φύσιν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγονέναι, *opinione tantùm & nuda phantaſiâ hominem fuiſſe viſum Chriſtum, non autem verè & naturâ ipſum hominem fuiſſe.* Saturnilus quoque, referente Theodoreto hæret. fabul. lib. I. Cap. III. pag. 194. Τὸν σωτῆρα καὶ κύριον οὐκ ἀγέννητον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγέννητον ἔφησε, καὶ ἀσώματον, καὶ ἀνείδεον· φαντασίᾳ δὲ μᾶλλον, οὐκ ἀληθείᾳ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανῆναι, *Salvatorem & Dominum non ſolùm non factum eſſe dixit, ſed etiam ingenitum, & incorporeum, & informem: ſpecie autem potiùs quàm rei veritate hominibus apparuiſſe.* De Marcionitis in ſpecie hoc etiam teſtatur Theodoretus, hæret. fabul. lib. I. Cap. XXIV. pag. 210. 211. Ita de Baſilide idem Theodoretus, hæret. fab. lib. I. Cap. IV. pag. 195. qui etiam hoc inſuper addit: Παθεῖν δὲ τοῦτον οὐδαμῶς λέγει, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον ὑπομεῖναι τὸ πάθος, νομισθέντα εἶναι Χριστόν. *Hunc autem* (Chriſtum) *minimè paſſum eſſe ait, ſed Simonem Cyrenæum paſſionem ſuſtinuiſſe, cùm Chriſtus eſſe putaretur.* Id ipſum teſtatur Epiphanius hæreſi XXIV. pag. 36. De Manichæis etiam in ſpecie videri poteſt Theodorus Presbyter de Incarnatione Domini, pag. 230. Theodoretus hæret. fab. lib. I. Cap. XXVI. pag. 213. Socrates hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. XXII. pag. 185. a. Photius Epiſt. ultimâ, pag. 381. Leontius de Sectis, Act. III. pag. 434. De Cerdone videatur Epiphanius hæreſi XLI. pag. 134. qui disertè aſſerit, eum docuiſſe, μὴ εἶναι τὸν Χριστὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας, μηδὲ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι, ἀλλὰ δοκήσει ὄντα, καὶ δοκήσει πεφηνότα, δοκήσει δὲ τὰ ὅλα πεποιηκότα, *Chriſtum non eſſe natum ex Maria, neq; in carne apparuiſſe, ſed opinione tantùm fuiſſe, & opinione apparuiſſe, opinione quin etiam omnia feciſſe.* Huc quoque referri debent Gnoſtici, qui, referente eodem Epiphanio, hæreſi XXVI. pag. 45. docuerunt, μὴ εἶναι Χριστὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον· σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ' ἢ μόνον δόκησιν εἶναι, *Chriſtum non eſſe natum ex Maria, ſed per Mariam oſtenſum: carnem verò ipſum non aſſumſiſſe, ſed ſpeciem tantùm fuiſſe*, ſeu illuſionem. Vide etiam in voce Γνωστικὸς, num. II. 3. ad lit. *f.* De hac hæretica ſententia ex Latinis Patribus videri poſſunt Tertull. de præſcript. adv. Hæreticos, Cap. XLVI. Cap. LI. Auguſtinus lib. de Hæreſibus ad Quodvultdeum, hæreſi XLVI. Hi omnes propter hæreſin ſuam à Theophylacto vocantur Φαντασιοδοκῆται, de quo ſuo loco.

Chriſtum autem *veram ex B. Virgine carnem aſſumſiſſe*, infinitis ex Antiquitate teſtimoniis probari facilè poſſet: uno & altero contenti erimus. Greg. Nazianzenus Orat. XXXVIII. pag. 613. eleganter: Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ὁ λόγος παχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, ὁ ἀναφὴς ψηλαφᾶται, ὁ ἄχρονος ἄρχεται, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται. *Carnis expers incarnatur: Verbum craſſeſcit: inviſibilis cernitur: intactilis tangitur: tempore vacans initium ſumit: Filius Dei, fit filius hominis.* Theophylactus in Cap. I. Joh. pag. 567. contra hos hæreticos ita ſcribit: Ἀκουέτωσαν, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ εἶπεν, ὅτι σὰρξ ἐφαντάσθη, ἢ ἔδοξεν, ἀλλ' ὅτι ἐγένετο ἀληθείᾳ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ οὐ φαντασίᾳ. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἀνόητον πιστεύειν, ὡς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀλήθεια ὢν καὶ λεγόμενος, ἐψεύσατο τὴν ἐνανθρώπησιν. *Audiant*, Verbum caro factum eſt, *non dicit quòd apparenter fuerit caro, ſed quòd fuerit veritas & ſubſtantia, non verò phantaſia. Abſurdum enim & ſtultum eſſet credere, Filium Dei, qui veritas eſt & dicitur, incarnationem eſſe mentitum.* Idem etiam patet ex eo, quod veteres tradunt *de formatione corporis in utero B. Virginis*, quam plerique *ſucceſſivam*, pauciſſimi *momentaneam* ſtatuunt. *Succeſſivam* fuiſſe docet Chryſoſtomus Homil. VIII. in Matth. pag. 52. Οὐδὲ ἁπλῶς ναὸς πλάττεται, ἀλλὰ καὶ κύησις γίνεται, καὶ ἐννεαμηναῖος χρόνος, καὶ ὠδῖνες, καὶ τόκος, καὶ γαλακτοτροφία. *Neq; ſimpliciter templum formatur, ſed & tumor uteri cernitur, & novem menſium tempus volvitur, & ipſe partus abſolvitur cum dolore, & nutrimentum lactis adhibetur.* Ignatius in Epiſt. ad Trallenſes, pag. 13. Ἐκυοφορήθη ὡς καὶ ἡμεῖς, χρόνων περιόδοις· καὶ ἀληθῶς ἐτέχθη, ὡς καὶ ἡμεῖς· καὶ ἀληθῶς ἐγαλακτοτροφήθη, καὶ τροφῆς κοινῆς καὶ ποτοῦ μετέσχεν, ὡς καὶ ἡμεῖς. *In utero geſtatus eſt, ut & nos, certis temporum curriculis: & verè natus eſt, ſicut & nos; & verè lacte nutritus eſt, & cibo potuq; communi uſus eſt, ſicut & nos.* Chryſoſtomus, Homil. XXXIV. tom. V. pag. 218. *Chriſtus voluit* εἰς μήτραν ἐλθεῖν παρθενικὴν, καὶ ἐννεαμηναῖον κυοφορηθῆναι χρόνον, καὶ γαλακτοτροφηθῆναι, καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάντα παθεῖν, *in uterum venire virginalem, & novem menſium ſpatio in utero geſtari, & lacte nutriri, & humana omnia pati.* Sunt etiam, qui *momentaneam* ſtatuunt. Ita Baſilius M. Orat. de generatione Chriſti humana, pag. 589. ad illa Matth. I. 20. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου, ita ſcribit: Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν τῆς σαρκὸς ἡ σύστασις ἐγένετο τῷ κυρίῳ· εὐθὺς γὰρ τέλειον ἦν τῇ σαρκὶ τὸ κυοφορούμενον, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν διαπλάσεσι μορφωθὲν, ὡς δηλοῖ τὰ ῥήματα. Οὐ γὰρ εἴρηται, τὸ κυηθὲν, ἀλλὰ, τὸ γεννηθέν. *Hinc manifeſtum eſt, non ſecundum communem modum carnis conſtitutionem Domino fuiſſe. Conceptum namq; illicò perfectum fuit, non per intervalla paulatim formatum, ut verba declarant: non enim dicitur, Quod in ea conceptum eſt, ſed, quod in ea natum eſt.* Ita etiam Damaſcenus Orthod. fidei lib. III. Cap. II. pag. 177. dicit οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτίζεσθαι τὸ σχῆμα, ἀλλ' ὑφ' ἓν τετελειῶσθαι, *non paulatim per additamenta figuram fuiſſe completam, ſed ſimul abſolutam.*

b. *Alii* dixerunt, Chriſtum ſideream & aëream carnem habuiſſe & de ſideribus & de ſubſtantiis ſuperioris mundi contextam. Hæc impia fuit doctrina *Apellis*, Marcionis diſcipuli, teſte Tertulliano de Præſcriptionib. Cap. LI. pag. 343. Hujus ſequaces idem appellat *Apellitianos* lib. de carne Chriſti, Cap. VIII. Epiphanio Ἀπελλιανοὶ, *Apellejani* dicuntur, hæreſi XLIV. pag. 166. Ibid. pag. 167. hanc hæreſin deſcribit. De eodem ſic Theodoretus hæret. fabul. lib. I. Cap. XXV. pag. 211. Τῷ Χριστῷ περιτέθεικε σῶμα, οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ κόσμου οὐσίας. *Chriſto corpus attribuit, non humanum, ſed de mundi ſubſtantia:* id eſt, ex quatuor elementis & ſiderea quadam materia compactum. Vide etiam Auguſtinum de hæreſibus ad Quodvultdeum, Cap. XXIII. ubi *Apellitæ* vocantur.

c. *Alii* Chriſtum in ſubſtantia corporis noſtri non fuiſſe, ſed ſpiritale neſcio quod corpus de cœlo deferentem, quaſi aquam per fiſtulam, ſic per Mariam transmeâſſe, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem, docuerunt. Ita Valentinus & Valentiniani. Photius Epiſt. ult. pag. 381. de Valentino: Κενοφωνεῖ, οὐκ ἐκ τῶν παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα παγῆναι, κάτω δὲ τῆς εὐσεβείας πεσὼν, ἄνωθεν αὐτῷ πόθεν κατασκευάζει τὸ σῶμα. *Fatuè deblaterat, carnem Verbo unitam, non è puriſſimo Virginis ſanguine ſolidatam, ſed ipſe deorſum à pietate recidens,*

cidens, de cælo ſurſum corpus ei deducit. Epiphanius hæreſi XXXI. pag. 79. *Docuerunt, Chriſtum* ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς παρθένου διεληλυθέναι· μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι, *ſurſum corpus attuliſſe, & quemadmodum aqua per fiſtulam tranſit, ita illud per Mariam tranſiviſſe: nihil verò ex utero virginali accepiſſe.* Theodoretus præfat. in Dial. I. qui ἄτρεπτος inſcribitur, pag. 2. dicit *Valentinum & Bardeſanem* τὴν ἐκ παρθένου μὲν γέννησιν ὁμολογεῖν, παροδικὴν δὲ ταύτην γενέσθαι λέγειν, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς παρθένου τὸν Θεὸν λόγον λαβεῖν, *ex Virgine quidem nativitatem confiteri, ſed eam trajectitiam fuiſſe dicere, nec Deum Verbum quicquam ex Virgine ſumſiſſe.* Id ipſum de eodem teſtatur hæret. fab. lib. V. Cap. XI. pag. 278. Synodus verò Romana ſub Papa Victore, anno Chriſti CCXLIX. celebrata, ut eſt in Libello Synodico, damnavit Valentinum, τὸν οὐράνιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντα, *qui corpus Chriſti cæleſte aſſerebat.* Eandem hæreſin defendit *Eutyches*, de quo Theodorus Presbyter de Incarnatione Domini, pag. 235. quòd dixerit, ἐξ οὐρανοῦ κατηνέχθαι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου παραδραμεῖν τὸν Θεὸν λόγον, οὐρανόθεν τοῦτο ἐνδεδυμένον, *è cælo delatum fuiſſe corpus Domini, & tanquam per canalem per Virginem tranſmeaſſe Deum Verbum, cælitus eo indutum.* Thodoretus hæret. fab. lib. IV. Cap. XIII. pag. 246. de eodem, eum aſſeruiſſe, Chriſtum τὴν πάροδον μόνην διὰ τῆς παρθένου ποιήσασθαι, *per Virginem tantummodo tranſiviſſe.* Eodem prolapſus Apollinaris. Sic namque de eo Greg. Nazianzenus Orat. XLVI. pag. 722. Διαβεβαιοῦται, πρὶν τοῦ κατελθεῖν αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα, ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔχων ἐτύγχανε, προαιώνιόν τινα καὶ συνουσιωμένην. *Affirmat, eum, antequam deſcendiſſet, Filium hominis eſſe, ac deſcendentem carnem ſuam ſecum advexiſſe, eam nempe, quam in cælis habuerit, anteſecularem ſcilicet eſſentiæq; ſuæ inſitam.* Vide eundem Orat. LI. pag. 740. Clarius adhuc Leontius de Sectis, Sect. IV. pag. 560. de eodem: *Dixit*, τὴν σάρκα ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Κύριον ἔχοντα, ὡς διὰ σωλῆνος, οὕτως ἐλθεῖν διὰ τῆς παρθένου, *hanc carnem è cælo habentem Dominum, quaſi per canalem, ita veniſſe per virginem.* In hanc improbam mentem, propterea ſe abduci paſſus fuit, quia Scriptura Chriſtum vocat ἄνθρωπον & κύριον ἐξ οὐρανοῦ. Sed male, ut docuimus in voce Ἐπουράνιος. Adde etiam ſequentia. Cyrillus Jeroſol. Catech. Illum. IV. & hanc, & primam hæreſin ita refutat: Πίστευε, ὅτι οὗτος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐξ οὐρανῶν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν ὁμοιοπαθῆ ταύτην ἡμῖν ἀναλαβὼν ἀνθρωπότητα, καὶ γεννηθεὶς ἐξ ἁγίας παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ δοκήσει καὶ φαντασίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως γενομένης, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ· οὐδ᾽ ὥσπερ διὰ σωλῆνος διελθὼν τῆς παρθένου· ἀλλὰ σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς ἀληθῶς, φαγὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς· καὶ πιὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς. Εἰ γὰρ φάντασμα ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. *Crede hunc unigenitum Dei Filium, propter noſtra peccata de cælis in terram deſcendiſſe, aſſumta humanitate iiſdem affectibus obnoxia, quibus noſtra: ex ſancta Virgine & Spiritu ſancto natum eſſe, non opinione & phantaſia hominem factum, ſed revera: neq; per Virginem, quaſi per canalem tranſiiſſe, ſed veram carnem ab ea habuiſſe, verè comedentem ut nos comedimus, verè bibentem ut nos bibimus. Nam ſi humanæ naturæ aſſumtio phantaſma & imaginatio fuit, phantaſma quoq; ſalus eſt.* Eum non per Virginem, quaſi per canalem, tranſiviſſe, etiam docet Chryſoſtomus Homil. IV. in Matth. pag. 22. dicit namque, Εἰ τοῦτο ἦν, τίς χρεία τῆς μήτρας; εἰ τοῦτο ἦν, οὐδὲν ἔχει κοινὸν πρὸς ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ἄλλη τίς ἐστιν ἐκείνη ἡ σάρξ, οὐ τοῦ φυράματος τοῦ ἡμετέρου· πῶς οὖν ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί; πῶς δὲ ῥάβδος; πῶς δὲ υἱὸς ἀνθρώπου; πῶς δὲ μήτηρ ἡ Μαριάμ; πῶς δὲ ἐκ σπέρματος Δαυΐδ; πῶς δὲ μορφὴν δούλου ἔλαβε; πῶς δὲ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; πῶς δὲ Ῥωμαίοις φησὶν ὁ Παῦλος· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός; *Si ita res ſe haberet,* nempe ſi Chriſtus per Mariam, tanquam per canalem tranſiviſſet, *qui ei opus fuiſſet utero Virginis? Si ita eſt, nihil nobiſcum commune habet, ſed alia eſt illa caro, non ex noſtræ naturæ maſſa. Quomodo ergo ex radice Jeſſe? quomodo virga? Quomodo filius hominis? Quomodo mater eſt Maria? Quomodo ex ſemine Davidis? Quomodo formam ſervi accepit? Quomodo ad Romanos Apoſtolus ait, Ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus?* Greg. Nazianzenus Orat. LI. quæ eſt contra Apollinarem, pag. 738. Εἴ τις οὐ θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρίς ἐστι τῆς θεότητος· εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς· θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός· ἀνθρωπικῶς δὲ, ὅτι νόμῳ κυήσεως, ὁμοίως ἄθεος. *Si quis Mariam Deiparam non credit eſſe, extra divinitatem eſt: ſi quis* Chriſtum *per Virginem tanquam per canalem fluxiſſe putat, non autem in ea divino modo, quia abſq; viri opera: humano, quia juxta pariendi conſuetudinem, formatum eſſe dixerit, æquè atheus eſt.* Vide inſuper Macarium Homil. XI. pag. 142, 143. & Theophylactum in Cap. III. Joh. pag. 595. & in voce Συνουσιαστής, num. II.

d. *Alii* negarunt eſſe in carne Chriſti animam, ſaltem rationis participem. Hi *ab Apollinari*, Clerico Laodicenſi, dicti ſunt *Apollinariſtæ*. Hanc hæreſin Apollinaris ille palam profeſſus eſt tempore Valentis, ejusque ſucceſſoris Gratiani, Impp. poſt primum Oecumenicum Concilium Nicænum. De Apollinari & ejus hæreſi ſic Theodoretus hæret. fab. lib. IV. Cap. VIII. pag. 240. Σαρκωθῆναι τὸν Θεὸν ἔφησε λόγον, σῶμα καὶ ψυχὴν ἀνειληφότα, οὐ τὴν λογικὴν, ἀλλὰ τὴν ἄλογον, ἣν φυσικὴν, ἤγουν ζωτικήν τινες ὀνομάζουσι. τὸν δὲ νοῦν ἄλλο τι παρὰ τὴν ψυχὴν εἶναι λέγων, οὐκ ἔφησεν ἀνειλῆφθαι, ἀλλ᾽ ἀρκέσαι τὴν θείαν φύσιν εἰς τὸ πληρῶσαι τοῦ νοῦ τὴν χρείαν. *Incarnatum Deum Verbum dixit corpore aſſumto, & anima, non rationali, ſed rationis experte, quam naturalem ſeu vitalem quidam vocant. Mentem quoq; aliud eſſe ſtatuens, quàm animam, minimè aſſumtam ait fuiſſe, ſed divinam ſuffeciſſe naturam ad uſum mentis explendum.* Idem, Epiſt. CIV. pag. 975. *Apollinaris* ἔμψυχον μὲν τὸ δεσποτικὸν σῶμα καλεῖ, τὸν δὲ νοῦν τῆς γεγενημένης σωτηρίας ἀποστερεῖ, οὐκ οἶδα πόθεν μαθὼν ψυχῆς καὶ νοῦ τὴν διαίρεσιν, *animatum quidem corpus dominicum vocat, ſed mentem peractæ ſalutis exſortem facit, neſcio unde animæ mentisq; diviſionem edoctus.* Hæret. fab. lib. V. Cap. XI. pag. 278 Ἔμψυχον μὲν ἔφησεν εἶναι τοῦ σωτῆρος τὸ σῶμα, οὐ μὴν τὴν λογικὴν ἐσχηκέναι ψυχήν. Περιττὸς γάρ φησιν ὁ νοῦς, τοῦ Θεοῦ λόγου παρόντος. *Animatum quidem Servatoris corpus eſſe ajebat, ſed animam rationalem non habuiſſe. Mens enim ſupervacanea, inquit, ubi Deus Verbum adeſt.* Socrates hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XLVI. pag. 215. b. de Apollinariſtis: Πρότερον μὲν ἔλεγον ἀναληφθῆναι τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως ψυχῆς ἄνευ. Εἶτα ὡς ἐκ μετανοίας ἐπιδιορθούμενοι, προσέθεσαν ψυχὴν μὲν ἀνειληφέναι· νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτήν, ἀλλ᾽ εἶναι τὸν Θεὸν λόγον ἀντὶ νοῦ εἰς τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον. *Primò quidem dicebant, hominem à Deo Verbo in diſpenſatione incarnationis ſine anima aſſumtum eſſe. Deinde verò, quaſi pœnitentiâ ducti & errorem correcturi, addiderunt, animam quidem aſſumſiſſe: eam verò mentem non habere, ſed eſſe Deum Verbum loco mentis in aſſumto homine.* Theorianus Legat. Armen. pag. 180. Apollinaris docuit, μὴ ἐσχηκέναι νοερὰν ψυχὴν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἀλλὰ

Digitized by Google

ἀλλὰ ζωτικὴν μόνον, *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non habuiſſe animam rationalem, ſed tantùm vitalem.* Harmenopulus de Sectis, Sect. IV. pag. 558. Docuit, ἄνουν σάρκα καὶ ἄψυχον προσειληφέναι τὸν Κύριον· ὡς ἀντὶ τοῦ νοῦ καὶ ψυχῆς ἀρκεσάσης αὐτῷ τῆς θεότητος, *carnem ſine mente & ſine anima Dominum aſſumſiſſe, quod ei loco mentis & animæ ſuffecerit deitas.* Greg. Nazianzenus Orat. LII. pag. 746. de Apollinariſtis: Τὰς μὲν λέξεις ὁμολογοῦσι, περὶ δὲ τὸν νοῦν κακουργοῦσιν, οὐκ ἄψυχον μὲν, οὐδὲ ἄλογον, οὐδὲ ἄνουν, οὐδὲ ἀτελῆ ὁμολογοῦντες τὸν ἄνθρωπον, ψυχὴν δὲ, καὶ λόγον, καὶ νοῦν αὐτὴν εἰσάγοντες τὴν θεότητα. *Voces quidem confitentur, verùm circa mentem dolos ſtruunt, non quidem animæ, nec rationis, nec mentis expertem, nec imperfectum hominem confitentes, cæterùm animæ, & rationis, & mentis loco divinitatem inducentes.* Vide præterea Greg. Nazianzenum Orat. XLVI. pag. 722. Orat. LI. pag. 740. Balſamonem ad Can. I. Concilii Conſtantinopolit. pag. 304. Theodorum Presbyterum de Incarnatione Domini, pag. 231. Theophylactum in Cap. I. Joh. pag. 566. & ad v. 6. Cap. II. ad Epheſios, pag. 591. Leontium de Sectis, Act. IV. pag. 446. Damnata autem fuit hæc hæreſis in ſecundo œcumenico Concilio, Conſtantinopoli celebrato, nec non in Concilio Romano, à Damaſo Epiſcopo Romano, & Petro Epiſcopo Alexandrino, Athanaſii magni ſucceſſore, & ob Arianorum ſævitiam profugo: ubi unà cum Apollinari anathematizatus eſt etiam Timotheus ejus diſcipulus; ſicut legere eſt apud Theodoretum lib. V. hiſt. Eccleſ. Cap. VIII. IX. pag. 712. &c. Damnata etiam in Synodo Alexandrina ab Euſebio & Athanaſio, ut eſt apud Socratem hiſt. Eccleſ. lib. III. Cap. VII. pag. 219. b. Ex allatis ergo patet, Apollinariſtas primò docuiſſe, *Chriſtum aſſumſiſſe carnem ſine anima:* deinde verò, eum aſſumſiſſe quidem *animam, ſed mente carentem.* Arius verò & Eunomius conſtanter docuerunt, Chriſtum aſſumſiſſe σῶμα ἄψυχον. Theodoretus hæret. fab. lib. IV. Cap. I. pag. 232. de Ario: Σῶμα αὐτὸν ἄψυχον ἔφη εἰληφέναι, ἐνηργηκέναι δὲ τὰ τῆς ψυχῆς τὴν θεότητα, *Ipſum corpus inanimum aſſumſiſſe dicebat, animæq́ partes impleviſſe deitatem.* Idem Epiſt. CIV. de Ario & Eunomio, pag. 975. Σῶμα μόνον ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον φασὶν, αὐτὸν δὲ τῆς ψυχῆς ἐν τῷ σώματι πληρῶσαι τὴν χρείαν. *Deum Verbum ajunt carnem duntaxat aſſumſiſſe, animæq́ vices ipſummet in corpore ſuppleviſſe.* Eadem de iiſdem leguntur hæret. fab. lib. V. Cap. XI. pag. 278. & apud Chryſoſtomum Homil. CXXI. tom. V. apud Theorianum Legat. Armen. pag. 178. Theodoretus etiam in Pſal. XV. pag. 450. Hanc hæreſin pluribus refutat Chryſoſtomus, Homil. CXXI. tom. V. p. 797. Greg. Nazianzenus Orat. LI. pag. 742. Ὥσπερ σαρκὸς ἔδησε διὰ τὴν σάρκα κατακριθεῖσαν, καὶ ψυχῆς διὰ τὴν ψυχήν· οὕτω καὶ νοῦ διὰ τὸν νοῦν, οὐ πταίσαντα μόνον ἐν τῷ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ πρωτοπαθήσαντα. *Quemadmodum carne opus habuit propter carnem damnatam, & anima propter animam: ita etiam mente propter mentem, utpote quæ in Adamo non ſolùm peccaverit, ſed & prima affecta fuerit.* Damaſcenus orthod. fidei lib. III. Cap. VI. pag. 197. Ὅλον ὅλος ἀνέλαβέ με, καὶ ὅλος ὅλῳ ἡνώθη, ἵνα ὅλῳ τὴν σωτηρίαν χαρίσηται. Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον. *Totum totus aſſumſit me: & totus toti unitus eſt, ut toti ſalutem largiretur. Nam quod aſſumtum non eſt, eſt incurabile.* Vide in Ἀπρόσληπτος.

2. *Claſſis* hæreticorum χριστομάχων eos comprehendit, qui veritatem humanæ Chriſti naturæ agnoſcentes, errârunt tamen de ejusdem naturæ origine. Ita impius Carpocrates docebat, Chriſtum non ex Virgine Maria natum, ſed ex ſemine Joſephi tantummodo hominem genitum. Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. V. pag. 196. *Carpocrates, genere Alexandrinus, dixit* τὸν κύριον Ἰησοῦν ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας γεννηθῆναι τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις παραπλησίως, *Dominum Jeſum ex Joſepho & Maria cæterorum hominum more natum eſſe.* Epiphanius hæreſi XXVII. pag. 49. de Carpocratis aſſeclis: *Docuerunt* Ἰησοῦν, τὸν κύριον ἡμῶν, ἀπὸ Ἰωσὴφ γεγεννῆσθαι, καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν, *Dominum noſtrum Jeſum à Joſepho genitum eſſe quemadmodum omnes alii homines ex ſemine viri & mulieris nati ſint.* Eandem impietatem Cerinthus defendit: docuit enim, ut refert Theodoretus hæret. fab. lib. II. Cap. III. pag. 219. *Jeſum ſimiliter Hebræis,* κατὰ φύσιν ἐξ ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι καὶ γυναικὸς, τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας, *ſecundum naturam natum eſſe ex viro & fœmina, Joſepho nimirum, & Maria.* Et lib. V. Cap. XI. pag. 278. Τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας ἔφησε γεννηθῆναι κατὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων νόμον, ἄνωθεν δὲ τὸν Χριστὸν κατεληλυθέναι ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν. *Jeſum quidem ex Joſepho & Maria communi hominum lege genitum dixit, Chriſtum autem è ſuperis in Jeſum deſcendiſſe.* Cerinthiani, teſte Epiphanio, hæreſi XXVIII. pag. 53. dixerunt, ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ τὸν Χριστὸν γεγεννῆσθαι, *ex Maria, & ex ſemine Joſephi Chriſtum eſſe natum.* In eadem hæreſi fuit Cerinthi ſucceſſor, Ebion, de quo Theodoretus hæret. fab. lib. II. Cap. I. pag. 218. Τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ τῆς Μαρίας ἔφησε γεγεννῆσθαι. *Dominum Jeſum Chriſtum ex Joſepho & Maria natum eſſe dixit.* Ita de eodem Epiphanius, hæreſi XXX. pag. 59. & hæreſi eadem, pag. 65. ubi de Ebionitis: Ἰησοῦν γεγεννημένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς λέγουσι. *Jeſum ex ſemine viri natum dicunt.* Theodoſiani quoque dixerunt, Chriſtum eſſe ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι, *nudum hominem, & ex ſemine viri natum fuiſſe.*

3. *Claſſis* eos exhibet hæreticos, qui errârunt de perſona Chriſti, quamvis, de humanitatis ejus veritate & origine cum orthodoxis conſenſerint. Sub hac claſſe duæ præcipuè ſpecies ſunt.

a. *Alii* affirmârunt, Chriſtum nudum eſſe hominem: Deum autem eundem eſſe negârunt. Tales jam tempore Ignatii fuerunt, qui dixerunt, τὸν υἱὸν ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, *Filium nudum eſſe hominem.* Tales erant Ebionitæ & Cerinthiani, nondum finito primo ſeculo Chriſtiano, Johanne Apoſtolo adhuc ſuperſtite, qui contra illos ſuum conſcripſit Evangelium; ut referunt Epiphanius hæreſi LI. & Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *in Johanne.* Vide in Ἄλογος, num. II. De *Filii Deitate* agetur in voce Υἱός. Hanc hæreſin ſecundo ſeculo renovavit Theodotus quidam Coriarius, ideoque à Victore I. Rom. Epiſcopo excommunicatus eſt, teſte Euſebio, hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. ult. pag. 56. b. & Nicephoro, hiſt. lib. IV. Cap. XXI. pag. 316. Theodoreto item, hæret. fab. lib. II. Cap. V. pag. 220. Secutus Artemon. De utroque Theodoretus hæret. fab. lib. II. Cap. IV. & V. pag. 220. 221. agit. De Artemone ſcribit: Τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἄνθρωπον εἶπε ψιλὸν, ἐκ παρθένου γεγεννημένον, τῶν δὲ προφητῶν ἀρετῇ κρείττονα. *Dominum Jeſum Chriſtum nudum hominem eſſe dixit, natum ex Virgine, Prophetis virtute præſtantiorem.* Nec hi tantùm, ſed plures alii eandem defendebant hæreſin. Catalogum eorum proponit Theodoretus Dial. II. pag. 52. *Artemon,* inquit, *Theodotus, Sabellius, Paulus Samoſatenus, Marcellus & Photinus* ἄνθρωπον μόνον κηρύττουσι τὸν Χριστὸν, τὴν δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχουσαν ἀρνοῦνται θεότητα, *hominem duntaxat prædicant Chriſtum, æternam*

verò

Digitized by Google

verò divinitatem ejus negant. Samoſateniani, ut inquit Chryſoſtomus in Pſal. VIII. Χριςὸν ἐκ τότε φασὶν εἶναι, ἐξ οὗ ἀπὸ Μαρίας προῆλθε, *Chriſtum ex eo tempore eſſe dicunt, ex quo ex Maria natus eſt.* Greg. Nazianzenus oratione XXV. pag. 441. de Photino: Dixit Chriſtum ἀπὸ Μαρίας ἄρχεσθαι, *à Maria initium ſumſiſſe.* Ita de eodem Balſamon ad Can. I. Concilii Conſtantinop. pag. 304. Epiphanius hæreſi LXXI. pag. 353. De Ebionis, Theodoti, Artemonis & Photini aſſeclis Theodoretus hæret. fab. lib. V. Cap. XI. pag. 278. ψιλὸν ἄνθρωπον εἰρήκασιν ἐκ τῆς παρθένου τὸν Χριςὸν γεγεννῆσθαι, *nudum hominem dixerunt ex virgine natum eſſe.* Chryſoſtomus Homil. LVI. tom. V. pag. 378. de Samoſatenianis: Οἱ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως τὴν αἰώνιον ὕπαρξιν, ἀναιροῦσι τοῦ μονογενοῦς. *Pauli Samoſateni aſſeclæ æternam unigeniti exiſtentiam tollunt.* Confer in voce τριὰς num. VI. 3.

b. *Alii* pro una Mediatoris θεανθρώπου perſona, duas perſonas introduxerunt. Horum anteſignanus fuit Neſtorius. Epiſcopus Conſtantinopolitanus. De eo Photius epiſt. I. pag. 8. Τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριςὸν, εἰς δύο τέμνειν καὶ διαιρεῖν ὑποςάσεις, Νεςόριος ὑποθερμῶς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος λόγου, καθ' ἰδίαν ὑπόςασιν, ἔπλαττε, τὸν δὲ Θεὸν ἀνὰ μέρος, καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος. *Unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Neſtorius nihil veritus in duas hypoſtaſes diſſecare & dividere, alteram merum & purum hominem confinxit in ſua propria hypoſtaſi ſubſiſtentem, ſeparatim à Verbo aſſumente: alteram verò diviſim Deum aſſumento omni corporeo denudatum.* Theodorus Pr. de Incarnatione Domini, pag. 234. Neſtorius τὴν τῶν φύσεων κλῆσιν ἀντὶ προσώπων ἔλαβε, *naturarum appellationem pro perſonis accepit.* Leontius de ſectis, Act. IV. pag. 450. Οὐκ ἔλεγεν ἕνωσιν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ δύο ὑποςάσεις ἔλεγε, καὶ διαίρεσιν. *Non ſtatuit unionem Dei Verbi cum homine, ſed duas dixit hypoſtaſes & diviſionem.* Plura vide in voce φύσις. Damnata hæc hæreſis in Concilio Epheſino, anno Chriſti CCCCXXXI. ut ex Actis Epheſinis notum eſt. Vide Photium, Nilum & Autorem incertum de Synodis in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1145. 1156. 1162. & ibid. pag. 1192. Libellum Synodicum, num. LXXXII. Imperator Juſtinianus, Conſtitut. de Orthodoxa fide, quæ habetur in eadem Bibliotheca, pag. 1235. Ἀναθεματίζομεν Νεςόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸν διαιροῦντα τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριςὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν καὶ ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον, ἀλλὰ ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς τὸν λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν λόγον, Θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι. *Anathemate damnamus Neſtorium adoratorem hominû, dividentem unum illum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei Filium, Deumq; noſtrum, nec confitentem propriè ac ſecundum veritatem, quòd ſancta, glorioſa, perpetuò Virgo Maria ſit Deipara: ſed tradentem, quod alius ſit ille natus ex Deo Patre Deus ſermo, & alius ille natus ex ſancta Virgine Maria, qui per gratiam & neceſſitudinem cum Deo ſermone, factus ſit Deus.* Confer vocem θεοτόκος. Greg. Nazianzenus epiſt. I. ad Cledonium, ſeu Orat. LI. pag. 739. Εἴτις εἰσάγει δύο υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. *Si quis duos introduxerit filios, alterum quidem ex Deo & Patre, alterum verò ex matre, non autem unum atq; eundem, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quæ rectè credentibus promiſſa eſt.* In Chriſto nimirum non eſt ἄλλος καὶ ἄλλος ſed ἄλλο καὶ ἄλλο. Vide in Ἄλλος. Leontius de ſectis, pag. 396. Μία ὑπόςασις ἐκ τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἀπετελέσθη ἀσυγχύτως μὲν, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐφυλάχθη τὰ ἑνωθέντα, μηδὲν τῶν κατ' οὐσίαν μεταλλαξάντων. ἀδιαιρέτως δὲ, ὅτι μία ἐςὶν ἡ αὐτῶν ὑπόςασις. *Una perſona ex Deo Verbo & corpore humano conſtituta eſt, at inconfuſè, quoniam poſt unionem unita fuerunt cuſtodita ſine ulla ſubſtantiæ mutatione: at indiviſibiliter, quia una eſt eorum perſona.*

4. *Claſſis* eos comprehendit hæreticos χριςομάχους, qui de perſona Chriſti cum Catholicis conſentientes, errarunt tamen de naturarum in una illa perſona & unione & proprietatibus: vel etiam de perſona & naturis. Sub hac Claſſe ſunt.

a. *Eutychiani*, ab Eutychete, Archimandrita Conſtantinopolitano denominati, aliàs etiam *Dioſcoritæ* dicti *à Dioſcoro*, Patriarcha Alexandrino, qui ambo in Concilio Chalcedonenſi Oecumenico quarto damnati ſunt, anno Domini CCCCLI. quia unam tantùm in Chriſto naturam poſt Incarnationem eſſe pertinaciter contendebant. Photius epiſt. I. pag. 9. de Eutychete & Dioſcoro: Τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριςὸν, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον, καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶ προσκυνούμενον φύσεσιν; εἰς μίαν φύσιν τολμηρῶς καὶ ἀφρόνως ἀνεκίρνων καὶ συνέχεον. *Unicum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ex divina & humana natura agnitum, & in duabus hiſce naturis adoratum, per ſummam audaciam & ſtultitiam in unam naturam commiſcentes confuderunt.* Eutychetis ſententiam ita proponit Evagrius hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. IX. pag. 126. b. Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν φύσιν ὁμολογῶ. *Confiteor, Dominum noſtrum ante unionem ex duabus naturis fuiſſe compoſitum: poſt unionem verò unam agnoſco naturam.* Idem de eodem teſtatur Theodorus Presbyter de incarnatione Domini, pag. 234. De Eutychianis & Dioſcoritis Harmenopulus de ſectis, ſect. V. pag. 560. Κατὰ φαντασίαν ἔλεγον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον γεγονέναι, μίαν ἔχοντα φύσιν. *Secundùm phantaſiam dicebant Filium Dei hominem eſſe factum, unam habentem naturam.* Vide etiam Leontium de ſectis, Act. I. p. 400. Act. IV. p. 458.

b. *Aphtardocitæ.* De horum hæreſi, ejusdemque refutatione ſatis luculenter actum in voce Ἀφθαρδοκῆται. Vide etiam Joh. Forbeſii inſtructum. Hiſtorico-Theolog. lib. III. Cap. XVIII.

c. *Agnoëtæ.* Olim Ariani negantes æqualitatem Filii cum Patre quoad ipſam divinam naturam, abutebantur, inter alia his ſcripturæ locis, quibus Dominus noſter *neſciviſſe diem judicii*, & *in ſapientia profeciſſe*, atque *de ſepulchro Lazari interrogâſſe* dicitur, Marci XIII. 32. Lucæ II. 52. & Joh. XI. 34. Examinemus ſingula, & quæ Patrum fuerit ſententia, diſpiciamus. *Quomodo diem judicii ignorâſſe* dicatur, fuse docuimus in verbo Κρίνω, num. V. 4. *De profectu Chriſti in ſapientia* ita Greg. Nazianzenus orat. XX. pag. 343. Ἐκεῖνος προέκοπτεν ὥσπερ ἡλικίᾳ, οὕτω καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι· οὐ τῷ ταῦτα λαμβάνειν αὔξησιν, τί γὰρ τοῦ ἀπ' ἀρχῆς τελείου γένοιτ' ἂν τελειότερον; ἀλλὰ τῷ κατὰ μικρὸν ταῦτα παραγυμνοῦσθαι καὶ παρεκφαίνεσθαι. *Proficiebat ille ut ætate, ita etiam ſapientiâ & gratiâ: non quòd hæc in illo incrementum caperent, (quid enim eo, quod à principio perfectum erat, perfectius eſſe poſſet?) ſed quòd hæc paulatim detegerentur & elucerent.* Eodem modo explicat Theophylactus in Cap. II. Lucæ, pag. 321. Damaſcenus etiam Orthod. fidei lib. III. Cap. XXII. pag. 263. Προκόπτειν λέγεται σοφίᾳ καὶ ἡλ-

Digitized by Google

καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι, τῇ μὲν ἡλικίᾳ αὔξων· διὰ δὲ τῆς αὐξήσεως τῆς ἡλικίας, τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ σοφίαν εἰς φανέρωσιν ἄγων, &c. *Proficere dicitur ſapientia, ætate, & gratiâ: ætate quidem creſcens: incremento verò ætatis inſitam ſibi ſapientiam in apricum proferens*, &c. Titus Boſtrorum Epiſcopus, ſine dubio ex Chryſoſtomo, dicit Chriſtum προκόπτειν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, συμπροσάγοντα τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας τὴν ἔκλαμψιν τῆς θεότητος. *Simul cum annis ac ætate Deitatem manifeſtando.* Nicephorus Calliſti, προέκοπτε σοφίᾳ καὶ χάριτι, τῷ κατὰ μικρὸν αὐτὰ παραδείκνυσθαι, οὐ τῷ λαμβάνειν ἐπίδοσιν. *Creviſſe ſapientiâ & gratiâ* dicitur Chriſtus, *quòd paulatim ea in illo magis magisque eluceſceret, non quòd incrementum aliquod acciperet.* Athanaſius orat. IV. adv. Arianos: Οὐχ ὁ λόγος ἦν, ᾗ ὁ λόγος, ὁ προκόπτων· ἀλλὰ προκόπτοντος τοῦ σώματος, προέκοπτεν ἐν αὐτῷ καὶ ἡ φανέρωσις τῆς θεότητος τοῖς ὁρῶσιν· ὅσῳ δὲ ἡ θεότης ἀπεκαλύπτετο, τοσούτῳ πλέον ἡ χάρις ηὔξανεν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. *Sermo, quâ ſermo, non proficiebat, ſed proficiente corpore, profecit & divinitatis in eodem ſe exhibentis manifeſtatio, coram illis, qui eum intuebantur: quò autem magis ſeſe exerebat divinitas, eò amplior utique homini apud homines gratia accrevit.* Hæc omnia coacta nimis, ſicut & ſequentia, quæ afferuntur ex Ammonio, in Catena ad v. 14. Cap. I. Joh. pag. 33. Εἰ πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, ποῖ ποτε προκόψει τὸ πλῆρες; ἢ ποίαν ὅλως ἐπιδέξηται προσθήκην, οὗ ἐπέκεινα μηδέν; Οὐκοῦν οὐχὶ λόγος ἐστὶ καὶ Θεὸς, ὃς προκόπτειν εἴρηται παρὰ τῷ μακαρίῳ Λουκᾷ, ἀλλ᾽ ὅτι μειζόνως ἀεὶ θαυμαζόμενος, καὶ χαριέστερος παρὰ τοῖς ὁρῶσι διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀνεδείκνυτο, προκοπτούσης (ὡς ἐστὶ μᾶλλον εἰπεῖν) ἀληθέστερον τῆς τῶν θαυμαζόντων ἕξεως, ἤπερ αὐτοῦ τοῦ τελείου πρὸς χάριν, ὡς Θεοῦ. *Si erat plenus gratia ac veritate, quomodo tandem profecerit plenitudo? vel quale ſumſerit omninò incrementum, quod nihil excedit? Non igitur Verbum vel Deus apud ſanctum Lucam proficere dicitur, ſed propter miracula, iis qui ipſum cernebant, in dies magis admirandus magisque gratus accidiſſe ſignificatur: proficiente nimirum veriùs (uti potiùs dicendum eſt) admirantium affectione ad habitum gratiæ, quàm ipſo jam perfecto, utpote Deo, ejus incrementum ſumente.* Verùm, ut nec *ſcientiæ*, ſic nec *ſapientiæ* theſauros univerſos ſimul ſemelque Chriſto homini communicatos fuiſſe, Lucas verbis: Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ, docere voluit: alioqui, quomodo ſapientiâ proficere poſſet, ſi ſapientiæ omnis apicem perfectionemque ſummam jam fuiſſet aſſecutus? Siquidem, *ubi perfectio eſt, ibi nullus utique profectus eſt: cùm perfecto nihil addi poſſit;* inquit Bernhardus de Conſid. lib. II. optimè ergo, omnibus aliis interpretationibus rejectis, aſſerimus, *Chriſtum ſecundùm ſapientiam divinam, hoc eſt, eam, quæ ei competit tanquam Deo, non profeciſſe: ſecundùm ſapientiam autem humanam, hoc eſt eam, quæ ei ut homini competit, verè profeciſſe, hominis quidem more, ſed tamen ſupra modum humanum.* Nec nova hæc videri debet explicatio. Ejus expreſſa in Antiquitate tibi oſtendimus veſtigia. Timotheus Jeroſol. orat. de Simeone, tom. XIII. Bibliothecæ Patrum, pag. 847. Ἐκ τοῦ κατὰ μέρος προέκοπτε τῇ σωματικῇ ἡλικίᾳ, ὁ Ἰησοῦς· οὐχ ὑφ᾽ ἓν ὁ Κύριος ἡδρύνθη. *Paulatim Jeſus ſtatura corporis proficiebat: non una vice & uno momento Dominus grandis evaſit.* Cyrillus Alex. in Theſauro, Aſſert. XXVII. 1. pag. 249. Οὐ καθὸ λόγος ἐστὶ, προκόπτειν λέγεται, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ φύσιν περιέφερε τὴν τούτου δεκτικήν. *Non quatenus Verbum eſt, proficere dicitur, ſed quatenus homo factus eſt, & naturam hujus capacem geſtavit.* Theodoretus Dial. II. Ἡλικίᾳ μὲν τὸ σῶμα προέκοπτε, σοφίᾳ δὲ ψυχή. *Ætate quidem corpus, ſapientiâ verò anima proficit.* Greg. Nyſſenus ad Euſtachium, tom. III. pag. 658. Τὸ προκόπτειν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῶς ἐν τῷ ἡμετέρῳ φυράματι γεγενῆσθαι τὸν Κύριον παρὰ τῆς γραφῆς ἱστόρηται· ὡς ἂν μή τινα χώραν ἔχοι τὸ τῶν ἀντὶ τῆς ἀληθοῦς θεοφανείας δόκησίν τινα γεγενῆσθαι δογματιζόντων, ἐν σωματικῇ μορφῇ κατεσχηματισμένην· διὰ τοῦτο ὅσα τῆς φύσεως ἡμῶν ἴδια, ἀνεπαισχύντως καὶ περὶ αὐτὸν ἱστορεῖ ἡ γραφὴ, τὴν βρῶσιν, τὴν πόσιν, τὸν ὕπνον, τὸν κόπον, τὴν τροφὴν, τὴν προκοπὴν τῆς σωματικῆς ἡλικίας, τὴν αὔξησιν· πάντα δι᾽ ὧν ἡ ἡμετέρα χαρακτηρίζεται φύσις, πλὴν τῆς καθ᾽ ἁμαρτίαν ὁρμῆς. Proficere ætate, ſapientiâ, & gratiâ, *ideò commemoratur à ſcriptura, ut demonſtretur, verè in maſſa noſtra Dominum fuiſſe generatum, ne quis locus eorum relinquatur errori, qui tradunt, pro vera Dei apparitione, ſpeciem duntaxat quandam eſſe genitam, quæ figuram aſſumſerit humanæ formæ. Propterea non erubeſcit ſcriptura omnia de eo narrare, quæ ſunt naturæ noſtræ propria: eſum, potum, ſomnum, laſſitudinem, cibi ſumtionem, progreſſum corporeæ ſtaturæ, incrementum: omnia denique, per quæ naturæ noſtræ character exprimitur, excepta propenſione ad peccatum.* Epiphanius in Ancorato, ſect. LXXVIII. Προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, οὐχ ἡ θεότης ἡλικίας ἐπιδεχομένη, (malim legere, ἐπιδεομένη) οὔτε σοφίας ὑστεροῦσα, ἡ οὖσα σοφία ὅλη· σοφίᾳ δὲ προέκοπτεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἐνανθρώπησις. *Proficiebat ſapientia & ætate, non deitas, quaſi ætatis acceſſione egeat: ſed nec quaſi ſapientiæ ea defectum ullum nôrit; quæ eſt tota ſapientia: verùm ſapientiâ proficiebat ſalvatoris noſtri humanitas.* Proclus de Fide ad Armenios: Προκόψας σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ κατὰ σάρκα· ἔχει γὰρ ἀεὶ ἡ θεότης αὐτοῦ τὸ τέλειον. *Qui profecit ſapientiâ & ætate ſecundùm carnem: ejus enim deitas ſemper perfectionem habet.* Leontius de ſectis, actione poſtrema: Καὶ ἡ γραφὴ λέγει περὶ αὐτοῦ, ὅτι προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, δηλονότι, ἐκεῖνο μανθάνων, ὅπερ ἠγνόει. *Scriptura etiam de ipſo dicit, eum profeciſſe ætate & ſapientiâ, illud nimirum diſcens, quod ignorabat.* Vide inſuper Cyrillum Alexandr. in Actis Epheſinis, pag. 151. & Epiphanium hæreſi LXXVII. Hoc ergo vult Evangeliſta, Chriſtum prout *ætate*, ita & *ſapientiâ* pariter *creviſſe*. Proinde & Codices quidam; ut Cl. Gatakerus monet; ſic efferunt, προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, vel, ut Curcellæus in ſua editione, προέκοπτεν ἐν τῇ ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ. Ita Ambroſius de Incarnat. ſacram. Cap. VII. *Jeſus proficiebat ætate & ſapientiâ: quomodo proficiebat ſapientia Dei? Doceat te ordo verborum. Profectus ætatis, & profectus ſapientiæ, ſed humanæ eſt. Ideò ætatem antè præmiſit, ut ſecundùm hominem crederes dictum. Ætas enim non divinitatis, ſed corporis eſt. Ergo ſi proficiebat ætate hominis, proficiebat ſapientiâ hominis.* Auguſtinus itidem Epiſt. III. hunc locum ob oculos habens; *Ille in ſuo corpore numeros temporum menſurasque ſervavit ætatum, qui ſine ulla ſui mutabilitate mutando contexuit ordinem ſeculorum: hoc enim crevit in tempore, quod cœpit ex tempore.* Locum Johan. XI. 34. ubi Chriſtus interrogat, ubi poſuiſtis eum? jam examinavimus in voce Λάζαρος, num. II. 2.

d. *Monothelitæ.* De eorum errore ſufficienter actum eſt in voce θέλημα, num. II. 3.

Huic quartæ Claſſi pauca ſubjicimus. *De duabus in Chriſto naturis, & earum unione* agitur partim in Ἕνωσις, partim in Φύσις. *Λόγος aſſumſit naturam humanam ſine ulla mutatione* τοῦ λόγου, hanc naturam aſſumentis. Greg. Nazianzenus orat. XXXIX. pag. 631. Καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δέχεται καὶ υἱὸς ἀνθρώπου γενέσθαι τε καὶ

κληθῆναι, οὐχ ὃ ἦν μεταβαλὼν, ἄτρεπτος γὰρ, ἀλλ' ὃ οὐκ ἦν προλαβών· φιλάνθρωπος γάρ· ἵνα χωρηθῇ ὁ ἀχώρητος διὰ μέσης σαρκὸς ὁμιλήσας ἡμῖν ὡς παραπετάσματος· ἐπειδὰν καθαρὰν αὐτοῦ τὴν θεότητα φέρειν οὐ τῆς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ φύσεως· διὰ τοῦτο τὰ ἄμικτα μίγνυται. *Dei Filius, hominis quoq; filius & eſſe & vocari ſuſtinet, non, quod erat, immutans, (neq; enim mutatio in eum cadit) ſed pro ſuo erga homines amore, id, quod non erat aſſumens, ut qui naturâ ſuâ comprehendi non poteſt, comprehendatur, intermedia carne, tanquam velo quodam interjecto, nobiscum verſans: quandoquidem procreata natura & interitui obnoxia imbecillior eſt quàm ut puram ipſius divinitatem ferre queat. Idcirco ea, quæ à mixtione aliena erant, miſcentur.* Chryſoſtomus Homil. XI. in Johannem, pag. 598. Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, μὴ θορυβηθῇς, μηδὲ καταπέσῃς· οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία μετέπεσεν εἰς σάρκα. τοῦτο γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστὶν ἐννοῆσαι, ἀλλὰ μένουσα ὅπερ ἐστὶν, οὕτω τὴν δούλου μορφὴν ἀνέλαβε. Τίνος οὖν ἕνεκεν τῷ, ἐγένετο, κέχρηται ῥήματι; τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράττων στόματα· ἐπειδὰν γάρ εἰσιν οἱ λέγοντες, ὅτι φαντασία τις ἦν καὶ ὑπόκρισις, καὶ ὑπόνοια τὰ τῆς οἰκονομίας ἅπαντα, ἄνωθεν αὐτῶν προαναιρῶν τὴν βλασφημίαν, τὸ ἐγένετο τέθεικεν, οὐ μεταβολὴν οὐσίας, ἄπαγε, ἀλλὰ σαρκὸς ἀληθινῆς ἀνάληψιν παραστῆσαι βουλόμενος. *Cùm audis,* Verbum carnem factum eſſe, *ne perturberis, neque dejiciaris. Non enim ſubſtantia tranſivit in carnem; nam hoc vel cogitare ſummæ eſſet impietatis; ſed permanens, quod eſt, ſic formam ſervi aſſumſit. Cur igitur hoc verbo,* factum eſt, *utitur? ut hæreticorum obturet ora. Cùm enim ſint qui dicant, imaginationem, & figmentum, ac vanam ſuſpicionem eſſe quicquid de Incarnationis myſterio dicitur, ab initio illorum blaſphemiam evertens, verbum,* factum eſt, *poſuit, non mutationem ſubſtantiæ, apage, ſed carnis veræ aſſumtionem demonſtrare, volens.* Vide eundem Homil. CVI. tom. V. pag. 696, 697, 698. ubi inter alia: Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Τοῦτο οὐ μετάπτωσιν τῆς φύσεως μηνύει, ἀλλὰ τὴν ἀνάληψιν τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας. Verbum caro factum eſt. *Hoc non indicat naturæ immutationem, ſed infirmitatis noſtræ aſſumtionem.* Vide eundem Homil. CXXXIII. tomi ejusdem pag. 846. Theophylactum in Cap. I. Joh. pag. 566. Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCCXIX. lib. I. pag. 108. Ὁ Θεὸς ἐνανθρωπήσας οὐ τέτραπται, οὔτε συγκέχυται, οὔτε διῄρηται· ἀλλ' ὡς ἔστιν ἄναρχος καὶ ἀΐδιος υἱός, καὶ πρὸ σαρκώσεως καὶ μετὰ σάρκωσιν, οὕτω παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος. *Deus humanitate ſuſcepta minimè mutatus, aut confuſus, aut diviſus eſt. Unus enim eſt ortus expers & æternus Filius, & ante ſuſceptam, & poſt ſuſceptam carnem, ſic à nobis adoratus.*

Duas autem *in Chriſto poſt Incarnationem eſſe naturas*, contra Eutychianos, probant veteres. Photius Epiſt. I. pag. 9. Εἰ μία ἡ τοῦ Χριστοῦ φύσις ἢ θεία πάντως, ἢ ἀνθρωπίνη ἔσται· ἀλλ' εἰ μὲν μόνη θεία, ποῦ τὸ ἀνθρώπινον; εἰ δὲ ἀνθρωπίνη μόνη, πῶς οὐκ ἔξαρνος τῆς θεότητος; εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν νεύει τὸ φρόνημα) πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς αὐτοῖς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ ἡμῶν ἀναπλασθήσεται; οὗ τί ἂν δυσσεβέστερον ἢ ἀφρονέστερον; ἄνθρωπον γενέσθαι φάσκειν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τὸν Θεὸν, ἐπί τε φθορᾷ τῆς ἰδίας θεότητος, ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος; τοῦτο γὰρ ἕπεται πάντως τοῖς μηδετέρας φύσεως, ἀλλ' ἑτέρας παρὰ ταύτας, τὸν Χριστὸν εἰπεῖν τετολμηκόσι. *Si una tantùm natura Chriſti, vel divina prorſus ea fuerit, vel humana. Sed ſi tantùm divina, ubi tunc humana? ſin tantùm humana fieri non poteſt quin negetur divina. Quòdſi quid diverſum ab utraq; natura fuerit, (nam hoc in hac cauſa unicum iis relinquitur, & eò videntur propendere) quomodo non erit apud ipſos Chriſtus alterius cujuſdam & diverſæ naturæ cùm à ſuo Patre, tum à nobis? quo quid magis impium aut delirum magis fingi poteſt? aſſerere nimirum verbum Dei, Deum, hominem factum eum in finem, ut cùm divinitas deſtrueretur propria, etiam aſſumta humanitas in nihilum redigeretur. Hoc enim ita planè conſequetur, ſi quis tueri auſus fuerit, Chriſtum non alterius iſtarum, ſed præter iſtas alius naturæ participem eſſe factum.* Eutychianorum & Diſcoritarum hæreſin damnavit Concilium Chalcedonenſe, anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimo primo celebratum, quod ſtatuit, ut Photius ibidem docet, Ἕνα τὸν Χριστὸν, ἤτοι μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ δύο τὰς φύσεις, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐνθεωρεῖσθαι, *unum Chriſtum, id eſt, unicam ejus hypoſtaſin, duas verò naturas, divinam nempe & humanam, ſine confuſione & ſine diviſione conſiderari.* Vide de eadem Synodo Evagrium lib. II. Cap. IV. pag. 134. & Juſtini Imp. programma apud eundem, lib. V. Cap. IV. pag. 170. b. 171. a. Vide etiam Chryſoſtomum Homil. XI. in Johannem, pag. 599. Gregor. Nazianzeni orat. LI. ſeu epiſt. I. ad Cledonium, p. 738, 739. Photium Epiſt. XXXV. pag. 95.

II. *Subjectum ſermonis* eſt,

1. *Propriè* dictum, homo. Hinc Clemens Alex. Strom. I. pag. 269. Οἱ μὲν παῖδες, σωμάτων· ψυχῆς δὲ ἔγγονοι οἱ λόγοι. *Filii quidem corporum ſunt progenies: animæ verò, ſermones ſeu verba.*

2. *Impropriè* dictum, cùm λόγος *metaphoricè* tribuitur *Deo*, notatque *mandatum Dei, vocem & verbum.* Clemens Alexandr. Strom. V. pag. 596. Καὶ τὸ σύνολον, Πυθαγόρας, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, λέγοντες ἀκούειν φωνῆς Θεοῦ, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων θεωροῦντες ἀκριβῶς ὑπὸ Θεοῦ γεγονυῖαν, καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως· ἀκηκόασι γὰρ τοῦ Μωσέως λέγοντος, Εἶπε, καὶ ἐγένετο· τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἔργον εἶναι διαγράφοντος. *Ad ſummam, Pythagoras, & Socrates, & Plato, dicentes ſe audire vocem Dei, cùm contemplantur univerſorum conſtructionem, quæ à Deo accuratè & perfectè facta eſt, & ab eo perpetuò continetur, audiverunt Moſen dicentem,* Dixit, & facta ſunt, *qui hac ratione declarat, Verbum Dei eſſe opus.* Ad hæc verba Heinſius, in ſuis ad Clementem emendationibus: *Sanè hoc nusquam Moſes, nusquam ſcriptura, neq; quisquam dicat τῶν ὀρθοδοξούντων, Verbum Dei, hoc eſt, Chriſtum, eſſe opus. Hoc enim eſt, τοῦ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἰς κτίσμα ἀναγόντων: quod Arrio, & à quibusdam Origeni objicitur. Nam quod Clemens alibi,* τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, *ait eſſe ἐνέργειαν, longè eſt aliud. Scribe,* τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, ἔργον εἶναι διαγράφοντος. *Hoc eſt, quod Evangeliſta ait.* Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. *Diſtinguunt enim veteres Theologi,* τὸν Θεοῦ λόγον, *qui &* Θεὸς λόγος, *&* τὸν θεῖον λόγον, *qui eſt* ὁ ἔγγραφος ὁ προφορικὸς, *denique* ὁ ἐνδιάθηκος, *non autem* ὁ ἐνδιάθετος λόγος. *Verbum Dei, ſacræ literæ.* Hactenus ille. Sed ſi Clementem legamus & relegamus, ejusque mentem ſcrutemur, patebit, hoc in loco, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, & τὸ, εἶπε, καὶ ἐγένετο, idem prorſus ſonare. Ὁ λόγος τοῦ eſt φωνὴ Θεοῦ, *vox Dei*, ut ipſe Clemens dicit. Cùm Moſes ſcribit. *Deum dixiſſe, & id, quod dixit, factum fuiſſe,* docet vocem & mandatum Dei eſſe effectum. Ideo paulò antè dixit, Chriſtianos cedere, Deum verbo effectorem eſſe univerſitatis: Ἡμεῖς δὲ ποιητὴν μόνον αὐτὸν καλοῦμεν, καὶ λόγῳ ποιητήν. *Nos verò ipſum ſolum vocamus effectorem, & verbo effectorem.* Clemens ergo non loquitur de λόγῳ ἐνδιαθέτῳ & æterno, ſed de προφορικῷ & προστακτικῷ, id eſt, *de voce ſive mandato.* Hinc quoque alibi dicit, tantam eſſe Dei

Digitized by Google

Dei vim, tantumque numen, ut illius ſola voluntas fuerit mundi creatio, illiusque voluntatem effectus comitetur, ac ſequatur. Verba ejus in Protreptico ad Gentes, pag. 42. Ὅση γε δύναμις τοῦ Θεοῦ, μόνον αὐτοῦ τὸ βούλημα, κοσμοποιΐα· μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἐπεὶ καὶ μόνος ὄντως ἐστὶ Θεός· ψιλῷ τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ, καὶ τῷ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν, ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι. *Tanta eſt autem Dei potentia, ut ipſius ſola voluntas ſit Mundi creatio. Solus enim Deus eum fecit, quoniam ipſe quoq; eſt ſolus verè Deus. Sola voluntate operatur, atq; ejus ſolam voluntatem effectus conſecutus eſt.* Ex his quoque verbis Moſis reliqui Patres eandem ſententiam colligunt. Chryſoſtomus Homil. III. in Geneſin: Θεός ἐστιν, ᾧ πάντα εἴκει, λόγῳ καὶ προστάγματι δημιουργῶν. *Deus eſt, cui cuncta cedunt, qui verbo & mandato creat.* Baſilius Homil. II. in Hexaëm. pag. 25. Γενηθήτω φῶς· καὶ τὸ πρόσταγμα ἔργον ἦν. *Fiat lux: & mandatum fuit opus.* Greg. Nyſſenus, lib. in Hexaëmeron, pag. 6. Ἐπὶ τῆς θείας φύσεως σύνδρομός ἐστι τῇ βουλήσει ἡ δύναμις, καὶ μέτρον τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ τὸ θέλημα γίνεται. *In natura divina cum voluntate ita concurrit poteſtas, ut Dei poteſtatis menſura ſit ipſa voluntas.* Pag. 9. Ὁ δὲ κατὰ τὸν τῆς σοφίας λόγον, τῇ δυνάμει τοῦ πεποιηκότος ἐγίνετο, ὡς λόγος Θεοῦ προστακτικὸς, παρὰ τοῦ Μωϋσέως ἐμνημονεύθη, τὸ, εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· ἐπὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ κατά γε τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν, τὸ ἔργον λόγος ἐστί· διότι πᾶν τὸ γινόμενον, λόγῳ γίνεται. *Quod verò ſecundùm ſapientiæ verbum*, ſive *rationem, poteſtate Creatoris factum fuit, ut verbum Dei jubentis à Moſe commemoratur, cùm ſcribit*, Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux. *In Deo enim, juxta opinionem noſtram, verbum opus eſt. Quicquid enim ab eo fit, verbo* ſeu *ratione fit.* Vide ibidem plura. Et Homil. V. in Canticum Cantic. Ὢ προστάγματος δύναμις, ὄντως φωνὴ δυνάμεώς ἐστιν ἡ φωνὴ τοῦ Θεοῦ, καθὼς ἡ ψαλμῳδία φησίν· ὅτι ἰδοὺ δώσει τὴν φωνὴν αὐτοῦ, φωνὴν δυνάμεως. Καὶ, αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. *O vim mandati! Vox Dei eſt revera vox potentiæ, ut inquit Pſalmiſta: Quoniam ecce dabit vocem ſuam, vocem potentiæ. Et, ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe imperavit, & creata ſunt.* Huc etiam faciunt illa Chryſoſtomi Homil. LXI. t. VI. Τοιοῦτοι δὲ τοῦ Θεοῦ λόγοι, ἔργων δημιουργοὶ, ἔργων θαυμαστῶν καὶ παραδόξων. *Talia ſunt Dei verba, opera producunt, opera mirabilia & inopinata.* Plura vide apud Croium in N. Teſtam. Cap. XXI. *Quomodo* φωνὴ *Deo tribuatur*, vide in φωνή. *Quomodo rebus inanimatis*, habes ibidem.

III. *Finis ſermonis* eſt,

1. *Gloria Dei, & utilitas atq; ædificatio auditorum.* Hinc,

A. *Commendantur*,

a. λόγος τῆς χάριτος, Lucæ, IV. 22. ubi de Chriſto: Καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος. *Et mirabantur in verbis gratiæ.* Eſt verò hypallage, pro, ἐπὶ τῇ τῶν λόγων χάριτι. Innuitur enim admiranda ſuavitas & gratia illa, quâ loquela Chriſti condita erat. Sirach. XXI. 19. Ἐπὶ χείλους συνετοῦ εὑρεθήσεται χάρις. *In labiis hominis intelligentis invenietur ſuavitas, gratia.* Vide C. Pricæum ad præſentem locum.

b. λόγος ὑγιὴς, ἀκατάγνωστος. *Verbum ſanum, irreprehenſibile*, ad Titum II. 8. Τοιοῦτος δὲ ὁ τῇ πνευματικῇ κοσμούμενος χάριτι. *Tale autem eſt, quod ornatur ſpirituali gratiâ;* Ut loquitur Theodoretus ad hunc locum. Theoph. interpretatur λόγον ὀρθόδοξον, μηδὲν ἐπιλήψιμον ἔχοντα, *verbum rectæ fidei, quod nihil reprehenſione dignum habeat.* Ἀκατάγνωστος idem quod ἀκατηγόρητος, quod in Gloſſario exponitur *inaccuſabilis.* Ἀκαταγνώστως Heſychio eſt ἀνεπιλήπτως, *citra reprehenſionem.*

c. λόγος ἅλατι ἠρτυμένος, *ſermo ſale conditus*, ad Coloſſ. IV. 6. Vide in Ἅλας, n. II. 2. ſub lit. *A.*

B. *Damnatur*,

a. λόγος σαπρὸς, *ſermo malus.* Quid autem ſit λόγος σαπρὸς, in voce Σαπρὸς exponetur.

b. λόγος ἀργὸς, *verbum otioſum*, Matth. XII. 36. Suidas: Ἀργὰ ῥήματα, ὅσα ὄνησιν ψυχῆς οὐ φέρει. *Otioſa verba, quæ nullam animi ferunt utilitatem.* Theophylactus ad Matth. locum, pag. 68. λόγον ἀργὸν interpretatur λόγον ψευδῆ συκοφαντικὸν, ἢ καὶ ἄτακτον καὶ γελοιώδη, *ſermonem mendacem, ad calumniam vergentem, vel etiam inordinatum & ridiculum.*

c. λόγος κενὸς, *verbum inane.* Ad Epheſ. V. 6. hortatur Apoſtolus, Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις. *Nemo vos ſeducat inanibus verbis.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. in hanc epiſtolam: Κενοί εἰσιν οὗτοι λόγοι, οἱ πρὸς καιρὸν χάριν ἔχοντες, καὶ οὐδαμῶς ἐπὶ τῶν ἔργων δεικνύμενοι· ἀπάτη γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστιν. *Inania verba iſta ſunt, quæ ad tempus gratiam & ſuavitatem habent, nec operibus demonſtrantur: impoſtura enim hoc eſt.* Eadem habet Theophylactus, pag. 550. Κενὸς λόγος eſt λόγος χωρὶς ἔργων προφερόμενος, *ſermo ſine operibus prolatus*, qui etiam ἀβέβαιός ἐστι, ἄπιστος, *inconſtans eſt, nec fidem meretur*; inquit Didymus in Catena, in Cap. V. Jobi. pag. 179.

2. *Ut aliis animi noſtri cogitationes revelemus.* Id docet Baſilius in principio orationis in verba Moſis, *Attende tibi ipſi*, pag. 341. Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν δέδωκεν ἡμῖν ὁ κτίσας ἡμᾶς Θεὸς, ἵνα τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν ἀλλήλοις ἀποκαλύπτωμεν, καὶ διὰ τὸ κοινωνικὸν τῆς φύσεως, ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδῶμεν, ὥσπερ ἔκ τινων ταμιείων, τῶν τῆς καρδίας κρυπτῶν, προφέροντες τὰ βουλεύματα. *Qui nos condidit Deus, in hoc impertivit ſermonis uſum, ut aliis alii ſui cordis arcana revelet, communiq; naturæ intuitu ſuo quiq; proximo ex abſtruſiſſimo cordis receſſu, quaſi ex intimo quopiam conclavi, ſua conſilia cogitationesq; depromat.* His gemina habes in voce Γλῶσσα, num. II. 1.

Λογόω. Λόγωσις.

Lexicographi has voces omittunt. Λογόω eſt *rationalem facio*, λογοῦσθαι *rationalem fieri.* Athanaſius orat. IV. contra Arianos, tom. I. pag. 486. Ὥσπερ ἐκ γῆς ὄντες πάντες ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκομεν· οὕτως ἄνωθεν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννηθέντες, ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιούμεθα. οὐκέτι ὡς γηΐνης, ἀλλὰ λοιπὸν λογωθείσης τῆς σαρκὸς διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ὃς δι' ἡμᾶς ἐγένετο σάρξ. *Quemadmodum ex terra omnes exiſtentes, in Adamo morimur; ita deſuper ex aqua & ſpiritu regenerati, in Chriſto omnes vivificamur: non ampliùs terrena exiſtente, ſed rationali factâ animâ propter Dei verbum, quod propter nos caro factum eſt.* Apud eundem etiam alibi hoc verbum legitur. Λόγωσις in libello de S. Trinitate, qui Cyrillo Alexandr. adſcribitur, Cap. XXIV. pag. 30. ſemel atque iterum de Chriſto uſurpatur. Ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς τὸν λόγον ποιούμεθα, θέωσιν καὶ λόγωσιν, καὶ ὑπερύψωσιν, καὶ χρῖσιν φαμέν. *Cùm de carne verba facimus, deificationem, & verbificationem, & ſuperexaltationem, atq; unctionem dicimus.* His autem vocibus nihil aliud ſignificari videtur, quàm fideles per regenerationem ad naturam τοῦ λόγου, *Verbi incarnati*, aliquo accedere modo, quemadmodum iidem dicuntur θεοῦσθαι & ἀποθεοῦσθαι, ut ſuo docemus loco.

Λόγχη.

Λόγχη eſt *cultri genus*, cujus uſus in Liturgia. Euchologium

cholologium pag. 26. Εἶτα λαμβάνει ὁ ἱερεὺς ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὴν προσφορὰν, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ τὴν ἁγίαν λόγχην. *Poſtea ſumit ſacerdos ſiniſtra quidem manu oblationem, dexterâ verò ſacrum cultum.* In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 72. eadem leguntur. Pag. 73. Καὶ αἴρων μερίδα μετὰ τῆς ἁγίας λόγχης. *Et tollens particulam ſacro cultro.* Quid myſticè notet, docet Germanus in hiſt. Eccleſ. pag. 151. Ἡ δὲ λόγχη, ἀντὶ τῆς κεντησάσης τὴν πλευρὰν τοῦ κυρίου. *Culter verò eſt loco lanceæ illius, quæ latus Domini pupugit.* Item: Τὸ δὲ ἐν τῇ λόγχῃ ἀποκαθαίρεσθαι, σημαίνει τὸ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ τὰ ἑξῆς. *Lanceâ expurgari, ſignificat illud, tanquam ovis ductus eſt ad mactationem, &c.* Pag. 152. Παρὰ τοῦ διακόνου, ὡς ἡ μεγάλη ἐκκλησία παρέλαβε, διατέμνεται σιδήρῳ τινὶ, ὅπερ καὶ λόγχην λέγουσιν. *A Diacono, ut magna accepit Eccleſia, diſſecatur ferro quodam, quod lanceam appellant.* Hinc formatum verbum λογχεύω. Apud eundem Germanum, pag. 177. Τὰ δ' ἄλλα τῶν θείων δώρων οὐ λογχεύονται μετὰ τῆς λόγχης σταυροειδῶς. *Reliqua verò dona non diſſecantur cultro, in modum crucis cultro adhibito.* Vide etiam Gl. Meurſii.

Λοιμός.

I. *Propriè* notat *morbum contagioſum.* Heſychius: Λοιμὸς, πάθος τι ἀερῶδες φθοροποιὸν ζώων ἐκ τῶν τῆς γῆς φασὶν ἀναθυμιάσεων, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ἀταξίας γινόμενον. *Peſtis, eſt, ut dicunt, corruptio quædam aëris ex terræ flatibus orta, & ex aëris intemperie, quâ animalia corrumpuntur.* Item: Λοιμὸς, φθορὰ, νόσος. Peſtis, *corruptio, morbus.* Varinus: Λοιμὸς, νόσος μεταδοτικὴ, ἡ φθορά. *Peſtis, morbus contagioſus, vel corruptio.* Vide Matth. XXIV. 7. Lucæ XXI. 11.

II. *Metaphoricè* notat hominem perditum, nefarium & pernicioſiſſimum, qui ſua tanquam contagione corrumpit & perdit cæteros. Heſychius: Λοιμῶν, φθοροποιῶν, ἢ ἁμαρτωλῶν τῶν τοῦ κόσμου ἐμπαικτῶν. *Peſtilentium, exitioſorum, vel peccatorum, mundi irriſorum.* Reſpicit procul dubio ad Pſal. I. 1. ubi ille prædicatur beatus, *qui* ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν, *in cathedra peſtilentium non ſedit.* Corruptum ἐμπαικτῶν. Reſcribo ἐμπαικτῶν, quo Hebræum לצים optimè exprimitur. Unde in Aquilæ verſione exſtat χλευαστῶν. Ad hunc locum Theodoretus, pag. 400. Λοιμοὺς τῇ θείᾳ γραφῇ φίλον καλεῖν, τοὺς μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινομένους, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῆς λύμης μεταδιδόντας, κατὰ τὴν ἐπισκήπτουσαν καὶ ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι νόσον, ἧς μεταλαγχάνουσιν οἱ τοῖς νοσοῦσι πελάζοντες. *Solet ſacra Scriptura eos nominare* peſtilentes, *qui non ſolùm ſeipſos labefactant, ſed etiam cum cæteris labem communicant; inſtar morbi, qui & homines & pecudes invadit, cujus participes etiam fiunt, qui ægrotantibus appropinquant.* Ad eundem locum Baſilius M. in Pſal. I. pag. 134. 135. Φασὶ τὸν λοιμὸν, ἐπειδὰν ἑνὸς ἀνθρώπου, ἢ κτήνους ἅψηται κατὰ διάδοσιν ἐπὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας διανέμεσθαι. Φύσιν γὰρ εἶναι τῆς νόσου τοιαύτην, τὸ ἐξ ἀλλήλων πάντας ἀναπιμπλάναι τῆς ἀρρωστίας. Τοιοῦτοι δέ τινές εἰσι καὶ οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας· ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῆς νόσου μεταδιδόντες συννοσοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ συναπόλλυνται. *Dicunt peſtem, ſi unius hominis vel jumenti corpus attingat, ad quosque proximos per communicationem ſerpere: illam enim eſſe hujus morbi naturam, ut uno contaminato & corrupto, mox ad alium vis morbi perveniat. Tales itaque ſunt operarii iniquitatis: alius in alium ſuum transmittit morbum, proinde ſimul ægrotant, & ſimul etiam pereunt.* Id proximis ibidem verbis probat exemplo libidini meretriciæ addictorum. Idem in Cap. V. Jeſ. pag. 963. Λοιμοὶ, ὥσοι δίκην νόσου φθοροποιοῦ κατὰ διάδοσιν ἐπινεμομένης, τοὺς πλησιάζοντας αὐτοῖς διαφθείροντες, ἤτοι ἐκ μοχθηρᾶς διδασκαλίας, ἢ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐρεθισμοῦ, λοιμοὶ δικαίως προσαγορεύονται. Peſtilentes, *qui inſtar mortiferi cujuſdam morbi, per diffuſionem invaleſcentis, vicinos quoſvis & appropinquantes corrumpunt: atque illud vel ob pravam doctrinam, vel lenocinando, & alliciendo ad peccatum: quocirca* peſtilentes *meritò nominantur.* Iterum Theodoretus ad Hoſeæ VII. 5. pag. 723. *Eos, qui ſeſe muneribus corrumpi patiuntur, & cum perverſis viris ſcelerumque architectis vivunt,* λοιμοὺς προσαγορεύει, ὡς λύμης καὶ βλάβης αἰτίους. Καθάπερ γὰρ ὁ λοιμὸς εἰ προσάψαιτό τινος, καὶ τοὺς πελάζοντας διὰ τούτου λωβᾶται· οὕτως οἱ πονηρίᾳ συζῶντες τοῖς γνωρίμοις λυμαίνονται. Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ, peſtes *vocat, tanquam exitii & perniciei autores. Ut enim peſtis contagio ſi quempiam invaſerit, etiam propiùs accedentes per eundem corrumpit: ſic ſcelerati familiaribus perniciem afferunt. Nam corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Judæi quoque falsò aſſerebant Act. XXIV. 5. Paulum eſſe λοιμὸν ἄνδρα, *hominem peſtiferum.* Demoſthenes in Ariſtogeitonem: Ὁ φαρμακὸς, ὁ λοιμός. *Incantator ille, illa peſtis.* Eodem ſenſu ſæpe Cicero. Pro Rabir. perd. reo: *Peſtis ac pernicies civitatis.* Pro Seſtio: *Furia ac peſtis patriæ.* Lib. I. de Oratore: *Cives peſtiferi.* Adherbal apud Saluſtium de Carthaginenſibus: *Poſtquam illa peſtis ex Africa ejecta eſt.*

Λουκιανισταί.

Λουκιανισταὶ, *Lucianiſtæ*, ſic dicti à *Luciano*, qui ſub Conſtantio vixit; non ſub Conſtantino, ut Epiphanius hæreſi *Lucianiſtarum* XLIII. pag. 165. ſcribit; & ab Arianis pro martyre habitus fuit. Hujus Luciani diſcipuli ſe mutuò vocabant Συλλουκιανιστὰς, *Collucianiſtas;* quomodo Arius Euſebium Nicomedienſem, qui teſte Philoſtorgio hiſt. Eccleſ. lib. II. tm. III. pag. 10. & tm. XV. pag. 20. Luciani diſcipulus fuit, Συλλουκιανιστὴν compellat epiſtolæ ſuæ fine apud Epiphanium, hæreſi Arianorum LXIX. p. 313. ubi tamen perperam legitur σὺν Λουκιανιστᾷ, & apud Theodoretum hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. IV. pag. 537. ubi rectè, Ἐρρῶσθαί σε ἐν κυρίῳ εὔχομαι, μεμνημένος τῶν θλίψεων ἡμῶν, Συλλουκιανιστὰ ἀληθῶς Εὐσέβιε. *Bene te valere cupio in Domino, memorem ærumnarum noſtrarum. Collucianiſta verè tui nominis Euſebi.* Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. II. tm. XVI. pag. 21. *tres Lucianiſtarum ordines* facit; nempe quoſdam ἀπαράτρωτον τὴν εὐσέβειαν διασώσασθαι, *illibatam pietatem ſervaſſe:* alios συναπαχθῆναι μὲν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἀνενεχθῆναι δὲ τῆς μεταβολῆς, *ad Synodum quidem Nicænam abreptos, reverſos verò ad frugem:* alios denique novarum opinionum autores fuiſſe, quas Philoſtorgius proſcribit; Maria ſcilicet & Theognin docuiſſe, τὸν Θεὸν καὶ πρὸ τοῦ γεννῆσαι τὸν υἱὸν, *Deum antequam Filium generaret, Patrem fuiſſe,* ἅτε δὴ τὴν δύναμιν ἔχοντα τοῦ γεννῆσαι, *utpote vim habentem generandi.* De qua ſententia etiam Sozomenus lib. VII. Cap. XVII. pag. 99. a. *Marinus* μὴ ὑφεστῶτος τοῦ υἱοῦ πατέρα αἰεὶ εἶναι, τὸν πατέρα ἐδόξαζε, *non exiſtente Filio Patrem ſemper eſſe, Patrem ſentiebat.* Vide etiam Socratem lib. V. Cap. XXIII. pag. 252. a. & Suidam in Ἀρειανοί. Aſterium verò dixiſſe, idem Philoſtorgius inquit, *Filium* ἀπαράλλακτον εἰκόνα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας εἶναι, *eſſe imaginem Patri per omnia ſimilem.* Vide in Ἀπαράλλακτος, num. II. 2. ſub lit. *b.*

Λυτήρ.

Veteres Gloſſæ: Λυτὴρ, *labrum.* Quia veteres de externa manuum ablutione, velut internæ puritatis indicio, antequam ad preces accederent, erant ſoliciti; ut docuimus in voce Εὐχὴ, num. VI. 1. ſub lit.

Digitized by Google

lit. B. b. in hunc ipſum finem in Templorum atriis habebant λουτῆρας, *labra*; κρήνας, *fontes*; νιπτῆρας, *pollubra*; φρέατα, *puteos*. Euchologium pag. 149. Μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν ἱερέα τὴν ὀπισθάμβωνον εὐχὴν, ἐξερχόμεθα πάντες ἐν τῷ λουτῆρι. *Poſtquam ſacerdos recitavit orationem, poſt ambonem, omnes egredimur ad labrum.* Chryſoſtomus Homil. LXXXII. tom. VI. Ὥσπερ οἱ λουτῆρες ὕδατος πεπληρωμένοι ἑστήκασι πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα νίψῃς τὰς χεῖράς σου· οὕτω τῆς ἐκκλησίας ἔξω καθίζονται οἱ πένητες, ἵνα πλύνῃς τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς τῇ ἐλεημοσύνῃ. *Quemadmodum labra aquis plena pro Eccleſiæ foribus conſtituta ſunt, ut manus tuas abluas: ita extra Eccleſiam ſedent pauperes, ut abluas animæ manus eleemoſynâ.* Idem Homil. LVII. tom. V. pag. 390. Κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισαι, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτως αὐτὰς εἰς εὐχὴν ἀνατείνωσιν. *Ut in atriis domuum oratoriarum fontes ſint, conſtitutum eſt, quò ſic Deum oraturi priùs manus abluant, & tunc demum eas ad preces extendant.* Idem, Homil. CVIII. tom. VI. Δύο νιπτῆρές εἰσι πρὸ τῶν πυλῶν τῆς ἐκκλησίας· μία τοῦ ὕδατος, ἐν ᾗ νίπτεις τὰς χεῖρας, καὶ μία ἡ χεὶρ τοῦ πένητος, ἐν ᾗ ἀποσμήχεις τὴν ψυχήν σου. *Duo pro Templi foribus malluvia ſunt: alterum aquæ, in quo manus abluis: alterum manus pauperis, in quo animam tuam purgas.* Corruptus hic Chryſoſtomus: νιπτὴρ enim maſcul. eſt. Vide etiam in Πένης. Codinus de Conſtantinopoli: Τὸ ἅγιον φρέαρ τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος. *Sanctus puteus ſancti Petri, & locus ambonis.* Item: Τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου. *Puteus martyrii.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. X. Cap. IV. pag. 110. b. ubi nobile illud à Paulino, Tyriorum Epiſcopo, exſtructum deſcribit Templum, dicit κρήνας, *fontes* ἄντικρυς εἰς πρόσωπον τοῦ νεὼ *ex adverſa fronte Templi poſitos fuiſſe.* Latini vocant *Cantharos*. Paulinus Epiſt. ad Severum: *E regione Baſilicæ novæ ſupra medianum arcum bi verſus ſunt:*

> *Sancta nitens famulis interluit atria lymphis*
> Cantharus, *intrantumq; manus lavat omne miniſtro.*

Vocant *ciſternas*. Idem in Natali IX. ſancti Felicis:

> *Deniq;* ciſternas *adſtruximus undique tectis*
> *Capturi fundente Deo de nubibus amnes,* &c.

Vocant *Puteos*. Surius in vita Porphyrii: *Sunt* putei *infra ſacrum ambitum, ex quibus unus ab occidentali parte ſanctæ, quæ nunc eſt, Dei Eccleſiæ, non parùm profundus.* Externum verò illum ablutionis ritum, non accedente interna cordis puritate, Chryſoſtomus Homil. VI. in I. ad Timotheum vocat γέλωτα, καὶ λῆρον, παίγνια, καὶ παίδων ἀθύρματα, *riſum, nugas, jocos, & puerorum ludicra.* Confer, quæ in Obſervationibus noſtris, Cap. VI. pag. 153. de hoc ritu notavimus.

Λουτρόν.

I. Λουτρὸν, *lavacrum commune* eſt, in quo ſordes externæ abluuntur. *De ejus uſu & abuſu* actum eſt in voce Βαλανεῖον, num. III. quibus adde ſequentia Greg. Nyſſeni Homil. III. in Eccleſiaſten, tom. I. pag. 401. Κἂν λουτρῶν ἐπιθυμῇς, ἐὰν θέλῃς, ἔχεις καὶ λουτρὸν κατοικίδιον, καὶ κρουνοὺς ἰδίους, δι' ὧν ἔστι τὰς κηλῖδας τῆς ψυχῆς ἀπονίψασθαι, ᾧ ἐκέχρητο καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ, κατὰ νύκτα ἐντρυφῶν τῷ τοιούτῳ λουτρῷ. *Quodſi lavacra deſideres, ſiquidem velis, habes etiam domi lavacrum, & fontes ſalientes, quibus ſordes animæ poſſunt elui, quo etiam magnus David uſus eſt, noctu in tali lavacro ſe oblectans.* Lacrymas intelligit, de quibus Pſal. VI. 6. Hinc etiam Nilus Parænaeticorum Cap. CXCV. Λουτὴρ ἀγαθὸς ψυχῆς, τῆς προσευχῆς τὸ δάκρυον. *Balneum bonum eſt animæ, orationis lacryma.*

II. Eſt *lavacrum myſticum*, ſeu *ſacrum*, nempe *Baptiſmus*. Ita appellatur ad Epheſ. V. 26. ubi λουτρὸν ὕδατος, *lavacrum aquæ*; quod Theophylactus, pag. 557. explicat per βάπτισμα. Chryſoſtomus Homil. XXI. ad populum Antiochenum: Τὰ ἁμαρτήματα ἀφανίζει τὸ λουτρόν. *Lavacrum peccata delet.* Ita autem vocatur *Baptiſmus*, ὅτι δι' αὐτοῦ τὰς ἁμαρτίας ἀποῤῥυπτόμεθα, *quia per eum peccata abſtergimus*, ut loquitur Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. Cap. VI. pag. 93. Et Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 639. Λουτρὸν καλοῦμεν τὸ βάπτισμα, ὡς ἐκπλῦνον. *Baptiſmum vocamus lavacrum, tanquam ablutionem.* Vocatur λουτρὸν τῆς μετανοίας, *lavacrum pœnitentiæ*. Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone: Λουτρὸν τῆς μετανοίας, καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν τοῦ Θεοῦ γέγονε. *Lavacrum pœnitentiæ, ac notitiæ Dei, quod propter iniquitates populorum Dei eſt inſtitutum.* Vocatur λουτρὸν παλιγγενεσίας, *lavacrum regenerationis*, ad Titum III. 5. πνευματικὸν λουτρὸν, *ſpirituale lavacrum*. Can. II. Concilii Nicæni I. reprehenditur ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, *homines à gentili nuper vita accedentes ad fidem, & exiguo tempore eruditos, ſtatim ad ſpirituale lavacrum ducere.*

Λοχεία.

Suidas: Λοχεία ἐπὶ γυναικὸς ὅτε τέξεται. *Puerperium, partus. De muliere dicitur, cùm parit.* Notat *nativitatem*. Catechumeni; ut eſt apud Chryſoſtomum Homil. CX. tom. V. pag. 715. in Oratione ſua Deum ita invocant: Πιστεύομεν ὅτι δύνασαι τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν ἀποπλῦναι τὸν βόρβορον· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι τὴν ξένην λοχείαν ἐργάσασθαι. *Credimus, te poſſe peccatorum noſtrorum ſordes abluere: credimus, te poſſe novam illam nativitatem operari.* Intelligit *regenerationem*. Zonaras ad Canonem LXXIX. in Trullo, pag. 191. Λοχεία ἐστὶν ἡ μετ' ὠδίνων τοῦ βρέφους ἀπότεξις, καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀκόλουθος ῥύσις, ὧν μὴ πεπονθέναι τὴν Θεοτόκον πιστεύομεν. *Eſt verò puerperium emiſſio fætus, quam doloris ſenſus, & profluvium ſanguinis comitantur: quibus quidem nullatenus Deiparam obnoxiam fuiſſe credimus.* Verùm λοχεία propriè hoc non eſt, ſed *partus*, ut ex vulgatis notum Lexicis. Quæritur, *an* λοχείας *vox de partu Virgineo rectè uſurpetur?* Affirmant quidam ex Græcis: alii negant. Paracletice affirmat, pag. 43. ubi *partus virginis* λοχεία vocatur. Κάμινός ποτε μὴ φλέξασα τοὺς παῖδας τὴν σὴν λοχείαν προεικόνιζε παρθένε. *Caminus aliquando, quæ pueros non exuſſit, tuum, Virgo, partum præfigurabat.* Pag. 50. Μέγα καὶ φρικτὸν ὑπάρχει θεομῆτορ τὸ τῆς σῆς λοχείας τὸ μυστήριον. *Magnum & tremendum eſt, Dei mater, tui partus arcanum.* Pag. 84. Νόμου διετράνωσαν εἰκόνες τὴν σὴν φρικτὴν λοχείαν θεονύμφευτε. *Legis manifeſtârunt imagines tuum tremendum partum, Deo deſponſata.* Alii negant. Can. LXXIX. Concilii in Trullo ita decernit: Ἀλόχευτον τὸν ἐκ τῆς παρθένου θεῖον τόκον ὁμολογοῦντες, ὡς καὶ ἀσπόρως συστάντα καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ κηρύσσοντες, ὑποβάλλομεν τοὺς δι' ἄγνοιαν πράττοντάς τι τῶν οὐ δεόντων, διορθώσει καθυποβάλλονται. Interpres: *Absq; ullo dolore Virginis partum eſſe confitentes (ut qui ſine ſemine conſtitutus ſit) & univerſo gregi prædicantes, eos qui propter ignorantiam aliquid indecens faciunt, correctioni ſubjicimus.* Ἀλόχευτον τόκον hic Canon vocat eum partum, qui fit ἄνευ λοχίων, *ſine purgamentis in utero poſt partum relictis*, ut ſunt *ſecundæ*: quod ex iis, qui eodem Canone ſubjiciuntur, ſatis claret. Vide ad eum Zonaram & Balſamonem. Pſellus in Canticum, pag. 741. dicit, Chriſtum ex Virgine

Digitized by Google

gine natum eſſe ἄνευ λοχείας. At ſi rem paulò diligentiùs conſideremus, patebit λοχείαν de partu S. Virginis rectè uſurpari, & ἀλόχευτον τόκον non dici eum, qui fit ſine dolore, ſed qui ſine viri ſemine. De λοχείᾳ jam vidimus. Reſtat, ut de voce ἀλόχευτος quoque pauca addamus. Heſychio ἀλόχευτος eſt ἀγέννητος, *non natus, non generatus: non partus ab aliqua muliere.* Suidæ præterea eſt ἐξ ἀσπόρου, ἐξ ἀλοχεύτου προελθών. *Ex non ſato, ex non parto, ex non genito progreſſus.* Ἀλόχευτος ergo τόκος eſt, qui editur ἀσπόρως, *ſine ſemine, partus lectum non expertus*: prima enim ejus origo λέχος, *lectus*. Hinc ἄλοχος, *uxor, conjunx.* Heſychius: Ἄλοχος, εὐνή, γαμετή. *Lectus, coitus, conjunx.* Suidas: Ἄλοχος, γαμετή. *Conjux, uxor.* Atque talis τόκος omnino Chriſti eſt: Sola enim B. Virgo Filium peperit ἀπειρόγαμος, ἀπειρόζυγος, ἀπείρανδρος, ut vidimus in voce Λόγος, ubi variorum hæreticorum circa Incarnationem errores produximus. Hinc tamen nondum ſequitur, eam ſine dolore peperiſſe. Photius ſub initium Epiſt. XXX. pag. 80. Ὁ ἀσπασμὸς ἄνωθεν· ἡ σύλληψις ἄσπορος· κύησις ἄφραστος· ὠδῖνες ἀλόχευτοι· ἡ τῶν ὠδίνων διάλυσις. Montacutius reddit: *Salutatio de ſurſum: conceptio ſine ſemine: parturitio inexplicabilis: partus ſine obſtetrice: dolorum abſentia.* Potiùs *dolores partus ſine viri ſemine* ſunt ὠδῖνες ἀλόχευτοι. Sunt enim ὠδῖνες *dolores parturientium.* Et per διάλυσιν ὠδίνων malim intelligere *ſolutionem ſeu aperturam uteri*, quam quidam ex Patribus diſertis docent verbis. Theophylactus in Cap. II. Lucæ, pag. 318. Τοῦ δὲ νόμου λέγοντος, Πᾶν τὸ διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ· εἰς Χριστὸν μόνον κυρίως ἐξέβη τοῦτο. Αὐτὸς γὰρ διήνοιξε τὴν μήτραν τῆς παρθένου· ἐπείγε ταῖς ἄλλαις μητράσιν ὁ ἀνὴρ διανοίγει τὴν μήτραν. *Cùm autem lex dicat*, Omne adaperiens vulvam: *propriè ad Chriſtum ſolum pertinet. Ipſe enim aperuit vulvam virginis: cùm reliquis matribus vir vulvam aperiat.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. XLIII. lib. I. negat de quoquam eundem locum nuncupatum, ἀλλὰ περὶ ἑνὸς ἐκείνου καὶ μόνου τοῦ ἐν τῷ τίκτεσθαι τὴν μήτραν ἀνοίξαντος. *Sed de uno ſoloque illo, qui in partu vulvam aperuit.* Epiphan. hæreſi LXXVIII. Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ἀνοίγων μήτραν μητρός. *Hic ille eſt, qui verè aperuit vulvam matris.* Πάντες γὰρ ὅσοι ἐγεννήθησαν πρωτότοκοι οὐκ ἠδυνήθησαν τοῦτο πληροῦν, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ μονογενὴς μήτραν παρθένου ἀνοίξας. Ἐν τούτῳ γὰρ μόνῳ τετελείωται, καὶ ἐν ἄλλῳ οὐδενί. *Quicunque enim geniti ſunt primogeniti, eorum nullus potuit hoc implere, præter unum iſtum unigenitum, qui aperuit vulvam Virginis. Nam in hoc ſolo impletum eſt, nec in ullo alio.* Vide etiam in voce Μαρία, num. III. 4.

Λύπη.

Duplicem nobis λύπην, *triſtitiam* proponit S. Apoſtolus II. Corinth. VII. 10.

I. eſt ἡ κατὰ Θεὸν λύπη, *triſtitia ſecundùm Deum*: de qua apud Baſilium in Regulis brevioribus, Interrogat. CXCII. pag. 600. Ἡ κατὰ Θεὸν λύπη ἐστίν, ὅταν ἐντολῆς Θεοῦ παροφθείσης, λυπηθῇ τις, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἀθυμία κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου. *Triſtitia ſecundùm Deum eſt, cùm quis ob neglectum Dei mandatum triſtitiâ afficitur, juxta illud quod ſcriptum eſt: Triſtitia me tenuit propter peccatores derelinquentes legem tuam.* Huc faciunt illa Cap. II. Actorum Synodi Nicænæ, pag. 13. Ποιεῖ οἰκείαν λύπην τοῖς φιλοθέοις ἀνδράσιν, ἡ τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων ἀδικία. *Viris Dei amantibus id triſtitiam afferre ſolet, ſi res injuſtè geri videant.* Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 238. Τὸ ἐπὶ τοῖς ἐπταισμένοις ἀλγεῖν τὴν ἀληθῆ πραγματεύεται σωτηρίαν. *De peccatis dolere veram comparat ſalutem.* Mox: Οἱ τὴν ἁμαρτίαν ὀλοφυρόμενοι, κἂν ἀμέτρως θρηνήσωσιν, εὐφροσύνης καρποῦνται, μεταμέλειαν οὐ δεχόμενοι. *Qui peccatum deflent, etiamſi immoderatè luxerint, lætitiâ fruuntur, pœnitentiam non admittentes.* Illa tamen ἀμετρία vitanda, quæ hominem ad deſperationem adigere poſſet: nam, ut Chryſoſtomus rectè monet Homil. I. de Pœnitentia, ſeu LXXVII. tom. VI. Ἡ σωτήριος ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι λύπη, ὀλέθριος ὑπὸ τῆς ἀμετρίας γίνεται. *Salutaris de peccatis triſtitia, pernicioſa fit, ſi ſit immoderata.* Theophylactus in II. Corinth. VII. pag. 380. Διὰ τὰς ἁμαρτίας λυπεῖσθαί τις θέλων, κατὰ Θεὸν λυπεῖται. Τὸ γὰρ φάρμακον τοῦτο πρὸς ταύτην τὴν νόσον ἁρμόζει μόνην, σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργαζόμενον, (οὐδεὶς γὰρ ἑαυτοῦ καταγινώσκει ἐπὶ ἁμαρτίαις λυπηθέντος) καὶ ἁρπάζει ἐκ τοῦ ψυχικοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον. *Propter peccata ſi quis libenter triſtatur, ſecundùm Deum contriſtatur. Medicina enim hæc ad hanc ægritudinem ſolam apta eſt, haud pœnitendam ſalutem efficiens, (nemo enim ſeipſum condemnat peccati nomine contriſtatum) hominemque à morte animæ eripit.* Talis triſtitia omni gaudio mundano præſtantior. Sic enim Gregorius Nazianzenus Orat. XVI. pag. 247. Ἔστι ποτὲ ἡδονῆς λύπη τιμιωτέρα, καὶ κατήφεια πανηγύρεως, καὶ γέλωτος οὐ καλοῦ δάκρυον ἐπαινούμενον. *Triſtitia nonnunquam voluptate, & mæſtitia lætitiâ, & laudabiles lacrymæ turpi atque obſcœno riſu præſtantiores ſunt.* Proinde admonitioni Chryſoſtomi, Homil. XV. in Epiſt. ad Philippenſes, pag. 88. locum dantes, λυπηθῶμεν, λύπην χαρᾶς μητέρα, καὶ μὴ ἡσθῶμεν χαρὰν λύπην τίκτουσαν. *Triſtemur triſtitiâ, quæ gaudium conciliet, nec lætemur lætitiâ, quæ triſtitiam pariat.*

II. eſt ἡ λύπη τοῦ κόσμου, *triſtitia ſecundùm mundum.* Hæc triſtitia, ut Baſilius loco ſuprà laudato, eſt, ὅταν τι ἀνθρώπινον καὶ τοῦ κόσμου ἄξιον ᾖ τὸ λυποῦν, *quando quis ex aliqua re humana, mundanave ægritudinem ſenſit.* Vel, juxta Chryſoſtomum Homil. XV. in II. ad Corinthios, Ἐὰν λυπηθῇς διὰ χρήματα, διὰ δόξαν, διὰ τὸν ἀπελθόντα. *Si triſteris propter pecunias, propter gloriam, propter mortuum.* Theophylactus ad Apoſtoli locum, pag. 380. eodem modo explicat. Et Theodoretus: Κόσμου λύπην ἐκάλεσε, τὴν ἐπὶ ζημίᾳ χρημάτων, τὴν ἐπὶ θανάτῳ παίδων ἢ γυναικῶν, ἧς ἡ ἀμετρία τὸν θάνατον οἶδεν ἐπάγειν. Mundi triſtitiam *vocavit, quæ pro pecuniæ jactura, pro filiorum vel uxorum morte ſuſcipitur, in qua immoderatus exceſſus mortem afferre ſolet.*

Λυχνικόν.

Λυχνικὸν vocatur tempus veſpertinum, quo lumen accenditur. Typicum Sabæ, Cap. II. pag. 1. Ὁ ἱερεὺς ἀπελθὼν λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ. *Sacerdos ubi abiverit recitat preces Lucernarii.* Can. XC. Concilii in Trullo: Μετὰ τὴν ἐν τῷ λυχνικῷ εἴσοδον αὖθις τὰ γόνατα κάμπτοντες, οὕτω τὰς εὐχὰς κυρίῳ προσάγομεν. *Poſt introitum ſub Lucernarium rurſus genua flectentes, ſic preces Domino offerimus.* Euchologium pag. 10. & ſeqq. Septem ponit εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ. Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 708. Τὸ λυχνικὸν τοῦ σαββάτου ἑσπέρας ἐν αὐτῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σὺν Θεῷ ποιούμεθα. *Lucernarium ſub veſperam Sabbati in eadem domo oratoria ſanctæ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ cum Deo facimus.* Latinis etiam dicitur *hora lucernaria*, cùm ad veſperam lucernæ accenduntur, quod Auguſtinus Reg. II. de Temp. Edendi, *Lucernarium* appellat. *Et poſtquam refecerint, ſive in horto, ſive ubicunque fuerint, faciant opus usque ad horam lucernarii.* Vide Gl. Meurſii.

Λῶρον & Λῶρος.

I. Λῶρος eſt *lorum*. Gloſſæ Græco-Latinæ: Λῶρος, *habena*. Heſychius: Ῥυτὴρ, ἡνίον, λῶρος. *Habena, frenum, lorum*. Scholiaſtes Homeri ad v. 371. Il. γ'. Ἱμὰς, λῶρος, ἅμμα. *Ligamen, lorum, copula*. Macarius Homil. XXXII. Ὅταν ᾖ πλούσιον παιδίον, καὶ ἔχῃ παιδαγωγὸν, τέως μὲν λώροις αὐτὸ βασανίζει. *Si fuerit divitis puer, & habeat pædagogum, tunc quidem eum loris cædit*. Vide Gl. Meurſii.

II. Λῶρος eſt *vinculum capitis*, vel *diadema*, ſive *faſcia Imperatoria*. In donatione Conſtantini: Τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον, σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. Donatio Latina ſic habet: *Phrygium candido nitore ſplendidum ejus ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus*. Poſſes etiam reddere: *Splendidam lorum reſurrectionem Dominicam deſignans ejus ſacro capiti noſtris manibus impoſuimus*. Obſerva, *Lorum* & *Phrygium* idem eſſe, & utrumque ſumi pro vitta capitis, vel mitra, & tiara Imperiali. *Phrygium* enim adjectivum, abſolutè ſine ſubſtantivo poſitum eſt, ut in re veſtiaria fieri amat. Subintelligitur autem *Phryginm pileum*, aut *Phryginm lorum*, aut aliquid tale. Vetuſtiores *Phrygiam mitram*, & *Phrygiam tiaram* dicebant, quod poſteriores abſolutè *Phrygium*, ſubaudiendo *lorum*, vel *pileum*. Vide Cl. Salmaſium in Vopiſcum.

Λώταξ.

Λώταξ eſt *mendicus*. Chryſoſtomus Homil. XIII. in Epiſt. ad Epheſios: Οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς προσαιτοῦντας, οὓς λώτακας ἡμῖν ἔθος καλεῖν, πῶς περιίασι, πῶς καὶ αὐτοὺς ἐλεοῦμεν; *Non vides hos mendicos, quos ſolemus vocare λώτακας, quomodo circumeant, quomodo etiam eorum miſereamur?* Euſtathius ad Il. β'. Καὶ δηλοῖ (λωτὸς) καλαμίσκον τινὰ, ἐξ οὗ καὶ λώταξ, ὁ περὶ τοῦτον λωτὸν πονούμενος. *Significat etiam λωτὸς parvam quandam arundinem, unde etiam λώταξ is appellatur, qui circa eam occupatus eſt.*

M.

Μαγιστεριανός. Μαγιστριανός.

Magiſtrianus. Gloſſæ Latino-Græcæ: *Agens in rebus*. Μαγιστριανός. Suidas: Μαγιστεριανός. Ὁ καγστρίσιος. Οὐράνιος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς, γράμματα ἀποδέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ. *Magiſterianus. Canſiriſim. Uranius conſecratus Magiſtrianus, literas Epiſcopo tradidit*. Idem in Καθωσιωμένος. Ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανὸς, εὐσεβῆ γράμματα ἀποδέδωκε τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Καλενδίωνι. *Sanctus Magiſtrianus pias literas reddidit ſanctiſſimo Archiepiſcopo Calendioni*. Neſtorius in Actis Epheſinis, pag. 145. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ οἱ ἀποσταλέντες ὑπ' αὐτοῦ ἐδήλωσαν μαγιστριανοί. *Hoc enim ei ab illo miſſi indicarunt Magiſtriani*. Erant hi *Magiſtriani* vel *Magiſteriani*, quibus cùm alia, tum etiam evectiones publici curſus commiſſæ erant. Hic magiſtratus inſtitutus primùm à Conſtantino, quem Acta Abertii *Magiſterianum*, Metaphraſtes verò in vita Porphyrii Epiſcopi *Magiſtrianum* appellat. *Interim autem*, inquit *repurgatur locus, venit Magiſtrianus epiſtolas afferens Imperatorias ſemper memorandæ Eudoxiæ*. In paſſione quoque Proceſſi & Martiniani ita legitur. *Eodem quoq; tempore nunciatum eſt Paulino viro clariſſimo, magiſtro officiorum, quòd Proceſſus & Martinianus Magiſtriani, Chriſtiani effecti eſſent*. Hi ſuprà dicti ſunt *magiſtri principes* in eodem contextu abſolutè; dicit enim: *Erant autem cuſtodientes eoſdem beatiſſimos Apoſtolos milites multi, inter quos erant duo magiſtri principes Proceſſus & Martinianus*. Et paulò pòſt vocat *Magiſtrianos principes*, cùm ait: *Tunc baptizati ſunt beati Proceſſus & Martinianus magiſtriani principes*. Vide Gl. Meurſii.

Μάγιστρος.

Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. XI. tom. II. pag. 146. meminit Eugenii, quem dicit fuiſſe μάγιστρον τὴν ἀξίαν, Ἕλληνα δὲ τὸ σέβας, *dignitate Magiſtrum, religione verò paganum*. Intelligit Eugenium tyrannum. Socrates l. V. c. XXIV. eum vocat ἀντιγραφέα τοῦ βασιλέως. Ubi Interpres malè vertit *Quæſtorem*. *Magiſter ſcriniorum* intelligendus videtur, hic enim ἀντιγραφεὺς τοῦ βασιλέως. Eunapius in Nymphidiano *Magiſtrum ſcriniorum* ita quoque deſcribit, ᾧ βασιλεὺς τὴν βασιλικὴν γλῶσσαν ἐπιτρέψει. Certè & antequam ad Palatium principis proveheretur, alio quoque ſenſu *Magiſter* fuerat Eugenius, nempe literarum & Oratoriæ, ut referunt Zoſimus, lib. IV. pag. 775. & Socrates, lib. V. Cap. XXIV. Iterum apud Philiſtorgium, lib. XII. tom. I. pag. 159. μάγιστρος abſolutè poſitum, notat *Magiſtrum officiorum*. Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 724. μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων. *Magiſter divinorum officiorum*. Multa de hac voce Briſſonius lib. XI. de Verbor. ſignificatione. Præcipua indicâſſe ſufficiet. *Magiſtros* Paulus dici ſcribit, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent. Ipſosque adeò magiſtratus per derivationem à magiſtris cognominari. l. 57. D. de verb. ſignif. Feſtus verò lib. XI. *Magiſtrare* ait, eſſe moderari: indeque *magiſtros* non ſolùm doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dici: quia omnes hi magis cæteris poſſunt. *Magiſter populi* olim dicebatur Dictator. *Magiſtri Militum*, qui στρατηλάται in Novellis, ſæpe in Conſtitutionibus Impp. nominantur. Erant *Magiſtri ſcriniorum*, quibus ſuberant Magiſtri memoriæ, epiſtolarum, libellorum. Erant *Magiſtri cenſus*, Græcis μαγιστρίκενσοι. Gloſſæ Baſil. Μαγιστρίκηνσος, ἄρχων τῆς ἀναγραφῆς. Alii diviſis vocibus dicunt μάγιστρος τῶν κήνσων. Rurſus alii μασσρίκηνσος, vel μαιστρίκηνσος, à μάστρος vel μάϊστρος, pro μάγιστρος. Erant *Magiſtri officiorum*, in oriente unus, in occidente alter. Sub horum diſpoſitione erant fabricæ: item ſcrinia memoriæ, ſcilicet Libellorum, Epiſtolarum & Diſpoſitionum. Scholæ item ſcutariorum, armaturarum, ſeniorum, agentium in rebus, & deputatorum ejuſdem Scholæ Admiſſionales item & Cancellarii. Curſus etiam publici poteſtas. *Magiſtri memoriæ* epiſtolis vel libellis præerant. *Magiſtri epiſtolarum*. Hi legationes civitatum, conſultationes & preces tractabant. Erant & *Magiſtri epiſtolarum Græcarum*, qui eas epiſtolas, quæ Græcè ſolebant emitti, aut ipſi dictabant, aut Latinè dictatas transferebant in Græcum. Erat *Magiſter rei privatæ*, *Magiſter æris*, *Magiſtri veſtium*, *Magiſter admiſſionum*. *Magiſtri* etiam appellantur, qui bonis debitoris diſtrahendis communi creditorum conſenſu præficiebantur. Vide etiam Gl. Meurſii.

Μάγος.

Μάγος, *Magus*, vocem eſſe Perſicam, eamque initio in laude fuiſſe uſurpatam, ferè omnes conſentiunt. Qui enim apud Perſas Philoſophica & Theologica tractabant ſtudia, appellabantur *Magi*. Heſychius: Μάγον, τὸν θεοσεβῆ, καὶ θεολόγον, καὶ ἱερέα οἱ Πέρ-

Digitized by Google

οἱ Πέρσαι λέγουσι. *Magum, pium, & Theologum & Sacerdotem appellant Perſæ.* Suidas: Μάγοι παρὰ Πέρσαις οἱ φιλόσοφοι, καὶ φιλόθεοι. *Magi apud Perſas Philoſophi, & Philothei*, id eſt, ſapientiæ & Dei amantes vocantur. De vocis origine videri poteſt Cl. Caſaubonus Exercitat. II. ad Annales Baronii, num. II. X. Ravanellus in hac voce. Viri illi, qui ab oriente Jeroſolymam venerunt, Chriſtum recens natum adoraturi, vocantur *Magi* Matth. II. 1. 7. 16. Erant enim *ex Perſia oriundi*, unde eos Chryſoſtomus Homil. VI. & VII. in Matth. ſæpiùs appellat *Perſas*, & *ex Perſide veniſſe* ait. Cum eo conſentit Baſilius M. de humana Chriſti generatione, tom. I. pag. 591. Ἔθνος Περσικὸν οἱ μάγοι, μαντείαις καὶ ἐπαοιδίαις καὶ φυσικαῖς τισιν ἀντιπαθείαις προσέχοντες, καὶ περὶ τὴν τήρησιν τῶν μετεωρίων ἐσχολακότες. *Magi ſunt populus Perſicus, vaticiniis & incantationibus deditus, & obſervationi repugnantium proprietatum in rebus naturalibus: obſervationi item rerum cœleſtium vacabant.* Eodem referri poteſt, quod Theodoretus habet hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XXXVIII. pag. 752. Μάγους καλοῦσιν οἱ Πέρσαι τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. *Magos Perſæ eos vocant, qui elementa deos faciunt,* Alii tamen ex Patribus eos ex *Arabia in Judæam* deducunt. Et habet aliquam ſpeciem illa ratio, quam plerique Patrum afferunt; extitiſſe memoriam inter iſtos prophetiæ à Balaamo editæ, ac proinde ab eo Magos originem traxiſſe. Sic Greg. Nyſſenus in diem natalem Chriſti, tom. III. pag. 343. Ἀκούεις τοῦ οἰωνιστοῦ Βαλαὰμ ἐπιπνοίᾳ κρείττονι τοῖς ἀλλοφύλοις ἐπιθειάζοντος, ὅτι ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ: Ὁρᾷς τοὺς ἀπ' ἐκείνου τὸ γένος κατάγοντας μάγους, ἐπιτηροῦντας κατὰ τὴν πρόρρησιν τοῦ προπάτορος, τὴν τοῦ καινοῦ ἀστέρος ἀνατολήν, ὃς παρὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἀστέρων φύσιν μόνος καὶ κινήσεως μετέχει, καὶ στάσεως, πρὸς τὴν χρείαν ἑκατέρων τούτων μεταβαίνων. *Audis hariolum Balaam meliori numine afflatum ſic alienigenis prædicentem: Orietur ſtella ex Jacob. Ecce tibi, qui ab eo genus duxerunt, Magi ex prædictione ipſius novæ obſervant ortum ſtellæ, quæ præter aliarum ſtellarum naturam & motus & ſtatus eſt particeps, & ad utilitatem hac utitur viciſſitudine.* Theophylactus in Cap. II. Matthæi, pag. 11. Λέγουσι τοὺς μάγους τοῦ Βαλαὰμ ἀπογόνους εἶναι τοῦ μάντεως· Εὑρόντας δὲ τὸ ἐκείνου χρησμόν, τό, Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, νοῆσαι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ διὰ τοῦτο ἐλθεῖν, θέλοντας ἰδεῖν τὸ τεχθέν. *Dicunt Magos illos fuiſſe Balaami auguris poſteros: Cùm verò inveniſſent oraculum illius,* Orietur ſtella ex Jacob, *intellexiſſe myſterium Chriſti, & idcirco natum adire voluiſſe.* Sed reſpondent viri; ſi Balakus erat Arabs; at Balaamus fuit è Meſopotamia, ut conſtat ex Numer. XXIII. 7. Deuteron. XXIII. 4. Quando ad recens natum acceſſerint Meſſiam, ex Matthæo patet: qui dicit id factum eſſe τοῦ Ἰησοῦ γεννηθέντος, *Jeſu nato*, id eſt, paulò antè nato. Hanc hujus locutionis vim eſſe, docet Caſaubonus loco citato. Errat ergo Epiphanius, qui exacto demum biennio id factum affirmat lib. I. tom. I. pag. 26. Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ γεννήσεως κατοπτευθεὶς ὑπὸ τῶν μάγων προσκυνεῖται δῶρα λαβών. *Secundo anno poſt nativitatem ſuam viſus adoratur à Magis, & munera accipit.* Et hæreſi LI. pag. 187. Ὅτε ἦλθον οἱ μάγοι δύο ἦν ἐτῶν ὁ παῖς γεγεννημένος. *Cùm veniſſent Magi duos jam annos natus erat puer genitus.* De eorum muneribus actum in voce Λίβανος. Eorum adventus Judæorum redarguit impietatem. Theophylactus in Cap. II. Matth. pag. 11. Πρὸς κατάκρισιν τῶν Ἰουδαίων ἔρχονται οἱ Μάγοι. Εἰ γὰρ οἱ μάγοι, ἄνθρωποι εἰδωλολάτραι, ἐπίστευσαν, ποία ἀπολογία λοιπὸν τοῖς Ἰουδαίοις; *Ad condemnationem Judæorum veniunt Magi. Nam ſi Magi, homines idolorum cultui dediti, crediderunt, quam deinceps defenſionem prætexent Judæi?* Venerunt, ut fama de nato Meſſia eò latiùs diffunderetur. Ἅμα δὲ καὶ ἵνα ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ πλέον ἐκλάμψῃ, μαρτυρούντων τῶν Μάγων, τῶν μάλιστα τοῖς δαίμοσιν ὑποκειμένων, καὶ ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ. *Alia cauſa eſt, ut gloria Chriſti magis effulgeret, teſtimonium perbibentibus Magis, qui maximè obnoxii erant dæmonibus, & hoſtes Dei.*

Magorum nomen, quod initio honeſtum erat, infame poſtea factum eſt, ita ut idem ei acciderit, quod nominibus *tyrannus, ſophiſta, latro, &c.* Heſychius: Μάγον, τὸν ἀπατεῶνα, φαρμακευτήν. *Magum appellant ſeductorem, incantatorem.* Suidas: Μάγους ἐκάλουν τοὺς ψευδεῖς φαντασίας περιτιθέντας ἑαυτοῖς· ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τοὺς φαρμακούς, μάγους ἔλεγον. *Magos vocabant, qui falſas imaginationes ſibi affingebant. Hinc autem & veneficos vocârunt Magos.* Balſamon ad Can. XXXVI. Laodic. pag. 842. Μάγοι εἰσὶν οἱ προσερχόμενοι τῷ σατανᾷ διά τινα αἰτίαν. *Magi ſunt, qui ob cauſſam aliquam ad ſatanam accedunt.*

Μάθημα.

I. Μάθημα eſt *diſciplina, inſtitutio, ſtudium.* Veteres Gloſſæ: Μάθημα, *documentum, ſtudium.* Suidas: Μάθημα, ἐπιτήδευμα, ἄσκημα. *Diſciplina, ſtudium.* Baſilius in principium Proverb. pag. 460. Ἐπειδὰν ἡ τῶν μαθημάτων ἀνάληψις παιδεία λέγηται, κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ τοῦ Μωϋσέως, ὅτι ἐπαιδεύθη ἐν πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, τὸ μὴ τοῖς τυχοῦσιν ἑαυτὸν μαθήμασι περιβάλλειν, ἀλλὰ γνῶναι τὴν χρησιμωτάτην παιδείαν, οὐ μικρὸν πρὸς σωτηρίαν. *Quoniam doctrinarum perceptio & intelligentia diſciplina dicitur: ut de Moſe ſcribitur, quòd in omni diſciplina & ſapientia Ægyptiorum eruditus fuerit: certè non vulgaribus ſeſe diſciplinis imbuere, ſed utiliſſimam doctrinam ſibi comparare, non parùm confert ad ſalutem.* Eleganter Greg. Nyſſenus Homil. VII. in Canticum, tom. I. pag. 581. de optimo in diſciplinis ordine: Ἀρίστη τάξις ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐστὶ πρῶτον διδάσκεσθαι καὶ τότε φθέγγεσθαι. Τὰ δὲ μαθήματα τῆς ψυχῆς βρώματα τις εἰπὼν εἶναι, τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτήσεται. Ὥσπερ γὰρ δὴ τὴν σωματικὴν τροφὴν τοῖς ὀδοῦσι καταλεαίνοντες, κατάλληλον αὐτὴν τοῖς σπλάγχνοις γενέσθαι παρασκευάζομεν· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστί τις λεπτοποιητικὴ τῶν διδαγμάτων δύναμις ἐν τῇ ψυχῇ, δι' ἧς ὠφέλιμον γίνεται τῷ δεχομένῳ τὸ μάθημα. *Ordo in diſciplinis optimus eſt, primùm doceri, ac deinde loqui. Diſciplinas autem qui cibos animi eſſe dixerit, à vero non aberrabit. Ut enim corporeum alimentum dentibus comminuendo paramus, ut viſceribus noſtris idoneum fiat: eodem modo facultas quædam eſt in animo, quæ doctrinas comminuit, & per quam utilis illi fit doctrina, qui eam recipit.*

II. Notat *doctrinam Evangelicam.* Origenes lib. II. contra Celſum, pag. 86. Ἀρχῆθεν τοῦτο μάλιστα τοῦ Ἰησοῦ μάθημα ἐκρατύνετο παρὰ τοῖς ἀκούουσιν αὐτοῦ, διδάσκον καταφρονεῖσθαι μὲν τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν περισπώμενον ζῆν, σπουδάζεσθαι δὲ τὸ παραπλήσιον τῷ ζῆν τοῦ Θεοῦ ζῆν. *Fuit jam inde à principio præcipua pars doctrinæ Evangelicæ, ut ſectatores ejus vitam iſtam vulgò expetitam contemnerent, darentque operam ut quàm proximè ad divinam vitam accederent.* Lib. III. pag. 127. τὰ Ἰησοῦ μαθήματα, eſt *doctrina Evangelica*, vel *præcepta Chriſti:* quæ paulò pòſt vocantur ὑποθῆκαι. Κατὰ τὰς Ἰησοῦ ὑποθήκας ζῶν. *Obſervator præceptorum Jeſu.* Aliàs μάθημα εὐαγγελικόν. Cyrillus Alex. lib. V. Cap. V. in Johannem, pag. 534. ad v. 1. Cap. I. ad Hebræos: Οὐκοῦν αὐτουργὸς ἡμῖν εἰς διδασκαλίαν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς γέγονεν ὁ υἱός. Διά τοι τοῦτο λόγος αὐτοῦ κυρίως ὀνομασθήσεται μάθημα τὸ εὐαγγελικόν. *Factus igitur nobis eſt ipſe doctor & magiſter Filius ultimis ſeculi temporibus. Propterea verbum ejus propriè vocabitur doctrina Evangelica.*

II. No-

II. Notat *doctrinam Evangelicam.* Origenes lib. II. contra Celſum, pag. 86. Ἀρχῆθεν τοῦτο μάλιστα τοῦ Ἰησοῦ μάθημα ἐκρατύνετο παρὰ τοῖς ἀκούουσιν αὐτοῦ, διδάσκον καταφρονεῖσθαι μὲν τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν περιεπόμενον ζῆν, σπουδάζεσθαι δὲ τὸ παραπλήσιον τῷ ζῆν τοῦ Θεοῦ ζῆν. *Fuit jam inde à principio præcipua pars doctrinæ Evangelicæ, ut ſectatores ejus vitam iſtam vulgò expetitam contemnerent, darentq; operam ut quàm proximè ad divinam vitam accederent.* Lib. III. pag. 127. τὰ Ἰησοῦ μαθήματα, eſt *doctrina Evangelica*, vel *præcepta Chriſti*: quæ paulò pòſt vocantur ὑποθῆκαι. Κατὰ τὰς Ἰησοῦ ὑποθήκας ζῶν. *Obſervator præceptorum Jeſu.* Aliàs μάθημα εὐαγγελικόν. Cyrillus Alex. lib. V. Cap. V. in Johannem, pag. 534. ad v. 1. Cap. I. ad Hebræos: Οὐκοῦν αὐτουργὸς ἡμῖν εἰς διδασκαλίαν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς γεγονεν υἱός. Διά τοι τοῦτο λόγος αὐτοῦ κυρίως ὀνομασθήσεται μάθημα τὸ εὐαγγελικόν. *Factus igitur nobis eſt ipſe doctor & magiſter Filius ultimis ſeculi temporibus. Propterea verbum ejus propriè vocabitur doctrina Evangelica.*

III. Notat *ſymbolum fidei Chriſtianæ.* Libellus Synodicus, Synodo XXXIV. pag. 1175. Bibliothecæ Juris Canonici, de Symbolo Niceno: Ἥτις ἁγία σύνοδος ἐξέθετο κατὰ πάσης αἱρέσεως τὸ θεηγόρον τῆς πίστεως μάθημα. *Quæ ſancta Synodus expoſuit contra omnem hæreſin, divinum fidei ſymbolum.* In Epiſt. Juſtiniani ad Epiphanium, in Collectan. Conſtitut. Eccleſ. ex libro I. Cod. in eadem Bibliotheca, pag. 1240. Ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι, τὸ ἅγιον μάθημα, ἤτοι σύμβολον κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων ἐκτεθέν. *Fidei definitionem, hoc eſt ſacroſanctum documentum ſive ſymbolum, retinemus atq; cuſtodimus, à ſanctis Patribus CCCXVIII. expoſitum.* Et pag. ſequenti: Ὁμοίως δὲ ἀναθεματίσαι καὶ τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ ἅγιον μάθημα παραδεδωκότας, παρὰ τὸ ὑπὸ τῶν τιη. Πατέρων ἐκτεθέν. *Conſimiliter & illos anathemati ſubjecerunt, qui aliud ſymbolum ſacrumve documentum traderent, præter id, quod à CXVIII. Patribus expoſitum eſt.* S. Maximus in Cap. III. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 68. Ὅτι καὶ τότε πίστεώς τι σύμβολον προελέγετο· μᾶλλον ὅπερ τότε παρελάμβανον μάθημα καὶ συμμάθημα τῆς πίστεως. *Tum etiam fidei ſymbolum quoddam antè dici ſolitum fuit: aut potiùs quam tum accipiebant doctrinam fidei.* Leontius de Sectis, Act. IV. pag. 448. Symbolum Conſtantinopolitanum vocat ὅρον ἤτοι μάθημα πίστεως, *definitionem ſeu documentum fidei.* Act. ead. pag. 462. de Patribus Concilii Chalced. Ἐκτίθενται μάθημα, πῶς δεῖ πιστεύειν. *Exponunt ſymbolum, quomodo credere oporteat.* Act. V. pag. 466. Symbolum Nicænum vocatur μάθημα τῶν ἐν Νικαίᾳ.

Μαθηματικός.

Qui ſint μαθηματικοί, ex vulgatis notum eſt Lexicis. Nos hoc loco eos intelligimus, *qui exiſtimant* τὰ οὐράνια σώματα ἔχειν τὴν τοῦ παντὸς κυριότητα, καὶ κατὰ τὴν κίνησιν τούτων διοικεῖσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς, *corpora cæleſtia rebus univerſis dominari, & ſecundùm eorum motum res noſtras regi*; ut loquitur Balſamon ad Canon. XXXVI. Concilii Laodiceni, pag. 842. Tales dictus Canon in Eccleſia eſſe vetat. E civitatibus expelluntur, ni libros ſuos tradant exurendos, & fidem amplectantur. Tit. IV. Conſtit. X. Οἱ μαθηματικοὶ μὴ καίοντες ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων τὰς βίβλους αὐτῶν, καὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ προσιόντες, πάσης ἀπωθοῦνται πόλεως, εὑρισκόμενοι δὲ ἐν ταῖς πόλεσι, δεπορταλεύονται. *Qui Mathematici coram Epiſcopis libros ſuos non concremant, neq; ad orthodoxam fidem accedunt: omnibus pelluntur civitatibus, inventi deportantur.* Lib. I. tit. IV. Conſtitut. X. cujus initium, Mathematicos. Οἱ μαθηματικοὶ τοῖς ἐπισκόποις τὰ βιβλία τῆς οἰκείας πλάνης παραδιδότωσαν, ἵνα ἐν ὄψεσιν ἐκείνων καυθῇ, καὶ οὕτως ἐκεῖνοι γίνωνται Χριστιανοί. *Tradant Mathematici libros erroris ſui Epiſcopis, ut in oculis eorum concrementur, atq; ipſi hoc modo Chriſtiani fiant.* Ars mathematica prohibita. Vide Photii Nomocan. in Biblioth. Juris Canonici, Cap. XXV. pag. 976. & ſeqq. Confer vocem Ἀστρολόγος. Johannes Antiochenus ex Conſtitut. II. Cap. XVIII. lib. IX. Cod. tit. III. Ἡ μαθηματικὴ κατακέκριται καὶ ἀπαγορεύεται. *Mathematica condemnata eſt & prohibita.*

Μαθητεύω.

I. Μαθητεύω ſignificat *ſum diſcipulus, ſum auditor.* Matth. XXVII. 57. de Joſepho: Ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. *Qui & ipſe diſcipulus erat Jeſu.* Ita Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 70. Χωρήσωμεν τὸ φῶς, ἵνα χωρήσωμεν τὸν Θεόν· χωρήσωμεν τὸ φῶς, καὶ μαθητεύσωμεν τῷ Κυρίῳ. *Capiamus lucem, ut Deum capiamus: capiamus lucem, ut Domini diſcipuli ſimus.* Idem, Strom. I. pag. 304. de Democrito: *Adiit Babylonem, Perſidem & Ægyptum,* τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων, *Magorum & ſacerdotum ſe præbens diſcipulum.* Eodem modo μαθητεύομαι reperitur uſurpatum. Origenes lib. III. contra Celſum, pag. 128. Αἱ τοῦ Θεοῦ Χριστῷ μαθητευθεῖσαι ἐκκλησίαι. Interpres: *Eccleſiæ Dei pereruditæ.* Rectiùs vertas, *Eccleſiæ Dei, quæ Chriſti doctrinam ſuſceperunt.* Juſtinus M. Apol. II. Οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ. *Qui à pueris diſciplinâ Chriſti fuerunt imbuti*, vel *diſcipuli Chriſti fuerunt.* Ita Ignatius in Epiſt. ad Epheſios dicit: Εἰ καὶ δέδεμαι διὰ τὸ ὄνομα, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι. *Quamvis vinctus ſum propter nomen ejus, nec dum tamen perfectus ſum in Jeſu Chriſto. Nunc incipio diſcipulus eſſe.* Apud Stephanum legas, Ὁ ἅγιος Ἱερόθεος τῷ ἁγίῳ Παύλῳ ἐμαθητεύθη. *Sanctus Hierotheus Pauli diſcipulus fuit.*

II. Μαθητεύω eſt *doceo*; μαθητεύεσθαι, *doceri.* Matth. XXVIII. 19. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. *Euntes docete omnes gentes.* Ad hunc locum reſpiciens Greg. Nyſſenus Orat. II. in reſurrect. Chriſti, tom. III. pag. 414. Ἐπιφέρει λοιπὸν τὰ ῥήματα, δι' ὧν ἔμελλον τὴν οἰκουμένην ὅλην σαγηνεύειν, καὶ ἐν οἷς ἐστιν ἅπαν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Πορευθέντες γάρ, φησι, μαθητεύσατε, &c. *Ac deinde adjungit verba, quibus totum terrarum orbem capturi erant, & in quibus conſiſtit univerſum pietatis myſterium. Euntes enim, inquit, docete, &c.* Et Epiphanius lib. I. tom. I. pag. 27. Μαθητεύσατε τὰ ἔθνη, τουτέστι, μεταβάλετε τὰ ἔθνη ἀπὸ κακίας εἰς ἀλήθειαν, ἀπὸ αἱρέσεων εἰς μίαν ἑνότητα. *Docete gentes, id eſt, transferte gentes à malitia ad veritatem, ab hæreſibus ad unitatem.* Pro ἑνότητα potiùs legendum θεότητα. Sic enim apud eundem in Ancorato, pag. 524. ubi eadem repetuntur, & ponitur εἰς μίαν θεότητα. Matth. XIII. 52. Πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Omnis ſcriba doctus in regno cælorum.* Juſtinus M. Apol. I. Μαθητευθῆναι εἰς τὰ θεῖα διδάγματα. *Divinam diſciplinam doceri.* Item in Dialogo cum Tryphone: Μαθητευόμενοι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. *Diſciplinam in nomine Chriſti ſuſcipientes.* Epiſt. XXVI. lib. II. apud Pelusiotam hæc eſt: Χρὴ τοὺς μαθητευομένους, ὡς καὶ ὡς πατέρας φιλεῖν τοὺς ὄντως διδασκάλους, καὶ ὡς ἄρχοντας δεδοικέναι, καὶ μήτε διὰ τὴν ἀγάπην ἐκλύειν τὸν φόβον, μήτε διὰ τὸν φόβον ἀμαυροῦν τὴν ἀγάπην. *Diſcipuli veros magiſtros, & ut patres amare, & ut principes timere debent: ac neque ob amorem metum diſcutere, neque ob metum benevolentiam obſcurare.*

Μαθητής.

I. *Nomen.* Μαθηταὶ, *diſcipuli* ii *propriè* dicuntur, qui ſe alicui in diſciplinam tradunt, ut ab eo doceantur. Ita ſumitur in proverbio, Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. *Multi diſcipuli præſtantiores magiſtris.*

II. *Accidentia propria* diſcipulorum: quæ ſunt,

1. *Credere doctori.* Chryſoſtomus Homil. I. in I. ad Timotheum, pag. 253. Μαθεῖν παρ' οὗ μαθεῖν χρὴ, πείθεσθαι οὐκ ἀμφισβητεῖν, πιστεύειν οὐ συλλογίζεσθαι. *Qui diſcere cupit, obtemperare debet, non dubitare: credere, non ratiocinari.* Καὶ τί λέγω ἐπὶ Θεοῦ; ἐπὶ ἀνθρώπου τοῦτο ἐποίουν γόητος καὶ μάγου, Πυθαγόρου λέγω, Αὐτὸς ἔφα· καὶ ἐπὶ ναῶν ἡ σιγὴ ἄνωθεν ἐγέγραπτο, καὶ κατεῖχε τῷ δακτύλῳ τὸ στόμα, καὶ ἐπεσφίγξατο τὰ χείλη, πᾶσι τοῖς παριοῦσι σιγᾷν παρῄνει. *Et quid dico de Deo? Homini tantum tribuerunt, & quidem præſtigiatori & mago, Pythagoræ inquam,* IPSE DIXIT. *Et in templis supernè ſilentium inſcriptum eſt, continebatq; digito os, & labia comprimebat, prætereuntes omnes ſilentii admonens.* Credulitati huic oppoſita eſt curioſitas, quam à diſcipulo procul abeſſe vult idem Chryſoſtomus Homil. XLVI. in Joh. Τοῦτο γὰρ μαθητοῦ, τὸ μὴ περιεργάζεσθαι τὰ τοῦ διδασκάλου, ἀλλ' ἀκούειν καὶ πείθεσθαι, καὶ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἀναμένειν τῆς λύσεως. *Hoc enim diſcipuli eſt, non curioſè à magiſtro dicta ſcrutari, ſed audire & obtemperare, ſeu credere, & conveniens ſolutionis exſpectare tempus.*

2. *Optimè de Præceptore ſentire.* Gratia gratiam, & amor amorem parit. Ut ameris, amabilis eſto. Ita à Præceptore diſcipulum, ac viciſſim Præceptorem à diſcipulo amari convenit. Hinc Chryſoſtomus Homil. VI. in I. ad Timotheum: Οὐδὲν οὕτω πρὸς διδασκαλίαν ἐπαγωγὸν, ὡς τὸ φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι. *Nulla eſt res tam illex ad doctrinam homini inſtillandam, quàm diligere & diligi.* Idem, Homil. VI. in II. ad Timotheum: Δεῖ τὸν μέλλοντά τι τῶν χρησίμων μαθεῖν, πρὸ τῶν ἄλλων πάντων ἡδέως ἔχειν πρὸς τὸν διδάσκοντα. Τούτου δὲ μὴ προκατασκευασθέντος, οὐκ ἔνι γενέσθαι τι τῶν δεόντων, οὐδὲ τῶν χρησίμων. *Oportet eum, qui utile quid addiſcere vult, ante omnia bene velle præceptori. Niſi enim hoc præſtetur, nihil commodè, nihil utiliter fieri poterit.*

3. *Non omnia à Doctore exſpectare, ſed ipſum quoque à ſe præſtare, quæ oportet.* Etenim, ut iterum Chryſoſtomus Homil. X. in I. ad Theſſal. Οὐ δυνατὸν πάντα τὸν διδάσκαλον εἰπεῖν, *fieri non poteſt, ut à doctore omnia dicantur.* Præclarè idem Homil. III. in II. ad Theſſal. Ἐπὶ μὲν τῆς γῆς τὸ πᾶν τοῦ γεωργοῦ γίνεται· ἄψυχος γὰρ ἐκείνη ὑπόκειται πρὸς τὸ παθεῖν ἕτοιμος οὖσα μόνον. Ἐπὶ δὲ ταύτης τῆς γῆς πνευματικῆς οὐδαμῶς. Οὐ τῶν διδασκάλων ἐστὶ τὸ πᾶν· ἀλλ' εἰ μὴ τὸ πλέον, τὸ γοῦν ἥμισυ τῶν μαθητῶν. Ἐκείνων μὲν καταβαλεῖν ἐστι τὸν σπόρον, τούτων δὲ ποιεῖν τὰ λεγόμενα. *In terra quidem univerſum eſt agricolæ. Illa enim inanima jacet, tantùm ad patiendum parata: in hac autem terra ſpiritali nequaquam ſic res habet. Non enim univerſum pendet à doctoribus, ſed ſi non maxima pars, certè dimidia eſt diſcipulorum. Illorum eſt ſementem facere: horum eſt præſtare, quæ dicuntur.*

4. *Non tantùm ad doctorum doctrinam, ſed etiam ad eorundem opera reſpicere.* Hoc exigit Cyrillus Alex. in Cap. III. Jeſajæ, pag. 62. ita ſcribens: Ἐπαίνου δ' ἂν εἶεν ἄξιοι πάντες οἱ τελοῦντες ἐν μαθηταῖς, εἰ μὴ ταῖς δόξαις τῶν διδασκόντων ἐνορῷεν ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ τῶν πραγμάτων φύσει, καὶ θαυμάζωσι μὲν τοὺς διδάσκοντας, εἴπερ τινὲς εἶεν ὀρθοὶ καὶ ἐπισήμονες, καὶ τῶν ἀρίστων εἰσηγηταὶ, καταψέγωσι δὲ τοὺς οἵσπερ ἂν εἴη μὴ τοιοῦτος ὁ σκοπός. *Omni laude digni ſunt illi diſcipuli, qui non reſpiciunt ſimpliciter ad opiniones doctorum, ſed ad rerum naturam, & qui admirantur quidem doctores, ſiquidem ſint integri & eruditi, & optima doceant: reprehendant verò eos, quorum actiones ad hanc metam non tendunt.*

III. *Diviſio*, ſeu *Diſtinctio*: notandum in S. Scriptura alios dici *diſcipulos Moſis*, alios *Phariſæorum*, alios *Johannis*, alios denique *diſcipulos Chriſti*. Diſcipuli autem Chriſti vocantur:

1. *Duodecim illi*, qui etiam Apoſtoli dicti ſunt. Ita appellantur paſſim. Vide Matth. V. 1. VIII. 23. 25. & alibi.

2. *Septuaginta illi*, quos Chriſtus miſit ad prædicandum Evangelium, Lucæ X. 1. 17. Eorum autem numero non comprehenduntur Apoſtoli, utpote quorum agmen ab illis erat ſeparatum. Vide præter alios Haymonem lib. I. hiſt. Eccleſ. Cap. XII. Patet hoc clariſſimè ex dicto Cap. X. Lucæ. De Apoſtolis enim peculiariter locutus erat Cap. IX. 1. Ipſi autem LXX. ſimul cum XII. Apoſtolis erant velut ſecretarii myſteriorum Chriſti, fuerantque cum eo jam inde ex quo à Johanne baptizatus fuit. Actorum I. 21. 22. Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν, &c. Et erant, cùm Matthias eligeretur, CXX. animæ prima N. Teſt. Eccleſia, ut eodem capite traditur, ſed acceſſerant mulieres, quæ congregationi illi indeſinenter aderant, ut ibidem traditur. Cæterùm chorus iſte inſtituebatur à Domino quotidianis exercitationibus ſalvificæ doctrinæ, quæ per eos regionibus vicinis, Domino præſente, diſpertiebatur. Nicephorus Calliſtus ex vetuſtioribus Eccleſiæ hiſtoricis, lib. I. Cap. XXI. pag. 92. 93. Καὶ αὖθις ἑτέρους ἐπιλέγεται ἑβδομήκοντα, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀνὰ δύο ἐπὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν πρὸ προσώπου αὐτοῦ ἔπεμπεν, ὅπου δὴ καὶ αὐτὸς εἰς ὕστερον ἀπέρχεσθαι ἔμελλε. Τούτους δὴ τοὺς δώδεκά τε καὶ ἑβδομήκοντα ὁ Κύριος προσεταιρισάμενος, καὶ ἑαυτῷ προσήκειν κατ' ἐκλογὴν, ὑπηρέταις πιστοῖς ἐχρῆτο, καὶ συνεργοῖς τοῦ εὐαγγελίου· ἐκοινώνει τε τούτοις ἠρέμα τῶν ἀποῤῥήτων καὶ θεουργῶν τελετῶν, προβιβάζων εἰς τελειότητα· καί γε τούτοις ὡς οἰκείοις παισὶ χρώμενος, οὕτω διῄει πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν. *Inſuper verò alios quoq; allegit ſeptuaginta, quos & ipſos in civitatem & regionem omnem binos ante faciem ſuam, quò poſtea ipſe iturus fuerat, miſit. Hiſce duodecim & ſeptuaginta Dominus in ſocietatem arctiorem aſcitis atq; delectis, fidelibus utebatur miniſtris, Evangeliiq; cooperariis: ſenſimq; cum eis arcana, ineffabilia, deificaq; prorſus communicabat ſacra, magis magisq; eos ad perfectionem producens, ac non aliter atq; propriis filiis eis utens, omnem civitatem atq; regionem perambulabat.* Vocantur autem LXX. tantùm, minore numero demto, cùm *duos & ſeptuaginta* fuiſſe memorent alii, quos ſecutus vetus Interpres, Græcum contextum veluti caſtigavit Lucæ X. 1. 17. adjiciendo *duos*, de quibus conſtabat tum propter vicinitatem temporum meliùs. Et verò ipſi etiam Codices Græci quidam legunt ἑβδομήκοντα δύο. Sic cùm LXX. Interpretes nominantur, intelligendi ſunt LXXII. ſex nimirum de ſingulis tribubus, quarum duodecim fuiſſe nemini ignotum eſt. Mirificè autem ad hunc locum, numerosque iſtos quadrat. Cap. XV. Exodi de XII. fontibus & LXX. palmis, meritoque bona pars Chriſtianorum interpretum talia de veteri Teſtamento Novi hiſtoriis applicavit, ut fecit Theophylactus in Cap. X. Lucæ, pag. 377. ubi *de fontibus*, Εἰς τὸν Χριστιανισμὸν ἀνατρέχοντες, εὑρήσομεν τὰς δώδεκα πηγὰς, τοὺς κορυφαίους λέγω δώδεκα ἀποστόλους· οἳ πηγαὶ πάσης διδασκαλίας γλυκύταταί εἰσιν. *Aſcendentes ad Chriſtianiſmum, inveniemus duodecim fontes, præcipuos illos duodecim Apoſtolos dico, qui omnis doctrinæ dulciſſimi fontes ſunt. De palmis* verò, εὑρήσομεν δὲ καὶ τὰ ἑβδομήκοντα στελέχη τῶν φοινίκων, τοὺς ἑβδομήκοντα λέγω· οἳ πηγαὶ μὲν

ἀλ-

Digitized by Google

ἐλέγοντο· Φοίνικες δὲ, ὡς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐκτρεφόμενοι καὶ διδασκόμενοι. *Inveniemus verò etiam ſeptuaginta palmas, nimirum ſeptuaginta diſcipulos, qui fontes quidem non dicuntur, palmæ tamen ſunt, ut ab Apoſtolis educati & docti.*

3. *Propter duodecim Apoſtolos, & ſeptuaginta diſcipulos iſtos,* μαθηταὶ χριστοῦ, *diſcipuli Chriſti* appellantur omnes, qui illum audiebant, ejusque doctrinam amplectabantur: *omnes* omnino *Chriſtiani.* Chryſoſtomus Homil. XXI. in Acta, pag. 733. ad v. 26. Cap. IX. Μαθητὰς καλεῖ, καὶ τοὺς μὴ τελοῦντας εἰς τὸν χορὸν τῶν δώδεκα· διότι μαθηταὶ πάντες ἐκαλοῦντο τότε διὰ τὴν πολλὴν ἀρετήν. Ἦν γὰρ καὶ εἰκὼν τῶν μαθητῶν δήλη. *Diſcipulos vocat etiam eos, qui non erant in choro duodecim illorum, eo quòd omnes tum propter eximiam virtutem diſcipuli vocabantur. Erat enim manifeſta eorum imago.* Idem in Catena in Joh. ad v. 3. Cap. VII. pag. 204. Τίνας ἐνταῦθα λέγουσι μαθητάς; Τὸν ὄχλον τὸν ἑπόμενον, οὐ τοὺς δώδεκα. *Quos hic diſcipulos vocant? Turbam ſequentem, non duodecim Apoſtolos.*

Μακάριος. Μακαριότης.

Vox μακάριος uſurpatur,

I. *de Deo,* qui I. Timoth. I. 11. & Cap. VI. 15. ὁ μακάριος Θεός, & ὁ μακάριος. Theodoretus ad poſteriorem locum, pag. 489. Θεοῦ τὸ ἄτρεπτον ἔδειξεν, μακάριον ὀνομάσας. Ὁ γὰρ φύσει μακάριος οὐδεμίαν τροπὴν ἐπιδέχεται. *Oſtendit Dei immutabilitatem, cum* beatum *nominavit. Qui enim eſt natura beatus, nullam mutationem ſuſcipit.* Ad eundem Theophylactus, pag. 793. Θεός ἐστιν αὐτομακαριότης, ἐν ᾧ οὐδὲν λυπηρὸν ἢ ἀηδές. *Deus eſt ipſa beatitudo, in quo nihil triſte eſt aut injucundum.* De Deo Philo in de Legatione, τὸ πρῶτον ἀγαθὸν καὶ καλὸν, καὶ εὔδαιμον, καὶ μακάριον. *Primum illud bonum & pulchrum, & felix, & beatum,* ſeu, *prima illa bonitas, pulchritudo, felicitas & beatitas.* Et de Victimis: Μακαριώτατος, καὶ πάσης εὐδαιμονίας ἀνάπλεως. *Beatiſſimus, & omni felicitate refertiſſimus.* Theodoretus in Pſal. I. pag. 398. Τὸ δὲ μακάριος ὄνομα θεία ὑπάρχει προσηγορία. Καὶ μάρτυς ὁ θεῖος ἀπόστολος βοῶν, ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, &c. *Nomen autem* beatus *divina appellatio eſt. Teſtis eſt divinus Apoſtolus, exclamans, Beatus, & ſolus potens, &c.* Greg. Nyſſenus tract. I. in Pſalmos, Cap. I. tom. I. pag. 258. Εἴ τις ἐρωτηθείη, τί ἐστι τὸ μακάριον, οὐκ ἂν τῆς εὐσεβοῦς ἀποκρίσεως ἁμάρτοι ἀκολουθήσας τῇ Παύλου φωνῇ, καὶ εἰπὼν, ὅτι μακάριόν ἐστιν, ὃ κυρίως λέγεται καὶ πρώτως, ἡ τοῦ παντὸς ἐπέκεινα φύσις. *Si quis quærat, quid ſit* beatitudo, *haud ſanè à recta & pia reſponſione aberraverit, ſi vocem Pauli ſecutus, dicat,* Beatum, *quod propriè & primariò tale dicitur, eſſe naturam illam, quæ eſt ſupra omnia.* Mox: Τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν, ἤτοι τὸ ἐπέκεινα τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦτο μόνον ἐστὶ καὶ μακάριον καὶ ὀρεκτὸν τῇ φύσει, οὗ πᾶν τὸ μετέχον μακάριον γίνεται. *Verè bonum, ſeu id quod ſupra omne bonum eſt, ſolum beatum, naturaq; appetendum, quo omne illud, quod ejus particeps eſt, beatum efficitur.* Idem. Orat. I. de Beatitudinibus, tom. I. pag. 764. Τὸ μακαριστὸν ἀληθῶς, αὐτὸ τὸ θεῖόν ἐστιν. ὅτι ποτὲ γὰρ αὐτὸ εἶναι ὑποθώμεθα, μακαριότης ἐστὶν ἡ ἀκήρατος ἐκείνη ζωὴ, τὸ ἄρρητόν τι καὶ ἀκατανόητον ἀγαθὸν, τὸ ἀνέκφραστον κάλλος, ἡ αὐτοχάρις, καὶ σοφία, καὶ δύναμις. *Quod verè beatum habendum, ipſum divinum Numen eſt. Nam quicquid id tandem eſſe ponamus: beatitudo eſt illa immortalis & incorrupta vita, ineffabile pariter & intellectu incomprehenſibile bonum, inenarrabilis pulchritudo, ipſa gratia, & ſapientia, & potentia.* Hoc ipſum Gentiles quoque agnoverunt. Hinc ſæpe apud Homerum μάκαρες Θεοί. Vide Il. α. v. 406. δ. v. 127. ξ. v. 143. ν. v. 54. Cicero I. de Nat. Deorum: *Ea eſt Dei vita quâ nihil beatius excogitari poteſt.*

II. *De hominibus.* Heſychius: Μακάριος, ὁ πάντοτε ἐν ἀγαθῷ ὤν, εὐδαίμων. *Beatus, qui ſemper verſatur in bono, felix, fortunatus.* Suidas: Μακάριος, ὁ ἐν ἀγαθοῖς πάντοτε ὤν. Λέγεται δὲ καὶ ὁ Θεὸς μακάριος. Μετέδωκε δὲ ὁ μεγαλόδωρος τοῦ ὀνόματος τοῖς εὐσεβῶς ζῶσι. *Beatus, qui perpetuo verſatur in bonis. Dicitur autem & Deus beatus. Sed ille pro ſua munificentia piè viventes fecit participes hujus nominis.* Gregorius Nyſſenus tract. I. in Pſalmos, Cap. I. pag. 258. Τὸ ἐν ἀνθρώποις μακάριον, τῇ μεθέξει τοῦ ὄντως ὄντος, ἐκεῖνο πως γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται, ὅπερ ἡ μετεχομένη φύσις ἐστίν. Οὐκοῦν ὅρος ἐστὶ τῆς ἀνθρωπίνης μακαριότητος ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις. *Beatum quod inter homines reperitur, tale eſt communione ejus, quod verè eſt; quod multiplicatur, & varia nomina ſortitur pro natura & conditione eorum, quæ per participationem ab alio derivantur. Definitio ergo humanæ beatitudinis eſt ſimilitudo cum beatitudine divina.* Idem Orat. I. de Beatitudinibus, tom. I. pag. 764. Μακαριότης τίς ἐστι περίληψις πάντων τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένων, ἧς ἄπεστι τῶν εἰς ἀγαθὸν ἐπιθυμίαν ἡκόντων οὐδέν. *Beatitudo comprehenſio quædam eſt omnium earum rerum, quæ nomine boni intelliguntur: à quâ nihil abeſt eorum, quæ pertinent ad bonorum deſiderium atq; cupiditatem.* Beatus eſt, qui humana deſpicit, & divina ſperat. Theodoretus ad v. 5. Pſal. XXXIX. p. 549. Ἐνταῦθα μακαρίζει τὸν τῶν μὲν παρόντων καταφρονήσαντα, τὴν ἐλπίδα δὲ τὴν θείαν ἀντὶ πάντων κτησάμενον. *Hic eum judicat beatum, qui præſentia quidem deſpicit, divinam verò ſpem ante omnia habet.* Idem, ad v. 13. Pſal. LXXXIII. pag. 735. Μακαρίζει καὶ ζηλωτὸν ὀνομάζει, τὸν πάσης βιωτικῆς εὐκληρίας καταφρονοῦντα, μόνῃ δὲ τῇ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίδι θαῤῥοῦντα, καὶ τὴν ἐντεῦθεν φυομένην σωτηρίαν τρυγῶντα. *Beatum & felicem eum nuncupat, qui omnem præſentis vitæ felicitatem pro nihilo ducit, & ſoli ſpei, quam in Deo fixam habet, fidit: & manantem inde ſalutem decerpit.* Iterum ad v. 12. Pſal. XXXII. pag. 519. Δεῖ μακαρίζειν, οὐ τοὺς πλούτῳ κομῶντας, ἀλλὰ τοὺς τῷ Θεῷ πεποιθότας, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς ἀπολαύοντας. *Oportet beatos prædicare, non eos, qui divitiis affluunt, ſed qui in Deo ſpem ſuam collocant, & ejus auxilii compotes facti ſunt.* Beatus eſt omnis pius. Idem Theodoretus ad v, 5. Pſal. LXXXIII. pag. 733. Ἡμεῖς μακαρίους ἀποκαλοῦμεν τοὺς διηνεκῶς τῷ Θεῷ προσεδρεύοντας, καὶ τοῖς θείοις ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντας. *Nos beatos nuncupamus eos, qui Deo continuo aſſiſtunt, diviniſq; bonis perfruuntur.* Ibidem ad v. 6. Μακαρίζει ὁ λόγος τὸν τῆς θείας ἀεὶ κηδεμονίας τυγχάνοντα, καὶ τῇ θείᾳ χάριτι τὸν νοῦν φωτιζόμενον, καὶ ἀεὶ τοὺς εὐσεβεῖς ἐν αὐτῷ στρέφοντα λογισμούς. *Beatum dicit eſſe eum, qui ſemper divinæ curæ eſt compos, quiq; divinâ gratiâ mentem habet illuſtratam, & ſemper pias cogitationes in ea revolvit.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. ad populum Antiochenum: Οὐδένα χρὴ μακαρίζειν, ἀλλ' ἢ τὸν κατὰ Θεὸν ζῶντα μόνον. *Nemo beatus eſt prædicandus, niſi ille ſolus, qui ſecundum Deum vivit.*

Μακαρισμός.

Μακαρισμοὶ ſunt hymni ac troparia in commemorationem beatitudinis ſanctorum. In Liturgia Chryſoſtomi: Εἰ δὲ καί ἐστι κυριακὴ, ψάλλει τοὺς μακαρισμοὺς καὶ τοῦ ἁγίου τῆς ἡμέρας. *Si vero etiam ſit Dominica, canit beatitudines & ſancti illius diei.* Sæpius occurrit in Græcorum Liturgiis. Palladius in hiſt. Lauſ. de Paeſio & Eſaja, pag. 32. Τούτων δὲ ἀμφοτέρων τελευτησάντων, διάφοροι μακαρισμοὶ ἑκατέρων ἐγίνοντο παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἀμφοτέρων τελείων ἐν ἀρετῇ εὑρεθέντων. Ita etiam vocantur ſex Pſalmi Davidis incipientes à μακάριος, quales ſunt I. XXXI. XL. CXI. CXVIII. CXXVII. Et in Evangelio Matthæi Cap. V. novem verſiculi à tertio ad undecimum

incluſivè. Poſterius ex Horologio & Menologio eſt obſervare; utrumque verò ex Theophylacto, qui ad Cap. V. Matthæi, pag. 26. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῶν μακαρισμῶν, ὥσπερ καὶ ὁ Δαυὶδ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἤρξατο. *Incipit autem à beatitudinibus, ſicut & David à beatitudine incepit.* Singulis apud Matthæum μακαρισμοῖς ſubjiciebantur iſta, Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. *Domine, memento noſtri, cùm veneris in regnum tuum.* In Pentecoſtario inveniuntur μακαρισμοὶ ἀναπαύσιμοι. Εἰς δὲ τὰ σάββατα, τοὺς ἀναπαυσίμους μακαρισμοὺς ψάλλομεν. Sed hi non ſunt alii; inquit Cl. Meurſius, ex quo hæc deſumta ſunt; quàm quos initiò dixi continuiſſe commemorationem beatitudinis ſanctorum, quorum animæ jam requieſcebant in pace.

Μακκαβαῖος.

Pauca hic de Maccabæorum libris ex Antiquitate producimus. Philoſtorgius lib. I. hiſt. Eccleſ. Cap. I. pag. 3. 4. quatuor Maccabæorum libros enumerat: quot etiam recenſentur in Synopſi apud Athanaſium, tom. II. pag. 91. ubi etiam inter ἀντιλεγόμενα βιβλία καὶ οὐ κανονιζόμενα omnes numerantur.

De I. Maccabæorum libro ita Philoſtorgius: Τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον ἀποδοχῆς ἄξιον. *Primus quidem liber recipiendus ſeu approbandus.* Beatus quoque Auguſtinus de Civitate Dei lib. XVIII. Cap. XXXVI. ſcripſit, etſi Maccabæorum libri inter ſcripturas ſanctas, quæ *Canonicæ* appellantur, non ſint, & Judæi eos pro Canonicis non habeant, attamen *Eccleſiam eos pro Canonicis habere, &c.* Sed quatenus eos pro Canonicis haberi ſenſerit, idem alibi explicat, lib. II. contra Gaudentium, Cap. XXI. *Scripturam* ſcilicet, *quæ appellatur Maccabæorum, non habere Judæos ſicut legem & Prophetas, & Pſalmos, quibus Dominus teſtimonium perhibet tanquam ſuis teſtibus, dicens,* oportebat impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege, & Prophetis, & Pſalmis de me: *Sed receptam ab Eccleſia non inutiliter, ſi ſobriè legatur, vel audiatur.* Hieronymus etiam in Chronico ſuo diſertè, *Maccabæorum libros inter divinas Scripturas non recipi* ait. Idem in Proverbia: *Maccabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter Canonicas Scripturas non recipit: legit ad ædificationem plebis, non ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam.* Idem quoque in Prologo Galeato, Maccabæorum libros in Canone non eſſe ſatis teſtatur. Rufinus quoque in expoſitione Symboli, *Legi quidem in Eccleſiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem confirmandam.* Sic ergo liquet, quatenus Maccabæorum libros ἀποδοχῆς ἀξίους, ſeu *recipiendos* Catholici quidem olim cenſuerint: etſi Philoſtorgius, de Ario & Eunomio totus, librum primum Maccabæorum ἀποδοχῆς πάσης ἄξιον cenſuiſſe videatur. Hujus porrò ἀποδοχῆς duas reddit cauſſas Philoſtorgius. 1. *Quod* primus ille Maccabæorum liber *prophetiis Danielis conſentientia narret,* συνᾴδοντα διηγούμενον ταῖς τοῦ Δανιὴλ προφητείαις. 2. *Quod* λίαν περιμηθῶς διέξεισιν, ὅπως τε ἀνδρῶν μοχθηρία τὰ Ἰουδαίων ἤλασεν ἐπ' ἔσχατον κακῶν, ὅπως τε πάλιν ἀνδρῶν ἀνήνεγκεν ἀρετὴ, καὶ τότε κατὰ τῶν πολεμίων ἐπανείλαντο κράτος, καὶ ὁ νεὼς τῶν ἑλληνικῶν ἀνεκαθάρθη μολυσμάτων, *accuratiſſimè ediſſerat, quomodo hominum malitia res Judæorum ad extrema deduxerit; quomodo viceverſa virorum virtus eas erexerit, & adverſus hoſtes prævaluerit, templumq; Gentilium piaculis repurgatum fuerit.* Sic etiam Auguſtinus, dicto loco de Civitate Dei, Maccabæorum libros pro Canonicis ab Eccleſia haberi dicit, *propter quorundam Martyrum paſſiones vehementes atq; mirabiles, qui antequam Chriſtus veniſſet in carnem uſq; ad mortem pro Lege Dei certaverunt, & mala graviſſima & horribilia pertulerunt.* Iterum contra Gaudentium, loco jam laudato, Maccabæorum Scripturam ab Eccleſia receptam non inutiliter affirmat, ſi ſobriè legatur, vel audiatur, *maximè propter Maccabæos, qui pro Dei Lege ſicut veri Martyres à perſecutoribus tam indigna atq; horrenda perpeſſi ſunt.* Quomodo & Gregorius M. moral. in Job. lib. XIX. Cap. XVII. teſtimonium ex Maccabæorum libris proferens, diſertè ait, *teſtimonium ſe proferre ex licèt non Canonicis, ſed tamen ad plebis ædificationem editis.*

De II. Maccabæorum libro ſic Philoſtorgium ſenſiſſe ſcribit Photius: Τὸ δὲ δεύτερον μὴ τὸ αὐτὸν φησὶν ἐνδείκνυσθαι συγγραφέα, σύνοψιν δὲ εἶναι τῶν ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Κυρηναίου ἐν πέντε λόγοις ἀναγεγραμμένων, οἳ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλει, ὃν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος πρὸς Ἀντίοχόν τε τὸν ἐπιφανῆ, καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα, τὸν ἐπίκλην εὐπάτορα, διεπολέμησε. *Librum verò ſecundum ait non eundem præ ſe ferre autorem, verùm ſynopſin eſſe eorum, quæ à Jaſone Cyrenæo quinq; libris ſcripta fuerant, quibusq; bellum narrabatur, quod Judas Maccabæus adverſus Antiochum Epiphanem, & filium ipſius, cognomento Eupatorem, geſſit.* De hoc ſecundo libro quid ſenſerit Philoſtorgius hic à Photio non exprimitur, num videlicet & eum ἀποδοχῆς ἄξιον cenſuerit: uterque certè inter Canonicos haberi cœpit, Concilio jam Carthaginienſi, Can. XXIV. Si fides habenda Latinæ editioni, nam Græci Codices nihil tale habent, nec editi, nec MSS. teſte Juſtello ad hunc Canonem. Creſconius etiam in Collectione Canonum Maccabæorum libros non recenſet. Eadem Philoſtorgii ſententia fuiſſe videtur.

De III. Maccabæorum libro ſententiam Philoſtorgii ita proponit Photius: Τὸ δὲ τρίτον ἀποδοκιμάζει, τερατῶδες καλῶν, καὶ οὐδὲν ὅμοιον τῷ πρώτῳ διεξερχόμενον. *Tertium autem rejicit, portentoſum eum vocans, nihilq; ſimile primo narrantem.* In Canonibus tamen Apoſtolorum, Can. LXXXIV. qui juxta Balſamonem eſt Canon. LXXXV. hic quoque tertius liber inter βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, *libros venerabiles & ſanctos* numeratur.

De IV. Maccabæorum libro ita Philoſtorgii ſententiam proponit Photius: Τὸ μέν τοί γε τέταρτον ὑπὸ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν, οὐχ ἱστορίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναι φησὶ, τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον. *Quartum denique à Joſepho ſcriptum (& ipſe aliis conſentiens) ait, non tam hiſtoriam, quàm encomium eſſe, occupatum circa Eleazarum, ejusq; ſeptem filios.* Euſebius lib. III. hiſt. Eccleſ. Cap. X. pag. 25. a. hunc librum οὐκ ἀγεννὲς σπούδασμα, Hieronymus *valde elegantem* vocat. Quod dicitur, Philoſtorgium, hunc librum Joſepho tribuentem, aliis conſentire, non ſine ratione additum. Hieronymus certè de ſcriptorib. Eccleſ. & lib. II. contra Pelagium, paulò laxiùs *Maccabæorum hiſtoriæ ſcriptorem Joſephum ferri dixit.* Euſebius contrà, loco citato, hunc Joſephi librum, qui & ipſe Maccabæorum ab aliis inſcribitur, & quartus inter Maccabaicos à Philoſtorgio nominatur, à libris Maccabæorum diſtinguit: cujus verus titulus eſt, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ: cujus etiam meminit Gregorius Nazianzenus Orat. XXII. in Maccabæos. Illud verò certum eſt, in oriente Maccabæorum libros nondum habitos inter Canonicos ſeculo octavo: ut ex Damaſceno diſcere eſt lib. IV. orthod. fidei, Cap. XVIII. pag. 348. qui enumerans libros S. Scripturæ, horum nullam facit mentionem. Confer quæ diximus in voce, γραφὴ num. VII. 1.

Μακρο-

Μακροβίωσις.

Lexica hanc vocem omittunt. Idem ſignificat quod μακροβιότης, *vitæ longitudo, longævitas.* Baſilius M. Homil. in verba Moſis, *Attende tibi ipſi*, pag. 344. μὴ τῇ σαρκὶ πρόσεχε· μηδὲ τὰ ταύτης ἀγαθὰ ἐκ παντὸς τρόπου δίωκε· ὑγείαν, καὶ κάλλος, καὶ ἡδονῶν ἀπολαύσεις, καὶ μακροβίωσιν. *Ne attendas carni, neq; immodico ſtudio ejus conſecteris commoda, putà ſanitatem, venuſtam pulchritudinem, multifariam voluptatum fruitionem & oblectationem, non longævitatem.* Legitur Baruch. III. v. 14.

Μακροζωΐα.

Non habent Lexica. *Longævitas*, μακροβίωσις. Cæſarius Interrog. CLXXVII. ἐπαγγελία τῆς μακροζωΐας, *promiſſio longævitatis.*

Μακροημέρευσις.

Non habent Lexica. Eſt *longitudo dierum, longævitas.* Deſcendit à verbo μακροημερεύω, quod apud Chryſoſtomum legitur, deſumtum ex Sirach. Cap. III. 6. apud quem etiam legitur μακροημέρευσις, nempe Cap. I. 12. 20. XXX. 22. & ſignificat *diu vivo.* Cyrillus Alexandr. in Cap. LVIII. Jeſajæ, pag. 823. dicit, *nos* poſt reſurrectionem κληρονομήσειν μακροημέρευσιν, δηλονότι καταργηθέντος θανάτου, *poſſeſſuros longitudinem dierum, abolita nimirum morte.* Idem, in Cap. X. Joh. pag. 666. Ζωὴν νοοῦμεν αἰώνιον, οὐ τὴν μακροημέρευσιν, ἧς πάντες μέλλουσιν ἀπολαύειν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καλοί τε καὶ κακοί· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν εὐθυμίᾳ διάγειν. *Per vitam æternam intelligimus, non longitudinem dierum, quâ poſt reſurrectionem omnes fruentur, boni & mali: ſed etiam vitam cum ſumma lætitia conjunctam.*

Μακρόθυμος. Μακροθυμία. Μακροθυμέω.

I. *Explicatio vocis.* Veteres Gloſſæ: Μακροθυμία, *longanimitas.* Μακρόθυμος, *longanimus.* Μακροθυμῶ, *duro.* Chryſoſtomus Homil. XXXIII. in I. ad Corinthios, pag. 458. Μακρόθυμος διὰ τοῦτο λέγεται, ἐπειδὰν μακράν τινα καὶ μεγάλην ἔχει ψυχήν. Τὸ γὰρ μακρὸν καὶ μέγα λέγεται. *Lenis ac patiens propterea dicitur* μακρόθυμος, *id eſt, longanimis, quòd longam quandam & magnam habeat animam. Nam quod longum eſt, etiam dicitur magnum.* Quòd dicit μακρὸν etiam dici μέγα, confirmari poteſt ex Heſychio, apud quem μακρά, μεγάλα. Item: Μακρῶς, μεγάλως. Theophylactus in Cap. V. ad Galatas, pag. 487. quid μακροθυμία ſit, & quomodo differat à πρᾳότητι, ita exponit: Μακροθυμία πρᾳότητος ἐν τούτῳ δοκεῖ παρὰ τῇ γραφῇ διαφέρειν, τῷ τὸν μὲν μακρόθυμον πολλὴν ὄντα ἐν φρονήσει, μὴ ὀξέως, ἀλλὰ σχολῇ ἐπιτιθέναι τὴν προσήκουσαν δίκην τῷ πλαίοντι· τὸν δὲ πρᾷον ἀφιέναι παντάπασι. *Longanimitas à manſuetudine in hoc differre videtur in Scriptura, quòd longanimis multùm diuq; cogitet, nec celeriter, ſed cum cunctatione convenientem peccanti pœnam imponat: manſuetus autem omnino noxam & ſupplicium remittat.* Idem ad v. 4. Cap. XIII. Epiſt. I. ad Corinth. pag. 274. Μακρόθυμος, ὁ μακρὰν καὶ μεγάλην ἔχων ψυχήν. *Longanimis eſt, qui lento & magno eſt animo.*

II. *Subjectum* μακροθυμίας eſt,

1. *Deus*, qui paſſim *longanimis* dicitur, apud LXX. μακρόθυμος. Vide Exodi XXXIV. 6. Numer. XIV. 18. Pſal. LXXXVI. 14. Ei autem tribuitur μακροθυμία, quia pœnas peccatis debitas differt propter gloriam ſuam, & ut detur peccatoribus reſipiſcendi locus. Theodoretus ad v. 4. Cap. II. ad Romanos, pag. 22. Ἀνέχεται καὶ μακροθυμεῖ, τὴν σὴν ἀναμένων μετάνοιαν. *Suſtinet, & diuturna lenitate utitur, tuam exſpectans pœnitentiam.* Oecumenius in idem Caput, pag. 257. Διὰ τοῦτο μακροθυμεῖ, οὐχ ἵνα τῇ μακροθυμίᾳ χρήσῃ εἰς ἀφορμὴν μείζονος καταφρονήσεως, ἀλλ' ἵνα διάστημα μετανοίας λάβῃς. *Deus propterea multa lenitate utitur, non ut longanimitate ejus abutaris ad occaſionem majoris contemtus, ſed ut reſipiſcendi tempus habeas.* Illuſtris eſt locus Lucæ XVIII. 7. ubi Salvator, poſt allatam de injuſto Judice parabolam, viduam tandem vindicante, hæc ſolatii pleniſſima ſubjungit: Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; *Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis?* Ita vetus Interpres. Eraſmus illa, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; *Etiam cùm patiens fuerit ſuper illis?* Beza & Piſcator, *Etiamſi iram differat ſuper ipſis?* Placet huc transferre, quæ doctiſſimus Anglus, Joh. Boiſius, ad præſentem notat locum. Ego, inquit, totum verſum ſic conor exprimere: *Deus autem non vindicabit electos ſuos (Gr. faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ipſum) clamantes ad ipſum die ac nocte, quamvis lentè ad vindicandum ipſos procedat?* vel cum vetere Interprete, *quamvis patientiam habeat in ipſis?* Quæ locutio tametſi non adeò terſa ſit pureque Latina, tamen ſenſum Evangeliſtæ non male repræſentat, ſi rectè modò capiatur. *Patientiam* enim *habere in aliquo*, idem eſt quod *tardare*, ſive *cunctari*, ſicut percipi poteſt ex collatione hujus loci cum verbis iſtis Sirachidæ Cap. XXXV. 18. Καὶ ὁ Κύριος οὐ μὴ βραδύνῃ, οὐδὲ μὴ μακροθυμήσει ἐπ' αὐτοῖς ὁ κραταιός. Id eſt, ex verſione veteris Interpretis: *Et Dominus non elongabit, & Fortiſſimus non habebit in illis patientiam*: vel, ut alii, *Non tardabit, neq; longanimis erit erga eos.* Senſus eſt, Dominus non inſuper habebit preces humilium, neque juſto diutiùs differet auxilium: (id quod homines malis oppreſſi, quâ ſunt impatientiâ, fideique debilitate, plerumque metuunt) ſed maturè illis ſubveniet, pergant modò ab ipſo pendere, eique ſe totos committere. Non eſt ovum ovo ſimilius, quàm locus iſte Sirachidæ verbis Lucæ paulò antè memoratis, ſi diligenter examinentur. Apud Sirachidem, μακροθυμεῖν, eſt βραδύνειν. Et ſic etiam apud Lucam: nec apud Lucam ſolùm, ſed apud Petrum etiam, Epiſtolæ poſterioris Cap. III. 9. ubi non negat Petrus Dominum βραδύνειν ἁπλῶς, ſed ſic βραδύνειν, nimirum ita, ut profani illi irriſores opinabantur. Illi promiſſiones de adventu Chriſti ad judicium, pro meris fabulis habebant, & quia eadem eſſet tunc quæ olim rerum ubique facies, ideo Chriſtum nunquam putabant venturum. At perſuaſionem iſtam plùs quàm belluinam ſic refellit Petrus, ut dicat Chriſtum tardare quidem, ſed non ita, ut illi ſomniabant. Quomodo igitur? Tarditate quadam utendo, ut ſapientiſſimâ, ita ſaluberrimâ, quâ nimirum fiat, ut nulli eorum, quos Deus ſervare decrevit, ne illi quidem, qui multis pòſt ſeculis naſcentur, à ſalute æterna excludantur. Ut hoc ſignificet, ἀντὶ τοῦ βραδύνειν ponit aliud verbum, idem quidem propemodum ſignificans, ſed calumniis & cavillis irriſorum minus aliquantò obnoxium, nimirum τὸ μακροθυμεῖν, in quo utique non eſt mihi dubium, quin prior pars compoſitionis quàm poſterior, in his ſaltem locis, magis reſpicienda ſit. Præterea ſciendum eſt, nullam eſſe ἀντιλογίαν inter *tarditatem*, de qua loquitur Lucas v. 7. & inter *celeritatem*, quæ proximè v. 8. ſe-

quitur. Nam *tarditas* eſt κατὰ τὸ φαινόμενον, & ex opinione eorum, quibus etiam celeritas, ut dicitur, mora eſt: at *celeritas* eſt κατὰ τὸ ἀληθές, & ex rei veritate. Quæ enim; ſi rectè judicamus; tarditas eſſe poteſt in eo, qui nihil non tempeſtivè facit, diſponitque omnia ſuaviter? Hac igitur diſtinctione adhibita, neque Sirachides cum Luca, neque Lucas cum ſeipſo pugnabit: ſed loca, quæ ſpeciem aliquam diſſidii habent, non diſſidere oſtendentur. Et cur eam certè non adhibeamus, cùm in ejus uſu præeuntem habeamus Theophylactum, idque minimè dubiè aut obſcurè? Verba Theophylacti, huc præcipuè ſpectantia, in Cap. XVIII. Lucæ, pag. 475. ſunt iſta: Εἰ οὗτος ὁ ἄνομος, καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένος ᾤκτειρε (τὴν χήραν, id enim in Theophylacti exemplaribus deſiderari videtur) τῇ συνεχείᾳ τῆς δεήσεως· πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ὁ πάσης δικαιοσύνης ἀρχηγὸς, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν ἐν τάχει, (excuſi Cod. οὐ ποιήσει, & οὐ ποιήσῃ, procul dubio mendoſè) καί τοι μακροθυμῶν, καὶ φαινόμενος ἀνηκουστεῖν τῶν δεομένων αὐτοῦ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Id eſt, *ſi nefarius iſte, omniq; malitia repletus non recuſavit auxilium viduæ ferre, eò quòd interpellare illum nunquam deſiſteret: quantò magis omnis Juſtitiæ princeps atque author Deus celeriter vindicabit (ſuos.) etiamſi lentus & longanimis ſit, & eos, qui nocte dieq; ſupplices ſunt, ſurda aure præterire videatur?* Obſerva hic, καί τοι, pro κἂν, imprimis verò participium φαινόμενος obſervetur, ut cui diſtinctio ſupra poſita, tanquam fundamento, innitatur. Non revera ἀνηκουστεῖ τῶν δεομένων αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ſed φαίνεται ἀνηκουστεῖν. Ergo tarditas nulla eſt ex parte Dei, ſed ex eo, quòd homines negligi ſe plerumque putent, niſi ad primum ſtatim clamorem paratum ſibi auxilium ſentiant. Hactenus Boiſius. Beza in annotationibus optimè eundem locum explicat. Dicit enim, Καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς. Id eſt, quamtumvis tardus videatur in ulciſcendis ipſorum injuriis. Omnino enim accipitur καὶ pro κἂν: ſive καίπερ, ut rectè explicat Theophylactus. Interim tamen verſio ejus, *etiamſi iram cohibeat*, vel *differat ſuper ipſis*, valde ambigua eſt: incertum enim, utrùm pronomen αὐτοῖς, ad electos, an ad electorum hoſtes referendum ſit. Res tandem tota huc redit, ut dicamus καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, eſſe, καίπερ ἀναμένει μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, quamvis patienter exſpectet in cauſa eorum. Quid verò patienter exſpectabat? ſuſtinuit & exſpectavit, dum inimici electorum ſuorum, facinorum ſuorum menſuram implerent, ut ita demum graviùs & cumulatiùs punirentur. Magnam Lucæ verbis lucem afferre poſſunt iſta, quæ leguntur II. Maccab. VI. 14. Οὐ γὰρ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἀναμένει μακροθυμῶν ὁ δεσπότης, μέχρι τοῦ καταντήσαντας αὐτοὺς πρὸς ἐκπλήρωσιν ἁμαρτιῶν κολάσαι, οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔκρινεν εἶναι, ἵνα μὴ πρὸς τέλος ἀφικομένων ἡμῶν τῶν ἁμαρτιῶν, ὕστερον ἡμᾶς ἐκδικᾷ. *Non enim, quemadmodum etiam in aliis gentibus, patienter exſpectat Dominus, donec ipſi ad complementum peccatorum venientes puniantur, ſic etiam de nobis faciendum eſſe judicavit, ut non ad finem pervenientibus noſtris peccatis, poſtea nos ulciſcatur.* Præclara ſunt Auguſtini verba in Pſal. XCI. *Quod tibi videtur longum, breve eſt*, &c. *Attendis ad dies paucos tuos, & in iis vis omnia impleri, ut damnentur impii, coronentur boni*, &c. *Implet ea Deus in tempore ſuo: quid tu tædium pateris, & facies? æternus eſt: tardat? longanimis eſt.*

2. *Homines*, qui dicuntur μακροθυμεῖν πρὸς ἐκείνους, οὓς δυνατὸν ἀμύνασθαι, *multa lenitate erga eos uti, de quibus pœnas ſumere poſſent*; ſunt verba Chryſoſtomi Homil. II. in Epiſt. ad Coloſſ. pag. 97. quæ etiam leguntur apud Oecumenium in Cap. V. Jacobi, pag. 135. Hæc autem virtus homini quàm commendatiſſima eſſe debet, quia eſt ῥίζα πάσης φιλοσοφίας, *radix omnis philoſophiæ*, Chriſtianæ nimirum, teſte Theophylacto in I. Corinth. XIII. pag. 274. Omnia adverſa ſuperat. Chryſoſtomus Homil. XXXIII. in I. ad Corinthios, pag. 458. Πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν ἡ μακροθυμία· αὕτη τῆς φιλοσοφίας ἡ ῥίζα πάσης· - - ὅπλον ἐστὶν ἄμαχον, καὶ πύργος τις ἀρραγὴς, πάντα διακρουομένη ῥᾳδίως τὰ λυπηρά. Καὶ καθάπερ εἰς ἄβυσσον σπινθὴρ ἐμπεσὼν ἐκείνην μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν, αὐτὸς δὲ ἐσβέσθη ῥᾳδίως· οὕτως εἰς μακρόθυμον ψυχὴν ὅπερ ἂν ἐμπέσῃ τῶν ἀδοκήτων, τοῦτο μὲν ἀφανίζεται ῥᾳδίως, ἐκείνην δὲ οὐ ταράττει· καὶ γὰρ πάντων στεῤῥότερον μακροθυμία· κἂν στρατόπεδα εἴπῃς, κἂν χρήματα, κἂν ἵππους, κἂν τείχη, κἂν ὅπλα, κἂν ὁτιοῦν, οὐδὲν ἴσον μακροθυμίας ἐρεῖς. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνα περιβεβλημένος, ὑπὸ θυμοῦ κρατηθεὶς πολλάκις, καθάπερ μειράκιον εὐτελὲς, περιτρέπεται, καὶ πάντα θορύβου πληροῖ καὶ ζάλης· οὗτος δὲ ὥσπερ ἐν λιμένι καθήμενος, βαθείας ἀπολαύει γαλήνης, κἂν ζημίᾳ περιβάλῃς, οὐκ ἐκίνησας τὴν πέτραν, κἂν ὕβριν ἐπαγάγῃς, οὐκ ἔσεισας τὸν πύργον, κἂν πληγὰς προστρίψῃς, οὐκ ἔπληξας τὸν ἀδάμαντα. *Cauſſa omnium bonorum longanimitas eſt. Ea eſt radix totius philoſophiæ. - - Eſt armatura inexpugnabilis, & turris quædam quæ dirui non poteſt, facilè propulſans quæcunq; ſunt moleſta. Et quemadmodum quæ in abyſſum ceciderit ſcintilla, illam quidem non lædit, ipſa autem facilè extinguitur: ita quod in lenem animam inopinatum inciderit & inexſpectatum, ipſum quidem facilè deletur & evaneſcit, ipſam autem non conturbat. Rebus enim omnibus validior ac fortior eſt longanimitas: etiamſi dicas caſtra, etiamſi pecunias, etiamſi equos, etiamſi muros, etiamſi arma, etiamſi quidlibet aliud, nihil dices, quod cum longanimitate poſſit comparari. Nam qui illis fuerit circumdatus, ab ira ſuperatus. Sæpe tanquam vilis & ignavus adoleſcentulus, evertitur, tumultuq; & tempeſtate omnia implet. Hic autem, tanquam in portu ſedens, profunda fruitur tranquillitate, & ſi in damnum eum conjeceris, non movebis rupem: & ſi contumeliâ affeceris, non labefactabis turrim, & ſi plagas inflixeris, non feries adamantem.*

Μαλακός.

I. Veteres Gloſſæ: Μαλακὸς, *mollis*. Heſychius: Μαλακῷ, ἁπαλῷ, τρυφερῷ εἴδει. *Molli & delicata ſpecie.* Idem: Μαλακὸν ἱμάτιον, τετριμμένον. Κῷοι δὲ εὐμετακόμιστον, ἢ πολυτελὲς, ἢ ἁπαλόν. *Molle veſtimentum attritum. Coi verò* ita vocant *veſtem portatu facilem, vel precioſam, aut mollem.* Tenuiſſimæ namque apud Coum inſulam fiebant veſtes ad ornamentum fœminarum. Huc pertinent μαλακὰ ἱμάτια Matth. XI. 8. Lucæ VII. 25. & τὰ μαλακὰ Matth. XI. 8. quod de veſte ſerica, utpote molliſſima, intelligendum videtur: nam de tenerrimis fœminis ita Juvenalis:

-- -- -- -- quarum
Delicias & panniculus bombycinus urit.

Et Ruſticus Elpidius:

-- -- non ſuavibus herbis
Meſſis & emeritæ, non mollis veſtis honore
Fulgida Sidonii quem polluit unda veneni.

Μαλακὰ apud Matthæum ſunt quæ Ovidius *mollia velamina* vocat. Juvenalis,

-- -- -- veſtes
Purpureas teneris quoq; Mæcenatibus aptas.

Apuleius: *Veſtis textu tenuis, tactu mollis.* Onomaſticon vetus: *Mollicina*, μαλακὸν ἱμάτιον. Diodorus Siculus l. XIII. de Agrigentinis: τὴν ἐσθῆτα καθ' ὑπερβολὴν μαλακὴν φοροῦντες. *Veſtem molliſſimam geſtantes.* Produximus ſuperiùs verba Heſych. μαλακῷ, ἁπαλῷ, τρυφερῷ εἴδει, quæ

Digitized by Google

quæ nunc demum corrupta eſſe obſervamus. Reſpicit ſine dubio ad illa Hom. Il. κ΄. v. 2. ω΄. v. 678. & odyſſ. ι. v. 6.

Ἕυδον παννύχιοι, μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ. *Dormiebant per totam noctem molli domiti ſomno.* Vetus ſcholiaſtes: Μαλακῷ, προσηνεῖ, ἡδεῖ. *Molli, jucundo, dulci.* Apud Heſychium ergo repono, pro εἴδει, ἡδεῖ. Ita apud Homerum εὐνὴ μαλακὴ, id eſt, ἁπαλὴ, *mollis lectus*, Il. ι. v. 614. κ΄. v. 75. χ΄. v. 504. Odyſſ. χ΄. v. 196. Odyſſ. υ. v. 58. -- Ἐν λέκτροισι καθεζομένη μαλακοῖσιν. *In lectis ſedens mollibus.* Apud eundem μαλακὸς χιτὼν, *mollis tunica.* Il. β΄. v. 42. -- Μαλακὸν δ᾽ ἔνδυνε χιτῶνα. *Mollem autem induit tunicam.* Vetus ſcholiaſtes: Μαλακὸν, ἁπαλὸν, τρυφερόν. Odyſſ. α. v. 437. -- Μαλακὸν δ᾽ ἔκδυνε χιτῶνα. *Mollem autem exuit tunicam.*

II. Μαλακοὶ, *molles*, antiquitus *maltæ* appellati. Lucilius lib. XXVII. Satyr.

Inſanumq; vocant: quin malta ac fœmina dici Volt.

Heſychius: Μαλακὸς· μαλθακὸς, ἔκλυτος, γυναικοήθης. *Mollis, delicatus; languidus* vel *remiſſus, effœminatus.* Suidas: Μαλακὸν, ἀσελγές. *Molle, laſcivum.* I. Corinth. VI. 9. μαλακοὶ è regno cœlorum excluduntur. Ubi Calvinus exiſtimat latiori ſignificatione denotari eos, qui tametſi ſe non proſtituant vulgò ad libidinem, verborum tamen lenociniis effœminato geſtu & veſtitu, aliiſque deliciis impudicitiam ſuam prodant. Alii ſpeciatim eos intelligunt, qui prodigioſæ libidini ſerviunt, & turpia patiuntur, quique libidinum æſtu ac pruritu, ceu face quadam, accenſi, corpora ſua nefaria ſeminis profuſione commaculant. Hujus deteſtandi ſceleris autor fuit Onan, Judæ Patriarchæ filius, ob id matura morte punitus, Geneſ. XXXVIII. 9. Μαλακία iſta frequens erat olim apud Gnoſticos, teſte Epiphanio, hæreſi XXV. Vide in Γνωςικὸς, II. 3. ad lit. α. Apud Manichæos etiam, ut docet Auguſtinus de hæreſibus ad Quodvultdeum, Cap. XLVI. Tales apud Apoſtolum intelligi vult, Theophylactus, qui μαλακοὺς interpretatur τοὺς αἰσχροπαθοῦντας, *turpia patientes.*

Μαμπάριον.

Μαμπάριον eſt *mappa*, pro μαππάριον. *Mapparius* vocatus in Imperio Conſtantinopolitano, qui officium ſuſtinebat mappæ mittendæ, ὁ μαμπάριος, vel μαππάριος. Μαμπαρίου σημεῖον, *ſignum eſt, quod mittit Mapparius.* Græcus Anonymus: Μαππάριος καλεῖται, ὁ ἐν τῷ μέσῳ ἱστάμενος, καὶ τοῦ δρόμου ἔχων τὸ σύνθημα. *Mapparius vocatur, qui in medio ſtat, & curſus ſignum habet.* Et paulò pòſt: Καὶ τὴν μάππαν ἀναλαμβανόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος, εὐθὺς τὸν ἀγῶνα ἐπετέλει. *Et is, qui dicitur Mapparius, ſublatâ vel remotâ mappâ, ſtatim certamen abſolvebat.* Vide in Gl. Meurſii Μαππάριος. Chryſoſtomus orat. de Circo, quæ eſt CXXII. tom. VI. Ἀμεταστρεπτὶ ἀτένιζε εἰς τὸν τῷ ἀναγνώσματι τοῦ εὐαγγελίου διακονοῦντα μαμπάριον· μή τις με δόξῃ γελοιάζοντα λέγειν, οὐ ψεύδομαι· ὡς γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τὸ μαμπάριον, πεπηγότος τοῦ σημάντρου ἀτενίζουσιν, &c. Interpres: *Animo minimè elato oculos dirige in eum, qui lectione Evangelii mappam miniſtrat. Ne quis me putet per ludum hæc dicere, ſeriò dico, nec mentior. Ut enim in circo omnium oculi in mappam ſigno fixo rectà feruntur,* &c. Ἀμεταστρεπτὶ non eſt, *animo minimè elato*, ſed eſt *immotis & fixis oculis*, aliàs ἀμεταστρεπτὶ, *non retroverſa facie.* Vide Ἀμεταστρεπτὶ. Μαμπάριος non eſt *mappa*, ſed *mapparius*, qui mappam miniſtrat. Ut hæc meliùs intelligas, vide, quæ ad vocem Ὡράριον dicentur.

Μάνδρα.

Μάνδρα eſt *Monaſterium.* Theodorus Anagnoſta Ecloga I. Δανιὴλ ὁ θαυμάσιος, ἐκ τῆς Συμεῶνος μάνδρας ἐλθών. *Divinus* vel *admirabilis Daniel veniens ex Mandra Symeonis.* Metaphraſtes in Theodoſio Cœnobiarcha: *Et jam magnus quidam erat numerus diſcipulorum, ſpelunca autem exigua & planè minor, quàm ut poſſet eos capere: ipſi autem accedentes ſollicitabant, ut excitaret monaſterium, & ampliorem ejus faceret mandram ovium ſpiritualium.* Hic *mandra* ſumitur pro tota Monaſterii capacitate. Adhelmus de Virginitate, Cap. XVII. dixit de Babyla Epiſcopo: *Mandras Eccleſiæ adverſus truculentam tyrannorum rabiem ſolertia paſtorali tuebatur.* Aliàs *mandra* eſt ovium, boum, aliarumque pecudum receptaculum & clauſtrum. Martialis lib. I.

Vixq; datur longas mulorum vincere mandras.

Juvenalis:

-- *Stantis convicia mandræ.*

Gloſſarium: *Mandra, hic ſeptus.* Heſychius: Μάνδραι, ἑρκη, φραγμοὶ, σηκοὶ βοῶν καὶ ἵππων. *Mandræ, ſepta, ſepimenta, ſtabula boum & equorum.* Hinc ἀρχιμανδρίτης, de quo ſuo loco. Dorotheus Doctr. XXIII. pag. 865. Μάνδρα λέγεται, τόπος περιπεφραγμένος, ἔνθα συνάγει ὁ ποιμὴν τὰ πρόβατα καὶ φυλάσσει, ἵνα μὴ διαρπαγῶσιν ὑπὸ λύκων, ἢ ὑπὸ λῃστῶν συληθῶσι. *Mandra dicitur locus circumſeptus, ubi paſtor oves congregat & cuſtodit, ne diſcerpantur à lupis, vel à furibus abigantur.* Vide etiam Etymolog. Voſſii in voce *Mandra.*

Μανιάκης. & Μανιάκιον.

Μανιάκης, *monile, torques.* Suidas: Μανιάκης· ὁ περιαυχένιος κόσμος. *Ornamentum, quo collum circumdatur. Torques. Monile collum ornans.* Gloſſæ Latino-græcæ: *Torques*, μανιάκης. Heſychius: Κλοιὸς, μέρος τι τῆς νεὼς, ἢ περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι μανιάκης. *Κλοιὸς, pars quædam navis, vel collare, monile.* Vide eundem in Ὁρμίσκοι. Dicebant etiam μανιάκιον. Heſychius in μηνίσκοι, πέταλα, περιτραχήλια, μανιάκια, περιδέραια. *Monilia, laminæ, collaria, torques, monilia colli.* Menologium ſub VII. octobris die de Sergio & Baccho martyribus: Ἀφῃρέθησαν τὰς ζώνας καὶ τὰ μανιάκια τὰ ἐπὶ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν κείμενα. *Ablatæ fuerunt ipſis zonæ & monilia collis eorum impoſita.* Vide Gl. Meurſii.

Μάννα.

Hæc vox duplici modo in ſcriptura ſumitur:

I. *Propriè*, pro cibo illo extraordinario quo Deus per quadraginta annos Iſraelitas in deſerto aluit. Vocatur autem *Manu* quia Iſraelitæ, cùm primò vidiſſent cibum illum è cœlo demiſſum, & circa tabernacula ipſorum ſparſum, ignorantes quid eſſet, dicebant alter alteri, מן הוא, *quid hoc eſt?* Exodi XVI. 15. Hanc appellationis rationem agnoſcit Cyrillus in Catena in Exodi Cap. XVI. Μάννα· τί ἐστι τοῦτο; οὐ γὰρ ᾔδεισαν τί ἦν· ὅτι τὸ ὡς ἐν ζητήσει ῥηθὲν ὀνοματοποιοῦνται τῷ πράγματι, καὶ τῇ τῶν Σύρων ἀποκαλοῦσι γλώττῃ μάννα, ἀντὶ τοῦ τί ἐστι τοῦτο; *Manna: quid hoc eſt? nempe ignorabant, quid eſſet. Quoniam quaſi per interrogationem dictum nomen fingunt rei, & Syrorum linguâ vocant* manna, *pro, quid hoc eſt?* Clariùs adhuc Theodoretus quæſt. XXX. in Exodum, pag. 93. Διατί μάννα ἐκλήθη; εὐθὺς αὐτὸ θεασάμενοι ἀλλήλους ἠρώτων, τί τοῦτο; ἐπέθεσαν τοίνυν αὐτῷ προσηγορίαν τί τοῦτο; τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει τὸ μάννα. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἱστορία διδάσκει. Ἰδόντες γάρ φησιν υἱοὶ Ἰσραὴλ, εἶπον ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, τί ἐστι τοῦτο; οὐ γὰρ ᾔδεισαν τί ἦν· ἐγένετο τοίνυν ἡ ἐρώτησις ὄνομα. *Quare vocatum eſt* manna? *Cùm primùm Iſraëlitæ illud viderunt, à ſe mutuò quærebant,* quid eſt hoc? *Unde talem appellationem indiderunt,* Quid hoc? *Id enim ſignificat* manna. *Hoc verò etiam hiſtoria docet.*

docet. Videntes enim, *inquit*, filii Iſraël, dixerunt alter ad alterum, Quid eſt? Ignorabant enim quid eſſet. *Unde in nomen verſa eſt interrogatio.* Apollinarius in Catena MS. in Cap. XI. Numer. Μὰν ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ τοὺς ἑβραίους πρῶτον θέαμα ξένον ὁρῶντας εἰπεῖν πρὸς ἀλλήλους τῇ πατρίῳ γλώσσῃ μάν, τουτέστι, τί τοῦτο; *Man appellatum fuit, quia Hebræi, cùm primùm viderent rem novam, alii ad alios, dixerunt vernaculâ ſuâ,* man, *id eſt,* Quid hoc? Theophylactus in Cap. VI. Joh. pag. 647. Μάννα ἑρμηνεύεται, τί τοῦτο; Οἱ γὰρ ἑβραῖοι ἰδόντες αὐτὸ ἕκαστος πρὸ τῆς οἰκείας σκηνῆς σωρηδὸν κεχυμένον, καὶ τῷ ἀήθει καὶ ξένῳ τοῦ θεάματος καταπλαγέντες, ἠρώτων ἀλλήλους, τί τοῦτο; Manna *ſignificat*, Quid hoc? *Judæi enim viſo illo, quod cumulatim ſparſum erat ante cujusque tabernaculum, obſtupefacti inſolito & peregrino ſpectaculo, interrogabant ſe invicem,* Quid hoc? Suidas: Μάννα· ἡ ἄνωθεν πίπτουσα τροφή. Σημαίνει δὲ, τί τοῦτο. Manna. *Eſt supernè decidens cibus. Significat autem,* Quid hoc? Hoc autem *Manna* aliàs vocatur

1. Ἄρτος οὐρανοῦ, *panis cæli*, Pſal. LXXVIII. 24. & CV. 40. Ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, *panis è cælo*, vel *cæleſtis*, Joh. VI. 31. tum, quia ex cœlis, hoc eſt, ex aëre depluebat; tum, quia cibus erat excellentiſſimus: ea enim, quæ ſunt & veniunt ex alto, præſtantiora & precioſiora eſſe ducimus. Vide in Ἄρτος, num. II. 2. ſub lit. *e.* Eodem reſpectu Greg. Nyſſenus de Baſilii laudibus, tom. III. pag. 494. Μάννα ἐστὶν ἄρτος οὐράνιος. *Manna eſt panis cæleſtis.* A Theodoreto in Catena in Cap. XXIII. Exodi ἀνήροτος καὶ ἄσπορος ἄρτος, *panis ſine aratione & ſatione datus.* Ἄρτος ἀχειρογεώργητος. Vide in Ἀχειρογεώργητος.

2. Ἄρτος, num. II. 2. ſub lit. *e.* Hic ſequentia addimus. Suidas: Μάννα· ἡ ἄνωθεν χορηγουμένη τροφή. Καὶ Δαυίδ. Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος, τουτέστι τοῦτο, ὃ καὶ ἄρτος ἀγγέλων λέγεται, ὡς ὑπ' ἀγγέλων χορηγούμενος. Manna. *Cibus ſupernè ſuppeditatus. Et David,* Panem Angelorum comedit homo. *Hoc eſt id, quod & panis Angelorum vocatur, ut ab Angelis ſuppeditatus.* Theodoretus quæſt. XXIX. in Exodum, pag. 93. eandem reddit rationem: *Vocatur panis Angelorum,* ὡς ἀγγέλων τῇ τούτου δωρεᾷ διακεκονηκότων, ἡ γὰρ ἀσώματος φύσις οὐ δεῖται τροφῆς· οὕτως ἄρτος οὐρανοῦ προσηγορεύθη, ἐπειδὰν ἄνωθεν κατηνέχθη, οὐκ ἐξ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀέρος· οὕτω καὶ πετεινὰ οὐρανοῦ προσηγόρευται τὰ τὸν ἀέρα διαπερῶντα, *propterea quòd Angelorum miniſterio datus eſt. Nam incorporea natura cibo non indiget. Sic etiam appellatur* panis cœli, *quia de cœlo supernè veniebat, non ex ipſo cœlo, ſed ex aëre. Ita &* volucres cœli *dictæ ſunt, quæ per aerem volant.*

3. Βρῶμα πνευματικὸν, *cibus ſpiritualis*, I. Corinth. X. 3. Etſi enim erat cibus corporalis; attamen quia cauſſam non habebat naturalem, ſed miraculosè dabatur è cœlo, & ſpiritualem animarum noſtrarum cibum, nempe Chriſtum ſignificabat, propterea vocatur *eſca ſpiritualis.* Manna intelligi, docet Theodoretus ad hunc locum, pag. 166. quando dicit de Iſraëlitis, ὡς ἐν τύπῳ δέ τινι καὶ τὸ μάννα οὐρανόθεν ἐδέξαντο. *Porrò autem tanquam in figura aliqua manna quoque acceperunt.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 240. Ὥσπερ ἡμεῖς μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, τὸ σῶμα ἐσθίομεν τὸ δεσποτικὸν· οὕτω τὸ μάννα ἐκεῖνοι μετὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ ὥσπερ ἡμεῖς τὸ αἷμα δεσπότου πίνομεν· οὕτως ἐκεῖνοι τὸ ἐκ τῆς ἀκροτόμου πέτρας ἀναβλύσαν ὕδωρ· πνευματικὰ δὲ ταῦτα λέγει, ἐπειδὰν εἰ καὶ αἰσθητὰ ἦσαν, ἀλλ' οὐ φύσεως ἀκολουθίᾳ ἐγίνοντο, ἀλλὰ χάριτι πνευματικῇ, τρέφοντα μετὰ τοῦ σώματος καὶ τὰς ψυχὰς, καὶ εἰς πίστιν ἐνάγοντα. *Perinde ac nos poſt baptiſma, corpus Dominicum manducamus; ſic manna ipſi poſt mare trajectum manducârunt. Et quemadmodum nos ſanguinem Domini bibimus; ſic illi è petra prædura aquam ſcaturientem biberunt.* Spiritualia *autem hæc dicit, quoniam etſi ſenſibilia fuerint, naturali tamen ordine facta non ſint, ſed gratiâ ſpirituali; utpote quæ unà cum corpore animas alebant, & ad fidem perducebant.*

II. *Impropriè*, pro Chriſto, quem *manna* ſignificabat & præfigurabat. Ammonius in Catena in Cap. VI. Joh. pag. 182. Ὁ Χριστός ἐστι τὸ μάννα, ὡς φύσει ζωὴ ὢν, καὶ τὰ πάντα ζωογονῶν, ὅς ἐστιν ἄρτος ὁ τρέφων ψυχὴν καὶ σῶμα. *Chriſtus manna eſt, ut qui naturâ ſuâ vita eſt omnia vivificans, & panis, qui animam & corpus nutrit.* A Macario Homil. XXV. pag. 330. vocatur μάννα τῆς ἀϊδίου τρυφῆς καὶ ζωοποιὸς πέτρα, *manna perpetuarum deliciarum, & vivifica petra.* Cur vocetur *Panis*, exponitur in voce Ἄρτος, num. II. 2. ſub lit. *f.*

Μαννοδοτέω.

Μαννοδοτέω eſt *Manna ſuppedito.* Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. Cap. III. pag. 943. dicuntur Judæi *ignominiâ affeciſſe Moſen*, τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς, καὶ ἐξ ἀέρος κρεωλογήσαντα, *qui iis è cœlo manna ſuppeditavit, & ex aëre carnem collegit.* Cap. XX. ejuſd. lib. pag. 957. Τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς, καὶ ἐκ θαλάσσης κρεοδοτήσαντα ὀρτυγομήτραν. *Eum qui è cœlo ipſis Manna, & ex mari carnem coturnicum dedit.*

Μανουάλιον.

Μανουάλιον, *candelabrum.* Menologium menſe Decembri: Ἅψαντες μανουάλια ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ. *Cùm incendiſſent candelabra in medio Templo.* Pentecoſtarium: Εἰσελθόντων τούτου ἱερέως καὶ τοῦ διακόνου, προπορευομένων αὐτῶν καὶ λαμπάδων μετὰ μανουαλίων. *Ingredientibus & Sacerdote & Diacono, præeuntibus ipſis etiam lampadibus cum candelabris.* Euchologium, pag. 3. Οἱ ἀναγνῶσται τιθέασι τὰ μανουάλια εἰς τὸ μέσον τοῦ ναοῦ παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη. *Lectores collocant candelabra in medio Templo ad utrumque latus,* vel *ex utraque parte.* Plura vide in Gl. Meurſii.

Μαργαρίτης.

Μαργαρίτης, *Margarita* frequenter *impropriè* ſumitur, & notat

I. *Doctrinam Cæleſtem* verbo Dei comprehenſam, quæ in parabola *margarita* intelligitur per καλοὺς μαργαρίτας, & per πολύτιμον μαργαρίτην. Matth. XIII. 45. 46. Chryſoſtomus Homil. XLVII. in Matth. per *margaritam* dicit intelligi τὸ κήρυγμα, *prædicationem* Evangelii. Et Theophylactus in Cap. XIII. Matth. pag. 77. eodem modo explicat. Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLXXXII. lib. I. p. 55. *Chriſtum* intelligi docet, quando ſcribit: Ὁ τὸν πολυτίμητον μαργαρίτην ζητήσας, καὶ πάντων αὐτῷ τῶν προόντων ἀντισταθμίσας, ὁ νέος ἐστὶ τοῦ Κυρίου λαὸς, τῆς πατρῴας, καὶ οὐσίας καὶ θρησκείας καταφρονῶν, καὶ τὸν κύριον τῆς δόξης ζητῶν, μαργαρίτης δὲ κέκληται, ἐπειδὴ τῷ βυθῷ τῆς θεότητος ἥνωται καὶ μόνοις τοῖς ἁλιεῦσι καὶ τοῖς αὐτοῦ ὑποφήταις ἐγνώρισται. *Is, qui ingentis precii margaritam quæſivit, eamque omnibus ſuis facultatibus emit, novus eſt Domini populus, qui paternam & ſubſtantiam, & religionem contemnit, ac Dominum gloriæ quærit. Margarita autem idcirco appellatur, quia divinitatis profundo copulatus eſt, ſolisque piſcatoribus atque ipſius interpretibus cognitus.* Hoc ſenſu *margaritæ non ſunt projiciendæ porcis*, Matth. VII. 6. Chryſoſtomus Homil. XXIII. in Matth. per *margaritas* intelligit τελειότερα δόγματα, *perfectiora dogmata.* Dionyſius Areopagita Cap. II. de cœleſti Hierarchia, pag. 22. intelligit τὴν τῶν νοητῶν μαργαριτῶν ἀμιγῆ καὶ φωτοειδῆ καὶ καλλοποιὸν εὐκοσμίαν, *ſpiritu-*

Digitized by Google

ſpiritualium margaritarum purum illum, ac lucidum pulchriſicumq; ornatum. Iterum, Chryſoſtomus Homil. L in Johannem, pag. 557. Μαργαρίτας ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκάλεσε, καίτοι πολλῷ τιμιώτερα τούτων ὄντα, ἐπειδὴ ταύτης τῆς ὕλης οὐκ ἔστιν ἑτέρα τιμιωτέρα. *Margaritas hæc verba*; nempe S. Scripturæ; *vocavit, quamvis illis longè ſint præſtantiora, quoniam hac materia nulla alia præſtantior vel precioſior reperitur.* Cyrillus Alexandr. Homil. Paſchali V. pag. 58. dicit intelligi τὰ λελαμπρυσμένα καὶ διειδῆ τοῦ πνεύματος λόγια, *clara & perſpicua Spiritus oracula*: Theophylactus in Caput VII. Matth. pag. 39. μυστήρια, τοὺς λαμπροὺς καὶ μαργαρώδεις λόγους τοὺς περὶ θεολογίας, *myſteria, claros & margaritis ſimiles ſermones de Theologia.* Balſamon in epiſt. Nyſſeni ad Letoium, pag. 1049. dicit μαργαρίτας εἶναι τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ τὸ τίμιον αἷμα, *margaritas eſſe precioſum ſanguinem & ſanctum corpus Domini.* Multa de his *margaritis* Photius epiſt. LIV. pag. 107. & ſeqq. ubi inter alia; Ἅγια καὶ μαργαρῖται, ὅ, τε τοῦ θείου κηρύγματος λόγος. καὶ τὸ δεσποτικὸν καὶ ἄχραντον χρηματίζει σῶμα. Sancta & margaritæ, *cùm divini verbi prædicatio eſt, tum etiam immaculatum corpus Domini.* Methodius in Bibliotheca Photii, Cod. CCXXXV. pag. 932. docet, Origenem per *margaritas* intellexiſſe τὰ μυστικώτερα τῆς θεοσεβοῦς θρησκείας ἐκλαμβάνοντας μυστήρια, *eos, qui ſanctiora divinæ religionis myſteria capiunt.* Imò verò, non qui myſteria capiunt, ſed ipſa intelliguntur myſteria: ea porcis non objicienda. Ἀπροσδιόνυσος etiam Methodii expoſitio, dicentis ibidem: Μαργαρίτας τὰς ἀρετὰς ἐκδέχεσθαι χρή, αἷς ὥσπερ πολυτίμοις μαργαρίταις ἡ ψυχὴ καθωραΐζεται. *Margaritæ pro virtutibus accipiendæ ſunt, quibus veluti precioſis gemmis, anima exornatur.* Impia prorſus aſſertio eſt Baſilidis, qui, teſte Epiphanio, hæreſi XXIV. pag. 36. dixit de ſe & aſſeclis ſuis: Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὕες καὶ κύνες. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπε, Μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, &c. *Nos ſumus homines, reliqui verò omnes ſunt ſues & canes. Propterea etiam dixit Chriſtus: Ne projicite margaritas coram porcis,* &c. Totum Chriſti monitum Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLXXXI. pag. 516. ita interpretatur: Ἐπειδὰν ἅγιος καὶ μαργαρίτης ὄντως τιμαλφέστατος ὁ θεῖος λόγος, κύνες δὲ καὶ χοῖροι, οὐ μόνον οἱ περὶ τὰ δόγματα, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ τὰς πράξεις πταίοντες· καταπάτησις δὲ ἡ περὶ αὐτῶν ἔρις καὶ ζυγομαχία, τῶν μὲν τὴν ὀρθότητα τῶν δογμάτων ἀνατρέπειν πειρωμένων· τῶν δὲ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐξυβριζόντων· ῥῆξις δὲ τῶν τὸν θεῖον λόγον πρεσβευόντων, καὶ τὰ ἄριστα συμβουλευόντων, ἡ τῶν οὐκ ὀρθῶς βιούντων καταφρόνησις καὶ ἀτιμία· μὴ ὡς εὐωνόν τινα καὶ εὐπόριστον ῥίπτετε τὸν λόγον, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς παροινηθῇ, καὶ ὑμεῖς κωμῳδηθείητε παρὰ τῶν ὀρθῶς μηδὲν μήτε λεγόντων, μήτε πραττόντων. *Quia Verbum divinum eſt ſacroſanctum, & margarita revera precioſiſſima: canes autem & porci ſunt, non ſolùm qui circa dogmata Chriſtianæ religionis, ſed etiam qui circa actiones labuntur: conculcatio autem eſt contentio & concertatio de illis ſuſcepta, dum alii dogmatum rectitudinem ſinceritatemq; evertere conantur, alii optimam vivendi rationem contumeliâ afficiunt: laceratio denique eorum, qui divinum verbum tanquam legati annunciant, optimaq; dant conſilia, eſt contemtus & ignominia, quâ eos afficiunt, qui non rectè vivunt. Hanc ob cauſam dixit: Ne tanquam rem aliquam vilem ac paratu facilem, projicite verbum, ne & ipſum contumeliâ afficiatur, & vos traducamini ac ludibrio habeamini ab iis, qui nihil rectè neq; dicunt, neque faciunt.*

II. Μαργαρίτης, *Margarita.* Ita appellabantur micæ, quæ à conſecratione ex ſacramento patinæ ſive calici adhæſiſſent. Scilicet quia tam precioſæ eſſent. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 109. Εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὴν πρόθεσιν, καὶ μεταλαμβάνει τὸ ὑπολειφθὲν ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ προσεχῶς καὶ εὐλαβῶς, καὶ ἀποπλύνει τὸ ἅγιον ποτήριον τρίς, καὶ δεῖ μὴ μείνῃ τὸ λεγόμενον μαργαρίτης. *Ingreditur Sacerdos in Protheſim, & quod in ſacro calice remanſerat, attentè & reverenter abſumit lavatq; ſacrum calicem ter, proſpicitq; ne, quod dicitur* margarita, *remaneat.* Particula nempe illa, quam, ab hoſtia exciſam, in calicem Sacerdos immiſerat. Et Germanus in hiſtoria Eccleſiaſtica, pag. 147. Ἡ ἁγία τράπεζα ἐστὶν ἀντὶ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ σὺν τοῖς μύσταις· καὶ οἱ ἐν αὐτῇ μαργαρῖται τὰ θεῖα δόγματα τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ πατρὸς πρὸς τοὺς μαθητάς, *Sancta menſa eſt pro menſa Chriſti cum Myſtis, & , quæ circa ſunt* margaritæ, *divina dogmata doctrinæ Chriſti Patris ad diſcipulos.* Gregorius Nyſſenus in epiſt. ad Letoium: Ὥσπερ γὰρ τὸ τοῖς χοίροις ῥίπτειν τὸν μαργαρίτην ἀπείρηται, οὕτω τὸ ἀποστερεῖν τοῦ τιμίου μαργαρίτου τὸν ἤδη ἄνθρωπον διὰ τῆς ἀπαθείας τε, καὶ καθαρότητος γενόμενον, τῶν ἀτόπων ἐστί. *Quemadmodum enim, porcis margaritam projicere, eſt vetitum, ita & precioſa margarita privare, qui jam, per alienationem à vitio, & purgationem, homo factus, abſurdum eſt.* Verba Balſamonis ad hunc locum ſuprà habes. *Chriſtus* enim verè *margarita* à veteribus appellatur. Ab Iſidoro Peluſiota, ut vidimus: à Clemente Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. XII. pag. 206. Ἐξὸν ἁγίῳ κοσμεῖσθαι λίθῳ, τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, ὃν μαργαρίτην ἡ γραφὴ κέκληκέ που, τὸν διαυγῆ καὶ καθαρὸν Ἰησοῦν, τὸν ἐν σαρκὶ ἐπόπτην ὀφθαλμόν, τὸν λόγον τὸν διαφανῆ, δι' ὃν ἡ σὰρξ τιμία ὕδατι ἀναγεννωμένη· καὶ γὰρ τὸ ὄστρεον ἐκεῖνο ἐν ὕδατι γινόμενον, περιστέγει τὴν σάρκα· ἐκ δὲ ταύτης ὁ μαργαρίτης κυΐσκεται. *Licet ſanctâ ornari gemmâ, nempe Verbo Dei, quod utiq; ſcriptura appellavit* margaritam, *pellucidum & purum Jeſum, qui eſt in carne contemplator oculus, qui eſt Verbum perſpicuum, per quem caro eſt precioſa, quæ aquâ regeneratur. Illud enim oſtreum in aqua natum, carnem contegit: ex ea autem margarita concipitur.*

III. Eleganter Ignatius in epiſt. ad Epheſios, pag. 226. *vincula* ſua *margaritas* vocat. Ἐν ᾧ (Χριστῷ) τὰ δεσμὰ ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι τελειωθῆναι. *In quo (Chriſto) à Syria Romam uſq; hæc vincula circumfero, ſpirituales margaritas: in quibus contingat mihi conſummari.*

Μαργέλλιον.

Recentiores Græci extrema veſtium ornamenta vocant μαργέλλια. *Margum & marginem*, quamvis extremitatem Latini dixerunt: *margus* autem & *margum* illis uſurpata pro *margine.* Atque ita reperitur ſcriptum in optimis exemplaribus apud Valerium Maximum. Gloſſæ veteres: *Margo & margus*, κρηπίς. *Margum*, τέρμα, τοῖχος. A' *margum* diminutivæ formæ, *margulum & margellum*; quòd μαργέλλιον Græci, ut *ſacellum* σακέλλιον, & alia infinita. Μαργέλλιον igitur eſt *ora*, vel *margo veſtis.* Μαργέλλιον igitur *non* eſt *fimbria è margella, ſive corallio*, ſed ſimpliciter *margo veſtis.* Hoc apertiſſimè demonſtrat Moſchopulus his verbis: Λῶμα τὸ ἐπ' ἄκρου τινὸς ἐκτεταμένον, καὶ ὥσπερ ὁρίζον αὐτό, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον. *Margo, extremitas alicujus rei, & eam quaſi finiens, ut quod vulgò dicitur* μαργέλλιον, *margellum.* Balſamon ad Can. XXVII. Concilii in Trullo pag. 390. Ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσοΰφαντα ἐπιβλήματα, τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα

καὶ ἀντίπανα. *Sed precioſa auro intertexta ſigna, vulgò dicta* margella, *lora & limbi*. Scribendum ῥάμματα. Nam μαργέλλια, ῥάμματα & ἀντίπανα idem ſignificant. Ῥάμματα & ῥαμματώδη dicebantur illa *lora*, vel *zonæ*, *limbi*, qui aſſuebantur ad extremas veſtimentorum oras. Vide etiam Gl. Meurſii.

Μαρία.

I. *Explicatio Nominis.* Plerique ex Græcis dicunt, *Maria* ſignificare κυρία, *Domina*. Ita Theophylactus in Cap. I. Lucæ, pag. 306. Μαριὰμ ἑρμηνεύεται, κυρία. *Maria ſignificat Dominam.* Et in Cap. X. Lucæ, pag. 388. Μαρία, κυρία ἑρμηνεύεται. Damaſcenus Orthod. fidei lib. IV. Cap. XV. pag. 328. Τίκτει ἡ χάρις (τοῦτο γὰρ ἡ Ἄννα ἑρμηνεύεται) τὴν κυρίαν. Τοῦτο γὰρ τῆς Μαρίας σημαίνει τὸ ὄνομα. *Parit gratia (hoc enim Anna ſignificat) Dominam. Hoc enim Mariæ nomen ſignificat.* Qui ita ſentiunt, deducunt vocem à Syriaco מָרָא, quod *Dominum* ſignificat. Aliis φωτισμὸν ſignificat. Gregorius Thaumaturgus Serm. II. de Annunciat. pag. 21. Μαρία ἐκέκλητο, ὅπερ εἰς φωτισμὸς ἑρμηνεύεται. *Maria vocata fuit, quod illuminationem ſignificat.* Significat φωτισμὸς hic ſumatur *pro doctrina* ſeu *inſtitutione*, deſcendet à Rabb. מָר, quod *doctorem* notat. Aliis Μαριὰμ eſt *gutta maris*, vel *doctrix populi*. Illud ex מַר *gutta*, & יָם *mare*, hoc ex מָר *doctor*, & עַם *populus*. Verùm deſcendit potiùs à verbo מרר *amarus fuit*. Hinc מרה *amara*. Vide Lexicon Paſoris. Theophylactus in Cap. Joh. pag. 826. dicit *quatuor Marias* in Evangeliis celebrari. Πρώτη ἡ Θεοτόκος, ἣν καὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα ὀνομάζουσιν· οὗτοι γὰρ παῖδες μὲν ἦσαν τοῦ Ἰωσήφ, ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς γεννηθέντες, τάχα τῆς τοῦ Κλωπᾶ γυναικός· λέγεται δὲ ἡ Θεοτόκος μήτηρ αὐτῶν ὡς μητρυιά, γυνὴ γὰρ ἐλογίζετο τοῦ Ἰωσήφ· δευτέρα ἡ Μαγδαληνή, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια ὁ Ἰησοῦς. Τρίτη ἡ τοῦ Κλωπᾶ· καὶ τετάρτη ἡ τοῦ Λαζάρου ἀδελφή. *Prima Deipara, quam & Jacobi & Joſes matrem nominant. Illi enim filii fuerunt Joſephi, ex priori uxore ei nati, fortaſſe uxore Cleopæ. Dicitur autem Deipara mater eorum, ut noverca: uxor enim habebatur Joſephi. Secunda eſt Maria Magdalene, è qua ejecit ſeptem dæmonia Jeſus. Tertia Cleopæ: & quarta Lazari ſoror.* In his quædam ſatis intricata. Labitur Theophylactus, quando vult, Jacobum & Joſen fuiſſe filios Joſephi ex priori uxore, Maria Clopæ: quam tamen poſtea tertiam facit Mariam. Qui hæc Maria uxor eſſe potuiſſet Joſephi prior, cùm tamen adhuc vixerit in crucifixione Chriſti, & ei adſtiterit Joh. XIX. 25. Quòd dicit, Jacobum & Joſen fuiſſe filios Joſephi, ex priori uxore ei natas, id à vero non eſt prorſus alienum; prout in voce Ἀδελφὸς, ſub n. II. ex Antiquitate vidimus. Alii *has quatuor Marias* aliter nobis proponunt. *Prima*, eſt Virgo Deipara: *ſecunda*, ſoror Marthæ & Lazari: *tertia*, Maria Magdalene: *quarta*, Jacobi minoris & Joſe mater. Addunt *quintam*, Mariam Cleophæ, vel Cleopæ, uxorem vel filiam. Nos deinceps tantùm agemus *de Maria* Θεοτόκῳ, & conſiderabimus,

II. Varia *Deiparæ epitheta & elogia*. Vocatur,

1. Θεοτόκος, *Deipara*. Vide in Θεοτόκος.
2. Ἀειπάρθενος, *ſemper Virgo*. Vide ſuo loco.
3. Θεομήτωρ, *Dei mater*. Vide ſuo loco.
4. Παρθενομήτωρ, *virgo mater*. Vide itidem ſuo loco.
5. Ἀπειρόγαμος μήτηρ, *mater nuptias non experta*. Aretas in Cap. I. Apocal. p. 890. Ἄγαμος νύμφη, *cælebs ſponſa*, à Chryſoſtomo. Θεογεννήτρια, quæ Deum peperit, in Menologio, ſub 4. Februarii. Ἀ Cyrillo Alexandr. in Actis Epheſinis, pag. 33. Ἡ ζωοτόκος, ἡ καλλιτόκος, ἡ μεγαλοτόκος, ἡ φωσφόρος, ἡ παρθένος μήτηρ. *Quæ vitam peperit, quæ pulchritudinem peperit, quæ magnum peperit, quæ lucem attulit, Virgo mater.* Ab eodem ibid. pag. 221. Τὸ σεπτὸν κειμήλιον ἁπάσης τῆς οἰκουμένης· ἡ λαμπὰς ἡ ἄσβεστος· ὁ στέφανος τῆς παρθενίας· τὸ σκῆπτρον τῆς ὀρθοδοξίας· ὁ ναὸς ὁ ἀκατάλυτος· τὸ χωρίον τοῦ ἀχωρήτου· ἡ μήτηρ καὶ παρθένος. *Sanctum illud cimelium totius orbis terrarum: lampas illa inextinguibilis: corona virginitatis: ſceptrum orthodoxiæ: templum illud indiſſolubile: locus illius, qui comprehendi nequit: mater & virgo.* Ἀ Gregorio Thaumaturgo Serm. I. in Annunciat. Mariæ, pag. 12. Ὁ λειμὼν τῆς εὐωδίας· ἡ ἄμπελος ἡ ἀειθαλής· ἡ ἀγεώργητος καλλίκαρπος ἄρουρα. *Pratum illud odoris ſuaviſſimi, vitis illa ſemper florens: arvum illud incultum & tamen fertile.* Pag. 16. Δοχεῖον οὐρανίου εὐφροσύνης. *Receptaculum cæleſtis lætitiæ.* Pag. 18. Ὁ ἀειθαλὴς τῆς ἀφθαρσίας παράδεισος· παρθένων τὸ καύχημα· μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα· φωτὸς ἔνδυμα, καὶ ἀρετῆς ἐφέστιον. *Semper florens integritatis paradiſus: virginum gloria: matrum exultatio: lucis amictus, & virtutis pallium.* Sermone III. de Annunciat. pag. 25. Ἔμψυχον τοῦ βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον. *Vivum regis angelorum palatium.* Pag. 28. Ἔμψυχος ναὸς τοῦ Θεοῦ· οὐρανοῦ καὶ γῆς ἰσόῤῥοπον οἴκημα· τῆς ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. *Vivum Dei templum: cælo terræq; æquiparandum domicilium: locus amplus & ſpatioſus incomprehenſibilis naturæ.*

III. *Aliquot de eadem quæſtiones.*

1. Quæritur, *An Maria ſit appellanda* Θεοτόκος, *Deipara?* Neſtorius noluit, eam appellandam eſſe Θεοτόκον. Sic enim de illo Photius, epiſt. I. pag. 8. Τὴν τοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, τὴν παναγίαν παρθένον, τὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς τὸν Θεὸν λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν, οὐδὲ ταύτην Θεοτόκον καλεῖν ἠνείχετο· ἀλλ' ὥσπερ τὸν υἱὸν ἀπεστέρει τῆς θειότητος· οὕτως ἠλλοτρίου καὶ τὴν γεννησαμένην τῆς Θεοτόκου κλήσεως. *Pati noluit, matrem Chriſti ſecundum carnem, ſanctiſſimam nempe Virginem, quæ proprie & verè Deum verbum incarnatum pepererat, Deiparam nominari: ſed uti Filium privârat Deitate, ita matrem ejus à titulo Deiparæ alienam fecit.* Anaſtaſius Presbyter, referente Socrate, hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXXI. pag. 275. a. Ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκων ἔφη, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδείς· Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον, *in Eccleſia docens dixit, Nemo Mariam vocet Deiparam: Maria enim homo erat: ab homine autem Deum pari impoſſibile eſt.* Eadem leguntur apud Evagrium, lib. I. Cap. II. pag. 124. a. Docet tamen Socrates, lib. VII. Capite XXXIV. Neſtorium tandem in Concilio Epheſino conceſſiſſe, eam Θεοτόκον eſſe appellandam. Ἐκ μεταμελείας Θεοτόκον τὴν Μαρίαν ἐκάλει, λέγων· λεγέσθω, φησίν, καὶ Θεοτόκος ἡ Μαρία, καὶ παυσάσθω τὰ λυπηρά. *Pænitentiâ ductus, Mariam vocabat Deiparam, dicens: Dicatur & Deipara Maria, & ceſſent moleſtæ contentiones.* Voluit dicendam eſſe Χριστοτόκον, ut in illa voce docemus. Θεοτόκον verò eſſe, probatur in Θεοτόκος.

2. *Quomodo conceperit?* Nempe ſine viro, virtute Spiritûs ſancti. Juſtinus M. Apol. ad Antoninum Pium, pag. 148. Οὐ συνουσιασθεῖσα ἡ παρθένος συνέλαβεν· εἰ γὰρ συνουσιάσθη ὑπὸ ὁτουοῦν, οὐκέτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ, ἐπεσκίασεν αὐτήν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. *Virgo abſq; conſuetudine venerea concepit: ſi enim cum quoquam conſueviſſet, non ampliùs virgo fuiſſet. Verùm virtus Dei ſuper-*

Digitized by Google

*ſupervenien*ſ *virgini*, *illam inumbravit* : *& virgo cùm eſſet*, *ut fœtum gravida in utero ferret*, *effecit*. Ibidem : Ἐπισκιάσαν τὸ πνεῦμα οὐ διὰ συνηθείας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα κατέστησεν. *Inumbrans Spiritus non per conſuetudinem venereanr*, *ſed potentiâ prægnantem fecit*. Vide verbum Ἐπισκιάζω. Pachymeres in Cap. II. Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 33. ἄσπορος ἐκ τῆς παρθένου σύλληψις, *ex virgine ſine ſemine conceptio*. Contrarium docuerunt hæretici quidam, de quibus in voce Λόγος, ſub II. Claſſe hæreticorum χριστομάχων actum. Inepta eſt ſententia eorum, qui ſtatuerunt B. Virginem per aures concepiſſe. Ita Gregorius Thaumaturgus orat. in Annunciat. Deiparæ III. pag. 28. Ὁ τοῖς Σεραφὶμ ἀθεώρητος, ὁ πάσαις ταῖς ὑπερανίαις δυνάμεσιν ἀκατανόητος, ἰδικὴν συντυχίαν ἐπαγγέλλεται κόρῃ, αὐτοπρόσωπον παρουσίαν μηνύει, μᾶλλον δὲ εἴσοδον διὰ ἀκοῆς ὑπισχνεῖται· καὶ ὁ τὴν Εὔαν καταδικάσας, τὴν αὐτῆς θυγατέρα τοσοῦτον δοξάζειν ἐπείγεται· λέγει γὰρ ἑτοίμασαί μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. *Quem Seraphim intueri nequeunt*, *quem cunctæ virtutes cœleſtes comprehendere intellectu non valent*, *is ſuum promittit congreſſum puellæ*, *ſuæq; ipſius perſonæ adventum denunciat imo verò ingreſſum per auditum pollicetur*. *Et qui Evam condemnavit*, *ejus filiam tantopere glorificare contendit*; *ait enim*, *paret mihi auditûs ingreſſum*. Cyrus, Epiſcopus Cotyæi in Phrygia, apud Nicephorum Calliſtum hiſt. Eccleſ. lib. XIV. Cap. XLVI. pag. 545. ad Smyrnæos in Eccleſia talia verba fecit : Ἄνδρες φίλοι, ἡ γέννησις τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σιωπῇ τιμάσθω, ὅτι ἀκοῇ καὶ μόνῃ συνελήφθη ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. *Viri amici*, *nativitas Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ſilentio honoretur*, *quoniam auditu etiam ſolo in ſancta virgine conceptum eſt Dei verbum*. Proclus, Patriarcha Conſtantinop. de Incarnatione Domini : Ὅτε ἡ μὲν ἁγία παρθένος τὴν γαστέρα ἐπέχρα, ὁ δὲ λόγος διὰ ἀκοῆς εἰσεπήδα, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ναὸν ἐζωοπλάστει. *Quando ſancta quidem Virgo ſuum commodavit uterum*, *Verbum verò per aurem eſt illapſum*, *& Spiritus S. vivum efformavit templum*. Felix Papa Romanus ad Petrum Antiochenum : Ὁ γὰρ τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατος καὶ Θεὸς λόγος διὰ ἀκοῆς εἰσπηδήσας τῆς ἁγίας παρθένου μυστικῶς τὴν κυοφορίαν εἰργάσατο. *Patris enim intimum ſubſtantiale Verbum ac Deus per ſanctæ Virginis aures illapſum*, *conceptionem ineffabiliter operatum eſt*.

3. *An ſemper Virgo manſerit ?* Eunomius & Eudoxius docuerunt, τὸν Ἰωσὴφ μετὰ τὴν ἄφρασον κυοφορίαν συνάπτεσθαι τῇ παρθένῳ, *Joſephum poſt partum ineffabilem conjunctum fuiſſe Virgini* : ut refert Photius in hiſt. Eccleſ. Philoſtorgii, lib. VI. tm. II. pag. 82. *Hoc ut de Aëtio*, *Eunomio & Eudoxio nuſpiam alibi proditum eſt*, *ita Dimœritarum & Antidicomarianitarũ hæreſeos id extitit*, *cujus autorem quidam Apollinarem ſeniorem*, *vel ejus Diſcipulos faciebant*, *teſte Epiphanio hæreſi LXXVII. & Helvidianorum*, *apud Auguſtinum de hæreſibus Cap. LXXXIV.* Sunt verba Clariſſ. Gothofredi ad Philoſtorgium. Interim non ſolus Photius de Eunomio hoc refert : idem facit Baſilius M. lib. IV. contra Eunomium, tom. II. pag. 104. Eunomianorum verba ſunt : Εἰ πρωτότοκος ὁ υἱὸς, οὐκέτι μονογενής· ἀλλ' ὀφείλει καὶ ἄλλος εἶναι, οὗ πρωτότοκος λέγηται. *Si primogenitus filius*, *non ampliùs unigenitus* : *ſed alius quoq; eſſe debet*, *cujus primogenitus dicatur*. Dimœritæ, ut eſt apud Epiphanium, hæreſi LXXVII. pag. 435. dicebant, *Mariam*, μετὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν Χριστὸν, ἐπισυνῆφθαι ἀνδρὶ τῷ Ἰωσὴφ, *poſtquam Chriſtum peperiſſet*, *cum Joſepho conſuetudinem habuiſſe*. Idem docebant Antidicomarianitæ, eodem Epiphanio teſte, hæreſi LXXVIII. pag. 436. De Helvidianis Auguſtinus, loco ſuprà dicto, ſic : *Helvidiani exorti ab Helvidio ita virginitati Mariæ contradicunt*, *ut eam poſt Chriſtum alios etiam filios de viro ſuo Joſeph peperiſſe contendant*. Hanc verò opinionem ſuam maximè ex Matth. I. 25. ſtabilire ſunt conati ; cujus explicationem, & vindicias produximus in particula Ἕως, num. 4. inde etiam, quia vocetur πρωτότοκος. Quomodo verò *primogenitus* dicatur, in πρωτότοκος pluribus docetur. Beatam autem Virginem, ſemper manſiſſe Virginem, veteres magno docent conſenſu. Chryſoſtomus Homil. CXLII. tom. V. Ἡ παρθένος καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένος ἔμεινεν, ἐκ τοῦ τεκεῖν μὴ ζημιωθεῖσα τὴν παρθενίαν. *Virgo etiam poſtquam peperiſſet virgo manſit*, *nec ex partu ejus læſa fuit virginitas*. Epiphanius hæreſi XXVIII. pag. 55. hoc ipſum fusè probat, tandemque concludit : Οὐδὲ γὰρ ἔτι κέχρηται τῇ παρθένῳ, ὅλως εὑρίσκεται μετὰ τὸ γεγεννηκέναι ἡ παρθένος ἄχραντος. *Neq; enim omnino reperitur*, *Joſephum rem habuiſſe cum B. Virgine poſtquam inviolata virgo peperiſſet*. Menologium in Januario : Ἁγνὴ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἐν τῷ τόκῳ, καὶ μετὰ τὸν τόκον ἀληθῶς. *Caſta ante partum*, *& in partu*, *& poſt partum verè*. Non omittendum tamen, quod Baſilius M. docet, doctrinam iſtam, Mariam poſt partum non manſiſſe Virginem, pietati nihil officere : interim tamen præſtare, perpetuam ejus aſſerere virginitatem. Ita enim ille Homil. de humana Chriſti generatione, tom. I. pag. 590. Ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ μηδὲν τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας παραλυμαίνεται (μέχρι γὰρ τῆς κατὰ τὴν οἰκονομίαν ὑπηρεσίας ἀναγκαία ἡ παρθενία, τὸ δ' ἐφεξῆς ἀπολυπραγμόνητον τῷ λόγῳ τοῦ μυστηρίου καταλείψωμεν) ὅμως διὰ τὸ μὴ καταδέχεσθαι τῶν φιλοχρίστων τὴν ἀκοὴν, ὅτι ποτὲ ἐπαύσατο εἶναι παρθένος ἡ Θεοτόκος, ἐκείνας ἡγούμεθα τὰς μαρτυρίας αὐτάρκεις. *Nos verò*, *licèt nihil hoc doctrinæ pietatis officeret*, nempe Mariam poſt natum Meſſiam non manſiſſe Virginem ; (*nam donec diſpenſabatur Chriſti generatio*, *neceſſaria erat virginitas. Quid verò poſtea ſit factum ad myſterii hujus doctrinam*, *non anxiè inquirendum eſt.*) *Verumtamen ne hoc eorum*, *qui Chriſtum amant*, *ferre cogantur aures*, *quod Deipara aliquando deſierit eſſe virgo*, *has rationes ſufficere putamus*.

4. *An clauſo pepererit utero ?* Affirmant quidam ex veteribus : ut Chryſoſtomus Homil. CXLII. tom. V. pag. 891. Ὁ Χριστὸς προῆλθεν ἐκ μήτρας, καὶ ἄλυτος ἔμεινεν ἡ μήτρα· ὁ γὰρ ἄνευ σπέρματος ἐν τῇ παρθένῳ ἐμψυχώσας ἑαυτῷ ναὸν, αὐτὸς καὶ ἄλυτον διετήρησε τὴν μήτραν, ὡς Θεός. *Chriſtus ex utero prodiit*, *& non apertus fuit uterus* : *qui enim ſine ſemine in virgine ſibi ipſi templum animavit*, *ipſe etiam indiſſolubilem ſervavit uterum*, *ut Deus*. Heſychius, Presbyter Jeroſolymitanus, in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXV. pag. 1529. dicit, παρθένος τίκτουσα κεκλεισμένων τῶν ὀργάνων τῆς φύσεως. *Virgo pariens clauſis naturæ organis*. Arnulfus Lexovienſis :

Nec reſerat partus ſignati clauſtra pudoris
Abſque viro genitus, *editus abſque via*.

Alii concedunt, eam aperto peperiſſe utero. Vide aliquot teſtimonia in voce Λοχεία. Hic addimus ſequentia. Methodius Homil. de Simeone & Anna : Ἀνέβη ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἡ ἱερὰ μήτηρ, ἐμφανίσαι τῷ νόμῳ ξένον θαῦμα, καὶ τὸν ζητούμενον τόκον, τὸν διανοίξαντα μήτραν παρθενίας, καὶ κλεῖθρα παρθενίας μὴ διαρρήξαντα. *Aſcendit in templum ſancta Mater*, *ut oſtenderet Legi inſolitum miraculum*, *& quæſitum partum*, *qui uterum virginitatis aperuit*, *& clauſtra virginitatis non diſrupit*.

5. *An ſine dolore pepererit ?* Plerique affirmant. Damaſcenus Orthod. fidei lib. IV. Cap. XV. p. 329. *Maria peperit* ἀνωδίνως ὑπὲρ θεσμὸν γεννήσεως, *ſine*

Digitized by Google

dolore ſupra legem generationis. Balſamon ad Canon. LXXX. Trullanum, pag. 456. dicit *Mariam peperiſſe* τὸν Θεὸν Λόγον σαρκὶ ἄνευ ὠδίνων μητρικῶν, *Deum Verbum in carne ſine doloribus uteri.* Apud Pachym. in Epiſt. IV. Dionyſii Areopagitæ, pag. 257. *Chriſtus dicitur ex Maria* ἀνωδίνως ἀποτεχθῆναι, *ſine ullo dolore eſſe natus.* Negat Aretas, qui in Cap. XII. Apocal. pag. 951. ſcribit, *Mariam* ἀληθῶς ὠδινῆσαι καὶ τεκεῖν, ἀλλ᾽ οὐ φαντασίᾳ, *verè doloribus partûs tentatam fuiſſe & peperiſſe, non per phantaſiam.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in Matth. pag. 52: de partu virgineo ſic ſcribit: Καὶ κύησις γίνεται, καὶ ἐννεαμηνιαῖος χρόνος, καὶ ὠδῖνες, καὶ τόκος, καὶ γαλακτοτροφία. *Tumor uteri cernitur, & novem menſium tempus volvitur, & ipſe partus abſolvitur cum dolore, & nutrimentum lactis adhibetur.*

6. *Quomodo dicatur* γυνὴ, *uxor Joſephi.* De eo jam diximus in voce Γυνὴ, num. III. Addimus hic alia. Chryſoſtomus Homil. IV. in Matth. pag. 24. Γυναῖκα τὴν μνηστὴν λέγει ἡ γραφὴ, ὥσπερ καὶ γαμβροὺς εἴωθε λέγειν καὶ πρὸ τοῦ γάμου τοὺς μνηστῆρας. *Uxorem ſcriptura vocat ſponſam, quemadmodum & generos appellare ſolet etiam ante nuptias, ſponſos.* Sponſam conjugem vocari notat Servius ad illa Virgilii,

Conjuge prærepta. — —

Idem ad ea,

Et gener auxilium Priamo Phrygibusq; ferebat:

Secundùm ſpem illius dictum eſt. Gener *dicitur & qui eſt, & qui eſſe vult.* Origenes in Catena, ad v. 12. Cap. II. Joh. pag. 75. Καθ᾽ ὁμολογίας, γυνὴ αὐτοῦ ἡ Μαριὰμ ἐχρημάτισε. Corderius interpretatur: *Communi æſtimatione Maria illius* (Joſephi) *uxor habebatur.* Imperitè. Καθ᾽ ὁμολογίας eſt *ſecundùm pactum, aſſenſum, ſtipulationem.* Vult ergo Origenes, Mariam propterea Joſephi uxorem fuiſſe appellatam, quia jam ſponſalia interceſſerant. Photius Epiſt. CLXXXII. pag. 271. Γυναῖκας ἔθος ἦν καλεῖν παλαιὸν, καὶ ἃς μόνος ὁ τῆς μνηστείας δεσμὸς συνεδέσμει· κἂν ὁ τῆς ὁμιλίας αὐταῖς οὐκ ἐγνωρίζετο νόμος. *Uxores vocare ab antiquo uſu eſt etiam eas, quas vinculum ſponſale ſolum colligabat: licèt congreſſus lex non fuerit obſervata.*

7. *An Maria fuerit mortua?* Epiphanius hæreſi LXXVIII. pag. 440. dubitanter loquitur, quando dicit in Scriptura non reperiri οὔτε θάνατον Μαρίας, οὔτε εἰ τέθνηκεν, οὔτε εἰ μὴ τέθνηκεν, οὔτε εἰ τέθαπται, οὔτε εἰ μὴ τέθαπται, *neq; mortem Mariæ, neq; num mortua ſit, neq; annon ſit mortua, neque an ſit ſepulta, vel non ſepulta.* Paulò pòſt: Οὐ πάντως δὲ ὁρίζομαι τοῦτο· καὶ οὐ λέγω, ὅτι ἀθάνατος ἔμεινεν, ἀλλ᾽ οὔτε διαβεβαιοῦμαι εἰ τέθνηκεν. *Verùm illud non omnino definio, neque dico, eam manſiſſe immortalem* ſeu *à morte immunem, neq; verò etiam affirmo, eam eſſe mortuam.* Alii tamen diſertè affirmant, eam eſſe mortuam. Dionyſius Areopagita Cap. III. de div. Nominibus, ſectione II. pag. 452. aſſerit, Apoſtolos, cum aliis diſcipulis, exequiis B. Virginis interfuiſſe. Ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν, ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν, παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος, ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης, εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας. *Cùm & nos, ut noſti,* (ita Hierotheum compellat) *& ipſe, pluri-miq; ſanctorum fratrum noſtrorum, ad corpus illud, quod dedit principium vitæ, Deumq; ſuſceperat, contuendum veniſſemus; aderat autem & frater Domini Jacobus, & Petrus, ſuprema iſta atq; antiquiſſima ſummitas Theologorum, placuiſſetq; poſt contuitum Antiſtitibus omnibus, pro virili cuiq; ſua, infinitâ potentiâ præditam divinæ imbecillitatis bonitatem collaudare.* Pachymeres in Paraphraſi, pag. 459. dicit, hæc περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς παναγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, *de obdormitione ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ* intelligenda eſſe. Modeſtus, Archiepiſcopus Jeroſol. orationem ſcripſit, quæ continet ἐγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς παναγίας θεοτόκου, *Encomium in obdormitionem ſanctiſſimæ Deiparæ;* cujus meminit Photius in Bibliotheca ſua, Cod. CCLXXV. pag. 1528. Vide etiam, quæ in voce Κοίμησις, dicta ſunt.

8. Graviſſima reſtat quæſtio, *Num B. Virgo ſit adoranda?* Collyridiani, ut patet ex Epiphanio, hæreſi LXXVII. & LXXVIII. B. Virginem Mariam divino honore colebant. Quam eorum hæreſin ſanctus Pater fortiſſimis oppugnat argumentis. Extiterant quidem in Arabia, Virginitati Mariæ adeò infenſi, ut aſſererent, eam poſt natum Chriſtum; ut vidimus quæſt. tertia: viro ſuo Joſepho commixtam fuiſſe. Atqui hi ob aſſertionis illius pertinaciam, hæretici ſunt habiti, & appellati Ἀντιδικομαριανῖται. Contra eorum hæreſin Epiphanius epiſtolam ſcripſit ad Chriſtianos Arabas, quæ exſtat hæreſi LXXVIII. pag. 436. In ea epiſtola, prope finem, mentionem facit oppoſiti erroris Collyridianorum, itidem in Arabia, ad alteram extremitatem prolabentium. Τὸ ἕτερον, inquit, pag. 444. τεθαυμάκαμεν πάλιν ἀκηκοότες· ἄλλους γὰρ πάλιν ἀφραίνοντας εἰς τὴν ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἀειπαρθένου ὑπόθεσιν, ἀντὶ Θεοῦ ταύτην παρεισάγειν ἐσπουδακότας, καὶ σπουδάζοντας, καὶ ἐν ἐμβροντήσει τινὶ καὶ φρενοβλαβείᾳ φερομένους, &c. *Admirati ſumus, cùm aliud rurſus audiviſſemus, alios nimirum rurſus ita deſipere, ut in tractatione de ipſa ſancta ſemper-Virgine, pro Deo hanc introducere ſtuduerint, & adhuc ſtudeant, & furore quodam & amentiâ ducantur, &c.* Pag. 445. Ἤτοι γὰρ ἀπέθανεν ἡ ἁγία παρθένος, καὶ τέθαπται, ἐν τιμῇ αὐτῆς ἡ κοίμησις, καὶ ἐν ἁγνείᾳ ἡ τελευτὴ, καὶ ἐν παρθενίᾳ ὁ στέφανος, ἤτοι ἀνῃρέθη, καθὼς γέγραπται. Καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῆς διελεύσεται ῥομφαία· ἐν μάρτυσιν αὐτῆς τὸ κλέος, καὶ ἐν μακαρισμοῖς τὸ ἅγιον αὐτῆς σῶμα, δι᾽ ἧς φῶς ἀνέτειλε τῷ κόσμῳ· ἤτοι δὲ ἔμεινε· καὶ γὰρ οὐκ ἀδυνατεῖ τῷ Θεῷ πάντα ποιεῖν, ὅσαπερ βούλεται. Τὸ τέλος γὰρ αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω. Πέρα τοῦ δέοντος οὐ χρὴ τιμᾷν τοὺς ἁγίους, ἀλλὰ τιμᾷν τὸν αὐτῶν δεσπότην. Παυσάσθω τοίνυν ἡ πλάνη τῶν πεπλανημένων. Οὔτε γὰρ Θεὸς ἡ Μαρία, οὔτε ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἔχουσα τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ ἐκ συλλήψεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. *Sive enim mortua eſt ſancta Virgo & ſepulta, in honore ipſius dormitio, & in caſtitate mors, & in virginitate corona; ſive interfecta eſt, velut ſcriptum eſt,* Animam ipſius pertranſibit gladius: *inter martyres eſt ipſius gloria, & in beatitudinibus ſanctum ipſius corpus, per quam lux exorta eſt mundo: ſive manſit: nam non eſt impoſſibile Deo omnia facere quæ vult: finis enim ipſius nemini notus eſt. Non convenit colere ſanctos ultra decorum, ſed honorare ipſorum Dominum. Ceſſet itaq; error ſeductorum. Neq; enim Deus eſt Maria, neq; è cælo habet corpus, ſed ex conceptione viri & mulieris.* Eandem Collyridianorum hæreſin rurſum oppugnat Epiphanius, hæreſi LXXIX. ubi pag. 447. Ναὶ μὴν ἅγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς Μαρίας, οὐ μὴν Θεός· ναὶ δὴ παρθένος ἦν ἡ παρθένος καὶ τετιμημένη, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς προσκύνησιν ἡμῖν δοθεῖσα, ἀλλὰ προσκυνοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεγεννημένον, ἀπὸ οὐρανῶν δὲ ἐκ κόλπων πατρῴων παραγενόμενον. *Revera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Revera virgo erat ipſa, Virgo, & honorata, ſed non ad adorationem nobis data: ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſa, carne genitus eſt; de cælis verò ex finibus paternis acceſſit.* Pag. 448. Ποία δὲ τις γραφὴ διηγήσατο περὶ τούτου; ποῖος προφητῶν ἐπέτρεψεν ἄνθρωπον προσκυνεῖσθαι, οὐ μὴν γυναῖκα λέγειν; ἐξαίρετον μὲν γάρ ἐστι τὸ σκεῦος, ἀλλὰ γυνὴ, καὶ οὐδὲν τὴν φύσιν παρηλλαγμένη, τὴν δὲ γνώμην καὶ τὴν αἴσθησιν

ἐστιν ἐν τιμῇ τετιμημένη, ὥσπερ τὰ σώματα τῶν ἁγίων, &c. *Quæ verò Scriptura de hoc narravit? quis Prophetarum permiſit hominem adorari, nedum mulierem? Eximium equidem eſt vas, ſed mulier, & nihil à natura immutata, verùm & intellectu & ſenſu in honore honorata, velut corpora ſanctorum, &c.* Pag. 449. Ἐν τιμῇ ἔστω, ὁ δὲ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω, τὴν Μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω. Οὐ λέγω γυναικί, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρί, Θεῷ προστέτακται τὸ μυστήριον. *Sit in honore Maria: Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus adoretur. Mariam nemo adoret. Non dico mulieri, imò neque viro: ſed uni Deo debetur hoc myſterium.* Item: Καὶ εἰ καλλίστη ἡ Μαρία, καὶ ἁγία, καὶ τετιμημένη, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι. *Etſi pulcherrima eſt Maria, & ſancta, & honorata, at non ad adorationem.* Pag. 450. Ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ Κύριος προσκυνείσθω. *Maria in honore ſit, Dominus adoretur.* Vide ibidem longè plura. Nec obeſt, quòd vocatur δέσποινα ἡμῶν, *Domina noſtra.* Nam ſeculo ſeptimo, & ſexto etiam inoleverat conſuetudo ſic loquendi de hominibus mortalibus, quamvis neque eorum adorationem aut invocationem, neque ſervitutis debitum importaret hæc locutio. Actiones omnes Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Menna celebratæ hoc inchoantur exordio. Poſt conſulatum: Προκαθεζομένου τοῦ δεσπότου ἡμῶν, τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου καὶ πατριάρχου, Μηνᾶ, ἐν τῷ Μεσαύλῳ τῷ δυτικῷ τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς δεσποίνης ἡμῶν, τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, &c. *Præſidente Domino noſtro, ſanctiſſimo ac beatiſſimo Archiepiſcopo & Patriarcha Menna. in Meſaulio dytico* (ſeu meditullio aulæ occiduo,) *venerabilis domûs Dominæ noſtræ, ſanctæ & glorioſæ Deiparæ, ſemper Virginis Mariæ, &c.* Cyrus etiam, Patriarcha Alexandrinus, Sergium Patriarcham Conſtantinopolit. vocat ἴδιον δεσπότην, *Dominum ſuum.* Quis autem primus ſtatuerit, B. Virginis in precibus mentionem eſſe faciendam, non conſentiunt autores. Methodius in Chronico, pag. 80. id tribuit Martyrio, Epiſcopo Antiocheno, qui tempore Zenonis vixit, vel Leonis minoris: Πρῶτον ἐπενόησεν, ἐν ἑκάστῃ εὐχῇ τὴν Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι. *Primùm excogitavit, in quavis precatione Deiparam nominari.* Nicephorus verò Calliſtus hiſt. Eccleſ. lib. XV. Cap. XXVIII. pag. 634. id Petro Gnapheo, homini hæretico, Templi ſanctæ Baſſæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ Presbytero, qui eodem tempore vixit, tribuit his verbis: Ἐπενόησεν, ἐν πάσῃ εὐχῇ, τὴν Θεοτόκον κατονομάζεσθαι, καὶ ταύτης τὴν θείαν κλῆσιν ἐπικαλεῖσθαι. *Excogitavit, ut in omni precatione Deipara nominaretur, & divinum ejus nomen invocaretur.* Dignus ſcilicet Μαριολατρείας autor, quem Eccleſia imitetur orthodoxa.

Μάρτυς.

I. *Stricta ſignificatione Martyr* eſt *Chriſtus*, qui Apocal. I. 5. vocatur ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, *fidus ille teſtis.* Hoc agnoverunt Martyres Lugdunenſes & Viennenſes, qui noluerunt vocari Μάρτυρες, ſed ὁμολόγοι, ut patet ex epiſtola fidelium Lugdunenſium apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. II. pag. 48. a. Οὔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοὺς ἀνεκήρυττον, οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ ὀνόματι αὐτοὺς προσαγορεύειν αὐτούς. Ἀλλ' εἴ ποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς, ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπε, πικρῶς ἐπέπλησσον. Ἡδέως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι, καὶ πρωτοτόκῳ ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπεμιμνήσκοντο τῶν ἐξεληλυθότων ἤδη μαρτύρων, καὶ ἔλεγον, ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυρες, οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ ὁ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμολόγοι μέτριοι καὶ ταπεινοί. *Neque ſe ipſi martyres vocabant, neque nobis permittebant, ut eos nomine iſto compellaremus. Quod ſi quis noſtrum per epiſtolam, vel in ſermone martyres eos nominâſſet, acriùs id reprehendebant. Libenter enim martyrii appellationem cedebant Chriſto, fido & vero teſti, & primogenito ex mortuis, & duci autorique vitæ Dei; faciebant quoque mentionem martyrum jam defunctorum, dicebantque, illos jam eſſe martyres, quos Chriſtus in confeſſione dignatus ſit ad ſe recipere, obſignato eorum per mortem martyrio: ſe verò confeſſores viles & abjectos.* Eadem leguntur apud Nicephorum Calliſtum, hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XVIII. pag. 312. Chryſoſtomus Homil. CLXVI. tom. V. Εἰ θέλεις καὶ σὺ τιμῆσαι τὸν μάρτυρα, τίμησον τὸν ὑπὸ τοῦ μάρτυρος μαρτυρηθέντα. *Si etiam tu vis honorare Martyrem, honora eum, qui ſub Martyre* (Chriſto) *martyrium ſubiit.* Hinc Greg. Nazianzenus Orat. XVIII. pag. 276. *Chriſtum* vocat πρῶτον μάρτυρα, *primum Martyrem.*

II. *Latiori ſignificatione* vocantur *Martyres*, qui cruciatus acerbiſſimos, atque adeò mortem ipſam pro nomine Dei & Chriſti ſunt perpeſſi: *qui*, ut loquitur Euſebius præfat. in hiſtor. Eccleſ. pag. I. a. τὸν δι' αἵματος καὶ βασάνων ὑπὲρ θείου λόγου διεξῆλθον ἀγῶνα, *ſubierunt certamen per ſanguinem & varios cruciatus pro Dei verbo.* Vel, ut deſcribuntur apud Ammianum lib. XXII. *qui deviare à religione compulſi, pertulere cruciabiles pœnas, ad uſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi.* Auguſtinus lib. X. de Civit. Dei, Cap. XXI. *Hos*, inquit, *multò eloquentiùs, ſi Eccleſiaſtica loquendi conſuetudo pateretur*, noſtros Heroas *vocaremus.* Conſtitut. Apoſtol. lib. V. Cap. IX. pag. 923. Ὁ ἐν μαρτυρίῳ ἐξελθὼν ἀψευδῶς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, οὗτος ἀληθινὸς μάρτυς ἀξιόπιστος, ἐν οἷς συνηγωνίσατο τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τοῦ οἰκείου αἵματος. *Qui per martyrium pro veritate ſine omni fallacia vitam finit, hic verus Martyr fide dignus, quia pro verbo pietatis, proprio ſanguine effuſo, certavit.* Talis in Veteri Teſtamento *Abel*, qui hinc πρωτομάρτυς vocatur à Chryſoſtomo, ut habes in voce Ἄβελ. Tales multi *Prophetæ & Johannes Baptiſta*, de quibus Auguſtinus in Pſal. CXL. *Prophetæ & Johannes Baptiſta Martyres ſunt, qui, ſi non pro nominis Chriſti confeſſione, tamen pro veritate occiſi ſunt.* Tales, ut infinitos alios omittam, *infantes Bethlehemitici* Matth. II. Quanquam enim ἀκύρως nimis & καταχρηστικῶς *Martyres* dicantur; utpote *in quibus interfectio fuit, confeſſio non fuit*; quique *in præmium regni ſine conſcientia pervenere martyrii*; ut Eucherius, an quis alius Euſebii Emeſſeni nomine emiſſus, ad populum Conc. XI. *Martyrum* tamen & illi nomine ab antiquis frequenter inſigniuntur. Nam illi quoque occiſi ſunt propter Chriſtum: hinc *in honorem martyrum receptos, commendat Eccleſia*, ait Auguſtinus de lib. arbitrorum lib. III. Cap. XXIII. Et Prudentius:

Salvete flores martyrum,
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.

Tertullianus adv. Valentin. Cap. II. *Infantes teſtimonium Chriſti ſanguine litaverunt.* Cyprianus lib. IV. Epiſt. VI. *Chriſti nativitas à martyriis infantium ſtatim cepit, ætas necdum habilis ad pugnam. idonea extitit ad coronam.* Et Petrus Ravennas, qui & Chryſologus dictus, Serm. CLIII. *Verè gratiæ Martyres; confitentur tacentes, neſcientes pugnant, vincunt inſcii, moriuntur inconſcii, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes, infantia paſſionis ignara, martyrii palmas rapuit & coronas.* Cyrillus autem Jeroſol. Catecheſi Illum. XI. pag. 127. eos propriè *Martyres* cenſet appellandos, qui ſub Ac-

Digitized by Google

Antichriſto mortem ſint perpeſſuri. Ὑπὲρ πάντας μάρτυρας ἐγώ φημι εἶναι τοὺς τότε μάρτυρας· οἱ μὲν γὰρ πρὸ τούτου, μόνοις ἀνθρώποις ἐπάλαισαν, οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀντιχρίστου, αὐτῷ τῷ σατανᾷ αὐτοπροσώπως πολεμήσουσιν. *Ego omnes martyres ſuperare dixerim eos, qui tunc martyres erunt: nam qui antea fuerunt, cum hominibus tantùm certârunt: qui verò tempore Antichriſti patientur, cum ipſo pugnabunt ſatana.* Suos quoque ſe *Martyres* habere dixerunt *Marcionitæ.* Sic enim de illis Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XVI. pag. 52. b: Πρῶτοι οἱ ἀπὸ τοῦ Μαρκίωνος αἱρέσεως Μαρκιωνισταὶ καλούμενοι, πλείστους ὅσους ἔχειν Χριστοῦ μάρτυρας λέγουσιν· ἀλλὰ τὸν Χριστὸν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν οὐχ ὁμολογοῦσι. *Primi ab hæreſi Marcionis Marcionitæ dicti, plurimos ſe Chriſti Martyres habere dicunt: verùm ipſum Chriſtum non verè confitentur.*

De veris autem *Martyribus* ſequentia notamus:

1. *Alia* eorum *nomina & epitheta.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. tom. V. vocat ἀθλητὰς καὶ στεφανίτας, *pugiles & athletas coronatos.* Idem Homil. de Barlaam, quæ eſt Homil. LXIX. tom. ejusd. ἀθλητὰς τῆς εὐσεβείας, *pietatis athletas:* item ἀγωνιστὰς τῆς ἀληθείας, *propugnatores veritatis.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VIII. Cap. X. pag. 87. a. χριστοφόρους μάρτυρας; *martyres Chriſti notas in corpore ferentes.*

2. *Martyres non ſunt adorandi, ſed imitatione honorandi.* Chryſoſtomus Homil. XCI. tom. V. pag. 619. Τιμὴ μάρτυρος, μίμησις μάρτυρος. *Honor martyris, imitatio martyris.* Idem, Homil. CLXVI. tom. V. Τιμὴ μάρτυρος, ἡ φυλακὴ τῆς πίστεως. *Ille martyrem honorat, qui fidem retinet.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CLXXXIX. lib. I. pag. 56. Καλὸν μὲν τὸ τιμᾶν τοὺς μάρτυρας τῆς εὐσεβείας τοῖς ἀναθήμασι· κρεῖττον δὲ τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς οἷς ἐποίησαν κατορθώμασι. *Pulchrum quidem eſt, martyres donariis honorare: at præſtantius eſt, eos, per ea, quæ cum virtute ac laude geſſerunt, colere.* Iterum Chryſoſtomus in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXIV. pag. 1520. Ἐγκωμιάζονται μάρτυρες, οὐχ ἵνα αὐτοὶ τὸν ἔπαινον λάβωσιν, ἀλλ᾽ ἵνα ἡμεῖς διὰ τῶν ἐπαίνων διαναστῶμεν πρὸς τὴν μίμησιν. *Celebrantur martyres, non ut ipſi laudem accipiant, verùm ut nos per eorum laudes ad imitationem accendamur.* Cùm apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XV. pag. 39. a. Judæi & Gentiles impedire conarentur, ne Polycarpi corpus fidelibus Smyrnenſibus traderetur, hoc uſi ſunt argumento: Μὴ ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβειν. *Ne relicto crucifixo, hunc colere incipiant.* Quid ad hæc Smyrnenſes? Simpliciter negant fieri poſſe, ut alium præter Chriſtum colant, Martyres verò à ſe amari profitentur. Ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. Τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, προσκυνοῦμεν. Τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς τοῦ Κυρίου, καὶ μιμητὰς ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον. Chriſtophorſonus, homo Papiſta, ita interpretatur: *Illud quidem miſeri penitus ignorabant, nimirum nos non aliquando in animum poſſe inducere, ut Chriſtum deſeramus, qui pro ſalute omnium, qui in toto mundo ſalvi ſint futuri, crucis tormenta perpeſſus ſit; vel alium quempiam aliquando colamus ut Deum. Illum enim, qui verè Dei Filius eſt, adoramus. Martyres autem, ut diſcipulos & imitatores Domini, propter incredibilem eorum benevolentiam, quam in proprium Regem & Magiſtrum declaraverunt, meritò amplexamur.* Non potuit concoquere, quòd Chriſtiani negarent, ſeſe præter Chriſtum quempiam adorare ſive colere religiosè, itaque mollivit, addens, *ut Deum:* quod in Græco contextu prorſus non apparet. Chryſoſtomus Homil. LXIX. tom. V. quæ eſt de Martyre Barlaam: Εἴ τις βούλεται ἐπαινεῖν μάρτυρας, μιμείσθω μάρτυρας· εἴ τις βούλεται ἐγκωμιάζειν τοὺς ἀθλητὰς τῆς εὐσεβείας, ζηλούτω τὸν ἐκείνων πόνον. *Si quis vult laudare martyres, imitetur martyres: ſi quis vult honorare pietatis athletas, eorum æmuletur laborem.* Plura vide in voce Λείψανον.

III. *Latiſſima ſignificatione* vocantur *Martyres,*

1. qui ob nomen Chriſti in carcere moriuntur, vel in fuga, aut in ſolitudine à latronibus, aut beſtiis occiduntur, vel ob rerum neceſſariarum inopiam intereunt, vel quacunque correpti ægritudine extinguuntur. Cyprianus Epiſt. XXXVII. ſeu lib. III. Epiſt. VI. pag. 68. *Corporibus etiam omnium, qui etſi torti non ſunt in carcere, tamen glorioſo exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia, & cura propenſior. Neque enim virtus eorum aut honor minor eſt, quò minùs ipſi quoque inter beatos martyres aggregentur.* Idem Epiſt. LVI. ſeu lib. IV. Epiſt. VI. pag. 126. *Non moveatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens & latens deſerti loci ſolitudine terreatur. Solus non eſt, cui Chriſtus in fuga comes eſt. Solus non eſt, qui templum Dei ſervans, ubicunque fuerit, ſine Deo non eſt. Et ſi fugientem in ſolitudine ac montibus latro oppreſſerit, fera invaſerit, fames aut ſitis aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti navigatione properantem tempeſtas, ac procella ſubmerſerit. Spectat militem ſuum Chriſtus ubicunque pugnantem, & perſecutionis causâ pro nominis ſui honore morienti præmium reddit, quod daturum ſe in perſecutione promiſit. Nec minor eſt martyrii gloria, non publicè & inter multos periiſſe; cùm pereundi cauſſa ſit propter Chriſtum perire. Sufficit ad teſtimonium martyrii ſui, teſtis ille qui probat martyras & coronat.*

2. qui propter veram pietatem, aut Chriſti nomen, ea ſubierunt ſupplicia, per quæ mori eos neceſſe erat, niſi divino miraculo conſervarentur, etiamſi, divinâ eos providentiâ miraculosè protegente, non morerentur. Hoc ſenſu Athanaſius in Synopſi Scripturæ, dicit Danielem narrare περὶ τοῦ μαρτυρίου, *de martyrio, Sadrach, Meſach & Abednego.* Et de iiſdem loquens, Orat. III. contra Arianos: Οἱ ἐν Βαβυλῶνι γενόμενοι μάρτυρες, *martyres illi Babylonii,* nempe, *Ananias, Azarias, Miſaël.* Huc etiam referri poſſunt *Confeſſores,* ὁμολογηταὶ, qui tempore perſecutionis, propter Chriſti nomen tormenta perpeſſi erant, mori parati, etſi poſtea ſuperſtites manerent. De talibus Chryſoſtomus in Pſal. XCVI. Τὸ μαρτύριον οὐ τῇ ἀποβάσει κρίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προθέσει· οὐκ ἐπειδὰν ἀποτμηθῇ ὁ μάρτυς, τότε γίνεται μάρτυς, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ οὗ ἂν τὴν πρόθεσιν ἐπιδείξηται τῆς ὁμολογίας, μάρτυς ἐστὶ, κἂν μὴ πάθῃ τὰ μάρτυρος. *Martyrium non tantùm judicatur ex eventu, ſed etiam ex propoſito. Non ſi truncetur Martyr, tum fit Martyr, ſed ex quo propoſitum confeſſionis demonſtrârit, Martyr eſt, etiamſi Martyris tormenta non ſuſtineat.* Idem, Homil. VI. contra Judæos, tom. VI. pag. 364. Πόσοι ποσάκις μαρτυρίου στέφανον ἐπεθύμησαν λαβεῖν; τοῦτο ἀπηρτισμένος ἐστὶ μαρτυρίου στέφανος, οὐ γὰρ τὸ κελευσθῆναι θῦσαι, εἶτα ἑλέσθαι μᾶλλον ἀποθανεῖν ἢ θῦσαι, ποιεῖ μάρτυρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁτιοῦν φυλάττοντα μέλλον, δυνάμενον θάνατον ἐπισπάσασθαι, μαρτύριόν ἐστι σαφές. *Quàm multi frequenter optârunt martyrii coronam accipere? Hæc eſt perfecta martyrii corona: Non enim id modò facit martyrem ſi quis juſſus eſt ſacrificare, & deinde malit mori quàm ſacrificare; ſed etiam, ſi quis ſervet quodcunque, quod mortem poteſt accerſere, manifeſtum eſt martyrium.* Poſtea ſubjecit exemplum *Abelis, & Johannis Baptiſtæ,* qui mortui ſunt, uterque propter veram erga Deum pietatem. Hoc tamen dicto vult Chryſoſtomus, eos etiam vocandos eſſe *Martyres,* qui, etiamſi mortem non ſubeant, ea tamen, amore nimirum Dei incitati,

Digitized by Google

tati, faciunt, quæ eos in vitæ diſcrimen præcipitare poſſent. Athanaſius Orat. I. contra Arianos, tom. I. pag. 303. Οὐ μόνον τὸ μὴ θῦσαι λίβανον, δείκνυσι μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἀρνήσασθαι τὴν πίστιν ποιεῖ τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως λαμπρόν. *Non tantum non offerre thus, martyris indicium eſt, ſed etiam non negare fidem conſcientiæ teſtimonium clariſſimum reddit.* Patriarcha Conſtantinop. in Concilio Florentino, Sect. III. Cap. XVI. pag. 60. dicit: Καὶ ἢ μαρτυρικῶς τελειωθησόμεθα, ἢ μάρτυρες ἐσόμεθα τῇ προαιρέσει. *Atq; vel moriemur Martyres conſummati, vel Martyres erimus propoſito & voluntate.* Ita Greg. Nazianzenus Orat. XX. pag. 319. *voluntate Martyres*, appellat ζῶντας μάρτυρας, *vivos Martyres*, ubi de Maximini perſecutione ſic ſcribit: Τούτων πολλοὶ μὲν ὑπερέσχον τῶν ἡμετέρων ἀγωνιστῶν, καὶ μέχρι θανάτου διηγωνισμένοι, καὶ περὶ θανάτου μικρόν, τοσοῦτον ἀπολειφθέντες, ὅσον ἐπιβιῶναι τῇ νίκῃ, καὶ μὴ συναπελθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ὑπολειφθῆναι τοῖς ἄλλοις, ἀλεῖπται τῆς ἀρετῆς, ζῶντες μάρτυρες, ἔμπνοοι στῆλαι, &c. *Hunc athletarum quidem noſtrorum multi ſuperârunt, & ad mortem usq; decertantes, & pene usq; ad mortem; hactenus videlicet relicti, ut victoriæ ſuæ ſuperſtites eſſent, nec cum ipſis certaminibus abſcederent, ſed aliis virtutis aliptæ, vivi Martyres, ſpirantes columnæ, &c.* Talis Martyr Johannes Evangeliſta, de quo Martyrologium Romanum, ad diem ſextum Maji: *Romæ ſancti Johannis ante portam Latinam, qui ab Epheſo juſſu Domitiani vinctus Romam perductus, & judicante Senatu, ante eandem portam in olei ferventis dolium miſſus, purior & vegetior inde exiit, quàm intravit.* Vide plura in voce Ἰωάννης, num. I. 2. Quomodo verò vaticinium Chriſti Matth. XX. 23. de ejus Martyrio impletum ſit, cùm ſolus Apoſtolorum morte naturali fuerit defunctus, & ſine cæde ac ſanguine ad cœleſtia translatus perhibeatur, paucis expediendum. Theophylactus in Caput XX. Matth. pag. 117. dicit, Ἰωάννην Τραϊανὸς κατεδίκασε μαρτυροῦντα τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας. *Johannem Trajanus condemnavit teſtimonium perhibentem verbo veritatis.* Et, *Animum non defuiſſe martyrio*, Hieronymus. *Aliud eſt* autem *martyrio animum deeſſe, aliud animo defuiſſe martyrium*: Cyprianus Orat. de mortalit. Certe, quemadmodum Tertullianus de fuga in perſecut. Cap. V. pag. 970. *Si negaturus es, jam negâſti.* Ita, juxta Cyprianum Epiſt. XXXVII. quæ eſt VI. lib. III. pag. 68. *Qui ſe tormentis & morti ſub oculis Dei obtulit, paſſus eſt, quidquid pati voluit. Non enim ipſe tormentis, ſed tormenta ipſi defuerunt.* Ita de ſe Paulus I. ad Corinth. XV. 31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, *quotidie morior*, τῇ προθέσει nimirum, *id eſt, propoſito*, non actu. Vide in verbo Ἀποθνήσκω. Evagrius, hiſt. Eccleſ. lib. VI. Cap. XX. pag. 180. a. *vivæ* cujuſdam *martyris* mentionem facit his verbis: Τότε καὶ Γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα παρ' ἡμῖν ἦν, ἡ διὰ πολλῶν μὲν πόνων τὸ μαρτύριον διενέγκασα τῶν μάγων περσῶν αὐτὴν αἰκιζομένων, μεγάλων δὲ τεραστίων ἐργάτις γενομένη. *Tunc etiam Gondaluch viva martyr apud nos erat, quæ per multas moleſtias martyrium ſuſtinuit, à Perſarum Magis flagris cæſa, & magna miracula edidit.* Athanaſius etiam in Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, tom. I. pag. 816. refert, Potammonem Epiſcopum, *duplex* ſubiiſſe *martyrium*. Verba ejus de eo ſunt: Ariani τὸν ὁμολογητὴν ἀπολέσαντα τὸν ὀφθαλμὸν ἐν τῷ διωγμῷ, οὕτω κατέκοψαν ταῖς κατὰ τὸν αὐχένα πληγαῖς, ὡς μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἂν νομισθῆναι τὸν ἄνθρωπον νεκρόν· οὕτω γοῦν ἐῤῥίφη, καὶ μόγις μετὰ ὥρας θεραπευόμενος καὶ διαῤῥιπιζόμενος ἀνέπνευσε, τοῦ Θεοῦ δεδωκότος τὸ ζῆν, ἀλλὰ μετὰ χρόνον ὀλίγον, ἐκ τοῦ πόνου τῶν πληγῶν ἀπέθανεν, ἔχων ἐν Χριστῷ τὸ καύχημα δευτέρου μαρτυρίου, *confeſſorem, qui in perſecutione oculum amiſerat, ita plagis circa cervicem concidebant ut non ceſſerant priùs, quàm homo putaretur mortuus. Ita igitur projectus, vix poſt horas aliquot, ſanatus & refocillatus, reſpiravit, vitam ei Deo largiente. Sed paulò poſt ex plagarum dolore moriebatur, in Chriſto conſecutus gloriam iterati martyrii.* De Confeſſoribus vide in voce Ὁμολογητής.

3. *Qui fratres ægrotos viſitabant.* De iis Dionyſius Alexandr. apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXII. pag. 77. a. Morbo peſtifero & lethali per Ægyptum graſſante, Chriſtiani quidam *eximia charitate flagrantes, nec vitæ ſuæ parcentes*, δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ φιλαδελφίαν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν, fratres ægrotos viſitabant, eisque, propter Chriſti amorem, ſedulò atque intrepide miniſtrabant, & in eo pietatis charitatisque officio, τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίον, *morbum ex vicinis ad ſe trahentes*, mortem oppetiverunt, lætantes de tam beato exitu. Quorum aliqui erant Presbyteri, aliqui Diaconi, & aliqui de populo. Ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν. *Ita ut hæc mortis ſpecies nihil à Martyrio diſtare videatur.*

4. *Qui Martyres in carcere viſitabant.* Conſtitut. Apoſtol. lib. V. Cap. I. pag. 912. Οὐκ ὀφείλετε ἐπαισχυνθῆναι ἀπιέναι πρὸς αὐτοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς. Τοῦτο γὰρ ποιησάντων ὑμῶν, μαρτύριον ὑμῖν λογισθήσεται. Ὅτι ἐκείνοις μὲν πείρᾳ τὸ μαρτύριον ὑπῆρξεν, ὑμῖν δὲ ἑτέρως, προθυμίᾳ, ὡς κοινωνοῖς τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν. *Ne pudeat vos adire eos in carceribus. Hoc enim ſi feceritis, Martyrium vobis reputabitur. Ipſis enim ipſâ experientiâ Martyrium eſt, vobis autem aliter, nempe affectu vel propoſito, utpote qui certaminis eorum facti eſtis participes.*

5. *Qui veram fidem confitentur, & apud quos lucet vitæ ſanctitas, vera pœnitentia, patientia Chriſtiana, & conſtans charitas.* De talibus ſic Clemens Alex. Strom. IV. non longè poſt initium, pag. 480. Εἰ τοίνυν ἡ πρὸς Θεὸν ὁμολογία μαρτυρία ἐστὶ, πᾶσα ἡ καθαρῶς πολιτευσαμένη ψυχὴ μετ' ἐπιγνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἡ ταῖς ἐντολαῖς ἐπακηκουῖα, μάρτυς ἐστὶ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ, ὅπως ποτ' ἂν τοῦ σώματος ἀπαλλάττηται· οἷον αἷμα τὴν πίστιν ἀνὰ τὸν βίον ἅπαντα, πρὸς δὲ καὶ τὴν ἔξοδον, προχέουσα. *Si igitur confeſſio Dei, eſt teſtimonium: quæcunq; enim anima ſe purè & ſincerè geſſit cum agnitione Dei, & quæ præceptis paruit, & vita, & ſermone eſt Martyr, quomodocunq; liberetur à corpore, fidem, tanquam ſanguinem, per totam vitam, & etiam in exitu, profundens.* Paulò antè, pag. eadem: Τελείωσιν τὸ μαρτύριον καλοῦμεν, οὐχ ὅτι τέλος τοῦ βίου ὁ ἄνθρωπος ἔλαβεν, ὡς οἱ λοιποί, ἀλλ' ὅτι τέλειον ἔργον ἀγάπης ἐνεδείξατο. *Conſummationem vocamus martyrium, non quòd vitæ finem homo acceperit ut reliqui, ſed quòd perfectum opus oſtenderit charitatis.* Et eod. libro rurſus: Ὅσοι δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Σωτῆρος ἐπιτελοῦσι, καθ' ἑκάστην πρᾶξιν μαρτυροῦσι. *Quicunq; autem Servatoris mandata exſequuntur, in una quaq; actione ſunt Martyres*, ſeu *teſtes*. Hinc, qui carnem cum affectibus ſuis crucifigunt, etiam vocantur *Martyres* à Chryſoſtomo, Homil. XI. in Epiſtol. ad Hebræos, pag. 493. Τὸ ἐξὸν, inquit, μετὰ τρυφῆς καὶ πολυτελείας διάγειν, τὸ δὲ ἐπίμοχθον αἱρεῖσθαι βίον, καὶ τὸ σῶμα νεκροῦν, οὐχὶ ὁλοκαύτωσίς ἐστι; νέκρωσόν σου τὸ σῶμα, καὶ σταύρωσον, καὶ λήψῃ καὶ αὐτὸς τοῦ μαρτυρίου τούτου τὸν στέφανον. Ὅπερ γὰρ ἐκεῖ τὸ ξίφος ἐργάζεται, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ προθυμία ποιείτω. *Si, cui liceret delicatè, lautè & ſplendidè vivere, laborioſam & acerbam vitam eligat, & corpus mortificet, annon eſt oblatio holocauſti? Mortifica corpus tuum, & crucifige, & ipſe quoq; accipies hujus martyrii coronam. Nam quod illic operatur enſis, hoc hìc faciat promta animi alacritas.*

6. *Qui bonorum temporalium privationem patienter ferunt.* Sic Chryſoſtomus Homil. I. in Epiſt. II. ad Corin.

Corinthios, pag. 546. Καὶ τί πάθω, ὅτι μαρτυρίου καιρὸς οὐ πάρεστι νῦν; Τί φῄς; οὐ πάρεστι μαρτυρίου καιρός; οὐδέ ποτε μὲν οὖν οὗτος ἄπεστιν, ἀλλ' ἀεὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστὶ τῶν ἡμετέρων, ἐὰν νήφωμεν. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἐπὶ ξύλου κρίμασθαι μόνον, τοῦτο ποιεῖ μάρτυρα· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, ἐκτὸς τῶν στεφάνων τούτων ὁ Ἰὼβ ἦν· οὔτε γὰρ δικαστηρίῳ παρέστη, οὔτε δικαστοῦ φωνῆς ἤκουσεν, οὐ δήμιον εἶδεν· οὐ γὰρ ἀνηρτημένος ἐπὶ ξύλου, καὶ μετέωρος ὤν, κατεξαίνετο τὰς πλευράς· ἀλλ' ὅμως πολλῶν μαρτύρων χαλεπώτερα ἔπαθε, καὶ αἱ φωναὶ τῶν ἐπαλλήλων ἀγγέλων ἐκείνων πάσης πληγῆς δριμύτερον ἔπληττον, καὶ ἐκέντων πάντοθεν αὐτόν, καὶ μυρίων δημίων πικρότερον τῶν σκωλήκων ἐκείνων τὰ στόματα πάντοθεν αὐτὸν κατήσθιε. Τίνος οὖν οὐκ ἀντάξιος μάρτυρος οὗτος; *Et quid faciam, dixerit aliquis, quando martyrii tempus nunc haudquaquam eſt? Quid audio? Martyrii tempus nunc non adeſt? Nunquam illud abeſt; ſed ſemper ob oculos noſtros verſatur, ſiquidem vigilemus & diligentes ſimus. Neq; enim in ligno tantùm pendere, martyrem facis. Nam ſi ita res haberet, coronarum hujuſmodi Job expers eſſet: neq; enim ad tribunal adductus eſt, nec judicis vocem audivit, nec carnificem vidit, non enim è ligno ſublimis pendens excarnificabatur: & tamen multis martyribus acerbiora paſſus eſt, ac voces illæ nunciorum, qui alii aliis ſuccedebant, eum quavis plagâ acriùs acerbiuſq; vulnerabant, atq; undique lancinabant, vermiumq; illorum ora omni ex parte ipſum immaniùs, quàm ſexcenti carnifices, corrodebant. Ecquem igitur martyrem hic non æquet?* Paulò pòſt: Πολλοὶ πληγὰς μὲν ἤνεγκαν, ζημίαν δὲ χρημάτων οὐκ ἤνεγκαν, ἀλλὰ καὶ μαστίζεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν εἵλοντο, καὶ μυρία πάσχειν δεινὰ μᾶλλον ἢ ἐκείνων τι προέσθαι, καὶ μείζων αὐτοῖς ἐφάνη ἡ πληγὴ αὕτη, ἡ τῆς ζημίας τῶν χρημάτων. Ὥστε καὶ οὗτος ἕτερος πάλιν μαρτυρίου τρόπος τῷ φέροντι γενναίως τὴν τούτων ἀπώλειαν. *Multi plagas quidem æquo animo tulerunt, qui tamen opum jacturam minimè ferre potuerunt: verùm earum cauſâ flagris potiùs concidi, atq; innumeris calamitatibus affici, quàm aliquam earum partem projicere maluerunt, gravioremq; illam plagam æſtimârunt, quæ ex opum jactura capitur. Ita hoc quoque aliud martyrii genus eſt, cùm quis earum jacturam forti animo perfert.*

7. *Qui mori, quàm magicis artibus ad recuperandam valetudinem, uti malunt.* Chryſoſtomus Homil. VI. contra Judæos, tom. I. edit. Pariſ. pag. 482. Ἂν διακρούσῃ τὰς ἐπῳδάς, καὶ τὰς φαρμακείας, καὶ τὰς μαγγανείας, καὶ ἀποθάνῃς τῇ νόσῳ, μάρτυς ἀπηρτισμένος εἶ, ὅτι ἀπαλλαγὴν μετὰ ἀσεβείας ἐπαγγελλομένων ἑτέρων, εἵλου θάνατον μετὰ εὐσεβείας μᾶλλον. *Si repuleris incantamenta, veneficia, ac magicas artes, etiamſi ex morbo moriaris, martyr perfectus es, quia aliis promittentibus à morbo liberationem cum impietate, mavis mori cum pietate.*

Μαρτυρέω.

Μαρτυρέω frequenter apud Scriptores Eccleſiaſticos ſignificat *ſum martyr, martyrium ſubeo.* Chryſoſtomus Homil. XI. in Epiſt. ad Epheſios, pag. 822. teſtatur quendam docuiſſe, *ſchiſma in Eccleſia excitare tantum eſſe ſcelus,* ὥστε οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν, *ut neq; martyrii ſanguis hoc peccatum delere poſſit.* Poſtea interrogat Chryſoſtomus: Εἰπὲ γάρ μοι, τίνος ἕνεκεν μαρτυρεῖς; οὐ διὰ τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ; ὁ τοίνυν τὴν ψυχὴν προϊέμενος ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, πῶς τὴν ἐκκλησίαν πορθεῖς; *Dic enim mihi, cur martyrium ſubis? annon propter gloriam Chriſti? Qui igitur vitam pro Chriſto impendis, quomodo Eccleſiam vaſtas?* Idem, Homil. XXIV. tom. IV. pag. 146. de matre ſeptem filiorum in libris Maccabæorum: Οὐχὶ εἱστήκει καθ' ἕκαστον αὐτῶν μαρτυροῦσα, καὶ μήτηρ μαρτύρων, καὶ ἑπτάκις ἐμαρτύρησε; Βασανιζομένων γὰρ ἐκείνων αὐτὴ τὴν πληγὴν ἐδέχετο. *Nonne ſtabat, & cum unoquoq; eorum martyrium ſubibat, mater martyrum erat, & ſepties martyrium ſuſtinebat? Cùm enim illi torquerentur, ipſa plagam accipiebat.* Ejuſdem Orat. LXXVI. tom. V. hanc habet inſcriptionem: Εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Ἰουβεντῖνον καὶ Μαξιμῖνον, τοὺς μαρτυρήσαντας ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀποστάτου. *In ſanctos Martyres, Juventinum & Maximinum, qui ſub Juliano apoſtata martyrium ſunt paſſi.* Apud eundem eſt Homilia εἰς τοὺς ἁγίους πάντας, τοὺς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτυρήσαντας. *In ſanctos omnes, qui in toto terrarum orbe martyrium ſunt paſſi.* Baſilius M. Homil. XXVIII. quæ eſt de Pœnitentia, pag. 618. Πόσοι οὐκ ἀπὸ καλοῦ βίου ἐμαρτύρησαν; Cornarius interpretatur: *Quot, à non bona vita teſtimonium præbuerunt?* Vertendum: *Quot ſunt, qui, cùm priùs improbè vixiſſent, martyrium paſſi ſunt?* In proteſtatione populi Alexandrini apud Athanaſium, tom. I. pag. 868. dicunt Alexandrini: Εἰ οὖν πρόσταγμά ἐστι διώκεσθαι ἡμᾶς, ἕτοιμοι πάντες μαρτυρῆσαι. *Si mandatum eſt, ut perſecutionem ſubeamus, parati ſumus ad martyrium ſubeundum.* Ita apud alios ſatis frequenter. Baſilides, ut refert Epiphanius hæreſi XXIV. pag. 36. docuit, Martyrium nemini ſubeundum eſſe: Διδάσκει, μηδὲν δεῖν μαρτυρεῖν· ὁ γὰρ μαρτυρῶν, ἄμισθος εὑρεθήσεται, μαρτυρῶν ὑπὲρ τοῦ πεποιηκότος τὸν ἄνθρωπον, μαρτυρεῖ γὰρ ὑπὲρ ἐσταυρωμένου Σίμωνος. *Docet, martyrium non eſſe ſubeundum: qui enim martyrium ſubit, nullam habebit mercedem, quia martyrium ſubit pro eo, qui creavit hominem: ſubit enim martyrium pro crucifixo Simone.* Simon quoque Magus negabat *Martyria eſſe facienda,* teſte Tertulliano lib. de Præſcript. Cap. XLVI. pag. 340. Eadem aliorum quoque ſententia fuit, teſte Forbeſio Inſtruct. hiſtorico-Theolog. lib. III. Cap. XX. num. XXXVIII. Vide in Ὁμολογέω, num. I.

Μαρτυρία.

I. Eſt *Teſtimonium.* Ita ſumitur in codice ſacro. Illuſtris eſt locus Joh. V. 31. ubi Chriſtus de ſe ipſo: Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum.* Chryſoſtomus Homil. XL. in Joh. pag. 720. ex Judæorum opinione hæc dicta vult. Ἔμελλον λέγειν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Ἐὰν σὺ μαρτυρῇς περὶ σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Διὰ τοῦτο ταῦτα προλαβὼν εἶπεν, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν. Ἴσως ἐρεῖτέ μοι, ὅτι σοὶ οὐ πιστεύομεν. Οὐδεὶς ἑαυτῷ μαρτυρῶν ἀξιόπιστός ἐστιν ἐν ἀνθρώποις. Τὸ οὖν, οὐκ ἔστιν ἀληθής, οὐχ ἁπλῶς ἀναγνωστέον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν, οἷον, ὅτι ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀληθές. Οὐ τοίνυν πρὸς τὴν ἀξίαν τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τὴν ἐκείνων ἐφθέγξατο ταῦτα. *Judæi dicturi erant illi: ſi tu teſtimonium perhibeas de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum. Idcirco præoccupavit, quaſi dixiſſet: Fortaſſe dicetis mihi, Tibi non credimus. Nemo de ſeipſo perhibens teſtimonium, apud homines fidem meretur. Iſtud igitur, Non eſt verum, non ſimpliciter legendum, ſed juxta eorum opinionem, quaſi diceret, Vobis non videtur verum. Non igitur ad ſuam reſpiciens autoritatem, ſed ad eorum opinionem, iſta dicebat.* Epiphanius verò in Ancorato, pag. 470. exiſtimat, eum hac ratione refellere voluiſſe eos, qui magnificè de ſeipſis ſentiunt. Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν, ἐπειδὴ πολλοὶ δοξάζουσιν ἑαυτούς, καὶ μαρτυροῦσι περὶ ἑαυτῶν, ἵνα ἐκκόψῃ τῶν καυχωμένων τὴν καύχησιν, καὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστώντων· ὅταν δὲ εἴπῃ, κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι, δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ἡ μαρτυρία, ἀλλὰ Θεός ἐστιν ἀληθεύων τῇ ἑαυτοῦ μαρτυρίᾳ. *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum nihil eſt, quia multi magnificè de ſeipſis ſentiunt, & de ſeipſis teſtimonium perhibent, ut gloriantium gloriam tolleret, eorumq; qui ſe ipſos commendant, jactantiam,* hoc dixit.

Quan-

Quando verò dicit, etiamſi de me ipſo teſtimonium perhibeam, teſtimonium meum verum eſt, *oſtendit teſtimonium ſuum non eſſe humanum, ſed ſe Deum eſſe, ac proinde de ſeipſo teſtimonium perhibentem, vera dicere.* Photius, epiſt. CLXXX. p. 268. verba iſta, *ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum*, νόμῳ φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης, ὥσπερ καὶ πολλὰ ἕτερα, *ſecundum leges humanæ naturæ, ut multa alia*, intelligenda docet: οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων εἰς τὴν αὐτὸς αὑτῷ μαρτυρίαν ἀξιόπιστος. *Nemo enim hominum de ſe ipſo teſtimonium perhibens, teſtis fide dignus eſt:* Iſta verò, *ſi ego teſtimonium de me perhibeo, teſtimonium meum verum eſt*, ἀξιώματι καὶ ἐξουσίᾳ τῆς θεότητος, *ſecundum dignitatem & potentiam Deitatis*, accipienda eſſe. Ita νόμος vocatur μαρτυρία, ὡς τοὺς ἁμαρτάνοντας διαμαρτυρόμενος, καὶ τῆς παραβάσεως τὴν τιμωρίαν ὑποδεικνύς, *veluti peccantes teſtificans, & tranſgreſſionis vindictam oſtendens:* Theodoretus in Pſal. XIX. pag. 468.

Cùm de teſtimonio agamus, non fuerit ἀπροσδιόνυσον monere, teſtimonio hoſtium fidem minimè derogandam eſſe. Ita ſentiunt veteres. Chryſoſtomus in Pſal. XLV. Καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ πανταχοῦ τότε μάλιστα ἀνύποπτος ἡ μαρτυρία τῶν πραγμάτων γίνεται, ὅταν παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτὴ φέρηται. *Et in judiciis, & ubique alibi tunc teſtimonium minimè ſuſpectum eſt, ſi illud ab hoſtibus proficiſcatur.* Idem, Homil. XXXVIII. in Matth. ubi agitur de elogiis Chriſti in Johannem Baptiſtam: πρῶτον μὲν τὴν ψῆφον τίθησι τὴν Ἰουδαϊκήν. ἥπερ μεγίστη γένοιτ᾽ ἂν ἀπόδειξις, ὅταν παρ᾽ ἐχθρῶν ἡ μαρτυρία φέρηται. *Primùm quidem Judæorum ponit ſententiam: quæ maximam demonſtrandi vim habet, ſiquidem ab hoſtibus teſtimonium proferatur.* Baſilius M. Homil. de nativitate Chriſti: Αἱ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσι. *Teſtimonia hoſtium fide digniora ſunt.* Iſidorus Peluſiota lib. II. epiſt. CCXXVIII. Σεμνὴ καὶ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἡ μαρτυρία. *Grave atque autoritatis plenum hoſtium teſtimonium eſt.* Eodem modo epiſt. CCCXXXV. lib. III. Et lib. IV. epiſt. CCXXV. Καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία εἰκότως δοκεῖ ἀξιόχρεως εἶναι. *Jure meritoque omnibus hominibus quà Græcis, quà Barbaris, ita videtur, teſtimonium hoſtium idoneum ac fide dignum eſſe.* Greg. Nyſſenus de Anima, t. II. pag. 112. Ἰσχυραὶ εἰσιν αἱ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν μηδεμίαν ἀντιλογίαν ὦσιν ἐπιδεχόμεναι. *Hoſtium teſtimonia pro nobis valida ſunt, ſi nullam omnino contradictionem habeant.* Idem, orat. III. contra Eunomium, tomo eod. pag. 529. Ἰσχυροτέρα πρὸς τὴν ἀληθείας σύστασιν ἡ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία. *Ad veritatis commendationem & confirmationem adverſariorum firmius eſt teſtimonium.* Vide Cl. Ritterſhuſii ſacr. lect. lib. III. Cap. XIII.

II. Μαρτυρία eſt *Martyrium*. Ita accipitur à Clemente Alex. Strom. IV. pag. 451. ubi de hæreticis quibuſdam dicit, eos docere μαρτυρίαν ἀληθῆ εἶναι τὴν τοῦ ὄντως ὄντος γνῶσιν Θεοῦ· ὅπερ καὶ ὑμεῖς ὁμολογοῦμεν· φονέα δὲ εἶναι αὐτὸν ἑαυτοῦ, καὶ αὐθέντην, τὸν διὰ θανάτου ὁμολογήσαντα, *verum martyrium eſſe, eius qui verè Deus eſt, cogitationem; quod quidem nos quoque fatemur; eum autem eſſe ſui occiſorem, & ſibi mortem conſciſcere, qui per mortem fuerit confeſſus.* Greg. Nazianzenus orat. XX. pag. 319. Νόμος μαρτυρίας μήτε ἐθελοντὰς πρὸς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν, φειδοῖ τῶν διωκόντων καὶ τῶν ἀσθενεστέρων, μήτε παρόντος ἀναδύεσθαι· τὸ μὲν θράσους, τὸ δὲ ἀνανδρίας ἐστί. *Lex martyrii hæc eſt, ut nec nos ultrò ad certamen accedamus, hac nimirum ratione tum perſecutoribus, tum imbecillioribus athletis conſulentes: nec, cùm præſens eſt, certamen detrectemus: illud quippe temeritatis, hoc timiditatis & ignaviæ eſſet.*

Μαρτυρικόν.

Μαρτυρικὸν erat κάθισμα. Quid verò κάθισμα ſit, ſuo loco docemus. Typicum Sabæ, pag. 6. Τῇ κυριακῇ ἑσπέρας, ἀναστάσιμον ἕν, κατανυκτικὸν ἕν, μαρτυρικὸν ἕν, Ibid. ſæpius legitur. In Paracletice, καθίσματα μαρτυρικά. Erant numero quatuor. Triodium: Εἰς τὸν στίχον δὲ μαρτυρικὰ τοῦ ἤχου. Vide Gl. Meurſii.

Μαρτύριον.

Præcipuas aliquot hujus vocis ſignificationes perpendemus.

I. Μαρτύριον notat *doctrinam, præceptum, mandatum* ex idiotiſmo linguæ Hebrææ, in qua עדות non rarò hac notione ſumitur, & à LXX interpp. μαρτύριον redditur. Zonaras ad Can. I. Concilii Nicæni II. p. 211. Μαρτύρια λέγονται αἱ τοῦ Κυρίου διαταγαί, αἱ διαμαρτυρόμεναι, καὶ παριστῶσαι, πῶς δεῖ βιοῦν ἡμᾶς, καὶ ὅπως οἱ παραβάται τῶν τοῦ Θεοῦ διαταγμάτων τιμωρηθήσονται. *Martyria dicuntur Domini ordinationes ſive præcepta, quæ teſtantur, & demonſtrant, quomodo nos vivere oporteat, & quomodo tranſgreſſores mandatorum Dei punientur.* Balſamon verò ad eundem Can. p. 495. Μαρτύρια λέγονται τὰ τῶν ἁγίων παραγγέλματα, ὡς διαμαρτυρόμενα καὶ ὑποτυποῦντα, πῶς χρὴ πολιτεύεσθαι τοὺς πιστούς. *Martyria vocantur ſanctorum præcepta & hortamenta, ut quæ teſtantur & tradunt, quomodo fideles vivere oporteat.* Vide etiam Suidam in voce Δικαιώματα. Notare *doctrinam* docet Cl. Heinſius ad I. Timoth. II. 6. ubi Apoſtolus de Chriſto, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, *qui dedit ſemet ipſum redemtionem pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis.* Veteres Græcorum Theologi τὸ μαρτύριον, ad τὸ πάθος τὸ σωτήριον retulerunt, quia ἀντίλυτρον præcedat. Ita Theodoret. ad præſentem locum, pag. 471. Μαρτύριον τὸ πάθος ἐκάλεσε, πρῶτον μὲν διὰ ἄδικον τῆς σφαγῆς· ἔπειτα δὲ διὰ τὸ πάντας ἔχειν μάρτυρας τοὺς προφήτας. Teſtimonium *appellavit paſſionem, primùm quidem propter cædis iniquitatem, deinde etiam eò quòd omnes habeat teſtes Prophetas.* Et Theophyl. p. 757. Τὸ μαρτύριον· τουτέστι, διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο ὁ υἱὸς ἀντίλυτρον· ὃ ἑρμηνεύων, τοῦτό φησι νῦν, ὅτι ἀντίλυτρον τὸ μαρτύριον λέγει, τοῦτ᾽ ἔστι, τὸ πάθος. Teſtimonium, *hoc eſt, per martyrium Filius factus eſt precium redemtionis quod interpretans, hoc nunc dicit, ſe redemtionis precium martyrium dicere, id eſt, paſſionem.* At Heinſius μαρτύριον & μαρτυρίαν dicit eſſe voces Helleniſticas, quæ *doctrinam* notent, quibus illi Hebræorum עדות, cùm de doctrina uſurpatur, expreſſerint. Neque aliter non rarò SS. Patres, μαρτυρίαν θεόπνευστον, *ſcripturam ſacram* dicunt. Nyſſenus contra Eunomium, Ἐπειδὴ γὰρ κριτήριον ἀσφαλὲς τῆς ἀληθείας ἐπὶ παντὸς δόγματος ἡ θεόπνευστός ἐστι μαρτυρία. *Quoniam indicium veritatis certum in omni dogmate divinitus inſpirata doctrina eſt:* exemplo Moſis ut & Davidis, cæterorumque, apud quos à LXX. φυλάσσειν τὰ μαρτύρια dicuntur pii. Theodoretus in Pſal. CXIX. p. 879. Μαρτύρια καλεῖ τὸν νόμον, ὡς διαμαρτυρόμενον, καὶ δεικνῦντα οἵαις ὑποβληθήσονται τιμωρίαις οἱ παραβαίνοντες. Teſtimonia *vocat* legem, *ut conteſtantem, & demonſtrantem, quibus ſuppliciis obnoxii ſint, qui eam tranſgrediuntur.* Quomodo idem Apoſt. I Cor. I. 6. Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν. Ubi τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ non eſt τὸ ἑκούσιον καὶ σωτήριον πάθος, *voluntaria & ſalutaris paſſio*, ut interpretatur Photius apud Oecumenium, p. 384. ſed eſt *doctrina*, ſeu *prædicatio Evangelii*, eſt τὸ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα, *Chriſti prædicatio* ut exponit Theodor. p. 122. & Theophyl. p. 165.

II. Μαρτύριον notat *accuſationem, redargutionem.* Ita ſumitur, quando in N. Teſt. aliquid dicitur fieri εἰς μαρτύριον, ut Matth. VIII. 4. X. 18. Marci, I. 44. VI. 11. XIII. 19. Lucæ V. 14. XXI. 13. Ita exponit Chryſoſtomus Hom. X. in Matth. ad C. XXIV. 14.

Digitized by Google

pag. 66. εἰς μαρτύριον, id eſt, εἰς κατηγορίαν, εἰς ἔλεγχον, εἰς κατάκρισιν τῶν μὴ πιστευσάντων, *in accuſationem, in reprehenſionem, in condemnationem eorum, qui non crediderunt.* Et Theophylactus ad Matth. X. 18. εἰς μαρτύριον, τουτέστιν, εἰς ἔλεγχον αὐτῶν μὴ πιστευόντων. Ita idem in Cap. XXIV. Matth. pag. 143.

III. Notat *Martyrium.* Clemens Alexandr. Strom. IV. pag. 503. Ἔοικε τὸ μαρτύριον ἀποκάθαρσις εἶναι ἁμαρτιῶν μετὰ δόξης. *Videtur Martyrium eſſe expurgatio peccatorum cum gloria.* Chryſoſtomus. Homil LXXXIII. tom. V. pag. 578. dicit Stephanum πρῶτον ἀνοῖξαι τοῦ μαρτυρίου τὰς θύρας, *primum aperuiſſe Martyrii fores.* In Epiſt. Synodi Sardicenſis pro Athanaſio, apud Athanaſium, tom. I. pag. 758. Ἡ θλῖψις ἀντὶ χαρᾶς ὑμῖν ἔστω· τὰ γὰρ τοιαῦτα παθήματα, μέρος ἐστὶ μαρτυρίου. *Afflictio gaudii loco vobis ſit: tales enim afflictiones ſunt pars quædam Martyrii.* Conſtitut. Apoſtol. lib. V. Cap. V. pag. 915. Δεῖ προσεύχεσθαι μὲν ἡμᾶς, ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν· ἐὰν δὲ κληθῶμεν εἰς μαρτύριον, μετὰ ἐνστάσεως ὁμολογεῖν τὸ τίμιον ὄνομα. *Oportet quidem nos precari, ne in tentationem ingrediamur: ſi verò ad Martyrium vocemur, oportet magna cum conſtantia venerandum illud nomen* Chriſti *confiteri.* Vide plura in voce Βάπτισμα, num. I. 7. ubi explicatur, quid ſit τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος βάπτισμα.

IV. *Martyrium* vocatur Templum ſive ſacellum, in Martyris alicujus honorem & memoriam ædificatum. Walafridus Strabo de reb. Eccleſ. Cap. VI. *Martyria vocabantur Eccleſiæ, quæ in honorem aliquorum Martyrum fiebant.* Can. IX. Concilii Laodiceni: Μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων τῶν αἱρετικῶν ἀπιέναι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, εὐχῆς ἢ θεραπείας ἕνεκα. *Non concedendum eſſe in cœmeteria, vel in ea, quæ dicuntur martyria quorumvis hæreticorum, eos qui ſunt Eccleſiæ, accedere orationis vel curationis gratiâ.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 832. Μαρτύρια παρὰ αἱρετικῶν λέγονται τὰ κοιμητήρια. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τινες αἱρετικοὶ χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες, μέχρι θανάτου ἐτιμωρήθησαν· διὸ καὶ μάρτυρας τούτους ἐκάλουν οἱ ὁμοδοξοῦντες αὐτοῖς. *Martyria ab hæreticis vocantur cœmeteria. Tempore enim perſecutionis hæretici quidam ſeſe Chriſtianos nominantes, ad mortem usq; cruciabantur: unde etiam martyres eos appellabant qui ejusdem cum ipſis opinionis erant.* Chryſoſtomus Homil. I. ad populum Antiochenum: Ὁ δεῖνα εἰς μαρτύριον ἀπεδήμησεν, *ad Martyrium peregrinatus eſt.* Euſebius, lib. IV. Cap. XL. de vita Conſtantini, voluiſſe, inquit, Imperatorem Epiſcopis vocatis τοῦ μαρτυρίου τὴν ἀφιέρωσιν ποιήσασθαι, *Martyrium conſecrare.* Quod ipſum Theodoretus narrans, lib. I. Cap. XXIX. pag. 581. hiſt. Eccleſ. appellat τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας καθιερῶσαι νεώς, *ab ipſo ædificata conſecrare templa.* Athanaſius Apol. II. tom. I. p. 801. *Salutare Chriſti monumentum,* σωτήριον μαρτύριον, appellat *Templum reſurrectionis Domini,* quando dicit, Ἐπὶ ἀφιερώσει τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου. *In conſecratione ſalutaris Martyrii.* Et in Epiſt. ad Solitarios, tom. I. pag. 834. Ἀπελθὼν εἰς τὸ μαρτύριον Πέτρου τοῦ ἀποστόλου. *Cùm abiviſſet in Templum Apoſtoli Petri.* In Concilio Epheſino Act. I. Τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια. *Eccleſias, & ſancta Martyria.* Synodus Jeroſolymitana apud eundem Athanaſium, de Synodis Ariminenſi & Seleucienſi, tom. I. pag. 890. Ἐπὶ τῇ ἀφιερώσει τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου. *In dedicatione Martyrii Salvatoris.* Socrates hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XVIII. pag. 234. a. Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου μαρτύριον. *Thomæ Apoſtoli Martyrium.* Idem locus ſtatim vocatur Εὐκτήριος τόπος. Addimus obſervationem Scaligeri ex Animadverſionibus in Chronicon Euſebii. *Martyrium,* inquit, *propriè eſt altare impoſitum Martyris cineribus, quod Latinè* confeſſio *dicitur. Nam qui* Μάρτυρες, *ii Latinis initio* Confeſſores *vocabantur. Poſtea diſcrimen conſtitutum inter* Martyres & Confeſſores. *In loquendo plus poteſt conſuetudo, quàm ratio. Nam* μαρτύριον *eſt* Confeſſorium, *non* Confeſſio, *quum illud ſit* μαρτυρία. *Eccleſia igitur cum altari cineribus Martyris alicujus ſuperſtructo dicebatur* Martyrium & Confeſſio, *quod ſumtum eſt ex Apocalypſis VI. 9. quò alluſit Hieronymus in Vigilantium.* Ais enim vel in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel ſubter Aram Dei animas Apoſtolorum, & Martyrum conſediſſe. *Vide etiam Tertullianum in Scorpiaco, Cap. XII. Poſtea omnis Eccleſia titulo cujusvis ſancti vocata eſt* Martyrium. *Hieronymus in Hilarione:* Cauſſam occultandi juxta præceptum Antonii fuiſſe referentes, ne Pergamus, qui in illis locis ditiſſimus erat, ſublato ad villam ſuam Sancti corpore Martyrium fabricaret. *Itaque Eccleſia vocata eſt* Martyrium, *quia* λειψάνων ἄνευ τῶν ἁγίων τὸν ναὸν καθιερῶν *non licebat. Canon XXVII. in Trullo. Item præcipitur* πᾶν θυσιαστήριον καταστρέφεσθαι, ἐν ᾧ οὔτε σῶμα, οὔτε λείψανον ἀπόκειται μάρτυρος, ut omne altare evertatur, in quo nullum corpus, aut reliquiæ Martyris conditæ ſunt. Hactenus ille, cujus poſtrema ſunt ex Canone LXXXIII. Carthaginenſi. Adi, ſi lubet, Gloſſ. Meurſii in Μαρτύριον, & Adverſ. ſacra De la Cerda, Cap. XIX. num. I.

Μάταιος. Ματαιότης.

Paucis ex veteribus explicabimus, quid hæc voces ſignificent. Chryſoſtomus in Pſal. IV. Μάταιον λέγεται τὸ κενόν, ὅταν ὄνομα μὲν ᾖ, πρᾶγμα δὲ μὴ ᾖ. *Matæum dicitur inane, ubi nomen quidem adeſt, res verò non apparet.* Greg. Nyſſenus Homil. I. in Eccleſiaſt. tom. I. pag. 376. Μάταιον νοεῖται τὸ ἀνυπόστατον, ὃ ἐν μόνῃ τῇ τοῦ ῥήματος προφορᾷ τὸ εἶναι ἔχει· Ἄλλη ματαιότης λέγεται τῶν κατά τινα σπουδὴν πρὸς οὐδένα σκοπὸν γινομένων ἡ ἀχρηστία, ὡς τὰ τῶν παιδίων ἐν ψάμμῳ οἰκοδομήματα, &c. *Vanum intelligitur, quod non poteſt conſiſtere, quod in ſola verborum prolatione ſuam habet eſſentiam. Alia eſt vanitas eorum, quorum nullus uſus, quæ magno ſtudio & contentione facta ſunt nullo ſcopo propoſito: qualia ſunt puerorum in arena ædificia, &c.* Mox: Ἔστι δὲ πολλάκις κἀκεῖνο μάταιον ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον, ὅταν πρός τινα σκοπόν τις ὁρῶν, καὶ ὥς τι λυσιτελὲς τῶν προκειμένων κατὰ σπουδὴν μετιών, ἕκαστα πράττῃ, εἶτά τινος ἐναντίου γεγενημένου, εἰς ἀνόνητον περιέλθῃ ὁ πόνος. *Eſt autem hoc quoq; ſæpe poſitum in conſuetudine, ut vanum dicatur, quando quispiam ad ſcopum aliquem reſpiciens, & tanquam utile quidpiam ex iis, quæ ſunt propoſita, ſtudio vehementi perſequens, agit ſingula: deinde cùm aliquid contrarium evenerit, labor fuerit irritus.* Iterum: Ματαιότης ἐστὶν, ἢ ῥῆμα ἀδιανόητον, ἢ πρᾶγμα ἀνόνητον, ἢ βουλὴ ἀνυπόστατος, ἢ σπουδὴ πέρας οὐκ ἔχουσα, ἢ καθόλου τὸ ἐπὶ παντὶ λυσιτελοῦντι ἀνύπαρκτον. *Vanitas eſt vel verbum, quod non cadit ſub cogitationem & intelligentiam; vel res inutilis; vel conſilium, quod non poteſt conſiſtere; vel ſtudium, quod non pervenit ad finem; vel, ut in ſumma dicam, id, quod in quavis re utili non poteſt conſiſtere,* Theodoretus in Pſal. CXVIII. pap. 886. Μάταιόν ἐστι τὸ ἀκερδὲς καὶ ἀνόητον. *Vanum eſt, quod inutile & ſine lucro eſt.*

Ματαιοσπουδία.

Habent Lexica, ſed ſine auctore. *Inane ſtudium.* Οὐδὲν ὀνείρων διαλλάττουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ματαιοσπουδίαι. *Irrita hominum ſtudia nihil differunt à ſomniis.*

Ματαιοφιλοτιμέομαι.

Non habent Lexica. Significat *fruſtrà largus ſum:*

Digitized by Google

ſum: fruſtrà glorior, vel mihi placeo. Chryſoſtomus Homil. in Matth. VI. 1. tom. VI. edit. Pariſ. pag. 525. Ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν ἀφήσωμεν δαπανᾶσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι, καὶ ματαιοφιλοτιμεῖσθαι· μάθωμεν δὲ πῶς χρὴ δαπανᾷν εὐσεβῶς τὰ χρήματα. *Atq; illos quidem ſumtus facere & probris lacerari, vaniſq; largitionibus opes profundere ſinamus: quo verò pacto pecuniæ piè ſint expendendæ diſcamus.*

Ματρίκιον. Μάτριξ.

Μάτριξ, *matrix*. *Matrix Eccleſia* propriè ea dicebatur, in qua Epiſcopus ipſe cum Presbyterio ſuo, quod nunc *Capitulum Canonicorum* dicitur, reſidebat, *cathedralis* hodie vocatur. Parochiæ verò, quibus Presbyteri præſidebant ſinguli, quæ & parochianæ Eccleſiæ, eæ *Titulorum* nomine appellabantur. Hinc in Codice Eccleſiæ Africanæ, Can. XXXIII. ita *matrix Eccleſia* Epiſcopi nuncupatur, ut *Titulus* Presbyteri, nempe Parœcia, cui præſidet Presbyter: *Non habenti ergo neceſſitatem, nec Epiſcopo liceat matricis Eccleſiæ, nec Presbytero rem Tituli ſui uſurpare.* Quo loco perperam magnus Cujacius ad tit. præſcript. lib. II. Decret. *matricem* pro matricula, ſive catalogo, vel deſcriptione locorum, quæ illi Diœceſi reſpondent, accepit. Nihil profectò minùs. Sed Græci interpretes illum in hanc ſententiam videntur adduxiſſe, qui vertunt, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος. Ubi ἐκκλησιαστικὴν μάτρικα perſpicuum eſt ſumi pro *Eccleſiaſtica matricula*: unde *Matricularii*. Id docet Zonaras ad hunc Can. pag. 422. Ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ μάτρικι, ἤτοι τῇ ἀπογραφῇ. *In Eccleſiaſtica matricula, ſive deſcriptione.* Sed Canones illi diſtinguunt *matriculam* à *matrice*. Sic enim & *matrix cathedra* Can. CXXIII. ejuſd. Codicis: *Si in matricibus Cathedris Epiſcopus negligens fuerit adverſus hæreticos, conveniatur à vicinis Epiſcopis.* Rurſus perperam interpres: Ἐν ταῖς ματρικίοις, ἤγουν ἐν ταῖς καθέδραις. Ματρίκιον eſt *matricula*, non *matrix*. *Matrix* etiam abſolutè pro Eccleſia, cui præſidet Epiſcopus præcipuus, ſumitur Can. CXIX. in eodem Codice: *Si autem non fuit, non præjudicetur matrici, ſed liceat, cùm locus acceperit Epiſcopum, quem non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere.* Hic interpres: μὴ προκριματισθῇ ἐν τῇ μάτρικι. Vide etiam Can. LVI. ibidem. Sic *matrices Eccleſiæ*. Tertulliano de primis & Apoſtolicis, ex quibus cæteræ propagatæ. Libro de Præſcriptionibus Cap. XXI. pag. 334. *Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam.* Ita alibi paſſim *matricis* vocem uſurpat de re quacunque, ex qua aliquid natum eſt, aut emanavit. In libro adverſus Judæos, Cap. II. pag. 136. *Primordialis lex data Adæ & Evæ in paradiſo, quaſi matrix omnium præceptorum Dei.* Et adverſus Hermogenem: *Si materia utrumque, videbitur materia etiam boni matrix.* Idem adv. Valentianos: *Prima quadriga defenditur Valentinianæ factionis, matrix & origo cunctorum.* Ita Cyprianus Epiſt. XLV. pag. 81. *Eccleſiæ catholicæ matrix & radix.* Quod perperam quidam de Eccleſia Romana ideo putant dictum, quòd ſit mater & radix omnium per totum terrarum orbem: cùm ſic appelletur reſpectu Novatianorum, qui eam malitiosè deſeruerant. Aliàs inter omnes conſtat, Eccleſiam Romanam fundatam eſſe poſt Jeroſolymitanam, Cæſarienſem, Antiochenam, Damaſcenam, & alias. *Matrix* autem hoc ſenſu paulò minùs *matrem* ſignificat. Gloſſæ: *Matrix*, μήτρα, σημεῖον, καὶ ὀνομάτων κατάλογος. Hinc & *matrices* dixit iterum Tertullianus pro *matriculis* in libro de Fuga Cap. XIII. pag. 974. *Cùm in matricibus Beneficiariorum & Curioſorum, inter tabernarios & lanios, & fures balneatum, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoq; vectigales continentur.* Græci quoque à *matrice* ſuum ματρίκιον fabricarunt, pro *matricula*. Gloſſæ Græcorum: Ἀρχαῖοι ἐν ταῖς σανίσιν ἔγραφον, ὅθεν μέχρι τοῦ νῦν ἔνθα γράφονται τὰ τῶν στρατιωτῶν ὀνόματα, ματρίκιον ὀνομάζεται, ὃ σημαίνει τὸ πλατὺ καὶ παχὺ ξύλον. *Veteres in tabulis ſcribebant unde etiamnum id, cui militum inſcribuntur nomina*, ματρίκιον, *matricula nominatur, quod denotat latum & craſſum lignum.* Hinc *matricarii* ξυλλεγοί. Zonaras ad Can. XCIII. Carthag. pag. 473 ματρίκιον dicit eſſe ἀπογραφὴν, *deſcriptionem*. Et ad CXXXVII. pag. 507. Ματρίκια, ἤγουν ἀπογραφαί. *Matriculæ, ſive deſcriptiones.*

Μαφόριον.

Μαφόριον eſt *muliebre tegumentum capitis, colli ac humerorum*. Velum puta de capite in humeros defluens. Uſitata vox apud Græcos recentiores. Chronicon Conſtantinop. Ἐκεῖ ἀπόκειται ἥ τε ζώνη καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· τὸ δὲ ἅγιον μαφόριον ἐν Βλαχέρναις κεῖται. *Ibi repoſita eſt ſanctiſſimæ Deiparæ zona & veſtis: ſanctum verò maforium repoſitum eſt in Blachernis.* Apud Athanaſium de Virginitate, tom. I. pag. 1050. Τὸ μαφόριον ἀκρόστον. *Maforium non fimbriatum.* Numeratur inter veſtes muliebres. Suidas: Κρήδεμνον, κεφαλόδεσμον, ἢ μαφόριον. *Ricinium, capitis vinculum, vel maforium.* Euſtath. Il. χ. κρήδεμνον δὲ τὸ μαφόριον. Dicitur autem μαφόριον pro μαφόρτιον. Nam *mavorte*, aut *mafortium* idem erat, quod prioribus *ricinium*. Nonius Marcellus: *Ricinium, quod nunc mafortium dicitur, femineum palliolum breve.* Nec in uſum tantùm mulierum, ſed etiam Monachorum. Caſſianus lib. I. de habitu Monachi, Cap. VII. *Poſt hæc anguſto pallio, tam amictus humilitatem, quam vilitatem precii, compendiumq; ſectantes, colla pariter atque humeros tegunt: quod mafortes tam ipſorum, quam noſtro nuncupatur eloquio.* Vide plura in Gl. Meurſii, apud Voſſium de vitiis ſermonis, lib. III. Cap. XXII. in Adverſ. de Lacerda, Cap. XXII. num. III. Cap. CXLI. num. CXLVII.

Μάχαιρα.

I. Μάχαιρα ponitur pro *verbo Dei*, & vocatur ad Epheſ. VI. 17. μάχαιρα τοῦ πνεύματος, *gladius Spiritus*, id eſt, ſpiritualis. Ad quem locum Theodoretus, p. 320. Μάχαιραν τοῦ πνεύματος, τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν κέκληκε, τὴν δὲ ἐνέργειαν τοῦ πνεύματος, ῥῆμα Θεοῦ προσηγόρευσε. Gladium ſpiritûs, *vocavit operationem Spiritus: operationem autem ſpiritûs appellavit verbum Dei.* Et Theophylactus, pag. 570. 571. Ἤτοι τὸ πνεῦμα αὐτό φησι μάχαιραν πνεύματος περιφραστικῶς, ἢ τὴν πνευματικὴν πολιτείαν, δι᾽ ἧς ἡ κεφαλὴ τοῦ δράκοντος τέμνεται· ἢ ἁπλῶς μάχαιραν πνεύματος, τὴν ἐν πνεύματι σοφίαν. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, &c. *Vel Spiritum ipſum dicit* gladium Spiritûs *periphraſticè, vel ſpiritualem vitam, per quam caput draconis abſcinditur. Vel ſimpliciter* gladium Spiritûs, *ſpiritualem ſapientiam vocat.* Vivus enim ſermo Dei, &c. Oecumenius, pag. 650. Ἢ τὸ πνεῦμα περιφραστικῶς εἴρηκε, διὰ τὸ τομὸν καὶ μεριστικὸν τῶν ἐναντίων ἕξιν· ἢ τὴν πνευματικὴν ζωὴν καὶ πολιτείαν, ἥ τις ὡς μάχαιρα ἐνεργήσει, φησί, κατὰ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν. Gladium Spiritûs *vel ipſum ſpiritum periphraſticè dixit, propter ſcindendi & dividendi vim, quam habet erga contrarios affectus: vel ſpiritualem vitam & converſationem, quæ inſtar gladii operabitur, inquit, adverſus ſpirituales hoſtes.* Cyrillus Alexandr. in Cap. XI. Hoſeæ, pag. 161. Μάχαιρα τοῦ πνεύματος, ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Μάχαιραν δὲ νοήσεις, καὶ τῆς διανοίας ἡμῶν οἱονεὶ τὴν μαχιμωτάτην τε, καὶ φιλοθεωτάτην κίνησιν, ἣν τοῖς πάθεσιν ἀντεξάγοντες, καὶ τοῖς διαβολικοῖς κακουργήμασιν ἀντιτάτ-

τοντες, τὴν ἐνσεβῆ καὶ ἀμώμητον διατρέχομεν (ita legendum, non διαλάττομεν) τρίβον, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ταῖς ἑαυτῶν κεφαλαῖς ἀνάπτομεν τὰ αὐχήματα. Gladius ſpiritus, *eſt verbum Dei. Gladium autem intelliges, mentis noſtræ bellicoſiſſimum & Dei ſtudioſiſſimum motum, quem adverſus affectus in aciem deducentes, & diabolicis fraudibus opponentes, piam & inculpatam decurrimus ſemitam, & evangelicæ vitæ prærogativas capitibus noſtris alligamus.*

II. Μάχαιρα notat *pœnam, vindictam, ultionem.* Talis *gladius* Deo metaphoricè tribuitur Jeſ. XXVII. 1. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν. *In illa die inducet Deus gladium ſanctum*, id eſt, interprete Theodoreto ad præſentem locum, pag. 82. τὸν τιμωρητικὸν λόγον, *vindicem ſermonem.* Cap. XXXI. 8. idem dicit μάχαιραν eſſe ἀόρατον πληγὴν, *inviſibilem plagam.* Ita ad Rom. XIII. 4. *gladius* Magiſtratui attributus, notat poteſtatem, quâ ſceleratos coërcet & punit. Sic enim ibi Theophylactus, pag. 129. Ἡ μάχαιρα τοῦ ἄρχοντος, τουτέστιν, ἡ κολαστικὴ αὐτοῦ δύναμις. Οὐ γὰρ μάτην περιέζωσται τὴν σπάθην ὁ ἄρχων, ἀλλ' ἵνα κολάζῃ, φησὶ, τοὺς πονηρούς. *Principis gladius, id eſt, coërcendi poteſtas. Magiſtratus enim non fruſtrà gladio cingitur, ſed ut ſceleratos puniat.*

Μαχλάω.

Afferunt Lexica ex Heſychio & Suida, apud quos, μαχλῶντες, πορνεύοντες. *Scortantes.* Α' μάχλος, quod apud Heſychium ἀκρατὴς, καταφερὴς, τόρνος. *Incontinens, laſcivus, in venerem proclivis, ſcortator.* Apud Suidam, ἀσελγὴς, ἄσωτος, *laſcivus, intemperans.* Legitur autem hoc verbum apud Cyrillum Alexandr. lib. VI. Glaphyr. in Geneſin, pag. 202. ubi de Joſepho: Ὁ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἱμάτιον ἀφεὶς μαχλώσης ἀγρίας ἀπηλλάττετο, καὶ ἀνάλωτος ἦν τῷ πάθει. *Ipſe verò relicto etiam pallio effugiebat à veſana mulieris libidine, neq; poterat ulla tali affectione expugnari.* Et paulò poſt: Καθάπερ καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἐμίσει ἡ μαχλῶσα γυνή. *Quemadmodum Joſephum etiam odio proſequebatur laſciva illa mulier.* Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 10. *Non enim Cyprius inſularis Cinyras* παραπείσει ποτ' ἂν, τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄργια, *mihi unquam perſuaſerit, libidinoſa, quæ circa Venerem fiebant orgia.*

Μεγαλοδύναμος.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Præpotens.* Gregentius in Diſputat. cum Judæo Chriſtum vocat ἰσχυρὸν καὶ μεγαλοδύναμον, *fortem & præpotentem.*

Μεγαλομάρτυρ.

Græci *viros Martyres* plerumque vocabant μεγαλομάρτυρας, ut fœminas καλλιμάρτυρας. Conſtit. Man. Comneni: Τὸν μεγαλομάρτυρα στρατηλάτην Θεόδωρον. *Magnum martyrem, ducem militarem Theodorum.* Simocatta Hiſtor. Mauric. lib. V. Cap. XIV. pag. 280. Τῷ μεγαλομάρτυρι Σεργίῳ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων. *Magno Martyri Sergio, Choſroës rex regum.* Marcus Eremita de Pœnitentia, tres ſocios Danielis vocat μεγαλομάρτυρας, *inſignes Martyres.*

Μεγαλωφελής.

Non habent Lexica. *Valde utilis.* Clemens Alex. Pædag. lib. I. Cap. IX. pag. 126. de Chriſto: Μεγαλωφελὴς καὶ φιλάνθρωπος, ὅτι καὶ ἄνθρωπος, ἐξὸν εἶναι κύριον, ἀδελφὸς εἶναι βεβούληται. *Valde eſt hominibus utilis, & in eos benignus, quòd homo voluit eſſe frater, cùm poſſet eſſe Dominus.*

Μέγας.

Quomodo *Deus* dicatur μέγας, *magnus*, vide in voce Θεὸς, num. II. 2. Quomodo Chriſtus dicat Joh. XIV. 28. ὁ πατήρ μείζων μου ἐστί. *Pater major me eſt*, explicatur in voce Υἱὸς, num. III. 4. ſub lit. *c.* Can. VIII. Concilii Laodiceni ſtatuit, *eos, qui ab eorum hæreſi, qui Phryges dicuntur, convertuntur*, εἰ καὶ ἐν κλήρῳ νομιζομένῳ παρ' αὐτοῖς τυγχάνοιεν, εἰ καὶ μέγιστοι λέγοιντο, *licèt ſint in clero, qui apud eos eſſe creditur, ſive* maximi *dicantur, hujuſmodi cum omni diligentia catechiſandos & baptizandos eſſe ab Eccleſiæ Epiſcopis & Presbyteris.* Qui hic μέγιστοι vocentur, ita explicat Zonaras ad hunc Canonem, pag. 342. Ἦσαν παρ' ἐκείνοις τινὲς τῶν ἄλλων προέχοντες, ὡσανεὶ διδασκάλων κληροῦντες τάξιν, οἳ καὶ μέγιστοι ἐκαλοῦντο. *Erant apud illos quidam reliquis præſtantiores & excellentiores, & doctorum quaſi ſortiti ordinem, qui etiam* maximi *vocabantur.* Can. X. Concilii Nicæni II. Εἴ τις φωραθείη τῶν λεγομένων μειζοτέρων τὴν φροντίδα ἐπέχων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Si aliquis eorum, qui* Majores *nominantur, deprehenſus fuerit curam habere, aut ceſſet, aut deponatur.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 511. & Zonaras, pag. 224. μειζοτέρους vocari dicunt τοὺς κουράτορας τῶν ἀγροικικῶν προαστείων, *Curatores ruſticanorum ſuburbiorum.* Hoc etiam obiter monemus, Pſalmum CXIX. vocari κατ' ἐξοχὴν, τὸν μέγαν, ſcil. ψαλμὸν, apud Palladium, hiſt. Lauſiacæ Cap. XXXIX. pag. 81. Locum adduximus in verbo Ἀποστηθίζω.

Μέθεξις.

Suidas: Μέθεξις· μετοχὴ, κοινωνία. *Participatio, communicatio.* Heſychius: Μέθεξιν, κοινωνίαν. Frequens hujus vocis uſus apud Canoniſtas in doctrina de Pœnitentia. Expletis nimirum quatuor Pœnitentium ſtationibus, ſuccedebat μέθεξις, quæ inter partes Pœnitentiæ numeranda non eſt, cùm ſit fructus pœnitentiæ. Per μέθεξιν enim Pœnitentes in gratiam cum aliis fidelibus redeuntes, ad communionem corporis & ſanguinis Chriſti admittebantur. Puerilis eſt lapſus Bellarmini, qui lib. I. de Pœnitentia, Cap. XXII. tom. III. pag. 1182. μέθεξιν appellat, quod μέθεξις, vel τελείωσις dici debuiſſet. Greg. Thaumaturgus Epiſt. Canonicâ, Can. ult. vocat μέθεξιν τῶν ἁγιασμάτων, *participationem ſacræ Cœnæ.* Baſilius M. Can. XXII. pag. 769. κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ, *boni communionem.* Nam ἀγαθὸν eſt ipſa Euchariſtia, ut ſuo loco docemus. Can. LVI. pag. 775. μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων, *S. Cœnæ participem fieri.* Can. LVII. εἰς τὰ ἅγια δεχθῆναι. Can. LIX. δεχθῆναι εἰς κοινωνίαν. Vide in Δέχομαι. Can. LXXV. καταξιωθῆναι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. Can. IV. & VI. Concilii Ancyrani ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον. Can. IX. τοῦ τελείου μετέχειν. Can. XVI. τῆς κοινωνίας τυγχάνειν. Can. XX. τοῦ τελείου τυχεῖν. Vide etiam in Τέλειος, & in Καταλλαγὴ, num. II.

Μέθη.

I. *Explicatio Nominis.* Vocabulum μέθη nonnullis videtur derivatum eſſe à μέθυ, quod à Poëtis *pro vino* uſurpatur, eò quòd ebrietas vino maximè committitur. Athenæus, Euſtathius, & alii eandem utriusque nominis notationem afferunt, ἀπὸ τοῦ μεθιέναι, *eò quòd vinum immoderatè ſumtum hominis mentem de ſtatu ſuo deturbet.* Quò facit Philonis teſtimonium lib. περὶ φυτουργίας Νῶε, *Quidam*, inquit, *volunt*, μέθην *dictam*, ὅτι τῆς μεθέσεως τῆς ψυχῆς αἰτία γίγνεται, *quia cauſſa eſt relaxationis ac remiſſionis animi.* Huc facit illud Greg. Nyſſeni Homil. X. tom. I. pag. 625. Πᾶσα μέθη ἔκστασιν εἴωθε ποιεῖν τῆς διανοίας, τῆς κεκρατημένης ὑπὸ τοῦ οἴνου. *Omnis ebrietas ſolet efficere, ut mens à vino ſuperata exceſſum patiatur.* Illud etiam Chryſoſtomi, Homil. LXXXIV. tom. V. Οὐδὲν ἕτερόν ἐστι μέθη, ἀλλ' ἢ ἔκστασις τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν, παρατροπὴ λογισμῶν, ἐρημία διανοίας,

Digitized by Google

νίας, παντελὴς σύνεσις. *Ebrietas nihil aliud eſt, niſi mentis commotio, everſio rationis, deſtitutio intellectus, abſentia intelligentiæ.* Ita iterum loquitur Homil. V. contra Judæos, tom. VI. pag. 354. Alii verò deducunt ἀπὸ τοῦ μετὰ τὸ θύειν, *poſt ſacrificationem*, & μέθην ac μεθύειν volunt denominari ideò, quòd peractis in deorum honorem ſacris olim liberaliori potui indulgere fas eſſe exiſtimabant; teſte Athenæo lib. II. p. 20. & Suidâ, qui in Μέθη verba Athenæi exſcripſit. Idem etiam Philo refert loco paulò antè laudato: ubi docet, priſci ſeculi homines, nonniſi peractis votis, & ſacrificiis placato numine, poſt purificationem corporum & animarum, aquis ablutos, & ſacrarum legum cognitione imbutos, lætitiæ genioque indulſiſſe. Etymologus μέθην vult dictam παρὰ τὸ μὴ θεῖν, quoniam οἱ μεθυσθέντες ſæpe ſunt ἀκίνητοι, *immobiles*, donec ἀμεθυσθῶσιν, *exhalaverint crapulam*. Sumitur autem μέθη, *ebrietas* in S. Literis,

1. *propriè*, idque

A. *in malam partem*, & denotat,

a. *nimium & immoderatum vini, vel alterius potûs inebriantis uſum.* Clemens Alexandrinus Pædag. lib. II. Cap. II. pag. 154. Μέθη ἐστὶν, ἀκράτου χρῆσις σφοδροτέρα. *Ebrietas, eſt uſus vini vehementior.*

b. *repetitam & continuatam ebrietatem*, quam *ebrioſitatem* vocant, quæ propriè vitioſus eſt habitus, cùm quis libenter, ſæpe, citò, & facilè fit ebrius. Ita accipitur Matth. XXIV. 49. *Edere & bibere* μετὰ τῶν μεθυόντων, *cum ebrioſis.* Ita Vulgatus. Beza, *cum ebriis.* Meliùs ille, quia certum eſt, de iis hic agi, qui ex habitu peccant, & ebrietati dediti ſunt.

B. *in bonam partem*, & denotat *Ebrietatem ſaturitatis & hilaritatis* ex ſufficiente, imò largiore vini, aut alius potûs uſu, non temulentiam, ſed moderatam cordis exhilarationem inducentem, ita ut μεθύσκεσθαι ſit *affatim bibere*, & vino, aut alio potu, citra tamen ebrietatem, ſe explere, ita ut non modò ſitis reſtinguatur, ſed & cor exhilaretur. Ita accipitur Geneſ. XLIII. 34. ubi de fratribus Joſephi dicitur, καὶ ἐμεθύσθησαν μετ᾽ αὐτοῦ, *& inebriaverunt ſe cum illo*, ſc. Joſepho, Hic tantùm ſignificatur, eos *liberalioribus epulis lætitiæ cauſsâ indulſiſſe.* Vide etiam Ezech. XXXIX. 19. Hagg. I. 6. Chryſoſtomus Homil. XXIX. in Geneſin, ebrietatem Noachi excuſaturus, dicit, τὸ τῆς μέθης ὄνομα ἐπὶ τῆς ἁγίας γραφῆς οὐ πανταχοῦ ἐπὶ τούτου εἴρηται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλησμονῆς. *Ebrietatis nomen in S. Scriptura non ubiq; de hoc, nempe* de ebrietate *dicitur, ſed etiam de ſaturitate.* Ad confirmandam ſententiam ſuam adducit locum ex Pſal. XXXVI. 9. Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.* Verùm quidem μέθην *de ſaturitate* ſumi, at nec Noachi exemplum, nec locum ex Pſalmo adductum huc transferri poſſe, apud omnes conſtat. Vera namque fuit ebrietas ejus, ex nimio vini uſu profecta. Agnoſcit hoc Clemens Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. II. pag. 159. his verbis: Διὰ τοῦτο ἀναγραπτὸς ἡ τοῦ Νῶε παροινία γεγένηται, ἵνα ὡς ὅτι μάλιστα τὴν μέθην φυλαττώμεθα, ἐμφανῆ καὶ ἔγγραπτον τὴν εἰκόνα τοῦ παραπτώματος ἔχοντες· δι᾽ ἣν οἱ σκεπάσαντες τὴν ἀσχημοσύνην τῆς μέθης, εὐλογοῦνται παρὰ Κυρίου. *Propterea Noachi vinolentia deſcripta eſt, ut ebrietatem quàm maximè vitemus, manifeſtam ſcriptis mandatam lapſus imaginem habentes: propter quam qui ebrietatis texerunt turpitudinem, benedicuntur à Domino.*

2. *Impropriè*, ſive *metaphoricè*, & notat *copiam* vel *abundantiam*,

a. vel *bonorum*. De hac ebrietate multa leguntur apud Greg. Nyſſenum, Homil. X. in Canticum, tom. I. pag. 625. Μεθύουσι, καθὼς ἡ προφητεία φησὶν, οἱ τὴν πιότητα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ πίνοντες, καὶ τῷ χειμάῤῥῳ τῆς τρυφῆς ποτιζόμενοι. *Inebriantur, ut dicit prophetia* Pſal. XXXV. 9. *qui bibunt ex ubertate domûs, & potantur torrente delitiarum.* Ita inebriatum fuiſſe dicit Davidem, ὅτε ἐκβὰς αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ ἐν ἐκστάσει γενόμενος, εἶδε τὸ ἀθέατον κάλλος, καὶ τὴν ἀοίδιμον ἐκείνην φωνὴν ἐξεβόησεν· ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· λόγῳ τῶν ἀφράστων θησαυρῶν ἐπιτρέπων τὴν ἑρμηνείαν, *qui, cùm à ſe exceſſiſſet, & fuiſſet in ecſtaſi, vidit pulchritudinem, quæ ſub aſpectum non cadit, inſignemq; & celebrem illam exclamavit vocem:* omnis homo mendax: *orationi theſaurorum ineffabilium permittens interpretationem.* Ita dicit inebriatum fuiſſe Paulum, ὅτε ἐν ἐκστάσει ἐγένετο λέγων· Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· πρὸς ἐκεῖνον γὰρ αὐτῷ ἡ ἔκστασις ἦν· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν, *quando in ecſtaſi fuit dicens: ſive enim exceſſimus, Deo; ad illum enim erat exceſſus; ſive ſobrii ſumus, vobis.* Subjicit etiam exemplum Petri: Οἶδα δὲ καὶ τὸν μακάριον Πέτρον ἐν τῷ τοιούτῳ τῆς μέθης εἴδει πεινῶντά τε ὁμοῦ καὶ μεθύοντα. Πρὶν γὰρ τὴν σωματικὴν τροφὴν προσενέγκασθαι, ὅτε ἐγένετο πρόσπεινος καὶ ἤθελε γεύσασθαι παρασκευαζόντων αὐτῷ τῶν ἰδίων τὴν τράπεζαν, γίνεται αὐτῷ ἡ θεία τε καὶ νηφάλιος μέθη, δι᾽ ἧς ἐξίσταται αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ θεωρεῖ τὴν εὐαγγελικὴν ὀθόνην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς ἄνωθεν καθιεμένην, &c. *Novi etiam beatum Petrum in hoc genere ebrietatis, ſimul & eſurientem, & ebrium. Priusquam enim corporale eſſet ei allatum nutrimentum, cùm eſuriret, & vellet edere, ſuis ipſi parantibus menſam, obtingit illi divina & ſobria ebrietas, per quam ipſe à ſeipſo excedit, & Evangelicum contemplatur linteum, quatuor extremitatibus è cœlo in terram demiſſum, &c.* Talis ebrietas hîc dicitur θεία καὶ νηφάλιος μέθη. Alibi ab eodem, nempe Orat. in aſcenſionem Chriſti, tom. III. pag. 442. μέθη νήφουσα. A' Paulo, Epiſcopo Emeſ. in Actis Epheſinis, pag. 277. μέθη, σωφροσύνης μήτηρ, *ebrietas, temperantiæ mater.* Μεθύσαι μέθην, σωφροσύνης μητέρα. *Ebrium eſſe ebrietate, quæ temperantiæ mater eſt.* A' Theophane Homil. LI. pag. 350. μέθη σώφρων. Μέθην μεθυσθῆναι τὴν σώφρονα, *temperanti ebrietate inebriari.* De hac ebrietate eleganter Baſilius Seleucienſis, Orat. XXXVII. pag. 189. Μέθη σωφροσύνης μήτηρ, μέθη ἀγνοίας διδάσκαλος, μέθη ἄγρυπνον τηροῦσα τὸ βλέμμα τοῦ νοῦ, μέθη ἀληθείας φῶς ἐναποτιθεμένη ταῖς ἀεὶ πληρουμέναις ψυχαῖς· μέθη οὐ παράφρονας ἐργαζομένη, οὐδὲ ἀσθενεῖς ἐκ τοῦ κόρου ἐκπίπτοντας, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ μέλη κρατύνουσα, καὶ τοῖς τῆς δικαιοσύνης ὅπλοις κατὰ τῆς ἁμαρτίας ὁπλίζουσα· μέθη, ἧς ὁ τῶν ἀποστόλων ἐνεπλήσθη χορός. *Ebrietas, quæ eſt temperantiæ mater: ebrietas, quæ ignorantiam corrigit & diſpellit: ebrietas, quæ oculos mentis vigiles conſervat: ebrietas, quæ veritatis lucem ſemper plenis infundit animis: ebrietas, quæ non reddit animi impotes, neq; debiles, crapulâ exhalatâ, ſed potiùs membra firmat, & juſtitiæ armis adverſus peccatum munit: ebrietas, quâ Apoſtolorum chorus fuit impletus.* Macarius, Homil. L. pag. 565. Εἰ εἰς τὴν σκιὰν τοσοῦτον ἐξεχύθη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πόσῳ μᾶλλον εἰς τὴν καινὴν διαθήκην, εἰς τὸν σταυρὸν, εἰς τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ἐγένετο ἡ ἔκχυσις καὶ ἡ μέθη τοῦ πνεύματος; *Si in umbram;* nempe in vetus Teſtamentum; *tantâ copiâ effuſus fuit Spiritus ſanctus, quantò magis in novum Teſtamentum, in crucem, in adventum Chriſti, ubi facta eſt effuſio & ebrietas Spiritus?* Huc facit monitum Apoſtoli, ad Epheſ. V. 18. *Nolite inebriari vino, ſed implemini Spiritu ſancto.* Ad quæ Theodoretus, pag. 314. Τὴν μέθην ἐκβαλὼν τὴν ἐπιβλαβῆ, τὴν πνευματικὴν ἀντεισήγαγε. Τοῦτο γὰρ εἶπε, πληροῦσθε ἐν πνεύματι, ἀντὶ τοῦ, τὸν Θεὸν ἐνδελεχῶς ὑμνοῦντες, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς νεύοντες, καὶ τὸν λογισμὸν ἀεὶ διεγείροντες. *Damnoſa ebrietate ejecta, in*

Digitized by Google

ejus locum ſpiritalem introduxit. Hoc enim eſt quod dixit, Implemini Spiritu, *Deum ſcilicet perpetuò laudantes, & in vos ipſos intenti, & cogitationem ſemper excitantes.* Et Chryſoſtomus, Homil. LXXXIV. tom. V. pag. 583. ad eundem locum reſpiciens: Μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι· αὕτη ἡ καλὴ μέθη, κάρωσόν σου τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι, ἵνα μὴ καρώσῃς τῇ μέθῃ· προκατάλαβε τὴν διάνοιαν καὶ τοὺς λογισμοὺς, ἵνα μὴ εὕρῃ χώραν ἐκεῖνο τὸ πάθος τὸ ἀναίσχυντον· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, μετέχετε πνεύματος, ἀλλὰ πληροῦσθε πνεύματος, ἕως ἄνω τὴν διάνοιαν καθάπερ ποτήριον τοῦ πνεύματος πλήρωσαι, ἵνα μηδὲν ἐμβαλεῖν δυνηθῇ λοιπὸν ὁ διάβολος. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu: *Præclara eſt hæc ebrietas: hac ſpiritûs crapulâ animam tuam ſopora, ne ebrietate ſopores: præoccupa mentem & cogitationes, ne locum impudens ille morbus inveniat. Propterea non dixit*, participes eſtote ſpiritus, *ſed* implemini ſpiritu: *ad ſummum usq; mentem tanquam calicem imple ſpiritu, ne quicquam deinceps injicere poſſit diabolus.* Mox: Ἔστιν ἡμῖν ποτήριον μέθης καλὸν, ἔστι ποτήριον μέθης σωφροσύνην ποιοῦν, οὐ παράλυσιν. ποῖον δὲ τοῦτο; τὸ ποτήριον πνευματικὸν, τὸ ποτήριον τὸ σωτήριον, τὸ ποτήριον τὸ ἄχραντον τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ. *Præclarus eſt nobis ebrietatis calix; eſt calix ebrietatis, qui temperantiam gignit, non paralyſin. Quis verò ille? Calix ſpiritualis, calix ſalutaris, calix impollutus Dominici ſanguinis.* Hæc ergo de copia & abundantia beneficiorum ſpiritualium ſunt intelligenda, de qua Pſal. XXXVI. 9. juxta Græcos XXXV. eſt; *Filii hominum* μεθυσθήσονται ἀπὸ τῆς πιότητος τοῦ οἴκου σου, *inebriabuntur pinguedine domûs tuæ.* Ad quæ Theodoretus, pag. 532. Καταφεύξεται δὲ πρὸς σὲ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἀναβλαστάνουσαν ἐν τῷ οἴκῳ σου τῶν ἀγαθῶν τὴν φορὰν θεωροῦσα· αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων, οὐ μόνον τῆς θείας διδασκαλίας τὰ νάματα, ἀλλὰ καὶ τῆς μυστικῆς τροφῆς τὴν ἀπόλαυσιν. *Ad te autem hominum natura confugiet, contemplans bonorum affluentiam, quæ in domo tua germinat. Per hæc autem innuit non ſolùm divinæ doctrinæ flumina, ſed & myſtici cibi perceptionem.* Senſus eſt beatos largiter reficiendos eſſe bonis cœleſtibus, tanquam cibis pinguiſſimis, & immenſis ac ineffabilibus gaudiis, ceu nectare dulciſſimo, replendos. Pſal. XXIII. 5. τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με, *calix tuus inebrians me*, denotat, eodem Theodoreto, pag. 482. interprete, τὴν κρατύνουσαν, ἀλλ' οὐ διαλύουσαν μέθην καὶ τὴν μυστικὴν τροφὴν, ἣν προτέθηκεν ἡμῖν ὁ πρὸς τῷ ποιμαίνειν καὶ νυμφίος γινόμενος, *ebrietatem confortantem, ſed non diſſolventem; atq; myſticum cibum, quem nobis proponit is, qui propter paſtoris officium ſponſus factus eſt.* Ita interpres: at πρὸς τῷ ποιμαίνειν non ſignificat *propter paſtoris officium*, verùm, *præter paſtoris officium*, ut ſit ſenſus, eum & paſtorem: & ſponſum fuiſſe Jerem. XXXI. 14. dicit Deus: Μεθύσω τὴν ψυχὴν τῶν ἱερέων. *Inebriabo animam ſacerdotum.* Id eſt; ut interpretatur Theodoretus, pag. 227. ἀγαθῶν ἐμπλήσω παντοδαπῶν. *Omnibus bonis cumulabo.* Singularis eſt locutio, quæ apud Macarium, Homil. XV. bis legitur, μεμεθυσμένοι εἰς τὴν θεότητα. Pag. 224. dicit: Οἱ μεμεθυσμένοι εἰς τὴν θεότητα, καὶ πεπληρωμένοι καὶ δεδεμένοι πνεύματι ἁγίῳ. Poſſis reddere, *Ebrii erga Deitatem*, id eſt, *amore Dei perfuſi, & repleti atque vincti Spiritu ſancto.*

b. Vel *malorum:* ut calamitatum graviſſimarum, &c. Ita Jeſajæ LI. 21. Eccleſia dicitur μεθύουσα οὐκ ἀπὸ οἴνου. *Ebria non à vino*, id eſt, omnis generis malis obruta. Theodoretus minùs convenienter intelligit τῆς ἀσεβείας τὴν μέθην, *impietatis ebrietatem*, id eſt, ſummam impietatem. Patet inde, quia eodem verſu vocatur *afflicta*: & quia v. 22. Deus promittit, populum ſuum non ampliùs bibiturum *poculum excandeſcentiæ ſuæ*, &c. Hujusmodi autem *ebrietas* vocatur ἄοινος μέθη, *temulentia absq; temeto.* Plutarchus Sympos. lib. VII. Cap. X. Ὥσπερ τὰ κουρεῖα Θεόφραστος εἴωθε καλεῖν ἄοινα συμπόσια· οὕτως ἄοινος ἀεὶ μέθη τῶν ἀπαιδεύτων ψυχαῖς ἐνοικεῖ, ὑπὸ ὀργῆς τινος, ἢ δυσμενείας, ἢ φιλονεικίας, ἢ ἀνελευθερίας. *Quemadmodum Theophraſtus tonſtrinas ſympoſia abſtemia nuncupare ſolitus eſt: ita imperitorum animos occupat jugiter temulentia quædam abſtemia, ab iracundia, vel malevolentia, vel litigandi ſtudio, vel illiberalitate profecta.* Chryſoſtomus Homil. V. contra Judæos, tom. VI. pag. 354. Ἔστι καὶ χωρὶς οἴνου μεθύειν, καὶ νήφοντα παροινεῖν· - - μέθη γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ ἔκστασις τῶν ὀρθῶν λογισμῶν, καὶ παραφροσύνη, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγιείας ἀναίρεσις. *Eſt & absq; temeto temulentia quædam, & quædam etiam in ſobrietate ebrietas, ab ira, à libidine, ab ambitione, ab avaritia. Ebrietas enim nihil eſt aliud niſi è recto rationis uſu exceſſus, & deſipientia, & ſanæ mentis amiſſio.* Idem, Homil. adv. Ebrietatem, & de Reſurrectione Chriſti tom. V. edit. Pariſ. pag. 523. Ἔστι καὶ μὴ πίνοντα οἶνον μεθύειν, καὶ πίνοντα οἶνον σωφρονεῖν· καὶ ὅτι ἐστὶν ἄνευ οἴνου μέθη, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· οὐαὶ οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου. Καὶ πῶς ἐστιν ἄνευ οἴνου μεθύειν; ὅταν τὸ ἄκρατον τῶν παθῶν μὴ κεράσῃς εὐσεβεῖ λογισμῷ. *Poteſt quis non bibendo vinum ebrius eſſe, & vinum bibendo ſobrius eſſe. Atque ebrietatem eſſe absq; vino, audi Prophetam dicentem:* Væ qui ebrii eſtis absque vino. *Et quomodo fieri poteſt, ut absq; vino quis inebrietur? Cùm perturbationum merum religioſa ratione, pia cogitatione minimè temperâris.* Baſilius M. orat. I. de Jejunio, pag. 331. Οὐαὶ οἱ μεθύοντες οὐκ ἀπὸ οἴνου· θυμὸς μέθη ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ἔκφρονα αὐτὴν ποιῶν ὡς ὁ οἶνος· λύπη μέθη ἐστὶ καὶ αὐτὴ καταβαπτίζουσα τὴν διάνοιαν· φόβος ἑτέρα μέθη, ὅταν ἐφ' ἃ μὴ δεῖ γίνηται· καὶ ὅλως ἕκαστον τῶν παθημάτων ἐκστατικὸν διανοίας ὑπάρχον, μέθη ἂν δικαίως προσαγορεύοιτο· ἐννόησόν μοι τὸν ὀργιζόμενον, ὅπως μεθύει τῷ πάθει. *Væ his, qui ebrii ſunt non à vino. Iracundia animi temulentia quædam eſt, inſanum eum reddens, ut vinum ſolet. Mæſtitia quoq; temulentia eſt, mentem mergens. Rurſus alia temulentia metus eſt, quoties ad ea fertur, ad quæ non oportet. Omnis denique in univerſum affectus; qui mentem ſede ſua dimovet, temulentia meritò dicitur. Conſidera mihi hominem irâ percitum, quàm temulentus ſit eo morbo.* Chryſoſtomus Homil. IV. in II. ad Corinthios, ubi de Davide tres totos dies in cinere ſedente agit, οὐχ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ἐποίει, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ παιδίου μεθύων ἔτι τῷ πάθει, *non propter peccatum faciebat, ſed propter filiolum adhuc temulentus erat triſtitiâ.* Idem, Homil. in Petrum & Eliam, tom. I. edit. Pariſ. pag. 793. Ἐμέθυεν δ' Ἡλίας τῷ ζήλῳ. *Ebrius erat zelo.* Quod in bonam partem dictum. Eadem orat. de eodem, μεθύων ἀπὸ τοῦ φόβου. *Ebrius timore.* Idem orat. I. adv. Judæos, μεθύειν ὑπὸ τῆς ὀργῆς, *irâ ebrium eſſe.* Idem orat. de Pelagia, ὑπὸ τῆς ἡδονῆς μεθύοντες. *Voluptate ebrii.* Ita apud Latinos *ebrius curis.* Lucretius, lib. III.

Ebrius urgeris multis miſer undiq; curis.

II. *Effecta ebrietatis.* Tanta ex ebrietate malorum oritur ſeges, ut, ſi omnia recenſere vellemus, lectori potiùs moleſti, quàm grati videremur. Quædam ergo enumeráſſe, alia tantùm indicáſſe ſufficiet. Μέθη τῶν πονηρῶν ἐπιθυμιῶν ὑπέκκαυμα. *Malarum cupiditatum fomes;* inquit Greg. Nyſſenus orat. de Baptiſmo, t. II. 2221. Baſil. M. orat. XIV. quæ eſt κατὰ μεθυόντων. p. 489. Μέθη, ὁ αὐθαίρετος δαίμων, ἐξ ἡδονῆς ταῖς ψυχαῖς ἐμβαλλόμενος· μέθη, κακίας μήτηρ, ἀρετῆς ἐναντίωσις, τὸν ἀνδρεῖον δειλὸν ἀποδείκνυσι, τὸν σώφρονα ἀσελγῆ, δικαιοσύνην οὐκ οἶδε, φρόνησιν ἀναιρεῖ· *Ebrietas dæmon eſt voluntarius*

luntarius, ex voluptate animabus noſtris inditus. Ebrietas malitiæ mater eſt, virtutis inimica, fortem virum reddit ignavum, ex temperante facit laſcivum, juſtitiam ignorat, prudentiam extinguit. Plurima alia tota ſuppeditat oratio illa, digniſſima, quæ attentè legatur. Idem in Pſal. CXXXIV. ebrietatem vocat λογισμῶν ὄλεθρον, ἰσχύος διαφθορὰν, γῆρας ἄωρον, ὀλιγοχρόνιον θάνατον, *rationis perniciem, roboris corruptionem, ſenectutem immaturam, exigui temporis mortem.* Chryſoſtomo Homil. XXVII. in I. ad Corinth. dicitur ἀθυμίας μήτηρ, ἡ τοῦ διαβόλου χαρὰ, ἡ μυρία τίκτουσα κακὰ, *deſperationis mater, diaboli gaudium, infinitorum malorum cauſſa & origo*, Id. Homil. LXXXIV. tom. V. quæ eſt κατὰ μεθυόντων, pag. 582. plurima ebrietatis incommoda recenſet. Quædam excerpimus. Μέθη ἑκούσιος μανία, μέθη προδοσία λογισμῶν, μέθη συμφορὰ καταγελωμένη, νόσημα χλευαζόμενον, δαίμων αὐθαίρετος, καὶ παραφροσύνης χαλεπωτέρα. *Ebrietas eſt ſpontaneus furor. Ebrietas eſt proditio cogitationum: ebrietas ridicula calamitas, morbus ſannis expoſitus, voluntarius dæmon, & ipſa moleſtior inſania.* Deinde oſtendit, μεθύοντα τοῦ δαιμονῶντος εἶναι χείρονα, *ebrium dæmoniaco deteriorem eſſe*: τῶν ἀλόγων ἀλογώτερον, *ratione carentibus à ratione alieniorem*: τῶν νεκρῶν ἀθλιώτερον, *mortuis miſeriorem.* Multa de Ebrietatis incommodis collegit Cl. Stuckius, Antiquitatum Convivalium lib. III. Cap. VIII.

Μεθοδεία.

Μεθοδεία eſt *occulta & fraudulenta circumventio.* Bis legitur in N. Teſt. in epiſt. ad Epheſios, Cap. IV. 14. πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. *Ad inſidiosè fallendum verſutia.* Theodoretus hic μεθοδείαν interpretatur μηχανὴν, *machinationem.* Theophylactus verò dicit; Μεθοδεία τῆς πλάνης eſt, πρὸς ὅπερ ἡ πλάνη αὐτῶν μεθοδεῦσαι βούλεται, πρὸς ἐκεῖνο μεταδιδόμενοι καὶ περιφερόμενοι, διὰ τὸ ἄλλο πάντα μεθοδεύουσι καὶ τεχνάζονται, ἵνα πλανῶσιν. *Ad quodcunque deceptrix eorum circumventio voluerit, ad hoc tranſpoſiti & circumacti.* Alter locus eſt C. VI. v. 11. πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, *adverſus inſidias diaboli.* Suidas, ad præſentem locum reſpiciens, μεθοδείας, τέχνας, ἢ δόλους. *Technas, malas artes, vel dolos.* Ita etiam apud Heſychium pro μεθοδίτας, ſcribe μεθοδείας, τέχνας. Oecumenius in Cap. VI. ad Epheſ. pag. 648. Πρὸς τὰς μεθοδείας, οἷον πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς, πρὸς τὰς ἐνέδρας, πρὸς τοὺς δόλους. *Adverſus inſidias, id eſt, adverſus occultas fraudes, adverſus inſidias, adverſus dolos.* Luculenter maximè Chryſ. Homil. XXII. in epiſt. ad Epheſ. p. 879. Οὐκ εἶπε πρὸς τὰς μάχας, οὐδὲ πρὸς τοὺς πολέμους, ἀλλὰ πρὸς τὰς μεθοδείας· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ φανερῶς ἡμῖν ὁ ἐχθρὸς πολεμεῖ, ἀλλὰ μεθοδείᾳ· τί ἐστι μεθοδεία; μεθοδεῦσαί ἐστι τὸ ἀπατῆσαι, καὶ διὰ μηχανῆς ἑλεῖν, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν γίνεται, καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, καὶ ἐν παλαίσμασιν ἐπὶ τῶν παραγόντων ἡμᾶς· οἷον τί λέγω· οὐδέποτε φανερὰ προτίθησι τὰ ἁμαρτήματα, εἰδωλολατρείαν οὐ λέγει, ἀλλ᾽ ἑτέρως αὐτὸ κατασκευάζει μεθοδεύων, τουτέστι, πιθανὸν κατασκευάζων τὸν λόγον, ἐπικαλύμμασι κεχρημένος. *Non dixit, adverſus pugnas, neque adverſus bella, ſed adverſus inſidias. Neque enim incautè & apertè nobiſcum bellum gerit inimicus, ſed ex inſidiis, quæ dicuntur* μεθοδεία. *Quid eſt autem* μεθοδεία? Μεθοδεῦσαι *eſt decipere, & compendiaria via ac ratione capere ac ſuperare: quod quidem fit & in artibus, & in orationibus, & in factis, & in luctâ in iis, qui nos ſeducunt. Ut, exempli cauſſâ; Nunquam aperta proponit peccata: non dicit idololatriam, ſed alia ratione id aſtruit, aſtutè agens, hoc eſt, probabilem reddens orationem, & verborum utens involucris.* Theophylactus eodem modo, pag. 566. Οὐκ εἶπε μάχας, ἢ πολέμους, ἀλλὰ μεθοδείας· μεθοδεία γάρ ἐστι τὸ ἀπατῆσαι καὶ διὰ μηχανῆς ἑλεῖν. Οὐ γὰρ φανερὰ προτίθησιν ὁ ἐχθρὸς τὰ ἁμαρτήματα· οἷον, εἰδωλολατρεῖν φανερῶς οὐ παραινεῖ, ἀλλ᾽ ἑτέρως αὐτὸ κατασκευάζει μεθοδεύων, τουτέστι, πιθανὸν τὸν λόγον ποιῶν, καὶ ἐπικαλύμματι χρώμενος. *Non dixit, pugnas aut bella, ſed inſidias: inſidiæ enim ſunt decipere, ac per fraudem capere. Non enim manifeſta proponit hoſtis peccata: exempli gratiâ, ad idololatriam apertè non hortatur, ſed alia quadam ratione rem aggreditur, inſidias ſtruens, hoc eſt, veriſimilia verba faciens, velamentoque utens.* Conſentit etiam Theodoretus, cujus verba ad hunc locum, pag. 318. ſunt; Μεθοδείας, τὰς μηχανὰς ἐκάλεσε· πολλάκις γὰρ καὶ διὰ τοῦ τῆς ἀρετῆς εἴδους κατασκευάζει κακίαν· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ τῇ νηστείᾳ, καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ τῶν δεομένων ἐπιμελείᾳ τὴν κενὴν ἀναμίγνυσι δόξαν, καὶ μέν τοι καὶ τῇ σωφροσύνῃ τοῦ τύφου τὸν μῶμον ἐπιτίθησι. Μεθοδείας *inſidias vocavit & machinationes. Sæpe enim etiam per virtutis ſpecies vitium aſtruit: & nonnunquam jejunio, & orationi, & egenorum ſubventioni inanem gloriam admiſcet, continentiæque itidem arrogantiæ labem aſpergit.* Μεθοδεία eſt, *via, ratio.* Chryſoſtomus Homil. IV. in Geneſin: Πολλαὶ αἱ τοῦ διαβόλου μεθοδεῖαι, τουτέστιν, ὁδοὶ, δι᾽ ὧν ὑποσκελίζειν ἐπιχειρεῖ τοὺς ῥᾳθυμοτέρους. *Multæ ſunt diaboli methodiæ, id eſt, viæ, rationes, quibus decipere conatur ſecuros & incautos.*

Μέλι.

I. *Mellis duo* ſunt *genera: domeſticum* unum, ex apibus, quæ domi aluntur: & alterum *ſylveſtre*, quali legitur Johannes in deſerto vixiſſe, Matth. III. 4. ἡ τροφὴ αὐτοῦ ἦν μέλι ἄγριον. Et Marci I. 6. Ἐσθίων μέλι ἄγριον. Cùm μέλι ἄγριον diſertè ſcribant Evangeliſtæ duo, mirum quosdam eſſe, qui μελαγρίαν, *herbæ genus in deſerto creſcentis*, faciant. Suidas: Μελαγρία, εἶδος βοτάνης φυομένης ἐν ἐρήμῳ. *Melagria: genus herbæ creſcentis in deſerto.* Alii τὰ μέλαγρα ſcribunt, Theophylactus in Cap. III. Matth. pag. 18. Τινὲς λέγουσι βοτάνας εἶναι τὰς ἀκρίδας, ἃς καὶ μέλαγρα καλοῦσι. *Acridas quidam herbas eſſe ajunt, quas etiam* melagra *vocant.* Quæ, utut concederentur, tamen extra rem eſſent. Neque enim legitur Johannes comediſſe μελαγρίαν aut μέλαγρα, ſed μέλι ἄγριον. Nec etiam illa probantur, quæ affert Beda in libro de locis ſanctis, & Thomas in Matthæum ex Arnulpho, in deſerto Johannis arbores fuiſſe latis & rotundis foliis, lactei coloris, & mellei ſaporis, quæ naturâ fragilia manibus confricentur, atque edantur, & hoc dici μέλι ἄγριον, *mel ſylveſtre.* Hic ergo intelligitur mel ſylveſtre ſeu agreſte, quod in ſylvis conficitur ab apibus feris & incultis, eſtque minùs ſapidum quàm mel domeſticum. Ita Theophylactus in Caput III. Matthæi: Μέλι ἄγριον, τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον, ἐν δένδροις εὑρισκόμενον καὶ πέτραις. *Mel agreſte, quod à feris apibus conficitur, & in arboribus ac petris invenitur.* Hoc autem mel non in Judæa tantùm, ſed in aliis etiam regionibus abundâſſe, atque ubertim proveniſſe, etiam in agris & ſylvis, probat Cl. Bochartus de Animalib. parte II. lib. IV. Cap. XII. Pauca inde huc transferimus. Notum eſt illud Solomonis Proverb. XXV. 16. Μέλι εὑρὼν φάγε τὸ ἱκανόν. *Si mel inveniſti, comede quantum ſatis eſt.* Hoc haud dubiè pertinet ad *ſylveſtre mel*, quod in agris paſſim reperiebatur. Ita cùm in agro Samſon in leonem incidiſſet, eumque dilaceraſſet, anno ſequente *mel* reperit, quod in ejus cadavere apes elaboraverant, Judic. XIV. 8. Quale etiam eſt, de quo I Sam. XIV. 25, 26. Nec Judææ hoc fuit peculiare. De Scythia hoc ipſum teſtatur Ælianus lib. XVII. Cap. XXXV. pag. 358. ubi docet, loca quædam

trans

Digitized by Google

trans Iſtrum olim fuiſſe inacceſſa, quia apes ita ſic occuparent, ut non liceret ulteriùs progredi. Paulus Jovius in libro de legatione Moſchovitarum: *Certiſſima Moſchoviæ meſſis in cera & melle conſiſtit. Regio enim tota fœcundiſſimis apibus plena eſt: quæ non in manufactis agreſtium alvearibus, ſed in ipſis arborum cavis probatiſſima mella conficiunt.* Et Maldonatus in Matthæum refert: ſe pauperes homines in Bœtica vidiſſe, qui mel ex ſylvis colligerent, eoque vendendo quæſtum factitarent. Itaque apum, quæ vel in cavis arborum, vel in arundinetis, aut in antris nidificant, frequens apud Poëtas mentio: apud alios etiam ſcriptores. Heſiodus Theogoniæ, v. 2301. ita Bochartus memoriâ lapſus: neque enim tot in Theogonia reperiuntur verſus, neque ibi leguntur, quæ adducit, ſed operum lib. I. v. 230.

-- -- -- -- Οὔρεσι δὲ δρῦς
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

In montibus autem ſumma quidem quercus fert glandes, media autem apes. Nempe ἐν τοῖς κοιλώμασι τῶν στελέχων, *in truncorum cavis*; ut ibi ſcholiaſtes. Phocylides in Νουθετικῷ v. 160.

Κάμνει δ' ἠερίφοιτος, ἀριστοπόνος τε μέλισσα,
Ἠὲ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσιν,
Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος. —

Operatur quoq; aëria & laborioſa apis, aut in antro cavæ petræ, aut in arundinibus, aut in antiquæ quercûs cavitate. De Hybla monte Siciliæ Martialis lib. XI.

Mella jubes hyblæa tibi, vel hymettia naſci.

Virgilius lib. IV. Georgicorum:

Sæpe etiam effoſſis; ſi vera eſt fama; latebris
Sub terra fodère larem, penitusq; reperta,
Pumicibusq; cavis, exeſæq; arboris antro.

Plinius ſcribit, *Sabæos eſſe ditiſſimos ſylvarum fertilitate odorifera, auri metallis agrorum, rigui mellis ceræq; proventu.*

Si igitur non tantùm in Judæa, ſed in aliis etiam regionibus magna mellis copia, quidni à Johanne Baptiſta quoque in cibum potuiſſet adhiberi? Multis videtur vulgare mel lautior eſſe cibus, quàm ut Johanni conveniret in tali abſtinentia. Proinde μέλι ἄγριον, de quo Evangeliſtæ, amarum fuiſſe volunt, & guſtui prorſus ingratum. Sic Iſidorus Peluſiota epiſt. CXXXII. lib. I. pag. 40. illud definit μέλι ὄρειον, ὑπὸ μελισσῶν ἀγρίων γινόμενον πικρότατον ὂν, καὶ πάσῃ γεύσει πολέμιον, *mel montanum, quod ab agreſtibus apibus conficitur, ſummeq; amarum eſt, & guſtatui omni infeſtum atq; inimicum.* Et Euthymius: *Mel agreſte in petrarum ſciſſuris ab agreſtibus apibus conficitur: ſed amarum eſt, ac inſuave.* Sed hæc ſine ſufficienti ratione dicuntur, nec ſcripturæ ſatis conſonant, quæ Judæam à melle non tantopere commendaret, ſi mel in agris proveniens inſuave & amarum eſſet. In certis quidem locis mel amarum progeneratur, ut Sardoum & Corſicum: at in Judæa mel amarum gigni, ne per ſomnium quidem auditum eſt. Quin Geneſ. XLIII. 11. mel eſt ex iis, quæ in terra Canaan laudantur, & decantantur. Et blaſphemus ille Rabſake Aſſyriam ex eo commendat, quòd, inſtar terræ Canaan, oleæ ſit & mellis ferax, II. Reg. XVIII. 52. Sic apud Joſephum lib. V. de Bello, Cap. IV. agri Hierichuntini laudum hæc una, quòd eſt μελιττοτρόφος ἡ χώρα, *apibus alendis apta regio.* Hinc mel è Judæa in alias terras deferebatur. Ut ad Tyriorum nundinas, Ezech. XXVII. 17. & in Ægyptum, Geneſ. XLIII. 11. Quamvis ipſa etiam Ægyptus melle abundâſſe legatur, Num. XVI. 13. Nec eſt, quòd quis hæc ſibi fingat non niſi de domeſtico melle dici. Agreſte enim fuit mel illud, cujus dulcedinem Samſon tam illuſtribus verbis deprædicavit Jud. XIV. 14. Et mel aliud, quo deguſtato, Jonathanis oculi aperti ſunt I. Sam. XIV. 29. Agreſte etiam erat mel petræ, id eſt, ex petrarum fiſſuris manans, in quibus feræ apes mellificabant. Tamen id cenſetur in deliciis, quas populo ſuo Deus obtulit, Deuteron. XXXI. 20. Pſal. LXXXI. 17. Itaque tam in ſylveſtri, quàm domeſtico melle fuit, quod palato ſaperet.

II. *Mel inter ea, quæ vitæ maximè ſunt neceſſaria, poſuerunt Hebræi veteres.* Ut Sirachides Cap. XXXIX. v. 21. Ἀρχὴ πάσης χρείας εἰς ζωὴν ἀνθρώπου, ὕδωρ, πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ ἅλας, καὶ σεμίδαλις πυροῦ, καὶ μέλι, καὶ γάλα, &c. *Principium omnis neceſſitatis ad vitam hominis* (id eſt, primas tenent inter ea, quæ ad vitam maximè requiruntur) *aqua, ignis, ferrum, ſal, frumenta, ſimila, mel, lac,* &c. Infantili quoque ætati convenire hunc cibum, probatur ex celebri Jeſajæ loco de Emmanuele Cap. VII. 15. Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. *Butyrum & mel comedet, antequam ſciat eligere mala, & eligere bonum.* Baſilius, Παιδικῇ τροφῇ χρῆται ὁ Ἐμμανουὴλ διὰ τὴν σάρκα, βουτύρῳ καὶ μέλιτι. *Puerili alimento utitur Emmanuel propter carnem, butyro nempe & melle.* Hæc apud eum leguntur in Cap. VII. Jeſajæ, pag. 1006. Cyrillus ad eundem locum, Τροφὴν αὐτῷ γεγενῆσθαι λέγων τὴν νηπίοις πρέπουσαν, βούτυρόν τε καὶ μέλι. *Cibum ei fore dicens parvulis convenientem, butyrum & mel.* Hieronymus, *Cibis utitur infantiæ, Butyrum comedet, & mel.* Bernhardus de Adventu ſerm. II. *Butyrum, inquit, & lac comedet, ac ſi dicat, parvulus erit, & veſcetur infantilibus alimentis.* Inde eſt, quòd in Baptiſmo, in quo fideles renaſcuntur, *lac & mel* prægustandum dabant veteres. Tertullianus de Corona militis Cap. III. *Inde ſuſcepti lactis & mellis concordiam prægustamus.* Quò alludens Hieronymus adverſus Luciferianos Cap. IV. è lavacro egreſſos dicit *lactis & mellis prægustare concordiam ad infantiæ ſignificationem.* De hoc ritu vide in voce Βάπτισμα, n. VIII. ſub. lit. *o.* maximè in voce Σύναξις, num. V. 1. ſub lit. *b.*

Μελίζω.

Μελίζω, à μέλος *membrum*, ſignificat *membratim concido, trunco.* Heſychius: Μελιοῦσι, καταπίπτουσι. Lege κατακόψουσι. *Membratim concident.* Reſpicit ad Levit. I. 6. ubi, Καὶ ἐκδείραντες τὸ ὁλοκαύτωμα, μελιοῦσιν αὐτὸ κατὰ μέλη. Aliquoties legitur apud LXX. interpretes, etiam in Græcorum Liturgiis de pane Euchariſtico. In Liturgia Jacobi, pag. 34. Καὶ εὐθέως ἄρχεται μελίζειν. *Et ſtatim incipit dividere,* nempe dimidiam panis partem, quam dextera tenet. Pag. 35. Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος ὁ μελιζόμενος καὶ μὴ μεριζόμενος, καὶ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενος, καὶ μὴ δαπανώμενος. *Guſtate & videte quòd benignus eſt Dominus, qui in partes diſtributus, nec diviſus, & fidelibus impertitus, nec conſumtus eſt.* In Liturgia Chryſoſtomi pag. 103. Μέλισον δέσποτα τὸν ἅγιον ἄρτον. Ὁ δὲ ἱερεὺς μελίζων αὐτὸν εἰς τέσσαρα, μετὰ προσοχῆς καὶ εὐλαβείας λέγει· Μελίζεται καὶ διαμερίζεται ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὁ μελιζόμενος καὶ μὴ διαιρούμενος, &c. *Divide Domine ſanctum panem. Sacerdos verò dividens eum in quatuor, cum attentione & reverentia dicit: Dividitur & diſtribuitur agnus Dei, Filius Patris, qui dividitur, ſed non diſtrahitur,* &c. De eodem uſurpatur μελισμὸς in Liturgia Baſilii, p. 103.

Μελιτοτροφέω.

Non habent Lexica. *Melle alo.* Pſellus in Canticum, pag. 726. de Chriſto ſic ſcribit:

Τὸς

Digitized by Google

Τοὺς μὲν γὰρ γαλακτοτροφεῖς τοὺς ἔτι νηπιεστέρους,
Τοὺς δ' αὖ γε μελιτοτροφεῖς, τουτέστι, τοὺς τελείους.

Nam imbecilliores quidem lacte paſci, melle autem perfectiores.

Μελιτοτροφία.

Non habent Lexica. *Nutrimentum, nutricatio, quæ fit melle.* Legitur apud Pſellum in Canticum, p. 731.

Μέλιττα.

I. Cùm *apes* vindictæ ſint cupidiſſimæ, & velociter ac confertim invadant eos, à quibus læſæ fuerint: hinc *per apes metaphoricè* denotantur hoſtes crudeliſſimi, velociſſimi & confertiſſimi. Vide Jeſajæ, VII. 18. *Sibilabit Dominus* μυίαις καὶ τῇ μελίσσῃ, *muſcis & api.* Ad quæ Theodoretus, pag. 35. Μελίττας τοὺς Ἀσσυρίους καλεῖ· σφοδρότερον γὰρ τὸ τῆς μελίττης τὸ κέντρον. *Apes Aſſyrios appellat, quoniam apis acrior eſt ſtimulus.* Pſ. CXVIII. 12. Pſaltes de hoſtibus ſuis dicit: Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον. *Circumdederunt me ſicut apes favum.* Theodoretus, pag. 874. Καθάπερ φησὶ μέλιτται κηρίον εὑροῦσαι τὴν τοῦ μέλιτος ἐκμυζῶσιν ἰκμάδα. οὕτως οὗτοι τὴν ἐνοῦσάν μοι γλυκύτητα τῆς εὐσεβείας ἀφελεῖν ἐπειράθησαν. *Quemadmodum, inquit, apes favum invenientes mellis humorem ſugunt: ſic iſti pietatis dulcedinem, quæ in me eſt, mihi eripere ſunt conati.*

II. *In apibus obſervanda eſt ſedulitas & prudentia.* Prov. VI. 8. apud LXX. poſt locum notiſſimum *de formica*, hæc leguntur: Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί, τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται· ποθεινὴ δέ ἐστι πᾶσι καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενής, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη. *Apem adi, & diſce quàm operoſa ſit, quamq́ue auguſtum opus exerceat; cujus laboribus & reges & privati veſcuntur ſalubriter: eaq́ue omnibus eſt amabilis & illuſtris. Et quamvis viribus infirma ſit, tamen ſapientiæ ſtudio promovit.* Etſi hæc nec in contextu Hebræo, nec in Chaldæa, nec in Syra, nec in Romana verſione occurrant, eorum tamen multi veterum meminere. Id facit Clemens Alex. Strom. I. pag. 287. Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρέ· καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος· ὃς πολλὴν καὶ παντοδαπὴν ἐν τῷ ἀμήτῳ παρατίθεται πρὸς τὴν τοῦ χειμῶνος ἀπειλὴν τὴν τροφήν. ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί· καὶ αὐτὴ γὰρ πάντα τὸν λειμῶνα ἐπινεμομένη, ἓν κηρίον γεννᾷ. Vade ad formicam, ô piger, & efficere illa ſapientior, *quæ multum & omnis generis nutrimentum recondit tempore meſſis adverſus minas hyemis:* aut vade ad apem, & diſce quàm operoſa ſit. *Ipſa enim omne pratum depaſcens, unum favum generat.* Ita etiam Origenes l. IV. contra Celſum, p. 217. ubi inter alia dicit, apum exemplum propterea hominibus à Deo proponi, ἵνα καταμαθόντες μελίσσας πείθωνται μὲν ἡγεμονίαις, διαιρῶνται δὲ τὰ χρήσιμα τῆς πολιτείας ἔργα πρὸς σωτηρίαν τῶν πόλεων, *ut apes conſiderando diſcant parère magiſtratibus & ad publicam incolumitatem conſervandam diſpenſare inter cives functiones & opera.* Baſil. quoque Cæſar. Hom. VIII. in Hexaëmeron, p. 102, 103. multa notatu digniſſima de apibus proponit: inter quæ etiam iſta: Ἀκουέτωσαν χριστιανοί, οἷς πρόσταγμά ἐστι μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι, ἀλλὰ νικᾷν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν· μίμησαι τῆς μελίσσης τὸ ἰδιότροφον, ὅτι οὐδενὶ λυμαινομένη, οὐδὲ καρπὸν ἀλλότριον διαφθείρουσα τὰ κηρία συμπήγνυται. *Audiant Chriſtiani, quibus lege ſancitum eſt, nemini unquam homini pro malo reddere malũ ſed malum vincere bono. Imitare mores apis peculiares* (ita interpres, rectè, ſi ſcriptum eſſet ἰδιότροπον at ἰδιότροφον aliud innuit; ἰδιότροφα ſunt, *quæ peculiaribus ſibi nutrimentis utuntur,*) *quæ nemini prorſus officiens, nec alienos ullos fructus corrumpens, favos exſtruit ac compingit.* Mox addit: Καλῶς καὶ περιπέπλεκται αὐτῇ τῶν ἐπαίνων παρὰ τῆς παροιμίας τετύχηκε, σοφὴ καὶ ἐργάτις ὀνομασθεῖσα· οὕτω μὲν φιλοπόνως τὴν τροφὴν συναγείρουσα (ἧς τοὺς πόνους, φησί, βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται) οὕτω δὲ σοφῶς φιλοτεχνοῦσα τὰς ἀποθήκας τοῦ μέλιτος, ὡς τὸ πυκνὸν τῆς τῶν μικροτάτων πρὸς ἄλληλα δέσεως, ἔρεισμα γίνεσθαι τῷ παντί. *Pulchra decoraq́ue laude à Proverbiorum autore prædicata eſt apis, ſapiens & operoſa nuncupata; adeò pabulum diligenter elaborateq́ue congerens; cujus labores, inquit, tam reges quàm privati homines ad tuendam ſanitatem edunt; adeò exacta miraq́ue arte apothecas mellis exſtruens atq́ue fingens, ut ipſarum adeò minutarum inter ſeſe vinculi denſitas univerſo operi ſit munimentum.* Cum prioribus Baſilii verbis conſonant ſequentia Chryſ. Homil. XII. ad populum Antiochenum, tom. VI. p. 540, 541. ubi poſtquam ſuperiora ex Proverbiis adduxiſſet, hanc ſubjicit exhortationem: Ἀπὸ τῆς μελίττης καὶ τὸ φιλόπονον μάνθανε, καὶ τὸ φιλάλληλον· καὶ γὰρ ἐκείνη οὐχ ἑαυτῇ μᾶλλον ἢ ἡμῖν πονεῖ καὶ ταλαιπωρεῖται καθ' ἑκάστην ἡμέραν· ὃ μάλιστα ἴδιον χριστιανῷ τὸ μὴ τὰ ἑαυτοῦ ζητεῖν, ἀλλὰ τὰ τῶν ἑτέρων· ὥσπερ οὖν ἐκείνη πάντας περιίπταται τοὺς λειμῶνας, ἵνα ἑτοίμην ἑτέρῳ παρασκευάσῃ τράπεζαν· οὕτω καὶ σὺ ποίησον ἄνθρωπε, κἂν χρήματα συλλέγῃς, εἰς ἑτέρους δαπάνησον· κἂν λόγους διδασκαλίας ἔχῃς, μὴ κατορύξῃς, ἀλλὰ πρόθες εἰς μέσον τοῖς δεομένοις· κἂν ἕτερον ἔχῃς πλεονέκτημα, γενοῦ χρήσιμος τοῖς δεομένοις τῶν σῶν ἀπολαύειν πόνων. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο μάλιστα τῶν ἄλλων ἐστὶν ἐντιμοτέρα ζώων ἡ μέλιττα, οὐκ ἐπειδὰν πονεῖ, ἀλλ' ἐπειδὰν ἑτέροις πονεῖ; ἐπεὶ καὶ ὁ ἀράχνης πονεῖ, καὶ ταλαιπωρεῖται καὶ λεπτὰ διατείνει κατὰ τοὺς τοίχους ὑφάσματα πᾶσαν γυναικὸς σοφίαν ὑπερβάλλοντα, ἀλλ' ἔστιν ἄτιμον τὸ ζῶον, ἐπειδὰν τὸ ἔργον ἡμῖν οὐδαμοῦ χρήσιμον· τοιοῦτοί εἰσιν οἱ ἑαυτοῖς κάμνοντες καὶ ταλαιπωρούμενοι. *Ab ape munditiam, & ſolertiam diſce, atq́ue charitatem. Etenim illa non magis ſibi ipſi quàm nobis laborat, & quotidie fatigatur: quod maximè Chriſtiano proprium eſt, non ſua quærere, ſed & quæ ſunt aliorum. Sicut igitur illa omnia circumvolitat prata, ut promtam alteri præparet menſam: ſic & tu fac homo, ſive pecunias colligas, in alios expende: ſive doctrinæ verba habeas, ne defodias, ſed proponas indigentibus in medium: ſive aliam prærogativam habeas, indigentibus laborum tuorum utilis ſias. Non vides, quòd propterea animalium glorioſiſſima eſt apis, non quia laborat, ſed quia aliis laborat? Quoniam & aranea laborat, & fatigatur, & tenues per parietes extendit texturas, omnem mulieris ſapientiam excedentes, ſed eſt ignobile animal, quoniam opus ejus nobis nullatenus eſt utile: tales ſunt ſibi laborantes, & ſe defatigantes.* Ibidem: Καθάπερ ἡ μέλιττα τοῖς λειμῶσιν ἐφιπταμένη οὐ πάντα ἐκλέγει, ἀλλὰ τὰ χρήσιμα λαβοῦσα, τὰ λοιπὰ ἀφίησιν· οὕτω καὶ σὺ ποίησον. *Quemadmodum apis per prata volitans non omnia colligit, ſed utilibus collectis, reliqua relinquit: ita tu quoq́ue fac.* Ad apes quoque nos ablegat Greg. Nazianz. orat. XLIII. p. 703. Ἀεὶ μὲν ἡ φίλεργος μέλισσα τὸ σμῆνος ἐλκύσασα, καὶ τὸν σίμβλον ἀπαναστᾶσα, τὴν ἑαυτῆς σοφίαν ἐπιδείκνυται, καὶ λειμῶνας ἐφίπταται, καὶ συλᾷ τὰ ἄνθη· καὶ ἡ μὲν ποιεῖ τὰ κηρία, ταῖς ἑξαγώνοις καὶ ἀντιθέτοις σύριγξι ἐξυφαίνουσα, καὶ ταῖς εὐθείαις ταῖς γωνίαις ἐναλλάττουσα, ἔργον ὁμοῦ κάλλους καὶ ἀσφαλείας· ἡ δὲ μέλι ταῖς ἀποθήκαις ἐναποτίθεται καὶ γεωργεῖ τῷ ξενίζοντι καρπὸν γλυκὺν καὶ ἀνήροτον· ὡς ὤφελόν γε καὶ ἡμεῖς οἱ Χριστοῦ μελισσῶν καὶ τοιοῦτο λαβόντες σοφίας καὶ φιλοπονίας ὑπόδειγμα. *Nunc ſedulæ apes, ſolutis pennis, & relictis alvearibus, ſapientiæ ſuæ documentum præbent, atq́ue ad prata convolant, floresq́ue diripiunt: ac partim cellulas elaborant, ſex angulas & inter oppoſitas fiſtulas attexentes, rectasq́ue angularibus alternantes, non minùs ad operis elegantiam, quàm ad ſecuritatem: partim mel in borrea recondunt, atq́ue hoſpiti ſuo dulcem fructum & inaratum proferunt: quemadmodum utinam nos quoq́ue qui Chriſti apiarium ſumus, ac tale partim ſapientiæ, partim induſtriæ & laboris exemplum accepimus.* Locum ex Proverbiis etiam adducit Greg. Nyſſenus Homil. IX. in Canticum

ticum, tom. I. pag. 604. & quid exemplo apum Deus nos docere velit, ita exponit: Συμβουλεύει δὲ διὰ τῶν εἰρημένων μηδενὸς ἀπέχεσθαι τῶν ἀγαθῶν μαθημάτων, ἀλλὰ τῷ λειμῶνι τῶν θεοπνεύστων ἐφιπτάμενον λόγων, ἀφ' ἑκάστου τι πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς σοφίας ἀπανθιζόμενον, κηροπλαστεῖν ἑαυτῷ τὸ κηρίον, οἷον ἐν σίμβλῳ τινὶ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ τὴν φιλεργίαν ταύτην ἀποτιθέμενον. ὥσπερ τινὰς ἐν κηρίῳ σύριγγας, τῶν πολυειδῶν μαθημάτων ἀσυγχύτους ἐν τῇ μνήμῃ τὰς θήκας δημιουργήσαντα· καὶ οὕτω κατὰ μίμησιν τῆς σοφῆς ἐκείνης μελίσσης, ἧς ἡδὺ μὲν τὸ κηρίον, ἀπλήκτον δὲ τὸ κέντρον, τὴν σεμνὴν ταύτην τῶν ἀρετῶν ἐργασίαν διαπαντὸς ἐμπορεύεσθαι. Ἐμπορεύεται γὰρ ὡς ἀληθῶς, τὰ ἀγαθὰ τὰ αἰώνια τῶν τῇδε πόνων διαμειβόμενος, καὶ τοὺς ἰδίους πόνους εἰς ψυχικὴν ὑγίειαν βασιλεῦσί τε καὶ ἰδιώταις νέμων· ὥστε ποθεινὴν τῷ νυμφίῳ τὴν τοιαύτην γενέσθαι ψυχήν, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐπίδοξον, ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦσαν τὴν δύναμιν διὰ τὴν τῆς σοφίας τιμήν. *Conſulit autem per ea quæ dicta ſunt, à nulla bona abſtinere diſciplina, ſed pervolantem pratum inſpiratorum à Deo eloquiorum, colligendo aliquid tanquam florem ex unoquoque eorum ad procreationem ſapientiæ, ſibi fabricari ceram in corde ſuo, tanquam alveari quodam, reponendo hanc induſtriam & laborem multiplicium diſciplinarum inconfuſis in memoria loculis, tanquam quibusdam in favo mellis fiſtulis fabricatis: & ſic inſtar ſapientis illius apis, cujus favus quidem eſt dulcis, non pungens autem ſtimulus, perpetuò nundinari hanc præclaram virtutum operationem. Verè enim ille nundinatur, qui bona æterna laboribus, qui hìc ſuſcipiuntur, permutat, & ſuos labores ad ſanitatem animæ diſtribuit regibus & privatis: adeò ut ſponſo fiat hæc anima deſiderabilis, claraq; & inſignis angelis, dum in infirmitate perficit virtutem propter honorem ſapientiæ.* Vide inſuper Theodoretum orat. V. de Providentia, ſtatim poſt initium, tom. IV. p. 365.

Μελογραφέω.

Verbum hoc à Lexicographis omittitur. Significat *membra alicui attribuo*, & uſurpatur de Anthropomorphitis hæreticis, Deo membra humana tribuentibus. Cæſarius, quæſt. LXXVII. pag. 180. Τί οὖν; μελογραφεῖς (perperam editum μελογροφεῖς) τὸ θεῖον πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, ὦτα, καὶ βραχίονας, καὶ σκέλη ἔχειν αὐτὸ δηλῶν; *Quid igitur? num Numini membra attribuis ad noſtram imaginem & ſimilitudinem, docens illud habere aures, brachia, & crura?* Idem, Interrog. CLVI. Τί μελογραφεῖς τὸ ἁπλοῦν, καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀσχημάτιστον; *Cur membra attribuis ſimplici, & incompoſito, & figurâ carenti?* Apud eundem, Interrogat. CLXIX. eſt μελογραφεῖν τὸ θεῖον, *membra Deo adſcribere.* Severinus orat. V. de Creatione: Ἔστιν αἵρεσις ἕως σήμερον, ἀνθρωπόμορφον λέγουσα τὸ θεῖον. Ἐπειδὰν γὰρ ἤκουσαν οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου, καὶ τὰ ὦτα Κυρίου, καὶ ὠσφράνθη Κύριος, καὶ τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε, καὶ ἡ χεὶρ Κυρίου ἐποίησε, καὶ οἱ πόδες τοῦ Θεοῦ ἔστησαν, ἐμελογράφησαν τὸ ἀσώματον, ἀγνοοῦντες τὴν ἄτοπον ἔννοιαν. *Eſt hæreſis in hunc uſq; diem, quæ Deum humanam formam habere dicit. Cùm enim audirent.* Oculi Domini, & aures Domini, & odoratus eſt Dominus, & os Domini locutum eſt, & Manus Domini fecit, & Pedes Dei ſteterunt, *membra tribuerunt incorporeo, ignorantes abſurdam hanc cogitationem.*

Μελοκοπέω.

Non habent Lexica. *Membra amputo.* Dorotheus Doctr. XXIII. pag. 862. Οἱ ἅγιοι μάρτυρες ζῶντες κατετέμνοντο τὰς σάρκας ξεόμενοι, βασανιζόμενοι, μελοκοπούμενοι. Hilarion Veroneus ſic reddit: *Sancti martyres viventes conciderunt carnes ſuas, excoriati, ſecti, cruciati, multis laboribus & tormentis afflicti.* Malè, & contra ſenſum. Vera interpretatio eſt: *Martyrum viventium carnes*, vel *corpora vulneribus & ictibus concidebantur, dilaniabantur, torquebantur, membra eorum amputabantur.* Hinc μελοκοπία, *membrorum amputatio.*

Μέλος.

Μέλος, *Membrum*, ſumitur

I. *Propriè*, & notat μέρος τοῦ σώματος, *partem corporis*, ut loquitur Heſychius. Idem Μέλη, τὰ γυῖα. *Membra.* Ita vox accipitur frequentiſſimè in ſacris. Unum & alterum locum adduxiſſe ſufficiet. Matth. V. 29. dicit Chriſtus: Συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. *Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Similis locutio Joh. XI. 50. Συμφέρει ἡμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, &c. καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. At hæc ad locutionem: ad ſenſum Philo lib. Quòd deter. inſid. pot. Ἐξευνουχισθῆναι ἄμεινον, ἢ πρὸς συνουσίας ἐκνόμους λυττᾷν. *Satius eſt caſtrari, quàm inſaniâ quadam in ſceleratos ferri concubitus.* Cicero III. de officiis: *Amputantur membra quædam ſi -- nocent reliquis partibus corporis.* Idem in Philippicis: *In corpore ſi quid ejuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, uri ſecariq; patimur, ut membrum aliquod potiùs, quàm totum corpus intereat.* I. Corinth. XII. 17, 18, 19, 20. &c. multa de membris Apoſtolus. v. 17. dicit: Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμός, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοή, ποῦ ἡ ὄσφρησις; *Si totum corpus oculus, ubi auditus? ſi totum auditus, ubi odoratus?* Chryſoſtomus Homil. X. in I. ad Corinth. p. 304. Παντός ἐστι σώματος, καὶ ἑνὸς ἑκάστου μέλους ἡ διακονία· ὅταν δὲ ἑνὸς μόνου μέλους γίνηται, καὶ τὴν ἰδίαν ἀπόλλυσιν ἐνέργειαν. *Totius eſt corporis, & uniuscujusq; membri miniſterium, ſi autem fuerit unius ſolius membri, etiam propriam perdit operationem.* Verſu 18. Ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησε. *Deus poſuit membra, unumquodque eorum in corpore ſicut voluit.* Theodoretus ad hunc & præcedentem verſum, pag. 182. Εἰ ἔμελλεν ἅπαν τὸ σῶμα ἓν ἔχειν μέλος τὸ τιμιώτατον, ἄχρηστον ἂν ἦν παντελῶς, τῶν λοιπῶν ἐστερημένον μελῶν. -- Εἰ ὁ Θεὸς τοῖς τοῦ σώματος μορίοις τὰς ἐνεργείας ἀπένειμεν, ὁ μὴ τοῖς κειμένοις ὅροις ἐμμένων, ἄντικρυς ἀντιτείνει τῷ τεθεικότι τοὺς ὅρους. *Si totum corpus haberet unicum membrum, idq; præſtantiſſimum, eſſet penitus inutile, reliquis membris deſtitutum. -- Si Deus corporis partibus officia & actiones diſtribuit, qui non ſtat iis, quæ definita ſunt, apertè repugnat ei, qui definiit.* Quintilianus lib. VII. C. I. *Et, ſi quam in corporibus noſtris aliorúmve animalium partem permutes & transferas, licèt habeant eadem omnia, prodigium fit tamen.* V. 22. Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι. *Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt.* Theod. ad hunc locum, p. 183. Ἀσθενέστερα τῶν μορίων, καὶ ἀναγκαιότερα, τὸ ἧπαρ καὶ ὁ ἐγκέφαλος· ταύτων γὰρ τὰ ὀστᾶ στεγανώτερα· ἀλλ' ὅμως πλείονος ἀσφαλείας τετύχηκε παρὰ τοῦ ποιητοῦ. *Ex partibus imbecilliores & magis neceſſariæ ſunt jecur & cerebrum: oſſa enim his firmiora ſunt & validiora: majorem tamen ſecuritatem ab effectore conſecutæ ſunt.* Clemens in epiſt. ad Corinthios: Καὶ τὰ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι. *Et minima corporis noſtri membra toti corpori neceſſaria ſunt.* Photius Epiſt. CCXLI. p. 384. de κνήμῃ & ἀντικνημίῳ· ταῦτα τῷ σώματι τοῦ ζώου βραχύτερα πολλῶν μελῶν ὄντα, ὅμως ὑποστηρίζει καὶ ἀναβαστάζει τὸν ὅλον τοῦ συγκρίματος ὄγκον. *Iſta in corpore breviora ſunt, quàm multa alia membra, tamen ſuſtinent & ſuffulciunt molem totius compoſiti.* v. 25. Τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη. *Id ipſum pro invicem ſolicita ſunt membra.* v. 26. Καὶ εἴτε πάσχει ἓν

μέλος

Digitized by Google

μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, &c. *Et ſive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*, &c. Theophylactus ad hæc verba, pag. 270. Ἀκάνθης ἐμπαρείσης, καὶ τῇ πτέρνῃ ἐμπαγείσης, ὅλον τὸ σῶμα αἰσθάνεται καὶ μεριμνᾷ· κεφαλὴ κύπτει, νῶτος συγκάμπτεται, γαστὴρ καὶ μηροὶ συστέλλονται, ὀφθαλμοὶ ὁρῶσι μετὰ πολλῆς τῆς φροντίδος· χεῖρες ἐξαιροῦσι τὸ παγέν. Ἡ γὰρ ἀκριβὴς ἕνωσις κοινὰς ποιεῖται τὰς συμφορὰς, καὶ τὰς εὐδοκιμήσεις· οὕτω γοῦν, ὡς εἴπομεν, τῆς πτέρνης πλαγείσης πάντα συμπάσχει· πάλιν, εἰ στεφανοῦται ἡ κεφαλὴ καὶ τοῖς λοιποῖς μέλεσι δόξα καὶ χαρὰ, ὀφθαλμοὶ εἰσι καλοὶ, καὶ τὸ πᾶν σῶμα δοκεῖ καλόν. *Spinâ incidente, calcaneoq; infixâ, totum corpus ſentit & ſolicitum eſt: caput ſe inclinat, dorſum inflectitur, venter & femora contrahuntur, oculi multa cum ſolicitudine intuentur, manus, quod infixum erat, eximunt. Exacta enim conjunctio communes facit calamitates & glorias. Proinde, ut jam diximus, calcaneo vulnerato, totum corpus ſimul patitur & dolet: rurſum, ſi caput coronetur, reliquis inde membris & gloria & gaudium emergit, oculi ſunt pulchri, ac totum corpus formoſum apparet.* Deſumta ſunt hæc ex Homil. XXXI. pag. 446. Chryſoſtomi in I. ad Corinthios; ubi plura in eandem ſententiam. Theodoretus ad præſentem locum, pag. 183. Τοῦ ποδὸς προσπταίοντος, ἅπαν ἀνιᾶται τὸ σῶμα, καὶ ὄνυχος πέρα τῆς χρείας τεμνομένου, πάντοσε χωρεῖ τῆς ὀδύνης ἡ αἴσθησις· καὶ γλώττης βλασφημούσης ἢ ψευδομένης, δακρύουσιν ὀφθαλμοί· καὶ αὖ πάλιν ῥητορευούσης μειδιῶσι, τὴν εὐφροσύνην ὑποσημαίνοντες. *Si pedes offendantur, totum corpus moleſtiâ afficitur: & ſi unguis plùs quàm opus ſit ſecetur, per totum corpus pervadit ſenſus doloris: & ſi lingua maledicat, vel mentiatur, flent oculi, & rurſus ſi oratoriè loquatur, ſubrident, gaudium ſignificantes.* Vide etiam Chryſoſtomum Homil. V. & XIV. in epiſt. ad Epheſios. Ambroſius offic. lib. III. cap. III. *In uno membro totum corpus violatur.* Item: *Sic naſcimur, ut conſentiant membra membris, & alterum alteri adhæreat, & obſequantur ſibi mutuo miniſterio: quòd ſi unum deſit officio ſuo, impediantur & cætera.* Auguſtinus in Pſal. LXXXVI. *Lingua ſolet dicere, calcato pede, Quid me calcas? linguam nullus tetigit, compaſſione clamat, non attritione.* Vide elegantiſſima apud Cl. Priceum in Cap. XII. epiſt. I. ad Corinthios.

II. *Impropriè*, & notat *internas animæ facultates*. Ita intelligendus Macarius, quando Homil. II. pag. 22. dicit; Ὁ ἄρχων ὁ πονηρὸς οὐκ ἀφῆκεν οὔτε ἓν μέλος τῆς ψυχῆς ἐλεύθερον ἀπ' αὐτοῦ, οὐ λογισμοὺς, οὐ νοῦν, οὐ σῶμα, ἀλλ' ἐνέδυσεν αὐτὴν πορφυρίδα σκότους. *Princeps, malignus ille nullam omnino animæ partem reliquit intactam, non cogitationes, non mentem, non corpus, ſed eam induit veſte purpurea tenebrarum.* Homil. eadem, pag. 25. Παρακαλέσωμεν τὸν Θεὸν ἵνα διαχωρίσῃ καὶ παύσῃ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὴν ἁμαρτίαν, τὴν κατοικοῦσαν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἡμῶν. *Rogemus Deum, ut ſeparet & depellat ab anima peccatum habitans in membris animæ & corporis noſtri.* Idem, Homil. VII. Μέλη ψυχῆς εἰσὶ πολλὰ, νοῦς, συνείδησις, θέλημα, λογισμοὶ κατηγοροῦντες καὶ ἀπολογούμενοι. *Multa ſunt animæ membra, mens, conſcientia, voluntas, cogitationes accuſantes & excuſantes.* Quemadmodum autem ei *membra* tribuit, ita etiam *corpus*: quo verò ſenſu, docebimus in voce ψυχή.

Μελχισεδέκ.

Melchiſedech, ut docet Apoſtolus ad Hebr. VII. 2. primùm quidem ex interpretatione dicitur βασιλεὺς δικαιοσύνης, *rex juſtitiæ*: deinde verò βασιλεὺς Σαλήμ· ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, *rex Salem: quod eſt rex pacis.* Vide *de ejus ſacerdotio.* Geneſ. XIV. 18. Pſal. CX. 4. ad Hebr. VII. 1. V. 6. VII. 11, 15, 17, 22. Occurrit Abrahamo revertenti à cæde regum Geneſ. XIV. 18. Hebr. VII. 2. & tanquam Rex Abrahamum & milites ejus convivio excipit & reficit: Ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον, *protulit panes & vinum.* Joſephus, Antiquitat. lib. I. Cap. XI. pag. 18. Ἐχορήγησε δὲ οὗτος ὁ Μελχισεδέκης τῷ Ἀβράμου στρατῷ ξένια, καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων παρεῖχε. *Hic Melchiſedecus milites Abrahami hoſpitaliter habuit, nihil eis ad victum deeſſe paſſus.* Cyrillus Alex. lib. II. Glaphyr. in Geneſin, p. 62. dicit illum οἶνόν τε καὶ ἄρτους παραχεῖν, *vinum & panes exhibuiſſe* ſc. Abrahamo. Et mox: Ἄρτους καὶ οἶνον ἐξεκόμιζε, *panes & vinum exportabat.* Nihil *de oblatione*, quamvis interpres Pontific. id inde exſculpere conetur, reddendo ἐξεκόμιζε, *obtulit.* Interim tamen negari non debet, quoſdam ex Patribus ſtatuiſſe, hac ratione præfiguratam fuiſſe S. Cœnam; ut videre eſt apud Epiphanium hæreſi LV. pag. 205. & apud Chryſoſtomum Homil. XLV. tom. VII. pag. 372. Ad Hebræos VII. 3. dicitur ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος· μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. *Sine patre, ſine matre, ſine genere: nec initium dierum, neq; vitæ finem habens.* Ex his verbis multi occaſionem arripuerunt varia comminiſcendi & de Melchiſedecho, & curioſè inquirendi quiſnam fuerit: de quibus diſtinctè agemus.

I. *Quidam exiſtimârunt, eum non fuiſſe hominem, ſed virtutem Dei*, &c. Hic fuit error *Melchiſedechianorum*, Teſte Auguſtino de Hæreſibus, Cap. XXXIV. Ita autem fuerunt appellati à materia, circa quam deliri homines iſti & inſani errârunt, non autem ab erroris autore. Ejus enim primus autor; ut tradit Theodoretus hæret. fab. lib. II. Cap. VI. pag. 221. fuit *Theodotus* ἀργυραμοιβὸς τὴν τέχνην, *arte argentarius*, Theodoti Byzantini coriarii diſcipulus & ſectator. Vixiſſe autem videtur Theodotus iſte ſub Zepherino P. Rom. & Severo Imp. circa annum à Chriſto paſſo CLXXIV. quia proximè Theodotianis hæreticis ſucceſſit, quorum errorem à ſe auctum & multiplicatum in aliis capitibus ſecutus eſt vir audax & impius. De Melchiſedechianorum errore ſic Theodoretus loco ſuprà dicto. Τοὺς δὲ μελχισεδεκιανοὺς, τμῆμα μὲν εἶναι τούτων φασὶ, καθ' ἓν δὲ μόνον διαφωνεῖν, τὸ τὸν Μελχισεδὲκ δύναμίν τινα καὶ θείαν καὶ μεγίστην ὑπολαμβάνειν, κατ' εἰκόνα δὲ αὐτοῦ τὸν Χριστὸν γεγενῆσθαι. *Melchiſedechianos autem iſtorum* (Theodotianorum) *partem eſſe tradunt, & in una tantùm re diſſentire, quòd Melchiſedechum potentiam quandam & divinam & maximam eſſe putant, ad ejuſq; imaginem Chriſtum eſſe factum.* Autor etiam de quæſt. ex Nov. Teſt. apud Auguſtinum, quæſt. CIX. conatur oſtendere, *Melchiſedechum non fuiſſe hominem.* Idem cenſuit Hierax, qui voluit *Melchiſedechum eſſe ipſum Spiritum ſanctum.* Sic namque de eo Epiphanius hæreſi LV. pag. 205. Ὁ μὲν Ἱέραξ τοῦτον νομίζει Μελχισεδὲκ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Hierax quidem exiſtimat hunc Melchiſedechum eſſe Spiritum ſanctum.* Et hæreſi LXVII. p. 304. de eodem, *Docuit* περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Μελχισεδὲκ, *de Spiritu ſancto, eum eſſe Melchiſedechum.* Ita etiam Cyrillus, non nominato tamen autore, lib. II. Glaphyr. in Geneſin, pag. 57. refert, quoſdam docuiſſe, ὡς ἄνθρωπος μὲν οὐκ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ· τὸ πνεῦμα δὲ μᾶλλον τὸ ἅγιον· ἤγουν ἑτέραν τινὰ δύναμιν τῶν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, τὴν λειτουργικὴν ἔχουσαν τάξιν. *Melchiſedechum quidem non fuiſſe hominem, ſed potiùs Spiritum ſanctum; vel aliam aliquam potentiam ſupernam & cæleſtem ex ordine miniſtratorio.* De *Angelo* etiam Auguſtinus lib. I. quæſt. ſuper Geneſ. quæſt. LXXII. *Melchiſedechi enim tanta fuit excellentia, ut à nonnullis dubitetur, utrum homo an Angelus fuerit.* Quidam etiam *in Eccleſia*, ut loquitur Epiphanius hæreſi LV. pag. 206. νομίζουσι φύσει τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου τότε τῷ Ἀβραὰμ

πεφηνέναι, *exiſtimant, eum, qui naturâ Filius Dei eſt, tunc Abrahamo apparuiſſe.* Alii rurſus, ut teſtatur Chryſoſtomus Homil. XLV. tom. VIII. pag. 371. dixerunt, eum μείζονα εἶναι τοῦ Χριστοῦ, *majorem eſſe Chriſto, quia Scriptura dicat, Chriſtum eſſe ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedechi.* Refutationem videre licet ibidem.

II. *Samaritæ* conceſſerunt, eum fuiſſe hominem, & quidem *Sem, filium Noachi.* Sic enim de iis Epiphanius hæreſi LV. pag. 205. Τοῦτον νομίζουσιν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Σήμ. Hanc ſententiam rejicit Epiphanius: & Theodoretus dicit Dial. II. pag. 59. Ἡ τῆς ἀρχαιογονίας ἱστορία τὸν Μελχισεδὲκ ἔκ τινος τῶν Νῶε παίδων κατάγειν τὸ γένος οὐκ ἐδίδαξε. *Primæ originis hiſtoria non docuit Melchiſedechum ab aliquo ex Noachi poſteris genus deducere.* Vult autem Epiphanius eum fuiſſe *ex genere Sidoniorum*, ſeu *Chananæorum*; quod accepiſſe videtur ex Joſepho, qui eundem *Chananæorum dynaſtam* vocat; quanquam ita dictus potiùs videri queat, quòd apud Chananæos regnaret. Vide Epiphan. hæreſi LXVII. p. 306. Ita etiam Theodoret. Interrog. LXIV. in Geneſin, pag. 50. Εἰκὸς αὐτὸν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων εἶναι τῶν τὴν Παλαιστίνην οἰκούντων. Ἐκείνων γὰρ καὶ βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἐτύγχανεν ὤν. *Veriſimile eſt, illum eſſe ex illis gentibus, quæ Palæſtinam incolebant. Nam illarum tum rex, tum ſacerdos erat.* Suidas in voce Μελχισεδὲκ, neſcio unde, refert, *eum fuiſſe Ethnicum, genus ducentem à Side, filio regis Ægyptiorum & Libyæ.*

III. Tutiſſimum autem & certiſſimum eſt, dicere, Melchiſedechum fuiſſe quidem ex hominum genere, ſed qua ſtirpe & quibus majoribus ortus fuerit, ignotum eſſe, unique cognitum Deo. Quemadmodum igitur traditionem illam, in qua Epiphanius, hæreſi LXVII. pag. 307. ſcribit, ſe reperiſſe patrem Melchiſedechi vocatum fuiſſe Eraclam: matrem verò ejus dictam fuiſſe Aſtaroth vel Aſteriam, tanquam fabuloſam repudiamus: ita veriſſimam putamus ejusdem Epiphanii ſententiam, qui cenſet hæreſi LV. pag. 204. eum ἀπάτορα, & ἀμήτορα dici, οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐμφερομένων, *non quòd non habuerit patrem aut matrem, ſed quòd in divina Scriptura non manifeſtè nominentur.* Conſentiunt alii; Theodoretus imprimis Dialogo II. qui Ἀσύγχυτος inſcribitur, pag. 58. 59. &c. ubi, poſt multam cum Eraniſte ſuo de hoc ipſo themate diſputationem, tandem concludit: Οὐκοῦν κατὰ τὴν ἱστορίαν, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει· κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς, οὔτε ἤρξατο τοῦ εἶναι, οὔτε λήψεται τέλος. *Quare ſecundum hiſtoriam, nec initium dierum, nec vitæ finem habet* Melchiſedech: *at ſecundum veritatem, unigenitus Dei Filius nec cœpit eſſe, nec finem habiturus eſt.* Eo igitur reſpectu ἀπάτωρ & ἀμήτωρ dicitur, quia Scriptura neque patris neque matris Melchiſedechi meminit. Id ipſum clariſſimis proponit verbis ad v. 3. Cap. VII. Epiſt. ad Hebræos, pag. 424. Τοῦ Μελχισεδὲκ οὔτε τὸν πατέρα, οὔτε μὴν τὴν μητέρα, οὔτε τὸ γένος ἐδίδαξεν ἡ θεία γραφή· καὶ οὔτε πόσον ἐβίωσε χρόνον, οὔτε πότε τοῦ βίου τὸ πέρας ἐδέξατο· κατὰ τοῦτο τοίνυν οὗτος ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ, καὶ ἀγενεαλόγητος, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἐσχηκὼς, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχων. Οὐδὲν γὰρ τούτων ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἡ θεία γραφή. *Melchiſedechi nec patrem, nec matrem, nec genus docuit divina Scriptura: & neq; quanto tempore vixerit, neque quando vitæ finem ceperit. Hac ergo is ratione ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia, neque initium dierum, nec vitæ finem habens. Divina namque Scriptura nihil horum nos docuit.* Eadem eſt ſententia Cyrilli Alex. lib. II. Glaphyr. in Geneſin, pag. 63. Chryſoſtomus Homil. XII. in Epiſt. ad Hebræos, pag. 496. Πῶς ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ; πῶς μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων; πῶς; τῷ μὴ ἐμφέρεσθαι τῇ γραφῇ· καὶ τί τοῦτο; ὅτι ὥσπερ οὗτος ἀπάτωρ τῷ μὴ γενεαλογεῖσθαι, οὕτως ὁ Χριστὸς αὐτῇ τῇ φύσει τοῦ πράγματος. Ἰδοὺ τὸ ἄναρχον, ἰδοὺ τὸ ἀτελεύτητον. Ὥσπερ τούτου οὐκ ἴσμεν οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος, διὰ τὸ μὴ γεγράφθαι. Οὕτως οὐκ ἴσμεν οὐδὲ τοῦ Ἰησοῦ, οὐ διὰ τὸ μὴ γεγράφθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ εἶναι· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τύπος· καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ μὴ γεγράφθαι· τοῦτο δὲ ἀλήθεια, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι. - - Ἀφωμοιωμένος δὲ, φησὶ, τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ποῦ ἡ ὁμοιότης; ὅτι καὶ τούτου κἀκείνου τὸ τέλος ἀγνοοῦμεν, καὶ τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ τούτου μὲν παρὰ τὸ μὴ γεγράφθαι, ἐκείνου δὲ παρὰ τὸ μὴ εἶναι· ἐνταῦθα ἡ ὁμοιότης· Εἰ δὲ πανταχοῦ ἔμελλεν ἡ ὁμοιότης εἶναι, οὐκέτι τύπος ἦν καὶ ἀλήθεια, ἀλλὰ τύπος τὰ ἀμφότερα. *Quomodo ſine patre, & ſine matre? quomodo neque initium dierum, neq; finem vitæ habens? Quomodo? Quia non exhibetur in Scriptura. Et quid hoc eſt? Quòd, quemadmodum hic ſine patre, quia genus ejus non recenſetur, ita Chriſtus ipsâ rei naturâ. Ecce quomodo initium non habeat, ecce quomodo non habeat finem. Sicut hujus non novimus neq; dierum initium, neque vitæ finem, propterea quòd non ſcripta ſint: ita etiam non novimus Jeſu, non quòd non ſcripta ſint, ſed propterea quòd non ſint. Nam ille quidem typus eſt, atq; ideo ex eo, quòd nec de initio, nec de fine vitæ quidquam ſcriptum eſt, talis dicitur: hic verò veritas, & ideò talis dicitur, quia nec initium, nec finem vitæ habet.* - - Aſſimilatus autem, *inquit,* Filio Dei. *Ubi eſt ſimilitudo? Quòd & hujus & illius finem ignoramus & initium. Sed hujus quidem, ex eo quòd non ſint ſcripta: illius verò, ex eo quòd non ſint. Hic eſt ſimilitudo. Si autem ubiq; futura eſſet ſimilitudo, non utique eſſent typus & figura, ſed ambo eſſent typus.* Idem, Homil. XLV. tom. VII. pag. 371. Ἐπειδὰν τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ εἰκόνα ἔφερε τοῦ Χριστοῦ, διὰ τοῦτο ἡ γραφὴ παρέλιπε τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἀγενεαλόγητον αὐτὸν διηγήσατο, ἵνα ἐν ἐκείνῳ, καθάπερ εἰκόνι, τὸν ἀληθῶς ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα καὶ ἀγενεαλόγητον τὸν Χριστὸν ἐναπτρισώμεθα. *Quoniam typus erat Chriſti Melchiſedech, ejusq; imaginem ferebat, propterea Scriptura patrem & matrem ejus omiſit, eumq; ſine genere eſſe narravit, ut in illo, tanquam in imagine, eum, qui verè ſine patre, & ſine matre, & ſine genere eſt, Chriſtum contemplemur.* Theophylactus in Cap. VII. ad Hebræos, pag. 934. Ὁ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ ἐστὶ καὶ ἀμήτωρ, οὐχ ὅτι οὐκ εἶχε πατέρα ἢ μητέρα (εἶχε γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων) ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγενεαλογήθη παρὰ τῇ γραφῇ, οὐδὲ ἐμφαίνεται ὄνομα τῶν γονέων αὐτοῦ. *Melchiſedech ſine patre eſt & ſine matre, non quòd non habuerit patrem, aut matrem (habebat enim ipſe, ut mortalium unus) ſed quia genealogia ejus non extat in Scriptura, neque parentum ejus nomen apparet.* Faceſſant ergo illi, qui temerè aſſerunt,

vel propterea Melchiſedechum vocari ἀπάτορα, καὶ ἀμήτορα, καὶ ἀγενεαλόγητον, quia fuerit filius ſcorti. Ita Judæi ſentiunt, de quibus Epiphanius hæreſi LV. pag. 206. Ἰουδαῖοι φάσκουσι, τὸν Μελχισεδὲκ δίκαιον μὲν εἶναι, καὶ ἀγαθὸν, καὶ ἱερέα τοῦ ὑψίστου· διὰ δὲ τὸ υἱὸν εἶναι πόρνης φασὶ, τὴν μητέρα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μηδὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι. *Judæi dicunt, Melchiſedechum juſtum quidem eſſe, & bonum, & ſacerdotem altiſſimi: quia verò filius ſit ſcorti, dicunt matrem ejus non eſſe literis conſignatam, nec patrem ejus ſciri.* Idem de iis refert Chryſoſtomus Homil. XLV. tom. VII. eorumque ſententiam eo refutat, quòd Solomon & Abimelech, filius Gedeon, ἀπὸ πορνείας γεννηθέντες γενεαλογοῦνται, *ex ſcortatione nati cum ſuo genere recenſentur.*

vel, quòd parentes ejus indigni eſſent, quorum nomina in Scriptura extarent. Ita ſenſit Euſtathius

Archi-

Digitized by Google

Archiepiſc. ut eſt in Catena MS. in Geneſin, in Cap. XII. pag. 70. Οὐ γενεαλογεῖται Μελχισεδὲκ ὡς οὐκ ἀξίων τῶν προγόνων τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου. *Genealogia Melchiſedechi non exſtat, quòd parentes ejus non eſſent digni virtute hujus juſti.* Eandem cauſſam etiam legas apud Suidam in voce Μελχισεδέκ. Fabuloſa denique narratio de vita & origine Melchiſedechi habetur tom. II. operum Athanaſii, pag. 7. 8. 9.

Μεμβράνη.

Μεμβράνη, ***membrana***, ut φελόνη, è Græco in Latinum tranſiit. Suidas: Περγαμηναί, αἱ μεμβράναι, αἱ διφθέραι. *Membranæ: pelles* Pergamenæ. II. Timoth. IV. 13. Apoſtolus ſibi afferri petit τὰς μεμβράνας, ***membranas***, in quibus ſcripſerat fortè, quæ in uſum ſuum ex Lege, Prophetis, imò & ſcriptoribus Ethnicis excerpſerat. Scholiaſtes MS. ut notat Cl. Priceus, ad hunc locum in Medic. Bibliotheca: Μεμβράνας, ἐχούσας τὸν νόμον ἐν αὐταῖς γεγραμμένον. *Membranas, habentes Legem in iis ſcriptam.* Frequens temporibus iis, ut & ſecutis, membranarum uſus: unde & ***membranas***, res à ſe in membranis ſcriptas nonnulli vocaverunt. Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 505. Μεμβράνας τὰ εἰλητὰ κέκληκεν· οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὰ δέρματα. Ἐν εἰλητοῖς δὲ εἶχον πάλαι τὰς θείας γραφάς. οὕτω δὲ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἔχουσιν οἱ Ἰουδαῖοι. Membranas *appellavit volumina: ſic enim pelles appellant Romani. Divinas autem Scripturas olim habebant in voluminibus: atq; ita etiam in præſentem diem habent Judæi.* Theophylactus verò in genere vult intelligi ***membranas***, quæ ὠφελιμώτερά τινα περιεῖχον, *utiliora quædam continebant.* Theodoretus videtur ſtatuere, vocem eſſe Latinam. Sunt tamen autores graviſſimi, qui Græcam potiùs exiſtimant. Nimirum, ut pro μέλομαι dixere Poëtæ μέμβλομαι, ita fortè & ***membrum*** Latini fecerunt à μέλος, quod idem ſignificat. Ita à *melos* fit, *melibrum*, inde *membrum*, poſteaque ***membrana***. Vide Etymolog. Voſſii, & Becmanum de Originibus Latinæ linguæ. Pro μεμβράνα, recentiores dicunt βεμβράνα, de quo ſuo loco.

Μεμψίμοιρος.

Heſychius: Μεμψίμοιρος, μεμφόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἢ φιλεγκλήμων, ἢ φιλαίτιος. *Querulus*, qui de ſua portione conqueritur, quaſi cæteris ſit deterior: *qui bonum accuſat: vel criminandi ſtudioſus, aut contentioſus, litigioſus.* Suidas: Μεμψίμοιρος, φιλεγκλήμων. Legitur in Epiſt. Judæ, v. 16. & redditur à veteri Interprete, *querulosus.* Malim ego, *querulus:* ſic enim veteres Gloſſæ Græco-Latinæ: Μεμψίμοιρος, *querulus*, vel, ***queribundus***, ut in veteri Onomaſtico exponitur. Oecumenius in Epiſt. Judæ, pag. 230. Μεμψίμοιρος, ὁ πάντα καὶ ἀεὶ σκώπτειν ἐπιτηδεύων. *Id eſt* μεμψίμοιρος, *qui omnia & ſemper cavillari ſtudet.* Μεμψίμοιροι ſunt *triſtes, omnia deplorantes, quibus nulla non cauſa in querelas placet;* ut loquitur Seneca Cap. VII. de animi tranquillitate.

Μερίς.

Olim in Eccleſia panis euchariſticus, fidelibus dividendus frangebatur in partes minutas, quas vocàrunt è re κλάσματα, & μερίδας potiùs, ſeu *particulas*, quàm μέρη, *partes*, quia *non multum panis & vini acceperunt, ſed parum; ut intelligerent, non ad ſatietatem illa capi, ſed ad ſanctificationem.* Evagrius, lib. IV. Cap. XXXVI. pag. 167. a. docet Conſtantinopoli has μερίδας à pueris fuiſſe abſumtas. Ἔθος παλαιὸν βούλεται ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, ὅταν πολύ τι χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τοῦ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐναπομείνοι παῖδας ἀφθόρους μεταπέμπεσθαι γίνεσθαι περὶ τῶν ἐς χαμαιδιδασκάλους φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεσθίειν. Vide Caſaubonum Exercitat. XVI. num. L. pag. 505. Aliàs μερίδες etiam vocantur *particulæ*, quæ à conſecratione ex Sacramento patinæ, ſive calici adhærent. Euchologium: Καὶ τίθησι τὴν μερίδα ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ. *Et ponit particulam in ſacrum calicem.* Communiori, vocabulo vocatur μαργαρίτης, ut ſuo loco habes.

Μεσάζων.

Ὁ μεσάζων, quem *ſequeſtrum* interpretari poſſumus, erat in aula Conſtantinopolitana eximia & illuſtris dignitas, Imperatori ſemper præſens, ut loquitur Cruſius, διοικητὴς, μεσιτεύων, μελισδωνός. Machmetes cùm regnum Trapezunticum diriperet, duos tantùm primores in navem conjectos Byzantium deportavit, Protoveſtiarium, ſeu Imperatorii fiſci præfectum, & μέγαν μεσάζοντα, quaſi in illis duobus tota regni ſecuritas, & gloria ante eam cladem recumberet. Hic μεσάζων cauſſas componebat, quæ ad vulgaria judicum fora non pertinerent: idque ſine litigio: maximè in quibus autoritas Imperatoris aut Patriarchæ ambigua, in ſenſum dubium vocabatur. Sub initium hiſt. Concilii Florentini: Ἐλθὼν ὁ μεσάζων εἰς τὸν πατριάρχην. *Cùm ſequeſter veniſſet ad Patriarcham.* Mox: Παραγίνεται πάλιν ὁ μεσάζων εἰς τὸν πατριάρχην. *Sequeſter iterum venit ad Patriarcham.* Vide Gl. Meurſii.

Μεσίτης.

I. Μεσίτης vocatur, qui eſt *medius inter duo.* Ita *Johannes Baptiſta*, quia medius fuit inter vetus & novum Teſtamentum, à veteribus μεσίτης appellatur. Greg. Nazianzenus Orat. XXXIX. pag. 633. de eo: Ὁ παλαιᾶς καὶ νέας μεσίτης. Interpres; *Inter vetus & novum Teſtamentum interjectus.* Eodem modo appellatur à Theophylacto in Cap. III. Matthæi. Iterum Nazianzenus Orat. XXI. pag. 375. Ὁ πρὸ τοῦ μεσίτου μεσίτης, μεσίτης παλαιᾶς διαθήκης καὶ νέας. *Medius ante Mediatorem, medius inter vetus & novum Teſtamentum.* Baſilius Seleucienſis Orat. XVIII. pag. 105. Ὁ τῆς ἀρχαίας ὁμοῦ καὶ τῆς νέας διαθήκης μεσίτης· ὁ νόμος γὰρ καὶ οἱ προφῆται ἄχρις Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. *Veteris ſimul & novi Teſtamenti mediator*, ſeu *medius inter vetus & novum Teſtamentum: lex enim & Prophetæ usque ad Johannem Baptiſtam.* Ita etiam verbum μεσιτεύειν non tantùm eſt *Mediatorem ago.* Sed etiam *in medio eſſe, interjectum eſſe inter.* Suidas: Μεσιτεύειν, ἀνὰ μέσον κεῖσθαι. *In medio ſitum eſſe.* Damaſcenus: Εἶτα ἡ θερινὴ τροπὴ διαδέχεται, μεσιτεύουσα τῷ τε ἔαρι καὶ τῷ μετοπώρῳ. *Poſtea ſuccedit ſolſtitium, interjectum ſeu medium inter ver & autumnum.*

II. Μεσίτης eſt *internuncius.* Ita Moſes appellatur μεσίτης ad Gal. III. 19. quia perferebat mandata Dei ad populum, & referebat ad Deum obſequium, quod ſe Deo præſtiturum ſpondebat populus. Ad hunc locum Theodoretus, pag. 276. Ὁ νόμος ἐτέθη ἀγγέλων ὑπουργούντων, καὶ τῇ τούτου θέσει Μωϋσέως διακονοῦντος· αὐτὸν γὰρ μεσίτην ἐκάλεσε. *Lata eſt lex adminiſtrantibus Angelis, & ad eam ferendam Moſe deſerviente.* Hinc Baſilius M. Cap. XIV. de Spiritu S. dicit, *Moſen figuram geſſiſſe Chriſti, ac perſonam repræſentâſſe*, τὰ πρὸς τὸν Θεὸν τῷ λαῷ μεσιτεύοντα, *quando inter Deum & populum intermedius extiterit.* Multi tamen tam ex veteribus, quàm ex recentioribus Theologis cenſent, per μεσίτην non intelligendum eſſe *Moſen*, ſed *Chriſtum*, cu-

Digitized by Google

jus autoritate lex data fuit Moſi in monte, ubi Chriſtus ſtipatus erat ſatellitio Angelorum. Hæc eſt ſententia Chryſoſtomi in Cap. III. ad Galatas: Μεσίτην ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν φησι, δεικνὺς ὅτι προῆν, καὶ τὸν νόμον αὐτὸς ἔδωκε. *Mediatorem hic appellat Chriſtum, declarans quòd is ante Legem fuerit, ipſeq; legem dederit.* Eadem eſt ſententia Theophylacti in eandem epiſtolam, pag. 466. Ea autem confirmatur ex collatione cum Deuter. XXXIII. 2. Act. VII. 38. 52. & ex ſcopo Apoſtoli, cui propoſitum eſt, dignitatem Legis commendare: magis autem comendatur Legis dignitas, ſi per Chriſtum ipſum data fuiſſe dicatur. Confer, quæ dicta ſunt in voce Διαταγὴ ſub num. I.

III. Μεσίτης eſt, *qui diſſidentes reconciliat.* Suidas: Μεσίτης, ὁ εἰρηνοποιός, *Pacificator.* Latini vocant *mediatorem, ſequeſtrum.* Optimæ Gloſſæ Græcolat. Μεσίτης, *ſequeſter, mediator.* Aliæ: *Sequeſter*, μεσίτης. Tertull. lib. de carnis reſurrectione, de Chriſto loquens: *Hic ſequeſter Dei & hominum fuit.* Lactantius Inſtitut. lib. IV. Cap. XXV. *Fuit Deus & homo, inter Deum atq; hominem medius conſtitutus; unde illum Græci* μεσίτην *vocant.* Chriſtus ergo eſt μεσίτης, *mediator*, non, ut hæretici quidam; teſte Cyrillo Alexandr. Dial. I. de SS. Trinitate, pag. 410. aſſeruerunt, τὸν ἀμφοῖν ἀναμέσον, Θεοῦ τε καὶ κτίσεως, μεσίτην κεκλῆσθαι, *quòd medius ſit inter duo, Deum videlicet & creaturam, vocatum eſſe mediatorem:* ſed quia Deum iratum hominibus placat, hominesque Deo reconciliat. Theophylactus ad v. 20. Cap. III. ad Galatas, pag. 466. Ὁ Χριστὸς δύο τινῶν ἐστι μεσίτης, Θεοῦ δηλαδὴ καὶ ἀνθρώπων. Ἐμεσίτευσε γὰρ ἀμφοτέροις, εἰρήνην ποιήσας, καὶ τὸν πόλεμον λύσας, ὃς ἦν τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τὸν Θεόν. Ἀφ᾽ οὗ γὰρ ἥνωσεν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἔκτοτε τὴν εἰρήνην ἐποίησε, τῇ θείᾳ φύσει τὴν ἐχθρὰν διὰ τῆς ἁμαρτίας σάρκα παραδόξως ἀνακεράσας. Malim, διὰ τὴν ἁμαρτίαν, vel διὰ τὰς ἁμαρτίας. *Chriſtus duorum mediator eſt, Dei videlicet ac hominum. Mediatorem autem egit inter utrosq; pacem faciendo, ac bellum dirimendo, quod homines cum Deo geſſerunt. Ex quo enim ſibi ipſi univit humanam naturam, ex eo tempore pacem fecit, carnem ob peccata inimicam divinæ naturæ mirandum ad modum commiſcens.* Hanc ob cauſſam illum ibid. vocat διαλλακτὴν, *reconciliatorem.* Oecumenius in Cap. III. ad Galatas, pag. 593. Μεσίτην τὸν Χριστὸν καλεῖ διὰ τὸ μεσιτεῦσαι τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀνθρώποις, οἷον πρὸς φιλίαν· καὶ ἀποκαταλλάξαι ἡμᾶς πρὸς τὸν Θεόν, ἐκπεπολεμωμένους. *Mediatorem* Apoſtolus vocat *Chriſtum, quia mediatorem egit inter Patrem & homines, ut eos quaſi ad amicitiam adduceret: & quia nos, qui hoſtes eramus, Deo reconciliavit.* Cyrillus Alex. Dial. I. de SS. Trinitate, pag. 405. Μεσίτης νοεῖται τὰ πολὺ διῳκισμένα κατὰ τὴν φύσιν, καὶ ἀμέτρητον ἔχοντα τὸ μεσολαβοῦν, τουτέστι, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, συνενεχθέντα τε καὶ ἡνωμένα δεικνὺς ἐν ἑαυτῷ, καὶ συνάπτων ἡμᾶς δι᾽ ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. *Mediator eſſe intelligitur, quia naturâ plurimum à ſe divulſa, & immenſo intervallo disjuncta, id eſt, divinam & humanam naturam, conjuncta & unita in ſe ipſo oſtendit, & nos per ſeipſum Deo & Patri conjungit.*

Hic autem conſideramus,

1. *Subjectum* hujus *meditationis*; quod eſt *totus Chriſtus, & totum Chriſti*, adeoque θεάνθρωπος, ſecundum utramque nimirum naturam, non tantùm ſecundum humanam, ut volunt Pontificii. Probatur autem hoc;

A. *Quia Deo toti Chriſto in redemtione humana ſua fuerunt partes:* nam propter ſalutem noſtram Filius Dei carnem aſſumſit. Agnoſcit hoc Athanaſius de Incarnatione Verbi: Ἡ ἡμῶν παράβασις τοῦ λόγου τὴν φιλανθρωπίαν ἐξεκαλέσατο, ὥστε καὶ εἰς ἡμᾶς φθάσαι καὶ φανῆναι τὸν Κύριον ἐν ἀνθρώποις. Τῆς γὰρ ἐκείνου ἐνσωματώσεως ἡμεῖς γεγόναμεν ὑπόθεσις, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἐφιλανθρωπεύσατο, καὶ ἐν ἀνθρωπίνῳ γενέσθαι καὶ φανῆναι σώματι. *Transgreſſio noſtra Verbi charitatem in homines excitavit, ut ad nos usque veniret Dominus, interq; homines appareret. Siquidem ejus incorporationis occaſionem nos præbuimus, ac propter noſtram ſalutem affectavit fieri atque apparere in humano corpore.* Plura vide in voce Υἱὸς, num. III. §. 5.

B. *Mediator perfectè juſtus eſſe debuit: at ſola humanitas hanc juſtitiæ perfectionem ad nos juſtificandos habere non potuit.* Iterum Athanaſius de Incarnatione Verbi contra Paulum Samoſatenſem: Ἀδύνατον ἑτέρως τὸ καθαρὸν καὶ ἀναμάρτητον ἐπ᾽ ἀνθρωπίνης φύσεως παραδειχθῆναι, εἰ μὴ Θεὸς ἐν σαρκὶ πιστεύοιτο εἶναι, ὁ τὴν ἀναμάρτητον δικαιοσύνην εἰς τὸν κόσμον εἰσαγαγών, ἧς μετέχοντες σωζόμεθα. *Impoſſibile eſt aliter puritatem & innocentiam in humana natura exhiberi, niſi Deus credatur in carne fuiſſe, qui juſtitiam omni peccato liberam in mundum introduxit: cujus quia participes redditi ſumus, ſalvamur.*

C. *Tertium argumentum deducitur ab effectis mediationis in nos redundantibus*, cujusmodi ſunt,

a. *Remittere peccata.* Athanaſius Dial. V. de SS. Trinitate hoc diſertè docet. Objicit Apollinariſta: Πᾶς ἄνθρωπος μέρος κόσμου· καὶ οὐδὲν μέρος κόσμου αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὑφ᾽ ἣν καὶ αὐτὸς κεῖται. Χριστὸς δὲ αἴρει. Οὐκ ἄρα ἄνθρωπος ὁ Χριστός. *Omnis homo eſt pars mundi: & nulla pars mundi tollit peccatum mundi, cui peccato ipſe etiam mundus ſubeſt. At Chriſtus tollit. Non eſt igitur homo Chriſtus.* Orthodoxus reſpondet: Διὰ γὰρ τοῦτο, ἐπειδὴ οὐδὲν μέρος κόσμου αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ δημιουργὸς τοῦ κόσμου μορφὴν ἔλαβε μέρους κόσμου, ἵνα τῷ μέρει τοῦ κόσμου, σφαγεὶς ὡς μέρος κόσμου, ἄρῃ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς δημιουργὸς τοῦ κόσμου. *Enimverò propterea quòd nulla pars mundi tollit peccatum mundi, idcirco mundi opifex formam accepit partis mundi, ut quatenus pars erat mundi, occiſus tanquam pars mundi, tolleret mundi peccatum, ut opifex mundi.* Rurſus, cùm objiceret hæreticus, eum, qui ſervat à peccato, ſuperiorem eſſe Chriſto, atque adeò Chriſtum non eſſe hominem, quia homo inferior peccato ſit. Chriſtum autem ſervare à peccato: reſpondet Orthodoxus: Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ψιλὸς ὁ Χριστός. Οὐδὲ γὰρ ἦν Χριστὸς αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, εἰ ψιλὸς ἦν ἄνθρωπος. Διὰ δὲ τοῦτο ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου Χριστός, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς λόγος μορφὴν δούλου λαβὼν ἐγένετο Χριστὸς ἄνθρωπος. *Non eſt ſanè Chriſtus nudus homo. Neq; enim ſi duntaxat homo fuiſſet, ſuſtuliſſet peccatum mundi. Per hoc autem Chriſtus ſuſtulit peccatum mundi, quòd Deus Sermo, aſſumtâ ſervi formâ, factus eſt Chriſtus homo.*

b. *Fideles ſalvare.* Athanaſius Dial. V. de SS. Trinitate hæretico objicienti, Neminem, qui morti obnoxius ſit, abolere mortem: at omnem hominem morti obnoxium eſſe: Chriſtum verò abolere mortem: itaque non eſſe hominem: reſpondet: Διὰ γὰρ τοῦτο, ἐπειδὴ οὐδεὶς ἀνθρώπων καταργεῖ θάνατον ὑπὸ θάνατον ὤν, ὁ ἀθάνατος τοῦ Θεοῦ υἱός, λόγος ὤν, καὶ Θεός, ἥνωσεν ἑαυτῷ τὸ ὑπὸ θάνατον, ἵνα ἐν τῷ θανάτῳ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου καταργήσῃ. *Quoniam nullus hominum, ut qui morti ſubſit, mortem abolet, idcirco immortalis Filius Dei, ſermo ſimul & Deus, ſibi ipſi univit id quod morti ſubeſt, ut in morte aboleret eum, qui mortis imperium habet.* Plura habes in voce Υἱὸς.

c. *Deo nos conjungere.* Id autem, niſi θεάνθρωπος eſſet, præſtare non potuiſſet. Theodoretus Dialogo II. pag. 56. Αὐτὸ τοῦ μεσίτου τὸ ὄνομα θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ὑπάρχει δηλωτικόν· εἰ γὰρ, μόνον ὑπάρχων Θεός, ἐκλήθη μεσίτης, πῶς γὰρ ἂν ἐμεσίτευσεν ἡμῖν καὶ Θεῷ,

Digitized by Google

Θεῷ, μηδὲν ἔχων ἡμέτερον; ἐπεὶ δὲ ὡς Θεὸς συνῆπται τῷ πατρὶ τὴν αὐτὴν ἔχων ἐξουσίαν, ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἡμῖν, ἐξ ἡμῶν γὰρ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, εἰκότως μεσίτης ὠνόμασαι, συνάπτων ἐν ἑαυτῷ τὰ διεστῶτα τῇ ἑνώσει τῶν φύσεων, θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος. *Ipſum mediatoris nomen & divinitatem & humanitatem ſignificat. Neq; enim, ſi Deus ſolùm eſſet, vocaretur mediator. Quomodo enim inter nos & Deum mediatoris munus exſequeretur, ſi noſtri nihil haberet? Sed quia ut Deus Patri conjunctus eſt, eandem habens ſubſtantiam, & ut homo nobis copulatur, quia ex nobis ſervi formam accepit, rectè mediator nuncupatur, ea quæ disjuncta erant in ſeipſo conjungens unione naturarum, divinitatis inquam & humanitatis.* Præclarè etiam Chryſoſtomus Homil. VII. in I. ad Timoth. pag. 276. Ὁ μεσίτης ἐφίλει ἀμφοτέροις κοινωνεῖν, ὧν ἐστι μεσίτης. Μεσίτου γὰρ τοῦτό ἐστι, τὸ ἑκατέρων ἐχόμενον, ὧν ἐστι μεσίτης, κοινωνεῖν. Ἐὰν δὲ τοῦ μὲν ἑνὸς ἔχηται, τοῦ δὲ ἑνὸς ἀπεσχοινισμένος ᾖ, οὐκέτι μεσίτης ἐστίν. Εἰ τοίνυν μὴ ἔχεται τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως, οὐκ ἔστι μεσίτης, ἀλλ' ἀπεσχοίνισται· ὥσπερ γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἔχεται φύσεως, ἐπειδὰν πρὸς ἀνθρώπους ἤρχετο, οὕτω καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὰν παρὰ Θεοῦ ἤρχετο. Ἐπειδὰν γὰρ δύο φύσεων μέσος γέγονεν, ἐγγὺς τῶν δύο φύσεων εἶναι αὐτὸν δεῖ. Ὥσπερ γὰρ τὸ τόπου τινὸς μέσον, ἑκατέρων ἐστὶ τῶν τόπων ἐγγὺς, οὕτω καὶ τὸ τῶν φύσεων μέσον ἑκατέρων ὀφείλει εἶναι τῶν φύσεων ἐγγύς. Ὥσπερ οὖν ἄνθρωπος γέγονεν, οὕτω καὶ Θεὸς ἦν. Ἄνθρωπος οὐκ ἂν ἐγένετο μεσίτης· ἔδει γὰρ καὶ τῷ Θεῷ διαλέγεσθαι. Θεὸς οὐκ ἂν ἐγένετο μεσίτης· οὐ γὰρ ἂν ἐδέξαντο αὐτὸν οἷς ἐμεσίτευσε. *Mediator utriſq; debet ſocietate conjungi, quorum mediator eſt. Id quippe mediatoris eſt proprium, utrorumq; participem fieri, quorum fuerit mediator. Quod ſi unum quidem ſocietate contingat, ab alio verò fuerit ſeparatus, mediator jam dici non poteſt. Niſi igitur conſors ſit paternæ naturæ, mediator non eſt, cùm à Patris ſubſtantia ſit ſeparatus. Quemadmodum enim humanæ naturæ conſortium accepit, quando ad homines venit: ita etiam naturæ divinæ particeps eſt, quoniam à Deo venit. Nam quia inter duas naturas medius fuit, ambarum oportuit eſſe participem. Quemadmodum enim loci alicujus medium, ab utroq; loco propè abeſt: ita & naturarum ambarum medium oportuit utramq; naturam contingere. Ut igitur homo factus eſt, ita etiam Deus erat. Homo utiq; non fuiſſet mediator: oportebat enim hujusmodi. mediatorem cum Deo colloqui. Deus etiam mediator non fuiſſet: non enim eum ſuſcepiſſent illi, quorum mediator erat futurus.* Idem, Homilià CXXXIV. tom. V. pag. 860. Ὁ μεσίτης, ἐὰν μὴ ἔχῃ συγγένειαν πρὸς τὰ μεσιτευόμενα, μεσίτης εἶναι οὐ δύναται. Ἐπεὶ οὖν μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς, ἐχρῆν αὐτὸν δειχθῆναι συγγενῆ τοῦ Θεοῦ, καὶ συγγενῆ τῶν ἀνθρώπων, καὶ φανῆναι ὥσπερ οἰκονομίαν τινὰ μέσην, καὶ Θεῷ συναπτομένην κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἀνθρώποις ἡνωμένην κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. *Mediator, niſi habeat conjunctionem quandam & cognitionem cum iis, quorum mediator eſſe debet, mediator eſſe non poteſt. Cùm igitur Chriſtus ſit mediator Dei & hominum, oportebat eum declarari conjunctum Deo, & conjunctum hominibus, & apparere quandam quaſi diſpenſationem mediam, & Deo conjunctam ſecundum deitatem, & hominibus unitam ſecundum humanitatem.* Vide etiam Theophylactum in I. ad Timoth. Cap. II. pag. 756. 757.

2. *Proprietatem præcipuam*, quæ eſt, quòd ſolus & unicus Chriſtus ſic mediator eſt. Hoc diſertè teſtatur Apoſtolus I. Timoth. II. 5. Εἷς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. Ad quem locum Theodoretus, pag. 470. Εἷς τῆς εἰρήνης ὁ πρύτανις, ὁ ἐν ἑαυτῷ τὰ διεστῶτα συνάψας. *Unus eſt conciliator pacis, qui ea, quæ erant disjuncta, in ſeipſo conjunxit.* Vide ibidem plura. Ignatius in Epiſt. ad Antiochenos: Οἱ ἀπόστολοι εἰπόντες, ὅτι Θεὸς εἷς ἐστιν, εἶπον οἱ αὐτοὶ, ὅτι εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. *Apoſtoli, qui dixerunt, unum eſſe Deum, iidem etiam dixerunt, unum quoq; mediatorem eſſe Dei & hominum.* Origenes lib. VIII. contra Celſum, pag. 382. Ἀναβιβάζει πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ὁ ἀσχίστως καὶ ἀδιαιρέτως καὶ ἀμερίστως αὐτὸν σέβων διὰ τοῦ μόνου προσάγοντος ἐκείνῳ υἱοῦ, τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ σοφίας ἐν τῷ Ἰησοῦ θεωρουμένου, τοὺς πάντῃ τρόπῳ πειρωμένους ἑαυτοὺς οἰκειῶσαι διὰ ἐξαιρέτων λόγων, καὶ πράξεων, καὶ διανοημάτων, καὶ νοημάτων τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ Θεῷ. *Aſcendit ad ſummum Deum is, qui eum inſeparabiliter, & indiviſibiliter colit per Jeſum Dei Filium, cujus ſolius ductu ad Patrem perveniunt, qui per verbi Dei & ſapientiæ contemplationem, tam doctrinâ, quàm operibus & cogitationibus, Deo, rerum omnium conditori modis omnibus annituntur conciliari.* Vide eod. lib. pag. 386. & 395. Cyrillus Alex. de Adorat. lib. IX. pag. 295. Αὐτὸς τὸ ἱλαστήριον· δι' αὐτοῦ γὰρ ἡμῖν ἵλεως ὁ πατὴρ, καὶ εἰς αὐτὸν καταλήγει πᾶν πέρας εὐχῆς, καὶ δι' αὐτοῦ προσίμεν, οὐχ ἑτέρως ὄντες δεκτοί. Τοιγάρτοι φησὶν, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. Καὶ, Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. *Ipſe eſt propitiatorium: per eum enim nobis propitius Pater, & in eum deſinit omnis precatio, & per eum accedimus, nec aliter accepti ſumus. Proinde dicit,* Ego ſum via, ego ſum oſtium. *Item,* Nemo venit ad Patrem, niſi per me.

IV. Μεσίτης, *Interceſſor* dicitur, qui vacante Epiſcopatu mittebatur ad omnes impediendos tumultus. De eo Can. LXXIV. Cod. Eccleſiæ Africanæ: *Item conſtitutum eſt, ut nulli interceſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere. ſed dare operam, ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideat: quod ſi neglexerit, anno exempto interventor alius tribuatur.* Quem Canon *interventorem* dicit, eum interpres Græcus μεσίτην interpretatur: ita etiam *interceſſorem.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 464. Ἔθος ἦν πάλαι, εἴποτε ἐπισκόπου ἐχήρευεν ἐκκλησία, στέλλεσθαί τινα ἐν αὐτῇ, ὃν ὠνόμαζον μεσίτην, καθιστῶντα τὸν λαὸν στασιάζοντα ἴσως, ἢ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. *Mos obtinebat olim, ſi quando Eccleſia careret Epiſcopo, ut aliquis in eam mitteretur, quem appellabant μεσίτην,* interceſſorem, *vel* interventorem, *qui populum regeret ſeditiosè forte diſſidentem, vel etiam ob alias cauſſas.* Ad eundem Canonem; qui apud eum eſt LXXVII. apud Zonaram verò LXXX. Balſamon, pag. 701. Τὸ παλαιὸν χηρευούσης ἐπισκοπῆς, ἐστέλλετό τις χάριν τοῦ εἰρηνεύειν τὸν λαὸν, ὃν καὶ ὠνόμαζον μεσίτην. *Olim, vacante Epiſcopatu, mittebatur aliquis, qui populum in pace contineret, quem etiam μεσίτην,* interceſſorem *appellabant.*

Μεσονήσιμος.

Hebdomas quarta Quadrageſimæ, cujus Dominica vulgò *Lætare*, vocatur μεσονήσιμος, aliàs μέση τῶν νηστειῶν, *media jejuniorum*, & μεσότης τῶν νηστειῶν, *medietas jejuniorum*, ut vidimus in Κυριακή, ſub num. II. 8. Legitur hoc tempore homilia Chryſoſtomi ἐν τῇ μεσονησίμῳ, *in mediam Quadrageſimam*; Theophylacti Bulgariæ Archiepiſcopi λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἐν τῇ μεσονησίμῳ. *Oratio in adorationem venerandæ Crucis, medio jejuniorum tempore.* Vide Gl. Meurſii.

Μεσονυκτικόν.

Μεσονυκτικὸν eſt hymnus, quem media nocte canebant. Typicum Sabæ, Cap. V. pag. 5. Καὶ ψάλλουσιν οἱ ἀδελφοὶ ἐν τοῖς κελλίοις αὐτῶν μεσονυκτικὸν, τὸν ἄμωμον. Paracletice: Τῇ κυριακῇ εἰς τὸ μεσονυκτικὸν, κανὼν τριαδικός. Eo autem tempore canebant, quia Chriſtus dixit: Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ἡμῶν ἔρχεται. Item, ὅτι περὶ τὸ

Digitized by Google

εἰ τὸ μεσονύκτιον κραυγὴ γέγονεν. Ἰδοὺ, ὁ νυμφίος ἔρχεται.

Μεσοπεντηκοστή.

Meſopentecoſte ſolennitas eſt, quæ per dies octo celebratur, & incipit ab hebdomadæ quartæ poſt Paſcha feria quarta, & deſinit in feriam quartam quintæ hebdomadæ: quam poſtea ſequuntur Samaritanæ, cujus etiam hebdomas eſt, officia. Typicum: Δεῖ γινώσκειν ὅτι ἡ ἀκολουθία τῆς Σαμαρείτιδος ψάλλεται τῇ κυριακῇ, τῇ πέμπτῃ, καὶ τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ σαββάτῳ· τῇ δὲ δευτέρᾳ, τρίτῃ, καὶ τῇ τετράδι ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τῆς μεσοπεντηκοστῆς. *Sciendum eſt, officium Samaritanæ cani die Dominico, feriâ quintâ, ſextâ, & Sabbato: nam feriâ ſecundâ, tertiâ, & quartâ, officium fit mediæ Pentecoſtes.* Chryſoſtomus Homil. V. de Anna, tom. II. Pariſ. pag. 1000. Ὥσπερ τῆς μεσοπεντηκοστῆς παρούσης, ἄκαιρον ἦν τῆς ἀκολουθίας τῆς προτέρας ἔχεσθαι. *Quemadmodum Meſopentecoſte præſente, intempeſtivum erat priorem adhuc ſequi rationem.* Confer, quæ diximus in Κυριακὴ, num. II. 14. 15.

Μεσσαλιανοί.

De *Meſſalianis* ſatis fusè actum in voce Εὐχῖται, ubi vide.

Μεσώριον.

Μεσώριον eſt *intervallum*, ac veluti *pauſa* horarum Canonicarum. Typicum Sabæ Cap. V. pag. 5. Πρὸ τοῦ τὸν ἥλιον δῦναι, καὶ πρὸ τοῦ λυχνικοῦ μικρὸν ταχύτερον, ὁ κανδηλάπτης σημαίνει τὸ σιδηροῦν, καὶ ψάλλουσιν οἱ ἀδελφοὶ ἐν τοῖς κελλίοις αὐτῶν τὴν θ' ὥραν, μετὰ τοῦ μεσωρίου αὐτῆς. *Ante ſolis occaſum, & paulò ante lucernarium, qui candelas accendit pulſat ferreum, & canunt fratres in cellulis ſuis horam nonam, cum ejus intervallo, ſeu pauſa.* Vide Gl. Meurſii.

Μετάβασις.

Μετάβασις ſatis frequenter *de morte* uſurpatur, quia per eam fideles ad æternam vitam tranſeunt. Greg. Nyſſenus in vita Ephræm, tom. III. pag. 615. de morte fidelium: Οὐ θάνατος ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ μετάστασις μᾶλλον, καὶ πρὸς τὰ κρείττω μετάβασις. *Talis mors non eſt mors, ſed potiùs migratio, & ad meliora tranſitus.* Baſilius in Pſal. CXVI. mortem dicit eſſe μετάβασιν πρὸς τιμὴν, *tranſitum ad honorem.* Id ipſum etiam agnovit Cicero, qui Tuſcul. I. 1. *mortem*, *migrationem* dicit. Et Seneca ſub finem Epiſt. LXV. *Mors quid eſt? aut finis eſt, aut tranſitus. Nec deſinere timeo, idem eſt enim quod non cœpiſſe: nec tranſire, quia nuſquam tam anguſtè ero.* Imò *non eſt finis, ſed tranſitus*, inquit Cyprianus de Mortal. Quòd verò *mors* vocatur μετάβασις, id ex illis petitum locis, in quibus μεταβαίνειν de morte uſurpatur: ut Joh. V. 24. Cap. XIII. 1. Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου πρὸς τὸν πατέρα. *Cùm ſciret Jeſus, horam ſuam veniſſe, ut tranſiret ex hoc mundo ad Patrem.* Ad hunc locum Chryſoſtomus: Μεγαλοφυῶς ὁ Εὐαγγελιστὴς μετάβασιν αὐτοῦ τὸν θάνατον καλεῖ. *Diſertè hic ac clarè Evangeliſta* tranſitum *ejus*, mortem *appellat.* Et Theophylactus, pag. 750. Μετάβασιν ὀνομάζει τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ διὰ τὴν ἐξ ἀναστάσεως ἀνάληψιν. Tranſitum *nominat* mortem *Chriſti, propter aſſumtionem ex reſurrectione.* Confer quæ diximus in Ἀνάλυσις, num. III.

Μεταβολή.

Hæc vox *metaphoricè* uſurpata reperitur *de regeneratione.* Greg. Nyſſenus Orat. Catechet. tom. III. pag. 108. Cap. XL. Τὸ ἐπὶ ἀνακαινισμῷ καὶ τῇ μεταβολῇ τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν σωτήριον παραλαμβάνεσθαι γέννησιν, παντὶ δῆλόν ἐστι. *Quòd ad renovationem & mutationem noſtræ naturæ ſalutaris aſſumatur generatio, cuivis eſt perſpicuum.* Et paulò pôſt, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴ, *per Baptiſmum in melius mutatio.*

Μεταγλωττιστής.

Lexica hanc vocem non habent. Eſt *interpres.* In hiſtoria Conc. Florentini, Sect. II. Capite XXVIII. p. 27. Καὶ ὁ φρὰ Μανουὴλ ὁ μεταγλωττιστής. *Et frater Manuel, communis omnium interpres.* Et Sect. IV. Cap. XXII. p. 98. Ὁ Χριστοφόρος παρίστατο ὡς μεταγλωττιστής. *Chriſtophorus adſtabat, quaſi communis interpres.*

Μετάθεσις.

I. Quemadmodum μετάβασις, ut vidimus, de morte uſurpatur: ita etiam μετάθεσις. Heſychius: Μετάθεσις, μετάβασις. *Tranſpoſitio, tranſitus.* Apud Athanaſium de Virginitate, tom. I. pag. 1056. Οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς δικαίοις θάνατος, ἀλλὰ μετάθεσις· μετατίθεται γὰρ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου εἰς τὴν αἰώνιον ἀνάπαυσιν. *Non eſt apud juſtos mors, ſed tranſpoſitio, tranſlatio: transfertur enim ex hoc mundo in æternam requiem.*

II. Μετάθεσις notat *ex una parœcia in aliam tranſlationem.* Balſamon in fragmentis ad Can. XV. Concilii Nicæni, pag. 1110. Μετάθεσίς ἐστιν ἡ ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μετάταξις, ὅταν τυχὸν ἐπίσκοπος παντοίᾳ σοφίᾳ κεκοσμημένος μετακληθῇ παρὰ πλήθους ἐπισκόπων εἰς μείζονα ἐκκλησίας χηρευούσης βοήθειαν, κινδυνευούσης περὶ τὴν εὐσέβειαν. *Tranſlatio eſt ex una parœcia in aliam tranſpoſitio, quando fortè Epiſcopus omnigenâ ſapientiâ ornatus vocatur à multitudine Epiſcoporum ad majus Eccleſiæ Epiſcopo deſtitutæ auxilium, quæ pietate periclitatur.*

Μετακόσμησις.

Non habent Lexica. Eſt *mutatio, transformatio.* Aſterius, Homil. in feſtum Kalendarum, pag. 591. de Reſurrectionis Chriſti die ſcribit: Τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῖν καὶ τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον δηλοῖ μετακόσμησιν. *Immortalitatem nobis, & ad meliorem ſtatum mutationem indicat.*

Μεταλαμβάνω.

Verbum hoc, ut alias ejus ſignificationes prætereamus, *de S. Cœnæ participatione* uſurpatur. Theophylactus in Cap. XIV. Matthæi: Οὐδεὶς ἀβάπτιστος μεταλαμβάνει. *Nullus non baptizatus communicat.* Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. II. Sect. XIV. pag. 20. Ἀχράντου θύματος μεταλαβεῖν. *Incontaminatum ſacrificium participare.* Theodoretus quæſt. LII. in I. lib. Regum, Τοῦ δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνειν. *Dominicum corpus & ſanguinem participare.* Hinc μετάληψις de eodem: ut ſuo loco videbimus.

Μεταλαμπαδεύομαι.

Non habent Lexica. Significat *Lampadem viciſſim in manus trado.* Clemens Alex. Stom. II. pag. 421. Πλάτων μὲν εὖ ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τάττει τὸν γάμον, ἐπισκευάσας τὴν ἀθανασίαν τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ οἱονεὶ διαμονήν τινα παισὶ παίδων μεταλαμπαδευομένην. *Plato ergo matrimonium collocat in bonis externis, adſtruens noſtri generis immortalitatem, & quandam perpetuitatem, quâ poſteritas poſteritati lampadem quaſi viciſſim in manus tradit.*

Μεταληπτῶς.

Hanc etiam vocem omittunt Lexicographi. De-

ſcen-

Digitized by Google

ſcendit ab adjectivo, μεταληπτὸς, *cujus participatio eſſe poteſt, cujus particeps aliquis fieri poteſt.* Eſt autem μεταληπτῶς, *per participationem.* Cyrillus Alexandrinus lib. II. in Joh. Cap. III. pag. 169. de Filio Dei: Οὐ μικρὰν τινα μοῖραν ἔχει τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦτο μεταληπτῶς. *Neq; (nempe ut homines) partem quandam exiguam ſpiritûs habet, idq; per participationem.* Idem, lib. II. in Joh. in argumento Cap. IV. pag. 170. Ὅτι οὐ μεταληπτῶς ἐν υἱῷ τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἴδια, ἀλλ' οὐσιωδῶς κατὰ φύσιν. *Quod ea, quæ Dei & Patris propria ſunt, non ſint in Filio per participationem, ſed eſſentialiter ſecundum naturam.*

Μετάληψις.

I. Vox hæc uſurpatur *de participatione S. Cœnæ*, idque

1. *ſimpliciter, ſine ullo epitheto.* Chryſoſtomus Homil. III. in Epiſt. ad Epheſios: Οὐκ εἶ τῆς θυσίας ἄξιος, οὐδὲ τῆς μεταλήψεως; οὐκοῦν οὐδὲ τῆς εὐχῆς. *Non es dignus ſacrificio, neq; communione? ergo neq; oratione.* Idem, Homil. XVII. in Epiſt. ad Hebræos: Τῆς μεταλήψεως μετέχειν. *Communionis participem fieri.* Conſtitut. Apoſt. lib. VII. Cap. XXVII. pag. 980. Μετὰ τὴν μετάληψιν οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι ὁ Θεὸς, &c. *Poſt communionem ita gratias agite: Gratias tibi agimus, ô Deus, &c.* In Liturgia Præſanctificat. in Euchologio, pag. 79. Τῆς μεταλήψεως τελειωθείσης, καὶ τῶν ἁγίων λειψάνων ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἀρθέντων τραπέζης, ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς. *Communione abſoluta, & ſanctis reliquiis è menſa ſublatis, precatur ſacerdos.*

2. *Addito participationis objecto, vel etiam epitheto.* Atque ita dicitur,

a. Μετάληψις ἁγιασμάτων, *participatio rerum ſanctificatarum,* id eſt, Euchariſtiæ. Vide in Ἁγίασμα, num. II. ſub lit. *b.*

b. Μετάληψις μυστηρίων. *Sacramentorum participatio.* Ita Anonymus in vita Chryſoſtomi.

c. Μετάληψις εὐχαριστίας. *Participatio Euchariſtiæ.* Can. II. Concilii Antiocheni: Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν, τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, &c. *Omnes qui ingrediuntur in Eccleſiam Dei, & ſacras Scripturas audiunt, nec communicant in oratione cum populo, aut averſantur participationem Euchariſtiæ, per quandam perverſitatem, hos ab Eccleſia ejici oportet, &c.*

d. Ἁγία μετάληψις, *ſacra communio.* Canon X. Apoſtol. Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίας ἐμποιοῦντας τῆς ἐκκλησίας, ἀφορίζεσθαι χρή. *Omnes introëuntes fideles, & Scripturas audientes, non perſeverantes autem in oratione & ſancta communione, veluti perturbationum Eccleſiæ autores, excommunicari oportet.* Balſamon ad Can. XX. Synodi Ancyranæ, p. 783. τοῦ τελείου τυχεῖν, exponit τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, *ſancta communione dignum haberi.* Idem ad Can. II. Antiochenum, pag. 812. Οἵτινες τῆς ἐκκλησίας ἐξέρχονται πρὸ τῆς ἁγίας μεταλήψεως, καὶ οὐ καρτεροῦσιν ἰδεῖν τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θείαν μετάληψιν. *Qui ex Eccleſia egrediuntur ante ſanctam communionem, neq; perſeverant, ut videant ſanctorum myſteriorum divinam communionem.*

e. Μυστικὴ μετάληψις. *Myſtica communio.* Cyrillus Alex. Catenâ in Cap. XVII. Joh. pag. 416. Ἑνούμεθα αὐτῷ τε τῷ Χριστῷ καὶ ἀλλήλοις, διὰ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως. Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν, ἓν οἱ πάντες ἀποτελοῦμεθα σῶμα. *Unimur etiam ipſi Chriſto, atq; inter nos per myſticam communionem. Nam ſi omnes ex uno pane manducamus, unum omnes corpus efficimur.* Theophylactus in Cap. VI. Joh. pag. 651. Φανερῶς ἐνταῦθα περὶ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως τοῦ σώματος αὐτοῦ φησι. *Manifeſtè hic de myſtica communione corporis ſui dicit.* Cur verò Euchariſtia μετάληψις vocetur, Damaſcenus orthod. fidei lib. IV. Cap. XIV. pag. 319. his docet verbis: Μετάληψις λέγεται· δι' αὐτῆς γὰρ Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν. *Participatio dicitur: nam per ipſam Jeſu divinitatem participamus.* Propterea autem dicit, nos per S. Cœnam τῆς θεότητος μεταλαμβάνειν, quia plures ex Patribus finem ſacramentorum ſtatuebant θέωσιν, & fideles per ea *deos fieri* dicebant. Vide in Θεόω, n. II.

II. Μετάληψις ponitur *pro ipſo pane, qui in S. Cœna ſumitur.* Inter epiſtolas Zonaræ ἀνεκδότους una eſt, ſicut teſtatur Caſaubonus, qui vidit, cujus argumentum eſt: Εἰ φθαρτή ἐστιν ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μετάληψις, εἴτε καὶ ἄφθαρτος. *Num corruptibilis eſt ſancta Chriſti participatio, an verò incorruptibilis?* Hic μετάληψις ponitur ἀντὶ τοῦ μεταλαμβανομένου ἄρτου.

Μεταλλεύω.

Μεταλλεύω non tantùm eſt *metalla eruo*, ſeu *effodio*: ſed etiam *metaphoricè ſcrutor, diligenter quæro.* Heſychius: Μεταλλεύει, ζητεῖ. *Scrutatur, quærit.* Suidas: Μεταλλεύεις, ἀντὶ τοῦ ἐρευνᾷς, πολυπραγμονεῖς. *Metalla ſcrutaris, pro, ſcrutaris, inquiris, accuratè & curioſè quæris.* Chryſoſtomus Homil. XXXI. in Epiſt. ad Romanos, pag. 232. Πειρασώμεθα δὲ καὶ σήμερον τὸ αὐτὸ πάλιν τοῦτο μεταλλεῦσαι τὸ χωρίον. Ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ψιλῶν μέγαν εὑρεῖν θησαυρόν. *Conemur verò etiam hodie eundem rurſus locum* (nempe de ſalutationibus & nominibus propriis, quæ habentur Cap. XVI. ad Romanos) *diligenter ſcrutari. In nudis etenim nominibus nonnunquam magnum invenire licet theſaurum.* Apud eundem legitur, τοῦ Σωτῆρος τὰς ἀρετὰς μεταλλεύειν. *Salvatoris virtutes ſcrutari.*

Μεταλλίζω.

Μεταλλίζειν eſt *in metallum damnare.* Photius in Nomocan. tit. II. Cap. II· Μεμετρημένη ποινή ἐστι τὸ θηρίοις παραδοθῆναι τὸν νυκτερινὸν ἱερόσυλον· τὸν ἡμερινὸν δὲ μέτριόν τι ἱεροσυλοῦντα μεταλλίζεσθαι. *Moderata pœna eſt, beſtiis tradi ſacrilegum nocturnum: diurnum verò, qui modicum aliquod ſacrilegium committat, in metallum damnari.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. V. Sect. V. Ὁ δεδωκὼς τὸ πῶμα πρὸς φίλτρον ἢ ἀμβλωθρίδιον, κἂν χωρὶς δόλου· εὐτελὴς μὲν ὤν, μεταλλίζεται· τίμιος δὲ ἐξορίζεται μετὰ μερικῆς δημεύσεως. *Qui poculum dederit amatorium, vel abortionis, licèt absq; dolo; ſiquidem vilis eſt conditionis, in metallum damnatur: ſin honorato loco natus, parte bonorum publicata relegatur.* Idem: Δοῦλοι μαστίζονται, ἢ μεταλλίζονται. *Servi flagris cæduntur, vel in metallum damnantur.* Μεταλλίζεσθαι aliàs eſt εἰς μέταλλον καταδικάζεσθαι.

Μεταμέλεια. Μεταμελέομαι & Μεταμέλομαι.

I. Exiſtimant viri docti, hæc verba tantùm declarare, *poſt rem aliquam factam ſolicitum & anxium eſſe*, nec propriè complecti vitæ & conſilii mutationem in melius. At cùm verba valeant uſu, ut nummi, confidenter aſſerimus, eadem *de vera* etiam uſurpari *pœnitentia.* Aliquot exemplis res fiet clariſſima. Theodoretus in Cap. IV. Jeremiæ, pag. 161. Ὑμεῖς μόνοι δύνασθε σβέσαι μεταμελόμενοι· ὑμῶν δὲ μεταμελείᾳ μὴ κεχρημένων, οὐδεὶς ἱκανὸς ἀπαλλάξαι τῆς τιμωρίας. *Vos ſoli pœnitendo* ignem iræ divinæ *extinguere poteſtis: qui, niſi reſipiſcentia utamini, nullus ad vos à pœna liberandos ſufficiens eſt.* Idem ad verſ. 21. Pſalmi L. Deum ita loquentem introducit:

Ἐγὼ ταῦτα ὁρῶν ὑπὸ σοῦ τολμώμενα, μακροθυμίᾳ χρώμενος, ἀναμένω τὴν μεταμέλειαν. *Ego hæc à te patrata videns, multa æquanimitate uſus, reſipiſcentiam exſpecto.* Idem in Cap. XVIII. Ezechielis, pag. 390. de Manaſſe: Μεταμελείᾳ χρησάμενος, τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσε. *Reſipiſcentia uſus, ſalutem conſecutus eſt.* Iterum in Cap. IV. Jeremiæ, pag. 334. Χρήσιμος ἡ ὑπὸ Θεοῦ ἐπιφερομένη παιδεία· μεταμελείας γὰρ μήτηρ. *Utilis, quæ à Deo infertur caſtigatio: reſipiſcentiæ enim mater eſt.* Greg. Nyſſenus Orat. de Pœnitentia, tom. II. pag. 167. Johannem Baptiſtam vocat μετανοίας κήρυκα, μεταμελείας εἰσηγητὴν, *pœnitentiæ præconem & ſuaſorem.* Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. III. pag. 11. a. Φιλάνθρωπος ὢν ὁ Θεὸς συγγνώμην νέμει τοῖς ἐπταικόσιν, εἰ μεταμεληθῶσι, καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς μεταμέλειαν βεβαιώσωσι. *Miſericors cùm ſit Deus, lapſis veniam dat, ſiquidem reſipiſcant, & reſipiſcentiam per bona opera confirment.* Can. XI. Concilii Nicæni: Ὅσοι γνησίως μεταμέλονται. *Qui verè pœnitentiâ ducuntur:* quod Balſamon. pag. 291. exponit, γνησίως, ἤτοι ἀληθῶς μετανοοῦν. Photius epiſtolâ LXVI. pag. 119. dicit Davidem lapſum ſurrexiſſe πόνοις, καὶ μεταμελείᾳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ, *per labores, per pœnitentiam & alias virtutes.* Oecumenius in Cap. II. Actor. pag. 11. dicit Petrum προοδοποιῆσαι Ἰουδαίοις τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μεταμέλειαν, *ſtraviſſe Judæis viam ad converſionem & pœnitentiam.* Ammonius in Catena in Cap. XIV. Joh. pag. 353. Οὐ πάντες, φησὶ, μέλλετέ με ἀρνήσασθαι, καὶ ἡ ἄρνησις τοῦ Πέτρου διὰ τῆς μεταμελείας καὶ ὁμολογίας ἐξαλειφθήσεται. *Non omnes, inquit, me negabitis; ſed & ipſa Petri negatio per pœnitentiam & confeſſionem delebitur.* Alia inſuper & ex profanis, & ex Eccleſiaſticis autoribus collecta; quibus noſtra confirmatur ſententia; exhibet Cl. Gatakerus Adverſ. ſacror. Cap. XXIX. quem inſpicere imprimis operæ precium fuerit. Heſychius à nobis ſtat, apud quem: Μεταμέλειαν, μετάνοιαν. Suidas: Μεταμέλεται, μετανοεῖ, μετάμελος γίγνεται. *Pœnitentiâ ducitur, reſipiſcit: pœnitens eſt.* Etymologus: Μεταμέλομαι, τὸ μετανοῶ, καὶ μεταγινώσκω.

II. Μεταμέλεια *per* ἀνθρωποπάθειαν *Deo tribuitur.* Suidas: Μεταμέλεια πάθος ἀνθρώπινον. Τὸ γὰρ θεῖον μεταμελείας ἀμύητον. Μεταβολαῖς δὲ συγχωρεῖ περιπίπτειν, ὥσπερ οἰκονομικῶς· ὥσπερ τὴν Ἰουδαίων ἱερωσύνην κατέπαυσε, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀσσυρίων, καὶ Βαβυλῶνος, καὶ Μακεδόνων. *Pœnitentia eſt affectus humanus. Nam Numen divinum pœnitentiæ eſt expers.* Res verò humanas, *per certam diſpenſationem, in mutationes incidere ſinit: ſicut Judæorum ſacerdotium abolevit, & Aſſyriorum regnum, & Babylonis & Macedonum imperium.* Chryſoſtomus ad v. 45. Pſal. CVI. Οὐ πάθος Θεοῦ μεταμέλεια, παιδείας δὲ παῦσις. *Pœnitentia non eſt affectus in Deo, ſed pœnæ ceſſatio.* Ad eundem locum Theodoretus in Pſalmos, pag. 830. Μεταμέλειαν καλεῖ τῆς παιδείας τὴν παῦλαν. Ὁ γὰρ Θεὸς τῆς μεταμελείας οὐκ ἔχει τὸ πάθος, οὐδὲ νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις ἀρέσκεται, ἀλλὰ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, καὶ παιδείας ἐπάγει, καὶ φιλανθρωπίαν ὀρέγει. *Pœnitentiam nuncupat pœnæ ceſſationem. Pœnitentiæ enim affectus in Deum non cadit, neq; modò his, modò illis delectatur: ſed omnia ſapienter moderans, & ſupplicia infligit, & benignitatem porrigit.* Idem, quæſt. XXXVII. in Geneſin, pag. 32. Οὐδὲν ἐκ μεταμελείας εἴωθε ποιεῖν ὁ τῶν ὅλων Θεός· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ πάθος ἴδιον τῶν τρεπτὴν ἐχόντων τὴν φύσιν, καὶ νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις ἀρεσκομένων, καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι παντάπασιν ἀγνοούντων. Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς ἄτρεπτον μὲν ἔχει τὴν φύσιν. Οἶδε δὲ, ὡς ἤδη γεγενημένα, τὰ μήπω γεγενημένα. *Univerſorum Deus nihil per pœnitentiam agere ſolet: hic enim affectus proprius eſt eorum, qui mutabilem habent naturam, & nunc quidem his, nunc verò illis delectantur, & quæ futura ſunt, penitus ignorant. At univerſorum Deus immutabilis eſt naturæ: quæ verò nondum facta ſunt, perinde novit, ac ſi jam facta eſſent.* Et quæſt. L. in Geneſin, pag. 41. & 42. cur Deus diluvio homines deleverit. Dicit id non eſſe ab eo factum, ὀργῇ τινι καὶ μεταμελείᾳ, *per iram quandam aut pœnitentiam;* & ſubjicit: Ταῦτα γάρ τοι ἀνθρώπινα πάθη, ἡ δὲ θεία φύσις ἐλευθέρα παθῶν. Ἄλλως τε ἡ μεταμέλεια τοῖς μετὰ τὴν πεῖραν μανθάνουσι τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν κατάλληλος, ἀγνοοῦντες γὰρ τὸ ἐσόμενον, προβουλεύονται. Εἶτα τῇ πείρᾳ μανθάνοντες, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἐβουλεύσαντο, μεταμέλονται. Ὁ δὲ Θεὸς οὕτως ὁρᾷ τὰ μετὰ πολλὰς ἐσόμενα γενεὰς, ὡς ἤδη γεγενημένα. Ὡς προορῶν τοίνυν καὶ προγινώσκων, οὕτως ἅπαντα πρυτανεύει. Τί δήποτε τοίνυν μεταμέλεται, ἅπαντα πρὸς τὴν πρόγνωσιν τὴν οἰκείαν οἰκονομῶν; Οὐκοῦν ἐπὶ Θεοῦ μεταμέλεια οἰκονομίας ἐστὶ μεταβολή. Μεταμεμέλημαι γάρ φησιν, ὅτι κέχρικα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, ἀντὶ τοῦ, ἐδοκίμασα μὲν παῦσαι τοῦτον, ἕτερον δὲ χειροτονῆσαι. Οὕτω κἀνταῦθα, ἐνεθυμήθην ὅτι ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον, ἐδοκίμασα διολέσαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. *Hi enim ſunt affectus humani, à quibus natura divina prorſus eſt libera. Maximè cùm pœnitentia conveniat iis, qui periculo facto rerum conditionem didicerunt. Ignorantes enim quod futurum eſt, antea conſultant: tum periculo facto diſcentes quòd non rectè deliberaverint, pœnitentiâ ducuntur. Deus autem perinde videt ea, quæ poſt multas generationes futura ſunt, ac ſi jam evenisſent. Hinc fit ut tanquam prævidens & praſciens omnia diſpenſet. Quomodo ergo pœnitentia cadat in eum, qui ſuâ præſcientiâ regit univerſa? Quare pœnitentia Dei nihil aliud eſt, quàm mutatio diſpenſationis ejus.* Pœnitet me, *inquit,* quòd conſtituerim Saul regem, *pro eo quod eſt, ſtatui illum deponere, alium verò creare. Sic & in hoc loco,* pœnitet me feciſſe hominem, *hoc eſt, decrevi perdere hominum genus.* Vide etiam Damaſcenum contra Manichæos, p. 376. & in Μετάνοια, num. V.

Μεταμοσχεύω.

Afferunt Lexica ex Heſychio, apud quem legitur, Μετεμόσχευσε, μετεφύτευσε. *Tranſplantavit.* Simplex eſt μοσχεύω, *ſurculis ex arbore demtis ſero, ramis tenerrimis ex arbore avulſis planto.* Suidas: Μοσχεύων, μεταφυτεύων. *Tranſplantans.* Vide vulgata Lexica. Verbo Μεταμοσχεύω uſus Chryſoſtomus Homil. III. de Anna, tom. II. Edit. Pariſ. pag. 979. Καθάπερ οἱ φιλόπονοι τῶν γηπόνων πρότερον σπέρματα εἰς τὴν γῆν καταβάλλουσι κυπαρίττων, καὶ ἑτέρων τοιούτων, εἶτα ἐπειδὰν ἴδωσι τὸ σπέρμα δένδρον γενόμενον, οὐκ ἀφιᾶσιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς γῆς, ἀλλὰ ἀνασπάσαντες ἐκεῖθεν, ἐφ᾽ ἑτέραν μεταμοσχεύουσι χώραν, &c. *Quemadmodum induſtrii agricolæ priùs ſemina in terram mittunt cupreſſorum, & aliarum hujusmodi arborum, deinde verò, poſtquam viderint ex ſemine factam arborem, eam in eadem terra non relinquunt, verùm inde evulſam in aliud transferunt ſolum, &c.* Μεταμοσχεύω & μεταφυτεύω conjungit Clemens Alex. ſub finem lib. VII. Strom. pag. 767. Idem, lib. VI. pag. 617. conjungit μεταλιθέναι & μεταμοσχεύειν. Ἡ γνῶσις ἡμῶν καὶ ὁ παράδεισος ὁ πνευματικὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν ὑπάρχει εἰς ὃν καταφυτευόμεθα, μετατεθέντες καὶ μεταμοσχευθέντες εἰς τὴν γῆν ἀγαθὴν, ἐκ βίου τοῦ παλαιοῦ. *Noſtra cognitio & hortus ſpiritalis, noſter Salvator eſt: in quem implantamur, tranſpoſiti & tranſplantati in terram bonam ex vita veteri.* Metaphoricè uſurpatur à Cyrillo Alexandrino, lib. I. in Joh. Cap. IX. pag. 90. Ἐντρυφήσει τὰ ἔθνη τοῖς ἐκ πίστεως ἀγαθοῖς, λαμπρὰ τῆς ὑπακοῆς εὑρήσει τὰ γέρα, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου μεταμοσχευθήσεται τόπον. *Fidei bonis gentes perfruentur, luculenta obſequii ſui præmia conſequentur, & in ejus locum tranſplantabuntur.* Et lib. II. in Joh. Cap. V. paginâ 201. Δικαίως ἀποπέπτωκε τῆς

ἐλπι-

ἐλπίδος ὁ Ἰσραὴλ, μεταμοσχεύονται δὲ οἱ ἀλλογενεῖς ἐπ' αὐτήν. *Meritò Iſraël ſpe ſua deturbatur, alienigenæ verò in eam tranſplantantur.*

Μετανοέω. Μετάνοια.

I. Μετάνοια notat *pœnitentiam*

A. *Efficacem*, quâ ubi quis errorem ſuum reſciverit, ab agnito jam recedit, & cum mente mutata, vitæ quoque rationem atque inſtitutum ſimul mutat. Ita Lactantius lib. VI. Cap. XXIV. *Reſipiſcit, quem errati piget, & ſe ipſum caſtigat dementiæ, & confirmat ad rectius vivendum.* Hoc innuit verbum μετανοεῖν, quod eſt *poſt cogitare,* ſeu *ſecundò cogitare: μεταθήσει γὰρ τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθόν.* Ita in quæſtionibus, quæ Athanaſio adſcribuntur, quæſt. CXXXIII. de Parabolis, tom. II. pag. 435. Μετάνοιά ἐστιν, οὐχ ἡ τῶν γονάτων κλίσις· ἀλλ' ἡ ἀποχὴ τοῦ κακοῦ· καὶ τὸ πενθεῖν, καὶ θρηνεῖν, καὶ δεῖσθαι τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς τῶν προημαρτηκότων ἀφέσεως. Διὰ τοῦτο γὰρ λέγεται μετάνοια, ὅτι μετατίθησι τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθόν. *Pœnitentia non eſt genu flexio: ſed abſtinentia à malo, & ſeipſum angere, lamentari, & Deum priorum peccatorum remiſſionem rogare. Hinc enim dicta eſt μετάνοια, quia mentem à malo ad bonum transfert.* Chryſoſtomus Homil. X. in Matth. pag. 67. Μετάνοιαν λέγω, οὐ τὸ τῶν προτέρων ἀποστῆναι κακῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄμεινον, ἐπιδείξασθαι καλά. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ εἰς ὑγείαν ἡμῖν τὸ βέλος ἐξελεῖν μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ τραύματι φάρμακα ἐπιθεῖναι. *Pœnitentiam voco, non tantùm à prioribus abſtinere malis, ſed etiam, quod longè præſtantius eſt, bona facere. Etenim ad recuperandam ſanitatem non ſufficit ſolùm extrahere telum, oportet vulneri etiam applicare medicamenta.* Aretas in Cap. III. Apocal. pag. 903. Μετάνοιά ἐστι μετάστασις ἀπὸ τῶν χειρόνων, καὶ μεταβολὴ ἐπὶ τὸ βέλτιον. *Reſipiſcentia eſt mutatio à pejoribus in melius.* Damaſcenus orthod. fidei lib. II. Cap. XXX. pag. 165. Μετάνοιά ἐστιν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν, εἰς τὸ κατὰ φύσιν, καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου πρὸς τὸν Θεὸν ἐπάνοδος δι' ἀσκήσεως καὶ πόνων. *Reſipiſcentia eſt ex eo, quod contra naturam eſt, ad id, quod ſecundum naturam eſt, & à Diabolo ad Deum reditus, per exercitia pietatis & labores.* Iterum Chryſoſtomus in Pſal. IV. Οὐκ ἀρκεῖ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι καὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἀγαθῶν· καὶ γὰρ ἡ ἀργία τῆς ἀρετῆς κόλασιν οἶδε προξενεῖν, οὐχ ἡ ἐργασία τῆς πονηρίας μόνον. *Non eſt ſatis à rebus malis abſtinere, ſed bonorum quoque operationem adeſſe oportet: etenim virtutis etiam neglectus pœnam conciliare ſolet, non tantùm malitiæ operatio.* Idem locus adducitur etiam in Catena in Cap. I. Jobi, pag. 9. Homil. XXXII. in Johannem, pag. 694. Ἔστι μετάνοια, τὸ μηκέτι τὰ αὐτὰ ποιεῖν· ὁ γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῶν, ἔοικε τῷ κυνὶ τῷ πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπανιόντι. *Pœnitentia eſt, eadem non ampliùs patrare: qui enim eadem aggreditur, ſimilis eſt cani ad vomitum ſuum redeunti.* Baſilius M. vel potiùs Euſtathius Sebaſtienſis, in Moralibus, Cap. IV. tom. II. p. 280. Τοῖς μετανοοῦσιν οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡ ἀναχώρησις μόνη τῶν ἁμαρτημάτων· χρεία δὲ αὐτοῖς καὶ καρπῶν ἀξίων τῆς μετανοίας. *Reſipiſcentibus ad ſalutem non ſufficit, ut tantùm à peccato recedant: ſed ipſis etiam neceſſarii ſunt fructus pœnitentiæ digni.* Theodoretus in Pſal. LXXXIV. pag. 737. Ἡ πρὸς τὸν Θεὸν τῆς καρδίας ἐπιστροφὴ, τοῦ πταίειν ἀπαλλαγὴ, καὶ τῆς δικαιοσύνης ἀρχή. *Cordis ad Deum reditus, eſt liberatio à peccatis, & juſtitiæ principium.* Non ergo ſatis accuratè *pœnitentiæ efficacis* naturam explicant, qui in hac mentis mutatione, omiſſo termino ad quem, termini tantum à quo meminerunt. Id fecit Greg. Nyſſenus de Pœnitentia, tom. II. pag. [illegible]75. his verbis: Τοῦτο ἡ μετάνοιά ἐστι, λύσις καὶ ἀφανισμὸς τῶν πρώην ἢ κατὰ πρᾶξιν ἐνεργουμένων, ἢ κατὰ διάθεσιν νοουμένων. *Reſipiſcentia nihil aliud eſt, niſi ſolutio & abolitio præteritorum, quæ vel actione, vel cogitatione admiſſa ſunt.* Zonaras etiam ad Can. XXXIX. Baſilii M. pag. 90. Μετάνοιά ἐστι τὸ μεταμέλεσθαι τὸν ἁμαρτήσαντα ἐφ' οἷς ἥμαρτε καὶ δακρύεσθαι ἐπ' αὐτοῖς. *Reſipiſcentia eſt, quando qui peccavit pœnitentiâ ducitur, & ob admiſſa peccata luget.* Hanc autem μετάνοιαν Chryſoſtomus ἀνόθευτον, *minimè fucatam*, appellat: Anonymus in vita Chryſoſtomi μεμεριμνημένην καὶ καθαράν, *ſolicitam & puram:* Petrus, Archiepiſcopus Alexandr. Can. VIII. τελειοτάτην καὶ ὁλοκάρδιον, *perfectiſſimam, & ex toto corde profectam.* Alii μετάνοιαν γνησίαν, *pœnitentiam genuinam* vocant, eò quòd de peccato, quatenus eſt peccatum, Deique offenſa, homo doleat: nam ſub ratione alia fieri poteſt, ut admiſſi pœniteat, nec ab eo tamen recedatur: at ubi hoc nomine admiſſorum pœnitentiâ quis tangitur, οὐχ ὅτι κολάζεσθαι μέλλει ἀλλ' ὅτι (τῷ Θεῷ) προσέκρουσε, δεσπότῃ τῷ οὕτως ἡμέρῳ, οὕτως ἀγαθῷ, *non quia pœnas iis commeritus ſit, unde ſupplicii malum ſibi accerſere poſſit: ſed quia ea in ſe & ex ſe mala ſunt, quæque Dei opt. max. quem ſanctè veretur, offenſam contrahunt,* ut Chryſoſtomus Homil. IV. in II. ad Corinthios inquit, fieri non poteſt, quin ut mentem ſic mutatam etiam novum vitæ inſtitutum ex neceſſitate conſequatur. Inde Favorinus: Μετάνοια γνησία, ἀπὸ πλαισμάτων ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἀγαθὸν ἐπιστροφή. *Pœnitentia genuina, à peccatis ad contrarium bonum converſio.* Tertullianus etiam hanc *pœnitentiam maturam* vocat, lib. de Pudicitia, Cap. X. pag. 1005. *Quid enim ex pœnitentia matureſcit, quàm emendationis effectus? Sed & ſi venia potiùs eſt pœnitentiæ fructus, hanc quoque conſiſtere non licet ſine ceſſatione delicti. Ita ceſſatio delicti radix eſt veniæ, ut venia ſit pœnitentiæ fructus.* Hanc ob cauſſam Clemens Alexandr. Strom. lib. II. pag. 386. dixit δόκησιν μετανοίας, οὐ μετάνοιαν, τὸ πολλάκις αἰτεῖσθαι συγγνώμην, ἐφ' οἷς πλημμελοῦμεν πολλάκις, *pœnitentiæ ſimulationem eſſe, non pœnitentiam, ſæpe petere veniam eorum, quæ ſæpe peccamus.* Hanc *pœnitentiam efficacem* etiam reſpiciunt illa Chryſoſtomi Homil. XXI. ad populum Antiochenum: Ὁ μετανοῶν οὐκέτι τῶν αὐτῶν ἅπτεται πραγμάτων, ἐφ' οἷς μετενόησε. *Qui reſipiſcit, non ampliùs ea ſectatur opera, quorum eum pœnituit.* Clemens Alexandrinus Stromat. VI. pag. 663. Ἡ μετάνοια διττή· ἡ μὲν κοινὴ, ἐπὶ τῷ πεπλημμεληκέναι· ἡ δὲ τὴν φύσιν τῆς ἁμαρτίας καταμαθοῦσα, ἀφίστασθαι τοῦ ἁμαρτάνειν αὐτοῦ κατὰ προηγούμενον λόγον πείθει, ᾧ ἕπεται, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. *Duplex eſt pœnitentia: una quidem communis, propterea quòd peccaverit: altera verò, cùm peccati naturam didicerit, perſuadet ab ipſo deſiſtere peccato per principalem rationem, cui eſt conſequens ut non peccet.*

Circa hanc *efficacem pœnitentiam* ſequentia inſuper notamus:

1. *Cauſſam efficientem*

a. *principalem*, quæ Deus eſt. Docet hoc Chryſoſtomus Homil. II. de Pœnitentia, quæ eſt tom. VI. Homil. LXXVIII. Δεξώμεθα παρὰ Θεοῦ τὴν μετάνοιαν ἰατρεύουσαν ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτῷ ταύτην προσάγομεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν ταύτην ἐχορήγησε. *Accipiamus à Deo pœnitentiam nos ſanantem: neque enim nos illi eam offerimus, ſed ipſe nobis illam largitus eſt.*

b. *inſtrumentalem*, quæ multiplex eſt. Mandati divini mentionem facit Clemens Alex. Strom. II. pag. 375. Μετάνοιαν ἐντολὴ ποιεῖ, κωλυτικὴ μὲν τῶν μὴ ποιητέων, ἐπαγγελτικὴ δὲ τῶν εὐεργετικῶν. *Pœnitentiam efficit præceptum, quod ea quidem prohibet, quæ non ſunt facienda, benefacta autem propitetur.*

2. *Effecta.* Chryſoſtomus Homil. CVII. tom. VI. Διὰ μετανοίας ὁ Χριστὸς εἰς τὴν βασιλείαν χειραγωγεῖ. *Per pœni-*

Digitized by Google

pœnitentiam *Chriſtus in regnum cœlorum introducit.* Ho-
mil. CXIII. tomi ejusdem: Μετάνοιά ἐςι βασιλείας ὐ-
ρανῶν πρόξενος, καὶ εἴσοδος παραδείσου, καὶ τρυφῆς
αἰωνίου ἀπόλαυσις. Μετάνοια τῶν ἁμαρτημάτων λυτήριον,
τῶν σπιλωμάτων καθαρτήριον. Μετάνοια σωτηρίας μήτηρ,
διαβόλου σκελισμὸς, παθῶν ἀφανισμός. *Pœnitentia regni cœ-*
lorum conciliatrix, introitus in Paradiſum, & deli-
ciarum æternarum uſus. Pœnitentia peccata ſolvit, maculasque
abſtergit. Pœnitentia ſalutis mater eſt, Diaboli ſupplantatio,
affectuum ſublatio. Et paulò pòſt: Μετάνοια πάντων τῶν
ἀπεγνωσμένων ψυχαγωγία καὶ παραμύθιον. Μετάνοια πά-
σης ψυχικῆς καὶ σωματικῆς ἀσθενείας ἰατρεῖον καὶ σωτήριον
φάρμακον. *Pœnitentia eorum omnium, quos deſperatio ce-*
pit, recreatio & ſolatium eſt. Pœnitentia omnis & ſpiritualis
& corporalis infirmitatis medicina & ſalutare medicamen-
tum. Confer *primam proprietatem.*

3. *Proprietates:* quarum præcipuæ ſunt,

a. *quòd pœnitentia donum Dei præſtantiſſimum.*
Chryſoſtomus Homil. II. de Pœnitentia, quæ eſt
LXXVIII. tom. VI. Ἰατρεῖον ἐςιν ἀναιρετικὸν τῆς ἁμαρτίας
ἡ μετάνοια· δῶρόν ἐςιν οὐράνιον, δύναμις θαυμαςὴ χάριτι
νικῶσα τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν. *Medici officina pœnitentia*
eſt, tollens peccatum: donum cæleſte eſt, potentia admiran-
dâ gratiâ vincens legum curſum & ordinem. Ibidem: Χω-
νευτήριόν ἐςι τῆς ἁμαρτίας ἡ μετάνοια. *Conflatorium quod-*
dam peccati pœnitentia eſt. Idem, Homil. IV. de Pœni-
tentia, quæ eſt LXXX. tom. VI. Ἡ μετάνοια φάρμα-
κον τῶν πλημμελημάτων, δαπάνημα τῶν παρανομιῶν, ἀνά-
λωμα τῶν δακρύων, παῤῥησία πρὸς Θεὸν, ὅπλον κατὰ τοῦ δια-
βόλου, μάχαιρα ἀποτέμνουσα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, σωτηρίας
ἐλπὶς, ἀπογνώσεως ἀναίρεσις. *Pœnitentia eſt medicina er-*
rorum, conſumtio iniquitatum, lacrymarum impenſa, fidu-
cia erga Deum, arma adverſus Diabolum, gladius ampu-
tans ejus caput, ſalutis ſpes, deſperationis ſublatio. Infinita
alia omittimus.

b. *quòd ei in hac tantùm vita locus.* Chryſo-
ſtomus Homil. XCV. tom. VI. Τῆς μετανοίας προθεσ-
μίαν ἡμῖν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐκκόπτεται. *Poſtquam*
hinc migraverimus omnis nobis pœnitentiæ gratia præcidi-
tur. Idem, Homil. XX. in Matth. pag. 149. Οὐκ ἔςιν
ἐντεῦθεν ἀπελθόντας οὔτε ἔλαιον πρίασθαι λοιπὸν, οὔτε δεηθέν-
τας ἐπιτυχεῖν συγγνώμης, κἂν Ἀβραὰμ ὁ παρακαλῶν ᾖ,
κἂν Νῶε, κἂν Ἰὼβ, κἂν Δανιήλ. *Fieri nequit, ut, poſt-*
quam hinc diſceſſerimus, vel oleum emamus deinceps, vel
orantes remiſſionem conſequamur, etſi Abraham pro nobis
deprecaretur, etſi Noachus, etſi Job, etſi Daniel. Baſilius
M. procœmio in præceptiones latiùs diſputatas: Νῦν
καιρὸς εὐπρόσδεκτος, νῦν ἡμέρα σωτηρίας. Οὗτος ὁ αἰὼν
τῆς μετανοίας, ἐκεῖνος τῆς ἀνταποδόσεως· οὗτος τῆς ἐργασίας,
ἐκεῖνος τῆς μισθαποδοσίας· οὗτος τῆς ὑπομονῆς, ἐκεῖνος
τῆς παρακλήσεως. *Nunc eſt tempus acceptum, nunc eſt dies*
ſalutis. Hoc præſens tempus, pœnitentiæ tempus eſt; illud re-
tributionis: hoc operationis, illud mercedis perſolutionis: hoc
patientiæ, illud conſolationis. Damaſcenus lib. II. Or-
thod. fidei, Cap. IV. pag. 78. Μετὰ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔςι
τοῖς ἀγγέλοις μετάνοια· ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν
θάνατον. *Angelis poſt lapſum nullus pœnitentiæ datur locus:*
quemadmodum nec hominibus poſt mortem. Theophyla-
ctus in Cap. XXV. Matth. pag. 151. Μεταμελείας καὶ ἐρ-
γασίας καιρὸς οὐκ ἔςι μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποβίωσιν. *Poſt banc vi-*
tam non eſt tempus operandi & reſipiſcendi. Chryſoſto-
mus, Homil. V. de Pœnitentia, tom. VI. pag. 792.
Οὐκ ἔςι μετὰ τὴν πάροδον τοῦ βίου πραγματεύσασθαι· οὐκ ἔςι με-
τὰ τὴν τοῦ θεάτρου ἀπόλυσιν ςεφανωθῆναι. Οὗτος ὁ καιρὸς μετα-
νοίας, ἐκεῖνος κρίσεως. Οὗτος ὁ καιρὸς τῶν ἀγώνων, ἐκεῖ-
νος τῶν ςεφάνων. Οὗτος κόπου, ἐκεῖνος ἀνέσεως· οὗτος
καμάτου, ἐκεῖνος ἀνταποδόσεως. *Nemo poſt banc vitam ne-*
gotiari poteſt: nemo poteſt ſoluto theatro coronari. Hoc tem-
pus, pœnitentiæ tempus eſt, illud judicii. Hoc tempus,
certaminum tempus eſt, illud coronarum. Hoc laboris,
illud relaxationis: hoc defatigationis, illud retributionis. Vi-
de inſuper Damaſcenum contra Manichæos, pag. 362.
Epiphanium hæreſi LIX. pag. 218. Chryſoſtomum Ho-
mil. XXXV. in Matth. pag. 248. & Homiliâ LXXVIII.
in Matth. pag. 488. Theophylactum in Cap. XXII.
Matth. pag. 131.

c. *quod non ſit procraſtinanda.* Baſilius M.
in Appendice operum, Homil. VIII. quæ eſt de Pœ-
nitentia, pag. 70. Εἴ τις ἰατρῶν ἐπηγγέλλετό σοι, μηχα-
ναῖς τισι καὶ ἐπινοίαις νέον ποιήσειν ἐκ γέροντος, οὐκ ἂν ἐπε-
θύμησας ἐλθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ σεαυτὸν ὁρᾷν ἔ-
μελλες πρὸς ἀκμὴν ὑποστρέφοντα; Ἐπειδὰν δὲ τὴν ψυχήν σου
ἀναθηλήσειν ἐπαγγέλλεταί σοι ἡ μετάνοια, ἣν σὺ ἐπαλαιώ-
σας, καὶ ῥυσὴν αὐτὴν ἐκ τῶν ἀνομιῶν καὶ ἐσπιλωμένην ἀπέδει-
ξας, καταφρονεῖς τοῦ εὐεργέτου, καὶ οὐ προσέχεις τῷ ἐπαγ-
γέλματι; Οὐκ ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν, τί τὸ μέγα θαῦμα τῆς ὑπο-
σχέσεως; πῶς ἄνευ μητρὸς ἀναγεννᾶται ἄνθρωπος; πῶς ὁ
παλαιούμενος καὶ φθειρόμενος κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης
σφριγᾷ πάλιν καὶ ἀνηβᾷ, καὶ εἰς τὸ ἀληθινὸν ἄνθος τῆς νεότητος
ἐπανέρχεται, &c. *Si quis medicus polliceretur, ſe artibus*
quibusdam ſenem te juvenilibus annis reſtituturum, non-
ne ſummo illius diei deſiderio tenereris, quo te conſtanti ætati
redditum cerneres? Cùm verò effecturam ſe pœnitentia pol-
liceatur, ut animus tuus, quem vetuſtate confeciſti, quemque
ſceleribus rugoſum & commaculatum reddidiſti, repullulet
& refloreſcat, beneficium reſpuis, & ad promiſſum non ac-
curris? Non percupis videre, quodnam ingens illud pollicita-
tionis miraculum? quomodo ſine matre regeneratur homo?
quomodo ſenio confectus & vitiorum libidinibus perditus,
viget rurſum ac repubeſcit, atque in verum juventutis florem
revertitur? &c. Alia, quæ hujus loci ſunt, habes in voce
Θάνατος, num. I. 5. ubi, cur mortis hora incerta: & in
voce Κρίσις, num. V. 5. ſub lit. *b.* Quid ἀμεταμέλητος
μετάνοια ſit, vide in Ἀμεταμέλητος.

4. *Oppoſita.* Ad oppoſita eorum referri poteſt
ſententia, qui pacem Eccleſiaſticam pœnitentibus ne-
gabant. Tales fuerunt Montaniſtæ, Novatiani, Me-
letiani & Apoſtolici: & quoad Epiſcopos & Clericos
lapſos etiam Luciferiani. De iis diſtinctè & breviter
agemus.

a. *Montaniſtæ.* Vergente ſecundo ſeculo
Chriſtiano, in Ardaban pago, in Myſia Phrygiæ,
quidam τῶν νεοπίςων, nomine *Montanus*, ſpiritu quo-
dam maligno abripi, & nefarias voces jactare cœpit:
cui adjunxit poſtea idem ſeductor ſpiritus duas eo-
dem furore correptas mulieres, *Priſcillam* & *Maxi-*
millam. Et Montanum quidem Paracletum, mulie-
res autem illas Prophetiſtas Montani appellabant:
ut memorant Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XIV.
& XVI. pag. 51. b. & Theodoretus lib. III. hæret. fab.
Cap. II. pag. 227. Sectatores hujus hæreſeos à Mon-
tano *Montaniſtæ*, à provincia Phrygia *Cataphryges*, à
Pepuza, Phrygiæ civitate, *Pepuziani* dicti ſunt; te-
ſte Theodoreto, loco dicto. Vide etiam Auguſtinum
de hæreſibus Cap. XXVI. XXVII. Tertullianus hos
blasphemis accenſuit hæreticis, lib. de Præſcriptio-
nib. Cap. LII. poſtea tamen eorum laqueis miſera-
biliter implicitus, contra orthodoxam Eccleſiæ de
pœnitentia doctrinam, à ſe ipſo priùs defenſam,
ſcripſit librum de pudicitia, ubi ex Montani ſcho-
la promit ac tuendum ſibi ſuſcipit crudele hoc do-
gma; *Non poſſe Eccleſiam baptizatis, & poſt baptiſmum*
in mœchiam & fornicationem, homicidium, idololatriam,
aut negationem fidei, aut in ſimile crimen prolapſis, etiamſi
poſtea pœnitentiam egerint, veniam & pacem concedere.
Nos, inquit Cap. I. illius libri, pag. 1000. de Monta-
niſtis;

Digitized by Google

niſtis; *digamos foris ſiſtimus, eundem limitem liminis mœchis quoq; & fornicatoribus figimus, jejunas pacis lacrymas proſuſuris, nec ampliùs ab Eccleſia, quàm publicationem dedecoris relaturis.* Hieronymus, Epiſt. ad Marcellam, de Montaniſtis ita ſcribit: *Illi ad omne pene delictum Eccleſiæ obſerant fores.*

b. *Novatiani* eundem errorem imbiberunt, latiusque poſtea ſparſerunt. Hi autem dicti à *Novatiano*, non à *Novato*, ut oſtendimus in voce Ἀναβάπτισις, num. I. ſub lit. *A.* ubi de eorum hæreſi jam quædam produximus; ut & in voce Καθαρὸς, num. III. De iis Theodoretus hæret. fab. lib. III. Cap. V. p. 229. Παντελῶς δὲ τὸν τῆς μετανοίας τῶν οἰκείων συλλόγων ἐξορίζουσι λόγον. *Pœnitentiæ mentionem prorſus à ſuis conventibus exterminant.* Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XXII. pag. 250. a. Ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκότας ἐξωθοῦσι τῆς κοινωνίας, ὡς οἱ Ναυατιανοί. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Μακεδονιανοὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ ποιοῦσι, καὶ οἱ ἐν Ἀσίᾳ Τεσσαρεσκαιδεκατῖται. *In Cæſaria Cappadociæ poſt acceptum baptiſma peccantes à communione expellunt, ut Novatiani. Id ipſum etiam Macedoniani in Helleſponto faciunt, & in Aſia Quartodecimani.* Vide inſuper Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. VI. Cap. XLIII. p. 69. a. b. & Zonaram ad Can. VIII. Concilii Nicæni, pag. 56.

c. *Meletiani* eundem errorem ſecuti fuerunt, qui, autore *Meletio* Epiſcopo quodam Ægyptio, turbabant Eccleſiam eo tempore, quo Arius; ut patet ex epiſtola Concilii Nicæni apud Socratem, lib. I. hiſt. Eccleſ. Cap. VI. & ex Theodoreto, hæret. fab. lib. IV. Cap. VII. pag. 239. De iis ita Auguſtinus hæreſi XLVIII. *Melitiani à Melitio nuncupati, nolentes orare cum converſis, id eſt, eis qui in perſecutione ceciderunt, vel ſchiſma fecerunt. Nunc autem dicuntur Arianis eſſe conjuncti.* Vide de iisdem Epiphanium hæreſi LXVIII. & Theodoretum hiſtor. Eccl. lib. I. Cap. VIII. p. 546.

d. *Apoſtolici*, hæretici; de quibus vide in voce Ἀποστολικὸς, num. III. eundem defendebant errorem: Οὔτε γὰρ παραπεπτωκότος τινὸς εἰσδεξις (perperam in autore εἴσδειξις) ἔτι γίνεται. *Neq; enim lapſi alicujus ampliùs ſuſceptio apud eos eſt:* inquit Epiphanius, hæreſi LXI. pag. 220.

e. *Luciferiani* pœnitentiam Clericis poſt ordinem in Eccleſia & gradum acceptum, lapſis denegant, Laicis autem lapſis, nullo tempore ſpem veniæ & reconciliationis adimunt, quòd graviori pœna Clericos caſtigandos eſſe cenſerent. Hoc patet ex Hieronymi Dialogo adverſus Luciferianos.

Lapſos autem, ſiquidem pœnitentiam egerint, recipiendos eſſe, conſtanter docuit Eccleſia orthodoxa. Ignatius in Epiſt. ad Philadelphienſes, pag. 92. Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅσοι ἂν μετανοήσαντες ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἐκκλησίας, προσδέχεσθε αὐτοὺς μετὰ πάσης πρᾳότητος, ἵνα διὰ τῆς χρηστότητος, καὶ τῆς ἀνεξικακίας ἀνανήψαντες ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἄξιοι Ἰησοῦ Χριστοῦ γενόμενοι, σωτηρίας αἰωνίου τύχωσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ. *Obſecro vos, quotquot pœnitentiâ ducti redierint ad unitatem Eccleſiæ, ſuſcipite illos cum omni manſuetudine, ut per bonitatem & patientiam veſtram evigilantes ex Diaboli laqueo, digni Chriſto facti, ſalutem conſequantur æternam in regno Chriſti.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXXIX. pag. 635. Novatianum ita alloquitur: Οὐ δέχῃ μετάνοιαν; Οὐ δίδως ὀδυρμοῖς χώραν; Οὐ δακρύεις δάκρυον; μὴ σύ γε τοιούτου κριτοῦ τύχοις. Οὐκ αἰδῇ τὸ Ἰησοῦ φιλάνθρωπον, τοῦ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν λαβόντος, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντος; τοῦ μὴ δικαίους ἐλθόντος, ἀλλ᾽ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν; τοῦ ἔλεον θέλοντος μᾶλλον ἢ θυσίαν; τοῦ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωροῦντος τὰ ἁμαρτήματα; ὡς μακάριον ἦν σου τὸ ὑψηλὸν εἰ καθαρότης ἦν, ἀλλὰ μὴ τῦφος, νομοθετῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ λύων τῇ ἀπογνώσει τὴν ἐπανόρθωσιν. Ὁμοίως γάρ ἐστι κακὸν, καὶ ἄνεσις ἀσωφρόνιστος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος· ἡ μὲν ὅλην ἐφιεῖσα τὴν ἡνίαν, ἡ δὲ τῷ σφοδρῷ καταγχουσα. *Pœnitentiam non admittis? Luctibus locum negas? Lacrymas lacrymis non proſequeris? utinam talem tibi judicem experiri non contingat? Benignitate JESU non moveris, qui infirmitates noſtras ſuſcepit, & morbos noſtros portavit; qui non venit vocaturus juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam; qui miſericordiam mavult quàm ſacrificium, qui ſeptuagies ſepties, peccata condonat? Quàm beata eſſet ſublimitas tua, ſi puritas ea eſſet, ac non faſtus, leges ſupra hominis captum inſtituens, ac morum correctionem per deſperationem tollens. In eodem enim vitio ſunt, indulgentia omnino animadverſionis expers, & condemnatio venia omni carens: illa omnes habenas laxans, hæc ob vehementiam ſtrangulans.* Ibidem plura in eandem leguntur ſententiam. Theodoretus in epitome divinorum decretorum, Cap. XXVIII. pag. 316. poſtquam multis probâſſet, poſt baptiſmum lapſos & reſipiſcentes, eſſe recipiendos, tandem concludit: Ἰάσιμα τοιγαροῦν καὶ τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα τραύματα γενόμενα. *Itaq; ſanari poſſunt, quæ poſt baptiſmum fiunt vulnera.* Idem Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XXIII. pag. 41. ex Dionyſio, Corinthiorum Epiſcopo, probat; dicit enim eum docuiſſe, τοὺς ἐξ οἵας δ᾽ οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιοῦσθαι δεῖν, *ex quocunq; lapſu, vel errore, aut etiam hæretica perverſitate reverſos, recipiendos eſſe.* Nec ſententiam hanc labefactat locus ad Hebræos VI. v. 4. 5. 6. quem Novatiani, & alii, malè intellectum, ſuo patrocinari exiſtimant errori. Vide quæ pro eo vindicando attulimus in vocibus Ἀναβάπτισις, num. II. 1. ſub lit. *b.* & Ἀνασταυρόω, num. II. De hac hæreſi imprimis conſuli poteſt Forbeſius, Inſtruct. hiſt. Theolog. lib. XII. Cap. X.

B. *Inefficacem*, ubi quis reſipiſcit, id eſt, ad erroris ſui notitiam perducitur, à quo tamen recedere vel animus non eſt, vel revertendi etiam, reique jam peractæ in integrum reſtituendi facultas non exſtat ampliùs. Nemini hæc aſſertio imprudens vel temeraria videri debet. Non me præterit, autores graviſſimos, & de ſtudiis ad ſtuporem meritos, μετάνοιαν & μεταμέλειαν ſic à ſe invicem diſterminare, ut doceant μετάνοιαν nunquam niſi in bono, μεταμέλειαν verò in vitio uſurpari: illam σωφρονισμὸν, ſive *cordis immutationem vitæq; emendationem*, ſemper habere conjunctam; hanc *non mutationem in melius*, ſed δυσαρέστησιν meram deſignare. At μεταμελείας vocem etiam *de vera* uſurpari *pœnitentia*, ſuo loco docuimus. Μετάνοιαν nonnunquam *inefficacem*, ſeu *inanem & fruſtraneam* notare *pœnitentiam*: nunc etiam paucis demonſtrandum eſt. Jam ſuprà ſub lit. A. paulò ante cauſſam efficientem duo ex Clemente adduximus loca, quæ hoc evincunt. Idem inſuper patet ex Homil. LXXXVIII. tom. VII. Chryſoſtomi, p. 513. ubi: Μετενόησεν ὁ μακάριος Πέτρος, καὶ ὁ ἄθλιος Ἰούδας. *Pœnitentiâ ductus fuit beatus Petrus, & miſer Judas.* Idem Chryſoſtomus, in Pſal. VI. de Divite in Evangelio: Καὶ ὁ πλούσιος ἐξωμολογεῖτο, καὶ μετενόει, ἀλλ᾽ οὐδὲν ὠφελεῖτο διὰ τὴν ἀκαιρίαν. *Etiam dives confitebatur, & eum pœnitebat, ſed ſine utilitate, quia intempeſtivè hoc faciebat.* Et Homil. II. de Lazaro, tom. V. Pariſ. pag. 50. de eodem Divite: Ὁ πλούσιος ἐκεῖνος, εἴ τινα εἶχε τοιαῦτα αὐτῷ παραινοῦντα, ἀλλὰ μὴ κόλακας τοὺς πρὸς χάριν ἅπαντα συμβουλεύοντας, καὶ εἰς τρυφὴν ἕλκοντας, οὐκ ἂν εἰς τὴν γέενναν ἦλθεν ἐκείνην, οὐκ ἂν τὰς βασάνους ὑπέμεινε τὰς ἀφορήτους, οὐκ ἂν ἀπαρηγόρητα μετὰ ταῦτα μετενόησε. *Dives ille ſi quem habuiſſet, qui*

illum hæc talia monuiſſet, ac non potiùs adulatores omnia ad gratiam conſulentes, ac ad delicias trahentes, nequaquam veniſſet in illam gehennam, nequaquam cruciatus ſuſtinuiſſet intolerabiles, nequaquam poſtmodum inſolabiliter eum pœnituiſſet. Clemens Alex. Strom. lib. IV. p. 489. Τοῦ μετανοοῦντος τρόποι δύω, ὁ μὲν κοινότερος, φόβος ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν. ὁ δὲ ἰδιαίτερος, ἡ δυσωπία ἡ πρὸς ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς ἐκ συνειδήσεως· εἴτ' οὖν ἐνταῦθα, εἴτε καὶ ἀλλαχοῦ· ἐπεὶ μηδεὶς τόπος ἀργὸς εὐποιΐας Θεοῦ. *Duo ſunt modi pœnitentis: unus quidem communior, timor propter ea quæ facta ſunt; alter autem magis proprius, animæ apud ſe ipſam verecundia ex conſcientia: ſive ergo hîc, ſive etiam alibi: quoniam nullus locus vacat Dei miſericordiâ.* Minus convenienter, ſi etiam apud inferos miſericordiam locum habere putat. Vide ſuprà, num. I. 3. ſub lit. *b.* Sed ſaniùs idem in Protreptico: Τὸ γὰρ ἔθος πονηρὸν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, μετάνοιαν κενὴν ἅμα τῇ τιμωρίᾳ προσεπιβρίθεται. *Conſuetudo namq; perverſa poſt diſceſſum ex hac vita, pœnitentiam inanem ſimul cum ſupplicio conciliat.* Idem, lib. II. Strom. pag. 385. Αἱ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μετάνοιαι, οὐδὲν τῶν καθάπαξ μὴ πεπιστευκότων διαφέρουσιν, ἢ μόνῳ τῷ συναισθάνεσθαι ὅτι ἁμαρτάνουσι. *Continuæ & ſe viciſſim excipientes propter peccata pœnitentiæ, nihil differunt ab iis, qui omnino non crediderunt, præterquam in eo ſolo, quod ſe peccare ſenſerunt.* In libro ſapientiæ, Cap. V. 3. de reprobis in inferno conſtitutis: Ἐροῦσιν ἑαυτοῖς μετανοοῦντες. *Apud ſe dicent pœnitentiâ tacti.* Plura, etiam ex profanis Autoribus excerpta, Cl. Gatakerus ſuppeditat, Adverſ. ſacr. Cap. XXIX.

II. Μετάνοια notat *pœnitentiam eorum, qui ob delicta ſua in Eccleſia ἐπιτιμίοις ἐσωφρονίζοντο*, ut Zonaras loquitur ad Can. V. Concilii Antiocheni, pag. 327. quique dicebantur οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. Chryſoſtomus, Homil. III. in epiſt. ad Epheſ. in S. Cœnæ communione clamabat κήρυξ, ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε πάντες, *Quicunq; pœnitentes eſtis, omnes abite.* Can. XIX. Laod. τῶν ἐν μετανοίᾳ εὐχὴ, *pœnitentium oratio.* Ita paſſim in Canonibus Conciliorum. Vocantur οἱ μετανοοῦντες, *pœnitentes.* Can. I. Neocæſ. ἄγεσθαι εἰς μετάνοιαν, *ad pœnitentiam redigi.* Zonaras p. 302. explicat, εἰς μετανοοῦντος ἄγεσθαι τόπον, in *pœnitentis ſtationem deduci.* Τόποι autem τῶν ἐπιτιμίων, *ſtationes pœnitentium*, ut Zonaras ad Can. XXI. Concilii Ancyrani appellat, erant *quatuor:* Πρόσκλαυσις, ſive ὁ τοῦ προσκλαίοντος τόπος. Ἀκρόασις, ſive ὁ τοῦ ἀκροωμένου τόπος. Ὑπόπτωσις, ſive ὁ τοῦ ὑποπίπτοντος τόπος. Et Σύστασις, ſive ὁ τοῦ συνισταμένου βαθμός. De his verò ſtationibus ſuis agitur locis. Commodè hîc docetur, quinam olim vocati οἱ ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτεροι, *Presbyteri pœnitentiarii:* cur inſtituti, & rurſus abrogati. Originem *pœnitentiarii Presbyteri*, confeſſionisque ei faciendæ, ad eos referunt Epiſcopos, qui poſt Decianam perſecutionem, anno Domini noſtri CCLIII. concitatam, vivebant. Docet hoc Socrates hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XIX. pag. 248. a. *Cùm Novatiani* τοῖς ἐπταικόσιν ἐν τῷ ἐπὶ Δεκίου διωγμῷ κοινωνῆσαι, *cum lapſis in perſecutione à Decio excitata communicare nollent*, οἱ ἐπίσκοποι τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας προσέθεσαν, ὅπως ἂν οἱ μετὰ τὸ βάπτισμα πταίσαντες, ἐπὶ τοῦ προβληθέντος τούτου πρεσβυτέρου ἐξομολογῶνται τὰ ἁμαρτήματα, *Eccleſiarum Epiſcopi Canoni*, ſeu veteris Eccleſiæ regulæ & praxi, *addiderunt Presbyterum pœnitentiarium, ut qui poſt Baptiſmum eſſent lapſi, coram hoc Presbytero peccata confiterentur.* Vide etiam Sozom. hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XVI. pag. 98. a. & Nicephorum Calliſti lib. XII. Cap. XXVIII. pag. 279. *Nectarius* verò, Epiſcopus Conſtantinop. qui circa annum Chriſti CCCLXXX. vixit, privatam hanc confeſſionem, τῷ ἐπὶ τῶν μετανοούντων πρεσβυτέρῳ fieri ſolitam, abrogavit, eumque ſecuti ſunt omnes ferè Epiſcopi Orientis; ut autores ſuprà laudati teſtantur. Et Nicephorus ſuo adhuc tempore in oriente conſtitutioni illi Nectarii obtemperatum fuiſſe, teſtis eſt. Hoc certè neque feciſſent Orientales, neque tam patienter ſpectâſſent occidentales, ſi ejuſmodi confeſſionem divini juris eſſe, & ſimpliciter neceſſariam crediđiſſent. Sed hæc, ὡς ἐν παρόδῳ, hîc monuiſſe ſufficiat. *De confeſſione* actum in voce Ἐξομολόγησις.

III. Μετάνοια aliquando notat ὑπόπτωσιν, *ſubjectionem*, ſive *ſubſtrationem*, quæ tertius erat Pœnitentium gradus. Ita accipitur à Baſilio Can. XXII. pag. 769. Χρὴ τῷ πρώτῳ ἔτει ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας· τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς. *Oportet eos anno primo expelli à precibus & deflere ad fores Eccleſiæ: ſecundo autem ad Auditionem admitti: tertio ad Pœnitentiam: quarto ad congregationem cum populo, abſtinentes ab oblatione.* Zonaras ad Canonem LXXX. Baſilii, pag. 109. dicit μετανοεῖν aliquando eſſe ἐν ὑποπτώσει εἶναι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξιέναι, *in ſubſtratione eſſe, & cum Catechumenis exire.* Vide ejuſdem Baſilii Can. V. VII. LXXXII. LXXXIV. &c. Hunc autem gradum ideo fortè μετάνοιαν vocârunt, quia in eo pœnitentia ſeſe, per proſtrationem & ſupplicationem pœnitentis in cœtu publico, maximè exerebat.

IV. Μετάνοια in Liturgicis Græcorum libris ſæpe notat *inclinationem, humilem quandam ſalutationem, quæ cum corporis incurvatione præſtatur*; vulgus *reverentiam* vocat. Typicum Sabæ Cap. I. pag. 1. Ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι. *Seſe inclinat coram Præſide.* Ibidem: Ποιεῖ μετάνοιαν τῷ ἡγουμένῳ. *Inclinat ſe coram Hegumeno.* Rurſus: Ποιεῖ μετανοίας γ' ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. *Ter ſe inclinat ante ſacras fores.* Concilium Florentinum ſect. X. Cap. X. pag. 295. Εἶτα οἱ ἡμέτεροι ἀρχιερεῖς, κατὰ τάξιν σὺν δύο προσερχόμενοι, καὶ μετάνοιαν ποιοῦντες, ἠσπάζοντο τὴν χεῖρα τοῦ Πάπα. *Deinde noſtri Præſules per ſingulos binos in ſeriem collocati, & inclinatis reverenter corporibus, Papæ manum exoſculati ſunt.*

Fuit autem hæc μετάνοια duplex, μεγάλη & μικρά. Μεγάλη μετάνοια erat, *cùm quis toto corpore, ſine tamen genuum flexione, ſe ferè ad terram uſq; antrorſum inclinabat.* Μικρὰ μετάνοια erat, *cùm quis tantùm cervicem inclinabat, & caput aliquouſq;.* Typicum Sabæ Cap. V. pag. 5. Ποιοῦμεν δὲ μετανοίας γ' μεγάλας, μικρὰς δὲ ιβ'. *Facimus autem reverentias tres magnas, parvas verò duodecim.* Marcus Hieromonachus de Dubiis Typici, Cap. XXXIX. pag. 113. Εἰς τὸ τρισάγιον μετανοίας τρεῖς, καὶ ὕστερον τὰς μεγάλας γ' καὶ τὰς ιβ' μικράς· καὶ εἰς τὸ ὕστερον τρισάγιον τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας. Horologium: Λέγει δὲ ταύτην ἐκ τρίτου, ποιῶν μετανοίας μεγάλας μὲν τρεῖς, μικρὰς δὲ δώδεκα. Quod his eſt μετάνοιαν ποιεῖν, id in Liturgia Jacobo adſcripta, κλίνειν τὸν αὐχένα, *cervicem inclinare*, ἐπικλίνεσθαι, *incurvari.* In Liturgia Baſilii κλίνεσθαι, *incurvari:* κλίνειν τὴν κεφαλὴν, *inclinare caput:* μικρὸν τὴν κεφαλὴν κλίνειν, *caput parùm inclinare;* quod fiebat in μικρᾷ μετανοίᾳ. Dicitur etiam προσκυνεῖν, προσκύνησις, & προσκύνημα: de quibus ſuo loco. Verbum etiam μετανοέω eodem uſurpatur ſenſu. Dorotheus Doctr. VII. dicit Ἐγὼ μετανοήσω αὐτοῦ, legendum αὐτῷ. *Ego ei reverentiam exhibebo.* Et mox: Πρὸ τοῦ αὐτὸν μετανοῆσαί μοι.

V. Μετάνοια ut & μεταμέλεια, quemadmodum in illa voce docuimus, num. II. *impropriè* & per ἀνθρωποπάθειαν *Deo tribuitur.* Theodoretus in Cap. III, Jonæ.

Digitized by Google

Jonæ, pag. 806. Ὁ Θεὸς οὐχ ὁμοίως ἡμῖν μετανοεῖ· οὐ γὰρ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο βούλεται ὁ Θεός· ἀλλὰ τὴν μεταβολὴν τῆς ἀπειλῆς μετάνοιαν προσαγορεύει. *Deus non eodem modo pœnitentiâ ducitur, quo nos: neq; enim modo hoc, modò illud vult Deus; ſed minarum mutationem, pœnitentiam vocat.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. tom. V. Ὀργίζεται ὁ Θεὸς, ζηλεύει Θεὸς, μετανοεῖ Θεός. τὰ ῥήματα ταῦτα ἀνθρώπινα, ἀλλὰ τὰ νοήματα θεοπρεπῆ. *Iraſcitur Deus, æmulatur Deus, pœnitentiâ ducitur Deus. Humana ſunt hæc verba, ſed Deo convenienter intelligenda.* Eruditè Calvinus, Inſtit. lib. I. Cap. XVII. ſect. XII, XIII. *De pœnitentia ſic habendum, non magis illam in Deum cadere, quàm vel ignorantiam, vel errorem, vel impotentiam. Quid ergo ſibi vult* pœnitentiæ *nomen? Nempe quod aliæ omnes loquendi formulæ, quæ Deum humanitus nobis deſcribunt. Quia enim ad ejus altitudinem non pertingit noſtra infirmitas, quæ nobis traditur ejus deſcriptio, ad captum noſtrum ſubmittenda eſt, ut à nobis intelligatur. Hæc eſt porrò ſubmittendi ratio* (συγκατάβασις *Græcis Patribus frequentiſſimè appellata,) ut ſe talem nobis figuret, non qualis in ſe eſt, ſed qualis à nobis ſentitur.*

Μεταξυλογέω.

Non habent Lexica. Significat *inter dicendum multa interpono, interjicio,* quæ quaſi per parentheſin dicuntur. Oecumenius in Cap. II. epiſt. II. Petri, pag. 179. Μεταξυλογήσας πολλὰ, ἐπανέλαβε πάλιν τὸν περὶ τῶν ἀκαθάρτων Γνωστικῶν λόγον. *Cùm multa interjeciſſet verba, rurſus agreſſus eſt orationem de impuris Gnoſticis.* Μεταξυλογία eſt *interlocutio*, ſeu *interfatio*. Suidas: Μεταξυλογία. τὸ πρὸς βραχὺ παραλιπόντα τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν, περὶ ἑτέρας κινῆσαι τὸν λόγον. *Interlocutio: cùm pauliſper intermiſſo præſenti propoſito de re alia movetur quæſtio.*

Μεταποίησις.

I. Significat *mutationem, inſtaurationem*, & à Juſtino Martyre uſurpatur de inſtauratione rerum omnium noviſſimo die futura. Quæſt. XXIX. ad Græcos: Ἀπιστεῖν τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ μεταποιήσει τῶν φθαρέντων. *Deo non habere fidem de corruptorum inſtauratione.* Quæſt. I. ad eosdem: Ὧν τῆς μεταποιήσεως ὁ Θεὸς οὐκ ἔχει τὴν δύναμιν, τούτων οὐδὲ τῆς ποιήσεως ἔχει. *Quarum rerum inſtaurationis non obtinet Deus poteſtatem, earum quoq; conſtitutionis non habet virtutem.* Idem ibid. Θεὸς τὸν οὐρανὸν ἔταξε τῷ οἰκείῳ ὅρῳ ἐν ἀφθαρσίᾳ διαμένειν, ἕως τοῦ καιροῦ τῆς τῶν ὄντων εἰς τὸ κρεῖττον μεταποιήσεως κατὰ τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων. *Deus cœlum, ut intra finem ſuum in incorruptibilitate permaneat, uſq; ad tempus rerum exiſtentium in melius mutationis ſecundùm orthodoxorum fidem ordinavit.*

II. Notat *regenerationem*. Greg. Nyſſenus Orat. Catechet. Cap. XL. tom. III. pag. 108. Ἡ διὰ τῆς ἀναγεννήσεως γινομένη τῆς ζωῆς ἡμῖν μεταποίησις, οὐκ ἂν εἴη μεταποίησις, εἰ ἐν ᾧ ἐσμὲν διαμένοιμεν. *Quæ per regenerationem noſtræ fit vitæ tranſmutatio, non fuerit tranſmutatio, ſi in eo, in quo fuimus, permaneamus ſtatu.*

Μετάστασις.

I. Notat *tranſitum* ſeu *migrationem è loco in locum*, & uſurpatur de fidelium morte, quemadmodum μετάβασις. Chryſoſtomus Homil. VII. ad populum Antiochenum: Οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ὁ θάνατος, ἀλλ᾽ ἢ ὕπνος, καὶ ἀποδημία, καὶ μετάστασις. *Mors nihil aliud eſt, quàm ſomnus, & migratio, atq; tranſitus.* Idem, Homil. XXXVI. in Geneſin: Θάνατος μετάστασίς τίς ἐστι τοῖς ἐναρέτως βιοῦσιν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω, ἀπὸ τῆς προσκαίρου ζωῆς ἐπὶ τὴν διηνεκῆ καὶ ἀθάνατον, καὶ πέρας οὐκ ἔχουσαν. *Mors tranſitus quidam eſt iis, qui in virtute vitam traduxerunt, à deterioribus ad meliora, à vita temporali ad perpetuam, immortalem, & finem non habentem.* Alia exempla ex eodem vide in Ἀποδημία, num. II.

II. Uſurpatur *de regeneratione*. Greg. Nyſſenus orat. Catechet. Cap. XL. pag. 108. Τῶν πονηρῶν γνωρισμάτων ἐξαλειφθέντων τῆς φύσεως ἡμῶν, ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μετάστασις γίνεται. *Malis notis & ſignis ex anima noſtra deletis fit tranſitus ad id quod melius eſt.*

Μεταστοιχειόω. Μεταστοιχείωσις.

Vix obiter harum vocum meminerunt Lexicographi, quamvis earum uſus apud Scriptores Eccleſiaſticos ſatis ſit frequens, ad eas mutationes exprimendas ſpirituales, quæ ſubſtantiarum & formarum inter ſe tranſmutationes minimè denotant. Patebit hoc ex iis, quæ deinceps de earum uſu dicemus.

I. Hæ voces uſurpantur *de regeneratione*. Cyrillus Alexandr. lib. XVII. de Adoratione, pag. 611. de Chriſto dicit, Ὁ πάντα πρὸς καινότητα μεταστοιχειῶν. *Qui omnia ad novitatem commutat & transfert.* Id. lib. I. Glaphyr. in Geneſin, pag. 11. de Chriſto: Ἵνα τὸ τῇ φθορᾷ κάτοχον εἶδος ἀποφήνας, μεταστοιχειώσῃ πρὸς ζωήν. *Ut ſpeciem morti obnoxiam oſtendens, ad vitam transferret.* Idem lib. Glaphyr. in Numeros, pag. 409. iterum de Chriſto: Γέγονε καθ᾽ ἡμᾶς, οὐχ ἵνα μεθ᾽ ἡμῶν ἑαυτὸν πονηρὸς, ἀλλ᾽ ἵνα ἡμᾶς ἀγαθοὺς ἐργάσηται, τῷ ἁγίῳ μεταστοιχειώσας πνεύματι πρὸς πᾶν εἶδος ἀρετῆς. *Nobis factus eſt ſimilis, non ut nobiſcum videretur malus, ſed ut nos bonos efficeret, poſtquam nos per Spiritum S. regeneravit ad omnem virtutis ſpeciem.* Idem in C. LIV. Jeſajæ, p. 760. Μεταστοιχειούμεθα ἐν Χριστῷ εἰς καινότητα ζωῆς ἁγίας καὶ εὐαγγελικῆς, ἀναβαίνοντες εἰς εὐμορφίαν αὐτοῦ διὰ πνεύματος, ὥστε καὶ ἑτέρους ἡμᾶς ἐξ ἑτέρων ὁρᾶσθαι λοιπόν. *Transmutamur in Chriſto ad novitatem ſanctæ Evangelicæ vitæ, aſcendentes ad præcellentem ejus formam in Spiritu, ut deinceps alii ex aliis videamur.* Greg. Nyſſenus epiſt. Can. t. II. pag. 114. Οἱ ἐκ παλιγγενεσίας μεταστοιχειούμενοι. *Qui ex regeneratione tranſmutati ſunt.* Idem, orat. II. contra Eunomium, tom. II. pag. 431. Ἡ ἀπὸ τοῦ θνητοῦ πρὸς τὸ ἀθάνατον τῆς φύσεως ἡμῶν μεταστοιχείωσις. *A mortali ad immortale naturæ noſtræ transformatio.* Cyrillus Alexandr. in Catena in Cap. I. Joh. pag. 52. dicit Deum per Spiritum S. μεταστοιχειοῦν πάλιν εἰς τὴν ἀρχαίαν εἰκόνα τὴν ἀνθρωπότητα, *humanam naturam ad priſtinam ſuam formam reformare.*

II. Uſurpantur *de inſtauratione Mundi*. Nicephorus, Epiſcopus Conſtantinop. in Actis Epheſinis, pag. 309. Πιστεύω σαρκὸς ἀνάστασιν, ἡνίκα ἡ τοῦ κόσμου μεταστοιχείωσις γένηται. *Credo reſurrectionem carnis, poſtquam mundi inſtauratio facta fuerit.* S. Maximus in Cap. V. Dionyſii Areopagitæ de divinis Nominibus, pag. 183. Ἡ τοῦ παντὸς μεταστοιχείωσις. *Totius univerſi inſtauratio.*

III. Significat *mutare, immutare*. Iſidorus Peluſiota epiſt CCCCXXXI. lib. V. pag. V. pag. 687. Ὅρα τὰς μεταβολὰς, τὰς ἐν μιᾷ πολλάκις ἡμέρᾳ πρὸς τἀναντία τὰ πράγματα μεταστοιχειοῦσαι δυναμένας. *Vide mutationes, quæ uno ſæpe die res in contrarium mutare poſſunt.* Theophanes in fine Homil. XXXIV. pag. 247. Ἀνάστασίς ἐστιν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις· ἣν καὶ ἡμεῖς ἀπεκδεχόμεθα ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ λαβεῖν, χάριτι τοῦ μεταστοιχειώσαντος δι᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἀφθαρτίσαντος τὴν φύσιν ἡμῶν. *Reſurrectio in priſtinum ſtatum eſt reſtitutio: quam & in regeneratione conſequi exſpectamus, gratiâ ejus, qui per ſeipſum immutavit & incorruptibilitate donavit naturam noſtram.* Cyrillus Alexandr. lib. II. de Adorat. pag. 70. de vir-

Digitized by Google

Panis Euchariſtiæ, qui ex pane ſimplici fit ſacramentum corporis Chriſti, hoc modo planè μεταστοιχειοῦται, quamvis non excidat ſuâ naturâ, nec ſubſtantiâ; ſed quia alium aſſumit uſum, per gratiam, quæ ex virtute divina, & Spiritus ſancti efficacia ei inditur. Græci Patres ad exponendam μεταβολὴν quæ fit in ſymbolis panis & vini, cùm in ſacramenta corporis & ſanguinis Dominici μεταστοιχειοῦνται, eodem ſenſu utuntur verbis μεταῤῥυθμίζεσθαι, μεταποιεῖσθαι, μεταβάλλεσθαι. Chryſoſtomus Homil. CXXX. tom. V. pag. 560. Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, φησί. Τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταῤῥυθμίζει τὰ προκείμενα. *Hoc eſt corpus meum, inquit. Hæc verba mutant propoſita*, nempe panem & vinum. Damaſcenus lib. IV. Orthod. fidei, Cap. XIV. pag. 317. Ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιοῦνται εἰς σῶμα καὶ αἷμα Θεοῦ. *Panis & vinum mutantur in corpus & ſanguinem Dei.* Theophylactus in Cap. VI. Joh. pag. 652. Μεταποιεῖται ἀῤῥήτοις λόγοις ὁ ἄρτος οὗτος διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας, καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς σάρκα τοῦ Κυρίου. *Mutatur arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem, & acceſſionem ſancti Spiritus, in carnem Domini.* Idem in Cap. XIV. Marci, pag. 272. Ὁ ἄρτος εἰς αὐτὸ μεταβάλλεται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. *Panis in ipſum corpus Chriſti mutatur.* Deſignant autem hæc verba mutationem non ſubſtantiæ, ſed habitûs & figuræ. Sed de his alia etiam in voce Σύναξις.

Μεταστοιχίζω.

Non habent Lexica. Eodem modo de regeneratione uſurpatur, quo præcedens μεταστοιχειόω. Cyrillus Alex. lib. XI. de Adorat. pag. 405. Κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀπεφορτισάμεθά τε τὴν φθοράν, καὶ εἰς καινότητα ζωῆς ἐν Χριστῷ μετεστοιχίσμεθα. *Juxta multam ejus miſericordiam onus corruptionis excuſſimus, & ad novitatem vitæ in Chriſto renovati ſumus.*

Μετασχηματίζω Μετασχημάτισις. Μετασχηματισμός.

Veteres Gloſſæ: Μετασχηματίζω, *transfiguro.* Eſt etiam *transformo, in alium habitum traduco; muto.* Ad Philipp. III. 21. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ.* Ad hunc locum Theodoretus in hanc Epiſt. pag. 338. Τὸ δὲ μετασχηματίσει, οὐκ ἐπὶ τῆς μεταποιήσεως τοῦ σχήματος τέθεικεν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς φθορᾶς. *Illud autem reformabit, non poſuit pro mutatione figuræ, ſed pro liberatione ab interitu.* Idem in Epitome div. Decretorum, Cap. XIX. pag. 295. Μετασχηματισμὸν κέκληκεν, οὐ τὴν εἰς ἕτερον εἶδος ἐναλλαγήν, ἀλλὰ τὴν ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταβολήν. *Transformationem appellavit, non mutationem in aliam formam, ſed mutationem ex corruptione in incorruptionem.* Theophylactus in Cap. III. ad Philipp. pag. 612. Μετασχηματισθήσεται, τουτέστι, τὸ αὐτὸ μένον ἐνδύσεται ἀφθαρσίαν· μετασχηματισμὸν γὰρ, τὴν ἀπὸ φθορᾶς ἀπαλλαγὴν νόησον. Transfigurabitur, *id eſt, idem permanens induet incorruptibilitatem. Per transformationem enim à corruptione mutationem intellige.* Μετασχημάτισις & μετασχηματισμὸς vocantur interitus mundi κατὰ ποιότητας futurus. Chryſoſtomus ſerm. II. ad Theodorum lapſum: Λόγισαι τὸν κτίσεως ἁπάσης τὸν μετασχηματισμόν. *Conſidera omnium rerum creatarum transfigurationem.* Chryſoſtomus ad v. 11. Cap. I. ad Hebræos, pag. 443. Τὴν μετασχημάτισιν τοῦ κόσμου παρεδήλωσε λέγων, ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, &c. *Mundi transfigurationem ſignificavit, dicens: Ut veſtimentum veteraſcent.* Alia ex Patribus loca, ubi hæc duo nomina eodem ſenſu uſurpantur, habes in voce Κόσμος, ſub num. II. 4.

Μετατώριον, vel Μιτατώριον.

Μετατώριον, ſive μιτατώριον eſt, quod aliàs vocatur Διακονικὸν, item Ἀσπαστικὸν, de quibus ſuis egimus locis. Euchologium: Κατέρχεται ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης ἐν τῷ μετατωρίῳ, ἤγουν διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους τοῦ δεξιοῦ. *Deſcendit ſanctiſſimus Patriarcha in Metatorium, Diaconicum ſcilicet, & egreditur in ſancta ſanctorum ex parte dextra.* Nec aliud fortaſſe fuerit, quam Theodoreti Lectoris μιτατώριον Eclog. II. Οἱ ἐπίβουλοι Εὐφημίου τινὰ ὑποθέμενοι παρεσκεύασαν ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου ξίφος κατ' αὐτοῦ γυμνῶσαι, καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς Εὐφημίου ὁρμῆσαι. *Qui Euphemio inſidiabantur, quendam ſubnotârunt, qui nudato gladio coram Mitatorio caput illius peteret.* Cedrenus in Leone, Baſilii filio: Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν βασιλέα· ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. *At hanc ob cauſſam Patriarcha ei introitu Templi cùm interdiceret, per dextram partem in Mitatorium intrabat.* Corruptum autem videri poſſit hoc vocabulum, pro μινσατώριον, *à menſa*, quæ ibi ad res reponendas erecta erat; unde etiam μινσάλια apud Græcos, & ἀντιμίνσια, ſive à μίνσος, quod *ferculum* notat. Johannes Epiſcopus Citri in Reſponſis: Ἡ προσηγορία δὲ αὐτὴ παράγεται ἀπὸ τοῦ μίνσου, τοῦ καθ' Ἕλληνας μὲν τὸ κανοῦν δηλοῦντος, κατὰ δὲ τὴν ἰταλὴν γλῶσσαν τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἐδέσιν. *Appellatio autem ipſa deducitur à* Minſo, *quod ſecundùm Græcos ſignificat caniſtrum, ſecundùm Italicam verò linguam venale propinatorum edulium.*

Μεταχαλκεύω. Μεταχάλκευσις.

Non habent Lexica has voces. Μεταχαλκεύω idem quod ἀναχαλκεύω, de quo ſuo loco. *Refingo, reformo. Metaphoricè* uſurpatum reperio. Cyrillus Alexandr. lib. III. de Adorat. pag. 83. Διὰ μακρᾶς ὥσπερ, καὶ οὐκ εὐθείας ὁδοῦ, τῆς κατὰ τὸ γράμμα λατρείας παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος· Χριστὸς δὲ οὐχ οὕτω· παρέδειξε γὰρ ἡμῖν τὴν εἰς εὐθύ, καὶ ἀγχοῦ, τουτέστι, τὴν διὰ πίστεως μεταχαλκεύων εἰς εὐτολμίαν. *Quaſi per ambages & viarum flexus, nempe per cultum ſecundùm literam, lex erat pædagogus: Chriſtus verò non ſic; oſtendit enim nobis viam rectam & compendioſam, id eſt, eam, quæ per fidem eſt, fingens nos ad animi præſentiam & fiduciam.* De regeneratione uſurpantur. Idem Cyrillus in Cap. XLV. Jeſ. pag. 610. Τί τὸ παράδοξον, εἰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου διάνοιαν μεταχαλκεύει πρὸς τὸ δοκοῦν, ὁ ἰδίᾳ χειρὶ στερεώσας τὸν οὐρανόν. *Quid mirum, ſi, qui ſua manu cælum firmavit, hominis mentem ad arbitrium ſuum fingat & reformet?* Ita μεταχάλκευσις eſt *reformatio, renovatio.* Cyrillus Alexandr. lib. II. de Adorat. pag. 59. poſtquam ſacrificiorum V. T. abrogationem ex Prophetis docuiſſet, ſubjicit: Συνίης δὴ οὖν, ὅτι μονονουχὶ μεταχάλκευσίν τινα καὶ ἀναπλασμὸν ἱερωσύνης τε ἅμα καὶ θυσιῶν ἔσεσθαί φησιν; *Intelligis igitur, novam propemodum quandam eum dicere futuram eſſe recuſionem ac reformationem tum ſacerdotii, tum ſacrificiorum?*

Μεταχαράττω.

Non habent Lexica. Simplex χαράσσω ſignificat *ſculpo, inſculpo, inſcribo*: item, juxta Heſychium, τυπόω, *figuro.* Μεταχαράσσω ergo eſt *denuò ſculpo, de novo inſculpo: & metaphoricè refingo*, idem quod μεταστοιχειόω, μεταχαλκεύω, ἀναστοιχειόω. *De regeneratione* uſurpat Cyrillus Alexand. in Cap. II. Nahumi, pag. 496. Μέτοχοι γεγονότες τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως ἀναστοιχειούμεθα κάλλος, καὶ εἰς εἰκόνα

Digitized by Google

τὴν πρώτην νοητῶς μεταχαραττόμεθα· μορφῦται γὰρ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ πνεύματος ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. *Spiritus ſancti participes facti ad priſtinam naturæ pulchritudinem transmutamur, & ad primam imaginem ſpiritualiter refingimur; formatur enim in nobis per Spiritum Dominus noſter Jeſus Chriſtus.*

Μεταχειρισμός.

Cùm Actor. XXIII. 5. Ananias Pontifex, nulla proceſſus judiciarii ratione habita, comparentem coram ſe Paulum, citra cauſſam, cædi jubet, Paulus verò dixit, τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεός, τοῖχε κεκονιαμένε. Hoc nomine reprehenſus, reſpondet Paulus: *Neſciebam, fratres, eſſe Pontificem.* Quomodo hoc dicat, multa & varia afferuntur; quæ ſtudiosè collegit Cl. Gatakerus, in Cinno ſuo, Cap. VI. Quidam diſſimulanter locutum volunt, ac ne animos illorum irritaret ampliùs, ejus rei ignorantiam præ ſe tuliſſe, quam probè tamen noviſſet. Ita Oecumenius ad illum locum, pag. 96. Ὥσπερ μεταμεληθεὶς, οὐκ ᾔδειν, λέγει. καί τοι εἰδώς· ἀλλὰ προσποιεῖται ἄγνοιαν, οὐ βλάπτουσαν, ἀλλ' οἰκονομοῦσαν· ἔστι γὰρ μεταχειρισμῷ χρήσασθαι ἰσχυρότερον παῤῥησίας· πολλάκις γὰρ παῤῥησία μὲν ἄκαιρος ἔβλαψε τὴν ἀλήθειαν· μεταχειρισμὸς δὲ εὔκαιρος κατώρθωσε τὸ προκείμενον. *Tanquam ſi increpationis pœniteret,* Neſciveram, *inquit, cùm ſciret tamen, ſed ignorantiam præ ſe fert, non noxiam tamen, ſed diſpenſatoriam. Retractatio ſiquidem* (ſive etiam *tractatio commoda*) *quandoque adhibita, oratione liberiore plùs valet: oratio enim liberior intempeſtivè adhibita veritati ſæpenumero obfuit; cùm retractatio, ſive commoda tractatio tempeſtivè uſurpata, quod agebatur negotium probè conſtituerit.* Μεταχειρισμὸν Budæus vertit *retractationem,* ſive *rei emendationem.* Joh. Hentenius autoris mentem minimè eſt aſſecutus, quando ita vertit: *Contingit enim ut quis graviori diſpenſatione liberæ locutionis utatur. Frequenter enim intempeſtiva loquendi libertas veritati nocuit; tempeſtivus autem uſus, quod propoſitum erat, correxit.* Μεταχειρισμὸν ad παῤῥησίαν refert, & antitheſin inter παῤῥησίας ejusdem uſum tempeſtivum atque intempeſtivum conſtituit. At Oecumenius μεταχειρισμὸν τῇ παῤῥησίᾳ diſertè opponit, eumque tempeſtivè adhibitum plus παῤῥησίᾳ pollere affirmat. Ita, inquit, μεταχειρισμῷ eſt uti, ut efficacior ſit quàm παῤῥησία. Proinde μεταχειρισμοῦ vocabulum; pro quo Hippocrates χειρισμὸς dixit; à re chirurgica tractum exiſtimat Gatakerus, in qua ſcita commodaque loci affecti tractatio plurimùm valet, laborantemque moleſtia graviore dum liberat, curationis admittendæ reddit patientiorem. Χειρισμοῦ igitur nomine Scholiaſtes artificium quoddam deſignavit, quo cùm adſtantium, tum & confidentium animos, increpatione acriori jam exulceratos, ignorantiæ, ſed ſimulatæ illius excuſatione, quaſi tractatione leniori, adhibita, mitigare atque delinire conabatur. Verùm hoc, quòd ab indole Apoſtoli prorſus ſit alienum, meritò plerique rejiciunt atque reſpuunt.

Μετεγκεντρίζω.

Non habent Lexica. Quid ἐγκεντρίζω ſignificet, tum ex Lexicis, tum ex Cap. XI. epiſt. ad Romanos notum eſt. Μετεγκεντρίζω eandem habet ſignificationem, & eſt *inſero.* Photius epiſt. II. pag. 49. Ἀλλ' ἄγε δὴ, καὶ Βουλγάρων ἔθνος βαρβαρικὸν, καὶ μισόχριστον, εἰς τοσαύτην μετέκλινεν ἡμερότητα, καὶ θεογνωσίαν, ὥστε τῶν δαιμονίων καὶ πατρῴων ἐκστάντες ὀργίων, καὶ τῆς ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας ἀποσκευασάμενοι τὴν πλάνην, εἰς τὴν τῶν χριστιανῶν παραδόξως μετενεκεντρίσθησαν πίστιν. *Sed & inſuper barbara Bulgarorum gens, & Chriſto inviſa & infeſta, in tantam manſuetudinem & Dei cognitionem convertitur, ut à patriis diabolicisque orgiis recedentes, & Paganicæ ſuperſtitionis errorem excutientes, præter omnem exſpectationem in fidem Chriſtianam inſiti tranſierint.*

Μετενδέομαι.

Non habent Lexica. Clemens Alexandr. Strom. lib. III. pag. 432. de Platone & Pythagoreis ſcribit: Κατάγουσιν ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν, θείαν οὖσαν, καθάπερ εἰς κολαστήριον τὸν κόσμον· ἀποκαθαίρεσθαι δὲ ταῖς ἐνσωματουμέναις ψυχαῖς προσήκει κατ' αὐτούς· κἀστι τὸ δόγμα τοῦτο οὐ τοῖς ἀπὸ Μαρκίωνος ἔτι, τοῖς δὲ ἐνσωματοῦσθαι καὶ μετενδεῖσθαι καὶ μεταγγίζεσθαι τὰς ψυχὰς ἀξιοῦσιν, οἰκεῖον. *Animam, quæ eſt divina, in hunc mundum deducunt, tanquam in locum ſupplicii. Oportet autem animas in corpus immiſſas expiari ex eorum ſententia. Non convenit autem ampliùs hoc dogma Marcionitis, ſed iis, qui cenſent in corpora intrudi, & iis alligari, & quaſi ex vaſe in vas aliud transfundi animas.* Hinc μετένδεσις ψυχῆς, *transmigratio animæ,* quam idem Clemens Strom. lib. VII. pag. 717. Pythagoræ & ejus aſſeclis tribuit. Eſt *è corpore in corpus ceu carcerem illigatio:* quæ & μετεμψύχωσις, μετενσωμάτωσις, & μεταγγισμὸς dicitur. Vide Ἐνσωμάτωσις.

Μετενσωματόω.

Non habent Lexica. Ἐνσωματόω, ut ſuo loco docuimus, eſt *corporeâ naturâ induo;* item, *in corpus immitto.* Ita μετενσωματόω eſt vel *corporeâ naturâ induo, corpus tribuo:* vel *ex corpore in corpus immitto.* Utriusque ſignificationis exempla apud Patres leguntur. Athanaſius de communi eſſentia trium perſonarum, tom. I. pag. 217. Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀπερίγραφός ἐστι φύσει· περιγράφεσθαι δὲ δοκεῖ, μετενσωματούμενος. *Deus noſter naturâ incircumſcriptus eſt: circumſcribi autem videtur, quando ei corpus, vel membra humana tribuuntur.* Clemens Alexandr. lib. IV. Stromat. pag. 507. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα, εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχὴ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου, κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς. *Sed ad illa quidem dogmata, an à corporibus in corpora migret anima, & de Diabolo, dicetur ſuo tempore.* Theodoretus θεραπευτ. ſerm. XI. Ἔστιν εὑρεῖν αὐτὸν λέγοντα, τὰς τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἠσκηκότων τὰς ψυχὰς, εἰς μελίττας μετενσωματουμένας καὶ σφῆκας καὶ μύρμηκας, ἔξ οὗ γε τὸ ἀνθρώπινον γένος. *Invenitur affirmâſſe* Plato, *animas eorum qui virtutem politicam exercuerunt, apicularum corpora veſparúmve ac formicarum & hominum ſubituras.* Atque hæc eſt illa μετενσωμάτωσις, de qua conſuli poſſunt Lexica.

Μετέχω.

Verbum hoc apud Scriptores Eccleſiaſticos de participatione S. Cœnæ ſatis frequenter uſurpatur. Chryſoſtomus Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 523. Ἐκεῖνοι (nempe ἐν τῇ ἐρήμῳ καθεζόμενοι, ſeu Monachi) ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μετέχουσι, πολλάκις δὲ καὶ διὰ δύο ἐτῶν. *Illi ſemel in anno communicant, ſæpius verò toto biennio.* Id Homil. III. in Epiſt. ad Epheſios, ἁπλῶς μετέχειν, *ſine præparatione communicare.* Ibidem, ὁ μετέχων, *qui communicat:* & μετέχειν τῆς τραπέζης, *menſæ participem fieri.* Homil. XVIII. in II. ad Corinthios, τῆς ἱερᾶς μετέχειν τραπέζης, *ſacræ menſæ participem fieri.* Homil. XXXII. in Matth. Δεσποτικοῦ σώματος μετέχειν, *Corporis Dominici participem fieri.* Homil. III. in epiſt. ad Epheſios, τῶν μυστηρίων μετέχειν, *myſteriorum participem fieri.* Homil. XVII. in epiſt. ad Hebr. τῆς μεταλήψεως μετέχειν, *communionis participem fieri.*

Μετεω-

Digitized by Google

Μετεωρίζω, & Μετεωρισμός.

I. Μετεωρίζω, præter alias ſignificationes ex Lexicis petendas, *metaphoricè* non tantùm ſignificat, ut notat Stephanus in Theſauro, *inflo*, *elatum reddo*; ſed etiam *elatus ſum, ſuperbio, inſolenter me gero*. Chryſoſtomus Homil. IV. de Anna: Πῶς δυνήσῃ τὸν νέον ἄκοσμον ὄντα καὶ ἀσελγαίνοντα σωφρονίσαι, αὐτὸς ἐν πολιᾷ τοσαῦτα μετεωρίζων; *Quomodo tu poteris juvenem, qui petulans eſt, & inſolenter atq; improbè agit, refrenare & compeſcere, cùm ipſe in ſenectute adeò inſolenter geras?* Huc pertinet, quòd μετεωρισμὸς apud Suidam redditur ὑπερηφανία, *animi elatio, ſuperbia*.

II. Μετεωρίζεσθαι, vel, ἐν μετεώρῳ εἶναι, dicebantur illæ naves, quæ uni vel etiam pluribus ancoris innixæ, nunc ſurſum, nunc deorſum ferebantur pro undarum impetu. Polybius apud Suidam in τενάγη. Τὰ δὲ δὴ πλείω τῶν πλοίων μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἀπέσαλευε. *Pleræq; verò naves in illis ſtagnis in ancoris fluctuabant.* Suidas in Μετέωρος. Μετεώρους νῆας παρὰ Θουκυδίδῃ ἀντὶ τοῦ πελαγίους, καὶ μὴ ἐπ' ἀγκυρῶν ἑσταμένας, ἀλλ' ἀπεχούσας τῆς γῆς. Id eſt, μετεώρους νῆας, *apud Thucydidem* lib. I. *pro navibus in pelago verſantibus, & fluctuantibus, & quæ non ſtant in ancoris*, id eſt, quæ nullis ancoris firmantur: *ſed à terra ſunt remotæ*. Hæc leguntur apud ſcholiaſt. Thucydidis, pag. 11. ſed & apud illum, & apud Suidam mendo non carent: legendum enim, καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν ἑσταμένας. Patet ex eodem Scholiaſte, qui ad hæc Thucydidis verba lib. IV. Καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον, αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν. *Quædam navium, quæ ſtationem non habebant, per vices commeatum in terra ſumebant, quædam ad ancoras ſtabant:* iſta notat: Αἱ δὲ μετέωροι, ἤγουν ἐπ' ἀγκυρῶν. Ita Longus Paſtoral. lib. II. pag. 53. Τὰς ναῦς ἐπ' ἀγκυρῶν μετεώρους ὁρμίσας. *Cùm naves ad ancoras ſtabiliviſſet.* Heſychius ad Poëtæ illud:

Ὑψι δ' ἐπ' εὐναίων ὡρμήσαμεν. --

Μετέωρον αὐτὴν ἐπὶ τῶν ἀγκυρῶν ὡρμίσαμεν.

Moſchopulus: Σαλεύειν κυρίως ἐπὶ νηὸς λέγεται, ὅταν ἐπ' ἀγκύρας κινῆται καὶ ἀσατῇ ὑπὸ τῶν κυμάτων ταραττομένη. Σαλεύειν propriè de navi dicitur, quando in ancora movetur & fluctuat à fluctibus agitata. Hic σαλεύειν nihil aliud eſt quàm μετεωρίζεσθαι. Auguſtinus in Pſal. LIV. *Fluctuat* (id eſt, μετεωρίζεται) *navis in ancoris*. Idem in Pſal. LXIV. *De navi, quæ in ancoris eſt, rectè dicimus, quod in terra ſit, adhuc tamen fluctuat*: id eſt, σαλεύει, μετεωρίζεται. Baſilius M. Homil. VII. in Hexaëm. pag. 94. de marino echino: Ὅταν προΐδῃ ταραχὴν ἐξ ἀνέμων, ψηφῖδα τινὰ ὑπελθὼν γενναίαν, ἐπ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας βεβαίας σαλεύει, κατεχόμενος τῷ βάρει, πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως τοῖς κύμασιν ὑποσύρεσθαι. *Cùm ventorum perturbationem præſenſerit, calculum haud exiguum ſubit, atq; illi non ſecus ac firmæ cuidam ancoræ innixus fluctuat, ejusq; pondere detinetur, ne facilè à fluctibus abſtrahatur.* Pollux lib. I. Cap. IX. ſect. XII. Ἐπ' ἀγκυρῶν ὡρμισάμεθα, μετέωροι ὡρμισάμεθα, ἀπεσαλεύομεν. Syneſius epiſtola IV. pag. 163. Edit. Pariſ. ἡ ναῦς ἐπὶ μετεώρου ἐσάλευεν, & pòſt, σαλεύειν ἐπὶ μιᾶς ἀγκύρας, *navis in una ancora fluctuabat.* A' jactationibus hujusmodi metaphorâ ſumtâ, μετεωρίζεσθαι dicuntur illi, qui mente fluctuant. Vide quæ annotavimus in voce Ἀμετεώριστος. Hinc II. Maccab. V. 17. de Antiocho: τὴν διάνοιαν ἐμετεωρίζετο, *elevatus eſt mente*, quemadmodum fluctus elevantur. Cap. VII. 34. ad eundem Antiochum: Μάταιος μετεωρίζου, φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσι. *Ne fruſtra extollaris, fremens incertis exſpectationibus.* Idem verbum de elatione animi ſeu ſuperbia uſurpatur à LXX. Interpp. Vide Pſal. CXXX. 1. Abdiæ v. 4. De elevatione in ſublime frequentius. Vide Mich. IV. 1. Ezech. X. 16, 17, 19. Apud Suidam: Ἦσαν μετέωροι ταῖς ψυχαῖς, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἔτι σαλεύοντες. *Erant animis ſuſpenſis, & ob incertum rerum futurarum eventum adhuc fluctuabant.* Cicero lib. XV. ep. XIV. ad Atticum: *Ita ſum* μετέωρος, *& magnis cogitationibus impeditus.* Hinc etiam *ſalo cogitationum fluctuare*, apud Apulejum. Huc referri debet exhortatio Chriſti Lucæ XII. 29. Μὴ μετεωρίζεσθε. Beza: *Ne ſuſpenſo animo eſtote.* Vetus: *Nolite in ſublime tolli.* Piſcator, *ne in ſublime tollimini.* Commodiſſimè duo poſteriores. *In ſublime* nempe *tolli* ut fluctus; unde Jac. I. 6. ὁ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης. Μὴ μετεωρίζεσθε, ſubaudi ταῖς ψυχαῖς. Nonnus v. 1. Cap. XIV. Johannis:

Μὴ νόος ὑμείων δεδονημένος ἀστατος εἴη.

Ne mens veſtra turbata inſtabilis ſit.

Palpitantibus ne vivite præcordiis, ut locutus Seneca Epiſt. LXXIV. Τὸ μετεωρίζεσθαι ergo ex ſenſu Chriſti; ut Cl. Pricæus, ex quo multa huc tranſlata; non malè vertas, *in futurum prominere*, vel, *ex futuro ſuſpendi*. Cic. II. de Legibus: *ſuſpenſus & incertus obſcura ſpe, & cæca exſpectatione pendeo.* Quæſt. Tuſcul. I. *Exſpectando & deſiderando pendemus animis, cruciamur, angimur.* Sic, *pavidis mentibus pendere*, Lucretius dixit, & Seneca Epiſt. V. *pendentem animum futuriq; exſpectatione ſolicitum.* Idem epiſt. CI. pag. 648. *Quomodo effugiemus hanc volutationem? Uno, ſi vita noſtra non prominebit, ſi in ſe colligetur. Ille enim ex futuro ſuſpenditur, cui irritum eſt præſens.* Et alibi: *In ſpem toti prominent, ſemper inſtabiles mobilesq;, quod neceſſe eſt accidere pendentibus.* Quin & Plinius cùm lib. VI. epiſtolarum dixit, *Pendeo, & exerceor ſpe, atq; afficior metu*, circumlocutus eſt, quod uno verbo Græcè μετεωρίζομαι dicas.

Μετέωρος.

I. Μετέωρος eſt *ſublimis, editus.* Veteres Gl. Μετέωρος, ὑψηλός. *Sublimis, excelſus.* Suidas: Μετέωρα, ὑψηλά. *Sublimia, excelſa.* Hinc μετέωρον καὶ ὑψηλὸν, conjunguntur Jeſ. II. 12, 13. LVII. 7. Chryſoſtomus in Pſal. CXXXVIII. Μετέωρα λέγεται τὰ ὑψηλὰ παρὰ τὸ μεταίρεσθαι. *Μετέωρα dicuntur ſublimia, à* μεταίρεσθαι, *in ſublime tolli.* Idem lib. I. de ſacerdotio, Cap. I. Οὐκέτι ἡμῖν ὁ ζυγὸς ὑπ' ἴσος ἦν· ἀλλ' ἡ ἐκείνου πλάστιγξ ἐκουφίζετο μετέωρος. *Nondum erat nobis par eademq; ſtatera: nam illius lanx ſublimis, ut quæ levior eſſet, ferebatur.*

II. Μετέωρον uſurpatur de eo, *quod nondum eſt certum, ſed exſpectatione ſuſpenſos hominum animos tenet.* Veteres Gloſſæ: Μετέωρος, ὁ μὴ ςαθερὸς τὸν νοῦν. *Jactans.* Confer, quæ ſub præcedenti verbo diximus. Chryſoſtomus Cap. XVII. de Virginitate: Μεριμνᾷν δεῖ ἀνάγκη καὶ φροντίζειν ἅπαντα· οὔπω γὰρ ὄντος τοῦ κληρωθησομένου δήλου, ἀλλ' ἔτι τῆς ἐλπίδος μετεώρου μενούσης, πάντα ἡ ψυχὴ δέδοικε καὶ τρέμει. *De omnibus ſolicitum eſſe, & omnia curare neceſſe eſt. Cùm enim nondum certum ſit, quem acceptura ſit virum, ſed ſuſpenſus adhuc & incertus obſcura ſpe pendeat animus, omnia metuit ac formidat.* Interpres minùs convenienter, *Sed adhuc ſpe tanquam è ſublimi imminente.* Idem, libro II. de Providentia, Caput XII. Ἡ μὲν οὐκ ἔχουσα προσδοκίαν διορθώσεως συμφορὰ, εἰ καὶ σφοδρὰς φέρει τὰς ἀθυμίας,

ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως ταχέως αὐτὰς ἐξωθεῖ, εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλοῦσα τὸν λογισμόν· ἡ δὲ ἔτι μετέωρος οὖσα οὐκ ἀφίησιν ἀναπαύσασθαι τὴν ψυχὴν, τῇ τῶν ὄντων ἀδηλίᾳ ἐπιτείνουσα ἀεὶ, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν ἀγωνίαν ἡμῖν. *Ea calamitas, quæ meliorum ſpe & exſpectatione caret, ſi vehementiori dolore nos cruciat, ille tamen ipſe dolor protinus lenitur, dum animo deſperatio hujus calamitatis corrigendæ ingeritur: quæ verò adhuc incerta eſt, animum requieſcere non ſinit, futurorum incerto anxietatem jugiter nobis augens & renovans.*

III. Dicitur etiam aliquis eſſe μετέωρος ad rem quampiam, pro ejus deſiderio erectus eſſe. Autor anonymus apud Suidam, ex Diod. Siculi l. 17. pag. 563. Μετέωρος ἦν πρὸς πᾶσαν καινοτομίαν. *Erectus erat ad omnem rerum innovationem.* Chryſoſtomus: Διανάστησόν σου τὴν διάνοιαν, μετέωρον ποίησον τὴν ἀκοήν. *Excita mentem tuam, arrige aures tuas,* vel *erectæ ſint aures tuæ.*

Μετριότης.

Hac voce utebantur Patriarchæ & Epiſcopi de ſe loquentes, aut ſcribentes. Epiſcopi Arimini congregati ad Conſtantinum Imp. ut eſt apud Athanaſium de Synodis, tom. I. pag. 930. Ἀξιοῦμεν τοίνυν ὅπως γαληναίᾳ τῇ προσόψει τὰ νῦν γράμματα τῆς ἡμετέρας μετριότητος κελεύσῃς ἀναγνωσθῆναι. *Rogamus itaque, ut ſerena fronte præſentes mediocritatis noſtræ literas legi jubeas.* Theodoſius Patriarcha: Ἠξίωσε τὴν ἡμῶν μετριότητα καὶ ἱερὰν ἀδελφότητα. *Rogavit mediocritatem noſtram & ſanctam fraternitatem.* Eodem modo antiqui Galliarum reges. Ludovicus Pius apud Anſegiſum lib. II. Cap. II. *Quoniam complacuit divinæ providentiæ noſtram mediocritatem conſtituere.* Vide Gl. Meurſii.

Μηλοσφαγέω.

Omittunt hoc verbum Lexica. Significat *pecora macto.* Cyrillus Alex. in Cap. LI. Jeſajæ, pag. 702. Πάλαι ὁ Μωσέως νόμος βουθυτεῖν ἐκέλευε, καὶ μηλοσφαγεῖν. *Olim lex Moſis jubebat immolare boves, & pecora mactare.*

Μηλωτή.

Veteres Gloſſæ: Μηλωτὴ, *pellis.* Heſychius: Μηλωτὴ, διφθέρα. *Pellis.* Suidas: Μηλωτὴ, ζώνη ἐκ δέρματος. *Zona ex ovina pelle confecta.* Dicitur de quavis pelle. Sic Heſychius in Μῆλον. Πᾶσα βύρσα, ὅ ἐστι πᾶν δέρμα, μηλωτὴ λέγεται. *Omne corium, omnis pellis vocatur* μηλωτή. Ita etiam Etymologus & Euſtathius. Theophylactus ad v. 37. Cap. XI. ad Hebræos: Μηλωτὴ, τὸ τοῦ μήλου, ἤτοι τοῦ προβάτου δέρμα. *Melote, ovis vel pecudis eſt pellis.* Chryſoſtomus Homil. II. ad populum Antiochenum de Elia: Εἰ μεγάλα τὰ παρόντα ἐνόμιζεν εἶναι, οὐκ ἂν μηλωτὴν ἐκτήσατο μόνην. *Si præſentia magna exiſtimaſſet, non ſolam meloten poſſediſſet.* Et Orat. Πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας τῆς συνάξεως, tom. I. Edit. Pariſ. pag. 373. de eodem: Ἠλίαν ζητῶν, ἄνθρωπον οὐδὲ καταγώγιον ἔχοντα, οὐδὲ ἱμάτιον, ἀλλ' ἢ μηλωτὴν μόνην. *Eliam quærens, hominem qui neq; diverſorium, neque veſtem habebat, ſed meloten ſolam.* Homil. LVII. in Matth. Οὔτε γὰρ Μωϋσῆς τι ἐκέκτητο, οὔτε Ἠλίας· τί γὰρ εἶχε πλέον τῆς μηλωτῆς; *Nam neq; Moſes quicquam poſſidebat, neq; Elias: quid enim præter meloten habebat?* Item Homil. XVIII. in Epiſt. ad Hebræos: Ὁ πλὴν μηλωτῆς μηδὲν ἔχων. *Qui præter pellem ovillam nihil habebat.* Vox uſurpata a LXX. Interpp. I. Reg. XIX. 13. Καὶ ἐπεκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν τῇ μηλωτῇ αὐτοῦ. *Et cooperuit faciem ſuam in melote ſua.* Vulgatus, *Operuit vultum ſuum pallio.* II. Reg. II. 14. Καὶ ἔλαβε τὴν μηλωτὴν Ἠλιού. *Et ſuſtulit meloten Eliæ.* Vulgatus, *pallium.* Vox Hebræa notat *pellem*, & Mich. II. 8. vertitur δορά. Sonat & *pallium*, ut Jonæ III. στολήν. Huc reſpexiſſe videtur Apoſtolus ad Hebr. XI. 27. περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασι. Quod vetus interpres reddidit, *Circumierunt in melotis in pellibus caprinis.* Videmus hîc opponi μηλωτὰς & αἴγεια δέρματα. Sæpe tamen *melotæ* etiam *de caprinis pellibus* uſurpantur, quia μῆλον etiam *capram* notat apud Homerum Odyſſ. ξ. v. 105. Apud Latinos quoque nunc generatim *pelliceam tunicam*, nunc particulatim *ovillam*, vel *caprinam* denotat. B. Hieronymus Eliæ pallium, *meloten* appellat Epiſt. XXVIII. ad Lucinium, in quo ſecutus eſt LXX. Interpp. Ejusdem Hieronymi eſt Epiſt. LXV. *Tanta erat deformitas in melotis.* Similiter regula Pachomii, in vita ejus: *Habeant ſinguli meloten, id eſt, pellem caprinam confectam albam; ſine qua neque comedant, neque dormiant.* Caſſianus lib. I. de habitu Monachi, Cap. VIII. pag. 25. *Ultimus eſt habitus eorum* (monachorum) *pellis caprina, quæ melotes, vel pera appellatur.* Iſidorus Hiſpalenſis: *Melote, quæ etiam pera vocatur, pellis eſt caprina à collo pendens præcincta uſque ad lumbos.* Fronto Ducæus exiſtimat, pro *pera* legendum eſſe *diphthera* apud utrumque: & pro *pelle caprina, pellem ovillam*, quia μῆλον *ovem*, non *capram* ſignificet. At μῆλον utrumque ſignificare jam vidimus. *Pera* etiam, more ſeculi, ponitur pro *penula.* Gloſſarium Camberonenſe: *Melota, launta & pera* vocatur. Clemens Alex. lib. II. Cap. X. pag. 203. Μηλωτῇ δὲ ἐχρῆτο Ἠλίας ἐνδύματι, καὶ ζώνῃ τὴν μηλωτὴν κατέσφιγγεν ἐκ τριχῶν πεποιημένῃ. *Ovina autem pelle Elias utebatur indumento, & ovinam pellem ſtringebat zona facta ex pilis.* Lapſus eſt memoriâ: non enim ex pilis ea zona, ſed pellicea II. Reg. I. 8. ubi LXX. ζώνη δερματίνη.

Μηναῖον, vel Μηνιαῖον.

Μηναῖον vel μηνιαῖον vocatur apud Græcos liber Eccleſiaſticus, pro numero menſium duodecim voluminibus comprehenſus. Typicum: Ἰστέον ὅτι, εἰ ἑορτάζεται ὁ ἅγιος τοῦ μηναίου, καὶ δευτεροῦμεν τὰ ἐν τῷ μηναίῳ στιχηρὰ τοῦ ἁγίου. Sæpe legitur apud Græcos recentiores. Menſes ſinguli ſingula explent volumina, ſingulis diebus unius vel plurimum ſanctorum ἀκολουθία, officium, quorum ſolennitas eo die celebratur, digeritur. Non debent *Menæa* confundi cum *Menologiis*, quæ diverſa fuiſſe, ex ſequentibus patebit.

Μηνολόγιον.

Menologia apud Græcos non alia ſunt, quàm quæ Latinis Martyrologia, vel Calendaria. Nec aliud in illis habetur niſi vel ſanctorum vitæ quolibet die per totum annum ſummatim expoſitæ, vel quorum vitæ non habentur, commemoratio, nullaque ibi aut officii ordinandi, aut recitandi ſeries continetur. Hoc *Menologium* apud Græcos non unum eſt, ſed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit: aliud quippe eſt, quod Latinè tantùm ex verſione Cardinalis Sirleti, Caniſius in antiquis lectionibus repræſentavit: aliud, quod ſeparatim hinc inde manuſcriptum adhuc in Bibliothecis, & Barberina potiſſimùm, quod & antiquiſſimum eſt, aſſervatur: quæ nec per omnia ſibi invicem reſpondent: aliud quod in Menæis Græcorum inſertum eſt: aliud, quod poſt divinas Horas, Evangelium, Apoſtolum, aliosque libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, & in linguam Græcorum vernaculam verſum à Maximo Margunio, Cytherorum Epiſcopo, edidit Antonius Pinel-

lus

Digitized by Google

lus Venetiis anno 1529. in quarto. Hæc, & plura alia de Menologiis habet L. Allatius Diſſertat. I. de libris Eccleſiaſt. Græcorum.

Μήνυμα.

Μήνυμα eſt *vocatio, renunciatio.* In hiſtoria Concilii Florentini, Sect. XII. Cap. V. pag. 336. in renunciatione Patriarchæ ter legitur. *Stabat autem procinctus jam Cyzicenus,* καὶ ἐδέξατο τὸ μήνυμα, *& accipiebat renunciationem: quin & Trapezuntinum & Heracleenſem accerſiverat* παραγενέσθαι ἐν τῷ μηνύματι, *ut renunciationi adeſſent.* Παρῆμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐν τῷ μηνύματι, καὶ ἐν τῇ προβλήσει, καὶ προεπέμπομεν αὐτὸν εἰς τὸ πατριαρχεῖον. *Nos utrique & renunciationi adſuimus, & inaugurationi, eumque in Patriarchale palatium deduximus.* Erat autem in Patriarchæ creatione duplex μήνυμα, unum μικρὸν, alterum μέγα. Malaxus in hiſtoria Patriarch. Καὶ ὡς ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, διὰ νὰ τὸν ἐκάμουν πατριάρχην. *Et cùm parvam ejus dediſſent renunciationem, per quam eum creabant Patriarcham.* Et poſtea: Καὶ ςανικῶς αὐτοῦ ἔκαμαν αὐτὸν πατριάρχην, δώσαντες αὐτοῦ καὶ τὸ μέγα μήνυμα. *Et ipſo invito creabant eum Patriarcham, data etiam magna renunciatione.* Vide Gloſſarium Meurſii.

Μήτηρ.

Baptiſterium vocatur μήτηρ τῆς υἱοθεσίας, *mater adoptionis* à Dionyſio Areopagita, Cap. II. de Eccleſ. Hierarchia, pag. 217. Ad quem locum Pachymeres in Paraphraſi, pag. 235. Ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς υἱοθεσίας, τὴν κολυμβήθραν, ἔρχεται. *Ad adoptionis matrem ſive Baptiſterium accedit.* Et S. Maximus, pag. 61. Μητέρα τῆς υἱοθεσίας (vitiosè editum ἱεροθεσίας) τὴν κολυμβήθραν καλεῖ. *Matrem adoptionis Baptiſterium vocat.*

Μητρόθεος.

Eſt epitheton B. Virginis apud Theophanem, Homil. XL pag. 64. ubi vocatur μητρόθεος δέσποινα. *Dei parens Domina.* Uſitatius Θεομήτωρ vocatur; quod ſuo loco habes.

Μητροπάρθενος.

Ita iterum vocatur B. Virgo. In Pentecoſtario legitur carmen Joh. Damaſceni, ſive Joh. Ardæ in Pentecoſten ad ipſam Virginem:

Χαίροις ἄνασσα μητροπαρθένων κλέος.
Salve regina Matrivirginum gloria.

Aliquoties eodem modo repetitur, ut error typographicus eſſe nequeat. Summa ergo ἀβλεψία eorum, qui editioni Pentecoſtarii præfuerunt. Sola B. Virgo μητροπάρθενος, *Matrivirgo*, vel *mater & virgo* ſimul. Rectè Græci in Paracletice canunt: Ὢ θαύματος καινοῦ πάντων τῶν πάλαι θαυμάτων; Τίς γὰρ ἔγνω μητέρα ἄνευ ἀνδρὸς τετοκυῖαν; *O miraculum novum omnium veterum miraculorum! Quis enim novit matrem, quæ ſine viro pepererit?* Et: Ποία μήτηρ ἠκούσθη παρθένος; ποία δὲ παρθένος μήτηρ ἐγνωρίσθη; *Quæ mater audita eſt virgo? quæ verò virgo mater agnita eſt?* Item: Δέσποινα ἐν μήτρᾳ τὸν νομοθέτην, καὶ βασιλέα Χριστὸν συλλαβοῦσα μόνη μητροπάρθενε. *Domina in utero legum datorem, & Regem Chriſtum concipiens, ſola mater & virgo.* Et: Ἐκ σοῦ γὰρ ἐσαρκώθη ὁ λυτρωτὴς τοῦ κόσμου, μόνη γὰρ ὑπάρχεις μήτηρ καὶ παρθένος. *Ex te enim carnem aſſumſit redemtor mundi, ſola etenim es mater & virgo.* Omnino ergo Johannes ille ſcripſit, Χαίροις ἄνασσα μητροπάρθενον κλέος. *Salve regina matrivirginalis gloria.* Ipſa enim ſola μητροπάρθενος. Et in editionibus Aldina, Baſilienſi, Pariſienſi habetur μητροπάρθενον κλέος. Eandem lectionem agnoſcit Gregorius Metropolita Corinthi, & Euſtathius Theſſalonicenſis, qui carmina illa expoſuerunt. Nec non Marcus Eugenius in Paraphraſi: Χαίροις, ὦ δέσποινα, κλέος καὶ ἄκουσμα μητροπάρθενον.

Μητροπολίτης.

Ut hanc vocem & dignitatem intelligamus, res paulò altiùs repetenda. Quemadmodum ordo politicus in imperio Romano quasdam urbes ſupra alias evehebat, honorans alias ut capita provinciarum, & alias ut capitales Diœceſium, ad quas provinciæ pertinebant, primumque dignitatis gradum Romæ tribuebat, quæ hanc ipſam ob cauſſam *caput mundi* vocata. Ita etiam Eccleſia ſimile quid obſervavit: plures enim provinciæ pro metropoli Eccleſiaſtica eam agnoſcebant urbem, quæ primum tenebat in politia gradum; & ubi id locum non habebat, ut in Africa, ibi primaria Diœceſis urbs, tanquam caput & Metropolis honorata fuit. Ita Concilium Nicænum I. Can. VI. inter *Metropoles* numerat omnes eas urbes, quibus antiqua conſuetudo ſingularia quædam privilegia tribuebat: *Mediolanum* à Socrate, lib. II. Cap. XXXVI. pag. 206. b. Ἰταλῶν μητρόπολις, à Sozomeno, lib. IV. Cap. IX. pag. 49. a. Ἰταλίας μητρόπολις, *Italiæ metropolis.* Antiochia vocatur à Chryſoſtomo, Homil. III. ad populum Antiochenum, τῶν πόλεων τῶν ὑπὸ τὴν ἕω κειμένων κεφαλὴ καὶ μήτηρ, *civitatum ſub Oriente poſitarum caput & mater.* Et Homil. XVII. aliquoties vocatur μητρόπολις. A' Greg. Nazianzeno, Orat. XX. pag. 325. Οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολις, ἢ τῶν πόλεων ὧν ὑπέρκειται, *non minùs literarum atque doctrinæ, quàm urbium quibus præcellit & dominatur, metropolis,* vocatur Cæſarea. Ita autem vocabantur hæ civitates, & aliæ his ſimiles, quia erant quaſi matres Diœceſium, & non ſolùm capita provinciarum. Hinc jam μητροπολῖται ſunt *Epiſcopi Metropolitani*, qui primas tenebant inter reliquos, quorum etiam creandorum jus habebant, ſicut ipſi à Patriarcha loci creabantur. Barlaam de Papæ primatu, Cap. VI. Τὰς μὲν γὰρ χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων τοὺς ἐν ἑκάστοις μητροπολίτας ἔχειν τὸ κῦρος, τούτους δὲ ὑπὸ τῶν πατριαρχῶν χειροτονεῖσθαι, ὑφ' ὃν ἕκαστος ἀνήγετο θρόνος, οἱ νόμοι ἐθέσπισαν, *Leges ſanciverunt, ordinationis quidem Epiſcoporum jus habere Metropolitas: hos verò à Patriarchis ordinari, quibus eorum thronus ſeu ſedes ſubeſt.* Balſamon ad Can. CII. Cod. Eccleſ. Africanæ, pag. 723. Ὁ μητροπολίτης ἐστὶν ὁ πρωτεύων τῆς ἐπαρχίας. *Metropolita eſt, qui in provincia primas tenet.* Et ad Can. XXI. ejusd. Cod. pag. 630. Οἱ μητροπολῖται, οἵτινες λέγονται καὶ πρῶτοι τῶν ἐπαρχιῶν. *Metropolitæ, qui etiam vocantur primates provinciarum.* Qui plura de *Metropolitanis* deſiderat, videat Bibliothecam Juris Canonici.

Μιαροφαγέω.

Μιαροφαγέω eſt *pollutos cibos edo, contaminatis cibis veſcor.* Apud Greg. Nazianzenum Oratione XXII. quæ eſt in laudem Maccabæorum, pag. 402. fratres alloquuntur Antiochum: Οὐ μιαροφαγήσομεν, οὐκ ἐνδώσομεν. *Impuris cibis non veſcemur, non dabimus manus.* In editione Pariſina malè ἐκδώσομεν. Vide Theſaurum Stephani. Eodem verbo utitur Balſamon ad Can. XLVII. Apoſtol. pag. 257.

Μικρόκοσμος.

Uſurpatur de homine, qui eſt compendium totius univerſi. Ita autem vocatur vocibus diviſis. Gregor. Nyſſenus de Anima & Reſurrect. tom. III.

Digitized by Google

pag. 188. Παρὰ τῶν σοφῶν μικρός τις εἶναι κόσμος ὁ ἄνθρωπος λέγεται, ταῦτα περιέχων ἐν ἑαυτῷ τὰ στοιχεῖα, οἷς τὸ πᾶν συμπεπλήρωται. *Homo à ſapientibus parvus quidam mundus eſſe dicitur, qui in ſeſe hæc elementa contineat, ex quibus rerum univerſitas conſtat atq; completa eſt.* Ita idem lib. de homine, Cap. V. & Baſilius M. Orat. in verba Moſis, πρόσεχε σεαυτῷ. Greg. Nazianzenus Orat. XXXIV. pag. 553. Damaſcenus lib. II. orthod. fidei, Cap. XII. pag. 119. *Deus hominem creavit* οἷόν τινα κόσμον δεύτερον, ἐν μεγάλῳ μικρὸν, *quaſi mundum quendam ſecundum, in magno parvum.* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCLIX. lib. I. pag. 71. Κόσμος σύντομος ὁ ἄνθρωπός ἐστι, πάντων τῶν τοῦ κόσμου συμπληρωτικῶν μετέχων στοιχείων. *Brevis ac contractus mundus homo eſt, ut qui omnium elementorum, ex quibus mundus velut omnibus ſuis numeris abſolutus eſt, particeps ſit.*

Μικροψυχέω.

Afferunt quidem hoc verbum Lexica, ſed ſine autore. Cyrillus Alex. in Cap. IV. Jonæ, pag. 386. de Jona: Μικροψυχεῖ ὡς ἄνθρωπος. *Puſillanimis eſt ut homo.* Idem, lib. IX. in Joh. ad v. 38. Cap. XIII. pag. 759. de Petro: Σοὶ τὸ μικροψυχῆσαι λίαν, καὶ οὐχ ἑκόντι, συμβήσεται. *Tibi vel nolenti puſillanimitas continget.*

Μίλιον.

Μίλιον, *milliare.* Excerpta ex veteri Lexico Græco-Latino: *Decimus lapis.* Δέκατον μίλιον. Suidas: Μίλιον, μέτρον γῆς. *Milium, menſura terræ.* Oecumenius in Cap. I. Actor. pag. 5. Μίλιον ἓν ἡ τοῦ σαββάτου ὁδὸς, ὥς φησιν Ὠριγένης ἐν τῷ πέμπτῳ Στρωματεῖ, δισχιλίων πηχῶν ὑπῆρχε. *Milium unum iter Sabbati eſt, ut inquit Origenes lib. V. Stromat. duo millia cubitorum habebat.* Septem continebat ſtadia. Heſychius: Μίλιον, μέτρον ὁδοῦ σταδίων ἑπτά· οἱ δὲ ζ ὑποδῶν δ'. Corruptus locus, quem eodem modo exſcripſit Varinus, ita videtur reſtituendus, οἱ δὲ ζ καὶ ποδῶν δ'. *Milium, menſura viæ ſtadiorum ſeptem: vel, juxta alios, ſtadiorum ſeptem, & quatuor pedum.* Suidas ei octo ſtadia tribuit. Τὰ δέκα μίλια ἔχουσι στάδια π'. *Decem milia,* ſive milliaria, *habent octoginta ſtadia.* Chryſoſtomus Homil. LXI. in Johannem: Εἰ δὲ ἀπὸ δεκαπέντε σταδίων ἦν ἡ Βηθανία, ὅπερ ἐστὶ μίλια δύο, πῶς τεταρταῖος ὁ Λάζαρος; *Quodſi quindecim ſtadiis aberat Bethania, quæ duo millia paſſuum efficiunt, quomodo erat quatriduanus Lazarus?* Vide Gl. Meurſii.

Μίνσος.

Μίνσος, vel μίσος, *miſſus, ferculum.* Legitur hæc vox apud Balſamonem ad Can. XXXI. Concilii in Trullo, pag. 393. Locum produximus in Ἀντιμίνσιος, ſub num. III. Concilium Florentinum Sect. VI. Cap. II. pag. 143. Καὶ διεκόμιζον τοὺς μίνσους ἐκ τοῦ δομεστίκου. *Et portabant fercula ex officina Seneſchalli coquinaria.* Plura ſuppeditat Gloſſ. Cl. Meurſii.

Μισάλληλος.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Stephanus de hac voce: Μισάλληλος, *vel potiùs* μισάλληλοι, *mutui óſores, mutuo odio ſe proſequentes.* Reperitur etiam in ſingulari numero poſitum. Cyrillus Alexandr. Homil. VII. Paſchali, pag. 86. Πρὸς τὴν τῶν ἀτιθάσσων θηρίων ἀγριότητα κατολισθαίνειν, καὶ ἀντὶ τῆς ἀγάπης εἰς μισάλληλον παραθήγεσθαι τρόπον. *Ad intractabilium beſtiarum feritatem delabi, ac pro charitate odia invicem exercere.* Τὸ μισάλληλον, pro μισαλληλία, *mutuum odium.*

Μισθός.

Hoc tantùm hic obſervamus, quia alibi promiſſum, *mercedem operibus bonis promiſſam non eſſe debitam, ſed gratuitam.* Chryſoſtomus Homil. II. in I. ad Theſſal. pag. 171. eleganter docet, Deum promittendo mercedem, benignum imitari patrem, qui promiſſa mercede filios ad obedientiam alliciat. Aurea ſunt ejus verba, ac proinde digniſſima, quæ hic legantur. Μισθὸν ἡμῖν δίδωσιν, ἵνα φιλῶμεν ἀλλήλους. Φίλει γάρ, φησι, καὶ λάβε μισθὸν, ὑπὲρ οὗ μισθὸν ὀφείλομεν πράγματος. Εὖξαι, φησι, καὶ λάβε μισθὸν, ὑπὲρ οὗ μισθὸν ὀφείλομεν. Ὅτι αἰτοῦμεν τὰ ἀγαθά· ὑπὲρ οὗ αἰτεῖς, φησι, λάβε μισθόν. Νήστευσον, καὶ λάβε μισθόν· γενοῦ ἐνάρετος, καὶ λάβε μισθὸν, καίτοι μισθὸν ὀφείλων. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ πατέρες, ὅταν ἐναρέτους ποιήσωσι τοὺς παῖδας, τότε καὶ αὐτοῖς μισθὸν διδόασιν. (ὀφείλεται γάρ εἰσιν, ὅτι αὐτοὺς ἐν ἡδονῇ κατέστησαν) οὕτω καὶ ὁ Θεός. Μισθὸν, φησι, λάβε, ἂν ἐνάρετος γένῃ. Εὐφραίνεις γὰρ τὸν πατέρα, καὶ τούτου σοι ὀφείλω μισθόν. *Nobis dat mercedem, ut alii alios diligamus. Ama enim, inquit, & accipe mercedem, pro qua re mercedem debemus. Ora, inquit & accipe mercedem, pro quo mercedem debemus, quòd bona petimus. Pro eo, quod petis, inquit, accipe mercedem. Jejuna, & accipe mercedem. Virtuti ſtudeas, & accipe mercedem, etiamſi mercedem debeas. Sed ſicut parentes, ſi fecerint ut filii virtuti ſtudeant, tunc etiam illis dant mercedem; ſunt enim debitores, quoniam eos hac ratione alacres reddiderunt; ita etiam Deus. Mercedem, inquit, accipe, ſi virtuti ſtudeas. Nam Patrem lætitiâ afficis, & pro hoc tibi debeo mercedem.* Idem, Homil. II. in Epiſt. ad Philemonem, pag. 420. Μὴ χάριν ἴσμεν τοῖς οἰκέταις ἡμῶν διακονουμένοις ἡμῖν; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἡμῖν οἶδε χάριν οὐκ αὐτῷ διακονουμένοις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν συμφέρον ποιοῦσι. Πλὴν ἀλλὰ μὴ οὕτω διακείμεθα, ὡς χάριν εἰδότος αὐτοῦ, ἵνα μᾶλλον εἰδῇ, ἀλλ' ὡς ὀφειλὴν ἐκπληροῦντες. Καὶ γὰρ ὄντως ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα, καὶ ὀφειλῆς ἐστι πάντα ἅπερ ἂν πράττωμεν. Εἰ γὰρ ἀργυρίου παῖδας ὠνούμενοι, πάντα ἡμῖν αὐτοὺς ζῆν βουλόμεθα, καὶ ὅσα ἂν ἔχωσιν ἡμῖν ἔχειν, πόσῳ μᾶλλον ὁ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ὁ μετὰ ταῦτα τιμίῳ αἵματι ἡμᾶς πριάμενος, τιμὴν κατέβαλεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς οὐδὲ ὑπὲρ τέκνου καταβαλεῖν ἂν ἀνάσχοιτο, τὸ αἷμα ἐξέχεε τὸ ἑαυτοῦ. Ἂν οὖν μυρίας ἔχοντες ψυχὰς ταύτας πάσας καταθώμεθα, ἆρα τὴν ἴσην ἀποδώσομεν; Οὐδαμῶς. Διατί; Ὅτι αὐτὸς οὐκ ὀφείλων ἡμῖν τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ τὸ πᾶν χάριτος γέγονεν, ἡμεῖς δὲ λοιπὸν ὀφείλομεν. *Numquid gratias habemus ſervis noſtris miniſtrantibus nobis? Nequaquam. At verò Deus nobis gratias habet, non ſervientibus ſibi, ſed quod expedit nobis agentibus. Veruntamen ne ita ſimus affecti, quaſi nobis ille gratias habeat, ut magis gratias habeat, ſed ut debitum perſolventes. Nam revera omnia, & hoc ipſum etiam, debita ſunt, quæcunq; agimus. Nam ſi cùm ſervos pecuniâ emimus, ſemper illos nobis vivere volumus, & juris noſtri eſſe, quæ habuerint omnia: quantò magis is, qui nos ex nihilo condidit, qui poſtmodum precioſo ſanguine nos redemit, tantumq; pro nobis precium perſolvit, quantum nemo ne pro filio quidem perſolveret, ſanguinem ſuum effudit. Si igitur mille haberemus animas, easq; pro illo poneremus omnes, putasne nos par pari relaturos eſſe? Nequaquam. Cur? Quia cùm ille nihil deberet nobis, hoc fecit, ſed omnia ex gratia ſunt facta: nos autem illi propterea debitores ſumus.* Idem Homil. III. in Epiſt. ad Romanos, pag. 35. Δεῖ πάντα διὰ τὸν Χριστὸν ποιεῖν, οὐ διὰ τὸν μισθόν· καὶ γὰρ καὶ γέενναν, διὰ τοῦτο ἠπείλησε, καὶ βασιλείαν ἐπηγγείλατο, ἵνα φιλῆται παρ' ἡμῶν. *Omnia propter Chriſtum facere oportet, non propter mercedem: etenim & gehennam propterea minatus eſt, & regnum promiſit, ut à nobis diligatur.* Theophylactus in Cap. XI. ad Romanos, pag. 115. Ὁ Θεὸς πάντων τῶν ἀγαθῶν πηγή ἐστι, καὶ ὅσα δίδωσιν, οὐχ ὡς ἀμοιβὴν ὀφείλων δίδωσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα. *Deus omnium bonorum*

fons

Digitized by Google

ſius eſt, & quæcunque dat, non quaſi retributionem debens dat, ſed ob propriam bonitatem. Iſidorus Peluſiota Epiſt. CLXXXIV. lib. II. pag. 212. Μείζων ἐστὶ ὁ μισθὸς, τῷ μὴ διὰ μισθὸν ποιοῦντι. *Major ei conſtituta erit merces, qui non mercedis cauſſa aliquid boni efficit.* Multa in eandem ſententiam leguntur apud Marcum Eremitam in capitibus contra eos, qui putant ex operibus ſe juſtificari. Pauca tantùm excerpimus. Οὐκ ἔστι μισθὸς ἔργων ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἀλλὰ χάρις δεσπότου, πιστοῖς δούλοις ἡτοιμασμένη. *Regnum cœlorum non eſt merces operum, ſed gratia Domini fidelibus ſervis præparata.* Εἰ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ οὐ ζῶμεν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, δηλονότι δουλεύειν αὐτῷ κεχρεωστήκαμεν. Πῶς οὖν ὀφειλομένην τὴν υἱοθεσίαν λογιζόμεθα; *Si Chriſtus pro nobis mortuus eſt ſecundum Scripturas, nec nobis ipſis vivimus, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, utique ei ſervire debemus. Quomodo igitur filiorum adoptionem nobis deberi putabimus?* Ὅταν ἀκούσῃς τῆς γραφῆς λεγούσης, ὅτι ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐκ ἔργα λέγει γεέννης, ἢ βασιλείας ἀξίᾳ· ἀλλ' ἔργα τῆς ἑαυτοῦ ἀπιστίας ἢ πίστεως ἀποδώσειν ἑκάστῳ. *Quando audieris Scripturam dicentem, quòd redditurus ſit unicuiq; ſecundum opera ſua, non dicit opera gehenna aut regno digna, verùm unicuiq; ſuæ incredulitatis aut fidei opera redditurus eſt.* Vide ejuſdem commatis alia in voce Ἔργον, num. II. 3. In voce Ζωὴ, num. II. 3. ſub lit. c. & in Κλῆρος, num. II. 2.

Μισθωτός.

Scriptura *impropriè* μισθωτὸν, *mercenarium* paſtorem vocat, qui videns lupum venientem fugit, & oves deſerit: quique in obeundo munere non Dei gloriam & populi ſalutem, ſed proprium tantùm ſpectat quæſtum. Talem nobis deſcribit Chriſtus Joh. X. 12. 13. Baſilius M. Homil. in Martyrem Mamantem, pag. 598. Μισθωτὸς ποιμένας τότε μὲν πρὸς τοὺς τότε ἀποστρεφόμενος ὁ Κύριος ἔλεγεν (ſine dubio legendum, τότε μὲν τοὺς τότε ἀποστρεφομένους) Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ νῦν, ὡς οὐκ ὄφελον, οἱ τὴν προσηγορίαν τῶν μισθωτῶν οἰκειούμενοι. Τότε ἀρχιερεῖς ἐνδείκνυντο, καὶ Φαρισαῖοι, καὶ πᾶν ἐκεῖνο τὸ κόμμα τὸ Ἰουδαϊκόν. Ἐκείνους μισθωτοὺς ἔλεγε ποιμένας, τοὺς οὐ διὰ τὸ ἀληθὲς, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτῶν χρειῶδες τὴν τοῦ ποιμαίνειν ἐξουσίαν λαβόντας. Οἱ ἐπὶ προφάσει ματαίᾳ προσευχόμενοι, ἵνα κατεσθίωσι τὸ ἄρτον τῶν χηρῶν καὶ τῶν ὀρφανῶν, οὗτοι μισθωτοὶ οἱ τὴν χρείαν θεραπεύοντες· οἱ τὸ παρὸν διώκοντες, οὐ πρὸς τὸ μέλλον ἀτενίζοντες, μισθωτοὶ, καὶ οὐ ποιμένες εἰσί. *Tunc quidem mercenarios paſtores Dominus eos vocavit, qui tunc degeneraverant. Sunt verò & nunc, atq; utinam non eſſent, quibus propriè mercenariorum appellatio convenit. Tunc principes ſacerdotum notabantur, & Phariſæi, & omnis illa Judaica ſecta. Illos dixit mercenarios eſſe paſtores. qui non veritatis, ſed quæſtus ſui gratiâ paſcendi poteſtatem uſurpârant, qui vano prætextu precationibus inſtabant, ut panem comederent viduarum & orphanorum. Mercenarii ſunt, qui proprium compendium curant. Qui præſentia ſectantes ad futura non reſpiciunt, mercenarii ſunt, non paſtores.* Theophylactus in Cap. X. Joh. pag. 709. *Mercenarii ſunt Judæorum principes,* ἀμελοῦντες δηλαδὴ τοῦ λαοῦ, καὶ πρὸς μόνον τὸ, μισθοὺς λαβεῖν ἐξ αὐτοῦ βλέποντες. Οὐ γὰρ ἐζήτουν τοῦ λαοῦ τὴν ὠφέλειαν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ λαοῦ αἰσχροκερδεῖν, *negligentes ſcilicet populum, & ad ſolam mercedem reſpicientes. Non enim quærebant populi utilitatem, ſed ex eo turpe lucrum.* Vide etiam Ammonium in Catena in Cap. X. Joh. pag. 266.

Μισοξενία.

Odium peregrinorum, inhoſpitalitas. In Expoſitione in Cap. XVI. Lucæ, quæ Tito Boſtrenſi tribuitur, pag. 817. cur Dives Lazarum viderit in ſinu Abrahæ, hæc redditur ratio: Ἐπειδὰν φιλόξενος ἦν ὁ Ἀβραὰμ, ἵν' ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ γένηται τῆς μισοξενίας, διὰ τοῦτο αὐτὸν μετ' ἐκείνου ἔβλεπε. *Quia Abraham hoſpitalis erat, ut illius inhoſpitalitatem redargueret, propterea eam cum illo vidit.*

Μισοπάτωρ.

Non habent Lexica. *Qui patrem odit.* Cyrillus Alexandrinus lib. X. in Joh. ad v. 21. Cap. XV. pag. 903. Μισοπάτωρ ὁμολογουμένως, ὁ χρῆναι δεῖν ἀτιμάζειν οἰόμενος τὸν υἱὸν, οὐχ ὡς εἰς ἑτέραν δὲ δηλονότι πλημμελήσας φύσιν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ τῆς κατὰ φύσιν θεότητος ἐμπαροινῶν ἀξίωμα. *Ille profectò patris oſor eſt, qui exiſtimans Filium eſſe ignominiâ afficiendum, non tamen in aliam peccat naturam, ſed ipſam naturæ divinæ dignitatem probro afficit.*

Μῖσος. Μισέω.

Hæ voces accipiuntur

I. *Propriè.* Hoc ſenſu *odium duplex* eſt,

1. *Juſtum & laudandum.* Sic *odiſſe* debemus *peccatores*, eo nomine quòd tales ſint, id eſt, propter peccata ſeu vitia ipſorum. Pſal. CXXXIX. 21. 22. dicit David, *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς, *perfecto odio oderam illos.* Theodoretus ad hæc, pag. 949. Τῆς σῆς ἐξήρτημαι ἀγάπης, ὦ δέσποτα. Ταὐτά σοι (non ταὐτά σοι) βούλομαι καὶ φιλεῖν καὶ μισεῖν. Διά τοι τοῦτο τοὺς μὲν τῆς σῆς ἀντεχομένους θεραπείας, καὶ φιλῶ καὶ γεραίρω· τοὺς δὲ μισοῦντάς σε, οὐ μόνον μισῶ, ἀλλὰ καὶ ἀνιώμενος ἐπ' αὐτοῖς, καὶ τηκόμενος διατελῶ. Μισῶ μὲν γὰρ ὡς παρανόμους, οἰκτείρω δὲ ὡς ἀνθρώπους· καὶ πενθεῖν μὲν αὐτοὺς διὰ τὴν φυσικὴν συμπάθειαν ἀναγκάζομαι· βδελύττομαι δὲ πάλιν αὐτοὺς διὰ τὴν πολλὴν πονηρίαν. *A tuo amore, Domine pendeo, & eadem, quæ tu. & diligere & odio habere volo. Propterea tuo cultui adhærentes amo, & honoro: odio verò habentes te, non modò odio proſequor, verùm etiam propter eos mæreo, & contabeſco. Odi enim ut impios, eorum verò me miſeret, ut hominum, & ob naturalem cognationem eos deplorare cogor: deteſtor autem rurſus ipſos ob maximam pravitatem.* Chryſoſtomus Homil. XXXIII. in I. ad Corinthios, pag. 462. ad quæſtionem, *Annon inimicos & Gentiles odiſſe debeamus,* reſpondet, Μισεῖν μὲν δεῖ, οὐκ ἐκείνους δὲ, ἀλλὰ τὸ δόγμα, οὐ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὴν πονηρὰν πρᾶξιν, τὴν διεφθαρμένην γνώμην, ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἔργον Θεοῦ, ἡ δὲ πλάνη ἔργον τοῦ διαβόλου· μὴ τοίνυν ἀναμίξῃς τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τοῦ διαβόλου. *Odiſſe quidem oportet, at non illos, verùm dogma: non hominem, ſed pravam actionem, corruptam ſententiam. Homo namque Dei opus eſt, error verò opus Diaboli: ne igitur ea, quæ Dei ſunt, cum iis confundas, quæ ſunt Diaboli.* Gregorius Nyſſenus in Epiſt. ad Euſtathiam, tom. III. pag. 656. Μίαν ἔχθραν ἐνομοθέτησεν ἡμῖν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν νομοθέτης, τὴν πρὸς τὸν ὄφιν λέγω· πρὸς οὐδὲν ἄλλο τὴν τοῦ μισεῖν δύναμιν ἐνεργεῖσθαι προστάξας, εἰ μὴ πρὸς τὴν ἀποστροφὴν τῆς κακίας. *Unum odium lege ſua ſanxit vitæ noſtræ legulator: odium dico cum ſerpente: neque ullam aliam ad rem exercere vim illam per quam odimus nos juſſit, niſi ad averſandum malum.*

2. *Injuſtum,* ſeu *vituperandum.* Tale eſt odium τῶν θεοστυγῶν, de quibus Rom. I. 30. Vide in Θεοστυγής.

II. *Impropriè,* ſeu *metonymicè.* Ita μισεῖν ſignificat *minùs diligere, minùs curare, poſtponere, poſthabere.* In dilectione & in cultu alicujus dantur certi quidam gradus. Poſſumus minùs & magis diligere: poſſumus minùs & magis colere. Quem verò minùs diligimus, aut minùs colimus ac curamus, hunc non con-

Digitized by Google

continuò etiam odio proſequimur. Et ſunt iſta non parùm diverſa. Idem tamen verbum μισεῖν habet & alteram iſtam ſignificationem. Exemplum eſt Lucæ XIV. 26. *Si quis venit poſt me, καὶ οὐ μισεῖ patrem ſuum, &c. non poteſt meus diſcipulus eſſe.* Hìc τὸ μισεῖν non ſignificat, *odio proſequi, aliquem averſari, malè alicui velle*; ſed tantummodò *poſthabere, minùs diligere, minusq; curare*, ut Matth. VI. 24. de quo loco actum in Δουλεύω, num. III. 4. Eſt ex animo ſecum dicere,

Et ſoror, & mater valeant, chariq; propinqui:
Quicquid & eſt animæ pars adamata meæ.

P. Chryſologus Serm. V. *Gubernator prudens à littore cùm navem ſolvit, &c. domùs, patriæ, pignorum curas deponit.* Clemens Alex. lib. III. Stromat. pag. 467. ad præſentem ex Lucâ locum: Οὐ τὸ γένος μισεῖν παρακελεύεται· ἀλλὰ μὴ ἀπάγου, φησὶν, ἀλόγοις ὁρμαῖς, μηδὲ μὴν πολιτικοῖς ἔθεσι. *Non jubet odiſſe genus: ſed ne abducaris, inquit, à ratione alienis appetitionibus: ſed neq; cum civilibus moribus conjungaris.* Baſilius M. lib. I. de Baptiſmo, pag. 641. ad eundem locum, dicit μῖσος intelligi, οὐ μελέτην ἐμποιοῦν ἐπιβουλῆς, ἀλλ' ἀρετὴν θεοσεβείας ἐν παρακοῇ τῶν ἀφελκόντων, *odium, non quod inſidiandi ſtudium generat, ſed pietatis virtutem, ut non obediatur ab illa ſeducentibus, affert.* Chryſoſtomus Homil. XXXIV. in Matth. pag. 240. Οὐχ ἁπλῶς μισῆσαι κελεύει, ἐπεὶ τοῦτο σφόδρα παράνομον, ἀλλ' ὅταν βούληται πλέον ἐμοῦ φιλεῖσθαι, μίσησον αὐτὸν κατὰ τοῦτο. *Non ſimpliciter odiſſe jubet, hoc enim valde impium, ſed ſi voluerit plùs amari quàm ego, ob id ipſum eum odio proſequaris.* Theophylactus in Cap. XIV. Lucæ, pag. 439. Οὐκ ἀπανθρωπίαν διδάσκει ὁ φιλάνθρωπος, οὐδὲ διαχειρίζεσθαι ἑαυτοὺς νουθετεῖ, ἀλλὰ τὸν γε γνήσιον αὐτοῦ μαθητὴν βούλεται τότε μισεῖν τοὺς κατὰ γένος οἰκείους, ὅτε πρὸς θεοσέβειαν αὐτῷ ἐμποδίζουσι, καὶ διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς σχέσιν κωλύουσιν αὐτὸν τὸ καλὸν μετιέναι. *Non inhumanitatem & crudelitatem docet miſericors, neque ſibi ipſi manum inſerre monet, ſed proprium ſuum diſcipulum vult tunc odio habere cognatos ſuos, quando ad pietatem ei obſtaculo ſunt, & propter neceſſitudinem à bonis operibus prohibetur.* Vide ibidem plura. Μισεῖν autem in illo Lucæ loco ſignificare *poſthabere, minùs diligere, minusq; curare*, optimè intelligitur ex Matth. X. 37. ubi eadem ſententia proponitur. Verba ſic habent: Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. *Qui diligit patrem, aut matrem ſuper me*, id eſt, plùs quàm me, *non eſt me dignus.* Secundum priora, μισεῖν ἐστι τὸν πατέρα, hoc eſt, ut poſteriora explicant, μὴ φιλεῖν τὸν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ Χριστὸν, ſive, quod idem eſt, τὸν πατέρα ἢ μητέρα ἧττον φιλεῖν Χριστοῦ. Plura ſuppeditat Cl. Vorſtius Philologiæ ſacræ Cap. V.

Μιτάτον.

Μιτάτον ſeu *metatum* vocant hoſpitium, quod militibus præbetur à provincialibus. Sexta Synod. Conſtant. act. XI. ἐν ἑνὶ μιτάτῳ, vetus interpres, *in uno mitato.* Synodus Nicæna II. ex Sermone quodam S. Athanaſii, act. IV. ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον. Anaſtaſius vertit, *manſionem majorem.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. III. Sect. I. Οἱ κληρικοὶ καὶ τὰ ἀνδράποδα αὐτῶν οὐχ ὑπόκεινται καιναῖς εἰσφοραῖς, ἢ μιτάτοις. *Clerici, & eorum mancipia, novis collationibus, aut metatis ſubjecti non ſunt.* Vide Gl. Meurſii. Μιτάτωρ, *metator* eſt, qui præcedens locum eligit caſtris, item qui diverſoriorum & hoſpitiorum deſignat loca. Suidas: Μιτάτωρ, ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοῦ ἄρχοντος. *Metator: nuncius, qui à Principe præmittitur*, ut caſtra, vel alia loca metetur. Vide Briſſonium de verb. ſignificat. lib. XI. in *Metatores.*

Μιταλώριον.

Vide ſuprà Μιταλώριον.

Μνῆμαι.

Μνῆμαι ſunt *memoriæ, exequiæ.* Baſilic. Eclog. IV. Ἀλλὰ μηδὲ προφάσει τῶν περὶ τὴν ὁσίαν πραττομένων, ἃς δὴ μνήμας καλοῦσιν. *Anniverſarios* etiam *ſanctorum dies*, ad colendam eorum memoriam inſtitutos, ita vocabant. Codinus: Κατὰ τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου Δημητρίου. Et, κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Χρυσοστόμου μνήμην. Optatus contra Parmenianum, lib. II. *Reatum putas memoriis Apoſtolorum & ſanctorum omnium communicaſſe.* Can. LI. Laodic. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν Τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλια ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ ἐν ταῖς κυριακαῖς. *Quòd non oportet in Quadrageſima martyrum natalitia celebrare, ſed ſanctorum martyrum commemorationes facere in ſabbatis & Dominicis.* Ariſtinus in hoc Canone, ut & Symeon Logotheta, habet μνείας μαρτύρων τελεῖν, *memorias martyrum celebrare.* Legebantur in his paſſiones Martyrum, idque ex decreto Synodi Carthaginenſis. Ejus Canon XLVI. hic eſt: Ἐξέστω ἔτι μὴν ἀναγινώσκεσθαι τὰ πάθη τῶν μαρτύρων, ἡνίκα αἱ ἐτήσιαι αὐτῶν ἡμέραι ἐπιτελοῦνται. *Liceat etiam legi paſſiones martyrum, cùm anniverſarii dies eorum celebrantur.* Ad hunc Canonem Zonaras: Ἐν κδʹ κανόνι ἡ σύνοδος αὕτη ἀπηριθμήσατο, τίνα δεῖ ἀναγινώσκεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ βιβλία τῆς παλαιᾶς γραφῆς, καὶ τῆς νέας· τὰ δ' ἐκτὸς τῶν ἀπηριθμημένων ἐκώλυσεν ἀναγινώσκεσθαι. Νῦν δὲ τοῖς ἀναγνωσθεῖσι προστίθησι καὶ τὰ ὑπομνήματα τῶν μαρτυρικῶν παθημάτων ἐν ταῖς ἐτησίοις μνήμαις αὐτῶν ἀναγινώσκεσθαι ὀφείλοντα. *Canone XXIV. hæc Synodus enumeravit, quinam libri veteris & novæ Scripturæ in Eccleſia legi debeant: præter enumeratos autem alios legi prohibuit. Nunc verò legendis etiam addit monumenta paſſionum Martyrum, quæ in anniverſariis eorum memoriis legi debeant.* Lud. Dela cerda, Adverſar. ſacr. Cap. LXXXVII. num. 18. tradit, *Memorias Martyrum*, eſſe *Eccleſias Martyrum*, & adducit Auguſtinum de Civit. Dei lib. XXII. Cap. X. de Gentilibus ita loquentem: *Denique illi talibus diis ſuis, & templa ædificaverunt, & ſtatuerunt aras, & ſacerdotes inſtituerunt, & ſacrificia fecerunt. Nos autem Martyribus noſtris non templa ſicut diis, ſed* memorias *ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus.* In libro de Romanis Pontificibus de Anacleto Papa hæc leguntur: *Hic* memoriam *beati Petri conſtruxit & compoſuit, dum Presbyter factus fuiſſet à beato Petro, ſeu alia loca, ubi Epiſcopi reconderentur ſepulturæ.*

Μνημόσυνον.

Quemadmodum μνῆμαι interdum *exequias*, notant, ita enim μνημόσυνον. In hiſtoriâ Concilii Florentini, Sect. XI. Cap. IV. pag. 318. Μετὰ ταῦτα ἐπετέθη τῷ βασιλεῖ ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος, ἵνα ποιήσῃ μνημόσυνον τῷ πατριάρχῃ. *Poſthac Primicerius ab Imperatore impetravit, ut commemorationem defuncto Patriarchæ funebrem, & exequias juberet parentari.* Pag. 319. Καὶ ἐποίησε μνημόσυνον. *Exequias fecit.*

Μοιχεία.

I. Μοιχεία, *adulterium propriè* eſt violatio matrimonii. Gregorius Nyſſenus Epiſt. Canon. tom. II. pag. 118. μοιχείαν dicit eſſe ἐπιβουλήν τε καὶ ἀδικίαν τοῦ ἀλλοτρίου, *inſidias & injuriam, quæ alteri affertur.* Ad hæc verba Balſamon, pag. 1048. Μοιχεία, ἡ πρὸς γυναῖκα ἀνδρὶ συνοικοῦσαν εἰσέλευσις. *Adulterium eſt introitus*

ad

Digitized by Google

ad mulierem viro junctam. Idem ad reſponſa Canonica Timothei Alex. pag. 1066. Μοιχεία ἐστὶ, τὸ ἔτι συνεσταμένου τοῦ γάμου ἑτέραν ἀγαγέσθαι τὸν ἄνδρα εἰς συμβίωσιν. *Adulterium eſt, quando vir, durante adhuc matrimonio, aliam ducit ad contubernium ſeu vitæ conſuetudinem.* Chryſoſtomus Homil. περὶ τοῦ μὴ ἀπογινώσκειν τινὰς ἑαυτῶν, tom. VIII. pag. 79. Μοιχεία ἐστὶ, τὸ τὴν προτέραν γυναῖκα ἀφεῖναι. *Adulterium eſt, priorem deſerere uxorem.* Apud Athanaſium quæſt. XCIV. ad Antiochum, tom. II. pag. 368. Μοιχεῖαί εἰσι δύο. Καὶ γὰρ γυνὴ ἡ ὕπανδρος, ὅταν κἂν πορνεύσῃ, μοιχεία. Καὶ πάλιν, ὁ ἀνὴρ ὁ ἔχων γυναῖκα, ὅταν κἂν πορνεύσῃ, μοιχεία ἐστὶ τῆς ἰδίας γυναικός. *Duæ adulterii ſpecies ſunt. Mulier enim viro ſubjecta ſiquando ſcortetur, adulterium eſt. Et rurſus, ſi vir uxorem habens ſcortetur, eſt adulterium adverſus propriam uxorem.* His verbis Athanaſius docet, μοιχείαν etiam illud eſſe, quando uxor maritum habens, rem habet cum cœlibe: & quando maritus, qui uxorem habet, rem habet cum alia, quæ etiam extra conjugium vivit. Hoc ipſum clarè docet Chryſoſtomus Homil. V. in I. ad Theſſal. pag. 187. Οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ μοιχεία, ὅταν ἀνδρὶ συνεζευγμένην διαφθείρωμεν γυναῖκα, ἀλλὰ κἂν ἀφετὴν καὶ λελυμένην, αὐτὸς δεδεμένος γυναικὶ, μοιχεία τὸ πρᾶγμά ἐστι. *Non hoc tantùm adulterium eſt, quando viro conjunctam corrumpimus mulierem, ſed etſi liberam & ſolutam ipſi alligati uxori, ea res adulterium eſt.* Vide ibid. plura.

II. Μοιχεία *impropriè* ſumitur, idque

1. *ſynecdochicè*, & notat inordinatam cupiditatem, quæ vocatur *adulterium internum*, cùm quis mulierem, ſive nuptam, ſive innuptam libidinoſè aſpicit, concupiſcens eam. Chryſoſtomus Homil. LXXXVIII. tom. VI. Μοιχεία ἐστὶν, οὐ συμπλοκὴ μόνον, οὐδὲ ὁμιλία σώματος, ἀλλὰ καὶ ὄψις ἀκόλαστος. *Adulterium eſt, non tantùm coitus venereus, vel commixtio corporalis, ſed etiam impudicus & libidinoſus aſpectus.* Teſtatur hoc ipſe Salvator Matth. V. 28. Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. *Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. Per oculos enim cor concipit cupidinem. Τὸ ἐπιθυμητικὸν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰσάγεται. *Libido per oculos introducitur*, inquit Philoſtorgius in vita Apollonii. Seneca: *Huic oculi adulterium monſtrant, huic inceſtum, &c.* Clemens Alex. Pædag. lib. III. Cap. XI. pag. 251. Κλαδαραὶ ὄψεις, καὶ τὸ ἐνιλλώπτειν, ὃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν βλεφαρίζειν ἐστὶν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν μοιχεύειν ἐστὶν, ἀκροβολιζομένης τῆς ἐπιθυμίας δι' αὐτῶν· πρὸ γὰρ τοῦ παντὸς σώματος, διαφθείρονται οἱ ὀφθαλμοί. *Laſcivi aſpectus, & verſatilibus ac tanquam conniventibus oculis intueri, nihil eſt aliud, quàm oculis mœchari, cùm per eos cupiditas ineat primæ pugnæ præludia. Ante totum enim corpus corrumpuntur oculi.* Βλέπειν πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ut Cl. Pricæus obſervat, eſt quod *biantibus videre oculis*, Plautus in Mercatore vocat; *oculos libidinoſè impingere*, Tertullianus; *adjicere oculos*, Apulejus, *deponere putres oculos*, Horatius. Sirach. IX. 8. καταμανθάνειν, κάλλος ἀλλότριον. Sequitur in dicto Chriſti, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν. Nempe ἁμαρτία, Jacobi I. 15. ex ipſa ἐπιθυμίας συλλήψει τίκτεται. Salvianus lib. VI. *Ipſa rei turpis cupiditas pro actione damnatur.* Ibidem: *Hoc ipſo quòd quis rem obſcœnam cupit, dum ad immunda properat, immundus eſt.* Baſilius M. de legendis Gentilium libris, tom. I. pag. 577. Ὁ ἐμβλέψας πρὸς ἡδονὴν γυναικὶ, κἂν μὴ τῷ ἔργῳ τὴν μοιχείαν ἐπιτελέσῃ, ἀλλὰ τῷ γε τὴν ἐπιθυμίαν τῇ ψυχῇ παραδέξασθαι, οὐκ ἀφίεται τοῦ ἐγκλήματος. *Qui mulierem ob laſciviam aſpexerit, etſi adulterium opere non compleverit, ob id tamen quòd concupiſcentiam animo conceperit, à culpa vacuus non eſt.* Juſtinus M. in Epiſt. ad Serenum, pag. 514. Ἔστι δὲ καὶ ἡ πλησίον γυνὴ, σὰρξ ἐν ἡμῖν, ἐφ' ἣν οὐ χρεμετιστέον. Χρεμετίζει δὲ καὶ ὁ μηδέπω πεποιηκὼς τὴν ἐπιθυμίαν, ἀναθυμιωμένης αὐτῷ τῆς ὀρέξεως, κἂν μὴ λαμβάνῃ τὸ τέλος. *Eſt verò etiam proxima mulier, caro in nobis, ad quam non hinniendum. Adhinnit verò etiam, qui animi ſui libidinem non explevit, concupiſcentiâ tantummodo ejus appetitionem exhalante, quamvis ea finem ſuum non capiat.* Clemens Alex. in Protreptico, pag. 68. Οὐκ ἐπιθυμήσεις· ἐπιθυμίᾳ γὰρ μόνῃ μεμοίχευκας. *Non concupiſces: ſolâ enim concupiſcentiâ admiſiſti adulterium.* Ambroſius lib. I. de Officiis: *Adulterium non ſolùm facti colluvione, ſed & aſpectûs attentione committitur.*

2. *Metaphoricè* μοιχεία eſt, relicta veritate ad errores declinare, & idololatriam amplecti. Clemens Alex. lib. VI. Strom. pag. 687. Μοιχεία ἐστὶν, ἐάν τις καταλιπὼν τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ ἀληθῆ γνῶσιν, καὶ τὴν περὶ Θεοῦ διάληψιν, ἐπὶ τὴν μὴ προσήκουσαν ἔρχηται ψευδῆ δόξαν, ἤτοι θεοποιῶν τι τῶν γενητῶν, ἢ καὶ εἰδωλοποιῶν τι τῶν μὴ ὄντων, εἰς ὑπέρβασιν, μᾶλλον δὲ ἔκβασιν γνώσεως. *Adulterium eſt, ſi quis relicta eccleſiaſtica & recta cognitione, & de Deo perſuaſione accedat ad falſam, quæ non convenit, opinionem, aut in deos referens aliquid ex iis, quæ ſunt creata, & alicujus ex iis quæ non ſunt, ſimulachrum conſtituens aliquod, ad tranſiliendum cognitionem, vel potiùs ab ea deſiliendum.* De hoc ſpirituali adulterio & ſcortatione frequenter loquuntur Prophetæ. Vide in Πορνεία.

Μοναρχία.

Suidas: Μοναρχία, μονοκρατορία. *Monarchia, unius imperium, unius principatus.* Frequenter notat *unius Dei numen.* Illuſtrem locum produximus in voce Ἕλλην, num. IV. Ita etiam ſumitur apud Philonem, qui τὴν μοναρχίαν τῇ πολυαρχίᾳ, *unius Dei numen, deorum multitudini opponit.* l. de Charitate: Πάντας οὖν, ὅσοι τὸν κτίστην καὶ πατέρα τοῦ παντὸς, εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς σέβειν ἠξίωσαν, ἀλλ' ὕστερον μοναρχίαν ἀντὶ πολυαρχίας σέβειν ἀσπασάμενοι, φιλτάτους καὶ συγγενεστάτους ὑποληπτέον, τὸ μέγιστον εἰς φιλίαν θεραπείαν καὶ οἰκειότατον παρεχομένους θεοφιλὲς ἦθος. *Itaque omnes, quotquot conditorem parentemque univerſitatis vel ſeriùs agnoſcunt, malentes unum quàm plures deos colere, habendi ſunt pro amiciſſimis & cognatione proximis, cùm nihil æquè ac communis pietas conciliet mutuam benevolentiam.* Eadem opponit Euſebius præparat. lib. I. pag. 8. Θείας καὶ ἀποῤῥήτου δυνάμεως ἦν, τὸ ἅμα τῷ αὐτοῦ λόγῳ, καὶ σὺν τῇ περὶ μοναρχίας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ προβεβλημένῃ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, ὁμοῦ καὶ τῆς πολυπλανοῦς καὶ δαιμονικῆς ἐνεργείας, ὁμοῦ καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν πολυαρχίας ἐλεύθερον καταστῆσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. *Divinæ & ineffabilis potentiæ erat, quòd Chriſtus verbo ſuo, & doctrinâ de uno Numine unius univerſorum Dei propoſitâ, ſimul ab erronea & diabolica efficacia, & à pagana deorum multitudine genus hominum liberavit.* Ita etiam loquitur Nicephorus Conſtantinop. in Actis Epheſinis, pag. 308. Εἷς Θεὸς παρ' ἡμῖν προσκυνεῖται· τριαδικῶς μὲν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, μοναδικῶς δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν· καὶ μοναρχία παρ' ἡμῖν τὸ τιμώμενον, οὐ πολυαρχία. *Unus Deus apud nos adoratur; tres quidem perſonæ ſecundum hypoſtaſin, unus verò Deus ſecundum eſſentiam: & unus apud nos honoratur Deus, non plures dii.* Apud Athanaſium quæſt. I. ad Antiochum, tom. II. pag. 331. μοναρχία opponitur τῇ πολυθεΐᾳ. Εἰ ἕνα προσκυνοῦμεν Θεὸν, εὔδηλον ὡς εἰς μοναρχίαν πιστεύοντες, Ἰουδαΐζομεν· εἰ δὲ τρεῖς θεοὺς, πρόδηλον ὅτι ἑλληνίζομεν, πολυθεΐαν εἰσάγοντες, καὶ οὐχ ἕνα μόνον Θεὸν εὐσεβῶς προσκυνοῦντες. *Si unum adoramus Deum, manifeſtum eſt, nos unum Deum credentes, Judæos imitari: ſi verò tres deos adoramus, certum eſt nos Gentiles imitari, deorumque multitudinem introducere, non verò unum tantùm Deum piè adorare.* Baſilius M. de Spiritu ſancto

Cap. XVIII. pag. 188. docet, πῶς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῶν τριῶν ὑποστάσεων τὸ εὐσεβὲς τῆς μοναρχίας δόγμα διατηροῦμεν, *quomodo in confeſſione trium perſonarum pium monarchiæ, ſeu de uno Deo dogma ſervemus.* In ipſo capite, pag. ead. dicit: Θεὸν καὶ ἐκ Θεοῦ προσκυνοῦντες, καὶ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων ὁμολογοῦμεν, καὶ μένομεν ἐπὶ τῆς μοναρχίας, εἰς πλῆθος ὑπεσχισμένον τὴν θεολογίαν μὴ σκεδαννύντες. *Deum enim ex Deo adorantes, & proprietatem profitemur perſonarum, & manemus in fide de uno Deo, non dividentes divinæ naturæ rationem in multitudinem ſubdiviſam.*

Μονάς.

Vide in Μονίτης.

Μοναστήριον.

Μοναστήριον, *Monaſterium*, eſt locus, ubi οἱ μονάζοντες, *homines ſolitarii* degunt: quod à recentioribus etiam *clauſtrum* appellatur, quod eo claudantur, qui ſolitariam degunt vitam. Philo de Monachis Ægypti, Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν, ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ βίου σεμνοῦ μυστήρια τελοῦνται. *In qualibet autem domo eſt, ædicula ſacra, quæ vocatur ſemneum & monaſterium, in quo ſolitariæ vitæ honeſtæ myſteria peragunt.* Socrates hiſt. Eccleſ. lib. IV. Cap. XXIII. pag. 235. a. narrat, in Ægypto multa fuiſſe μοναστήρια, quæ etiam ἀσκητήρια appellat, eaque exemplo Ammun Ægyptii, monaſticam vitam amplectentis, brevi multiplicata fuiſſe, & in magnum excreviſſe numerum. Idem refert Nicephorus Calliſti, lib. VIII. hiſt. Eccleſ. Cap. XLI. pag. 625. *Monaſteriorum* etjam meminit Can. VI. Chalced. Canon XXC. Cod. Africani. Sunt autem duplicia μοναστήρια, vel ἀνδρῷα ſeu ἀνδρῶα, *monaſteria virorum*, vel γυναικεῖα, *mulierum*. Can. XVIII. Concilii Nicæni II. decernit, ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν ἐπισκοπείοις, ἢ ἐν ἀνδρῴοις μοναστηρίοις, *non oportere mulieres inhabitare domos Epiſcopales, vel monaſteria virorum.* Balſamon ad Can. XLI. Concilii in Trullo, pag. 411. γυναικεῖα μοναστήρια καὶ ἀνδρῷα. *Virorum monaſterium* etiam vocatur ἀνδρικὸν μοναστήριον ab eodem ad Can. XLVII. Trullanum, pag. 417. Sunt etiam κοινοβιακὰ & κελλιωτικὰ μοναστήρια: illa ſunt, in quibus monachi unà habitant: hæc, in quibus ſeparatas habent cellulas. Can. XX. Concilii Nicæni II. mentionem facit διπλῶν μοναστηρίων, *duplicium monaſteriorum*, & decernit διπλοῦν μοναστήριον non eſſe faciendum. Quid *duplex Monaſterium* ſit quæritur. Reſpondet Balſamon ad hunc Canonem, pag. 546. Διπλᾶ μοναστήρια εἶπόν τινες λέγεσθαι, οὐ τὰ ἔχοντα ἐν ταυτῷ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἀλλὰ τὰ πλησίον καὶ ἡνωμένως κτισθέντα, καὶ λογιζόμενα ἓν ὡσανεὶ διὰ τὴν πολλὴν ἑνότητα. Ἀπὸ δὲ τοῦ κανόνος ἀναφαίνεται, μὴ λέγεσθαι διὰ τοῦτο διπλᾶ μοναστήρια, ἀλλ' ὅτι ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ μοναστηρίῳ κατῴκουν ποτὲ, ὡς ἔοικεν, ἄνδρες καὶ γυναῖκες. *Quidam dixerunt* duplicia monaſteria *vocari, non ea, quæ in eodem loco continent viros & mulieres, ſed quæ propè ſunt & conjuncta, quæque propter viciniam unum quaſi eſſe putantur. Ex hoc autem Canone patet, non propterea duplicia dici monaſteria, ſed quòd in uno eodemque monaſterio olim, ut videtur, habitabant viri & mulieres.*

Μονάστρια.

Μονάστρια, *monacha*, ſolitariæ vitæ dedita. Canon XX. Conc. Nicæni II. Μὴ διαιτάσθωσαν ἐν ἑνὶ μοναστηρίῳ μοναχοὶ καὶ μονάστριαι. *In uno monaſterio ne verſentur monachi & monachæ.* Item: Μὴ ἐχέτω μοναχὸς παῤῥησίαν πρὸς μονάστριαν, ἢ μονάστρια πρὸς μοναχὸν ἰδίᾳ προσομιλεῖν. *Ne habeat monachus licentiam cum monacha, vel monacha cum monacho privatim colloquendi.* Conſtitut. Eccleſ. Collect. lib. III. ex Novellis: Μονάστρια μὴ ἀφελκέσθω τοῦ μοναστηρίου. *Monaſtria ne abſtrahitor à monaſterio.* Ex lib. I. Cod. tit. III. Μὴ συνδιαγέτωσαν ἀλλήλοις μοναχοὶ καὶ μονάστριαι. *Non cohabitent unà monachi & monaſtriæ.*

Μοναχός.

Veteres Gloſſæ: Μοναχός, *ſolitarius, ſingularis, Monachus.* S. Maximus Cent. II. de Charitate, Cap. LIV. Μοναχός ἐστιν, ὁ τῶν ὑλικῶν πραγμάτων τὸν νοῦν ἀποχωρίσας, καὶ διὰ ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης, καὶ ψαλμῳδίας, καὶ προσευχῆς προσκαρτερῶν τῷ Θεῷ. *Monachus eſt, qui mentem ſuam à rerum terrenarum amore ſegregatam habet, atque per temperantiam, & charitatem, & pſalmodiam, precationemque à Deo aſſiduè pendet.* Tempore Apoſtoli Pauli nulli erant. Chryſoſtomus Homil. XXV. in Epiſt. ad Hebræos: Οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗτος. *Neque enim vel veſtigium Monachi tunc erat, ſed omnia ad mundanos beatus ille tunc diſſerebat,* nempe I. Corinth. V. 11. *De Monachorum origine* agit Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. XII. pag. 15. & dicit, *alios Eliam* facere autorem vitæ monaſticæ, & *Johannem Baptiſtam: alios Judæorum optimos: alios* verò dicere, & veriſſimè quidem, αἰτίαν ταύτῃ τῇ φιλοσοφίᾳ παρασχεῖν τοὺς κατὰ καιρὸν τῇ θρησκείᾳ συμβάντας διωγμούς, *huic vitæ rationi occaſionem & anſam præbuiſſe variis temporibus excitatas perſecutiones.* Addit, Ἐπεὶ γὰρ φεύγοντες ἐν ὄρεσι καὶ ἐρημίαις καὶ νάπαις τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο ἐθάδες τοῦ βίου τούτου ἐγένοντο. *Cùm enim fugerent, & in montibus, ſolitudinibus atque ſylvis vitam degebant, atque huic vivendi rationi aſſueſcebant.* Id ipſum confirmat Nicephorus Calliſti, hiſt. Eccleſ. lib. VIII. ſub finem Cap. XXXIX. tom. I. pag. 621. ubi de monachorum origine ita ſcribit: Εἰσὶ δὲ οἵ φασι καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν διωγμοὺς ταύτην σχεδιάσαι πρώτους τὴν ἀγωγήν. Τῆς γὰρ θρησκείας ἐκπεπολεμωμένης, φεύγοντες, ἐν ὄρεσιν ἀγρίοις καὶ νάπαις τισὶ διῃτῶντο· οἷς μὴ ἁλῶναι ταῖς πλάναις διὰ σπουδῆς ἐποιοῦντο. Ἐθάδες δὲ τοῦ βίου γενόμενοι, κατὰ μικρὸν ἀποπληρῶσαι τῇ διαίτῃ τὸν βίον εἰς μέγα τ' ἐπιδοῦναι, πολλῶν κατὰ ζῆλον ὑποδυομένων τὴν πολιτείαν. *Sunt verò qui dicunt, perſecutionum tempora huic inſtituto derepentè primùm cauſſam præbuiſſe. Cùm enim à tyrannis religio exagitaretur, qui ſibi fugâ conſulebant, & in montibus incultis & in ſaltibus quibusdam verſabantur: in quibus ne deprehenſi caperentur, de induſtria errabundi ſedes mutabant. Et cùm ei vitæ aſſueviſſent, paulatim deinceps inſtitutum illud ad mortem uſque producebant: & ad magna incrementa, multis per æmulationem converſationem talem & vitam ſubeuntibus, tranſmittebant.* Pro ταῖς πλάναις, legendum exiſtimo τὰς πλάνας. Monachorum & Monaſteriorum tempore Chryſoſtomi deſcriptionem, vitam, actiones, &c. habere licet ex Chryſoſtomi Homil. XIV. in I. ad Timotheum, pag. 307, 308. &c. Vide etiam Sozomenum hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. XII. lib. III. Cap. XIV. & Evagrium lib. I. Cap. XXI. De ritibus inſtituendi Monachos agit Euchologium pag. 158. & ſeqq. Eorum *habitus* erat duplex: primus, τὸ μικρὸν σχῆμα dicebatur, ſive τοῦ μανδύου: alter, τὸ μέγα, & ἀγγελικόν. Patet ex dicto Euchologio, loco eodem, ubi utriusque ἀκολουθία traditur. Meminit τοῦ μεγάλου Phranzes lib. III. Cap. XXX. *In tam gravem morbum, quod non putâram, incidi, ut perfectè monachus* μεγάλου σχήματος *factus ſim.* Ex hoc ordine qui erant, μεγαλόσχημοι appellabantur. Arſenius in Synopſi Canonum, Can. CVI. Οὐ δεῖ ἀποκείρεσθαι μοναχὸν τέλειον, τουτέστι μεγαλόσχημον, ἔσω τριετίας, χωρὶς μεγάλης προσκειμένης νόσου, θάνατον ἀπειλούσης. *Non oportet perfectum monachum, hoc eſt, magnum habitum gerentem, attonderi intra triennium, niſi gravis morbus, qui mortem minetur,*

Digitized by Google

tur inciderit. Ib. Can. CVIII. Εἰ δὲ τέλειός ἐστι μεγαλόσχημος, ἐν δέκα πέντε ἔτεσιν ἐπιτιμᾶται. *Si autem perfectus ſit monachus magnum habitum gerens, quindecim annis punitur.* Qui verò ex ordine τοῦ μικροῦ σχήματος erant, vocabantur μικρόσχημοι. Nicetas Metropolitanus Heracleæ in reſponſis: Εἰ δεῖ τὸν ἀποστολικὸν μοναχὸν ἀποκείρειν ἕτερον, καὶ ποιεῖν μεγαλόσχημον; *Num oportet alium tondere Apoſtolicum monachum, & facere magnum habitum gerentem?* Reſp. Ὁ μὴ ἔχει τις, οὐ δύναται ἑτέρῳ δοῦναι, ὁ μικρόσχημος ὤν, πῶς ἂν δώῃ τινὶ μέγα σχῆμα; *Quod quis non habet, non poteſt alii dare. Qui parvum gerit habitum, quomodo alicui magnum conferret habitum?* Johannes Jejunator in libro pœnitentiali meminit etiam μικροσχήμου καὶ μεγαλοσχήμου μοναστρίας, *monachæ parvum & magnum habitum gerentis.* Conſule etiam Gl. Meurſii in Μοναχὸς, & confer voces Ἀναχωρητὴς & Ἐρημίτης. Vide etiam Suidam.

Μονή.

Μονὴ eſt *monaſterium.* Aliquot loca produximus in vocibus Ἡγούμενος & Καθηγούμενος, ubi vide.

Μονογαμέω.

Non habent Lexica. Vide in Πολυγαμία.

Μονογαμία. Μονόγαμος.

Μονόγαμος, qui *unicas nuptias contraxit, unicam habens uxorem.* Origenes lib. III. contra Celſum, pag. 141. Paulus I. Timoth. III. 2. Μονόγαμον μᾶλλον δίγαμον αἱρεῖται εἰς ἐπισκοπήν. *Unius uxoris maritum iteranti matrimonium præfert in Epiſcoporum delectu.* Vide in Δίγαμος. Μονογαμία eſt, cùm quis vel eodem tempore una contentus vivit uxore, vel, priori mortua, non ducit aliam. Epiphanius in doctrina compend. de Fide, pag. 465. de Diaconiſſis loquens, utraque voce utitur: Καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας. *Et illæ quidem unius viri uxores, quæ ſe continent, vel in viduatu vivunt, poſtquam in uno vixerunt conjugio.* Vide in Διακόνισσα, num. II. Talis μονογαμία, quâ viduæ à ſecundis abſtinebant nuptiis, ut commodiùs precationi & jejuniis vacarent, olim erat uſitatiſſima. Id refert Ambroſius in Cap. V. Epiſt. I. ad Timoth. Patet idem exemplis *Marcellæ*, de qua Hieronymus in Epitaphio ejus; *Julianæ & Socrus ejus*, de quibus Auguſtinus, ſive Autor libri de bono viduitatis, Cap. XIX. *Publiæ* de qua Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. III. Cap. XIV. pag. 652. quæ τὸ γάμου τὸ ζυγὸν πρὸς ὀλίγον δεξαμένη καιρὸν, *cùm modico tempore matrimonii jugo adſtricta fuiſſet*, peperit Johannem, poſtea Presbyterorum Antiochiæ principem. Hinc fœminæ, quæ non iterabant conjugium, commendabantur, ut mater Auguſtini, apud Auguſtinum lib. IX. Confeſſ. Cap. IX. Apud Ethnicos etiam fœminæ quædam; ut loquitur Tertullianus de exhortat. ad Caſtitat. *ob univiratus obſtinationem, famam conſecutæ ſunt.* Vide Cl. Ravanellum in voce *Nuptiæ.* Hanc etiam μονογαμίαν commendant Patres. Vide in Δίγαμος n. II. 2. διγαμίαν tamen, contra Hæreticos, defendebant. Vide in eadem voce, num. II. 3. Epiphanius hæreſi XLVIII. pag. 178. dicit Christum τὴν μονογαμίαν τιμᾶν, *univiratum honorare*, & τοὺς ἀπὸ μονογαμίας ἐγκρατευομένους, *eos, qui poſt primum conjugium ſe continent.* Addit verò, Εἰ δέ τις κατὰ ἀσθένειαν ἐπιδεηθείη μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἰδίας γαμετῆς, συναφθῆναι δευτέρῳ γάμῳ, οὐκ ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανὼν τῆς ἀληθείας, τουτέστι, τὸν μὴ ὄντα ἱερέα. *Si verò quis ob infirmitatem neceſſe habeat, poſt mortem propriæ uxoris, ſecundis jungi nuptiis, hoc non probibet canon veritatis, ſiquidem non ſit ſacerdos.*

Μονογενής.

I. *Explicatio nominis.* Veteres Gloſſæ: Μονογενὴς, *unicus, ſingularis.* Aliæ: *Unicus & unigena*, μονογενής. Vetus Lexicon: *Unicus*, μονογενής. Onomaſticon vetus: *Unigenitus*, μονογενής. Severianus: Μονογενής ἐστιν ὁ μόνος ἔκ τινος γεννηθείς. *Unigena eſt, qui ſolus ex aliquo natus eſt.* Baſilius lib. II. adverſus Eunomium, tom. II. pag. 59. Μονογενὴς οὐχ ὁ παρὰ μόνου γενόμενος, ἀλλ᾽ ὁ μόνος γεννηθεὶς ἐν τῇ κοινῇ χρήσει προσαγορεύεται. *Unigena non qui à ſolo natus, ſed qui ſolus genitus, in communi conſuetudine appellatur.*

II. *Æternus æterni Patris Filius* vocatur μονογενὴς in Symbolo Apoſtolico, Nicæno, & paſſim. Greg. Nyſſenus Orat. V. in Reſurrect. Chriſti, tom. III. pag. 437. *Filium Dei vocat* μονογενῆ Θεὸν, *unigenitum Deum.* Ita autem appellatur juxta naturam divinam. Theodoretus in Pſal. XXI. pag. 478. Μονογενής ἐστι, καὶ τοῦτο ἁρμόττει ὡς Θεῷ καὶ κυρίῳ· ὡς γὰρ Θεὸς, μόνος γεγέννηται, καὶ μονογενὴς ὀνομάζεται. *Unigenitus eſt: atque hoc ut Deo & Domino convenit. Nam ut Deus, ſolus genitus eſt, & unigenitus vocatur.* Et in Pſal. LXXXIX. pag. 755. Μονογενής ἐστιν ὡς Θεός· μόνος γὰρ ἐκ πατρὸς ἐγεννήθη. *Unigenitus eſt ut Deus, ſolus enim ex Patre genitus eſt.* Et ad Rom. VIII. 29. Μονογενής ἐστιν ὡς Θεός· οὐκ ἔχει γὰρ ἀδελφοὺς ὡς Θεός. *Unigenitus eſt, quatenus Deus: non enim habet fratres ut Deus.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. pag. 590. Vocatur μονογενὴς, οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου καὶ μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μονοτρόπως, οὐχ ὡς τὰ σώματα, *unigenitus, non quia ſolus ex ſolo, & ſolum: ſed quia peculiari quodam modo, ac non ut corpora.* Epiphanius hæreſi LXXIII. pag. 362. Κυρίως, *propriè vocatur* μονογενὴς, ὡς μόνος ἐκ μόνου ὅμοιος κατ᾽ οὐσίαν ἐκ τοῦ πατρὸς, *unigenitus, ut ſolus ex ſolo ſimilis ſecundum eſſentiam ex Patre.* Cyrillus Alex. in Theſauro, Aſſert. XXV. pag. 236. Vocatur μονογενὴς καθὸ λόγος ἐστὶν ἐκ πατρὸς, ἀδελφοὺς κατὰ φύσιν οὐκ ἔχων, οὐδὲ ἑτέρῳ τινὶ συνταττόμενος, *unigenitus, quatenus eſt Verbum ex Patre, fratres naturâ nullos habens, neque alteri cuipiam annumeratus.* Idem in Act. Concilii Epheſini, pag. 43. Μονογενὴς κατὰ φύσιν, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ὠνόμασται λόγος, ὅτι μόνος ἐκ μόνου γεγέννηται τοῦ πατρός. *Unigenitus ſecundum naturam ex Deo Patre nominatur Verbum, quoniam ſolus ex ſolo Patre genitus eſt.* Et Dial. VIII. qui eſt de Incarnatione, pag. 688. *Credimus eum eſſe* μονογενῆ, ὡς ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πεφηνότα, *unigenitum, tanquam ex Deo Patre Sermonem, & ex ejus eſſentia genitum.* Harmenopulus de Sectis, Sect. I. pag. 558. Ἡμεῖς μονογενῆ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ φαμὲν, ὡς μόνον ἀῤῥήτως ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἁπάντων γεγεννημένον. *Nos Filium Dei unigenitum dicimus, ut qui ſolus ineffabiliter ex eo ante omnia ſecula ſit genitus.* Damaſcenus lib. I. orthod. fidei, Cap. IX. pag. 31. Μονογενὴς λέγεται, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μόνως ἐγεννήθη· οὐδὲ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεννήσει· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλος υἱὸς τοῦ Θεοῦ. *Unigenitus dicitur, quia ſolus ex ſolo Patre, ſingulariter eſt genitus: neque enim aſſimilatur alia generatio generationi Filii Dei: neque enim eſt alius Filius Dei.* Quòd Greg. Nazianzenus ſuprà dixit, Filium Dei vocari μονογενῆ, *non quia ſolus ex ſolo*, ita eſt accipiendum, ut ſenſus ſit, eum non hanc ob cauſſam tantùm dici μονογενῆ, ſed etiam quia μονοτρόπως, *peculiari modo*, id eſt, qui comparationem nullam admittat cum illis qui corporaliter procreantur. Nam genitus eſt ἀχρόνως, ἀρεύστως, ἀπαθῶς. Faceſſant ergo *Ariani*, qui impiè aſſerunt, Filium propterea dici μονογενῆ, quia ſolus à Patre ſit creatus, reliqua vero ab ipſo. Id de iis teſtatur Theophylactus in Cap. III. Joh. pag. 597. Οἱ Ἀρειανοί λέγουσιν,

Digitized by Google

ὅτι μονογενὴς λέγεται, διότι αὐτὸς μόνος γέγονε, καὶ ἐκτίσθη ὑπὸ Θεοῦ, τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα ὑπ᾽ αὐτοῦ. *Ariani dicunt, eum unigenitum dici, quòd ſolus ipſe factus ſit, & conditus à Deo, omnia autem alia ab illo.* Ammonius in Catena ad v. 16. Cap. III. Joh. pag. 97. Οἱ Ἀρειανοὶ λέγουσι, ὅτι διὰ τοῦτο καλεῖται ὁ Υἱὸς μονογενὴς, ὅτι μόνος ἐκ Θεοῦ γέγονεν. *Ariani idcirco dicunt Filium vocari unigenitum, quòd ſolus à Deo factus ſit.* Idem de iis teſtatur Harmenopulus de Sectis, Sect. I. pag. 556.

Μονοείμων.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Qui una & ſimplici indutus eſt veſte.* Aſterius, Homil. in Avaritiam, de Eliſæo: Ἄοικος, ἀνέστιος, μονοείμων. *Sine domo certiſque ſedibus, veſte una ac ſimplici utens.*

Μονόζωνος.

Μονόζωνος *unicam zonam habens.* Heſychius: Μονόζωνοι, οἱ τῶν πολεμίων κατάσκοποι, ἢ μάχιμοι, οὓς ἡμεῖς μονομάχους. *Unicam zonam habentes, hoſtium ſpeculatores, aut bellicoſi, quos nos μονομάχους, gladiatores* vocamus. Suidas ex Olympiodoro in Cap. XX. Jobi, pag. 450. vel hic ex Suida: Μονόζωνοί εἰσιν οἱ τίμιοι τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ζωστῆρα φοροῦντες· ἢ οἱ ἀσύντακτοι, καὶ οἱονεὶ λῃσταί. *Accincti vocantur milites, qui alios honore antecellunt, & qui diverſam ab aliis zonam geſtant: vel qui ordine nullo continentur, & quaſi latrones ſunt.* Iſidorus ibidem: Οἱ μονόζωνοι στρατιωτικὰ τάγματα μηνύουσιν, ἢ βαρβαρικὰ στίφη, ἢ λῃστρικὰ συγκροτήματα. *Accincti, cohortes militares, vel turmas barbaricas, vel prædonum agmina innuunt.* Vocabulum eſt apud Græcos Bibl. interpretes uſitatum. Hieronymus ubique vertit *latrunculos.*

Μονοθελῆται.

Μονοθελῆται erant hæretici, quia unam Chriſto tribuebant θέλησιν, ſic vocabantur. De iis ſufficienter actum in voce Θέλημα, num. II. 3. De iiſdem fuſè agit Forbeſius Inſtruct. Hiſtorico-Theolog. lib. II. Cap. IV. num. 5. lib. V. Cap. I. X. XIII. XXVI. XXIX. XXX.

Μονομερής. Μονομέρεια.

Poſteriorem vocem omittunt Lexica, priorem vix tangunt. Duæ ſunt in foro agendi formæ: altera, utraque parte præſente, quod eſt cognitionaliter, ſive κατὰ διάγνωσιν: altera, unâ tantùm parte præſente, quod eſt κατὰ μονομέρειαν, ſive μονομερῶς. Teſtium productiones, quæ abſente altera parte fiunt, μονομερεῖς appellantur. In vita Athanaſii ex Metaphraſte, in appendice tom. II. pag. 66. Ἐκ μονομεροῦς πρᾶξιν ὑπομνημάτων ποιήσασθαι. *Ab una parte cauſſæ patrocinari.* Et paulò pòſt: Ποιήσαντες ἐκ μονομεροῦς ὑπομνήματα. Conſtitut. Apoſtol. lib. II. Cap. LI. pag. 874. Οὐ χρὴ μονομερεῖς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι. *Ne fiant judicia altera parte abſente.* Apud Athanaſium, tom. I. pag. 791. Ταύτην ὑμῖν ἐπιδίδομεν τὴν ἐπιστολὴν, μαρτύριον ἐσομένην εἰς ἀληθινὴν σύνοδον, ἵνα γνωσθῇ πᾶσιν, ὅτι κατὰ μονομέρειαν ἅπερ ἠθελήσατε, ἐπράξατε. *Hanc vobis tradimus epiſtolam, quæ futura eſt teſtimonio in vera Synodo, ut omnibus innoteſcat, vos inaudita altera parte feciſſe, quæcunque voluiſtis.* Ibid. pag. 799. Ὅτι τὰ πραττόμενα κατὰ μονομέρειαν οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀγνοεῖ τῶν πάντων ἀνθρώπων. *Ea, quæ inaudita altera parte decernuntur, nullam habere vim, nemo mortalium ignorat.* Eadem vox apud eundem in ſcriptis Apologeticis ſatis frequenter occurrit.

Μονοούσιος.

Affert Stephanus ex veteri Lexico. *Cujus ſubſtantia ſola eſt,* id eſt, ſolus in ſuo genere, & nihil ſubſtantiæ ſuæ ſimile habens: ut ſol, luna, cœlum. Cæſarius Dial. I. Interrog. XLIII. Spiritum S. vocat πνεῦμα μονοειδὲς, μονότροπον, μονοούσιον, *ſpiritum unius formæ, unius modi, unius ſubſtantiæ.*

Μονότης.

Non habent Lexica. Uſurpatur de Deo, & *unitatem* ſignificat. Ea ſic uſus Epiphanius, hæreſi Arianorum, quæ eſt LXIX. pag. 335. Τὸ δὲ βέλημα ἦν τοῦ πατρὸς, τὸ τὴν οἰκονομίαν οὕτω πληρωθῆναι, τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ παραιτίων ἑαυτοῖς ὄντων τῆς τοῦ υἱοῦ προδοσίας, καὶ οὐχ ὑπὸ Θεοῦ ἀναγκαζομένων. Καὶ οὐχ ἕτερον βέλημα ἦν τὸ υἱοῦ παρὰ τὸν πατέρα· ἀλλ᾽ ἔδει αὐτὸν καὶ ἐν τούτῳ ταῦτα δεικνύειν, ἵνα τὸ πᾶν τῆς μονότητος ἐπὶ τὸν πατέρα ἀνάγοι, πρὸς τὸ μὴ μερισθῆναί τι τῆς μιᾶς ἑνώσεως καὶ οἰκονομίας. Hæc Petavius ita vertit: *Porrò hæc erat Patris voluntas, ut hoc modo adminiſtrarentur omnia, cùm proditionis Filii cauſa ſibimet ipſis Iſraëlitæ forent neque à Deo cogerentur. Nec Filii voluntas erat à paterna diverſa; ſed in hoc demonſtranda ab ipſo illa fuerunt, ut ſingularitatem omnem ad Patrem, velut ad principium referret, ne unitas illa & adminiſtratio aliqua ex parte divideretur.* Nova atque inuſitata hujus vocis, *ſingularitas*, in hoc argumento ſignificatio. Legimus quidem apud Lactantium, Deum *ſingularem* eſſe, id eſt, unum: ſed an Patres Latini, & ii, qui purè loquuntur, hac voce ad hanc rem ſint uſi, id nondum obſervatum. Quam hic μονότητα dicit Epiphanius, eam tum ipſe, tum alii μονάδα uſitatiſſimè vocant. Epiphanius hæreſi eadem: Ἵνα μὴ διέλῃ τὴν μονάδα, *ne unitatem divideret.* Autor expoſitionis fidei, quæ Juſtino tribuitur, pag. 176. Μονὰς ἐν τριάδι νοεῖται, καὶ τριὰς ἐν μονάδι γνωρίζεται. *Unitas in Trinitate intelligitur, & Trinitas in unitate cognoſcitur.* Greg. Nazianzenus, Orat. XII. pag. 204. Μονὰς ἐν τριάδι προσκυνουμένη, καὶ τριὰς εἰς μονάδα ἀνακεφαλαιουμένη. *Unitas in Trinitate adoranda, & Trinitas in unitatem collecta.* Et Orat. XXIII. pag. 422. Νῦν δὲ δίδασκε τοσοῦτον εἰδέναι μόνον, μονάδα ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι προσκυνουμένην, παράδοξον ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν. *Nunc verò doce, ut hoc duntaxat ſciamus, nempe Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate adorandam, cujus & diviſio & conjunctio planè admirabilis ſit.* Eulogius in Photii Bibliotheca, Cod. CCXXX. pag. 864. Μονὰς ἀληθῶς ἡ τριὰς, καὶ τριὰς ἡ μονάς. Οὔτε διότι μονὰς, τὴν τριάδα συστέλλουσα· οὔτε διότι τριὰς, τὴν μονάδα τέμνουσα. *Unitas verè eſt Trinitas, & Trinitas unitas. Nec, quia unitas eſt, idcirco contrahit Trinitatem: nec, quia Trinitas, dividit unitatem.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXXIX. pag. 208. Τριὰς ἐν μονάδι γνωριζομένη, καὶ μονὰς ἐν τριάδι προσκυνουμένη. *Trinitas in unitate cognita, & unitas in Trinitate adorata.* Alia exempla hujus ſignificationis habes in voce Τριάς. Sed redeamus ad propoſitum. Illuſtris eſt locus Hilarii, lib. X. de Trinitate, qui Epiphanium eleganter illuſtrat. *Deinde rogat, ne voluntas ſua fiat, & quod vult effici, id ipſum concedi ſibi non vult: ait enim, ſed tamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Ut voluntate calicis deprecandi, humanæ in ſe ſollicitudinis ſignificans conſortium, ſententiam à ſe unitæ ſibi, communiſque cum Patre non diſcerneret voluntatis.* Eadem mens Hilarii atque Epiphanii. *Unita communiſque voluntas*, de qua loquitur Hilarius, eſt μονότης καὶ ἕνωσις. Eſt unitas non tantùm voluntatis, ſed etiam eſſentiæ. Deinde μονότης aliquando *ſingularitatem*, id eſt, *vitam cœlibem* notat. Epiphanius hæreſi XLVIII. quæ eſt Montaniſtarum: Ἡ δὲ ἁγία ἐκκλησία καὶ παρθενίαν δοξάζει, καὶ μονότητα, καὶ ἁγνείαν, καὶ χηροσύνην ἐπαινεῖ, καὶ γάμον

σεμνὸν

τιμὴν τιμᾷ καὶ δέχεται. *At ſancta Eccleſia & virginitatem prædicat, & cœlibem vitam, ac caſtimoniam, viduitatemq́; laudat, & honeſtas nuptias colit & approbat.* Et hæreſi LXIII. quæ eſt Origenianorum: Οὐδεμίαν αἰτίαν ἀμπλακημάτων κἂν ὑπονοηθῆναι ἡ μονότης ἐνδέχεται. *Nullam ne minimam quidem ſuſpicionem ſolitarium vitæ genus, ſive ſingularitas, admittit.* Nota eſt inſcriptio tractatus illius, qui falsò Origeni, vel Cypriano tribuitur, *De ſingularitate Clericorum,* id eſt, de vita ſingulari ſeu ſolitaria ſine conſortio fœminæ: ubi ſæpiſſimè hæc vox hoc ſenſu occurrit.

Μονοφυσῖται.

Μονοφυσῖται appellati ſunt hæretici, qui unam tantùm naturam in Chriſto Mediatore poſt incarnationem agnoverunt. De iis Nicephorus Calliſti hiſt. Eccleſ. lib. XVIII. Cap. XLV. pag. 868. *Eodem tempore,* ſub Zenore nimirum & Anaſtaſio, *Acephali, quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi & carnis naturam malè prædicantes: & præterea Jacobitarum, Theodoſianorum, Julianiſtarum, & plurimorum aliorum catervæ, Eccleſiæ inſultârunt:* οἱ καὶ μονοφυσῖται ἐκλήθησαν, ἅτε δὴ μίαν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μετὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν πρεσβεύοντές τε καὶ δογματίζοντες, *qui Monophyſitæ appellati ſunt, quòd unam Verbi & carnis naturam poſt ineffabilem unionem eſſe ſentiant & doceant.* Vide de iiſdem plura ibidem, & Cap. XLVI. περὶ τῶν δύο φύσεων κατὰ μονοφυσιτῶν, *de duabus naturis contra Monophyſitas,* integrum ſcripſit caput Damaſcenus, quod eſt III. lib. III. de Orthodoxa fide. De his jam actum in voce Ἀκέφαλος, & in Λόγος, num. I. ſub 4. claſſe hæreticorum χριστομάχων, ſub lit. *a.* De duabus in Chriſto naturis vide etiam in φύσις.

Μονοχίτων.

Μονοχίτων, *unâ tantùm indutus tunicâ,* ſeu *ſimplici amictus tunicâ.* Suidas, ſine expoſitione, μονοχίτωνος. Portus interpretatur: *Unicam tunicam habens,* quaſi ſit terminatio caſûs recti, cùm ſit genitivi, *unicam tunicam habentis.* Heſychius in Οἰοχίτων, δίχα ἱματίου, ἢ μονοχίτων. *Unicam tunicam habens, vel ſine pallio.* Chryſoſt. in Hom. XLVII. tom. I. pag. 654. Πῶς οὐ μέγας βασιλεὺς ὁ Χριστὸς, ὁ πένητας ἁλιεῖς, ἀγραμμάτους, ἰδιώτας, ἕνδεκα τὸν ἀριθμὸν, ἀσήμους, ἀπόλιδας, ἰχθύων ἀφωνοτέρους, μονοχίτωνας, ἀνυποδέτους, γυμνοὺς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀποστείλας; *Quomodo non magnus rex Chriſtus, qui pauperes piſcatores, indoctos, idiotas, undecim numero, obſcuros, extorres, piſcibus magis mutos, unicam tunicam habentes, diſcalceatos, nudos, in univerſum terrarum orbem miſit?* Idem, Homil. XVII. tom. V. Pariſ. pag. 255. Πάντων αὐτοὺς ἐγύμνωσε, καὶ μονοχίτωνας ἀπέστειλε, καὶ χωρὶς ὑποδημάτων ἐκέλευσε βαδίζειν. Chriſtus eos, ſc. Apoſtolos, *omnibus nudatos, & unâ tantùm tunicâ amictos miſit, & abſque calceis ambulare juſſit.* Reſpicit Chryſoſtomus ad Matth. X. 10. Marci VI. 9. Lucæ IX. 3. ubi Apoſtoli prohibentur, δύο χιτῶνας, *duas tunicas habere.* In Concilio Florentino, ſect. IX. Cap. XII. pag. 268. de Epiſcopo quodam, καὶ μονοχίτων περιήρχετο μέχρι τινὸς ὡς παράφρων καὶ πλανώμενος. *Aliquandiſper ſimplici tunica amictus, tanquam fatuus & erro, circumibat.*

Μονοχιτωνέω.

Non habent Lexica. *Unicam habeo tunicam.* Theodorus Abucara, μονοχιτωνεῖν κελευσθεὶς, *unicam habere tunicam juſſus.*

Μορφή.

I. *Explicatio nominis.* Heſychius: Μορφὴ, ἰδέα, εἶδος. *Forma, idea, ſpecies.* Suidas: Μορφὴ, εἶδος, ἰδέα, πρόσοψις. *Forma, ſpecies, idea, aſpectus.* Item: Μορφὴ καὶ εἶδος ταυτόν ἐστι καὶ μορφὴ μὲν, ἐμψύχων· εἶδος δὲ, ἐπὶ ἀψύχων. *Forma, & ſpecies, idem eſt. Et forma quidem, de animatis; ſpecies verò, de inanimatis* dicitur.

II. *Subjectum* μορφῆς, *formæ,*

1. *Deus.* Sic ad Philippenſes II. 6. μορφὴ Θεοῦ, *forma Dei* ſignificat naturam ſeu eſſentiam Dei, ſed proprietatibus ſuis, nempe divina gloria & majeſtate, velut veſtitam. Theodoretus ad hunc locum, Dial. I. pag. 29. Ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ φύσις νοεῖται Θεοῦ. *Per formam Dei, natura Dei intelligitur.* Et paulò pòſt: Μορφὴ τοῦ Θεοῦ, οὐσία τοῦ Θεοῦ. *Forma Dei, eſſentia Dei.* Greg. Nyſſenus orat. IV. contra Eunomium, tom. II. pag. 566. Μορφὴ τοῦ Θεοῦ ταυτὸν τῇ οὐσίᾳ πάντως ἐστίν· ὡς γὰρ ἐν μορφῇ τοῦ δούλου γενόμενος, τῇ οὐσίᾳ τοῦ δούλου ἐνεμορφώθη, οὐ ψιλὴν ἀναλαβὼν ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν μορφὴν, οὐδὲ τῆς οὐσίας διεζευγμένην, ἀλλ' ἡ οὐσία τῇ μορφῇ συσσημαίνεται· οὕτως πάντως ὁ εἰπὼν αὐτὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ εἶναι, τὴν οὐσίαν διὰ τῆς μορφῆς ἐνεδείξατο. *Forma Dei idem quod eſſentia omnino eſt. Ut enim in forma ſervi factus eſt: in eſſentia ſervi formatus eſt; non nudam & ſimplicem in ſe ipſo formam aſſumſit, & ab eſſentia disjunctam, ſed eſſentia ſimul cum forma ſignificatur: ſic prorſus qui dixit ipſum in forma Dei eſſe, per formam eſſentiam indicavit.* Idem de perfecta Chriſtiani forma, t. III. pag. 284. Μορφὴν Θεοῦ λέγει τὸν κύριον· οὐ κατασμικρύνων τῇ τῆς μορφῆς ἐννοίᾳ τὸν κύριον· ἀλλὰ τὸ μέγεθος τοῦ υἱοῦ διὰ τῆς μορφῆς ἐνδεικνύμενος, ᾗ ἐνθεωρεῖται τοῦ πατρὸς ἡ μεγαλειότης, οὐδαμοῦ τῆς ἰδίας μορφῆς ὑπερπίπτουσα, οὐδὲ ἔξω τοῦ περὶ αὐτὴν χαρακτῆρος εὑρισκομένη· ἄμορφον γὰρ καὶ ἀκαλλὲς περὶ τὸν πατέρα οὐδὲν, ὃ μὴ τῇ ὡραιότητι τοῦ μονογενοῦς ἐπαγάλλεται. *Formam Dei, Dominum vocat, formæ notione non imminuens Dominum, ſed per formam oſtendens magnitudinem Filii, quâ intelligitur Patris amplitudo ſeu majeſtas quæ propriam formam non excedit, neque extra figuram, quæ circa ipſam eſt, invenitur. Nihil enim informe, nihil non pulchrum in Patre, nihil, quod non unigeniti declaret pulchritudinem.* Theophylactus ad locum Apoſtoli, pag. 591. Μορφὴ Θεοῦ ἡ οὐσία λέγεται. *Forma Dei eſſentia dicitur.* S. Maximus in Cap. II. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarch. pag. 7. Ὅταν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ὑπερουσίου, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, τὸ ἀπαράλλακτον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα νόησον· τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. *Quando audieris de ſuperſubſtantiali,* qui cùm in forma Dei eſſet, *eum per omnia ſimilem & æqualem eſſe patri ſuo intellige: hoc enim declarat &* imago inviſibilis Dei. Athanaſius de adventu Chriſti adverſus Apollinarium, tom. I. pag. 634. Ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ, τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ λόγου θεότητος νοεῖται. *Per formam Dei intelligitur plenitudo Deitatis Verbi.* Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Hebræos, pag. 437. Ὥσπερ ἡ μορφὴ τοῦ δούλου οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει, ἢ ἄνθρωπον ἀπαράλλακτον· οὕτως ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει, ἢ Θεόν. Interpretationem vide in voce Ἀπαράλλακτος, n. I. Immeritò igitur ab hæreticis reprehenſus Leo primus, quòd voce μορφὴ pro οὐσία eſſet uſus. Idem enim & ante & poſt eum multi fecerunt alii, ut ex Photio docet Heinſius in Ariſtarcho ſuo, Cap. XIX.

2. *Homines.* Sic μορφὴ accipitur pro natura hominis, eaque non nuda, ſed abjecta & infirma: quomodo Chriſtus ad Philipp. II. 7. dicitur ſuſcepiſſe μορφὴν δούλου, *formam ſervi,* id eſt, hominis abjectam & infirmam naturam, ac ſervilem conditionem. Damaſcenus Orthod. fidei lib. III. Cap. XXI. p. 261. de Chriſto: Προσηγορικῶς λέγεται δοῦλος, οὐκ αὐτὸς ὢν τοῦτο, δι' ἡμᾶς δὲ δούλου μορφὴν εἰληφὼς, καὶ δοῦλος μεθ' ἡμῶν κεκλημένος. *Appellationem ſervi ſubit, non quòd* ipſe

ipſe ſanè hoc ſit, ſed quòd propter nos formam ſervi accepe-rit, & ſervus nobiſcum vocetur. Athanaſius Orat II. contra Arianos, tom. I. pag. 350. Δούλου μορφὴν ἔλαβεν, ἐνδυσάμενος τὴν δουλωθεῖσαν σάρκα τῇ ἁμαρτίᾳ. Servi formam *accepit, quia induit carnem peccato obnoxiam factam.* Theodoretus Dial. I. pag. 29. dicit μορφὴν δούλου denotare οὐσίαν δούλου, φύσιν δούλου, *naturam ſervi, ſubſtantiam ſervi.* Ita etiam in epiſt. ad Philippenſes, pag. 331. Clemens Alex. Pædag. lib. III. C. I. pag. 215. Δούλου μορφὴν, τὸ σαρκικὸν ἐπὶ Κυρίου φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν τὸν ἐκτὸς ἄνθρωπον, δοῦλον προσειπὼν, πρὶν ἢ δουλεῦσαι καὶ σαρκοφορῆσαι τὸν Κύριον. *Quod carneum eſt, ſervi formam de Domino dicit Apoſtolus: quòd ſe ipſum exinanivit ſervi formâ acceptâ, externum hominem ſervum appellans priusquam ſerviiſſet, & carnem ſuſcepiſſet Dominus.* Theophylactus in Cap. II. ad Philippenſes: Μορφὴ δούλου, ἡ φύσις τοῦ δούλου. *Forma ſervi, natura ſervi.*

Μορφοποιέω.

Non habent Lexica. Significat *conformo.* Juſtinus M. Apol. II. pro Chriſtianis: Τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι, ξέοντες καὶ τέμνοντες, καὶ χωνεύοντες, καὶ τύπτοντες, καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες θεοὺς ἐπονομάζουσι; *Quid enim opus eſt, apud vos, qui ſcitis commemorare, quomodo artifices materiam tractent, polientes eam & incidentes, & conflantes, & pulſantes, & ex inhoneſtis ſæpenumero vaſis, figuram tantùm mutantes & conformantes, atq; exinde deos cognominantes?* Photius apud Oecumenium in Cap. VI. ad Romanos, pag. 291. Καταργεῖται καὶ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, ἐν ᾧ ἐστηρίζετο, καὶ ὑφ' ἧς ἐμορφοποιεῖτο ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος. *Aboletur etiam corpus peccati, in quo ſtabiliebatur, & à quo formam accipiebat vetus noſter homo.* Idem, apud eundem, in Cap. II. ad Philip. pag. 667. Αὐτός ἐστιν ὁ τελειῶν καὶ οἱονεὶ μορφοποιῶν τὴν ἡμετέραν καὶ θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. *Ipſe eſt qui perficit, & quaſi format noſtram voluntatem & actionem.*

Μορφόω.

Μορφόω ſignificat *formo, figuro.* Clemens Alexand. Strom. lib. VI. pag. 635. de Gentilibus: Μορφώσαντες ξύλα καὶ λίθους, καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον, χρυσὸν καὶ ἄργυρον. *Formantes ligna & lapides, æs & ferrum, aurum & argentum.* Ferè paſſiva forma uſitata eſt. Juſtinus M. Apol. II. pag. 56. Οὐ γὰρ μόνον Ἕλλησι διὰ Σωκράτους ὑπὸ λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν βαρβάροις ὑπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος. *Non modò enim apud Græcos per Socratem à ratione hæc ſunt reprehenſa, ſed apud Barbaros quoque ab ipſomet verbo informato & homine facto, atq; Jeſu Chriſto dicto.* Ad Gal. IV, 19. Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Chriſtus.* Theophylactus ad hunc locum, pag. 475. Διεφθείρατε, φησὶ, τὴν μορφὴν τοῦ Χριστοῦ, ἣν εἴχετε ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ δεῖσθε πάλιν ἑτέρας ἀναγεννήσεως καὶ ἀναπλάσεως, ἵνα πάλιν ἐν ὑμῖν ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ γένηται, ὥστε ἐξ αὐτοῦ χαρακτηρίζεσθαι ὑμᾶς. *Corrupiſtis, inquit, formam Chriſti, quam habebatis in vobis ipſis & baptiſmo, eſtq; vobis opus alia regeneratione atq; reformatione, ut rurſus forma Chriſti in vobis ſit, adeo ut ex eo characterem accipiatis.* Mox: Τοὺς Γαλάτας Παῦλος πάλιν ὠδίνει καὶ ἀναμορφοῖ. *Galatas Paulus rurſus parturit & reformat.* Chryſoſtomus, Homil. CXIV. tom. V. pag. 736, 737. elegantiſſimè: Γινέσθω πᾶσα ψυχὴ μήτηρ Χριστοῦ κατὰ διάθεσιν· πῶς μήτηρ Χριστοῦ; πᾶσα ψυχὴ ὠδίνει ἐν αὐτῇ τὸν Χριστόν· ἐὰν δὲ μὴ μεταμορφωθῇ τῇ εὐσεβείᾳ, μήτηρ Χριστοῦ καλεῖσθαι οὐ δύναται. Ὅταν λάβῃς λόγον Χριστοῦ, καὶ πλάσῃς αὐτὸν ἐν τῇ διανοίᾳ σου, καὶ ὥσπερ ἐν μήτρᾳ τῷ λογισμῷ μεταμορφώσῃς, καλῇ μήτηρ αὐτοῦ. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἐν ἑκάστῳ Χριστὸς μορφοῦται καὶ μήτηρ Χριστοῦ γίνεται, λέγω δὴ τοῦ λόγου τοῦ Χριστοῦ ἑκάστου ἡμῶν ἡ ψυχὴ, λέγει Παῦλος· τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Εἰργάσω δικαιοσύνην; ἐμόρφωσας ἐν τῇ ψυχῇ Χριστόν· ἐπέδωκας ἐλεημοσύνην; ἐμόρφωσας τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας· οὐχ ὅτι καθ' ἕκαστον Χριστὸς μορφοῦται· Χριστὸν γὰρ καλεῖ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, δι' οὗ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας ἀναλαμβάνομεν. Ἐπέδωκας ἐλεημοσύνην; ἐμόρφωσας Χριστόν· ἐποίησας δικαιοσύνην; ἐμορφώθη ὁ χαρακτὴρ τῆς ἀληθείας. *Fiat omnis anima mater Chriſti ſecundum affectum. Quomodo mater Chriſti? omnis anima in ſeipſa Chriſtum parturit: niſi verò pietate fuerit transformata mater Chriſti vocari non poteſt. Cùm exceperis verbum Chriſti, & illud in tua mente formaris, ac tanquam in utero ratiocinatione transformaris, ipſius mater appellaris. Atq; ut intelligas in unoquoq; formari Chriſtum, & matrem Chriſti verbi inquam nimirum Chriſti animam cujusq; noſtrûm fieri; ſic ait Apoſtolus,* Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. *Operatus es juſtitiam? in anima Chriſtum formâſti. Eleemoſynam impertiſti? figuram veritatis formâſti: non quòd in ſingulis Chriſtus formetur, Chriſtum enim verbum pietatis appellat, cujus operâ figuram recipimus veritatis. Dediſti eleemoſynam? formâſti Chriſtum. Operatus es juſtitiam? formatus eſt character veritatis.* Cyrillus Alexandr. in Cap. XLIV. Jeſajæ, pag. 591. Μορφοῦται ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, ἐνιέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου πνεύματος θείαν τινὰ μόρφωσιν δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης. *Formatur in nobis Chriſtus, quando Spiritus ſanctus, per ſanctificationem & juſtitiam, divinam quandam formam nobis imprimit.* Idem, adv. Antropomorph. Cap. III. pag. 370. Μορφοῦται ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς δι' ἁγιασμοῦ, τοῦ διὰ πνεύματος, διὰ κλήσεως τῆς ἐν πίστει τῆς εἰς αὐτόν. *Formatur in nobis Chriſtus per ſanctificationem, quæ eſt à Spiritu, per vocationem in fide in ipſum.* Ibid. Cap. V. pag. 373. Ὅταν ἑαυτοὺς πιστοὺς καὶ ἁγίους τηρήσωμεν, τότε ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν ὁρᾶται μεμορφωμένος, καὶ ταῖς ἡμετέραις διανοίαις τοὺς ἑαυτοῦ χαρακτῆρας ἐναστράπτει. *Si nos ipſos fideles & ſanctos ſervemus, tunc Chriſtus in nobis conſpicitur formatus, ipſeq; mentibus noſtris characteres ſuos, tanquam aliquem ſplendorem immittit.* Μορφοῦσθαι idem quod εἰδοποιεῖσθαι, εἰκονοποιεῖσθαι: de quibus ſuo loco. Vide Cl. Heinſium in Cap. IV. ad Galatas.

Μόρφωνες.

Non habent Lexica. Μόρφωνες ſunt *perſonati,* μόρφωσιν ἔχοντες, *ſpeciem & larvam præ ſe ferentes.* Legitur apud Ignatium in epiſt. ad Magneſios, pag. 53. Τί με καλεῖτε κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω, οἱ γὰρ τοιοῦτοι οὐκ εὐσυνείδητοι, ἀλλ' εἴρωνές τινες καὶ μόρφωνες εἶναί μοι φαίνονται. *Quid me vocatis Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Tales enim, non bonâ conſcientiâ mihi præditi eſſe videntur, ſed eſſe ſimulatores & perſonati.*

Μόρφωσις.

Heſychius: Μόρφωσιν, σχηματισμὸν, εἰκόνα. *Formam, larvam, imaginem.* Eodem modo Suidas. Uterque reſpicit vel ad Rom. II. 20. vel ad II. Timoth. III. 5. Priori loco dicit Apoſtolus, Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. *Habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege.* Duplicem interpretationem affert Theophylactus, pag. 28. Ἔχεις τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας, οὐκ ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τοῖς κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῷ νόμῳ, πεποιθὼς αὐτῷ, ὡς μορφοῦντι τὴν ἀρετήν. *Habes formam ſcientiæ & veritatis, non in operibus & officiis, ſed in lege, confidens ipſi ceu formanti*

virtu-

Digitized by Google

virtutem. Hanc ipſe ſequitur. Eadem Theodoreti eſt, pag. 25. ſcribit enim, Τούτων γάρ σοι πάντων τοὺς χαρακτῆρας ὁ θεῖος προσέφερε νόμος. *Eorum enim omnium charačteres tibi divina lex obtulit.* De altera interpretatione ſic Theophylactus: Τινὲς δὲ μόρφωσιν ἐνόησαν, τὴν ἐπίπλαστον εἰκόνα τῆς γνώσεως. Οὐ τὴν ἀληθῆ γάρ φησι, γνῶσιν καὶ εὐσέβειαν ἔχεις, ἀλλ' ἐπίπλαστόν τινα καὶ ἐπικεχρωσμένην. *Sunt qui per formam illam intellexerunt fičtam atque adumbratam imaginem cognitionis. Non veram, inquit, notitiam & pietatem habes, verùm fucatam quandam & coloratam.* Ita Oecumenius in Cap. II. ad Romanos, pag. 260. *Dicit eos habere* ἐπίπλαστον εἰκόνα τινά, σχῆμα μὲν ἔχουσαν ἀληθείας, οὐκ οὖσαν δέ, *fictam quandam imaginem, ſpeciem quidem veritatis habentem, cùm tamen talis non ſit.* Poſteriori loco inquit Apoſtolus; Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας. *Habentes ſpeciem pietatis.* Μετασχηματίζονται; ut illi II. Corinth. XI. 14. εἰς φωτὸς ἀγγέλους, *transfigurant ſe in Angelos lucis.* Ἐπιμορφάζουσι τὴν εὐσέβειαν. Vide in Ἐπιμορφάζω. Μόρφωσις idem quod προσωπεῖον, *larva.* Vide ſuo loco. Theodoretus in II. Timoth. III. 5. Τὸ τῆς εὐσεβείας περικείμενοι πρόσχημα, τὸ τῆς πονηρίας διὰ τῶν ἔργων κατασκευάζουσιν εἴδωλον. *Pietatis ſpeciem præ ſe ferentes, improbitatis ſimulachrum per opera conſtruunt.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in hanc epiſtolam dicit μόρφωσιν, ἄψυχον καὶ νεκρόν, καὶ σχῆμα μόνον καὶ τύπον καὶ ὑπόκρισιν δηλοῦν, *formam, rem inanimatam, ac mortuam, & figuram tantùm, typum & ſimulationem notare.* Clariſſime Theophylactus, p. 820. Σχηματίζονται μόνον τὴν εὐσέβειαν καὶ ὑποκρίνονται. *Speciem tantùm pietatis præ ſe ferunt, ac ſimulant.* Oecumenius, pag. 777. Ἐξ ὧν λέγουσιν, εὐσεβεῖς εἰσιν, ἐξ ὧν δὲ πράττουσιν, ἐναντίοι τῶν λόγων εὑρίσκονται καὶ ἐλέγχονται. *Verbis pietatem præ ſe ferunt; opera vero evincunt, eos verbis contraria facere.*

Μοτλόω.

Lexica ex ſolo Heſychio afferunt: apud quem, μοτλοῖ, τιτρώσκει, ταράττει. *Vulnerat, turbat.* Ita etiam Suidas. Iterum Heſychius: Μοτώσει, ἰάσεται διὰ ὀθονίων. *Per lintea cruda ſanabit.* Cyrillus Alexandr. lib. Glaphyr. in Numeros, pag. 379. Τὴν τοῦ τὰ δίκαια κρίνοντος εἰσκομίζει φιλανθρωπίαν, μὴ μέχρι παντὸς μηδὲ ἀπέραντόν τινα τὴν ὀργὴν τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπάγοντος· ἀλλὰ μοτοῦντος κατὰ τὸ πλῆξαι, σώζοντός τε καὶ ὑγιάζοντος. *Juſtè judicantis humanitatem introducit, qui non ſemper, neque ſine fine iram in peccantes effundit: ſed qui etiam, poſtquam percuſſit, ſanat & ſervat.* Μοτὸς ὠμόλινος apud Hippocratem eſt *linamentum ex linteo crudo.* Vide Theſaurum Stephani. Apud LXX. Hoſeæ VI. 1. Αὐτὸς πατάξει, καὶ μοτώσει ἡμᾶς. *Ipſe percutiet, & ſanabit nos.* Ad hunc locum reſpexit, ſine dubio, Heſychius, unde omnino μοτώσει ſcribendum videtur. Male etiam Kircherus in Concordantiis μοτόω interpretatur *vulnero.*

Μουλτάριοι.

Μοῦλτον, ut Meurſius in Gloſſario ſuo docet, notat *tumultum.* Hinc μουλτάριοι, *tumultuarii, ſeditioſi.* Balſamon in præfat. ad Canones Concilii Gangrenſis, pag. 800. Χάριν τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἀποστάτας, καὶ μουλταρίους, καὶ τῶν βασιλέων ὅπλα ἐγείροντας, καὶ τυραννίδα μελετῶντας. *Ad anathemate percutiendos apoſtatas & tumultuarios, adverſus Imperatores arma ſumentes, & tyrannidem meditantes.* Interpres vocem *multarii* retinet, & in margine addit: Μουλτάριοι. *Puto hoc vocabulum deductum à Latino vocabulo* multi, *& eos ſignificare, qui cogunt multitudinem.* Sed potiùs vox corrupta eſt ex Latina *tumultuarius.* Tales μουλτάριοι aliàs vocantur *Bagaudæ,* vel etiam *Bacaudæ,* id eſt, factioſi, rebelles, & latrones. *Bagauda* verò, vel *bacauda,* ipſum eſt latrocinium, tumultus popularis. Notum vocabulum primùm in Gallia. Vide Rittershuſium in Salvianum, pag. 165. Qui ergo Gallis *Bagaudæ,* vel *Bacaudæ,* illi Conſtantinopolitanis μουλτάριοι. Polonis *Coſaki:* in Pyrenæis montibus *Baudolieri:* in montanis *Martoloſſi.*

Μοῦσα.

Μοῦσα eſt teſſerula ex ſpongia, & ea quidem denſiſſima, & prelo compreſſa, ut obſtruantur foramina facta: cujus ex una parte brachiolum ſericeo ligamine eminet, quo digitis deprehenditur, & in eam operam uſurpatur. Ejus mentio in Euchologio, p. 29. Καὶ λαβὼν τὴν μοῦσαν, συνάγει τὰς ἐν τῷ δίσκῳ μερίδας ὑποκάτω τοῦ ἁγίου ἄρτου, ὥστε εἶναι ἐν ἀσφαλεῖ, καὶ μὴ ἐκπεσεῖν τι. Vide Gloſſ. Meurſii.

Μυέω.

Veteres Gloſſæ: Μυῶ, *initio, imbuo.* Longè uſitatior eſt forma paſſiva, μυοῦμαι, *initior ſacris, inſtituor doctrinâ, quæ ad res ſacras pertinet.* Heſychius: Μυούμενος, τελούμενος, μυσταγωγούμενος. Veteres Gloſſæ: Μεμυημένος, *imbutus.* Μεμύηται, *initiata eſt.* Dionyſius Areopagita Cap. IV. de cœleſti Hierarchia, num. 4. p. 49. Τὸ θεῖον τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον ἄγγελοι πρῶτον ἐμυήθησαν. *Divinum humanitatis Jeſu myſterium Angeli primùm edocti ſunt.* Can. II. Concilii Nicæni II. Ὁρίζομεν, πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμόν, πάντως τὸ ψαλτήριον γινώσκειν, ἵνα ὡς ἐκ τούτου, καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον οὕτω νουθετῇ μυεῖσθαι. *Decernimus, omnem qui ad Epiſcopalem gradum eſt evehendus, Pſalterium omnino noſſe, ut ex eo omnem quoque clerum ſuum ita initiari moneat.* Zonaras μυεῖσθαι hoc loco explicat per μανθάνειν, *diſcere.* Univerſam doctrinam Chriſtianam veteres diſtinguebant in τὰ ἔκφορα, id eſt, ea, quæ apud omnes enunciari poterant, & τὰ ἀπόρρητα, arcana temerè non vulganda: de quibus neque in familiaribus colloquiis, neque in Catecheſibus, neque in concionibus temere verba faciebant coram Paganis, Catechumenis, aut quibusvis aliis non initiatis. Baſilius diſtinguit in κήρυγμα & δόγματα, ut docuimus in voce Δόγμα, num. II. 2. Δόγματα vocat, quæ aliàs τὰ ἀπόρρητα appellantur. Quoties ergo τῶν ἀποῤῥήτων, ſeu τῶν δογμάτων incidebat mentio, ſermonem quaſi abrumpentes, & arcana illa evulgare nolentes, frequentiſſimè hac utebantur formula ἴσασιν οἱ μεμυημένοι. Pauciſſima afferimus exempla: plura ſuppeditat Cl. Caſaubonus Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, n. XLIII. Chryſoſtomus Homil. XXVII. in Geneſin: Ἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, δυνησόμεθα μετὰ καθαροῦ συνειδότος καὶ τῇ ἱερᾷ ταύτῃ καὶ φρικτῇ τραπέζῃ προσελθεῖν, καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα τὰ τῇ εὐχῇ συνεζευγμένα μετὰ παῤῥησίας φθέγξασθαι· ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον. *Hoc ſi præſtiterimus, purâ conſcientiâ etiam ad hanc ſacram & tremendam menſam accedere, & verba illa orationi conjuncta cum libertate pronunciare poterimus: nôrunt, qui myſteriis ſunt initiati, quid dicam.* Homiliâ XXX. tom. V. Edit. Pariſ. pag. 462. Ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὰ λεγόμενα. Ibi iterum de ſacra Cœna agitur. Aliis eodem ſenſu utitur formulis. In Pſal. CXL. de lingua loquens: Ἐννόησον, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ μέλος, δι' οὗ τὴν θυσίαν ὑποδεχόμεθα· ἴσασιν οἱ πιστοὶ τὸ λεγόμενον. *Cogita hoc illud eſſe membrum, quo tremendum ſacrificium excipimus: ſciunt fideles quid dicam.* Homil. XV. in Joh. Ἴσασιν οἱ συμμύσται τὸ λεγόμενον. *Sciunt ſymmyſtæ quid dicatur.* Reliqua ex

Ca-

Caſaubono petenda. Μεμυημένος etiam *baptizatum* ſignificat, ut ex Sozomeno ſub ſequenti voce patet. Addimus tantùm locum Apoſtoli, qui ad Philipp. IV. 12. dicit: Ἐν παντὶ, καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι. Vulgatus: *Ubique & in omnibus inſtitutus ſum.* Beza: *Initiatus ſum.* Theodoretus interpretatur πεῖραν ἔλαβεν. *Expertus ſum.* Eódem modo Theophylactus. Photius apud Oecumenium, pag. 682. Πεῖραν ἁπάντων ἔχω. *Omnia ſum expertus.* Heſychius ad eundem locum reſpiciens: Μεμύημαι, πεπείραμαι, *expertus ſum.*

Μύησις.

Hanc vocem obiter tantùm Lexica tractant.

I. *Initiatio, doctrina.* Veteres Gloſſæ: Μύησις, μυσαγωγία. *Diſciplina ſacrorum.* Suidas & ſignificationem & originem vocis tradit his verbis: Μύησις, μάθησις, κατήχησις, ἐπιστήμη. Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ τὰ μυστήρια, καὶ ἀπόῤῥητα τελεῖσθαι· ἢ διὰ τὸ μύοντα τὰς αἰσθήσεις, καὶ ἐπέκεινα σωματικῆς φαντασίας γενομένους, τὰς θείας εἰσδέχεσθαι ἐλλάμψεις. *Initiatio, diſciplina, inſtitutio, ſcientia. Dicta autem eſt* μύησις *à myſteriis & arcanis rebus, quæ fiebant, cùm quis* initiabatur. *Vel, quòd homines clauſis ſenſibus, & ultra corpoream phantaſiam evecti, divinas illuminationes admittant.* Dionyſius Areopagita ſub finem Cap. II. de cœleſti Hierarchia, pag. 22. Σὺ δὲ, ὦ παῖ κατὰ τὴν ὁσίαν τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχικῆς παραδόσεως θεσμοθεσίαν, ἱεροπρεπῶς ἄκουε τῶν ἱερῶς λεγομένων, ἔνθεος ἐνθέων, ἐν μυήσει γινόμενος. *Tu verò, fili, juxta ſanctam hierarchicæ noſtræ traditionis ſanctionem, prout ſancta decet audi, quæ ſacroſanctè proferuntur, ipſemet divinus diviná doctriná factus.* Ita etiam *inſtitutionem Catecheticam* notat, quæ Baptiſmum præcedit, in Conſtitut. Apoſtol. ubi lib. VII. titulus eſt: Περὶ πολιτείας, καὶ εὐχαριστίας, καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν μυήσεως. *De vivendi ratione, gratiarum actione, & inſtitutione, quæ eſt ſecundùm Chriſtum.*

II. Μύησις notat *Baptiſmum.* Quemadmodum ἀμύητος aliquando, *non baptizatus,* ut ſub illa voce, num. I. docemus: ita μύησις apud Sozomenum hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. III. pag. 11. a. *Baptiſmum* ſignificat. Epiſcopi Conſtantinum M. docent, εἶναι καὶ τοῖς ἐνταῦθα πλημμελήμασιν ἀφορμὴν σωτηρίας, καὶ καθαρμὸν ἁμαρτημάτων ἀμυήτοις μὲν μύησιν κατὰ τὸν νόμον τῆς ἐκκλησίας· τοῖς δὲ μεμυημένοις, τὸ μὴ πάλιν ἁμαρτεῖν, *etiam in hoc mundo peccatis rationem ſupereſſe ſalutis, & purgationem à peccatis: non baptizatis quidem baptiſmum juxta legem eccleſiaſticam: baptizatis verò, non ampliùs peccare.* At cùm hoc παντελῶς ὀλίγων καὶ θείων ἀνδρῶν ſit, docuerunt δεύτερον καθαρμὸν τετάχθαι ἐκ μετανοίας, *ſecundam purgationem ordinatam eſſe, nempe pœnitentiam.*

Μύρον.

Vide vocem χρίσμα.

Μυροφόρος.

Μυροφόροι vocantur tres Mariæ, quæ coëmtis aromatibus ad ſepulchrum Chriſti acceſſerunt, ut eum ungerent. Pentecoſtarium: Μυροφόροι ἐκλήθησαν διότι τοῦ πάσχα ἐνισταμένου διὰ τὴν παρασκευὴν, ὅτι μεγάλη ἦν ἡ ἡμέρα τοῦ σαββάτου ἐκείνου, ἐπεὶ ἔσπευδον καὶ θάψαι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος, οἱ κατὰ τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔθος μύροις αὐτὸ ἤλειψαν, - - ὡς μαθήτριαι μύρα πολυτελῆ ὠνησάμεναι νυκτὸς παρεγίνοντο. *Unguenta ferentes vocatæ ſunt, quia inſtante Paſchate propter paraſceven, quoniam magna dies erat ſabbati illius, quandoquidem feſtinabant ſepelire corpus Domini Joſephus & Nicodemus, qui juxta conſuetudinem Judaicam illud unguentis unxerant, — ut diſcipulæ unguenta precioſa emerunt, & tempore nocturno acceſſerunt.* Ibidem ſequentes recenſentur μυροφόροι, Maria Magdalena, Salome, Joanna mulier Chuzæ, Maria & Martha, Sorores Lazari, Maria Cleophæ, & aliæ plures. Confer Lucæ XXIV. 1. Chryſoſtomi Homil. CXV. tom. V. ſcripta eſt εἰς τὰς μυροφόρους γυναῖκας. Theophanes, Homil. III. pag. 15. Τὸ πρὸς τὴν μυροφόρον ῥηθὲν, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου, τὴν σωματικὴν ἐδήλου ἀνάβασιν. *Dictum illud ad unguentiferam,* Nondum enim aſcendi ad Patrem meum, *corporalem deſignabat aſcenſionem.* Idem, Homil. XXXI. pag. 232. Αἱ μυροφόροι εὐαγγελίστριαι καὶ κήρυκες τῆς ἐγέρσεως, *unguentiferæ nuncia & præcones reſurrectionis.* Dominica tertia poſt Paſcha vocatur ἡ κυριακὴ τῶν μυροφόρων. Vide in Κυριακὴ, num. II. 13. Vocantur aliàs ἀρωματοφόροι & ἀλαβαστροφόροι, de quibus ſuo loco. Apud Theophanem, Homil. XXXI. pag. 230. vocantur μυροκομίστριαι, *unguenta portantes.* Αὗται δὲ εἰσὶν αἱ περὶ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν μυροκομίστριαι. *Hæ verò ſunt Magdalena ejuſque comites unguenta portantes.*

Μυσταγωγός. Μυσταγωγία. Μυσταγωγέω.

I. *Explicatio vocum.* Veteres Gloſſæ: Μυσταγωγὸς, *initiator.* Heſychius: Μυσταγωγὸς, ἱερεὺς ὁ τοὺς μύστας ἄγων. Μυσταγωγὸς, *ſacerdos, qui ſacris initiatos ducit.* Suidas: Μυσταγωγὸς ἱερεὺς, μυστηρίων διδάσκαλος. *Sacerdos, myſteriorum doctor.* Amat vocem Dionyſius Areopagita Eccleſiaſt. Hierarch. Cap. I. ſect. I. Myſticæ Theologiæ Cap. I. ſect. I. Ejus interpres S. Maximus: Μυσταγωγία, μυστηρίων ἀγωγὴ, διδασκαλία καὶ μετουσία· ἢ μυήσεως ἀγωγὴ καὶ μετάληψις δηλαδὴ θεία. *Myſteriorum adductio, doctrina & communio: vel doctrinæ ſacræ deductio & participatio ſcilicet divina.* Μυσταγωγέω eſt *myſteria doceo, ſacris initio, ad ſacra deduco.* Heſychius: Μυσταγωγεῖ, μυστήριον ἄγει. Suidas: μυσταγωγεῖ, αἰτιατικῇ· μυστήρια ἐπιτελεῖ ὡς μυστήρια ἄγει ἢ ἐκδιδάσκει. *Accuſativo: myſteria peragit: ut myſteria ducit vel edocet.* Greg. Nazianzenus orat. XL. pag. 659. Χριστὸς μυσταγωγεῖ τοὺς μαθητὰς τὸ πάσχα. *Chriſtus Paſchatis myſteria diſcipulis tradit.* Ammonius in Catena in Cap. XX. Joh. p. 453. de Maria ad Chriſti ſepulchrum flente: Μυσταγωγοῦσιν αὐτῇ (lego αὐτὴν) τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, ὡς μὴ εἰδυῖαν τὴν γραφὴν κατὰ τοὺς μαθητάς. *Myſterium reſurrectionis illi explicant, utpote quæ ſcripturam ignorabat, uti & diſcipuli.* Ejuſdem ſignificationis exempla habes ex Cyrillo Alex. in voce Ἰουδαῖος, num. III. 1.

I. Hæ voces *uſurpantur de Sacramentis.*

1. *De baptiſmo.* Chryſoſtomus: Καθαρθεὶς διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος μυσταγωγίας. *Purgatus per Baptiſmi initiationem.* Idem, Homil. XCIX. tom. V. poſtquam de Sacramentis fuiſſet locutus, ſubjicit: Εἰ μὴ ὑπὸ τῆς τριάδος ἐκτίσθημεν, πῶς καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐπιγράφεται ἡ μυσταγωγία; *Si non ſumus à S. Trinitate creati, quomodo Spiritui ſancto etiam adſcribitur Baptiſmus?* Senſus eſt, *Quomodo in Spiritus ſancti nomine baptizamur?* Illuſtris locus Severiani, Homil. V. de Creatione: Πῶς βαπτιζόμεθα; ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος· ποία μείζων ἡ ἀναγέννησις, ἡ τῆς δημιουργίας, ἢ ἡ τῆς μυσταγωγίας; Ἐκεῖ ἀρχὴ ζωῆς εἰς θάνατον· ὧδε ἀρχὴ θανάτου εἰς ζωήν. *Quomodo baptizamur? In nomine Patris, Filii & Spiritûs ſancti. Quænam major generatio,* (omnino enim γέννησις legendum) *quæ per creationem facta, an quæ per Baptiſmum? Ibi initium vitæ ad mortem; hic initium mortis ad vitam.* Theodoretus in Cap. I. Cantici: Ἐν τῇ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ οἱ τελούμενοι μετὰ τὴν ἄρνησιν τοῦ τυράννου καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ὁμολογίαν, οἱονεί τινα σφραγῖδα βασιλικὴν δέχονται τοῦ πνευματικοῦ μύρου τὸ χρίσμα. *In ſacro initiationis Sacramento, qui perficiuntur, poſt abne-*

Digitized by Google

abnegationem tyranni, & Regis confeſſionem, quaſi ſigillum quoddam regium accipiunt ſpiritualis unguenti, unctionem. Chryſoſtomus Homil. XXI. ad populum Antiochenum fœminam, quam à ſuperbia dehortatur, ita alloquitur: Ἀναμνήσθητι τῆς φωνῆς ἐκείνης, ἣν ἀφῆκας μυσταγωγουμένη, Ἀποτάσσομαί σοι, σατανᾶ, &c. *Vocis illius recorderis, quàm, dum ſacris initiabaris, nempe* in baptiſmo, *emiſiſti: Abrenuncio tibi, Satana,* &c. Vide in Ἀποτάσσομαι, num. I. Iterum, Homil. I. in Acta, pag. 615. de Baptiſmo ita loquitur: Πολλὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀνάξια γίνεται· δέον γὰρ εὐφραίνεσθαι καὶ χορεύειν, καὶ χαίρειν, καὶ στεφανοῦσθαι ἑτέρου μυσταγωγουμένου. *Multa hoc dono indigna fiunt: oportet enim lætari, exſultare, gaudere, & coronari, dum alius initiatur,* id eſt, baptizatur. Idem, Homil. LI. tom. V. Τοῦτό ἐστι μάλιστα τὸ μέγιστον τῆς περὶ ἡμᾶς εὐγενείας τεκμήριον, ὅτι ὁμοίως καὶ τὸν προσαίτην, καὶ τὸν τὴν ἁλουργίδα ἔχοντα μυσταγωγοῦμεν, καὶ οὐδὲν πλέον οὗτος ἐκείνου κατὰ τὸν τῶν μυστηρίων ἔχει λόγον. *Illud maximum nobilitatis noſtræ indicium eſt, quòd ſimiliter & mendicum, & purpurâ veſtitum baptizamus, & quòd hic, ſacramentorum reſpectu, nullam præ iſto prærogativam habet.*

2. *De S. Cœna.* Can. XIV. Concilii in Templo Apoſtolorum, Ἀναφέρειν ὄνομά τινος ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ. *Nomen alicujus in celebratione Cœnæ recitare.* Eodem modo ſumitur Canone ſequenti. *S. Cœna* vocatur ἱερὰ μυσταγωγία à Chryſoſtomo, Homil. LXXII. tom. V. κρατὴρ τῆς μυσταγωγίας, *calix S. Cœnæ,* Chryſoſtomus Homil. CI. tom. V. pag. 659. Vide Caſauboni Exerc. XVI. ad Annales Baronii n. XLIII.

Μυστήριον.

I. *Vocis etymon.* Nolumus ea perſequi, quæ alii accuratè tractant. De vocis hujus etymo agit Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 10. & ex eo Euſebius, lib. II. præparat. Evangel. pag. 40. Apud utrumque triplex eſt: *Unum* eſt μύσος, quod eſt μίασμα, ſcelus, unde μυσρὸς & μυσαρὸς, hoc eſt, μιαρὸς, μεμιασμένος, ut exponit Heſychius. Cauſſam etymi innuunt eſſe, quòd in generatione ac nece Dionyſii ſive Bacchi; cujus *ſacra* μυστήρια dicebantur; multum fuerit abominationis & execrationis. *Alterum* affertur ex Apollodoro, qui μυστήρια dicta voluit ἀπὸ Μυοῦντός τινος Ἀττικοῦ, *à Myonte quodam Attico,* qui interierit in venatione. *Tertium* iis eſt à μῦθος id eſt, *fabula,* & θηρεύειν, quod eſt *venari:* à venatu nempe fabularum, quibus plena gentilium myſteria. Sed; ut doctè in Etymologico ſuo obſervat, Cl. Voſſius; ut ſecundum etymon vanum, ita primum & tertium nihil aliud eſt quàm alluſio. Nempe non ea mens Clementi aut Euſebio fuit, ut verum etymon adducerent, ſed ut alluſiones quasdam afferrent maximè aptas ad irridenda Gentilium ſacra. Vera autem origo eſt à μύω, *claudo,* quia, ut ait Euſtathius, oportebat τοὺς μύστας μύειν τὸ στόμα, καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται, *myſteriorum peritos claudere os, nec ea patefacere, quæ docti erant.* Et profectò, mihi veriſimile videtur, μυστήριον ejusdem eſſe originis ac μύστης, quomodo Heſychio vocatur ὁ τῶν μυστηρίων μεταλαβὼν, *myſteriorum factus particeps:* unde συμμύστης, *conſecraneus.* Eſt autem μύστης à μύω. Etymolog. M. Μύστης, παρὰ τὸ μύω, τὸ καμμύω· μύοντες γὰρ τὰς αἰσθήσεις, καὶ ἔξω τῶν σαρκικῶν φροντίδων γινόμενοι, οὕτω τὰς θείας ἀναλάμψεις ἐδέχοντο. *Μύστης dicitur à μύω, quod eſt* καμμύω, (ita etiam Heſychius interpretatur) *oculos claudo: ſuos enim ſenſus quaſi claudentes,* id eſt, obſtruentes, *& ab omnibus curis carnalibus liberi, ita divinas accipiebant illuſtrationes.* Vel, quæ Cl. Caſauboni l. I. de ſatyra, C. II. ſententia eſt, μυστήριον eſt ab Hebræo מסתור, *miſtor,* ſeu *miſtur,* quod *rem,* aut *locum abſconditum* ſignificat. Qui plura de hujus vocis etymo deſiderat, adeat Voſſii Etymologicum, & Caſauboni Exercitat. n. XLIII.

II. Μυστήριον varia ſignificat.

1. *Rem occultam & arcanam,* non omnibus notam. Chryſoſtomus Homil. VII. in I. ad Corinthios, Μυστήριον, τὸ ἀπόῤῥητον. *Myſterium, res arcana, latens, obſcura,* vel etiam *ineffabilis.* Idem, Homil. XIX. in epiſt. ad Romanos: *Myſterium* dicitur τὸ ἀγνοούμενον καὶ ἀπόῤῥητον, καὶ πολὺ μὲν τὸ θαῦμα, πολὺ δὲ τὸ παράδοξον ἔχον, *quod ignoratur & arcanum eſt, quodque ſummopere mirandum, & inſolens eſt atque inopinatum.* Theodoretus in Cap. XI. ad Romanos: Μυστήριόν ἐστι, τὸ μὴ πᾶσι γνώριμον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς θεωρουμένοις. *Myſterium eſt, quod non omnibus notum, ſed iis ſolis, qui contemplantur.* Et in Cap. XV. epiſt. I. ad Corinth. Μυστήριον λέγεται τὸ μὴ πᾶσι δηλούμενον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς φίλοις θαῤῥούμενον. *Myſterium dicitur, quod non omnibus declaratur, ſed ſolis amicis creditur.*

2. *Rem occultam ſeu arcanam ſacram,* quæ naturaliter rationi humanæ incognita eſt, nec ſcitur niſi ex revelatione & patefactione Dei: ſic μυστήρια I. Corinth. XIII. 2. appellantur capita religionis Chriſtianæ, quæ etiam denotantur per μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, Matth. XIII. 11. per μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, Marci IV. 11. Lucæ VIII. 10. per μυστήρια Θεοῦ, I. Corinth. IV. 1.

Sic *in ſpecie* μυστήριον, *myſterium* appellatur

a. *Incarnatio Chriſti,* quæ I. Timoth. III. 16. vocatur μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, *magnum pietatis ſacramentum.* Chryſologus ſerm. LII. ad ea, *Natus ex Maria virgine; Videatur hoc perfidis vile, magnum eſt credentibus ſacramentum.* Iſidor. Peluſ. epiſt. CXCII. l. II. p. 214, 215. Μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, οὐχ ὡς ἀγνοούμενον παντάπασιν, ἀλλ᾽ ὡς οὐδενὶ ἐφικτὸν πάντως γὰρ ἐπέκεινα καὶ λόγου καὶ νοῦ καθέστηκεν· εἰ γὰρ γάμου καρπὸς τὸ παιδίον, πῶς ἡ παρθένος καρπὸν γάμου ἔδειξε; πῶς ἡνώθη τὸ φθαρτὸν τῷ ἀφθάρτῳ; πῶς ἐν τῷ περιγραπτῷ νοεῖται τὸ ἀπερίγραπτον, ὥστε τῆς θείας καὶ ἀκηράτου ἐλαττουμένης φύσεως, καὶ τοῦ θνητοῦ ἀφράστῳ τινὶ λόγῳ, καὶ ἑρμηνείας κρείττονι τὴν τιμὴν δεχομένου; πῶς ὁ παθὼν ἔσωσε, καὶ ὁ ἀποθανὼν ἤγειρε, καὶ ὁ ὑβρισθεὶς τετίμηκε τῇ ἀνωτάτω τιμῇ, καὶ ὁ σταυρωθεὶς κατάρας ἐξήρπασε, μᾶλλον δὲ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν θάνατον ἐσταύρωσε; *Magnum pietatis ſacramentum eſt, non quòd omnino incognitum ſit, ſed quòd à nemine comprehendi queat. Omnem quippe & ſermonis & mentis vim excedit. Nam ſi puerulus matrimonii fructus eſt, quónam pacto virgo matrimonii fructum edidit? Quónam pacto id, quod interitui obnoxium eſt, cum eo, quod interitum neſcit, copulatum eſt? Quónam pacto in eo, quod circumſcriptum eſt, id, quod à circumſcriptione alienum eſt, intelligitur, ſic inquam ut nec divina & labis omnis expers natura decrementi quicquam patiatur, & quod mortale eſt, modo quodam, qui nullis verbis exprimi poteſt, omnemque interpretationis vim ſuperat, honorem accipiat? Quónam pacto, qui paſſus eſt, ſalutem attulit: qui mortem oppetiit, excitavit; qui contumeliis affectus eſt, ſummo honore condecoravit: qui cruci affixus eſt, ab execratione eripuit: vel, ut rectiùs loquar, peccatum ac mortem in cruce ſuſtulit?* Similia ad præſentem locum leguntur apud Theophyl. pag. 769. vocatur ab Apoſtolo μέγα μυστήριον, atque adeò amplificatur comparatione, quòd *magnum,* id eſt, *maximum;* μέγα pro μέγιστον, ut μεγάλη ἐντολὴ, pro μεγίστη, Matth. XXII. 36, 38. *myſterium* ſit. Id autem alluſione ad ritus gentilitios, ubi non Numina tantùm quædam μεγάλα dicta, ſeu *magni dii,* & in ipſis Athenis μεγάλη Diana, Act. XIX. 27. Ceres & Proſerpina, quæ in Eleuſiniis myſteriis cultæ, μεγάλαι θεαί. Verùm etiam, quod huc proximè facit, varia ſacra ſolennia,

lennia, *majora* dicta, ἱερὰ μεγάλα, ut apud Lucianum, initio de dea Syria. Ita feſta Liberalia, ſeu Dionyſia Athenis *majora* quædam dicta, quæ & Antheſtiria & antiquiora è tribus, de quibus Thucydides, lib. II. Panathenæa item alia majora, minora alia, μεγάλα καὶ μικρὰ fuére. Dædala etiam apud Bœotios μεγάλα alia, alia μικρὰ, teſte Pauſania in Bœotic. pag. 287. Tandem Eleuſinia, quod maximè huc facit, μυστήρια μεγάλα omnino inter alia fuére, utpote quæ maxima omnium toto orbe habita ſunt. Imò Eleuſiniorum ipſorum quædam *magna* ſunt ſeu *majora myſteria*, μεγάλα, alia μικρὰ, *minora*, Agræ videlicet & Alimunte: quæ inter ſe in plurimis rebus differebant. Inter alia, illis initiari initio ξένους fas non fuit: his minoribus initiati quoque ξένοι: magna Cereri propriè dicata erant: minora Proſerpinæ: alio quoque tempore ea celebrata. In majoribus plenè initiari mos fuit, ſeu δεύτερα μυεῖσθαι plenè de omnibus doceri, περὶ συμπάντων, teſte Clemente Alex. Strom. VI. In minoribus prælustrari tantùm, arcanaque doctrinæ fundamenta prima edoceri mos erat, ac præparari ad præceptionem majorum: unde τὰ προτέλεια dicta. In majoribus ideo ἐπόπται dicti & ἔφοροι, indeque & ἐποπτεύειν & ἐποπτικὰ ſacra dicta in minoribus, μύσαι tantùm: majora denique μυστήρια, μεγάλαι νύκτες dictæ. Hac igitur alluſione, *Myſterium incarnationis* Chriſti *magnum myſterium* dicitur, non modò, quia fictitiis omnibus religionibus falſiſque myſteriis majus certiuſque eſt, utpote cùm de vero Deo ſit, qui ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ad Roman. IX. 5. μέγας Θεὸς, ad Titum II. 13. ſed & quia in eo tota juſtaque & abſoluta conſiſtit religio, doctrina, cognitio pietatis, atque inde ſalutis humanæ: & quidem myſterium, omnibus gentibus, etiam ξένοις, propoſitum: & cùm antea velut minoribus myſteriis, adumbratum id fuiſſet, ſuo tempore pleniſſimè revelatum fuit: ſic ut omnes Chriſtiani, ſint jam non nudi tantùm ἐπόπται ſeu ἔφοροι, *ſpectatores* hujus myſterii, ſed & ἱερεῖς planè ac *ſacerdotes*. Hæc, & alia plura accuratiſſima exhibet magnus Gothofredus Exercitatione II. quæ eſt *de incarnatione Chriſti*. Pergimus ad alia. Ad Coloſſ. I. 26. *incarnatio* vocatur τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον, &c. Ad hæc Theodoretus, p. 350. Μυστήριον ἐκάλεσε τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα, ὡς παρὰ πάντων ἀγνοούμενον πάλαι, μόνῳ δὲ τῷ Θεῷ γινωσκόμενον. *Myſterium vocavit diſpenſationis prædicationem, utpote omnibus olim hominibus ignotam, ſoli verò Deo notam.* Hic tamen locus commodè *ad prædicationem Evangelii*, quæ ipſa quoque, ut mox videbimus, *myſterium* appellatur, referri poteſt. Ipſa autem *incarnatio* à Dionyſio Areopagita, Cap. IV. de cœleſti Hierarchia, ſect. IV. pag. 49. vocatur τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον, *humanitatis Jeſu myſterium*: quod Pachymeres, pag. 58. explicat, τῆς ἐνσάρκου καὶ φιλανθρώπου τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομίας μυστήριον, *incarnationis & humanitatis Jeſu myſterium.* Chriſti in utero formatio ab eodem Dionyſio, ibidem, vocatur θεαρχικὸν τῆς ἀφθέγκτου θεοπλασίας μυστήριον, *divinum ineffabilis Dei formationis myſterium.* Cyrillus Alexandr. lib. III. adv. Neſtorium, pag. 94. Σκιὰ μὲν ὁμολογουμένως ὁ νόμος ἦν, πλὴν ὑποτύπωσιν ἔχει μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστὸν, καὶ τῆς ἀληθείας ὠδίνει τὴν μόρφωσιν. *Umbra quidem profectò lex erat: verùm continet expreſſam formam myſterii Chriſti veritatiſque parit formam.*

b. *Spiritualis Chriſti cum Eccleſia conjunctio*, ad Epheſ. V. 32. ubi Apoſtolus, Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. *Myſterium hoc magnum eſt: loquor autem de Chriſto & de Eccleſia.* Theodoretus ad hunc locum, pag. 316. dicit Apoſtolum loqui περὶ πνευματικοῦ γάμου, de conjugio ſpirituali, & addit, Καὶ αὐτὸς τὸν ἄνω πατέρα καταλιπὼν, τῇ ἐκκλησίᾳ συνήφθη· καταλιμπάνειν δὲ ἔδοξε τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγῳ. *Ipſe enim* (Filius Dei) *ſuperno Patre relicto, conjunctus eſt Eccleſiæ: relinquere autem viſus eſt ratione ſuſceptæ humanitatis.* Et Theophylactus, pag. 560. Καὶ αὐτὸς ἀφῆκε τὸν πατέρα, οὐ τοπικῇ μεταβάσει, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὴν σάρκα συγκαταβάσει, καὶ ἦλθε πρὸς τὴν νύμφην, τὴν πάντοτε αὐτὸν ἀγνοήσασαν, καὶ ἐγένετο αὐτῇ εἰς πνεῦμα ἕν. *Ipſe etiam reliquit Patrem, non locali tranſitu, ſed condeſcenſione ad carnem, venitque ad ſponſam quæ ipſum nunquam agnoverat, factuſque eſt cum ipſa unus ſpiritus.* Greg. Nyſſenus Homil. IV. in Canticum, c. I. pag. 522. Ὁ μέγας ἀπόστολος ἁρμόζεται τῷ Χριστῷ τὴν παρθένον ἡμᾶς, καὶ νυμφοστολεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν προσκόλλησιν τῶν δύο εἰς ἑνὸς σώματος κοινωνίαν τὸ μέγα μυστήριον εἶναι λέγει τῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἑνώσεως.

c. *Doctrina Evangelica*, quæ vocatur ad Coloſſ. IV. 3. τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, *myſterium Chriſti*, & intelligitur, ut monet Theodoretus, τὸ κήρυγμα, *prædicatio.* Vocatur I. Cor. II. 7. σοφία ἐν μυστηρίῳ, *ſapientia in myſterio.* Theophylactus, pag. 179. in hanc Epiſtolam: Μυστήριον καλεῖ τὸ κατὰ Χριστὸν κήρυγμα· εἰ γὰρ καὶ κήρυγμά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μυστήριόν ἐστι, καθὸ οὐδὲ ἄγγελοι ᾔδεισαν αὐτὸ πρὶν γενέσθαι, καὶ καθὸ ἄλλο βλέποντες, ἄλλο νοοῦμεν. Myſterium *vocat, de Chriſto prædicationem. Nam etiamſi prædicatio ſit, attamen etiam myſterium eſt, quatenus neque Angeli noverant priuſquam fieret, & quatenus aliud videntes, aliud intelligimus.* Vocatur ad Coloſſ I. 26. Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, *myſterium, quod fuit abſconditum à ſeculis & generationibus.* Ad hunc locum Theodoretus, pag. 350. Μυστήριον ἐκάλεσε τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα, ὡς παρὰ πάντων ἀγνοούμενον, μόνῳ δὲ τῷ Θεῷ γινωσκόμενον. Myſterium *appellavit prædicationem diſpenſationis, ut quæ olim omnibus eſſet ignota, & à ſolo Deo cognoſceretur.* Ita Gregorius Nyſſenus in vita Thaumaturgi, tom. III. pag. 567. Evangelii doctrinam vocat μυστηρίου κήρυγμα, *myſterii prædicationem.* Eodem modo Cyrillus Alexandr. totam *doctrinam Evangelii* frequenter appellat μυστήριον. Lib. XVI. de Adoratione, pag. 583. dicit Apoſtolum eos reprehendere, qui μετὰ τὸ Χριστοῦ μυστήριον Circumciſionem aliquo loco habuerint. Proclus Conſtantinop. in epiſt. de Fide, *Religionem Chriſtianam* vocat μυστήριον. Ἡ ἀγάπη, inquit, τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον. *Charitas Religionis noſtræ caput eſt.*

3. *Rem arcanam, ſacram, ſymbolicam:* quo ſenſu *myſterii* nomen tribuitur typis, cerimoniis, parabolis, & quibuſcunque rebus ſacris, aliud ſenſui, aliud menti exhibentibus. Atque ita,

A. *Omnia ſacramenta* vocantur μυστήρια, *myſteria*: à Damaſceno, lib. IV. orthod. fidei, Cap. XIV. pag. 314. ἅγια καὶ ἄχραντα μυστήρια, *ſancta & impolluta myſteria.* Talia in Novo Teſtamento duo, *Baptiſmus & S. Cœna.* Hæc tantùm agnoſcit Chryſoſtomus ad Johann. XIX. 34. ſeu Homil. LXXXV. in Johann. pag. 915. Ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα· οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν αὗται ἐξῆλθον αἱ πηγαί· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐξ ἀμφοτέρων ἡ ἐκκλησία συνέστηκε, καὶ ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι δι' ὕδατος μὲν ἀναγεννώμενοι, δι' αἵματος δὲ καὶ σαρκὸς τρεφόμενοι· ἐντεῦθεν ἀρχὴν λαμβάνει τὰ μυστήρια. *Exivit aqua & ſanguis. Non caſu & ſimpliciter hi fontes ſcaturierunt, ſed quoniam ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt. Sciunt hoc initiati per aquam quidem regenerati, ſanguine verò & carne nutriti: hinc ſacramenta initium ſumunt.*

Idem,

Digitized by Google

Idem, Homil. CXVIII. tom. V. Ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ ἐν ἀληθείᾳ τοῦ πεσόντος, ὡς τύπον τῶν μυστηρίων. *Ex latere ejus ſanguis & aqua revera exivit ex moriente, ut ita præfigurarentur myſteria*, id eſt, Sacramenta. Et Homil. CXXXIV. tomi ejusdem, dicit τὴν πλευρὰν τοῦ Χριστοῦ προφέρειν ἡμῖν τὰ μυστικὰ δῶρα, ὕδωρ καὶ αἷμα, ὧν τὸ μέν ἐστι τοῦ λουτροῦ σύμβολον, τὸ δὲ τῶν μυστηρίων ἐνέχυρον, *latus Chriſti proferre nobis myſtica dona, aquam & ſanguinem, quorum illa quidem lavacri ſit ſymbolum, hic verò S. Cœnæ pignus*. Theophylactus in Cap. XIX. Johannis, pag. 828. Οὐχ ἁπλῶς ταῦτα γίνεται, ἀλλ' ἐπεὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἡ ζωὴ διὰ τούτων τῶν δύο γίνεται καὶ συνίσταται, δι' ὕδατος μὲν γεννώμεθα, δι' αἵματος δὲ καὶ σώματος τρεφόμεθα. *Non ſimpliciter hæc fiunt, ſed quia Eccleſiæ vita per duo iſta & fit & conſiſtit. Nam per aquam quidem generamur, per ſanguinem autem & corpus paſcimur*. Leo Allatius de eccleſ. occident. & orient. conſenſu lib. III. Cap. XVI. temerè affirmat, Græcos omnes, qui de Sacramentis ſcripſerint, tum antiquos, tum recentiores, ſeptem Sacramenta Chriſtianæ legis uno conſenſu omnes affirmare. At, ſi hoc verum, cur non ex antiquitate producit teſtimonia? Maluit recentiorum, qui à prima puritate deflexerunt, niti autoritate, quia nullum aſſertionis ſuæ fundamentum in antiquitate reperiebat. Adi ipſum autorem, & ejus miraberis impudentiam.

B. *Baptiſmus* vocatur μυστήριον. Hinc Gregorius Nazianzenus, orat. XXXIX. pag. 632. eos, qui Baptiſmum conferunt, vocat οἰκονόμους τοῦ μυστηρίου, *myſterii diſpenſatores*.

C. *S. Cœna* vocatur μυστήριον, idque

a. Ἑνικῶς, *ſingulariter*. Greg. Nazianzenus orat. XLIV. pag. 713. Ἰησοῦς ἐν ὑπερῴῳ κοινωνεῖ τοῦ μυστηρίου. *Jeſus in cœnaculo myſterii fit particeps*. Athanaſius in Synopſi ſcripturæ, tom. II. pag. 124. Ἐλέγχει τὸν Ἰούδαν ὁ Χριστός· παραδίδωσι τὸ μυστήριον ἔνθα λέγει. Οὐ μὴ πίω ἐκ τῆς ἀμπέλου ταύτης. *Chriſtus Judam redarguit: tradit myſterium, quando dicit:* Non ampliùs bibam ex hac vite. Vocatur ἅγιον μυστήριον. Canon VII. Concilii Laodiceni, certos quosdam hæreticos, ſi converſi fuerint, ſtatuit, tum demum eſſe admittendos, ubi omnem damnaverint hæreſin, καὶ τότε λοιπὸν ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα χρισθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω κοινωνεῖν τῷ μυστηρίῳ τῷ ἁγίῳ, *& tunc demum fidei ſymbola diſcentes, & ſancto chriſmate unctos ſancto myſterio communicare*.

b. Πληθυντικῶς, *pluraliter*. Chryſoſtomus Homil. III. in epiſt. ad Epheſios, μετέχειν τῶν μυστηρίων, *myſteriorum participem fieri*. Et Homil. CXXXIV. tom. V. prævidit Deus τὰ μυστικὰ δῶρα, ὕδωρ καὶ αἷμα· ὧν τὸ μέν ἐστι τοῦ λουτροῦ σύμβολον, τὸ δὲ τῶν μυστηρίων ἐνέχυρον. Interpretationem vide paulò ſuperiùs. Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XXXVIII. pag. 210. de Macedonio refert, quòd à ſua hæreſi alienos vi ad Sacramenti hujus participationem adegerit: Ξύλῳ διαιροῦντες τὰ σώματα (legendum, τὰ στόματα,) τῶν ἀνθρώπων, τὰ μυστήρια ἐνετίθεσαν. *Ligno ora hominum diducentes, Sacramentum ingeſſerunt*. Vocantur θαυμαστὰ μυστήρια, *admirabilia ſacramenta*, à Chryſoſtomo, Homil. XI. ad populum Antiochenum. Ζωοποιὰ μυστήρια, *vivifica ſacramenta*, ab Anonymo in vita Chryſoſtomi. Φρικτὰ μυστήρια, *tremenda ſacramenta*, à Chryſoſtomo, Homil. X. t. V. & alibi frequentiſſimè. Ἄχραντα μυστήρια, *impolluta myſteria*, à Theophylacto in Cap. XIV. Matthæi. Imò ἄχραντον ſimpliciter poſitum, notat S. Cœnam. Vide in Ἄχραντος, num. II. Ἅγια μυστήρια, *ſancta myſteria*. Balſamon ad Can. XX. Concilii Carthag. p. 629. Οὗτοι (ἐν τοῖς ἐσχάτοις πνέοντες) ἐφοδιάζεσθαι ὀφείλουσι διὰ τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως. *Hi qui in agone verſantur, viatico ſunt inſtruendi per ſanctorum myſteriorum participationem*. Θεῖα μυστήρια, *divina myſteria*. Τῶν θείων ἅπτεσθαι μυστηρίων, *divina contrectare myſteria*, dicit Chryſoſt. Homil. LXXI. t. V. τῶν θείων μυστηρίων μεταλαμβάνειν, *divinorum myſteriorum participem fieri*, dicit Zonaras ad Can. LXIII. Concilii Carthag. p. 451. Τελεστικὰ μυστήρια, *myſteria vim perficiendi habentia*. Dionyſius Areop. C. II. de Hierarch. Eccleſ. ſect. 8. p. 224. Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱερωτάτην εὐχαριστίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, καὶ τῆς τῶν τελεστικῶν μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας. *Demum omnibus peractis, ſacerdos eum, qui initiatus eſt, ad ſanctiſſimam Euchariſtiam vocat, & myſteriorum perficiendi vim habentium communionem illi largitur*.

III. *De Sacramentis in genere* duo adhuc ſequentia notamus.

1. *Hæretici quidam ſacramentum Baptiſmi & S. Cœnæ rejecerunt*. De iis jam actum in voce Βάπτισμα, num. X. 2.

2. *Sacramentorum efficacia non dependet, à vita vel intentione Miniſtri ea conferentis*. Id docet Chryſoſtomus, Homil. LXXXVI. in Johannem, pag. 922, 923. pluribus, tandemque concludit, Οὐ δίκαιον ἦν διὰ τὴν ἑτέρου κακίαν εἰς τὰ σύμβολα τῆς σωτηρίας ἡμῶν τοὺς πίστει προσιόντας παραβλάπτεσθαι. *Non erat juſtum, eos, qui per fidem accedunt, propter alterius malitiam quidquam detrimenti accipere à ſymbolis ſalutis noſtræ*. Vide eundem Homil. VIII. in II. ad Corinthios, pag. 291. Homil. II. in II. epiſt. ad Timotheum, pag. 338, 339. Greg. Nazianzenum, orat. XL. pag. 656. Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCXL. lib. III. pag. 390. Οὐδὲν παραβλάπτεται ὁ δεχόμενος, εἰ καὶ ὁ διδοὺς ἀνάξιος εἶναι δοκοίη, οὐδὲ τὰ ἀχραντα χραίνεται μυστήρια, εἰ ὁ ἱερεὺς πάντας ἀνθρώπους εἰς κακίαν παρελάσειεν. *Nullo detrimento is, qui accipit, afficitur, etiamſi is, qui tribuit, indignus eſſe videatur: neq; incontaminata myſteria conſpurcantur, etiamſi ſacerdos omnes mortales improbitate ſuperet*. Integram lege epiſtolam. Idem epiſt. CXX. lib. I. Εἴ τις ἁμαρτίαις ἀνατεθραμμένος καὶ πάσαις κατεστιγμένος μολυσμοῖς τε καὶ πταίσμασι, θυσιαστηρίων ἅπτεται Θεοῦ, καὶ χειρίζει ἀνάγνως τὰ ἅγια, αὐτὸς μὲν ὑφέξει κρίμα, τὸ δὲ θεῖον βῆμα ταῖς ἐκείνου πράξεσιν οὐ κοινοῦται. *Si quis in ſceleribus educatus, atq; omni ſordium & peccatorum genere compunctus & inuſtus, Dei aras attingit, ac ſancta profanè tractat, ipſe quidem pœnas luet: divinum autem ſacrarium improbis ipſius actionibus minimè contaminatur*. Idem inculcat epiſt. XXXVII. lib. II. ubi præter Bileami vaticinantis affert etiam exemplum Cajaphæ, & corvi, impuræ avis, cujus miniſterio tamen Deus ſanctiſſimum virum Eliam paſci voluit. De hoc ipſo themate agit Cl. Rittershuſius integro Cap. XXI. lib. IV. ſacrarum lectionum.

Μυωπάζω.

Legitur hoc verbum II. Petri I. 9. ubi apoſtolus, ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων. Hic ipſa ſermonis ſeries docet, μυωπάζων ferè idem eſſe, quod τυφλὸς, *cæcus*. Operæ precium fuerit excerpere potiora, quæ de hoc loco & verbo eruditiſſimè notavit magnus Bochartus, part. I. de Animalibus, l. I. C. IV. Quadruplex loci Apoſtolici eſt interpretatio.

1. Vulgati interpretis, in quo μυωπάζων eſt *manu tentans*. Hunc ſequitur Eraſmus, qui reddit *manu viam tentans:* deductâ, inquit, à muribus metaphorâ, qui parietem, aut tabulam, aut ſi quid aliud obvium fuerit, ſequi ſolent, donec cavum nacti fuerint. Hujus ſententiæ autores, contra veterum exemplarium fidem, μυοπάζων per *o μικρὸν* ſcribunt, quaſi ἀπὸ τῆς ὀπῆς τῶν μυῶν, *à murium latibulo*.

2. Eorum eſt, quibus *μυωπάζων* eſt *cæcutiens* vel *planè cæcus*, ut vox præcedens *τυφλός*. In qua fuere ſententia Syrus & Arabs. Suidas etiam & Phavorinus, apud quos pro Μυωπάζω, τὸ φυλάττω, repono Μυωπάζω, τυφλώττω. Quomodo ſcribendum eſſe docet Oecumenii nota in Apoſtoli locum, pag. 171. *Μυωπάζειν δὲ τὸ τυφλώττειν εἴρηται, ἀπὸ τῶν ὑπὸ τὴν γῆν μυῶν τυφλῶν εἰς ἅπαν διατελούντων.* Ubi per mures cæcos qui ſub terra degunt, à quibus dici vult τὸ *μυωπάζειν*, talpas ſignificari palàm eſt, quas & alii muribus adſcribunt. Sic Ariſtophanis Scholiaſtes in Acharn. pag. 296. *σκάλωπας* dicit eſſe *μύας τινὰς, οὓς φαμὲν σπάλακας*, *mures quosdam, quos talpas vocamus.* Et Heſychio λώτ eſt *ἀσπάλαξ talpa*, vel *μῦς τυφλὸς ὁ τὴν γῆν τρυπῶν*, *mus cæcus terram excavans.* Idem Heſychius per *μυωπάζοντα* etiam intelligere videtur *cæcutientem*, quando, præſentem reſpiciens locum, *μυωπάζων* interpretatur *ὀφθαλμιῶν*. Eſt enim *ὀφθαλμιῶ*, juxta veteres Gl. *lippeo, oculos doleo.* Suidas, inter alia interpretatur, *τὰς ὀφθαλμὰς πάσχειν oculorum morbo laborare.*

3. Eorum eſt, quibus *μυωπάζων* idem qui *μύωψ*. Porrò *μύωψ* neque eſt *μείωψ*, *minùs videns*, ut vult Varro, neque *νυκτάλωψ*, *luscioſus*, aut qui veſperi parùm videt, ut Gellius, lib. IV. Cap. I. perperam interpretatur, ſed qui proxima tantùm videt, & quæ ferè ſunt ſub oculis. Ita Beza, & Budæus ex Philoſopho, à quo dicuntur *μυωπάζειν οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες*, *qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non item.* Tamen viri docti judicant eo loco mendum eſſe in verbo *μυωπάζειν*, & legendum *μυωπιάζειν*. Et paulò pòſt, Ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γέροντες τοῖς μυωπιάζουσι. Quia vitium illud oculorum *μυωπίαν* & *μυωπίασιν* vocant Medicorum filii. Unde *ἐμυωπίασεν* apud Suidam, quamvis ille aliter ſumat. Nec ſatis cohærerent apud D. Petrum *τυφλὸς μυωπάζων*, ſi ſic redderentur, *cæcus qui ſolùm proxima videt.* Neque enim cæcus dici poteſt is, cui tantùm proxima patent.

4. His conſideratis, Bochartus præfert quartam interpretationem eorum, quibus *μυωπάζειν* apud Petrum eſt *oculos claudere, nictare, connivere.* Quo ferè modo accipiunt veteres Grammatici. Heſychius: Μυτιζόμενος, *μυωπάζων, παρακαμμύων.* Suidas in Ἐμυωπίασεν, Μυωπάζω γὰρ τὸ καμμύω. *Καμμύω*, per poeticam Syncopen, frequentem tamen apud Scriptores ſacros. Sic Jeſ. VI. 10. Matth. XIII. 15. Actor. XXVIII. 27. Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, *oculos ſuos clauſerunt*, vel, ut Beza, *oculis ſuis conniverunt.* Jeſ. XXIX. 10. Καμμύσει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, *oculos eorum claudet.* Cap. XXXIII. 15. Καμμύων τοὺς ὀφθαλμούς, *claudens oculos.* Thren. III. 44. Ἐπεσκέπασας νεφέλην καμμύσαι με. *Operuiſti nube, ut oculos mihi clauderes.* Veteres Gloſſæ, *καμμύω*, cohiheo. Simplex etiam *μύειν* eodem ſenſu paſſim uſurpatum legitur. Heſychius, Μύω, *καμμύω.* Ita etiam Suidas. Veteres Gloſſæ: Μύω, *cobibeo.* Aliæ: *Conniveo, μύω, καμμύω. Cohibet, καταμύει.* Apud Alexandrum Aphrodiſæum lib. I. Problemat. Μύουσι τοὺς ὀφθαλμούς, *connivent oculis.* In S. Lucæ vita apud Metaphraſten, Πρὸς δὲ τὴν ἀληθινὴν διδασκαλίαν τὰ τῆς διανοίας ἔμυον ὄμματα. *Ad veram autem doctrinam mentis oculos claudebant.* Ita Nazianzenus *τὰς αἰσθήσεις μύειν* jam verò *μυωπάζειν* id ipſum eſſe, etiam origo verbi docet. Quid enim aliud *μυωπάζειν*, quam *μύειν τὰς ὦπας, oculos claudere?* Τυφλὸς igitur *μυωπάζων* is dicitur, qui ideo cæcus eſt, quia ſponte claudit oculos, ut ne videat, aut qui videre ſe diſſimulat quod vel invitus cernit. Hoc ſenſu Ariſtides Orat. ſiculâ: Μηδὲ ἐξαπατήσατε ὑμᾶς αὐτοὺς ὥσπερ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς συγκλείοντες, ὅπως μὴ ὁρῶσιν ἃ μὴ θέλουσι. *Neque vos ipſos ſeducatis, quemadmodum qui oculos claudunt, ne ea videant, quæ videre nolunt.* Lactantius lib. V. Cap. I. *Obſtrepunt igitur & intercedunt, ne audiant; & oculos ſuos opprimunt, ne lumen, quod offerimus, videant.* Nec aliter locum Apoſtoli intellexit, qui novi Teſtamenti verſionem in linguam vulgarem nobis dedit; vertit enim participium *μυωπάζων*, *σφαλίζει τὰ μάτια του*, id eſt, *claudit oculos ſuos.* Nempe *σφαλίζω*, ut interpretatur Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo, eſt *claudo, ἀποκλείω, καμμύω.* *Μάτια*, juxta eundem, ſunt *oculi, ὄμματα.* *Μυωπάζων* autem ſic uſurpari à Dionyſio Areopagita, poſt Budæum, obſervavit Stephanus, licèt neuter locum indicet. Is autem occurrit in Eccleſ. Hierarch. Cap. II. in Theoria, num. 3. pag. 219. Ibi, poſtquam dixit, Deum beneficos lucis ſuæ radios largè diffundere *ἐπὶ πάσας τὰς νοερὰς ὄψεις*, *in omnes oculos intelligibiles*, id eſt, in omnes omnium hominum mentes, hæc addit, Εἴτ' οὖν ἀποστείη τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἡ τῶν νοερῶν αὐθαίρετος αὐτεξουσιότης, κακίας ἔρωτι συμμύσασα τὰς φυσικῶς ἐνεσπαρμένας αὐτῇ πρὸς τὸ φωτίζεσθαι δυνάμεις, ἀπήρτηται τοῦ παρόντος αὐτῇ φωτός, οὐκ ἀποστάντος, ἀλλ' ἐπιλάμποντος αὐτῇ μυωπαζούσῃ, καὶ ἀποστρεφομένῃ προστρέχοντος ἀγαθοειδῶς. *Si igitur ab intelligibili lumine recedat eorum, qui intelligentiâ præditi ſunt, libera poteſtas, vitii amore repreſſis in facultatibus, quæ ei à natura inſitæ ſunt, ut illuſtretur, à præſenti lumine divulſa eſt, quod ab ea non receſſit, ſed eam oculos claudentem illuminat, atque averſanti benignè prorſus occurrit.* Ob id ipſum *μύωπες* Græcè vocantur, qui ἀσθενῆ ἔχοντες τὴν ὄψιν, συνάγουσι τὰ βλέφαρα εἰς μικρόν· ἀθρόα γὰρ ἐξιοῦσα ἡ ὄψις μᾶλλον ὁρᾷ, ἀναπεπταμένου δὲ τοῦ ὄμματος, διασπᾶται, *cùm viſu infirmi ſint, palpebras in anguſtum cogunt; viſus enim cùm prodit confertus, magis videt, at diducto oculo diſtrahitur.* Ita Philoſophus Problem. Sect. XXXI. Et *aſilus*, culicis genus, quo boves infeſtantur; *οἶστρον*, & *βύωπα*, & *tabanum* alii vocant: *μύωψ* nonnullis ab effectu dicitur, quia in boum oculos involans, *μύειν συνεχῶς τὰς ὦπας ποιεῖ*, *ad continuas oculorum nictationes eos adigit*, ut obſervat Etymologus.

Μωραίνω.

Veteres Gloſſæ: *Μωραίνω, fatuor.* Heſychius: *Μωραίνει, ἀφραίνει, περικόπτει, μαίνεται. Fatuatur, deſipit, delirat, inſanit.* Pro *περικόπτει*, legendum *παρακόπτει*. Μωραίνω ſignificat *μωρὸν ποιῶ*, I. Corinth. I. 20. Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; *Nonne infatuavit Deus ſapientiam mundi hujus?* Id eſt, ut loquitur Chryſoſtomus, Homil. IV. in I. ad Corinth. pag. 262. *Μωρὰν ἔδειξεν οὖσαν πρὸς τὴν τῆς πίστεως κατάληψιν. Stultam eſſe declaravit ad comprehendendam fidem.* Theodoretus ad præſentem locum, pag. 125. Ταύτην ἐλεγχθῆναι λέγει, καὶ μωρὰν ἀποφανθῆναι. *Hanc convictam & ſtultam oſtenſam eſſe dicit.* Theophylactus, pag. 171. Ἀνίσχυρον οὖσαν ἔδειξε, καὶ ἤλεγξε μωράν, ὡς μὴ ἰσχύσασαν εὑρεῖν τὸ ἀληθές. *Inefficacem eſſe demonſtravit, ac convicit eſſe ſtultam, ut quæ non potuerit invenire verum.*

Μωρία. Μωρός.

I. *Μωρία* ſumitur pro privatione ſpiritualis ac veræ ſapientiæ, ſeu ſalutaris Dei rerumque divinarum cognitionis; unde etiam *μωρὸς* pro eo, qui deſtitutus verâ ac ſalutari Dei cognitione, in ignorantiæ tenebris verſatur. Ita I. Corinth. III. 19. Ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι. *Sapientia hujus*

mun-

Digitized by Google

mundi, eſt ſtultitia apud Deum. Tales enim, de quibus Apoſtolus loquitur, κἂν πανοῦργοι ὦσι καὶ σοφοὶ, ὡς μωροὶ καὶ ἀνόητοι ἐλέγχονται· οἷον, ἐνόμιζον ἐκεῖνοι μὴ δεῖσθαι Θεοῦ, ἀλλὰ πάντα οἴκοθεν νοεῖν. Ἔδειξεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς διὰ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι ἡ δεινότης καὶ ἡ πανουργία οὐδὲν αὐτοῖς ὠφέλησεν, ἀλλὰ μάλιστα αὐτοὶ δέονται τοῦ Θεοῦ, οἱ δοκοῦντες μὴ δεῖσθαι, *etiamſi aſtuti & ſapientes fuerint, tanquam ſtulti tamen & inſipientes arguuntur. Exempli gratiâ; arbitrabantur illi, ſe Deo non indigere, ſed omnia per ſe poſſe intelligere. At Deus monſtravit illis per res ipſas, quòd eloquentia & aſtutia nihil illis profuerit; ſed maximè divino auxilio illi egeant, qui exiſtimabant ſe non indigere:* ſunt verba Theophylacti ad hunc locum, pag. 189. Suidas: Μωρούς. Τοὺς τοῦ κόσμου σοφοὺς, καλεῖ μωρούς. *Stultos. Hujus mundi ſapientes* Scriptura ſacra *ſtultos vocat.*

III. Μωρία & μωρὸν de eo dicitur, quod non verè, ſed hominum tantùm opinione tale eſſe putatur. Ita I. Corinth. I. 21. Deus dicitur διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, *per ſtultitiam prædicationis ſervare credentes.* Hic obſervandus venit Hebraiſmus, quo duo conjunguntur ſubſtantiva, quorum prius pro adjectivo ponitur. Μωρία ergo κηρύγματος, eſt κήρυγμα μωρὸν, *prædicatio ſtulta.* Vocatur autem μωρία, non quòd ſit *ſtultitia*, ſed quia ἐνομίσθη μωρία, *exiſtimabatur ſtultitia:* ὅτι ἐκλήθη παρὰ τοῖς ἀνοήτοις μωρία, *quia à ſtultis ſtultitia vocata eſt;* ut explicat Theodoretus præſentem locum, pag. 125. Theophylactus ad eundem, pag. 172. per μωρίαν τοῦ κηρύγματος intelligit τὴν ἰδιωτείαν τοῦ κηρύγματος, ἥτις δοκεῖ μὲν εἶναι μωρία, οὐκ ἔστι δὲ, *prædicationis ſimplicitatem, quæ videtur quidem eſſe ſtultitia, ſed non eſt.* Chryſoſtomus Homil. IV. in hanc Epiſt. pag. 262. dicit intelligi μωρίαν οὐκ οὖσαν, ἀλλὰ τὴν εἶναι δοκοῦσαν, *ſtultitiam, non quæ talis ſit, ſed eſſe videatur.* Cyrillus Alex. apud Oecumenium, pag. 388. Μωρίαν τοῦ κηρύγματος, τὴν τῶν λέξεων ἀπλότητά φησι. *Stultitiam prædicationis, dictionum ſimplicitatem dicit.* Idem, in Cap. LV. Jeſajæ, pag. 774. Μωρίαν τοῦ κηρύγματος, τὴν κοινότητα τῆς λέξεως τῆς ἐνούσης τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ φησι. *Stultitiam prædicationis vocat ſimplicitatem orationis, quæ in divinitus inſpirata Scriptura reperitur.* Eodem ſenſu I. Corinth. IV. 10. Paulus de ſe, & reliquis Apoſtolis: Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν. *Nos ſtulti propter Chriſtum.* Ratio eſt, ut inquit Theodoretus, ὅτι τὴν παρὰ τοῖς ἀπίστοις ὑπειλημμένην μωρίαν κηρύττομεν, *quia eam, quam infideles reputant, ſtultitiam prædicamus.* Suidas, ad præſentem locum reſpiciens: Μωρία (legendum μωροὶ) διὰ Χριστόν. Ὅταν τοὺς οἰκείους λογισμοὺς ἐλαττοῦντες ἀκαίρως (lego εὐκαίρως) καταστέλλωμεν. Ὅταν ἔρημον καὶ κενὴν τὴν ἡμετέραν διάνοιαν, τῆς ἔξωθεν ποιῶμεν παιδεύσεως, ἵν', ὅταν δέῃ τὰ τοῦ Χριστοῦ δέχεσθαι, σχολάζουσαν, καὶ σεσαρωμένην αὐτὴν πρὸς ὑποδοχὴν τῶν θείων λόγων παρέχωμεν. *Stulti propter Chriſtum. Cùm noſtras cogitationes reprimimus, eas opportunè minuendo. Cùm noſtram mentem externâ profanaque doctrinâ nudatam, & vacuam reddimus, ut, cùm ea, quæ Chriſti ſunt, recipere oportet, eam otioſam & purgatam, ad divinorum oraculorum ſuſceptionem, præbeamus.* Ad eundem locum Chryſoſtomus Homil. II. de Incomprehenſibili, tom. VI. pag. 396. multa habet; unde etiam ſua excerpſit Suidas, quæ nunc demum ita ex Chryſoſtomo reſtituimus, ὅταν τοὺς οἰκείους λογισμοὺς λυττῶντας ἀκαίρως, καταστέλλωμεν, *quando noſtras efferas cogitationes, & intempeſtivè furentes animi appetitiones compeſcimus.* De *hac ſtultitia* dicit ibidem Chryſoſtomus πάσης σοφίας αὕτη ἡ μωρία φρονιμωτέρα· ἃ γὰρ οὐκ ἴσχυσεν ἡ ἔξωθεν εὑρεῖν σοφία, ταῦτα κατώρθωσεν ἡ μωρία ἡ κατὰ Χριστόν· αὕτη τὸ σκότος τῆς οἰκουμένης ἀπήλασεν, αὕτη τὸ φῶς τῆς γνώσεως ἐπανήγαγεν. *Hæc ſtultitia omni ſapientia prudentior eſt. Quæ enim externa ſapientia reperire non potuit, hæc ſtultitia, quæ eſt ſecundum Chriſtum, efficere potuit: hæc tenebras orbis terrarum diſpulit; hæc lucem cognitionis revocavit.* Iterum hac ſignificatione I. Corinth. I. 25. τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον ἀνθρώπων, *quod ſtultum eſt Dei, ſapientius hominibus* eſſe dicitur. Veteres id *de cruce Chriſti* interpretantur. Chryſoſtomus Homil. IV. in I. ad Corinth. pag. 263. Περὶ τοῦ σταυροῦ λέγει τὸ μωρὸν καὶ τὸ ἀσθενὲς, οὐκ αὐτὸ ὂν, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν. Πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν ἀποκρίνεται. Ὃ γὰρ οὐκ ἴσχυσαν οἱ φιλόσοφοι διὰ τῶν συλλογισμῶν ποιῆσαι, τοῦτο ἡ δοκοῦσα εἶναι μωρία κατώρθωσε. *De cruce enunciat* ſtultum & infirmum, *non quòd ſit, ſed quòd eſſe videatur: ad eorum enim reſpondet opinionem. Quod enim Philoſophi ſuis efficere non potuerunt ſyllogiſmis, id, quæ videbatur ſtultitia, præſtitit.* Theodoretus, pag. 127. Μωρὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀσθενὲς τοῦ σταυροῦ καλεῖ τὸ μυστήριον, κατὰ τὴν τῶν ἀπίστων δόξαν. Δείκνυσι δὲ τοῦτο καὶ τῶν σοφῶν καὶ ἰσχυρῶν περιγεγενημένον. Stultum Dei & infirmum *vocat crucis myſterium ex ſtolidorum ſententia. Oſtendit autem hoc & ſapientes & fortes ſuperâſſe.* Theophylactus pag. 173. Τὸν σταυρὸν ὀνομάζει μωρὸν, ὡς οὕτω δοκοῦντα· σοφώτερον μέν τοι τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. Οἱ μὲν γὰρ φιλόσοφοι περὶ ψυχρὰ καὶ ἀνόητα ἠσχολήθησαν· ὁ δὲ σταυρὸς τὸν κόσμον ἔσωσε. *Crucem ſtultam vocat, ut quæ ſic videatur: ſapientius tamen hominibus eſt. Nam Philoſophi frigidis & inutilibus rebus incubuerunt: crux autem mundum ſervavit.* Dionyſius Areopagita, Cap. VII. de div. Nominibus, num. I. pag. 601. Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων φησὶν, οὐ μόνον ὅτι πᾶσα ἀνθρωπίνη διάνοια πλάνη τίς ἐστι, κρινομένη πρὸς τὸ σταθερὸν καὶ μόνιμον τῶν θείων καὶ τελεωτάτων νοήσεων· ἀλλ' ὅτι καὶ σύνηθές ἐστι τοῖς θεολόγοις, ἀντιπεπονθότως ἐπὶ Θεοῦ τὰ τῆς στερήσεως ἀποφάσκειν. Οὕτω ἀόρατόν φησι τὰ λόγια τὸ παμφαὲς φῶς, &c. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, *inquit: non ſolùm quòd omnis humana cogitatio error quidam ſit, ſi cum divinarum abſolutiſſimarumque intelligentiarum firmitate ſtabilitateque comparetur; verùm etiam, quia ſolemne eſt Theologis, ut in Deo ea, quæ ſunt privationis, contrario ſenſu dicant. Sic lucem ſplendidiſſimam Scripturæ vocant inviſibilem, &c.* Vide etiam Pachymeræ paraphraſin, pag. 611.

Μωϋσῆς.

I. *Etymon vocis.* Suidas: Μῶυ· τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις· ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς. *Apud Ægyptios aqua* vocatur μῶυ. *Unde & Moſes dictus eſt.* Heſychius etiam μῶυ, τὸ ὕδωρ. Ita etiam Clemens Alex. Strom. I. pag. 343. Τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς Μωϋσῆν, ἐτύμως, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτό. Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶυ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. *Puero imponit nomen regina,* Moſes, *aptâ etymologiâ, eò quòd eum ex aqua ſuſtuliſſet. Aquam enim Ægyptii vocant.* Moy: Joſephus, Antiquitat. lib. II. Cap. V. pag. 56. Τὸ ὕδωρ, μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν· ὕσης δὲ, τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. *Aquam Ægyptii vocant* Mo, *ex aqua verò ſervatos* yſes. Paulò aliter Greg. Nyſſenus, Orat. XII. contra Eunomium, tom. II. pag. 789. Ἡ θυγάτηρ τοῦ Φαραὼ ἐκ τοῦ συμβάντος οὕτως ἐπωνόμασεν αὐτόν· Μωυσῆς γὰρ τὸ ὕδωρ λέγεται τῇ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ. *Filia Pharaonis eum ex eventu nominavit:* Moyſes *enim Ægyptiorum linguâ dicitur aqua.* Fallitur: Μῶυ enim, ut vidimus, *aquam* denotat. Nec huic etymologiæ obeſt, quòd Exodi II. 10. legitur, *Et vocavit nomen ejus* משה, *ac dixit, quia ex aquis* משיתהו, *extraxi eum:* nam quod filia Pharaonis Ægyptiacè protulit, id Moſes Hebraicè expreſſit.

II. *Epitheta* & varia *Moſis elogia* paucis indicamus. Vocatur *Deus Aaronis & Pharaonis.* Vide in Θεὸς,

num. II. ſub lit. A. C. Vocatur à Chryſoſtomo, Homil. LXXXVII. tom. VI. πύργος τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ προφητῶν, *turris veteris Teſtamenti Prophetarum*. Ab eodem Epiſt. II. ad Olympiad. Τῶν προφητῶν τὸ κεφάλαιον, ὁ γνήσιος τῷ Θεῷ φίλος. *Caput Prophetarum, germanus Dei amicus.* A' Theodoreto, Θεραπευτ. Serm. II. Ὁ τῆς θεολογίας ὠκεανὸς, ἐξ ὅπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλαττα. *Theologiæ oceanus, unde omnes fluvii, & omne mare.* A' Clemente Alex. Strom. I. pag. 350. Νόμος ἔμψυχος, τῷ χρηστῷ λόγῳ κυβερνώμενος. *Lex animata, quæ ratione bona, ſeu bono verbo gubernabatur.* Iterum à Chryſoſtomo, Homil. CLX. tom. V. pag. 966. Ὁ μέγας καὶ θεῖος τοῦ Θεοῦ νομοθέτης, ὁ τὰς πλάκας τὰς ἱερὰς δεξάμενος, ὁ πρῶτος εἰσηγητὴς τῶν συμφερόντων τῷ βίῳ. *Magnus ille & divinus Dei legulator, qui ſacras accepit tabulas, quiq; primus rerum vitæ humanæ utilium autor fuit & ſuaſor.* Eadem repetuntur Homil. CXXIX. tom. V. pag. 831. ubi etiam ſequentia adduntur: Ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, τὸ κεφάλαιον τῶν προφητῶν, ὁ τῆς θαλάσσης ὁδοιπόρος, ὁ τοῦ ἀέρος ἡνίοχος, ὁ τοῦ μάννα τραπεζοποιός. *Servus ille Dei, caput Prophetarum, qui per mare ambulavit, aëris auriga, qui manna procuravit.* Aſterius, Homil. de Divortio, p. 597. Μωϋσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων. A' Greg. Naz. Orat. IV. p. 137. Θεὸς Φαραὼ, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ προστάτης τε νομοθέτης, καὶ τῆς νεφέλης εἴσω χωρῶν, καὶ θείων μυστηρίων ἐπόπτης τε καὶ μυσταγωγὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς τεχνίτης, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. *Pharaonis Deus, & Iſraëlitarum antiſtes atque legulator, & nubem ingrediens, & divinorum myſteriorum ſpectator & doctor, tabernaculi illius veri fabricator, quod à Deo, non ab homine conſtructum eſt.* Ab Euſebio, lib. IV. Præparat. Evangel. pag. 98. Προφήτης καὶ Θεολόγος, *Propheta & Theologus.* Cæſario, Interrogat. CLIV. vocatur ὁ θεῖος συγγραφεὺς τῆς κτίσεως, *divinus creationis deſcriptor.*

III. *De ejus nativitate & educatione* in Ægypto, *ſtudiis* item, multa habet Clemens Alexandr. lib. I. Stromat. pag. 343. 344.

IV. Quidam Hæretici ſolos Moſis libros receperunt, de quibus in γραφή, num. IX. 4. ſub lit. A. b.

V. De libro, qui vocatur Ἀνάληψις Μωϋσέως, actum in voce Ἀνάληψις, num. III.

N.

Ναοποιέω.

VErbum hoc Lexica non habent. Significat *templum exſtruo.* Quia fideles ſunt templum Spiritûs ſancti, ut docemus in voce πνεῦμα, ſub probationibus ſpecialibus, quibus Spiritûs ſancti deitas aſſeritur, lit. α. hinc Greg. Nazianzenus Orat. XLIV. pag. 712. eum vocat πνεῦμα ναοποιοῦν ἑαυτῷ. Verba ejus ſunt: Πνεῦμα εὐθὲς, ἡγεμονικὸν, κύριον, ἀποστέλλον, ἀφορίζον, ναοποιοῦν ἑαυτῷ, ὁδηγοῦν, ἐνεργοῦν ὡς βούλεται. *Spiritus rectus, principalis, dominus, mittens, ſegregans, templum ſibi exſtruens, viam monſtrans, arbitratu ſuo operans.* Et Orat. XXXVII. pag. 610. Πνεῦμα ναοποιοῦν, θεοποιοῦν, τελειοῦν. *Spiritus qui templa efficit, deificat, perficit.* Notat Elias Cretenſis, per illud ναοποιοῦν alludi ad locum Apoſtoli I. Corinth. III. 16.

Ναός.

I. *Explicatio Nominis.* Vox ναὸς ſumitur

1. *propriè*, & notat Templum in honorem & cultum veri Dei exſtructum & conſecratum. Ita *Templum Jeroſolymitanum* peculiari quodam jure vocabatur ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ, Lucæ I. 9. ubi Zacharias dicitur *ingreſſus* εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου, *in Templum Domini.* Matth. XXI. 12. vocatur τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, *Templum Dei.* Philo lib. de legat. ad Gajum: Ἐν ᾗ (de Jeroſolyma loquitur) τοῦ ὑψίστου Θεοῦ νεὼς ἅγιος ἵδρυται. *In qua altiſſimi Dei ſanctum Templum exſtructum eſt.* Et in lib. in Flaccum: Καθ' ἣν (πόλιν) ὁ τοῦ ὑψίστου Θεοῦ νεὼς ἅγιος. Appellationis ratio, quia Deus αὐτὸν κατοικεῖν dicitur, Matthæi XXIII. 21. & *nomen ibi ſuum poſuiſſe*, II. Reg. XXI. 7. Hegeſippus lib. V. Cap. XLIII. de Templo iſto. *Quia tantùm non quaſi ſummi Dei crederetur domicilium eſſe.* Unde etiam vocatur οἶκος Θεοῦ. Vide in Οἶκος.

2. *Impropriè*, idque

A. *Synecdochicè.* pro quavis domo, vel pro quovis loco, ubi cultus Dei peragitur. Heſychius: Ναὸς, οἶκος ἔνθα Θεὸς προσκυνεῖται. Ναὸς, *Templum, eſt domus, ubi Deus adoratur.* Sic tabernaculum Pſal. XVIII. 7. vocatur ναὸς ἅγιος, *templum ſanctum.* Quod tamen *de cælo* etiam intelligi poteſt. Sic enim Theodoretus ad locum illum, pag. 455. Ναὸν ἐνταῦθα, οὐ τὸν χειροποίητον λέγει, οὐδὲ γὰρ ᾠκοδόμητο τηνικαῦτα, ὁ Σολομὼν γὰρ αὐτὸν ἐδείματο μετὰ ταῦτα· ἀλλὰ τὸν οὐρανὸν προσηγόρευσεν οὕτω. Templum *hic non manufactum dicit, nec enim tunc temporis erectum fuerat, quia Solomon ipſum poſtea conſtruxit: ſed cælum ſic appellavit.*

B. *Metaphoricè.* Sic

a. Ναοῦ, *Templi* nomine Chriſtus vocat *corpus ſuum*, atque adeò *naturam ſuam humanam*: Sic enim ipſe de ſe Joh. II. 19. Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud.* Hoc de corpore Chriſti intelligendum eſſe, docet Johannes ibid. v. 21. Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. *Ille autem dicebat de templo corporis ſui.* Ad præſentem locum reſpiciens Greg. Nyſſenus Orat. II. contra Eunomium, tom. II. pag. 484. ſcribit: Ὥσπερ ἡμεῖς διὰ ψυχῆς καὶ σώματος, ναὸς γινόμεθα τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν καὶ ἐμπεριπατοῦντος· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ναὸν ὀνομάζει τὸ συναμφότερον, οὗ ἡ λύσις τῆς ψυχῆς ἐκ τοῦ σώματος σημαίνει διάλυσιν. *Quemadmodum nos per animam & corpus, templum efficimur Dei in nobis habitantis & inambulantis: ſic etiam Dominus templum nominat, quod ex utroq; conflatum eſt, cujus ſolutio animæ à corpore diſſolutionem ſignificat.* Theophylactus propterea dicit, Chriſtum vocare corpus ſuum, ναὸν, ἐπειδὰν ἐν αὐτῷ κατῴκει πᾶσα ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς, *quoniam in ipſo habitabat omnis divinitas unigeniti*, ut eſt ad Coloſſ. II. 9. Afferri etiam poteſt alia cauſſa; quia humana Chriſti natura figurata fuit per Templum Jeroſolymitanum. Hanc cauſſam agnoſcit Chryſoſtomus Homil. CLXVI. tom. V. Ὥσπερ ἐν τῷ ναῷ ἐκείνῳ τὰ μὲν πᾶσιν ἑωρᾶτο, τὰ δὲ μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ· οὕτω καὶ ἐν τῇ τοῦ σωτῆρος οἰκονομίᾳ ἡ θεότης, καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς θεότητος, ὅσα μὲν ἐν κρυφῇ, ἐργαζομένη δὲ ἐν τῷ φανερῷ. *Quemadmodum in Templo illo alia quidem ab omnibus, alia verò à ſolo ſummo ſacerdote videbantur: ita etiam in Salvatoris diſpenſatione ſeu incarnatione deitas, & deitatis operatio, in occulto quidem latebat, in aperto autem operabatur.* Humanam etiam naturam per *Templum Meſſiæ* denotari vult Theodoretus Malachiæ III. 1. his verbis: Καὶ ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος. *Et ſubitò veniet ad Templum ſuum Dominus.* Verba Theodoreti ſunt: Ναὸν τὴν ἀνθρωπείαν ὠνόμασε φύσιν, ἣν ὁ Θεὸς λόγος ἀνέλαβεν· οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς Ἰουδαίους ἔφη. Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, &c. Templum *humanam dixit naturam, quam Deus verbum ſuſcepit. Sic enim & ipſe Dominus ad Judæos dixit.* Solvite templum hoc, &c. Ita Baſilius Seleucien-

ctenſis Orat. XXII. pag. 124. naturam Chriſti humanam vocat ναὸν τοῦ Θεοῦ λόγου, quando ſcribit de Chriſto Matth. VIII. 24. in mari dormiente, Καθεύδει ὁ τοῦ Θεοῦ λόγου ναὸς, δι᾽ ὃ Θεὸς παρεῖναι πιστεύεται. *Dormit templum Dei Verbi, per quod Deus adeſſe creditur.* Paulò pòſt: Ἰδοὺ σοι τὸν ἐμαυτοῦ δεικνύω καθεύδοντα ναόν. *Ecce tibi oſtendo dormientem templum meum.*

b. *Templum Dei* vocatur *cœlum*, quia *cœlum* dicitur eſſe *habitaculum Dei*, in quo ille habitat ſicut in templo ſuo, ut docebitur in voce Οὐρανός. Ita accipi poteſt Pſal. XVIII. 7. Vide ſub lit. *A.* Theodoretus ad v. 20. Cap. II. Habac. pag. 855. Ὁ ἡμέτερος δεσπότης ἔχει οἷόν τινα ναὸν τὸν οὐρανόν. *Dominus noſter cœlum inſtar Templi cujuſdam habet.*

c. *Templum Dei* appellatur *Eccleſia*, quia etiam in ea, tanquam in Templo, Deus habitare dicitur. Hoc *Templum*, *magnum* vocat *Templum* Clemens Alexandr. Strom. VII. pag. 748. Ναὸς δέ ἐστιν, ὁ μὲν, μέγας, ὡς ἡ ἐκκλησία· ὁ δὲ, μικρὸς, ὡς ὁ ἄνθρωπος ὁ τὸ σπέρμα σώζων τοῦ Ἀβραάμ. *Templum autem, unum quidem eſt magnum, ut Eccleſia: alterum verò parvum, ut homo, qui ſervat ſemen Abrahæ.* Magnum hoc Templum intelligitur II. Theſſal. II. 4. ubi Antichriſtus dicitur ſeſſurus εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, *in Templo Dei.* Ita intellexerunt veteres Scripturæ interpretes. Theodoretus ad hunc locum, pag. 386. Ναὸν δὲ Θεοῦ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλεσεν, ἐν αἷς ἁρπάσει τὴν προεδρείαν, Θεὸν ἑαυτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενος. Dei Templum *appellavit Eccleſias, in quibus primatum arripiet, ſe ipſum conans Deum oſtendere.* Plura teſtimonia produximus in voce Ἀντίχριστος, num. III. 5. Falluntur ergo illi, qui in dicto Apoſtoli loco per *Dei Templum* intelligunt *Templum Jeroſolymitanum*: illud enim nunquam reſtituendum eſt. Id agnoſcit Chryſoſtomus Homil. LXXVI. in Matthæum: Εἰ οὐκ ἔσαι μεταβολὴ λοιπὸν, οὐδὲ ναὸς στήσεται, εὔδηλον ὅτι καὶ νόμος παυθήσεται. *Si nulla deinceps mutatio in melius futura eſt, nec rurſus Templum unquam condetur, manifeſtum eſt legem etiam omnino ceſſaturam eſſe.* Idem, Homil. III. adv. Judæos ex Prophetis fusè probat, Templum Jeroſolymitanum nunquam eſſe reſtaurandum. Prophetarum vaticiniis hæc præmittit verba: Ἐπὶ τοὺς προφήτας τρέψομαι, οἷς μάλιστα δοκοῦσι πιστεύειν· καὶ ἀπ᾽ ἐκείνων ποιήσομαι φανερὸν, ὅτι οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε τὸν ναὸν λοιπὸν ἀπολήψονται. Καίτοιγε οὐδεμίαν εἶχον ἀνάγκην ἀποδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀναστήσεται. Οὐδὲ ἐμὸν τοῦτο ἦν, ἀλλ᾽ ἐκείνων, δεῖξαι τοὐναντίον, ὅτι ἀναστήσεται. *Ad Prophetas me converto, qui bus etiam maximè videntur* (Judæi) *credere: atq; ex his perſpicuum faciam, neq; civitatem, neq; Templum unquam poſthac reſtituendum eſſe. Quanquam nihil erat mihi neceſſe demonſtrare, quòd non reſtaurabitur. Neq; enim hoc meum erat, ſed illorum, demonſtrare contrarium, illud reſtauratum iri.* Vide ejuſdem Orat. II. adv. Judæos: Sozomenum hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. ult. pag. 72. a. b. Hieronymum in Cap. XXXII. Jeſ. in Cap. XXIII. Jerem. in Cap. VII. Ezechielis.

Hic ſatis commodè tractari poteſt illa quæſtio, *An temporibus Apoſtolicis jam ædificata fuerint Templa?* Reſpondemus, celebrâſſe quidem Apoſtolos ſuo tempore συνάξεις, hoc eſt, *conventus Eccleſiaſticos* propter auditum verbi Dei, uſum Sacramentorum & preces communes, in locis & ædificiis certis; ſed ea, pro illorum temporum conditione, non ubique eadem fuiſſe. Nam conventus egerunt, cùm in Templo Jeroſolymitano, tum in Synagogis Judæorum, tum etiam in privatis fidelium ædibus. Aſſertionem hanc ex antiquitate facilè probamus. Origenes, qui tertio poſt Chriſtum natum vixit ſeculo, teſtatur Chriſtianos ſuo tempore caruiſſe Templis. Patet hoc ex lib. ejus, VIII. contra Celſum, pag. 389. ubi Celſus hoc ipſum Chriſtianis exprobrat: Μετὰ ταῦτα καὶ ὁ Κέλσος φησὶν, Ἡμᾶς βωμοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύσθαι φεύγειν, &c. *Poſt hæc Celſus etiam ait, Nos aras, & ſimulachra, & delubra defugere, quò minùs fundentur, &c.* Hoc Origenes non negat, ſed agnoſcit, & ſcribit: Εἰ δὲ καὶ ναοὺς ναοῖς δεῖ παραβαλεῖν, ἵνα παραστήσωμεν τοῖς ἀποδεχομένοις τὰ Κέλσου, ὅτι νεὼς μὲν ἱδρύεσθαι τοὺς πρέποντας τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι καὶ βωμοῖς οὐ φεύγομεν, ἐκτρεπόμεθα δὲ τῷ πάσης ζωῆς χορηγῷ ἀψύχους καὶ νεκροὺς οἰκοδομεῖν νεώς· Ἀκουέτω ὁ βουλόμενος, τίνα τρόπον διδασκόμεθα, ὅτι τὰ σώματα ἡμῶν ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, &c. *Quodſi etiam templa templis conferenda ſunt, ut diſcant Celſi fautores, non obſtare nos, quo minùs templa condantur convenientia jam dictis aris & ſtatuis, cavere tamen, ne omnis vitæ largitori templa ſtruamus exanima & mortua: audiat qui vult noſtram doctrinam, quòd corpora noſtra templum Dei ſunt*, &c. Quales intelligat βωμοὺς, *aras*, vide in voce Βωμός. Paulò pòſt, pag. 391. Πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἐπεὶ μὴ νομίζομεν δεῖν σέβειν τὸ θεῖον παρ᾽ ἀναισθήτοις ναοῖς, ἀντιπαραλαμβάνομεν τοὺς καθ᾽ ἡμᾶς ναοὺς, καὶ δείκνυμεν τοῖς γε μὴ ἀναισθήτοις, μηδὲ παραπλησίως τοῖς ἀναισθήτοις θεοῖς αὐτῶν, ὅτι οὐδεμία σύγκρισίς ἐστιν, οὔτε τῶν παρ᾽ ἡμῖν ἀγαλμάτων πρὸς τὰ ἀγάλματα τῶν ἐθνῶν, οὔτε τῶν παρ᾽ ἡμῖν βωμῶν, καὶ (ἵν᾽ οὕτως ὀνομάσω) θυμιαμάτων πρὸς τοὺς ἐκείνων βωμοὺς καὶ τὰς παρ᾽ αὐτοῖς κνίσσας καὶ αἵματα· ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἀποδεχομένων ναῶν πρὸς τοὺς ναοὺς τῶν ἀναισθήτων, ὑπὸ ἀναισθήτων ἀνθρώπων θαυμαζομένων, καὶ μηδὲ φαντασιωθέντων τὴν θείαν αἴσθησιν, ᾗ αἰσθάνεταί τις Θεοῦ, καὶ τῶν τούτου ἀγαλμάτων καὶ ναῶν καὶ βωμῶν, πρεπόντων Θεῷ. Οὐκ εἰς τὸ πιστὸν ἀφανοῦς καὶ ἀπορρήτου κοινωνίας, καὶ τὸ τοιοῦτο σύνθημα, φεύγομεν βωμοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύσθαι· ἀλλ᾽ ὅτι εὑρόντες, διὰ τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν, τὸν τρόπον τοῦ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας φεύγομεν τὰ φαντασίᾳ εὐσεβείας ἀσεβεῖς ποιοῦντα τοὺς ἐσφαλμένους ἀπὸ τῆς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐσεβείας, ὅς ἐστι μόνος ὁδὸς εὐσεβείας, ἀληθῶς λέγων τὸ, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. *Objicientibus nobis, quòd non colamus Numen in templis ſenſu carentibus, nos viciſſim noſtra templa jactamus oſtentamusq́; & docemus eos, modò non ipſi quoq; more ſuorum deorum ſenſu careant, quòd nullo pacto conferri debeant vel noſtra ſimulachra cum ſimulachris gentium, vel altaria noſtra ſuffitusq́; cum ipſorum cruentis aris & nidoribus, ac ne templa quidem nobis probata cum ſenſu carentibus templis inſenſatorum hominum, ea templa admirantium; quibus ne in mentem quidem venit, quid ſentiendum ſit de Deo, de ſtatuis, templis, aut altaribus, quæ eidem conveniunt. Itaq; non*, ut occulti fœderis fidem ſanciamus hac ceu teſſerâ, *abhorremus à dicandis aris, templis, ſtatuis, ſed quia, per Jeſu doctrinam inventa vera pietate, vitamus fucatas iſtas religiones, quæ impios faciunt, quotquot aberrant à religione Jeſu Chriſti, qui ſolus eſt via pietatis, vereq; dixit*, Ego ſum via, & veritas, & vita. Eodem tempore vixit Minutius Felix, in cujus Octavio Cœcilius idem Chriſtianis objicit: *Cur nullas aras habent? templa nulla? nulla nota ſimulacra?* Hic expreſsè Octavius fatetur: *Delubra & aras non habemus.* Poſt hos vixit Arnobius Afer, poſt annum CCC. apud quem rurſus Gentiles Chriſtianis templorum defectum objiciunt, lib. VI. adv. Gent. *In hac conſueviſtis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quòd neq; ædes ſacras venerationis ad officia exſtruamus, non deorum alicujus ſimulacrum conſtituamus aut formam: non altaria fabricemus, non aras.* Hic etiam agnoſcit Arnobius, nulla à Chriſtianis exſtrui templa: ſed crimen, quod in eo collocabant Gentiles, amolitur. Circa annum CCCXVII. vixit Lactantius,

Digitized by Google

tius, qui lib. II. de falſa Religione Cap. II. Gentes accuſat, quòd templa, aras, ſimulacra haberent: *Cur igitur*, inquit, *oculos in cælum non tollitis? & advocatis deorum nominibus in aperto ſacrificia celebratis? Cur ad parietes, & ligna, & lapides potiſſimùm quàm illos ſpectatis? ubi eos eſſe creditis. Quid ſibi templa? quid aræ volunt? quid deniq; ipſa ſimulacra; quæ aut mortuorum, aut abſentium monumenta ſunt?* His verbis etſi idololatrica templa Ethnicorum perſtringit: tamen haud obſcurè indicat, Chriſtianos etiam tum templa omnia fugiſſe. Etenim quod Origenes in genere dixerat, Chriſtianos, ne in impietatem delaberentur, templis abſtinuiſſe, id Lactantius jam in ſpecie declarat, indicans, quid impietatis Chriſtiani evitârint: ſcilicet exiſtimâſſe eos ſacrificia in aperto celebranda: ad parietes non eſſe ſpectandum, ſed in cœlum: adeoque, quia Deus ubique ſit, templis opus non eſſe. Qui plura deſiderat, videat Nicolai Vedelii Exercitat. in Epiſt. Ignatii ad Epheſios Cap. IV. Apoſtolorum temporibus Templa non fuiſſe, diſertè inſuper docet Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCXLVI. lib. II. Locum producimus in voce Ἐκκλησιαστήριον. Polydorus Vergilius lib. V. de Invent. rerum. Cap. VI. teſtatur, *tantum fuiſſe ut circa hac tempora aliquod templum à Chriſtianis publicè ædificaretur, ut etiam omnia eſſent occulta, & ſacella potiùs, atque eadem abdita, & plerumque ſubterranea, quàm apertis in locis ac publicis fierent.* Veriſſimè hæc dicuntur: nam poſt Apoſtolorum tempora, everſo jam Templo Jeroſolymitano, & deleta gente Judaica, Chriſtianis non modò nulla templa magnifica, ſed ne mediocria quidem, ob tyrannorum ſævitiam, & vulgi rabiem, condere licebat. Teſtantur etiam hiſtoriæ, illorum temporum Chriſtianos ut plurimùm conveniſſe in cœmeteriis, hoc eſt, locis ſepulturæ martyrum deſtinatis, ibique conventus Eccleſiaſticos celebrâſſe. Ita in perſecutione ſub Georgio Alexandriæ, cùm adverſarii pietatis prævalerent, Templaque obtinerent, Chriſtiani in Cœmeteriis ad orationem convenire cogebantur, teſte Theodoreto, hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XI. Vide in Κοιμητήριον, num. II. Diſſimulari tamen non debet, poſt trecenteſimum à Chriſto nato annum Chriſtianos Templa & Orationum domus; Græci εὐκτήρια, & οἴκους εὐκτηρίους vocant; majores magnificentioreſque, quàm hactenus illis licuerat, condere primum cœpiſſe. Id teſtatur Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VIII. Cap. I. pag. 84. a. Πῶς δ' ἄν τις διαγράψειε τὰς μυριάνδρους ἐκείνας ἐπισυναγωγὰς, καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς, ὧν δὴ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς πάλαι οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων ἐκκλησίας. Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προϊόντα, ὁσημέραι τε εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἐπιδιδόντα, οὐδεὶς ἀνεῖργεν φθόνος, οὐδέ τις δαίμων πονηρὸς οἷός τε ἦν βασκαίνειν, οὐδ' ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς κωλύειν εἰς ὅσον ἡ θεία καὶ οὐράνιος χεὶρ ἐσκέπε τε καὶ ἐφρούρει, οἷον δὴ ἄξιον ὄντα τὸν ἑαυτῆς λαόν. *Quomodo verò quis numeroſas illas aggregationes, & multitudines cœtuum per ſingulas civitates, inſigneſq; concurſus ad oratoria deſcribat? quorum gratia priſcis ædificiis non contenti, in ſingulis civitatibus ſpatioſas & amplas ex ipſis fundamentis exſtruxerunt Eccleſias. Hæc autem progreſſu temporis proficientia, & quotidie in magnitudinem & amplitudinem creſcentia, nulla potuit invidia prohibere, neque malus aliquis dæmon faſcinare, nec homo quiſpiam inſidiis impedire, quamdiu divina ac cæleſtis manus populum ſuum, adhuc dignum exiſtentem, inviſebat & cuſtodiebat.* Hæc de ſuis temporibus ſcribit Euſebius, quibus adhuc integra erant Templa ſub Alexandro Severo, Gallieno, & aliis exſtructa. Eadem refert Nicephorus hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. II. Hæc verò felicitas non fuit diuturna: Diocletiano enim perſecutionem adverſus Chriſtianos movente, violentiſſima promulgantur edicta de funditus evertendis ac ſolo æquandis Chriſtianorum Templis, ut iterum refert Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VIII. Cap. II. Conſtantino autem Magno ad imperium promoto, cœperunt ubique locorum vel Gentilium templa in Chriſtianorum uſum converti, vel nova ex fundamentis magnificentiſſimè exſtrui, idque juſſu & mandato ipſius Conſtantini, ut videre eſt apud Euſebium in vita Conſtantini lib. II. apud Theodoretum hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. I. pag. 522. Conſule Hoſpinianum noſtrum de origine Templorum Cap. VI.

d. *Templum Dei* vocantur *fideles*: iidem vocantur *templum ſpiritus ſancti*. I. Corinth. III. 16. 17. ναὸς Θεοῦ appellantur *fideles*: ubi Theodoretus, Ναοὺς Θεοῦ προσηγόρευσε τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὴν τοῦ πνεύματος χάριν. *Templa Dei appellavit eos, qui inhabitantem Spiritûs habent gratiam.* Ignatius in Epiſt. ad Epheſios: Πάντα οὖν ποιῶμεν, ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν Θεός. *Omnia igitur faciamus, ut illo in nobis habitante, ut ejus templa ſimus, & ipſe in nobis Deus.* Pulcherrimè, & peculiari quadam ſua dulcedine Paulinus Epiſt. XII.

Corpore, mente, fide, caſtiſſimus incola Chriſti,
Condidit iſta Deo tecta Severus ovans:
Totus ut ipſe Dei templum viget hoſpite Chriſto,
Gaudentemq; humili corde gerit Dominum.

Cyprianus Epiſt. I. ad Donatum, pag. 5. *Jam tibi auro diſtincta laquearia, & precioſi marmoris cruſtis veſtita domicilia ſordebunt; cùm ſcieris te excolendum magis, te potiùs ornandum, domum tibi hanc eſſe potiorem, quam Dominus inſedit templi vice, in qua Spiritus ſanctus cœpit habitare. Pingamus hanc domum pigmentis innocentiæ, illuminemus luce juſtitiæ.* Idem, Commentario in Orat. Dominicam, Cap. VIII. *Converſemur quaſi Dei templa, ut Deum in nobis conſtet habitare; qui ſpirituales eſſe cœpimus, nonniſi ſpiritualia cogitemus.* Eleganter etiam Baſilius Cæſar. Epiſt. I. pag. 785. Τοῦτό ἐστι τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν αὐτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν, ὁ νοῦς ἐκταράττηται, ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προκαλούμενα ἡμᾶς εἰς ἀκρασίας πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ. *Eſt Dei inhabitatio, inſidentem intus Deum memoriâ complecti. Hacq; nos ratione templum Dei efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improviſis perturbationibus intellectus tumultuatur: ſed hæc omnia effugiens homo amore Dei præditus, ad Deum ipſe ſecedit, tum affectus expellens, qui ad intemperantiam provocant, tum in iis ſtudiis libenter verſans, quæ ad virtutem ducunt.*

II. *Forma Templorum.* Eorum apud Græcos quinque potiſſimùm formæ ſunt.

1. *Alia* fuerunt τρουλλωτὰ, ſeu κυλινδρωτὰ, ſeu θολωτὰ, ſeu κυκλοειδῆ. Τρουλλωτὰ ſunt, quæ τὴν ὀροφὴν τρουλλωτὴν ἔχουσι, *ſummam ſui partem trullatam habent*, quæ nempe in ſupremo ſui faſtigio in arcum rotundata, ambitu decreſcente arcuantur, à *Trulla*; aliis *Trullon*, vel *Trullos* eſt; quæ fornicem & concamerationem notat. Unde Trulla magna Eccleſiæ, confecta à Juſtiniano, & reparata, ut tradit Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis. Johannes Phocas in libello de locis Palæſtinæ, Cap. XII. Νῦν

δὲ

Digitized by Google

διὰ τοιοῦτος τόπος γέγονε Ῥωμαϊκὸν μοναστήριον ὑπάρχει δὲ ὁ ναὸς τῆς τοιαύτης μονῆς τρουλλωτός: *Nunc verò locus ille Latinorum monaſterium eſt: eſt autem templum hujus Monaſterii trullatum.* Cap. XIV. Ὁ δὲ τοιοῦτος ναὸς ἐστι περικαλλέστατος, τρουλλωτὴν ἔχων τὴν ὀροφήν. *Hoc porrò templum quàm pulcherrimum eſt; tectum in Trullæ formam deſinit.* Trullam Zonaras σφαῖραν, ob ſimilitudinem, in Juſtiniano nuncupavit: Πεσὼν τὴν μεγάλην σφαῖραν τοῦ ναοῦ. Qui ibidem, Τροῦλλος πεσὼν καὶ κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης συνέτριψεν. *Trullus caſu ſuo ciborium ſacræ menſæ contrivit.* Trullata parùm differebant ἀπὸ τῶν κυλινδρωτῶν, quæ ad formam cylindri à ſubjecta baſi circulari ad æqualem parallelum æqualiter erigebantur; & ἀπὸ τῶν κυκλοειδῶν, quæ à circulari figura ſibi nomen vindicabant; & ἀπὸ τῶν θολωτῶν, in quibus trabes omnes medio in tecto coire ſolebant, & in tholo, quaſi in ſcuto, ſeu umbilico, affixæ adhærebant; quæ fuerit erectior teſtudo Templorum, altius creſcens, & rotunda formà in faſtigiatum cacumen deſinens. Magnum Etymologicum: Θόλος, περιφερὲς οἰκοδόμημα ἀπὸ τοῦ περιθεῖν. Θόλος τόπος τις ἐν τοῖς ἀρχείοις κληθεὶς διὰ τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς· ἦν γὰρ λιθοειδὴς (legendum θολοειδὴς) καὶ ὀροφὴν εἶχε περιφερῆ, οἰκοδομητὴν, οὐχὶ ξυλίνην, ὡς τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα. Λέγεται θηλυκῶς ἡ θόλος. *Tholus domus eſt rotunda, dicta* ἀπὸ τοῦ περιθεῖν, *à circumcurrendo, item locus quidam in Tabulariis, ſeu Archivis, à fabricæ ratione ſic dictus: erat enim ad modum tholi conſtructus, & faſtigium habebat rotundum, ſtructura non è ligno, ut cætera ædificia, conſtans. Dicitur genere fœmineo hæc tholus.* Vide etiam Heſychium, Suidam & Varinum. Iſidorus lib. XIX. Cap. XIX. *Tholus propriè eſt veluti ſcutum breve, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coëunt.* Iſidorus hanc vocem ſcribebat absque ſpiritu: unde & lib. XI. Cap. I. ait: *Talus dictus à tolo. Nam tolus eſt eminens rotunditas: unde & faſtigium templi tolus vocatur.* Sed omnino ſcribendum *tholus*, cùm Græce ſit θόλος. Hanc appellationem volunt eſſe ἀπὸ τοῦ θεῖν, quia ob rotunditatem poſſimus *circumcurrere.* Aliqui etiam idcirco ex θεῖν & ὅλος conflatum putant. At eſt ab Hebræo תלה, hoc eſt, *ſuſpendo.* Quam ſententiam confirmat hoc Maronis, IX. Æneid.

Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſi qua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi.

Ubi ſic Servius: *Tholus propriè eſt veluti ſcutum breve, quod in medio tecto eſt, in quo trabes coëunt, ad quod dona ſuſpendi conſueverant. Quatam diu dona dici poterant, quàm diu non profana fierent, ſicut in libris Sacrorum refertur. Alii tholum ædium ſacrarum dicunt genus fabricæ Veſtæ & Pantheræ. Alii tectum ſine parietibus columnis ſubnixum. Ædes autem rotundas tribus diis dicunt fieri debere, Veſtæ, Dianæ, Herculi, vel Mercurio.* Corruptum Servii locum ſic emendat Voſſius: *Tholum ædium ſacrarum dicunt genus fabricæ Veſtæ & Panthei.* De *Veſtæ templo* apertum ex verſibus Ovidii, lib. VI. Faſt.

Par facies templi, nullus procurrit in illo
Angulus, à pluvio vindicat imbre tholus.

Pantheum verò apud Romanos fuiſſe θολοειδὲς, diſertim à Dione ſcriptum eſt, lib. LIII. Johannes Phocas in libello ſuprà laudato, Cap. XVIII. Μέσον δὲ ταύτης ἵσταται ὁ ναὸς κυλινδρωτὴν καὶ αὐτὸς ἔχων τὴν ὀροφήν. *In medio templum aſſurgit, tecto in modum cylindri directo.* Cap. XXIV. Καὶ ὁ ναὸς μέσον αὐτῆς ἐγχώριος τρουλλωτὸς ἵδρυται, ἐν κυλινδρωτοῖς θόλοις ἐπικαθήμενος· τούτῳ συνέζευκται ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ναὸς ἕτερος θολωτὸς, πάνυ σμικρότατος, ἐν τοῖς χρόνοις, ὡς λέγεται, τῶν ἀποστόλων ἀνεγερθείς. *Et in ejus medio Templum capax, trullatum aſſurgit, tholis cylindri inſtar fabrefactis inſidens; cujus in dextera parte Templum aliud adnectitur, tholo æque conſtans, puſillum admodum, & ævo Apoſtolorum, ut traditio eſt, ædificatum.*

2. Alii fuerunt καμαρωτὰ, quæ in fornicem deſinebant, & arcuato opere, ac tecto conflexo contegebantur, ad ſimilitudinem pergularum hortenſium, quæ ad ambulationes opacandas, vario arborum virgultorumque genere reptantibus flagellis, & capreolis innitentibus, concamerantur. Eſt namque *Camera* propriè teſtudo, ſeu fornix, & ipſa pars ſuperior, item tectum devexum, & recurvum ad formam teſtudinis, quod annotavit Servius ad eum locum III. Georg.

— Et camuris hirtæ ſub cornibus aures.

Καμάρα ſcitè H. Stephanus dictum vult παρὰ τὸ κάμνειν τῷ βάρει. Quomodo nempe *fornicem* dici arbitrantur, quia *ferendo nitatur.* Non minùs tamen veri ſimilis eſt conjectura doctiſſimi Martinii, qui ab Oriente originem petit. Nam Chaldaicum eſt קמר, *cingere*, à quo קמור, *cingulum, zona.* Heſychius: Καμάραι, ζῶναι στρατιωτικαί. *Zonæ militares* dicuntur καμάραι. Cinguli namque formam habent loca fornicata. Vel à Rabb. קמר, *clauſit*, unde קמור, *arca.* Quippe camera locum ſupernè claudit. Vel ab Arabico קמר, *luna, media lunatio.* Hujus enim formam camera interdum habet: de quo Philander ad Vitruvium, lib. VII. Cap. III. De Camera Trulliana Salluſtius: *Eum muniunt undique, parietes atque inſuper Camera, lapideis fornicibus juncta, ſed inculta tenebris.* Anaſtaſius in Leone: *Fecit cameram Baſilicæ Conſtantinianæ, & alteram Cameram B. Petri ornavit.* Alia tamen etiam ſignificat, integrum nempe ædificium, parietes ſcilicet cum fornice. De Templis Johannes Phocas Cap. XIV. Ὑπάρχει δὲ ὁ τοιοῦτος ναὸς τετρακάμαρος, τρουλλωτός. *Templum quatuor fornices & Trullam habet.* Et: Ὁ δὲ ναὸς ὁ ἐπάνω τοῦ γολγοθᾶ ἐστι τετρακάμαρος θολωτός. *Templum ſuper Golgotha quatuor fornicibus, & tholo aſſurgit.* Cap. XXVII. Ὁ τῆς Ῥαχὴλ τάφος ὑπὸ τετρακαμάρῳ θολωτῷ σκεπόμενος κτίσματος. *Rachelis ſepulchrum quatuor fornicibus, tholi inſtar, in faſtigiatum cacumen deſinentibus opertum.* Et Plinius lib. XXXIV. Cap. XIV. *Eodem lapide Dinocrates Architectus Alexandriæ Arſinoës templum concamerare inchoaverat.*

3. Alia ſunt σταυροειδῆ, ſive σταυρωτὰ, quæ crucis formam referunt, & extenſis utrinque brachiis, Eccleſiæ partem, in qua altare collocatur, ab ea, quæ ducit ad oſtia, ſubdividunt. Zonaras in Juſtino juniore: Καὶ τὰς ἀψῖδας ἄμφω τῷ ναῷ τῷ ἐν Βλαχέρναις προσέθετο ἐκ καινῆς, ὡς εἶναι τοῦτον σταυροειδῆ. *Et utrumque fornicem Templo Blachernio addidit, ut formam crucis referret.* Cedrenus de eodem: Προσέθηκε δὲ καὶ εἰς τὸν ναὸν τῶν Βλαχερνῶν τὰς δύο ἀψῖδας, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν σταυρωτήν. *Addidit & templo, quod eſt in Blachernis, duos fornices, effecitque, ut formam crucis referret.* Phocas Cap. XXVII. Καὶ ναὸς ἐπὶ τοῖς τοῦ σπηλαίου νώτοις ἐπικαθήμενος βλέπεται ἐπιμήκης, καὶ πάμμεγας σταυροειδῶς ἐξ ἀσήπτων ξύλων σκεπόμενος. *Et Templum ſpeluncæ humeris inſidens, prælongum prægrandeque, ad formam crucis ex non putreſcentibus lignis contextum.* Talia pleræque Romæ cernuntur.

4. Alia ſunt δρομικὰ, quæ formà quadratà, lateribus paribus, vel imparibus, ſubſtructa ſunt; quorum in culmine aſſeres, ſeu trabes cantheriis colligantur, & tegulis ſuperpoſitis conteguntur; adeò ut Templi parietes projecturis aſſerum te-

gantur. Cur autem δρομικὰ vocentur, explicatu non eſt facile: ſi quid tamen conjecturæ dandum, videntur à deambulatione, quâ per tabulas ſuper trabibus expanſis à facie templi ad ſanctuarium ipſum progrediuntur, nomen habere: ex iis enim inferius templi ſpatium univerſum hac atque illac percurrebatur. Sic dicta à δρόμῳ, quod *curſum & pervagationem* ſignificat. Eorum meminit Phocas Cap. XXIX. Ἔνθα καὶ ὁ ἱερὸς τάφος ὑπάρχει αὐτοῦ, ὁ δὲ ναὸς ἐςι δρομικός. *Ubi & ſacrum illius ſepulchrum, & Templum dromicum eſt.* Et Codinus in Originibus nondum editis: Ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ δρομικῇ τὸ πρότερον οὔσῃ, εἰς εἰδωλείων τελοῦσῃ τετρακόσιαι εἴκοσι ἑπτὰ ςῆλαι ἵςαντο. *In magna autem Eccleſia ſancta Sophia, quæ prius Dromica erat, & idolorum cultui dicata, ſeptem & viginti ſupra quadringentas columnæ ſtabant.* Auctor Turco-Græciæ, ex Theodoſio Zygomala: Νάρθηξ τὸ ἔξω τοῦ ναοῦ δρομικὸν δίκην νάρθηκος. Οὗτος ναρθηκοφόρος, ὁ ῥάβδον φέρων ἐκ νάρθηκος. Πᾶν δρομικὸν νάρθηξ λέγεται. *Narthex extra Templum Dromicum inſtar narthecis. Sic Narthecophorus, qui baculum geſtat è narthece. Omne Dromicum, narthex dicitur.*

5. Tandem *mixta* erant *Templa*, quæ ex præcedentibus generibus immixtis conflabantur. Johannes Phocas Cap. XV. Ὁ δὲ τοιοῦτος ναὸς ἐςὶν ὁ πᾶς θολωτὸς, ἐπιμήκης, κυλινδρωτὸς, καὶ μέσον αὐτοῦ δίκην ἄμβωνος ἵςαται ὁ τάφος αὐτῆς λελατομημένος ἐκ πέτρας ἐν σχήματι τετρακαμάρῳ. *Templum hoc totum in tholum deſinit, prælongum, æqualiter orbiculatum, in Templi medio inſtar Ambonis ſepulchrum Virginis ex ſaxo exciſum eſt, ad modum ædificii, quatuor fornicibus ſtructi.* Cap. XXII. Καὶ περὶ τὸ χεῖλος ὡσεὶ λίθου βολῆς ἀπωθὲν ἐςι τετράπλευρον θολωτόν. *Et circa oram non longè lapidis jactu ædificium eſt, quatuor lateribus conſtans, & tholo aſſurgens:* id ςαυροθολοκτισμένον dixit autor barbarus de locis ſacris. Et quemadmodum *Camerarum* diverſa genera ſunt; quædam namque curvantur in teſtudines, aliæ in hæmiſphæria, aliæ compluſculis arcubus conſtant, & ex his pleræque compoſitæ, quas *mixtas & incertas* vocat Philander in Vitruvium lib. VII. Cap. II. ita & genera Templorum, earum variatione, diverſimodè camerantur. Sed Templa recentia Græcorum, cùm non ad faſtum exſtruantur, ferè omnia dromica cernuntur eſſe, tanquam quæ, dummodo non introſpiciantur, domeſticarum ædium imaginem præ ſe ferunt. Atque hæc de variis Templorum formis, pleraque, ex Allatio de Templis Græcorum attuliſſe ſufficiat,

III. *Partes Templorum.* Eccleſia Græcorum in quinque partes dividitur.

1. eſt ἅγιον βῆμα, *ſanctum tabernaculum.* Vide in voce Βῆμα.

2. eſt ἱερατεῖον, *ſacrarium*, vel *chorus*; locus clero & cantoribus aſſignatus. Vide ſuo loco.

3. eſt ἄμβων, *pulpitum*, ubi recitantur Evangelia & Epiſtolæ, & verba fiunt ad populum. Vide in Ἄμβων.

4. eſt ναὸς, *Templum*, ſeu *navis Eccleſiæ*, ubi populus orat. In qua viri à mulieribus ſejuncti ſunt per tabulata.

5. eſt βαπτιςήριον, *Baptiſterium*, propè πρόναον, propè veſtibulum templi, ubi hærent Pœnitentes. Vide in voce Βαπτιςήριον.

IV. *Diviſio Templorum.* Huc referri poſſunt ναοὶ ἀργυροῖ Act. XIX. 24. ubi Vulgatus *ædes argenteas*, Beza, *templa argentea* interpretatur, & exiſtimat, Demetrium hunc templa argentea Dianæ ſolitum procudere, id eſt, aut in numis, aut aliis imagunculis celeberrimi illius Templi typum repræſentare, ac peregrinis adventantibus divendere. Hæc quidem ſententia inquit Caſaubonus, probabilis eſt, tamen quia horum numorum, qui ναοὶ appellarentur, nemo veterum meminit: non dubito equidem ναοὺς vocari hoc loco ædiculas ex argento vel auro factas, in quas recondebantur Dianæ parva ſimulachra, quæ vulgò ab illis emebantur, qui Dianam Epheſinam viſebant. Et fortaſſe referebant iſtæ ædiculæ templi Epheſini artificium. Porrò autem ναῶν iſtiusmodi mentio apud Græcos autores fit non ſemel. Strabo quidem lib. XIV. ναΐσκους & πινακοθήκας commemorat. Dionis autem verba ſunt lib. XXXIX. Ἔν τε γὰρ τῷ Ἀλβανῷ ναὸς Ἥρας βραχὺς ἐπὶ τραπέζης τινὸς, πρὸς ἀνατολῶν ἱδρυμένος, πρὸς τὴν ἄρκτον μετεςράφη. Hactenus ille. In eadem credo, etiam Chryſoſtomum fuiſſe ſententia, qui κιβώρια μικρὰ eſſe dicit. Vide in Κιβώριον, ut & Boiſium, Salmaſium, Pricæum ad præſentem locum apud Balduinum Walæum. Eodem pertinent ναοὶ χειροποίητοι, *templa manu facta*, Act. XVII. 24. ubi Paulus, *Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cùm ſit Dominus,* οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, *non in manu factis templis habitat.* Nimirum, ut Lactantius, *Non indiget templo, cujus domicilium mundus eſt: non indiget ſimulachro, qui eſt oculis & mente incomprehenſibilis.* Seneca eidem citatus, *Non templa ei congeſtis in altitudinem ſaxis ſtruenda ſunt, &c.* Minutius in Octavio, *Templum quod ei exſtruam, cùm totus mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit? & cum homo latiùs maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis includam?*

V. *Adjuncta Templorum.* Talia ſunt,

1. *Pauperes*, qui olim ad Templorum fores mendicabant. Vide in voce Πένης.

2. *Fontes, labra*, in quibus veteres abluebant manus ſuas. Vide in voce Λουτήρ.

Νάρδος.

I. *Explicatio nominis.* Suidas: Νάρδον, μυρεψικὸν ἔλαιον, θηλυκῶς. *Nardum, genere fœmineo, unguentarium oleum.* Theodoretus in Cap. IV. Cantici, pag. 1050. Ἡ νάρδος, ἄρωμα εὐῶδες, ἀφ' οὗ πάλιν ἔλαιον ὁμωνυμον γίνεται, καὶ αὐτὸ θερμὸν, καὶ εἰς θεραπείαν σωμάτων ἐπιτήδειον. *Nardus eſt aromatis genus odoratum, unde oleum fit ejuſdem nominis, idem quoque calidum, & corporum curationibus accommodatum.* Vox eſt origine Hebræa, נרד enim ejuſdem eſt notionis.

II. Νάρδος, ſeu *unguentum nardinum* adhibebatur olim in unctionibus: nam in conviviis eo perfundebantur convivæ, ut patet ex Marci XIV. v. 3. & Joh. XII. 3. ubi Chriſtus in convivio dicitur fuiſſe perfuſus νάρδῳ πιςικῇ πολυτελεῖ. Quid ſit νάρδος πιςικὴ, non eadem omnium ſententia eſt. Vetus interpres πιςικὴν interpretatur *ſpicatam.* Rationes, cur ita interpretari voluerit, nobis magna ex parte ignotæ ſunt, Suſpicantur tamen viri docti τὸ πιςικῆς depravatè dictum, pro σπικάτης, id eſt, *ſpicata*, Latina voce. At dura videtur, & planè intolerabilis illa literarum tranſpoſitio, longeque durior & inſolentior, quàm in φελόνη, pro φαινόλη. Beza πιςικὴν interpretatur *liquidam*: atque ita ei deſcendit à πίνω. At conjecturâ tantùm nititur hæc ſententia, quia, quod ſciam, vetuſtioris alicujus autoritate roborari nequit. Ejuſdem cum Bezâ ſententiæ fuit olim doctiſſimus Caſaubonus, aut ſaltem eó inclinavit: ſed poſtea, cùm animadvertiſſet, apud Euſebium, & alios Græcos Scriptores, τὸ πιςικὸς ſæpe ita ſumi, ac ſi à πείθω deduceretur, & id

Digitized by Google

id declararet, quod πιςὸς, hoc eſt, *fidelis*, ſententiam ſuam mutâſſe videtur. Quin πιςικὸς Græcæ ſit originis, dubitari non debet: nec etiam, quin à πείθω potiùs, quàm à πίνω deſcendat. Nam deductio à πίνω durior eſt, nec facilè probati alicujus ſcriptoris autoritate defendi poteſt. Deinde πιςὸς à πίνω, non ſignificat ὑγρὸν in genere, ſed πότιμον. Sunt quidem omnia πότιμα, ὑγρὰ, ſed non vice verſa. Qui igitur πιςὸν, ſive πιςικὸν, *liquidum* interpretantur, quia omnia potabilia ſunt liquida, perinde facere videntur, ac ſi quis βασίλισσαν, *mulierem*, redderet, quia omnes reginæ ſunt mulieres, aut σοφὸν *venerandum*, quia omnes ſapientes ſunt αἰδέσιμοι, Tandem τὸ πιςικὸς à πείθω potiùs deducendum, quia hoc idem divo Hieronymo, & aliis ſummi judicii viris placuit. Hieronymus in Cap. XXVI. Matthæi: *Alius*, inquit Evangeliſta, *pro alabaſtro unguenti precioſi* (*quod genus eſt marmoris*) *nardum piſticam poſuit, hoc eſt, veram & abſque dolo, ut fidem Eccleſiæ & gentium demonſtraret.* Atque hæc Hieronymi interpretatio ſola videtur amplectenda, quæ etiam Theophylacti eſt, qui in Caput XIV. Marci, pag. 269. per νάρδον πιςικὴν dicit intelligi τ̀ ἄδολον νάρδον, καὶ μετὰ πίςεως κατασκευασθεῖσαν, *nardum ſinceram, non adulteratam, & cum fide confectam*: quomodo apud Artemidorum πιςικὴ γυνὴ eſt *fida uxor*. Eſt ergo πιςικὴ νάρδος, *nardus pura & ſincera*, minimè adulterata, Græcè δόκιμος dici poſſet, reſpondetque phraſi Hebraicæ מור עובר Cantici V. 6. & 14. ubi LXX. reddiderunt σμύρναν πλήρη, *myrrham plenam*: malè. Reddi debuit δόκιμον, quomodo Geneſ. XXIII. 16. ἀργύριον δόκιμον. Hanc interpretationem etiam inde confirmare licet, quia veteres Græci omne aroma, quod ſincerum & inculpatum eſſet, ἄμωμον vocabant. Heſychius: Ἄμωμον, ἐν ταῖς ὀνομασίαις ὁ λιβανωτός. Eodem ſenſu πιςικὴ νάρδος. Poteſt etiam, quod eodem redit, *præcipua, cæteriſq; potior, ac prior* dici. Nam Græci illos ſervos πιςικοὺς appellârunt, quibus totius domus cura ac adminiſtratio à domino tradita fuit. Inde & πιςικὸς in navi. Et qui gregibus ovium paſtor præeſt, πιςικός. Ex eo fortaſſe Syrus interpres πιςικὴν νάρδον vertit רישיא, id eſt, præcipuam, quæ quaſi caput ſit. Verſio Græca in linguam vulgarem, πιςικὴν reddit ἄκρατον, id eſt, ἄδολον.

Νάρθηξ.

Νάρθηξ eſt locus in Eccleſia, etſi alii extra Eccleſiam ponant: cujus frequens mentio in libris Eccleſiaſticis Græcorum. Triodion in Sabbato ſancto: Ἡ δὲ πρώτη ὥρα ψάλλεται ἐν τῷ νάρθηκι ὁμοίως, καὶ αἱ λοιπαὶ λιταὶ ψάλλονται ὁμοίως ἐν τῷ νάρθηκι. *Prima hora canitur in Narthece ſimiliter; & reliquæ ſupplicationes canuntur ſimiliter in Narthece.* Pentecoſtarium in Dominica Reſurrectionis: Καὶ ἐξερχόμεθα ἅπαντες ἐν τῷ νάρθηκι διὰ τοῦ βορείου μέρους κρατοῦντες καὶ τὰ κηρία ἡμμένα, *Et egredimur omnes ad Narthecem, per partem borealem, tenentes accenſas candelas.* Typicum, Cap. XXV. Καὶ ποιοῦμεν ἐν τῷ νάρθηκι παννυχίδα εἰς τοὺς κοιμηθέντας. *Et vigilamus tota nocte in Narthece, mortuorum cauſſâ.* Pleræque autem Eccleſiæ non uno tantùm Narthece contentæ erant, ſed ſecundum etiam adjungebant. Locus iſte, in urbibus mulieribus deſtinatur, in Monaſteriis, Monachis, qui nondum ad ſacros Ordines promoti ſunt, quibus non licet, dum res divina peragitur, in interiorem Eccleſiæ partem ingredi, ibique diutiùs immorari. Patet hoc ex ſequentibus Typici verbis: Δεῖ δὲ καὶ τὸν ἐκκλησιάρχην περὶ τούτου φροντίζειν πάντοτε, καὶ παραγγέλλειν τοῖς ἐν τῷ νάρθηκι ἱςαμένοις ἀδελφοῖς, ἵνα μὴ ἐῶσι τοὺς ἐρχομένους εὐχῆς χάριν ποιῆσαι μοναχοὺς, εἴτε κοσμικοὺς εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ ναῷ ψαλλούσης τ̀ ἐκκλησίας, ὅπερ ἐςὶν ἀτοπίας σημεῖον, ἀλλ' ὀφείλουσιν ἐν τῷ νάρθηκι προσκαρτερεῖν ἄχρι τ̀ ἀπολύσεως. *Oportet Eccleſiarcham de hoc quoq; curam gerere continuò, & iis, qui in Narthece commorantur, fratribus inculcare, ne Monachi, ſive etiam Laici, qui orandi gratiâ adveniunt, dum in choro canitur, in Eccleſiam ingrediantur; quod eſt ſignum indecentiæ: ſed debent in Narthece perſiſtere quousque officium abſolvatur.* Defunctorum quoque cadavera, antequam ſepulturæ mandentur, dum illis juſta perſolvuntur, in eodem loco retinentur. Euchologium, pag. 199. Καὶ μετὰ τοῦτο ἄραντες οἱ ἀδελφοὶ τὸ λείψανον, ἀποκομίζουσιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰ μὲν ἱερεύς ἐςιν ὁ ἐκδημήσας ἀδελφὸς, τίθεται τὸ τούτου λείψανον ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, εἰ δὲ ἰδιώτης, ἐν τῷ νάρθηκι. *Et poſtea ſuſtollentes fratres cadaver, in Eccleſiam deferunt: &, ſi, qui fato ceſſit, ſacerdos eſt, cadaver illius in medio templi ponitur; ſin idiota, in Narthece.* In Narthece omnes ſupplicationes & Rogationes fiebant. Patet ex Typico paſſim. Cauſſam tradit Simeon Theſſalonicenſis ibidem: Τότε μὲν οὖν ἐν τῷ νάρθηκι ποιούμεθα τὰς λιτὰς, ὅτι κάτω καὶ εἰς τὴν ἡμῶν ἐσχατιὰν ἐλήλυθεν ὁ Σωτὴρ, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν ἱλεούμεθα, καὶ ὡς πρὸς τ̀ οὐρανίων πυλῶν τῶν τοῦ ἱεροῦ ναοῦ ἑςῶτες καθικετεύομεν· οὐ γὰρ ἄξιοι ἀτενίσαι εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, εἰ μὴ ἐπανελθόντες βοήσομεν, ἡμάρτομεν. Ὅτε καὶ αὐτὸς ἐξελθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ προσαντήσας εὐσπλάγχνως ἐπαγκαλίζεται. *Tunc itaq; in Narthece ſupplicationes peragimus, quod infrà, & ad noſtram extremitatem, deſcendit Salvator, ut in eo quoq; eum propitium reddamus, &, veluti ante portas cæleſtes, in portis ſacri templi ſtantes, exoremus: neque enim digni ſumus ad ſublimitatem cæli oculos dirigere, niſi reverſi clamemus, peccavimus. Tum cùm & ipſe exiens, ad nosq; perveniens, maxima cum commiſeratione amplectatur.* Ibi etiam ſtabant Pœnitentes. Theorianus in Legatione Armeniorum, pag. 154. Ὁρᾷς, ὅτι τοὺς τηλικούτῳ παραπεσόντας πτώματι τρία μόνα ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται ὁ κανὼν, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵςασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν. *Vides eos, qui in tale delictum prolapſi ſunt, ut tres tantùm annos Auſcultantium munus obire Canon præcipiat, extra nempe Eccleſiam ſtare in Narthece, & ſacras audire Scripturas.* Theorianus Narthecem extra Eccleſiam ponit; non quòd extra Eccleſiam ſit locus ſeparatus ſic dictus, ſed quòd ab Eccleſia propriè dicta, in qua ſacerdotes locum habent, ſeparetur. Ἀκροωμένους conſtitutos fuiſſe ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, patet ex iis, quæ ex Greg. Thaumaturgo, & Gabriele, Philadelphiæ Metropolita, ſub voce Ἀκρόασις adduximus. An verò Narthex antiquis temporibus extra Eccleſiam fuerit, nunc non diſputo. Potuit etiam extra Eccleſiam dici, quia à loco, qui verè Eccleſia eſt, & Eccleſia nuncupatur, diverſus. Quare de noſtrorum temporum Narthece, Gabriel Corinthius rectè dixit: Νάρθηξ λέγεται, ὅπου αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἵςανται. *Narthex dicitur, ubi mulieres in Eccleſia ſtant*, ἐν τῷ ἱερῷ, quod ſub Eccleſiæ etiam nomine intelligitur; quamvis verè Eccleſia non ſit, contiguus tamen Eccleſiæ, nec ab eo ſejunctus. Aliâs, quomodo, qui extra Eccleſiam erant, Scripturas, quæ intra Eccleſiam prope Bema legebantur, audire potuiſſent? Placet ſubjicere, quæ Morinus de Narthece habet, lib. VI. Cap. I. de adminiſtrat. Pœnitentiæ. *Nuſquam apud antiquos autores*, inquit, *Narthecis mentio fit. Antiqui enim Græci, ut & Latini, Eccleſias in duas tantùm partes diſtinxerunt, in* Aulam *ſive* A-

trium Laicorum, & Sanctuarium, *in quo conſiſtere Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis tantùm licebat.* Sanctuarium *non modò* ἱερατεῖον, *ſed ſæpiſſimè* βῆμα *vocârunt, ut & ἅγιον τῶν ἁγίων, quandoque etiam* ἄδυτα, ἀνάκτορον *&* ἱλαστήριον. *Uſurpari cœpit* Νάρθηξ *in Typicis & Euchologiis poſt annos à Chriſto nato quingentos. Tum enim Orientales Monachi cœperunt Eccleſias in tres partes dividere,* ἱερατεῖον, ναὸν, *&* νάρθηκα. *Pertinebat ad Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos* ἱερατεῖον: *ibi erat altare, ibi Liturgia celebrabatur.* Ναὸς *ſive* Templum *ad cæteros Clericos & Monachos pertinebat: ibi ſedebant & cantabant Monachi, & præcipua officia celebrabant: nonnulla enim in Narthece peragebant.* Narthex *autem dicebatur, quicquid Eccleſiæ ſupererat ad portas uſq; exteriores, quas etiam complectebatur. Ideò nonnulli duplicem fecerunt* νάρθηκα, *interiorem & exteriorem. In interiore Monachorum idiotarum, Laicorum fideliumq; & in inferiori parte uſq; ad Narthecem exteriorem, erat Catechumenorum & Pœnitentium ſubſtratorum locus. Ut autem* Sanctuarium *à Templo, tabulato aliquo, aut etiam muro dividebatur, in quo erant portæ, ab illis,* Sanctæ *dictæ; ita Templum à Narthece, in quo ſimiliter portæ erant, quas* ὡραίας, ſpecioſas, *vocant, quibus Templum cum Narthece communicabat.* Vide præterea Cl. Salmaſii Exercitationes in Solinum.

Νατάλιον.

Νατάλια ſunt *natales.* Balſamon ad Nomocanonem Photii, tit. VII. Cap. IV. pag. 84. Νατάλια δέ εἰσι τὰ τῶν βασιλέων γενέθλια, καὶ ἡ τούτων ἀναγόρευσις. *Natalia autem ſunt Imperatorum natalitia, eorumq; deſignatio.* Photius ipſe ibid. Εἰ φθάσῃ βασιλέως νατάλιον ἐν κυριακῇ ὑπερτίθεται τὸ θεώριον. *Si natalis Imperatoris in diem Dominicam incidat, differtur ſpectaculum.* Vide Cl. Meurſii. Vocatur aliâs *γενέθλιον.* Vide in Γενέθλιον, num. II. 2.

Ναυάγιον.

Ναυάγιον *propriè* eſt *naufragium: impropriè* de generali illa eluvione terrarum frequenter uſurpatur. Photius apud Oecumenium, in Cap. V. ad Romanos, pag. 284. κατακλυσμὸν vocat κοινὸν ναυάγιον, *commune naufragium.* Baſilius Seleucienſis, Orat. XIV. idem diluvium appellat οἰκουμενικὸν ναυάγιον, *univerſale naufragium.* Et Chryſoſtomus, Homil. XII. in Matth. pag. 78. κοινὸν ναυάγιον, *commune naufragium,* ut etiam loquitur Claudianus.

Νεκρολατρεία.

Non habent Lexica. Eſt *mortuorum cultus.* Cyrillus Alex. in Cap. XL. Jeſajæ, pag. 515. Νεκρολατρεία τοῦτο, καὶ ἕτερον οὐδέν. *Mortuorum cultus eſt, ac præterea nihil:* nempe ἐπιγράφειν ἀνθρώποις τὸ θεῶν ὄνομα, *deorum nomen hominibus tribuere.*

Νεκρός.

I. *Propriè* ſumitur, & notat eum, cujus anima ſeparata eſt à corpore, ita ut in hoc mundo vivere deſierit. Hoc ſenſu legitur I. Theſſal. IV. 16. Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, ἀναστήσονται πρῶτον, &c. *Et qui ſunt mortui in Chriſto, reſurgent primùm.* Ita enim potiùs vertendum, quàm cum Beza, *qui mortui fuerint in Chriſto,* οἱ ἀποθανόντες. Hos enim intelligit, qui in mortis ſtatu & conditione tunc deprehendentur Chriſtiani. Vulgata verſio: *Mortui qui ſunt in Chriſto,* οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Χριστῷ. Huc omnino pertinet, quod Auguſtinus de Civit. Dei lib. XX. Cap. IX. dicit, *fideles etiam defunctos ad Chriſti corpus pertinere.* Nec malè Caſtellio, *mortui in Chriſto,* id eſt, Chriſtiani. Sic enim Oecumenius & Theophylactus, Οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, τουτέστιν, οἱ πιστοί. *In Chriſto mortui, id eſt, fideles.* Et Theodoretus ad præſentem locum, pag. 377. Νεκροὺς τοὺς πιστοὺς λέγει, οὐ μόνον τοὺς τῷ εὐαγγελίῳ πεπιστευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν νόμῳ, καὶ τοὺς πρὸ νόμου διαλάμψαντας· τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἔφη, Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, &c. Mortuos *fideles dicit, non eos ſolùm, qui crediderunt Evangelio, ſed eos etiam, qui ante legem & ſub lege claruerunt: nam & hos fidei teſtimonio comprobatos dicit in epiſtola ad Hebræos, &c.* Confer quæ ſub verbo Ἀποθνήσκω de eodem loco habentur.

II. *Impropriè.* Ita vox accipitur Matth. VIII. 22. & Lucæ IX. 60. ubi Chriſtus juveni, patrem ſuum priùs ſepelire cupienti, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Qui de pietatis generibus ſcripſerunt,* inquit Servius ad Æneid. VI. *primum locum in ſepultura eſſe voluerunt,* Officii ergo id genus erga patrem maximè pium eſt, at cùm hunc juvenem hoc ipſum à regno gratiæ abſtraxiſſet, Chriſtus eum non quidem objurgat, ſed levi reſponſo officii ſui admonet. Vult patris funus poſthaberi, dum eodem tempore melioris longeque majoris negotii opportunitas daretur. Hinc ei dicit, Ἄφες τοὺς νεκροὺς, &c. Conſentiunt illa veterum, Τὴν γῆν τῇ γῇ καταλείπων, τὸν οὐρανὸν μεταρσίῳ γνώμῃ περιπόλει. *Relictâ terrâ, in ſublime elata mente cœlum intuere & luſtra.* Τοῖς θνητοῖς τὰ θνητὰ καταλείψωμεν. *Mortalibus mortalia relinquamus.* Sed quomodo νεκροὶ νεκροὺς ſepelire poſſunt?

a. Chryſoſtomus, Homil. XXVIII. in Matthæum, interroganti, *Cur Chriſtus noluerit patrem à filio ſepeliri?* reſpondet, Ὅτι καὶ οἱ ἐκεῖνο πληρώσαντες ἦσαν, καὶ οὐκ ἔμελλεν ἄταφος μένειν· καὶ τοῦτον τῶν ἀναγκαιοτέρων ἀπάγεσθαι οὐκ ἐχρῆν. *Quoniam neque pater inſepultus jacuiſſet, cùm ſepeliendi munus etiam alii quàm filius ſubire poſſent, & filium à rebus magis neceſſariis abduci non oportebat.*

b. Alii per νεκροὺς intelligunt τοὺς ἀπίστους, *infideles.* Ita idem Chryſoſtomus ibid. Εἰπὼν τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, δείκνυσιν ὅτι οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ νεκρός· καὶ γὰρ τῶν ἀπίστων, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἦν ὁ τετελευτηκώς. *Cùm* ſuos *dixit* mortuos, *oſtendit non fuiſſe ſuum hunc mortuum: unde, meâ quidem ſententiâ, infidelium quendam illius patrem fuiſſe, ſignificatur.* Ita etiam Theophylactus: Ἄφες τοὺς νεκροὺς, τουτέστι, τοὺς ἀπίστους, θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. *Sine mortuos, hoc eſt, infideles, ſepelire mortuos ſuos.*

c. Alii per νεκροὺς intelligunt *in peccatis mortuos,* qui dicuntur νεκροὶ τοῖς παραπτώμασι, *mortui in offenſis,* ad Epheſ. II. 1. & Coloſſ. II. 13. qui; ut inquit Photius apud Oecumenium in Cap. II. ad Epheſ. pag. 622. νεκροὶ, ὅσον πρὸς ἐνέργειαν ἀγαθοῦ τινος, *mortui ſunt, quantum ad operationem boni attinet.* Ad quem locum etiam Theophylactus, pag. 510. Νέκρωσιν οὐ τὴν σωματικὴν, τὴν ἐκ Θεοῦ Ἀδὰμ ἀρξαμένην, ἀλλὰ τὴν ψυχικὴν, τὴν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν συνισταμένην, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν, *mortem non corporalem ex Adamo propagatam, ſed animæ, à nobis ipſis conflatam, nempe peccatorum* intelligit. De morte impiorum ſpirituali actum in voce Θάνατος, num. II. 1. ſub lit. *b.* De hac morte verba Chriſti accipit Cyrillus Alexand. lib. XVI. de Adoratione, pag. 580. Ἄφες νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, νεκροὺς οἶμαι λέγων, τοὺς τὰ ἐν κόσμῳ φρονεῖν ἑλομένους, καὶ τῶν τῆς νεκρότητος ἔργων οὐκ ἀπεσχημένους. *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos, mortuos, ut exiſtimo, appellans eos, qui mundana ſapiunt, & ab operibus mortuis non abſtinent.*

d. Longè nimis petita eſt Theophylacti expoſitio, qui in Cap. IX. Lucæ, pag. 376. per θάψαι intelligit γηροτροφῆσαι ἄχρι καὶ ταφῆς, *nutrire in ſenectute*

uſq;

Digitized by Google

usque ad ſepulturam. Τὸ ἐπιμελείας ἀξιῶσαι ἄχρι καὶ τῆς ταφῆς, *curam gerere usque ad ſepulturam.* Rationem hanc addit: Ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ κοινῇ ὁμιλίᾳ οὕτως εἰώθαμεν λέγειν. Ὁ δεῖνα υἱὸς ἔθαψε τὸν πατέρα αὐτοῦ· οὐ τοῦτο λέγοντες, ὅτι μόνον ἔθαψεν αὐτὸν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἀγαθὸν ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐπεμελήσατο αὐτοῦ ἄχρι καὶ τῆς τελευτῆς, καὶ ταφῆς. *Quia etiam in communi ſermone ita dicere ſolemus: Ille filius ſepelivit patrem ſuum: non hoc dicentes, quòd eum tantùm ſepeliverit, & nihil boni aliud ei fecerit, ſed quòd diligentem ejus curam habuerit usque ad mortem & ſepulturam.*

NOTA. Qui dicantur Apocal. XIV. 13. νεκροὶ ἐν Κυρίῳ, explicatur in verbo Ἀποθνήσκω. Quid ſint νεκρὰ ἔργα, exponitur in voce Ἔργον, n. II. 3.

Νεκροτοκέω.

Non habent Lexica. *Fœtum mortuum enitor, pario.* Cæſarius Dial. II. interrog. CII. Νεκροτοκοῦσαι ὀλοφύρονται. *Fœtum mortuum enixæ lugent, plorant.*

Νεκροϛόλος.

Νεκροϛόλος eſt *elator funerum, pollinctor, libitinarius*, aliàs νεκροθάπτης. Oecumenius in Cap. V. Actor. pag. 28. Ἐπισημαντέον ἀπὸ τῆς ἐκφορᾶς τῶν νεκρῶν Ἀνανίου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ διὰ τῶν αὐτῶν νεκροϛόλων. *Notandum ab elatione mortuorum, nempe Ananiæ & uxoris ejus per eosdem pollinctores.*

Νεκρώσιμος.

Νεκρώσιμος reddi queat *emortualis.* Eucholog. pag. 209. Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς ἱερέα τελευτήσαντα. *Officium emortuale*, vel *funebre in mortuum ſacerdotem.* Τὸ νεκρώσιμον in Typico, pag. 7. eſt *Canticum in ſabbato paſſionis cani ſolitum*: aliàs vocatur κανὼν νεκρώσιμος. Vide in Κανών, num. IV.

Νέκρωσις.

Chryſoſtomus Homil. XI. in epiſt. ad Romanos, pag. 84. aliquot νεκρώσεως ſpecies enumerat.

I. *Propriè* νέκρωσις eſt ἡ τοῦ σώματος, καθ᾽ ἣν ὁ Ἀβραὰμ νεκρὸς ὢν, οὐκ ἦν νεκρός. *Mortificatio corporis, juxta quam cùm Abraham mortuus eſſet, non erat mortuus*, Matth. XXII. 32. ubi *Deus* dicitur *Deus* ζώντων, οὐ νεκρῶν, *viventium non mortuorum*, Mortuus eſt Abraham ſecundùm corpus, vivit ſecundùm animam.

II. *Impropriè.* Ita νέκρωσις eſt

1. Τῆς ψυχῆς, *animæ*, de qua Matth. VIII. 22. Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. De hoc loco actum in voce Νεκρὸς, num. II. De hac *mortificatione* idem Chryſoſtomus Homil. XVIII. in epiſt. ad Epheſios, pag. 852. Ὥσπερ τὸ σῶμα τότε νεκροῦται, ὅταν ἔρημον αὐτὸ καταλίπῃ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἡ ψυχή· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τότε νεκροῦται, ὅταν ἔρημον αὐτὴν καταλίπῃ τῆς οἰκείας ἐνεργείας. *Quemadmodum corpus tunc mortificatur, quando illud propria operatione deſtitutum relinquit anima: ita etiam anima tunc mortificatur, ſi eam propria operatione deſtitutam deſerit.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CLXXIX. lib. V. pag. 608. Νέκρωσιν χρὴ νοεῖν ψυχῆς τὴν κακοπραγίαν, οὐ τὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι ἀφανισμόν. *Per mortificationem animæ intelligi debet malitia, non ejus interitus & deſtructio.* Vide etiam in Θάνατος, num. II. ſub lit. *b.* & in Καθεύδω, num. II. 1.

2. Ἄλλη, καὶ ἐπαινετὴ νέκρωσίς ἐστιν ἡ διὰ τῆς φιλοσοφίας γινομένη. *Alia, & quidem laudabilis mortificatio eſt, quæ fit per philoſophiam*, de qua ad Coloſſ. III. 5. Νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*, id eſt, ut interpretatur Theodoretus, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω τοῦ φρονήματος ῥοπὴν. ἀντὶ τοῦ, μηκέτι τὸ σῶμα ἐνεργείτω τὴν ἁμαρτίαν, *Mentis inclinationem ad deteriora: pro eo quod eſt, corpus ampliùs peccatum non operetur.* Idem ad eundem locum in C. VII. Cantici, pag. 1081. Νεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς προσετάγμεθα, οὐχ ἵνα αὐτὰ τὰ μέλη παραδῶμεν τῷ θανάτῳ, ἀλλ᾽ ἵνα νεκρὰ ταῖς κακαῖς ἀποφήνωμεν ἐνεργείαις. *Mortificare membra quæ ſunt ſuper terram jubemur, non ut ea morte afficiamus, ſed ut mortua malis actionibus reddamus.*

3. *Quartam* tandem ſubjicit *ſpeciem*, ex qua præcedens fluat, nempe τὴν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, *eam quæ fit in Baptiſmo*: de qua ad Rom. VI. & ad Coloſſ. II. 12. Vide in Ἀνάστασις, num. II. 3. *b.* in Βάπτισμα, num. V. 1. *b.*

4. *Quintam* addere licet, quæ vocatur II. Corinth. IV. 10. νέκρωσις τοῦ Κυρίου, *mortificatio Domini.* Ad quem locum Chryſoſtomus Homil. IX. in II. ad Corinth. pag. 597. Τί ἐστιν ἡ νέκρωσις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ἣν περιέφερον; οἱ θάνατοι οἱ καθημερινοὶ, δι᾽ ὧν καὶ ἡ ἀνάστασις ἐδείκνυτο· εἰ γάρ τις ἀπιστεῖ, φησὶν, ὅτι ἀπέθανεν Ἰησοῦς, καὶ ἀνέστη, ἡμᾶς ὁρῶν τοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντας καὶ ἀνισταμένους, πιστευέτω λοιπὸν τῇ ἀναστάσει. *Quid eſt mortificatio Domini Jeſu, quam circumferebant? Quotidianæ mortes, per quas etiam reſurrectio commonſtrabatur. Si enim quis, inquit, non credit Jeſum mortuum eſſe, & reſurrexiſſe, cùm nos quotidie morientes & reſurgentes videt, credat deinceps reſurrectionem fore.* Eadem, pro more Theophylactus habet, pag. 358. Apud Cyrillum Alexandr. lib. XI. de Adoratione, pag. 407. Palladius interrogat, *quid mortificatio Domini Jeſu* ſit? Cyrillus reſpondet, Τὸ ἐκτεθνάναι μὲν κόσμῳ καὶ ἁμαρτίαις, ἱεράν τε καὶ ἁγίαν καὶ τὴν ὅτι μάλιστα φιλαπεχθῆ Θεῷ διαβιῶσαι ζωήν. *Mortuum quidem eſſe mundo & peccatis, divinam verò & ſanctam, Deoq; maximè gratam vivere vitam.*

Νεοβάπτιϛος.

Non habent Lexica. *Recèns baptizatus*: idem quod νεοφώτιϛος. Legitur apud Theophylactum ad I. Timoth. III. 6. Locum producimus in Νεόφυτος, num. II. 1.

Νεοκατήχητος.

Non habent Lexica. Eſt autem νεοκατήχητος, *catecheſi recèns imbutus, novitius.* Theophylactus ad v. I. Cap. I. epiſt. I. ad Theſſalon. pag. 680. ex Homil. I. Chryſoſtomi in eandem epiſtolam, dicit Paulum ſe neque *Apoſtolum, neque ſervum* appellare, διότι νεοκατήχητοι ἦσαν, καὶ οὐδέπω αὐτοῦ ἱκανὴν πεῖραν ἔλαβον, *eò quòd novitii erant*, nempe Theſſalonicenſes, *necdum ſufficientem ejus experientiam acceperant.* Tales Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. Cap. VI. pag. 98. vocat νεωστὶ κατηχημένους, καὶ νηπίους ἐν Χριστῷ, *qui recèns erant catechumeni, & adhuc infantes in Chriſto.*

Νεόκτιϛος.

Νεόκτιϛος *propriè* eſt, interprete Heſychio, νεοκαθίδρυτος, ἢ νεωστὶ κατεσκευασμένος, *recèns ædificatus, vel recèns conditus.* Deinde *impropriè* notat νεοφώτιστον, *recèns baptizatum* apud Nazianzenum, orat. X. pag. 169. νεόκτιστος ψυχὴ, ἣν τὸ πνεῦμα δι᾽ ὕδατος ἀνεμόρφωσεν. *Anima recèns creata*, id eſt, baptizata, *quam Spiritus per Baptiſmum reformavit.*

Νεόπλουτος.

Suidas: Νεόπλουτος, ὁ νεωστὶ πλουτῶν. *Nuper ditatus.* Vide Lexica vulgata. Eſt *dives ex paupere factus.* Hujus autem generis hominum major eſt pecuniarum cupiditas, quàm aliorum, quibus eſt ἀρχαῖος καὶ πα-

Digitized by Google

τροπαράδοτος πλοῦτος, ut ex ipſa notum eſt experientia, & indicat etiam Baſilius Cæſarienſis, Homil. VI. in Eclogis, pag. 43. eleganti hac utens comparatione: Ὥσπερ τοῖς μεθύουσιν ἀφορμὴ τοῦ πίνειν ἡ προσθήκη τοῦ οἴνου γίνεται· οὕτω καὶ οἱ νεόπλουτοι πολλὰ κτησάμενοι πλειόνων ἐπιθυμοῦσι, τῷ ἀεὶ προστιθεμένῳ τὴν νόσον τρέφοντες· καὶ περιτρέπεται αὐτοῖς ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἐναντίον· οὐ γὰρ εὐφραίνει αὐτοὺς τὰ παρόντα τοσαῦτα ὄντα, ὅσον λυπεῖ τὰ ἐνδέοντα, ἅπερ ἂν αὐτοὺς ἐλλείπειν ὑπόθωνται· δέον γὰρ αὐτοὺς εὐφραίνεσθαι καὶ χάριν ἔχειν, τοσούτων ὄντας εὐπορωτέρους ἐν ταῖς διαφοραῖς, καὶ ἀδυνατοῦνται, ὅτι ἑνός που ἢ δευτέρου τῶν ὑπερπλουτούντων ἀπολιμπάνονται. *Ut temulentos ad bibendum provocat frequens vini hauſtus; ſic & recèns ditati cùm multa acquiſierint, pluribus inhiant, eo ſemper quod additur morbum foventes. Eorum itaque ſtudium eis in contrarium vergit. Non enim adeò ipſos exhilarant ea, quibus abundant, ac triſtitiâ afficiunt illa, quæ ſibi deeſſe cenſent: lætari enim ipſos atque gratias agere cùm oporteret, quòd plurimis ſe cernant ditiores, iniquo animo ferunt, quòd uno vel altero è ditiſſimis inferiores relinquantur.*

Νεότευκτος.

Νεότευκτος, interprete Heſychio, eſt νεοποίητος, *nuper fabricatus, recens factus.* Apud Proclum de Fide, νεότευκτος καὶ καινὴ βλασφημία, *nuper fabricata & nova blaſphemia.*

Νεότης.

I. *Juventus ad peccandum proclivis eſt.* Chryſoſtomus Homil. IX. in I. ad Timoth. pag. 284. Ἄγριον ἡ νεότης πολλῶν δεομένη τῶν ἐπιστατούντων διδασκάλων, παιδαγωγῶν, ἀκολούθων, τροφέων· ἀγαπητὸν γὰρ μετὰ τοσαῦτα κατασχεθῆναι αὐτήν· καθάπερ τις ἵππος ἀδάμαστος, καθάπερ τι θηρίον ἀτίθασσον, τοιαῦτόν ἐστιν ἡ νεότης. *Juventus fera eſt, plurimiſque indiget inſtitutionibus, magiſtris, pædagogis, aſſeclis, atque nutritoribus. Votique res eſt, poſt adeò exactam diligentiam, eam continere poſſe, non ſecus quàm equus quidam indomitus, veluti fera bellua: talis juventus eſt.* Idem Homil. I. ad populum Antiochenum, tom. VI. pag. 451. Χαλεπὸν ἡ νεότης, εὐρίπιστον, εὐεξαπάτητον, εὐόλισθον καὶ σφοδροτέρου δεῖται τοῦ χαλινοῦ· πυρὰ γάρ τις τῶν ἔξωθεν ἐπιλαμβανομένη ῥᾳδίως, καὶ ἐκκαιομένη ταχέως. *Difficilis res eſt juventus, inſtabilis, deceptu facilis, lubrica, & vehementiori indiget fræno: pyra enim quædam eſt exteriora apprehendens omnia, facileque ac celeriter ſuccendens.* Idem in laudatione Theclæ: Εὐκατάπρηστος ἡδοναῖς ἡ νεότης, ὡς ἐλαιωδεστέρα πρὸς ἔξαψιν, ὡς πρὸς πόνους σωφροσύνης τρυφερωτέρα. *Facilè voluptatibus juventus incenditur, quippe quæ pinguior olei in morem & aptior ſit ad inflammationem, ut ad temperantiæ labores delicatior.* Iterum Homil. LIX. in Geneſin, Ἡ νεότης καὶ καθ' ἑαυτὴν εὐόλισθόν ἐστι πρᾶγμα καὶ ὀξύῤῥοπον πρὸς κακίαν. *Juventus naturâ ſuâ res lubrica eſt, & ad malitiam propenſa.* Theodoretus ad v. 9. Pſal. CXIX. pag. 881. Εὐρίπιστος ἡ νεότης, καὶ πρὸς κακίαν ὀξύῤῥοπος· διαφόροις γὰρ παθημάτων περικλύζεται κύμασι. *Volubilis eſt juventus & ad malum prona: variis enim perturbationum undis circumfunditur.*

II. *Juventus res eſt contemtui expoſita.* Herodianus de Marco Imperatore, Ὑπώπτευε μὴ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ καταφρονήσαντες, ἐπιθῶνται αὐτῷ. *Metuebat, ne ætatem ejus;* Commodi filii ſui; *contemnentes inſidias ei ſtruerent.* Anonymus de anonymo apud Suid. in Ὑποκατακλίνεται. Καταφρονηθεὶς ὡς παῖς ἔτι τὴν ἡλικίαν. *Contemtus, ut adhuc ætate puer.* Suetonius de Domitiano, *Sperni -- juventam ſuam videns.* Juſtinus lib. XXX. *Contemta parvula filii ejus ætate.* At monet Apoſtolus I. Timoth. IV. 12. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.*

Haud dum provectos fac penſes laudibus annos,
Flore ævi juvenis, ſis gravitate ſenex.

Ita gere te, ut cum Hæmone Sophocleo dicas,

— — — Εἰ δ' ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

Etſi autem ego ſim juvenis, non ad tempus potiùs quàm ad opera reſpiciendum. Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 481. Θέλεις μὴ καταφρονεῖσθαι κελεύων, ἔμψυχος γενοῦ νόμος· δεῖξον ἐν σαυτῷ τὸ τῶν νόμων κατόρθωμα, ἔχε τὸν βίον μαρτυροῦντα τῷ λόγῳ. *Si non vis contemni ſic præcipias, animata lex eſto: perfectum legis opus exhibe in te ipſo: vitam age, quæ ſermoni ferat teſtimonium.* Et Theophylactus pag. 775. Ἐπειδὴ ἡ κοινὴ πρόληψις εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα ἡγεῖται τὴν νεότητα, φησὶν αὐθεντικώτερον παράγγελλε, καὶ μηδείς σου καταφρονείτω· δεῖ γὰρ καὶ ἀκαταφρόνητον εἶναι τὸν διδάσκαλον. *Quia communis opinio contemtibilem rem putat adoleſcentiam, præcipe, inquit, majori cum autoritate, oportet enim non contemtibilem eſſe præceptorem.* Ex hoc Apoſtoli loco Ignatius ad Magneſios, pag. 50. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου, -- οὐ πρὸς τὴν φαινομένην ἀφορῶντας νεότητα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐν Θεῷ φρόνησιν. *Et vos decet non contemnere ætatem Epiſcopi -- non reſpicientes ad eam, quæ videtur, adoleſcentiam, ſed ad prudentiam, quam habet in Deo.* Rationem addit, Ἐπείπερ οὐκ οἱ πολυχρόνιοι εἰσὶ σοφοί, οὐδὲ οἱ γέροντες ἐπίστανται σύνεσιν, ἀλλὰ πνεῦμα ὅ ἐστι ἐν βροτοῖς. *Nec enim annoſi, ſapientes continuo ſunt, neque ipſi ſenes intelligentiam poſſident, ſed ſpiritus, qui in hominibus eſt.* Huc pertinet illud Anonymi:

Mente ſenex eſto, docili florente juventa.

Et illud Ovidii:

Acta ſenem faciunt: hæc numeranda tibi.

Menander:

Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,
Ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων.

Non cani faciunt ſapientem, ſed quorundam mores naturâ ſenes ſunt:

Plautus:

Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia.

D. Ambroſius offic. lib. II. Cap. XX. de B. Johanne Evangeliſta: *Juvenem ſua voce, licèt meritis & ſapientiâ nulli fuerit ſeniorum ſecundus: erat enim in eo ſenectus venerabilis morum, & cana prudentia.* Idem III. de Virgin. *Certè Theclam non ſenectus, ſed virtus probavit, &c. Omnis ætas habilis Deo, perfecta Chriſto eſt: denique non virtutem ætatis appendicem dicimus, ſed virtutis ætatem.* Chryſoſtomus in Pſal. LI. Πολιὰ οὐ τρίχες λευκαί, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετή. *Canicies non ſunt cani, ſed animæ virtus.* Vide etiam in Νεόφυτος, num. II. 1.

Νεότρωτος.

Afferunt Lexica ex Etymolog. *Recèns, ſeu nuper vulneratus.* Baſilius Cæſar. Homil. I. in Pſalmos, pag. 125. de libro Pſalmorum: Τά τε παλαιὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἐξιᾶται, καὶ τῷ νεοτρώτῳ ταχεῖαν ἐπάγει τὴν ἐπανόρθωσιν. *Vulnera animarum perſanat, quantalibet vetuſtate occalluerint: vulneri recèns inflicto celerem affert medelam.*

Νεοττοκομέω.

Non habent Lexica. Eſt autem νεοττοὺς κομέω, *pullos alo,* vel *curo.* Pro eo Græci etiam dicunt νεοττοτροφέω. Cyrillus Alexandr. in Cap. XXXI. Jeſajæ, pag. 439. Νεοττοκομοῦσιν ἐν τοῖς ὄρεσι πτηνά. *Volucres pullos ſuos curant in montibus.*

Νεουργέω.

Non habent Lexica. Eſt à νεουργὸς, quod præter alia, juxta Suidam, νεωστὶ εἰργασμένος, *recèns factus.* Ipſum verbum uſitatum Theodoreto *de regeneratione.*

Ad

Digitized by Google

Ad v. 2. Cap. XII. ad Romanos, pag. 95. νεουργεῖν τὸν λογισμὸν, *rationem renovare.* Ad v. 13. Cap. XII. epiſt. I. ad Corinthios, pag. 181. Ὑφ' ἑνὸς ἅπαντες ἀνεκαινίσθημεν πνεύματος, τῆς αὐτῆς ἅπαντες ἐν τῷ βαπτίσματι δωρεᾶς ἀπηλαύσαμεν. *Omnes ab uno Spiritu renovati ſumus, iidem omnes in Baptiſmo accepimus.* Et ad v. 5. Cap. III. ad Titum, pag. 514. Φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος ὁ δεσπότης, διὰ τοῦ μονογενοῦς τῶν προτέρων ἡμᾶς κακῶν ἠλευθέρωσε, τῷ μὲν σωτηρίῳ βαπτίσματι τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῖν χαρισάμενος ἄφεσιν, καὶ ἀνακτίσας ἡμᾶς καὶ ἀνεγεννήσας, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς ἀξιώσας, τὴν δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐπιδείξας ὁδόν. *Benignitate uſus Dominus, per unigenitum nos à malis prioribus liberavit, per ſalutarem quidem Baptiſmum nos denuo creans ac renovans, & Spiritus dono impertiens, viam autem juſtitiæ oſtendens.*

Νεοφανής.

Non habent Lexica. Eſt νεωςὶ φαινόμενος, *nuper ortus.* Theophylactus in Cap. VIII. Marci, pag. 230. *de Herodianis:* Διδάσκαλοί τινες νεοφανεῖς, οἵτινες ἔλεγον ὅτι ὁ Ἡρώδης ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι τούτῳ δεῖ πιστεύειν. *Erant doctores quidam nuper orti, dicentes Herodem eſſe Chriſtum, & illi eſſe credendum.*

Νεόφυτος.

I. Νεόφυτος eſt *recens plantatus, nuper inſitus.* Suidas: Νεόφυτον, τὸ νεωςὶ φυτευθέν. *Recens, vel nuper plantatum, inſitum.* Veteres: Νεόφυτον, *novellum.* Νεόφυτος, *novellus, novella.* Aliæ: *Novelletum,* νεόφυτον. Ita etiam vetus Onomaſticon. Νεόφυτον δένδρον, *planta novella,* apud Chryſoſtomum Homil. LXI. tom. V. Edit. Pariſ. pag. 813.

II. *Metaphorice* νεόφυτος eſt

1. *Novitius;* is, qui ad fidem recens converſus eſt. Ita ſumitur ab Apoſtolo I. Timoth. III. 6. ubi vult non eſſe eligendum Epiſcopum νεόφυτον. Vetus interpres vocem Græcam retinet: Eraſmus & Beza *novitium* reddunt. Verba Apoſtoli adducit Canon II. Concilii Nicæni, qui prohibet, eum protinus fieri Epiſcopum, qui nuper ex Gentiliſmo Chriſtianam religionem ſit amplexus, per Baptiſmum Eccleſiæ Dei inſitus, inque doctrina nondum ſatis confirmatus, nec in vita ſufficienter probatus. Idem prohibet Juſtinianus Novell. CXXIII. Cap. I. ne forte objiciatur illud Gregorii Nazianzeni in orat. funebri Athanaſii Alexandriæ Epiſcopi; Ὁμοῦ τε μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς εὐσεβείας, χθὲς ἱερόσυλοι, καὶ σήμερον ἱερεῖς· χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω, καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον. *Simul diſcipuli & præceptores pietatis, heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie præſules myſteriorum.* Et illud Hieronymi, *Heri catechumenus, hodie Pontifex.* Intelligi autem apud Apoſtolum *recens ad fidem Chriſtianam converſum,* docent uno ore veteres. Chryſoſtomus Homil. X. in I. ad Timotheum: Οὐ τὸν νεώτερον ἐνταῦθα λέγει ἀλλὰ τὸν νεοκατήχητον. *Non juniorem natu dicit, verùm eum, qui nuper in fide eſt inſtitutus.* Eodem modo Theophylactus, qui addit: Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἐθνῶν προσῄεσαν καὶ ἐβαπτίζοντο, μὴ εὐθέως, φησὶ, νεοβάπτιστος εἰς τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν ἀγέσθω. *Quia enim ex Græcis ad fidem accedebant, & baptizabantur, non ſtatim, inquit, recens baptizatus ad tantum principatum ducatur.* Ita etiam Oecumenius, pag. 750. Et verſio in vulgarem linguam Græcam pro νεόφυτος, habet νεοκατήχητος. Teſtatur Pricæus, Gloſſas MSS. ad hunc Pauli locum in Medic. Biblioth. habere, Νεόφυτον, προσήλυτον. *Novitiolam paraturam,* de recens factis Chriſtianis, Tertullianus Cap. XLVII. Apologetici dixit. Iterum Chryſoſtomus in Cap. III. Jeſajæ: Apoſtolus νεόφυτον vocat οὐ τὸν νέον τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ τὸν νεωςὶ φυτευθέντα, τουτέστι, κατηχηθέντα· φυτεῦσαι γὰρ τὸ κατηχῆσαί φησι καὶ διδάξαι· ὥσπερ ὅταν λέγῃ, ἐγὼ ἐφύτευσα, &c. *non juvenem ætate, ſed nuper plantatum, id eſt, in religione inſtitutum:* plantare *enim dicit pro in religione inſtituere, & docere: ut cùm dicit.* I. Corinth. III. 7. *Ego plantavi,* &c. Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 476. Νεόφυτον τὸν εὐθὺς πεπιστευκότα καλεῖ. Ἐγὼ γὰρ, φησιν, ἐφύτευσα· οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπέλαβον, τὸν νέον τῆς ἡλικίας ἐκβάλλει· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Τιμόθεος, πρὸς ὃν ταῦτα γέγραφε, νέος ὢν ἔτι τοὺς νόμους τούτους ἐδέχετο. *Νεόφυτον appellat eum, qui jam primùm credidit. Ego enim, inquit, plantavi. Non enim, ut exiſtimant nonnulli, teneram ætatem excludit. Beatus enim Timotheus, ad quem hæc ſcripſit, adhuc adoleſcens has leges accepit.* Vide ibidem plura. Balſamon ad Can. X. Sardicenſem, pag. 866. Νεόφυτος παρὰ τῷ ἀποστόλῳ ὁ νεοφώτιστος λέγεται. *Apud Apoſtolum νεόφυτος dicitur recens baptizatus.* Ad eundem Canonem Zonaras pag. 374. Ὁ κλεινὸς ἀπόστολος Παῦλος νεόφυτον, τὸν ἄρτι ἐξ ἀγριελαίου τῆς ἀπιστίας, πρὸς καλλιέλαιον μετεγκεντρισθέντα, τὴν πίστιν δηλαδὴ τὴν ὀρθόδοξον λέγει. *Inclytus Apoſtolus Paulus νεόφυτον illum appellat, qui nuper admodum ex oleaſtro incredulitatis, in veram oleam, fidem nimirum orthodoxam, inſitus eſt.* Huc etiam facit illud Chryſoſtomi lib. II. de Sacerdotio, tom. VI. pag. 14. Οὐ χρὴ τὴν σύνεσιν ἡλικίᾳ κρίνειν, οὐδὲ τὸν πρεσβύτην ἀπὸ τῆς πολιᾶς δοκιμάζειν, οὐδὲ τὸν νέον πάντως ἀπείργειν τῆς τοσαύτης διακονίας· ἀλλὰ τὸν νεόφυτον πολὺ δὲ ἀμφοτέρων τὸ μέσον. *Non oportet prudentiam ætate metiri, neque ſenem canitie probare, neque juvenem arcere ab hujusmodi miniſterio, ſed novitium. Maximum eſt autem inter utrumque diſcrimen.* Confer, quæ ſub voce Νεότης, num. II. notata ſunt, & adde hæc Ignatii ex epiſt. ad Magneſios, p. 51. Οὐ τὸ νέον εὐκαταφρόνητον, ὅταν Θεῷ ἀνακείμενον ᾖ, ἀλλ' ὁ τὴν γνώμην μοχθηρὸς, κἂν πεπαλαιωμένος ᾖ ἡμερῶν κακῶν. *Adoleſcentia non eſt contemnenda, quando Deo dedita conſecrataque fuerit; verùm is contemnendus, qui pravo eſt animo, tametſi malorum dierum plenus conſenuerit.* Hic tamen nec illud prætereundum, D. Ambroſium, ne quidem νεόφυτον, necdum baptiſmo initiatum, ſed adhuc Catechumenum, à profana præfectura ad Epiſcopatum, communi populi Mediolanenſis ſuffragio electum fuiſſe, ejusque electionem totius Eccleſiæ judicio, & Valentiniani Imp. conſenſu approbatam fuiſſe, ut ſcribit Ruffinus lib. II. Hiſt. Eccleſ. Cap. XI. & Theodoretus lib. IV. pag. 666. Sed hæc Ambroſii electio divinæ potiùs, quàm humanæ juſſioni tribuenda eſt, ut teſtatur Nicolaus I. P. R. in epiſtola ad Photium Patriarch. Conſt. quæ inter Acta Concilii VIII. Oecumenici exſtat: Ἀμβρόσιον, inquit, τὸν ἐκ κατηχουμένου θείᾳ ἀποκαλύψει πρὸς ἐπισκοπὴν ἀναχθέντα οὐ χρὴ προσφέρειν ὑμᾶς· ἀρκεῖ γὰρ ἐκεῖ ἡ θεία, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνη κέλευσις. *Ambroſium ex catechumeno divina revelatione ad Epiſcopatum promotum, nihil eſt quòd exempli causâ proferatis, etenim ibi ſufficit divina, non humana juſſio.* Sic Valentinianus Imp. hanc electionem confirmans, apud Ruffinum loco citato, ait, *Dei eſſe, quòd diſcordantem populi fidem & animos diſſidentes converſio ſub ita in unum conſenſum, atque in unam ſententiam revocaret:* aut, ut refert Theodoretus, παντὸς κανόνος ἀκριβεστέρας τὰς ψήφους, καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον ἐκ τῆς τῶν τἀναντία φρονούντων συμφωνίας, *ipſa ſuffragia omni canone certiora, divinumque eſſe ſuffragium ex diſſidentium concordia.* Sic Syneſius Epiſt. LXVII. Χάριτος θείας ἐστὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐξομιλῆσαι. *Gratiæ divinæ eſt homines in eandem trahere ſententiam.* Atque illud ipſum eſt, quod ait Canon LXXX. qui dicitur Apoſtolorum: Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα,

Digitized by Google

lib. IV. Thebaid. v. 849. 850. & l. V. Sylvar. Carm. I. v. 133. *Nubem armorum, & pulveream bellorum nubem*, ob armorum, armatorumque copiam, bellum nuncupavit. Sic *Nubes ſagittarum* apud Heliodorum lib. IX. & *Nubes telorum* apud Silium lib. IX. Apud Chryſoſtomum, Homil. XLIV. tom. V. pag. 292. νέφος βελῶν. Verba ejus ſunt: Ὁ ϛρατιώτης τραύματα φέρει, καὶ νέφη βελῶν ἀποδέχεται, καὶ λιμὸν ὑποφέρει, &c. *Miles fert vulnera, jaculorum nubem excipit, famem tolerat*, &c. Non omittendus Heſychius, apud quem: Νέφος, σκότος, ἀχλὺς, ἄθροισμα, πλῆθος, ἀὴρ πεπυκνωμένος. *Nubes, tenebræ, caligo, agmen, multitudo, aër concretus.* Sed redeamus ad locum Apoſtoli. In illum doctè Calvinus: *Nubis nomine ſanctorum multitudo metaphoricè deſignatur. Denſum enim raro opponitur. Si pauci eſſent numero, tamen ſuo exemplo incitare nos deberent: ſed ubi ingens eſt turba, acriores ſtimulos addere nobis debet.* Optimè Piſcator, νέφος μαρτύρων, *tantum agmen teſtium, quod eſt velut denſa Nubes.* Et Eraſmus: *Nubem vocat ingentem multitudinem & turbam teſtium.* Bullingerus: *Nubem vocavit ingentem vim & copiam.* Ita ex veteribus Theodoretus, pag. 453. in Epiſt. ad Hebræos: Πάντοθεν ἡμῖν, φησι, τὰ τῆς εὐσεβείας ἀρχέτυπα πρόκειται, καὶ πλῆθος τοσοῦτον, νέφος μιμούμενον τῇ πυκνότητι, μαρτυρεῖ τῇ δυνάμει τῆς πίστεως. *Pietatis*, inquit, *exempla nobis undique ſunt propoſita; & tanta multitudo, nubem æquans denſitate, fert fidei potentiæ teſtimonium.* Argutius eſt paulò, quod Chryſoſtomus, Homil. XXVIII. in Epiſt. ad Hebræos ſcribit: Πολλαχοῦ ἡ γραφὴ τὴν παραμυθίαν λαμβάνει τὴν ἐν τοῖς κακοῖς ἀπὸ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων· ὡς ὅταν λέγῃ ὁ προφήτης, ἀπὸ καύματος καὶ ἀπὸ σκληρότητος, καὶ ὑετοῦ ῥύσεταί σε. - - Τοῦτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα λέγει, ὅτι ἡ μνήμη τῶν ἁγίων ἐκείνων, ὥσπερ νέφος τὸν φλεγόμενον ὑπὸ ἀκτῖνος θερμοτέρας σκιάζει· οὕτω τὴν ὑπὸ τῶν κακῶν καταπεπονημένην ἀνίστησι καὶ ἀνακτᾶται ψυχήν. *Scriptura ſæpe accipit conſolationem in malis è rebus quæ accidunt: ut quando dicit Propheta*, Ex æſtu & duritie, & imbribus eruet te. - - *Hoc igitur etiam hic dicit, quòd illorum ſanctorum recordatio, ſicut nubes eum, qui uritur à calidiore radio, opacat: ita excitat & recreat animam, quæ malis laborat. Propterea non dixit* ὑπεραιωρούμενον ἡμῶν, *ſupernè expanſam ſuper nos*, ἀλλὰ περικείμενον ἡμῖν, *ſed undique circumjectam nobis*, ὥστε δηλῶσαι διὰ τούτου, ὅτι περικείμενον κύκλῳ, ἐν μείζονι ἀδείᾳ εἰκότως εἶναι ποιήσει, *ut per illud oſtenderet, quòd nos undique cingeret, ut ſimus magis ſecuri.* Et Theophylactus: Ἐπεὶ καύσωμα εἶχον αὐτοὶ τῶν θλίψεων, ὥσπερ τις νεφέλη, φησὶν, μνήμη τῶν μαρτύρων ἀναψύξει ὑμᾶς πάντοθεν περιέχουσα. *Quoniam ipſi afflictionum æſtu premebantur, teſtium, inquit, memoria inſtar nubeculæ cujuſdam undique ambientis vos refocillabit.* Verùm hæc minimè quadrant. *Nubes* enim, vel *nebula* potiùs ſive *caligo*, undique circumfuſa, tantùm abeſt ut majorem præſtent ſecuritatem, ut periculo potiùs erroris exponant, & latronum ferarumque vel inſidiis, vel incurſibus objiciant. Alia exempla tum profana, tum ſacra qui deſiderat, conſulat Adverſ. ſacror. Gatakeri Cap. II. & Feſſelii lib. I. Cap. XIV.

Νήπιος.

I. *Explicatio Nominis.* Νήπιος, *infans* ſumitur *impropriè*, & notat

Hominem imperitum: quales à ſuperbis Judæis habebantur cæteræ gentes, ad Rom. II. 20. Ubi Theophylactus: Ὅταν λέγει, ὁδηγὸν τυφλῶν, διδάσκαλον νηπίων, καὶ τὰ λοιπὰ, τὸν τῦφον αὐτῶν καταλέγει. Οὕτω γὰρ ἐκάλουν ἑαυτοὺς, ὁδηγοὺς, φῶς, καὶ παιδευτάς· τοὺς δὲ ἐξ ἐθνῶν προσηλύτους, ἐν σκότει, καὶ νηπίους, καὶ ἄφρονας. *Cùm dicit*, ducem cæcorum, magiſtrum infantium, *idque gentium alia, faſtum eorum recenſet. Ita enim vocabant ſemetipſos, duces, lumen & eruditores: iſtos autem, qui ex gentibus ad Judaiſmum acceſſerant, in tenebris agentes, & infantes, & amentes appellabant.* Ita apud Homerum νήπιος ponitur *pro homine imperito*, qui nullo pollet judicio, Il. ϐ. v. 38.

Νήπιος· οὐδὲ τὰ ᾔδη, ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα.

Stultus: neque ea ſciebat quæ Jupiter moliebatur opera.

Ad hæc vetus Scholiaſtes: Νήπιος· ἄφρων, ἀνόητος. *Infans: amens, ſtultus.* Et Il. έ. v. 406.

Νήπιος οὐδὲ τόγ' οἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱός.

Nec animo complectitur hoc parùm prudens Tydei filius.

Hic rurſus Scholiaſtes νήπιον, interpretatur ἄφρονα, ὀλιγόφρονον, *amentem, parùm callentem.* Vide etiam Odyſſ. δ΄. v. 31, 371, 818. Ita νήπιος ad Hebr. V. 13. notat *rudem in cognitione myſteriorum ſalutis*: Πᾶς ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστι. *Cui cum lacte res eſt is rudis eſt ſermonis juſtitiæ: infans enim eſt.* Ad hæc Theophyl. Ὁ μετέχων ταπεινῶν καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως λόγων, τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀξίους Χριστοῦ λόγους οὐ δέχεται, οἷα νήπιος ὢν, τούτων ἀπαράδεκτος. *Qui particeps eſt humilium de incarnatione ſermonum, verba ſublimia Chriſtoque digna non admittit, utpote qui infans eſt, atque iſta capere nequit.* Ad Galatas IV. 3. dicit Apoſtolus, ὅτε ἦμεν νήπιοι, *cum eſſemus parvuli.* Ubi, ut interpretatur Theophylactus, νήπιοι, οὐ τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τῇ περὶ Θεοῦ γνώσει. *Parvuli, non ætate, ſed Dei cognitione.* Νήπιοι notant eos, qui mundanæ & carnalis ſapientiæ expertes ſunt, Matth. XI. 25. & Lucæ X. 21. Theophylactus ad poſteriorem locum, pag. 382. Νηπίους ὀνομάζει τοὺς οἰκείους μαθητὰς ὁ Κύριος, οἷα μὴ νομομαθεῖς ὄντας, ἀλλὰ τοὺς πλείους ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῶν ἁλιέων συνηρανισμένους· ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς ἁπλοϊκοὶ, νήπιοι ἂν κληθεῖεν. Parvulos *nominat Dominus ſuos diſcipulos, utpote qui in lege docti non erant, ſed plerique ex turba & piſcatoribus congregati. Verùm tamen* parvuli *etiam dici potuerunt, ob puerilem ſimplicitatem.* Ad poſteriorem interpretationem referri poſſunt illa Auguſtini in Pſal. LXXVII. qui de Lege Dei loquens, *Quod infunditur*, inquit, *concavo humilitatis excipitur, eminentiâ tumoris expellitur.* Euthymii item ad Angeli Lucæ II. ea, Annuncio vobis gaudium: *Scribis & Phariſæis non annunciavit hoc gaudium: cùm enim perverſi eſſent & invidi, non erant credituri: ſed paſtoribus, qui verſutiâ & invidia carebant.* Vide notata ad verbum Ἀποκρύπτω. Adde etiam Heſychium, apud quem, Νήπιος, ἀνόητος, ἄφρων. *Infans, amens, ſtultus.* Eadem apud Suidam leguntur. Huc etiam faciunt verba Clementis Alexandrini Pædag. lib. I. Cap. VI. pag. 96. Νηπίους ἡμᾶς ὁ παιδαγωγὸς καὶ διδάσκαλος ἀποκαλεῖ, τοὺς τῶν ἐν κόσμῳ σοφῶν ἐπιτηδειοτέρους εἰς σωτηρίαν. Infantes *nos pædagogus & magiſter appellat, qui ſapientibus, qui ſunt in mundo, ſumus aptiores ad ſalutem.* Et mox: Ἄρα εἰκότως οἱ παῖδες τοῦ Θεοῦ, οἱ τὸν μὲν παλαιὸν ἀποθέμενοι ἄνθρωπον, καὶ τῆς κακίας ἐκδυσάμενοι τὸν χιτῶνα, ἐπενδυσάμενοι δὲ τὴν ἀφθαρσίαν τοῦ Χριστοῦ, ἵνα καινὸς γενόμενος λαὸς ἅγιος ἀναγεννηθέντες, ἀμίαντον φυλάξωμεν τὸν ἄνθρωπον· καὶ νήπιος μὲν ὡς βρέφος τοῦ Θεοῦ κεκαθαρμένος πορνείας καὶ πονηρίας. *Meritò Dei ſumus pueri, qui veterem quidem hominem depoſuerunt, & vitii tunicam exuerunt, Dei autem incorruptionem induerunt, ut novus facti populus ſanctus, regenerati impollutum hominem cuſtodiamus. Et infans quidem eſt, tanquam Dei puellus qui à fornicatione & improbitate eſt expurgatus.*

II. *Proprietates* infantium ſunt,

1. *Quòd infantes & pueruli rerum omnium ſint ignari*: unde denotantur per eos, *qui non nôrunt diſcrimen inter dextram ſuam & ſiniſtram ſuam.* Jonæ IV. 11. Ad quem locum Theodoretus notat, p. 808. *quoſdam* ἐπὶ ἀπλότητος ταῦτα ἐξειληφέναι, *de ſimplicitate hæc accepiſſe:* ἐμοὶ δὲ

διοκεῖ τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων νέων αἰνίττεσθαι. *Mihi verò multitudinem inhabitantium juniorum innuere videtur.* Dicit intelligi eos, οἷς διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας οὐ τῆς δεξιᾶς καὶ ἀριστερᾶς χειρὸς ἡ γνῶσις ἐνετέθη. *Qui per ætatem nec ſiniſtram manum, nec dextram nôrunt.* Οὐκ οἴδασιν ἀγαθὸν ἢ κακὸν, *neſciunt diſcernere bonum, aut malum,* Deuteron. I. 39. diſcernere enim bonum & malum, adultorum eſt, ad Hebr. V. 14. Vide in Αἰσθητήριον, n. II. Telemachus apud Homerum Odyſſ. υ'. v. 310.

-- Ἤδη γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα,
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα.
-- *Jam enim intelligo, & ſcio ſingula,*
Bonáque, & pejora: antea autem infans eram.

Atque adeò *infantes* dicuntur, *qui loquuntur, ſentiunt, ratiocinantur, ut infantes; ſed, poſtquam facti ſunt adulti, abjiciunt ea, quæ ſunt infantis,* I. Corinth. XIII. 11. Theodoretus ad hunc locum, pag. 187. Οἱ μετὰ τὴν τελείαν ἡλικίαν ἀγχινοίᾳ καὶ συνέσει κοσμούμενοι, τῆς μειρακιώδους οὐ προσδέονται γνώσεως· ἀπείκασε τοίνυν τὴν μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου διδομένην ἡμῖν γνῶσιν τῇ τῶν νηπίων γνώσει, τὴν δὲ γε προσδοκωμένην, τῇ τῶν τελείων ἀνδρῶν. *Qui poſt perfectam ætatem ingenii ſubtilitate & prudentiâ exornantur, puerili cognitione non indigent. Aſſimilavit ergo cognitionem, quæ nobis in præſenti vita data eſt, puerorum cognitioni: eam autem quæ exſpectatur, cognitioni virorum perfectorum.* At Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. Cap. VI. pag. 97. per νήπιον intelligit legali doctrinæ adhærentem, per ἄνδρα verò, doctrinam Chriſti amplexum. Verba ejus ſunt: Νηπίους μὲν τοὺς ἐν νόμῳ λέγει, οἱ τῷ φόβῳ, καθάπερ οἱ παῖδες τοῖς μορμολυκείοις, ἐκταράττονται· ἄνδρας δὲ τοὺς λόγῳ πειθηνίους καὶ αὐτεξουσίους κέκληκεν. *Infantes quidem dicit eos, qui ſunt in lege, qui non ſecus ac larvis pueri, timore perturbantur. Viros autem, qui verbo parent, & ſui arbitrii ſunt, vocavit.* Paulò antè: Τὸ, ὅτε ἤμην νήπιος, ἐφρόνουν ὡς νήπιος, ἐλάλουν ὡς νήπιος, τὴν κατὰ νόμον ἀγωγὴν αἰνίττεται, καθ' ἣν οὐχ ὡς ἁπλοῦς ἤδη, ἀλλ' ὡς ἔτι ἄφρων, νήπια μὲν φρονῶν, ἐδίωκε, νήπια δὲ λαλῶν, ἐβλασφήμει τὸν λόγον. *Illud,* Quando eram infans, cogitabam ut infans, loquebar ut infans, *quam ſub lege egit vitam ſignificat, in qua non ut jam ſimplex, ſed ut adhuc inſipiens, puerilia quidem animo cogitans perſequebatur: puerilia autem loquens, blaſphemiis & maledictis Verbum inceſſebat.* Item mox: Ὅτε ἤμην νήπιος, τουτέστιν, ὅτε ἤμην Ἰουδαῖος· Ἑβραῖος γὰρ ἄνωθεν ἦν· ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ἐπειδὰν εἱπόμην τῷ νόμῳ· ἐπεὶ δὲ γέγονα ἀνὴρ, οὐκέτι τὰ τοῦ νηπίου, τουτέστι, τὰ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἀνδρὸς φρονῶ, τουτέστι, τὰ τοῦ Χριστοῦ, ὃν μόνον ἄνδρα ἡ γραφὴ καλεῖ. Quando eram infans, *hoc eſt, quando eram Judæus, (erat enim à prima ſua origine Hebræus) cogitabam ut infans, quoniam ſequebar legem: poſtquam autem factus ſum vir, non ampliùs quæ ſunt infantis, hoc eſt, quæ ſunt legis, ſed quæ ſunt viri, cogito: hoc eſt, quæ ſunt Chriſti, quem ſolum* virum *ſcriptura vocat.* Quamvis autem hæc expoſitio non ſit prorſus rejicienda, prior tamen, quæ etiam Chryſoſtomi & Theophylacti eſt, cum ſcopo Apoſtoli, & verbis ſequentibus longè meliùs conſentit. Præclarè Bullingerus: *Puerili ætati & intelligentiæ confertur ſcientia mortalium. Illa auctibus ſubinde creſcit donec aſſurgat ad plenam intelligentiam. Prudentia autem ſenili omnibus numeris, quantum apud mortales perfici poteſt, abſoluta comparatur illa futura rerum divinarum perfectiſſima cognitio.*

2. *Quòd infantes ſe decipi, & huc atque illuc impelli facilè patiantur,* ad Epheſ. IV. 14. Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. *Ut jam non ſimus ampliùs infantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.* Ἴδιον τῶν ἔτι νηπίων, inquit ad hunc locum Theodoretus, pag. 308. Τὸ τῆς γνώμης εὐρίπιστόν τε καὶ κοῦφον. *Puerorum propria eſt levitas & mobilitas animi.* Τοιοῦτοι, φησι, πρὸ τῆς κλήσεως ἦμεν, τῇ δὲ κἀκεῖσε, καθάπερ ὑπὸ κυμάτων, φερόμενοι, καὶ τοῖς ἐξαπατῶσι πειθόμενοι. *Tales, inquit, eramus ante vocationem, ut qui huc & illuc, inſtar fluctuum, impellebamur, & ſeductoribus credebamus.* De juventutis levitate aliquid habes in voce Νεότης, num. I.

3. *Quòd infantes expertes ſint ambitionis,* Matth. XVIII. 3, 4. de quo loco agitur in voce παιδίον. *Malitiæ, & aliorum vitiorum,* I. Corinth. XIV. 20. Vide in Κακία, num. III.

Νηπιοφανής.

Non habent Lexica. Timotheus Jeroſol. orat. de Simeone, tom. XIII. Biblioth. Patrum, pag. 844. de Simeone Chriſtum in ulnas recipiente: Τῆς τοῦ σώματος φυλακῆς παρεκάλεσεν ἀνεθῆναι, δουλικῷ σχήματι πρὸς τὸν νηπιοφανῆ πάντων δεσπότην κράζων, νῦν ἀπολύεις, καὶ τὰ ἑξῆς. *Ut ex corporis cuſtodiâ dimitteretur, rogavit, ſervili ore ad eum, qui puer infans apparebat, Dominum omnium clamans:* Nunc dimittis, &c. Et pag. ſeq. Ὁ Συμεὼν τὸν νηπιοφανῆ Κύριον ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀγκάλαις κατέχων. *Dominum qui in habitu infantis conſpiciebatur, Simeon in ulnis ſuis tenens.*

Νηστεία.

I. *Explicatio & origo vocis.* Abſtinentia à cibo in genere à Græcis appellatur Νηστεία, *à* νὴ *particula* στερητικῇ, & στεύομαι, *validus, firmus ſum;* quòd jejunio corporis vires enerventur. Sive, ut alii volunt, *à* νὴ *particula extenſiva,* quod abſtinentia à cibo res quædam ſit firma atque robuſta: quoniam is, qui ea utitur, dolorem perpeti, quàm ab hoc ſuo propoſito diſcedere mavult. Sunt qui νηστείαν & νηστεύειν à particula νὴ, & ἐσθίειν, ſive σιτεῖσθαι dici volunt. Unde νῆστις, teſte Suida, ὁ ἄσιτος, *jejunus, impaſtus.* Addit, παρὰ τὸ νὴ στερητικὸν μόριον, καὶ τὸ ἐσθίειν· ἢ παρὰ τὸ νὴ στερητικὸν, καὶ τὸ σιτίον.

II. *Diviſio. Jejunium duplex* eſt:

A. *Internum & ſpirituale,* nempe abſtinentia à vitiis & peccatis. Atque hoc jejunium veteres imprimis commendant. Chryſoſtomus Homil. III. ad populum Antiochenum: Τιμὴ νηστείας, οὐχὶ σιτίων ἀποχὴ, ἀλλὰ ἁμαρτημάτων ἀναχώρησις. *Honor jejunii, non abſtinentia à cibis, ſed ſeceſſus à peccatis.* Ibidem: Νηστείαν λέγω, οὐ ταύτην τὴν τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τὴν ἀκριβῆ νηστείαν, οὐ τὴν τῶν βρωμάτων ἀποχὴν μόνον, ἀλλὰ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων. *Jejunium dico, non hoc vulgare, ſed accuratum jejunium: non tantùm ciborum abſtinentiam, ſed & peccatorum.* Johannes Jejunator. apud Chryſoſt. Οὐκ ἀποχὴ βρωμάτων, ἀλλὰ ἀποχὴ ἁμαρτημάτων ἐργάζεται τὴν νηστείαν. *Non abſtinentia ciborum, ſed abſtinentia peccatorum jejunium facit.* Baſilius Cæſar. Homil. I. περὶ νηστείας, pag. 331. Μὴ ἐν τῇ ἀποχῇ μόνῃ τῶν βρωμάτων, τὸ ἐκ τῆς νηστείας ἀγαθὸν ὁρίζου· νηστεία γὰρ ἀληθὴς ἡ τῶν κακῶν ἀλλοτρίωσις· λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας· ἄφες τῷ πλησίον τὴν λύπην· ἄφες αὐτῷ τὰ ὀφλήματα· μὴ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε· κρέας οὐκ ἐσθίεις ἀλλ' ἐσθίεις τὸν ἀδελφόν· οἴνου ἀπέχῃ; ἀλλ' ὕβρεων οὐ κρατεῖς· τὴν ἑσπέραν ἀναμένεις εἰς μετάληψιν; ἀλλὰ δαπανᾷς τὴν ἡμέραν εἰς δικαστήρια. *Cave ne jejunii utilitatem ſolâ eſcarum abſtinentiâ metiaris. Verum enim jejunium eſt, ab omnibus vitiis alienum eſſe. Solve omne vinculum iniquitatis; condona proximo, ſi te triſtitiâ affecit: remitte illi debita. Nolite ad contentiones & lites jejunare. Carnes non edis? ſed comedis fratrem tuum. A vino abſtines? ſed ab injuriis tibi non temperas. Exſpectas veſperam, ut cibum capias, ſed diem totum abſumis apud tribunalia.* Idem, Homil. II. de jejunio, p. 340. Ἀληθὴς νηστεία ἡ τοῦ κακοῦ ἀλλοτρίωσις, ἐγκράτεια γλώσσης, θυμοῦ ἐποχὴ, ἐπιθυμιῶν χωρισμὸς, καταλαλιᾶς, ψεύδους, ἐπιορ-

Digitized by Google

ἐπιεικείας· ἡ τούτων ἔνδεια, νηστεία ἐστὶν ἀληθής· ἐν τούτοις μὲν οὖν ἡ νηστεία καλόν. *Verùm jejunium eſt à vitiis alienum eſſe, continentia linguæ, iræ cohibitio, concupiſcentiarum amputatio, obtrectationis, mendacii, perjurii Ab his abſtinere verum eſt jejunium. In his igitur bonum & honeſtum eſt jejunium.* Idem, Homil. VIII. in Hexaemeron: Τί τὸ ὄφελος νηστεύειν τῷ σώματι, τὴν δὲ ψυχὴν μυρίων κακῶν ἐμπεπλῆσθαι; *Quid juvat corpore quidem jejunare, animâ vero infinitis malis impleri?* Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCCCIII. lib. I. pag. 104. Οὐδὲν νηστεία βρωμάτων ὀνίνησι τοὺς μὴ πάσαις νηστεύοντας αἰσθήσεσιν· ὁ γὰρ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται. *Ciborum jejunium nihil iis utilitatis affert, qui omnibus ſenſibus minimè jejunant. Nam qui in agone certat, ab omnibus ſe abſtinet.* Apud Athanaſium de Virginitate, tom. I. pag. 1048. Οὐχ ὁ νηστεύων ἀπὸ βρωμάτων, μόνος ἐκεῖνος κατώρθωσεν, ἀλλ' ὁ ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, τούτῳ λογίζεται ἡ νηστεία. *Non qui à cibis abſtinet, ille ſolus præclare egit, ſed qui ab omni malo negotio abſtinet, ille jejunare exiſtimatur.* Cyrillus Alexandr. in Cap. I. Joelis, pag. 209. Οὐ προσήκει ταῖς μὲν ἀσιτίαις κατατήκεσθαι τὸ σαρκίον, δρᾷν δὲ αὐτοὺς νενηστευκότας τὰ ἐφ' οἷς ἂν παροτρύνοιτο Θεός. *Non decet jejuniis quidem macerari corpus, ea verò jejunantes facere, quibus Deus ad iram provocatur.* Idem, orat. Paſchali I. pag. 7. Οὗτος ἀληθῶς τῆς νηστείας ὁ τρόπος· ἐν τούτοις ἡ τῶν ἀρίστων ἔργων ἐπίδειξις· μὴ τρέφε τὸν νοῦν ἀκολάστοις ἡδοναῖς· ἀργείτω παρά σοι τῆς πορνείας τὸ κέντρον· φεῦγε τῶν ἀκαθάρτων τὴν κοινωνίαν. *Hæc vera jejunii ratio eſt: in his optimorum eſt demonſtratio operum. Ne nutrias mentem immoderatis voluptatibus: ceſſet apud te ſcortationis ſtimulus: ab affectibus libera ſit mens: fuge impurorum communionem.* Hinc etiam Theodoretus in Cap. III. Jonæ de Ninevitarum jejunio, Οὐ τῇ νηστείᾳ προσέσχεν ὁ Θεὸς ἀλλὰ τῇ ἀποχῇ τῶν κακῶν. *Deus non ad jejunium, ſed ad abſtinentiam malorum reſpexit.* Vide præterea Chryſoſtomum Homiliâ LXXXIV. tom. V. quæ eſt κατὰ μεθυόντων, pag. 581, 582. Homil. CXXVI. tomi ejusd. pag. 820. Cyrillum Alex. in Cap. LVIII. Jeſajæ, pag. 815.

B. *Externum & corporale*, nempe abſtinentia à cibo & potu: circa quod ſequentia maximè veniunt obſervanda.

1. *Ciborum delectus.* Eum lege divina, ſub N. Teſt. non eſſe ſancitum, ex antiquitate jam probavimus in voce Βρῶμα, num. I. 2. Adde Can. II. Gangrenſem: Εἴ τις ἐσθίοντα κρέα, χωρὶς αἵματος, καὶ εἰδωλοθύτου καὶ πνικτοῦ, μετ' εὐλαβείας καὶ πίστεως, κατακρίνει, ὡς ἂν διὰ τὸ μεταλαμβάνειν ἐλπίδα μὴ ἔχοντα, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis carnem edentem, abſque ſanguine, & idolis immolato & ſuffocato, cum pietate & fide, condemnat, uti ſpem non habentem, propter hujusmodi perceptionem, anathema ſit.* Et illa Baſilii Cæſar. ex II. epiſt. Canonica: Can. XXVIII. pag. 770. Ἐκεῖνό γε μὴν γελοῖόν μοι κατεφάνη, τὸ εὔξασθαί τινα ὑείων ἀπέχεσθαι κρεῶν· ὥστε καταξίωσον διδάξαι αὐτούς, τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν, καὶ ἐπαγγελιῶν ἀπέχεσθαι· τὴν μέν τοι χρῆσιν ἀδιάφορον εἶναι συγχώρησον· οὐδὲν γὰρ κτίσμα Θεοῦ ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ὥστε ἡ εὐχὴ καταγέλαστος, οὐχ ἡ ἀποχὴ ἀναγκαία. *Illud quidem mihi viſum eſt ridiculum, voviſſe aliquem à carnibus ſuillis abſtinere. Quamobrem dignare eos docere, ut ab ineptis votis & promiſſis abſtineant; & uſum quidem indifferentem permitte. Nulla enim Dei creatura eſt rejicienda, quæ cum gratiarum actione ſumitur. Quare votum eſt ridiculum, non abſtinentia neceſſaria.* Abſtinebant quidem veteres aliquando in jejuniis à vino & carnibus, non tamen ſuperſtitione quadam adducti, ſed ut diſcerent, terrena ſpernere, & ad cœleſtem cibum adſpirare. Id docet Cyrillus Jeroſolymitanus Cathecheſi IV. Illuminat. pag. 23. Νηστεύομεν ὅπου τε καὶ κρεῶν ἀπεχόμενοι, οὐχ ὡς βδελύγματα μισοῦντες, ἀλλὰ τὸν μισθὸν προσδοκῶντες, ἵνα αἰσθητῶν ὑπεριδόντες, ἀπολαύσωμεν πνευματικῆς καὶ νοητῆς τραπέζης· καὶ ἵνα νῦν σπείραντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θερίσωμεν, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. *Jejunamus, à vino carnibusque abſtinentes, non ea quaſi abominationes abhorrentes, ſed mercedem exſpectantes, ut, dum ſenſibus grata contemnimus, ſpiritali cæleſtique menſa fruamur, utque nunc ſeminantes cum lacrymis, cum exſultatione in venturo ſeculo metamus.* Idem autem continuò ſubjicit: Μὴ τοίνυν καταφρόνει τῶν ἐσθιόντων, καὶ διὰ τὴν τῶν σωμάτων ἀσθένειαν μεταλαμβανόντων· μηδὲ ψέγε τοὺς ὀλίγῳ οἴνῳ χρωμένους, διὰ τὸν στόμαχον καὶ τὰς πυκνὰς ἀσθενείας· μήτε ὡς ἀλλότρια μίσει τὰ κρέα· οἶδε γάρ τινας τοιούτους ὁ ἀπόστολος λέγων· Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, &c. *Ne igitur deſpicias eos, qui veſcuntur, & ob corporum imbecillitatem ſumunt; neque culpes eos, qui modico vino utuntur, propter ſtomachum & crebras infirmitates: neque carnes ut alienas oderis: cujusmodi nonnullos noverat Apoſtolus, cùm diceret: Probibentium nuptias* præcipientium *abſtinere à cibis*, &c.

2. *Jejunii tempora.* Ut verò de iis diſtinctiùs agamus, conſiderabimus

a. *In genere* tempora jejuniorum. Ignatius in epiſt. ad Philippenſes, pag. 45. Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀτιμάζετε· τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε· μίμησιν γὰρ περιέχει τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας· καὶ τὴν τοῦ πάθους ἑβδομάδα μὴ παρορᾶτε, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες, πένησιν ἐπιχορηγοῦντες τὴν περισσείαν· εἴ τις κυριακήν, ἢ σάββατον νηστεύει, πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ πάσχα, οὗτος χριστοκτόνος ἐστί. *Feſtivitates ne dehoneſtetis, Quadrageſimale jejunium ne ſpernatis, continet enim imitationem converſationis Dominicæ. Et paſſionis Dominicæ hebdomadam jejunare quartis & ſextis feriis ne negligatis, ciborum reliquias pauperibus elargientes. Si quis Dominicam diem aut Sabbatum, uno excepto Paſchatis ſabbato, jejunârit, hic Chriſti interfector eſt.* His reſpondent illa, in lib. V. Conſtitut. Apoſtol. Cap. XII. Τὰς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν φυλάσσετε, &c. μεθ' ἃς ὑμῖν φυλακτέα ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς, μνήμην περιέχουσα τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας καὶ νομοθεσίας. *Dies feſtivitatum obſervate, &c. poſt quas vobis obſervandum jejunium Quadrageſimale, memoriam continens converſationis Dominicæ & legilationis.* Et Cap. ult. Μετὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς νηστείας, πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν προστάττομεν ὑμῖν νηστεύειν, καὶ τὴν περισσείαν ὑμῶν τῆς νηστείας πένησιν ἐπιχορηγεῖν· πᾶν μέντοι σάββατον, ἄνευ τοῦ ἑνός, καὶ πᾶσαν κυριακήν, ἐπιτελοῦντες συνόδους, εὐφραίνεσθε· ἔνοχος γὰρ ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσεως οὖσαν. *Poſt hebdomadam autem jejunii*; quæ Pentecoſten ſcilicet proximè ſequebatur; *omnes quartas & ſextas ferias jejunare præcipimus, & jejunii veſtri reliquias pauperibus elargiri. Omni quinetiam ſabbato, uno excepto, & omni Dominica, conventus celebrantes, lætamini. Peccati enim reus erit, quicunque die Dominico, qui reſurrectionis dies eſt, jejunârit.* De quo jejunio, feriis quidem quartis & ſextis injuncto, Sabbatis verò omnibus; unicâ Dominicæ Paſchatis vigiliâ exceptâ; interdicto, videri poteſt earundem Conſtitut. lib. V. Cap. XIV. & lib. VII. Cap. XXIV. item ea, *quæ in ſpecie de jejuniorum temporibus* dicentur. At quæ hic de jejuniis traduntur ſanctiones, commentitium eſſe utrumque, & Clementem & Ignatium, ſatis arguunt. Nam primò *quibus diebus non oporteat jejunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apoſtolorum non invenio definitum*: dicebat olim Auguſt. epiſt. LXXXVI. ad Caſulanum. Et Socrates lib. V. C. XXII. p. 249. b. Ἐπειδὰν οὐδεὶς περὶ τούτου ἔγγραφον ἔχει δεῖξαι παράγγελμα, δῆλον,

διῆλον ὡς καὶ περὶ τούτου τῇ ἑκάστου γνώμῃ καὶ προαιρέσει ἐπιτρέψαι οἱ ἀπόστολοι· ἵνα ἕκαστος μὴ φόβῳ μηδὲ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἀγαθὸν κατεργάζοιτο. *Quandoquidem ea de re nemo ullum ſcriptum præceptum oſtendere poteſt, manifeſtum eſt id uniuscujusque ſententiæ & arbitrio reliquiſſe Apoſtolos: ut unusquisque, neque ex timore, neque neceſſitate adactus bonum operetur.* Hæc certè illi non ita ſcripſiſſent, ſi Apoſtolicas ejusmodi conſtitutiones, ab ipſis Apoſtolorum diſcipulis, Clemente & Ignatio, literis fuiſſe traditas cognoviſſent. Præſertim cùm in quinto Conſtitut. libro, Cap. XIV. ſe à Domino accepiſſe mandatum profiteantur his verbis: Παρήγγειλεν ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας· τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν ἡμῖν νηστεύειν. *Ipſe nos juſſit ſex hos dies jejunare. Quartas autem & ſextas ferias nobis præcepit jejunare.* Deinde jejuniorum leges primus, poſt Clementis & Ignatii tempora, inſtituiſſe Montanus dicitur: de quo Apollonius, ejusdem temporis ſcriptor, apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XVIII. pag. 53. a. Ἀλλὰ τίς ἐστιν οὗτος ὁ πρόσφατος διδάσκαλος, τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ διδασκαλία δείκνυσιν· οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων, ὁ νηστείας νομοθετήσας. *Sed quis ſit ille novus magiſter, ejus monſtrant opera & doctrina. Is ille eſt, qui docuit ſolvere matrimonia, qui jejunia legibus ſancivit*; vel, ut interpretatur Ruffinus. *Qui jejuniorum leges primus impoſuit.* De eodem Theodoretus, hæret. fabul. lib. III. C. II. p. 227. Οὗτος καὶ γάμον διαλύειν ἐνομοθέτησε, καὶ νηστείας καινὰς παρὰ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπεισήγαγεν ἔθος. *Hic & matrimonium ſolvi legibus ſancivit, & nova jejunia, præter Eccleſiæ conſuetudinem, introduxit.* Et in Catholica ſanè Eccleſia, primis illis temporibus, non una lex communis, ſed variæ à variis conſuetudines in jejunii ratione obſervatæ ſunt, ut patet ex Irenæo in epiſt. ad Victorem, apud Euſebium lib. V. Cap. XXVI. pag. 55. b. Johanne Caſſiano, Collat. XXI. C. XXIV. XXVII. XXX. Sozomeno, lib. VII. Cap. XIX. pag. 100. a. & Socrate lib. V. Cap. XXII. aliis XXI. De his verò deinceps. Addimus Epiphanium, qui in compendiaria doctrina de Fide, pag. 466. de temporibus jejuniorum ita ſcribit: Δι᾽ ὅλου μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι καὶ προσαββάτῳ, ἕως ὥρας ἐννάτης· δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται· ἀντὶ δὲ τῶν πρὸς τὴν ἐννάτην συνάξεων τετράδων καὶ προσαββάτων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ κατὰ τὰς πρωΐνάς, αἱ συνάξεις ἐπιτελοῦνται· ἔτι δὲ ἐν ταῖς ν′ ἡμέραις, αἷς προεῖπον, τῆς πεντηκοστῆς οὐκ ἔστιν οὔτε νηστεία, οὔτε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐπιφανίων, ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ κύριος, ἔξεστι νηστεῦσαι, κἄν τε περιτύχῃ τετρὰς ἢ προσάββατον· προαιρέσει δὲ ἀγαθῇ οἱ αὐτῆς ἀσκηταὶ διαπαντὸς χωρὶς κυριακῆς καὶ πεντηκοστῆς νηστεύουσι καὶ ἀγρυπνίας διαπαντὸς ἐπιτελοῦσι· τὰς δὲ κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ συνάξεις ἀφ᾽ ἕωθεν ἐπιτελεῖ, οὐ νηστεύει· ἀκόλουθον γάρ ἐστιν ἐν κυριακῇ νηστεύειν. (Legendum, οὐ νηστεύειν) τὴν δὲ τεσσαρακοστὴν τὴν πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τοῦ ἁγίου πάσχα, ὡσαύτως φυλάττειν εἴωθεν ἡ αὐτὴ ἐκκλησία, ἐν νηστείαις διατελοῦσα· τὰς δὲ κυριακὰς οὐδ᾽ ὅλως, οὔτε ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρακοστῇ. *Per totum quidem annum jejunium ſervatur in eadem ſancta Catholica Eccleſia, quartâ inquam feriâ & proſabbato, usque ad horam nonam: excepta ſola Pentecoſte, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque jejunium imperatum eſt. Cæterùm pro communionibus, quæ quartâ feriâ & proſabbato, ad horam nonam fiunt, in die Dominica, horis matutinis communiones fiunt. Inſuper verò in quinquaginta diebus Pentecoſtes, de quibus dixi, non eſt jejunium, neque in die Epiphaniorum, quando in carne natus eſt Dominus, jejunare licèt, etiamſi ſit feria quarta, aut proſabbatum. Verùm ex bono propoſito, pietatis exercitatores ſemper jejunant, excepta Dominica & Pentecoſte: ſemper item vigilias agunt. Dominicas verò omnes lautas ducit ſancta hæc catholica Eccleſia, & communiones manè perficit, & non jejunat. Conveniens enim eſt, die Dominica non jejunare. Porro Quadrageſimam ante ſeptem dies ſancti Paſchatis, ſimiliter ſervare ſolet eadem Eccleſia, in jejuniis perſeverans: Dominicis verò diebus prorſus non, ne in ipſa quidem Quadrageſima.* Græci olim ſingulis hebdomadibus feriâ quartâ & ſextâ jejunârunt; ſi ferias illas excipias, quæ hebdomadibus, quas vocant ἀπολελυμένας, continentur: tunc enim omnibus, quibus & aliis hebdomadis diebus uti ſolebant, veſcebantur. Præterea alia quatuor habebant jejunia, præter Quadrageſimale, & quidem dierum ſeptem. Primum erat ſanctorum Apoſtolorum, ſecundum Nativitatis Chriſti, tertium transformationis Chriſti, quartum dormitionis ſanctæ Deiparæ. Hoc docet Balſamon in Reſp. Ἐξ ἀνάγκης προηγοῦνται νηστεῖαι πρὸ τῶν τεσσάρων τούτων ἑορτῶν, ἤγουν πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου· πλὴν ἑπταήμεροι· μία γὰρ τεσσαρακονθήμερος νηστεία ἐστὶν ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου πάσχα. *Neceſſariò jejunia præcedunt quatuor has feſtivitates, ſive feſtivitatem ſanctorum Apoſtolorum, Nativitatis Chriſti, transformationis Chriſti & Dei noſtri, & dormitionis ſanctæ Deiparæ: verùm ſeptem ſunt dierum: unum enim jejunium quadraginta dierum eſt, nempe ſancti & magni Paſchatis.* Erat etiam jejunium, menſis Auguſti: ſed hoc mutatum eſt, ne concurreret cum jejuniis paganorum, quæ in illud tempus incidebant. Nihilominùs tamen à quibusdam obſervâbatur. Patet ex Balſamone, loco citato. Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγία σύνοδος ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου ἐρωτηθεῖσα, εἰ χρὴ τὴν ἐν τῷ αὐγούστῳ νηστείαν ἐπιτελεῖν, ἀπελογήσατο, ὡς αὕτη ἡ νηστεία μετετέθη, διὰ τὸ μὴ περιπίπτειν ταῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον γινομέναις ἐθνικαῖς νηστείαις· πλὴν καὶ ἔτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ταύτην νηστεύουσι. *Sancta Synodus Conſtantinopolitana in diebus ſanctiſſimi illius Patriarchæ interrogata, num jejunium illud menſis Auguſti celebrandum ſit, reſpondit, hoc jejunium mutatum eſſe, ne incideret in jejunia paganorum, quæ illo tempore celebrari ſolent. Verùm etiamnum multi hoc jejunium obſervant.* Hodierni verò Græci; ut docet Metrophanes Critopulus in Confeſſione Eccleſiæ orientalis, Cap. XVIII. tantùm obſervant jejunium Quadrageſimale, & jejunium diei quarti & ſexti omnium anni hebdomadum, niſi feſtum aliquod Dominicum in dies jam dictos incidat, tum enim non jejunant.

b. *In ſpecie*,

α. *Jejunium Quadrageſimale.* Uſitatiſſimè à Græcis vocatur τεσσαρακοστὴ, item τεσσαρακονθήμερος νηστεία. Hoc jejunium ab ipſis Apoſtolis quidam exiſtimant inſtitutum, & Eccl. traditum fuiſſe: idque probant ex Can. LXVIII. Apoſt. ubi, Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύοι, - - καθαιρείσθω· *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor, ſanctam Quadrageſimam non jejunârit, - - deponitor.* Ex Can. L. Laodiceno, qui decernit, Δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας. *Oportet totam quadrageſimam jejunare aridis veſcentes.* Ex Hieronymo ad Marcellam adv. Montanum: *Nos unam Quadrageſimam, ſecundùm traditionem Apoſtolorum, toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus.* Et ſerm. VI. Leonis de Quadrageſima: *Ut Apoſtolica inſtitutio, quadraginta dierum jejuniis impleatur.*

At multa contrà excipi poſſunt.

א. Si Quadrageſima ab ipſis fuiſſet inſtituta Apoſtolis, ejus certè aliquod in Scriptura exſtaret vel veſtigium, vel indicium. At non exſtare perſpicuè docet Caſſianus Collat. XXI. c. XXX. Verba ejus adſcribo: *Sciendum ſanè hanc obſervantiam Quadrageſimæ, quamdiu Eccleſiæ illius primitivæ perfectio inviolata permanſit, penitus non fuiſſe. Non enim præcepti hujus neceſſitate, nec quaſi legali ſanctione conſtricti, arctiſſimis jejuniorum terminis claudebantur, qui totum anni ſpatium æquali jejunio concludebant. Verùm, cùm ab illa Apoſtolica devotione diſcedens quotidie credentium multitudo ſuis opibus incubaret, nec eas uſui cunctorum ſecundum Apoſtolorum inſtituta divideret, ſed privatim impendiis ſuis conſulens, non ſervare tantùm, ſed etiam augere contenderet, Ananiæ & Sapphiræ exemplum non contenta ſectari, id tunc univerſis ſacerdotibus placuit, ut homines curis ſecularibus illigatos, & pene, ut ita dixerim, continentiæ vel compunctionis ignaros, ad opus ſanctum canonica jejuniorum indictione revocarent, & velut legalium decimarum neceſſitate compellerent.*

ב. Si ab Apoſtolis inſtituta eſſet Quadrageſima, ipſum etiam Paſchatis feſtum ad eandem originem revocari deberet. At hoc non eſſe, ex iis patebit, quæ ſub voce Πάσχα dicentur.

ג. Si Apoſtolos haberet autores Quadrageſimale jejunium, ejus obſervatio eadem ubique fuiſſet. At ex antiquitate ἀναντιῤῥήτως habetur, magnam fuiſſe diverſitatem in dierum numero, trium, vel ſex, vel ſeptem hebdomadarum: in continuatione, vel relaxatione jejunii, unius, pluriumve dierum: in generibus ciborum: non tantùm in publico diſcrimine pro variis regionibus; ſed etiam in privato; quia nimirum quiſque jejunavit pro arbitrio; non tantùm pro viribus. Hæc omnia nullo demonſtrantur negotio. Irenæus apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. V. Cap. XXVI. pag. 55. b. Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ, δύο· οἱ δὲ, καὶ πλείονας· οἱ δὲ, τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινάς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ᾽ ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς, ὡς εἰκὸς, κρατούντων τὴν καθ᾽ ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων. Chriſtophorſonus interpretatur: *Non enim de die Paſchatis ſolùm, ſed etiam de jejunii ratione & modo eſt iſta conſtituta controverſia. Quidam namq; unum diem ſe jejunare oportere exiſtimant: alii duos: non pauci plures: multi quadraginta: atque diurnis nocturniſq; horis omnibus numeratis, diem ſuum metiuntur ac ſtatuunt. Atq; ejuſmodi eorum, qui hæc obſervant jejunia, varietas ac diſcrepantia, non jam noſtra ætate cœpta eſt, verùm etiam longè antè apud majores noſtros, qui, ut conjecturâ aſſequi licet, non accuratè conſuetudinem eorum, qui vel ſimplicitate quadam, vel privata autoritate, aliquid in poſterum tempus ſtatuiſſent, obſervârunt.* Socrates lib. V. Cap. XXII. pag. 249. b. longè latiùs hanc diverſitatem exſequitur. Αὐτίκα τὰς πρὸ τοῦ πάσχα νηστείας, ἄλλως παρ᾽ ἄλλοις φυλαττομένας ἐστὶν εὑρεῖν. *Jejuniorum rationem, quæ ante Paſcha fiunt, aliter ab aliis obſervatam fuiſſe, facilè eſt reperire.* Deinceps ſigillatim diverſitatem demonſtrat. *De iis, qui ſunt Romæ,* ſcribit; Τρεῖς πρὸ τοῦ πάσχα ἑβδομάδας, πλὴν σαββάτου καὶ κυριακῆς, συνημμένας νηστεύουσι. *Tres hebdomadas ante Paſcha, ſabbato & Dominica exceptis, ſimul jejunant.* De iis, *qui in Illyria, tota Græcia, & Alexandriæ* habitant: Πρὸ ἑβδομάδων ἕξ, τὴν πρὸ τοῦ πάσχα νηστείαν νηστεύουσι, τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζοντες. *Ante ſex hebdomadas jejunium, quod ante Paſcha eſt, jejunant, illud Quadrageſimam nominantes.* His ſequentia ſubnectit: Ἄλλοι πρὸ ἑπτὰ τῆς ἑορτῆς ἑβδομάδων τῆς νηστείας ἀρχόμενοι, καὶ τρεῖς μόνας πενθημέρους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες, οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτοὶ τεσσαρακοστὴν τὸν χρόνον τοῦτον καλοῦσι. Καὶ θαυμάσαι μοι ἔπεισι, πῶς οὗτοι περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντες, τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσιν. *Alii ſeptem hebdomadas ante illud feſtum jejunandi initium facientes, quamvis quindecim dies ſolùm, quibuſdam intervallis interpoſitis, jejunent, nihilominus tempus illud, Quadrageſimam vocant.* Poſtmodum indicat, non tantùm circa numerum dierum, ſed etiam circa ipſos cibos differentiam eſſe: Οἱ μὲν γὰρ, πάντη ἐμψύχων ἀπέχονται· οἱ δὲ τῶν ἐμψύχων, ἰχθῦς μόνους μεταλαμβάνουσι. Τινὲς δὲ σὺν τοῖς ἰχθύσι, καὶ τῶν πτηνῶν ἀπογεύονται, ἐξ ὕδατος καὶ αὐτὰ, κατὰ τὸν Μωϋσέα, γεγενῆσθαι λέγοντες· οἱ δὲ καὶ ἀκροδρύων, καὶ ᾠῶν ἀπέχονται· τινὲς δὲ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσιν· ἄλλοι δὲ οὐδὲ τούτου. Ἕτεροι δὲ ἄχρις ἐνάτης ὥρας νηστεύοντες, διάφορον ἔχουσι τὴν ἑστίασιν. *Nam alii quidem omnino ab omni animantium genere abſtinent: alii verò inter animata piſces ſolos comedunt: alii cum piſcibus volucres etiam manducant, eaſq; ex aquis ut eſt apud Moſen; naſci aſſerunt: alii a fructibus, duris integumentis involutis, & ab ovis abſtinent: alii arido pane ſolo veſcuntur: alii ne illo quidem. Sunt qui, cùm ad horam nonam jejunaverint, variis ciborum generibus utuntur.* Similia leguntur apud Sozomenum lib. VII. Cap. XIX. p. 100. & apud Nicephorum, lib. XII. Cap. XXXIV. & XXXV. De eadem diverſitate Auguſtinus contra Fauſtum lib. XXX. Cap. V. *Catholici, edomandi corporis cauſſâ, propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quòd illa eſſe immunda credant, non ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci, vel certis diebus atque temporibus ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quanto magis quiſque, vel minùs, ſeu voluerit, ſeu poterit.* Inrationes autem, cur Quadrageſimale jejunium obſervetur, ſi inquirere lubeat, aliquot inveniemus apud Metrophanem Critopulum, in Confeſſ. Eccleſ. Orient. Cap. XVIII. Prima eſt, ὅτι τῇ κυριακῇ ἧς τῇ ἐπαύριον ἀρχόμεθα ταύτης τῆς νηστείας, μνήμην ποιούμεθα τῆς τῶν πρωτοπλάστων ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξορίας. *Quoniam die iſto Dominico, poſtridie cujus jejunium illud inchoamus, mentionem facimus exilii primorum parentum è paradiſo.* Secunda: Πένθος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος χρόνος ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκπεσόντος τῆς θείας δόξης διὰ τὴν εἰς τὸν Μεσσίαν παροινίαν καὶ ἀσέβειαν. Νηστεύομεν οὖν καὶ πενθοῦμεν, δεόμενοι τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ἀνακλήσεως, ἣν καὶ ἐλπίζομεν ἐν τάχει ἔσεσθαι σὺν Θεῷ. *Tempore iſto lugemus Iſraëlem, eò quòd gloriâ divinâ, propter contumeliam atq; impietatem in Meſſiam exciderit. Jejunamus itaque & lugemus, invocantes Deum pro illius revocatione; quam etiam mox cum Deo futuram ſperamus.* Tertia, eaque præcipua, Ἐπειδὴ ἐπὶ θύραις τὸ τοῦ Κυρίου ὑπὲρ ἡμῶν πάθος. συσταυρούμεθα, καὶ συννεκρούμεθα τῷ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ σταυρωθέντι καὶ νεκρωθέντι, ἵνα καὶ συναναστῶμεν αὐτῷ καὶ συνδοξασθῶμεν ἤδη ἀναστάντι καὶ παρὰ πάντων δοξαζομένῳ. *Quoniam Domini pro nobis paſſio tunc inſtat. Unà cum eo, qui pro nobis crucifixus & mortuus, nos crucifigimur & morimur, ut unà cum eo, qui jam tum reſurrexit atq; ab omnibus celebratur, etiam nos reſurgamus & celebremur.*

β. *Jejunium feriæ quartæ, ſextæ, & Sabbati.* Feriarum jejunia trium celebrantur apud veteres, Quartæ, Sextæ, & Sabbati: quorum cùm ne veſtigia quidem ulla appareant in ſacris literis, mirum non eſt, in uſu Eccleſiæ conſuetudinem quoque circa illa variâſſe. Conſtantior illa quidem in feria ſexta: ſed in reliquis alia atqua alia. In antiquiſſimis autoribus ea reperiuntur, quæ ſatis apertè declarant, Sabbato non fuiſſe jejunatum, ſed duntaxat

xat quartâ ſextaque feriâ, id eſt, Mercurii & Veneris diebus. Ignatius in Epiſt. ad Philippenſes: Μὴ παρορᾶτε τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες. *Jejunare quartâ & ſextâ feriâ ne negligatis.* Clemens Alexandr. Strom. VII. pag. 744. agens περὶ τοῦ ἀληθῶς γνωστικοῦ, inquit, οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω· ἐπιφημίζονται γὰρ ἡ μὲν Ἑρμοῦ, ἡ δὲ Ἀφροδίτης. *Novit ille etiam ænigmata jejunii harum feriarum, quartæ, inquam, & ſextæ, quæ dicuntur illa Mercurii, hæc Veneris.* Epiphanius in Compendiaria doctrina, pag. 466. Locum produximus num. I. 2. ſub lit. *a.* Diſertiſſimus eſt Canon LXVIII. Apoſtol. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύοι, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· Ἐὰν δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *Si quis Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor ſanctam Quadrageſimam non jejunârit, vel quartam, vel ſextam feriam, deponitor: præterquam ſi corporis debilitate impediatur: ſin fuerit laicus, ſegregetur.* Apud Philoſtorgium, hiſt. Eccleſ. lib. X. tm. XII. pag. 143. Ὅτι τὴν τετράδος καὶ παρασκευῆς τὴν νηστείαν ὁ Φιλοστόργιος φησὶν, οὐκ ἐν μόνῃ τῶν κρεῶν ἀποχῇ περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδὲ τροφῆς ὅλως ἅπτεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας, κανονίζεσθαι. *Ait Philoſtorgius, quartæ feriæ & Paraſceves jejunium non in ſola carnium abſtinentia conſiſtere, verùm canonibus definiri, Ne omnino alimenti quidquam ad veſperam uſque ſumatur.* Jejunium iſtud, initio quidem non ſub lege præcepti erat, ſeu κατὰ διάταξιν, verùm ex arbitrio & poteſtate munus iſtud obibatur, ut apud Tertullianum de jejunio Cap. II. pag. 982. Catholici ajunt: etſi autoritatem ejus Epiphanius, in expoſitione fidei ad Apoſtolos referat, ut ſuprà vidimus, num. II. 2. *a.* quod tamen Socrates negat, lib. V. Cap. XXII. pag. 249. ut itidem ſuprà ex eo docuimus. *De jejunio feriæ quartæ & ſextæ, cauſſis item inſtituti illius jejunii,* ita Metrophanes Critopulus in Confeſſ. Cap. XVIII. Ἡ δὲ νηστεία τῆς τετάρτης καὶ ἕκτης πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑβδομάδων ἐπιτελεῖται, ὅτι ἐν ταύταις μεγάλα πράγματα διεπράχθη. Τῇ μὲν γὰρ τετάρτῃ ἐπράθη ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ καὶ προδότου ὁ βασιλεὺς τοῦ κόσμου· τῇ δὲ ἕκτῃ τῷ σταυρῷ ἐκρέματο ὁ μετέωρον τὴν γῆν κρεμάσας. Θέλοντες οὖν συναλγῆσαι τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀλγήσαντι, νηστείαν ἄγομεν κατὰ ταύτας τὰς δύο ἡμέρας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, λύπης καὶ ἄλγους πρόξενον οὖσαν. *Jejunium autem quartæ & ſextæ feriæ omnium anni hebdomadum propterea inſtitutum eſt, quoniam illis diebus res magnæ fuerunt peractæ. Etenim quarto rex mundi à diſcipulo & proditore eſt venundatus: ſexto autem in cruce pependit is, qui terram in ſublimi ſuſpendit. Vicem ergo ejus, qui pro nobis paſſus eſt, dolituri, jejunium, quod mæſtitiam doloremque conciliat, iſtis duobus per totum annum diebus, celebramus.* De quarta feria ſic Theophylactus in Cap. XIV. Marci, pag. 269. Τῇ τετράδι τὸ συμβούλιον συνέστη· καὶ διὰ τοῦτο νηστεύομεν καὶ ἡμεῖς τὰς τετράδας. *Feriâ quartâ concilium convenit adverſus Chriſtum: & propterea jejunamus etiam nos quartis feriis.* Quodſi in dictos illos dies feſtum aliquod incidat Dominicum, jejunium non obſervatur. Id docet Metrophanes Critopulus loco citato: Ἑορτῆς δὲ δεσποτικῆς ἐμπεσούσης τινὶ τῶν ῥηθεισῶν ἡμερῶν, οἷον γενεθλίων Χριστοῦ, ἢ ὀνομαστηρίων εἴτ' οὖν περιτομῆς, ἢ βαπτιστηρίων, ἢ ἑτέρας τινὸς ἄλλης, εἰ μόνον εἴη δεσποτικὴ, καταλύεται ἡ τῆς ἡμέρας ἐκείνης νηστεία. *In dies autem jam dictos ſi feſtum Dominicum incidat, exempli gratiâ Nativitatis Chriſti, vel Nominalium, id eſt, Circumciſionis, vel Baptiſmi, vel cujuscunque alterius, modò Dominicum ſit, ceſſat illius diei jejunium.* De Sabbati jejunio jam videamus. Illud olim ſeverè prohibitum fuit. Ignatius in Epiſt. ad Philippenſes: Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει, πλὴν ἑνὸς σαββάτου, οὗτος Χριστοκτόνος ἐστί. *Si quis Dominicam diem aut Sabbatum, uno excepto, jejunârit, hic Chriſti interfector eſt.* Can. LXVI. Apoſtol. Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ καὶ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *Si quis Clericus inveniatur die Dominico jejunans, aut Sabbato, præter unum ſolum, deponatur: ſi verò etiam Laicus, ſegregetur.* Clemens Conſtitut. lib. VII. Cap. XXIV. Sabbatum vult eſſe feſtum, propter memoriam creationis. Τὸ σάββατον μέντοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ ἀναστάσεως. Ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσήκει, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν. *Sabbatum tamen & Dominicum feſtos dies agitate, quòd ille quidem dies recordatio ſit creationis mundi, hic vero reſurrectionis. Unum verò tantummodo Sabbatum vobis toto anno obſervandum eſt, Sabbatum ſcilicet ſepulturæ Chriſti, quo quidem jejunare deceat, non autem celebrare feſtum.* Can. LV. Trullanus repetit Can. LXVI. Apoſtolicum. Romæ tamen is Orientalis Eccleſiæ mos non placuit: conſtat enim ex hiſt. Eccleſ. Socratis lib. V. Cap. XXII. pag. 250. a. Sabbato fuiſſe jejunatum: Ἐν Ῥώμῃ πᾶν σάββατον νηστεύουσι. *Romæ omne Sabbatum jejunant.* Patet etiam ex Auguſtini epiſtola ad Caſulanum: & ex epiſtolæ primæ Innocentii I. Cap. IV. *Sabbato,* inquit, *jejunandum eſſe ratio evidentiſſima demonſtrat.* Idem conſtat ex Canone LV. Trullenſi, eam ob rem condito, ut cogerentur Romani concordare reliquis, *Quoniam intelleximus* τοὺς ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, *eos qui Romæ ſunt, in ſanctis Quadrageſimæ diebus & jejuniis, in ejus Sabbatis jejunare,* παρὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν, *præter Eccleſiæ traditam conſuetudinem, ſanctæ Synodo viſum eſt, ut in Romanorum Eccleſia Canon inconcuſſè obtineat:* nimirum Apoſtolicus, quem paulò antè produximus. Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem etiam exagitat Photius Epiſt. II. pag. 50. & pag. 56. contra eam affert Can. LV. Trullanum, & LXVI. Apoſtolorum. Balſamon ad Can. LXVI. Apoſtol. pag. 267. Τὸ σάββατον οὐ νηστεύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν ἰουδαΐζοντες· κατὰ δὲ μόνον τὸ μέγα σάββατον, καθ' ὃ τὸ κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἀπέκειτο, νηστεύειν προσετάχθημεν. *Sabbato non jejunamus, ne judaizare videamur. Solo autem magno Sabbato, quo corpus Dominicum mortuum in ſepulchro jacebat, jejunare ſumus juſſi.*

γ. *Jejunium diei Dominicæ.* Hoc die non eſſe jejunandum, modò ex Ignatio, ex Can. Apoſtol. ex Conſtitut. etiam Clementis probavimus. Hic ſequentia inſuper addimus veterum teſtimonia. Canon XVIII. Gangrenſis inquit: Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ κυριακῇ νηστεύοι, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis, ob eam quæ exiſtimatur pietatis exercitationem, Dominico die jejunat, anathema ſit.* Conſtitut. Apoſtol. lib. V. Cap. XIX. pag. 936. Ἔνοχος ἁμαρτίας ἔσται, ὁ τὴν κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσεως οὖσαν, ἢ τὴν πεντηκοστὴν, ἢ ὅλως ἡμέραν ἑορτῆς κυρίου κατηφῶν. Εὐφρανθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆσαι. *Peccati reus erit, qui die Dominico jejunat, cùm ſit dies reſurrectionis, vel qui in Pentecoſte, aut omnino in feſto die Dominico triſtitiam præ ſe fert, Illis enim diebus lætari, non verò lugere decet.* Tertullianus lib. de Corona militis, Cap. III. pag. 289. *Die Dominico jejunium nefas ducimus.* Hinc eodem die genu flectere non licebat. Vide in Γονυκλισία, num. 3. De hoc die non jejunando conſulatur Nicolai Vedelii Exercitatio in Epiſt. Ignatii ad Philippenſes, Cap. V.

3. Je-

Digitized by Google

3. *Jejunii effecta & varia elogia.* Chryſoſtomus Homil. CXII. tom. VI. Νηστεία Θεοῦ χάρισμα, νηστεία ἀγγέλων τροφὴ· νηστεία παρθένων συνόμιλος, νηστεία οἴκων αὔξησις, νηστεία μετανοούντων συνήγορος, νηστεία προσευχῆς ὁμόζυγος, νηστεία πλούτου ἀρχὴ, νηστεία πενήτων παράκλησις, νηστεία καταπονουμένων βοηθὸς, νηστεία ὕπνον ἐλαύνουσα, καὶ ὕμνον ἐπάγουσα, νηστεία ὕδωρ ὑμᾶς ποτίζουσα, καὶ ἀθανασίας πηγὴν ἡμῖν καταρτίζουσα. *Jejunium Dei donum eſt: jejunium Angelorum cibus: jejunium virginum ſodalis: jejunium familiarum incrementum: jejunium reſipiſcentium advocatus: jejunium orationis compar: jejunium divitiarum initium: jejunium pauperum ſolatium: jejunium oppreſſorum auxiliator: jejunium ſomnum abigit, & Dei laudem adducit: jejunium aquâ nos reficit, & immortalitatis fontem nobis præparat.* Vide Homiliâ eadem, ut & ſequenti, plura. Idem, Homil. I. in Geneſin, *jejunium* appellat λιμένα ἡμετέρων ψυχῶν, *portum animarum noſtrarum.* Et Homil. XXXI. in Acta, pag. 787. καθάρσιον ἡμετέρων ψυχῶν, *animarum noſtrarum expiationem.* Greg. Nyſſenus Orat. in principium Jejuniorum, tom. II. pag. 248. Νηστεία ἐστὶν εἰρήνη κοινὴ ψυχῆς καὶ σώματος, ἀτάραχος ζωὴ, ἐνσταθὴς πολιτεία, βίος Θεὸν εὐφραίνων, καὶ λυπῶν τὸν ἐχθρόν. *Jejunium eſt pax communis animæ & corporis, vita ſine perturbatione, conſtans agendi & converſandi ratio, vita quæ Deum lætificat, inimicum autem mœrore afficit.* Multa præclarè Baſilius Cæſar. duabus de Jejunio Homiliis. Ex poſteriore ſequentia damus. Pag. 336. 337. Νηστεία φυλάσσει νήπια, σωφρονίζει τὸν νέον, σεμνὸν ποιεῖ τὸν πρεσβύτην. Αἰδεσιμωτέρα γὰρ πολιὰ νηστείᾳ κεκοσμημένη. Γυναιξὶ κόσμος ἁρμοδιώτατος, ἀκμαζόντων χαλινὸς, συζυγίας φυλακτήριον, παρθενίας τροφός. *Jejunium cuſtodit parvulos, ſobrium reddit juvenem, venerabilem facit ſenem. Venerabilior enim eſt canicies jejunio decorata. Jejunium fœminis ornatus eſt congruentiſſimus: ætate ac robore vigentibus pro freno eſt: matrimonii cuſtodia eſt, virginitatis nutritius.* Pag. 338. Νηστεία, ἡ τῶν ἀγγέλων ὁμοίωσις, ἡ τῶν δικαίων ὁμόσκηνος, ὁ τοῦ βίου σωφρονισμός. *Jejunium ſimilitudo eſt hominum cum Angelis, juſtorum contubernalis, vitæ ſobrietas.* Cyrillus Alex. Orat. Paſchali I. pag. 8. Νηστεία τῆς ἰσαγγέλου πολιτείας τὸ μίμημα, σωφροσύνης πηγὴ, ἐγκρατείας ἀρχὴ, λαγνείας ἀναίρεσις. *Jejunium vitæ Angelicæ imitamentum, temperantiæ fons, continentiæ origo, immodicæ libidinis ſublatio.*

4. *Connexa ſunt Eleemoſyna & Oratio.* Hinc Chryſoſtomus Homil. XCIX. tom. VI. Ἡ νηστεία, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, τὴν ἐλεημοσύνην, οὐκ ἀναβαίνει εἰς τὸν οὐρανόν· ξυνωρὶς γὰρ αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐ μόνον ξυνωρὶς, ἀλλὰ καὶ ὄχημα. *Si jejunium non adjunctam habeat ſororem ſuam, eleemoſynam, non aſcendit in cœlum: ejus enim compar eſt; nec compar tantùm, ſed etiam vehiculum.* Severianus dicit, νηστείαν, δύο πτερὰ ἔχειν, προσευχὴν καὶ ἐλεημοσύνην, ὧν ἄνευ τρέχειν οὐ δύναται, *jejunium duas habere alas, orationem & eleemoſynam, ſine quibus currere non poſſit.*

5. *Pugnantia.* Meſſaliani jejunium omne prorſus rejecerunt. De iis Epiphanius, hæreſi LXXX. pag. 451. Νηστείαν οὐδ' ὅλως οἴδασι. *Jejunium omnino ignorant,*

Νηφάλιος.

Vetus Onomaſticon: *Sobrius*, νήφων, νηφάλιος. Veteres Gloſſæ: *Sobriis*, νηφαλίοις. Beza νηφάλιον *vigilantem* vertit. Eo autem nomine reprehenditur à Cl. Pricæo, qui νήφοντα, non νηφάλιον, hoc ſignificare vult. At immeritò reprehenditur. Νήφων enim & νηφάλιος idem. Heſychius: Νηφάλιοι, νήφοντες. *Vigilantes.* Conſentiunt veteres Interpretes. Theodoretus ad I. Timoth. III. 2. pag. 475. Νηφάλιον, διεγηγερμένον, καὶ προσκοπεῖν τὸ πρακτέον δυνάμενον. *Vigilantem, quique proſpicere poſſit quid agendum.* Idem, ad Titum II. 2. pag. 511. Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι· ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν ἀεὶ, καὶ σύνεσιν ἔχειν τῇ ἡλικίᾳ κατάλληλον. *Vigilantes ſint ſenes: ſemper vigilent, & prudentiam habeant ætati convenientem.* Theophylactus ad I. Timoth. III. 2. pag. 763. *Epiſcopum oportet eſſe* νηφάλιον, id eſt, ὀξὺν, διεγερτικὸν, ἀγχίνουν, μηδὲ ὑπὸ φροντίδων καὶ ἀθυμιῶν καταβαπτιζόμενον, ἀλλ' ἀεὶ διυπνισμένον, ὥστε πάντα βλέπειν, καὶ πᾶσιν ἐφίστασθαι, *acutum, perſpicacem, ſolertem, qui curis & mœrore non obruatur, ſed ſemper expergefactum, ut omnia videat, omnibusque adſtet.* Idem, ad v. 11. Cap. III. pag. 767. *Mulieres oportet eſſe* νηφαλίους, id eſt, διεγηγερμένας. Ἐπειδὰν γὰρ κοῦφον καὶ εὐεξαπάτητον τοῦτο τὸ γένος, δεῖ, φησιν, αὐτὰς διυπνισμένας εἶναι καὶ ἀγχίνους vigilantes. *Quoniam enim levis eſt iſte ſexus, facileque ſeduci poteſt, oportet eas, inquit, vigiles eſſe & ſolertes.* Theodoretus tamen hoc loco νηφάλιον interpretatur, *ſobrium,* quando ſcribit: Ὥσπερ διακόνοις ἐνομοθέτησε μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχειν, οὕτω καὶ γυναῖκας ἐκέλευσε νηφαλίους εἶναι. *Sicut diaconos præcepit non eſſe multo vino deditos, ita etiam mulieres juſſit eſſe ſobrias.* Νήφω etiam & νῆψις non tantum de ſobrietate, ſed & de vigilantia uſurpantur. Chryſoſtomus Homil. contra Anomœos, tom. VI. pag. 425. Κἂν μυριάκις ὁ λέγων νήφῃ, οἱ δὲ ἀκούοντες μὴ τὴν αὐτὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδείκνυνται, καταποντισθεὶς ἡμῶν ὁ λόγος οἰχήσεται οὐχ εὑρὼν διάνοιαν τὴν ὑποδεξαμένην αὐτόν· διὸ χρὴ νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι. *Etiamſi diligentiſſimè vigilet Concionator, niſi vigilantiam eandem exhibeant auditores, demerſus ſermo noſter peribit, neque mentem ullam, à qua poſſit excipi, nancıcetur: quapropter ſobrios eſſe ac vigilantes oportet.* Ita etiam Plutarchus νήφειν καὶ ἀγρυπνεῖν conjungit. Chryſoſtomus dicto loco: Ἐπὶ τῶν πλεόντων κἂν ἅπαντες καθεύδωσιν, ὁ δὲ κυβερνήτης ἐγρηγορὼς ᾖ μόνος, οὐδεὶς ἐστι κίνδυνος, τῆς νήψεως τῆς ἐκείνου καὶ τῆς τέχνης ἀντὶ πάντων ἀρκούσης τῷ πλοίῳ. *Inter eos, qui navigant, licet dormiant omnes, ſi ſolus vigilet gubernator, nullum eſt periculum, dum illius vigilantia & ars navigio pro omnibus ſufficit.*

Νικόδημος.

Nicodemus, Phariſæus, ex prioribus Judæorum, qui noctu ad JESUM venit, ut in fundamentis Religionis Chriſtianæ inſtitueretur, Joh. III. à Gregorio Nyſſeno, Orat. IV. contra Eunomium, tom. II. pag. 532. vocatur νυκτερινὸς Νικόδημος, *nocturnus Nicodemus:* à Greg. Nazianzeno, Orat. XLII. pag. 693. Νυκτερινὸς θεοσεβής. *Nocturnus Dei cultor:* à Theophane, Homil. III. pag. 14. Νυκτερινὸς μαθητής. *Nocturnus diſcipulus.* Iterum Nazianzenus Orat. XVI. pag. 265. eum vocat, τὸν ἐξ ἡμισείας φιλόχριστον, *qui Chriſtum ex parte tantùm amavit.* At cùm Chriſtum etiam publicè defenderit adverſus Phariſæos, Joh. VII. 50. &c. & ſepulturæ adfuerit, Joh. XIX. 39. etiam ἡμερινὸς dici poteſt. Chryſippus, Jeroſol. Presbyter in hiſtoria de Gamaliele & Nicodemo, in Biblioth. Photii, Cod. CLXXI. pag. 384. Νικόδημον τὸν νυκτερινὸν φίλον καὶ ἡμερινὸν γεγονότα, καὶ μαρτυρίῳ τελειωθέντα. *Nicodemum nocturnum* quondam *amicum, diurnum etiam redditum, martyrioque coronatum.*

Νιπτήρ.

Græci lotionem pedum, à Chriſto Joh. XIII. diſcipulis adhibitam, imitantur. Ejus deſcriptionem exhibet Typicum, Cap. XLII. pag. 82. 83. Titulus capitis eſt: Εἴδησις τοῦ νιπτῆρος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ

Digitized by Google

ληπίμαπη. Duodecim, ſecundum ordinem diſpoſiti, lavantur: ipſa Chriſti verba recitantur, & ab ipſo uſurpatæ ceremoniæ iterantur, certis precibus additis: quæ, cùm ſatis ſint longæ, ex ipſo peti poſſunt Typico. Præ foribus etiam Templorum erant Νιπτῆρες, de quibus actum in voce Λυτήρ.

Νιφάς.

I. *Propriè* νιφὰς eſt *nix acervatim ſeu confertim & cum vehementi impetu decidens; imber nivalis.* Homerus Il. ί. v. 170.

Ὡς ὅταν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς ἠὲ χάλαζα.

Velut cùm ex nubibus volat nix, aut grando.

Ubi vetus Scholiaſtes: Νιφὰς, ψεκὰς, ἢ χιών. *Nix, minutula pluvia, vel nix.* Il. μ'. v. 156.

— — Νιφάδες δ' ὡς πῖπτον ἔραζε.

Grana nivis autem velut cadebant in terram.

Vide etiam v. 278. Il. τ'. v. 357. Il. γ'. v. 222. Heſychius: Νιφὰς, ἡ τοῦ χιόνος κατ' ὀλίγον ἀπόῤῥοια. Νιφάδες δ' ὡς πῖπτον ἔραζε. Τὰς γὰρ ψεκάδας, ψιάδας· φησὶ γάρ. Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε. Νιφὰς *eſt nivis paulatim decidentis fluxus. Grana nivis autem velut cadebant in terram. Etenim* ψεκάδας vocat ψιάδας, *guttas. Dicit enim: Cruentas autem guttas deſudit in terram.* Sunt verba Homeri Il. π'. v. 459. Ubi vetus Scholiaſtes: Ψιάδας, ψεκάδας, δρόσους.

II. *Metaphoricè* frequenter uſurpatur *de multitudine*, ut νέφος, de quo ſuprà. Νιφάδες πειρασμῶν, *ingens tentationum multitudo*, apud Oecumenium in II. Corinth. XII. pag. 568. Ita Chryſoſtomus Orat. I. de laudibus Pauli: Νιφάδας πειρασμῶν ὑπομένων. *Tentationes mille perferens.* Νιφάδες κινδύνων, *mille pericula.* Chryſoſt. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, Cap. XX. Παῦλος τὰς νιφάδας ὁρῶν τῶν κινδύνων τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς. *Cùm Paulus ingentem numerum periculorum illis cerneret imminere.* Νιφάδες λίθων, *lapidum imbres.* Chryſoſtomus Homil. de Martyribus, quæ eſt LXV. tom. V. Edit. Pariſ. pag. 974. Ὁ μακάριος Στέφανος, ἐπειδὴ τὸν Χριστὸν ἑώρα τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς, διὰ τοῦτο τῶν λίθων τὰς νιφάδας οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὰ βραβεῖα, καὶ τοὺς στεφάνους ἠρίθμει. *Beatus Stephanus, quia Chriſtum oculis fidei videbat, propterea lapidum imbres non reſpiciebat, ſed illorum loco præmia & coronas numerabat.* Sic apud Ciceronem, lib. I. de Divinat. *Sæpe lapidum, ſanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit.* Lib. II. de Divinat. *Lapidem & ſanguinem imber.* Νιφάδες βελῶν, *telorum imbres.* Theodoretus Orat. de Charitate, tom. IV. pag. 690. Ἀρετὴ καὶ φιλοσοφία, μόνη μένει ἀγαθῶν· νικᾷ γὰρ καὶ λῃστῶν χεῖρας, καὶ συκοφαντῶν γλώσσας, καὶ πολεμικῶν βελῶν καὶ δοράτων νιφάδας. *Virtus & philoſophia ſtabile eſt bonum ac permanens. Vincit enim & prædonum manus, & calumniatorum linguas, & hoſtilium telorum haſtarumque tempeſtates.* Ita Virgilius:

Tempeſtas telorum, & ferreus ingruit imber.

Νιφάδες φροντίδων, *infinita curarum multitudo.* Chryſoſtomus Homil. LXXXI. in Matth. pag. 509. Ἐν τῇ τῶν ἀνδρῶν ἡλικίᾳ τὰ τῆς οἰκονομίας ἐπίκειται, ὅτε γυνὴ, καὶ γάμος, καὶ παιδοποιΐα, καὶ οἰκίας προστασία, καὶ αἱ πολλαὶ τῶν φροντίδων νιφάδες· τότε δὲ μάλιστα καὶ φιλαργυρία ἀνθεῖ καὶ βασκανία. *In ætate virili, quæ ad rem familiarem ſpectant, tractanda: quando uxor, & conjugium, & liberorum procreatio, & domûs adminiſtratio, & infinita curarum multitudo ingruit: tunc maximè avaritia quoque & invidia viget* atque dominatur. Νιφάδες κολάσεων, *pœnarum tempeſtates.* Chryſoſtomus Serm. II. ad Theodorum lapſum, tom. VI. pag. 69. de inferiis ſcribit: Πολλαὶ ἐκεῖ τὰ βασανιστήρια, καὶ νιφάδες πάντοθεν κολάσεων

ἐπάγονται τῇ ψυχῇ. *Multi ibi cruciatus, & undique pœnarum tempeſtates animæ impendent.* Νιφάδες κακῶν, *tempeſtates malorum.* Chryſoſtomus Homil. XIV. tom. V. Pariſ. pag. 202. Πανταχόθεν νιφάδων πυκνότερα περιεστήκει τὰ κακά. *Undique mala imbribus denſiora circumſtabant.* Νιφάδες γραμμάτων, *frequentes literæ.* Chryſoſtomus Epiſt. XLVII. Ἐν σοὶ λοιπὸν ἀπολογίας λείπεται εἶδος, τὸ, νιφάδας ἡμῖν πέμπειν γραμμάτων, δυναμένων τὴν ἐκ τῆς μακρᾶς σιγῆς παραμυθήσασθαι αἰτίαν. *Una ratio, quâ te ipſum defendas, ſupereſt, nimirum ut frequentiſſimas literas ad nos mittas, quæ diuturni ſilentii culpam deprecari poſſint.* Τῶν λόγων νιφάδες, *multa verba.* In Actis Synodi Nicænæ, lib. II. Cap. XIII. pag. 88. Καὶ ὑπὲρ τούτων τῶν μιαρῶν δογμάτων Ἀρείου πολὺς ἦν αὐτῷ ὁ ἀγὼν, καὶ αἱ τῶν λόγων νιφάδες. *Atque hæc ſceleſta Arii dogmata* Philoſophus *quidam magna animi contentione & orationis flumine propugnabat.* Eodem modo uſurpatur νιφετὸς à Chryſoſtomo, lib. de Virginitate, Cap. LXXI. Εἰ τὰ δοκοῦντα εἶναι ζηλωτὰ τοσούτων γέμει κακῶν, καὶ τοσοῦτον τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι τὸν νιφετὸν ἐπάγει τῶν νοσημάτων, ποῦ τὰ λυπηρὰ θήσομεν; *Quòd ſi quæ præclara videntur, tot malis referta, tantas & animo & corpori morborum quaſi nives accerſunt, quo loco acerba illa erunt habenda?*

Νοέω.

I. Νοέω ſignificat *intelligo.* Veteres Gloſſæ: Νοῶ, *intelligo.* Item *animadverto, animo concipio.* Heſychius: Νοήσει, ἐνθυμεῖται. Malim, ἐνθυμεῖται, ab ἐνθυμίζομαι, vel ἐνθυμήσεται, ab ἐνθυμέομαι. *Animadvertet, animo concipiet.* Idem: Νόει, συλλογίζου, σκόπει. *Cogita, conſidera.* Sine dubio ex loco Apoſtoli II. Timoth. II. 7. ubi, Νόει, ἃ λέγω· δῴη γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Huc pertinent illa Antonini, Νοεῖν ὃ λέγω. Heſychius: Συνίημι, νοῶ. D. Hieronymus (niſi imitari, certè reſpicere, quàm vertere hunc locum maluit) legit, νοεῖς, & pòſt δίδωκεν. In quadam enim ad Paulinum epiſtola ſic ſcribit, *Intelligis quid loquor, dedit enim tibi Dominus, &c.* Et in Epiſt. ad Demetriadem, *Intelligis quid loquor.* Sic Lactantius Cap. V. de Opificio Dei, *Intelligis quid loquor.* D. Auguſtinus in Pſalmum LXXXIII. *Dicimus, fratres, quod noſtis*: & ad eundem Auguſtinum idem Hieronymus, *ſcit quid dicam prudentia tua*: item alibi, *ſcis quid taceam, & quid tacendo loquar.* Recepta tamen lectio νόει potiùs ſequenda. *Intellige*, inquit, vel *conſidera, quod loquor.* Sic ſæpiſſimè in Pſalmos Auguſtinus, *Intelligat charitas veſtra*: quod loquor nempe, vel, quod dicturus ſum. Idem in Pſal. XCIX. *Deus det mihi intelligere quod dicam, & vos intelligere quod auditis.* Simile I. Corinth. X. 5. Κρίνατε ὅ φημι. Et XIV. 37. Ἐπιγινωσκέτω ἃ γράφω.

II. Νοούμενα ſunt, *quæ mente percipiuntur*, ſeu *intelligentiâ comprehenduntur: quæ ſub intelligentiam cadunt*: atque τοῖς ὁρωμένοις opponuntur. Euſebius Pamphili ad Philoſophum in Concilio Nicæno, parte II. Cap. XIX. pag. 125. Ὁ υἱὸς τῇ βουλῇ τοῦ πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ δεδημιούργηκε πᾶσαν τὴν κτίσιν, τήν τε ἐπουράνιον καὶ ἐπίγειον, τήν τε ὁρωμένην, καὶ νοουμένην. *Filius Patris & ſua ſententia*, vel *conſilio omnem creavit creaturam, tum cœleſtem tum terreſtrem, tum eam quæ ſub aſpectum cadit, & eam quæ intelligentiâ percipitur.* Leontius Epiſcopus ibid. parte II. Cap. XXI. pag. 142. Ἀσύγκριτα πάντα τά τε ὁρώμενα, τά τε νοούμενα. *Diſſimilia ſunt omnia, tum quæ videntur, tum quæ intelligentiâ percipiuntur.* Chryſoſtomus Homil. contra Anomœos, tom. I. Edit. Pariſ. pag. 699. Ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων οὐχ ἡ φύσις τῶν ὁρωμένης πέτρας, ἀλλ'

Digitized by Google

ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς νομιζομένης τοὺς ποταμοὺς ἠφίει τῶν ὑδάτων. *Apud Judæos non natura viſibilis petræ, ſed virtus ſpiritualis petræ aquarum emittebat flumina.* Confer vocem Αἰσθητὸς, & vide paulò pòſt in Νοητὸς.

Νόημα.

I. Νοήματά ἐστι, inquit Clemens Alexandr. Stromat. VIII. pag. 781. ὁμοιώματα καὶ ἐκτυπώματα τῶν ὑποκειμένων, ὅθεν ἅπασι καὶ τὰ νοήματα τὰ αὐτά ἐστι, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων ἅπασιν ἐγγίνεσθαι τύπωσιν. *Cogitata ſunt, quæ res ſubjectas referunt & exprimunt. Unde ſunt omnibus eadem cogitata, propterea quod ex rebus ſubjectis eadem forma & typus ingeneretur omnibus.* Pachymeres in Cap. VIII. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 98. Τὸ νόημα, κίνησις ψυχῆς ἐστιν ἀνυπόστατος. *Cogitatio motus eſt animæ, qui non ſubſiſtit.*

II. Νοήματα ſunt *machinationes, commenta.* Suidas: Νόημα, ἐφεύρημα. *Conſilium, inventum.* Homerus Il. η. v. 456.

> Ἄλλος κέν τις τοῦτο θεῶν δείσειε νόημα,
> *Alius aliquis deorum hoc reformidaret commentum.*

II. Corinth. II. 11. Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. *Non enim ignoramus ipſius* (Satanæ) *cogitationes.* Chryſoſtomus Homil. IV. in hanc Epiſt. pag. 571. Σφόδρα καταγέλαστον, καὶ τῆς ἐσχάτης αἰσχύνης, διὰ τῶν ἡμετέρων φαρμάκων τὰ τραύματα αὐτὸν κατασκευάζειν, διὰ τοῦτο ἔλεγεν, Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν, τὸ ποικίλον, τὸ δολερὸν, τὸ κακομήχανον, τὸ κακοῦργον, τὸ ἐπὶ προσχήματι εὐλαβείας ἐπηρεαστικὸν ἐμφαίνων. *Perquàm ridiculum & ſummè pudendum illud eſt, quòd per medicamenta noſtra, ipſe vulnera efficiat. Propterea dixit,* Non enim ipſius cogitationes ignoramus: *hoc eſt, quàm multiplex, quàm vafer, quàm veteratorius, ac verſutus ſit, quàm deniq; ſub pietatis obtentu infeſtum ſe nobis hoſtem præbeat.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 342. Νοήματα ἐκάλεσε τοῦ διαβόλου, τὴν κακουργίαν αὐτοῦ καὶ τὴν δολιότητα, καὶ ὅπως ἐν προσχήματι εὐλαβείας ἀπόλλυσιν. Οὐ γὰρ μόνον ἐκ πορνείας ὑποσκελίζει, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀμέτρου λύπης. Diaboli cogitationes *malitiam ejus & impoſturam vocavit, & quomodo ſub pietatis ſpecie perdat. Non ſolùm enim per fornicationem ſupplantat, verùm etiam per immodicam triſtitiam.*

III. Notat *ſenſum Scripturæ,* & opponitur τῷ γράμματι. Severianus Orat. V. de Creatione, dicit, quando Deo membra humana adſcribantur, νοήματα ταῦτα εἶναι μᾶλλον, ἢ ῥήματα, *ad ſenſum potiùs reſpiciendum eſſe, quàm ad verba.* Theophanes, Homil. IV. pag. 23. dicit μετάγειν τὸ γράμμα ἐπὶ τὸ νόημα, *literam ad ſenſum in ea latentem transferre.* Idem, Homil. V. p. 29. ἱστορίαν & νοήματα opponit, dum ſcribit: Προτρέπει καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐπαναγαγεῖν τὴν ἱστορίαν ἐπὶ τὸ βάθος τῶν νοημάτων, καὶ χαλάσαι τοῦ λόγου τὸ δίκτυον εἰς ἄγραν τῆς θεωρίας. *Nos etiam ipſa adhortantur verba, ut in altum ſententiarum pelagus provehamus hiſtoriam, & ad capiendum altiorem intellectum rete orationis noſtræ demittamus.* Quid Βάθος νοημάτων ſit, explicatur etiam in voce Βάθος.

Νοητός.

Νοητὸν illud dicitur, *quod mente percipitur: quod ſub intelligentiam cadit:* & opponitur τῷ ὁρατῷ atque αἰσθητῷ. Heſychius: Νοητὸν, τὸ νοούμενον. Illud dicitur νοητὸν, *quod mente percipitur.* Idem: Νοητὰ, τὰ μὴ ὁρώμενα. *Intelligibilia, quæ non cernuntur.* Suidas: Νοητὰ, τὰ μὴ ὁρατά· καὶ ἁπλῶς τὰ μὴ αἰσθητά. *Intelligibilia, quæ non cernuntur: & ſimpliciter, quæ non ſunt ſenſilia.* Greg. Nyſſenus Homil. VI. in Canticum, tom. I. pag. 555. Νοητὸν λέγομεν, τὸ ὑπερπίπτον τὴν αἰσθητικὴν κατανόησιν. *Illud* νοητὸν *dicimus, quod omnem ſuperat ſenſûs perceptionem.* Angeli vocantur νοηταὶ ἀκρότητες, *ſummitates, quæ mente percipiuntur,* à Dionyſio Areopagita, Cap. I. de myſtica Theologia, num. III. pag. 710. Ad quæ Pachymeres pag. 728. Νοητὰς ἀκρότητας, τὰς οὐρανίας καὶ νοερὰς οὐσίας καλεῖ, τὰς περὶ Θεὸν οὔσας. *Summitates, quæ mente percipiuntur, vocat cæleſtes & intellectuales eſſentias, quæ circa Deum ſunt.* Chryſoſt. Homil. LXXXVIII. tom. V. Νοητὴ χάρις, καὶ πίστει μόνη θεωρουμένη. *Gratia ſpiritualis, & quæ ſola fide cernitur.* Ibidem: Ἡ κάθαρσις τῶν ἁμαρτημάτων νοητὴ δωρεά τίς ἐστιν, ὀφθαλμοῖς οὐ δυναμένη σώματος γενέσθαι φανερά. *Ablutio à peccatis ſpirituale quoddam donum eſt, quod oculis corporeis cerni non poteſt.* Sic νοητὰ & ὁρώμενα opponuntur. Cyrillus Alex. lib. I. de Adoratione, pag. 4. Εὐπρεπεστάτη λίαν ἡ ἐκκλησία, κόσμον ἔχουσα τὸν νοητὸν, οὐ τοῖς τῆς σαρκὸς ὁρώμενον ὀφθαλμοῖς. *Valde decora eſt Eccleſia, ornatum habens ſpiritualem, qui oculis corporeis non videtur.* Chriſtus vocatur λίθος νοητὸς, non αἰσθητός. Chryſoſtomus Homil. contra Anomœos, t. I. Edit. Pariſ. pag. 699. Ἡμεῖς τὸν λίθον ἐκεῖνον μεταχειρισώμεθα, ἀκρογωνιαῖον λέγω, τὸν νοητόν. *Nos lapidem illum in manus accipiamus, angularem illum dico & ſpiritualem.* Et mox: Καὶ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ οὐχ ὁ αἰσθητὸς, ἀλλ' ὁ νοητὸς λίθος τὴν βαρβαρικὴν ἐκείνην κατήνεγκε κεφαλήν. *Tempore etiam Davidis non ſenſibilis, ſed ſpiritualis lapis barbaricum illud caput dejecit.* Johannes Jejunator Homil. de Pœnitentia, tomo eod. pag. 826. Διὰ τὴν ψυχὴν ὁ ἀσκητὴς Ἰακὼβ λίθον πρὸς κεφαλῆς ἐτίθει κοιμώμενος, ἵνα τὸν νοητὸν λίθον καθ' ὕπνους θεάσηται. *Propter animam aſceta ille Jacob lapidem ad caput ſuum poſuit dormiens, ut ſpiritualem per ſomnos lapidem videret.* Confer vocem Αἰσθητὸς, & num. II. ſub verbo Νοέω.

Νοθεύω.

Verbi hujus ſignificationes ex vulgatis Lexicis ſatis notæ ſunt. Singularis, nec à Lexicis obſervata locutio eſt Baſilii Seleucienſis, qui Orat. VI. pag. 37. dicit, Ἵνα μή τις νοθεύῃ τὸν φόβον, ταῖς τοῦ χειμῶνος ὥραις τὸν κατακλυσμὸν λογιζόμενος. *Ne quis formidinem adulteret, hyberni temporis horis eluvionem aſſignando.* Hic τὸν φόβον νοθεύειν, eſt eluvioni aſſignando cauſſam naturalem, non divinum numen, rem ſuâ naturâ formidabilem, minùs formidabilem facere. Pari elegantia, apud eundem, Orat. II. in Adamum, ſerpens, cùm Evam abducit à timore ſupplicii à Deo intentati, dicitur νοθεύειν τὴν τιμωρίαν, *adulterare pœnam,* id eſt, pœnæ gravitatem elevare. Et Orat. de vocatione Apoſtolorum: *Opulentos non elegit miniſtros,* ἵνα μὴ νοθεύσῃ τὸ θαῦμα, *ne rem tam admirandam adulteraret,* ſive rei tam admirandæ gratiam detereret. Eodem ferè modo Chryſoſtomus Homil. de Pſeudoprophetis, tom. VI. Pariſ. pag. 486. Μὴ νοθεύσῃς τὴν ἀρετὴν, μὴ περιφύγῃς τὸν κόπον, ἵνα μὴ στερηθῇς τῶν στεφάνων. *Ne adulteres virtutem: ne fugias laborem, ne priveris corona.*

Νομίμως.

Veteres Gloſſæ: Νομίμως, *legitimè.* II. ad Tim. II. 5. dicit Apoſtolus: Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. *Nam & qui decertat in agone, non coronatur niſi legitimè certaverit.* Νομίμως, id eſt, πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττων, *certaminis lege omni obſervata,* inquit Chryſoſtomus Homil. IV. in hanc Epiſt. Τῷ μηδὲ μικρὸν μὲν παριδεῖν τῶν διατεταγμένων, οὕτως δὲ ἕκαστον ποιῆσαι, ὡς προσετάγμεθα. *Ut ne minimum quidem omittatur eorum, quæ præcipiuntur, & ita ſingula perficiantur, prout præceptum eſt.* Theophylactus ad eundem locum, p. 809. Οὐκ ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ, ἀρκεῖ τοῦτο, οὐδὲ ἐὰν ἀλείψηται, οὐδὲ ἐὰν συμπλακῇ, ἀλλ' ἐὰν μὴ καὶ τοὺς περὶ βρωμάτων καὶ πομάτων καὶ σωφροσύνης ἀθλητικῆς νόμους

μους φυλάξῃ, καὶ τοὺς ἐν τῷ τρόπῳ τῆς πάλης. *Non ſi certamen inierit, hoc ſatis eſt: neque ſi inunctus fuerit, neque ſi manus conſeruit, niſi & de cibo potuque ac temperantia athletis præſcriptas leges obſervârit, atque eas, quæ luctæ modum referunt.* Et Theodoretus, pag. 496. Καὶ ἡ ἀθλητικὴ νόμους ἔχει τινάς, καθ᾽ οὓς προσήκει τοὺς ἀθλητὰς ἀγωνίζεσθαι· ὁ δὲ παρὰ τούτους παλαίων, τὸν στέφανον διαμαρτάνει. *Habet etiam ars athletica leges quaſdam, ex quibus oportet athletas decertare: qui autem præter eas luctatur, coronas non aſſequitur.* Poſtea dicit, τὸ ἐννόμως ἀγωνιζόμενον, ἐννόμως στεφανοῦσθαι, *eum qui legitimè certaverit, legitimè etiam coronari.* Athanaſius quæſt. CXX. de Parabolis Scripturæ, tom. II. pag. 431. ad præſentem locum reſpiciens: Ἐὰν γάρ τις στρατεύηται, καὶ εἰς πόλεμον εἰσέρχηται, οὐδὲ οὕτως στεφανοῦται, ἐὰν μὴ συμπλακῇ μετὰ τοῦ ἀντιπάλου, καὶ κρούσῃ μετὰ τοῦ ξίφους, καὶ ἀποκτείνῃ αὐτόν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ νομίμως ἀθλῆσαι. *Si enim quis militet, & in bellum ſe conferat, neque ita coronatur, niſi cum hoſte congrediatur, eumque gladio percutiat & interficiat. Hoc enim eſt legitimè certare.* Baſilius Cæſar. in proœm. ad præcept. latiores: Ἀθλητικῷ νόμῳ δεῖ σε πολιτεύεσθαι· εἰ δὲ μή, οὐ στεφανοῦσθαι. *Juxta legem athleticam oportet te vivere: ſin minus, neque coronari.* Νόμος ἀθλητικός, eſt νομίμως, quo vocabulo in eodem argumento uſus eſt Galenus ad Hippocr. aphoriſ. XVIII. Φυλάττονται δὲ αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταί, καὶ οἵ γε νομίμως ἀθλοῦντες. *Hoc autem maximè etiam exercitatores obſervant, & legitimè certantes.* Iterum Baſilius loco citato: Αἱ τιμαί, καὶ οἱ στέφανοι τῶν νενικηκότων εἰσί. Τίς στεφανοῖ τὸν μηδὲ ἀποδύντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον, ὁπότε οὐ νικῆσαι δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως ἀθλῆσαι, κατὰ τὸν ἀπόστολον. *Honores & coronæ victorum ſunt. Quis coronat eum, qui ne accinctus quidem fuerit adverſus hoſtem, quando non tantùm vincere oportet, ſed etiam legitimè certare, juxta Apoſtolum.* Huc etiam faciunt illa Greg. Nazianzeni Orat. in Pentecoſten, Ἵνα μὴ ἀθλῆτε μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως, ἐξ οὗ καὶ ὁ στέφανος. *Ut non tantùm certetis, ſed etiam legitimè, unde quoque corona.* Τὸν ἔξω τοῦ κανόνος αὐτῷ δοθέντος τρέχοντα, διὰ τὸ ἄτακτον, ἄναθλον γίνεσθαι, *eum, qui extra ordinem & regulam ſibi præſcriptam currit, quia ordines in certamine inito non ſervet, victoriæ præmio excidere*, dicit Juſtinus in Epiſt. ad Zenam. Habuit igitur, ut videmus, leges ſuas ἡ σωματικὴ γυμνασία· habet & ſuas illa, quæ eſt πρὸς εὐσέβειαν, inter præcipuas quarum eſt ἡ κακοπάθεια, legitima Chriſti pugilum decertatio. Photius Epiſt. CCI. pag. 297. Οὐ δεῖ τρυφᾶν τὸν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπιζητοῦντα, καὶ τὸν ἐκεῖσε κλῆρον διώκοντα· οὐ δεῖ τὸν ἀθλητὴν ἡσυχάζειν, οὐδὲ τὸν ἀγωνιστὴν ὑπὸ σκιαῖς καὶ δένδροις καὶ παραδείσοις ἀνακεκλῖσθαι καὶ ἀναπαύεσθαι, ἀλλ᾽ ἐν μέσοις τοῖς ἀγῶσιν, ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς, ἐν μέσῳ τῶν τῶν διωκόντων μιαιφονίας δοκιμάζεσθαι, καλὸν ἐμφανισθῆναι τῷ ἀγωνοθέτῃ, ἱδρῶσιν ἀθλητικοῖς ἔτι περιστάζόμενον· μακάριον ὀφθῆναι τῶν δρόμων καὶ καμάτων ἀσθμαίνοντα. Τοῦτο τῶν στεφάνων ἐγώ φημι μακαριώτερον. *Non deliciis affluere decet ad regnum cœlorum anhelantem, & illam ibi hæreditatem adire volentem: luctatorem non decet otio torpere, nec certamini deſtinatum ſub umbra, ſub arboribus & in paradiſis recubare, ac dulcem ſomnum capere: ſed inter certamina, in ipſis tentationibus, inter perſequentium gladios explorari, & ſic approbari ab Agonotheta, ſudore madentem è colluctatione, & ſic de curſu, laboribus anhelum, felicem prædicari: id quod ego coronis prætulerim.* Auguſtinus in Pſal. LX. *Nemo -- coronari poteſt, niſi vicerit; nec poteſt vincere, niſi certaverit.* Primaſius ad Philipp. I. *Vult Deus ſuos probatos coronari.* Ambroſius offic. lib. I. Cap. X. *Qui legitimo luctandi certamine coronam petunt, quotidiano uſu palæſtræ durantes membra, nutrientes patientiam, labori aſſueſcunt.* P. Chryſologus Serm. CXLII. *Quis præter viam ad ullam pervenit manſionem?* Propert.

Quis priùs infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quàm metam triverit arte rota?

Νομοθεσία.

Veteres Gloſſæ: Νομοθεσία, *Juriſdictio, legiſlatio, promulgatio, ſanctio.* Suidas: Νομοθεσία, θέσις νόμου. *Legiſlatio.* Liber Pſalmorum vocatur νομοθεσία apud Athanaſium, Orat. contra Gentes, tom. I. pag. 29. in his: Ἡ φησιν ἡ θεία νομοθεσία· Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ. &c. *Prout divina legiſlatio dicit: Cœli enarrant gloriam Dei.* Decalogus appellatur eodem nomine. Damaſcenus, lib. I. Orthod. fidei, Cap. V. pag. 15. Φησὶ γὰρ ὁ Κύριος ἐν τῇ τῆς νομοθεσίας ἀρχῇ. Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. *Dicit enim Dominus in principio legiſlationis: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te è terra Ægypti: non erunt tibi dii alii præter me.*

Νομοΐστωρ.

Apud Suidam, qui ex Heſychio habet, νομοΐστορες exponitur νομομαθεῖς, *legum periti, juriſconſulti.* Legitur apud Cyrillum Alexandr. in Caput XLIII. Jeſajæ, pag. 577. Οἱ πρὸς ἱερουργίαν ἐξειλεγμένοι σοφοί τε καὶ νομοΐστορες, καὶ παιδαγωγεῖν εἰωθότες τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς, πατέρες ἂν λέγοιντο τῶν ὑπεζευγμένων ἄρχοντές τε καὶ ἡγούμενοι. *Qui ad miniſterium electi erant, & ſapientes & legiſperiti, & populum ſibi commiſſum erudire ſolebant: eorum, qui jugo ſuberant, patres & principes, & duces appellari poterant.*

Νομομάθεια.

Νομομαθής, ut ex Lexicis notum, eſt *legiſperitus.* Chryſoſtomus: Παῦλος ὁ μέγας καὶ ὀνομαστός, ὁ νομομαθής. *Magnus ille Paulus & celebris, legis ille peritus.* Sic ſæpe Paulum appellat, quia legem ſub Gamaliele didicerat. Cyrillus Alex. in Cap. LXI. Jeſajæ, pag. 861. Γεγόνασι κατὰ καιροὺς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἄνδρες ἅγιοι καὶ νομομαθεῖς, καὶ προφητικῶν κηρυγμάτων ἐρευνηταί, καὶ ἐπιστήμονες. *Fuerunt diverſis temporibus apud Judæos viri ſancti & legis periti, & Propheticarum prædicationum ſcrutatores ac gnari.* Hinc ſubſtantivum νομομάθεια, *legis cognitio.* Vox à Lexicographis omiſſa. Cyrillus Alex. lib. II. in Joh. Cap. I. pag. 149. Νομομαθείας ὑπόληψιν ἠμφιεσμένοι γυμνήν. *Nuda opinione doctrinæ legis redimiti.* Et lib. III. in Joh. Cap. I. pag. 251. Πολὺ λίαν τῆς ἀκριβοῦς νομομαθείας ἐξῳκισμένοι. *Ab exacta legis cognitione multùm remoti.* Et pag. 480. de Phariſæis: Νομομαθείᾳ καὶ ἐπιστήμῃ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μόνας τὰς ἑαυτῶν καταστέφοντες κεφαλάς. *Peritiæ legis & divinarum literarum ſcientiæ coronam ſibi ſolis arrogantes.*

Νόμος.

Νόμος, *Lex*, ſumitur,

I. *Impropriè*: idque

1. *pro ſecta*, ſeu profeſſione aut Religione; qualem hodie Monachi *ordinem & regulam* vocant; ad Philipp. III. 5. ubi Apoſtolus dicit, quod fuerit κατὰ νόμον Φαρισαῖος, *ſecundum legem Phariſæus.* Αὕτη γάρ, inquit ad hunc locum Theodoretus, κρείττων ἡ αἵρεσις ἦν. *Hæc enim erat melior ſecta.* Quod Apoſtolus νόμον appellat, id Theodoretus αἵρεσιν vocat. Ita etiam Theophylactus.

2. *pro jure, autoritate, & imperio.* Rom. VII. 3. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου. *Si autem mortuus fuerit vir, libera eſt à lege.* Hic intelligitur ὁ τοῦ γάμου νόμος, *lex matrimonii*, juxta quam uxor marito ſubjecta eſt, maritusque jus, autoritatem & imperium in eam habet. Notat ergo νόμος vim ad aliquid impellentem. Hinc,

Digitized by Google

Νόμος ἐν τοῖς μέλεσι, *lex in membris*, ad Rom. VII. 23. Damaſcenus orthod. fidei lib. IV. Cap. XXIII. p. 371. Λέγεται καὶ ἡ ἐναποκειμένη τῷ σώματι ἡμῶν ὁρμὴ καὶ αἴσθησις τῆς ἁμαρτίας, ἤτοι ἐπιθυμία καὶ ἡδονὴ τοῦ σώματος, νόμος ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἡμῶν. *Dicitur etiam inhærens corpori noſtro odor & ſenſus peccati, id eſt, concupiſcentia & voluptas corporis, lex in membris carnis noſtræ.* Theophylactus ad hunc locum, pag. 70. Νόμος, ὁ ὢν ἐν τοῖς μέλεσι, τουτέστιν, ἡ φιλαμάρτημων προαίρεσις, καὶ ἡ πρὸς τὸ κακὸν σχέσις, διὰ τῆς συνηθείας ἐνσκιρρωθεῖσα ἡμῖν. *Lex, quæ eſt in membris noſtris, id eſt, amans peccati voluntas, & habitudo ad malum, quæ nobis per conſuetudinem veluti callum obduxit, & induruit.*

Νόμος τῆς ἁμαρτίας, *lex peccati*, Rom. VII. 23, 25. Theophylactus hic *per legem peccati* intelligit τὴν δύναμιν, τὴν τυραννίδα τῆς ἁμαρτίας, *potentiam, tyrannidem peccati.* Theodoretus, ſimpliciter τὴν ἁμαρτίαν. Cyrillus Alex. in Theſauro, Aſſert. XXXIV. pag. 354. Νόμον ἁμαρτίας τὰ ἐν τῇ σαρκὶ πρὸς τὰς ἐκτόπους ἡδονὰς κινήματα λέγει. *Legem peccati vocat in carne motus ad inordinatas voluptates.* Idem, Epiſt. I. ad Succenſum de fide, pag. 139. Νόμον ἁμαρτίας καλεῖ τὸ ἐν ἡμῖν ἔμφυτον κίνημα. *Legem peccati vocat inſitum nobis motum,* id eſt, ad peccatum inclinationem.

Νόμος τοῦ νοός, *lex mentis*, Rom. VII. 23. Oecumenius in Cap. VII. ad Romanos, pag. 305. Νόμος τοῦ νοός ἐστιν ὁ τῇ φύσει ἡμῶν ἐγκατασπαρεὶς παρὰ τοῦ δημιουργοῦ, ἐπὶ τὰ τῷ Θεῷ φίλα παροτρύνων. *Lex mentis eſt naturæ noſtræ à creatore inſita lex, quæ ad ea incitat, quæ Deo grata ſunt.* Eſt νόμος φυσικός, *lex naturalis*, ut ad eundem locum Theophylactus. De hac lege Chryſoſtomus Homil. XII. ad populum Antiochenum: Ἐξ ἀρχῆς πλάττων ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, νόμον αὐτῷ φυσικὸν ἐγκατέθετο. Καὶ τί ποτέ ἐστι νόμος φυσικός; Τὸ συνειδὸς ἡμῖν διήρθρωσε, καὶ αὐτοδίδακτον ἐποίησε τὴν γνῶσιν τῶν καλῶν, καὶ τῶν οὐ τοιούτων. *Ab initio Deus hominem formans, legem ipſi naturalem indidit. Et quæ tandem eſt lex naturalis? Conſcientiam nobis expreſſit, & à natura inditam eſſe voluit bonorum & his contrariorum notitiam.* Et Homil. XIII. Φυσικὸς ἡμῖν ἔγκειται νόμος τῶν καλῶν καὶ τῶν οὐ τοιούτων. *Naturalis nobis eſt inſita lex bonorum & his contrariorum.* Theodoretus in Pſal. XIX. dicit, eſſe νόμον δίχα γραμμάτων διὰ τῆς κτίσεως καὶ τῆς φύσεως τοῖς ἀνθρώποις δοθέντα, *eſſe legem ſine literis per creaturam & naturam hominibus datam.* Gregorius Nazianzenus Orat. XVI. pag. 256. νόμον φυσικὸν vocat ἄγραφον τῶν πραττομένων ἐξεταστήν, *non ſcriptum eorum quæ geruntur cenſorem.* Origenes in Philocalia, Cap. IX. pag. 35. Λέγεται νόμος ὁ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐνεσπαρμένος τῇ ψυχῇ, καί, ὡς ὀνομάζει ἡ γραφή, ἐγγεγραμμένος τῇ καρδίᾳ λόγος, προστακτικὸς μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέον. Καὶ τοῦτο δὲ δηλοῦται ἐν τῷ, ὅταν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν, &c. *Lex dicitur, quæ ſecundum communem ſenſum animæ inſita eſt, &, ut loquitur ſcriptura*, inſcripta cordi, *imperans quæ facienda, & vetans quæ non facienda: quod & his verbis declaratur,* Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturâ quæ legis ſunt faciant, &c. Rom. II. 14. Oecumenius in I. Joh. II. pag. 193. Φαμὲν ὡς καὶ τούτοις γέγραπται ὁ πρὸς τοὺς πλησίον νόμος ὁ περὶ ἀγάπης. Ποῦ, καὶ πῶς; Ἐν τῷ τῆς καρδίας πυξίῳ φυσικαῖς ἐννοίαις ἐγγεγραμμένος. *Dicimus etiam illis* (Gentibus) *legem de charitate proximorum præſcriptam eſſe. Ubi, & quomodo? In cordis tabula, in naturalibus animi notionibus inſcripta.* Eadem lex vocatur νόμος ἔμφυτος. Oecumenius in Cap. VII. ad Rom. pag. 305. Νόμος νοός, ἐστὶν ὁ ἔμφυτος. *Lex mentis, eſt lex à naturâ inſita.* Theophyl. in Cap. VI. Lucæ, pag. 345. Νόμος ἔμφυτος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐγγεγραμμένος. *Lex naturalis cordibus noſtris inſcripta.* Conſtit. Apoſt. lib. VIII. Cap. XII. p. 1016. Νόμον δέδωκας ἀνθρώπῳ ἔμφυτον, ὅπως οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἔχοι τὰ σπέρματα τῆς θεογνωσίας. *Legem homini dediſti inſitam & naturalem, ut apud ſeipſum haberet ſemina cognitionis divinæ.* Chryſoſtomus πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, ab initio Cap. VIII. Διὰ τοῦτο καὶ νόμον γράψας ἔδωκε δι' ἡμᾶς, καὶ προφήτας ἀπέστειλε, καὶ θαύματα εἰργάσατο, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων ἅμα τῷ πλάσαι τὸν ἄνθρωπον, διδάσκαλον αὐτῷ τὸν ἔμφυτον ἐναπέθετο νόμον. *Propterea quoque legem à ſe ſcriptam dedit propter nos, & Prophetas miſit, ac miracula edidit, & ante hæc omnia, ſimul atque hominem finxit magiſtrum à natura inſitam legem indidit.* Idem, Homil. in Protomart. Stephanum, t. VI. Edit. Pariſ. pag. 336. de Jobo: Ἔχων τὸν ἔμφυτον νόμον, οὐκ ἐδεήθη τοῦ γραπτοῦ. *Cùm haberet inſitam naturâ legem, ſcriptâ non indigebat.* Vide Suidam, & vocem Ἔμφυτος.

Νόμος τοῦ θανάτου, *lex mortis*, Rom. VIII. 2. Quemadmodum νόμος τῆς ἁμαρτίας eſt *ipſum peccatum*, ita etiam νόμος τοῦ θανάτου eſt *ipſa mors*, ut explicat Theophyl.

Νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, *lex ſpiritus vitæ*: quæ nihil aliud eſt, quàm τὸ ζωοποιὸν πνεῦμα, *vivificus Spiritus*, juxta Theodoretum. Theophylactus: Νόμον πνεύματος, τὸ ἅγιον πνεῦμα καλεῖ. Ζωῆς δὲ νόμον τοῦτόν φησι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τῆς ἁμαρτίας νόμου, τοῦ καὶ τὸν θάνατον προξενήσαντος. Ἡ χάρις γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐθανάτωσε μὲν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸν θάνατον· κοῦφον δὲ ἡμῖν τὸν ἀγῶνα ποιήσασα, οὕτως ἐπὶ τὰ παλαίσματα εἰσήγαγε. *Legem Spiritus, Spiritum ſanctum vocat* Apoſtolus ad Rom. VIII. 2. *Vitæ autem legem hanc appellat, ut opponat eam legi peccati, quæ & mortem nobis conciliavit. Etenim gratia Dei occidit peccatum & mortem: cumque certamen nobis leve reddidiſſet, ad conflictus ita nos perduxit.* Eodem modo Oecumenius ad præſentem locum, pag. 307.

II. *Propriè,* pro ordinatione ſancita à ſuperiori, ſeu lata ab eo, penes quem eſt jus & autoritas imperandi: quæ aliquid agendum præcipit aut prohibet, & obedientibus quidem præmium, refractariis verò pœnam ſtatuit. Chryſoſtomus in Pſal. CXIX. Ἔστι νόμος κοινὸν παράγγελμα ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· ἄρχουσιν, ἀρχομένοις· δούλοις, δεσπόταις· πλουσίοις, πένησιν. Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ νέμειν. *Lex eſt commune mandatum omnibus hominibus præſcriptum: magiſtratui & ſubditis: ſervis & dominis: divitibus & pauperibus. Dicitur autem à* verbo νέμειν, *diſtribuere.* Baſilius Cæſar. in Jeſajam, t. I. pag. 828. Ὁ νόμος κανὼν δικαίων ἐστὶ καὶ ἀδίκων, προστακτικὸς μέν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸς δέ, ὧν οὐ ποιητέον. *Lex eſt regula juſtorum & injuſtorum, ea quidem imperans, quæ agenda ſunt, his contrà interdicens, quæ non ſunt facienda.* Hoc ſenſu etiam Damaſcenus contra Manichæos, pag. 308. Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ, θέλημα αὐτοῦ ἐστιν· οὐδεὶς γὰρ ἐντέλλεται, ὃ οὐ θέλει. *Lex Dei, ejus voluntas eſt: nemo enim id præcipit, quod non vult.* Euſebius Præparat. Evangel. lib. VII. pag. 184. Νόμος προακτικὸς τῶν ποιητέων, καὶ τῶν οὐ ποιητέων ἀπαγορευτικός. Malim, προστακτικός. *Lex præcipit facienda, & vetat non facienda.* Quatenus autem *Lex divina* intelligitur, vocabulum νόμου ſumitur,

1. *pro omni doctrina à Deo profecta & patefacta,* quæ aliquid præſcribit aut interdicit; qua ratione *Evangelium* vocatur *lex* Jeſajæ II. 3. Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος. *Nam ex Sion prodibit lex.* Ad quæ Theodoretus, p. 13. Εὔδηλον, ὡς τὴν καινὴν αἰνίττεται διαθήκην, ἐκεῖ μὲν πρώτοις δοθεῖσαν τοῖς ἀποστόλοις, δι' ἐκείνων δὲ πᾶσι παραχθεῖσαν τοῖς ἔθνεσι. Διά τοι τοῦτο οὐ μόνον νόμον, ἀλλὰ καὶ λόγον ἐκεῖθεν ἐξελεύσεσθαι προθεσπίζει· οὕτω δὲ τὸ εὐαγγελικὸν ὀνομάζεται κήρυγμα. *Manifeſtum eſt novum innui Teſtamentum, quod primis ibi datum eſt Apoſtolis, per hos deinde omnibus exhibitum gentibus. Propterea non ſolùm* legem, *verùm etiam* ſermonem *exiturum inde vati-*

cinatur, Evangelicam prædicationem ſic appellans. Ita Mich. IV. 2. Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. *Ex Sion prodibit lex, & verbum Domini ex Jeroſolyma.* Ubi iterum Theodoretus, pag. 819. Ὁ Εὐαγγελικὸς νόμος, καὶ ἀποστολικὸς λόγος ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, οἷον ἀπό τινος πηγῆς ἀρξάμενος, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέδραμε, τοῖς μετὰ πίστεως προσιοῦσι τὴν ἄρδειαν προσφέρων. *Lex Evangelica & ſermo Apoſtolicus, cùm ab Jeruſalem, velut à fonte quopiam, incepiſſet, per omnem terrarum orbem pervaſit, cum fide accedentibus irrigationem afferens.* Eodem reſpectu *Evangelium* vocatur νόμος πίστεως, *lex fidei*, id eſt, doctrina, quæ ſalutem promittit ſub conditione fidei, quemadmodum Lex ſub conditione perfectæ obedientiæ; ad Rom. III. 27. ubi Apoſtolus interrogat: Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. Διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί· ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. *Ubi igitur eſt gloriatio? Excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non; ſed per legem fidei.* Theophylactus ad hunc locum: Διὰ ποίου νόμου ἐξεκλείσθη; ἆρα τοῦ τῶν ἔργων νόμου, τουτέστι, τοῦ λέγοντος, Ὅτι ὁ ποιήσας ταῦτα ζήσεται ἐν αὐτοῖς; (τοῦτο γὰρ ἔλεγεν ὁ Μωσαϊκός.) Οὐχί, φησιν, ἀλλὰ τοῦ νόμου τῆς πίστεως, ἥτις χάριτι δικαιοῖ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων. Ἰδοὺ καὶ τὴν πίστιν νόμον καλεῖ, διὰ τὸ τοῦ ὀνόματος παρὰ Ἰουδαίοις τίμιον. *Per quam legem excluſa eſt? numquid per legem operum, hoc eſt, per legem dicentem,* Qui fecerit hæc, vivet in iis? (*Id enim dixit Lex Moſaica.*) *Haudquaquam inquit, ſed per legem fidei, quæ gratiâ juſtificat, & non ex operibus. Ecce fidem* legem *etiam vocat, ob nominis apud Judæos reverentiam.*

2. *pro præſcripto & mandato Dei.* Sic ad Gal. VI. 2. νόμος τοῦ Χριστοῦ, *lex Chriſti* dicitur mandatum charitatis, quia à Chriſto peculiariter traditum & expoſitum eſt, ut apparet ex Matth. V. 44. VII. 12. XXII. 36. Joh. XV. 12. propter quam etiam cauſſam appellatur καινὴ ἐντολὴ, Joh. XIII. 34. Vide in Ἐντολή. Theodoretus ad Gal. VI. 2. Νόμον Χριστοῦ τὴν ἀγάπην ἐκάλεσεν· αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνή· Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. *Legem Chriſti appellavit charitatem: ejus enim vox eſt: Mandatum novum do vobis, ut alii alios diligatis.*

3. *pro mandatis & admonitionibus Dei.* Hinc ποιηταὶ νόμου, *factores legis*, ad Rom. II. 13. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. *Non enim auditores legis juſti apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.* Οὐ γὰρ δὴ, inquit Theodoretus, τούτου χάριν ἡμῖν ἐτέθη νόμος, ἵνα τὰς ἡμετέρας ἀκοὰς καταθέλγῃ, ἀλλ' ἵνα ποδηγήσῃ πρὸς τὴν πρᾶξιν τῶν ἀγαθῶν. *Non enim lex ideo nobis data eſt, ut aures noſtras demulceat, ſed ut ad bonorum actionem deducat.*

4. *pro Scriptura veteris Teſtamenti*; idque

a. *generaliter.* Sic Rom. III. 19. Οἴδαμεν ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. *Scimus, quòd quæcunque lex loquitur, iis qui in lege ſunt loquitur*: ubi Theophylactus: Νόμον λέγει, πᾶσαν τὴν παλαιὰν, οὐ μόνον τὰ Μωσαϊκά. *Legem appellat totum vetus Teſtamentum, non ſolum Moſaica.* I. Corinth. XIV. 21. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, &c. *In lege ſcriptum eſt.* Ad illa Theodoretus, pag. 191. Προφητικὴ μέν ἐστι φωνή· νόμον δὲ τὴν παλαιὰν γραφὴν προσηγόρευσε. *Vox quidem eſt Prophetica: legem autem appellavit veterem Scripturam.* Et Theophylactus, pag. 285. Νόμον τὴν παλαιὰν πᾶσαν εἴωθε καλεῖν. *Legem, univerſum vetus Teſtamentum appellare conſuevit.* Idem ad Galat. IV. 21. pag. 475. Ἔθος αὐτῷ πᾶσαν τὴν παλαιὰν νόμον καλεῖν. *Eſt illi* (Paulo) *in more, totum vetus Teſtamentum legem appellare.*

b. *ſpecialiter* pro Pentateucho. Vide Matth. XI. 13. XII. 5. Lucæ II. 23. 24. X. 26. & alibi paſſim. Origenes in Philocalia, Cap. IX. pag. 35. Σημαίνεται καὶ ἡ παρὰ Μωσῇ ἀναγεγραμμένη ἱστορία, ἀπὸ τῆς νόμου φωνῆς. *Legis etiam nomine ſignificatur hiſtoria apud Moſen deſcripta.*

c. *ſpecialiſſimè* pro Pſalmis, vel Prophetis. Iterum Origenes Philocaliæ Cap. IX. pag. 35. Οἶδα καὶ τοὺς ψαλμοὺς ὀνομαζομένους νόμον, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν γεγραμμένος, ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν. Ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ Ἡσαΐου προφητεία νόμος παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λέγεται φάσκοντι, Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, &c. *Scio & Pſalmos* legem *appellari, ut planum eſt ex iis,* Joh. XV. 25. Pſal. XXXV. 19. & LXIX. 5. *Ut impleatur ſermo, qui in ipſorum lege ſcriptus eſt, Oderunt me immeritò. Sed & Jeſajæ vaticinium lex vocatur ab Apoſtolo dicente* I. Corinth. XIV. 21. *In lege ſcriptum eſt, In aliis linguis & labiis aliis loquor populo huic*, &c.

5. *pro lege, quam Deus per Moſen tradidit Iſraëlitis*; quæ lex vocatur νόμος γραπτὸς, *lex ſcripta*, ut diſtinguatur ab illa lege, quæ dicitur νόμος φυσικὸς, & νόμος ἔμφυτος. Vocatur Νόμος γραπτὸς à Nazianzeno Orat. XL. pag. 639. ab Oecumenio in Cap. VII. ad Romanos, pag. 305. ab Iſidoro Peluſiota, Epiſt. IX. lib. IV. pag. 417. Οἱ μὲν τὸν ἔμφυτον εἶχον, οἱ δὲ καὶ τὸν γραπτὸν ἐδέξαντο νόμον. *Illi quidem naturâ inſitam habuerunt, hi verò etiam ſcriptam legem acceperunt.* De hac autem Lege notanda veniunt ſequentia.

I. *Nomen.* Sumitur autem,

1. *Latè*, quatenus omnes Legis partes complectitur. Apud Juſtinum M. quæſt. XCII. ad Orthod. pag. 271. Νόμον ἡ γραφὴ λέγει τὴν ἔγγραφον περίληψιν πάσης τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρείας τε καὶ πολιτείας. *Legem Scriptura appellat comprehenſionem ſcriptam totius Judaici cultus & politiæ.* Eodem referri poteſt illud Theophylacti in Cap. XV. Joh. pag. 784. Νόμον οὐ μόνον τὸ Μωσαϊκὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν προφητῶν βίβλους λέγει ἡ γραφή. *Scriptura non tantùm legem Moſaicam, legem appellat, ſed etiam Prophetarum libros.* Sic,

2. Τέλος νόμου Χριστὸς, *legis finis Chriſtus*, ad Rom. X. 4. Τέλος, id eſt, συμπλήρωμα, *impletio*, ut inquit Chryſoſtomus Homil. II. in I. Epiſt. ad Timotheum. Vel, ut Theophylactus in Cap. IV. Joh. pag. 617. Τέλος νόμου Χριστὸς, ὡς πάντα τὰ ἐν τῷ νόμῳ τελούμενα καταπαύσας, καὶ ἀπὸ τῆς σωματικῆς λατρείας ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ταῦτα μεταγαγών. *Finis legis Chriſtus, quoniam ceſſare fecit omnia, quæ in lege fiebant, & à corporali cultu ad ſpiritualem ea tranſtulit.* Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. I. pag. 19. itidem de Chriſto: Γέγονε πληρωτὴς τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, τὰς περὶ ἑαυτοῦ προρρήσεις εἰς πέρας ἀγαγών· καὶ μέχρι μὲν αὐτοῦ στήσας τὸν πρότερον νόμον, ἀρχηγὸς δὲ ἀναφανεὶς δευτέρου τοῦ τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι κατηγγελμένου τῆς καινῆς διαθήκης νόμου, ὡς ὁμοῦ νόμου καὶ ἀρχῆς αἴτιον καταστῆναι τῶν δυεῖν ὑποθέσεων, Ἰουδαϊσμοῦ λέγω καὶ Χριστιανισμοῦ. *Factus eſt conſummator legis & Prophetarum, quatenus prædictiones de ſe ipſo implevit & ad finem perduxit: prioremq; legem in ſe ipſo finivit, dux & autor factus legis novi Teſtamenti omnibus gentibus annunciatæ, ut ſimul legis & principii cauſſa fuerit duplicis inſtituti, Judaiſmi dico & Chriſtianiſmi.* Cyrillus Alexand. lib. I. de Adoratione, pag. 5. Τέλος νόμου Χριστός· πλήρωμα νόμου καὶ προφητῶν εἴη ἂν· εἰς αὐτὸν οἶμαί που ὁρῶντος καὶ τετραμμένου προφητικοῦ τε καὶ νομικοῦ θεσπίσματος. *Finis legis Chriſtus: id eſt, impletio legis & Prophetarum: quatenus nimirum ad eum reſpiciunt & converſa ſunt oracula prophetica & legalia.* Theophylactus in Cap. V. Matthæi, pag. 28. tres affert cauſſas, ob quas Chriſtus legem impleviſſe dicatur. Prima; Ὅτι, ὅσα εἶπον περὶ αὐτοῦ οἱ προφῆται, ἐποίησε. *Quia omnia per-*

Digitized by Google

perfecit, quæ de eo prædixerunt Prophetæ. Secunda; Ὅτι τὰς τοῦ νόμου ἐντολὰς πάσας ἐπλήρωσε. Quia omnia legis mandata implevit. Tertia; Ὅτι ἐπλήρωσε τὸν νόμον, τουτέστιν, ἀνεπλήρωσεν· ὅσα γὰρ ἐκεῖνος ἐσκιαγράφησε, ταῦτα οὗτος τελείως ἐζωγράφησε. Quia implevit legem, hoc eſt, denuò implevit: quæcunque enim illa adumbravit, ea hic perfectè depinxit. Idem, ad v. 4. Cap. X. ad Romanos, pag. 101. Τέλος νόμου ὁ Χριστός. Ὃ γὰρ ἠβούλετο μὲν ὁ νόμος, οὐκ ἐτελείωσε δὲ, τοῦτο ἐτελείωσεν ὁ Χριστὸς, τὸ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Finis legis Chriſtus eſt. Quod enim voluit quidem lex, non autem perfecit, hoc Chriſtus perfecit, juſtificare nempe hominem.

b. Lex dicitur fuiſſe pædagogus ad Chriſtum, ad Gal. III. 24. Theodoretus ad hunc locum, p. 276. Ἀναγκαίως ὁ νόμος ἐδόθη. Παιδαγωγοῦ γὰρ ἡμῖν ἐπλήρωσε χρείαν· καὶ τῆς μὲν προτέρας ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν ἀσεβείας, θεογνωσίαν δὲ παιδεύσας, οἷόν τινι σοφῷ διδασκάλῳ προσφέρει τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, ἵνα τέλεια παρ' αὐτοῦ παιδευθῶμεν μαθήματα, καὶ τὴν διὰ τῆς πίστεως δικαιοσύνην κτησώμεθα. Neceſſario lex data eſt. Nobis enim pædagogi officio functa eſt: & à priore nos quidem impietate liberavit, Dei autem imbutos cognitione, velut ad ſapientem quendam magiſtrum nos duxit Chriſtum Dominum, ut perfectas diſciplinas ab eo diſcamus, & juſtitiam, quæ eſt per fidem, acquiramus. Ad eundem locum Theophylactus, pag. 468. Ὥσπερ ὁ παιδαγωγὸς πάσης κακίας ἀπαλλάττει τὸν νέον, καὶ τὰ μαθήματα παρὰ τοῦ διδασκάλου δέχεσθαι μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ προσοχῆς παρασκευάζει· οὕτω καὶ ὁ νόμος ἀρετήν τε σύμμετρον ἐπαίδευε τοὺς ὑπ' αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστιν ὁ διδάσκαλος, ἀπῆγε, διὰ τοῦ ἐλέγχειν καὶ ἀποδεικνύναι τὰ ἁμαρτήματα προθυμοτέρους ποιῶν εἰς τὸ ζητῆσαι τὸν τὴν ἄφεσιν διδόντα, καὶ δικαιοῦντα ἐκ πίστεως. Ut pædagogus ab omni malitia liberat adoleſcentem, ac ut diſciplinas à præceptore ſuſcipiat cum omni cura atque attentione parat: hunc ad modum lex alumnos ſuos congruentem ſibi docebat virtutem, & ad Chriſtum doctorem atq; præceptorem abducebat, per reprehenſionem & oſtenſionem peccatorum promtiores faciens & alacriores ad quærendum eum, qui peccatorum remiſſionem impertiretur, ac ex fide juſtificaret. Oecumenius in Cap. III. ad Galatas, pag. 595. Lex dicitur παιδαγωγὸς, προοδοποιοῦν δηλαδὴ τῇ εἰς Χριστὸν πίστει, διὰ τοῦ γνωρίζειν μὲν ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, κατεπιθύμους δὲ ποιεῖν, φανείσῃ τῇ πίστει προσδραμεῖν καὶ τῇ ἀφέσει. pædagogus, quoniam viam ſternit fidei in Chriſtum, dum nobis quidem peccata patefacit, deinde etiam alacres reddit ad amplectendum fidem & remiſſionem. Cyrillus Alex. lib. I. de Adoratione, pag. 4. Παιδαγωγεῖ ὁ νόμος καὶ ἀποφέρει καλῶς εἰς τὸ ἐπὶ Χριστῷ μυστήριον. Pædagogus eſt lex, & optimè perducit ad Chriſti myſterium. Idem, lib. II. de Adoratione, pag. 56. Παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος, τουτέστι, τῶν ἔτι νηπίων ὁ παιδευτής· καὶ τοῖς οὔπω συνιέναι δυναμένοις τί τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν· καὶ ποῖον ἂν εἴη τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ τέλειον καὶ εὐάρεστον, δι' αἰνίγματος ὑποδηλῶν, καὶ ὡς ἐν παχέσιν ἔτι κατασημαίνων τύποις. Pædagogus erat lex, hoc eſt, eorum, qui adhuc infantes erant, doctor: iisq; qui nondum intelligere poterant, quodnam verè eſſet bonum illud: & quæ voluntas Dei perfecta & placens, per ænigma declarabat, & per craſſos quoſdam typos ſignificabat. Et lib. IX. in Joh. ad v. 34. Cap. XIII. pag. 750. de Lege ſic ſcribit: Εἰσκεκόμικεν ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ τελείως τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὖν γε παιδαγωγὸς ἐπὶ τὴν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας εὑρίσκεται μάθησιν, καὶ δι' αἰνιγμάτων καὶ τύπων εἰκόνα τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας εἰσφέρων, ἐνεχάραξέ πως ταῖς ἡμετέραις διανοίαις τὴν διὰ Χριστοῦ παιδεύσεως τὴν σκιάν. Attulit nobis, ſi non perfectè bonum, ſaltem pædagogus fuit ad comprehendendam evangelicæ vitæ diſciplinam, adduxitq; nobis per ænigmata & typos imaginem veræ pietatis, inſculpendo quodammodo mentibus noſtris umbram inſtitutionis Chriſtianæ. Hinc lex dicitur παιδαγωγικὴ λατρεία. Vide in Λατρεία, num. I. 1.

2. Minùs latè, quatenus complectitur duas tantùm Legis partes, nempe legem moralem & ceremonialem. Sic per legem dicitur eſſe agnitio peccati, ad Rom. III. 20. Theodoretus ad hunc locum, pag. 31. Ἀκριβεστέραν ὁ νόμος τοῖς ἀνθρώποις ἐπίγνωσιν τῆς ἁμαρτίας ἐντέθεικε, καὶ σφοδροτέραν τὴν κατ' αὐτῆς κατηγορίαν πεποίηται. Lex perfectiorem peccati cognitionem hominibus indidit, & ut vehementiùs accuſaretur effecit. Cyrillus Alex. lib. II. de Adoratione, pag. 52. Δεικτικὸς τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος. Lex peccatum oſtendit. Idem, lib. III. Glaph. in Geneſ. pag. 95. Ἔλεγχος ἦν ὁ νόμος τῆς τῶν παιδαγωγουμένων ἀσθενείας, παραδεικτικὸς δὲ μᾶλλον πταισμάτων καὶ ἁμαρτίας. Lex eorum, qui ſub pædagogo erant, infirmitatem arguebat: vel potiùs lapſus & peccata oſtendebat.

3. Strictè, quatenus ſumitur pro lege morali ſeorſum, adeoque pro Decalogo. Hic non negligenda diſtinctio legis, quæ occurrit in Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. Cap. XX. pag. 956. & Cap. XXI. item Cap. XXII. ubi lex diſtinguitur in νόμον φυσικὸν, & νόμον ἐπείσακτον. Φυσικὸς eſt Decalogus, ἐπείσακτος eſt lex de ceremoniis & ſacrificiis. Capitis XXII. titulus eſt: Ὅτι ἐπείσακτος ὁ ἐπὶ θυσιῶν νόμος. Decalogum κατ' ἐξοχὴν νόμον vocari, patet ex verbis Theodoreti ad v. 10. Pſal. LXXXI. pag. 725. ubi dicit, hæc verba, Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, eſſe τοῦ νόμου τὸ προοίμιον, legis exordium.

II. Cauſſa efficiens duplex eſt:

1. principalis, nempe Deus: unde vocatur νόμος Κυρίου, lex Domini, Lucæ II. 23, 24. Hinc in Diſputatione Gregentii, pag. 194. vocatur θεόσδοτος νόμος, lex à Deo data.

2. Inſtrumentalis; quæ itidem duplex:

a. Angeli, horum enim opera & miniſterio Deus in promulgatione Legis uſus eſt. Unde Apoſtolus ad Gal. III. 19. dicit νόμον διαταγέντα δι' ἀγγέλων, legem ordinatam eſſe per Angelos: & Stephanus Act. VII. 53. dicit Judæos legem accepiſſe εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, juxta ordinationes Angelorum: ad Hebræos etiam Cap. II. 2. lex vocatur ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, ſermo per Angelos dictus. De quo fusè actum in voce Διαταγὴ, num. I.

b. Moſes. Chryſoſtomus in Pſal. CXIX. dicit Davidem vocare νόμον, τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ θεσπεσίου Μωϋσέως διδόμενον, legem, à Deo per divinum Moſen datam. Plura vide in voce Μωσῆς, num. II. Adde hæc Clementis Alex. Pædag. lib. I. Cap. VII. pag. 112. Ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη· οὐχ ὑπὸ Μωϋσέως, ἀλλ' ὑπὸ μὲν τοῦ λόγου, διὰ Μωϋσέως δὲ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ· διὸ καὶ πρόσκαιρος ἐγένετο. Lex per Moſen data eſt: non à Moſe, ſed à Verbo quidem, verùm per Moſen ſervum ejus: & ideo fuit ad tempus.

III. Finis. Lex data eſt, ut eſſet παιδαγωγία παίδων δυσηνίων, pædagogia puerorum inſolentium, qui habenis non facilè retinentur, ut inquit Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. Cap. XI. pag. 132. Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. I. pag. 12. Νόμος οἷά τις νηπίων καὶ ἀτελῶν ψυχῶν ἐπίτροπος καὶ οἰκονόμος, ἢ καὶ ἰατρός. Lex quaſi tutor quidam eſt & æconomus, vel etiam medicus imbecillarum & imperfectarum animarum. Lex data eſt, ut à peccatis advocatos ad virtutem traduceret. Clemens Alex. Strom. III. pag. 445. Τρυφῆς καὶ πάσης ἀκοσμίας ἡμᾶς ὁ νόμος ἐξάγειν προῄρηται, καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ τέλος, ἐκ τῆς ἀδικίας ἡμᾶς εἰς δικαιοσύνην ὑπάγειν. Vult lex nos à deliciis omniq; probro & decore educere. Et hic eſt ejus finis, ab injuſtitia ad juſtitiam nos deducere. Gregorius Nyſſenus Orat. II. in verba Dei, Faciamus hominem,

Digitized by Google

nem, tomo I. pag. 159. poſtquam docuiſſet, Moſen accepiſſe Legem ſubjicit: Μεταβολὴ βίου· ἀνομίας ἀνάλυσις· δικαιοσύνης εἴσοδος· Θεοῦ ἐπιδημία· εὐταξία εἰς κόσμον· νομοθέτησις τῶν πρακτέων. *Mutatio vitæ*, ſc. per legem: *ſolutio iniquitatis, ingreſſus juſtitiæ, Dei peregrinatio, conſtitutio ordinata mundi, rerum faciendarum præſcriptio.* Theophylactus in C. III. ad Philippenſes, pag. 606. Ἀληθῶς κέρδος ἐστὶν ὁ νόμος, θηριωδίας ἀπαλλάττων τοὺς ἀνθρώπους καὶ δεισιδαιμονίας, καὶ οἷον κλίμαξ γενόμενος, καὶ ἀναγαγὼν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν κατὰ Χριστὸν ζωήν. *Revera Lex eſt lucrum, à belluina natura & ſuperſtitione homines liberans, ac veluti ſcalarum loco facta, & ad vitam Chriſto dignam nos perducens.* Huc facit, quod ad Gal. III. 19. *Lex* dicitur *addita* τῶν παραβάσεων χάριν, *tranſgreſſionum gratiâ*; ἵνα ἀντὶ χαλινοῦ ᾖ τοῖς Ἰουδαίοις, κωλύων παραβαίνειν τινάς γοῦν τῶν ἐντολῶν, εἰ μὴ καὶ πάσας. *Ut pro fræno ſit Judæis, prohibens ne aliqua ſaltem mandata violentur, licet non omnia*: ſunt verba Theophylacti ad præſentem locum, pag. 466.

IV. *Diviſio*, ſecundum quam Lex diſtinguitur

1. *In* νόμον ἠθικὸν, *in legem moralem*, quæ ſic dicitur, quia eſt regula morum non tantùm externorum, ſed etiam, & quidem potiſſimùm, internorum, ſeu affectuum cordis, atque adeò regula piè juſteque vivendi. De ea obſervanda,

1. Varia ejus *nomina*. Appellatur enim

a. Τὸ νομοθετικόν. Clemens Alex. Strom. I. p. 354. Ἡ κατὰ Μωσέα φιλοσοφία τετραχῆ τέμνεται, εἴς τε τὸ ἱστορικὸν καὶ τὸ κυρίως λεγόμενον νομοθετικόν· ἅπερ ἂν εἴη ἴδια τῆς ἠθικῆς πραγματείας· τὸ τρίτον δὲ, εἰς τὸ ἱερουργικὸν, ὅ ἐστιν ἤδη τῆς φυσικῆς θεωρίας· καὶ τέταρτον ἐπὶ πᾶσι, τὸ θεολογικὸν εἶδος, ἡ ἐποπτεία. *Moſaica philoſophia quadripartitò dividitur, & in partem hiſtoricam, & in eam quæ propriè vocatur legalis, quæ quidem fuerint propria morum tractationis: tertiam autem eam, quæ pertinet ad ſacrificia, quod quidem eſt naturalis contemplationis: & poſtremò quartam ſpeciem theologicam, quæ eſt ſuprema contemplatio.*

b. Ἐντολὴ, *mandatum*. Theodoretus in Pſal. XIX. pag. 468. Νόμος vocatur ἐντολὴ, ὡς τὸ πρακτέον ἐντελλόμενος καὶ κελεύων δεσποτικῶς, *eò quod quid agendum ſit præcipiat, atque Domini more imperet.*

c. Προστάγματα, *præcepta*. Theodoretus in Cap. XX. Ezechielis, pag. 397. *Lex* vocatur Προστάγματα, ὡς παρὰ Θεοῦ καὶ δεσπότου γραφέντα, καὶ φυλάττεσθαι κελευσθέντα, *tanquam à Deo & Domino ſcripta, & à Deo ſervari juſſa.*

d. Νόμος δικαιοσύνης, *lex juſtitiæ*, Rom. IX. 31. Eſt autem νόμος δικαιοσύνης, ὁ ἐξ ἔργων, *quæ eſt ex operibus*; interprete Theophylacto. Vide in Δικαιοσύνη, num. I. 2.

e. Γράμμα, *litera*, & quidem γράμμα, ὃ ἀποκτείνει, II. Corinth. III. 6. Vide in Γράμμα, num. II. 4.

f. Διακονία θανάτου, *miniſterium mortis*. Vide in Διακονία, num. I.

g. Δύναμις τῆς ἁμαρτίας, *vis peccati*, I. Corinth. XV. 56. Ἁμαρτία γὰρ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου. *Peccatum enim non imputaretur, ſi lex non eſſet*, inquit Theodoretus ad hunc locum, pag. 207. Et Theophylactus, pag. 314. Ὅτι τοῦ νόμου μὲν μὴ ὄντος, ἐν ἀγνοίᾳ ἁμαρτάνοντες, οὐχ οὕτω κατεκρινόμεθα· ὁ δὲ νόμος φανερώσας αὐτὴν, κατέκρινε μᾶλλον ἡμᾶς, ὡς ἐν γνώσει ἁμαρτάνοντας· καὶ ἰσχυρὰν αὐτὴν ἐποίησεν, οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν, τῶν μὴ καλῶς χρησαμένων τῷ δοθέντι φαρμάκῳ. *Quoniam ſi lex non eſſet, per ignorantiam peccantes non ſic condemnaremur. Lex autem illud manifeſtans, nos magis condemnavit, quippe qui ſcientes delinquamus: fortéq; peccatum fecit, non per ipſius naturam ſed ob noſtram ſocordiam, qui non rectè uſi ſumus dato nobis remedio.* Eodem modo Oecumen. pag. 491. in hanc Epiſtolam: Ὅτι ἐκτὸς νόμου ἀσθενὴς ἦν ἡ ἁμαρτία κατὰ ἀγνωσίαν γινομένη· ὁ δὲ νόμος αὐτὴν φανερώσας, κατέκρινε μᾶλλον ἡμᾶς, καὶ ἐνεργὸν καὶ ἰσχυρὸν ἐποίησε καθ' ἡμῶν οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμῶν κακίαν. *Quoniam extra legem infirmum erat peccatum per ignorantiam admiſſum. Poſtquam autem lex illud manifeſtavit, nos magis etiam condemnavit, & efficax atq; forte contra nos reddidit, non per propriam naturam, ſed ob malitiam noſtram.*

h. Νόμος ἅγιος, ἀγαθὸς, καλὸς, *lex ſancta, bona*, ad Rom. VII. 12. I. Timoth. I. 8. Theodoretus ad priorem locum; Ἅγιος μὲν, ὡς τὸ δέον διδάξας· ἀγαθὸς δὲ, ὡς ζωὴν τοῖς φυλάττουσιν εὐτρεπίζων. *Sancta quidem, quòd id docuerit, quod decebat. Bona verò, quòd iis, qui illam ſervant, vitam præparet.* Idem ad poſteriorem locum: Οὐ τῷ νόμῳ μέμφομαι, ἀλλὰ τοῖς κακοῖς διδασκάλοις τοῦ νόμου, οἶδα γὰρ τὸν νόμον ὠφέλιμον τοῖς φυλάττειν προαιρουμένοις τὸν τούτου σκοπόν. Τὸ γὰρ, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται, τοῦτο δηλοῖ, ἐάν τις ἀκολουθῇ αὐτοῦ τῷ σκοπῷ· σκοπὸς γὰρ τοῦ νόμου, προσαγαγεῖν ἡμᾶς τῷ δεσπότῃ Χριστῷ μετὰ τὴν ἐκείνου παρουσίαν μηκέτι κρατεῖν. *Non reprehendo legem, ſed malos legis doctores. Scio enim legem eſſe utilem iis, qui volunt ejus ſcopum ſervare. Hoc enim ſignificat illud*, ſi quis ea legitimè utatur, *id eſt, ſi quis ejus ſcopum ſequatur. Legis autem ſcopus eſt, ut nos ad Chriſtum Dominum adducat: poſt illius autem adventum, non ampliùs dominatum obtineat.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 745. *Scimus autem quòd bona ſit lex, ſi quis ea legitimè utatur.* Hoc eſt, Ἐάν τις μὴ μόνον ἐξηγῆται αὐτὸν διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων τελειοῖ. Ὁ γὰρ τὰ τοῦ νόμου διδάσκων μὲν, μὴ ποιῶν δὲ, ἀνόμως κέχρηται τῷ νόμῳ. *Si quis eam non ſolùm per verba explicet, ſed per opera etiam perficiat. Nam qui docet quæ legis ſunt, nec facit interim, illegitimè uſus eſt lege.* Vel aliter: Νομίμως χρῆται τῷ νόμῳ ὁ δι' αὐτοῦ εἰς Χριστὸν ποδηγούμενος· ὁ νόμος γὰρ μὴ ἰσχύων ποδηγῆσαι, ἤτοι δικαιῶσαι, παραπέμπει ἐπὶ Χριστὸν, καὶ τοῦτο σκοπὸς αὐτοῦ· ὥστε τῷ νόμῳ χρῆται νομίμως, τουτέστιν, ὡς αὐτὸς ὁ νόμος κελεύει, ὁ τὸν Χριστὸν προτιμῶν τοῦ νόμου. *Legitimè utitur lege, qui per eam ad Chriſtum ducitur. Lex enim cùm non poſſit nos ducere rectè, ſeu juſtificare, ad Chriſtum nos remittit, atq; hic eſt ipſi ſcopus. Quocirca lege utitur legitimè, hoc eſt, quemadmodum ipſa lex jubet, qui Chriſtum legi præfert.* Eſt quidem Lex bona, quamvis & ἀνόμως quis utatur eâ: eſt itaque poſitivè hoc accipiendum, etſi hypotheticè enunciatum. Similem locutionem II. Timoth. II. 13. habemus. Νομίμως χρῆσθαι, eſt, οὐ ματαιολογεῖν, non λέγειν καὶ οὐ ποιεῖν, ut Matth. XXIII. 2. doctores illi, ſed moribus & uſu vitæ vim Legis comprobare. Salvianus lib. VI. de Gubernat. de Lege Chriſti, quam Catholicam vocat. *Quod bona eſt, noſtrum non eſt; quod autem malè vivimus, noſtrum eſt: eſt nihil utique nobis quod Lex bona eſt, ſi vita & converſatio noſtra non eſt bona.* Cyrillus Alex. in Cap. V. Amoſi. pag. 301. Ὅσιος λόγος ὁ νόμος ἦν, ὅτι καὶ Θεοῦ, καὶ δικαιοσύνης πρύτανις, καὶ παιδαγωγὸς εἰς εὐσέβειαν, καὶ τοῦ φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεοῦ δεικτικός. *Sanctus ſermo Lex erat, quoniam & Dei & juſtitiæ diſpenſatrix, & pædagogus ad pietatem, & naturâ ſuâ vereq; Deum exiſtentem oſtendebat.*

i. Πνευματικὸς, *ſpiritualis*, ad Rom. VII. 14. Oecumenius ad hunc locum, pag. 302. Νόμος πνευματικὸς, hoc eſt, δῶρον τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ὥσπερ ὑπαγόρευσις· ἢ πνευματικὸς, ὅτι τὰ τοῦ πνεύματος βούλεται, καὶ τὰ συμφέροντα ζητεῖ τῆς ψυχῆς. *Donum Spiritus ſancti, & quaſi præceptio. Vel ſpiritualis eſt, quia ea, quæ ſpiritus ſunt, vult, eaq; quærit, quæ animæ ſalutaria ſunt.* Theophylactus propterea *Legem ſpiritualem* vocari dicit,

quia

Digitized by Google

quia διδάσκαλος ἀρετῆς ἐστι καὶ κακίας πολέμιος, virtutem docet, & vitii inimica eſt. Theodoretus verò, ὅτι θείῳ ἐγράφη πνεύματι, *divino ſpiritu ſcripta eſt.*

2. *Epitome*, quæ eſt *Decalogus*. Vide vocem Δεκάλογος.

3. *Convenientia & diſcrimen Legis & Evangelii.* Chryſoſtomus in Pſal. XLIX. Ὁ νόμος ἐν μιᾷ γωνίᾳ τῆς οἰκουμένης τὸ ἔθνος ἐπαίδευσεν· ὁ λόγος δὲ τοῦ κηρύγματος, πανταχοῦ τῆς γῆς ἐξηχεῖτο, καὶ ἑαυτὸν ἐξέτεινε, τοσαύτην ἐπελθὼν χώραν, ὅσην καὶ ὁ ἥλιος ἐπεισιν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ παιδαγωγία τις ἦν, καὶ εἰσαγωγὴ, καὶ διακονία κατακρίσεως καὶ θανάτου· ταῦτα δὲ χάρις καὶ εἰρήνη. *Lex in uno angulo terræ unam gentem docebat: ſermo autem prædicationis ubique terrarum perſonabat, ſeq; extendebat, tantamq; regionem pervadebat, quantam ipſe ſol pervadit. Illa enim pædagogia quædam erant, & elementaris inſtitutio, nec non miniſterium condemnationis & mortis: hæc verò gratia & pax.* Photius epiſt. L. pag. 103. Οὐδ' ἡ χάρις τῷ νόμῳ ἀντίκειται· χειραγωγία δέ καὶ πρoάγγελος, συμφωνία τε καὶ προκατασκευὴ, καὶ ὁδὸς ὑπάρχει καὶ παρασκευὴ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὁ νόμος τῆς χάριτος· τελείωσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ χάρις· πάντα δὲ, ὅσα τῆς τελειώσεως, προϋφέστηκεν· ὑπηρετούμενος ὁ νόμος ἐδείχθη τῇ χάριτι· ἐχειραγώγησε, προεκήρυξε, προητοίμασεν· Ὁδὸς καὶ τύπος ἐγένετο, ἐν ἑαυτῷ σχηματίζων καὶ ὑποδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν· οὐδὲν τῶν προπαρασκευαζόντων ὑστέρησεν, &c. *Neq; gratia legi contrariatur. Certè lex manuductio quædam eſt, præannunciatio, conſonantia, præparatio, via & apparatus, & ſi quæ alia ſunt, ad gratiam. Eſt enim gratia conſummatio: quæ pertinent ad conſummationem, omnia neceſſe eſt præextitiſſe. Demonſtratur Legem ſubvenire gratiæ: manuduxit, præannunciavit, viam ipſi ſtravit. Via, forma, & expreſſa imago fuit, ſeipſa figurans & ſubindicans veritatem. Nihil planè abfuit eorum, quæ ad præparationem ſpectabant.* Cum Chryſoſtomo conſentit Cyrillus Alexandr. lib. III. in Joh. Cap. II. pag. 258. Ἐξεφωνήθη μὲν ὁ νόμος παρὰ Θεοῦ, πλὴν οὐ συντόνως ἐν ἀρχῇ διὰ τὴν τῶν παιδαγωγουμένων ἀσθένειαν, ἀλλ' ἰσχνοφώνως, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ οὐχ ὅλην ἔχων τὴν τοῦ σαλπίζοντος δύναμιν· διὸ δὴ καὶ βραδύγλωσσον ἑαυτὸν ὠνόμαζεν ὁ Μωσῆς. Προβαίνοντος δὲ τοῦ καιροῦ, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὸ γράμμα σκιᾶς εἰς πνευματικὴν ἀναφέροντος λατρείαν τοὺς πιστεύοντας εἰς Χριστὸν, ἰσχυρότεραι σφόδρα τῆς θείας σάλπιγγος ἐξέδραμον αἱ φωναὶ, τοῦ σωτηρίου τε καὶ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος πᾶσαν τρόπον τινὰ περιηχήσαντος τὴν οἰκουμένην· οὐ γὰρ, καθάπερ ὁ λεπτοβόης τε καὶ σμικροκῆρυξ νόμος εἰς μόνην τὴν Ἰουδαίων ἠκούσθη χώραν, ἢ καὶ ἀπὸ Δὰν ἕως Βηρσαβεὲ κατηγγέλλετο, μᾶλλον δὲ εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν γῆν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. *Promulgata quidem fuit lex à Deo, verùm non confeſtim in principio, propter eorum, qui in primis inſtituebantur elementis, imbecillitatem, ſed, ut ita dicam, exili quadam voce, nec habens omnem tubâ clangentis vim, propterea etiam Moſes ſeipſum nominabat tardiloquum. Succeſſu verò temporis, cùm ex literali umbra credentes in Chriſtum ad ſpiritualem traducti fuiſſent cultum, fortiores valde divinæ tubæ currebant clangores, ſalutari & Evangelica prædicatione toto quaſi terrarum orbe perſonante. Neq; enim tantùm, ut lex gracilis ille ac tenuis præco in ſola Judæa, audita eſt, vel etiam à Dan uſque ad Berſaba annunciabatur, ſed potiùs in omnem terram exivit ſonus ejus, ut ſcriptum eſt.* Sed de his diſtinctè actum in Διαθήκη, num. II. ſub lit. *b.*

2. *In* νόμον ἱερατικὸν, *legem ceremonialem.* Clemens Alexandr. Strom. I. pag. 354. ut ſuprà vidimus, hanc legis partem vocat τὸ ἱερουργικόν. Conſtitutiones Apoſtolicæ, ut itidem jam monuimus, vocant νόμον ἐπείσακτον. *De hac* autem *Lege* notanda ſequentia.

1. *Nomen.* Denotatur,

a. *Per* τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, *chirographum, quod erat adverſum nos,* Coloſſ. II. 14. *Sic vocantur,* inquit Beza, ceremoniæ legales, *quòd illis, tanquam chirographo quodam manu noſtra exarato, ipſi reatum noſtrum adverſum nos obſignabamus: ritus enim ceremoniales, quatenus erant non Evangelii ſacramenta, ſed Legis nos arguentis appendices, quid aliud erant, quàm publica miſeræ hominum conditionis profeſſio, & ſolennis quædam obligatio?* Circumciſio *quidem ita uſurpata, nativam pollutionem;* ablutiones, *peccatorum ſordes;* victimæ *deniq;, capitalem reatum publicè teſtabantur.* Veterum de hoc chirographo variantes ſunt ſententiæ. Theodoretus in epiſt. ad Coloſſ. pag. 554. fatetur quidem, quoſdam per χειρόγραφον intelligere τὸν νόμον, *legem* μετὰ γὰρ τὴν τοῦ ἀρὰν, inquit, εἶπεν ὁ λαὸς, πάντα ὅσα εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ποιήσομεν, καὶ ἀκουσόμεθα. *Poſt ejus enim execrationem dixit populus.* Quæcunque dixit Dominus Deus noſter faciemus, & audiemus. Hanc expoſitionem rejicit, hac addita ratione: Ἀλλὰ τῶν Ἰουδαίων χειρόγραφον ἦν, οὐ πάντων ἀνθρώπων. *Sed hoc erat Judæorum chirographum, non omnium hominum.* Ipſe exiſtimat, τὸ σῶμα ἡμῶν καλεῖσθαι χειρόγραφον, *corpus noſtrum appellari chirographum.* Ratio: Διὰ τούτου γὰρ πᾶσαν παράνομον τολμῶμεν πρᾶξιν, &c. *Per hoc enim omnem nefariam actionem ſuſcipimus,* &c. Ὁ τοίνυν Θεὸς λόγος, ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβὼν, πάσης αὐτὴν ἁμαρτίας ἐλευθέραν ἐφύλαξε, καὶ ἐξήλειψε τὰ κακῶς ὑφ' ἡμῖν ἐν αὐτῇ γενόμενα τῶν ὀφλημάτων γράμματα. Ταύτην δὲ συγχωρήσας τῷ σταυρῷ προσηλωθῆναι, τὸ πάντων ἡμῶν ἐξέτισε χρέος· καὶ τὸν νόμον πεπληρωκὼς, ἐκεῖνον μὲν ἔπαυσεν, ὡς Ἰουδαίοις μὲν πάλαι μόνοις γενόμενον χρήσιμον, ἡμῖν δὲ οὐδαμῶς ἐπιτήδειον. Ἔδωκε δὲ ἡμῖν τὰ εὐαγγελικὰ δόγματα, ἐν τῇ τούτων φυλακῇ τὴν σωτηρίαν ἡμῖν ἐπαγγειλάμενος. *Deus ergo verbum ſuſceptâ noſtrâ naturâ, eam ab omni peccato liberam cuſtodivit, maleq; à nobis in eo conſcriptas debitorum tabulas delevit. Hanc autem cruci affigi cùm permiſiſſet, exolvit omnium noſtrûm debitum: & legem implens, ceſſare eam fecit, ut quæ ſolis olim Judæis utilis fuiſſet, nobis autem nullo modo conveniret. Nobis verò decreta dedit Evangelica, in eorum obſervatione ſalutem nobis pollicitus.* Theophylactus, poſtquam & ipſe docuiſſet per χειρόγραφον intelligi poſſe legem in genere, addit, fœdus Dei cum Adamo initum eodem referri poſſe. Ἢ τὴν συνθήκην νοήσωμεν, ἣν ἐποίησεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἀδὰμ, εἰπών· Ἧ ἂν ἡμέρᾳ φαγῇ, ἀποθανῇ. Ταύτην γὰρ κατεῖχεν ὁ διάβολος, ὡς χειρόγραφον, καὶ αὕτη ἀνθίστατο ἡμῖν, μὴ ἐῶσα ἀνακύψαι· τὸ δίκαιον γὰρ εἶχε· τοῦτο ἐξήλειψεν ὁ Χριστὸς τοῖς δόγμασι, τουτέστι, τῇ πίστει· οὐ γὰρ ἔργοις, ἀλλὰ τοῖς τῆς πίστεως δόγμασι λέλυται τοῦτο. *Vel fœdus intelligemus, quod pepigit Deus cum Adamo,* Quocunque, *inquiens,* die ederis, morieris. *Hoc enim veluti chirographum retinebat diabolus, atque hoc ipſum nobis reſtitit, non ſinens nos emergere: jus enim habebat. Hoc delevit Chriſtus per* decreta, *hoc eſt, per fidem: non enim per opera, verùm per fidei dogmata hoc ſolutum eſt.* Eadem leguntur apud Oecumenium in eandem Epiſtolam, pag. *696.* Hoc ipſum etiam fœdus cum Adamo initum intelligit autor quæſtionum apud Athanaſium, quæſt. CXII. de Parabolis. Scripturæ, tom. II. pag. 428, 429. Vide etiam Δόγμα, num. I. 2.

b. *Per* νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς, *legem mandati carnalis,* ad Hebr. VII. 16. quia de ritibus caducis, hoc eſt, aliquando abrogandis & externis præcipiebat. Agnoſcit quidem Theophyl. per τὸ σαρκικὸν intelligi τὸ πρόσκαιρον, interim tamen in præcedentibus de carnalibus interpretatur mandatis, qualia ſint, περίτεμε τὴν σάρκα, καὶ τεύξῃ ἀγαθῶν σαρκικῶν. *Circumcide carnem, & conſequeris bona carnalia.* Hanc ipſam expoſitionem etiam

Digitized by Google

etiam apud Theodoretum reperias. Idem tamen diſtingui putat inter ſacerdotium Chriſti, quod æternum; & ſacerdotium veteris Teſtamenti, quod mutationi obnoxium. Καθάπερ ἐκεῖνος, inquit, τῆς ἱερωσύνης διαδόχους οὐκ ἔσχεν· οὕτως οὐδὲ οὗτος εἰς ἕτερον παραπέμψει· σαρκικὴν γὰρ ἐντολὴν τοῦτο κέκληκεν, ὡς τοῦ νόμου διὰ τὸ θνητὸν τῶν ἀνθρώπων κελεύοντος, μετὰ τὴν τοῦ ἀρχιερέως τελευτὴν τὸν ἐκείνου παῖδα τὴν ἱερωσύνην λαμβάνειν. *Quemadmodum ille* (Melchiſedech) *non habuit ſucceſſores ſacerdotii, ita neque hic* (Chriſtus) *ſuum ad alios tranſmittet. Carnale enim mandatum hoc vocavit, lege nimirum, propterea quod homines ſunt mortales, præcipiente, ut poſt mortem Pontificis, illius filius excipiat ſacerdotium.*

2. *Finis, ſeu uſus:*

a. Ut leges ceremoniales diſcernerent Iſraëlitas, tanquam populum Deo ſanctum, ab aliis profanis gentibus: ad Epheſios II. 14. Chriſtus dicitur τὰ ἀμφότερα ἓν ποιῆσαι, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λῦσαι, *utraque unum feciſſe, & medium parietem maceriæ ſolviſſe.* Ad quæ Theodoretus, pag. 301. Αὐτὸς καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων καὶ τοὺς ἐξ ὑμῶν πιστεύοντας εἰς ἓν τέλειον παρεσκεύασε σῶμα καὶ τὸν νόμον ἔπαυσεν, ὃς τοῖχόν τινα μιμούμενος, ἀπ᾽ ἀλλήλων ὑμᾶς διεῖργεν. *Ipſe efficit, ut qui ex illis,* Judæis nempe, *& ex vobis,* gentibus, *credebant, in unum corpus redigerentur: & fecit ut lex ceſſaret, qui inſtar cujuſdam muri vos invicem dirimebat.* Chryſoſtomus Homil. XXXI. tom. V. cur lex dicatur φραγμὸς, ita explicat: Ὥσπερ ἀμπελῶσι φραγμὸς περίκειται, οὕτω καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὁ νόμος, ἵνα μὴ ὑπερβάντες ἀναμιγῶσι τοῖς χαναναίοις. *Quemadmodum vineæ ſepimento circumdantur; ita Judæi lege, ne limites transgreſſi Cananæis miſceantur.* Idem in Pſal. CXXXIX. Διὰ τοῦτο φραγμὸς ὁ νόμος ἐλέγετο, ἅτε πανταχόθεν Ἰουδαίοις περικείμενος τὰς πρὸς τοὺς πονηροὺς ἀνασείων συνουσίας. *Lex propterea ſepes dicebatur, ut quæ undique Judæos cingebat, eosq; à pravo conſortio arcebat.* Alii τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ accipiunt de inimicitia gentium & Judæorum adverſus Deum, ex peccatis noſtris orta. Ita Theophylactus ad Apoſtoli locum; quem vide. Chryſoſtomus, Homil. V. in epiſt. ad Epheſios, pag. 786. ſui ipſius fortè oblitus, eorum ſententiam rejicit, qui *legem* intelligunt, *quæ non ſinebat* τοὺς Ἰουδαίους πρὸς τοὺς ἕλληνας ἀναμίγνυσθαι, *Judæos cùm gentibus miſceri; & peccatum* ab Apoſtolo ſic appellari pertendit. Τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ μεσότοιχον λέγει, τῷ κοινὸν εἶναι διάφραγμα ἀπὸ Θεοῦ διατειχίζον ἡμᾶς, καθὼς ὁ προφήτης φησίν. Οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ἐμοῦ; *Inimicitiam in carne medium parietem dicit, quòd ſit commune interſeptum à Deo nos ſeparans, quemadmodum Propheta inquit:* Nónne peccata veſtra ſeparant inter vos & me?

b. Ut leges ceremoniales, vel ipſæ ceremoniæ & ſacrificia, eſſent *ſymbola, figuræ, typi, & adumbrationes Meſſiæ futuri,* rerum ab eo implendarum, & bonorum ſpiritualium, quæ nobis collaturus erat. Macarius Homil. XLVII. pag. 546. Σκιά ἐστι καὶ εἰκὼν ἡ παλαιὰ λατρεία τῆς νῦν λατρείας, καὶ ἡ περιτομὴ, καὶ ἡ σκηνὴ, καὶ ἡ κιβωτὸς, καὶ ἡ στάμνος, καὶ τὸ μάννα, καὶ ἱερατεία, καὶ τὸ θυμίαμα, καὶ τὰ βαπτίσματα, καὶ ἁπαξαπλῶς πάντα ὅσα γέγονεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν νόμῳ Μωσέως, ἢ ἐν τοῖς προφήταις, διὰ τὴν ψυχὴν ταύτην γέγονε, τὴν κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένην, καὶ πεσοῦσαν ὑπὸ ζυγὸν δουλείας, καὶ ὑπὸ βασιλείαν σκότους. *Umbra eſt & imago vetus cultus illius, qui nunc obtinet, & circumciſio, & tabernaculum, & arca, & urna, & manna, & ſacerdotium, & ſuffitus, & ablutiones, & ſimpliciter omnia, quæcunque in Iſraële, & in lege Moſis, vel in Prophetis, propter hanc animam facta ſunt, quæ ad imaginem Dei creata poſtmodum ſub jugum ſervitutis, & regnum tenebrarum abiit.* Idem, Hom. XXXII. p. 431. Ὥσπερ ἡ σκιὰ τοῦ σώματος ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματός ἐστιν, ἀλλὰ διακονίαν σαρκικὴν πληρῶσαι οὐ δύναται· σκιὰ γὰρ τραύματα ἐπιδῆσαι οὐ δύναται, τροφὴν δοῦναι, ἢ λαλῆσαι· ἐξ αὐτοῦ δέ ἐστι τοῦ σώματος, καὶ προλαμβάνουσα δηλοῖ τὴν παρουσίαν τοῦ σώματος· οὕτω καὶ ὁ νόμος ὁ παλαιὸς σκιά ἐστι τῆς καινῆς διαθήκης. *Quemadmodum umbra corporis ab ipſo corpore procedit, interim tamen nullum corporale miniſterium præſtare poteſt. Umbra enim neq; vulnera alligare, neq; cibum ſuppeditare, neq; loqui poteſt: ab ipſo autem corpore procedit, præcedensq; corporis præſentiam indicat: ita etiam vetus lex eſt umbra novi fœderis.* Cyrillus Alexandr. lib. I. de Adoratione, pag. 3. Τύπος ὁ νόμος καὶ σκιὰ, καὶ τῆς εὐσεβείας ἡ μόρφωσις ὡς ἐν ὠδῖσιν ἔτι, καὶ κεκρυμμένον ἐν ἑαυτῇ τὸ τῆς ἀληθείας ἔχουσα κάλλος. *Lex typus & umbra eſt, atq; forma pietatis tanquam adhuc parturiens, habensq; occultam in ſe veritatis pulchritudinem.* Idem, lib. III. Glaphyr. in Exodum, pag. 326. Προεισβολὴ ὥσπερ ὁ νόμος τῶν τελειοτέρων, στοιχεῖά τε καὶ προαγόρευσις τῶν διὰ Χριστοῦ παιδευμάτων. *Lex veluti quædam prægreſſio eſt perfectiorum, rudimentaq; & prædictio doctrinæ Chriſti.* Idem, lib. XII. in Joh. ad v. 30. Cap. XIX. pag. 1070. Προεισβολὴ ὥσπερ τις, καὶ ἵν᾽ οὕτως εἴπω, προαύλιόν ἐστι τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεώς τε καὶ πολιτείας ἡ νομική. *Introitus veluti quidam, atq; ut ita dicam, veſtibulum diſciplinæ ac converſationis Evangelicæ, legalis eſt.* Hinc apud eundem, lib. II. de Adoratione, pag. 58. *Lex* dicitur νηπιοπρεπὴς μελέτησις, τὴν τῆς ἀληθείας ἔχουσα μόρφωσιν, *infantibus conveniens meditatio, veritatis formam habens.* A Nazianzeno, orat. 193. στοιχειώδης νόμος, ταῖς ἐναίμοις θυσίαις σκιαγραφῶν τὸ μέλλον. *Rudis lex, per cruenta ſacrificia futurum adumbrans.* Plura de hoc ipſo jam allata ſunt in voce Θυσία, num. I. ſub lit. *A. b.*

3. *Abrogatio.* De ea jam aliquid dictum n. II. ubi ſub *Nomine*, num. I. lit. *a. Chriſtus* dicitur *finis legis.* Pauca addimus ex epiſt. L. Photii, pag. 104. Κατήργηται ὁ νόμος, τῆς χάριτος ἐπιστάσης, καὶ οὐ καταλέλυται· καὶ πέπαυται, καὶ οὐ διαβέβληται, καὶ πεπλήρωκεν αὐτὸν ὁ Χριστὸς μηδεμίαν κεραίαν λύσας ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὅλον ἠφάνισε, τελειώσας αὐτόν· οὐκέτι γὰρ τοῦ παιδαγωγοῦντος χρεία, αὐτοῦ παρόντος τοῦ διδασκάλου· καταλῦσαι μὲν γάρ ἐστι καὶ διαβολῆς ὑπεύθυνον ἐλέγξαι, τὸ ἐκ βάθρων αὐτὸν ἀνατρέψαι, μηδενὶ τῶν αὐτοῦ δικαιωμάτων προσχρησάμενον. Παῦσαι δὲ καὶ ἀργῆσαι μόνον, μετὰ τῆς πρεπούσης εὐφημίας· τὸ διακονῆσαι μὲν, οἷς ἐκεῖνος ἐνομοθέτει, ἐπαγαγεῖν δὲ τὴν χάριν, καὶ διὰ τοῦ τελείου τὸ ἀτελὲς ἀποκρύψασθαι. Καὶ καταλύει δὲ, οὐχ ὁ μὴ παραβαίνων τοὺς τοῦ νόμου νόμους, ἀλλ᾽ ὁ παραβαίνων· παραβαίνει δὲ, οὐχ ὁ σχολάζειν αὐτοὺς καὶ ἀργεῖν ἐφείλοντας εἰδὼς· ἀλλ᾽ ὁ μηδὲ τοῦτο εἰδώς. -- Καὶ οὐχ ὁ μετὰ τὴν σχολὴν καὶ τὴν χάριν ἀχρήστους εἰδὼς, ἀλλ᾽ ὁ πρὸ τῆς χάριτος. καὶ ἐν αὐτῷ τῆς ἐνεργείας τῷ καιρῷ, ὡς βεβήλους ἀποστρεφόμενος. Ἅγιος οὖν ὁ νόμος, καὶ δίκαιος, καὶ ἀγαθός· ἀγαθοῦ γὰρ ὡς ἀληθῶς, καὶ ὑπεραγίου, καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην ὑπερφυῶς τελεσαμένου ὑπῆρχε προάγγελος· ἄχρηστος δὲ, καὶ σχολάζει καὶ πέπαυται· ἐφεστῶτος γὰρ τοῦ κυρίου, ἡσυχάζειν δεῖ τὰ τοῦ ἐπιτρόπου· καὶ οὐδεὶς μετὰ τὴν καθαρὰν ὑγίειαν ἐπὶ τὰ φάρμακα τρέχει· οὐδὲ στερεᾶς τροφῆς ἀπολαύων, τὴν θηλάζουσαν περιεργάζεται, &c. *Lex, adventante gratia, evacuata eſt, non tamen abolita; ceſſavit, ſed non improbata eſt: & Chriſtus eam implevit, qui nec apicem illius ſolvit, ſed totam ſemovit, ubi eam impleverat. Neq; enim amplius pædagogo opus eſt, ubi ipſemet advenit informator. Solvere quidem eam, & tanquam juſta obnoxiam criminationi funditus ſubruere, eſt illius, qui nulla ex parte ejus uſus fuerit juſtificationibus. Facere autem ut interquieſcat, & inanis reddatur, nonniſi cum congruenti laudatione fieri poteſt. Inſervire iis, quæ lege ſanciuntur, gra-*

tiam

Digitized by Google

tiam ſubinferre tamen, & imperfectum ſub perfecto abſcondere. Solvit quidem, non qui nequaquam legis ſancita tranſgreditur, ſed qui tranſgreditur. Tranſgreditur porro, non qui novit oportere illa ceſſare & otioſa eſſe; ſed qui ne iſtud quidem novit. -- Et non qui poſt ceſſationem & gratiam inutilia agnoſcit, ſed qui ante gratiam, dum adhuc obtinebant operationem ſuam, tanquam profana averſatur. Sancta igitur lex eſt, juſta, & bona, à verè bono profecta, ſummè ſancto, & omnimodam juſtitiam perfectiſſimè operante; cujus etiam extitit prænuncia. At nunc inutilis eſt, quieſcit, & ceſſavit. Præſente enim Domino, procuratoris officium ceſſare debet. Nec poſt confirmatam valetudinem ad medicamenta quiſpiam ſe conferet: nec qui cibo uti poteſt fortiori, de nutrice ſolicitus eſt, &c. Tota Epiſtola hanc quæſtionem tractat. Theophylactus in Cap. VII. ad Hebræos, pag. 942. Ὥσπερ τὸ γάλα τοῖς μὲν βρέφεσιν ὠφέλιμον κατὰ τοὺς ἐνδεχομένους καιροὺς, τοῖς δὲ τελείοις ἀνωφελές· οὕτω καὶ ὁ νόμος τοῖς μὲν ἀτελέσιν Ἰουδαίοις ὠφέλιμος, ἐξάγων (malim, ἀπάγων) αὐτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, καὶ τῷ Θεῷ προσάγων, καὶ ἐντολὰς συμμέτρους παραδιδούς· τοῖς δὲ τελεωτέρων δεομένοις, οὐκέτι· σαρκικὰς γὰρ ἐνετέλλετο θυσίας καὶ καθάρσεις, ὧν οἱ πνευματικοὶ οὐ δέονται. Διὰ τοῦτο ἠθετήθη νῦν. *Quemadmodum lac infantibus quidem, pro temporum ratione, utile eſt, adultis autem & perfectis inutile: haud ſecus lex imperfectis Judæis erat utilis, abducens eos ab idolis, & Deo adducens, convenientiaque mandata eis tradens. Perfectiorum autem indigentibus non ita. Carnales enim præcipiebat cùm victimas, tum purificationes, quibus ſpirituales non indigent. Propterea nunc reprobata eſt.*

3. *In* νόμον πολιτικὸν, *legem judicialem*, ſeu *forenſem*, quæ complectebatur varia ſtatuta à Deo Iſraelitis per Moſen tradita, ſecundum quæ politia ipſorum adminiſtranda erat. Hæc etiam vocatur νόμος, ὡς τὴν ἀρίστην πολιτείαν ῥυθμίζων, καὶ διατάττων, *tanquam optimum reipublicæ ſtatum diſpenſans atque ordinans*; inquit Theodoretus in Pſal. XIX. pag. 468.

V. *Oppoſita*. Baſilides docuit, referente Theodoreto Hæret. fabul. lib. I. Cap. IV. pag. 185. Τὸν νόμον ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τεθῆναι τῶν Ἰουδαίων, *legem eſſe latam à principe Judæorum*. Per ἄρχοντα autem intelligit *Angelum* quendam Judæis imperantem. Cerinthiani docuerunt, Τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἕνα εἶναι τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων, *Legem & Prophetas ab Angelis datos eſſe, eumque, qui dederit legem, unum eſſe ex iis Angelis, qui Mundum condiderint*: ita de illis Epiphanius, hæreſi XXVIII. pag. 53. Simon Magus dixit, μὴ εἶναι τὸν νόμον Θεοῦ, ἀλλ' ἀριστερᾶς δυνάμεως, *legem non eſſe à Deo, ſed à ſiniſtra quadam potentia profectam*; ut iterum Epiphanius, hæreſi XXI. pag. 31. *Alii legem & Prophetas rejecerunt*, de quibus egimus in voce γραφὴ, n. IX. 4. ſub lit. *a*. Ebionitæ docuerunt, Legis ceremonialis obſervationem etiamnum neceſſariam eſſe, quia fides in Chriſtum ad conſequendam ſalutem non ſufficiat. Δεῖν πάντως αὐτοῖς τῆς νομικῆς θρησκείας, ὡς μὴ ἂν διὰ μόνης τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν βίου σωθησομένοις; ut loquitur Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. III. Cap. XXVII. pag. 28. b.

Νονὶς & Νόννα.

Nonis eſt *Monialis*. Νόννα idem ſignificat. Apud Palladium in hiſt. Lauſiaca, Cap. XLVI. pag. 108. Εἰπὸν τῇ παρθένῳ, ὅτι μονάζων τις ἀναγκαίως σοὶ θέλει συντυχεῖν· δέδωκεν δὲ αὐτῷ ἀπόκρισιν ἡ νονὶς, ὅτι ἐκ πολλῶν ἐτῶν οὐδενὶ συντετύχηκα. *Dic virgini, Monachum quendam neceſſariò cum ea colloqui velle. At Monialis ei reſpondit, ſe à multis annis cum nullo collocutam eſſe.* Xiphilinus in Domitiano: Πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ νόννας καὶ γυναῖκας συνέβαλε. *Sæpe etiam nocturno tempore certamina inſtituebat, & nonnunquam Moniales & uxores committebat.* Hieronymus ad Euſtochium: *Maritorum experta dominatum viduitatis præferunt libertatem, caſtæ vocantur, & nonnæ.* Vide Gl. Meurſii, & Adverſ. ſacr. Lud. De la Cerda C. LXVI. num. III.

Νόσος.

I. *Explicatio Nominis*. Νόσος, *morbus* accipitur

1. *Propriè* pro privatione ſanitatis. Theophylactus in Cap. IV. Matth. pag. 25. Νόσος ἐστὶν ἡ χρονία κακοπάθεια. *Morbus eſt diuturna mala valetudo.* Huc pertinet ἱερὰ νόσος, *morbus ſacer*, ſic dictus, ut ejus deſignetur magnitudo. *Sacrum* enim apud antiquos ſignificat *magnitudinem*. Veteres Gloſſæ: Ἱερὰ νόσος, *ſacer morbus, morbus ſonticus, morbus comitialis.* Anonymus in vita Chryſoſtomi, Cap. LXXVIII. dicit ἱερὰν νόσον ſic dici, ὅτι πᾶσαν ἀνθρωπίνην συμφοράν τε καὶ ἀλγηδόνα νικᾷ· οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἔξω τὸ ἱερὸν ἀντὶ μεγάλου παρείληπται· ἱερὸν γὰρ ἰχθὺν, τὸν μέγαν φασὶ, *quod omnem humanam calamitatem & ægritudinem ſuperet: ſic enim apud ſcriptores etiam profanos* ἱερὸν, *ſacrum, pro magno ſumitur: ſacrum enim piſcem, magnum dicunt.* Quod de piſce dicit, confirmat Heſychius: Ἱερὸς ἰχθύς· τὸν μέγαν καὶ ἄνετον λέγει· ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα. *Sacer piſcis: magnum & liberum dicit: ſacrum enim* vocatur *magnum*. Suidas: Ἱερὸν ἰχθῦν. Ὅμηρος τὸν ἄνετον καὶ αὐτεξούσιον λέγει, οὐ τὸν καλλίχθυν, ἢ τὸν πομπίλον, ὥς τινες. *Sacrum piſcem. Homerus liberum & ſui juris piſcem, ita vocat, non autem pulchrum piſcem, aut pompilum, ut quidam* putant. Uterque reſpicit ad Il. π'. v. 407.

-- -- -- Ἱερὸν ἰχθῦν
Ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ.
-- -- -- *Piſcem ſacrum*
Ex ponto foras trahit *lino & ſplendido ferro.*

Ad hæc vetus Scholiaſtes: Ἱερὸν ἰχθὺν, ἤτοι μέγαν. Huc etiam pertinent ſequentia Heſychii: Ἱερή, μεγάλη. Ἱερήν, ἱεράν, μεγάλην· ἱερὸν, μέγα.

2. *Impropriè* pro animi morbo, id eſt, pro peccato. Hoc ſenſu David Pſal. CIII. 3. dicit, *Deum ſanare* πάσας τὰς νόσους ἡμῶν, *omnes morbos noſtros*. Hi morbi longè graviores morbis corporis. Sic enim Nazianzenus orat. XVI. pag. 250. Τί νοσοῦμεν καὶ αὐτοὶ τὰς ψυχὰς νόσον, πολὺ τῆς τοῦ σώματος χαλεπωτέραν; ὅσῳ τὴν μὲν ἀκούσιον οἶδα, τὴν δὲ ἐρχομένην ἐκ προαιρέσεως, καὶ τὴν μὲν τῇ ζωῇ ταύτῃ συγκαταλυομένην, τὴν συναπιοῦσαν ἡμῖν μεθισταμένοις· καὶ τὴν μὲν ἐλεουμένην, τὴν δὲ μισουμένην, τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. *Quid nos quoque animorum morbo tenemur, hoc eſt morbo longè graviori, quam quo corpora premuntur? Hic etenim præter voluntatem exiſtit, ille à voluntate manat. Atque hic unà cum hac vita extinguitur: ille, cùm hinc migramus, nobiſcum abſcedit. Hic denique miſerationi, ille odio eſt, apud eos quidem, qui mentis ſunt compotes.*

II. *Finis*, propter quem morbi à Deo immittuntur, eſt, *ut puniantur peccata, & peccatores emendentur.* Baſilius Cæſar. in Pſal. XLVI. Ἔστι πολλάκις ἡ νόσος ὠφέλιμος, ὅταν παιδαγωγῇ μέλλῃ τὸν ἁμαρτάνοντα· καὶ ἡ ὑγιεία βλαβερὰ, ὅταν ἐφόδιον γίνηται πρὸς ἁμαρτίαν τῷ ἔχοντι. *Morbus ſæpenumero utilis eſt, ſiquidem peccantem caſtigat: & ſanitas noxia, cùm ei, qui eam poſſidet, occaſionem ſuppeditat ad peccandum.* Greg. Nazianzenus Epiſt. LXVI. Κρείττων εὐημερίας ἀχαλινώτου, νόσος φιλόσοφος. *Præſtabilior eſt morbus cum ſapientia conjunctus effrenata proſperitate.* Et Epiſt. LXX. Δεῖ ἡγεῖσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίαν πρὸς τὸ συμφέρον. *Oportet exiſtimare, morbum nihil aliud eſſe, quàm utilem quandam diſciplinam.* Apud

Digitized by Google

Baſilium M. in Regulis fuſiùs diſputatis, Interrog. LV. pag. 502. Πολλάκις μάστιγες ἁμαρτημάτων εἰσὶ τὰ ἀῤῥωστήματα εἰς ἐπιστροφὴν προσαγόμενα· ὃν γάρ, φησιν, ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει. *Morbi ſæpenumero ſunt flagella peccatorum, quibus nihil aliud agitur, niſi ut vitam noſtram in melius commutemus. Quem enim, inquit, Dominus diligit, caſtigat.* Theophylactus ad Cap. VIII. Matthæi, pag. 43. Αἱ σωματικαὶ νόσοι, στρατιῶται καὶ ἔκδικοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. *Corporales morbi, milites ſunt & ultores Dei.*

Νοτάριος.

Notæ ſpeciatim dicta compendia τῶν ταχυγράφων, qui etiam inde *Notarii* appellati. Gloſſæ veteres: *Notarius*, ταχυγράφος. Item, *Notarius*, σημειογράφος. Suidas: Νοτάριος, ὁ γραμματεύς. Νότα γὰρ τὰ γράμματα. Ῥωμαῖοι ὁ ὑπογραφεύς. *Notarius. Scriba. Nota enim litera* vocatur. *Latinè* ſic appellatur, qui Græcè dicitur ὑπογραφεύς. q. d. *ſubſcriba.* In Concilio Carthag. Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω κομμονητόριον. *Daniel notarius legit commonitorium.* Julianus in epiſt. ad Ecdicium: Ἡγεμὼν δὲ τῆς ζητήσεως ἔστω σοι ταύτης ὁ νοτάριος Γεώργιος. Notariorum primò duo genera fuiſſe obſervat Cl. Meurſius. Hi ipſam artem factitabant; illi profitebantur, & adoleſcentes docebant, atque νοτάριοι παιδοδιδάσκαλοι dicebantur. Et hi feſtum ſanctorum Notariorum celebrabant, cum larvis per forum curſitantes, quod poſtea Lucas Patriarcha ſuſtulit. Balſamon ad Can. LXII. Concilii in Trullo, pag. 437. Τὰ μέν τοι γινόμενά ποτε ἀπρεπῆ παρὰ τῶν νοταρίων παιδοδιδασκάλων κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων νοταρίων, μετὰ προσωπείων σκηνικῶν διερχομένων τὴν ἀγοράν, πρὸ χρόνων τινῶν κατηργήθησαν καθ' ὁρισμὸν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ. *Quæ autem aliquando fiebant indecora à Notariis puerorum informatoribus in feſto ſanctorum Notariorum, cum larvis per forum curſitantibus, ante aliquot annos abrogata ſunt, ſanctiſſimi illius Patriarchæ Domini Lucæ decreto.* Eorum verò, qui artem factitabant, tria rurſus erant genera. Hi palatio inſerviebant, iſti militiæ, illi Eccleſiæ, & πατριαρχικοὶ nuncupabantur; fitque eorum mentio in Synodico Michaëlis Anchiali: item in altero Alexii Patriarchæ: Εἰ καὶ δεήσει γενέσθαι, τῇ ἡμῶν ἀναφέρειν μετριότητι, ἢ καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ χαρτοφύλακι, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν εὐλαβεστάτοις διακόνοις, καὶ πατριαρχικοῖς νοταρίοις. *Quòdſi etiam oportebit referre ad mediocritatem noſtram, vel etiam ad religioſiſſimum Chartophylacem, & pientiſſimos ejus Diaconos, & Patriarchales Notarios.* Et hi chartophylacibus operam navabant. Apparet ex verbis proximè prolatis. Erantque numero duodecim. Balſamon de Chartophyl. & Protecd. Τὸ δὲ προκαθῆσθαι τοῦτον (τὸν χαρτοφύλακα) δωδεκάδος πατριαρχικῶν νοταρίων αὐτοπιστίαν ἐχόντων ποῦ θήσεις ἀκροατὰ συνετώτατε; *Præſidere autem hunc (chartophylacem) duodecim Patriarchalibus Notariis per ſe fide dignis ubi pones auditor prudentiſſime?* Primitus autem ſeptem tantùm erant ex inſtitutione Clementis. Anaſtaſius in vita ejus: *Fecit ſeptem regiones dividi Notariis fidelibus Eccleſiæ, qui geſta Martyrum ſolicitè & curioſè unusquiſque per regionem ſuam diligenter perquirerent.* Hi dicebantur *Regionarii.* Atque hos exſtimulabant totidem ſubdiaconi, in eam rem inſtituti à Fabiano Pontifice. Idem Anaſtaſius in vita ejus: *Fecit ſeptem ſubdiaconos, qui ſeptem Notariis imminerent, ut geſta Martyrum in integro colligerent.* Tamen etiam primum Fabiano tribuit Lectionale, ubi de eo: *Hic regiones diviſit diaconibus, & ſeptem ſubdiaconos, qui ſeptem Notariis imminerent, ut geſta Martyrum fideliter in integro colligerent.* Jam eorum, qui in militia Notarii erant, munus ſatis clarè percipimus ex iſtis Cantacuzeni, lib. I. Cap. XXXV. *Notarios legere, qui in indices referrent, quantum militum indigenarum ad reditus capiendos deſtinatum eſſet.* Sozomenus lib. IV. Cap. X. p. 50. a. Μετὰ δὲ ταῦτα βασιλικὸς ταχυγράφος ἐκ τοῦ τάγματος τῶν καλουμένων νοταρίων ἀποσταλείς, &c. *Poſt hæc autem regius ſcriba ex ordine eorum, qui Notarii vocantur, miſſus fuit.* Palatini autem erant illi, quos nos hodie *publicos* appellamus, interque hos dignitate primus ὁ πρωτονοτάριος. Codinus: Πρωτονοτάριος δῆλος καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, πρῶτος γὰρ τῶν νοταρίων. Hic ἄρχων vocatur τῶν ὑπογραφέων, ab Achmete Onirocrit. Cap. LXII. Et πρωτοστάτης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, à Socrate, lib. VII. Cap. XXIII. Plura vide in Gl. Meurſii, unde etiam hæc excerpta.

Νούμερα.

Νούμερα. *Numeri. Cohortes.* Suidas: Σπεῖραι, πλήθη στρατευμάτων· φάλαγγες· νούμερα· λεγεών. *Exercituum copiæ. Phalanges. Numeri. Legio.* Chryſoſtomus Homil. XXII. in Acta: Σπεῖρά ἐστιν, ὃ καλοῦμεν νυνὶ νούμερον. *Spira eſt, quod nunc numerum vocamus.* Eadem leguntur apud Oecumenium in Cap. X. Actorum. Gloſſarium: Σπεῖρα, τάξις στρατιωτική, cohors. Heſychius reſpiciens ad v. 1. Cap. X. Actorum: Ἐκ σπείρης, ἐκ τάγματος, ἐκ νουμέρου. Vide Gl. Meurſii.

Νοῦς.

Vox νοῦς variè accipitur. Sumitur enim

I. *Pro ratione,* ſeu pro præſtantiſſima illa animi facultate, quâ intelligimus, cogitamus, & ratiocinamur, atque adeò pro τῷ ἡγεμονικῷ, apud Philoſophos tantopere decantato. Vocatur à Chryſoſtomo, Homil. LXIX. in Matth. βασιλεὺς τοῦ σώματος, *rex corporis.* Greg. Nyſſenus de Virginitate, Cap. XXII. tom. III. pag. 172. eodem ſenſu dicit, τὸν ἡμέτερον νοῦν τὰς τοῦ σώματος ἡνίας ἐφ' ἑαυτὸν ἔχειν, *mentem noſtram corporis habenas in ſe habere.* Vocatur ὀφθαλμὸς ψυχῆς, oculus animæ, à Macario, Homil. VII. Auriga animæ. Idem Macarius, Homil. XL. pag. 479. Ὁ νοῦς ἡνίοχός ἐστι καὶ ζεύγνυσι τὸ ἅρμα τῆς ψυχῆς, κατέχων τὰς ἡνίας τῶν λογισμῶν. *Mens auriga eſt, & jungit currum animæ, tenens habenas cogitationum.*

II. *Pro propoſito, vel conſilio.* Sic I. Corinth. II. 16. Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἡμεῖς δὲ νοῦν Κυρίου ἔχομεν. *Quis novit mentem Domini? Nos autem mentem Domini habemus.* Chryſoſtomus Homil. VII. in hanc epiſt. ad præſentem locum, νοῦν Χριστοῦ interpretatur τὸν πνευματικόν, τὸν θεῖον, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔχοντα, *ſpiritualem, divinam, nihil humani habentem.* Ita etiam Theophylactus. Epiphanius, ad eundem locum reſpiciens, hæreſi LXXVII. p. 433, 434. Τῷ μὲν ὅτι πᾶς θεοσεβὴς οὐ κατὰ τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον πολιτεύεται, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ τὸν ὑπὸ Χριστοῦ πληρούμενον τῇ συνέσει, τὸν κατὰ τὸν Χριστὸν λογιζόμενον ἐν δικαιοσύνῃ, τὸν ἐν Χριστῷ πεπολιτευμένον τῇ ὁμολογίᾳ, τὸν διὰ Χριστὸν σωζόμενον ἐν τῇ δικαιοπραγίᾳ· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νοῦς Χριστοῦ, ὃν ἐν ἡμῖν δυνάμεθα εἶναι καὶ ἐν τόπῳ περιεκτικῷ τὸν Χριστὸν μὴ κατέχειν. *Revera enim omnis pius non ſecundùm mentem humanam vitam agit, ſed ſecundum mentem Chriſti, quæ à Chriſto impletur intelligentiâ, quæ ſecundum Chriſtum reputatur in juſtitia, quæ in Chriſto converſatur per confeſſionem, quæ per Chriſtum ſervatur in juſtis operibus. Hæc enim eſt mens Chriſti, quæ in nobis eſſe poteſt, & in loco detentivo Chriſtum non detinere.* Quidam per νοῦν Χριστοῦ, *deitatem* intellexerunt, quos Nazianzenus refutat Orat. LII. pag. 747. Τό, ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, παρεξηγοῦνται κακῶς καὶ λίαν εὐήθως, νοῦν Χριστοῦ τὴν θεότητα λέγοντες, οὐχ ὅπερ ἡμεῖς ὑπολαμβάνοντες, ὅτι οἱ τὸν ἑαυτῶν νοῦν καθήραντες μιμήσει νοὸς ἐκείνου, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ σωτὴρ ἀνεδέξατο, καὶ πρὸς αὐτὸν ῥυθμι-

Digitized by Google

ῥυθμίζοντες, ὡς ἐφικτὸν, οὗτοι νοῦν Χριστοῦ ἔχειν λέγονται. *Illud,* Nos autem mentem Chriſti habemus, *pravè ac perquam ſtolidè interpretantur, nimirum per Chriſti mentem divinitatem ſignificari contendentes, non autem hunc locum moreſnoſtro exponentes, nempe, quòd ii, qui mentem ſuam ad illius mentis, quam ſalvator pro nobis aſſumſit, imitationem purgarunt, atque ad eam, quantum fieri poteſt, compoſuerunt, mentem Chriſti habere dicuntur.*

III. *Pro ſenſu myſtico,* & opponitur literali. Apud Athanaſium in Fragmentis in Pſalmos (quæ Nicetæ potiùs, qui Catenam in Pſalmos collegit, eſſe videntur) frequenter eſt locutio πρὸς νοῦν, *ſenſu myſtico.* Pag. 528. ad verba Pſalmi LXIV. v. 3. Οἵ τινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, hæc leguntur: Πρὸς δὲ νοῦν ταυτά φησι, διὰ τὸ βλασφημοῦντας αὐτοὺς τὸν Ἰησοῦν λέγειν τοῖς ἀποστόλοις, οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μηδενὶ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; Τοὺς μέντοι λόγους τῆς διαβολῆς ῥομφαίαν ἠκονημένην ὠνόμασε. *Senſu autem ſecretiore ſeu myſtico hæc dicit, quoniam illi blaſphemantes Jeſum, dicunt Apoſtolis,* Nónne etiam atque etiam denunciavimus vobis, ne doceretis in nomine iſto? *Sermones igitur cum calumnia conjunctos romphæam acutam vocavit.* Ibidem pag. 529. ad v. 4. Pſal. LXV. Πρὸς νοῦν, ἀγαθὰ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ πνεύματος διάφορα χαρίσματα. *Senſu myſtico*, bona domus Dei *ſunt varia Spiritûs dona.* Adv. 11. ejuſdem Pſalmi, πρὸς νοῦν & κατὰ τὸ ῥητὸν opponuntur, pag. 532. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, ἐνιαυτὸν χρηστότητος, τὸν τῆς εὐθηνίας ὠνόμασε, πρὸς δὲ νοῦν, &c. *Juxta literam quidem,* annum benignitatis, *annum nominavit fertilem; ſenſu verò myſtico,* &c. Quod hîc eſt πρὸς νοῦν, id ibid. pag. 533. eſt πρὸς πνευματικὴν ἐκληψιν, & pag. 535. κατὰ πνευματικὴν ἐκδοχήν. Uſitatum etiam eodem ſenſu πρὸς διάνοιαν, de quo in Διάνοια.

IV. *Deus* vocatur νοῦς ἀκήρατος, *mens intemerata.* Cyrillus Alexandr. præfat. in Habakukum, pag. 518. de Judæis: Ἐκτετιμηκότες τὴν ἔξω νόμου, καὶ ἐκτοπωτάτην ζωὴν, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν κατεψεγμένων ἀπονενευκότες οὐ διαλελοίπασιν ἐφ᾽ ἑαυτοῖς παραθήγοντες τὸν ἀκήρατον νοῦν. *Cùm vitam à lege alienam, & rationi etiam atque etiam adverſantem amplexati fuiſſent, & in omnia reprehenſioni obnoxia declinaviſſent, in ſeipſos exacuere mentem intemeratam non deſinebant.*

V. *Angeli* vocantur νόες, *mentes.* Dionyſius Areopagita Cap. I. de cœleſti Hierarckia, pag. 4. *ſcriptura* ταῖς αἰσθηταῖς εἰκόσι τοὺς ὑπερουρανίους ἀνεγράψατο νόας, *ſuper cæleſtes illas mentes ſenſilibus imaginibus deſcripſit.* Ad hæc Pachymeres, pag. 10. Θείας δυνάμεις νόας λέγει, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν αἰσθήσει ζώντων ἡμῶν. *Divinas virtutes* mentes *appellat, ad noſtri differentiam, qui ſenſu vivimus.* Et S. Maximus, pag. 2. Νόας καλοῦσι καὶ οἱ παρ᾽ Ἕλλησι φιλόσοφοι τὰς νοερὰς, ἤτοι ἀγγελικὰς δυνάμεις· ἐπειδὴ τὸ πᾶν, νοῦς ἐστιν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν νοῦν ζῶντα εἰς τὸ εἶδος τὸ ἑαυτῶν οὐσιωμένον ἔχει. Νόες καλοῦνται, πρὸς τὸ εὐφωνότερον τῆς κλίσεως γενομένης. Νόας *vocant etiam Gentiles Philoſophi, intelligentes ſeu Angelicas virtutes: quandoquidem omnino, unusquisque ipſorum, ſit mens, & univerſam ſubſtantiam mentem viventem, in ſpeciem ſuam ſubſtantialem habeat.* Νόες *autem vocantur propter meliorem declinationis facta ſonum.*

Νυμφαῖον.

Νυμφαῖον eſt apparatus Nympharum, quem in templorum adytis effinxere, ut inde aquam funderent, & ingredientes templum lavarentur. Anaſtaſius in Hilario Papa: *Nymphæum, & triporticum ante oratorium ſanctæ Crucis, ubi ſunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur hecatonpendæ, lacus & conchas ſtrictas cum columnis porphyreticis radiatis foratis, aquam fundentes, & in medio lacum porphyreticum cum concha aſſita in medio aquam fundentem circumdatam à dextris & ſiniſtris. In medio cancellis æreis & columnis cum faſtigiis & epiſtyliis, undique ornatam ex muſivo & columnis Aquitanicis, & tripolicis, & porphyreticis.* Strabo lib. VII. pag. 219. teſtatum reliquit in Apolloniatarum finibus Nymphæum appellari ſaxum quoddam ignem egerens, ſub quo fontes ſint tepido fluentes bitumine. Verba ejus ſunt: Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον· πέτρα δ᾽ ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα· ὑπ᾽ αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ ἀσφάλτου, καιομένης ὡς εἰκὸς τῆς βώλου τῆς ἀσφαλτίδος. *In Apolloniatarum finibus autem Nymphæum appellatur ſaxum quoddam ignem egerens, ſub quo fontes ſunt tepido fluentes bitumine, gleba (ut apparet) bituminoſæ terræ ardente ibi.* Nymphæum Apolloniæ accuratè & eleganter deſcribit Dio Caſſius, Rom. hiſt. lib. XLI. pag. 195, 196. Vide etiam Æliani deſcriptionem non minùs elegantem libro Var. Hiſt. XIII. Cap. XVI. pag. 501. Deſcribitur & à Plutarcho in Sylla. Pindarus Ode XII. Olymp. Θερμὰ νυμφῶν λουτρὰ, vocat *lavacra Nympharum calida.* Cedrenus in Valente, pag. 255. Καὶ ὁ τότε τῆς πόλεως ἔπαρχος τὴν ἐκ τοῦ γεγονότος τῇ πόλει χαρὰν ἐπιδεικνὺς, νυμφαῖον κατασκευασάμενος ἐν τῷ ταύρῳ, τῷ μεγέθει τῆς πόλεως ἄξιον, ἱερομηνίαν ἐπετέλεσεν, εὐωχήσας ἅπαντα τὸν λαόν. *At tunc præfectus urbis, gaudium ejus beneficii cauſsâ obortum ut oſtenderet, Nymphæum condidit in Tauro magnitudine urbis dignum, diemque feſtum egit, ac univerſum populum convivio excepit.* Idem in Leone I. Auguſt. pag. 286. ait Nymphæum id Conſtantinopoli deflagrâſſe, καὶ τὸ νυμφαῖον, ἐν ᾧ περ οἱ γάμοι ἐγίνοντο, &c. Apud Anaſtaſium autem Nymphæa loca ſunt aquæ ſalientes ante veſtibula templorum conchâ ſepti, ut ingredientes in Eccleſiam manus lavent. Vide in Λουτήρ.

Νυμφίος.

Vox νυμφίος ſatis frequenter *impropriè,* ſeu *metaphoricè* accipitur; atque ſic *ſponſus* dicitur.

I. *Deus fidelium.* Greg. Nazianzenus, Orat. XX. pag. 358. Μόνος Θεὸς τῶν καθαρῶν ψυχῶν ἐστι νυμφίος, καὶ τὰς ἀγρύπνους ἑαυτῷ συνεισάγει ψυχὰς, ἐὰν μετὰ λαμπρῶν τῶν λαμπάδων καὶ δαψιλοῦς τῆς τοῦ ἐλαίου τροφῆς αὐτῷ ἀπαντήσωσι. *Solus Deus purarum animarum ſponſus eſt, atque inſomnes animas, ſi modò cum claris lampadibus & copioſa olei alimonia obviam ipſi prodierint, ſecum introducit.* Atque hoc ipſum ipſe de ſe teſtatur Deus apud Hoſeam Cap. II. 19. 20. Καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ εἰς τὸν αἰῶνα, μνηστεύσομαι ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν κρίματι, καὶ ἐν ἐλέῳ, καὶ ἐν οἰκτιρμοῖς, &c. *Et ſponſabo te mihi in æternum, & ſponſabo in juſtitia, & in judicio, & in miſericordia, & in miſerationibus,* &c. Ad quæ Theodoretus p. 711. Ὅτι οὐ τὴν Ἰουδαίων συναγωγὴν εἰς τὸν αἰῶνα ἐμνηστεύσατο, ἀλλὰ τὴν ἐξ Ἰουδαίων καὶ ἐξ ἐθνῶν συλλεγεῖσαν ἐκκλησίαν, τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· ἡ μὲν γὰρ ἀπεβλήθη, ἡ δὲ τῷ μνηστῆρι συνέζευκται, προσδεχομένη τὰ ἀγαθὰ τὰ αἰώνια. *Quòd Judæorum Synagogam non in æternum ſponſavit, ſed ex Judæis & gentibus collectam Eccleſiam, res ipſæ teſtantur. Illa enim abjecta eſt, hæc cum ſponſo conjuncta exſpectat bona æterna.*

II. *Chriſtus Eccleſiæ.* Theophylactus in Caput III. Joh. pag. 602. Οὐδεὶς ἄλλος ἐστὶ νυμφίος, εἰ μὴ μόνος ὁ Χριστὸς, πάντες δὲ οἱ διδάσκοντες νυμφαγωγοί εἰσιν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ πρόδρομος. Οὐδεὶς γὰρ ἄλλος δοτήρ ἐστι τῶν ἀγαθῶν εἰ μὴ ὁ Κύριος, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες μεσῖται, καὶ τῶν παρὰ τοῦ Κυρίου δεδομένων ἀγαθῶν διάκονοι. *Nullus alius ſponſus, quàm ſolus Chriſtus: omnes autem docentes pronubi ſunt, ſicut*

Digitized by Google

quoque præcurſor. Nullus enim alius dator eſt bonorum, quàm ſolus Dominus: alii autem omnes ſunt mediatores, & miniſtri bonorum, quæ à Domino dantur. Ammonius in Catena in Cap. III. Joh. pag. 108. Διὰ τοῦ βαπτίσματος νυμφεύεται ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀναγεννηθεῖσαν. Ἡ συζυγία αὕτη πνευματικὴ διὰ τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου συνάπτει Θεῷ. Παρθένος δ᾽ ἐστὶ καὶ ἁγνὴ ἡ νύμφη, διὰ τὴν τῶν δογμάτων ὀρθότητα· ἡ αὐτὴ καὶ γυνή ἐστι τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἀγαθὰς γεννῶσα πράξεις, οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτῆς, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτῇ Χριστοῦ. Ἧς οὐδεὶς τῶν γεννητῶν δύναται εἶναι νυμφίος, ἐπείπερ πρωτοτύπως οὐδεὶς αὐτῶν ἐστι δοτὴρ ἀγαθῶν· πᾶσα οὖν λογικὴ φύσις, ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων, νύμφη ἐστί· νυμφίος ἐστὶν ὁ Χριστός· καὶ ἡ ἐκκλησία νύμφη, καὶ ὁ νυμφὼν, ὁ τόπος τοῦ βαπτίσματος, ἔνθα γίνεται ἡ πνευματικὴ συνάφεια, ἐπειδὴ πάντα φαιδρὰ, καὶ χαρᾶς ἀνάμεστα καὶ εὐφροσύνης. *Chriſtus per Baptiſmum regeneratam ſibi deſponſat Eccleſiam. Hoc autem conjugium ſpiritale per verbum doctrinæ conjungit Deo. Sponſa verò & virgo eſt, & caſta, propter dogmatum ſinceritatem: quæ & ipſa uxor eſt Chriſti, ut quæ probas parit actiones, non quidem à ſemetipſa, ſed ex Chriſti inſpiratione. Cui nullus poteſt eſſe creatus ſponſus, cùm nulli creaturæ competat primitivum eſſe bonorum largitorem. Omnis itaq; natura prædita ratione, ſive Angelorum, ſive hominum, ſponſa eſt, Chriſtus verò ſponſus: & ſponſa quoque Eccleſia, thalamusq; nuptialis, Baptiſmi locus, ubi ſpiritualis iſta conjunctio perficitur, quandoquidem ibi omnia illuſtria ſunt, & gaudio lætitiaq; plena.* Baſilius M. Cap. VIII. de Spiritu ſancto, pag. 159. de Chriſto ita ſcribit: Ὅταν τὴν ἄμωμον ψυχὴν, τὴν μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ὡς ἁγνὴν παρθένον ἑαυτῷ παραστήσηται, νυμφίος προσαγορεύεται. *Cùm ſibi animam innocentem, non habentem maculam aut rugam, quaſi caſtam virginem adjungit, ſponſus appellatur.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. t. V. *Chriſtus vocatur* νυμφίος, *ſponſus,* ὅτι νύμφην με ἡρμόσατο, *quia ſponſam me præparavit.*

Νύξ.

I. *Explicatio Nominis.* Νὺξ, *nox* ſumitur

1. *Propriè,* & eſt σκίασμα γῆς ἀποκρυπτομένου ἡλίου γινόμενον, *umbra terræ, quæ diei, ſole ſe occultante, ſuccedit,* inquit Baſilius Cæſar. Homil. II. in Hexaëm. pag. 26. Sic κυριακὴ νὺξ vocatur ea nox, quâ Dominus reſurrexit, apud Nyſſenum orat. II. in Reſurrect. Chriſti, tom. III. pag. 400. Nox, quâ idem Salvator proditus fuit, vocatur ἱερὰ νὺξ à Chryſoſtomo, Homil. πρὸς Ἀνομοίους, tom. VI. pag. 430. Δεῖπνον ἐγένετο κατὰ τὴν ἱερὰν νύκτα ἐκείνην, καθ᾽ ἣν παραδίδοσθαι ἔμελλεν· ἱερὰν γὰρ αὐτὴν καλῶ ἐγὼ, ἐπειδὰν τὰ μυρία ἀγαθὰ, ἃ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐγένετο, τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἐλάμβανε. *Cœna inſtituta fuit ſacra illa nocte, quâ prodendus erat: ſacram enim illam ego appello, quoniam innumera bona, quæ per univerſum terrarum orbem fiebant, initia inde ſumſerunt.*

2. *Impropriè.* Sic *nox* ſumitur

a. Pro ignoratione Dei, verbique Dei & voluntatis ejus, ac impietate, quæ hanc ignorantiam ſequitur: ad Rom. XIII. 12. Ἡ νὺξ προέκοψε. *Nox proceſſit.* Theodoretus ad hunc locum: Νύκτα καλεῖ τὸν τῆς ἀγνοίας καιρόν. Noctem *vocat tempus ignorantiæ.* Reliqui interpretes ferè per noctem intelligunt præſentem vitam. Ita Chryſoſtomus Homilia LVI. in Joh. ad præſentem locum reſpiciens: Ὁ Παῦλος νύκτα, τὸν παρόντα βίον καλεῖ, διὰ τὸ ἐν σκότει εἶναι τοὺς ἐν κακίᾳ διατρίβοντας καὶ ἀπιστίᾳ. *Paulus* noctem *vocat præſentem vitam, quia in tenebris verſantur, quicunque in malitia & incredulitate vivunt.* Ita etiam Theophylactus, pag. 132. Νύκτα καλεῖ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, διὰ τὸ ἐν σκότει τοὺς πολλοὺς εἶναι, καὶ διὰ τὸ συγκεκαλύφθαι τοὺς βίους ἑκάστων. Noctem *præſens ſeculum appellat quòd plerique in tenebris ſint, & quòd cujusq; vita caligine contegatur.* Et Oecumenius, pag. 357. Νύκτα τὸν παρόντα καλεῖ βίον· οὐδὲν γὰρ ὀνειράτων διαφέρει τὰ ἐν αὐτῷ. Noctem *vocat præſentem vitam: quæcunq; enim in ea ſunt à ſomniis nihil differunt.* Eodem modo accipitur I. Theſſal. V. 5. ubi Apoſtolus: Οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους. *Non ſumus noctis, neq; tenebrarum.* Hic νυκτὸς υἱοὶ, interprete Oecumenio, pag. 723. ſunt ἁμαρτίας υἱοὶ, *filii peccati,* id eſt, peccatores. Ita etiam Theophylactus.

b. Pro tempore poſt hanc vitam, ubi pœnitentiæ nullus ampliùs locus. Ita locum Joh. IX. 4. Ἔρχεται νὺξ ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι, *venit nox, quando nemo poteſt operari,* interpretatur Chryſoſtomus Homil. LVI. in Johannem: Ἔρχεται νὺξ, τουτέστιν, ὁ μέλλων καιρὸς, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι, τουτέστιν, ὅτε οὐκέτι πίστις ἐστὶν, οὔτε πόνοι, οὔτε μετάνοια. Venit nox, *hoc eſt, futurum tempus,* quando nemo poteſt operari, *hoc eſt, quando non ampliùs fides eſt, neque labores, neque pœnitentia.* Item: Νύκτα τὸν μέλλοντα καλεῖ καιρὸν, διὰ τὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ἀνενέργητον. *Tempus futurum* noctem *appellat, quia tum peccatores nihil operari poterunt.* Commodiùs tamen hoc loco *per noctem* intelligas obſcurationem doctrinæ cœleſtis.

c. Pro doctrina veteris Teſtamenti, quæ obſcura eſt reſpectu doctrinæ in novo Teſtamento comprehenſæ. Ita locum adductum ex C. XIII. 12. ad Rom. exponit Cyrillus Alex. ut vidimus in voce Ἡμέρα, num. II. 3.

d. Pro afflictione & calamitate graviſſima, metaphorâ ductâ ab horrore & terrore, quem noctis obſcuritas incutit. Theodoretus ad v. 6. Pſal. III. pag. 409. Νύκτα τὰς συμφορὰς πολλάκις ἡ θεία καλεῖ γραφή· ἐπειδὰν ὡς ἐν σκότει διάγειν νομίζουσιν οἱ ταῖς ἄγαν ἀνιαροῖς περιπίπτοντες. Noctem *ſæpiùs calamitates vocat divina ſcriptura: quia velut in tenebris vivere ſe exiſtimant illi, qui in res admodum triſtes incurrunt.*

II. *Finis* noctis eſt duplex;

1. *Reſpectu Dei* eſt gloria ipſius, quam nox indicat. Pſal. XIX. 3. Νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. *Nox nocti indicat ſcientiam.* Theodoretus ad integrum verſum ita commentatur: Ἡ τεταγμένη νυκτὸς καὶ ἡμέρας διαδοχὴ, τοὺς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τεθέντας ὑποδείκνυσιν ὅρους, οὓς παραβαίνειν ἡ ἄψυχος οὐκ ἀνέχεται κτίσις· πρὸς γὰρ τὴν χρείαν τῶν ἀνθρώπων ἡμέρα καὶ νὺξ αὐξανόμεναί τε καὶ μειούμεναι, καὶ παρ᾽ ἀλλήλων τὸν χρόνον δανειζόμεναι, καὶ πάλιν ἀλλήλαις τὸ χρέος ἐκτιννῦσαι, τὴν ἐφεστῶσαν αὐταῖς ὑποδεικνύουσι προμήθειαν· τὸ δὲ ἐρεύγεται ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ῥῆμα, καὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν, καὶ διηγοῦνται δόξαν, οὐκ ἔμψυχα εἶναι διδάσκει τὰ ὁρώμενα· ἀλλὰ προσωποποιΐα τίς ἐστι, παιδεύουσα πάντας ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὸν ἀόρατον ποδηγεῖσθαι Θεὸν, κἀκείνῳ προσφέρειν τὴν ὑμνῳδίαν. *Ordinata ſucceſſio noctis & diei terminos à conditore poſitos demonſtrat, quos hæc inanimata mundi machina tranſſcendere non poteſt. Cùm enim nox atq; dies ad hominum utilitatem creſcunt atq; decreſcunt, & à ſe invicem tempus mutuantur, & rurſus debitum ſibi ultro citroq; reddunt, providentiam, quæ ipſis ineſt, oſtendunt. Hoc autem,* Dies diei eructat verbum, & indicat ſcientiam, & enarrant gloriam, *non animata eſſe, quæ videntur, docet: verùm eſt quædam proſopopœia, omnes docens, ab his, quæ videntur, ad opificem, qui minimè cernitur, pervenire, & illi hymnorum cantilenam offerre.* Chryſoſtomus Homil. XXVII. tom. V. quæ eſt Jeſajæ XLV. 7. hoc ipſum pluribus perſequitur: præcipua hic inde damus excerpta. Ὅταν ἴδῃς τὴν εὐταξίαν τῶν καιρῶν τούτων, καὶ πῶς τὸ οἰκεῖον ἀπαρτίσασα μέτρον ἡ ἡμέρα, οὐ φιλονεικεῖ τὴν νύκτα ἐξῶσαι τῶν οἰκείων ὅρων, οὐδὲ πλεονεξίαν τινὰ ἐπιδείκνυται, οὐδὲ, ἐπειδὰν φαιδροτέρα ἐστὶν αὐτῆς, τὸν ἅπαντα βιάζεται κατασχεῖν χρόνον,

Digitized by Google

ἀλλ' ἀναχωρεῖ καὶ ἡ νὺξ τὸ αὐτὸ πάλιν, ἀπαρτίσασα τὸν αὐτῆς δρόμον, παραχωρεῖ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ τοῦτο ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι γέγονε, καὶ οὐδεμία σύγχυσις, οὔτε ταραχὴ, καὶ οὔτε αὕτη ἐξώθησεν ἐκείνην, οὔτε ἐκείνη ἐπλεονέκτησε ταύτην (καί τοι ἡ μὲν φαιδροτέρα, ἡ δὲ ζοφωδεστέρα) πάλιν τὴν εὐταξίαν θαυμάσας, ἡ δόξαν ἀναπέμψεις Θεῷ; Καὶ καθάπερ ἀδελφαὶ δύω οἰκείως πρὸς ἀλλήλας διακείμεναι, πατρῷον διανεμάμεναι κλῆρον ἐν σταθμοῖς καὶ ζυγοῖς, οὐδὲ τὸ τυχὸν ἑτέρα τὴν ἑτέραν πλεονεκτεῖ· οὕτω δὴ καὶ νὺξ καὶ ἡμέρα τὸν χρόνον ἅπαντα διελόμεναι, τοσαύτην διατηροῦσιν ἰσότητα· οὐδὲ τὸ τυχὸν ἀλλήλας πλεονεκτοῦσαι, ὅσην ἴστε διὰ τῆς πείρας αὐτῆς μαθόντες. *Quando videris horum temporum ordinem, & quomodo dies ſuam perficit dimenſionem, neq; contendit noctem ſuis ejiciens terminis, nec ullam oſtendit avaritiam, nec etiam, quoniam nocte clarior eſt, totum ſibi vendicat tempus, ſed identidem nox recedit, ſuumq; abſolvendo curſum diei cedit. Atq; hoc tot annorum decurſu jam factum eſt, ſine ulla confuſione, ſine ullo tumultu, neq; hæc illam expulit neq; illa plus habuit quàm hæc (cùm tamen dies ſit clarior, nox verò obſcurior.) Hæc, inquam, ſi videris, quomodo, ordinem hîc quoq; admiratus, Deo non tribueres gloriam? Et quemadmodum duæ ſorores amicè conſpirantes, patrimonium dividentes juſto pondere, neutra defraudat alteram: eodem planè modo nox atque dies omne tempus inter ſe dividentes, talem obſervant æqualitatem, quæ vobis ex ipſa experientia nota eſt, neque alia plus ſibi vendicat quàm altera.* Et paulò poſt: Οὕτω τοίνυν ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν, οὐ φωνὴν ἀφιεῖσαι, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐταξίας, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ, καὶ τῆς ἰσότητος, καὶ τῶν ἀπαρεμποδίστων μέτρων, σάλπιγγος λαμπρότερον, τὸν δημιουργὸν ἀνακηρύττουσαι· οὐκ ἐν μιᾷ τῆς οἰκουμένης γωνίᾳ, ἀλλ' ὅσην ὁ ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, αὗται γὰρ αἱ φωναὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης φέρονται, ἐπειδὰν πανταχοῦ ὁ οὐρανὸς, καὶ πανταχοῦ ἡμέρα, καὶ πανταχοῦ νὺξ, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐκτείνουσι καὶ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάττῃ. *Sic igitur dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam, non emittentes vocem, ſed per concinnum ordinem, per proportionem & æqualitatem, & nunquam interruptas dimenſiones, tubis clarius Creatorem declarantes, non in uno orbis angulo, ſed in toto terrarum ambitu. Hæ enim voces ubiq; terrarum perſonant, quoniam ubiq; cælum, ubique dies, ubique nox, doctrinamq; ejus extendunt terra mariq;.*

2. *reſpectu hominum* eſt quies ipſorum. Chryſoſtomus πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, Cap. V. Νὺξ πόνων ἀνάπαυσις, φροντίδων ἀπαλλαγὴ, νοσημάτων παραμυθία, φόβων καὶ κινδύνων οὐ μικρὰ ἀναψυχή· νεαρὸν ποιεῖ τὸ σῶμα, ἀκμάζουσαν τὴν διάνοιαν, ἀναπαύει τὴν σάρκα κεκοπιακυῖαν. *Nox laborum eſt relaxatio, liberatio à curis, morborum ſolatium, à metu ac periculis requies non mediocris: juvenile reddit corpus, mentem vividam, membra laboribus fatigata recreat ac reficit.* Idem, Homil. XXVII. tom. V. pag. 168. Οὔτε τὴν νύκτα διαβλητέον, οὐδὲ τὸ σκότος. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, φαῦλον ἔχει τὸ σκότος; Οὐχὶ πόνων ἐστὶν ἀνάπαυσις; Οὐχὶ φροντίδων ἄνεσις; οὐχὶ λύπης ἀναίρεσις; οὐχὶ ἰσχύος προσθήκη; *Neque noctem, neque tenebras accuſare decet. Quid enim, dic quæſo, tenebræ mali habent? Nonne laborum ſunt relaxatio? nonne à curis liberatio? nonne triſtitiam tollunt? nonne vires augent?* Idem, Homiliâ ad Stelechiam de Compunctione, tom. VI. Ὁ Θεὸς τῆς ἡμέρας ἡμῖν οὐχ ἧττον τὴν νύκτα χρησιμωτέραν εἰργάσατο, ἀνάπαυσιν καὶ ἰσχὺν ἀπὸ τοῦ ὕπνου παρέχουσαν. *Deus noctem non minùs utilem fecit atq; diem, utpote quæ requiem præbet, & ſomno vires recreat.* Vide ibidem plura. Nox meditationi rerum ſacrarum aptiſſima. Sic enim Cyrillus Jeroſol. Catech. Illum. IX. pag. 86. Τί δὲ νυκτὸς πρὸς σοφίαν χρησιμώτερον; Ἐν ταύτῃ μὲν γὰρ πολλάκις τὰ περὶ Θεοῦ φανταζόμεθα· ἐν αὐτῇ δὲ ἀναγνωστικὴν θεωρίαν τῶν θείων λογίων ποιούμεθα. Πότε δὲ μᾶλλον εἰς ψαλμῳδίαν καὶ προσευχὴν συντέταται ἡ διάνοια ἡμῶν; ἆρα οὐκ ἐν νυκτί; πότε πολλάκις τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἤλθομεν εἰς ὑπόμνησιν· οὐκ ἐν νυκτί; *Quid verò nocte ad ſapientiam utilius? Nam in ea ſæpe de Deo cogitamus; in ea divinorum oraculorum lectionem & contemplationem meditamur. Quandonam majori mens noſtra contentione pſalmos canit, aut preces fundit? nonne noctu? quandonam ſæpiùs ad noſtrorum peccatorum recordationem venimus? nonne noctu?* Huc etiam reſpexerunt veteres, quando noctem appellârunt εὐφρόνην. Heſychius: Εὐφρόνη, νύξ. Suidas: Νύξ· εὐφρόνη. Rationem reddit Clemens Alexandr. Strom. IV. pag. 530. Veteres εὐφρόνην vocârunt τὴν νύκτα, ἐπειδὰν τηνικάδε ἡ ψυχὴ πεπαυμένη τῶν αἰσθήσεων, συννεύει πρὸς αὑτὴν, καὶ μᾶλλον μετέχει τῆς φρονήσεως. Διὰ ταῦτ' οὖν καὶ αἱ τελεταὶ γίνονται νυκτὸς μάλιστα, σημαίνουσαι τὴν ἐν νυκτὶ τῆς ψυχῆς συστολὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, *quoniam anima tunc ceſſans à ſenſibus, convertitur ad ſeipſam, & eſt magis prudentiæ particeps. Propterea ergo ſacra quoq; myſteria maximè noctu fiunt, ſignificantia eam quæ noctu fit animæ à corpore contractionem.* De noctis utilitatibus multa leguntur apud Theodoretum Oratione I. de Providentia, quæ huc transferre nimis longum foret.

Νωβελλίσιμος.

Νωβελίσιμος. *Nobiliſſimus.* Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. VIII. Sect. VIII. pag. 112. de Joviano Imperatore, ad annum D.CCCLXIV. refert, eum Conſtantinopolim proficiſcentem, Ancyræque conſtitutum, alterum è filiis ſuis Varonianum κομιδῇ νέον ὄντα ἐπιφανέστατον (ὃ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ Νωβελίσιμον δύναται) ἀναγορεῦσαι, *juvenem admodum adhuc exiſtentem* ἐπιφανέστατον (*quod* Nobiliſſimum *valet apud Romanos*) *renunciâſſe.* Alia exempla ſuppeditat Gloſſarium Meurſii. Summa eorum dignitatis fuit magnitudo. Patet inde, quòd cùm crearentur, ad inſtar Imperatoris ac Cæſaris coronarentur, etſi alio ſine dubio coronæ genere. Zonaras in Conſtantino Copronymo: Καὶ τοὺς μὲν δύο Καίσαρας ἔστεψε, τὸν δὲ Νικήταν ἔστεψε νωβελίσιμον. *Et duos quidem Cæſares coronavit, Nicetam verò coronavit Nobiliſſimum.* Veſtis illorum, quoque purpurea & aureo limbo ornata. Zoſimus lib. II. de Conſtantio, & Anaballiano: Ἐσθῆτι χρώμενοι κοκκοβαφεῖ καὶ περιχρύσῳ, τῆς τοῦ λεγομένου νωβελισίμου παρ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου τυχόντες ἀξίας. *Veſte utentes purpurea & aureo limbo ornata, Nobiliſſimi dicti dignitatem ab ipſo Conſtantino conſecuti.* Et erat ipſorum quoque Cæſarum titulus. Nazarius in Panegyrico Conſtantini: *Nobiliſſimorum quoq; Cæſarum laudes exequi velle ſtudium quidem dulce, ſed non & cura mediocris eſt.* Incepit hoc nomen Conſtantini & Licinii temporibus. Itaque in Faſtis Capitolinis exſtat: *Fl. Valerius Criſpus Nobiliſſimus Cæſar.* Filiæ quoque *Nobiliſſimæ* dicebantur. In Reſcripto Impp. Arcadii; Honorii & Theodoſii, quod habetur Cod. Theod. lib. X. Tit. XXV. *Ad omnem fraudem amputandam, procuratores per ſingulas quaſque provincias nobiliſſimarum puellarum filiarum mearum, &c.* Ipſæ quoque Auguſtæ ita indigitabantur. Amalarius in Epiſt. ad Ludovicum Pium: *Judith orthodoxæ nobiliſſimæ atq; prudentiſſimæ Auguſtæ ſalus per multos annos.*

Νῶε.

Νῶε, Hebraicè נֹחַ, idem quod, נחמן, à נחם, *conſolatus fuit*: literâ מ abjectâ: aut quòd *conſolatio* ſit *quies, recreatio.* Geneſ. V. 29. *Vocavit nomen ejus* נֹחַ. *dicens*:

dicens: Ipſe יְנַחֲמֵנוּ *conſolabitur nos ab opere noſtro.* Rectè igitur Heſychius: Νῶε, ἀνάπαυσις. Ita etiam Cyrillus Alex. lib. II. in Glaph. in Geneſ. pag. 27. Et Chryſoſtomus Homil. IX. tom. V. pag. 38. Τοῦτο τὸ ὄνομα Ἑβραϊκῇ λέγεται γλώττῃ, καὶ ἑρμηνεύεται ὁ ἀναπαύων· τὸ γὰρ νιὰ τῇ Σύρων φωνῇ ἀνάπαυσίς ἐστιν. *Hoc nomen linguâ dicitur Hebraicâ, & ſignificat* recreantem: *νιὰ enim linguâ Syriacâ eſt* requies, recreatio. Ratio verò, quam addit, impertinens eſt. Ἐπειδὰν ἔμελλεν ἐπ' αὐτοῦ ὁ κατακλυσμὸς γίνεσθαι, ὁ δὲ κατακλυσμὸς θάνατος ἦν· θάνατος δὲ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, διὰ τοῦτο τὸν ἄνδρα, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ κατακλυσμὸς, τὸν ἀναπαύοντα ἐκάλεσε. *Quoniam ejus tempore futurum erat diluvium, diluvium autem mors erat: mors autem viro requies: propterea virum, ſub quo fuit diluvium,* recreantem *vocavit.* Ridiculum prorſus eſt etymon, quod apud Suidam legitur. Νῶε· ὄνομα κύριον παρὰ τὸ νῶ τὸ κολυμβῶ. *Noë: nomen proprium, à verbo νῶ, no, nato,* quòd nimirum in arca concluſus, in mediis aquis natârit. Varia ejus obſerva epitheta. A Chryſoſtomo, Homil. CX. tom. V. pag. 711. vocatur ὁ τῆς ναυαγησάσης φύσεως καλὸς κυβερνήτης, *naufragium facientis naturæ bonus gubernator.* A Nazianzeno, Orat. XVIII. pag. 297. τοῦ δευτέρου τούτου κόσμου πατὴρ, *ſecundi hujus mundi parens.* A Baſilio Seleucienſi Orat. V. pag. 29. ὁ τῶν τῆς κτίσεως λειψάνων ταμίας, *cuſtos reliquiarum creaturæ.* A Chryſoſtomo, Homil. LXV. tom. VI. & à Theodoreto in Pſalmum XC. σπινθὴρ τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου, *generis noſtri ſcintilla.* Iterum à Theodoreto, Orat. V. de Providentia, Ὁ δεύτερος τῶν ἀνθρώπων φύλαρχος, ὁ παντὸς τοῦ γένους σπινθὴρ, ὁ μακάριος Νῶε. *Secundus humani generis princeps, totius generis ſcintilla & fomes, beatus Noë.*

Ξ.

Ξενίζω.

I. Ξενίζω ſignificat *Hoſpitio excipio, peregrè advenientem hoſpitio recipio.* Suidas: Ξενίζειν, ξενίας χάριν ὑποδέχεσθαι. *Hoſpitalitatis gratiâ aliquem ſuſcipere.* Chryſoſtomus Homil. XLV. in Acta, pag. 861. Τάχα τις ὑμῶν ἐρεῖ· εἴ τις κἀμοὶ ἔδωκε Παῦλον ξενίσαι, ἑτοίμως ἂν καὶ μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τοῦτο ἐποίησα. Ἰδοὺ τὸν Παύλου δεσπότην ἔξεστί σοι ξενίσαι, καὶ οὐ βούλει. Ὁ γὰρ δεχόμενος, φησὶν, ἕνα τῶν ἐλαχίστων, ἐμὲ δέχεται. Ὅσῳ ἂν ἐλάχιστος ᾖ ὁ ἀδελφὸς, τοσούτῳ μᾶλλον ὁ Χριστὸς δι' αὐτοῦ παραγίνεται. Ὁ μὲν γὰρ τὸν μέγαν δεχόμενος, πολλάκις καὶ διὰ κενοδοξίαν ποιεῖ· ὁ δὲ τὸν μικρὸν, καθαρῶς διὰ τὸν Χριστόν. Ἔξεστί σοι καὶ τὸν πατέρα ξενίσαι τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ βούλει. Ξένος γὰρ ἤμην, φησὶ, καὶ συνηγάγετέ με. Καὶ πάλιν, ἐφ' ὅσον ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Κἂν μὴ Παῦλος ᾖ, πιστὸς δὲ καὶ ἀδελφὸς, κἂν ἐλάχιστος ᾖ, ὁ Χριστὸς δι' αὐτοῦ παραγίνεται. Ἄνοιξον τὴν οἰκίαν, ὑπόδεξαι. Ὁ δεχόμενος προφήτην, φησὶ, μισθὸν προφήτου λήψεται. Οὐκοῦν καὶ ὁ Χριστὸν δεχόμενος, λήψεται μισθὸν τοῦ Χριστὸν ξενίζοντος. *Forſan quis veſtrûm dicet, ſi quis & mihi Paulum daret hoſpitem, ſuſciperem promtè magnaq; cum alacritate. Ecce Pauli Dominum licet tibi hoſpitio ſuſcipere, & non vis. Nam, qui ſuſcipit unum ex minimis, me ſuſcipit. Quantò minor fuerit frater, qui ſuſcipitur, tantò magis per illum Chriſtus advenit. Qui enim magnum ſuſcipit, id ſæpe vanæ gloriæ ſtudio facit: qui autem parvum, is illum purè propter Chriſtum. Licet tibi etiam Patrem Chriſti hoſpitio excipere, & non vis. Peregrinus enim eram, inquit, & collegiſtis me. Et iterum: in quantum uni minimorum feciſtis, mihi feciſtis. Licet non ſit Paulus, fidelis tamen eſt ac frater, etiamſi minimus ſit, Chriſtus per illum advenit. Aperi domum, ſuſcipe. Qui ſuſcipit Prophetam, inquit, mercedem Prophetæ recipiet. Igitur qui & Chriſtum ſuſcipit, recipiet mercedem ejus, qui Chriſtum ſuſcipit.* Eadem ſignificatio in N. Teſt. ſatis obvia. Vide Actor. X. 6. 18. 23. 32. XXI. 16. XXVIII. 7. Hebr. XIII. 2.

II. Ξενίζειν neutraliter uſurpatur, & ſignificat, juxta Heſychium, ξένῃ χρήσασθαι φωνῇ, *peregrina uti lingua,* & ξενικοῖς χρῆσθαι ἐπιτηδεύμασι, *peregrinis uti ſtudiis,* ut Suidas interpretatur. Eſt, τὰ ξένα φρονεῖν καὶ φθέγγεσθαι, *peregrina ſapere & loqui.* Hoc ſenſu Chryſoſtomus conjungit καινοτομεῖν καὶ ξενίζειν, Homil. VII. in I. ad Corinth. pag. 286. Οὐδὲν οὕτω θορυβεῖ ψυχὴν, κἂν ἐπὶ χρησίμῳ τινὶ γίνεται, ὡς καινοτομεῖν τι καὶ ξενίζειν, καὶ μάλιστα ὅταν περὶ λατρείας, καὶ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης τοῦτο γίνεται. *Nihil adeò conturbat animam, etiamſi id ob rem fiat utilem, ut res novas moliri & à conſuetudine alienas, & maximè quando hoc fit circa cultum & gloriam Dei.* Sic Actor. XXVII. 20. Epicurei & Stoici Philoſophi ad Paulum dicunt: Ξενίζοντα τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. *Peregrina quædam infers auribus noſtris.* Ξενίζοντα, id eſt, διδαχὴν ξένην, *doctrinam novam,* ut Hebr. XIII. 9. Heſychius: Ξενίζουσα, ἀλλόφυλος, ἀήθης, καινή. *Peregrina, inuſitata, inſolens, nova.* Ξενίζουσαι λέξεις. *Novæ, inuſitatæ, voces.* Athanaſius de Concilio Nicæno, tom. I. pag. 267. Τὸ εὐσεβεῖν, ὅσιον παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται· κἂν ξενιζούσαις λέξεσί τις χρήσηται, ἕως μόνον ὁ λέγων εὐσεβὲς ἔχει τὸ φρόνημα. *Pium eſſe, omnes fatentur ſanctum eſſe: etiamſi quis inuſitatis utatur vocibus, dummodo qui iis utitur, piè ſentiat.*

III. Ξενίζω uſurpatur activè pro *peregrina novitate turbo, rei novitate quaſi peregrina obſtupefacio,* vel *deterreo & alieno.* Hinc ξενίζεσθαι paſſivè eſt *in admirationem & ſtuporem adduci ob rei novitatem.* Titus Boſtrorum Epiſcopus, ſeu quicunque autor eſt brevis in Lucam Commentarii, ad Cap. VII. Lucæ. Λέγω σοὶ, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί. Ἔδειξεν, inquit, ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι καὶ ἕτεροι ἦσαν συνανακείμενοι, οὓς ἐξένισεν ὁ λόγος. Interpres: *Per hæc Evangeliſta oſtendit, alios quoq; accubuiſſe, ad quos Chriſti verbum ſpectabat.* Reddendum: *Mirum, ſive novum iis viſum, qui unâ accumbebant, quod à Domino dicebatur.* Apud Athanaſium quæſt. CX. ad Antiochum, tom. II. pag. 374. Τοῦτο ἡμᾶς οὐκ ὀφείλει ξενίζειν. *Hoc nos minimè terreat.* Oecumenius in I. Petri Cap. I. Τοῦτο ξενίζει τὴν ἀκοήν. *Hoc novitate ſua aures perturbat.* Longe uſitatiùs ξενίζεσθαι. I. Petri IV. 4. Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες. Vetus: *In quo peregrinantur, non convenientibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes.* Eraſmus: *Atque id abſurdum illis videtur, quòd non accurratis unà cum ipſis in eandem luxûs refuſionem, qui de vobis malè loquuntur.* Beza: *Quamobrem illi, non concurrentibus vobis ad eandem luxûs profuſionem, peregrinari ſibi videntur, blaſphemantes.* Senſus eſt: Olim unà cum gentibus omni laſciviarum, cupiditatum, aliarumque voluptatum generi nos dedimus. Quæ feciſſe ſatis ſit: Nunc divortium ab illis feciſtis. Id mirantur illi: quòd non ampliùs, videlicet, in eandem luxûs confuſionem, vos dedatis, ac ſecum verſemini: unde & maledicunt vobis. Igitur, ἐν ᾧ ξενίζονται, eſt, *quod mirantur, tanquam novum & peregrinum.* Scholiaſtæ Græci, τὸ ξενίζονται, ἀντὶ τοῦ θαυμάζουσι, κεῖται. Statim Cap. eod. v. 12. Ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμόν. Hic rurſus in varia abeunt divortia Interpretes. Vetus: *Nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit:* quaſi *in fervore peregrinari,* id ſit quod voluit Apoſtolus. Apud Fulgentium III. ad Thraſimundum, *Nolite expaveſcere in fervorem.* Minùs accuratè,

Digitized by Google

curatè, ξενίζεσθαι eſt, quod diximus: aliàs ξενοπαθεῖν, *re aliqua, ut nova, percelli.* Apoſtoli ergo verba ſic reddenda: *Ne, ut re nova, exploratione veſtri, quæ fit ad tentationem vobis, perturbemini.* Nihil etiam magis obvium, quàm hoc ipſum iſto ſenſu apud Patres verbum. Baſilius Homil. ult. in Hexaëm. Μὴ ξενίσῃ σε ἡ φαντασία σου. *Ne in admirationem, ut inſolitæ rei, phantaſia tua te abducat.* Chryſoſtomus Homil. I. in Epiſt. ad Hebræos: Μὴ ξενιζέτω σε ὁ λόγος, ἀγαπητέ. *Ne hic ſermo, dilecte, tanquam novus & inauditus, te in admirationem adducat.* Idem, Homil. XLV. tom. V. pag. 301. ad Actor. XVI. 17. *Cur Apoſtoli ſpiritum, vera loquentem, expulerint?* reſpondet: Μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητέ· καὶ τοῦτο γὰρ τῆς συνέσεως ἦν τῆς ἀποστολικῆς, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. *Ne mireris, dilecte: nam etiam hæc Apoſtolicæ prudentiæ erat, & Spiritûs ſancti donum.* Idem, Homil. LXXXIII. tomi ejuſdem, pag. 567. de Chriſti cruce: Μὴ ξενισθῇς, εἰ τοῦ πράγματος σκυθρωποῦ τυγχάνοντος, ἡμεῖς ἑορτάζομεν. *Ne, ut re inſolita percellaris, ſi nos in re triſti diem feſtum celebramus.* Homil. CXXII. ejuſd. tomi, pag. 806. Ταῦτα λέγω, ἵνα μηδεὶς ταῖς περὶ ἡμᾶς ἐπιβουλαῖς ξενίζηται. *Hæc propterea dico, ne quis inſidiis nobis intentatis, velut re nova, percellatur, & in admirationem adducatur.* Paulò pòſt: Μηδέποτε ξενίζου θλίψιν· συγκεκλήρωται τῷ εὐαγγελίῳ ἡ θλίψις. *Ne unquam afflictione, tanquam re nova, perturberis: cum Evangelio conjuncta & ſociata eſt afflictio.* Idem, Homil. XXXV. in Geneſin, tom. I. pag. 286. ad illa Hebr. VII. 3. de Melchiſedecho, ἦν ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ. Ἤκουσας, ὅτι τύπος ἦν· μὴ τοίνυν ξενίζου, μηδὲ πάντα ἀπαίτει ἐν τῷ τύπῳ· οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τύπος, εἰ μέλλοι πάντα ἔχειν τὰ τῇ ἀληθείᾳ συμβαίνοντα. *Audiviſti, eum typum fuiſſe: ne igitur mireris, neq; omnia in typo requiras: nec enim eſſet typus, ſiquidem omnia haberet, quæ cum veritate congruunt.* Homil. LXIII. in Geneſin, pag. 489. Μὴ ξενιζώμεθα, μηδὲ δυσχεραίνωμεν, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀνδρείας καὶ ὑπομονῆς τὰ ἐπαγόμενα φέρωμεν, μὴ πρὸς τὰς θλίψεις ἀφορῶντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ κέρδος, τὸ ἡμῖν ἐντεῦθεν συλλεγόμενον. *Ne, tanquam re inſolita percellamur, neq; indignemur, ſed animo forti & patienter inflictas feramus plagas, non reſpicientes ad afflictiones, ſed ad utilitatem inde manantem.* Athanaſius de decretis Concilii Nicæni, tom. I. pag. 271. Μὴ ξενιζέσθω τις, ἀκούων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. *Ne quis miretur, ſi audiat Filium Dei eſſe ex ſubſtantia Dei.* Macarius Homil. XV. pag. 193. 194. Ὅπου ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖ ἐπακολουθεῖ ὁ διωγμὸς καὶ ἡ πάλη· διὸ οὐκ ὀφείλουσιν οἱ Χριστιανοὶ ξενίζεσθαι, ἀλλ' ἀνάγκη διώκεσθαι τὴν ἀλήθειαν. *Ubi Spiritus ſanctus eſt, ibi etiam ſequitur perſecutio & lucta: propterea Chriſtianos non oportet tanquam re nova perturbari, neceſſe enim eſt veritatem perſecutione premi.* Homil. ead. pag. 211. Οἱ ἀνατραφέντες εἰς θάλασσαν, ἔμαθον κολυμβᾷν, καὶ ὅταν ἐπανιστῶσι κλύδωνες καὶ κύματα, οὐ ξενίζονται. *In mari enutriti, didicerunt natare, & quando procellæ atque fluctus inſurgunt, non percelluntur.* Homil. XVI. Ὅταν πειρασμοῖς ποικίλοις περιπέσῃ ἡ ψυχή, οὐ ξενίζεται, οὔτε ἀπελπίζει, ἐπειδὰν οἶδεν, ὅτι κατὰ συγχώρησιν ἀφίεται δοκιμασθῆναι. *Si anima in varias incidat tentationes, non perturbatur tanquam re inſolita, neq; deſperat, quoniam compertum habet, ſecundum permiſſionem fieri ut probetur.* Singularis locutio eſt in illis Chryſoſtomi, Homil. XLVII. tom. V. pag. 315. Ἡμεῖς πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἐπιστολῶν ξενιζόμεθα, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην κυριακὴν ἐνταῦθα συλλεγόμενοι, καὶ θείας ἀπολαύοντες ἀκροάσεως. *Nobis nomina Epiſtolarum* Pauli *nova videntur & inaudita, etiamſi ſingulis Dominicis hìc congregati divinum Verbum audiamus.* Item in iſtis Origenis lib. VII. contra Celſum, p. 348. Χρὴ μὴ ξενίζεσθαι ταῖς περὶ τῶν τροφῶν καὶ ἐνδυμάτων τὴν ψυχὴν φροντίσιν. *Anima non eſt diſtendenda variis de cibo & cultu ſolicitudinibus.*

Ξενισμός.

Ξενισμὸς inter alia ſignificat *mutationem ſeu perturbationem, quæ fit peregrina & inſolita rei novitate.* Greg. Nyſſenus adv. Eunomium: Φρίττειν ποιεῖ τῷ ξενισμῷ τὸν ἀκούοντα. *Peregrinæ rei novitate, aut admiratione, horrorem incutit auditori.* Idem, in Orat. Catechet. Cap. XXV. tom. III. pag. 83. Τὸ ἐν τῇ φύσει ἡμῶν γενέσθαι τὴν θεότητα, τοῖς μὴ λίαν μικροψύχοις καταναοῦσι τὰ ὄντα, οὐδένα ἂν ἐκ τοῦ εὐλόγου ξενισμὸν ἐπαγάγοι. *Quòd in noſtra natura extiterit divinitas, iis qui non puſillo & abjecto animo ea quæ ſunt conſiderant, id nequaquam dictu novum videbitur & alienum.* Ignatius Epiſt. ad Epheſios, pag. 231. de Stella, quæ Magis apparuit: Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ τοῖς ὁρῶσιν αὐτόν. *Stella in cælo fulſit, ſplendore ſuperans omnes quotquot antè fuerant, & lux illius ineffabilis erat, & ſtuporem incutiebat omnibus aſpicientibus eam rei novitas.*

Ξενοδοχεῖον.

Suidas: Ξενοδοχεῖον. Τὸ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον. *Xenodochium. Publicus locus hoſpitibus recipiendis, atque ſuſcipiendis deſtinatus.* Veteres Gl. Ξενοδοχεῖον. *Hoſpitalium. Xenodochia* ſunt domus Dei, in quibus advenæ inopes hoſpitio excipiuntur: ſunt loca, πρὸς κοινὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων κατεσκευασμένα. Can. X. Calched. mentionem facit μαρτυρίων, ἢ πτωχείων, ἢ ξενοδοχείων, *martyriorum, vel ptochiorum, vel xenodochiorum.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. II. num. XV. itidem mentio fit ξενοδοχείων, νοσοκομείων, καὶ πτωχείων. Auguſtinus in Johannem Tract. XCVII. *Xenodochia & monaſteria poſtea ſunt appellata novis nominibus, res tamen ipſæ & ante nomina ſua erant, & religionis veritate firmantur.* Baſilius Epiſt. CCCLXXI. pag. 1147. vocat καταγώγια τῶν ξένων. Verba ejus ſunt: Τίνα δὲ ἀδικοῦμεν, καταγώγια τοῖς ξένοις οἰκοδομοῦντες τοῖς κατὰ πάροδον ἐπιφοιτῶσι, καὶ τοῖς θεραπείας τινὸς διὰ τὴν ἀσθένειαν δεομένοις; *Quem verò injuriâ afficimus, dum receptacula ædificamus peregrinis in tranſitu ad nos accedentibus, & iis, quibus opus eſt curatione propter infirmitates ſuas?* Chryſoſtomus Homil. XLV. in Acta, pag. 862. vocat κοινὸν οἴκημα ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀφωρισμένον, *commune domicilium ab Eccleſia ſegregatum,* & κελλίον Χριστοῦ. Vide in Κελλίον, num. I. Idem Chryſoſtomus ibidem vocat ξενῶνα. Suidas: Ξενῶνος· δόμος ὑποδεχόμενος τοὺς ξένους καὶ ἀρρωστοῦντας. *Domus recipientis hoſpites & ægrotantes.* Talia Xenodochia etiam Julianus exſtrui jubet, ut ibi inopes ſine diſcrimine excipiantur, in Epiſt. XLIX. ad Arſacium. De quo Theophanes in Chronographia: Τὰς δὲ Χριστιανῶν εὐποιΐας ὁ ἀλιτήριος καὶ παραβάτης μιμούμενος, ξένοις τε καὶ πτωχοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν χορηγεῖσθαι ἐκέλευσεν, ἀπατῶν τοὺς ἀπλουστέρους. *Chriſtianorum verò beneficentiam imitatus ille nefarius & prævaricator, peregrinis & egenis res neceſſarias ſuppeditari juſſit.*

Ξενοδοχέω.

Habent Lexica, ſed ſine autore, & interpretantur, *Hoſpites excipio, hoſpitio excipio.* Uſus hoc verbo Apoſtolus I. Timoth. V. 10. de vidua, εἰ ἐξενοδόχησεν, *ſi hoſpitio recepit. Metaphoricè* eodem uſus Clemens Alexand. in Protreptico, pag. 54. Τί ἔτι τὴν χάριν εἰς ὀργὴν μεταλλάσσομεν, καὶ οὐχὶ ἀναπεπταμέναις ταῖς ἀκοαῖς καταδεχόμενοι τὸν λόγον, ἐν ἁγίαις ξενοδοχοῦμεν ταῖς ψυχαῖς τὸν Θεόν? *Cur gratiam adhuc mutamus in iram, & non*

Digitized by Google

non patentibus auribus Verbum ſuscipientes, in caſtis animis Deum hoſpitio excipimus.

Ξενοκουρίτης.

Non habent Lexica. Eſt autem *alibi tonſus.* Uſus hac voce Balſamon ad Can. XXI. Concilii Nicæni, pag. 547. Τῷ ὀνόματι δὲ τῆς ξενοδοχείας μὴ εἴπῃς ἐπὶ πολὺν καιρὸν τὸν ξενοκουρίτην μοναχὸν διάγειν εἰς ἀλλοτρίαν μονήν. *Hoſpitii autem nomine ne dicas, monachum qui alibi tonſus eſt, diu debere verſari in alieno monaſterio.* Mox: Οἱ ξενοκουρῖται κολάζονται, καὶ οἱ τούτους δεχόμενοι. *Puniuntur, qui alibi tonſi ſunt, & qui eos ſuſcipiunt.*

Ξενοφωνέομαι.

Nec hoc verbum Lexica exhibent. Ξενόφωνος eſt *peregrina voce utens,* & ξενοφωνία *peregrina vox,* vel *peregrinum & inuſitatum loquendi genus.* Hinc ξενοφωνέομαι *linguâ peregrinâ utor.* Ita Cyrillus Alex. in Cap. XXIV. Jeſajæ, pag. 343. Ταράττονται ξενοφωνούμενα, καὶ τῆς μὲν ἀρχαίας ἀπαίροντα πλάνης, μεθορμιζόμενα δὲ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. *Turbantur autem, linguam peregrinam ſonantes, & à priſtino errore diſcedentes, & ad veritatis cognitionem tranſeuntes,* ſignificat etiam *inuſitata voce, aut oratione percellor.* Hoc ſenſu legitur apud Greg. Nyſſenum lib. de Fato, tom. II. pag. 64. Ἐμοῦ δὲ πρὸς τοῦτον ξενοφωνουμένου τὸν λόγον, καί τι σαφέστερον ἀξιοῦντος μαθεῖν. *Cùm verò ego ſermonis novitate fuiſſem obſtupefactus, & aliquid clarius diſcere cupiviſſem.*

Ξηρός.

Vocis hujus ſignificatio propria ex Lexicis ſatis nota eſt: metaphorica non item, quâ κατὰ ξηροῦ τὰς λέξεις ἐκλαμβάνειν eſt *nudæ literæ adhærere: juxta nudas literas aliquid interpretari,* quod Germani eodem ſenſu vocant den dürren Buchſtaben. Athanaſius de communi eſſentia trium Perſonarum, tom. I. pag. 235. ad Matth. XII. 31. *Quodvis peccatum & blaſphemia remittetur,* &c. Πολλὰ τῶν θείων γραφῶν ἐὰν κατὰ τὸ γράμμα νοήσωμεν, εἰς ἀθέσμους βλασφημίας περιπίπτομεν· οἷόν ἐστι καὶ τὸ προκείμενον ἡμῖν τοῦ Κυρίου λόγιον· ὅπερ, ἐὰν κατὰ ξηροῦ τὰς λέξεις ἐκλάβωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀθεμίτους ἐννοίας περιπεσούμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἐναντιούμενον ἑαυτῷ εὑρήσομεν. *Multa ſunt in divinis Scripturis, quæ ſi juxta literam intelligamus, in impias incidimus blaſphemias: quale etiam eſt propoſitum nobis Domini oraculum: cujus voces ſi juxta nudam accipiamus literam, non tantùm in impias incidemus cogitationes, ſed etiam ipſum Dominum ſibi contrarium deprehendemus.* Hic κατὰ τοῦ ξηροῦ & κατὰ τὸ γράμμα ſunt ἰσοδυναμοῦντα.

Ξηροφαγέω. Ξηροφαγία.

Ξηροφαγέω *arida epulor: comedo quæ ſiccandi habent vim: cibis ſiccioribus utor.* Canon L. Laodic. Δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν, ξηροφαγοῦντας. *Oportet totam quadrageſimam jejunare, aridis veſcentes.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 847. Ὑπέξελέ μοι τὰ σάββατα καὶ τὰς κυριακὰς τῆς τεσσαρακοστῆς· ἐν ταύταις γὰρ ξηροφαγεῖν οὐκ ἀναγκαζόμεθα, ὡς ἐν ταῖς λοιπαῖς ἡμέραις τῆς νηστείας. *Excipe mihi ſabbata & dies Dominicos quadrageſimæ: in iis enim aridis veſci non cogimur, ut in reliquis jejunii diebus.* Ξηροφαγία olim ſex diebus majoris hebdomadæ Chriſtianis imperata fuit. Epiphanius in Compendio doctrinæ Catholicæ: Τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί, φημὶ δὲ ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν. *Per ſex autem dies Paſchatis, omnes populi in ſiccorum eſu perſeverant, pane, inquam, & ſale, & aqua tunc utentes ad veſperam.* Et poſt pauca: Καὶ οὕτως ἀπολύει μενόντων ἐν τῇ αὐτῇ ξηροφαγίᾳ. *Sic permanentibus ipſis in eodem ſiccorum eſu.* Balſamon ad Can. LXIX. Apoſtol. pag. 269. *non ſolùm in Quadrageſima, ſed etiam quarta & ſexta feria ait oportere* ξηροφαγεῖν, adeò ut ne ægrotis aliud, quàm piſces adminiſtrari fas ſit, etiam in vitæ periculo. Ejuſdem ξηροφαγίας etiam meminit Socrates lib. V. Cap. XXI. ubi de varia diverſaque jejuniorum obſervatione ac diſſonantia agit, τινὲς δὲ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μεταλαμβάνουσι. *Quidam verò ſicco pane ſolo veſcuntur.* Græcus Scholiaſtes Harmenopuli Sect. V. tit. III. Τὸν πόρνον ὁ νηστευτὴς ἐπὶ διετίαν καταδικάζει, εἰ μόνον μέχρις ἑσπέρας καθ' ἑκάστην νηστεύει, καὶ ξηροφαγεῖ. *Scortatorem jejunator ad biennium condemnat, ſi duntaxat uſque ad veſperam quotidie jejunat, & ſiccis veſcitur.* Apud Athanaſium quæſt. XLIV. de Parabola, tom. II. pag. 404. eodem ſenſu, τῇ ξηρότητι ἑαυτοὺς δαμάσαντες, *ſiccis ſeipſos domantes.* Caſſianus de Inſtitut. Renunciant. ſeu lib. IV. Cap. XXII. pag. 58. *Non enim magno labore corporis fatigatur, quia nec tanta cura inter eos parandorum ciborum, vel coctionis impenditur, quippe qui maximè xerophagiis, vel homophagiis utuntur, &c.* Scribendum *omophagiis,* quia Græcè ὠμοφαγία, *rerum crudarum & earum, quæ igne non mollita, uſus eſt.* Tertullianus adv. Pſychicos, Cap. I. pag. 982. *Arguunt nos, quòd jejunia propria cuſtodiamus, quòd ſtationes plerumq; in veſperam producamus, quòd etiam xerophagias obſervemus, ſiccantes cibum ab omni carne & omni juruſentia & uvidioribus quibusq; pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus; lavacri quoque abſtinentiam convenientem arido victui.* Vide ibid. Cap. XIII. pag. 987. & alibi ſæpiùs.

Ξύλον.

Varias hujus vocis acceptiones conſideramus.

I. *Impropriè* ſumitur, idque

1. *Metonymicè* pro *arbore* in Codicibus N. Teſtamenti. Exemplum eſt Apocal. XXII. 2. Ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν. *Arbor vitæ, afferens fructus duodecim: & folia arboris ad ſanitatem gentium.* Significat autem *arborem,* quia Hebræum עץ *& lignum & arborem* notat. Hinc factum eſt, ut Græca vox ξύλον, quæ priore modó ſignificatu cum Hebræa congruit, altero quoque ſignificatu congruere ſit juſſa. Fecerant ſic jam antè Græci quoque Interpretes. Exempla ſunt in principio Geneſeos: Ξύλον κάρπιμον, ποιοῦν καρπόν, Ἐξανέτειλεν ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον. Sunt verò *arbores duplicis* maximè *generis:*

a. aliæ *communes;* de quibus paſſim.

b. aliæ *ſacramentales;* quales fuere duæ ſub veteri Teſtamento: nempe

α. Ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, *arbor ſcientiæ boni & mali,* Geneſ. II. 9. ſic dicta metonymicè, ab eventu, quia primi parentes, ſi guſtarent fructum illius, experturi erant, quantum bonum amitterent, & in quantum malum inciderent. Ita exponit Theodoretus Quæſt. XXVI. in Geneſin, pag. 26. ubi dicit, διὰ τὸν θεῖον ὅρον, *propter divinam ſententiam* arborem hanc ſic appellatam eſſe, διὰ τὸ περὶ αὐτὸ γενέσθαι τῆς ἁμαρτίας τὴν αἴσθησιν, *quia per ipſam ſentiri cœpit peccatum.* Et mox: Διὰ τὴν περὶ τοῦτο γεγενημένην αἴσθησιν τῆς ἁμαρτίας. Οὐδέπω γὰρ πεῖραν εἰληφότες τῆς ἁμαρτίας, εἶτα τοῦ ἀπηγορευμένου μεταλαχόντες καρποῦ, ὡς παραβεβηκότες τὴν ἐντολήν, τὰς τοῦ συνειδότος ἀκίδας ἐδέξαντο. *Quod inde cœpit eſſe ſenſus peccati. Cùm enim peccati periculum necdum feciſſent, ac deinde vetitum fructum guſtâſſent, tanquam præcepti tranſgreſſores, conſcientiæ ſtimulos ſenſerunt.* Greg. Nyſſenus de opificio hominis, Cap. XX. pag. 98. tom. I. Ita dictam dicit, ὅτι κατὰ τὴν τῶν δηλητηρίων κακίαν τῶν παραρτυθέντων τῷ μέλιτι, καθὸ μὲν

κατα-

Digitized by Google

καταγλυκαίνει τὴν αἴσθησιν, καλὸν εἶναι δοκεῖ· καθὸ δὲ φθείρει τὸν προσαπτόμενον, κακοῦ παντὸς ἔσχατον γίνεται. *Quia, perinde atq; venena melle condita, quæ ſenſui ob dulcedinem grata ſunt, bonum quiddam eſſe: quà verò utentem interimunt, malorum omnium extrema cenſentur.* Chryſoſtomus Homil. XVI. in Geneſin, pag. 103. Οὐκ ἐπειδὰν αὐτὸ τὴν γνῶσιν παρεῖχεν, οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλ' ἐπειδὰν περὶ αὐτὸ γέγονεν ἡ παράβασις τῆς ἐντολῆς καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν τῆς ἁμαρτίας ἐπεισῆλθεν ἡ γνῶσις καὶ ἡ αἰσχύνη, διὰ τοῦτο οὕτως ἐκέκλητο. Ἔθος γὰρ τῇ θείᾳ γραφῇ ἀπὸ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων καὶ τὰς ὀνομασίας τοῖς τόποις ἐπιτιθέναι, ἔνθα ἂν συμβαίνῃ αὐτὰ τὰ πράγματα. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν ἡ θεία γραφή, ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἦν ἡ φυλακὴ τῆς ἐντολῆς. *Non quòd ſcientiam ſuppeditârit, ſic vocabatur, ſed quia circa illam transgreſſio mandati facta, atq; inde peccati cognitio & ignominia orta, propterea ſic vocata eſt. Solet namq; divina ſcriptura ex eventu nomina imponere locis ubi ipſæ res factæ ſunt. Propterea igitur etiam* arborem ſcientiæ boni & mali *nominavit divina Scriptura, quia circa illam erat transgreſſio & obſervatio mandati.* His ſimillima leguntur apud eundem, Homiliâ VII. tom. V. pag. 25. ubi ex profeſſo hæc quæſtio tractatur, *Cur arbor hæc vocetur Arbor ſcientiæ boni & mali?* Ibid. pag. 24. hæc habentur: Τίνος ἕνεκεν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον; καὶ πρότερον εἰ δοκεῖ, τί ποτέ ἐστι καλὸν καὶ πονηρὸν ἐπισκεψώμεθα. Τί οὖν ἐστι καλόν; ἡ ὑπακοή. Τί δὲ πονηρόν; ἡ παρακοή. -- Διὰ τοῦτο οὖν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον, ἐπειδὰν ἡ ἐντολή, ἡ γυμνάζουσα τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν παρακοήν, περὶ τὸ ξύλον ἐγένετο. Ἤδει μὲν γὰρ καὶ πρὸ τούτου ὁ Ἀδάμ, ὅτι καλὸν μὲν ἡ ὑπακοή, πονηρὸν δὲ ἡ παρακοή· ἔμαθε δὲ ὕστερον σαφέστερον δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας. *Quam ob cauſſam vocatur* arbor ſcientiæ boni & mali? *Priùs, ſi placet, conſideremus, quid* bonum, *& quid* malum *ſit. Quid igitur eſt* bonum? *Obedientia. Quid verò* malum? *Inobedientia.* -- *Propterea igitur* arbor ſcientiæ boni & mali *vocatur, quia præceptum, exercens obedientiam & inobedientiam, de arbore fuit latum. Sciebat quidem Adamus etiam priùs, obedientiam quidem bonam, inobedientiam verò malam eſſe: ſed deinceps clariùs adhuc didicit per ipſam rerum experientiam.* Ibidem: Τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται, οὐχ ἐπειδὰν αὐτὸ εἶχε γνῶσιν, ἀλλ' ἐπειδὰν περὶ αὐτοῦ ἐγένετο ὁ ἔλεγχος τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ. Arbor ſcientiæ boni & mali *vocatur, non quòd illa ſcientiam habuerit, ſed quia circa illam arguebatur cognitio & ſcientia boni & mali.* Damaſcenus lib. II. orthod. fidei, c. XI. p. 113. & Greg. Naz. Orat. XXXVIII. p. 619. Τὸ ξύλον τῆς γνώσεως ἀπόπειράν τινα καὶ δοκιμήν, καὶ γυμνάσιον τῆς τοῦ ἀνθρώπου ὑπακοῆς καὶ παρακοῆς· διὸ καὶ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν κέκληται, ἢ ὅτι δύναμιν ἐδίδου γνωστικὴν τοῖς μεταλαμβάνουσι τῆς οἰκείας φύσεως, ὅπερ καλὸν μὲν τοῖς τελείοις, κακὸν δὲ τοῖς ἀτελεστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέροις ὥσπερ στερεὰ τροφὴ τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι, καὶ δεομένοις γάλακτος. *Deus plantavit* arborem ſcientiæ, *ad experientiam quandam, probationem & exercitium obedientiæ & inobedientiæ hominis. Quapropter arbor ſcientiæ boni & mali dicitur, aut quia virtutem cognoſcendæ propriæ naturæ conferebat, quod quidem bonum erat perfectis, ſed malum infirmioribus adhuc, atq; appetitu avidiori præditis, quemadmodum ſolidus cibus adhuc debilibus & lacte indigentibus.* Et pag. 114. dicit ita vocari τὴν αἰσθητὴν καὶ ἐνήδονον βρῶσιν, τὴν τῷ δοκεῖν γλυκαίνουσαν, τῷ ὄντι δὲ ἐν μετουσίᾳ κακῶν τὸν μετέχοντα καθιστῶσαν, *ſenſibilem & voluptarium cibum, qui opinione quidem dulcis eſt, revera autem malis ſubjectum reddit comedentem.*

β. Ξύλον ζωῆς, *arbor vitæ*; ſic dicta phraſi ſacramentali, quia erat typus immortalitatis, quam homo conſecutus fuiſſet, ſi in obedientia perſtitiſſet. De ea Theodoretus, Interrogat. XXVI. in Geneſin, pag. 26. Οἷόν τι ἔπαθλον πρόκειτο τετηρηκότι τὴν ἐντολήν. *Veluti quoddam præmium proponebatur obſervanti mandatum.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. II. Cap. XI. p. 113. Τὸ τῆς ζωῆς ξύλον, ἦν ξύλον ἔχον ἐνέργειαν ζωῆς παρεκτικήν, ἢ τοῖς τῆς ζωῆς ἀξίοις, καὶ τῷ θανάτῳ οὐχ ὑποκειμένοις μόνοις ἐδώδιμον. *Arbor vitæ, erat arbor vitam largiens, aut de qua illi ſoli comedere poterant, qui vita digni, nec morti ſubjecti.*

2. *Metaphoricè.* Sic

α. Ξύλον ὑγρὸν καὶ ξηρόν, *lignum viride & aridum.* Ὑγρὸν ξύλον de Chriſto exponit Theophylactus, quem etiam ſequitur: ξηρὸν autem de Judæis. Sic enim ille ad Lucæ XXII. 31. pag. 532. Εἰ ἐν ἐμοὶ τοιαῦτα ἐπεδείξαντο οἱ Ῥωμαῖοι, ἐν ἐμοὶ τῷ ὑγρῷ ξύλῳ, τῷ ἐγκάρπῳ καὶ ἀειθαλεῖ, καὶ ἀειζώῳ διὰ τὴν θειότητα, καὶ διὰ τῶν καρπῶν μου τῆς διδασκαλίας τρέφοντι πάντας, ἐν ὑμῖν, τῷ λαῷ φημι, τῷ ξηρῷ ξύλῳ, τῷ πάσης δικαιοσύνης ζωοποιοῦ ἐστερημένῳ, καὶ μηδένα καρπὸν φέροντι, τί οὐκ ἂν ἐπιδείξαιντο; εἰ μὲν γὰρ εἴχετε ζωτικήν τινα ἐνέργειαν τοῦ ἀγαθοῦ, ἴσως ἂν φειδοῦς ἠξιώθητε μετρίας γοῦν, νῦν δὲ ὡς ξηρὸν ξύλον εἰς καῦσιν καὶ εἰς διαφθορὰν ἔσεσθε. *Si in me talia fecerunt Romani, in me ligno viridi, feraci & ſemper virenti, & ſemper vitali propter deitatem, & per doctrinam fructuum meorum alente omnes: in vobis, populo inquam arido, ligno ſterili ab omni vivifica juſtitia, & nullum fructum afferente, quid non facient? Si enim quandam vitalem operationem boni haberetis, fortaſſis digni eſſetis, quibus quodammodo parceretur: nunc autem quaſi lignum aridum in combuſtionem & corruptionem eritis.* Sic Pſal. I. 3. vir pius arbori virenti aſſimilatur, impii arboribus bis mortuis à B. Judâ comparantur v. 12. Apuleius ad Æmilianum quendam; *Tu verò, & id genus homines qualis tu es, tanti revera eſtis quantum habetis: ut arbor infœcunda & infelix, &c. tanti eſt in precio, quanti lignum ejus in trunco.* Eſt autem, ut obſervat Cl. Pricæus, hoc dictum Chriſti proverbiale, cujus formæ & illud Catulli,

Quid facient crines, cùm ferro talia cedunt?

Illud item Terentianum:

Nam ſi illum objurgas vitæ qui auxilium tulit,
Quid facies illi, qui dederit damnum & malum?

Seneca de V. B. Cap. XIX. *Si illi, qui virtutem ſequuntur, avari, libidinoſi, ambitioſiq; ſunt, quid vos eſtis, quibus ipſum nomen virtutis odio eſt?* Lactantius Inſtitut. lib. V. Cap. I. de Cypriano, quem ſcurræ quidam Coprianum vocârunt: *Quodſi accidit hoc ei, cujus eloquentia non inſuavis eſt, quid tandem putemus accidere illis, quorum ſermo jejunus eſt & ingratus? qui neq; vim perſuadendi, neq; ſubtilitatem argumentandi, neq; ullam prorſus acerbitatem ad revincendum habere potuerunt?* Similes locutiones vide Matth. X. 25. Hebr. II. 2. 3. XII. 25. I. Petri IV. 17. 18.

b. Ξύλον, χόρτος, καλάμη, *lignum, fœnum, ſtipula*, I. Cor. III. 12. dicitur doctrina curioſa, inutilis, futilis, ſupervacanea. Clem. Alex. Strom. lib. V. p. 558. Καλάμη, τὰ τῶν αἱρέσεων ἐπαναθήματα, καὶ ξύλα, καὶ χόρτος. *Stipula ſunt quæ offeruntur & dedicantur ab hæreſibus, & ligna & fœnum.* Alii hoc non tam ad doctrinam, quam ad auditorum vitam referunt. Photius, Epiſt. II. p. 21. intelligit εὔφλεκτον τῆς ἁμαρτίας ὕλην, καὶ πρὸς καῦσιν μόνην, πρὸς οὐδὲν δὲ χρησιμεύουσαν ἕτερον, *materiem peccati combuſtibilem, ac conflagrationi tantùm, nulli autem uſui præterea inſervientem.* Theodoret. ad præſent. locum, p. 134. dicit innui τὰ ἐναντία τῆς ἀρετῆς, *ea, quæ virtuti ſunt contraria.* Pergit: Ταῦτα δὲ οὐ τῆς τῶν διδασκάλων κακίας, ἀλλὰ τῆς τῶν μαθητῶν ἐξήρτηται προαιρέσεως, οἱ μὲν γὰρ, προσφέρουσι τὰ θεῖα παιδεύματα· τῶν δὲ ἀκουόντων τινὲς ῥᾳθυμίᾳ συζῶντες, τῶν ξύλων, καὶ τοῦ χόρτου, καὶ τῆς καλάμης μιμοῦνται τὸ εὔπρηστον, τὴν κακίαν αἱρούμενοι. *Hæc autem non à vitio doctorum, ſed à diſcipulorum inſtituto de-*

Digitized by Google

pendent. Illi enim divinas quidem doctrinas exhibent: ex iis autem qui audiunt quidam in ſocordia vitam agentes, lignorum, & fœni, & ſtipulæ facilem exuſtionem imitantur, vitium eligentes. Eandem ſententiam ſequitur Theophylactus ad eundem locum, pag. 186.

II. Ξύλον ponitur *pro equuleo,* quo rei fidiculis vincti torquebantur; vel *pro lignea pedica, pro palo, & aliis tormenti generibus.* Actor. XVI. 24. de Paulo & Sila, ἠσφαλίσατο τοὺς πόδας αὐτῶν εἰς τὸ ξύλον, *Cuſtos pedes eorum adſtrinxit numellâ*: ita Beza. Vetus, *ligno.* Melius Hieronymus, qui in *nervum.* Cyprianus Epiſt. XXXIV. *Quamvis ligati pedes in nervo eſſent.* Tertullianus, *Nil crus ſentit in nervo, cùm animus in cœlo eſt.* Iſidorus lib. IX. Orig. *Vinculum ferreum, quo pedes vel cervices impediuntur, nervus eſt.* Agellius lib. XI. Cap. ult. hanc affert ſententiam Catonis, quâ dicere ſolebat, *Fures privatorum furtorum, in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.* Sozomenus lib. V. Cap. XI. Αἰκίζεσθαι ἠβούλετο, καὶ δημοσίᾳ προαγαγὼν πρὸς τὸ βασανιστήριον ξύλον αἰωρεῖσθαι προσέταττε. *Cædere volebat verberibus, atque publicum in locum ad equuleum deducens ſublimem ſuſpendi jubebat.* Euſebius lib. V. Cap. I. Τὰς κατὰ τὴν εἱρκτὴν ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ χαλεπωτάτῳ χωρίῳ συγκλείσεις, καὶ τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν ἐπὶ πέμπτον διατεινομένων τρύπημα. *Ut in carcerem conjecti interdum in locis horrida caligine obſitis & plenis moleſtiarum miſerè jacerent, nonnunquam illorum pedes in ligno extenſi diſtinerentur, & ad quintum uſque foramen diſtraherentur.* Baſilius Homil. in Gordium, pag. 521. Ἐπὶ τροχοῦ κατατεινέσθω, ἐπὶ τοῦ ξύλου στρεβλούσθω. *In rota extendatur, in equuleo torqueatur.* Idem, Homil. in Barlaam, pag. 513. Κολαστήριον ξύλον ὡς σωτήριον ἀσπαζόμενος. *Lignum tormento deputatum velut ſalutiferum complexus.* Chryſoſtomus Homil. V. in Acta, pag. 638. Ἴδωμεν, τίνες μάλιστα τὰς πόλεις ὠφελοῦσιν, οἱ τὰς ἑορτὰς ταύτας ἄγοντες, καὶ τὰς θαλίας, καὶ τὰς τραπέζας τὰς πολυτελεῖς, καὶ τὰς τέρψεις τὰς ποικίλας· ἢ οἱ πάντα ἐκεῖνα συστείλαντες, καὶ τὸ ξύλον ἐπιφερόμενοι, καὶ μάστιγας, καὶ δημίους, καὶ στρατιώτας φοβερούς. *Videamus, quinam maximè urbibus proſint, num ii, qui publica convivia, & feſta, & menſas, & delicias exhibent: an ii, qui omnibus his ſublatis, equuleos inferunt, & flagella, & lictores, & terribiles milites.* Idem, Homil. XLII. tom. V. de variis fidelium tormentis: Οὐδεὶς παρελιμπάνετο κολάσεως τρόπος· πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ θηρίων ὀδόντες, καὶ κρημνοί, καὶ καταποντισμοί, καὶ βάραθρον, καὶ ξύλον, καὶ σταυρὸς, καὶ κάμινος, καὶ πάντα, ὅσα ὤφθη πώποτε βασανιστήρια εἰς μέσον ἐφέροντο. *Nulla pœnæ ſpecies omittebatur: ignis, ferrum, dentes ferarum, præcipitia, ſubmerſiones, barathrum, equuleus, crux & fornax, & omnia quæ unquam viſa ſunt tormenta, in medium proferebantur.* Homiliâ LVII. tomi ejusd. pag. 384. Πᾶν εἶδος κολάσεως καὶ τιμωρίας ἐπενοεῖτο· ὅθεν ὑπαρχόντων ἁρπαγαὶ καὶ δημεύσεις, καὶ ἀπαγωγαί, καὶ θάνατοι καθημερινοί, καὶ στρεβλώσεις, καὶ δεσμωτήρια, καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ θηρία, καὶ ξύλον, καὶ τροχὸς, καὶ βάραθρα, καὶ κρημνοί, καὶ πάντα τὰ εἰς ἐπίνοιαν πρὸς τὸν τῶν πιστῶν ὄλεθρον ἐκινεῖτο. *Omnia ſuppliciorum genera excogitabantur. Inde facultatum rapinæ & confiſcationes, & carceres ac mortes quotidianæ, tormenta, vincula, ignis, ferrum, beſtiæ, patibula, rotæ, barathra, præcipitia, & quicquid in perniciem fidelium excogitari poterat.* Diximus paulò antè, ξύλον in Actis commodiſſimè per *nervum* reddi. Hanc ſententiam egregiè confirmat Chryſoſtomus, qui Homil. XXXV. in Acta, pag. 808. ad v. 24. dicti Cap. ſic ſcribit: Ἠσφαλίσατό, φησιν, εἰς τὸ ξύλον, ὡς ἂν εἴποι τις, εἰς τὸ νεῦρον. *Diligenter aſſervavit in ligno, quaſi dicat quis, in nervo.*

III. Sacerdotes Græci jam inde ab iis temporibus, quibus ſub Turcica tyrannide eſſe cœperunt Eccleſiæ Græcæ, ligneo inſtrumento, quod ξύλον vocant, ad Græcos in Eccleſiam convocandos, utuntur. Illud ita deſcribit L. Allatius de Templis: *Eſt lignum binarum decempedarum longitudine, duorum digitorum craſſitudine, latitudine quatuor, quàm optimè dedolatum, non fiſſum, aut rimoſum; quod manu ſiniſtra medium tenens Sacerdos, vel alius, dextrâ malleo ex eodem ligno, curſim hinc inde tranſcurrens, modò in unam partem, modò in alteram, propè vel eminus ab ipſa ſiniſtra, ita lignum diverberat, ut ictum nunc plenum, nunc gravem, nunc acutum, nunc crebrum, nunc extentum edens, perfectâ muſices ſcientiâ auribus ſuaviſſimè moduletur.* Et hoc σημαντήριον nuncupatur, magisque propriè χειροσήμαντρον, quòd manibus teneatur, iisque pulſetur; ad differentiam alterius magni, quod μέγα σήμαντρον dicitur. Vide in Σήμαντρον. *Hujus ligni* meminit Theodorus Petreorum Epiſcopus, in vita Theodori Archimandritæ. Μοναχοί τινες ἐκ τοῦ οἰκείου θεασάμενοι μοναστηρίου, οἵ τινες τοῦ Σευήρου τοῦ ματαιοφρονος νόσουν αἵρεσιν, πρὸς χλεύασμα καὶ ἔριν τῶν μακαρίων ἐκείνων ἀνδρῶν ἀναιδῶς τῷ ξύλῳ ἔκρουον παρὰ τὴν εἰωθυῖαν παντελῶς ὥραν. *Monachi quidam ex proprio intuiti monaſterio, qui Severi ſtultiſſimi hæreſi laborabant, ad vellicationem & diſſidium beatorum illorum hominum impudenter* lignum *pulſabant, præter ſolitam propemodum horam.* Paulò pòſt: Οὔπω γὰρ ἦν δευτέρα τῆς ἡμέρας ὥρα, τοῦ οἰκείου προκύψας θαλάμου κρούειν τὸ ξύλον ἐκέλευσε τῷ τὴν πνευματικὴν ταύτην ἐπιτετραμμένῳ λειτουργίαν. *Nondum enim erat ſecunda diei hora, & proprio erumpens thalamo pulſare* lignum *præcepit, cui ſpirituale id munus incumbebat.* Apud Nicephorum Blemmydem, in vita Pauli Latrenſis: Μέχρι ὅτου καὶ τὸ ξύλον σημαίνει τὸ τῶν μοναχῶν ἄθροισιν. *Donec* lignum *pulſaret Monachorum collectionem.* Menologium menſe Septembri: Καὶ παρευθὺς τὸ ξύλον ἔκρουσεν. *Et ſtatim* lignum *pulſavit.* Vide plura apud Allatium de Templis, Epiſt. I.

O.

Ὄγκος.

AD Hebr. XII. 1. Apoſtolus dicit, Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα. Multa de his verbis Cl. Gatakerus Adverſ. miſcell. Cap. III. Præcipua, quæ ad noſtrum faciunt propoſitum, excerpimus. Græci ὄγκον hìc exponunt βάρος. Scholiaſtes: Τὸ βάρος τῶν βιωτικῶν πραγμάτων. *Onus rerum ad hujus vitæ uſum pertinentium.* Theophylactus, pag. 1007. Τὸ βάρος τῶν γηΐνων πραγμάτων, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φροντίδων. *Onus rerum ſolicitudinumq; ſecularium ac terreſtrium.* Latini plerique, tam antiquiores, quàm recentiores, *pondus* reddidere. Commodiùs reddi queat *onus,* vel *moles.* Alludit enim Apoſtolus, quod Petrus Faber monuit, agoniſt. lib. II. Cap. III. *ad molem maſſamq; carnium & corporis ſaginati athleticam:* quam etiam ὄγκον appellare ſolent. Galenus ad Hippocratis aphoris. Comment. I. aphoriſ. III. Τῆς τῶν ἀθλητῶν εὐεξίας, οὐ μικρὸν τοῦτό ἐστιν ἔγκλημα, τὸ περιβάλλεσθαι πειρᾶσθαι μέγεθος ὄγκου κατὰ τὸ σῶμα, καὶ δηλονότι καὶ πλῆθος χυμῶν. — Ὥστε εἰς ὄγκον αἴρεσθαι τοῦ δέοντος μείζονα τὰ σώματα. *Hoc nomine reprehenſionem meretur haud exiguam habitudo athletica, quòd corpori molem ingentem humorumq; redundantiam comparare contendit. — Unde fit ut mole juſto majora corpora evadant.* Verùm *curſum* Apoſtolus, *non pugillatum,* hìc reſpexit. Siquidem pugiles, quidem & pancratiaſtæ molem corporis illam cumprimis affectabant; utpote qui, non viribus tantùm, artificiove, ſed & mole ipſa ac pondere adverſarium elidere nitebantur; unde apud Naſonem fabul. l. IX. Achelous de Hercule,

— — — *Tergoq; oneroſus inhæſit.*

Et,

Digitized by Google

Et, -- -- *Impoſito preſſus mihi monte videbar.*

Molem ergo *corpoream & πολυσαρκίαν*, qui pugilata pancratioque certabant, acquirere ſibi ſatagebant; at qui curſu contendebant, è contrario ὄγκον omnem καὶ βάρος demere ſibi ſtudio habebant, quò ad curſum expeditiores exiſterent, minusque inter currendum laborarent : hos ergo cùm reſpiceret Apoſtolus, (οὐ γὰρ εἶπε, πυκτεύωμεν, οὐδὲ παλαίωμεν, ἀλλὰ τρέχωμεν, *non enim dixit, pugnemus, neque luctemur, ſed curramus*, inquit Chryſoſtomus Homil. XXVIII. in Epiſt. ad Hebræos) ὄγκον πάντα, *molem omnem, onus omne, pondus omne*, quicquid deprimere, degravare, retardare, remorari, delaſſare in curſu poſſit, ſive id corporis ſagina, ſive rerum ſecularium ſolicitudo fuerit (iſto enim utroque βαρύνεσθαι aſſolent αἱ καρδίαι, Lucæ XXI. 34.) deponi prorſus abjicique jubet. Acque ſic etiam intellexit Theodoretus, qui ad Apoſtoli locum, pag. 453. Κοῦφοι περὶ τὸν δρόμον γενώμεθα, καὶ τὸν τῶν περιττῶν φροντίδων ἀποῤῥίψωμεν ὄγκον. *In curſu celeres evadamus, & ſupervacanearum curarum molem abjiciamus:* Et Bullingerus noſter : *Fideles ceu in ſtadio & certamine quodam ſudantes Apoſtolus alloquitur : cùm revera hominis vita ſuper terram nihil aliud ſit ; teſte Job; quàm militia. Solent autem qui in ſtadio currunt, omnia impedimenta oneraq; abjicere, ut hoc expeditiùs currant. Eò ergo alluſit Paulus, qui hortatur fideles, ut ſocordiâ & curis hujus mundi, reliquisq; id genus cupiditatibus, naturâ nobis inſitis, & quæ à ſancto retrahunt inſtituto, abjectis, in veritate Evangelica per patientiam currant.* Quòd per ὄγκον non tantùm intelligit *curas hujus mundi*, ſed etiam *ſocordiam*, id fecit, imitatus Chryſoſtomum, qui ὄγκον interpretatur, τὸν ὕπνον, τὴν ὀλιγωρίαν, & Scholiaſtem, qui ὀλιγωρίαν καὶ ῥᾳθυμίαν, hoc eſt, *ſomnolentiam, pigritiam, negligentiam, ſegnitiem.* Sed hoc minùs placet. *Socordia* namque non eſt ὄγκος, ſed ea, quæ hominem deprimunt, degravant, &c. Ὄγκον apud Apoſtolum, non *onus, pondus*, aut *ſarcinam*, ſed *faſtum* reddidit Caſtellio : quod ratione duplici poteſt intelligi ; duplici modo ſumſerunt viri οἱ πάνυ ; ſiquidem vir eruditiſſimus Andr. Dunæus, in Notis ad Chryſoſtomum editionis Savilianæ, ὄγκον interpretatur, quam Johannes Epiſt. I. Cap. II. 16. vocat τὴν ἀλαζονείαν τοῦ βίου, *vitæ faſtum ; quam opponere*, inquit, *videtur* τῇ εὐτελείᾳ τῶν περιελθόντων ἐν μηλωταῖς καὶ αἰγείοις δέρμασιν, id eſt, *tenuitati illorum, quos oberraviſſe dixerat ovillis caprinisq; pellibus indutos*, Cap. XI. 37. *iſtud enim quaſi moles & pondus deprimens, noſtrum in ſtadio vitæ curſum impedit.* Acceſſit huc illud ex Euripidis Phœniſſis, Ἔχει τιν᾽ ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα. Sed & Pauli illud, quod βάρος δόξης dixit II. Corinth. IV. 17. Maronem denique, qui Æneid. lib. I.

-- -- -- *Ingenti mole Latinus*
Quadrijugo vehitur curru. -- --

Ubi Servius, *pompâ, ambitione. Vult ergo*, ut ipſe opinatur, *Apoſtolus, Chriſtianos, non opes, non potentiam, non gloriam, nihil deniq; affectare terrenum, aut περιβάλλεσθαι, quæ curſum eorum ad cæleſtia retardent ; ſed hæc omnia abjicere, ut ſint expediti ad ſtadium hoc decurrendum.* Hoc illi. Verùm, anguſtis nimis terminis ὄγκον, de quo Apoſtolus circumſcribit, & coërcet, qui ad τὴν τοῦ βίου ἀλαζονείαν reſtringit ; cùm πάντα ὄγκον Apoſtolus abjiciendum moneat, hoc eſt, *quicquid oneri eſſe poteſt* : multaque ſint alia præter *faſtum* illum cum varia ejusdem paratura, quæ curſum Chriſtianum nihilominus impediant : inter quæ nec poſtremum *divitiis* aſſignandum locum, docent illa Domini verba ex viri divitis occaſione prolata, de difficili talium aditu ad regnum cœlorum. Matth. XIX. 23.24. Reliqua ex Gatakero haberi poſſunt.

Nec illud prætereundum, ὄγκον non tantùm *onus, pondus, gravitatem*, ſed etiam *dignitatem* notare. Chryſoſtomus Homil. XXXII. tom. V. p. 201. Ὁ τὴν ἐπισκοπὴν λαχών, ὅσῳ πρὸς μείζονα ὄγκον ἀνεβιβάσθη, τοσούτῳ πλείονα ἀπαιτηθήσεται λόγον. *Qui Epiſcopatum adeptus eſt, quantò ad majorem aſcendit dignitatem, tantò majorem reddet rationem.* Sic in linguis inſignioribus, affinitatem ac vicinitatem deprehendas inter vocabula ea, quæ *dignitatem*, quæque *gravitatem* deſignant. Sic Hebræis כבוד *gloriam* ſignificat, & כבר *gravitatem.* Græcis τιμὴ *honorem, & pœnæ* etiam ac *ſupplicii gravitatem* deſignat. *Honos* autem & *onus* quàm alludant invicem, ſatis docent crebræ iſtæ apud Autores haud ignobiles παρονομασίαι. Naſo:

Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes.
-- -- -- -- *Vero nomine pœna,*
Non honor eſt.

Alludit ad Græcum τιμὴ, quo utrumque denotatur. Ibidem :

Miſtoq; oneri gaudebat honore.

Auſonius Idyll. IV.

Acceſſit tamen ex nobis honor inclytus : hunc tu
Effice ne ſit onus.

Anonymus:

Ecquid honos ? onus eſt, & nil niſi ſarcina quædam,
quæ nulla quenquam commoditate beat.

Salvianus Epiſt. VII. *Non tam credi poterat, vos amico voluiſſe honorem negare, quam onus noluiſſe imponere.* Auguſtinus in Pſal. CXVIII. Conc. XI. *Qui legis meminit, nec eam diligit ; memoria ejus lapis illi eſt, non quo adornetur, ſed quo prematur ; pondus oneris, non titulus honoris.* Sic etiam apud alios paſſim.

Notat denique *faſtum, arrogantiam* metaphoricè. Heſychius : Ὄγκος, φύσημα, ὑπερηφανία, μέγεθος. *Tumor, ſuperbia, elatio, magnitudo, amplitudo, majeſtas.* Chriſtiani etiam vates *ſuperbiam* deſignant *tumoris* nomine. Prudentius:

Lictor, tribunal, & trecenta inſignia,
Quibus tumetis, moxq; detumeſcitis.

Marius Victor, lib. III. in Geneſin:

Jam deſcendamus, tumefactaq; corda ſuperbo
Conſenſu, varii turbemus vocibus oris.

Owenus:

Et humili licèt ortus homo tellure, tumeſcit ;
Sit licèt ex nihilo nata, tumeſcit humus.
Sic homo, ſicut humus, ſupra ſe tollitur ipſum :
Mente ſuperbit humus; Mente ſuperbit homo.

Suidas de Mauricio Imp. Συνεκέρασεν ἐν ἑαυτῷ ἄμφω τὰ ἐναντίως ἔχοντα ἀλλήλοις· ὄγκον φρονήματος, καὶ πρᾳότητος. *In ſe contemperavit hæc duo, quæ inter ſe contraria ſunt ſummam animi magnitudinem, & clementiam.* Chryſoſtomus Epiſt. LXXIX. Εἰώθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἡνίκα ἂν μείζονος ἀρχῆς ἐπιλάβωνται, καὶ ἐν ὄγκῳ φρονήματος γίνεσθαι μείζονι. *Solent pleriq; mortales, cùm ad majorem dignitatem pervenerint, animos quoq; ſimul attollere, ac majores ſpiritus ſumere.* Veteres Gl. Ὄγκος, *tumor.* Et, ὀγκᾶμαι, *turgeo.* Plutarchus, ὄγκου καὶ φρονήματος γέμοντας, *tumore & opinione de ſe plenos.*

Ὁδός.

I. *Propriè* ſumitur *pro loco, per quem habemus iter.* Ita ὁδὸς βασιλικὴ, eſt *via regia, trita.* Clemens Alex. Strom. VII. pag. 743. Αὕτη ἡ ὁδὸς λέγεται βασιλική, ἣν τὸ βασιλικὸν ὁδεύει γένος. *Hæc dicitur via regia, quam ingreditur regale genus.* Quanquam hic *impropriè* potiùs accipiatur. *Viæ regiæ* mentio Num. XX. 17. Ὁδῷ βασιλικῇ πορευσόμεθα. *Per viam regiam proficiſcemur.* Ita etiam c. XX. 22.

Digitized by Google

Contrarium, eſt τραχεῖα, ἀνάντης καὶ χαλεπὴ ὁδὸς, *aſpera, ardua & difficilis via*, apud Chryſoſtomum. Ἀτριβὴς ὁδὸς, *via non trita*, apud eundem. Ἄνοδος ὁδὸς, *invia via*, apud Athanaſium, Orat. contra Gentes.

II. *Impropriè.* Sic *Via* vocatur

1. *Chriſtus*, ad Patrem nempe, & ex conſequenti ad vitam æternam, Joh. XIV. 6. Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. - - Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι᾽ ἐμοῦ. *Ego ſum via. - - Nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Ammonius in Catena ad hunc locum, pag. 356. Ὁδός ἐστιν, ὅτι διὰ αὐτοῦ ἤρχοντο, καὶ αὐτὸς κύριος ἦν τοῦ ἀνάγειν πρὸς τὸν πατέρα. *Via eſt, quia per ipſum veniebant, & ipſe potens erat eos ad Patrem adducere.* Clemens Alex. in Protreptico, pag. 63. ad quæſtionem, Πῶς ἀνέλθω εἰς οὐρανούς. *Quomodo cœlos conſcendam?* reſpondet: Ὁδός ἐστιν ὁ Κύριος· στενὴ μὲν, ἀλλ᾽ ἐξ οὐρανῶν· στενὴ μὲν, ἀλλ᾽ εἰς οὐρανοὺς ἀναπέμπουσα· στενὴ, ἐπὶ γῆς ὑπερορωμένη· πλατεῖα, ἐν οὐρανοῖς προσκυνουμένη. *Via eſt Dominus: anguſta quidem, ſed ex cœlis: anguſta quidem, ſed quæ mittit ad cœlos: anguſta, quæ deſpicitur in terra: lata, quæ adoratur in cœlis.* Greg. Nyſſenus Orat. X. contra Eunomium, tom. II. p. 673. ὁδὸς vocatur, ὅταν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπὸ τῆς πλάνης χειραγωγήσῃ, *quando ab errore ad veritatem quaſi manu ducit.* Chryſoſtomus, Homil. CXLIII. tom. V. Βαδίσαι ἠθέλησας; ἐγένετό σοι ὁδός. Δι᾽ ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ καὶ ἐξέλθῃ, νομὴν εὑρήσει. *Incedere voluiſti? Tibi factus eſt via. Per me ſi quis introierit, & egreſſus fuerit, paſcua inveniet.* Idem, Homil. XVIII. tom. V. Vocatur ὁδὸς, ἵνα μάθῃς, ὅτι δι᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀνερχόμεθα, *via, ut diſcas, nos per eum ad Patrem aſcendere.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. pag. 592. Chriſtus vocatur ὁδὸς, ὡς δι᾽ ἑαυτοῦ φέρων ἡμᾶς, *ut per ſe nos ducens.* Epiphanius hæreſi LXIX. pag. 324. Ὁδὸς λέγεται, ἐπειδὴ δι᾽ αὐτοῦ βαδίζομεν. *Via dicitur, quoniam per eum ambulamus.* Clarius adhuc in Ancorato, pag. 488. Ὁδὸς, ὅτι δι᾽ αὐτοῦ βαδίζομεν πρὸς τὴν βασιλείαν, πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν πατέρα. *Via eſt, quia per eum contendimus ad regnum, imò ad ipſum etiam Patrem.* Cyrillus Jeroſol. Catecheſi Illuminat. X. pag. 98. Ὁδὸς καλεῖται, οὐ ποσὶ πατουμένη, ἀλλ᾽ ὁδηγοῦσα πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα. *Via vocatur, non quæ pedibus calcatur, ſed quæ ducit ad Patrem in cœlis.* Cyrillus Alex. lib. IX. in Joh. ad v. 4. Cap. XIV. pag. 767. Ὁδὸς ἡ πρὸς τὴν ἄνω πόλιν κομίζουσα, μόνος ἐστὶν ὁ Χριστός. *Via, quæ ad civitatem deducit ſupernam, ſolus Chriſtus eſt.* Confer vocem Θύρα, num. II. 1. Atque hanc ipſam ob cauſſam Chriſtus nobis dicitur *viam*, id eſt, facilem aditum ad Deum, vel ad thronum gratiæ Dei, ſeu ad præſentiam Dei gratioſam, *dedicaſſe*, id eſt, aperuiſſe, oſtendiſſe & pateſeciſſe, paſſione & morte ſua, ad Hebr. X. 20. ubi vocatur ὁδὸς πρόσφατος καὶ ζῶσα, *via recens & viva.* Theodoretus ad hunc locum, pag. 441. Πρόσφατον καὶ ζῶσαν ἐκάλεσε τὴν ὁδόν. Πρόσφατον μὲν, ὡς τότε πρῶτον φανεῖσαν· ζῶσαν δὲ, ὡς τοῦ θανάτου πεπαυμένου. Τοὺς γὰρ τῆς ἀναστάσεως τετυχηκότας ἀδύνατον πάλιν θανάτῳ περιπεσεῖν. Recentem & vivam vocavit viam. *Recentem quidem, ut quæ tunc primùm apparuerit: vivam autem, eò quòd mors ceſſaverit. Qui enim reſurrectionem conſecuti ſunt, fieri non poteſt ut in mortem rurſus incidant.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 978. Πρόσφατον, ἀντὶ τοῦ, νέαν, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων φανεῖσαν. Ζῶσαν δὲ, διότι ἡ πρώτη ὁδὸς θανατηφόρος ἦν, ἡ εἰς τὰ νομικὰ δηλαδὴ ἅγια. Οὐκέτι γὰρ χώραν ἔχει ἐκείνη, ἀλλὰ τοῖς αὐτὴν παραδεχομένοις θανάτου αἰτία καθίστατο. Αὕτη δὲ τοσοῦτον εἰς ζωὴν φέρει, ὅτι καὶ αὐτὴ ζῇ, καὶ διαιωνίζει. Ἢ τὸ, ζῶσαν, ὁμοίως νόησον τῷ, πρόσφατον, ἀντὶ τοῦ, νέαν καὶ θάλλουσαν, ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς εἰς τὰ παλαιὰ ἅγια εἰσόδου· ἐκείνη γὰρ νενέκρωται. Recentem, *pro nova, dixit, & quæ noſtris temporibus apparuerit.* Vivam *autem, quòd prima via mortifera erat, ad Sancta videlicet Legis ducens. Illa enim ampliùs locum non habet, ſed ſuſcipientibus ipſam mortis cauſa extitit. Hæc autem adeò ad vitam ducit, ut & ipſa vivat & æterna ſit. Vel,* vivam *perinde intellige atq; recentem, pro viva & florente ad diſcrimen introitus ad vetera Sancta: ille enim mortuum eſt.*

2. Εὐρύχωρος ὁδὸς, *ſpatioſa via*, & τεθλιμμένη ὁδὸς, *ſtricta via*, Matth. VII. 13. 14. Per duplicem hanc viam deſcribitur duplex vitæ ſtudium, nempe ſtudium pietatis & impietatis. Idem notat στενὴ πύλη & πλατεῖα πύλη, ibidem. Clemens Alex. Strom. V. pag. 561. Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδὸς, ἡ κατὰ τὰς ἐντολὰς καὶ ἀπαγορεύσεις περιεσταλμένη· ἡ δὲ ἐναντία, ἡ εἰς ἀπώλειαν φέρουσα, πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος, ἀκώλυτος ἡδοναῖς τε καὶ θυμῷ. *Anguſta & ſtricta via, quæ contracta eſt in præceptis & probibitionibus: altera verò contraria, quæ ad perditionem ducit, lata & ſpatioſa, libera & expedita ad voluptatess & ad iram.* Στενὴ πύλη & τεθλιμμένη ὁδὸς notat vitam ſanctam, quæ cum multis conjuncta eſt moleſtiis, & quam proinde pauci ſectantur. Ita explicat Greg. Nazianzenus, Orat. XXXIII. pag. 534. Hæc *porta* στενὴ vocatur διὰ τοὺς ἱδρῶτας, καὶ τὸ μὴ πολλοῖς εἶναι βατὴν, ὡς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, καὶ ὅσοι διὰ κακίας ὁδεύουσι, *propter ſudores, & quia non à multis teritur, ſiquidem multitudinem eorum cogites, qui contrario itinere per vitium gradiuntur.* Theophylactus in Cap. VII. Matth. Στενὴν πύλην λέγει τοὺς πειρασμούς· τούς τε ἑκουσίους, οἷον νηστείαν, καὶ τὰ ἄλλα· καὶ τοὺς ἀκουσίους, οἷον δεσμὰ, διωγμούς. Anguſtam portam *vocat tentationes, tum voluntarias, veluti jejunium, & alia: tum præter voluntatem noſtram evenientes, ut vincula, perſecutiones.* Cyrillus Alexandr. lib. III. Glaphyr. in Exodum, pag. 308. Στενὴν πύλην, καὶ τεθλιμμένην εἰσβολὴν τὸ ταλαιπαθὲς ὀνομάζει, καὶ τὴν τοῦ λόγου παντὸς ἀξίαν ὑπομονήν. Anguſtam portam & ſtrictam viam *nominat miſeriam, & omni commendatione dignam patientiam.* Idem, Homil. Paſchali XVI. pag. 219. Ἔστιν, ἔστιν ὁμολογουμένως οὐχὶ τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς βάσιμος ἡ ἀρετὴ, δυσπρόσιτος δὲ καὶ ἀνάντης. *Non cuilibet profectò è multis pervia & facilis, ſed laborioſa prorſus atque ardua ad virtutem via.* Eodem pertinent, quæ habet Homil. Paſchali XIX. pag. 250. Τραχεῖα μὲν καὶ ἀνάντης ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἀρετὴν ἀναφέρουσα, καὶ οὐ βάσιμος τοῖς πολλοῖς· εἴη δ᾽ ἂν μόνοις εὐστιβὴς τοῖς, οἵγε διάττειν ἐπείγονται, καταῤῥωδοῦντες οὐδένα· ἀνταποδυόμενοι δὲ τοῖς πόνοις καὶ τοῖς ἱδρῶσιν ἀντανιστάμενοι. *Aſpera quidem & ardua eſt via, quæ ad virtutem deducit, neq; multis pervia: iis verò ſolis trita & facilis eſt, qui per eam contento curſu pergunt, neque quidquam metuentes, ſed cum laboribus luctantur, ipſiq; ſe ſudoribus ſponte objiciunt.* Πλατεῖα verò πύλη & εὐρύχωρος ὁδὸς notat vitam mundanam, quæ jucunda eſt carni, & quam multi ſectantur; atque adeò facilem ad exitium æternum aditum. Repete hic, quæ proximè ex Clemente Alexand. allata. Apud Plutarchum in Artaxerxis vita: Λεία ἡ πορεία καὶ κατάντης ἐπὶ τὸ χεῖρον. *Planum & proclive ad malum iter eſt.* Diodorus lib. XII. Κατάντης ἡ πρὸς τὸ χεῖρον ὁδὸς, ῥᾳδίαν ἔχουσα τὴν ὁδοιπορίαν. *Prona eſt ad malum via, facile habens iter.* Seneca de vita beata Cap. I. pag. 334. *Tritiſſima quæq; via & celeberrima maximè decipit,* id eſt, vel in errorem, vel perniciem deducit. Nam,

Molle oſtentat iter via lata, ſed ultima meta
Præcipitat miſeros, volvitq; per ardua ſaxa.

Atque hanc viam omnes illi calcant, qui ſpretis admonitionibus divinis, in varia ſcelera, omni excuſſo pudore, præcipites ruunt, ſeque omnibus voluptatibus conſtringendos tradunt. Sunt, ut ſcribit Chry-

Digitized by Google

Chryſoſtomus Homil. XXIX. tom. V. pag. 177. Οἱ ἐπὶ τὰς ἱπποδρομίας ἀναβαίνειν σπεύδοντες, καὶ τὰς ἄλλας τὰς σατανικὰς θεωρίας, καὶ τῆς σωφροσύνης ἀμελοῦντες, καὶ τῆς ἀρετῆς οὐδένα λόγον ποιούμενοι, καὶ ἀσελγαίνειν βουλόμενοι, καὶ οἱ τῇ τρυφῇ καὶ τῇ γαστριμαργίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες, καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων μανίαν καὶ λύτταν καθ' ἑκάστην ἡμέραν δαπανώμενοι, καὶ πρὸς τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα κεχηνότες· οὗτοι διὰ τῆς πλατείας πύλης βαδίζουσι καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ. *Qui ad ludos Circenſes, & ad alia diabolica feſtinant ſpectacula, qui temperantiam negligunt, & virtutis nullam rationem habent: qui laſciviæ & deliciis atque gulæ ſe totos dedunt: qui inſano pecuniarum amore quotidie macerantur: qui præſentis vitæ rebus inhiant: hi per latam ingrediuntur portam & per ſpatioſam viam.* Grata hæc via mundo, & rebus mundanis mancipatis: ipſis enim facile videtur ad peccatum iter; ſed non conſiderant, quàm difficilis inde ſit exitus. Non cogitant, peccatum altera quaſi manu ſpeciem boni oſtentare, alterâ verò perniciem geſtare occultam. Rectè Cyrillus Alexandr. Homil. Paſchali II. pag. 21. Γλυκεῖα μὲν εἶναι δοκεῖ ἡ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἁμαρτημάτων ἡδονὴ, καὶ χολῆς ἔχει τὸ τέλος. *Dulcis quidem eſſe videtur in quolibet peccato voluptas, ſed fellis finem habet.* Et Chryſoſtomus Homil. VII. tomi VII. Γλυκεῖά ἐστιν ἡ ἡδονὴ, εἰς ὄλεθρον ἁμαρτίας τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῇ καταῤῥηγνῦσα· γλυκεῖά ἐστιν ἐν τῇ γεύσει, πικρὰ δὲ μετὰ τὴν πρᾶξιν. *Dulcis quidem eſt peccati voluptas, in perniciem ei appropinquantes præcipitans; dulcis eſt guſtui, amara autem poſt factum.* Ergo,

Quid lætare miſer? peccati eſt nulla voluptas:
Gaudia plus aloës, quàm tua mellis habent.

Item:

Sirenes procul eſto, procul fuge blanda voluptas.
Deſine nos cantu perdere velle tuo.
Gaudia non nobis quòd primùm oſtendis & offers,
Id facis, ut miſeris cauſa ſit iſta necis.

Utut autem periculoſum, imò pernicioſum atque exitiale ſit iter, quod per latam & ſpatioſam voluptatum mancipia deducit viam: multi tamen cum multis æternum perire, quàm cum paucis perpetua felicitate frui malunt. Nam, ut Seneca de vita beata, Cap. II. *Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant, Argumentum peſſimi turba eſt.* Hinc infelix Ratboldus, Dux Friſiorum; teſte Sigeberto in Chronico ad annum Chriſti DCCXVIII. prædicatione Vulſcanni Epiſcopi ad hoc adductus, ut baptizari deberet, cùm uno pede in lavacrum intraſſet, altero pede retracto interrogavit, *Ubinam plures majorum ſuorum eſſent, in inferno, an in Paradiſo?* & audiens, plures eſſe inferno, intinctum pedem extrahens, *Satius eſt*, inquit, *ut plures, quam pauciores ſequar.*

3. Ὁδοὶ Θεοῦ dicuntur via & ratio, quâ Dei providentia omnia regit & gubernat. Ad Romanos XI. 33. Ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ. *Imperveſtigabiles viæ Dei.* Ad hæc Theodoretus, pag. 93. Ὑπερβαίνει τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον τῶν θείων οἰκονομιῶν ὁ λόγος, οὐδὲ ταῖς ἀοράτοις δυνάμεσιν ἐφικτὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἡ προμήθεια. *Divinarum diſpenſationum ratio mentis humanæ captum ſuperat: & inviſibiles ipſæ poteſtates Dei univerſorum providentiam aſſequi non poſſunt.* Theophylactus, pag. 115. Αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, τουτέστιν, αἱ οἰκονομίαι. Viæ ejus, *hoc eſt, diſpenſationes.* Ita Pſal. XVIII. 20. Ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. *Impolluta via ejus.* Theodoretus, pag. 459. ad hæc: Δικαίως ἰθύνεις τὰ σύμπαντα. *Juſtè dirigis omnia.* Pſal. XCV. 10. dicit Deus, Οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. *Non cognoverunt vias meas*, id eſt, τὰς οἰκονομίας, *gubernationes vel diſpenſationes*, juxta eundem Theodoretum. Pſal. CXV. 17. Δίκαιος κύριος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. *Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis.* Hic iterum Theodoretus: Ἐν ἁπάσαις δέ σου οἰκονομίαις διαλάμπει τὸ δίκαιον. Ὁδοὺς γὰρ τὰς οἰκονομίας ἐκάλεσε. *Porrò in omnibus tuis diſpenſationibus juſtitia ſplendet.* Vias enim *diſpenſationes vocavit.*

4. Ὁδὸς, *via*, eſt ratio ſeu modus agendi, atque adeò cogitationes, conſilia, inſtituta, mores, ſtudia, conatus, actiones. Sic Pſal. XXXVII. 5. dicit Pſaltes, Ἀποκάλυψον πρὸς κύριον τὴν ὁδόν σου. *Revela Domino viam tuam*: id eſt, interprete Theodoreto, τῷ Θεῷ καὶ σαυτὸν, καὶ τὰς σὰς πράξεις ἀνάθου. *Deo te ipſum, & tuas actiones conſecra, offer.* Sic ad Pſal. XLIX. 14. ὁδὸν idem interpretatur τρόπον καὶ πονηρὰς πράξεις, *mores & malas actiones.* Sic I. Corinth. IV. 17. αἱ ὁδοὶ αἱ ἐν Χριστῷ, *viæ* Pauli *in Chriſto*, ſunt ratio & regula, quam ille obſervabat in docendis paſſim Eccleſiis. Theophylactus ad hunc locum, pag. 197. Ὁδοὺς λέγει, τὰς ἐν τῷ κηρύγματι οἰκονομίας, τοὺς κανόνας, τὰ ἔθη, τοὺς νόμους τοὺς θείους. Vias *dicit, prædicationis verbi diſpenſationem, regulas, conſuetudines, leges divinas.* Eadem apud Oecumenium leguntur, pag. 406. Theodoretus πράξεις intelligit.

5. Ὁδὸς eſt ratio colendi Deum, ac proinde religio, quam quis ſequitur, ſeu profitetur. Ita accipitur Actor. IX. 2. ubi Oecumenius, pag. 51. Ὁδὸν ἐκάλει, τὴν εἰς Χριστὸν τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἡμῶν πίστιν· καὶ μάλα εἰκότως. Δι' αὐτῆς γὰρ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, καὶ οὐ δι' ἄλλης τινὸς εἰσερχόμεθα. Viam *vocabant, fidem in Chriſtum, verum Deum noſtrum. Et meritò quidem: per hanc enim in regnum cælorum ingredimur, non per aliam.* Vel: Ὁδὸν, τὴν κατὰ Χριστὸν πολιτείαν ἀκουστέον. *Per* viam *intelligi debet vita Chriſto digna.* Eodem modo etiam accipitur Cap. XIX. 23. XXII. 4. XXIV. 14. 23.

6. *Præſens vita* vocatur ὁδὸς, *via*. Vide in Ἀποδημία, num. I. & in Βίος.

Ὀθόνη. Ὀθόνιον.

Veteres Gloſſæ: Ὀθόνη. *Linteamen.* Ὀθόνιον. *Linteamen.* Heſychius: Ὀθόναι, τὰ περιβόλαια πάντα. *Omnia involucra* vocantur ὀθόναι. Item: Ὀθόνη· σινδὼν, ζώνη, τελαμὼν, γυναικεῖον, ὀθόνιον λεπτὸν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνὸν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. *Sindon, cingulum, faſciola, tenue linteolum muliebre, & omne* telæ genus *tenue, quamvis non ſit lineum.* Item: Ὀθόνια, λινᾶ ἱμάτια. *Veſtimenta linea.* Suidas: Ὀθόναις, λεπτοῖς ὑφάσμασι. Καὶ πᾶν τὸ ἰσχνὸν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. *Velis. Tenuibus telis textis. Et omne* telæ genus *tenue, quamvis non ſit lineum.* Item: Ὀθόνη, πᾶν τὸ λεπτὸν ὕφασμα. *Omne tenue textum. Omnis tenuis tela.* Homerus Il. ς', v. 595.

Τῶν δ' αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας ἔχον· οἱ δὲ χιτῶνας.

Horum autem hæ quidem tenues veſtes gerebant: hi verò tunicas. Scholiaſtes: Ὀθόνας, διαφανεῖς ἐσθῆτας, λαμπράς. *Veſtes tenues & ſplendidas.* Iterum Heſychius: Ὀθόνῃσι, (ſic enim ſcribendum) λεπτοῖς ἱματίοις. *Tenuibus veſtibus.* Reſpicit ad Il. γ'. v. 141. Αὐτίκα δ' ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσι. *Confeſtim autem candidis cooperta ſindonibus.* Scholiaſtes: Ὀθόνῃσιν· ὀθόναις· λέγει δὲ, ὑφάσμασι λινοῖς. *Dicit autem, tenuibus telis textis.* Balſamon ad Can. LXXIII. Apoſtol. pag. 271. Τῷ ὀνόματι τῆς ὀθόνης πᾶν ὕφασμα δηλοῦται. Ὀθόνης *nomine quicquid eſt textile ſignificatur.* Lucæ Cap. XXIV. 12. Ὀθόνια ſunt, quæ Apuleius lib. X. *feralia amicula* vocavit. Lactantius lib. IV. Cap. X. *Exuvias, quibus involutum corpus ejus incluſerant.* Sunt κειρίαι, de quibus ſuo loco actum. Diaconi ὀθόνην gerebant. Quid notârit, docet Iſidorus Peluſiota, lib. I. Epiſt. CXXXVI. pag. 41. Ἡ ὀθόνη, μεθ' ἧς λειτουργοῦσιν ἐν τοῖς ἁγίοις οἱ διάκονοι, τοῦ

τοῦ κυρίου ἀναμιμνήσκει ταπείνωσιν, νίψαντος τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάξαντος. *Linteum illud, cum quo Diaconi, in ſanctis myſteriis munus ſuum obeunt, humilitatem Domini, qui diſcipulorum pedes lavit, & exterſit, nobis in memoriam redigit.* Eadem habet Germanus Patriarcha Conſtantinopol. in Hiſt. Eccleſ. pag. 150. Ὀθόναι etiam ſunt *oraria*. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. Cap. XXX. pag. 8. b. de Samoſateno: Τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὡς ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις - - ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων. *Qui eum laudibus non extollerent, nec, ut in theatris fieri ſolet, oraria moverent, eos reprehendit, & contumelioſis verbis excepit.* Hunc ipſum locum jam produximus in Κρότος, ubi etiam alia, quæ huc faciunt.

Ὀιακοστροφέω.

Afferunt Lexica ex Heſychio & Suida, quorum uterque interpretatur per κυβερνῶ, *guberno*. Propriè eſt οἴακα στρέφω, *gubernaculum manu verſo*. Cyrillus Alexandr. Præfat. in lib. III. in Joh. pag. 247. Τῷ ἀγαθῷ καὶ φιλανθρώπῳ Θεῷ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰακοστροφεῖν ἐπιτρέπωμεν. *Bono & benigno Deo nos gubernandos tradamus.*

Ὀιακοστρόφος.

Heſychius: Οἰακοστρόφος, κυβερνήτης. *Gubernaculum vertens: gubernator.* Ita etiam Suidas. Cyrillus Alex. in Cap. IV. Amoſi, pag. 295. eleganter de Deo uſurpat, quando dicit: Ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ποιητὴς, καὶ ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἀνημμένος τὴν ἐξουσίαν, καὶ διοικητὴς τῶν ἀνθρωπίνων οἰακοστρόφος. *Univerſorum Deus, creator, & univerſorum conditor, poteſtatem in nos habens, & rerum humanarum gubernator.*

Ὀιηματίας.

Οἴημα eſt *opinio animo concepta*, & plerumque de arroganti & ſtulta opinione, quam aliquis de ſe concepit, uſurpatur. Hinc οἰηματίας eſt, *qui arrogantem de ſe opinionem concepit*, ſeu *ſuperbus & inſolens*. Suidas interpretatur ἐπηρμένος, *elatus, inflatus, ſuperbus*. Cyrillus Alexandr. in Collectaneis in II. Regum, pag. 50. Ἀβεσσαλώμ ἐστι, πᾶς οἰηματίας καὶ ὑπερήφανος. *Abſalom eſt, omnis arrogans & ſuperbus.*

Ὀιησίσοφος.

Non habent Lexica. *Falſa ſapientiæ opinione inflatus.* Thalaſſius cent. IV. Cap. XXVI. Νεφέλη ἐστὶν ἄνυδρος νοῦς οἰησίσοφος, ὑπὸ τῶν τῆς κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας πνευμάτων παραφερόμενος. *Mens opinione ſua ſibi ſapiens viſa, nubes eſt ſine aqua, à ſpiritu inanis gloriæ & ſuperbiæ agitata.*

Ὀιησίφρων.

Lexica non habent. Eſt *falſa ſapientiæ opinione inflatus*. Cyrillus Alex. lib. III. in Joh. Cap. I. pag. 249. dicit, οἰησίφρονας Φαρισαίους. *Falſa ſapientiæ opinione inflatos Phariſæos.*

Ὀικειότης.

Veteres Gloſſæ: Οἰκειότης, *familiaritas*. Eſt etiam *domeſticus uſus & conſuetudo; amicitia, neceſſitudo.* Eleganter à Scriptoribus Eccleſiaſticis uſurpatur de conjunctione fidelium cum Deo. Cyrillus Alexandr. lib. II. de Adoratione, pag. 58. Ἀπολισθεῖν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος. *A Dei conjunctione dilabi.* Idem in Cap. XLIX. Jeſajæ, pag. 659. de Judæorum reſurrectione: Ἐκβέβληνται τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, ἐξώσθησαν τοῦ εἶναι λαὸς Θεοῦ, ἀμέτοχοι γεγόνασι τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας, ἄγευστοι μεμενήκασι τῆς τῶν ἁγίων ἐλπίδος. *Expulſi ſunt à conjunctione cum Deo, non ampliùs fuerunt populus Dei, expertes facti ſunt ſalutis ejus, exſortes manſerunt ſpei ſanctorum.* Idem, in Cap. LXVI. Jeſajæ, pag. 909. Διὰ τῆς εἰς λῆξιν μακροθυμίας σαγηνεύειν εἰς οἰκειότητα πνευματικὴν τοὺς ἀνανεύοντας καὶ παραιτουμένους τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν. *Summâ patientiâ ad ſpiritualem conjunctionem inescare renuentes & recuſantes cum eo communionem habere.* Eodem ſenſu uſurpatur οἰκείωσις, de quo ſuo loco.

Ὀικειόω.

Οἰκειόω, *familiarem reddo, concilio.* Chryſoſt. Homil. XXXVIII. in Acta, pag. 824. Μέγα τοῦτο δύναται πρὸς τὸ οἰκειοῦν ἡμᾶς τῷ Θεῷ. *Illud plurimùm poteſt ad nos Deo conciliandos:* nempe, ſi conſideremus, τί μὲν ἡμάρτομεν ἡμεῖς εἰς Θεὸν, τί δαὶ αὐτὸς ἀγαθὸν εἰς ἡμᾶς εἴργασαι, *quid nos quidem in Deum peccaverimus, quid verò ipſe boni nobis præſtiterit.* Idem, Homil. XLIX. in Acta, de uxore Potipharis Joſephum injuſtè accuſante: Ἐξεπολέμωσεν αὐτῷ τὸν δεσπότην· ἀλλὰ κατήλλαξε τὸν Θεὸν, οἰκειότερον αὐτὸν κατέστησε τῷ ὄντως δεσπότῃ, τῷ ἀληθινῷ· ἐξέβαλε τῆς ἐπιστασίας τῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀλλ' ᾠκείωσε τῷ δεσπότῃ. *Inimicum illi fecit dominum, ſed conciliavit Deum: familiariorem ipſum reddidit vero Domino: privavit eum adminiſtratione ſeu curâ domûs, ſed Domino conciliavit.* Syneſius epiſt. XXVI. pag. 176. Πάντως γε ἡ τοῦ Θεοῦ σοι προσέσται χάρις, ᾧ σαυτὸν οἰκειοῖς τῇ κοινωνίᾳ τῆς εὐεργετικῆς προαιρέσεως. *Omnino divina tibi non deerit gratia, cui te ipſum bene merendi ſtudio conjungis & conſocias.* Chryſoſtomus, Αἱ θλίψεις ἡμᾶς οἰκειοῦσι τῷ δεσπότῃ. *Afflictiones nos Deo conjungunt.* Idem Homil. LXXXIII. tom. V. de Cruce Chriſti ſic ſcribit: Οὗτος ἡμᾶς ἐν σκότει καθημένους ἐφώτισεν, οὗτος ἡμᾶς ἐκπεπολεμωμένους κατήλλαξεν, οὗτος μακρὰν ὄντας ἐγγὺς εἶναι πεποίηκεν, οὗτος ἀπηλλοτριωμένους ὄντας ᾠκείωσεν, οὗτος ξένους γεγονότας, οὐρανοῦ πολίτας κατεσκεύασεν. *Hæc nos in tenebris ſedentes illuminavit: hæc nos, qui inimici eramus, reconciliavit: hæc nos, qui procul eramus, propinquos fecit: hæc abalienatos familiares & conjunctos reddidit: hæc peregrinos factos, cives cæli conſtituit.* Paſſivè οἰκειοῦμαι, *familiaris reddor, adjungor, concilior.* Chryſoſtomus, Homil. X. tom. V. pag. 41. Ὁ μακάριος Μωϋσῆς, ὁ τοῖς κατ' εὐσέβειαν ἔργοις οἰκειωθεὶς τῷ Θεῷ. *Beatus Moſes, qui per opera pietatis Deo conjunctus fuit.* Baſilius M. in Pſal. XXIX. pag. 189. Οὐ πάντων Θεὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης. *Non omnium Deus eſt Deus, ſed eorum propriè, qui per charitatem ei ſunt conjuncti.* Frequentiùs οἰκειοῦμαι activè ſumitur, & ſignificat *mihi vendico*, ἰδιοποιοῦμαι. Heſychius: Οἰκειώσαντο, ἰδιοποιήσαντο. *Sibi vendicârunt.* Chryſoſtomus Homil. IV. in I. ad Timotheum, pag. 266. de Deo: Πάντα οἰκειοῦται τὰ ἡμέτερα, ἵνα κἂν οὕτως ἡμᾶς ἐφελκύσηται, καὶ τὰς τιμὰς, καὶ τὰς ὕβρεις, ἵνα κἂν οὕτως φοβηθῶμεν. *Deus omnia noſtra ſibi vendicat, ut vel ſic nos attrahat, & honores & contumelias, ut vel ſic timeamus.* Idem, Homil. LXV. in Geneſin: Ὁ Θεὸς οἰκειοῦται τὰ εἰς τοὺς αὐτοῦ θεράποντας γινόμενα. *Deus ea ſibi vendicat, quæ in ſervos ipſius fiunt.* Et mox: Ὥσπερ τὰ τῆς τιμῆς οἰκειοῦται, οὕτω καὶ τὰ τῆς καταφρονήσεως. *Quemadmodum honorem ſibi vendicat, ita etiam contemtum.*

Ὀικείωσις.

Οἰκείωσις eſt *familiaritas, conjunctio.* Eodem ſenſu uſurpatur, quo οἰκειότης. Chryſoſtomus Homil. VIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 59. Ὥσπερ ὁ Θεὸς πατήρ ἐστιν οὐ κατὰ τὴν φυσικὴν συγγένειαν, ἀλλὰ κατ' οἰκείωσιν πίστεως, οὕτω καὶ αὐτός· ἡ γὰρ ὑπακοὴ ποιεῖ πατέρα πάντων ἡμῶν. *Quemadmodum Deus Pater eſt, non ob naturalem quandam cognationem, ſed quòd fides Deum ſibi vendicet: ita etiam*

ipſe

ipſe Abrahamus: *obedientia enim facit patrem omnium noſtrûm.* Idem, Homil. XVII. in I. ad Timoth. pag. 321. ad v. 11. Cap. VI. Locum jam produximus in Βασιλεία, num. I. 2. Et Homil. XVI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 519. Ὁ Θεὸς λέγεται εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ. Διατί; οὐ τόπῳ ἐναποκλειόμενος· μὴ γένοιτο· οὐδὲ τὴν γῆν ἐρημῶν τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀφεὶς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. *Deus dicitur in cœlo eſſe. Cur? Non loco concluſus: abſit: neq; terram ſuâ præſentiâ deſtitutam relinquens, ſed propter familiaritatem & conjunctionem cum Angelis.* Cyrillus Alex. in Cap. XLIII. Jeſajæ, pag. 567 de Deo: Σώζειν ἀκονιτὶ δυνάμενος, τοὺς τὴν πρὸς ἐμὲ διψῶντας οἰκείωσιν. *Qui ſine labore ſervare poſſum eos, qui meam familiaritatem ſitiunt.* Huc facit duplex regnum Dei, alterum κατ᾽ οἰκείωσιν, alterum κατὰ δημιουργίαν. Chryſoſtomus Homil. XXXIX. in I. ad Corinth. pag. 509. Βασιλείας τοῦ Θεοῦ δύο οἶδεν ἡ γραφὴ, τὴν μὲν κατ᾽ οἰκείωσιν, τὴν δὲ κατὰ δημιουργίαν. Βασιλεύει μὲν γὰρ ἁπάντων, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ δαιμόνων, καὶ τῶν ἀντιτεταγμένων, κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον, βασιλεύει δὲ τῶν πιστῶν καὶ ἑκόντων καὶ ὑποτεταγμένων, κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως. *Duo regna novit Dei ſcriptura, alterum quidem ſecundùm conjunctionem & familiaritatem, alterum verò reſpectu creationis. Dominatur namq; omnibus, & Græcis & Judæis, & dæmonibus, & iis, qui ſeſe opponunt, ratione creationis: dominatur vero fidelibus, qui ſua ſponte ſubjecti ſunt, ratione conjunctionis.* Vide plura in Βασιλεία, num. I. 2.

Οἰκήσιμος.

Afferunt quidem Lexica, ſed ſine autore. Eſt *habitabilis.* Ita uſurpat Cyrillus Alexandr. Homilia Paſchali XXV. pag. 299. Οἱ ἀκάθεκτοι πρὸς πλεονεξίαν, ἀεὶ τοῖς οὖσι προστιθέναι σπουδάζοντες, τὰ οὐκ αὐτοῖς μᾶλλον, τοῖς δὲ πέλας προσήκοντα, τάχα που καὶ μόνοι τὴν γῆν οἰκήσιμον ἔχειν ἐπείγονται, γειτόνων οὐκ ἀνεχόμενοι. *Perdito avaritiæ amore flagrantes, & opibus ſuis ſubinde plures adjicere ſtudentes, ea, quæ non ſua, ſed proximorum ſunt, & quodammodo ſoli terram habitare conantur, à vicinis ſibi minimè temperantes.*

Οἰκονομέω.

Suidas: Οἰκονομῶ· τὰ ἐν οἴκῳ διοικῶ. *Rem familiarem adminiſtro, res domeſticas diſpenſo.* Vetus Gloſſarium: οἰκονομῶ, *villico.* Ita vulgatus Lucæ XVI. 2. reddidit, Οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν. *Jam enim non poteris villicare.* Auguſtinus in Pſal. XLVIII. vertit, *Non potes agere mihi:* hinc & *actores* dicti. Οὐ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν, eſt, οὐκέτι οἰκονομήσεις μᾶλλον. Marci II. 19. οὐ δύνανται νηστεύειν, id eſt, οὐ νηστεύουσι. I. Corinth. III. 1. Οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι, eſt, οὐκ ἐλάλησα. Ita pro eo, quod Marci VI. 5. Οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, Matthæus habet, οὐκ ἐποίησεν. Cujus formæ nec pauca invenire eſt apud Latinos. Significat etiam *diſpenſo, rego, diſpono.* Macarius Homil. XV. Ἔστι τινὰ πράγματα ἃ οἰκονομεῖ ὁ κύριος, ἵνα μὴ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ποιήσῃ τῆς θείας χάριτος· -- καὶ ἔστι τινὰ πράγματα, ἃ οὕτως οἰκονομεῖ κατὰ παραχώρησιν, ἵνα δοκιμασθῇ καὶ γυμνασθῇ ὁ ἄνθρωπος. *Sunt res quædam, quas Dominus diſpenſat, ne divina gratia teſtimonii ſit expers: -- & ſunt res quædam, quas ita diſpenſat permittendo, ut homo probetur & exerceatur.* Chryſoſt. Hom. XLIX. in Joh. p. 757. Τὰ ἀνθρωπίνως ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ οἰκονομούμενα, οὐ διὰ τοῦτο μόνον οἰκονομεῖται, ἵνα τὴν σάρκωσιν βεβαιώσηται, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ ἡμᾶς παιδεύσῃ πρὸς ἀρετήν. *Humano more à Chriſto diſpenſata non propterea tantum diſpenſata ſunt, ut incarnationis veritatem aſſereret, ſed etiam ut nos ad virtutem erudiret.* Idem, Homil. XIV. in epiſt. ad Philipp. pag. 79. Ὁ Θεὸς πάντα ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος οἰκονομεῖ, κἂν ἡμεῖς μὴ εἰδῶμεν· καὶ τοῦτο τοῦ σφόδρα συμφέρειν ἡμῖν ἐστι τεκμήριον τὸ ἡμᾶς μὴ εἰδέναι. *Omnia ad noſtram utilitatem diſpenſat, tametſi id nos ignoremus. Atq; magnam illa nobis afferre utilitatem id argumento eſt, quod ignoramus.* Idem, Homil. VI. in I. ad Timoth. pag. 272. Πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁ Θεὸς ἡμῖν ἅπαντα οἰκονομεῖ. *Ad noſtrum bonum Deus omnia diſpenſat, regit, gubernat.* Singularis ſtructura occurrit apud Macarium, Homil. XXVII. Εἰδὼς ὁ Θεὸς τὴν ἀσθένειαν, οἰκονομεῖ σε εἰς θλίψεις, ἵνα ταπεινὸς γένῃ, καὶ σπουδαιότερος τοῦ ἐκζητεῖν τὸν Θεόν. *Cùm tuam Deus ſciat infirmitatem, ita res tuas diſpenſat, ut in afflictiones incidas, adeoq; humilis fias, majoriq; ſtudio Deum quæras.* Vide num. II. in Οἰκονομία.

Οἰκονομία.

Quatuor maximè hujus vocis ſignificationes, apud Scriptores ſacros ſatis obvias, examinare lubet.

I. *Miniſterium Evangelii* vocatur οἰκονομία τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, *diſpenſatio gratiæ Dei,* Epheſ. III. 2. Οἰκονομία τοῦ Θεοῦ, *diſpenſatio Dei,* Coloſſ. I. 25. ubi intelligitur τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα, *prædicatio diſpenſationis,* juxta Theodoretum. Conſentit Theophylactus, qui inter alia, Apoſtolum οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ hoc vocare, ὅτι ἀναληφθεὶς αὐτὸς ἡμᾶς ἀφῆκε κηρύττειν, *quod ipſe* Chriſtus *in cœlum aſſumtus nos hîc reliquerit ad prædicandum verbum.* Vocatur ſimpliciter οἰκονομία I. Corinth. IX. 17. οἰκονομίαν πεπίστευμαι. *Diſpenſatio mihi credita eſt.* Hic Theophylactus οἰκονομίαν dicit eſſe τὸ κήρυγμα, *prædicationem Evangelii.* Hinc *præcones verbi* vocantur οἰκονόμοι. Vide ſuo loco. Vocatur οἰκονομία τοῦ μυστηρίου à Greg. Nyſſeno, orat. Catech. Cap. XXV. tom. III. pag. 83. Τί ἐπαισχύνονται ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ μυστηρίου, τὸν Θεὸν ἐν ἀνθρώποις γεγενῆσθαι διδάσκοντος, τὸν οὐδὲ νῦν ἔξω τῶν ἀνθρώπων εἶναι πεπιστευμένον; *Cur eos pudet, quòd myſterium in diſpenſatione doceat Deum extitiſſe inter homines, qui ne nunc quidem creditur eſſe extra hominem?* Vocatur κήρυγμα τῆς οἰκονομίας, *prædicatio diſpenſationis.* Theodoretus ad Cap. I. ad Titum, v. 3. pag. 508. κατεπίστευσεν ἐμοὶ τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα. *Mihi credidit diſpenſationis, vel incarnationis prædicationem.* Idem, ad v. 26. Cap. I. Coloſſ. pag. 350. Μυστήριον ἐκάλεσε τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα. Myſterium *appellavit diſpenſationis prædicationem.* Vocatur οἰκονομίας λόγος, *prædicatio de incarnatione,* vel potiùs *toto redemtionis myſterio.* Chryſoſtomus Homil. I. in Acta: Τὸ πνεῦμα παρασκευάζον αὐτοὺς τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίβειν λόγῳ. *Spiritus præparans illos,* Apoſtolos, *ut in diſpenſando verbo Dei verſarentur.* Ita Eraſmus. Minùs accuratè. Etenim τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίβειν λόγῳ, eſt *verſari,* vel *occupatum eſſe in prædicatione myſterii redemtionis.*

II. *Providentia & numen,* quo Dei ſapientia omnia moderatur, atque ad finem, quem ſibi proponit adducit, vocatur οἰκονομία. Epiphanius hæreſi LXIII. Καὶ οὐκ οἴδασι Θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἀγαθότητα, οὔτε τὴν οἰκονομίαν τῆς Θεοῦ σοφίας. *Non nôrunt Dei potentiam, neque bonitatem, neque ipſius ſapientiæ gubernationem.* Greg. Nyſſenus orat. Catechet. magna, Cap. XII. tom. III. pag. 67. Εἰς τὸ πᾶν ἀφορῶντες, καὶ τὰς κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίας ἐπισκοποῦντες, καὶ τὰς εὐεργεσίας τὰς θεόθεν κατὰ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐνεργουμένας, ὑπερκεῖσθαί τινα δύναμιν ποιητικὴν τῶν γιγνομένων, καὶ συντηρητικὴν τῶν ὄντων καταλαμβάνομεν. *Univerſitatem intuentes, & mundi gubernationem conſiderantes, atq; beneficia, quibus divinitus afficitur vita noſtra, comprehendimus aliquam eſſe ſummam virtutem, eorum quæ fiunt effectionem, & quæ ea, quæ ſunt, conſervat.* Chryſoſtomus lib. I. de Provid. Cap. VII.

Τὸ

Digitized by Google

Τὸ ἀκατάληπτον τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ καὶ οἰκονομίας ἐξηγούμενος. *Cùm incomprehenſibilem Dei ſapientiam & gubernationem enarrat.* Idem, Homil. IX. in Matth. pag. 58. Εἴωθεν ἀεὶ Θεὸς διὰ τῶν ἐναντίων τὰς οἰκονομίας τὰς ἑαυτοῦ πληροῦν, μεγίστην ἐντεῦθεν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως παρεχόμενος ἡμῖν ἀπόδειξιν. *Semper ſolet Deus per contraria, decreta ſuæ providentiæ implere, maximum hoc modo potentiæ ſuæ argumentum nobis ſuppeditando.* Idem, Homil. II. in epiſt. ad Romanos, pag. 14. Τοῦτο πίστεως μάλιστα, τὸ καὶ ἀγνοοῦντα τὸν τρόπον τῆς οἰκονομίας, δέχεσθαι τὸν περὶ προνοίας λόγον. *Id fidei maximè proprium eſt, adminiſtrationis modum ignorantem, providentiæ rationem admittere.* Id. Homil. XLIX. in Acta: Τοιαῦται αἱ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαι δι' ὧν βλαπτόμεθα, διὰ τούτων ὠφελούμεθα. *Ea eſt providentiæ divinæ ratio, per ea ipſa, quibus lædimur, utilitatem capimus.* Hic ſatis opportunum fuerit conſiderare, quænam κατ' οἰκονομίαν fieri dicantur. Κατ' οἰκονομίαν igitur fieri aliquid dicitur, cùm aliud quidpiam ſpecie-tenus geritur, quàm quod vel intenditur, vel revera ſubeſt. Hinc fit, ut quædam mali ſpeciem præ ſe ferant quæ tamen, cùm alio fine, aliaque ratione peragantur, quàm primo videri poſſit aſpectu, omnino prorſus culpa carere cenſentur. Talis *œconomia* fuit, quod Jehu, Rex Iſraëlis, ſimulavit ſe Baalis colendi cupidum, cùm ejusdem cultorum comprehendendorum & interficiendorum conſilia apud ſe coqueret, II. Reg. X. 19. quòd Solomon de infante in partes ſecando ſententiam tulit, I. Reg. III. 25. Nec deſunt ex antiquis Patribus, qui Patriarcharum, aliorumque piorum lapſus, in ſacris literis proditos, hacce οἰκονομίας ſpecie eunt excuſatum. De quibus videantur aureæ Cl. Gatakeri Notæ ad lib. XI. Marci Antonini, pag. 400, 401. Chryſoſtomus Homil. LXI. tom. V. Pariſ. pag. 814. poſt verba Actor. XXI. 20, 21. de Paulo ita ſcribit: Ἐκεῖνος τοίνυν συγκαταβῆναι ἀναγκαζόμενος ἰουδάιζεν· ἀλλ' οὐχὶ τῆς γνώμης, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας τὸ γινόμενον ἦν. *Ille itaque cùm condeſcendere cogeretur, judaizabat: ſed non ex animi ſui ſententia, ſed ſecundum diſpenſationem id agebat.* Ita Deus etiam multa κατ' οἰκονομίαν facere dicitur. Suidas: Ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται· κατ' οἰκονομίαν, κατ' εὐδοκίαν, κατὰ συγχώρησιν. *Dei providentia tribus modis adminiſtratur; per diſpenſationem, per bonam voluntatem, per conceſſionem.* Chryſoſtomus Homil. LXXV. in Matth. pag. 472. interrogat, πόθεν ὁ δεῖνα πλουτεῖ; *Quid cauſa ſubeſt, cur ille dives ſit?* & reſpondet, Οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ διδόντος, πολλοὶ δὲ συγχωροῦντος, ἄλλοι δὲ ἀπὸ ἀποῤῥήτου τινὸς οἰκονομίας πλοῦτον ἐκτήσαντο. *Alii quidem divitias poſſederunt Deo eas dante, alii permittente, alii per aliquam ineffabilem diſpenſationem.* Idem de Divite in Evangelio epiſt. CXXV. Ἐπειδὰν ψιχίων οὐ μετέδωκε τῷ πτωχῷ, σταγόνα ὕδατος οὐ λαμβάνει· τῷ χειμῶνι οὐκ ἔσπειρεν ἔλεος· ἦλθε τὸ θέρος, καὶ οὐκ ἐθέρισε· καὶ τοῦτο τοῦ δεσπότου οἰκονομία, ὅτι ἐξ ἐναντίας ἐποίησε τὴν κόλασιν τοῖς ἀσεβέσι, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τοῖς δικαίοις, ἵνα βλέπωσιν ἀλλήλους, καὶ γνωρίζωσιν ἀλλήλους. Καὶ γὰρ ἕκαστος τότε μάρτυς τὸν ἴδιον τύραννον ἐπιγνώσεται καὶ ἕκαστος τύραννος τὸν ἴδιον μάρτυρα, ὃν ἐκόλασε. *Quoniam micas pauperi non fuit impertitus, aquæ guttam non accipit. Hiemi non ſevit miſericordiam: venit æſtas, nec meſſuit. At hæc eſt Domini diſpenſatio, quod è regione paravit pœnam impiis, & requiem juſtis, ut alii alios videant, & agnoſcant. Etenim quivis Martyr tunc ſuum agnoſcet Tyrannum, & quivis Tyrannus Martyrem, quem punivit.* Hoc ipſo ſenſu verbum οἰκονομία uſurpatur. Exempla aliquot occurrunt in verbo Κρίνω, num. V. 4. ſub lit. *d.* ubi, *quomodo Chriſtus noviſſimum diem ignoret.* Ita etiam οἰκονομικῶς. Quod vide.

III. *Ipſa Chriſti* ἐνανθρώπησις, ſive *natura humanæ aſſumtio,* uſitatiſſimè οἰκονομία vocatur: idque

1. *Simpliciter, ſine epitheto.* Theodoretus Dialogo II. Cap. IX. tom. IV. pag. 62. Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ λόγου, καλοῦμεν οἰκονομίαν. *Incarnationem Dei verbi, œconomiam vel aſſumtam humanitatem vocamus.* Chryſoſtomus Homil. XXXI. tom. V. ad illa Matth. XV. 21. Κύριε, υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με, notat: Εὐαγγελίζεται ἡ γυνὴ, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὁμολογεῖ. *Evangelium prædicat mulier, & Deitatem, & aſſumtam humanam naturam confitetur.* Id per οἰκονομίαν intelligi, ſtatim explicat, addendo, τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάληψιν, *carnis aſſumtionem.* Idem ſermone de Nominum mutatione, ſeu Homil. LXIV. tom. V. Pariſ. pag. 970. Ὥσπερ περὶ τοῦ Ἀδὰμ ἀκούων, ὅτι χοϊκὸς ἦν, οὐκ ἔρημον τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα ὑποπτεύεις· οὕτως ἀκούων, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, μὴ ἀθέτει τὴν οἰκονομίαν διὰ τὸ προσκεῖσθαι ἐξ οὐρανοῦ. *Quemadmodum, ſi de Adamo audis,* quòd terrenus fuerit, *non exiſtimas corpus animâ deſtitutum fuiſſe: ita ſi audis.* Dominus è cœlo, *ne rejicias incarnationem, quia additum eſt,* è cœlo. Euſebius in procemio hiſt. Eccleſ. pag. 1. narrationem dè humana Chriſti natura incepturus, dicit, οἰκονομίας ἀναγκαῖον ἂν εἴη κατάρξασθαι, *neceſſarium fuerit ab incarnatione initium facere.* Atque hoc ſenſu οἰκονομία opponitur τῇ θεότητι. Chryſoſt. Homil. I. in Matth. pag. 3. de Johanne Evangeliſta: Ἐπειδὰν τοῖς τρισὶν ἡ σπουδὴ γέγονε τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρίψαι λόγῳ, καὶ τὰ τῆς θεότητος ἐκινδύνευσεν ἀποσιωπᾶσθαι δόγματα, τοῦ Χριστοῦ κινήσαντος αὐτὸν, οὕτως ἦλθεν ἐπὶ τὴν εὐαγγελικὴν συγγραφήν. *Quoniam tribus,* np. prioribus Evangeliſtis, *curæ fuit, ut de incarnatione diſſererent, adeoq; periculum erat, ne doctrina de Deitate ſilentio involveretur, Johannes à Chriſto incitatus, ad Evangelium conſcribendum ſe accinxit.* Idem, Hom. XXXIX. in I. ad Corinth. Cap. XV. v. 28. pag. 506. Τίς ἡ τοῦ Παύλου γνώμη, καὶ τί τὸ ἔθος; Ἄλλως, ὅταν περὶ τῆς θεότητος μόνης διαλέγηται, καὶ ἑτέρως, ὅταν εἰς τὸν τῆς οἰκονομίας ἐμπίπτῃ λόγον. *Quæ ſententia, & quæ conſuetudo Pauli? Alia, quando de ſola Deitate loquitur; alia, quando in ſermonem de incarnatione incidit.* Idem, Homil. XVIII. tom. V. pag. 107. de Chriſto: Εἰς μήτραν κυοφορεῖται, αὔξεται κατὰ μικρὸν, καὶ ἔρχεται τὴν ὁδὸν τῆς ἡλικίας τῆς ἐμῆς. Τίς; ἡ οἰκονομία οὐχ ἡ θεότης· ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, οὐχ ἡ τοῦ δεσπότου. *In utero geſtatur, paulatim creſcit, & meam imitatur ſtaturam. Quis? Incarnatio, non Deitas, forma ſervi, non Domini.* Οἰκονομία etiam opponitur τῇ θεολογίᾳ. Vide in Θεολογία n. III. Tandem opponuntur οἰκονομία & οὐσία. Baſilius Seleucienſis orat. XXXII. p. 171. ad Joh. XIV. 28. Ὁ πατήρ μου, ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστι. Τὸ πεμφθὲν περιγράφεται τόπῳ· περιέχεται χώρῳ· ὁ δὲ υἱὸς Θεὸς ὢν, ἀπερίγραπτος· σαρκὸς οὖν ἡ περιγραφὴ, οὐ θεότητος· πρὸς τὴν οἰκονομίαν, οὐ τὴν οὐσίαν βλέπει τὰ ῥήματα. *Pater meus, qui miſit me, major me eſt. Miſſum circumſcribitur loco: continetur ſpatio: Filius autem, cùm ſit Deus, incircumſcriptus eſt: carnis ergo eſt circumſcribi, non Deitatis: verba reſpiciunt ad naturam humanam, non ad eſſentiam.* Eodem planè ſenſu diſtinguunt veteres inter οὐσίαν & ἐπιδημίαν. Origenes in Catena in C. I. Joh. pag. 45. Ταῦτα τῆς οὐσίας τοῦ λόγου εἰπὼν, συνάπτει ἑξῆς καὶ τὰ περὶ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ λέγων· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος. *Cùm hæc,* nempe μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, *de ſubſtantia Verbi protuliſſet, adjicit deinceps, quæ adventui ejus,* id eſt, Incarnationi, *conveniunt, dicens: Qui poſt me venturus eſt.*

2. *Cum variis epithetis.* Vocatur enim

a. Ἔνδοξος οἰκονομία, *glorioſa Incarnatio.* Photius in enumeratione librorum Theodoreti contra Hæreticos, Cod. XLVI. pag. 32. dicit, *quartum continere*

Digitized by Google

tinere διδασκαλίας τῶν ἁγίων πατέρων περὶ τῆς ἐνδόξου οἰκονομίας τοῦ δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ, *ſanctorum Patrum doctrinam de glorioſa Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

b. Ἡ κατὰ σάρκα οἰκονομία, a Nyſſeno contra Apollinarem, tom. III. pag. 255. Ita etiam ab Oecumenio in Acta, pag. 1. & ab aliis paſſim.

c. Ἡ μετὰ σαρκὸς οἰκονομία, à Cyrillo Alex. in Cap. X. Jeſajæ, pag. 189. & alibi paſſim.

d. Ἔνσαρκος οἰκονομία, à Theophylacto in Cap. I. Johannis: à Maximo, Cent. IV. de Charitate, Cap. LXXVII. ab Oecumenio in Cap. I. ad Epheſios, pag. 619. ab Epiphanio, hæreſi LI. pag. 188. ab Euſebio, Demonſtrat. Evangel. lib. VII. pag. 194. à Chryſoſtomo Homil. CV. tom. V. pag. 682. ab Athanaſio, tom. I. pag. 225. à Theodoreto in Cap. I. Ezechielis, pag. 315. & ab aliis frequentiſſimè. Phavorinus: Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία.

e. Ἔνσαρκος καὶ θεία οἰκονομία, à Chryſoſtomo, Homil. CV. tom. V. pag. 681.

f. Οἰκονομία τοῦ λόγου. *Incarnatio Verbi*, ab autore Expoſit. Fidei apud Juſtinum Mart. pag. 177.

g. Οἰκονομία τῆς σαρκώσεως, à Baſilio Cæſarienſi, epiſt. XLV.

h. Οἰκονομία τῆς σαρκός, à Chryſoſtomo Homil. XXXI. in Johannem: Δυνατὸς μὲν ἦν ἐπελθόντας ἐπισχεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν, ὥστε μὴ ἀπιστεῖσθαι τῆς σαρκὸς τὴν οἰκονομίαν. *Potuiſſet omnino* Chriſtus *invaſores ſuos reprimere, ſed noluit id ſemper facere, ne Incarnationis veritas in dubium vocaretur.*

i. Ἀνθρωπίνη οἰκονομία, à Chryſoſtomo Homil. CII. tom. V. pag. 664. Οὔτε ἐπιδημήσας τῇ γῇ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην οἰκονομίαν, τοὺς οὐρανοὺς ἐκένωσε τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας, οὔτε νῦν ἀναληφθεὶς κατὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἀνάληψιν, τὴν γῆν ἔρημον κατέλιπε τῆς ἰδίας ἐπιστασίας. *Neq; cùm in terram veniſſet ſecundùm incarnationem, dignitate ſua cœlos exinanivit, neque nunc aſſumtus ſecundùm aſſumtam carnem, terram ſuæ curæ vacuam reliquit.*

k. Πολυύμνητος καὶ σωτήριος οἰκονομία, *laudatiſſima & ſalutaris Incarnatio.* Chryſoſtomus Homil. CVI. pag. 689. Τὸ εὐαγγέλιον εὐαγγελίζεται ἡμᾶς τὴν πολυύμνητον τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώποις ἐγένετο διὰ φιλανθρωπίαν, οὐ τὴν προαιώνιον ἀξίαν προαποθέμενος, ἀλλὰ τὴν σωτήριον οἰκονομίαν ἐνδυσάμενος. *Evangelium nobis annunciat laudatiſſimam Salvatoris incarnationem, quod Deus inter homines, ob bonitatem ſit verſatus, dignitatem, quam ante ſecula habebat, non deponens, ſed ſalutarem incarnationem induens.*

l. Ἡ τῆς ἐνσάρκου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παρουσίας οἰκονομία, in Actis Synodi Nicænæ, pag. 5. In hac materia οἰκονομίαν vertimus *incarnationem*, non, ut ab aliis minùs rectè factum obſervamus, *diſpenſationem*, vel *adminiſtrationem*, vocibus ad hoc myſterium exprimendum minùs aptis. Nec tamen quis exiſtimet, nos etiam extra hanc materiam hanc vocem ſic interpretandam velle. Ineptum enim prorſus, quando *de Spiritu ſancto* uſurpatur, vel *de providentia Dei*, *incarnationem* interpretari. Sic, quando Cyrillus Alexandr. in Theſauro ſuo, Aſſert. XXXIV. pag. 343. de Spiritu S. ſic ſcribit, Ὅλον τέλειον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ οὐδὲν ἀτελὲς ἐν αὐτῷ· κἂν γὰρ φέρηταί τινα περὶ αὐτοῦ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς, ὑπεμφαίνοντά τι τοιοῦτον, τῆς οἰκονομίας ἕνεκα τῆς δι' ἡμᾶς εἰρῆσθαι δώσομεν; Sine ulla ratione cum interprete vertas, *propter incarnationem noſtra de cauſſa ſuſceptam dicta eſſe cenſebimus.* Οἰκονομία namque hoc loco, cùm de Spiritu S. ſit ſermo, nihil minùs quàm incarnationem ſignificat. Totus ergo locus ſic vertendus: *Perfectus eſt Spiritus ſanctus, nec quicquam in eo imperfecti eſt: etiamſi enim quædam divinæ Scripturæ de eo habeant, quæ tale quid ſubinnuunt, ea propter diſpenſationem quandam & condeſcenſum propter nos factum, dicta cenſebimus.*

IV. Tandem οἰκονομία *non tantùm incarnationis, ſed etiam totius redemtionis myſterium, & paſſionis Chriſti ſacramentum denotat.* Epiphanius hæreſi LXIX. quæ eſt contra Ariomanitas, hoc ſenſu uſurpat, quando ſcribit: Ὁ ἀπόστολος δὲ γράφων, ἵνα δείξῃ, μηδὲν ἄνευ θελήματος πατρὸς ἐν τῇ τῆς σωτηρίας οἰκονομίᾳ γεγενῆσθαι, ἔφη, ὁ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. *Apoſtolus verò, ut demonſtraret, nihil in ſalutis noſtræ myſterio ſine Dei voluntate factum eſſe, dixit, Deus ſuſcitavit illum è mortuis.* Et paulò pòſt: Διὰ τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν, τὴν εὐδοκίαν Πατρὸς σημαίνων ὁ ἀπόστολος, ἔφη. *Et ob hanc redemtionis noſtræ rationem, Patris voluntatem ac decretum ſignificare volens Apoſtolus, dixit.* Ita Baſilius M. Epiſt. CXLI. pag. 927. Πρόκειται γὰρ αὐτῷ τελειώσαντι τὴν οἰκονομίαν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἐπιτρέψαι αὐτοῖς κηρύσσειν αὐτὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. *Propoſitum enim illi erat, poſt abſolutum redemtionis myſterium, ac reſurrectionem à mortuis, inq; cœlos aſſumtionem, tum demum mandare illis, ut prædicarent, ipſum eſſe Jeſum Chriſtum.* Theodoretus θεραπευτ. ſerm. X. tom. IV. pag. 641. Ἐνανθρωπήσας, καὶ τὴν οἰκονομίαν τελέσας, εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τοὺς ἀποστόλους ἐξέπεμψεν. *Homo factus, & toto ſalutis noſtræ myſterio perfecto, in totum terrarum orbem Apoſtolos emiſit.* Chryſoſtomus in Pſal. CXIII. Ὁ μονογενὴς τὴν οἰκονομίαν τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ φρικτὴν ἐπλήρωσεν. *Unigena admirabile illud & tremendum redemtionis myſterium implevit.* Greg. Nyſſenus orat. V. contra Eunomium, tom. II. pag. 580. ἡ κατὰ τὸ πάθος οἰκονομία. *Diſpenſatio paſſionis.* Chryſoſtomus Homil. LXXXI. in Matth. de Juda proditore: Οὐκ ἐγένετο ὑπηρέτης οἰκονομίας. *Nihil ad redemtionem noſtram contulit.* Baſilius de humana Chriſti generatione, Homil. XXV. tom. I. pag. 587. de B. Virgine: Ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας διακονίαν ἐκρίθη, ἵνα καὶ ἡ παρθενία τιμηθῇ, καὶ ὁ γάμος μὴ φαυλισθῇ. Vetus interpres ineptè: *Apta conjugali officio obeundo putata.* Tu reddes: *Ad hujus diſpenſationis myſterium apta judicata eſt, ut & virginitas honoraretur, nec matrimonium contemneretur.* Baſilius Seleucienſis: Τῷ δὲ ιη' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, πληρώσας τὴν οἰκονομίαν ὁ σωτὴρ, σταυρωθεὶς καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀνελήφθη. *Anno autem decimo octavo regni ipſius, poſtquam Salvator redemtionis opus abſolviſſet, & ex mortuis reſurrexiſſet, in cœlum aſſumtus fuit. Diſpenſationem* hoc ſenſu dicit Hilarius lib. IX. de Trinitate: *Oblitus es*, inquit, *Mediatoris diſpenſationem, & in ea partum, cunas, ætatem, paſſionem, crucem, mortem?*

Οἰκονομικῶς.

Quemadmodum Deus ea, quæ κατ' οἰκονομίαν dixiſſe vel feciſſe dicitur, dicitur οἰκονομεῖν, ita eadem οἰκονομικῶς dicere vel facere pronunciatur. Quæcunque Chriſtus ignorare dicitur, ea οἰκονομικῶς ignorare dicitur. Chryſoſtomus Homil. LXXVII. in Matth. pag. 483. ad ſequentia ſcripturæ loca, Geneſ. III. 9. XVIII. 20. 21. Matth. XXIV. 3. 6. Joh. XXI. 15. XI. 34. Lucæ XX. 13. ſic ſcribit: Ἅπερ ἅπαντα ἀγνοίας ῥήματα ἦν· ἀλλ' οὐκ ἀγνοῶν ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλ' οἰκονομῶν τὰ αὐτῷ πρέποντα. Ἐπὶ μὲν τοῦ Ἀδὰμ, ἵνα αὐτὸν ἐμβάλῃ εἰς ἀπολογίαν τῆς ἁμαρτίας· ἐπὶ δὲ τῶν Σοδομιτῶν, ἵνα ἡμᾶς παιδεύσῃ μηδέποτε ἀποφαίνεσθαι πρὶν ἂν αὐτοῖς παραγενώμεθα τοῖς πράγμασιν· ἐπὶ δὲ τοῦ προφήτου, ἵνα μὴ δόξῃ ἡ πρόρρησις παρά τισι ἀνοήτοις ἀναγκαστική τις εἶναι τῆς παρακοῆς· ἐπὶ δὲ τῆς παραβολῆς τοῦ εὐαγγελίου, ἵνα δείξῃ ὅτι ὤφειλον

τοῦτο ποιῆσαι καὶ ἐντραπῆναι τὸν υἱόν. *Quæ omnia ignorantiæ verba erant: verùm hæc dixit, non quòd ignoraret, ſed ſibi convenientia ita diſpenſans. De Adamo quidem, ut eum ad excuſandum impelleret peccatum: de Sodomitis verò, ut nos doceret, à ſententia pronuncianda abſtinendum eſſe, donec rebus ipſis interfuerimus: de Propheta, ne videretur prædictio rudioribus & imperitioribus ad inobedientiam quenquam impuliſſe.* *De parabola tandem Evangelica, ut oſtenderet ipſos oportuiſſe hoc facere & filium revereri.* Vide in verbo Κρίνω, num. V. 4. ſub lit. *d.* Eodem ſenſu uſurpatur adverbium οἰκονομικῶς, & ſignificat *Non ſine myſterio & certa ratione*, & prout res, quæ geritur, poſtulat. Damaſcenus de Chriſto, lib. III. Orthod. fidei, C. XXIII. pag. 266. Εἰ καὶ οἰκονομικῶς ἑαυτὸν συνέστελλε πολλάκις, οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν καιρόν. *Etiamſi ſæpe Judæis malè cogitantibus ſe ſubduxit, quando ita myſterium futuræ paſſionis poſcebat, cujus tempus nondum veniſſe ſciebat.* Quando Chriſtus rogavit Joh. XI. 34. *ubi repoſitus ſit Lazarus*: item Marci V. 30. *à quo tactus fuerit*, id οἰκονομικῶς factum fuiſſe dicit Cæſarius, quæſt. XXX. pag. 60. Οἰκονομικῶς ἀγνοεῖν ὑπεκρίνετο, πάσης ἅμα κτίσεως γινώσκων ἀπόῤῥητα, ὅπως διὰ τῆς πεύσεως πλῆθος συνεγερθῆναι πρὸς τὴν ὑπόδειξιν, καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρηθῆναι μᾶλλον τὸ παράδοξον. *Non ſine certa ratione ſe ignorare ſimulabat, qui omnium creaturarum occulta habet cognita, ut per interrogationem turba excitaretur ad* Lazarum *oſtendendum, & ut rei novitati ipſi etiam hoſtes eò magis teſtimonium præberent.* Idem quæſt. XXXI. p. 62. de eadem quæſtione: Οἰκονομικῶς τῇ πεύσει κέχρηται. *Secundum diſpenſationem & ob certam rationem quæſtione uſus eſt.* Cyrillus Alex. in Theſauro, Aſſert. XXII. pag. 218. Ἣν ἡμέραν ἀγνοεῖν ἔφησεν οἰκονομικῶς, ἀποσώζων πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τάξιν· ἀνθρωπότητος γὰρ ἴδιον τὸ μὴ εἰδέναι τὰ μέλλοντα. *Quem diem ignorare ſe dixit ſecundùm diſpenſationem & certam rationem, ſervans rurſus ordinem naturæ humanæ convenientem: naturæ enim humanæ proprium eſt ignorare futura.*

Οἰκονόμος.

I. Οἰκονόμος eſt *propriè* is, *qui res familiares patris familias curat & adminiſtrat.* Heſychius: Οἰκονόμος, ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος. *Qui domum adminiſtrat.* Veteres Gloſſæ: οἰκονόμος, *diſpenſator, œconomus.* Unde ſic dicatur, etiam docet Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCI. lib. V. pag. 651. Οἰκονόμος εἴρηται παρὰ τὸ ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον νέμειν, ἢ παρὰ τὸ ἑκάστῳ τῶν ἐν τῷ οἴκῳ τὸ πρὸς ἀξίαν νέμειν. *Oeconomus inde dictus eſt, quòd unicuique ſuum tribuat: vel, quòd ſingulis in domo pro merito ſuum tribuat.* Adeo requiritur, ut ſit πιστὸς, *fidelis*, Lucæ XII. 42. I. Corinth. IV. 2. Ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. *Requiritur in diſpenſatoribus ut fidus quiſque inveniatur.* Ad hæc Theodoretus, pag. 136. Οὐχ ἵνα τοῦ δεσπότου τὴν ἀξίαν ἁρπάσῃ, ἀλλ' ἵνα τῷ δεσπότῃ τὴν εὔνοιαν φυλάξῃ. *Non ut Domini dignitatem rapiat, ſed ut domino benevolentiam conſervet.* Et Theophylactus, pag. 191. Ἵνα πιστὸς εὑρεθῇ, τουτέστιν, ἵνα μὴ τὰ δεσποτικὰ σφετερίζηται, ἵνα μὴ ὡς δεσπότης τὰ πράγματα μεταχειρίζηται, ἀλλ' ὡς ἀλλότρια καὶ δεσποτικὰ οἰκονομῶν· οὐκ οἰκεῖα λέγων εἶναι τὰ δεσποτικὰ, ἀλλὰ τοὐναντίον, τὰ οἰκεῖα δεσποτικά. Ut fidus inveniatur, *hoc eſt, ut herilia bona ſibi non vendicet, ut non veluti dominus res tractet, ſed veluti aliena & herilia diſpenſet: non ſua dicens eſſe, quæ heri ſunt, ſed è diverſo, quæ ſua ſunt, heri eſſe.*

II. In ordine publico οἰκονόμοι ſunt, *qui rerum publicarum curam gerunt*, rationesque reddunt acceptorum & expenſorum. De iis Ariſtoteles Polit. lib. V. Cap. XI. pag. 161. Οὕτω γὰρ ἂν τις διοικῶν, οἰκονόμος, ἀλλ' οὐ τύραννος εἶναι δόξει. *Ita ſi quis rem adminiſtret, diſpenſator, non tyrannus eſſe videbitur.* Ita Rom. XVI. 23. *Eraſtus* vocatur οἰκονόμος τῆς πόλεως. Vetus *arcarium* interpretatur. Vetus Onomaſticon: *Arcarius*, οἰκονόμος. In Pandectis dicitur *arcarius, qui publicam vel privatam aſſervat pecuniam.* In Cod. Theodoſ. *qui pecunias arcis publicis includendas reciperet, receptaſque adſervaret.* Gloſſæ Iſidori: *Arcarius, diſpenſator, actor.* Gloſſæ veteres: *Arcarius*, ὑποδέκτης χρυσοῦ. Eraſmus vertit, *quæſtor ærarii*: Beza, *procurator urbis.* Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 118. Οὐ τῆς ἐκκλησίας αὐτὸν οἰκονόμον καλεῖ, ἀλλὰ τῆς πόλεως, ὡς κηδεμονίαν τινὰ πάντως πεπιστευμένον. *Non appellat eum Eccleſiæ œconomum, ſed urbis, ut cui curatio quædam prorſus credita fuerat.* Theophylactus, pag. 159. exponit, ὁ διοικητὴς, ὁ προνοητὴς τῆς πόλεως Κορίνθου. *Gubernator, procurator urbis Corinthi.*

III. *Miniſtri & Paſtores Eccleſiæ* vocantur οἰκονόμοι μυστηρίων Θεοῦ, *diſpenſatores myſteriorum Dei*, I. Corinth. IV. 1. Notanda Theophylacti ad hæc verba, pag. 190. Οἰκονόμους ὀνομάσας μυστηρίων τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους, ἔδειξεν ὅτι οὐκ ἀνοικονομήτως πᾶσι χρὴ τὸν λόγον χορηγεῖν, ἀλλ' οἷς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ὡς δεῖ· ἄλλως τε καὶ μυστήρια ὄντα, οὐ πᾶσιν ὀφείλουσιν ἀνακεκαλύφθαι· τοῦτο γὰρ οὐ φρονίμου οἰκονόμου. Diſpenſatores myſteriorum *vocans Apoſtolos ac doctores, monſtravit quòd non omnibus ſine prudenti diſpenſatione verbum ſuppeditare oporteat, ſed quibus opus eſt, & quando convenit, & ſicut oportet: præſertim cùm myſteria ſint, non debent quibuſvis revelari: hoc enim non eſt prudentis œconomi.* Vocantur Θεοῦ οἰκονόμοι, *Dei diſpenſatores*, ad Titum I. 7. Καλοὶ Θεοῦ χάριτος οἰκονόμοι, *boni diſpenſatores gratiæ Dei*, I. Petri IV. 10. quanquam hoc potiùs ad omnes fideles referendum ſit, qui dona accepta in commodum aliorum referre debent. Vocantur Paſtores à Greg. Nazianzeno, orat. XXXII. pag. 518. τῶν ψυχῶν οἰκονόμοι, καὶ τοῦ λόγου ταμίαι. *animarum curatores & verbi promicondi*: & orat. XXXIX. οἰκονόμοι τοῦ μυστηρίου, *diſpenſatores myſterii.*

IV. Οἰκονόμοι vocantur, *quibus res Eccleſiaſticæ gubernandæ mandabantur, quique curam pauperum habebant.* De talis Oeconomi officio Iſidorus, epiſt. ad Leudefredum Epiſc. Cordubenſem: *Ad œconomum pertinet reparatio Baſilicarum atque conſtructio: actiones Eccleſiæ in judiciis vel in proferendo. Tribuit quoque accepta & rationes eorum, quæ inferuntur. Cura & agrorum, & cultura vinearum, cauſſa poſſeſſionum & ſervitiorum, ſtipendia Clericorum, viduarum & devotarum pauperum, diſpenſatio veſtimenti, & victus domeſticorum Clericorum, ſervitiorum quoque & artificum. Quæ omnia cum juſſu & arbitrio Epiſcopi ab eo implentur.* Concilium Toletanum IV. Cap. XLVIII. *Eos, quos œconomos Græci appellant, hoc eſt, qui vice Epiſcoporum res eccleſiaſticas tractant*, &c. Frequens ejus mentio. Can. II. Calched. *Epiſcopus, qui* προσβάλλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, &c. κινδυνευέτω περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμὸν, *propter pecunias promoverit œconomum, vel defenſorem, &c. ſui gradus periculum ſubeat.* Ejuſdem Concilii Can. XXV. decernit, πρόσοδον τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι, *viduæ Eccleſiæ reditum integrum apud ejuſdem Eccleſiæ Oeconomum cuſtodiri.* Omnis Eccleſia, quæ Epiſcopum habet, etiam Oeconomum habeat. Ita vult ibid. Can. XXVI. Ἔδοξε πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν, καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. *Placuit omnem Eccleſiam Epiſco-*

pum

Digitized by Google

pum habentem, habere etiam Oeconomiam de Clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas ſecundum ſententiam proprii Epiſcopi. Singulis, vel ſaltem alternis menſibus, apud arcarios rationes conficere tenentur. Balſamon in Conſtitut. Eccleſ. Collect. ex lib. I. Cod. tit. I. Δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα, ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο, λόγους ποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους, ἐπεὶ κινδυνεύουσιν. *Oportet œconomos ſingulis menſibus, aut ad ſummum pro binis rationes arcariis reddere: nam alioqui periculum incurrunt.* A cura pauperum ſic dicti. Iſidorus Peluſ. epiſt. CCLXIX. l. I. p. 73. Οἰκονόμος εἴρηται παρὰ τὸ οἰκεῖα νέμειν τοῖς πένησιν. Οἰκεῖα δὲ αὐτῶν, εἰκότως τὰ ἐκκλησιαστικά. *Oeconomus hinc dictus eſt, quòd pauperibus, quæ ipſorum ſunt, tribuat. Propria autem meritò ſunt eccleſiaſtica bona.* Κατ' ἐξοχὴν μέγας οἰκονόμος, *magnus œconomus*, qui à dextris ſacræ menſæ adſtat, cùm Antiſtes ſacrum facit; redituum & expenſarum Epiſcopalium rationem habet, & reliquæ ſupellectilis, & poſſeſſionum curam gerit, notatque res omnes, quæ ad Epiſcopatum veniunt, bisque in anno Antiſtiti rerum adminiſtratarum rationem reddit; judiciis quoque inſervit: à morte etiam Epiſcopi, uſquedum alius ſuffectus fuerit, Epiſcopatûs res adminiſtrat, primusque ſuffragium eligendo Epiſcopo dat, & quæ ex Epiſcopatu aliis ſuggerenda ſunt, diſtribuit. Ejusdem munus ita deſcribit Codinus: Ὁ μέγας οἰκονόμος, κρατῶν πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τὸ εἰσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν, καὶ οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. *Magnus œconomus omnia bona Eccleſiaſtica in ſua poteſtate habet, omnesque eorum reditus: & miniſtrat Antiſtiti atque Eccleſiæ.* Pachymerius: Μέγας οἰκονόμος, ὁ πᾶσαν οἰκονομίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἔχων. *Magnus œconomus, qui adminiſtrationem habet omnium negotiorum eccleſiaſticorum.* Alia ſuppeditat Gl. Meurſii in hac voce.

Ὀικοποιέω.

Non habent Lexica. *Domum exſtruo.* Cæſarius, Dial. I. Interrog. XXX. Ὁδοποιεῖν ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ παιδευόμεθα, καὶ οἰκοποιεῖν δι' ἐναρέτου πολιτείας, μονὴ καὶ ναὸς αὐτοῦ γινόμενοι. *Viam nos ipſos Domino parare docemur, domumque facere per ſanctam vivendi rationem, manſio & templum ipſius facti.*

Ὀῖκος.

I. Οἶκος Θεοῦ notat *Templum*, I. Timoth. III. 15. Quæ quidem appellatio cùm alibi ſæpe occurrat, alluſione procul dubio ad templum Jeroſolymitanum, hoc loco ei non opponitur, verùm Ædibus ſeu templis Gentilium ſeu Græcorum, quibus illi potiſſimùm gloriabantur. Quâ ipsâ ἀντιθέσει idem Apoſtolus II. Corinth. VI. 16. Τίς συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων: Hic igitur alluſio ad templa Gentilium eſt: ita ſcilicet apud Ethnicos pariter Templa deorum οἶκοι Θεῶν, ſeu *œci* paſſim dicebantur. Heſychius: Ναὸς, οἶκος ἔνθα Θεὸς προσκυνεῖται. *Templum; domus, ubi Deus adoratur.* Et quidem οἶκος propriè *cella, ſacellum, delubrum, ſacrarium Dei,* ubi imago ejus ſtabat: quomodo & aliâs idem Heſychius οἶκον, ὀλίγην οἰκίαν explicat. Nominatim verò D. Paulus iſtud oppoſitum voluit templo cellæque Dianæ Epheſinæ, de quo οἴκῳ Ariſtophanes quoque: ac maximè Ceneris Eleuſiniæ. Templum certè vel ſacellum, delubrum Eleuſinium, in quo myſteria agitabantur, dicitur οἶκος Ariſtidi, in orat. Eleuſinia: οἶκος μυστικὸς, Dioni Chryſoſtomo, orat. XII. ut & οἴκημα ibidem: μυστοδόκος δόμος, Ariſtophani in Nubibus: μυστικὸς σηκὸς. Straboni, lib. XIX. Οἶκος apud Scriptores Eccleſiaſticos paſſim *de Templo.* Can. V. Gangrenſis: Εἴ τις διδάσκει τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ εὐκαταφρόνητον εἶναι, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συνάξεις, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis docet domum Dei contemnendam eſſe, & conventus, qui in ea celebrantur, anathema ſit.* Zeno Veronenſis ſerm. de Pſal. CXXVI. *Conventus quidem Eccleſiarum, quos ad ſecretam ſacramentorum religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra* domum Dei *ſolita eſt nuncupare.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VIII. Cap. ult. οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο οἱ χριστιανοὶ, *domos, in quas conveniebant Chriſtiani.* Libro etiam IX. Cap. IX. οἴκους ἐκκλησιῶν οἰκοδομεῖν, *domos Eccleſiarum ædificare.* Tertullianus de Idololatria: *De adverſaria officina in domum Dei venire.* Chryſoſtomus Homil. XCV. tom. VI. Οἶκός ἐστι δεσποτικὸς ἡ ἐκκλησία. *Eccleſia eſt domus Dominica.* Aliàs vocatur οἶκος εὐκτήριος, *oratorium.* Vide in εὐκτήριος. Οἶκος προσευχῆς, ſemel atque iterum in N. Teſtamento.

II. Οἶκος eſt *lectio in Eccleſia uſitata.* Gennadus περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων, Cap. IV. Καὶ ἰδιόμελα, καὶ κοντάκια καὶ οἶκος, καὶ συναξάρια. Typicum Sabæ, C. XXXV. pag. 76, 77. Καὶ ἀναγινώσκομεν ἀπὸ τῶν οἴκων ἐξ· ἱστάμεθα ἐν εἰς τὴν ἀνάγνωσιν. οἱ αὐτοὶ δὲ οἶκοι εἰσὶ κατὰ α', β', ἤγουν κδ'. καὶ λέγονται παρὰ τοῦ ἱερέως· ἄγγελος πρωτοστάτης. καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἐξ οἴκων, πάλιν τὸ κοντάκιον. Vide Gl. Meurſii.

Ὀικουμένη.

Οἰκουμένη aliquando notat *Imperium Romanum.* Lucæ II. 1. de deſcriptione Imperii Romani ab Auguſto imperata, Ἐξῆλθε δόγμα, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Exiit edictum, ut deſcriberetur univerſus orbis.* Caſſiodorus lib. III. Var. Cap. LII. *Auguſti temporibus orbis Romanus agris diviſus, cenſuque deſcriptus eſt. Imperium mundi noſtratis,* id eſt, Romani, lib. XI. Apuleius dixit. Anonymus de hoc ipſo Auguſti edicto apud Suidam in Ἀπογραφή. Ὁ Καῖσαρ Αὔγουστος, ὁ μοναρχήσας, εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τὸν βίον, καὶ τὸν τρόπον ἐπιλεξάμενος, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῶν ὑπηκόων ἐξέπεμψε. *Cæſar Auguſtus monarcha, cùm delegiſſet viginti viros probatiſſimæ vitæ, & optimis moribus inſignes, eos in omnes ſubditorum provincias emiſit.* Apuleius in Floridorum fragmentis de Alexandro M. *Edixit univerſo orbi ſuo,* &c. Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 672. Juſtinus & Euphemia dicuntur δεσπόται τῆς ὅλης οἰκουμένης. *Domini univerſi orbis.* Ulpianus l. XVII. de ſtatu hominum; *In orbe Romano, qui ſunt ex conſtitutione Imperatoris Antonini, cives Romani effecti ſunt.* Juſtinianus lib. I. C. de raptu Virg. *Per diverſas noſtri orbis regiones ſimile ſtudium cum magna ſollicitudine adhibeant.* Idem lib. II. Cod. de jurejur. propt. calumn. *Omnis orbis, qui imperio Romano ſuppoſitus eſt.* Conſtantinus lib. I. de Eunuchis: *Si quis poſt hanc ſanctionem in orbe Romano Eunuchos fecerit.* Et ſic in libris Codicis ſæpius. Optatus Afer lib. III. *Non ergo in illius montis Sion Eſajas aſpicit vallem, ſed in monte Sion, qui eſt Eccleſia, qui per omnem orbem Romanum caput tulit.*

Ὀικουρός.

Heſychius: Οἰκουρὸς, ὁ φροντίζων τὰ τοῦ οἴκου καὶ φυλάττων· οὖρος γὰρ ὁ φύλαξ λέγεται. Οἰκουρὸς, *qui rem familiarem curat & cuſtodit: οὖρος enim cuſtos dicitur.* Suidas: Οἰκουρός. οἰκονομικὸς, ἢ οἰκοφύλαξ· οὖρος γὰρ ὁ φύλαξ. Οἰκουρός. *Rei familiaris adminiſtrandæ peritus, vel domus cuſtos. Οὖρος enim eſt cuſtos.* S. Paulus ad Titum II. 5. juvenculas uxores inter alia vult eſſe οἰκουροὺς, *domus curam habentes,* ut Vulgatus vertit: vel, *domi manentes,* ut Beza. Theophyl. conjungit οἰκουροὺς ἀγαθὰς, & interpretatur οἰκονομικὰς, *rei familiaris adminiſtrandæ peritas.* Eodem modo Oecum. p. 789. Henricus etiam

Stephanus ſcribit: *Vidi, qui vocem* ἀγαθὰς *conjungerent ei, quæ proximè præcedit, legerentq́; ablatâ* ἀποσιγμῆς *notâ,* δικουρὲς ἀγαθάς. *Malim ego,* inquit Cl. Pricæus, *disjunctim legi, &, ſi faverent MSS. codices,* φιλαγάθους *ſcribi, ut ſuprà Cap. I. 8. Imò & Clemens Alexandrinus inter alias nuptarum dotes* φιλαγαθίαν *ponit, Pædag. lib. III. Cap. VIII.* Quando autem Apoſtolus οἰκουρὲς eſſe vult, tales intelligit, quæ cum teſtudine dicant, - - Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. *Domus amica, domus optima.* Euripides Heraclidis:

> Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
> Κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων.

Uxori enim taciturnitas & caſtitas maximè convenit, & ut quieta domi maneat. Lib. XXXI. Cod. de procurat. *Mulieres vagari non poſſunt ſine contumelia, aut læſione & nota matrimonialis pudoris.* Proverb. VII. 11. Ἐν οἴκῳ δὲ οὐχ ἡσυχάζουσιν οἱ πόδες αὐτῆς· χρόνον γάρ τινα ἔξω ῥέμβεται, &c. Talis Epicharmo apud Stobæum φιλέξοδος, Theognidi περίδρομος. Artemidorus: Ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἰκουρῦσιν αἱ γυναῖκες. *Ut plurimùm mulieres domum cuſtodiunt, domi ſe continent.* Apud eundem habemus γυναῖκας οἰκουρές.

Οἰνοδυνάστης.

Lexica non habent. Iſidorus Peluſiota, quos Paulus I. Timoth. III. 8. Οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας vocat, eos appellat οἰνοδυνάστας, *vino potentes.* Verba ejus ſunt: Τί τοὺς οἰνοδυνάστας ἐρεθίζεις; *Quid vino potentes irritas?*

Οἰνοποσία.

Habent Lexica, ſed ſine Autore. *Vini potio, ſeu potatio.* Palladius in hiſt. Lauſiaca, pag. 7. Ἄμεινον ἡ μετὰ λόγου οἰνοποσία τῆς μετὰ τύφου ὑδροποσίας. *Meliùs eſt vinum cum ratione bibere, quàm aquam cum faſtu.*

Οἶνος.

Multa ſub hac voce afferri poſſent. Malumus autem brevitati ſtudere, & ſequentia tantùm conſiderare:

I. *Quinam ex hæreticis vini uſum prorſus rejecerint.* Id fecit *Tatianus*, de quo Theodoretus, hæret. fab. lib. I. Cap. XX. pag. 208. τὴν τοῦ οἴνου μετάληψιν βδελύττεται, *vini uſum reſpuit.* Id habet à Saturnilo & Marcione, ut idem ibidem refert. Pergit: Τοῦτον ἔχουσιν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάται καὶ Ἐγκρατῖται. *Hunc habent ducem, qui Hydroparaſtatæ & Encratitæ dicuntur:* de quibus ſuis vide locis. *De Marcionitis* Baſilius M. Can. XLVII. ad Amphilochium, pag. 773. Ἀποστρέφονται τὸν οἶνον. *Vinum averſantur. De Encratitis* Epiphanius, hæreſi XLVII. pag. 174. Οἶνον ὅλως οὐ μεταλαμβάνουσι, φάσκοντες εἶναι διαβολικόν· καὶ τοὺς πίνοντας, καὶ τοὺς χρωμένους, ἀνόμους εἶναι καὶ ἁμαρτάδας. *Vino prorſus non utuntur, dicentes illud à Diabolo eſſe: & bibentes, atq; utentes, ſceleratos eſſe & peccatores. Severiani* etiam ἀπέχονται οἴνου παντελῶς, *prorſus à vino abſtinent*, inquit Epiphanius, hæreſi XLV. pag. 170. Photius Biblioth. Cod. CLXXIX. pag. 404. de Agapio: Τὸν οἶνον, οἷα δὴ μεθυστικὸν, ἀποστρέφεται. *Vinum, velut ebrietatis cauſſam, averſatur.*

II. Impiæ horum ſententiæ veteres ſeſe maſculè oppoſuerunt. Can. LI. Apoſtol. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, - - ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quiſquis de Cleri numero, non ob pietatis exercitationem, ſed per deteſtationem à vino abſtinet, - - aut ſe corrigat, aut deponatur, & ex Eccleſia ejiciatur: ſimiliter & laicus.* Et Can. LIII. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου, βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus in diebus feſtorum non ſumſerit carnes & vinum, execrans, & non ob pietatis exercitationem, deponatur, ut inuſtam cauterio habens conſcientiam, multisq́; factus autor ſcandali.* Chryſoſtomus, Homil. I. ad populum Antiochenum, tom. VI. pag. 452. eos, qui dicunt, μὴ ἔστω οἶνος, ita compellat: Μὴ ἔστω μέθη· οἶνος μὲν γὰρ ἔργον Θεοῦ, μέθη δὲ ἔργον διαβόλου· οὐχ ὁ οἶνος ποιεῖ τὴν μέθην, ἀλλ' ἡ ἀσωτία ποιεῖ τὴν μέθην· μὴ διάβαλλε τοῦ Θεοῦ τὸ δημιούργημα, ἀλλὰ κατηγόρει τῆς τοῦ συνδούλου μανίας. Σὺ δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα ἀφεὶς κολάζειν καὶ διορθοῦσθαι, τὸν εὐεργετοῦντα ὑβρίζεις· ὅταν τοίνυν ἀκούσωμέν τινων ταῦτα λεγόντων, ἐπιστομίζωμεν αὐτούς· οὐ γὰρ ἡ χρῆσις, ἀλλ' ἡ ἀμετρία τὴν μέθην ποιεῖ. *Ne ſit ebrietas. Vinum enim Dei, ebrietas autem diaboli opus eſt: non vinum ebrietatem facit, ſed luxuria ebrietatem facit. Ne Dei creaturam accuſes, ſed conſervi inſaniam argue. Tu verò peccantem punire & corrigere omittens, benefactorem afficis contumeliâ. Cùm igitur quosdam hæc dicentes audierimus, iis os occludamus: non enim uſus, ſed intemperantia ebrietatem facit.* Idem, Homil. XXIX. in Geneſin: Οὐχ ὁ οἶνος πονηρὸν, ἀλλ' ἡ παρὰ τὸ δέον χρῆσις. *Non vinum eſt malum, ſed immoderatus ejus uſus.* Vide eundem fusè Homil. LVII. in Matth. pag. 369. Theodoretus in C. I. Joelis, pag. 749. Οὐ τὸ πίνειν οἶνον κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀμέτρως πίνειν ἐπιβλαβές. *Non eſt malum bibere vinum, ſed intemperanter bibere pernicioſum.* Photius loco ſuprà laudato: Οὐχ ὁ οἶνός ἐστι μεθυστικὸς, ἀλλ' ἡ ἄμετρος καὶ παρὰ τὸ πρέπον χρῆσις. *Non vinum ebrietatis cauſſa eſt, ſed immoderatus indecensq́; uſus ejus.* Chryſoſt. Homil. XCI. t. V. p. 619. Οὐ κωλύω πίνειν, ἀλλὰ κωλύω μεθύειν· οὐ γὰρ ὁ οἶνος φαῦλον, ἀλλ' ἡ ἀμετρία πονηρόν. Ὁ μὲν γὰρ οἶνος τοῦ Θεοῦ δῶρον, ἡ δὲ ἀμετρία τοῦ διαβόλου εὕρημα. *Non prohibeo bibere, ſed prohibeo inebriari: non enim vinum eſt malum, ſed intemperantia flagitioſa. Vinum namq; Dei donum eſt, intemperantia autem diaboli inventum.* Propterea Apoſtolus I. Timoth. III. 8. Diaconos non vult οἴνῳ πολλῷ προσέχειν: & V. 23. Timotheum jubet οἴνῳ ὀλίγῳ χρῆσθαι. Plutarchus quæſt. Roman. Οὐ θεμιτὸν τῷ ἱερεῖ μεθύσκεσθαι. *Nefas eſt ſacerdotem inebriari.* Tobiæ IV. 15. Οἶνον εἰς μέθην μὴ πίῃς. *Ne vinum ad ebrietatem bibas.*

Οἶστρος.

Οἶστρος, Latinè *aſilus*, ex vetuſtiſſimis Poëtarum fabulis jam olim fuit celebris. De Bellerophonte Homeri ſcholiaſtes, atque alii memorant, αὐτὸν ἐπαρθέντα ἐφ' οἷς ἔπραξε, θελῆσαι μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι, τὸν δὲ Δία μηνίσαντα, οἶστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ, ὅθεν ἐκπεσεῖν τὸν Βελλεροφόντην, *illum rerum geſtarum gloriâ elatum, voluiſſe cum Pegaſo cœlum intueri propiùs; ſed ex eo delapſum eſſe, cùm iratus Jupiter Pegaſo œſtrum immiſiſſet.* Io, Inachi filia, in vaccam ſcilicet mutata, œſtri ab irata Junone immiſſi aculeis ad extrema terrarum fuit pulſa. Hinc Sophocles, Electræ ſtatim initio, pag. 79.

> Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος οὑπόθεις, τόδε
> Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης.

Hoc eſt antiquum Argos, quo tendis; hic lucus œſtro percitæ Inachi filiæ. Vide ſcholia ad hunc locum. Virgilius lib. III. Georg.

> *Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras*
> *Inachiæ Juno peſtem meditata juvencæ.*

Vide Natalis Comitis Mytholog. lib. VIII. Cap. XVIII.

Digitized by Google

XVIII. ſed ad ipſam vocem. In genere, *οἶστρος*, *æſtrum*, vel *œſtrum*, Græcè dicitur muſcæ majoris genus, quæ non pungit poſtica parte, ut apes, veſpæ, crabrones, &c. ſed antica, id eſt, ore, vel promuſcide, ut ſanguinem exſugat. Fit autem οἶστρος ἀπὸ τοῦ οἴω, τουτέστι φέρω· ὁρμῇ γὰρ φέρεται, *à ferendo, quia cum impetu fertur.* Ita Etymologus. Indidem ὀϊστὸς, *ſagitta*, cujus ſummus eſt impetus. Latinum nomen *aſilus* ex his Virgilii Georg. III. notiſſimum:

> *Eſt lucos Silari circa, ilicibusq; virentem*
> *Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo*
> *Romanum eſt, œſtrum Græci vertere vocantes.*

Aſilus videtur dictus voce ὀνοματοποιητικῇ, à ſono, quem edit inter volandum. Alias etymologias affert Voſſius in Etymologico ſuo. Οἶστρος, *aſilus*, & μύωψ, *tabanus*, à pleriſque ſcriptoribus pro ſynonymis habentur. Hinc Plinius lib. XI. Cap. XXVIII. *Quibusdam aculeus in ore, ut aſilo, ſive tabanum dici placet.* Hieronymus in Cap. IV. Hoſeæ: *Pro lasciviente vacca LXX. tranſtulerunt παροιστρῶσαν, quæ œſtro aſiloq; percuſſa ſit, quem vulgò tabanum vocant.* Servius: *Oeſtrum Græcum eſt, Latinè aſilus, vulgò tabanus vocatur.* Ita etiam Iſidorus lib. XII. Originum. Optimæ Gloſſæ: *Tabanus*, μύωψ τὸ ζῶον, οἶστρος. Aliæ Gloſſæ: *Tabanus*, οἶστρος. Gloſſæ Philoxeni: Μύωψ, *tabanus, veſpa, aſilio.* Item: Οἶστρος, ὁ μύωψ, *tabanus, aſilio.* Heſychius: Οἶστρος, εἶδος πτηνοῦ, ὑφ' οὗ κεντιζόμεναι αἱ βόες σκιρτῶσιν, ὁ μύωψ καλεῖται. *Oeſtrum, volucris genus, quo ictæ boves ſaliunt, quod myops,* id eſt, tabanus, *vocatur.* Apollonii Scholiaſtes: Μύωψ, εἶδος μυίας κατὰ τὰς ὕλας γινόμενον, ἢ τὰς λαγόνας τῶν βοῶν ἐπικαθιζομένη δάκνει αὐτὰς, καὶ εἰς μανίαν ἄγει, ἀφ' οὗ καὶ οἶστρος λέγεται. *Myops*, ſeu tabanus, *muſcæ ſpecies vere naſcens, quæ boum ilibus inſidens eos mordet, & in furorem impellit, unde & œſtrum dicitur.* Homeri vetus Scholiaſtes ad Odyſſ. χ'. v. 300. Οἶστρος ὁ λεγόμενος μύωψ. *Oeſtrum, quod myops vocatur,* ſeu tabanus. Apollonius Argonaut. lib. III. v. 276.

> — — — οἷόν τε νέαις ἐπὶ φορβάσιν οἶστρος
> Τέλλεται, ὅν τε μύωπα βοῶν κλείουσι νομῆες.

Ut in tenera armenta aſilus incidit, quem tabanum bubulci vocant. Quis jam non exiſtimet, οἶστρον & μύωπα, *aſilum & tabanum*, idem eſſe animal? Aliter tamen ſentiunt, qui accuratiùs ſcribunt. In quo numero Philoſophus eos ſæpe diſtinguit. Ut hiſtoriæ lib. I. Cap. V. Τὰ δὲ δίπτερα ἔμπροσθεν ἔχει τὰ κέντρα, οἷον μυῖα, καὶ μύωψ, καὶ οἶστρος, καὶ ἐμπίς. *Bipennia aculeos anteterius habent, ut muſca, tabanus, aſilus, & culex.* Et lib. IV. Cap. IV. Οἱ μύωπες καὶ οἱ οἶστροι τὰ δέρματα διατρυπῶσι τῶν τετραπόδων, ὅτι τὴν ἰσχὺν τοῦτ' ἐστὶ σφοδρότατον. *Tabani & aſili quadrupedum pelles* ore *perforant, quia id robore maximè valeat.* Et Cap. VII. Καὶ οἱ μύωπες καὶ οἱ οἶστροι ἰσχυρὸν τοῦτο ἔχουσι. *Tam tabani quàm aſili illud habent firmiſſimum.* Et lib. VIII. Cap. XI. *Inſectorum, quæ dentes non habent,* inquit, *ſed ſolam linguam, alia ſunt* παμφάγα *omnivora, ut muſca: alia autem* αἱμοβόρα, καθάπερ μύωψ καὶ οἶστρος, *ſanguinis avida, ut tabanus & aſilus.* Hæc, & longè plura ſtudioſè collegit incomparabilis Bochartus, de Animalibus part. II. lib. IV. Cap. XIV. Boves autem ab aſilis & tabanis quocunque loco puncti, hoc vulnere ita afficiuntur, ut non ampliùs ſui compotes, & omni jugo excuſſo, in devia ferantur, tanquam rabie perciti. Hoc Poetæ paſſim tam graphicè deſcribunt, ut rem ipſam ob oculos ponere videantur. Loca ex Græcis & Latinis ſuppeditat idem Cl. Vir. Unum audire placet Virgilium, qui ſic de aſilo:

> *Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſylvis*
> *Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther*
> *Concuſſus, ſylvæq; & ſicci ripa Tanagri.*

Non abſimilia apud Patres reperias. Theodoretus in Cap. II. Ezechielis, pag. 318. monet verbum Græcæ verſionis παροιστρήσουσι *ſumtum eſſe* ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν, ὡς ὁ οἶστρος νεμομένας ἐλαύνει, καὶ φέρεσθαι κατὰ κρημνῶν ἀναγκάζει πολλάκις· μύας δέ ἐστιν εἶδος κέντρου παντὸς σφοδρότερον τὰς βόας ἐλαῦνον, *ex boum ſimilitudine, quos paſcentes aſilus impellit, & per præcipitia ferri ſæpe cogit: eſt autem muſcæ ſpecies, quolibet ſtimulo vehementiùs boves exagitans.* Idem, in Cap. IV. Hoſeæ, pag. 716. Οἶστρός ἐστι μυῖά τις ταῖς βουσὶν ἐπιοῦσα, καὶ τοσαύτην αἴσθησιν ἐμποιοῦσα τοῖς δήγμασιν, ὡς τὰς ὑπ' ἐκείνης νυττομένας μήτε τῶν βουκόλων ἀνέχεσθαι φωνῆς, μήτε ταῖς ἄλλαις συννέμεσθαι βουσὶν, ἀλλὰ θέειν ἁπλῶς, καὶ κατὰ κρημνῶν ἔστιν ὅτε φέρεσθαι. *Aſilus muſca quædam eſt boves invadens, quæ ſuis morſibus tantum doloris ſenſum excitat, ut ab ea ſtimulatæ neq; bubulcorum voce retineantur, neq; cum aliis vaccis paſcantur, ſed temere currant, & per abrupta interdum præcipites agantur.* Et Cyrillus Alexandr. in idem Cap. pag. 80. *Iſraëlem*, ſcribit *à grege abſcedere* ἐν ἴσῳ δαμάλεσιν αἷς ὅπερ οἶστρος ἐπιζήσειεν, ἤτοι βύτυπος, εἶδος δὲ τοῦτο ἐμπίδος δακνούσης οὐ φορητῶς, ἀποφέρει τῆς ἀγέλης, καὶ ἐξοῦ φέρεσθαι δρόμῳ παρασκευάζει λοιπὸν, ὅποιπερ ἂν τύχῃ, *ut vaccas, quibus cum inſedit œſtrum, aut aſilus; culicis verò ſpecies eſt mordentis intolerabiliter; eas ab armento abducit, & de cætero ad præcipitem curſum, quacunque via fert, incitat.* Metaphoricè, ut & hoc obiter, capitur pro ſtimulo quaſi furibundo, quo quis agitatur. Chryſoſtomus lib. de Virginitate, Cap. XVII. poſt hæc Geneſ. I. 28. Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, ſic ſcribit: Τοῦτο γὰρ ὁ καιρὸς ἀπῄτει, τῆς φύσεως μαινομένης, καὶ τὸν τῶν παθῶν οἶστρον μὴ δυναμένης ἐνεγκεῖν, οὐδὲ ἐχούσης εἰς ἕτερόν τινα λιμένα καταφυγεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ζάλῃ. *Id enim tempus poſtulabat, furente natura, ac neq; ad libidinis impetum conſiſtente, neq; in ea tempeſtate portum talium, quo fugeret, habente.* Idem, lib. III. de Sacerdotio, Cap. VI. poſtquam de dignitate Miniſterii locutus fuiſſet: Τίς ἂν οὕτως ἀθλία ψυχὴ, ὡς τοσούτων ὑπεριδεῖν ἀγαθῶν, οὐκ ἂν ποτε φαίην ἔγωγε, πλὴν εἴ τις οἶστρον ὑπομένειν δαιμονικόν. *Quis ergo tam infelici genio natus, ut tot tantaq; bona faſtidiat. Equidem neminem exiſtere talem dixerim, niſi ſi quis furiarum œſtro percitus ſit.* Apud eundem Serm. de Suſanna, οἶστρος τῆς ἀκολασίας, *œſtrum libidinis.*

Ὀκνόφιλος.

Non habent Lexica. Eſt φίλος ὄκνου, *amicus ignaviæ; ignavus.* Cyrillus Alex. lib. II. in Joh. Cap. V. pag. 194. Μανθάνωμεν, μὴ ζηλοῦν μὲν ἐκεῖνον τὸν ὀκνόφιλον οἰκέτην, διά τε τοῦτο εἰς γῆν καταχωννῦντα τὸ τάλαντον, ἐπεργάζεσθαι δὲ μᾶλλον αὐτὸ σπουδάζωμεν. *Diſcamus, non æmulari quidem ignavum illum ſervum, qui propter hoc ipſum talentum defodit in terram, ſed potiùs operam demus, ut illud lucretur.*

Ὀλεθροποιός.

Etiam hanc vocem Lexica omittunt. Eſt *exitioſus, pernicioſus, perniciem afferens.* Cyrillus Alex. in Cap. XLIX. Jeſajæ, pag. 664. dicit *Filium Dei ideò incarnatum eſſe*, ἵνα ἐκ μέσου ποιήσῃ τὴν ὀλεθροποιὸν ἁμαρτίαν, *ut è medio tolleret exitioſum peccatum.*

Ὀλιγανδρία.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Budæus dicit idem eſſe quod ὀλιγανθρωπία, *hominum penuria, paucitas raritasq; hominum.* Cyrillus Alex. in Cap. I. Sopho-

Digitized by Google

phoniæ, pag. 582. Ὀλιγανδρίας εἰς τοῦτο τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθνη παραςήσεται, &c. *Ad tantam paucitatem hominum Judæorum gentes redactum iri*, &c.

Ὀλιγογνώμων.

Vocis hujus meminerunt quidem Lexica, ſed præter Heſychii nullam aliam afferunt autoritatem. Heſychius interpretatur per ὀλίγωρος, *negligens*. Eſt etiam *ſtupidus*, *anguſto animo præditus*. Cyrillus Alex. lib. I. de Adorat. pag. 7. de Judæis dicit: Ἐλαφροὶ καὶ ὀλιγογνώμονες, καὶ πρὸς πᾶν ὅτιοῦν εὔκολοι τῶν παθῶν. *Leves ac ſtupidi, & ad omnia perturbationum genera faciles.* Idem, in Cap. XLVI. Jeſajæ, pag. 628. ad v. 5. & 6. Ὑβριςὰς ὄντας ἐλέγχει, καὶ ὀλιγογνώμονας τοὺς τῶν εἰδώλων προσκυνητὰς, καὶ εἰς αὐτὴν θείαν καὶ ἀνωτάτω φύσιν πλημμελοῦντας. *Contumelioſos eſſe arguit, & puſillo animo præditos idolorum cultores, & in ipſam divinam ac ſupremam naturam delinquere.*

Ὀλιγοδάπανος.

Non habent Lexica. *Qui parcus eſt: homo modici ſumtûs.* Palladius, hiſt. Lauſiacæ Cap. XCVIII. pag. 155. Ὀλιγοδάπανοι σφόδρα.

Ὀλιγοπαιδία.

Lexica omittunt. Eſt *paucitas liberorum*. Cyrillus Alexandrinus in Cap. XLIX. Jeſajæ, pag. 674. Μητρὸς παθούσης τὴν ἀπαιδίαν, ἤγουν ὀλιγοπαιδίαν. *Matrîs, quæ vel ſterilitatem, vel paucitatem liberorum paſſa eſt.*

Ὀλιγοσιτέω.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Pauco cibo utor, exiguo paſtu contentus ſum.* Cyrillus Alex. lib. II. adv. Julianum, pag. 45. de Gentilibus cibos quosdam faſtidientibus: Προσποιοῦνται μὲν ὀλιγοσιτεῖν ἔσθ᾽ ὅτε, καὶ τῶν ἐδωδίμων ἀποπέμπονταί τινα, δεδίασι δὲ τῶν ἐκτόπων οὐδέν. *Nonnunquam quidem ſimulant, ſe exiguo cibo contentos eſſe, & cibos quosdam faſtidiunt, ſed à nullis rebus abſurdis abhorrent.* Ὀλιγόσιτος & ὀλιγοσιτία in vulgatis Lexicis explicantur.

Ὀλιγοτιμία.

Lexica non habent. Eſt *exiguus honor, dedecus.* Cyrillus Alex. lib. II. in Joh. Cap. IV. Ταῖς ἡμετέραις ὀλιγοτιμίαις συσχηματίζεται Κύριος τῆς δόξης ὑπάρχων, ὡς Θεὸς, ἵνα καὶ εἰς τὴν βασιλίδα τιμὴν ἀναγάγῃ τὴν ἀνθρώπου φύσιν. *Noſtris dedecoribus conformatur Dominus gloriæ exiſtens, ut Deus, ut ad dignitatem regiam adducat naturam humanam.*

Ὀμβρολοχία.

Omittunt hanc etiam vocem Lexica. Significat *imbris generationem*, & legitur apud Dionyſium Areopagitam, de cœleſti Hierarch. Cap. XV. num. VI. pag. 170. κατὰ τὴν νοητὴν ὀμβροτοκίαν, *ſecundum intellectualem imbris generationem.* Eleganter Jobus, in Phyſiologiæ arcanis Theologus, Cap. XXXVIII. 28. Τίς ἐστιν ὑετοῦ πατήρ; τίς δέ ἐστιν ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου; *Quis eſt pluviæ pater? & quis eſt qui peperit glebas roris?* Reſponderent mundi ſapientes, *Jovem* eſſe, quem hanc ipſam ob cauſſam Græci vocârunt ὄμβριον καὶ ὑέτιον, Latini *Pluvium*, cui ſacra faciebant Indi, aram extruebant Athenienſes, Romani, ut Tertullianus in Apologet. refert, *Aquilicia immolabant*, Cap. XL. pag. 71. Et quidem eum ipſum, quem dixere *ſoterem Jovem*, habitum quoque fuiſſe ὄμβρων ἀρχηγὸν, *pluviæ largitorem & moderatorem*, prodit Athenæus lib. XV. ſed illos impiæ vanitatis coarguit Jerem. XIV. 22. Μὴ ἔστιν ἐν εἰδώλοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων; *Numquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant?*

Ὀμβροτόκος.

Non habent Lexica. Eſt *imbrifer, imbrem generans.* Cyrillus Alex. lib. II. in Joh. Cap. V. pag. 213. dicit, *Deum facere* ἀνίσχειν ἥλιον, ὀμβροτόκους τε ὁμοίως ἀνιέσθαι πηγὰς, *oriri ſolem, & ut imbriferi fontes reſolvantur.* Id ipſum eſt, quod Chriſtus dicit Matth. V. 45. *Ut ſitis filii Patris veſtri qui in cœlis eſt*, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Ubi à Cl. Pricæo notata vide.

Ὁμιλία.

I. Ὁμιλία eſt *converſatio, conſuetudo, congreſſus*: & peculiarius, *colloquium, confabulatio*. Sic in illo ſenario Menandri, qui à Paulo citatur I. Corinth. XV. 33. Φθείρουσιν ἤθη χρησθ᾽ ὁμιλίαι κακαί. De quo loco ſic Tertullianus lib. I. ad Uxorem, Cap. VIII. pag. 276. *Convictum atq; commercia Deo digna ſectare, memor illius verſiculi per Apoſtolum ſanctificati, Bonos corrumpunt mores congreſſus mali.* Cyprianus de ſimpl. Prælat. ita interpretatur: *Corrumpunt ingenia bona confabulationes peſſimæ.* Paulò aliter tamen dictus Tertull. lib. II. ad Uxorem, Cap. III. pag. 281. *Quis enim dubitet obliterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ: quantò magis & convictus & individuus uſus?* Utrumque ſonat τὸ ὁμιλία. Utrumque conjunxit Hermione in Euripidis Andromach.

> Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ᾽ ἀπώλεσαν,
> Αἵ μοι λέγουσαι τούσδ᾽ ἐχαύνωσαν λόγους.
> *Malarum ingreſſus me mulierum perdidit,*
> *Quæ vana in aures inſuſurrabant meas.*

Et certè in ſequiorem partem hanc plerumque conſortia commerciaque iſta multò plùs valent. Siquidem, quod de corpore obſervat Problematum autor, morbos magis quàm ſanitatem à converſantibus una attrahi, certum eſt. Ἀπὸ μὲν νόσων, inquit, ἐνίων νοσοῦσιν οἱ πλησιάζοντες· ἀπὸ δὲ ὑγιείας οὐδεὶς ὑγιάζεται. Probl. lib. VII. q. IV. & lib. XXIX. q. X. ὑγιαίνοντι συνὼν οὐδεὶς ὑγιέστερος γίνεται. *A morbidis quibusdam morbus attrahitur: à ſano morbidis ſanitas neutiquam accedit.* Itaque citiùs pecus una ſcabie affecta gregem integrum morbo affecerit & infecerit, quàm grex integer ſcabie affectam unam ſanitati reſtituerit. Juven. ſat. II.

> — — — *Grex totus in agris*
> *Unius ſcabie cadit, & porrigine porci.*

Id ipſum in animo ſolet uſu venire, ut à malorum conſuetudine mores mali faciliùs, quàm à bonorum boni concilientur. Syneſius de Provid. lib. II. p. 86. Κακία μὲν γὰρ αὐτοδίδακτον· ἀρετὴ δὲ σὺν πόνῳ κτᾶται. *Vitium enim citra opem & operam diſcitur: cùm virtus non ſine labore aliquo acquiratur.* Chryſoſtomus Orat. LVII. pag. 791. Δεινὸν γὰρ, δεινὸν συνουσία πονηρῶν. Οὐχ οὕτω ταχέως λοιμὸς ἅπτεται, καὶ ψώρα, καὶ διαφθείρει τοὺς ἀναχρωννυμένους, τοὺς τῷ νοσήματι κατεχομένους, ὡς ἡ τῶν πονηρῶν κακία ἀνδρῶν. Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Dirum quiddam, dirum eſt, inquam, malorum ſodalitium. Nec tam celeriter aut peſtis attingit, & ſcabies, & corrumpit infectos, morbo detentos, ac hominum improborum malignitas. Corrumpunt enim bonos mores conſortia prava.* Idem, Orat. XVII. in I. ad Tim. Ὥσπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα, νόσου καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἐμπιπλησιν· οὕτω καὶ οὗτοι οἱ πονηροὶ ἄνδρες. *Sicut pecudes ſcabioſæ affrictu ſuo ſanas etiam morbo eodem replent: ita planè & homines improbi iſti.* Baſilius Cæſ. Homil. *Quòd Deus non ſit autor mali*, tom. I. pag. 431. Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς νοσοποιοῖς χωρίοις, ὁ κατὰ

Digitized by Google

κατὰ μέρος ἀναπνεόμενος ἀὴρ, λανθάνουσαν νόσον τοῖς ἐνδιατωμένοις ἐναποτίθεται· οὕτως ἡ πρὸς τὰ φαῦλα συνήθεια, μεγάλα κακὰ ταῖς ψυχαῖς ἐναφίησι, κἂν τὴν παραυτίκα αἴσθησιν τὸ βλαβερὸν διαφεύγῃ. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Quemadmodum enim in peſtilentibus locis ſenſim attractus aër latentem corporibus morbum injicit: ſic etiam in prava conſuetudine ac converſatione, maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiatur.* Agapetus Capite XXIX. Λίαν συμφέρειν ὑπολαμβάνω, τὸ φεύγειν τὰς τῶν κακῶν συνδιατήσεις. Τὸν γὰρ συνόντα πάντοτε ἀνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν, ἢ μαθεῖν ἀνάγκη τι πονηρόν. *Expedire admodum arbitror, effugere pravorum contubernia. Qui enim cum hominibus improbis ſemper verſatur, eum vel pati, vel diſcere mali quid neceſſe eſt.*

II. Theologi Chriſtiani, & nominatim ex veteribus Chryſoſtomus, Baſilius, Macarius, & alii, ὁμιλίας vocant *ſermones ad cœtum habitos.* Atque ita ὁμιλία & λόγος differunt. Id docet Photius Bibl. Cod. CLXXIV. pag. 386. ubi de Chryſoſtomi Homiliis agens in Geneſin, ſic ſcribit: Ἔστι δὲ συνιδεῖν ὡς εἰ καὶ λόγοι ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν τὸ βιβλίον, οὕτω γὰρ εὗρον ἐν οἷς ἀνέγνων· ἀλλὰ μᾶλλον ἐοίκασιν ὁμιλίαις τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι ἐν πολλοῖς πολλάκις ὡς παρόντας ὁρῶν τοὺς ἀκροατὰς, οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἀποτείνεται, καὶ ἐρωτᾷ, καὶ ἀποκρίνεται, καὶ ὑπισχνεῖται, δυνάμενοι μὲν, καὶ ἄλλως ἔχοντος τοῦ λόγου, καὶ ὁ καθ' ὁμιλίαν τὰ τοιαῦτα σχηματίζειν καὶ ἐνδείκνυσθαι· ὁ μὲν ἀλλὰ συνεχῶς καὶ ἐπιμόνως τοῦτο ποιεῖν, καὶ οὐχὶ σὺν οἰκονομίᾳ τινὶ παρίστησιν ὁμιλίας αὐτὰς εἶναι· ὡμίλει δὲ ταύτας τῷ πλήθει, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐξ αὐτῶν τούτων. *Animadvertas quoque, etſi* Orationum *nomen præferant hi libri; ſic enim in iis reperi exemplaribus, quæ legi; homiliis tamen ſimiles magis eſſe, cùm cæteris rebus, tum quod ſæpenumero tanquam præſentes reſpiciens auditores, ſermonem ad eos convertit, interrogat, reſpondet, ac pollicetur. Et ut poſſit maximè alio in dicendi genere, quàm homiliarum iſto, ſimilia formare atque exhibere, quia tamen illud aſſiduè conſtanterque ſine ullo diſpoſitionis ordine ſervat, homilias illas eſſe ſatis ſuperque declarat. Habuit autem eas ad populum, ut ex ſingulis deprehendes.* Ita ὁμιλεῖν aliquando eſt *publicè populum docere.* Veteres Gloſſæ: Ὁμιλῶ, *ſermocinor.* Can. I. Ancyranus, de Presbyteris, qui immolaverunt, deinde contrà reluctati ſunt: Τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι. *Viſum eſt eos honorem quidem ſedis retinere: offerre autem illis, aut ſermonem habere, vel omnino ſacro aliquo miniſterio fungi non licere.* Hic ὁμιλεῖν, juxta Zonaram & Balſamonem, eſt διδάσκειν, *docere*, nempe publicè.

Ὄμμα.

Pauca de hac voce: reliqua in ὀφθαλμὸς videnda. Ὀξυδερκὲς ὄμμα, *acri acie præditus oculus.* Chryſoſtomus Homil. VIII. tom. V. Pariſ. pag. 124. Ὀξυδερκὲς ἔσω τὸ ὄμμα, συντεταμένη ἡ γνώμη, ἀπηλλαγμένη φροντίδων βιωτικῶν ἡ ψυχή. *Acri ſit acie præditus oculus, attentus intellectus, anima curis ſecularibus expedita.* Παντέφορον καὶ ἀκοίμητον ὄμμα, *omnia colluſtrans & pervigil oculus.* Theophanes Homil. XLVI. pag. 322. de Chriſto Matth. VIII. in navi dormiente: Σωματικῶς μὲν ἐκάθευδε, παντεφόρῳ δὲ καὶ ἀκοιμήτῳ ὄμματι ἑώρα τὸ πέλαγος τοῖς πνεύμασιν ἐρειδόμενον. *Dormiebat quidem corpore, ſed oculo ſuo omnia colluſtrante & pervigili videbat pelagus ventorum flatibus agitatum.* Τὸ τῆς διανοίας ὄμμα eſt *oculus mentis.* Cyrillus Alexandr. ad v. 1. Cap. I. Jeſajæ: Ἔοικεν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι τὰ κατὰ καιροὺς ἐσόμενα κατὰ τῆς Ἰουδαίας τεθεᾶσθαι πάθη. *Videtur beatus Propheta Jeſajas oculis mentis prævidiſſe mala, quæ Judæis eventura erant.* Et in Cap. XLIX. Jeſajæ, pag. 665. Καθαροῖς διανοίας ὄμμασι τὴν θείαν τε καὶ ἀνωτάτω περιαθρῆσαι φύσιν. *Puris mentis oculis divinam & ſupremam naturam perſpicere.* Idem, in Cap. I. Nahumi, pag. 491. Οἱ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν ὁρῶντες Θεόν. *Qui oculis mentis Deum vident.* Iidem *oculi* vocantur etiam νοητὰ ὄμματα, *intellectuales oculi.* Idem Cyrillus lib. IV. in Joh. ad Cap. VI. v. 42. pag. 343. Τοῖς νοητοῖς τῆς καρδίας ὄμμασι τὴν ἐνοῦσαν τοῖς ἁγίοις περιαθρεῖν ἀρετήν. *Intellectualibus cordis oculis inſitam ſanctis perſpicere virtutem.* De his oculis plura in Ὀφθαλμὸς, num. II. 3.

Ὀμματόω.

De hoc verbo ſic Stephanus in Theſauro: Ὀμματόω, *oculatum reddo & vigilem v. 1. ſed ſine autore & exemplo.* En verò tibi Cyrillum Alexand. Orat. de exceſſu animæ, pag. 415. Ὀμματώσωμεν εἰς νῆψιν τὴν διάνοιαν, κοιμήσωμεν λογισμοὺς ἁμαρτίας. *Acuamus animum ad ſobrietatem: ſopiamus peccati cogitationes.*

Ὁμόβουλος.

Non habent Lexica. *Ejuſdem voluntatis.* Legitur apud Theophylactum, cujus verba producimus ſub ſequenti voce. Theodorus Abucara in Dialogo ſuo, de Filio Dei: Ὅς ἐστιν υἱὸς ὁ συναΐδιος, καὶ αὐτοτελὴς, καὶ ὁμόβουλος. *Qui eſt Filius coæternus, & per ſe perfectus, & ejuſdem conſilii.*

Ὁμοδύναμος.

Ὁμοδύναμα ſunt ἰσοδύναμα, *æquè potentia, æquipollentia.* Non habent Lexica. Legitur apud Dionyſium Areopagitam Cap. IV. de div. Nominib. ſect. XI. pag. 475. ubi, Δι' ἑτέρων καὶ ὁμοδυνάμων καὶ ἐκφαντικωτέρων λέξεων διασαφῆσαι. *Aliis & æquipollentibus & explanatoriis verbis exponere.* Theophylactus in Cap. X. Joh. pag. 712. *de Filio* dicit, *eum eſſe Patri* ὁμοδύναμον ἅμα καὶ ὁμόβουλον, *ejuſdem potentiæ & voluntatis* cum Patre.

Ὁμοειδία.

Lexica non habent. Deſcendit ab ὁμοειδὴς, *ejuſdem ſpeciei, ejuſdem generis.* Legitur apud Cyrillum Alexandr. lib. I. in Joh. Cap. V. pag. 45. ubi, Ἐπειδήπερ τὰ πάντα γεγενῆσθαι δι' υἱοῦ πιστεύομεν, οὐκ ἂν αὐτὸν ἕνα τῶν πάντων νοήσωμεν, ἀλλ' ἔξω μὲν κεῖσθαι πάντων λογιούμεθα· τῆς δὲ τῶν γενητῶν ἀποδιορίζοντες φύσεώς τε καὶ ὁμοειδίας, οὐδὲν ἕτερον εἶναι λοιπὸν, ἢ Θεὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁμολογήσομεν. *Cum omnia per Filium facta eſſe credamus, non tamen ipſum unum omnium eſſe putemus, ſed extra omnia quidem eſſe poſitum cenſebimus, eumque à creaturarum natura & ſpecie ſejungentes, nihil aliud quàm Deum de Deo naturâ ſuâ eſſe fatebimur.* Et lib. II. in Joh. Cap. I. pag. 117. Ἄγγελος οἶμαι διοίσει κατ' οὐδὲν ἑτέρου ἀγγέλου, κατά γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν ἄγγελοι, δηλαδὴ διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοειδίας εἰς μίαν ἅπαντες ἀναδεσμούμενοι φύσιν. *Angelus, opinor, ab altero Angelo non differet, ratione angelicæ ſubſtantiæ, omnibus, ex eo, quòd ejuſdem ſunt ſpeciei, in unam naturam colligatis.*

Ὁμόθεος.

Ὁμόθεος, *qui pariter Deus eſt, qui unà* vel *ſimul Deus eſt, ejuſdem divinitatis conſors.* Ita Greg. Nazianzenus Orat. XLII. quæ eſt ſecunda in Paſcha, pag. 685. cùm agnum, paſchalem figuram Chriſti fuiſſe declarat, de Chriſto: Τοιοῦτον γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον ἔνδυμα ἀφθαρσίας, καὶ ὃν καὶ καλούμενοι. Τέλειον δὲ, οὐ διὰ τὴν θεότητα μόνον, ἧς οὐδὲν τελειότερον, ἀλλὰ καὶ

διὰ

Digitized by Google

διὰ τὴν πρόσληψιν τὴν χρισθεῖσαν θεότητι, καὶ γενομένην ὅπερ τὸ χρῖζον, καὶ θαῤῥῶ λέγειν ὁμόθεον. *Talis eſt enim victima pro nobis caſa, quæ incorruptionis indumentum, ut revera eſt, appellatur. Perfecta autem, non modò propter divinitatem, quâ nihil perfectius, ſed etiam propter humanitatem, divinitate delibutam, idemq; effectam, quod id à quo uncta eſt, atque, ut audacter loquar,* ὁμόθεον, id eſt, *ſimul Deum.* Hoc autem vocabulo, quo utitur de humana Chriſti natura loquens, explicare voluit unionem duarum naturarum hypoſtaticam: nihilque aliud per ὁμόθεον dicere voluit, quàm τεθεωμένον, quod alii dicunt. Atque ita explicat Damaſcenus orthod. fidei lib. III. Cap. XVII. prout in voce θεόω ex eo oſtendimus. Addimus Theophanem, qui Orat. XXXVI. pag. 256. *Τὸ πρόσλημμα ἀμέσως ἑνωθὲν τῇ θεότητι καθ᾽ ὑπόστασιν, ὁμόθεον γέγονεν, οὐ μεταβληθὲν εἰς φύσιν θεότητος· ἀδύνατον γὰρ τοῦτο παθεῖν σῶμα τὸ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀδύνατόν ἐστι τὶ τῶν κτισμάτων μεταχωρῆσαι εἰς φύσιν θεότητος· ἀλλ᾽ ἔστι μὲν θεῖον, ἐπειδὰν Θεοῦ σῶμά ἐστιν, οὐ μὴν τὴν φύσιν μετέβαλε.* *Aſſumta humanitas, immediate unita ſecundum hypoſtaſin divinitati,* ὁμόθεος, id eſt, *ſimul Deus evaſit, non in naturam divinam converſa: fieri enim nullo modo poteſt, ut hoc contingat corpori de terra ſumto; & quicquid etiam creatum eſt, fieri itidem non poteſt, ut in naturam divinitatis tranſeat. Sed divina eſt, quoniam Dei corpus eſt; naturam verò non mutavit.* Eodem modo de humana Chriſti natura locutus eſt Theophanes alius, nempe Nicænus, Epiſt. III. *Ὅθεν διὰ τὸ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ τὴν μὲν ἀπαρχὴν εἰς ἄκρον ἐθέωσε τοῦ ἡμετέρου φυράματος, ἤτοι τὸ ἴδιον πρόσλημμα ὁμόθεον ἀπεργασάμενος τοῦτο.* *Quapropter ille per ſuam Incarnationem, quæ mentem ac rationem omnem ſuperat, noſtræ maſſæ primitias ad ſummum divinitatis extulit, efficiens nempe id, quod à ſe fuerat aſſumtum, ſuæ divinitatis conſors.*

Ὁμόθρονος.

Non habent Lexica. *Ejuſdem throni conſors.* Uſurpant hanc vocem Patres, ut demonſtrent, Filium & Spiritum S. in divinis ejuſdem autoritatis eſſe cum Patre. Cyrillus Alex. in Cap. XLIX. Jeſajæ, pag. 656. *Ἔστι Θεὸς ὁ λόγος ἰσοκλεὴς, καὶ ὁμόθρονος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, συνυπάρχων δὲ καὶ συναΐδιος.* *Eſt Deus Verbum ejuſdem gloriæ & throni particeps cum Deo & Patre, ſimul cum eo exiſtens & ſimul æternus.* Oecumenius in II. Corinth. III. pag. 518. *Κύριος τὸ πνεῦμα, καὶ ὁμόθρονον, καὶ ὁμοπροσκύνητον, καὶ ὁμοούσιον πατρὶ καὶ υἱῷ.* *Spiritus eſt Dominus, ejuſdem throni, ejuſdem adorationis, ejuſdem eſſentiæ cum Patre & Filio compos.*

Ὁμοιοτύπωτος.

Non habent Lexica. Eſt *ſimili forma expreſſus,* & legitur apud Dionyſium Areopag. de cœl. Hierarch. Cap. II. num. III. pag. 18. *Εἰς τὰς τιμιωτέρας ἱεροπλασίας, εἰκός ἐστι καὶ πλανηθῆναι, χρυσοειδεῖς τινὰς οἰομένους εἶναι τὰς οὐρανίας οὐσίας, καὶ φωτοειδεῖς τινὰς ἄνδρας, καὶ ἐξαστράπτοντας, εὐπρεπεῖς, ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα φανήν, καὶ τὸ πυρῶδες ἀβλαβῶς ἀποστίλβοντας, καὶ ὅσαις ἄλλαις ὁμοιοτυπώτοις μορφαῖς ἡ θεολογία τοὺς οὐρανίους ἐσχημάτισε νόας.* *In nobilioribus formis effingendis credibile eſt errare aliquos, qui exiſtiment eſſe naturas cæleſtes ſpecie quadam aurea, viros quosdam micantes, fulgore decoros, veſtitu ſplendido amictos, igneum quiddam innoxiè vibrantes, & quæcunque alia ejusmodi forma ſunt, quibus Theologia cæleſtes mentes figuravit.*

Ὁμοκοίλιος.

Non habent Lexica. *Ejuſdem uteri.* Chryſoſtomus quodam in loco dicit, *παῖδες γνήσιοι καὶ ὁμοκοίλιοι,* *fratres germani & uterini.* Vocantur aliàs ὁμομήτριοι & ὁμονήδυοι, ὁμογάλακτοι item & ὁμογάστριοι. Suidas: Ὁμονήδυος, ἀδελφὸς γνήσιος. *Uterinus frater: frater germanus.*

Ὁμολογέω. Ὁμολογία.

I. Ὁμολογεῖν, *confiteri* ſumitur pro, *agnoſcere, palàm dicere, affirmare, teſtari, declarare.* Veteres Gloſſæ: Ὁμολογῶ, *fateor, confiteor, profiteor.* Hoc ſenſu accipitur Matth. VII. 23. Τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς. *Tunc profitebor eis,* id eſt, manifeſtè declarabo. Cap. X. 32. *Πᾶς ὅς τις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου.* *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Ita Lucæ XII. 8. Patres in locutione ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, neſcio quæ myſteria quærunt, exiſtimantes ἐν ἐμοὶ propterea addi, ut indicetur, hanc confeſſionem gratiæ divinæ, non viribus humanis eſſe adſcribendam. Ita enim Chryſoſtomus Homil. XXXIV. in Matth. pag. 236. *Οὐκ εἶπεν, ἐμὲ, ἀλλ᾽ ἐν ἐμοὶ, δεικνὺς ὅτι οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν βοηθούμενος χάριτι ὁμολογεῖ ὁ ὁμολογῶν.* *Non dixit,* me, *ſed* in me, *oſtendens, non propria virtute, ſed supernâ gratiâ adjutum confiteri confitentem.* Eodem modo Theophylactus in Cap. X. Matth. pag. 56. & in Cap. XII. Lucæ, pag. 345. & Theophanes, Homil. XLI. pag. 289. At hoc εὔηθες planè, & ἄτοπον. Verum quidem eſt, nos ſine gratia cœleſti Chriſtum confiteri non poſſe: rectè enim Theophanes loco adducto: *Οὐδέν τι τῶν ἀγαθῶν κατορθῶσαι δυνάμεθα, μὴ συνεργοῦσαν ἔχοντες τῆς θείας συμμαχίας τὴν δύναμιν.* *Nihil boni præſtare poſſumus, non adjuvante divini auxilii virtute.* Inde tamen nondum ſequitur, ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, eam habere vim. Id enim ſi eſſet, quid judicandum foret de altera locutione, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ. An ergo dicemus, Chriſtum nonniſi viribus noſtris adjutum, nos coram Deo confiteri poſſe? Nihil minus. Id tamen vult Theophylactus in Cap. XII. Lucæ, ubi, *Ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ, τουτέστιν, ὑπ᾽ αὐτοῦ συνεργούμενος. Χρῄζομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς προηγουμένως τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν γὰρ χωρὶς ἐκείνου δυνάμεθα· καὶ ὁ Θεὸς πάλιν χρῄζει ἡμῶν. Ἐὰν γὰρ μὴ εὕρῃ ἐν ἡμῖν ἔργα ἄξια, οὐδὲ προσλαμβάνεται ἡμᾶς, ἢ γὰρ ἂν προσωπολήπτης εἴη.* *Confitebor & ego in illo, id eſt, ab ipſo adjutus. Opus enim & nos habemus Deo duce, ſine quo nihil poſſumus: & Deus quoque opus habet nobis. Si enim non invenit in nobis opera digna, neque nos aſſumet: alioqui perſonarum acceptor eſſet.* Quid igitur ἐν ἐμοὶ, & ἐν αὐτῷ notant? Idem quod ſimpliciter ἐμὲ, & αὐτόν. Conſtructio Hebraica eſt, cujus exemplum legitur Nehemiæ IX. 2. Hîc enim præpoſitio ἐν reſpondet Hebræo בְּ. Clemens Alexandr. Strom. IV. pag. 502. illud, ἐν ἐμοὶ, ad eos refert, qui ſunt in Chriſto, qui ei per fidem inſiti. Verba ejus ſunt: *Μόνοι ἐν αὐτῷ ὁμολογοῦσιν, οἱ ἐν τῇ κατ᾽ αὐτὸν ὁμολογίᾳ καὶ πράξει βιοῦντες· ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ, ἐνειλημμένος αὐτοὺς, καὶ ἐχόμενος ὑπ᾽ αὐτῶν.* *Illi ſoli in ipſo confitentur, qui in ea quæ eſt in ipſum confeſſione & actione vivunt, utpote quòd & ipſe iis implicetur quæ confitetur, & ab iis teneatur.* At hîc rurſus ſuperior redit difficultas. Pergimus ad alia loca. Joh. I. 20. de Johanne Baptiſta: *Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν.* *Et confeſſus eſt, & non negavit: & confeſſus eſt.* Id eſt, palàm dixit & teſtatus eſt: Οὐκ ἀπέκρυψε τ᾽ ἀληθὲς, *non abſcondit veritatem;* ut exponit Apollinarius in Catena in Joh. pag. 42. Ad Titum I. 16. *Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται.* *Profitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Theodoretus ὁμολογοῦσιν interpretatur

tatur per ἰσχυρίζονται, *affirmant.* Ita Photius Cod. CLXXIX. pag. 403. de Agapio: Χριϛὸν χείλεσι μὲν τιμᾷν ὁμολογεῖ, ἔργοις δὲ καὶ δόξαις οὐδ᾽ ἔϛι λόγος παραϛῆσαι, ὅσον βλασφημεῖ. *Chriſtum quidem ore ſe confiteri fingit, factis tamen ipſis & opinionibus, quantum verbis exprimi haud poteſt, blaſphemat.* Huc pertinet phraſis ὁμολογεῖν Χριϛὸν, *confiteri Chriſtum,* ad Romanos X. 10. Ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ ϛόματί σου κύριον Ἰησοῦν, &c. καρδίᾳ γὰρ πιϛεύεται εἰς δικαιοσύνην, ϛόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. *Si confitearis ore tuo Dominum Jeſum,&c. Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.* Ad hæc Theodoretus, pag. 83. in hanc Epiſt. Ἀμφοτέρων γὰρ χρεία, καὶ πίϛεως ἀληθοῦς καὶ βεβαίας, καὶ ὁμολογίας σὺν παῤῥησίᾳ γινομένης, ἵνα καὶ ἡ καρδία κοσμῆται τῷ ἀναμφιβόλῳ τῆς πίϛεως, καὶ ἡ γλῶττα λαμπρύνηται ἀδεῶς κηρύττουσα τὴν ἀλήθειαν. *Utrumque enim opus eſt, & fide vera ac firma, & confeſſione libera, ut & cor fidei ornetur certitudine, & lingua celebretur intrepidè veritatem prædicans.* Et Theophylactus pag. 102. 103. in Cap. X. ad Romanos: Δεῖται ἡ καρδία τοῦ ϛόματος. Τί γὰρ ὄφελος πιϛεύειν μὲν κατὰ ψυχὴν, μὴ ὁμολογεῖν δὲ ἐνώπιον ἀνθρώπων; ἡ μὲν γὰρ κατὰ διάνοιαν πίϛις δικαιοῖ· ἡ δὲ παντελὴς σωτηρία ἐν τῇ ὁμολογίᾳ κεῖται. Τότε γὰρ διαλάμπει ἡ πίϛις, καὶ πλείονες ὠφελοῦνται. Δεῖται μέντοι καὶ τὸ ϛόμα τῆς καρδίας· πολλοὶ μὲν γὰρ ὁμολογοῦσι ϛόματι Χριϛὸν καθ᾽ ὑπόκρισιν· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ αὐτοῦ. *Cor ipſum ore indiget. Quid enim prodeſt credere quidem in animo, non confiteri autem coram hominibus? Fides enim mentis juſtificat quidem; cæterùm perfecta ſalus in confeſſione ſita eſt. Tum enim effulget fides, adeoque plures adjuvantur. Eget autem & os ipſum corde. Siquidem multi ore confitentur Chriſtum ſimulatè: cor autem eorum procul abeſt ab eo.* Ὁμολογία εἰς Χριϛὸν, eſt *confeſſio Chriſti.* Chryſoſtomus Orat. in Ignatium: Ὑπὲρ ὁμολογίας τῆς εἰς Χριϛὸν καινός τις αἰχμαλωσίας ἐπενοεῖτο τρόπος. *Propter confeſſionem in Chriſtum novus captivitatis modus excogitabatur.* Διὰ θανάτου ὁμολογεῖν, *per mortem confiteri,* id eſt, mortem pro veritatis confeſſione ſubire. Clemens Alex. Strom. IV. pag. 481. dicit, hæreticos quoſdam docuiſſe, Φονέα εἶναι αὐτὸν ἑαυτοῦ, καὶ αὐθέντην, τὸν διὰ θανάτου ὁμολογήσαντα, *eum eſſe ſui occiſorem & ſibi mortem conſciſcere, qui per mortem fuerit confeſſus.* Ex eorundem cenſu ſunt Eſſæi, vel Oſſeni, qui docuerunt, licere tempore perſecutionis ore Deum abnegare. De iis Epiphanius hæreſi Oſſenorum, pag. 23. *Dicebant,* μὴ εἶναι ἁμαρτίαν, εἰ καὶ παρατύχοιεν εἴδωλα προσκυνῆσαι καιρῷ ἐνεϛῶτος διωγμοῦ, ἐὰν μόνον ἐν τῇ συνειδήσει μὴ προσκυνήσῃ, καὶ εἴ τι δ᾽ ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ϛόματι, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μὴ, *non eſſe peccatum, etiamſi quis, inſtante perſecutione, idola adoret, dummodo in conſcientia non adoret; & ſi quod ore fuerit profeſſus, corde non profiteatur.* Vide etiam in verbo Μαρτυρέω. Eodem referri poteſt ὁμολογία, quæ fit in Baptiſmo, & ſatis explicatur in Ἀποτάσσομαι. Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hierarchia, Cap. VII. Sect. ult. pag. 362. Ὁ ἱεράρχης ἀπαιτεῖ τὰς ἀποταγὰς ὁμολογῆσαι, καὶ τὰς ἱερὰς ὁμολογίας. *Antiſtes jubet profiteri abrenunciationes ſacrasque profeſſiones.* Ammonius in Catena in Johannem, ad v. 15. 16. 17. Cap. XXI. p. 470. 471. Ἀναζωπυρῆσαι αὐτὸν βουλόμενος ἐκ τῆς κατὰ τὴν ἄρνησιν ῥᾳθυμίας, ἐρωτᾷ αὐτὸν, καὶ διὰ τῆς τριῶν ἐρωτήσεων, καὶ καταθέσεων, ἐξαλείφει τὰς τρεῖς φωνὰς τῆς ἀρνήσεως, καὶ διὰ λόγων ἐπανορθοῖ τὰ ἐν λόγοις γενόμενα πταίσματα. Ἔθος δὲ γέγονεν ἐκ τούτου, τρεῖς ὁμολογίας ἀπαιτεῖσθαι τοὺς μέλλοντας βαπτισθῆναι. Corderius interpretatur: *Volens illi, nempe Petro, torporem negationis excutere, interrogat ipſum, & per trinam interrogationem, atque animi demiſſionem, trinam obliterat negationem, & verbis emendat, quæ verbis peccârat. Hinc autem orta conſuetudo, trinam à baptizandis exigendi confeſſionem.* Eundem locum adducimus in verbo Ἀποτάσσομαι, ſub finem num. I. ubi ſimul monemus, καταθέσειν nihil minùs ſignificare, quàm *animi demiſſionem.*

II. Ὁμολογεῖν ſignificat *laudare, celebrare, glorificare, gratias agere:* idque, juxta Piſcatorem, per ſynecdochen generis Hebraicam: nam qui aliquem celebrant, illi confitentur, vel potiùs profitentur res præclarè ab eo geſtas, vel beneficia ab eo accepta. Sic ad Hebræos XIII. 15. *Per illum Deo ſemper offeramus victimam laudis, hoc eſt, fructum labiorum* ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, *celebrantium nomen ejus.* Facilè intelligitur, ὁμολογεῖν hic ſignificare *celebrare, laudare.* Ponit Apoſtolus duo ἰσοδύναμα, ut ex vocula, τουτέϛιν, apparet. Θυσία αἰνέσεως autem, & καρπὸς χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, non poſſunt ἰσοδύναμα eſſe, niſi ὁμολογούντων ſignificet *celebrantium.* Hinc etiam ὁμολογία τῆς χάριτος, eſt *gratiarum actio.* Theodoretus Θεραπευτ. Serm. VIII. Οἱ τῆς ἐκεῖθεν τετυχηκότες, τὴν τῆς χάριτος ὁμολογίαν προσφέρουσι. *Qui ſoſpites redierunt, gratias agunt, acceptum beneficium confitentes.* Verbum Ἐξομολογέομαι frequentiùs hoc ſignificatu uſurpatur; ut ſub eo, num. I. expoſuimus.

Ὁμολογησία.

Non habent Lexica. Idem eſt quod ὁμολογία, *confeſſio.* Cyrillus Alexandr. in Cap. XIII. Jeſajæ, p. 224. Πεποιήμεθα δὲ καὶ τῆς ὀρθῆς πίϛεως τὴν ὁμολογησίαν. *Edidimus autem fidei etiam rectæ confeſſionem.*

Ὁμολογητής.

Hæc vox duplici modo ſumitur apud Scriptores Eccleſiaſticos.

I. *Latè* ὁμολογηταὶ, *Confeſſores* dicuntur, qui nihil pro nomine Chriſti perpeſſi, ſola vitæ ſanctitate Chriſtum confitentur; atque adeò omnes ferè Chriſtiani. Balſamon ad Can. Apoſtol. LXII. pag. 265. Ὁ τῆς ἐκκλησίας νόμος, ὁμολογητὰς τῆς πίϛεως θέλει πάντας εἶναι τοὺς ὀρθοδόξους. *Lex eccleſiaſtica vult omnes orthodoxos eſſe fidei confeſſores.* Cyprianus Epiſt. VII. ſeu lib. I. Epiſt. V. quæ eſt ad Rogantium, & cæteros Confeſſores, pag. 17. *Qui pacifica, & bona, & juſta ſecundum præceptum Chriſti loquitur, Chriſtum quotidie confitetur.*

II. Ὁμολογηταὶ, *Confeſſores* appellantur *ſtrictè,*

1. *qui tormenta propter Chriſtum patiuntur.* Autor libri de duplici martyrio, qui Cypriano tribuitur, *Eccleſia Confeſſores appellat eos, qui conſtanter in cruciatibus profeſſi ſunt nomen Domini Jeſu, parati mortem oppetere, vel potiùs martyrii ſupremam coronam ambientes.* De talibus vide in voce Μάρτυς, num. III. 2. Adde Sozomenum lib. I. Cap. X. p. 13. b. Πλεῖϛοι τῶν ὁμολογητῶν τῷ βίῳ περιόντες, τὰς ἐκκλησίας ἐκόσμουν. *Multi Confeſſores adhuc ſuperſtites, Eccleſias ornabant.* Paulò poſt: Ἐγένετο δὲ Παφνούτιος καὶ Μάξιμος ἐξ ἐκείνων τῶν ὁμολογητῶν, οὓς Μαξιμῖνος ἐν τοῖς μετάλλοις ἐργάζεσθαι κατεδίκασε, τοὺς δεξιοὺς αὐτῶν ἐκκόψας ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς ἀριϛερὰς ἀγκύλας ἀποτεμών. *Erat autem Paphnutius & Maximus ex illorum Confeſſorum numero, quos Maximinus in metalla damnavit, poſtquam dextros eis oculos eruiſſet, & ſiniſtros amputaſſet cubitos.* Rufinus etiam Maximum vocat *Confeſſorem,* qui ſub Maximino dextrum oculum & lævum poplitem excisus erat. Optatus Afer, lib. I. *Confeſſores* vocat, *qui poſt fidei confeſſionem, licèt corpore debilitati, vivebant tamen.* Pacianus: *Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in Confeſſorum grege paſſus eſt, & ſæpe confeſſus iteratis perſecutionibus, & multa laceratione vexatus, & noviſſimè ſalutari calice propinatus eſt.* Hos Tertullianus lib. ad Martyras, initiò, pag. 190. *Martyras deſignatos* appellat.

Digitized by Google

2. *qui ſemel coram Magiſtratibus erant confeſſi.* Id manifeſtè docet Victor Uticenſis ſub finem lib. I. perſecutionis Vandalicæ. Pacianus: *Habes ejus epiſtolas, quibus Cornelium, Urbis Epiſcopum, cui tunc Novatianus inviderat, inimicis Principibus reſiſtentem, ſæpe confeſſum, ſæpe vexatum refert.*

Ὁμολογουμένως.

Ὁμολογουμένως eſt *omnium confeſſione, manifeſtè, citra controverſiam, indubitanter, liquidò, profectò.* Veteres Gloſſæ: Ὁμολογουμένως, *ſanè; verò, confeſſò.* Idem proinde eſt cum ἀναντιῤῥήτως, ἀναμφιβόλως, ἀναμφηρίστως, οὐ ζητουμένως, ut explicat Chryſoſtomus, ἀναμφίβολον γάρ ἐστιν, *abſque ulla quæſtione; indubitatum enim eſt.* Pro eodem aliàs dicitur ὁμολόγως, quod Heſychius explicat per συμφώνως, *concorditer, communi conſenſu.* Cleanthes apud Clementem Alexand. Strom. II. pag. 416. ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, *naturæ convenienter vivere.* Ipſe Clemens, Strom. III. pag. 466. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τὰ πεπλανημένα ὁμολογουμένως ἦλθε. *Sed certum eſt, Dominum quoque veniſſe ad ea, quæ aberraverunt.* Plutarchus in Ageſilao: Καὶ μέγιστος μὲν ἦν ὁμολογουμένως. *Et omnium quidem confeſſione maximus erat.* Hæc autem vox, ut obſervat doctiſſimus Gothofredus, ab Apoſtolo I. ad Timoth. III. 16. ſecretiore ſenſu fineque poſita eſt, pro ἀξιοχρέως εἰς πίστιν; ad diſcrimen videlicet, ſeu alluſione tacitaque ἀντιθέσει ad Myſteria Gentilium, & ad ea, quæ de ſacris ſuis & religionibus Græci ſcriptores prædicabant. Enim verò, alia erant & narrabantur de his, velut, οὐχ ὁμολογούμενα. ut Diodorus quoque Siculus, lib. I. pag. 34. Περὶ τούτου τοῦ βασιλέως οὐ μόνον οἱ συγγραφεῖς οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησι διαπεφωνήκασι πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ διὰ τῆς ᾠδῆς αὐτὸν ἐγκωμιάζοντες, οὐχ ὁμολογούμενα λέγουσι. *De hoc rege;* cui *Seſooſis* nomen erat; *non tantùm ſcriptores Græci inter ſe diſſenſerunt, ſed ſacerdotes etiam Ægyptii & qui eum Ode celebrant, incerta & dubia narrant.* Alia erant ὁμολογούμενα, quæ ſcilicet εἰς τὸ μέσον ποιηταὶ καὶ λογοποιοὶ καὶ συγγραφεῖς πάντες ὑμνοῦσιν, ut ſcribit Ariſtides Orat. Eleuſinia: atque à ſacrorum interpretibus communi conſenſu tradebantur, ὁμολογεῖται, inquit Pauſanias, in Meſſen. pag. 143. ἐπὶ τῶν ἐξηγητῶν. Sic etiam Lucianus, de dea Syria duobus locis, agens de Templi cujusdam vetuſtate, varios de eo, deque dea, cui id conſecratum erat, ſermones circumferri ait, alios ſacros, alios manifeſtos, alios admodum fabuloſos, alios cum Græcis ὁμολογέοντας. Hujusmodi verò ſpeciatim ὁμολογούμενα quædam de myſteriis Eleuſiniis, quorum fides in dubium vocabatur, prodita, teſtis eſt Diodorus Siculus, lib. I. pag. 25. myſteriorum quippe Eleuſiniorum origines explicans, cùm multa de Eleuſiniis dicerentur, falsò tradita & fabuloſa, quasdam de his narrationes ὁμολογουμένας percrebuiſſe ait: γενομένων, inquit, ὁμολογουμένως αὐχῶν, &c. Ubi vides eandem vocem ὁμολογουμένως, quâ uſus Apoſtolus. Iſocrates etiam de iisdem Eleuſiniis agens, deque eorum fide, in Panegyrico, καὶ τὰ νῦν, inquit, γιγνόμενα τοῖς ὑπ' ἐκείνων (Ἑλλήνων) εἰρημένοις ὁμολογεῖ. *Et quæ nunc fiunt, cum iis, quæ ab iſtis* (Græcis) *dicta ſunt, conſentiunt.* Pauſanias etiam, non minùs quàm Diodorus, ὁμολογοῦντα, ſeu ὡμολογηκότα, ὡμολογημένα, ab iis, quæ οὐχ ὁμολογοῦντα eſſent, paſſim diſtinguit. Quod igitur Apoſtolus dicit, καὶ ὁμολογουμένως, tale eſt, ac ſi dixiſſet, veritatem eſſe certiſſimam, exploratiſſimæ fidei, omnium conſenſu receptam, probatam, conteſtatiſſimamque eventu ipſo eſſe: veriſſimum denique hoc pietatis myſterium eſſe, & verè magnum: nam ad utrumque vox hæc ὁμολογουμένως referri poteſt; & ad myſterii veritatem, & ad magnitudinem ſeu majeſtatem ejus: Non ut Græcæ religiones diſcrepabant, & erant tantùm χρόνῳ βοηθούμενα, καὶ μύθῳ κλεπτόμενα μυστήρια, *temporis præſidio ac ope fulta, & fabulis furtim obtecta myſteria,* ut Gregorius Nazianzenus loquitur Orat. XXXIX. quæ eſt εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων, pag. 625. Totius denique Eccleſiæ Chriſtianæ per totum orbem ſparſæ conſenſu ὁμολογούμενον hoc myſterium dixit Apoſtolus, utpote quod columna & ἑδραίωμα, firma ſedes, & ſubſtructio veritatis ſit: quæ utique veritas, certa, integra, communis conſtans ubique & apud omnes exiſtit: πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, inquit idem Apoſtolus I. Timoth. I. 15. & IV. 9. ὅτι ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, dicto v. 15. Ita πιστὸς λόγος I. Tim. III. 1. II. Tim. II. 11. ad Titum III. 8. quibus omnibus proſcribuntur tum inanis Philoſophorum veritas, quâ unâ cum virtute ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσιν καὶ τελειότητα perfici volebant: tum incertæ Gentilium traditiones & narrationes, Theologiaque adeò omnis Gentilitia, ſive Phyſica ea ſit, Philoſophorum ἀλλήλοις μὴ συμφωνούντων, ſive Mythica, ſive Gentilis: in quarum utique nulla Veritas collocanda: quas ideò etiam Patres paſſim proſcribunt: pariter ut eæ hic proſcribuntur duabus his vocibus, τῆς ἀληθείας, ὁμολογουμένως, quæ eodem recidunt: ſcilicet & Templum ſeu Eccleſia Dei στῦλος καὶ ἑδραίωμα Veritatis dicitur: & myſterii veritas conteſtatiſſima ὁμολογουμένη.

Ὁμουσιαστής.

Qui τὸ ὁμοούσιον defendebant, ab Hæreticis vocabantur ὁμουσιασταὶ, quaſi dicas *Conſubſtantialiſtæ,* vel *Coëſſentialiſtæ.* Apud Athanaſium, Dial. II. de SS. Trinitate, tom. II. pag. 168. dicit Anomœus ad Orthodoxum: Παρ' ὀλίγον με πείθεις, ὁμουσιαστὴν γενέσθαι. *Propemodum mihi perſuades, ut Conſubſtantialiſta fiam.* Severianus, Homil. IV. de Creatione, poſtquam docuiſſet, Hæreticos denominari à ſuis Hæreſiarchis, dicit: Ὁ Θεὸς τὴν πίστιν τῶν ἀποστόλων ἄτρωτον θέλων φυλάξαι, οὐ συνεχώρησεν αὐτοῖς ἀπὸ ἀνθρώπου ὀνομάζεσθαι· κἂν γὰρ καλῶσιν ὁμουσιαστὰς, οὐκ ἄνθρωπον ἑρμηνεύουσιν, ἀλλὰ τὴν πίστιν κηρύττουσι. *Deus volens fidem Apoſtolorum integram ſervare, iis non conceſſit, ut ab homine denominarentur: etiamſi enim appellent Conſubſtantialiſtas, non interpretantur hominem, ſed fidem prædicant.* Baſilius Cæſar. Epiſt. LXXIII. pag. 871. de Arianis: Καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ διαβάλλουσι πίστιν, καὶ ὁμουσιαστὰς ἡμᾶς ἀποκαλοῦσι· διὰ τὸ ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει τὸν μονογενῆ υἱὸν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ὁμοούσιον ὁμολογεῖσθαι. *Nicænam etiam fidem calumniantur, nosque Conſubſtantialiſtas probroſè vocant: propterea quòd in ea fide Filium Dei unigenam cum Deo ac Patre* ὁμοούσιον, hoc eſt, *ejuſdem eſſentiæ confitemur.* Vide vocem ſequentem.

Ὁμοούσιος.

I. *Explicatio vocis.* Ὁμοούσιος eſt *ejuſdem eſſentiæ, coëſſentialis.* Gregorius Thaumaturgus, Cap. II. de Fide, pag. 3. Ὁμοούσιον λέγεται τὸ ταυτὸν τῇ φύσει, καὶ τῇ ἀϊδιότητι ἀπαραλλάκτως. Ὁμοούσιον *illud dicitur, quod ejuſdem eſt naturæ & æternitatis citra ullam variationem.* Athanaſius de Definitionibus, tom. II. pag. 50. Ὁμοούσιόν ἐστι, τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἀπαραλλάκτως ὑπάρχον· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο λέγεται ὁμοούσιον, ὅτι τὴν αὐτὴν οὐσίαν καὶ δύναμιν κέκτηται. Ὁμοούσιον *illud eſt, quod ejuſdem eſſentiæ & operationis citra ullam variationem exiſtit: etenim propterea*

ὁμοούσιον

Digitized by Google

ὁμοούσιον *dicitur, quia eandem eſſentiam & potentiam obtinet.* Idem, Dial. I. de S. Trinitate, tom. II. pag. 168. Ὁμοούσιόν ἐστιν, ὃ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεται λόγον τῆς οὐσίας. Οἷον, ἄνθρωπος ἀνθρώπου οὐδὲν διαφέρει, καθὸ ἄνθρωπός ἐστιν· οὕτω καὶ Θεὸς Θεοῦ οὐδὲν διαφέρει, ᾗ Θεός ἐστιν. *Ὁμοούσιον eſt, quod eandem habet eſſentiam. Exempli gratiâ, homo nihil differt ab homine, quatenus homo eſt: ita etiam Deus nihil differt à Deo, quatenus Deus eſt.* Athanaſius Dial. II. contra Macedon. t. II. pag. 290. Τὸ ὁμοούσιόν ἐστι τὸ ταυτοούσιον. *Ὁμοούσιον ſignificat id, quod eſt ejuſdem eſſentiæ.* Athanaſius iterum lib. de Synodi Nicænæ decretis contra hæreſin Arianam: Τοῦ ὁμοουσίου ἀκούοντες, μὴ εἰς τὰς ἀνθρωπίνας αἰσθήσεις πίπτοντες, μερισμοὺς καὶ διαιρέσεις τῆς θεότητος λογιζώμεθα· ἀλλ' ὡς ἐπὶ ἀσωμάτων διανοούμενοι, τὴν ἑνότητα τῆς φύσεως καὶ τὴν ταυτότητα τοῦ φωτὸς μὴ διαιρῶμεν. *Quando audimus conſubſtantialem, nequaquam delabentes ad humanos ſenſus, partitiones & diviſiones Deitatis cogitemus: ſed tanquam de incorporalibus cogitantes, unitatem naturæ & identitatem lucis non dividamus.* Patres in Synodo Antiochena, Epiſt. ad Jovianum, apud Socratem, lib. III. Cap. XXV. pag. 227. & apud Sozomenum, lib. VI. Cap. IV. pag. 75. Τὸ τοῦ ὁμοουσίου ὄνομα ἀσφαλοῦς τετύχηκε παρὰ τοῖς πατράσιν ἑρμηνείας, σημαινούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ πατρί, οὔτε δὲ ὡς πάθους τινὸς περὶ τὴν ἄρρητον γέννησιν ἐπινοουμένου. *Vocabulum ὁμοούσιος ſolidè à Patribus explicatur, & ſignificat ex eſſentia Patris Filium eſſe genitum, eumque Patri ſecundum eſſentiam ſimilem eſſe, neq; paſſionem aliquam circa ineffabilem generationem concipiendam eſſe.*

II. *Quando hæc vox uſurpari cœperit.* Plerique prima ei incunabula oſtendunt in Synodo Nicæna. Narrat Ambroſius, l. III. de Fide, Cap. ult. Euſebium Nicomedienſem, Arianâ perfidâ dementatum, epiſtolam ſcripſiſſe, in qua leguntur hæc verba: *Si Chriſtum verbum Dei Filium & increatum dicamus,* ὁμοούσιον *cum Patre incipimus confiteri. Hæc cùm lecta eſſet in Concilio Nicæno epiſtola, hoc verbum,* inquit Ambroſius, *in tractatu fidei poſuerunt Patres, quod viderunt adverſariis eſſe formidini, ut tanquam evaginato ab ipſis gladio, ipſorum nefandæ caput hæreſis amputarent.* Sozomenus lib. I. c. XXI. pag. 19. a. dicit, in Synodo Nicæna decretum eſſe, τὸν υἱὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρί, *Filium Patri conſubſtantialem eſſe.* Socrates, lib. II. Cap. XXII. pag. 198. b. dicit, Concilium Sardicenſe fidem Nicænam confirmâſſe. *Ejus Patres* τὸν ὅρον τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ κρατύναντες, καὶ τὸ ἀνόμοιον ἐκβάλλοντες, τὸ ὁμοούσιον φανερώτερον ἐκδεδώκασι, *decretum de fide in Synodo Nicæna factum confirmantes, & vocem* ἀνόμοιος *rejicientes, conſubſtantialitatem clariùs expoſuerunt.* Idem, lib. III. Cap. XXV. pag. 227. b. refert, Acacianos ſub Joviano Antiochiæ congregatos, hanc vocem, utpote in Synodo Nicæna uſurpatam, etiam recepiſſe. Κοινῇ γνώμῃ βιβλίον συντάξαντες, καθομολογοῦσι τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κυρώσαντες, τῷ βασιλεῖ προσκομίζουσι. *Communi ſententia libellum compoſuerunt, & conſubſtantialitatem confeſſi, fidemq; Nicænam confirmantes, illum Imperatori offerunt.* Extra controverſiam autem eſt, in Synodo Nicæna hanc vocem de Filio Dei uſurpatam fuiſſe: diſertis namque verbis aſſerit, Filium eſſe Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, ὁμοούσιον τῷ πατρί, *Deum ex Deo, lumen ex lumine, conſubſtantialem Patri*: interim tamen inde nondum evincitur, ὁμοουσίου vocem priùs fuiſſe inauditam. Eadem uſus Origenes, qui vixit anno CCXXX. in Dial. contra Marcionitas, ubi τὸν Θεὸν λόγον dicit eſſe ὁμοούσιον. Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, qui claruit anno Chriſti CCL. ac proinde centum ferè ante Synodum Nicænam annis, ea uſus eſt. Patet ex Athanaſio, de decretis Concilii Nicæni, t. I. p. 274. qui ex dicti Dionyſii epiſtola, ad Dionyſium, Epiſcopum Romanum, hæc affert: Καὶ δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα, ἐν δις ἤλεγξα καὶ ὃ προφέρουσιν ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ, ψεῦδος ὄν, ὡς οὐ λέγοιμι τὸν Χριστὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο φημὶ μὴ εὑρηκέναι που τῶν ἁγίων γραφῶν, ἀλλά γε τὰ ἐπιχειρήματά μου τὰ ἑξῆς, ἃ σεσιωπήκασι, τῆς διανοίας ταύτης οὐκ ἀπᾴδει. *Et in alia epiſtola ſcripſi: ubi etiam refutavi accuſationem, quam contra me afferunt, utpote falſam, quaſi dicam, Chriſtum non eſſe conſubſtantialem Patri. Etiamſi enim dicam, hanc vocem me in Scriptura non inveniſſe, nihilominus argumentationes meæ, quas reticuerunt, ab hoc ſenſu minimè ſunt alienæ.* Idem Dionyſius in Epiſt. contra Paulum Samoſat. in Biblioth. Patrum, t. XI. pag. 277. Τὸν φύσει Κύριον, καὶ λόγον τοῦ πατρός, καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ εἰρημένον ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων. *Eum qui naturâ Dominus, & Verbum Patris, & quem ſancti Patres conſubſtantialem Patri vocaverunt.* Idem patet ex Athanaſii Epiſt. ad Africanos, t. I. pag. 937. ubi diſertè de Euſebio, Epiſcopo Cæſarienſi, qui priùs Arianis favebat, deinceps verò Synodi Nicænæ decretis ſubſcribebat: Ἔγραψε τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας, ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι. *Ad ſuos ſcripſit aſſeverando, ſe cognoviſſe, veteres quoſdam doctos & claros Epiſcopos & ſcriptores de Patris & Filii Deitate uſos eſſe voce conſubſtantialis.* Philoſtorgius etiam, hiſt. Eccleſ. lib. I. Sect. VII. p. 6. apertè fatetur, καὶ πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον καταλαβόντα τὴν Νικομήδειαν, καὶ Ὁσίῳ τῷ Κορδούβης ἐντυχόντα καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπισκόποις, συνοδικοῖς ψήφοις ἀνομολογῆσαι παρασκευάσαι ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸν Ἄρειον ἀποκηρύξασθαι, *ante Synodum quoque Nicænam, Alexandrum Alexandriæ Epiſcopum, cùm Nicomediæ verſaretur, & in Oſium Cordubæ, quique cum eo erant Epiſcopos incidiſſet, Synodicis ſuffragiis conveniſſe, de prædicando Filio Patri* ὁμοουσίῳ, *Arioque condemnando.* Hæc Philoſtorgii verba eo pertinent, ut novitatem vocis ὁμοουσίου Catholicis objiceret, & ex compacto præparatam eam in Synodum illatam exprobraret. Quàm autem vera ſit hæc narratio hiſtorica, fusè docet Cl. Gothofredus in ſuis ad hæc Diſſertationibus, pag. 21. & ſeqq. Liturgia etiam Jacobi τὸ ὁμοούσιον paſſim inculcat. Videamus aliqua exempla. Pag. 3. Σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμοουσίῳ σου πνεύματι. *Cum ſanctiſſimo, & bono, & vivifico, atq; conſubſtantiali Spiritu tuo.* Pag. 18. Καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμοουσίου πνεύματος. Pag. 25. iterum Spiritus S. vocatur τὸ ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον πνεῦμα. Pag. 33. mentio fit τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς τριάδος, *ſanctæ, conſubſtantialis & adorandæ Trinitatis.* Ibidem Θεὸς λόγος appellatur τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοούσιος. Pag. 39. ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριάς. Hæc autem non eum in finem aſſerimus, quaſi credamus, Jacobum jam ſuo tempore ὁμοουσίου voce uſum fuiſſe: ſed potiùs, ut vel inde oſtendamus, hanc Liturgiam ὕπουλον eſſe. Certè, ſi S. Jacobus toties hac voce fuiſſet uſus, Patres Nicæni, & alii in Synodis, ubi lis dirimenda erat inter ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον, facilè omnes ſedare potuiſſent turbas, productâ hac Jacobi Liturgiâ. Quanquam autem ante Synodum Nicænam ejus uſus minùs fuerit frequens, poſt eam tamen longè frequentiſſimus eſſe cœpit. Adeò enim maſculè hoc vocabulum tutati ſunt Catholici, ut illis ὁμοουσιαστῶν nomen probroſè objectaret Arianorum factio, ut in Ὁμοουσιαστής vidimus. Imo ipſi Catholici, poſt Conſtantini M. tempora ex hoc vocabulo ab Hæreticis diſtinguebantur. Vocabantur enim οἱ τῆς ὁμοουσίου πίστεως, Ariani verò, οἱ τοῦ Ἀρείου δόγ-

μάτιος, teſte Socrate, lib. II. Cap. XVI. pag. 195. b. Vocabantur οἱ τοῦ ὁμοουσίου πρεσβευταὶ, *defenſores doctrinæ de Conſubſtantialitate*, ut eſt in vita Athanaſii, in Appendice tomi II. pag. 59. Catholicorum fides vocabatur ἡ τοῦ ὁμοουσίου πίστις, Arianorum verò ἡ ἀρειανίζουσα πίστις, referente Socrate, lib. IV. Cap. I. p. 229. b. Addimus aliquot autoritates, ut probemus, & vocem, & rem ipſam à veteribus omni conatu fuiſſe defenſam. Epiphanius in Ancorato, pag. 471. Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, οὐ συνούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος, τουτέστιν, οὐκ ἔξωθεν τοῦ πατρὸς γεννηθείς. Athanaſius in Epiſt. Catholica, tom. I. pag. 571. Σύμβολον τῆς πίστεως ἡμῶν, Ὁμοούσιος ἡ Τριὰς, Θεὸς ἀληθινὸς, ἐκ Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος. Ὁ δὲ μὴ συντιθέμενος, ἀνάθεμα ἔστω. *Fidei noſtræ Symbolum eſt, Ejuſdem eſſentiæ Trinitas, verus Deus, ex Maria factus homo. Qui verò non conſentit, anathema ſit.* Meletius Sebaſtiæ Armeniæ Archiepiſcopus, in Synodo Antiochena, anno CCCLXI. ſub Conſtantio celebrata, μεγαλοφώνως ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν τριάδα ἐκήρυξε, *magna voce ſanctam Trinitatem conſubſtantialem prædicavit*; ut eſt in Libello Synodico, pag. 1185. Biblioth. Juris Canonici. Chryſoſtomus πρὸς Ἀνομοίους, tom. VI. pag. 426. Ὅτι ὁμοούσιος ὁ γεννηθεὶς τῷ γεννήσαντι, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζώων ἁπάντων καὶ ἐπὶ δένδρων τοῦτο ἴδοι τις ἄν. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, ἐπὶ μὲν φυτῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων ἀκίνητον τοῦτον μένειν τὸν νόμον, ἐπὶ δὲ Θεοῦ μόνου κινεῖν αὐτὸν καὶ ἀνατρέπειν; *Genitum gignenti conſubſtantialem eſſe, non hominum tantùm, ſed etiam omnium animalium & arborum exemplo probatur. Quomodo ergo non abſurdum fuerit, quando de plantis, de hominibus, & de animalibus ſermo eſt, hanc quidem legem manere inconcuſſam; quando verò de Deo agitur, tum demum eam tantùm movere & ſubvertere?* Ratio autem, cur Orthodoxi vocem ὁμοουσίου contra hæreticos tanto defenderint conatu, in promtu eſt. Hac enim voce jugulantur hæreſes cùm Arii, divinam eſſentiam diſtrahentis; tum Sabellii, perſonas confundentis. Ὁμοούσιον enim dicimus eum; ut jam ſuprà vidimus; *qui eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum alio.* Quando dicimus *cum alio*, diſtinctionem notamus perſonarum: ἄλλος enim δηλωτικὸν eſt τῆς ὑποστάσεως. Vide in Ἄλλος. Cùm dicimus *ejuſdem ſubſtantiæ*, unitatem aſſerimus eſſentiæ: nam ut res, quæ ſunt diverſæ prorſus ſubſtantiæ, non dicimus ὁμοουσίους, ita nulla perſona ſibi ipſi conſubſtantialis eſt. Epiphanius in Ancorato, pag. 471. hoc inculcat. Ἐὰν εἴπης τὸ ὁμοούσιον, ἔλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν. Ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, μιᾶς ὑποστάσεώς ἐστι δηλωτικὸν, ἀλλὰ καὶ ἐνυπόστατον σημαίνει τὸν πατέρα, καὶ ἐνυπόστατον τὸν υἱὸν, καὶ ἐνυπόστατον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅταν δὲ τὸ ὁμοούσιον λέγῃς, οὐκ ἀλλότριον τῆς αὐτῆς θεότητος σημαίνει, ἀλλὰ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, τὸν υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος, οὐ τρεῖς θεοὺς, &c. *Si dixeris* coëſſentialem, *ſolviſti Sabellii potentiam. Non enim unius hypoſtaſis ſignificationem habet vox* coëſſentialis; hic Græca corrupta ſunt, & pro ὅπου legendum, οὐ γὰρ, *non enim*; *ſed ſignificat & in ſubſtantia eſſe Patrem, & in ſubſtantia Filium, & in ſubſtantia Spiritum ſanctum. Cùm verò* coëſſentiale *dicis, non alienum ab eadem deitate ſignificat: ſed Deum ex Deo, Filium, & Deum Spiritum ſanctum ejuſdem deitatis: non tres deos, &c.* Athanaſius de Synodis Ariminenſi & Seleucienſi, tom. I. pag. 921. vocem ὁμοούσιος à Patribus Nicænis adhibitam eſſe dicit ὥσπερ ἐπιτείχισμα κατὰ πάσης ἀσεβοῦς ἐπινοίας αὐτῶν, *tanquam propugnaculum quoddam contra omnem impiam opinionem eorum*, nempe Arianorum. Idem Athanaſius, de Concilii Nicæni decretis, tom. I. pag. 268, 269. refert, orthodoxos, cùm Euſebianorum viderent ὑπόκρισιν, *coactos fuiſſe mentem ſuam clariùs exprimere*, λευκότερον εἰπεῖν, καὶ γράψαι, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ μόνον ὅμοιον τὸν υἱὸν, ἀλλὰ ταυτὸν τῇ ὁμοιώσει ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι σημαίνωσιν, *& ſcribere, coëſſentialem Patri eſſe Filium, ut indicarent, Filium non tantùm eſſe ſimilem, ſed eundem ſimilitudine ex Patre.* Eandem rationem adhibitæ hujus vocis repetit idem de Synodis Ariminenſi & Seleucienſi, t. I. p. 921. & in Epiſt. ad Africanos, p. 937.

III. *Quinam vocem* ὁμοούσιος *rejecerint, & cur.* Ariani, & eorum aſſeclæ adverſus ὁμοούσιον objiciebant, vocem eſſe non ſcriptam, ac proinde ab Eccleſia proſcribendam. Apud Athanaſium, lib. de Synodi Nicænæ decretis, conqueruntur Ariani, Nicænos Patres ἀγράφους λέξεις uſurpâſſe, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ὁμοούσιον. Paſcentius Accianus apud Auguſtinum, Epiſt. CLXXVIII. *flagitat anathematizari* τὸ ὁμοούσιον, *eo quòd ſcriptum in literis Dominicis minimè reperiatur.* Acacius in Synodo Seleucienſi, fidei expoſitionem obtulit, in qua inter alia hæc leguntur, referente Socrate, hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XL. pag. 212. a. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ἐθορύβησεν τὸ ὁμοούσιον, καὶ τὸ ὁμοιομούσιον ἐν τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις, καὶ μέχρι νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀρτίως λέγεται καινοτομεῖσθαι ὑπό τινων τὸ ἀνόμοιον υἱοῦ πρὸς πατέρα, τούτου χάριν τὸ μὲν ὁμοούσιον, καὶ τὸ ὁμοιομούσιον ἐκβάλλομεν ὡς ἀλλότρια τῶν γραφῶν. *Quoniam verò voces* ὁμοούσιος *&* ὁμοιομούσιος *etiam in præteritis temporibus multos turbârunt, & etiamnum turbant: atq; hoc etiam tempore à quibuſdam innovari dicitur diſſimilitudo Filii & Patris, propterea* τὸ ὁμοούσιον *&* τὸ ὁμοιομούσιον, *ut aliena à ſcriptura, rejicimus.* Synodus Syrmienſis, Ariana, celebrata anno CCCLI. ut eſt apud Sozomenum, lib. IV. Cap. VI. pag. 48. a. Περὶ οὐσίας, ἣν συσταντίαν Ῥωμαῖοι ὀνομάζουσιν, εἴτε ὁμοούσιος, εἴτε ὁμοιούσιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, παντελῶς ἀπαγορεύειν λέγειν, ὡς οὔτε ταῖς ἱεραῖς εἰρημένα γραφαῖς, οὔτε ἀνθρώπων ἐννοίαις εὔληπτα. *De eſſentia, quam Latini ſubſtantiam nominant, num ejuſdem, vel ſimilis ſubſtantiæ Filius ſit cum Patre, prorſus dicere vetat, ut quæ ſacræ literæ neq; dicunt, neq; à mente humana facilè capi poſſunt.* Epiphanius, hæreſi LXIII. pag. 360. de ſemi-Arianis: Τὸ ὁμοούσιον τέλειον ἐκβάλλουσι, δῆθεν ὡς ἀλλότριον ὂν τῆς θείας γραφῆς. *Vocem* ὁμοούσιος *prorſus rejiciunt, utpote alienam à divina Scriptura.* Eadem fuit Arianorum ſententia in Iſauria congregatorum, apud Athanaſium, tom. I. pag. 804. in Synodo Nicæna Thraciæ, anno CCCLIX. ut eſt in libello Synodico, pag. 1183. Biblioth. Juris Canonici: in Synodo Antiochena ſub Conſtantio, ibid. pag. 1184. Eadem fuit Macedonii impietas, de quo Theodoretus, hæret. fabul. lib. IV. Cap. V. pag. 238. Τὸ μὲν ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ παντελῶς ἀπεκήρυξεν, ὅμοιον δὲ κατὰ πάντα λέγειν ἐνομοθέτησε, καὶ τὸ ὁμοιούσιον ἀντὶ τοῦ ὁμοουσίου προσεπενόησε. *Conſubſtantialem quidem Patri Filium dicere omnino repudiavit, ſimilem autem per omnia dici conſtituit, &* ὁμοιούσιον, *pro* ὁμοούσιον *excogitavit.* Vide etiam in Ἀνόμοιος. Hanc autem objectionem, quòd ὁμοούσιος, vox ſit ἄγραφος, nullo negotio diluebant veteres: dicebant, nomen quidem in Scripturis non extare αὐτολεξεὶ, rem tamen in iis diſertè doceri. Athanaſius in libro de decretis Synodi Nicænæ, tom. I. pag. 270. Εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διάνοιαν ἔχουσιν. *Etiamſi non ſic in Scripturis ſint voces, ſenſum tamen ex Scripturis habent.* Cyrillus Alexandr. Dial. I. de SS. Trinitate, pag. 391. Λυπεῖ ἡ λέξις τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἔνθαπερ ἂν ὅλως ἀληθὲς ὑπάρχῃ, τὸ ἐξ αὐτῆς δηλούμενον. *De voce prorſus non laboramus, ubi illud verum eſt, quod eâ ſignificatur.* Auguſtinus, Epiſt. LXXIV. ſcribit: *Quid eſt contentioſius, quàm, ubi de re conſtat, cer-*

Digitized by Google

certare de nomine? Et Epiſt. LXXVIII. *Etſi verbum ſcriptum in Lege ipſum non invenitur, res ipſa tamen invenitur.* Illi autem ex Scriptura rem iſtam ſic deducebant: Scriptura Patrem vocat Deum, Filium Deum appellat: Scriptura dicit unum eſſe Deum: dicit ergo Patrem & Filium unum eſſe Deum, ac proinde unius ſubſtantiæ, quod eſt eſſe ὁμοουσίους.

IV. *Cùm veteres Hæretici noluerint Filium dicere Patri* ὁμοούσιον, *diſtinctè jam videndum, quæ tandem eorum fuerit ſententia.*

1. *Quidam* ἑτερούσιον, vel ἑτεροούσιον, *diverſæ eſſentiæ à Patre eſſe dicebant.* Vide in voce Ἑτερούσιος. Addimus hic ſequentia. Philoſtorgius, hiſt. Eccleſ. lib. IV. tm. XI. pag. 71. dicit eos, qui in Synodo Seleucienſi ab Aëtio & Eudoxio erant, τὸ ἑτεροούσιον ἐγγράφως, *ſcripto confirmaſſe* τὸ ἑτεροούσιον. Idem teſtatur, lib. VI. tm. V. pag. 85. ſub Conſtantio, in Synodo Nicææ coacta, τὸ ἑτεροούσιον fuiſſe ſtabilitum.

2. Alii ἀνόμοιον dicebant. Philippopoli in Thracia congregati φανερῶς τὸ μὲν ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσι, τὴν δὲ τοῦ ἀνομοίου δόξαν πανταχοῦ διαπέμποντες, *palàm quidem* τὸ ὁμοούσιον *damnant, ſententiam verò de* ἀνομοίῳ *paſſim ſpargunt:* Socrates lib. II. Cap. XX. pag. 198. b. Macedonius, ut refert Paulus, Epiſcopus Conſtantinop. in Biblioth. Photii, Cod. CCLVII. p. 1421. τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ ἀνόμοιον ἐβλασφήμει, παραγραφόμενος τὸ ὁμοούσιον, *blaſphemabat Filium Patri diſſimilem eſſe, &* ὁμοούσιον *rejiciebat.* Vide in Ἀνόμοιος.

3. Alii ὁμοιούσιον, vel ὁμοιοούσιον dicebant. Ita Euſebius, & ejus aſſeclæ: de quibus Sozomenus, lib. III. Cap. LVIII. pag. 44. b. Διαφορὰν εἰσηγοῦντο τοῦ ὁμοούσιον λέγειν, καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιον, ὅπερ ὁμοιούσιον ὠνόμαζον. Τὸ μὲν γὰρ ὁμοούσιον ἐπὶ σωμάτων κυρίως νοεῖσθαι, τὸ δὲ ὁμοιούσιον ἐπὶ ἀσωμάτων, οἷον ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων. *Differentiam introducebant inter* ὁμοούσιον, *conſubſtantiale & ſecundum eſſentiam ſimile, quod* ὁμοιούσιον *vocabant,* ὁμοούσιον *enim propriè de corporibus intelligi:* ὁμοιούσιον *verò de incorporeis, ut de Deo & Angelis.* Macedoniani apud Athanaſium, Dial. III. de SS. Trinitate, tom. II. pag. 210. dicunt: ὁμοιούσιον λέγομεν, καὶ οὐχ ὁμοούσιον. Iidem dicebant ὁμοιοούσιον eodem ſenſu, apud Sozomenum, lib. VI. Cap. XXVI. pag. 84. a. Epiphanius de Semi-Arianis, hæreſi LXXIII. pag. 360. Τῆς αἱρέσεως αὐτῶν προστάται φασίν, οὐ λέγομεν ὁμοούσιον, ἀλλὰ ὁμοιούσιον. Semi-Arianorum ergo hæc fuit ſententia. Ita autem vocati ſunt, qui nomen Arii negantes, fuco faciem ſuam, ceu perſonâ, ita velârunt, ut, veluti in comœdia, vix poſſent agnoſci. Non dicebant Filium Dei creaturam, ſeu ὅμοιον πατρὶ profitebantur, voluntate & actione, ſed non eſſentiâ. Horum principes fuerunt Baſilius Ancyranus, Georgius Laodiceæ, & Daphnes ad Antiochiam ſitæ, ſive cavæ Syriæ Epiſcopus. Vide Epiphanium dictâ hæreſi: ubi etiam argumenta Semi-Arianorum refutantur. Obſervandum autem, eorum ſententiam non uno modo fuiſſe elatam.

a. Alii dixerunt, *ſimilem imaginem per omnia Patris ſubſtantiæ Filium eſſe;* quæ Aſterii ſententia fuit, qui, referente Philoſtorgio, lib. II. tm. XVI. pag. 21. *orationibus & ſcriptis docuit,* ἀπαράλλακτον εἰκόνα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν υἱόν. Quæ quidem ſententia, ſiquidem ſincerè & ſine fraude defendatur, orthodoxa eſt. Vide in Ἀπαράλλακτος, num. II. 2. *b.* Sed aliud intendebat Aſterius, ut ex ſequentibus patet.

b. Alii docuerunt, *Filium Patri ſimilem eſſe ſecundùm ſubſtantiam,* κατ' οὐσίαν ὅμοιον. Hæc Aſterii fuit ſententia, & poſt eum Eudoxii, teſte Philoſtorgio, lib. IV. tm. IV. pag. 66. & Baſilianorum in Synodo Seleucienſi; ibid. lib. IV. tm. XI. pag. 71. Baſilii & Euſtathii, lib. IV. tm. XII. pag. 72. lib. VI. tm. I. pag. 81. Vide paulò pòſt, ſub num. 4. Antequam verò ulteriùs progrediamur, illud quoque monuiſſe juvabit, Arianos quoque, & in his Euſebium Nicomedienſem, Theognitem Nicææ, Marin Chalcedonenſem, formulæ Nicænæ ſubſcripſiſſe. Id memorat Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. VII. Sozomenus, lib. I. Cap. XX. pag. 19. a. Theodorus Mopſveſtenus apud Nicetam, theſ. orthod. fidei, lib. V. Cap. VII. Nicephorus ex Theodoreto, lib. VIII. Cap. XVIII. pag. 569. Cap. XLIII. pag. 633. Ipſe etiam Philoſtorgius, licèt Arianus, ſuo confirmat teſtimonio, Arianos Nicænæ formulæ, ſeu fidei ſubſcripſiſſe, ſic enim de eo Photius in Philoſtorgii hiſt. Eccleſ. lib. I. tm. IX. pag. 7. Ὅτι καὶ αὐτὸς συνομολογεῖ πάντας ὁμοφρονῆσαι τῷ ἐν Νικαίᾳ τῆς πίστεως ὅρῳ, πλὴν Σεκούνδου τοῦ Πτολεμαΐδος, ᾧ καὶ Θέων ὁ τῆς Μαρμαρικῆς ἠκολούθησε· τὸ δὲ ἄλλο στῖφος τῶν Ἀρειανῶν Ἐφόρων, Εὐσέβιός τέ φημι ὁ Νικομηδείας, καὶ Θεόγνις ὁ Νικαίας, καὶ Μάρις ὁ Χαλκηδόνος, καὶ ἡ ἄλλη φάλαγξ, πρὸς τὴν σύνοδον μετετάξατο. *Et ipſe* (Philoſtorgius) *fatetur, omnes fidei formulæ Nicænæ conſenſiſſe, excepto Secundo Ptolemaidis, quem & Theon Marmaricæ ſecutus fuerit: reliquam verò Arianorum Ephororum catervam, Euſebium, inquam, Nicomediæ, Theognidem Nicææ, Marin Chalcedonis, reliquamque cohortem, ad Synodum traductos fuiſſe.* Quod propterea diligentiùs notandum, quia Ariani poſtea negârunt, ſe ſubſcripſiſſe: unde ſcriptorum teſtimoniis confutandi fuerunt, ut diſcere eſt ex Theodoreto, hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. XIII. Quòd verò Ariani ſubſcripſerunt fidei Nicænæ, *id dolo* ἐν δόλῳ factum, ſub voce ſcilicet ὁμοουσίου, ὁμοιούσιον ὑποκλέψαντες, *occultantes,* ut inquit Philoſtorgius, lib. I. Cap. IX. pag. 7. Imò Nicetas, in theſauro Orthod. fidei, lib. V. Cap. VIII. notat, Philoſtorgium autorem eſſe, eorum qui fidei Nicænæ ſubſcripſerunt, alios quidem è regione chirographorum ſuorum ὁμοουσίου vocem adſcripſiſſe, alios verò, ab Euſebio inſtructos, blaſphemam ὁμοιουσίου vocem, loco ὁμοουσίου ſuppoſuiſſe. Theodoretus, lib. I. hiſt. Eccleſ. ſub initium Cap. VII. pag. 542. ait eos ὑπούλως καὶ οὐκ εἰλικρινῶς, *ſubdolè, & non ſincerè* huic formulæ ſubſcripſiſſe. Eadem Nicephorus habet, lib. VIII. Cap. XVIII. pag. 570. Politia Patrum Metrophanis & Alexandri, apud Photium in Bibl. Cod. CCLVI. pag. 1412. id factum dicit, μὴ ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὑφάλῳ γνώμῃ, *non ſincerè, ſed fictè ac ſubdolè.*

4. Alii tandem ὅμοιον dicebant. Quæſtio, *An Filius Patri dici poſſit* ὅμοιος*?* propter diſcrepantes veterum ſententias, numerari debet inter dubias & ancipites. Ad eam autem ut commodiùs reſpondere poſſimus, obſervandum, quotuplici modo τὸ ὅμοιον accipiatur. Gregorius Nyſſenus, Orat. II. contra Eunomium, tom. II. pag. 474. 475. tres hujus vocis affert ſignificationes.

a. Prima eſt: Ὅσα διαψεύδεται τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν, οὐ τὰ αὐτὰ μὲν ἀλλήλοις ὄντα, κατὰ τὴν φύσιν, παρά δέ τινος τῶν παρεπομένων τοῖς ὑποκειμένοις, σχήματος λέγω καὶ χρώματος καὶ ἤχου, καὶ τῶν ὅσα διὰ γεύσεώς τε καὶ ὀσφρήσεως καὶ ἁφῆς τὸν παραλογισμὸν ἐμποιεῖ· ἄλλα μὲν τὴν φύσιν, ἕτερα δὲ παρ' ἃ πέφυκεν εἶναι ὑποκρινόμενα, ταῦτα ὁμοίως ἔχειν ἡ συνήθεια λέγει. *Quæcunque noſtros ſenſus fallunt, cùm naturâ non ſint inter ſe eadem, ſed ab aliquo eorum quæ ſubjecta conſequuntur accidente, figurâ dico, & colore, & ſono, & quæ per guſtum & odoratum & tactum ſenſuum deceptionem ingenerant: cùm alia quidem ſint ſecundum propriam naturam: alia verò quàm quæ revera*

Digitized by Google

ſunt, eſſe ſimulentur, hæc ſimiliter ſe habere conſuetudo dicit. Vide plura de hac ſignificatione apud autorem. Poſtea de Eunomio interrogat, Ἆρα μήτι τοιοῦτον ὁμοιότητος εἶδος ἐπιθρυλλεῖ τῷ υἱῷ; ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εἰς τοῦτο παραπληξίας ἔλθοι, ὥστε τὴν ἀπατηλὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τῆς ἀληθείας βλέπειν. *Numquid Eunomius talem quandam ſimilitudinis ſpeciem jactitat in Filio? Sed non eò amentiæ & inſaniæ venerit, ut fallacem & fraudulentam ſimilitudinem in veritate contempletur.*

b. Secunda. Πάλιν ἄλλην ὁμοιότητα ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ εἰπόντος, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. *Rurſus aliam ſimilitudinem in divinitus inſpirata ſcriptura edocti ſumus ab eo, qui dixit, faciamus hominem ad imaginem noſtram & ſimilitudinem.* Hoc ſenſu etiam Athanaſius lib. de Synod. Arim. & Seleuc. τὸ ὅμοιον dici non ἐπὶ οὐσιῶν, ἀλλ᾽ ἐπὶ σχημάτων καὶ ποιοτήτων· οὐσιῶν enim οὐχ ὁμοιότης, ἀλλὰ ταυτότης.

c. Tertia. Οἴδαμεν καὶ ἕτερον ὁμοιότητος εἶδος, ὅπερ ἐν τῇ κοσμογενείᾳ φησὶ περὶ τοῦ Σὴθ ὁ λόγος, ὅτι ἐγέννησε τὸν Σὴθ ὁ Ἀδὰμ κατὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν ὁμοιότητα. *Scimus etiam ſimilitudinis ſpeciem, quam in mundi creatione de Setho ſermo affirmat: Genuit Adam Sethum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.* Subjicit: Ὅπερ εἰ λέγοι ὁ Εὐνόμιος, οὐκ ἀπόβλητον τὸν λόγον ποιούμεθα. Ἐνταῦθα γὰρ, οὔτε ἡ φύσις τῶν ἀλλήλοις ὁμοιουμένων διάφορος, καὶ ὁ χαρακτὴρ καὶ τὸ εἶδος τὴν κοινωνίαν ἔχει. *Quam ſi dicit Eunomius, ejus orationem non putamus repudiandam eſſe. Hic enim neque natura eorum, quæ inter ſe ſimilitudine conveniunt, differt, & character & ſpecies communionem habent.* Atque ita ὁμοιότητος vox paulò laxiùs ſumitur, & ſignificat convenientiam in ſubſtantia fundatam. Sic vulgatum eſt effatum in Theologia, *unum quodque generare ſibi ſimile ſecundum formam vel ſpeciem*, id eſt, ſecundum ſubſtantiam. Hoc ſenſu ſi ſumatur *ſimilitudo*, eaque conſtituatur inter eſſentiam Patris & Filii, Filius non eſt ὁμοιούσιος, neque ὅμοιος. Sic enim inter eſſentiam Patris & Filii media obviaret relationis oppoſitio, cùm officium relationum ſit multitudinem & pluralitatem invehere: plures eſſent in Deo eſſentiæ; quod eſt cum Ario eſſentiam divinam impiè lacerare. Si verò conſtituatur ſimilitudo inter perſonas Patris & Filii, non poteſt dubitari, quin Filius ſit ὅμοιος τῷ πατρί. Athanaſius, orat. IV. adv. Arianos, explicans locum Joh. V. 26. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ſcribit: Ἐν τῷ λέγειν οὕτως, δείκνυσι τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ ἰδιότητα φυσικὴν καὶ ὁμοιότητα. *Dum dicit* ſic, *oſtendit proprietatem cum Patre naturalem & ſimilitudinem.* Et Dial. I. de SS. Trinitate: Χαρακτὴρ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς ὑποστάσεως λέγεται ὁ Χριστός. Chara*cter dicitur Chriſtus propter ſimilitudinem ſubſtantiæ.* Baſilius M. epiſt. XLI. pag. 803. Ἐγὼ τὸ ὅμοιον κατ᾽ οὐσίαν, εἰ μὲν προσκείμενον ἔχει, τὸ, ἀπαραλλάκτως, δέχομαι τὴν φωνὴν, ὡς ταυτὸν τῷ ὁμοουσίῳ φέρουσαν· εἰ δέ τις τοῦ ὁμοίου τὸ ἀπαράλλακτον ἀποτέμνοι, ὅπερ οἱ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν πεποιήκασιν, ὑποπτεύω τὸ ῥῆμα, ὡς τοῦ μονογενοῦς τὴν δόξαν κατασμικρῦνον. *Ego* ſimilem ſecundum eſſentiam, *ſiquidem adjunctum fuerit*, prorſus citra ullam ipſius eſſentiæ variationem, *eam amplector proboque vocem, ut quæ idem ſignificet quod τὸ ὁμοούσιον,* hoc eſt, *coeſſentiale. Si verò quis ab ὁμοίου ſignificatione, τὸ ἀπαράλλακτον removerit, quod Conſtantinopolitani fecerunt, ſuſpectam habeo vocem illam, utpote quæ gloriam unigeniti diminuat.* Integram lege Epiſtolam. Epiphanius, hæreſi LXXIII. pag. 378. de Filio: Ὅμοιός ἐστι καθὸ ζωὴ ἐκ ζωῆς, φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ ἀληθινὸς ἐξ ἀληθινοῦ, καὶ σοφία ἐκ σοφοῦ· καὶ καθάπερ ἐστὶ κατὰ τὰς γραφὰς, οὐ κατὰ τὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν βούλησίν ἐστι μόνον ὅμοιος, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ ὑφεστάναι, καὶ ὑπάρχειν ὅμοιός ἐστι κατὰ πάντα τῷ πατρὶ τῷ γεννήσαντι, ὡς υἱὸς πατρί. *Similis eſt, quatenus vita de vita, & lumen de lumine, & verus de vero, & ſapientia de ſapiente: & quatenus eſt ſecundum ſcripturas, non ſecundum operationem & voluntatem tantùm eſt ſimilis, ſed ſecundum ipſam eſſentiam & ſubſiſtentiam ſecundùm omnia ſimilis eſt Patri, qui ipſum genuit, ut Filius Patri.* Et pag. 370. Εἴ τις μὴ κατὰ πάντα λέγοι ὅμοιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ὡς υἱὸν πατρὶ, ἀλλὰ κατὰ μὲν βούλησιν λέγοι ὅμοιον, κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ἀνόμοιον ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis Filium non ſecundum omnia Patri dicat ſimilem, ut Filius patri ſimilis eſt, ſed ſecundum voluntatem quidem dicat ſimilem, ſecundum eſſentiam verò diſſimilem, ſit anathema.* Heterodoxi verò ὅμοιον Patri dixerunt Filium non uno modo

Alii enim dixerunt *ſimilem ſecundùm ſolam voluntatem.* Acacius, cum ſuis gregalibus, in Synodo Seleucienſi Filium dixit ὅμοιον τῷ πατρί. Interrogatus verò, κατά τι ὅμοιός ἐστιν ὁ υἱὸς τῷ πατρί; *ſecundum quid ſimilis eſt Filius Patri?* reſpondit, κατὰ τὴν βούλησιν μόνον, οὐ μὴν κατὰ τὴν οὐσίαν. *Secundum voluntatem tantùm, non verò ſecundùm eſſentiam*: Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. II. Cap. XL. pag. 213. a.

Baſiliani dixerunt, ὅμοιον μὲν τῷ πατρὶ κατὰ πάντα τὸν υἱὸν εἶναι, *Filium ſecundùm omnia Patri ſimilem eſſe,* οὐσίας δὲ ὅλως οὐδὲ ὀνόματι μνήμης τοῖς ἄλλοις λόγοις συνεισήγετο, *eſſentiæ prorſus, ne nomine quidem tenus, mentione inter reliquos ſermones facta*: Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. IV. tm. VIII. pag. 68.

Ariani circa hoc dogma in tres fuerunt diviſi ſectas, de quibus idem Philoſtorgius, lib. X. tm. III. pag. 135. 136. ſic ſcribit: Ὅτι δὲ ἐξ Ἀρείου τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ μονογενοῦς ὁμοιότητα, εἰς πολλὰς αἱρέσεις διεσχίσαντο· οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν, οἱ δὲ διότι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτῶν πέφυκε δημιουργεῖν. *Quòd Ariani ſimilitudinem unigeniti cum Patre in multas hæreſes diviſerunt. Quidam enim dixerunt,* ſecundum præſcientiam utrumque eſſe: *alii verò,* ſecundum naturam Deum: quòd ex non entibus alteruter eorum ſit creatus. Vide Gothofredum ad hoc Caput.

Alii ſimilem Patri Filium dixerunt ſecundum ſcripturas. Ariani in Synodo Syrmienſi, ut refert Socrates, lib. II. Cap. XXXVII. pag. 207. b. dicunt: Ὅμοιον λέγομεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ πάντα, ὡς αἱ ἅγιαι γραφαὶ λέγουσί τε καὶ διδάσκουσι. *Similem dicimus Filium Patri ſecundum omnia, ut ſanctæ ſcripturæ & dicunt & docent.* Id ipſum, teſte eodem ibidem, in Concilio Ariminenſi fuit repetitum. De Concilio Ariminenſi ſic apud Philoſtorgium, lib. IV. tm. X. pag. 70. Ἡ δὲ ἐν Ἀριμήνῳ εἰς τριακοσίους ἄνδρας συνελθοῦσα, τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα εἰς τὸ παντελὲς διώσατο, (lego, ἀπώσατο) ὅμοιον δὲ τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ τὰς γραφὰς ἀνακηρύξασα, ὑπογραφαῖς ἰδίαις κατησφαλίσατο. *Quæ verò Arimini ex trecentis viris coacta* Synodus, *οὐσίας nomen in totum rejecit, ſimilemque Filium Patri ſecundum ſcripturas prædicans, propriis ſubſcriptionibus firmavit.*

Ὁμοουσιότης.

Non habent Lexica. Reperitur tamen apud Heſychium: Ὁμοουσιότης, inquit, ταυτότης κατὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον κατὰ τὴν οὐσίαν. *Conſubſtantialitas, identitas ſecundum ſubjectum; eſſentia per omnia ſimilis.* Cyrillus Alexandr. lib. I. in Joh. Cap. IV. pag. 36. Ἐξαρκεῖ τὸν τῆς μεταβολῆς τρόπον, ἤτοι μεταστάσεως ὁ τῆς ὁμοουσιότητος λόγος. *Conſubſtantialitatis ratio transmutationis aut migrationis modum ſuppeditat.* Paulò pòſt: Ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριὰς συσταλήσεται

πρὸς

Digitized by Google

πρὸς ἑνάδα λοιπὸν, εἴπερ τὸ ἑκάστῳ κυρίως τε καὶ ἰδιαζόντως προσὸν, τῷ τῆς ὁμοουσιότητος ἀφανισθήσεται λόγῳ. *Sancta & conſubſtantialis Trinitas ad unitatem contrahetur, ſi, quod unicuique propriè & peculiariter ineſt, conſubſtantialitatis ratione deleatur.* Lib. eod. Cap. IX. p. 93. dicit, *quosdam non vereri* τὸ ἅγιον πνεῦμα γενητὸν καὶ κτιστὸν φάσκειν, καὶ ὅλως τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐξέλκειν ὁμοουσιότητος, *Spiritum ſanctum dicere factum & creatum, & prorſus à Dei & Patris conſubſtantialitate excludere.* Et lib. X. in Joh. Cap. II. ad v. 2. Cap. XV. pag. 871. Πρόδηλον ὅτι τῆς πρὸς τὸν πατέρα καὶ Θεὸν ὁμοουσιότητος οὐκ ἀλλότριος ὁ υἱός. *Manifeſtum eſt, Filium à conſubſtantialitate Patris & Dei non eſſe alienum.*

Ὁμόπιστος. Ὁμοπιστία.

Etiam hæ voces à Lexicographis negliguntur, Ὁμόπιστοι ſunt *in fide conſentientes, fide communicantes.* Cyrillus Alexand. lib. II. Glaphyr. in Exodum, pag. 269. Οἱ οὐκ ἔχοντες ἐξ ἑαυτῶν τέλειον δύνασθαι συνιέναι μόνοι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, οἱ καὶ οὐκ ἀρκοῦντες εἰς κατανόησιν τὴν περὶ αὐτοῦ διὰ τὴν τῆς οἰκείας ἐννοίας ἀσθένειαν, μεθέξουσι πάλιν, αὐτοὺς συνεργάτας ὥσπερ καὶ συλλήπτορας τοὺς ὁμοπίστους δεξάμενοι. *Qui ſuis viribus ſoli perfectè myſterium Chriſti capere non poſſunt, quiq; ſibi ipſis non ſufficiunt ad ejus cognitionem propter mentis ſuæ imbecillitatem, id conſequentur rurſus, ſiquidem cooperarios & quaſi adjutores ſumſerint in fide conſpirantes.* Et lib. eod. pag. 291. Χρὴ ἡμᾶς τοῖς ὁμοπίστοις ἐμοῦ τῶν θείων ἐμφορεῖσθαι λόγων, καὶ ζητεῖν τὸ μάννα τὸ νοητόν. *Oportet illos, qui nobiſcum communicant fide, ſaturari divinis ſermonibus, & ſpirituale manna conquirere.* Ὁμοπιστία eſt conſpiratio in fide. Idem Cyrillus in Cap. XI. Jeſajæ, pag. 205. Ὁ τίμιος σταυρὸς γέγονε πρόξενος τοῦ συναχθῆναι πρὸς ὁμοπιστίαν τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. *Pretioſa crux effecit, ut in fidei conſpirationem omnes per totum terrarum orbem coaleſcerent.*

Ὁμόσαρκος.

Non habent Lexica. *Ejuſdem carnis, una caro cum alio.* Cyrillus Alexandr. in Cap. II. Malachiæ, pag. 845. de uxore dicit: Ἐννόησον, ὅτι αὕτη κοινωνός σου, καὶ γυνὴ διαθήκης σου, τουτέστιν, ὁμόσαρκός σοι, καὶ κατὰ νόμον συνῳκισμένη. *Conſidera, quod illa ſit ſocia tua, & uxor fœderis tui, hoc eſt, una caro tecum, & juxta legem contubernalis.* Illud ipſum eſt, quod Matth. XIX. 5, 6. Marci X. 8. Corinth. VI. 16.

Ὁμόσκηνος.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. *Qui in eodem tentorio ſeu tabernaculo habitat, contubernalis.* Chryſoſtomus Homil. II. ad populum Antiochenum: Πολέμιός ἐστιν ὁμόσκηνος, ἐχθρὸς σύνοικος. *Hoſtis eſt contubernalis, inimicus domeſticus.* Idem, Homil. X. tom. V. de Abrahamo: Ὤφθη σοι Χριστὸς, ὦ θαυμάσιε, ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος δύο, καὶ γέγονας διὰ φιλοξενίας καὶ Θεῷ καὶ ἀγγέλοις ὁμόσκηνος. *Apparuit tibi Chriſtus, vir admirande, duobus Angelis ſtipatus, & per hoſpitalitatem factus es contubernalis Dei & Angelorum.* Idem Homil. CX. tom. VI. pag. 832. Μὴ δυσχεράνῃς πρὸς τὴν νηστείαν, τὴν τῶν ἀρετῶν μητέρα, τὴν ῥίζαν τῶν ἀγαθῶν, τὴν πηγὴν τῆς σωφροσύνης, τὴν φύλακα τῆς εὐσεβείας, τὴν τῶν ἁγίων σύντροφον, τὴν τῶν ἀγγέλων ὁμόσκηνον. *Ne grave tibi ſit jejunium, quod eſt mater virtutum, radix bonorum, fons & origo temperantiæ, cuſtos pietatis, ſanctorum alumnus, Angelorum contubernalis.* Baſilius Cæſar. II. de jejunio, pag. 336. Νηστεία, ἡ τῶν ἀγγέλων ὁμοίωσις, ἡ τῶν δικαίων ὁμόσκηνος. *Jejunium eſt ſimilitudo hominum cum Angelis, juſtorum contubernalis.*

Ὁμοστιβής.

Non habent Lexica. Propriè, *qui iiſdem incedit veſtigiis:* metaph. *conſentiens, concors.* Cyrillus Alexand. lib. XI. Cap. XII. in Joh. ad v. 19. Cap. XVIII. pag. 1024. Ἐρωτᾷ περὶ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ, πότερόν ποτε τοῖς διὰ Μωσέως ἀπῳδός ἐστι νόμοις, ἤγουν τοῖς πάλαι τεθεσπισμένοις ὁμοστιβὴς καὶ σύνδρομος. *Interrogat de doctrina ejus, num à lege per Moſen data diſſentiat, an verò cum iis, quæ olim divinitus præcepta ſunt, conſentiat & concurrat.* Corrigendus hinc Heſychius apud quem, ὁμόστιβοι, συμπράττοντες. Reſtituendum ὁμοστιβεῖς, *unà laborantes, rei gerendæ ſocii: conſentientes.* Quemadmodum enim dicitur ἀστιβὴς, ἐνστιβὴς, περιστιβὴς, ita etiam ὁμοστιβής.

Ὁμοτροπέω.

Non habent Lexica. Ὁμότροπος & ὁμοιότροπος, *qui ſimilis & ejuſdem modi eſt: qui ſimilibus præditus eſt moribus.* Eſt etiam *conſentiens, conſentaneus.* Hinc ὁμοτροπεῖν, *in eadem eſſe ſententia,* vel, *iiſdem moribus præditum eſſe.* Cyrillus Alexandr. lib. X. in Joh. pag. 833. Οὐχὶ τοῖς ὁμόφροσι καὶ ὁμοτροπεῖν ἑλομένοις τὸ συνδιαιτᾶσθαι μᾶλλον, ἤγουν τοῖς ἑτέροις παντί τῳ τετίμηται; *Nonne cum iis quiq; verſari mavult, quos iiſdem ſecum moribus ac in eadem ſententia eſſe noverit, quàm cum aliis?*

Ὁμοφυής.

Ὁμοφυὴς, *qui eſt ejuſdem naturæ.* Cyrillus lib. I. in Joh. C. VI. p. 52. de Filio Dei: Ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ υἱὸς, ἕτερός ἐστι παρὰ τὴν κτίσιν, ἢ ὁμοφυὴς ταύτῃ. *Cùm Filius natura ſit vita, alius eſt à creatura, vel ejuſdem cum ea naturæ.* Mox: Εἰ μὲν οὖν ὁμοφυής τέ ἐστι, καὶ ὁμοούσιος, πῶς οὐ διαψεύσεται λέγων, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς; *Si igitur ejuſdem eſt naturæ & ſubſtantiæ, quomodo non mentietur dicens, Ego ſum panis ille vitæ?* Paulò poſt: Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ὁμοφυὴς, καὶ τὸ εἶναι γενητὸς διαφεύξεται. *Si verò non eſt ejuſdem naturæ, etiam creatus eſſe non poterit.* Ibidem aliquoties adhuc in eadem legitur materia. Et Cap. VII. pag. 55. Οὐχ ὁμοφυὴς τοῖς πεποιημένοις ὁ υἱός. *Non eſt ejuſdem naturæ cum rebus creatis Filius.* Vide H. Stephani Theſaurum.

Ὁμόφωτοι.

Non habent Lexica. Cæſarius, Dial. I. Interrogat. III. de SS. Trinitatis perſonis: Ἀγέννητος ὁ πατὴρ, γεννητὸς ὁ υἱὸς, ἐκπορευτὸν τὸ πνεῦμα, ἐν ἀλλήλοις φῶτα· μήτε συναλειφόμενοι, ὁμόφωτοι, ἀείφωτοι. *Pater non eſt genitus, Filius genitus, Spiritus procedit, quæ tria ſunt in ſe ipſis lumina. Non confunduntur, lucent eodem lumine, ſemper lucent.*

Ὁμοψυχέω.

Non habent Lexica. Ὁμόψυχος, *qui ejuſdem animi eſt.* Hinc ὁμοψυχεῖν, *conſentire, eodem eſſe animo.* Cyrillus Alex. lib. XI. Cap. XI. in Joh. pag. 997. Οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, *qui credunt in Chriſtum,* dicuntur ὁμοψυχεῖν ἀλλήλοις καὶ καρδίαν ἀναλαβεῖν ὥσπερ μίαν, *inter ſe conſentire, & quaſi unum cor aſſumere.*

Ὀμφαλός.

Ὀμφαλὸς, ut ex Lexicis notum, dicitur, *quòd in re aliqua medium eſt.* Hinc Græcis recentioribus, *Medium Templi,* ὀμφαλὸς, *umbilicus,* dicitur. Marcus de Dubiis Typici. Cap. XVI. Χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν ὀμφαλὸν, ἤγουν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, καὶ εἰς τὰ ἄλλα θυρία ὁμοίως. *Facit crucem ante portas baſilicas, ſimiliter in umbilico, id eſt, medio Templi, & in alias portulas ſimiliter.* Sic ὀμφαλὸς γῆς, apud Euripidem, *Delphi,* quòd in medio orbe exiſti.

Digitized by Google

exiſtimarentur ſiti. Livius lib. VIII. belli Macedon. *Delphos, orbis umbilicum* vocat. Et Ovidius, lib. ult. Metamorph.

— — *Mediamq́ue tenentis*
Orbis humum Delphos adeunt, oraclaq́ue Phœbi.

Homerus Odyſſ. α΄. v. 50. - - Ὀμφαλὸς ἐστι θαλάσσης. *Umbilicus eſt maris.* Vetus ſcholiaſtes: Ὀμφαλός· τὸ μεσαίτατον. *Umbilicus: medium.* Vide Heſychium & Suidam. Alii magis proprio vocabulo μεσόναον dixerunt. Balſamon ad Can. LXXIV. Trull. pag. 451. Τινὲς οὖν, ὡς ἔοικεν, ὑποστελλόμενοι κλινίδια ἐν τῷ μεσονάῳ εἰσάγειν, ἢ καὶ διὰ θρύψιν πλείονα ἐποίουν, ἢ ἀλλοτρόπως εἰς ἀνάπαυσιν αὐτῶν στρωμνὰς τοιαύτας. *Nonnulli ergo, ut veriſimile eſt, lectulos in medium Templi ſubmittentes, hujuſmodi toros ſeu ſtrata, vel ad majores delicias, vel alioqui ad ſuam quietem faciebant.*

Ὀναίμην.

Utitur hac voce Apoſtolus in epiſt. ad Philemonem, v. 20. Ναὶ, ἀδελφὲ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Vulgatus: *Ita, frater, ego te fruar in Domino.* Beza: *Hunc ego fructum abs te conſequar in Domino.* Heſychius: Ὀναίμην, τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην. *Juver, conſequar, fruar, utilitatem conſequar.* Suidas: Ὀναίμην· ἐπιτύχοιμι· ἀπολαύσω. Et alibi: Ἐγώ σου ὀναίμην· ἐγώ σου ἀπολαύσω. Ut obique pro ἀπολαύσω, ponendum ἀπολαύσαιμι. *Frui Philemone*, eſt de illius in Evangelica pietate profectibus gaudere, & conſolatione frui. Oecumenius ad Apoſtoli locum, pag. 796. Ὀναίμην σου, ἀντὶ τοῦ, ἀπολαύσαιμί σου τῶν ἐν Χριστῷ κατορθωμάτων· ἴδοιμί σε πλουτοῦντα ἐν ἅπασι τοῖς πνευματικοῖς ἀγαθοῖς. *Fruar tuis in Chriſto præclaris operibus: videam te abundare in omnibus bonis ſpiritualibus.* Eadem leguntur apud Theodoretum, niſi quòd pro ἴδοιμί σε, eſt εἴδοιμί σε. Theophylactus, pag. 869. interpretatur, ἀπολαύσαιμι τῶν σῶν χαρίτων, οὐκ ἐν κοσμικοῖς πράγμασιν, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς κατὰ Κύριον. *Fac, quæſo, ut tuis beneficiis perfruar, non in mundanis rebus, ſed in iis, quæ ad Dominum ſpectant.* Loquitur autem Apoſtolus, hac voce utens, ex parentis perſona. Sirach. XXX. 2. Ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὀνήσεται ἐπ᾽ αὐτῷ. *Qui caſtigat filium ſuum, lætabitur de eo.* Ad matrem filia illa apud Poëtam Philemonem:

— — Γένοιτό σοι τέκνων
Ὄνησις, ὥσπερ καὶ δίκαιόν ἐστι,

Gaudio & emolumento tibi ſint liberi, ut etiam æquum eſt. Hinc in epiſt. ad Heronem Diaconum, quæ inter Ignatianas, Ὀναίμην σου, παιδίον. Ad filiam mater apud Terentium: *Ita obtingant ex te quæ opto*, Eodem ſenſu Apoſtolus, Ἐγώ σου ὀναίμην.

Ὄνομα.

Ὄνομα, *nomen* variis modis ſumitur.

I. *Pro cujuſque rei aut perſonæ nomine proprio, vel appellativo.* Hinc Clemens Alexandr. Strom. VIII. pag. 781. Τὰ ὀνόματα σύμβολά ἐστι τῶν νοημάτων κατὰ τὸ προηγούμενον, κατ᾽ ἐπακολούθημα δὲ καὶ τῶν ὑποκειμένων. *Nomina ſunt ſigna eorum, quæ animo cogitantur principaliter per conſequentiam autem etiam ſubjectorum.* Pachymeres in Cap. I. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 394. Τὸ ὄνομα ἐτυμολογία τίς ἐστιν ἐκ τῶν προσόντων τῷ ὀνομαζομένῳ πράγματι. *Nomen etymologia quædam eſt ex iis, quæ rei nominatæ adſunt:* οἷον ἄνθρωπος, ἐκ τοῦ ἄνω ἀθρεῖν, ἤτοι θεωρεῖν, ὀνομάζεται. *Verbi gratiâ, ἄνθρωπος dicitur ab ἄνω ἀθρεῖν, quòd ſurſum tueatur vel aſpiciat.* Et pag. 406. Τὰ ὀνόματα, δηλωτικά εἰσι πραγμάτων ὑποκειμένων. *Nomina rerum ſubjectarum ſunt declarativa.* Sic non ad nomina, ſed ad rem reſpiciendum eſſe monet Chryſoſtomus in Pſal. XLIV. Οὐκ ἐν ὀνόματι τὰ πράγματα ἕστηκεν, ἀλλ᾽ αἱ τῶν πραγμάτων φύσεις τὰ ὀνόματα κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόστασιν πλάττουσι. *Non in nomine res ſubſiſtunt, ſed rerum naturæ nomina ſecundum propriam ſubſtantiam fingunt.* Non nomen, ſed ſcelus odio dignum. Athenagoras in legat. pro Chriſtianis, pag. 4. ad Gentiles, quibus ipſum Chriſtianorum nomen erat exoſum, Οὐ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ τιμωρίας. *Non nomina odio ſunt digna, ſed iniquum facinus pœnâ dignum.*

II. *Pro re & perſona.* Vide Actor. IV. 12. Epheſ. I. 21. ubi hoc exponit de re Theophylactus, pag. 509. Εἴ τι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι, κατώτερον τοῦ προσληφθέντος καὶ ὑψωθέντος ἐστὶ, καὶ πάντων αὐτὸς ὑπέρτερος. *Si quid in cœlo eſt, inferius eſt aſſumto & exaltato, cunctiſq́ue ipſe eſt ſuperior.* Illud ipſum tamen ſatis commodè de Angelis accipi poteſt. Sic ὀνόματα *pro perſonis* Actor. I. 15. ἦν δὲ ὄχλος ὀνομάτων, pro ὄχλος ἀνθρώπων, ut Vulgatus, qui interpretatur, *turba hominum.* Apocal. III. 4. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα, pro ἔχεις ὀλίγους ἀνθρώπους.

Huc pertinet *Nomen Dei*, de quo ſequentia veniunt obſervanda:

1. *Deum propriè nomen non habere.* Hoc jam ſuprà, in voce Θεὸς, num. I. ſub lit. *f.* ſatis fusè probatum.

2. *Quomodo* nihilominus *ei nomen tribuatur.* Ex ſcriptura S. notiſſimum eſt, Deo varia tribui nomina: eo ipſo, quòd *Deum* nominamus, eidem nomen tribuimus. Quomodo ergo Deus nomen habet? quomodo non habet? Non eſt difficilis ad hoc ἐναντιοφανὲς reſponſio. Κυρίως, *propriè* Deus nullum nomen habet, quod αὐτῆς τῆς φύσεως σημασίαν, *ipſius naturæ ſignificationem* contineat: habet tamen nomina κατ᾽ ἀναλογίαν, quæ τὰ περὶ τὴν θείαν φύσιν νοούμενα ἑρμηνευτικά ἐστι, *ea, quæ circa divinam naturam eſſe intelliguntur, interpretantur & explicant.* Ita hanc difficultatem nobis dat expeditam Greg. Nyſſenus in tractatu, *Quòd non ſint tres dii*, tom. III. pag. 18. Docet ibi Nyſſenus, fuiſſe, qui exiſtimarent, ἰδιαζόντως κατὰ τῆς φύσεως τὴν φωνὴν τῆς θεότητος κεῖσθαι, *vocem* deitatis *naturæ peculiariter inditam eſſe:* ac quemadmodum vel cœlum, vel ſol, vel aliud quidpiam ex mundi elementis ἰδίαις φωναῖς ταῖς τῶν ὑποκειμένων σημαντικαῖς, *peculiaribus vocibus ſubjectorum ſignificatricibus*, denotetur: οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ θείας φύσεως, ὥσπερ τι κύριον ὄνομα προσφυῶς ἐφηρμόσθαι τῷ δηλουμένῳ τὴν φωνὴν τῆς θεότητος, *ita in ſuprema quoq́ue atque divina natura, tanquam proprium quoddam nomen vocem* deitatis *aptè accommodatam eſſe ei, quod per eam declaretur.* Hanc iſtorum opinionem ita refutat Nyſſenus: Ἡμεῖς δὲ ταῖς τῆς γραφῆς ὑποθήκαις ἑπόμενοι, &c. Locum integrum jam habes in voce Θεὸς, num. 1. ſub lit. *f.* ubi etiam alia, quæ huc faciunt.

3. *Nomina Dei duplicia eſſe.* Veteres: τὴν θείων ὀνομάτων τὴν σημασίαν διχῇ διείλοντο, *divinorum nominum ſignificationem bifariam diſtinxerunt:* dixerunt enim; ut eſt apud Greg. Nyſſenum, orat. III. contra Eunomium, tom. III. pag. 526. alia τῆς ὑψηλῆς τε καὶ ἀφράστου δόξης τὴν ἔνδειξιν ἔχειν, *excelſæ atque ineffabilis gloriæ indicationem habere:* alia verò τὸ ποικίλον τῆς προνοητικῆς οἰκονομίας ἐνδείκνυσθαι, *providæ diſpenſationis varietatem demonſtrare.* Ita Filius Dei, ut ibidem eſt, prioris ſignificationis reſpectu vocatur υἱὸς, καὶ δεξιὰ, καὶ μονογενὴς, καὶ λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις: reſpectu verò poſterioris, ἄμπελος, ποιμὴν, ἰατρὸς, &c. Similiter Gregorius Nazianzenus, orat. XXXVI. pag. 590. nomina Dei duplicia facit, alia ἐξουσίας, alia οἰκονομίας. Ἐξουσίας, ſeu poteſtatis nomina eſſe dicit, cum Deus vocatur παντοκράτωρ, βασιλεὺς ἢ τῆς δόξης, ἢ τῶν αἰώνων,

Digitized by Google

αἰώνων, ἢ τῶν δυνάμεων, &c. *Omnipotens, rex vel gloriæ, vel ſeculorum, vel virtutum*, &c. Οἰκονομίαν facit duplicem; aliam ὑπὲρ τὸ σῶμα, *ſupra corpus poſitam*, id eſt, interprete Elia Cretenſi; eam, quâ gubernabantur res humanæ, antequam Chriſtus carnem aſſumeret: aliam ἐν τῷ σώματι, *in corpore*, ſeu *cum corpore conjunctam*, id eſt, rerum humanarum adminiſtrationem poſt Chriſti incarnationem. Generaliſſima & commodiſſima nominum divinorum diſtinctio eſt, juxta quam alia ἀποφατικῶς, *per modum negationis*; alia καταφατικῶς, *per modum affirmationis*, de Deo dicuntur. De his verò omnibus vide in Ἀποφατικὸς, & in Θεὸς, num. V. ubi *de Attributis Dei*.

4. *Quid* nomen Dei *in oratione Dominica ſignificet*, quando illud in prima Petitione ſanctificari petimus. *Nomen Dei* hoc loco duobus maximè modis ſumi poſſe exiſtimamus. Nempe,

a. *Pro ipſo Deo*, prout ſe in verbo & in operibus ſuis patefacit. Ita, quando Geneſ. IV. 26. dicitur. *Tunc cœptum eſt invocari nomen Jehovæ*, per nomen *Jehovæ*, ipſe Jehova intelligitur. Vide etiam Deut. XXVIII. 58. Pſal. VII. 18. IX. 3. & alibi paſſim. Eſt igitur pleonaſmus, de quo audire juvat Cl. Joh. Vorſtium, Philologiæ S. Cap. XIII. *Competit quoque in hanc Claſſem*; nempe quintam Hebraiſmorum N. T. tributam nominibus παρέλκουσι, ſive redundantibus; *quòd vox* ὄνομα *ſæpe addita reperitur aliis nominibus, aut horum vice fungentibus pronominibus, ubi ea prorſus abeſſe poterat, Primo quidem in phraſi* καλεῖν ὄνομά τινος, *pro* καλεῖν τινα, *ut Matth. I. 12. ſic Lucæ I. 31. & 13.* καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. *Græci dicerent*, καλέσεις αὐτόν. *Deinde & verbo paſſivo* καλεῖσθαι *additur, ut Lucæ II. 21. & Apoc. XIX. 13. Porrò redundat quoq; vox* ὄνομα *in phraſi* ἐπικαλεῖσθαι ὄνομά τινος, *pro* ἐπικαλεῖσθαί τινα. *Ut Actor. IX. 14. item I. Cor. I. 21. Rom. X. 13. ſed & in aliis* ῥήσεσιν *ejuſdem vocabuli pleonaſmus obſervatur. Ad Hebr. XIII. 15.* χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, *pro* ὁμολογούντων αὐτῷ, ipſum laudantium. *In phraſi*, πιστεύειν εἰς ὄνομα Χριστοῦ, *Joh. I. 12. II. 23. III. 18. I. Joh. V. 13. eſt itidem vocis* ὄνομα *pleonaſmus: uti & in illa phraſi, quæ I. Joh. III. 23. legitur*, πιστεύειν τῷ ὀνόματι Χριστοῦ. *Aliàs & citra iſtiuſmodi pleonaſmum dicitur*, πιστεύειν εἰς Χριστόν. *Eſt porrò pleonaſmus in phraſi* φοβεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου, *quæ Apocal. XI. 18. legitur, item in phraſi* βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα Κυρίου, *quæ Apocal. XIII. 6. XVI. 9. & in phraſi* ἁγιάζειν τὸ ὄνομα Κυρίου, *quæ Matth. VI. 9. Lucæ XI. 2. legitur*. Hactenus magni Philologi & Theologi verba. Hic non audiendi illi ex veteribus, qui per ὄνομα intelligi volunt nomen Χριστός, à quo nos vocemur χριστιανοί. Hæc fuit ſententia Severiani, orat. I. εἰς κοσμοποιΐαν. Verba ejus ſunt: Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, οὐχὶ ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ εὐχόμεθα, (τὸ γὰρ ὄνομα αὐτοῦ ἁγιάζει πάντα) ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικέκληται ἡμῖν, (χριστιανοὶ γὰρ ἀπὸ Χριστοῦ καλούμεθα) λέγει τὸ ὄνομά σου ἐφ᾽ ἡμῖν ἁγιασθήτω. Sanctificetur nomen tuum, *non quòd pro nomine Dei oremus, (nomen enim ipſius omnia ſanctificat) ſed quoniam nomen ejus in nobis invocatur, (Chriſtiani enim à Chriſto vocamur) dixit: Nomen tuum in nobis ſanctificetur*. Eadem in Theoriam ſuam Eccleſ. tranſtulit Germanus, Archiepiſcop. Conſtantin. apud quem, p. 174. hæc leguntur: Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ὄνομά ἐστι τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ᾽ ἡμᾶς. Χριστὸς γὰρ, καὶ ἡμεῖς χριστιανοὶ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικέκληται ἡμῖν. Sanctificetur nomen tuum. *Nomen eſt Filii Dei, quod invocatum eſt ſuper nos. Chriſtus enim eſt, & nos Chriſtiani, & nomen ejus nobis invocatur*. Pia quidem hæc meditatio eſt, ſed ἀπρόσκοπος καὶ ἄτοπος. Cùm enim Chriſtus hanc diſcipulis ſuis precum formulam præſcripſiſſet, in eum credentes nondum appellabantur *Chriſtiani*: id temporis demum progreſſu factum eſſe ex Cap. XI. Actorum notiſſimum eſt.

b. *Pro attributis & operibus Dei*, quæ oſtendunt, eum eſſe maximè glorioſum. Hoc ſignificatu etiam accipitur Exodi XXXIII. 19. XXXIV. 5. Pſ. VIII. 2. 10. CXI. 9. Joh. XII. 28. & alibi ſatis frequenter. Atque hæc eſt certiſſima cognoſcendi Dei ratio ex attributis & operibus ejus petita: de qua jam ſemel atque iterum in hoc opere actum eſt. Vide in voce Βίβλος, num. II. 3. in voce Γνῶσις, num. II. & in Θεὸς, num. III. 2, 3.

III. *Pro excellentiâ, amplitudine, eminentia*, ſeu, pro ampliſſima, & eminentiſſima dignitate. Sic ad Philipp. II. 9. Chriſto *dicitur datum* ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, *nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Et v. 10. Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, &c. *Ut in nomine Jeſu omne genu flectatur*. Hic per *nomen Jeſu*, non intelligi *nomen* iſtud *Jeſus*, conſtans certis literis & ſyllabis, ſed dignitatem, majeſtatem atque gloriam, ad quam Chriſtus poſt paſſionem ſuam evectus eſt, docuimus in voce Γόνυ, num. 2. Quodnam verò ſit ὄνομα illud ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, docet Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 330. Nempe, quòd *homo* ſit *vocatus Filius Dei*. Verba ejus ſunt: Δῆλον καὶ τοῖς ἄγαν ἀνοήτοις, ὡς ἡ θεία φύσις ἀνενδεής, καὶ ἐνανθρωπήσας, οὐ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, ἀλλὰ καὶ ὕψιστος ὢν ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν· οὐ τοίνυν ἔλαβεν ἃ μὴ πρότερον εἶχεν, ἀλλ᾽ ἔλαβεν ὡς ἄνθρωπος, ἅπερ εἶχεν, ὡς Θεός. Τὸ δὲ ὄνομά τινες δόξαν ἡρμήνευσαν· ἐγὼ δὲ ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἑτέραν εὑρίσκω τοῦ Ἀποστολικοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν. Εἰρηκὼς γὰρ, ὅτι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ, &c. ἑρμηνεύει τοῦ ὀνόματος τὴν διάνοιαν, καί φησι, τίνι γάρ ποτε τῶν ἀγγέλων εἶπεν, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τοῦτο λέγει, ὅτι ἑαυτὸν ταπεινώσας, οὐ μόνον οὐκ ἀπώλεσεν ὅπερ εἶχεν ὡς Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος τοῦτο προσέλαβε. *Vel ſtultiſſimis clarum eſt, divinam naturam nullius egere: & cùm homo factus eſt, nequaquam qui erat humilis exaltatus eſt, ſed qui erat altiſſimus, ſe ipſum humiliavit. Non ergo accepit, quæ priùs non habebat, ſed accepit ut homo, quæ habebat ut Deus*. Nomen *autem quidam interpretati ſunt* gloriam. *Ego autem ex epiſtola ad Hebræos invenio aliam Apoſtolici dicti intelligentiam. Cùm enim dixiſſet*, Cap. I. 3. Sedet ad dextram, &c. *interpretatur nominis acceptionem, & dicit*, v. 5. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? *Et rurſus*, ibid. Ego ero illi in Patrem, & ille erit mihi in filium. *Hic ergo hoc etiam dicit, quòd, cùm ſe ipſum humiliavit, non ſolùm non perdidit quod habebat ut Deus, ſed hoc etiam accepit ut homo*. Eodem modo Theophylactus, pag. 594. Ποῖον τὸ χαρισθὲν ὄνομα τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τοῦ ἑνὸς χριστοῦ; Τὸ, υἱὸς, τὸ, Θεός. Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος υἱὸς Θεοῦ, καθὼς καὶ ὁ ἄγγελος εἶπε· Καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. *Quale nomen donatum eſt naturæ humanæ unius Chriſti? Filius, Deus. Etenim homo eſt Filius Dei, quemadmodum Angelus dixit*: Et quod naſcetur ſanctum, Filius Dei vocabitur. Lucæ I. 35. Et Oecumenius, pag. 666. Ποῖον τὸ χαρισθὲν ὄνομα; Τὸ Χριστὸς, τὸ υἱὸς, Θεός. Ταῦτα γὰρ καὶ μετὰ σαρκὸς καλεῖται. *Quodnam eſt donatum illud nomen? Chriſtus, Filius, Deus. His enim etiam cum carne*, id eſt, homo, *appellatur*. Et ante hos Epiphanius, hæreſi LXIX. pag. 325. Ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, &c. Οὐ πρώην τοῦτο ἀπλη-

quæ huc non referimus, ſed Lectorem ad eum ablegamus.

Ὀπίσθια.

Heſychius ὀπίσθια interpretatur τὰ παρελθόντα, *præterita*. Cùm Moſes, Exodi XXXIII. Deum petiiſſet videre, reſpondit ei, v. 23. Ὄψει τὰ ὀπίσω μου, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι. *Videbis poſteriora mea: faciem verò meam non videbis.* Quæ LXX. Interpp. τὰ ὀπίσω, ea Patres τὰ ὀπίσθια vocant: nec uno modo interpretantur. Theodoretus Interrog. LXVIII. in Exod. pag. 112. per τοῦ Θεοῦ τὰ ὀπίσθια, dicit intelligi τὰς θείας οἰκονομίας τε καὶ ἐνεργείας, *divinas diſpenſationes atque operationes.* Eodem refert Greg. Nazianzenus, orat. XXXIV. pag. 538. Ταῦτα Θεοῦ τὰ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνωρίσματα· ὥσπερ αἱ καθ' ὑδάτων ἡλίου σκιαὶ καὶ εἰκόνες ταῖς σαθραῖς ὄψεσι παραδεικνῦσαι τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ αὐτὸν προσβλέπειν οἷόν τε, τῷ ἀκραιφνεῖ τοῦ φωτὸς νικῶντα τὴν αἴσθησιν. *Dei poſteriora ſunt ea, quæ poſt eum extiterunt, nobisque ipſum numen declarant, non ſecus videlicet ac ſolis in aquis umbræ atque ſimulachra infirmis oculis ſolem repræſentant: quandoquidem eum obtueri non poſſumus, utpote lucis puritate ſenſum omnem ſuperantem.* Elias Crenſis ad hæc Nazianzeni, *per poſteriora*, dicit *creationem & providentiam* intelligi. Ita etiam quæſt. LXI. ad Antiochum, apud Athanaſium, tom. II. pag. 353. dicuntur intelligi τὰ κτίσματα, *res creatæ*. *Per poſteriora* igitur *Dei* metaphoricè intelligitur; ut obſervant Tremell. & Junius; imperfecta aliqua gloriæ Dei imago, quæ notitia ſpecularis vel ænigmatica cum ea comparatur, quâ quis hominem ex dorſo, non autem de facie agnoſcit: confer I. Corinth. XIII. 9. & ſeqq. Atque adeò, *per poſteriora Dei* videntur intelligi viſibilia opera Dei, ex quibus Deus aliqua ex parte cognoſcitur, ſecundùm illud Act. XIV. 17. Rom. I. 20. Vide in Θεός, n. III. 3. & in Ἀόρατος, I. Quidam per *poſteriora Dei* intelligunt incarnationem Filii Dei, quæ poſterioribus temporibus fieri debebat; nam per eam, ſeu, per Chriſtum incarnatum Deus cognoſcitur, juxta illud Joh. XIV. 9. ac ſi à Deo Moſi dictum eſſet, *Non videbis me niſi naturâ humanâ indutum.* Ita Nyſſenus in Catena in Exodum MS. pag. 314. Ὅτε σαρκοῦται ὁ υἱός, ὅς ἐστι πέτρα, τότε ἔσται θεωρητός, ἀθέατος ὢν κατὰ τὴν θείαν φύσιν. *Quando incarnatur Filius, qui eſt petra, tunc erit viſibilis, cùm ſit inviſibilis ſecundum naturam divinam.* Verùm ut ait Calvinus, *hæc ſpeculatio arguta quidem eſt, ſed minimè firma, imò prorſus remota à genuino ſenſu.*

Ὅπλον.

Arma ſpiritualia, ſunt arma piorum, quibus illi pugnant adverſus hoſtes ſpirituales. Ea autem vocantur,

1. Ὅπλα φωτός, *arma lucis*, Rom. XIII. 12. & intelligi poſſunt virtutes: bona opera. Suidas: Ὅπλα φωτός, ὁ ἀπόστολος· αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι. *Arma lucis vocat Apoſtolus, ipſa virtutum opera.* Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 102. Ὅπλα φωτὸς ὀνομάζει τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐνέργειαν. *Arma lucis vocat bonorum operationem.* Et Theophylactus, pag. 132. Ὅπλα φωτὸς ſunt αἱ τῆς ἀρετῆς πράξεις· ἐν ἀσφαλείᾳ γὰρ καθιστῶσι τὸν ταύτας ἔχοντα, *virtutis operationes: eum enim, qui illis armatus fuerit, in tuto collocant.* Ex Homil. XXIV. Chryſoſtomi in epiſt. ad Romanos hæc deſumta. Ita Oecumenius, pag. 157. ὅπλα φωτός, ἡ ἀρετή. Confer vocem Φῶς, num. I. 8.

2. Ὅπλα δικαιοσύνης, *arma juſtitiæ*, Rom. VI. 13. & Corinth. VI. 7. Ad poſteriorem locum Theophylactus, pag. 371. Ὅπλα δικαιοσύνης ἀριστερά, τὰ λυπηρὰ πάντα· ὅπλα μὲν, ὡς τειχίζοντα καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶντα· ἀριστερὰ δὲ, διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν. Δεξιὰ δὲ τὰ ἐνθυμότερα. Arma juſtitiæ ſiniſtra, *triſtia cuncta:* arma *quidem tanquam munientia, ac in tuto nos collocantia: ſiniſtra verò, propter multorum opinionem. Dextra verò, jucundiora.* Apud Oecumenium in II. ad Corinth. pag. 531. Δεξιὰ λέγει, τὰ δοκοῦντα ἐπιδέξια δοκοῦντα, τουτέστι, τὰς παρὰ ἀνθρώπων δόξας καὶ τιμάς· ἀριστερὰ δὲ, τὰ τούτοις ἐναντία· οἷον τοὺς πειρασμοὺς, τοὺς διωγμοὺς, τὰς ὕβρεις, οἷς οὐ κατεπέσαμεν, οὐδὲ ἡττήθημεν. Dextra vocat, *quæ quaſi expedita eſſe videntur, id eſt, gloriam & honores, qui ab hominibus obtingunt:* ſiniſtra verò, *quæ his contraria ſunt: ut ſunt tentationes, perſecutiones, contumeliæ, ſub quibus animo non concidimus, neque victi fuimus.* Atque hæc *arma*, ut inquit Apoſtolus II. Corinth. X. 4. *non ſunt* σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, *carnalia, ſed potentia Dei.* Id eſt, interprete Theodoreto, ὅπλα ἔχομεν, τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα, δι' ὧν νικηφόροι γινόμεθα, καὶ τοὺς ἀντιτείνοντας ὑποτάττομεν τῷ δεσπότῃ. *Habemus arma, dona Spiritus, per quæ victores evadimus, & eos, qui reſiſtunt, Domino ſubjicimus.* Et Theophylactus, pag. 399. Οὐ σαρκικὰ, τουτέστιν, οὐ πλοῦτος, οὐ δόξα, οὐκ εὐγλωττία, οὐ κολακεῖαι, οὐχ ὑποκρίσεις. Non carnalia, *hoc eſt, non opes, non gloria, non eloquentia, non adulationes; non ſimulatio.* Ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ· οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ πνευματικά· τοῦτο γὰρ πάντως ὤφειλεν εἰπεῖν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σαρκικοῦ· ἀλλὰ, δυνατά· αἰνιττόμενος ὅτι τὰ ἐκείνων ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Καὶ σκόπει τὸ ἄτυφον· οὐκ εἶπεν, ὅτι ἡμεῖς δυνατοὶ, ἀλλὰ τὰ ὅπλα δυνατὰ τῷ Θεῷ· τουτέστιν, ὁ Θεὸς αὐτὰ δυνατὰ κατεσκεύασεν· ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἰσχὺς διὰ τούτων μάλιστα φαίνεται, κἀκεῖνός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν καὶ πολεμῶν, εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτὰ περικείμεθα. Sed potentia Deo. *Non dixit*, ſed ſpiritualia; *hoc enim omnino debuiſſet dicere, ad oppoſitionem* carnalis; *ſed* potentia; *ſubindicans ita eorum res eſſe imbecilles & impotentes. Conſidera autem demiſſum in eo ſpiritum. Non dixit*, nos potentes ſumus, *ſed*, arma potentia Deo, *hoc eſt, Deus ipſa potentia fecit. Dei namque robur per hæc maximè apparet, ac ille eſt, qui operatur & bellum gerit, etiamſi nos illis induamur.* Δυνατὰ τῷ Θεῷ, poteſt etiam eſſe *potentiſſima*, ut docet Cl. Joh. Vorſtius, Philolog. ſacræ, Cap. XVI. quemadmodum Actor. VII. ἀστεῖος τῷ Θεῷ. Vide in Ἀστεῖος.

Ὅπως.

Ὅπως, quemadmodum ἵνα, ut ſuo loco docuimus, *non* ſemper notat *cauſſam*, ſed ſæpe *eventum*. Hoc ſenſu ſumitur Pſal. LI. 6. Ὅπως ἂν δικαιωθῇς, *ut juſtificeris*: ubi Theodoretus, pag. 593. in Pſalmos: Τὸ ὅπως οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα αἰτίας δηλωτικόν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἥμαρτεν, ἢ αὐτὸς ὁ Δαυὶδ, ἢ ὁ λαὸς μετὰ ταῦτα, ἵνα ὁ Θεὸς δικαιωθῇ· ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ τῆς ἁμαρτίας ὑπὸ τούτων γινομένης, τοῦ Θεοῦ τὸ δίκαιον ἀναδείκνυται· πᾶσαν γὰρ τούτου, κἀκείνων, καὶ πάντων ἀνθρώπων πεποίηται πρόνοιαν. *Ut hoc loco non declarat cauſſam: non enim propter hoc peccavit, vel ipſe David, vel populus poſtea, ut Deus juſtus videretur: ſed contrà, peccato ab his commiſſo Dei juſtitia oſtenditur.* *Omnem enim curam & de hoc, & de illis, & de omnibus hominibus gerit.* Ita Matth. XIII. 35. Chriſtus dicitur varia locutus per parabolas, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν, &c. *ut impleretur, quod dictum erat*, &c. Ad hæc Theophylactus, pag. 76. Τὸ ὅπως, μὴ αἰτιολογικῶς λάβῃς, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐκβάσεως τοῦ πράγματος· οὐ γὰρ ἐδίδασκεν ὁ Χριστὸς τοιουτοτρόπως, ἵνα πληρωθῇ ἡ προφητεία, ἀλλὰ διότι ἐδίδασκεν ἐν παραβολαῖς, ἐξ ἀποτελέσματος εὑρίσκεται ἐπ' αὐτῷ πληρωθὲν τὸ τοῦ προφήτου. *Particula* ut, *non ſignificat cauſſam, ſed eventum. Non enim eo modo docuit*

Chriſtus, ut impleretur prophetia, ſed quia ipſe per parabolas docuit, ex affectu impleta eſt in ipſo prophetia. Idem, in Cap. IX. Joh. pag. 693. Ἵνα καὶ ὅπως παρὰ τῇ γραφῇ πολλαχοῦ οὐκ αἰτιολογικῶς, ἀλλ᾽ ἀποβατικῶς κεῖνται. *Particulæ ἵνα & ὅπως in Scriptura ſæpe ponuntur, non ut cauſam, ſed ut eventum deſignent.*

Ὀράριον.

Scribendum ὀράριον, non ὠράριον, multò minùs ὡράριον, ut ex ſequentibus patebit; quorum pleraque ex Notis Caſauboni ad Vopiſcum deſumta. Erant veteribus, ut hodieque nobis *linteamina* quædam *parva*, ad munditiem corporis uſus magni & multiplicis. Ejus generis ſunt *ſudaria*, *ſemicinctia*, *oraria*, & quorum unus meminit Arnobius lib. II. *muccinia*. *Semicinctia*, ut nomen indicat, & teſtatur Martialis epigramma, inventa ſunt, ut iis ſe præcingerent, vel cùm lavarent in balneis, aut gymnaſtæ operam darent, vel cùm miniſtrarent: miniſtrabant enim præcincti, ut ex Suetonio aliiſque ſcimus. Eſt apud Martialem, in Apophoretis, epigram. CLIII. lemma *Semicinctium*.

Det tunicam dives: ego te præcingere poſſum.
Eſſem ſi locuples, munus utrumque darem.

Poſtea etiam ad alia ſemicinctiis uſi ſunt; quod conſtat etiam ex Actor. XIX. 12. ubi hæc vox Latina uſurpatur Græco Scriptori, ut & *ſudarium*, altera Latina vox. Sic enim vocârunt lintea minuta, quibus manantem capite ſudorem tergebant. *Oraria* quid appellaverint, viros etiam doctos fugit. Utuntur autem hac voce Scriptores Latini, Græci ac Syri. Autor Etymologici, poſtquam docuit, φώσσων & φωσσώνιον eſſe *linteum quoddam*, vel *ſindonem parvam*; ut jam habes in Ἐκμαγεῖον, num. I. addit: Λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται ὠράριον. Suidam vide itidem in Ἐκμαγεῖον. Balſamon etiam ὠράριον, τὸ τοῦ προσώπου ἐκμαγεῖον. Eſt igitur propriè *orarium*, linteum ori tergendo paratum. Ideo Prudentius *pignus oris* vocat περὶ στεφάνων hymno primo,

Hic ſui dat pignus oris ut ferunt orarium.

Meminit *orariorum* Lucilius: nam apud Nonium de genere veſtimentorum in *Ricinum*: *Ricini aurati, ricæ, oraria, mitræ.* Ita legit Carrio, lib. I. Emendat. Cap. II. Caſaubonus autem ad hæc notat: *Sed non putamus nos adeò antiquam eſſe hanc vocem, ut ejus potuerit Lucilius meminiſſe: nam multis demum poſt ejus ætatem ſeculis eam cœpiſſe uſurpari obſervavimus. Suſpicabamur, gloſſam in verſu Lucilii poſitam fuiſſe veræ vocis loco; Poëtam autem ſcripſiſſe*, atque anademata mitræ *Lucretius, lib. IV.*

Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.

Verùm poſtea deprehendimus aliud hîc latere. Perperam enim in libris vulgatis cum Poëtæ verbis Nonii interpretatio confunditur, cujus ibi nullum prorſus veſtigium apparet. Quare non dubitamus, locum illum ſic eſſe concipiendum: Ricini aurati, ricæ, & oraria aut mitræ. *Lucilii ſunt prima ſolùm verba, reliqua Nonii, quibus vocem* ricini *interpretatur.* Rectè autem ille *oraria & mitras* ceu voces ejusdem notionis, aut non multùm diverſæ, uſurpat. Etymologicum M. Μίτραι, κυρίως οἱ ἀπὸ φακιῶν καὶ ὀραρίων στέφανοι. *Oraria* autem ad modum faſciarum longiuſcula fuiſſe, probatur Auguſtini teſtimonio, de Civ. Dei l. XXII. C. VIII. ubi de eo loquens, cui oculus in maxillam fuſus erat: *Tunc, ait ſicut potuit, oculum lapſum atq; pendentem, loco ſuo revocatum ligavit orario.* Evagrius in ſimili hiſtoria. lib. IV. Cap. VII. Τὸ διαῤῥυὲν τελαμῶνι ἀναδῆσαι. Eſt igitur *orarium* ſimile quid τελαμῶνι, quam vocem Heſychius interpretatur λῶρον, ἢ δεσμὸν, ἢ φασκίαν. Ambroſius orat. funebri de obitu Satyri fratris: *Divinum illud fidelium ſacramentum ligari fecit in orario, & orarium involvit collo, atque ita ſe dejecit in mare.* Sed erant *oraria* non ſolùm longa, verùm etiam lata. Nam antiquus Juvenalis interpres, *flameum* illud, quo nubentes amiciebantur, *orarium* interpretatur. Optimè verò quid ſit orarium, declarant Eccleſiaſtici ſcriptores, qui in habitu Sacerdotali *orarium* appellârunt *pannum oblongum*, brachio Sacerdotis imponi ſolitum. In Græcis Liturgiis ſæpe hujus fit mentio: & vocant Græci iſtam manualem laciniam, modò ὀράριον, modò λῶρον. Vide in λῶρον. Can. XXII. Laodicenus: Οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὀράριον φορεῖν. *Non oportet miniſtrum orarium ferre.* Can. XXIII. Οὐ δεῖ ἀναγνώστας ἢ ψάλτας ὀράριον φορεῖν, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν. *Non oportet lectores aut cantores orarium ferre, & ſic legere vel canere.* Quanquam alii ὀράριον & ὠμοφόριον pro eodem accipiunt, quod non Sacerdotum, ſed Diaconorum geſtamen fuit. Balſamon ad Can. XXII. Laod. pag. 837. Τὸ ὀράριον φορεῖν, μόνων ἐστὶ τῶν διακόνων· οὗτοι γὰρ τοῖς ἱερουργοῦσι παρεστάμενοι, καὶ ἐπιτηροῦντες τὰς τῶν ἁγίων εὐχῶν τελετὰς, καὶ τὰς τῶν πρεσβυτέρων ἐκφωνήσεις, διδόασιν εἴδησιν διὰ τοῦ ὀραρίου τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, τὸ ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐπιφωνήσεως, ἤγουν τοῦ καιροῦ τῆς ἐκτενοῦς τῶν αἰτήσεων τῶν κατηχουμένων, καὶ τῶν λοιπῶν. *Orarium ferre, eſt ſolorum Diaconorum. Hi enim iis, qui ſacra obeunt, aſſiſtentes, & ſanctarum orationum myſteria, atque Presbyterorum prolationes obſervantes, iis qui ſunt in ſuggeſtu Diaconis, per orarium ſignificant, quando debeat fieri pronunciatio ſeu prolatio petitionum catechumenorum, & reliquorum.* Eadem habet Matthæus Blaſtarius in Synopſi Canonum; cujus verba producta in Κατηχέω. Quòd verò & Blaſtarius & Balſamon dicunt, ὀράριον dici ἐκ τοῦ ὀρῶ, (apud Balſamonem malè ponitur ὁρῶ) τὸ φυλάττω καὶ ἐπιτηρῶ, *ab obſervando*, id ineptum & falſum eſt. Sic Codinus, lib. de Officiis: Ὁ ἀρχιδιάκονος φορῶν τὸ σύνηθες αὐτῷ, στιχάριον, φορῶν δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῦ καὶ φελώνην, οὐ μὴν καὶ ἐπιτραχήλιον, ἀλλ᾽ ὀράριον. Separat ἐπιτραχήλιον, quod injicitur collo, ab Orario: at in libro Severi Alexandrini Patriarchæ de ritibus Syrorum, amictûs Sacerdotalis pars nominatur אורורא, quod noſtrum eſt ſine dubio orarium: id autem ait imponi collo. Quare idem videtur eſſe cum eo, quod Græci ἐπιτραχήλιον dicunt. Habuerunt etiam Epiſcopi ſuum orarium, velut quoddam ſanctiſſimæ dignitatis inſigne; quod indicat vita S. Fulgentii, Ruſpenſis Epiſcopi, à diſcipulo conſcripta, C. XVIII. *Unâ tantùm viliſſimâ tunicâ, ſive per hiemem patienter indutus: orario quidem, ſicut omnes Epiſcopi, nunquam utebatur.* Item Anaſtaſ. Bibliothecarius in vita Agathonis Papæ, §. X. *Eâ horâ ſancta Synodus, unâ cum Principe ejus* (Conſtantino Auguſto) *orarium auferri juſſerunt à collo ejus*, (Macarii, Antiocheni Epiſcopi, ſeu Patriarchæ.) *Et exiliens Baſilius, Epiſcopus Cretenſis Eccleſiæ, ejus orarium abſtulit.* Sed hoc *Epiſcoporum orarium* peculiaris formæ fuit, nec, ut cætera oraria, ſimplex tantùm faſcia: quare etiam *pallium* eſt appellatum. In hiſtoria Synodi Remenſis hæc leguntur: *Arnulphus in ſui promotione annulum & baculum acceperat, quoddamq; genus orarii, quod per differentiam* pallium *dicitur.* Orarium appellaveris aptè ſericeam inſtitam, quam collo appendunt in Galliis Magiſtratus, & alii, qui Doctores fuerunt renunciati. Olim ad uſum tantùm munditiei geſtabatur: ſed Aurelianus, ut docet Vopiſcus, novum, & priùs incognitum orariorum uſum inſtituit: dedit enim populo

oraria

Digitized by Google

oraria, quibus ille uteretur ad favorem. Verba Vopiſci in Aureliano ſunt: *Sciendum tamen, congiaria illum ter dediſſe; donâſſe etiam populo Rom. tunicas albas manicatas ex diverſis provinciis,& lineas Afras, atq; Ægyptias puras; ipſumq; primùm donâſſe oraria populo Rom. quibus uteretur populus ad favorem.* Theatrorum ac circi verba ſunt *favere, & favor*, quæ non ſignificant tacitam benevolentiam, ſed quæ voce geſtuque exprimeretur. Ita accipiendum apud Hieronymum, epiſt. ad Pammachium: *Hæc dico, non quòd de ardore mentis tuæ quidquam dubitem, ſed quò currentem impellam, & acriter dimicanti fervorem favore augeam.* Favor hic eſt εὐφημία, ἐπιβόησις, & acclamatio incitantis ac bene cupientis. *Favere* autem *orario*, vel, *uti ad favorem orario*, nihil aliud eſt, niſi jactato orario dare ſignum favoris. Ante Aurelianum togâ hoc fiebat. Ovidius lib. III. Amorum univerſum favendi morem pulcherrimè expreſſit his verſibus, Eleg. II.

Maxima jam vacuo Prætor ſpectacula circo
Quadrijuges æquo carcere miſit equos.
Cui faveas, video: vincet, cuicunque favebis.
Quod cupias ipſi ſcire videntur equi.
Me miſerum, metam ſpatioſo circuit orbe:
Quid facis? admoto proximus axe ſubi.
Quid facis infelix? perdis bona vota puellæ:
Tende precor validâ lora ſiniſtra manu.
Favimus ignavo: ſed eum revocate Quirites,
Et date jactatis undique ſigna togis.
En revocant: at ne turbet toga mota capillos:
In noſtros abdas te licèt uſque ſinus.

Habes hic acclamandi morem, & ipſarum acclamationum exempla: habes etiam togæ jactationem: quò ſpectat illa Varronis & Columellæ querela de ſuorum temporum patribus familiâs: *qui in circis potius ac theatris, quam in ſegetibus ac vinetis manus moverent.* Græci hoc dicunt ἀνασείειν τὴν χεῖρα καὶ τὴν ἐσθῆτα. Idem ſignificat κατασείειν ταῖς ὀθόναις. Vide in Ὀθόνη. Confer etiam Κρότος & Κροτία. Quod igitur jactatione togæ ante Aurelianum non ſine aliquo incommodo, ut etiam ſuperior Ovidii locus declarat, fieri ſolitum, eo autore mutatum eſt, cœperuntque *loco togæ oraria jactari.* Inde qui favebant, *orariarii* dicti, & contracta voce euphoniæ cauſſâ, atque *o* in *au* mutato, *aurarii.* Servius in illum verſum;

Nunc quoque jam nimiùm gaudens popularibus auris:

Auris, ait, *favoribus: unde & aurarii dicuntur fautores.* Deducit hanc vocem *ab aura.* Idem alio loco derivat non *ab aura*, ſed *auro*, transſcripſitque eum Servii locum in ſuos libros Iſidorus. Sed non curanda ſcribendi conſuetudo contra analogiam; cujus multa exempla in latina lingua. Quemadmodum autem iſti in ludis favoris ſignum orariis dederunt: ſic alios jactatione ſudarii dare ſignum ſolitos obſervatur. Nam ut in Eccleſiis Chriſtianorum Diaconus, qui orarium geſtabat, eum qui in, ambone ſacram ſcripturam legebat, admonebat, quando vel ad fideles, vel ad Catechumenos deberet orationem flectere: Sic in Judæorum Synagogis legem è pulpito recitandi aderat aliquis manu ſudarium tenens, qui populo ſignum daret, ut AMEN diceret: dabat autem ſignum מניף בסודרין, ut loquuntur Rabbini, id eſt, *motitans ſudarium.* Sic etiam in judiciis capitis, cùm reus poſt latam ſententiam ad locum ſupplicii ducebatur, conſtituebatur aliquis in prætorii foribus, qui, ſi de ejus innocentia inter hæc conſtitiſſet, dato ſigno, executionem ſupplicii impediret, & condemnatum ad judices revocaret. Id autem ſignum dabatur ſimiliter jactato ſudario, ut diſertè iidem Magiſtri teſtantur. Qui plura de orario legere cupit, adeat etiam Cl. Salmaſii Notas ad Vopiſcum; Lindenbrogium, ac Watſium, in Gloſſ. Martinium in Etymologico: Joh. Boiſium, Anglum, in Cap. XIX. Actorum: Lud. De la Cerda Adverſ. ſacr. C. LXIV. num. IV. Gloſſarium Meurſii in ὠράριον, Voſſii lib. III. Cap. XXX. de Variis Gloſſematis; ut alios prætermittam.

Ὅρασις.

I. *Prophetarum prædictiones* vocantur ὁράσεις, *viſiones.* Baſilius Cæſar. in viſionem II. Jeſajæ, pag. 809. ea de re ſic ſcribit: Τῶν παρ' ἡμῖν αἰσθητηρίων τὸ ἐναργέστατον τὴν κατάληψιν ἔχον τῶν αἰσθητῶν, ὅρασίς ἐστιν· οὔτε γὰρ τὰ φοβερὰ δι' ἀκοῆς δυνατόν ἐστι γνωρίσαι, ὡς δι' ὁράσεως· οὔτε τῶν ἐπιθυμητῶν ἄλλη τις οὕτως ἀντιλαμβάνεται δύναμις, ὡς ἡ ὅρασις· οἵπερ ἡ τῶν ἀληθῶν θεωρία διὰ τὸ ἐναργὲς καὶ ἀναμφίβολον, ὅρασις προσηγόρευται. Ὅθεν καὶ ὁ ὁρῶν ἐκαλεῖτο ὁ προφήτης. *Inter ſenſuum noſtrorum organa, unum illud eorum, quæ ſenſui ſubjacent, evidentiſſimam obtinet cognitionem & intelligentiam, nempe viſus. Quæ enim formidabilia ſunt, nequaquam poſſit quis auditu internôſſe perinde ac viſu. Adde quòd alia vis nulla peræquè apprehendit, quid potiſſimùm expetere debeas, ut viſio. Hinc factum, ut eorum, quæ veritate nituntur, ſpeculatio,* viſio *appellata ſit, ob evidentiam & certitudinem. Unde etiam Propheta vocabatur* videns. Theodoretus in Cap. I. Jeſajæ, pag. 2. Ὅρασιν καλεῖ τῶν μελλόντων τὴν πρόγνωσιν· ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ σώματος ὀφθαλμοὶ ὑγιῶς διακείμενοι τὰ προκείμενα ὁρῶσιν· οὕτω τὸ ὀπτικὸν τῆς διανοίας ὑπὸ τοῦ θείου φωτιζόμενον πνεύματος, ὡς παρόντα βλέπει τὰ μὴ παρόντα. Viſionem *vocat præſcientiam futurorum. Quemadmodum enim corporis oculi, ſi ſani ſint, ante ſe poſita vident: ſic mentis acies à divino illuſtrata ſpiritu, abſentia cernit velut præſentia.* Chryſoſtomus in Cap. I. Jeſajæ, Prophetarum prædictiones dicit vocari ὁράσεις, *vel*, διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐκβησομένων ἐπ' αὐτῆς ὁρᾶν τῆς ὄψεως, *quòd multa eventura ipſo viſu cernant: vel*, διὰ τὸ τὴν ἀκοὴν τῶν προφητῶν τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ γινομένην αὐτοῖς, μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τῆς ὄψεως, ἀλλ' ὁμοίως πληροφορεῖν· ὅπερ ἐν τοῖς βιωτικοῖς οὐκ ἔνι, *quòd ea, quæ Prophetæ à Deo audiunt, æquipolleant iis, quæ vident, certamq; fidem faciant. Quod in rebus hujus vitæ eſſe nequit.*

II. Ὁράσεις, *Viſiones*, erant libri Græcorum pariter & Saracenorum, in quibus tradebatur, quot annos Imperatorum quisque eſſet victurus, & quæ imperante illo etiam eventura. Luitprandus in Legat. *Habent Græci & Saraceni libros, quos* ὁράσεις, *ſive* viſiones *Danielis vocant; ego autem Sibyllinos, in quibus ſcriptum reperitur, quot annis Imperator quiſque vivat, quæ ſint futura eo imperante tempora; pax, an ſimultas; ſecundæ Saracenorum res, an diverſæ.* Vide Cl. Meurſii in Ὁράσεις.

III. Circumferebantur αἱ ὁράσεις τοῦ ἁγίου Παύλου, *viſiones ſancti Pauli.* Marcus Patriarcha Alexandrinus, quæſt. II. Βιβλία διάφορα εὑρίσκονται εἰς ἀνατολικὰς καὶ νοτίους χώρας· καὶ τὰ μὲν ὀνομάζονται διδασκαλίαι τῶν ἁγίων ἀποστόλων· τὰ δὲ, ὁράσεις τοῦ ἁγίου Παύλου· ἐρωτῶ οὖν, εἰ ὀφείλομεν ἀναγινώσκειν αὐτά; *Varii reperiuntur libri in orientalibus & meridionalibus regionibus: & alii quidem nominantur Doctrinæ ſanctorum Apoſtolorum, alii verò,* Viſiones *ſancti* Pauli: *quæro igitur, num illi nobis legendi ſint?* Balſamon in reſponſione has ὁράσεις rejicit.

Digitized by Google

Ὁράω.

Notatu digna ſunt hæc Suidæ: Ὅρασις, γνῶσις. Καὶ ὁ εὐαγγελιστής· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ἀντὶ τοῦ, ἔγνω τρανῶς. *Viſus, aſpectus, cognitio. Et Evangeliſta* dicit, Joh. I. 18. *Deum nullus unquam vidit, pro, clarè & manifeſtè cognovit.* Confer, quæ dicta ſunt in Ἀόρατος, num. I. & in Θεωρία, num. II. Quando igitur ſcriptura dicit, *Deum fuiſſe viſum*, vel *adhuc videri*, id *de ejus* intelligendum *cognitione*. Chryſoſtomus πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, Cap. III. ad Joh. I. 18. Ὅρασιν, τὴν γνῶσιν λέγει. *Viſionem, dicit cognitionem*, quando ait, *Filium vidiſſe Deum.* Origenes in Philocalia, Cap. IX. pag. 36. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἑώρακεν οὐκ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κεῖται ἀεί· ἀλλ' ὁτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ ὁρᾷν, ὁτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ νοεῖν. *Sciendum eſt, non eodem ſemper ſignificatu poni verbum* vidit: *ſed aliquando de viſu corporis, aliquando pro intelligere.* Ita, quando Joh. VI. 46. & Cap. XIV. 7. *Deus Pater dicitur videri*, id iterum de cognitione accipiendum eſt. Chryſoſtomus Homil. XXXIV. in I. Corinth. Ὅρασιν, τὴν γνῶσιν λέγει τὴν σαφεστάτην καὶ ἀπηρτισμένην. *Viſionem dicit cognitionem clariſſimam & perfectam*, nempe Joh. VI. 46. Idem, Homil. LXXIII. in Joh. ad Cap. XIV. v. 7. Ὄψιν λέγει Χριστὸς τὴν κατὰ διάνοιαν γνῶσιν· τοὺς μὲν γὰρ ὁρωμένους δυνάμεθα καὶ ὁρᾷν καὶ ἀγνοεῖν· τοὺς δὲ γινωσκομένους οὐ δυνάμεθα γινώσκειν καὶ ἀγνοεῖν. *Viſionem vocat Chriſtus mentis cognitionem: eos enim quos videmus poſſumus & videre & ignorare: quos verò cognoſcimus, eos non poſſumus ſimul cognoſcere & ignorare.* Ita verbum ὁρᾷν de *cognitione* interpretatur Theophylactus ad Joh. III. 11. pag. 594. Ὃ ἑώρακα, τουτέστιν, ἀκριβῶς ἔγνωκα, οὐ γὰρ δήπου σωματικὴν ὄψιν, τὸ ἑωράκαμεν δηλοῖ, ἀλλὰ γνῶσιν ἀκριβεστάτην. Quod vidi, *hoc eſt, accuratè cognovi: neque enim corporalem viſionem ſignificat, cùm dicit,* vidimus: *ſed cognitionem certiſſimam.*

Ὄργανον.

De origine organorum Muſicorum in Templis, videndus eſt Cl. Hoſpinianus noſter Cap. XXIII. de Templis. Nos hìc tantùm agemus *de organis Muſicis in Eccleſia Chriſtiana* uſitatis. Quamvis verum ſit, ut refert Hoſpinianus ex Mariano Scoto, *ſub annum Domini DCCLVII. Organum primùm veniſſe in Franciam, miſſum Pipino regi à Conſtantino Imp. ex Græcia:* & quamvis Balæus, Angliæ Epiſcopus, ſcribat, *Vitellianum, patriâ Signinum, vel Campanum, inſignem muſicum, cantum in Templis circa annum Domini DCLX. & Organa per conſonantias humanis vocibus adhibuiſſe, juxta illud Baptiſtæ Mantuani:*

Signius adjunxit molli conſlata metallo
Organa, quæ feſtis reſonant ad ſacra diebus:

Ea tamen multò antiquiora eſſe, patet ex Prudentio, qui circa annum Domini CCCLXXX. vixit. Is namque meminit Organi, cujus tanta fuerit amplitudo, ut homo in eo deliteſcere potuerit. Sic enim ait: *Cùm repentè præſatum organum inſonuit, inæſtimabili & ineffabili ſuavitate omnium aures & corda demulcens ſuprà omnem modum humanum. Nec defuit curioſitas importuna, ſi quis forſitan eſſet intus, vel extra, qui tam dulcifluam Harmoniam effundere potuiſſet: verùm veraciter deprehenſum eſt & adore & canore, quòd tum etiam deſcendit veraciter in jubilatione, qui aſcendit in jubilatione.* Ejuſdem etiam meminit Balduinus 'Aldhelmus, Anglus, lib. de Virginitate, qui claruit anno Domini DCCIX. Ex aliis tamen Patribus clarum eſt, Organorum hujuſmodi uſum veteri & Apoſtolicæ Eccleſiæ ignotum fuiſſe, ſeroque in Eccleſiam receptum illum, qui hodie obtinet. Id fatetur etiam Cajetanus Cardinalis in ſua ſummula: ubi etiam addit, *in rei hujus ſignum Eccleſiam Romanam adhuc hodie non uti Organis coram Pontifice: licitum tamen eſſe eorum uſum dicit, propter carnales fideles & imperfectos.* Quæ Eraſmi fuerit ſententia, docet laudatus Hoſpinianus. Nec nobis objici debet cultus Dei, quem in veteri Teſtamento per inſtrumenta muſica exercuerunt. Primò enim organa illa ab hodiernis fuêre diverſa. Deinde Procopius Gazæus in Comment. ad lib. IV. Regum teſtatur, *cultum hunc Dei, non à Deo traditum, ſed à Davide excogitatum fuiſſe.* Tandem, ob varias cauſſas multa fieri paſſus eſt in veteri populo ſuo, circa quæ eos, qui per Chriſtum in virum perfectum adoleverunt, occupari ampliùs non vult. Variis id exemplis probari poſſet, ſiquidem neceſſe eſſet. De ſolis videamus Organis quæ veterum ſententia. Autor Quæſt. & Reſp. ad Orthodoxos, pag. 279. Quæſt. CVII. ad quæſtionem, *Cur Eccleſiæ Chriſtianæ,* κατὰ τοὺς ἐν τῷ νόμῳ νηπίους τοῖς ᾄσμασι κέχρηνται; *Cantilenis, juxta morem ſub lege infantium, utantur?* reſpondet, Οὐ τὸ ᾄσαι ἁπλῶς ἐστὶ τοῖς νηπίοις ἁρμόδιον, ἀλλὰ τὸ μετὰ τῶν ἀψύχων ὀργάνων ᾄσαι, καὶ μετὰ ὀρχήσεως καὶ κροτάλων· διὸ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις περιαίρεται ἐκ τῶν ᾀσμάτων ἡ χρῆσις τῶν τοιούτων ὀργάνων, καὶ τῶν ἄλλων τοῖς νηπίοις ὄντων ἁρμοδίων, καὶ ὑπολέλειπται τὸ ᾄσαι ἁπλῶς. *Simpliciter canere infantibus ſeu inſipientibus non convenit; ſed inſtrumentis inanimatis, & crotalis cum ſaltatione canere. Quocirca in Eccleſiis, non uſus cantionum per ejuſmodi Organa, & alia inſipientibus congruentia, receptus eſt, ſed ſimplex cantus in eis manet.* Conſentit Chryſoſtomus, qui in Pſal. CXLIV. tom. I. pag. 862. ita ſcribit: Τότε μὲν ὄργανα ἦν, δι' ὧν τὰς ᾠδὰς ἀνέφερον· νυνὶ δὲ ἀντὶ ὀργάνων, κεχρῆσθαί ἐστι τῷ σώματι· ἔστι γὰρ καὶ δι' ὀφθαλμῶν ᾄδειν, οὐ διὰ γλώττης μόνον, καὶ διὰ χειρῶν, καὶ διὰ ποδῶν καὶ ἀκοῆς. Ὅταν γὰρ ἕκαστον τούτων ταῦτα πράττῃ, ἃ τῷ Θεῷ φέρει δόξαν καὶ αἶνον, οἷον, ἂν μὴ ἀκόλαστα ὀφθαλμὸς βλέπῃ, ὅταν μὴ πρὸς ἁρπαγὰς αἱ χεῖρες, ἀλλὰ πρὸς ἐλεημοσύνην ὦσι τεταμέναι, ὅταν πρὸς ψαλμῶν καὶ πνευματικῶν ἀκουσμάτων ὑποδοχὴν αἱ ἀκοαὶ παρεσκευασμέναι· ὅταν πρὸς ἐκκλησίαν οἱ πόδες τρέχωσιν, ὅταν ἡ καρδία δόλους μὴ ῥάπτῃ, ἀλλ' ἀγάπην βρύῃ, γίνεται ψαλτήριον καὶ κιθάρα τοῦ σώματος τὰ μέλη, καὶ ᾄδει καινὴν ᾠδήν, οὐ τὴν διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ τὴν διὰ πραγμάτων. *Tunc quidem,* nempe ſub veteri Teſtamento, *organa erant, quibus cantiones offerebant: nunc autem loco organorum corpore uti licet. Poſſumus namque etiam oculis canere, non ſolâ linguâ, & manibus; & pedibus, & auribus. Si enim unumquodque horum membrorum ea facit, quæ Deo gloriam & laudem afferunt, exempli gratiâ, ſi oculus laſcivis non delectatur ſpectaculis: ſi manus non ad rapinas, ſed eleemoſynam extenduntur; ſi aures paratæ ſunt ad recipienda ſpiritualia præcepta; ſi pedes in Eccleſiam currunt; ſi cor fraudes non nectit, ſed charitatem emittit; fiunt pſalterium & cithara corporis membra, canuntque canticum novum, non quod verbis, ſed operibus conſtat.* Idem in CL. in eandem ferè ſententiam ſcribit, tandemque ſubjicit: Τὰ ὄργανα δὲ ἐκεῖνα διὰ τοῦτο ἐπιτέτραπτο τότε, διά τε τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ κιρνᾷν αὐτοὺς εἰς ἀγάπην καὶ συμφωνίαν, καὶ ἐγείρειν αὐτῶν τὴν διάνοιαν μεθ' ἡδονῆς ποιεῖν τὰ τὴν ὠφέλειαν παρεχόμενα, καὶ εἰς πολλὴν βούλεσθαι αὐτοὺς ἄγειν σπουδὴν διὰ τῆς τοιαύτης ψυχαγωγίας· τὸ γὰρ βάναυσον αὐτῶν καὶ ῥᾴθυμον καὶ ἀναπεπτωκὸς σοφιζόμενος ὁ Θεός, ἀφυπνίζειν αὐτοὺς ταύτῃ μεθώδευσε τῇ σοφίᾳ, ἀνακεράσας τῷ πόνῳ τῆς προσεδρείας τὸ ἡδὺ τῆς μελῳδίας. *Organa verò iſta propterea tunc conceſſa erant, tum propter infirmitatem eorum, tum ut in charitatem & amicam conſpirationem coaleſcerent, & ut mens eorum excitaretur ad ea, quæ utilitatem afferunt, cum voluptate facienda, & quod vellet eos*

Digitized by Google

tali recreatione & animi oblectatione ad multam excitare diligentiam. Cùm enim Deus inertiam atq; ſocordiam & languidum eorum animum ſapienter eludere voluiſſet, eos arte excitavit, aſſiduitatis moleſtias ſuavitate cantûs temperando. Et tom. VII. Operum ejus Edit. Etonienſis, habetur Homil. quam nos Ψευδεπίγραφον, Pontificii verò γνήσιον exiſtimant Chryſoſt. fœtum eſſe, ubi pag. 222. tanta cum vehementia Muſica hæc organica rejicitur, ut ejus inventum vocetur ἄνοια, πονηρὰ τοῦ διαβόλου ἐπίνοια, *dementia, pravum Diaboli commentum*: ejus defenſores, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς, *generatio mala & adultera*; tandemque addatur, Μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς· οὐκ ἔστι ταῦτα Χριστιανῶν· ταῦτα ἀλλότριά ἐστι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ. *Nemo vos ſeducat: hæc non ſunt Chriſtianorum: hæc aliena ſunt ab Eccleſia Catholica: hæc omnia gentes mundi quærunt.* Theodoretus Θεραπευτ. Serm. VII. de organis V. Teſtamenti: Τὰ τῶν ἐνήχων ὀργάνων ἠνέσχετο Θεός· οὐ τῇ τούτων ἁρμονίᾳ τερπόμενος, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τῆς εἰδώλων τὴν πλάνην παύων. *Muſica inſtrumenta paſſus eſt eſſe Deus, non quòd illorum concentu fuerit delectatus, ſed ita paulatim idolorum præſtigias ſublaturus.* Idem, in Pſal. XXXII. pag. 517. ad v. 2. 3. oſtendit, inſtrumenta Muſica conveniſſe Judæis; Chriſtianorum verò eſſe, corpora ſua Deo offerre. Ταῦτα πάντα, inquit, κατὰ τὴν νομικὴν ἐπετελεῖτο λατρείαν· καὶ γὰρ κιθάραις, καὶ κυμβάλοις, καὶ τυμπάνοις, καὶ ἑτέροις μουσικοῖς ὀργάνοις ἐκέχρηντο· - - Ἁρμόττει δὲ καὶ ἡμῖν τὰ εἰρημένα, πνευματικῶς νοούμενα· καὶ δυνατὸν ἡμᾶς εὔηχον καὶ παναρμόνιον ὄργανον ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποφῆναι, καὶ διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν τὸν Θεὸν ἀνυμνῆσαι. *Hæc omnia ſecundùm legalem cultum perficiebantur: etenim citharis, & cymbalis, & tympanis, aliisq; muſicis inſtrumentis utebantur. - - Quadrant autem & nobis quæ dicta ſunt, ſi ſpiritualiter intelligantur: & fieri poteſt, ut nos canorum & concinnum organum nos ipſos reddamus, & Deum celebremus per inſtrumenta omnium ſenſuum, tum interiorum, tum exteriorum.* Idem, ad v. 23. Cap. V. Hoſeæ, pag. 781. Deum ita Judæos alloquentem introducit: Παύσαι τοίνυν καὶ ᾄδειν, καὶ τοῖς μουσικοῖς κεχρημένος ὀργάνοις· οὐδὲ γὰρ ἐπιτέρπομαι τούτοις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν διὰ τῶν τερπνῶν ποδηγῶν σε ἐπὶ τὰ σπουδαῖα ταῦτα προσέταξε γίνεσθαι. *Deſine igitur cantare, & muſicis inſtrumentis uti: his enim non delector, etſi principio hæc fieri juſſi, ut ex rebus jucundis ad ſerias te deducerem.* Et in Pſal. CL. pag. 981. itidem perſpicuè docet, inſtrumenta muſica Judæis κατ᾽ οἰκονομίαν quandam fuiſſe conceſſa. Τούτοις οἱ Λευῖται πάλαι τοῖς ὀργάνοις ἐχρῶντο ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντες· οὐκ ἐπειδὰν Θεὸς ἐτέρπετο τῇ τούτων ἠχῇ, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τῶν γιγνομένων τὸ σκοπὸν ἐδέχετο· ὅτι γὰρ ᾠδαῖς καὶ κρούμασι τὸ θεῖον οὐκ ἐπιτέρπεται, ἀκούομεν αὐτοῦ λέγοντος Ἰουδαίοις, Ἀπόστησον ἀπ᾽ ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ φωνῆς ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. Ταῦτα τοίνυν γίνεσθαι συνεχώρησε, τῆς τῶν εἰδώλων αὐτοὺς πλάνης ἀπαλλάξαι θελήσας, ἐπειδὰν γὰρ φιλοπαίγμονές τινες ἦσαν, καὶ φιλογέλωτες, ταῦτα δὲ ἅπαντα ἐν τοῖς εἰδώλων ἐπετελεῖτο ναοῖς, συνεχώρησε ταῦτα, διὰ τούτων αὐτοὺς ἐφελκόμενος, καὶ τῇ ἐλάττονι βλάβῃ κωλύων τὴν μείζονα, καὶ διὰ τῶν ἀτελῶν προπαιδεύων τὰ τέλεια. *His inſtrumentis olim Levitæ utebantur, Deum in divino Templo laudantes: non quòd Deus horum ſono oblectaretur: ſed quoniam propoſitum eorum, qui hæc faciebant, amplectebatur. Nam Deum minimè cantibus & ſonis delectari, audimus ipſum Judæis dicentem* Amoſi V. Averte à me ſonum cantionum tuarum, & vocem organorum tuorum non audiam. *Hæc igitur fieri permiſit, cùm ab idolorum errore eos liberare vellet. Quoniam enim ſtudioſi ludorum erant, & riſus amatores, & hæc omnia in idolorum templis fiebant, hæc permiſit, hoc pacto eos alliciens, & minori damno majus impediens, & per imperfecta prædocens.* En; cur Judæis conceſſa fuerint organa. Eadem eſt ſententia Iſidori Peluſiotæ, qui ipſe quoque non ſemel organa muſica rejicit, & ea, quæ ſub V. T. uſitata erant, myſticè explicat. Id facit epiſt. CCCLXIV. lib. I. pag. 95. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, καὶ ὀργάνῳ, καὶ χορδαῖς, φησὶν ὁ ψαλμῳδὸς, οὐ χαλκῷ ἠχοῦντι καὶ ὀργάνοις θελκτικοῖς τὰς θείας ἐπιτρέπων ᾠδὰς, ἀλλὰ τύμπανον ἡμᾶς τὴν ἑαυτῶν ἀποτελεῖν σάρκα παρεγγυῶν, οὐδὲν ἔχουσαν πάθους κίνημα, ἀλλὰ νεκρὰν τοῖς γηΐνοις ὑπάρχουσαν μέλεσι. Χορὸν δὲ, τὴν σύμφωνον τῆς ἐκκλησίας ἁρμονίαν ζητεῖ. Καὶ χορδαῖς, τὰς ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις δηλοῖ, ὑφ᾽ ὧν τὸ τῆς γλώττης ἀνακρούεται πλῆκτρον. Καὶ ὄργανον, ὁ πᾶς εὑρίσκεται ἄνθρωπος, Θεῷ εὐάρεστος, καὶ ἀνθρώποις ἐνάρμοστος. Laudate eum in tympano & choro, & organo & chordis, *ait Pſalmiſta: non æri tinnienti, & inſtrumentis ad mulcendos ac deliniendos animos accommodatis divinos cantus committens, verùm nos admonens, ut ex carne noſtra* tympanum *efficiamus: ſic nempe, ut nullum præpoſteri affectus motum habeat, verùm terrenis membris mortua & extincta ſit.* Per chorum *autem, concordem Eccleſiæ concentum poſtulat.* Per chordas *item, ſenſus noſtros intelligit, quorum operâ linguæ plectrum pulſatur. Tandem* organum *quivis homo eſt, cùm Deo mores ſuos ac vitam probat, atque hominum commodis aptus eſt.* Et lib. ejuſd. Epiſt. CCCCLVII. quæ eſt ad Palladium Diaconum, pag. 116. Εἰ τῆς γραφικῆς ζητεῖς μουσικῆς διασάφησιν, οὕτω νοητέον. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐν ἤχῳ σάλπιγγος· ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ἀναστάσεως, σάλπιγγι γενησομένης, ὡς γέγραπται. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ, τῇ γλώσσῃ ἡμῶν καὶ τῷ στόματι, ὡς πλήκτρῳ τινὶ τῷ πνεύματι κρουομένων· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, ἐν σαρκὶ καὶ ψυχῇ, ἀφ᾽ ἧς, ὡς χοροὶ αἱ πρὸς Θεὸν διαβαίνουσι δεήσεις· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ, ἐν καρδίᾳ καὶ παντὶ ἔσωθεν σπλάγχνῳ, καὶ νεύροις, ἅπερ ὄργανον κέκληκεν· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, τοῖς χείλεσι, δι᾽ ὧν τὰ ἐναρμόνια τῆς ψαλμῳδίας πλέκεται μέλη. *Si Muſicæ illius, de qua Scriptura loquitur, explanationem quæris, ad hunc modum intellige.* Laudate Dominum in ſono tubæ: *hoc eſt, in memoria reſurrectionis, quæ tuba fiet, ut Scriptura teſtatur.* Laudate eum in pſalterio & cithara: *hoc eſt, in lingua noſtra & ore, à Spiritu ſancto tanquam plectro quodam percuſſis.* Laudate eum in tympano & choro: *id eſt, in carne & animo, à quo, tanquam chori, preces ad Deum tranſeunt.* Laudate eum in chordis & organo: *hoc eſt, in corde atq; omnibus internis visceribus & nervis, quæ quidem organum appellavit.* Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus: *hoc eſt, in labiis, quorum adminiculo concinna & modulata Pſalmodiæ carmina contexuntur.* Ex his omnibus jam patere poteſt, quæ veterum de organis, & aliis inſtrumentis Muſicis fuerit ſententia. Hinc eos minimè moramur, qui eorum in Eccleſia Chriſtiana uſum defendunt: quorum tamen oppidò pauci ſunt. Ex iis eſt Julianus Halicarnaſſenſis, cujus hæc ſunt in Catena in Cap. XXXI. Jobi, pag. 465. Οὐδὲ κεχρῆσθαι ὀργάνοις ἀπείρητο, μετ᾽ εὐσεβείας γινομένου, ὅπου γε ἐν τῷ ναῷ τούτοις ἐκέχρηντο. *Neque muſicis inſtrumentis, ſi cum pietate id fieret, uti interdictum erat; ſiquidem in Templo illis utebantur.* Sed facilis ad locum reſponſio: loquitur enim de temporibus Jobi, non de Eccleſia Chriſtiana. Plus difficultatis habent, quæ leguntur apud Clementem Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. IV. pag. 165. Κἂν πρὸς κιθάραν ἐθελήσῃς ἢ λύραν ᾄδειν τι καὶ ψάλλειν, μῶμος οὐκ ἔστιν. Ἑβραῖον μιμήσῃ δίκαιον βασιλέα, εὐχάριστον τῷ Θεῷ. Ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι ἐν τῷ Κυρίῳ· Τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις, φησὶν ἡ προφητεία. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ· ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλλετε αὐτῷ. ᾄσατε αὐτῷ ᾆσμα

Digitized by Google

καιὸν, καὶ μήτι τὸ δεκάχορδον ψαλτήριον, τὸν λόγον τὸν Ἰησοῦν μηνύει, τῷ στοιχείῳ τῆς δεκάδος φανερούμενον; Ὡς δὲ ἁρμόδιον, πρὶν ἡμᾶς μεταλαβεῖν τροφῆς, τὸν συμπάντων εὐλογεῖν τὸν ποιητὴν, οὕτως καὶ παρὰ πότον καθήκει ψάλλειν αὐτῷ τῶν αὐτοῦ μεταλαμβάνοντας κτισμάτων· καὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς, ἐμμελής ἐστιν εὐλογία καὶ σώφρων· ᾠδὴν πνευματικὴν ὁ Ἀπόστολος εἴρηκε τὸν ψαλμόν· ἐπὶ πᾶσί τε πρὶν ὕπνου λαχεῖν, εὐχαριστεῖν ὅσιον τῷ Θεῷ· τῆς αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας ἀπολαύσαντας, ὡς καὶ ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι ἡμᾶς εὐθέως· καὶ ἐξομολογήσασθε αὐτῷ ἐν ᾠδαῖς χειλέων, φησίν· ὅτι ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα εὐδοκία γίνεται· καὶ οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις εἰς τὸ σωτήριον αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι, παρὰ τὰς συμποτικὰς εὐωχίας καὶ τὰς ἐπιψεκαζούσας κύλικας, Ἑβραϊκῶν κατ' εἰκόνα ψαλμῶν, ᾆσμα τὸ καλούμενον σκολιὸν, ᾔδετο· κοινῶς ἁπάντων ἅμα φωνῇ παιανιζόντων· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐν μέρει περιελιττόντων τὰς προπόσεις τῆς ᾠδῆς· οἱ δὲ μουσικώτεροι αὐτῶν καὶ πρὸς λύραν ᾖδον· ἀλλ' αἱ μὲν ἐρωτικαὶ, μακρὰν ἐρρέτωσαν ᾠδαί· ὕμνοι δὲ ἔστωσαν τῷ Θεῷ αἱ ᾠδαί. Αἰνεσάτωσαν, φησὶ, τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ· ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλλάτωσαν αὐτῷ. Καὶ τίς ὁ ψάλλων χορός; αὐτός σοι διηγήσεται τὸ πνεῦμα. Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων, ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν· καὶ πάλιν ἐπιφέρει· ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἁρμονίας παραδεκτέον τὰς σώφρονας· ἀπωτάτω ὅτι μάλιστα ἐλαύνοντας τῆς ἐρρωμένης ἡμῶν διανοίας, τὰς ὑγρὰς ὄντως ἁρμονίας· αἳ περὶ τὰς καμπὰς τῶν φθόγγων κακοτεχνοῦσαι, εἰς θρύψιν καὶ βωμολοχίαν ἐκδιαιτῶνται. Τὰ δὲ αὐστηρὰ καὶ σωφρονικὰ μέλη, ἀποτάσσεται ταῖς τῆς μέθης ἀγερωχίαις. Καταλειπτέον οὖν τὰς χρωματικὰς ἁρμονίας ταῖς ἀχρώμοις παροινίαις, καὶ τῇ ἀνθοφορούσῃ καὶ ἑταιρούσῃ μουσικῇ. *Et ſi ad lyram vel citharam canere & pſallere volueris, nulla in te cadet reprehenſio: Hebræum juſtum imitaberis regem, qui Deo fuit gratus & acceptus:* Exultate juſti in Domino: Rectos decet laus, *dicit prophetia.* Confitemini Domino in cithara, in pſalterio decachordo ei pſallite. Cantate ei canticum novum. *Numquid autem decachordum pſalterium Verbum Jeſum ſignificat, qui manifeſtatur elemento decadis? Quemadmodum autem antequam ſumamus alimentum, laudare nos decet factorem univerſorum: ita etiam in potu nos ei decet pſallere, cùm ejus creaturarum efficimur participes. Eſt enim pſalmus numeroſa & modeſta laudatio. Canticum ſpiritale pſalmum dixit Apoſtolus. Poſtremò autem antequam nos ſomnus invadat, pium & ſanctum eſt Deo gratias agere, ut qui ejus benignitatem & gratiam fuerimus conſecuti, ita ut cum divino quodam afflatu nos ad ſomnum conferamus:* Et confitemini ei, *inquit*, in canticis labiorum, *quòd ad ejus juſſum fiat quicquid ei viſum eſt, & ad ejus ſalutare nihil eſt neque mancum neq; diminutum. Cæterùm apud veteres quoque Græcos, in conviviis ad compotandum comparatis, & rorantibus poculis, ad Hebraicorum pſalmorum ſimilitudinem, canticum quod appellatur* σκολιὸν, *canebatur, communiter omnibus voce ſimul pæana clamantibus, & nonnunquam etiam per cantici vices propinationem circumagentibus. Qui autem erant ex eis muſicæ paulò peritiores, etiam ad lyram canebant. Verùm amatoria quidem procul abſint cantica. Sint autem cantica, Dei laudes.* Laudent, *inquit*, nomen ejus in choro, in tympano, & in pſalterio pſallant ei. *Et quis eſt chorus qui pſallit? Ipſe tibi narrabit ſpiritus:* Laudatio ejus in Eccleſia ſanctorum. Exultent in rege ſuo. *Et rurſus ſubjungit:* Quoniam beneplacitum eſt Domino in populo ſuo. *Sunt enim admittendæ modeſtæ & pudicæ harmoniæ: contrà à forti & nervoſa noſtra cogitatione verè molles & enerves harmoniæ amandandæ quàm longiſſimè, quæ improbo flexuum vocis artificio, ad delicatam & ignavam vitæ agendæ rationem deducunt. Graves autem, & quæ ad temperantiam pertinent modulationes ebrietati ac protervia nuncium remittunt. Chromaticæ igitur harmoniæ, impudenti in vino protervia, floribusq; redimitæ & meretriciæ muſicæ, ſunt relinquendæ.* Hæc verba ſtrictim veniunt examinanda. In toto hoc capite, à principio usque ad iſta, οὗτος ἡμῶν ὁ κῶμος ὁ εὐχάριστος, nihil Clemente indignum. Deinde, κἂν πρὸς κιθάραν ἐθελήσῃς ἢ λύραν ᾄδειν, &c. aſſumentum eſt, è diametro ſuperioribus contrarium: nec video, qua ratione cum præcedentibus conjungantur per κἄν. Quæ ſequuntur, Καὶ μή τι τὸ δεκάχορδον, &c. quæſtionem continent ineptiſſimam, & Cabbaliſta dignam. Ὡς δὲ ἁρμόδιον - - usque ad, μεταλαμβάνοντας κτισμάτων, pium ſatis effatum, ſed οὐδὲν πρὸς ἔπος. Ratio autem illi ſubjecta, καὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς, ἐμμελής ἐστιν εὐλογία καὶ σώφρων, propemodum ridicula eſt. Quæ enim conſequentia; *Pſalmus eſt numeroſa & modeſta laudatio:* Ergo inter pocula decet pſallere Deo? Et quod ſequitur, ᾠδὴν πνευματικὴν ὁ Ἀπόστολος εἴρηκε τὸν ψαλμὸν, quaſi de cœlo interlabitur. Mox: Ἐπὶ πᾶσί τε - - ὡς καὶ ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι ἡμᾶς ἐυθέως, pro quo perperam impreſſa exemplaria, εὐθέως, alienum omnino eſt. In ſequentibus, Καὶ ἐξομολογήσασθε αὐτῷ - - εἰς τὸ σωτήριον αὐτοῦ, mult meritò deſideres. Nam hæc non cohærent cum præcedentibus. Decerpta ſunt quædam ex Sirach. XXXIX. 15. 18. pro quibus locis in margine Edit. Leidenſis & Pariſinæ additur Pſal. LXII. & CXVIII. ubi horum nec vola nec veſtigium; verſus 15. verba ſic habent: Δότε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μεγαλωσύνην, καὶ ἐξομολογήσασθε ἐν αἰνέσει αὐτοῦ, ἐν ᾠδαῖς χειλέων. Verſu verò 18. Ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα ἡ εὐδοκία, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐλαττώσει τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Confer hæc & Clementina. Καὶ γὰρ ἁρμονίας παραδεκτέον - - ἀποτάσσεται ταῖς τῆς μέθης ἀγερωχίαις. Abſurda iterum connexio horum & antecedentium. Quid enim, Καὶ γὰρ κλ. rationis habent, quod eò pertineat? Tandem, quid ſunt αὐστηρὰ καὶ σωφρονικὰ μέλη; Dubito, an quiſquam Philoſophorum, imò εἷς τῶν πολλῶν, his epithetis coronare τὰ μέλη unquam voluerit. Si ipſam luſtremus phraſin hujus ἐπιβλήματος, multa etiam deprehendemus ἄτοπα. Exempla ſubjicimus. Ἐπὶ πᾶσί τε, πρὶν ὕπνου λαχεῖν. Vidit Interpres Latinus non quadrare: vertit igitur: *Poſtremò autem, antequam*, &c. quaſi ſcriptum eſſet, ἐπὶ πᾶσι δὲ, &c. quòd utique tolerabile foret. Οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις εἰς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Cur non dixit, Ἐλάττωσις τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ, ſiquidem lubuit à verbis Sapientiæ recedere? Parco tamen, ſi εἰς τὸ σωτήριον, pro, ἐν τῷ σωτηρίῳ, uſurpavit: nec illa præpoſitio εἰς fortè obrepſerit ex ultima ſyllaba verbi ἐλαττώσει, quod habet Syrachides. Illud etiam non ad palatum meum, Ἐν τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν - - ᾆσμα ᾔδετο. Cur præpoſitione ἐν uſus fuerit, non video. Quod ſequitur intricatius eſt: Κοινῶς ἁπάντων παιανιζόντων. Hactenus benè. Ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐν μέρει περιελιττόντων τὰς προπόσεις τῆς ᾠδῆς. Si ſcripſiſſet, ἁπάντων παιανιζόντων, καὶ ἐν μέρει περιελιττόντων, vel, ἢ καὶ ἐν μέρει περιελιττόντων, facilè ſenſum aſſequerer. Jam non capio, quomodo παιανιζόντων καὶ περιελιττόντων cohæreſcant, intercedentibus illis, ἔσθ' ὅτε δὲ, ſequente mox, οἱ δὲ μουσικώτεροι, κλ. Infrà Cap. VII. pag. 171. dicit, Ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἄλλοις παραίτιοι γίνονται σφαλμάτων. *Quin etiam nonnunquam aliis cauſſæ ſunt offenſionum.* Itaque dicendum, Ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ περιέλιττον τὰς προπόσεις μετ' ᾠδῆς. Sic ſequentia concinunt, οἱ δὲ μουσικώτεροι - - ᾖδον. Cæterùm, ſi Plutarchum conſulamus, omnia hic falſa vel confuſa. Plutarchus Sympoſ. lib. I. Cap. I. ſub finem, pag. 1092. Ὅτι πρῶτον μὲν ᾖδον ᾠδὴν τοῦ Θεοῦ, κοινῶς ἅπαντες μιᾷ φωνῇ παιανίζοντες· δεύτεραν δὲ ἐφεξῆς ἑκάστῳ μυρσίνης παραδιδομένης, ἣν ἄσακον οἶμαι, διὰ τὸ ᾄδειν

ᾄδειν τὸ δεξάμενον, ἐκάλουν. Ἐπὶ δὲ τούτῳ λύρας περιφερομένης, ὁ μὲν πεπαιδευμένος ἐλάμβανε, καὶ ᾖδεν ἁρμοζόμενος· τῶν δὲ ἀμούσων οὐ προσιεμένων σκολιὸν ὠνομάσθη τὸ μὴ κοινὸν αὐτοῦ, μηδὲ ῥᾴδιον. *Primùm quidem canebant pæanem Deo una omnes voce, laudes ipſius celebrando: deinde unuſquiſq; propriam cantilenam, accepto myrto, quam ex eo aſaron appellabant, quod cantaret is, cui tradita ea eſſet. Et quia deinde lyra circumlata, eruditus illud carmen concinnè modulabatur, recuſabant rudes muſicæ: ſcolion fuit nominatum, quòd neque facile eſſet, neque omnibus commune carmen.* In Græco ἄσακον, pro ἄσαρον, de quo Lexica conſuli debent. Legendum αἴσακον, juxta Turnebum & Vulcobium. Vide in Βαΐον, num. I. Cum his ſi comparentur Clementis verba, multis deprehendentur modis falſa eſſe. Ille enim dicit; Σκολιὸν *canebatur, communiter ſimul omnibus pæana canentibus:* at Plutarchus; *Primùm quidem canebant pæanem deo una omnes voce:* tum ἄσαρον, denique ζκολιὸν poſtremò. Clemens dicit, Ἔσθ᾽ ὅτε καὶ ἐν μέρει, adeoque hos *particulatim;* non, ut priores, κοινῶς *communiter;* canentes, ſeparat ab illis prioribus, qui, ut opinatur, ζκολιὸν decantabant. Mox Clemens quoque illos disjungit, qui πρὸς λύραν ᾖδον. Contrà, illi ipſi, qui ἐν μέρει, quive πρὸς λύραν odas cantabant, Plutarcho diſertè ſunt οἱ τὸ ζκολιὸν ᾄδοντες. Conſentit cum Plutarcho Athenæus lib. XV. Dipnoſ. Cap. XXI. Dicæarchus apud Suidam, Pollux in Onomaſtico, Scholiaſtes Ariſtophanis, &c. A' pietate etiam Clementis alienum, quòd ζκολιὸν in Gentilium conviviis, ad compotationes inſtitutis, cantari ſolitum, Ἑβραϊκῶν κατ᾽ εἰκόνα ψαλμῶν, fieri dicitur. Quaſi neſcierit ille, Pſalmos, non παροινίους ᾠδὰς, id eſt, *interpocularia cantica;* uti τὰ ζκολιὰ, eſſe, quanquam poſt cœnas recitarentur, Matth. XXVI. 30. ſed & damnari à Deo graviſſimè talem Pſalmorum profanationem præcepto Decalogi tertio, & Amoſ. V. 23. VI. 5. 6. Nec vindicâſſe hæc videretur, qui exciperet, ᾆσμα, ſeu canticum illud Græcum, ad imitationem Pſalmi effictum putandum. Scopus enim eſt, Cantionum uſum in conviviis repræſentare; non, de verſuum artificio loqui. Ut rem tandem expediamus: Totum illud Clementis caput iſtis videtur terminari: Οὗτος ἡμῶν ὁ κῶμος ὁ εὐχάριστος. Cum quibus conjungi poſſunt ſequentia: Ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἐρωτικαὶ μακρὰν ἐῤῥέτων ᾠδαί. -- Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Si ea ſunt Clementis, Καὶ γὰρ ἁρμονίας παραδεκτέον τὰς σώφρονας, κλ. Item: Καταληπτέον οὖν τὰς χρωματικὰς ἁρμονίας -- μουσικῇ, quomodo idem ab exemplo Græcorum doceret, *Ad lyram eſſe canendum?* Aliàs enim ubique explodit hoc genus delicatæ muſicæ, ac Davidis Pſalterium nobis allegoricè accommodat. In Protreptico, pag. 4. Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, λύραν μὲν καὶ κιθάραν, τὰ ἄψυχα ὄργανα, ὑπεριδὼν, κόσμον δὲ τόνδε, καὶ δὴ καὶ τὸν σμικρὸν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, ψυχήν τε καὶ σῶμα αὐτοῦ, ἁγίῳ πνεύματι ἁρμοσάμενος, ψάλλει τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ πολυφώνου ὀργάνου, καὶ προσᾴδει τούτῳ τῷ ὀργάνῳ τῷ ἀνθρώπῳ. Σὺ γὰρ εἶ κιθάρα, καὶ αὐλὸς, καὶ ναὸς ἐμός· κιθάρα, διὰ τὴν ἁρμονίαν· αὐλὸς, διὰ τὸ πνεῦμα· ναὸς, διὰ τὸν λόγον. *Dei Verbum, lyram quidem & citharam, inſtrumenta inanima deſpiciens, cùm hunc mundum, atque etiam parvum mundum, nempe hominem, ejuſq; & animam & corpus ſancto ſpiritui concinnâſſet, pſallit Deo per inſtrumentum multarum vocum, & huic inſtrumento, nempe homini canit: Tu enim es cithara, & tibia, & templum meum. Cithara, propter harmoniam; tibia, propter ſpiritum; templum, propter Verbum.* Paulò pòſt: Καλὸν ὁ Κύριος ὄργανον ἔμπνουν τὸν ἄνθρωπον ἐξειργάσατο κατ᾽ εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ. Ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὄργανόν ἐστι τοῦ Θεοῦ παναρμόνιον, ἐμμελὲς καὶ ἅγιον, σοφία ὑπερκόσμιος, οὐράνιος λόγος. *Pulchrum inſtrumentum Dominus, & quidem ſpirans hominem fecit ad ſuam imaginem. Certè ipſe quoq; eſt Dei concinnum & aptum inſtrumentum & ſanctum, ſapientia ſupermundana, Verbum cæleſte.* Idem, pag. 14. laudat Anacharſin, qui Tympaniſtam & Cymbaliſtam ſagittis confodit. Stromat. VI. pag. 659. Περιττὴ μουσικὴ ἀποπτυστέα, ἡ κατακλῶσα τὰς ψυχὰς, καὶ εἰς ποικιλίαν ἐμβάλλουσα, τοτὲ μὲν θρηνώδη, τοτὲ δὲ ἀκόλαστον καὶ ἡδυπαθῆ, τοτὲ δὲ ἐκβακχευομένην καὶ μανικήν. *Muſica ſupervacanea reſpuenda eſt, quæ frangit animos & variè afficit, ut quæ ſit aliquando quidem lugubris, aliquando verò impudica & incitans ad libidinem, aliquando autem limphata & inſana.* Iterum, lib. II. Pædag. Cap. IV. pag. 163. Ἀποπεμπτέα τὰ ὄργανα ταῦτα νηφαλίου συμποσίου, θηρίοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις κατάλληλα, καὶ ἀνθρώπων τοῖς ἀλογωτέροις. *Inſtrumenta hæc à ſobrio convivio amandanda ſunt, quæ beſtiis magis, quàm hominibus conveniunt, & iis hominibus, qui à ratione ſunt alieniores.* Mox: Πᾶσαν δὲ ἁπαξαπλῶς ἀνελεύθερον ὄψιν τε καὶ ἀκοὴν, καὶ συνελόντι φάναι, αἴσθησιν ἀκρασίας αἰσχρὰν, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀναισθησίαν, ἐκκοπτέον εὖ μάλα, τὴν ἐν ὄμμασι καὶ ἐν ὠσὶ γαργαλίζουσαν καὶ ἀποθηλύνουσαν ἡδονὴν εὐλαβουμένους. *Omne autem turpe ſpectaculum, omnemq; turpem auditionem, &, ut ſemel dicam, omnem turpem intemperantiæ ſenſum, quæ quidem eſt vera ſenſus privatio, maximè oportet nos exſcindere, quæ in oculis & in auribus titillat & effœminat, voluptatem caventes.* Ratio: Διαφθείρουσι τοὺς τρόπους, ἀκολάστῳ καὶ κακοτέχνῳ μουσικῇ εἰς πάθος ὑποσύρουσαι τοῦ κώμου ταύταις. *Intemperanti & pravo muſicæ artificio mores corrumpunt, ad hujus comeſſationis perturbationem trahentes.* Poſtea tubam, pſalterium, citharam, tympanum, chorum, chordas, organum, cymbalum, typicè declarat, ut ſuprà Iſidorus Peluſiota, qui ſua ex Clemente habet. Clementina etiam ſubjicimus, ut conferri inter ſe poſſint: Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος· καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος ἀναστήσει τοὺς νεκρούς. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ· ὅτι ἡ γλῶττα, τὸ ψαλτήριον Κυρίου. Καὶ ἐν κιθάρᾳ αἰνεῖτε αὐτόν. Κιθάρα νοείσθω τὸ στόμα, οἱονεὶ πλήκτρῳ κρουόμενον, τῷ πνεύματι. Ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ αἰνεῖτε αὐτόν· τὴν ἐκκλησίαν λέγει, τὴν μελετήσασαν τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν, ἐν ἠχοῦντι τῷ δέρματι. Ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ αἰνεῖτε αὐτόν· ὄργανον, τὸ σῶμα λέγει τὸ ἡμέτερον· καὶ χορδὰς, τὰ νεῦρα αὐτοῦ, δι᾽ ὧν ἐναρμόνιον εἴληφε τὴν τάσιν· καὶ κρουόμενον τῷ πνεύματι, τοὺς φθόγγους ἀποδίδωσι τοὺς ἀνθρωπίνους. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ· κύμβαλον, τοῦ σόματος τὴν γλῶτταν λέγει, ἣ τοῖς κρουομένοις ἐπηχεῖ χείλεσι. Laudate eum in ſono tubæ. *In ſono enim tubæ ſuſcitabit mortuos.* Laudate eum in pſalterio, *quoniam lingua eſt pſalterium Domini.* Et in cithara laudate eum. *Per citharam os intelligitur, quod ſpiritu tanquam plectro pulſatur.* In tympana & choro laudate eum. *Dicit Eccleſiam, quæ reſurrectionem carnis meditari ſolet in pelle reſonante.* In chordis & organo laudate eum. *Organum dicit corpus noſtrum, & chordas ejus nervos, per quos numeroſè & concinnè intenditur, & ſpiritu pulſatum, voces edit humanas.* Laudate eum in cymbalis jubilationis. *Cymbalum, oris dicit linguam, quæ pulſatu labiis reſonat.* Ex his quædam, quæ minùs ſana apud Iſidorum, curari poſſunt. Pro, ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ἀναστάσεως, malim, εἰς μνήμην τῆς ἀναστάσεως. Pro, τῇ γλώσσῃ καὶ τῷ σόματι, ὡς πλήκτρῳ τινὶ τῷ πνεύματι κρουομένων, omnino κρουομένῳ, vel κρουομένοις reſtituendum. Nihil ergo Clemens ſcripſit, quod Organis & eorum hodierno die recepto uſui vel parùm faveat: imò prorſus contrarium.

Ὀργ.

Digitized by Google

Similia habet Galenus de aff. cur. Cap. V. Ὁ θυμὸς οὐδὲν ἀποδεῖ μανίας. *Iracundia inſaniâ diſtat nihil.* Hieronymus in Cap. V. ad Galatas: *Ira ſpecies eſt furoris.* Diſtat certè ab inſaniâ iracundia, non tam intenſionis & vehementiæ ratione, quàm tractu temporis, actuque voluntatis: ille inſaniâ leviorem iram, hic etiam graviorem aliquo modo facit. Illius reſpectu, μανία ὀλιγοχρόνιος, ὁ θυμὸς, Baſilio: vide in Θυμὸς, num. I. 2. Horatius:

Ira furor brevis eſt. -- --

Ignatius in Epiſt. ad Philadelph. pag. 101. Οὗ διάστασις γνώμης, καὶ ὀργὴ, καὶ μῖσος, ἐκεῖ Θεὸς οὐ κατοικεῖ. *Ubi animorum diſcordia eſt, & ira, & odium, ibi Deus minimè habitat.* Vide integram Baſilii M. Orat. κατὰ ὀργιζομένων, tom. I. pag. 435. &c. Chryſoſtomum, Homil. XVI. in Matth, pag. 113. Homil. XV. in Epiſt. ad Epheſios, pag. 839. Homil. VI. in Acta, pag. 645. Homil. XVII. in Acta, pag. 709. Idem, lib. III. de Sacerdotio, tom. VI. pag. 21.

2. *Impropriè*, & quidem *metonymicè* pro ipſo iræ effecto. Baſilius M. Ὀργή ἐστιν ἡ κόλασις ἡ ἀπὸ τοῦ δικαίου κριτοῦ κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀδικίας ἐπαγομένη. *Ira eſt pœna à juſto judice pro ratione delicti irrogata.* Eodem ſenſu ſumitur ad Rom. IV. 15. Ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. *Lex iram operatur.* Theodoretus, pag. 37. Ἔθος τῷ νόμῳ κολάζειν τοὺς παραβαίνοντας. Ὀργὴν γὰρ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσε. *Lex conſuevit eos punire, qui eam tranſgrediuntur.* Iram *enim ſupplicium appellavit.* Ita Rom. III. 5. Theophylactus ἐπιφέρειν ὀργὴν, *inferre iram*, interpretatur per κολάζειν, *punire.* Ita alibi quoque ſatis frequenter ſumitur. Nec aliter *ira Deo tribuitur*; quam Cyrillus Alexandr. duplicem facit in Collectaneis, pag. 67.

a. Ὀργὴ κυρίου ἐστὶν ἡ ἀναχώρησις τῆς τῶν θείων χαρισμάτων χορηγίας. *Ira Domini eſt, quando dona ſua ad tempus ſubtrahit.*

b. Eſt τιμωρία, κόλασις. *Pœna, ſupplicium.* Verba Cyrilli ſunt: Ὀργὴ Θεοῦ ἐστιν ἡ τῶν παιδαγωγουμένων ἐπίπονος αἴσθησις, ἤτοι τῶν ἀκουσίων πόνων ἐπαγωγή· δι' ἧς τὸν ἐπ' ἀρετῇ καὶ γνώσει φυσιούμενον νοῦν ὁ Θεὸς πολλάκις ἄγει πρὸς συστολὴν καὶ ταπείνωσιν, αὐτὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι διδοὺς ἐπιγνώμονα καὶ τῆς οἰκείας ἀσθενείας συνίστορα. *Ira Dei eſt eorum qui inſtituuntur laborioſa notitia, vel etiam laborum præter animi ſententiam & contra voluntatem impoſitio: quâ Deus mentem ob virtutem & cognitionem inflatam humiliat & deprimit, & ad cognitionem propriæ infirmitatis deducit.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. Cap. VIII. pag. 120. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμπαθὲς τῆς ὀργῆς· εἰ δὴ ὀργὴν τὴν νουθεσίαν τοῦ Θεοῦ χρὴ καλεῖν· φιλάνθρωπόν ἐστιν, εἰς πάθη καταβαίνοντος τοῦ Θεοῦ διὰ τὸν ἄνθρωπον, δι' ὃν καὶ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. *Porrò autem iræ quoque affectio; ſi ira vocanda ſit ejus admonitio; eſt benignitatis & benevolentiæ in homines, cùm Deus ad affectiones deſcendat propter hominem, propter quem Verbum Dei homo factus eſt.* Hæc *ira*, à Chryſoſtomo, Orat. de Baſſo martyre, quæ eſt LXVI. tom. V. Edit. Pariſ. pag. 982. vocatur φιλάνθρωπος ὀργὴ, quia non tam iræ, quàm benignitatis divinæ index eſt. Idem, in Pſal. VII. Ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, οὐ πάθος, ἀλλὰ τιμωρία καὶ κόλασις. *Ira Dei, non eſt affectio, ſed pœna & ſupplicium.* Eodem modo ſcribit in Pſal. IV. Et Homil. XVIII. tom. V. Ὀργίζεται ὁ Θεὸς, οὐ πάθει, ἀλλὰ τιμωρίᾳ καὶ κολάσει. *Deus iraſcitur, non per affectionem quandam, ſed quando punit.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XXXVII. pag. 605. Τὸ κολάζειν, ὀργίζεσθαι πεποιήκαμεν. Οὕτω γὰρ ἡμῖν, ἐξ ὀργῆς ἡ κόλασις. *Cùm Deus in aliquem animadvertit, iraſci eum finximus. Sic enim nos irâ ad puniendum incitamur.* Damaſcenus, lib. I. orthod. fidei, Cap. XIV. pag. 51. Ὀργὴν καὶ θυμὸν Θεοῦ ἐννοοῦμεν, τὴν πρὸς τὴν κακίαν ἀπέχθειάν τε καὶ ἀποστροφήν· καὶ γὰρ ἡμεῖς τὰ ἐναντία τῆς γνώμης μισοῦντες, ὀργιζόμεθα. *Iram & furorem Dei intelligimus, odium & averſionem à malitia: nam & nos contraria voluntati noſtræ odio habentes, iraſcimur.* Origenes lib. IV. contra Celſum, pag. 211. Ὀργὴν ὀνομάζομεν Θεοῦ, οὐ πάθος δ' αὐτοῦ εἶναι αὐτήν φαμεν, ἀλλά τι παραλαμβανόμενον εἰς τὴν διὰ σκυθρωποτέρων ἀγωγῶν παίδευσιν τοῖς τὰ τοσάδε καὶ τοιάδε ἡμαρτηκόσιν, &c. *Cùm iram Dei nominamus, non affectum ejus dicimus, ſed quiddam ſeveriore diſciplina caſtigans homines tot tantùmque peccatis obnoxios, &c.* Idem Origenes in Catena in Cap. III. Joh. pag. 116. Πολλαχοῦ τῆς γραφῶν αἱ κατὰ τῶν φαύλων τιμωρίαι ὀργὴ λέγονται Θεοῦ· ὡς τὸ λεχθὲν περὶ τῶν Αἰγυπτίων ὑπὸ Μωϋσέως. Ἐξαπέστειλας τὴν ὀργήν σου, καὶ κατέφαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ καλάμην. Καὶ Παῦλος περὶ τῶν Ἰουδαίων γράφει. Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος, ὀργὴν λέγων τὰς ἐπελθούσας ἐπ' αὐτοὺς θεηλάτους τιμωρίας. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τῆς χρηστότητος καὶ μακροθυμίας φησί. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. Οὐ γὰρ νομιστέον, πάθος εἶναι Θεοῦ, τὴν ὀνομαζομένην αὐτοῦ ὀργήν. Πῶς γὰρ δυνατὸν, εἶναι πάθος περὶ τὸν ἀπαθῆ; Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ πάσχει Θεὸς, ἀναλλοίωτος ὢν, ἑρμηνευτέον τὴν λεγομένην αὐτοῦ ὀργὴν, καθὼς εἴρηται. *Plurimis Scripturæ locis iniquorum ſupplicia, ira Dei dicta ſunt; uti cùm de Ægyptiis Moſes ait:* Emiſiſti iram tuam, quæ devoravit eos, ſicut ſtipulam. *Et Paulus de Judæis ſcribit:* Pervenit autem ira Dei ſuper illos usque in finem: *iram vocans illatam illis divinitus pœnam. Verùm etiam ad benignitatis ac manſuetudinis Dei contemtorem dicit:* Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ. *Non enim nominata Dei ira, paſſio quædam exiſtimanda eſt: quomodo namque paſſio locum habere poſſit in eo, qui paſſionis eſt expers? Cùm itaque Deus quippe immutabilis, paſſioni nequaquam ſit obnoxius, eo modo, quo dictum, ira ejus explicanda eſt.* Ammonius ibidem: Ὀργὴ δὲ Θεοῦ τὸ ἐν βασάνοις εἶναι διηνεκέσιν, ὅπερ ἐστὶ παντὸς θανάτου χαλεπώτερον. *Ira autem Dei eſt, in perpetuis verſari tormentis, quod qualibet morte gravius eſt.* Cum his verò omnibus conferatur vox Θυμὸς.

Ὀρθόδοξος. Ὀρθοδοξία.

Ὀρθόδοξος is dicitur, *cujus recta eſt opinio*, & opponitur κακοδόξῳ. Apud Scriptores Eccleſiaſticos reſtringitur ad eum, *qui de religione Chriſtiana rectè ſentit.* In Dialogis Theodoreti collocutores ſunt Ὀρθόδοξος & Ἐρανιστής. Ipſe Theodoretus in præfat. ad Dialogos appellationis reddit rationem: Τῷ ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἀγωνιζομένῳ δογμάτων, ὀρθόδοξος ὄνομα. *Illi, qui pro Apoſtolicis dogmatibus decertat*, orthodoxus *nomen eſt.* Quæſt. XIV. ad Orthodoxos apud Juſtinum Martyrem: Διατί οἱ ὀρθόδοξοι τὸν προσφεύγοντα τῇ ὀρθοδοξίᾳ αἱρετικὸν οὐ βαπτίζουσι; *Quare orthodoxi ad orthodoxiam confugientem hæreticum non baptizant?* Ὀρθοδοξία eſt *recta de Religione ſententia.* Apud eundem reſp. ad quæſt. XIV. Τοῦ αἱρετικοῦ ἐπὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἐρχομένου τὸ σφάλμα διορθοῦται, τὸ μὲν κακοδοξίας, τῇ μεταθέσει τοῦ φρονήματος. τοῦ δὲ βαπτίσματος, τῇ ἐπιχρίσει τοῦ ἁγίου μύρου. *Hæretici ad orthodoxiam tranſeuntis lapſus corrigitur, pravæ quidem opinionis, mutatione ſententiæ: baptiſmi autem, unguenti ſancti unctione.* Ibid. quæſtione C. nomen ὀρθόδοξος aliquoties legitur: etiam ὀρθοδοξία. Τὰ πρὸς τὴν αὔξησιν τῆς ὀρθοδοξίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δωρηθέντα.

Ad

Digitized by Google

Ad incrementum orthodoxiæ à Deo conceſſa munera. Dies quædam Dominica, vocatur κυριακὴ τῆς ὀρθοδοξίας. Cedrenus τὴν τῆς ὀρθοδοξίας πανήγυριν appellat: Joannes Curopalates, & Hiſt. Concilii Florentini, Sect. XII. Cap. I. pag. 330. ἑορτὴν τῆς ὀρθοδοξίας. Eſt Dominica prima Quadrageſimæ, quæ & Latinis eadem eſt, & dicitur *Invocavit*, Græcis etiam κυριακὴ πρώτη τῶν νηστειῶν, *Dominica prima jejuniorum.* Typicum Sabæ, Cap. XLII. Διάταξις τῆς πρώτης κυριακῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας. *Diſpoſitio primæ Dominicæ ſanctorum jejuniorum; ſive orthodoxiæ.* Codinus Cap. XV. Ἀπέρχεται δὲ εἰς τὴν ἁγίαν σοφίαν, καὶ κατὰ τὴν κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας. *Dominicâ Orthodoxiæ abit Imperator ad ſanctæ Sophiæ templum.* Inſtituta fuit à Michaele Imperatore, & ejus matre Theodora, ob reſtitutionem imaginum. Philotheus, Patriarcha Conſtantinop. Homiliâ in primam Quadrageſ. Dominicam, ſtatim ab initio, hujus appellationis cauſſam enarrat his verbis: Τῇ κυριακῇ ταύτῃ, καὶ πρώτῃ τῶν νηστειῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἑορτάζειν παρέλαβε τὴν ὀρθοδοξίαν, ἤτοι τὴν ἀναστήλωσιν τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων, γενομένην παρὰ Μιχαὴλ βασιλέως, καὶ Θεοδώρας τῆς τούτου μητρὸς, τῆς μακαρίας βασιλίδος, καὶ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. *Dominica iſtâ & primâ jejuniorum Chriſti Eccleſia celebrare ſolet orthodoxiam, ſive reſtitutionem venerabilium & ſacrarum imaginum factam ab Imperatore Michaële, & Theodora matre ejus beata Imperatrice, & ſancto Methodio, Patriarcha Conſtantinopolitano.* Pluribus deſcribit Triodium, in hujus Dominicæ Synaxario. Itaque proceſſio tunc fiebat cum crucibus & imaginibus, in memoriam inſtitutionis. Typicum Sabæ, Cap. XLII. Λιτανεύομεν κοινῶς μετὰ τῶν τοῦ ἁγίου σταυροῦ ξύλων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Supplicationem in communi inſtituimus, cum ſanctæ crucis lignis, & venerandis imaginibus.* Prædicabatur tunc etiam memoria orthodoxorum Imperatorum & Patriarcharum. Gregoras, lib. VIII. Ἧκε τὸ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς σάββατον, ὁπότε δὴ καὶ ἔμελλε τῇ ὑστεραίᾳ κηρύττεσθαι δημοσίᾳ τῶν ὀρθοδόξων ἡ μνήμη βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν. *Veniebat autem primæ hebdomadæ Quadrageſimæ Sabbatum, quando ſequenti die publicè prædicanda erat memoria orthodoxorum Imperatorum & Patriarcharum.* Legebatur quin etiam Synodicum. Typicum Sabæ: Ἀπερχόμεθα ἐν τόπῳ ὡρισμένῳ, ὅπου δεῖ ἀναγινώσκειν τὸ συνοδικόν. *Abimus in locum deſtinatum, ubi legendum eſt Synodicon.* Triodium: Χρὴ εἰδέναι, ὅτι μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου λιτανεύομεν κοινῶς μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σταυροῦ ξύλων, καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. Καὶ ἀπερχόμεθα ἐν τόπῳ ὡρισμένῳ, ὅπου δεῖ ἀναγινώσκειν τὸ συνοδικόν. Πορευομένων δὲ καὶ ἀναστρεφόντων ἡμῶν, ψάλλομεν τὸν παρόντα κανόνα τοῦ ἁγίου πατρὸς Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *Sciendum eſt, nos finitis laudibus matutinis communiter ſupplicationem inſtituere cum ſanctis Crucis lignis & venerandis imaginibus. Et abimus in locum deſtinatum, ubi legi debet Synodicum. Procedentibus verò nobis, & revertentibus, canimus præſentem Canonem, cujus autor eſt ſanctus Pater Theodorus Studita.* Et Codinus, Cap. XV. Ἀπέρχεται εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, καὶ κατὰ τὴν κυριακὴν τῆς ὀρθοδοξίας· καὶ ὅτε μὲν ἀναγινώσκεται τὸ συνοδικὸν, ἵσταται· τῆς εὐφημίας δὲ λεγομένης, κάθηται ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ. *Procedit ad S. Sophiæ, etiam Dominica Orthodoxiæ, &, cùm legitur Synodicum, ſtat; cùm verò fauſta acclamatio dicitur, ſedet in throno ſuo.* Finito namque Synodico, fauſtis acclamationibus Imperatores atque Antiſtites excipiebantur. Typicum: Καὶ μετὰ τὸ τέλος πολυχρονίζομεν τοὺς βασιλεῖς, καὶ τοὺς προεστῶτας. *In fine vitam diuturnam precamur & Imperatoribus & Antiſtiti.* Vide Gl. Meurſii in Ὀρθοδοξία, & L. Allatium de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum, Sect. XIV.

Ὀρθοκρισία.

Non habent Lexica. Eſt ὀρθὴ κρίσις, *rectum judicium.* Cyrillus Alexandr. ad v. 1. Cap. LVI. Jeſajæ, pag. 786. Φυλάσσεσθε κρίσιν, τουτέστι, τὴν ὀρθοκρισίαν, ἤτοι τὰ θεῖα κρίματα. *Cuſtodite judicium, hoc eſt, rectum judicium, ſive divina judicia.*

Ὀρθοπρόσωπος.

Non habent Lexica. *Qui eſt erecto vultu.* Cæſarius, quæſt. ultimâ, pag. 222. Οὐρανοπτης ὁ ἄνθρωπος, ἡ εἰκὼν ἡ ὀρθοπρόσωπος. *Cæli ſpectator homo, imago illa erectum habens vultum.* Vide in Ἄνθρωπος, paulò ante finem.

Ὀρθοτομέω.

Apoſtolus Timotheum hortatur, II. Epiſt. Cap. II. v. 15. ut ſe probum operarium præſtet minimeque pudendum, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, hoc eſt, ad verbum, *rectè ſecantem ſermonem veritatis.* Sed ne quis, germano metaphoricæ locutionis iſtius uſu non percepto, de ſubtilibus quibusdam ac jejunis διχοτομίαις, aut diviſionibus duntaxat, hoc acciperet, vulgata verſio cùm Latinè, tum ad metaphoræ vim declarandam, ideoque & Apoſtoli ſententiam explicandam accommodatiſſimè, interpretata eſt, *rectè tractantem.* Ita namque à ſpecie ad genus traducta ſignificatione; ut aliàs ſæpenumerò fieri ſolet; uſurpatur à Græcis ὀρθοτομεῖν. Nam ut καινοτομεῖν, quod propriè eſt, *novas vias ſecare*, ex uſu linguæ Græcæ *res novas moliri*, vel *ſuſcipere* valet: pari ratione, etiam ὀρθοτομεῖν, *res rectas agere, facere*, vel *aggredi* ſignificabit. Unde & LXX. verbum ישר, hoc eſt, *dirigere*, aut *rectum facere*, per ὀρθοτομεῖν ſemel atque iterum reddiderunt. Proverb. III. 6. Πάσαις ὁδοῖς σου γνώριζε αὐτὴν, ſc. σοφίαν, ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου. *In omnibus viis tuis agnoſce eam*, ſc. ſapientiam, *ut vias tuas dirigat.* Cap. XI. 5. Δικαιοσύνη ἀμώμους ὀρθοτομεῖ ὁδούς. *Juſtitia integras dirigit vias.* Idem verbum ſæpiùs per κατορθόω & κατευθύνω reddunt. Veteris Gloſſarii autor ex Vulgato, ut frequentiſſimè, Ὀρθοτομῶ, *rectificatio, rectè tracto*; ubi pro *rectificatio*, vel *rectifico*, vel *rectifacio legendum.* Hoc ipſum confirmat verſio Syriaca, quæ ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον, tranſtulit, *rectè prædicare ſermonem.* Rectè autem tractare ſeu prædicare ſermonem, nihil eſt aliud, quàm, ut optimè doctiſſimus Beza, *primùm omnium, quod ad doctrinam ipſam attinet, nihil prætermittere, quod dicendum ſit: nihil etiam adjicere de ſuo: nihil mutilare, diſcerpere, torquere. Deinde, ſpectare diligenter, quid ferat auditorum captus, quicquid deniq; ad ædificationem conducit.* Proinde ὀρθοτομοῦντα eſt; ut II. Corinth. IV. 2. τὸν λόγον μὴ δολοῦντα, unde ejusmodi operariis opponuntur II. Corinth. X. 13. ἐργάται δόλιοι. Ab hac expoſitione non ſunt aliena Chryſoſtomi verba, Homil. V. in II. ad Timoth. pag. 350. Ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Καλῶς τοῦτο εἶπε. Πολλοὶ γὰρ αὐτὸν παρασπῶσι πάντοθεν καὶ παρέλκουσι, πολλὰ ἔχει τὰ ἐπιφυόμενα. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀπευθύνοντα, ἀλλ' ὀρθοτομοῦντα, τουτέστι, τέμνε τὰ νόθα, καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐφίστασο καὶ ἔκκοπτε· καθάπερ ἐπὶ ἱμάντος τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος πάντοθεν τὸ περιττὸν καὶ ἀλλότριον τοῦ κηρύγματος ἔκτεμε. Rectè tractantem verbum veritatis. *Præclarè hoc dixit:*

Digitized by Google

xit. *Complures enim illud undiq; lacerant & diſcerpunt: plurima illi adnaſcuntur noxia germina.* Non dixit dirigentem, *ſed* ὀρθοτομοῦντα, *ac ſi dicat, Amputa adulterina, & cætera hujuſmodi cum ſumma vehementia incumbe ut ſecentur, atque veluti in loris ſuperflua quæque, atq; à prædicatione aliena, gladio ſpiritus reſeca.* Eadem, pro more, habet Theophylactus: pag. 813. 814. Oecumenius ad præſentem locum, pag. 773. Ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Μαχαίρας δίκην τέμνε τὰ περισσὰ καὶ νόθα δόγματα, ἃ οἱ ἀπολλύμενοι προσετρίψαντο τῷ κηρύγματι, καὶ εἰς τὸ εὐθὲς ἄγε διὰ τοῦ πνεύματος. Rectè tractantem verbum veritatis. *Inſtar gladii reſeca ſuperflua & adulteriya dogmata, quæ pereuntes prædicationi adjecerunt, & in rectam viam per ſpiritum deduc.* Concilium Florentinum, Sect. XII. Cap. VIII. pag. 344. Ὀρθοτομεῖν ἐστὶ τὸ τέμνειν τὰ νόθα, ὥς φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος. Ὀρθοτομεῖν *eſt ſpuria reſecare, ut divinus inquit Chryſoſtomus.* Theodoretus verò in hanc Epiſtolam, pag. 498. metaphoram vult deſumtam eſſe ab agricolis: Ἐπαινοῦμεν, inquit, καὶ τῶν γεωργῶν τοὺς εὐθείας τὰς αὔλακας ἀνατέμνοντας· οὕτω καὶ διδάσκαλος ἀξιέπαινος, ὁ τῷ κανόνι τῶν θείων λογίων ἑπόμενος. *Laudamus agricolas, qui rectos ſulcos proſcindunt. Ita etiam doctor eſt laude dignus, qui ſequitur regulam divinorum eloquiorum.* Expoſitores præcipui nominis, metaphoram deductam putant à quibuſdam modis ritibuſque ſecandi ſub Lege victimas. Conjectura certè erudita. Verumtamen malit forſan quiſpiam; abſolutè loquendo; Græci idiomatis formulam, ex ejuſdem linguæ conſuetudine penſitare: & cùm Græci dicant, τέμνειν ὁδὸν, *viam patefacere*, ſeu *aperire*, inde demum dictum ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ac ſic commodè exprimi poſſe, *verbi veritatis rectam quaſi viam patefacere*, vel *aperire*: aut, ſermonem veritatis, quaſi iter, rectà patefacere. Cl. Pricæus translationem ſumtam exiſtimat à marmorariis, ſive lapicidis; qui meliùs ἐργάται vocentur, quàm μοσχοτόμοι, *victimarii*. Lucianus lib. de Somniis, Καὶ διδάσκει, παραλαβὼν λίθον, ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι. Quo loco etiam ἀγαθὸς ἐργάτης eſt ferè, qualis Apoſtolo, ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος. Reſpondet planè Germanicum, ein guter Werckmann: quem quidem loquendi modum etſi ad multa artificiorum genera applicamus; de nullis tamen eum frequentiùs nec magis propriè efferimus, quàm de artificibus iis, qui lapides peritè aut ſecare aut committere noverunt. Apud Euripidem in ædificanda Troja Neptunus Apollinis συνεργάτης,

—— Λαΐνους πύργους πέριξ
Ὀρθοῖς ἔτεμνε κανόσιν. ——

Apuleius eandem figuram ad orationis ſtructuram traduxit, *Non*, inquit, *è monte meo afferam lapidem directim cæſum*, &c. id eſt, ὀρθοτετμημένον. Eodem pertinet & Gloſſarii illud, *Directum*, κατὰ κανόνα ὀρθωθέν. Metaphora ab arte fabricà deſumta, videtur & Apoſtolus uſus, I. Corinth. IX. 1. ſcribens, Οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ; *Nonne opus meum vos eſtis in Domino?* Quo loco ἔργον, ut apud Latinos *opus*, eſt ſubſtructio, ædificatio. Cicero ad Tyronem, *Fac opus appareat.* Aliam inſuper, haud minùs eruditam, expoſitionem petere licet ex Miſcell. Fulleri lib. III. c. XVI.

Ὅρκος.

Ὅρκος, *juramentum*, ſumitur.

I. *Propriè*: atque ita, juxta Clementem Alexand. Strom. VII. pag. 728. Ὅρκος ἐστὶν ὁμολογία καθοριστική, μετὰ προσπαραλήψεως θείας. *Jusjurandum eſt confeſſio definitiva cum divina aſſumtione*, id eſt, cùm Deum ſumimus teſtem. Philo: Ὅρκος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ μαρτυρία Θεοῦ περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου. *Jusjurandum nihil aliud eſt, quàm teſtimonium Dei circa rem dubiam.* Hoc etiam facit illud Gregorii Nyſſeni, Homil. IV. in Canticum, tom. I. pag. 533. Ὅρκος ἐστὶ λόγος πιστούμενος δι᾽ ἑαυτοῦ τὴν ἀλήθειαν. Διπλῆ δὲ ἡ κατὰ τὸν ὅρκον ἐνέργεια· ἢ γὰρ αὐτὸς πιστοῦται τῷ ἀκούοντι τὴν ἀλήθειαν, ἢ ἄλλοις διὰ τοῦ ὁρκισμοῦ τὴν ἀνάγκην ἐπάγει, τοῦ μὴ διαψεύδεσθαι. *Jusjurandum eſt oratio per ſe, confirmans veritatem. Eſt autem duplex juramenti operatio: aut enim quiſpiam ei, qui audit, firmat fidem veritatis, aut alios per juramentum affert neceſſitatem, ut minimè mentiatur.*

II. *Impropriè*, idque

1. *in bonam partem*, & notat *certam affirmationem*. Baſilius M. in Pſal. XV. pag. 155. de Davide ſic ſcribit: Τὸν ὅρκον πολλαχοῦ τὴν ἀμετάθετον περὶ ἑκάστου πράγματος διαβεβαίωσιν ὀνομάζει· ὡς τό, ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Καὶ τό, ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· οὐχ ὅτι Θεὸν εἰς μαρτυρίαν τῶν λαλουμένων πιστοποιούμενον αὐτοῦ τὴν ἀμφιβολίαν παρήγαγεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἀτρέπτοις καὶ ἀκινήτοις δόγμασι τὴν τῆς ἐπαγγελίας χάριν τῷ Δαυὶδ ἐβεβαίωσε. *Multis in locis juramentum nominat immutabilem firmamq; rei ac propoſiti cujuslibet confirmationem; ut eſt illud*, Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. *Item*, Juravit Dominus, & non pœnitebit eum. *Non quòd Deum ad teſtimonium dictorum fidemq; ambiguitati faciendam induxerit, ſed quòd is immutabili ac firmo decreto gratiam promiſſionis Davidi confirmavit.*

2. *in malam partem.* Huc pertinet perverſa illa jurandi conſuetudo, quam veteres ubique deteſtantur. Id facit Chryſoſtomus paſſim, idque ſummo ſtudio, imprimis autem Homil. VIII. in Acta, unde præcipua excerpimus. Pag. 654. Θῶμεν ἑαυτοῖς νόμους καθημερινούς, τέως ἀπὸ τῶν εὐκόλων ἀρξώμεθα. Περικόψωμεν ἡμῶν τὴν πολυορκίαν τοῦ στόματος, χαλινὸν ἐπιθῶμεν τῇ γλώττῃ, μηδεὶς ὀμνύτω τὸν Θεόν. Οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δαπάνη, οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα κάματος, οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα χρόνου μελέτη· ἀρκεῖ θελῆσαι, καὶ τὸ πᾶν γέγονε· συνηθείας γὰρ τὸ πρᾶγμά ἐστι. *Ponamus nobis ipſis quotidianas leges; jam à facilibus incipiamus. Malam jurandi conſuetudinem ab ore noſtro auferamus, frænum imponamus linguæ, nemo per Deum juret. Nullo hîc ſumtu opus eſt, nullus exigitur labor, non indiget magna temporis mora hæc cura: ſufficit velle, & totum factum eſt: res enim hæc à conſuetudine pendet.* Pag. 655. Μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ κηρύττω πᾶσι, καὶ διαμαρτύρομαι, ὥστε τοὺς τὴν παράβασιν ταύτην ἐπιδεικνυμένους, τοὺς τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ φθεγγομένους. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ ὅρκος· τῶν οὐδῶν μὴ ἐπιβαίνειν τῶν ἐκκλησιαστικῶν. Προθεσμία δὲ ὑμῖν ἔστω, ὁ μὴν ὁ παρών, ὥστε κατορθῶσαι· μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι με ἡ τῶν πραγμάτων ἀνάγκη κατεπείγει, ὅτι ἀπιστοῦμαι. Τέως τοὺς ἀπὸ τῆς συνηθείας περικόπτε. &c. *Magna & clara voce prædico omnibus ac teſtificor, ita ut eos, qui ſic prævaricantur, quique ea, quæ à maligno ſunt, loquuntur, hoc enim juramentum eſt, ne limina Eccleſiaſtica aſcendant. Præſtitutus autem vobis ſit præſens menſis, ut ſic corrigamini. Ne enim mihi dicas, me negotiorum urget neceſſitas, quia fidem non invenio. Jam remove mihi, illos, qui ex conſuetudine jurant*, &c. Vide ibid. plura, eaque graviſſima verba. Longè plura ſuppeditat tibi ejuſdem oratio IX. in Acta, pag. 661. 662. 663. & Homilia X. pag. 669. 670. Gregorius Nazianze-

ſe iterum Apoſtolo, eodem capite, v. 17. 18. ubi Theodoretus: Τούτου χάριν ὅρκον τῷ λόγῳ προστέθεικεν ὁ Θεὸς, δεῖξαι βουλόμενος τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀψευδὲς, καὶ ὡς ἀδύνατον ἄλλο τι μετὰ τὸν ὅρκον βουλεύσασθαι. *Ea de cauſſa Deus dicto ſuo jusjurandum adjecit, volens oſtendere promiſſi veritatem, & quòd fieri non poſſet, ut poſt jusjurandum aliud ſtatueret.* Et Theophylactus, pag. 930. Ἔδει μὲν καὶ χωρὶς ὅρκου πιστεύεσθαι τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅμως δι' ἡμᾶς συγκαταβαίνει, καὶ οὐ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν σκοπεῖ, ἀλλ' ὅπως ἡμᾶς πείσῃ, ἀνάξια περὶ αὐτοῦ ἀνέχεται λέγεσθαι. *Deo quidem etiam ſine juramento fides adhibenda erat; propter nos tamen demittit ſeſe, nec ſuam dignitatem reſpicit, verùm ut nobis perſuadeat, indigna etiam de ſeipſo dici patitur.* Impropriè ergo Deo tribuitur juramentum, & κατ' ἀνθρωποπάθειαν. Id docet nos Chryſoſtomus in Pſal. CX. Ὥσπερ θυμὸς οὐ θυμὸς ἐπὶ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ τιμωρητικὸν, καὶ οὐ πάθος ἐστίν· οὕτως οὐδὲ ὅρκος· οὐ γὰρ ὄμνυσιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὸ πάντως ἐσόμενον λέγει. *Quemadmodum ira in Deo non eſt ira, ſed pœna, non affectio eſt: ita neq; jusjurandum: non enim jurat Deus, ſed id, quod omnino futurum eſt, dicit.* Idem, Homil. LXXXIX. tom. VI. Ὄμνυσιν ὁ Θεὸς, οὐχ ὡς ἑαυτῷ ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν ἀπιστίαν εἰς πίστιν ἐκβιαζόμενος. *Jurat Deus, non quòd ſibi ipſi non credat, ſed ut incredulitatem noſtram ad fidem adigat.* Athanaſius de paſſione & cruce Domini, tom. I. pag. 996. Ὁ λόγος ὅρκος αὐτοῦ ἐστι, πληροφορῶν τοὺς ἀκούοντας, καὶ πίστιν ἑκάστῳ παρέχων, ὅτι ὃ ἐπηγγείλατο καὶ λαλεῖ, πάντως καὶ γίνεται, οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὀμνύει Θεὸς, ἀλλ' ἡμῖν ὁ λόγος αὐτοῦ ἀντὶ ὅρκου πρὸς ἀλήθειαν γίνεται. Ἀνθρώποις δὲ λαλῶν, ὀμνύναι λέγεται, καὶ τοῦτο ἀνθρωπικώτερον λαλούντων τῶν ἁγίων· ἵνα ἀφ' ὧν αὐτοὶ λέγοντες ἀξιοῦσιν, ἀπὸ τούτων αὐτοὶ πιστεύωσι τῷ λαλοῦντι Θεῷ, ὡς γὰρ ἀνθρώπων τὸν λόγον ὅρκος βεβαιοῖ, οὕτως ὃ λαλεῖ ὁ Θεὸς ἀνθ' ὅρκου λογιζέσθω, διὰ τὸ βέβαιον καὶ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ. *Sermo ejus juramentum eſt, certam & plenam fidem faciens audientibus, unicuiq; confirmans, ea, quæ promiſit & locutus eſt, certò eventura. Deus enim non jurat ut homo, ſed nobis ſermo ejus loco juramenti eſt ad veritatis confirmationem. Cum hominibus verò loquens, jurare dicitur, idq; humano more loquentibus ſanctis: ut unde ipſi dicentes fide digni habentur, inde etiam ipſi credant loquenti Deo.*

Quemadmodum enim hominum verba confirmat juramentum, ita quæ Deus loquitur pro juramento habeantur propter firmitatem & immutabilitatem conſilii ipſius. Et mox: Ὀμνύει Θεὸς· ἀλλ' ἅπερ ἀληθεύων λαλεῖ, ὡς ὅρκος ἐστὶ, τοῖς ἀνθρώποις πρὸς πίστιν. *Jurat Deus: ſed quia vera ſunt quæ loquitur, quemadmodum juramento homines utuntur ad fidem faciendam.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. I. Cap. XIV. pag. 51. Ὅρκον τοῦ Θεοῦ νοοῦμεν τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν δι' ὅρκου τὰς πρὸς ἀλλήλους βεβαιοῦσθαι συνθήκας. *Per juramentum Dei intelligimus immutabilitatem conſilii ejus, eò quòd apud nos pacta & fœdera mutua juramento confirmantur.*

V. *Proprietas juramenti* eſt, quòd inviolabile eſſe debeat, atque adeò ſervandum ſit. Theodoretus quæſtione XLII. in II. Regum, pag. 290. Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ παραβαίνειν τὰς ἐπὶ Θεοῦ μεθ' ὅρκων γινομένας συνθήκας, κἂν εἰς ἄλλων ὠφέλειαν ἡ παράβασις γίγνηται. *Docet nos oratio, ne transgrediamur fœdera, quæ ſunt adhibito per Deum juramento, etiamſi fiat transgreſſio in aliorum utilitatem.* Loquitur de Gibeonitis, contra quos Saul peccavit, fœdus cum iis factum frangendo. Ejus ergo violatio graviſſimum ſcelus. Iterum Theodoretus ad v. 4. Cap. V. Zachariæ, pag. 899. Ἡ τῶν ὅρκων παράβασις ἀσεβείας ἐστὶ τὸ κεφάλαιον· ἀγάπης δὲ ἔρημος ὁ τοιοῦτος. *Jurisjurandi violatio impietatis caput eſt, & omni dilectione vacat, qui talis eſt.* Id tamen de impio & temerario juramento non debet intelligi, quod reſcindendum, non ſervandum. Theophylactus in Cap. XIV. pag. 81. Μανθάνομεν ἐντεῦθεν, ὅτι ἐστὶν ὅτε κρεῖττον ἐπιορκεῖν, ἢ διὰ τοὺς ὅρκους ἀσεβές τι ποιεῖν. *Diſcamus hinc:* nempe exemplo Herodis Matth. XIV. 7. 9. *eſſe aliquando meliùs pejerare, quàm propter juramentum impium aliquid facere.* Iſidorus Peluſiota, Epiſt. XCVI. lib. IV. pag. 464. Ἄμεινον ἐν τοῖς ἐναγέσι τὰ κακῶς ἐπαγγελθέντα λύειν καλῶς, ἢ τὸ δοκεῖν εὐορκεῖν κακῶς. *Præſtat in iis, quæ habent atrocitatem facinoris, malè promiſſa bene reſcindere, quàm malè videri ſervantem eſſe jurisjurandi.*

VI. *Oppoſita.* Huc referri poteſt veterum Patrum ſententia, qui docent, Juramentum ſolis licitum fuiſſe Judæis, in novo verò Teſtamento uſum ejus penitus eſſe abrogatum. Chryſoſtomus, Homil. XVII. in Matth. dicit, *propterea Judæis præceptum fuiſſe juramentum*, ἵνα μὴ κατὰ τῶν εἰδώλων ὀμνύωσι, *ne per idola jurarent.* Theodoretus quæſt. IV. in Deuteronom. pag. 171. ad interrogationem, Τί δήποτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ὀμνύναι διαγορεύει ὁ νόμος; *Cur lex jubet, ut jurent per Deum?* reſpondet, Ἵνα μὴ κατὰ τῶν ψευδωνύμων ὀμνύωσι θεῶν. *Ne jurent per falſos Deos.* Idem, in Cap. IV. Jeremiæ, pag. 160. Ἰουδαίοις, ὡς ἀσθενῶς διακειμένοις, παρακελεύεται κατ' αὐτοῦ ὀμνύναι, ἵνα τῇ τοῦ ὅρκου συνηθείᾳ αὐτὸν μόνον προσκυνεῖν διδαχθῶσι. *Præcipit Judæis* Deus, *utpote adhuc infirmis, ut per ipſum jurent: quò ſic jurisjurandi conſuetudine diſcant ipſum ſolum adorare.* Juramenti uſum in N. T. prorſus nullum eſſe, disertè aſſerit Theodoretus in Epitome div. decret. Cap. XVI. Ὁ μὲν παλαιὸς νόμος ἀπαγορεύει τὸ ψεῦδος, ὁ δέ γε νέος, καὶ τὸν ὅρκον. *Vetus quidem lex prohibet mendacium, nova verò etiam jusjurandum.* Epiphanius, hæreſi LIX. pag. 217. dicit, non oportere ὀμνύναι ὅρκον, μήτε ἐν ἀληθείᾳ, μήτε ἐν ψεύδει· ἀλλὰ ναὶ, ναὶ, καὶ οὒ, οὒ λέγειν, *juramentum jurare, neq; in veritate, neq; cum mendacio: ſed dicere Etiam, Etiam: & Non, Non.* Chryſoſtomus Homil. XV. in Geneſin: Οὐκ ἔξεστιν οὔτε ἐπὶ δικαίῳ, οὔτε ἐπὶ ἀδίκῳ ὀμνύναι. *Non licet neq; juſtè, neq; injuſtè jurare.* Baſilius Cæſar. Homil. I. in Pſal. XV. pag. 154. 155. conciliaturus verba Pſalmi, *Qui jurat proximo ſuo & non decipit*, cum verbis Chriſti Matth. V. 34. ſcribit: Τί δήποτε, ἐνταῦθα μὲν ἡ εὐορκία συγχωρεῖται ἐν τοῖς τῷ τελείῳ πρέπουσιν ἀνδραγαθήμασιν, ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ παντελῶς ἀπηγόρευται; Τίς παροικήσει καὶ τίς κατασκηνώσει; Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν. Ἐκεῖ δὲ, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. Τί οὖν φαμέν; Ὅτι πανταχοῦ τοῦ αὐτοῦ σκοποῦ ἔχεται ὁ Κύριος, προλαμβάνων τῶν ἁμαρτημάτων τὰ ἀποτελέσματα, καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐκτέμνων τὴν πονηρίαν. Ὡς γὰρ ὁ μὲν παλαιὸς ἔλεγε νόμος, Οὐ μοιχεύσεις, ὁ δὲ Κύριος, οὐδὲ ἐπιθυμήσεις· κἀκεῖνος μὲν, οὐ φονεύσεις, ὁ δὲ τὰ τελειότερα νομοθετῶν, οὐδὲ ὀργισθήσῃ· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ὁ μὲν ἀρκεῖται τῇ εὐορκίᾳ, ὁ δὲ τῆς ἐπιορκίας τὴν ἀφορμὴν διακόπτει. *Quid hoc tandem eſt? Hic juramentum homini perfecto inter eas virtutes; quæ illum decent, concedi videtur, in Evangelio verò prorſus prohibetur.* Quis incolet, & quis requieſcet? Qui jurat proximo ſuo, & non decipit. *Illic verò*, Ego autem dico vobis, ne juretis omnino. *Quid igitur dicemus? Quòd ubiq; Dominus tam in veteri, quàm in nova lege eandem habet præceptionis conſiderationem. Cupit enim peccatorum effectibus occurrere, & à primis initiis malignitatem exſcindere. Ut enim vetus lex ait*, Non mœchaberis: *Dominus verò*, Non concupiſces: *Illa item:* Non occides: *Dominus perfectiora inſtituens*, Non iraſcaris: *Sic etiam hoc loco Propheta contentus eſt juramento juſto ac recto:*

Dominus verò ipſam etiam perjurii occaſionem reſecat. Vide ibidem plura. Eadem eſt ſententia Chryſoſtomi, Homil. XVII. in Matth. pag. 123, 124. ubi Judæos comparat infantibus, Chriſtianos verò viris perfectis: illis convenire lac, his cibum ſolidum. Theophylactus in Cap. V. Matth. pag. 32. Οὐκ ἦν πονηρὸν τότε τὸ ὀμνύειν, μετὰ δὲ Χριστὸν ἐστι πονηρόν. *Tunc;* ſub Lege; *non erat malum jurare: poſt Chriſtum autem malum eſt.* Hinc Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLV. lib. I. pag. 48. vult, à nemine exigendum eſſe juramentum: Τὸ μὴ ὀμόσαι, μηδὲ ἀπαιτῆσαι ὅρκον ἐστίν· εἰ γὰρ μὴ θέλει ὀμόσαι, μηδὲ παρ᾽ ἑτέρων ὅρκον ἀπαιτεῖ, διὰ δύο ταύτας αἰτίας· ἢ τὸ ἐπαληθεύειν τὸν ἐπερωτώμενον, ἢ τὸ ἐναντίον τὸ ψεύδεσθαι. Εἰ γὰρ ἀληθεύειν συνήθως ὁ ἄνθρωπος, καὶ πρὸ τοῦ ὅρκου πάντως ἀληθεύει· εἰ δὲ ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὀμνύων ψεύδεται. *Non jurare, ne jusjurandum quidem ab alio exigere eſt. Nam ſi jurare minimè vis, ne ab aliis quidem, ut jurent, extorque: idq; duplici de cauſſa: nimirum aut quia veri ſtudioſus eſt, qui interrogatur: aut contrà, quia libenter mentitur. Si enim ille vera loqui ſolet, omnino etiam nullo interpoſito jurejurando vera loquetur: ſi autem mendax eſt, jurans etiam mentietur.* Vide etiam Theophanis Homil. XII. pag. 75. Ita autem locuti Patres, quia videbant homines crebrò jurare falsò, iniquè, aut injuſtè, vel etiam ſæpenumero leviter, inaniter & temerariè: hinc ob periculum perjurii, vel inaniter jurandi, vetabant juramentum; illudque Chriſtianis diſſuadebant. Vide imprimis Chryſoſtomum Homil. VIII, IX, X. in Acta: Homil. V. ad populum Antiochenum. Balſamon ad Can. XXIX. Baſilii ad Amphilochium, pag. 965. ſatis ſobriè de jurisjurandi uſu ſcribit. Ἐπεὶ ἐκ τοῦ διορίζεσθαι τοὺς κανόνας κολάζεσθαι τοὺς ἐπιόρκους, ἀναφαίνεται μὴ τιμωρεῖσθαι τοὺς μὴ παραβαίνοντας αὐτοὺς, κἀντεῦθεν συναναδείκνυται καὶ τὸ ἐπιτρέπεσθαι τὴν τῶν ἐννόμων ὅρκων τελεσιουργίαν, μὴ εἴπῃς ταῦτα διορισθῆναι ὑπεναντίως τῇ εὐαγγελικῇ ἐντολῇ, τῇ λεγούσῃ· μὴ ὀμνύειν ἡμᾶς μήτε ἐν οὐρανῷ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· εἶναι δὲ ἡμῖν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ. Τοῦτο μὲν γάρ ἐστι τῶν ἄγαν τελείων, ἐκεῖνο δὲ δεύτερον καὶ οὐκ ἀπόβλητον, ὡς ἄνομον· οἷόν ἐστι καὶ τὸ, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἀκολούθει μοι. Εἰ γὰρ πάντες ἀναγκάζονται τοῦτο ποιῆσαι, ποῖος ἀγοράσει αὐτά; ἄλλως τε εἰ ἅπας ὅρκος ἐκωλύετο, οὐδὲ ὁ προφήτης εἶπεν ἄν· ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου· οὐδὲ οἱ τοὺς νόμους συνθέμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς, ἵνα ἐξέθεντο νόμους ἐπιτρέποντας ὅρκων τελεσιουργίας· ὥστε οὐχὶ πᾶς ὅρκος ἔννομός τε καὶ παράνομος κεκωλυμένος ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὁ παράνομος καὶ ἀπαίδευτος. *Quoniam ex eo, quod decernant Canones puniendos perjuros, apparet eos non puniri, qui juramenta non transgrediuntur; & ex eo etiam oſtenditur, legitima juramenta permitti, ne dixeris hæc definita eſſe adverſus Evangelicum præceptum,* quod dicit, omnino non eſſe jurandum, neque in cœlo, neque in terra, quia cœlum Dei thronus eſt: terra autem eſt ſcabellum pedum ejus: eſſe autem nobis Etiam, etiam, & Non, non. *Hoc enim eſt eorum qui valde ſunt perfecti. Illud autem ſecundum, & non rejiciendum, ut illegitimum: cujusmodi eſt & illud,* Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. *Si enim omnes hoc coguntur facere, quis ea emet? Alioqui ſi omne jusjurandum prohiberetur, ne Propheta quidem dixiſſet,* Juravi, & ſtatui ſervare mandata tua: *nec qui leges compoſuerunt Orthodoxi Imperatores leges edidiſſent, quæ permitterent jusjurandum: quare non omnino jusjurandum eſt prohibitum, legitimum æquè atq; illegitimum, ſed ſolum quod eſt contra leges & ineptum.*

Ὄρος.

Quia Jeroſolyma & Templum Solomonis ædificata erant in monte Sion, ideò *mons Dei* vocatur tum Jeroſolyma, tum Templum: eodemque titulo inſignitur *Eccleſia*, Jeſ. II. 2, 3. Mich. IV. 1, 2. Pſal. XXIV. 3. Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; *Quis aſcendet in montem Domini?* Hic poteſt intelligi *Eccleſia triumphans.* Ita explicat Theodoretus in hunc Pſalmum, pag. 484. Ὄρος ἐνταῦθα, οὐ τὸ ἐπίγειον λέγει τὸ τῆς Σιὼν, ἀλλὰ τὸ ἐπουράνιον, ὅπερ ὁ μακάριος ὑπέδειξε Παῦλος, προσεληλύθατε λέγων Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. *Montem hic, non terreſtrem Sionis montem, ſed cæleſtem ſignificat: quem beatus oſtendit Paulus dicens, Acceſſiſtis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Jeruſalem cæleſtem.* Eccleſia autem monti comparatur propter firmitatem ſuam. Chryſoſtomus, in Pſal. IX. dicit, *Eccleſiam vocari montem* διὰ τὸ βέβαιον, καὶ πάγιον, καὶ ἄσειστον, *propter firmitatem, ſoliditatem, & quod concuti nequeat.* Idem, Homil. XVIII. tom. V. Τὸ στεῤῥὸν αὐτῆς καὶ ἀσάλευτον δηλοῦσα ἡ γραφὴ, ὄρος αὐτὴν καλεῖ. *Scriptura declarans ejus ſtabilitatem & conſtantiam, eam vocat montem.* Vide Suidam.

Ὅρος.

I. Ὅρος eſt *definitio*, rei alicujus naturam explicans. Apud Athanaſium de Definitionibus, tom. II. pag. 42. Ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος. *Definitio eſt ſermo conciſus rei ſubjectæ naturam explicans.* Ita Filius Dei à veteribus vocatur ὅρος τοῦ πατρὸς, non aliam ob cauſſam, quàm ut τὸ ἀπαράλλακτον naturæ ejus cum natura Patris demonſtretur. Greg. Nazianzenus, orat. XXXVIII. quæ eſt in Chriſti nativitatem, pag. 620. de Verbo: Ἡ μὴ κινουμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ Πατρὸς ὅρος καὶ λόγος. *Illud immotum ſigillum, illa per omnia ſimilis imago, ille Patris terminus & ratio.* Quid verò ſignificet, cùm verbum πατρὸς ὅρον appellat, ipſe explicat Theologus, orat. XXXVI. quæ eſt IV. de Theologia, ubi multas rationes afferens, quamobrem verbum dicatur Filius Dei, pag. 590. Τάχα δ᾽ ἂν εἴποι τις, inquit, ὅτι καὶ ὡς ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο λέγεται λόγος· ὁ γὰρ νενοηκὼς, φησὶ, τὸν υἱὸν, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἑωρακὼς, νενόηκε τὸν πατέρα, καὶ σύντομος ἀπόδειξις, καὶ ῥᾳδία τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως, ὁ υἱός· γέννημα γὰρ ἅπαν τοῦ γεγεννηκότος σιωπῶν λόγος. *Fortaſſe etiam quia eodem modo ſe ad Patrem habet, quo definitio ad definitum. Nam definitio quoq; λόγος dicitur. Qui enim Filium cognovit, ait Chriſtus (hoc enim ſignificat illud,* Qui vidit) *Patrem quoq; cognovit: ac brevis & compendioſa faciliſq; paternæ naturæ declaratio, eſt Filius. Omne enim, quod genitum eſt, genitorem ſuum tacita quadam voce definit.* Ad hæc verba Elias Cretenſis: *Ut enim definitio naturam definitæ rei declarat, ſic & ſubſiſtens Dei Verbum naturam Patris demonſtrat.* Ita Theophanes, orat. XVII. pag. 110. *Filium* quoque vocat τὸν τοῦ πατρὸς ὅρον καὶ λόγον, *Patris terminum & Verbum.*

II. Ὅρος eſt *ſententia, decretum.* Quando Apoſtolus ad Romanos I. 4. dicit de Filio Dei, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, *qui definitus eſt Filius Dei in virtute;* Theophylactus, ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, κριθέντος· ὅρος γὰρ ἡ κρίσις, καὶ ἡ ψῆφος, καὶ ἡ ἀπόφασις, *demonſtrati, confirmati, judicati. Definitio enim eſt ipſa judicatio, ſuffragium ſeu calculus, & ſententia.* Chryſoſt. verò, Hom. I. in epiſt. ad Rom. p. 7. τὸ ὁρισθέντος interpretatur, δειχθέντος, ἀποφανθέντος,

Digitized by Google

φανθέντος, κριθέντος, ὁμολογηθέντος παρὰ τῆς ἁπάντων γνώμης, καὶ ψήφου, ἀπὸ τῶν προφητῶν, ἀπὸ τῆς παραδόξου γεννήσεως, τῆς κατὰ σάρκα· ἀπὸ τῆς δυνάμεως, τῆς ἐν τοῖς σημείοις· ἀπὸ τοῦ πνεύματος, δι' οὗ τὸν ἁγιασμὸν ἔδωκεν· ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τοῦ θανάτου τὴν τυραννίδα κατέλυσε, *demonſtrati, oſtenſi, judicati, confeſſi omnium ſententiâ & calculo, à Prophetis & nec opinata nativitate, nativitate inquam ſecundum carnem: à potentia ea, quæ in ſignis eſſet: à ſpiritu, per quem ſanctificationem dedit: à reſurrectione, per quam mortis tyrannidem deſtruxit.*

III. Ὅρος eſt *Canon, regula: ſtatutum.* Heſychius; Ὅρος, νόμος, θεσμός. *Lex, ſanctio.* Ita ſumitur Can. XIX. Conc. Nicæni I. *De Pauliniſtis, ſi ad Eccleſiam Catholicam confugerint,* ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος, *definitum eſt, eos omnino rebaptiſari.* Ad hunc locum Zonaras, pag. 65. Ὅρος ὁ τύπος, ἢ ὁ κανὼν λέγεται. *Forma, & regula vocatur* ὅρος. Eodem modo exponit Balſamon, pag. 299. Optimè τύπος. Nam Canone eodem, quod ab initio ὅρος nomine venit, id circa finem τύπος appellatur: *Similiter autem & de Diaconis, & omnino de his, qui ſub canone verſantur,* ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται, *eadem forma ſervabitur.* Canon XIX. Ancyrani Concilii: *Quicunque virginitatem promittentes, irritam faciunt ſponſionem,* τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν, *ii digamorum definitionem impleant.* Dionyſius Exiguus interpretatur: *Inter bigamos cenſeantur.* Alexius Ariſtinus & Symeon Logotheta pro eo ponunt, τριετίαν ἀφοριζέσθω, *triennio excommunicetur.* Ita ut ὅρος nihil aliud ſit, quàm *ſtatutum & decretum de pœna canonica* irroganda. Id manifeſtum ex Balſamone ad hunc Canonem, pag. 782. Τὰς ἀθετησάσας τὴν πρὸς Θεὸν γενομένην παρ' αὐτῶν ἐπαγγελίαν χάριν τοῦ παρθενεύειν, οἱ πατέρες καθυποβάλλουσιν ὅρῳ διγάμων, τουτέστιν, ἐπιτιμίῳ. *Eos qui ſuam profeſſionem ſeu votum Deo factum de virginitate ſervanda irritum reddunt, Patres digamorum definitioni, id eſt, pœnæ ſubjiciunt.* Et Zonaras, ad eundem Canonem, pag. 298. Ὅρον τὸν τύπον καὶ τὸν κανόνα λέγει, ἤγουν ὅσα περὶ τῶν διγάμων κεκανόνισται καὶ διατετύπωται, ταῦτα κρατήσει καὶ ἐπ' αὐτῶν. Ὅρον *vocat formam & canonem, ſive quæcunque de digamis canonicè conſtituta & decreta ſunt, ea etiam circa iſtos valebunt.* Notat etiam *regulam* in Actis Concilii Nicæni, pag. 6. ubi verbis Chriſti Matth. XXVIII. 19. Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, κλ. hæc ſubjiciuntur: Τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ προσκυνητὸν ὅρον τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, παρὰ τοῦ Κυρίου λαβόντες οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐκήρυξαν. *Hanc ſanctam & venerandam regulam rectæ & inculpatæ fidei cùm ſancti Apoſtoli à Domino accepiſſent, eam univerſæ ſub cœlo Eccleſiæ Dei prædicârunt.* Ut clariùs adhuc intelligamus, quid ὅροι ſint, obſervandum, in Concilio Nicæno I. duo decretorum genera condita fuiſſe, nempe ὅρους & διατυπώσεις. Ad ὅρους pertinent XX. Canones editi in hoc Concilio: Διατυπώσεις ad doctrinam de fide ſtabiliendam propriè ſpectabant. Gelaſius Cyzicenus, in Actis hujus Concilii, parte II. pag. 199. hoc diſcrimen conſtituit inter ὅρους & διατυπώσεις, quòd ὅροι ſint περὶ τῆς εὐταξίας, διατυπώσεις verò περὶ τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Inter διατυπώσεις numerandum eſt Symbolum Nicænum. Ad ὅρους verò, ut dictum, pertinent Canones in hoc Concilio editi, quos Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. I. in fine Cap. VII. pag. 545. νόμους appellat: *Epiſcopi,* inquit, αὖθις συνελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔγραψαν εἴκοσι, *iterum in Concilium venientes, adminiſtrationis Eccleſiaſticæ leges viginti conſcripſere.* Et Gelaſius Cyzicenus, parte II. pag. 169. poſt enumeratos Canones, addit hæc verba: Τούτους τοὺς εἴκοσι νόμους τὸ αὐτὸ ἅγιον αὐτῶν συνέδριον ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ πανευφήμου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας ἐγράψαντο. *Hos viginti Canones idem ſanctum illorum Concilium, præſente religioſiſſimo & laudatiſſimo Imperatore Conſtantino, de adminiſtratione Eccleſiaſtica ſcripſit.* Ὅρον tamen aliquando etiam ſignificare διατύπωσιν, *doctrinam de fide,* colligo ex libello anonymi de Synodis, ubi Patres in Concilio Chalcedonenſi dicuntur ὅρον promulgâſſe contra Eutychem & Dioſcorum. Verba ejus ſunt: Θεῖον δὲ ὅρον ἐξεφάνισαν, τέλειον Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν κηρύξαντες. *Divinam autem definitionem promulgârunt, prædicantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe perfectum Deum & perfectum hominem in duabus naturis inconfuſè & indiviſibiliter.* In libello Synodico, de Concilio Syrmienſi Arianorum: Αὕτη ἡ σύνοδος ὅρον πίστεως ἐξέθετο ἄθεον, φύσιν ἢ οὐσίαν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν ἀπαγορεύοντα. *Hæc Synodus definitionem fidei expoſuit impiam, quæ vetabat, naturam aut ſubſtantiam de Deo prædicari.*

Ὀρφανοτροφεῖον.

Ὀρφανοτροφεῖον eſt *locus, in quo orphani aluntur: locus alendis orphanis ſeu pupillis deſtinatus.* Legitur hæc vox apud Balſamonem in Can. VIII. Chalced. pag. 332. *Dicebant aliquando nonnulli,* τοὺς μοναχοὺς ἢ καὶ τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐν τοῖς ὀρφανοτροφείοις καὶ γηροκομείοις θείων ναῶν μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, *Monachos vel etiam clericos divinorum templorum, quæ ſunt in orphanotrophiis vel etiam gerocomiis, Epiſcopo non ſubjici.* Collectio Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. num. XIX. Αἱ γινόμεναι μέχρι φ'. νομισμάτων ἀνεμφάνιστοι δωρεαὶ εἰς πόλιν, ἢ ἐκκλησίαν, ἢ ξενοδοχεῖον, ἢ νοσοκομεῖον, ἢ ὀρφανοτροφεῖον, ἢ πτωχεῖον, ἢ εἰς αὐτοὺς τοὺς πτωχοὺς ἔρρωνται. *Donationes actis non inſinuatæ, quæ ad quingentos uſque nummos ſunt in civitatem, vel eccleſiam, vel xenodochium, vel noſocomium, vel orphanotrophium, vel ptochium, vel in ipſos pauperes, ratæ ſunt.* Theophanes de Conſtantini erga orphanos liberalitate: Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος σιτομέτριον ταῖς ἐκκλησίαις κατὰ πόλιν ἐχαρίσατο εἰς διατροφὴν διηνεκῶς χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ ξένοις, πένησί τε καὶ τοῖς κληρικοῖς. *Magnus autem Conſtantinus frumenti demenſum, quod viduis, orphanis, peregrinis, pauperibus, & clericis perpetuo eſſet alimento, Eccleſiis per urbes largitus eſt.*

Ὀρφανοτρόφος.

Ὀρφανοτρόφος, *qui orphanos ſeu pupillos alit.* Johannes Citri Epiſcopus in reſponſis ad Cabaſilam: Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσιν· ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων ὁ ὀρφανοτρόφος· οἱ τέσσαρες ἔκδικοι, κλ. *Sunt vero etiam alia officia, quæ maximè ſacerdotibus conveniunt: Catechiſta, orphanotrophus: quatuor defenſores, &c.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. num. XXXI. deſcribitur Orphanotrophi Conſtantinopolitani officium: Οἱ Κωνσταντινουπόλεως ὀρφανοτρόφοι τάξιν ἐπέχουσιν ἐπιτρόπων, καὶ κουρατόρων, χωρὶς ἐγγυῶν ἔν τε ταῖς δίκαις, ἔν τε τοῖς ἄλλοις· καὶ ἐπὶ ταβουλαρίων, ἢ ἐν ὑπομνήμασιν, ἐνταῦθα μὲν, παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, ἢ τοῖς ἐκδίκοις παραλαμβάνουσι τὰ πράγματα τῶν ὀρφανῶν, καὶ φυλάττουσιν, ἢ διατιμώμενα πιπράσκουσιν ὡς εὔφθαρτα· ἢ διὰ χρέος, ἢ δι' ἄλλην εὔλογον

αἰτίαν. Orphanotrophi Conſtantinopolis vicem obtinent tutorum & curatorum; abſq; fidejuſſionibus, tam in litibus, quàm aliis cauſſis: & tabulariis præſentibus, aut intervenientibus actis, heic quidem apud magiſtrum cenſuum; in provinciis autem, apud præſides aut defenſores accipiunt res pupillorum, & cuſtodiunt; aut æſtimatione facta diſtrahunt, quod facile corrumpantur; aut etiam ratione fœnoris, aut ob aliam juſtam cauſſam. Magna autem erat hujus muneris dignitas, nam frater Imperatoris, Michaelis Paphlagonis, eâ ornatus legitur apud Zonaram. Deſiit autem ſub poſtremis Imperatoribus. Codinus: Ὀρφανοτρόφος ἦν μὲν φροντίζων καὶ ἐπιμελούμενος πάλαι τῶν ὀρφανῶν, νῦν δὲ οὐδαμῶς κέκτηταί τινα ὑπηρεσίαν. *Orphanotrophus quidem olim curabat & obſervabat orphanos, nunc verò nullum prorſus ejus officium eſt.* Vide Gl. Meurſii.

Ὄρχησις.

I. *Etymon vocis.* Ὄρχησις *ſaltationem* ſignificat. Variæ ejus afferuntur etymologiæ. Euſtathius Odyſſ. ψ΄. ὀρχεῖσθαι dicit veteribus uſurpatum fuiſſe pro κινεῖσθαι, *moveri*, & derivatum videri ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν, ex quo ὤρεχα, hinc per ſyncopem ὦρχα, inde ὄρχησις, quod ſignificat κίνησίν τινα χειρῶν καὶ ποδῶν μυριαχοῦ, *quendam pedum atq; manuum motum, ſive agitationem infinitis in locis.* Idem Etymon habet Varinus. Alii ἀπὸ τῶν ὄρχων deducunt, hoc eſt, *à vinearum ordinibus*, in quibus inter vindemiam primitias Baccho offerentes choreas agebant. Heſychius: Ὄρχοι, στίχοι ἀμπέλων. Alii παρὰ τὸ ὀρέγειν τὰς χεῖρας, quia conſertis & extenſis manibus fiat chironomia; propriè quæ manibus exercetur ſaltatio dicta eſt. Scaliger ὄρχησιν vult dictam παρὰ τὸ ὁρμὴν, καὶ τὸ ἔχειν, detracta aſpiratione, aut ἀπὸ τοῦ ὀρύειν, & ſaltationem definit *motum compoſitum, numeroſum, cum geſtu effingentem rem, aut perſonam, vel quam canit, vel quam tacet:* eſt enim ſaltatio alia vocalis, alia tacita. Ὀρχεῖσθαι idem quod σκιρτᾷν, κινεῖσθαι, *ſaltare, tripudiare.* Hinc Ariſtophanes in Pluto conjungit, ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ad numerum ſaltare. *Tacita ſaltatio* eſt ὄρχησις, *vocalis* eſt χορεία. Suidas: Χορείαν οἱ παλαιοὶ τὴν μετὰ ᾠδῆς ὄρχησιν. *Choream antiqui* vocabant *ſaltationem cum cantu* conjunctam. Hinc Heſychius χορεύει etiam exponit μελῳδεῖ, *dulce canit.*

II. *Origo ſaltationum.* De ea variæ ſunt opiniones. Alii enim, teſte Luciano, ab obſervatione diverſi motus ſtellarum errantium & fixarum: alii à religione, ſive ſacris originem ſuam traxiſſe volunt. Nulla enim antiquitus erant ſacra, in quibus non ſaltaretur, de quo poſtea. Verùm, ab ipſa natura ſaltationes videntur promanâſſe. Nam cùm homines ipſius naturæ impulſu, cùm adverſis, tum ſecundis in rebus, & animis & corporibus vehementiùs commoveantur, varioſque motus atque geſtus edant: acceſſit deinde ars, quâ hi ipſi naturales corporis motus geſtuſque numeroſi facti fuerunt, atque harmonici. Quis autem primus choreas invenerit atque introduxerit, itidem dubium ſatis. Græci ferè ad Muſæum & Orpheum referunt. Alii Erato primam fecerunt ſaltationis inventricem. Iterum alii ſaltationis originem ad Hieronem Siculum tyrannum referunt. Eum quippe ajunt, ut ſuam tyrannidem ſtabiliret, populo interdixiſſe mutuis colloquiis. Hinc cœpiſſe homines in Sicilia ſenſus & cogitationes nutibus, & geſtibus corporis exprimere, idque poſtea in uſum & conſuetudinem abiiſſe. Molles ſaltationes & geſtus impudicos ad pſallendi normam accommodatos, Iones primùm inveniſſe dicuntur. Phidamon, homo nobilis, in Delpho apud Pythium delubrum primus choreas inſtituit circa annum mundi 3920. tempore Gedeonis Hebræi, ut ſcribit Euſebius in Chronicis. Pyrricham autem ſaltationem in armis idem Euſebius Curetibus & Corybantibus tribuit, qui Cnoſſum condiderunt tempore Moſis. Apud Latinos Romulus dicitur bellicrepam ſaltationem in armis inſtituiſſe.

III. *Diviſio ſaltationum.* Stuckius noſter Antiq. Convivalium lib. III. Cap. XXI. quatuor affert ſaltationum genera; *ſacrum, ſive ſuperſtitioſum*, in deorum cultum ac honorem celebrari ſolitum. Nulla enim apud veteres, ut Lucianus docet, ſacra, nullæ feſtivitates, ceremoniæ, initiationes, ſine ſaltatione peragi conſueverunt. 2. *theatricum* in Comœdiarum atque Tragœdiarum actione. 3. *militare.* 4. *epulare.* Nos hîc ſaltationum duo facimus genera.

1. Sunt *ſaltationes licitæ*, nempe eæ, quæ ad teſtandam lætitiam, ob ſenſum ampliſſimarum Dei benedictionum, decenter, honeſtè & piè ſuo loco ac tempore, citra proximi damnum & ſcandalum, à mulieribus inter mulieres: & à viris ſeorſim à mulieribus, cum celebratione laudum Dei aguntur. Talis ſaltatio fuit Davidis, ſaltantis coram Arca Domini: de qua Greg. Nazianzenus, Orat. IV. pag. 130. Εἰ ὀρχήσασθαι δεῖ σε, ὡς πανηγυριστὴν καὶ φιλέορτον, ὄρχησαι μὲν, ἀλλὰ μὴ τὴν Ἡρωδιάδος ὄρχησιν τῆς ἀσχήμονος, ἧς ἔργον Βαπτιστοῦ θάνατος· ἀλλὰ τὴν Δαυὶδ, ἐπὶ τῇ καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ, ἣν ἡγοῦμαι τῆς εὐκινήτου καὶ πολυστρόφου κατὰ Θεὸν πορείας εἶναι μυστήριον. *Quodſi te, ut lætæ celebritatis & feſtorum amantem ſaltare oportet, ſalta tu quidem, ſed non inhoneſtæ illius Herodiadis ſaltationem, quæ Baptiſtæ necem attulit: verùm Davidis, ob arcæ requiem: quâ quidem Deo gratam inceſſionem, agilitate præditam & verſatilem myſticè deſignari exiſtimo.* Talis fuit Mariæ, ſororis Moſis, quæ, Pharaone aquis obruto atque deieto, organis luſit, & choreas cum mulieribus duxit. Mulieres ſimiliter, occiſo Goliatho, choreas agunt. Talis ὄρχησις σημαίνει τὴν τῆς εὐφροσύνης ἐπίτασιν, *ſaltatio, intenſam lætitiam ſignificat*, inquit Greg. Nyſſenus, Homil. VI. in Eccleſ. tom. I. pag. 437. & ſubjicit, καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ τοιοῦτον ἐμάθομεν, ἐν οἷς φησιν, ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. Οὕτω φησὶν ἡ ἱστορία, κοπετὸν μὲν ἐπὶ τῇ μεταστάσει τοῦ Μωσέως ἐπὶ τοῖς Ἰσραηλίταις γενέσθαι, ὀρχήσασθαι δὲ τὸν Δαυὶδ τῆς κιβωτοῦ προπομπεύοντα, ὅτε αὐτὴν ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἀνεκομίσατο, μὴ ἐν τῷ συνήθει δεικνύμενον σχήματι, ὑποφθέγγεσθαι γὰρ αὐτόν φησι τῶν ἐναρμονίων μελῶν ἐν τῷ μουσικῷ ὀργάνῳ ἀνακρουόμενον· συγκινεῖσθαι δὲ πρὸς τὸν ῥυθμὸν τῷ ποδὶ, καὶ τῇ ἐν ῥυθμῷ κινήσει τοῦ σώματος τὴν ἔνδον δημοσιεύειν διάθεσιν. *Quomodo didicimus in Evangelio, cùm dicit*, Tibiâ vobis cecinimus, & non ſaltǔſtis. *Ita dicit hiſtoria, fuiſſe quidem planctum apud Iſraëlitas, cùm migraret Moſes, ſaltâſſe autem Davidem arcam in pompa præcedentem, quando eam repetivit ab alienigenis, non eo habitu quo ſolebat. Dicit enim eum modos ceciniſſe harmonicos, pulſantem muſicum inſtrumentum: ſe autem moviſſe ad numerum, & numeroſo motu corporis in publicum internam protuliſſe affectionem.*

2. *Saltationes illicitæ*, quales hodie non modò apud

Digitized by Google

apud barbaras gentes, ſed apud omnes ferè Chriſtianos variæ ſunt, in epulis præſertim ſolennioribus, & Nuptiarum feſtivitatibus. Tales ſaltationes inter Chriſtianos illicitas eſſe, variis rationibus probat loco laudato Cl. Stuckius. Nos idem confirmamus,

a. Conciliorum decretis. Canon. LIII. Laodicenus ſic habet: Οὐ δεῖ Χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους, βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾷν, ὡς πρέπει Χριστιανοῖς. *Non oportet Chriſtianos ad nuptias venientes, tripudiare vel ſaltare: ſed caſtè cœnare vel prandere, ſicut decet Chriſtianos.* Et Can. LIV. Οὐ δεῖ κληρικοὺς ἢ ἱερατικούς τινας θεωρίας θεωρεῖν ἐν γάμοις, ἢ δείπνοις. *Non oportet Clericos aut ſacerdotes ſpectacula aliqua contemplari in nuptiis vel conviviis.* Poſſunt quidem nuptiis intereſſe, ſed poſtquam acceſſerint θυμελικοί, ſurgendum & abeundum ipſis erat, ne ſuâ præſentiâ illam probare viderentur laſciviam. Vide ſuprà in θυμελικός. In Concilio quoque Agathenſi, quod habitum fuit anno CCCCL. *Saltationes conjunctæ cum cantionibus amatoriis & laſcivis, omnibus in univerſum Chriſtianis fuerunt interdictæ.* In Ilerdenſi Concilio, quod celebratum fuit anno DXV. idem ſtatuitur, *ne Chriſtiani ſaltent in nuptiis,*

b. Veterum primitivæ Eccleſiæ *Patrum autoritate*, à quibus communi conſenſu, tripudia, ceu à Chriſtiana fide atque religione alieniſſima, vehementiſſimè culpata atque damnata fuerunt. Chryſoſtomus, Homil. XII. in epiſt. ad Coloſſenſes, pag. 157. non quidem de toto genere chorearum, ſed de iis, quæ in nuptiis ducuntur, ita graviſſimè ſcribit: Μὴ γὰρ θέατρόν ἐστιν ὁ γάμος; μυστήριόν ἐστι καὶ τύπος μεγάλου πράγματος· κἂν αὐτὸ μὴ αἰδῇ, αἰδέσθητι οὗ τύπος ἐστί. Τὸ μυστήριον τοῦτο, φησί, μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστόν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Τῆς ἐκκλησίας τύπος ἐστὶ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πόρνας εἰσάγεις; ἂν τοίνυν, φησί, μήτε παρθένοι ὀρχῶνται, μήτε γεγαμημέναι, τίς ὀρχήσεται; μηδείς· ποία γὰρ ὀρχήσεως ἀνάγκη; ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων μυστηρίοις αἱ ὀρχήσεις, ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις σιγὴ καὶ εὐκοσμία, αἰδὼς καὶ καταστολή. Μυστήριον τελεῖται μέγα· ἔξω αἱ πόρναι, ἔξω οἱ βέβηλοι. Πῶς μυστήριόν ἐστι; συνέρχονται, καὶ ποιοῦσιν οἱ δύο ἕνα. Διὰ τί ὅτε μὲν εἰσῄει, οὐκ ὄρχησις, οὐ κύμβαλα, ἀλλὰ πολλὴ σιγή, πολλὴ ἡσυχία· ὅταν δὲ συνίωσιν, οὐκ εἰκόνα ἄψυχον, οὐδὲ εἰκόνα τινὸς τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλ' αὐτοῦ ποιοῦντες τοῦ Θεοῦ, τοσοῦτον ἐπεισάγεις θόρυβον, καὶ ταράττεις τοὺς ὄντας, καὶ αἰσχύνεις τὴν ψυχήν, καὶ θορυβεῖς. *Num theatrum eſt matrimonium? eſt myſterium, & rei magnæ typus: & ſi ipſum non reverearis, reverere id cujus eſt typus.* Myſterium, *inquit*, hoc eſt magnum: ego autem dico de Chriſto & Eccleſia. *Eccleſiæ eſt typus & Chriſti, & meretrices introducis? Si ergo, inquit, neq; virgines ſaltant, neq; quæ nupſerunt, quis ſaltabit? Nullus. Saltationis enim quænam eſt neceſſitas? In myſteriis Græcorum ſunt ſaltationes. In noſtris autem ſilentium, honeſta gravitas, pudor & modeſtia. Magnum peragitur myſterium, foras meretrices, foras prophani. Quomodo eſt myſterium? Conveniunt, & duo faciunt unum. Cur quando ingreditur quidem, non eſt ſaltatio, non ſunt cymbala, ſed multum ſilentium, multa quies: quando autem conveniunt, non inanimatam imaginem, non alicujus ex iis quæ ſunt in terra, ſed ipſius Dei facientes ſimilitudinem: tantum introducis tumultum, & eos qui ſunt perturbas, & dedecore animam afficis & conturbas?* Vide ibidem plura. Præclarus certè locus: ex quo & hoc diſcimus, quod ad priſcos nuptiarum ritus pertinet; non ſolùm matronas & virgines nuptiarum feſtivitati intereſſe, ſed & impudicas fœminas ſaltatrices adhiberi ſolitas, quæ dum novi mariti primùm novis nuptis commiſcerentur, ſtrepitum ac tumultum ſaltationibus ſuis & cymbalis excitarent. Hunc morem graviter reprehendit, ac tolli jubet vir ſanctiſſimus, & ſilentium ac modeſtiam initiò adhibitam uſque ad finem illius actus perdurare debere ait. Longè plura habet Hom. XLVIII. in Matth. ubi de ſaltatione Herodiadis ad populum loquebatur. Pag. 307. exclamat: Ὢ συμπόσιον διαβολικόν· ὦ θέατρον σατανικόν· ὦ παράνομος ὄρχησις καὶ μισθὸς ὀρχήσεως παρανομώτερος. *O convivium diabolicum! ò theatrum ſatanicum! ò ſceleratam ſaltationem, & mercedem ſaltatione longè ſceleratiorem!* Pag. 309. Ἔνθα ὄρχησις, ἐκεῖ καὶ ὁ διάβολος· οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔδωκεν ἡμῖν πόδας ὁ Θεός, ἵνα ἀσχημονῶμεν, ἀλλ' ἵνα εὐτάκτως βαδίζωμεν· οὐχ ἵνα κατὰ τὰς καμήλους πηδῶμεν, ἀλλ' ἵνα σὺν ἀγγέλοις χορεύωμεν. Εἰ γὰρ τὸ σῶμα αἰσχρὸν τὸ τοιαῦτα ἀσχημονοῦν, πολλῷ μᾶλλον ἡ ψυχή. Τοιαῦτα ὀρχοῦνται οἱ δαίμονες, τοιαῦτα ἐπιτωθάζουσιν οἱ τῶν δαιμόνων διάκονοι. *Ubi ſaltatio, ibi etiam diabolus: neq; enim hunc in finem nobis pedes dedit Deus, ut indecorè nos geramus, ſed ut decenter incedamus: non ut camelorum inſtar ſaltemus, ſed ut cum Angelis tripudiemus. Si enim corpus turpe eſt, quod hæc talia indecorè facit, multò magis anima. Hoc modo ſaltant dæmones: hoc modo rident dæmonum miniſtri.* Idem, Homil. LXXXIV. tom. VI. *ſaltationem* vocat εὕρημα δαιμόνων, καὶ μελέτην κακοδαιμόνων, *inventum dæmonum, & exercitationem malorum geniorum.* Confer, quæ jam notata in voce Γάμος, num. VI. 6.

Ὅσιος.

I. Ὅσιος eſt *ſanctus*. Vetus Onomaſticon: *ſanctus*, ὅσιος. Lexicon vetus: *ſanctus*, ὅσιος, ἅγιος. Gloſſæ: Ὅσιος, *ſanctus*, *juſtus*. Gellius lib. XV. Cap. XVIII. *Caſtitate vitæ ſanctus.* Ὅσιον ergo poſſumus interpretari *ſanctum erga Deum*, quemadmodum δίκαιον, *juſtum erga homines.* Ita enim apud Scriptores Græcos nonnunquam diſtinguuntur. Philo de Abrahamo: Ὁσιότης πρὸς Θεόν, δικαιοσύνη πρὸς ἀνθρώπους. *Sanctitas erga Deum, juſtitia erga homines.* Plutarchus in Demetrio: Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς Θεοὺς ὅσιον, δικαιοσύνη πρὸς ἀνθρώπους. Theophylactus ad Tit. I. 8. pag. 844. Δίκαιον τὰ πρὸς ἀνθρώπους, τουτέστιν, ἀπροσωπόληπτον. Ὅσιον, τουτέστιν, εὐλαβῆ περὶ τὰ θεῖα, μηδὲν τῶν τῷ Θεῷ ὀφειλομένων ἐλλείποντα. Juſtum: *in iis, quæ ad homines ſpectant, hoc eſt, abſq; perſonarum reſpectu.* Sanctum, *hoc eſt, pium in rebus divinis, nihil eorum, quæ ad Deum pertinent, omittentem.* Huc etiam pertinet, quòd ὁσιότης appellatur θεραπεία Θεοῦ, *cultus Dei*, à Clemente Alexandr. Strom. IV. pag. 540. & quòd ὁσίως, I. Theſſ. II. 20. à Theophylacto explicatur per, μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν εὐλαβείας, *cum timore & cultu Dei.* Interim tamen ὁσίως καὶ δικαίως, I. Theſſal. II. 10. conjunctim ad convictum cum hominibus referuntur. Unde etiam ὅσιος in Gloſſis non tantùm eſt *ſanctus*, ſed etiam *juſtus*. Et Heſychio non tantùm eſt εὐσεβής, ſed & δίκαιος, καθαρός, εἰρηνικός, ἁγνός. Et Chryſoſtomo in Pſal. CXLV. eſt ἄληπτος, ὀρθός, καθαρός, ἄμωμος, οὐδεμίαν οὐδενὶ παρέχων λαβήν. *Inculpabilis, verus, purus, reprehenſione major, nullam ulli reprehenſionis anſam præbens.* Iterum Theophylactus in Cap. VII. ad Hebræos, pag. 945. Ὅσιός ἐστιν, ὁ μηδὲν τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ παραλιμπάνων. *Sanctus eſt, qui nihil eorum, quæ facere debet, omittit.* Apud Baſilium

M. reg. brev. Interrogat. CCXLIX. tom. II. pag. 623. Ὅσιόν ἐστι τὸ πρέπον καὶ ὀφειλόμενον παρὰ τῶν ὑποβεβηκότων τῷ ὑπερέχοντι κατὰ τὸν τῆς ὑπεροχῆς λόγον. *Pium eſt, quod ab iis, qui inferiores ſunt, ratione præſtantiæ ex decoro ei debetur, qui præſtantior eſt.*

II. Ὁσία, vel ὅσια notat *juſta funeralia.* Suidas: Ὁσίαν, κηδείαν· τὴν ἐπὶ νεκροῖς τιμήν. *Funus, juſta, parentalia; honores, qui mortuis tribuuntur.* Photius, epiſt. CV. pag. 150. Σὺ δὲ, ὦ μοι λοιπὸν τοῦ βίου παραμύθιον, ἔῤῥωσο, καὶ με φίλει· καὶ τὴν ὁσίαν ἐκείνῳ ἀνθ' ἡμῶν, ἀξίως τῆς σῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς ἐκείνου φιλίας ἐπιτέλει. *Tu autem, ô vitæ meæ ſolamen ſolum, vale: & me ama, atque exequias mea vice perfice, prout dignum tua virtute & illius amicitia fuerit.* Ὁσία, ut Plutarchus in Numa, τὰ περὶ τοὺς θνήσκοντας ὅσια, *juſta, quæ mortuis ſolvuntur.* Chryſoſtomus, Homil. XIV. in epiſt. ad Epheſ. ad Cap. IV. v. 24. Τὸ ὅσιον τί ἐστι; τὸ καθαρὸν, τὸ ὀφειλόμενον· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὁσίαν ἐπὶ τῶν ἀπελθόντων φαμέν. *Sanctum quid eſt? Quod eſt mundum, quod debetur. Propterea etiam* ὁσίαν, *juſta de iis dicimus, qui deceſſerunt.* Eſt ὁσία, ἡ τῶν τεθνηκότων κηδεία τε καὶ τιμὴ, *cura & honor pro mortuis.* Theophanes, Homil. VIII. pag. 49, 50. Τὸν Λάζαρον εἰκὸς ἀκηδέστως ῥιφῆναί που ἄταφον· τίς γὰρ ἂν προσηκούσης ὁσίας ἠξίωσε, τὸν μηδὲ ψιχίων ἄξιον νομιζόμενον; *Lazarum juſtis caruiſſe funeralibus, atque inſepultum aliquò fuiſſe projectum, veriſimile eſt: quis enim eum ſupremis honoribus fuiſſet dignatus, qui ne micis quidem dignus habebatur?* Vide Lexica vulgata.

Ὁσιουργός.

Non habent Lexica. *Qui ſanctificat.* Cyrillus Alexandr. ad v. 3. Cap. LV. Jeſajæ, pag. 776. Ὅσια δ' ἂν τὰ ὁσιουργὰ καὶ δικαίους, καὶ ἀμώμους ἀποφαίνοντα τοὺς δεχομένους αὐτά. *Sancta igitur ſunt, quæ ſanctificant, quæque juſtos & inculpatos reddunt ea recipientes.*

Ὁσπίτιον.

Hoſpitium. Scribitur etiam ὀσπήτιον. Suidas: Οἰκία, τὸ ὀσπήτιον. Iterum: Ὀσπήτιον, τὸ οἴκημα. Palladius, hiſt. Lauſiacæ Cap. V. pag. 19. Ἐλθὲ ἐν τῷ ὀσπιτίῳ μου. Vide Gloſſ. Meurſii.

Ὁσιάριος.

Ὁσιάριος, *oſtiarius.* Suidas: Ὠσίας· οἱ Ῥωμαῖοι ὠσίας τὰς θύρας φασί· κατὰ ἑλληνικὴν δὲ ἐτυμολογίαν γράφομεν διὰ τοῦ ω μεγάλου, παρὰ τὸ ἐξωθεῖν τὸν ἐπερχόμενον· ἔνθεν καὶ ὠσιάριος ὁ κρατῶν τὰς θύρας, καὶ ὠθίζων τοὺς εἰσιέναι βουλομένους. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ.

Δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν εἵνεκα
Ὠθιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ὠσίας. *Romani fores* ita *vocant, id eſt, oſtia. Secundum autem Græcam etymologiam per ω magnum* hæc vox ſcribitur, *quòd ita dicatur* παρὰ τὸ ἐξωθεῖν τὸν ἐπερχόμενον, id eſt, *quòd hoſtiliter adventantem expellat. Hinc etiam* ὠσιάριος, *oſtiarius ſive janitor, qui tenet oſtium, & ingredi volentes repellit. Ariſtophanes in Pluto,* p. m. 20. v. 6.

Grave enim eſſet, *ſi trioboli quidem cauſſâ*

Pelleremur, id eſt, nos mutuò pelleremus *ſingulis vicibus*, quotidie, frequenter *in concione.*

Pro ὠσίας, ſcribendum ὤσια. Sic enim Ariſtophanis ſcholiaſtes ad præſentem locum: Ῥωμαῖοι ὤσια τὰς θύρας φασὶ παρὰ τὸ ἐξωθεῖν τὸν ἐπερχόμενον. Sed en inconſtantiam hujus Grammatici. Paulò enim antè idem Suidas in ὠσία. Ὀσία δὲ ἡ θύρα παρὰ Ῥωμαίοις διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ὅθεν καὶ ὀσιάριος ἐξ αὐτῆς τὸ ἀξίωμα διὰ τοῦ ο μικροῦ· μὴ ἑλληνικῶς δεῖ ἐτυμολογεῖσθαι. Ὀσία *verò, id eſt, oſtium, janua, fores, apud Romanos per o parvum* ſcribitur. *Unde etiam oſtiarius, ab ipſo* oſtio dicitur *ipſa dignitas per o parvum. Sed ne ex lingua Græca ejus etymon deducatur.* Idem alibi, Ὀσιάριος· εἶδος ἀξιώματος· οἶμαι δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου ὠσιάριος παρὰ τὸ ὠθεῖν. *Oſtiarius dignitatis genus. Arbitror autem per ω magnum* ſcribendum eſſe ὠσιάριος, *ab* ὠθεῖν, *pellere, repellere, propulſare.* Continuò ſubjicit: Ὀσία παρὰ Ῥωμαίοις, ἡ θύρα· καὶ ἐξ αὐτοῦ ὀσιάριος, διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ὀσία. *Oſtium apud Romanos ipſa janua. Et hinc* ὀσιάριος, *oſtiarius, per o parvum.* Angelus Decembrius, lib. IV. de politia literaria, extrema parte XXIX. *oſtium* putat dici ab ἀποσείειν, quod eſt *repellere.* Meræ nugæ: omnino enim Latinum vocabulum eſt, ſive ab *ore* dicatur, quia ſit *os* domus, quod etymon à Priſciano affertur ad primum ſecundi Æneid. verſum: ſive quaſi *obſtium* dicatur, ab *obſtando*: quomodo Iſidorus ſcribit, lib. XV. Originum, Cap. VII. *Oſtium eſt, per quod ab aliquo arcemur ingreſſu, ab obſtando dictum.* Quod ſi id eſt *oſtium*, propriè dicetur de *foribus clauſis*, uti *janua* de *apertis.* Vide Etymologicum Voſſii in *Oſtium.* Erat autem *oſtiarius* inter munera Eccleſiaſtica. Balſamon in Nomocan. Photii, tit. I. de Fide, Cap. XXXI. pag. 31. Πᾶς κληρικὸς ἄχρι καὶ τῶν ὀσιαρίων, προσωπικῶν ἐξκουσσατεύεσθω λειτουργιῶν. *Clericis uſque ad oſtiarios à perſonalibus excuſator muneribus.* Codinus in Orig. Conſtantinop. pag. 188. Ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος ἕως τῆς μέσης τοῦ ναοῦ, ὑπῆρχεν οἶκος Ἀντιόχου τινὸς Ὀσιαρίου καὶ Εὐνούχου. *Locus ambonis uſque ad medium templum erat domus Antiochi cujusdam Oſtiarii & Eunuchi.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex l. I. Cod. tit. III. ſect. VI. Πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ ἐξορκισταὶ, καὶ ἀναγνῶσται, καὶ ὀσιάριοι. *Presbyteri, & diaconi, & exorciſtæ, & lectores, & oſtiarii.* Erant tres numero. Conſtantinus Cabaſilas in quæſitis ad Johannem Citri Epiſcopum: Μετ' αὐτοὺς οἱ τρεῖς ὀσιάριοι, καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ τρεῖς ἄρχοντες τῶν ἐκκλησιῶν. *Poſt eos tres oſtiarii, & poſt hos tres Eccleſiarum proceres.* Aliàs vocantur θυρωροὶ & πυλωροί. Vide in θυρωρός. Conſule etiam Gloſſ. Meurſii in Ὀσιάριος.

Οὐαί.

I. Οὐαὶ eſt particula *dolentis* apud Scriptores ſacros. Chryſoſtomus, Homil. VII. in Geneſin: Τὸ οὐαὶ ὡσανεὶ θρηνοῦντός ἐστι τοὺς μέλλοντας ὑπὸ τὴν ἀπαραίτητον ἐκείνην κόλασιν γίνεσθαι. *Væ quaſi lugentis eſt eos, qui inevitabile illud ſuſtinebunt ſupplicium.* Aretas in Cap. XVIII. Apocal. pag. 974. Τὸ οὐαὶ, θρηνῶδές ἐστιν ἐπίφθεγμα, εἰωθὸς ἐπὶ συμφοραῖς ἐνεργουμέναις ἐκφωνεῖσθαι. *Væ eſt acclamatio lamentabilis, pronunciari ſolita in præſentibus calamitatibus.*

II. *Eſt interjectio imprecantis*, atque adeò ſummam aut graviſſimam calamitatem alicui obventuram ſignificantis. Theodoretus ad v. 19. Cap. X. Jerem. pag. 181. Οὐαὶ, τὴν τιμωρίαν καλεῖ. *Væ, ſupplicium vocat.* Chryſoſtomus, Cap. XXI. de Virginitate, tom. VI. pag. 256. Τὸ οὐαὶ οὐ ῥῆμα ψιλόν ἐστιν, ἀλλ' ἀπειλή τις ἄφατον ἡμῖν καὶ ἀσύγκριτον προαναφωνοῦσα τὴν τιμωρίαν, Ἐπὶ δὲ τῶν οὐκέτι δυναμένων διαφυγεῖν τὴν μέλλουσαν κόλασιν

λάειν τοῦτο τὸ ἐπίῤῥημα κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς. *Væ non eſt nudum verbum, ſed eo ingentes minæ continentur, ut immiſericors ſupplicium promulgetur. Nam in ſcripturis adverbium hoc in eos uſurpatur, qui pœnas imminentes ampliùs effugere non poſſunt.* Aretas in Cap. IX. Apocal. pag. 934. Τὸ οὐαὶ ἐπίῤῥημά ἐστι σχετλιαστικόν· σχέτλη δὲ τὸ ὀδυνηρὸν ἐπιφέρον καλεῖται. *Væ, eſt adverbium indignabundum: σχέτλη enim id vocatur, quod dolorem affert.* Vult, eſſe adverbium, vel interjectionem indignantis. Unde verò habeat, quòd σχέτλη ſignificet ὀδυνηρόν τι, vel λυπηρόν, incertum; Lexica enim hanc vocem non habent, nec eam me legere memini. Potius ergo legendum, σχέτλιον δέ.

Οὐρανοβατέω.

Non habent Lexica. Significat *in cælum penetro.* Legitur apud Iſidorum Peluſiotam, epiſt. CLI. lib. II. pag. 197. Ὁ σὸς ἀδελφὸς ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο, πᾶν μὲν ὅσον εἶχε θνητὸν, ἐν γῇ καταλείψας, τῇ δὲ ψυχῇ οὐρανοβατῶν, καὶ ταῖς θείαις καὶ ὑπερκοσμίοις, ὡς πιστεύω, συγχορεύων δυνάμεσι. *Frater tuus;* alloquitur Theophilum Lectorem; *ex hominum cætu exceſſit, id quidem omne, quod mortale habebat, in terra relinquens & deſerens, animo autem in cælum penetrans, atq; cum divinis ac mundo ſublimioribus virtutibus, ut confido, choros agitans.* Eodem verbo etiam uſus eſt Chryſoſtomus, Homil. LXXIV. tom. V. pag. 528. Locum produximus in voce Ἀετός, num. II. 5.

Οὐρανοδρομέω.

Non habent Lexica. Legitur apud Clementem Alexandr. Pædag. lib. III. Cap. XI. pag. 246. ubi de ſignaculis annulo virili imprimendis ita ſcribit: Αἱ δὲ σφραγῖδες, ἡμῖν ἔστων πελειὰς, ἢ ἰχθὺς, ἢ ναῦς οὐρανοδρομοῦσα, ἢ λύρα μουσικὴ, ἢ ἄγκυρα ναυτική. *Sint autem nobis ſignacula, columba, vel piſcis vel navis quæ celeri curſu à vento fertur, vel lyra muſica, vel ancora nautica.* Ita interpres. Si vera lectio οὐρανοδρομοῦσα, potiùs vertendum, *curſu in cælum tendens,* ab οὐρανοδρόμος, quod Lexica habent. Florentina editio habet οὐρανοδρομοῦσα, vitiosè: vel enim ſcriptum erat οὐριοδρομοῦσα, quod eſt οὐρανοδρομοῦσα, vel legendum οὐριοδρομοῦσα, *ſecundo ventu currens:* quæ lectio optima videtur. Dicitur autem οὐριοδρομοῦν ναῦς, *cui ventus ſecundus ſpirat:* & οὐριοδρόμος ναῦς, *navis, cui aura ſecunda adſpirat, quæ ſecundo fertur vento.*

Οὐρανομήκης.

Heſychius: Οὐρανομήκη, ὑψηλὸν λίαν. *Usq; ad cælum ſublimem, valde altum.* Cyrillus Alexandr. ad Joh. X. v. 34. pag. 670. turrim Babylonicam vocat οὐρανομήκη πύργον, *turrim valde ſublimem.* A' Chryſoſtomo, Homil. IV. in Geneſin, Paulus vocatur οὐρανομήκης ψυχὴ, *ad cælos uſq; ſublimis anima.* Et Homil. XXVII. tom. V. Edit. Pariſ. pag. 387. Γενναία καὶ οὐρανομήκης ψυχὴ, *generoſa & ad cælos uſq; ſublimis anima.* Idem, orat. LIV. ejuſd. tomi, & lib. III. de Providentia, Cap. XII. Eliam vocat οὐρανομήκη ψυχήν.

Οὐρανόπολις.

Οὐρανόπολις, *cæleſtis civitas.* Apud Athen. l. I. Roma vocatur οὐρανόπολις. Sed longe veriùs hoc nomine inſignitur *Jeroſolyma cæleſtis,* ab Euſebio Demonſtrat. Evang. lib. IV. pag. 126. quando dicit, Οὐρανόπολις ἡ ἀληθῶς Ἱερουσαλήμ. Et à Clemente Alexandr. Pædag. lib. II. Cap. XII. pag. 207. Λίθοις δὲ ἁγίοις τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ τετειχίσθαι παρειλήφαμεν· καὶ τὰς δώδεκα τῆς οὐρανοπόλεως πύλας, τιμίοις ἀπεικασμένας λίθοις, τὸ περίοπτον τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς αἰνίττεσθαι χάριτος ἐκδεχόμεθα. *Ex ſanctis autem lapidibus ſupernam Jeruſalem fuiſſe conſtructam accepimus: & duodecim portas cæleſtis civitatis, lapidibus precioſis aſſimilatas eximiam Apoſtolicæ vocis gratiam ſignificare admittimus.*

Οὐρανοπολίτης.

Non habent Lexica. Eſt *cæli civis. Fideles, licèt in hoc adhuc degant mundo nihilominus cæli cives ſunt,* inquit, Oecumenius, in Cap. IX. ad Hebræos, pag. 843. Verba ejus ſunt: Οὐρανοπολῖται εἰσὶν οἱ πιστοὶ, εἰ καὶ ἐπὶ γῆς τέως πολιτεύονται. Ammonius in Catena, ad Joh. XVII. 16. pag. 413. Οὐρανοπολῖται γεγόνασι, καὶ οὐδὲν ἔχουσι πρὸς τὴν γῆν κοινόν. *Cæli cives facti ſunt, & nihil habent cum mundo commune.* Ita Apoſtolus Paulus, quia in tertium uſque raptus fuit cœlum, à Chryſoſtomo Homil. LXXIX. tom. VI. vocatur οὐρανοπολίτης.

Οὐρανός.

I. *Etymon vocis.* Quidam οὐρανὸν derivant à verbo ὁρᾶν. Ita Baſilius orat. III. in Hexaem. p. 40 παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἡ τοῦ οὐρανοῦ προσηγορία, *ab* ὁρᾶσθαι, *videri, deſumta eſt* οὐρανοῦ, *cæli appellatio.* Platoni, ut citatur Euſebius Evang. Præparat. lib. XI. pag. 304. dicitur οὐρανὸς, διὰ τὸ ἄνω ὁρᾶν ποιεῖν, *quòd faciat ut ſurſum videamus.* Itidem Ambroſius in Hexaëm. ab ὁράω, *quaſi* ὁρανὸς, *quod ſit viſui pervium cælum & minime denſum, ut aqua & terra.* Alii derivant ab ὅρος. Ariſtoteles de mundo: Οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν, ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω. Οὐρανὸν *ab etymo vocamus, quod ſit terminus eorum quæ ſuprà ſunt.* Eodem modo Philo de Mundo. Alii tandem ab ὁρῶ, τὸ φυλάττω, quòd cuſtodiat omnia ac conſervet. Verùm hæ etymologiæ omnes alluſiones potiùs ſunt. Eſt enim οὐρανὸς à Chaldaico אורא, *lux:* unde & ὤρα & αὔριον, *cras,* & *aurora,* & *aura,* pro ſplendore, & *aurum.* Ipſum verò eſt ab אור, *lucere, illuminare.*

II. *Explicatio vocis.* Οὐρανὸς, *cælum* duplici modo *ſumitur:*

1. *Propriè,* & notat totum illud fluidum corpus à terra uſque ad extima mundi extenſum. Suidas: Οὐρανός ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον. *Cælum eſt extrema circumferentia, in qua divinum omne conſtitutum eſt.* Greg. Nyſſenus in Hexaëm. tom. I. pag. 29. Τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς συνήθως ἡ γραφὴ οὐρανὸν λέγει. *Quod capitibus noſtris impendet, id ſcriptura cælum vocare ſolet.* Idem, orat. XII. contra Eunomium, tom. II. pag. 786. Ὅταν τὴν τῶν ὑποκειμένων περιοχὴν ἐξετάζωμεν, ᾧ πᾶσα ἡ ὑλικὴ περικρατεῖται φύσις, οὐρανὸν τοῦτον προσαγορεύομεν, τὸν τῶν ὁρατῶν πάντων ὅρον γινόμενον. *Cùm inferiorum corporum ambitum exquirimus, quo omnis materialis continetur natura, hoc cælum appellamus, quod viſibilium omnium terminus efficitur.* Damaſcenus, lib. II. Orthod. fidei, Cap. VI. pag. 81. Οὐρανός ἐστι περιοχὴ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων κτισμάτων. *Cælum eſt complexus viſibilium & inviſibilium creaturarum.* A' Chryſoſtomo, Homil.

Digitized by Google

excelſi volucrum volatus perveniunt. Addit: Καὶ γὰρ καὶ νεφέλας οὐρανοῦ λέγει, καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. *Etenim* ſcriptura *& cœli nubes dicit, & volucres cœli.* Idem, eodem tractatu, p. 29. dicit πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ vocari τὰ τὸν ἀέρα διαπετόμενα, *volatilia cœli quæ in ipſo aëre volant,* Matth. VI. 26. Baſilius M. oratione, *Quòd Deus non ſit autor mali*, tom. I. pag. 433. Οὐρανὸν συνήθως ἡ γραφὴ τὸν ἀέρα καλεῖ, ὡς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τό, ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν. Τουτέστιν, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ὑψοῦνται. *Scriptura cœlum appellare ſolet aërem, ut,* Votalia cœli. *Et,* Aſcendunt uſque ad cœlos, *hoc eſt, in aëris ſublimitatem longè tolluntur.* Vide eundem Homil. III. in Hexaem. tom. I. pag. 40. Damaſcenus lib. II. Orthod. fidei, Cap. VI. pag. 83. Σύνηθες τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν, διὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἄνω. *Solet ſacra ſcriptura etiam aërem vocare cœlum, quia ſuprà videtur.*

b. *Æthereum*, ſeu *ſuperius*. Gregorius Nyſſenus in Hexaem. tom. I. pag. 42. dicit *ſcripturam* οὐρανόν τε καὶ στερέωμα κατονομάζειν, τὸ μετὰ τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν περὶ τὸ ἐντὸς θεωρούμενον, ἐν ᾧ οἱ πλανῆται τῶν ἀστέρων διαπορεύονται, *Cœlum & firmamentum appellare ſpatium illud, quod inerranti ſphæræ incluſum conſideratur, in quo ſtellæ, quas errantes nominant, pervagentur.* Hoc cœlum Heſychius vocat κατηστερισμένον τόπον, *locum ſtelliferum vel ſtellatum.*

c. *Supremum, ſeu beatorum*; quod Apoſtolus II. Corinth. XII. 2. *tertium cœlum*, & v. 4. *paradiſum* vocat. Ad quem locum Theodoretus, pag. 256. obſervat, quoſdam dicere, *per tertium cœlum* intelligi τοῦ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν διαστήματος τὸ τρίτον, *tertiam partem diſtantiæ à terra in cœlum. Alios* verò *affirmare*, ἑωρακέναι αὐτὸν τοῦ παραδείσου τὸ κάλλος, καὶ τὰς ἐν ἐκείνῳ τῶν ἁγίων χορείας, καὶ τὴν παναρμόνιον τῆς ὑμνῳδίας φωνήν, *vidiſſe ipſum paradiſi pulchritudinem, & ſanctorum in illo choreas, & modulatiſſimam hymnorum cantûs vocem.* Gregorius Nyſſenus in Hexaem. tom. I. pag. 41. de hoc tertio cœlo ita ſcribit: Δοκεῖ μοι ὁ μέγας ἀπόστολος, ὁ πᾶσι τοῖς ἔμπροσθεν ἑαυτὸν ἐπεκτείνων, διαβὰς πάσης τῆς αἰσθητῆς φύσεως τοὺς ὅρους, εἰς τὴν νοητὴν κατάστασιν παρεισδῦναι, οὐ σωματικῆς ἀκριβῶς γινομένης αὐτῷ τῆς τῶν νοητῶν θεωρίας. *Videtur mihi magnus Apoſtolus, ad ea, quæ à fronte ſunt contendens, poſtquam totius naturæ, quæ ſenſu percipitur, terminos tranſcendiſſet ad eum perveniſſe ſtatum, qui animo menteq; comprehenditur, cùm ſpectaculum illud minimè corporeum fuit.* Mox: Τὸ οὖν ἀκρότατον τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, τρίτον οἶμαι οὐρανὸν προσειρηκέναι τὸν Παῦλον· τριχῇ μὲν τεμόντα πᾶν τὸ φαινόμενον· κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς, ἕκαστον τῶν τμημάτων τούτων οὐρανὸν ὀνομάσαντα. *Summum igitur illud culmen hujusce mundi, arbitror à Paulo* tertium cœlum *appellari, tripliciter dividente omne quod cernitur, & ex ſcripturæ conſuetudine ſingulas partes cœlum vocante.* Idem: Κατέλιπε γὰρ τὸν ἀέρα· παρέδραμε καὶ τὴν διὰ μέσου τῶν ἀστέρων κυκλοφορίαν· ὑπερέβη δὲ καὶ τὴν ἄκραν τῶν αἰθερίων ὅρων περιβολήν, καὶ ἐν τῇ στασίμῳ καὶ νοητῇ φύσει γενόμενος, εἶδε τὰ τοῦ παραδείσου κάλλη, καὶ ἤκουσεν ἃ ἀνθρωπίνη φύσις οὐ φθέγγεται. *Relicto enim aëre, ſuperatoq; medio illo ſpatio, in quo errantium ſtellarum orbes verſantur, ſummum ætheriorum finium ambitum tranſcendit, & ad firmam illam, quæ ſola mente percipitur, naturam perveniens, paradiſi pulchritudinem vidit, & audivit ea, quæ humana natura non loquitur.* Hoc cœlum vocatur οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, *cœlum cœlorum.* Damaſcenus lib. II. Orthod. fidei, Cap. VI. pag. 83. Ἔστιν οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, ὁ πρῶτος οὐρανός, ἐπάνω ὑπάρχων τοῦ στερεώματος. *Eſt cœlum cœlorum, primum nempe cœlum, quod ſupra firmamentum exiſtit.* Vocatur θρόνος Θεοῦ, *thronus Dei.* Baſilius M. in Jeſajam, viſione II. tom. I. pag. 813. Θρόνος Θεοῦ λέγεται ὁ οὐρανός, ἐκ τοῦ τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις παγίως ἐν αὐταῖς τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐνιδρυμένην ἔχειν. *Thronus Dei dicitur cœlum, quod cœleſtes illæ virtutes in ſe retineant ſtabiliter inſidentem Dei cognitionem.* Vide Matth. V. 34. Damaſcenus lib. I. Orthod. fidei, Cap. XVI. pag. 57. Ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ θρόνος· ἐν αὐτῷ γάρ εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν. *Cœlum thronus ejus eſt: in eo enim ſunt Angeli, qui voluntatem ipſius faciunt, eumq; ſemper glorificant.* Sed paulò accuratiùs explicandum, *quomodo cœlum thronus Dei, & quomodo Deus in cœlo eſſe dicatur.* Deum infinitum eſſe, nec ullo circumſcribi loco, docemus in voce Θεός, num. V. 2. *A. a.* ubi de ejus *Immenſitate. Deus* dicitur *in cœlo eſſe*, vel *habitare*, vel *ſedere*: cœlum dicitur *habitatio & thronus Dei*, quia ibi ſeſe illuſtriùs patefacit Angelis & beatorum hominum ſpiritibus, illuſtriusque ſeſe in omnem æternitatem ibi patefacturus eſt electis omnibus, poſt mortuorum reſurrectionem. Damaſcenus lib. I. Orthod. fidei, Cap. XVI. pag. 57. Λέγεται Θεὸς ἐν τόπῳ εἶναι, καὶ λέγεται τόπος Θεοῦ, ἔνθα ἔκδηλος ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ γίνεται. *Deus dicitur in loco eſſe, & Dei locus dicitur, ubi ejus manifeſta fit operatio.* Et paulò poſt: Λέγεται τοιγαροῦν Θεοῦ τόπος, ὁ πλέον μετέχων τῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ. *Dicitur igitur Dei locus qui plus participat operationis & gratiæ ejus.* Theodoretus in Pſal. CXIV. Ἐνδιαιτᾶται τῷ οὐρανῷ τῶν ὅλων ὁ Κύριος, οὐ περιγεγραμμένην ἔχων τὴν φύσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις τῶν ἀγγέλων χαίρων χοροῖς. *Univerſorum Dominus in cœlo habitat, non quaſi circumſcriptam habeat naturam, ſed quia Angelorum ibi verſantium delectatur choris.* In eandem ſententiam Chryſoſtomus, Homil. XVI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 519. Ὁ Θεὸς λέγεται εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ. Διατί; οὐ τόπῳ ἐναπολειπόμενος· μὴ γένοιτο, οὐδὲ τὴν γῆν ἔρημον τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀφείς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. *Deus dicitur in cœlo eſſe. Cur? Non loco incluſus: abſit: neq; terram ſuâ præſentiâ deſtitutam relinquens, ſed propter familiaritatem & conjunctionem cum Angelis.* Cyrillus Alexandr. in Cap. LXI. Jeſajæ, p. 883. Εἰ λέγοιτό πως κατοικεῖν ἐν οὐρανῷ Θεός, μηδὲν νοείσθω σωματικὸν ἐπ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἐν τόπῳ καὶ περιγραφῇ τὸ θεῖον εἶναί φαμεν, ὅτι καὶ ἁπλοῦν ἐστι, καὶ ἀσώματον, καὶ πάντα πληροῦν. Ἐπειδὰν δὲ τοῖς ἄνω πνεύμασιν, ὡς ἁγίοις, ἐπαναπαύεται, ταύτῃ τοι φαμὲν θρόνον τε καὶ οἶκον αὐτοῦ τὸν οὐρανόν. *Sicubi Deus dicatur in cœlo habitare, nihil corporeum de eo cogitetur: non enim in loco, vel circumſcriptum eſſe Deum dicimus, quia etiam ſimplex eſt, & incorporeus, & omnia implet. Quoniam verò in cœleſtibus ſpiritibus, ut ſanctis acquieſcit, hanc ob cauſſam dicimus, cœlum eſſe thronum & domum ejus.* Alii propterea volunt, Dei habitationem vel domum dici cœlum, quia locus iſte omni vacet malitiâ & impuritate. Ita ſentit Chryſoſtomus in Pſal. CXIV. dicit enim, *cœlum vocari* οἶκον Θεοῦ, διὰ τὸ καθαρὸν εἶναι τὸ χωρίον τῆς πονηρίας, *domum Dei, quia locus ille à malitia ſit purus.* Eodem inclinat Greg. Nyſſenus de Profeſſione Chriſtiana, tom. III. pag. 273. Οὐκ ἀφώρισται καθ' ἐξαίρετον τῷ Θεῷ ἡ οὐράνιος οἴκησις· ἀλλ' ἐπεί γε καθαρεύει κακίας ἡ ἄνω λῆξις. *Habitatio cœleſtis non peculiariter Deo deſtinata eſt: ſed quoniam ſuperna illa ſedes à vitioſitate & malitia pura eſt.* Hæc ipſa deſcripſit Theophanes, Homil. XLI. pag. 291. Apud Juſtinum M. Quæſt. & Reſp. ad Græcos, Reſp. ad Quæſt. ult. pag. 236. alia affertur ratio: nimirum *thronum & domum*

Dei

Digitized by Google

Dei ideo nomine *cœlum*, ne illud Deum eſſe exiſtimemus. Οἶκον καὶ θρόνον λέγομεν τοῦ Θεοῦ τὸν οὐρανὸν, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ τούτου πρὸς οἴκησιν ἢ πρὸς καθέδραν χρῄζοντος, ἀπεριγράπτου καὶ ἀνενδεοῦς παντελῶς ὑπάρχοντος· ἀλλ᾽ ἵνα μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, καὶ τὸ ἄφθαρτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀφορῶντες Θεὸν τοῦτον, ἢ ἰσότιμον Θεῷ ὑπολάβωμεν, διὰ τοῦτο ὀνομάζομεν αὐτὸν οἶκον καὶ θρόνον τοῦ Θεοῦ. Thronum & domum Dei *cœlum eſſe dicimus: non quaſi Deus illo ad habitationem & ſedem indigeat, qui omnino incircumſcriptus & nullius rei indigus eſt: verùm, ne ad illius ſubſiſtentiæ amplitudinem, & ſubſtantiæ incorruptibilitatem reſpicientes, Deum ipſum, aut dignitate honoreq; Deo par eſſe ſuſpicaremur, propterea Dei babitaculum & thronum dicimus.* Hæc ratio apud Gentiles potuit adhiberi, quia à cultu cœli erant avocandi, ut ſub oppoſitis videbimus. Ex his jam facilè patet, cur dulciſſimus ſervator noſter nos orare juſſerit, *Pater noſter* ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod idem cum illo Tobiæ V. 14. Ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ κατοικῶν. Præcipua ratio eſt, *ut abdicatis terrenis cogitationibus, cœleſti affectu, cœleſtia ſpectemus, & è cœlo exſpectemus.* Hanc nobis rationem inculcat Chryſoſtomus, Homil. XIV. in epiſt. ad Epheſios, pag. 838. Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εὐθέως εἶπες, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἀνέστησέ σε τὸ ῥῆμα, ἐπτέρωσέ σου τὴν διάνοιαν, ἔδειξεν ὅτι πατέρα ἔχεις ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲν πράττε, μηδὲν λέγε τῶν ἐπὶ γῆς. Εἰς ἐκείνην σε τὴν τάξιν ἔστησε τὴν ἄνω, ἐκείνῳ σε ἐνέκρινε τῷ χορῷ· τί σαυτὸν κάτω καθέλκεις; Qui es in cœlis. *Simul atq; dixiſti*, Pater noſter, qui es in cœlis, *verbum te erexit, & mentem tuam in altum evexit, oſtendit te Patrem habere in cœlis. Nihil agas, nihil dicas ex iis, quæ ſunt in terra. In ſupremum illum ordinem te retulit, illi choro te inſeruit: cur te ipſum deprimis?* Idem, Homil. XXX. tom. V. pag. 186. *Deus in cœlis eſſe dicitur*, οὐκ ἐπειδὰν ἐν τοῖς οὐρανοῖς μόνον ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἵνα ἡμᾶς κάτω περικαλινδουμένους ἀνανεῦσαι εἰς οὐρανοὺς παρασκευάσῃ, καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν περιλάμψας, τὴν ἐνθυμίαν πᾶσαν ἐκεῖ μετενέγκῃ, *non quòd in cœlis tantùm ſit, ſed ut nos humi repentes oculos ſurſum in cœlos attollere faciat, & rerum cœleſtium pulchritudine colluſtret, omnemq; delectationem eò transferat.* Et Homil. XIX. in Matth. Τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὅταν εἴπῃ, οὐκ ἐκεῖ τὸν Θεὸν συγκλείων τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τῆς γῆς ἀπάγων τὸν εὐχόμενον, καὶ τοῖς ὑψηλοῖς προσηλῶν χωρίοις, καὶ ταῖς ἄνω διατριβαῖς. *Quando dicis*, qui es in cœlis, *hoc non ideo dicit, ut Deum ibi concludat, ſed ut orantem à rebus terrenis abſtractum ſublimibus affigat locis, & ſupernis converſationibus.* Theophylactus in Cap. VI. Matthæi, pag. 35. Ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἔδειξέ σοι τὴν πατρίδα σου καὶ τὸν οἶκον τὸν πατρικόν· ἐὰν γὰρ θέλῃς ἔχειν πατέρα τὸν Θεὸν, πρὸς τοὺς οὐρανοὺς βλέπε, καὶ μὴ πρὸς γῆν. *Dum dicit*, in cœlis, *oſtendit tibi patriam tuam, & domum paternam. Nam ſi vis habere Patrem Deum, ad cœlos reſpice, non ad terram.* Et in Cap. XI. Lucæ, pag. 390. Ἐν τοῖς οὐρανοῖς εἰπὼν, οὐ περιγράφει ἐκεῖ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν ἀκροατὴν ἀνάγει εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἀπάγει τῶν γηΐνων. *Cùm dixit*, in cœlis, *non Deum illic circumſcribit, ſed auditorem in cœlos ſubvebit, & à terrenis abducit.*

2. Alii tantùm *duplex* ſtatuunt *cœlum*. Ex eorum numero eſt Suidas: Οὐρανοὶ, inquit δύο· ὁ σὺν τῇ γῇ γεγενημένος, καὶ ὁ ὕστερον μέσον τῶν ὑδάτων προσταχθεὶς γενέσθαι ὃν καὶ στερέωμα προσηγόρευσε. *Cœli duo ſunt: unum quidem cum ipſa terra procreatum: alterum verò poſtea in medio aquarum exiſtere juſſum, quod & firmamentum* Deus *vocavit.* Theodoretus, quæſt. XI. in Geneſ. pag. 10. Ὁ τῷ δευτέρῳ διαπιστῶν οὐρανῷ ἔξω βαίνει τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ ὁ πλείους πειρώμενος ἀριθμεῖν, μύθοις ἕπεται, τῆς τοῦ θείου πνεύματος διδασκαλίας καταφρονῶν· πληθυντικῶς δὲ ἡ θεία γραφὴ τοὺς οὐρανοὺς ὀνομάζει, λέγουσα οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν· ἐπειδὰν τῶν Ἑβραίων ἡ γλῶττα οὔτε τὸν οὐρανὸν, οὔτε τὸ ὕδωρ οἶδεν ἑνικῶς ὀνομάσαι. *Qui non credit ſecundum eſſe cœlum, extra ſemitam rectam incedit: qui verò plures numerare conatur, adhæret fabulis, poſtpoſitâ divini ſpiritûs doctrinâ. Pluraliter autem divina Scriptura* cœlos *nuncupat, dicens* cœli cœlorum; *quoniam Hebraica lingua neq;* cœlum, *neq;* aquam *ſingulari numero novit appellare.* Eadem repetit ad v. 2. Pſalmi XIX. pag. 466. Hi ergo *æthereum* tantùm ſeu *ſuperius & ſupremum* agnoſcunt *cœlum.* At certiſſimum eſt ex ſcriptura, *aërem* quoque *pro cœlo* poni, ut ſuperiùs vidimus.

E. *Oppoſita.* Huc referri debent,

a. Qui *cœlum* dixerunt *æternum eſſe.* Peripatetici aſſeruerunt, cœlum ſemper fuiſſe, & ſemper futurum eſſe. Eos intelligit Baſilius M. Homil. I. in Hexaëmeron, tom. I. p. 6. quando de talibus ſcribit, Συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ τὸν οὐρανὸν ἀπεφήναντο, *cœlum ab æterno cum Deo exiſtere dixerunt.*

b. Qui *ex cœlo Deum fecerunt, illudq; adorârunt.* Græci Romanique *per Jovem* intellexere *cœlum.* Quod factum imitatione Orientis. De Perſis Herodot. l. I. Κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. *Omnem cœli gyrum vocantes Jovem.* Et Strab. l. XVI. Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. *Cœlum exiſtimantes Jovem.* In hac opinione non modò vulgus Græcorum ſtultè cum Perſis ſapiebat: ſed etiam magnus Pythagoras. Quippe & illi *Æther* Deus erat; Sideraque ejus eſſe numinis oculos judicabat. De hac re ſic Epiphanius adv. Hæreſes lib. I. hæreſi gentilium V. Σῶμα δὲ ὁ Πυθαγόρας λέγει εἶναι τὸν Θεὸν, τουτέστιν, οὐρανόν· ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα ὥσπερ ἐν ἀνθρώπῳ, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, καὶ τὰ κατ᾽ οὐρανὸν στοιχεῖα. *Pythagoras ait Deum eſſe corpus, videlicet cœlum: ejus oculos, cæteraq; tanquam in homine partes, Solem & Lunam conſtituit, ac reliquas ſtellas, & elementa cœleſtia.* Sed cautè hæc capienda. Nam certum eſt, ex Pythagoræ mente unicum fuiſſe numen, à quo univerſum hoc ſit creatum. Quod veterum teſtimoniis comprobat Steuchus Eugubinus de perenni Philoſophia, l. III. Cap. III. Redimus ad Gentiles. De iis locum ex Chryſoſtomo habes ſub voce Κελεύω. Idem Chryſoſtomus, Homil. LXVII. tom. VI. Τινὲς τὸν ποιητὴν ἀφέντες, αὐτὸν τὸν οὐρανὸν προσεκύνησαν. *Quidam Deum deſerentes, ipſum adorârunt cœlum.* Baſilius Homil. I. in Hexaëm. pag. 6. *Dixerunt*, οὐρανὸν εἶναι Θεὸν ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τῆς τῶν κατὰ μέρος οἰκονομίας αἴτιον, *cœlum eſſe Deum, principio carere, æternum & rerum adminiſtrationis ſingularis cauſſam eſſe.* At longè alia Chriſtianorum mens eſt. Sciunt καλὸν εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἀλλ᾽ ἵνα προσκυνήσωμεν τὸν ποιήσαντα, *pulchrum eſſe cœlum*, ideò autem tanta pulchritudine exornatum noſtris objici oculis, *ut ejus adoremus creatorem*; ut loquitur Chryſoſtomus Homil. I. tom. V. ἵνα θαυμάσαντες τὸ ἔργον, προσκυνήσωμεν τὸν δεσπότην, *ut* ſplendidi illius *operis contemplatione in admirationem abrepti, Dominum adoremus*, juxta eundem, Homil. LXVII. tom. VI.

c. *Qui cœlorum cauſſam efficientem fecerunt Angelos.* Hæc fuit impia ſententia Baſilidis, de quo Theodoretus, hæret. fab. lib. I. Cap. IV. pag. 195. Ἔφησεν ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους δημιουργῆσαι τὸν οὐρανὸν ἐκ

διὰ τ

διὰ τῆς τούτων ἀποῤῥοίας ἄλλους γενομένους ἀγγέλους, ἄλλον οὐρανὸν ποιῆσαι τῷ πρώτῳ προσόμοιον. *Dixit Angelos & Archangelos cælum condidiſſe. Ex horum porrò defluxu productos alios Angelos aliud cælum feciſſe primo conſimile.*

2. *Impropriè* ſumitur *cælum*, & notat

a. *Deum*, idque ad exemplum Hebrææ vocis שמים. Exemplum eſt Lucæ XV. 21. in his verbis: Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου. *Pater, peccavi in Deum & coram te.* Aliud eſt Matth. XXI. 25. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; *Baptiſmus Johannis unde erat? è cælo, an ex hominibus?* Idem eſt etiam Lucæ XX. 4. Ex oppoſitione ſatis intelligitur, vocem οὐρανὸς hic *Deum* ſignificare. Si dixeris, ex vocula *ex* intelligi poſſe, οὐρανὸν hic cœlum ſignificare: reſpondetur, eam voculam reſpondere hic non Latinæ voculæ *ex*, ſed voculæ *a*; non aliter quàm & in ſequentibus ἐξ ἀνθρώπων ſignificat *ab hominibus*. In Apocryphis V. T. & quidem I. Maccab. III. 18. eſt itidem manifeſtum ejus ſignificationis exemplum. Dicitur ibi οὐκ ἔστι διαφορὰν ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ σώζειν ἐν πολλοῖς, ἢ ἐν ὀλίγοις, *non eſſe differentiam in conſpectu cæli ſervare in multis vel in paucis.* Vide Cl. Vorſtium Philolog. ſacræ Cap. III. pag. 72, 73. & Seldenum de diis Syris, Syntag. II. Cap. XVII.

b. *Signa cæleſtia.* Baſilius Cæſarienſis in Cap. III. Jeſajæ, pag. 1082. Πολλάκις ἡ γραφὴ μετωνυμικῶς οὐρανὸν ὀνομάζει τὰ ἐπουράνια ζῶα, &c. *Sæpe ſcriptura metonymicè cælum appellat cæleſtia ſigna*, &c.

c. *Incolas cæli.* Baſilius M. in Viſionem II. Jeſajæ, pag. 813. Μετωνυμικῶς οὐρανὸν λέγομεν τοὺς τῷ οὐρανῷ κατοικοῦντας· ὡς πόλιν λέγομεν τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ γῆν τοὺς ἐν αὐτῇ πάντας. *Metonymicè cælum dicimus incolas cæli: quemadmodum civitatem dicimus eos, qui civitatem incolunt, & terram pro omnibus qui in ea verſantur.* Ita *cæleſtes virtutes vocantur cæli.* Theodoretus in Pſal. XXXIII. ad v. 6. pag. 513. Δυνάμεις οὐρανῶν οἱ μὲν τοὺς κατ᾽ οὐρανὸν φωστῆρας, οἱ δὲ τὰς ἀοράτους ἔφασαν εἶναι δυνάμεις· ἐμοὶ δὲ τὸ δεύτερον ἀληθέστερον εἶναι δοκεῖ. Virtutes cœlorum *alii quidem cæli luminaria, alii verò virtutes, quæ minimè cernuntur, eſſe dixerunt. Cæterùm mihi videtur ſecunda expoſitio veritati magis conſentanea.* Idem, in Pſal. XCVI. pag. 786. ad v. 6. Οὐρανοὺς ἐκάλεσε τὰς οὐρανίας δυνάμεις, ὥσπερ αὖ καὶ γῆν πολλάκις τοὺς τὴν γῆν οἰκοῦντας καλεῖ. Cœlos *vocavit cæleſtes virtutes quemadmodum terram ſæpiùs eos, qui terram incolunt, nuncupat.*

Οὖς.

Impropriam tantùm hujus vocis *ſignificationem* conſideremus. Sic autem ſumitur,

I. *Metonymicè* pro homine, qui audit, Prov. XVIII. 15. Ὦτα σοφῶν ζητεῖ ἔννοιαν. *Aures ſapientum quærunt intelligentiam.* Matth. XIII. 16. Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει. *Veſtri autem beati oculi, quia vident; & aures veſtræ, quia audiunt.* Has aures Juſtinus M. Apol. II. pag. 87. vocat ὦτα ἀκουστικὰ καὶ νοερά, *aures auditu valentes & ſpirituales.* Tales aures intelliguntur, quando ſcriptura frequenter monet, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. *Qui habet aures ad audiendum, audiat.* Chryſoſtomus, Homil. II. in II. ad Corinthios, pag. 553. formulam precationis Eccleſiaſticæ, quâ petit Eccleſia, ut Catechumenis, & rudibus aures cordis aperiantur, ſic profert in medium, ut ſimul illuſtret, & veluti Scholiis ſuis exornet, in hunc modum: Εἶτα καὶ ὑπαγορεύει (ſcilicet ὁ τῆς ἐκκλησίας νόμος) ἱκετηρίας τὸν τρόπον. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ἵνα διανοίξῃ (ſc. ὁ πανελεήμων καὶ οἰκτίρμων Θεὸς) τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν. Μέμυκε γὰρ ἔτι, καὶ βέβυσται. Ὦτα δὲ οὐ ταῦτά φησι τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὰ τῆς διανοίας, ὥστε ἀκοῦσαι ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, &c. Οὐδὲ γὰρ ἤκουσαν τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων, ἀλλὰ πόῤῥω που, καὶ μακρὰν ἑστήκασι. Κἂν ἀκούσωσι δὲ, οὐκ ἴσασι τὰ λεγόμενα· συνέσεως γὰρ δεῖται πολλῆς ἐκεῖνα, οὐκ ἀκροάσεως μόνης. Τὰς ἔνδον δὲ οὐδέπω ἔχουσιν ἀκοάς. *Poſtea ſupplicationis quoq; modum dictat. Quinam autem ille eſt? Ut aperiat miſericors Deus cordium ipſorum aures: occluſæ enim & obturatæ adhuc ſunt. Aures porrò non externas haſce, ſed mentis intelligit, ut audiant, quæ oculus non vidit, & auris non audivit, &c. Neq; enim arcana myſteria audiverunt, ſed procul & eminus ſtant. Atq; etiamſi audiant, haud tamen, quid dicatur, intelligunt. Siquidem ea ingentem ſagacitatem & intelligentiam requirunt, non autem ut duntaxat audiantur. Internas vero aures nondum habent.* Docet hic Chryſoſtomus, ad cœleſtia myſteria percipienda non ſufficere, ut aures quis corporis habeat apertas, niſi etiam cordis aures divinitus ei fuerint purgatæ. Eodem modo aures illas explicat Theophylactus in Cap. XIV. Lucæ, pag. 442. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω· τουτέστιν, ὁ ἔχων σύνεσιν, συνιέτω. Ὦτα γὰρ ἐνταῦθα τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν πρὸς τὸ συνιέναι ἐπιτηδειότητα νοητέον. Qui habet aures ad audiendum, audiat, *hoc eſt, qui habet intellectum, intelligat. Aures enim hoc loco ſenſitivam animæ virtutem, & ad intelligendum aptitudinem ſignificant.* Et Theophanes, Homil. VII. pag. 45. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, τουτέστιν, ὁ εἰδὼς πνευματικῶς τὰ ὑψηλότερα συλλογίζεσθαι, καὶ ἀναθρώσκειν ἀπὸ τῶν φαινομένων πρὸς τὰ παραβολικῶς λεγόμενα· οὐ γὰρ ἀρκεῖ πρὸς τὸ σωθῆναι γυμνὴ τῶν παραινέσεων ἡ ἀκρόασις, μὴ ἔχουσα ὀπαδὰ τὰ ἔργα τῆς ἀκροάσεως. Qui habet aures ad audiendum audiat, *hoc eſt, qui ſpiritualiter ratiocinando ſcit ſublimiora colligere, & à ſenſibilibus tranſcendere ad ea, quæ per parabolas dicta ſunt: non enim ſufficit ad ſalutem nuda monitorum auſcultatio, niſi auſcultationem opera comitentur.*

II. *Metaphoricè*, quando *aures tribuuntur*

1. per ἀνθρωποπάθειαν *Deo* paſſim in ſacra Scriptura. Damaſcenus, lib. I. orthod. fidei, Cap. XIV. p. 50. Ὦτα καὶ ἀκοὴν, τὸ ἐξιλεωτικὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἡμετέρας δεκτικὸν δεήσεως ἐννοοῦμεν. Καὶ γὰρ ἡμεῖς τοῖς τὰς ἱκεσίας ποιουμένοις, διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως εὐμενεῖς γινόμεθα, γνησιώτερον αὐτοῖς τὸ οὖς ἐπικλίνοντες. *Per aures & auditum intelligimus Deum, qui nobis propitius fit, & deprecationem noſtram ſuſcipit. Nos enim iis, qui ſupplicationes nobis offerunt, per hunc ſenſum nos mites exhibemus, familiariùs eis aurem inclinantes.* Eadem occurrunt in libro de Trinitate, qui Cyrillo Alexandrino adſcribitur, Cap. XII. pag. 18. Baſilius M. lib. V. contra Eunomium, pag. 133. Οὖς ἀκούων Θεοῦ, τὸ ἀκουστικὸν αὐτοῦ γνώριζε. *Quando aurem Dei audis, cognoſcas audiendi poteſtatem.* Ita etiam Athanaſius Dial. I. de SS. Trinitate, tom. II. pag. 178. ὦτα de Deo uſurpata, τὸ ἀκουστικὸν ſignificare docet. Et Adrianus in Iſagoge in S. Scripturam, τὸ ἐξιλεωτικὸν τοῦ Θεοῦ Scriptura vocat ὦτα καὶ ἀκοήν.

apud Sozomenum de Synodo Ariminenſi, tom. I. pag. 875, 876. hæc ſunt: Τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας διὰ τὸ ἁπλούστερον ὑπὸ τῶν πατέρων τεθεῖσθαι, ἀγνοούμενον δὲ ὑπὸ τῶν λαῶν, σκάνδαλον φέρειν, διὰ τὸ μήτε τὰς γραφὰς τοῦτο περιέχειν, ἤρεσε τοῦτο περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην, οὐσίας ἐπὶ Θεοῦ τοῦ λοιποῦ εἶναι, διὰ τὸ τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ πνεύματος καὶ υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. *Vocabulum* ſubſtantiæ *ſimpliciùs à Patribus uſurpatum, & à vulgo ignoratum, ſcandalum afferre, cùm neq; Scripturæ ſacræ illud contineant, tolli placuit, nec ullam omnino ſubſtantiæ mentionem deinceps de Deo fieri, cùm nullibi divinæ Scripturæ de Spiritu & Filio ſubſtantiæ meminerint.* Primò in hac Synodo οὐσίας nomen rejectum, mox etiam in Conſtantinopolitana, de qua Athanaſius, tom. I. pag. 906. imò ὑποστάσεως quoque nomen de Deo dici noluit, ut teſtatur ipſamet Synodi illius confeſſio apud Athanaſium de Synodis, pag. 698. & ex ea Athanaſius, pag. 697. & epiſt. ad Africanos, pag. 719. & apud Socratem, lib. II. Cap. XXX. pag. 205. a. apud Sozomenum, lib. IV. Cap. XXIII. pag. 58. a. Poſtea non pauci ex occidentalibus partim fraude decepti, quia non intelligebant vim vocabuli ὁμοούσιος à Nicænis Patribus uſurpati, & quia ſola unitas & Eccleſiæ pax oſtendebatur, quam Valens & Urſacius Ariani in Concilio Ariminenſi obtineri poſſe contendebant ſine ullâ fidei mutatione, modò voces quædam tollerentur, quæ infirmis, ut ipſi ajebant, erant offendiculo, videlicet οὐσία, ὁμοούσιος, ὑπόστασις: præſertim cùm iſtæ voces αὐτολεξεὶ in S. Scriptura non reperirentur; partim, inquam, hoc ſpecioſo obtentu decepti; partim etiam Conſtantii Imperatoris minis territi, doloſæ formulæ ab Arianis conſcriptæ, ſubſcripſerunt, cujus ſuperficies nihil ſacrilegum præferebat, eoque faciliùs latens in herba anguis incautis impoſuit: quam formulam Arimini lectam Urſacius & Valens, coacto novo conventu in Thraciæ oppido, cui Nicæa nomen tunc fuit, in Græcam linguam verterunt, & ratam habentes divulgârunt. Eoque faciliùs perſuaſerunt orientalibus, ut eam admitterent, quia eam ab occidentalibus decreto Synodico Arimini ſuſceptam eſſe jactabant. Ab oppido autem illo Thraciæ illam fidem Nicænam, ſeu Nicææ approbatam appellàrunt, ut ſimpliciores deciperent ſimilitudine nominis. Multi enim putabant fidem eam fuiſſe, quæ Nicææ in Bithynia ſub Conſtantino M. olim erat confirmata: ſed fraude poſtea detectâ, ludibrio habiti ſunt Ariani, ut docet Athanaſius lib. de Synod. Ariminenſi & Seleucienſi: Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. II. C. XVII. pag. 618. ubi in Synodica & Epiſtola Damaſi Epiſcopi Rom. & occidentalium Epiſcoporum ad Illyrici Epiſcopos de Concilio Ariminenſi, hæc inter alia: Τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν μιᾶς οὐσίας, θεότητος, μιᾶς ἀρετῆς, μιᾶς δυνάμεως, καὶ ἑνὸς χαρακτῆρος πιστεύεσθαι χρή, καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Patrem & Filium unius ſubſtantiæ, unius divinitatis, unius virtutis, unius potentiæ, & unius characteris eſſe, credendum eſt: & ejuſdem quoq; hypoſtaſis & ſubſtantiæ Spiritum ſanctum eſſe.*

III. *Angeli* vocantur οὐσίαι, & quidem ὑπερουράνιοι οὐσίαι, *naturæ ſupracæleſtes*, à Dionyſio Areopagita, Cap. IV. de cœleſti Hierarchia, pag. 50. Οὐράνιοι οὐσίαι, *eſſentiæ cæleſtes*, ibidem ſtatim poſt initium Cap. V. pag. 60. Ἀσώματοι οὐσίαι, *ſubſtantiæ incorporeæ*, à Chryſoſtomo, Homil. I. ad Stagirium, tom. VI. pag. 86. οὐσίαι νοεραί, *ſubſtantiæ intelligentes*, à Damaſceno, libro II. Orthod. fidei, Cap. III. pag. 68.

Οὐσιόω.

I. Οὐσιόω eſt *eſſentiam do, eſſe facio*: οὐσιοῦσθαι verò eſt *eſſentiari, ſubſtantiari*, id eſt, *eſſentiam ſeu ſubſtantiam accipere*. Suidas: Οὐσιῶσαι· αἰτιατικῇ. Πισίδης.

Καὶ πάντας ἡμᾶς οὐσιῶσαι σὺ θέλεις.
Καὶ τεκνοποιεῖν τῷ Θεῷ καθημέραν.

Οὐσιῶσαι, *cum Accuſativo*. Creare, q. d. eſſentiam dare: efficere ut aliquis ſit, qui non erat antè. *Piſides: Et omnes nos creare tu vis, Et filios facere Dei quotidie.* Athanaſius Orat. contra Gentes, tom. I. pag. 45. Ὁ Θεὸς τῷ ἑαυτοῦ καὶ ἀϊδίῳ λόγῳ ποιήσας τὰ πάντα, καὶ οὐσιώσας τὴν κτίσιν, οὐκ ἀφῆκεν αὐτὴν τῇ ἑαυτῆς φύσει φέρεσθαι καὶ χειμάζεσθαι. *Deus, cùm per æternum Verbum ſuum omnia feciſſet, & creaturam creâſſet, non ſivit eam ex natura ſua arbitrio ferri & quaſi tempeſtate jactari.*

II. *Uſurpatur de Incarnatione Filii Dei.* Dionyſius Areopagita, myſticæ Theologiæ Cap. III. p. 735. Πῶς ὁ ὑπερούσιος Ἰησοῦς, ἀνθρωποφυικαῖς ἀληθείαις οὐσίωται. Interpres: *Quomodo Jeſus, ſuperſubſtantialis, humanæ naturæ veritatibus ſubſtantiatus ſit*; id eſt, quomodo veram aſſumſerit naturam humanam. Apud Juſtinum M. in Expoſit. Fidei, pag. 381. de Filio Dei: Τότε δή, τὸν οὐρανὸν οὐκ ἀποστὰς πρὸς ἡμᾶς καταλήλυθεν· οὐ γὰρ ἦν σώματος κατάβασις, ἀλλὰ θείας ἐνεργείας βούλησις· μήτρᾳ δὲ παρθένῳ, ἐκ Δαυιτικοῦ καταγομένῃ τοῦ γένους, διὰ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας, πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας χρῆσιν χρησάμενος, καὶ ταύτης τὴν νηδὺν εἰσδύς, οἱονεί τις θεῖος σπόρος, πλάττει ναὸν ἑαυτῷ τὸν τέλειον ἄνθρωπον, μέρος τι λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως, καὶ εἰς τὴν τοῦ ναοῦ διάπλασιν οὐσιώσας. *Tum, cælum non deſerens, ad nos deſcendit: non enim corporis erat ille deſcenſus, ſed divinæ operationis voluntas. Et virgine, quæ genus à Davide, propter promiſſiones ei factas, ducebat intermedia, ad œconomiam expediendam uſus, & uterum ejus, ut divinum quoddam ſemen, ingreſſus, ſibi ipſi templum format hominem integrum, particulâ aliquâ ex ipſius natura acceptâ*, & fingendo templo in ſubſtantiam ejus redactâ. Ibidem, pag. 387. de Hæreticis: Οἱ ποτὲ μὲν εἰς σάρκα τὸν λόγον τετράφθαι λέγοντες, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα εἰς λόγον οὐσιῶσθαι, &c. *Qui nunc Verbum in carnem converſum, nunc carnem in Verbum ſubſtantiâ tranſiiſſe, ſive ſubſtantiatum eſſe, aſſeritis.*

Οὐσίωσις.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Οὐσίωσις, q. d. *eſſentiatio*, vel *ſubſtantiatio*, aut *ſubſtantificatio*: ad exprimendam enim hanc vocem, fines Latinæ linguæ egredi neceſſe eſt. Legitur apud Cyrillum Alex. lib. I. in Joh. Cap. IV. pag. 36. Τροπῆς ἁπάσης καὶ ἀλλοιώσεως τῆς κατὰ τὸν τῆς οὐσιώσεως λόγον ἡ θεία φύσις ἀνεπίδεκτος εἶναι πιστεύεται. *Omnis mutationis & alterationis quoad ſubſtantialem rationem expers natura divina creditur.* Legitur etiam apud Theophylactum ad v. 1. Cap. XI.

ad Hebræos. Locum producimus in voce Πίϛις, n. II. 2. ſub lit. ב. num. 4. ſub litera *f*.

Ὀφειλέτης. Ὀφείλημα.

Vox ὀφείλημα, ſiquidem *propriam* ejus ſpectemus ſignificationem, *debitum* notat. Optimæ Gloſſæ: *Debitum*, ὀφείλημα, χρέως. Hoc ſenſu uſurpatur I. Maccab. XV. 8. Καὶ πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν, καὶ τὰ ἐσόμενα βασιλικὰ, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀφιέσθω σοι. *Et omne debitum regium, & quæcunq; futura ſunt regia, & nunc, & in omne tempus remittantur tibi.* Idem quod ὀφειλή. Heſychius: Ὀφειλὴ, χρέος, δάνειον. *Debitum, mutuum.* Gloſſæ: Ὀφειλὴ, *debitum.* Eandem ſignificationem habet ὄφλημα, ab ὄφλω, quod eſt, interprete Heſychio, ὀφείλω, χρεωστῶ. *Debeo.* Iterum Heſychius: Ὄφλημα, χρέος, δῶρον. *Debitum, donum.* Item: Ὀφλήμασι, χρεωστήμασι. Et: Δάνειον, ὄφλημα, χρεία. *Debitum, neceſſitas.* Ita ὀφειλέτης vulgo *debitorem* notat. Heſychius, ὀφειλέτης, χρεώστης. *Debitor.* Gloſſæ: *Debitor*, χρεώστης, ὀφειλέτης. Hoc ſenſu occurrit Matth. XVIII. 24. Deinde verò ὀφείλημα notat *delictum, peccatum*, & ὀφειλέτης, *peccatorem*. Satis uſitata hæc ſignificatio in N. Teſt. Exemplum illuſtre eſt Matth. VI. 12. ubi oramus, *Et remitte nobis* τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, *debita*, id eſt, peccata, *noſtra*, *ſicut & nos remittimus* τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, *debitoribus noſtris*, id eſt, iis, qui adverſus nos peccaverunt. Quæ hîc dicuntur ὀφειλήματα, ea ſtatim v. 14. vocantur παραπτώματα, *delicta, peccata, lapſus*. Lucas autem Cap. XI. 4. quæ Matthæus ὀφειλήματα vocat, nominat ἁμαρτίας, & Cap. XIII. quos v. 2. ἁμαρτωλοὺς vocavit, eoſdem v. 4. vocat ὀφειλέτας. Vide Cl. Vorſtii Philolog. ſacræ Cap. III. Addimus conſenſum Patrum, qui ὀφειλήματα ſunt interpretati ἁμαρτίας, & ὀφειλέτας, ἁμαρτάνοντας. Chryſoſtomus, Homil. CIX. tom. V. Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, τουτέστιν, ἄφες ἡμῖν τὰ χρέη ἡμῶν, τουτέστι, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ τὰ πταίσματα. *Remitte nobis debita noſtra, id eſt, remitte nobis peccata noſtra & lapſus.* Germanus in Theoria Eccleſiaſtica, pag. 175. verba. Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, effert, Συγχώρησον ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν. *Remitte, condona nobis peccata noſtra.* Et mox: Ἄφες ἡμῖν τὰ χρέα ἡμῶν, τουτέστι, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὰ πταίσματα. *Remitte nobis peccata noſtra, & lapſus.* Chryſoſtomus, loco citato, verba, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, reddit, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν πᾶσι τοῖς πταίουσι καὶ ἁμαρτάνουσιν εἰς ἡμᾶς. *Sicut & nos remittimus omnibus offendentibus, & in nos peccantibus.* Eodem modo ex Chryſoſtomo Germanus Conſtantinop. ubi ſuprà.

Ὀφθαλμός.

Ὀφθαλμὸς, *oculus* ſumitur

I. *Propriè* pro nobiliſſimo illo & notiſſimo corporis membro. Hi *oculi* vocantur ὀφθαλμοὶ σαρκικοὶ, *oculi carnales*, ſeu *oculi corporis*, & opponuntur τοῖς νοητοῖς. Cyrillus Alexandr. lib. X. in Joh. pag. 838. de Chriſto ſcribit: Σαρκικοῖς οὐκέτι φαινόμενος ὀφθαλμοῖς, τοῖς γε μὴν νοητοῖς τῆς καρδίας ὄμμασι θεοπρεπῶς θεωρούμενος. *Oculis corporeis non amplius apparet, ſed ab internis cordis oculis Deo convenienter videtur.* Atque horum oculorum obſervari debet,

1. *Finis*, *ſeu uſus* de eo Chryſoſtomus, Homil. LXVII. tom. VI. Ὀφθαλμὸς ἐδόθη, ἵνα βλέπων τὴν κτίσιν, δοξάζῃς τὸν κτίστην καὶ τὸν δεσπότην. *Oculus ideo datus eſt, ut res creatas videns, creatorem & Dominum glorifices.* Theodoretus in argumento in Ezechielem, pag. 300. Οἱ τοῦ σώματος ὀφθαλμοὶ, σχημάτων καὶ χρωμάτων ἐδημιουργήθησαν δικασταί. *Oculi corporis figurarum & colorum creati ſunt judices.* A' Greg. Nyſſeno, orat. de anima & reſurrect. tom. III. pag. 188. vocatur ἑρμηνεὺς τῆς παντοδυνάμου σοφίας, *interpres omnipotentis ſapientiæ.* Iterum Chryſoſtomus, Homil. XXII. in I. ad Corinth. pag. 385. Ὀφθαλμοὺς ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα ἀκολάστως βλέπωμεν, ἀλλ' ἵνα τὰ δημιουργήματα αὐτοῦ θαυμάζοντες, προσκυνῶμεν τὸν ποιήσαντα. *Deus nobis oculos dedit, non ut iis ad impudicitiam & libidinem utamur, ſed ut res ab eo creatas admirantes, creatorem adoremus.* Propterea idem monet, Homil. LXXXV. tom. V. Ἐχέτω ὁ ὀφθαλμὸς ὅρους καὶ κανόνας, ὥστε μὴ ἁπλῶς ἐπιπηδᾷν πᾶσι τοῖς προσπίπτουσιν. *Habeat oculus terminos & regulas, ne temerè omnia, quæ ſe offerunt, invadat.* Oculus eſt λύχνος τοῦ σώματος, ut Servator noſter docet Matth. VI. 22. & Lucæ XI. 34. id eſt, cuſtos atque vigil, hanc ob cauſſam à Deo in altam corporis arcem poſitus. Q. Serenus:

Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes defenſoresq; pericli
Proſpiciens ſummâ naturâ locavit in arce.

Athenagoras in Legatione: Ἔπλασε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι, κλ. *Deus nobis oculos finxit, ut eſſent lux, &c.* Artemidorus I. 28. Oneirocritici, Ὀφθαλμοὶ, τοῦ σώματος ὁδηγοί εἰσι καὶ ἡγεμόνες. *Oculi corporis duces ſunt.* Baſilius Seleucienſis: Ὅπερ ἥλιος ἐν τῇ κτίσει, τοῦτο ὀφθαλμοὶ ἐν τῷ σώματι. *Quod ſol inter res creatas eſt, id ſunt oculi in corpore.* Diodorus Siculus, l. III. Ὁ ὀφθαλμὸς - - παντὸς τοῦ σώματος. *Oculus totius corporis cuſtos eſt.* Eleganter Iſidorus Peluſ. l. II. epiſt. CXII. Ἐπειδὴ ὁ ὀφθαλμὸς τὸ πᾶν διακυβερνᾷ σῶμα, φαιδρύνει τε καὶ κοσμεῖ τὴν ὄψιν, καὶ λύχνος ἐστὶν ἁπάντων τῶν μελῶν· διὰ τοῦτο ὥσπερ ἔν τινι βασιλικῷ χωρίῳ ἵδρυται, τὴν ἄνω λῆξιν λαχὼν, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων προκαθήμενος. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ ἥλιος ἐν τῇ οἰκουμένῃ· οὕτω καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ λόγῳ σβεσθείη, πάντα συνταράξειεν· οὕτω καὶ ὁ ὀφθαλμὸς εἰ ἀποσβεσθείη, καὶ πόδες ἄχρηστοι, καὶ χεῖρες, καὶ ἅπαν σχεδὸν τὸ σῶμα. *Quandoquidem oculus univerſum corpus moderatur, faciemq; exhilarat & exornat, atq; omnium membrorum lucerna eſt, propterea velut in regia quâdam ſede collocatus eſt, ut qui ſupernam ſedem nactus ſit, aliisq; ſenſibus præſideat. Quemadmodum enim ſol in terrarum orbe, ſic quoque oculus in corpore eſt. Et quemadmodum ille, ſi extinguatur, omnia perturbabit: ſic etiam extincto oculo, & pedes & manus, & totum pene corpus inutile reddetur.* Imitatus in his, ut aliàs frequenter, Chryſoſtomum, qui Homil. LIV. in Johannem, p. 786. Ὁ ὀφθαλμὸς τὸ πᾶν διακυβερνᾷ σῶμα· τοῦτο τῷ παντὶ σώματι τὸ κάλλος ἐργάζεται· τοῦτο κοσμεῖ τὴν ὄψιν· τοῦτο λύχνος ἐστὶν ἁπάντων τῶν μελῶν· ὥσπερ γὰρ ἥλιος κατὰ τὴν οἰκουμένην, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι. Ἂν σβέσῃς τὸν ἥλιον, πάντα ἀπώλεσας καὶ συνετάραξας· ἂν σβέσῃς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πόδες ἄχρηστοι καὶ χεῖρες. Gregorius Nyſſenus, Homil. VII. in Canticum, pag. 577. Οἱ ὀφθαλμοὶ πάσης ἐργασίας ὑφηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι γίνονται, καὶ τῆς ἀπλανοῦς ὁδοιπορίας ὁδηγοὶ συμφυεῖς καὶ ἀχώριστοι. *Oculi omnium operum magiſtri ſunt & doctores, nobiſcumq; nati ac inſeparabiles expertis omnium errorum itineris duces.* Totum etiam Chriſti locum Matth. VI. 22. elegan-

ter

Digitized by Google

ter enarrat Theophilus Protoſpatarius Medicus, de fabrica corporis humani, lib. IV. Cap. XVI. his verbis: Ἐπεὶ δὲ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμὸς καθώς φησιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν. Ὁ δὲ λύχνος οὐκ ἐπ' ἐδάφους ἔχει τὴν θέσιν, οὔτ' ἐν μέσῳ τόπῳ, ἀλλ' ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου κεῖται, εἰ μέλλοι φωτίζειν τόν τε οἶκον ἅπαντα, καὶ τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ δημιουργικὴ τούτου σοφία εἰδυῖα ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου λαμβάνειν τὴν ὅρασιν τοὺς ὀφθαλμοὺς, πλησίον τοῦ ἐγκεφάλου τὴν θέσιν αὐτῶν ἐτεχνήσατο. Καὶ ἐπειδὴ ἡ περιπάτησις τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν βαίνει, τὸν ἔμπροσθεν τόπον ἐξελέξατο, καὶ δύο τὸν ἀριθμὸν αὐτοὺς ἐποίησε διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ· ὥστε ποτὲ τοῦ ἑνὸς ἀμαυρωθέντος, διοικεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον μετὰ τοῦ ἑνός. Πολλοὶ γὰρ διὰ δριμὺ ῥεῦμα ἢ ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπώλεσαν, ἢ τὸν ἕνα· καὶ ἄλλως δὲ χρήσιμον τὸ δύο εἶναι τοὺς ὀφθαλμούς· οὐ μόνον γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ὁρᾷν χρὴ, ἀλλὰ καὶ τὰ πλάγια, καὶ τὰ ὀπίσω σκοπεῖν. *Quoniam verò oculus lucerna corporis eſt, ut inquit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, verus Deus noſter, in ſanctis Evangeliis: lucerna verò non in pavimento collocatur, neq; in medio loco, ſed in ſublimi, ſiquidem totam domum illuminare, & iis, qui in ea ſunt, lucere debeat: eodem modo creatrix ejus ſapientia, cùm ſciverit ex cerebro oculos videndi facultatem accipere, prope cerebrum eos collocavit. Et quoniam homo eundo ad anteriora procedit, anteriorem locum elegit, eosq; numero duos fecit ob multam miſericordiam ſuam: ut uno fortè obſcurato, per alterum homo gubernetur: multi namque propter acrem oculorum deſtillationem vel utrumque, vel alterutrum amiſerunt oculum. Subeſt verò etiam alia cauſſa: ob quam utile eſt, duos eſſe oculos: non enim anteriora tantùm, ſed etiam obliqua, & poſteriora videre oportet.* De duobus oculis etiam Greg. Nyſſenus, orat. II. in verba Dei, faciamus hominem, tom. I. pag. 165. Ὀφθαλμοὶ δίδυμοι βολαί. Οὐκ ἤρκει, εἰπέ μοι, εἷς; ἀλλὰ δύο ὀφθαλμοὶ ἀλλήλων διάδοχοι, ἵνα ἡ τοῦ ἑνὸς διάλυσις, τοῦ ἑτέρου παραμυθίαν ἔχῃ· ἔπειτα καὶ ἀπὸ ἑνὸς προερχόμενον τὸ ὁρατικὸν, ἀσθενέστερον· ἐκ δὲ δύο πηγῶν συμβαλλόμενος ὁ ὁλκὸς, εὐτονώτερος γίνεται, κτλ. *Geminæ oculorum pupulæ. Nonne unus, dic mihi, ſufficiebat oculus? ſed duo ſunt oculi, ut ſibi viciſſim ſint auxilio, & ut deficientem unum alter conſoletur. Præterea, quia videndi vis ſi ab uno tantùm proflueret, eſſet imbecillior: à duobus autem fontibus emanans, firmior eſt.* Ad hunc oculorum uſum etiam referri poteſt illud Apoſtoli I. Corinth. II. 9. Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. *Oculus non vidit, & auris non audivit, nec in mentem hominis venerunt, quæ paravit Deus iis, qui ipſum diligunt.* Multi hæc referunt ad futurum in cœlo gaudium: at ſi & antecedentia & conſequentia paulò accuratiùs expendantur, patebit, ea ad cognitionem Meſſiæ referenda eſſe, quæ in N. T. propterea longè illuſtrior, quia ipſe erat præſens, quia paſſus, mortuus, & reſuſcitatus, &c. Hæc omnia Apoſtoli, aliique fideles ſuis viderunt oculis, &c. Ita verba Apoſtoli intellexit S. Macarius, Homil. XXVII. pag. 382, 383. Τίς ἐστιν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε; &c. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν οἱ μεγάλοι καὶ δίκαιοι καὶ βασιλεῖς καὶ προφῆται ὅτι μὲν ἔρχεται ὁ λυτρωτὴς ᾔδεισαν· ὅτι δὲ πάσχει καὶ σταυροῦται, καὶ αἷμα ἐκχεῖται ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, οὔτε ᾔδεισαν, οὔτε ἤκουσαν, οὔτε ἀνέβη αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, &c. *Quid eſt*, quæ oculus non vidit, &c. *Illo tempore magni & juſti, reges atq; prophetæ ſciebant quidem, redemtorem venire: quòd verò patiatur & crucifigatur, & ſanguis in cruce effundatur, neq; ſciebant, neq; audiebant, neq; in mentem eorum venerat*, &c. Poſtea ſubjicit, *hæc Chriſtianos ſcire.* Theophylactus ad Apoſtoli locum, pag. 179. Τί δὲ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; τὴν τοῦ Χριστοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως σωτηρίαν. Ταῦτα γὰρ οὔτε ὀφθαλμὸς ἀνθρώπινος εἶδεν, οὔτε οὖς ἀνθρώπινον ἤκουσεν, οὔτε καρδία ἀνθρωπίνη ἐλογίσατο. Οἱ γὰρ προφῆται οὐκ ἀνθρωπίνοις ὀφθαλμοῖς ἔβλεπον, οὔτε ἀνθρωπίνοις ὠσὶν ἤκουον, οὔτε ἀνθρωπίνῳ νοῒ χρώμενοι συνῆκαν τὰ περὶ Χριστοῦ, ἀλλὰ πάντα θεῖα ἦν αὐτοῖς. *Quid autem præparavit Deus diligentibus ipſum? Chriſti cognitionem, ac ſalutem per incarnationem. Hæc enim neq; humanus oculus vidit, neq; auris humana audivit, neq; cor hominis cogitavit. Prophetæ enim non humanis oculis viderunt, neq; humanis auribus audiverunt, neq; humano uſi intellectu, intellexerunt ea, quæ de Chriſto dicta erant; ſed omnia divina erant eis.*

2. *Proprietates oculorum:* cujusmodi ſunt,

a. Quòd *oculi membrum* ſint *nobiliſſimum & utiliſſimum.* Chryſoſtomus, Homil. XI. ad populum Antiochenum, dicit, ὀφθαλμὸν τῶν μελῶν ἁπάντων ἀναγκαιότερον εἶναι, *oculum inter omnia membra maximè neceſſarium eſſe.* Idem, Homil. LXX. tom. VI. de oculo: Κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον τῶν ἡμετέρων μελῶν, καὶ οὗ τιμιώτερον ἡμῖν οὐδέν ἐστι μέλος. *Pulcherrimum & maximè neceſſarium ex noſtris membris, & quo precioſius membrum non habemus.* Ab Oecumenio in I. Joh. II. pag. 195. vocatur τὸ κυριώτατον τῶν αἰσθητηρίων, *præcipuus & præſtantiſſimus ſenſus.* Theodorus Mopsveſtenus, Catenâ in Cap. IX. Joh. pag. 248. Τῶν ἐν ἡμῖν μελῶν τιμιώτερον ὁ ὀφθαλμός. *Inter membra noſtra nobiliſſimus eſt oculus.* Hinc oculi præſtantiſſima rerum decora vocantur. Σικελίας ὀφθαλμὸς, Pindaro Olympiacῶν β'. στρατιᾶς ὀφθαλμὸς, ibid. Od. VI. *Amatorum oculi*, amici apud Heliodorum lib. II. *Aularum oculi*, Eunuchi ibid. lib. VIII. *Græciæ oculi* Oroſio, lib. I. Cap. XIII. Eodem modo *Romani ſtatûs lumina*, lib. II. Cap. V. Achilles Tatius de Roſa, lib. II. γῆς κόσμος, ὀφθαλμὸς ἀνθῶν. *Terræ ornamentum eſt, oculus florum.* Hinc

a. *Oculum eruere & abjicere à nobis*, Matth. XVIII. 9. Marci IX. 47. & quidem *dextrum*, Matth. V. 29. eſt rebus precioſiſſimis & chariſſimis nos privare, ſeu earum jacturam libenter facere. Theophylactus, in Cap. XVIII. Matth. pag. 104. *de amicis* interpretatur: Χεῖρα, πόδα, ὀφθαλμὸν, τοὺς φίλους νόει, οὓς ἐν τάξει μελῶν ἔχομεν· κἂν ὦσι τοιοῦτοί τινες ὦσιν οἱ βλάπτοντες ἡμᾶς, τουτέστιν, οἰκειακοὶ φίλοι, δεῖ καταφρονεῖν αὐτῶν ὡς σεσηπότων μελῶν, καὶ ἐκκόπτειν, ἵνα μὴ καὶ ἄλλους βλάψωσι. *Per* manum, pedem, oculum, *intellige amicos, quos membrorum loco habemus. Etenim ſi hi tales fuerint, qui nobis noceant, hoc eſt, ſi familiares amici fuerint, oportet contemnere eos, ut membra putrida, & exſecare, ne etiam aliis noceant.* Idem, in Cap. V. Matth. pag. 31. ex Homil. XVII. Chryſoſtomi in Matth. Ὀφθαλμὸν καὶ χεῖρα ἀκούων μὴ νόμιζε περὶ τῶν μελῶν τοῦτο λέγεσθαι· οὐ γὰρ ἂν προσέθηκε τὸ, ὁ δεξιὸς, καὶ ἡ δεξιά· ἀλλὰ περὶ τῶν δοκούντων φίλων καὶ βλαπτόντων ἡμᾶς. Oculum & manum *audiens, ne exiſtimes de membris hoc dici: non enim appoſuiſſet*, dexter & dextera: *ſed de his, qui videntur amici, & nocent nobis.* Chryſoſtomus, Homil. LIII. tom. V. p. 359. dicit Chriſtum hoc loquendi modo *jubere* τοὺς φίλους ἐκείνους, τοὺς ἐν ὀφθαλμῶν τάξει τεθεικότας ὄντας, καὶ ἀναγκαίους ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασιν ἀποκόπτειν καὶ ἐκ-

Digitized by Google

βάλλειν, ἂν παρασβλάπτωσιν εἰς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν ἡμᾶς, *eos amicos, qui oculorum loco chari ſunt exoptatiq́; , & in rebus ſecularibus familiares & neceſſarii, excindere & abjicere, ſiquidem ſaluti animæ noſtræ ſint noxii.* Idem, Homil. I. περὶ ἀκαταλήπτου, per *oculos* dicit intelligi φιλίας, *amicitias.* Nec aliter Iſidorus Peluſiota epiſt. LXXXIII. lib. I. pag. 27. Ὀφθαλμὸν καὶ χεῖρα δεξιὰν ὁ πανάγαθος Χριστὸς τὴν ἐγγύτητα τῶν ἐπιτηδείων καὶ γνησίων ἡμῖν ἐπωνόμασε, τοὺς εὔνους ἡμῖν πρὸς γνησίαν συνεργίαν, ἐκείνοις καλέσας τῶν μελῶν τοῖς ὀνόμασι, δι' ὧν ἡμεῖς τὰ ἀρεσκοντα πράττομεν· ὅταν οὖν τις ἐξ αὐτῶν σκανδάλου αἴτιος γίνηται, καὶ ἁμαρτίᾳ καλινδῆται τινι, ἡμῖν λοιδορίαν φερούσῃ, καὶ αὐτῷ ἀτιμίαν προξενούσῃ, ἐκκόπτειν χρὴ τὸν τοιοῦτον, ἵνα μὴ λοιμὸν μιμησάμενος, νεμηθῇ τὴν τοῦ σώματος ἀκεραιότητα, τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐκ τοιούτων παθῶν εἰσφρήσας τὴν ἑαυτοῦ ἀλγηδόνα. Oculum *ac* manum dextram *optimus Chriſtus neceſſariorum & fidiſſimorum amicorum propinquitatem nuncupavit: eos nimirum, qui ad opem & auxilium ſincerè nobis afferendum benevolo erga nos animo ſunt, iis membrorum nominibus appellans, quorum operâ nos ea, quæ nobis cordi ſunt, exequimur. Cùm igitur quispiam ex ipſis ſcandali autor exiſtit, aut in peccato aliquo, quod probrum nobis afferat, atq; ignominiam ipſi conſtet, volutatur, hujusmodi hominem excindere oportet: ne alioqui peſtem imitans, corporis integritatem & incolumitatem depaſcatur, ſuo videlicet dolore, iis, qui ab hujusmodi vitiis ſani ſunt, impacto.* Vide etiam Photium, epiſt. LV. p. 111. Eulogius verò, in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXX. p. 1613. intelligit *affectiones pravas, & peccata.* Ὀφθαλμὸν φησιν ἐνταῦθα τὴν σωτῆρα τοὺς τῆς καρδίας αἰνίττεσθαι λογισμοὺς· ὃν ἐκκόπτεσθαι κελεύει, ὅταν εἰς ἁμαρτίαν ἀπάγῃ· ἐκκόπτεσθαι δὲ διὰ τοῦ ἐπιλογισμοῦ καταστελλόμενον, καὶ ἀποῤῥιπτόμενον τῆς ψυχῆς· χεῖρα δὲ, τὴν πρᾶξιν δηλοῖν, ἥν, ἐπειδὰν εἰς ἁμαρτίαν τρέπηται, ἐκκόπτειν αὐτίκα χρὴ τῇ τῆς ἀρετῆς ὀξείᾳ καὶ ταχείᾳ ἐπαγωγῇ· καὶ ὁ ποῦς δὲ, τῶν ἐν τῷ βίῳ διαβημάτων καὶ τῆς πολιτείας τὴν κίνησιν ὑποδηλοῖ· ἥν, ὥσπερ καὶ τὴν χεῖρα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν, ἐκκόπτειν προσήκει, ἀγαθῇ κινήσει τὴν πονηρὰν διακόπτοντα. *Ait Salvatorem* per oculum *hoc loco intelligere cordis cogitationes, quem excindi jubet, quando ad peccatum trahit: excindi verò per cogitationem repreſſum, & animo ejectum.* Manus *verò actionem ſignificat; quæ poſtquam ad peccandum convertitur, abſcindere eam ſtatim oportet, virtutis ac celeri inductione. Et* pes *greſſum in vita, & converſationis motum ſignificat, quem, ſicut & manum & oculum exſcindere par eſt,* motu bono malum amputando. Ita etiam Clemens Alex. Pædag. lib. III. Cap. XI. pag. 251. ἐκκόπτειν τὸν ὀφθαλμὸν, dicit eſſe ἐκ βάθρων ἀνασπᾶν τὴν ἐπιθυμίαν, *ex fundamentis evellere cupiditatem.*

β. *Oculos noſtros effoſſos dare alicui, ſi fieri poſſet,* ſignificat, nos paratos eſſe ad largiendum illi, quicquid nobis eſt precioſiſſimum & chariſſimum: ad Gal. IV. 15. dicit Apoſtolus, *Teſtimonium vobis perhibeo,* ὅτι εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι. Ad hæc Theophylactus, p. 474. Καὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν τιμιώτερόν με ἐτίθεσθε πάλαι διὰ τὸ κήρυγμα. *Olim propter verbi prædicationem, chariorem me oculis veſtris habuiſtis.* Simili phraſi apud Plautum: *Quæ te tanquam oculos amat.* Apud Terentium: *Dii me, pater, omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.* Et apud Moſchum: Τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἴσον φάεσσιν ἐμοῖσιν. *Eum quidem colui ſicut oculos meos.*

b. *Quòd oculi ſint indices mentis,* adeoque tam virtutum, quàm vitiorum. Ita publicanus, Lucæ XVIII. 33. ut animi ſui teſtaretur demiſſionem, noluit oculos attollere: Οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι.

— *Non auſus cœli convexa tueri.*

Virgilius:

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat.

Sic autem ſolent peccatorum ſuorum conſcientiâ perculſi. Eſdræ IX. 6. Κύριε, ᾐσχύνθην, καὶ ἐνετράπην τοῦ ὑψῶσαι τὸ πρόσωπόν μου πρὸς σέ. Apud Ariſtophanem in Equitibus, ad illa, τί κύπτεις; *quid oculos demittis?* reſpondetur,

Αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις.
Me pudet priorum peccatorum.

Baruch II. 18. Ἡ ψυχὴ ἡ λυπουμένη, ἣ ἐπὶ τὸ μέγεθος τῶν ἁμαρτιῶν κύπτουσα βαδίζει. *Anima triſtis, & ob magnitudinem peccatorum curva incedit.* Apud Plutarchum in vita Ageſilai: Ὑπ' αἰσχύνης εἰς τὴν γῆν κύπτειν. *Præ pudore humi vultum demittere.* Chryſoſtomus, Homil. XX. ad populum Antiochenum, tom. I. Edit. Pariſ. pag. 228. Ἔπαθον δὲ πάντων δεινότερα πρὸς οὐδένα ἀνθρώπων ἀντιβλέψαι τολμῶντες, οὐδὲ αὐτὸν ἰδεῖν δυνάμενοι τὸν ἥλιον ἐλευθέροις ὀφθαλμοῖς, τῆς αἰσχύνης πανταχοῦ καταστελλούσης τὰ βλέφαρα, καὶ ἐγκαλύπτεσθαι καταναγκαζούσης. *Omnium verò graviſſima paſſi ſunt, ad nullum hominem audentes reſpicere, nec ipſum ſpectare ſolem liberis valentes oculis, pudore undiq; palpebras contrahente, & occultari cogente.* Apud Quintil. Declamat. XII. *Gravior in dies facti pœnitentia eſt, -- lucem ac ſolem intueri non audeo.* Simeon Metaphraſtes de juvene prædone: Ἔστη, τῷ ἐδάφῳ ἀτενὲς ὁρῶν, μηδ' ὑπ' αἰδοῦς ἀνανεῦσαι δυνάμενος. *Stetit, defixis in ſolum oculis, nec præ pudore ſuſpicere valens.* Curtius de Alexandri M. militibus: *Obortis lacrymis terram intuebantur, nec aut erigere vultus, aut loqui audebant.*

3. *Oppoſita*, privatio oculorum & cæcitas. Gravitatem hujus mali vivis depingit coloribus Baſilius Seleucienſis, orat. XXXVI. pag. 187. Ὀφθαλμῶν στέρησις ἀβίωτον τὸν βίον ἐργάζεται· ἂν μὲν γὰρ πόδες ἔχωσι τὸ πάθος, ὁ μὲν τοῦ σώματος δρόμος ἀφῄρηται· ὀφθαλμοὶ δὲ τῇ θέᾳ τὴν λύπην κουφίζουσι· κἂν δεθῶσι νοσήματι, δυσωπεῖ τοὺς φίλους ἡ θέα πρὸς βοήθειαν ἕλκουσα· κἂν ἀκοὴ κλαπῇ τὴν ἐνέργειαν, τὸ βλέμμα τοῦτο νεύμασι παραμυθεῖται τὴν χρείαν· ὀφθαλμοῦ δὲ σβεσθέντος, ὁ τῶν αἰσθητηρίων ἅπας συντεθνήκεν δῆμος· ἀπραξίᾳ τὸ σῶμα πεπέδηται· πόδες ἀρνοῦνται τὸν δρόμον, ὀφθαλμὸν τὸν χειραγωγοῦντα ζητοῦντες· χεῖρες τὰς τέχνας ἀποβάλλουσι, τῷ βλέμματι καὶ αὐταὶ συντυφλούμεναι· ἀκοὴ τὸν παρόντα σιωπῶντα μηνύειν οὐ δύναται· ἡ γλῶττα δεσμεύεται, πρὸς ὃν φθέγξηται μὴ δυναμένη μαθεῖν. *Oculorum privatio vitam reddit minimè vitalem. Si pedes morbo aliquo affecti ſint, ſublatus quidem eſt corporis curſus: oculi verò viſione triſtitiam levant: etiamſi morbo ligati ſint, amicos flectit ſpectaculum ad auxilium attrahens. Etſi auditus ſua fruſtratus ſit functione, acies oculorum vel ſolo nutu hunc defectum aliqua ratione compenſat. Oculo verò extincto & obſcurato, ſimul omnia etiam ſentiendi organa emoriuntur: otio torpet corpus: pedes denegant curſum, quærentes oculum ducem: manus artificia abjiciunt, ut quæ ſimul cum oculo quaſi excæcatæ ſunt: auditus præſentem, ſiquidem taceat, patefacere non poteſt: lingua ligatur, ut quæ non poteſt ſcire, quem alloquatur.* Interim tamen præſtat cæcitate laborare corporali, quàm ſpirituali. Hoc docet S. Antonius, qui

Digitized by Google

qui Didymum Alexandr. cæcum ita conſolatus eſt, apud Socratem, hiſtor. Eccleſ. lib. IV. Cap. XXV. pag. 238. a. Μηδέν, ὦ Δίδυμε, ταραττέτω σε ἡ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν ἀποβολή· τοιοῦτοι γάρ σοι λείπουσιν ὀφθαλμοί, οἷς καὶ μῦαι, καὶ κώνωπες βλέψαι ἰσχύουσιν. Χαῖρε δὲ ὅτι ἔχεις ὀφθαλμούς, οἷς καὶ ἄγγελοι βλέπουσι, δι' ὧν καὶ ὁ Θεὸς θεωρεῖται, καὶ τὸ αὐτοῦ φῶς καταλαμβάνεται. *Ne te, ô Didyme, oculorum perturbet jactura: tales enim tibi deſunt oculi, quibus muſcæ & culices videre poſſunt. Gaude verò, quòd habeas oculos, quibus etiam Angeli vident, quibus quoq; Deus cernitur, & lumen ejus apprehenditur.* Eadem narrat Niceph. Calliſt. l. IX. hiſt. Eccl. c. XVII. p. 716. Huc etiam referri poteſt memorabilis hiſtoria de Mare, Epiſcopo Chalcedonis, cui Julianus apoſtata cæcitatem exprobravit, ipſe verò eam patienter tulit. Eam refert Photius in vita Athanaſii, Cod. CCLVIII. Biblioth. pag. 1448. Ἡνίκα καὶ ὁ Μάρης ὁ Καλχηδόνος χειραγωγούμενος (ἦν γὰρ ὑπὸ τοῦ γήρως ὑπόχυσιν ἔχων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς) πολλὰ τὸν ἀποστάτην ἐκάκιζεν. Ὁ δὲ τυφλὸν καὶ πονηρὸν ἀντελοιδορεῖτο, καὶ ὡς Γαλιλαῖος αὐτοῦ Θεὸς οὐκ ἐκθεραπεύσειεν αὐτόν, κατωνείδιζεν. Ὁ δὲ Μάρης· Τοῦτό γε πρὸς τὴν μεγίστην εὐχαριστίαν κινεῖ τοῦ Θεοῦ, ὅτι με τυφλὸν ἔθετο, ἵνα τὸ σὸν ἀναιδὲς οὕτω διὰ ἀσεβείας ἀμαυρωθὲν μὴ θεάσωμαι πρόσωπον. *Quo tempore etiam Mares Chalcedonis Epiſcopus manu ductus, (laborabat enim præ ſenectute oculorum hebetudine) Imperatori apoſtatæ varie maledixit. Ille verò viciſſim convicia regerebat, cæcum & improbum eum vocans, nec poſſe ei Galilæum Deum mederi exprobrabat. Mares verò: Hoc verò me quàm maximè incitat, ut ſummas Deo gratias agam, qui me cæcum eſſe voluit, ne impudentem vultum tuum & per impietatem obſcuratum viderem.* Hinc ipſam hiſtoriam refert etiam incertus autor vitæ Athanaſii, tom. II. Operum Athanaſii, pag. 55. & Symeon Metaphraſtes ibid. pag. 86.

II. *Impropriè* ſumitur *oculus*, cùm tribuitur rebus ſeu entibus, quæ non ſunt animalia, ut,

1. *Deo:* & deſignatur plerumque

a. *Ira & indignatio.* Ita ſumitur Jeſajæ XXXVII. 17. Ἄνοιξον, κύριε, τοὺς ὀφθαλμούς σου. Aperi, Domine, oculos tuos. Ad quæ Theodoretus, pag. 96. Ἐπειδὴ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν ὕπνον προσαγορεύει ἡ θεία γραφή, εἰκότως ὁ θαυμάσιος βασιλεὺς ἀντιβολεῖ λέγων. Ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, &c. *Quia Dei patientiam & longanimitatem* ſomnum *appellare divina Scriptura ſolet, meritò rex admirandus ſupplex orat, Aperi oculos tuos, &c.* Hinc hic *Dei oculus* vocatur ὁ τῆς δίκης ἄληστος ὀφθαλμός, *pœnæ oculus oblivionis expers*, ab Alexio Patriarcha, apud Zonaram, pag. 795. à Photio, in Cap. IX. ad Romanos, pag. 323. πανεπόπτης καὶ πανέφορος τῆς δίκης ὀφθαλμός, *oculus vindex, qui omnia videt.*

b. *providentia, cognitio, ſcientia.* Damaſcenus, Orthod. fidei lib. I. Cap. XIV. pag. 50. Ὀφθαλμοὺς Θεοῦ, καὶ βλέφαρα, καὶ ὅρασιν, τὴν τῶν ἁπάντων ἐποπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ τὸ ἀλάθητον τῆς αὐτοῦ γνώσεως ἐννοήσομεν, ἀπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως ἐντελεστέραν γνῶσίν τε καὶ πληροφορίαν ἐγγίνεσθαι. Per oculos Dei, & palpebras, & viſionem *intelligemus virtutem ipſius, quæ omnia inſpicit, & quòd ejus cognitionem nihil effugiat, eò quòd in nobis per hunc ſenſum perfectior certiorq; cognitio oriatur.* Eadem leguntur in libro de Trinitate, qui Cyrillo Alexandr. aſcribitur, Cap. XII. Hanc ob cauſam hic *Dei oculus* varia habet epitheta: vocatur enim,

α. ἀκοίμητος ὀφθαλμός, *inſomnis oculus.* Chryſoſtomus, Homil. XI. in I. ad Corinth. p. 309. Πάντα τοῖς ἀνθρώποις μὲν οὐκ ἔστιν ἐφικτά, τῷ δὲ ἀκοιμήτῳ μόνῳ ὀφθαλμῷ, κἂν ἀνθρώπους ἀπατήσωμεν, ἐκεῖνον οὐδέ ποτε παραλογισόμεθα. *Homines quidem non poſſunt omnia comprehendere, ut ſolus inſomnis oculus poteſt. Etiamſi homines ſeducamus, illum nunquam fallemus.* Et Homil. XII. in eandem Epiſt. pag. 321. Δέον ἐπὶ τὸν ἀκοίμητον ἀεὶ καταφεύγειν ὀφθαλμόν, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου ψῆφον βλέποντας πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν. *Oportet ſemper ad pervigilem confugere oculum, & ad ejus ſententiam reſpicientes omnia facere & dicere.* Idem, Homil. de Pelagia, tom. I. Pariſ. pag. 497. Οὐκ ἀσχημονεῖν χρή, διὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν τὸν πανταχοῦ παρόντα καὶ πάντα βλέποντα. *Non oportet immodeſtè ſe gerere, propter inſomnem illum oculum, ubiq; præſentem, & omnia videntem.* Homil. LXII. in Geneſin: Κἂν πάντας λαθεῖν δυνηθῶμεν, τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ δυνάμεθα λαθεῖν. *Etiamſi omnes latere poſſimus, inſomnem oculum latere non poſſumus.* Iſidorus Peluſiota, Epiſt. XLVII. lib. IV. pag. 436. Οὐ λήσεταί οὐδεὶς τὸν φανὸτατον καὶ ἀκοίμητον ὀφθαλμόν, οὐδ' εἰ ἐν παραβύστῳ τι δράσειε. Γυμνὰ γὰρ αὐτῷ πάντα, κἂν ἀπόκρυφα εἶναι δοκῇ. *Nemo latebit illuſtriſſimum illum ac pervigilem oculum, ne quidem ſi in occultiſſimis penetralibus aliquid patràrit. Aperta enim ac nuda ipſi ſunt omnia, quantumvis operta & abdita eſſe videantur.* Idem, Epiſt. CCCLXVIII. lib. V. pag. 670. Μέγας, καὶ ὀξυδερκής, καὶ ἀκοίμητος ὁ τῆς θείας δίκης ἐστὶν ὀφθαλμός. καὶ οὐ μόνον τὰ ἐν φανερῷ δρώμενα ἐφορᾷ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν παραβύστῳ τολμώμενα ἀνιχνεύει, καὶ τὰ τῆς καρδίας κινήματα καταλαμβάνει. *Magnus, & acutum cernens, atq; pervigil vindictæ divinæ oculus eſt: neq; tantùm ea videt, quæ in aperto patrantur, ſed etiam ea, quæ in occultiſſimis penetralibus attentantur, ſcrutatur, & ipſius etiam cordis motus percipit.* Iterum Chryſoſtomus, Homil. XVIII. tom. V. Editionis Pariſ. pag. 278. de adultero: Κἂν τὴν γυναῖκα λάθῃς τὴν ἠδικημένην, ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ λήσῃ ποτέ. *Etiamſi uxorem, quam injuriâ affeciſti, lateas, at inſomnem illum oculum nunquam latere poteris.*

β. ἀλάθητος ὀφθαλμός, *oculus, quem nihil latet.* Photius, Epiſt. CCXXVI. pag. 334. Οὐκ ἂν λάθοις, οὐδ' ἂν λάθοις, τὸν ἀλάθητον ὀφθαλμὸν τοῦ Θεοῦ. Montacutius interpretatur: *Non latebis etiamſi lateas, Dei oculum non latibilem.* Barbarè, & contra autoris ſenſum. *Latibilis* enim, ſiquidem Latium vocem admitteret, ſignificaret eum, *qui latere poteſt:* at Photio eſt is, *quem nemo latere poteſt.*

γ. παντεπόπτης & πανεπόπτης ὀφθαλμός, *oculus omnia inſpiciens, videns.* Iſidorus Peluſiota, Epiſt. CXCIX. lib. II. pag. 216. *Deum* vocat παντεπόπτην ὀφθαλμόν, *oculum, rerum omnium inſpectorem.* Et Epiſt. CCLVII. lib. II. pag. 355. Ὁ παντεπόπτης καὶ ἀκοίμητος ὀφθαλμός, ὁ μισοπόνηρος καὶ φιλάγαθος. *Rerum omnium inſpector & inſomnis oculus, qui & improbos exoſos, & probos charos habet.* Photius, ut ſuprà, in Cap. IX. ad Romanos: Πανεπόπτης καὶ πανέφορος ὀφθαλμός. *Oculus omnium rerum inſpector.*

δ. πανδερκὴς καὶ ἀπαραλόγιστος ὀφθαλμός, *oculus omnia cernens & falli neſcius.* Cyrillus Alex. lib. XIV. de Adorat. Vide in Ἀπαραλόγιστος.

ε. ἀκατεύναστος ὀφθαλμός, *oculus ſemper vigil.* Vide in Ἀκατεύναστος.

ζ. ἀνύσακτος ὀφθαλμὸς, *oculus non dormitans.* Vide in Ἀνύσακτος.

η. ὀξυδερκὴς ὀφθαλμὸς, *oculus acutùm cernens.* Vide in ὀξυδερκής.

2. *Angelis.* Quid autem oculi Angelis tributi notent, exponit Chryſoſtomus Homiliâ III. de Incomprehenſibili, tom. VI. pag. 407. Οἱ ὀφθαλμοὶ δηλοῦσι τὸ διορατικὸν καὶ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ θρόνου, &c. *Oculi deſignant perſpicacem Dei intelligentiam, & quòd throno proximi ſint, &c.* Pachymeres in Cap. VII. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 78. Τὰ Χερουβὶμ πολυόμματα, ὡς πλῆθος γνώσεως ἔχοντα. *Cherubim multos oculos, tanquam multitudinem cognitionis, habent.*

3. *Menti vel cordi.* Οἱ τῆς διανοίας ὀφθαλμοὶ, *oculi mentis.* Cyrillus Alex. in Cap. XXXVIII. Jeſajæ, pag. 497. Τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς ἀνατείνειν πρὸς Θεόν. *Oculos mentis ad Deum attollere.* Aliàs ὄμματα τῆς διανοίας, ὄμματα νοητὰ τῆς καρδίας. Vide in Ὄμμα. Concilii Nicæni Diatypoſis IV. Τὸ βάπτισμα ἡμῶν οὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ τοῖς νοεροῖς κατανοητέον. *Baptiſma noſtrum non externis, ſed internis oculis conſiderandum eſt.* Ὀφθαλμὸς ψυχῆς, *oculus animæ*, apud Cydonium de contemtu mortis. Greg. Nyſſenus de iis, qui præmaturè abripiuntur, tom. III. pag. 318. plurimos dicit eſſe animæ oculos: Ἄλλος ταῦτα διεξερχέσθω, καὶ τὸ πολυόμματον τῆς ψυχῆς ἀνυμνείτω· ἰσάριθμοι ταῖς θριξὶ τάχα τῆς κεφαλῆς οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὶ, πανταχόθεν ἐπίσης ὀξύ τε καὶ ἀπλανὲς δεδορκότες, &c. *Alius hæc exponat, & animam compluribus oculis inſignitam, laudibus proſequatur: forſitan enim pilos capitis numero æquant animæ oculi, undiq; pariter & ex æquo certum & acutùm cernentes, &c.* Sic etiam loquuntur Scriptores Latini. *Oculos cordis*, pro interiore ſenſu & perſpicacia eleganter dixit Eligius: *Nec jam metuo mortem, quia viderunt oculi cordis & corporis mei ſalutare tuum, id eſt, Jeſum.* Manil. lib. IV. *Quoniq; dedit natura oculos deponere mentis.* Martialis Lemovic. Epiſt. ad Burdegal. Cap. VII. *Oculos cordis veſtri aſſiduè ad miſericordiam divinitatis ejus erigite.* Sedulius ad Macedonium: *Cordis oculos caligo interior deſeruit.*

4. *Impropriè* quoque *oculus* ſumitur, quando *metonymicè* ponitur *pro homine, qui videt.* Huc referri debet,

a. Ὀφθαλμὸς πονηρὸς, *oculus malus*, Matth. XX. 15. Marci VII. 22. Matth. VI. 23. Lucæ XI. 34. Theophylacto in Cap. VI. Matth. ὀφθαλμὸς πονηρὸς, eſt ὀφθαλμὸς νοσώδης, *oculus morbidus.* Sed in Cap. VII. Marci, pag. 225. idem vult, per ὀφθαλμὸν πονηρὸν, vel φθόνον, vel ἀκολασίαν intelligi. Sed obſervandum, Matth. VI. & Lucæ XI. generaliter notare *affectum vitioſum*: reliquis duobus locis, *invidiam, vel hominem invidum.*

b. *Ad oculum ſervire*, eſt, præſentibus & intuentibus dominis diligentiam in opere adhibere: abſentibus verò ipſis, opus negligere, vel fraudulenter curare, quæ ὀφθαλμοδουλεία damnatur in ſervis, Eph. VI. 6. Coloſſ. III. 22. Theodoretus in VI. ad Epheſios, pag. 317. Ὀφθαλμοδουλείαν καλεῖ, τὴν οὐκ ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας προσφερομένην θεραπείαν, ἀλλὰ τῷ σχήματι κεχρωμένην. *Servitutem ad oculum vocat, quæ non ex ſincero corde exhibetur, ſed in ſpeciem ſimulata eſt.* Et Theophylactus, pag. 563. μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν exponit, μὴ μόνον παρόντων γὰρ δεσποτῶν καὶ ὁρώντων ἀλλὰ καὶ ἀπόντων. *Non tantùm præſentibus dominis & videntibus, ſed etiam abſentibus.* Eodem modo Oecumenius, pag. 647.

Ὄφις.

I. *Explicatio nominis.* Ὄφις, *ſerpens* ſumitur,

1. *Propriè* pro animali maximè venenoſo ex genere reptilium: Eſt ζῶον ἑρπετὸν, ἔναιμον, φολιδωτὸν, *animal reptile, ſanguine præditum, cortice tectum.* Eſt *animal reptile*, cujus propria pars גחון. Geneſ. III. 14. id eſt, *venter* oblongus, in quem ſerpit. Sunt, qui exiſtimant, ὄφιν inter τὰ ἑρπετὰ à Scriptura non poni. Ita Procopius ad I. Cap. Geneſ. Τὸ δὲ τῶν ὄφεων γένος οὐκ ἐν ἑρπετοῖς τάττεται, κατὰ συνήθειαν γραφικὴν, ἀλλ' ἐν θηρίοις· φρονιμώτατος γὰρ πάντων λέγεται τῶν θηρίων. *Serpentum verò genus inter reptilia non ponitur, juxta Scripturæ conſuetudinem, ſed beſtiis annumeratur: prudentior enim dicitur omnibus beſtiis.* Deinde adducit locum Actor. XXVIII. 4. Καὶ οἱ βάρβαροι ἰδόντες κρεμάμενον τὸ θηρίον, περὶ τῆς δακνούσης τὸν Παῦλον ἐχίδνης. *Et cùm Barbari vidiſſent pendentem beſtiam; de vipera, quæ Paulum momordit.* Quaſi per חיה Hebraicè, hoc eſt, *animal* dicat, aut qui ζῶον vertat, quod ab Aquila ibi factum, tale quid dicat: cùm, ne θηρίον quidem vox, quæ ſerpenti tribuitur, hoc innuat. At non videtur veriſimile, pertinere ad pœnam, quòd hodie ſerpit in ventrem. Nam Philoſophus in libro de inceſſu animalium, multis probat, neque duos, neque quatuor pedes, poſſe ſerpenti ſufficere, propter enormem corporis longitudinem, neque poſſe plures haberi, quia τῶν ἐναίμων μηδὲν οἷόν τ' εἶναι πλείοσι σημείοις κινεῖσθαι, ἢ τέτταρσιν. Unde concludit, neceſſariam eſſe in ſerpente ἀποδίαν. Conſentit Theodoretus, qui quæſt. XXXIV. in Geneſ. pag. 30. quando diſertè dicit, Αὐτὸς μὲν ὁ ὄφις οὐδεμίαν ἐντεῦθεν ἐδέξατο βλάβην, οὕτω βαδίζειν πεφυκώς. Ἐν τῇ φύσει γὰρ ἔχει τὸ τοιόνδε τῆς κινήσεως εἶδος· οὐδὲν δὲ τῶν φυσικῶν φορτικὸν εἶναι δοκεῖ. *Ipſe quidem ſerpens nullum inde damnum accepit, cùm ita gradi*, nempe ſuper ventrem, *natus ſit. Hanc enim habet à natura motus ſpeciem: nihil autem naturale moleſtum eſſe videtur.*

2. *Impropriè*, idque

2. *Metonymicè*, pro opere artificiali, efformato ad ſimilitudinem ſerpentis. Sic *ſerpens æneus*, à Moſe ex Dei mandato factus & perticæ in deſerto impoſitus, figurabat Chriſtum Servatorem, in cruce extollendum, & poſtea ad gloriam Dei exaltandum, ac per prædicationem Evangelii ante omnium oculos ſtatuendum, ut fide ipſum intuentes à lethali Diaboli, ſerpentis illius antiqui, morſu ſanitatem recipiamus, atque adeò ſalutem æternam conſequamur, in æternum alioqui morituri, ſeu perituri, Joh. III. 14. 15. Voluerunt quidam ex veteribus, hunc ſerpentem non fuiſſe τύπον Chriſti, ſed ἀντίτυπον, de quo in Ἀντίτυπον, num. V. Verus fuit Servatoris typus. Id docet Theodoretus, quæſt. XXXVIII. in Numeros, pag. 159. ubi ad quæſtionem, *Qua de cauſſa Deus inſtituerit, ut per æneum ſerpentem ſanarentur ſerpentum morſus?* reſpondetur: Προτυποῖ καὶ τοῦτο τὸ σωτήριον πάθος. Διὰ γὰρ τοῦ ὄφεως ἡ ἁμαρτία ἐβλάστησεν· ὅθεν καὶ τὴν κατάραν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐδέξατο· τύπος τοίνυν καὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς κατάρας ὁ ὄφις. Ἐπειδὰν τοίνυν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, ἤ φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἐπεφάνη· σῶμα μὲν γὰρ ἀληθῶς ἔλαβεν, ἁμαρτίαν δὲ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Προτυποῦται τὸ σωτήριον πάθος

ἐν τῷ

ἐν τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ χαλκοῦς ὄφις ἰνδαλμα μὲν τῶν ὄφεων ἦν, ἰὸν οὐκ εἶχε δὲ τῶν ὄφεων τὸν ἰόν· οὕτως ὁ μονογενὴς υἱὸς σῶμα μὲν εἶχεν ἀνθρώπινον, κηλῖδα δὲ ἁμαρτημάτων οὐκ εἶχε. Καὶ καθάπερ οἱ ὑπὸ τῶν ὄφεων δακνόμενοι, τὸν χαλκοῦν ἀποβλέποντες ὄφιν, σωτηρίας ἀπήλαυον· οὕτως οἱ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πληττόμενοι, τῷ πάθει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνενδοιάστως πιστεύοντες, κρείττους ἀποφαίνονται τοῦ θανάτου, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύουσιν. *Iſtud etiam ſalutarem paſſionem præfigurat. Nam per ſerpentem natum eſt peccatum: unde & maledictionem accepit à Deo univerſorum. Erat itaq; ſerpens figura tum peccati, tum maledictionis. Quoniam igitur Dominus Chriſtus in ſimilitudine carnis peccati apparuit, ut ait divinus Apoſtolus: corpus enim verè aſſumſit, peccatum autem non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: præfiguratur paſſio ſalutaris per ſerpentem æneum. Quemadmodum enim ſerpens æneus erat imago ſerpentum, non tamen illorum venenum gerebat: ita Filius unigenitus corpus quidem habebat humanum, ſed peccatorum maculâ carebat. Et ſicut à ſerpentibus morſi, ſerpentem intuentes ſanabantur: ita qui vulnerati ſunt à peccato, paſſioni Salvatoris noſtri ſine ulla dubitatione credentes, morte potentiores ſiunt, & vitam æternam conſequuntur.*

b. *Metaphoricè:* ſumtâ metaphorâ ab aſtutia, verſutia, & calliditate nocendi ſerpentis, de qua infrà, num. IV. 2. *Serpens* vocatur is, qui eſt aſtutus, callidus, vafer, malignus, malitioſus, nequam. Sic igitur in ſacra Scriptura,

α. Ὄφις, *ſerpens* vocatur *Diabolus*, II. Corinth. XI. 3. Ex quo loco patet, Diabolum calliditate ſua ſeduxiſſe Evam, & ad hoc nefarium opus uſum eſſe ſerpente, tanquam organo maximè apto, propter calliditatem huic animali naturaliter inſitam. Ita exponit Theodoretus, pag. 250. ad hunc locum: Σφόδρα δὲ ἁρμοδίως οὐ τοῦ διαβόλου, ἀλλὰ τοῦ ὄφεως ἐμνημόνευσε, δεικνὺς καὶ τούτους τῷ ὄφει παραπλησίως ὄργανα τοῦ διαβόλου γεγενημένους. *Valde autem appoſitè non diaboli, ſed* ſerpentis *meminit, oſtendens & hos quoq; ſicut ſerpentem factos eſſe inſtrumenta diaboli.* Vide etiam Theophylactum, pag. 406. Huc faciunt illa Epiphanii, hæreſi XXXVII. pag. 120. Ὄφιν ἡ θεία γραφὴ καλεῖ τὸν διάβολον, οὐ πάντως ὄντα τοιοῦτον τῇ μορφῇ, ἀλλὰ διὰ τὸν φαινόμενον τοῖς ἀνθρώποις σκολιώτατον· καὶ τὸ ἐν πρώτοις ἐν ὄφει ἐνεργηθὲν τῆς ἀπάτης σκευώρημα. Serpentem *divina Scriptura vocat diabolum, non quòd omnino talis ſit formâ, ſed propter apparentem hominibus obliquitatem, & eam quæ ab initio*, vel, *in primis* ſc. hominibus *facta eſt per ſerpentem fraudis ſtructuram.* Chryſoſtomus Homil. VI. in Epiſt. ad Philippenſes: *Scriptura diabolum* vocat ὄφιν, ὅταν τὸ ἰοβόλον καὶ θανάσιμον καὶ ὀλέθριον, *ſerpentem, quando venenoſam, exitialem & pernicioſam* ejus naturam declarare vult. Vide plura in Διάβολος, num. II. 1. ſub lit. α.

β. *Scribæ & Phariſæi* vocantur ὄφεις, *ſerpentes*, Matth. XXIII. 33. Vide in voce Γέννημα, n. II. α.

2. *Cauſſa efficiens* eſt Deus, qui ſerpentem creavit bonum, ut patet ex Geneſ. I. 24. 25. Idem docet Baſilius M. Homil. XXX. quæ eſt de Paradiſo, tom. I. pag. 627. Οὐ φρικώδης ὁ ὄφις τότε, ἀλλὰ προσηνὴς καὶ ἥμερος· οὐχὶ φοβερὸν ἐπικυμαίνων τῇ γῇ, καὶ ἐφέρπων, ἀλλ' ὑψηλὸς ἐπὶ ποδῶν βεβηκώς. *Serpens tum non erat horrendus, ſed mitis ac manſuetus, nec terribiliter in telluris ſuperficie veluti natans reptabat, ſed ſublimis & erectus pedibus inſiſtens ingrediebatur.* Joſephus, ἀρχαιολογ. lib. I. Cap. II. pag. 6. de Deo dicit ἀφείλετο τὸν ὄφιν τῆς φωνῆς, *ſerpenti vocem ademit*, καὶ ἰὸν ἐνέθηκεν ὑπὸ τὴν γλῶτταν αὐτῷ, *& venenum linguæ ejus indidit:* ποδῶν τε αὐτὸν ἀποστερήσας, σύρεσθαι κατὰ τῆς γῆς εἰλυσπώμενον ἐποίησεν, *ad hac pedibus privatum trahi per terram, ac volvi fecit.* Quid de pedibus ſerpentis ſentiendum ſit, vide poſt initium, num. I. 1.

III. *Uſus* reſpectu Diaboli. Ille uſus eſt ſerpente ad hominem ſeducendum. Theodoretus, quæſtione XIII. in Leviticum, pag. 125. Ἀρχέκακος ὁ ὄφις, καὶ τῆς διαβολικῆς ἐπιβουλῆς ὑπουργός. *Autor mali ſerpens, & diabolicæ fraudis miniſter.* Vide in voce Ἀδάμ, num. V. Δ. α. Quæſtio olim fuit; ut docet Cl. Voſſius, Diſputat. II. de primo peccato Adami; *Utrùm primi parentes decepti fuerint à diabolo, ſerpentis formam induto?* In eo diſſenſus quidam erat inter Catholicos, utrùm diabolus ſpecie tantùm ſerpentis apparuerit, ut Cyrillus putabat lib. III. contra Julianum: an potiùs verum & naturalem ſerpentem ſit ingreſſus: quod Chryſ. Auguſtin. Procopius, & propè omnes Patres volunt, idque Scriptura præeunte, quæ ſerpentem non angelis, ſed animalibus cunctis callidiorem fuiſſe dicit Gen. III. 1. quemadmodum in verum etiam ſerpentem maledictionis ſententiam pronunciatam fuiſſe narrat, Gen. III. 14. Sed ut in hoc ſententiis variatum fuit, ita in eo ſemper conſpiravit Eccleſia Dei, quod qui per verum aut apparentem ſerpentem loquebatur, non ſapientia Dei fuerit, ſed Diabolus: unde & Chriſtus Joh. VIII. 44. ait, *Diabolum homicidam fuiſſe ab initio, & in veritate non ſtetiſſe.* Nec alia mens fuit Cypriani, Serm. de zelo & livore, Epiphanii in hæreſi Ophitarum, Baſilii in Orat. *quod Deus non ſit autor peccati;* aliorum plurimorum. Damnârunt igitur eos, qui *ſerpentem* illum dicebant fuiſſe *ſapientiam Dei*, à qua oculi primis parentibus eſſent aperti, ut Manichæi ſenſere, teſte Auguſtino de Hæreſibus, Cap. XLVI. & ante hos Ophitæ, teſte Irenæo, lib. I. de Hæreſibus Cap. XXXIV. Tertull. lib. de præſcript. Cap. XLVII. Theodoreto, lib. I. Hæret. fab. Cap. XIV. pag. 205. ubi hæc, inter alia impia eorum dogmata; Τινὲς αὐτὸν τὸν ὄφιν τῇ σοφίᾳ συνεῖναι φασί, καὶ ὡς ἐναντίῳ θεῷ τῷ ποιητῇ πολεμοῦντα, τὸν Ἀδὰμ ἐξαπατῆσαι, καὶ δεδωκέναι τὴν γνῶσιν, καὶ τούτου χάριν εἰρῆσθαι φρονιμώτατον εἶναι πάντων τὸν ὄφιν. *Quidam ſerpentem ipſum dicunt conſuetudinem habere cum ſapientia, & tanquam cum adverſario, cum Deo creatore bellantem, Adamum decepiſſe, & cognitionem dediſſe, ideoq; omnium prudentiſſimum dictum eſſe ſerpentem.* Sed de *Ophitis* diſtinctè in ſequentibus.

IV. *Proprietas* ſerpentis præcipua eſt, quòd ſit *prudens.* Gen. III. 1. ſerpens legitur fuiſſe ſupra omnem terræ beſtiam עָרוּם, quod alii rectè πανοῦργον, *callidum, vafrum, aſtutum, verſutum, verſipellem*, ſoli LXX. φρόνιμον, *prudentem* interpretantur. Nec tamen eo nomine reprehendendi, cùm eadem vox paſſim, in Proverbiis maximè, *prudentem* denotet. Vide Prov. I. 4. VIII. 5. 12. XIV. 15. 18. XXII. 3. Quin ipſe etiam Chriſtus hanc interpretationem confirmare videtur, cùm diſcipulos ſuos hortatur, *ut ſint prudentes tanquam ſerpentes*, Matth. X. 16. Quamvis interim ad πανοῦργος alludant verba Apoſtoli II. Cor. XI. 3. Ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ. *Serpens Evam ſeduxit calliditate ſua.* Prudentia ſerpentis; ut rem paulò diſtinctiùs proponamus; Epiphanii Phyſiologus quatuor argumenta profert. *Primum*, quòd cum ſenium præſenſit, quærit petram, & ῥαγάδα εὑρών, προκύψας δὲ διὰ τῆς ὀπῆς ὠθεῖται περάσαι, καὶ ἐκβάλλει τὸ γῆρας, *in rimam ſe inſinuat, pronusq; per foramen tranſire nititur, & ſenectutem exuit.* Atque id uno ore omnes aſſerunt. Ælianus de Animalibus, lib. IX. Cap. XVI. pag. 191. Ὅταν ἀποδύηται τὸ γῆρας ὁ ὄφις

Digitized by Google

ria reſuſcitabit, & pro pecuniis bona, quæ omnem verborum vim excedunt. Eodem modo ſcribit Homil. XXXIII. in Matth. pag. 226. Eum etiam imitatur Theophylactus in Cap. X. Matth. pag. 53. ubi, poſtquam docuiſſet, fidem in Chriſtum ita ſtudioſè ſervandam eſſe, quemadmodum ſerpens caput cuſtodire ſolet, addit, eundem imitandum eſſe in exuendo veteri homine: Ὥσπερ ὁ ὄφις στενῇ τινι ὀπῇ περισφιγγόμενος καὶ διεξερχόμενος, ἀποδύεται τὸ παλαιὸν δέρμα· οὕτω καὶ ἡμεῖς διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ ὁδεύοντες, τὸ παλαιὸν ἀποδυόμεθα ἄνθρωπον. *Sicut ſerpens in anguſto quodam foramine circumſtringit ſe, & tranſiens veterem pellem exuit: ita & nos per anguſtam viam incedentes, veterem exuamus hominem.* Epiphanius, hæreſi XXXVII. pag. 123. ſerpentes, caput curantes, imitari vult: Θέλει ἡμᾶς ὁ μονογενὴς Θεὸς ὁ ἐκ πατρὸς προελθὼν, ἐν καιρῷ διωγμοῦ, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ τὰ πάντα ἡμῶν παραδιδόναι μαχαίρᾳ τε καὶ πυρὶ, φυλάττειν δὲ ἑαυτῶν τὴν κεφαλὴν, τουτέστι, Χριστὸν μὴ ἀρνεῖσθαι. *Vult nos unigenitus ille Deus ex Patre progreſſus, tempore perſecutionis & tentationis omnia noſtra tradere gladio ac igni, cuſtodire autem noſtrum ipſorum caput, hoc eſt, Chriſtum non negare.* Idem à nobis exigit, ut ſerpentem ſine veneno ad fontem venientem imitemur. Καὶ αὐτοὶ οὖν τοῦτο μιμησώμεθα, ἵνα ὅταν ἐρχώμεθα ἐπὶ τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ἢ εἰς εὐχὴν, ἢ εἰς τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια, μὴ φέρωμεν μεθ' ἑαυτῶν κακίαν, ἢ ἡδονὴν, ἢ ἔχθραν, ἤ τι ἕτερον ἐν ταῖς διανοίαις αὐτῶν. *Proinde & ipſi hoc imitemur, ut quando ad ſanctam Dei Eccleſiam, aut ad preces, aut ad divina myſteria venerimus, malitiam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid in cogitationibus noſtris nobiſcum ne feramus.* Et capitis curam & cutis detractionem nos imitari jubet Iſidorus Peluſiota, Epiſt. CLXXV. lib. II. pag. 208. dixit Servator: Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. Οὐχ ἵνα τὸ ἰοβόλον καὶ πληκτικὸν τοῦ ὄφεως μιμησώμεθα· κακίζονται γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς ὄφεις, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν· οὐδ' ἵνα τὸ ὕπουλον καὶ δολερόν· οὐ γὰρ κατὰ πάντα τὸ παράδειγμα λαμβάνεται, ἀλλ' ἐκ μέρους, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ὑπόδειγμα, ἀλλὰ ταυτότης· ἀλλ' ἵνα τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τουτέστι, τὴν κακίαν, ὥσπερ λεβηρίδα ἀποδυσώμεθα· καὶ τὴν μὲν πίστιν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν, φυλάττωμεν, τοῦ δὲ σώματος ὀλίγον φροντίζωμεν. *Eſtote prudentes, ut ſerpentes. Hæc autem non eò ſpectant, ut ſerpentis venenatam naturam ac percutiendi libidinem imitemur; vituperantur enim Judæi, ut ſerpentes, & progenies viperarum; nec rurſus, ut verſutiam ac fraudem: neque enim iſtud exemplum juxta omnia quadrat, alioqui enim non eſſet exemplum, ſed res omnino eadem: verùm, ut veterem hominem, hoc eſt, vitium, tanquam ſerpentis pellem, exuamus, atque fidem quidem, ut ille caput, cuſtodiamus, corporis autem exiguam curam geramus.* Idem, Epiſt. CXXVI. lib. I. p. 39. Φρονίμους ἡμᾶς εἶναι κατὰ τὸν ὄφιν κελεύει ὁ Κύριος, ἐν παντὶ πειρασμῷ συντηροῦντας τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, ἥ τις ἐστὶν ἡ πίστις ἡμῶν. *Dominus nos prudentes inſtar ſerpentis eſſe jubet; ſic nempe, ut caput noſtrum, hoc eſt, fidem in Chriſtum, in omni tentatione conſervemus.* Mox: Σοφισμῷ τὴν παλαίωσιν ἀποδύεται ἐν στενωπῇ τινὶ παρενδύσει θλιβόμενος, καὶ τὸ γῆρας ἀποτιθέμενος. Βούλεται τοίνυν καὶ ἡμᾶς διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ καὶ κακώσεως τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεκδύεσθαι, καὶ τὸν νέον ἀνταμφιέννυσθαι, τὸν κατὰ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα ἀνακαινούμενον. *Arte ac verſutia quadam vetuſtatem exuit, in arcta quadam & anguſta rima ſeſe comprimens, ac ſenium deponens. Vult igitur nos quoque per arctam viam & afflictionem, veterem hominem exuere, ac pro eo novum induere, qui ad ejus imaginem renovatur.*

Ὀφῖται.

Promiſimus voce proximè præcedente, nos de *Ophitis* paulò diſtinctiùs acturos. Datam igitur fidem liberamus. Et conſideramus,

I. *varia* eorum *nomina*, ab eodem fonte deducta. Vocantur ὀφῖται & ὀφιανοί. Epiphan. hæreſi XXXVII, p. 120. Ὀφῖται καλοῦνται, δι' ὃν δοξάζουσιν ὄφιν. *Vocantur ophitæ, propter Ophim*, id eſt, ſerpentem, *quem glorificant.* Auguſtinus de hæreſibus, Cap. XVIII. *Ophitæ à colubro nominati ſunt. Coluber enim Græcè* ὄφις *dicitur.* Hos cum Sethianis quidam conjungunt, ut Theodoretus, l. I. de Hæreſib. Cap. XIV. p. 204. Οἱ Σηθιανοὶ, οὓς Ὀφιανοὺς ἢ Ὀφίτας τινὲς ὀνομάζουσι. *Sethiani, quos Ophianos vel Ophitas quidam vocant:* alii cum Nicolaitis, ut Epiphanius, loco laudato, his verbis: Οἱ Ὀφῖται τὰς προφάσεις εἰλήφασιν ἀπὸ τοῦ Νικολάου, καὶ γνωστικῶν, καὶ τῶν πρὸ τούτων αἱρέσεως. *Ophitæ occaſiones acceperunt à Nicolai, & Gnoſticorum, & ab hæreſibus prioribus.* Tertullianus, de præſcript. Cap. XLVII. p. 341. *Odiſti doctrinam Nicolaitarum. Acceſſerunt his hæretici etiam illi, qui Ophitæ nuncupantur.* Hos quidam, Auguſtino & Epiphanio teſtibus, à Nicolaitis ortos volunt: alii, ut Irenæus, à Carpocrate.

II. *Errores.* Illi varii ſunt & graviſſimi. Etenim,

1. Coluerunt & adorârunt ſerpentem, per quem Eva primùm decepta eſt, tanquam is fuerit Chriſtus. Tertullianus, loco citato: *Serpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipſi Chriſto præferant. Ipſe enim, inquiunt, ſcientiæ nobis boni & mali originem dedit.* Damaſcenus de Hæreſibus: *Ophitai anguem venerantur, eumque Chriſtum eſſe exiſtimant; aſſervant etiam verum ſerpentem in ſpecu.* Epiphanius, Hæreſi XXXVII. Προσκυνοῦσι τὸν ὄφιν. *Adorant ſerpentem.* Locum ex Theodoreto produximus ſuprà, in fine num. III.

2. Chriſtum ipſum ſerpentis formâ ſubiiſſe in uterum Mariæ volunt. Theodoretus, hæret. fabul. lib. I. Cap. XIV. p. 205. Τινὲς ἐξ αὐτῶν φασὶν, εἰς ὄφεως εἶδος ἑαυτὸν ἐκτυπώσαντα τὸν Χριστὸν, εἰς τὴν τῆς παρθένου μήτραν εἰσδῦναι. *Sunt ex iis, qui dicunt, Chriſtum in ſerpentis ſpeciem ſe ipſum transformâſſe, & Virginis uterum ſubiiſſe.* Reliqui errores ex Auguſtino, Theodoreto, & aliis petantur: imprimis etiam ex Origenis l. III. contra Celſum, p. 119. lib. VI. p. 291. & ſeqq.

Ὀφφικιάλιος.

Ὀφφικιάλιος & ὀφφικιάλις. *Officialis.* In quæſt. ad Nicetam, Archiepiſc. Theſſal. Διάκονος ὀφφικιάλιος κατηγορηθεὶς ὅτι προέδωκέ τι ἀκίνητον τῆς ἐκκλησίας. *Diaconus officialis accuſatus, quòd immobile quid Eccleſiæ prodiderit.* Baſilic. Eclog. VI. Titulus eſt περὶ παντοίων ὀφφικιαλίων. Vide Gl. Meurſii. A' Latino *officialis:* quæ vox, licèt ignota Claſſicis, non tamen adeò recens, quàm videri poſſit. Nam & pro eo, quod de officio tractat, Lactantius uſurpat, qui lib. VI. Tullium laudat *in ſuis officialibus:* & pro miniſtro magiſtratûs longè antè uſus Apuleius I. Met. *Jubet Officialem ſuum piſces pedibus obterere.* Etiam *officiales ſacrarum veſtium* legas L. VII. Cap. de Palat. ſacr. larg. Apud Modeſtinum, *Præſidis provinciæ officiales, qui perpetui ſunt.* Cæſarius lib. IV. Mirac. Cap. LIX. *Neceſſarium Prælatis, ut frequenter officiales ſuos moneant, ne alicui fraudem inferant.* Et Cap. LXVIII. *Pietatis Officialibus amotis, & eis, quos tenaciores noverat, inſtitutis.* Salsè Petrus Bleſenſis Epiſt. XXV. *Credo hujusmodi Officiales non ab* officio, *nomine; ſed ab* officio, *verbo, mutuâſſe vocabulum:*

Nam genus hoc hominum, quod dicunt officiperdi, Tota officialis intentio eſt, ut, ad Epiſcopi ſuæ Juriſdictionis commiſſas miſerrimas oves, quaſi vice illius tondeat, emungat, excoriet.

Ὀφ.

Ὀφφίκιον.

Ὀφφίκιον. *Officium*. Geraſimus Vlachus: Ὀφφίκιον. *Officium*. Τὸ καθῆκον, τὸ προσῆκον. Zonaras ad Can. XXXIII. Carthag. pag. 420. Τὸ ὄνομα τοῦ ὀφφικίου Ῥωμαϊκόν ἐστι, σημαῖνον διοίκησιν καὶ ἀξιοπιστίαν. *Officii vox Latina eſt, & ſignificat adminiſtrationem, autoritatem.* Can. VII. Trullanus: Διάκονοι ὀφφίκια ἐκκλησιαστικὰ ἔχοντες. *Diaconi officia Eccleſiaſtica habentes.* Ad hunc Can. Balſamon, pag. 369. Ὀφφίκια ἐκκλησιαστικὰ λέγονται τὰ ἀρχοντικά. *Officia Eccleſiaſtica dicuntur, quæ Græcè ἀρχοντίκια.* Vide in Ἀρχοντίκιον. In Nomoc. Photii, Tit. I. de Fide, Cap. XXIV. pag. 23. Περὶ τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένων, ἢ λαμβανόντων ὀφφίκια. *De iis, qui propter pecunias ordinantur, vel officia accipiunt.*

Ὀψάριον. Ὄψον.

Paucis repetimus, quæ alii pluribus de his vocibus notarunt. Ὀψάριον ſignificat *piſciculum*. Patet ex collatione Evangeliſtarum: quæ enim à Matthæo, Cap. XV. 34. & à Marco, Cap. VIII. 7. vocantur ἰχθύδια, à Johanne appellantur ὀψάρια, Cap. VI. 9. 11. XXI. 9. 10. 13. Quæ vox Athenæi lib. IX. Cap. VIII. cùm Ulpiano diſpliceret, ut barbara & obſoleta, congerronum unus Myrtilus loca protulit ex Platone, Pherecrate, Philemone, Menandro, & Comicorum aliis, in quibus ὀψάριον de piſce uſurpari palàm eſt. Nempe cùm ὄψον propriè ſit *obſonium*, piſcis ab Hippocrate & Polybio paſſim vocatur ὄψον θαλάττιον, & à LXX, Interpp. Num. XI. 22. ὄψον τῆς θαλάσσης. Sed, ut obſervant Myrtilus apud Athen. lib. VII. Plutarchus, Sympoſ. lib. IV. Cap. IV. & Euſtathius in Iliad. λ. tandem id obtinuit piſcis διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν, ut ex omnibus obſoniis ſolus ὄψον nominaretur, unde ὄψον ὑποκοριστικῶς. Rectè igitur Suidas, Ὀψάριον, τὸ ἰχθύδιον, *piſciculus*. Veteres Gloſſæ: Ὀψάριον, *ciculus*: reſcribe, *piſciculus*. Et Euſtathio ὀψοφάγοι ſunt οἱ περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφόμενοι. Antiquioribus Græcis non aliud ſignificabat ὄψον, quàm προσφάγιον, id eſt, *quicquid ad panem adhibetur*, ut vertit Cicero apud Xenophontem. Latini, *obſonium* aut *pulmentum*, ſive *pulmentarium*, ut rectè vetus Interpres novi Fœderis. Heſychius: Ὄψον, προσφάγιον. Ita etiam Suidas. Vide Theſaurum Stephani in Ὄψον, & Etymolog. Voſſii in *Obſonium*.

Ὀψώνιον.

Veteres Gloſſæ: Ὀψώνιον, *obſonium, diarium*. Ὀψωνάτωρ, *ſtipendiarius*. Aliæ: *Stipendium*, ὀψώνιον στρατιωτικὸν, μισθὸς στρατιωτικός. Heſychius: Ὀψώνιον, δαπάνη, κέρδος. Suidas: Ὀψώνια· κέρδη, χαρίσματα. Ὁ Ἀπόστολος· τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς σαρκὸς, θάνατος. *Quæſtus: donativa. Apoſtolus: ſtipendium carnis, mors.* Alludit ad locum Rom. VI. 23. ubi non ὀψώνια τῆς σαρκὸς, ſed τῆς ἁμαρτίας. De quo loco paulò accuratius agetur in voce Χάρισμα. Addit Suidas: Ὀψώνιον, παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ἡ ἀφωρισμένη τροφή. *In ſacra Scriptura* ſic vocatur *cibus ſeparatus*, & alicui deſtinatus. Ita ſumitur Lucæ III. 6. ubi Johannes ad milites: Ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. *Contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Greg. Nazianz. Orat. IX. p. 155. dicit Johannem intelligere τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον, καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἀξιώμασι δωρεὰς, *regiam annonam, muneraque ea, quæ iis, qui dignitates obtinent, lege conſtituta ſunt.* Theophylactus, in Cap. VI. ad Romanos, pag. 60. Ὀψώνιον λέγεται, τὸ τοῖς στρατιώταις παρὰ τοῦ βασιλέως διδόμενον σιτηρέσιον. *Stipendium dicitur ὀψώνιον, quod ab Imperatore militibus datur.* Oecumenius in Cap. VI. ad Rom. pag. 296. Ὀψώνιον λέγεται, ἡ βασιλικὴ δωρεά. *Ὀψώνιον dicitur donum, ſeu munus regium.* Iterum Theophylactus in Cap. III. Lucæ, p. 325. Ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις, τουτέστι, ταῖς διδομέναις παρὰ τοῦ βασιλέως κατὰ συνήθειαν φιλοτιμίαις. *Contenti eſtote ſtipendiis, hoc eſt, iis, quæ à rege juxta conſuetam liberalitatem erogantur.* Eodem præterea ſenſu legitur I. Cor. IX. 7. ubi Theophylactus exponit per σιτηρέσιον: & II. Corinth. XI. 8. ubi Theodoretus exponit, ἀναγκαίαν τροφὴν, *neceſſarium alimentum*, & militare vocabulum eſſe dicit. Clariùs in Cap. VI. ad Romanos, pag. 50. Ὀψώνιον ὀνομάζειν φίλον τῷ Ἀποστόλῳ τὸ στρατιωτικὸν σιτηρέσιον. *Apoſtolus annonam militarem* obſonium *appellare ſolet.*

Π. Πάγκος.

Digitized by Google

Π.

Πάγκος.

Πάγκος, *argentaria, ſcamnum*: ex Germanico Banck, vel Italico *banco*. Synodus Florentina, Sect. VII. cap. XII. p. 207. Κἀκεῖ ποιῆσαι ἵνα λαμβάνῃ ἕκαστος τὸ σιτηρέσιον ὅτε βούλοιτο ἐκ τοῦ πάγκου, μηδεμιᾶς ἀπαιτήσεως πρὸς τὸν Πάπαν γινομένης· ἀλλ' ἵνα στέλλῃ ἕκαστος τὸν ἴδιον ὑπηρέτην εἰς τὸν πάγκον. Interpres: *Atq; illic rem ita tractare, ut quiq; inpoſterum pro libitu ſtipendia reciperent ex Argentariâ officinâ, ſi vel famulum miſerint ad collybiſten, Papa vel neſciente vel inconſulto.* Siffridus Presbyter Epitom. lib. I. *Dum iter pergens in quâdam Eccleſiâ hoſpitatus fuiſſet, & feſſus ſuper bancum quieſceret.* Similiter Leonard. Presbyter in Chronico Bavariæ: *Super bancum juxta caminum conſidens.* Poſſint tamen, inquit Cl. Voſſius, & poſteriora ſecula *banci* vocem ex *abaci* corrupiſſe, κατ' ἀφαίρεσιν & N inſerto, ut in *totiens*, *thenſaurus*, & ſimilibus. Pro quâ ſententiâ eſt, quòd ſæpius in ſemibarbaris ſcriptoribus legas, *in abaco ſedere*; pro eo, quod alii, *in banco* dixerunt. Vide Gl. Meurſii.

Παγκρατής.

Παγκρατὴς, *omnipotens*, dicitur de Deo, ſicut & παντοκράτωρ. II. Maccab. III. 22. Ἐπικαλοῦντο τὸν παγκρατῆ Κύριον. *Invocabant omnipotentem Dominum.* Clemens Alex. Pædag. lib. II. cap. VIII. p. 138. ὁ παγκρατὴς κύριος τῶν ὅλων, *omnipotens univerſorum dominus.* Athenienſes hoc epitheto honorabant Jovem. Heſychius: παγκρατὴς, ζεύς. Ἀθηναῖοι. Æſchylus. Σεβίζω δ' ἱκέτας σέθεν γαιάοχε παγκρατὲς ζεῦ. *Benedic tibi ſupplicibus terram continens omnipotens Jupiter.*

Παγκλήμων.

Non habent Lexica. *Qui omnia poſſidet.* Clemens Alex. lib. III. Pædag. ſub finem cap. VI. p. 235. Πλοῦτος ἀναφαίρετος ἡ ψυχὴ μόνη θησαυρὸς αὐτοῦ· κτῆμα τῷ κεκτημένῳ ἄριστον, μακάριον τῇ ἀληθείᾳ παρεχόμενον τὸν ἄνθρωπον· ᾧ γὰρ ἂν ὑπάρχῃ μηδενὸς μὲν ὀρέγεσθαι, τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ὧν δὲ ὀρέγεται, τούτων τυγχάνειν· ἀλλὰ καὶ ὧν ὁσίως ἐφίεται, ταῦτα αἰτούμενον λαμβάνειν παρὰ τοῦ Θεοῦ· πῶς οὗτος οὐ πολυκλήμων, καὶ παγκλήμων, θησαυρὸν ἔχων αἰώνιον, τὸν Θεόν; τῷ αἰτοῦντι, φησι, δοθήσεται, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται· εἰ μηδὲν ἀρνεῖται ὁ Θεὸς, τὰ πάντα τοῦ θεοσεβοῦς γίνεται: *Divitiæ, quæ auferri non poſſunt, quarum eſt theſaurus ſola anima, poſſeſſio ei, qui illam poſſidet, optima, quæ hominem verè reddit beatum. Cui enim adeſt, nihil eorum ut expetat, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, ea autem quæ expetit, ut conſequatur: quin etiam quæ ſanctè deſiderat, ea cùm petit, à Deo ut accipiat, quomodo non is multa, imò verò omnia poſſidet, qui theſaurum æternum nempe Deum habet? Petenti, inquit, dabitur, & pulſanti aperietur: Si Deus nihil negat, hominis pii ſunt omnia.*

Πάθος.

Πάθος varia notat. Præcipua ſunt;

I. quòd πάθη ſunt *naturales animi noſtri paſſiones, ſive illæ malæ ſint, ſive bonæ.* De hac ſignificatione ita Suidas: Πάθη δύο· πόνος καὶ ἡδονή· καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ, λεία κίνησις· ὁ δὲ πόνος, τραχεῖα κίνησις· καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ, εὐδοκητὴ πᾶσι ζώοις· ὁ δὲ πόνος, ἀποκρουστικός. *Duæ ſunt animi affectiones, dolor, & voluptas. Et voluptas quidem, levis eſt motio: dolor verò, aſpera motio. Et voluptas quidem, omnibus animalibus eſt accepta: dolor verò, exoſus; unde ab omnibus repellitur.* De eadem agit Nyſſenus, quando Orat. VI. contra Eunomium, t. II. p. 599. dicit. Οὐδὲν κατὰ ἀλήθειαν πάθος ἐστὶν, ὃ μὴ εἰς ἁμαρτίαν φέρει· οὐδὲ κυρίως ἄν τις τὸ ἀναγκαῖον τῆς φύσεως εἱρμὸν πάθος λέγοι, βλέπων ὁδῷ προϊοῦσαν ἐν τάξει τινὶ καὶ ἀκολουθίᾳ τὴν σύνθετον φύσιν. *Secundum veritatem nulla eſt paſſio, quæ non ad peccatum ferat. Neq; propriè quis neceſſariam naturæ ſeriem, πάθος, id eſt, paſſionem, ſeu affectum dixerit: ſpectans viâ progredientem in ordine quodam & conſecutione compoſitam naturam.* Vide ibidem plura. In eandem ſententiam idem, Orat. Catechet. cap. XVI. t. III. pag. 71: Τὸ ὅσον ἐν τῇ φύσει κατὰ τὸν ἴδιον εἱρμὸν πορευομένη διεξοδικῶς θεωρεῖται, τοῦτο κυριώτερον ἔργον μᾶλλον, ἢ πάθος προσαγορεύοιτο, οἷον ἡ γέννησις, ἡ αὔξησις, ἡ διὰ τῆς ἐπιῤῥύτου τε καὶ ἀποῤῥύτου τῆς τροφῆς τοῦ ὑποκειμένου διαμονὴ, &c. *Quæ in natura per ſuam ſeriem tranſeundo ingrediente conſideratur, ea opus potiùs, quàm affectio propriè eſt appellanda, ut generatio, augmentum, quæ per affluentis & effluentis nutrimentum ſubjecti fit permanſio*, &c. Damaſcenus, orthod. fidei lib. II. cap. XXII. pag. 139. Πάθος ἐστὶ κίνησις τῆς ὀρεκτικῆς δυνάμεως αἰσθητὴ, ἐπὶ φαντασίᾳ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ. Καὶ ἄλλως· πάθος ἐστὶ κίνησις ἄλογος τῆς ψυχῆς, διὰ ὑπόληψιν καλοῦ, ἢ κακοῦ. *Affectio ſenſualis motio eſt appetitivæ virtutis, ob imaginationem boni, aut mali.* Et aliter: *Affectio eſt irrationalis motus animæ, ob boni, aut mali opinionem.* Fames, ſitis, & alia his ſimilia, à Græcis vocantur ἀδιάβλητα πάθη, *paſſiones irreprehenſibiles.*

II. Πάθη ſunt *afflictiones, calamitates.* Suidas: πάθη, ξυμφοραί. *Calamitates, res adverſæ.* Item: πάθη, ἡ κάκωσις. *Ærumna, calamitas.* Ita *paſſio Chriſti* vocatur πάθος θεομακάριστον, *divina beataq; paſſio*, ab Ignatio, in epiſt. ad Smyrnenſes, pag. 162. δεσποτικὸν πάθος, *paſſio Dominica*, apud Juſtin. M. reſp. ad Orthod. LXXXV. pag. 268.

III. Πάθη ſunt *pravæ animi paſſiones.* Clemens Alex. Strom. II. pag. 386. Πάθος ἐστὶ πλεονάζουσα ὁρμὴ, ἢ ὑπερτείνουσα τὰ κατὰ τὸν λόγον μέτρα, ἢ ὁρμὴ ἐκφερομένη, καὶ ἀπειθὴς λόγῳ· παρὰ φύσιν οὖν κίνησις ψυχῆς κατὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον ἀπείθειαν, τὰ πάθη. *Affectio ſeu perturbatio eſt nimia impulſio, vel quæ plus quàm par ſit extendit menſuras rationis: vel, impulſio, quæ effertur, & non paret rationi. Præter naturam ergo animæ motus, ex ea quæ eſt rationi inobedientia, ſunt perturbationes ſeu animi affectiones.* Gregorius Nyſſenus Orat. VI. contra Eunom. tom. II. p. 590. Τὸ ἐξ ἐναντίου τῇ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἀπαθείᾳ νοούμενον, κυρίως προσαγορεύομεν πάθος. *Solum id, quod ex contrario ei, quæ ſecundum virtutem eſt,* ἀπαθείᾳ, id eſt, *affectuum vacuitati intelligitur, propriè paſſionem vocamus.* Idem, Orat. Catechet. cap. XVI. tom. III. p. 71. Τὸ προαιρέσεως ἁπτόμενον, καὶ πρὸς κακίαν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς μεταστρέφον, ἀληθῶς πάθος ἐστίν. *Ea quæ tangit liberum animi arbitrium & electionem* paſſio, *& à virtute avertit ad vitium, propriè affectio eſt.* Huc pertinent πάθη ἐπιθυμίας, I. Theſſal. IV. v. 5. ubi Apoſtolus monet, *ut unusquisq; ſuum ipſius vas poſſideat in ſanctificatione & honore*, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, id eſt, ut Theophylactus interpretatur, μὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ πάθος ἐχούσῃ· ἔστι γὰρ καὶ ἐπιθυμία ἀπαθὴς, ἡ τῶν θείων πραγμάτων· ἢ καὶ ὅτι πάντα τὰ ἐκκαίοντα τὴν ἐπιθυμίαν, πάθη ἐπιθυμίας ὀνομάζει, οἷον τρυφὴ, πλοῦτος, ἀργία, ῥαθυμία, τούτων ἕκαστον πάθος ἐπιθυμίας λεχθείη. *Non in deſiderio paſſionem habente: eſt enim etiam deſiderium abſq; paſſione, quod eſt rerum divinarum. Vel, quod omnia concupiſcentiam accendentia*, deſiderii paſſiones *nominet: cujusmodi ſunt delitiæ, divitiæ, otium, ſocordia: quodlibet horum dici poteſt* paſſio deſiderii. Ita etiam Oecumenius ad præſentem locum, pag. 718. πάθη ἐπιθυμίας dicit eſſe, τὰ ὑπεκκαύματα ταύτης, *ejus incitamenta & ſuſcitabula*, ut τρυφὴ, πλοῦτος, ῥαθυμία, ἀργία. His ſervire affectibus, duriſſima ſervitus. Chryſoſtomus Orat. XIII. t. VIII.

Digitized by Google

Εἴ τις κρατεῖ μὲν ἀνθρώπων, δουλεύει δὲ πάθεσιν, ἐγὼ γ' ἂν πάντων ἀνθρώπων δουλικώτερον εἴποιμι. *Si quis homines quidem vincat, paſſionibus verò ſerviat, hunc ego omnibus hominibus ſerviliorem dixerim.* Clemens Alex. Strom. II. Τὸ ὑποπεσεῖν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν, ἐσχάτη δουλεία, κακίστη γὰρ παρὰ κακίστοις δεσπόταις δουλεία. *Succumbere & cedere vitiis & animi perturbationibus, extrema ſervitus eſt: peſſima enim ſervitus apud peſſimos dominos.* Confer II. Petri II. 19. Hoc voluit Seneca, ubi Proœm. lib. III. quæſt. natur. dixit, *ſibi ſervire, graviſſima ſervitus eſt.* Illis ergo maturè reſiſtendum. Theophanes, Homil. XX. pag. 130. Πάθος ἅπαν τὸ ὀξέως γνωσκόμενον, εὐθεράπευτον· τὸ δὲ εὐλαβούμενον, δυσθεράπευτον· τὸ δὲ χρόνῳ παραπεμπόμενον, ἐγγὺς ἀνίατον. *Omni affectui ſtatim cognito remedium facilè adhibetur: qui verò præ metu tegitur, difficulter ſanari poteſt: qui autem tempore invaluit, propè inſanabilis eſt.* Vide in Δουλεία, num. I. 2. Nilus Catenâ in cap. IV. Jobi, pag. 144. Τὰ πάθη ἐν ἀρχῇ μὲν εὐκαταγώνιστα· ἀλκιμώτερα δὲ γεγονότα, μετὰ πολλῆς τῆς ῥώμης ἐπιτίθενται, βαρὺν καὶ ἐπικίνδυνον, τοῖς ἐν ἀρχῇ τῆς πρὸς αὐτὰ μάχης ἀμελήσασι, ποιοῦντα τὸν πόλεμον. *Animi perturbationes in principio facilè vincuntur: poſtquam autem vires acquiſiverint, cum multo robore adoriuntur, & grave ac periculoſum bellum iis inferunt, qui initiò pugna negligentiùs ſe contra eas geſſerunt.*

IV. Πάθος etiam uſurpatur *de defectu ſolis.* Philoſtorgius, hiſt. Eccleſ. lib. XII. tom. VIII. pag. 166. de Eclipſi ſolis ſub Theodoſio juniore ſic ſcribit: Περὶ ὀγδόην τῆς ἡμέρας ὥραν, ὁ ἥλιος οὕτω βαθέως ἐκλείπει, ὡς καὶ ἀστέρας ἀναλάμψαι· καὶ αὐχμὸς τούτῳ τῷ πάθει συνείπετο, ὡς πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀσυνήθη φθορὰν πανταχοῦ φέρεσθαι. *Circa octavam diei horam, ſol adeò defecit, ut & ſtellæ lucerent, & ſiccitas hos* ſolis *labores ſecuta ſit, ſic ut multorum hominem aliorumq; animalium inſuetam ubiq; mortem inferret.* Ita etiam Cicero Tuſcul. quæſt. lib. I. *Laborare dicitur Luna, deficiente lumine, cùm terra directè inter hanc & ſolem intercedit.*

Παιδαγωγία.

I. Heſychius: Παιδαγωγία· παιδεία, διδασκαλία. *Educatio, diſciplina.* Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. V. pag. 84. παιδαγωγία, παίδων ἐστὶν ἀγωγή. *Pædagogia eſt puerorum educatio.* Et cap. eod. pag. 87. παιδαγωγίαν ὁμολογοῦμεν εἶναι ἀγωγὴν ἀγαθὴν ἐκ παίδων πρὸς ἀρετήν. *Pædagogiam eſſe confitemur bonam à pueris in virtute inſtitutionem.* Vide eundem cap. VII. Pædagogi, ubi quid παιδαγωγία, explicat fusè.

II. Παιδαγωγία vocatur *Lex*, quia nos ad Chriſtum deducit: vel potiùs, quia fidelium ſub V. Teſt. inſtitutio ſimilis erat inſtitutioni puerorum, qui doctrinæ ſolidioris nondum ſunt capaces. Iſidorus Peluſiota, epiſt. CCLVII. lib. I. pag. 71. Ἀνατέλλοντος φωτὸς, ὁ ὄρθρος ὑποχωρεῖ· ἡλίου ἀνίσχοντος λαμπρῶς, τὰ τῶν ἀστέρων ἀμαυροῦται χορεύματα· ὅτε αἴθριος ἡμέρα ἐπιφανῇ, τὰ τῆς ἠοῦς ἀπολήγει σκιάσματα· ὅτε ἡ τοῦ εὐαγγελίου σοφία ἐξέλαμψεν, ἡ τοῦ νόμου παιδαγωγία ἐσχόλασεν. *Exoriente luce, matutina lux abſcedit. Claro ſole oriente ſiderum chorus obſcuratur. Cùm purus ac liquidus dies illuxit, auroræ umbræ finem accipiunt. Cùm Evangelii ſapientia effulſit, legis puerilis inſtitutio munus ſuum exercere deſiit.* Chryſoſtomus, Homil. LVI. t. V. pag. 377. Γαλακτοτροφίᾳ προσέοικεν ἡ τῆς παλαιᾶς διαθήκης παιδαγωγία, στερεᾷ δὲ τροφῇ τῆς καινῆς διαθήκης ἡ φιλοσοφία. *Veteris Teſtamenti inſtitutio ſimilis erat nutricationi, quæ fit lacte, novi verò Teſtamenti philoſophia cibo ſolido.*

Παιδαγωγός.

I. Παιδαγωγὸς, *pædagogus, puerorum inſtitutor.* De pædagogorum officio ſic Clemens Alex. Pædag. lib. I cap. VII. pag. 108. Ὥσπερ κατευθύνει τὴν φάλαγγα ὁ στρατηγὸς, τῆς σωτηρίας τῶν μισθοφόρων προμηθούμενος· καὶ ὡς ὁ κυβερνήτης, οἰακίζει τὸ σκάφος, σώζειν προαιρούμενος τοὺς ἐμπλέοντας· οὕτω καὶ ὁ παιδαγωγὸς ἄγει τοὺς παῖδας ἐπὶ τὴν σωτήριον δίαιταν, τῆς ἡμῶν αὐτῶν ἕνεκεν κηδεμονίας. *Quemadmodum phalangem dirigit dux exercitus, militum ſalutis curam gerens: & gubernator navis clavum regit, volens ſervare eos, qui eâ vehuntur: ita etiam Pædagogus ducit pueros ad ſalutarem vitæ agendæ rationem, ut noſtri ipſorum curam gerat.* Vide ibidem plura. Greg. Nyſſenus de ſcopo Chriſtiani, t. III. pag. 306. Οἱ παιδαγωγοὶ τῶν παίδων τὰς ἕξεις σκοποῦντες, τῷ μὲν πληγὰς· τῷ δὲ νουθεσίαν· τῷ δὲ ἔπαινον· τῷ δὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσάγουσιν, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς ἀπέχθειαν τούτων ποιοῦντες. *Puerorum inſtitutores, puerorum habitus conſiderantes, huic verbera, illi monita: alteri laudem, alteri aliquid ejuſmodi admovent: ac nihil horum ad gratiam, neq; ad odium præſtant.*

II. *Sponſores in Baptiſmo* vocantur παιδαγωγοὶ à Dionyſio Areopagita, cap. VII. de cœleſti Hierarchia, num. XI. pag. 361. Τοῦτο τοῖς θείοις ἡμῶν καθηγεμόσιν εἰς νοῦν ἐληλυθὸς ἔδοξεν εἰσδέχεσθαι τὰ βρέφη κατὰ τὸν δὴ τὸν ἱερὸν τρόπον, ὥστε τοὺς φυσικοὺς τοῦ προσαγομένου παιδὸς γονέας παραδιδόναι τὸν παῖδά τινι τῶν μεμυημένων ἀγαθῷ τὰ θεῖα παιδαγωγῷ, καὶ τὸ λοιπὸν ὑπ' αὐτῷ τὸν παῖδα τελεῖν, ὡς ὑπὸ θείῳ πατρὶ καὶ σωτηρίας ἱερᾶς ἀναδόχῳ. *Hoc cùm in mentem veniſſet divinis noſtris inſtitutoribus, placuit admitti pueros hoc ſancto modo, ut oblati parvuli parentes naturales filium uni ex fidelibus tradant, qui præclarè in divinis rebus puerum erudiat, ſub cujus deinceps cura ſit, tanquam ſub patre divino, ſanctaq; ſalutis ſuſceptore.*

III. *Metaphoricè* vox παιδαγωγὸς ſumitur,

1. Cùm παιδαγωγοὶ ἡμῶν ἐν Χριστῷ, *pædagogi noſtri in Chriſto* appellantur paſtores, ſeu doctores, qui fideles in doctrina Chriſti inſtituunt, I. Corinth. IV. 15. ubi Theodoretus, παιδαγωγοὺς τοὺς διδασκάλους ἐκάλεσε. *Pædagogos vocavit doctores.*

2. Cùm *Lex* vocatur παιδαγωγὸς ἡμῶν εἰς Χριστὸν, *pædagogus noſter ad Chriſtum*, ad Galatas III. 24. nempe *lex moralis*, quia, poſtquam nos ad peccatorum noſtrorum agnitionem adduxit, ſimul etiam ſtimulum addit, ut de remedio ſeriò cogitemus, & ad medicum Jeſum Chriſtum plena fide & fiducia confugiamus: deinde etiam *lex ceremonialis*, non quatenus opponitur Chriſto ut chirographum mortis: ſed quatenus Chriſtum exhibendum adumbrabat: tandem ipſa *lex forenſis* ſeu *politica*, quatenus per eam populus Dei, populique Dei politia à reliquis gentibus, earumque politiis, uſque ad adventum Chriſti, diſtinguebatur, & *lex illa forenſis*, ſecundum quam reſpublica Iſraëlitica adminiſtrabatur, adumbrabat ordinem ſpiritualem, juxta quem regnum Chriſti venturi adminiſtrandum erat. Sed de hoc actum obiter in Λατρεία, num. I. 1. & pluribus in voce Νόμος, ſub num. II. ad 1. *Nomen*, num. 1. b.

Παιδεύω.

I. Παιδεύειν *generaliter* eſt *punire*, *affligere*, vel etiam *admonere*, ſeu *reprehendere*, & ſimul punire. Sic

1. παιδεύειν dicitur *Deus*,

a. *Eos, in quos graviſſimè animadvertit.* Ita ſumitur Hoſeæ VII. 12. Καὶ παιδεύσω αὐτοὺς ἐν τῇ ἀκοῇ τῆς θλίψεως αὐτῶν. *Et caſtigabo eos in auditu tribulationis eorum.* Ad quæ Theodoretus, p. 724. Αὐτοὺς τῇ ἀπειλῇ παιδεύσω τῶν ἀλγεινῶν. *Malorum minis & terroribus corripiam eos.* Hoc eſt παιδεύειν δικαστικῶς καὶ κολαστικῶς, ut mox videbimus. Atque talem παιδείαν deprecari debemus,

Digitized by Google

juxta exemplum Davidis, qui Pſal. VI. 2. rogat, Κύριε, μὴ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με, *Domine, ne in ira tua corripias me.* Ad hæc Theodoretus, pag. 418. Οὐχ ἱκέτευε μὴ παιδευθῆναι, ἀλλὰ μὴ μετ' ὀργῆς τοῦτο παθεῖν. Πατρικῶς με φησὶ παίδευσον, μὴ δικαστικῶς· ἰατρικῶς, μὴ κολαστικῶς· μὴ τῇ ἁμαρτίᾳ μετρήσῃς τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον κέρασον. *Non petit, ut non caſtigetur, ſed ne cum ira hoc patiatur. Paternè me, inquit, corripias, non judicis more: medici more, non tortoris. Ne metiaris pœnam peccato, ſed benignitate juſtitiam tempera.* Eandem petitionem repetit Pſal. XXXVIII. 2. ubi iterum Theodoretus, pag. 540. παρακαλεῖ ἰατρικῶς μὴ δικαστικῶς παιδευθῆναι, μὴ δριμυτέροις, ἀλλ' ἠπίοις φαρμάκοις ἰατρευθῆναι. *Orat ut more medici, non judicis caſtigetur, neq; ut amarioribus medicamentis, ſed lenibus curetur.*

b. *eos, quos quidem punit, ſeu pœnis afficit propter peccata, ſed paternè & moderatè, & ad commodum ipſorum.* Id nos docet Clemens Alexandr. Strom. IV. pag. 536. quando dicit Deum tres maximè ob cauſſas παιδεύειν. 1. ἵνα αὐτὸς ἀμείνων αὑτοῦ γένηται ὁ παιδευόμενος, *ut is, qui caſtigatur, ſe ipſo melior evadat.* 2. Ὅπως οἱ δὲ ὑποδειγμάτων σωθῆναι δυνάμενοι, προαναχρούονται νενουθετημένοι. *Ut ii, qui poſſunt ſalvi fieri per exempla, præparentur admoniti.* 3. Ὡς μὴ ὁ ἀδικούμενος εὐκαταφρόνητος ᾖ καὶ ἐπιτήδειος ἀδικεῖσθαι. *Ne is, qui injuria afficitur, contemtui habeatur, & aptus ſit ad injuriam accipiendam.* Baſilius M. in principium Proverb. t. I. pag. 458. Ἔστι ἡ παιδεία, ἀγωγή τις ὠφέλιμος τῇ ψυχῇ, ἐπιπόνως πολλάκις τῶν ἀπὸ κακίας κηλίδων αὐτὴν ἐκκαθαίρουσα· ἥτις πρὸς μὲν τὸ παρὸν, οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ, καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσιν εἰς σωτηρίαν. *Eſt caſtigatio, inductio quædam utilis animæ, quæ ſæpe cum labore vitiorum maculas purgat. Quæ quidem in præſens non videtur eſſe gaudii, ſed triſtitiæ: at poſtea fructum tranquillum ad ſalutem reddit iis, qui per eam fuerint exercitati.* Hoc ipſum aptiſſimo explicat ſimili Theodoretus, in cap. I. Jeremiæ, pag. 148. Ὁ τοῦ καρύας καρπὸς πικρὸν μὲν ἔχει καὶ τραχὺ τὸ κάλυμμα· τὸ δὲ ἐδώδιμον ὑπὸ τοῦτο κεκρυμμένον· οὕτω καὶ ἡ παιδεία ἀνιαρὰ μὲν ἔχει καὶ ἀλγεινὰ τὰ φαινόμενα· ὀνησιφόρα δὲ τὰ μετὰ ταῦτα. *Fructus nucis amaram quidem & aſperam corticem habet, ſub qua latet quod eſt eſculentum: ita caſtigatio præ ſe ferre videtur acerbitatem & moleſtiam; ſed quæ ſequuntur, ſunt perutilia.* Hanc caſtigationum divinarum utilitatem nobis non ſemel inculcat Apoſtolus. Facit illud I. Corinth. XI. 32. Κρινόμενοι, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. *Dum judicamur, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Ad hunc locum Theodoretus, p. 176. Καὶ τὰ μέγιστα πλημμελοῦντας μετρίως ὁ δεσπότης παιδεύει, ἵνα μὴ τῷ τῶν δυσσεβῶν παραδοθῶμεν ὀλέθρῳ. *Quamvis vel maxima delicta admittamus, Dominus nos moderatè caſtigat, ne impiorum exitio tradamur.* Et Theophylactus, pag. 261. Παιδευόμεθα ὧδε οὐ κολαζόμεθα, ἀλλ' ὑπὸ πατρὸς νουθετούμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ, τουτέστι, τοῖς ἀπίστοις, κατακριθῶμεν ἐκεῖ· περιστπούδαστοι γὰρ ὄντες Θεῷ οἱ πιστοὶ, ὧδε ἀπολαμβάνουσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. *Caſtigamur hic, non punimur, ſed à Patre admonemur,* ne cum mundo, *id eſt, cum infidelibus, illic condemnemur. Cùm enim fideles Deo ſint chari, hic propter peccata ſua caſtigantur.* Chryſoſtomus etiam, Homil. XXVIII. in I. ad Corinth. p. 425. Οὐκ εἶπε, κολαζόμεθα, οὐκ εἶπε τιμωρούμεθα, ἀλλὰ παιδευόμεθα. Νουθεσίας γὰρ μᾶλλόν ἐστιν ἢ καταδίκης τὸ γινόμενον, ἰατρείας ἢ τιμωρίας, διορθώσεως ἢ κολάσεως. *Non dixit punimur, non dixit cruciamur, ſed caſtigamur. Nam quod fit eſt magis admonitionis quàm condemnationis, curationis quàm punitionis, correctionis quàm pœnæ.* Id. Apoſtolus ad Hebr. XII. 6. ex Prov. III. 12. Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. *Quem Dominus diligit, eum caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit,* &c. Gregor. Nazianzenus Orat. XV. pag. 235. Κρεῖσσον τοῦ μὴ παιδεύεσθαι πταίοντας, τὸ ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφεσθαι· ὃν μὲν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· καὶ πατρικὸν τὸ τῆς ἐπιτιμήσεως. Ψυχὴ δὲ πᾶσα ἀνουθέτητος, ἀθεράπευτος· οὐκοῦν οὐ πληγῆναι χαλεπὸν, ἀλλὰ μὴ σωφρονισθῆναι τῇ πληγῇ χαλεπώτερον. *Melius ac præſtantius eſt, ut, cùm peccamus, in nos animadvertatur, quàm ut labentes minimè caſtigemur. Quem enim Dominus diligit, caſtigat: paternæq; benevolentiæ argumentum eſt increpatio: contra omnis anima, quæ admonitionis & caſtigationis expers eſt, incurabilis manet. Quocirca non grave eſt, plagis affici, ſed plagâ meliorem non fieri, graviſſimum & acerbiſſimum eſt.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLXXIX. lib. II. p. 210. Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, &c. καὶ οὐδὲν ἀπεικός· οἱ γὰρ τῶν βασιλέων φίλοι, οὗτοι μάλιστα παρακινδυνεύουσιν ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ τραύματα ἔχουσι, καὶ ἀποδημίας στέλλονται. *Neq; id ſanè abſurdum videri debet. Nam etiam regum amici ipſi ſunt, qui in bellis maximè periclitantur, & vulneribus afficiuntur, & peregrinationes ſuſcipiunt.* Hæc caſtigatio à Theodoreto, in cap. XLVI. Jeremiæ, pag. 254. vocatur παιδεία ἰατρικὴ, *medicinalis caſtigatio.* Eſt νουθεσία, *admonitio:* eſt ὠφέλιμος διδαχὴ, *utilis doctrina,* ut Heſychius interpretatur.

2. Παιδεύειν dicuntur *Paſtores,* ſeu Verbi divini præcones. II. Timoth. II. 25. Apoſtolus vult *ſervum Domini* ἐν πρᾳότητι παιδεύειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, *cum modeſtia corripere eos, qui reſiſtunt.* Παιδεύειν, *corripere,* id eſt, *caſtigare,* nempe verbis. *Corripies nimirum & caſtigabis,* --- Juvenalis dixit. Ἐν πρᾳότητι παιδεύειν eſt, quod Gal. VI. 1. ἐν πνεύματι πρᾳότητος καταρτίζειν, *cum ſpiritu manſuetudinis inſtaurare.* Ignatius ad Polycarpum, pag. 205. Καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστι· μᾶλλον δὲ, τοὺς λοιμοτέρους ἐν πρᾳότητι ὑπότασσε. *Bonos ſi amas diſcipulos, nulla tibi eſt gratia: potiùs autem peſtilentiores cum manſuetudine ſubige.* Seneca lib. III. cap. XXVII. de Ira, *Manſuetè immanſueta tractanda ſunt.* Theododoretus in II. Timoth. II. ad v. 25. p. 500. Ὁ γὰρ μετὰ πατρικῆς ἠπιότητος ἀπιστοῦσι τὴν διδασκαλίαν προσφέρων, καὶ φέρων αὐτῶν μακροθύμως τὰς ἀντιθέσεις, πάσει πολλάκις καὶ τοὺς λίαν αἱρετικούς. *Qui enim cum paterna manſuetudine doctrinam tradit iis, qui non credunt, & eorum contradictiones æquo fert animo, perſæpe etiam valde hæreticis perſuadebit.* Et Theophylactus, pag. 817. Μετὰ θρασύτητος γὰρ καὶ μάχης οὐκ ἄν τι τῶν χρησίμων δυνηθείη συνιδεῖν ἡ ψυχὴ, διότι τὸν μέλλοντά τι τῶν χρησίμων μαθεῖν, χρὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἠθῶς ἔχειν πρὸς τὸν διδάσκοντα· πῶς δ' ἂν ἠθῶς ἔχοι πρὸς τὸν θρασυνόμενον καὶ ὑβρίζοντα; *Cum exaſperatione namq; & pugna haud quidquam utile cernere poterit tua anima, eò quòd eum, qui commodi quid percepturus ſit, oporteat præ omnibus aliis amico eſſe affectu erga præceptorem. Quomodo autem bene affectus eſſe poſſit erga inſoleſcentem & contumelioſum?*

II. Παιδεύειν *ſpecialiter* eſt *flagellare.* Patet ex Lucæ XXIII. 16. ubi Pilatus de Chriſto: Παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Vulgatus: *Emendatum ergo illum dimittam.* Beza: *Caſtigatum ergo eum dimittam.* Et v. 22. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Hic Vetus: *Corripiam ergo illum, & dimittam.* Παιδεύσας hic eſt δείρας. Ac proinde vertendum: *Cùm illum flagellis ſubjecero, dimittam.* Sic Actor. V. 40. de Synedrio, Δείραντες (Apoſtolos nempe) &c. ἀπέλυσαν αὐτούς. Saluſtium ab A. Milone *loris cæſum & dimiſſum,* narrat Gellius ex M. Varrone, lib. XVII. cap. XVIII. Rectè igitur Theophylactus in

Digitized by Google

cap. XXIII. Lucæ, pag. 530. παιδεύσας ἀπολύσω, interpretatur σωφρονίσας διὰ μαστίγων, *emendatum, caſtigatum per flagella.* Patet hoc maximè ex Joh. XIX. 1. ubi pro ἐπαίδευσε, ponitur ἐμαστίγωσε, *flagellavit.* S. Macarius, Homil. XLII. λόγοις βασάνισαι, eodem ſenſu mox παιδείαν vocat.

Παιδίον.

Παιδίον, *infans*, ſumitur

I. *Propriè.* Sic παιδία, *infantes* quidam *Chriſto benedicendi oblati ſunt*, Matth. XIX. 13. 14. 15. & Marci X. 13. 14. Lucæ XVIII. 16. Sic Jeſaiæ IX. 6. παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν. *Puer natus eſt nobis, filius & datus eſt nobis.* Eleganter ad hunc locum Epiphanius, hæreſi XXX. pag. 71. Τὸ μὲν γεννηθὲν παιδίον δεικνὺς ἐν ἀληθείᾳ, ὅπως σημαίνῃ τὴν ἀληθινὴν ἐνανθρώπησιν· τὸ δὲ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, ὅπως δείξῃ τὸν ἄνωθεν Θεοῦ λόγον, καὶ υἱὸν Θεοῦ αὐτὸν δειχθέντα, καὶ ἐν μήτρᾳ γενόμενον, ἐνανθρωπήσαντα ἔχοντα ἀμφότερα Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, αὐτὸν Θεὸν, αὐτὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν υἱὸν ἄνωθεν δοθέντα, αὐτὸν παιδίον γεννηθέντα. *Genitum quidem puerum oſtendens in veritate, quò veram incarnationem ſignificaret.* Filius verò datus eſt nobis, *inquit, ut oſtendat Dei verbum ex ſupernis, & Filium Dei ipſum demonſtratum eſſe, & in utero incarnatum eſſe, & utraque habere, Deum & hominem, ipſum Deum, ipſum hominem, ipſum Filium ex ſupernis datum eſſe, ipſum puerum genitum eſſe.*

II. *Impropriè.* Sic παιδία, *infantes* denotant eos, qui expertes ſunt ambitionis, malitiæ, ſimulationis, doli, aliorumque vitiorum, quæ ſolùm in homines adultæ ætatis cadunt. Hoc ſenſu Matth. XVIII. 3. 4. dicit Chriſtus: Ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, &c. *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*, &c. Hic, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, eſt, animo qualis pueris eſſe ſolet ſimpliciſſimo. Plin. lib. VI. Epiſt. XXVI. p. 192. de Fuſco Salinatore: *Ipſe eſt ſtudioſus, literatus, diſertus etiam*, puer ſimplicitate, *comitate juvenis, ſenex gravitate.* Ovidius:

Tantaque ſimplicitas puerilibus adſuit annis, &c.

Lucretius:

Nam velut infirmo pueri teneroque vagantur
Corpore, ſic animi ſequitur ſententia tenuis.

Chryſoſtomus in Pſal. XXXIX. dicit in allegato loco per παιδία intelligi τὸ ἄκακον καὶ τὸ ἄδολον, τὸ ἄπλαστον καὶ ἀφελὲς, *ſimplicitatem & candorem, ingenuitatem*, &c. Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. [illegible] pag. 85. dicit Chriſtum ita loqui, οὐ τὴν ἀναγέννησιν [illegible]γορῦντα, ἀλλὰ τὴν ἐν παισὶν ἁπλότητα εἰς ἐξομοίωσιν παρακατατιθέμενον ἡμῖν, *non regenerationem allegoricè hic ſignificantem, ſed quæ in pueris ineſt ſimplicitatem, ut ejus ſimilitudinem referamus, nobis commendantem.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCVII. lib. I. pag. 61. οὐχ ἡλικίας ὑποστροφὴν τὴν πρὸς τὰ παιδία ὁμοίωσιν ὁ Κύριος ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ τῆς κακίας τὴν ἄρνησιν, ὡς παιδιώδη ἡμῖν ἐνυπάρχειν ἁπλότητα· καὶ τοῦτο δι' ὧν ἔφησε, δείκνυσιν, οὐκ εἰπὼν, Ἐὰν μὴ γένησθε παιδία, ἀλλ' ὡς τὰ παιδία, τῇ τοῦ, ὡς, προσθήκῃ τὴν μίμησιν ἐμφαίνων τοῦ πράγματος. *Cùm Dominus id à nobis expoſcit, ut ad puerorum ſimilitudinem accedamus, non id à nobis exigit, ut ad infantiam redeamus: ſed ut improbitatem abnegemus, ſicque nos comparemus, ut puerilis in nobis ſimplicitas inſit. Atque hoc per ea quæ dixit, oſtendit. Non enim dixit*, Niſi parvuli efficiamini: *ſed*, ſicut parvuli: *nimirum hujusce particulæ*, ſicut, *acceſſione, rei imitationem declarans.* Baſilius Seleucienſis, Orat. XXVIII. p. 154. ad eundem reſpiciens locum: Οὐχ ἵνα τὴν φύσιν ἀνακάμπτειν βιάζησθε, οὐδ' ἵνα τὴν ἡλικίαν ὑποστρέφειν παρὰ φύσιν παρασκευάσητε· οὐδ' ἵνα τοῦ χρόνου τὸν δρόμον ὑποποδίζειν διδάξητε, ἀλλὰ τὸν τρόπον, μὴ τὸν χρόνον ἀλλάξατε. *Non ut naturam redire cogatis, neque ut ætatem contra naturam redire faciatis: neque ut curſum temporis retrocedere doceatis: ſed mores, non tempus mutate.* Vide ibidem plura. Theophylactus in cap. XVIII. Matth. pag. 103. Δεῖ ἡμᾶς κατὰ τὸ ταπεινὸν τοῦ φρονήματος εἶναι παιδία, οὐχὶ κατὰ τὸ νηπιῶδες τοῦ λογισμοῦ· καὶ κατὰ τὸ ἄκακον, οὐχὶ κατὰ τὸ ἀνόητον. *Oportet nos humilitate mentis pueros eſſe, non ſenſu pueriles: & innocentia, non inſipientiâ.* Eodem modo, quando Marci X. 15. jubemur δέχεσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, id de moribus, non de ætate accipiendum eſt. Baſilius M. Interrogat. CCXVII. in regulis brevioribus, t. II. p. 609. Πῶς δεξώμεθα τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον; *Quomodo regnum Dei accipiemus, ut parvulus?* Reſp. Ἐὰν τοιοῦτοι γενώμεθα πρὸς τὴν διδασκαλίαν τοῦ Κυρίου, οἷόν ἐστι τὸ παιδίον ἐν τοῖς μαθήμασι· μὴ ἀντιλέγον, μήτε δικαιολογούμενον πρὸς τοὺς διδασκάλους, πιστῶς δὲ καὶ εὐπειθῶς δεχόμενον τὰ διδάγματα. *Nempe ſi ad doctrinam Domini tales nos præbuerimus, qualis eſt parvulus, in percipiendis diſciplinis, qui non contradicit, neque diſputans adverſus magiſtros ſe defendit, ſed tradita ſibi præcepta cum fide atque obedientia ſuſcipit.* Huc etiam pertinet, quod Theophylactus ad Matth. XIX. 14. pag. 112. ſcribit: Ὁ Χριστὸς δεικνὺων ὅτι τὸ ἄτυφον μᾶλλον ἀποδέχεται, φησὶν, ἄφετε τὰ παιδία, τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Οὐκ εἶπε τούτων, ἀλλὰ τῶν τοιούτων, τουτέστι τῶν τὴν ἁπλότητα ἐχόντων, τῶν ἀκάκων, τῶν ἀπονήρων. *Chriſtus oſtendens, quòd à faſtu alienos magis amet, dicit*, ſinite parvulos: talium enim eſt regnum cœlorum. *Non dixit* horum, *ſed* talium, *hoc eſt, ſimplicitate præditorum, innocentium, malitiæ expertium.* Et quod ad Marci X. 14. pag. 244. Οὐκ εἶπε, τούτων γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἀλλὰ, τῶν τοιούτων, τουτέστι, τῶν ἐχόντων ἐξ ἀσκήσεως τὴν ἀκακίαν, ἣν τὰ παιδία ἔχουσιν ἀπὸ φύσεως· τὸ γὰρ παιδίον οὔτε φθονεῖ, οὔτε μνησικακεῖ, οὔτε μαστιζόμενον παρὰ τῆς μητρὸς ἀφίσταται· ἀλλὰ κἂν ῥάκια αὐτὴ φορῇ, τῆς βασιλίδος ταύτην προτιμᾷ. *Non dixit*, horum enim eſt regnum cœlorum, *ſed* talium, *hoc eſt, eorum, qui per exercitationem innocentiam acquirunt, quam pueri à natura habent. Puer enim neque invidet, neque vindictam meditatur, neque, ſi flagellatur à matre, recedit: ſed hanc, etiamſi veſtes detritas ferat, reginæ præfert.*

Παιδοκόμος. Παιδοκομέω.

Obiter attingunt has voces Lexica. Παιδοκόμος eſt *puerorum curam gerens*, ſeu *liberorum: qui puerorum curam ſuſcipit & illis proſpicit.* Cyrillus Alex. in cap. XLIX. Jeſajæ, pag. 680. Παιδοκόμοι ὥσπερ τοῖς ἐξ ἐθνῶν γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταὶ καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἔτι τὸν τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας προϊσχόμενοι λόγον, καὶ προεστῶτες ἐκκλησιῶν. *Veluti altores erant gentium beati diſcipuli, & qui poſt eos ſacræ myſtagogiæ ſermonem proferunt, & Eccleſiis præſunt.* Idem Dial. IV. de SS. Trinitate, pag. 514. eodem uſurpat ſenſu, quo παιδαγωγὸς uſurpari vidimus. Παιδοκόμος ἦν εἰς ἡμᾶς ὁ νόμος εἰς Χριστὸν ἀναφέρων. *Lex nobis erat quaſi puerorum educator vel altor, ad Chriſtum deducens.* Heſychio παιδοκόμος eſt παιδοτρόφος, *puerorum educator, ſeu altor.* Hinc παιδοκομέω, *puerorum curam gero, & illis proſpicio.* Suidas: Παιδοκομοῦντα, παῖδα τρέφοντα. *Illum, qui puerum, aut pueros alit, & curat.* Cyrillus Alex. lib. II. Glaph. in Geneſin, ſub titulo, *De Abrahamo & Melchiſedeco*, pag. 46. Παιδοκομεῖ μὲν ὁ νόμος, τελειοῖ δὲ λοιπὸν τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. *Lex quidem quaſi pueros inſtruit, Chriſti verò myſterium perficit.* Idem, lib. IX. adv. Julianum, pag. 322. Ἔδει διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως παιδοκομεῖσθαι τὸν Ἰσραὴλ, νηπιάζοντα καὶ ἀμαθεστέραν ἔχοντα τὴν διάνοιαν. *Decebat Iſraelitas per ſapientiſſimum Moſen erudiri, infantes adhuc cùm eſſent, & rudiori mente præditi.*

Παι-

Digitized by Google

Παιδοκτονέω.

Lexica non habent. Παιδοκτόνος eſt *liberorum interfector*. Hinc παιδοκτονέω, *liberos interficio*. Cyrillus Alex. Homil. Paſchali V. pag. 54. de Abrahamo filium immolare juſſo: Παιδοκτονεῖν, εἰπέ μοι, τὸ δίκαιον, πῶς ἦν οὐ πάσης ἀτοπίας ἀνάμεστον; *A juſto homine filium interfici, amnon, quæſo te, dementiſſimæ temeritatis videtur?*

Πακτεύω.

Πακτεύειν eſt paciſci, conducere. Photius in Nomocan. tit. VII. cap. IV. Ἔξεστι δὲ πακτεύειν καὶ διαλύεσθαι ἐν κυριακῇ. Licet autem paciſci & transigere die Dominica. In Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. II. ex Digeſt. & Inſtit. Οὐ καλῶς τις πακτεύει μὴ καθιερῶν τὸν ἴδιον τόπον. Non rectè quis paciſcitur, ne locum ſuum dedicet. Crebrum eſt apud Jureconſultos Græcos. Eſt autem è Latinobarbaro pactare, id eſt, paciſci. Carolus IV. in vita ſua: Et cùm ibi exercitus diu ſtetiſſet, pactaverunt illi de caſtro cum eis. Vide Gl. Meurſii.

Παλατῖνος.

Παλατῖνος, *Palatinus*. Miniſter Patriarchæ, qui ejus nomine in palatium ad Imperatorem ultrò citròq; commeabat, & ſermones ac voluntates communicabat. Nicetas in Alexio Man. F. Τοῦ πατριάρχου στέλλοντος εἰς τὴν δέσποιναν τὸν ἑαυτοῦ ὑπηρέτην, ὃς ἐκ τοῦ παραβάλλειν εἰς τὰ ἀρχεῖα, καὶ διαπορθμεύειν τοῖς βασιλεῦσι τὰ βουλευτέα, καὶ τὰς ἀποκρίσεις κεῖθεν αὖθις μεταφέρειν, παλατῖνος ὠνόμασαι. Erant quoque milites, & eorum ſchola. Sidonius lib. I. epiſt. III. meminit *magiſteriorum Palatinorum*, quæ officia ſunt. Magiſter officiorum totam palatii diſciplinam, omnesque ſcholarum ordines & officia regebat. Inde nomen illis, vel ab officiis, vel ab aula ipſa & palatio. Rutilius Numatianus:

Officiis regerem cùm regia tecta Magiſter,
Armigeraq; pii principis excubias.

Militia autem Palatina eſt non vera militia, ſed quo ſenſu *militare* palatio dicti omnes, qui in aula verſantur, etiamſi arma non tractent, ut Notarii, Scriniarii, Largitionales, & cæteri. Quin imò militiam palatinam veræ & armatæ leges opponunt. Tria enim omnino militiæ genera diſtinguunt. Armatam, ſeu militarem, quæ ita vocari cœpit, poſtquam militiæ nomen ad alia translatum fuit. Palatinam eorum, qui intra palatium merebant. Tertiam reliquorum omnium, qui diverſis judicibus poteſtatibusque apparebant, qualis quæ militia Proconſularis aut Præfectiana dicebatur. Honorius Imp. de diverſis officiis & appar. *Cujuslibet judicis apparitores, inter quos etiam Præfectianos locamus, ad quamcunque aliam militiam vel palatinam vel militarem tranſierint, retrahendi hos copiam illis quos deſeruère tribuimus.* *Palatini* vocantur etiam panes, qui populo à Conſtantino M. donari ſoliti. Suidas: Παλατῖνοι· εἶδος ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, καθ' ὃν ὑπάτευε χρόνον, οὕτως ὀνομάσας αὐτούς, οἷα ἐκ τοῦ παλατίου χορηγουμένους. *Palatini. Genus panum, quos Conſtantinus M. populo largitus eſt, quo tempore conſulatum gerebat, quos ita vocavit, quod ex palatio ſuppeditarentur.* Vide Gl. Meurſii.

Παλιγγενεσία.

Παλιγγενεσία varia notat.

I. Notat illud Dei beneficium ſeu opus, quo corrupta noſtra natura ad imaginem Dei per Spiritum S. renovatur. Veteres Gloſſæ: παλιγγενεσία. *Regeneratio, recreatio, renatio.* Heſychius: Παλιγγενεσία, τὸ ἐκ δευτέρου ἀναγεννηθῆναι, ἢ ἀνακαινισθῆναι· παλιγγενεσία, *eſt ſecundò naſci, vel renovari.* Clemens Alex. ſub finem lib. II. Stromat. pag. 424. Ἡ πορνεύσασα, ζῇ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανε δὲ ταῖς ἐντολαῖς· ἡ δὲ μετανοήσασα, οἷον ἀναγεννηθεῖσα κατὰ τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ βίου, παλιγγενεσίαν ἔχει ζωῆς· τεθνηκυίας μὲν τῆς πόρνης τῆς παλαιᾶς, εἰς βίον δὲ παρελθούσης αὖθις τῆς κατὰ τὴν μετάνοιαν γεννηθείσης. *Quæ fornicata eſt, vivit quidem peccato, ſed mortua eſt mandatis: quæ autem ducta eſt pænitentiâ, ut quæ ſit regenerata per vitæ converſionem, habet vitæ regenerationem, mortua quidem vetere fornicatrice, in vitam autem rurſus ingreſſâ eâ, quæ genita eſt per pænitentiam.*

II. Notat *Baptiſmum.* Apoſtolus ad Titum III. 5. vocat λουτρὸν παλιγγενεσίας, *lavacrum regenerationis*: ubi Theodoretus dicit intelligi τὸ σωτήριον βάπτισμα, *ſalutarem Baptiſmum.* Phavorinus: παλιγγενεσία· τὸ ἅγιον βάπτισμα. Suidas in Λυτρωτής ad illa Pſalmiſtæ, Pſal. XVIII. 15. Κύριε βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου, ex Theodoreto ad hunc locum: Λυτρωτὴν ἐκάλεσεν, ὡς διὰ τῆς παλιγγενεσίας τοῦ παναγίου βαπτίσματος, τῆς μὲν προτέρας ἐλευθεροῦντα φθορᾶς, καὶ τῆς τῶν δαιμόνων δουλείας λυτρούμενον. *Redemtorem vocavit, tanquam per ſancti Baptiſmatis regenerationem, tum à priſtina corruptione liberantem, tum à dæmonum ſervitute redimentem.* Theodoretus Θεραπευτ. Serm. VII. Τὸ τῆς ἀφθαρσίας καὶ παλιγγενεσίας βάπτισμα. *Immortalitatis & regenerationis Baptiſma.* A Baſilio M. in Exhortatione ad Baptiſmum vocatur παλιγγενεσία ψυχῆς, *regeneratio animæ.* Sedulius ad I. Tim. II. *Baptiſmus eſt filiorum Dei generatio.* Euthymius ad Matth. XXVI. *In Baptiſmo ſenſibilis quidem eſt aqua, ſed intelligibile donum eſt regeneratio.* Eodem ſenſu ἀναγέννησις dicitur. Vide in Ἀναγέννησις, *num.* II.

III. Notat *totius naturæ in fine mundi inſtaurationem, ſeu renovationem, vel ſpecialiter reſtitutionem corporum per reſurrectionem.* Ita Philo de Mundo: Μὴ μόνον φθορὰν τοῦ κόσμου κατηγορεῖν, ἀλλὰ καὶ παλιγγενεσίαν ἀναιρεῖν. *Non modo corruptionem mundo tribuere, ſed etiam natalem ejus inſtaurationem tollere.* Ibidem: Ἀμήχανον, παλιγγενεσίαν τὸν κόσμον λαβεῖν. *Denuò mundus naſci non poteſt.* Euſebius præparation. Evang. lib. XV. cap. XI. τῶν ὅλων παλιγγενεσίαν vocat *mundi inſtaurationem*, noviſſimo die futuram. Baſilius M. Homil. III. in Hexaëm. dicit Stoicos ἀπείρους φθορὰς κόσμου καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγειν, *introducere infinitas mundi corruptiones & inſtaurationes.* Ipſe Salvator Matth. XIX. 28. vocat παλιγγενεσίαν, quando ad diſcipulos dicit, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, &c. *Amen dico vobis, vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in throno gloriæ ſuæ, ſedebitis etiam vos ſuper thronos duodecim*, &c. De hoc loco S. Auguſtinus ad Pelag. epiſt. lib. III. cap. III. *Regenerationem hoc loco, ambigente nullo, noviſſimam reſurrectionem vocat.* Et revera concedunt huc, cùm antiquiores, tum & recentiores plerique: ita tamen, ut παλιγγενεσίαν iſtam non uno modo ſumant.

Alii namque *ad hominem reſtringunt*, qui tunc planè & ex utraque parte ſit ὁλόκληρος renovandus. Origenes in Matth. Orat. IX. *Reſurrectio mortuorum ipſa eſt generatio, & nova quædam nativitas conſtituta, quando & cælum novum, & terra nova creatur his, qui ſe ipſos renovaverunt. Nam ſecundùm carnalem hanc nativitatem, nemo mundus eſt à ſorde, Job XIV. 4. Hymn. LI. 5. ſecundùm regenerationem autem baptiſmatis, omnis quidem eſt mundus à ſorde, qui baptiſatus fuerit ex aqua & Spiritu; ſed per ſpeculum in ænigmate. Joh. III. 5. Tit. III. 5. Secundum tertiam autem regenerationem, quando ſederit Filius hominis in ſede gloriæ ſuæ, omnis qui in illam*

Digitized by Google

regenerationem venerit, quæ eſt in Chriſto, mundiſſimus erit à ſorde, baptiſatus in Spiritu ſancto, & in igne, Matth. III. 11. De triplici hac generatione etiam Bernhardus de bonis deſerend. *Quid eſt, quod dicit*, in regeneratione? *aut quænam eſt hæc nova regeneratio? neq; enim jam ignoramus, quoniam oportet hominem naſci denuò, non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate viri, ſed ex aqua & Spiritu ſancto, Joh. I.* 13. *& III.* 5. *Cæterùm, cùm nullatenus ad eam regenerationem valeat hæc promiſſio pertinere, fortè & altera regeneratione opus eſſe videtur: nec ſolùm denuò, ſed & tertiò hominem naſci neceſſe eſt: infelix ergo homo, & miſerabilis caſus meus, cui non una ſufficit, ſed duplex eſt neceſſaria regeneratio: nimirum ex corpore & anima conſtitutus, cecidi totus ſimul: ſimul totus omnino reſurgere non poſſum, annon verò dignum eſt, ut ea, quæ videtur potior portio, prior reparetur? At ipſam ſane animam eſſe; nemo ſanæ mentis ignorat: prior ergo reparetur, quæ & prior corruit. — Regeneretur ergo jam anima: Caro in ſpe requieſcat, hujus merito aliquando regeneranda. In regeneratione, inquit, cùm ſederit Filius hominis, &c.* Sic etiam Auguſtinus de Civitate Dei, lib. XX. Cap. V. *Quòd ait*, in regeneratione, *procul dubio mortuorum reſurrectionem nomine voluit* regenerationis *intelligi: ſic enim caro noſtra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum eſt anima noſtra regenerata per fidem.* Et de peccat. mer. & remiſ. lib. II. cap. VII. *Corporis renovationem, quæ fiet in reſurrectione*, regenerationem *vocat Dominus.* Hieronymus etiam in Matth. lib. III. In regeneratione, *id eſt, quando mortui de corruptione reſurgent incorrupti.* Gregorius Rom. I. in Job lib. IV. cap. XXVI. *Si ipſa carnis noſtræ reſurrectio quaſi quædam nativitas non eſſet, de ea veritas non dixiſſet*, In regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ. Strictim Theophylactus in cap. XIX. Matth. p. 114. Παλιγγενεσίαν, τὴν ἀνάστασιν νόει. *Per regenerationem, reſurrectionem intellige.* Theophanes, Homil. XLI. pag. 294. Ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, καὶ τὴν ἐμὴν πολιτείαν, ὡς ἐφικτὸν, μιμησάμενοι, τοῦτο τὸ γέρας κομίσεσθε ἐν τῇ κοινῇ ἀναστάσει, ἣν παλιγγενεσίαν ἐκάλεσεν, ὡς αὖθις ἀναγεννῶσαν ἡμᾶς, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον μετάγουσαν. *Vos, qui ſecuti eſtis me, & vitæ meæ rationem, quantum fieri poteſt, imitati eſtis, hoc præmium feretis in univerſali reſurrectione, quam* regenerationem *appellavit, utpote quæ nos denuò gignat, & in antiquum ſtatum reſtituat.* Et ſub finem Homil. XXXIV. pag. 247. Ἀνάστασίς ἐστιν ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις· ἣν καὶ ἡμεῖς ἀπεκδεχόμεθα ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ λαβεῖν, χάριτι τοῦ μεταστοιχειώσαντος δι' ἑαυτοῦ καὶ ἀφθαρτίσαντος τὴν φύσιν ἡμῶν. *Reſurrectio in priſtinum ſtatum eſt reſtitutio: quam & in regeneratione conſequi exſpectamus, gratia ejus, qui per ſe ipſum reformavit, & incorruptione donavit naturam noſtram.* Euthymius quoque, *Regenerationem dicit à mortuis reſurrectionem.* Quod & Lyranus & Cajetanus: *In regeneratione, non per Baptiſmum: ſed per reſurrectionem: illa enim erit verè regeneratio hominum eorundem ſecundum ſua met corpora, quæ ante mortem habuerant; Ita quòd ſicut modò generantur homines in eſſe naturali, ita tunc regenerabuntur in eſſe naturali: Baptiſmus autem eſt ſpiritualis tantùm regeneratio animæ.* Quod contractiùs Janſenius Concord. Evang. cap. C. *Per regenerationem intelligenda eſt reſurrectio ex mortuis: quæ velut ſecunda generatio hominis erit ſecundum corpus; quemadmodum in Baptiſmo eſt ſecunda hominis ſecundum animam generatio.* Petrus Martyr in IV. Reg. IV. *Reſurrectio mortuorum nova quædam eſt nativitas. Nam ſicuti nativitate priore homo conſtans animo & corpore productus eſt: ita in reſurrectione, quæ eſt altera nativitas, idem reparabitur. Incipit quidem nunc regeneratio quoad animam: ſed tunc quoad corpus perficietur.* Vict. Strigelius: *Regeneratio hîc ſignificat totius naturæ inſtaurationem, abolito peccato & morte.* Flac. Illyricus: *Regeneratio ſignificat illam glorioſam vitam, ubi erit plena hominis & regni Dei inſtauratio.* Beza denique: *Die eo, quo incipient electi re ipſa toti novam illam vitam vivere; cùm videlicet corpore & animo fruentur hæreditate illa cœleſti.*

Alii verò hoc extendunt ad totius *creaturæ renovationem*, de qua Petrus II. epiſt. III. 13. Dionyſius Areopagita de Hierarch. Eccleſ. cap. VII. ſtatim poſt initium, pag. 348. Αἱ μὲν γὰρ ἱεραὶ ψυχαὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ χείρω κατὰ τὸν τῇδε βίον δυνάμεναι καταπίπτειν τροπὴν, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τὴν ἐπὶ τὸ ἄτρεπτον ἕξουσι θεοειδεστάτην μετάταξιν. *Nam ſanctæ quidem animæ cùm in hac vita degentes adhuc perverti poſſint, in regeneratione illa ad ſtatum immutabilem Deoq; maximè conformem transferentur.* Epiphanius, hæreſi XXXVII. pag. 120. Ἔδει γὰρ τὸν ὄντως ὄντα τεχνίτην, κεραμέως δίκην, ἐπιμελόμενον τοῦ ἰδίου διὰ χειρῶν πεπλασμένου αὐτοῦ πλάσματός τε καὶ ἀγγείου, τοῦτο ὕστερον ἐν ἐλαττώματι γεγονὸς διὰ τῆς παρακοῆς, καὶ ὡς εἰπεῖν, ἔτι πηλοῦ ὄντος, καὶ ὡς ὑπὸ ῥαγάδα καὶ ἀπόῤῥιμμα γεγονότος τοῦ ἀγγείου, μὴ ἐᾶσαι οὕτως, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα· ἵνα αὖθις ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἀνασκευάσῃ τὸ ἀγγεῖον ἐν τῇ ἀναστάσει εἰς τὴν ἀρχαίαν φαιδρότητα. Cornarius interpretatur: *Oportebat enim eum, qui verè artifex erat, inſtar figuli curam gerere proprii per manus ſuas facti figmenti ac vaſis, & hoc poſtea in imminutione conſtitutum propter inobedientiam, non ſic ſinere, ſed in antiquam maſſam transmutare: quò rurſus in regeneratione repararet vas in reſurrectione ad antiquam claritudinem.* Ἐλάττωμα hîc eſt *vitium, peccatum.* Veteres Gloſſæ: Ἐλάττωμα, *vitium.* Chryſoſtomus, Homil. LIII. in Matth. pag. 338. de Apoſtolis: Θαύμασον τὸ φιλάληθες, πῶς αὐτοὶ γράφοντες, τὰ ἑαυτῶν οὐ κρύπτουσιν ἐλαττώματα· καὶ ταῦτα μεγάλα ὄντα. *Mirare veritatis ſtudium, quomodo ipſi ſcribentes, ſuos non occultant defectus, eosq; magnos.* Idem, Homil. LXXXIII. in Joh. pag. 907. Τὰ ἐλαττώματα ἑαυτῶν ἀναλογισάμενοι, διανύσομεν τῷ χρόνῳ τὴν τούτων διόρθωσιν. *Si noſtra conſideremus peccata, ea cum tempore corrigere poterimus.* Et lib. III. de ſacerdotio, t. VI. pag. 22. Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὰ τῶν ἱερέων κρύπτεσθαι ἐλαττώματα· ἀλλὰ καὶ τὰ μικρότατα ταχέως κατάδηλα γίνεται. *Sacerdotum peccata prorſus non poſſunt occultari: ſed etiam minima ſtatim in apricum proferuntur.* Verba, καὶ ὡς εἰπεῖν — τοῦ ἀγγείου, prorſus omittuntur: quorum interpretatio ex Edit. Petavii haberi poteſt. Baſilius Cæſar. Homil. I. in Hexaëm. pag. 6. alludens, opinor, ad illud, quod narrat Lucas Actor. XVII. 18. de Pauli prædicatione Athenis ſannis excepta: Πλατὺν γέλωτα καταχέουσιν ἡμῶν περὶ συντελείας τοῦ κόσμου τούτου καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἀπαγγελλόντων. *In effuſiſſimum riſum contra nos ſe reſolvunt, quando annunciamus mundi conſummationem, & ſeculi inſtaurationem.* Apud Athanaſium, quæſt. XXIV. ad Antiochenum, t. II. pag. 339. Ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ πάντες ὡς εἷς ἄνθρωπος ἀνιστάμεθα. *In reſtauratione omnes ut unus homo reſurgimus.* Quod hic appellat παλιγγενεσίαν, ſtatim vocat ἀνάστασιν. Piſcator: *In regeneratione, id eſt, in mundi renovatione.* Qui tamen ſubjicit, *potiſſimùm intelligendum videri de corporum reſtitutione & reſurrectione.*

Hanc autem mundi παλιγγενεσίαν non unam, ut nos Chriſtiani, ſed multiplicem, ſtatis ſpatiis ac intervallis definitis redeuntem, ſtatuunt etiam Stoici. Marcus Imperat. Comment. lib. XI. ſect. I. pag. 105. de anima humana: Εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰῶνος ἐκτείνεται, καὶ τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων περιλαμβάνει. *In ævi immenſitatem ſe porrigit, & univerſi per intervalla certa reno-*

Digitized by Google

renovationem comprehendit. Idem docet lib. V. ſect. XIII. pag. 40. & lib. X. ſect. VII. pag. 95. 96. Ariſtocles de Philoſoph. lib. VII. apud Euſebium præparat. lib. XV. cap. XI. ex Stoicorum ſententia; Καλά τινας εἱμαρμένους καὶ ὡρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον. *Per certa præſtituta definitaq; temporis intervalla mundum univerſum conflagrare.* Philo etiam Judæus eodem vocabulo de re eadem, ut Stoicis familiari, non ſemel uſus eſt. Lib. de mund. immortal. Δύναται δὲ καλὰ Στωικούς, ὁ μὲν τις κόσμος ἀΐδιος, ὁ δέ τις φθαρτὸς λέγεσθαι· φθαρτὸς μὲν, ὁ καλὰ διακόσμησιν· ἀΐδιος δὲ, ὁ μελὰ τῆς ἐκπυρώσεως παλιγγενεσίαις καὶ περιόδοις ἀθανατιζόμενος οὐδέποτε λήγουσαις. *Poteſt verò ſecundum Stoicos, mundus quidam æternus, alius verò corruptibilis vocari: corruptibilis quidem ille, qui eſt ſecundum ordinatam diſpoſitionem: æternus verò, qui cum conflagratione per renovationes & certa nunquam deſinentia intervalla æternus redditur.* Et rurſus de iiſdem: Οἱ τὰς ἐκπυρώσεις καὶ παλιγγενεσίας εἰσηγούμενοι τοῦ κόσμου. *Qui conflagrationes & renovationes mundi docent.*

Alia jam ſuprà, ſub hoc ipſo numero, ſtatim poſt initium allata ſunt. De *renovatione* etiam *Mundi* egimus in voce Κόσμος, num. II. 4.

Cæterùm de dicti Dominici Matth. XIX. 28. interpretatione iſta, haud videtur eſſe verum, quod affirmavit Auguſtinus, *neminem ambigere.* Etiamſi enim veterum plerique eam admittant, nec refragetur recentiorum pars maxima: non deſunt tamen ex utraque claſſe, qui in partem adverſam diſcedant, dum poſt παλιγγενεσίᾳ commate collocato, ſic legunt: Ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, &c. Certè diſtinctio iſta ſimplicior ac proclivior videtur: eamque Græci Codices plerique exhibent. Sed & vulgatæ Latinæ editiones quædam ita diſtinguunt: *Vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim.* Hanc diſtinctionem qui ſequuntur, aliò trahunt: quanquam nec ipſi etiam ſibi invicem conſentientes prorſus. Hilarius enim in Matth. Con. XX. de *regeneratione, quæ fit lavacro baptiſmi, & fidei ſanctificatione,* interpretatur. Nec aliter ferè autor Operis imperfecti, quod inter Chryſoſtomi ſcripta habetur, in Matth. Orat. XXXIII. *Illud eſt tempus regenerationis, quando homines regenerati per baptiſmum facti ſunt ex filiis hominum filii Dei.* Niſi quòd hic dictinctionem alteram ſequitur, nec ad Apoſtolos jam initiatos, ſed ad alios ipſorum operâ & miniſterio initiandos refert. Ex recentioribus Joh. Calvinus, *regenerationis* nomine *renovationem* illam intelligit, *quâ ad Chriſti adventum priorem mundus cœperat renovari, & ex mortis tenebris Eccleſia in vitæ lumen emerſit.* Aretius exponit *de vocatione ad agnitionem Chriſti, pœnitentiâ, & profeſſione novæ doctrinæ, quam Chriſtus vocatis diſcipulis propoſuit, quaſi dicat, Vos, qui ſecuti eſtis me in principio doctrinæ meæ, in tanta pericula, in odium & invidiam omnium mortalium, & de novo nati contemſiſtis omnia impedimenta, meo ductu, ſpiritu.* Vide Cl. Gatakeri Adverſ. ſacr. cap. XXXIII. unde multa huc translata ſunt.

IV. Notat *in genere rei alicujus in priſtinum ſtatum reſtitutionem.* Hoc ſenſu uſurpatur ab Iſidoro Peluſiota, epiſt. XVII. lib. IV. pag. 420. Ἀπὸ πασῶν τῶν ἱερῶν γραφῶν δεῖξαι δύναμαι, ὅτι τὰ Ἰουδαϊκὰ πράγματα τέλεον οἴχεται, καὶ παλιγγενεσίαν οὐχ ἕξει. *Ex omnibus ſacris ſcripturis demonſtrare poſſum, res Judaicas prorſus peſſum iviſſe, nec unquam reſtitutum iri.*

Παλίμφημος.

De hac voce ſic ſcribit H. Stephanus: Παλίμφημος idem quod κακόφημος, *ſi Heſychio credimus: quippe qui* παλίμφημα *exponit* κακόφημα. *Sed addit etiam* δύσφημα & βλάσφημα. Hactenus ille. Imò verò Heſychio credendum eſſe, aliquot exemplis ex Cyrillo Alex. probamus. Sic ille in cap. LII. Jeſaiæ, pag. 730. ad hæc verba verſ. 5. Δι᾽ ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. *Propter vos nomen meum ſemper blaſphematur inter gentes:* Ἐπειδὴ τῆς ὑμετέρας ἕνεκα ῥᾳθυμίας ἐδυσφημήθην ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὐκ ἀνέξομαι τῆς συκοφαντίας, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἐμαυτοῦ δόξαν παλιμφήμοις ἐάσω βάλλεσθαι φωναῖς. *Quoniam propter veſtram inertiam inter gentes infamatus ſum, calumniam non amplius feram, neque concedam, gloriam meam blaſphemis vocibus proſcindi.* In idem cap. paginâ 739. Ἰουδαῖοι οἱ πάντολμοι, καί τοι τοῦ μηδενὸς ἄξιοι ὄντες λόγου, καταχεῖσθαι μὲν ἀπετόλμων, καὶ ἀχάλινον ἐπ᾽ αὐτῷ πολλάκις ἀνέντες τὴν γλῶσσαν, παλιμφήμοις ἔβαλλον φωναῖς. *Audaciſſimi Judæi, etſi nullo in numero habendi, eum* (Chriſtum) *tamen deridere auſi ſunt, linguaq; eum effreni ſæpenumero impetere, ac blaſphemas voces emittere.* In cap. LIV. pag. 771. Οἱ τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων εὑρεταὶ παλιμφήμους φωνὰς κατὰ τῆς ἀῤῥήτου δόξης ἱέντες. *Impiarum hæreſium autores blaſphemas voces contra ineffabilem majeſtatem emittentes.* In cap. VI. Amoſi, pag. 320. Παλιμφήμους κατὰ Θεοῦ ῥίπτειν φωνάς, *voces maledicas in Deum jactare.*

Παλινζωΐα.

Non habent Lexica. Παλίνζωος apud Nonnum *redivivus:* hinc παλινζωΐα apud Iſidorum Peluſiotam, lib. I. epiſt. LIV. pag. 17. de Chriſto, Τεθνεῶτας πολλοὺς ῥήματι πρὸς παλινζωΐαν ἐκάλεσε. *Multos mortuos verbo ſolo ad vitam revocavit.* Cæſarius, Dial. I. Interrogat. XXX. dicit Chriſtum φωνεῖν πρὸς παλινζωΐαν τοὺς νεκρούς, *ad vitam revocare mortuos.*

Παλιντοκία.

Παλιντοκία apud ſcriptores profanos eſt *mutua fœneratio, ſeu fœnoris dati repetitio:* apud Iſidorum verò Peluſiotam idem quod ἀναγέννησις, *regeneratio.* Lib. I. epiſt. LXVIII. pag. 21. Πᾶς ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τουτέστιν, ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν παλιντοκίᾳ, μείζων ἐστὶν τοῦ ἐν νόμῳ δικαιωθέντος, ἐπειδὴ οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος. *Quiſquis minor eſt in regno cœlorum, hoc eſt, in Chriſtiana regeneratione, major eo eſt, qui in lege laudem juſtitiæ conſecutus eſt: quoniam lex nihil omnibus ſuis partibus perfecit.* Epiſt. CII. lib. ejuſd. pag. 60. Chriſtus dicitur, τὴν ἀπ᾽ αἰῶνος ἀνθρωπότητα εἰς παλιντοκίαν ἀνακαινίσαι, *omnes homines, qui ab orbe condito extiterunt, ad novum ortum renovâſſe.*

Παλλίον.

Παλλίον, *pallium.* Satis antiqua apud Græcos vox. Etymologici autor: Λέγεται δὲ ἀμπεχόνη ἀντὶ περιβολῆς ἱματίου ἤγουν παλλίον. *Dicitur autem* ἀμπεχόνη, id eſt, *indumentum, toga, pro amictu; vel pallium.* Heſychius: Φήγεα, παλλία βαπτά. Item: Τριβώνιον, παλλίον, περιβόλαιον. Suidas: Ἀμπεχόνιον, παλλίον, λεπτὸν ἱμάτιον. *Parva veſtis, pallium, tenue veſtimentum.* Chryſoſtomus, ſerm. VI. t. V. Paris. pag. 104. de filiis Noachi: Οἱ δὲ ἄλλοι αὐτοῦ ἀδελφοὶ λαβόντες παλλίον, ὀπισθοφανῶς εἰσελθόντες ἐκάλυψαν τὸν πατέρα. *At cæteri ejus,* ſc. Canaan, *fratres ſumto pallio retrorſum ingreſſi patrem operuerunt.* Menologium menſe Septembri de Hermione, filia Philippi Apoſtoli: Ὁ βασιλεὺς Ἀδριανὸς εἶπεν· Ἄραντες τὸ παλλίον ἀπ᾽ αὐτῆς, τύπτετε αὐτήν. *Imperator Adrianus dixit: Tollite ab ea pallium, eamq; verberate.* Gloſſæ Græco-Latinæ: Παλλίον, *pallium.* Reliqua ex Meurſii Gloſſario petenda.

Παλ-

Παλμυλάριος.

Operæ precium fuerit huc transferre, quæ Cl. Gatakerus in ſuis ad Marcum Imperat. Notis obſervat. Meurſius, inquit, in Gloſſario, Παλμυλάριος. *Palmularius.* Παλμυλάριος, ὄνομα κύριον. *Palmularius. Nomen proprium.* Fallitur uterque. Eſt enim παλμυλάριος, *palmularius*, litera aſperiore in leniorem immutata, ut κορίαννον, *coriandrum*, κολίανδρον; *farcimen*, φαλκίμηνον; *barca*, βάλκα; *cardinalis*, καλδηνάριος; κρίβανος, κλίβανος, *clibanus*; λείριον, *lilium*; γαργαρεών, γαργαλεών, *gurgulio*; μορμύρων, *myrmillo*; nec eſt proprium perſonæ ſed ſectæ ſtudiique vocabulum, *Parma* ſive *parmula* inter arma gladiatoria. Nonius: *Parma, ſcutum breve.* Quanquam parmæ militares bene magnæ videantur fuiſſe. Polybius de diſciplin. Rom. Περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι, τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. *Cùm enim forma ſit rotunda, tripedalem habet dimenſionem.* Et de Velitibus Livius lib. XXXVIII. *Hic miles tripedalem habet parmam.* Hos autem *parmularios* dici, ex Suetonio diſcimus, qui lib. XII. cap. X. *Patrem familiâs quendam, quòd Thracem Myrmilloni parem, munerario imparem dixerat*, refert à Domitiano *canibus objectum cum hoc titulo, Impiè locutus Parmularius.* Conſentit cum Gatakero Voſſius in Etymolog. in voce *Parma*. Clemens Alex. lib. I. Strom. Θρᾷκες πρῶτοι τὴν καλουμένην πάρμην εὗρον. *Thraces primi eam, quæ parma vocatur, invenerunt.* Propterea gladiatoribus iis, qui Threces dicti, *parma* dabatur. *A Threcum parmulis*, qui eorum fautores eſſent, *parmularii* dicebantur. Eos ſignat Martialis:

Vincenti parmæ cum ſua turba favet.

Græci pro eo παλμυλάριος ſcribere ſolent.

Παμβέβηλος.

Non habent Lexica. *Impuriſſimus, ſceleratiſſimus.* Cyrillus Alexandr. in cap. LXI. Jeſaiæ, p. 860. Ὁ παμβέβηλος Σατανᾶς. *Impuriſſimus Satanas.*

Πανάγαθος.

Omnino bonus, omnium optimus. Dionyſius Areopagita, cap. III. de div. Nominibus, ſect. I. pag. 449. Χρὴ γὰρ ἡμᾶς ταῖς εὐχαῖς πρῶτον ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἀγαθαρχίαν, προσανάγεσθαι, καὶ μᾶλλον αὐτῇ πλησιάζοντας, ἐν τούτῳ μυεῖσθαι τὰ πανάγαθα δῶρα τὰ περὶ αὐτὴν ἱδρυμένα. *Oportet enim nos primùm orationibus ad ipſam* ſc. Trinitatem, *ut ad boni principium, adduci, ac deinde magis ipſi propinquantes, edoceri optima quæque munera, quæ penes ipſam ſunt collocata.*

Πανάγιος. Παναγιάριον.

Πανάγιος eſt *ſanctiſſimus.* Apud Dionyſium Areopag. Hierarch. Eccleſ. cap. IV. P. III. num. 12. pag. 291. legitur παναγιώτατος, *omnino ſanctiſſimus*, id eſt, *omnium ſanctiſſimus*: Ἁγιάζει γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ὁ παναγιώτατος Ἰησοῦς, καὶ πάσης ἡμᾶς ἁγιαστείας ἀποπληροῖ. *Sanctificat enim ſemetipſum pro nobis ſanctiſſimus ille Jeſus, noſque omni replet ſanctitate.* Παναγία vocatur *panis ſacer*, à ſacerdotibus conſecratus. Et παναγιάριον, *arcula*, in qua panis ille repoſitus. Pentecoſtarium: Ὁ κελλαρίτης ἅμα τῷ καθίσαι τοὺς ἀδελφοὺς, τὸν δι' ὅλης τῆς ἑβδομάδος ὑψούμενον ἄρτον, ἀντὶ τῆς παναγίας, κατακλῶν, διαδίδωσι τούτοις πρὸ τῆς εἰθισμένης αὐτῶν τροφῆς φαγεῖν. Ἐν τῇ παναγίᾳ λέγεται τὸ Χριστὸς ἀνέστη ἅπαξ. Εἶτα ὑψοῦται εἰς τὸ παναγιάριον. *Cellarius, ſimul atque fratres conſederunt, tota hebdomade exaltatum panem, loco panagiæ, frangens, iis diſtribuit antequam ſolitum comedant cibum. In Panagia ſemel recitatur illud, Chriſtus reſurrexit. Tum exaltatur in Panagiarium.* Codinus, cap. VII. Τὸ δὲ γε παναγιάριον ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης λαβὼν, ἐπάνω τίθησι τῆς τραπέζης, καὶ ὑψῶν παναγίαν δίδωσι ταύτην τῷ δομεστίκῳ, ὁ δὲ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, οὗτος δὲ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἅμα τῷ παναγίαν λαβεῖν ἐν τῷ στόματι πάντες βοῶσι πολυχρόνιον. *Porrò præfectus menſæ acceptum Panagiarium menſæ imponit, & elevans Panagiam dat illam Domeſtico menſæ, ille magno Domeſtico, hic Imperatori, & quamprimùm Panagiam ori ingerit, omnes accinunt*, Ad multos annos. Vide Gl. Meurſii.

Παναίτιος.

Non habent Lexica. *Omnium cauſſa.* Dionyſius Areopag. de div. Nominib. cap. II. num. V. pag. 421. Ὑπέρκειται δὲ καὶ τούτων ἡ τῆς παναιτίου θεότητος ἀμεθεξία, τῷ μήτε ἐπαφὴν αὐτῆς εἶναι, μήτε ἄλλην τινὰ πρὸς τὰ μετέχοντα συμμιγῆ κοινωνίαν. *Vincit autem hæc exempla, divinitatis, quæ omnium cauſſa eſt, imparticipabilitas, quoniam ejus nulla eſt tactio, neque alia cum participantibus mixtionis communio.*

Παναλκής.

Afferunt hanc vocem Lexica ex ſolo Heſychio, apud quem, παναλκὴς, ἰσχυρὸν, παντοδύναμον. *Potens, omnipotens.* Suidas: Παναλκὴς, ἰσχυρότατον. *Robuſtiſſimum, fortiſſimum.* Satis frequenter legitur apud Patres. Chryſoſtomus in Pſal. XI. Παναλκὴς ἡ τοῦ Θεοῦ βοήθεια, οὐδενὶ διακοπτομένη χρόνῳ. *Fortiſſimum eſt Dei auxilium, nec ullo impeditur & interrumpitur tempore.* Idem, in Pſal. CXLI. Ἐν ἀπόροις ἔγνω τὴν ἄμαχον χεῖρα, καὶ τὴν παναλκῆ δύναμιν. *In rebus perplexis expertus eſt invictam manum, & omnipotentem potentiam.* Idem, in cap. VII. Jeſaiæ: Πλούσιος ὁ δεσπότης, παναλκὴς ἡ δύναμις, ἄφατος ἡ ἐξουσία. *Dives eſt Dominus, omnipotens potentia, ineffabilis poteſtas.* Cyrillus Alex. in cap. LI. Jeſaiæ, pag. 717. de Filio Dei, qui vocatur *dextera Dei*: Παναλκὴς ἡ τοῦ πατρὸς δεξιά. *Omnipotens eſt Patris dextera.* Idem, lib. III. adv. Julianum, pag. 108. Παναλκὲς τὸ θεῖον, προσδεῖται δὲ ὅλως οὐδενός. *Omnipotens eſt Deus, & nemine prorſus indiget.*

Πανάμωμος.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Omni culpa & reprehenſione vacans.* Cyrillus Alex. in cap. LIII. Jeſaiæ, pag. 750. de Chriſto: Ἔργῳ τε καὶ λόγῳ πανάμωμος ἦν, καὶ εἰς λῆξιν ἁπάσης καθαρότητος διελήλακεν. *Et operibus & verbis omni culpâ vacabat, & ad culmen omnis puritatis pervenit.* Heſychio πανάμωμος eſt ἀρεστὸς, *placens, gratus.* Ita Expoſitio in cap. I. Lucæ, p. 766. quæ Tito Boſtrenſi tribuitur, B. Virginem vocat πανάμωμον.

Πανάνθρωπος.

Non habent Lexica. Cæſarius Dial. IV. Interrog. CLXXXVI. Ἡ ἐκ νεκρῶν πανάνθρωπος ἀνάστασις, *univerſorum hominum ex mortuis reſurrectio.*

Πανάρετος.

I. Πανάρετος à Veteribus vocatur liber, qui geminum apud Græcos titulum habet; & modò Σοφία Σειρὰχ, *Sapientia Sirach*, modò pleniùs Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σειρὰχ, *Sapientia Jeſu, filii Sirach*, appellatur. Ita ſumitur apud Iſid. Peluſiotam, epiſtolâ LXVI. lib. III. pag. 281. Εἰ δέ τις οὐ πείθεται, ἀκουέτω κἂν τοῦ παροιμιαστοῦ πρὸ τοῦ εὐαγγελικοῦ χρησμοῦ εἰρηκότος. Μὴ ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ ἀποπήδησον, μὴ ἐγχρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ· καὶ τοῦ τῆς πανάρετου συγγραφέως, ποτὲ μὲν λέγοντος, Ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν· ποτὲ δὲ, Μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον. *Quodſi quis mihi obtemperandum*

Digitized by Google

dum non putat, Proverbiorum autorem ſaltem audiat, qui ante oraculum Evangelicum his verbis uſus eſt: Ne oculum tuum in ipſam defigas, verùm ſtatim avola, nec moram ullam in eo loco trahe: *& ſcriptorem Panareti, nunc quidem dicentem*, In pulchritudine mulieris multi ſeducti ſunt: *nunc autem:* Ne conſideres alienam pulchritudinem. Per πανάρετον hic *ſapientiam Sirach intelligi*, inde patet, quia uterque locus in libro illo legitur: prior quidem cap. IX. 8. poſterior verò eodem verſu. Idem, in fine hujus epiſtolæ appellatur, ὁ τὴν σοφίαν συντάξας, *qui ſapientiæ librum condidit.* Euſebius in Chronico, Ol. CXXXVII. Ἀρχιερεὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ Σίμων. Κατὰ τοῦτον Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σειρὰχ τὴν καλουμένην πανάρετον σοφίαν συντάξας αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος ἐμνημόνευσεν. Hieronymus interpretatur: *Judæorum Pontifex Maximus Simon Oniæ filius clarus habetur: ſub quo Jeſus filius Syrach Sapientiæ librum componens, quem vocant* PANARETON, *etiam Symeonis in eo fecit mentionem.* Cedrenus in Hiſtor. pag. 159. Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, ἐφ' οὗ τὴν πανάρετον σοφίαν συντάξας Ἑβραίοις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σειρὰχ ἐγνωρίζετο. *Ptolemæus Evergetes, ſub quo Jeſus filius Sirach innotuit, librum omni virtutum genere cumulatiſſimum, Sapientiam dictum, Hebræis compoſuit.* Hieronymus prologo in libros Salomonis. *Fertur & πανάρετος Jeſu filii Sirach: & alius ψευδεπίγραφος, qui Sapientia Salomonis inſcribitur.*

II. Πανάρετος etiam vocatur ψευδεπίγραφος *Salomonis ſapientia* ab Epiphanio, lib. de Menſuris & Ponderibus, pag. 534. Αἱ στιχήρεις δύο βίβλοι, ἥτε τοῦ Σολομῶντος, ἡ πανάρετος λεγομένη, καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Σειράχ, &c. *Duo libri poëtici, nempe Salomonis, qui Panaretus dicitur, & liber Jeſu, filii Sirach*, &c. Integrum locum habes in voce Ἀαρὼν, num. II. & clariùs adhuc à Damaſceno, lib. IV. orthod. fidei, cap. XVIII. pag. 348. Ἡ πανάρετος, τουτέστιν, ἡ σοφία τοῦ Σολομῶντος, &c. Eundem locum habes ſub Ἀαρὼν, num. II. Athanaſius in Synopſi S. Scripturæ, t. II. pag. 116. Σοφία Σολομῶντος, ἡ λεγομένη πανάρετος.

III. Ipſa etiam *Proverbia Salomonis* vocantur πανάρετος σοφία, ut teſtatur Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. XXII. pag. 41. quando ita de Hegeſippo ſcribit: Οὐ μόνος δὲ οὗτος, ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρχαίων χορὸς, πανάρετον σοφίαν τὰς Σολομῶντος παροιμίας ἐκάλουν. Hunc locum peſſimè Rufinus vertit: *Verùm & hic ipſe, & Irenæus, & omnis Antiquorum chorus, librum qui attitulatur Sapientia, Salomonis eſſe dixerunt, ſicut & Proverbia & cætera.* Nec meliùs Chriſtophorſonus hoc modo: *Porrò autem non hic ſolus, ſed Irenæus, & tota veterum turba, Proverbia Salomonis librum eſſe præclara eximiaq; ſapientia refertum affirmabant.* Cùm ita potiùs exprimi debuerit: *Porrò autem non hic ſolus, ſed Irenæus, & tota veterum turba Proverbia Salomonis appellabant πανάρετον σοφίαν.* Proverbia, σοφίαν etiam à veteribus vocari, in voce Σοφία docemus. Incomparabilis Scaliger in Animadverſionibus ad Chronicon Euſebii: Dubium non eſt, quin libri γνωμολόγοι omnes πανάρετοι βίβλοι vocari poſſint. Hebraicè τὸ πανάρετον ad verbum כָּל חָכְמָה בּוֹ παντιστήμων. Eraſmus legit παναίρετον in Præfat. Hieronymi in Proverbia, & interpretatur *eximium ac præcipuum*, quum tamen παναίρετος Græcum non ſit. Hactenus ille.

Παναρκής.

De hac voce ſic H. Stephanus: Παναρκὴς, *undequaque ſufficiens*, vel *ſufficientes vires habens.* Suidas autem παναρκέος exponit *magni & potentis:* & ἡλίου παναρκέος vult eſſe τοῦ πανταχῆ λάμποντος, quæ expoſitio vim afferre verbo ἀρκῶ mihi videtur. Hæc ille. At ego non exiſtimo, hanc interpretationem quidquam incommodi habere. Ἥλιος enim propterea παναρκὴς vocari poteſt, quia radiis ſuis ad omnia illuſtranda ſufficit: quo ſenſu Homerus Odyſſ. γ'. v. 29. dicit ἠέλιον παμφανόωντα, *Solem omnia illuſtrantem:* vel, ut vetus interpretatur Scholiaſtes, πᾶσι φαίνοντα, *omnibus lucentem*, & Odyſſ. μ'. v. 323.

Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Solis, qui omnia inſpicit, & omnia audit.

Et Orpheus dicit, *Solem habere* πανδερκὲς αἰώνιον ὄμμα, *omnia videntem æternum oculum.* Longè tamen veriùs Cyrillus Alex. Homil. Paſchali XXII. pag. 271. Παναρκὲς τὸ θεῖον, καὶ ζωοποιεῖ τὰ πάντα. *Omnium bonorum copia ſuppetit Deo, & ipſe vivificat omnia.* Et Chryſoſtomus Homil. in Pſal. XLV. Ἐννόησον πνεύματος χάριν, πῶς ἐστι παναρκὴς, τοσαύτης εἰληχυῖα ἐπὶ τοσούτοις ἀρκοῦσα χρόνοις, καὶ οὐδὲ οὕτω περιγράφεται, οὔτε ἀναλίσκεται, ἀλλὰ πάντας μὲν ἐμπίπλησι πλούτου καὶ χάριτος, αὐτὴ δὲ οὐδαμοῦ δαπανᾶται. *Conſidera, quàm ſit ex omni parte ſufficiens Spiritus gratia, quæ univerſo terrarum orbi tanto tempore ſufficit, & neq; circumſcribitur, neq; conſumitur, ſed omnes quidem implet opibus & gratia, ipſa verò minimè conſumitur.* Hæc habet ad locum Joh. I. 16.

Πανδερκής.

Elegantiſſimam hanc vocem negligenter ſatis obſervant Lexicographi. Heſychius, & ex eo Suidas: Πανδερκεῖς, πάντα ὁρῶντες. *Omnia videntes.* Deo eleganter tribuitur à Cyrillo Alex. in cap. III. Amoſi. p. 343. Πανδερκὲς τὸ θεῖον, καὶ πρός γε τούτῳ καὶ παναλκὲς, καὶ οὐκ ἄν τις διαλάθοι τὸν ἀκατάσχετον ὀφθαλμόν. *Deus omnia videt, præterea etiam omnipotens eſt, nec quiquam ſemper vigilem oculum latere poteſt.* Idem, lib. XIV. de Adoratione, pag. 493. Deum vocat ὀφθαλμὸν πανδερκῆ καὶ ἀπαραλόγιστον, *oculum omnia intuentem & falli neſcium.* Sub præcedenti voce Sol vocatur πανδερκὲς ὄμμα.

Πανδοχεῖον.

I. *Propria* hujus vocis *ſignificatio* occurrit Lucæ X. 34. de eo, qui in latrones inciderat, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον. Vetus interpres, *Duxit in ſtabulum.* Beza, *In diverſorium.* ſine neceſſitate à Vulgato diſceſſum. πανδοχεῖον enim illud ſignificat, & *ſtabulum* idem quod *diverſorium.* Veteres Gloſſæ: *Stabulum*, ἱπποστάσιον, ὀνοστάσιον, πανδοχεῖον. Aliæ: πανδοχεῖον, *cauponium, diverſorium*, πανδοχεὺς, *diverſoriarius, ſtabularius, caupo.* Onomaſticon: *Stabularius*, πανδοχεύς. *Stabulum* autem non ſolum ſignificare *receptaculum equorum & jumentorum*, ſed etiam pro *caupona, hoſpitio & diverſorio* accipi, facilè probatur. Apulejus lib. I. *Ego verò quod primùm ingreſſus ſtabulum conſpicatus ſum, acceſſi, de quadam anu caupona illico percontor.* Et ibid. *Ego tibi ſolus hoc pro iſto credam, & quod ingreſſus primùm fuerit ſtabulum prandio participabo, id eſt, mecum prandebis aſymbolos & immunis: ego enim pro te ſolvam & ſtabulario ſatisfaciam.* Tertullian. Apolog. cap. XLII. p. 72. *Itaq; non ſine foro, non ſine macello, non ſine balneis, tabernis, officinis, ſtabulis, nundinis veſtris, cæteriſq; commerciis cohabitamus in hoc ſeculo.* Cyprian. ep. LXVII. pag. 161. ſeu lib. III. epiſt. XIII. *Aut ſi in via ſtabulum aliquod obſideri & teneri à latronibus cœperit, ut quiſquis ingreſſus fuerit, inſidiantium illic infeſtatione capiatur; nonne commeantes, hac opinione comperta, ſtabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi ſint fida hoſpitia & receptacula commeantibus tuta?* Auguſtinus tract. XLI. in Joh. *Utere mundo, non te capiat mundus. Quod intrâſti iter, agis, exiturus veniſti, non remanſurus. Iter agis, ſtabulum eſt hac vita. Utere nummo*

Digitized by Google

quomodo viator in ſtabulo utitur menſa, calice, urceo, lectulo, dimiſſurus, non permanſurus. Hinc etiam *ſtabularius* idem quod *caupo*. Ulpianus Juriſconſultus: *Caupones & ſtabularios eos accipimus, qui cauponam vel ſtabulum exercent.* Seneca lib. I. de benef. cap. XIV. *Nemo ſe ſtabularii aut cauponis hoſpitem judicat.* Apulejus: *Precio manſionis ſtabulario perſoluto.* Redeamus ad πανδοχεῖον. Præclarè Chryſoſtomus domum, ſeu potiùs tentorium Abrahami vocat ἄμισθον πανδοχεῖον, quando Homil. X. t. V. p. 42. ita ſcribit: Κοινὸν ἦν ἡ σκηνὴ τοῖς ὁδεύουσιν οἰκητήριον, μία πάντων τῶν ξένων ἄφθονος ἑστία, πάσης τῆς οἰκουμένης πανδοχεῖον ἄμισθον. *Commune erat viatoribus domicilium tentorium, unus omnibus hoſpitibus patens focus, totius orbis diverſorium gratuitum.*

II. *Metaphoricè* ſumitur.. Ita *præſens vita* vocatur πανδοχεῖον. Chryſoſtomus Homil. LXXIX. in Johan. pag. 887. Ἐν πανδοχείῳ καθήμεθα περιμένοντες τοὺς ἡμετέρους, τοὺς ὁδεύοντας τὴν ὁδὸν ταύτην. *In diverſorio ſedemus, exſpectantes noſtros, qui per hanc viam iter faciunt.* Vide etiam in Βίος, num. I. ſub lit. *b*. Eulogius in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXX. pag. 1597. parabolam Chriſti, Luc. X. allegoricè exponit, & per πανδοχεῖον Eccleſiam intelligit. Πανδοχεῖον, τὴν ἐκκλησίαν ἐκλαμβάνει· δύο δὲ δηνάρια, τὴν παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην· πανδοχέα δὲ, τὸν τῆς ἐκκλησίας προεστῶτα· ἐμπεπτωκότα δὲ εἰς τοὺς λῃστὰς, τὸν ἡμαρτηκότα. *Hoſpitium, Eccleſiam eſſe dicit: duos verò denarios, vetus & novum Teſtamentum: hoſpitem verò, Eccleſiæ præſidem: eum verò, qui in latrones incidit, peccatorem.* Chryſoſtomus, Homil. in Pſal. XXXIX. v. 6. t. VI. Edit. Pariſ. pag. 115. dicit hominem eſſe πάσης λύπης εὐπαράδεκτον πανδοχεῖον, *omnis triſtitiæ paratum diverſorium.* Johannes Jejunator, Apoſtolum Paulum vocat τοῦ ἁγίου πνεύματος πανδοχεῖον, *Spiritus Sancti hoſpitium & receptaculum.*

Πανείδεος.

Non habent Lexica. Eſt *omniformis* & legitur apud Dionyſium Areopag. c. V. de div. Nominib. ſect. VIII. pag. 569. ubi Deus dicitur, πάνσχημος, πανείδεος, ἄμορφος, ἀκαλλής. *Omnis figuræ, omnis formæ, ſine forma, ſine pulchritudine.*

Πανεπόπτης.

Non habent Lexica. Idem quod παντεπόπτης & πανεπίσκοπος, *omnia luſtrans, omnia cernens.* Vide in Ὀφθαλμὸς, num. II. 1. ſub lit. γ.

Πανηγυριαρχέω.

Non habent Lexica. Significat *in celebritate ducem me ac veluti choragum præbeo.* Cyrillus Alexandr. Homil. Paſchali IX. pag. 108. jubet nos πανηγυριαρχεῖν τοῖς ἑορτάζουσι, *feſtivam celebritatem agentibus duces nos ac veluti choragos præbere.*

Πανηγυριάρχης.

Nec hanc vocem Lexica habent. Eſt *dux ac princeps panegyricæ celebritatis.* Cyrillus Alex. Comment. in Amoſum, p. 353. his verbis claudit: Ἐν βεβαίῳ κεισόμεθα παντὸς ἀγαθοῦ, καθηγητὴν καὶ πανηγυριάρχην αὐτὸν ἔχοντες τὸν Χριστόν. *In ſtabilitate omnis boni collocabimur, ducem & principem panegyricæ noſtræ celebritatis habentes ipſum Chriſtum.* Idem, lib. III. in Joh. cap. IV. p. 285. Πανηγυριάρχης τῶν ἐπ' αὐτῷ πιστευόντων ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ τοὺς πρὸς αὐτὸν ἰόντας ἀποτρέφει τοῖς θείοις τε καὶ οὐρανίοις δῆλον ὅτι μαθήμασι, νομικοῖς τε καὶ προφητικοῖς, εὐαγγελικοῖς τε καὶ ἀποστολικοῖς. *Princeps panegyricæ fidelium celebritatis Chriſtus, & ad ſe accedentes nutrit divinis & cæleſtibus præceptis, legalibus etiam & propheticis, Evangelicis & Apoſtolicis.* Legitur apud Plutarch.

Πανηγυρικός.

Πανηγυρικὸν vocatur liber Eccleſiaſticus apud Græcos, qui diverſorum autorum orationes laudativas, ſeu demonſtrativas, exornativas etiam in varias Chriſti & Sanctorum ſolennitates continet. Quemadmodum enim apud antiquos in nundinis & conventibus publicis, ubi infinita hominum multitudo ludorum ſpectandorum cauſsâ confluebat, ſimile genus orationum habebatur, ſic & in diebus feſtis Sanctorum, concurrente univerſo populo ad eorum res geſtas celebrandas, hæ Orationes veterum ſanctorum Patrum & ſcriptorum celebrium leguntur. Liber manuſcriptus paſſim in Eccleſiis Græcorum reperitur: non idem tamen omnibus eſt, ſed varius pro varietate Eccleſiarum, & collectoris ſtudio, nec uno tantùm volumine continetur: ſunt quibus duodecim voluminibus, iisq; ſatis magnis, pro menſium numero, diſponuntur. Præcipui ſcriptores ſunt Athanaſius, Baſilius Seleucienſis & Cæſarienſis, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexand. & Ieroſol. Amphilochius, Gregorius Neocæſarienſis, Gregorius Nyſſenus, Gregorius Nazianzenus, alii plures, quorum catalogum exhibet L. Allatius, Diſſertat. I. de libris Eccleſiaſt. Græcorum. Huc etiam refero γράμματα πανηγυρικὰ, quorum ſemel atque iterum meminit Syneſius. Epiſt. VIII. p. 10. ſcribit ad fratrem: Οὐ μὴ ἐρεῖς ὡς ἔλαθεν ὑμᾶς ὁ διακομιστὴς τῶν πανηγυρικῶν γραμμάτων. *Non tu iſtud cauſaberis, latuiſſe vos eum, qui ſolennes literas portabat.* Et epiſt. XIII. p. 12. Τὸν διακομιστὴν τῶν πανηγυρικῶν γραμμάτων, ἃ καταγγέλλει τὴν κυρίαν τῆς ἑορτῆς ἡμέραν ἐννεακαιδεκάτην τοῦ Φαρμουθὶ μηνὸς, ὡς τὴν ἐπὶ ταύτῃ ἀγούσης νυκτὸς τὸ ἀναστάσιμον ἐχούσης μυστήριον, τοῦτον καὶ προσιόντα, καὶ ἐπανιόντα φιλανθρωπίας ἁπάσης ἀξιώσατε. *Solennium literarum latorem, quibus conſtituta feſtivæ celebritati dies indicitur ad diem decimum nonum menſis Pharmuthi; ita ut quæ proximè illam antecedit nox, Reſurrectionis myſterio conſecrata ſit; hunc & adeuntem, & redeuntem omni cum humanitate proſequimini.* Hic πανηγυρικὰ γράμματα ſunt *literæ ſolennes*, aliàs *paſchales* dictæ, quibus indicabatur, quando Paſchale feſtum eſſet celebrandum.

Πανιέρως.

Non habent Lexica. Πανίερος, *ſacroſanctus, omninò ſanctus, prorſus ſacer.* Hinc πανιέρως, *ſacroſanctè, omninò ſanctè.* Dionyſius Areopag. de cœleſti Hierarch. cap. VIII. ſect. II. pag. 96. Ἕτερος τῶν θεολόγων Ἰεζεκιὴλ, καὶ πρὸς αὐτῆς φησι τοῦτο πανιέρως νομοθετεῖσθαι, τῆς τοῖς Χερουβὶμ ἐπιβεβηκυίας ὑπερενδόξου θειότητος. *Quidam alius Theologus Ezechiel, hoc à Deitate ipſa ſupergclorioſa, quæ Cherubim tranſcendit, ſacroſanctè ſancitum aſſerit.*

Πάνσεμνος.

Non habent Lexica. Eſt *valde celebris, ſolennis.* Dionyſius Areopag. Eccleſ. Hierarch. cap. IV. P. III. num. 12. pag. 292. Τὴν πάνσεμνον ταύτην ἱερουργίαν, Μύρου τελετὴν, ἐκ τοῦ τελουμένου πραγματικῶς ὀνομάζουσι. *Sanctum hoc unguenti myſterium* τελετὴν, id eſt, *conſecrationem vocant, quòd re ipſa conſecret atq; conſummet.*

Πανσθενής.

Legitur apud Heſychium & Suidam, unde etiam Lexica habent. Apud illum: Πανσθενεστάτῳ, ἰσχυροτάτῳ. *Robuſtiſſimo, firmiſſimo.* Apud hunc: Πανσθενέσταον, ἰσχυρότατον. *Firmiſſimum, robuſtiſſimum.* Hæc enim vera lectio, non πανασθενέσταον, ut vult Portus. Eſt ergo πανσθενὴς, *omninò robuſtus, viribus omnes ſuperans, robore præpotens.* Cyrillus Alex. in cap. LII. Jeſaiæ, pag. 730. de Deo: Πανσθενεστάτην ἔχει τὴν δεξιάν. *Fortiſſimam habet*

bet

Digitized by Google

bet dexteram. Et pag. 736. in idem cap. de Filio Dei: Δύναμίς ἐστι πατρὸς, καὶ πανσθενὴς δεξιὰ, δι' ἧς τὰ πάντα ἐργάζεται. *Eſt potentia Patris, & fortiſſima dextera, per quam omnia operatur.* In cap. LV. pag. 778. iterum de Filio: Πάντα ἐνεργεῖ, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ τεκόντος δεξιὰ πανσθενὴς καὶ ἀλκιμωτάτη. *Omnia efficit, & ipſe eſt Patris fortiſſima & robuſtiſſima dextera.* In cap. LIX. pag. 828. Ἡ πανσθενὴς τοῦ Κυρίου δεξιά. *Fortiſſima Domini dextera.* Et mox: Ἔνεστιν αὐτῷ τὸ πανσθενές. *Ipſi (Deo) ineſt omnipotentia.* Clemens Alex. Strom. lib. VII. pag. 725. πανσθενὴς δύναμις, *omnipotens potentia.*

Πανσχήμος.

Non habent Lexica. *Omnis figuræ.* Legitur apud Dionyſium Areopagitam. Locum produximus ſub voce πανειδής.

Πανσώμως.

Non habent Lexica. Quaſi dicas παντὶ σώματι, *toto corpore.* Dionyſius Areopagita cap. II. de Eccleſ. Hierarch. P. II. num. 7. pag. 217. de homine baptizando ſic ſcribit: Ὁ δὲ τῆς χρίσεως διὰ τοῦ σφραγίσαι τρὶς ἀπαρξάμενος, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα χρῖσαι πανσώμως παραδὺς, &c. *Pontifex verò trino ſignaculo inchoans unctionem, ſacerdotibus hominem tradit toto corpore inungendum,* &c. Pachymeres in Paraphraſi pro πανσώμως habet, τελέως ἀπεκδύουσι τοῦτον, *planè ipſum exuunt.*

Παντέλειος.

Afferunt Lexica ex Suida, apud quem, παντέλειον, ὁλόκληρον. *Integrum, perfectum: quod omnino perfectum eſt.* Cyrillus Alex. ad v. 16. cap. 1. Joh. p. 100. Σημειωτέον, ὅτι πλήρη, τουτέστιν, ἐν πᾶσι παντέλειον εἶναί φησι τὸν υἱόν. *Obſervandum eſt, quòd* plenum, *id eſt, in omnibus perfectiſſimum dicit eſſe Filium.* Clemens Alex. Strom. VI. pag. 656. Ἡ δεκὰς δὲ ὁμολογεῖται παντέλειος εἶναι ἀριθμός. *Decimus autem numerus citra ullam controverſiam eſt undique perfectus.*

Παντεπόπτης.

Non habent vulgata Lexica. Idem quod παντεπόπτης, de quo ſuo loco. Polycarpus in epiſt. ad Philippenſes: Δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θεόν. *Precibus rogantes Deum omnia videntem.* Ad quæ Patricius Junius in Notis Criticis: *Vox eſt Clementis, quam vix alibi reperias. Greg. Nazianzenus pro ea utitur voce παντεπίσκοπος.* Temerè judicat Vir doctus: reperias enim hanc vocem apud ſcriptores etiam alios. Ea uſus Cyrillus Alex. in cap. LV. Jeſajæ, pag. 767. Ἔνεστι τὰ πανταχοῦ δύνασθαι καθορᾷν τῷ παντεπόπτῃ Χριστῷ. *Poteſt omnia paſſim perluſtrare is, qui eſt inſpector omnium, Chriſtus.* Eadem uſus Clemens Alex. Pædag. lib. III. c. VIII. p. 239. de Sodomitis: Ἐπεῖδεν αὐτοὺς ὁ παντεπόπτης λόγος, ὃν οὐκ ἔστι λαθεῖν ἀνόσια δρῶντας. *Reſpexit eos verbum, quod omnia videt, & quod latere non poſſunt nefaria perpetrantes.* Legitur etiam apud Photium. Locum produximus in ὀφθαλμὸς, num. II. 1. ſub lit. γ. Nec eam omiſit Heſychius, apud quem: παντεπόπτης, ὁ πάντα καθορῶν, *qui omnia videt.*

Παντεργάτης.

Non habent Lexica. Eſt *Rerum omnium opifex:* atque ita vocatur Deus in Commentario in Canticum, qui habetur in Bibliotheca Patrum, t. III. pag. 686. ubi hæc: Σύμπαντες ἐπλάσθημεν ἐκ Θεοῦ παντεργάτου. *Omnes formati ſumus à Deo rerum omnium opifice.*

Παντέφορος.

Non habent Lexica. *Omnia videns.* Palladius, hiſt. Lauſ. c. CII. p. 161. Παντέφορος τοῦ Θεοῦ δύναμις. *Omnia videns Dei potentia.* Aliud exemplum ex Photio vide in ὀφθαλμὸς, num. II. 1. α.

Παντήκοος.

Non habent Lexica. *Qui omnia audit.* Cyrillus Alex. lib. V. adv. Julianum, pag. 173. dicit, ὀφθαλμὸν Deo tributum notare τὸ πανδερκὲς, *quòd omnia videat,* ὦτα δὲ τὸ παντήκοον, *aures verò, quòd omnia audiat.*

Παντοκράτωρ.

Veteres Gloſſæ: παντοκράτωρ, *omnipotens.* Heſychius: παντοκράτωρ, ὁ Θεὸς, πάντων κρατῶν. *Omnipotens Deus, qui omnibus imperat.* Cyrillus Jeroſolymitanus Catech. Illum. VIII. pag. 74. Παντοκράτωρ ἐστὶν, ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων. *Παντοκράτωρ eſt, qui omnibus imperat, qui omnibus dominatur.* Damaſcenus contra Manich. pag. 364. Παντοκράτωρ, ὁ πάντα κρατῶν. Solius Dei epithetum eſt, & legitur tum in veteri, tum in novo Teſtamento: in illo frequentiſſimè, in hoc II. Corinth. VI. v. 18. & in Apocalypſi ſepties. De hac voce pluribus agit Gregor. Nyſſenus, Orat. II. contra Eunomium, t. II. pag. 467. Τὸ τοῦ παντοκράτορος ὄνομα, inquit, τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσιν εὑρίσκεται μὴ ἄλλο τι σημαῖνον ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως, ἢ τὸ πρός τί πως ἔχειν τὴν κρατητικὴν τῆς ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένην ἐνέργειαν, ἢ τοῦ παντοκράτορος ἔμφασις ὑποδείκνυσιν· ὥσπερ γὰρ οὐκ ἂν ἰατρὸς ἦν, εἰ μὴ τῶν νοσούντων χάριν, οὐδ' ἂν ἐλεήμων τε καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὰ τοιαῦτα κατωνομάζετο, εἰ μὴ διὰ τὸ οἰκτίρμον καὶ ἐλέους δεόμενον· οὕτως οὐδὲ παντοκράτωρ, εἰ μὴ πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ περικρατοῦντος αὐτὴν, καὶ ἐν τῷ εἶναι συντηροῦντος ἐδεῖτο· οὐκοῦν ὥσπερ ἰατρὸς τῷ δεομένῳ τῆς θεραπείας γίνεται, οὕτω καὶ παντοκράτωρ τῷ χρῄζοντι τοῦ κρατεῖσθαι· καὶ ὥσπερ οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὕτως ἐκ τοῦ ἀκολούθου καλῶς ἔστιν εἰπεῖν, μηκέτι τοῦ κρατοῦντος χρῄζειν ἐκεῖνον, ἐν ᾧ τὸ ἀπλανές τε καὶ ἀμετάπτωτον ἡ φύσις ἔχει. Οὐκοῦν ὅταν τὴν παντοκράτωρ φωνῆς ἀκούσωμεν, τοῦτο νοοῦμεν, τὸ πάντα τὸν Θεὸν ἐν τῷ εἶναι συνέχειν, ὅσα τε νοητὰ, καὶ ὅσα τῆς ὑλικῆς ἐστι φύσεως· διὰ τοῦτο γὰρ κατέχει τὸν γῦρον τῆς γῆς, διὰ τοῦτο ἔχει ἐν τῇ χειρὶ τῆς γῆς τὰ πέρατα· διὰ τοῦτο περιλαμβάνει τὸν οὐρανὸν τῇ σπιθαμῇ· διὰ τοῦτο περιμετρεῖ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ· διὰ τοῦτο τὴν νοητὴν πᾶσαν κτίσιν ἐν ἑαυτῷ περιέχει, ἵνα πάντα ἐν τῷ εἶναι μένῃ, τῇ περιεκτικῇ δυνάμει περικρατούμενα. *Omnitenentis nomen penitus & accuratè exquirentibus non aliud quid in divina potentia ſignificare invenitur, quàm quod illa vis & operatio, quæ univerſa, quæ in creatione conſiderantur, continet, quodammodo ad aliquid refertur. Hoc Omnitenentis oſtendit illuſtris appellatio: quemadmodum enim medicus non eſſet niſi ægrotantium cauſſâ: neque miſerator, neque miſericors, & quæ ſunt ejuſmodi, cognominaretur, niſi propter eum, qui miſeratione & miſericordia indiget: ſic neque omnipotens, niſi creatura omnis indigeret eo, qui ipſam potenter complectatur & in natura ſua conſervet. Quemadmodum igitur medicus fit ei, qui curatione indiget: ita etiam omnipotens ſive cunctitenens ei, qui eget, ut contineatur: & quemadmodum qui bene valent, medico non habent opus, ſed qui malè habent: ſic ex conſequenti præclarè inferre licet, non amplius illum continente ſive conſervante indigere, in quo natura eſt omnino erroris neſcia, & mutationis expers. Cùm igitur vocem παντοκράτωρ audimus, hoc mente concipimus, Deum omnia in ſuo eſſe, ſive in ſua natura & eſſentia continere, & quæ intelligentiâ ſolâque mente cernuntur, & quæ materiali natura conſtant. Propterea namque terræ gyrum ſive orbem continet, propterea in manu habet terræ fines; propter eandem cauſſam cælum palmo complectitur, propterea aquam manu commenſurat, propterea omnem incorpoream & ſub intelligentiam cadentem*

creaturam in ſe ipſo comprehendit, ut omnia in ſuo eſſe ſive in ſua natura maneant potentiâ comprehenſivâ, ſive continente, comprehenſa & contenta. Theophilus lib. I. ad Autolycum, pag. 246. Παντοκράτωρ λέγεται, ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει· τὰ γὰρ ὕψη τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐστι. Παντοκράτωρ vocatur Deus, *quia ipſe omnia tenet & continet: etenim altitudines cœlorum, & profunditates abyſſorum, & orbis habitabilis fines in manu ejus ſunt.* Dionyſius Areopag. cap. X. de div. Nominibus, ſect. I. pag. 658. 659. Λέγεται δὲ παντοκράτωρ ἡ θεαρχία, καὶ ὡς πάντων κρατοῦσα, καὶ ἀμιγῶς τοῖς διοικουμένοις ἐπάρχουσα, καὶ ὡς πᾶσιν ἐφετὴ καὶ ἐπέραστος οὖσα, καὶ ἐπιβάλλουσα πᾶσι τοὺς ἐθελουσίους ζυγούς, καὶ τὰς γλυκείας ὠδῖνας τοῦ θείου καὶ παντοκρατορικοῦ καὶ ἀλύτου τῆς ἀγαθότητος αὐτῆς ἔρωτος. *Dicitur autem* παντοκράτωρ *Deus, ut omniâ dominatu ſuo tenens, & qui iis quæ gubernat præeſt immixtè, & ut omnibus deſiderabilis & amabilis, & cunctis juga voluntaria imponens, & dulces parturitiones amorũ divini, & omnitenentis, & inſolubilis ipſius bonitatis.* Magis perſpicua ſunt, quæ ad hæc verba habet Pachymeres, pag. 665. Λέγεται παντοκράτωρ, ὅτι πάντων κρατεῖ καὶ ἐξουσιάζει καὶ ἐπαρκεῖ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ τοῖς διοικουμένοις ἅπασι. *Dicitur* παντοκράτωρ, *quia omnibus imperat & dominatur, & ſufficit poteſtas ejus omnibus, qui ab ipſo gubernantur.* Hinc colligas, apud Dionyſium, pro τοῖς διοικουμένοις ἐπάρχουσα, legendum eſſe ἐπαρχοῦσα, ἐπάρχουσα enim poſtularet Genitivum. Hæc de hac voce ſufficiant. De *Dei omnipotentia* agimus in voce Δύναμις, num. II. 1. & in Obſervat. noſtris, cap. XI.

Παντουργικός.

Non habent Lexica. τὸ παντουργικὸν eſt *vis omnia efficiendi.* Cyrillus Alexand. in Joh. pag. 493. Ἔχει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ θείας φύσεως τὸ παντουργικὸν ὡς Θεός. *Habet Dominus noſter Jeſus Chriſtus à divina natura vim omnia efficiendi ut Deus.*

Πανυπερσέβαστος.

Πανυπερσέβαστος dignitatis nomen eſt. Anna Comnena lib. VIII. Τὸν ἐμὸν καίσαρα νικηφόρον τὸν Βρυέννιον τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου τότε τετίμηκεν ἀξιώματι. Origo ab Alexio Comneno eſt, qui primus hoc titulo ornavit Michaelem Taronitam, ut Meurſius in Gloſſario ſuo ex Zonara docet; ubi ſimul monet, eum hunc Taronitam parem feciſſe Cæſari, idque permanſiſſe ad Andronicum usque juniorem, qui Joann. Cantacuzenum cum Magnum Domeſticum creâſſet, Panhyperſebaſto æqualem primò, mox quoque, mortuo hoc Andronico ſeniore, inferiorem ſtatuerit.

Παξαμᾶς. Παξαμάτιον.

Multa de his vocibus Joh. Lud. de la Cerda, in Adverſariis ſacris cap. XVIII: Voſſius lib. III. de vitiis Sermonis, lib. III. cap. XXXIV: Meurſius in Gloſſario ſuo: Rigaltius, & alii. *Paximatium*, vel *paxamacium*, ab Iſidoro in Gloſſis exponitur *panis ſubcinericius.* Sed ex Palladio in vita Pauli ſimplicis, cognoſcimus, fuiſſe panem minutum ſex unciarum. Verba ejus p. 72. ſunt: Φέρει ἄρτους ὁ Ἀντώνιος, καὶ ἐπιτίθησι τῇ τραπέζῃ παξαμάτας τέσσαρας ἔχοντας ὡς ἀπὸ ἓξ οὐγκιῶν· καὶ ἑαυτῷ μὲν ἔβρεξεν ἕνα, ξηροὶ γὰρ ἦσαν, ἐκείνῳ δὲ τρεῖς. *Fert panes Antonius, & imponit menſæ quatuor panes paxamates ſex unciarum, & ſibi quidem unum madefecit, erant enim ſicci: illi verò tres.* Mox: Φαγὼν οὖν ὁ μέγας Ἀντώνιος τὸν παξαμᾶν τὸν ἕνα, ἄλλον οὐχ ἥψατο. *Cùm igitur magnus Antonius unum ediſſet paxamatium, alterum non tetigit.* Ibidem etiam vocatur παξαμάδιον. Fuiſſe panem minutum etiam ex Caſſiano conſtat, qui Collat. II. c. XIX. p. 206. de Monachis Ægyptiis: *Diſcutientes continentias diverſorum, qui vel ſolis leguminibus, vel oleribus tantùm, vel pomis vitam jugiter exigebant, præpoſuere cunctis illis refectionem ſolius* (alii legunt *ſicci*) *panis: cujus æquiſſimum modum in duobus paxamaciis ſtatuerunt: quos parvulos panes vix unius libræ pondus habere certiſſimum eſt.* Et lib. IV. de Inſtitut. Renunc. c. XIV. p. 53. *Præter duo paxamacia, quæ tribus vix denariis ibidem diſtrahantur, nihil ſibimet ampliùs unusquiſque præſumit.* Collat. XII. c. XV. p. 390. *Quiſquis igitur extractus à cunctis confabulationibus otioſis, & mortificatus ab omni ira ac ſollicitudine curaque mundana, duobus tantùm paximaciis fuerit quotidiana refectione contentus*, &c. Leo Imp. in Tacticis, c. X. Ἀλλὰ καὶ δαπάνην (ἔχειν) ἢ παξαμαδίου, ἢ πίστου, ἢ ἄλλου τινὸς εἴδους ἐλαφροῦ εἴκοσι ἢ τριάκοντα λίτρας. *Commeatus paxamadii, aut piſti, aut alterius cujuſquam expeditæ rei habeas viginti aut triginta libras.* Cl. Voſſius ſuſpicatur, vocem eſſe à Monachis Ægyptiis; quæ poſtea ad alios etiam ſe diffuderit. Ea voce è Latinis uſus Rufinus lib. II. *Vidit de ſportella, ubi panis, id eſt, paximatia repoſita erant, ſurrexiſſe fumum magnum.* Et lib. eodem: *Tantùm unum paximatium, & quinque olivas in cibo capiebat.* Luitprandus in Legatione ad Nicephorum Phocam: *Sabi menſulæ adſident nudæ, paximatium ſibi apponentes.* *A* παξαμᾶς eſt diminutivum παξαμάτιον, (ap. Palladium ſcribitur παξαμάδιον) quod legitur apud Tzetzem var. hiſt. Chil. II. Μὴ γὰρ τὸ παξαμάτιον μάζαν, ἀλλ' ἄζαν λέγε. At Suidas duobus in locis dicit eſſe vocem Romanam. Παξαμᾶς, inquit, ὁ δίπυρος ἄρτος· ἔστι δὲ ἡ λέξις Ῥωμαϊκή. *Paxamas: panis bis coctus: eſt autem vox Romana.* Item: Δίπυρος ἄρτος, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς. *Bis coctus panis, qui apud Romanos dictus eſt Paxamas.* Romanos autem vocat Græculos Romanos, qui agebant in Imperio Byzantino, explicante Lipſio de Militia Romana, lib. V. Dial. XI. Sanè non veteres modò Latini, ſed Græci etiam, & παξαμᾶς & παξαμάτιον ignorant. Et potuerit nomen eſſe impoſitum à quodam *Paxamo*, quem Suidas in πάξαμος ait ſcripſiſſe ὀψαρτυτικὰ κατὰ στοιχεῖον, *de arte culinaria ſecundùm ſeriem literarum*, & alia.

Παπαλήθρα.

Corona, quæ in vertice capitis ſacerdotum ſatis ampla cernitur, παπαλήθρα appellatur. Balſamon ad Can. XXI. Concilii in Trullo, p. 382. Διορίζεται ὁ κανὼν κείρεσθαι τὴν κεφαλὴν κατὰ κληρικούς, ἤγουν ἔχειν παπαλήθραν, καὶ ἐνδύεσθαι σχῆμα μοναχοῦ. *Decernit canon eſſe tondendos capite, ut Clericos, id eſt, habere eam, quæ* Græcè dicitur παπαλήθρα, id eſt, *tonſuram, & Clerici habitu indui.* Conſtantinus epiſt. ad Silveſtrum: Ὑπὲρ τὸν στεφάνην, ἤτοι τὴν παπαλήθραν, ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου οὐκ ἤθελε βαστάζειν στεφάνην ἐκ χρυσίου καὶ μαργαριτῶν. *Super coronam, ſive papalethram, quam gerebat ad gloriam Dei & S. Petri, nolebat geſtare coronam ex auro & margaritis.* Vocatur etiam στεφάνη & γαῖσρα. Vide ſuis locis.

Πάπας.

Πάπας, *Papa.* Quinto adhuc ſeculo omnes *Epiſcopi*, honoris gratiâ, in occidentalibus Eccleſiis *Papæ* vocabantur. Patet ex epiſtolis Sidonii, qui promotus ad Epiſcopatum anno CCCCLXXII. lib. IX. epiſt. VII. Epiſcopum Rhemenſem vocat *Papam*: alibi Epiſcopum Lugdunenſem, cui *Patiens* nomen; *Leontium* Epiſcopum Arelatenſem; *Græcum*, Epiſcopum Maſſilienſem; *Mamertum*, Epiſcopum Viennenſem, & plurimos alios, *Papas* vocat. Hieronymus quoque *Papam Epiphanium* appellat in epiſtola ad Pammachium, & ad Theophilum, ut alibi *Papam Syricium*, & *Papam Damaſum.* De Johanne etiam Ieroſolymitano dicit, *Tu beatiſſimus Papa, & faſtidioſus antiſtes.* Ita

etiam

etiam *Papam Athanaſium* idem vocat in eadem ad Pammachium epiſtola. Imò *Sacerdotes* quoque & *Abbates*, *Papæ* fuerunt vocati, ut id agnoſcit Lindanus Panop. lib. IV. cap. LXXX. & Franciſcus Bernhardinus Ferrarienſis de antiq. genere epiſt. Eccleſiaſt. lib. III. cap. II. & ut teſtantur Acta Concilii Conſtantinop. anno CCCCXLVIII. celebrati, ubi *Eutyches* hæreticus, & alius *Abbas*, *Abramius* nomine, vocantur *Papæ*.

Placeat verò nonnullis, in Oriente uni Alexandrinæ urbis Epiſcopo hoc nomen quaſi proprium fuiſſe datum. Quod illum ab eo tempore ſibi vindicâſſe Papæ Romani protectores volunt, ex quo Cyrillo ſuas vices mandavit Papa Julius, ut pro ſe præſideret in Concilio Epheſino. Sed falſam hujus appellationis cauſſam afferunt, cùm certum ſit prædeceſſores Cyrilli, Athanaſium & Alexandrum, in epiſtolis ad ſedalis hoc nomine fuiſſe compellatos. Ἀλεξάνδρῳ πάπᾳ, & Ἀθανασίῳ πάπᾳ. Eutychius in originibus illius ſedis, ſcribit à temporibus Heraclæ, qui octoginta & octo circiter annis ante Alexandrum Patriarcha factus eſt Alexandriæ, hoc obtinuiſſe, ut *Patriarchæ* vocarentur *Papæ*. Is vocabatur *Pater*, id eſt, *Abba*, cùm alii Presbyteri tantùm vocarentur, id eſt, *Seniores*. Poſteaquam verò plures Epiſcopi per Ægyptum creati ſunt, qui nulli antea erant, ſed ab Heracla primùm conſtituti ſunt, tunc communicato omnibus illo nomine *Abba*, id eſt, *Patris*, ut aliquid præcipuum haberet Epiſcopus Alexandrinus, qui aliquot Epiſcopos ſub ſe habebat, placuit eum vocari *Papam*, id eſt, *avum*, nempe πατέρων πατέρα.

Παραβάπτισμα.

Παραβάπτισμα eſt *Baptiſmus adulterinus*, quemadmodum παρασυναγωγὴ vel παρασύναξις, *congregatio illegitima*. Locum, ubi occurrit, ex Balſamone produximus in παρασυνάγω.

Παραβολάνοι.

Παραβολάνοι vocantur, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur. Patet ex Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. III. ſect. XVIII. Παραβολάνοι γίνονται, καὶ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· μὴ ὄντες ἀξιωματικοὶ καὶ βουλευταὶ, ὀφείλοντες ἐπιμελεῖσθαι τῶν λελωβημένων, καὶ ταῖς κελεύσεσι τοῦ πάπα πειθαρχεῖν. *Parabolani ex Epiſcopi Alexandrini arbitrio fiunt, qui non ſunt in dignitate conſtituti, vel curiales: & confectorum morbis curam gerere debent, ejusq; Papæ juſſis obſequi.* Et §. XVII. Οὔτε οἱ λεγόμενοι παραβολάνοι ἔχουσι χώραν πρὸς τὰς δημοσίας θέας ἢ βουλευτήρια, &c. *Neque qui Parabolani vocantur, poteſtatem habent accedendi ad ſpectacula publica, vel ad Curias, &c.* Utrobique perperam editur παραβαλάνοι, pro παραβολάνοι. Concilium Calched. act. I. Εἰσέτρεχον γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν στρατιῶται μετὰ ὅπλων, καὶ εἰσήκεισαν οἱ μονάζοντες μετὰ Βαρσυμᾶ, καὶ παραβολάνοι καὶ πλῆθος ἄλλο πολύ. Vetus Interpr. *Irruebant enim in Eccleſiam milites cum armis. Inſtabant monachi qui cum Barſuma, & parabolani, & multitudo alia grandis.* Legendum παραβολάνοι, *parabolani*, ſic dicti, ut ait ſummus Novellarum interpres, quaſi *temerarii*, quòd qui ægrotis adſunt in periculis ſæpe non parvis verſentur, frequenti ægrotorum contactu: eadem nimirum formâ rationeque, quâ *beſtiarii* parabolarii ſunt, & Socrati παράβολοι, id eſt, *audaces*. Clariùs rem explico. Παράβολος eſt *deſperatus*. Ita vocati, qui aliter *confectores* dicebantur, qui ad beſtias pugnabant, & illis conficiendis operam ſuam locabant. Nicephorus Calliſt. hiſt. Eccleſ. lib. XIV. cap. III. pag. 442. de Theodoſio Imp. Κυνήγια δέ ποτε ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ, ὁ δῆμος κατεβόα, δεινῷ θηρίῳ ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, Οὐκ οἴδατε, ἔφη, ὅτι ἡμεῖς φιλανθρώπως εἰθίσμεθα θεωρεῖν. *Cùm aliquando Conſtantinopoli in amphitheatro venationis ſpectaculum præberet, & populus exclamaret, adverſus gravem feram generoſum quendam periclitatorem mittendum eſſe; An neſcitis, inquit, nos humanioribus ſpectaculis delectari ſolere? Hic* παράβολοι rectiùs vertuntur *viri audaces*: quomodo & Claudianus dixit:

> *Audaces legat ipſa viros, qui colla ferarum*
> *Arte ligent, certoq; premant venabula niſu.*

Poteſt etiam verti, *parabolani*, quomodo vocantur in Actis paſſionis SS. Martyrum Abdonis & Sennes: *Tunc juſſit Valerianus eos introduci in Amphitheatrum, ut ferarum morſibus conſumerentur. Et cùm ut audaciſſimi parabolani ingreſſi fuiſſent, &c.* Ita etiam olim Chriſtiani indigetati, quòd ſibi non parcerent, atque animam libenter pro Deo ſuo ponerent. Lactantius lib. V. Inſtitut. *Qui autem magni æſtimaverint fidem, cultoresq; ſe Dei non abnegaverint, in eos totis carnificinæ ſuæ viribus, veluti ſanguinem ſitiant, incumbunt, & deſperatos vocant, qui corpori ſuo minimè parcunt.* Deſperatos, παραβόλους; qui Claudiano *audaces*: deſperati. ἀπονενοημένοι. Vide Suidam in παράβολος.

Παραβολή.

I. *Varias* hujus vocis *acceptiones* conſideramus.

1. Παραβολὴ eſt *ſimilitudo*, ſeu *imago & repræſentatio*. Veteres Gloſſæ: Παραβολὴ, *ſimilitudo*, *parabola*. Suidas ὁμοίωσιν, *ſimilitudinem*, interpretatur. Heſychius: Παραβολὴ, πραγμάτων ὁμοίωσις. *Rerum ſimilitudo.* Ita ſumitur ad Hebr. XI. 19. ubi de Abrahamo Iſaacum immolare volente, Ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. *Unde eum & in parabola accepit.* Senſus eſt, Abrahamum *in ſimilitudine quadam recepiſſe* Iſaacum, quem offerebat: nam Iſaaci liberatio ex periculo mortis, quod ei imminebat, fuit quædam ſpecies & repræſentatio reſurrectionis ejus. Ita locum interpretatur Theodoretus, pag. 449. quando ἐν παραβολῇ explicat, ὡς ἐν συμβόλῳ καὶ τύπῳ τῆς ἀναστάσεως· τῇ γὰρ τοῦ πατρὸς ἀναιρεθεὶς προθυμίᾳ, τῇ τοῦ κεκωλυκότος τὴν σφαγὴν ἀνεβίω φωνῇ. *Tanquam in ſymbolo & typo reſurrectionis. Promto enim patris animo interemtus, ejus qui cædem prohibuit voce revixit.* Hanc expoſitionem ſequitur Cl. Heinſius, ad præſentem locum ita ſcribens: *Quod de Abrahamo dicitur,* αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο *(Iſaacum nempe) eſt quod Hebræorum Magiſtri* על ידי משל *quaſi* ἐν παραβολῆς χειρὶ, *hoc eſt*, per parabolam, *dicunt. Hoc autem vult: Reſurrectionem eo ipſo typicè (quod aliâs* דרך משל, more parabolico, *ut loquuntur paſſim) deſignari. Fuit enim deſtinatus morti Iſaacus, imò, jam ſub ictu: atq; ita ſubitò reſurgere ac ſervari juſſus. Quomodo autem?* Τῇ τῆς ἀναστάσεως παραβολῇ. *ita, ut reſurgere ac alludere ſic reſurrectionem videretur. Eo enim ipſo reſurrectionis quaſi typus fuit: qui ex ipſa quaſi morte, novam conſecutus vitam, ac ſic reſtitutus eſt. Bene ergo;* ἐν παραβολῇ *eo ſenſu, quo,* παραβολὴν, ὁμοίωσιν πραγμάτων *antiqui dicunt. Dixit igitur Apoſtolus, quod eleganter diceret Nyſſenus,* κομισάμενος γὰρ αὐτὸν, τὴν ἀνάστασιν ἑαυτῷ ἐξεικόνιζε, *vel potius,* κομισαμένῳ γὰρ τὸν υἱὸν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐξεικόνιζεν αὐτῷ ὁ Θεός. accipiendo eum, expreſſam reſurrectionis accepit imaginem: *vel*, expreſſam reſurrectionis imaginem exhibuit illi Deus. *Qui de Baptiſmo Chriſti,* καὶ τρίτον τοῦτο ποιήσαντες *(de terna loquitur immerſione)* τὴν τριήμερον ἑαυτοῖς τῆς ἀναστάσεως χάριν, ἐξεικονίζομεν. *Eſt igitur* παραβολὴ, εἰκονισμός. *&, ut ibidem ſcriptor idem,* εἰκονικὸν παράδειγμα. Hactenus Hein-

Digitized by Google

Heinſius. Chryſoſtomus verò Homil. XXV. in epiſt. ad Hebræos, illud, ἐν παραβολῇ, de ariete, loco Iſaaci, mactato intelligit. Αὐτὸν, inquit, καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο· τουτέστιν, ἐν ὑποδείγματι, ἐν τῷ κριῷ· πῶς; τοῦ γὰρ κριοῦ σφαγιασθέντος, οὗτος ἐσώθη· ὥστε διὰ τοῦ κριοῦ αὐτὸν ἔλαβεν, ἀντὶ τούτου σφάξας ἐκεῖνον· ταῦτα δὲ τύποι τινὲς ἦσαν· ἐνταῦθα γὰρ ὁ υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ σφαγιαζόμενος. Eum in parabola accepit, *hoc eſt, in exemplo: in ariete. Quomodo? Ariete enim mactato, hic fuit ſalvus. Quamobrem accepit eum per arietem, ut qui illum pro illo mactaverit. Hæc autem erant quidam typi: Hic enim eſt Filius Dei mactatus.* Eodem modo, pro more, Theophylactus, pag. 997. Ἐν παραβολῇ, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ κριῷ ἐκομίσατο αὐτὸν ὁ Ἀβραάμ, τουτέστιν, ἐν τῇ ἀντιδόσει τοῦ κριοῦ· ὃς κριὸς τύπος ἦν τοῦ Ἰσαάκ, τουτέστιν, ἀντίτυπος τοῦ Ἰσαὰκ ἐσφάγη. In ſimilitudine, *pro, in ariete accepit eum Abraham, hoc eſt, in permutatione arietis: qui aries typus erat Iſaaci, hoc eſt, figura Iſaaci mactata erat.* Iterum alii ad Chriſti paſſionem referunt. Id facit Theodoretus, qui verbis ſupra allatis continuò ſubjicit, Ἐν αὐτῷ δὲ προσγραφὴ καὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ὁ τύπος, *In eo autem ſalutiferæ quoque paſſionis adumbratus eſt typus.* Theophylactus quoque hanc interpretationem affert. Τί ἐστι τὸ, ἐν παραβολῇ; ἀντὶ τοῦ, ἐν τύπῳ, εἰς ἔνδειξιν μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστόν· ὥσπερ γὰρ τότε ὁ μὲν Ἰσαὰκ ἀφείθη, ὁ δὲ κριὸς ἐσφάγη· οὕτως ὁ εἷς Χριστὸς, Θεὸς ὢν καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, κατὰ μὲν τὸ ἀνθρώπινον ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη, ἡ δὲ θεότης ἀπαθὴς διέμεινε. *Quid eſt*, in ſimilitudine? *pro, in figura, ad demonſtrationem myſterii, quod in Chriſto erat. Ut enim tum Iſaacus quidem dimiſſus eſt, aries autem mactatus: ſic unus Chriſtus, qui & Deus eſt & homo, ſecundum humanam naturam pro nobis immolatus eſt, Deitas verò expers paſſionis manſit.* Ita parabola eſſet rei futuræ repræſentatio. Apud Juſtinum M. reſp. LX. ad Orthod. pag. 258. Παραβολή ἐστι λόγος ὁμοιότητα περιέχων τοῦ γεγονότος πράγματος πρὸς τὸ ἐσόμενον. *Parabola, oratio eſt rei factæ, ad eam quæ futura eſt, ſimilitudinem complectens.*

2. Παραβολὴ eſt *typus*, ſeu *exemplar*, aliàs ὑπόδειγμα, ut monet Chryſoſtomus in Pſal. XLIX. Ita ad Hebræos IX. 9. Παραβολὴ, *exemplar*, vocatur *tabernaculum*, id eſt, interprete Chryſoſtomo, Homil. XV. in epiſt. ad Hebræos, pag. 513. τύπος: & Theophylacto, τύπος καὶ σκιαγραφία τοῦ κατὰ τὸν νόμον ἐνεστηκότος καιροῦ, τοῦ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας. *Figura & adumbratio temporis ſecundum legem inſtantis ante adventum Chriſti.*

3. Παραβολὴ ſumitur *pro oratione ſeu narratione allegorica*, quâ ſub rerum in ſenſus incurrentium & nobis familiarium ſimilitudine aliquid proponitur, figuratur, & repræſentatur. De hac hujus vocis ſignificatione ita Clemens Alex. Strom. VI. pag. 677. Ἡ παραβολὴ, λόγος ἐστὶν ἀπό τινος οὐ κυρίου μὲν, ἐμφεροῦς δὲ τῷ κυρίῳ, ἐπὶ τὸ ἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων τὸν συνιέντα· ἤ, ὥς τινές φασι, λέξις δι᾽ ἑτέρων τὰ κυρίως λεγόμενα μετ᾽ ἐνεργείας παριστᾶσα. *Parabola eſt oratio ab aliquo non proprio quidem, ſed quod eſt ſimile proprio, ad id quod verum & proprium deducens eum qui intelligit: aut, ut dicunt aliqui, dictio, quæ per alia, ea quæ propriè dicuntur, oſtendit cum efficacia.* Vetus Homeri Scholiaſtes ad Il. β. v. 144. Παραβολή ἐστιν ὁμοιωματικὴ πράγματος τοῖς ὑποκειμένοις παράθεσις, πρὸς δήλωσιν ἐναργεστέραν. Parabolis frequentiſſimè uſus eſt Salvator noſter. Cur id factum ſit, duas affert rationes Chryſoſtomus, Homilia XXXIV. in Johannem, pag. 692. *Prima* eſt, ὥστε ἐμφαντικώτερον γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ μᾶλλον ὑπ᾽ ὄψιν ἄγειν τὰ λεγόμενα· ἡ γὰρ διάνοια τῆς συντριβῆς τῶν πραγμάτων εἰκόνος ἐπιλαβομένη διανίσταται μᾶλλον· καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ τὰ πράγματα ὁρῶσα κατέχεται μειζόνως. *Ut ſignificantiùs loqueretur, & dicta magis ob oculos poneret. Mens enim familiarium rerum imagine concepta, magis excitatur, & tanquam in pictura rem ipſam magis amplectitur.* Ratio *ſecunda* eſt, ὥστε καὶ γλυκαίνεσθαι τὴν διήγησιν, καὶ μονιμωτέραν εἶναι τῶν λεγομένων τὴν μνήμην. Οὐ γὰρ οὕτως ἀπόφασις χρῆται καὶ ἐνάγει τὸν ἀκροατὴν, ὡς ἡ διὰ τῶν πραγμάτων διήγησις, καὶ ἡ ὑπογραφὴ πείρας· ὃ διὰ τῆς παραβολῆς ἐστι μετὰ πολλῆς γινόμενον ἰδεῖν τῆς σοφίας. *Ut jucundior eſſet narratio, & dicta memoriæ firmiùs inhærerent. Non enim tam facilè ſententia capitur, & auditorem attrahit, ut ipſa per res narratio, & per ea maximè, quorum periculum fecimus, deſcriptio: quod per parabolam ſapientiſſimè fieri videmus.* Theophanes, Homil. II. pag. 8. tres affert rationes: 1. Ἐπεὶ σκαιοί τινες συνηγείρατο, ἥκιστα μὲν ὠφεληθησόμενοι, τῶν δὲ λεγομένων ἐπιληψόμενοι ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀποπληξίας εὐηθῶς φιλοψογεῖν, πανσόφως τῆς διδασκαλίας τὸ βούλημα εἰς τὸ τῆς παραβολῆς κρύπτει περίβλημα, ὅπως οἱ μὲν ἐχέφρονες διὰ τῶν φαινομένων χειραγωγούμενοι, εἰσαχθῶσι πρὸς τὰ νοούμενα, οἱ δὲ φθονεροὶ καὶ βαρύζηλοι, βλέποντες μὴ βλέψωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνήσωσι. *Quoniam cum iis ſtulti etiam congregabantur, qui nihil erant utilitatis inde relaturi, ſed potiùs reprehenſuri, quæ dicebantur; ex magna ſua ſtoliditate iis obſequi conſueti, ſapienti ſanè conſilio doctrinæ mentem integumento parabolæ abſcondit, ut prudentes quidem per exteriorum ſpeciem manuducti ad intelligibilia introducantur: invidi verò & malevoli videntes non videant, & audientes non intelligant.* 2. Ἐπειδὴ πρὸς εἰσαγωγικοὺς ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, καὶ παχεῖς τὴν διάνοιαν, τούτοις δὲ μᾶλλον ἁρμόδιος ἡ ἐν εἴδει διηγήματος ἐσχηματισμένη διδασκαλία, ὥσπερ οἱ μῦθοι τοῖς μειρακίοις ἁρμόδιοι, διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς διαλέγεται, μάλα γλυκέως τοῦτο ποιῶν· καὶ γὰρ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλιστα ὡραίοις ἔξωθεν φύλλοις περιχλαινίζεται. *Quoniam ad incipientes, quorum hebetior adhuc erat intelligentia, verba faciebat, his verò conveniebat magis ad narrationis cujuſdam hiſtoriæ modum informata doctrina, ſicuti etiam fabulæ ſunt adoleſcentulis accommodatæ; ideò cum illis per parabolas diſſerebat, idq; magna cum ſuavitate fecit. Nam & pulcherrimi quique flores decoris foliis conveſtiti ſunt.* 3. Προσεκτικωτέρους ἡμᾶς διὰ τούτου ποιεῖ πρὸς τὴν τῶν γραφῶν κατανόησιν, προτρεπόμενος μὴ πάντη προσέχειν τῷ γράμματι, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς παλαιᾶς αἰνίγματα εἰς πνευματικὰ μετάγειν νοήματα. *Attentiores hoc modo nos reddit ad ſcripturas intelligendas, admonetq; ne literæ usquequaque adhæreamus, ſed veteris Teſtamenti ænigmata ad ſpirituales ſenſus traducamus.* De parabolarum uſu eleganter Seneca epiſt. LIX. pag. 267. *Apud antiquos nondum captabatur plauſibilis oratio. Illi qui ſimpliciter & demonſtrandæ rei causâ loquebantur, parabolis referti ſunt: quas exiſtimo neceſſarias non ex eadem cauſſa quâ Poëtis, ſed ut imbecillitatis noſtræ adminicula ſint, & ut diſcentem & audientem in rem præſentem adducant.* P. Chryſologus: *Semper ſibi divina ſufficiunt: ſed ob hoc hominibus humana inſinuantur exempla, quia cæleſtis providentia non quid ipſa dicere, ſed quid auditor capere poſſit, attendit.* Præclarè in eandem ſententiam Iſidorus Peluſiota, epiſt. V. lib. II. pag. 129. Ὁ Θεὸς, ἐπειδὰν ἀνθρώποις νομοθετῇ, &c. Integrum locum produximus in voce γραφή, num. VI. 3.

4. Παραβολὴ ſumitur *pro dicto obſcuro*, vel, *pro aperto quidem, ſed tamen auditori obſcuro.* Chryſoſtomus in Pſal. XLIX. ubi aliquot vocis hujus acceptiones explicat, inter alia dicit, Ἔστι παραβολὴ ὁ αἰνιγματώδης λόγος, ὃ πολλοὶ λέγουσι ζήτημα, ἐμφαῖνον μέν τι ἐκ αὐτόθεν δῆλον ὂν ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ἀλλ᾽ ἔχον ἐντὸς κεκρυμ-

Digitized by Google

κεκρυμμένην διάνοιαν. *Parabola eſt oratio obſcura, quam multi quæſtionem vocant, indicantem quidem aliquid, quod non ſtatim ex ipſis verbis apertum eſt, ſed intus occultum ſenſum habet.* Theophylactus in cap. VII. Marci, pag. 226. Παραβολή ἐστιν ὁ σκοτεινὸς λόγος. *Parabola eſt ſermo tenebroſus.* Suidas: Παραβολή, λόγος αἰνιγματώδης, καὶ κεκρυμμένος πρὸς ὠφέλειαν φέρων. *Parabola, oratio obſcura & occulta, utilis humanæ vitæ.* Ita hæc vox ſumitur Matth. XV. 15. & Marci VII. 17.

5. Παραβολὴ ſumitur *pro ſententia inſigni, pro quovis ſcitè graviterque dicto,* quod aliàs *apophthegma.* Suidas: Παραβολή· διήγημα. Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἀντὶ τοῦ, ἐν διηγήσει ἀρχαίων λόγων. *Parabola. Narratio.* Aperiam in parabolis os meum: *pro, in narratione rerum antiquarum:* id eſt, res antiquas narrabo. Sunt verba Pſal. LXXVIII. 2. ubi Theodoretus, p. 704. Ἐπειδὴ τὴν τῶν πατέρων ἐποιεῖτο κατηγορίαν εἰς ὠφέλειαν τῶν παίδων, παραβολὴν ἐκάλεσε τὴν τοιαύτην διήγησιν, αἰνιγματώδη οὖσαν, καὶ κεκρυμμένην τὴν ὠφέλειαν προσφέρουσαν. *Quoniam patres accuſabat ad filiorum utilitatem,* parabolam *vocavit hujusmodi narrationem, ut quæ obſcura ſit, & occultam utilitatem contineat.* Olympiodorus Catenâ in Jobum, cap. XIX. pag. 417. Παραβολὴ εἴρηται παρὰ τῇ γραφῇ, οὐ μόνον ὁ καθ' ὁμοίωσιν λόγος, ἀλλὰ καὶ ἅπας λόγος σοφίας. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ Βαλαάμ, ἀναλαβὼν τὴν παραβολήν, ἔλεγε· καὶ ὁ Δαυίδ, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, οὐχ ὁμοιώματα διεξιόντες, ἀλλὰ λόγους σοφίας. Parabola *in ſcriptura dicitur, non ſolùm oratio, quæ ſimilitudinem in ſe continet, verùm etiam omnis ſermo ſapiens. Sic enim Balaam,* Num. XXIII. 7. Aſſumens parabolam, dixit; *& David,* Aperiam in parabolis os meum; *non ſimilitudines aliquas, ſed prudentes ſermones percurrendo explanantes.* Quæ verò ratio, vel potiùs occaſio fuit, quòd quævis ſcitè dicta & apophthegmata, quævis proverbia & adagia à ſacris ſcriptoribus παραβολαὶ dicta ſunt? Non alia ſanè, quàm quòd vox Hebræa מָשָׁל, cui vox παραβολὴ vulgari ſuo ſignificatu reſpondet, & *comparationem ac ſimilitudinem* ſignificat, *quodvis* etiam *ſcitè dictum, quodvis proverbium* & πολυθρύλλητον denotat. Sed Solomonis gnomæ morales, quarum pleræque citra ſimilitudinem ſunt pronunciatæ, vocantur משלי שלמה, quas LXX. Interpp. non tantùm παροιμίας Σολομῶντος, ſed etiam παραβολὰς appellant, I. Reg. IV, 32. καὶ ἐλάλησε Σολομὼν τρισχιλίας παραβολάς.

6. Παραβολὴ ſumitur *pro proverbio ſarcaſtico.* Hinc Chryſoſtomus in Pſal. XLIX. dicit παραβολὴν aliquando notare ὀνειδισμόν, *exprobrationem, ignominiam.* Sic Pſal. LXIX. 12. ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. *Factus ſum illis in parabolam.* Theodoretus παραβολὴν exponit per voces γέλως & κωμῳδία, *riſus, illuſio.* Sic II. Paralip. VII. 20. Δώσω τὸν οἶκον τοῦτον εἰς παραβολὴν καὶ εἰς διήγημα ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. *Dabo domum iſtam in parabolam & dicterium in omnibus gentibus.* Sic etiam in libris Apocryphis, Sap. V. 3. Ὃν ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα καὶ εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ. *Quem aliquando habuimus in deriſum & in parabolam improperii.* De ſignificatione hujus vocis conſulatur Philologia ſacra Vorſtii, cap. IV. ubi multa ſolidè & eruditiſſimè de hac materia diſſeruntur.

II. *Ad uſum parabolarum,* quatenus ſumuntur pro narrationib. allegoricis, quod attinet, hæc regula diligenter obſervanda: *In parabolis ſemper conſiderandus eſt ſcopus, quem intendit ille, qui parabolam proponit, extra, aut præter & ultra quem ſcopum nihil poteſt inferri, quia in parabolis multa dicuntur, non ad aliquid ſignificandum, ſed ſolùm ut narratio integra videatur.* Multa de hac re Chryſoſtomus, Homil. LXIV. in Matth. ubi inter alia: Οὐ χρὴ πάντα τὰ ταῖς παραβολαῖς κατὰ λέξιν περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν μαθόντας δι' ὃν συνετέθη, τοῦτον δρέπεσθαι, καὶ μηδὲν πολυπραγμονεῖν περαιτέρω. *Non oportet omnia in parabolis ad verbum examinare, ſed poſtquam ſcopum didicerimus, propter quem ſcriptæ ſunt, inde decerpere, neque ulteriùs curioſè inveſtigando progredi.* Eandem legem paulò poſt repetit: Οὐ χρὴ πάντα περιεργάζεσθαι τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς. Eandem ſui Doctoris obſervationem imitatus eſt & Iſidorus Peluſiota epiſt. CVII. lib. III. pag. 300. Φημί, ὅτι μάλιστα μὲν ἑκάστην παραβολὴν πρὸς τὸ προκείμενον ἀναζωγραφητέον, καὶ οὐ πάντα κατὰ πάντα ληπτέον. *Dico, unamquamque parabolam ad id, de quo agitur, depingendam eſſe, ac non omnia per omnia accommodari debere.* Idemque repetit de quibusvis paradigmatis ſive comparationibus, exemplis & ſimilitudinibus, lib. II. epiſt. CLXXV. Οὐ κατὰ πάντα τὸ παράδειγμα λαμβάνεται, ἀλλ' ἐκ μέρους, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη ὑπόδειγμα, ἀλλὰ ταυτότης. *Exemplum non juxta omnia accipitur, ſed ex aliqua duntaxat parte, alioqui exemplum non eſſet, ſed res omnino eadem.* Et inferiùs: Οὐ κατὰ πάντα λαμβάνεται τὸ ὑπόδειγμα, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο μόνον τὸ μέρος τὸ χρησιμεῦον τοῖς λεγομένοις, καὶ τὸ λοιπὸν χαίρειν ἐατέον. *Non juxta rationes omnes exemplum uſurpatur, ſed juxta illam duntaxat partem, quæ inſtituto ſermoni conducit.* Et epiſt. CCLXVII. lib. III. Ἴσθι, ὅτι τὰ παραδείγματα οὐ κατὰ πάντα λαμβάνεται, καὶ τοῖς προκειμένοις ἁρμόζεται (ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη παραδείγματα, ἀλλὰ ταυτότης) ἀλλὰ χρὴ τὸ χρήσιμον ἡμᾶς, καὶ εἰς ὃ παρείληπται ἐκλεξαμένους, τὸ λοιπὸν ἅπαν χαίρειν ἐᾷν. *Illud ſcito, exempla non omni ex parte aſſumi, atque ad rem, qua de agitur, accommodari, (non alioqui exempla eſſent, ſed res eadem) verùm oportere nos, ſelecto eo, quod conducit, & ad quod adhibita ſunt, quicquid reliquum eſt, valere jubere.* Apud Baſilium M. in regulis brevioribus, regulâ CCLIV. pag. 625. Αἱ παραβολαὶ οὐκ ἐπὶ πᾶσι τὰ θεωρήματα πληροῦσι, πρὸς δὲ τὴν ὑπόθεσιν τὸν νοῦν ὁδηγοῦσι. *Quæ afferuntur ſimilitudines, nequaquam omnino ſingulis earum rerum, ad quas allatæ ſunt, partibus reſpondent: ſed illud agunt, ut mentem ad id, de quo agitur, argumentum dirigant.* Theophylactus in cap. III. Joh. pag. 599. Οὐ δεῖ πάντα τὰ ἐν παραβολαῖς λεγόμενα, ὡς νόμους καὶ κανόνας παραλαμβάνειν. *Non oportet omnia, quæ in parabolis dicuntur, quaſi canones ac leges aſſumere.* Et in cap. XVI. Joh. pag. 792. Ἡ παραβολή, ἐὰν διὰ πάντων σώζηται, οὐκ ἔστι παραβολή, ἀλλ' αὐτὸ ἐκεῖνο, δὸ (leg. δι' ὃ) ἡ παραβολή. *Parabola ſi per omnia ſervetur, non eſt parabola, ſed illud ipſum, quod per parabolam denotatur.*

Παραδειγματίζω.

I. Παραδειγματίζειν apud ſcriptores Atticos ſignificat *ſupplicio afficere.* Hoc nec Theophylactum fugit, qui in cap. I. Matth. pag. 8. παραδειγματίζειν non tantùm exponit per φανεροῦν, ſed etiam per κολάζειν. Atque ita etiam à LXX. Interpp. uſurpatur Num. XXV. 4. Λάβε πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς κυρίῳ κατέναντι τοῦ ἡλίου. *Sume omnes populi duces, & ſupplicio affice eos* (in Hebræo eſt *ſuſpende eos*) *Domino coram ſole.* Apud Terentium, *Exempla in aliquem edere,* eſt punire. Apud Ciceronem, *ſtatuere exemplum in aliquo.* Quod apud Demoſthenem eſt παράδειγμα ποιῆσαι, *facere ut homo exemplum ſit.* Ejus verba κατὰ Τιμοκράτους ſunt: Ἄξιόν ἐστιν ὀργισθῆναι, καὶ κολάσαι, καὶ παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τοῦτον. *Par eſt iraſci, & punire illum, & facere ut aliis exemplum ſit.* Sanè, qui punitur, *exemplum eſt:* & pœna ipſa, quâ quis plectitur, *in exemplum.* Unde & *exemplum,* vel *exempla* pro pœnis. Claudianus: *Recentis exempli terror.* Tacitus, Annal. lib. XV. *Sontes, & noviſſima exempla meriti.*

II. Πα-

Digitized by Google

II. Παραδειγματίζειν eſt *publica* aliquem *ignominia exponere*, *traducere*, ac *ludibrio habere*. Heſychius: Παραδειγματίσαι, φανερῶσαι, θριαμβεῦσαι. *Palam producere*, *de aliquo triumphare*, vel, *aliquem publica ignominia exponere*. Vide θριαμβεύω. Polybius lib. II. Περιαγόμενον δ᾽ εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον, οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν. *Deductum autem in Peloponneſum*, *& cum ipſa pœna publicæ ignominiæ expoſitum*, *vitam reliquiſſe*. Eodem modo uſurpârunt LXX. Jerem. XIII. 22. & Ezech. XXVIII. 17. Atque hoc traducendi, publicæ ignominiæ exponendi ſignificatu uſurpatur etiam Matth. I. 19. ubi de Joſepho: Καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. *Et cùm nollet eam traducere*, *voluit occultè dimittere eam*. Quod de pœna capitis non poteſt intelligi: ſi enim hoc vellet Evangeliſta, non voce activa παραδειγματίσαι, ſed paſſiva, παραδειγματισθῆναι, uſus fuiſſet. Rectè ergo Chryſoſtomus, Homil. III. in Matth. pag. 21. explicat per ἐκπομπεύειν, ἀτιμάζειν, *ignominiâ afficere*. Et vulgaris verſio Græca per φανεροῦν & πομπεύειν. Eodem ſenſu Chryſoſtomus Homil. XIII. in II. ad Corinth. pag. 623. dicit: Τὴν κενοδοξίαν μὲν πανταχοῦ φεύγειν δεῖ, πολλῷ δὲ πλέον ἐπὶ ἐλεημοσύνης· ἐπεὶ οὐδ᾽ ἂν εἴη ἐλεημοσύνη, εἰ τοῦτο ἔχοι τὸ νόσημα, ἀλλ᾽ ἐπίδειξις καὶ ὠμότης. Ὅταν γὰρ μὴ ἐλεῶν, ἀλλὰ ἐκπομπεύων ποιῇς, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἐλεημοσύνη τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ὕβρις· παραδειγμάτισας γὰρ τὸν ἀδελφόν. *Inanis gloria ubiq; quidem fugienda eſt*, *multò verò magis circa eleemoſynam*: *hoc enim ſi vitio laboraret*, *non eſſet eleemoſyna*, *ſed oſtentatio & crudelitas*. *Si enim*, *non ut miſericordiam exerceas*, *ſed ut glorieris*, *hoc facias*, *id non tantùm eleemoſyna non eſt*, *ſed etiam ignominia*: *fratrem enim traduxiſti*. Apud eundem Chryſoſtomum hæc etiam occurrunt locutiones, τὴν τῆς ἐκκλησίας συμφορὰν παραδειγματίζειν, *Eccleſiæ calamitatibus inſultare*: τὴν φύσιν παραδειγματίζειν: *naturam traducere*. Greg. Nazianzenus de Chriſto: παραδειγματίσας τὴν ἁμαρτίαν καὶ θριαμβεύσας ὡς ἀξίαν ὕβρεως. *Cùm peccatum traduxiſſet & de eo*, *tanquam ignominiâ digno*, *triumphâſſet*. Apud Matthæum ergo nihil aliud ſignificat, quàm infamiam & contemtum: id quod etiam colligitur ex collatione cap. VI. v. 6. & cap. X. v. 29. epiſt. ad Hebræos: non quod priori loco eſt παραδειγματίζειν (quod Theophylactus exponit per θριαμβεύειν & καταισχύνειν) id poſteriori, de re eadem, eſt ἐνυβρίζειν. His ſimile eſt illud Coloſſ. II. 15. καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν, *& poteſtates traduxit*: quod Theodoretus explicat, καὶ δήλην αὐτῶν ἅπασιν ἀνθρώποις τὴν ἀσθένειαν ἔδειξεν, *& omnibus hominibus notam fecit earum imbecillitatem*: Theophylactus verò, ἀσχημονῆσαι ἐποίησεν, *indecoras eſſe fecit*.

Παράδεισος.

I. *Explicatio vocis*. Παράδεισος notat *ferarum ſepta*, ſive *vivaria*. Agellius, lib. III. cap. XX. *Vivaria nunc dicuntur ſepta quædam loca*, *in quibus feræ vivæ paſcuntur*. Et paulò pòſt: *Vivaria quæ nunc vulgus dicit*, *ſunt quos παραδείσους Græci appellant*. Suidas conflatum putat à παρὰ, id eſt, *juxta*, & δεύω, *irrigo*: ut propriè *hortum irriguum* ſonet. Alia quoque etyma afferuntur, ut ex Suida & Etymologo videre eſt. Sed fruſtrà ſunt, cùm à Græcis vocem arceſſunt. Meliùs Pollux, qui ſic de eo, lib. IX. cap. III. Οἱ δὲ παράδεισοι, βαρβαρικὸν εἶναι δοκοῦν τοὔνομα, ἤκει καὶ μετὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν ἑλληνικήν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν. *Sed paradiſi*, *Barbaricum nomen videtur*: *conſuetudine autem in uſum Græcum pervenit*, *ſicut & multa alia Perſica*. A᾽ Perſis autem eſſe, cognoſcimus ex lib. V. Memorabilium Xenophontis. Etiam Hebræis *pardes*, פרדס *pomarium* notat: quam vocem invenias Nehem. II. 5. Cant. VIII. 13. & Eccleſ. II. 5. Quid ſit, docet Nyſſenus, Homil. IX. in Canticum, t. I. pag. 611. Τὸ καταφυτον καὶ συνηρεφὲς τοῖς δένδροις ἄλσος, παράδεισον εἴωθε καλεῖν ἡ συνήθεια. *Nemus plantatum & frequens arboribus*, *conſuetudo* paradiſum *vocare ſolet*. Olympiodorus, in cap. II. Eccleſiaſtæ, pag. 611. Παράδεισος, ὁ δένδροις διαφόροις καταπεφυτευμένος.

II. Ejus *ſignificationes*. Παράδεισος in ſcriptura ſumitur, & apud Patres,

1. Κατ᾽ ἐξοχὴν, pro *loco illo*, ſeu *horto amæniſſimo*, in quo Deus hominem conditum collocaverat: de quo ſequentia notanda:

a. fuiſſe locum amœniſſimum & præſtantiſſimum. Philoſtorgius, hiſt. Eccleſ. lib. III. t. XI. pag. 44. 45. Ὁ παράδεισος ἁπάσης τῆς ἑώας τὸ κράτιστόν τε καὶ καθαρώτατον ὑπάρχων, καὶ τοὺς ἀέρας ἀκραιφνεστάτους καὶ καλλίστους ἔχων, καὶ τοῖς διαφανεστάτοις ὕδασι καταρδόμενος, δῆλον ὡς ἀπαραβλήτῳ ὑπεροχῇ τῆς ὑφ᾽ ἡλίῳ πάσης ἐν πᾶσι τὸ κρεῖττον φέρει, τῆς ἔξωθεν θαλάσσης κατ᾽ ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον αὐτῷ περικλυζομένης. *Paradiſus cùm optimus & puriſſimus totius Orientis exiſtat*, *cælumq; pulcherrimum & puriſſimum habeat*, *& limpidiſſimis aquis irrigetur*, *manifeſtum inde quàm incredibili faſtigio præ omni terra*, *quæ ſub ſole eſt*, *in omnibus primas ferat*, *exteriore Mari ad ſolem orientem eum claudente*. Baſilius M. Homil. XXX. quæ eſt de Paradiſo, pag. 626. Ὥσπερ τὸν ἄνθρωπον ἐξαιρέτου τῆς πλάσεως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα ἠξίωσεν ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ τὸ ἐνδιαίτημα τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἰδίας αὐτοῦ χειρὸς ἔργον ἐποίησε, τόπον ὑπερφέροντα τῆς ὅλης κτίσεως, θαυμαστὸν τῷ κάλλει, ἐν περιόπτῳ κείμενον, ἀνεπισκότιστον διὰ ὕψος, πάσαις ταῖς τῶν ἄστρων ἀνατολαῖς καταλαμπόμενον, πεφωτισμένον πάντοθεν, τὴν ἐκ τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν ἡδίστην ἔχοντα, ἀέρι διαυγεστάτῳ περιλαμπόμενον· ἐκεῖ ἂν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς, ὅπου οὐκ ἀνέμων βία, οὐχ ὡρῶν ἀμετρίαι, οὐ χάλαζα, οὐ πρηστῆρες, οὐ λαίλαπες, οὐ σκηπτοὶ, οὐ χειμερινὴ πῆξις, οὐχ ὑγρότης ἠρὸς, οὐ θερινὴ πύρωσις, οὐ φθινοπωρινὴ ξηρότης, ἀλλ᾽ εὔκρατος, καὶ εἰρηνικὴ συμφωνία τῶν ὡρῶν πρὸς ἀλλήλας ἑκάστης αὐτῶν ἰδίῳ κάλλει κεκοσμημένης, καὶ μὴ ἐπιβουλευομένης παρὰ τῆς γείτονος· οὔτε τοῖς ἠρινοῖς κάλλεσι τοῦ θέρους λυμαινομένου, οὔτε τῶν θερινῶν, ἢ τῶν μετοπωρινῶν καρπῶν καταῤῥεομένων ὑπὸ τοῦ γήρως. *Quemadmodum hominem à cæteris animantibus diſcreta ac ſingulari formatione dignatus eſt Deus*; *ita etiam homini apparavit ſuaq; condidit manu peramœnam ac deliciis omnifariam diffluentem manſionem*, *locum utique omnem exuperantem creaturam*, *viſenda pulchritudine ſuſpiciendum & admirabilem*, *locum dico*, *prælustrem & ſpectatu digniſſimum*, *& qui ob ſitus celſitudinem nulla ſui parte ullas admittit tenebras*, *nulla tenebreſcit caligine*, *quippe quem exorientium ſiderum ſplendor irradiat*, *& undiq; ſuo lumine circumfundit*. *Retinet hic peramœnam & jucundiſſimam veris temperiem*, *lucidiſſimo colluſtratus & ſplendifluo aëre*. *Illic igitur plantavit Deus paradiſum*, *ubi nulla eſſet vis ventorum*, *nulla tempeſtatum intemperies*, *nulla grando*, *nulla fulmina*; *nullæ procellæ ac turbines*, *non contorta ac violenta fulgura*, *non hyemalis glacies*, *non veris humiditas*, *nec æſtatis exæſtuatio*, *nec autumni ſiccitas*, *ſed temperata & pacifica inter ſe temporum conſonantia*, *ſingulo quoq; horum adornato propria amœnitate*, *cùm nec præcedens à ſequente quicquam inſidiarum metuere poſſet*: *dum neq; verno decori ſubſequens æſtus noceret*: *neq; æſtivi vel autumnales fructus præ ſenio defluerent*. Vide ibi plurima alia, quæ longum eſſet huc transferre.

b. Paradiſum fuiſſe locum terreſtrem & corporalem, ſicut evidentiſſimè colligitur ex circumſtantiis, quæ accuratè narrantùr à Moſe in hiſtoria deſcriptionis illius. Errârunt ergo illi ex veteribus, qui, quæcun-

que

que de Paradiſo narrantur, in meras allegorias transformârunt. Epiphanius hæreſi LXVI. pag. 278. hæc Manichæorum de Paradiſo recenſet deliria: Ἔστι τὰ φυτὰ ἐν αὐτῷ ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων· τὸ δὲ ἐν παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς. *Plantæ, quæ in Paradiſo, ſunt concupiſcentia, & aliæ deceptiones, quæ hominum cogitationes corrumpunt. At vero arbor in Paradiſo, ex qua cognoſcunt bonum, eſt ipſe Jeſus.* De Origene teſtatur idem in Ancorato, eum docuiſſe *Paradiſum non eſſe in terra.* Eadem fuit opinio Philonis Judæi, qui in allegoriis, pag. 33. παράδεισον τροπικῶς εἰρῆσθαι τὴν ἀρετὴν, *paradiſum figuratè virtutem eſſe dictam* prodit. Chryſoſtomus Homil. XIII. in Geneſ. quidam dixerunt, μὴ ἐπὶ τῆς γῆς εἶναι τὸν παράδεισον.

2. *Metaphoricè* παράδεισος ſumitur, & notat

a. *beatam ſedem*, ſeu *locum beatis deſtinatum.* Hinc Greg. Nyſſenus Orat. I. in reſurrect. Chriſti, t. III. pag. 393. Ὁ ἐν παραδείσῳ γενόμενος ταῖς πατρῴαις ἐνδιαιτᾶται παλάμαις, ἐν αἷς ἡ θεία πόλις τὴν περιγραφὴν ἔχει. *Is qui in Paradiſo eſt, in Patris manibus, in quibus deſcriptionem habet divina civitas, commoratur.* Macarius, Homil. XXV. pag. 331. Σπούδασον εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, τὴν εἰρηνευομένην Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀνωτάτην, ἔνθα καὶ ὁ παράδεισος. *Stude ingredi in ſanctam civitatem, in Jeroſolymam bello non infeſtatam, & ſupremam, ubi etiam Paradiſus.* Per *paradiſum*, in quem latro fuit receptus, ipſam intelligi *beatorum ſedem*, fusè probamus in voce Λῃστὴς, num. III.

b. ipſam *S. Scripturam*, quæ frequenter Paradiſo confertur. Chryſoſtomus, Homil. I. ad populum Antiochenum, t. VI. pag. 448. Οὐχὶ λειμὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ παράδεισός ἐστι τῶν θείων γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις· οὐ γὰρ εὐωδίαν ψιλὴν ἔχει ταῦτα τὰ ἄνθη μόνον, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ψυχὴν τρέφειν δυνάμενον. *Non ſolùm pratum, ſed etiam paradiſus eſt divinarum ſcripturarum lectio: neque enim odoris tantùm ſuavitatem ſimplicem hi flores habent, ſed etiam fructum alendæ animæ aptum.* Idem, Homil. Quòd ſcripturarum lectio utilis ſit, t. VIII. pag. 111. Πνευματικὸς λειμὼν καὶ παράδεισος τρυφῆς ἡ τῶν γραφῶν ἐστιν ἀνάγνωσις· παράδεισος δὲ τρυφῆς ἐκείνου τοῦ παραδείσου βέλτιον. Τοῦτον τὸν παράδεισον οὐκ ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐφύτευσεν ὁ Θεός· τοῦτον τὸν παράδεισον οὐκ ἐν Ἐδὲμ, οὐδὲ κατὰ ἀνατολὰς ἔθετο ἐν ἑνὶ περιγράψας χωρίῳ, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐξήπλωσε, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐξέτεινε, κλ. *Spirituale pratum, & deliciarum Paradiſus divinarum ſcripturarum lectio eſt. Deliciarum verò Paradiſus Paradiſo illo* (in Eden) *præſtantior. Hunc Paradiſum non in terra, ſed in fidelium animis Deus plantavit. Hunc Paradiſum neque in Eden, neque in oriente, uno eum loco includens, collocavit, verùm ubique terrarum expandit, & ad fines orbis habitabilis extendit, &c.* Vide eundem Homil. XVIII. t. V. pag. 100. Vide de Paradiſo Cl. Hottingeri Ennead. Diſſertat. Heidelberg. Diſputat. III. & Voetii Diſputat. de Creatione, de opere quarti diei.

Παράδεκτος.

Non habent Lexica. Παράδεκτος, *qui admittitur*, vel *admitti poteſt.* Cyrillus Alex. in cap. LXV. Jeſaiæ, pag. 899. Τοῖς ἅπαξ ἐξειλεγμένοις, οὐδεὶς τὸ τῶν δεισιδαιμόνων ὄνομα ποιεῖται παράδεκτον. *Nemo eorum, qui ſemel electi ſunt, nomen ſuperſtitioſorum admittet.*

Παραδιατριβή.

Παραδιατριβὴ, & διαπαρατριβὴ eandem ſignificationem habent, unde I. Timoth. VI. 5. quædam exemplaria legunt παραδιατριβαὶ, quædam διαπαρατριβαί. Chryſoſtomus Homil. XVII. in hanc epiſt. pag. 321. Διαπαρατριβαί· τουτέστι, σχολή, ἡ διατριβή· ἢ τοῦτό φησι· Διαπαρατριβαί· καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα νόσου καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἐμπίπλησιν· οὕτω καὶ οὗτοι οἱ πονηροὶ ἄνδρες. Διαπαρατριβαί. *id eſt, otium, ſive mora: vel hoc dicit:* Διαπαρατριβαὶ, *confricationes: quemadmodum ſcabioſæ oves, dum affricant ſeſe, ſanas quoque morbo replent: ita etiam hi homines nequam.* Clarius ἀπόδοσιν exprimit Theophylactus, pag. 789. Παραδιατριβαί· τουτέστι, σχολαὶ μάταιαι· διατριβὰς γὰρ, τὰς σχολὰς ἔθος καλεῖν· ἢ ὅτι καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα, νόσου πληροῖ καὶ τὰ ὑγιαίνοντα· οὕτω καὶ οὗτοι παρατριβόμενοι ἑτέροις, διαφθείρουσιν αὐτούς. *Id eſt, inanes ſcholæ, ſive diſputationes. Nam* διατριβὰς *ſolent vocare* σχολάς. *Vel quod, quemadmodum ſcabioſæ oves, dum affricant ſeſe, ſanas quoque morbo inficiunt: ſic & iſti cum aliis confligantes, corrumpunt eos.* Theodoretus eodem modo: Τῆς πίστεως ἐληλαμένης, ὑπόνοιαι πονηραὶ περιφύονται· ἐντεῦθεν δὲ λύμη τις γίνεται διαφθείρουσα τοὺς πελάζοντας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ ἡ διαπαρατριβὴ τῶν διεφθαρμένων τὸν νοῦν· ὥσπερ γὰρ τὰ νοσοῦντα πρόβατα τοῖς ὑγιαίνουσι συνδιατρίβοντα μεταδίδωσι τῆς νόσου· οὕτω καὶ οὗτοι τοὺς πελάζοντας ἐμφορέουσι τῆς λύμης. *Ejecta fide, oriuntur malæ ſuſpiciones. Hinc verò lues quædam procreatur, quæ inficit appropinquantes. Hoc enim ſignificat,* Contagio eorum qui ſunt mente corrupti. *Quemadmodum enim oves ægrotæ, ſi cum ſanis verſantur, eodem eas morbo inficiunt: ita etiam hi eos, qui ipſis appropinquant, eodem malo replent.* Oecumenius etiam, pag. 761. Διαπαρατριβὴν dicit eſſe τὴν νόσου τῶν κακῶν δογμάτων μετάδοσιν, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ψωραλέων προβάτων· παρατριβόμενα γὰρ, νόσου πληροῖ καὶ τὰ ὑγιαίνοντα. *Morbi pravorum dogmatum communicationem, metaphorâ deſumtâ ab ovibus ſcabioſis. Dum enim affricant ſeſe, ſanas quoque morbo inficiunt.* Qui παραδιατριβαὶ legunt, notant illud παρὰ in compoſitione id quod minus rectum eſt ſignificare. Hinc Beza vertit, *Perverſæ exercitationes.* Poteſt etiam, monente Cl. Pricæo, παρατριβαὶ ſcribi. Eudemus Rhetor in Lexico MS. παρατριβὴ, λογομαχία, ἔρις. Et hinc apud Suidam, ex vetere quodam Anonymo, πρὸς τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας παρατρίβεσθαι, *cum illuſtribus viris collidi.* Idem Suidas: Παρατριβή· λογομαχία, ἔρις. Τὴν γενομένην πρὸς αὐτὸν παρατριβὴν καὶ ζηλοτυπίαν. *Attritio, verborum contentio, jurgium, rixa.* Ut, *Verborum contentionem, quæ fuerat ipſi cum illo, & æmulationem.* Latinè dicas *colliſiones*, & *collidi.* Silius Ital. *Acer concurſus viros colliſerat.* Statius: *Gloria collidit fratres.* Eodem ſenſu Vulgatus *Conflictationes* exponit. Donatus in Andr. I. 1. *Conflictatio eſt tactus corporum invicem, & colliſio.*

Παραδίδωμι.

Hìc tantùm illud conſideramus, quo ſenſu Deus dicatur *Tradere cupiditatibus cordium*, ſeu *fœdis affectibus*, item *in mentem reprobam.* Ad Rom. I. 24. dicit Apoſtolus de gentilibus: Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν. *Propter quod tradidit illos Deus in deſideriis cordis illorum.* Theodoretus ad hunc locum: Τὸ παρέδωκεν ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε τέθεικε. Λέγει δὲ, ὅτι θεασάμενος αὐτοὺς, οὔτε διὰ τῆς κτίσεως πρὸς τὸν ποιητὴν ποδηγηθῆναι θελήσαντας, οὔτε διὰ τῆς τῶν λογισμῶν διακρίσεως, ἑλέσθαι μὲν τῶν πρακτέων τὰ κρείττω, φυγεῖν δὲ τὰ χείρω, τῆς οἰκείας προμηθείας ἐγύμνωσε, καὶ καθάπερ σκάφος ἀνερμάτιστον (perperam in editione Paris. ἀτερμάτιστον) φέρεσθαι εἴασεν· οὐκ ἀναχαιτιζόμενος κυβερνᾶν τοὺς εἰς ἐσχάτην ἐκπεσόντας ἀσέβειαν, ἥτις καὶ τὸν παράνομον ἀπεκύησε βίον. Tradidit *poſuit pro* permiſit. *Dicit au-*

tem, quòd cùm vidiſſet eos, nec velle per res creatas ad conditorem deduci, nec vi rationis indita meliora in rebus agendis eligere,, ac deteriora fugere, illos ſuâ providentiâ privavit, & tanquam navem abſque ſaburra ferri permiſit: detrectans eos gubernare, qui ad extremam impietatem prolapſi fuerant, quæ injuſtam & legibus contrariam vitam peperit. Chryſoſtomus, Homil. III. in epiſt. ad Rom. pag. 21. Τὸ παρέδωκεν ἐνταῦθα εἴασεν ἐστιν· ὥσπερ γὰρ ὁ στρατοπέδου προηγούμενος ἂν τοῦ πολέμου βαρήσαντος ἀναχωρήσας ἀπέλθοι, παραδίδωσι τοῖς πολεμίοις τοὺς στρατιώτας, οὐκ αὐτὸς ὠθῶν, ἀλλὰ γυμνῶν τῆς ἑαυτοῦ βοηθείας· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς οὐ βουληθέντας δέξασθαι τὰ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ πρώτους ἀποπηδήσαντας, ἀφῆκεν, αὐτὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα πληρώσας. Tradidit *hoc loco ſignificat* permiſit. *Quemadmodum enim ſi quis exercitus præfectus prælio ingraveſcente retrocedens abſceſſerit, hoſtibus milites tradit, haudquaquam ipſos impellens, verùm ſuo ipſius auxilio nudans: ſic & Deus eos dimiſit, qui admittere ipſius præcepta noluerant, ſed ſtatim inter primos ab eo defecerunt, cum ipſe partes ſuas omnes expleviſſet.* Eodem modo Theophylactus, alio tamen ſimili uſus, pag. 16. Παρέδωκεν, ἀντὶ τοῦ εἴασεν, ἀπέλυσεν· ὥσπερ ἰατρὸς βοηθῶν τῷ κάμνοντι, εἶτα ὁρῶν ἀτακτοῦντα περὶ τὴν δίαιταν, καὶ ἀπειθοῦντα αὐτῷ, παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ ἐπὶ πλέον νοσεῖν, ἀντὶ τοῦ, ἀπολύει αὐτὸν, καὶ ἐᾷ, ὥστε τῷ οἰκείῳ θελήματι χρώμενον μὴ ἀνακομισθῆναι τῆς νόσου. Tradidit, *pro permiſit, dimiſit: quemadmodum medicus ſuccurrens laboranti, deinde videns eum inordinatè ſe gerentem, nec diætæ obſervantem, ſibiq; immorigerum, tradit eum ut vehementiùs ægrotet, pro eo quod eſt, deſerit eum, & permittit ut ſuæ voluntati indulgens à morbo non convaleſcat.* Aliam expoſitionem, ſed minùs aptam, quæ eſt Photii apud Oecumenium, pag. 254. affert ibidem Theophylactus: quem vide. Breviter, ſed nervosè Oecumenius: Παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεός. τὴν συγχώρησιν τοῦ Θεοῦ, παράδοσιν λέγει. *Tradidit eos Deus: permiſſionem Dei, traditionem dicit.* Similis eſt illa locutio ad Rom. I. 26. Παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. *Tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ.* Hic rurſus, interprete Theophylacto, τὴν τοῦ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν, παράδοσιν ὀνομάζει. Rurſus *Dei derelictionem, traditionem nominat.* Baſilius M. ad hunc locum reſpiciens, in cap. V. Jeſaiæ, pag. 941. Οἱ τὴν ἐκ τοῦ λόγου φυλακὴν ἀποβάλλοντες, ἔκδοτοί εἰσι τοῖς βοσκηματώδεσι λογισμοῖς, καὶ πονηροῖς δαιμονίοις τοῖς τὰ ἀκάθαρτα ἐνεργοῦσιν. *A ſe excutientes fidelem animæ cuſtodiam, quæ ex inſtinctu rationis proficiſcitur, expoſiti ſunt pecuniæ cupiditatibus, cogitationibus, & improbis dæmonibus, qui ad omnia immunda peragenda impellunt.* Rurſus ad Rom. I. 28. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν. Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum: id eſt, juxta Theodoretum, τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας παντελῶς ἐγυμνώθησαν. *Providentiâ Dei omnino privati ſunt.* Idem, in cap. IV. ad Epheſ. ad v. 19. pag. 310. Ἐντεῦθεν νοήσωμεν καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ εἰρημένον, τὸ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν· τὴν γὰρ συγχώρησιν οὕτως ἐκάλεσεν· ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς ἐδίδαξεν ὡς ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ. *Ex hoc loco intelligemus etiam, quod dictum eſt in epiſtola ad Romanos,* Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum. *Ita enim appellavit permiſſionem. Hic enim apertè docuit, quòd ſe ipſos libidini tradiderint.* Similiter Theophylactus hæc loca conferri vult, quando itidem in cap. IV. ad Epheſios, pag. 541. ſcribit: Ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ· ὅταν τοίνυν ἀλλαχοῦ ἀκούσῃς, ὅτι ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, μέμνησο καὶ τούτου τοῦ ῥητοῦ, καὶ συμβίβαζων ἀμφότερα, νόει ὅτι τοὺς παραδόντας ἑαυτοὺς ὁ Θεὸς λέγεται παραδοῦναι, ἀντὶ τοῦ, συγκεχωρηκέναι καὶ ἐγκαταλελοιπέναι, ἐπειδὰν ἀξίους ἑαυτοὺς τούτου ἐποίησαν. Seipſos tradiderunt impudicitiæ. *Quando igitur alio in loco audiveris, quòd Deus tradiderit in reprobum ſenſum, memento etiam hujus loci, atque facta inter utrumq; collatione, intellige quòd Deus dicatur tradere eos, qui ſe ipſos tradunt, hoc eſt, permittere & deſerere, quandoquidem ſe hoc dignos fecerunt.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. LIX. lib. IV. pag. 445. Οὐκ εἶπεν, ἐπειδὴ παρεδόθησαν, ἐπληρώθησαν, ἔτι μὴν, παρεδόθησαν πληρωθησόμενοι, ἀλλὰ πεπληρωμένους παρέδωκε· τοῦτ' ἐστιν, ἀφῆκε, γυμνώσας τῆς ἑαυτοῦ βοηθείας. *Non dixit, quoniam, vel poſtquam traditi ſunt, repleti ſunt; ſed neq; hoc, repletos tradidit; hoc eſt, dimiſit, reliquit, nudatos ſuo auxilio & præſidio.* Poſtea ſubjicit ſimile Chryſoſtomi de belli duce, quod ad locum Rom. I. 24. ſuprà adduximus. Huc etiam faciunt illa ejuſdem, ex epiſt. CI. lib. IV. pag. 467. Τὸ, ἔδωκε, καὶ τὸ, παρέδωκε, κατὰ τοὺς τῆς ἱερᾶς γραφῆς νόμους καὶ τὰ ἰδιώματα, ἀφῆκέν εἰσι καὶ συνεχώρησεν. *Illa verba,* dedit & tradidit, *ſecundùm leges & proprietates modosq; peculiares loquendi ſacræ ſcripturæ, ſignificant, reliquit, vel permiſit.* Item hæc Theophylacti in cap. I. ad Romanos: Ἡ ἀποστροφὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἐγκατάλειψις παράδοσις ὀνομάζεται τῇ γραφῇ. *Averſio Dei & derelictio*, traditio *nominatur in ſcriptura.* Olympiodorus in Catena in Job. cap. XVII. pag. 399. Παρέδωκεν, εἶπεν, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ ἀναγκαστικῶς τοῦτο ποιοῦντος, μὴ γένοιτο· ἀλλὰ συγχωροῦντος αὐτοῖς διὰ τὸ αὐτεξούσιον, ὡς θέλουσι πορεύεσθαι. *Dixit,* tradidit, *non quod Deus neceſſitate cogat, & ad hoc impellat, ſed quia ex arbitrii voluntate, prout ipſis viſum fuerit, incedere permittit.*

Παραδοξοποιέω.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Significat *paradoxas res, ſeu miracula facio.* Chryſoſtomus in Pſal. CXXXV. Τὰ γινόμενά ἐστι τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς παραδοξοποιούσης τὰ θαύματα. *Ea quæ fiunt, procedunt à divino nutu miracula faciente.* Idem, epiſt. I. ad Olympiad. de Deo: Ὅταν αὐξηθῇ τὰ δεινὰ, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἔλθῃ, καὶ παρὰ τῶν πλειόνων ἀπογνωσθῇ, τότε θαυματουργεῖ καὶ παραδοξοποιεῖ, τήν τε οἰκείαν ἐνδεικνύμενος δύναμιν, καὶ τῶν ἐμπιπτόντων τὴν ὑπομονὴν ἐγγυμνάζων. *Cùm res adverſæ creverint, atq; ad finem extremum pervenerint, jamq; ſpes omnis à multis abjecta ſit, tum deniq; mira atq; ab hominum opinione aliena facinora edere ſolet; ut nimirum & vim ſuam oſtendat, & eorum, qui in calamitates incidunt, patientiam exerceat.*

Παράδοσις.

Dupliciter dividimus παραδόσεις, *Traditiones:*

I. *ab autoribus.* Atque ita *traditiones* ſunt,

1. *Divinæ,* quæ ab ipſo Deo proficiſcuntur. Ita παράδοσις eadem eſt cum verbo ἔγγραφον, nihilque aliud quàm ipſam Scripturam S. ſignificat. Illuſtre dictum eſt Greg. Nyſſeni cap. XI. de Virginitate, t. III. pag. 147. Μεσταὶ μὲν οὖν αἱ θεῖαι βίβλοι τῆς τοιαύτης εἰσὶν ὑφηγήσεως, nempe, quæ ſit ratio ac via ad Deum nos deducens, πολλοὶ γὰρ τῶν ἁγίων καθάπερ τινὰ λύχνον τὸν ἑαυτῶν βίον τοῖς κατὰ Θεὸν πορευομένοις προφαίνουσιν· ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς εἰς τὸν προκείμενον σκοπὸν ὑποθήκας ἔξεστιν ἑκάστῳ πλουσίως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν διαθηκῶν ἀναλέξασθαι· πολλὰ μὲν γὰρ ἐν προφήταις καὶ νόμῳ· πολλὰ δὲ ἐν εὐαγγελικαῖς τε καὶ ἀποστολικαῖς παραδόσεσι πάρεστιν ἀφθόνως λαβεῖν. *Plenæ igitur hujusmodi narrationis divinæ literæ, compluresq; ſancti vitam ſuam, quaſi lumen aliquod illis oſtendunt, qui ſecundum Deum ambulant. Verùm præcepta quidem multa, quæ ad hoc propoſitum pertinent, ex divinitus inſpirata utrimq; Teſtamenti ſcriptura copiosè ſatis colligere licet: multa namq; in Prophetis & Lege: multa etiam in Evangelicis & Apoſtolicis* traditionibus *abundè percipi poſſunt.* Quid his clarius? Quod prius vocaverat ἀμφοτέρας διαθήκας, id poſtea appellat προφήτας καὶ νόμον, item εὐαγγελικὰ τε

τε ϗ ἀποςολικὰς παραδόσεις; unde vel cæco pateat, verbum ἔγγραφον à Nyſſeno παράδοσιν nominari. Idem Nyſſenus de Anima & Reſurrectione, t. III. p. 212. Πεπίστευται ἔκ τε τῆς κοινῆς ὑπολήψεως, ϗ ἐκ τῆς τῶν γραφῶν παραδόσεως. *Perſuaſum eſt tam ex communi opinione, quàm ex ſcripturarum traditione;* nimirum impuros eſſe ſpiritus. Παράδοσις notat ἔγγραφον Evangelii doctrinam apud Cyrillum Alexandr. in cap. LXVI. Jeſaiæ, ad v. 5. pag 909. Πρᾳεῖς αὐτοὺς βούλεται, ϗ ἀνεξικάκους εἶναι, κατά γε τὰς εὐαγγελικὰς παραδόσεις. *Vult eos mites & malos tolerantes eſſe, juxta traditiones Evangelicas.* Ubi παραδόσεις iſtæ? Illas ſuppeditat non ἄγραφον, ſed ἔγγραφον verbum Matth. XI. 29. cap. V. 5. I. Theſſal. V. 15. I. Petr. III. 9. Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. cap. IV. n. 4. pag. 50. Ἐῶ εἰπεῖν, ὡς εἰδότι τὰ ταῖς ἱερατικαῖς ἡμῶν παραδόσεσιν ἐκπεφασμένα, καὶ περὶ τοῦ ἀγγέλου τὸν Ἰησοῦν ἐνισχύσαντος. *Omitto dicere, utpote ſcienti, quæ ſacroſanctis traditionibus noſtris expreſſa ſunt de Angelo quoque Jeſum confirmante.* Hic rurſus verbum ἔγγραφον intelligi, certiſſimum eſt: de Angelo enim Jeſum corroborante Lucas ſcribit cap. XXII. 43. Hoc ipſum diſertè agnoſcit Pachymeres in ſua Paraphraſi ad præſentem locum, pag. 59. dum ἱερατικὰς παραδόσεις dicit eſſe τὰ τῶν γραφῶν μυστήρια, *ſcripturarum myſteria.* Idem Areopagita, cœl. Hierarch. cap. V. pag. 60. Scripturam vocat ἐκφαντορικὰς παραδόσεις, *explanatorias traditiones:* quod Pachymeres, pag. 62. exponit per τὰς τῶν γραφῶν παραδόσεις, *ſcripturarum traditiones.* Balſamon ad Can. VI. Concilii Nicæni II. pag. 505. Εὐαγγελικὰς παραδόσεις ϗ ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ appellat, τὸ βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, ϗ τοῦ υἱοῦ, ϗ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ μὴ μοιχεύεσθαι μὴ πορνεύσῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, ϗ τὰ ὅμοια. Athanaſius, epiſt. ad Adelphium, t. I. pag. 159. Ἡμῶν ἡ πίστις ἐστὶν ὀρθὴ, ϗ ἐκ διδασκαλίας ἀποστόλων ὁρμωμένη, καὶ παραδόσεως τῶν πατέρων βεβαιουμένη ἔκ τε νέας ϗ παλαιᾶς διαθήκης. Interpres callidè pervertit, poſteriora verba ſic reddendo: *Ex doctrina Apoſtolica & traditione Patrum confirmata, & novo & veteri Teſtamento.* Locus totus ita vertendus: *Fides noſtra recta eſt, & ex Apoſtolorum doctrina orta, & traditione Patrum confirmata, tum ex novo, tum ex veteri Teſtamento.* Græcus quin etiam contextus videtur corruptus. Ibidem mox ſequitur: Ἡ δὲ ἀποστόλων παράδοσις διδάσκει, τοῦ μὲν πέτρου λέγοντος, χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, τοῦ δὲ παύλου γράφοντος· προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα. *Traditio verò Apoſtolorum docet, Petro quidem dicente,* I. epiſt. IV. 1. *Cùm Chriſtus paſſus ſit pro nobis carne: Paulo autem ſcribente,* ad Tit. II. 13. *Exſpectantes beatam illam ſpem.* Idem Athanaſius ad Serapionem, t. I. pag. 202. Ἴδωμεν δὲ ὅμως ϗ πρὸς τούτοις, καὶ αὐτὴν τὴν ἐξ ἀρχῆς παράδοσιν καὶ διδασκαλίαν ϗ πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἣν ὁ μὲν κύριος ἔδωκεν, οἱ δὲ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν, καὶ οἱ πατέρες ἐφύλαξαν. *Videamus verò nihilominus ad hæc etiam ex principio traditionem & doctrinam atque fidem catholicæ Eccleſiæ, quam Dominus quidem tradidit, Apoſtoli verò prædicârunt, Patres autem cuſtodiverunt.* Rectè παράδοσις & διδασκαλία conjunguntur. Παράδοσις eſt reſpectu Chriſti, qui Apoſtolis doctrinam Evangelicam tradidit: διδασκαλία eſt reſpectu Apoſtolorum, qui ea, quæ à Chriſto acceperunt, alios deinceps docuerunt. Hinc etiam Heſychius παραδόσεις dicit eſſe διδασκαλίας. *Traditionis* etiam vox hoc ipſo ſenſu non ſemel occurrit apud Cyprianum. Unum & alterum teſtimonium ex eo adduxiſſe ſufficiet. Epiſt. LXXIV. ad Pompejum contra epiſtolam Stephani, pag. 191. Cùm Stephanus dixiſſet, *Nihil innovetur, niſi quod traditum eſt,* urgens eum interrogationibus S. Cyprianus, ita ſcribit: *Unde eſt iſta traditio? utrumne de Dominica & Evangelica autoritate deſcendens, an de Apoſtolorum mandatis atq; epiſtolis veniens? Ea enim facienda eſſe, quæ ſcripta ſunt, Deus teſtatur, & proponit ad Jeſum Nave dicens: Non recedet liber legis hujus ex ore tuo, ſed meditaberis in eo die ac nocte, ut obſerves facere omnia, quæ ſcripta ſunt in eo.* Et mox: *Si ergo aut in Evangelio præcipitur, aut in Apoſtolorum Epiſtolis, aut Actibus continetur, ut à quacunque hæreſi venientes non baptizentur, ſed tantùm manus illis imponatur in pœnitentiam, obſervetur divina hæc & ſancta traditio.* Sic in ead. epiſtola: *Si in aliquo nutaverit & vacillaverit veritas, ad originem Dominicam, & Evangelicam & Apoſtolicam traditionem revertamur.* Idque mox appellat *ſacramentum divinæ traditionis.* Autore igitur Cypriano *traditio* erit duplex: *Dominica* & *Apoſtolica*: quarum illa ex Evangeliorum autoritate deſcendit; iſta de Apoſtolorum epiſtolis venit. Huc etiam referri poteſt παράδοσις ἄγραφος, *traditio non-ſcripta*, quam Patres nonnunquam vocant, quæ non ſcripturæ quidem verbis, ſed ſenſu tantùm continetur. Ita Baſilius M. de Spiritu S. cap. VII. probans contra Eunomianos, τὴν δοξολογίαν τῷ πατρὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ offerendam eſſe, quia majores ita fecerint, ſubjicit: Ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο ἡμῖν ἐξαρκεῖ, ὅτι τῶν πατέρων ἡ παράδοσις· κἀκεῖνοι γὰρ τῷ βουλήματι τῆς γραφῆς ἠκολούθησαν. *Verùm hoc nobis ſufficit, quod Patrum hæc ſit traditio: illi enim voluntatem ſcripturæ ſunt ſecuti.* Per analogiam ergò ex ſcriptura hoc habuerunt. Sic Auguſtinus de Geneſi ad literam, lib. X. c. XXIII. dicit *Pædobaptiſmum eſſe traditionem Apoſtolicam*, quem tamen probat è ſcripturis lib. IV. de Baptiſmo contra Donatiſt. cap. XXIV. Hoc etiam modo, baptizatos ab hæreticis non eſſe rebaptizandos, apud Auguſt. *traditio eſt*, non ſcripta quidem verbis, ſcripta tamen ſenſu & fundamento. Proinde παράδοσις eadem poterit eſſe ἔγγραφος, & ἄγραφος. Ἔγγραφος, *ſcripta* ſenſu: ἄγραφος, *non-ſcripta* verbis.

2. *Humanæ*, quas etiam *Eccleſiaſticas* vocare licet. De quibus deinceps, ubi de *Traditionum materia* agetur.

II. *À materia* traditiones diſtribuuntur in eos, quæ

1. Sunt *de Fide.* Hic non diffitemur, quoſdam è Patribus traditionibus non-ſcriptis multùm indulſiſſe. Id fecit Chryſoſtomus, Homil. IV. in II. ad Theſſal. pag. 237. ad v. 15. cap. II. Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ πάντα δι᾽ ἐπιστολῆς παρεδίδοσαν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἀγράφως· ὁμοίως δὲ κἀκεῖνα καὶ ταῦτά ἐστιν ἀξιόπιστα· ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγώμεθα, παράδοσίς ἐστι, μηδὲν πλέον ζήτει. *Hinc perſpicuum eſt, eos non omnia tradidiſſe per epiſtolam, ſed multa etiam ſine ſcriptis: ſimiliter verò & iſta & hæc fide digna ſunt. Quamobrem Eccleſiæ quoque traditionem cenſemus fide dignam. Traditio eſt, nihil amplius deſidera.* Eadem ad eundem locum habet Theophylactus, pag. 730. Epiphanius, hæreſi LXI. pag. 222. Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι, οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι· διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι. *Oportet etiam traditione uti: non enim omnia ex divina ſcriptura peti poſſunt: propterea alia quidem ſcripto, alia verò per traditionem Apoſtoli tradiderunt.* Baſilius M. cap. XXVII. de Spiritu ſancto, pag. 210. Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως, διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν. *Quæ in Eccleſia conſervantur dogmata & prædicationes, has quidem ex ſcripta doctrina habemus: illa verò ex Apoſtolorum traditione in myſterio diſſeminata ſuſcepimus: quorum utraque*

parem vim habent ad pietatem. Hic tamen locus *traditionibus de fide* non favet: id quod fusè ſatis probamus in voce Δόγμα, num.II.2. Sic Juſtinus in Dialogo cum Tryphone errorem Chiliaſtarum defendit autoritate traditionis Apoſtolicæ. Sed ſi allata Chryſoſtomi & Baſilii dicta cum aliis eorum ſcriptis conferamus, patebit, eos ſibi vel manifeſtè contradicere, vel allatas aſſertiones non de dogmatibus fidei, ſed de ritibus potiùs accipiendas eſſe. Sic enim apud Baſilium, Moralium ſummâ, ſeu definitione XXVI. cap. I. Δεῖ πᾶν ῥῆμα, ἢ πρᾶγμα πιστοῦσθαι τῇ μαρτυρίᾳ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, εἰς πληροφορίαν μὲν τῶν ἀγαθῶν, ἐντροπὴν δὲ τῶν πονηρῶν. *Omne dictum aut factum teſtimonio divinitus inſpiratæ ſcripturæ confirmari debet, ad certitudinem quidem, ſeu plenam perſuaſionem bonorum, confuſionem verò malorum.* Similia ex Chryſoſtomo, Epiphanio, & aliis produximus in voce Γραφή, num.VI. 4. ubi *de ſcripturæ perfectione.*

2. *de conſuetudinibus circa res liberas*, vel *de ritibus eccleſiaſticis.* Hæ traditiones continent præcepta de rebus, vel actionibus ad decorum tantùm & politiam, Græci πολιτείαν dicunt, non ad cultum Dei, vel ad capita fidei, pertinentibus. Ad laudem ordinis Eccleſiaſtici, dicuntur *Apoſtolicæ.* Ita jejunium feriæ quartæ, ſextæ, & ſabbati dicitur eſſe *traditio Apoſtolorum*, Can. LXVIII. Apoſtolico, & apud Epiphanium in Compendiariâ doctrina, pag.466. Locum vide in voce Νηστεία, num.II.2. ſub lit.*a.* Hieronymus epiſt. ad Lucinium: *Unaquæque provincia --- præcepta majorum leges Apoſtolicas arbitretur.* Et in Aggæum cap. I. *ſed & alia, quæ abſque autoritate & teſtimonio ſcripturarum, quaſi traditione Apoſtolica ſponte recipiunt atque confingunt, percutit gladius Dei.* De his verò traditionibus libenter admittimus illud Arſenii in ſynopſi Canonum, Can.XVIII. Biblioth. Juris Canonici pag. 753. Ὅτι δεῖ τηρεῖν τὰς ἀγράφους πάσας ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις, τὰς ἐκ συνηθείας δεδεγμένας τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μὴ ἐναντιουμένας ἐγγράφοις τύποις. *Omnes eccleſiaſticas traditiones non ſcriptas, ex conſuetudine in Eccleſia receptas, ſcriptiſque conſtitutionibus minimè contrarias, eſſe ſervandas:* nimirum ſi per τύπους ἐγγράφους intelligantur τύποι, quos ipſa S. Scriptura nobis proponit. Alioqui multæ *traditiones*, quas veteres dicunt *Apoſtolicas*, ne ab Eccleſia quidem Romana hodierno die recipiuntur. Talis eſt *trina immerſio: ſtationes* diebus Dominicis à Paſchate ad Pentecoſten *inter orandum* obſervatæ: *ad ſolem orientem* in precibus *converſio, &c.*

Παράθεσις.

Quando Catechumeni cervices ſuas ac capita manui & benedictioni Pontificis ſupponebant, eorum quoque oratio recitabatur, de qua in voce Εὐχή, n. VIII. ſub lit.*b.* Hæ in Catechumenos preces παραθέσεις dictæ, tanquam quæ aliis Chriſtianorum orationibus apponerentur. Notavit hoc Alexius Ariſtenus in Can. CVI. Carthaginenſem. Τὰς παρὰ τῶν συνόδων κεκυρωμένας γραφὰς, καὶ τὰς εὐχὰς, ἃς ἡ ἐκκλησία παρέλαβε, πάντες ἐπιτελεῖν ὀφείλουσιν· ἤγουν τὰς ἄχρι τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ὑμνῳδίας καὶ ἀναγνώσεις τῶν ἱερῶν γραφῶν, εἴτε παραθέσεις, τουτέστι τὰς ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὰς, δι' ὧν αὐτοὺς τῷ κυρίῳ παρατιθέμεθα, εἴτε ἐπιθέσεις χειρῶν, ἤτοι τὰς γινομένας πρὸς τὸν λαὸν εὐλογίας, τῇ τοῦ ἐπισκόπου χειρί. *Determinatas à Synodis ſcripturas, & Orationes, quas Eccleſia recipit, omnes obſervare oportet; nempe divinas laudes, quæ uſque ad ſacrum Evangelium recitantur, & lectiones ſacrarum ſcripturarum, ſive* Parathеſes, *orationes nempe, quæ ſuper Catechumenos fiunt, per quas eos Domino commendamus; ſive impoſitiones manuum, id eſt, ad populum benedictiones, per Epiſcopi manum.* Hinc formulæ illæ poſt lectum Evangelium, aliaque divinæ ſcripturæ oracula: Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε. Οἱ κατηχούμενοι προέλθετε. Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε· μήτις τῶν κατηχουμένων· ὅσοι πιστοὶ ἔτι καὶ ἔτι τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Deinde παράθεσις etiam notat *commendationem, quâ defuncti Deo per preces commendantur.* Sic ſumitur Can. XLI. Cod. Can. Eccleſiæ Africanæ: Ἐάν τινων κατὰ τὸν δειλινὸν καιρὸν τελευτησάντων εἴτε ἐπισκόπων εἴτε τῶν λοιπῶν παράθεσις γένηται, μόναις εὐχαῖς ἐκτελεσθῇ, ἐὰν οἱ ταύτην ποιοῦντες, ἀριστήσαντες εὑρεθῶσι. Latina ſic habent: *Si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſive Epiſcoporum, ſive cæterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat: ſi illi, qui faciunt, jam pranſi inveniuntur.* Zonaras ad hunc Can. p.429. vocem παράθεσις duplici modo exponit: priori quidem modo, ut παράθεσις τελευτώντων fuerit, ὅτε προετίθεντο, ἵνα τελεσθῇ ἐπ' αὐτοῖς τὰ ἐπικήδεια ᾄσματα, ὡς ἔοικε, καὶ προκομιδῆς ἱερουργία ἐγίνετο. *Quando proferebantur, ſeu efferebantur, ut funebria in eis cantica peragerentur, ut conſentaneum eſt, & elationis quoque ſacra peragebantur.* Eodem modo Balſamon, p.655. At hoc πρόθεσις potiùs, quàm παράθεσις diceretur. Poſterior ergo expoſitio vera, quam his proponit: Τινὲς δὲ, παράθεσιν, τὴν διὰ τῶν εὐχῶν πρὸς τὸν Θεὸν σύστασιν καὶ οἰκείωσιν τοῦ θανόντος φασί. *Quidam verò παράθεσιν eſſe dicunt, quando defunctus per preces Deo commendatur & conciliatur.* De hoc ritu Auguſtinus de verb. Apoſt. ſerm. XXXII. vel XXXIV. *Hoc à Patribus traditum univerſa obſervat Eccleſia, ut pro eis, qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium ſuo loco commemorantur, oretur.* Et ſtatim: *Cùm verò eorum commendandorum cauſſâ opera miſericordiæ celebrantur, &c.*

Παραίτησις.

Παραίτησις in Conciliorum Canonibus eſt, *cùm quis abdicato Epiſcopatu, honorem nihilominus retinere cupit.* De hac παραιτήσει agit epiſtola ſynodi Epheſinæ ad Synodum in Pamphylia, de Euſtathio Metropolitano; de quo inter alia: Κεχειροτόνηται μὲν κανονικῶς. Τεθορυβημένος δὲ, ὥς φησι, παρά τινων, καὶ ἀδοκήτοις περιστάσεσιν ἐμβεβηκὼς, εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπραγμοσύνης ἀπειρηκὼς τὴν ἀντίστασιν τῶν ἐπενηνεγμένων αὐτῷ φροντίδων, καὶ (MS. Baſil. rectiùs, καίπερ) διακρούεσθαι τὰς παρὰ τῶν ἐπιφυομένων αὐτῷ δυσφημίας δυνάμενος, παραιτήσεως οὐκ ἴσμεν ὅπως προσεκόμισε βιβλίον. *Canonicè quidem electus eſt. Cùm autem eſſet à nonnullis perturbatus, ut ait, & in inopinatos caſus incidiſſet, & præ nimia negotii gerendi ſuſcipiendique laboris fuga defeſſus eſſet, ad ſuſtinendas fortiterque ferendas curas, quæ ipſi afferebantur, cùm maledicta, quæ in eum ab imminentibus adverſariis congerebantur, facilè amoliri poſſet, abdicationis libellum nihilominus, neſcio quo modo, obtulit.* De eo ergo ſtatuit eadem epiſtola, δίχα πάσης ἀντιλογίας ἔχειν αὐτὸν, τό, τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμὴν καὶ κοινωνίαν, &c. *ut ſine omni contradictione Epiſcopatus nomen habeat, & honorem, & communionem.* Tales autem παραιτήσεις non fuiſſe licitas, docet Zonaras ad hanc epiſtolam, & ex eo Balſamon, p.323. quorum uterque adducit locum ex epiſtola Cyrilli ad Domnum, ubi decernitur, λιβέλλους παραιτήσεως μὴ προσάγειν τινὰς τῶν ἱερέων, *ne ulli ſacerdotes libellum abdicationis afferant.* Ratio? Εἰ γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἔστωσαν ἐν τούτῳ· εἰ δὲ ἀνάξιοι, μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ἐξίτωσαν, κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασι. *Si enim ſacra myſteria obire digni ſunt, in eo permaneant: ſin autem indigni: ne per abdicationem exeant, ſed potiùs, rebus ipſis condemnati.* Illud ergo, quod de Euſtathio factum, Balſamon κατ' οἰκονομίας λόγον definitum dicit, nec in exemplum trahi debere. Ibidem eſt, παραιτεῖσθαι ἐγγράφως τὴν ἐπισκοπὴν, *ſcripto ſe abdicare Epiſcopatu.*

Παρα-

Παρακαλέω & Παράκλησις.

I. Παρακαλεῖν eſt *rogare, eum, cujus ope indigemus, verbis & geſtibus ad commiſerationem adducere.* De hac ſignificatione ita Gregorius Nyſſenus Orat. II. contra Eunomium, t.II. pag.486. Παρακαλεῖν eſt διὰ τῶν τιμητικῶν ῥημάτων καὶ σχημάτων, ὑπὲρ ὧν ἄν τινος δεόμενοι τυχεῖν, εἰς συμπάθειαν αὐτὸν ἐπάγειν. *Per honorifica verba & geſtus eum, cujus ope indigemus, ad commiſerationem adducere & flectere.* Veteres Gloſſæ: παρακαλῶ. *Oro, obſecro, rogo, quæſo.* παράκλησις, *obſecratio.* Frequenter hoc ſenſu παρακαλεῖν in N. Teſtamento. Vide Matth. VIII. 5. XVIII. 29. 32. Marci I. 40. ubi παρακαλῶν καὶ γονυπετῶν, verba nimirum & geſtus. Ita alibi paſſim. Sic παράκλησις II. Corinth. VIII. 4. μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν. *Cum multis precibus nos rogantes.* Ita meliùs Beza, quàm ut Vulgatus, *cum multa exhortatione.* Chryſoſtomus, ὑπὲρ τῶν παίδων παρακαλῶν τὸν φυγάδα, *propter liberos rogans fugitivum.* Baſilius Cæſar. παρακαλῶ καὶ πάλιν, καὶ πολλάκις, πάντα ὄκνον ὑπερθεμένους ἀπαντῆσαι καὶ προλαβεῖν τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ. *Iterum, iterumque rogo, ut omni mora abjecta, accedatis, & hyemis difficultates præveniatis.*

II. Παρακαλεῖν & παράκλησις uſurpantur *de conſolatione.* Iterum Nyſſenus, loco ſuprà laudato, παρακαλεῖν dicit eſſe θεραπευτικὴν τῶν ψυχικῶν τε καὶ σωματικῶν παθημάτων ἐπίνοιαν, *notitiam curatricem & ſanatricem afflictionum animi & corporis.* Heſychius: παρακεκλημένοι, παραμυθηθέντες, παρακληθέντες. *Qui conſolationem acceperunt.* Idem: παρεκλήθη, παρεμυθήθη. Ita enim legendum. Hoc ſenſu ſumitur I. Corinth. IV. 12. βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. Theophylactus exponit: παρακαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, πρᾳοτέροις λόγοις καὶ μαλακτικοῖς ἀμειβόμεθα. Τοῦτο γὰρ ἡ παράκλησις, ἡ πραΰνουσα διάλεξις. *Obſecramus, hoc eſt, manſuetioribus & mollioribus verbis occurrimus. Hæc enim eſt obſecratio, ſermo manſuefaciens.* Hoc tamen ad primam potius ſignificationem referendum. Ad Rom. XII. 12. de conſolatione accipit idem, pag. 121. Παράκλησις ἰδικῶς λέγεται, ὅταν τις ψυχαῖς τεταραγμέναις ἢ λύπῃ, ἢ θυμῷ, καταστολὴν ἐμποιῇ διὰ τοῦ λόγου. *Conſolatio ſpeciatim dicitur, quando quiſpiam mentibus mœrore vel iracundiâ perturbatis mitigationem & quietem inducit per ſermonem.* Theodoretus ad I. Timoth. IV. 13. dicit παράκλησιν τοὺς ἀθυμοῦντας ψυχαγωγεῖν, *triſtes conſolari.*

III. Παρακαλεῖν eſt *exhortari.* Heſychius: παρακεκλημένος· παρατετραμμένος. Legendum, προτετραμμένος, *monitus, incitatus.* Ita Theodoretus ad v. 8. c. XII. ad Rom. παράκλησιν interpretatur, τὴν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν προτροπήν. *exhortationem ad virtutem.* Eodem pertinet, quòd Chryſoſtomus Homil. XXIX. in epiſt. ad Hebræos, pag. 579. dicit, παράκλησιν τὴν ῥᾳθυμοῦσαν ψυχὴν καὶ ὑπτίαν γενομένην ἐπιστρέφειν, καὶ τοῦ φρονήματος καταστρέφειν, *exhortationem ignavum ſocordemque animum & ſupinum convertere, & de faſtu detrahere.* Suidas etiam exponit per προτρέπεσθαι.

Παρακαταθήκη.

Veteres Gloſſæ: παρακαταθήκη, *commendatio.* παρακατατίθημι, *demando, commendo.* Vetus Onomaſticon. Græco-Lat. *Depoſitum,* παρακαταθήκη. Suidas exponit per ἐνέχυρον, *pignus.* D. Apoſtolus bis hac voce utitur, nempe I. Timoth. VI. 20. & II. Timoth. I. 14. ubi Timotheum ſuum vult τὴν παρακαταθήκην φυλάσσειν, *depoſitum cuſtodire,* id eſt, diligenter ſervare fidem, quam ut depoſitum ipſi commendaverit. Clemens Alexand. Strom. VI. pag. 676. Παρακαταθήκη ἀποδιδομένη θεῷ, ἡ κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, τῆς θεοσεβοῦς παραδόσεως σύνεσίς τε καὶ συνάσκησις. *Depoſitum, quod Deo redditur, eſt convenienter Domini doctrina, per Apoſtolos ejus, piæ traditionis intelligentia & exercitatio.* Et lib. VII. pag. 731. Ἡ γνῶσις ἐκ παραδόσεως διαδιδομένη κατὰ χάριν θεοῦ, τοῖς ἀξίους σφᾶς ἑαυτοὺς τῆς διδασκαλίας παρεχομένοις, οἷον παρακαταθήκη ἐγχειρίζεται. *Cognitio quæ datur ex traditione per Dei gratiam, veluti quoddam depoſitum committitur iis, qui ſe ipſos doctrina dignos exhibuerint.* Irenæus, lib. III. cap. IV. *Quam* (fidem noſtram) *præceptam ab Eccleſia cuſtodimus, & quæ ſemper à Spiritu Dei quaſi in vaſe bono eximium quoddam depoſitum juveneſcens, & ipſum vas faciens juveneſcere,* &c. Idem hîc dicitur à Paulo, quod Apocal. III. v. 3. Μνημόνευε πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας. Et v. 11. ὃ ἔχεις, κράτει. Et I. Corinth. XI. 2. Καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. Theophylactus ad I. Timoth. VI. v. 20. pag. 795. ad iſta, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, hæc habet: Ταῦτα πάντα ἃ ὑπ' ἐμοῦ ἐνετάλθης, ὡς δεσποτικὰ ὄντα, φύλαξον. *Hæc omnia, quæ à me tibi ſunt mandata, tanquam à Domino provenientia, cuſtodi.* Idem, ad II. Timoth. I. 14. pag. 805. Τὰς περὶ πίστεως, τὰς περὶ βίου παρατεθείσας σοι ἐντολάς, ἢ τὸ χάρισμα ὃ ἔλαβες. *Nimirum quæ de fide, quæ de vita tradita tibi ſunt præcepta, vel gratiam, quam accepiſti.* Eadem vox occurrit inſuper eodem cap. v. 12. ubi Theophylactus, παρακαταθήκην, ἢ τὴν πίστιν φησὶ καὶ τὸ κήρυγμα· ἢ τοὺς πιστούς, οὓς παρέθετο αὐτῷ ὁ Χριστός, ἢ οὓς αὐτὸς παρέθετο τῷ κυρίῳ· --- ἢ παρακαταθήκην λέγει τὴν ἀντιμισθίαν· καὶ γὰρ πᾶς ὁ καλόν τι ποιῶν, τῷ θεῷ αὐτὸ παρατίθησιν, ὡς ἂν ἐν καιρῷ ὑπὲρ αὐτοῦ στεφανωθῇ. Depoſitum *vel fidem ac prædicationem dicit: --- vel fideles, quos Chriſtus ipſi commendavit, aut quos ipſe commendavit Domino: --- vel,* depoſitum, *mercedem dicit. Qui enim boni quicquam agit, veluti apud Deum illud reponit, ut propter iſtud tempore opportuno coronetur.* Priores expoſitiones à ſcopo Apoſtoli non ſunt alienæ, poſtrema οὐδὲν ὑγιὲς ἔχει. Hic etiam illud obſervandum, multa exemplaria non legere παρακαταθήκη, ſed παραθήκη. Ita utroque in loco Apoſtolico Theodoretus, qui ad priorem, παραθήκην οἶμαι αὐτὸν τὴν χάριν λέγειν τοῦ πνεύματος, ἣν διὰ τῆς χειροτονίας ἐδέξατο. *Exiſtimo eum appellare* depoſitum, *gratiam ſpiritus, quam accepit per ordinationem.* Et Oecumenius, qui ad eundem locum, pag. 764. Τὴν παραθήκην φύλαξον· τὴν ἐντολήν, φησὶ τοῦ θεοῦ, ἣν δι' ἐμοῦ σοι παρέθετο, ἢ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, ἣν διὰ τῆς χειροτονίας ἐδέξατο. Cuſtodi depoſitum: *mandatum, inquit, Dei, quod per me tibi tradidit: vel gratiam Spiritûs, quam per ordinationem accepit.* Idem, ad poſteriorem locum, pag. 770. Παραθήκην φησὶ τὴν πίστιν καὶ ἐπιμέλειαν τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῷ ἐκκλησίας. Depoſitum *vocat fidem & curam concreditæ ipſi Eccleſiæ.* Ignatius in epiſtola ad Heronem Diaconum eadem voce utitur, φύλαξόν μου τὴν παραθήκην. *Cuſtodi depoſitum meum.* Et in ejusdem ad Antiochenſes dicta, Παύλου καὶ Πέτρου γεγένατε μαθηταί, μὴ τὴν παραθήκην ἀπολέσατε. *Pauli & Petri facti eſtis diſcipuli, ne depoſitum perdatis.* Veteres Gloſſæ Latino-Græcæ: *Depoſitum,* παραθήκη. Eodem modo excerpta ex veteri Lexico Græco-Lat. Utramque habet Heſychius: παραθήκη, παρακαταθήκη. Phrynichus, παρακαταθήκην, καὶ μὴ παραθήκην λέγε. Utrumque tamen agnoſcunt probati autores. Vide Lexica.

Παρακλητική.

Παρακλητικὴ eſt liber Eccleſiaſticus apud Græcos, quem Gennadius παρακλητικὸν βιβλίον, & aliquando tantummodo παρακλητικὸν vocat. Differt ab aliis Græcorum libris Eccleſiaſticis, quòd in aliis certa ſunt certis diebus decreta Officia, Canones, ſeu Troparia, quæ reci-

recitari ſolent, quibus finitis reponuntur, donec eadem tempora remeent, cùm rurſum ad recitandum ſuſcipiuntur: ut Triodion, quod Quadrageſimæ præcipuè officia: Pentecoſtarium, quod à die Reſurrectionis ad Pentecoſten: Menæa, quæ ſingulis menſibus. *Paracleticus* tantùm ſemper præ manibus eſt, & omnibus diebus aliquid in eo invenitur, quod ſive in Miſſa, ſive in Veſperis, ſive in Matutino, ſive in aliis Officiis recitatur. Quando enim in aliis Officiis propria deſiderantur, quæ ad complementum officii pertineant, ad hunc lector remittitur. Dicitur autem παρακλητικὴ ſc. βίβλος, vel παρακλητικὸς, *Paracleticus*, quaſi *Conſolatorius*. Videntur enim omnia, quæ in eo ſunt, eò maximè ſpectare, ut peccatorem conſolentur, hortentur, & quaſi vi quadam compellant, ut de commiſſis pœnitentiam agat, & Deum, quem peccando offenderat, pœnitentiâ ac precibus ſibi propitium reddat. Hinc modò Angelorum opem, modò Apoſtolorum, modò Martyrum, modò Confeſſorum, aliorumque Sanctorum, prout diei, cujus officium recitatur, ratio expoſcit, implorare docet. Unde etiam *Paracleticus* dici potuit, quaſi *Invocatorius*, vel *Imploratorius*. Vide L. Allatii Diſſertat. I. de libris Eccleſ. Græcorum.

Παράκλητος.

Vox hæc tribuitur,

I. *Deo Patri*, adeoque *toti SS. Trinitati*. Id nos docet Gregor. Nyſſenus Orat. II. contra Eunomium t. II. pag. 486. Ἐγὼ αὐτὸ τοῦτο τὸ ὄνομα κοινὸν ἔμαθον εἶναι παρὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, πατρός τε, καὶ υἱοῦ, καὶ πνεύματος ἁγίου. Ὁ γὰρ υἱὸς ἐπίσης ἑαυτόν τε καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνομάζει παράκλητον· ὁ δὲ πατὴρ, δι᾽ ὧν ἐνεργεῖ τὴν παράκλησιν, οἰκειοῦται πάντως τοῦ παρακλήτου τὸ ὄνομα· ὁ γὰρ δὴ τὸ ἔργον ποιῶν τοῦ παρακλήτου, ἀπαξιοῖ τοῦ ἔργου τὸ ὄνομα· ὅ, τε γὰρ Δαυὶδ πρὸς τὸν πατέρα φησὶν, ὅτι σὺ κύριε ἐβοήθησάς μοι, καὶ παρεκάλεσάς με· καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος τὰ αὐτὰ περὶ τοῦ πατρὸς διεξέρχεται, λέγων· εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. *Ego ex divinitus inſpirata ſcriptura didici, hoc ipſum nomen commune eſſe Patris, Filii, & Spiritûs Sancti. Filius enim ex æquo & ſeipſum, atque etiam Spiritum Sanctum nominat* Paracletum. *Pater verò per quæ operatur* παράκλησιν, *conſolationem, nomen* Paracleti, *id eſt, conſolatoris, ſibi prorſus vendicat. Non enim qui opus conſolatoris facit, nomen operis dedignatur. Nam & David ad Patrem dicit*, Tu, ô Domine, auxiliatus es mihi, & conſolatus es me: *& magnus Apoſtolus eadem de Patre recenſet, dum dicit*, Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Ita Deus Pater ergo παράκλητος, quia nos conſolatur. Nihilominus S. Scriptura, etſi nos multiplici conſolatione in omnibus afflictionibus noſtris erigat, eum nuſpiam παράκλητον nominat: non aliam, ſine dubio, ob cauſſam, quàm quia παράκλητος, ut poſtea videbimus, aliud, quàm *Conſolatorem*, deſignat.

II. *Filio Dei*. Diſertè I. Joh. II. 1. Παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. *Advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum.* Ad quem locum Oecumenius, pag. 191. Παράκλητον τὸν ὑπὲρ ἡμῶν φησι τὸν πατέρα παρακαλοῦντα, ἤτοι προτρεπόμενον. *Paracletum dicit eum, qui Patrem pro nobis orat.* Hoc autem præſtat *advocatus*, non *conſolator*. Hinc Cyrillus Alex. in Actis Concilii Epheſini, pag. 164. Παράκλητος καὶ ἱλαστήριον ὁ υἱὸς ὠνόμασται· καθίστησι γὰρ τοῖς ἐπὶ γῆς εὐμενῆ τὸν πατέρα· καὶ παντὸς ἡμῖν εὑρίσκεται πρόξενος ἀγαθοῦ. Παράκλητος, *advocatus, & propitiatorium appellatur Filius: illis enim, qui in terra ſunt, propitium reddit Patrem: & omnium nobis bonorum autor exiſtit.*

III. *Spiritui Sancto.* Is παράκλητος vocatur Joh. XIV. 16. XV. 26. XVI. 7. ſonat autem *advocatum potiùs, quàm conſolatorem.* Nam παράκλητος formam non ἐνεργητικὴν, ſed παθητικὴν gerit: diciturque ὁ παράκλητος, ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι εἰς τὸ παρίστασθαί τινι, *qui ad hoc vocatur, ut aſſiſtat alicui.* Non aliò reſpexit Heſychius, apud quem, παράκλητον πνεῦμα λέγεται, ὡς τὰς παρακλήσεις τῶν ὅλων δεχόμενον. *Spiritus vocatur* παράκλητος, *ut qui ſupplicationes vel rogationes omnium ſuſcipit.* Eadem habet Damaſcenus orthod. fidei lib. I. c. X. pag. 34. Παράκλητον, ὡς τὰς τῶν ὅλων παρακλήσεις δεχόμενον. Interpres: *ut qui aliorum patrocinia ſuſcipit.* Παράκλησις hîc notat *rogationem, advocationem*, ac *deprecationem* advocati, ut adſit judicio vel concioni. Itaque Ulpianus, ad illud Demoſthenis adv. Æſchin. de malè obit. legat. Αἱ τῶν παρακλήτων αὗται δεήσεις καὶ σπουδαὶ, τῶν ἰδίων πλεονεξιῶν ἕνεκα γίγνονται. *Advocatorum ſupplicationes & contentiones iſtæ, lucelli proprii cauſſâ inſtituuntur.* Τῶν παρακλήτων, inquit, ἤτοι τῶν ἐκ παρακλήσεως ἐλθόντων συνηγορῆσαι. *Paracletorum, ſive eorum, qui ad eorum, quorum res agitur, advocationem, ſive compellationem, oraturi adſunt.* Unde etiam Beza, quamvis Confeſſ. cap. IV. ſect. LII. *Spiritum Sanctum, quaſi Conſolatorem, Paracletum* dici tradat, curque ita dicatur, pluribus exponat; in Verſione tamen, quam poſtea adornavit, παράκλητον perpetuò *advocatum* reddidit. Tertullianus etiam adv. Prax. cap. IX. pag. 847. *Rogabo Patrem, & alium* advocatum *mittet vobis, Spiritum veritatis.* Et de Monogamia, cap. III. pag. 952. *In hoc quoque paracletum agnoſcere debes* advocatum, *quòd à tota continentia infirmitatem tuam excuſat:* quanquam de Pudicit. cap. XIX. *exoratorem* interpretetur. Quin & vetus Interpres *Advocatum* vertit. I. Johan. II. 1. cùm in Evangelio *Paracleti* vocem retineat: nec erat, quòd interpretes noſtri in hiſtoria Evangelica aliter, quàm in epiſtola Johannis exprimerent. Auguſtinus in Johan. tract. LXXIV. ad c. XIV. v. 16. *Quod ait*, Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis; *oſtendit & ſeipſum eſſe Paracletum: Paracletus enim Latinè dicitur* advocatus: *& dictum eſt de Chriſto: Advocatum habemus ad Patrem Jeſum Chriſtum juſtum.* Παράκλητος etiam paſſim apud Græcos oratores opponitur τῷ κατηγόρῳ, nominatim apud Demoſthenem loco ſuperiùs indicato. Et παρακλήτορα potiùs *conſolatorem* dici, quàm παράκλητον, obſervârunt viri docti: Heſychius certè, παρακλήτορες, παραμυθηταί. *Conſolatores.* Veteres Gloſſ. *Advocatus*, παράκλητος. Aliæ: παράκλητος, *advocatus.* Et Vir eruditiſſimus, Joh. Druſius, in Præteritis, docet apud Judæos *paracletum* eſſe *advocatum*, ut, verbi cauſſâ, *paracletus Judæorum, paracletus Samaritanorum*, id eſt, *advocatus* ſive *patronus*, non autem *conſolator.* Vide Cl. Gatakeri Adverſ. Sacr. cap. XXXV. Hoc ipſum etiam confirmat Paulinus Aquilejenſis in libello, qui *ſacro-ſyllabus* inſcribitur: *Confitemini ergo quod eſt deterius, & omni blaſphemia plenum, duos adoptivos, Filium ſcilicet & Spiritum Sanctum: non enim negare valetis, Spiritum Sanctum paracletum eſſe; quod enim Græcè* paracletus, *hoc Latinè dicitur* advocatus. Interim negari non poteſt, doctores Chriſtianos hanc vocem παράκλητος ita accepiſſe, quaſi *conſolationis* ſenſum in ſe contineret, & Hebræorum מנחם reſponderet. Origenes de Principiis lib. II. cap. VII. *Paracletus quòd dicitur Spiritus Sanctus, à conſolatione dicitur. Si quis namque de Spiritu Sancto participare meruerit, cognitis ineffabilibus ſacramentis, conſolationem ſine dubio & lætitiam cordis aſſumit.* Epiphanius, ubi Paracleti promiſſionem in Apoſtolis per Spi-

Digitized by Google

Spiritum Sanctum, non in Manichæo, impletam oſtendit, Ἐπεκάθιζε τὸ πνεῦμα ἐφ' ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἕκαστος διὰ τοῦ πνεύματος παρεκαλεῖτο. *Inſidebat eorum unicuiq; Spiritus, & ejuſdem operâ ſinguli conſolationem accipiebant.* Chryſoſtomus Homil. LXXV. in Joh. Συνεχῶς δὲ παράκλητον καλεῖ, διὰ τὰς συνεχούσας αὐτοὺς τότε θλίψεις. *Paracletum ſubinde vocat, ob afflictiones, quæ tunc ipſos conſtrictos tenebant.* Theophylactus in cap. XIV. Joh. pag. 774. Συνεχῶς παράκλητον ὀνομάζει, διὰ τὰς συνεχούσας αὐτοὺς θλίψεις, εὐέλπιδας αὐτοὺς ποιῶν, ὡς ὑπ' ἐκείνου ψυχαγωγηθησομένους. *Subinde Paracletum nominat, ob afflictiones, quæ ipſos tunc conſtrictos tenebant, bono illos animo eſſe jubens, quòd ab illo refocillandi eſſent.* Paulò poſt: Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ πνεῦμα ἐλθὸν τοῖς μαθηταῖς παράκλητος γέγονε, τὰς λύπας αὐτοῖς παραμυθησάμενον. *Quia igitur Spiritus qui venit ad diſcipulos, paracletus factus eſt, mæſtitias illorum conſolaturus.* Cyrillus Jeroſol. Catech. φωτιζ. XVI. Παράκλητος δὲ καλεῖται, διὰ τὸ παρακαλεῖν καὶ παραμυθεῖσθαι καὶ συναντιλαμβάνεσθαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. *Vocatur autem Paracletus, quia conſolatur, & unà ſublevat infirmitates noſtras.* Perperam in libris editis, τῆς ἀσθενείας. Eodem inclinat Theodorus Mopſveſtenus in Catena cap. XIV. Johannis, pag. 366. qui παράκλητον propterea appellatum dicit, ὡς τῇ οἰκείᾳ χάριτι μέλλοντα ἐπικουφίζειν τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαγόμενα, καὶ ῥᾷον φέρειν παρασκευάζον, *ut qui propriâ gratiâ, ea quæ ab hominibus inferentur mala, redditurus ſit leviora, & facturus, ut ea facilius ferre queant.* Ammonius ibid. pag. 365. Παράκλητος καλεῖται ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, ὡς παραμυθίαν ἡμῖν ἐμποιοῦντες, καὶ ὡς παρακαλοῦντες ὑπὲρ ἡμῶν τὸν πατέρα. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο παραμυθίας ἐστὶ ποιητικόν. *Paracletus vocatur Filius & Spiritus: ut qui nobis conſolationem afferant, Patremq; pro nobis orent. Nomen enim hoc conſolatorium eſt.* Vult ergo, παράκλητον utrumque ſignificare, & *conſolatorem*, & *advocatum.* Theophanes Homil. LVI. pap. 382. Παράκλητος λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς παρακαλῶν διὰ τῆς δωρεᾶς τῶν χαρισμάτων τὰς ὑποδεχομένας ψυχάς. *Paracletus dicitur Spiritus Sanctus, utpote qui per chariſmatum dona animas, quæ ipſa recipiunt, conſoletur.* Auguſtin. de Serm. Dom. in mont. lib. I. & in Joh. tract. XCIV. *Conſolator ergo ille, vel advocatus; utrumq; enim interpretatur, quod eſt Græcè* paracletus, *Chriſto abſcedente fuerat neceſſarius.* Iſidorus Hiſpal. Orig. lib. VII. cap. III. *Spiritus Sanctus, quòd dicitur* paracletus, *à conſolatione dicitur.* Παράκλησις *enim Græcè, Latinè* conſolatio *dicitur. Chriſtus enim eum Apoſtolis lugentibus miſit, poſtquam ab eorum oculis ad cælum aſcendit: Conſolator enim triſtibus mittitur; item* paracletus, *pro eo quòd conſolationem præſtet animabus.* Subjungit tamen; *Alii paracletum Latinè oratorem vel advocatum interpretantur.* Et cap. præcedenti: *Paracletus Græcum eſt, quòd Latinè dicitur* advocatus: *quod nomen & Chriſto & Spiritui Sancto tribuitur.*

IV. Hæreticus ille teterrimus, *Manes*, cujus dogmata peſtifera populi Chriſtiani portionem non contemnendam corruperant, *ſeipſum* impio auſu *vocabat* παράκλητον. Id de eo refert Theodoretus, hæret. fab. lib. cap. ult. pag. 214. Ἐτόλμησεν ἑαυτὸν ὁ παμπόνηρος πνεῦμα ἅγιον ὀνομάσαι, καὶ ἐπεσάλθαι ἔφησε κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ὑπόσχεσιν· ἐπηγγείλατο γὰρ ὁ κύριος πέμψειν ἄλλον παράκλητον. *Nequiſſimus ille auſus eſt ſe ipſum appellare Spiritum Sanctum, miſſum ſe dicens juxta Servatoris promiſſionem. Promiſerat enim Dominus ſe alium paracletum eſſe miſſurum.* De eodem Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. XXII. pag. 185. a. Ἑαυτὸν ὀνομάζει παράκλητον. *Se ipſum vocat paracletum.* Vide etiam Epiphanium hæreſi LXV. & Auguſtinum, hæreſi XLVI. Chryſoſtom. Homil. LXXII. t. VI. Μάνης λέγει· ἐγώ εἰμι ὁ παράκλητος, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ σωτὴρ τοῖς ἀποστόλοις. *Manes dicit: Ego ſum Paracletus ille, quem Servator Apoſtolis promiſit.* Hanc ipſam ob cauſam *Manes* fuit dictus, non à μανίᾳ, ut priſci Patres, qui dogmata illius vel propalàrunt, vel refutârunt, exiſtimant. Chryſoſtomus, loco citato, Μάνης, ὁ ἀληθῶς μανεὶς, ὁ φερωνύμως τῇ πλάνῃ τὸ ὄνομα ἔχων. *Manes, revera inſanus, conveniens errori nomen gerens.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. XXXI. pag. 81. a. Ὁ μανεὶς τὰς φρένας, ἐπώνυμός τε τῆς δαιμονιώδους αἱρέσεως. *Mente captus ac inſaniens, conveniens diabolicæ hæreſi nomen habens.* Vide etiam Nicephorum, hiſt. Eccleſ. lib. VI. c. XXXI. pag. 427. Epiphanium, hæreſi LXV. ſed reſpondet *Manes* Hebræo מנחם. Nam & τὸ נחם, quatenus *conſolationis* ſignificatum obtinet, Græci interpretes plerumque per verbum παρακαλεῖν reddunt, & נחמה, cum reliquis inde deductis nominibus *conſolationem* ſignificantibus, per παράκλησιν. Quin & Jobi XVI. 2. מנחמים, *conſolatores*, παρακλήτορας vertunt. Præſul Armachanus in accuratiſſimo opere Chronologico, ad annum Mundi 3232. *Severo Sulpitio lib. I. Hiſtoriæ ſacræ* Manes *hic appellatur*; (Rex utique Iſraeliticus Manaem) *eodem quo* Manes, *vel* Manichæus *hæreſiarcha nomine, utrinq; verò nomen paracletum ſive conſolatorem ſignificat.* De hoc ipſo verò fuſè & doctè, ut ſemper, Cl. Gatakerus Adverſ. Sacr. cap. XXXV. quò Lectorem ablegamus. Montanus quoque [illegible], ut inquit Theodoretus hæret. fab. lib. III. cap. II. pag. 227. ἔρωτι φιλαρχίας, παράκλητον ἑαυτὸν προσηγόρευσε, *dominandi cupiditate motus, Paracletum ſeipſum appellavit.* Baſilius Cæſar. epiſt. Can. I. ad Amphilochium, t. II. pag. 758. Can. II. de Pepuzenis: Εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προδήλως ἐβλασφήμησαν, Μοντανῷ καὶ Πρισκίλλῃ τὴν τοῦ παρακλήτου προσηγορίαν ἀθεμίτως καὶ ἀναισχύντως ἐπιφημίσαντες. *In Spiritum Sanctum apertè blaſphemârunt, Montano & Priſcillæ paracleti appellationem nefariè & impudenter attribuentes.*

Παρακοιμώμενος.

Παρακοιμώμενος, *accubitor.* Chronicon Conſtantinop. pag. 117. Conſtantinus προστάξας Εὐφράτῃ τῷ παρακοιμωμένῳ αὐτοῦ, ὅστις καὶ ἐποίησε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον χριστιανόν. Ibidem ſæpè occurrit. Nicetas in Joanne Comneno: Ὃν καὶ τῷ τοῦ παρακοιμωμένου τετίμηκεν ἀξιώματι. Erant autem, ut Cl. Meurſius obſervat, duo: hic τῆς σφενδόνης, id eſt, annuli Imperatorii: ille τοῦ κοιτῶνος, ſive cubiculi dicebatur. Reliqua ex eodem Meurſio haberi poſſunt.

Παραλαύριον.

Παραλαύριον, *ædicula lauræ adjuncta.* Quid λαῦρα ſit, ſuo loco docuimus. Germanus in ſancitis: Κἂν ἀσκητήριον ᾖ μοναστήριον, κἂν παραλαύριον, κἂν οἶκος ἐκκλησίας. Vide Gl. Meurſii.

Παραλέγομαι.

Παραλέγομαι eſt vox nautica. Virgil. Æneid. III.

- - - *Crebris legimus freta concita terris.*

Ubi Servius: *Præterimus: tractus autem ſermo à nautis: quòd funem legendo, id eſt, colligendo, aſpera loca prætereunt.* Occurrit Act. XXVII. 8. 13. Priori verſu: Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτήν. Beza: *Et illam* (Cretam) *vix prætérlegentes.* Vulgatus: *Et vix juxta navigantes.* Potes commodè cum Virgilio: *Et illam vix legentes.* Poſteriori: Παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Iterum Beza: *Prætérlegerunt Cretam.* Optimè Vulgatus: *Legebant Cretam.* Quid ſit, paucis docet Heſychius: Παρελέγετο, παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἔπλει. *Ad littus navigabat.*

Παρα-

Digitized by Google

Παραλογίζομαι.

Quid ſit, ex vulgatis notum Lexicis. *Subdola ſuppputatione fallo, falſis ratiociniis decipio*: vel etiam, *falſa argumentatione decipio*. Veteres Gloſſ. παραλογίζομαι, *circumſcribo, obrepo, ſubrepo*. Ita Jacobi I. 22. παραλογιζόμενοι ἑαυτούς. *Fallentes vosmetipſos*, id eſt, interprete Oecumenio, ἐξαπατῶντες, *ſeducentes, decipientes*. Sic Gal. VI. 4. ἑαυτὸν φρεναπατᾷ, & I. Joh. I. 8. ἑαυτὸν πλανῶν. Eleganter Ignatius eodem, & voce etiam paſſiva in eadem ſententia, pag. 52. Πρέπον ἐστὶ καὶ ὑμᾶς ὑπακούειν τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτῷ ἀντιλέγειν. Φοβερὸν γάρ ἐστι τῷ τοιούτῳ ἀντιλέγειν· ὁ γὰρ τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται, τὸν μὴ δυνάμενον παρά τινος παραλογισθῆναι. *Decet & vos obedire Epiſcopo veſtro, & in nullo illi refragari: terribile namque eſt tali contradicere; neque enim aliquis hunc fallit qui videtur, ſed inviſibilem fallere conatur, qui non poteſt à quoquam falli.* Eodem ſenſu aliquoties apud LXX. Interpretes. Vide Geneſ. XXIX. 25. Joſuæ IX. 22. I. Sam. XIX. 17. XXVIII. 12. Hinc παραλογισμὸς, ἀπάτη. *Deceptio, ſeductio*, παραλογιστὴς, ἀπατεών, *deceptor, impoſtor*; apud Heſychium & Suidam. Significat etiam *in rationibus aliquid præterire, negligere, detrahere*. Ita uſurpat Ignatius epiſt. ad Smyrnenſes, pag. 171. Οἳ καὶ σφόδρα εὐχαριστοῦσι τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον· οὐδὲν ὑμῖν παραλογισθήσεται ὧν εἰς αὐτοὺς ἐποιήσατε. *Qui etiam plurimas Domino pro vobis gratias agunt, quòd omnibus modis illos refeceritis. Nihil vobis peribit eorum, quæ in illos contuliſtis*, id eſt, nihil non in rationes veniet apud Deum.

Παραμονάριος.

Occurrit hæc vox Can. II. Concilii Chalcedon. ubi, Εἴτις ἐπίσκοπος προβάλλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος, δι' αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν, &c. *Si quis Epiſcopus promoverit propter pecunias œconomum, vel defenſorem, vel manſionarium, vel omnino aliquem ex Canone, ſui turpis quæſtus gratiâ*, &c. Symeon Logotheta totum Canonem, qui ſatis longus, ita contrahit: Ὁ ἐξωνούμενος καὶ ὁ πιπράσκων χειροτονίαν, περὶ τοὺς βαθμοὺς ἐπικινδυνεύει· ὁ δὲ νόμος ἕως καὶ παραμοναρίου. *Qui emit & qui vendit ordinationem, circa gradus periclitatur. Lex autem etiam uſque ad manſionarium.* Παραμονάριος, & *manſionarius* hic eſſe videtur, qui villas, aliasque poſſeſſiones gubernat. Vide Juſtellum ad hunc Canonem, & Voſſium lib. III. de vitiis ſermonis, cap. XXIII.

Παραμονή.

Παραμονὴ in Eccleſia Græca vulgò vocatur *vigilia, pervigilia. Profeſtum*. Typicum Sabæ, cap. XVIII. p. 33. Παραμονὴ τῶν ἁγίων Θεοφανίων. *Pervigilia ſanctorum Theophaniorum*. Concil. Florent. ſect. IV. cap. VII. p. 76. Κυριακὴ δὲ ἦν καὶ παραμονὴ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων Θεοφανίων. *Erat autem dies Dominicus, & pervigilia ſolennis feſti Theophaniorum*. Geraſimus Ulachus in Theſauro ſuo: παραμονή. *Vigilia*. Ἀγρυπνία. In aula verò erat *ſtatio*. Codinus: Ἐν αὐλῇ δὲ τοῦ παλατίου στρατιῶται ὀνομαζόμενοι οὕτω παραμοναὶ, ἔχοντες ἄλογα. *In aula verò palatii milites ſic vocati ſtationes, habentes equos.* Vide Gl. Meurſii.

Παραναγινώσκω.

Quemadmodum in veteri Eccleſia ἀναγνῶσαι dicebantur, qui contextum ſacrum legebant, ita ἀναγνωσθέντες, *quorum mentio in contextu, qui prælegebatur*. Hos παραναγνωσθῆναι, non παραγνωσθῆναι, ut perperam Heinſius in cap. IV. Lucæ, dixit Timotheus Jeroſol. Orat. de Propheta Simeone, pag. 844. Biblioth. Patrum t. XIII. de Simeone ita ſcribens: Φέρε, ἀγαπητὲ, τὸν τελευταῖον δίκαιον τῷ λόγῳ κατίδωμεν· καὶ τίς ὁ τελευταῖος δίκαιος; ὁ ἀρτίως ἡμῖν παραναγνωσθεὶς ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, τοὔνομα Σιμεών. *Age, dilecte, ultimum juſtum oratione videamus. Et quis ultimus ille juſtus? Is, cujus jam Sectio à nobis lecta fuit ex Evangelio ſecundum Lucam, nomine Simeon.* Paulò pòſt: Χριστιανὸς τῇ γνώσει, ἄγγελος τῇ γλώσσῃ, Σιμεών, ὁ ἀρτίως ἡμῖν παραναγνωσθείς. *Chriſtianus ſcientiâ, Angelus linguâ, Simeon, cujus jam Sectio à nobis lecta fuit.* Amphilochius de Anna Prophetiſſa, Homil. de eodem argumento, p. 439. ejuſdem tomi· Οἵα γέγονε καὶ ἡ ἀρτίως ἡμῖν παραναγνωσθεῖσα Ἄννα, ἡ προφῆτις, ἡ καλῶς γηράσασα, καὶ ὡς ἀετὸς ἀνακαινισθεῖσα. *Qualis fuit ea, de qua Sectio jam à nobis lecta fuit, Anna Prophetiſſa, quæ honeſtè conſenuit, atque ut aquila eſt renovata.* Hic Simeon & Anna παραναγνωσθέντες dicuntur, quòd Sectio, quæ de illis agit in Evangelio ſecundùm Lucam, jam lecta fuiſſet.

Παραπέτασμα.

I. *Propriè velum*. Veteres Gloſſæ: παραπέτασμα, *velum*. Latino-Gr. *Velum*, παραπέτασμα. Heſychius: παραπετάσματα, παρακαλύμματα. *Vela, tegumenta*. Suidas: παραπέτασμα, παρακάλυμμα, παράπλωμα. τὸ λεγόμενον βῆλον. *Velum, tegumentum, tapetium. Quod* vulgò *vocatur velum*. Nota ſignificatio ex Lexicis.

II. *Metaphoricè* eleganter uſurpatur, & notat *prætextum, diſſimulationem*. Chryſoſtomus dicit, προβαλέσθαι ἀπολογίαν παραπέτασμα τῆς πονηρίας. *Obtendere defenſionem, malitiæ prætextum*. Idem, Homil. VII. in Geneſin: Νομίζουσι τῆς οἰκείας πλάνης παραπέτασμα αὐτοῖς γίνεσθαι τὴν ἑτέρων ῥᾳθυμίαν. *Exiſtimant, ſe errorem ſuum aliorum ſocordiâ celare & obtegere poſſe.* Idem ſerm. III. de Sacerdotio, t. VI. pag. 22. Οἱ μὲν τὸν ἰδιωτικὸν τοῦτον καὶ ἀπράγμονα βίον βιοῦντες, ἔχουσι παραπέτασμα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων τὴν μόνωσιν. *Qui privatam hanc & quietam vitam vivunt, ſolitudinem habent ſuorum vitiorum tanquam velamen quoddam.* Ibid. lib. ſeu ſerm. VI. c. VII. Ἐγὼ ἀργίαν καὶ ἀμελετησίαν ὥσπερεὶ παραπέτασμα τῆς οἰκείας ἔχω φαυλότητος, τὰ πλείονα τῶν ἐλαττωμάτων τῶν ἐμαυτοῦ ταύτῃ συγκαλύπτων, καὶ οὐκ ἐῶν φαίνεσθαι. *Ego pigritiam atque ſocordiam quaſi velamen meæ imbecillitati prætendo; quà ex iis, quæ in me deſiderantur, plura obtego, neque ſeſe prodere patior.* Ita παρακάλυμμα. Chryſoſtomus Homil. XXXVII. t. V. Σκῆψις ταῦτα καὶ προφάσις, καὶ νωθείας παρακαλύμματα. *Hæc nihil niſi fictio, prætextus, & ſegnitiei tegumenta.* Eodem ſenſu Philo dixit, σεμνοῖς ὀνόμασι τῆς ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπικρύπτειν λῃστείαν. *Specioſo imperii nomine latrocinium occultare.* Gregor. Nazianz. σεμναῖς κλήσεσι καλακρύπτειν τὰ αἴσχη. *Bellis atque honeſtis vocabulis res turpes obtegere.* Ita Cicero ad Q. fratrem: *Multis ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura.* In Piſonem; *Triumphi nomine tegere & velare cupiditatem ſuam.* Pro Cœlio, *Quærere flagitiorum tegumenta.*

Παράσημος.

Παράσημον eſt *inſigne*. Plutarchus in Convivio, Σὺν νεὼς τὸ παράσημον, *Navis inſigne*. Multa de hac voce Viri docti ad Actor. XXVIII. 11. Omnium optimè, idque συλλήβδην magnus Bochartus, quem audire juvabit. Heſychius, inquit, Πάταικοι, θεοὶ Φοίνικες, οὓς ἱστᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν. *Pataci, dii Phœnices, quos ſtatuunt ad puppes navium.* Suidas: Πάταικοι θεοί· Οἱ πάταικοι Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι. *Pataci dii: Phœnicii Pataci in puppibus collocati.* Herodotus in Thalia,

Digitized by Google

lia, ubi de Vulcani ſtatua, quam deriſit Memphi Cambyſes, in prora collocat: παταίκους οἱ Φοίνικες ἐν ταῖς πρώραις τῶν τριήρων περιάγουσι. *Patacos Phœnices in triremium proris circumferunt.* Heſychius & Suidas in puppi malunt, quia tutelæ locus apud Græcos & Romanos erat in puppe navis. Perſius Sat. VI.

> - - - *Jacet ipſe in littore, & unà*
> *Ingentes de puppe Dei.* - - - -

Virgilius:

> - - *Aurato fulgebat Apolline puppis.*

Ad Perſii locum Scholiaſtes: *Navium tutelam dicit quam in puppibus habent vel pingunt.* Ideò puppes coronabant, quia ibi erat navigii lararium & ſacrarium. Virgil. I. Georg.

> *Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.*

In Strabone quidem lib. II. legitur, Phœnicias naves circa Gades ἵππους, *equos* vocari, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πρώραις ἐπισήμων, *à proræ inſignibus.* Sed aliud *tutela*, aliud ἐπίσημον vel παράσημον, id eſt, *inſigne navis*, de quo Lucas Actor. XXVIII. 11. Illius locus perpetuus in puppe, hujus in prora fuit. Quod pridem obſervavit magnus Scaliger in Animadverſ. ad Chronicon Euſebii, pag. 40. ut & *Patacos* dici à verbo פתח, quod in Pihel eſt *inſculpere*, unde פתוחים *ſculpturæ.* Quid ſi *Patacos* Phœnices per B. ſcripſerint, voce facta à בטח, *confidere, ſecurum eſſe?* Unde בטח, ἀσφάλεια, *ſecuritas:* & ab Hebræis ut vulgò תיור, ita & ſæpe בטחון, appellantur literæ ſecuritatis publicæ, quæ præſtatur iter facientibus. Itaque *tutela navis* non aliunde potuit commodiùs nomen ſortiri. Sæpe ב & פ inter ſe permutantur. Vide inſuper Cl. Heinſium in Acta, & Seldeni Synt. II. de diis Syris cap. XVI. Adde veteris Gl. verba: *Tutela*, παράσημον, προστασία, ἐπιτροπὴ, ἀσφάλεια, καὶ παράσημον τοῦ πλοίου.

Παρασκευή.

Παρασκευὴ eſt *dies Veneris.* Corona precioſa: παρασκευὴ, *dies Veneris.* Syneſius epiſt. IV. Ἡμέρα μὲν οὖν ἦν, ἥντινα ἄγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι παρασκευήν. τὴν δὲ νύκτα τῇ μετ' αὐτὴν ἡμέρᾳ λογίζονται, καθ' ἣν οὐδενὶ θέμις ἐστὶν ἐνεργὸν ἔχειν τὴν χεῖρα, ἀλλὰ τιμῶντες διαφερόντως αὐτὴν, ἄγουσιν ἀπραξίαν. *Erat tum dies, quam Judæi* Paraſceven *vocant; cujus noctem cum ſequenti die computant, quâ die nulli manum licet operi admovere, ſed eam ſanctiſſimè venerantes ab omni labore feriantur.* Clemens Alex. Strom. VII. pag. 744. Οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος, καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω. ἐπιφημίζονται γὰρ, ἡ μὲν, Ἑρμοῦ· ἡ δὲ, Ἀφροδίτης. *Novit ipſe jejunii quoque ænigmata horum dierum, quarti, inquam, & ſexti. Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic verò Veneris.* Alia loca adducimus in voce Νηστεία, num. II. 2. ſub lit. *b.* 3. Dies crucifixionis Chriſti vocatur μεγάλη παρασκευή. Codinus de Offic. Τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ ψάλλονται αἱ ὧραι μετὰ τῶν τροπαρίων. *In magna Paraſceve canuntur Horæ cum Tropariis.* Vel ἁγία παρασκευή. Theodorus Anagnoſta Eclog. II. Αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ σύμβολον ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ἐν τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ τοῦ θείου πάθους. *Cùm ipſe non reciperet Symbolum ſemel in anno recitari ſolitum prius in ſancta Paraſceve divinæ paſſionis.*

Παρασυνάγω.
Παρασυναγωγή.

Non habent Lexica. Παρασυνάγω ſignificat *illicitos conventus agito.* Zonaras ad Can. XXXI. in Trullo, pag. 155. Ὁ ἐν εὐκτηρίῳ λειτουργῶν, ἢ βαπτίζων ἐντὸς οἰκίας παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἐκείνης, παρασυνάγει. *Qui in Oratorio miniſtrat, vel intra domum baptizat præter Epiſcopi ſententiam civitatis illius, à congregatione divertit,* vel, *illicitum conventum agitat.* Idem, ad Can. X. Carthag. pag. 400. Ὁ ς' τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου κανὼν ὑπὸ ἀνάθεμα τοὺς παρασυνάγοντας ἐποιήσατο. *Canon VI. Gangrenſis Synodi anathemati ſubjecit eos, qui ſeorſim congregationes inſtituunt.* Eodem verbo, ad eundem Canonem, uſus eſt Balſamon. Quod his eſt παρασυνάγειν, id Can. Apoſtol. XXXI. eſt χωρὶς συνάγειν, *ſeorſim congregationes agitare:* quod Alexius Ariſtinus, in ſynopſi Canonum, exprimit, ἐξ ἀναιτίου σχίζεσθαι, *ſine cauſa ſe ab aliis ſegregare:* Can. VI. Gangr. παρὰ τὴν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ ἐκκλησιάζειν, *extra Eccleſiam privatim Eccleſiaſticos conventus habere:* Can. X. Gangr. κεχωρισμένως ἅγια τῷ Θεῷ προσφέρειν, *ſeparatim Deo ſancta offerre.* Hinc παρασυναγωγὴ eſt *falſa Synagoga, illicitus conventus.* Id docet Baſilius Cæſ. epiſt. Can. I. ad Amphilochium, pag. 758. quando dicit τοὺς παλαιοὺς nominâſſe παρασυναγωγὰς, τὰς συνάξεις τὰς παρὰ τῶν ἀνυποτάκτων πρεσβυτέρων, ἢ ἐπισκόπων, καὶ παρὰ τῶν ἀπαιδεύτων λαῶν, γινομένας, *illegitimos conventus, congregationes quæ fiunt à rebellibus Presbyteris, vel Epiſcopis, vel à populis minimè doctis.* Pergit: Οἷον εἴ τις ἐν πταίσματι ἐξετασθεὶς, ἐπεσχέθη τῆς λειτουργίας, καὶ μὴ ὑπέκυψε τοῖς κανόσιν· ἀλλ' ἑαυτῷ ἐξεδίκησε τὴν προεδρείαν καὶ τὴν λειτουργίαν, καὶ συναπῆλθον τούτῳ τινὲς καταλιπόντες τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, παρασυναγωγὴ τὸ τοιοῦτον. *Ut ſi quis peccaviſſe convictus ſit, à ſacra obeundi miniſterio prohibitus, & is canonibus ſe non ſubmiſit, ſed ſibi præſulatum, & ſacrum miniſterium attribuit, & quidam cum eo receſſerunt, relictâ Eccleſiâ Catholicâ, id eſt illegitimus conventus.* Nicetas de Fide Orthodoxa lib. V. interprete Morello: *Id conſecutus eſt, ut & martyrii coronâ exciderit, & à divis Patribus, qui Nicææm convenerant, eo nomine condemnatus ſit, quia ſeorſum paraſynagogas convocaret.* Suffeciſſet dixiſſe, *paraſynagogas*, vel *ſeorſum ſynagogas.* Παρασύναξις idem ſignificat. Balſamon in Nomoc. Photii, tit. XII. cap. II. p. 174. ex c. XXVII. tit. I. lib. 1. Baſil. Πάντες γενικῶς οἱ αἱρετικοὶ μήτε παρασυνάξεις ἢ παραβαπτίσματα ποιείτωσαν. *Omnes generaliter Hæretici nec illegitimas congregationes, nec adulterata baptiſmata faciant.* Act. V. Conc. ſub Menna, p. 698. Τολμήσας καὶ παρασυνάξεις καὶ παραφωτίσματα πληρῶσαι. *Qui auſus fuerit illegitimas congregationes & adulteratos baptiſmos celebrare.*

Παρατράπεζον.

Παραφτράπεζον in libris Græcorum Liturgicis ſignificat *menſam*, quæ ad ἁγίαν τράπεζαν collocata erat. In Liturgia Jacobi, pag. 36. Καὶ ὅτε μέλλει ὁ διάκονος τιθέναι εἰς τὸ παρατράπεζον, λέγει ὁ ἱερεύς· Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας. Interpres, *Et cùm Diaconus depoſiturus eſt in menſulam, ait ſacerdos: Benedictum nomen Domini Dei noſtri in ſecula.* Mox: Καὶ πάλιν ὅτε ἐπαίρει τὸν δίσκον ἀπὸ τοῦ παρατραπέζου, λέγει· Κύριε εὐλόγησον. *Et rurſus cùm attollit diſcum de menſula, ait, Domine benedic.* Hinc in Chronico Alexandr. Παρατραπέζιοι, *admenſales*, qui inter ſacræ Liturgiæ actûs menſæ, velut miniſtri, adſtabant; noſtris etiam moribus noti.

Παραφώτισμα.

Παραφώτισμα idem quod παραβάπτισμα, *adulterinus Baptiſmus.* Vide ſub finem verbi παρασυνάγω.

Παραχαράττω. Παραχαράκται.
Παραχάραγμα.

Ut harum vocum ſignificationem faciliùs intelligamus, primitivi verbi ſignificatio præmittenda. Χαράσσω,

ϲω, vel χαράττω ſignificat *ſculpo: inſculpo, inſcribo, imprimo*; ut cùm lapicida cælo ſuo aliquid lapidi inſculpit & inſcribit: quod κολάπτειν etiam dicitur, & ἐγκολάπτειν. Heſychius χαράξαι exponit κλύψαι, κοιλᾶναι, τυπῶσαι. *Incidere, excavare, ſignare, inſculpere, figurare.* Hinc jam παραχαράττειν eſt *perperam ſignare, adulterino ſigno impreſſo cudere, adulterinâ notâ ſignare.* Syneſius, νόμισμα παραχαράττειν, *monetam adulterare.* Suidas: Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ νόμισμα παραχάραξον· παραγγέλματα πυθικά. τουτέστι, τῶν πολλῶν δόξης ὑπερόρα, καὶ παραχάραττε μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα. *Cognoſce te ipſum & monetam adultera. Præcepta Pythica. Hoc eſt, Vulgi opinionem contemne, & non ipſam veritatem: ſed monetam adultera.* Παρακεχαραγμένον νόμισμα, *nummum adulterinum, adulterina moneta*: aliâs παρασεσημασμένον, παρακεκομμένον, παράσημον, παράτυπον, κίβδηλον, & ἀδόκιμον. Hinc παραχαράκται, *qui nummos adulterant.* Veteres Gloſſæ: παραχαράκτης, *adulter.* Ariſtophanis Scholiaſtes in Acharn. p. 282. tradit, ſuæ ætatis homines παραχαράκτας dicere ſolitos τοὺς παρακόπτοντας, *falſa monetæ percuſſores*, vel *adulterinorum nummorum cuſores.* Legas in Codice Theodoſiano lib. IX. tit. de falſa moneta: *Falſæ monetæ rei, quos vulgò* paracharactas vocant, *majeſtatis crimine tenentur obnoxii.* Ejuſmodi nummi adulterini vocantur παραχαράγματα. Poteſt etiam παραχάραγμα dici *ipſum ſignum adulterinum, & nota falsò impreſſa*, ſive in nummo, ſive in re quapiam alia. Veteres Gloſſæ: παραχάραγμα, *adulteratio.* Clemens Alex. Strom. VI. pag. 655. Διακρῖναι τὸ ἀκίβδηλον νόμισμα τοῦ παραχαράγματος. *Diſcernere probum nummum à falſo & adulterino.* Hæ voces etiam *metaphoricè* uſurpantur, & παραχαράττειν ſignificat *adulterare, falſare, corrumpere.* Chryſoſtomus, τὰς συνθήκας παραχαράττειν, *adulterare pacta*, vel *fœdera.* Evagrius, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ παραχαράττειν, *gratiam Dei adulterare.* Origenes, τὴν ἀλήθειαν παραχαράττειν, *veritatem adulterare.* Apoſtolus eodem ſenſu dicit II. Corinth. II. 17. καπηλεύειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, &c. IV. 2. δολοῦν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Syneſius epiſt. V. τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττειν, *divinum dogma adulterare.* Ἐν τοῦτο μόνον εἰς μέσον ἑλκύσατε, καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας, περιενέγκατε. *Hoc ipſum duntaxat in medium adducite, ac pravos illos argentarios, qui divinum dogma, nummi inſtar, adulterant, circumducite.* Idem περὶ Βασιλείας pag. 10. Οὓς ἡ φύσις ἁμαρτάνουσα παραχαράττει, καθάπερ ἀδικοῦντες οἱ τραπεζῖται τὰ νομίσματα. *Quos natura aberrans adulteratos edidit, ut argentarii numiſmata corrumpere ac depravare ſolent.* Theophylactus in cap. I. Matth. παραχαράττουσιν οἱ Ἑβραῖοι ἐθελοκακοῦντες τὴν γραφήν. *Hebræi de induſtria malè agentes, Scripturam depravant.* Ita elegantiſſimè vocem παραχάραγμα reperias uſurpatam apud Ignatium epiſt. ad Magneſios, p. 53. 54. Δύο λέγω χαρακτῆρας ἐν ἀνθρώποις εὑρίσκεσθαι, καὶ τὸ μὲν, νομίσματος. τὸν δὲ, παραχαράγματος. ὁ θεοσεβὴς ἄνθρωπος, νόμισμά ἐστιν ὑπὸ Θεοῦ χαραχθέν. ὁ ἀσεβὴς, ψευδώνυμον νόμισμα, κίβδηλον, νόθον, παραχάραγμα, οὐχ ὑπὸ Θεοῦ, ἀλλ' ὑπὸ διαβόλου ἐνεργηθέν. *In hominibus geminas notas inveniri dico, & hanc eſſe veri numiſmatis, illam verò adulterini. Pius homo, numiſma eſt à Deo cuſum: impius, ementitum, adulterinum & illegitimum, non à Deo, ſed à Diabolo effectum.*

Πάρεδρος.

Veteres Gloſſæ: πάρεδρος, *adſeſſor.* Qui ex hominibus in deorum numerum referebantur, hi deorum πάρεδροι fieri dicebantur, & σύνθρονοι, quaſi *aſſeſſores*, & eadem ſede præditi cum cæteris diis. Hoc eſt, quod ait Tertullianus, *Synhodus deorum fieri, & collegio eorum adſcribi.* Virgilius ad Auguſtum: *Tuq; adeo, quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt.*

Synhodus deorum apud Græcos erat ex duodecim diis, quos magnos appellabant: in quorum numerum qui ex hominibus referebantur, πάρεδροι τῶν μεγάλων θεῶν dicebantur. Demades, cùm de conſecratione Alexandri in concione apud Athenienſes ageret, ἐκκλησίας οὔσης Ἀθηναίοις παρελθὼν ὁ Δημάδης ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. Id eſt, πάρεδρον τῶν δώδεκα θεῶν. Refert Ælianus var. hiſt. lib. V. cap. XII. Lucian. de Hephæſtione divo facto: Καὶ τέλος ἔθυον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. *Et tandem ſacrificabant aſſeſſori & averrunco deo*; lib. περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν. Antinous, qui à Græcis volente Hadriano conſecratus fuit, in veteri inſcriptione σύνθρονος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεῶν appellatur. Σύνθρονος autem & πάρεδρος idem. Heſychius: πάρεδρος, παρακαθήμενος, παραμένων, σύνθρονος. *Aſſeſſor, aſſidens, aſſiſtens, throni ſocius.* Item in alia inſcriptione, θεοῖς ἀδελφοῖς συνθρόνοις τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς. Sciendum verò eſt, unicuique deorum ſuos attributos παρέδρους. Jovi τοὺς δώδεκα θεοὺς, ſex mares, ſex fœminas, quos propterea *Conſentes* appellabant, id eſt, συνέδρους. *Conſentes* veteribus Latinis dicti, qui Jovis conſiliarii & aſſeſſores eſſe exiſtimabantur. Hujuſmodi autem deorum παρέδρους Latini veteres etiam appellàrunt *novemſiles*, vel *novemſides* ſecundum quorundam opinionem. Arnobius lib. III. adv. Gentes: *Novenſiles, Piſo deos eſſe credit novem in Sabinis apud Trebiam conſtitutos.* Romani ergo *novenſiles* vel *novemſiles* appellabant ipſam deorum multitudinem, quibus Pantheum dicatum eſt. Servius: *Sanè quidam veteres deos Novemſiles dicunt, quibus merita virtutis dederint numinis dignitatem.* Novitii verò & adſcriptitii illi dii, ut aliqua divinitatis autoritate cenſerentur, ſomniis & oraculis reſponſa dare, & curationes facere credebantur. Hinc & πάρεδροι dæmones dicti, quos ad futura prænoſcenda Magi evocabant. Juſtinus M. apolog. II. pag. 65. Edit. Græco-Lat. Νεκυομαντεῖαι γὰρ καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι. *Mortuorum enim vaticinationes, & incorruptorum puerorum ſpecularia inſpectiones, & animarum humanarum evocationes, & qui à Magis vocantur ſomniorum interpretes & Paredri*, hoc eſt, aſſeſſores. En παρέδρους & ὀνειροπομποὺς junctim poſuit. Sic planè liquet ex Luciano Hephæſtionem πάρεδρον fuiſſe & ὀνειροπομπόν. Ὀνείρατα, inquit, αὐτοῦ διηγούμενοι. Et paulò pòſt, ut jam vidimus, Καὶ τέλος ἔθυον αὐτῷ παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. Euſeb. quoque lib. IV. hiſt. Eccleſ. cap. VII. p. 35. a. ὀνειροπομποὺς καὶ παρέδρους δαίμονας jungit. Tertullianus *paredrorum* meminit lib. de Anima, cap. XXVIII. p. 491. *Scimus etiam Magos elicere explorandis occultis catabolicos & paredros, & Pythonicos ſpiritus.* Quid *Catabolicus* ſit, vide in Καταβολικός. Atque hæc de hac voce ex Salmaſio ad Ælium Spartianum pleraque adduxiſſe ſufficiat.

Παρεμπόρευμα.

Παρεμπόρευμα eſt vox à re mercatoria tranſlata: ſignificatque propriè *negotiationem aliquam rei, quæ primario inſtituitur, accedentem, vel incidentem etiam*; & ex conſequenti *lucrum è negotiatione iſtiuſmodi acquiſitum*; ut Budæus interpretatur. Baſilius Cæſar. epiſt. LXXIII. pag. 873. de adverſariis ſuis: Ἐμπορικὸν βίον μεταχειριζόμενοι, παρεμπόρευμα ποιοῦνται τὴν ἡμετέραν διαβολήν. *Vitam mercatoriam ſive nundinariam exercentes, negotiationi ſuæ iſti acceſſoriam faciunt noſtri obtrectatio-*

Digitized by Google

ſtationem: vel, *quæſtuariam ſibi reddunt, quam nobis intendant calumniam.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. III. cap. X. pag. 242. de exercitiis agens, poſtquam dixerat, ἄλλοις ὁ περίπατος αὐτάρκης, ἀγρὸν δὲ βαδίζουσιν, ἢ εἰς ἄστυ κατιοῦσιν· aliis ſufficit deambulatio rus euntibus, vel in urbem deſcendentibus: adjecit, εἰ δὲ καὶ σκαπάνης ἅψαιντο, οὐκ ἀγεννὲς τοῦτο παρεμπόρευμα οἰκονομικὸν γυμνασίου γεωργικοῦ. *Quòd ſi etiam ligonem tractaverint, non eſt hic illiberalis nec ſordidus quæſtus œconomicus, ad agricolam pertinentis exercitii.* Poteſt etiam cum Cl. Gatackero verti, *præter exercitii, quod intenditur, beneficium, etiam rei familiari emolumentum aliquod obiter accedit.* Verbum παρεμπορεύεσθαι ſignificat τὸ πάρεργον, ſive τὸ παρὰ τὸ ἔργον ἐμπορεύεσθαι. Gregor. Nazianzenus orat. in Baſilium, quæ eſt XX. pag. 326. de Saule agens, qui dum aſinos inveſtigat, in diadema incidit: Ὃς τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἐπιζητῶν, βασιλείαν εὕρατο μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορευσάμενος. *Qui Patris aſinas quærens, regnum invenit, pluſq; in ea re, quam obiter agebat, quàm in ea, quæ præcipua ipſi curæ erat, lucrifecit.*

Παρθενία.

I. *Explicatio vocis.* Varia hujus vocis etyma afferunt Etymologi. Quidam à παραθέειν τῇ μητρί, *quòd adhuc matrem ſequatur*, & cum ea maneat: *alii ab Hebr.* פירות, *fructifera*: ita erit nubilis, nempe παρθένος. Inde jam παρθενία, de cujus vocis origine ſic Methodius in Biblioth. Photii, Codice CCXXXVII. p. 960. Παρθεία ἡ παρθενία κατὰ μίαν ἀπαλλαγὴν καλεῖται στοιχείου. ὡς δὴ μόνη τὸν ἔχοντα αὐτῆς τὰς ἀφθόρους τελετὰς Θεῷ ἀπεικάζουσα, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν ἀδύνατον εὑρεῖν. Pro παρθεία diviſim legendum exiſtimo παρὰ Θεῷ. Παρθενία dicitur à παρὰ Θεῷ (nimirum inter ε & ι inſerto ν, & ultimo α præpoſitionis abjecto: ita eſt unius literæ permutatio ν pro α) *mutatione unius literæ: quaſi quæ ſola illum, qui virginitatis intemerata continet myſteria Deo comparat, quo majus bonum inveniri non poteſt.* Etymologici M. autor ita dictam vult, ὅτι παρὰ Θεοῦ ἐδόθη, *quòd à Deo ſit data.* Sed alluſiones potiùs ſunt, quàm veræ etymologiæ. Primitivum eſſe videtur πάρθη, quod παρθένον ſignificat. Suidas: πάρθη· ἐν ἐπιγράμματι· Ἦν γὰρ ἀγὼν φόρμιγγος· Ὁ δ' ἀντίος ἵστατο πάρθης. *Virgo: In epigrammate. Erat enim certamen citharæ: Ille verò ſtetit adverſus virginem.* Quid ſit, exponit Gregor. Nyſſenus cap. V. de Virginitate, t. III. pag. 132. Τὸ τῆς παρθενίας ἐπιτήδευμα τέχνη τις ἐστὶ καὶ δύναμις τῆς θειοτέρας ζωῆς, πρὸς τὴν ἀσώματον φύσιν τοὺς ἐν σαρκὶ ζῶντας ὁμοιοῦσθαι παρασκευάζουσα. *Virginitatis ſtudium ars quædam & facultas divinioris vitæ eſſe videtur, quæ docet, quemadmodum ii, qui his corporis vinculis adſtricti tenentur, eorum, qui corpore carent, naturæ ſimiles efficiantur.*

II. *Ejus encomium.* Virginitas in veteri quidem Teſtamento non commendatur, teſte Chryſoſtomo, qui Homil. LXI. t. VI. Τὸ τῆς παρθενίας σεμνὸν ἐπὶ τῆς παλαιᾶς οὐδὲ μέχρις ὀνόματος ἦν. *Venerabilis virginitas in veteri Teſtamento ne de nomine quidem nota erat*: nec à Deo præcepta, ut docet Theodoretus in epitome div. decret. Cap. XXIV. pag. 304. Ὁ δεσπότης Θεὸς νόμους περὶ παρθενίας οὐ τέθεικεν, οἶδε γὰρ ὑπὲρ φύσιν τὸ χρῆμα, ταῖς δὲ ταύτης εὐφημίαις ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοὺς βουλομένους προέτρεψε. *Deus Dominus leges quidem de virginitate non tulit, rem enim ſupra naturam eſſe intellexit: eam autem laudibus proſequens, ad certamen eos qui vellent hortatus eſt.* Nihilominus ſub novo Teſtamento, ubi major requiritur perfectio, ſummis effertur laudibus. Iſidor. Peluſiota, epiſt. CXV. lib. IV. Καλὸν μὲν ὁ γάμος, κάλλιον δὲ ἡ ἐγκράτεια· κάλλιστον δὲ ἡ παρθενία. Bonum quidem eſt conjugium; ſed præſtantior eſt continentia; præſtantiſſima verò virginitas. Greg. Nazianzenus Orat. XX. pag. 358. Μέγα παρθενία καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μεθ' ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως. *Magna res eſt virginitas, & cælibatus, atque in Angelorum, naturæq; ſingularis ordine cenſeri.* Damaſcenus orthod. fidei lib. IV. cap. XXV. pag. 382. παρθενίαν vocat τὸ τῶν ἀγγέλων πολίτευμα, τὸ πάσης ἀσωμάτου φύσεως ἰδίωμα, *vitam angelicam, omnis incorporeæ naturæ proprietatem.* Imò docent Patres, propterea Chriſtum ex virgine naſci voluiſſe, ut hac ratione virginitatem commendaret. Nazianzenus loco ſuprà laudato continuò ſubjicit: Ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν Χριστοῦ, ὃς καὶ γεννηθῆναι θελήσας διὰ τοὺς γεννητοὺς ἡμᾶς, ἐκ παρθένου γεννᾶται, παρθενίαν νομοθετῶν, ὡς ἐντεῦθεν μετάγουσαν, καὶ κόσμον συντέμνουσαν, μᾶλλον δὲ κόσμον κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι. *Vereor enim dicere naturæ Chriſti, qui cùm propter nos genitos gignendus eſſet, ex Virgine gignitur, virginitatem velut lata lege ſanciens, ut hinc abducentem ac mundum contrahentem, vel potiùs mundum ad mundum tranſmittentem, præſentem nimirum ad futurum.* Ad quem locum rectè Nicetas: *Non quòd eam lege præſcripſerit Chriſtus, ſed quòd exemplo ſuo ad virginitatis ſtudium præſtantiſſimos quoſque adhortatus fuerit.* Eodem modo intelligendus Chryſoſtomus, qui Homil. LXXXII. tom. VI. Ἐκ τότε ἰσχυρὰ ἐγένετο ἡ παρθενία, ἐκ τότε τὸ ἄνθος τῆς παρθενίας ἐβλάστησεν, ἀφ' οὗ ὁ Χριστὸς πρῶτος παρθενίαν δι' ἑαυτοῦ πᾶσιν ἐνομοθέτησεν. *Ex eo tempore obtinuit virginitas, ex eo tempore flos virginitatis germinavit, ex quo Chriſtus primus virginitatem ſuo exemplo omnibus præcepit.* Idem περὶ φιλοπτωχίας. Ἰησοῦς ἐκ παρθένου γεννώμενος, ἵνα καὶ γέννησιν τιμήσῃ, καὶ προτιμήσῃ παρθενίαν. *Jeſus ex virgine natus, ut & generationem honoraret, & virginitatem pluris æſtimaret.* Obſervandum interim, παρθενίαν etiam notare *caſtitatem & animæ puritatem.* Ita nos docet Theophylactus in I. Corinth. VII. pag. 222. Τοῦτο ἡ ἀληθὴς παρθενία, ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης. ἐπεὶ πολλαὶ τὸ σῶμα ἁγναὶ καὶ ἀμόλυντοι εἰσι, κατεσπιλωμένην εἰσὶ τὴν ψυχήν. *Hæc eſt vera virginitas, animæ nimirum puritas: nam multæ quidem corpore caſtæ & impollutæ, animâ contaminatæ ſunt.*

III. *Oppoſita.* Ebionitæ virginitatem rejecerunt. De iis ſic Epiphanius, hæreſi XXX. pag. 59. Τὰ νῦν δὲ ἀπηγόρευται παντάπασι παρ' αὐτοῖς παρθενία τε καὶ ἐγκράτεια, ὡς καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις ὁμοίαις ταύτῃ αἱρέσεσι. *Nunc verò interdictæ ſunt omnino apud ipſos, virginitas & continentia, velut etiam apud alias ſimiles huic hæreſes.*

Παρθενογενής.

Non habent Lexica. *A virgine pariente editus.* Timotheus Jeroſol. Orat. de Simeone, t. XIII. Biblioth. Patrum, pag. 847. περὶ τούτου τοῦ παρθενογενοῦς δεσποτικοῦ σημείου, *de hoc à virgine pariente edito Dominico ſigno*, Simeon loquitur.

Παρθενομήτωρ.

Virgo-mater. Epitheton eſt B. Virginis. Athanaſius t. II. p. 34. Διὸ καὶ παρθενομήτωρ ὡς Θεοτόκος ἡ ἁγία Μαρία. *Propterea etiam Virgo-mater ut Deipara ſancta Maria.* Can. LXXIX. in Trullo vocatur ἄχραντος παρθενομήτωρ. *Impolluta Virgo-mater.*

Παρθένος.

Παρθένος, *Virgo* ſumitur duplici modo:

I. *Propriè*, & notat

1. eam, *quæ non cognovit concubitum maris*, quam Chryſoſtomus vocat ἀθαλάμευτον παρθένον, *virginem, quæ thalamum non eſt experta*: & Theophylactus in I. Corinth. VII. pag. 220. ἔτι ἄγαμον κόρην, *innuptam puellam.* Ita Jeſ. VII. 14. B. Virgo appellatur παρθένος, in Contextu Hebræo eſt עלמה. Ubi Judæi fruſtra

contendunt vocem Hebræam non ſignificare παρθένον, ſed νεάνιδα. Quos pluribus refutat Chryſoſtomus Homil. V. in Matth. pag. 32. Argumenta tria potiſſimùm affert. *Primum* deſumtum eſt à LXX. ſeniorum interpretatione, qui ante Chriſti incarnationem παρθένον ſunt interpretati; cùm alii, poſt adventum Chriſti, & quidem Judæi, νεᾶνιν reddiderint. Τῶν ἄλλων μᾶλλον ἁπάντων τὸ ἀξιόπιστον οἱ ἑβδομήκοντα ἔχοιεν ἂν δικαίως. Οἱ μὲν γὰρ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἡρμήνευσαν Ἰουδαῖοι μένοντες, καὶ δικαίως ἂν ὑποπτεύοιντο, ἅτε ἀπεχθείᾳ μᾶλλον εἰρηκότες, καὶ τὰς προφητείας συσκιάζοντες, ἐπίτηδες. Οἱ δὲ ἑβδομήκοντα πρὸ ἑκατὸν, ἢ καὶ πλειόνων ἐτῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντες καὶ τοσοῦτοι ὄντες, πάσης τοιαύτης εἰσὶν ὑποψίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ διὰ τὸν χρόνον, καὶ διὰ τὸ πλῆθος, καὶ διὰ τὴν συμφωνίαν μᾶλλον ἂν εἶεν πιστεύεσθαι δίκαιοι. *Omnibus aliis jure LXX. Interpretes fide digniores ſunt. Siquidem alii poſt adventum Domini interpretati ſunt, Judæi permanentes, meritoque ſuſpecti, utpote qui inimicè & ſubdolè multa corruperint, & datâ operâ Prophetarum vaticinia obſcurârint. Septuaginta verò ante centum, vel etiam plures Dominici adventus annos, ad interpretandum accedentes, iique tot numero exiſtentes, ab omni hujusmodi ſuſpicione ſunt liberi: atque ob ipſum temporis intervallum, & illorum numerum ac conſenſum magis fide digni utique fuerint.* Argumentum *ſecundum* deſumit ab ipſa voce νεᾶνις, quæ ipſa quoque *virginem* denotet. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἐκείνων παράγοιεν μαρτυρίαν, καὶ οὕτω τὰ νικητήρια παρ' ἡμῖν. καὶ γὰρ τὸ τῆς νεανιότητος ὄνομα ἐπὶ τῆς παρθενίας εἴωθεν ἡ γραφὴ τίθεσθαι· οὐκ ἐπὶ γυναικῶν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀνδρῶν. Νεανίσκοι γάρ φησι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων. καὶ ἐπὶ κόρης δὲ ἐπιβουλευομένης διαλεγομένη, πάλιν φησίν· Ἐὰν φωνήσῃ ἡ νεᾶνις, τουτέστιν, ἡ παρθένος. *Sin autem eorum adducant teſtimonium*, qui nempe νεᾶνιν ſunt interpretati, *ſic quoque à noſtra parte ſtabit victoria. Etenim ſcriptura* adoleſcentulæ, *vel* puellæ *nomine* virginem *appellare conſuevit: idque non de fœminis tantùm, ſed etiam de viris fieri ſolet.* Juvenes, *inquit,* & virgines ſenes cum junioribus. *Ac rurſus de puella loquens, cujus virginitati inſidiæ ſtruuntur, dicit,* ſi clamaverit adoleſcentula, *id eſt, virgo.* Hæc ipſa Chryſoſtomi aſſertio multis aliis ſcripturæ locis confirmari poteſt. Septuaginta namque vocem נערה & παρθένον & νεάνιδα frequenter, ſine diſcrimine reddiderunt. Παρθένον quidem Geneſ. XXIV. 14. 16. 55. XXXIV. 3. Νεάνιδα Deuter. XXII. 19. 20. 21. 24. 26. 27. 29. & alibi. *Tertium* argumentum ex ipſa Contextus ſerie deſumit. Καὶ τὰ περὶ τούτου δὲ εἰρημένα, τοῦτον τὸν λόγον συνίστησιν. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, ἀλλὰ πρότερον εἰπὼν, Ἰδοὺ δώσει κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον, τότε ἐπήγαγεν· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. καί τοι εἰ μὴ παρθένος ἦν ἡ μέλλουσα τίκτειν, ἀλλὰ νόμῳ γάμου τοῦτο ἐγένετο, ποῖον ἂν εἴη σημεῖον τὸ γινόμενον; τὸ γὰρ σημεῖον ὑπερβαίνειν δεῖ τὴν τῶν πολλῶν ἀκολουθίαν, καὶ ξένον εἶναι καὶ παρηλλαγμένον. ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη σημεῖον; *Et ea quidem, quæ ſuperiùs dicta ſunt, hunc ſenſum facilè confirmant. Non enim ſimpliciter dixit,* Ecce virgo in utero habebit: *ſed cùm antè dixiſſet,* Ecce ipſe Dominus dabit vobis ſignum, *continuò ſubjecit,* Ecce virgo in utero habebit. *Et certè niſi virgo maneret, quæ in utero eſſet habitura, ſed hoc communi lege connubii fieret, quod tandem id quod fiebat, ſignum fuiſſet? Signum quippe omnem rerum ordinem excedere, & novum eſſe debet atque à ſolenni more diverſum: alioqui qui ſignum eſſe poſſet?* Hoc ipſum argumentum idem pluribus urget in cap. VII. Jeſaiæ. Theophylactus in cap. I. Matth. pag. 9. argumenta Chryſoſtomi ita contrahit: Φασὶν οἱ Ἑβραῖοι ὅτι οὐ κεῖται ἐν τῷ προφήτῃ, παρθένος, ἀλλὰ, νεᾶνις. πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι τὸ νεᾶνις, καὶ τὸ παρθένος, ταυτόν ἐστι παρὰ τῇ γραφῇ· νεάνιδα γὰρ ὀνομάζει τὴν ἀδιάφθορον. Ἔπειτα, εἰ μὴ ἔτεκε παρθένος, πῶς ἔμελλεν εἶναι σημεῖον καὶ παράδοξον; *Dicunt Hebræi, quòd non ponatur in Propheta,* virgo, *ſed,* adoleſcentula. *Ad quod dicendum, in ſcriptura idem eſſe adoleſcentulam & virginem.* Adoleſcentulam *enim nominat incorruptam. Deinde, niſi peperiſſet virgo, quomodo futurum erat ſignum, & res admirabilis atque inſolens?*

2. eam; *quæ* non tantùm virgo eſt, ſed etiam *Deo dicata & conſecrata.* Theophylactus in I. Corinth. VII. pag. 220. vocat παρθένον ἀφιερωθεῖσαν Θεῷ, *virginem Deo conſecratam.* Baſilius Can. XVIII. ad Amphilochium, pag. 767. Παρθένος ὀνομάζεται, ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα. *Virgo nominatur, quæ ſe ſua ſponte Domino obtulit, & matrimonio renunciavit, & vitam in ſanctificatione prætulit.* Can. XVI. Chalced. appellat παρθένον ἀναθεῖσαν ἑαυτὴν τῷ δεσπότῃ Θεῷ, *virginem, quæ ſe Deo Domino dedicavit.* Vocantur παρθένοι ἱεραὶ, & κόραι καθιερωμέναι. Can. XLIV. Cod. Eccleſ. Afr. αἱ ἱεραὶ παρθένοι, *virgines ſacræ.* Ad hunc Can. Zonaras, pag. 431. Ἐν ἐκείνῳ κανόνι τῆς παρούσης συνόδου εἴρηται περὶ κορῶν καθιερώσεως. ἃς νῦν ἐκάλεσεν ἐκεῖ κόρας καθιερωμένας, ἐνταῦθα ἱερὰς παρθένους ὠνόμασε. κόρας γὰρ τὰς παρθένους ἔθος καλεῖν. *Canone VI. præſentis Synodi dictum eſt de puellarum conſecratione. Quas igitur ibi vocavit puellas conſecratas, hic virgines ſacras nominavit. Solent enim* κόραι, *puellæ vocari* παρθένοι, *virgines.* Zonaras ad Can. XV. Chalced. 109. vocat παρθένον κανονικὴν, *virginem canonicam,* ſeu *monialem.* Hic verò illud probè obſervandum, quod Chryſoſtomus Homil. XIII. in I. ad Timoth. pag. 300. monet: Τὴν παρθένον οὐ τοῦτο ποιεῖ, τὸ μὴ ὡμιληκέναι γάμῳ, ἀλλὰ πολλῶν καὶ ἑτέρων δεῖ, τοῦ ἀμέμπτου, τοῦ εὐπροσέδρου. *Virginem non id facit, extra conjugium vivere, ſed multa inſuper alia requiruntur, ut ſit inculpata, ut aſſiduè adhæreſcat* ſc. Domino.

II. *Impropriè.* Atque ita

1. *metaphoricè* παρθένος vocatur Eccleſia, quæ eſt Chriſto καθομολογηθεῖσα νύμφη, ut loquitur Baſilius Cæſar. Eſt ſponſa Chriſti, propter puritatem religionis, quam incorruptam ſervat, & fidelitatem erga ſponſum, II. Corinth. II. 2. Ad quem locum Theodoretus, pag. 250. Πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον ὠνόμασε, τῆς πίστεως τὸ ἀκραιφνὲς οὕτω καλῶν. Οὐ γὰρ παρθενίαν ἅπαντες οἱ πιστεύοντες ἐπαγγέλλονται· ἀλλὰ τῷ γνησίῳ τῆς πίστεως ἅπαντας προσήκει διακοσμεῖσθαι. *Totam Eccleſiam* virginem *appellavit, ſinceritatem fidei ita vocans. Neque enim omnes qui credunt, virginitatem profitentur: ſed oportet omnes ornari ſincera fide.* Et Theophylactus, pag. 405. Ξένον τὸ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συμβαῖνον· ἐπὶ γὰρ τοῦ κόσμου μετὰ τὸν γάμον οὐκέτι παρθένοι μένουσιν· ἐνταῦθα δὲ, καὶ οἱ μὴ ὄντες παρθένοι πρὸ τούτου, μετὰ τὸν γάμον τοῦτον παρθένοι γίνονται. Οὕτω πᾶσα ἡ ἐκκλησία παρθένος ἐστί. *Mirum hic quiddam in Eccleſia contingit. In mundo enim poſt nuptias non ampliùs virgines manent: hic autem, qui antè virgines non fuerunt, poſt nuptias haſce efficiuntur virgines. Hac ratione univerſa Eccleſia virgo eſt.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. t. V. dicit ſcripturam, indicare volentem τὸ ἄφθορον τῆς ἐκκλησίας, αὐτὴν καλεῖν παρθένον, *Eccleſiam eſſe incorruptam, eam appellare virginem.*

2. Παρθένος *tribuitur maribus*, qui nullam fœminarum notitiam unquam habuerunt, & qui propter vitæ caſtitatem cœleſti regno dignam, à Latinis *cælibes* appellantur. Suidas in voce Ἄβελ. Ἄβελ, υἱὸς Ἀδάμ. οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ποιμὴν προβάτων, *Abel, filius Adami. Hic cælebs & juſtus erat, atque paſtor ovium.*

Idem

Digitized by Google

Idem in voce Μελχισεδέκ. Ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος. *Obiit juſtus & cœlebs.* Ita Apocal. XIV. 4. Οὗτοί εἰσιν, οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. παρθένοι γάρ εἰσι. Beza reddit: *Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt inquinati: virgines enim ſunt.*

Πάροδος.

Πάροδος, interprete Heſychio, eſt διάβασις, *tranſitus.* Ita vocatur *Incarnatio Chriſti.* Euſebius Præparat. Evangel. lib. V. pag. 107. Ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους πάροδος. *Salvatoris noſtri ad homines tranſitus.* Et Demonſtrat. lib. V. pag. 137. Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον πάροδος. *In vitam humanam tranſitus*; Demonſtrat. lib. VI. pag. 190.

Παροικέω. Παροικία.

I. Παροικέω ſignificat *advena, peregrinus ſum*, & opponitur τῷ κατοικεῖν, quod, juxta veteres Gloſſas, *habito, incolo*: παροικεῖν verò eſt *more hoſpitis alicubi ad tempus morari.* Philo Judæus de ſacrificiis Abel & Cain: Ὁ τοῖς ἐγκυκλίοις μόνοις ἐπανέχων παροικεῖ σοφίᾳ, οὐ κατοικεῖ. *Qui liberalium ſolummodo diſciplinarum ſtudioſus eſt, haud ille quidem in ſapientiæ ædibus habitat, ſed ut hoſpes tantùm eas inviſit.* Baſilius M. in Pſal. XIV. t. I. pag. 149. Ἡ παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως, ὑποφαίνουσα. *Παροικία eſt ſtatus temporarius, non ſtabilem vitam, ſed tranſitoriam intuens, ſub ſpe tranſitus ad meliora.* Theodoretus in Pſal. CXIX. pag. 911. in Hebræo eſt Pſal. CXX. ad v. 5. Παροικίαν καλεῖ τὴν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ διαγωγήν. *Incolatum vocat, in aliena terra ſtationem.* Suidas: Παροικία· ἡ παροῦσα ζωή. Ὅτι πάροικος ἐγὼ καὶ παρεπίδημος. *Incolatus: præſens vita. Quia accola ſum ego & peregrinus.* Verba ſunt Abrahami Geneſ. XXIII. 4. Aſterius, homil. de Oeconomo injuſto, pag. 571. Πάντα, ὧν ἀπελάβομεν, οὐχ ἡμέτερα. οὔτε μὲν ἡμεῖς ὡς αὐθένται καὶ κύριοι τοῦ βίου τούτου ὡς ἡμετέρᾳ οἰκίᾳ ἐνῳκίσθημεν. ἀλλ' ὡς πάροικοι καὶ ἐπήλυδες, καὶ μετανάσται ἀγόμεθα ὅπου οὐ θέλομεν, καὶ ἡνίκα οὐ προσδοκῶμεν. *Quæcunque accepimus, non ſunt noſtra: ac ne nos quidem ipſi tanquam domini in hanc vitam, velut in domum noſtram, introducti ſumus: ſed quaſi inquilini & advenæ, vel potiùs exſules, abripimur, quo nolumus, & quando minimè exſpectabimus.* Diſcrimen inter παροικίαν & κατοικίαν etiam oſtendit Theodoretus in Pſ. LIV. ad v. 16. pag. 610. Παροῦσα ζωὴ παροικία ἐστίν· Ἐν αὐτῇ γὰρ παροικοῦμεν, οὐ κατοικοῦμεν. *Præſens vita incolatus eſt: in ea enim tanquam advenæ & peregrini diverſamur, non habitamus.* Illuſtre exemplum hujus ſignificationis legitur Lucæ XXIV. 18. ubi Cleophas ad Chriſtum, quem non noverat, Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; Vetus & Eraſmus: *Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem, & non cognoviſti, quæ facta ſunt in illa his diebus?* Beza & Piſcator, *Tu ſolus commoraris?* Placet prior interpretatio. Theophylactus in hunc locum, pag. 540. duplicem verborum iſtorum expoſitionem affert ſic ſcribens: Σὺ μόνος φησὶ, παροικεῖς; ἀντὶ τοῦ, Σὺ μόνος ἐκ τῶν κατοικούντων τὴν Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα; Ἄλλοι δὲ τὸ, παροικεῖς, οὕτως ἐνόησαν. Σὺ, φησιν, οὕτω μόνος παροικεῖς, καὶ ἔξω τῶν ὁρίων τῆς Ἱερουσαλὴμ ᾠκισμένος εἶ, καὶ ἀμέτοχος τῶν ἐν μέσῳ πραττομένων, ὡς μὴ ταῦτα γινώσκειν; *Tu ſolus*, inquit, παροικεῖς; *Hoc eſt, Tu ſolus ex iis, qui Jeroſolymæ habitant, quæ facta ſunt ignoras? Alii autem*, τὸ παροικεῖς, *ſic intellexerunt: Tune, inquit, ſolus ita peregrinus es & extra fines Jeroſolymæ collocatus, expersque eorum quæ palam aguntur, ut hæc neſcias?* Poſteriorem ex his duabus expoſitionibus rejicit Beza, ſed non refellit, niſi admodum levi brachio. At nulla ſufficiens cauſſa, quamobrem ſit rejicienda. Non enim ignota metaphora, quâ, qui rei geſtæ alicubi ignari ſunt, hoſpites ibi ac peregrini eſſe dicuntur. Hunc ſenſum, ut maximè genuinum, ſecutus etiam Syrus & Arabs, ſic Ovid. Metamorph. lib. II. fab. IX.

An quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt?

Apulejus II. *Satis peregrinus es, medioque Theſſaliæ ignoras te conſiſtere?* Cicero pro Milone: *An verò, judices, vos ſoli ignoratis? vos hoſpites in hac urbe verſamini? veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis ſermone verſantur, quas ille leges fuerit impoſiturus nobis omnibus atque inuſturus?* Idem lib. VI. ad Atticum, epiſt. III. *Eſt enim quiddam, advenientem* (ad urbem nempe) *non eſſe peregrinum atque hoſpitem.* Lib. IV. epiſt. XI. *Illud etiam te rogo*, τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, *ne iſtuc hoſpes veniam*, id eſt, rerum ignarus, quales peregrini eſſe ſolent.

II. Quid παροικία apud ſcriptores Eccleſiaſticos ſignificet, nunc explicandum; idque ex Cl. Salmaſio. Nomen igitur παροικία non ſolùm de Eccleſia parœciana accipiebatur, ſed etiam de diœceſana totius civitatis. Nam nomen παροικία etiam pro diœceſi civitatis uſurpatum eſt, ut & contrà diœceſis pro parœcia, id eſt, pro membro particulari & regionali univerſæ Civitatis Eccleſiæ. Vide in Διοίκησις, num. V. Falluntur autem viri docti, qui putant in vocibus παροικεῖν & παροικία, dum hoc ſenſu ſumuntur, ſignificationem ineſſe *peregrinationis*, cùm *incolatum* ſimpliciter denotent, & παροικεῖν idem omnino ſit quod κατοικεῖν. Veteres Gloſſæ: Παροικία, *inhabitatio.* Πάροικος, *accola, incola, colonus.* Παροικῶ σοι, *juxta te habito.* Eccleſia igitur παροικοῦσα Κόρινθον, & Ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην, eſt *Eccleſia Corinthiaca*, vel *Corinthum habitans*; *Eccleſia Romana*, ſive *Romam habitans*; pro quo οὖσαν ἐν Ἀντιοχείᾳ dixit Lucas Actor. XIII. 1. Ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν. Dicere potuiſſet, κατὰ τὴν παροικοῦσαν, vel κατοικοῦσαν ἐκκλησίαν. Ita in epiſtola Polycarpi ad Philomilienſes apud Euſebium lib. IV. hiſt. Eccleſ. cap. XV. pag. 37. a. hæc habetur inſcriptio, Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ. *Eccleſia Dei habitans Smyrnam, habitanti in Philomilio.* Statim etiam ſubjicit, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. Hic παροικίαι ſunt αἱ παροικοῦσαι τὰς ἑκάστας πόλεις ἐκκλησίαι. Sic παροικία Ἀντιοχείας apud eundem Euſebium lib. VIII. cap. XIII. *Eccleſia Antiochena*, ſive diœceſis, quæ parebat Antiochenæ Eccleſ. Epiſcopo. Idem alio loco, lib. III. c. XXVIII. Τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικίαν appellat *Alexandrinam Eccleſiam*, quæ in epiſtola ſynodica Patrum Nicænorum ad eandem Eccleſiam vocatur ἁγία καὶ μεγάλη Ἀλεξανδρέων ἐκκλησία, *ſancta & magna Alexandrinorum Eccleſia.* Ubicunque in Canonibus Græcis quatuor Conciliorum œcumenicorum & aliorum τοπικῶν vox παροικία occurrit, & apud Patres etiam, nunquam ferè alio ſenſu accipi debet, quàm *pro Eccleſia civitatis*, quæ uni Epiſcopo attributa eſt regenda. Vox διοίκησις eo tempore apud Græcos longè ampliores fines deſignabat: plures enim intra ſe comprehendebat provincias eccleſiaſticas, uni Exarcho vel Patriarchæ ſubjectas, ut docuimus in voce Διοίκησις, n. II. At παροικία tunc apud Græcos Eccleſia fuit civitatis unius, quæ uni Epiſcopo parebat, & univerſam plebem fidelium in illa civitate conſiſtentium comprehendebat. Falſiſſimum ergo, quod ſomniavit Petavius in Notis ad Epiphanium ad hæreſin Arrianorum, vocabulum παροικία à ruſticanis Eccleſiis ad urbicas fuiſſe translatum, & pro-

Digitized by Google

priè ſignificare χώραν omnem, regionemque, quæ ab urbe diſtans Eccleſiæ certæ contribuatur, quemadmodum olim Romæ ſingulis viciniis πάγοι ſive colles conſtituti fuerunt à Servio Tullio rege. Putavit, παροικεῖν idem eſſe, quod *accolere*, & vicinas urbi ruſticorum poſſeſſiones propriè dictas παροικίας. Hoc ſiquidem verum eſſet, ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην, Σμύρναν, Κόρινθον, & alias urbes, pro Eccleſia ruſticana ſumi deberet, quæ viciniam earum urbium accoleret, non ipſas illas incoleret urbes. Quod à vero prorſus alienum. Παροικία Σμύρνης vel Ῥώμης eſt ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην vel Σμύρναν, quæ Romam habitat vel Smyrnam. Primi Chriſtianorum cœtus in urbibus ita vocati ſunt, quia cùm pauci eſſent, & differrent à civibus ipſis religione ac ſacris, tanquam hoſpites ac peregrini, ſive πάροικοι illarum urbium cenſebantur. Sed & revera plurimi ex his erant peregrini. Nam & è Judæis multi erant converſi, & è Syris Græcisque proſelytis. Omnes ferme primi Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi Græci generis fuêre, & Græca nomina habuêre. Πάροικος autem non dicitur, qui in vicinia colit, aut propter urbem, ſed qui ipſam urbem incolit, ut inquilinus παρ' ἄλλης πόλεως ἄλλην οἰκῶν, qui de una urbe in aliam incolendi gratiâ migravit. Hæc eſt origo παροικιῶν & παροικουσῶν πόλιν τινὰ ἐκκλησιῶν. Quæ vox aliquando plurium minutarum Eccleſiarum complexionem ſignificat, & unam Eccleſiam civitatis, in plures diſpertitam minores conventus. Aliquando minores illos ipſos cœtus, qui ut *Eccleſiarum* nomine vocitabantur; ita etiam παροικιῶν. Ut ecce *Eccleſiæ* in epiſtola Innocentii ad Decentium ſunt majores Eccleſiaſtici conventus, quos & παροικίας indigitârunt, *cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ*, id eſt omnes παροικίαι. Alioquin circa illa tempora *parœcia* diſtinguebatur ab Eccleſia, præcipuè in Africana Eccleſia, quia Eccleſiæ nomen propriè ſumebatur de matrice & principali Eccleſia. Sic Can. XIX. Codicis Africani: *Tempore ſanè, quo non communicat, nec in ſua Eccleſia, vel parœcia communicet.* Malim tamen hoc ibi intelligi ἐξηγητικῶς, ut *parœciam* exponat, quam dixerat *Eccleſiam*. Illud verò certum eſt, eo tempore in Eccleſiis Occidentis παροικίαν appellatam, quæ pars eſſet Eccleſiæ civitatis, Baſilicam nempe particularem, cui unus Presbyter præerat, in qua Sacramenta adminiſtrabantur, & populus concionibus docebatur: totam autem civitatem Eccleſiaſticam ſub Presbyterio ſuo vel Epiſcopo, quæ ex multis ejusmodi parœciis conſtabat, vocatam fuiſſe *diœceſin*. Quo ſenſu diœceſis & Eccleſia eadem erat, ut apud Græcos ἐκκλησία & παροικία eadem fuit. Apud Græcos παροικία idem eſt cum diœceſi Epiſcopi, quia vocem διοίκησις raro aliter uſurpabant, niſi de plurium provinciarum ſub Exarcho eccleſiaſtica, ſub vicario civili adminiſtratione. *Eccleſia* igitur abſolutè cum idem ſignificet, quod diœceſis apud Latinos, & παροικία apud Græcos, & omnem unius civitatis plebem comprehendat, inde factum ut *civitas*, *Eccleſia & plebs* pro eodem ſumatur. Hinc Epiſcopus *urbis* Romæ dicitur, & *Eccleſiæ* Romanæ Epiſcopus, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, & Romanæ etiam *plebis* Epiſcopus. Ut in fragmentis Hilarii, *Cæleſtinus Romanæ plebis Epiſcopus:* In aliis quidem Eccleſiis diœceſis ſive parœcia extendebatur ad univerſum territorium illius civitatis, quò usque juriſdictio civilis ejusdem urbis ſe porrigebat. Nam & parœciæ, ſive curiæ ruſticanæ, quibus præerant Chorepiſcopi, Epiſcopo ſuberant Civitatis. Romæ autem omnes parœciæ intra urbem continebantur, nullæ extra, ut Innocentius ipſe teſtatur in epiſt. ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, cap. V. *De fermento verò*, inquit, *quod die Dominico per Titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ.*

Παροιμία.

I. *Vocis etymon.* Παροιμία dicitur à παρὰ & οἶμος, id eſt, ὁδὸς, quaſi *ad viam* dicas. Unde Baſilio παρόδιος λόγος appellatur, qui Homil. XII. quæ eſt in principium Proverb. pag. 454. Τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα, ἐπὶ τῶν δημωδεστέρων λόγων παρὰ τοῖς ἔξωθεν τέτακται, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων ὡς τὰ πολλά. Οἶμος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ ὁδὸς ὀνομάζεται, ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν ὁρίζονται. Ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφθῆναι δυνάμενον. *Proverbiorum nomen de eo quod vulgariter dicitur apud exteros poſitum eſt, & de iis plerumque, quæ in triviis dicuntur.* Οἶμος *enim apud illos via dicitur: unde etiam parœmiam definiunt. Verbum juxta viam, uſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri poteſt:* & à Suida παροδικὸν διήγημα, addita ratione, οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. Sic ſcribendum; non παρῳδικόν. Ita enim non eſſet ab οἶμος, ſed οἴμη, ut poſtea videbimus. Heſychius: Παροιμία, λόγος παρὰ τὴν ὁδὸν λεγόμενος, οἷον παροδία· οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. Παροιμία, *Sermo ad viam dictus, quaſi* παροδία· οἶμος *enim via eſt.* Apud Athanaſium in Synopſi ſcripturæ, t. II. pag. 91. 92. fusè hoc etymon proponitur his verbis: Παροιμία ὠνομάσθη, ἐπειδὰν παρὰ τὰς ὁδοὺς ἐγράφοντο οἱ τοιοῦτοι λόγοι πρὸς διόρθωσιν καὶ διδασκαλίαν τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς διαπορευομένων. παρὰ τὰς ὁδοὺς δὲ ἐγράφοντο, ἐπεὶ μὴ πάντες ἐχώρουν τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους. ἵνα κἂν διερχόμενοι καὶ βλέποντες διερευνῶσι τὰ γεγραμμένα, καὶ οὕτως παιδεύωνται οἱ ἄνθρωποι. *Parœmia dicta eſt, quia ad vias tales ſermones ſcribebantur ad correctionem & inſtitutionem per vias transeuntium. Ad vias autem ſcribebantur, quia non omnes capaces erant ſermonum veritatis: ut vel transeuntes & videntes ſcripta ſcrutentur, atque hac ratione homines inſtituantur.* Cæſarius, Dial. I. Interrog. XXXV. Παροιμίαι παρόδιά τινα ὑπάρχει ῥήματα. οἶμος γὰρ ὁδὸς τῇ ἔξω παιδείᾳ νοεῖται. ὥστε πάροδοι καὶ εἰκόνες τῶν πραγμάτων αἱ παραβολαὶ τυγχάνουσι. Parœmiæ *alluſiones quædam ſunt, in verbis ſitæ.* οἶμος *enim* viam *in externa doctrina ſignificat. Quapropter & alluſiones & imagines rerum ſunt parabolæ.*

Alii verò deducere malunt à παρὰ & οἴμη, quod non tantùm ᾠδὴν, ſive *cantum* ſignificat, ſed & λόγον, ἱστορίαν, φωνήν, ut exponit Heſychius. Quam etymologiam ſi ſequamur, reſpondebit voci, *proverbium*. Nam *proverbium* ſic dictum, quòd ſit comune omnium verbum, hoc eſt, ſententia.

II. *Significatio.* Suidas: Παροιμία ἐστὶ λόγος ἀπόκρυφος δι' ἑτέρου προδήλου σημαινόμενος. *Proverbium eſt oratio obſcura, quæ per aliam perſpicuam ſignificatur.* Baſilius Cæſar, Homil. in Proverbia Salomonis, pag. 454 poſt illa verba, quæ paulò antè ex eo allata ſunt, ſubjicit: Παρὰ δὲ ἡμῖν παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδεδομένος, πολὺ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον περιέχων, πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος. Ταῦτά, φησιν, ἐν παροιμίαις ὑμῖν λελάληκα. ἔρχεται δὲ ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ λαλήσω ὑμῖν. ὡς τοῦ παροιμιακοῦ λόγου, τὸ πεπαῤῥησιασμένον καὶ δεδημοσιευμένον τῆς διανοίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ πλαγίως ἑαυτοῦ τὸ βούλημα τοῖς ἐντρεχεστέροις παραδηλοῦντος. *Apud nos verò parœmia eſt ſermo utilis, ſub umbra figuraque idonea expreſſus: multum & uſus & gravitatis complectens, in receſſu quoque ſublimem ſententiam contegens. Unde etiam Dominus.* Hæc, *inquit*, in parœmiis locutus ſum vobis: venit autem tempus, ut non ampliùs in parœmiis, ſed palàm vobis loquar:

Digitized by Google

quar: *quòd ſermo proverbialis apertam ac liberam dicendi rationem non contineat, ſed operimento quodam ac ænigmate mentem atque ſententiam ſolertioribus exponat.* Locus ille habetur Joh. XVI. 25. ad quem Ammonius in Catena, pag. 401. Παροιμίαν λέγει τὸν ἀσαφῆ λόγον καὶ ἐγκεκαλυμμένον. *Parœmiam vocat obſcurum & involutum ſermonem.* Ad eundem locum Cyrillus Alex. lib. XI. in Joh. pag. 937. Παροιμίαν εἶναί φησι τὸν ἀμυδρόν τε καὶ οὐ λίαν ἐμφανῆ λόγον, ἐπεσκιασμένον δὲ ὥσπερ ἀσαφείαις οὕτω λεπταῖς, ὡς μὴ λίαν ἑτοίμως συνιέναι δύνασθαι τοὺς ἀκροωμένους· πέπλασαι γὰρ οὕτω τῶν ἐν παροιμίαις λεγομένων τὸ σχῆμα. *Parœmiam eſſe dicit obſcurum nec uſque adeo perſpicuum ſermonem, ſed obſcuritatibus argutiis ita involutum, ut ab auditoribus non uſque adeò facilè intelligi poſſit: ejuſmodi quippe forma eorum, quæ per proverbia dicuntur.* Παροιμίαι etiam ſunt interprete Heſychio, παραινέσεις, παραμυθίαι, νουθεσίαι, ἠθῶν ἔχουσαι καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν. *Parœmia ſunt adhortationes, admonitiones, continentes morum & affectuum correctionem.* Tales παροιμίαι ſunt Proverbia Solomonis, ad quæ autor hic reſpexiſſe videtur, & de quibus Baſilius, ubi ſuprà, παροιμίαι Σολομῶντος, τουτέστι, λόγοι προτρεπτικοί, παρὰ πᾶσαν τοῦ βίου τὴν ὁδὸν χρησιμεύοντες. *Solomonis Proverbia, hoc eſt, ſermones ad omnem vitæ viam exhortatorii maximeque utiles.* Aſterius, homil. in Avaritiam, Proverbiorum librum vocat παροιμιακὴν βίβλον.

Πάροινος.

Vox hæc bis adhibetur ab Apoſtolo, nempe I. Tim. III. 3. & ad Titum I. v. 7. Pontianus in temulentiæ criminatione apud Athenæum lib. X. Διὰ τὸν οἶνον καὶ τὰς μέθας, καὶ τὰς μανίας, ἔτι δὲ καὶ τὰς παροινίας γίγνεσθαι. Niſi hic rectè accipias vocem παροινία, frigebit gradatio hæc, quæ tamen eſt elegantiſſima. Nam μέθη & μανία *mentis depravationem* ſignificant: Παροινία verò ejus *depravationis* eſt *effectus*: cùm quis non tantùm eſt ebrius, ſed etiam propter ebrietatem alicui contumeliam facit. Παροινία non eſt *amentia*, ne *temulentia* quidem, aut *vinoſitas*, verùm ex temulentia naſcens ὕβρις, *petulantia & injuria*. Doctè, ut ſemper, Heſychius; Παροινία, ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις καὶ οἱαδήποτε ἁμαρτία. *Paroinia eſt ex vino naſcens injuria, contumelia, & quodcunque peccatum.* Idem: Παροινίαι, κραιπάλαι, ὕβρεις ἀπὸ οἴνου. *Crapulæ, contumeliæ, ſeu injuriæ ex temulentia ortæ.* Παροινῆσαι, ὑβρίσαι, λοιδορῆσαι. *Debacchari, contumelia afficere, conviciari.* Suidas: Παρῴνησεν· ἀτάκτως ἐξύβρισε. *Debacchatus eſt, immodeſtè ſe geſſit ac intemperanter.* Subjicit verba ex Herodoto: Καμβύσης ὁ Κύρου παρῴνησεν εἰς τοὺς Αἰγυπτίων θεοὺς, καὶ ἐξεμάνη. *Cambyſes Cyri filius in Ægyptiorum deos debacchatus eſt, & de ſano mentis ſtatu deturbatus.* Idem παροινίας interpretatur ὕβρεις. Cl. Alex. Pædag. l. II. cap. II. p. 154. Παροινία ἐστὶν ἡ ἐκ τῆς ἀκράτου χρήσεως ἀκοσμία, *eſt ex vini uſu immodeſtia.* Iterum Heſychius: Ἐμπαροινοῦντας, ὑβρίζοντας. *Per vinum & temulentiam injuria aliquem afficientes: per temulentiam alicui inſultantes.* Eodem modo Heſychium imitatus, Suidas, qui ex Joſepho addit. Οὕτως ἐμπαροινοῦσι τοῖς πράγμασιν. *Ita res per temulentiam ac ludibrium adminiſtrant.* Heſychius: Ἐνεπαρῴνησαν, ἐνύβρισαν. Πεπαρῳνηκότων, ἀσελγησάντων, ὑβρισάντων. παροινία γὰρ ἡ ὕβρις. Ex his jam facilè intelligitur, quid ſit πάροινος apud Apoſtolum: nempe non tam μέθυσος, *temulentus, vinoſus,* quàm ὑβριστὴς, *ferox, ad injuriam ex vino proclivis*: id quod patet ex I. Timoth. III. 3. ubi παροίνῳ opponitur ἐπιεικὴς, *modeſtus.* Atque ita intellexit Chryſoſtomus, qui Homil. X. in I. ad Timoth. dicit, πάροινον, hoc loco non ſignificare τὸν μέθυσον, *vinolentum,* ἀλλὰ τὸν ὑβριστὴν, τὸν αὐθάδη, *ſed injurioſum & ſuperbum.* Eodem modo Theophylactus. Theodoretus verò πάροινον interpretatur ex I. Timoth. III. 8. μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντα, *non vino multo deditum*: & ad Titum I. 7. μέθυσον, *ebrioſum.* Theophylactus autem hoc etiam loco ὑβριστὴν eſſe vult. Huic expoſitioni favet Heſychius, apud quem πάροινος non tantùm eſt μεθυστὴς (an potiùs, μέθυσος legendum?) ſed etiam ἁμαρτωλὸς, ὑβριστὴς, λοίδορος, *peccator, injurioſus, conviciator.* Et Suidas, qui itidem ὑβριστὴν interpretatur.

Παροξυσμός.

Duplicem hæc vox in ſacris ſignificationem habet. I. *In bonam partem* ſumitur, & ſignificat *incitamentum, exſtimulationem.* Veteres Gloſſæ: Παροξυσμὸς, *ſtimulatio, concitatio, incitamentum.* Ita eædem: παροξυντὴς, *concitator, ſtimulator.* Παροξύνω, *incito, ſtimulo, concito, exacuo.* Hoc ſenſu ſumitur ad Hebr. X. 24. Κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων. *Obſervemus alii alios, ut nos acuamus ad charitatem & bona opera;* ita Beza vertit. Vulgatus verò, *Conſideremus invicem in provocationem charitatis & bonorum operum.* Ad quæ Theodoretus, pag. 442. Εἰς ἀλλήλους ἀποβλέπωμεν, καὶ ζηλούτω τὰ τοῦ πέλας ἕκαστος κατορθώματα· καὶ γὰρ σίδηρος σίδηρον θήγει, καὶ λίθος λίθῳ προστριβόμενος ἀποκύει φλόγα. *Ad nos invicem reſpiciamus, & unuſquiſque proximi ſui rectè facta imitetur. Ferrum enim ferrum acuit, & lapis cum lapide colliſus flammam parit.* Chryſoſtomus Homil. XIX. in epiſt. ad Hebræos, Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης interpretatur εἰς τὸ μᾶλλον ἀγαπᾶν καὶ ἀγαπᾶσθαι, *ut magis ametis & amemini.* Theophylactus, pag. 980. Ὁ παροξυσμὸς οὗτος ἀγάπης ἐστὶν, οὐχὶ φθόνου· ὥσπερ γὰρ σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, οὕτω καὶ ψυχὴ πρὸς ψυχὴν ὁμιλοῦσα παροξύνει αὐτὴν εἰς τὰ αὐτὰ, πλὴν ἐν ἀγάπῃ. *Provocatio hæc charitatis eſt, non invidiæ: ut enim ferrum ferro acuitur, ſic anima cum anima commercium habens, ad eadem ipſum excitat, veruntamen in charitate.* Oecumenius, ad præſentem locum, pag. 850 I. interpretatur, εἰς τὸ παροξῦναι καὶ αὐξῆσαι τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην. *Ad excitandam & augendam mutuam charitatem.* Idem in I. Petri cap. I. pag. 145. Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης, interpretatur εἰς παράθηξιν, εἰς διέγερσιν. *Ad incitationem, ad excitationem.* Eodem ſenſu uſurpat Zonaras ad Canones Apoſtol. quando Epiſcopos, totumque Clerum vult eſſe παράκλησιν ἅπασι πρὸς ἀρετὴν, καὶ ἀρχέτυπον, καὶ παροξυσμὸν πρὸς ἀγαθοεργίαν, *adhortationem omnibus ad virtutem, & exemplar, & incitamentum ad bene agendi ſtudium.* Idem ad eoſdem Canones illos vult ὑπόδειγμα πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ παροξυσμὸν πρὸς χρηστότητα προκεῖσθαι, *propoſitos eſſe exemplum ad omnem virtutem, & incitamentum ad benignitatem.*

II. *In malam partem.* Ita, ut eſt apud Baſilium in Reg. brev. Interrog. LV. pag. 546. Τὸ σφοδρότερον ἀπὸ θυμοῦ κίνημα παροξυσμὸς ὀνομάζεται. *Vehementior ille, qui ex furore exiſtit motus, exacerbatio nominatur.* Sic Actor. XV. 39. inter Paulum & Barrabam ἐγένετο παροξυσμὸς, *facta eſt exacerbatio ſeu diſſenſio.* Eadem ſignificatione Act. XVII. 16. de Paulo, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. *Incitabatur ſpiritus ejus in ipſo, videns idololatriæ deditam civitatem.* Quid ſit πνεύματι παροξύνεσθαι, colligitur ex II. Petri II. 8. ubi de Lotho: Ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζε. Juvenalis:

— — — *Quis iniquæ*
Tam patiens urbis, tam ferreus ut teneat ſe?

Philoſtratus IV. 15. de Appollonio Romæ profligatiſſimis Neronis temporibus commorante, Ἐρρήγνυντο πρὸς

τὴν

Digitized by Google

τὴν τῶν πολλῶν ἄνοιαν. *Rumpebatur ad imperita multitudinis dementiam.* Lactantius de ira Dei, cap. XVII. *Neceſſe eſt bono ac juſto diſplicere quæ prava ſunt: & cui malum diſplicet, moveri cùm id fieri videat.* Et pòſt: *Naturale eſt bono ad alterius peccatum incitari & moveri.* Ita Cicero ad Quint. fratrem, *Malis reipubl. licentiaq; audacium rumpi.* Sic cùm ad Regis ἀλλοφύλου mandatum Hebræum ſacrificantem videret Mattathias, ἐζήλωσε, καὶ ἐτρέμησαν οἱ νεφροὶ αὐτοῦ, *zelo fuit abreptus, & tremuerunt renes ejus.* Et I. Corinth. XIII. 5. ἡ ἀγάπη οὐ παροξύνεται. *Charitas non irritatur.* Id eſt, interprete Theodoreto, Κἄν τι λυπηρὸν παρά τινος γίνηται, φέρει μακροθύμως διὰ ἣν ἔχει φιλοστοργίαν. *Si aliquâ moleſtiâ ab aliquo affecta fuerit, fert toleranter propter ſtudium dilectionis.* Theophylactus etiam, Οὐκ ἀναπηδᾷ εἰς ὀργὴν, *in iram non proſilit.* Præterea παροξυσμὸς, ſi in malam partem ſumatur, non tantùm notat *exacerbationem*, ſed etiam *deſiderium pravum.* Hoc ſenſu uſurpatur in Canonibus, qui vetant, ne Sacerdotes ſub eodem tecto cum uxoribus degant, ne εἰς παροξυσμὸν μίξεως incidant. Ita autem *concumbendi deſiderium* vocàrunt. Τὸ γὰρ ταύταις συνοικεῖν, καὶ ὁρᾷν αὐτὰς συνεχῶς, εἰς παροξυσμὸν μίξεως γένοιτο αὐτοῖς. *Si enim cum illis habitent, eosq; ſemper videant, id deſiderium concumbendi apud illos excitat;* inquit Zonaras ad Can. XXX. Concilii in Trullo.

Παρουσία.

Παρουσία notat *adventum*, & frequenter uſurpatur *de adventu Chriſti*, qui duplex eſt: prior in carnem, ad patiendum pro nobis: poſterior in carne, ad judicandum de nobis. De utroque ita Juſtinus M. Dial. cum Tryphone, pag. 64. Δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προεφητεύοντο γενησόμεναι, μία μὲν, ἐν ᾗ παθητὸς, καὶ ἄτιμος, καὶ ἀειδὴς φανήσεται. ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται. *Duos Chriſti adventus fore prædictum eſt. Prior quidem, in quo patibilis, abjectus & obſcurus apparebit: poſterior verò, in quo glorioſus & omnium judex veniet.* Chryſoſtomus ad v. 11. cap. II. ad Titum, pag. 400. Δύο δείκνυσιν ἐνταῦθα ἐπιφανείας. καὶ γάρ εἰσι δύο, ἡ μὲν προτέρα χάριτος. ἡ δὲ δευτέρα ἀνταποδόσεως καὶ δικαίου. *Duos hic oſtendit adventus: ſunt enim duo, primus quidem gratiæ: ſecundus verò retributionis & juſtitiæ.* Cyrillus Jeroſol. Catech. XI. φωτιζομ. ab initio, pag. 108. Χριστοῦ παρουσίαν καταγγέλλομεν, οὐ μίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δευτέραν τῆς προτέρας πολὺ καλλίονα, ἡ μὲν γὰρ ὑπομονῆς εἶχεν ἐπίδειξιν· ἡ δὲ θείας βασιλείας φέρει τὸ διάδημα. *Non primum tantùm, ſed etiam ſecundum Chriſti adventum annunciamus, priore longè ſplendidiorem: ille enim tolerantiæ demonſtrationem habuit: hic verò regni fert diadema.* Anonymus in Catena in cap. III. Joh. pag. 97. Δύο εἰσὶν αἱ Χριστοῦ παρουσίαι· ἡ ἤδη γεγενημένη, καὶ ἡ μέλλουσα. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἱ δύο· ἀλλ' ἡ μὲν προτέρα γέγονεν, οὐχ ἵνα ἐξετάσῃ τὰ πεπραγμένα ἡμῖν, ἀλλ' ἵνα ἀφῇ· ἡ δὲ δευτέρα, οὐχ ἵνα ἀφῇ, ἀλλ' ἵνα ἐξετάσῃ. *Duo ſunt adventus Chriſti, quorum unus jam fuit, alter verò futurus eſt. At non idem utriusque ſcopus: verùm prior quidem fuit, non ut facta noſtra exploraret, ſed ut remitteret: poſterior verò, non ut remittat, ſed ut exploret.*

De *primo Chriſti adventu* deinceps agemus. Is autem vocatur,

I. *Simpliciter* παρουσία Χριστοῦ, *adventus Chriſti* à Photio in Biblioth. Cod. XXVII. pag. 17. Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία ἐν τόμοις δέκα. Ἄρχεται ἀπὸ παρουσίας Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Lecti ſunt Euſebii hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri decem. Auſpicatur ab adventu Chriſti, veri Dei noſtri.*

II. Παρουσία, *variis adjectis epithetis, vel aliis vocibus.* Dicitur namque,

1. Ἔνσαρκος παρουσία, *præſentia in carne.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in Joh. ad v. 10. c. VIII. p. 588. Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ἐνταῦθα κόσμον τὸ πλῆθός φησι τὸ διεφθαρμένον, καὶ τοῖς γηΐνοις προστετηκὸς πράγμασι, τὸν χυδαῖον, καὶ ταραχώδη, καὶ ἀνόητον λαόν· ὡς οἵ γε τοῦ Θεοῦ φίλοι καὶ θαυμαστοὶ πάντες αὐτὸν ἐπέγνωσαν καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. Mundus eum non cognovit. *Hic mundum vocat corruptam multitudinem, & terrenis rebus affixam atque deditam: vilem, turbulentum, & ſtolidum populum: etenim amici Dei & admirabiles illi viri omnes eum, etiam ante præſentiam in carne, agnoverunt.* Ἔνσαρκος παρουσία vocatur ab eod. Homil. XXXIV. t. V. pag. 218. ab Epiphanio hæreſi Ebionitarum, quæ eſt XXX. pag. 73. ab Athanaſio epiſt. ad Serapionem, t. I. pag. 183. & alibi paſſim.

2. Ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ παρουσία, *adventus Dei ad homines*, à Greg. Nyſſeno, Orat. Catechet. cap. XV. t. III. pag. 69. Digna verba, quæ hic legantur, quia infinita Incarnationis Filii Dei beneficia nobis in memoriam revocant. Sic ergo ille: Ζητεῖς τὴν αἰτίαν τοῦ γεγενῆσθαι Θεὸν ἐν ἀνθρώποις; Ἐὰν ἀφέλῃς τοῦ βίου τὰς θεόθεν ἀπογενομένας εὐεργεσίας, ἐκ ποίων ἐπιγνώσῃ τὸ θεῖον, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχεις. Ἀφ' ὧν γὰρ πάσχομεν, ἀπὸ τούτων τὸν εὐεργέτην ἐπιγινώσκομεν. πρὸς γὰρ τὰ γιγνόμενα βλέποντες, διὰ τούτων τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναλογιζόμεθα φύσιν. Εἰ οὖν ἴδιον γνώρισμα τῆς θείας φύσεως ἡ φιλανθρωπία, ἔχεις ὃν ἐπεζήτησας λόγον, ἔχεις τὴν αἰτίαν τῆς ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ παρουσίας. Ἐδεῖτο γὰρ τοῦ ἰατρεύοντος ἡ φύσις ἡμῶν ἀσθενήσασα. ἐδεῖτο τοῦ ἀνορθοῦντος, ὁ ἐν τῷ πτώματι ἄνθρωπος: ἐδεῖτο τοῦ ζωοποιοῦντος, ὁ ἐφαμαρτὼν τῆς ζωῆς. ἐδεῖτο τοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπανάγοντος, ὁ ἀποῤῥυεὶς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίας· ἐχρῇζε τῆς τοῦ φωτὸς παρουσίας, καθειργμένος τῷ σκότει. Ἐζήτει τὸν λυτρωτὴν ὁ αἰχμάλωτος, τὸν συναγωνιστὴν ὁ δεσμώτης, τὸν ἐλευθερωτὴν ὁ τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας κατεχόμενος. *Quæris cauſſam, cur Deus genitus ſit inter homines? ſi à vita abſtraxeris à Deo profecta beneficia, ex quibusnam Deum agnoſcere queas, dicere non poteris. Ex iis enim, quæ accipimus, benefactorem agnoſcimus. Ad ea enim, quæ fiunt, reſpicientes, per ea ejus qui agit naturam reputamus. Si ergo divinæ naturæ indicium & ſignum proprium eſt benevolentia in homines, habes rationem, quam quærebas, habes cauſſam adventus Dei ad homines. Opus enim erat medico naturæ noſtræ, quæ morbo laborabat, opus erat eo, qui erigeret, homini qui ceciderat. Indigebat eo, qui vivificaret, qui à vita exciderat: indigebat eo, qui ad bonum reduceret, qui à boni participatione defluxerat: indigebat lucis præſentia, qui erat incluſus in tenebris. Quærebat redemtorem captivus, adjutorem vinctus, liberatorem is, qui jugo ſervitutis premebatur.*

3. Τοῦ Θεοῦ λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσία, *Dei Verbi ad homines adventus*, ab Euſebio Demonſtrat. Evangel. lib. VIII. pag. 253.

4. Συγκαταβατικὴ πρὸς ἡμᾶς παρουσία, ab Areta in cap. V. Apocal. pag. 963. Omnino autem συγκαταβατικὸς erat Chriſti ad nos adventus: ipſe enim, qui ſuperior longè, excelſior, fortior atque robuſtior erat, ſeſe demiſit, ſeſe accommodavit, atque per Incarnationem ad mores, ſenſum & captum humiliorum, inferiorum, imbecilliorum, & infirmiorum attemperavit. De hac συγκαταβάσει Chryſoſtomus Homil. XXXIV. t. V. pag. 218. Πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς συγκαταβάσεως, τοῦτο φρίκης ἔγεμε, καὶ πολλῆς ἐδεῖτο κατασκευῆς, ὥστε παραδεχθῆναι. *Valde difficulter*

Digitized by Google

culter Incarnationis ratio percipi poterat: ſummus enim ipſius erga homines amor, & magnitudo demiſſionis ſumma plena erant admirationis, multaq; egebant præparatione, ut reciperentur. Et in tractatu, Quòd Chriſtus ſit Deus, tomo V. Edit. Paris. pag. 836. Ἡ μὲν προτέρα (τὸ Χριςῦ παρυσία) πολλὴν εἶχε τὴν συγκατάβασιν· ἡ δὲ δευτέρα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φρίκης γέμουσα καὶ καταπλήξεως. *Prior quidem Chriſti adventus magnam habebat demiſſionem: poſterior verò non ita, ſed horrore & ſtupore plenus.*

5. Παρυσία Κυρίυ ἐπὶ γῆς, *adventus Domini in terra*, ab Euſebio Demonſtrat. Evang. lib. VI. pag. 163. Hinc à Chryſoſtomo vocatur ἐπίγειος παρυσία.

6. Θεανδρικὴ τῦ Θεῦ παρυσία, *adventus uniti cum Deo hominis*, à Cæſario quæſt. XIV. pag. 30.

7. Ἐνσώματος παρυσία τῦ Σωτῆρος, *in corpore præſentia Salvatoris*, ab Athanaſio, Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 360.

8. Σωματικὴ τῦ Θεῦ λόγυ παρυσία, eodem ſenſu ab eodem, Orat. III. contra Arianos, pag. 380.

9. Ἐπίγειος παρυσία, *adventus in terram*, à Chryſoſtomo, Homil. XIII. t. VII.

Παρουσιάζω.

Non habent Lexica. Significat *accedo*, vel *præſens ſum.* Zonaras ad Can. XIII. Trullan. pag. 142. Μὴ διαβαλλοιτο ὁ γάμος, ὃν ὁ Κύριος παρυσιάσας, καὶ ἐν αὐτῷ θαυματυργήσας εὐλόγησε. *Ne damnetur conjugium, cui Dominus præſentiâ ſuâ & edito miraculo benedixit.*

Παῤῥησία.

Hæc vox ſumitur,

I. *Pro libertate & audacia loquendi.* Ita Actor. II. 29. Petrus ad Judæos: Ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας. *Licent audenter dicere.* Similes locutiones: *Date libertatem fandi. Sit mihi fas audita loqui.* Minutius in Octavio: *Suſtinebitis me impetum orationis liberius exſerentem.* Ita alibi paſſim in N. Teſt. Hinc Iſidorus Peluſiota epiſt. CCLXXXI. lib. V. pag. 645. Παῤῥησία ἐςὶν ἡ ἐπὶ τοῖς καλλίςοις εὐτολμος ἀπολογία. Παῤῥησία eſt in rebus optimis intrepida defenſio: qualis fuit Petri, loco dicto: item Petri & Johannis Act. IV. 13. Hæc παῤῥησία Petro maximè familiaris erat, nihilque aliud erat, quàm *libertas*, vel *pia quædam audacia* faciendi aliquid eximium præ cæteris Apoſtolis: puta, loquendo pro omnibus, & collegis ſilentibus. Chryſoſtomus ad Matth. XVII, 24. t. V. pag. 199. Πέτρος, ὁ πανταχῦ θερμὸς, καὶ παῤῥησίας γέμων, μᾶλλον δὲ ἀγάπης ἢ παῤῥησίας, σιγώντων ἁπάντων προσελθὼν τῷ διδασκάλῳ φησί. *Petrus in omnibus fervidus, plenus libertatis, vel charitatis potiùs quàm libertatis, cæteris ſilentibus accedit ad Magiſtrum, & dicit.*

II. *Pro perſpicuitate orationis, & evidentia verborum.* Ita accipitur II. Corinth. III. 12. Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα. *Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia utimur*; ita vetus. Beza commodiùs, *multa in loquendo evidentia utimur.* Ita intellexit Theophylactus, qui ad præſentem locum, pag. 350. Πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα πρὸς τὰς μαθητευομένυς, ὐδὲν ἀποκρυπτόμενοι, ὐδὲν ὑποςελλόμενοι, *Multa perſpicuitate utimur erga eos quos inſtituimus, nihil celantes, nihil prætermittentes.* Hinc ἐν παῤῥησίᾳ, *apertè, ſermone minimè ambiguo & obſcuro.* Ἐν παῤῥησίᾳ εἰρημένον eſt *perſpicuè, clarè & ſine verborum involucro dictum.* Athanaſius orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 415. ad illa Prov. VIII. 22. Κύριος ἔκτισέ με, &c. Ἀποκαλύπτειν χρὴ τὸν νῦν τῦ ῥητῦ, ὡς κεκρυμμένον τε τῦτον ζητεῖν, καὶ μὴ ὡς ἐν παῤῥησίᾳ εἰρημένον ἁπλῶς ἐκλαμβάνειν, ἵνα μὴ παρεξηγύμενοι πλανηθῶμεν ἀπὸ τῆς ἀληθείας. *Dicti hujus ſenſum aperire oportet, & tanquam occultatum quærere, nec tanquam perſpicuè & clarè prolatum accipere, ne perperam illud exponendo à veritate aberremus.* Pro ἐν παῤῥησίᾳ, Marci VIII. 32. & Joh. X. 24. ſimpliciter poſitum reperias παῤῥησίᾳ.

III. *Pro poteſtate, libertate, ſeu jure ad aliquid.* Patet ex Heſychio, apud quem παῤῥησία eſt ἐξυσία, ἄδεια, *poteſtas, libertas, licentia.* Ad Hebr. X. 19. Ἔχοντες παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων. *Cùm habeamus poteſtatem ingrediendi ſacrarium.* Eodem ſenſu Macarius Homil. XV. pag. 194. ἐξυσίαν & παῤῥησίαν quando de peccato ſcribit: Ἔχει ἐξυσίαν καὶ παῤῥησίαν εἰσέρχεσθαι ἡ ἁμαρτία εἰς τὴν καρδίαν. *Peccatum poteſtatem & jus habet ingrediendi in cor.* Nec aliter accipiendum videtur apud Chryſoſtomum, Homil. III. t. V. Ἐπειδὰν τῆς παῤῥησίας ἐξεπέσομεν, καὶ τῆς τιμῆς, διὰ τῦτο δεδοίκαμεν τὰ θηρία. *Quoniam poteſtate & honore excidimus, propterea timemus beſtias.* Per παῤῥησίαν intelligi debet dominium, quod homo ante lapſum habebat in beſtias.

IV. *Pro fortitudine, ſeu animo intrepido.* Id perſpicuè docet Chryſoſtomus Homil. V. in epiſt. ad Philipp. pag. 30. Παῤῥησία καὶ ἀνδρεία ἐςὶν, ὅταν κινδύνων καὶ θανάτων καταπολμᾷ τις, καὶ φιλίας καὶ ἀπεχθείας ὑπερορᾷ ὑπὲρ τῶν δοκύντων τῷ Θεῷ. *Παῤῥησία & ἀνδρεία eſt, quando quis adverſus pericula & mortem animo infracto eſt, amicitiam & inimicitiam deſpicit, idq; propter ea, quæ Deo probantur.* Idem Homil. XLV. in Acta, pag. 860. Ἔδειξε τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς τὺς κινδύνυς, τὴν συμπάθειαν τὴν πρὸς τὺς ἀρχομένυς. *Demonſtravit animum in periculis intrepidum, commiſerationem erga ſubditos.*

V. *Pro libertate reprehendendi delinquentes.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCCXXI. lib. V. pag. 684. Τὴν τὺς πταίοντας κοσμίως ἐλέγχυσαν, παῤῥησίαν λεκτέον. *Quæ errantes modeſtè & decenter redarguit, παῤῥησία dicenda eſt.* Hæc cum lenitate conjuncta eſſe debet. Idem, epiſt. CCCXCVII. lib. III. Χρὴ τῇ παῤῥησίᾳ μιγνύναι τὴν πραότητα. *Cum reprehendendi libertate conjungi debet lenitas.* Et rurſus: Πῶς παῤῥησιασόμεθα; ὐκ ἀκράτῳ τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενοι, ἀλλὰ κεράσαντες αὐτὴν πραότητι. *Quanam ratione liberè reprehendemus, vel minus intentabimus? Non immoderata reprehendendi libertate utentes, ſed eam lenitate temperantes.*

VI. Ἐν παῤῥησίᾳ ſignificat *palàm, publicè.* Ita ſumitur ad Coloſſ. II. 15. Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξυσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ. *Exſpoliata imperia ac poteſtates traduxit palàm*: ita rectè Beza. Minùs convenienter Vulgatus, *confidenter.* Priorem interpetationem ſequuntur veteres. Theophylactus, pag. 653. Τὸ ἐν παῤῥησίᾳ, ἀντὶ τῦ δημοσίᾳ, πάντων ὁρώντων. *Id eſt, palàm, publicè, omnibus cernentibus.* Theodoretus, pag. 354. Δήλην τῶν ἐναντίων ἅπασιν ἀνθρώποις τὴν ἀσθένειαν ἔδειξεν. *Omnibus hominibus notam fecit adverſariorum imbecillitatem.* Eodem ſenſu Joh. XI. 54. Παῤῥησίᾳ περιπατεῖν ἐν τοῖς Ἰυδαίοις. *Palàm inter Judæos verſari.* Chryſoſtomus dixit μετὰ παῤῥησίας, Homil. πρὸς τὺς ἔχοντας συνεισάκτυς παρθένυς, t. VI. pag. 222. ita ſcribens: Εἰ δεῖ καὶ θαυμαςὸν εἰπεῖν τι, κἂν μεγάλα τις ἁμάρτῃ, λαθὼν δὲ ἐργάσηται τῦτο, καὶ μηδένα σκανδαλίσῃ, ἐλάττονα δίδωσι δίκην τῦ καταφανέςερα μὲν ἡμαρτηκότος, μετὰ παῤῥησίας δὲ καὶ τῦ πολλὺς σκανδαλίσαι. *Si quid admiratione dignum dicere oportet, etiamſi quis graviter peccet, illud autem clàm faciat, nec quenquam offendat, minori pœna dignus eſt, quàm*

Digitized by Google

ille, qui minùs graviter deliquit quidem, ſed id palàm & in propatulo fecit, multosq; offendit.

Παστάς.

Παϛὰς non dicitur ἀπὸ τοῦ πάσασθαι, ut vult interpres Apollonii, quòd in ea convivarentur, ſed ἀπὸ τοῦ πάσσειν, quod eſt ποικίλλειν; quòd opere inteſtino cælatis laqueariis, & tectorio albarioque opere inductis pictisve & auratis ornata eſſet. Hinc παϛάδας, διαγεγραμμένους οἴκους interpretatur Heſychius; & παϛοφόριον, ναὸν ἔνδον. Quid παϛὰς ſit, idem docet: Παϛὰς, ϛοὰ, πρὸς τὰς παϛάδας νυμφῶν. Corruptus locus, ſic emendari debet: Παϛὰς, ϛοὰ, προϛὰς, παϛὸς, νυμφών. *Porticus, velum variegatum plumario opere, quod thalami vel aeci foribus prætendebatur, nuptialis thalamus.* Suidas: Παϛὰς, ὁ παϛὸς, ὁ νυμφών. Veteres Gloſſæ: παϛὸς, ἐπὶ νύμφης. *Obtentus, coronatio, thalamus.* Baſilius Seleucienſis lib. I. de vita Theclæ, pag. 234. Γαμήλιοι παϛάδες. Παϛάδα ἀντὶ κλίνης γαμικῆς ſumit, & diſtinguit à thalamo ibid. his verbis: Πρὸ θαλάμου καὶ τῆς παϛάδος. Item: Ὁ θάλαμος οἰκέτως κεκαλλώπιϛο, ἥτε παϛὰς πεποίκιλτο. Rectè: illud enim diſcriminis, ὅτι ἡ παϛὰς ἐπὶ τοῦ θαλάμου, τυλίσι, νυμφικοῦ οἴκου, variique coloris velaminibus ornari ſolitam oſtendit etiam Chryſoſtomus Homil. XXXIV. in Acta, pag. 806. Ἐπὶ νύμφης, κἂν παϛάδες ὦσιν ἐκ παραπετασμάτων χρυσῶν, κἂν χοροὶ ὦσι γυναικῶν εὐειδεστάτων καὶ καλῶν, κἂν ῥόδα, κἂν ϛέμματα. — ἐκείνη δὲ ἀμορφίας ᾖ μεστὴ, ὄφελος οὐδέν. *Ad ſponſam quod attinet, etiamſi lectus nuptialis ornatus ſit velaminibus auratis, etiamſi adſint chori mulierum formoſiſſimarum, etiamſi roſæ, etiamſi coronæ, — ipſa verò deformis ſit, omnia fruſtrà ſunt.* Idem πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, cap. XII. p. 898. t. V. Edit. Paris. de Abrahamo Iſaacum immolaturo: Ὅτε δὲ αὐτὸν καθιερῶσαι ἐκελεύσθη, οὐχὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, ὡσανεὶ μέλλων εἰς παϛάδας ἄγειν καὶ νυμφαγωγεῖν, οὕτως αὐτὸν ἀνήγαγε. *Cùm verò illum ſacrificare fuiſſet juſſus, annon magna cum feſtinatione, quaſi eum in nuptialem eſſet ducturus lectum, & nuptiarum auſpex futurus, ita eum in montem ſubduxit?* Iterum, Homil. LIV. in Matth. pag. 349. de gaudio cœleſti: Ἔνθα ὁ νυμφὼν ὁ πνευματικὸς, καὶ αἱ παϛάδες τῶν οὐρανῶν, καὶ αἱ παρθένοι αἱ τὰς φαιδρὰς ἔχουσαι λαμπάδας, καὶ οἱ τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου ἔχοντες. *Ubi eſt thalamus ſpiritualis, & nuptiales cœlorum lecti, & virgines ſplendidas habentes lampades, & veſtem nuptialem habentes.* Theophanes Homil. VI. pag. 33. ita ſcribit de vidua Lucæ VII. cujus filius erat mortuus: Τάχα πού ἡ ἀθλία, καὶ νύμφην ἀγαγεῖν ἐφαντάζετο τῷ καλῷ νεανίᾳ, καὶ τὰς παρθένους περιεσκόπει ἐκλεγομένη τὴν κρείττονα, καὶ τὸν ϛέφανον ἀνεπέπλεκε, καὶ τὴν παϛάδα, καὶ τὸν ὑμέναιον. *Fortaſſis etiam infelix formoſo juveni ſponſam deſpondere cogitabat: & circumſpiciebat virgines, ex quibus præſtantiſſimam eligeret: & corollam, & nuptialem lectum, & hymenæum ſomniabat.* Et Orat. ead. pag. 35. Mater filium γοεροῖς κατησπάζετο θρήνοις, τοιοῦτός σοι, λέγουσα, τέκνον θάλαμος ἑτοιμάζεται; τοιαύτη σοι παϛὰς καλλωπίζεται; *Flebilibus lamentis compellabat, Talis, ô fili, thalamus tibi paratur, talis tibi lectus nuptialis adornatur?*

Πάσχα.

Ut de hac voce diſtinctè agamus, obſervandum, *duplex eſſe Paſcha*:

I. *Judæorum*; de quo ſequentia notamus:

1. *Nomen.* Nomen igitur *Paſcha* Chaldaicum eſt, ut rectè notat Philo lib. III. de vita Moſis. Sed Hebræis idem eſt פסח *Peſach* (veteribus *Phaſe* & *Phaſec.*) Radix פסח, *paſach*, eſt διαβαίνειν *transgredi*, vel ὑπερβαίνειν, *prætergredi.* Joſephus ὑπερβασία reddit, & Philo διαβατήρια. Symmachus ὑπέρβασιν. Id nos docet Theodoretus quæſt. XXIV. in Exodum: Τὸ πάσχα ὁ μὲν Φίλων ἡρμήνευσε διαβατήρια. ὁ δὲ Ἰώσηπος ὑπέρβασιν. ὁ δὲ Σύμμαχος ὑπερβάσεις. ὁ δὲ Θεοδοτίων, φασὲχ, αὐτὴν τὴν ἑβραίαν τεθεικὼς φωνήν. σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα τῶν ἑβραίων, πρωτοτόκων τὴν σωτηρίαν. *Philo Paſcha interpretatus eſt* διαβατήρια, *id eſt, ſacrificia pro tranſitu: Joſephus autem* tranſitum: *Symmachus verò* tranſitus: *Theodotio verò*, phaſec, *ipſa voce Hebræa retenta: ſignificat autem vox Hebræa primogenitorum conſervationem.* Meliùs Catena in Pentateuchum MS. quæ in Civica apud nos aſſervatur Bibliotheca, hunc ipſum Theodoreti locum adducens, pro ὑπέρβασιν habet ὑπερβασία, & pro ὑπερβάσεις, ὑπέρβασις. Cyrillus Alexandr. lib. XVII. de Adoratione, pag. 598. Πάσχα, τουτέστι, διάβασις, ἤτοι διαβατήρια. Et lib. II. Glaph. in Exodum, pag. 275. Πάσχα, τουτέστι, διαβατήριον. Ratio quam addit nimis allegorica eſt; Διαβαίνομεν γὰρ, inquit, ἀπὸ τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς εἰς θεοφιλῆ πολιτείαν. *Tranſimus enim à vita mundana ad Deo gratam vivendi rationem.* Gregorius quoque Nazianzenus Orat. XLII. pag. 682. hoc idem feſtum διάβασιν, *tranſitum* vocat: & epiſt. LIV. ad Helladium ἑορτὴν διαβατήριον, voce Græcis non ignota. Lacedæmone enim τὰ διαβατήρια dicebantur *ſacrificia pro tranſitu*, id eſt, pro felici expeditionis progreſſu; quibus ſi non eſſet litatum, expeditio in aliud tempus rejiciebatur. Hac voce utuntur non ſemel Xenophon & Thucydides. Hic dicit τὰ διαβατήρια θυόμενοι, *pro tranſitu ſacrificantes*; Item, ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο, id eſt, Camerario interprete, *Cùm ne ibi quidem ſacra addicerent ut expeditio ſuſciperetur.* Ille verò, ἐπεὶ ἐγένετο αὐτῷ τὰ διαβατήρια. Et apud Plutarchum Lucullus, Euphratem trajecturus, θύσας τῷ εὐφράτῃ διαβατήρια. Ita Auguſtinus in Johannem Tractatu LV. putat *Paſcha tranſitum* dici; *quia tunc primùm Paſcha celebravit populus Dei, quando, ex Ægypto fugientes, rubrum mare tranſierunt.* Gregorius itidem, loco ſuprà laudato, πάσχα, ſeu διάβασιν vult appellari, διὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πρὸς τὴν Χαναναίαν φυγὴν καὶ μετανάστασιν, *propter* (Iſraëlitarum) *ex Ægypto in terram Canaan fugam & migrationem.* Ineptæ etiam ſunt rationes, quas Græculi afferunt in Pentecoſtario, cur πάσχα Græcis ſit διάβασις. Prima eſt; Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ὁ Θεὸς ἀρχῆθεν τὸν κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγεν. *Hic enim ille dies eſt, quo Deus in principio Mundum ex nihilo produxit.* Secunda; Κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν καὶ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν τῆς Ἐρυθρᾶς διαβιβάσας τῶν τοῦ Φαραὼ ἀφαρπάζει χειρῶν. *Eodem die populum Iſraëliticum per mare rubrum deduxit, & ex Pharaonis manibus eripuit.* Tertia; Ἐν ταύτῃ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου ᾤκησεν. *Hoc eodem die è cœlo deſcendit, & in utero Virginis habitavit.* Sed hiſce partim conjecturis, partim etiam nugis non eſt opus, cum ex ipſo Moſe pateat, *Paſcha* Hebræis dici פסח, *Peſach*: ut Chaldæis פסחא, *Piſcha*, vel *Paſcha*, quia פסח, id eſt, *tranſivit*, vel *tranſilivit* Deus ſuper Iſraëlitarum oſtia, poſtes eorum videns agni ſanguine aſperſos, prout habetur Exodi XII. 23. Nempe ita promiſerat v. 13. *Videbo ſanguinem*, ופסחתי עליכם, *& tranſibo ſuper vos*, vel *præter vos*; quaſi dicat, ſe illos tranſmiſſurum, & in-

& intactos præteriturum, cùm in Ægyptios animadvertet. Sic Jeſ. XXXI. 5. Deus Jeruſalem erat פסח, *tranſiliendo*; vel, ut Aquila, Symmachus & Theodotion reddunt, ὑπερβαίνων *prætergrediens*, cùm de reliquis populis commeritas pœnas repoſcit. Optimè ergo Chryſoſtomus; quamvis, ut mox videbimus, alibi aliter ſentiat; Homiliâ CXLIX. t. V. Ὑπέρβασίς ἐστι καθ᾽ ἑρμηνείαν τὸ πάσχα, ὅτι ὑπερέβη τοὺς Ἑβραίων οἴκους ὁ τὰ πρωτότοκα παίων ὀλοθρευτής. *Paſcha, ſi interpreteris, eſt tranſitus, quia Hebræorum domos tranſilivit exterminator, qui primogenitos percuſſit.* Itaque πάσχα, à verbo פסח deductum, primò Angeli tranſitum ſignificat, qui, Ægyptios percutiens, Iſraelitarum domos tranſiliit. Secundò, Agnum, qui in hujus liberationis memoriam immolabatur, ut Exodi XII. 21. *Jugulate Paſcha.* II. Paralip. XXXV. 11. 13. *Et immolaverunt Paſcha, &c. & aſſaverunt Paſcha, ad ignem juxta præceptum.* Luc. XXII. 7. Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. *Venit autem dies azymorum, quo oportebat mactari paſcha.* Ita etiam alibi. Tertiò, ſacrificia in Vet. Teſtam. Deo offerri ſolita, ut Deuter. XVI. 2. *Offeres Paſcha Domino Deo tuo, oves, & boves.* Quartò, feſtos dies, quibus hæc celebrantur; ut Lucæ XXII. 1. Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα. *Propè autem erat feſtum azymorum, quod dicitur Paſcha.* Non audiendi igitur, qui πάσχα dici putaverunt ἀπὸ τοῦ πάσχειν, quia Paſchæ tempore Chriſtus paſſus eſt. Ita Chryſoſtomus Homil. V. in I. ad Timoth. Πάσχα λέγεται, ὅτι τότε ἔπαθεν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν. *Paſcha dicitur, quia Chriſtus illo tempore pro nobis paſſus eſt.* Et Gregorius Nazianzenus, Orat. XLII. poſtquam ex Hebraiſmo vocem explicavit, quoſdam addit crediſiſſe τοῦ σωτηρίου πάθους ὄνομα τοῦτο εἶναι, *hoc ſalutiferæ paſſionis nomen eſſe.* Hinc Irenæus lib. IV. cap. XXIII. *Diem paſſionis non ignoravit* (Moyſes,) *ſed figuratim pronunciavit, eum* Paſcha *nominans.* Et paulò pòſt, *Paſſus eſt Dominus adimplens Paſcha.* Tertullianus lib. adv. Judæos, ſub finem cap. X. *Adjecit Paſcha eſſe Domini, id eſt, paſſionem Chriſti.* Ad Nominis conſiderationem etiam illud referri debet, quòd πάσχα Græcis non ſemper eſt ἄκλιτον. Epiphanius dicit τὰ πάσχα pluraliter, hæreſi XI. pag. 19. Παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ ἄζυμα καὶ τὰ πάσχα. Et hæreſi XII. Ὅταν οἱ Ἰουδαῖοι ἐπιτελῶσι τὰς ἑορτὰς τῶν τε ἀζύμων καὶ πασχῶν. *Quando Judæi celebrant feſta azymorum & Paſcha.* De hac voce conſuli poſſunt, præter Cl. Bochartum de Animalibus part. I. lib. II. cap. L. Caſaubonus Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XI. Becmannus de Orig. Lat. linguæ, Etymolog. Voſſii, & de Vitiis ſerm. lib. I. cap. VI.

2. *Tempus.* De eo plurima Cl. Bochartus loco laudato. Nos præcipua tantùm hìc exſtare volumus. *Paſcha* tempus cùm alibi notatur, tum maximè Levit. XXIII. 5. *Primo menſe, die menſis decimâ quartâ inter duas veſperas erit* Paſcha *Domino.* Ibi nempe tria notantur, menſis, dies, & pars diei, quâ Paſcha celebratur. Menſis primus hic appellatur, qui alibi menſis, אביב, *Abib*, ſeu ניסן, *Niſan*, à quo veris initium. Is enim partim Martio, partim Aprili noſtro reſpondet. Menſis *Abib* dicitur Exodi XIII. 4. XXIII. 15. XXXIV. 18. Deuter. XVI. 1. Græci μῆνα τῶν νέων, ſcil. καρπῶν, aut χιδρων, aut γεννημάτων, *menſem novarum frugum* appellant, quia אביב *ſpicam adhuc recentem* ſonat: Tum enim in Judæa, ut ait Philo, τὰ μὲν σπαρτὰ ἡ μὲν ἀναγκαία τροφὴ τελεσφορεῖται, *matureſcunt ſegetes ad vitam neceſſariæ.* Unde & Macarius Ægyptius, Hom. XLVII. Deum ſcribit Iſraelitas ex Ægypto eduxiſſe ἐν τῷ μηνὶ τῶν ἀνθῶν, ὅτε πρῶτον ἐπιφαίνεται τὸ ἥδιστον ἔαρ, *menſe florum, quo ver gratiſſimum primùm apparet.* Legiſlator autem non menſem tantùm, ſed etiam diem, & pene horam indixit, quâ Paſcha quotannis celebrari voluit: diem nempe decimam quartam *inter duas veſperas.* Ut hoc intelligatur, obſervandum Hebræis duas fuiſſe veſperas, utramque ante ſolis occaſum; unam meridiei, alteram occaſui propiorem. Sic etiam Græci definiunt. Heſychio enim Δείλη πρωΐα, ἡ μετ᾽ ἄριστον ὥρα, *veſpera matura tempus eſt à prandio* (proximum) & δείλη ὀψία, ἡ περὶ δύσιν ἡλίου, *veſpera ſera, quæ circa ſolis occaſum.* Hinc Euſtathius in lib. XVII. Odyſſ. Διττὴ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ δείλη, ἡ μὲν γὰρ ὀψία δείλη, τὸ τελευταῖον φασὶ τῆς δείλης μέρος τὸ περὶ ἡλίου δυσμάς· ἑτέρα δὲ δείλη πρωΐα, τὸ πρῶτον φασὶ τῆς δείλης, τὸ εὐθὺς ἐκ μεσημβρίας. *Juxta veteres duplex eſt veſpera: ſera enim veſpera eſt, ut ajunt, veſperæ pars extrema; altera verò matura veſpera, cujus initium ſtatim à meridie.* Suidas eodem modo, & addit Atticum eſſe hoc loquendi genus. Eodem pertinet illud Varronis in Satyra Menippea, *Neſcis quid veſper ſerus vehat. Veſper ſerus,* id eſt, δείλη ὀψία, cui opponitur δείλη πρωΐα. Hic jam venit ſolvenda quæſtio, *An Chriſtus eodem, quo Judæi die, aut pridie, ut Græci volunt, ultimum Paſcha celebraverit?* Judæi Paſcha celebrabant in fine diei decimi quarti, aut jam ineunte decimo quinto, qui primus erat azymorum. Chriſtus autem eo ipſo die cum Apoſtolis ultimum Paſcha celebravit. Itaque Matth. XXVI. 17. Marci XIV. 12. & Luc. XXII. 7. Paſcha illud parari & celebrari legitur prima die azymorum. Et fuiſſe id Paſchatis apud Judæos celebrandi ſolenne tempus, docent iſta Marci, Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον. *Et prima azymorum die, quâ Paſcha immolabant,* nempe Judæi. Quin Lucas ita oportuiſſe fieri diſertè aſſerit, Ἦλθε δὲ, inquit, ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. *Venit autem* (prima) *dies azymorum, quâ Paſcha mactari oportuit.* Fruſtrà, ſi Chriſtus ſolitum tempus anticipavit, neque enim ita fieri neceſſe fuit. Eodem pertinet, quòd diſcipulis Matth. XXVI. 2. dixit, *Scitis, quòd poſt biduum Paſcha fiet;* nempe à Judæis. Qua ipſa mente dicitur Marci XIV. 1. *Paſcha autem, & azyma erant poſt duos dies.* Itaque, cùm poſt duos illos dies Paſcha celebravit Chriſtus, celebravit quo tempore Paſcha fiebat, & azyma erant apud Judæos. Et dies ſequens, quo Chriſtus traditus, & crucifixus eſt, feſtus fuit. Proinde Barrabas liberatus eſt, quia feſto illo ſolebat reus aliquis liber dimitti. Proinde Chriſtus Paſcha non anticipavit: ſi enim anticipâſſet, &, ex Græcorum ſententia, die decimâ tertiâ celebrâſſet, aperta id fuiſſet Legis violatio, quæ decimam quartam diem præſcribit. Maximè, ſi pro ἀζύμοις, uſus eſſet ἐνζύμῳ pane, ut iidem Græci ſtatuunt.

Sunt tamen Viri doctiſſimi, qui Græcis ex parte accedentes, Chriſtum diem à Judæis receptum anticipâſſe volunt. Sed id multò aliter accipiunt. Cùm enim Græci cenſeant, Chriſtum die menſis decimo tertio, Judæos autem decimo quarto Paſcha celebrâſſe: ex horum ſententia Chriſtus die decimo quarto celebravit, Judæi autem die decimo quinto, ne feſtum azymorum, in Veneris diem incidens, cum Sabbato continuum eſſet. Quia Judæi feſtis diebus ab omni opere tam ſcrupuloſè abſtinebant, ut continua duo feſta ab illis obſervari non potuerint abſque gravi incommodo. Et verò hodie feſtum azymorum immediatè ante Sabbatum, vel continuò poſt nunquam ſervant. Non eſt tamen, quòd quis

Digitized by Google

putet illos apertè Legi refragari. Nam Paſchale convivium menſis Niſan decimâ quartâ, & feſtum azymorum decimâ quintâ ſemper celebrant. Sed in Calendariis ſuis Neomenias ita diſponunt, ut feſti dies cum Sabbato nunquam continui ſint. Atque ut vitent hoc incommodum, Canones quosdam habent de ſuis feſtis, quos accuratè obſervant; qualis ille de Paſchate, לעולם לא בדו פסח. *Nunquam Badu Paſcha*, id eſt, Paſcha nunquam incidat in ſecundam, quartam, aut ſextam feriam, voce בדו ſignificatas. Sed hi Canones Chriſti tempore nondum erant in uſu. Hinc Aben Ezra in Levit. XXIII. 4. במשנה גם בתלמוד ראית שהיה פסח בבדו. *Tam ex Miſna, quàm ex Talmude probatur, Paſcha in ſecundam, quartam, & ſextam feriam quandoque incidiſſe.* Concinit Epiphanius in Ebionæorum hæreſi, ubi de Judæorum Neomeniis, feſtis Tabernaculorum, Paſchalibusque & jejuniis agens, Ὅτε ἐμπίπτωσιν, inquit, αὗται αἱ ἡμέραι ἤτοι ἐν δευτέρᾳ σαββάτων, ἢ ἐν τρίτῃ, ἢ ἐν τετράδι. *Cùm hi dies incidunt in ſecundum, tertium, aut quartum hebdomadis diem.* Et hæreſi de Alogis, de Paſchali feſto, Ἡ τοιαύτη ἁγία ἡμέρα, εἰς σάββατον ἁγιασθεῖσα, κἄντε κυριακὴ εἴη, κἂν δευτέρα, κἄντε τρίτη καταντήσῃ. *Sancta illa dies in ſabbatum conſecrata, ſive in Dominicam, aut ſecundam, aut tertiam feriam incidat.* Itaque apud Teſſares cædecatitas, qui Paſcha celebrabant iisdem diebus, quibus Judæi, Paſcha in quamlibet hebdomadis diem, nullâ exceptâ, incidebat. Ita habet, Euſebius, hiſtor. lib. V. cap. XXIII. Ὁποίᾳ ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι. *In quamcunque hebdomadis diem incideret.* Et Epiphanius hæreſi L. Ὁποίᾳ δ' ἂν ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης. *In quamcunque diem incidat decima Lunæ quarta.* Auguſtinus de Hæreſibus C. XXIX. *Quilibet ſeptem dierum occurrat dies.* Et expreſſiùs Philaſtrius in hæreſi de feſto Paſchatis, *Diem non Dominicam ſemper cuſtodiunt Paſchæ, ſed ſecundâ, aut tertiâ, aut quartâ, aut quintâ, aut ſextâ die celebrant.* Theodoretus hæret. fabul. lib. III. cap. IV. pag. 228. Ἡ τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν αἵρεσις ταύτην ὑπόθεσιν ἔχει. Φασὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ἐν τῇ Ἀσίᾳ κηρύξαντα, διδάξαι αὐτοὺς ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης ἐπιτελέσαι τοῦ πάσχα τὴν ἑορτήν· κακῶς δὲ τὴν ἀποστολικὴν νενοηκότες παράδοσιν, τὴν τῆς κυριακῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀναμένουσιν ἡμέραν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν τρίτῃ, ποτὲ δὲ πέμπτῃ, ποτὲ δὲ σαββάτῳ, ἢ ὅπως ἂν τύχῃ, πανηγυρίζουσι τοῦ πάθους τὴν μνήμην. *Teſſareſcædecatitarum ſeu Quartadecimanorum hæreſis hoc habet argumentum. Johannem Evangeliſtam ferunt, cùm in Aſia prædicaret, docuiſſe illos paſchale feſtum quartâ decimâ Lunâ celebrare. Apoſtolicam autem traditionem malè intelligentes, Dominicæ reſurrectionis diem non exſpectant, ſed interdum feriâ tertiâ, interdum quintâ, nonnunquam Sabbato, aut prout incidit, Paſſionis memoriam celebrant.* Zonaras ad Can. VII. Conſtantinop. pag. 78. Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, οἱ τὸ πάσχα ἑορτάζουσιν οὐκ ἐν κυριακῇ, ἀλλ' ὅτε τεσσαρεσκαιδεκαταία ἡ σελήνη γένηται, ἐν οἵᾳ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ ταύτην πλήρη γενέσθαι. *Teſſareſcædecatitæ, qui Paſcha celebrant non die Dominico, ſed quando quarta decima luna fuerit, quocunque illa die plena fuerit.* Eadem ad hunc Canonem habet Balſamon, pag. 313. Vide etiam in Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, & paulò inferiùs, num. II. *de Paſcha Chriſtianorum.* Alia inſuper, quæ ejusdem ſunt argumenti, & quæſtionem hanc, ſatis alioqui difficilem, fuſiùs exponunt, ex Cl. Bocharto petenda, qui, quicquid contra hanc afferri ſolet ſententiam ſolidè refutat.

3. *Myſterium.* Per agni Paſchalis mactationem duo maximè beneficia fuerunt adumbrata.

a. Unum *temporarium*, & genti Judaicæ peculiare, nempe liberatio non ſolùm ex Ægyptiaca ſervitute, ſed & à plagis Ægyptiis inflictis; maximè, qua nocte Angelus percuſſit eorum primogenitos. Hinc Nazianzenus Orat. XLII. pag. 682. dicit vocem πάσχα ἱστορικῶς δηλοῦν, τὴν ἐξ Αἰγύπτου πρὸς τὴν Χαναναίαν φυγὴν καὶ μετανάστασιν, *denotare hiſtorica ratione Iſraëlitarum ex Ægypto in terram Canaan fugam & migrationem.* Eandem ob cauſſam Theophylactus in cap. VII. Joh. pag. 659. Τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν ἐτέλουν ὡς ἐκ τῆς Αἰγύπτου διαβάντες, ἣ καὶ πρώτη παρ' αὐτοῖς. *Feſtum Paſchatis celebrârunt ut ex Ægypto egreſſi; quod etiam primum apud ipſos eſt.* In memoriam hujus ex Ægyptiaca ſervitute liberationis, eodem feſto reus aliquis liber dimitti ſolebat apud Judæos. Hoc ipſum imitati Chriſtiani, vel etiam liberationem à peccatis per Chriſtum partam, in eodem feſto captivos dimittebant. De hoc ritu Chryſoſtomus Homil. XI. ad populum Antiochenum, quando Theodoſium ita alloquitur: Τῆς ἑορτῆς ταύτης καταλαβούσης ἐπιστολὴν ἔπεμψας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, κελεύουσαν τοὺς τὰ δεσμωτήρια οἰκοῦντας ἀφεῖναι, καὶ συγχωρεῖν αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα. *Feſto hoc* (Paſchatis) *inſtante literas miſiſti in omnes Imperii tui partes, jubentes carceribus incluſos dimitti, iisq; delicta remitti.* Photius in Nomocan. tit. VII. cap. I. ex Conſtitut. III. tit. VI. lib. I. Cod. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πασχαλίας οὐδεὶς ἐγκλείεται, ἢ δεσμεῖται, πλὴν μοιχοῦ καὶ αἰσχρουργοῦ, καὶ ἅρπαγος παρθένων, καὶ τυμβωρύχων, καὶ γόητος, καὶ παραχαράκτου, καὶ φονέως, καὶ πατροκτόνου, καὶ τυράννου. *In diebus Paſchæ nullus in cuſtodiam traditur, vel in vincula conjicitur, præterquam adulter & inceſtus, & raptor virginis, & tumulorum effoſſor, & præſtigiator ſeu incantator, & monetæ adulterator, & homicida, & parricida, & tyrannus.* Idem, ad Tit. IX. cap. XXV. eandem Conſtitutionem repetit: Τῇ πρώτῃ τῶν πασχαλίων ἡμερῶν, καὶ μὴ βασιλικῆς ἰδικῆς ἐπὶ τούτῳ καταλαβούσης κελεύσεως, πάντες οἱ ἐν φυλακαῖς ἀπολυέσθωσαν, εἰ μὴ ἄρα ἱερόσυλος εἴη, ἢ μοιχὸς, ἢ παρθένων ἅρπαξ, ἢ τυμβωρύχος, ἢ φαρμακὸς, ἢ μονήταν πλαστὴν ἐστι καταδεξάμενος, ἢ φονεὺς, ἢ πατροκτόνος, ἢ κατὰ βασιλέως, ἢ πόλεως μηχανησάμενος. *Primo die Paſchali, niſi ſpecialis Imperatoris juſſio ibi detinuerit, omnes qui ſunt in cuſtodia, abſolvantur. Niſi ſit utique ſacrilegus, vel adulter, vel raptor virginum, vel ſepulchrorum effoſſor, vel veneficus, vel qui falſam monetam fabricavit, vel homicida, vel parricida, vel adverſus Imperatorem aut civitatem aliquid machinatus.* Eodem tempore cauſſæ criminales non tractabantur. Conſtitutio V. tit. XII. lib. III. Cod. dicit, Ὅτι ἐν ταῖς προλαβούσαις τοῦ πάσχα μ' ἡμέραις πᾶσα ζήτησις τῶν ἐγκληματικῶν βασάνων σχολάζει, *quod in præcedentibus quadraginta Paſchæ diebus ceſſat omnis criminalium cauſſarum diſceptatio.* Debita non exigebantur. Sexta Conſtitutio ibid. Ἐν δὲ ταῖς ιε' ἡμέραις τοῦ πάσχα, οὔτε χρέος ἰδιωτικὸν, ἢ δημόσιον ἀπαιτεῖται. *In quindecim autem Paſchæ diebus nec debitum privatum vel publicum petitur.*

b. Alterum *æternum*, & omnibus verè credentibus commune, nempe liberatio à peccato, morte, & inferis, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hoc ut meliùs intelligamus, probabimus hoc ſacramento quatuor hæc nobis depingi, & ob oculos poni:

α. Ipſum

Digitized by Google

α. *Ipſam Chriſti perſonam.* Hanc enim ſub agni typo nobis exhibent Prophetæ & Apoſtoli. Vide Jeſ. LIII. 7. Jer. XI. 19. 1. Petri I. 18. 19. Actor. VIII. 32. Joh. I. 29. 36. Loca ex Patribus, quæ huc faciunt, adduximus in voce Ἀμνὸς & πρόβατον.

β. *Mortem, quam in cruce paſſus eſt.* Mactabatur agnus Paſchalis medio menſe Niſan, in plenilunio, inter duas veſperas: quo ipſo tempore Chriſtus è medio ſublatus eſt. Sunt, qui menſe Niſan obſervant, præterito æquinoctio, dies noctibus fieri longiores, ut ſignificetur, novam lucem mundo tum affulſiſſe, pulſis per Chriſtum erroris & ignorantiæ tenebris. Nec deſunt, qui per *plenilunium* velint adumbrari τὸ πλήρωμα τῶν χρόνων, *plenitudinem temporum*, ad Gal. IV. 4. aut *per duas veſperas mundi veſperam, & noviſſima tempora*, quibus Chriſtus ſe ipſum obtulit, juxta illud Apoſtoli ad Hebr. IX. 26. Ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. *Semel in conſummatione ſeculorum patefactus eſt, ad peccatum per ſui ipſius immolationem abolendum.* Greg. Nazianz. Orat. XLII. pag. 687. Ἡμῖν δὲ ὁ ἀμνὸς βρωθήσεται· τὸ πρὸς ἑσπέραν μὲν, ὅτι ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων τὸ Χριστοῦ πάθος. *Nos agnum comedemus, ad veſperam quidem, quoniam in ſeculorum fine paſſio Chriſti contigit.* Sed nihil hic opus μετεωρολογεῖν, & remota conſectari, cùm Chriſti mors inciderit in ipſum Paſchatis tempus, ſive illis accedas, qui Chriſtum exſpiraſſe volunt eo ipſo momento, quo à Judæis mactatus eſt agnus Paſchalis; ſive eos ſequaris, qui Chriſti mortem in ſequentem diem differunt, id eſt, in Paſchatis feſtum. Et de hora ſaltem convenit. Nam agnus mactabatur inter duas veſperas, id eſt, Joſepho interprete, ἀπὸ ἐνάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, *ab hora nona uſq; ad undecimam.* Chriſtum autem circa horam diei nonam; quæ nobis tertia eſt poſt meridiem; animam egiſſe ſcribitur Matth. XXVII. 46, 50. Locus etiam prorſus idem eſt. Nam inde à Davidis ævo Paſchales agnos mactari oportuit Jeroſolymis. Ibi autem Chriſtus paſſus eſt, prout ipſe prædixerat *non contingere, ut Propheta pereat extra Jeruſalem*, Lucæ XIII. 33. Et quod de agno dicitur Exodi XII. 6. *Mactabit eum tota multitudo congregationis Iſraëlis*, Chriſtus ſuo modo implevit; in quem conſpiraverant Sacerdotes, Scribæ, Phariſæi, & univerſus populus. Vide Matth. XXVII. 22. Lucæ XXIII. 18. & Joh. XVIII. 40. Genus quoque mortis convenit. Nam ut agni, ita & Chriſti ſanguis in morte effuſus eſt. Uterque pro Dei populo. Agni inſuper ad ignem aſſatio, quam plenam eſſe oportuit Exodi XII. 8. 9. iræ divinæ ardorem exprimit in peccatores meritò accenſæ. Sed in eo maximè elucet Dei providentia, quòd latronum crura fracta ſunt, Chriſti non item, quia jam exſpiraverat: ut in Chriſto impleretur, quod de agno Lex edixerat Exodi XII. 46. Num. IX. 11. Joh. XIX. 31. &c. Oſſa ejus non confringetis. Quomodo, cùm Chriſtum Judæi è cruce exemerunt, propter inſtans Sabbatum, Legi imprudentes obſecuti ſunt, quæ agnum ſervari vetabat uſque ad matutinum tempus, Exodi XII. 10. Theophylactus in cap. XIX. Joh. pag. 829. Ἐπεὶ δὲ Μωσῆς ἀξιοπιστότερος αὐτοῦ ἐδόκει, παράγει καὶ τοῦτον μάρτυρα. ὃ γὰρ εἶπεν ἐκεῖνος περὶ τοῦ ἐν τῷ πάσχα θυομένου ἀμνοῦ, ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται, τοῦτό φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς πληρωθῆναι ἐπὶ Χριστοῦ. ὁ γὰρ ἀμνὸς ἐκεῖνος τούτου τύπος ἦν, καὶ πολλὴ ἡ συγγένεια τούτου πρὸς τὴν ἀλήθειαν. *Quia Moſes fide dignior ipſo* (Johanne) *videbatur, adducit & hunc teſtem. Quod enim ille dixit de agno, qui in Paſchate immolabatur*, os non confringetur, *hoc inquit Evangeliſta in Chriſto impletum eſſe: agnus enim ille hujus figura erat, & multa eſt cognatio figuræ cum veritate.* Ἀπροσδιόνυσα ſunt, & ἀλληγορούμενα ſentiunt, quæ veteres de non fractis oſſibus Chriſti aliàs afferre ſolent. Tale eſt, quòd Chryſoſt. Homil. CXLIX. t. V. p. 923. dicit, propterea Chriſto os non fuiſſe fractum, quia ejus corpus στερροτάτην καὶ ἀσύντριπτον, *firmiſſimum & à confractione immune habuerit fulcrum*, ὑπόβαθρον, διὰ τὸ θείως καὶ μὴ σαρκικῶς συνῆφθαι τὸ σῶμα, καὶ θείαν ἐσχηκὸς τὴν γέννησιν μὴ ὑποκεῖσθαι τῇ τῶν ἀνθρώπων φθορᾷ, *quia corpus modo prorſus divino, non carnali fuerit compactum, divinamq; habuerit generationem, adeoq; hominum corruptioni non fuerit ſubjectum.* Theophylactus in cap. XIX. Joh. per *oſſa* intelligit *myſteria ſacra.* Τὰ ὀστᾶ οὐ συντρίβομεν, τουτέστι, τὰ δυσκολώτερα τῶν νοημάτων καὶ ἐμβριθέστερα· ἃ γὰρ οὐ δυνάμεθα νοῆσαι, ταῦτα οὐ συντρίψομεν, τουτέστιν, οὐ σπουδάσομεν νοῆσαι κακῶς καὶ παρακεκινδυνευμένως. ὅταν μὲν γὰρ ὑγιῶς νοῶμεν, τότε οὐ συντρίβομεν, ὑγιῆ γὰρ φυλάττομεν τὰ θεῖα· ὅταν δὲ παραβιασώμεθα, καὶ αἱρετικὸν νόημα ὑποδεξώμεθα, συντρίβομεν καὶ κατακλῶμεν τὸ στερρὸν, καὶ δυσκατέργαστον νόημα. *Oſſa non confringimus, id eſt, difficiliores & graviores ſenſus. Quæ enim non poſſumus intelligere, ea non conteremus, hoc eſt, non dabimus operam ut malè & periculoſè intelligamus. Etenim quando ſanè ſentimus, tunc non conterimus; ſana enim ſervamus divina. Quando autem torſerimus, & hæreticum ſenſum acceperimus; conterimus & confringimus ſolidum & difficilem ſenſum.*

γ. *Mortis fructus.* Hujus ſacrificii fructus plures ſunt. *Primò* enim hujus agni ſanguine aſperſi ſunt Iſraelitarum poſtes & ſuperliminaria, ut communem cladem evaderent, neque eos attingeret Angelus, à quo cæſi ſunt Ægyptiorum primogeniti: nempe, ut ſciamus, Dei juſtitiam iis ſolis parcere; quorum conſcientiæ Chriſti ſanguine aſperſæ ſunt. Juſtinus Martyr in Dial. cum Tryphone, pag. 58. Τὸ μυστήριον τοῦ προβάτου, ὃ τὸ πάσχα θύειν ἐντέταλται ὁ Θεὸς, τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ, οὗ τῷ αἵματι κατὰ τὸν λόγον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως χρίονται τοὺς οἴκους ἑαυτῶν, τουτέστιν, ἑαυτοὺς, οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. *Myſterium agni, quem Paſcha immolare Deus mandavit, typus & figura erat Chriſti: cujus ſanguinem, juxta rationem noſtræ in illum fidei, ædes ſuas aſpergunt; id eſt, ſeipſos, qui in eum credunt.* Alia loca ex Macario & Chryſoſtomo producimus in voce Ἀμνὸς, num. II. ſub lit. α. Hoc ſenſu de Chriſto dictum eſt Jeſ. LII. v. 15. *Iſte aſperget gentes multas.* Quomodo I. epiſt. Petri iis inſcribitur, *qui electi ſunt* εἰς ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, *in aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti.* Et Hebr. XII. v. 24. αἷμα ῥαντισμοῦ, *ſanguis aſperſionis* Chriſti *meliora loqui* legitur, *quàm ſanguis Abel.* Hic per αἷμα ῥαντισμοῦ intelligitur, interprete Theodoreto, αἷμα ἀμνοῦ λογικοῦ, *ſanguis agni rationalis*, Chriſti. Theophylactus ad eundem locum, pag. 1018. Αἷμα ῥαντισμοῦ, τουτέστι, καθαρισμοῦ. Τὸ γὰρ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ῥαντισθὲν ἐφ' ἡμᾶς, ἐκάθαρε καὶ ἡγίασε. *Sanguis aſperſionis, hoc eſt, purificationis. Sanguis enim Chriſti conſperſus ſuper nos, purgavit nos & ſanctificavit.* Confer vocem Αἷμα. *Secundò*: qua nocte cæſus eſt agnus, data eſt Iſraelitis plena poteſtas ex Ægyptiaca ſervitute in libertatem ſe aſſerendi: ut ſciremus, Chriſtum ſanguine ſuo nos ex mundi, & Diaboli ſervitute redemiſſe, ut vocaret in libertatem gloriæ filiorum Dei, Rom. VIII. v. 20. Hinc Macarius Homil. XI. pag. 139. Ἐν τῇ σκιᾷ τοῦ νόμου Μωσῆς σωτὴρ ἐπεκαλεῖτο τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξέβαλε γὰρ αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. οὕτω καὶ νῦν ὁ ἀληθινὸς λυτρωτὴς Χριστὸς διέρχεται εἰς τὰ κρύφια τῆς ψυχῆς, καὶ ἐκβάλλει ἐκ τῆς σκοτεινῆς Αἰγύπτου, τοῦ βαρυτάτου ζυγοῦ, καὶ τῆς πικρᾶς δουλείας. *Sub umbra Legis Moſes liberator Iſraelis cognominabatur: eduxit enim eos ex Ægypto: ita etiam nunc verus liberator Chriſtus per occulta animæ tranſit, & educit ex tenebricoſa Ægypto, id eſt, liberat à graviſſimo jugo, & amara ſervitute.* Balſamon ad VII. Can. Apoſt. p. 237

Ἑορτάζομεν καὶ ἡμεῖς τὸ κυριακὸν πάσχα, ἤτοι τὴν ἐκ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου ἐλευθερίαν ἡμῶν ἣν διὰ τοῦ οἰκείου πάθους ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἡμῖν ἐχαρίσατο. *Nos quoque Paſcha Dominicum celebramus, ſeu noſtram liberationem ex ſervitute diaboli, quam Chriſtus & Deus noſter nobis per ſuam paſſionem largitus eſt.* Hac eadem nocte, quod *tertiò* obſervandum, Deus in Ægyptiorum deos judicia exercuit Exodi XII. 12. & Numer. XXXIII. 4. Ita in Chriſti morte, ſoluto intergerini parietis ſepto, Eph. II. v. 14. quo à Judæis dividebamur, plurimæ gentes ad veri Dei cognitionem vocatæ, idola ſua abjecerunt. Eleganter Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 301. Αὐτὸς τῆς εἰρήνης γεγένηται πρύτανις, αὐτὸς καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων καὶ τοὺς ἐξ ὑμῶν πιστεύοντας εἰς ἓν παρεσκεύασε σῶμα, καὶ τὸν νόμον ἔπαυσεν, ὃς τοῖχόν τινα μιμούμενος, ἀπ' ἀλλήλων ὑμᾶς διεῖργεν· πρότερον δὲ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν κατέλυσεν ἔχθραν, τὴν οἰκείαν σάρκα λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν δεδωκώς· τούτου δὲ γενομένου, ἐκεῖνα ἔπαυσεν, ὅσα ὑμᾶς κἀκείνους ἐχώριζεν. *Ipſe fuit pacis conciliator. Ipſe effecit ut qui ex illis & ex vobis credebant, in unum corpus redigerentur: & fecit ut Lex ceſſaret, qui inſtar cujuſdam parietis vos invicem dirimebat. Prius autem inimicitias, quæ cum Deo intercedebant, ſuſtulit, carne ſua pro nobis data precium redemtionis. Quo facto, omnia illa ceſſare juſſit, quæ vos & illos ſejungebant.* Et mox: Ἀπέκτεινε τὴν ἔχθραν ἐν τῷ σταυρῷ, τὴν ἄμωμον θυσίαν προσενεγκών· κατήλλαξε δὲ ἀμφοτέρους, τουτέστι, τοὺς ἐξ ἐθνῶν καὶ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων, ἐν ἑνὶ σώματι τῷ ὑπὲρ πάντας προσενεχθέντι, ὥστε αὐτοὺς εἰς ἓν σῶμα τελεῖν. *Interfecit inimicitiam in cruce, hoſtiam offerens immaculatam. Reconciliavit autem utroſque, nempe eos, qui erant ex gentibus, & eos, qui ex Judæis, in uno corpore, quod pro omnibus oblatum eſt, ut ipſi eſſent unum corpus.* Parietem intergerinum eſſe remotum in morte Chriſti, clarè docuit exemplum Centurionis, & eorum qui cum ipſo erant, qui viſo terræ motu, & iis, quæ facta fuerant, agnoverunt Jeſum eſſe Filium Dei, Matt. XXVII. 54. Ad hunc locum Theophylactus, Ὁ ἐθνικὸς ἑκατόνταρχος ἀπὸ τῶν σημείων πιστεύει σὺν τοῖς περὶ αὐτόν. *Centurio homo ethnicus credit propter ſigna cum his, qui cum eo erant.* Hoc ipſum indicabat *ruptura veli*, de qua fusè in voce Καταπέτασμα, num. I. 1. *Quartò*, cùm menſis *Abib*, ante Paſchæ inſtitutionem, in anno Judaico menſium ſeptimus fuerit, Deus, inſtituto Paſchate, ſtatuit, ut deinceps pro primo haberetur, & ex eo Judæi ſacrum annum ordirentur. Quò ipſum nomen *Abib* videbatur eos invitare. Nam אביב, ut num. 2. ubi *de Tempore*, monuimus, eſt *ſpica recens*. Itaque hunc menſem veteres vocabant *menſem novarum frugum*, aut ſimpliciter μῆνα τῶν νέων, *menſem novorum.* Eique initium cum vere commune fuit, quo, cùm Deus *Spiritum ſuum emiſit, omnia recreantur, & renovatur terræ facies*, Pſal. CIV. v. 30. Et hoc quoque ad Chriſtum refertur, qui novum induxit ſeculum, & vetera abolevit, ut ea in melius mutaret, ac quaſi recuderet. Ad Chriſtum refert diſerte Theodoretus in hunc Pſalmum, pag. 814. Ἐνταῦθα σαφῶς ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν προεκήρυξε, καὶ τὴν διὰ τοῦ παναγίου πνεύματος ἀναβίωσιν. *Hoc in loco manifeſtè reſurrectionem nobis prædixit, & reviviſcentiam, quæ ſanctiſſimi Spiritus beneficio contingit.* Chriſtus nova fecit omnia: Ἰδοὺ, καινὰ πάντα ποιῶ. *Ecce nova facio omnia.* Apocal. XXI. 5. Creavit καινοὺς οὐρανοὺς καὶ γῆν καινήν, *novos cœlos, & novam terram.* II. Petri III. 13. Jeſ. LXV. 17. LXVI. 22. Vide in Κτίζω, num. I. 2. ſub lit. b. *Dedit nobis* ἐντολὴν καινήν, *novum mandatum*, Joh. XIII. 34. Vide in voce Ἐντολή. Inſtituit καινὴν διαθήκην, *novum fœdus*, Matth. XXVI. v. 28. Et quæ ſunt alia hujus generis.

δ. *Quomodo horum fructuum fiamus participes.*

Ab Iſraëlitis duo maximè requirebantur: alterum ut agni ſanguine ædium poſtes & ſuperliminare aſpergerent: alterum, ut ejuſdem carnem ederent. Si quis Iſraelitarum alterutrum neglexiſſet, eo ipſo reſpuiſſet gratiam his mandatis annexam. Per poſtes autem ædium, quibus hîc jubentur Iſraelitæ agni ſanguinem aſpergere, & Deut. XI. v. 20. mandata Dei inſcribere, corda noſtra ſignificari videntur: quia hæc aſpergit Deus ſanguine Filii ſui, ut dicitur Hebr. X. 22. Ἐρραντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, *aſperſis cordibus à conſcientia mala*, id eſt, Chriſti ſanguinis aſperſione à peccati labe purgatis, cujus aſperſio aquæ in Baptiſmo ſymbolum eſt. Theodoretus ad præſentem locum, pag. 442. περιῤῥαντηρίοις κατὰ νόμον ἐχρῶντο, καὶ σῶμα συνεχῶς ἀπελούοντο· οἱ δὲ κατὰ τὴν καινὴν πολιτευόμενοι διαθήκην, διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρονται, καὶ τὸ συνειδὸς τῶν προτέρων κηλίδων ἐλεύθερον ἀποφαίνουσι. Ῥαντισμὸν τοίνυν καὶ ὕδωρ καθαρὸν τὸ θεῖον ἐκάλεσε βάπτισμα. *Aſperſionibus in lege utebantur, & corpus frequenter lavabant. Qui autem ex novo Teſtamento vitam inſtituunt, per ſanctiſſimum baptiſmum animam expurgant, & à prioribus maculis liberam reddunt conſcientiam.* Aſperſionem *ergo &* aquam mundam *divinum baptiſmum appellavit.* Et Theophylactus: Ἰουδαῖοι μὲν τὸ σῶμα ἐῤῥαντίζοντο, ἡμεῖς δὲ τὰς καρδίας, ὥστε μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδέναι πονηρόν. Ῥαντισθησόμεθα δὲ αὐτῇ τῇ ἀρετῇ, ἢ καὶ τῇ χάριτι τοῦ πνεύματος, τοῦ ἀφέντος ἡμῖν ἐν τῷ λουτρῷ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐνισχύσαντος, ὥστε ἐὰν σπουδάσωμεν, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν. *Judæi corpore conſpergebantur, nos verò corde, ut nullius mali nobis conſcii ſimus. Conſpergemur autem & ipſa virtute, vel gratiâ Spiritus, qui remiſit nobis in baptiſmate peccata, & confortavit nos, ut ſi animum adverterimus, non porrò in ea recidamus.* De poſtibus & limine ſic Theodoretus Interrogat. XXIV. in Exodum, pag. 90. Χρίομεν καὶ ἡμεῖς τῷ αἵματι τοῦ ἡμετέρου ἀμνοῦ, οὐ μόνον τὴν φλιάν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δύο σταθμούς, κατὰ μὲν τὸ δρώμενον, τὴν γλῶτταν καὶ τὰ χείλη καθαίροντές τε καὶ ἁγιάζοντες· κατὰ δὲ τὸ νοούμενον, ἀντὶ μὲν φλιᾶς τὸ λογικόν, ἀντὶ δὲ τῶν δύο σταθμῶν τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. *Et nos ungimus agni noſtri ſanguine non tantùm limen, ſed utrumque poſtem, purgantes & ſanctificantes exteriùs linguam & labra, interiùs autem & myſticè, pro limine rationalem partem, & pro utroque poſte facultatem iraſcendi & concupiſcendi.* Cordibus quoque noſtris Legem ſuam inſcribit Deus, juxta promiſſionem Jerem. XXXI. 33. *Indam legem meam menti eorum, & cordi eorum illam inſcribam.* Et corda hominum Deo æquè patent, atque nobis ædium poſtes. Vide in voce Καρδιογνώστης. Cordium autem poſtibus Chriſti ſanguinem aſpergimus, cùm firma fide amplectimur doctrinam crucis, certi Filium Dei pro nobis ſanguinem ſuum fudiſſe, ut quiſque noſtrûm dicat cum Apoſtolo I. ad Timoth. I. 15. *Certus & hic ſermo, & dignus qui modis omnibus recipiatur, Chriſtum Jeſum veniſſe in mundum, ut peccatores ſervaret, quorum primus ego ſum.* Atque hoc eſt Chriſtum & ejus beneficia ἰδιοποιεῖν, de quo in Ἰδιοποιέω, item in voce Πίστις. Eadem fide, quâ diximus veri agni ſanguinem poſtibus cordis aſpergi, ejus etiam carnes comeduntur. Et comedi quidem neceſſe eſt. Vide Johan. VI. 53. 55. *Caro mea verè cibus eſt*; ſed animæ cibus, non corporis. Proinde non editur ore corporis, ſed animæ, quæ eſt fides. Auguſtinus: *Quid paras dentes, & ventrem? Crede, & manducâſti.* Ea ratione hujus agni caro manducatur, & ſanguis bibitur, quâ animæ fami & ſiti ſatis fit, id eſt, veniendo ad Chriſtum, & in illum credendo. *Qui venit ad me*, inquit, *nequaquam eſuriet;*

&

Digitized by Google

& qui credit in me, non ſitiet unquam, Johan. VI. v. 35. Vide in voce Ἄρτος, num. II. 2. ſub lit. ſ. ubi, quomodo Chriſtus *panis* ſit. Eleganter Cyrillus Alexandrinus in Catena in cap. VI. Joh. pag. 184. Εἰμὶ ἄρτος ζωῆς, οὐκ ἄρτος σωματικὸς, μόνα τὰ ἐκ λιμοῦ περικόπτων πάθη, καὶ διαφθορᾶς τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλάττων τὴν σάρκα, ἀλλ' ὅλον ἐξ ὅλου τὸ ζῶον εἰς ζωὴν ἀναπλάττων τὴν αἰώνιον, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν εἰς τὸ εἶναι ἀεὶ πεποιημένον ἄνθρωπον ἀποδεικνύς. *Sum panis vitæ, non panis corporalis, qui ſolam famis moleſtiam auferat, eaque qua ex illa oritur corruptione carnem liberet; ſed totum ex integro animal ad vitam ſempiternam reformat, morteque ſuperiorem hominem, ut perpetuò exiſtat, creatum oſtendit.* Eodem modo recipitur, quo habitat in nobis. *Habitat* autem *in cordibus noſtris per fidem*, Epheſ. III. 17. de quo loco ſatis diſtinctè agimus in verbo Ἐνδύομαι. Itaque *illum recipere* eſt *credere in nomen ejus.* Quomodo exponit Johannes cap. I. 12. *Quotquot enim receperunt, dedit eis hoc juris, ut filii Dei fiant*, nempe *iis, qui credunt in nomen ejus.* Ita fuit cibus & potus Iſraelitarum in deſerto, de quibus Apoſtolus I. Corinth. X. 3. 4. Πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducaverunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.* Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Sed non aliter, quàm per fidem, eum biberunt, & manducaverunt. Neque enim ore potuit manducari corpus, quod nondum erat, nec niſi poſt multa ſecula in ventre ſanctæ Virginis formatum eſt. Cruda autem agni caro edi non debet, nec ſemi-cocta. Cujus criminis rei ſunt, qui hæc myſteria non concoquunt aſſidua meditatione & ad literam potiùs, quàm ad ſenſum reſpiciunt. Meditatio autem id eſt animo, quod ſtomacho concoctio, digeſtio. Hinc apud Petronium, *cruda adhuc ſtudia in vulgus propellere* eſt ea proferre, quæ nondum attenta meditatione concocta & digeſta ſunt. Theodoretus Interrogat. XXIV. in Exodum, pag. 90. Ἁρμόττει ἡμῖν καὶ τὸ μήτε ὠμὰ, μήτε ἑψημένα ἐσθίειν, ἀλλὰ ὀπτὰ πυρί. Οὔτε γὰρ μόνον τῷ γράμματι προσβλέπομεν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν ἐρευνῶμεν. οὔτε μὴν ἀνθρωπίνους λογισμοὺς τοῖς θείοις ἐπεισάγομεν λογίοις. τοῦτο γὰρ καὶ Ἡσαΐας τινῶν κατηγόρησεν, ὡς ἀναμιγνύντων ὕδατι τὸν οἶνον· ἀλλὰ μόνον χρώμεθα τῷ θείῳ πυρὶ, τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτι. *Decet nos etiam comedere neque cruda, neque elixa, ſed igne aſſata. Neque enim literam tantùm attendimus, ſed ſenſum ſcrutamur: neque divinis eloquiis humanam interpretationem ſuperinducimus. Nam hac de cauſſa etiam Jeſaias quosdam accuſavit, veluti permiſcentes aquam vino. Sed igne tantùm divino, hoc eſt, gratia ſanctiſſimi Spiritus utimur.* Debuit idem agnus totus comedi, ita ut nihil eſſet reſiduum, Exodi XII. 10. Neque enim ſufficit illum ex parte comedere: ut, ſi quis Chriſti gloriâ foveri velit, nec paſſionum ejus eſſe particeps; aut illum habere pro redemtore, non Legiſlatore & domino. Aut ſi quis Chriſti meritis non ſatis tribuens, in propriis operibus aut in aliorum mediatione; ac interceſſione, ſalutis fiduciam ex parte ponat. Sed nec totum Chriſtum recipiunt Ariani, qui divinam; nec Eutychiani, qui humanam naturam ipſi adimunt; nec Apollinariſtæ, qui animam negant. Hinc Nazianzenus Orat. de Paſchate, quæ eſt XLII. pag. 687. quando totum agnum comedendum fuiſſe monet, hoc ipſum ita allegoricè exponit: Ὅσον οὖν σαρκῶδες τοῦ λόγου καὶ τρόφιμον, μετὰ τῶν ἐντοσθίων καὶ κρυφίων τοῦ νοῦ βρωθήσεται, καὶ ἀναλωθήσεται, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδοθήσεται, ἄχρι κεφαλῆς καὶ ποδῶν, τῶν τε πρώτων περὶ θεότητος θεωρημάτων, καὶ τῶν τελευταίων τῆς σαρκώσεως φροντισμάτων. *Quicquid igitur carneum & eſculentum habet doctrina, cum inteſtinis abditisque mentis partibus comedetur & abſumetur, atque ad ſpiritualem concoctionem digeretur, usque ad caput & pedes, hoc eſt, primas de divinitate contemplationes, & poſtremas incarnationis meditationes.* Carnes interim ſic edendæ ſunt, ut ne os confringamus. Agni autem oſſa confringere, eſt ea rimari, & ſcrutari velle, quæ captum noſtrum ſuperant: quaſi fidem obviis paſci & ſuſtentari non ſufficiat, niſi conemur ea indagare; quorum cognitio vetita eſt, & inveſtigatio periculoſa. Qualia velle ſcrutari, eſt in oſſibus genuinum frangere; & eadem populo proponere, eſt pro pane lapidem eſurienti porrigere, Matth. VII. 9. In eundem ferè ſenſum de eodem ſcribit Nazianzenus, loco ſuprà laudato: Ὅσον ὀστῶδες καὶ ἄβρωτον, καὶ ἡμῖν δυσθεώρητον, οὐδὲ συντριβήσεται, κακῶς διαιρούμενον καὶ νοούμενον. *Quicquid oſſeum minimeque ad edendum aptum eſt; hancque rationem habet, ut difficillimè conſiderari queat, id ne confringendum quidem, hoc eſt, malè dividetur atque intelligetur.* Eodem modo Theophylactus in c. XIX. Joh. cujus verba produximus ſuprà, num. 3. ſub lit. a. in fine lit. β. Concinit Ammonius in Catena in cap. XIX. Joh. pag. 445. Ὀστοῦν νοεῖται τὸ ἔντονον καὶ ἄτρεπτον τοῦ μυστικοῦ λόγου. Ἐπειδὴ δὲ εἰκόνα ἔφερε τὸ πρόβατον τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τρέφεταί τις τὴν κεφαλὴν τοῦ Χριστοῦ, τὰ περὶ τῆς θεολογίας ἀναλαμβάνων. τοὺς δὲ πόδας, διδασκόμενος περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. τὰ δὲ ἐντόσθια, τὰ ἀπόκρυφα δόγματα. Ἕκαστον γὰρ τῶν περὶ Χριστοῦ δογμάτων ἀπόκρυφον ἔχει καὶ μυστικὸν λόγον. Ἐπειδὴ ὀστοῦν νοεῖται τὸ ἔντονον τοῦ μυστηρίου, οἱ ἁρμοδίως καὶ συμφώνως κατέχοντες τὸ περὶ Χριστοῦ μυστήριον, ὀστοῦν αὐτοῦ οὐ συντρίβουσι. *Per os intelligitur firmitas ac ſoliditas myſtici ſermonis. Quoniam verò ovis agni Dei figuram referebat, nutritur quis capite Chriſti, qui excipit illa, quæ de ejus Divinitate traduntur; pedibus verò, qui docetur myſterium incarnationis: viſcera verò ſunt dogmata arcana. Singula enim de Chriſto dogmata, arcanam quandam habent ac myſticam rationem. Cùm itaque per os ſoliditas intelligatur, qui congruenter ac conſentaneè myſterii Chriſti myſterium comprehendunt, os ejus minimè conterunt.* Theodor. Interrog. XXIV. in Exodum, p. 91. Τὰ ὀστᾶ τοῦ προβάτου συντρίβουσιν οἱ κακῶς τὰ θεῖα νοοῦντες λόγια, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν αὐτὰ πειρώμενοι μεταφέρειν ἀσέβειαν. *Oſſa conterunt agni, qui malè intelligunt eloquia divina, & ad ſuam impietatem illa detorquere conantur.* Herbæ amaræ, cum quibus agnum oportuit comedi, ſignificant, *omnes, qui volunt piè vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem pati*, II. Timoth. III. 10. Chryſoſtomus Homil. CL. quæ eſt ſecunda in Paſcha, t. V. pag. 921. per πικρίδας dicit intelligi τὰς ἐπακολουθούσας θλίψεις, *ſubſequentes afflictiones.* Greg. Nazianzenus Orat. XLII. pag. 688. Ἐπὶ πικρίδων, διὰ τὸ πικρὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου καὶ πρόσαντες τοῖς ἀρχομένοις μάλιστα, καὶ ἡδονῶν ὑψηλότερον. *Cum amaris herbis agnum comedent, quoniam vita divina legi conſentanea, incipientibus præſertim, ardua & acclivis eſt, voluptatibusque ſublimior.* Theodoretus verò, Interrog. XXIV. in Exodum *amaras herbas* comedendas fuiſſe dicit εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πικροτάτης ζωῆς, καὶ τῆς χαλεπωτάτης δουλείας, *in memoriam duriſſimæ ſervitutis & acerbiſſimæ vitæ in Ægypto transactæ.* Ad mores etiam illud pertinet, quod iis, qui vocantur ad agni manducationem, *fermentum* toties, & tam diſertè prohibetur. In ſcriptura enim *fermentum* corruptionis eſt ſymbolum. Proinde Chriſtus ſuos monet, ut ſibi caveant *à fermento Phariſæorum*, quod *ad doctrinam* refert Matthæus cap. XVI. 12. *ad hypocriſin* Lucas cap. XII. 1. Et Paulus I. Corinth. V. 8. *fermento malitiæ* opponit *azyma ſinceritatis & veritatis.*

Alii

Digitized by Google

contendunt vocem Hebræam non ſignificare παρθένον, ſed νεάνιδα. Quos pluribus refutat Chryſoſtomus Homil. V. in Matth. pag. 32. Argumenta tria potiſſimùm affert. *Primum* deſumtum eſt à LXX. ſeniorum interpretatione, qui ante Chriſti incarnationem παρθένον ſunt interpretati; cùm alii, poſt adventum Chriſti, & quidem Judæi, νεάνιν reddiderint. Τῶν ἄλλων μᾶλλον ἁπάντων τὸ ἀξιόπιστον οἱ ἑβδομήκοντα ἔχοιεν ἂν δικαίως. Οἱ μὲν γὰρ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἡρμήνευσαν Ἰουδαῖοι μείναντες, καὶ δικαίως ἂν ὑποπτεύοιντο, ἅτε ἀπεχθείᾳ μᾶλλον εἰρηκότες, καὶ τὰς προφητείας συσκιάζοντες, ἐπίτηδες. Οἱ δὲ ἑβδομήκοντα πρὸ ἑκατὸν, ἢ καὶ πλειόνων ἐτῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντες καὶ τοσοῦτοι ὄντες, πάσης τοιαύτης εἰσὶν ὑποψίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ διὰ τὸν χρόνον, καὶ διὰ τὸ πλῆθος, καὶ διὰ τὴν συμφωνίαν μᾶλλον ἂν εἶεν πιστεύεσθαι δίκαιοι. *Omnibus aliis jure LXX. Interpretes fide digniores ſunt. Siquidem alii poſt adventum Domini interpretati ſunt, Judæi permanentes, meritoque ſuſpecti, utpote qui inimicè & ſubdolè multa corruperint, & datâ operâ Prophetarum vaticinia obſcurârint. Septuaginta verò ante centum, vel etiam plures Dominici adventus annos, ad interpretandum accedentes, iique tot numero exiſtentes, ab omni hujuſmodi ſuſpicione ſunt liberi: atque ob ipſum temporis intervallum, & illorum numerum ac conſenſum magis fide digni utique fuerint.* Argumentum *ſecundum* deſumit ab ipſa voce νεᾶνις, quæ ipſa quoque *virginem* denotet. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἐκείνων παράγοιεν μαρτυρίαν, καὶ οὕτω τὰ νικητήρια παρ' ἡμῖν. καὶ γὰρ τὸ τῆς νεανιότητος ὄνομα ἐπὶ τῆς παρθενίας οἶδεν ἡ γραφὴ τιθέναι· οὐκ ἐπὶ γυναικῶν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀνδρῶν. Νεανίσκοι γάρ φησι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων. καὶ ἐπὶ κόρης δὲ ἐπιβουλευομένης διαλεγομένη, πάλιν φησίν· Ἐὰν φωνήσῃ ἡ νεᾶνις, τουτέστιν, ἡ παρθένος. *Sin autem eorum adducant teſtimonium*, qui nempe νεάνιν ſunt interpretati, *ſic quoque à noſtra parte ſtabit victoria. Etenim ſcriptura* adoleſcentulæ, *vel* puellæ *nomine* virginem *appellare conſuevit: idque non de fœminis tantùm, ſed etiam de viris fieri ſolet.* Juvenes, *inquit*, & virgines ſenes cum junioribus. *Ac rurſus de puella loquens, cujus virginitati inſidiæ ſtruuntur, dicit*, ſi clamaverit adoleſcentula, *id eſt, virgo.* Hæc ipſa Chryſoſtomi aſſertio multis aliis ſcripturæ locis confirmari poteſt. Septuaginta namque vocem נערה & παρθένον & νεάνιδα frequenter, ſine diſcrimine reddiderunt. Παρθένον quidem Geneſ. XXIV. 14. 16. 55. XXXIV. 3. Νεάνιδα Deuter. XXII. 19. 20. 21. 24. 26. 27. 29. & alibi. *Tertium* argumentum ex ipſa Contextus ſerie deſumit. Καὶ τὰ πρὸ τούτου δὲ εἰρημένα, τοῦτον τὸν λόγον συνίστησιν. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, ἀλλὰ πρότερον εἰπὼν, Ἰδοὺ δώσει κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον, τότε ἐπήγαγεν· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. καίτοι εἰ μὴ παρθένος ἦν ἡ μέλλουσα κύειν, ἀλλὰ νόμῳ γάμου τοῦτο ἐγένετο, ποῖον ἂν εἴη σημεῖον τὸ γινόμενον; τὸ γὰρ σημεῖον ὑπερβαίνειν δεῖ τὴν τῶν πολλῶν ἀκολουθίαν, καὶ ξένον εἶναι καὶ παρηλλαγμένον, ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη σημεῖον; *Et ea quidem, quæ ſuperiùs dicta ſunt, hunc ſenſum facilè confirmant. Non enim ſimpliciter dixit*, Ecce virgo in utero habebit: *ſed cùm antè dixiſſet*, Ecce ipſe Dominus dabit vobis ſignum, *continuò ſubjecit*, Ecce virgo in utero habebit. *Et certè niſi virgo maneret, quæ in utero eſſet habitura, ſed hoc communi lege connubii fieret, quod tandem id quod fiebat, ſignum fuiſſet? Signum quippe omnem rerum ordinem excedere, & novum eſſe debet atque à ſolenni more diverſum: alioqui quî ſignum eſſe poſſet?* Hoc ipſum argumentum idem pluribus urget in cap. VII. Jeſaiæ. Theophylactus in cap. I. Matth. pag. 9. argumenta Chryſoſtomi ita contrahit: Φασὶν οἱ Ἑβραῖοι ὅτι οὐ κεῖται ἐν τῷ προφήτῃ, παρθένος, ἀλλὰ, νεᾶνις. πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι τὸ νεᾶνις, καὶ τὸ παρθένος, ταυτόν ἐστι παρὰ τῇ γραφῇ· νεάνιδα γὰρ ὀνομάζει τὴν ἀδιάφθορον. Ἔπειτα, εἰ μὴ ἔτεκε παρθένος, πῶς ἔμελλεν εἶναι σημεῖον καὶ παράδοξον; *Dicunt Hebræi, quòd non ponatur in Propheta*, virgo, *ſed*, adoleſcentula. *Ad quod dicendum, in ſcriptura idem eſſe adoleſcentulam & virginem.* Adoleſcentulam *enim nominat incorruptam. Deinde, niſi peperiſſet virgo, quomodo futurum erat ſignum, & res admirabilis atque inſolens?*

2. eam; *quæ* non tantùm virgo eſt, ſed etiam *Deo dicata & conſecrata.* Theophylactus in I. Corinth. VII. pag. 220. vocat παρθένον ἀφιερωθεῖσαν θεῷ, *virginem Deo conſecratam.* Baſilius Can. XVIII. ad Amphilochium, pag. 767. Παρθένος ὀνομάζεται, ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα. *Virgo nominatur, quæ ſe ſua ſponte Domino obtulit, & matrimonio renunciavit, & vitam in ſanctificatione prætulit.* Can. XVI. Chalced. appellat παρθένον ἀναθεῖσαν ἑαυτὴν τῷ δεσπότῃ θεῷ, *virginem, quæ ſe Deo Domino dedicavit.* Vocantur παρθένοι ἱεραὶ, & κόραι καθιερωμέναι. Can. XLIV. Cod. Eccleſ. Afr. αἱ ἱεραὶ παρθένοι, *virgines ſacræ.* Ad hunc Can. Zonaras, pag. 431. Ἐν ἄλλῳ κανόνι τῆς παρούσης συνόδου εἴρηται περὶ κορῶν καθιερωμένων. ἃς γοῦν ἐκάλεσεν ἐκεῖ κόρας καθιερωμένας, ἐνταῦθα ἱερὰς παρθένους ὠνόμασε. κόρας γὰρ τὰς παρθένους ἔθος καλεῖν. *Canone VI. præſentis Synodi dictum eſt de puellarum conſecratione. Quas igitur ibi vocavit puellas conſecratas, hîc virgines ſacras nominavit. Solent enim* κόραι, *puellæ vocari* παρθένοι, *virgines.* Zonaras ad Can. XV. Chalced. 109. vocat παρθένον κανονικὴν, *virginem canonicam*, ſeu *monialem.* Hic verò illud probè obſervandum, quod Chryſoſtomus Homil. XIII. in I. ad Timoth. pag. 300. monet: Τὴν παρθένον οὐ τοῦτο ποιεῖ, τὸ μὴ ὡμιληκέναι γάμῳ, ἀλλὰ πολλῶν καὶ ἑτέρων δεῖ, τοῦ ἀμέμπτου, τοῦ εὐπροσέδρου. *Virginem non id facit, extra conjugium vivere, ſed multa inſuper alia requiruntur, ut ſit inculpata, ut aſſiduè adhæreſcat* ſc. Domino.

II. *Impropriè.* Atque ita

1. *metaphoricè* παρθένος vocatur Eccleſia, quæ eſt Chriſto καθομολογηθεῖσα νύμφη, ut loquitur Baſilius Cæſar. Eſt ſponſa Chriſti, propter puritatem religionis, quam incorruptam ſervat, & fidelitatem erga ſponſum, II. Corinth. II. 2. Ad quem locum Theodoretus, pag. 250. Πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον ὠνόμασε, τῆς πίστεως τὸ ἀκραιφνὲς οὕτω καλῶν. Οὐ γὰρ παρθενίαν ἅπαντες οἱ πιστεύοντες ἐπαγγέλλονται· ἀλλὰ τῷ γνησίῳ τῆς πίστεως ἅπαντας προσήκει διακοσμεῖσθαι. *Totam Eccleſiam* virginem *appellavit, ſinceritatem fidei ita vocans. Neque enim omnes qui credunt, virginitatem profitentur: ſed oportet omnes ornari ſincera fide.* Et Theophylactus, pag. 405. Ξένον τὸ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συμβαῖνον· ἐπὶ γὰρ τοῦ κόσμου μετὰ τὸν γάμον οὐκέτι παρθένοι μένουσιν· ἐνταῦθα δὲ, καὶ οἱ μὴ ὄντες παρθένοι πρὸ τούτου, μετὰ τὸν γάμον τοῦτον παρθένοι γίνονται. Οὕτω πᾶσα ἡ ἐκκλησία παρθένος ἐστί. *Mirum hic quiddam in Eccleſia contingit. In mundo enim poſt nuptias non ampliùs virgines manent: hic autem, qui antè virgines non fuerunt, poſt nuptias haſce efficiuntur virgines. Hac ratione univerſa Eccleſia virgo eſt.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. t. V. dicit ſcripturam, indicare volentem τὸ ἄφθορον τῆς ἐκκλησίας, αὐτὴν καλεῖν παρθένον, *Eccleſiam eſſe incorruptam, eam appellare virginem.*

2. Παρθένος *tribuitur maribus*, qui nullam fœminarum notitiam unquam habuerunt, & qui propter vitæ caſtitatem cœleſti regno dignam, à Latinis *cœlibes* appellantur. Suidas in voce Ἄβελ. Ἄβελ, υἱὸς Ἀδάμ. οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ποιμὴν προβάτων, *Abel, filius Adami. Hic cœlebs & juſtus erat, atque paſtor ovium.*

Idem

Digitized by Google

Idem in voce Μελχισεδὲκ. Ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος. *Obiit juſtus & cælebs.* Ita Apocal. XIV. 4. Οὗτοί εἰσιν, οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. παρθένοι γάρ εἰσι. Beza reddit: *Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt inquinati: virgines enim ſunt.*

Πάροδος.

Πάροδος, interprete Heſychio, eſt διάβασις, *tranſitus.* Ita vocatur *Incarnatio Chriſti.* Euſebius Præparat. Evangel. lib. V. pag. 107. Ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους πάροδος. *Salvatoris noſtri ad homines tranſitus.* Et Demonſtrat. lib. V. pag. 137. Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον πάροδος. *In vitam humanam tranſitus*; Demonſtrat. lib. VI. pag. 190.

Παροικέω. Παροικία.

I. Παροικέω ſignificat *advena, peregrinus ſum*, & opponitur τῷ κατοικεῖν, quod, juxta veteres Gloſſas, *habito, incolo*: παροικεῖν verò eſt *more hoſpitis alicubi ad tempus morari.* Philo Judæus de ſacrificiis Abel & Cain: Ὁ τοῖς ἐγκυκλίοις μόνοις ἐπανέχων παροικεῖ σοφίᾳ, οὐ κατοικεῖ. *Qui liberalium ſolummodo diſciplinarum ſtudioſus eſt, haud ille quidem in ſapientiæ ædibus habitat, ſed ut hoſpes tantùm eas inviſit.* Baſilius M. in Pſal. XIV. t. I. pag. 149. Ἡ παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως, ὑποφαίνουσα. *Παροικία eſt ſtatus temporarius, non ſtabilem vitam, ſed tranſitoriam innuens, ſub ſpe tranſitûs ad meliora.* Theodoretus in Pſal. CXIX. pag. 911. in Hebræo eſt Pſal. CXX. ad v. 5. Παροικίαν καλεῖ τὴν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ διαγωγήν. *Incolatum vocat, in aliena terra ſtationem.* Suidas: Παροικία· ἡ παροῦσα ζωή. Ὅτι πάροικος ἐγώ καὶ παρεπίδημος. *Incolatus: præſens vita. Quia accola ſum ego & peregrinus.* Verba ſunt Abrahami Geneſ. XXIII. 4. Aſterius, homil. de Oeconomo injuſto, pag. 571. Πάντα, ὧν ἀπελάβομεν, οὐχ ἡμέτερα. οὔτε μὲν ἡμεῖς ὡς αὐθένται καὶ κύριοι τοῦ βίου τούτου ὡς ἡμετέρᾳ οἰκίᾳ ἐνῳκίσθημεν. ἀλλ' ὡς πάροικοι καὶ ἐπήλυδες, καὶ μετανάσται ἀγόμεθα ὅποι οὐ θέλομεν, καὶ ἡνίκα οὐ προσδοκῶμεν. *Quæcunque accepimus, non ſunt noſtra: ac ne nos quidem ipſi tanquam domini in hanc vitam, velut in domum noſtram, introducti ſumus: ſed quaſi inquilini & advenæ, vel potiùs exſules, abripimur, quo nolumus, & quando minimè exſpectabimus.* Diſcrimen inter παροικέω & κατοικέω etiam oſtendit Theodoretus in Pſ. LIV. ad v. 16. pag. 610. Παροῦσα ζωὴ παροικία ἐστίν· Ἐν αὐτῇ γὰρ παροικοῦμεν, οὐ κατοικοῦμεν. *Præſens vita incolatus eſt: in ea enim tanquam advenæ & peregrini diverſamur, non habitamus.* Illuſtre exemplum hujus ſignificationis legitur Lucæ XXIV. 18. ubi Cleophas ad Chriſtum, quem non noverat, Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις; Vetus & Eraſmus: *Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem, & non cognoviſti, quæ facta ſunt in illa his diebus?* Beza & Piſcator, *Tu ſolus commoraris?* Placet prior interpretatio. Theophylactus in hunc locum, pag. 540. duplicem verborum iſtorum expoſitionem affert ſic ſcribens: Σὺ μόνος φησὶ, παροικεῖς; ἀντὶ τοῦ, Σὺ μόνος ἐκ τῶν κατοικούντων τὴν Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα; Ἄλλοι δὲ τὸ, παροικεῖς, οὕτως ἐνόησαν. Σύ, φησιν, οὕτω μόνος παροικεῖς, καὶ ἔξω τῶν ὁρίων τῆς Ἱερουσαλὴμ ᾠκισμένος εἶ, καὶ ἀμέτοχος τῶν ἐν μέσῳ πραττομένων, ὡς μὴ ταῦτα γινώσκειν; *Tu ſolus, inquit, παροικεῖς; Hoc eſt, Tu ſolus ex iis, qui Jeroſolymæ habitant, quæ facta ſunt ignoras? Alii autem, τὸ παροικεῖς, ſic intellexerunt: Tune, inquit, ſolus ita peregrinus es & extra fines Jeroſolymæ collocatus, experſque eorum quæ palam aguntur, ut hæc neſcias?* Poſteriorem ex his duabus expoſitionibus rejicit Beza, ſed non refellit, niſi admodum levi brachio. At nulla ſufficiens cauſſa, quamobrem ſit rejicienda. Non enim ignota metaphora, quâ, qui rei geſtæ alicubi ignari ſunt, hoſpites ibi ac peregrini eſſe dicuntur. Hunc ſenſum, ut maximè genuinum, ſecutus etiam Syrus & Arabs, ſic Ovid. Metamorph. lib. II. fab. IX.

An quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt?

Apulejus II. *Satis peregrinus es, medioque Theſſaliæ ignoras te conſiſtere?* Cicero pro Milone: *An vero, judices, vos ſoli ignoratis? vos hoſpites in hac urbe verſamini? veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis ſermone verſantur, quas ille leges fuerit impoſiturus nobis omnibus atque inuſturus?* Idem lib. VI. ad Atticum, epiſt. III. *Eſt enim quiddam, advenientem* (ad urbem nempe) *non eſſe peregrinum atque hoſpitem.* Lib. IV. epiſt. XI. *Illud etiam te rogo,* τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, *ne iſtuc hoſpes veniam,* id eſt, rerum ignarus, quales peregrini eſſe ſolent.

II. Quid παροικία apud ſcriptores Eccleſiaſticos ſignificet, nunc explicandum; idque ex Cl. Salmaſio. Nomen igitur παροικία non ſolùm de Eccleſia parœciana accipiebatur, ſed etiam de diœceſana totius civitatis. Nam nomen παροικία etiam pro diœceſi civitatis uſurpatum eſt, ut & contrà diœceſis pro parœcia, id eſt, pro membro particulari & regionali univerſæ Civitatis Eccleſiæ. Vide in Διοίκησις, num. V. Falluntur autem viri docti, qui putant in vocibus παροικεῖν & παροικία, dum hoc ſenſu ſumuntur, ſignificationem ineſſe *peregrinationis*, cùm *incolatum* ſimpliciter denotent, & παροικεῖν idem omnino ſit quod κατοικεῖν. Veteres Gloſſæ: Παροικία, *inhabitatio.* Πάροικος, *accola, incola, colonus.* Παροικῶ σοι, *juxta te habito.* Eccleſia igitur παροικοῦσα Κόρινθον, & Ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην, eſt *Eccleſia Corinthiaca*, vel *Corinthum habitans; Eccleſia Romana*, ſive *Romam habitans*; pro quo οὔσαν ἐν Ἀντιοχείᾳ dixit Lucas Actor. XIII. 1. Ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν. Dicere potuiſſet, κατὰ τὴν παροικοῦσαν, vel κατοικοῦσαν ἐκκλησίαν. Ita in epiſtola Polycarpi ad Philomilienſes apud Euſebium lib. IV. hiſt. Eccleſ. cap. XV. pag. 37. a. hæc habetur inſcriptio, Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ. *Eccleſia Dei habitans Smyrnam, habitanti in Philomilio.* Statim etiam ſubjicit, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. Hic παροικίαι ſunt αἱ παροικοῦσαι τὰς ἑκάστας πόλεις ἐκκλησίαι. Sic παροικία Ἀντιοχείας apud eundem Euſebium lib. VIII. cap. XIII. *Eccleſia Antiochena*, ſive diœceſis, quæ parebat Antiochenæ Eccleſ. Epiſcopo. Idem alio loco, lib. III. c. XXVIII. Τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικίαν appellat *Alexandrinam Eccleſiam*, quæ in epiſtola ſynodica Patrum Nicænorum ad eandem Eccleſiam vocatur ἁγία καὶ μεγάλη Ἀλεξανδρέων ἐκκλησία, *ſancta & magna Alexandrinorum Eccleſia.* Ubicunque in Canonibus Græcis quatuor Conciliorum œcumenicorum & aliorum τοπικῶν vox παροικία occurrit, & apud Patres etiam, nunquam ferè alio ſenſu accipi debet, quàm *pro Eccleſia civitatis*, quæ uni Epiſcopo attributa eſt regenda. Vox διοίκησις eo tempore apud Græcos longè ampliores fines deſignabat: plures enim intra ſe comprehendebat provincias eccleſiaſticas, uni Exarcho vel Patriarchæ ſubjectas, ut docuimus in voce Διοίκησις, n. II. At παροικία tunc apud Græcos Eccleſia fuit civitatis unius, quæ uni Epiſcopo parebat, & univerſam plebem fidelium in illa civitate conſiſtentium comprehendebat. Falſiſſimum ergo, quod ſomniavit Petavius in Notis ad Epiphanium ad hæreſin Arrianorum, vocabulum παροικία à ruſticanis Eccleſiis ad urbicas fuiſſe tranſlatum, & pro-

Digitized by Google

prię ſignificare χώραν omnem, regionemque, quæ ab urbe diſtans Eccleſiæ certæ contribuatur, quemadmodum olim Romæ ſingulis viciniis πάγοι ſive colles conſtituti fuerunt à Servio Tullio rege. Putavit, παροικεῖν idem eſſe, quod *accolere*, & vicinas urbi ruſticorum poſſeſſiones propriè dictas παροικίας. Hoc ſiquidem verum eſſet, ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην, Σμύρναν, Κόρινθον, & alias urbes, pro Eccleſia ruſticana ſumi deberet, quæ viciniam earum urbium accoleret, non ipſas illas incoleret urbes. Quod à vero prorſus alienum. Παροικία Σμύρνης vel Ῥώμης eſt ἐκκλησία παροικοῦσα Ῥώμην vel Σμύρναν, quæ Romam habitat vel Smyrnam. Primi Chriſtianorum cœtus in urbibus ita vocati ſunt, quia cùm pauci eſſent, & differrent à civibus ipſis religione ac ſacris, tanquam hoſpites ac peregrini, ſive πάροικοι illarum urbium cenſebantur. Sed & revera plurimi ex his erant peregrini. Nam & è Judæis multi erant converſi, & è Syris Græciſque proſelytis. Omnes ferme primi Eccleſiæ Romanæ Epiſcopi Græci generis fuère, & Græca nomina habuère. Πάροικος autem non dicitur, qui in vicinia colit, aut propter urbem, ſed qui ipſam urbem incolit, ut inquilinus παρ' ἄλλης πόλεως ἄλλην οἰκῶν, qui de una urbe in aliam incolendi gratiâ migravit. Hæc eſt origo παροικιῶν & παροικουσῶν πόλιν τινὰ ἐκκλησιῶν. Quæ vox aliquando plurium minutarum Eccleſiarum complexionem ſignificat, & unam Eccleſiam civitatis, in plures diſpertitam minores conventus. Aliquando minores illos ipſos cœtus, qui ut *Eccleſiarum* nomine vocitabantur; ita etiam παροικιῶν. Ut ecce *Eccleſiæ* in epiſtola Innocentii ad Decentium ſunt majores Eccleſiaſtici conventus, quos & παροικίας indigitârunt, *cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ*, id eſt omnes παροικίαι. Alioquin circa illa tempora *paræcia* diſtinguebatur ab Eccleſia, præcipuè in Africana Eccleſia, quia Eccleſiæ nomen propriè ſumebatur de matrice & principali Eccleſia. Sic Can. XIX. Codicis Africani: *Tempore ſanè, quo non communicat, nec in ſua Eccleſia, vel paræcia communicet.* Malim tamen hoc ibi intelligi ἐξηγητικῶς, ut *paræciam* exponat, quam dixerat *Eccleſiam*. Illud verò certum eſt, eo tempore in Eccleſiis Occidentis παροικίαν appellatam, quæ pars eſſet Eccleſiæ civitatis, Baſilicam nempe particularem, cui unus Presbyter præerat, in qua Sacramenta adminiſtrabantur, & populus concionibus docebatur: totam autem civitatem Eccleſiaſticam ſub Presbyterio ſuo vel Epiſcopo, quæ ex multis ejuſmodi parœciis conſtabat, vocatam fuiſſe *diœceſin*. Quo ſenſu diœceſis & Eccleſia eadem erat, ut apud Græcos ἐκκλησία & παροικία eadem fuit. Apud Græcos παροικία idem eſt cum diœceſi Epiſcopi, quia vocem διοίκησις raro aliter uſurpabant, niſi de plurium provinciarum ſub Exarcho eccleſiaſtica, ſub vicario civili adminiſtratione. *Eccleſia* igitur abſolutè cum idem ſignificet, quod diœceſis apud Latinos, & παροικία apud Græcos, & omnem unius civitatis plebem comprehendat, inde factum ut *civitas*, *Eccleſia & plebs* pro eodem ſumatur. Hinc Epiſcopus *urbis* Romæ dicitur, & *Eccleſiæ* Romanæ Epiſcopus, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, & Romanæ etiam *plebis* Epiſcopus. Ut in fragmentis Hilarii, *Cæleſtinus Romanæ plebis Epiſcopus:* In aliis quidem Eccleſiis diœceſis ſive parœcia extendebatur ad univerſum territorium illius civitatis, quò uſque juriſdictio civilis ejuſdem urbis ſe porrigebat. Nam & parœciæ, ſive curiæ ruſticanæ, quibus præerant Chorepiſcopi, Epiſcopo ſuberant Civitatis. Romæ autem omnes parœciæ intra urbem continebantur, nullæ extra, ut Innocentius ipſe teſtatur in epiſt. ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, cap. V. *De fermento verò*, inquit, *quod die Dominico per Titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intra civitatem ſint conſtitutæ.*

Παροιμία.

I. *Vocis etymon.* Παροιμία dicitur à παρὰ & οἶμος, id eſt, ὁδὸς, quaſi *ad viam* dicas. Unde Baſilio παρόδιος λόγος appellatur, qui Homil. XII. quæ eſt in principium Proverb. pag. 414. Τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα, ἐπὶ τῶν δημωδεστέρων λόγων παρὰ τοῖς ἔξωθεν τέτακται, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων ὡς τὰ πολλά. Οἶμος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ ὁδὸς ὀνομάζεται, ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν ὁρίζονται. Ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφθῆναι δυνάμενον. *Proverbiorum nomen de eo quod vulgariter dicitur apud exteros poſitum eſt, & de iis plerumque, quæ in triviis dicuntur.* Οἶμος *enim apud illos via dicitur: unde etiam parœmiam definiunt. Verbum juxta viam, uſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri poteſt:* & à Suida παροδικὸν διήγημα, addita ratione, οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. Sic ſcribendum; non παρῳδικόν. Ita enim non eſſet ab οἶμος, ſed οἴμη, ut poſtea videbimus. Heſychius: Παροιμία, λόγος παρὰ τὴν ὁδὸν λεγόμενος, οἷον παρόδιος· οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. Παροιμία, *Sermo ad viam dictus, quaſi* παροδία· οἶμος *enim via eſt.* Apud Athanaſium in Synopſi ſcripturæ, t. II. pag. 91. 92. fusè hoc etymon proponitur his verbis: Παροιμία ὠνομάσθη, ἐπειδὰν παρὰ τὰς ὁδοὺς ἐγράφοντο οἱ τοιοῦτοι λόγοι πρὸς διόρθωσιν καὶ διδασκαλίαν τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς διαπορευομένων. παρὰ τὰς ὁδοὺς δὲ ἐγράφοντο, ἐπεὶ μὴ πάντες ἐχώρουν τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους, ἵνα κἂν διερχόμενοι καὶ βλέποντες διερευνῶσι τὰ γεγραμμένα, καὶ οὕτως παιδεύωνται οἱ ἄνθρωποι. *Parœmia dicta eſt, quia ad vias tales ſermones ſcribebantur ad correctionem & inſtitutionem per vias tranſeuntium. Ad vias autem ſcribebantur, quia non omnes capaces erant ſermonum veritatis: ut vel tranſeuntes & videntes ſcripta ſcrutentur, atque hac ratione homines inſtituantur.* Cæſarius, Dial. I. Interrog. XXXV. Παροιμίαι παρόδιαί τινα ὑπάρχει ῥήματα, οἶμος γὰρ ὁδὸς τῇ ἔξω παιδείᾳ νοεῖται. ὥστε πάροδοι καὶ εἰκόνες τῶν πραγμάτων αἱ παραβολαὶ τυγχάνουσι. Parœmiæ *alluſiones quædam ſunt, in verbis ſitæ.* οἶμος *enim viam in externa doctrina ſignificat. Quapropter & alluſiones & imagines rerum ſunt parabolæ.*

Alii verò deducere malunt à παρὰ & οἴμη, quod non tantùm ᾠδὴν, ſive *cantum* ſignificat, ſed & λόγον, ἱστορίαν, φωνὴν, ut exponit Heſychius. Quam etymologiam ſi ſequamur, reſpondebit voci, *proverbium*. Nam *proverbium* ſic dictum, quòd ſit comune omnium verbum, hoc eſt, ſententia.

II. *Significatio.* Suidas: Παροιμία ἐστὶ λόγος ἀπόκρυφος δι' ἑτέρου προδήλου σημαινόμενος. *Proverbium eſt oratio obſcura, quæ per aliam perſpicuam ſignificatur.* Baſilius Cæſar, Homil. in Proverbia Salomonis, pag. 454. poſt illa verba, quæ paulò antè ex eo allata ſunt, ſubjicit: Παρὰ δὲ ἡμῖν παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδεδομένος, πολὺ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον περιέχων, πολλὴν δὲ καὶ ἐν τῷ βάθει τὴν διάνοιαν συγκαλύπτων. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος. Ταῦτα, φησὶν, ἐν παροιμίαις ὑμῖν λελάληκα. ἔρχεται δὲ ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ λαλήσω ὑμῖν. ὡς τοῦ παροιμιακοῦ λόγου τὸ πεπαῤῥησιασμένον καὶ δεδημοσιευμένον τῆς διανοίας μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ πλαγίως ἑαυτοῦ τὸ βούλημα τοῖς ἐντρεχεστέροις παραδηλοῦντος. *Apud nos verò parœmia eſt ſermo utilis, ſub umbra figuraque idonea expreſſus: multum & uſus & gravitatis complectens, in receſſu quoque ſublimem ſententiam contegens. Unde etiam Dominus.* Hæc, *inquit*, in parœmiis locutus ſum vobis: venit autem tempus, ut non ampliùs in parœmiis, ſed palàm vobis loquar:

Digitized by Google

quar: *quòd ſermo proverbialis apertam ac liberam dicendi rationem non contineat, ſed operimento quodam ac ænigmate mentem atque ſententiam ſolertioribus exponat.* Locus ille habetur Joh. XVI. 25. ad quem Ammonius in Catena, pag. 401. Παροιμίαν λέγει τὸν ἀσαφῆ λόγον καὶ ἐγκεκαλυμμένον. *Parœmiam vocat obſcurum & involutum ſermonem.* Ad eundem locum Cyrillus Alex. lib. XI. in Joh. pag. 937. Παροιμίαν εἶναί φησι τὸν ἀμυδρόν τε καὶ οὐ λίαν ἐμφανῆ λόγον, ἐπεσκιασμένον δὲ πως ἀσαφείαις οὕτω λεπταῖς, ὡς μὴ λίαν ἑτοίμως συνιέναι δύνασθαι τοὺς ἀκροωμένους· πέπλασαι γὰρ οὕτω τῶν ἐν παροιμίαις λεγομένων τὸ σχῆμα. *Parœmiam eſſe dicit obſcurum nec uſque adeo perſpicuum ſermonem, ſed obſcuritatibus argutis ita involutum, ut ab auditoribus non uſque adeò facile intelligi poſſit: ejuſmodi quippe forma eorum, quæ per proverbia dicuntur.* Παροιμίαι etiam ſunt interprete Heſychio, παραινέσεις, παραμυθίαι, νουθεσίαι, ἠθῶν ἔχουσαι καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν. *Parœmiæ ſunt adhortationes, admonitiones, continentes morum & affectuum correctionem.* Tales παροιμίαι ſunt Proverbia Solomonis, ad quæ autor hic reſpexiſſe videtur, & de quibus Baſilius, ubi ſuprà, παροιμίαι Σολομῶντος, τουτέστι, λόγοι προτρεπτικοὶ, παρὰ πᾶσαν τοῦ βίου τὴν ὁδὸν χρησιμεύοντες. *Solomonis Proverbia, hoc eſt, ſermones ad omnem vitæ viam exhortatorii maximeque utiles.* Aſterius, homil. in Avaritiam, Proverbiorum librum vocat παροιμιακὴν βίβλον.

Πάροινος.

Vox hæc bis adhibetur ab Apoſtolo, nempe I. Tim. III. 3. & ad Titum I. v. 7. Pontianus in temulentiæ criminatione apud Athenæum lib. X. Διὰ τὸν οἶνον, καὶ τὰς μέθας, καὶ τὰς μανίας, ἔτι δὲ καὶ τὰς παροινίας γίγνεσθαι. Niſi hic rectè accipias vocem παροινία, frigebit gradatio hæc, quæ tamen eſt elegantiſſima. Nam μέθη & μανία *mentis depravationem* ſignificant: Παροινία verò ejus *depravationis* eſt *effectus*: cùm quis non tantùm eſt ebrius, ſed etiam propter ebrietatem alicui contumeliam facit. Παροινία non eſt *amentia*, ne *temulentia* quidem, aut *vinoſitas*, verùm ex temulentia naſcens ὕβρις, *petulantia & injuria.* Doctè, ut ſemper, Heſychius; Παροινία, ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις καὶ οἱαδήποτε ἁμαρτία. *Paroinia eſt ex vino naſcens injuria, contumelia, & quodcunque peccatum.* Idem: Παροινίαι, κραιπάλαι, ὕβρεις ἀπὸ οἴνου. *Crapulæ, contumeliæ, ſeu injuriæ ex temulentia ortæ.* Παροινῆσαι, ὑβρίσαι, λοιδορῆσαι. *Debacchari, contumelia afficere, conviciari.* Suidas: Παρῴνησεν· ἀτάκτως ἐξύβρισε. *Debacchatus eſt, immodeſtè ſe geſſit ac intemperanter.* Subjicit verba ex Herodoto: Καμβύσης ὁ Κύρου παρῴνησεν εἰς τοὺς Αἰγυπτίων θεοὺς, καὶ ἐξεμάνη. *Cambyſes Cyri filius in Ægyptiorum deos debacchatus eſt, & de ſano mentis ſtatu deturbatus.* Idem παροινίας interpretatur ὕβρεις. Cl. Alex. Pædag. l. II. cap. II. p. 154. Παροινία ἐστὶν ἡ ἐκ τῆς ἀκράτου χρήσεως ἀκοσμία, *eſt ex vini uſu immodeſtia.* Iterum Heſychius: Ἐμπαροινοῦντας, ὑβρίζοντας. *Per vinum & temulentiam injuriâ aliquem afficientes: per temulentiam alicui inſultantes.* Eodem modo Heſychium imitatus, Suidas, qui ex Joſepho addit. Οὕτως ἐμπαροινοῦσι τοῖς πράγμασιν. *Ita res per temulentiam ac ludibrium adminiſtrant.* Heſychius: Ἐπεπαρῴνησαν, ἐνύβρισαν. Πεπαρῳνηκότων, ἀτακτησάντων, ὑβρισάντων. παροινία γὰρ ἡ ὕβρις. Ex his jam facilè intelligitur, quid ſit πάροινος apud Apoſtolum: nempe non tam μέθυσος, *temulentus, vinoſus,* quàm ὑβριστὴς, *ferox, ad injuriam ex vino proclivis*; id quod patet ex I. Timoth. III. 3. ubi παροίνῳ opponitur ἐπιεικὴς, *modeſtus.* Atque ita intellexit Chryſoſtomus, qui Homil. X. in I. ad Timoth. dicit, πάροινον, hoc loco non ſignificare τὸν μέθυσον, *vinolentum,* ἀλλὰ τὸν ὑβριστὴν, τὸν αὐθάδη, *ſed injurioſum & ſuperbum.* Eodem modo Theophylactus. Theodoretus verò πάροινον interpretatur ex I. Timoth. III. 8. μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντα, *non vino multo deditum*: & ad Titum I. 7. μέθυσον, *ebrioſum.* Theophylactus autem hoc etiam loco ὑβριστὴν eſſe vult. Huic expoſitioni favet Heſychius, apud quem πάροινος non tantùm eſt μεθυστὴς (an potiùs, μέθυσος legendum?) ſed etiam ἁμαρτωλὸς, ὑβριστὴς, λοίδορος, *peccator, injurioſus, conviciator.* Et Suidas, qui itidem ὑβριστὴν interpretatur.

Παροξυσμός.

Duplicem hæc vox in ſacris ſignificationem habet.

I. *In bonam partem* ſumitur, & ſignificat *incitamentum, exſtimulationem.* Veteres Gloſſæ: Παροξυσμὸς, *ſtimulatio, concitatio, incitamentum.* Ita eædem: παροξυντὴς, *concitator, ſtimulator.* Παροξύνω, *incito, ſtimulo, concito, exacuo.* Hoc ſenſu ſumitur ad Hebr. X. 24. Κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων. *Obſervemus alii alios, ut nos acuamus ad charitatem & bona opera*; ita Beza vertit. Vulgatus verò, *Conſideremus invicem in provocationem charitatis & bonorum operum.* Ad quæ Theodoretus, pag. 442. Εἰς ἀλλήλους ἀποβλέπωμεν, καὶ ζηλούτω τὰ τοῦ πέλας ἕκαστος κατορθώματα· καὶ γὰρ σίδηρος σίδηρον θήγει, καὶ λίθος λίθῳ προστριβόμενος ἀποκύει φλόγα. *Ad nos invicem reſpiciamus, & unuſquiſque proximi ſui rectè facta imitetur. Ferrum enim ferrum acuit, & lapis cum lapide colliſus flammam parit.* Chryſoſtomus Homil. XIX. in epiſt. ad Hebræos, Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης interpretatur εἰς τὸ μᾶλλον ἀγαπᾶν καὶ ἀγαπᾶσθαι, *ut magis ametis & amemini.* Theophylactus, pag. 980. Ὁ παροξυσμὸς οὗτος ἀγάπης ἐστὶν, οὐχὶ φθόνου· ὥσπερ γὰρ σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, οὕτω καὶ ψυχὴ πρὸς ψυχὴν ὁμιλοῦσα παροξύνει αὐτὴν εἰς τὰ αὐτὰ, πλὴν ἐν ἀγάπῃ. *Provocatio hæc charitatis eſt, non invidiæ: ut enim ferrum ferro acuitur, ſic anima cum anima commercium habens, ad eadem ipſum excitat, veruntamen in charitate.* Oecumenius, ad præſentem locum, pag. 850 I. interpretatur, εἰς τὸ παροξῦναι καὶ αὐξῆσαι τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην. *Ad excitandam & augendam mutuam charitatem.* Idem in I. Petri cap. I. pag. 145. Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης, interpretatur εἰς παράθηξιν, εἰς διέγερσιν. *Ad incitationem, ad excitationem.* Eodem ſenſu uſurpat Zonaras ad Canones Apoſtol. quando Epiſcopos, totumque Clerum vult eſſe παράκλησιν ἅπασι πρὸς ἀρετὴν, καὶ ἀρχέτυπον, καὶ παροξυσμὸν πρὸς ἀγαθοεργίαν, *adhortationem omnibus ad virtutem, & exemplar, & incitamentum ad bene agendi ſtudium.* Idem ad eosdem Canones illos vult ὑπόδειγμα πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ παροξυσμὸν πρὸς χρηστότητα προκεῖσθαι, *propoſitos eſſe exemplum ad omnem virtutem, & incitamentum ad benignitatem.*

II. *In malam partem.* Ita, ut eſt apud Baſilium in Reg. brev. Interrog. LV. pag. 546. Τὸ σφοδρότερον ἀπὸ θυμοῦ κίνημα παροξυσμὸς ὀνομάζεται. *Vehementior ille, qui ex furore exiſtit motus, exacerbatio nominatur.* Sic Actor. XV. 39. inter Paulum & Barrabam ἐγένετο παροξυσμὸς, *facta eſt exacerbatio ſeu diſſenſio.* Eadem ſignificatione Act. XVII. 16. de Paulo, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. *Incitabatur ſpiritus ejus in ipſo, videns idololatriæ deditam civitatem.* Quid ſit πνεύματι παροξύνεσθαι, colligitur ex II. Petri II. 8. ubi de Lotho: Ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζε. Juvenalis:

— — — *Quis iniquæ*
Tam patiens urbis, tam ferreus ut teneat ſe?

Philoſtratus IV. 15. de Appollonio Romæ profligatiſſimis Neronis temporibus commorante, Ἐρρήγνυντο πρὸς τὸν

Digitized by Google

τὴν τῶν πολλῶν ἄνοιαν. *Rumpebatur ad imperita multitudinis dementiam.* Lactantius de ira Dei, cap. XVII. *Neceſſe eſt bono ac juſto diſplicere quæ prava ſunt: & cui malum diſplicet, moveri cùm id fieri videat.* Et pòſt: *Naturale eſt bono ad alterius peccatum incitari & moveri.* Ita Cicero ad Quint. fratrem, *Malis reipubl. licentiaq; audacium rumpi.* Sic cùm ad Regis ἀλλοφύλου mandatum Hebræum ſacrificantem videret Mattathias, ἐζήλωσε, καὶ ἐτρέμησαν οἱ νεφροὶ αὐτοῦ, *zelo fuit abreptus, & tremuerunt renes ejus.* Et I. Corinth. XIII. 5. ἡ ἀγάπη οὐ παροξύνεται. *Charitas non irritatur.* Id eſt, interprete Theodoreto, Κἂν τι λυπηρὸν παρά τινος γένηται, φέρει μακροθύμως διὰ ἣν ἔχει φιλοστοργίαν. *Si aliquâ moleſtiâ ab aliquo affecta fuerit, fert toleranter propter ſtudium dilectionis.* Theophylactus etiam, Οὐκ ἀναπηδᾷ εἰς ὀργὴν, *in iram non proſilit.* Præterea παροξυσμὸς, ſi in malam partem ſumatur, non tantùm notat *exacerbationem*, ſed etiam *deſiderium pravum.* Hoc ſenſu uſurpatur in Canonibus, qui vetant, ne Sacerdotes ſub eodem tecto cum uxoribus degant, ne εἰς παροξυσμὸν μίξεως incidant. Ita autem *concumbendi deſiderium* vocârunt. Τὸ γὰρ ταύταις συνοικεῖν, καὶ ὁρᾷν αὐτὰς συνεχῶς, εἰς παροξυσμὸν μίξεως γένοιτο αὐτοῖς. *Si enim cum illis habitent, eosq; ſemper videant, id deſiderium concumbendi apud illos excitat;* inquit Zonaras ad Can. XXX. Concilii in Trullo.

Παρουσία.

Παρουσία notat *adventum*, & frequenter uſurpatur *de adventu Chriſti*, qui duplex eſt: prior in carnem, ad patiendum pro nobis: poſterior in carne, ad judicandum de nobis. De utroque ita Juſtinus M. Dial. cum Tryphone, pag. 64. Δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προεφητεύοντο γενησόμεναι, μία μὲν, ἐν ᾗ παθητὸς, καὶ ἄτιμος, καὶ ἀειδὴς φανήσεται. ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται. *Duos Chriſti adventus fore prædictum eſt. Prior quidem, in quo patibilis, abjectus & obſcurus apparebit: poſterior verò, in quo glorioſus & omnium judex veniet.* Chryſoſtomus ad v. 11. cap. II. ad Titum, pag. 400. Δύο δείκνυσιν ἐνταῦθα ἐπιφανείας. καὶ γάρ εἰσι δύο, ἡ μὲν προτέρα χάριτος. ἡ δὲ δευτέρα ἀνταποδόσεως καὶ δικαίου. *Duos hìc oſtendit adventus: ſunt enim duo, primus quidem gratiæ: ſecundus verò retributionis & juſtitiæ.* Cyrillus Jeroſol. Catech. XI. Φωτιζομ. ab initio, pag. 108. Χριστοῦ παρουσίαν καταγγέλλομεν, οὐ μίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δευτέραν τῆς προτέρας πολὺ καλλίονα, ἡ μὲν γὰρ ὑπομονῆς εἶχεν ὑπόδειξιν· ἡ δὲ θείας βασιλείας φέρει τὸ διάδημα. *Non primum tantùm, ſed etiam ſecundum Chriſti adventum annunciamus, priore longè ſplendidiorem: ille enim tolerantiæ demonſtrationem habuit: hic verò regni fert diadema.* Anonymus in Catena in cap. III. Joh. pag. 97. Δύο εἰσὶν αἱ Χριστοῦ παρουσίαι ἡ ἤδη γεγενημένη, καὶ ἡ μέλλουσα. Ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἱ δύο· ἀλλ᾽ ἡ μὲν προτέρα γέγονεν, οὐχ ἵνα ἐξετάσῃ τὰ πεπραγμένα ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἵνα ἀφῇ· ἡ δὲ δευτέρα, οὐχ ἵνα ἀφῇ, ἀλλ᾽ ἵνα ἐξετάσῃ. *Duo ſunt adventus Chriſti, quorum unus jam fuit, alter verò futurus eſt. At non idem utriusque ſcopus: verùm prior quidem fuit, non ut facta noſtra exploraret, ſed ut remitteret: poſterior verò, non ut remittat, ſed ut exploret.*

De *primo Chriſti adventu* deinceps agemus. Is autem vocatur,

I. *Simpliciter* παρουσία Χριστοῦ, *adventus Chriſti* à Photio in Biblioth. Cod. XXVII. pag. 17. Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία ἐν τόμοις δέκα. Ἄρχεται ἀπὸ παρουσίας Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Lecti ſunt Euſebii hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri decem. Auſpicatur ab adventu Chriſti, veri Dei noſtri.*

II. Παρουσία, *variis adjectis epithetis, vel aliis vocibus.* Dicitur namque,

1. Ἔνσαρκος παρουσία, *præſentia in carne.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in Joh. ad v. 10. c. VIII. p. 588. Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ἐνταῦθα κόσμον τὸ πλῆθός φησι τὸ διεφθαρμένον, καὶ τοῖς γηΐνοις προστετηκὸς πράγμασι, τὸ χυδαῖον, καὶ ταραχῶδες, καὶ ἀνόητον λαόν· ὡς οἵ γε τοῦ Θεοῦ φίλοι καὶ θαυμαστοὶ πάντες αὐτὸν ἐπέγνωσαν καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. Mundus eum non cognovit. *Hìc mundum vocat corruptam multitudinem, & terrenis rebus affixam atque deditam: vilem, turbulentum, & ſtolidum populum: etenim amici Dei & admirabiles illi viri omnes eum, etiam ante præſentiam in carne, agnoverunt.* Ἔνσαρκος παρουσία vocatur ab eod. Homil. XXXIV. t. V. pag. 218. ab Epiphanio hæreſi Ebionitarum, quæ eſt XXX. pag. 73. ab Athanaſio epiſt. ad Serapionem, t. I. pag. 183. & alibi paſſim.

2. Ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ παρουσία, *adventus Dei ad homines*, à Greg. Nyſſeno, Orat. Catechet. cap. XV. t. III. pag. 69. Digna verba, quæ hìc legantur, quia infinita Incarnationis Filii Dei beneficia nobis in memoriam revocant. Sic ergo ille: Ζητεῖς τὴν αἰτίαν τοῦ γενέσθαι Θεὸν ἐν ἀνθρώποις; Ἐὰν ἀφέλῃς τοῦ βίου τὰς θεόθεν ἀπογινομένας εὐεργεσίας, ἐκ ποίων ἐπιγνώσῃ τὸ θεῖον, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχεις. Ἀφ᾽ ὧν γὰρ πάσχομεν, ἀπὸ τούτων τὸν εὐεργέτην ἐπιγινώσκομεν. πρὸς γὰρ τὰ γιγνόμενα βλέποντες, διὰ τούτων τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναλογιζόμεθα φύσιν. Εἰ οὖν ἴδιον γνώρισμα τῆς θείας φύσεως ἡ φιλανθρωπία, ἔχεις ὃν ἐπεζήτησας λόγον, ἔχεις τὴν αἰτίαν τῆς ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ παρουσίας. Ἐδεῖτο γὰρ τοῦ ἰατρεύοντος ἡ φύσις ἡμῶν ἀσθενήσασα. ἐδεῖτο τοῦ ἀνορθοῦντος, ὁ ἐν τῷ πτώματι ἄνθρωπος: ἐδεῖτο τοῦ ζωοποιοῦντος, ὁ ἐφαμαρτὼν τῆς ζωῆς. ἐδεῖτο τοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπανάγοντος, ὁ ἀποῤῥυεὶς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίας· ἔχρῃζε τῆς τοῦ φωτὸς παρουσίας, ὁ καθειργμένος τῷ σκότει. Ἐζήτει τὸν λυτρωτὴν ὁ αἰχμάλωτος, τὸν συναγωνιστὴν ὁ δεσμώτης, τὸν ἐλευθερωτὴν ὁ τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας κατεχόμενος. *Quæris cauſſam, cur Deus genitus ſit inter homines? ſi à vita abſtraxeris à Deo profecta beneficia, ex quibusnam Deum agnoſcere queas, dicere non poteris. Ex iis enim, quæ accipimus, beneſactorem agnoſcimus. Ad ea enim, quæ fiunt, reſpicientes, per ea ejus qui agit naturam reputamus. Si ergo divinæ naturæ indicium & ſignum proprium eſt benevolentia in homines, habes rationem, quam quærebas, habes cauſſam adventus Dei ad homines. Opus enim erat medico naturæ noſtræ, quæ morbo laborabat, opus erat eo, qui erigeret, homini qui ceciderat. Indigebat eo, qui vivificaret, qui à vita exciderat: indigebat eo, qui ad bonum reduceret, qui à boni participatione defluxerat: indigebat lucis præſentia, qui erat incluſus in tenebris. Quærebat redemtorem captivus, adjutorem vinctus, liberatorem is, qui jugo ſervitutis premebatur.*

3. Τοῦ Θεοῦ λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσία, *Dei Verbi ad homines adventus*, ab Euſebio Demonſtrat. Evangel. lib. VIII. pag. 253.

4. Συγκαταβατικὴ πρὸς ἡμᾶς παρουσία, ab Areta in cap. V. Apocal. pag. 963. Omnino autem συγκαταβατικὸς erat Chriſti ad nos adventus: ipſe enim, qui ſuperior longè, excelſior, fortior atque robuſtior erat, ſeſe demiſit, ſeſe accommodavit, atque per Incarnationem ad mores, ſenſum & captum humiliorum, inferiorum, imbecilliorum, & infirmiorum attemperavit. De hac συγκαταβάσει Chryſoſtomus Homil. XXXIV. t. V. pag. 218. Πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς συγκαταβάσεως, τοῦτο φρίκης ἔγεμε, καὶ πολλῆς ἐδεῖτο κατασκευῆς, ὥστε παραδεχθῆναι. *Valde difficulter*

Digitized by Google

culter Incarnationis ratio percipi poterat: ſummus enim ipſius erga homines amor, & magnitudo demiſſionis ſummæ plena erant admirationis, multaq; egebant præparatione, ut reciperentur. Et in tractatu, Quòd Chriſtus ſit Deus. tomo V. Edit. Paris. pag. 836. Ἡ μὲν προτέρα (τοῦ Χριστοῦ παρουσία) πολλὴν εἶχε τὴν συγκατάβασιν· ἡ δὲ δευτέρα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φρίκης γέμουσα καὶ καταπλήξεως. *Prior quidem Chriſti adventus magnam habebat demiſſionem: poſterior verò non ita, ſed horrore & ſtupore plenus.*

5. Παρουσία Κυρίου ἐπὶ γῆς, *adventus Domini in terra*, ab Euſebio Demonſtrat. Evang. lib. VI. pag. 163. Hinc à Chryſoſtomo vocatur ἐπίγειος παρουσία.

6. Θεανδρικὴ τοῦ Θεοῦ παρουσία, *adventus uniti cum Deo hominis*, à Cæſario quæſt. XIV. pag. 30.

7. Ἐνσώματος παρουσία τοῦ Σωτῆρος, *in corpore præſentia Salvatoris*, ab Athanaſio, Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 360.

8. Σωματικὴ τοῦ Θεοῦ λόγου παρουσία, eodem ſenſu ab eodem, Orat. III. contra Arianos, pag. 380.

9. Ἐπίγειος παρουσία, *adventus in terram*, à Chryſoſtomo, Homil. XIII. t. VII.

Παρουσιάζω.

Non habent Lexica. Significat *accedo*, vel *præſens ſum*. Zonaras ad Can. XIII. Trullan. pag. 142. Μὴ διαβαλλέσθω ὁ γάμος, ὃν ὁ Κύριος παρουσιάσας, καὶ ἐν αὐτῷ θαυματουργήσας εὐλόγησε. *Ne damnetur conjugium, cui Dominus præſentiâ ſuâ & edito miraculo benedixit.*

Παῤῥησία.

Hæc vox ſumitur,

I. *Pro libertate & audacia loquendi.* Ita Actor. II. 29. Petrus ad Judæos: Ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας. *Liceat audenter dicere.* Similes locutiones: *Date libertatem fandi. Sit mihi fas audita loqui.* Minutius in Octavio: *Suſtinebitis me impetum orationis liberiùs exſerentem.* Ita alibi paſſim in N. Teſt. Hinc Iſidorus Peluſiota epiſt. CCLXXXI. lib. V. pag. 645. Παῤῥησία ἐστὶν ἡ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις εὔτολμος ἀπολογία. Παῤῥησία eſt in rebus optimis intrepida defenſio: qualis fuit Petri, loco dicto: item Petri & Johannis Act. IV. 13. Hæc παῤῥησία Petro maximè familiaris erat, nihilque aliud erat, quàm *libertas*, vel *pia quædam audacia* faciendi aliquid eximium præ cæteris Apoſtolis: puta, loquendo pro omnibus, & collegis ſilentibus. Chryſoſtomus ad Matth. XVII, 24. t. V. pag. 199. Πέτρος, ὁ πανταχοῦ θερμὸς, καὶ παῤῥησίας γέμων, μᾶλλον δὲ ἀγάπης ἢ παῤῥησίας, σιγώντων ἁπάντων προσελθὼν τῷ διδασκάλῳ φησί. *Petrus in omnibus fervidus, plenus libertatis, vel charitatis potiùs quàm libertatis, cæteris ſilentibus accedit ad Magiſtrum, & dicit.*

II. *Pro perſpicuitate orationis, & evidentia verborum.* Ita accipitur II. Corinth. III. 12. Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα. *Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia utimur;* ita vetus. Beza commodiùs, *multa in loquendo evidentia utimur.* Ita intellexit Theophylactus, qui ad præſentem locum, pag. 350. Πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα πρὸς τοὺς μαθητευομένους, οὐδὲν ἀποκρυπτόμενοι, οὐδὲν ὑποστελλόμενοι. *Multa perſpicuitate utimur erga eos quos inſtituimus, nihil celantes, nihil prætermittentes.* Hinc ἐν παῤῥησίᾳ, *apertè, ſermone minimè ambiguo & obſcuro.* Ἐν παῤῥησίᾳ εἰρημένον eſt *perſpicuè, clarè & ſine verborum involucro dictum.* Athanaſius orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 415. ad illa Prov. VIII. 22. Κύριος ἔκτισέ με, &c. Ἀποκαλύπτειν χρὴ τὸν νοῦν τοῦ ῥητοῦ, ὡς κεκρυμμένον τι τοῦτον ζητεῖν, καὶ μὴ ὡς ἐν παῤῥησίᾳ εἰρημένον ἁπλῶς ἐκλαμβάνειν, ἵνα μὴ παρεξηγούμενοι πλανηθῶμεν ἀπὸ τῆς ἀληθείας. *Dicti hujus ſenſum aperire oportet, & tanquam occultatum quærere, nec tanquam perſpicuè & clarè prolatum accipere, ne perperam illud exponendo à veritate aberremus.* Pro ἐν παῤῥησίᾳ, Marci VIII. 32. & Joh. X. 24. ſimpliciter poſitum reperias παῤῥησίᾳ.

III. *Pro poteſtate, libertate, ſeu jure ad aliquid.* Patet ex Heſychio, apud quem παῤῥησία eſt ἐξουσία, ἄδεια, *poteſtas, libertas, licentia.* Ad Hebr. X. 19. Ἔχοντες παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων. *Cùm habeamus poteſtatem ingrediendi ſacrarium.* Eodem ſenſu Macarius Homil. XV. pag. 194. ἐξουσίαν & παῤῥησίαν quando de peccato ſcribit: Ἔχει ἐξουσίαν καὶ παῤῥησίαν εἰσέρχεσθαι ἡ ἁμαρτία εἰς τὴν καρδίαν. *Peccatum poteſtatem & jus habet ingrediendi in cor.* Nec aliter accipiendum videtur apud Chryſoſtomum, Homil. III. t. V. Ἐπειδὰν τῆς παῤῥησίας ἐξεπέσομεν, καὶ τῆς τιμῆς, διὰ τοῦτο δεδοίκαμεν τὰ θηρία. *Quoniam poteſtate & honore excidimus, propterea timemus beſtias.* Per παῤῥησίαν intelligi debet dominium, quod homo ante lapſum habebat in beſtias.

IV. *Pro fortitudine, ſeu animo intrepido.* Id perſpicuè docet Chryſoſtomus Homil. V. in epiſt. ad Philipp. pag. 30. Παῤῥησία καὶ ἀνδρεία ἐστὶν, ὅταν κινδύνων καὶ θανάτων καταταλμᾷ τις, καὶ φιλίας καὶ ἀπεχθείας ὑπερορᾷ ὑπὲρ τῶν δοκούντων τῷ Θεῷ. Παῤῥησία & ἀνδρεία *eſt, quando quis adverſus pericula & mortem animo infracto eſt, amicitiam & inimicitiam deſpicit, idq; propter ea, quæ Deo probantur.* Idem Homil. XLV. in Acta, pag. 860. Ἔδειξε τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς τοὺς κινδύνους, τὴν συμπάθειαν τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους. *Demonſtravit animum in periculis intrepidum, commiſerationem erga ſubditos.*

V. *Pro libertate reprehendendi delinquentes.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCCXXI. lib. V. pag. 684. Τὴν τοὺς πταίοντας κοσμίως ἐλέγχουσαν, παῤῥησίαν λεκτέον. *Quæ errantes modeſtè & decenter redarguit, παῤῥησία dicenda eſt.* Hæc cum lenitate conjuncta eſſe debet. Idem, epiſt. CCCXCVII. lib. III. Χρὴ τῇ παῤῥησίᾳ μιγνύναι τὴν πρᾳότητα. *Cum reprehendendi libertate conjungi debet lenitas.* Et rurſus: Πῶς παῤῥησιασόμεθα; οὐκ ἀκράτῳ τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενοι, ἀλλὰ κεράσαντες αὐτὴν πρᾳότητι. *Quanam ratione liberè reprehendemus, vel minas intentabimus? Non immoderata reprehendendi libertate utentes, ſed eam lenitate temperantes.*

VI. Ἐν παῤῥησίᾳ ſignificat *palàm, publicè.* Ita ſumitur ad Coloſſ. II. 15. Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ. *Exſpoliata imperia ac poteſtates traduxit palàm:* ita rectè Beza. Minùs convenienter Vulgatus, *confidenter.* Priorem interpetationem ſequuntur veteres. Theophylactus, pag. 653. Τὸ ἐν παῤῥησίᾳ, ἀντὶ τοῦ δημοσίᾳ, πάντων ὁρώντων. *Id eſt, palàm, publicè, omnibus cernentibus.* Theodoretus, pag. 354. Δήλην τῶν ἐναντίων ἅπασιν ἀνθρώποις τὴν ἀσθένειαν ἔδειξεν. *Omnibus hominibus notam fecit adverſariorum imbecillitatem.* Eodem ſenſu Joh. XI. 54. Παῤῥησίᾳ περιπατεῖν ἐν τοῖς Ἰουδαίοις. *Palàm inter Judæos verſari.* Chryſoſtomus dixit μετὰ παῤῥησίας, Homil. πρὸς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους παρθένους, t. VI. pag. 222. ita ſcribens: Εἰ δεῖ καὶ θαυμαστόν εἰπεῖν τι, κἂν μεγάλα τις ἁμάρτῃ, λαθὼν δὲ ἐργάσηται τοῦτο, καὶ μηδένα σκανδαλίσῃ, ἐλάττονα δίδωσι δίκην τοῦ καταφωράστερα μὲν ἡμαρτηκότος, μετὰ παῤῥησίας δὲ καὶ τοὺς πολλοὺς σκανδαλίσαι. *Si quid admiratione dignum dicere oportet, etiamſi quis graviter peccet, illud autem clàm faciat, nec quenquam offendat, minori pœna dignus eſt, quàm ille,*

ille, qui minùs graviter deliquit quidem, ſed id palàm & in propatulo fecit, multosq́ offendit.

Παστάς.

Παςὰς non dicitur ἀπὸ τοῦ πάσασθαι, ut vult interpres Apollonii, quòd in ea convivarentur, ſed ἀπὸ τοῦ πάσσειν, quod eſt ποικίλλειν; quòd opere inteſtino cælatis laqueariis, & tectorio albarioque opere inductis pictisve & auratis ornata eſſet. Hinc παςάδας, διαγεγραμμένους οἴκους interpretatur Heſychius; & παςοφόριον, ναὸν ἱερὸν. Quid παςὰς ſit, idem docet: Παςὰς, ςοὰ, πρὸς τὰς παςάδας νυμφῶν. Corruptus locus, ſic emendari debet: Παςὰς, ςοὰ, πρόςας, παςὸς, νυμφών. *Porticus, velum variegatum plumario opere, quod thalami vel aci foribus prætendebatur, nuptialis thalamus.* Suidas: Παςὰς, ὁ παςὸς, ὁ νυμφών. Veteres Gloſſæ: παςὸς, ἐπὶ νύμφης. *Obtentus, coronatio, thalamus.* Baſilius Seleucienſis lib. I. de vita Theclæ, pag. 234. Γαμήλιοι παςάδες. Παςάδα αὐτὴ κλίνης γαμικῆς ſumit, & diſtinguit à thalamo ibid. his verbis: Πρὸ θαλάμου καὶ τῆς παςάδος. Item: Ὁ θάλαμος εἰκότως κεκαλλώπιςο, ἤτε παςὰς πεποίκιλτο. Rectè: illud enim diſcriminis, ὅτι ἡ παςὰς ἐπὶ τοῦ θαλάμου, τελεῖσι, νυμφικοῦ οἴκου, variique coloris velaminibus ornari ſolitam oſtendit etiam Chryſoſtomus Homil. XXXIV. in Acta, pag. 806. Ἐπὶ νύμφης, κἂν παςάδες ὦσιν ἐκ παραπετασμάτων χρυσῶν, κἂν χοροὶ ὦσι γυναικῶν εὐειδεςάτων καὶ καλῶν, κἂν ῥόδα, κἂν ςέμματα. — ἐκείνη δὲ ἀμορφίας ᾖ μεςὴ, ὄφελος οὐδέν. *Ad ſponſam quod attinet, etiamſi lectus nuptialis ornatus ſit velaminibus auratis, etiamſi adſint chori mulierum formoſiſſimarum, etiamſi roſæ, etiamſi coronæ. — ipſa verò deformis ſit, omnia fruſtrà ſunt.* Idem πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, cap. XII. p. 898. t. V. Edit. Paris. de Abrahamo Iſaacum immolaturo: Ὅτε δὲ αὐτὸν καθιερῶσαι ἐκελεύσθη, οὐχὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, ὡσανεὶ μέλλων εἰς παςάδας ἄγειν καὶ νυμφαγωγεῖν, οὕτως αὐτὸν ἀνήγαγε. *Cùm verò illum ſacrificare fuiſſet juſſus, annon magna cum feſtinatione, quaſi eum in nuptialem eſſet ducturus lectum, & nuptiarum auſpex futurus, ita eum in montem ſubduxit?* Iterum, Homil. LIV. in Matth. pag. 349. de gaudio cœleſti: Ἔνθα ὁ νυμφὼν ὁ πνευματικὸς, καὶ αἱ παςάδες τῶν οὐρανῶν, καὶ αἱ παρθένοι αἱ τὰς φαιδρὰς ἔχουσαι λαμπάδας, καὶ οἱ τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου ἔχοντες. *Ubi eſt thalamus ſpiritualis, & nuptiales cœlorum lecti, & virgines ſplendidas habentes lampades, & veſtem nuptialem habentes.* Theophanes Homil. VI. pag. 33. ita ſcribit de vidua Lucæ VII. cujus filius erat mortuus: Τάχα πως ἡ ἀθλία, καὶ νύμφην ἀγαγεῖν ἐφαντάζετο τῷ καλῷ νεανίᾳ, καὶ τὰς παρθένους περιεσκόπει ἐκλεγομένη τὴν κρείττονα, καὶ τὸν ςέφανον ὠνειροπόλει, καὶ τὴν παςάδα, καὶ τὸν ὑμέναιον. *Fortaſſis etiam infelix formoſo juveni ſponſam deſpondere cogitabat: & circumſpiciebat virgines, ex quibus præſtantiſſimam eligeret: & corollam, & nuptialem lectum, & hymenæum ſomniabat.* Et Orat. ead. pag. 35. Mater filium γοεροῖς κατησπάζετο θρήνοις, τοιοῦτός σοι, λέγουσα, τέκνον θάλαμος ἑτοιμάζεται; τοιαύτη σοι παςὰς καλλωπίζεται; *Flebilibus lamentis compellabat, Talis, ô fili, thalamus tibi paratur, talis tibi lectus nuptialis adornatur?*

Πάσχα.

Ut de hac voce diſtinctè agamus, obſervandum, *duplex* eſſe *Paſcha*:

I. *Judæorum*; de quo ſequentia notamus:

1. *Nomen.* Nomen igitur *Paſcha* Chaldaicum eſt, ut rectè notat Philo lib. III. de vita Moſis. Sed Hebræis idem eſt פסח *Peſach* (veteribus *Phaſe* & *Phaſec.*) Radix פסח, *paſach*, eſt διαβαίνειν *transgredi*, vel ὑπερβαίνειν, *prætergredi.* Joſephus ὑπερβασία reddit, & Philo διαβατήρια. Symmachus ὑπερβάσεις. Id nos docet Theodoretus quæſt. XXIV. in Exodum: Τὸ πάσχα ὁ μὲν Φίλων ἡρμήνευσε διαβατήρια. ὁ δὲ Ἰώσηπος ὑπέρβασιν. ὁ δὲ Σύμμαχος ὑπερβάσεις. ὁ δὲ Θεοδοτίων, φασὲχ, αὐτὴν τὴν ἑβραίων τεθεικὼς φωνήν. σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα τῶν ἑβραίων, πρωτοτόκων τὴν σωτηρίαν. *Philo Paſcha interpretatus eſt* διαβατήρια, *id eſt, ſa*crificia pro tranſitu: *Joſephus autem* tranſitum: *Symmachus verò* tranſitus: *Theodotio verò*, phaſec, *ipſa voce Hebræa retenta: ſignificat autem vox Hebræa primogenitorum conſervationem.* Meliùs Catena in Pentateuchum MS. quæ in Civica apud nos aſſervatur Bibliotheca, hunc ipſum Theodoreti locum adducens, pro ὑπέρβασιν habet ὑπερβασία, & pro ὑπερβάσεις, ὑπέρβασις. Cyrillus Alexandr. lib. XVII. de Adoratione, pag. 598. Πάσχα, τουτέςι, διάβασις, ἤτοι διαβατήρια. Et lib. II. Glaph. in Exodum, pag. 275. Πάσχα, τουτέςι, διαβατήριον. Ratio quam addit nimis allegorica eſt; Διαβαίνομεν γὰρ, inquit, ἀπὸ τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς εἰς θεοφιλῆ πολιτείαν. *Tranſimus enim à vita mundana ad Deo gratam vivendi rationem.* Gregorius quoque Nazianzenus Orat. XLII. pag. 682. hoc idem feſtum διάβασιν, *tranſitum* vocat: & epiſt. LIV. ad Helladium ἑορτὴν διαβατήριον, voce Græcis non ignota. Lacedæmone enim τὰ διαβατήρια dicebantur *ſacrificia pro tranſitu*, id eſt, pro felici expeditionis progreſſu; quibus ſi non eſſet litatum, expeditio in aliud tempus rejiciebatur. Hac voce utuntur non ſemel Xenophon & Thucydides. Hic dicit τὰ διαβατήρια θυόμενοι, *pro tranſitu ſacrificantes*; Item, ὡς οὐδ᾽ ἐνταῦθα τὰ διαβατήρια αὐτοῖς ἐγένετο, id eſt, Camerario interprete, *Cùm ne ibi quidem ſacra addicerent ut expeditio ſuſciperetur.* Ille verò, ἐπεὶ ἐγένετο αὐτῷ τὰ διαβατήρια. Et apud Plutarchum Lucullus, Euphratem trajecturus, ἔθυσε τῷ εὐφράτῃ διαβατήρια. Ita Auguſtinus in Johannem Tractatu LV. putat *Paſcha tranſitum* dici; *quia tunc primùm Paſcha celebravit populus Dei, quando, ex Ægypto fugientes, rubrum mare tranſierunt.* Gregorius itidem, loco ſuprà laudato, πάσχα, ſeu διάβασιν vult appellari, διὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πρὸς τὴν Χαναναίαν φυγὴν καὶ μετανάςασιν, *propter* (Iſraëlitarum) *ex Ægypto in terram Canaan fugam & migrationem.* Ineptæ etiam ſunt rationes, quas Græculi afferunt in Pentecoſtario, cur πάσχα Græcis ſit διάβασις. Prima eſt; Αὕτη γάρ ἐςιν ἡ ἡμέρα, καθ᾽ ἣν ὁ Θεὸς ἀρχῆθεν τὸν κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγεν. *Hic enim ille dies eſt, quo Deus in principio Mundum ex nihilo produxit.* Secunda; Κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν καὶ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν τῆς Ἐρυθρᾶς διαβιβάσας τῶν τοῦ Φαραὼ ἀφαρπάζει χειρῶν. *Eodem die populum Iſraëliticum per mare rubrum deduxit, & ex Pharaonis manibus eripuit.* Tertia; Ἐν ταύτῃ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου ᾤκησεν. *Hoc eodem die è cœlo deſcendit, & in utero Virginis habitavit.* Sed hiſce partim conjecturis, partim etiam nugis non eſt opus, cum ex ipſo Moſe pateat, *Paſcha* Hebræis dici פסח, *Peſach*: ut Chaldæis פסחא, *Piſcha*, vel *Paſcha*, quia פסח, id eſt, *tranſivit*, vel *tranſilivit* Deus ſuper Iſraelitarum oſtia, poſtes eorum videns agni ſanguine aſperſos, prout habetur Exodi XII. 23. Nempe ita promiſerat v. 13. *Videbo ſanguinem*, ופסחתי עליכם, *& tranſibo ſuper vos*, vel *præter vos*; quaſi dicat, ſe illos transmiſſurum, & in-

Digitized by Google

& intactos præteriturum, cùm in Ægyptios animadvertet. Sic Jeſ. XXXI. 5. Deus Jeruſalem erat פסח, *tranſiliendo*; vel, ut Aquila, Symmachus & Theodotion reddunt, *ὑπερβαίνων prætergrediens*, cùm de reliquis populis commeritas pœnas repoſcit. Optimè ergo Chryſoſtomus; quamvis, ut mox videbimus, alibi aliter ſentiat; Homiliâ CXLIX. t. V. Ὑπέρβασίς ἐστι καθ' ἑρμηνείαν τὸ πάσχα, ὅτι ὑπερέβη τοὺς Ἑβραίων οἴκους ὁ τὰ πρωτότοκα παίων ὀλοθρευτής. *Paſcha, ſi interpreteris, eſt tranſitus, quia Hebræorum domos tranſilivit exterminator, qui primogenitos percuſſit.* Itaque πάσχα, à verbo פסח deductum, primò Angeli tranſitum ſignificat, qui, Ægyptios percutiens, Iſraëlitarum domos tranſiliit. Secundò, Agnum, qui in hujus liberationis memoriam immolabatur, ut Exodi XII. 21. *Jugulate Paſcha.* II. Paralip. XXXV. 11. 13. *Et immolaverunt Paſcha, &c. & aſſaverunt Paſcha, ad ignem juxta præceptum.* Luc. XXII. 7. Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. *Venit autem dies azymorum, quo oportebat mactari paſcha.* Ita etiam alibi. Tertiò, ſacrificia in Vet. Teſtam. Deo offerri ſolita, ut Deuter. XVI. 2. *Offeres Paſcha Domino Deo tuo, oves, & boves.* Quartò, feſtos dies, quibus hæc celebrantur; ut Lucæ XXII. 1. Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα. *Propè autem erat feſtum azymorum, quod dicitur Paſcha.* Non audiendi igitur, qui πάσχα dici putaverunt ἀπὸ τοῦ πάσχειν, quia Paſchæ tempore Chriſtus paſſus eſt. Ita Chryſoſtomus Homil. V. in I. ad Timoth. Πάσχα λέγεται, ὅτι τότε ἔπαθεν ὁ χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν. *Paſcha dicitur, quia Chriſtus illo tempore pro nobis paſſus eſt.* Et Gregorius Nazianzenus, Orat. XLII. poſtquam ex Hebraiſmo vocem explicavit, quoſdam addit credidiſſe τοῦ σωτηρίου πάθους ὄνομα τοῦτο εἶναι, *hoc ſalutiferæ paſſionis nomen eſſe.* Hinc Irenæus lib. IV. cap. XXIII. *Diem paſſionis non ignoravit* (Moyſes,) *ſed figuratim pronunciavit, eum* Paſcha *nominans.* Et paulò pòſt, *Paſſus eſt Dominus adimplens Paſcha.* Tertullianus lib. adv. Judæos, ſub finem cap. X. *Adjecit Paſcha eſſe Domini, id eſt, paſſionem Chriſti.* Ad Nominis conſiderationem etiam illud referri debet, quòd πάσχα Græcis non ſemper eſt ἄκλιτον. Epiphanius dicit τὰ πάσχα pluraliter, hæreſi XI. pag. 19. Παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ ἄζυμα καὶ τὰ πάσχα. Et hæreſi XII. Ὅταν οἱ Ἰουδαῖοι ἐπιτελῶσι τὰς ἑορτὰς τῶν τε ἀζύμων καὶ πασχῶν. *Quando Judæi celebrant feſta azymorum & Paſcha.* De hac voce conſuli poſſunt, præter Cl. Bochartum de Animalibus part. I. lib. II. cap. L. Caſaubonus Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XI. Becmannus de Orig. Lat. linguæ, Etymolog. Voſſii, & de Vitiis ſerm. lib. I. cap. VI.

2. *Tempus.* De eo plurima Cl. Bochartus loco laudato. Nos præcipua tantùm hic exſtare volumus. *Paſcha* tempus cùm alibi notatur, tum maximè Levit. XXIII. 5. *Primo menſe, die menſis decimâ quartâ inter duas veſperas erit* Paſcha *Domino.* Ibi nempe tria notantur, menſis, dies, & pars diei, quâ Paſcha celebratur. Menſis primus hic appellatur, qui alibi menſis, אביב, *Abib*, ſeu ניסן, *Niſan*, à quo veris initium. Is enim partim Martio, partim Aprili noſtro reſpondet. Menſis *Abib* dicitur Exodi XIII. 4. XXIII. 15. XXXIV. 18. Deuter. XVI. 1. Græci μῆνα τῶν νέων, ſcil. καρπῶν, aut χίδρων, aut γεννημάτων, *menſem novarum frugum* appellant, quia אביב *ſpicam adhuc recentem* ſonat: Tum enim in Judæa, ut ait Philo, τὰ μὲν σπαρτὰ ἡ μὲν ἀναγκαία τροφὴ τελεσφορεῖται, *matureſcunt ſegetes ad vitam neceſſariæ.* Unde & Macarius Ægyptius, Hom. XLVII. Deum ſcribit Iſraëlitas ex Ægypto eduxiſſe ἐν τῷ μηνὶ τῶν ἀνθῶν, ὅτε πρῶτον ἐπιφαίνεται τὸ ἥδιστον ἔαρ, *menſe florum, quo ver gratiſſimum primùm apparet.* Legislator autem non menſem tantùm, ſed etiam diem, & pene horam indixit, quâ Paſcha quotannis celebrari voluit: diem nempe decimam quartam *inter duas veſperas.* Ut hoc intelligatur, obſervandum Hebræis duas fuiſſe veſperas, utramque ante ſolis occaſum; unam meridiei, alteram occaſui propiorem. Sic etiam Græci definiunt. Heſychio enim Δείλη πρωΐα, ἡ μετ' ἄριστον ὥρα, *veſpera matura tempus eſt à prandio* (proximum) & δείλη ὀψία, ἡ περὶ δύσιν ἡλίου, *veſpera ſera, quæ circa ſolis occaſum.* Hinc Euſtathius in lib. XVII. Odyſſ. Διττὴ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ δείλη, ἡ μὲν γὰρ ὀψία δείλη, τὸ τελευταῖον φασι τῆς δείλης μέρος τὸ περὶ ἡλίου δυσμάς· ἑτέρα δὲ δείλη πρωΐα, τὸ πρῶτον φασι τῆς δείλης, τὸ εὐθὺς ἐκ μεσημβρίας. *Juxta veteres duplex eſt veſpera: ſera enim veſpera eſt, ut ajunt, veſperæ pars extrema; altera verò matura veſpera, cujus initium ſtatim à meridie.* Suidas eodem modo, & addit Atticum eſſe hoc loquendi genus. Eodem pertinet illud Varronis in Satyra Menippea, *Neſcis quid veſper ſerus vehat. Veſper ſerus*, id eſt, δείλη ὀψία, cui opponitur δείλη πρωΐα. Hic jam venit ſolvenda quæſtio, *An Chriſtus eodem, quo Judæi die, aut pridie, ut Græci volunt, ultimum Paſcha celebraverit?* Judæi Paſcha celebrabant in fine diei decimi quarti, aut jam ineunte decimo quinto, qui primus erat azymorum. Chriſtus autem eo ipſo die cum Apoſtolis ultimum Paſcha celebravit. Itaque Matth. XXVI. 17. Marci XIV. 12. & Luc. XXII. 7. Paſcha illud parari & celebrari legitur prima die azymorum. Et fuiſſe id Paſchatis apud Judæos celebrandi ſolenne tempus, docent iſta Marci, Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον. *Et prima azymorum die, quâ Paſcha immolabant*, nempe Judæi. Quin Lucas ita oportuiſſe fieri diſertè aſſerit, Ἦλθε δὲ, inquit, ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. *Venit autem* (prima) *dies azymorum, quâ Paſcha mactari oportuit.* Fruſtrà, ſi Chriſtus ſolitum tempus anticipavit, neque enim ita fieri neceſſe fuit. Eodem pertinet, quòd diſcipulis Matth. XXVI. 2. dixit, *Scitis, quòd poſt biduum Paſcha fiet*; nempe à Judæis. Qua ipſa mente dicitur Marci XIV. 1. *Paſcha autem, & azyma erant poſt duos dies.* Itaque, cùm poſt duos illos dies Paſcha celebravit Chriſtus, celebravit quo tempore Paſcha fiebat, & azyma erant apud Judæos. Et dies ſequens, quo Chriſtus traditus, & crucifixus eſt, feſtus fuit. Proinde Barrabas liberatus eſt, quia feſto illo ſolebat reus aliquis liber dimitti. Proinde Chriſtus Paſcha non anticipavit: ſi enim anticipâſſet, &, ex Græcorum ſententia, die decimâ tertiâ celebrâſſet, aperta id fuiſſet Legis violatio, quæ decimam quartam diem præſcribit. Maximè, ſi pro ἀζύμῳ, uſus eſſet ἐνζύμῳ pane, ut iidem Græci ſtatuunt.

Sunt tamen Viri doctiſſimi, qui Græcis ex parte accedentes, Chriſtum diem à Judæis receptum anticipâſſe volunt. Sed id multò aliter accipiunt. Cùm enim Græci cenſeant, Chriſtum die menſis decimo tertio, Judæos autem decimo quarto Paſcha celebrâſſe: ex horum ſententia Chriſtus die decimo quarto celebravit, Judæi autem die decimo quinto, ne feſtum azymorum, in Veneris diem incidens, cum Sabbato continuum eſſet. Quia Judæi feſtis diebus ab omni opere tam ſcrupuloſè abſtinebant, ut continua duo feſta ab illis obſervari non potuerint abſque gravi incommodo. Et verò hodie feſtum azymorum immediatè ante Sabbatum, vel continuò poſt nunquam ſervant. Non eſt tamen, quòd quis

Digitized by Google

putet illos apertè Legi refragari. Nam Paſchale convivium menſis Niſan decimâ quartâ, & feſtum azymorum decimâ quintâ ſemper celebrant. Sed in Calendariis ſuis Neomenias ita diſponunt, ut feſti dies cum Sabbato nunquam continui ſint. Atque ut vitent hoc incommodum, Canones quosdam habent de ſuis feſtis, quos accuratè obſervant; qualis ille de Paſchate, לעולם לא בדו פסח. *Nunquam Badu Paſcha*, id eſt, Paſcha nunquam incidat in ſecundam, quartam, aut ſextam feriam, voce בדו ſignificatas. Sed hi Canones Chriſti tempore nondum erant in uſu. Hinc Aben Ezra in Levit. XXIII. 4. במשנה גם בתלמוד ראית שהיה פסח בבדו. *Tam ex Miſna, quàm ex Talmude probatur, Paſcha in ſecundam, quartam, & ſextam feriam quandoque incidiſſe.* Concinit Epiphanius in Ebionæorum hæreſi, ubi de Judæorum Neomeniis, feſtis Tabernaculorum, Paſchalibusque & jejuniis agens, Ὅτι ἐμπίπτωσιν, inquit, αὗται αἱ ἡμέραι ἤτοι ἐν δευτέρᾳ σαββάτων, ἢ ἐν τρίτῃ, ἢ ἐν τετράδι. *Cùm hi dies incidunt in ſecundum, tertium, aut quartum hebdomadis diem.* Et hæreſi de Alogis, de Paſchali feſto, Ἡ τοιαύτη ἁγία ἡμέρα, εἰς σάββατον ἁγιασθεῖσα, κἄντε κυριακὴ ᾖ, κἂν δευτέρα, κἄντε τρίτη καταντήσῃ. *Sancta illa dies in ſabbatum conſecrata, ſive in Dominicam, aut ſecundam, aut tertiam feriam incidat.* Itaque apud Teſſares cædecatitas, qui Paſcha celebrabant iisdem diebus, quibus Judæi, Paſcha in quamlibet hebdomadis diem, nullâ exceptâ, incidebat. Ita habet, Euſebius, hiſtor. lib. V. cap. XXIII. Ὁποίᾳ ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι. *In quamcunque hebdomadis diem incideret.* Et Epiphanius hæreſi L. Ὁποίᾳ δ᾽ ἂν ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης. *In quamcunque diem incidat decima Lunæ quarta.* Auguſtinus de Hæreſibus C. XXIX. *Quilibet ſeptem dierum occurrat dies.* Et expreſſiùs Philaſtrius in hæreſi de feſto Paſchatis, *Diem non Dominicam ſemper cuſtodiunt Paſchæ, ſed ſecundâ, aut tertiâ, aut quartâ, aut quintâ, aut ſextâ die celebrant.* Theodoretus hæret. fabul. lib. III. cap. IV. pag. 228. Ἡ τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν αἵρεσις ταύτην ὑπόθεσιν ἔχει. Φασὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ἐν τῇ Ἀσίᾳ κηρύξαντα, διδάξαι αὐτοὺς ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης ἐπιτελέσαι τοῦ πάσχα τὴν ἑορτήν· κακῶς δὲ τὴν ἀποστολικὴν νενοηκότες παράδοσιν, τὴν τῆς κυριακῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀναμένουσιν ἡμέραν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν τρίτῃ, ποτὲ δὲ πέμπτῃ, ποτὲ δὲ σαββάτῳ, ἢ ὅπως ἂν τύχῃ, πανηγυρίζουσι τοῦ πάθους τὴν μνήμην. *Teſſareſcædecatitarum ſeu Quartadecimanorum hæreſis hoc habet argumentum. Johannem Evangeliſtam ferunt, cùm in Aſia prædicaret, docuiſſe illos paſchale feſtum quartâ decimâ Lunâ celebrare. Apoſtolicam autem traditionem malè intelligentes, Dominicæ reſurrectionis diem non exſpectant, ſed interdum feriâ tertiâ, interdum quintâ, nonnunquam Sabbato, aut prout incidit, Paſſionis memoriam celebrant.* Zonaras ad Can. VII. Conſtantinop. pag. 78. Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, οἱ τὸ πάσχα ἑορτάζουσιν οὐκ ἐν κυριακῇ, ἀλλ᾽ ὅτε τεσσαρεσκαιδεκαταία ἡ σελήνη γένηται, ἐν οἵᾳ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ ταύτην πλήρη γενέσθαι. *Teſſareſcædecatitæ, qui Paſcha celebrant non die Dominico, ſed quando quarta decima luna fuerit, quocunque illa die plena fuerit.* Eadem ad hunc Canonem habet Balſamon, pag. 313. Vide etiam in Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, & paulò inferiùs, num. II. *de Paſcha Chriſtianorum.* Alia inſuper, quæ ejusdem ſunt argumenti, & quæſtionem hanc, ſatis alioqui difficilem, fuſiùs exponunt, ex Cl. Bocharto petenda, qui, quicquid contra hanc afferri ſolet ſententiam ſolidè refutat.

3. *Myſterium.* Per agni Paſchalis mactationem duo maximè beneficia fuerunt adumbrata.

a. Unum *temporarium*, & genti Judaicæ peculiare, nempe liberatio non ſolùm ex Ægyptiaca ſervitute, ſed & à plagis Ægyptiis inflictis; maximè, qua nocte Angelus percuſſit eorum primogenitos. Hinc Nazianzenus Orat. XLII. pag. 682. dicit vocem πάσχα ἱστορικῶς δηλοῦν, τὴν ἐξ Αἰγύπτου πρὸς τὴν Χαναναίαν φυγὴν καὶ μετανάστασιν, *denotare hiſtorica ratione Iſraëlitarum ex Ægypto in terram Canaan fugam & migrationem.* Eandem ob cauſſam Theophylactus in cap. VII. Joh. pag. 659. Τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν ἐτέλουν ὡς ἐκ τῆς Αἰγύπτου διαβάντες, ἣ καὶ πρώτη παρ᾽ αὐτοῖς. *Feſtum Paſchatis celebrârunt ut ex Ægypto egreſſi; quod etiam primum apud ipſos eſt.* In memoriam hujus ex Ægyptiaca ſervitute liberationis, eodem feſto reus aliquis liber dimitti ſolebat apud Judæos. Hoc ipſum imitati Chriſtiani, vel etiam liberationem à peccatis per Chriſtum partam, in eodem feſto captivos dimittebant. De hoc ritu Chryſoſtomus Homil. XI. ad populum Antiochenum, quando Theodoſium ita alloquitur: Τῆς ἑορτῆς ταύτης καταλαβούσης ἐπιστολὴν ἔπεμψας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, κελεύουσαν τοὺς τὰ δεσμωτήρια οἰκοῦντας ἀφεῖναι, καὶ συγχωρεῖν αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα. *Feſto hoc* (Paſchatis) *inſtante literas miſiſti in omnes Imperii tui partes, jubentes carceribus incluſos dimitti, iisq; delicta remitti.* Photius in Nomocan. tit. VII. cap. I. ex Conſtitut. III. tit. VI. lib. I. Cod. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πασχαλίας οὐδεὶς ἐγκλείεται, ἢ δεσμεῖται, πλὴν μοιχοῦ καὶ αἰσχρουργοῦ, καὶ ἅρπαγος παρθένων, καὶ τυμβωρύχων, καὶ γόητος, καὶ παραχαράκτου, καὶ φονέως, καὶ πατροκτόνου, καὶ τυράννου. *In diebus Paſchæ nullus in cuſtodiam traditur, vel in vincula conjicitur, præterquam adulter & inceſtus, & raptor virginis, & tumulorum effoſſor, & præſtigiator ſeu incantator, & monetæ adulterator, & homicida, & parricida, & tyrannus.* Idem, ad Tit. IX. cap. XXV. eandem Conſtitutionem repetit: Τῇ πρώτῃ τῶν πασχαλίων ἡμερῶν, καὶ μὴ βασιλικῆς ἰδικῆς ἐπὶ τούτῳ καταλαβούσης κελεύσεως, πάντες οἱ ἐν φυλακαῖς ἀπολυέσθωσαν, εἰ μὴ ἄρα ἱερόσυλος εἴη, ἢ μοιχὸς, ἢ παρθένων ἅρπαξ, ἢ τυμβωρύχος, ἢ φαρμακὸς, ἢ μονίταν πλαστὴν εἰς καταδεξάμενος, ἢ φονεὺς, ἢ πατροκτόνος, ἢ κατὰ βασιλέως, ἢ πόλεως μηχανησάμενος. *Primo die Paſchali, niſi ſpecialis Imperatoris juſſus ibi detinuerit, omnes qui ſunt in cuſtodia, abſolvantur. Niſi ſit utique ſacrilegus, vel adulter, vel raptor virginum, vel ſepulchrorum effoſſor, vel veneficus, vel qui falſam monetam fabricavit, vel homicida, vel parricida, vel adverſus Imperatorem aut civitatem aliquid machinatus.* Eodem tempore cauſſæ criminales non tractabantur. Conſtitutio V. tit. XII. lib. III. Cod. dicit, Ὅτι ἐν ταῖς προλαβούσαις τοῦ πάσχα μ᾽ ἡμέραις πᾶσα ζήτησις τῶν ἐγκληματικῶν βασάνων σχολάζει, *quod in præcedentibus quadraginta Paſchæ diebus ceſſat omnis criminalium cauſſarum diſceptatio.* Debita non exigebantur. Sexta Conſtitutio ibid. Ἐν δὲ ταῖς ιε᾽ ἡμέραις τοῦ πάσχα, οὔτε χρέος ἰδιωτικὸν, ἢ δημόσιον ἀπαιτεῖται. *In quindecim autem Paſchæ diebus nec debitum privatum vel publicum petitur.*

b. Alterum *æternum*, & omnibus verè credentibus commune, nempe liberatio à peccato, morte, & inferis, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hoc ut meliùs intelligamus, probabimus hoc ſacramento quatuor hæc nobis depingi, & ob oculos poni:

a. Ipſam

α. *Ipſam Chriſti perſonam.* Hanc enim ſub agni typo nobis exhibent Prophetæ & Apoſtoli. Vide Jeſ. LIII. 7. Jer. XI. 19. 1. Petri I. 18. 19. Actor. VIII. 32. Joh. I. 29. 36. Loca ex Patribus, quæ huc faciunt, adduximus in voce Ἀμνὸς & πρόβατον.

β. *Mortem, quam in cruce paſſus eſt.* Mactabatur agnus Paſchalis medio menſe Niſan, in plenilunio, inter duas veſperas: quo ipſo tempore Chriſtus è medio ſublatus eſt. Sunt, qui menſe Niſan obſervant, præterito æquinoctio, dies noctibus fieri longiores, ut ſignificetur, novam lucem mundo tum affulſiſſe, pulſis per Chriſtum erroris & ignorantiæ tenebris. Nec deſunt, qui per *plenilunium* velint adumbrari τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, *plenitudinem temporum*, ad Gal. IV. 4. aut *per duas veſperas mundi veſperam, & noviſſima tempora*, quibus Chriſtus ſe ipſum obtulit, juxta illud Apoſtoli ad Hebr. IX. 26. Ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. *Semel in conſummatione ſeculorum patefactus eſt, ad peccatum per ſui ipſius immolationem abolendum.* Greg. Nazianz. Orat. XLII. pag. 687. Ἡμῖν ὁ ἀμνὸς βρωθήσεται· τὸ πρὸς ἑσπέραν μὲν, ὅτι ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων τὸ Χριστοῦ πάθος. *Nos agnum comedemus, ad veſperam quidem, quoniam in ſeculorum fine paſſio Chriſti contigit.* Sed nihil hic opus μετεωρολογεῖν, & remota conſectari, cùm Chriſti mors inciderit in ipſum Paſchatis tempus, ſive illis accedas, qui Chriſtum exſpiraſſe volunt eo ipſo momento, quo à Judæis mactatus eſt agnus Paſchalis; ſive eos ſequaris, qui Chriſti mortem in ſequentem diem differunt, id eſt, in Paſchatis feſtum. Et de hora ſaltem convenit. Nam agnus mactabatur inter duas veſperas, id eſt, Joſepho interprete, ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, *ab hora nona uſque ad undecimam.* Chriſtum autem circa horam diei nonam; quæ nobis tertia eſt poſt meridiem; animam egiſſe ſcribitur Matth. XXVII. 46, 50. Locus etiam prorſus idem eſt. Nam inde à Davidis ævo Paſchales agnos mactari oportuit Jeroſolymis. Ibi autem Chriſtus paſſus eſt, prout ipſe prædixerat *non contingere, ut Propheta pereat extra Jeruſalem*, Lucæ XIII. 33. Et quod de agno dicitur Exodi XII. 6. *Mactabit eum tota multitudo congregationis Iſraëlis*, Chriſtus ſuo modo implevit; in quem conſpiraverant Sacerdotes, Scribæ, Phariſæi, & univerſus populus. Vide Matth. XXVII. 22. Lucæ XXIII. 18. & Joh. XVIII. 40. Genus quoque mortis convenit. Nam ut agni, ita & Chriſti ſanguis in morte effuſus eſt. Uterque pro Dei populo. Agni inſuper ad ignem aſſatio, quam plenam eſſe oportuit Exodi XII. 8. 9. iræ divinæ ardorem exprimit in peccatores meritò accenſæ. Sed in eo maximè elucet Dei providentia, quòd latronum crura fracta ſunt, Chriſti non item, quia jam exſpiraverat: ut in Chriſto impleretur, quod de agno Lex edixerat Exodi XII. 46. Num. IX. 11. Joh. XIX. 31. &c. Oſſa ejus non confringetis. Quomodo, cùm Chriſtum Judæi è cruce exemerunt, propter inſtans Sabbatum, Legi imprudentes obſecuti ſunt, quæ agnum ſervari vetabat uſque ad matutinum tempus, Exodi XII. 10. Theophylactus in cap. XIX. Joh. pag. 829. Ἐπεὶ ὁ Μωσῆς ἀξιοπιστότερος αὐτοῦ ἐδόκει, παράγει καὶ τοῦτον μάρτυρα. ὃ γὰρ εἶπεν ἐκεῖνος περὶ τοῦ ἐν τῷ πάσχα θυομένου ἀμνοῦ, ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται, τοῦτό φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς πληρωθῆναι ἐπὶ Χριστοῦ. ὁ γὰρ ἀμνὸς ἐκεῖνος τούτου τύπος ἦν, καὶ πολλὴ ἡ συγγένεια τούτου πρὸς τὴν ἀλήθειαν. *Quia Moſes fide dignior ipſo* (Johanne) *videbatur, adducit & hunc teſtem. Quod enim ille dixit de agno, qui in Paſchate immolabatur*, os non confringetur, *hoc inquit Evangeliſta in Chriſto impletum eſſe: agnus enim ille hujus figura erat, & multa eſt cognatio figuræ cum veritate.* Ἀπρεπέστερα ſunt, & ἀλληγορικώτερα ſentiunt, quæ veteres de non fractis oſſibus Chriſti aliàs afferre ſolent. Tale eſt, quòd Chryſoſt. Homil. CXLIX. t. V. p. 923. dicit, propterea Chriſto os non fuiſſe fractum, quia ejus corpus στερροτάτην καὶ ἀσύντριπτον, *firmiſſimum & à confractione immune habuerit fulcrum*, ὑπόβαθρον, διὰ τὸ θείως καὶ μὴ σαρκικῶς συστῆναι τὸ σῶμα, καὶ θείαν ἐσχηκὸς τὴν γέννησιν μὴ ὑποκεῖσθαι τῇ τῶν ἀνθρώπων φθορᾷ, *quia corpus modo prorſus divino, non carnali fuerit compactum, divinamque habuerit generationem, adeoque hominum corruptioni non fuerit ſubjectum.* Theophylactus in cap. XIX. Joh. per *oſſa* intelligit *myſteria ſacra.* Τὰ ὀστᾶ οὐ συντρίβομεν, τουτέστι, τὰ δυσκολώτερα τῶν νοημάτων καὶ ἐμβριθέστερα· ἃ γὰρ οὐ δυνάμεθα νοῆσαι, ταῦτα οὐ συντρίβομεν, τουτέστιν, οὐ σπουδάζομεν νοῆσαι κακῶς καὶ παρακεκινδυνευμένως. ὅταν μὲν γὰρ ὑγιῶς νοῶμεν, τότε οὐ συντρίβομεν, ὑγιῆ γὰρ φυλάττομεν τὰ θεῖα· ὅταν δὲ παραβιασώμεθα, καὶ αἱρετικὸν νόημα ὑποδεξώμεθα, συντρίβομεν καὶ κατακλῶμεν τὸ στερρὸν, καὶ δυσκατέργαστον νόημα. *Oſſa non confringimus, id eſt, difficiliores & graviores ſenſus. Quæ enim non poſſumus intelligere, ea non conteremus, hoc eſt, non dabimus operam ut malè & periculoſè intelligamus. Etenim quando ſanè ſentimus, tunc non conterimus; ſana enim ſervamus divina. Quando autem torſerimus, & hæreticum ſenſum acceperimus; conterimus & confringimus ſolidum & difficilem ſenſum.*

γ. *Mortis fructus.* Hujus ſacrificii fructus plures ſunt. *Primò* enim hujus agni ſanguine aſperſi ſunt Iſraëlitarum poſtes & ſuperliminaria, ut communem cladem evaderent, neque eos attingeret Angelus, à quo cæſi ſunt Ægyptiorum primogeniti: nempe, ut ſciamus, Dei juſtitiam iis ſolis parcere, quorum conſcientiæ Chriſti ſanguine aſperſæ ſunt. Juſtinus Martyr in Dial. cum Tryphone, pag. 58. Τὸ μυστήριον τοῦ προβάτου, ὃ τὸ πάσχα θύειν ἐντέταλται ὁ θεὸς, τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ, οὗ τῷ αἵματι κατὰ τὸν λόγον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως χρίονται τοὺς οἴκους ἑαυτῶν, τουτέστιν, ἑαυτοὺς, οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. *Myſterium agni, quem Paſcha immolare Deus mandavit, typus & figura erat Chriſti: cujus ſanguinem, juxta rationem noſtræ in illum fidei, ædes ſuas aſpergunt; id eſt, ſe ipſos, qui in eum credunt.* Alia loca ex Macario & Chryſoſtomo producimus in voce Ἀμνὸς, num. II. ſub lit. α. Hoc ſenſu de Chriſto dictum eſt Jeſ. LII. v. 15. *Iſte aſperget gentes multas.* Quomodo I. epiſt. Petri iis inſcribitur, *qui electi ſunt* εἰς ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, *in aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti.* Et Hebr. XII. v. 24. αἷμα ῥαντισμοῦ, *ſanguis aſperſionis* Chriſti *meliora loqui* legitur, *quàm ſanguis Abel.* Hic per αἷμα ῥαντισμοῦ intelligitur, interprete Theodoreto, αἷμα ἀμνοῦ λογικοῦ, *ſanguis agni rationalis*, Chriſti. Theophylactus ad eundem locum, pag. 1018. Αἷμα ῥαντισμοῦ, τουτέστι, καθαρισμοῦ. Τὸ γὰρ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ῥαντισθὲν ἐφ' ἡμᾶς, ἐκάθαρε καὶ ἡγίασε. *Sanguis aſperſionis, hoc eſt, purificationis. Sanguis enim Chriſti conſperſus ſuper nos, purgavit nos & ſanctificavit.* Confer vocem Αἷμα. *Secundò* qua nocte cæſus eſt agnus, data eſt Iſraëlitis plena poteſtas ex Ægyptiaca ſervitute in libertatem ſe aſſerendi: ut ſciremus, Chriſtum ſanguine ſuo nos ex mundi, & Diaboli ſervitute redemiſſe, ut vocaret in libertatem gloriæ filiorum Dei, Rom. VIII. v. 20. Hinc Macarius Homil. XI. pag. 139. Ἐν τῇ σκιᾷ τοῦ νόμου Μωσῆς σωτὴρ ἐπεκαλεῖτο τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξέβαλε γὰρ αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. οὕτω καὶ νῦν ὁ ἀληθινὸς λυτρωτὴς Χριστὸς διέρχεται εἰς τὰ κρύφια τῆς ψυχῆς, καὶ ἐκβάλλει ἐκ τῆς σκοτεινῆς Αἰγύπτου, τοῦ βαρυτάτου ζυγοῦ, καὶ τῆς πικρᾶς δουλείας. *Sub umbra Legis Moſes liberator Iſraëlis cognominabatur: eduxit enim eos ex Ægypto: ita etiam nunc verus liberator Chriſtus per occulta animæ tranſit, & educit ex tenebricoſa Ægypto, id eſt, liberat à graviſſimo jugo, & amara ſervitute.* Balſamon ad VII. Can. Apoſt. p. 237

& qui credit in me, non ſitiet unquam, Johan. VI. v. 35. Vide in voce Ἄρτος, num. II. 2. ſub lit. ſ. ubi, quomodo Chriſtus *panis* ſit. Eleganter Cyrillus Alexandrinus in Catena in cap. VI. Joh. pag. 184. Εἰμὶ ἄρτος ζωῆς, οὐκ ἄρτος σωματικός, μόνα τὰ ἐκ λιμοῦ περικόπτων πάθη, καὶ διαφθορᾶς τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλάττων τὴν σάρκα, ἀλλ᾽ ὅλον ἐξ ὅλου τὸ ζῶον εἰς ζωὴν ἀναπλάττων τὴν αἰώνιον, καὶ θανάτου κρείττονα τὸν εἰς τὸ εἶναι ἀεὶ πεποιημένον ἄνθρωπον ἀποδεικνύς. *Sum panis vitæ, non panis corporalis, qui ſolam famis moleſtiam auferat, eaque, quæ ex illa oritur corruptione carnem liberet; ſed totum ex integro animal ad vitam ſempiternam reformat, morteque ſuperiorem hominem, ut perpetuò exiſtat, creatum oſtendit.* Eodem modo recipitur, quo habitat in nobis. *Habitat* autem *in cordibus noſtris per fidem*, Epheſ. III. 17. de quo loco ſatis diſtinctè agimus in verbo Ἐνοικέω. Itaque *illum recipere* eſt *credere in nomen ejus*. Quomodo exponit Johannes cap. I. 12. *Quotquot eum receperunt, dedit eis hoc juris, ut filii Dei fiant*, nempe *iis, qui credunt in nomen ejus*. Ita fuit cibus & potus Iſraelitarum in deſerto, de quibus Apoſtolus I. Corinth. X. 3. 4. Πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducaverunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.* Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Sed non aliter, quàm per fidem, eum biberunt, & manducaverunt. Neque enim ore potuit manducari corpus, quod nondum erat, nec niſi poſt multa ſecula in ventre ſanctæ Virginis formatum eſt. Cruda autem agni caro edi non debet, nec ſemi-cocta. Cujus criminis rei ſunt, qui hæc myſteria non concoquunt aſſidua meditatione & ad literam potiùs, quàm ad ſenſum reſpiciunt. Meditatio autem id eſt animo, quod ſtomacho concoctio, digeſtio. Hinc apud Petronium, *cruda adhuc ſtudia in vulgus propellere* eſt ea proferre, quæ nondum attenta meditatione concocta & digeſta ſunt. Theodoretus Interrogat. XXIV. in Exodum, pag. 90. Ἁρμόττει ἡμῖν καὶ τὸ μήτε ὠμὰ, μήτε ἑψημένα ἐσθίειν, ἀλλὰ ὀπτὰ πυρί. Οὔτε γὰρ μόνον τῷ γράμματι προσβλέπομεν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν ἐρευνῶμεν. οὔτε μὴν ἀνθρωπίνους λογισμοὺς τοῖς θείοις ἐπεισάγομεν λογίοις. τοῦτο γὰρ καὶ Ἡσαΐας τινῶν κατηγόρησεν, ὡς ἀναμιγνύντων ὕδατι τὸν οἶνον· ἀλλὰ μόνον χρώμεθα τῷ θείῳ πυρὶ, τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτι. *Docet nos etiam comedere neque cruda, neque elixa, ſed igne aſſata. Neque enim literam tantùm attendimus, ſed ſenſum ſcrutamur: neque divinis eloquiis humanam interpretationem ſuperinducimus. Nam hac de cauſſa etiam Jeſaias quosdam accuſavit, veluti permiſcentes aquam vino. Sed igne tantùm divino, hoc eſt, gratia ſanctiſſimi Spiritus utimur.* Debuit idem agnus totus comedi, ita ut nihil eſſet reſiduum, Exodi XII. 10. Neque enim ſufficit illum ex parte comedere: ut, ſi quis Chriſti gloriâ foveri velit, nec paſſionum ejus eſſe particeps; aut illum habere pro redemtore, non Legislatore & domino. Aut ſi quis Chriſti meritis non ſatis tribuens, in propriis operibus aut in aliorum mediatione; ac interceſſione, ſalutis fiduciam ex parte ponat. Sed nec totum Chriſtum recipiunt Ariani, qui divinam; nec Eutychiani, qui humanam naturam ipſi adimunt; nec Apollinariſtæ, qui animam negant. Hinc Nazianzenus Orat. de Paſchate, quæ eſt XLII. pag. 687. quando totum agnum comedendum fuiſſe monet, hoc ipſum ita allegoricè exponit: Ὅσον ἂν σαρκῶδες τοῦ λόγου καὶ τρόφιμον, μετὰ τῶν ἐντοσθίων καὶ κρυφίων τοῦ νοῦ βρωθήσεται, καὶ ἀναλωθήσεται, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδοθήσεται, ἄχρι κεφαλῆς καὶ ποδῶν, τῶν τε πρώτων περὶ θεότητος θεωρημάτων, καὶ τῶν τελευταίων τῆς σαρκώσεως φροντισμάτων. *Quicquid igitur carneum & eſculentum habet doctrina, cum inteſtinis abditiſque mentis partibus comedetur & abſumetur, atque ad ſpiritualem concoctionem digeretur, usque ad caput & pedes, hoc eſt, primas de divinitate contemplationes, & poſtremas incarnationis meditationes.* Carnes interim ſic edendæ ſunt, ut ne os confringamus. Agni autem oſſa confringere, eſt ea rimari, & ſcrutari velle, quæ captum noſtrum ſuperant: quaſi fidem obviis paſci & ſuſtentari non ſufficiat, niſi conemur ea indagare; quorum cognitio vetita eſt, & inveſtigatio periculoſa. Qualia velle ſcrutari, eſt in oſſibus genuinum frangere; & eadem populo proponere, eſt pro pane lapidem eſurienti porrigere, Matth. VII. 9. In eundem ferè ſenſum de eodem ſcribit Nazianzenus, loco ſuprà laudato: Ὅσον ὀστῶδες καὶ ἄβρωτον, καὶ ἡμῖν δυσθεώρητον, οὐδὲ συντριβήσεται, κακῶς διαιρούμενον καὶ νοούμενον. *Quicquid oſſeum minimeque ad edendum aptum eſt; hancque rationem habet, ut difficillime conſiderari queat, id ne confringendum quidem, hoc eſt, malè dividetur atque intelligetur.* Eodem modo Theophylactus in c. XIX. Joh. cujus verba produximus ſuprà, num. 3. ſub lit. a. in fine lit. β. Concinit Ammonius in Catena in cap. XIX. Joh. pag. 445. Ὀστᾶ νοεῖται τὸ εὔτονον καὶ ἄτρεπτον τοῦ μυστικοῦ λόγου. Ἐπειδὴ δὲ εἰκόνα ἔφερε τὸ πρόβατον τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, τρέφεταί τις τὴν κεφαλὴν τοῦ Χριστοῦ, τὰ περὶ τῆς θεολογίας αὐτοῦ ἐκλαμβάνων. τοὺς δὲ πόδας, διδασκόμενος περὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ οἰκονομίας. τὰ δὲ ἐντόσθια, τὰ ἀπόκρυφα δόγματα. ἕκαστον γὰρ τῶν περὶ Χριστοῦ δογμάτων ἀπόκρυφον ἔχει καὶ μυστικὸν λόγον. Ἐπεὶ οὖν ὀστᾶ νοεῖται τὸ εὔτονον τοῦ μυστηρίου, οἱ ἁρμοδίως καὶ συμφώνως κατέχοντες τὸ περὶ Χριστοῦ μυστήριον, ὀστοῦν αὐτοῦ οὐ συντρίβουσι. *Per os intelligitur firmitas ac ſoliditas myſtici ſermonis. Quoniam verò ovis agni Dei figuram referebat, nutritur quis capite Chriſti, qui excipit illa, quæ de ejus Divinitate traduntur; pedibus verò, qui docetur myſterium incarnationis: viſcera verò ſunt dogmata arcana. Singula enim de Chriſto dogmata, arcanam quandam habent ac myſticam rationem. Cùm itaque per os ſoliditas intelligatur, qui congruenter ac conſentaneè myſterii Chriſti myſterium comprehendunt, os ejus minimè conterunt.* Theodor. Interrog. XXIV. in Exodum, p. 91. Τὰ ὀστᾶ τοῦ προβάτου συντρίβουσιν οἱ κακῶς τὰ θεῖα νοοῦντες λόγια, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν αὐτὰ πειρώμενοι μεταφέρειν ἀσέβειαν. *Oſſa conterunt agni, qui malè intelligunt eloquia divina, & ad ſuam impietatem illa detorquere conantur.* Herbæ amaræ, cum quibus agnum oportuit comedi, ſignificant, *omnes, qui volunt piè vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem pati*, II. Timoth. III. 10. Chryſoſtomus Homil. CL. quæ eſt ſecunda in Paſcha, t. V. pag. 921. per πικρίδας dicit intelligi τὰς ἐπακολουθούσας θλίψεις, *ſubſequentes afflictiones*. Greg. Nazianzenus Orat. XLII. pag. 688. Ἐπὶ πικρίδων, διὰ τὸ πικρὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου καὶ πρόσαντες τοῖς ἀρχομένοις μάλιστα, καὶ ἡδονῶν ὑψηλότερον. *Cum amaris herbis* agnum comedent, *quoniam vita divina legi conſentanea, incipientibus præſertim, ardua & acclivis eſt, voluptatibusque ſublimior.* Theodoretus verò, Interrog. XXIV. in Exodum *amaras herbas* comedendas fuiſſe dicit εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ πικροτάτης ζωῆς, καὶ τῆς χαλεπωτάτης δουλείας, *in memoriam duriſſimæ ſervitutis & acerbiſſima vita in Ægypto transacta.* Ad mores etiam illud pertinet, quod iis, qui vocantur ad agni manducationem, *fermentum* toties, & tam diſertè prohibetur. In ſcriptura enim *fermentum* corruptionis eſt ſymbolum. Proinde Chriſtus ſuos monet, ut ſibi caveant *à fermento Phariſæorum*, quod *ad doctrinam* refert Matthæus cap. XVI. 12. *ad hypocriſin* Lucas cap. XII. 1. Et Paulus I. Corinth. V. 8. *fermento malitia* opponit *azyma ſinceritatis & veritatis*.

Alii

Digitized by Google

Alii ad ſuperbiam referunt; quia maſſa infermentata ſtatim intumeſcit. Alii ad odia & ſimultates; quibus aceſcunt animi, & exacerbantur. Ab his nempe vitiis expurgari debet quiſquis cum Chriſto communicat. Vide in vocibus Ἄζυμος, & ζύμη num. II. Hic ſequentia addimus. Theodoretus Interrogat. XXIV. in Exodum: Διὰ τῶν ἀζύμων ἐμφαίνει οὐ μόνον τῆς ὁδοιπορίας τὸ σύντονον, καὶ τὸ τῆς τροφῆς αὐτοσχέδιον ἀλλὰ καὶ ὅτι προσήκει μηδὲ ἴχνος τῆς Αἰγυπτιακῆς ἐπιφέρεσθαι πολιτείας. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἡρμήνευσε, προσέχετε, λέγων, ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων. *Per azyma indicat, non tantùm feſtinationem profectionis, & cibi tumultuarium apparatum, ſed etiam quòd nullum Ægyptiacæ vitæ veſtigium inferre conveniebat. Sic enim Dominus in Evangeliis interpretatus eſt*, Cavete, *inquiens*, à fermento Scribarum & Phariſæorum. Chryſoſtomus Homil. CL. tom. V. pag. 921. *per azyma* dicit intelligi ἁπλότητα, *ſimplicitatem*, ἁπλοῦν τρόπον καὶ ἀκακοποιόν, *ſimplices & à nocendi ſtudio alienos mores.* Nazianzenus Orat. XLII. Ἐντεῦθεν ἄρσις τῆς ζύμης ἑπταήμερος, τῆς παλαιᾶς καὶ ὀξώδους κακίας· οὐ γὰρ τῆς ἀρτοποιοῦ τε καὶ ζωτικῆς, ἵνα μηδὲν Αἰγύπτιον ἐπισιτιζώμεθα φύραμα καὶ λείψανον Φαρισαϊκῆς καὶ ἀθέου διδασκαλίας. *Hinc fermentum ſeptem dierum ſpatio removetur: hoc eſt, vetus & acida pravitas (non enim illud, quod panem efficit ac vitale eſt:) ut ne quod Ægyptiacæ conſperſionis viaticum, nec ullas Phariſaicæ & impiæ doctrinæ reliquias nobis paremus.* A Paſchalis agni communione excludebantur etiam polluti, peregrini, incircumciſi; quia nullum eſt conſortium juſtitiæ cum iniquitate, nec communio lucis cum tenebris, nec concordia Chriſti cum Belial, II. Corinth. VI. 14. 15. Rurſus Iſraëlitæ agnum comedere juſſi ſunt accincti, calceati, & baculis nitentes. Ad quos ritus alludi videas in variis ſcripturæ locis. ut Lucæ XII. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti.* I. Petr. I. 13. *Quapropter ſuccincti lumbis mentis veſtræ*, &c. Epheſ. VI. v. 14. 15. *State igitur lumbis circumcinctis veritate*, --- *calceatis pedibus præparatione Evangelii pacis.* Vide in Ζώνη, num. II. 1. ſub lit. b. Et fides proponitur ut baculus, quo innitimur, cùm dicimur *ſtare fide*, ut Rom. XI. 20. I. Cor. XVI. 13. Sed notandum imprimis hunc viatorum eſſe habitum, quæ omnium eorum eſt conditio, qui Chriſti ſunt participes. Illi enim in hac vita peregrini ſunt, & ad meliorem tendunt. Hic etiam habitus Iſraëlitis in Ægypto maximè conveniebat; quia in procinctu erant, & continuò pòſt diſceſſuri, & Ægyptii inſtabant. Itaque jubentur raptim edere, quia periculum erat in mora. Quod ipſum ad nos pertinet; quia multi hoſtes imminent, & iter longum eſt, & tempus breve, noſque infirmi ſumus, & facilè fatiſcimus. Proinde, ut Lot è Sodoma, & Iſraëlitæ ex Ægypto exituri, properare jubemur, & magna vi contendere, ut tanquam è Diaboli faucibus eripiamur, & *violentos* illos imitemur, qui *rapiunt regnum cœlorum.* Piæ ſunt veterum de hac re meditationes. Theodoretus Interrogat. XXIV. in Exodum: Καὶ ἡμῖν ὁ δεσπότης ἐκέλευσεν ἔχειν τὰς ὀσφύας περιεζωσμένας, καὶ τοὺς πόδας ὑποδεδεμένους, καὶ τοὺς λύχνους καιομένους, ὡς οἰκέτας δεσπότην προσμένοντας. ἀλλ᾽ Ἑβραῖοι μὲν, ὡς Αἰγυπτίων ἀπαλλαττόμενοι, καὶ εἰς τὴν Χαναναίαν γῆν εἰσαγόμενοι, τοῦτο εἶχον τὸ σχῆμα. ἡμεῖς δὲ, ὡς ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον μεθιστάμενοι βίον. *Nobis quoque Dominus præcepit, habere lumbos præcinctos, & pedes calceatos, & lucernas ardentes, more ſervorum exſpectantium dominum ſuum. Ac Hebræi quidem, velut ab Ægyptiis liberati, & in terram Canaan introducti, hunc habitum prætulere: nos autem, tanquam ex hac vita in alteram tranſlati.* Pluribus hos ritus explicat Nazianzenus Orat. XLII. Præcipua excerpimus. Ἀναλώσωμεν τὸ θῦμα κατὰ σπουδὴν, καὶ τὰς ὀσφύας περιεζωσμένοι, καὶ τὰ ὑποδήματα περικείμενοι, καὶ πρεσβυτικῶς βακτηρεύοντες· κατὰ σπουδὴν, ἵνα μὴ πάθωμεν ὅπερ ὁ Λὼτ ἑκοῦσιος ἀπηγόρευται παρὰ τῆς ἐντολῆς, μὴ περιβλεψώμεθα, μὴ στῶμεν ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ. εἰς τὸ ὄρος ἀποσωθῶμεν, μὴ παραληφθῶμεν τῷ Σοδομιτικῷ καὶ ξένῳ πυρὶ, μηδ᾽ εἰς στήλην ἁλὸς παγῶμεν ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐπιστροφῆς, ὅπερ ἐργάζεται μέλλησις. *Victimam feſtinanter abſumamus & lumbis circumcincti, & calceamentis inſtructi, ac denique ſenum more baculum geſtantes. Feſtinanter, ne in eam culpam incidamus, à qua divino interdicto Lot avocabatur; ne circumſpiciamus, ne ſtemus in omni circumjacente regione: in montem ſalutis cauſſâ confugiamus, ne Sodomitico illo & inuſitato igne ſimul involvamur, nec propter noſtram in deterius converſionem, quæ ex cunctatione naſci ſolet, in ſalis ſtatuam concreſcamus.* De lumbis præcingendis ita ſcribit: Ὀσφῦς τοῖς μὲν ἀλόγοις ἄνετος ἔστω καὶ ἄδετος. οὐδὲ γὰρ λόγον ἔχουσι τὸν κρατοῦντα τῶν ἡδονῶν. σοὶ δὲ ἀνασταλήσθω ζώνῃ καὶ σωφροσύνῃ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ χρεμετιστικὸν· ὡς ἡ θεία φησὶ γραφὴ, τὸ τοῦ πάθους αἰσχρὸν διασύρουσα, ἵνα καθαρῶς ἐσθίῃς τὸ πάσχα, νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν Ἰωάννου ζώνην μιμούμενος τοῦ ἐρημικοῦ καὶ προδρόμου, καὶ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος· οἶδα καὶ ζώνην ἄλλην, τὴν στρατιωτικὴν λέγω καὶ ἀνδρικὴν, καθ᾽ ἣν εὔζωνοι Συρίας καὶ μονόζωνοί τινες ὀνομάζονται. καθ᾽ ἣν καὶ τῷ Ἰὼβ χρηματίζων, φησὶν ὁ Θεὸς· Μὴ, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφῦν σου, καὶ δὸς ἀπόκρισιν ἀνδρικήν, ἣν καὶ θεῖος Δαυὶδ περιεζῶσθαι δύναμιν ἐκ Θεοῦ μεγαλαυχεῖ, καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν εἰσάγει ἐνδεδυμένον δύναμιν, καὶ περιεζωσμένον δηλαδὴ κατὰ τῶν ἀσεβῶν. Εἰ μή τῳ φίλον, τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως, καὶ οἷον ἀνεσταλμένον, οὕτω παραδηλοῦσθαι; καθὸ καὶ φῶς ἀναβάλλεται ὡς ἱμάτιον. Τὸ γὰρ ἄσχετον αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, καὶ τοῦ φωτὸς τίς ὑποστήσεται; *Lumbi brutis quidem animantibus remiſſi ac ſoluti ſint: neque enim illic ineſt ratio, quæ voluptatibus imperet. Tibi autem per zonam ac temperantiam reſtringatur pars illa, quæ libidine æſtuat, ac veluti hinnitum edit; ut divina ſcriptura, hunc affectum exagitans, loquitur; ita fiet, ut mortificatis membris, quæ ſunt ſuper terram, Paſcha purè comedas, ſolitarii illius Johannis & præcurſoris, magniq; veritatis præconis, præcinctionem imitans. Sed & aliam zonam novi, nimirum militarem & virilem, juxta quam* Euzoni *Syriæ &* Monozoni *quidam nominantur: ac Deus ipſe Jobum alloquens, inquit*, Ne, verùm accinge ut vir lumbos tuos, & da reſponſum virile. *Quibus etiam viribus beneficio divino accinctum ſe eſſe David gloriatur, ac Deum quoque ipſum potentiâ indutum atque accinctum inducit, nempe adverſus impios: niſi tamen malit quiſpiam potentiæ exuberantiam ac veluti reſtrictionem his verbis ſignificari: quo etiam ſenſu, lumine, ſicut veſtimento, amictus dicitur. Inſuperabilem enim potentiæ ipſius ac luminis vim quis ſuſtinebit?* De calceamentis hæc, præter alia, habet: Ὁ φεύγων Αἴγυπτόν τε καὶ τὰ Αἰγύπτια, ὑποδεδέσθω τῆς τε ἄλλης ἀσφαλείας ἕνεκα, καὶ τῆς πρὸς τοὺς σκορπίους, καὶ τοὺς ὄφεις, οὓς καὶ πολλοὺς Αἴγυπτος τρέφει, ὥστε μὴ βλάπτεσθαι παρὰ τῶν τηρούντων τὴν πτέρναν, οὓς πατεῖν ἐκελεύσθημεν. *Qui Ægyptum ac res Ægypti fugit, calceos ſumat, ut tutus ſit, cùm ab aliis rebus, tum à ſcorpiis & ſerpentibus, quos permultos Ægyptus alit. Sic fiet, ut ab iis, qui calcaneum obſervant, & quos calcare juſſi ſumus, minimè vulneretur.* De baculo tandem: περὶ τῆς βακτηρίας οὕτως ἔχω καὶ τοῦ περὶ ταύτην αἰνίγματος· τὴν μὲν ὑπερειστικὴν οἶδα, τὴν δὲ ποιμαντικήν τε καὶ διδασκαλικὴν, καὶ τὰ λογικὰ πρόβατα ἐπιστρέφουσαν. ἀλλὰ σοὶ νῦν τὴν ὑπερειδουσαν ὁ νόμος διακελεύεται, μήπω τὸν λογισμὸν ὀκλάσῃς, αἷμα Θεοῦ καὶ πάθος ἀκούων, καὶ θάνατον, μή πῃ περιενεχθῇς ἀθέως, ὡς Θεοῦ συνήγορος, ἀλλ᾽ ἀνεπαισχύντως καὶ ἀνενδοιάστως φάγε τὸ σῶμα, πίε τὸ αἷμα, εἰ τῆς ζωῆς ἐπιθυμητικῶς ἔχεις, μήτε

τοῖς

Digitized by Google

τοῖς περὶ σαρκὸς ἀπιστῶν λόγοις, μήτε τοῖς περὶ τὸ πάθος βλαπτόμενος, ἐρηρεισμένος ἵστασο, πάγιος, σεβηκὼς, ἐν μηδενὶ σαλευόμενος ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, μηδὲ πιθανότητος λόγοις παρασυρόμενος· ἐπὶ τὸ ὕψος σεαυτοῦ στῆθι, ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλὴμ στῆσον τοὺς πόδας, ἐπὶ τῆς πέτρας ἔρεισον, ἵνα μὴ σαλεύηταί σου τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα. *De baculo atque ejus ſignificatione ita ſentio. Nam cùm alter fulciendi vim habeat, alter paſtoris & doctoris proprius ſit, atq; oves ratione præditas in viam reducat & caſtiget, hic lex fulcientem baculum tibi præſcribit, necubi animo titubes, dum ſanguinem Dei ac paſſionem mortemq; audis, ac dum Dei patronus & defenſor videri cupis, impiè corruas. Quin potiùs ſine pudore ac dubitatione corpus ede, ſanguinem bibe, ſi modò vitæ deſiderio teneris, nec ſermonibus de carne fidem abrogans, nec ad eos, qui de paſſione habentur, impingens. Innixus ſta, firmus & ſtabilis, atque ita comparatus, ut nulla in re quatiaris ab adverſariis, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris. In faſtigio tuo ſta, in atriis Jeruſalem pedes ſtatue, in petra ſuffulci, ut tui ſecundum Deum greſſus non moveantur.* Nec illud tandem temerè prætereundum, quod agnus in una domo edi debuit, ex qua nefas erat egredi, ne in Angelum mortis inciderent. Hæc enim domus eſt Eccleſia, extra quam nulla eſt ſalus, nulla cum Chriſto communio. Theodoretus Interrogat. XXIV. in Exodum: Τὸ, ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, φυλάττουσιν οἱ πιστοὶ, ἐν μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ τῶν θείων καταλαμβάνοντες μυστηρίων, τὰς δὲ τῶν αἱρετικῶν συναγωγὰς βδελυττόμενοι. *Quod præcipitur, ut agnus ille in una domo manducetur, obſervant fideles, qui in ſola Dei Eccleſia divina ſumunt myſteria, execrationi habentes hæreticorum cœtus.* Chryſoſtomus Homil. CXLIX. quæ eſt prima de Paſchate, tom. V. pag. 918. propiùs ad rem accedit. Τὸ ὅλον ἐφ᾽ ἑκάστης οἰκίας ἐσθίεσθαι τὸ ἱερεῖον, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαί τι τῶν κρεῶν ἔξω, δηλοῖ μίαν οἰκίαν μόνην ἔχουσαν τὴν ἐν Χριστῷ σωτηρίαν. αὕτη δὲ ἦν ἡ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησία, ἡ πάλαι μὲν ἀλλοτρία Θεοῦ, νῦν δὲ μόνη πρὸς Θεὸν οἰκείως ἔχουσα διὰ τὸ δέξασθαι τοὺς ἀποσταλέντας παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. *Quod tota victima in qualibet domo fuit manducata, nec ulla ex ea carnes foras fuerunt elatæ, declarat, unam tantùm domum in Chriſto ſalutem habere. Hæc verò erat per univerſum orbem Eccleſia, olim quidem à Deo aliena, nunc verò ſola Deo amicta & familiaris, quia recepit eos, qui à Domino Jeſu miſſi ſunt.* Hoc Pſeudo-Nicodemitæ notent, qui inter Ægyptios putant ſe tutò latere poſſe, & ſufficere, *ſi corde crediderint,* etiamſi *ore ſuo non confiteantur Dominum Jeſum*; ſic divellentes, quæ diſertis verbis conjungit Apoſtolus Rom. X. 9. Ex his verò omnibus nemo eſt, qui non agnoſcat, quam meritò Chriſtum Apoſtolus Paſchæ nomine indigitet, cùm dicit I. Corinth. V. 7. Τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη, Χριστός. *Paſcha noſtrum pro nobis immolatum eſt,* nempe *Chriſtus.* Ad quæ Theodoretus, p. 142. Ἔχομεν καὶ ἡμεῖς ἀμνὸν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἱερουργίαν καταδεξάμενον. *Etiam nos habemus agnum, qui pro nobis ſacrificari ſuſtinuit.*

II. *Chriſtianorum.* De eo ſequentia notanda:

1. *Nomen.* Chriſtianorum *Paſcha duplex* eſt: *unum* σταυρώσιμον, quo Chriſtus in crucem eſt actus: *alterum* ἀναστάσιμον, quo reſurrexit. De utroque ſic Cl. Voſſius cap. VI. de Vitiis Sermonis, pag. 28. *Veteres Chriſtiani duplex ſtatuerunt Paſcha; unum* σταυρώσιμον, *ſub quod Chriſtus eſſet actus in crucem: alterum* ἀναστάσιμον, *quo reſurrexiſſet. Græci veteres priùs efferebant* φασῆ, *nempe quod incideret in decimum quartum menſis Niſan: poſterius verò, quod eſt Reſurrectionis dixere* πάσχα. *Interim etiam Judaicum illud vocatum* πάσχα, *liquet ex LXX. Philone, & Joſepho: niſi quòd apud eum in manuſcriptis nonnullis pro* πάσχα *legas* πάσκα. *Cur verò Chriſtiani reſurrectionis diem nomine Paſchatis donârint, dicam potiùs verbis Ceolfridi Abbatis ad Regem Naitanum, quæ Beda adducit lib. V. Hiſt. Eccleſ. Anglic. cap. XXII.* Votiva Paſchæ noſtræ feſta celebramus, ut indicemus, nos non cum antiquis excuſſum Ægyptiæ ſervitutis jugum venerari: ſed redemptionem totius mundi (quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Chriſti autem reſurrectione completa eſt) devota fide ac dilectione colere; ut de reſurrectionis etiam noſtræ, quam eadem die Dominica futuram credimus, ſpe nos certiſſima gaudere ſignemus. Hactenus Voſſius. Vocatur autem πασχαλία ἑορτὴ, *feſtum Paſchale.* Sozomenus lib. I. cap. XXI. pag. 19. b. Ἔδοξε τῇ συνόδῳ καὶ τὴν πασχαλίαν ἑορτὴν ἅπαντας κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν καιρόν. *Viſum eſt Synodo* Nicenæ *feſtum Paſchale ab omnibus eodem tempore celebrandum eſſe.* Faſti Siculi in Chronico Euſebii, p. 298. Τῇ πασχαλίᾳ ἑορτῇ, *feſto Paſchali.* Dicitur etiam ſimpliciter πασχαλία, & πασχάλιος, ſc. ἑορτή. In Photii Nomocan. tit. VII. c. I. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πασχαλίας. *In diebus feſtis Paſchalis.* Et tit. eod. cap. III. Περὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας τῆς πασχαλίου. *De die atque tempore feſti Paſchatis.* Vocatur etiam *hebdomada Paſchalis,* πασχαλία ἑβδομὰς, apud Pollucem in Chronico. Πασχάλιοι ἡμέραι, *dies Paſchales.* Nicetas de imperio Iſaaci Angeli lib. II. Θανοῦται πρὸ τῶν πασχαλίων ἡμερῶν. *Ante dies Paſchales diem obibit.* De eodem Greg. Nazianz. Orat. XIX. pag. 304. Τὸ ἅγιον πάσχα καὶ περιβόητον, ἡ βασίλισσα τῶν ἡμερῶν ἡμέρα, καὶ ἡ λαμπρὰ νὺξ, λύουσα τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας, καθ᾽ ἣν ἡμεῖς ὑπὸ πλουσίῳ φωτὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν αὐτῶν ἑορτάζομεν, καὶ τῷ φωτὶ δι᾽ ἡμᾶς νεκρωθέντι συννεκρωθέντες, καὶ ἀνισταμένῳ συνανιστάμεθα. *Sanctum & celebre Paſcha, dies dierum regina, ac ſplendida illa nox, peccati tenebras ſolvens, in qua nos cum magna luminis copia ſalutis noſtræ feſtum celebramus, atque cum luce propter nos mortua morte ſimul affecti, cum eadem excitata ſimul excitamur.* Et Theodorus, Petreorum Epiſcopus, in vita Theodoſii Archimandritæ, σταυρώσιμον & ἀναστάσιμον Paſcha deſcribens, ita inſit: Ἑορτὴ ἦν, καὶ ἑορτὴ πασῶν τῶν ἑορτῶν ἀκρόπολις, τὸ πάσχα λέγω, ἐν ᾧ τόν τε διὰ τοῦ σταυροῦ θάνατον, τήν τε ταφὴν, καὶ μὴν καὶ τὴν σωτήριον τὴν ὄντως ἀναστάσεως ἀνάστασιν, ἅπας ὁ τῶν χριστιανῶν πανηγυρίζειν εἴωθε κόσμος. *Solennitas erat, & ſolennitas omnium ſolennitatum ſumma, Paſcha, inquam, in quo mortem per crucem, & ſepulturam, nec non ſalutarem, vereq; reſurrectionis reſurrectionem, univerſus Chriſtianorum orbis celebrare conſuevit.* Hinc vocatur θεῖον καὶ ζωηφόρον πάσχα, *divinum & vitam afferens Paſcha,* ab anonymo vitæ Chryſoſtomi ſcriptore: κυρία καὶ πρώτη τῶν ἡμερῶν, *domina & prima dierum,* à Cedreno, in Michaële Theophili filio: μεγίστη τῶν ἡμερῶν, *maxima dierum,* à Greg. Nazianz. Orat. XLII. κυρία τῶν ἑορτῶν, *ſolennitatum domina,* à Pachym. lib. VII. ἡ ἁγία καὶ προσκυνητὴ, καὶ πάνσεπτος τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Χριστοῦ ἡμέρα, *ſancta, & adoranda, & colenda ſalutaris paſſionis Dominicæ dies,* à Chryſoſtomo Homil. CLXI. t. V. p. 971. ἁγία καὶ μεγάλη κυριακὴ, *ſancta & magna Dominica,* in Typico Sabæ, & in Pentecoſtario. Sæpe πάσχα tantùm. Hinc orationes Nazianzeni, Chryſoſtomi, aliorum, εἰς τὸ πάσχα. Pentecoſtarium in Tropariis: Πάσχα ἱερὸν ἡμῖν σήμερον ἀναδέδεικται. Πάσχα καινὸν, ἅγιον πάσχα μυστικὸν, πάσχα πανσεβάσμιον, πάσχα Χριστὸς ὁ λυτρωτὴς, πάσχα ἄμωμον, πάσχα μέγα, πάσχα τῶν πιστῶν, πάσχα τὸ πύλας ἡμῖν τοῦ παραδείσου ἀνοῖξαν, πάσχα πάντας ἁγιάζον πιστούς. *Paſcha ſacrum hodie nobis oſtenſum eſt; Paſcha novum, ſanctum, Paſcha myſticum, Paſcha quàm maximè venerandum, Paſcha Chriſtus liberator, Paſcha incontaminatum, Paſcha magnum, Paſcha fidelium, Paſcha quod nobis portas Paradiſi aperuit, Paſcha omnes ſanctificans credentes.* Vocatur λαμπρὰ

Digitized by Google

τ' ἀναςάσεως ἡμέρα, *ſplendida reſurrectionis dies*, à Georgio Acropolita in Hiſtor. Vocatur ἀναςάσιμ☉ ἡμέρα. Vide in Ἀναςάσιμ☉, num. I. Aliis Paſchatis dies appellatur λαμπρὰ, & λαμπρὰ κυριακή. Vide in Λαμπρὸς. Κυριακὴ τῦ πάσχα, κυριακὴ μεγάλη, de quo in voce Κυριακὴ, num. II. 11. Vocatur λαμπροφόρ☉ ἡμέρα. Vide in Λαμπροφόρ☉.

2. *Inſtitutio.* Paſchatis celebritatem non ad Apoſtolos Chriſti, tanquam ejus autores, referri poſſe, nullo negotio ex Antiquitate probatur. Hoc diſertè docet Socrates Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. V. cap. XXII. pag. 248. b. Integrum locum producimus in voce Ἑορτὴ, num. II. 2. ubi etiam alia, hic quoque repetenda, occurrunt. Idem evidentiſſimè patebit ex iis, quæ *de Tempore* mox afferentur. Nam, ſi, aut Chriſti, aut Apoſtolorum lege ulla ſancitum eſſet illud feſtum, concordibus animis ea lex fuiſſet lata, & in eundem modum: itaque & apud omnes eodem modo conformiter celebratum, ſaltem ab initio. Quis enim credat, tam facilè ac ſtatim diſceſſum à Præceptore tam ſancto, quemadmodum diſceſſum fuiſſe videbimus.

3. *Tempus.* Apoſtoli, creſcente fidelium numero, & fide in Chriſtum jam corroborata, docuerunt, non ampliùs obſervanda eſſe legalia, ſed per adventum Chriſti, qui vera eſt lux mundi, umbras iſtas ceſſare debere; præſertim cùm viderent falſos fratres ex Judæis, legis obſervationem tanquam ad ſalutem neceſſariam, urgere, poſtulare. Hac occaſione feſtorum quoque, neomeniarum ac ſabbatorum obſervationes Judaicæ abrogatæ & immutatæ ſunt. Ac *cœperunt* quidem *Apoſtolorum alii*, ex quorum numero eſt Johannes & Philippus Evangeliſta in orientis partibus *Paſcha*, in memoriam Cœnæ Dominicæ *celebrare*, ſed tamen more Judæorum *decimâ quartâ die Lunæ*: id quod Polycarpum vidiſſe teſtatur Irenæus ad Victorem Rom. Epiſc. ut eſt apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. V. c. XXVI. p. 55. b. Hos multi alii ſecuti ſunt viri pietate & doctrina præſtantes, quos recenſet Polycrates Aſiæ Epiſcopus in epiſt. ad Victorem, apud Euſebium, lib. eod. cap. XXIV. pag. 55. a. & tandem ſubjicit; Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τ' ἡμέραν τ' τεσσαρεσκαιδεκάτης τῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τ' πίστεως ἀκολουθοῦντες. *Hi omnes obſervârunt diem decimum quartum Paſchæ juxta Evangelium, nullatenus ab eo deflectentes, ſed canonem fidei ſequentes.* *Alios* autem *Apoſtolos*, Petrum & Paulum præcipuè, in diem Dominicam, proximum poſt plenilunium primi menſis, propter reſurrectionis Dominicæ memoriam, Paſcha rejeciſſe, epiſtola Theophili Cæſarienſis apud Bedam lib. de Rat. temp. cap. XLV. teſtatur, in qua ſcribit, Gallos in principio Eccleſiæ ſemper Paſcha celebrâſſe XXV. Martii, quòd putarent Chriſtum eo die reſurrexiſſe. Cappadoces autem nonnulli eodem die celebrârunt, ſed propter aliam cauſſam, nimirum, quòd Chriſtum eo die paſſum fuiſſe, & ipſo die paſſionis agendum Paſcha crederent, ut refert Epiphanius Hæreſi L. pag. 182.

Hæc verò diverſitas non diu fuit obſervata, nedum à quoquam reprehenſa. Neque etiam invenies Apoſtolos, & qui eos proximè ſecuti ſunt, vel de Paſchate, vel de aliis feſtivitatibus legem aliquam conſtituiſſe, quo nimirum tempore, quove die aut menſe illæ celebrandæ: ſed ſalvam & integram omnibus reliquerunt libertatem illam fidelium in hujuſmodi adiaphoris. Hoc Socrates, hiſtor. Eccleſ. lib. V. cap. XXII. p. 248. de diverſa Paſchatis, aliorumque rituum obſervatione prolixè diſputans, clarè teſtatur: ubi inter alia, Ἐμοὶ δὲ φαίνεται, ὅτι ὥσπερ ἄλλα πολλὰ κατὰ χώρας συνήθειαν λαβεν, οὕτω καὶ ἡ τῦ πάσχα ἑορτὴ παρ' ἑκάστοις, ἐκ συνηθείας τινὸς, ἰδιάζουσαν ἔσχε τὴν παρατήρησιν, διὰ τὸ μηδένα τῶν ἀποστόλων μηδενὶ νενομοθετηκέναι περὶ αὐτῆς. *Mihi autem videtur, ut alia multa pro locis variis in conſuetudinem abierunt, ſic & Paſchalis feſtivitas apud quoſque populos, ex conſuetudine quadam, privatam obſervationem habuiſſe, propterea, quod nemo Apoſtolorum cuiquam leges de ea tradidit.* Hinc ſimul colligitur, quid tribuendum ſit his Pſeudo-Ignatii verbis, quæ leguntur in epiſt. ad Philippenſes: Εἴτις μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελεῖ τὸ πάσχα, ἢ τὰ σύμβολα τ' ἑορτῆς αὐτῶν δέχεται, κοινωνός ἐστι τῶν ἀποκτεινάντων τὸν Κύριον, καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτῦ. *Si quis cum Judæis celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtivitatis eorum recipit, particeps & conſors eſt eorum, qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos ejus.* Hæc deſumta ſunt ex Conſtitution. Pſeudo-Clementis, lib. V. c. XVIII. Eadem habet Can. VIII. Apoſtolorum: Εἴτις ἐπίσκοπ☉, ἢ πρεσβύτερ☉, ἢ διάκον☉ τὴν ἁγίαν τῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τ' ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ſanctum Paſchæ diem ante veris æquinoctium cum Judæis celebraverit, à gradu ſuo dejiciatur.* Sed eos, qui Paſcha celebrabant cum Judæis, ab Ignatio, ut κυριοκτόνους, minimè damnari, ex eo manifeſtum eſt, quia Polycarpus, ſummus Ignatii amicus, ad quem ipſe quoque ſcripſit, unà cum Judæis Paſcha celebravit, ut videre eſt ex epiſtola Polycratis apud Euſebium, cujus ſuprà mentionem fecimus. Jam ipſe etiam Ignatius, neque Polycarpo, neque Smyrnæis exprobrat, quòd cum Judæis Paſcha celebrent: imò ſummis pietatis laudibus ornat & Eccleſiam Smyrnenſium & Epiſcopum Polycarpum, quem etiam in epiſtola ad Philippenſes ſalutat, & vocat non *Chriſti interfectorem*, aut *Judæorum ſocium*; ut in hac epiſtola vocantur ii, qui cum Judæis Paſcha celebrant; ſed τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον, *ſanctum Epiſcopum*.

Duravit hæc celebrandi Paſchatis libertas usque ad Pium Roman. Epiſcopum, qui circa annum Domini CXLVII. claruit. Is, ut legitur epiſtola ejus Decretali I. pag. m. 194. primus lege edixit, *ut Paſcha Domini die Dominica annuis ſolennitatibus celebraretur ab omnibus.* Ut autem hoc decerneret, ibidem ſe permotum eſſe ait *Herma*; quem Pii fratrem fuiſſe ſcribit Tertull. lib. III. Carm. contra Marcionem; *viſione, cui apparuerit Angelus in paſtorali habitu, eiq; præceperit, ut Paſcha die Dominico poſt lunam decimam quartam obſervaretur.*

Aſiatici tamen Doctores hanc Pii conſtitutionem parùm curârunt, ſed ſemel receptam conſuetudinem retinuerunt: fuitque hæc res leniter & amicè ab initio inter utramque partem agitata. Quemadmodum verò ex parvis ſcintillis ſæpe maxima oriuntur incendia, ita hîc quoque factum eſt. Cùm enim ſucceſſor Pii Anicetus decretum anteceſſoris inſolentiùs contra Orientales urgeret, Polycarpus, Johannis Apoſtoli diſcipulus, hanc unicam ob cauſam Romam venit, ad componendum hoc diſſidium. Cùm verò iis ea de re non conveniret, neuter alterum condemnavit, & conſtitutum eſt, ut quisque ſuum de Paſchate morem ſervaret, ea tamen lege, ne propter diſſimilitudinem in ceremonia illa de obſervatione Paſchatis concordia Eccleſiæ rumperetur: μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, εἰρήνην ἐχόντων τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων. *In pace à ſe invicem diceſſerunt, pacem habentibus & iis, qui obſervabant*, nempe Paſchatis celebrationem die Dominico, *& qui non obſervabant.* Hæc leguntur apud Euſebium, hiſtor. Eccleſ. lib. V. c. XXVI. pag. 55. b. & 56. a. item apud Nicephorum lib. XII. cap. XXXIII. Falſum ergo, quod Synodicum de IV. Synodo, Romæ ſub Aniceto

niceto anno CLXX. narrat, Anicetum & Polycarpum decreviſſe, τὸ μὲν φρικτὸν καὶ σωτήριον πάθος τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ μυστικῶς ἐκτελεῖν· τὴν δὲ ζωαρχικὴν ἀνάστασιν, αὐτῇ τῇ πανδόξῳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ ἐκ παντὸς τρόπου ἄγειν, *tremendam & ſalutarem Domini noſtri Jeſu Chriſti & Dei paſſionem in ſancta Paraſceve myſticè celebrandam, Reſurrectionem autem vitæ auctricem, ipſa celebri & magna Dominica omni modo eſſe peragendam.*

Paucis pòſt annis, imperantibus Marco Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo, facta perſecutione Eccleſiæ ſub Sergio Aſiæ Proconſule, in qua *Polycarpus & Sagaris* Epiſcopi, unà cum duodecim diſcipulis, qui Laodiceâ Polycarpum ſecuti erant, martyrio coronati ſunt, rurſum mota eſt hæc quæſtio, dicentibus Laodicenſibus, & aliis, Paſcha celebrandum eſſe ſecundum traditionem Polycarpi, quam à Johanne Evangeliſta didicerit: *Eleutherus* autem Epiſcopus Rom. reſtitit & contradixit iis, Piique Pontificis ſententiam confirmavit. Cùm verò contentio hæc diutius duraret, *Melito* Sardenſis Eccleſiæ Epiſcopus, defenſurus Aſiaticorum ſententiam, duobus libris Paſchæ rationem deſcripſit, & docuit, *Paſcha celebrandum eſſe quartadecimâ luna* ſecundum Johannis Apoſtoli traditionem.

Circa annum verò CC. imperante Severo Pertinace, majori contentione hæc ipſa controverſia agitari cœpit. *Victor* enim Rom. Epiſcopus in ſynodo Romæ habita ſanciverat, *non licere* Ἰουδαϊκῶς τελεῖν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα· ἀλλ᾽ ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ. *Judaicè celebrare lunâ decimâ quartâ ſanctum & myſticum Paſcha: ſed in ſola magna & vitæ præſtatrice Dominica*, ſunt verba Synodici. Hoc decretum ad diverſos orbis Epiſcopos mittit, petens, ne à Romana Eccleſia diverſum ſentiant. Habiti igitur ſunt de hoc negotio diverſi Epiſcoporum conventus in Cæſarea Palæſtinæ ſub Theophilo, anno CXCVIII; Lugduni in Gallia, ſub Irenæo, eodem anno; in Ponto, in Achaia, & in Oſraëne, imperante Commodo, eodem anno; nec non Corinthi, ſub Bacchylide, eodem anno; in Aſia, ſub Plaſma, eodem anno; Jeroſolymis, ſub Narciſſo, eodem anno; in Meſopotamia, itidem ſub imperio Commodi. Harum Synodorum omnium, ut ex Synodico patet, decretum fuit ὁμόψηφον, *nullo unquam alio die, quàm Dominico, juxta morem & conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, Paſcha celebrandum, ejusq; jejunia ſolennia ſolvenda eſſe.* De harum Synodorum decreto ſic Euſebius lib. V. cap. XXIII. p. 55. a. Σύνοδοι δὴ καὶ συγκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταυτὸν ἐγίνοντο, πάντες τε μιᾷ γνώμῃ δι᾽ ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικὸν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυποῦντο, ὡς ἂν μηδ᾽ ἄλλῃ ποτὲ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀποτελοῖτο τοῦ κυρίου μυστήριον, καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ πάσχα νηστειῶν φυλαττοίμεθα τὰς ἐπιλύσεις. *Synodi & congregationes Epiſcoporum celebratæ ſunt: omnesq; uno ore per literas Eccleſiaſticum dogma omnibus præſcripſerunt, ne unquam alio die quàm Dominico Reſurrectionis Dominicæ myſterium celebraretur, & ut hoc ſolo die jejuniorum Paſchalium obſervemus ſolutiones.* Vide etiam Nicephorum lib. XII. cap. XXXIII. At in Aſia alterius partis conventus habiti ſunt, qui & decreverunt, & reſcripſerunt Victori, ſe nolle à veteri conſuetudine, inde usque à Johanne, Philippo, Polycarpo, aliisque ſanctiſſimis viris obſervata, ad unius imperium & minas diſcedere: ut apparet ex Polycratis, præcipui inter Aſiaticos Epiſcopi, epiſtola, cujus fragmentum extat apud Euſeb. lib. V. cap. XXIV. & XXV. p. 55. a. b. & apud Nicephorum lib. IV. c. XXXVII. De iisdem Aſiaticis Socrates lib. V. c. XXII. p. 249. a. πλεῖστοι περὶ τὴν μικρὰν Ἀσίαν ἐξ ἀρχαίου τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐτήρησαν. *Plerique in minori Aſia ab antiquo decimam quartam obſervârunt.* Addit; Καὶ τοῦτο ποιοῦντες, πρὸς τοὺς ἑτέρως τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα ἐπιτελοῦντας οὐδέποτε διεφέροντο, ἕως ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος Βίκτωρ ἄμετρα θερμανθεὶς, ἀκοινωνησίαν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τεσσαρεσκαιδεκατίταις ἀπέστειλεν. *Atq; hoc facientes, ab iis, qui aliter feſtum Paſchatis celebrabant, nunquam diſſidebant, donec Victor Epiſcopus Romanus, immodicâ accenſus irâ, Quartidecimanos per Aſiam excommunicavit.* De eodem Victoris furore in eandem ſententiam ſcribit Euſeb. lib. V. ſub finem c. XXV. p. 55. b. & Nicephor. lib. IV. c. XXXVIII. Diſplicuit hic præceps furor plurimis Epiſcopis, aliisq; viris bonis & piis, qui hortabantur eum, ut quæ pacis, unitatis & dilectionis eſſent potiùs ageret & ſentiret. Euſebius, loco ubi ſuprà: Ἀλλ᾽ οὐ πᾶσί γε τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ᾽ ἠρέσκετο· ἀντιπαρακελεύονται δῆτα αὐτῷ, τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. Φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος. *Verùm non omnibus Epiſcopis hæc placebant. E contrario igitur ipſum jubent ea, quæ pacis & cum proximis unitatis & dilectionis ſunt, ſentire. Feruntur etiam eorum verba, qui Victorem aſperiùs increpârunt.* Ex eorum maximè numero erat Irenæus, Epiſcopus Lugdunenſis, qui, etſi cum Eccleſiis Occidentalibus ſentiret, Paſcha non cum Judæis, ſed more Eccleſiæ Romanæ die Dominico celebrandum eſſe, Victorem tamen acriùs reprehendit, & objurgavit, quòd tot, tamq; celebres Eccleſias Dei à fidei unitate reſcidiſſet, eò quòd morem ſibi antiquitus traditum, & ab Apoſtolis acceptum cuſtodirent. Verba ejus apud Euſeb. lib. V. c. XXVI. p. 55. b. ſunt: Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ, &c. Integrum locum vide in voce Νηστεία, num. II. ſub lit. *B. b. α.* I. Adi etiam Niceph. lib. IV. c. XXXIX. Atque hoc modo controverſia hæc paulùm ſedata fuit per Irenæum, & alios viros pacis ſtudioſos, hac conditione, ut quælibet pars ſuam retineret ſententiam. Teſtis Sozomen. cujus verba lib. VII. c. XIX. p. 100. a. hæc ſunt: Σοφώτατα δέ πως οἶμαι καταλῦσαι τὴν συμβᾶσαν πάλαι περὶ ταύτης φιλονεικίαν, τοὺς ἀμφὶ Βίκτορα τὸν τότε τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ Πολύκαρπον τὸν Σμυρναῖον. Ἐπεὶ γὰρ οἱ πρὸς δύσιν ἱερεῖς οὐκ ᾤοντο δεῖν Παύλου καὶ Πέτρου τὴν παράδοσιν ἀτιμάζειν· οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας Ἰωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ ἀκολουθεῖν ἰσχυρίζοντο, τοῦτο κοινῇ δόξαν ἕκαστοι ὡς εἰώθασιν ἑορτάζοντες, τῆς πρὸς σφᾶς κοινωνίας οὐκ ἐχωρίσθησαν. Εὔηθες γὰρ, καὶ μάλα δικαίως, ὑπέλαβον ἔθων ἕνεκεν ἀλλήλων χωρίζεσθαι, περὶ τὰ καίρια τῆς θρησκείας συμφωνοῦντας· οὐ γὰρ δὴ τὰς αὐτὰς παραδόσεις κατὰ πάντα ὁμοίας, κἂν ὁμόδοξοι ὦσιν, ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις εὑρεῖν ἐστι. *Prudentiſſimè verò exiſtimo, Victorem, tum temporis Epiſcopum Romanum, & Polycarpum Smyrnenſem, exortam olim de feſto Paſchatis contentionem ſuſtuliſſe. Cùm enim Occidentales non exiſtimarent contemnendam eſſe Pauli & Petri traditionem: Aſiatici verò Johannem Evangeliſtam ſequendum eſſe affirmarent, ſinguli ſecundùm opinionem ſuam hoc feſtum celebrantes, à mutua inter ſe communione non fuerunt ſeparati. Valde enim abſurdum eſſe, & jure quidem optimo, exiſtimabant ob conſuetudines à ſe invicem ſeparari eos, qui circa præcipua religionis capita conſentirent. Neque enim eaſdem traditiones per omnia ſimiles, etiamſi ejuſdem exiſtant opinionis, in omnibus Eccleſiis invenire licet.*

At non diu hæc concordia duravit. Nam circa annum Domini CCCXVIII. maxima denuo orta eſt contentio inter utramque partem: quam cùm moleſtè ferret religioſiſſimus Imperator Conſtantinus, ad concordiam & fidei unitatem omnes hortatus eſt. Et cùm ſpe-

raſſet, hoc malum præoccupari poſſe ante quam latiùs diffunderetur, Aſiaticos primùm monuit, ne cum Judæis parricidis & κυριοκτόνοις aliqua ipſis intercedat communio. Patet hoc ex epiſt. ejus ad Epiſcopos, qui ad Concil. Nicæn. venire non potuerant. ap. Theodoret. hiſt. Eccl. lib. I. c. IX. p. 549. ubi hæc inter alia: Περὶ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ πάσχα ἡμέρας γενομένης ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πάντας τοὺς ἁπανταχοῦ ἐπιτελεῖν. Τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξαι δυνήσεται, τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην, παρ' ἧς τὴν τῆς ἀθανασίας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ παρὰ πᾶσιν ἀδιαπτώτως φυλάττεσθαι; καὶ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι, τὴν ἁγιωτάτην ἐκείνην ἑορτὴν τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομένους συνηθείᾳ πληροῦν, οἳ τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώττουσιν· ἔξεστι γάρ, τοῦ ἐκείνων ἔθους ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει, ἣν ἐν καιρῷ τῆς τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐγγίνεσθαι. *De ſanctiſſimo die Paſchæ cùm quæſtio eſſet habita, optimum factu communi ſententia viſum eſt, uno eodemq; tempore hunc omnes ubique gentium celebrare. Quid enim honeſtius nobis, quidve auguſtius eſſe queat, quam ut feſtum hoc, à quo immortalitatis ſpem accepimus, uno modo, apertaq; ratione apud omnes ſine lapſu & errore obſervetur? Ac primùm quidem indignum planè cenſuimus, ſacrum hoc ſolenne ritu ac more Judæorum agere, qui cùm manus ſuas nefario ſcelere polluerint, meritò animis impuri cæcutiunt. Fas enim eſt, rejecta illorum conſuetudine, veriore inſtituto, quod circa diem paſſionis hactenus tenuimus, ejuſdem obſervationis uſum ad futura ſecula propagari.* Lege totam epiſtolam. Verùm Aſiatici literis Imperatoris non obtemperantes, in opinione ſua pertinaciùs perſtiterunt, aſſerentes, modum obſervandi Paſchatis à Johanne Apoſtolo traditum nequaquam eſſe deſerendum: neq; ſe Judæorum Paſcha, & veteris Legis umbram ſervare, ſed Paſcha novum à Chriſto Servatore inſtitutum, cuſtodire. Conſtantinus igitur, graviſſimè ferens Eccleſiæ diviſionem, miſit ad eos Oſium, celeberrimum Hiſpaniarum Epiſcopum, ut diſſidentes conciliaret. Sed cùm re infecta rediiſſet Oſius, & Synodi indicendæ neceſſitatem Arii veſania Imperatori impoſuiſſet, evenit, ut in Concilio Nicæno, ſecundo loco diſſimilitudo & controverſia de Paſchate propoſita, atq; etiam ad æqualitatem reducta fuerit. In eo namq; perpetuo decreto conſtitutum fuit, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι, *ſanctiſſimum Paſchæ feſtum uno eodemq; die* (nempe Dominico) *ab omnibus celebrari.* Vide de ea re Theodoret. hiſt. Eccleſ. lib. I. c. IX. p. 549. &c. Socrat. lib. I. c. IX. p. 178. a. b. Sozom. lib. I. cap. XXI. p. 19. b. Hoc decretum confirmatum fuit in Synodo Antioch. Can. I. circa annum DN. CCCXLI. his verbis: Πάντας τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἀκοινωνήτους, καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένοιεν φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδογμένα, &c. *Omnes, qui audent diſſolvere definitionem ſanctæ & magnæ Synodi, quæ Nicææ congregata eſt, de ſancto feſto ſalutiferi Paſchatis, excommunicatos & Eccleſiâ ejectos eſſe ſtatuimus, ſi contentioſiùs adverſus ea, quæ rectè decreta ſunt, perſtiterint,* &c. Hoc ipſum in hodiernum adhuc diem obſervatur in Eccleſia.

Nihilominus tamen hinc inde alterius partis manſerunt reliquiæ, & τεσσαρεσκαιδεκατῖται, Latinè *Quartidecimani*, vel etiam τετραδῖται appellati ſunt. Cur τεσσαρεσκαιδεκατῖται, jam monuimus ſuprà in hac ipſa voce, num. I. 2. Cur τετραδῖται, vide ſuo loco. Fuiſſe Johanni Conſtantinopolitano Epiſcopo, tempore Concilii Epheſini, multa cum *Quartidecimanis* certamina, Socrates tradit lib. VI. c. XI. p. 259. a. b. Philaſtrius, qui claruit circa annum Chriſti CCCLXXX. in hæreſium catalogo refert, hujus conſuetudinis aſſeclas in Galatia, Syria, Phrygia & Jeroſolymis ſua adhuc ætate multos fuiſſe. Synodus quoq; Laodicena, anno CCCLXIV. celebrata, Can. VII. τεσσαρεσκαιδεκατίτας, tanquam hæreticos excommunicat. Idem facit Can. VII. Concil. Conſtantinop. Oecumen. II. anno CCCXXCI. celebrati. Τεσσαρεσκαιδεκατίτας imitati fuerunt varii. *Novatiani*, de quibus Chryſoſtomus Homil. CLVI. t. V. pag. 491. Σὺν Ἰουδαίοις ποιοῦσι τὸ πάσχα, καὶ πρῶτον μῆνα καὶ αὐτοὶ νομίζουσι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης τῆς παρ' ἐκείνοις μεταδιώκοντες. *Cum Judæis Paſcha celebrant, eundemq; cum illis primum menſem eſſe putant, quartam decimam Lunam ſectantes.* De iiſdem Socrates lib. IV. c. XXVIII. p. 239. b. Σὺν τοῖς Ἰουδαίοις τὴν τοῦ πάσχα ἐπιτελοῦσιν ἑορτήν. *Cum Judæis Paſcha feſtum celebrant.* Idem fecerunt *Sabbatiani*, à *Sabbatio* quodam, qui ex Judæo Chriſtianus fuit factus, ſic appellati: de quibus Sozom. lib. VII. cap. XVIII. p. 99. a. Ἅμα τοῖς Ἰουδαίοις τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν ἐπετέλουν. *Simul cum Judæis feſtum Paſchæ celebrabant.* Harmenopulus de ſectis, Sect. XV. p. 568. Οἱ περὶ τὸν Σαββάτιον καὶ τεσσαρεσκαιδεκατῖται καλοῦνται, ὅτι μὴ κατὰ τὴν κυριακήν, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης τὸ πάσχα μετὰ Ἰουδαίων τελοῦσι. *Sabbatii aſſeclæ etiam Quartidecimani vocantur, quia non die Dominica, ut nos, ſed quartadecimâ Luna Paſcha cum Judæis celebrant.* Vide plura apud Socrat. lib. V. c. XXI. p. 248. a. b. ubi docet, *Quartidecimanos*, circa annum CCCLXX. opportunitatem nactos, per Martianum Novatianum Valentis Imp. amicum, Synodo Epiſcoporum in Pazeno Bithyniæ vico convocata, Paſchalis ſolennitatis rationem à Johanne Apoſtolo ipſis traditam, minimè mutandam eſſe decernentes, regulam de Paſchæ obſervatione tradidiſſe, ut lunâ decimâ quartâ, quacunq; feriâ accidiſſet, Paſchalis obſervaretur ſolennitas: poſt aliquot annos Martiano ipſo Novatianorum jam facto Epiſcopo, dictum Sabbatium, unà cum Macario & Theoctiſto Canonem feſtivitatis Paſchalis, ſub Valente in Pazeno conſtitutum, defendere conatum fuiſſe: Martianum itaq; Synodum in Angaro Bithyniæ convocâſſe, in qua Sabbatius cauſſas diſſenſionis propoſuerit, & omnium Epiſcoporum conſenſu, decretum editum fuiſſe, quod appellârint Ἀδιάφορον, quia in eo ſtatuerint, μὴ ἀξιόλογον εἶναι αἰτίαν πρὸς χωρισμὸν τῆς ἐκκλησίας, τὴν διαφωνίαν τῆς ἑορτῆς, μηδὲ μὴν τοὺς ἐν Πάζῳ συναχθέντας πρόκριμα τῷ καθολικῷ κανόνι γενέσθαι· καὶ γὰρ τοὺς ἀρχαίους, καὶ τοὺς ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων, διαφωνοῦντας περὶ ταύτης τῆς ἑορτῆς, κοινωνεῖν τε ἀλλήλοις, καὶ μηδαμῶς διαφέρεσθαι. *Non eſſe ſufficientem cauſſam ad Eccleſiæ diſtractionem, diſſenſum circa feſti celebrationem, neque etiam in Pazeno congregatos Canoni catholico præjudicare potuiſſe: veteres enim, & Apoſtolis vicinos, diſſidentes circa hoc feſtum, communionem inter ſe coluiſſe, nec ulla ratione ſimultates inter ſe aluiſſe.* Vide etiam Niceph. lib. XII. cap. XXXI. *Montaniſtæ* quoque juxta Aſiaticorum conſuetudinem Paſcha celebrabant, ut teſtis eſt Chryſoſtomus, Homil. CLVI. t. V. *Audiani* inſuper, ut loquitur Epiphanius hæreſi LXX. pag. 350. μετὰ Ἰουδαίων βούλονται τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν, τουτέστιν, ᾧ καιρῷ οἱ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι τὰ παρ' αὐτοῖς ἄζυμα, τότε αὐτοὶ φιλονεικοῦσι τὸ πάσχα ἄγειν, *cum Judæis Paſcha celebrare volunt, id eſt, eo tempore, quo Judæi azyma ſua faciunt, tunc illi Paſcha celebrandum eſſe contendunt.* Qui plura de hac controverſia deſiderat, adeat Cl. Hoſpinianum noſtrum de Feſtis Chriſtianorum: & Lambertum Danæum apud Auguſtinum de Hæreſibus, cap. XXIX.

Πασχάζω.

Digitized by Google

Πασχάζω.

Πασχάζειν, à πάσχα formatum, ſignificat *Paſcha celebrare*; quod ideo obſervandum, quia à Meurſio omiſſum. Hoc verbo uſus eſt Balſamon ad Can. VII. Conſtantinopol. pag. 313. Οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὸ πασχάσαι, ἐπὶ ὅλαις ἑπτὰ ἡμέραις νηστεύουσι. *Judæi poſt celebrationem Paſchatis, integros ſeptem dies jejunant.* Et ad Canonem LXXVI. Cod. Afric. pag. 698. Ἐξ ἀγνοίας ἀποκρεῶσαι ἢ πασχάσαι. *Ex ignorantia à carnibus abſtinere, vel Paſcha celebrare.*

Πασχαλικός.

Quia πάσχα aliquando notat dies feſtos, quibus Judæi azyma edebant & agnum immolabant, ut Lucæ XXII. *Propè erat feſtum azymorum, quod dicitur Paſcha:* hinc πασχαλικὸς nonnullis, qui *feſtorum obſervationi maximè* eſt *addictus*. Marcus Hieromonachus in Reſp. pag. 131. b. Εἰ δέ τις ἴσως λίαν ἐστὶ πασχαλικὸς, καὶ φιλέορτος, εἰ βούληται καὶ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς πεντηκοστῆς, τὸν τοιοῦτον κανόνα ψαλλέτω. *Si quis autem fortè feſtorum obſervationi valde eſt addictus, & illorum amans, ſi voluerit, omnibus Pentecoſtes diebus talem Canonem pſallat.*

Πασχάλιος.

Paſcha recentioribus Græcis dicitur πασχαλία, πασχαλία ἑορτὴ, πασχάλιοι ἡμέραι. Aliquot loca adduximus in voce πάσχα, num. II. 1. quibus hic ſequentia addimus. Pachymeres hiſt. lib. XII. Ἀλλ' ἐπέστησαν αἱ πασχάλιοι. *Sed advenerant dies Paſchales.* Et lib. X. Ἀλλ' ἔαρος ἐνστάντος ἐντεῦθεν, καὶ τῶν πασχαλίων παρελθουσῶν. *Sed jam imminente vere, & diebus Paſchalis prætergreſſis.* Joannes Cinaimus, lib. VI. Καὶ δὴ ἀμφὶ πόλει Συλημβρίας τὰς πασχαλίους διαγαγών. *Et circa urbem Sylembriæ diebus Paſchalibus celebratis.* Nicetas in Balduino Flandro: Ἦσαν δ' ἡμέραι πασχάλιοι τῆς ἐννάτης διιπτευούσης ἐπινεμήσεως. *Erant dies Paſchales, nona decurrente Indictione.* Chronicon Alexandrinum: Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῇ πασχαλίᾳ ἑορτῇ Μαυρίκιος Τιβέριος ἔστεψε Θεοδόσιον τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς βασιλέα. *Hoc anno in feſto Paſchatis Mauricius Tiberius coronavit Theodoſium filium ſuum Imperatorem.*

Πατήρ.

Vox Πατὴρ, *Pater*, uſurpatur,

I. *De DEO*, & ſumitur duplici modo:

1. Οὐσιωδῶς, *eſſentialiter*, pro tribus Deitatis perſonis, nimirum Patre, Filio, & Spiritu Sancto. Atque *ita Deus* vocatur πατὴρ,

a. *reſpectu omnium creaturarum*, quas Deus, Patris inſtar, in creatione produxit, & paterno affectu ſuſtentat. Hoc vocis etymon ſignificat, juxta autorem Definit. apud Athanaſium, t. II. pag. 44. Εἴρηται πατὴρ, ἢ ὡς τὰ πάντα τηρῶν· ἢ ὡς τοὺς οἰκείους παῖδας τηρῶν καὶ στηρίζων οἷα πατήρ. *Dicitur* πατὴρ, *vel quaſi omnia conſervans: vel quaſi proprios filios conſervans atque ſuffulciens, ut pater.* Ibid. in Quæſt. miſcell. Quæſt. VIII. t. II. pag. 442. Πατὴρ λέγεται ὁ Θεὸς ὡς τὰ πάντα τηρῶν· ὡσανεὶ πάντων τηρητής. *Deus dicitur* πατὴρ *quaſi omnia conſervans, quaſi omnium conſervator.* Utrum hæc vera ſit etymologia, non diſputamus: alluſio certè non eſt ἀπόβλητος. Conſuli interim poſſunt Martinius, & Voſſius in Etymologico ſuo. Theophilus lib. I. ad Autolycum, pag. 245. de Deo: Πατὴρ λέγεται, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων. *Pater dicitur, quia eſt ante omnia.* Non tantùm, *quia eſt ante omnia*, ſed etiam *quia autor omnium.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 59. Θεὸς οὐκ ἔστι μερικὸς Θεὸς, ἀλλὰ πάντων πατήρ. *Deus non eſt particularis Deus, ſed* Pater *omnium.* Chryſoſtomus Homil. LXXIII. in Matth. ad cap. XXIII. 9. quomodo nullus Pater vocandus: Οὐχ ἵνα μὴ καλῶσιν, ἀλλ' ἵνα εἰδῶσιν, ὃν κυρίως πατέρα καλεῖν χρή. - - Ἐκεῖνος γὰρ πάντων αἴτιος. *Non eum in finem, ut non appellent* ſc. Patrem, *ſed ut ſciant, quis propriè* Pater *ſit appellandus.* - - *Ipſe enim omnium cauſſa & autor eſt.* Vide etiam Theophylactum in cap. XXIII. Matth. pag. 139. Symbolum Nicænum: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem.* Harmenopulus de fide orthod. pag. 576. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανὸν εἰς ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Baſilius M. in Conſtitutionib. Monaſt. cap. XX. Πατὴρ ἐστιν ἀληθέστατος ὁ τῶν ἁπάντων πατήρ. *Veriſſimus Pater eſt, qui omnium Pater.* Ita Deus potiori jure noſter Pater, quàm parentes terreni. En tibi Baſilium M. lib. II. contra Eunomium, t. II. pag. 63. Πατὴρ ἡμῶν ὁ Θεὸς οὐ καταχρηστικῶς, οὐδ' ἐκ μεταφορᾶς· ἀλλὰ κυρίως καὶ πρώτως, καὶ ἀληθινῶς ὀνομάζεται, διὰ τῶν σωματικῶν γονέων εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παράγων, καὶ ταῖς κηδεμονίαις προσοικειούμενος. *Pater noſter Deus, non abuſione aut translatione, ſed propriè, primò & verè nominatur, cùm per hos corporeos parentes ex nihilo nos ad eſſe produxerit, & ſingulari cura ſibi adjungat.* Conſentit Theodoretus ad v. 15. cap. III. ad Epheſios, pag. 305. Κυρίως πατὴρ, καὶ ἀληθῶς πατὴρ ὁ Θεός· οὐ γὰρ ἐγένετο πρῶτον υἱὸς, εἶτα πατήρ· ἀλλ' ἀεὶ πατήρ ἐστι, καὶ φύσει πατήρ· οἱ δὲ ἄλλοι πατέρες, εἴτε σωματικοὶ, εἴτε πνευματικοὶ, ἄνωθεν τὴν προσηγορίαν ἕλκυσαν. *Propriè pater, & verè pater Deus: non enim primùm fuit filius, deinde Pater, ſed ſemper Pater eſt, & naturâ Pater: alii autem patres, ſive corporales, ſive ſpirituales, deſuper appellationem traxerunt.* Calculum ſuum addit Damaſcenus orthod. fidei lib. I. cap. XIII. pag. 53. Κυριώτερον ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστι πατὴρ, ὁ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ἢ οἱ γεννήσαντες, οἱ ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ γεννᾷν εἰληφότες. *Magis propriè Deus Pater noſter eſt, qui nos ex nihilo ad eſſe perduxit, quàm illi, qui nos genuerunt, qui ab ipſo & eſſe & generare acceperant.*

b. *reſpectu fidelium*, quos ſibi gratis adoptavit in filios. *Neque enim indignum eſt Deo, eorum fieri Patrem, quorum ſe Chriſtus fecerit fratrem*, inquit Bernhardus in octavo Paſchæ. Imò mavult *Pater*, quàm *Dominus* vocari. Hoc indicat Theodoretus ad Cantici C. 1. pag. 999. ſic Deum compellans: Πέμψον μοι τὸν μονογενῆ σου υἱὸν, ὦ δέσποτα καὶ πάτερ· τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο θέλεις ἀκούειν. *Mitte mihi unicum Filium tuum, ô Domine & Pater: magis enim Patris, quàm Domini appellatione delectaris.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in epiſt. ad Romanos, p. 59. Ὁ Θεὸς πατήρ ἐστιν οὐ κατὰ τὴν φυσικὴν συγγένειαν, ἀλλὰ κατὰ οἰκείωσιν πίστεως. *Deus* Pater *eſt non ſecundum naturalem cognationem, ſed quia fides Deum ſibi vendicat.* Epiphanius hæreſi LXIX. pag. 332. ad locum Joh. XX. 17. Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, ſcribit: Πατέρα μου μὲν, κατὰ φύσιν ἐν τῇ θεότητι, καὶ πατέρα ὑμῶν διὰ χάριν δι' ἐμὲ ἐν υἱοθεσίᾳ. Patrem *quidem* meum, *ſecundum naturam reſpectu Deitatis:* & Patrem veſtrum *ſecundum gratiam propter me reſpectu adoptionis.* Atque ita vult à nobis invocari, & ita à ſuis invocatur. Imò Deus ab ipſis gentilibus in precibus *Pater* nuncupabatur. Patet ex Lactantio, cujus lib. IV. cap. III. verba ſunt: *Omnem Deum*, qui ab homine colitur, neceſſe eſt inter ſolennes ritus *& precationes* Patrem *nuncupari, non tantùm honoris gratiâ, ſed & rationis, quòd & antiquior eſt homine, quòd vitam, ſalutem, victumq; præſtat, ut* Pater. *Itaque & Ju-*

piter à precantibus Pater *vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & cæteri deinceps.* Eſt igitur Deus ἡμῶν χάριτι πατὴρ διʼ αὐτοῦ, *noſter Pater gratiâ per eum,* ſc. Jeſum Chriſtum, ut loquitur Theophanes, Homil. XXXIV. Atque hoc ſenſu in ipſo ſtatim limine Orationis Dominicæ Deum vocamus *Patrem.* Quòd verò Deum vocamus Patrem, triplex præcipuè inde emergit uſus.

α. Summus Dei erga nos amor ſe patefacit. Cyrillus Jeroſol. Catecheſi V. Νεοφωτ. pag. 219. Ὢ τῆς μεγίστης τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, τοῖς ἀποπηδήσασιν αὐτοῦ καὶ ἐν ἐσχάτοις γενομένοις κακοῖς τοσαύτην δεδώρηται κακῶν ἀμνηστίαν, καὶ χάριτος μετουσίαν, ὡς καὶ πατέρα ἐπικαλεῖσθαι. *O ſummam Dei humanitatem! Iis, qui ab ipſo reſilierunt, & in extremis verſati ſunt malis tantam præteritorum malorum oblivionem, & gratiæ largitus eſt communionem, ut velit* Pater *ab iis vocari.* Eandem Dei φιλανθρωπίαν ſummis effert laudibus Chryſoſtomus Homil. XXX. t. V. pag. 185. Ὢ πόση τῆς φιλανθρωπίας ἡ ὑπερβολή; ὢ πόση τῆς φιλοτιμίας ὑπεροχή; ποῖος ἀρκέσει λόγος πρὸς εὐχαριστίαν τοῦ τοσαῦτα πηγάζοντος ἡμῖν ἀγαθά; Σκόπησον, ἀγαπητέ, τῆς σῆς καὶ ἐμῆς φύσεως τὴν εὐτέλειαν· ἐρεύνησον τὴν συγγένειαν, τὴν γῆν, τὸν χοῦν, τὸν πηλόν, τὴν πλίνθον, τὴν σποδόν· ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς διαπλασθέντες, πάλιν εἰς τὴν γῆν μετὰ τέλος ἀναλυόμεθα. Ταῦτα οὖν ἐννοήσας, ἐκπλάγηθι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τῆς πολλῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, ὅτι πατέρα καλεῖν προσετάχθης αὐτὸν ὁ γήϊνος τὸν οὐράνιον, ὁ θνητὸς τὸν ἀθάνατον, ὁ φθαρτὸς τὸν ἄφθαρτον, ὁ πρόσκαιρος τὸν αἰώνιον, ὁ χθὲς καὶ πρώην πηλὸς, τὸν ὄντα πρὸ αἰώνων Θεόν. *Quanta hæc humanitatis excellentia? Quanta honoris & dignitatis eminentia? Quæ, quæſo, oratio ſufficiens eſſe queat ad gratias ei agendas, qui tanta in nos effundit bona? Conſidera, dilecte mi, & tuæ & meæ naturæ vilitatem, ſcrutare cognationem, terram, pulverem, lutum, limum, cinerem: cùm enim ex terra ſimus formati, rurſus in terram tandem reſolvimur. Hæc ſi conſideraveris, cum ſtupore admirare imperveſtigabiles divitias ſummæ Dei erga nos bonitatis, quod ipſum juſſus es vocare* Patrem, *terrenus cæleſtem, mortalis immortalem, corruptibilis incorruptibilem, temporalis æternum, heri & nudius tertius lutum, eum, qui ante ſecula Deus eſt.*

β. Hoc nomen eſt Cornucopiæ omnium bonorum & donorum ſpiritualium. Iterum teſtem habemus Chryſoſtomum Homil. XIX. in Matthæum: Ὁ πατέρα εἰπὼν τὸν Θεὸν, καὶ ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, καὶ κολάσεως ἀναίρεσιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν, καὶ κληρονομίαν, καὶ ἀδελφότητα τὴν πρὸς τὸν μονογενῆ, καὶ πνεύματος χορηγίαν διὰ τῆς μιᾶς ταύτης ὡμολόγησε προσηγορίας. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν, καλέσαι πατέρα τὸν Θεὸν, μὴ πάντων ἐκείνων ἐπιτυχόντα τῶν ἀγαθῶν. *Qui Deum dicit* Patrem, *& peccatorum remiſſionem, & damnationis abrogationem, & juſtitiam, & ſanctimoniam, & redemtionem, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatem cum unigena, & ſpiritus ſuppeditationem hac unica confeſſus eſt appellatione: fieri enim nequit, ut quis Deum* Patrem *nominet, nec omnia iſta bona conſequatur.*

γ. Hæc ineffabilis Dei erga nos indigniſſimos φιλανθρωπία, noſtri nos quoque admonet officii. Greg. Nazianzenus orat. XVI. pag. 254. Ὁ Θεὸς οὐκ αἰσχύνεται πατὴρ ἡμῶν καλεῖσθαι, Θεὸς ὢν καὶ δεσπότης, ἡμεῖς δὲ καὶ τὸ συγγενὲς ἀρνησόμεθα; μηδαμῶς, ὦ ἀδελφοὶ καὶ φίλοι. *Deus non erubeſcit* Pater noſter *vocari, Deus licet ac Dominus ſit: nos contrà cognatos quoque noſtros abnegabimus? Minimè fratres & amici mei.* Plurima, eaque & memoratu, & obſervatu imprimis digniſſima habet Greg. Nyſſenus Orat. II. in orat. Dominicam: nos præcipua tantùm, in Obſervationibus etiam noſtris producta, afferimus. Sic igitur ille, t. I. pag. 726. Τῆς πονηρᾶς πράξεως, ὁ ἀγαθὸς κατὰ τὴν οὐσίαν, πατὴρ γενέσθαι φύσιν οὐκ ἔχει· οὔτε τοῦ κατὰ τὸν βίον βεβηλωθέντος, ὁ ἅγιος· οὔτε τοῦ περιτρεπομένου, ὁ ἀναλλοίωτος· οὔτε τοῦ νεκρωθέντος ἐξ ἁμαρτίας, ὁ πατὴρ τῆς ζωῆς· οὔτε τῶν ἐν τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας ἀσχημονούντων, ὁ καθαρὸς καὶ ἀκήρατος· οὔτε τοῦ πλεονέκτου εὐεργέτης· οὔτε ὅλως τῶν ἔν τινι κακῷ εὑρισκομένων, ὁ ἐν παντὶ ἀγαθῷ θεωρούμενος. *Improbæ actionis is, qui naturâ ſuâ bonus eſt, Pater eſſe nequaquam poteſt: neque vitâ contaminati, ſanctus: neque ejus, qui huc illuc circumagitur, is, qui alius fieri ac mutari non poteſt: neque mortificati per peccatum, pater vitæ: neque eorum, qui affectibus probroſis & ignominioſis impulſi turpia committunt, is qui purus & integer eſt: neque avari & raptoris, benefactor: nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur, is, qui in omni bono cernitur & conſideratur.* Et paulò pòſt: Ἡ τοῦ πατρὸς φωνὴ τὴν αἰτίαν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ὑποστάντος διασημαίνει· οὐκοῦν ὁ μοχθηρὸς τὴν συνείδησιν, εἰ πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν λέγει, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν ἰδίων κακῶν ἀρχηγόν τε καὶ αἴτιον αὐτὸν εἶναι κατηγορήσει. Ἀλλʼ οὐδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, φησὶν ὁ ἀπόστολος. ἀλλὰ τῷ φωτὶ φῶς προσοικειοῦται, καὶ τῷ δικαίῳ τὸ δίκαιον, καὶ τῷ καλῷ τὸ καλὸν, καὶ τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἄφθαρτον. Τὰ δὲ ἐναντία πρὸς τὰ ὁμογενῆ πάντως τὴν συγγένειαν ἔχει· οὐ γὰρ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν. Patris vocabulum, *cauſſam ex ipſo procreati ſignificat. Ergo ſi quis malam habens conſcientiam Patrem ſuum Deum dicat, nihil aliud, quàm malorum ſuorum quaſi ducem & authorem eum inſimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit Apoſtolus: ſed cum lumine lumen conſociatur, & cum juſtitia juſtitia: cum honeſtate honeſtas: cum incorrupto incorruptum. Contraria verò cum iis, quæ ejuſdem generis ſunt, planè cognationem habent. Non enim poteſt arbor bona malos fructus proferre.* Et pag. ſequenti: Ὅταν τοίνυν πατέρα τὸν Θεὸν λέγειν ἡμᾶς ἐν τῇ προσευχῇ διδάσκῃ ὁ Κύριος, οὐδὲν ἕτερόν μοι δοκεῖ ποιεῖν, ἢ τὸν ὑψηλόν τε καὶ ἐπηρμένον νομοθετεῖν βίον· οὐ γὰρ δὴ ψεύδεσθαι διδάσκει ἡμᾶς ἡ ἀλήθεια, ὥστε λέγειν ὃ μή ἐσμεν, καὶ ὀνομάζειν ὃ μὴ πεφύκαμεν. ἀλλὰ πατέρα λέγοντες ἑαυτῶν, τὸν ἄφθαρτόν τε καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν, ἐπαληθεύειν τῷ βίῳ τὴν ἀγχιστείαν. Ὁρᾷς ὅσης ἡμῖν παρασκευῆς ἐστι χρεία; οἵου βίου; πόσης καὶ ποταπῆς ἐστι τῆς σπουδῆς; ὥστε ποτὲ πρὸς τοῦτο τὸ μέτρον τῆς παρρησίας ὑψωθείσης ἡμῶν τῆς συνειδήσεως, τολμῆσαι εἰπεῖν τῷ Θεῷ ὅτι πάτερ; *Cùm igitur, ut Deum in oratione* Patrem *dicamus Dominus nos docet, nihil aliud mihi facere videtur, quàm ſublimem & altam inſtituere atque præſcribere vitam: non enim utique mentiri nos veritas docet, ut dicamus nos eſſe, quod non ſimus, & appellemus nos eo nomine, quod tamen nobis attributum non ſit. Sed ut, dum incorruptum & juſtum, & bonum Patrem noſtrum dicimus, vitæ integritate propinquitatem exprimamus, eamque veram eſſe oſtendamus. Vides, quanto nobis opus ſit apparatu? quali vita? quanto ac quali ſtudio? ut ad eundem modum fiduciæ, erectâ tandem conſcientiâ noſtrâ ad Deum, dicere audeamus, Pater.* In eandem ſententiam multa alia inde excerpere licet. Paucis omnia complexus eſt Chryſoſtomus Homil. XIX. in epiſt. ad Romanos: Διὰ τοῦτο πατέρα καλοῦμεν εὐχόμενοι, οὐχὶ τῆς χάριτος μόνον ἀναμιμνήσκοντες αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἵνα μηδὲν ἀνάξιον τῆς τοιαύτης συγγενείας ποιῶμεν. *Ideo* Patrem *orantes vocamus, non tantùm ut gratiæ illius nos ipſos admoneamus, ſed etiam virtutis, ut nihil tanta propinquitate indignum admittamus.* Idem, Hom. CIV. t. V. p. 707. Πατέρα

λέγεις

Digitized by Google

λέγεις ἄνθρωπε τὸν Θεὸν; Καλῶς λέγεις, ἔστι γὰρ πατὴρ πάντων. Ἀλλὰ σπεῦδε ἐργάζεσθαι ἔργα ἀρέσκοντα τῷ πατρί σου. Εἰ δὲ κακὰ ποιεῖς ἔργα, πρόδηλον, ὅτι τὸν διάβολον ἐπικαλῇ πατέρα· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἔφορος τῶν κακῶν. Διὸ σπεῦδε ἐκφυγεῖν τοῦτον, ἀρέσαι δὲ τῷ ἀγαθῷ πατρὶ καὶ ποιητῇ σου. *Deum, ô homo,* Patrem *dicis? Bene dicis, eſt enim Pater omnium. Sed feſtina operari opera, quæ Patri tuo placeant. Si verò mala facis opera, manifeſtum eſt, te diabolum invocare patrem: ipſe enim eſt malorum præſes & inſpector. Propterea feſtines eum effugere, bono verò Patri & creatori tuo placere.* Cur verò in oratione Dominica Deum appellemus *Patrem noſtrum*, in obſervat. noſtrarum cap. VII. abundè ſatis docemus.

2. Ὑποστατικῶς, *perſonaliter*, idque

a. *Pro Deo Patre*, ſeu prima ſanctiſſimæ Trinitatis perſona. Proprium hoc ei nomen. Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. pag. 590. Ἴδιον ὄνομα τοῦ ἀνάρχου, πατήρ. *Proprium ejus, qui principii expers eſt, nomen, Pater.* Vera confeſſio de Deo Patre exſtat in epiſtola Alexandri Epiſcopi Alexandrini apud Theodoretum hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. III. pag. 533. Πιστεύομεν εἰς μόνον ἀγέννητον πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπήν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον, νόμου καὶ προφητῶν, καὶ εὐαγγελίων δοτῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ ἁπάντων ἁγίων κύριον. *Credimus in ſolum ingenitum Patrem, qui eſſentiæ ſuæ autorem nullum habet, qui converti aut mutari non poteſt, ſemper in iiſdem & eodem modo ſe habens, nec profectum, nec deceſſionem recipiens, Legis & Prophetarum ac Evangeliorum dator, Patriarcharum & Apoſtolorum, & Sanctorum omnium Dominus.* Pater autem vocatur reſpectu Filii. Greg. Nyſſenus Orat. II. contra Eunomium, t. II. pag. 434. Φανερόν, ὅτι ἡ τοῦ πατρὸς κλῆσις, οὐκ οὐσίας ἐστὶ παραστατική, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σχέσιν ἀποσημαίνει. *Perſpicuum eſt, quòd Patris appellatio non eſſentiam ſignificat, ſed relationis ad Filium index eſt.* Nazianzenus Orat. XXXV. pag. 573. Οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ πατήρ, οὔτε ἐνεργείας· σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς, ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατήρ, ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. *Neque eſſentiæ nomen eſt Pater, nec actionis: ſed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem.* Eulogius, Archiepiſcopus Alex. in Biblioth. Photii, Codice CCXXX. pag. 872. Τοῦ πατρὸς τὴν ὑπόστασιν λόγῳ παριστᾶν μέλλων, φήσεις. Ἐξ οὗ γεγέννηται ὁ Θεὸς λόγος, τομῆς ἁπάσης, καὶ παντὸς πάθους, μηδὲ κατ' ἐπίνοιαν θεωρουμένης τῇ προόδῳ τῆς γεννήσεως. *Patris hypoſtaſin verbo explicaturus, dices: Ex quo Deus Verbum genitum eſt, tali generationis proceſſu, in quo ne per cogitationem quidem ulla ſeu diviſio, ſeu paſſio reperiri poſſit.* Theophylactus in cap. XV. ad Romanos, & in II. Corinth. I. dicit *Patrem Chriſti vocari* κατὰ τὴν θεότητα, *reſpectu naturæ divinæ.* Theophanes Homil. XXXIV. pag. 247. Ἔστι τοῦ υἱοῦ πατὴρ κατὰ τὴν θεϊκὴν οὐσίαν φύσει. *Eſt Filii Pater juxta eſſentiam divinam naturâ.* Et qua non tantùm Filius per æternam generationem; de quia in voce Γέννησις, num. IV. ſed etiam Spiritus Sanctus per proceſſionem; de qua in Ἐκπόρευσις fusè; à Deo Patre eſt, hinc variis *Pater* inſignitur epithetis & nominibus. Vocatur Ἀρχή. Vide in Ἀρχή, num. I. 2. Vocatur Πηγή. Vide in Πηγή. Vocatur Αἰτία & αἴτιος, quibus Patres orthodoxi *non cauſſam* κυρίως & propriè dictam, *ſed principium* tantùm *& originem* denotari volunt; prout in voce Ἀρχή, dicto loco explicatum. Sic ergo Baſilius M. lib. I. adv. Eunomium, circa finem, *Patrem* vocat αἴτιον & ἀρχὴν reſpectu Filii. Nazianzenus Orat. XXIX. ἀρχήν, ὡς αἴτιον καὶ πηγήν. *principium, tanquam cauſam & fontem.* Chryſoſtomus Homil. X. in I. ad Corinthios, Πατὴρ αἴτιος τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ πατέρα εἶναι. *Pater cauſſa Chriſti, quatenus Pater eſt.* Theophylacto in cap. V. Joh. pag. 630. *Pater* dicitur αἴτιος τῷ υἱῷ τοῦ εἶναι, *cauſſa Filio ut ſit.* Idem, in cap. XIX. Joh. pag. 804. ſcribit: Δέδωκεν ὄντως αὐτῷ ὁ πατὴρ τὴν θεότητα, ὡς πατὴρ υἱῷ φυσικῶς· ἐπεὶ γὰρ ἐγέννησεν αὐτόν, ἀναγκαίως καὶ τῆς δόξης αἴτιος, καὶ παροχεύς, ὁ τῆς οὐσίας αἴτιος λέγεται. *Dedit ei revera Pater deitatem, ut Pater Filio naturaliter. Nam quia genuit eum, neceſſariò etiam gloriæ autor fuit & ſuppeditator, qui ſubſtantiæ cauſſa dicitur.* Zacharias Mitylenenſis libro de Mundi opificio, ex Orat. Nazianzeni XXIX. *Patrem* vocat πρώτην αἰτίαν καὶ ἀρχὴν θεότητος, τῆς ἐν Υἱῷ καὶ πνεύματι θεωρουμένης, *primam cauſſam & principium deitatis, quæ in Filio & Spiritu Sancto conſideratur.* Germanus Conſtantinop. in Theoria Eccleſ. itidem *Deum Patrem* vocat πηγὴν καὶ αἰτίαν υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, *fontem & cauſſam Filii & Spiritus Sancti:* eodem modo etiam Damaſcenus orthod. fidei lib. I. cap. XV. pag. 55. A Gregorio Nazianzeno orat. XXXV. pag. 562. Pater vocatur γεννήτωρ καὶ προβολεύς. Γεννήτωρ reſpectu Filii, qui γέννημα dicitur: Προβολεὺς reſpectu Spiritus Sancti, qui πρόβλημα vocatur. *Pater* vocatur ἀρχίφωτος πατήρ. Vide in Ἀρχίφωτος. *Patris proprietates characteriſticæ*, quibus à Filio & Spiritu S. diſtinguuntur, ſunt, quòd eſt Ἀγέννητος & Ἄναρχος, de quibus jam ſuis locis actum eſt.

b. *Pro Deo Filio*, qui expreſſe nominatur *Pater æternitatis*, Jeſ. IX. 6. quod à LXX. Interpp. malè omiſſum. Vocatur autem *Pater æternitatis*, quia ab æterno eſt, & in æternum futurus eſt; nec non, quia autor eſt vitæ æternæ: de quibus alibi.

II. *de Creaturis*: idque

1. *vita carentibus*, & quidem per κατάχρησιν, ſeu potiùs Linguæ ſanctæ idiotiſmum; ut *de fovea*, ſeu *ſepulchro* Jobi XVII. 14. Θάνατον ἐπεκαλεσάμην πατέρα μου εἶναι, μητέρα δέ μου καὶ ἀδελφήν, σαπρίαν. *Mortem appellavi patrem meum eſſe, matrem autem meam & ſororem, tabem.* Ad hunc locum Olympiodorus in Catena in Jobum, pag. 316. Εἰκότως ἐπελθεῖν σύντομως τὸν θάνατον ὡς πατέρα ποθῶ· ὥσπερ γὰρ οἱ παῖδες παραμυθίαν ἔχουσι τοὺς γονεῖς, οὕτω κἀγὼ ἐν οὐδενὶ ἔχω τὴν ἀνάπαυσιν, ἢ ἐν τῷ θανάτῳ καὶ τῇ ἀναλύσει. *Meritò ſubitum mortis adventum tanquam patris exopto: quemadmodum enim liberi in parentibus ſolatium collocant, ita & mihi nulla re alia quies & tranquillitas eſt, quàm in morte & corporis diſſolutione.* Vel, ſicut parentes ad hanc vitam nos generant, ſic fovea ſive ſepulchrum ac vermes ſunt veluti progenitores noſtri, à quibus ad futuram vitam mirabili partu aliquando in lucem producemur: unde etiam Matth. XIX. 28. reſurrectio noſtra ad vitam παλιγγενεσία, *regeneratio*, vocatur. Vide in παλιγγενεσία, num. III. Sic *de ſtatuis ligneis*, Jerem. II. 27. Τῷ ξύλῳ εἶπαν, ὅτι πατήρ μου εἶ σύ, καὶ τῷ λίθῳ, Σὺ ἐγέννησάς με. *Ligno dixerunt, Pater meus es tu, & lapidi, Tu generâſti me.* Id eſt, Ego te ſolo ut Deum & creatorem meum. Jeremias Reges, Principes, Sacerdotes ac Prophetas Iſraëlitarum idololatriæ accuſat, non quidem quòd ſtatuerint ligneas illas ſtatuas eſſe creatores ſuos; ſed quia per cultum illarum ſtatuarum Deum colere voluerunt, idque honorem Creatoris mutaverint in ſimilitudinem ligneæ ſtatuæ: quem idololatricum morem Pontificii ſequuntur, dum in hymno, *Vexilla regis prodeunt*, canunt, *O crux ave ſpes unica, Hoc paſſionis tempore, Auge piis juſtitiam, Reiſque dona veniam.* Ita Gentiles numina ſua *Patres* appellabant. De ſcipſis dii apud Lucilium, citante Lactantio, de Vera Sapientia cap. III.

Digitized by Google

Ut nemo ſit noſtrûm, quin Pater *Optimu' Divûm.*
Ut Neptun' Pater, *Liber*, *Saturnu'* Pater, *Mars*,
Janu', *Quirinu'*, Pater *nomen dicatur ad Unum.*

Ubi legit, & rectiſſimè, Fr. Douza, *omnes dicamur ad unum.* Diſertè autem Agellius lib. V. cap. XII. pag. 215. *Jovem Latini veteres à juvando appellavere, eundemq́; alio vocabulo juncto,* Patrem *dixerunt. Nam quod eſt in eliſis, aut immutatis quibusdam literis* Jupiter, *id plenum atque integrum eſt* Jovis-pater. *Sic &* Neptunus-pater *conjunctè dictus eſt &* Janus-pater, & Saturnus-pater, & Mars-pater: *hoc enim eſt* Mars-piter. Hactenus Agellius. Largiter autem peccare eos, qui cum Agellio, Cicerone, Lactantio, & aliis, *Jovem à juvando* petunt, dictumque volunt *Jupiter*, *quòd ſit juvans* pater, pluribus docet Cl. Voſſius in Etymologico, in verbo *Juvo.*

2. *Vitâ donatus*; idque *impropriè*; propria enim ſignificatio omnibus nota & obvia eſt;

a. *Pro autore.* Ita Joh. VIII. 44. de diabolo dicit Chriſtus, Ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. *Mendax eſt, & pater ejus.* Mirum eſt, quantopere in hujus loci interpretatione ſe torſerint veteres. Epiphanius hæreſi XXXVIII. quæ eſt Cajanorum, pag. 124, 125. Καὶ πρῶτον ἴδωμεν περὶ τοῦ Κάϊν, ὡς ἡ μὲν παλαιὰ διαθήκη φησίν. Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς, ἥτις ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἐκ τῆς χειρός σου. Καὶ πάλιν Ἐπικατάρατος σὺ ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἔσῃ στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς. Συνῳδὰ δὲ τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τούτου λέγει, ὅτε Ἰουδαῖοι ἔλεγον, ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν. ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτοὺς ἔφη. Ὑμεῖς υἱοί ἐστε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου, ὅτι ψεύστης ἐστὶν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἑστήκει. ὅταν λαλεῖ, τὸ ψεῦδος τῶν Ἰουδαίων λαλεῖ, (pro, τῶν Ἰουδαίων, legendum ἐκ τῶν ἰδίων) ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. *Et de Caino primùm quid in Veteri Teſtamento ſcriptum ſit, inſpiciamus. Maledictus, inquit, eris à terra, quæ aperuit os ſuum, ut ſuſciperet ſanguinem fratris tui è manu tua. Et iterum: Maledictus eris in operibus tuis, erisq́; gemens & tremens ſuper terram. Quibus ea conſentiunt, quæ de eodem Dominus in Evangelio loquitur, cùm Judæi dixiſſent, Patrem habemus Deum. Dominus autem ad eos dixit: Vos filii eſtis patris veſtri diaboli, quoniam mendax eſt, quoniam pater ejus mendax eſt. Ille homicida fuit, & in veritate non ſtetit. Cùm loquitur, mendacium ex propriis loquitur, quoniam pater ejus mendax erat.* Eadem quoque ſcribit in Archonticorum hæreſi: Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Σατανᾶ ἐστε· καὶ ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. *Vos ex Satana eſtis: & quando loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quoniam etiam pater ejus mendax erat.* His in locis hæc verba, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν, addita eſſe ad verba Chriſti nemo non videt. Dubitari quidem poteſt, an è Codice ſuo hæc deſcripſerit Epiphanius; an verò ex Codice quodam Hæreticorum, qui hæc verba in Johannis Evangelium impiè intruſerint; cùm ea contra Cajanos ex ſua ſententia, atque è ſuo Codice, ut ea quæ è vetere refert Inſtrumento, deſcribere videatur. Veriſimile tamen & probabile eſt, hæc verbis Chriſti addita fuiſſe ab Hæreticis, cùm ex iis ſomnia ſua probare conarentur, ut ipſe obſervat Epiphanius. In hæreſi enim Cajanorum iis, quæ modò attulimus, ſtatim ſubjicere: Ὅθεν καὶ αἱ ἄλλαι αἱρέσεις ἀκούσασαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πατέρα μὲν τῶν Ἰουδαίων φάσκουσιν εἶναι τὸν διάβολον, ἔχειν δὲ πατέρα ἄλλον, καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα, πάλιν πατέρα. *Unde etiam hæreſes aliæ, cùm hanc vocem audiunt, Judæorum patrem diabolum eſſe dicunt, cui & alius ſit pater, huicq́; itidem alius.* Et in hæreſi Archonticorum: Ἵνα δῆθεν εἴπωσι, τὸν διάβολον εἶναι τὸν Κάϊν, ἐπειδὴ εἴρηκεν, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἵνα δείξῃ, πατέρα μὲν εἶναι αὐτοῦ τὸν διάβολον τοῦ δὲ διαβόλου εἶναι πατέρα τὸν ἄρχοντα τὸν ψεύστην. *Ut nimirum diabolum eſſe Cainum efficiant, ex eo quod dixerit, Homicida eſt ab initio; atque patrem ejus eſſe diabolum oſtendat; diaboli verò patrem, mendacem illum principem.* Hic Epiphanii excuſari non poteſt negligentia, qui hæc verba, ac ſi ab ipſo Chriſto dicta fuiſſent, cum ipſius Chriſti verbis, & Veteris Teſtamenti locis conjunxit, nec Lectores ſuos monuit, unde hæc ſit mutuatus, ut qui ea de Juda proditore intelligat, ut hæc illius verba, in Cajanorum hæreſi teſtantur: Ἄρα γοῦν ἐξ ἅπαντος ἔγνωμεν, ὡς περὶ τοῦ Ἰούδα ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται· καὶ ᾧ τις πείθεται, τοῦτον πατέρα ἔσχηκεν, καὶ ἀρχηγὸν τῆς αὐτοῦ πειθοῦς. Φησὶν οὖν ὁ Κύριος. Ὑμεῖς υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστὲ, ἐπειδὴ ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ τῷ Ἰούδᾳ ἐπείθησαν. *Hoc igitur manifeſtè cognovimus, quòd de Juda dixerit Judæis: à quo enim quisque ſuperatus eſt, hujus etiam ſervus eſt: ac cuicunque aliquis obſequitur, hunc & patris loco habet, & obſequii ſui autorem agnoſcit. Quare ideo iiſce verbis Dominus utitur, Vos filii patris veſtri diaboli eſtis, quòd Judæ Chriſti loco paruerint.* Dici tamen poteſt, Epiphanium voluiſſe hac de re Lectorem ſuum admonere, ſed id per Librariorum incuriam ipſi non licuiſſe; ideóque hæc verba, quæ hodie ita leguntur in hæreſi Archonticorum, φέρουσι δὲ μαρτυρίας, ὅταν θελήσωσιν ἀπατᾶν τινας, ἀπὸ τῶν θείων βιβλίων, ὡς καὶ ἐν ἄλλῃ μοι αἱρέσει τοῦτο εἴρηται, ita eſſe ſupplenda & reſtituenda, ὡς ἀπὸ τῶν θείων βιβλίων, atque ita vertenda: *Afferunt autem, cùm aliquos volunt decipere, teſtimonia tanquam è Libris divinis, ut in alia quoque Hæreſi hoc à me jam dictum eſt.* Id ex Irenæo obſervavit, in hæreſi Marcoſiorum. Irenæi hæc ſunt verba: Πρὸς δὲ τούτοις ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν, εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. *Apocryphorum & adulterinarum præterea ſcripturarum, quas ipſimet commenti ſunt, infinitam multitudinem obtrudunt, quibus imperitis ac germanarum ſcripturarum ignaris ſtuporem objiciant.* Atque ex hujuſmodi Libris ſumta ſunt hæc verba, quæ Irenæus ibidem refert, licèt ea non ſeparet ab iis, quæ revera in ſacro Codice extant: Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκοῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐροῦντα. *Sæpe ego deſideravi unum ex illis ſermonibus audire, nec qui diceret, habui.* Interim *de Juda proditore* etiam alii ex veteribus intellexerunt. Ammonius in Catena in cap. VIII. Joh. pag. 238. Πατέρα τῶν Ἰουδαίων καλεῖ τὸν Κάϊν, ὃς πρῶτος ἀνθρώπων φθόνου, καὶ φόνου, καὶ ψεύδους, καὶ ἀπάτης γέγονεν ἀρχηγὸς μετὰ τὸν Σατανᾶν, ὑπὲρ ἂν δικαίως ὀνομάζοιτο. *Patrem Judæorum vocat Cainum, qui poſt Satanam; cujus meritò filius nominatur; primus hominum homicidii, & invidiæ, & mendacii atque deceptionis autor extitit.* Eodem concedit Cyrillus Alexandrinus in cap. VIII. Joh. pag. 559. &c. Sed nihil neceſſe erat ita extravagari. Simplex namque ſententia eſt, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ſc. τοῦ ψεύδους, *mendacii.* Caſaubonus Exercitat. XV. ad Annales Baronii cap. XII. *Novum non eſt, ut relatio fiat ad vocem in præcedente aliqua dictione latentem, ut apud Homerum, Il. ώ. v. 499.*

- - - - - Εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτούς.
Servavit oppidum & ipſos.

Αὐτοὺς, id eſt, ἀστοὺς, nam in voce ἄστυ, dictio ἀστὸς latet, quod & Euſtathius obſervat. Plinius lib. XXVIII. cap. IX. de lacte: *Stomacho accommodatiſſimum caprinum,*

Digitized by Google

num, quoniam fronde magis, quàm herbâ veſcuntur, ſc. *capræ*. In voce enim *caprinum*, altera, *capræ*, latet. *Caprinum*, id eſt, caprinum lac: caprinum autem lac, id eſt, *lac caprarum*. Sic hoc ipſo loco de diabolo dicitur, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. *Ejus* nimirum ψεύδους, quæ vox repeti debet ex præcedente ψεύστης, in qua latet. Atque ita intellexit Theophylactus in cap. VIII. Joh. pag. 686. Ὁ διάβολος κυρίως ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, τουτέστι, τοῦ ψεύδους. *Diabolus propriè mendax eſt, & pater ejus, hoc eſt, mendacii*. Et Cyrillus Jeroſol. Catech. XI. Illum. pag. 124. de diabolo: Ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους τὰ τοῦ ψεύδους ἔργα φυσιοσκοπεῖ. *Pater mendacii opera mendacii ſpeculatur*. Dorotheus Doctr. IX. pag. 801. Ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ἰδοὺ πατέρα λέγει τοῦ ψεύδους τὸν διάβολον. Sic ab Auguſtino perhibetur eſſe *caput & finis mendacii*, id eſt, ex aſſe mendax, & nihil niſi mendacium.

b. *pro magiſtro, doctore, præceptore*. De talibus apud Baſilium M. in Conſtitut. Monaſt. cap. XX. pag. 707. Πατὴρ ἐστιν ἀληθέστατος πρῶτος μὲν ὁ τῶν ἁπάντων πατὴρ· ὁ δεύτερος δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον ὁ τῆς πνευματικῆς καθηγούμενος πολιτείας. *Veriſſimus Pater eſt, primus quidem, qui communis omnium pater eſt: ſecundus verò poſt illum, penes quem eſt moderatio ſpiritualis vivendi rationis*. A Chryſoſtomo, Homil. XLVIII. t. V. talis vocatur πατὴρ πνευματικὸς, *pater ſpiritualis*. Idem, Homil. XI. t. V. pag. 53. dicit, Οὐ τὸ σπεῖραι ποιεῖ πατέρα μόνον, ἀλλὰ τὸ παιδεῦσαι καλῶς. *Non tantùm id patrem facit, ſi gignat, ſed etiam, ſi bene inſtituat*.

c. *pro ſuſceptore, ſeu arbitro initiationis*. Nicetas, Metropolitanus Heracleæ, in Reſp. *ſuſceptorem*, qui aliàs ab eo vocatur ἀνάδοχος, frequenter vocat πνευματικὸν πατέρα, *ſpiritualem patrem*.

Πατριά.

Πατριὰ eſt φυλὴ, *tribus*, ut exponit Heſychius. Πατριαὶ, ut Suidas, ſunt χῶραι, φυλαὶ, ταπαρχίαι, *regiones, tribus, locorum præfecturæ*. Vide Lucæ II. 4. & Act. III. 25. *Metaphoricè* verò ad Epheſ. III. 15. πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς appellatur *Eccleſia triumphans & militans*. Greg. Nyſſenus tract. I. in Pſal. cap. VIII. t. I. pag. 286. Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ἀντὶ θηρίων, πρόβατα πατριᾶς· πατριὰν δὲ ὀνομάζει τὸ σύστημα τῶν εἰς τὸ θεῖον κατὰ λόγων συντελούντων. ὡς καὶ ὁ Παῦλος λέγει. Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. *Et poſuit illos bonus paſtor, loco brutorum, oves familiæ. Familiam nominat cœtum & collectionem rationum ad divinum Numen obtinendum conducentium: quemadmodum & Paulus teſtatur: Ex quo omnis familia & in cœlo & in terra nominatur*. Corruptiſſimus hic locus in editione Pariſina. Quid enim, τῶν εἰς τὸ θεῖον κατὰ λόγων συντελούντων, quod interpres ſine ullo ſenſu reddit, *collectionem rationum ad divinum Numen obtinendum conducentium?* Omnino legendum, τὸ σύστημα τῶν εἰς τὸν θεῖον κατάλογον συντελούντων, *cœtus ſeu collectio eorum, qui divino annumerantur catalogo*. Reſpicit autor ad Pſal. CVII. 41. ubi, Καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς. *Et poſuit ſicut oves familias*. Πατριὰς, non πατριᾶς. Theodoretus ad hunc locum, pag. 839. Aquila ſic reddit, καὶ θήσει ὡς ποίμνιον συγγενείας. ὡς προβάτων γὰρ τῶν ἰδίων ἐπιμελεῖται, καὶ ὡς συγγενῶν κατὰ σάρκα προμηθεῖται καὶ κήδεται. *Et ponet ut gregem cognationis. Tanquam ovium enim, ſuorum curam gerit, & tanquam cognatis ſecundum carnem providet, eosque curat*. Alii Interpretes per πατριὰν, apud Apoſtolum, intelligunt *homines & Angelos*. Ita Theophylactus, pag. 528. Ἐκ τοῦ ἄνω πατρὸς, φησι, πᾶσα πατριά· ἐπὶ τῆς γῆς μὲν τὰς γενεὰς ὀνομάζων πατριὰς, ἀπὸ τοῦ τῶν πατέρων ὀνόματος οὕτω καλουμένας. Ἐν οὐρανῷ δὲ, ἐπεὶ ἐκεῖ οὐδεὶς ἐξ οὐδενὸς γεννᾶται, πατριὰς τὰ συστήματα λέγει· τουτέστι, καὶ τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω φυλὰς αὐτὸς ἐποίησε, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ οἱ ὀνομαζόμενοι πατέρες. *Ex ſuperno Patre, inquit, omnis eſt paternitas: ſuper terram quidem generationes & familias nominans πατριὰς, à patrum nomine ſic appellatas: in cœlis autem, quia illic nemo ex quopiam naſcitur, paternitates ſive familias, ipſos ordines & choros dicit: hoc eſt, cùm ſuperiores tum inferiores ipſe tribus fecit, & ab ipſo ſunt qui nominantur patres*. His gemina ad eundem locum habet Oecumenius, pag. 629. Ἐπὶ μὲν γῆς πατριὰς τὰ γένη καλεῖ, ἀφ᾽ ὧν καὶ πατέρες καλοῦνται· ἐν οὐρανῷ δὲ, ἔνθα οὐκ ἔστιν ὅδε ἐκ τοῦδε, πατριὰς τὰ συστήματα λέγει· αὐτὸς γὰρ τάς τε ἄνω καὶ τὰς κάτω φυλὰς ἐδημιούργησε. *In terra πατριὰς vocat familias, à quibus etiam patres nominantur: in cœlo verò, ubi non eſt alius ab alio, πατριὰς appellat ordines ſeu choros: Ipſe enim & ſuperiores & inferiores tribus creavit*. Pachymeres in cap. I. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 402. Πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ (δηλονότι τὰ οὐράνια τάγματα) καὶ ἐπὶ γῆς (δηλονότι αἱ πνευματικαὶ συγγένειαι καὶ ἀλληλουχίαι), πατριὰς γὰρ τὰς συγγενείας φησὶν ὁ Μωϋσῆς. *Omnis paternitas in cælo, id eſt, ordines cæleſtes, & in terra, ſcilicet ſpiritales cognationes & complexiones, Moſes enim πατριὰς vocat cognationes ſeu affinitates*. Ad eundem locum S. Maximus, pag. 118. Πατριὰν λέγει τὴν οἱονεὶ πατρότητα. Πατριὰν *vocat quaſi paternitatem*. Piæ quidem hæ meditationes, ſed iis vis verborum Apoſtoli vix tangitur, nedum exhauritur. A Deo eſt omnis πατριὰ, *familia*, omnium rerum quæ in cœlo & in terra ſunt; hoc eſt, eſt pater conditor & gubernator omnium rerum viſibilium & inviſibilium, cœleſtium & terreſtrium. Alluſit autem Apoſtolus ad patrem familias & ipſam familiam, quæ illum ſolum reſpicit in omnibus, à quo ſolo pendet, à quo item tota eſt propagata. Nihil ergo hoc novo loquendi genere aliud dixit, quàm ſi Deum ipſum conditorem & moderatorem omnium rerum appellâſſet.

Πατριάζω.

De hoc verbo ſic H. Stephanus. Πατριάζω Atticis eſt *Facio aliquid more paterno*, ſeu, *tanquam pater, Morem paternum*, vel, *mores paternos in aliqua re agenda refero*. Scribit enim Pollux, καὶ πατριάζειν δέ τι ἔλεγον Ἀθηναῖοι, τὸ πράττειν τι ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν. Ubi animadverte etiam, non πατριάζειν abſolutè, ſed πατριάζειν τὶ ab eo dici. Hactenus ille. At legitur etiam abſolutè poſitum apud Cyrillum Alexand. in Cap. VI. Amoſi, pag. 311. ubi de Judæis: Ἀπελέγχει ὅτι πατριάζουσι, καὶ προγονικῆς δυσσεβείας κατ᾽ ἴχνος ἰόντες, παραθήγουσιν ἐφ᾽ αὑτοὺς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην. *Redarguit eos, quòd paternos imitentur mores, & majorum impietatem ſequentes, contra ſe ipſos univerſorum Dominum concitent*.

Πατριάρχης.

I. *Explicatio nominis*. Errant, meo quidem judicio, qui hanc vocem conflatam eſſe volunt ex πατὴρ & ἀρχὴ, quod Cl. Voſſius facit: vel ex Dativo πατρὶ, quæ Stephani ſententia eſt. Non poteſt eſſe ex Dativo, quia analogia repugnat. Omnia namque cum hac voce compoſita, ex Genitivo πατρὸς formantur. Patet ex πατράδελφος, πατραλοίας, πατροκασίγνητος, πατρόκλινος, &c. Nec ex Genitivo eſt, quia tunc ſcribendum eſſet πατράρχης, ut ἐθνάρχης, πολιτάρχης, στρατοπεδάρχης. Eſt igitur ex πατριὰ, quaſi πατριᾶς ἄρχων, *gentis unius primas*. Nam πατριὰ idem quod ἔθνος, ut vocatur Can. XXXIV. Apoſtol. Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐ-

Digitized by Google

τοῖς πρῶτον. *Cujuſque gentis Epiſcopos ſcire oportet, quis inter eos primus ſit.* Hoc etymon etiam inde ſolidiſſimè confirmatur, quia LXX. Interpp. voces Hebræas ראשי אבות I. Chron. VIII. 28. Num. VII. 2. XXXI. 26. XXXII. 28. XXXVI. 1. I. Chron. VII. 40. VIII. 6. 10. 13. IX. 9. Eſdræ III. 12. reddiderunt ἄρχοντες πατριῶν, item ἄρχοντες πατριῶν πατριάρχαι. Quod profectò non feciſſent, ſi à πατὴρ deductam vocem credidiſſent: tum enim ἄρχοντες πατέρων ſcripſiſſent. Idem autem ſignificat, quod ἀρχιπατὴρ, vel *princeps patrum*, vel, ut Paulum appellat Juſtinus in Quæſtionibus, πατέρων πατὴρ. Non tamen ex voce πατὴρ componitur, ſed ex πατριὰ, quæ gentem ſignificat plures familias complexam, ac proinde plures patres familiæ habentem ab uno generis autore deſcendentes. Sic quoque πατριάρχης plurium Patrum pater eſt. Inde hoc nomen Patriarchis Iſraelitarum tributum.

II. *Diviſio.* Reperiuntur *Patriarchæ*

1. *apud Judæos.* Uſitatam hanc vocem fuiſſe apud Judæos, ex Veteri & N. Teſt. notum eſt. Vide I. Chron. XXIV. 31. II. Chron. XXVI. 12. XIX. 8. I. Chron. XXVII. 22. II. Chron. XXIII. 20. In Novo Teſtamento quater legitur, Act. II. 29. VII. 8. 9. ad Hebr. VII. 4. ſed ſcriptores ſacri hanc vocem nunquam Eccleſiæ Novi Teſtamenti accommodârunt. Soli Judæi, etiam poſt everſam, circa annum Domini LXX. politiam & ſynagogam, *Patriarcharum* nomen retinuerunt: ut enim inter ſuæ nationis homines perpetua vigeret communio ex iis, quos ex Davidis poſteris eſſe credebant, duos eligebant Principes, quorum quilibet ראש גלותה, αἰχμαλώταρχος, dicebatur. Alter Babylone ſuam ſedem habet in gratiam Judæorum trans Euphratem ſub Parthorum imperio degentium: alter Tiberiade Galilææ pro Judæis per imperium Romanum diſperſis. Priorum ſucceſſio, licèt obſcura, ad annum uſque MCC. duravit: poſteriorum verò, ex poſteris Hillelis Simeonis, Juſti dicti, ad annum CCCCXX. Illos ex poſteris Davidis fuiſſe, negat Cyrillus Jeroſ. Catech. XII. & Theodoretus, Dial. I. neſcio quo fundamento nixus, dicit eos ex Herode ortos eſſe, pag. 22. Orthodoxus interrogat: Τίς ἐπίσταται σήμερον ἐκ τῆς Δαυιτικῆς τινὰ καταγόμενον ῥίζης; *Quis hodie novit aliquem ex Davidica ſtirpe prognatum?* Ad hæc Eraniſtes: Οἱ καλούμενοι ὢν τῶν Ἰουδαίων πατριάρχαι, οὐκ ἐκ τῆς Δαυιτικῆς ὑπάρχουσι συγγενείας; *Qui ergo Judæorum Patriarchæ dicuntur, an ex Davidica ſtirpe non ſunt?* Orthod. Οὐδαμῶς. *Nequaquam.* Eraniſtes: Ἀλλὰ πόθεν ἐρμῶνται; *Unde igitur orti ſunt?* Orthod. Ἐξ Ἡρώδου τοῦ ἀλλοφύλου, ὃς πατρόθεν μὲν Ἀσκαλωνίτης ἐτύγχανεν ὤν, μητρόθεν δὲ Ἰδουμαῖος. *Ex Herode alienigena, qui paterna quidem origine Aſcalonites fuit, materna verò Idumæus.* Imprimis obſervandum, quòd continuò ſubjicit, Ἄλλως τε καὶ αὐτοὶ παντελῶς ἠφανίσθησαν, καὶ χρόνος διελήλυθεν, ἐξ οὗ καὶ ἡ τούτων ἡγεμονία τὸ πέρας ἐδέξατο. *Quanquam hi quoque prorſus aboliti ſunt, & dudum eſt ex quo horum quoque principatus finem cepit.* Vixit Theodoretus circa annum DN. CCCCL. Ergo jam ante illud tempus hi Judæorum Patriarchæ fuerunt abrogati. Hoc verum eſſe, & jam circa annum CCCCXX. eorum dignitatem fuiſſe ſublatam, patet ex Cod. Theodoſ. lib. XVI. tit. VIII. C. XXIX. ubi lex, III. Calend. Junii Conſtantinopoli lata, anno DN. CCCCXXIX. de his Patriarchis, ut jam abrogatis, loquitur. Erat autem eorum dignitas & autoritas tanta, ut ne Gentiles quidem eam agnoſcere fuerint dedignati: nam, cùm Adrianus Imp. circa annum CXXIX. ad Servianum Coſ. de corruptis Ægyptiorum moribus literas dediſſet, inter alia, apud Vopiſcum in Saturnino, pag. 1172. ſcripſit: *Ipſe ille Patriarcha quum Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Chriſtum.* Hæc non poſſunt intelligi neque de Epiſcopo Alexandrino, qui non neceſſe habuiſſet in Ægyptum venire, utpote qui in ea ſuam habebat ſedem; nec de ullo Chriſtiano, qui ad adorandum Chriſtum nulla vi fuiſſet adigendus, utpote gnarus, ipſum Chriſtiani nomen hoc à ſe flagitare: ſed referri debent ad Patriarcham Judæorum Tiberiade habitantem, qui ex æquo hoſtis erat & eorum qui Chriſtum, & qui Serapidem adorabant.

2. *apud Montaniſtas.* Anno Domini CCCLXXX. Patriarchæ nulli niſi inter hæreticos, teſte Hieronymo ad Marcellam, epiſt. LIV. *Apud nos Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent, apud eos* (Montaniſtas) *Epiſcopus tertius eſt. Habent enim primos de Pepuza Phrygiæ* Patriarchas, *ſecundos quos appellant Cenones; atque ita in tertium, id eſt, pene ultimum locum Epiſcopi devolvuntur, quaſi exinde ambitioſior religio fiat, ſi quod apud nos primum eſt, apud illos noviſſimum ſit.* Hinc luce meridiana clarius eſt, nullos Eccleſiam Chriſtianam eo adhuc tempore habuiſſe Patriarchas, quales deinceps in eam invectos fuiſſe, in ſequentibus docebimus. Aliter enim ſi ſeſe res habuiſſet, quâ, quæſo, fronte, quâ conſcientia Hieronymus ſuperiora Montaniſtis exprobrare fuiſſet auſus? qui hæc talia ad Marcellam, fœminam emunctæ naris, & in Religione Chriſtiana probè inſtitutam, ſcripſiſſet, ſi ipſa etiam Eccleſia, æquè ac Montaniſtæ hæretici, ſuos habuiſſet *Patriarchas* Epiſcopis longe ſuperiores? Vel cœco igitur pateat, quid ſentiendum de illis Clementis, epiſt. I. ad Jacobum fratrem Domini, pag. 15. *In illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Archiflamines eorum ac primi legis Doctores erant, Epiſcoporum primates poni, vel* Patriarchas, *qui reliquorum Epiſcoporum judicia, & majora (quoties neceſſe foret) negotia in fide agitarent, & ſecundum Dei voluntatem ſicut conſtituerunt S. Apoſtoli, ita ut ne quis injuſtè periclitaretur, definirent, &c.* Item de verbis Anacleti, epiſt. II. pag. 127. *Ipſi quoque in civitatibus vel locis noſtris* Patriarchas *vel Primates, (qui unam formam tenent, licèt diverſa ſint nomina) leges divinæ & Eccleſiaſticæ poni & eſſe juſſerunt, &c.* Et de illis ejuſdem epiſt. III. pag. 138. *Epiſcoporum ordo unus eſt, licèt ſint Primates illi, qui primas civitates tenent, qui & in quibuſdam locis* Patriarchæ *à nonnullis vocantur.*

3. *apud Chriſtianos:* ubi

A. *Qui ſic appellati.* Patriarchæ

α. *in genere,* vel *latiori ſignificatione,* dicti *Epiſcopi.* Gregorius Nazianzenus, de Patre ſuo; qui, Præter antiquitatem promotionis ſuæ, nulla re alia reliquis ſuperior erat Epiſcopis; loquens, Orat. XX. pag. 342. eum vocat τὸν νέον Ἀβραὰμ καὶ πατριάρχην ἡμέτερον, *novum Abrahamum & Patriarcham noſtrum.* Et Orat. XLI. pag. 675. de eodem: Ὁ σεμνὸς Ἀβραὰμ οὗτος, ὁ πατριάρχης, ἡ τιμία κεφαλὴ καὶ αἰδέσιμος, τὸ πάντων τῶν καλῶν καταγώγιον, ὁ τῆς ἀρετῆς κανών, ἡ τῆς ἱερωσύνης τελείωσις. *Venerandus hic Abraham,* Patriarcha *ille, illud charum & Auguſtum caput, illud virtutum omnium domicilium, virtutis norma, ſacerdotii perfectio.* Ad hæc Nicetas: *Patriarcham eum vocat, ut patrem & principem civitatis, quantum quidem ad res Eccleſiaſticas attinet.* Idem anno CCCLXXX. Orat. XXXII. in præſentia CL. Epiſcoporum Conſtantinop. in Concilio II. Oecumenico congregatorum habita, pag. 525. Τί δεινὸν οὐ πεπόνθαμεν; οὐχ ὕβρεις; οὐκ ἀπειλάς; οὐ φυγάς; οὐ χρημάτων ἁρπαγάς; οὐ δημεύσεις; οὐ πρεσβυτέρων ἐμπρησμοὺς θαλαττίους; οὐ ναοὺς βεβηλωμένους ἁγίων αἵμασι, καὶ γενομένους ἀντὶ ναῶν πολυάνδρια; οὐ πρεσβυτέρων ἐπισκόπων, οἰκειότερον δὲ πατριαρχῶν εἰπεῖν σφαγὰς δημοσίας; *Quid non acer-*

Digitized by Google

acerbitatis paſſi ſumus? Annon injurias? annon minas? annon exilia? annon pecuniarum direptiones? annon bonorum proſcriptiones? annon marinas Presbyterorum excuſſiones? annon templa Sanctorum cruore contaminata, & ex templis in ſepulchra immutata? annon publicas ſenum Epiſcoporum, aut, ut aptiore verbo utar, Patriarcharum cædes? Quem hic *Patriarcharum* dicemus trucidatum? Neminem. Reſpicit Nazianzenus ad Euſebium Samoſatenſem, qui, referente Theodoreto hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. IV. p. 709. cùm Marim Dolichæ in Syria; oppidum erat Ariana labe infectum; creaſſet Epiſcopum, ab Ariana muliere interfectus fuit. Ἐνιδρῦσαι τοῖς ἱερατικοῖς θώκοις ἐθελήσας ὁ μέγας Εὐσέβιος τὸν Μάριν, τὴν Δολίχην κατέλαβεν. Εἰσιόντι δὲ αὐτῷ γυνή τις, τῆς Ἀρειανικῆς νόσου ἐμπεπλησμένη, κέραμον ἄνωθεν ἐπαφῆκεν ἀπὸ τοῦ τέγους, ὃς τήν τε κεφαλὴν συνέτριψε, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς τὸν ἀμείνω βίον παρέπεμψε. *Magnus Euſebius in Epiſcopali ſede collocare volens Marim, Dolicham venit. Urbem introëunti mulier quædam, Ariana peſte laborans, conjectâ de tecto tegulâ caput colliſit, eumq; haud multò poſt ad meliorem vitam transmiſit.* Greg. Nyſſenus, anno CCCLXXXI. *Patriarchæ* titulum omnibus ſine diſcrimine Epiſcopis attribuit, quando de Patribus ſecundi Concilii Oecumenici; inter quos, ut refert Nazianzenus in Carmine de vita ſua, pag. 27. plures erant νέοι, juvenes; Orat. in funere magni Meletii Epiſcopi Antiocheni, tom. III. p. 589. ita loquitur: Ὁρᾶτε τοὺς πατριάρχας τούτους· πάντες οὗτοι τέκνα τοῦ ἡμετέρου εἰσὶν Ἰακώβ. *Videte hoſce Patriarchas; omnes iſti filii noſtri Jacobi* (Meletii) *ſunt.* Si magni illi viri, quosdam ἐξαιρέτως *Patriarcharum* titulo ſciviſſent ornatos, num, quæſo, usque adeò imprudenter eorum dignitatem & autoritatem elevâſſent, idemque nomen omnibus Epiſcopis commune eſſe voluiſſent? Quis hodierno die auſit, poſtquam *Papæ* & *Cardinalium* nomen Epiſcopi veteris Romæ, & præcipuorum ejus Præſulum proprium eſſe cœpit, impunè & absque Curiæ Pontificis offenſa, vel maximè venerabili totius Collegii Epiſcopalis nomen *Papæ & Cardinalis* tribuere? & quantò minùs omnibus in genere?

β. *Strictior ſignificatio*, ac proinde *tituli Patriarchalis uſurpatio* ad Socratis tempora referri debet, qui hiſtoriam ſuam poſt annum CCCCXL. atque adeò ſtatim poſt ſublatum & extinctum Judæorum Patriarchatum, ſcripſit. Sic enim ille lib. V. cap. VIII. p. 244. b. de Patribus in II. Concilio Oecumenico Conſtantinopoli congregatis: Ἐβεβαίωσαν αὖθις τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν, καὶ πατριάρχας κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν. Τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τοὺς διωγμοὺς ἐγίνετο ἀδιαφόρως. Καὶ κληροῦται Νεκτάριος μὲν τὴν μεγαλόπολιν, καὶ τὴν Θρᾴκην. Τῆς δὲ Ποντικῆς διοικήσεως, Ἑλλάδιος ὁ μετὰ Βασίλειον Καισαρείας τῶν Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος, Γρηγόριος ὁ Νύσσης, ὁ Βασιλείου ἀδελφός, Καππαδοκίας δὲ καὶ αὕτη πόλις, καὶ Ὀτρήιος ὁ τῆς ἐν Ἀρμενίᾳ Μελιτηνῆς, τὴν πατριαρχίαν ἐκληρώσατο. Τὴν Ἀσιανὴν δὲ λαγχάνουσιν Ἀμφιλόχιος Ἰκονίου, καὶ Ὄπτιμος ὁ Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Αἴγυπτον Τιμοθέῳ τῷ Ἀλεξανδρείας προσενεμήθη. Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησιῶν τὴν διοίκησιν τοῖς αὐτοῖς ἐπισκόποις ἐπέτρεψαν, Πελαγίῳ τε τῷ Λαοδικείας, καὶ Διοδώρῳ τῷ Ταρσοῦ, φυλάξαντες τὰ πρεσβεῖα τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, ἅπερ τότε παρόντι Μελετίῳ ἔδοσαν. Ὥρισαν δέ, ὥστε εἰ χρεία καλέσοι τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, ἵνα ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικῇ. *Rurſus fidem à Nicæno Concilio traditam confirmârunt, & Patriarchas, diviſis provinciis, conſtituerunt: ut Epiſcopi certæ diœceſi præpoſiti, alienas Eccleſias ne invaderent. Hoc enim antea propter perſecutiones promiſcuè fiebat. Sortitur ergo Nectarius Megalopolim,* id eſt, Conſtantinopolim, *& Thraciam. Ponticæ autem diœceſeos Helladius, qui poſt Baſilium Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus fuit; Gregorius Baſilii frater Nyſſæ, quæ ipſa urbs quoque eſt Cappadociæ; & Otreius Melitenæ, quæ in Armenia eſt, Patriarchatum ſortitus eſt. Aſianum verò ſortiuntur Amphilochius Iconii, & Optimus Antiochiæ Piſidiæ. Timotheo verò Alexandrino Ægyptiacus Patriarchatus attributus eſt. Eccleſiarum porrò, quæ in Oriente ſunt, adminiſtrationem iisdem Epiſcopis commiſerunt, Pelagio Laodicenſi & Diodoro Tarſenſi: conſervantes tamen privilegia Antiochenſium Eccleſiæ, quæ ei qui tum aderat Meletio dederunt. Statuerunt autem, ut quoties res poſtularet, de cujusque provinciæ negotiis cujusque provinciæ Synodus conſtitueret.* In hac Socratis narratione aliquot veniunt obſervanda. Notatu digna eſt occaſio hujus ordinationis. Durantibus perſecutionibus Diœceſium diſtinctio non fuit obſervata, ſed Orthodoxi, φιλαδελφίας memores, vicinorum quoque res curabant, eumque in finem, neceſſitate id poſtulante, extra ſuos egrediebantur limites. Ita Amphilochius, licèt eſſet membrum Diœceſis Aſianæ, Iſauricæ tamen Eccleſiæ, quæ ad Orientalem pertinebat diœceſin, curam geſſit. Teſtis eſt Baſilius epiſt. CCCCVI. pag. 1192. quando eum ita compellat: Ἀξίως τῆς σαυτοῦ ἐμμελείας καὶ σπουδῆς, ἧς ἀεὶ ἐπαινέτης εἰμὶ ἐγώ, ἐμερίμνησας τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας Ἰσαύρων. *Prout dignum erat tua diligentia & cura, cujus ego ſemper laudator exiſto, Iſauricæ Eccleſiæ negotia curâſti.* Euſebius Epiſcopus Samoſatenſis, in provincia Euphratenſi, curam geſſit Eccleſiarum in Thracia, Ponto, Aſia, & Oriente, ut teſtatur Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. XII. XIII. & lib. V. cap. IV. S. Baſilius Eccleſiarum in Aſia; vide epiſt. ejus CCLXXII. CCCCIII. in Oriente, ut docet epiſt. XLVIII. L. LI. præcipuè verò Iconii, epiſt. VIII. Evæſenorum, epiſt. LXXII. Cùm verò hæretici hoc ipſo orthodoxorum agendi modo fuiſſent abuſi, indeque Eccleſiis plus detrimenti quàm emolumenti incumberet, Concilium Conſtantinopol. magis è re putabat, ſiquidem licentia, quam neceſſitas introduxerat, reſtringeretur. Deinde etiamſi Can. II. Conſtantinop. proprie loquendo, nullos inſtituerit Patriarchas; eorum enim nulla ibi mentio; nec diviſerit Diœceſes, quas jam longo tempore antè politica Imperii diſpoſitio diſtinxerat; nihilominus, quia vetat; ne quis ad *Eccleſias* ὑπερορίους, *extra ſuos terminos ſitas* accedat, rerumque alienarum adminiſtrationi ſe ingerat, adeoque cujusque Diœceſis autoritatem abſolutam reddit, nec aliunde pendentem: quaſi *Patriarchatum* quendam inſtituit, nullius peregrini adminiſtrationi ſubjectum. Non intacta interim relinquenda Socratis locutio, ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν, quæ non poteſt non eſſe corrupta: dicendum enim potiùs ταῖς ἐκκλησίαις ὑπερβαίνειν. At legendum ἐπιβαίνειν. In verbis Can. II. Conſtantinop. eſt ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιβαίνειν. Et apud Sozomenum lib. VII. Cap. IX. pag. 94. b. ubi hic idem Canon explicatur, expreſsè ponitur ἐπιβαίνειν. Patres decreverunt, διοικεῖσθαι τὰς πάντων ἐκκλησίας κατὰ τοὺς πάλαι κανόνας, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τῶν ἰδίων μένειν ἐκκλησιῶν, καὶ μὴ εἰκῇ ταῖς ὑπερορίοις ἐπιβαίνειν, *regendas eſſe omnium Eccleſias juxta antiquos Canones, & Epiſcopis in ſuis Eccleſiis manendum, nec temere ad Eccleſias extra ſuos terminos ſitas accedendum.* Præterea, licèt Socrates tria tantùm Diœceſium capita nominet, nempe Timotheum, Meletium & Helladium: licèt Otreius, Amphilochius, Optimus & Diodorus ſimplices fuerint Metropolitani, primus Armeniæ, ſeu Diœceſis Ponticæ: duo ſequentes Aſianæ: ultimus Orientalis; & licèt Gregorius & Pelagius ſuffraganei tantùm fue-

Digitized by Google

fuerint in Cappadocia & Syria, de omnibus tamen ſano ſenſu dixit, *Patriarchatum*, cujus membra erant, ipſis fuiſſe aſſignatum; quoniam, quamvis quilibet ſuo reſpectu non erat *Patriarcha*, id quod nemo ignorare poterat, ſuas tamen in adminiſtrando Patriarchatu partes habebat. Quod inſuper Socrates addit *de ſervatis privilegiis Eccleſiæ Antiochenæ, & Meletio præſenti tributis*, id non ita accipiendum, ut quidam volunt; quaſi Antiochia habuerit inſpectionem in reliquas Diœceſes: ſi id enim locum habuiſſet, ei non fuiſſet aſſignatus tertius poſt Alexandriam locus, ſed & Alexandriam & Conſtantinopolin præceſſiſſet, cui totius Eccleſiæ conſuetudo & uſus repugnat, cùm nullo exemplo demonſtrari poſſit, Antiochenos aliquam in vicinas Diœceſes juriſdictionem exercuiſſe. Verba igitur Socratis, & Canonis II. Conſtantinop. *de ſervandis privilegiis Eccleſiæ Antiochenæ Can. VI. Concilii Nicæni tributis*, ſolam reſpiciunt Diœceſin Orientalem, cujus Antiochia caput erat; & quemadmodum idem intellexit de Epheſo, Cæſarea Alexandria & Conſtantinopoli reſpectu Aſiæ, Ponti, Ægypti & Thraciæ, expreſsè mentionem fecit ſedis Antiochenæ, ut indicaret, etiam non obſtante Meletii morte, cui præſenti Concilium *conferebat privilegia*, illam ſedem hæc privilegia retinere, nec ullam aliam Diœceſin ea ſibi vendicare poſſe.

Quicquid autem ſit, quemadmodum Socrates primus eſt autor, qui *Patriarchias* inter dignitates recenſet Eccleſiaſticas, ipſumque tempus notat, quo eas primùm in Eccleſia conſtitutas putat: ita octo annis pòſt, nempe an. CCCCXLIX. menſe Decembr. Theodoſius Imperator in reſponſione ad Valentinianum generum ſuum, & ad Placidiam, epiſt. præamb. Conc. Chalced. cap. XXIX. XXX. *Papam Leonem reverendiſſimum Patriarcham* appellat. Anno CCCCLI. octavo die Octobris, Epiſcopi Orientales, audita damnatione Dioſcori, & commendatione ejusdem *Leonis*, exclamant: Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη· τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. *Multi ſint anni Leonis: multi ſint anni Patriarchæ*; ut refert Evagrius lib. II. cap. ult. pag. 140. a. Atque ita deinceps *Patriarcharum* titulus & dignitas uſitata fuit. Juſtinianus Nov. XVI. p. 66. *Anthemium* vocat θειότατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον, καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, *diviniſſimum & beatiſſimum Archiepiſcopum, & œcumenicum Patriarcham*, anno DXXXVI. Novell. XLII. LVII. & alibi ſæpiùs, *Menam* appellat οἰκουμενικὸν πατριάρχην. Novell. VII. *Epiphanium*, Archiepiſcop. Conſtantinop. vocat οἰκουμενικὸν πατριάρχην. Novell. XL. *Petrum Jeroſolymitanum* vocat πατριάρχην τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως. Idem Novell. III. pag. 11. omnes Epiſcopos Conſtantinopolitanos vocat ἁγιωτάτους πατριάρχας, ut alibi frequenter. De *Patriarchis* etiam *in genere* loquitur Novell. LXVII p. 188. Novell. CIX. pag. 277. Et ut clariùs adhuc pateat, *Patriarcharum titulum cujusvis Diœceſis primati* attributum fuiſſe, quamvis ſæpe reſtringatur ad Romanum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum & Jeroſolymitanum, idem Juſtinianus frequenter loquitur περὶ πατριαρχῶν διοικήσεως ἑκάστης, *de Patriarchis cujusvis Diœceſis*, ut Novell. VII. p. 37. Novell. VI. p. 25.

B. *Quot hoc nomine fuerint inſigniti.* Initiò *quatuor* tantùm erant. Patriarcharum gradum nomenque ſupra Metropolitanos Concilii Chalcedonenſis decretis, ut quidem ex præcedentibus patet, primò conſtitutum ſtabilitumque fuiſſe, circa annum CCCCLI. veriſimile eſt. Eo autem tempore quatuor tantùm hujus generis in toto Oriente fuerunt Patriarchæ. Conſtantinæ donationis figmentum: Θεσπίζομεν πλείονα τῆς βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ παρὰ πάντων πολλῷ πλέον ἢ τὸν βασιλέα τιμᾶσθαι, καὶ σέβεσθαι, κεφαλήν τε εἶναι τῶν τεσσάρων πατριαρχικῶν θρόνων. *Decernimus* Papam *majorem habere poteſtatem Imperatoriâ per univerſum orbem, & ab omnibus plùs quam ipſum Imperatorem honorandum eſſe & colendum, eumque eſſe caput quatuor Patriarchalium ſedium.* Hæc verò non eo fine adducuntur, quaſi donationem Conſtantini legitimam eſſe putemus; ſed tantùm, ut pateat, quatuor tantùm initiò ſedes fuiſſe Patriarchales. Alioqui vel inde patet illam donationem eſſe ſuppoſititiam, quia temporibus Conſtantini quatuor ſedium Patriarchalium nullum adhuc exſtabat veſtigium. De quatuor Patriarchis etiam Balſamon ad Can. VI. Nicænum, pag. 286. Ὁ παρὼν κανὼν, καὶ ὁ ζ' διορίζονται τοὺς δ' πατριάρχας, δηλαδὴ τὸν Ῥώμης, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων κατὰ τὰ παλαιὰ ἔθη τιμᾶσθαι. *Sextus & ſeptimus Canon ſtatuunt, quatuor Patriarchas, videlicet Romanum, Alexandrinum, Antiochenum & Jeroſolymitanum juxta antiquos mores honorari.* Diu manſit hic numerus. Poſtea à Juſtiniano primùm, ut patriam ſuam honoraret, ejus Epiſcopus honore ac jure Patriarchali donatus eſt, & cæteris Patriarchis Orientis dignitate exæquatur. Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, tit. II. pag. 1319. Bibl. Juris Canonici: Οἱ πατριάρχαι Ῥώμης καὶ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Θεουπόλεως, καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἱεροσολύμων. *Patriarchæ, Romanus, & Conſtantinopolitanus, & Theopolitanus, hoc eſt*, Antiochenus, *& Jeroſolymorum Archiepiſcopus.* Semper ultimo loco ponitur *Patriarcha Jeroſolymitanus*; ut in Concilio Florentino, Τὸν Κωνσταντινουπόλεως δεύτερον εἶναι μετὰ τὸν Πάπαν, εἶτα τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας μετὰ τοῦτον, εἶτα τὸν Ἱεροσολύμων. Petrus Patriarcha Antiochenus, in epiſt. ad Epiſcopum Gradenſem Aquilejenſem: Πέντε ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπὸ τῆς θείας ᾠκονομήθη χάριτος εἶναι πατριάρχας, τὸν Ῥώμης, τὸν Κωνσταντινουπόλεως, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας, τὸν Ἱεροσολύμων. *In univerſo terrarum orbe quinque à divina gratia ordinati ſunt Patriarchæ; Romanus, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Jeroſolymitanus.* Hic interim nec illud prætereundum, *ſolum Antiochenum propriè Patriarcham* dici. Idem Petrus verbis ſuperioribus continuò ſubjicit: Ἀλλ' οὐδὲ τούτων ἕκαστος πατριάρχης καλεῖται κυρίως, ἀλλὰ καταχρηστικῶς. Ἀνακηρύττεται γὰρ ἀρχιερεὺς τῆς Ῥώμης, Πάπας· ὁ Κωνσταντινουπόλεως, ἀρχιεπίσκοπος· ὁ Ἀλεξανδρείας, πάπας· καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, ἀρχιεπίσκοπος· μόνος δὲ ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἰδιαζόντως ἐκληρώθη πατριάρχης ἀκούειν καὶ λέγεσθαι. *Sed neque ex his omnes propriè Patriarchæ nuncupantur, ſed impropriè. Namque Præſul Romanus Papa dicitur; Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus; Alexandrinus, Papa; Jeroſolymitanus, Archiepiſcopus; ſolus verò Antiochenus propriè id ſortitus eſt, Patriarcha audire & dici.* Si nunc inquirere libeat, *cur* ſint *quinque Patriarchæ*, nec plures, nec pauciores, ineptam audiemus rationem, *quia in corpore humano quinque tantùm ſint ſenſus.* Ita nugatur Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione, quâ Adriano II. inſcribit verſionem Concilii Conſtantinopolitani, anno DCCCLXIX. contra Photium congregati, *Cùm Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, tot Patriarchales ſedes, quot in cujusque mortali corpore ſenſus, locaverit, profectò nihil generalitati deeſt Eccleſiæ, ſi omnes illæ ſedes unius fuerint voluntatis.* Eodem modo Imperator Baſilius Act. VI. hujus Concilii: Guilielmus Bibliothecarius in vita Adriani II. Et poſt hos Balſamon de Patriarch. privileg. apud Leunclav. Ὡς αἰσθήσεις πέντε μιᾶς κεφαλῆς ἀριθμούμεναι, καὶ μὴ μεριζόμεναι παρὰ τοῦ χριστωνύμου λαοῦ λογιζόμενοι ἰσοτιμίαν ἐν ἅπασιν ἔχουσι, καὶ κέρας τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ δικαίως καλούμενοι δια-

Digitized by Google

διαφορὰν ἀνθρωπίνην ὁ παραδέχεται. *Inſtar quinque ſenſuum capitis unius, qui tot eſſe numero dicuntur, nec dividuntur tamen in partes, apud populum Chriſtianum, ſed dignitate pares ſunt in omnibus, & cum capita ſanctarum per univerſum orbem Eccleſiarum Dei jure dicuntur, locum in eis diſcrimen, ab hominibus ſtatutum, habere non poteſt.* Quid eſt nugari, ſi id non eſt? Ita caſus tulit, & ex urbium Orientis magnitudine occaſio nata, ut intra hunc numerum conſiſterent Patriarchæ, quia plures in illis partibus urbes non repertæ, quæ nomen decusque ampliſſimæ in Eccleſia dignitatis, pro ſua amplitudine ſuſtinere poſſent. Nec ſemper quinque fuerunt. Vide de hac voce Gloſſ. Meurſii.

Πατριαρχικός.

Πατριαρχικὸς eſt *Patriarchalis, ad Patriarcham pertinens.* Hinc πατριαρχικὰ γράμματα, *literæ Patriarchales,* quæ à Patriarchis dantur. Photius in Nomocan. tit. VIII. cap. II. p. 90. Ὁ μητροπολίτης ἀποδημῶν, τὰ πατριαρχικὰ λαμβανέτω γράμματα. *Metropolitanus peregre proficiſcens Patriarchales literas accipiat.*

Πατρίς.

Impropriam tantùm hujus vocis *ſignificationem* conſideramus, quâ *fidelium patriam* notat, quæ *cœlum* eſt. Baſilius Magnus, ut teſtatur Gregorius Nyſſenus Orat. de Baſilio, t. III. pag. 484. frequenter dicebat: Μία πατρὶς ἀνθρώπων, ὁ παράδεισος· πᾶσα δὲ γῆ, ὡς κοινὴ τῆς φύσεως ἐξορία. *Una hominum patria, paradiſus: omnis verò terra, quaſi commune naturæ exilium.* Orat. eadem, pag. 497. de Baſilio ſcribit: Πατρὶς ἦν αὐτῷ ἡ ἀρετή· ὁ γὰρ τὸν Θεὸν δεξάμενος, καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον, ἐξουσίαν ἔχει τέκνον Θεοῦ γενέσθαι. Τί δὲ τῆς πρὸς Θεὸν συγγενείας εὐγενέστερον ἄν τις ἐπιζητήσειεν; ὁ δὲ ἐν τῇ ἀρετῇ ὤν, καὶ ταύτην γεωργῶν, καὶ ἐκ ταύτης προσοδευόμενος, πατρίδα πάντως ἑαυτοῦ ποιεῖται τοῦτο ᾧ ἐμβιοτεύει. *Patria ipſi erat virtus. Qui enim Deum recepit, ut inquit Evangelium, poteſtatem habet ut filius Dei fiat. Quid verò nobilius & generoſius cognatione cum Deo quis requirat? Qui autem virtute præditus eſt, & hanc colit, & ex hac ſibi reditus conficit & quæſtum facit, patriam ſuam prorſus efficit id, in quo vivit.* Iterum Nyſſenus in vita Thaumaturgi, t. III. p. 535. Τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ μία τετίμηται πατρίς, ὁ παράδεισος, ἡ πρώτη τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἑστία. *Noſtro judicio una in precio & honore eſt patria, paradiſus, prima generis humani ſedes.* Chriſtiani ſunt τῆς πόλεως τῆς αἰωνίας πολῖται· ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ad Philipp. III. 20. Siquidem, ut Tatianus Aſſyrius adv. Græcos c. XXXIII. Κόσμου μὲν ἡ κατασκευὴ καλή· τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πολίτευμα φαῦλον. *Mundi quidem fabrica pulchra: ratio verò in eo vivendi mala!* nobisque, quod Seneca epiſt. CII. *patria eſt, quodcunque ſuprema & univerſa circuitu ſuo cingit.* ut verè liceat nobis Luciani illud in Hermot. uſurpare, Ὁρᾷς, ὡς οὐ μάτην, οὐδὲ περὶ μικρῶν κάμνομεν, πολῖται ἐπιθυμοῦντες γενέσθαι οὕτω καλῆς καὶ εὐδαίμονος πόλεως. *Vides, nos non fruſtra, neque de rebus parvis laborare, cùm cives fieri deſideremus adeò pulchræ & felicis civitatis.* Liceat cum Anaxagora (Laërtio, lib. II. referente) digitum in cœlum intendentes dicere, Αὕτη πατρίς, *hæc patria.* Siquidem Chriſtiani quique genuini ſunt οὐρανοπολῖται, ut Iſidorus Peluſiota lib. II. epiſt. CCLI. cives nimirum τῆς ἄνω καὶ ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ, quæ eſt fidelium, ſanctorumque univerſorum metropolis, ut Apoſtolus ad Gal. IV. 26. & ad Hebr. XII. 22. Chryſoſtom. Homil. LXXIX. in Johannem: Οὐδὲ γὰρ ἴσασιν ὅπερ ἐσμὲν οἱ ὑβρισταί, οἷον, ὅτι πολῖται τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀπογεγραμμένοι πατρίδα. *Conviciatores ignorant quid ſimus, exempli gratiâ, quòd ſimus cives cœlorum, quòd conſcripti ſimus in ſublimem Jeroſolymam.* Ab eodem, Homilià XXIV. in I. Corinth. Chriſtiani vocantur τῶν οὐρανῶν πολῖται, *cives cœlorum.* Confer vocem Ἱερουσαλὴμ num. III. Rectè Philo de agricultura: Παροικεῖν, οὐ κατοικεῖν ἤλθομεν. τῷ γὰρ ὄντι πᾶσα ψυχὴ σοφοῦ, πατρίδα μὲν οὐρανόν, γῆν δὲ ξένην ἔλαχεν. *In hunc mundum venimus, ut in eo tanquam peregrini & advenæ diverſemur, non ut habitemus: revera enim omnis anima ſapientis, patriam quidem cœlum, terram verò peregrinam ſortita eſt.* Ita de Chriſticolis Juſtinus epiſt. ad Diognet. Πᾶσα ξένη, πατρίς ἐστιν αὐτῶν· καὶ πᾶσα πατρίς, ξένη. *Omnis peregrina terra, patria eorum eſt: & omnis patria, peregrina terra.* Naſo Faſt. lib. I.

Omne ſolum forti patria eſt; ut piſcibus æquor,
Et volucri vacuo quicquid in orbe patet.

Meliùs longè Owenus:

Eſt domi ubique bonus, ſapiens non exſulat unquam;
Omne ſolum forti patria, & omne ſalum.
Exſilium eſt, ubicunque malè eſt: patria eſt, ubi contrà.
Patria ubique bonis, exſiliumque malis.

Anonymus:

Omne ſolum forti patria eſt. Fortiſſimus ille eſt,
Cui cœlum patria eſt, atque ſolum exſilium eſt.

In Homeri epitaphio è veteri marmore à Falkenburgio ad Nonni Dionyſiaca repræſentato: Πατρὶς ἐμοὶ χθὼν πᾶσα. *Patria mihi omnis terra.* Gregor. Nazianzenus Orat. XXVIII. pag. 483. Ἔστι μοὶ πατρίς, ὦ οὗτοι, περίγραπτος, ᾧ πᾶσα πατρὶς καὶ οὐδὲ μία. *Eſt mihi, ô viri, circumſcripta patria, cui & omnis terra, & nulla terra patria eſt.* Confer παροικία, num. I. Cur fideles in terra patriam non habeant, docet Clemens Alexandr. Pædag. lib. III. cap. VIII. pag. 237. Διὰ τοῦτο πατρίδα ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχομεν, ὡς ἂν καταφρονοῖμεν τῶν ἐπιγείων κτημάτων. *Ideò patriam non habemus in terra, ut poſſeſſiones terrenas contemnamus.* Confer πολιτεύομαι, num. I.

Πατροκίνητος.

Non habent Lexica. Eſt autem πατροκίνητος *à Patre motus.* Dionyſius Areopagita de Hierarchia cœleſti, cap. I. ſect. 1. Πᾶσα πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος, εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ. *Omnis à Patre motæ illuſtrationis emanatio, in nos beneficè exundans, denuo ceu unifica vis, ad ſupera nos revocando implet.* Pachymeres interpretatur θεοκινήτου φωτοχυσίας περίλαυσιν, *à Deo Proficiſcentis illuſtrationis proventum.*

Πατρόφωτος.

Non habent Lexica. *Paternum lumen.* Cyrillus Jeroſol. Orat. de Simeone, t. XIII. Biblioth. Patrum, pag. 852. de Chriſto: Οὗτος ἡ ἀκτὶς ἡ ἄκτιστος, ἐκ πατροφώτου ἡλίου γενόμενος. *Hic eſt radius ille increatus, qui ex paterni luminis Sole natus eſt.*

Πάτρων.

Qui πάτρωνες dicti fuerint, docet Heſychius: Πάτρωνες, οἱ πρῶτοι τῶν ἀξιωθέντων τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ὑπὸ Ῥωμύλου ἑκατὸν ὄντες, ὥσπερ δευτέρων πατέρων τάξιν ἐχόντων, καὶ ἐκ τρίτου οἱ κρινόμενοι βοηθοὶ παραγινόμενοι. Ita hunc locum etiam legit Meurſius in Gloſſario. Ita Latinè habet: *Patrones, centum illi dicuntur, qui primi à Romulo jure civitatis Romanæ donati fuerunt, quaſi qui in ſecundorum patrum loco eſſent; tertio autem, ſeu tertia vice, qui judicati adjutores adſunt.* Quis ſenſus? Multa hic fœdata, quæ ſic reſtituenda, καὶ ἐκ τούτου οἱ τοῖς κρινομένοις βοηθοὶ παραγινόμενοι. Interpretatio ergò vera

hæc eſt: *Patrones, centum illi dicuntur, qui primi à Romulo jure civitatis Romanæ donati fuerunt, quaſi ſcilicet in ſecundorum patrum loco eſſent: ex hoc quoque Patrones,* ſeu *Patroni, dicuntur, qui adjutores illis adſunt, quibus in foro res eſt.* Nempe duplex ſignificatio πατρώνων eſt; modò enim *pro Patriciis,* qui πατρωνίαν ſuis clientibus ex inſtituto Romuli debebant, ut à Dionyſio Halicarnaſſeo obſervatum; unde πατρωνικὸν δίκαιον, τὸ ἐκ προστάτου δίκαιον, *patronicum jus, jus patronatûs:* modò de iis tantùm, quos vulgò in foro *Patronos,* ſeu *cauſidicos* vocamus, ea vox uſurpatur. Sæpe occurrit apud Juriſconſultos Græcos.

Πατρωνία.

Πατρωνία eſt *patrocinium.* Zonaras ad Concil. Carthaginenſe: Πατρωνία, Ρωμαϊκὴ οὖσα λέξις, καὶ ἐξελληνιζομένη, προστασία νοεῖται. *Patronia vox Latina eſt, & in linguam Græcam tranſlata, ſignificat patrocinium.* In epiſtola Synodi Africanæ ad Papam Celeſtinum: Ἡ πληθὺς καταδραμοῦσα τῆς ἡμετέρας συνόδου εὗρεν, ὅτι καὶ τοῦ μνημονευθέντος τὴν πατρωνίαν μᾶλλον, ἤπερ κρίσιν, καὶ τὴν ὡς ἐκδίκου σπουδὴν μᾶλλον ἤπερ διαγνώσου δικαιοσύνην ὑπερενίκησε. Cujus, Apiarii, tot & tam magna ſcelera *noſtræ Synodi multitudo percurrens, invenit, ut & memorati patrocinium potiùs quàm judicium, & tanquam defenſoris ſtudium potiùs quàm cognitoris vicerit.* Hic Zonaras iterum interpretatur; πατρωνία, προστασία, βοήθεια. *Patrocinium, auxilium.*

Παυλιανισταί.

Paulianiſtæ, aliàs etiam *Samoſatitæ,* appellati ſunt à Paulo Samoſateno Antiochiæ Epiſcopo. Docet hoc Suidas in voce Μάνης: Παῦλος δέ τις σύγχρονος αὐτοῦ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Κύριον ἔφη, ὡς ἕνα τῶν προφητῶν· ἐκ τούτου δὲ οἱ παυλιανοί. *Paulus verò quidam, æqualis ejus, magnæ Antiochiæ Epiſcopus, nudum hominem dicebat eſſe Dominum, ut unum de Prophetis. Ab hoc* & *Pauliani* nomen acceperunt. Et alibi: Παῦλος. οὗτος ἐγένετο σύγχρονος Μάνεντι τὸ γένος Σαμοσατεὺς, Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης πρόεδρος. *Paulus. Hic fuit Manentis æqualis, genere Samoſatenſis, magnæ Antiochiæ Præſes.* Fuit etiam alius Paulus Samoſatenus Manichæorum hæreſis inſtaurator, à quo *Pauliciani,* quos Balſamon ad Can. XIX. Nicænum perperam confundit, dicendo, παυλιανισταὶ λέγονται, οἱ παυλικιανοί. *Paulianiſtæ dicuntur Pauliciani.* Et mox: Ἐγὼ εὗρον ἐν διαφόροις βιβλίοις ὅτι παυλικιανοὶ οἱ Μανιχαῖοι μετωνομάσθησαν, ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας, Καλλινίκης τοὔνομα. *Ego in diverſis libris inveni, quòd Manichæi Pauliciani dicti ſunt, à quodam Paulo Samoſateno mulieris Manichææ filio: cui nomen erat Callinice.* Verum eſt, *Paulicianos* inde dictos eſſe: falſum, eoſdem *Paulianiſtas* dici. Rectè Cedrenus in epitome hiſt. pag. 356. Παυλικιανοὶ, οἱ καὶ Μανιχαῖοι. μετωνομάσθησαν δὲ ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιανοὶ ἀπὸ Παύλου τινὸς σαμοσατέως, υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας Καλλινίκης τοὔνομα. *Pauliciani, qui & Manichæi. Loco Manichæorum autem Pauliciani nominati ſunt, à Paulo quodam Samoſateno, Manichææ cujuſdam mulieris Callinices nomine filio.* Idem tradit Matthæus Blaſtares in Synopſi; ubi apertè Paulianiſtas à Paulicianis diſtinguit. Hiſtoria miſcella in Nicephoro lib. XXIV. *Manichæorum verò, qui nunc Pauliciani dicuntur, amicus erat.* De Paulianiſtis verò Can. XIX. Nicænus: Περὶ τῶν Παυλιανισάντων (alia exemplaria legunt παυλιανιστῶν) εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. *De Paulianiſtis, ſi ad Eccleſiam Catholicam confugerint, definitum eſt, eos omnino rebaptizari.* Auguſtinus hæreſi XLIV. *Iſtos ſanè Paulianos baptizandos eſſe in Eccleſia Catholica Nicæno Concilio conſtitutum eſt. Unde credendum eſt, eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici, cùm de Catholica diſcederent, abſtulerunt, eamque cuſtodiunt.* Sanè Paulianiſtas ſive Paulianos non baptizâſſe in nomine Trinitatis inde patet, quia Chriſtum purum & nudum eſſe hominem credebant, & Trinitatem apertè negabant. Vide in voce Λόγος, num. I. 2. ſub lit. ד. γ. 3. α. Hinc etiam δεύτεροι Ἰουδαῖοι appellati ſunt. Vide in voce Ἰουδαῖος, num. IV.

Παῦλος.

Infinita de ſancto Apoſtolo Paulo afferri poſſent, ſiquidem id operæ putaremus precium: ſumma tantùm ſequi placet faſtigia, ejuſque nomina & epitheta, non omnia, ſed præcipua Lectori proponere.

1. *Nomen.* Unde Apoſtoli Pauli nomen manaverit, varia ſunt Veterum judicia. Hieronymus, poſtquam Sergii Pauli hiſtoriam narrâſſet, hæc de Pauli nomine affert: *Diligenter attende, quòd hic primùm Pauli nomen inceperit. Ut enim Scipio ſubactâ Africâ, Africani nomen ſibi aſſumſit; & Metellus Cretâ inſulâ ſubjugatâ, inſigne Cretici ſuæ familiæ reportavit; & Imperatores nuncque Romani Adiabenici, Parthici, & Sarmatici nuncupantur: ita & Saulus ad prædicationem gentium miſſus, à primo Eccleſiæ ſpolio proconſule Sergio Paulo victoriæ ſuæ tropbæa retulit, erexitque vexillum, ut Saulus è Paulo diceretur.* Conſentit cum Hieronymo Auguſtin. Confeſſ. lib. VIII. cap. IV. *Et tamen idem ipſe minimus Apoſtolorum tuorum, per cujus linguam tu iſta verba ſonuiſti, cùm Paulus proconſul per ejus militiam debellatâ ſuperbiâ, ſub leni jugo Chriſti tui miſſus eſſet, ipſe quoque ex priore Saulo Paulus vocari amavit ob tam magnæ inſigne victoriæ.* Chryſoſtom. exiſtimat, ideo eum Paulum eſſe vocatum, ut ne in hoc quidem minor eſſet aliis Apoſtolis, nominatim Petro, quibus alia à Chriſto impoſita fuerint nomina. Ejus verba Homil. I. in epiſt. ad Rom. p. 5. Ἵνα μηδὲ ταύτῃ τῶν ἀποστόλων ἔλαττον ἔχῃ, ἀλλ᾽ ὅπερ εἶχεν ἐξαίρετον ὁ κορυφαῖος τῶν μαθητῶν, τοῦτο καὶ αὐτὸς κτήσηται, καὶ πλείονος οἰκειώσεως ὑπόθεσιν λάβῃ. *Ut neque in hoc minùs haberet reliquis Apoſtolis, ſed quod præcipuum habebat diſcipulorum anteſignanus, hoc ipſe quoque poſſideret, majoriſque conjunctionis & familiaritatis argumentum acciperet.* Eodem modo Theophylact. in c. I. ad Rom. p. 3. Τίνος ἕνεκα ἀπὸ Σαύλου Παῦλος ἐκλήθη; ἵνα μηδὲ κατὰ τοῦτο ἐλαττωθῇ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐπικληθέντος Κηφᾶ, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος, καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, ὀνομασθέντων Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς. *Cujus rei gratiâ ex Saulo Paulus dictus eſt? ut neque in hoc Apoſtolorum anteſignano, qui Cephas appellatus eſt: quòd, ſi interpreteris, Petrum ſignificat; minor eſſet: aut filiis Zebedæi, qui Boanerges, id eſt, filii tonitrûs, cognominati fuerunt.* Iterum Chryſoſt. Homil. XLIII. p. 286. aliam affert rationem: Καθάπερ δεσπότης οἰκέτην πριάμενος, εἶτα βουλόμενος αὐτὸν διδάξαι τὴν δεσποτείαν, μετατίθησιν αὐτοῦ τὸ ὄνομα. οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐποίησε τότε· καὶ γὰρ ἐξ αἰχμαλωσίας τὸν Παῦλον ἔλαβε, καὶ πρόσφατος ἦν τῇ δεσποτείᾳ ταύτῃ προσελθών. διὰ τοῦτο αὐτοῦ μετέβαλε τὴν προσηγορίαν, ἵνα μάθῃ κἀντεῦθεν τὴν δεσποτείαν ἐκεῖνος. *Quemadmodum dominus, qui ſervum emit, poſtea ipſum docere volens dominium ſuum, nomen ejus mutat: ita etiam Spiritus Sanctus tunc temporis fecit: Paulum enim ex captivitate accepit, & nuper admodum illud ſubivit dominium, propterea ejus nomen mutavit, ut ille dominium inde diſceret.* Priorem Chryſoſt. ſententiam ſequitur Theodoretus in cap. I. ad Roman. p. 9. Ἑαυτὸν Παῦλον καλεῖ, οὐ ταύτην ἄνωθεν παρὰ τῶν πατέρων τὴν προσηγορίαν δεξάμενος, ἀλλὰ μετὰ τὴν κλῆσιν ταύτης ἀξιωθεὶς, ὡς Σίμων Πέτρος, καὶ υἱοὶ βροντῆς οἱ Ζεβεδαίου υἱοὶ, καὶ ὁ Ἰακὼβ Ἰσραὴλ,

Digitized by Google

Ἰσραὴλ, καὶ Ἀβραὰμ ὁ Ἀβράμ. *Seipſum* Paulum *vocat, non à parentibus appellationem hanc ab initio adeptus, ſed poſt vocationem eâ ornatus, ſicut* Simon *Petrus vocatus eſt, &* filii Zebedæi *filii tonitrui, &* Jacob *Iſraël, & Abram* Abraham. Nos eorum potiùs amplectimur ſententiam, qui cenſent, *Saulum & Paulum* ab infantia fuiſſe vocatum, ad denotandum, per illud quidem; quod origine Hebræum eſt; ipſum oriundum fuiſſe ex Hebræis: per iſtud autem; quod origine Latinum ſeu Romanum eſt; ipſum natum eſſe civem Romanum. Unde Lucas in Actis, cùm de eo verſante adhuc in Syria apud Judæos, verba facit, ſolet eum *Saulum* vocare: poſtea verò, cùm de eo ad gentes, à Syria vel Judæa remotas profecto loquitur, *Pauli* nomen; quod gentibus familiarius & notius erat; ei tribuit, ipſeque in Epiſtolis ſuis, quas ad varias Eccleſias ex Gentibus collectas ſcribit, *Paulum* ſe, non *Saulum* nuncupat. Hoc etiam inde confirmatur, quia mos jam ab aliquot ſeculis invaluerat apud Judæos, ut plerique, ſicut videre eſt apud Joſephum, & in libris Maccabæorum, duo nomina gererent, unum Hebræum, alterum peregrinum. Hinc *Jannæus*, Alexander: *Joakimus*, Alcimus: *Onias*, Menelaus: *Joannes*, Hyrcanus, quemadmodum obſervat Druſius, qui vult *Saulum* & *Paulum*, non aliter differre, quàm differunt *Jeſus* & *Jaſo*, id eſt, Ἰάσων, *Doſithai* & *Doſitheus*, *Simeon* & *Simo*, id eſt, Σιμών. Atque adeò Beza cenſet, propter ſummam duorum iſtorum nominum *Sauli* & *Pauli* affinitatem, Græcos, qui Romanis nominibus magis aſſueverant, Apoſtolum, cùm apud ipſos verſari cœpit, vocâſſe *Paulum*, qui apud Judæos & Syros dicebatur *Saulus*.

II. *Epitheta & elogia* varia ſunt, quorum alia

1. *ipſi aliquo modo propria.* A Chryſoſtomo, Homil. LXIII. t. VI. vocatur μεγαλοφωνότατος, σάλπιγξ τῶν οὐρανῶν, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, *clariſſima voce præditus, tuba cælorum, vas electionis.* Homil. LXXVI. tomi ejuſd. Ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας ἀκόρεστος, ὁ κοινὸς πατὴρ καὶ πρόγονος τῶν δούλων τοῦ Χριστοῦ, ὁ φύλαξ τῆς οἰκουμένης. *Inſatiabilis Dei cultor, communis pater & progenitor ſervorum Chriſti, cuſtos orbis terrarum.* Ibid. Homil. LXXIX. Ῥήτωρ πνευματικὸς, λιμὴν ἀκύμαντος, πύργος ἀσάλευτος, ἰδιώτης καὶ φιλόσοφος, πένης καὶ πλούσιος. *Orator ſpiritualis, portus tranquillus, turris inconcuſſa, rudis & Philoſophus, pauper & dives.* Et mox: Οὐρανοπολίτης, ὁ τὸ σῶμα ἁπλῶς περικείμενος, ὁ στύλος τῶν ἐκκλησιῶν, ὁ ἐπίγειος ἄγγελος, ὁ οὐράνιος ἄνθρωπος. *Civis cæli, qui corpore ſimpliciter erat circumdatus, columna Eccleſiarum, terrenus ille angelus, cæleſtis ille homo.* Homil. CV. t. VI. Ὁ τέττιξ τῆς ἐκκλησίας, τὸ τοῦ Χριστοῦ καταγώγιον. *Cicada illa Eccleſiæ, domicilium illud Chriſti.* Johanni Jejunatori vocatur ὁ ἐπίγειος ἄγγελος καὶ οὐράνιος ἄνθρωπος, ὁ κλητὸς ἀπόστολος, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πανδοχεῖον, *Angelus terrenus & cæleſtis homo, vocatus ille Apoſtolus, & Spiritus Sancti hoſpitium.* Iterum Chryſoſtom. Homil. III. in Geneſin: Οὐρανομήκης ψυχὴ, ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, ἡ γλῶττα τῆς οἰκουμένης, ὁ ὑπὲρ τῆς τῶν μαθητευομένων σωτηρίας ἅπαντα πραγματευόμενος. *In cælum usque ſublimis anima, doctor gentium, orbis terrarum lingua, qui pro diſcipulorum ſuorum ſalute omnia tentavit atque molitus eſt.* Idem in Pſal. CXI. Κορυφαῖος τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων, κήρυξ τῆς οἰκουμένης, ὁ εἰς τὸν τρίτον ἁρπαγεὶς οὐρανὸν, ὁ εἰς παράδεισον ἀπενεχθεὶς, ὁ τῶν φρικτῶν κοινωνήσας μυστηρίων, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ νυμφαγωγὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀγγελικὴν ἐπιδειξάμενος πολιτείαν. *Omnium hominum princeps & ſummus, præco terrarum orbis; qui in tertium cælum fuit raptus, in Paradiſum ſublatus, qui tremendorum myſteriorum factus eſt particeps, vas electionis, paranymphus Chriſti, qui angelicam vixit vitam.* A Theodoreto vocatur, Orat. X. de Providentia, μεγίστη τοῦ κηρύγματος σάλπιγξ. *Maxima præconii tuba.* Ab eodem, epiſt. CXLVI. Ὁ πάνσοφος, ὁ τῶν ἐκκλησιῶν ἄριστος ἀρχιτέκτων, ὁ νυμφοστόλος. *Sapientiſſimus, Eccleſiarum præſtantiſſimus architectus, paranymphus.* Greg. Nyſſenus de vita Moſis, t. I. pag. 168. Ὁ πολὺς ἐκεῖνος καὶ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, ὁ θεῖος ἀπόστολος. *Vir ille divinus, & mente altiſſimus Apoſtolus.* Orat. IV. de Beatitud. tom. I. pag. 799. Ὁ μέγας Παῦλος, ὁ τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων καρπῶν, τῶν ἐκ τοῦ παραδείσου ἀπογευσάμενος. *Magnus ille Paulus, qui arcanos illos Paradiſi fructus deguſtavit.* Idem, Orat. II. contra Eunomium, tom. II. pag. 478. Ὁ ἐντὸς τῶν οὐρανίων ἀδύτων γενόμενος, ὁ ἐν τῷ παραδείσῳ μυηθεὶς τὰ ἀπόῤῥητα. *Qui intra cæleſtia adyta & ſacraria raptus fuit, qui in Paradiſo initiatus non in vulgus efferenda didicit.* Idem de perfecta Chriſtiani forma, t. III. pag. 283. Ὁ θεόπνευστος ὡς ἀληθῶς καὶ θεοδίδακτος Παῦλος, ὁ ἐν τῷ βάθει τοῦ πλούτου τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῶν θείων μυστηρίων διερευνώμενος. *Paulus divino ſpiritu afflatus & verè doctus à Deo, qui in altitudine divitiarum & ſapientiæ & cognitionis Dei divinorum myſteriorum arcana & recondita ſcrutatus fuerat.* Chryſoſtomus Homil. CXLII. tom. V. pag. 890. Ὁ τῶν οὐρανῶν πολίτης, ὁ τοῦ παραδείσου θεατὴς, ὁ τοῦ Χριστοῦ διάπυρος ἐραστὴς, ὁ τῶν ἀλαλήτων μυστηρίων ἀκροατής. *Cælorum civis, Paradiſi ſpectator, ardentiſſimus Chriſti amator, ineffabilium myſteriorum auditor.* Idem, Homil. CXXII. t. V. Διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης, τοῦ παραδείσου πολίτης, ναὸς τοῦ Χριστοῦ, λύρα τοῦ πνεύματος. *Doctor orbis terrarum, civis Paradiſi, templum Chriſti, lyra Spiritus.* Greg. Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 452. Παῦλος ὁ μέγας κήρυξ τῆς ἀληθείας, ὁ τῶν ἐθνῶν ἐν πίστει διδάσκαλος, ὁ τὸν πολὺν κύκλον τοῦ εὐαγγελίου πληρώσας, ὁ μὴ ἄλλῳ τινὶ ζῶν ἢ Χριστῷ, ὁ μέχρι τρίτου οὐρανοῦ φθάσας, ὁ τοῦ παραδείσου θεατὴς, ὁ ποθῶν διὰ τὴν τελειότητα τὴν ἀνάλυσιν. *Paulus magnus ille veritatis præco, gentium in fide magiſter, qui ampliſſimum orbem Evangelio implevit, qui nulli alii, quàm Chriſto, vixit, qui uſque ad tertium cælum penetravit, qui denique propter vitæ integritatem diſſolutionis deſiderio flagravit.* Photius epiſt. XLV. pag. 100. Ὁ τῶν ἀποῤῥήτων ἐπόπτης καὶ μυσταγωγός. *Rerum ſecretarum inſpector & propalator.* Epiſt. LIV. p. 109. Τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ τὸν οὐράνιον πόλον ὡς ἐπίγειον στάδιον διατρέχων, καὶ τὴν οἰκουμένην σταδιεύων τῷ τοῦ κηρύγματος δρόμῳ. *Illud vas electionis, qui cæleſtes polos non aliter, quàm terreſtre ſtadium decurrebat, qui mundum univerſum curſu prædicationis tranſibat.* Et epiſt. CXCI. p. 289. Ὁ μακάριος καὶ θεῖος Παῦλος, ὁ τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ὁ τὸν γῦρον ἅπαντα τῆς γῆς περιλαβὼν τῷ κηρύγματι, οὗτος ὁ τῷ οὐρανίῳ παιδευθεὶς διδασκαλείῳ, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ῥημάτων πρῶτος, ἀνθρωπίνην ἀκοὴν ἐπιδείξας κατήκοον. *Beatus & divinus Paulus, gentium ille Apoſtolus & mundi doctor, qui totos terræ angulos prædicando circumiit: ille cæleſti magiſterio edoctus, & inenarrabilium ſermonum princeps, humanas aures audientes habens.* Iſidor. Peluſiota epiſt. VII. lib. I. pag. 3. Ὁ τῶν οὐρανίων ὑποφήτης δογμάτων, ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος. *Ille cæleſtium dogmatum interpres, magnus Apoſtolus Paulus.* Cyrillus Alex. Dial. II. de SS. Trinitate, pag. 438. Σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, καὶ τεταγμένος ἱερουργὸς εἰς τὰ ἔθνη, καὶ ταμίας ἀκριβὴς τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστηρίων. *Vas electionis, & ordinatus ſacrorum miniſter ad gentes, & accuratus promus Servatoris noſtri myſteriorum.* Κατ' ἐξοχὴν vocatur ἀπόστολος. Chryſoſtomus Homil. LV. in Acta, pag. 918. de Paulo loquens: Ὅταν ἀπόστολον εἴπῃς, εὐθέως πάντες αὐτὸν ἐννοοῦσιν, ὥσπερ ὅταν Βαπτιστὴν, εὐθέως τὸν Ἰωάννην. *Quando* Apoſtolum *dicis, ſtatim omnibus ille in mentem venit, quemadmodum ſi Baptiſtam, ſtatim Johannem intelligunt.*

2. *Cum*

2. *Cum omnibus, vel ſaltem pleriſque Apoſtolis communia.* Johannes, Paulus & Moſes vocantur στύλοι τῆς πίστεως, *columnæ fidei*, à Gregorio Nyſſeno Orat. VI. de Beatitudinib. t.I. pag. 811. Paulus vocatur γνήσιος ὑπηρέτης τοῦ λόγου. *Verus & germanus verbi miniſter*, ab eod. lib. I. contra Eunomium. Μέγας τῆς ἀληθείας προαγωνιστὴς καὶ διδάσκαλος, *magnus veritatis propugnator & doctor*, à Nazianzeno Orat. de Theologia. A Chryſoſtomo Homil. XI. in epiſt. ad Romanos: Ὁ καλὸς φυτουργὸς, ὁ τὴν ἄμπελον τὴν πνευματικὴν θεραπεύων, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν γεωργῶν. *Bonus ille ſator, ille qui vitem illam ſpiritualem curavit, & totum terrarum orbem coluit.*

3. *Cum Petro communia.* Paulus & Petrus à Chryſoſtomo, Homil. LXIV. t. VI. vocantur πύργοι καὶ στύλοι τῆς ἐκκλησίας, *turres & columnæ Eccleſiæ.* Vocantur ab eodem, Homil. IX. in II. ad Corinth. κορυφαῖοι τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, *ſummi & præcipui orbis doctores.* In Menologio, menſe Junio, vocantur πρωτοκορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων, *omnium primi & præcipui inter Apoſtolos.* Ibidem, τῶν ἀποστόλων οἱ πρωτόθρονοι, *primas inter Apoſtolos ſedes habentes.* A Chryſoſtomo, Homil. LXXVI. t. VI. Στύλοι τῆς ἐκκλησίας, κορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων, περιβόητοι ἐν οὐρανῷ, τεῖχος τῆς οἰκουμένης, τὸ κοινὸν φυλακτήριον πάσης γῆς καὶ θαλάττης. *Columnæ Eccleſiæ, principes Apoſtolorum, celebres in cœlo, mœnia orbis, commune illud præſidium & munimentum totius terræ & maris.* Homil. CLXVII. t. V. Οἱ τὴν ἐκκλησίαν καθ' ἡμέραν φαιδρύνοντες, τὰ ταμεῖα τὰ δεσποτικὰ, τὰ πανδοχεῖα τῆς οἰκουμένης, τὰ δοχεῖα τοῦ πνεύματος, τῆς ἁγίας τριάδος τὰ ἑρμηνευτήρια, τῆς οἰκονομίας τοῦ θείου λόγου ὑφηγηταί. *Eccleſiam quotidie exornantes, æraria Dominica, hoſpitia illa orbis, receptacula Spiritus, ſanctæ Trinitatis interpretes, diſpenſationis ſeu Incarnationis divini verbi doctores.* Item: Οἱ στύλοι τῆς ἐκκλησίας, οἱ μεγάλοι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες. *Columnæ Eccleſiæ, magna orbis luminaria.* Paulus æquè ac Petrus à Chryſoſtomo, Homil. LXXV. t. VI. vocatur ἡγεμὼν τῶν ἀποστόλων, *Apoſtolorum dux:* à Greg. Nyſſeno, in vita Ephræm Syri, t. III. pag. 596. ὁ ῥήτωρ τῆς χάριτος, ὁ νυμφοστόλος τῆς ἐκκλησίας, τὸ τοῦ χριστοῦ στόμα, *præco gratiæ, auſpex Eccleſiæ, os illud Chriſti:* à Chryſoſtomo. Homil. III. in Matth. pag. 18. πρῶτος πάντων, *primus omnium:* ab eod. Homil. II. in epiſt. ad Romanos, ὁ τῆς ἐκκλησίας στῦλος, ὁ σιδήρου καὶ πέτρας στεῤῥότερος, ὁ πνευματικὸς ἀδάμας, καὶ μυρίαις ἀρκῶν πόλεσιν, *Eccleſiæ columna, ferro & petra fortior, ſpiritualis adamas, & innumeris ſufficiens urbibus.* Item, Homil. XLVII. t. V. pag. 317. Γλῶσσα τῆς οἰκουμένης, φῶς τῶν ἐκκλησιῶν, θεμέλιος τῆς πίστεως, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *lingua orbis, lux Eccleſiarum, fundamentum fidei, columna & fulcrum veritatis.* A Theophylacto in cap. I. ad Romanos, pag. 10. ὁ τῆς ἐκκλησίας στῦλος, *Eccleſiæ columna:* in Menologio ſub XV. Februar. ὁ κορυφαῖος, *antesignanus.* A Greg. Nazianz. Orat. I. πρῶτος ἀπὸ χριστοῦ, *primus à Chriſto.* Ab Origene Homil. III. in Numer. *Apoſtolorum maximus.* A Gregorio M. lib. IV. cap. X. in I. Regum, *Caput nationum, quia obtinuit totius Eccleſiæ principatum.* Ab Auguſtin. in Pſal. LXXXVII. *In corpore Chriſti præcipuum membrorum.* Paulo æquè ac Petro cura omnium orbis Eccleſiarum commiſſa. Sic enim de eo Chryſoſt. Homil. LXXXVI. t. VI. ὁ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐγχειρισθεὶς, καὶ τὰς ὑφ' ἡλίῳ κειμένας μεριμνῶν ἐκκλησίας. *Cui totus terrarum orbis commiſſus eſt, qui omnium ſub Sole Eccleſiarum curam habet.* Homil. XXVI. tomi ejuſdem, Ὁ τὴν τῆς οἰκουμένης προστασίαν ἐγκεχειρισμένος. *Cui orbis præfectura commiſſa eſt.* Homil. XXIX. t. V. pag. 176. Διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης, *doctor orbis.* Diſertè Petro æqualis dicitur. Chryſoſtomus in cap. I. ad Galatas, de Paulo: Μηδὲν Πέτρου δεόμενος, μηδὲ τῆς ἐκείνου φωνῆς, ἀλλ' ἰσότιμος ὢν αὐτῷ, πλέον γὰρ οὐδὲν ἐρῶ τέως. *Nulla in re Petro egens, ne quidem voce ejus, ſed eodem cum illo honore præditus, nihil enim ampliùs nunc dicam.* Theophylactus ad Galat. II. 9. pag. 453. Ἐνταῦθα δείκνυσιν ἑαυτὸν ἰσότιμον τῷ Πέτρῳ. *Hic oſtendit, ſe ejuſdem eſſe cum Petro precii & honoris.* Plura de hac Pauli & Petri æqualitate vide in voce Πέτρος.

Πειράζω. Πειρασμός.

Quamvis hanc ipſam materiam cap. XI. Obſervationum noſtrarum ſatis fuſè tractaverimus, eandem tamen hic neceſſariò repetimus.

Πειράζειν igitur & πειρασμὸς, *tentare & tentatio* ſumitur

I. *Propriè:* atque ita *duplex* eſt *Tentatio:*

1. *Tentatio probationis*, quæ iterum vel

α. *Bona & licita;* qualis eſt tentatio, quâ Deus homines tentat. Eſt πειρασμὸς ἀπὸ Θεοῦ, γυμνασίας χάριν καὶ ἀναῤῥήσεως ἐπαγόμενος, *tentatio exercitii & præconii gratiâ illata*, ut ſcribit Oecumenius in cap. I. Jacobi, pag. 115. Eſt tentatio, quæ eam γενναίως φέρουσι πολλὰ κομίζει τὰ βραβεῖα καὶ λαμπροὺς τοὺς στεφάνους, *generosè ferentibus multa affert brabea & ſplendidas coronas*, ut inquit Chryſoſtom. epiſt. CLVII. Cauſſæ, cur Deus plerumque homines pios ſibique charos variis tentationum procellis in procelloſo hujus mundi ſalo agitari ſinat, variæ afferri poſſent: nos, Chryſoſt. Hom. XIII. in Matth. ſecuti, quinque præcipuas conſideramus. Prima eſt. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐπιόντας κωλύει τοὺς πειρασμοὺς ὁ Θεὸς, πρῶτον μὲν, ἵνα μάθῃς, ὅτι πολλῷ γέγονας ἰσχυρότερος. *Propterea Deus ingruentes non cohibet tentationes, primùm quidem, ut diſcas, te longè fortiorem factum eſſe.* Secunda, ἵνα μένῃς μετριάζων, καὶ μηδὲ τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν ἐπαρθῇς, τῶν πειρασμῶν συστέλλειν σε δυναμένων, *ut intra modeſtiæ cancellos te contineas, neq; donorum magnitudine efferaris, quia tentationes te deprimere poſſunt.* Tertia, ἵνα ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, ὁ τέως ἀμφιβάλλων περὶ τῆς σῆς ἀποστάσεως, ἀπὸ τῆς βασάνου τῶν πειρασμῶν πληροφορηθῇ, ὅτι τέλεον αὐτὸν καταλιπὼν ἀπέστης. *Ut malus ille dæmon, qui de tua adhuc à ſe diſceſſione dubitat, ex ipſa tentationum tolerantia diſcat, quòd ab illo prorſus diſceſſeris.* Quarta, ἵνα ἰσχυρότερος καὶ σιδήρου παντὸς ἐυτονώτερος ταύτῃ κατασκευασθῇς. *Ut fortior & omni ferro valentior hac ratione reddaris.* Quinta, ἵνα ἀπόδειξιν λάβῃς σαφῆ τῶν πιστευθέντων σοι θησαυρῶν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν ὁ διάβολος, εἰ μή σε ἐν μείζονι γινόμενον εἶδε τιμῇ. *Ut manifeſtum capias documentum theſaurorum tibi creditorum: neque enim Diabolus te aggrederetur, niſi in majori te conſtitutum conſpiceret honore.* Has ipſas cauſas, ut & plures alias ex Chryſoſtomo etiam recenſet Cl. Rittershuſius Lect. Sacr. lib. VI. cap. XV. Poſſemus nos quoque alias inſuper ex Antiquitate afferre: ad quaſdam digitum ſaltem intendimus. Tentationes animam purgant. Chryſoſtomus Homil. in II. ad Corinth. IV. 13. quæ eſt XXV. tomi quinti Edit. Pariſ. pag. 363. Οἱ πειρασμοὶ καὶ οἱ κίνδυνοι τοῖς μετ' εὐχαριστίας αὐτοὺς φέρουσι, καθάρσιον ψυχῆς εἰσι μέγιστον. *Tentationes & pericula illis, à quibus cum gratiarum actione feruntur, maxima exiſtunt animæ purgatio.* Tentationes è ſomno peccatorum excitant. Chryſoſtom. Homil. XIV. ad populum Antiochenum: Νυστάζοντας ἡμᾶς καὶ καταπίπτοντας ἀφυπνίζειν οἶδεν τῶν πειρασμῶν ἡ φύσις, καὶ διεγείρειν καὶ εὐλαβεστέρους ποιεῖν. *Dormitantes nos & ſuccumbentes vel proſtratos tentationum natura expergefacere, excitare, atq; religioſiores reddere ſolet.* Deus nos per tentationes probat. Clemens Alexandr. Strom. IV. pag. 515. ad Hebr. XI. 37.

XI. 37. ubi de Martyrum tentationibus; modò, de quo poſtea, ἐπειράσθησαν mendo careat: Ὁ Θεὸς ἐπείρασεν αὐτοὺς, τουτέστιν, εἰς δοκίμιον καὶ δυσωδίαν τοῦ πειράζοντος, εἴασεν αὐτοὺς πειρασθῆναι· καὶ εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, υἱοὺς κληθῆναι δηλονότι· ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτούς. *Deus tentavit eos, hoc eſt, ad eorum probationem, & ut pudore afficiatur tentator, ſivit eos tentari. Et invenit eos ſe dignos, ut ſcilicet vocentur filii. Tanquam aurum in fornace probavit eos.* Tentationes immittuntur, ut corda manifeſtentur. Origenes in Philocalia, cap. XXVII. pag. 107. Κακοῖ ὁ Θεὸς καὶ πειράζει, ἵνα διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ ἑκάστου καρδίᾳ, ὡς ὄντα μὲν, ἐναποκείμενα δὲ τῷ βάθει, καὶ εἰς φανερὸν διὰ τῶν κακώσεων ἐρχόμενα. *Deus affligit & tentat, ut dignoſcantur quæ in cujusque corde ſunt, ut quæ quidem ſunt, ſed in profundo recondita, quæ per angores & moleſtias in apertum prorumpunt.* Tentationes pios homines reddunt δοκιμωτέρους, *probatiores.* Hanc earum utilitatem commendat Theophylactus in cap. XI. ad Hebræos, pag. 996. Σημείωσαι δὲ, ὅτι τοσοῦτον ὠφέλιμοι οἱ πειρασμοὶ, ὥστε οὐ μόνον παρ' ἄλλων συγχωρεῖ Θεὸς ἐπάγεσθαι τούτους τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πειράζει, ἵνα δοκιμωτέρους δείξῃ. *Obſerva autem, quòd tentationes adeò utiles ſunt, ut non tantùm ab aliis Deus permittat eas fidelibus immitti, verùm ipſe etiam tentet, ut probatiores oſtendat.* Idem ad v. 5. cap. XII. ejusdem Epiſtolæ: Αὐτὸς ἢ προηγουμένως εὐδοκεῖ ἡμᾶς πειράζεσθαι πρὸς ἀπόθεσιν ἁμαρτιῶν, ἢ παραχωρεῖ πρὸς δοκιμασίαν καὶ στεφάνους πλείους. *Aut ipſi, Deo, imprimis placet, ut nos tentemur, quo à peccatis liberemur: aut nos tentari permittit ad probationem, ut plures conſequamur coronas.* Deus per tentationes noſtram ſanat malitiam. Damaſcenus contra Manichæos, pag. 310. Ἐνταῦθα οὐ κολάζων ἐπιφέρει τοὺς πειρασμοὺς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ παιδεύων καὶ ἰώμενος τὴν κακίαν, ἵνα ἐπιγνῶμεν αὐτὸν, καὶ ἐπιστρέψωμεν, καὶ τύχωμεν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. *Hoc in mundo Deus tentationes immittit, non ut puniat, ſed ut caſtiget & ſanet malitiam, ut ipſum agnoſcamus, & convertamur, & ſanctitatis ejus participes fiamus.* Hujus vel maximè loci eſt tentatio Abrahami, quâ Deus ei præcepit, quæ moleſta erant carni, abſurdàque rationi, ut filium ſcilicet unicum immolaret: cujus tentationis præcipuam cauſſam veteres eſſe dicunt, ut hac ratione Deus Patriarchæ obedientiam atq; fidem toti mundo notam faceret. Sic Chryſoſtom. Homil. XLVII. in Geneſin: Ἐπείραζεν, οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλὰ προσῆγεν αὐτῷ τὴν πεῖραν, ἵνα καὶ οἱ τότε παρόντες, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος παιδεύωνται τὴν αὐτὸν πόθον τοῦ πατριάρχου καὶ ὑπακοὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὰ τοῦ δεσπότου προστάγματα. Deus *tentavit* Abrahamum, *non tanquam ignarus, ſed tentatione eum eſt aggreſſus, ut & illo tempore viventes, & deinceps victuri doceantur eodem deſiderio & eâdem cum Patriarcha obedientiâ ferri erga mandata Domini.* Chryſoſtomi æmulus Theophylactus in cap. XI. ad Hebræos: Λέγεται πειράζεσθαι Ἀβραὰμ, οὐ τοῦ Θεοῦ δεομένου μαθεῖν τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς τῇ πείρᾳ αὐτῇ καὶ τοῖς ἔργοις μάθωμεν τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ. *Abraham dicitur tentatus, non quòd Deus opus haberet experiri ejus virtutem, verùm ut nos experientiâ ipsâ & operibus virtutem ejus diſcamus.* Theodoretus quæſt. LXXIII. in Geneſin: Deus tentavit Abrahamum, οὐχ ἵνα αὐτὸς ἅπερ ἠπίστατο, μάθῃ· ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξῃ, ὡς μάλα δικαίως τὸν πατριάρχην ἠγάπησε, *non ut ea, quæ ſciebat, diſceret: ſed ut ignorantes doceret, ſe juſtiſſimè Patriarcham dilexiſſe.* Præclara imprimis verba Baſilii Seleucienſis, Orat. VII. quæ eſt de Abrahamo, pag. 39. Ὁ Θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ. τί γάρ; ἠγνόει τὴν ἀρετὴν, ἵνα πειράσῃ τὸν ἀθλητήν; Θεὸς ἀνέμενε τὴν πεῖραν, ἵνα μάθῃ τὴν πρόθεσιν; πειράζει τοίνυν οὐκ αὐτὸς ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα δημοσιεύσῃ τὸν δίκαιον, ἵνα πολλοὺς τῆς τοῦ θεράποντος ἀρετῆς ἐπιστήσῃ τοὺς μάρτυρας. Σμήχει τῷ πειρασμῷ τῆς ὑπομονῆς ἀνδριάντα, ἵνα δείξας τὸ ἔργον λαμπρότερον, πρὸς θαῦμα καλέσῃ τοὺς βλέποντας. Δονεῖ τὸ σκάφος τοῖς πνεύμασιν, ἵνα τοῦ κυβερνήτου τὴν τέχνην θαυμάσῃς· ἐπεγείρει τῶν κυμάτων τὴν προσβολὴν, ἵν' ἐκπλαγῇς τὸ τῆς πέτρας ἀκίνητον· προσάγει τὰ μηχανήματα, ἵνα τοῦ τείχους ἐλέγχων στερρότητα. ἐπανίστησι τῷ δικαίῳ τὰ τῆς φύσεως κύματα, ἵνα τῆς φιλοθείας θαυμάσῃς τὸν ἔμπορον. *Deus tentavit Abrahamum. Quid quæſo? Ignorabatne virtutem, ut tentaret athletam? Deuſne præſtolatus experientiam, ut diſceret propoſitum? Tentat igitur, non ipſe ignorans, ſed ut juſtum in publicum producat, ut multos virtutis ſervi hujus teſtes ſiſtat. Abſtergit & purgat tentatione tolerantiæ ſtatuam, ut opus eò ſplendidius oſtentat, videntesq; in admirationem abripiat. Ventis navem agitat, ut artem rectoris navis mireris. Fluctuum excitat impetum, ut immotam obſtupeſcas tentationem: admovet machinas, ut mœnium oſtendat firmitatem: excitat contra juſtum naturæ fluctus, ut mercatorem amoris divini mireris.*

b. *mala & illicita;* qualis eſt tentatio, quâ homines tentant Deum, ex diffidentia vel præſumptione, quærentes experimentum potentiæ, ſapientiæ, veritatis, &c. Dei: atque hæc tentatio prohibetur Deuteron. VI. 16. Matth. IV. 7. Luc. IV. 1. I. Cor. X. 9. De tentatione, quæ fit ex præſumtione, loquitur Theodoretus quæſt. V. in Deuteron. Πειράζει τὸν Θεὸν, ὁ δίχα λογισμοῦ ῥιψοκινδύνως τι πράττων. *Tentat Deum, qui ſine ratione cum periculo quidpiam agit.*

2. *Tentatio ſeductionis*, quâ ſcilicet homines ad malum ſolicitantur. Hujus tentationis Deus non eſt autor, teſte Jacobo cap. I. 13. Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω. Ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι. Interpretes quidam hoc non tantùm de periculis fidei cauſsâ ingruentibus, ſed & de tentatione quavis, quâ Satanas homines ad peccatum provocat, intelligendum eſſe volunt, ut ſenſus ſit, Non eſſe ad neceſſitatem, tanquam ad aſylum confugiendum, nec prava facinora majori facinore operienda, quaſi ea non temeritati noſtræ, ſed Deo eſſent adſcribenda. Optimè Theodoret. quæſt. XXXI. in II. Regum, p. 285. Εἰδέναι χρὴ, ὡς οὐ τῆς θείας ἐνεργείας, οὔτε τοῦ Ἀμνὼν ἡ παράνομος συνουσία, οὔτε τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἡ ἀδελφοκτονία, καὶ ἡ κατὰ τοῦ πατρὸς γεγενημένη μανία· ἀλλὰ τῆς θείας προνοίας ἡ οἰκία γυμνωθεῖσα σκάφος ἀκυβέρνητον ἐμιμεῖτο, καὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων τὰς τρικυμίας ἐδέχετο. *Scire oportet, ab operatione Dei non dependere neq; Amhonis ſceleratum concubitum, neq; Abſolomi fratricidium, aut ejus adverſus patrem inſaniam: verùm providentiâ divinâ nudata domus, navem rectore deſtitutam imitabatur, & improborum dæmonum procellis expoſita erat.* Atque hæc eſt juſta Dei derelictio, de qua in Ἐγκατάλειψις, num. IV. Multa in hanc ſententiam leguntur apud Baſilium M. in Oratione, Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός. Ea tantùm huc transferimus, quæ ἀρνησίθεοι, & Deo peccata adſcribentem ad eandem referunt claſſem. Sic igitur ille: Ἄφρων, ὡς ἀληθῶς ἐστερημένος νοῦ καὶ φρονήσεως, ὁ λέγων, ὅτι οὐκ ἔστι Θεός. Παραπλήσιος δὲ τούτῳ, καὶ οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην ἀπολειπόμενος, καὶ ὁ λέγων κακῶν αἴτιον εἶναι τὸν Θεόν· ὁμότιμον γὰρ αὐτῶν εἶναι τίθεμαι τὴν ἁμαρτίαν, διότι ἑκάτεροι ὁμοίως ἀρνοῦνται τὸν ἀγαθόν· ὁ μὲν οὐκ εἶναι τὸ παράπαν λέγων, ὁ δὲ οὐκ ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι διοριζόμενος. Εἰ γὰρ κακῶν αἴτιος, οὐκ ἀγαθὸς δηλονότι· εἰ δὲ οὐκ ἀγαθὸς, οὔτε Θεός· ὥστε ἀμφοτέρωθεν ἐστιν ἄρνησις τοῦ Θεοῦ. *Stultus & verè à ſenſu alienus eſt, qui dixerit,* Non eſt Deus. *Similis item huic eſt, nec quicquam in ſtultitia differt, qui Deum malorum cauſſam eſſe dicit: par enim eorum ſcelus eſſe exiſtimo: quoniam ambo bonum Deum ſimiliter negant. Alter quidem omnino non eſſe dicit: alter verò non bonum eſſe affirmat. Si enim malorum eſt cauſſa, utique non eſt bonus. Si non bonus, neq; Deus:*

itaque utrobique eſt negatio Dei. Auguſtin. tract. XLIII. in Johannem de utraque, & *probationis* & *ſeductionis*, tentatione eleganter. *Duæ ſunt*, inquit *tentationes*, *una*, *quæ decipit: altera, quæ probat: ſecundum eam, quæ decipit, Deus neminem tentat.* Tentatio igitur ſeductionis eſt à Diabolo, mundo & carne. De ea, cùm monemur, *vigilandum & orandum eſſe*, *ne introëamus in tentationem*, Matth. XXVI. 41. Marci XIV. 38. Lucæ XXII. 46. monitum Chriſti intelligi debet. Iſidorus Peluſiota epiſt. CCXXVI. lib. V. p. 628. ad Marci XIV. 38. illa, προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, ſequentia notat: Προσεύχεσθε, ἵνα μὴ ἡττηθῆτε τῷ πειρασμῷ. οὐ γὰρ εἶπεν, μὴ ἐμπεσεῖν, ἀλλὰ μὴ εἰσελθεῖν, τουτέστι, μὴ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Μὴ ἐμπεσεῖν μὲν γὰρ οὐχ οἷόν τε, ἐμπεσόντα δὲ στεφανωθῆναι οἷόν τε. *Orate, ne a tentatione ſuperemini: non enim dixit*, non incidere, *ſed* non ingredi, *id eſt ab ea non abſorberi. Fieri enim nequit, ut non incidamus, ſed fieri poteſt, ut incidentes coronemur.* De hac ipſa tentatione intelligenda etiam eſt petitio ſexta orationis Dominicæ, Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. Petimus à cœleſti Patre, ne nos in tentationibus à ſalutis noſtræ hoſte ſuperari ſinat. Unde Auguſtin. de bono perſev. c. VI. ait, in pluribus codicib. Latinis legi, *Ne patiaris nos induci in tentationem.* Atque ita etiam legit Cyprianus in expoſit. orat. Dominicæ, pag. 270. Qui verba iſta ſic efferenda putant, ideò facere videntur, ne Deum tentationis malæ & illicitæ autorem ſtatuant. At fruſtrà ſunt. Num enim ſapientiores Domino? Ejus verba retinenda & ſobriè explicanda. Rectè Theophylactus in c. XI. Lucæ: Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς, τουτέστι, μὴ συγχωρήσῃς ἡμᾶς ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν. *Ne inducas nos, id eſt, ne ſinas nos incidere in tentationem.* Et Auguſtinus de bono perſev. cap. laudato: *Nihil fit, niſi quod Deus aut ipſe facit, aut fieri permittit. Quod itaq; dicimus, Ne nos inducas in tentationem: quid dicimus, Ne nos inferri ſinas?* Omnia fieri vel permittente, vel efficiente Deo, docemus in voce πρόνοια. Chryſologus ad petitionem hanc: *Inducere Deus dicitur currentes ad crimina, cùm relinquit.* Ergo, *ne nos inducas*, eſt, ne nos patiaris induci. *Induci* autem, vel *incidere in tentationem*, eſt cadere in poteſtatem ejus, ab impetu ejus agi atque ferri: id eſt, abjecto fidei & fortitudinis ſcuto victas protendere manus: eſt καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ, ut Theophylactus dicit in cap. XXII. Lucæ, *abſorberi à tentatione:* eſt ἡττᾶσθαι τῷ πειρασμῷ, καὶ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, *vinci à tentatione & ab ea abſorberi*, ut loquitur Iſidorus Peluſiota epiſt. CCXXVI. lib. V. eſt χειρωθῆναι ὑπὸ πειρασμοῦ, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἧτταν αὐτοῦ, *ſubigi à tentatione, & cladem accipere*, ut eſt apud Theophanem Homil. XXVII. p. 190.

Tentatio hæc *ſeductionis* ex cauſis diſtinguitur

α. *in tentationem*, *quâ Diabolus homines tentat*, unde etiam appellatur ὁ πειράζων apud Matth. c. IV. 3. & I. Theſſal. III. 5. Ille ſupernè in exitium noſtrum pervigil excubat, mille dolis, mille nocendi artibus in nos armatus. Inde meritò à Chryſoſtomo vocatur ὁ πολυμήχανος ὄφις, *verſutus ſerpens.* Vide in Διάβολος, num. II. 1. α. & δ.

β. *in tentationem*, *quâ unusquisque tentatur à propria carne*, id eſt, à corruptione ſeu vitioſitate ſua naturali, quam Apoſtolus I. Corinth. X. 13. vocat πειρασμὸν ἀνθρώπινον, & Chryſoſtomus Homil. XXIV. in eandem epiſt. interpretatur πειρασμὸν μικρὸν, βραχὺν, σύμμετρον, *tentationem parvam*, *brevem*, & *modicam.* Eodem modo Theophylact. ad eundem locum. Theophylactus in cap. XI. Lucæ, p. 390. tales tentationes ἑκουσίους eſſe dicit, ὅτι τούτοις ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπεμβάλλομεν, *quia iis nos ſponte ſubmittamus:* ex earum cenſu eſſe dicit μέθην, φόνον, μοιχείαν, καὶ τ' ἄλλα πάθη, *ebrietatem, homicidium, adulterium, aliasq; affectiones.*

II. *Impropriè*, ſeu *metonymicè*, & notat *crucem atque afflictiones*, per quas Deus nos probat. Significationem hanc inculcat Baſilius M. Orat. de Avaritia, p. 383. Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν. ἢ γὰρ αἱ θλίψεις βασανίζουσι τὰς καρδίας, ὥσπερ χρυσὸν ἐν καμίνῳ, διὰ τῆς ὑπομονῆς τὸ δόκιμον αὐτῶν ἀπελέγχουσαι· ἢ καὶ πολλάκις αὐταὶ αἱ εὐθηνίαι τοῦ βίου ἀντὶ πειρατηρίου γίνονται τοῖς πολλοῖς. *Duplex eſt tentationum genus. Nam vel corda hominum, tanquam aurum in fornace, afflictis rebus adverſisq; probantur, quæ per patientiam ipſorum coarguant ac declarent probitatem: aut certè ipſa vitæ proſperitas ſæpenumero multis tentationis & experimenti loco eſt.* De *afflictionibus* Orat. Dominicæ petitionem ſextam accipit Chryſoſtomus Homil. XIX. in Matth. pag. 140. & Homil. XXXIV. tom. V. pag. 220. ubi per πειρασμὸν intelligit κίνδυνον, ἐπιβουλὰς, *periculum*, *inſidias.* Gregor. Nyſſenus Orat. V. in orat. Dominicam, t. I. pag. 761. intelligit τὰ τοῦ βίου κακὰ, *mala hujus vitæ.* Ita etiam πειράζεσθαι eſt graviſſimas ſuſtinere pœnas ad Hebr. XI. 37. ubi de fidelibus, qui Maccabæorum tempore vixerunt, ſcribit Apoſtolus: Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν. Multa de hoc loco Cl. Gatakerus Obſervat. ſacr. cap. XLIV. Nos, quæ ad verbi ἐπειράσθησαν explicationem faciunt, compendio hìc proponemus: de ἐπρίσθησαν ſuo agetur loco. Vulgatus interpretatur: *Tentati ſunt.* Eodem modo Beza. At quis non videt, hanc interpretationem hìc locum habere non poſſe? Nolo præſcribere, priùs dictum fuiſſe, verſ. 36. Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον. Quod multis, *Alii ludibriis & flagris explorati ſunt.* Quaſi ludibriis ac flagris tentati & explorati fuiſſent; id autem continuò de tentatione ſive exploratione rurſus inculcari, minùs veriſimile videtur. Illud, πεῖραν ἔλαβον, aliud ſonat: nec enim πεῖρα ibi *tentationem*, aut *explorationem*, ſed *experientiam* & *perpeſſionem* ſignificat: alioqui πεῖραν λαβεῖν, eſt *periculum facere*, ſive *ſumere*; quod πεῖραν ἀγωνίζειν Sophocles dixit in Ajace; atque ita Triclinius exponit, πειρᾶσαι, non πειρασθῆναι, *explorare*, non *explorari.* Quomodo Xenophon, Τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνειν, εἴτι σοι ἐθελήσουσι συμβουλεύειν. *Deos tentare, ſive explorare, numquid conſulere tibi velint.* Et Herodianus lib. I. Πεῖραν τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν λαβεῖν. *Militum animos pertentare, ſive explorare.* Demoſthenes, λαβεῖν ἔργῳ τῆς φιλίας αὐτοῦ πεῖραν, *ipſius amicitiam reipſa experiri.* Baſilius, Ἀκριβεστάτην πεῖραν ἔχω αὐτοῦ. *Certiſſimis experimentis eum cognitum habeo.* Eodem ſenſu πειρᾶσθαι uſurpatur. Lucianus: ὅσοι ἡμῶν ἐν ὅπλοις ἐπειράθησαν. *Qui noſtri in bello periculum fecerunt.* Et ne longiùs abeamus, cap. eodem XI. ad Hebræos, v. 29. ἧς πεῖραν λαβόντες Αἰγύπτιοι, κατεπόθησαν. *Quod tentantes Ægyptii, abſorpti ſunt.* Hìc πεῖραν λαβεῖν nihil eſt aliud, quam πειρᾶσαι, *experiri*, perpotiendo ſcilicet. Heſychius: πειρήθητε, πεῖραν λαμβάνετε. *Periculum facite.* πειρήσονται, διάπειραν λήψονται. *Experientur.* Suidas: πείρησαν, (πείρασαν legendum eſſe, docet ſubjectus locus) δοκιμὴν, ἀπόπειραν ἔλαβον.

Τὴν δὲ χάριν δώρων πείρασαν ἐν θανάτῳ.

Tentârunt, explorârunt, periculum fecerunt, experti ſunt.

Ipſam verò gratiam donorum experti ſunt in morte.

De Ajace ac Hectore ſermo eſt, quorum ille huic balteum, quo poſtquam ab Achille cæſus eſt, bigis raptandus alligabatur; iſte illi enſem dono dederat, quo ſe ipſe pòſt interfecit. Hæc leguntur Epigrammat. lib. III. epigram. CCLXV. pag. 238. Ita Deuteron. XXVIII. 56. ſeptuaginta Interpp. Καὶ ἡ ἁπαλὴ ἐν ὑμῖν καὶ ἡ τρυφερὰ, ἧς

Digitized by Google

ἣ οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποὺς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. *Et mulier tenera & delicata inter vos, cujus pes non eſt greſſum in ſolo expertus*, id eſt, quæ, pede, ſive plantâ pedis terram nunquam attigerat. In Sapientia Solomonis XVIII. 20. Ἥψατο δὲ καὶ τῶν δικαίων πεῖρα θανάτου. *Juſti quoq; mortem experti ſunt.* Et Dionyſius Alex. in epiſt. ad Fabium Antioch. apud Euſebium lib. VI. cap. XLI. Μηδέπω βασάνων πεῖραν λαβοῦσαι. *Nondum tormenta expertæ*, id eſt, perpeſſæ. Proinde ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν λαβεῖν, eſt *ludibria ac flagella experiri.* Nec aliter Beza: *Ludibria & flagella ſunt experti.* Caſtalio itidem: *Ludibria & ſcuticas experti ſunt.* Sed propiùs ad rem. Cùm varia pœnarum ſuppliciorumq; genera hoc verſu recenſeat Apoſtolus, quibus ad necem usque divexati ſint ſervi Dei fidiſſimi teſteſque conſtantiſſimi, illud ἐπειράσθησαν, quod nullum mortis genus deſignare poteſt, ſed *tentationis* tantùm, ſive *explorationis* ſignificatum habet, hic locum habere non poteſt. Viderunt hoc Viri ſummi, varièque de hoc verbo pronunciaverunt. Retinendum cenſet Clar. Heinſius, quia πεῖρα, πειρασμὸς & πειράζειν, Helleniſtis, quos appellat, *de calamitate quavis abſolutè uſurpetur.* Quo ſenſu & iſthic ſumendum putat: adjicit tamen, *niſi quis diſtinguere malit*, ut ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας *conjungatur*, *ac deinde* ἀπέθανον *ſequatur*; *hoc modo*, Ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας, ἀπέθανον. *Gladiis minacibus tentati ſunt*; *cùm autem non deficerent*, *ſublati ſunt.* Addit demum, *eadem linguâ*; quam Helleniſticam vocat; πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας, *idem eſſe ſimpliciter*, quod ἀναιρεῖν μαχαίρᾳ vel ἐν μαχαίρᾳ, *gladio tollere.* Ita foret ſimpliciter, *gladio ſublati ſunt*, *mortui ſunt.* Verùm hanc ſententiam Gatakerus quinque maximè ob cauſas vix admitti poſſe aſſerit. 1. Generalis illa verbi ſignificatio illud eſt ipſum, quod obſtat, quò minùs inter certa ac ſpecialia ſuppliciorum genera utrinq; ſita locum facilè iſthic tueatur. 2. Hiulca ac defecta videtur futura dictio Apoſtolica, *ſi de gladio objecto exploratione facta* intelligatur, quâ nihil territi ſeſe morti objecerint. 3. Repetio futura eſt minùs neceſſaria illius quod ſuprà clariùs fuerat elocutus, verſ. 35. de liberatione. cùm ea proponeretur, rejecta. 4. Formulæ iſtius πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας, pro *gladio tollere* uſurpatæ exemplum aliquod jure deſideratur. 5. Etiamſi dari poſſet, iſthic tamen admitti commodè nequiret, cùm ἀπέθανον illud, quod ſequitur, tunc planè redundaret.

Alii contrà non retinendum, ſed furcillandum ac rejiciendum exiſtimant, utpote quod à calamo Apoſtolico neutiquam profluxerit. Sed & iſti in partes diverſas abeunt. Alii namque ſurreptitium planè, alii ſuppoſititium ſuſpicantur.

Ex priorum numero eſt doctiſſimus Th. Beza. Is enim omnino *ex margine* cenſet *in Contextum irrepſiſſe*; ubi quiſpiam pro ἐπρίσθησαν perperam ἐπειράσθησαν annotârat. *Nec poſſe aliter ſtatuere* profitetur, *Quorſum enim*, inquit, *iſtud de tentatione poſt acerbiſſimarum pœnarum commemorationem poſtea ſubjicit?* Quin *& Syrum Interpretem non agnoſcere* monet. Idem planè prior ſuſpicatus fuerat Eraſmus: qui & ideò magis adjectitium ſtatuit, quia *apud Chryſoſtomum & Theophylactum particulæ hujus mentio nulla fiat.* Quanquam in Theodoreti Commentariis habetur. Iſtis accedit in annotationibus H. Grotius, qui ἐκ διττογραφίας *in textum irrepſiſſe* monet; *nec inter mortium genera hic locum habere.* Euſebius certè Præparat. Evang. lib. XII. c. X. p. 342. omiſit planè, cùm Apoſtoli locum hunc ita recenſet: Οἵγε δικαιότατοι ὄντες, ὡς ἀδικώτατοι ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. *Qui, cùm eſſent juſtiſſimi, ut injuſtiſſimi lapidati ſunt, diſſecti ſunt, gladio cæſi occubuerunt.* Hinc non ſine ratione ſuſpicetur aliquis apud Clement. Alex. Strom. lib. IV. c. VI. p. 515. ubi eadem illa ſic repræſentantur, ἐλιθάσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, verbum ἐπειράσθησαν loco alterius ἐπρίσθησαν, à ſciolo quodam infartum fuiſſe; vix enim vero ſimile, à Clemente τὸ ἐπρίσθησαν omiſſum fuiſſe.

Ex poſteriore claſſe eſt vir ſagaciſſimus Fr. Junius. Huic *vitiatum* ſuboluit, quod in Contextu extiterat. Itaque in Parallel. lib. III. profitetur, *ſibi omnium maximè probari, non ut expungatur, ſed ut leviſſima potiùs mutatione, pro* ἐπειράσθησαν *legatur* ἐπυράσθησαν, *quod verbum ne ipſe quidem Homerus ignoraverit.* Hunc, quem & tranſcripſit, Joh. Piſcator κατὰ πόδα ſecutus eſt. At hoc verbum nec apud Homerum, nec apud alios linguæ Græcæ autores reperitur.

Itaque Beza, ſi quid ſubſtituendum videatur, & conjecturæ locus detur, legendum putat ἐπυρώθησαν, quod vertit, *uſtulati ſunt.* Verùm Cl. Heinſius inſtat, *nihil in his emendandum non conſultis*, quos vocat, *Helleniſtis.* Hos ergo conſulamus, an ſuppeditent quicquam, quod emendationi iſti ſuffragetur. Apud Græcos itaque Vet. T. interpretes verbum iſtud πυροῦσθαι ita ſumitur creberrimè, ut Hebræorum צרף reſpondeat, & *urendo*, ſive *conflando explorare*, atque etiam *expurgare* ſignificet. Vide in Πυρόω. His omnibus ſuam quoque ſubjicit conjecturam Gatakerus. Ego, inquit, mutatione haud minùs proclivi, non ἐπυρώθησαν, ſed quod huic finitimum, quodque ad lectionem vulgatam etiam paulò propiùs accedit, ἐπρήσθησαν legerim: atque ita ſcripſiſſe ipſum Apoſtolum exiſtimo. Notum eſt ſatis, quàm crebræ apud Apoſtolum παρονομασίαι paſſim occurrant; in quo Jeſaiam imitatus videtur. Obſervatum hoc Joh. Piſcatori ad Eph. V. 1. *Apparet*, inquit, *Apoſtolum delectatum fuiſſe iſtâ vocum aſſonantiâ, quam* παρήχησιν *&* παρονομασίαν *Græci Rhetores appellitant.* Id verum eſſe, patet ex ſubjectis locis. Rom. I. v. 29. πεπληρωμένους -- πορνείᾳ, πονηρίᾳ. Mox ibidem μεστοὺς φθόνου, φόνου. Ita Gal. V. v. 21. φθόνοι, φόνοι. Iterum Rom. I. 31. ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους. II. Tim. III. 2. φίλαυτοι, φιλάργυροι. v. 4. φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι. Rom. II. 1. κρίνεις, κατακρίνεις. I. Cor. XI. 31. Εἰ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Vide etiam Rom. XI. 19. c. XII. 3. I. Cor. IX. 21. cap. XII. 26. cap. XIII. 9. II. Corinth. V. 8. II. Theſſ. III. 11. Ad Philem. v. 11. Philipp. III. 2. 3. Hebr. V. 8. 14. cap. VII. 3. cap. IX. 10. c. X. 27. Pari ergo modo, hoc in loco, eadem dictionis figurâ ſcripſiſſe videtur Apoſtolus, ἐπρίσθησαν, ἐπρήσθησαν, *ſerrati ſunt, cremati ſunt.* Heſychius: Πρῆξαι, φλέξαι, φυσῆσαι, ἐμπρῆσαι, πυρὸς δηΐοιο, θύρετρα καὶ δάκρυα ἀναπρήσας, ἀντὶ τοῦ ἀναφυσήσας, ὅθεν καὶ ἡμεῖς τοὺς πεφυσημένους, πεπρημένους φαμέν. In his malè quædam. Legendum πρῆσαι. Item, ex Il. β'. v. 415. πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα. *Ac igne exuſſero portas hoſtiis.* Et: Δάκρυ ἀναπρήσας, ex Il. ι. v. 433. *Lacrymas cum gemitu effundens*: ubi vetus Scholiaſtes: Ἀναπρήσας, ἀναφυσήσας, ἢ ἀθρόον ἀναβαλών. Iterum Heſychius: Ἔπρησεν, ἔκαυσεν. Item: πρῆσεν, ἔκλαεν, ἐφύσησεν, ἐνέπρησεν, ἔφλεξε. Pro ἔκλαεν, legendum ἔκαεν. Suidas: Πρῆσαι, καῦσαι· πρῆσε δὲ, ἐφύσησε. *Uſſiſſe, incendiſſe, combuſſiſſe*; πρῆσε verò, *flavit, ſpiravit.* Homerus Il. α. v. 481.

Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον. - - -

Ventus autem inſlabat medium velum. Scholiaſtes: Πρῆσεν, ἐνέπρησεν, ἐφύσησεν. *Inflabat.* Iterum Suidas: Καταπρησθῇ, κατακαυθῇ. Κελεύσαντος Κύρου, ἵνα καταπρησθῇ ζῶν. *Comburatur, cremetur. Cùm juſſiſſet Cyrus, ut vivus cremaretur.*

Vivicomburium, pœnarumque ac ſuppliciorum ſpecies multiformes, in quibus ignis flammarumq; vis, faces accenſæ, laminæ candentes, craticulæ, ſartagines, ad

Dei ſervos cruciandos adhibebantur, cùm tam frequentia fuerint, nec iſtis immaniora ferè ulla exiſtant, non eſt veriſimile ea ſiluiſſe prorſus Apoſtolum: cùm minùs atrocia pleraq; recenſuerit. Hoc cruciatus genere in Judæos, ſub Maccabæorum tempora, ſæviiſſe Antiochum illum ἐπιμανῆ, teſtatur Jaſonis Cyrenæi abbreviator c. VII. 5. Quo loco, tyrannum narrat, ubi τήγανα καὶ λέβητας ἐκπυρωθῆναι, ſartagines & lebetes ſuccendi juſſerat, primum è ſeptem illis fratribus celeberrimis, quos & Eccleſia Chriſtiana in Martyrum ſuorum laterculum admiſit, linguâ priùs exciſâ, corpore toto ſcuticis excoriato artubusq; extremis quibusq; confractis, mandâſſe τῇ πυρᾷ προσάγειν ἔμπνουν ἔτι, καὶ τηγανίζειν, *pyræ admoveri ſpirantem adhuc, & torreri in ſartagine.* Quod autem ille τηγανίζειν dixit, id LXX. Interpretes, idem ſupplicium deſignantes, ἀποτηγανίζειν dixere Jer. XXIX. 22. Siquidem quod de Achabo & Sedechia pſeudoprophetis ſcriptum eſt ibi, קלם באש, *igne eos torruit* rex Babylonicus, id illi reddiderunt, ἀπετηγάνισεν ἐν πυρί, *in ſartagine ad necem usq; igne torruit:* eam enim vim habere autumo particulam ἀπὸ in ἀποτηγανίζειν, quam & in ἀποτυμπανίζειν. Athletarum iſtorum fortiſſimorum matrem, poſt filios martyrii coronam adeptos narrat Joſephus de Maccabæis c. XVII. ἑαυτὴν ῥίψαι κατὰ τῆς πυρᾶς, cùm in eo eſſet, ut ſatellitum manibus prehenderetur, ne quis eorum ſuum attingeret corpus, *in pyram accenſam ſponte ſemet conjeciſſe.* Quomodo Euſebius lib. VI. c. XLI. ex Dionyſii Alex. ad Fabium epiſtola, Quintam quandam, εἰς πῦρ πηδήσασαν καταπεφλέχθαι, *in ignem, quo cremata eſt, inſiluiſſe.* Ejusdem generis cruciatus varios, Chriſtiani nominis profeſſores, à tyrannis eorumque ſatellitio, pertuliſſe, hiſtoriæ teſtantur Eccleſiaſticæ, veterumque monumenta ſcriptorum. De ſui temporis fidelibus Tertullianus Apologet. cap. XII. pag. 42. *Ignibus urimur.* Et cap. XLIX. pag. 80. *Judicatur in nos gladiis, & ignibus, & crucibus, & beſtiis.* Et cap. ſeq. *Sarmenticios & Semaxios appellatis, quia ad ſtipitem dimidii axis revincti ſarmentorum ambitu exurimur.* Legimus apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. V. c. I. in Lugdunenſium ac Viennenſium ad Fratres Aſiaticos epiſtola, Sanctum Diaconum, χαλκαῖς λεπίσι διαπύροις, *æreis ſquamis*, ſive *laminis corpori undique affixis uſtulatum*; paulò pòſt (quod & in aliis quibusdam perpetratum) ἐπὶ σιδηρᾶς καθέδρας τηγανιζόμενον, *cathedræ ferreæ inſidentem, fuiſſe torrefactum:* Blandinamque mulierem τὸ τήγανον, ſive *ſartaginem, expertam.* Legimus etiam apud Prudentium de Coronis, Carm. V. Vincentium in grabbato ferreo collocatum: & apud eundem ibid. C. II. Laurentium Diaconum, ap. Euſeb. lib. VIII. c. VI. Petrum quendam aulicum, craticulæ ferreæ impoſitos, quo ad necem usque igne lento urerentur. Antiochiæ itidem haud paucos ἐσχάραις κατοπτωμένους, ſive *craticulis aſſatos*, refert Euſeb. ibid. c. XII. Occurrunt apud eundem paſſim, ut de aliis nihil dicam, fideles Chriſti martyres pyris accenſis cremati, & vivicomburio ex hac vita ſublati. Denique nullus ferè eſt ſcriptor, qui carnificinæ ſævitiæque inſtrumenta recenſendo, ignium diſertè non meminerit: nec eſt vero ſimile, quod in ſuppliciis, immanioribus præſertim, locum nusquam propè non obtinet, præcipuum plerumque ac principalem occupat, id omittere ac ſilere prorſus Apoſtolum voluiſſe. Hoc autem inter cætera hoc loco cùm recenſuiſſe videatur, vicini vocabuli ſono affini illectum, probabile ſatis eſt, pro more ſuo, id verbo à continenter antegreſſo haud multùm abludente, cùm tam commodè ſe offerret, haud invitum deſignâſſe. Quod eodem & Theodoretus, ſed compoſito, in argumento eodem eſt uſus Θεραπευτ. ſerm. VIII. verbis illis, ἀπετυμπανισθῆναι προθύμως, καὶ ἀνασκολοπισθῆναι, καὶ μέντοι καὶ ἐμπρησθῆναι. Quo loco & *exuſtionem tympano, cruciq; arrectæ* ſubjicit, tanquam illis etiam crudelius perpeſſuque difficilius. Vide in Ἀποτυμπανίζω. Quin igitur Apoſtolus, ἐπρίσθησαν, ἐπρήσθησαν, ſcripſerit, vix eſt ut poſſim ambigere. Hanc autem de illis Dei ſervis, Domino ſuo fidiſſimis, qui τὸ διὰ πυρὸς βάπτισμα λαβόντες, διὰ πυρὸς ἐτελειώθησαν, *ignis baptiſmate intincti, per ignem ſunt conſummati*, uti Origenes ap. Euſeb. lib. VI. c. IV. diſſertationem meliùs claudere non poſſum, quàm Senecæ illis de Benefic. lib. IV. c. XXII. *Prodeſt & in igne pietas: qui ſi ſingulis membris admoveatur, & paulatim vivum corpus circumeat, licèt ipſum bonâ conſcientiâ plenum ſtillet; placebit illi ignis, per quem fides collucebit.* Id quod in Sanctis illis luculentiſſime liquebat. Hoc enim eſt, quod Chryſoſt. Hom. I. in II. ad Corinth. Τί πυρὸς χεῖρον; τί βασάνων διηνεκῶν ὀδυνηρότερον; τοῦτο πάντων τυραννικώτερον εἰς ὀδύνης λόγον ἐστί. καὶ οὐδὲν ἂν γένοιτο ὀδυνῶν χαλεπώτερον. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τὰ τῇ ἀκοῇ ἀφόρητα, ταῦτα φορητὰ καὶ ποθεινὰ διὰ τὴν κατὰ Θεὸν ἡδονὴν γίνεται. κἂν ἀγάγῃς τὸν μάρτυρα ἔτι ἐμπνέοντα μικρὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου ἢ ἀπὸ τοῦ τηγάνου, τοσαύτην εὑρήσεις τὴν κειμένην αὐτῷ χαρὰν, ὅσην οὐδὲ εἰπεῖν ἔνι. *Quid igne gravius? quid tormentis jugibus ærumnoſius? Omnium iſtud, dolorem quod attinet, tyrannidem maximam obtinet: nec poteſt dolor ullus intolerabilior eſſe, quàm qui inde accedit. Verum tamen, quæ auditu etiam intolerabilia ſunt, ea & tolerabilia & deſiderabilia quoq; fiunt per eam quæ ſecundum Deum eſt, voluptatem: martyremq; ſpirantem adhuc ſi à palo aut ſartagine pauliſper abduxeris, lætitiam penes eum tantam deprehendes, quanta verbis nec exprimi queat.* Atque hæc de verbo ἐπειράσθησαν Cl. Gatakerus. Judicent Lectores, an ſufficientes ſint rationes, ob quas à recepta lectione recedendum. Vix ego exiſtimârim, Apoſtoli ſtylum humanis ſubjiciendum eſſe legibus: in iis certè minimè, quæ ſine incommodo, imò ſenſu aptiſſimo, retineri poſſunt. Ita autem retineri queat ἐπειράσθησαν, utpote quo graviſſimæ denotentur afflictiones.

Πεκούλιον.

Veteres Gloſſæ: πεκούλιον, οὐσία ὑπεξούσιος, ἢ δούλου. *Peculium*: Feſtus; *Peculium ſervorum à pecore item dictum eſt, ut pecunia patrum familiæ.* Non tamen *peculium* ſolùm ſervorum fuit, ſed & ita dictum, quod filius familias ſibi parentis permiſſu ſervabat, deducto illo, quod parenti debebatur. Ita filiis cedebat, ſi pluris vendidiſſent merces, quàm quanti eas pater æſtimaſſet. Plautus, Mercatoris prolog.

Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater
Dedit æſtimatas merces: ita peculium
Conficio grande.

Etiam *peculium* dicebatur, quod à patribus familias ſeponebatur; quomodo Celſus uſurpat, cùm ait, *Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe.* Greg. Nazianzenus in Teſtamento ſuo eadem voce uſus eſt de ſervis: Τοὺς μὲν οἰκέτας, οὓς ἠλευθέρωσα, βούλομαι καὶ νῦν ἐπ᾽ ἐλευθερίας μένειν, καὶ τὰ πεκούλια αὐτοῖς πάντα μένειν βεβαίως. *Servos igitur, quos liberos reddidi, etiam nunc volo in libertate manere, iisq; peculia omnia firmiter manere.* In Lexico Græco-Lat. ædis B. Germani, ut monet Briſſonius, *peculium* definitur κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τουτέστιν, υἱοῦ ἢ δούλου, *poſſeſſio ejus, qui ſub alterius poteſtate exiſtit, id eſt, filii, aut ſervi.* Photius in Nomoc. ſub tit. III. ex Novell. CXXIII. καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν καστρενσίων πεκουλίων, *Caſtrenſium peculiorum inſtar.* Idem ſub tit. X. ex XXXVI. Capite novellæ Conſtitut. ἐν καστρενσίῳ πεκουλίῳ τὰ ἐπικτηθέντα. *Ea quæ in caſtrenſi peculio acquiſierunt.* Caſtrenſe peculium eſt, quod vel in caſtris acquiritur, vel occaſione militiæ obtingit. Vide Briſſonium de verb. ſignif. lib. XIV. in voce *Peculium.* Aſterius, hom. de œcon. injuſto, 575. Δοῦλος ἐλεύθερον πεκούλιον οὐκ ἔχει. *Servus liberum peculium non habet.*

Πίλα-

Digitized by Google

Πέλαγος.

I. *Propriè* πέλαγος notat *maris profunditatem*. Hinc Heſychius inter alia, πέλαγος, βυθὸς. *Profunditas*. Hoc ſenſu Matth. XVIII. 6. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, id eſt, ἐν τῷ βάθει, *in profundo*, ſive *profunditate maris*, quomodo etiam Syrus vertit. Poëtæ *altum* appellant. Hæc vocis proprietas fecit, ut putarent πέλαγος dici quaſi τῆλε τῆς γῆς, *procul à terra*. Iſidorus lib. XIII. cap. XVI. deducit à πλάγιον, id eſt, *latum*: quod etiam Heſychius innuere videtur, quando πέλαγος dicit eſſe πλάτος θαλάσσης, *latitudinem maris*. Aliis placuit πέλαγος dici quaſi πέλας, *prope*, & γῆ, *terra*: quia circumlabitur orbem: aut quia πέλας ἄγει, quo de etymo Cæſar Scaliger lib. IV. de cauſſ. L. L. cap. XCVIII. Alii malunt deducere à πελάζειν, vel ab Hebr. פלג. Vide Etymolog. Voſſii.

II. *Impropriè*, & quidem *Metaphoricè*, *multitudinem* ſignificat. Heſychius, Μέγεθος, πλῆθος, *magnitudinem*, *multitudinem*, interpretatur. Ita ἄφραστον πέλαγος θαυμάτων, *ineffabilis multitudo miraculorum*. Chryſoſtomus Homil. XXVII. in Matth. pag. 190. de Evangeliſtis: Σὺ δέ μοι σκόπει πόσον πλῆθος θεραπευομένων παραλείπουσιν οἱ εὐαγγελισταὶ, οὐχὶ καθ' ἕνα λέγοντες ἡμῖν καὶ διηγούμενοι, ἀλλ' ἑνὶ ῥήματι πέλαγος ἄφραστον θαυμάτων ὑπερβαίνοντες. *Tu vero mihi conſidera, quantam multitudinem eorum, qui ſanati fuerunt, Evangeliſtæ prætereant, non omnia ſigillatim nobis dicentes & narrantes, ſed uno verbo ineffabilem miraculorum multitudinem prætermittentes*. Idem; Διάκυψον εἰς τὰ πεπραγμένα σοι, εἰς τὸ πέλαγος τῶν ἁμαρτημάτων. *Reſpice, quæſo, ad facta tua, ad multitudinem peccatorum*. Item: Δεῦτε, ἑαυτοὺς ῥίψωμεν ἐπὶ τὸ πέλαγος τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ. *Agite, nos ipſos conjiciamus in pelagus miſerationum Dei*. Eodem modo Theophanes Homil. II. pag. 11. Ὁρᾷς οἰκτιρμῶν ἄπειρον πέλαγος. *Vides miſerationum inexhauſtum pelagus*. Homil. ead. 10. Ἅπαν τὸ χρέος τῷ ὑπευθύνῳ χαρίζεται, δεικνὺς τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὸ ἄπειρον πέλαγος. *Omne obærato debitum gratis donat, ſimulque ſuæ benignitatis pelagus immenſum oſtendit*.

Πέμπτη.

Vox πέμπτη, abſolutè poſita, notat *diem Jovis*. Nicephorus Homologeta in Can. Οὐ δεῖ τὰς πέμπτας φυλάττειν. Et ἡ μεγάλη πέμπτη dicebatur, quæ Paſcha antecedebat. In Liturgia Baſilii: Εἰ δέ ἐστιν ἡ μεγάλη πέμπτη, ψάλλει. Vide Gloſſarium Meurſii.

Πενηθεΐα.

Non habent Lexica. Eſt *divinitatis inopia*. Hanc Gregentius in Diſputatione ſua exprobrat Judæis. Gentilibus verò πολυθεΐαν, quando, p. 197. Judæum ita compellat: Ἕνα θεὸν τὸ τριαδικὸν ὁμολογοῦντες κράτος, ὑμῶν τὴν πενηθεΐαν, κἀκείνων τὴν πολυθεΐαν, ἐξ ἴσης ἀποκρουόμενοι διαφεύγομεν. *Unum Deum, trinum confitentes imperium, veſtram divinitatis inopiam, & illorum multitudinem deorum ex æquo repudiantes fugimus*.

Πένης. Πενία.

I. *Explicatio nominis*.

1. Πένης, *pauper eſt, qui deſtituitur bonis hujus mundi, & paupertatem moderatè fert*. Ita pauperem nobis deſcribit Baſilius M. Interrogat. CCLXII. in reg. brevioribus, p. 630. Πένης ἐστὶν, ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐν ἐνδείᾳ ὢν, καὶ εὐαρέστως τοῦ κυρίου κυβερνήσας τὴν τοιαύτην περίστασιν. *Pauper eſt, qui ab initio in egeſtate ſemper fuit, & in hujuſmodi ſtatu ita ſe moderatur, ut Domino placeat*. Hinc πενία apud Heſychium eſt ἀχρημοσύνη, ἀπορία, *egeſtas, indigentia*.

2. *Pauper eſt, qui ſuis nunquam contentus, ſemper plura appetit*. Clemens Alexandr. Strom. II. p. 368. Πενίαν ἡγητέον, οὐ τὸ τὴν οὐσίαν ἐλάττω ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ τὴν ἀπληστίαν πλείω· οὐ γὰρ πενία ποτὲ ἡ ὀλιγοχρηματία, ἀλλ' ἡ ἀπληστία ἧς φεύγων ὁ ἀγαθὸς ὤν, καὶ πλούσιος γ' ἂν εἴη. *Paupertas eſt exiſtimanda, non facultates diminuere, ſed augere inſatiabilitatem: non eſt enim paupertas, pecuniæ paucitas, ſed inſatiabilitas: quæ ſi receſſerit, qui bonus eſt, dives quoque fuerit*. Chryſoſtomus Hom. II. de Lazaro, quæ eſt XXXVI. tom. V. Οὐ πένης ἐστὶν ἐκεῖνος ὁ μηδὲν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐφιέμενος. *Non ille pauper eſt, qui nihil poſſidet, ſed qui multa appetit*. Eadem exſcripſit Suidas in voce Πενία. Iterum Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Philippenſes: Οὐκ ἔστι πένης ὁ μηδὲν ἔχων, ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐπιθυμῶν. *Non eſt pauper qui nihil habet, ſed qui multa concupiſcit*.

II. *Proprietates* paupertatis & pauperum ſunt,

1. *quod paupertas ſit grave onus*. Chryſoſtomus de ſacerdotio lib. III. c. VI. p. 26. Ἀκόρεστόν πως κακὸν ἡ ἀκούσιος πενία, καὶ μεμψίμοιρον, καὶ ἀχάριστον. *Non voluntaria paupertas malum quoddam inſatiabile eſt, querulum & ingratum*. Iſidorus Peluſiota epiſt. CCLXXI. lib. II. pag. 244. πενίαν vocat ἀτιθάσσευτον καὶ δυσνουθέτητον θηρίον, *intractabilem & increpationis impatientem beſtiam*. Idem πενίαν vocat δυσνουθέτητον θηρίον etiam epiſt. CCCLVIII. lib. III. p. 397. epiſt. LXXXIX. lib. IV. pag. 460 Cyrillus Alex. præfat. Comment. in Johannem, p. 5. στυγνὴ καὶ ἀνηκουστος πενία. *Triſtis & auribus carens paupertas*.

2. *quòd pauperes nihil ab aliis metuant*. Chryſoſtomus Homil. II. ad populum Antiochenum: Μέγα κτῆμα πενία τοῖς φιλοσόφως αὐτὴν φέρουσι, θησαυρὸς ἄσυλος, βακτηρία ἰσχυροτάτη, κτῆσις ἀνεπηρέαστος, καταγώγιον ἀνεπιβούλευτον. *Præclara poſſeſſio paupertas iis eſt, qui eam philoſophicè ferunt, theſaurus qui furto non ſubducitur, ſcipio firmiſſimus, poſſeſſio cui nemo inſultare poteſt, hoſpitium ab inſidiis immune*. Id. Homil. XIII. in Acta, pag. 685. Ἡ πενία φρούριον ἀσφαλὲς, χαλκῷ περιβεβλημένον πολλῷ καὶ δύσκολον ἔχον τὴν ἄνοδον. *Tutum propugnaculum paupertas eſt, multis circumdatum armis, ad quod difficilis eſt aſcenſus*. Baſilius M. Homil. II. in Pſal. XV. pag. 162. Ἐν τούτῳ διαφέρομεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες, τῇ ἀμεριμνίᾳ καὶ καταγελῶμεν αὐτῶν ἀγρυπνούντων, αὐτοὶ καθεύδοντες, καὶ τῶν συνεστώτων ἀεὶ καὶ φροντιζόντων, αὐτοὶ ἀφρόντιστοι ὄντες καὶ ἀνειμένοι. *Hoc uno pauperes à divitibus differimus, quòd ſecuri ſumus, atque eos vigilantes ridemus, ipſi dormientes: præterea nos à curis liberi & in magna quiete agentes, eos in magna rerum perturbatione conſtitutos & ſe ipſos curis conficientes, ipſi conſpicimus*. Hoc ipſum agnoſcit Seneca epiſt. XIV. *Naturalia mala, inopia atque morbi, ſilentio ſubeunt, nec oculis, nec auribus quicquam terroris incutiunt*. Et mox: *Circumſpiciendum nobis eſt, quomodo à vulgo tuti eſſe poſſimus. Primùm, nihil inde concupiſcamus, unde rixa eſt inter competitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento inſidiantis eripi poſſit. Quàm minimùm ſit in corpore tuo ſpoliorum. Nemo ad humanum ſanguinem propter ipſum venit, aut admodum pauci, plures computant, quàm oderunt. Nudum latro transmittit: etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt*.

3. *quòd paupertas non ſit mala*. Chryſoſtomus Homil. XV. ad populum Antiochenum: Πενία μυρία εἰς τὸν βίον ἡμῶν εἰσήγαγεν ἀγαθὰ, καὶ χωρὶς πενίας ὁ πλοῦτος ἀχρηστος. *Paupertas infinita in vitam noſtram invexit bona, & ſine paupertate divitiæ ſunt inutiles*. Baſilius M. Orat. κατὰ τῶν ὀργιζομένων. Οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγενῶς τὴν πενίαν. *Non paupertas ignominia eſt, ſed paupertatem non generoſo ferre animo, illud vituperandum*. Πενία, ut idem in cap. XL. Jeſaiæ, παιδαγωγός ἐστιν εἰς εὐσέβειαν. *Paupertas ad pietatem nos deducit*. Præclarè quodam in loco Chryſoſtomus: Ὢ πηλίκον ἀξίωμα τῆς πενίας· τοῦ θεοῦ γίνεται προσωπεῖον· κρύπτεται ἐν πενίᾳ θεός.

θεός· καὶ πένης μὲν ὁ τὴν χεῖρα προτείνων, θεὸς δὲ ὁ δεχόμενος. *Quanta paupertatis dignitas eſt! Rei quædam fit perſona & larva: ſub paupertate latet & occultatur Deus: & pauper quidem manum extendit, Deus autem accipit* ſc. eleemoſynam. Paupertatem ad philoſophiam tendenti utilem eſſe, tota epiſt. XVII. Senecæ docet; cujus initium: *Projice omnia iſta, ſi ſapis, imò ut ſapias, & ad bonam mentem magno curſu ac totis viribus tende, &c.* Ita Theocritus ab initio Idyll. XXV.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. - - -
Paupertas, ô Diophante, ſola excitat artes:
Ipſa laboris magiſtra eſt.

Et Chryſoſtomus Homil. LXXXVI. t. VI. Πρὸς ἀρετὴν ἐπιτηδειότερον πενία πλούτου. *Ad virtutem paupertas aptior eſt divitiis.* Hæc verò omnia de iis tantùm pauperibus intelligenda ſunt, qui paupertatem moderatè ferunt. Nam, ut Chryſoſtomus Homil. CVIII. t. VI. Καλὴ ἡ πενία τοῖς καλῶς ὑπομένουσιν αὐτήν. *Paupertas eam præclarè ferentibus pulchra eſt.* Vel, ut idem Homil. LXVIII. t. VI. οὐχ ἡ πενία καλὸν, ἀλλὰ τὸ καλῶς κεχρῆσθαι τῇ πενίᾳ. *Non paupertas bona eſt, ſed paupertate rectè uti, pulchrum.*

III. *Officia erga pauperes* ſunt

vel *reſpectu Dei*, qui eorum magnam rationem habet. Curam Dei erga pauperes exemplo hirundinis nobis deſcribit Baſilius M. Homil. VIII. in Hexaem. p. 104. 105. Μηδεὶς πενίαν ὀδυρέσθω, μηδὲ ἀπογινωσκέτω ἑαυτοῦ τὴν ζωὴν, ὁ μηδεμίαν οἴκοι περιουσίαν καταλιπὼν, πρὸς τὸ τῆς χελιδόνος εὐμήχανον ἀποβλέπων. Ἐκείνη γὰρ τὴν καλιὰν πηγνυμένη, τὰ μὲν κάρφη τῷ στόματι διακομίζει, πηλὸν δὲ τοῖς ποσὶν ἆραι μὴ δυναμένη, τὰ ἄκρα τῶν πτερῶν ὕδατι βρέξασα, εἶτα τῇ λεπτοτάτῃ κόνει ἐνειληθεῖσα, οὕτως ἐπινοεῖ τοῦ πηλοῦ τὴν χρείαν. καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλοις τὰ κάρφη οἷον κόλλῃ τινὶ τῷ πηλῷ συνδήσασα, ἐν αὐτῇ τοὺς νεοττοὺς ἐκτρέφει. ὧν ἐάν τις ἐκκεντήσῃ τὰ ὄμματα, ἔχει τινὰ παρὰ τῆς φύσεως ἰατρικὴν, δι' ἧς πρὸς ὑγείαν ἐπανάγει τῶν ἐκγόνων τὰς ὄψεις. Ταῦτά σε νουθετείτω, μὴ διὰ πενίαν πρὸς κακουργίαν τρέπεσθαι· μηδὲ ἐν τοῖς χαλεπωτάτοις πάθεσι πᾶσαν ἐλπίδα ῥίψαντα, ἄπρακτον κεῖσθαι καὶ ἀνενέργητον. ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν καταφεύγειν, ὃς εἰ χελιδόνι τὰ τηλικαῦτα χαρίζεται· πόσῳ μείζονα δώσει τοῖς ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιβωμένοις αὐτόν; *Nemo paupertatem deploret, nec is de ſua vita deſperet, actumque jam eſſe de ipſa putet, cui nihil eſt de patrimonio ſuo relictum; ad hirundinis reſpiciens ingenioſam & ſolertem induſtriam. Nam illa compingendo ſibi nidulo, ſtramenta quidem ore legit, perfertque: lutum autem cùm deferre nequeat pedibus, extremitates pennarum aquâ primùm madefacit: deinde tenuiſſimo pulvere ſeſe involvens, hoc ſibi pacto comminiſcitur & excogitat luti uſum; Tum paulatim compactis inter ſe ſtipulis colligatiſque ſtramentis, interpoſito perinde atque glutine quopiam, luto, in ipſo nidulo jam extructo ſuos nutrit pullos: quorum ſi quis pupugerit oculos, habet quandam à natura ſibi conceſſam medendi facultatem, quâ ad priſtinam valetudinem ſua lumina prolis reducit. Hæc te doceant, hæc te admoneant, ne ob paupertatem ad flagitia deflectas: nec in graviſſimis calamitatibus, omni ſpe abjectâ, iners & ſine ulla operatione jaceas, ſed ad Deum ipſum confugias, qui, ſi tantis muneribus hirundinem afficit, quantò majora in eos homines beneficia conferet, qui toto ipſum corde invocant?* Hanc Dei erga pauperes curam ſcriptura paſſim commendat.

vel *reſpectu hominum*, quorum eſt pauperum miſereri, eorumque inopiam ſua beneficentia levare. Multa de hoc in voce Ἐλεημοσύνη. In primitiva Eccleſia ad fores Templorum mendicabant, & eleemoſynam accipiebant. Actor. III. 2. *claudus quotidie ponebatur ad portam Templi*, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερὸν, *ut peteret eleemoſynam ab introëuntibus in templum.* Sic Lucæ XVI. 20. deſcribitur Lazarus πρὸς τὸν πυλῶνα βεβλημένος. De pauperibus ad fores Templorum ſtipem corrogantibus; & homines ad beneficentiam flectentibus Chryſoſtomus Homil. II. in II. ad Timoth. Διὰ τοῦτο ἑστήκασιν οἱ πένητες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵνα μηδεὶς εἰσίῃ κενὸς, ἵνα μετὰ ἐλεημοσύνης εἰσίῃ. *Propterea pauperes præ foribus ſtant, ne quis vacuus introëat, ut cum eleemoſyna ingrediatur.* Idem, Homil. LXXXII. t. VI. Τῆς ἐκκλησίας ἔξω καθέζονται οἱ πένητες, ἵνα πλύνῃς τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς σου. *Extra Eccleſiam ſedent pauperes, ut abluas animæ manus eleemoſynâ.* Vide in voce Λυτής. Et Homil. XXX. in I. ad Corinthios: Οἱ προσαιτοῦντες χρείαν πληροῦσι μεγίστην ἐν ἐκκλησίᾳ, προσηλωμένοι ταῖς θύραις τοῦ ναοῦ, καὶ κόσμον παρέχοντες μέγιστον. *Mendici maximam in Eccleſia utilitatem præſtant, foribus Templi affixi, ornatumque præſtantes maximum.* Et Homil. LVII. tom. V. pag. 390. diſertè docet, hanc pauperibus ſtationem à veteribus fuiſſe aſſignatam: Διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἴκων τῶν εὐκτηρίων ἔστησαν τοὺς πένητας οἱ πατέρες οἱ ἡμέτεροι, ἵνα καὶ τὸν νωθέστατον, καὶ ἀπανθρωπότατον αὐτὴ τῶν πενήτων ἡ ὄψις πρὸς ὑπόμνησιν ἐγείρῃ τῆς ἐλεημοσύνης. *Propterea etiam pro foribus oratoriarum domuum ſtatuerunt pauperes noſtri patres, ut vel pigerrimum & ab humanitate alieniſſimum ipſe pauperum aſpectus eleemoſynæ admoneat, & ad eam erogandam excitet.* Vide ibidem plura. Habebant veteres pro pauperibus κοινὰ τῆς ἐκκλησίας χρήματα, teſte Chryſoſtomo Homil. XLV. in Acta, pag. 862. Habebant pro iiſdem κοινὸν οἴκημα ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀφωρισμένον, *commune domicilium ab Eccleſia ſegregatum*; ibidem, quod etiam κελλίον Χριστοῦ vocat. Vide in Κελλίον & ξενοδοχεῖον. Chryſoſtomo pauperes tantæ fuerunt curæ, ut eos noluerit oſtiatim mendicare, ſed in Eccleſia congregatos ex Patriarchéo, ſuſtentârit. Anonymus in vita ipſius, cap. LV. Τὰ λοιπὰ τῶν πενήτων πλήθη κατὰ τὰς λεωφόρους καὶ τοὺς στενωποὺς περιϊέναι καὶ προσαιτεῖν ἐφ' ὕβρει τῆς τῶν χριστιανῶν λογισάμενος πίστεως, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πάντας ἀθροίζεσθαι παρακελευσάμενος ἐκ τοῦ πατριαρχείου καὶ αὐτοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν παρεῖχε. *Reliquam pauperum multitudinem cùm exiſtimaret ſecundum vias publicas & per vicos cum Chriſtianæ fidei ignominia mendicare, omnes in Eccleſia congregari juſſit ex Patriarchéo, iiſque neceſſaria ſuppeditavit.* Confer Πτωχείς.

Πενθέκτη.

Πενθέκτη, *quintoſexta*, vel *quiniſexta.* Ita vocatur Synodus ſexta generalis, quæ eſt Conſtantinopolitana III. ſub Conſtantino Pogonato. Dicitur aliàs Trullana, quia anno DCCVII. Juſtinianus II. Imp. Patres revocavit ad Synodum Conſtantinopolitanum in loco ſacri palatii, qui dicitur Trullus, ut conderent Canones Synodicos, quod omiſſum erat ſub Conſtantino. Dicitur autem πενθέκτη, quia aſſumſit quoſdam Canones Concilii Oecumenici quinti. Balſamon ad epiſt. hujus Synodi ad Juſtinianum Imper. pag. 358. 359. rationem hujus appellationis clarè docet: Ἀπὸ τοῦ παρόντος προσφωνήματος τοῦ γεγονότος πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν παρίσταται, ὅτι τῶν δύο οἰκουμενικῶν συνόδων, τῆς πέμπτης δηλαδὴ τῆς γενομένης ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, καὶ τῆς ἕκτης τῆς γινομένης βασιλεύοντος Κωνσταντίνου τοῦ πωγωνάτου, μὴ ποιησασῶν κανόνας εἰς κατάστασιν τῶν ἐκκλησιῶν, γέγονεν αὕτη ἡ σύνοδος εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δύο. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οὐδὲ ἕκτη κυρίως κατονομάζεται, ἀλλὰ πενθέκτη. ἀνεπλήρωσε γὰρ τὸ ὑστέρημα τῆς τε πέμπτης καὶ τῆς ἕκτης συνόδου. *Ex præſenti allocutione, quæ ad Imperatorem Juſtinianum habita eſt, oſtenditur, quòd cùm duæ univerſales Synodi, quinta ſcilicet, quæ fuit regnante magno Juſtiniano, & ſexta, quæ fuit imperante Conſtantino Pogonato, non*

fece-

Digitized by Google

fecerint Canones ad conſtitutionem eccleſiarum, hæc habita eſt ad ſupplementum duarum. Propterea enim nec ſexta propriè nominatur, ſed πενθέκτη, id eſt, quiniſexta: *nam quod quintæ & ſextæ deerat Synodo, ſupplevit.* Dicitur ſimpliciter ἕκτη apud Zonaram in ſcholio ad Can. V. Apoſtol. Ἡ ἐν τῷ Τρέλλῳ σύνοδος, ἡ λεγομένη ἕκτη. *Synodus in Trullo, quæ dicitur Sexta.* Vide Gl. Meurſii.

Πενθέω.

Luctus poteſt diſtingui

I. *ex objecto*, ſeu *cauſſa*

1. *in luctum ob privationem rerum nobis gratarum*, ſeu temporalium. Talem intelligit Gregorius Nyſſenus Orat. III. de Beatitud. t. I. pag. 782. Πένθος ἐστὶ σκυθρωπὴ διάθεσις τῆς ψυχῆς, ἐπὶ στερήσει τινὸς τῶν καθ᾽ ἡδονὴν συνισταμένη. *Luctus eſt triſtis animi habitus & affectus, qui exiſtit propter privationem rei alicujus, quæ placet & accepta eſt.* Et pag. 783. Πένθος ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀλγεινὴ τῆς τῶν εὐφραινόντων στερήσεως. *Luctus eſt acerbus quidam & doloris plenus ſenſus privationis earum rerum, quibus homines delectantur.*

2. *in luctum ob privationem rerum ſpiritualium.* De eo iterum Nyſſenus Orat. de Mortuis, t. III. pag. 643. Πενθεῖ ὡς ἀληθῶς ὁ ἐν συναισθήσει τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων γινόμενος· ὧν ἀποπέπτωκεν, ἀντιπαραθεὶς τὴν ἐπίκηρον ταύτην καὶ ῥυπῶσαν ζωὴν, τῇ ἀκηράτῳ ἐκείνῃ μακαριότητι, ἧς ἐν ἐξουσίᾳ ἦν, πρὶν τῇ ἐξουσίᾳ εἰς κακὸν ἀποχρήσασθαι καὶ ὅσῳ πλέον ἐπὶ τῷ τοιούτῳ βίῳ βαρύνει τὸ πένθος, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπιλαχύνει ἑαυτῷ τὴν ποθουμένων ἀγαθῶν κτῆσιν· ἡ γὰρ τῆς τοῦ καλοῦ ζημίας συναίσθησις, τῆς περὶ τὸ ποθούμενον σπουδῆς ὑπέκκαυμα γίνεται. *Ex animo dolet veréque luget is, qui illa bona conſiderat, à quibus excidimus, dum mortalem iſtam ac ſordidam vitam comparat cum immortali illa beatitudine, quâ potiebatur antè, quàm poteſtate ad bonum abuteretur: quantoque magis in hac vita ejuſmodi luctum intendit, tantò celerius ad optatam bonorum poſſeſſionem aſpirat. Nam qui boni jacturam animadvertit, ad illud recuperandum ardentiore ſtudio concitatur.*

II. *ex ſubjecto*, vel *in luctum piorum*, quem ſequitur gaudium & conſolatio: vel *in luctum impiorum*, in quem mutabitur eorum gaudium. De piorum luctu Chriſtus Matth. V. 4. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolationem accipient.* Alludit Chriſtus vel ad Jeſ. LXI. 2. παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας, *conſolari omnes lugentes:* vel potiùs ad Pſal. CXXVI. 5. Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι. *Qui ſeminant cum lacrymis, in exultatione metent.* Πενθοῦντες autem ſunt, qui vel propter peccata ſua & aliena, vel propter afflictiones ſuas & alienas lugent. De prioribus exponit Chryſoſtomus Homil. XV. in Matth. pag. 94. Οὐχ ἁπλῶς τοὺς πενθοῦντας τέθεικεν, ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων τοῦτο ποιοῦντας. *Non ſimpliciter lugentes poſuit, ſed propter peccata lugentes.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 26. Οἱ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι πενθοῦντες, οὐχὶ ἐπί τινι τῶν βιωτικῶν· πενθοῦντες δὲ εἶπε, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ οὐχ ἅπαξ· καὶ οὐχ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν τοῦ πλησίον. *Qui propter peccata lugent, non propter temporalia. Lugentes autem dixit, ſemper & non ſemel: & non propter noſtra tantùm peccata, ſed etiam propter peccata proximi.* Eodem modo Theophanes Homil. LI. pag. 351. Affert tamen etiam aliam expoſitionem, Greg. Nyſſenum ſecutus, cujus locum num. I. 2. adduximus. Verba Theophanis ſunt: Οὐκ εἶπε Μακάριος οἱ πενθήσαντες, ἀλλ᾽ οἱ πενθοῦντες, οἱ ἀεὶ μεμνημένοι τῆς δόξης, ἧς ἐκπεπτώκαμεν, καὶ πῶς εἰς τοῦτο τὸ τοῦ κλαυθμῶνος χωρίον ἐλεεινῶς ἐξωρίσθημεν. *Non dixit, Beati qui luxerunt, ſed qui lugent, qui nimirum gloriæ, à qua excidimus, ſemper ſunt memores; & quo pacto in hunc luctus locum miſerabiliter exterminati ſumus.* De iis verò, qui pii ſunt, & variis ſubinde calamitatibus exercentur, ac proinde perpetuam lugendi materiam habent, optimè exponit Cyrillus Alex. in cap. V. Jeſaiæ, pag. 90. Καταλήξει ὁ πόνος εἰς ἀναψυχὴν· καὶ ἀγαθῶν ἱδρώτων τὸ πέρας, τρυφῆς ἡμῖν ἔσται τῆς εἰς αἰῶνα πρόξενον. *Deſinet moleſtia in recreationem: & bonorum ſudorum finis delicias nobis æternas conciliabit.* Illuſtre hujus mutationis, non tantùm reſpectu piorum, ſed etiam impiorum, exemplum nobis proponit Chriſtus Lucæ XVI. ubi de Lazaro, Ἀπέλαβε τὰ κακὰ, καὶ παρακαλεῖται. Lactantius lib. VII. cap. XI. *Qui juſtitiam fuerunt ſecuti, in hac vita miſeri fuerunt, & contemti, & inopes: & ob ipſam juſtitiam contumeliis & injuriis ſæpe vexati: quia nec aliter virtus teneri poteſt: ſemper beati ſunt futuri, ut quia mala jam pertulerunt, etiam bonis fruantur.* Et libri ejuſd. cap. V. *Qui mavult bene vivere in æternum, malè vivet ad tempus, & afficietur omnibus moleſtiis & laboribus, quamdiu fuerit in terra, ut habeat divinum ac cœleſte ſolatium.* Chryſoſtomus Homil. XV. in Acta, pag. 697. Βούλει ἄνεσιν εὑρεῖν ἐκεῖ; θλίβηθι ἐνταῦθα διὰ τὸν Χριστόν. *Vis refrigerium illic invenire? Fer hic tribulationem propter Chriſtum.* Vide in voce Ἀνάστασις, num. II. B. 3. De divite verò dicit Abrahamus: Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου — σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. *Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua: — & tu cruciaris.* Diphilus Comicus apud Clementem Alex. Strom. lib. V. p. 606.

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι τὸ θεῖον, ὡς λελῃθότας;
Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.
Tune arbitraris mortuos, Nicerate,
Qui ſeſe omnibus dedere vitæ deliciis,
Fugiſſe Numen, & latere poſtea?
Eſt juſtus oculus, cuncta qui ſolus videt.

Lactantius lib. VII. cap. XI. *Ergo in ea conditione res poſita eſt, ut qui beati ſunt in hac vita temporali atque terrena, ſemper miſeri ſint futuri, quia jam bonis, quæ maluerunt, potiti ſunt: quod his evenit, qui deos adorant, Deum negligunt.* D. Auguſtinus ſoliloquiorum cap. XXII. *Qui heic conſolantur, indigni tua conſolatione habentur: ſed qui heic cruciantur, à te conſolantur.* Paſtor Hermæ III. 4. *Futurum ſeculum æſtas eſt juſtis, peccatoribus autem hiems.* Theophylactus in cap. XXI. Lucæ, pag. 507. Θέρος ἥξει, τουτέστιν, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, μετὰ χειμῶνα καὶ ζάλην ὡς θέρος ἐρχομένη τοῖς δικαίοις· ὡς τοῖς γε ἁμαρτωλοῖς χειμὼν ἔσται τότε καὶ ζάλη, οὗτοι γὰρ θέρος τὸν παρόντα αἰῶνα ἔχουσι, ζάλην δὲ τὸν μέλλοντα. *Ventura eſt æſtas, hoc eſt, regnum Dei, poſt hiemem & tempeſtatem tanquam æſtas veniet juſtis: adeò ut peccatoribus hiems tunc futura ſit & tempeſtas: nam illi præſens ſeculum habent pro æſtate, futurum autem pro hieme.* Tertullianus lib. de ſpectaculis cap. XXVIII. *Vicibus diſpoſita res eſt. Nunc illi lætantur, nos conflictamur. Seculum (inquit) gaudebit, vos triſtes eritis. Lugeamus ergo dum ethnici gaudent, ut quum lugere cœperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus.* Auguſtinus in Pſal. LXXIV. *Quando acceperint humiles quod irrident ſuperbi, tunc ſuperborum typhus in luctum convertetur.* Idem in Pſal. XLVIII. de Lazaro & hoc divite: *Mutaverunt vicem: ille à janua divitis ſublevatus eſt in ſinum Abrahæ; ille ab epulis ſplendidis miſſus eſt in ignem: ille requieſcebat, ille ardebat: ſatiabatur ille, ille ſitiebat: ille laboraverat in finem, vivet in æternum: ille vixerat in finem, laborabit in æternum.*

Πεντη-

Digitized by Google

Πεντηκοστάριον.

Πεντηκοστάριον eſt liber Eccleſiaſticus apud Græcos. Gennadius περὶ ἀπολαύσ. τῶν ἁγίων, cap. IV. Ἄδοιλαι μετὰ μελῳδιῶν καθημέραν καὶ μηνιαῖα, καὶ τριῴδια, καὶ λόγοι, καὶ μεταφράσεις, καὶ πεντηκοστάρια, καὶ στιχηρὰ, καὶ τροπάρια. Anthologium: Ζήτει εἰς τὸ πεντηκοστάριον κυριακῇ ἕκτη μετὰ τὸ πάσχα. Continet autem officium ab ipſo die Paſchatis uſque ad octavum Pentecoſtes, quæ Dominica ab iis, omnium ſanctorum nuncupatur. Celebratur namque in ea omnium ſanctorum memoria. Nomen libro inditum eſt à Pentecoſte. Et ſic officium à Dominica Septuageſimæ ad Octavam Pentecoſtes in Triodio,& Pentecoſtario continuatur, hocque in ipſo titulo libri declaratur his verbis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ Πεντηκοσταρίου ἀρχομένου ἀπὸ τῆς ἁγίας μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα πρωΐ, καὶ καταλήγοντος μέχρι τῆς κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων. *Principium Dei gratiâ Pentecoſtarii incipientis à ſancta & magna Dominica Paſchatis, & finientis in Dominica omnium ſanctorum.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Πεντηκοστή.

Πεντηκοστὴ ſcilicet ἡμέρα, *quinquageſimus dies.* Sic appellatum eſt à Græcis feſtum quoddam in Eccleſia Judaica celebrari ſolitum Act. II. 1. cap. XX. 16. I. Cor. XVI. 8. in memoriam promulgatæ Legis in monte Sinai: quod celebrabatur quinquageſimo à Paſchate die. Vocabatur etiam ἑορτὴ θερισμοῦ *feſtum meſſis*, Exodi XXIII. 16. vel ἑορτὴ πρωτογεννημάτων, *feſtum primitiarum*, ibid. quia tunc ex frugibus collectis primitiæ offerebantur. De hoc Theophylactus in cap. VII. Joh. p. 659. Δευτέρα ἑορτὴ ἡ πεντηκοστὴ, ἣν ἐτέλουν ὡς ῥυσθέντες μὲν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ κακώσεων, εἰς δὲ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελθόντες, καὶ γευσάμενοι τότε πρώτως καρποῦ σιτηροῦ, διὸ καὶ δράγματα ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ὡς ἀπαρχὰς προσῆγον. *Secundum feſtum Pentecoſte, quod celebrabant ut liberati quidem à malis, quibus in deſerto affligebantur: cùm autem in terram promiſſionis ingreſſi eſſent, ac tunc primùm frumenti fructum guſtâſſent, manipulos in feſto illo, tanquam primitias, offerebant.* Hoc feſto Spiritus Sanctus effuſus eſt ſuper Apoſtolos, quia, ut Oecumenius in cap. II. Act. pag. 8. περὶ ταύτην τὴν ἑορτὴν καιρὸς ὥριμος τῷ πνευματικῷ θέρει τὸ δρέπανον ἐπαγαγεῖν, *circa hoc feſtum tempus erat in maturam meſſem ſpiritualem falcem immittere.* Hoc feſtum celebrari cœpit à Chriſtianis, non ex inſtituto divino, ſed humano; ut docemus in voce Ἑορτὴ, num. II. 2. ὅτι τὸ πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς ἦλθε, *quia Spiritus Sanctus ad nos venit*, ut loquitur Chryſoſtomus Homil. LXXXVIII. t. V. vel, ut Greg. Nazianzenus Orat. XLIV. pag. 708. Πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν, καὶ πνεύματος ἐπιδημίαν, καὶ προθεσμίαν ἐπαγγελίας, καὶ ἐλπίδος συμπλήρωσιν. *Pentecoſten celebramus, & ſpiritus adventum, & præſtitutum promiſſioni tempus, ſpeique impletionem.* Ab Euſebio in vita Conſtantini vocatur, lib. IV. p. 155. b. μεγίστη ἑορτὴ, πάνσεπτος καὶ παναγία πεντηκοστή. *Maximum feſtum, veneranda & ſanctiſſima Pentecoſte* Ibid. vocatur ἑορτὴ τῶν ἑορτῶν, *feſtum feſtorum.* Reſurrectionis mortuorum eſt quædam quaſi imago. Baſilius M. de Spiritu Sancto cap. XXVII. pag. 212. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ πεντηκοστὴ, τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι προσδοκωμένης ἀναστάσεώς ἐστιν ὑπόμνημα. ἡ γὰρ μία ἐκείνη καὶ πρώτη ἡμέρα, ἑπτάκις ἑπταπλασιασθεῖσα, τὰς ἑπτὰ τῆς ἱερᾶς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας ἀποτελεῖ. Ἐκ πρώτης γὰρ ἀρχομένη, εἰς τὴν αὐτὴν καταλήγει, διὰ ὁμοίων τῶν ἐν τῷ μέσῳ ἐξελιττομένη πεντηκοντάκις. διὸ καὶ αἰῶνα μιμεῖται τῇ ὁμοιότητι, ὥσπερ ἐν κυκλικῇ κινήσει ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχομένη σημείων, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταλήγουσα. *Porrò omnis quoque Pentecoſte eſt reſurrectionis, quam in ſeculo illo exſpectamus, admonitio. Unus enim ille & primus dies, ſepties ſeptuplicatus, ſeptem ſacræ Pentecoſtes hebdomadas efficit. A primo enim incipiens in eundem deſinit per ſimiles, qui in medio revolvuntur quinquageſies. Quare & ævum ſimilitudine imitatur, tanquam in motu circulari ab iiſdem ſignis incipiens, & in eadem deſinens.*

Πέργουλα. Πέργουλον.

Πέργουλα, ſive πέργουλον, *pergula.* Gloſſæ Baſilic. πέργουλα, ὑπερῷον. Heſychius: Πέργουλον, ὀρνιθάριον ἄγριον λευκόν. Ad hæc Palmerius: *Fortè* ἄγριον, *ut infrà* in Σπέργουλος. *De voce* Λευκὸν, *nihil pronuncio.* Ἄγριον *autem dicitur ad differentiam, nempe quòd* ὀρνιθάρια ἄγρια *contineat, non verò* τιθασσὰ, *ut gallinas, anſeres, & alia id genus.* Hanc vocem Cl. Meurſius in πέργουλον, quod *pergulam* ſignificat, malè collocâſſe videtur. Quid enim ὀρνιθάριον ſimile habet cum *pergula?* Apud Heſychium igitur πέργουλος idem quod σπέργουλος, à σπέργος, quod apud eundem eſt ὁ στροῦθος. Σπέργουλος autem idem quod τροχῖλος, *regulus.* Nempe ex στροῦθος, Æolice β in γ converſo, & ſimul metatheſi facta, eſt σπέργος, unde diminutivè σπέργυλος, & Æolicè σπέργουλος: abjecto verò σ, πέργος, πέργυλος, & tandem πέργουλος. πέργουλον, quod *pergulam* ſignificat, non ſemel legitur in hiſtoria Concilii Florentini, ſect. IV. cap. XXXI. pag. 110. Καὶ πάντων καθεσθέντων κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, ἀνέβη εἰς τὸ πέργουλον. Cunctis ſecundum ordinem ac dignitatem conſidentibus, aſcendit in pergulam è Latinis Luſitaniæ Epiſcopus, qui ſcriptam Latinè legit τὸ γράμμα τῆς ἀνακηρύξεως, promulgatæ Synodi Bullam. Sect. X. c. X. Ἀνέβη δὲ ὁ Ἰουλιανὸς εἰς τὸ πέργουλον ἀναγνῶναι τὸν ὅρον. Conſcendit autem Julianus pergulam ad legendam definitionem. Sect. XI. cap. IV. Καὶ εἶπε καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον ὁ ὑπομνηματογράφος ἄνω εἰς τὸ πέργουλον μεγαλοφώνως ἄνευ τῆς προσθήκης. Quin & noſter Commentariorum ſcriptor, ſanctum Symbolum è ſublimi pergula voce clara recitavit, abſque additamento. Ex his clarè patet, πέργουλον eſſe locum aliquem editum, amboni ſimilem, quem rectè Gloſſæ Baſilic. ὑπερῷον interpretentur.

Περίαπτα.

Ælius Spartianus in Antoninum Caracallam: *Damnati ſunt & qui remedia quartanis tertianisque collo annexa geſtarent.* Plena ſunt monumenta Græcorum & Latinorum hujuſmodi remediis. Græci περίαπτα & περιάμματα nominant. Heſychius: περιάπτων, περιαμμάτων. Interdum etiam ἐξαρτήματα appellantur. Ferè autem cum magicorum verborum ſuſurro iſta amuleta adhibebantur: quam vanitatem omnium ſeculorum ſapientes damnârunt. Hæſit diu in animis veterum Chriſtianorum approbatio & ſtudium horum remediorum. Quare Johannes Chryſoſtomus, & alii pii ſanctique viri multis locis ſcriptorum ſuorum graviſſimè in eos ſunt invecti, qui more paganico περίαπτα annecterent. Multus de hoc eſt dictus Chryſoſtomus Homil. VIII. in epiſt. ad Coloſſ. pag. 134. hunc morem appellat idololatriam Τὰ περίαπτα, inquit, κἂν μυρία φιλοσοφῶσιν οἱ ἐκ τούτων χρηματιζόμενοι, λέγοντες ὅτι τὸν Θεὸν καλοῦμεν, καὶ οὐδὲν πλέον ποιοῦμεν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ χριστιανή ἐστιν ἡ γραῦς καὶ πιστὴ, εἰδωλολατρεία τὸ πρᾶγμά ἐστιν. *Amuleta, etſi de illis millies philoſophentur, qui ex iis rem faciunt, dicentes, Deum invocamus, & nihil ampliùs facimus, & quæ ſunt hujuſmodi, & Chriſtiana eſt, inquiunt, vetula & fidelis, ea res eſt idololatria.* Mox: Ἰδοὺ λέγω, καὶ προλέγω πᾶσιν ὑμῖν, ὅτι ἐάν τις ἁλῷ, οὐ φείσομαι πάλιν, ἄν τε περίαπτον, ἄν τε ἐπῳδὴν, ἄν τε ἄλλο τι τῆς

τέχνης

Digitized by Google

τέχνης τῆς τοιαύτης ποιῇ. *Ecce dico & prædico vobis omnibus, quòd ſi quiſpiam fuerit deprehenſus, non parcam iterum ſive amuletum, ſive incantationem, ſive hujus artis aliquid aliud faciat.* Imò paulò antè non dubitat martyrio conferre contemtum hujus vanitatis, quando dicit: Ἐνόσησε τὸ παιδίον, οὐκ ἐποίησε περίαπτα· μαρτύριον αὐτῷ λογίζεται. *Infans ægrotavit, non fecit amuleta: reputatur ei martyrium.* Vide ibidem multa alia contra hanc vanitatem. Eandem ſententiam pluribus tractat Hom. VI. adverſus Judæos, t. I. Edit. Paris. pag. 478. & ſeqq. ubi inter alia: Ἂν μέντοι καρτερήσῃς μικρὸν, καὶ τοὺς βουλομένους ἢ ἐπᾶσαι τινὰ ἐπῳδὴν, ἢ περιάψαι τι τῷ σώματι περίαπτον, ἀτιμάσῃς, καὶ μετὰ πολλῆς ἐξαγάγῃς τῆς ὕβρεως ἐκ τῆς οἰκίας, εὐθέως ἔλαβες ψυχρὸν ἀπὸ τοῦ συνειδότος. *Quod ſi perduraveris pauliſper, eosque qui vel incantationem aliquam canere voluerint, vel amuletum aliquod corpori illigare, nihili feceris, & multa cum contumelia ex ædibus tuis ejeceris: protinus ab ipſa conſcientia refrigerationem accipies.* De iiſdem amuletis intelligi debent illa Baſilii M. in Pſal. XLVI. pag. 266. Νοσεῖ τὸ παιδίον, καὶ σὺ τὸν ἐπαοιδὸν περισκοπεῖς, ἢ τὸν τοὺς περιέργους χαρακτῆρας τοῖς τραχήλοις τῶν ἀναιτίων νηπίων περιτιθέντα. *Infans ægrotat? Quaquaverſum circumfers oculos requirens incantatorem: aut certè eum, qui ſupervacaneos vanósque characteres, ſeu figuras, innocentium puerorum collo circumliget.* Et Chryſoſtomus in Pſal. IX. pag. 593. Μὴ πάντως σωθῆναι ζητήσωμεν, μὴ πάντως ἀπαλλαγῆναι τῶν δεινῶν παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ κατὰ Θεόν. Τοῦτο δὲ λέγω, διὰ τοὺς ἐπαοιδαῖς χρωμένους ἐν ταῖς νόσοις, καὶ ἑτέρας μαγγανείας ἐπιζητοῦντας εἰς παραμυθίαν τῆς ἀῤῥωστίας. *Ne omnino ſervari quæramus, nec omni modo à malis liberari, ſed à Deo. Hoc autem dico propter eos, qui in morbis utuntur incantationibus, & alias exquirunt impoſturas & præſtigias ad levandam ægritudinem.* Hoc tamen probè tenendum, non omnia, quæ appenſa leguntur, ſtatim huc referenda eſſe. Nam apud ſcriptores etiam pios, & recentiores medicos Græcos reperiuntur, περίαπτα è lapidibus multa, aliáque ſimilia ἐξαρτήματα, quæ naturalia potiùs, quàm magica remedia cenſeri debent. Hujus generis Galenus plurima recenſet, quæ capiti coronæ modo impoſita, dolorem ejus levent.

Περιβόλαιον.

Quid περιβόλαιον *propriè* ſit, ſatis notum eſt ex ſcriptoribus profanis; maximè ex LXX. Interpp. & ex N. Teſtamento. Veteres Gloſſæ: Περιβόλαιον, *amictorium, amictus, opertorium.* Suidas: Περιβόλαιόν ἐστιν ἔνδυμα. *Peribolaum eſt indumentum*, ſeu *veſtimentum.* Pollux in Onomaſtico lib. VII. cap. XIII. Αἱ δὲ ἐφεστρίδες καὶ ἀμφιεστρίδες περιβόλαια ἂν εἶεν. *Exteriores veſtes, & quæ ſuperinduuntur, peribolæa ſunt.* Can. XII. Concilii Gangrenſis: Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβολαίῳ χρῆται, &c. Integrum Canonem habes in voce Βῆρος, ſtatim ab initio. Zonaras ad hunc Can. pag. 316. & Balſamon, pag. 804. Περιβόλαιον vocant τὸ ἐπάνω τῶν ἄλλων ἐπίβλημα, *amiculum*, ſeu *veſtem quæ aliis ſuperponitur. Metaphoricè*, aquæ vocantur terræ περιβόλαιον. Suidas: Ἄβυσσον δὲ καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἡ θεία γραφή. ἐπεὶ οὖν ἡ γῆ πανταχόθεν ὕδασι περιέχεται, μεγάλοις καὶ μικροῖς πελάγεσιν, εἰκότως περιβόλαιον αὐτῆς εἴρηκεν ὁ Δαβίδ. *Humidam autem naturam ſacra ſcriptura vocat abyſſum. Quia igitur terra aquis undique cingitur, parvis & magnis maribus, meritò David* aquas, *ipſius* terræ *dixit amiculum.* Reſpicit Suidas ad Pſal. CIV. 6. ubi hæc leguntur: Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. *Abyſſus ſicut veſtimentum ejus.* Ad hæc Theodoretus, unde etiam Suidas ſua habet, pag. 809. Τὸ αὐτοῦ ἀντὶ τοῦ αὐτῆς τέθεικεν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· Ἄβυσσον ὡσεὶ ἔνδυμα περιέβαλες αὐτήν. Ἄβυσσον δὲ καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἡ θεία γραφή. --- Ἐπειδὰν τοίνυν πανταχόθεν ὕδασιν ἡ γῆ περιέχεται, καὶ τὰ μεγάλα μὲν καὶ ἄπλωτα πελάγη ταύτης ἐστὶ τέρμα, μέσην δὲ αὐτὴν διατέμνει ἕτερα ἄττα πλεῖστα, εἰκότως ἔφη τὴν ἄβυσσον καθάπερ ἱμάτιον ἐπικεῖσθαι τῇ γῇ. Αὐτοῦ *pro* αὐτῆς *poſuit. Sic enim Aquila & Theodotio interpretati ſunt:* Abyſſo ſicut indumento induiſti ipſum. *Humidam autem naturam abyſſum ſacræ literæ nuncupant. --- Quoniam igitur terra aquis undique cingitur, & magna quidem maria, quæ navigari non poſſunt, terræ ſunt limites ac fines, & alia plurima, quæ tranſmitti poſſunt, mediam ipſam ſecant; jure ait abyſſum ſicut veſtimentum terræ incumbere.*

Περιεργάζομαι.

Verbum hoc duas maximè ſignificationes habet.

I. *Obviam* ſatis & *uſitatam*, quâ περιεργάζομαι eſt *curioſè nimium & inaniter contendo & laboro, vel inquiro:* & deſcendit à περίεργος, quod *curioſum* notat juxta veteres Gloſſas. Hanc ſignificationem habet in N. T. Actor. XIX. 19. Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων. *Multi autem ex iis, qui fuerant curioſa ſectati.* Et I. ad Timoth. V. 13. ubi Apoſtolus de adoleſcentioribus viduis dicit, quòd ſint περίεργοι, *curioſæ*, id eſt, de alienis negotiis ſciſcitatrices. Confer vocem Φλύαρος. Ipſum περιεργάζομαι legitur II. Theſſ. III. 11. Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. *Audimus enim inter vos quoſdam obambulantes inordinatè, nihil operantes, ſed curioſè agentes.* Ad hæc Theophylactus, pag. 735. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν ἀεικίνητός ἐστιν, ἀνάγκη, ὅταν εὔχρηστον ἔργον μὴ μεταχειρίζηται, τὰ ἄχρηστα μετιέναι, καὶ περιεργάζεσθαι τοὺς ἑτέρων βίους, κἀντεῦθεν εἰς καταλαλιὰς, ἀργολογίας, εὐτραπελίας ἐκτραχηλίζεσθαι. *Cùm enim mens noſtra ſemper mobilis ſit, neceſſe eſt, ut, cùm utilia non tractet, inutilia capeſſat, adeoque de aliorum vitis curioſè inquirat, & hinc ad obtrectationes, otioſos ſermones, atque ſcurrilitatem deferatur.* Et Theodoretus pag. 391. Ἴδιον ἀργίᾳ συζώντων ἀδολεσχία, καὶ φλυαρία, καὶ ἡ ἀνόητος πολυπραγμοσύνη. *Otioſorum propriæ ſunt nugæ, futiliſque loquacitas, & inutilis curioſitas.* Veteres Gloſſæ: Περιεργάζομαι, *ſciſcitor, otioſè ago*. Optimè, *otioſi* enim ſunt & *ſciſcitatores*: niſi quis pro *otioſè ago*, malit reponere *odioſè ago:* ſciſcitatores enim *odioſi* vocari ſolent, id eſt, moleſti. Apuleius VIII. *Odioſus emptor aliud ex alio non deſinit quærere*, id eſt, ſciſcitari. Heſychius: Περιείργασμαι, ποιητὸν ἐποίησα. *Factum feci*, id eſt, inanem laborem ſumſi, fruſtra laboravi. Idem: Περιεργάσεται, πράξει περισσά. *Supervacua faciet.* Sine dubio legendum περιεργάσεται. Nunc exemplis aliquot ex antiquitate Eccleſiaſtica hanc hujus verbi ſignificationem illuſtramus. Chryſoſtomus Homil. IV. in Matth. pag. 21. Αἰσχυνέσθωσαν οἱ τὴν ἄνω περιεργαζόμενοι γέννησιν. *Pudore ſuffundantur, qui ſupernam generationem curioſè ſcrutantur.* Loquitur de generatione Filii ab æterno. Idem Chryſoſtomus frequenter inculcat, rationes divinæ providentiæ non eſſe curioſè ſcrutandas, ſed in iis, quæ nobis Verbo Dei revelata ſunt, acquieſcendum. Homil. IV. in Matth. pag. 22. Δέχου τὸ ἀποκαλυφθὲν, καὶ μὴ περιεργάζου τὸ σιγηθέν. *Suſcipe id quod revelatum eſt, & ne curioſè ſcruteris, quod tacetur.* Homil. LXXXVII. in Johannem, pag. 923. Ὥσπερ τὸ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε πιστεύειν, εὐκολίας ἐστίν· οὕτω τὸ πέρα τοῦ μέτρου περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, παχυτάτης διανοίας. *Quemadmodum ſimpliciter, & ut contingit, credere, levitatis eſt: ita*

præter modum curioſiùs inquirere & inveſtigare, craſſiſimæ mentis. Homil.II. in epiſt.ad Romanos, pag. 18. Μηδὲ τοίνυν τὸν Θεὸν εὐθύνας τῶν γινομένων ἀπαιτῶμεν, ἀλλ' ὅπερ ἂν ἐπιτάξῃ, δεχώμεθα, καὶ μὴ περιεργαζώμεθα, μηδὲ πολυπραγμονῶμεν, κἂν ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἄτοπον εἶναι δοκῇ τὸ κελευόμενον. *Nunquam à Deo rationem eorum quæ aguntur exigamus, verùm quicquid juſſerit, id omne admittamus, nihil anxiè indagantes, nihil curioſè ſcrutantes, etiamſi humanæ rationi abſurdum videatur, quod ille mandaverit.* Homil. XVI. in eandem epiſt. pag. 142. Δεῖ πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λεγομένοις. οὐ περιεργάζεσθαι, κἂν τὸν λόγον αὐτῶν ἀγνοῶμεν. *Illis quæ à Deo dicuntur obtemperare decet; etiamſi eorum rationem ignoremus, non tamen curioſè ſcrutari oportet.* Homil. II. de Incomprehenſibili, t. VI. pag. 396. Ὅταν ὁ Θεὸς ἀποφαίνηταί τι, δέχεσθαι χρὴ πιστῶς τὸ λεχθέν, οὐ περιεργάζεσθαι τολμηρῶς. *Cùm Deus quippiam aſſerit, accipere cum fide oportet quod aſſerit, non temerè rimari & perſcrutari.* Et paulò pòſt: Ὅταν ἀποφαίνηταί τι ὁ Θεός, ὃ μὴ δεῖ πολυπραγμονεῖσθαι, πίστει παραδέχεσθαι χρή· τὸ γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων περιεργάζεσθαι τὰς αἰτίας, καὶ ἀπαιτεῖν τὰς εὐθύνας, καὶ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖν, τολμηροτάτης καὶ ῥιψοκινδύνου ψυχῆς. *Quoties aliquid Deus aſſerit, quod curioſè ſcrutari non oportet, cum fide recipiendum eſt: rerum enim talium cauſſas curioſiùs ſcrutari, & rationes exigere, & modum ſciſcitari, animi certè nimiùm audacis & temerarii eſt.* Ita ἀλλότρια κάλλη περιεργάζεσθαι idem dixit Homil. XII. in epiſt. ad Romanos, pag. 97. Λάγνος εἶ καὶ ἄσωτος; Τίθει σεαυτῷ ὅρον, ὥστε μὴ ὁρᾷν εἰς γυναῖκα, μήτε δὲ εἰς τὸ θέατρον ἀναβαίνειν, μηδὲ ἐν ἀγορᾷ τὰ ἀλλότρια περιεργάζεσθαι κάλλη. *Laſcivus es & luxui deditus? Tibi ipſi legem figito, ut neque mulierem aſpicias, neque in theatrum aſcendas, neque in foro formæ alienæ pulchritudinem curioſè perſcruteris.* Ea naturæ humanæ eſt perverſitas, ut de aliorum malimus, quam de noſtra vita & actionibus judicare. Hoc Chryſoſtomus dicit Βίον ἀλλότριον περιεργάζεσθαι. Sic enim Homil.III. ad populum Antiochenum, t.VI. pag. 478. Ὥσπερ εἰς οἰκίαν παρακύψαι, καὶ τὰ ἔνδον καλασκοπῆσαι παριόντα, αἰσχρὸν καὶ πολλῆς αἰσχύνης γέμον· οὕτω καὶ βίον ἀλλότριον περιεργάζεσθαι ἀνελευθερίας ἐσχάτης. *Sicut in domum introſpicere, & quæ intus ſunt conſiderare cùm prætereris, turpe eſt, & multâ ignominiâ plenum: ſic etiam alienam vitam curioſiùs ſcrutari & examinare, illiberalitatis extremæ eſt.* Et pag. 479. Οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν ἠμέληται τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονεῖν καὶ περιεργάζεσθαι· οὐ γάρ ἐστιν ἄνθρωπον κατηγοροῦντα καὶ τοὺς ἀλλοτρίους πολυπραγμονοῦντα βίους, τῆς ἰδίας ἐπιμεληθῆναί ποτε ζωῆς. Τῆς γὰρ σπουδῆς ἁπάσης αὐτῷ εἰς τὴν ἑτέρων πολυπραγμοσύνην ἀναλισκομένης, ἀνάγκη τὰ τούτου πάντα ἁπλῶς κεῖσθαι καὶ ἠμελημένα. *Non aliunde noſtra negliguntur, quàm quòd aliena ſatagimus & curioſè ſcrutamur: non enim vacat homini accuſanti, & alienos exquirenti mores, propriam unquam curare vitam: ſtudio namque omni in alienorum curioſa ſcrutatione collocato, neceſſe eſt omnia ejus temerè & negligenter jacere.* Ab hoc eodem vitio nos ſeriò dehortatur idem, Homil. XXI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 541. Μὴ περιεργάζου τὰ τοῦ πλησίον, ἄνθρωπε. ἀλλὰ λάλος εἶ, καὶ ἐλάττωμα ἔχεις; λάλει τὰ σὰ πρὸς τὸν Θεόν. οὕτως οὐκέτι ἔσται τὸ ἐλάττωμα, ἀλλὰ πλεονέκτημα. λάλει τὰ σὰ πρὸς τοὺς φίλους, τοὺς πάνυ φίλους καὶ δικαίους, καὶ οἷς θαῤῥεῖς, ὥστε εὔξασθαι ὑπὲρ τῶν σῶν ἁμαρτημάτων. Ἂν τὰ ἑτέρων εἴπῃς, οὐδὲν ὠφελήθης, οὐδὲν ἐκέρδανας, ἀλλὰ καὶ ἀπώλου. ἂν τὰ σαυτοῦ ἐξαγορεύσῃς τῷ δεσπότῃ, πολὺν ἔχεις τὸν μισθόν. *In res proximi, ô homo, ne curioſè inquiras. At es loquax, & vitio laboras? Tua loquere ad Deum. Sic non erit ampliùs vitium, ſed commodum. Dic tua amicis, & quidem ſecretioribus amicis, & juſtis, & quibus confidis, ut orent pro tuis peccatis. Si quæ ſunt aliorum dixeris, nihil tibi prodeſt, nihil lucratus es, ſed periiſti. Si tua Domino enunciaveris, multam habes mercedem.* Confer quæ de hac ipſa re habet Cl. Rittershuſius ſacrar. Lect. lib. V. cap. I.

II. *Minùs uſitatum*, quâ περιεργάζομαι eſt *diligenter & accuratè obſervo*, idque in bonam partem. Chryſoſtomus Homil. XV. in I. ad Timoth. ad cap. V. v. 20. pag. 313. Τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε· τουτέστι, μὴ ταχέως ἐκκόψῃς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἅπαντα περιεργάζου. *Peccantes coram omnibus argue, hoc eſt, ne citò exſcindas, ſed omnia accuratè inquiras.* Cyrillus Alexandr. lib.I. Glaphyr. in Geneſin. pag. 1. Καθάπερ τινὰ θησαυρὸν ἀνορύττειν τὸ γράμμα τὸ νομικόν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένον περιεργάζεσθαι μαργαρίτην, τουτέστι, Χριστόν. *Tanquam theſaurum quendam effodere literam legalem, & in ea latentem diligenter inveſtigare margaritam, id eſt, Chriſtum.* Et pag. 2. Σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν ζωῆς ἐστι τῆς αἰωνίου πρόξενον, καὶ ἁπάσης ἡμῖν εὐθυμίας ὁδὸς τὸ περιεργάζεσθαι φιλεῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. *Perſpicuè & manifeſtè vitam nobis æternam conciliat, & ad animi tranquillitatem via eſt accurata myſterii Chriſti inveſtigatio.* Eaſdem ſignificationes habet verbum πολυπραγμονεῖν, quod vide.

Περιΐσαμαι.

Verbum hoc, ut ex Lexicographis haberi poteſt, varias habet ſignificationes. Aliquando ſignificat *devito, fugio.* Joſephus de Eſſenis, bell. Jud. lib.II.cap.XII. Τὸ δὲ ὀμνύειν διαφερόντως αὐτοῖς περιΐσταται. *Juramento autem cumprimis abſtinent*, vel, *juramentum fugiunt.* Lucianus de ſectis: Φιλοσόφῳ δὲ ἐς τὸ λοιπὸν κἂν ἄκων ποτὲ ἐν ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω, οὕτως ἐκτραπήσομαι καὶ περιστήσομαι, ὥσπερ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν. *Philoſophum ſi quem deinceps dum per viam incedo, obvium nolens habuerim, ita ſecedendo devitabo, ut canes rabioſos conſueverunt.* Obſervat idem ad Athenæi lib. XV. cap. V. doctiſſimus Caſaubonus, quo loco ex Andrea Medico autor ille; Ἅπαντας τοὺς καρῶν δυναμένους ἢ βαρύνειν ἄλλως κεφαλὴν (τοὺς στεφάνους) περιΐστασθαι. Ubi epitome, παραιτεῖσθαι. *Coronæ omnes, quæ caput quoquo modo gravant, fugiendæ & rejiciendæ ſunt.* Eodem pertinet illud Origenis adverſus Celſum lib.I. Οὐκ ἔστι δ' ἀγεννὲς, μετ' οἰκονομίας περιϊστάμενον τοὺς κινδύνους, μὴ ὁμόσε αὐτοῖς χωρεῖν. *Non eſt ignobile aut degeneris animi indicium, pericula declinare, nec ſe iis ultrò objicere,* Nec non Pſeudo-Clementis illud in Conſtitut. Apoſtol. lib. IV. cap. VII. Περιΐστασθε τὰς τοιαύτας διακονίας, ὡς ἄλλαγμα κυνὸς, καὶ μίσθωμα πόρνης. *Hujuſmodi devitate miniſteria, tanquam canis precium, ſcortive mercedem.* Pro quo paulò pòſt dicit, φεύγετε τὰς δυσσυνειδήτους εἰσφοράς: ut τὸ περιΐστασθαι, & τὸ φεύγειν pro iiſdem uſurpârit. Rectè itaque Suidas, περιϊστάμενος· φεύγων. *Vitans, fugiens.* Idem ex autore anonymo: Τὸν ὄχλον γὰρ ἐκεῖνος ἀεὶ καὶ τοὺς θορύβους περιΐστατο μάλιστα. *Turbam enim ac tumultus ille quàm maximè declinabat.* Heſychius etiam: Περιΐστασο, περίφευγε. *Declina, devita, fuge.* Ita ſumi volunt Caſaubonus & Salmaſius II. Timoth. II. 16. in his verbis, τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο, & ad Titum III. 9. μάχας νομικὰς περιΐστασο. Utrobique vetus Interpres, *Devita.* Et Syrus in utroque loco אשתאל, quod pro παραιτοῦ ad Tit. III. 10. poſuit. Idem itaque in his locis volunt eſſe τὸ περιΐστασθαι, quod τὸ παραιτεῖσθαι I. Tim.IV. 7. & II. Tim.II. 23. At Beza & Piſcator locis illis περιΐστασο, *cobibe*, verterunt. Scholiaſtes Græcus utrumque repræſentavit utrobique: ad Timoth.

Digitized by Google

Timoth. p. 774. Περιΐστασο, ἢ παραιτοῦ, ἢ περισσῶς ἵστασο, εἰς τὸ παῦσαι ϗ κωλῦσαι. *Vel rejice, vel vehementer inſta, ut ceſſare facias, & cohibeas.* Et ad Tit. ὑποςέλλεσθαι χρὴ καὶ παραιτεῖσθαι. *Reprimere oportet & rejicere.* Theodoretus verò ad Tit. per φεύγειν exponit. Eodem modo ad Timoth. Theophylactus ad locum ad Timoth. explicat per παραιτοῦ, additque, quosdam interpretari, περισσῶς ἵστασο, εἰς τὸ παῦσαι καὶ κωλῦσαι, *valde inſta, ut ceſſare facias & cohibeas*; quam interpretationem rejicit. Ad Titum ibidem per παραιτοῦ exponit. Ego, cum Cl. Gatakero illos potiùs ſequor: qui *cohibendi* ſenſu accipiunt: cùm utrumque Apoſtolus utrobique & Timotheum & Titum moneat, ut *vaniloquia profana* ille, *litigia legalia* iſte, in aliis potiùs *coërceant*, quàm ut ipſi *devitent*: quod patet ex v. 16. & 17. c. II. epiſt. II. ad Timoth. Verbo verò παραιτεῖσθαι utitur, ubi Timotheum admonet, quid ipſi *cavendum ſpernendumq;* ſit potiùs, quàm quid in aliis *coërcendum*.

Περικοπή.

Ut ſcripta Evangeliſtarum & Apoſtolorum edita fuerunt, atque in manus Chriſtianorum pervenerunt, ſtatim aut ab iis, quibus aut prædicationis cura, & Eccleſiæ adminiſtratio mandata fuerat, aut ab aliis viris piis & ſtudioſis, in περικοπάς, ſive ſectiones diviſa fuerunt, ut commodiùs legi, ſive privatim, ſive publicè, ac faciliùs intelligi poſſent. Idque factum eſt exemplo Judæorum, qui ante Chriſti tempora Textum Hebræum & Græcum in ſectiones, capita, & verſus diſtinxerant. De Græco nobis hic tantùm ſermo eſt. Quod igitur ad LXX. Senum interpretationem attinet, cùm in Synagogis Judæorum Helleniſtarum prælegeretur, probabile eſt hos eam in uſus ſuos diſtribuiſſe, ſed ita tamen ut in Synagogis diviſiones illæ obtinerent. Exemplaria duo antiquiſſima LXX. Interpretum Editionis, teſte doctiſſimo Huetio; quorum alterum Romæ habetur; alterum ab Heſychio, ut videtur, emendatum, Alexandriâ Conſtantinopolim à Cyrillo Lucare Patriarcha Conſtantinop. translatum, ad Carolum deinde Britanniæ Regem tranſmiſſum in Anglia ſervatur: utrumque ante annos mille ſupra ducentos exaratum, nullam capitum, aut verſuum, imò ne verborum quidem diſtinctionem præ ſe fert; exceptis ſolùm libris ςιχηροῖς, quosq; per verſus primùm ab ipſis Auctoribus compoſitos fuiſſe credibile eſt; Job dico, Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten & Canticum. Sed videamus aliquot veterum teſtimonia, ex quibus pateat, uſitatas fuiſſe tales ſcripturarum περικοπάς. Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone laudat περικοπὴν Jeſaiæ, ex qua oſtendit, Prophetam vaticinatum eſſe de ſpelunca, in qua Chriſtus natus eſſe creditur: Ὅτι δὲ Ἡσαΐας ϗ περὶ τοῦ συμβόλου τοῦ κατὰ τὸ σπήλαιον προκεκήρυχε, ἀνιστόρησα ὑμῖν, ἔφην, ϗ δι᾽ αὐτοὺς ϗ τοὺς σήμερον σὺν ὑμῖν ἐλθόντας, πάλιν τῆς περικοπῆς ἐπιμνησθήσομαι, εἶπον ϗ ἀνιστόρησα ἣν ϗ προέγραψα ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου περικοπήν. *Quòd verò etiam Jeſaias de ſymbolo ſpeluncæ jam antè prædicaverit, vobis, inquam, recenſui; & eorum gratiâ, qui hodie vobiſcum venere, rurſus ſectionis illius mentionem faciam, dixi; & verba Jeſaiæ, quæ antea ſcripſi, denuò commemoravi.* Deinde verba quædam Michææ, quibus probat, Gentes per Apoſtolorum prædicationem ab erroribus ac vitiis horrendis eſſe convertendas, ac pœnitentiam tandem acturas, refert, & addit: Καὶ τελέσας ταῦτα, ἐπεῖπον, ϗ ὅτι οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, τοὺς πάντας λόγους τῆς περικοπῆς ταύτης εἰς τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν εἰρῆσθαι, ἐπίσαμαι. *His finitis, dicere perrexi, Magiſtros veſtros, ô Viri, verba hujusce Sectionis omnia confiteri de Chriſto dicta eſſe, ſcio.* Et ſtatim: Καὶ τότε τὰ εἰρημένα ἐν τῇ περικοπῇ ταύτῃ φασὶν ἀποβήσεσθαι. *Ac tum demum ea, quæ in hac Sectione dicta ſunt, eventura eſſe dicunt.* Sectionum Propheticarum etiam meminit Clemens Alexandr. Strom. lib. III. pag. 441. Ἀναλέγοντες δὲ ϗ οὗτοι ἔκ τινων προφητικῶν περικοπῶν, λέξεις ἀπανθισάμενοι: ϗ συγκαττύσαντες κακῶς, κατ᾽ ἀλληγορίαν εἰρημένας, ἐξ εὐθείας λαβόντες. *Colligunt verò etiam hi è quibusdam ſectionibus Propheticis decerptas dictiones, & malè conſarcinatas, quæ allegoricè dicta ſunt, tanquam recto ductu & citra figuram dicta ſumentes.* Origenes in I. Reg. cap. XXVIII. de Engaſtrimytho, p. 28. Τὰ ἀναγνωσθέντα πλείονά ἐστι, καὶ ἐπεὶ χρὴ ἐπιτεμνόμενον εἰπεῖν δυσὶ περικοπαῖς, ἀνεγνώσθη τὰ ἑξῆς τὰ περὶ Νάβαλ τὸν Καρμήλιον, &c. *Quæ lecta audivimus plura ſunt: de iis in duas ſectiones diviſis ſermo nobis habendus erit. Quæ de Nabale Carmelo ſcriptura narrat, legimus, &c.* Id. in Jeremiam Hom. XVII. p. 161. Ἐνθάδε ἔληξε ϗ ἡ δευτέρα περικοπή. Quod ita reddidit Hieronymus, *ſic finita eſt etiam ſecundi capituli circumſcriptio*: & Homiliâ in Jeremiam, juxta Latinam diſpoſitionem, tertiâ: *Deinde exordium alterius capituli: Aperuit Dominus theſaurum ſuum, &c.* Quod *capitulum* dixit Hieronymus, aliquando comma unum eſt, ſive verſus unus recentioris illius, quam hodie ſequimur, diviſionis; aliquando plures. Hic certè Origenem interpretans, quod περικοπὴν dixit Origenes, ipſe *capitulum* reddidit; quo verſus 13. & 14. cap. XVII. Jeremiæ continentur. Idem Homil. XVIII. in Jeremiam μίαν περικοπὴν appellat, quicquid habetur à ſeptimo verſu ad duodecimum. Ad περικοπὰς N. Teſt. paucis accedimus. Clemens Alexandr. lib. VII. ſtromat. pag. 750. cùm expoſitionem verborum Apoſtoli, quæ I. Cor. VI. leguntur, ſuſcepiſſet, teſtatur, ſe nolle integram referre ſectionem, quòd prolixior ſit, ſed ea duntaxat verba, quæ ad rem ſuam faciant, ſe velle deſcribere, & loci illius brevem proponere interpretationem, & mentem declarare. Μεγίστης δ᾽ οὔσης τῆς περικοπῆς, ταῖς ἐπικαίροις τῶν ἀποστολικῶν συγχρώμενοι λέξεσι, διὰ βραχυτάτων ἐξ ἐπιδρομῆς οἷον μεταφράζοντες τὴν ῥῆσιν, τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ τοῦ Ἀποστόλου παραστήσομεν, καθ᾽ ἣν τοῦ γνωστικοῦ τὴν τελειότητα ὑπογράφει. *Cùm ſit autem ſectio prolixior, adhibitis Apoſtoli, quæ maximè ad rem faciunt, verbis, quàm poterit breviſſimè fieri, & quaſi in tranſitu ipſum interpretabimur locum, ſenſumq; Apoſtolici adducemus dicti, quo deſcribit Gnoſtici perfectionem.* Athanaſius laudat locum Epiſt. ad Hebræos, qui hodie extat cap. II. verſibus quinque poſtremis comprehenſus, & verſibus duobus prioribus cap. III. Orat. III. contra Arianos, t. I. p. 379. & ſtatim addit: Τίς τὴν περικοπὴν ταύτην ὅλην ἀναγινώσκων, οὐ τοὺς μὲν Ἀρειανοὺς καταγινώσκει, τὸν δὲ μακάριον Ἀπόστολον οὐ θαυμάζει, καλῶς εἰρηκότα; *Quis totam hanc Pericopen legit, qui Arianos non damnet, Apoſtolum verò rectè loquentem non miretur?* Hujusmodi quoque ſectionum meminit Baſilius: ſcribit enim, ſi aliquando mandatum mandato contrarium eſſe videatur, neceſſe eſſe, ut totum argumentum percipiamus, & totam legamus ſectionem, quò faciliùs mandatorum agnoſcamus conſenſum, & quid unicuique ad ſupernæ vocationis ſcopum ſit accomodatum, obſervemus. Verba ejus lib. II. de Baptiſmo, quæſt. IV. p. 680. ſunt: Ὅταν δὲ πρόσταγμα προστάγματι ἐναντίως ἔχειν δοκῇ, ἵνα τὰς ὑποθέσεις καταμανθάνοντες, ϗ ὁλόκληρον τὴν περικοπὴν ἀναγινώσκοντες οὕτω τὸ ἄμαχον ἐπιγινώσκωμεν, καὶ τὸ ἑκάστῳ ἁρμόζον πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς ἄνω κλήσεως φυλάσσωμεν, εἰς ὃν ἀμφότερα τείνει τὰ προστάγματα. *Si quando autem mandatum mandato repugnare videtur, neceſſe eſt, ut argumenta diſcamus, & totam ſectionem legentes, ita conſenſum agnoſcamus; ac quod unicuiq; competit ad ſcopum ſupernæ vocationis obſervemus, ad quem utraq; mandata tendunt.* Chryſoſtomus teſtatur, ſe ideò Auditoribus ſuis ſolitum multis antè diebus de-

clarare, de quo eſſet acturus argumento, ut illo dierum ſpatio Librum ſumerent, integram legerent Sectionem, & viderent, quid jam dictum eſſet, & quid dicendum foret, atque hac ratione paratiores venirent ad ea audienda, de quibus eſſet dicturus. Placet ejus adſcribere verba, quæ leguntur Hom. III. de Lazaro, t. V. pag. 242. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι πολλάκις ὑμῖν προλέγομεν πρὸ πολλῶν ἡμερῶν, ἵνα ἐν ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις τὸ βιβλίον λαβόντες, καὶ τὴν περικοπὴν ἅπασαν ἐπιόντες, καὶ καταμαθόντες τί μὲν εἴρηται, τί δὲ ὑπολέλειπται, εὐμαθεστέραν ὑμῶν ποιήσητε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων. *Propterea etiam argumentum eorum, quæ dicturi ſumus, aliquoties vobis multis antè diebus declaramus, ut interea Librum accipiatis, & integram ſectionem legatis, & cognoſcatis, quid jam dictum ſit, & quid dicendum reſtet, atque hac ratione paratiores accedatis ad ea audienda, quæ deinceps dicentur.* Malè hic Eraſmus hæc verba, καὶ τὴν περικοπὴν ἅπασαν ἐπιόντες, vertit, *perpenſaq; ſummâ rei totâ:* περικοπὴ enim non *eſt ſumma rei*, ſed *ſectio*, quæ integrum aliquod complectitur argumentum. Homil. II. de incomprehenſibili Dei natura, ubi quædam ex cap. II. epiſt. ad Philippenſes deſcribit, dicit ſe velle illius ſectionis ſeriem referre, ut ſententiam ſuam probet. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον ὃ λέγω, ποιήσω, αὐτῆς ἀναγνώσομαι τῆς περικοπῆς ἀκολουθίαν. Hæc ita vertit Gaza: *Atque ut latiùs mea hæc ſententia pateat, Epiſtolam ipſam, non item interciſam, ſed continentem exponam.* Peſſimè. Quis enim dicat, περικοπὴν eſſe *Epiſtolam ipſam*, è qua tamen verba duntaxat quædam adducuntur? quis non videt hunc locum ita vertendum eſſe? *Ut verò id quod dico, manifeſtius fiat, ipſius ſectionis contextum legam.* Idem Homil. II. in verba Apoſtoli II. Cor. IV. 13. meminit quoque περικοπῆς ex c. IV. epiſt. ad Galatas, his verbis: Ἡμεῖς δὲ ἐκείνην τέως σπουδάζομεν περικοπὴν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, τὴν καὶ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις σωζομένην ἔτι καὶ νῦν. Quæ ita optimè vertit Gelenius: *Nos tamen datâ operâ eam textus partem adducemus, quæ vel in Manichæorum codicibus hactenus manſit incolumis.* Homil. XI. in Johannem, p. 597. iterum Auditores monet, ut textum publicè explicandum, domi legant: Κατὰ μίαν σαββάτων, ἢ κατὰ σάββατον, τὴν μέλλουσαν ἐν ὑμῖν ἀναγινώσκεσθαι τῶν εὐαγγελίων περικοπὴν, ταύτην πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν μετὰ χεῖρας λαμβάνων ἕκαστος, οἴκοι καθήμενος ἀναγινωσκέτω. *Una dierum in hebdomade, vel ſaltem ſabbato, eam Evangeliorum ſectionem, quæ vobis legetur, in manus ſumat, & domi legat.* Theophanes Homil. XLVII. p. 326. v. 1. cap. X. Matthæi vocat ἀναγνωσθεῖσαν περικοπὴν, *lectam ſectionem*, ſeu partem Evangelii. Hanc ipſam vocem Hieronymus quoque nonnunquam uſurpat: ut lib. II. adverſus Jovinianum, *Expoſita eſt*, inquit, περικοπὴ *Apoſtoli, de hujuſmodi quæſtionibus diſputantis. Singulis oppoſitionibus reſponſum eſt.* Et in epiſt. ad Pammachium pro Libris ſuis adv. Jovinianum: *Quem cùm legeris, ipſe pro nobis ſatisfacies; aut ſi tu quoque narem contraxeris, illam Apoſtoli* περικοπὴν, *in qua de Virginitate & nuptiis diſputat, aliter diſſerere compelleris.* Qui plura deſiderat, adeat Croium in N. Teſt. cap. III. & IV. & Notas Huetii ad Originem, p. 18. &c. Hæ περικοπαὶ aliàs ſatis frequenter vocantur ἀναγνώσεις & ἀναγνώσματα, de quibus vocibus ſuis agitur locis.

Περικόσμιος.

Hanc vocem non habent Lexica. Eſt autem περικόσμιος, *qui circumcirca mundum eſt, eumq; complectitur.* Dionyſius Areopagita cap. I. de divinis Nominibus, ſect. VI. pag. 384. Deum vocat ἐγκόσμιον, περικόσμιον, ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον, ὑπερούσιον, *qui in mundo eſt, circa mundum, ſuper mundum, ſupra cæleſtem, ſupereſſentialem.*

Περιοδευτής.

I. Περιοδευτὴς olim ſignificabat *cujuſcumque morbi curatorem, medicum*; non *circitorem*, aut eum, qui loca varia perluſtrat. Proprium eſt nomen medici ægrum viſitantis, ſive ἐπισκοποῦντος, ut eum curet. Athanaſius Orat. in cæcum à nativitate, t. II. pag. 690. cæcum illum ita Scribas & Phariſæos alloquentem introducit; Οὐκ οἴδατε, τίς ἐστιν ὁ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν περιοδευτής; οὐκ οἴδατε, ἐπειδὰν πρὸς φόνον αὐτὸν ζητεῖτε. *Neſcitis, quis oculorum meorum ſit curator, vel medicus? Neſcitis, quia eum interimere cogitatis.* Hanc autem ſignificationem habet à περιοδεύω, quod eſt *ſano*. Idem Athanaſius Orat. ead. pag. 687. cæci illius parentes ita alloquentes introducit Phariſæos: Ἔστω ὅτι οὐ θέλομεν δι' ὑμᾶς κηρύττειν τὸν περιοδεύσαντα τὸ ἡμέτερον τέκνον. *Concedatur, nos nolle propter vos eum prædicare, qui filium noſtrum ſanavit.* Eodem prorſus ſenſu in eadem materia itidem ab Athanaſio uſurpatur περιοδία. Pag. 686. cæcus ille dicit. Τὸ πῶς ἀνέβλεψα, ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ. Τὴν μὲν αἰτίαν τῆς περιοδίας λέγω, τὴν δὲ ἐξουσίαν τῆς θαυματουργίας οὐκ ἔχω λέγειν. *Quomodo viſum acceperim, vobis ego dicam. Cauſam quidem ſanationis dico, poteſtatem verò miraculi dicere non habeo.* Et paulò pòſt: Εἰ θέλετε μαθεῖν τὴν περιοδίαν, αὕτη ἐστὶν, ἣν ἤδη προεῖπον, πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. *Si vultis diſcere modum ſanationis, ille eſt, de quo vobis jam dixi, fecit lutum, & illevit oculis.* Pag. 685. Τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε μαθηταὶ αὐτοῦ γενέσθαι; οὐχὶ διὰ τοῦτο μετὰ ἀκριβείας τὴν περιοδίαν ἐρευνᾶτε; *Quid iterum vultis audire? num & vos diſcipuli ejus fieri vultis? nonne propterea modum ſanationis accuratè ſcrutamini?*

II. Περιοδευταὶ vocantur *curatores animarum*. Omnium infimi, villarum Epiſcopi, χωρεπίσκοποι dicebantur. Nam & hi epiſcopalem conſecrationem habebant, ſed minores tantùm ordines conſecrabant, hypodiaconos nimirum, lectores, & exorciſtas, ut disertè docet Can. X. Antiochenus. Unde & poſtea, ne vileſceret in his nomen Epiſcopi, placuit appellari eos pro Chorepiſcopis περιοδευτάς, id eſt, *curatores*. Nam; ut jam vidimus; verbo illius ſeculi cujuſcunque morbi *curator medicus*, dicebatur περιοδευτὴς, & cujuſcunque morbi *ſanatio* περιοδία, & quodcunque genus morbi, quomodocunque curaretur, περιοδευθῆναι. Ac proinde *curatores animarum* eodem ſenſu dicebantur, quo *curatores corporum*. Unde *Curati* appellati urbicarum & ruralium parœciarum Presbyteri, qui curam habebant animarum. Non enim, ut multi arbitrantur, περιοδευταὶ illi, qui pro Chorepiſcopis dicti ſunt, & in eorum nomen locumque ſucceſſerunt, ita vocabantur, quòd *Circitores* eſſent. In uno quippe loco manebant ἐπισκοποῦντες, id eſt, *curantes*, ut urbium Epiſcopi. Et videtur omnino vim nominis Græci περιοδευτὴς in hoc ſenſu ſatis expreſſiſſe Dionyſius Exiguus, cùm Latinè reddidit *Viſitator*. Non enim hæc vox ſignificat *circitorem*, aut eum, qui loca varia perluſtrat, ſed proprium eſt medici ægrum viſitantis, ſive ἐπισκοποῦντος, ut eum curet. Hinc inter officia Presbyteri Hieronymus, ſive quis alius autor eſt libri de Gradibus, recenſet *viſitare infirmos*, hoc eſt ἐπισκέπτεσθαι τοὺς ἀσθενεῖς, ut ex Matth. XXV. 36. loquitur in epiſtola Polycarpus. Verus Hieronymus in epiſt. ad Nepotianum, *inſtantia orationum, perſeverantia, languentium viſitatio, labor manuum.* Quæ Monachis & Clericis præcipit. Optimæ Gloſſæ: *Viſitat*, ἐπισκοπεῖ. Sic ἐπίσκοπος περιοδευτὴς *viſitator* & *curator* ejuſdem muneris ſunt Synonyma. Sed quia nomen *Epiſcopi* de majori in Eccleſia dignitate tum accipiebatur, ideò ut non ampliùs hoc nomine

quiſ-

Digitized by Google

quiſquam in vicis & villis ordinaretur, ſed ut περιοδευτὴς diceretur, ſanxit Can. LVII. Synodi Laodicenæ his verbis: Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς. *Quòd non oportet in vicis & regionibus Epiſcopos conſtitui, ſed curatores.* Sic ex MSS. Codicibus Bibliothecæ Regiæ locum hunc emendavit Juſtellus, pro quo in vulgato codice Tilii malè, ἢ περιοδευτάς. Legendum eſſe ἀλλά: patet non tantùm ex Titulo VII. Collect. Canonum Johannis Antiocheni, in quo hæc, περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐν κώμαις καὶ χωρίοις ἐπισκόπους καθίστασθαι, ἀλλὰ περιοδευτάς, *quòd non oporteat in pagis ac vicis Epiſcopos conſtitui, ſed viſitatores:* Sed ex ipſo hoc Canone, quem idem proponit, ut ſuprà. Arſenius Monachus in Synopſi Canonum Can. LXI. expreſsè docet, ὅτι περιοδευτὰς μᾶλλον ἢ χωρεπισκόπους δεῖ ποιεῖν, *viſitatores potiùs, quàm Chorepiſcopos eſſe conſtituendos. Viſitatorum* apud Latinos etiam meminit Gregorius I. epiſt. II. libri III. ad Maximianum Syracuſanum Epiſcopum: *Viſitatores Eccleſiarum,* inquit, *Clericique eorum, qui cum ipſis per non ſuæ civitatis parœcias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium.* Balſamon ad allegatum Canonem Laodicenum, pag. 849. Ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν τοῖς χωρίοις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίστασθαι διωρίσαντο, ὁ δὲ παρὼν κανὼν, περιοδευτὰς παρακελεύεται γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ γένηται εὐκαταφρόνητος ἡ ἀρχιερωσύνη, ὡς μὴ ἐχούσης τῆς χώρας, εἰς ἣν ἐχειροτονήθη ὁ ἐπίσκοπος, πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. *Alii quidem Canones in vicis & pagis Chorepiſcopos & Presbyteros conſtituendos definierunt. Præſens autem Canon jubet fieri periodeutas, & non Epiſcopos, ne dignitas Epiſcopi vilis & contemta evadat, utpote cùm non habeat pagus, in quo ordinatus eſt Epiſcopus, hominum multitudinem, ad Dei & Epiſcopatus honorem.* Mox ſubjicit: Περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς. *Sunt autem periodeutæ, qui hodie ab Epiſcopis promoventur Exarchi. Hi enim circumeunt, & delicta ſpiritualia obſervant, & fideles perficiunt.* Zonaras ad eundem Canonem: Περιοδευταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς μὴ ἔχοντας καθέδραν οἰκείαν. Act. I. Concilii ſub Menna, p. 563. Σέργιος πρεσβύτερος καὶ περιοδευτής. *Sergius Presbyter & viſitator.* Videatur Juſtellus ad Can. LVII. Laodicenum, & Meurſius in Gloſſario, qui volunt περιοδευτὰς fuiſſe *luſtratores & circitores;* ita vocatos, quia eorum munus fuerit circumire per omnes univerſæ regionis Eccleſias, & de illarum ſtatu inquirere. Nos verò Clar. Salmaſii ſententiam ſequi malumus ob rationes & autoritates allatas.

Περίοδος.

Circumferebantur olim libri quidam ſuppoſititii, qui dicebantur περίοδοι, *circuitiones.* Tales fuerunt περίοδοι Πέτρου, *circuitiones Petri,* quæ dicuntur à Clemente Romano ſcriptæ. Earum meminit Origines in Philocalia, cap. XXIII. pag. 81. Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, Πέτρου ἀποστόλου μαθητής, συνῳδὰ τούτοις ἐν ταῖς περιόδοις, &c. *Clemens Romanus, Petri Apoſtoli diſcipulus, his conſentanea habet in Circuitionibus,* &c. Epiphanius, hæreſi XXX. de Ebionæis, p. 65. Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, &c. *Utuntur autem etiam aliis quibuſdam libris, nimirum Circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca vera relinquentes,* &c. Erant etiam περίοδοι Johannis & Thomæ. De omnibus Athanaſius in Synopſi S. Scripturæ, t. II. pag. 154. ubi dicit, ἀντιλεγόμενα N. Teſt. ſunt, περίοδοι Πέτρου, περίοδοι Ἰωάννου, περίοδοι Θωμᾶ. Nicephorus verò Patriarcha in Chronographia haſce περιόδους Petri, Johannis & Thomæ inter ἀπόκρυφα N. Teſtamenti recenſet.

Περίοπτος.

Heſychius: περίοπτον, ἐκφανῆ, πολυθέατον, περίβλεπτον. *Qui undique cerni poteſt, conſpicuum, qui à multis videtur, illuſtrem.* Suidas: περίοπτον, περιθέατον, μέγα, ὑψηλόν. περίβλεπτον. *Quod undique cerni poteſt: conſpicuum, magnum, excelſum, inſigne, illuſtre.* Cyrillus Alexandr. in cap. LXV. Jeſajæ, pag. 895. Γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ ὑψηλοὶ καὶ περίοπτοι τοῖς ἁπανταχοῦ, καὶ οἷα πόλις ἐν ὄρει κειμένη. *Fuerunt divini diſcipuli ſublimes & conſpicui omnibus, & inſtar urbis in monte ſitæ.* Alludit ad illud Matth. V. 14. Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita:* quaſi dicat Servator ad diſcipulos ſuos:

Non eadem vulgique decent, & lumina rerum.

Seneca lib. I. de Clementia, cap. VIII. pag. 322. *Alia conditio eſt eorum, qui in turba, quàm non excedunt, latent, quorum & virtutes ut appareant, diu luctantur, & vitia tenebras habent. Veſtra facta dictáque rumor excipit, & ideo nullis magis cavendum eſt, qualem famam habeant, quàm qui qualemcunque meruerint, magnam habituri ſunt.* Et pòſt: *Tibi non magis quàm ſoli, latere contigit: multa contra te lux eſt, omnium in iſtam converſi oculi ſunt.* Cætera de hac voce ex Lexicis petenda.

Περιόρασις.

Lexica non habent. Legitur apud Clementem Alexandr. Locum producimus in voce Συνόρασις.

Περιούσιος.

Heſychius περιούσιον inter alia interpretatur περιποιητὸν, *acquiſitum.* Eudemus in Lexico nondum edito: Περιούσιος λαὸς, ὁ ἔγκλητος, ὁ ὑπερέχων τοῦ ἄλλου λαοῦ. *Populus peculiaris, quem aliquis ut ſuam poſſeſſionem poſſidet, qui alium populum antecellit.* Hinc ſua de eadem voce habet Suidas in οὐσία & περιούσιος. περιούσιος ergo eſt *eximius, præſtans,* à περιεῖναι. Ex veteri Teſtamento hanc vocem mutuatus eſt Apoſtolus ad Tit. II. v. 14. ἵνα καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, *ut mundaret ſibi populum acceptabilem,* vel potiùs *peculiarem.* Chryſoſtomus Homil. V. in hanc Epiſtolam interpretatur λαὸν ἐξειλεγμένον, οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τοὺς λοιπούς, *populum ſelectum, nihil cum reliquis commune habentem.* Theophylactus verò: Περιούσιος, ὁ οἰκεῖος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ δεσπότου στρεφομένων οἰκετῶν, οἷον, ἐξειλεγμένον, ἐξαίρετον, οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τοὺς λοιπούς. *Περιούσιος ſignificat, peculiaris ſive domeſticus, per metaphoram ſumptam à famulis, qui circa ſubſtantiam & facultates domini ſui verſantur: quaſi dicat, electum, excellentem, nihil habentem commune cum reliquis.* Corrigendus Oecumenius, qui ad eundem locum, p. 790. λαὸν περιούσιον, οἷον ἐξηλλαγμένον, (ſcribendum ἐξειλεγμένον, ut eſt apud Chryſoſtomum & Theophylactum) ἐκ περιουσίας ἀγαπώμενον, οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς τοὺς λοιποὺς λαούς. *Populum peculiarem, quaſi electum, vehementer dilectum, nihil commune habentem cum reliquis populis.* Theodoretus ſimpliciter interpretatur λαὸν οἰκεῖον, *populum proprium.* Idem eſt, quod I. Petri II. 9. λαὸς εἰς περιποίησιν, *populus, quem* ſibi Deus *proprium vendicat.* Oecumenius ad hunc locum, pag. 149. Ἀντὶ τοῦ, εἰς κλῆσιν, ἤτοι εἰς κληρονομίαν, *in poſſeſſionem, vel hæreditatem.* Electi enim ſunt περιποίησις, καὶ κλῆσις, καὶ περιουσία Θεοῦ, *acquiſitio, & poſſeſſio, & facultates Dei,* ut ſcribit Theophylactus in cap. I. ad Epheſios, pag. 506.

Digitized by Google

Περιπατέω.

Περιπατέω propriè eſt *ambulo*: in novo autem Teſtamento frequentiſſimè ponitur pro ζῆν, *vivere*. Rem aliquot illuſtramus exemplis. Roman. VIII. 1. 4. dicit Apoſtolus κατὰ σάρκα περιπατεῖν, *ſecundùm carnem ambulare*, id eſt, *vivere*; quemadmodum eodem cap. v. 12. 13. κατὰ σάρκα ζῆν, de qua locutione in nomine Σάρξ. Eſt autem κατὰ σάρκα περιπατεῖν, interprete Theodoreto, τῇ σαρκὶ δουλεύειν, τουτέστι, τοῖς τοῦ σώματος πάθεσι, *carni, id eſt, corporis affectibus ſervire*: juxta Theophylactum, σαρκικὰ φρονεῖν, *carnalia ſapere*. Hic ergo eſt, *peccatis indulgere*. At II. Corinth. X. 2. eadem locutio longè aliud ſignificat, nimirum *infirmum eſſe, parùm poſſe efficere*. Illis, qui putabant S. Apoſtolum ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντα, *ſecundùm carnem ambulare*, mox ita reſpondetur, ipſum quidem ἐν σαρκὶ περιπατεῖν, non autem κατὰ σάρκα στρατεύεσθαι. *arma enim militiæ ſua non eſſe* σαρκικὰ, *carnalia, infirma*, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, *valdè potentia*. Theodoretus verò vult ſignificare κατὰ τὸν νόμον πολιτεύεσθαι, *ſecundùm legem vivere*. Sumamus aliud exemplum. I. Corinth. III. 3. κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖν, *ſecundùm hominem ambulare*, juxta Theodoretum eſt, Οὐδὲν πνευματικὸν φρονεῖν, ἀλλὰ τοῖς γηΐνοις πράγμασι προσῃλωκέναι, *nihil ſpiritale animo agitare, ſed rebus terrenis affixum eſſe*: juxta Theophylactum, σαρκικὰ, καὶ ἀνθρώπινα, καὶ πρόσγεια φρονεῖν, *carnalia, & humana, ac terreſtria ſapere*. Ad Epheſ. II. 2. ἐν παραπτώμασι καὶ ἁμαρτίαις περιπατεῖν κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, *in delictis & peccatis ambulare ſecundùm ſeculum mundi hujus*: quod Theophylacto eſt, φρονεῖν τὰ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ πρόσκαιρα, καὶ κακῶς χρῆσθαι τῷ αἰῶνι τούτῳ. *Mundana & temporaria cogitare, atque hoc ſeculo perperam uti.* Contrariæ phraſes ſunt ſequentes. Epheſ. II. 10. ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς περιπατεῖν, *in operibus bonis ambulare*: quo continuum bonorum operum ſtudium declaratur. Oecumenius in hoc caput, p. 623. dicit hanc locutionem denotare τὴν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς ἄπαυστον σχέσιν, *continuum bonorum operum ſtudium*. Theophylactus, p. 515. dicit notare πᾶσαν τὴν ὁδὸν τοῦ βίου διανύειν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς. οὐ δύο ἢ τρεῖς ἐνιαυτοὺς, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, *omnem ætatis curſum in bonis operibus perficere: non duos tréſve annos, ſed omnem vitæ curſum*. Epheſ. V. 8. Ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε. *Ut filii lucis ambulate*, id eſt, εὐσχημόνως, καὶ ὡς εἰκὸς τὸν ἐν φωτὶ περιπατοῦντα, *decorè, & quemadmodum decet eum, qui in lumine ambulat*; ſunt verba Theophylacti ad præſentem locum. Theodoretus verò per *lucem* intelligit *Chriſtum*, & per τέκνα φωτὸς, ejus filios, id eſt, fideles & electos. Ἐπειδὰν φῶς αὐτοὺς προσηγόρευσε, φῶς δὲ ἀληθινὸν ὁ Κύριος κέκληται, φωτὸς αὐτοὺς προσηγόρευσε τέκνα. *Quoniam eos lucem appellavit, vera autem lux vocatus eſt Dominus, appellavit eos filios lucis.* Atque ita nihil aliud erit, quàm ἀξίως τοῦ Κυρίου περιπατεῖν εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, *dignè Domino ambulare per omnia placentes*, id eſt, πάντα τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ διαπράττεσθαι, *facere omnia quæ Deo placent*, ut explicat Theodoretus: vel, ut Oecumenius, pag. 688. ἐνάρετον πολιτείαν ἔχειν. τὸ δὲ περιπατῆσαι τὴν ἀνένδοτον ἐπιμονὴν πρὸς τὸ καλὸν δηλοῖ, *virtuti convenientem vivere vitam*. Περιπατῆσαι *verò*, id eſt, *ambulare, accuratam & nunquam interruptam in bono perſeverantiam denotat*. Theophylactus ad hunc ipſum locum, nempe Coloſſ. I. 10. dicit περιπατῆσαι eſſe κατ' ἀρετὴν ζῆν, *ſecundùm virtutum vivere*; & addit, περίπατον ἀεὶ τὴν πολιτείαν καλεῖ, δεικνὺς ὅτι ὥσπερ ἀεὶ τὸ περιπατεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν, οὕτω καὶ ὁ ἄριστος βίος. *Ambulationem, ſemper vitam converſationemq; appellat, oſtendens, quod perinde ac nunquam non ambulare nobis neceſſarium eſt, ſic & optima vita neceſſaria eſt.* II. Joh. v. 4. & III. Joh. v. 3. 4. Ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖν, *in veritate ambulare*. Ad priorem locum Oecumenius, p. 217. Τὸ περιπατεῖν κατὰ προκοπὴν εἴρηται. ὅσον γάρ τις κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖ, ἐπὶ τὸ πρόσω ἵεται, ἕξιν ἑαυτῷ περιποιῶν τοῦ καλοῦ πλείονα. ἄπειρος γὰρ καὶ ἀνέκλειπτος ἡ τῆς ἀρετῆς ὁδός. *Ambulare de profectu dicitur: quantum enim quis in virtute operatur, tantùm procedit, habitum boni majorem ſibi acquirens: infinita enim eſt & nunquam deficiens virtutis via.* Ad poſteriorem verò idem, p. 222. Ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖ, ὁ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἁπλότητα περιπατῶν. περιπατεῖν δὲ οὐ τὴν διὰ σκελῶν φησι κίνησιν, μιᾶς οὔσης παντὶ πόδας ἔχοντι ζώῳ τῆς τοιαύτης ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβατικῆς πορείας, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὰς ψυχικὰς ὁρμὰς τεταγμένην καὶ σώφρονα πρόοδον, ἧς ὀλίγοι τυγχάνουσιν οἱ τὴν ἐπίγνωσιν ἔχοντες. *In veritate ambulat, qui juxta Evangelicam ſimplicitatem ambulat. Ambulare autem dicit non motum qui fit pedibus, cùm unus idemq; ſit omni animali pedes habenti ex uno loco in alium transeundi modus, ſed progreſſum ſecundùm animæ affectus ordinatum & honeſtum, quem pauci cognitum habent.*

Περιπείρω.

Περιπείρω propriè eſt *circumcirca transfigo, affigo*. Veteres Gloſſæ: Περιπείρω, *adfigo, adfixo*. Suidas: Περιπείρει, περικεντεῖ. *Perforat, trajicit, transfigit*. Idem: Περιπαρῆναι, περικεντηθῆναι, *transfixum eſſe*. Heſychius: Περιπείρῃ, περικεντήσῃ. *Trajecerit, transfixerit*. A ſimplici πείρω, *tranſadigo, transfigo, transfodio*. Heſychius: Πείραντες, ἐκκεντήσαντες. *Qui transfixerunt, trajecerunt*. Idem: Ἔπειρεν, ἐκέντησε. *Transfixit*. Homerus Il. υ. v. 479.

- - - - - - - - - Διὰ χειρὸς ἔπειρεν
Αἰχμὴ χαλκείη. - - - - - -

Per manum confodit cuſpis ærea. Chryſoſtomus dicit: Ἑαυτῷ τὸ ξίφος περιπείρειν, *in ſeipſum adigere gladium*. Reliqua ex vulgatis Lexicis peti poſſunt.

II. *Metaphoricè* frequenter uſurpatur. Chryſoſtomus dicit, χείροσιν ἑαυτοὺς περιέπειραν κακοῖς, *gravioribus malis ſeipſos confoderunt*. Theodoretus, ταῖς τῆς ἁμαρτίας περιπαρήσεται πάγαις, *peccati laqueis implicabitur*. Iterum Chryſoſtomus, εἰς προφανῆ κίνδυνον ἑαυτοὺς περιπείρουσιν. *In manifeſtum periculum ſeipſos conjiciunt.* Idem, δεσμοῖς ἀλύτοις οἱ πονηροὶ περιπείρονται, *irreſolutis vinculis mali conſtringuntur*. Idem Homil. XXXVIII. in I. ad Corinth. pag. 496. Οὐδὲν τῆς πλάνης ἀσθενέστερον, καὶ τοῖς οἰκείοις ἁλίσκεται πτεροῖς, καὶ οὐ δεῖται τῆς ἔξωθεν μάχης, ἀλλ' ἑαυτῇ περιπείρεται. *Nihil errore infirmius, & propriis capitur pennis, neque externâ eget pugnâ, ſed ſe ipſum involvit & irretit.* Athanaſius Orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 405. de Arianis: Τοιούτοις πάλιν ἑαυτοὺς δεσμοῖς ἀσεβείας περιπείρουσι. *Talibus ſe iterum innodant impietatis vinculis.* Hoc ipſum verbum ſemel legitur in Contextu ſacro, nempe I. Timoth. VI. v. 10. ubi de Avaritia: Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία. ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. Beza vertit: *Radix omnium malorum eſt amor pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrrârunt à fide, & ſe ipſos transfixerunt doloribus multis.* Heſychius, ex hoc Pauli loco, περιέπειραν, ἔπηξαν. Seneca de vita beata capite XIX. de Philoſophis loquens, *Cùm refigere ſe crucibus conantur, in quas unusquisque veſtrum (idiotarum) clavos ſuos ipſe adjicit*: ἑαυτὸν περιπείρει. Sed pro *adjicit*, monente Clariſſimo Pricæo, ſcribendum *adigit*, vel *affigit*. Plautus de inſano amatore illo, *Animus ejus — fixus eſt clavo Cupidinis.* Plato in Phædone: Ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα, προσηλοῖ

αὐτὴν

Digitized by Google

αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα, καὶ προσπερονᾷ. *Qualibet voluptas & triſtitia, quaſi clavum habens, affigit eam corpori, & quaſi fibulâ annectit.* Bene Beza, *transfixerunt*, vel *confoderunt*. Ita poſteriori uſus Seneca de vita beata cap. XXVII. *Quin potiùs mala veſtra circumſpicitis, quæ vos ab omni parte confodiunt? alia graſſantia extrinſecus, alia in viſceribus ipſis ardentia.* Poſſet etiam verti *pupugerunt ſe ipſos doloribus.* Cicero de Finibus lib. IV. *Pungunt quaſi aculeis, interrogationibus anguſtis.* Tuſc. quæſt. lib. III. *Aut perleviter pungat animi dolor.* Huc concedunt veteres ſcripturæ Interpretes, qui *metaphoram* dicunt deſumtam *à ſpinis* pungentibus atque lædentibus manus. Chryſoſtomus Homil. XVII. in I. ad Timoth. pag. 322. Καὶ περιέπειραν ἑαυτοὺς ὀδύναις πολλαῖς· Ὁρᾷς τῷ περιέπειραν, τί ἠνίξατο; ὃ δὲ βούλεται δηλοῦν διὰ τῆς ἐμφάσεως, τοῦτό ἐστιν. Ἄκανθαί εἰσιν αἱ ἐπιθυμίαι. καὶ καθάπερ ἐν ἀκάνθαις, ὅθεν ἂν τις ἅψηται αὐτῶν, ᾕμαξε τὰς χεῖρας, καὶ τραύματα ἐργάζεται· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ αὐτὸ πείσεται ὁ ταύταις ἐμπεσών, καὶ τὴν ψυχὴν ἀλγηδόσι περιβαλεῖ. *Et ſeipſos transfixerunt doloribus multis. Vides quid ſignificare voluerit verbo* περιέπειραν? *Quod per hanc emphaſin ſignificare vult, hoc eſt: Spinæ ſunt cupiditates: & quemadmodum ſpinæ, ubicunq; tangantur, cruentant manus & vulnera infligunt: ita etiam à cupiditatibus illud ipſum patietur, quiſquis in eas inciderit, & animum cruciatibus afficiet.* Eodem modo Theophylactus, pag. 791. Καλῶς δὲ τὸ, περιέπειραν. ὥσπερ γὰρ ἄκανθαί εἰσιν αἱ τοῦ πλούτου μέριμναι, ὡς καὶ ὁ Κύριος εἶπεν. ὅθεν ἂν ἅψηταί τις, ᾕμαξε τὰς χεῖρας, τραύματα ἐργαζόμεναι καὶ ὀδύνας. *Pulchrè autem dixit,* confixerunt. *Spinarum enim inſtar ſunt divitiarum ſolicitudines, perinde ac Dominus dixit. Unde ſi tetigerit has quiſpiam, manus cruentas faciunt, vulnera infligentes, atque dolores parientes.* Reſpicitur ad locum Matth. XIII. 22. Oecumenius tandem ad præſentem locum, pag. 762. Ἀκανθῶν δίκην ἡ φιλαργυρία τὰς χεῖρας τοῦ προσψαύοντος αἱμάσσειν ποιεῖ. *Inſtar ſpinarum amor pecuniæ manus eas contrectantis cruentat.* Hæc omnino divitiarum natura. Lucianus in Timone: Ὁ πλοῦτος, ὁ πολλοῖς πολλάκις ἀνηκέστων συμφορῶν αἴτιος γεγενημένος. *Divitiæ, quæ multis ſæpiùs incurabilium calamitatum cauſſæ fuerunt.* Menander apud Stobæum ſerm. X.

Πλεονεξία, μέγιστον ἀνθρώποις κακόν.
Οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας,
Ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι,
Τὰ δ᾽ ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις,
Avaritia mortalibus maximum eſt malum:
Nam qui ſuis aliena quoq; volunt adjicere,
Hi ſæpiùs victi ſua ſpe fruſtrantur,
Adduntq; alienis, quæ priùs erant propria.

Seneca epiſt. LIX. *Iſta quæ ſic petis tanquam datura lætitiam ac voluptatem, cauſſa dolorum ſunt.* Euthymius ad Lucæ XII. *Avaritia ſolicitudinem affert ac mœrorem.* Iterum Seneca epiſt. CXV. *Nulla avaritia ſine pœna eſt, quamvis ſatis ſit ipſa pœnarum. O quantum lacrymarum, ò quantum laborum exigit! quàm miſera deſideratis, quàm miſera partis eſt! Adjice quotidianas ſolicitudines, quæ pro modo habendi quemque diſcruciant. Majore tormento pecunia poſſidetur, quàm quæritur.* Περιπείρειν Eraſmo in dicto Apoſtol. eſt *implicare ſe.* Sic ferè Seneca epiſt. LXXIV. *Quiſquis ſe multùm fortuitis dedit, ingentem ſibi materiam perturbationis & inexplicabilem fecit.* Nec rejicienda Verſio vulgata, quæ *doloribus inſeruerunt ſe:* ita enim Macrobius in ſomnio Scipionis lib. I. cap. VIII. *Qui decrevit ſe à corporis contagione purgare, & quadam humanorum fugâ, ſolis ſe inſerere divinis.* Confer Cl. Pricæum ad hunc locum, ex quo quædam huc tranſlata.

Περίσσευμα.

Apud Veteres duo εὐλογιῶν genera erant: nempe εὐλογίαι μυστικαὶ, de quibus in voce Εὐλογία, num. IV. 1. & εὐλογίαι περισσεύουσαι, de quibus hoc loco. Olim oblationes, præcipuè quæ pane & vino conſtabant; nam & aliorum generum plurimæ à variis offerebantur; unâ eademque benedictione in altari poſitæ ſacrabantur. Inde ſumebatur, ex omni nimirum copia ſic benedictorum panum, quantum ſufficere videbatur ad omnes communicantes fideles impertiendos. Quodcunque ergo reſiduum erat tam ex pane, quàm ex vino, poſt impletam communionem, cedebat uſui Clericorum, & περισσευμάτων nomine vocabatur, vel etiam εὐλογιῶν περισσευουσῶν. Id nos docent Conſtitut. Apoſtol. Clementis, lib. VIII. cap. XXXI. pag. 1031. his verbis: Ὁ αὐτὸς περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι, τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ Διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ. *Idem ego* (Matthæus) *de reliquiis ordino, ut reliquas in myſticis eulogias, ex ſententia Epiſcopi, vel Presbyterorum Diaconi Clero diſtribuant.* Non tantùm περισσεύματα vocat, ſed etiam περισσευούσας εὐλογίας, *benedictiones ſuperabundantes.* Nempe quia εὐλογίαι etiam tunc dicebantur buccellæ, quæ unicuique fidelium pro communione dabantur. Ergo reliquiæ, & id omne, quod ſuperfuerat, εὐλογίαι erant περισσεύουσαι. Illæ verò εὐλογίαι, quas communicantes accipiebant, vocabantur μυστικαί. Ergo ſuperfluæ illæ εὐλογίαι, & reſtantes poſt communionem, quamvis eadem benedictione ſacratæ forent cum myſticis, quarum erant reliquiæ, non tamen pro myſticis habebantur, neque vice ſacramenti accipiebantur ab illis, qui eas comedebant. Tradit eo capite Clemens, ex ſententia Epiſcopi & Presbyterorum Clero toti eſſe dividendas illas περισσευούσας εὐλογίας, ita ut partes inde ferat quatuor Epiſcopus, tres Presbyter, duas Diaconus, reliqui de Clero, ut Subdiaconi, Lectores, Pſaltæ & Diaconiſſæ, partem unam. Vide in Σύναξις, n. II. ſub *B. c. γ.*

Περίστασις.

Conſulenda de hac voce Lexica vulgata, quæ *latè* ſumta *circumſtantias quaſcunq;, caſusve emergentes citra diſcrimen* comprehendit, ut obſervat Fabius Inſtitut. lib. III. c. V. & lib. V. c. X. Atque ita Democritus apud Athenæum lib. X. uſurpavit, ubi de Alcæo dixit; Κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ πᾶσαν περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑρίσκεται. *Quacunque anni tempeſtate, & quocunque rerum ſuarum ſtatu,* ſive triſti, ſive læto, *poëta hic potans reperitur.* Sed frequenter in ſequiorem partem ſumitur; pro ejuſmodi caſibus, qui moleſtiam nobis aliquam faceſſunt. Suidas: Συμφορὰν Θουκυδίδης, τὴν ἀπὸ περιστάσεως δυστυχίαν, καὶ οὐκ ἐξ οἰκείας ἀβουλίας κακοπραγίαν, ἤτοι κακίαν. *Calamitatem Thucydides vocat infortunium à moleſto caſu ortum, non autem à propria temeritate ortam infelicitatem vel vitium.* Et Phrynichus: Περίστασις, ἡ συμφορά. Stoicis familiare eſſe eo ſenſu notans: Heſychius: περίστασις, θλίψις, ἀνάγκη, μέριμνα. Περίστασις eſt *afflictio, neceſſitas, ærumna.* Uſitata hæc vox hac ſignificatione etiam apud Patres. Chryſoſt. Hom. XIV. t. V. edit. Pariſ. p. 200. Ὁ κυβερνήτης ἐν αὐτῷ πολλάκις τῷ στόματι τοῦ λιμένος, ἢ σπιλάδος ἐμπεσούσης, ἢ ὑφάλῳ καὶ σκοπέλῳ τινὶ προσαράξας, ἢ ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ ἀδοκήτῳ περιστάσει πληγείς, πάντα τὸν φόρτον ἀπώλεσε. *Rector navis ſæpe in ipſo portus oſtio, vel ſaxo incidente, vel ad ſaxum & ſcopulum aliquem alliſus, vel alio ejuſmodi inopinato caſu perculſus, totum navis onus perdidit.* Idem, Homil. LXXVIII. in Johan. pag. 879. Ὅταν ἁμαρτάνωμεν ἡμεῖς, ἢ ἕτεροι, τότε μόνον λυπεῖσθαι καλόν. ὅταν δὲ ἀνθρωπίναις περιστάσεσιν ἐμπέσωμεν, ἀρχέτυπος λοιπὸν τῆς ἀθυμίας ἡ χρῆσις.

Quando

Quando nos vel alii peccamus, tunc omninò triſtitia locus eſt: quando verò in humanos incidimus caſus, tunc triſtitia inutilis eſt. Iterum de incomprehenſibili Dei natura Homil. V. t. VI. pag. 425. Τί θαυμαστὸν, εἰ περιστάσεις ἀνθρωπίνας λύειν οἶδεν εὐχῆς δύναμις, ὅπου γε καὶ ἁμαρτημάτων φύσιν σβέννυσι καὶ ἀφανίζει ῥᾳδίως; *Quid mirum, ſi calamitates humanas precum vis tollere poteſt, quando & ipſam peccatorum naturam extinguit, & facilè tollit?* Iterum Hom. II. in II. ad Corinth. in oratione pro Catechumenis: Ἔτι ἐκτενέστερον ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν, ἵνα ἐξέληται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀτόπου πράγματος, ἀπὸ παντὸς ἁμαρτήματος διαβολικοῦ καὶ πάσης περιστάσεως τοῦ ἀντικειμένου. *Adhuc diligentiùs pro iis* (Catechumenis) *oremus, ut* Deus *illos eripiat ex omni mala & abſurda actione, ex omni peccato diabolico & omni afflictione adverſarii.* Et Homil. XIV. in epiſt. ad Philipp. pag. 78. Ἄλλη παραμυθία, καὶ λύπης, καὶ περιστάσεως, καὶ πάντων τῶν ἀνιαρῶν λυτήριον φάρμακον. Ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ εὔχεσθαι, τὸ ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν. *Alia conſolatio eſt, pharmacum, quod omnem mærorem, caſumq; moleſtum, & omnes res triſtes propulſare poteſt.* Idem, Homil. X. in epiſt. ad Hebræos, pag. 489. Κἂν κοσμικὸν τοίνυν ἴδωμεν ἐν περιστάσει, ὀρέγωμεν χεῖρα· μὴ πρὸς τοὺς ἐν ὄρεσι μόνον καθημένους ὦμεν σπουδαῖοι. *Si ergo mundanum viderimus in aliquo infortunio conſtitutum, manum ei porrigamus. Ne in eos ſolùm, qui in montibus ſedent, noſtrum oſtendamus ſtudium.* Idem de Virginitate cap. XLIII. extremo: Τοσαύτη ἐστὶν ἡ σύγχυσις, τοσαύτη τῶν φροντίδων ἡ τυραννὶς, τοσοῦτος ὁ τῶν περιστάσεων ὄχλος, ὡς καὶ ἄκοντα πολλάκις ἀναγκάζεσθαι τὸν γεγαμηκότα ἁμαρτάνειν καὶ πλημμελεῖν. *Tanta eſt rerum humanarum confuſio, tanta curarum tyrannis, tanta moleſtiarum turba, ut in multis ſæpenumero conjugi vel invito errandum peccandumq; ſit.*

Περιστατικός.

Quemadmodum ſub præcedenti voce docuimus, περίστασιν frequenter denotare *caſum adverſum, moleſtum; calamitatem* vel *infortunium*: ita περιστατικὸς aliquando eſt *adverſus, calamitoſus*. Ita περιστατικὰ πράγματα, & περιεστῶτα πράγματα, & ſimpliciter etiam περιστατικὰ ſunt *calamitoſa & affligentia, atq; ad neceſſitatem adigentia.* Clemens Alexandr. ſemel atque iterum hoc ſenſu uſurpat. Lib. IV. Stromat. pag. 504. dicit τοῖς περιστατικοῖς περιπίπτειν, *in adverſos incidere caſus.* Περιστατικὰ appellat διώκεσθαι, φονεύεσθαι, *perſecutionem pati, morte affici*: atque his περιστατικοῖς pios ſæpenumero ad virtutis exercitium, Deo permittente, urgeri docet. Lib. VII. Strom. p. 709. dicit ἀνδρείας, ſive fortitudinis munus eſſe inter cætera, τὰ περιστατικὰ ὑπομένειν, *caſus adverſos tolerare.* Inde etiam βίος περιστατικὸς Origeni adv. Celſum lib. I. *vita negotiis moleſtiisq; implicita;* cui opponitur ὁ ἀπολαυστικός. Baſilius M. περιστατικοὺς καιροὺς vocat *tempora adverſa.* Sic enim in Pſal. XXXIV. pag. 214. Ἐν παντὶ καιρῷ εὐλογήσω τὸν Κύριον. οὐκ ἐν ταῖς εὐημερίαις μόνον τοῦ βίου, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς περιστατικοῖς καιροῖς. *In omni tempore benedicam Domino, non ſolùm in rebus vitæ ſecundis, ſed etiam in adverſis.* Palladius, hiſt. Lauſiacæ cap. XVII. pag. 34. Τῶν ἀρετῶν, αἱ μὲν εἰσὶ προαιρετικαὶ, αἱ δὲ περιστατικαί. *Virtutes aliæ quidem ex voluntate, aliæ verò ex rebus adverſis naſcuntur,* vel, *ex caſu.* Sed & περιστατικοὶ Galeno, *qui laborioſam & exercitatam habent vitam*, quos *occupatos* vocat Seneca lib. de brevitate vitæ, cap. X. pag. 373.

Περιστέλλω.

I. Περιστέλλω ſignificat *cooperio, contego*: item *occulto.* Heſychius per συγκαλύπτειν, περικαλύπτειν, καλύπτειν, σκέπειν exponit. Chryſoſtomus dicit τὴν παγίδα τῇ τροφῇ περιστέλλειν, *laqueum eſcâ occultare.* Item, εὐφήμοις προσηγορίαις τὴν κακίαν περιστέλλειν, *honeſtis nominibus malitiam occultare.* Baſilius M. ἀλήθειαν ῥημάτων εὐπρεπείᾳ περιστέλλειν, *verborum elegantiâ veritatem obvolvere.* Idem: Τὴν τῆς πορνείας ἁμαρτίαν ὀνόματι γάμου περιστέλλειν, *ſtupri ſcelus matrimonii nomine obvelare.* Cydonius: Εὐλαβείας τινὸς σχήματι περιστέλλειν τὴν ἀκολασίαν, *pietatis ſpecie intemperantiam obtegere.* Iſidorus Peluſiota, τὰ ἑαυτοῦ περιστέλλειν πταίσματα, *lapſus ſuos obtegere.* Eodem ſenſu uſurpatur ἐπισκιάζειν, quod vide num. II. item ἐπικρύπτειν & κατακρύπτειν, de quibus Lexica.

II. Uſurpatur *de mortuis & eorum ſepultura*, & ſignificat *obvolvere & cooperire veſtimentis ſepulchralibus*: vel etiam *decenter componere ad ſepulturam*, unde Heſychius inter alia exponit per κοσμεῖν. Suidas: περιστεῖλαι, περικαλύψαι. Ὁ δὲ τὸ σῶμα τούτου περιστείλας πέπλοις σηρικοῖς, καὶ τεκτηνάμενος σῆμα, ἐν αὐτῷ κατέθετο ὅσα ἡμαρτῆσθαι τοῖς γεναμένοις ξυμβαίνει. *Circumtegere. Ille verò, cùm hujus corpus ſericis peplis circumtexiſſet, & ſepulchrum fabricâſſet, in eo depoſuit, quæcunque à parentibus peccari ſolent.* Homerus Odyſſ. ω v. 292.

. . . . Οὐδέ ἑ μήτηρ
Κλαῦσε περιστείλασα. . . . . .

Nec eum mater deflevit obvolvens veſtimentis ſepulchralibus. Vetus Scholiaſtes: Περιστείλασα. περικαλύψασα. Tobiæ XII. 14. Ὅπως ἀπελθὼν περιστείλῃς τὸν νεκρόν. *Ut abiens cooperires mortuum.* Sirach. XXXVIII. 16. itidem de mortuo, περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ, *contege corpus illius.* Baſilius in Pſal. XLIX. pag. 289. de divite: Μόλις ἔνδυμα λήψεται ὁ πλούσιος καλύπτον αὐτοῦ τὰ ἀσχήμονα, καὶ τοῦτο ἐὰν δόξῃ τῶν οἰκετῶν τοῖς περιστέλλουσι. *Vix veſtem ſumet, quæ pudenda tegat: idq; fiet, ſi ſervis placuerit, qui illum ad ſepeliendum obtegunt & componunt.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. XVI. pag. 75. b. refert, Aſtyrium, civem Romanum ordinis Senatorii, Marinum martyrem ſepeliviſſe: περιστείλας εὖ μάλα πλουσίως, τῇ προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσι. *Cùm eum ſplendidè magnisq; ſumptibus ad ſepeliendum compoſuiſſet, eum convenienter & decenter ſepulturâ affecit.* Hoc ibid. cap. XI. pag. 75. περιστολὰς τῶν σωμάτων, *corporum ad ſepulturam compoſitiones* vocat Dionyſius in epiſt. ad Hermammonem. Et lib. ejuſd. cap. XXII. pag. 77. a. idem Dionyſius, τὰ σώματα τῶν ἁγίων περιστολαῖς κατακοσμεῖν, *corpora ſanctorum operta ſeu obvoluta operimentis ornare.* Hoc ipſum aliàs eſt περιελίσσειν ὀθονίοις, apud Athanaſium in vita Antonii, t. II. pag. 502. Ἐνταφίοις ἀμφιάζειν. Vide Ἐντάφια: item Ἐνταφιάζειν, quod ibidem conſulendum. Gregor. Nyſſenus de Deitate Filii & Spiritus Sancti, t. III. pag. 474. introducit Saram, Abrahamum, filium immolare cupientem; hoc modo compellantem: Τίς ὀνομάσει μητέρα; Τίς θεραπεύσει τὸ γῆρας; τίς περιστελεῖ μετὰ τὸν θάνατον; τίς ἐπιχώσει τάφον τῷ σώματι; *Quis matrem nominabit? quis ſenectutem curabit? quis mortuam obvolvet ad ſepulturam? quis corpori addet ſepulchrum?* Alia ſignificatio eſt, quando Græci dicunt, τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς δακτύλοις περιστέλλειν, *digitis oculos comprimere.* Vido in Καθαιρέω.

Περιστερά.

Περιστερὰ eſt *columba.* De columbis plurima, eaque exquiſitiſſima, ſuppeditat Cl. Bochartus de Animalibus, parte poſteriori, capitibus novem prioribus. De iis ſequentia tantùm obſervamus.

I. *Propria accidentia*: quorum præcipua,

1. quòd *columba* ſit *avis ſimplex, placida, manſueta*, &c. Hoc nos docet Chriſtus Matth. X. 16. quando monet; Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. *Eſtote prudentes ut ſerpentes, & ſimplices ut columbæ.*

Digitized by Google

columbæ. A Tzetze Chiliade IX. Hiſt. CCLXIII. pag. 167. Φρόνιμοι & ἀκέραιοι pro eodem ſumuntur. Poſtquam enim prudentes eos dici aſſeruit, cùm ut ſurgentes caput ſervant, id eſt, fidem in Deum, addit continuò pòſt:

Ἀκέραιοι δὲ γίνεσθε, ὡς αἱ περιστεραί μοι.
Καὶ τοῦτο πάλιν τὸ αὐτὸ δηλοῖ τε, καὶ σημαίνει.
Ἀκέραιοι γὰρ λέγονται περιστεραὶ τοιῶς δε
Φρόνιμοι, ὥσπερ λέγεται περιστερὰ τοῦ Νῶε,
Ἀπολυθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ κατακλυσμοῦ τῷ χρόνῳ,
Καὶ πάλιν ὑποστρέψασα πρὸς κιβωτὸν τὴν Νῶε.
Simplices autem mihi ſitis ſicut columbæ.
Et hoc rurſus idem indicat, & ſignificat.
Simplices enim dicuntur columbæ tali modo,
Prudentes, ſicut dicitur columba Noë,
Dimiſſa ab eo diluvii tempore,
Et iterum reverſa ad arcam Noë.

His nihil abſurdius dici potuit. Nam, ut *ſerpens* & *columba*, ita φρόνιμος & ἀκέραιος nullo modo ſunt ſynonyma. Neq; Chriſtus ut ſynonyma, ſed ut oppoſita junxit, egregia antitheſi, quali utitur Martialis, cùm dicit lib. X. Epigr. XLVII. *Prudens ſimplicitas, pares amici.* *De ſimplicitate* autem *Columbæ* ſatis multa diximus in voce Ἀκέραιος; & *de prudentia ſerpentis* in voce Ὄφις, num. IV. Adeò verò placidam & manſuetam dicunt columbam, ut eandem *felle carere* multi putârint. Cyrillus dicit, Columbam πρὸς ἄκρον ἥκειν πρᾳότητος, *ſupremum manſuetudinis faſtigium attingere*, l. XV. de Adoratione. Clem. Pædag. lib. I. c. V. ἄχολον vocat. Gregor. Nyſſenus c. XI. de Virginitate, t. III. p. 145. de Columba loquens, χολῆς ἐστιν ἄμοιρον τοῦτο τὸ ὄρνεον, *avis hæc felle caret.* Et Iſidorus Orig. lib. XII. *avem manſuetam ac ſine felle.* Quale eſt, quod Tertull. de Baptiſmo, cap. VIII. ſcribit, *etiam corporaliter ipſo felle carere columbam.* Et Sedulius lib. II. Carm. ubi de Chriſti Baptiſmo:

Manſuetúmque decet, multúmque incedere mitem,
Per volucrem, quæ felle caret. - - - -

Et Horus Hieroglyph. lib. I. c. LIV. Ἱστορεῖται δὲ ὅτι οὐ χολὴν ἔχει τοῦτο τὸ ζῶον. *Traditur & hoc animal felle carere.* Quod tamen ipſe refellit lib. II. c. LIV. columbam dicens ἐν ὀπισθίοις τὴν χολὴν ἔχειν, *in tergo fel habere.* Et Galenus lib. de atra bile ridiculos eos eſſe ait, qui columbam felle carere putant, quoniam τὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστιν *veſicam fellis prope jecur non habeat.* Neq; id fugit Philoſophum, cujus verba ſunt Hiſt. lib. II. c. XV. Ἔνιοι πρὸς τῇ κοιλίᾳ ἔχουσιν, οἱ δὲ πρὸς τοῖς ἐντέροις τὴν χολὴν, οἷον περιστεραί. Unde Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Quibuſdam inteſtino tantùm fel jungitur, ut columbis.*

2. quòd ſit *caſta.* Conjugalem columbæ caſtitatem veteres mirè deprædicant. Ariſtot. Hiſt. lib. IX. cap. VII. Οὔτε γὰρ συνδυάζεσθαι θέλουσι πλείοσιν, οὔτε προλείπουσι τὴν κοινωνίαν, πλὴν ἐὰν χῆρος, ἢ χήρα γίνηται. *Neque enim pluribus copulari volunt, neque mutuum conſortium unquam deſerunt, niſi per viduitatem.* Plin. lib. X. c. xxxiv. *Pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. Conjugii fidem non violant, communemq; ſervant domum. Niſi cælebs, aut vidua, nidum non relinquit.* Propert. lib. II. Eleg. xii.

Exemplo junctæ ſic ſint in amore columbæ,
Maſculus & totum fœmina conjugium.

De turture quoq; & palumbe idem ſcribit Philoſophus: Ἔχει δὲ τὸ ἄῤῥενα ἡ τρυγὼν τὸ αὐτὸν καὶ φάτλα, καὶ ἄλλον οὐ προσίενται. *Turtur quoq;, & palumbus marem unum habent, neque alterum admittunt.* Vide Ælianum Hiſt. lib. III c. XLIV. p. 65. qui addit, turtures eandem legem ſanctè ſervare: ſed columbas albas ex adulteris ſolos mares perimere, fœminarum miſertas: Σωφρονέστατοι ὀρνίθων αἱ φάτλαι ᾄδονται· ὁ γοῦν ἄῤῥην καὶ ὁ θῆλυς συνδυασθέντες, καὶ ὥσπερ συμπνεύσαντες εἰς γάμον, ἀλλήλων ἔχονται καὶ σωφρονοῦσι, καὶ οὐκ ἂν ὀθνείας λέχους οὐδέτερος ἅψεται τῶν ὀρνίθων τῶν δε. Ἐὰν δὲ ὑποφθαλμιάσωσιν ἑτέροις; περιέχονται αὐτοὺς οἱ λοιποί. καὶ τὸν μὲν ἄῤῥενα οἱ ὁμογενεῖς διασπῶσιν, αἱ θήλειαι δὲ τὸν θῆλυν. Οὗτος ἄρα ὁ τῆς σωφροσύνης νόμος καὶ ἐς τὰς τρυγόνας ἀφικνεῖται, καὶ ἀτρεπτος μένει. καὶ ἐς τὰς περιστεράς τὰς λευκάς, πλὴν τοῦ θανατοῦσθαι ἑκάτερον τὸ ὄρνιν. ἐπεὶ τὸ μὲν ἄῤῥενα ἀναιροῦσι, τὸ δὲ θῆλυν ᾤκτειραν, καὶ ἐῶσιν ἀπαθῆ, καὶ περίεισι χῆρος. *Ex avibus caſtiſſimi ab omni ſtupro palumbes: ut enim mas & fœmina tanquam nuptiis alligati ſunt, mutua conſenſione adeò ad ſtabile & certum connubium per ſummam caſtimoniam adhæreſcunt, ut neuter alienum cubile attingat. Si autem impudico amore capti ad alienam Venerem libidinis oculos adjecerint, eos reliqui circumſedentes, marem quidem mares diſcerpunt, fœminas verò fœminæ diſperdunt. Hujuſce etiam modi lex caſtitatis ad turtures pertinet, ſanctáque & ſincera permanet: tum etiam ad columbas albas manat, præterquam quòd non utramq; occidunt; nam marem duntaxat perimunt, fœminam verò, illius miſericordiâ permoti, impunitam atq; inultam in viduitate reliquam ætatem ducere permittunt.* Clemens quoque Alexandr. Stromat. lib. II. animalia quædam eſſe tradit, ἃ τὴν ἐπιμιξίαν οὐ ποιεῖται πρὸς πολλὰ καὶ ἀναιδῆ, ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ ὁμόφυλον. οἷαι αἱ πελειάδες, καὶ αἱ φάσσαι, καὶ τὸ τρυγόνων γένος, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, *quæ cum multis & imprudenter non congrediuntur, ſed cum uno, eóque ejuſdem generis, ut ſunt columbæ, & palumbes, & turturum genus, & quæ ſunt his ſimilia.* Ipſe etiam Tertullianus monogamiam ſuam. lib. de Monogamia, cap. VIII. pag. 955. columbæ exemplo ſtabilire conatur, *avis non tantùm innocuæ, verùm & pudicæ, quam unam unus maſculus novit.* At id ipſum in *turtures* magno conſenſu transtulerunt Patres alii. Origines Homilia II. in Canticum: *Turturum ferunt hujuſmodi naturam eſſe, ut neq; maſculus præter unam fœminam adeat aliam, nec fœmina plus quàm unum patiatur marem. Ita ut ſi accidat altero intercepto ſupereſſe alterum, pariter cum conjuge extinctus ſit ei concubitûs amor.* Baſilius Magnus Homil. VIII. in Hexaëm. pag. 105. Τὴν τρυγόνα φασὶ διαζευχθεῖσάν ποτε τοῦ ὁμοζύγου, μηκέτι τὴν πρὸς ἕτερον καταδέχεσθαι κοινωνίαν, ἀλλὰ μένειν ἀσυνδύαστον, μνήμῃ τοῦ ποτὲ συζευχθέντος τὴν πρὸς ἕτερον κοινωνίαν ἀπαρνουμένην. *Turturem ajunt ſejugatam à conjuge, nunquam ſocietatem inire cum alio, ſed ſine conjuge manere cælibem, recordatione amiſſi conſortis conjugium alterius abnuentem.* Gregor. Nazianz. Carm. III. quod continet præcepta ad Virgines, p. 65.

Πυνθάνομ' ὡς πτερόεσσα τρυγὼν τρυγόνος φιλίοιο
Χηρωθεῖσ' ὁμόλεκτρον ἐὸν ποθέουσα ζαέφρων,
Οὐ δέχεται ποσιν ἄλλον ἑῆς καθύπερθε καλιῆς.
Ut ſemel eſt dulci turtur viduata marito,
Extinctum gemit aſſiduè, luctúque requirit.

Chryſoſt. Homil. X. quæ eſt τῆς τρυγόνα, t. VII. pag. 264. Φασί τινες, τὴν τρυγόνα φίλανδρον εἶναι καὶ φίλαγνον. ὥστε κἂν συμβῇ τὸ ταύτης ἄῤῥενα ὑπὸ ἀετοῦ ἀναλωθῆναι, ἢ ὑπὸ ἰξευτοῦ θηρευθῆναι, ταύτην ἑτέρῳ ἀνδρὶ μὴ ἐπιμίγνυσθαι, ἀλλ' αὐτὸν ποθεῖν, αὐτὸν ἀναμένειν, καὶ τῇ τούτου μνήμῃ συναποθνήσκειν. *Fœminam turturis quidam ajunt conjugis amantem eſſe, & caſtitatis ita ſtudioſam, ut, ſi marem ſuum ab aquila devorari, aut ab aucupe capi contingat, alteri non miſceatur, ſed hunc unum deſideret & exſpectet, ejúſque adeo recordatione commoriatur.* His σύμψηφος Greg. Nyſſen. Homil. III. in Canticum, t. I. p. 507. Μαρτυρεῖται παρὰ τῶν τοιαῦτα παρατετηρηκότων, τοῦτο τὸ ὄρνεον μένειν, εἰ διαζευχθείη τῆς συζυγίας, εἰς τὸ ἐφεξῆς ἀσυνδύαστον. ὡς φυσικῶς ἐν αὐτῷ τὸ (expungo τὸ) κατορθοῦσθαι τὴν σωφροσύνην. *De hac ave* (turture) *teſtantur, qui hac obſervârunt, quòd, ſi ſeparata fuerit à conjugio, maneat deinceps ſolitaria,*

Digitized by Google

nec cum ullo conjungatur: adeò ut in ea naturaliter exerceatur caſtitas. Et Theodoretus in cap. I. Cantici, ad v. 9. p. 1012. Τὴν τρυγόνα φασὶν οἱ τὰς φύσεις ζώων συγγεγραφότες, οὐ φιλέρημον εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ σώφρονα, καὶ τὸν τε ἄῤῥενα μιᾷ θηλείᾳ συναπτόμενον, τὴν δὲ θήλειαν ἑνὶ ἄῤῥενι κοινωνοῦσαν, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν ἑτέρῳ ἢ ἑτέρᾳ συναφθῆναι ἀνεχομένην. *Tradunt, qui animalium naturas conſcripſerunt, turturem non ſolitudinis ſolùm amantem eſſe, verùm etiam caſtum: ac marem quidem cum unica conjungi fœmina, fœminam rurſus unico mare contentam eſſe, & neutrum eorum poſt mortem alterius, cum alio vel alia velle copulari.* Vide etiam Epiphanium in Phyſiologo c. X. Ambroſium in Hexaëmeron lib. V. cap. XIX. & in Pſ. CXVIII. Hieronym. contra Jovinian. lib. I. c. XVII. Gregor. M. in Cantic. I. 10. Euſtathium in Hexaëmer. & alios, quorum meminit Bochartus: qui omnes turturi tribuunt, quod de ſola columba ſcripſerant vetuſtiores, eam nempe uni conjugi ſic eſſe addictam, ut eo mortuo alterum non admittat. Unde factum, ut qui in Solomonis Canticum ſunt commentati, non ſatis intellexerint, quorſum ſponſam toties columbæ ſuæ nomine Solomon indigitet. Vide Cantici II. 14. V. 2. VI. 8. Ita nimirum ſignificari voluit, hanc à ſe unicè diligi, ſeq; illi viciſſim unicè charum eſſe. Quomodo in columbis mirus eſt amor inter conjuges, & conjugii lex firmiſſima. Quod ſi in typo, hoc eſt, in Solomone, minùs verùm fuit, qui tot habuit conjugum ἑκατοντάδας, tamen veriſſimum eſt ἐν τῷ τυπωθέντι, id eſt, in Chriſto, quem ut pro ſponſo ſolum agnoſcimus, ita ille unam habet Eccleſiam, quàm ſibi *in æternum deſponſavit in juſtitia, judicio, benignitate, & miſericordia,* Hoſeæ XI. 19. Hinc Apoſtolus II. Corinth. XI. 2. Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι, τῷ Χριστῷ. *Deſpondi vos uni viro, ut tanquam virginem caſtam Chriſto exhibeam.* Hoc de turture obſervat Theodoretus loco, ubi ſuprà. Adductis enim verbis continuò ſequentia ſubjicit: Εἰκότως τοίνυν ταύτῃ ἐοικέναι τὴν ἐκκλησίαν φησὶ τὴν τῷ Χριστῷ συναφθεῖσαν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων κοινωνίας διαφυγοῦσαν, καὶ μηδὲ μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταλιπεῖν αὐτὸν ἀνεχομένην, ἀλλὰ ἀναμείνασαν τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀναμένουσαν αὐτοῦ τὴν δευτέραν παρουσίαν. *Quamobrem Eccleſiam Chriſto conjunctam meritò ſimilem turturi dixit, quæ aliorum vitat conſuetudinem, nec poſt ipſius mortem eum relinquit, ſed reſurrectionem, & ſecundum ejus exſpectat adventum.*

3. quòd ſit *timida.* Vide Ezech. VII. 16. Hoſ. XI. 11. Hinc Varro de Columbis Ruſt. lib. III. c. VII. *Propter timorem naturalem ſumma loca in tectis captant.* Et paulò pòſt: *Nihil enim timidius columba.* Et Ovidius Triſt. lib. I. Eleg. 1.

Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Unguibus accipiter ſaucia facta tuis.

Suidas in Πελειάδες ex Poëta quodam:

Δειλαί τε δειλαῖσιν ἐφεδρεύουσι πέλειαι.
Timidæq; timidis inſident columbæ.

Idem ex Sophoclis Ajace, p. 9. v. 139. & 140.

- - - - - - - - Καὶ πεφόβημαι
Πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.

Et timeo Volucris ut oculus columbæ. Ad quæ vetus Scholiaſtes: Ἐπεὶ περιδεὲς τὸ ζῶον. *Quia hoc animal eſt timidiſſimum.* Et Triclinius: Τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον πάνυ δειλόν. *Hoc enim animal omninò timidum.* Eodem pertinet, quod columba ab Homero ſæpe vocatur τρήρων. Vide Il. χ', v. 140. ψ', 853. 855. 874. Odyſſ. υ', v. 243. Odyſſ. μ', 63. Il. ἰ, v. 778. ubi vetus Scholiaſtes: Τρήρωσι. δειλαῖς. ἐπιθετικῶς. παρὰ τὸ τρεῖν. Δειλὸν γὰρ τὸ ζῶον. Τὸ γὰρ τρεῖν, σημαίνει τὸ φοβεῖσθαι. Τρήρωσιν, id eſt, *timidis. Epitheton* columbarum: à verbo τρεῖν, *timere. Timidum enim eſt animal.* Τρεῖν *enim ſignificat timere.* Heſychius: Τρήρων, δειλὴ περιστερά, ἀπὸ τοῦ τρεῖν, ὅ ἐστι φοβεῖσθαι· δειλὸν γὰρ τὸ ζῶον καὶ ταχύ. Vide etiam Suidam, Euſtathium, Etymologum, &c. Athenæus lib. IX. Τρήρων vocatur, ἐπεὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν εὐλαβὴς ἡ ὄρνις αὕτη, τρεῖν δ' ἐστὶ τὸ εὐλαβεῖσθαι, *quia propter imbecillitatem avis eſt meticuloſa, nam* τρεῖν *eſt metuere.*

4. quòd *columbæ convolent ad feneſtras ſuas:* Jeſaiæ LX. 8. ubi *columbis ad feneſtras ſuas convolantibus* comparantur gentes magno ſtudio & ſumma alacritate accedentes ad Eccleſiam: atq; adeò quòd columbæ maturè redeant ad nidum ſeu domum ſuam: quam etiam ob cauſſam Noë videtur columbam emiſiſſe ex arca, exploraturus per eam, an aquæ diluvii exſiccatæ eſſent. Cùm enim in arca eſſet incluſus, nec ex corvo didiciſſet, quod ſcire avebat, columbam quoque emiſit, avem docilem, & homini amicam, quæque diu & procul volat, & libenter humi paſcitur, καὶ περὶ τὰς ἀρούρας στρέφεται, ἑαυτῇ, καὶ τοῖς τέκνοις σπερμολογοῦσα, *& agros obit, ut ſibi & pullis aliqua ſemina colligat*, inquit Greg. Nyſſenus in principium Jejunii, t. II. p. 249. hocq; habet à natura inſitum, ut ad nidum ſuum redeat undequaque, etiam è locis remotiſſimis. His igitur de cauſſis columba à Noacho emiſſa eſt. *Olivæ* autem *folium* aut termes, à columba ad Noachum allatus, multis ſymbolum fuiſſe videtur pacis, & fœderis, quod Deus cum Noacho paulò pòſt erat initurus. Tertullianus de Baptiſmo c. VIII. p. 389. *Poſt Baptiſmum (ut ita dixerim) mundi pacem cæleſtis iræ præco columba terris adnunciavit, dimiſſa ex arca, & cum olea reverſa: quod ſignum etiam apud nationes paci prætenditur.* Hieronymus hunc locum imitatus epiſt. LXXXIII. ad Oceanum: *Ramo refectionis ac luminis* (oleæ nempe) *pacem mundo adnunciat.* Et in Dialogo adv. Luciferum, *Pacem terræ columba nunciat.* Chryſoſtomus Homil. XII. in Matth. p. 78. Ἐφάνη τὸ ζῶον, καὶ τὴν λύσιν τοῦ χειμῶνος ἔδειξε, καὶ κλάδον φέρον ἐλαίας, τὴν κοινὴν τῆς οἰκουμένης γαλήνην εὐηγγελίσατο. *Apparuit hoc animal, & tempeſtatem ſolutam oſtendit, & ramum oleæ ferens, communem orbis ſerenitatem annunciavit.* Amœnus in Enchiridio Veteris & Novi Teſtamenti.

Nuncia diluvii jam decreſcentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis olivæ:
Corvus enim, ingluvie per fœda cadavera captus,
Hæſerat; illa datæ revehit nova gaudia pacis.

Nempe *olea* eſt ſignum pacis. Virg. II. Georg.

- - - *Placidam paci nutritor olivam.*

Et Æneid. VII.

Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes.

Et lib. VIII.

Paciferæq; manu ramum prætendit olivæ.

Multis hæc columba typus fuit Baptiſmi Chriſti. Noachus enim multis modis Chriſtum ſignificâſſe videtur. 1. Nomen *Noë quietem* ſignificat. Vide in Νῶε. Veram quietem Chriſtus ſuis offert Matth. XI. v. 29. 2. Noë *vir juſtus & integer fuit in generationibus ſuis*, Geneſ. VI. 9. Et Chriſtus ipſa juſtitia eſt. 3. *Sicut erant dies Noë:* ut ait Chriſtus Matth. XXIV. v. 37; *ita erit & adventus Filii hominis*, &c. Ad quæ Theophylactus, p. 148. Ὥσπερ τότε χλεύην ἡγοῦντο τινὲς τὴν τῆς κιβωτοῦ κατασκευὴν ἕως οὗ ἦλθε τὸ πάθος, καὶ ἠφάνισε πάντας. οὕτω καὶ νῦν χλευάζουσί τινες τοὺς περὶ τῆς συντελείας λόγους. *Tunc ridebant nonnulli arcæ præparationem, donec veniret afflictio, & omnes involveret: ſic & nunc aliqui rident ſermones de conſumatione ſeculi.* 4. Ab iræ divinæ diluvio ſuos immunes uterque præſtat, Noë familiam octo hominum, & Chriſtus puſillum gregem, Lucæ XII. 32. 5. Noë per lignum arcæ, ut Chriſtus per lignum crucis. 6. Ut Noë cum ſuis in arca fuit ſervatus, ita in

Ec-

Eccleſia Chriſti ſervamur. Vide in Κιβωτὸς, num. II. 7. Arcæ *antitypum baptiſma nunc nos ſervat*, I. Petri III. 21. Vide in Βάπτισμα, num. I. 1. In ἀντίτυπον, num. II. 8. Ut Noacho promiſit Deus, ſe non ampliùs maledicturum eſſe terræ propter hominem, Gen. VIII. 21. ita nobis promiſſum, nullam fore condemnationem iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu, qui pro nobis factus eſt maledictio, ut in Gentibus extet Abrahami benedictio, Rom. VIII. 1. Gal. III. 13. &c.

Cùm igitur Noachus his, & aliis pluribus modis, figura fuerit Chriſti, columba, quæ per arcæ feneſtram ad Noachum venit in diluvii aquis fluctuantem, oleæ termitem ferens in ſignum pacis, videtur Spiritum Sanctum referre, qui cœlo aperto in columbæ forma deſcendit ſuper Chriſtum Jordanis aquis demerſum. De hac verò *columba, quæ ſuper Chriſtum deſcendit*, diſtinctiùs paulò agendum. Sunt ex Patribus, qui *veram columbam* in Chriſtum deſcendiſſe volunt. Ita Tertullianus in libro de Carne Chriſti, cap. III. pag. 554. de Spiritu in Chriſtum deſcendente ſcribit: *Tam verè erat columba, quàm & Spiritus, nec interfecerat* (Bochartus mavult legere, *interceperat*) *ſubſtantiam propriam, aſſumtâ ſubſtantiâ extraneâ.* Conſentit Auguſtinus de Agone Chriſtiano cap. XXII. Chriſti corpus cum hac columba conferens: *Neq; hoc ita dicimus, ut Dominum Jeſum dicamus ſolum verum corpus habuiſſe, Spiritum autem Sanctum fallaciter apparuiſſe oculis hominum: ſed ambo illa corpora vera corpora credimus. Sicut enim non oportebat, ut homines falleret Filius Dei, ſic non decebat, ut homines falleret Spiritus Sanctus. Sed omnipotenti Deo, qui univerſam creaturam de nihilo fabricavit, non erat difficile verum corpus columbæ ſine aliarum columbarum miniſterio figurare:* ſicut ei non *fuit difficile verum corpus in utero Mariæ ſine virili ſemine fabricare.* Tamen quatuor Evangeliſtæ columbam in Chriſtum deſcendiſſe non dicunt, ſed ὡσεὶ περιστερὰν, *tanquam columbam.* Et diſertiùs Lucas deſcendiſſe Spiritum Sanctum σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστερὰν, *corporali ſpecie tanquam columbam.* Auguſtinum ſequitur Thomas in ſumma parte III. quæſt. XXXIX. art. VII. Quin omnes ferè ſcholaſticos Theologos idem ſentire ſcribit Sixtus Senenſis Biblioth. lib. VI. annotat. XIII. Verùm, tam Auguſtinus, quàm Tertullianus, diſputantes adverſus eos, qui Chriſti corpus tam imaginarium fuiſſe volebant, quàm fuit illa columba, peccàrunt, quod ſæpe accidit, τῇ τῆς ἀνθολκῆς ἀμετρίᾳ. Nam, cùm ſuffeciſſet aſſerere veritatem corporis Chriſti, etiam hoc φάρμακ' ὄρνιθος, ut rectè vocat Origenes, voluerunt pro vera columba haberi. Ubi tamen obſervandum, eoſdem extra æſtum diſputationis aliter fuiſſe locutos. Nam in Tertulliani libro de Baptiſmo, cap. VIII. pag. 389. legitur Spiritus Sanctus *columbæ figurâ delapſus in Dominum.* Et apud Auguſtinum epiſt. CII. ad Evodium, hæc columba dicitur *ſola ſpecie corporali oculis reddita, non naturâ viventis animalis expreſſa.* Et lib. II. de Trinitate, cap. V. *In ipſum Dominum* (Spiritus Sanctus) *corporali ſpecie, velut columba deſcendit.* Alii etiam Patres hanc columbam habuerunt pro imaginaria. Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, τοῦ ἐπελθόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς πνεύματος, *Spiritus in ſpecie columbæ ſupervenientis.* Irenæus lib. III. cap. XIX. *Dixerunt Spiritum Dei ſicut columbam deſcendiſſe in eum.* Origen. in Lucam ſerm. XXVII. *Deſcendit Spiritus Sanctus ſuper Salvatorem in ſpecie columbæ.* Epiphanius adverſ. Sabellianos Hæreſi LXII. Ἐν εἴδει περιστερᾶς σχηματίζεται. *Ad columbæ effigiem ſe conformavit.* Hilarius in Matth. Can. II. *Spiritus Sanctus emittitur, & ſpecie columbæ viſibilis agnoſcitur.* Nonnus in Paraphraſi Joh. I. 32. vocat ἀντίτυπον μίμημα πελειάδος, *expreſſam imaginem columbæ.* Juvencus Evang. Hiſt. lib. I.

Corporeámque gerens ſpeciem, deſcendit ab alto
Spiritus, aëream ſimulans ex nube columbam.

Sedulius Carm. lib. II. pag. 538.

Confeſtim patuère poli, ſanctúſque columbæ
Spiritus in ſpecie Chriſtum veſtivit honore.

Chryſoſtomus Homil. XII. in Matth. ὁ μὲν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, τὸ δὲ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐφάνη. Chriſtus *quidem in natura noſtra: ſed* Spiritus *in columbæ ſpecie apparuit.* Item: Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ Θεοῦ φύσιν ἀνθρώπου ἀνέλαβε· τὸ δὲ πνεῦμα οὐ φύσιν ἀνέλαβε περιστερᾶς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐν φύσει περιστερᾶς, ἀλλ' ἐν εἴδει περιστερᾶς. οὐκοῦν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ὤφθη ἐν τούτῳ τῷ σχήματι, ἀλλὰ τότε μόνον. *Hominis quidem naturam ſuſcepit Dei Filius; ſed columbæ naturam non ſuſcepit Spiritus. Proinde non dixit Evangeliſta, eum in natura columbæ, ſed in ſpecie columbæ* (deſcendiſſe.) *Neque poſtmodum in ea ſpecie apparuit, ſed tunc ſolùm.* Idem, Homil. LXXIV. t. V. Καὶ νῦν ἐν εἴδει περιστερᾶς, οὐκ ἐν σώματι τὸ πνεῦμα ἔρχεται. *Et nunc in ſpecie columbæ, non in corpore Spiritus venit.* Theodoretus in cap. VIII. Cantici, p. 1082. Ἐν εἴδει περιστερᾶς κάτεισι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *In columbæ ſpecie deſcendit Spiritus Sanctus.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CVI. lib. I. Ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ θεῖον ἐπεφάνη πνεῦμα. *In columbæ ſpecie Spiritus Sanctus apparuit.* Cyrillus in Catena in cap. I. Joh. pag. 49. dicit Spiritum S. deſcendiſſe ſuper Chriſtum ἐν τῷ τῆς περιστερᾶς σχηματισμῷ, *in columbæ ſpecie.* Ibid. Theodorus Mopſveſtenus, ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐγίνετο ἡ τοῦ πνεύματος κάθοδος, *in columbæ ſpecie fiebat Spiritus deſcenſus.* Inſulſum etiam eſſe dicit, quòd quidam inde inferant, Spiritum Sanctum tam eſſe infra Chriſtum, quàm columba eſt infra hominem. Ὀπτασία γὰρ ἦν, οὐ φύσις, τὸ φαινόμενον. *Apparitio enim erat, non natura, quod videbatur.* Autor libri de Mirabilibus ſcripturæ, ſub Auguſtini nomine, lib. III. cap. V. *Quamvis verò corporali ſpecie Spiritus Sanctus ſuper Dominum deſcendere dicitur, non tamen de avibus ſumſiſſe columbam, ſed ex aëre minimè dubitatur.* Procopius Gazæus in Geneſ. XVIII. *Spiritus Sanctus in noſtrum conſpectum venit in ſpecie columbæ; nec tamen erat columba, quia non eam, quam columba, habebat proprietatem.* Columbam autem à Noacho emiſſam fuiſſe figuram columbæ, quæ in Chriſti Baptiſmo apparuit, expreſsè docent veteres. Chryſoſtomus Homil. XII. in Matth. p. 78. Ἥμερον τὸ ζῶον καὶ καθαρόν. ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ πνεῦμα πραότητός ἐστι πνεῦμα, διὰ τοῦτο ἐν τούτῳ φαίνεται· ἄλλως, καὶ παλαιᾶς ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει ἱστορίας· καὶ γὰρ ναυαγίου ποτὲ κοινοῦ τὴν οἰκουμένην καταλαβόντος ἅπασαν, καὶ τοῦ γένους ἡμῶν κινδυνεύοντος ἀφανισθῆναι, τοῦτο ἐφάνη τὸ ζῶον, καὶ τὴν λύσιν τοῦ χειμῶνος ἔδειξε, καὶ κλάδον φέρον ἐλαίας, τὴν κοινὴν τῆς οἰκουμένης γαλήνην εὐηγγελίσατο. ἅπερ πάντα τύπος τῶν μελλόντων ἦν. καὶ γὰρ τότε πολλῷ χεῖρον τὰ τῶν ἀνθρώπων διέκειτο, καὶ πολλῷ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι ἦσαν. ἵν' οὖν μὴ ἀπογνῷς, ἀναμιμνήσκει σε τῆς ἱστορίας ἐκείνης. Καὶ γὰρ τότε τῶν πραγμάτων ἀπεγνωσθέντων, γέγονε λύσις τις καὶ διόρθωσις. ἀλλὰ τότε διὰ τιμωρίας, νῦν δὲ διὰ χάριτος καὶ δωρεᾶς ἀφάτου. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ περιστερὰ φαίνεται, οὐ κλάδον ἐλαίας φέρουσα, ἀλλὰ τὸν πάντων τῶν κακῶν ἐλευθερωτὴν ἡμῖν δεικνῦσα, καὶ χρηστὰς ὑποτείνουσα τὰς ἐλπίδας. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ κιβωτοῦ ἄνθρωπον ἐξάγει ἕνα, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγει φανεῖσα, καὶ ἀντὶ κλάδου ἐλαίας τὴν υἱοθεσίαν τῷ κοινῷ τῆς οἰκουμένης κομίζει γένει. *Manſuetum eſt animal hoc* (columba) *& purum. Quia igitur ipſe Spiritus manſuetudinis eſt Spiritus, propterea in ejus ſpecie apparuit. Simul etiam veteris hoc nos admonet hiſtoriæ. Nam cùm univerſum aliquando orbem naufragium commune invaſiſſet,*

ſiſſet, & omne prorſus hominum genus periclitaretur, illud animal apparuit, finémque illius tempeſtatis oſtendit, atque ramum portans olivæ, communem orbis ſerenitatem nunciavit. Quæ omnia erant futurorum figura. Tunc enim multò erat hominum vita deterior, multóque majori digna ſupplicio. Ne igitur ipſe deſperes, illius te hiſtoriæ commonefacit. Nam tum quoque deſperatis jam rebus omnibus, liberatio facta eſt atque correctio: ſed tunc utique per pœnam, nunc verò per gratiam & ineffabilem indulgentiam. Propterea etiam columba apparet, non olivæ ramum ferens, ſed omnium malorum liberatorem nobis oſtendens, & bonas ſpes ſuggerens. Non enim ex arca unum educit hominem: ſed poſtquam apparuit, univerſum prorſus orbem in cœlum ſubducit, & loco olivæ rami, omni hominum generi adoptionem affert. Idem, Homil. LXXIV. t. V. Ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τῆς ἐπὶ Νῶε φέρουσα κλάδον ἐλαίας ἦλθεν ἡ περιστερὰ, σύμβολον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τῆς τοῦ χειμῶνος ἀπαλλαγῆς. Καὶ νῦν ἐν εἴδει περιστερᾶς, οὐκ ἐν σώματι τὸ πνεῦμα ἔρχεται τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ καταγγέλλον τῇ οἰκουμένῃ, ἅμα δὲ καὶ δηλοῦν, ὅτι τὸν πνευματικὸν ἄνδρα ἀπόνηρόν τινα εἶναι χρὴ, καὶ ἁπλοῦν, καὶ ἄκακον. *Tempore arcæ Noachi venit columba ferens ramum olivæ, ſymbolum benignitatis Dei, & liberationis à tempeſtate. Et nunc in ſpecie columbæ, non in corpore Spiritus venit, & orbi miſericordiam Dei annunciat, ſimúlque declarat, virum ſpiritualem oportere à malitia alienum eſſe, ſimplicem & innocentem.* Theophylactus in cap. III. Matth. p. 21. Ἐπὶ τοῦ Νῶε περιστερὰ ἤγγειλε τὴν λύσιν τοῦ κατακλυσμοῦ, κάρφος ἐλαίας φέρουσα. οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλοῖ λύσιν ἁμαρτιῶν. ἐκεῖ κάρφος ἐλαίας, ἐνταῦθα δὲ ἔλεος Θεοῦ. *Tempore Noachi columba annunciavit diluvii ſolutionem, ramum olivæ ferens: ſic etiam hic Spiritus Sanctus declarat peccatorum ſolutionem. Illic ramus olivæ, hic verò miſericordia Dei.* In eandem ſententiam ſcribit idem in cap. III. Lucæ, pag. 326.

II. *Uſus columbarum & turturum in ſacrificiis.* Hic uſus, ut ex Lege conſtat, multiplex erat. Ita B. virgo, poſt purificationem, obtulit ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, *par turturum, aut duos pullos columbarum*, Lucæ II. 24. juxta legem Levit. XII. 6. 8. Longè petita ratio Theophylacti, qui in cap. II. Lucæ, p. 318. Ζεῦγος τρυγόνων προσφέρειν ἐκέλευσεν ὁ νόμος, δεικνύντας ὅτι ἀπὸ σώφρονος συζυγίας ἡ παιδοποιΐα· φασὶ γὰρ τὴν τρυγόνα, σῶφρον εἶναι ζῶον· ὥστε καὶ ἀποβαλοῦσαν τὸν σύζυγον, μὴ δευτερογαμεῖν. εἰ δὲ μὴ εἶχον τρυγόνας, προσέφερον δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, ἵνα ἐπὶ πολυτοκίᾳ γίνηται ἡ ζωὴ τοῦ παιδὸς ἐκείνου· ἡ γὰρ περιστερὰ πολύτοκον ζῶον. *Par turturum offerri juſſit lex, ut hac ratione offerentes oſtenderent, ex caſto conjugio liberorum eſſe procreationem: dicunt enim, turturem eſſe caſtum animal, cúmque conjugem amittit, non ſecundò copulari. Cùm autem non haberent turtures, offerebant duos pullos columbarum, ut multiplicatio prolis fieret vita pueri illius; fœcundum enim animal columba.* Ex hac enim oblatione colligitur paupertas ſanctiſſimæ Virginis, ut quæ poſt purificationem non obtulit agnum, ſed turtures, aut pullos columbarum: tale enim ſacrificium tenuiorum fuiſſe, patet ex Levit. V. 7. & XII. 6. Jam ante Legem hujuſmodi ſacrificia in uſu fuiſſe Abrahami probat exemplum, qui cum juvenca, capra, & ariete, trimis, turturem, & columbini generis pullum Deo offerre juſſus eſt, Geneſ. XV. v. 9. Nempe, ut hoc ſacrificium omnia victimarum genera complecteretur, quæ poſtmodum in Lege conſtituta ſunt. Id quod ſimpliciſſimum videtur, quamvis hic myſteria neſcio quæ multi quærant. Theodoretus Interrog. LXVI. in Geneſin, pag. 51. quatuor vult notari generationes. Hic notabis, ea, quæ de *juvenca, capra & ariete* ſubjicimus, in edito exemplari non haberi, ſed ex Catena MS. deprompta eſſe. Sic igitur ille de *juvenca*: Ἡ μὲν δάμαλις πρώτη ληφθεῖσα, τὴν πρώτην εἰκότως ἐσήμαινε γενεάν· ὡς γὰρ ἡ δάμαλις ἀδάμαστός ἐστιν, ἄπειρος οὖσα ζυγοῦ. οὕτω καὶ ἡ τοῦ εἰς Αἴγυπτον κατελθόντος λαοῦ πρώτη φορὰ τῆς αἰγυπτιακῆς σκληραγωγίας ἐλευθέρα διεφυλάχθη. *Juvenca quidem, quæ primò accipiebatur, primam meritò notabat generationem: quemadmodum enim juvenca indomita eſt, ut quæ jugum non ſubiit: ita etiam primus populi in Ægyptum deſcenſus à ſevera ſervitute Ægyptiaca liber fuit ſervatus.* Capra ſecundam notat generationem: ὥσπερ γὰρ ἡ αἲξ βραχεῖαν μὲν τοῖς δεσπόταις παρέχει τὴν πρόσοδον, παρέχει δὲ ὅμως. οὕτω καὶ ἡ τοῦ λαοῦ δευτέρα φορὰ δουλείαν τοῖς Αἰγυπτίοις, εἰ καὶ μὴ πολλὴν, ἀλλ' ὅμως παρέσχετο. *Quemadmodum enim capra exiguum quidem dominis affert uſum, affert tamen aliquem: ita etiam ſecundus populi proventus ſervitutem Ægyptiis, etiamſi non multam, aliquam ſaltem exhibebat.* Aries tertiam notat generationem. Ὅτε γὰρ κριὸς πλείονα δίδωσιν ἐξ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ τὸν πόρον. οὕτω δὴ καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀπεκαρπώσαντο μάλιστα τὴν τρίτην γενεὰν οἱ Αἰγύπτιοι. *Aries namque majus affert lucrum domino: ita etiam Ægyptii à tertia maximè Iſraëlitarum generatione fructum capiebant.* De turture & columba tandem hæc habet: Ἡ δὲ τρυγὼν τὴν γενεὰν ἐκείνην ὑπέφηνε, τὴν οἱονεὶ ἀποπτᾶσαν μὲν καὶ ἐξελθοῦσαν ἐξ Αἰγύπτου, ἐν δὲ τῇ ἐρήμῳ κατασκηνώσασαν. Φιλέρημον γὰρ τόδε τὸ ὄρνεον· ἡ δὲ περιστερὰ τὴν ἄλλην γενεὰν παρεδήλου, ἣ τὴν ἐπηγγελμένην ἀπελάμβανε γῆν· ἥμερον γὰρ τὸ ζῶον, καὶ ταῖς οἰκίαις ἐμφιλοχωροῦν, &c. *Turtur autem generationem illam denotabat, quæ ex Ægypto egreſſa velut avolavit & habitavit in deſerto: hæc enim avis deſertum amat. Columba autem generationem aliam innuebat, quæ terram promiſſam accepit: manſuetum enim eſt hoc animal, & domeſticum,* &c. Nec apud Judæos tantùm immolabantur: columbarum namque ſacrificia, pravâ quadam κακοζηλίᾳ, Gentes etiam uſurpârunt. Propertius lib. IV. Elegiâ ad Lenam:

Sed cape torquatæ, Venus ô regina, columbæ
Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos.

Et Ovidius lib. I. Faſtorum:

Ergo ſæpe ſuo conjux abducta marito
Uritur in calidis alba columba focis.

Περίσχετος.

Non habent Lexica. Eſt περισχόμενος, *implicatus, circumdatus.* Cyrillus Alex. in cap. II. Jonæ, pag. 378. de Jona: Ἀφηγεῖταί πως πάντως τὰ συμβεβηκότα, καὶ ποίᾳ γέγονε περίσχετος συμφορᾷ διδάσκει λεπτῶς. *Enarrat ad unguem, quæ ſibi contigerint, & quali cinctus fuerit calamitate, accuratè docet.*

Περιτομή.

I. *Nomen.* Περιτομὴ eſt *circumciſio.* Ea à tempore quo adhibita fuit, ad Philipp. III. 5. vocatur ὀκταήμερος περιτομή. Eodem modo appellatur à Gregor. Nazianzeno Orat. XL. pag. 658. & τυπικὴ σφραγὶς, *typicum ſigillum*: ubi à Circumciſionis tempore probat, infantes eſſe baptizandos. Locum producimus in voce Βάπτισμα, num. V. ſub lit. B. 2. δ.

II. *Diviſio.* Scriptura ſacra duplicis Circumciſionis mentionem facit:

1. eſt περιτομὴ ἡ κατὰ σάρκα, vel ἡ ἐν σαρκί. Atque hæc eſt *propriè* dicta *Circumciſio*, de qua hic maximè agimus. De ea Theophylactus in cap. II. ad Romanos: Ἔστι περιτομὴ κατὰ τὸ φαινόμενον, ἡ κατὰ σάρκα, ὅταν τις περιτμηθῇ τὴν σάρκα. *Eſt circumciſio ſecundum id quod videtur, nempe ea, quæ ſecundum carnem eſt, cùm quis in carne circumciditur.*

2. eſt

2. eſt περιτομὴ καρδίας, *circumciſio cordis*, ad Rom. II.29. quæ, docente Theodoreto in cap. XXXII. Ezechielis, eſt ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀφαίρεσις, καὶ τῶν τῆς διανοίας κακῶν κινημάτων ἐκτομή, *peccati ablatio, & improbatum mentis affectionum amputatio.* Vocatur περιτομὴ κατὰ πνεῦμα, quæ juxta Theophylactum in cap. II. ad Rom. eſt ἡ τῶν παθῶν ἀποβολή, *carnalium affectuum abjectio.* Vocatur ἀχειροποίητος καὶ νοητὴ περιτομή, *circumciſio non manu facta & ſpiritualis*, à Cyrillo Alex. libro III. Glaphyr. in Geneſin, pag. 80. Ab eodem in cap. VII. Mich. pag. 470. vocatur νοητὴ καὶ θεία περιτομή, *ſpiritualis ac divina circumciſio.* Idem lib. IV. c. VII. in Joh. p. 438. eam vocat πάσης ἁμαρτίας ἀποβολήν, θανάτου καὶ φθορᾶς ἀναίρεσιν, πρόξενον ἁγιασμοῦ καὶ οἰκειότητος τῆς εἰς Χριστόν, ἐλευθερίας εἰκόνα, τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως ὁδόν τε καὶ θύραν, *omnis peccati abjectionem, mortis & corruptionis deſtructionem, ſanctificationis & cum Chriſto familiaritatis cauſam, libertatis imaginem, viam & januam ad Deo nos jungendos & conciliandos.* Eodem ſenſu vocatur μεγάλη περιτομὴ *Baptiſmus*, quia ſpiritualis circumciſionis ſymbolum eſt, ab Epiphanio, Hæreſi VIII. pag. 14. Ἐπεὶ γὰρ ἡ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα χρόνῳ ἕως τῆς μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι, τοῦ βαπτίσματος τοῦ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα Θεοῦ. *Ibi enim circumciſio carnalis erat, atque tempori ſerviebat uſque ad magnam Circumciſionem, hoc eſt, Baptiſmum, qui nos circumcidit à peccatis, & nos obſignat in nomen Dei.* De hac Circumciſione Origenes Homil. V. in Jeremiam, pag. 86. Χρεία οὖν ἡμῖν τὸν λόγον παραλαβεῖν τὸν καθαίροντα τὰ δόγματα, καὶ περιαιροῦντα πάντα τὰ γινόμενα κατὰ ψευδοδοξίαν ἐν ἡμῖν. τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ἀποθέσθαι τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ἡμῶν. Εἰ γὰρ καρδία ἐστὶν ἔχουσα καθ' ἡμᾶς τὸ ἡγεμονικόν, ἔνθα ἐστὶ τὰ νοήματα ὅθεν οἱ διαλογισμοὶ ἐξέρχονται οἱ πονηροί, ὁ περιαιρούμενος τοὺς διαλογισμοὺς τοὺς πονηρούς, τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας περιαιρεῖται. ὁ ἀποτιθέμενος τὴν ψευδοδοξίαν, περιτέμνεται τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ. *Oportet igitur nos aſſumere ſermonem, qui expurget dogmata, & auferat omnia quæ ſecundum falſam opinionem nobis innata ſunt. Hoc igitur eſt deponere præputium cordis noſtri. Si enim cor in nobis obtinet principatum, ibi ſunt intellectiones è quibus pravæ exeunt cogitationes. Is qui aufert pravas cogitationes, præputium cordis aufert. Qui deponit falſam opinionem, circumcidit præputium cordis ſui.*

III. *Finis.* Quid notaverit, & cur præcepta fuerit ſub Veteri Teſtamento Circumciſio, nunc conſiderandum. Data igitur fuit, juxta Patres,

1. *ut diſtingueret Abrahami poſteros à reliquis gentibus.* Hæc eſt ſententia Photii epiſt. CCV. p. 302. Ἡ περιτομὴ τρία τινὰ πραγματεύεσθαί μοι δοκεῖ. ἓν μέν, οἱονεὶ σημείῳ τινὶ καὶ σφραγῖδι τοὺς ἐκγόνους Ἀβραὰμ ἀφορίζουσα, καὶ τῶν λοιπῶν διαστέλλουσα ἐθνῶν. *Circumciſio mihi tria præ ſe ferre videtur: primum quidem, quòd tanquam ſignum & ſigillum Abrahami progeniem ſepararet, & à cæteris gentibus diſtingueret.* Eandem cauſſam inculcat Chryſoſtomus Homil. XXXIX. in Geneſin: Ἰουδαίους τὸ περιτομῆς σημεῖον ἐχώριζε τῶν λοιπῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν οἰκείωσιν αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐδείκνυ. *Signum circumciſionis Judæos à reliquis gentibus ſeparabat, eorumque cum Deo conjunctionem oſtendebat.* Theodoretus Interrogat. LXVIII. in Geneſin, pag. 53. *Quando Judæi ingreſſi ſunt terram Canaan*, ἔμελλον ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις προσπελάζειν. οὗ δὴ χάριν ἀναγκαίως τῆς σφραγῖδος ἐδέοντο, τῆς ἀπὸ τῶν ἀλλογενῶν αὐτοὺς χωριζούσης ἐθνῶν, *erant futuri proximi populis alienigenis. Quamobrem indigebant neceſſariò ſigno quodam, quod illos diſtingueret ab alienigenis nationibus.* Nec aliter Damaſcenus, qui orthod. fidei lib. IV. cap. XXVI. pag. 386. Σημεῖον ἦν ἡ περιτομή, ἀφορίζον τὸν Ἰσραὴλ ἐκ τῶν ἐθνῶν, οἷς συνανεστρέφετο. *Circumciſio erat ſignum, diſcriminans Iſraëlem à gentibus, cum quibus verſabatur.* Hæc ſi vera eſt ratio, falſum quod Herodotus ſcribit lib. II. c. XXXVI. & CIV. Colchos, Ægyptios, & Æthiopes hanc ſecandi præputii conſuetudinem ἀπ' ἀρχῆς ſervâſſe, eamque ex Ægypto in Phœniciam & Syriam, vel ipſis Phœnicibus & Syris fatentibus, manâſſe: indidémque Abrahamum eam ad ſuos transtuliſſe nonnulli crediderunt. Falſum etiam, quod Strabo lib. XVII. prodit, Judæos Ægyptiis & originem ſuam & circumciſionis ritum debere. Idem ſcripſiſſe Celſum Origenes tradit lib. I. contra Celſum, p. 17. Verùm, ut ibidem docet Origenes, Circumciſionis mandatum à Deo primus Abraham, ab Abrahamo ipſiusque nepotibus reliquæ gentes acceperunt: & ab Iſmaële quidem & Ceturæ filiis Arabes, viciniique populi; inde Troglodytæ, Arabica gens; ab Arabibus quoque, vel ipſis etiam Iſraëlitis, Ægyptii & Æthiopes. Theodoretus Interrogat. LXVIII. in Geneſin, ἔμαθον ἐκ τῶν Ἰσραηλιτῶν καὶ Αἰγύπτιοι περιτέμνεσθαι, *Ægyptii quoque didicerunt ab Iſraëlitis circumcidi*: ab Ægyptiis Colchi; quos circumciſionem ſuam tanquam Ægyptiacæ originis argumentum proferre tradit Diodorus lib. I. Abrahamo circumciſionem fuiſſe mandatam antequam ea gentibus innotuiſſet, hiſtoria Sichemitarum Gen. XXXIV. ἀναντιρρήτως evincit. Quamvis autem allata circumciſionis mandatæ ratio in principio valere potuerit; deinceps tamen, poſtquam ea, κακοζηλίᾳ quadam, ad plures alios manavit populos, locum habere minimè potuit.

2. *ut eſſet typus Baptiſmi.* Photius loco laudato: Δεύτερον δὲ ἐν ἑαυτῇ τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος προδιατυποῦσα καὶ προανακηρύττουσα χάριν καὶ δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ περιτεμνόμενος εἰς λαὸν Θεοῦ διὰ τῆς σφραγῖδος πάλαι ἐχρημάτιζεν. οὕτως ὁ βαπτιζόμενος, σφραγῖδα τοῦ Χριστοῦ ἐν ἑαυτῷ τυπωσάμενος, εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ ἀναγράφεται. *Secundum verò, in ſe divini Baptiſmatis gratiam & efficaciam præfigurabat & antè prædicabat. Quemadmodum enim circumciſus per ſigillum olim in Dei populo cenſebatur: ita & baptizatus, Chriſti in ſe ſigillum expreſſum habens, filiorum Dei albo inſcribitur.* Idem, epiſt. CCXLVIII. pag. 382. Τύπος ἦν καὶ σύμβολον τοῦ βαπτίσματος ἡ περιτομή. *Circumciſio erat figura & ſymbolum Baptiſmi.* Damaſcenus lib. IV. cap. XXVI. pag. 386. Τύπος ἦν τοῦ βαπτίσματος· καθάπερ γὰρ ἡ περιτομὴ οὐ χρειῶδες μέλος ἀποτέμνει τοῦ σώματος, ἀλλὰ περίττωμα ἄχρηστον. οὕτω διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὴν ἁμαρτίαν περιτεμνόμεθα. *Typus erat Baptiſmi: quemadmodum enim circumciſio non amputabat utile membrum corporis, ſed ſuperfluitatem inutilem: ita per ſanctum Baptiſmum à peccatis circumcidimur.* Epiphanius Hæreſi VIII. pag. 14. idem docet. Locum produximus num. II. 2. Athanaſius de Sabbato & Circumciſione, t. I. p. 988. Τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐκδύσεως τύπος ἦν ἡ περιτομή, ἣν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέλεσιν ἐνετείλατο γίνεσθαι, δι' ὧν καὶ γεννᾶται τὸ σῶμα, ἵν' εἰδοῖεν οἱ περιτεμνόμενοι ὅτι ἀπεκδύσεως παλαιότητός ἐστι σημεῖον. *Circumciſio erat figura exuviarum, quæ per Baptiſmum deponuntur: quas in iis membris fieri præcepit; per quæ & corpus generatur; ut ſcirent circumciſi, eam eſſe ſignum exuviarum vetuſtatis.*

3. *ut eſſet ſymbolum in gratia conſtitutorum, & ut Judæos pietatis admoneret.* Photius ubi ſuprà: Καὶ τρίτον σύμβολον τῶν ἐν τῇ χάριτι καθισταμένων πιστῶν, οἳ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν καὶ παθῶν τὰς ἐπαναστάσεις τῷ τμητικῷ τῆς πίστεως λόγῳ καὶ πόνοις ἀσκητικοῖς ἐκτέμνουσι, καὶ ἀπονεκροῦσιν· οὐ σῶμα τέμνοντες, ἀλλὰ τὴν καρδίαν, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι περιτεμνόμενοι. *Et tertium*

Digitized by Google

ſymbolum erat fidelium in gratia exiſtentium, qui carnalium voluptatum & paſſionum inſultus putatorio fidei ſermone, & aſcet'icis laboribus abſcindunt & mortificant: non corpus ſcindentes, ſed cor: & ſecundum ſpiritum, non ſecundum literam circumciſi. Hanc ipſam cauſam inter alias etiam attingit Oecumenius in cap. IV. ad Romanos, pag. 275. Ἡ περιτομὴ ἐδόθη διὰ τρεῖς ταύτας αἰτίας. ὥστε σημεῖον εἶναι πίστεως, καὶ τοῦ Ἀβραμιαίου γένους δηλωτικὸν, καὶ σύμβολον καὶ αἴνιγμα πολιτείας καθαρᾶς καὶ σώφρονος. *Circumciſio ob has tres cauſas data fuit: ut eſſet ſignum fidei, & Abrahami genus deſignaret, & ut eſſet ſymbolum vitæ puræ & temperantis.* Epiphanius Hæreſi VIII. pag. 13. docet, Circumciſionem eſſe datam εἰς τὸ τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα πάροικον γενόμενον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, μὴ ἀποστραφῆναι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ σώματος δὲ σφραγῖδα φέρειν ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου, εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῶν θεοσεβείᾳ; *ut ſemen Abrahami inquilinum in terra aliena non averſaretur nomen Dei, ſed in corpore ferret ſignaculum, commonefactionis gratiâ atque indicii, quòd in patris ipſorum pietate perſeverarent.* Eodem modo Theodoretus Interrogat. LXVIII. in Geneſin: Προειπὼν τὴν παροικίαν ὁ Θεὸς, φυλακήν τινα μηχανᾶται τῇ εὐσεβείᾳ, ἵνα τοῖς δυσσεβέσιν ἀνθρώποις ἀναμιγέντες, μὴ διαφθείρωσι τὴν εὐγένειαν, ἀλλὰ εἰς τὸ σημεῖον ὁρῶντες, ἄσβεστον τοῦ δεδωκότος τοῦτο τὴν μνήμην φυλάττωσι. *Cùm Deus prædixiſſet incolatum, pietati cuſtodiam aliquam molitur: ne hominibus impiis permixti, corrumpant nobilitatem, ſed in ſignum intuentes, indelebilem memoriam ejus, qui dedit illud, conſervent.* Ἀλλόκοτος eſt ratio, & οὐδὲν ὑγιὲς ἔχει, quam Origenes affert lib. V. contra Celſum, pag. 263. Τάχα διά τινα πολέμιον τῷ Ἰουδαίων ἔθνει ἄγγελον ἡ περιτομὴ ἐτελεῖτο, δυνάμενον μὲν σίνεσθαι τοὺς μὴ περιτεμνομένους αὐτῶν, ἀτονοῦντα δὲ ἐν τοῖς περιτεμνομένοις. *Fortaſſe propter aliquem infeſtum Judæorum genti angelum circumciſio adminiſtrabatur, qui poſſet non circumciſos lædere, circumciſos verò non item.* Hæc quidem veteres de cauſſis inſtitutæ Circumciſionis. Sed ſi rem paulò accuratiùs penſitemus, & S. Scripturam conſulamus, videbimus Circumciſionem commonefeciſſe fœderis à Deo initi cum Abrahamo, & ſemine ejus; cui ſe Deum fore promiſerat Gen. XVII. 7. Significabat etiam remiſſionem peccatorum: unde Apoſtolus appellat σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, *ſignaculum juſtitiæ fidei*, ad Rom. IV. 11. Ad quæ Theodoretus, pag. 36. Οὐ δικαιοσύνη, φησὶν, ἐστὶν ἡ περιτομὴ, ἀλλὰ μαρτυρία δικαιοσύνης, καὶ σφραγὶς, καὶ σημεῖον τῆς πίστεως, ἣν πρὸ τῆς περιτομῆς ἐπεδείξατο. *Non eſt, inquit, circumciſio juſtitia, ſed teſtimonium juſtitiæ, & ſignaculum, & ſignum fidei, quàm ante circumciſionem demonſtraverat.* Et Theophylactus ad eundem locum, pag. 43. Abrahamus circumciſus fuit, ὅτι τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς ἔλαβεν, ἀντὶ σφραγῖδος σφραγιζούσης καὶ ἀνακηρυττούσης ὅτι ἐδικαιώθη ἐκ πίστεως, *quòd circumciſionis ſignum acceperit, pro ſigillo obſignante ac prædicante, quòd ex fide juſtificatus ſit.* Huc etiam pertinent illa Theodoreti Interrogat. LXVIII. in Geneſin, pag. 53. Οὐδὲ τὸν Ἀβραὰμ ἡ περιτομὴ ἐδικαίωσεν, ἀλλ' ἡ μὲν πίστις ἀπέφηνε δίκαιον· λαμπρότερον δὲ ἡ ἀρετὴ κατεσκεύασεν· ἡ δὲ περιτομὴ σημεῖον ἐδόθη τῆς πίστεως. *Neque Abrahamum circumciſio juſtificavit, ſed fides illum juſtum declaravit, & illuſtriorem reddidit virtus. Circumciſio autem data eſt veluti ſignum fidei.* Circumciſio etiam ſignum erat, quòd Chriſtus ex Abrahami ſemine eſſet naſciturus, in quo *pater fieret multarum gentium*, Gen. XVII. 4. & XX. 18. Rom. IV. 13. 16. 17. Gal. III. 29. Admonebat etiam officii, ut circumcideret quiſque cor ſuum, juxta illud Jer. IV. 4. *Circumcidite corda veſtra.* Idem innuit Greg. Nyſſenus Homil. VIII. de Beatitud. t. I. pag. 830. Ἡ περιτομὴ τῶν νεκρῶν δερμάτων ἀποβολὴν ἑρμηνεύει, ἃ μετὰ τὴν παρακοὴν τῆς ζωῆς γυμνωθέντες, ἐνεδυσάμεθα. *Circumciſio mortuarum pellium, quas poſt inobedientiam vitâ nudati indueramus, indicat abjectionem.* Cùm verò ob nullam allegatarum cauſſarum circumciſus dici poſſit Chriſtus, meritò quæritur, quamobrem ipſe quoque circumcidi voluerit. Reſpondet Theophylactus in cap. II. Lucæ, p. 317. Τοῦ νόμου δόντος ἐντολὰς, οἱ παραβαίνοντες ταύτας ὑπὸ κατάραν ἦσαν· ὁ τοίνυν Κύριος περιτέμνεται, ἵνα καὶ τούτῳ πληρώσας τὸν νόμον καὶ μηδὲν ἐλλείψας ὧν ἐκεῖνος ἐντέταλκεν, ἐξέληται ἡμᾶς τῆς κατάρας. *Qui mandata legis tranſgrediebantur, ſub maledictione erant. Dominus igitur circumciditur, ut etiam in hoc adimpleta lege, & nihil eorum, quæ ipſa mandabat, prætermiſſo, eripiat nos à maledictione.* Atque hæc vera cauſſa: reliquæ, quas veteres afferre ſolent, ſatis longè petitæ ſunt. Talis eſt, quòd dicunt, eum propterea fuiſſe circumciſum, ἵνα δείξῃ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα ἑαυτὸν ἀνειληφέναι, διὰ Μανιχαῖον, καὶ τοὺς λέγοντας, ἐν δοκήσει πεφηνέναι, *ut oſtenderet, ſe verè carnem aſſumſiſſe, propter Manichæum, & eos, qui dicunt, eum ſecundum opinionem apparuiſſe:* ita Epiphanius lib. I. contra Hæreſes, t. II. pag. 71. Hæreſi XXX. & Theophylactus in cap. II. Lucæ, pag. 317. qui interrogat, πῶς γὰρ περιετμήθη, εἰ κατὰ φαντασίαν ἐσαρκώθη; *Quomodo enim circumciſus fuiſſet, ſi apparenter incarnatus fuiſſet?* Eandem repetit Menologium in Januario. Vide Obſervat. noſtrarum cap. III. In eodem cenſu collocanda, quam idem Menologium affert, quam dicit eſſe, ὥστε τοὺς Ἰουδαίους ἐπιστομίσαι, τὸ σάββατον μὴ τηρεῖν, καὶ τὸν νόμον λύειν συκοφαντοῦντας, τὸν μέχρι καὶ τῆς περιτομῆς τὴν τοῦ νόμου διασώσαντα φυλακὴν, *ut Judæis os obturaret, qui calumniabantur, eum ſabbatum non ſervare, & Legem ſolvere, cùm tamen ad ipſam uſque circumciſionem Legem obſervârit.*

Περιτραχήλιον.

Περιτραχήλιον idem quod ἐπιτραχήλιον: de quo ſuo loco vide.

Περιττοέπεια.

Non habent Lexica. Περισσοεπὴς, vel περιττοεπὴς, idem qui περισσολόγος, *ſupervacaneo ſermone utens:* & περιττοέπεια idem quod περισσολογία, *ſermo ſupervacaneus.* Cyrillus Alexandr. in cap. I. Nahumi, pag. 487. Ἡ Ῥαψάκου περιττοέπεια, ὅτε τὴν τοῦ Θεοῦ κατεκερτόμει δόξαν. *Rapſace ſupervacaneus ſermo, quando gloriam Dei inſectatus eſt.* Hinc etiam περιττοεπέω eſt περισσολογέω, *ſermone ſupervacaneo utor*, ut exponit Heſychius in περισσοεπῆσαι. Cyrillus Alex. lib. II. adv. Neſtorium, pag. 51. ad Neſtorium: Περισσοεπεῖς ἂν ἄρα. *Supervacanea igitur dicis.*

Περπερεύομαι.

Verbum hoc raro admodum in Scriptoribus Græcis legitur: ideo apud Apoſtolum I. Cor. XIII. 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, variè à variis exponitur. Vetus Interpres, quem imitatur Beza, interpretatur, *Non perperam agit*, quaſi à Latinis ea vox ad Græcos tranſierit. Syrus, *Non tumultuatur.* Tertullianus de Patientia, cap. XII. *Non protervum facit.* Eraſmus, *Non eſt procax.* Alii, *Non eſt fucata.* Alii, *Non adulatur.* Commodiſſimè autem verti poteſt, *Non offert ſe;* non eſt jactationi, aut vanæ oſtentationi dedita: non oſtentat ſe, nec inanis gloriolæ fructum ex re aliqua aucupatur. Ita Oecumenius ad Apoſtoli locum, pag. 465. Οὐκ ἀλαζονεύεται. Heſychius: Πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος. *Qui cum mollitie ſe effert.* Eodem modo Suidas: Πέρπερος, ὁ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος. Iterum Heſychius: Περπερεύεται, κατεπαίρεται. *Seſe effert.* Zonaras ad Can. X. Petri Archiepiſcopi Ale-

Digitized by Google

Alexandr. pag. 21. Περπερείαν ἐνταῦθα τὴν οἴησιν, καὶ τὴν ἀλαζονείαν καλεῖ. Περπερείαν *hoc loco animi elationem & faſtum vocat.* Alii tamen *ad faſtum in veſtitu* referunt. Suidas: Περπερεία, ὁ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται. *Quod non propter neceſſitatem, ſed propter ornatum aſſumitur*, περπερεία vocatur. Et Concilii Nicæni II. Canon. XVI. Πᾶν γὰρ, ὁ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. *Quicquid non propter neceſſitatem, ſed propter ornatum aſſumitur, in luxus reprehenſionem incurrit, ut magnus dixit Baſilius.* Reperiuntur autem illa Baſilii verba (ſi modò Baſilii Cæſarienſis ſint, & non potiùs Euſtathii Sebaſtienſis) in regulis brevioribus reſponſ. ad quæſt. XLIX. t.II. p.544. Similia leguntur apud Clementem Alexandr. lib. III. Pædag. cap.I. p. 215. ubi Apoſtoli locum exponens, dicit: Περπερεία, ὁ καλλωπισμὸς, περιττότητος καὶ ἀχρειότητος ἔχων ἔμφασιν. *Περπερεία eſt cultus, qui ſuperfluitatem & inutilitatem apertè indicat.* Et apud verum Baſilium epiſt. CCCCXI. p.1198. Οὐ δεῖ καλλωπίζεσθαι ἐν ἱματίοις ἢ ὑποδήμασιν, ὅπερ ἐστὶ περπερεία. *In veſtitu & in calceis cultus non eſt affectandus, hoc ſiquidem eſt περπερεία, inſolens oſtentatio.* Balſamon ad allegatum Canonem p. 535. Τὸν μὴ διὰ χρείαν τοῦ σώματος λαμπρότερον ἱματισμὸν, περπερείαν, ἤγουν βλακείαν, ὠνόμαζεν ὁ μέγας Βασίλειος. *Splendidiorem veſtitum, qui non propter corporis neceſſitatem ſumitur, περπερείαν ſeu levitatem & oſtentationem, vocavit magnus Baſilius.* Verùm latiùs multò patet vocabuli hujus uſus ſenſusque, quàm ut ad veſtitum duntaxat, quo tamen etiam ἐναβρύνεσθαι ſolent οἱ ἀλαζόνες, καὶ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενοι, reſtringi debeat. Docet id Cicero lib. I. ad Atticum. epiſt. XI. *Ego autem ipſe*, inquit, *dii boni, quomodo* ἐνεπερπερευσάμην *novo auditori Pompejo?* ita quidem locum legit Gatakerus, & ex eo, ſine dubio, Feſſelius, ut ſenſus ſit, *Quomodo me oſtentavi, & quaſi juveniliter jactavi, omnibus adhibitis fucis & ornamentis orationi meæ, quaſi exultavi, & placere illi ſtudui*, inquit Petrus Victorius. In optimis tamen editionibus eſt ἀντεπιχειρησάμην. Quam lectionem confirmare videntur ſequentia; *Si unquam mihi* ἐπιχειρήματα *ſuppeditaverunt.* Græcam ſi quæramus verbi originem, meliùs à duplicato περὶ, quàm à περιφέρεσθαι, derivabitur. Nec tamen illud diſſimulandum, περπερεύεσθαι quibusdam eſſe προπετεύεσθαι, *præcipitanter agere.* Ita apud Apoſtolum exponit Chryſoſtomus Homil. XXXIII. in I. ad Corinthios, pag.459. & ex eo Theophylactus, pag.275. Verba ejus ſunt: Οὐ περπερεύεται. οὐ προπετεύεται, ἀλλὰ συνετὸν ἐργάζεται καὶ βεβηκότα τὸν ἔχοντα. πέρπερος γάρ ἐστιν ὁ μετεωριζόμενος, ὁ κοῦφος, ὁ βλακευόμενος. *Non agit perperam*: id eſt, *non præcipitanter agit, ſed prudentem efficit & firmum eum cui ineſt.* Πέρπερος *enim eſt, qui in ſublime tollitur, levis, ſtolidus.* Oecumenius etiam, πέρπερος, ὁ προπετής. Veteres Gloſſæ: *Perperus*, προπετής. Gloſſæ Philoxeni: *Perperus*, πέρπερος, προπετής. *Perperam ago*, περπερεύομαι, προπετεύομαι. Nec ferè aliter Theodoretus ad eundem Apoſtoli locum, pag. 186. Ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται· οὐ πολυπραγμονεῖ τὰ μὴ ἀνήκοντα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ περπερεύεσθαι, οὐ ψηλαφᾷ τὰ μέτρα τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ ἀνακρίνει ἐν οἷς οἰκονομεῖ, ὅπερ τινὲς εἰώθασιν. οὐδὲν προπετὲς ὁ ἀγαπῶν ἀνέχεται πρᾶξαι. *Caritas non agit perperam. Non curioſè ſcrutatur quæ non decet. Hoc enim eſt* περπερεύεσθαι. *Non attingit menſuram divinæ ſubſtantiæ, nec ea, in quibus ejus diſpenſatio verſatur, examinat, quod nonnulli facere ſolent. Qui habet charitatem, nihil temerè facere in animum inducit.* Plura de his qui voluerit, adeat poſt Hen. Stephani Theſaurum, Joh. Druſii Obſervat. lib. VII. cap. VII. Mureti var. lect. lib. XIV. cap. VII. Heinſium in Exercitat. ſacris, &c.

Πεσενταρίζω.

Non habet Gl. Meurſii. Eſt autem vox barbara, & ſignificat *per anſas utrinque librare*: cujus illuſtre exemplum habetur in Patriarcha à duobus Epiſcopis deducto, ſect.IV. cap.V. p.73. hiſt. Concilii Florentini: Διερχομένων οὖν ἡμῶν τὰς ὁδοὺς, ἐκρατεῖτο ὁ πατριάρχης ἀπὸ τῶν ἀγκαλῶν, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς μέρους παρὰ τοῦ Κορώνης Χριστοφόρου εὐπρεπέστερον, ἀπὸ δὲ θατέρου παρὰ τοῦ Πορτουγάλου ἄκροις δακτύλοις, καθὼς εἰώθασιν οἱ Λατῖνοι πεσενταρίζειν. *Nobis autem ulterius per vias progredientibus, Patriarcham anſis librabant, à dextra Coronenſis Chriſtophorus, Legatus Pontificius, formâ ac modo magis aulico ac eleganti; à ſiniſtra Luſitaniæ Epiſcopus, ſummis tantùm digitis Patriarchæ manum delibantes, ut ſolent Latini.*

Πέταλον.

Πέταλον eſt *lamina aurea*, quam Pontifex in fronte geſtabat. Meurſius ex Gloſſario Arabico-Latino: *Petalum, aurea lamina, in fronte Pontificis.* Veteres Gloſſæ: Πέταλον, *blatteum, lamina.* Et πεταλουργὶς, *blattearius.* Vide Exodi c. XXIX. 6. Epiphanius Hæreſi LXXVIII. pag.441. de Jacobo fratre Domini, Οὗτος ὁ Ἰάκωβος καὶ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφόρεσεν. *Hic Jacobus etiam petalum in capite geſtavit.* Euſebius hiſtoriæ Eccleſ. lib. III. cap. XXXI. Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσὼν, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς, τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ διδάσκαλος. *Johannes, qui pectori Domini incubuit, qui fuit ſacerdos, qui petalum geſtavit, & doctor.* Iterum lib. IV. c. XXIV. iiſdem verbis. Arnoldus Abbas Bonævallis: *Præter hæc laminam auream, quem petalum vocant, fronti habebat inſertam.* Beda de Tabernac. lib. III. cap. III. *Et lamina aurea ſuper cidarim, quæ titulo nominis Domini cæteris altior omnibus eminebat.* Reliqua ex Meurſii Gloſſario petantur.

Πέτρα.

Metaphoricam tantùm hujus vocis conſiderabimus ſignificationem. Cùm *petra* ſit firma ac ſolida, Chriſtus Matth. XVI. 18. ad Petrum dicit: Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo meam Eccleſiam: & portæ inferorum non ſuperabunt eam.* Πέτρα hoc loco *metaphoricè* ſumi omnes agnoſcunt veteres, non tamen uno omnes modo interpretantur. Præcipuas ergo eorum ſententias proponemus.

I. Quidam voluerunt *unumquemque fidelium petræ nomine deſignari.* Ita diſertè Origenes in Matthæum, ad cap. XVI. 13. pag. 275. Φωτὸς ἡμῶν τῇ καρδίᾳ ἐλλάμψαντος ἀπὸ τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς, γινόμεθα πέτρος, καὶ ἡμῖν ἂν λέγοιτο ἀπὸ τοῦ λόγου τό. Σὺ εἶ πέτρος, καὶ τὰ ἑξῆς. Πέτρα γὰρ πᾶς ὁ Χριστοῦ μαθητὴς, ἀφ' οὗ ἔπινον οἱ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας. Καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην πέτραν οἰκοδομεῖται ὁ ἐκκλησιαστικὸς πᾶς λόγος, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν πολιτεία. *Luce cordi noſtro affulgente à Patre qui in cælis eſt, efficimur Petrus; dicatur & nobis à Verbo*, Tu es Petrus, *& quæ ſequuntur. Petra enim eſt omnis diſcipulus Chriſti, de quo bibebant*, qui bibebant de ſpiritali conſequente petra; *& ſuper quamlibet ejusmodi petram ædificatur omnis ſermo Eccleſiaſticus, & vitæ juxta ipſum inſtitutæ ratio.* Vult quidem hæc interpretatio, Petrum etiam eſſe petram, ſive Eccleſiæ fundamentum: ſed non ſolum, verùm communiter cum omnibus aliis non tantùm Apoſtolis, ſed cunctis electis. Propterea ſubjicit Origenes: Ἐν ἑκάστῳ γὰρ τῶν τε-

λείων

Digitized by Google

λείων ἐχόντων τὸ ἄθροισμα τῶν συμπληρούντων τὴν μακαριότητα λόγων, καὶ ἔργων, καὶ νοημάτων, ἐστιν ἡ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκοδομουμένη ἐκκλησία. Εἰ δὲ ἐπὶ τὸν ἕνα ἐκεῖνον Πέτρον νομίζεις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκοδομεῖσθαι τὴν πᾶσαν ἐκκλησίαν μόνον, τί ἂν φήσαις περὶ Ἰωάννου τοῦ τῆς βροντῆς υἱοῦ, ἢ ἑκάστου τῶν ἀποστόλων; ἄλλως τε ἆρα τολμήσωμεν λέγειν ὅτι Πέτρου μὲν ἰδίως πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι, τῶν δὲ λοιπῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν τελείων κατισχύσουσιν; οὐχὶ δὲ καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν τὸ προειρημένον, τό· πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, γίνεται, καὶ τό· Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν; &c. *Unicuique enim perfecto habenti congregationem ſermonum beatitudinem perficientium, & operum, & cogitationum, ineſt Eccleſia à Deo ædificata. Si verò ſuper unum illum ſolummodo Petrum totam Eccleſiam à Deo ædificari arbitraris, quid de Johanne tonitrus filio, & unoquoque Apoſtolorum dixeris? Alioquin an audebimus dicere portas inferorum ſpeciatim adverſus Petrum non prævalituras, prævalituras autem adverſus reliquos Apoſtolos, & perfectos? Nonne verò & in omnibus & in his ſingulis fit iſtud, quod ſuprà dictum eſt.* Portæ inferorum non prævalebunt adverſus eam, *& illud quoque*, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam? Vide ibidem plura in eandem ſententiam. Nec aliter idem Homil. XVI. in Jeremiam, p. 152. Ἐὰν ἔλθω ἐπὶ τὸν χορὸν εἴτε τῶν προφητῶν, εἴτε τῶν ἀποστόλων, εἴτε καὶ ἐπαναβεβηκότων ἁγίων ἀγγέλων, λέγω ὅτι πάντες οἱ Χριστοῦ μιμηταί· ὡς ἐκεῖνος πέτρα ἐστί, πέτρα γίνονται. *Si venero ad chorum Prophetarum atque Apoſtolorum, & tranſcendentium ſanctorum Angelorum, dico omnes eſſe Chriſti imitatores. Ut ille petra eſt, petra fiunt.* Baſilius M. in cap. II. Jeſaiæ, pag. 869. poſtquam docuiſſet, quo ſenſu Petrus petra dicatur; quem locum adducimus infrà, num. III. ſubjicit: Πάντες οἱ χωροῦντες τὴν τῆς θειότητος γνῶσιν, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ νοῦ, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ νοῦ πράξεων, τετελειωμένοι τῷ ὑγιεῖ βίῳ, τὰ ἄκρα εἰσὶ τῶν ὀρέων ἐφ' ὧν ᾠκοδόμηται ὁ τοῦ Θεοῦ οἶκος. *Quicunque igitur capaces ſunt divinæ cognitionis, propter celſitudinem intelligentiæ, & earum actionum, quæ per ejus intelligentiæ perficiuntur ſublimitatem, hi ob vitæ integritatem vertices ſunt montium, in quibus ædificata eſt domus Dei.* Greg. Nyſſenus de perfecta Chriſtiani forma, t. III. pag. 286. Πέτρα λεγόμενος ὁ Χριστός, ὠφελήσει διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου ἡμᾶς, ἐν τῷ παγίῳ τε καὶ ἀμεταθέτῳ τῆς κατ' ἀρετὴν ζωῆς, καὶ ἐν τῷ στερρῶς ἔχειν πρὸς τὴν τῶν παθημάτων ὑπομονήν, καὶ διὰ τοῦ πρὸς πᾶσαν προσβολὴν ἁμαρτίας ἀντίτυπον καὶ ἀνένδοτον τὴν ψυχὴν ἐπιδείκνυσθαι. Διὰ τούτων γὰρ καὶ τῶν τοιούτων πέτρα καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, μιμούμενοι, καθὼς ἐστι δυνατόν, ἐν τῇ τρεπτῇ φύσει τὸ ἄτρεπτον τοῦ δεσπότου καὶ ἀμετάθετον. *Quia petra dicitur Chriſtus, eam nobis id nomen afferet utilitatem, ut rectam vivendi rationem firmam ac ſtabilem teneamus, & in rebus adverſis fortiter perferendis conſtantes ſimus, adverſumque omnem peccati impetum ſtrenuos atque invictos animos præſtemus: ex his enim rebus & aliis ejuſmodi nos item erimus petra, in natura mutabili immutabilem & firmam Domini naturam pro viribus imitantes.* Ambroſius lib. VI. in Evangelium Lucæ: *Qui carnem vicerit, Eccleſiæ fundamentum eſt: &, ſi æquari Petro non poteſt, imitari poteſt.* Poſtea: *Petra eſt Chriſtus; qui etiam diſcipulo ſuo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut & ipſe ſit Petrus, quòd de petra habeat ſoliditatem conſtantiæ, fidei firmitatem. Enitere ergo, ut & tu petra ſis. Itaque non extra te, ſed intra te petram require.* Nilus lib. II. de primatu Papæ, pag. 34. ᾠκοδόμησε μὲν τὴν ἐκκλησίαν ὁ Χριστός, ᾠκοδόμησε δὲ αὐτὴν ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ τοῦ Πέτρου, καὶ ἐπὶ πᾶσιν, οἳ τῆς τοιαύτης ὁμολογίας φύλακες ἔσονται. *Ædificavit quidem Eccleſiam Chriſtus; ædificavit autem eam ſuper ſermone, quem de Deo Petrus habuerat, & ſuper omnibus, qui ejuſmodi confeſſionis cuſtodes erunt.* Quando autem quilibet fidelium vocatur *petra*, id fit *propter* στερρότητα καὶ βάρος λογισμοῦ, *firmitatem & pondus mentis*, ut loquitur Nazianzenus Orat. XXVIII. Eximiè verò illi *petræ* nominantur, qui inter Eccleſiæ membra excellunt; ut ſancti Martyres. Chryſoſtomus de Protomartyre Stephano: Τί τοίνυν τῆς πέτρας ἐκείνης τῆς λογικῆς γένοιτ' ἂν δυνατώτερον; Τί δ' ἂν ὀφθείη τοῦ στύλου τῆς ἐκκλησίας στερρότερον; *Quid verò petra illa rationali potentius eſſe queat? quid etiam columnâ Eccleſiæ firmius videri poſſit?*

II. Longè plures ſunt, qui appellatione *petræ* intellexiſſe Dominum crediderunt *Petri doctrinam, fidem ſeu confeſſionem* à Petro hoc loco editam. Chryſoſtomus disertè ad hunc locum, Homil. LIV. in Matthæum, pag. 344. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, exponit, ἐπὶ τῇ πίστει τῆς ὁμολογίας, *ſuper fidem confeſſionis.* Idem, Homil. CLXIII. t. V. p. 978. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ· Οὐκ εἶπεν, ἐπὶ τῷ Πέτρῳ, οὔτε γὰρ ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πίστιν τὴν ἑαυτοῦ ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν. *Super hanc Petram: non dixit, ſuper Petrum, neque enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificavit Eccleſiam ſuam.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCXXXV. lib. I. pag. 67. Οὐκ ἀγνοῶν τὴν τῶν ἀνθρώπων περὶ αὐτοῦ πολυώνυμον δόξαν ὁ τὰς καρδίας ἐμβατεύων Χριστός, ἤρετο τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς, τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; ἀλλὰ τὴν ἀσφαλῆ ὁμολογίαν διδάξαι πάντας βουλόμενος, ἣν ἐμπνευσθεὶς ὁ Πέτρος παρ' αὐτοῦ, ὡς κρηπῖδα καὶ βάθρον ἀπέθετο, ἐφ' ἣ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ὁ Κύριος ᾠκοδόμησε. *Non ea de cauſſa Chriſtus, qui pectus ipſum penetrat, ex diſcipulis ſuis percontabatur, Quem me dicunt homines eſſe? quòd variam hominum de ſe opinionem ignoraret, ſed ut hac ratione certam omnibus confeſſionem traderet, quam ab eo inſpiratus Petrus, tanquam baſim ac fundamentum jecit, ſuper quod Dominus Eccleſiam ſuam ædificavit.* Cyrillus Alexandr. in cap. XLIV. Jeſaiæ, pag. 593. Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ θεμελιώσω μου τὴν ἐκκλησίαν. Πέτραν οἶμαι λέγων τὸ ἀκράδαντον εἰς πίστιν τοῦ μαθητοῦ. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram fundabo Eccleſiam meam: petram, ut exiſtimo, dicens immotam diſcipuli fidem.* Idem Dial. IV. de SS. Trinitate, pag. 507. Πέτραν οἶμαι παρωνύμως, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν ἀκατάσειστον καὶ ἑδραιοτάτην τοῦ μαθητοῦ πίστιν ἀποκαλεῖ, ἐφ' ᾗ καὶ ἀδιαπτώτως ἐρήρεισταί τε καὶ διαπέπηγεν ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ, καὶ αὐταῖς ἀνάλωτος ταῖς ᾅδου πύλαις εἰσαεὶ διαμένουσα. *Petram, mea opinione, denominativè appellat nihil aliud, quàm inconcuſſam & firmiſſimam diſcipuli fidem, ſuper quam etiam firmiſſimè firmata & conſtabilita eſt Eccleſia Chriſti, ipſis etiam inferorum portis ſemper inexpugnabilis manens.* Acacius Epiſcopus Melitenſis, in Actis Epheſinis p. 266. poſt verâm de Deo confeſſionem ſubjicit: Αὕτη ἡμῶν ἡ πίστις· ἐπὶ τούτῳ τῷ θεμελίῳ ᾠκοδομήθη ἡ ἐκκλησία, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. *Hæc eſt noſtra fides: Super hoc fundamentum ædificata eſt Eccleſia, & portæ inferorum non ſuperabunt eam.* Paulus Epiſcopus Nemes. ibidem pag. 277. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πίστει τεθεμελίωται ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. ἐπὶ ταύτῃ τῇ προσδοκίᾳ, ἐπὶ τῆς πέτρας ἔθετο τὰ θεμέλια ὁ δεσπότης Θεός. *Super hanc fidem fundata eſt Eccleſia Dei, ſuper hanc exſpectationem, ſuper petram poſuit fundamenta Dominus Deus.* Iterum Chryſoſtomus Homil. XLIII. t. VII. Ἐπὶ τῇ πέτρᾳ· ἐπὶ τῇ πεπετρωμένῃ σου πίστει οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Super petram: ſuper fidem tuam petræ inſtar firmam ædificabo Eccleſiam meam.* Idem Homil. XXI. in Johannem. pag. 637. Τὴν ἐκκλησίαν ἔφησεν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὴν ὁμολογίαν οἰκοδομήσειν τὴν τοῦ Πέτρου. *Chriſtus dixit, ſe Eccleſiam ædificaturum ſuper confeſſionem Petri,* Idem dictum occurrit in Catena in Joh. cap. I. pag. 62. Integrum adſcribimus cum inter-

Digitized by Google

interpretatione Corderii, ut Jeſuitæ inde fides manifeſta fiat. Sic ergo Chryſoſtomus: Τῷ μὲν γὰρ Πέτρῳ οὐδὲν ὕςερον προςέθηκεν ὁ χριςός· ἀλλ᾽ ὡς ἀπηρτισμένης αὐτῷ τῆς πίςεως, τὴν ἐκκλησίαν ἔφησεν ἐπὶ τὴν ὁμολογίαν οἰκοδομήσειν τὴν ἐκείνου. *Quia Petro nihil amplius addidit Chriſtus, ſed tanquam ſuper perfecto in fide Eccleſiam ſuam ejus teſtimonio ædificaturum pollicitus eſt.* Eodem modo Fr. Aretinus interpretatus eſt, in edit. Pariſina, unde ſua habet Corderius. Annon verò vel mediocriter Græcè doctus intelligat, hæc ita fuiſſe reddenda, *Petro quidem nihil deinceps addidit Chriſtus: ſed, utpote fide ejus jam perfecta, dixit, ſe Eccleſiam ſuper confeſſionem ejus ædificaturum?* In Liturgia, quæ vulgò Jacobi dicitur: Εἰς ςηριγμὸν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποςολικῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐθεμελίωσας ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς πίςεως, ἵνα πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύσωσιν αὐτῆς. *Ad firmitatem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ tuæ, quam fundâſti ſuper petram fidei, ut portæ inferorum eam non ſuperent.* Felix tertius Romanus ad Zenonem Auguſtum de depoſitione Petri Antiocheni, quæ exſtat apud Gennadium pro Concilio Florentino, cap. V. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Super hanc confeſſionem ædificabo Eccleſiam meam.* Poſtea hæc ibid. legitur proſopopœia Eccleſiæ ad Chriſtum: Ὁ μονογενὴς υἱὸς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποςόλων ἐθεμελίωσέ με. *Unigena filius in confeſſione ſummi inter Apoſtolos fundavit me.* Johannes Damaſcenus, ſermone in Metamorphoſin Chriſti, apud Gennadium pro Concilio Florentino, cap. V. ſect. VI. Αὕτη ἡ πίςις ἀκλινὴς καὶ ἀκλόνητος, ἐφ᾽ ᾗ, ὡς πέτρᾳ, ἡ ἐκκλησία ἐςήρικται. *Hæc eſt immota & inconcuſſa fides, ſuper quam, tanquam petram, Eccleſia firmata eſt.* Germanus Conſtantinop. in epiſt. ad Thomam Claudiopoleos, in Concilio Nicæno II. Act. IV. Λεγέτω τοίνυν μεθ᾽ ἡμῶν ὁ μακάριος εὐαγγελιςὴς Ἰωάννης, Αὕτη ἐςὶν ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίςις ἡμῶν. Προςτεθήτω δὲ παρ᾽ ἡμῶν, καὶ λεγέσθω· Αὕτη ἐςὶν ἡ πέτρα, ἐφ᾽ ᾗ ὁ χριςὸς τὴν ἑαυτοῦ ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίαν. *Dicat igitur nobiſcum beatus Evangeliſta Johannes, Hæc eſt victoria, quæ mundum vicit, fides noſtra. Addatur verò à nobis, & dicatur: Hæc eſt petra, ſuper quam Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificavit.* Theophanes Homil. LV. pag. 375. Σὺ, φησὶ, Πέτρος ὤν, πέτρα γενήσῃ τῆς κατὰ λόγον πίςεως, καὶ τῆς ἑδραζομένης ἐκκλησίας θεμέλιος, καὶ πρώτη τῆς πνευματικῆς οἰκοδομῆς ἀφορμή. Ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ γὰρ ταύτῃ, ᾗ ὡμολόγησας, τὸν αὐτὸν εἶναι με υἱὸν θεοῦ, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ἐπὶ ταύτῃ, τῆς ἐκκλησίας ὁ θεμέλιος ςήσεται. *Tu, inquit, qui Petrus es, petra fies fidei Verbi, & conſtituendæ Eccleſiæ fundamentum, & ſpiritualis ædificii prima occaſio. In hac enim confeſſione, quâ me hominem eundem, & Deum eſſe confeſſus es, in hoc inquam ſtabilietur Eccleſiæ fundamentum.* Ad hunc locum Franciſcus Scorſus notat, Petrum eſſe caput Eccleſiæ, & fidei fundamentum: atque in hac explicatione & veritate conſentire omnes Patres, tam Græcos, quàm Latinos. Temeraria certè & audax aſſertio. Non omnes in eo conſentire Patres, jam ſatis luculenter demonſtratum: demonſtrabitur etiam deinceps. Imò ne ipſe quidem Theophanes hoc ἀπαρακαλύπτως affirmat, ſed potiùs vult, ſuper confeſſionem Petri fundatam eſſe Eccleſiam. Conſideret locum Lector paulò attentiùs, & judicet. Theophylactus in cap. XVI. Matth. pag. 93. Ἀμείβεται τὸν Πέτρον ὁ Κύριος, μισθὸν αὐτῷ διδοὺς μέγαν, τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν. Ἐπεὶ γὰρ ὡμολόγησεν αὐτὸν υἱὸν θεοῦ ὁ Πέτρος, φησὶν, ὅτι αὕτη ἡ ὁμολογία ἣν ὡμολόγησας, θεμέλιον μέλλει εἶναι τῶν πιςευόντων: ὥςε πάντα ἄνθρωπον μέλλοντα κτίζειν τὸν τῆς πίςεως οἶκον, ταύτην τὴν ὁμολογίαν ὑποτίθεσθαι θεμέλιον. *Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quòd ſupra eum ædificavit Eccleſiam. Quia enim confeſſus erat eum Dei Filium Petrus, dicit, confeſſionem hanc, quam confeſſus eſt, fundamentum futuram credentium: ita ut omnis homo extructurus fidei domum, hoc jacturus ſit fundamentum.* Theodoretus epiſt. LXXVII. pag. 947. Χριςὸς τῶν ἀποςόλων τὸν πρῶτον, οὗ τὴν ὁμολογίαν οἷόν τινα κρηπῖδα καὶ θεμέλιον τῆς ἐκκλησίας κατέπηξε, συνεχώρησε σαλευθῆναι. *Chriſtus primum Apoſtolorum, cujus confeſſionem velut baſin quandam & fundamentum Eccleſiæ defixerat, fluctuare permiſit.* Photius epiſt. XXXV. pag. 95. Μισθὸν τῷ Πέτρῳ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, τάς τε κλεῖς τῆς βασιλείας ἐνεχείρισε, καὶ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ὁμολογίᾳ ἐςηρίχθαι τὴν ἐκκλησίαν ἐκραταίωσε. *Rectæ confeſſionis præmium Petro, regni cælorum claves in manus dedit; & in ejus confeſſione Eccleſiam fuiſſe ſtabilitam, multa aſſeveratione confirmavit.* Epiphanius hæreſi LIX. p. 217. Καὶ ὁ ἀρνησάμενος πρὸς ὥραν ἅγιος Πέτρος, καὶ κορυφαιότατος τῶν ἀποςόλων, ὃς γέγονεν ἡμῖν ἀληθῶς ςερεὰ πέτρα θεμελιοῦσα τὴν πίςιν τοῦ Κυρίου, ἐφ᾽ ᾗ ᾠκοδόμηται ἡ ἐκκλησία κατὰ πάντα τρόπον, πρῶτον μὲν ὅτι ὡμολόγησε χριςὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἤκουσεν ὅτι ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ τῆς ἀσφαλοῦς πίςεως οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Et qui negavit ad tempus ſanctus ille Petrus, ac ſummus Apoſtolorum, qui verè nobis factus eſt firma petra fundans fidem Domini, ſuper quam ædificata eſt Eccleſia omni modo, primum quidem, quia confeſſus eſt Chriſtum Filium Dei viventis, & audivit, ſuper hanc petram firmæ fidei ædificabo Eccleſiam.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXV. pag. 142. Σὺ εἶ πέτρος, &c. Ταύτην τὴν ὁμολογίαν πέτραν καλέσας ὁ χριςὸς, πέτρον ὀνομάζει τὸν πρώτως ταύτην ὁμολογήσαντα· γνώρισμα τῆς ὁμολογίας τὴν προσηγορίαν δωρούμενος. Αὕτη γὰρ ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας ἡ πέτρα· αὕτη τῆς σωτηρίας ἡ κρηπίς· τοῦτο τῆς πίςεως τὸ τεῖχος· οὗτος ὁ τῆς ἀληθείας θεμέλιος· θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐςιν Ἰησοῦς Χριςός. *Tu es Petrus, &c. Hanc confeſſionem cùm Chriſtus petram appellaſſet, Petrum nominat, qui eam primus erat confeſſus. Indicium confeſſionis appellationem donans. Hæc enim verè pietatis petra eſt: hæc ſalutis baſis: hoc fidei munimentum: hoc veritatis fundamentum: fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Jeſus Chriſtus.* Nemini autem mirum videri debet, fidem Petri, ſeu confeſſionem ejuſdem de Chriſto, *petram* vocari: hoc namque nomine ſæpe à veteribus inſignitur. Unde illa frequens apud Patres locutio, *ſtare in petra fidei.* Cyrillus Jeroſol. Catecheſi XIV. Σὺ ἕςηκας ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς πίςεως. *Tu ſtas in petra fidei.* Damaſcenus in tertio de Imaginibus: Στῶμεν ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίςεως. *Stemus in petra fidei.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. in I. ad Timoth. pag. 326. *fidem* vocat πέτραν ἀῤῥαγῆ *infragilem petram.* Vide Exercitat. XV. Caſauboni ad Annales Baronii, num. XIII.

III. Tertia illorum fuit ſententia, qui *per petram* κυρίως *Petrum* putarunt intelligendum eſſe. Balſamon ad Can. XVI. Carthag. pag. 624. *Eccleſia dicitur* οἰκοδομηθεῖσα παρὰ Κυρίου ἐπὶ τῷ θεοκήρυκι Πέτρῳ, *à Domino ædificata ſuper divinum præconem Petrum.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 453. de Petro: Ὁ μὲν πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιςεύεται. *Hic quidem petra vocatur, & Eccleſiæ fundamenta ipſi committuntur.* Theophanes Homil. XXXVI. pag. 254. Πέτρος τῆς πίςεως τὸ σύμβολον, πέτρα τις οὖσα τῆς πίςεως, καὶ τῆς ἐκκλησίας θεμέλιος. *Petrus fidei ſymbolum eſt, cùm veluti quædam fidei petra, & Eccleſiæ fundamentum ſit.* Cyrillus Alexandr. lib. II. in Johannem, cap. I. pag. 131. ad v. 42. cap. I. Φερωνύμως δὲ ἀπὸ τῆς πέτρας μετονομάζει Πέτρον· ἐπ᾽ αὐτῷ γὰρ ἔμελλε τὴν αὐτοῦ θεμελιοῦν ἐκκλησίαν. *Convenienter verò à petra*

eum denominavit Petrum: ſuper ipſum enim fundaturus erat Eccleſiam ſuam. Hic verò locus meritò mihi ſuſpectus; quia,ut ſub num.II. vidimus, per *petram* aliàs intelligit *confeſſionem & fidem Petri;* deinde etiam, quia, etſi Cyrilli verba ad eundem locum legantur in Catena in Johannem, pag.57. hæc tamen ibi non leguntur,ſed ſequentia tantùm: Καὶ Σίμωνα μὲν οὐκέτι καλεῖσθαι συγχωρεῖ, καθεξουσιάζων ἤδη ὡς γεγονότος οἰκείου. Φερωνύμως δὲ ἀπὸ τῆς πέτρας μετονομάζει Πέτρον, πολιτείαν δὲ αὐτῷ ἀρίστην ἐπιμαρτυρεῖ. *Et Simonem jam in poſterum ipſum vocari non permittit, eum ſibi vendicans ut proprium. Nomine autem à petra tranſlato, Petrum vocat, vivendi verò rationem præſtantiſſimam illi attribuit.* Nemo verò exiſtimet, Patres, qui *petram de Petro* ſunt interpretati, de Monarchia Petri unquam cogitaſſe. Audire juvat Ambroſium de ſanctis per annum, ſerm. XI. *Petrus pro ſoliditate devotionis, Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus,* Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *Petra enim dicitur, eò quòd primus in nationibus fidei fundamentum poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemq́; contineat. Petra ergo pro devotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur.* En tres cauſſas, cur Petrus dictus ſit petra. *Prima* eſt, *ſoliditas devotionis;* ſic appellat Ambroſius, quam Græci paſſim θερμότητα dicunt, & Petrum θερμὸν, propter zeli vehementiam, & ſtudium flagrantiſſimum promovendæ Chriſti gloriæ; nam præ cupiditatis hujus ardore quavis petrâ durior evaſit hic ſanctus Apoſtolus adverſus omnes tentationes, afflictiones & ærumnas. Eandem cauſſam inculcat Baſilius M. in cap.II. Jeſaiæ, t.I. pag.869. Πέτρα ὑψηλὴ ἡ ψυχὴ τοῦ μακαρίου Πέτρου ὠνόμασται, διὰ τὸ παγίως ἐνερριζῶσθαι τῇ πίστει, καὶ στερρῶς καὶ ἀνενδότως ἔχειν πρὸς τὰς ἐκ πειρασμῶν ἐπαγομένας πληγάς. *Anima beati Petri ſublimis nominata eſt petra, quod in fide radices ſolidè defixerit, & adverſus plagas per tentationes illatas ſtabiliter conſtanterq́; ſe geſſerit.* Propter hanc *devotionis ſoliditatem* vocatur à Chryſoſtomo Homil. LXXXII. t. VI. ἀρραγὴς πέτρα, κρηπὶς ἀσάλευτος, *infragilis petra, baſis inconcuſſa.* Homil. CVIII. tomi ejuſd. Ἡ κρηπὶς τῆς ἐκκλησίας, ὁ ὄντως Πέτρος καὶ τῷ ὀνόματι καὶ τῷ πράγματι. *Baſis illa Eccleſiæ, verè Petrus ille & nomine & re.* Homil. II. in Pſal. LI. ab eodem, ὁ διὰ τοῦτο κληθεὶς Πέτρος, ἐπειδὰν τῇ πίστει πεπετρωμένος ἦν. *Propterea Petrus vocatus eſt, quoniam in fide petræ inſtar firmus erat ac ſolidus.* Iterum Homil. L. in Matth. ὁ πανταχοῦ θερμὸς, *ubiq; fervidus.* Homil. LXX. in Joh. ὁ θερμὸς καὶ διακαής, *fervidus & ardens.* Idem Homil. XLII. t. V. pag. 281. docet, cur *Petrus* ſit vocatus, nempe οὐκ ἀπὸ θαυμάτων καὶ σημείων, ἀλλ᾽ ἀπὸ ζήλου καὶ φίλτρου γνησίου, *non à miraculis & ſignis, ſed propter zelum & germanum amorem.* Plura vide in voce Πέτρος. *Secunda* cauſſa eſt, *quòd primus in nationibus fidei fundamentum poſuerit:.* hæc veriſſima Petri laus, ex hiſtoria Actorum notiſſima. Qui igitur primus inter primos Dei ſervos ad illud miniſterium electos, Eccleſiæ Chriſtianæ jecit fundamenta, meritò πέτρα, κρηπὶς, θεμέλιος Eccleſiarum appellatur. Hinc Chryſoſtomus Homil. CLXVII. t. V. eum vocat ἀρχὴν τῆς ὀρθοδοξίας, τὸν ἀναγκαῖον σύμβουλον τῶν χριστιανῶν, τὴν λαμπηδόνα τῆς οἰκουμένης, τὴν στερρὰν τῆς πίστεως πέτραν, *principium rectæ fidei, neceſſarium Chriſtianorum conſiliarium, ſplendorem orbis, ſolidam fidei petram.* Idem, Homil. eadem eum vocat τῆς οἰκουμένης φωστῆρα, *totius orbis luminare.* Theophylactus in cap. XXI. Johan. pag. 845. dicit: Ὁ χριστὸς ἐνεχείρισε τῷ Πέτρῳ τὴν πάντων τῶν πιστῶν προστασίαν. *Chriſtus Petro omnium fidelium commiſit curam.* Et Photius epiſt. CCXLIII. pag. 366. Πέτρος, ἐφ᾽ ᾧ τὰ τῆς πίστεως κεῖται θεμέλια. *Petrus in quo repoſita ſunt fidei fundamenta.* Menologium eum vocat τὴν κρηπῖδα τῆς ἐκκλησίας, τὴν πέτραν τῆς πίστεως, θεμέλιον τῆς πίστεως, δογμάτων βάσιν ἄσειστον, *baſim Eccleſiæ, petram fidei, fundamentum fidei, inconcuſſam dogmatum baſin.* Ab Ambroſio *tertia* cauſſa hæc ponitur, *quòd tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemq́; contineat.* Magnifica verba. Quomodo verò intelligi debeant, explicat Caſaubonus Exercitat.XV. num.XIV. Nempe hæc de vivente Petro in terris ita accipienda, & cùm Paulus dicit *ſe homines ſervare;* de ſervo Chriſti hac locutione uſus, quæ propriè, ipſo docente Paulo, ad Chriſtum pertinet. Sic dicitur Ambroſio Petrus *continere compagem Eccleſiæ,* cùm, ipſo interprete Ambroſio, Chriſtus ſua virtute hoc præſtet, qui propterea ſolus λίθος ἀκρογωνιαῖος Eccleſiæ appellatur, & eſt. Vide in Ἀκρογωνιαῖος, in Κεφαλὴ, num.I. 2. in λίθος, num.II.2. Petrus devotionem tantùm affert. Sed & de verſante inter homines rectè hoc dici potuit, & nunc ipſo in cœlis cum Chriſto regnante, de doctrina Petri & fide, quam ille prædicavit, dicetur rectiſſimè. Epiphanius, Ambroſio pene æqualis, Hæreſi LIX. quæ eſt contra Catharos, p.217. ut jam vidimus num. II. affirmat, *Petrum extitiſſe nobis ſolidam petram fundantem fidem Domini, ſuper quam ædificata fuerat Eccleſia,* idque κατὰ πάντα τρόπον, *omnibus modis:* deinde tres modos explicat. Primus modus, ſive prima cauſſa eſt, confeſſio ab eo edita de Chriſti deitate, & facta ipſi promiſſio: altera eſt confeſſio ejuſdem de Spiritûs Sancti deitate. Tertiam cauſſam ita proponit Epiphanius: Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα στερεὰ πέτρα οἰκοδομῆς, καὶ θεμέλιος οἴκου Θεοῦ γεγένηται, ἐν τῷ ἀρνησάμενον αὐτὸν, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντα, εὑρεθέντα τε ὑπὸ Κυρίου, καὶ καταξιωθέντα πάλιν ἀκοῦσαι, ποίμανε τὰ πρόβατά μου, καὶ ποίμανε τὰ ἀρνία μου, καὶ ποίμανε τὰ πρόβατά μου, ὁ γὰρ χριστὸς τοῦτο λέγων, εἰς ἐπιστροφὴν ἡμᾶς ἤγαγε μετανοίας, ἵνα ἐν αὐτῷ πάλιν οἰκοδομηθείη, ἡ ἐνθεμελιώτατος πίστις, ἡ μὴ ἀπαγορεύουσα ζωὴν τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι ἐμπνέουσι τῷ βίῳ, καὶ μετανοοῦσιν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ διορθοῦνται τὰ ἑαυτῶν σφάλματα ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. *Sed etiam in eo ſolita petra ædificii, & fundamentum domus Dei fuit Petrus, quando, poſtquam negâſſet, & denuo converſus eſſet, à Domino inventus eſt, qui eo honore ipſum dignatus eſt,ut, ut rurſus illi diceret,* Paſce oves meas, & paſce agnos meos, & paſce oves meas. *Nam his verbis Chriſtus ad pœnitentiæ converſionem nos duxit, ut iterum in Petro fides optimo nitens fundamento ædificaretur, quæ de vita illorum hominum non deſperat, qui vitali ſpiritu adhuc fruuntur, & revera reſipiſcunt, & delicta ſua in hoc ſeculo corrigunt.* Cedro digna ſunt Baſilii M. verba, Homil. de Pœnitentia, t.I. pag.616. Ἀλλὰ Πέτρος εἰπὼν καὶ εὐλογηθεὶς, εἰπὼν, ὅτι υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, καὶ ἀκούσας ὅτι πέτρα εἶ, ἐνεγκωμιάσθη. Εἰ γὰρ καὶ πέτρα, οὐχ ὡς χριστὸς πέτρα· ὡς πέτρος πέτρα· χριστὸς γὰρ ὄντως πέτρα ἀσάλευτος· Πέτρος δὲ διὰ τὴν πέτραν. Χαρίζεται γὰρ Ἰησοῦς τὰ ἑαυτοῦ ἀξιώματα, οὐκ ἀποκενούμενος, ἀλλ᾽ ἔχων ἃ δίδωσιν. *At Petrus dixerat jam antea, & beatus pronunciatus fuerat, cùm dixiſſet,* Tu es Filius Dei altiſſimi, *& viciſſim audierat, quòd ſit petra, ita laudatus à Domino. Licèt enim etiam petra, non ut Chriſtus petra: ut Petrus petra: Chriſtus enim verè eſt immobilis petra. Petrus vero propter petram. Dignitates namq; ſuas Jeſus aliis largitur, non tamen iis ſpoliatur, ſed nihilominus ea habet, quæ dat.* Sic Ambroſius in Lucam lib. VI. cap. IX. Matthæi locum exponit: *Petra eſt Chriſtus: etiam diſcipulo ſuo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut & ipſe ſit Petrus, quòd de petra habeat ſoliditatem conſtan-*

Digitized by Google

ſtantiæ, *fidei firmitatem.* Paulinus epiſt. IV. ad Severum: *Petra eſt Chriſtus: ſed etiam diſcipulo ſuo hujus vocabuli gratiam non negavit, cui ait, ſuper hanc petram, &c.* Quis, quæſo, Petri Monarchiam hinc eliciat? Annon Petrum appellant petram propter fidei firmitatem, quam habuit à petra, id eſt, à Chriſto? Non malè igitur Theophylactus in cap. XXII. Lucæ, pag. 517. Petrum vocat τὴν μετὰ χριστὸν πέτραν καὶ στήριγμα, *poſt Chriſtum petram & firmamentum.* De his verò omnibus, ut ſæpè monuimus, plura in voce Πέτρος.

IV. Quarta eorum eſt ſententia, qui *veram petram, & verum Eccleſiæ fundamentum* volunt intelligi, nempe *ipſum Chriſtum.* Atque ita vocem *petra* accipiendam eſſe accuratè & copioſè docet Auguſtinus pluribus locis; ut in Johannem tractatu centeſimo viceſimo quarto: de Trinitate lib. II. c. XVII. & multò uberius de verbis Domini ſecundum Matth. ſerm. XIII. & Retract. lib. I. cap. XXI. Cum Auguſtino ſentiunt alii plures. Paucos adduxiſſe ſufficiet. Origenes ad v. 41. cap. I. Joh. in Catena, pag. 57. Πέτρον δὲ αὐτὸν κληθήσεσθαι εἶπε, παρωνομασθέντα ἀπὸ τῆς πέτρας, ἥτις ἐστὶν ὁ χριστὸς, ἵν' ὥσπερ ἐκ σοφίας σοφὸς, καὶ ἅγιος ἐξ ἁγιότητος· οὕτω καὶ ἐκ πέτρας Πέτρος. *Petrum autem appellandum ait, hoc nomine accepto à petra, quæ Chriſtus eſt; ut quemadmodum à ſapientia ſapiens, & ſanctus à ſanctitate; ſic etiam à petra Petrus.* Cæſarius quæſt. LXVI. pag. 156. Οὐδὲ παῦλος, φάσκων, εἷς θεὸς, ὁ πατὴρ, ἔξω αὐτὸν τῆς κυριότητος τίθησιν· ἢ πάλιν, λέγων. Εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ἔξω αὐτὸν τῆς θεότητος δείκνυσιν· οὐδ' αὖ πάλιν θεηγορῶν ὁ υἱός· ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, ἄμοιρον τῆς ἐκκλησίας τὸν πατέρα ἐπιδείκνυσι. *Neq; Paulus, cùm dicit*, unus Deus, Pater, *Filium Dominum eſſe negat: vel rurſus, quando dicit*, Unus Dominus Jeſus Chriſtus, *eum à Deitate remotum eſſe oſtendit: neq; rurſus, quando divina loquitur Filius*, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, *Eccleſiæ exſortem oſtendit Patrem.* Senſus eſt, Filium, quando dicit, ſe ſuper hanc petram, id eſt, ſe ipſum, ædificaturum Eccleſiam, non excludere Patrem, quaſi ſuper ipſum non ſit ædificata Eccleſia. Apud Athanaſium, quæſt. VIII. de Parabolis ſcripturæ, t. II. pag. 395. ad locum Matth. VII. 24. Ἄνθρωπός τις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν. Τίς ὁ ἄνθρωπος; ὁ ἅγιος Πέτρος. Πέτρα, ὁ χριστός· οἰκία, ἡ πίστις. *Homo quidam ædificavit domum ſuam ſuper petram. Quis ille homo? ſanctus Petrus. Petra, Chriſtus: domus, fides.* Cyrillus Alexandr. ad v. 16. cap. XXXIII. Jeſaiæ, pag. 460. Εἰκὸς πέτραν ἡμῖν ὀνομάσθαι διὰ τούτων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἐν ᾧ καθάπερ τι σπήλαιον, ἢ καὶ προβάτων σηκὸς ἡ ἐκκλησία νοεῖται ἀσφαλῆ καὶ ἀκράδαντον ἔχουσα τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονήν. Σὺ γὰρ εἶ Πέτρος, φησὶν ὁ σωτὴρ, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ θεμελιώσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Veriſimile eſt petram in hiſce verbis appellari Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, in quo, tanquam ſpeluncam quandam, vel etiam ovium caulam Eccleſia intelligitur habere ſecuram & inconcuſſam in bono manſionem. Tu enim es Petrus, inquit Servator, & ſuper hanc petram fundabo Eccleſiam meam.* Ignatius in epiſt. ad Philadelphienſes, pag. 102. de Chriſto: Οὗτός ἐστιν ἡ πρὸς τὸν πατέρα ἄγουσα ὁδὸς, ἡ πέτρα, ὁ φραγμὸς, &c. *Hæc eſt quæ ad Patrem ducit via, hæc petra, hoc ſeptum, &c.* Idem, epiſt. ad Polycarpum, pag. 204. in principio Epiſtolæ: Ἀποδεχόμενός σου τὴν ἐν θεῷ γνώμην ἡδρασμένην, ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον. *Approbans & ſuſcipiens ſententiam tuam in Deo firmatam velut ſuper immobilem petram.* Hæc omnino de Deo, non de Petro accipi debent. Et in Epiſt. ad Epheſios, pag. 223. Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ θεμελιώσας ὑμᾶς ἐπὶ τὴν πέτραν, ὡς λίθους ἐκλεκτοὺς ἐναρμολογουμένους εἰς οἰκοδομὴν θείαν πατρὸς, ἀναφερομένους εἰς τὰ ὕψη διὰ χριστοῦ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντος, σχοίνῳ χρωμένους τῷ ἁγίῳ πνεύματι, πίστει δὲ ἀναγομένους, καὶ ἀγάπῃ κουφιζομένους ἐκ γῆς πρὸς οὐρανόν. *Jeſus Chriſtus, qui ſupra petram vos fundavit ceu lapides electos, coaptatos in divinum Patris ædificium, ſublatos in altum per Chriſtum pro nobis crucifixum, ſancto Spiritu utentes pro fune, fide ſubvectos, & charitate elevatos à terra ad cælum.* Hic Ignatius expreſsè *petram Eccleſiæ* in cœlo ponit. Qui ergo de Papa in terris Monarchiam exercente intelligeretur? Nec ſufficit dicere, Petrum in cœlo eſſe. Sic enim ſolus Petrus, non ejus ſucceſſores ſcilicet, dum in his terris degunt, petra eſſent. Id ipſum etiam Modeſtus, Archiepiſcopus Jeroſol. in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXV. pag. 15256. clarè docet, quando inquit: Ἡ ἀπαρχὴ τῶν ἀποστόλων Πέτρος ὠνομάσθη διὰ τὴν ἀσάλευτον πίστιν, ἣν ἔσχεν ἐπὶ χριστὸν τὴν πέτραν. *Primitiæ Apoſtolorum, Petrus appellatus eſt propter immobilem fidem, quam habuit in petram Chriſtum.* Chriſtus vocatur νοουμένη πέτρα, *ſpiritualis petra.* Chryſoſtomus Homil. VI. adv. Anomœos: Ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων οὐχ ἡ φύσις τῆς ὁρωμένης πέτρας, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς νοουμένης τοὺς ποταμοὺς ἠφίει τῶν ὑδάτων. *Apud Judæos non natura viſibilis petræ, ſed potentia ſpiritualis petræ fluvios aquarum emittebat.* Alludit ad locum I. Corinth. X. 4. ubi Chriſtus πνευματικὴ πέτρα appellatur. Chriſtus autem vocatur πέτρα διὰ τὸ ἀμετακίνητον, *quia immobilis eſt*, ut loquitur Epiphanius in Ancorato, pag. 488. Vel, ut Cyrillus Alexandr. lib. III. Glaphyr. in Exodum, pag. 314. Πέτρᾳ παρεικάζεται διὰ τὸ ἄθραυστον καὶ ἀκλόνητον· ἐρήρεισται γὰρ ἐν ἰδίοις ἀγαθοῖς ἡ θεία τε καὶ ὑπερτάτη φύσις. *Petræ comparatur, quia frangi & moveri nequit: in propriis enim bonis divina & ſuprema natura firmata eſt.* Baſilius M. de Spiritu Sancto cap. VIII. t. II. pag. 158. Πέτρα, διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἄτρεπτον, καὶ παντὸς ἐρύματος ἀῤῥαγέστερον εἶναι φυλακτήριον τοῖς πιστοῖς. *Petra dicitur, eò quòd validum ſit & inconcuſſum, & quavis arce tutius propugnaculum fidelibus.* Confer vocem Λίθος, num. II. 2. De his verò omnibus, ut jam monuimus, videnda Exercitat. XV. Caſauboni; ubi longè plura ad hujus materiæ illuſtrationem facientia. Nobis ſufficiat varias Veterum propoſuiſſe ſententias.

Πέτρος.

Plurima de Apoſtolo Petro dici poſſent: nos verò, ne nimis latum ingrediamur campum, ex quo difficilis tandem foret exitus, conſiderabimus tantùm *nomina & locutiones encomiaſticas*, quibus Apoſtolum hunc Veteres paſſim ornâſſe leguntur. Hæc verò ipſa materia cùm ſit ampliſſima, eam certis includemus cancellis, & *nomina iſta ſeu locutiones encomiaſticas ad tres* maximè *claſſes revocabimus.*

I. *Prima claſſis* ea continet nomina & encomia, *quæ primatum* quendam *Petro tribuunt*, vel *eximias* quasdam in eo *virtutes reſpiciunt.* Ex horum cenſu ferè ſequentia ſunt, quòd vocatur

1. Πρῶτος, *primus.* Ipſa ſacra ſcriptura non ſolùm in recenſendis Apoſtolorum nominibus incipit *à Petro*, ſed eum etiam diſertè vocat πρῶτον, *primum*, Matth. X. 2. & Marci I. 36. Apoſtolorum chorus ſic deſcribitur, *Simon, & qui cum eo.* Chryſoſtomo Hom. LXXXII. t. VI. dicitur ὁ πρῶτος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, *primus in Eccleſia, primus ille diſcipulorum.* Homil. II. in Acta, τοῦ χοροῦ πρῶτος, *primus chori.* Homil. CLXVIII. t. V. eodem ſenſu, τῆς τοῦ καλοῦ ποιμένος

μένος ἀγέλης πρωτότοκον πρόβατον, gregis illius boni illius Paſtoris primogenita ovis. Eodem iterum ſenſu vocatur *princeps Apoſtolorum*, apud Hieronymum in Catalogo ſcriptor. Eccleſ. cap. I. quod vocabulum Græcus Hieronymi interpres Sophronius vertit, *ἀρχηγὸς τῶν ἀποστόλων*, Synodus Conſtantinopolitana ſub Menna Patriarcha, act. IV. loquens de Petro, *τοῦ πρώτου τῶν ἀποστόλων*, & in Latina editione, *principis Apoſtolorum.* Ut *princeps*, in iſta locutione, idem ſit ac *primus.* Quo ſenſu frequens hujus vocabuli uſus eſt apud Scriptores Latinos. Cicero, de optimo genere Oratorum, *Græcorum*, inquit, *Oratorum præſtantiſſimi ſunt ii, qui fuerunt Athenis: eorum autem princeps facilè Demoſthenes.* Demoſtheni adverſarius fuit Æſchines orator, & hos duos Cicero, eodem libro vocat *ſummos oratores.* Ita alii quoque ſatis frequenter loquuntur. Vel, *Petrus* ideo *πρῶτος*, *primus* dicitur, quia *πρωτόκλητος*, ante omnes ſcilicet vocatus, quod primatum temporis & ordinationis reſpicit. Unde vetus Gloſſarium, *priorem, priſtinum, primarium, & originalem* interpretatur; quæ omnes voces temporis anteceſſionem deſignant. Ejusdem omnes Apoſtoli ordinis fuere, vocationis, officii, meriti. Primus in eo ordine Petrus, ut inter pares, vocationis tempore prior. Theophylacti ad Matthæi X. 2. pag. 51. *Προτίθησι δὲ Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν, διότι καὶ πρωτόκλητοι· εἶτα τοὺς τοῦ Ζεβεδαίου, προτάττει δὲ τὸν Ἰάκωβον, τοῦ Ἰωάννου· οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ τὸ παραπεσὸν καταλέγει τούτους. Præponit autem Petrum & Andream, quoniam & primò erant vocati. Deinde ponens filios Zebedæi, præponit Jacobum Johanni, non juxta dignitatem, ſed ſimpliciter ut acciderat hos enumerans.* Et ſanè hoc intereſt inter *primatum temporis*, *προγενεσίαν* Græci vocant: & *primatum ἀρχοντικὸν*, quòd temporis primatus nullam primo poteſtatem confert, aut jurisdictionem in ſequentes ejusdem ordinis, ſed primum tantùm locum, vel ſtandi, vel ſedendi in ordine, *πρωτοστασίαν* nempe, ac *πρωτοκλισίαν*, vel *προεδρίαν.* Et hoc nomine, ſi propriè loquamur, *πρωτοστασία* & *προστασία* differunt. *Προστασία* præſidentiam cum poteſtate, ſive præpoſituram cum jurisdictione tribuit: *πρωτοστασία* verò, ut quis in loco ſuperiore ſit collocatus, tantùm efficit. *Προστασίαν* Heſychius *κυβέρνησιν*, *gubernationem*, vel *adminiſtrationem* interpretatur. Veteres Gloſſæ: *Προστασία*, *patrocinium.* *Προστάτης*, *patronus, præpoſitus.* Scholiaſtes Ariſtophanis in Equitibus, pag. 249. *Προστάτην, τὸν προεστάμενον τοῦ δήμου, τουτέστι, δημαγωγόν. Præfectum* ſeu *præſidem populi, reipublicæ adminiſtratorem.* *Πρωτοστάτης* autem is propriè eſt, qui in acie ſtat primus in primo ordine, qui locus eſt dexter *τοῦ πρώτου ζυγοῦ*, ut loquuntur Tactici. Heſychius: *Πρωτοστάτης, ὁ πρῶτος παρὰ τὸ κέρας τῆς παρατάξεως τεταγμένος, qui primus ad cornu aciei locatus.* Gloſſæ veteres *πρωτοστάτην* exponunt *principem*, qui ſimpliciter *de primo* eſt intelligendus. Sic in acie Romana *principes* olim dicti, qui primi prælium capeſſebant, ante *haſtatos* ſcilicet, & *Triarios*, cùm tamen non primum ac potiorem in militia gradum tenerent. Ita ergo Petrus vocatur *ὁ πρωτοστάτης* in Actis Concilii Epheſini, pag. 138. quòd primum teneret locum. Nec verò negamus, Petro nonnunquam *προστασίαν* quoque tribui. Oecumenius certè in cap. I. Actorum, pag. 6. *Ἀνίσταται ὁ Πέτρος, καὶ ὡς θερμότερος, καὶ ὡς τὴν προστασίαν τῶν μαθητῶν ἐγκεχειρισμένος. Surgit Petrus*, nempe Actor. I. 15. *& tanquam ferventior, & ut cui autoritas in diſcipulos erat commiſſa.* *Ἀρχοντικὸν* tamen primatum hic minimè intelligendum eſſe, ipſe Oecumenius clarè ſatis docet, quando continuò ſubjicit: *Ὅρα δὲ πάντα μετὰ κοινῆς αὐτὸν γνώμης ποιοῦντα, καὶ οὐκ ἀρχικῶς, οὐδὲ μετ' ἐξουσίας. Vide autem omnia ex communi ſententia agentem, & non per modum imperii, nec cum poteſtate.* Ad eundem locum Chryſoſtomus Homil. III. in Acta: *Ὅρα δὲ αὐτὸν μετὰ κοινῆς πάντων ποιοῦντα γνώμης· οὐδὲν αὐθεντικῶς, οὐδὲ ἀρχικῶς. Vide verò, quomodo* Petrus *omnia agat ex communi omnium ſententia: nihil autoritate ſua, neque cum imperio.* Ita etiam intelligenda illa Baſilii Seleucienſis, Orat. XVII. pag. 97. quando eum vocat *τὸν τῶν Χριστοῦ μαθητῶν προστάτην*, *diſcipulorum Chriſti præſidem:* eodem enim ſenſu *προστάτης* dicitur, quo *στόμα ἀποστόλων*, de quo poſtea. Et Paulo æquè ac Petro Eccleſiarum *προστασία* commiſſa. Vide in *Παῦλος*, num. II. 3.

2. *Κορυφαῖος.* Veteres Gloſſæ: *Κορυφαῖος*, *auctor, princeps.* Heſychius: *Κορυφαῖος, τέλειος ἡγεμών. Perfectus dux.* *Κορυφαῖος* in choreis dicitur *præſultor.* Ariſtot. Polit. III. nominat in choro *κορυφαῖον*, id eſt, *principem*, ſeu *præcentorem*, & *παραστάτην*, id eſt, *adjunctum.* Apud Budæum autem hæc ita leguntur; In choreis etiam *παραστάτης* dicitur qui præſultori ſecundus eſt: qui præſultor, *κορυφαῖος* etiam dicitur, & *ἐξάρχων*, & *καθάρχων*, & *χοροστάτης.* Vide Theſaurum Stephani. Suidas: *Κορυφαῖος· ὁ πρῶτος τῶν χορευτῶν. Coryphæus: ſaltantium primus, præſultor, choreæ dux.* *Κορυφαῖος* igitur propria eſt artis orcheſticæ vox, de præſultore in chorea, à quo motus incipit. Chryſoſtomus initio Homiliæ Kalendis Januariis habitæ: *Καθάπερ χορὸς τὸν κορυφαῖον ἐπιζητεῖ*, &c. *quemadmodum chorus præſultorem requirit*, &c. Cùm aliò transfertur vox *κορυφαῖος*, honoris aliquam prærogativam ſignificat, dominationem verò nullam. Sic Demoſthenes dicitur Dionyſio Halicarnaſſeo, *dux & coryphæus chori oratorum; χοροῦ ἡγεμόνα τε καὶ κορυφαῖον οἶδα*, &c. Ita, quia familiare eſt Patribus, ſocietatem Apoſtolorum, propter ſingularem omnium conſenſum, vocare *chorum*, etiam frequenter Petrum hujus chori *coryphæum* appellare ſolent, & aliquando *κορυφήν.* Chryſoſtomus Homil. LXXXII. t. VI. *ἡ κορυφὴ τῶν ἀποστόλων*, *Apoſtolorum vertex.* Homil. CVIII. t. ejusd. *ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων*, *præcipuus Apoſtolorum.* Item, *Κορυφαῖος τοῦ χοροῦ τῶν μαθητῶν. Chori diſcipulorum coryphæus.* Orat. II. in Pſal. LI. eodem ſenſu, *ἡ κεφαλὴ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων. Caput chori Apoſtolici.* Homil. I. ad Rom. *κορυφαῖος τῶν μαθητῶν.* Homil. VI. in Acta: *Ὁ κορυφαῖος τοῦ μακαρίου χοροῦ. Præcipuus beati chori.* *Κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων* etiam vocatur ab aliis Patribus paſſim. Vide Photii epiſt. I. pag. 21. Ephræm, Theopol. Patriarch. in Biblioth. Photii, Cod. CCXXIX. pag. 808. Paulum, Epiſcop. Emeſ. in Actis Epheſinis, pag. 277. Baſilium Seleucienſem, Orat. XVII. pag. 97. Vocatur *ὁ τοῦ θιάσου τῶν μαθητῶν κορυφαῖος*, *diſcipulorum ſodalitii coryphæus*, ab Iſidoro Peluſiota epiſtolâ CXLII. pag. 44. lib. I. *Ὁ κορυφαῖος τῆς ἱερᾶς λογάδος τῶν μαθητῶν, ſacræ diſcipulorum cohortis coryphæus*, à Theophane Homil. XXII. pag. 141. *Ὁ κορυφαῖος, καὶ τῶν ἄλλων προτεταγμένος. Coryphæus, & reliquis præpoſitus*, à Cyrillo Alex. lib. XII. in Johannem, p. 1118. Eodem ſenſu dicitur epiſt. CLXXIV. Photii, pag. 261. *τῶν μαθητῶν ἡ ἀκρότης, diſcipulorum ſummus.* *Κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης, Apoſtolorum ſummus*, Can. III. Concilii Nicæni ſecundi. *Ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης, ſuprema iſta & antiquiſſima ſummitas Theologorum*, à Dionyſio Areopagita cap. III. de divinis Nominibus, pag. 452. Inde tamen nondum ſequitur, Petrum à Chriſto Hieromonarcham fuiſſe inſtitutum, quia, etſi Petrus vocetur *κορυφαῖος*, omnes tamen Apoſtoli nihilominus fuerunt æquales: id quod ipſe etiam Areopagita agnoſcit cap. V. de Eccleſ. Hierarch. num.

V. pag.

Digitized by Google

V. pag. 315. his verbis: Ὁ τῶν μαθητῶν κορυφαῖος, μετὰ τῆς ὁμοταγοῦς αὐτῷ δὲ ἱεραρχικῆς δεκάδος. *Coryphæus diſcipulorum, unà cum coæquali ſibi ac pontificali decade.* Ὁμοταγεῖς namque, interprete Heſychio, οἱ ἐν τῷ αὐτῷ τάγματι, *qui ſunt in eodem ordine.* Adeò autem appellatione κορυφαίου nullum peculiare jus dominationis tribuitur, ut in eodem Collegio plures eſſe poſſint κορυφαῖοι. *Petrus* certè, *Jacobus & Johannes*, qui Matth. XVII. v. 2. transfigurationi Chriſti interfuerant, vocantur οἱ κορυφαῖοι. Gregentius, ut notat Barthius Adverſ. lib. V. c. XIV. in precatione, quâ cœli aperti fuiſſe dicuntur: Ὁ μαθητὰς ἑαυτῷ ἐκ τῆς σῆς γῆς τῶν Ἑβραίων ἐκλεξάμενος καὶ μεταμορφωθεὶς ἔμπροσθεν κορυφαίων ἐπὶ τοῦ ὄρους Θαβώρ. *Qui tibi ipſi ex tua Hebræorum terra diſcipulos elegiſti, & transfiguratus es coram coryphæis in monte Thabor.* Paulus etiam vocatur κορυφαῖος. Vide in Παῦλος, num. II. 3. Cur verò *Petrus* vocatus ſit κορυφαῖος, vide numero ſequenti in Ἔξαρχος.

3. Ἔξαρχος. Qui olim Ἔξαρχοι fuerint appellati, docuimus in voce Ἔξαρχος, num. I. ubi etiam, cur *Petrus* hoc nomine inſignitus fuerit. Nempe κορυφαῖος & ἔξαρχος vocatur, quia ὑπὸ θερμότητος alios Apoſtolos ſolebat antevertere, & primus loquebatur. Barlaam de principatu Papæ cap. II. pag. 106. ad interrogationem, quomodo Petrus vocetur κορυφαῖος καὶ πρωτόθρονος τῶν ἀποστόλων; reſpondet: Ὁρῶ τὸν Πέτρον, ἡνίκα δεήσειε πρὸς ἀναπλήρωσιν τῶν δώδεκα ἄλλον τινὰ καθιστάναι, αὐτὸν ἀναστάντα πρῶτα τοῦ λόγου ἀρξάμενον· ὁμοίως δὲ ἤπου μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπέλευσιν αὐτὸν εὕροι τις ἂν τῆς διδασκαλίας ἡγούμενον· τοῦτ' ἄρα τὸ ἐκείνου πρωτεῖον, τὸ τοὺς ἄλλους αὐτῷ τοῦ τὰ πρῶτα λέγειν τιμὴν παραχωρεῖν. *Obſervo Petrum, quando oportebat ad complendum numerum duodecim* Apoſtolorum *alium aliquem conſtituere, ſurrexiſſe & primum loquendi initium feciſſe. Similiter etiam poſt miſſionem Spiritus Sancti deprehenditur docendi initium feciſſe. Hic igitur ejus fuit primatus, quòd reliqui ipſi honorem primo loco loquendi ceſſerunt.* Et in fine illius capitis, pag. 107. Λέγομεν, ὅτι τὰ μὲν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἰσότιμοι πάντες ἐτύγχανον· τῆς δὲ ἱερᾶς αὐτῶν δωδεκάδος ὁ μακάριος Πέτρος ἐξῆρχε· τοῦτο πλέον τῶν ἄλλων ἔχων, τὸ τῶν ἄλλων παρόντων, αὐτὸς τῆς διδασκαλίας ἡγεῖσθαι, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἴσως ἀξιοῦσθαι. *Dicimus, Apoſtolos, quod ad res Eccleſiaſticas attinet, honore pares fuiſſe omnes: ſed in ſacro illo duodecim virorum choro Petrus erat coryphæus: hanc habens præ reliquis prærogativam, quòd, præſentibus cæteris, ipſe docendi initium faciebat; ac fortaſſe etiam honos primò loco ſedendi illi deferebatur.* De hac Petri παῤῥησίᾳ, & piâ loquendi audaciâ pro collegis, Chryſoſtomus Hom. XXXII. t. V. pag. 199. Ὁ πανταχοῦ θερμὸς καὶ παῤῥησίας γέμων, μᾶλλον δὲ ἀγάπης ἢ παῤῥησίας, σιγώντων ἁπάντων προσελθὼν τῷ διδασκάλῳ. *Ille ubiq; fervidus, plenus libertatis, vel charitatis potiùs, quàm libertatis, cæteris ſilentibus accedit ad magiſtrum.* Idem, Homil. L. in Matth. Ὁ Πέτρος πανταχοῦ θερμὸς καὶ ἀεὶ τῶν ἄλλων προπηδῶν. *Petrus ubiq; fervidus, & ſemper ante alios proſiliens, nimirum tanquam* κορυφαῖος, *præſultor.* Et Homil. III. in Acta, pag. 622. Ὡς θερμὸς, καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρὰ τοῦ χριστοῦ τὴν ποίμνην, καὶ ὡς τοῦ χοροῦ πρῶτος, ἀεὶ ἄρχεται τοῦ λόγου. *Tanquam fervidus, & ut cui à Chriſto commiſſus erat grex, & ut primus chori, ſemper incipit ſermonem.* Theophylactus in c. I. Marci, p. 194. Ὁ θερμότατος, καὶ προπηδῶν τῶν ἄλλων. *Fervidiſſimus ille, & ante alios proſiliens.* A' Zonara ad Canon. I. Concilii Nicæni II. p. 212. vocatur τὴν πίστιν θερμότατος, *in fide fervidiſſimus.* Eandem ob cauſam vocatur ſæpe

4. Στόμα. Chryſoſtomus Homil. XXXII. t. V. pag. 199. Ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν. *Chori Apoſtolorum coryphæus, os illud diſcipulorum.* Ita etiam Homilia in Joh. LXXXVIII. Ephræm Theopolitan. Patriarcha in Bibliotheca Photii, cod. CCXXIX. eundem vocat τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων, *os Apoſtolorum.* Paulus Episc. Emeſ. in Actis Concilii Epheſ. p. 277. Τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων, Πέτρος. *Os illud Apoſtolorum, Petrus.* Rationem hujus appellationis reddit Chryſoſt. Homil. LXI. t. V. edit. Pariſ. p. 805. Ὥσπερ τὸ στόμα ἀντὶ παντὸς τοῦ σώματος φθέγγεται, οὕτως ἡ γλῶσσα τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἦν, καὶ ἀντὶ πάντων αὐτὸς ἀπεκρίνατο. *Quemadmodum pro toto corpore os loquitur, ſic Apoſtolorum lingua erat Petrus, & pro omnibus ipſe reſpondit.* Bellarmin. lib. I. de Rom. Pontifice, cap. XII. pag. m. 668. & Baronius anno XXXIII. n. XII. hinc colligunt, *Petrum eſſe caput & principem Apoſtolorum.* Sed fruſtra. Fatemur, Petrum & fuiſſe revera, & dictum reperiri à veteribus στόμα τῶν ἀποστόλων, vel τῶν μαθητῶν, vel, quod idem eſt, τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον apud Euſebium hiſtor. Eccleſ. lib. II. cap. XIV. pag. 15. b. ſed nondum ex eo ſequitur, quod illi volunt. *Qui pro Rege loquitur, os Regis appellatur,* inquit Lyranus ad cap. XV. Jeremiæ. Quin etiam *os Dei* rectè dici poſſe quemlibet fidelem Prophetam & Dei ſervum, certum eſt ex v. 19. ejusdem capitis. Hinc Ignatius ad Eccleſiam Epheſinam ſcribens & ad ſuperiorem Jeremiæ locum alludens, Epheſios vocat στόμα χριστοῦ. Verba ejus, pag. 224. ſunt: Γίνεσθε οὖν διάκονοι θεοῦ, καὶ στόμα χριστοῦ. *Eſtote igitur miniſtri Dei, & os Chriſti.*

5. Ἀπαρχή. Modeſtus Archiepiſcopus Jeroſolymit. in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXV. p. 1525. Ἡ ἀπαρχὴ τῶν ἀποστόλων Πέτρος. *Primitiæ Apoſtolorum Petrus.* Ita ante eum Pſeudo-Clemens epiſt. I. Petrum vocat *primitias electionis Domini.* Turrianus vult, hoc Petri Hieromonarchiam probare & ſtabilire. An ergo etiam Epænetum, & Stephanam, qui vocantur ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, Rom. XVI. 5. I. Corinth. XVI. 15. propterea principatum & dominium in reliquos fideles habuiſſe? Non exiſtimo. Vide in Ἀπαρχὴ, num. II. ſub lit. *a.*

II. *Secunda claſſis* ea continet nomina & encomia, *quæ excellentiam & onus indicant muneris Apoſtolici,* quod erat omnium Apoſtolorum commune officium: ejusque jura omnia omnibus ex æquo conceſſa. Huc pertinet, quòd *Petrus* vocatur

1. *Fundamentum Eccleſiæ.* A' Chryſoſtomo Homil. XXIV. t. V. pag. 147. vocatur ἡ κρηπὶς τῆς ἐκκλησίας, *baſis Eccleſiæ.* Idem Homil. in Petrum & Eliam eum vocat τὴν κρηπῖδα τὴν ἀσάλευτον, *baſin illam immobilem.* Et Homil. XXXII. t. V. pag. 199. τὸν τῆς ὁμολογίας θεμέλιον, *confeſſionis fundamentum.* Homil. III. in Matth. pag. 18. τὸν τῆς ἐκκλησίας θεμέλιον, *Eccleſiæ fundamentum.* Philippus Presbyter in Actis Concilii Epheſini, p. 195. eum vocat τὸν θεμέλιον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, *fundamentum Eccleſiæ Catholicæ.*

2. Πέτρα. Vide in Πέτρα, num. III.

3. *Columna.* Petrus à Chryſoſtomo Homil. II. in Pſal. LI. vocatur ὁ στύλος τῆς ἐκκλησίας, *columna Eccleſiæ.* Ita etiam Homil. XXXII. t. V. pag. 199. Ab eodem etiam alibi. Nec verò ſolus Petrus hoc nomine venit, ſed etiam reliqui Apoſtoli, & doctores Eccleſiæ. Vide infrà, & in voce Στύλος. Eodem ſenſu ὁ κίων τῆς πίστεως, *columna illa fidei,* vocatur à Philippo Presbytero, loco ubi ſuprà.

4. Στερέωμα, *firmamentum.* Chryſoſtomus Hom. XXXII. t. V. pag. 199. eum vocat τὸ στερέωμα τῆς πίστεως, *firmamentum fidei.*

5. *Fulcrum.* Gregor. Nazianzenus Orat. VII. eum vocat τὸ τῆς ἐκκλησίας ἔρεισμα, *Eccleſiæ fulcrum.* Theophylactus in cap. XII. Lucæ, στήριγμα, *fulcimentum, fulcrum.*

6. *Ei dicuntur commiſſæ claves regni cælorum.* Hinc vocatur κλειδοῦχος τῶν οὐρανῶν, *claviger cælorum*, à Chryſoſtomo Homil. CLXVIII. t. V. p. 995. A' Baſilio M. Orat. de Judicio Dei, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθείς. *Ille, cui claves regni cælorum concreditæ ſunt.* Ita etiam à Chryſoſtomo Homil. VI. in Acta, ὁ τὰς κλεῖς πιστευθεὶς τῶν οὐρανῶν. Τῶν οὐρανίων πυλῶν τὰς κλεῖς ἐμπεπιστευμένος καὶ τὴν εἴσοδον, *cui claves & ingreſſus portarum cæleſtium concreduntur*, à Photio epiſt. I. pag. 21. Chriſtus dicitur Petrum conſtituiſſe τῆς ἐν οὐρανοῖς καλοκαίας καὶ κληρουχίας κλειδοῦχον, *cæleſtis habitationis & hæreditatis clavigerum*, apud Michael. Syngelum in vita Dionyſ. Areopag. p. 355. In Menologio vocatur τῆς οὐρανῶν βασιλείας κλειδοῦχος. Utrum verò ſoli Petro, an etiam reliquis Apoſtolis claves hæ à Chriſto ſint traditæ, ex antiquitate docemus in voce Κλεῖς, num. II. 1. 2.

7. *Dicitur Paſtor univerſalis*, cui cura omnium Chriſti ovium demandata ſit. Hoc reſpectu vocatur ὁ τῆς οἰκουμένης ἁλιεύς, *totius orbis piſcator*, à Chryſoſtomo Homil. XXXII. t. V. p. 199. Ὁ τὴν ἐκκλησίαν πιστευθείς, *cui Eccleſia credita eſt*, à Theophylacto in cap. XII. Lucæ, pag. 415. Dicitur λαβεῖν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης θρόνον, *accepiſſe totius orbis ſedem*, ab eodem in cap. XXI. Joh. p. 845. Barlaam de principatu Papæ, cap. II. p. 103. eum vocat καθολικὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον ἁπάσης τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, *paſtorem univerſalem, & doctorem totius Eccleſiæ Dei.*

III. *Tertia claſſis* ea continet nomina & encomia, *qui mixti ſunt generis*, quæ primatum Petri, vel ejus virtutem perſonalem, cum dignitate & poteſtate Apoſtolica junctim comprehendunt. Talis eſt illa locutio Chryſoſtomi ad Act. I. 15. Καὶ ὡς θερμός, καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν ποίμνην, καὶ ὡς τοῦ χοροῦ πρῶτος. *Et tanquam fervidus, & cui à Chriſto commiſſus eſt grex, & ut primus chori.* Item prolixior illa laudatio Petri apud eundem Chryſoſtomum Hom. XXXII. t. V. p. 199. Ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν, ὁ στῦλος τῆς ἐκκλησίας, τὸ στήριγμα τῆς πίστεως, ὁ τῆς ὁμολογίας θεμέλιος, ὁ τῆς οἰκουμένης ἁλιεύς, ὁ τὸ γένος ἡμῶν ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς πλάνης εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναγαγών, ὁ πανταχοῦ θερμὸς καὶ παῤῥησίας γέμων, μᾶλλον δὲ ἀγάπης ἢ παῤῥησίας. *Chori Apoſtolorum coryphæus, os diſcipulorum, columna Eccleſiæ, firmamentum fidei, confeſſionis fundamentum, piſcator orbis, qui genus noſtrum à profundo erroris ad cælum reduxit, qui ubiq; fervens & libertatis plenus, plenior autem dilectionis quàm libertatis.* Hæc Petri deſcriptio continet quædam primi, & quædam ſecundi generis encomia. Illud verò, ὁ τῆς ὁμολογίας θεμέλιος, utrumque genus inſinuat, tum quòd, ut reliquorum Apoſtolorum os, aliis ſilentibus, confeſſione ſua omnes antevertërit; tum etiam, quòd ſit fundamentum, id eſt, ſapiens architectus ponens fundamentum; qui honor illi cum reliquis Apoſtolis communis eſt.

Hic verò illud jam probè obſervandum, nomina & attributa ſub ſecunda claſſe propoſita ex æquo omnibus convenire Apoſtolis, imò etiam quædã primæ claſſis, aliis etiam Apoſtolis & Eccleſiæ doctoribus tribui; ut partim ex iis, quæ jam dicta ſunt, partim ex iis, quæ deinceps ſubjicientur, manifeſtum eſt. Multa Petro & Paulo communia eſſe elogia, demonſtravimus in voce Παῦλος, num. II. 3. *Petrus & Johannes*, à Theodoreto Orat. X. de Providentia, t. IV. pag. 441. vocantur πύργοι τῆς εὐσεβείας, στῦλοι τῆς ἀληθείας, οἱ τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδοντες, *pietatis turres, columnæ veritatis, Eccleſiæ ædificium fulcientes.* De iisdem Cyrill. Alexand. lib. II. adv. Neſtorium, pag. 34. Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ἄμφω ἤστην ἀπόστολοί τε, καὶ ἅγιοι, καὶ ταῖς ἰσομέτροις τιμαῖς, καὶ δυνάμεσι ταῖς διὰ τοῦ πνεύματος κατηγλαϊσμένοι παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. *Petrus & Johannes, ambo erant Apoſtoli & Sancti, & æqualibus honoribus & virtutibus Spiritus à noſtro omnium Salvatore Chriſto ornati.* Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. III. pag. 528. *omnes Apoſtolos vocat* τοὺς πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, *totius mundi columnas.* Illuſtris eſt locus apud Greg. Nyſſenum de vita Moſis, t. I. p. 226. ubi expreſsè docet, non ſolùm Petrum, Jacobum & Johannem eſſe columnas, nec ſolum Baptiſtam lucernam ardentem, ſed omnes omnino fideles. Οὐ μόνον Πέτρος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος στῦλοι τῆς ἐκκλησίας εἰσίν· οὐδὲ μόνος ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ὁ λύχνος ἦν καιόμενος· ἀλλὰ πάντες οἱ δι' ἑαυτῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐρείδοντες, καὶ οἱ διὰ τῶν ἰδίων ἔργων φωστῆρες γινόμενοι, καὶ στῦλοι καὶ λύχνοι λέγονται. Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, φησὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ Κύριος· καὶ πάλιν ἑτέρους ὁ θεῖος ἀπόστολος στύλους εἶναι διακελεύεται, λέγων. Ἑδραῖοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι· καὶ τὸν Τιμόθεον καλὸν στῦλον ἐτεκτήνατο, ποιήσας αὐτὸν (καθώς φησι τῇ ἰδίᾳ φωνῇ) στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας ἀληθείας. *Non ſolùm Petrus, Johannes & Jacobus columnæ Eccleſiæ ſunt, nec Johannes Baptiſta tantùm ardens erat lucerna, ſed omnes qui Eccleſiam ſuſtentant & fulciunt, qui ſuis operibus luminaria facti ſunt, & columnæ & lucernæ dicuntur.* Vos eſtis lux mundi, *inquit Dominus ad Apoſtolos: ac rurſum alios divinus Apoſtolus columnas eſſe jubet, dicens:* Firmi eſtote atque immobiles. *Timotheum etiam pulcherrimam columnam fabricatus eſt, cùm ipſum; ut ſuâ ipſe loquitur linguâ;* columnam & ſtabilimentum *Eccleſiæ* veritatis *feciſſet.* An hæc poſteriora de Timotheo ſint intelligenda, patebit ex iis, quæ in voce Στῦλος dicentur. Apoſtoli vocantur οἱ κοινοὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, *communes totius orbis doctores*, à Chryſoſtomo in Præfat. in epiſt. ad Philemonem, p. 412. Heſychius, Presbyter Jeroſolymitanus, in encomio in beatum Thomam, in Bibliotheca Photii, Cod. CCLXIX. pag. 1488. loquens *de Andrea Apoſtolo:* Σάλπιγξ ἡμᾶς ἱερατικὴ πρὸς πανήγυριν ἤθροισεν Ἀνδρέας, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων πρωτότοκος, ὁ πρωτοπαγὴς τῆς ἐκκλησίας στῦλος, ὁ πρὸ Πέτρου πέτρος, ὁ τοῦ θεμελίου θεμέλιος, ἡ τῆς ἀρχῆς ἀπαρχή. *Sacra illa tuba Andreas, primus chori Apoſtolorum fœtus, primùm fixa Eccleſiæ columna, ante Petrum petra, fundamenti fundamentum, initii primitiæ, nos ad conventum hunc ſolenniter agendum congregavit.* Hic quædam medicam deſiderant manum, ſic reſtituenda: Ὁ πρὸ Πέτρου πέτρα· ὁ πρὸ τοῦ θεμελίου θεμέλιος. Idem Heſychius, Cod. CCLXXV. ibidem, pag. 1525. *Jacobum, fratrem Domini*, appellat τὸν τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ ἀρχιστράτηγον, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν ἀποστόλων τὸν ἔξαρχον, τὴν ἐν κεφαλαῖς κορυφήν, τὸν ἐν λύχνοις ὑπερλάμποντα, τὸν ἐν ἄστροις ὑπερφαίνοντα. Πέτρος δημηγορεῖ, ἀλλ' Ἰάκωβος νομοθετεῖ. *Novæ Jeruſalem ſummum ducem, ſacerdotum principem, Apoſtolorum caput, in capitibus verticem, in lampadibus ſuperſplendentem, & inter aſtra maximè illuſtrem. Petrus prædicat, Jacobus decernit.* Chryſoſtomus Homil. de utilitate lectionis ſcripturarum, tom. VIII. pag. 115. dicit *de Paulo Apoſtolo*, ὅτι τῆς οἰκουμένης ἀντελαμβάνετο πάσης, καὶ διεκυβέρνα τὰς ἐκκλησίας, *quòd orbem ſuſceperit univerſum, & gubernaverit Eccleſias.* Ibidem, *de omnibus Apoſtolis* loquens, ait: Ἄρχοντες γάρ εἰσιν ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντες οἱ ἀπόστολοι. Ἄρχοντες, οὐκ ἔθνη καὶ πόλεις διαφόρους λαμβάνοντες, ἀλλὰ πάντες κοινῇ τὴν οἰκουμένην ἐμπιστευθέντες. *Principes enim à Deo ordinati ſunt Apoſtoli: principes, non accipientes gentes & urbes diverſas, ſed omnibus in communi concreditus eſt orbis terrarum.* Et Homil. XXXIII. in Acta, ad cap. XV. v. 33. pag. 796. *Jacobum* laudat, quòd Petrum & Paulum paſſus ſit priùs loqui in Concilio Jeroſolymitano, cùm ipſe *Jacobus* fuerit τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένος, *in principatu conſtitutus.* Idem, Homil. I. in Johannem, *de Johanne* Apoſtolo ait, quòd ſit ὁ στῦλος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὁ τὰς κλεῖς ἔχων

τῶν

τῶν οὐρανῶν, *columna omnium toto orbe Eccleſiarum, claves habens cœlorum.* Eccleſia Lugdunenſis & Viennenſis, in epiſtola ſua de Martyribus, apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. I. dicit *Attalum* ſemper fuiſſe ςύλον καὶ ἑδραίωμα, *columnam & ſtabilimentum* Chriſtianorum illic degentium. Greg. Nazianzenus initio Orat. XIX. pag. 286. *Baſilium magnum* vocat ςύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, καὶ φωςῆρα ἐν κόσμῳ, καὶ πίςεως ἔρεισμα, καὶ πνεύματος καταγώγιον, *columnam & ſtabilimentum Eccleſiæ, & luminare in mundo, & fidei fulcrum, & Spiritus domicilium.* Gregorio Nyſſeno, in vita Ephræm, t. III. pag. 605. idem *Baſilius* vocatur τὸ ςόμα τῆς ἐκκλησίας, ἡ τῶν δογμάτων χρυσῆ ἀηδών. *Os Eccleſiæ, aurea dogmatum luſcinia.* Iterum Nazianz. Orat. XX. *Eccleſiam Cæſarienſem* in Cappadocia, cui Baſilius præerat, appellat τὴν ἄσειςον καὶ ἀνεπηρέαςον τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα, *inconcuſſam & inoffenſam Eccleſiarum matrem:* ipſum Baſilium, προςάτην τῆς ἐκκλησίας, *Eccleſiæ præſidem.* Et *ſupernæ Jeroſolymæ verè metropoliten*, ἔξαρχον, ςρατηγὸν τῶν διὰ πίςεως σωζομένων, *ducem, ductorem eorum qui per fidem ſervantur.* Orat. XXI. ait *Athanaſium* univerſo terratum orbi præfectum fuiſſe, eundemque vocat *cornu ſalutis, lapidem angularem*, τὸν [illegible] τῆς ἐκκλησίας, pag. 377. Idem Nazianzenus epiſt. XXIX. aliis eſt LXXIV. pag. 793. *Euſebium*, Epiſcopum Samoſatenſem, vocat ςύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, πατρίδος ἔρεισμα, κανόνα πίςεως, *columnam & firmamentum Eccleſiæ, patriæ fulcrum, fidei canonem.* Et ep. XXXVIII. aliis XXVIII. pag. 800. ad Simplicıam ſcribens, *Baſilium* vocat ἅγιον καὶ κοινὸν πατέρα, τῆς πίςεως ἔρεισμα, τῆς ἀληθείας κανόνα, καὶ χαρακτῆρα τῆς ἐκκλησίας, *ſanctum & communem patrem, fidei columen, veritatis canonem, & Eccleſiæ formam.* Idem epiſt. CCXXVII. pag. 914. *Nectarium* vocat τῶν ἐκκλησιῶν τὸ κοινὸν ςήριγμα, *Eccleſiarum commune fulcimentum.* Baſilius epiſt. LXII. pag. 838. *Epiſcopum Neocæſarienſem* vocat ἔρεισμα πατρίδος, ἐκκλησιῶν κόσμον, ςύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ςερέωμα τῆς εἰς Χριςὸν πίςεως, *columen patriæ, Eccleſiarum decus, columnam & ſtabilimentum veritatis, firmamentum fidei in Chriſtum.* Vide Inſtruct. Hiſtorico-Theolog. Forbeſii lib. XV. cap. IV.

Πηγή.

I. *Propriè* notat *fontem aquarum.* Greg. Nyſſenus lib. in Hexaem. t. I. pag. 35. Ὕδωρ ἀθροισθὲν ἤδη, καὶ ῥεῖθρον γενόμενον, πηγὴ ὀνομάζεται. *Aqua jam coacta congregatáque, & fluentum factum, fons appellatur.* Tanta fuit Gentilium cæcitas, ut fontes in deorum numerum referrent. Chryſoſt. Homil. CVII. t. V. Αὐταὶ αἱ πηγαὶ ἐθεοποιήθησαν, καὶ νύμφας ἐκάλεσαν τὰς πηγάς. *Ipſi fontes deificabantur, & Nymphas vocabant fontes.* Idem, Homil. CXXXIV. t. V. Πηγαὶ καὶ ποταμοὶ, καὶ παράδεισοι, καὶ δένδρα, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἐθεοποιεῖτο. *Fontes, fluvii, horti, arbores, & univerſa creatura deificabatur.* De eo vide in voce Ὕδωρ.

II. *Impropriè* frequenter ſumitur.

1. *Deus* dicitur *fons.* S. Maximus in cap. II. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 112. Ὁ Θεὸς λέγεται πηγὴ, οἷά τις μήτρα καὶ ἀρχὴ καὶ αἰτία τῶν φανέντων καὶ προελθόντων εἰς οὐσίαν ἁπάντων· ἃ γὰρ καλεῖν εἰώθασί τινες καθολικὰ, ἤτοι γένη, ἢ ὅλα, ἢ περιέχοντα, ἅτε περιληπτικὰ τῶν μερικῶν ἐξ αὐτῶν προόδων, ταῦτα αἱ θεῖαι γραφαὶ πηγαίαν αἰτίαν φασί. *Deus dicitur* fons, *veluti matrix aliqua & principium atque cauſſa omnium quæ apparent, & ad exiſtentiam progrediuntur: ſiquidem quæ aliqui ſolent vocare univerſalia ſeu genera, vel tota, vel continentia, veluti quæ complectuntur partiales ex ipſis emanantes proceſſiones, hæc divinæ ſcripturæ* fontanam cauſſam *dicunt.* His vult explicare Maximus, quid apud Dionyſium ſit πηγαία θεότης: ſed ſatis infeliciter. Sic enim ille appellat Deum Patrem, eò quòd ſit origo & quaſi fons Filii ac Spiritus Sancti. Verba Dionyſii, pag. 423. ſunt: Ὅτι μὲν ἐςὶ πηγαία θεότης ὁ πατὴρ, ὁ δὲ Ἰησοῦς καὶ τὸ πνεῦμα, τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαςοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη καὶ ὑπερούσια φῶτα, πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν. *A Scripturis ſacris accepimus, Patrem quidem eſſe originem in divinis, Jeſum verò & Spiritum Sanctum, quaſi Dei prolem, vel, ſi dictu fas ſit, quaſi germina divina, floreſve ac lumina ſuperſubſtantialia exiſtere.* Quemadmodum igitur Pater in divinis reſpectu Filii & Spiritus Sancti vocatur ἀρχὴ, αἰτία, vel etiam αἴτιον, ut docemus in voce Ἀρχὴ, num. I. 2. & in Πατὴρ, num. I. 2. ſub lit. *a.* ita eodem ſenſu πηγὴ dicitur. Dionyſius Areopagita cap. I. de div. Nominibus, pag. 420. *Patrem* vocat πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος, *fontem ſuperſubſtantialis deitatis.* Damaſcenus lib. I. orthod. fidei cap. XV. p. 55. ὁ πατὴρ πηγὴ καὶ αἰτία υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, *Pater fons & cauſſa eſt Filii & Spiritus Sancti.* S. Maximus ad cap. II. Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 116. Σημείωσαι, ὅτι ὑπερούσιον θεογονίαν, καὶ πηγὴν τὸν πατέρα καλεῖ. *Nota, eum vocare Patrem ſupereſſentialem Dei-fœcunditatem, & fontem.* Gregor. Nazianz. Orat. XLV. pag. 720. Deum Patrem vocat τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας φυτὸν, τὴν τῆς ἀειζωΐας πηγὴν, *primam vitæ cauſſam, & ſtirpem immortalitatis, illum ſempiternæ vitæ fontem.* Chryſoſtomus Chriſtum vocat ζωηφόρον πηγὴν, *fontem vitam afferentem.*

2. *Scriptura ſacra fonti comparatur.* Cyrillus Alexand. in Actis Concilii Epheſini, p. 146. Σωτηρίους πηγὰς εἶναί φαμεν, τοὺς ἁγίους προφήτας, εὐαγγελιςάς τε καὶ ἀποςόλους, οἱ τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ σωτήριον τῷ κόσμῳ βρύουσι λόγον, χορηγοῦντος αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Salutares fontes eſſe dicimus ſanctos Prophetas, Evangeliſtas & Apoſtolos, qui ſupernum & cœleſtem atque ſalutarem ſermonem mundo manant, eum illis ſuppeditante Spiritu Sancto.* Chryſoſt. Homil. XV. t. V. p. 78. Πηγή ἐςι διηνεκῶς βλύζουσα τῶν θείων νοημάτων ἡ δύναμις, οὐδέποτε ἐπιλείπουσα, οὐδὲ δαπανωμένη. *Meditationum divinarum vis fons quidam eſt ſemper ſcaturiens, nunquam deficiens, quique conſumi nequit.* Et Homil. CXVIII. tomi ejuſd. pag. 761. Πηγὴ φωτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. φωτὸς γὰρ γέμων καὶ φωτὸς ἐκλάμπων, φωτίζει καὶ περιαςράπτει τὰς τῶν πιςῶν διανοίας. *Fons luminis eſt verbum Dei: cùm enim plenum ſit luminis, & lumen effundat, fidelium mentes illuminat, & ſplendore circumdat.* Idem Chryſoſtomus dicit, ἐπὶ τὴν γλυκεῖαν ἀγαγεῖν τοὺς ἀκροατὰς τῶν γραφῶν πηγήν. *Auditores ad dulcem Scripturarum fontem ducere.* Et Homil. XIX. in Acta, p. 724. Οὐκ ἔςιν, οὐκ ἔςιν ἐξαντληθῆναί ποτε τὸν νοῦν τῶν γραφῶν· πηγή τίς ἐςιν οὐκ ἔχουσα πέρας. *Mens Scripturarum nunquam omnino exhauriri poteſt: fons quidam eſt fundo carens.* Baſilius Seleucienſis rem eandem aptiſſimo explicat ſimili, quando Orat. XIII. ſeu II. in Jonam, pag. 73. ita ſcribit: Οἱ τὰς τῶν φρεάτων πηγὰς ἐκκαθαίροντες, ὅσῳ περ ἂν αὐτὰς μεταλλεύωσι, τοσούτῳ μᾶλλον καθαρωτέρας καὶ πλουσιωτέρας ἀναδίδοσθαι παρασκευάζουσιν· ἡ γὰρ τῶν ναμάτων γαςὴρ εὐρυνομένη κατὰ τὴν κίνησιν, εἰς ὠδῖνα κρουνοὺς ἀποτίκτει· τοιαύτη τῆς θείας γραφῆς ἡ πηγή. Εἰ γάρ τις ἐν αὐτῇ τὰς οὐρανίους φλέβας τοῦ λόγου διασκάψαι θελήσειεν, ὄψεται πλέον γυμνούμενον τὸ ταμεῖον τῆς χάριτος. *Qui puteorum ſcaturigines expurgant, quò eas diligentiùs excavando ſcrutantur, eò illas puriores & copioſiores ſcatere faciunt: laticum enim venter motu dilatatus, quos parit fontes gignit. Talis divinæ Scripturæ fons eſt: ſi enim quis in ea cœleſtes venas per ſermonem effodere cogitet, magis apertum videbit gratiæ promtuarium.*

3. Πηγαὶ

Digitized by Google

3. Πηγαὶ δακρύων, *fontes lacrymarum* apud Chryſoſtomum, & alios, ſunt *copioſæ lacrymæ*. Suidas: πηγὰς γάλακτος· πολὺ γάλα· ὡς πηγὰς δακρύων, πολλὰ δάκρυα. *Fontes lactis: multum lac: ut fontes lacrymarum* vocamus *multas lacrymas*. Sophocles Antig. v. 818. 819.

- - - - - - ἴσχειν

δ᾽ οὐκέτι πηγὰς δύναμαι δακρύων.

Cohibere fontes lacrymarum non poſſum.

4. *Baptiſterium* à Chryſoſtomo Homil. XL. in I. ad Corinth. vocatur πηγὴ ἱερῶν ναμάτων, *fons ſacratum aquarum*.

Πηδαλιουχέω.

Lexica ex Heſychio & Suida habent. Heſychius: Πηδαλιουχούμενοι, κυβερνώμενοι παρὰ τῶν πηδαλίων, ὅ ἐστιν αὐχήν. Scribendum παρὰ τοῦ πηδαλίου. *Gubernati*, vel, *qui gubernantur*, à πηδάλιον, *quod eſt* αὐχὴν, *gubernaculum*. Veteres Gloſſæ: Αὐχὴν πλοίου, *gubernaculum*. Suidas: Πηδαλιουχεῖν, κυβερνᾶν. *Navis gubernaculum tenere, gubernare*. Cyrillus Alexandr. in cap. V. Amoſi, pag. 299. eleganter *metaphoricè* uſurpat, quando ſcribit: Τοῖς τοῦ Θεοῦ νεύμασι πηδαλιουχεῖται τὰ σύμπαντα. *Dei nutu omnia gubernantur*. Ita apud Oecumenium in cap. I. ad Roman. pag. 253. ex Photio, Θεός ἐστι ταύτης τῆς ὁρωμένης καὶ ὑπερφυοῦς καλλονῆς δημιουργὸς, καὶ κηδεμὼν, καὶ πηδαλιοῦχος. *Deus eſt hujus viſibilis & immenſæ pulchritudinis opifex, rector & gubernator*.

Πηλοπλάσσομαι.

Non habent Lexica. Idem quod πηλοποιέω, *è luto fingo*. Athanaſius Orat. in cæcum à nativitate, t. II. p. 682. Ὅτε τὸν Ἀδὰμ ὁ Κύριος ἐπηλοπλάσθη, τότε οὐδεὶς τῶν ἀντιλεγόντων Ἰουδαίων παρῆν. *Cùm Dominus Adamum è luto finxiſſet, nemo tunc contradicentium Judæorum aderat*.

Πίμπραμαι.

Verbum hoc, cujus ſignificationes ex vulgatis notæ ſunt Lexicis, obſervandum propter miraculum, de quo Actor. XXVIII. 6. ubi, cùm Paulus viperam in ignem conjeciſſet, Barbari putarunt αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Πίμπρασθαι propriè eſt *ardere & exuri*; deinde etiam *præ ardore inflari*, & *intumeſcere*. Heſychius: πιμπρᾶν, ἐμπυρίζειν, φυσᾶν, καίειν. *Urere, incendere, inflare, tumefacere, adurere*. Suidas: πίμπραται, καίεται, ἐμπυρίζεται. *Comburitur, incenditur, inflammatur*. Vide quid ex Appiano adducat. Ælianus hiſt. lib. I. cap. LVII. pag. 23. *Pſyllos* ait facilè ſanare eos, qui à ceraſte morſi ſunt, modò vocentur, πρὶν ἢ πρησθῆναι τὸ πᾶν σῶμα, *priuſquam totum corpus intumeſcat*. Nam totum corpus iis, varicum modo, tumere ſcribit Dioſcorides. Etymologus de bupreſti oleris ſpecie: Βούπρηστις δέ, φασι, λέγεται διὰ τὸ τοὺς γευσαμένους αὐτῆς μεγάλως πίμπρασθαι, τουτέστι, φυσᾶσθαι. *Bupreſtis dicitur, ut ajunt, quia qui eam deguſtant, maximè intumeſcunt, quod Græcè eſt* πίμπρασθαι. Et Nicander de bupreſti animali in Alexiph. v. 344.

Ἢ καί που δαμάλεις, ἐριγάστορας ἄλλοτε μόσχους
Πίμπρησι, ἐπεὶ τὸ θῆρα νομαζόμενοι δατέονται,
Τοὔνεκα τὴν βούπρηστιν ἐπικλείουσι νομῆες.

Id ſic tranſtulit Gorræus:

- - - - - *Fortes nunc illa juvencos,*
Nunc vitulos inflat, ſi quando paſcua læta
Carpentes avido lacerârint ore latentem:
Unde illam Graio bupreſtida nomine dicunt.

Dubitatur autem, cùm πρῆσαι, tum *inflammare* ſignificet, tum *inflare*, utra hic ſignificatio habeat locum. Plinius priori modo accepiſſe videtur. Sic enim ille lib. XXX. cap. IV. *Bupreſtis animal eſt rarum in Italia, ſimillimum ſcarabæo multipedi. Fallit inter herbas bovem maximè, unde & nomen invenit: devoratúmq; tacto felle, ita inflammat, ut rumpat.* Eadem leguntur apud Iſidorum lib. XII. cap. ult. Verùm & *inflammat*, & *inflat* rectè vertitur: non enim inflationem ſolùm, ſed etiam inflammationem tumor ſequitur, aut ruptura: ut tum ex ulceribus notum, tum fulmine nubes rumpente. Id confirmari poteſt ex eodem Nicandro in Theriacis de hæmorrhoo, v. 306.

Τῆς γὰρ ὀδαξαμένης τὰ μὲν ἀθρόα πίμπραται οὖλα. *Cùm illa mordet, intumeſcunt totæ gingivæ*, aut etiam *ardent*. Ita enim Scholiaſtes, πίμπραται, ὑποκαίεται καὶ πυροῦται. Et paulò pòſt: πυρακτοῦνται, καὶ ἀναβράζουσι. Nec aliter ſumitur in Luciano, cùm de dipſade dicit, πίμπρασθαι ποιεῖ. Sequitur enim, Καὶ βοῶσιν ὥσπερ οἱ ἐν πυρὶ κείμενοι. *Et clamant*; nempe qui icti ſunt; ut *qui in igne jacent*. Eodem etiam facit, quod Heſychius habet: Πρῆξαι, φλέξαι, φυσῆσαι, ἐμπρῆσαι, πυρὸς δηίοιο θύρετρα καὶ δάκρυα ἀναπρήσας, ἀντὶ τοῦ ἀναφυσήσας, ὅθεν καὶ ἡμεῖς τοὺς πεφυσημένους, πεπρημένους φαμέν. Corruptum hunc locum jam dedimus emendatum in verbo πυράζω, num. II. ubi etiam alia, quæ hic repetenda. Verbum ergo πίμπρασθαι apud Lucam [illegible] per *ardere*, vel per *intumeſcere* ſatis commodè redditur. Caſtalio, *Illis futurum exſpectantibus, ut arderet*. Sed Hieronymus, *Exiſtimabant eum in tumorem convertendum*, id eſt, *fore, ut intumeſceret*. Beza: *Exſpectabant, dum intumeſceret*. Ita plerique recentiorum. Neque id immeritò, cùm inter ſymptomata, quæ accidunt ex morſu viperæ, hoc ſit unum è præcipuis, & maximè conſpicuis, quòd demorſa pars ſtatim intumeſcit. Dioſcorides lib. VI. Τοῖς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεῖσιν οἰδεῖ, καὶ ἐφ᾽ ἱκανὸν τὸ σῶμα ξηραίνεται. *Iis, qui à vipera morſi ſunt, corpus tumet, & vehementer areſcit*. Nicander, ubi de morſis à vipera, Theriac. v. 240.

- - - - - - - - φλύκταιναι ἀραιαὶ,
Οἷα πυρικμήτοιο χροὸς, κλαδόωσιν ὕπερθεν.

Tumores noxii, ac ſi corpus ſit igne ambuſtum, supernè ebulliunt. Verbum itaque πίμπρασθαι utrumque, nempe *tumorem & inflammationem*, ſignificat. Illuſtrem, ad hujus rei explicationem apprimè facientem, locum ex Lucano adducit Cl. Pricæus, qui legitur lib. IX. Belli civilis, p. m. 123. de Naſidio à præſtere vulnerato:

Naſidium Marſi cultorem torridus agri
Percuſſit præſter, illi rubor igneus ora
Succendit, tenditque cutem pereunte figura,
Miſcens cuncta tumor toto jam corpore major,
Humanúmque egreſſa modum, ſuper omnia membra
Efflatur ſanies, latè tollente veneno.
Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus:
Nec lorica tenet diſtenti corporis auctum.
Spumeus accenſo non ſic exundat aheno
Undarum cumulus, nec tanto carbaſa Coro
Curvavère ſinus: tumidos jam non capit artus
Informis globus, & confuſo pondere truncus.

Nec potuit illud πίμπρασθαι, addit Pricæus, enarratiùs depingi. Etiam ex loco illo; præter utriusque ſymptomatis adeò luculentam deſcriptionem; videre eſt, quam emphaticè hîc Vulgatus in tumorem convertendum: nimirum, non ampliùs hominem eum, ſed tumorem futurum: vel, ut verbis Lucani loquamur, *perituram figuram ejus*. Huc tandem etiam referri poſſe videtur *tumor ventris in muliere adultera*, cujus venter, poſtquam aquas à ſacerdote datas bibiſſet, intumeſcebat, ut videre eſt Numer. cap. V. ubi verbum πρήθω ter legitur *intumeſcendi* ſignificatione. Verſu 21. πεπρησμένη κοιλία, *tumidus venter*. Heſychius: πεπρησμένος, πεφυσημένος. *Inflatus, diſtentus*. v. 22. πρῆσαι γαστέρα.

Digitized by Google

ζα, *tumidum reddere ventrem.* v. 27. πιμπρήσεται ἡ κοιλία, *intumeſcet venter.* Theodoretus Interrogat. XI. in Numeros, pag. 146. πρήθεσθαι hîc exponit per διαῤῥήγνυσθαι, *dirumpi.* Malè. Verbum namque Hebræum צבה, quod LXX. optimè per πρήθω reddiderunt, *de tumore*, non *de diruptione* uſurpatur. Qui plura deſiderat, adeat Cl. Bocharti partem poſteriorem de Animalibus, lib. III. cap. II.

Πίναξ.

Græci libros ſuos olim dividebant in *Sectiones, Quæſtiones & Capitula,* quorum deſcriptio ab iis ſem dicitur, modò πίναξ, modò ἔλεγχος, modò ἀναγραφὴ, modò σύνταγος, modò ἐπισημείωσις, modò ἔκθεσις. Euſtathius ad Iliad. ζ ſcribit, πίνακα libri metaphoricè dici locum, in quo ſigillatim argumenta cum ſuis titulis deſcribuntur: Καὶ βιβλίου δὲ πίναξ, τὸ ἐπίπεδον, ὥσπερ αἱ κατ' αὐτοῦ ὑποθέσεις ἐπιγράφονται, ῥηθεὶς οὕτω μεταφορικῶς. Caſaubonus, hanc metaphoram è lancibus ſumtam eſſe, ſentire videtur, cum lib. II. de ſtat. Rom. c. IV. hæc ſcribit: *Propriùs ad vocem ſtatera acceſſerunt, qui libros ſuos inſcripſerunt* πίνακας, hoc eſt, *lances, vel* πινακίδια, *quarum* ἐπιγραφῶν *exempla in præfatione Plinii, & apud Suetonium in Aurelio Opilio Grammatico. Erat autem liber Opilii pu-ſillus, quod Suetonius oſtendit, ut non tam de rebus egiſſe, quàm rerum variarum ſummas continuiſſe videatur. Ideo &* πίνακας, *librorum indices, qui ſummatim omnia complectuntur, dixerunt.* Nos verò, inquit doctiſſimus JohannesCroius, credimus eam ducendam eſſe è πίναξι, ſive tabulis pictorum; quòd, quemadmodum pictores in tabulis ſuis varias eorum ſpecies & formas, quæcunque in rerum natura ſunt, & quicquid ipſi fingunt, aut ſomniant, ante hominum oculos ponunt: ita Indicum autoresLectoribus ſuis ea omnia, quæ tractant, quæ docent, quæ confirmant, quæ refellunt, quæ ab aliis ſunt mutuati, quæ ipſi invenerunt, aut ſunt commenti, proponant, ita ut Lectores ea omnia in Indicibus, tanquam in Tabulis, uno quaſi obtutu poſſint conſpicere. Poteſt etiam ſumi è πίναξι, ſive tabulis & aſſeribus, ut arbitratur Euſtathius loco jam laudato. Ἀλλὰ καὶ ἡ σανὶς, inquit, πίναξ λέγεται, ὡς δηλοῖ καὶ ἐκ τοῦ, νεῶν εἰρῆσθαι πίνακας· καὶ ἐκ τοῦ πινακηδὸν ἀποσπῶν, ἤγουν δίκην σανίδων· ὅθεν καὶ πινακίδια γραμμάτων· καὶ βιβλίου δὲ πίναξ, &c. Ita index libri πίναξ diceretur, quòd ſit quaſi tabula, vel aſſer, ubi deſcripta ſint libri argumenta. Euſtathii quidem autoritas levis eſſe non videtur: verumtamen opinionem noſtram veriſimiliorem, & ad rei ipſius naturam propiùs accedere contendimus. Et πίναξ non ſolùm locum, in quo deſcriptus eſt index, verùm etiam ipſum ſignificat Indicem. Chœroboſcus πίνακας vocat, in quibus deſcriptæ erant Comœdiarum inſcriptiones, ſive Indices, ut refert autor Etymologici magni: Ὁ δὲ Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ πινακίδιον λέγει πίνακας, ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων. Callimachus Grammaticus, ut legimus apud Suidam in Καλλίμαχος, ſcripſit libros CXX. quos inſcripſit πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, *Indices eorum, qui in omni diſciplinarum genere clari fuerunt, & librorum, quos ediderunt.* Scripſit quoque πίνακα καὶ ἀναγραφὴν τῶν κατὰ χρόνους, καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων· πίνακα τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, *indicem & deſcriptionem Doctorum, qui ab initio fuerunt, ſecundum temporum, quibus vixerunt, ſeriem:* Indicem Gloſſarum atque Operum Democriti. Euſebius ſcripſit πίνακας librorum Origenis, & aliorum Eccleſiaſticorum Scriptorum, quos Pamphilus collegerat, & quibus Bibliothecam ſuam inſtruxerat, atque ornârat, ut ipſe teſtatur. Verba ejus, lib. VI. hiſt. Eccleſ. cap. XXXII. p. 66. a. hæc ſunt: Ἐν ᾗ, ἀναγραφῇ, τῆς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς τοῦ Παμφίλου ἐπείσῃ τις ἐγγενῆ, παρέστησα, τῆς συναχθείσης αὐτῷ τῶν τε Ὠριγένους βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τοὺς πίνακας παρεθέμην. *In quem Indicem etiam, ut ingentem Pamphili erga ſacras Literas amorem ac ſtudium quaſi ante oculos cujuſq; poneremus, Indices Bibliothecæ Origenis, & aliorum Eccleſiaſticorum Scriptorum Libros continentis, ab eodem constructæ & coagmentatæ, conjecimus.* Lamprias, Plutarchi filius, compoſuit πίνακα eorum omnium, quæ pater ipſius de Græca & Romana ſcripſit Hiſtoria. Suidas: Λαμπρίας, Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως υἱὸς, ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατὴρ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Ipſe verò Lamprias hunc Indicem vocat ἀναγραφὴν in epiſtola ad Amicum: καὶ τὴν ἀναγραφὴν ὧν ἠθέλησας, ἔπεμψά σοι τῶν τοῦ πατρὸς βιβλίων. Atque hæc ex Cl. Croio. Sententiam hanc de tabulis pictorum confirmat Suidas, apud quem: Πίναξ, σανὶς ἐζωγραφημένη. *Tabula picta.* Optime etiam Heſychius: Πίναξ, ζωγραφία, ἱστορία· ἀναγραφὴ, περιοχή. *Pictura, hiſtoria: index, argumentum.* En πίναξ & ἀναγραφὴ idem ſignificant. Hinc apud Græcos recentiores, Πίναξ τῶν εὐαγγελίων κατὰ περιτομὰς, lego ἐπιτομὰς, ὡς εἴωθεν ἀναγινώσκεσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἔν τε ταῖς ἑορταῖς τοῦ Κυρίου, καὶ τῆς παρθένου, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων. *Index Evangeliorum ſecundum compendia, ut legi ſolet in Eccleſiis, inq; diebus feſtis Domini, & Virginis, & aliorum Sanctorum.* Imò verò nec περιτομὰς, nec ἐπιτομὰς legendum, ſed περικοπάς. Patet ex titulis aliis ejuſdem Indicis, quales ſunt, παρασημείωσις τῶν εὐαγγελικῶν περικοπῶν κατὰ τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναγινωσκομένων ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ. Item, Ἐκλογάριον τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ τῶν καθημερινῶν κατὰ διαφόρους περικοπὰς, ὡς εἴωθεν ἀναγινώσκεσθαι ἐν ταῖς ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις, ἐν ταῖς ἑορταῖς τοῦ Κυρίου, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ αὗται αἱ περικοπαὶ κατὰ πλάτος. Vide in voce Εὐαγγέλιον, num. I. 2. ſub lit. ב, maximè in voce Περικοπή.

Πινσός.

Cl. Meurſius in Gloſſario ſuo hanc quidem vocem exhibet, non tamen quid ſit, ſufficienter explicat. Nemo autem hoc te meliùs docebit quàm Cl. Salmaſius in Solinum, p. 740. ubi hæc leguntur: Quid ἀνάλημμα ſit, ex Vitruvio, lib. IX. cap. IV. haberi poteſt, ubi ita legendum: *Analemma eſt ratio conquiſita Solis curſu, & umbra creſcentis à bruma, obſervatione inventa.* An analemmatis ſola umbrarum magnitudo prout creſcerent, decreſcerentve, ſpectabatur. In vita Democriti apud Laertium inter opera ejus ἀστρονομικὰ recenſetur πολογραφίη. Qua voce nihil aliud intelligitur, quàm πόλων & ἀναλημμάτων σκιοθηρικῶν deſcriptio. *Analemmata* hæc eadem appellata, quia in ſuggeſtibus lapideis & columnis deformabantur. Beroſus in Fragmentis: Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειργάσατο. *Saxeas pilas* vocat Curtius. Strabo in eadem re explicanda κυβοειδεῖς πέτρους appellat: *quadratas pilas* ita vocat. Πεσσοὶ Procopio de Ædificiis Juſtiniani: Κατὰ δὲ τὰ τοῦ νεὼ μέσα λίθοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσσούς. Ita ſcribendum, non πισσούς. Sanè & πισσὸν & πησσὸν corruptè pro eodem dixerunt, ut μεσσάριον pro μισσάριον. Dicitur etiam πησσοί, pro πεσσοί. Procopius χειροποιήτους λίθους interpretatur. *Pinſum* vocat Vitruvius. Ἀναλήμματα λίθινα Beroſo. Heſychius: ἀνάλημμα interpretatur ὕψωμα. Sciotherici igitur πόλοι, quòd in ejuſmodi ſuggeſtibus lapideis quadratis vel rotundis ponerentur, ἀναλήμματα veteribus appellantur. Hactenus ille. Reſtituendus inde Suidas, apud quem: πισὸς καὶ πινσὸς, πινσὸς δὲ παρὰ Προκοπίῳ. Legendum πεσσὸς, & πεσσοί. Inmaniter hallucinatur Portus, qui exponit, *Piſum, legumen, quod ab urbe Piſa nomen accepit, intelligi videtur.*

Corrigendus etiam Heſychius,apud quem, πίσον, ὄρ☉. Legendum, πισσόν. Ἀναλήμματα enim iſta, quæ πισσοὶ etiam vocantur, ſimilia erant ὄρεσιν :ut ex Beroſo audivimus. Ipſa literarum ſeries hanc lectionem apud Heſychium flagitat. Non eſt ergo, cur in nova Heſychii editione Guietus exiſtimet pro ὄρ☉ ſcribendum ἔδος, & πίζα, πέδον, πίσον, πεδίον eſſe cognata. Πισσὸς autem id ſignificare, quod vult Salmaſius, ex ſequentibus Autorum teſtimoniis clariſſimè patet. Chronicon Conſtantinopol. p. 190. de Templo Sophiæ: Τῶν δὲ πισσῶν ὑψωθέντων, καὶ τῶν μεγάλων κιόνων ςαθέντων, ἔμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τοὺς Ῥωμαίους κίονας ςαθῆναι. Ibid. Εἶδε Ῥωμαῖα γράμματα λίθινα ἀπὸ τοῦ πισσοῦ. Reliqua ex Gl. Meurſii petenda.

Πιςεύω.

Varias hujus verbi ſignificationes apud profanos & ſacros ſcriptores exhibent Lexica vulgata, & Ravanellus in verbo *Credere:* nos præcipuas tantùm conſiderabimus.

I. Πιςεύειν ſignificat *noſſe & perſuaſum habere: conſentire, rem aliquam veram eſſe.* Clemens Alexandr. Strom.II.p.383.Πιςεύομεν τὰ παρῳχηκότα γεγονέναι καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. *Credimus fuiſſe præterita, & fore, quæ futura ſunt.* Ita Cyrillus Alex. lib.XI. in Joh.ad cap.XVI. v.30.p.942. verba, ἐν τούτῳ πιςεύομεν ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθες, *per hoc credimus te à Deo exiviſſe*, dicit ſe, πιςεύομεν, accipere οὐκ εἰς τὴν τοῦ πιςεύειν ἀρχὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ βεβαιοῦσθαι παγίως εἰς τὴν ἤδη τετιμημένην τῇ συνανέσει διάληψιν, *non de principio fidei, ſed de ſtabili in fide, & ſententia jam ſuſcepta perſeverantia.* Sic Jacob.II. 19. *dæmones credunt, unum eſſe Deum, & contremiſcunt.* De eo in veteribus oraculis apud Lactant. lib. VIII. cap. XXIII. Apollo Mileſius de Judæorum religione conſultus reſponſo hoc indidit:

Ὃν τρέμεται καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα,
Ταρτάρεοί τε μυχοὶ, καὶ δαίμονες ἐκφρίττουσιν.
Quem terra contremiſcit, & cælum, & mare,
Et latebræ tartareæ, & dæmones horreſcunt.

Origenes Homil. VI. in Exodum: *Quid timent dæmones? quid tremunt? ſine dubio crucem Chriſti, in qua triumphati ſunt, in qua exuti ſunt principatus eorum, & poteſtates.*

II. Πιςεύειν ſignificat *committere, ſeu commendare rem quampiam fidei alicujus.* Sic Rom.III.2. de Judæis: Ἐπιςεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. *Illis credita ſunt eloquia Dei.* Id eſt, interprete Theodoreto, ἔλαβον τοῦ νόμου τὴν θέσιν, *legem acceperunt.* Clariùs Chryſoſt. Homil. VI. in hanc epiſt. p.40. Τί ἐςιν, ἐπιςεύθησαν; ὅτι αὐτοὶ ἐνεχειρίσθησαν τὸν νόμον, ὅτι τοσούτου ἀξίους ἐνόμιζεν, ὡς πιςεῦσαι χρησμοὺς αὐτοῖς ἄνωθεν κατενεχθέντας. *Quid eſt? ἐπιςεύθησαν? Nempe quòd ipſis concredita eſt lex, quòd tanti illos fecerit Deus, ut illis oracula è ſupernis delata crediderit.* Eodem modo Theophylactus, p.32. Τί ἐςι τὸ, ἐπιςεύθησαν; ἀντὶ τοῦ, ἔλαβον, ἐνεχειρίσθησαν, ἄξιοι ἔδοξαν τῷ Θεῷ τοῦ δέξασθαι χρησμοὺς ἄνωθεν κατενεχθέντας. Addit verò Chryſoſtomus, quoſdam verbum ἐπιςεύθησαν non referre ad Judæos, ſed ad τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Dicit, Καὶ οἶδα μὲν ὅτι τινὲς τὸ ἐπιςεύθησαν, οὐκ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων λέγουσιν ἀλλ' ἐπὶ τῶν λογίων, τουτέςιν, ὅτι ἐπιςεύθη ὁ νόμ☉. *Nec me præterit, quoſdam eſſe, qui verbum* ἐπιςεύθησαν, *non de Judæis, ſed de eloquiis interpretentur; id eſt, legi fides eſt habita.* Germanus Brixius nequaquam aſſecutus eſt mentem Chryſoſtomi, quando hæc ita reddidit: *Nec me certè præterit, — non de Judæis, ſed de ſanctis: hoc eſt, quòd commiſſa lex eſt.* Nam ἐπιςεύθη ὁ νόμ☉, id ſignificat quod diximus. De eo nemo dubitare poteſt: alioqui ἐπιςεύθησαν τὰ λόγια, & ἐπιςεύθη ὁ νόμ☉ idem ſignificaret: quod falſum. Patet ex iis, quibus hanc quorundam παρερμηνείαν refutat ſanctus Pater, ſubjiciendo, Ἀλλὰ τὸ ἑξῆς οὐκ ἀφίησι τοῦτο νομίζεσθαι. Πρῶτον μὲν γὰρ, κατηγορῶν αὐτῶν ταῦτα λέγει, καὶ δεικνὺς πολλῆς μὲν ἄνωθεν ἀπολαύσαντας εὐεργεσίας, πολλὴν δὲ ἐπιδειξαμένους ἀγνωμοσύνην· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς τοῦτο δηλοῖ· ἐπήγαγε γάρ. Τί γὰρ εἰ ἠπίςησάν τινες; Εἰ δὲ ἠπίςησαν, πῶς τινές φασιν, ὅτι ἐπιςεύθησαν τὰ λόγια; Τί οὖν φησιν; ὅτι ὁ Θεὸς αὐτοῖς ταῦτα ἐπίςευσεν, οὐχ ὅτι αὐτοὶ τοῖς λογίοις ἐπίςευσαν. Ἐπεὶ πῶς ἔχει λόγον τὸ ἑξῆς; καὶ γὰρ ἐπήγαγε, τί γὰρ εἰ ἠπίςησάν τινες; *Verùm quod ſequitur, non patitur ut ita ſentias. Primum enim hæc dicit, eos accuſans, oſtendensq; eos magna à Deo beneficia accepiſſe, ſed magnam tamen ingratitudinem præ ſe tuliſſe: deinde quæ ſequuntur, hoc ipſum declarant: adjecit enim,* Quid enim ſi quidam fuerint increduli? *Si autem increduli fuerint, quo pacto nonnulli dicunt, quòd eloquiis fides ſit habita?* (Hic rurſus malè Brixius, *quòd illis credita ſunt oracula.*) *Quid igitur ait? Quòd Deus ipſis illa crediderit, non quòd ipſi eloquiis crediderint. Alioqui qua ratione ſequentia adderentur? Etenim addidit, Quid enim ſi quidem fuerunt increduli?* Eandem hoc verbum ſignificationem habet I. Cor. IX. 17. Οἰκονομίαν πεπίςευμαι, *diſpenſatio mihi credita eſt*, id eſt, ἐνεχειρίσθην τὸ κήρυγμα, *mihi prædicatio Evangelii demandata eſt*, ita exponit Theophylactus. Vide præterea Gal.II.7. I.Theſſ.II.4. Tit.I.3. Ita Baſil.Homil. de Judicio Dei, t.II. pag.268. de Petro dicit, Ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιςευθείς. *Cui claves regni cælorum commiſſæ ſunt.* Eadem leguntur apud Chryſoſtomum Homil. VI. in Acta. Gregor. Nazianz. Orat.XXVI.p.453. de eodem, Πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιςεύεται. *Petra vocatur, & ipſi Eccleſiæ fundamenta committuntur.* Obvia paſſim locutio.

III. Πιςεύειν ſignificat *credere ſeu fidem adhibere alicui.* Ita *credimus Deo, Prophetis*, &c. Baſilius Magnus cap.XI. de Spiritu Sancto: οὐ πιςεύει εἰς υἱὸν, ὁ μὴ πιςεύων τῷ πνεύματι· οὐ πιςεύει εἰς πατέρα, ὁ μὴ πιςεύσας τῷ υἱῷ. *Non credit in Filium, qui non credit Spiritui; non credit in Patrem, qui non crediderit Filio.* Quomodo Deo, quomodo Moſi credamus, docet Baſilius lib. V. contra Eunomium, explicans locum Exodi XIV. 31. t.II.p.125. Θεὸς μὲν καὶ ὡς δεσπότης καὶ ὡς ἀποςείλας Μωσέα πιςεύεται. Μωσῆς δὲ, ὡς θεράπων ἀποςαλείς. *Deo quidem ut Domino, & ut ei qui Moſen miſit, crediderunt, Moſi verò ſicut ſervo miſſo.* Aliquando πιςεύειν Θεῷ formula eſt, rem certam ſibi pollicentis. Secundus, Ptolemaidis Epiſcopus, qui Synodo Nicænæ ſubſcribere recuſavit, in exilium miſſus Euſebio dixit, apud Philoſtorgium hiſtor. Eccleſ. lib.I. t. X. pag. 8. πιςεύω τῷ Θεῷ δι' ἐνιαυτοῦ σε δεῖν ἀχθήσεσθαι ἀπαγόμενον. *Ego confido Deo, te intra annum in exilium miſſum iri.*

IV. Πιςεύειν ſignificat *Religionem Chriſtianam amplecti*, atq; adeò *fidem ſalvificam habere.* Apoſtata Julianus Chriſtianis objecit, eorum religionem tantùm exigere illud, πίςευσον. Ejus verba apud Greg. Nazianz. Orat. III. p. 97. ſunt: Ἡμέτεροι οἱ λόγοι, καὶ τὸ ἑλληνίζειν, ὧν καὶ τὸ σέβειν θεούς· ὑμῶν δὲ ἡ ἀλογία καὶ ἡ ἀγροικία· καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ, πίςευσον, τῆς ὑμετέρας ἐςὶ σοφίας. *Noſtri ſunt ſermones, & noſtrum græcari, utpote quorum etiam eſt deos colere: veſtra autem eſt infantia & ruſticitas: nec quicquam aliud, quàm* Crede, *ſapientia veſtra eſt.* Hanc verò cavillationem ſolidè retundit Gregorius, primùm κατὰ τὸ βίαιον, quando præcipuum Pythagoricorum dogma eſſe dicit, τὸ, αὐτὸς ἔφα. Deinde, quid per illud, πίςευσον, Chriſtiani intelligant, exponit. Βούλεται ἡμῖν ὁ λόγ☉, inquit, μὴ ἐξεῖναι διαπιςεῖν τοῖς ὑπὸ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν εἰρημένοις· ἀλλ' ἀπόδειξιν εἶναι τοῦ λόγου τὸ ἐκείνων ἀξιόπιςον, πάσης δυνάμεως λογικῆς καὶ ἀντιλογικῆς ἰσχυρότερον. *Illo ſermone hoc volumus, non licere iis, quæ ab hominibus divino*

Nu-

Digitized by Google

Numine afflatis dicta ſunt, fidem abrogare, verùm pro ſermonis & doctrinæ confirmatione illorum autoritatem eſſe omni logica facultate & contradictione fortiorem. Poſſent hæc etiam ad præcedentem referri numerum. **Quamvis**, qui pleno aſſenſu ſeu πληροφορίᾳ Verbo Dei credit, atque huic fidei convenienter vivit, ille etiam ipſe ſit, qui fidem habet ſalvificam. De hac fide iterum Nazianzenus Orat.XXVI.p.458. Δικαιοσύνη καὶ τὸ πιστεῦσαι μόνον· τελειότης δὲ παντελὴς, τὸ καὶ ὁμολογῆσαι καὶ προσθεῖναι τῇ ἐπιγνώσει τὴν παῤῥησίαν. *Juſtitia vel ſolùm credere: at perfecta ſalus in eo ſita eſt, ut etiam confiteamur, ac cognitioni dicendi libertatem adjungamus.* Huc autem pertinent phraſes,

I. Πιστεύειν εἰς Θεὸν, *credere in Deum.* Illuſtris locus eſt Joh.XIV.1. Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. Ubi Eraſmus: *Utrobique anceps eſt verbum* πιστεύετε, πιστεύετε, *an ſit* creditis, *an* credite. *Unde quadrifariam legi poteſt.* Creditis in Deum, & in me creditis. *Atque ita legiſſe videtur ex interpretatione ſua Chryſoſtomus. Quaſi fides, quam habebant in Deum, & in Dei Filium Jeſum, illis abundè præſidio eſſet futura adverſus perſecutionum procellas. Aut ſic,* Credite in Deum,& in me credite, *ut utrumque jubeat fieri, ne turbentur. Tertio modo ſic,* Creditis in Deum, & in me credite: *ut ſenſus ſit, Creditis in Deum, ut Judæi, credite & in me, ut ſitis Chriſtiani. Quarto ſic,* Credite in Deum, & in me creditis: *ut ſit ſenſus, Credite in Deum: quod ſi facitis, eadem opera in me quoque creditis.* Hactenus ille. Prima expoſitio eſt, *Creditis in Deum, & in me creditis.* Hanc amplexus videtur Chryſoſt.Hom.LXXIII. in Joh. qui poſt verba Chriſti addit: Τουτέστι, πάντα παρελεύσεται τὰ δεινά. Ἡ γὰρ εἰς ἐμὲ πίστις καὶ τὸν γεγεννηκότα, δυνατωτέρα τῶν ἐπιόντων ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐάσει κρατῆσαι τῶν δυσχερῶν. *Hoc eſt, omnia mala tranſibunt: nam fides in me & in Patrem omnibus vos perſequentibus potentior eſt, & nihil vos ſuperabit.* Nihil interim pro prima interpretatione ſolidi ex his verbis colligitur, quia eadem leguntur apud Cyrillum, qui tamen πιστεύετε utrobique imperativè poſitum vult, ut mox videbimus. Secunda interpretatio eſt, *Credite in Deum, & in me credite.* Ita Cyrillus in Catena in Joh.p.353. Διακελεύει πιστεύειν αὐτοὺς οὐκ εἰς μόνον τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸν, &c. *Juſſit eos non in ſolum Deum, ſed & in ſe credere,*&c. Nonnus etiam,apud quem: Ἀλλὰ Θεῷ καὶ ἐμοὶ πιστεύσατε. -- *Sed Deo & mihi credite.* Nec aliter Hilarius lib. IX. de Trinitate. Tertia eſt, *Creditis in Deum, & in me credite.* Ita vetus Interpres. Auguſtinus, Latini quique, Tigurina verſio; Genevenſes. Quarta quem autorem habeat, incertum. Beza quintam affert, ſed à tertia, quam amplecti ſe profitetur ut magis receptam,nihil quicquam diſcrepantem.Is membrum prius ἐρωτηματικῶς profert: πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν; *Creditis in Deum? & in me credite:* quaſi dicat, Nemo veſtrûm eſt,qui non dicat ſe in Deum credere: ſi ita eſt, credite etiam in me. Nos ſecundam cum Cyrillo, Gomarum ſecuti, optimam, utpote minimè coactam, putamus: quia nullum ex ſacris literis exemplum proferri poteſt, ubi unum idemque verbum in eadem propoſitione, in præſenti indicativo & in præſenti imperativo uſurpetur: & ſi fortè etiam exemplum ejuſmodi extaret, ex rectæ interpretationis norma, ſine gravi cauſſa, à ſimplicitate ejuſdem modi non eſſet recedendum. Significantiſſimè autem verteretur, *Confidite,* ſeu *fiduciam habete in me.* Πιστεύειν namque εἰς Θεὸν nihil aliud ſignificat. En tibi Clem.Alex.Strom.lib.II. pag.371. Πιστεύομεν, ᾧ ἂν πεποιθότες ὦμεν εἰς δόξαν θείαν καὶ σωτηρίαν. Πεποίθαμεν δὲ τῷ μόνῳ Θεῷ· ὃν γινώσκομεν ὅτι οὐ παραβήσεται τὰ καλῶς ἡμῖν ἐπηγγελμένα, καὶ διὰ ταῦτα δεδημιουργημένα καὶ δεδωρημένα ὑπ' αὐτοῦ ἡμῖν εὐνοϊκῶς. *Ei credimus, in quo fiduciam habemus in gloriam divinam & ſalutem. In ſolo autem Deo fiduciam habemus, quem ſcimus non tranſgreſſurum ea, quæ ſunt pulchrè nobis promiſſa, & ideò creata, & ab ipſo benevolè nobis data.* Ita πιστεύειν ergo εἰς Θεὸν, eſt omnem in eo fiduciam collocare.

2. Πιστεύειν εἰς Χριστὸν, *credere in Chriſtum.* Frequens ſcripturæ phraſis. Quid autem ſit, explicat Clem.Alex. Strom.lib.IV.p.537. Τὸ εἰς αὐτὸν καὶ δι' αὐτοῦ πιστεῦσαι, μοναδικόν ἐστι γενέσθαι, ἀπερισπάστως ἑνούμενον ἐν αὐτῷ· τὸ δὲ ἀπιστῆσαι, διστάσαι ἐστὶ καὶ διαστῆναι, καὶ μερισθῆναι. *In ipſum & per ipſum credere, eſt unicum fieri, ſcilicet in ipſo indivulsè unitum: non credere autem, eſt dubitare, disjungi, & dividi.* Nempe *ipſe in nobis, & nos in ipſo* per fidem *manemus,* Joh. VI. 56.

3. Πιστεύειν ἐπὶ Θεὸν, & ἐπὶ Ἰησοῦν, idem quod πιστεύειν εἰς Θεὸν, &c. Juſt.Mart. in Dial. cum Tryphone, p.310. de verbo Chriſti: Καὶ ἰσχυρὸς ὁ λόγος αὐτοῦ πέπεικε πολλοὺς καταλιπεῖν δαιμόνια οἷς ἐδούλευον, καὶ ἐπὶ τὸν παντοκράτορα Θεὸν δι' αὐτοῦ πιστεύειν, ὅτι δαιμόνιά εἰσιν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν. *Et verbum ejus validum multis perſuaſit, ut dæmonia, quibus inſervierant, deſererent, & in omnipotentem Deum, per ipſum crederent: quoniam dæmonia ſunt dii gentium.* In eod.Dialogo Trypho interrogat Juſtin. Ἐὰν δέ τινες καὶ νῦν ζῆν βούλωνται, φυλάσσοντες τὰ διὰ Μωσέως διαταχθέντα, καὶ πιστεύωσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν, --- δύνανται καὶ αὐτοὶ σωθῆναι: *Quòd ſi qui nunc quoque vivere velint, obſervantes ea, quæ à Moſe ordinata ſunt, & credant in hunc Jeſum crucifixum,--- poſſuntne & ipſi ſervari?* Pòſt Juſtin. dicit, Καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ζῶντας κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν μὴ πιστεύοντας πρὶν τελευτῆς τοῦ βίου, οὐ σωθήσεσθαι ἀποφαίνομαι. *Eos item, qui ex ſemine Abraham ex præſcripto Legis vivunt, atque in Chriſtum hunc non credunt ante vitæ finem, ſalvos non fore judico.* Actor. IX. 42. eſt πιστεύειν ἐπὶ τὸν Κύριον. Vide etiam XXII. 19.

Hic jam commodè tractanda venit illa quæſtio, *An* πιστεύειν εἴς τι, *&* πιστεύειν τι, *ſint* ἰσοδυναμοῦντα, *ac proinde* in Eccleſiam credere, *rectè dicamur?* Affirmant Pontificii, & eò uſque progrediuntur, ut ſtatuant, non *Eccleſiæ* tantùm *in omnibus*, ſed *in Eccleſiam* quoque eſſe *credendum.* Ideò Concilii Conſtantinop. Patres dixiſſe, Πιστεύω εἰς τὴν ἐκκλησίαν, hoc eſt, ut ipſi interpretantur, *Credo fidoque Eccleſiæ in omnibus.* Sed his *primò* opponimus Auguſtinum, qui in Pſal. XLVII. docet, Credendum Eccleſiæ, non in Eccleſiam. In expoſitione Symboli,quæ habetur inter Conciones de Tempore, Serm. CXXXI. ad Competentes Conc. II. *Sciendum eſt*, inquit, *quòd Eccleſiæ credere, non tamen in Eccleſiam credere debeamus: quia Eccleſia, non Deus, ſed domus Dei eſt.* Et ad Neophytos Homil. III. *Non quomodo in Deum credimus; ſic in Eccleſiam ſanctam Catholicam, quæ propterea ſancta & Catholica eſt, quia certè credit in Deum. Non ergo diximus, ut in Eccleſiam, quaſi in Deum crederetis; ſed ut in Eccleſia ſancta converſantes, in Deum crederetis.* Verba, πιστεύω εἰς τὴν ἐκκλησίαν, quod *ſecundò* reſpondemus, non comparent in Symbolo Nicæno: reperiuntur tamen in Concilii Conſtantinop. Symbolo: quod, ſub Symboli Nicæni nomine paſſim venit; ut Voſſius docet Diſſert. III. de tribus Symbolis. Eandem formulam etiam apud alios deprehendas. Apud Epiphan. in Ancorato, p.518. Πιστεύω εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. *Credo in unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.* Et pag. ſeq. Πιστεύομεν εἰς μίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. *Credimus in unam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.* Apud Cyrillum Jeroſol. Catecheſi XVIII. Illuminat. pag. 147. Πιστεύω εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν. Eandem formulam Hieronymus quoque in diſceptatione cum Luciferianis expreſſit. Cæterùm, ſi ſcriptores conſulamus Eccleſiaſticos, patebit, πιστεύειν τι, & εἴς τι, πιστεύειν τινὶ, & εἴς τινα, pro eodem Græcis, prout &

Hebræis, quæ ſunt iſtis analoga, haud rarò uſurpari. Id quod Petrus Martyr ad I.Cor. X. 2. Druſius Obſervat. lib.III. c.I. & Miſcell. lib. I. c. XXI. & maximè Th. Gatakerus in Cinno ſuo c.XX. obſervant. Pro iisdem autem uſurpâſſe Epiphanium loco ſuprà laudato, oſtendunt, quæ eâdem planè formulâ, poſtquam dixiſſet, πιςεύομεν εἰς μίαν καθολικὴν ϗ ἀποςολικὴν ἐκκλησίαν, continua ſerie ſubjungit, Καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, ϗ εἰς ἀνάςασιν νεκρῶν, ϗ εἰς βασιλείαν ὀυρανῶν, ϗ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Et in unum baptiſma reſipiſcentiæ, & in reſurrectionem mortuorum, & in regnum cælorum, & in vitam æternam.* Quid hoc aliud, quàm certò credere, unum eſſe reſipiſcentiæ baptiſmum? &c. Ita enim pro ea habet ſymbolum Conſtantinopolitanum, ut eſt apud eundem ibidem, Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶμεν ἀνάςασιν νεκρῶν, ϗ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. *Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, exſpectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi.* Quin & in ſequentibus Epiphanius de eo, quod priùs dixerat, πιςεύομεν εἰς ἀνάςασιν νεκρῶν, anathemati ſubjiciens contrarium ſentientes, iſtudvè non agnoſcentes, ἀναθεματίζομεν, inquit, τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας ἀνάςασιν νεκρῶν, *damnamus illos, qui reſurrectionem mortuorum non confitentur.* Nec aliter Cyrillus Jeroſol. Catech. Illuminat. XVIII. Τῆς δὲ ἀπαγγελλομένης πίςεως ἀκολούθως περιεχούσης τὸ, εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ϗ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, ϗ εἰς σαρκὸς ἀνάςασιν, ϗ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Cùm fides propoſita, ſive profeſſa, contineat iſtud; In unum baptiſma pænitentiæ ad remiſſionem peccatorum, & in unam Catholicam Eccleſiam, & in carnis reſurrectionem, & in vitam æternam.* Ita & Petrus Chryſologus, ſerm. LXII. *Qui Eccleſiam fatetur,* ὁμολογεῖ, *in Eccleſiam,* εἰς ἐκκλησίαν, *ſe confeſſus eſt crediſiſſe.* Sic ergo quandoque Latini. Irenæi interpres lib.V.cap.XII. *Quotquot timent Deum, credunt in adventum ejus.* Cyrillus ad Demetr. *In æternam pænam ſerò credent, qui in vitam æternam credere noluerunt.* Ambroſius epiſt. LXXXII. *Credere in reſurrectionem Chriſti.*

Hæc, inquam, Patres, ubi latiùs & liberiùs loquuntur: at, ubi diſtinctiùs, & magis propriè, negant diſertè, *in homines*, aut *in Eccleſiam credi*, aut in rem ullam præter Deum. Orig. in Joh. tom. XXXII. ad c. XIII. 20. p. 400. Ἐνθάδε μὲν οὖν ὁ λαμβάνων, φησὶν, ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει, &c. οὔτι δὲ εἴρηται, ὁ πιςεύων εἰς ὑμᾶς, πιςεύει εἰς ἐμέ· οὔτε, ὁ θεωρῶν ὑμᾶς, θεωρεῖ ἐμέ. Λαμβάνειν γὰρ ἡμᾶς βούλεται τοὺς ἀποςόλους ἑαυτοῦ, οὐ μὴν ϗ πιςεύειν εἰς αὐτούς. *Atq; hoc quidem in loco,* Qui recipit, *inquit,* ſi quem miſero, me recipit, *&c. At verò non dictum eſt, Qui credit in vos, credit in me: neq;, qui videt vos, videt me: ut enim recipiamus ſuos Apoſtolos vult, non tamen ut in illos credamus.* Ita Greg. Nazianz. Orat. XXXVII. quæ eſt de Spiritu S. p. 596. Ἀλλ' εἰ μὲν κτίσμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιςεύομεν; ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; οὐ γὰρ ταυτόν ἐςι πιςεύειν εἴς τι, ϗ περὶ αὐτοῦ πιςεύειν· τὸ μὲν γάρ ἐςι θεότητος, τὸ δὲ παντὸς πράγματος. *Sed ſi creatura,* nempe Spiritus S. *quomodo in eum credimus? aut in eo perficimur? Neq; enim idem eſt, credere in aliquid, &, credere de ipſo. Illud enim deitatis eſt, hoc rei cujuslibet.* Gemina his leguntur apud Theophylact. in c. XII. Joh. p. 747. Ἄλλο τὸ πιςεύειν τινὶ, ϗ ἄλλο τὸ πιςεύειν εἴς τινα. Ὁ μὲν γὰρ πιςεύων τινὶ δύναται νοηθῆναι, ὅτι πιςεύει αὐτῷ ἀληθῆ λέγοντι· ὁ δὲ πιςεύων εἴς τινα, ὡς εἰς Θεὸν, πάντως πιςεύει. Διὸ πιςεύειν μὲν τοῖς ἀποςόλοις εἴποι ἄν τις, πιςεύειν δὲ εἰς τοὺς ἀποςόλους, οὐκ ἔτι, &c. *Aliud eſt credere cuipiam, & aliud credere in quempiam. Nam is qui credit alicui, poteſt intelligi, quòd credat ei ut vera dicenti: qui autem credit in quempiam, omnino ut in Deum credit. Ideò rectè quis crediderit Apoſtolis, at non item in Apoſtolos,* &c. Huc etiam faciunt ſequentia Patrum dicta. Athanaſ. Orat. III. contra Arianos: Διὰ τί ἡ πίςις καθ' ὑμᾶς εἰς κτίςην ϗ εἰς κτίσμα παραδίδοται; *Cur ſecundùm vos fides in creatorem & in creaturam traditur?* Cyrill. Alex. Dial. IV. de SS. Trinitate: Ἆρ' οὐκ εἰς πατέρα, ϗ υἱὸν, ϗ πνεῦμα ἅγιον ἡ πίςις; οἱ δὲ δὴ τὴν πίςιν ἀκλινῆ ϗ ἀνυπαίτιον διασώσασθαι προτεθυμημένοι, πιςεύσειαν ἂν εἴς γε θεὸν ὁμοῦ ϗ κτίσιν; Ἄρα γὰρ οὖν, ὅτι ϗ εἰς υἱὸν ἡ πίςις, ὡς εἰς Θεὸν ζῶντα ϗ ἀληθινόν. *Nónne in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum eſt fides? Qui autem fidem immobilem & inculpatam ſervârunt, crediderúntne in Deum ſimul & creaturam? Congruit utiq; quòd & in Filium ſit fides, tanquam in Deum viventem & verum.* Johan. XIV. 1. Idem ad Reginas de recta fide lib. I. ex Joh. I. 12. Ὅτε τοίνυν εἰς αὐτὸν ἡ πίςις, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριςός; *Cùm in ipſum ſit fides, quomodo non Deus Chriſtus?* Idem ad Joh. VI. 29. Εἰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἐπιτελοῦμεν, πιςεύοντες εἰς Χριςὸν, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ἀληθινός; *Si quod Deus probat facimus, quando credimus in Chriſtum, quomodo non verus Deus eſſet?* Auguſt. in Pſal. LXXVII. *Credere in Deum plus eſt, quàm credere Deo: nam & homini cuilibet plerumq; credendum eſt, quamvis in eum non ſit credendum.* Et tract. XXIX. in Joh. *Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem ille miſit. Ut credatis in eum; non, ut credatis ei. Sed ſi creditis in eum, creditis ei. Non autem continuò, qui credit ei, credit in eum. Nam & dæmones credebant ei, ſed non credebant in eum. Rurſus etiam de Apoſtolis ipſis dicere poſſumus, Credimus Paulo, ſed non, Credimus in Paulum: Credimus Petro, ſed non, Credimus in Petrum.* Vide plura apud Gatakerum. Addamus tandem Ruffinum in Expoſitione Symboli, quæ habetur in operibus Cypriani, p. 557. *Ut autem una eademq; in Trinitate divinitas doceatur; ſicut dictum eſt in Deum Patrem credi adjecta præpoſitione,* IN: *ita & in Chriſtum Filium ejus, ita & in Spiritum S. memoratur. Sed ut manifeſtius fiat quod dicimus, ex conſequentibus approbabitur. Sequitur namq; poſt hunc ſermonem:* Sanctam Eccleſiam Catholicam, remiſſionem peccatorum, hujus carnis reſurrectionem. *Non dixit,* In ſanctam Eccleſiam, *nec* in remiſſionem peccatorum, *nec* in carnis reſurrectionem. *Si enim addidiſſet,* IN, *præpoſitionem, una eademq; vis fuiſſet cum ſuperioribus. Nunc autem in illis quidem vocabulis, ubi de divinitate fides ordinatur,* in Deum Patrem *dicitur, &* in Jeſum Chriſtum Filium ejus, *&* in Spiritum Sanctum: *in cæteris verò, ubi non de divinitate, ſed de craturis ac myſteriis ſermo eſt,* IN, *præpoſitio non additur, ut dicatur,* in ſanctam Eccleſiam, *ſed ſanctam Eccleſiam credendam eſſe, non ut in Deum, ſed ut Eccleſiam Deo congregatam: &* remiſſionem peccatorum *credendam eſſe, non in remiſſionem peccatorum, &* reſurrectionem carnis, *non in reſurrectionem carnis. Hâc itaq; præpoſitionis ſyllabâ Creator à creaturis ſecernitur, & divina ſeparantur ab humanis.* Quin & Trident. Conciliabulum, Symbolum Conſtantinop. recitando ſeſſ. ſub Paulo III. præpoſitionem IN in articulo de Eccleſia omiſit: & in Catechiſmo ad Parochos, ex ejusdem Concilii decreto, Pii V. juſſu edito, diſertis verbis: *Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Vide ibidē explicationem hujus articuli, & invenies Ruffini expoſitioni prorſus conſentanea.

Πίςις.

I. *Etymon.* Clem. Alex. Strom. lib. IV. p. 531. τὴν πίςιν ἐτυμολογητέον, τὴν περὶ τὸ ὂν ςάσιν τῆς ψυχῆς ἡμῶν. *Vocis* πίςις *origo inde deducenda, quòd ſit animæ noſtra* περὶ τὸ ὂν ςάσις, id eſt, *circa id, quod eſt ſtatio & quies:* quòd nimirum fides in iis requieſcat, iis nitatur, quæ revera ſunt. At alluſio potius erudita eſt, quàm verum etymon. πίςις namque dicitur, quaſi πεῖσις, à πέπεισμαι, ut ex Etymologicis ſatis notum. A' Clemente tamen non multum recedit Theodoretus θεραπευτ. ſerm. 1. pag. 479. quando dicit inter alia, πίςιν eſſe περὶ τὸ ὂν ὄντως, *circa id, quod verè eſt, adhæſionem.*

II. Si-

II. *Significatio.* Vox πίστις duobus præcipuè modis ſumitur: nempe

1. *Activè*, quatenus eſt in agente, vel dicente. Sic πίστις ſignificat *veritatem*, *ſinceritatem & conſtantiam*, tum *in dictis*, tum *in factis*. Hoc ſenſu ad Rom. III. 3. *Judæorum* ἀπιστία *non evacuatura*, ſeu *inanem redditura dicitur* τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ, iſt eſt, τὴν ἀλήθειαν, ut ex verſu ſequenti patet: vel, ut Photius apud Oecumenium, ad hunc locum, p. 364. τὸ πιστὸν τῶν ὑποσχέσεων αὐτοῦ, τὸ ἀληθὲς, τὸ ἀμετάθετον, *fidelitatem promiſſionum ejus, veritatem, immutabilitatem.* Theophylactus πίστιν interpretatur *καταπίστευσιν τῶν λογίων*, *oraculorum commiſſionem*: quaſi, quemadmodum ἐπιστεύθησαν ibidem ſignificat *commiſſa*, vel *credita ſunt*, ita πίστις *commiſſionem* ſignificet; quod falſum, nec ullo idoneo exemplo hæc ſignificatio defendi poteſt. Huc referri debet illa etiam ſignificatio, cùm *fides* ſumitur pro *promiſſione*, vel *pacto*, ut I. Timoth. V. 12. ubi reprehenduntur juniores viduæ, quæ τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν, *primam fidem irritam fecerunt.* Ad quem locum Theophylactus, pag. 781. Τὴν συνθήκην, λέγει πίστιν. Ἐψεύσαντο, ὤν, φησι, τὴν συμφωνίαν τὴν πρὸς Χριστόν. *Fidem appellat fœdus. Fefellerunt, inquit, pactum, quod cum Chriſto fecerunt.* Et Chryſoſtomus Homil. XV. in I. ad Timoth. pag. 311. Πίστιν, τὴν συνθήκην λέγει, τὴν ἀλήθειαν, ὡσεὶ ἔλεγεν, ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἠθέτησαν, παρέβησαν τὰς συνθήκας. *Fidem appellat fœdus, veritatem: quaſi dixiſſet, fefellerunt ipſum, irrita fecerunt, transgreſſæ ſunt pacta.* Ita etiam Oecumenius, pag. 758. per fidem intelligit τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν συνθήκην *fœdus quod cum Chriſto fecerunt.* Videtur autem Apoſtolus alludere ad militiam ſecularem. D. Auguſtinus de militibus loquens, ſerm. I. Feſt. Pentecoſt. *Sacramentis obligantur, & Dominis ſuis fidem ſe ſervaturos profitentur.* Per *fidem* intellige; ut Bullingerus noſter exponit; *Chriſto ſponſo & Eccleſiæ datam, de perpetua viduitate ſervanda.* Matrimonium Paulus non improbat, nuptias autem poſt votum factum de non ampliùs nubendo. Iterum Auguſtinus in Pſal. LXXV. *Vidua quæ jam ſic pervenire voluerat, voluit nubere: hoc voluit quod licuit ei quæ nupſit; ſed illi non licuit, quòd de ſuo loco retrò ſpexit.* Et paulò antè: *Neſcio quæ caſtimonialis nubere voluit: quid voluit? quod & virgo quælibet, quod & mater ipſius. Aliquid mali ergo voluit? mali planè: quare? quia jam voverat Domino Deo ſuo.* Contrariæ hujusmodi viduis, de quibus Paulus, ſunt χῆραι περὶ πίστιν σωφρονοῦσαι, in Polycarpi ad Philippenſes epiſtola.

2. *Paſſivè*, ſic *fides* ſignificat,

a. *Id, quod creditur*; quo reſpectu fides eſt extra credentem. Atque ita per πίστιν intelligitur *doctrina fidei.* Hoc ſenſu νεοπαγεῖς ἐν τῇ πίστει, *in fide adhuc teneri* vocantur à Chryſoſtomo Catechumeni, quia prima tantùm doctrinæ Chriſtianæ elementa ipſis nota ſunt. Νεόφυτος πίστις, *recens plantata fides* vocatur fidei doctrina tempore Apoſtolorum, ab eodem Chryſoſtomo, Homil. LXI. t. VI. Ἀληθὴς καὶ ὀρθότομος πίστις, *vera & orthodoxa fides*: doctrina, quæ verbum Dei ὀρθοτομεῖ, *rectè ſecat*; ut Anonymus in vita Chryſoſtomi. Eodem ſenſu Nazianzenus Orat. XXXII. p. 517. Conſtantinopolin vocat κοινὸν ἐμπόριον τῆς πίστεως, *commune fidei emporium.* Photius epiſt. I. p. 1. Chriſtianorum fidem vocat καθαρὰν καὶ ἀμώμητον πίστιν, item ἄχραντον καὶ καθαρὰν, *puram & inculpatam fidem.* Hinc frequenter Synodorum Canones monent, ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, *fidem*, id eſt, *doctrinam, quæ docetur, baptizatos diſcere debere*: quod Zonaras bene τὸ μυστήριον τῆς πίστεως interpretatur. Vide Can. XLVI. Concilii Laodiceni. Eodem reſpicit Athanaſius Orat. II. contra Arianos, t. II. p. 341. quando dicit, Ὁ Χριστὸς τὸ κεφάλαιον τῆς πίστεως ἡμῶν εἰς τοῦτο συντείνειν ἠθέλησεν, οὐ κελεύσας ἡμᾶς βαπτίζεσθαι εἰς ὄνομα ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ, οὐδὲ εἰς ὄνομα ἀκτίστου καὶ κτίσματος· ἀλλ' εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. *Chriſtus caput fidei noſtræ eò tendere voluit, quando non juſſit nos baptizari in nomen ingeniti & geniti, nec in nomen increati & creaturæ: ſed in nomen Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.* Ita πίστις καθολικὴ, *doctrina Catholica.* Vide in Καθολικὸς, num. II. 3. *Symbolum Nicænum*, ſeu doctrina in illa Synodo expoſita, vocatur πίστις. Athanaſius ſemper ita appellat. In epiſt. ad Jovianum ſcribit: Θελησάσης τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας μαθεῖν παρ' ἡμῶν τὴν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν, εὐχαριστήσαντες ἐπὶ τούτοις τῷ Κυρίῳ, ἐβουλευσάμεθα μᾶλλον πάντων τὴν παρὰ τῶν πατέρων ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, ὑπομνῆσαι τὴν σὴν εὐσέβειαν. *Cùm igitur pietas tua cupiat à nobis cognoſcere Eccleſiæ Catholicæ fidem, Deo ſuper ea re gratiis habitis, nihil nobis conſultius viſum, quàm ut Fidem à Patribus Nicææ confeſſione promulgatam, pietati tuæ commemoraremus.* Theodoretus etiam hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XXI. p. 624. Ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ἐγράφη διδασκαλία. *In urbe illa* (Nicæa) *fidei Apoſtolicæ doctrina à ſanctis Patribus ſcripta fuit.* Can. VIII. Concilii Epheſini decernit, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαίων συναχθέντων πόλει, *non licere cuiquam aliam fidem afferre, vel ſcribere, vel componere, præter eam, quæ à ſanctis Patribus Nicææ congregatis, definita eſt.* Hinc τρόφιμοι τῆς πίστεως, *alumni fidei*, qui veram Eccleſiæ doctrinam docentur. Vide in Τρόφιμος.

b. *Id, quod credimus*; quo reſpectu fides eſt in animo credentis. Atque ita πίστις ſumitur *pro notitia & aſſenſu*, quo ei, qui loquitur, vel iis, quæ aliquis dicit, aſſentimur. Theodoretus Θεραπευτ. ſerm. I. p. 479. πίστιν dicit eſſe ἑκούσιον τῆς ψυχῆς συγκατάθεσιν, *voluntariam animi aſſenſionem.* Clemens Alexandr. ſtrom. lib. II. p. 381. dicit, Μάθησις γοῦν καὶ τὸ πείθεσθαι ταῖς ἐντολαῖς· ὅ ἐστι πιστεύειν τῷ Θεῷ. *Diſciplina ergo, & parére præceptis, quod eſt credere Deo.* De eadem fide idem ſtromat. lib. IV. p. 528. Ἡ εἰς Χριστὸν πίστις, καὶ ἡ τοῦ εὐαγγελίου γνῶσις, ἐξήγησίς ἐστι καὶ τοῦ νόμου πλήρωσις. Καὶ διὰ τοῦτο εἴρηται τοῖς Ἑβραίοις, ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐ μὴ συνῆτε. Τουτέστιν, ἐὰν μὴ πιστεύσητε τῷ διὰ νόμου προφητευθέντι, καὶ ὑπὸ νόμου θεσπισθέντι, οὐ συνήσετε τὴν διαθήκην τὴν παλαιὰν, ἣν αὐτὸς κατὰ τὴν ἰδίαν ἐξηγήσατο παρουσίαν. *Quæ eſt in Chriſtum fides, & Evangelii cognitio, eſt expoſitio, & Legis adimpletio. Et ideo dictum eſt Hebræis*, Niſi credideritis, non intelligetis: *hoc eſt, niſi ei credideritis, qui per Legem eſt prædictus, & à Legis oraculo eſt ſignificatus, non intelligetis vetus Teſtamentum, quod ipſe per propriam expoſuit præſentiam.* Et Damaſcenus Orthod. fidei lib. IV. cap. XI. pag. 303. Ἔστι πίστις ἐξ ἀκοῆς, ἀκούοντες γὰρ τῶν θείων γραφῶν, πιστεύομεν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Eſt fides ex auditu, audientes enim divinas Scripturas, credimus doctrinæ Spiritûs Sancti.* In his intelligitur *fides* illa ſpecialis, ſeu *ſacra*, quæ Dei nititur verbo; de qua etiam Chryſoſtomus Homil. XXXVI. in Geneſin: Ἐκεῖνό ἐστι πίστις, ὅταν ἐκείνοις πιστεύωμεν τοῖς μὴ βλεπομένοις, πρὸς τὴν ἀξιοπιστίαν τοῦ ἐπαγγειλαμένου τὴν διάνοιαν τείναντες. *Illud fides eſt, quando iis credimus, quæ non videntur, ad autoritatem ejus, qui promiſit, animam intendentes.* Et Homil. LXIII. in Geneſin: Τοῦτο πίστις, ὅταν μὴ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ἀρκώμεθα μόνον, ἀλλὰ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασι φανταζώμεθα τὰ μὴ ὁρώμενα. *Illud fides eſt, ſi non tantùm corporeis oculis contenti ſumus, ſed oculis mentis ea quæ non videntur nobis repræſentamus.* Hæc fides à veteribus vocatur πίστις τῶν δογμάτων, *fides dogmatum*, id eſt, ea fides, quâ credimus, doctrinam verbo Dei patefactam eſſe veram: vel, quâ ea credimus, quæ nobis tanquam dogmata creditu neceſſaria proponuntur

Digitized by Google

tur in ſacris literis. Theophylactus in I. Corinth. XII. v. 9. dicit per πίϛιν intelligi, οὐχὶ τὴν τῶν δογμάτων, ἀλλὰ τὴν τῶν σημείων, τὴν καὶ τὰ ὄρη μεθιϛῶσαν, *non fidem dogmatum, ſed miraculorum, quæ vel montes transferat.* Deſumſit, pro more, ex Homil. Chryſoſtomi XXIX. in I. ad Corinthios, pag. 433. ubi eadem diſtinctio. De eadem fide iterum Theophylactus in epiſt. ad Epheſios, ad cap. IV. v. 13. p. 536. Ἕως οὗ φθάσωμεν εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίϛεως· τουτέϛιν, ἕως ἂν δειχθῶμεν οἱ πάντες μίαν πίϛιν ἔχοντες, μήτε κατὰ τὰ δόγματα διαφερόμενοι, μήτε ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον σχίσματα ἔχοντες πρὸς ἀλλήλους. *Donec perveniremus ad unitatem fidei, hoc eſt, usque dum demonſtremur omnes unam & eandem fidem habere, neq; dogmatibus differre, neq; quoad vitam ſectis quibuſdam inter nos diſſidere.* Hanc fidem Cyrillus Alex. ad Joh. XI. 40. p. 687. vocat δογματικὸν εἶδος τῆς πίϛεως, quod dicit habere συγκατάθεσιν τῆς ψυχῆς περὶ τοῦ δὲ τινος· ὡς τὸ, Ὁ πιϛεύων εἰς τὸν υἱὸν, οὐ κρίνεται, *aſſenſum animi de re aliqua: ut, Qui credit in Filium, non judicatur.*

Hæc autem *fides* eſt *duplex:*

א. *communis electis & reprobis:* & dividitur

α. *in hiſtoricam:* de qua Oecumenius in cap. II. Jacobi, p. 125. Ἐπὶ τῆς ἁπλῆς τοῦ φαινομένου συγκαταθέσεως πίϛιν εἰώθαμεν λέγειν. *De ſimplici aſſenſu fidem dicere ſolemus:* cum credimus ſcripturam eſſe veram, quemadmodum de alia qualibet hiſtoria idem fatemur. Idem ibid. paulò pòſt: *Fidem* vocamus τὴν ἁπλῆν συγκατάθεσιν, καὶ ἀμοιροῦσαν τῶν ἀναζωπυρούντων ἔργων, *ſimplicem aſſenſum, deſtitutam operibus excitantibus* ſc. ad pietatem.

β. *in fidem miraculorum*, quæ eſt certa perſuaſio de futuro aliquo effectu miraculoſo, concepta ex revelatione aut promiſſione ſingulari. Hanc Chryſoſtomus Hom. XXIX. in I. ad Cor. p. 433. vocat πίϛιν τῶν σημείων, *fidem miraculorum*, & μητέρα τῶν σημείων, *matrem miraculorum.* Idem Hom. LIV. t. V. p. 371. vocat πίϛιν τῶν σημείων καὶ τῶν θαυμάτων ποιητικὴν, *fidem ſignorum, & miraculorum effectricem.* Cyrillus Alexandr. ad Joh. XI. 40. pag. 687. vocat πίϛιν τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνεργητικὴν, *fidem, quæ efficit ea, quæ vires humanas excedunt.*

γ. *in fidem temporariam*, quam Nazianzenus Orat. XLIII. pag. 702. vocat τὴν τῶν καιρῶν πίϛιν, *ad tempus accommodatam fidem.*

ב. *Propria electorum:* de qua ſequentia maximè veniunt obſervanda:

1. *Objectum*, quod eſt *Deus*, in quem ſolum credendum. Suidas: Πίϛιν μόνην ὁρίζομεν εἶναι ἀληθῆ, καὶ καθαρὰν, ταύτην, τὴν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητά τε, καὶ κυριότητα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων δημιουργὸν, καὶ βασιλίδα πάσης φαινομένης καὶ νοουμένης κτίσεως, &c. *Fidem ſolam definimus eſſe veram & puram hanc, In Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unam deitatem & dominationem, omnium viſibilium & inviſibilium opificem, & reginam omnis apparentis & intelligibilis creaturæ, &c.* Apud Chryſoſtomum Orat. XVII. t. VII. p. 289. inter ſuppoſititias: Πίϛις ἀπὸ πατρὸς μὲν ἄρχεται, ἐπὶ υἱὸν δὲ ἔρχεται, εἰς δὲ τὸ πνεῦμα πληροῦται. Πίϛεως ῥίζα ζῶσα, ὁ πατήρ· κλάδος ἀμάραντος, ὁ υἱός· καρπὸς ἀθάνατος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Fides à Patre quidem incipit, ad Filium verò tranſit, & in Spiritu Sancto completur. Fidei radix viva, Pater: ramus nunquam marceſcens, Filius: fructus perpetuus, Spiritus ſanctus.* Clemens Alexandr. ſtrom. lib. VII. p. 731. Πίϛις ἐνδιάθετόν τι ἐϛιν ἀγαθὸν, καὶ ἄνευ τοῦ ζητεῖν τὸν θεὸν ὁμολογοῦσα εἶναι τοῦτον καὶ δοξάζουσα ὡς ὄντα. *Fides eſt bonum aliquod internum, & quæ absq; eo, quòd Deum quærat, Deum eſſe confitetur, & tanquam qui ſit glorificat.* A Greg. Nazianzeno, oratione XLIII. p. 702. vocatur ἡ τοῦ θεοῦ πίϛις, *fides, quâ Deum eſſe credimus.* Hanc ob cauſſam Baſilius M. lib. III. contra Eunomium, πίϛιν θεότητος συγκατάθεσιν, *fidem deitatis confeſſionem eſſe* dicit. Confer, quæ ſub verbo πιϛεύω, num. IV. 3. dicta ſunt

2. *Cauſſa efficiens fidei eſt*

a. *principalis, Deus.* Hinc Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. VII. p. 111. Πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰς πίϛιν ἐγνωσμένοι θεῷ. *Ante mundi conſtitutionem Deo ad fidem cogniti.* Poſtquam Chryſoſtomus Hom. XII. in I. ad Cor. ad cap. IV. v. 7. probâſſet, omnia gratiæ divinæ eſſe adſcribenda, ſubjicit, Οὐ γὰρ σὰ κατορθώματα ταῦτα, ἀλλὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος· κἂν τὴν πίϛιν εἴπῃς, ἀπὸ τῆς κλήσεως γέγονε, κτλ. *Nec enim hæc bona opera tua ſunt opera, ſed gratiæ divinæ: etiamſi fidem dixeris, à vocatione pendet, &c.* Idem ad v. 8. c. II. ad Epheſ. p. 782. Οὐδὲ ἡ πίϛις ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ οὐκ ἦλθεν, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιϛεῦσαι; *Neq; fides ex nobis: ſi enim non veniſſet, ſi non vocâſſet, quomodo credere potuiſſemus?* Ibidem *fides* vocatur θεοῦ δῶρον, *Dei donum.* Iterum, Hom. XXX. in Acta, p. 783. Μηδὲν ἡμέτερον εἶναι νομίζωμεν· ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ πίϛις οὐχ ἡμέτερον· ὅτι δὲ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ τὸ πλέον τοῦ θεοῦ, ἄκουε τοῦ Παύλου λέγοντος· Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον. *Nihil noſtrum eſſe exiſtimemus: cùm ipſa etiam fides non ſit noſtra: eam verò noſtram non eſſe, ſed potiorem partem Dei eſſe, audi Paulum dicentem: Et hoc non ex vobis: Dei donum eſt*, ad Epheſ. II. 8. Idem, Hom. CXXII. t. V. Chriſtum comparat legato: legatos munera offerre, & munera accipere dicit. Poſtea interrogat, Ποῖον ὁ χριϛὸς ἦλθε φέρων δῶρον ἐμοί; Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἦλθε φέρων δῶρον, τὸ σῶμα αὐτοῦ ἦλθε φέρων δῶρον. Καὶ τί παρ᾽ ἐμοῦ ἔλαβε δῶρον; πίϛιν· καὶ τίς ταύτης μοι ἔδωκε χάριν; ἐπίϛευσα ἐγὼ, ἐχαρίσατο ἐκεῖνος. *Quodnam Chriſtus, cùm acceſſiſſet, mihi attulit donum? ſanguinem ſuum dono mihi attulit, corpus ſuum dono attulit. Et quod à me accepit donum? Fidem. Et quis eam mihi largitus eſt? Ego credidi, ipſe largitus eſt.* Nec fidem Deus largitur ob prævisa opera, vel dignitatē noſtram. Hoc iterum disertè Chryſoſtomus lib. de Virginitate, cap. XLII. t. VI. pag. 270. ad I. Cor. VII. 25. Οὐκ εἶπεν, ὡς γενόμενος πιϛὸς, ἀλλ᾽ ὡς ἠλεημένος εἶναι πιϛός· μὴ γὰρ τὴν ἀποϛολὴν, καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ τὴν διδασκαλίαν μόνον νομίσητε τῆς δωρεᾶς εἶναι τοῦ θεοῦ· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πιϛεῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐλέους μοι γέγονεν ἐκείνου. Οὐ γὰρ ἐπειδὰν ἄξιος ἤμην, φησὶ, κατηξιώθην τῆς πίϛεως, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἠλεήθην μόνον. Ὁ δὲ ἔλεος χαριτός ἐϛιν, οὐ τοῦ κατ᾽ ἀξίαν. *Non ait, ut fidelis effectus, ſed, ut cui Domini clementiâ fideli eſſe datum ſit. Ne enim Apoſtolatum, & præconium, & doctrinam tantùm gratiæ divinæ eſſe exiſtimate. Nam ipſum etiam credere, ſeu fides, ab ejus miſericordia mihi obtigit. Non enim, quoniam dignus eram, inquit, fidem accepi, ſed tantùm, quia miſericordiam conſecutus ſum. Miſericordia autem eſt ex gratia, non ex merito.* Theophylactus ad I. Corinth. I. 2. pag. 164. Κλητοῖς ἁγίοις, &c. Καὶ αὐτὸ τὸ πιϛεῦσαι οὐχ ἡμέτερον, ἀλλ᾽ ὑπὸ θεοῦ κληθέντες, οὕτως ὑπηκούσατε καὶ ἐπιϛεύσατε· ὥϛε καὶ ἡ πίϛις τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἔχει· εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐκάλεσεν, οὐκ ἂν ὑμεῖς ἐπιϛεύσατε. Vocatis ſanctis. *Vel ipſum credere, inquit, non eſt veſtrum, ſed à Deo vocati obediiſtis, & crediidiſtis. Proinde & fides principium à Deo habet: niſi enim ille vocâſſet, vos certè non crediidiſſetis.* Idem in cap. I. ad Epheſ. p. 508. Τὸ πιϛεῦσαι ἡμᾶς, τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας γέγονε. *Quod crediderimus, magna virtute & efficacia Dei factum eſt.* Et in cap. II. p. 514. Οὐδὲ ἡ πίϛις ἐξ ἡμῶν· εἰ μὴ γὰρ ἦλθεν, εἰ μὴ ἐκάλεσεν, οὐκ ἂν ὑπηκούσαμεν. Πῶς γὰρ πιϛεύσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν, ὥϛε καὶ αὕτη δῶρον θεοῦ. *Neq; fides ex nobis eſt: niſi enim veniſſet, niſi vocâſſet, non obediiſſemus.* Quomodo enim credent, niſi audiant. *Proinde ipſa etiam fides donum Dei eſt.* Ita idem docet ad Hebr. XII. 2. *Chriſtum* propterea vocari ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν τῆς πίϛεως, ὅτι αὐτὸς καὶ τὴν πίϛιν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ἐνέθηκε, *ducem & conſummatorem fidei, quòd ipſe etiam fidem ab initio nobis indiderit.* Male itaque Chryſoſto-

ſoſtomus, ſui ipſius oblitus, Homil. LIV. t. V. pag. 371. fidei initium hominibus adſcribit, ejus verò incrementum Deo, his verbis: Τὸ μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν πιστεῦσαι τῆς ἡμετέρας εὐγνωμοσύνης ἐστὶ, καὶ τὸ ὑπακοῦσαι κληθέντας· μετὰ δὲ τὸ καταβληθῆναι τὴν πίστιν, τῆς τοῦ πνεύματος δεόμεθα βοηθείας, ὥστε μένειν αὐτὴν διηνεκῶς ἄσειστον καὶ ἀπερίτρεπτον. *Quòd ab initio credimus, id à noſtro candore eſt, & quòd vocati obedimus. Poſtquam verò fides ſeminata eſt, ſpiritus egemus auxilio, ut ipſa ſemper maneat inconcuſſa & conſtans.* Baſilidis ſectatores, ut docet Clemens Alexandr. ſtrom. II. pag. 362. φυσικὴν ἡγοῦνται τὴν πίστιν, *fidem naturalem eſſe exiſtimant.* Hoc negat Clemens. Rationes ejus ſunt:

α. Οὐκέτι προαιρέσεως κατόρθωμα ἡ πίστις, εἰ φύσεως πλεονέκτημα. *Fides non eſt voluntariæ ac liberæ electionis opus, ſi eſt naturæ prærogativa.*

β. Οὐδὲ ἀμοιβῆς δικαίας τεύξεται ἀναίτιος ὤν, ὁ μὴ πιστεύσας· καὶ οὐκ αἴτιος ὁ πιστεύσας. *Neq; juſtam conſequetur retributionem, nec qui non credidit, quia ejus culpâ id non evenit; nec is, qui credidit, qui cauſſa non fuit.*

γ. Πᾶσα ἡ τῆς πίστεως καὶ ἀπιστίας ἰδιότης καὶ διαφορότης, οὔτε ἐπαίνῳ, οὔτε μὴν ψόγῳ ὑποπίπτοι ἄν, ὀρθῶς λογιζομένοις, προηγουμένην ἔχουσα τὴν ἐκ τοῦ τὰ πάντα δυνατοῦ φυσικὴν ἀνάγκην γενομένην. *Omnis fidei & incredulitatis proprietas & differentia, nec laudi, nec vituperationi fuerit obnoxia, rectè conſiderantibus, cùm habeat præcedentem naturalem neceſſitatem, quæ orta eſt ab eo, qui omnia poteſt.*

δ. Νευροσπαστουμένων ἡμῶν, ἀψύχων δίκην, φυσικαῖς ἐνεργείαις, τό, τε ἀκούσιον παρέλκει, ὁρμή τε, ἡ προκαθηγουμένη τούτων. *Quòd ſi nos, tanquam inanima, naturalibus operationibus veluti funibus trahamur, ſupervacaneum eſt involuntarium, & appetitio, quæ ea præcedit.*

ε. Οὐκέτι ἔγωγε ἐννοῶ ζῶον τοῦτο, οὗ τὸ ὁρμητικὸν ἀνάγκῃ λέλογχεν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν αἰτίας κινούμενον. *Nec ego illud utiq; animal quale ſit intelligo, cujus vim appetendi, quæ ab externa cauſſa movetur, ſortita eſt neceſſitas.* Ipſe verò Clemens ſtatuit, fidem eſſe θεῖόν τι. Si enim ἀνθρώπινον eſſet ἐπιτήδευμα, etiam extinctum eſſet, ait idem. Et tamen (mirum dictu) paulò pòſt, Fidem in noſtra poteſtate eſſe inde demonſtrare conatur: quòd aſſenſiones omnes in noſtra ſint poteſtate: quòd ipſa incredulitas oſtendat, poſſe eſſe aſſenſionem aut fidem: non enim privationem eſſe ejus, quod non poſuerit: quòd deniq; homo malè audiat, cùm falsò aſſentitur, aut contrà.

b. *Inſtrumentalis, prædicatio verbi divini, & ejus auditus.* Joh. XX. 31. expreſsè, *quæ ſcripta* ſunt, dicuntur *ſcripta*, ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχωσιν ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, *ut credentes vitam habeant in nomine Jeſu.* Chryſoſtomus ad hunc locum in Catena in Johannem, p. 464. dicta & facta Chriſti ſcripto tradita eſſe dicit πρὸς ὠφέλειαν μεγίστην, τὴν τῶν ἀκουόντων· οὔτε γὰρ πρὸς ἔκπληξιν τῶν θαυμάτων, οὔτε πρὸς τέρψιν τῆς διηγήσεως, ἀλλ' ἵνα πιστεύωμεν τῇ δυνάμει διὰ τῶν ἔργων αὐτῆς, καὶ πιστεύοντες τὴν μόνην ἀληθινὴν ὠφέλειαν κομιζώμεθα τὴν εἰς αἰῶνα ζωήν, *propter maximam auditorum utilitatem. Non enim propter ſtuporem miraculorum, vel narrationis oblectamentum, ſed ut virtuti ejus fidem habeamus, & credentes, ſolum ac verum emolumentum referamus, vitam æternam.* Illuſtris imprimis locus ad Rom. X. 14. 15. ad quem Theodoretus, p. 84. Προσήκει, φησὶ, πρότερον πιστεῦσαι, εἶτα ἐπικαλέσασθαι· ἀδύνατον δὲ πιστεῦσαι τὸν διδασκαλίας οὐκ ἀπολαύσαντα. Ταύτης δὲ τυχεῖν οὐχ οἷόν τε τῶν κηρυττόντων οὐκ ὄντων. *Oportet, inquit, priùs credere, deinde invocare. Fieri autem non poteſt ut credat, qui doctrinam non perceperit: hæc autem haberi non poteſt, ſi deſint, qui prædicent.* Hæc fides Damaſceno, lib. IV. orthod. fidei, cap. XI. p. 303. vocatur πίστις ἐξ ἀκοῆς, *fides ex auditu.* Ratio: Ἀκούοντες γὰρ τῶν θείων γραφῶν, πιστεύομεν τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Audientes enim divinas ſcripturas, credimus doctrinæ Spiritûs Sancti.*

3. *Partes fidei* ſunt *tres:*

a. *Cognitio.* Quòd fides ſit cognitio & ad intellectum pertineat, ſolus is negabit, qui ſolem meridie lucere paratus ſit negare. Probatur hoc ex iis ſcripturæ locis, in quibus γινώσκειν & πιστεύειν conjunguntur, ut fit Joh. X. 38. & I. Joh. IV. 16. Idem evincitur ex iis locis, in quibus *cognitio* ſumitur *pro fide*, ut Jeſaiæ LIII. 11. Job. XIX. 25. I. Joh. III. 12. Cognitionem cum fide conjunctam eſſe, agnoſcunt etiam veteres. Clemens Alex. lib. V. ſtrom. p. 544. Οὔτε ἡ γνῶσις ἄνευ πίστεως, οὔθ' ἡ πίστις ἄνευ γνώσεως. *Neq; cognitio ſine fide, neq; fides ſine cognitione eſt.* Et ſtrom. VII. p. 732. Πίστις σύντομός ἐστι τῶν κατεπειγόντων γνῶσις· ἡ γνῶσις δὲ, ἀπόδειξις τῶν διὰ πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει, εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ' ἐπιστήμης καταληπτὸν παραπέμπουσα. *Fides eſt brevis & compendioſa eorum, quæ neceſſaria ſunt, cognitio. Cognitio autem eſt firma ac ſtabilis demonſtratio eorum, quæ aſſumta ſunt per fidem, quæ per doctrinam Domini ſuper fidem ædificatur, quæ tranſmittit ad id, quod non poteſt excidere & mutari, & poteſt comprehendi ſcientiâ.* Chryſoſtomus Homil. XI. in epiſt. ad Philippenſes, p. 65. Διὰ πίστεως ἡ γνῶσις, καὶ πίστεως ἄνευ οὐκ ἔστι γνῶναι υἱόν. *Per fidem cognitio, & ſine fide Filius cognoſci nequit.* Theodoretus θεραπευτ. ſerm. I. Προσγενομένη τῇ πίστει ἡ γνῶσις, τελεσιουργεῖ τῆς ἀληθείας τὴν ἐπιστήμην. *Fidei adjuncta cognitio perficit ſcientiam veritatis.* Ibidem, p. 479. Δεῖται ἡ πίστις τῆς γνώσεως, καθάπερ δὴ ἡ γνῶσις τῆς πίστεως· οὔτε γὰρ πίστις ἄνευ γνώσεως, οὔτε γνῶσις δίχα πίστεως γένοιτο ἄν. Ἡγεῖται μέντοι τῆς γνώσεως ἡ πίστις, ἕπεται δὲ τῇ πίστει ἡ γνῶσις· ἔχεται δὲ τῆς γνώσεως ἡ ὁρμή, ἀκολουθεῖ δὲ ταύτῃ ἡ πρᾶξις· δεῖ γὰρ πιστεῦσαι πρῶτον, εἶτα μαθεῖν· γνόντα δὲ, ὁρμῆσαι· ὁρμήσαντα δὲ, πρᾶξαι. *Indiget fides cognitione, ſicut etiam cognitio fide. Neq; enim fides ſine cognitione, neq; cognitio ſine fide eſſe poteſt. Cognitionem quidem fides præcedit, fidem autem ſequitur cognitio: cognitionem ſubit appetitus, hunc ſequitur actio. Priùs enim credere oportet, tum addiſcere: eum verò qui cognòrit, appetitu aliquo commoveri, motum denique & impulſum, agere.* Vide ibidem plura in hanc ſententiam. Cyrillus Alex. in Catena in cap. VI. Joh. p. 201. Μετὰ τὴν πίστιν ἡ γνῶσις, καὶ οὐ πρὸ τῆς πίστεως. *Poſt fidem cognitio, & non ante fidem.* Theophylactus ad v. 1. cap. I. ad Titum, p. 890. Πρῶτον ἡ πίστις, εἶτα ἀπὸ ταύτης ἡ ἐπίγνωσις. *Primo loco eſt fides, deinde ex fide cognitio.* Imò verò, nulla vera fides eſſe poteſt ſine prævia cognitione, quia rei ignotæ nulla fides haberi poteſt, aut in re ignota nulla poteſt collocari fiducia. Hinc alii ex veteribus meritò cognitionem fidei præponunt. Marcus Eremita de lege ſpirituali: Ὁ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἀληθῶς πιστεύειν δύναται· ἡ γὰρ γνῶσις κατὰ φύσιν προηγεῖται τῆς πίστεως. *Qui veritatem non novit, nec etiam verè credere poteſt: cognitio enim fidem naturâ præcedit.* Eadem habet Heſychius Presbyter Cent. I. num. LX. Conſtitut. Apoſtol. lib. VII. cap. XXXIV. p. 984. de Abrahamo: Τῆς μὲν πίστεως αὐτοῦ προώδευσεν ἡ γνῶσις, τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλουθος γέγονεν ἡ πίστις. *Fidem ejus præcedebat quidem cognitio, cognitionem verò ſequebatur fides.* Origenes lib. VI. contra Celſum, p. 284. Ἡ θεία σοφία, ἑτέρα οὖσα τῆς πίστεως, πρῶτόν ἐστι τῶν καλουμένων χαρισμάτων τοῦ θεοῦ· καὶ μετ' ἐκείνην δεύτερον, ἡ καλουμένη γνῶσις· καὶ τρίτον, ἡ πίστις. *Divina ſapientia, cùm ſit à fide diverſa, primum locum inter Dei chariſmata, quæ vocant, obtinet: ſecundum verò, quæ vocatur cognitio: & tertium, fides.* Fidem eſſe cognitioné, etiam inde patet, quia πληροφορία eſt cognitionis. Nam ad Col. II. 2. nominatur πληροφορία τῆς συνέσεως, id eſt, *plena intelligentiæ perſuaſio.*

Et

Digitized by Google

Et ad Rom. XIV. 5. πληροφορία eſſe dicitur mentis, ſeu intellectus, ad quem pertinet cognitio: Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω, *unusquisque in mente ſua ſit plenè perſuaſus*: at πληροφορία eſt fidei, ut ad Hebr. X. 22. Rom. IV. 21. Abraham dicitur fide fuiſſe roboratus, ὅτι πληροφορηθεὶς, *quia fuit pleniſſimè perſuaſus*; unde ſequitur fidem eſſe cognitionem, non ignorantiam. Idem agnoſcit Ignatius in epiſt. ad Magneſ. qui, poſtquam credendorum ſummam propoſuiſſet, ſubnectit: Ταῦτα ὁ γνοὺς ἐν πληροφορίᾳ, καὶ πιστεύσας, μακάριος. *Qui hæc cum plena perſuaſione noverit & crediderit, ille beatus.* Et in inſcriptione epiſt. ad Smyrnenſes: Ἐκκλησίᾳ --- πεπληροφορημένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ. *Eccleſiæ plenâ fiduciâ corroboratæ in fide & charitate.* Quanquam hoc *ad fiduciam* potiùs, de qua poſtea, referri debeat. Ridiculi ergo ſunt, qui omnia ἁπλῶς, ἀλόγως, καὶ ἀνεξετάστως volunt eſſe recipienda: de quibus actum in voce Ἄλογος, num. I. & Religionem Chriſtianam talem non docere fidem probat contra Gentiles Euſebius Præparat. Evangel. lib. I. cap. II. III. IV. pag. 4. & ſeqq.

b. *Aſſenſus*, Græcus συγκατάθεσις, quod propriè uſurpatur de iis, qui ſunt ὁμόψηφοι, quaſi calculum unà ponentes in urnam. Clemens Alexandr. ſtrom. lib. II. pag. 362. *fidem* vocat θεοσεβείας συγκατάθεσιν, ἐλπιζομένων ὑπόστασιν, πραγμάτων ἔλεγχον οὐ βλεπομένων, *pietatis aſſenſionem, rerum quæ ſperantur ſubſtantiam, argumentum earum quæ non videntur.* Alii, ut idem eodem in loco, ἀφανοῦς πράγματος ἑνωτικὴν συγκατάθεσιν ἀπέδωκαν εἶναι τὴν πίστιν, *rei non apparentis unientem aſſenſionem tradiderunt eſſe fidem.* Baſilius M. in Pſal. CXVI. ad v. 1. pag. 313. Πίστις ἡγείσθω τῶν περὶ Θεοῦ λόγων· πίστις, καὶ μὴ ἀπόδειξις· πίστις, ἡ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἕλκουσα. *Verborum de Deo dux ſit fides: fides, non demonſtratio: fides, animam invitans & pertrahens ad aſſenſum præ rationalibus methodis.* Damaſcenus lib. IV. orthod. fidei, cap. XII. pag. 305. Πίστις ἐστὶν ἀπολυπραγμόνητος συγκατάθεσις. Interpres: *Fides eſt inſcrutabilis conſenſus.* Sine ullo ſenſu & ratione. Quid ἀπολυπραγμόνητος ſit, ſuo docemus loco. Reddo hoc loco: *Fides eſt aſſenſus citra curioſam rerum credendarum inveſtigationem*: cùm nimirum myſteria credimus, etiamſi eorum rationes aſſequi non valeamus; de quo infrà *ſub Proprietatibus*. Eodem ſenſu dicit Clemens Alexand. ſtrom. lib. I. p. 296. Πειθὼ, ἡ βεβαίωσις τῆς πίστεως. *Perſuaſio eſt fidei confirmatio.* Quando autem dicimus, fidem eſſe συγκατάθεσιν, *aſſenſum*, non dubium aut verſatilem, ſed firmum & certum intelligimus. *Certitudo* autem nihil eſt aliud, quàm immutabilitas quædam veritatis ἀμετάπτωτος, eaque *duplex*, *objecti* una, ſive rei cognitæ; altera verò *ſubjecti*, ſeu hominis cognoſcentis. *Certitudo rei cognitæ* eſt certa & immutabilis rei, quæ aliter ſeſe habere non poteſt, veritas, vel conjunctio attributi cum ſubjecto tanta & tam neceſſaria, ut eam nulla res infirmare poſſit: quod bifariam contingit; vel ob internam terminorum σχέσιν & habitudinem, ut cùm attributum eſt de ratione ſubjecti, eamque conſequitur: vel ex determinatione divinæ voluntatis, ut futuram eſſe corporum reſurrectionem, certum eſt & neceſſarium ex decreto divinæ voluntatis. *Certitudo* autem *ſubjecti*, ſeu hominis cognoſcentis, nihil eſt aliud, quàm firmitas quædam aſſenſus, excludens ab animo omnem trepidationem & dubitationem, cui opponitur ἐποχὴ & ἀῤῥεψία Academicorum. Eleganter Baſilius M. Orat. de Fide, t. II. pag. 250. Πίστις ἐστὶ συγκατάθεσις ἀδιάκριτος τῶν ἀκουσθέντων ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας, τῶν κηρυχθέντων Θεοῦ χάριτι. *Fides eſt eorum, quæ audita ſunt aſſentiens approbatio ſine ulla hæſitatione, cum plena animi perſuaſione de eorum veritate, quæ Dei munere ſunt prædicata.* De eodem pleno aſſenſu apud eundem in Moralibus, regulæ VIII. pag. 287. argumentum eſt: Ὅτι οὐ δεῖ διακρίνεσθαι, καὶ διστάζειν ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγομένοις, ἀλλὰ πεπληροφορεῖσθαι πᾶν ῥῆμα Θεοῦ ἀληθὲς εἶναι καὶ δυνατὸν, κἂν ἡ φύσις μάχηται. *Quòd ab iis, quæ dicuntur à Domino, dubitatio omnis, omnisque hæſitatio abeſſe debeat; quodque omne Dei verbum, ut verum, & ejuſmodi, quod fieri poſſit, cum plena perſuaſione ſuſcipiendum ſit, licèt natura repugnet.* Confer mox *Proprietates*.

c. *Fiducia.* Si quæratur, *An fides ſit fiducia?* reſpondetur. *Fiduciam* quidem indiſſolubili nexu cum vera fide cohærere, non tamen ſi propriè loquamur, eſſe fidem, ſed effectum neceſſario quodam partu pullulantem à fide. Rationes ſunt in promtu. 1. Ipſa vocabula *fides & fiducia* diverſa ſunt in verbo Dei: *Fides* Hebræis dicitur אמונה, Græcis πίστις. *Fiducia* verò בטח. Græcis πεποίθησις. 2. Scriptura ſacra *fiduciam à fide* diſtinguit, ut effectum à cauſſa ad Epheſ. III. 12. Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. *In quo* (Chriſto) *habemus aditum cum fiducia, per fidem ipſius.* Ad quem locum Beza: *Ex hoc loco apparet manifeſtè, πεποίθησιν, id eſt*, fiduciam à fide, *nempe ut effectum à cauſſa differre, ac proinde à nonnullis perperam pro fide ſubſtitui fiduciæ nomen, quamvis iſta duo ſemper cohæreant.* Cum eo concinit Zanchius in Comment. in illum locum: *Habemus hic manifeſtum diſcrimen inter* fidem & fiduciam, *cùm fiducia ſit effectum fidei.* Ratio quoque hoc evincit: ideò enim Deo fidimus, quia certò perſuaſi ſumus de ejus tum potentia, tum bonitate. *Fiducia* ergo perſuaſionem ſequitur de potentia & bonitate Dei; hæc autem perſuaſio fides eſt, unde fit ut fiducia ſequatur fidem. Deinde *fiducia eſt ſpes* quædam. Patet ex Heſychio, apud quem ſequentia. Πέποιθας, θαῤῥεῖς. *Confidis.* Πεποίθασιν, ἠλπίκασι. *ſperârunt.* Πεποίθησιν, ἐλπίδα, προσδοκίαν. *Fiduciam, ſpem, exſpectationem.* Πεποιθὼς, ἐλπίσας, πιστεύσας. *Confidens, ſperans, credens.* Reſpicit ad Philem. v. 21. Phavorinus: Πέποιθεν, ἐλπίζει, θαῤῥεῖ. Spes autem diſtinguitur à fide, & fidem ſequitur. Ergo & fiducia. Hoc ipſum haud obſcurè innuit Theophylactus, ad Epheſ. III. 12. pag. 527. ſic ſcribens: Πλὴν οὐχ ὡς αἰχμάλωτοι προσήχθημεν, οὐδ᾽ ὡς ἡμαρτηκότες, ἀλλὰ παῤῥησίαν ἔχομεν· οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πεποιθέναι καὶ θαῤῥεῖν· πόθεν δὲ ταῦτα ἡμῖν; διὰ τῆς πίστεως, φησίν· αὕτη γὰρ λύσασα τὰ ἁμαρτήματα, παῤῥησίαν καὶ θάῤῥος ἡμῖν ἐνέθηκεν. *Atqui non ut captivi adducti ſumus, neque veluti peccatores, ſed libertatem habemus: neque eam ſimplicem, ſed cum fiducia & confidentia. Unde verò hæc nobis bona?* Per fidem, *inquit: hæc enim peccata ſolvens, libertatem nobis & fiduciam indidit.* En fides præcedit, fiducia ſequitur.

4. *Proprietates fidei* præcipuè ſunt, quòd

a. *Neceſſaria.* Chryſoſtomus in Pſal. CXVI. Ἡ πίστις πάντων ἐστὶ διδάσκαλος, καὶ ταύτης ἄνευ οὐδὲ λαλῆσαι δυνάμεθά τι. *Fides omnia docet, nec ſine ea quicquam loqui poſſumus.* Hanc neceſſitatem Theodoretus θεραπευτ. ſerm. I. pag. 477. à neceſſitate oculorum corporis ita demonſtrat: Χρεία ἡμῖν νοερῶν ὀμμάτων, εἰς τὴν τῶν νοητῶν κατανόησιν. Καὶ καθάπερ δεόμεθα τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν εἰς τὴν θεωρίαν τῶν ὁρατῶν, οὕτω δὴ προσχρῄζομεν πίστεως εἰς τὴν ἐποπτείαν τῶν θείων. Ὅπερ γὰρ δή ἐστιν ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, τοῦτο ἄρα πίστις ἐν διανοίᾳ· μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ὀφθαλμὸς δεῖται φωτὸς ἐπιδεικνύντος τὰ ὁρατὰ, οὕτω δὴ αὕτη καὶ ὁ νοῦς δεῖται πίστεως ἐπιδεικνυούσης τὰ θεῖα, καὶ τὴν περὶ τούτων δόξαν φυλαττούσης βεβαίαν. *Opus nobis eſt oculis intellectus ad ea cognoſcenda, quæ intellectu percipiuntur. Et quemadmodum oculis corporeis indigemus ad ea conſpicienda, quæ cerni poſſunt, ita etiam indi-*

gemus

gemus fide ad rerum divinarum contemplationem. Nam quod eſt oculus in corpore, hoc eſt fides in mente: aut potiùs, ſicut oculus luce indiget, per quam ipſi viſibilia oſtendantur; pari modo & intellectus eget fide, quæ divina ipſi oſtendat, quæq; ſtabilem de his conceptum perpetuumq; conſervet. Hinc ibidem, pag. 478. Πραγματικώτατον χρῆμα ἡ πίστις. *Utiliſſima res eſt fides.* Theophylactus ad v. 1. c. VI. ad Hebræos, pag. 920. Ἀρχὴ καὶ θεμέλιος ἡ πίστις, καὶ ἄνευ ταύτης οὐδὲν ἑδρασθήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἄνευ στοιχείων γένοιτ᾽ ἄν τις ἔμπειρος γραμμάτων. *Principium & fundamentum fides eſt, ſine qua nihil erit ſolidum, perinde atq; nec ſine elementis quiſpiam gnarus fieri queat literarum.*

b. *Una ex præcipuis virtutibus* Chriſtianis, ut patet ex I. Corinth. XIII. v. 13. imò eſt radix ſeu fons reliquarum omnium. Clemens Alex. Strom. II. pag. 369. Μεγίστη ἀρετῶν μήτηρ, ἡ πίστις. *Maxima virtutum mater, fides eſt.* Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Romanos eandem vocat πάντων τῶν ἀγαθῶν μητέρα, *omnium bonorum matrem.* Ita etiam Homil. XXXIII. in Johannem.

c. *Conjuncta cum obedientia & ſtudio bonorum operum.* Chryſoſtomus Homil. XXVII. in epiſt. ad Romanos, pag. 213. Ὑπακοῆς ἡ πίστις δεῖται, οὐ πολυπραγμοσύνης· καὶ ὅταν Θεὸς ἐπιτάττῃ, πείθεσθαι οὐ περιεργάζεσθαι. *Obedientiâ fides eget, non curioſa ſcrutatione: & ſi Deus aliquid præcipiat, obtemperandum, non curioſè ſcrutandum.* Hinc ὑπακοὴ πίστεως, quia homines fide obediunt Deo, Rom. I. 5. ubi Theophylactus, ἵνα οἱ διδασκόμενοι ὑπακούωσιν, ἀναντιῤῥήτως πιστεύοντες. *Ut qui inſtituti fuerint, obediant, citra contradictionem credentes.* Et cap. XVI. v. 26. ubi Theodoretus, pag. 108. Τοὺς ἀκούοντας προσήκει πιστεῦσαι τοῖς λεγομένοις. *Oportet illos, qui audiunt, iis, quæ dicuntur, credere.* Et Theophylactus pag. 142. Οὐ δεῖ Θεῷ ἀντιτάττεσθαι, ἀλλὰ πιστεύειν καὶ ὑπακούειν. Ὑπακοῆς γὰρ ἡ πίστις δεῖται, οὐ φιλοπραγμοσύνης. *Non oportet reniti Deo, ſed credere & morem gerere. Fides enim obedientiâ opus habet, non curioſitate.* De *bonis operibus* vide ſub *Effectis.*

d. *Unicuique fidelium Deum & beneficia Chriſti privatim applicet.* Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Romanos, ad v. 8. cap. I. pag. 10. de hac fidei proprietate ſic ſcribit: Οὐκ εἶπε, τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ μου. Ὃ καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσι, τὸν κοινὸν ἰδιοποιούμενοι. *Non dicit,* Deo, *ſed* Deo meo: *quod etiam Prophetæ faciunt, communem ſibi privatim vendicando.* Vide verbum ἰδιοποιέω. De eadem Apoſtolus ad Galatas II. 20. Τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Ad quem locum eleganter Theophylactus, pag. 459. Καὶ μὴν ὑπὲρ πάντων δέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ πάντας ἠγάπησεν· ἀλλ᾽ ὁ Παῦλος ἐννοήσας τίνων ἀπαλλάξας ἡμᾶς ὁ Χριστὸς τίνα ἐχαρίσατο, καὶ πυρωθεὶς τῇ ἀγάπῃ, τὸ κοινὸν ἴδιον ποιεῖται· ὡς καὶ οἱ προφῆται, ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου· ἅμα δὲ καὶ δεικνὺς, ὅτι τοσαύτην δεῖ χάριν ὁμολογεῖν τῷ Χριστῷ ἕκαστον, ὅσην ἂν δι᾽ αὐτὸν μόνον ἀπέθανεν. Οἱ δὲ τῇ εὐεργεσίᾳ χρησάμενοι, οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντές εἰσι μόνοι. *Atqui pro omnibus dedit ſeipſum, & omnes dilexit: attamen Paulus ſecum cogitans, à quibus nos liberârit Chriſtus, & quæ donârit; charitate inflammatus, quod commune eſt, proprium facit, æquè ac Prophetæ,* Deus, Deus meus, *inquiunt: ſimul oſtendens, quod tantas oporteat unumquemque gratias reddere Chriſto, quantas, ſi pro ipſo ſolo mortuus eſſet, exhiberet. Qui autem hoc beneficio uſi ſunt, hi ſoli ſunt, qui credunt.*

e. *Firma & ſolida.* Hinc Apoſtolus ad Coloſſ. II. v. 5. Coloſſenſium prædicat τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, *firmamentum ejus, quæ in Chriſto eſt, fidei.* Ubi Theophylactus, pag. 647. Καὶ ἡ πίστις στερέωμά ἐστιν αὐτὴ καθ᾽ αὐτὴν, μὴ ἐῶσα λογισμοὺς ὑπεισελθεῖν, οἳ, διακρίνειν ἐμποιοῦντες, σαλεύουσιν. *Ipſa etiam fides per ſe firmamentum eſt, quæ non ſinit cogitationes irrepere, quæ, dubitationem ſuggerendo, concutiunt.* Ad Hebræos III. v. 14. Apoſtolus nos jubet τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως βεβαίαν κατέχειν μέχρι τέλους, *initium ſubſtantiæ ad finem uſque firmum retinere.* Id eſt, interprete Theophylacto, *fidem:* δι᾽ αὐτῆς γὰρ ὑπέστημεν καὶ οὐσιώθημεν τὴν θείαν καὶ πνευματικὴν οὐσίωσιν, καὶ ἀναγέννησιν. *Per ipſam enim ſubſiſtimus, & divinâ nec non ſpirituali eſſentiâ fundati ſumus, atq; regeneratione.* Hanc ipſam ob cauſam cum *ancora* confertur ad Hebræos VI. v. 19. Vide in voce Ἄγκυρα, num. II. Vocatur I. Theſſal. I. v. 3. ἔργον τῆς πίστεως. Vide in voce Ἔργον, num. I. ſub lit. *b.* Vocatur à Chryſoſtomo, Homil. XVIII. in I. ad Timoth. pag. 326. πέτρα ἀῤῥαγὴς, *infragilis petra,* quia petræ inſtar inconcuſſa manet contra omnes tentationum & afflictionum fluctus. Hinc iterum à Chryſoſtomo, Homil. CX. t. V. πίστις vocatur χειμαζομένης φύσεως ἄγκυρα καὶ ἀνθρωπότητος λιμὴν γαληνὸς, *tempeſtate vexatæ naturæ ancora, naturæ humanæ portus tranquillus.* Idem in Pſ. CXVI. de fide: Ἱερά τις ἐστὶν ἄγκυρα, πάντοθεν ἀνέχουσα τὴν ἔχουσαν αὐτὴν διάνοιαν. *Sacra quædam ancora eſt, undiq; ſuſtinens mentem eam habentem.* Theodoretus in cap. I. Danielis, p. 553. Οὐδὲν τῆς εἰς Θεὸν πίστεως ἰσχυρότερον. *Nihil fide in Deum firmius & fortius eſt.*

f. *Etiam res inviſibiles, & judicio humano impoſſibiles apprehendat.* Hanc ejus proprietatem in Abrahamo commendat Apoſtolus ad Rom. IV. v. 18. Vide, quæ de illo loco notamus in voce Ἐλπὶς, num. II. Eandem luculenter deſcribit ad Hebræos XI. v. 1. his verbis: Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις· πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. *Eſt autem fides rerum ſperandarum ſubſtantia, argumentum rerum non apparentium.* Ad hunc locum Chryſoſtomus Homil. XXI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 539. Βαβαὶ, οἵᾳ λέξει ἐχρήσατο εἰπὼν, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων; ἔλεγχος γὰρ λέγεται ἐπὶ τῶν λίαν ἀδήλων. Ἡ πίστις τοίνυν ἐστὶν ὄψις τῶν ἀδήλων, φησὶ, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ὁρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ ὁρώμενα. Οὔτε ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἀπιστῆσαι ἐστὶν, οὔτε πάλιν, εἰ μὴ τῶν ὁρωμένων σαφέστερον περὶ τῶν ἀοράτων πεπληροφόρηταί τις, πίστις εἶναι δύναται. Ἐπειδὰν γὰρ τὰ ἐν ἐλπίδι ἀνυπόστατα εἶναι δοκεῖ, ἡ πίστις ὑπόστασιν αὐτοῖς χαρίζεται· μᾶλλον δὲ, οὐ χαρίζεται, ἀλλ᾽ αὐτό ἐστιν οὐσία αὐτῶν· οἷον, ἡ ἀνάστασις οὐ παραγέγονεν, οὐδέ ἐστιν ἐν ὑποστάσει, ἀλλ᾽ ἡ ἐλπὶς ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ. Τοῦτό ἐστιν ὑπόστασις πραγμάτων ἐλπιζομένων. *Papæ! quali dictione uſus eſt, dicens,* argumentum non apparentium? *Argumentum enim dicitur de iis, quæ obſcura ſunt valde. Fides igitur, inquit, eſt viſio eorum, quæ non ſunt conſpicua, & ea, quæ non videntur, deducit ad eandem certam ac plenam perſuaſionem cum iis, quæ videntur. Neque igitur iis, quæ videntur, fides non eſt habenda, neque rurſus, ſi quis de iis, quæ non cadunt ſub aſpectum, non fuerit apertiùs perſuaſus, quàm de iis, quæ videntur, fides eſſe poteſt. Nam quoniam quæ ſunt in ſpe, non ſubſiſtere videntur, fides eis donat ſubſtantiam: vel potiùs non donat, ſed ipſum eſt eorum eſſentia. Exempli causâ, reſurrectio non advenit, neque eſt in ſubſtantia, ſed ſpes facit, ut ea conſiſtat in anima noſtra. Atque hoc eſt rerum ſperandarum ſubſtantia.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 987. Ὑπογράφεται καὶ τὴν πίστιν, καί φησιν ὅτι ὑπόστασίς ἐστι τῶν μήπω ὄντων, καὶ ὑπόστασις τῶν μὴ ὑφεστώτων· οἷον ἡ ἀνάστασις οὔπω ὑφέστηκεν, ἀλλ᾽ ἡ πίστις ὑφιστᾷ αὐτὴν,

τὴν, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν τίθησι. *Deſcribit nobis fidem, & dicit, Fides eſt eſſentia eorum, quæ nondum ſunt, & ſubſtantia eorum, quæ non ſubſiſtunt: exempli gratiâ, reſurrectio nondum ſubſiſtit, ſed fides ſtatuit eam, atque ob oculos nobis ponit.* Item: Πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Ἔλεγχος, τουτέστι δεῖξις, φανέρωσις ἀδήλων πραγμάτων. ποιεῖ γὰρ ταῦτα βλέπεσθαι τῷ νῷ ἡμῶν ὡς παρόντα. Argumentum rerum non apparentium. *Argumentum, hoc eſt, demonſtratio & manifeſtatio rerum, quæ non ſunt conſpicuæ: facit enim, ut iſta mente noſtra cernamus, haud ſecus ac ſi præſentia eſſent.* Theodoretus etiam ad præſentem locum, pag. 445. Τὰ οὐχ ὁρώμενα διὰ πίστεως ὁρῶμεν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐλπιζομένων θεωρίαν ὀφθαλμὸς ἡμῖν γίνεται, καὶ δείκνυσιν ὡς ὑφεστῶτα τὰ μηδέπω γεγενημένα. Τῶν νεκρῶν ἁπάντων ἐν τοῖς τάφοις ἔτι κειμένων, ἡ πίστις ἡμῖν προζωγραφεῖ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τῆς κόνεως τῶν σωμάτων τὴν ἀθανασίαν παρασκευάζει φαντάζεσθαι. *Ea, quæ non videntur, per fidem videmus, & ad eorum, quæ ſperantur, contemplationem hæc nobis fit oculus, & tanquam ſubſiſtentia oſtendit ea, quæ nondum ſunt. Mortuis adhuc omnibus in ſepulchris jacentibus, fides nobis reſurrectionem jam depingit, facitque, ut pulveris corporum immortalitatem nobis repræſentemus.* Et ad hunc eundem locum Gregorius Nyſſenus Orat. XII. contra Eunomium, t. II. pag. 746. Τὴν πίστιν, οὐχὶ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς εἰς δικαιοσύνην λογίζεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ μὲν γὰρ γνῶσις ὡς ἐμπορικήν τινα τὴν διάθεσιν ἔχει, μόνῳ τῷ γινωσκομένῳ συντιθεμένη· ἡ δὲ τῶν χριστιανῶν πίστις, οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ τῶν γινωσκομένων, ἀλλὰ τῶν ἐλπιζομένων ἐστὶν ὑπόστασις. Τὸ δὲ διακρατούμενον οὐκ ἐλπίζεται· ὃ γὰρ ἔχει τίς, φησι, τί καὶ ἐλπίζει; τὸ δὲ διαφεῦγον τὴν κατανόησιν ἡμῶν, ἡμέτερον ἡ πίστις ποιεῖ, διὰ τῆς ἰδίας βεβαιότητος ἐγγυωμένη τὸ μὴ φαινόμενον. *Fidem, non cognitionem Deus ad juſtitiam hominibus reputat. Cognitio enim velut negotiatoriam quandam diſpoſitionem habet, ſoli cognito aſſentiens: ſed Chriſtianorum fides non ſic: non enim eorum, quæ cognoſcuntur, ſed quæ ſperantur, eſt ſubſtantia ſive fundamentum. Quod verò firmiter tenetur, non ſperatur.* Quod enim quis habet, *ait Apoſtolus*, quid etiam ſperat? *Quod autem cognitionem noſtram fugit, noſtrum fides facit, ſpondens propria firmitate, quod non apparet.* Nemo autem exiſtimet, Nyſſenum à fide remotam velle cognitionem, quam fidei partem eſſe veterum teſtimoniis, ſuprà probavimus: ſed diſputat adverſus Eunomianos, qui, ut verbis adductis ſtatim ſubnectit: διὰ γνώσεως τῆς μάτην φυσιούσης ἐπιγνῶναι τὴν θείαν οὐσίαν δύνασθαι εἶναι ἔλεγον, *per cognitionem fruſtrà inflantem, divinam eſſentiam dignoſci poſſe dicebant;* de quibus in Γνωστικὸς, num. II. Adi ipſum Autorem. Ad hanc fidei proprietatem referri debent etiam ſequentia Patrum dicta. Nyſſenus de Anima & Reſurrectione, t. III. pag. 224. Ἡ πίστις ἔρεισμα τῆς τῶν ἐλπιζομένων ἀδηλίας γίνεται. Οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ ὡρίσατο λέγων. Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις. *Fides eſt ſuſtentaculum ac firmamentum incertitudinis earum rerum, quæ ſperantur. Nam & ita eam definivit* Apoſtolus, *dicens: Eſt autem fides rerum, quæ ſperantur, ſubſtantia.* Damaſcenus lib. IV. Orthod. fidei, cap. XI. pag. 303. Ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, ἡ ἀδίστακτος καὶ ἀδιάκριτος ἐλπὶς τῶν ὑπὸ Θεοῦ ἡμῖν ἐπηγγελμένων, καὶ τῆς τῶν αἰτήσεων ἡμῶν ἐπιτυχίας. *Fides eſt eorum, quæ ſperantur, ſubſtantia, rerum, quæ non videntur, argumentum, vel indubitata & minimè dubia ſpes tam eorum, quæ nobis à DEO promiſſa ſunt, quàm aſſecutionis noſtrarum petitionum.* Et quia fides ea, quæ humano judicio videntur ἀδύνατα, nihilominus credit & apprehendit, hinc paſſim Chryſoſtomus hæc duo inter ſe opponit, πίστιν & λογισμὸν, ſeu λογισμούς. Aliquot exemplis rem probemus. Homil. XXIV. in Joh. cap. III. Τῇ τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀσθενείᾳ τὴν ἄπειρον ἐκείνην ὑποβάλλοντες οὐσίαν. Ἅπερ οὖν εἰδότας, φεύγειν χρὴ τὴν ἄκαιρον ταύτην πολυπραγμοσύνην· οὔτε γὰρ τὸ πῶς ἴσονται, καὶ τῆς πίστεως ἐκπεσοῦνται τῆς ὀρθῆς. *Ratiocinationum ſuarum imbecillitati immenſam illam ſubjicientes eſſentiam. Quæ ſcientes, fugere oportet importunam iſtam curioſitatem: neque enim modum ſcient, & à recta fide excident.* Mox: Ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες, μὴ λογισμῷ τὰ περὶ Θεοῦ ζητῶμεν, μηδὲ ὑπὸ τὴν ἀκολουθίαν τὴν παρ᾽ ἡμῖν ἄγωμεν τὰ ἐκεῖθεν, μηδὲ ἀνάγκῃ φύσεως ὑποβάλλωμεν, ἀλλ᾽ εὐσεβῶς πάντα νοῶμεν, πιστεύοντες ὡς εἶπον αἱ γραφαί. *Hæc igitur cùm ſciamus, ne divina myſteria naturali ratione perſcrutemur, neque ſub rerum humanarum neceſſitatem illa ſubjiciamus, ſed piè omnia intelligamus, credentes ut dixerunt Scripturæ.* Iterum: Οὐδὲν γὰρ οὕτως ποιεῖ σκοτοῦσθαι, ὡς ἀνθρώπινος λογισμὸς ἀπὸ τῆς γῆς πάντα φθεγγόμενος, καὶ μὴ ἀνεχόμενος φωτίζεσθαι ἄνωθεν. Πολλὴν γὰρ ἔχει τὴν ἰλὺν τὸ γεῶδες τῶν λογισμῶν. *Nihil enim tam obſcuris obducitur tenebris, quàm humana ratiocinatio, quæ humana tantùm loquitur, nec cœlitus ſe illuminari patitur: multum enim luti terrenæ habent ratiocinationes.* Et Homil. XXV. Οὐδὲν γὰρ χεῖρον τοῦ τοῖς λογισμοῖς τὰ πνευματικὰ ἐπιτρέπειν. *Nihil enim pejus eſt, quàm humanis rationibus ſpiritualia committere.* Mox: Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς πιστοὶ καλούμεθα, ἵνα τῶν λογισμῶν τὴν ἀσθένειαν ἀφέντες κάτω, πρὸς τὸ ὕψος τῆς πίστεως ἀναβῶμεν. *Propterea etiam nos fideles vocamur, ut ratiocinationum imbecillitate in terra relicta, ad fidei ſublimitatem aſcendamus.* Item: Λογισμῷ μὲν εὑρεῖν οὐ δύναμαι, πίστει δὲ δέχομαι μόνῃ. *Ratione quidem invenire non poſſum, ſola autem fide recipio.* Idem initio Homiliæ XXII. in epiſt. ad Hebræos: Τὸ τῆς πίστεως γενναῖον νεανικῆς δεῖται ψυχῆς, καὶ πάντα ὑπερβαινούσης τὰ αἰσθητὰ, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν λογισμῶν τῶν ἀνθρωπίνων παρερχομένης. *Fidei generoſa nobilitas ſtrenuâ indiget animâ, quæ omnia tranſcendat ſenſilia, & humanarum rationum tranſeat imbecillitatem.* Mox: Τὰ μέγιστα διὰ πίστεως, καὶ οὐ διὰ λογισμῶν κατορθοῦται. *Res maximæ per fidem rectè fiunt, non per ratiocinationes.* Alia exempla in eadem reperias Homilia. Idem Homil. V. in epiſt. ad Coloſſ. pag. 116. Ἰδοὺ τὰ σεμνὰ ἡμῶν πάντα πῶς ἔρημα λογισμῶν, καὶ πίστεως ἔχεται μόνης. *Ecce, quomodo reverenda omnia noſtra ratiocinationibus deſtituantur, & à ſola fide pendeant.* Paulò pòſt: Ποῖος ταῦτα λογισμὸς καταδέξεται, ἂν μὴ πίστις ᾖ; *Quæ ratio recipiet, ſi fides abſit?* Pag. 117. quomodo Jonas in ventre ceti fuerit ſervatus. Ἆρα ταῦτα οὐκ ἄπιστα; ἂν λογισμῷ ἐξετάζωμεν, ἄπιστα· ἂν δὲ πίστει, σφόδρα πιστά. *Annon ſunt hæc incredibilia? ſi juxta rationem examinemus, incredibilia ſunt; ſi autem fide, valde credibilia.* Eodem etiam referri poſſunt, quæ ſub voce Ἀπολυπραγμόνητος ex Cyrillo Alexandr. adducimus: ut & ſequentia. Oecumenius in II. Corinth. cap. XI. pag. 555. Ἁπλῆς καὶ ἀφελοῦς δεῖται ψυχῆς ἡ πίστις, πάντα πίστει δεχομένης, καὶ μηδὲν συλλογιζομένης. *Minimè fictam & ſimplicem animam fides requirit, quæ omnia fide recipiat, nec quidquam ratiocinationibus permittat.* Cæſarius pag. 128. quæſt. LVII. Τὰ τῶν χριστιανῶν πίστει κρατύνεται, καὶ οὐ συλλογισμοῖς. *Chriſtianorum dogmata fide firmantur, non verò ratiocinationibus.* Athanaſius Orat.

IV.

IV. contra Arianos, t. I. pag. 454. Ἡ τῆς ἀπλότητος πίστις βελτίων ἐστὶ τῆς ἐκ περιεργασίας πιθανολογίας. *Simplex fides melior eſt curioſa ſermonis probabilitate.* Idem in epiſt. ad Serapionem, t. II. pag. 19. Τὰ τῇ πίστει παραδιδόμενα, ἀπεριέργαστον ἔχει τὴν γνῶσιν. *Quæ fidei credenda propoſita ſunt, minimè curioſam habent cognitionem*, id eſt, credenda ſunt, non curioſè veſtiganda. De hoc ipſo multa præclara collegit Clar. Rittershuſius Lect. ſacr. lib. V. cap. III.

5. *Effecta fidei* varia ſunt: nos conſiderabimus συντόμως,

A. *Generalia* quædam, ſeu *in genere*. Chryſoſtomus Homil. XLII. t. VII. Πίστις, σωτηρίας ἀρχή· πίστις, ἀθανασίας προοίμιον· πίστις, θεογνωσίας καθαρὸς ὀφθαλμός· πίστις τὰ ἀόρατα καθορᾷ. *Fides ſalutis eſt principium: fides, immortalitatis exordium: fides, cognitionis Dei purus oculus: fides invisibilia cernit.* Idem, Homil. CX. t. V. pag. 713. Πίστις τῆς ἐπὶ τὴν κολυμβήθραν ὁδοῦ χειραγωγὸς ἀγαθός, πίστις τὸ τῶν ἀοράτων κάτοπτρον τηλαυγές, πίστις τῆς ὁμοουσίου τριάδος διδάσκαλος ἀκριβής. *Fides viæ ad piſcinam dux optimus, fides rerum inviſibilium ſpeculum lucidum, fides conſubſtantialis Trinitatis doctor accuratus.* Antonius, ut refert Athanaſius in vita ipſius t. II. pag. 858. dixit: Σφραγὶς ἡμῖν καὶ τεῖχος εἰς ἀσφάλειαν, ἡ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν πίστις. *Sigillum nobis & munitio ad ſecuritatem, in Dominum noſtrum fides eſt.* Origenes lib. IV. contra Celſum, pag. 200. Πάσης σοφίας πηγὴ καὶ ἀρχὴ τὸ πιστεῦσαι τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Καὶ τίς ἂν ἄλλος λόγος ἐπιστρεφέστερον προσάγει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῷ εὖ ζῆν, ὡς ἡ πίστις ἢ ἡ διάληψις περὶ τοῦ πάντ᾽ ἐφορῶντος ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν λεγόμενα καὶ πραττόμενα, ἀλλὰ καὶ λογιζόμενα; *Omnis ſapientiæ fons & principium eſt, univerſorum DEO credere. Et quis alius modus eſt, qui faciliùs hominem ad rectè vivendum convertat quàm fides, certaq; perſuaſio, nihil à nobis vel dici, vel geri, vel cogitari deniq;, quin oculis Dei pateat?*

B. *Specialia* ſunt *fidei effecta*,

a. *quòd juſtificet, & quidem ſola.* Nolumus hic multa veterum coacervare teſtimonia, utpote ab aliis jam ſtudioſè collecta: ſed ea tantùm proponemus, quæ aſſertionem noſtram diſertis & perſpicuis confirmant verbis. Qualia ſunt illa Baſilii M. Homil. XXII. quæ eſt de Humilitate, t. I. pag. 549. Αὕτη ἡ τελεία καὶ ὁλόκληρος καύχησις ἐν Θεῷ, ὅτε μήτε ἐπὶ δικαιοσύνῃ τις ἐπαίρεται τῇ ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ ἔγνω μὲν ἐνδεῆ ὄντα ἑαυτὸν δικαιοσύνης ἀληθοῦς, πίστει δὲ μόνῃ τῇ εἰς Χριστὸν δεδικαιωμένον. *Et demum perfecta & integra gloriatio eſt in DEO, quando neque propter ſuam ipſius quis juſtitiam extollitur, ſed agnoſcit ſe quidem verâ deſtitutum eſſe juſtitiâ, verùm* ſola *in Chriſtum* fide *juſtificatum eſſe.* Chryſoſtomus Homil. VII. in epiſt. ad Romanos, pag. 47. Τίς δὲ ὁ τῆς πίστεως νόμος; Διὰ χάριτος σώζεσθαι. Ἐνταῦθα τὸ δυνατὸν δείκνυσι τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ μόνον ἔσωσεν, ἀλλὰ καὶ ἐδικαίωσε, καὶ εἰς καύχησιν ἤγαγε, καὶ οὐδὲ ἔργων δεηθείς, ἀλλὰ πίστιν ζητήσας μόνον. *Quæ verò fidei lex eſt? Per gratiam ſervari. Hic potentiam Dei oſtendit, quia non tantùm ſervavit, ſed etiam juſtificavit, & ad gloriationem traduxit, nullis operibus egens, ſed* ſolam fidem *quærens.* Idem Homil. XXXII. in Acta, pag. 792. Τὰ ἔθνη ἀπὸ τῆς πίστεως μόνης, φησί, τῶν αὐτῶν ἔτυχον. *Gentes per* ſolam fidem *eadem conſecutæ ſunt.* Et mox: Πίστεως δεῖ μόνης, καὶ οὐκ ἔργων. Sola fide *opus eſt, non autem operibus.* Idem Homil. V. in epiſt. ad Epheſios: Ἀπὸ γὰρ πίστεως μόνης ἔσωσε. Sola fide *ſalvos fecit* ſcil. Chriſtus. Idem in Interpret. in cap. III. ad Galatas, pag. 739. Ὁ ἀπόστολος δείκνυσιν, ὅτι ὁ τῇ πίστει προσέχων μόνῃ, εὐλογημένος. *Apoſtolus oſtendit eum, qui* ſola fide *nititur, benedictum eſſe.* Idem, Homil. LXXXIX. t. VI. quæ eſt de Fide & Lege naturali, pag. 838. Ὁ λῃστὴς πιστεύσας μόνον, ἐδικαιώθη. *Latro, cùm* tantùm crediſſet, *juſtificatus fuit.* Oecumenius in cap. III. ad Galatas, pag. 591. Μία ἐστὶν ἡ ὁδὸς δικαιοῦσα, ἡ διὰ πίστεως. Una *tantùm* via *ad juſtificationem, ea nempe quæ per fidem eſt.* Item: Διὸ ἐκ μόνης πίστεως δύνανται τυχεῖν τῆς ἐπαγγελίας. *Ideo* ex ſola fide *promiſſionis participes fieri poſſunt.* Idem in cap. III. ad Romanos, pag. 270. Πάντες πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν δωρεὰν δικαιοῦνται, τὸ πιστεύειν μόνον συνεισάγοντες. *Omnes in Chriſtum credentes gratis juſtificantur*, ſolam fidem *afferentes.* Theodoretus de curandis affectibus Græc. ſerm. VII. t. IV. pag. 587. Οὐ γὰρ δι᾽ ἔργων ἀξιεπαίνων, ἀλλὰ διὰ μόνης πίστεως τῶν μυστικῶν τετυχήκαμεν ἀγαθῶν. *Neque enim ullis operibus bonis, ſed* per ſolam fidem *myſtica conſecuti ſumus bona.* Idem in cap. III. ad Romanos, ad v. 24. pag. 32. Πίστιν μόνην εἰσενεγκόντες, τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν ἐδεξάμεθα. Sola fide *allata peccatorum remiſſionem accepimus.* Theophylactus in cap. IX. ad Romanos, ad v. 33. pag. 100. Ἡ πίστις ἐστὶν ἡ τὸ πᾶν ἐνεργοῦσα καὶ δικαιοῦσα, οὐ τὰ ἔργα. *Fides eſt, quæ omnia efficit & juſtificat, non opera.* Iterum Oecumenius in cap. I. ad Romanos, pag. 250. Ἐκ μόνης πίστεως ἡμᾶς σώζει Θεός, καὶ νεκρωθέντας ἤδη ζωοποιεῖ, μὴ προεπιδειξαμένους ἔργα. *Ex* ſola fide *nos ſalvos facit Deus, & jam mortuos vivificat, cùm nulla priùs demonſtravimus opera.* Apolinarius in Catena in Johannem, ad cap. VI. v. 29. pag. 181. Ἡ εἰς τὸν Κύριον πίστις ἔργον ἱερόν τε καὶ τέλειον· διὸ καὶ ἄνευ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων εἰκότως δικαιοῖ τε καὶ ἁγιάζει, ὅτι καλλίστην ἐνέργειαν ἔχει τῆς ψυχῆς, οὐκ ἀργίαν τινὰ καὶ ἀπραξίαν. *Fides in Dominum opus ſacrum eſt & perfectum: propterea etiam ſine humanis operibus meritò juſtificat & ſanctificat, quoniam præſtantiſſimam continet animæ operationem, non otium atque deſidiam.* Vide præterea, quæ adducimus in verbo Δικαιόω, num. I. & in Ἔργον, num. II. 3. Confeſſionis item Cyrilli cum teſtimoniis Patrum cap. XIII. ſola autem fides juſtificare dicitur, non quòd ſola ſit, aut eſſe poſſit abſque operibus, in eo, qui juſtificatur; ſed quia ſola agit in opere juſtificationis, ejusque ſolum eſt inſtrumentum.

b. *quòd non ſit mortua, ſeu deſtituta bonis operibus, verùm efficax.* Hinc Theodoretus Quæſt. LXIII. in Exodum, pag. 110. Οὐκ ἀρκεῖ ἡ πίστις εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ δεῖται τῶν ἔργων εἰς τελειότητα. *Non ſufficit fides ad ſalutem, ſed operibus indiget ad perfectionem.* Clemens Alexandr. Strom. V. pag. 591. Ἡ πίστις, εἰ καὶ ἑκούσιος τῆς ψυχῆς συγκατάθεσις, ἀλλ᾽ ἐργάτις ἀγαθῶν, καὶ δικαιοπραγίας θεμέλιος. *Fides, etſi eſt voluntaria animæ aſſenſio, eſt tamen bonorum operatrix, & juſtæ fundamentum actionis.* Hinc ad Galatas V. 6. requiritur πίστις δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη, *fides per charitatem efficax.* Ad hunc locum Theophylactus, pag. 481. Ἡ πίστις ἐστὶ τὸ πᾶν, ἡ δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη τελέσιν, ὀφείλουσα ἀεὶ ἐνεργὴς καὶ ζῶσα δείκνυσθαι διὰ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης. *Omnia à fide pendent, quæ per charitatem eſt efficax: hoc eſt, quæ debet ſemper efficax & viva demonſtrari, per dilectionem erga Chriſtum.* Et mox: Μάνθανε οὖν ὅτι ἡ πίστις ἐνεργεῖται μὲν διὰ ἀγάπης, τουτέστι, ζῶσα δείκνυται· μὴ ἔχουσα δὲ τὴν ἀγάπην, ἀνενέργητός ἐστιν ὅμοιον τῷ, πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά. *Diſce igitur, quòd fides efficax ſit per charitatem, hoc eſt, viva demonſtretur: ſin charitatis expers ſit, inefficax eſt. Simile eſt illi,* Fides ſine ope-

Digitized by Google

operibus mortua. Requiritur πίστις ἔμπρακτος, ut idem loquitur ad v.11. c.I. epiſt.II.ad Theſſalonicenſes. Photius epiſt.I.p.2. Δεῖ τὰς ἀρετὰς τῇ πίστει παραπεπηγέναι, καὶ δι' ἀμφοῖν τὸν σπουδαῖον καταρτίζεσθαι. Καὶ γὰρ δογμάτων μὲν εὐθύτης πολιτείας προβάλλεται κοσμιότητα· πράξεων δὲ καθαρότης τῆς πίστεως ἀπαγγέλλει θειότητα. Ὧν ἑκάτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ῥᾷον οἴωθεν ὑποῤῥεῖν καὶ παρασύρεσθαι, μὴ ἀνεχόμενον καταμόνας ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐγκαλλωπίζεσθαι. *Oportet virtutes fidei annexas eſſe, & utrinq; virum bonum perfici & conſummari. Recta enim fides mores producit honeſtos; & operum puritas fidem eſſe divinam planè probat: iſtorum verò alterum ſine altero facilè diffluere ſolet & aliorſum rapi: neq; enim poſſunt ſejuncta & divulſa in animis hominum ſedem figere.* His gemina habet Ignatius in epiſt. ad Epheſios, p.228. Ἀρχὴ ζωῆς, πίστις· τέλος δὲ, ἀγάπη· τὰ δὲ δύο ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ. *Initium vitæ, fides eſt: perfectio verò, charitas: hæc autem duo quoties in unum coëunt, Dei hominem perficiunt.* Paulò pôſt: οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστοῦ εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν λέγουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν πράττουσι, γνωρίζονται. Ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Ἄμεινόν ἐστι σιωπᾷν καὶ εἶναι, ἢ λαλεῖν, καὶ μὴ εἶναι. *Qui profitentur, ſe Chriſti eſſe, non modò ex iis quæ dicunt atq; loquuntur, verùm etiam ex iis, quæ faciunt, cognoſcuntur. Ex fructu enim arbor dignoſcitur. Præſtat enim eſſe & tacere, quàm loqui & non eſſe.* Damaſcenus Orthod. fidei lib.IV. c.X.p.297. Πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστιν, ὁμοίως καὶ ἔργα χωρὶς πίστεως· ἡ γὰρ ἀληθὴς πίστις διὰ τῶν ἔργων δοκιμάζεται. *Fides ſine operibus mortua eſt, ſimiliter opera ſine fide: vera enim fides per opera probatur.* Iſidorus Peluſiota epiſt.CLVIII. lib.III.p.320. Τὴν πίστιν τὰ ἔργα μᾶλλον, ἢ οἱ λόγοι κηρύττειν ὀφείλουσι. *Fidem opera magis, quàm verba prædicare debent.* Greg. Nazianzenus oratione XXVIII. p.476. Ὡς οὐκ ἔστι χωρὶς πίστεως πρᾶξις ἔγκριτος, ἐπειδὰν καὶ δόξης ἕνεκεν οἱ πολλοὶ τὸ καλὸν ἐπιτηδεύουσι, καὶ φύσεως οὕτως ἔχοντες· οὕτω καὶ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρά. *Ut actio, ſi à fide deſeratur, laudem non meretur, quandoquidem multi gloriæ ſtudio, atq; etiam à natura informati, virtutem colunt: ita fides ſine operibus mortua eſt.* Atque hæc etiam eſt Orthodoxorum ſententia; fidem nimirum bonis operibus deſtitutam, non eſſe veram, ſed hypocriticam fidem. Immeritò ergo Gretſerus Jeſuita, quando legit apud Greg. Nyſſenum, lib.I.contra Eunomium, p.306. Eunomium docuiſſe, μόνην ἀρκεῖν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν αἱρετικὴν πίστιν πρὸς τελειότητα, *ad perfectionem ſufficere homini ſolam Hæreticam fidem*, in margine addit calumniam hanc, *Eunomius eſt Lutheranus*. Non enim docuiſſe Eunomium, veram in Chriſtum fidem per bona opera efficacem ad perfectionem ſufficere; quæ Orthodoxorum conſtans eſt ſententia; ſed fidem bonis operibus deſtitutam, ibidem diſertis verbis affirmat Nyſſenus, quando dicit, eum juſſiſſe μὴ παρέχειν πράγματα τῇ φύσει πρὸς τὸ δοκοῦν διὰ τῆς τοῦ σώματος ὀρέξεως προϊούσῃ, μηδὲ ἀντιβαίνειν ταῖς ἡδοναῖς, μηδὲ ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὴν τοιαύτην τοῦ βίου σπουδήν· οὐδὲ γὰρ εἶναί τινα βλάβην ψυχῆς, διὰ τῶν τοιούτων συνισταμένην, *nihil moleſtiæ inferendum naturæ, quando immoderatis corporis cupiditatibus ad id, quod collibitum eſt, fertur: neq; reſiſtendum voluptatibus: neq; etiam aſperiorem vitæ diſciplinam ſequendam: neq; enim quidpiam detrimenti animam capere ex voluptatum uſu:* ἀλλὰ μόνην ἀρκεῖν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν αἱρετικὴν πίστιν πρὸς τελειότητα. Quis unquam ex Orthodoxis hanc blaſphemam eructavit vocem?

c. *quòd aditum patefaciat ad Deum, ac proinde ad æternam felicitatem.* Greg. Nyſſenus Orat. XII. contra Eunomium, t.II. p.745. Τοὺς τῷ Θεῷ προσιόντας οὐκ ἔστιν ἄλλως προσεγγίσαι Θεῷ, μὴ πίστεως μεσιτευούσης καὶ συναπτούσης δι' ἑαυτῆς τὴν ἐπιζητοῦσαν νοῦν πρὸς τὴν ἀκατάληπτον φύσιν. *Non licet aliter Deo appropinquare, niſi fide interveniente, & per ſe copulante intellectum inquirentem cum natura incomprehenſibili.* Confer Hebr.XI.6. Cyrillus Alexandr. ad v.47. c.VI. Joh. p.349. Θύρα καὶ ὁδὸς εἰς ζωὴν ἡ πίστις, καὶ ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομή. *Janua & via in vitam, & à corruptione ad incorruptibilitatem recurſus eſt fides.*

d. *quòd peccata tegat.* Baſilius M.in cap.IX. Jeſaiæ: Ἱμάτιον Χριστιανῶν, σκέπον τὸ ἄσχημον ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις. *Fides in Chriſtum eſt veſtimentum Chriſtianorum, quod turpitudinem peccatorum noſtrorum tegit.*

Πιστοποιός.

Non habent Lexica. Πιστοποιὸν eſt, *quod fidem facit, quod credere facit, nec dubitare ſinit.* Uſus hac voce Cyrillus Alex.ad v.3.c.LV.Jeſaiæ, p.776. ubi LXX. Interpretes, Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιστά. *Pangam vobiſcum fœdus æternum, benignitates Davidis certiſſimas.* Πιστὰ, ὅτι πιστοποιά εἰσι, καὶ τὸ ἑδραιωμένον ἐν τῇ πίστει, καὶ τὴν κατ' εὐσέβειαν ζωὴν τοῖς λαβοῦσιν ἐνεργάζεται. *Fidelia, quia fidem faciunt, & in fide firmitatem, & in vita pia, iis, qui ea recipiunt, efficere ſolent.*

Πιστός.

Hæc vox maximè uſurpatur,

I. *de Deo*, qui dicitur πιστὸς, *fidelis*, id eſt, verax, ſincerus, conſtans, benigniſſimè & firmiſſimè ſtans promiſſis erga ſuos. Clemens Alex.Strom.II.p.371. Ἐπὰν εἴπῃ, πιστὸς ὁ Θεὸς, ὡς ἀποφαινομένῳ πιστεύειν ἄξιον, μηνύει. Ἀποφαίνεται δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἂν εἴη πιστὸς ὁ Θεός. *Cùm dixerit* Scriptura, *Fidelis Deus, cuinam aſſirmanti par ſit credere, ſignificat. Aſſirmat autem Verbum ejus, & is fuerit Deus fidelis.* Chryſoſtomus Hom.III.in II.adCor.ad c.I.v.18. Πιστὸς ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἀληθής. *Fidelis eſt Deus, hoc eſt, verax.* Ita ad eundem locum, & ad I.Cor.I.9. Theophylactus: nec non ad II.Theſſ.III.3.I.Cor.X.13. Hebr.X.23. Oecumenius in I.Petri IV. p.164. vocem hanc de Deo interpretatur ἀσφαλὴς καὶ ἀψευδὴς, *firmus & conſtans, mentiri neſcius.* Athanaſius Orat.III. contra Arianos, t.I. p.377. Πιστὸς ὁ Θεὸς, ὅτι, καθὼς ψάλλει Δαυὶδ, πιστός ἐστιν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ὁ Κύριος, καὶ ἀξιόπιστός ἐστι, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸν ψεύσασθαι. *Fidelis Deus, quia, ut canit David, fidelis ſeu verax eſt Dominus in ſermonibus ſuis, & fide dignus eſt, & fieri nequit, ut mentiatur.* Atque hoc eſt, quod Apoſtolus dicit II.Tim. II. 13. Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. *Si non credimus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt.* Ad hæc Theophylactus, p.812. Ἐκεῖνος ἀληθής ἐστι, βέβαιός ἐστιν, ἐάν τε εἴπωμεν, ἄν τε μὴ εἴπωμεν. *Ipſe verax eſt, ſtabilis eſt, ſive aſſeramus, ſive negemus.* Philo lib. de Abele & Caino: Τοῦ πιστευθῆναι χάριν ἀπιστούμενοι καταφεύγουσιν εἰς ὅρκον οἱ ἄνθρωποι, ὁ δὲ Θεὸς καὶ λέγων πιστός ἐστιν. *Homines, quibus fides derogatur, ut fidem inveniant, ad juramentum confugiunt, Deus verò, vel dicens tantùm fide dignus eſt.* Paſtor Hermæ II.3. *Deus verax eſt in omni verbo.* Πιστὸς autem Deus non tantùm in præmiis diſtribuendis, ſed etiam in pœnis infligendis. D. Auguſtinus in Pſ. XVIII. *Neque minatus, neq; pollicitus Deus quenquam fallit: aut quiſquam vel impiis ſupplicium, vel piis præmium ejus poteſt eripere.*

II. *de Hominibus, ſumiturq;*

1. *Activè*, & notat

a. *in genere* conſtantem, veracem & ſincerum. Chryſoſtomus in Pſ. CXLV. Πιστός ἐστι βέβαιος, ἀληθής. *Fidelis, eſt conſtans, verax.* Ita II.Tim.II.11. Πιστὸς λόγος, *fidelis ſermo*, eſt ἀληθὴς, ἀναμφίλεκτος, ψεύδους ἐλεύθερος, *verus, de quo dubitari non poteſt, liber ab omni mendacio*; ut habet Theodoretus ad hunc locum. Sic etiam I.Timoth. III. 1.

b. *in ſpecie eum,*

a. qui

α. *qui ſincerè obit munus ſuum:* qui in munere obeundo fidelis eſt. Clemens Alex. Strom. lib. II. pag. 371. Πιστὸς, ὁ ἀπαραβάτως τηρητικὸς τῶν ἐγχειρισθέντων. Ἐγχειρίζονται δὲ ἡμῖν οἱ περὶ Θεοῦ λόγοι· καὶ οἱ θεῖοι λόγοι, αἱ ἐντολαὶ, σὺν τῇ καταπράξει τῶν παραγγελμάτων. Οὗτός ἐστιν ὁ δοῦλος ὁ πιστὸς, ὁ πρὸς τοῦ Κυρίου ἐπαινούμενος. *Fidelis eſt, qui citra transgreſſionem ea ſervat, quæ ipſi tradita ſunt. Nobis autem traduntur, quæ de DEO dicuntur, & verba divina, nempe mandata, cum executione præceptorum. Hic eſt ſervus fidelis, qui laudatur à Domino:* nempe Matth. XXIV. 45. Ita I. Cor. IV. 2. πιστὸς οἰκονόμος, *fidelis diſpenſator.* Quis talis ſit, explicatur in voce Οἰκονόμος, num. I. Oecumenius ad v. 5. epiſt. III. Joh. Πιστὸς, ὁ μηδὲν τῶν τοῦ Θεοῦ σφετεριζόμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ ἀνατιθείς. *Fidelis eſt, qui nihil eorum, quæ Dei ſunt, ſibi vendicat, ſed inſuper ſua etiam Deo accepta fert.* Sic Chriſtus ad Hebr. II. 17. vocatur πιστὸς ἀρχιερεὺς, *fidelis Pontifex,* ἀντὶ τοῦ ἀληθινὸς, καὶ δυνάμενος τὸ ἔργον τοῦ ἀρχιερέως πληροῦν. Τοῦτο γὰρ ἀρχιερέως ἀληθινοῦ, τὸ ἁμαρτιῶν ἀπαλλάττειν τοὺς ὧν ἐστιν ἀρχιερεὺς, *pro, verus, & qui poſſit Pontificis opus implere. Hoc enim eſt veri Pontificis officium, nempe, à peccatis liberare eos, quorum eſt Pontifex.* Ita quidem Theophylactus ad hunc locum: commodiùs tamen hoc refertur ad fidelitatem, diligentiam & ſedulitatem, quam Chriſtus in obeundo munere præſtitit abſolutiſſimam: unde etiam ejusdem epiſt. cap. III. 2. dicitur πιστὸς τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, *fidelis ei, qui præfecit illum,* id eſt, προνοητικὸς, προϊστάμενος τῶν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐῶν φέρεσθαι ἁπλῶς, *qui providet, qui ſuis præeſt, nec permittit ut temerè ferantur & agantur;* ſicut exponit Chryſoſtomus Homil. V. in hanc epiſt. p. 459. vel, ut Theophylactus, p. 898. Πιστὸς, τουτέστιν, εὐνοϊκὸς, προϊστάμενος τῶν τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἐῶν αὐτὰ φθείρεσθαι, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς περιποιούμενος. *Fidelis, hoc eſt, benevolus, curam gerens eorum, quæ ſunt Patris, & non ſinens ea corrumpi, ſed ſalutem potiùs iis acquirens.* Hæc optima & ſimpliciſſima expoſitio. Alii verò Patres aliter explicant. Cyrillus Alex. in Actis Concilii Epheſini, p. 149. πιστὸν vocari vult, ὅτι μόνιμος καὶ διηνεκὴς, *quia ſtabilis, firmus, & perpetuus.* Addit: Καὶ ἀξιόχρεως εἰς πίστιν τῶν ἐπηγγελμένων. *Et dignus, cujus promiſſis fides habeatur.* Utramque expoſitionem etiam reperias ad Athanaſium Orat. III. contra Arianos, t. I. p. 377. Υἱὸς ὢν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, πιστός ἐστι καὶ αὐτὸς, ὀφείλων πιστεύεσθαι ἐν οἷς ἂν λέγῃ καὶ ποιῇ· αὐτὸς ἄτρεπτος μένων καὶ μὴ ἀλλοιούμενος ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ οἰκονομίᾳ καὶ τῇ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ. *Cùm Filius ſit veri Dei, ipſe etiam fidelis eſt, quia ei credendum in omnibus, quæ dixerit & fecerit: ipſe manens immutabilis: qui etiam non mutatur in incarnatione & in adventu in carne.* Et Orat. eadem, p. 380. Πιστὸς, οὐ πίστεως μετέχων, οὐδὲ εἰς τινὰ πιστεύων, ὥσπερ ἡμεῖς· ἀλλὰ πιστεύεσθαι ὀφείλων περὶ ὧν ἐὰν λέγῃ καὶ ποιῇ· καὶ ὅτι πιστὴν θυσίαν προσφέρει τὴν μένουσαν, καὶ μὴ διαπίπτουσαν. *Dicitur πιστὸς, non fidei particeps, neque in aliquem credens, ut nos: ſed quia ei credendum in iis, quæ dixerit & fecerit: & quia fidele offert ſacrificium, quod manet, nec intercidit.* Quæ verò verbi ποιέω, in hoc ipſo Apoſtoli loco, ſit ſignificatio, in verbo ποιέω, ξὺν Θεῷ, docebimus.

β. *qui credit Dei promiſſis,* ſeu, *qui credit in DEUM & Chriſtum, ac proinde Religionem amplectitur Chriſtianam.* Hic ante omnia monendum, quod doctiſſ. Fullerus obſervat Miſcell. ſacr. lib. I. c. XIX. Henric. Stephanum, linguæ Græcæ ſine ulla controverſia peritiſſ. virum, negare, πιστὸν activa ſignificatione inveniri, pro eo nempe, qui *credulus* ſeu *credens,* aut *qui fidem adhibet.* Vult enim paſſivè tantùm ſumi, pro eo, qui *fidelis* eſt, hoc eſt, dignus, cui credatur, aut fides adhibeatur. Verba Stephani in voce πιστὸς ſunt: *Ἄπιστος inter alia ſignificat eum, qui fidem non adhibet, atque adeò eum, quem Latini incredulum vocant: at πιστὸς non itidem de eo dicitur (quod ſciam) qui fidem adhibet, aut etiam, qui* credulus *eſt. Ego verò,* ſubjicit Fullerus, *quamvis doctiſſ. viri autoritate permultùm movear, in contrariam tamen ſententiam vi veritatis ire cogor. Quotieſcunque enim vocabulum πιστὸς pro homine Chriſtiano ſeu pio uſurpatum occurrit, (quod innumeris locis evenit) toties neceſſe eſt fateamur, πιστὸν activè poni, eumque denotare, qui credit, aut fidem adhibet Deo, Unum, idque apertiſſimum, exemplum proferam. Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς, ait Dominus Thomæ Joh. XX. 27. hoc eſt,* Ne ſis incredulus, ſed credens. *Quis hic non videt ex ipſa antitheſi manifeſtò conſtare, ſicut ἄπιστος valet eum, qui fidem non adhibet, ita ex adverſo πιστὸν eum ſignificare, qui adhibet?* Hactenus ille. Veriſſimam hanc aſſertionem eſſe, ex iis, quæ ſequentur, luce meridiana clariùs patebit. Heſychio πιστὸς eſt εὐπειθής. Εὐπειθὴς autem eſt *credulus.* Veteres Gloſſæ: *Credulus,* εὔπιστος, εὐπειθής. Onomaſticon Græco-Latinum: *Credulus,* εὐπειθής. Chryſoſtomus Homil. XXI. ad populum Antiochenum: Πιστὸς διὰ τοῦτο καλῇ, ὅτι πιστεύεις τῷ Θεῷ. *Propterea πιστὸς, fidelis vocaris, quia Deo credis.* Theodoretus in Pſ. I. pag. 399. Τῶν ἀνθρώπων πιστοὶ οἱ ἀναμφιβόλως δεχόμενοι τοὺς τοῦ Θεοῦ λόγους. *Inter homines vocantur fideles, qui ſermones Dei ſine ulla dubitatione recipiunt.* Athanaſius Orat. III. contra Arianos, t. I. p. 377. Πιστὸς ὁ Ἀβραὰμ, ὅτι τῷ λαλοῦντι πεπίστευκε Θεῷ. *Fidelis eſt Abraham, quia loquenti Deo credidit.*

γ. *Fidelis diſtinguitur à Catechumeno.* Illi enim ſoli cenſebantur olim *fideles,* qui ad S. Cœnæ communionem admittebantur. Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. VII. pag. 200. Τρία καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν τάγματα, ἓν μὲν τὸ τῶν ἡγουμένων, δύο δὲ τὰ τῶν ὑποβεβηκότων· τοῦ γὰρ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ λαοῦ εἰς δύο τάγματα διῃρημένου, εἴς τε τὸ τῶν πιστῶν, καὶ τῶν μηδέπω τῆς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἠξιωμένων. *Tres in unaquaque Eccleſia ordines ſunt: unus quidem ducum, duo verò ſubjectorum, populo Eccleſiæ Chriſtianæ in duos ordines diviſo, nempe fidelium, & eorum, qui nondum regeneratione per lavacrum digni ſunt habiti.* Ἡγουμένους vocat *doctores,* juxta Apoſtolum ad Hebr. XIII. 7. 24. ubi ἡγούμενοι ſunt οἱ προεστῶτες, *qui præſunt,* juxta Theodoretum: ſunt, ut explicat Theophylactus, quos Apoſtolus I. Theſſal. V. 12. vocat τοὺς κοπιῶντας, καὶ προϊσταμένους ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας, *eos, qui laborant inter Theſſalonicenſes, qui ipſis præſunt in Domino, eosque monent.* Hos fideles Tertullianus appellat *intinctos,* & *perfectos DEI ſervos:* Hieronymus, *Chriſtianos,* Dialogo adverſus Luciferianos: Græci frequenter φωτιζομένους, τελειουμένους, τελείους. Hi poſt miſſam factam Catechumenis, id eſt, poſt dimiſſos Catechumenos, manebant. Hinc Diaconus clamabat: Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε. — ὅσοι πιστοὶ, ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. *Quicunque Catechumeni eſtis, recedite. — Quicunque fideles, iterum & iterum pro pace Dominum oremus.* His ſolis licebat recitare orationem Dominicam, quæ propterea à veteribus vocatur Εὐχὴ τῶν πιστῶν. Vide in Εὐχὴ, num. VIII. ſub lit. K. & P. & Obſervationum noſtrarum cap. VI. Hinc etiam frequentes illæ in Conciliorum Canonibus locutiones, συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, *cum fidelibus conſiſtere:* συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς, vel μετὰ τῶν πιστῶν, *cum fidelibus orare.* De iiſdem agit Can. XI. Concilii Nicæni I. Ὅσοι γνησίως μεταμελοῦνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. Hæc in Bibliotheca Juris Canonici ita redduntur: *Quicunque verè pœnitent, tribus annis fideles inter Audientes habeantur, & ſeptem annis jaceant.* Verba, *tribus annis fideles inter Audientes habeantur,* huic Canoni

ni tenebras offundunt, imò ejus autoribus contradictionem tribuunt: qui enim *ἐν ἀκροωμένοις fideles* non ſunt, neque tales haberi poſſunt, ſed aut pœnitentium, aut Catechumenorum nomine veniunt. Hæc igitur, *οἱ πιστοὶ*, ita reddi debent, *ſi ſunt fideles*, vel, ut antiqua habet verſio, *ſi tamen fideles ſunt:* peccata namque fidelium, & eorum, qui baptizati eſſent, non eadem, quâ Catechumenorum, ratione puniebantur. Ideo Patres, quotiescunque pœnas aliquas de peccatis repetendas præſcribunt, cùm illa exceptione, *ſi ſunt fideles*, loquuntur; aut, ſi id non faciunt, eandem intelligi volunt. Exceptionem frequenter exprimunt Canones Concilii Eliberini. Canon XII. *Mater, vel parens, vel quælibet fidelis ſi lenocinium exercuit; eò quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs ſuum, placuit eas nec in fine accipere communionem.* Vide etiam Can. VII. IX. XL. XLVI. &c.

2. *Paſſivè*, & notat eum, *qui fidelis* eſt, hoc eſt, *dignus, cui credatur*, aut *fides adhibeatur:* vel, *cui aliquid committatur.* Chryſoſtomus Homil. I. in epiſt. ad Coloſſ. pag. 90. Πιστοὶ οὐ διὰ τὸ πιστεύειν καλέμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστευθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια, ἅπερ οὐδὲ ἄγγελοι πρὸ ἡμῶν ᾔδεισαν. *Fideles vocamur, non ſolùm propterea quòd credamus, ſed etiam propterea quòd à Deo credita ſunt myſteria, quæ ne Angeli quidem ante nos noverunt.* Et in proximè præcedentibus: Τίς ἅγιόν σε ἐποίησε; τίς πιστόν; τίς υἱὸν τοῦ Θεοῦ; ὁ ποιήσας σε ἀξιόπιστον, αὐτὸς καὶ τοῦ πιστευθῆναί σε ἅπαντα αἴτιος. *Quis te ſanctum fecit? quis fidelem? quis filium Dei? Qui te fecit fide dignum, is quoque fuit cauſſa, ut tibi omnia crederentur.* Eadem repetit in cap. I. ad Coloſſ. Theophylactus, pag. 625. Idem ad v. 26. cap. VII. epiſt. I. ad Corinthios, pag. 219. Apoſtolus dicit, *Miſericordiam conſecutus ſum à Domino, πιστὸς εἶναι, ut ſim fidelis*, id eſt, οἰκεῖος αὐτοῦ, καὶ μυστικὰ ἄξιος πιστεύεσθαι, *familiaris ejus, & dignus cui myſteria concredantur.* Alia hujus ſignificationis exempla jam attulimus ſuperiùs, num. II. 1. ſub. lit. *b. α.* ex Cyrillo & Athanaſio ad locum Hebr. III. 2.

Πιστόω.

Quemadmodum demonſtravimus, vocem πιστὸς duplicem ſignificationem habere, activam nimirum & paſſivam: ita verbum πιστόω, inde deductum, partim *paſſivè* ſonat, ut in illo loquendi genere apud Suidam πιστῶ σε ὅρκῳ, *jurejurando te adactum efficio dignum, cui credatur:* quod Suidas interpretatur, ὅρκον ἐκ σοῦ λαμβάνω, *jusjurandum à te accipio*, partim *activè*, ut πιστῶσαί τινα, *confirmare aliquem*, fide ſcilicet ei facta: hoc eſt, exemta ei dubitatione omni, efficere ut firmiter credat. In forma media uſitata hæc de rebus ſignificatio. Chryſoſtomus dicit, τὸν λόγον πιστοῦσθαι, *ſermonem ſeu orationem confirmare.* Idem: Ἀπὸ τῶν προφητῶν πιστοῦσθαι τὸν λόγον. *A Prophetis fidem verbis ſuis conciliare.* Iterum, Homil. I. in Acta: Τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως πιστοῦσθαι λόγον. *Orationem de reſurrectione confirmare, certam, minimèque dubiam reddere.* Huc facit illud Heſychii, Πιστούμενος, πιστὰ ποιῶν, βεβαιούμενος τὰ λεχθέν. *Firma & certa faciens, confirmans dicta.* Hinc jam facilè intelligas illa Apoſtoli II. Timoth. III. 14. ubi Timotheum monet: Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης. Vetus Interpres reddit: *Tu verò permane in iis, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi.* Eraſmus: *Quæ tibi concredita ſunt.* Eandem interpretationem retinet Illyricus. Minùs aptè: ἐπιστεύθης, quod nuſquam legitur, hoc ſignificaret. Ἐπιστώθης nihil aliud eſt, quàm, ut Lucæ I. 4. Ὧν τὴν ἀσφάλειαν ἐπέγνως, *quorum veritatem cognoviſti.* Optimè explicat eruditiſſimus Grammaticus, Heſychius: Ἐπιστώθη, ἐπείσθη, ἐπληροφορήθη. *Perſuaſus eſt, certum & exploratum habuit.* Sine dubio ob oculos habuit illud Pſalmi LXVIII. v. 8. Γενεὰ, ἥτις οὐ κατεύθυνεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐπιστώθη μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς. *Generatio, quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum DEO ſpiritus ejus*, id eſt, non credidit DEO, hoc eſt, promiſſis ejus, Spiritus ejus. Theodoretus ad hunc locum: Ἐκεῖνοι γὰρ βεβαίαν τὴν εἰς τὸν Θεὸν οὐκ ἐκτήσαντο πίστιν. *Illi namque firmam fidem non habuerunt in DEUM.* Contextus Hebræus habet, *Spiritus ejus non fuit fidelis*, vel *conſtans erga Deum.* Chryſoſtomus illud ἐπιστώθης ſimpliciter exponit per ἐπίστευσας, *crediſti*, pag. 367. Homil. VIII. in hanc Epiſtolam. Optimè verò Theophylactus, pag. 824. Ἐπιστώθης, τουτέστι, μετὰ πληροφορίας ἔμαθες. *Cum certitudine & plena perſuaſione didiciſti.* Eadem leguntur apud Oecumenium, pag. 779. Bene etiam Theodoretus, pag. 502. Βεβαίαν φύλαξον τὴν διδασκαλίαν, ἧς τὴν ἀλήθειαν τῇ πείρᾳ μεμάθηκας. *Firmam ſerva doctrinam, cujus veritatem experientiâ didiciſti.* Addit, Τοῦτο γὰρ εἶπεν, ἐπιστώθης. *Hoc enim eſt, quod ait.* Ἐπιστώθης. Nempe πιστωθῆναι plus eſt, quàm μαθεῖν, *plenè certiorari*, aut *certum eſſe*, quàm in genere didiciſſe. Hoc enim quorumvis eſt: illud verè credentium duntaxat: quorum propria eſt πληροφορία, ex potentiſſima Spiritûs S. ἀποδείξει, ſeu demonſtratione orta. Pauli igitur verba rectè ita vertit Fullerus: *Et quorum firma*, ſeu *plena*, *fides tibi facta eſt.* Atque ita etiam verſio Gallica & Germanica Tigurina.

Meritò ergò miramur, doctiſſimum etiam Bezam Eraſmum ſequi voluiſſe.

Πιττάκιον.

Ἀ πίττα, quod *picem* ſignificat, eſt πίτταξ πίττακος, & hinc πιττάκιον, index, vel titulus pice illitus, ut affigi poſſit & applicari. *Pittacium* Lampridio in Alexandrum Severum. Amphoris & doliis affixa pittacia, vini patriam & ſenectutem indicabant. Indices quoque libris affixi, qui nomen autoris præferrent, πιττάκια dicebantur. Sunt etiam πιττάκια ἀρχιερατικά. Græci προβαθμίους vocant, ut Clar. Salmaſius docet, qui primi ſunt in ordine, & ὑποβαθμίους, qui ultimi, primo nempe loco, aut ultimo ordinati, ut priores tempore, priores etiam ſint honore. Græci πρεσβυγένειαν vocant. Quod jus obtinuit in Clericorum ordinibus. Unde & ordinatis dabantur *pittacia*, cum diei ac menſis adſcriptione, quæ antiquitatem ordinationis oſtenderet. Balſamon in ſynodum Carthaginenſem, ad Can. XCII. pag. 713. Γίνονται τοῖς χειροτονουμένοις πιττάκια μετὰ μηνολογήματος εἰς δήλωσιν τῆς πρωτογενείας. *Fiunt iis, qui ordinantur, pittacia cum menſis ac diei adſcriptione ad prioris creationis declarationem.* Cùm igitur *primum Diaconum*, aut *primum Presbyterum* legimus in antiquorum ſcriptis, de eo intelligendum, qui ordinationis tempore prior eſt. Idemque mos in Africa, & circa Epiſcopos viguit, exceptis primatibus. Qui mos tamen etiam receptus poſtea eſt in primatibus ipſis ex Juſtiniani conſtitutione. Idem Balſamon: Τὸ δίκαιον τῆς πρωτογενείας ἐνεργεῖ εἰς τὰ τῶν κληρικῶν τάγματα, τιμᾶται γὰρ ἕκαστος κατὰ τὴν πρωτογένειαν

Digitized by Google

ϛίαν τῦ χρόνυ τῆς οἰκείας χειροτονίας. Pittaciorum ἀρχιεπισκοπαλικῶν meminit Balſamon ad Can. XVII. Apoſtol. pag. 242. Ὅπως δὲ ἀναγνῶσαι πολλοὶ διγαμήσαντες, εἰς τοὺς οἰκείους τόπους συνετηρήθησαν, καὶ διὰ πιττακίων ἀρχιεπισκοπαλικῶν, εἰς μείζονας βαθμοὺς προεβιβάσθησαν, ἀγνοῶ. *Quomodo autem multi lectores, qui digami fuerant, in ſuis gradibus conſervati, & per Archiepiſcopalia pittacia ad majores gradus promoti ſint, ignoro.* In Concilio Florentino, ſect. III. cap. III. pag. 45. Ἀποδόντος τῷ πατριάρχῃ τὰ πρὸς αὐτὸν πιττάκια τῶν δηλωθέντων πατριαρχῶν. *Cùm Patriarcha tradidiſſet indicatorum Patriarcharum pittacia.*

Πλακυντάριος.

Placentarius. Gloſſ. Græco-Lat. πλακυντάριος. *Placentarius. Dulciarius.* Palladius hiſt. Lauſiacæ cap. VI. pag. 21. Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καὶ ἰατροὶ διάγουσι, καὶ πλακυντάριοι. *In hoc monte degunt etiam medici, & placentarii.*

Πλάξ.

Quid πλάξ ſit, ex Lexicis notum. Et quia *Decalogus* in duas *Tabulas* ab ipſo Deo fuit relatus, hinc Græci eum vocant,

I. *ſimpliciter* πλάκας. Greg. Nyſſenus Homil. VII. in Eccleſiaſten, t. I. pag. 440. Τοῦτο αἱ πλάκες, τοῦτο ἡ Λευιτικὴ παρατήρησις, τοῦτο ἡ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἀκρίβεια, τὸ ἀργοὺς ἡμᾶς καὶ ἀπράκτους ἐκείνων εἶναι, ὧν τὸ ἔργον κακία ἐστίν. *Hoc ſunt Tabulæ, hoc Levitica obſervatio, hoc quod accuratè traditum eſt in Deuteronomio, ut otioſi ſimus, & nihil agamus eorum, quorum opus eſt vitium.* Idem, ſtatim poſt initium Orat. IV. contra Eunomium, pag. 572. Ὁ Μωϋσῆς, αἱ πλάκες, ὁ νόμος, οἱ καθεξῆς προφῆται, τὰ εὐαγγέλια, τῶν ἀποστόλων τὰ δόγματα πάντων, ἐπίσης ἀπαγορεύουσι τὸ πρὸς τὴν κτίσιν βλέπειν. *Moſes, Tabulæ, Lex, deinceps Prophetæ ſequentes, Evangelia, omnium Apoſtolorum dogmata, ex æquo vetant ad creaturam reſpicere.*

II. *cum epithetis* vocant θεοτεύκτους πλάκας, *Tabulas à Deo fabricatas.* Greg. Nyſſenus in Pſalmos, cap. VII. t. I. pag. 272. de Moſe: Ὁ τὰς θεοτεύκτους πλάκας δεξάμενος, καὶ συντριβείσας πάλιν ἀναχαράξας. *Qui à DEO factas tabulas accepit, & confractas de integro reſtituit.* Hæc ipſa in Homil. XXII. tranſtulit Theophanes. Ita etiam appellat in vita Thaumaturgi, t. III. pag. 547. Greg. Nazianzenus Orat. III. pag. 99. de Judæis ſcribit: Πλαξὶ θεοχαράκτοις ἐγγραφῆναι τὸν νόμον παρὰ Θεοῦ πιστεύουσι. *Legem tabulis à DEO factis inſcriptam eſſe à DEO credunt.* Vocantur θεόγραφοι πλάκες, *tabulæ à DEO ſcriptæ.* Suidas in voce πλαξίν: Ὅτι ἐν ταῖς θεογράφοις πλαξὶ ταῦτα ἦν γεγραμμένα· Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, κλ. *In tabulis à DEO ſcriptis hæc erant ſcripta: Ego ſum Dominus DEUS tuus, &c.* Theophanes Homilia XXIV. pag. 156. *Moſes quadraginta dies jejunavit,* ὅτε τὰς θεογράφους πλάκας ἐδέξατο, *cùm tabulas à Deo ſcriptas accepiſſet.* Michaël Syngelus in vita Dionyſii Areopagitæ, pag. 354. Decalogum vocat τὰς τῆς θεοφανείας καὶ νομοθεσίας πλάκας, *divinæ manifeſtationis & legiſlationis tabulas.*

Πλειστοδυναμέω.

Non habent Lexica. Significat *plurimùm polleo* vel *poſſum.* Utitur hoc verbo Iſidorus Peluſiota epiſt. CXXVII. lib. IV. Locum producimus in voce Σαρκικὸς, num. II.

Πλεονεκτέω.

I. Πλεονεκτέω ſignificat *plus habeo; ampliorem partem ſeu portionem habeo.* Suidas: Πλεονεκτῶ, τὸ πλέον ἔχω. Καὶ τῶν Θουκυδίδου λόγων πλεονεκτεῖ. *Plus habeo, plus poſſideo,* ut, *Et Thucydidis orationes ſuperat.* Chryſoſtomus lib. IV. de Sacerdotio, cap. VII. de Apoſtolo Paulo loquens: Τίνι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἐπλεονέκτησεν ὁ μακάριος οὗτος; καὶ πόθεν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν πολὺς ἐν τοῖς ἁπάντων ἐστὶ στόμασι; *Quânam autem re hic verè beatus reliquos Apoſtolos ſuperavit? Unde item per univerſum terrarum orbem multus in omnium mortalium ore verſatur?* Et lib. II. cap. II. Ἀγέσθωσαν εἰς μέσον οἱ πολλῷ τῷ μέτρῳ πλεονεκτοῦντες ἁπάντων. *Prodeant in medium, qui longè omnibus præſtant.* Et Homil. II. de Statuis, t. VI. pag. 470. Ἓν ἐστιν, ὃ δοκεῖ τῆς πενίας πλεονεκτεῖν ὁ πλοῦτος, τὸ τρυφᾷν καθ' ἡμέραν, καὶ πολλῆς ἐμφορεῖσθαι ἐν τοῖς συμποσίοις τῆς ἡδονῆς. Τοῦτο μέντοι ἐπὶ τῆς τῶν πενήτων τραπέζης συμβαῖνόν ἐστιν ἰδεῖν, καὶ μείζονος τούτους ἀπολαύοντας ἡδονῆς τῶν πλουτούντων ἁπάντων. *Unum eſt, quo paupertatem divitiæ ſuperare videntur, quotidianis diffluere deliciis, & multa in convivio repleri voluptate. Hoc tamen & in ipſa pauperum menſa contingere videmus, eosque majori voluptate frui quàm omnes divites.* Et Homil. V. de Anna: Ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καὶ συνέχουσιν ἡμῶν τὴν ζωὴν ὁ πένης οὐδὲν πλεονεκτεῖται, ἀλλὰ καὶ πλεονεκτεῖ τοῦ πλουτοῦντος. *In maximè neceſſariis, & iis, quæ noſtram conſervant vitam, pauper nulla re inferior eſt, ſed ipſum etiam divitem ſuperat.* Photius epiſt. LXI. pag. 114. Εἰ νοῦς μὲν γραμμάτων, νοῦ δὲ ἡ θεία χάρις ἀσυγκρίτῳ μέτρῳ πλεονεκτεῖ, μηδὲν θαυμάζῃς, εἰ οἱ ἀπόστολοι, τὸ πλέον καὶ μέγιστον λαβόντες, τῶν ἐπὶ τῷ ἐλαχίστῳ μέγα φρονησάντων, ῥητόρων λέγω καὶ φιλοσόφων, κατὰ κράτος περιεγένοντο. *Si mens literas, mentem verò divina gratia infinitis modis antecellit; ne mireris, ſi Apoſtoli, qui pleniſſimam & maximam ejus menſuram acceperunt, illos longiſſimè ſuperârunt, qui de minimo magnos ſumſerunt ſpiritus; Oratores intelligo & Philoſophos.* Obvia ſatis hæc ſignificatio.

II. Verbum πλεονεκτέω, ut & cognata πλεονεξία & πλεονέκτης, in novo Teſtamento nonniſi in malam partem ſumitur: & ſignificat

1. *in genere, fraudo aliquem: plus, quam decet, appeto: malis aliquem artibus circumvenio, &c.* Ita II. Corinth. II. 10. Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Vulgatus vertit: *Ut non circumveniamur à Satana.* Beza: *Ut ne occupemur.* Prior interpretatio magis videtur conveniens. Πλεονεκτεῖν enim eſt in contractibus à legitima æqualitate recedere, injuſta pecuniæ aucupia exercere: ac proinde is dicitur πλεονεκτεῖσθαι, qui injuſtis modis & artibus emungitur, vel circumvenitur. Metaphoricè, qui quovis modo injuſtè tractatur, atque in fraudem impellitur. Suidas: Πλεονεκτῶ, τὸ ἀδικῶ· ὡς τὸ, πλεονεκτεῖ ἡμᾶς ὁ διάβολος. *Injuriâ afficio. ut illud, Diabolus nos injuriâ afficit.* Hoc modo etiam verſio in vulgarem linguam Græcam, quæ pro πλεονεκτηθῶμεν, habet ζημιωθῶμεν. Injuriâ autem affecti fuiſſent Corinthii, ſi, quem illi ſua ſeveritate correctum cupiebant mœchum, præ nimia triſtitia in deſperationem ſe ipſum præcipitâſſet: obtinuiſſet namque hac ratione ὁ μοιχεύσας, quod intendiſſet; ipſi verò ſpe ſua excidiſſent. Atque, huic interpretationi favet Chry-

Digitized by Google

Chryſoſtomus Epiſt. II. ad Olympiadem, t. VII. pag. 57. Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· ὃ δὲ λέγει, τουτέστιν ἐστι· ψώρας τὸ πρόβατον ἐμπέπλησαι πολλῆς, ἠλλοτριώθη τῆς ἀγέλης, ἀπεῤῥάγη τῆς ἐκκλησίας· ἀλλὰ διώρθωσε τὴν νόσον, γέγονε πρόβατον, οἷον ἔμπροσθεν ἦν· τοιαύτη γὰρ τῆς μετανοίας ἡ δύναμις· γέγονε λοιπὸν τῆς ποίμνης τῆς ἡμετέρας· ὁλοκλήρως ἐπισπασώμεθα αὐτὸν, ὑπτίαις ὑποδεξώμεθα ταῖς χερσὶ, περιλάβωμεν, περιπλεξώμεθα, ἑνώσωμεν ἡμῖν αὐτοῖς. Εἰ γὰρ μὴ βουληθείημεν τοῦτο ποιῆσαι, πλεονεκτεῖ λοιπὸν ἡμᾶς ὁ διάβολος, οὐ τὸν αὐτοῦ λαμβάνων, ἀλλὰ τὸν ἡμέτερον γενόμενον, ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας τῆς ἡμετέρας, καὶ διὰ τῆς ἀμετρίας τῆς κατὰ τὴν ἀθυμίαν καταποντίζων, καὶ αὐτὸ λοιπὸν ποιῶν εἶναι. *Ne circumveniamur à Satana. Quod perinde eſt, ac ſi diceret: Ingenti ſcabie cooperta pecus hæc erat, & à grege remota: ab Eccleſiæ cœtu abrupta. Verùm morbum depulit, rurſus factus ovis, qualis antehac erat: ea enim pœnitentiæ vis eſt: ad gregem noſtrum jam rediit. Prorſus eum attrahamus, ſupinis manibus excipiamus, amplectamur, exoſculemur, nobis ipſis adjungamus. Niſi enim id facere in animum induxerimus, Satanas nos jam injuriâ afficit & ſuperat, non ſuum accipiens, ſed eum, qui noſter effectus eſt, per ſocordiam noſtram, atque immodicum ipſius mœrorem demergens, atque ipſi inpoſterum aſſerens.* Ad ipſum verò hunc locum, Homil. IV. Καλῶς πλεονεξίαν ὠνόμασεν· οὐ γὰρ τὰ αὐτοῦ λαμβάνει λοιπὸν, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν ἁρπάζει. *Pulchrè* πλεονεξίας *vocabulum uſurpavit: nec enim ille jam ſua accipit, ſed noſtra rapit:* quod omnino ſummæ injuſtitiæ eſt. Eadem habet Theophylactus, pag. 342. Ad hanc etiam ſignificationem referri debet illud II. Corinth. VII. v. 2. Οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. Vetus: *Neminem circumvenimus.* Beza: *Neminem expilavimus.* Syrus utitur verbo עלב, quod ſignificat, *injuriâ affecit: per calumniam & falſam delationem eripuit, extorſit, fraudavit.* Theodoretus ad avaritiam refert, dum ἐπλεονεκτήσαμεν οὐδένα exponit, οὐκ ἐπὶ χρήμασιν ἐκηρύξαμεν, *non propter pecuniam prædicavimus.* Quemadmodum etiam Theophylactus, qui explicat, οὐχ ἡρπάσαμεν, οὐκ ἐχρηματισάμεθα προφάσει τοῦ κηρύγματος. *Non rapuimus, non quæſtum noſtrum fecimus prædicationis prætextu.* Sic iidem Interpretes τὸ πλεονεκτεῖν *ad quæſtum & avaritiam* referunt II. Corinth. XII. v. 17. 18. Vide vocem πλεονεξία.

2. *In ſpecie*, ut obſervat doctiſſimus Heinſius, I. Theſſal. IV. v. 6. πλεονεκτεῖν eſt *per adulterium fratri eripere, quod ejus eſt.* Verba Apoſtoli ſunt: Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Sunt Interpretes, qui hæc *de iniqua uſura, furto, & malo* intelligunt *dolo.* At Eraſmus eruditè obſervat, *hæc non pertinere ad avaritiam, ſed ad fraudem, quâ cum injuria nobis occupamus uxores alienas.* Atque hanc ſequitur expoſitionem Clar. Heinſius, cujus verba ferè ſunt: *Vult Apoſtolus, ne quis* ἐν τῷ πράγματι τούτῳ, *hoc eſt,* ἐν τῇ πορνείᾳ, ἐν τῷ πάθει τῆς ἐπιθυμίας πλεονεκτῇ τὸν ἀδελφόν. *Ubi ſanè, ut probetur,* πλεονεξίαν, avaritiam, quæſtum, *vel* injuriam, *vel* vim *eſſe, ſimpliciter probari velim, ea quoque, quæ præcedunt, eò referenda eſſe: probandum, ad* ἀκαθαρσίαν *hæc non referri: eamq; eſſe injuriam, quæ bonis quibusq; fratris infertur. Poſt hæc enim verba, ne quis dubitet, iterum Apoſtolus,* Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. Hanc verò expoſitionem nobis ſuppeditant veteres Interpretes Græci, quos imprimis audire juvat. Chryſoſtomus Homil. V. in hanc Epiſtolam, pag. 186. Πλεονεξίαν ἐν τῷ πράγματι, & cætera, de adulterio accipienda docet. Καλῶς, inquit, εἶπε, μὴ ὑπερβαίνειν. Καὶ γὰρ ἑκάστῳ ὁ Θεὸς ἀπένειμε γυναῖκα, καὶ ὅρους ἔθηκε τῇ φύσει, τὴν μίξιν ἐκείνην τὴν πρὸς τὴν μίαν· ὥστε ἡ πρὸς τὴν ἑτέραν, παράβασίς ἐστι, καὶ λῃστεία, καὶ πλεονεξία. *Præclarè dixit,* μὴ ὑπερβαίνειν. *Deus namque unicuique tribuit uxorem, & naturæ poſuit terminos, nempe cum una concubitum. Quamobrem concubitus cum alia, eſt tranſgreſſio, & latrocinium, &* πλεονεξία. Potuiſſetne manifeſtiùs ſignificare id, quod jam dictum? ubi ὑπέρβασιν, παράβασιν, rem, quam cum alia quis habet, deinde idem, πλεονεξίαν eſſe ait. Dicit etiam, Ἀδελφὸν καλῶς, καὶ πλεονεκτεῖς ἐν οἷς οὐ χρή· ἐνταῦθα περὶ μοιχείας φησί. *Fratrem vocas, & ea tibi per injuriam vendicas, quæ non oportet. Hic loquitur de adulterio.* Πλεονεκτεῖν igitur ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν, eſt, ἐν τῇ μοιχείᾳ πλεονεκτεῖν. Ac ſi dicas, *adulterio eripere quod ejus eſt.* Eodem modo Theophylactus ad eundem locum, pag. 699. 700. Μοιχείαν καὶ πλεονεξίαν καὶ παράβασιν ὀνομάζει εἰκότως. Καὶ γὰρ ἑκάστῳ ὁ Θεὸς γυναῖκα ἀπένειμε, καὶ ὅρους τέθεικε τῇ φύσει, τὴν μίξιν φημὶ τὴν πρὸς τὴν μίαν γυναῖκα ἐκείνην. Ὥστε πλεονεξία ἐστὶν ἐν τῷ πράγματι, τουτέστι, τῇ μίξει, καὶ ταῦτα κατὰ ἀδελφοῦ γινομένη. *Adulterium meritò vocat injuriam & tranſgreſſionem. Nam Deus unicuique uxorem dedit, ac terminos naturæ poſuit, concubitum ſcilicet, qui eſt cum una illa uxore. Injuria itaque eſt in negotio, hoc eſt, in concubitu, præſertim cùm fiat adverſus fratrem.* Conſentit etiam Theodoretus, pag. 374. Πλεονεξίαν ἐνταῦθα τὴν μοιχείαν ἐκάλεσε. Τοῦ γὰρ μὴ προσήκοντος ἅπτεται ὁ γάμον διαφθείρων ἀλλότριον, καὶ τὴν ἄλλῳ διαφέρουσαν εὐνὴν λῃστεύων. Πλεονεξίαν *hoc loco vocavit adulterium. Quod enim ad ſe non pertinet, invadit, qui alienum violat matrimonium, & alterius cubili vim affert.* Confer vocem ſequentem, & verbum Ὑπερβαίνω.

Πλεονέκτης.

Πλεονεξία.

Varias harum vocum ſignificationes, quarum aliquot à Lexicographis non obſervantur, paucis perſtringemus.

1. Πλεονεξία notat *copiam, multitudinem, abundantiam.* Ita ὑδάτων πλεονεξία eſt *aquarum copia.* Aſterius, homil. in Avaritiam, pag. 580. Πλεονεξία ἐστὶν, οὐ μόνον τῷ ἀργυρίῳ σὺν τοῖς ἄλλοις κτήμασιν ἐπιμαίνεσθαι, καὶ βούλεσθαι τοῖς παροῦσι τὰ μὴ προσόντα συνάπτειν· ἀλλὰ γενικώτερον εἰπεῖν, τὸ ἐπὶ παντὸς πράγματος πλεῖον ἔχειν βούλεσθαι τοῦ ὀφειλομένου καὶ ἐπιβάλλοντος. *Avaritia non tantùm eſt pecuniæ cæterorumq; bonorum cupiditate fervere, præſentiaq; aliis inſuper cumulare velle, quibus caremus; ſed, generatim loquendo, qualibet in re plus quàm debetur aut convenit, cupere.* Chryſoſtomus Homil. XLIV. t. V. pag. 292. Ἐπίπονον γηπόνῳ πλεονεξίαν ὑδάτων ἐπιοῦσαν τοῖς σπέρμασιν ἀποκρούσασθαι, καὶ ὄχθας ποταμῶν ὑψηλοτέρας ἐργάσασθαι. *Laborioſum eſt agricolæ ingruentem aquarum copiam à ſatis arcere, & fluminum ripas altiores reddere.* Idem, Homil. I. ad populum Antiochenum, t. VI. pag. 451. Οὐχ οὕτως ἡ τῆς γῆς φύσις ἐνοχλουμένη τῇ τῶν ὑδάτων πλεονεξίᾳ συνεχῶς, διαλύεται, ὡς ἡ τοῦ σώματος δύναμις χαυνοῦται, καὶ διαῤῥεῖ, καὶ ἐξίτηλος γίνεται, συνεχῶς οἰνοποσίαις ἐπαντλουμένη. *Non ita terræ natura ſubinde aquarum copiâ vexata, diſſolvitur, ut corporis vis molleſcit & diffluit, atq; exilis redditur, vini potu continuò ingurgitata.*

II. Πλεο-

Digitized by Google

II. Πλεονέκτης eſt *alieni avidus*, nec rebus ſuis contentus, ac proinde *avarus*. Chryſoſtomus in Pſal. IV. Πλεονέκτην λέγομεν, τὸν τὰ τῶν ἄλλων βουλόμενον λαβεῖν, καὶ τοῖς οἰκείοις οὐκ ἀρκούμενον. *Eum dicimus* πλεονέκτην, *qui quæ aliorum ſunt, rapere vult, nec ſuis contentus eſt.* Eadem ex Chryſoſtomo repetuntur in Catena in cap. I. Jobi, pag. 7. Hinc Heſychio πλεονέκτης eſt βίαιος, *violentus*. Πλεονεξία eſt *plus habendi aviditas, alienum uſurpandi cupiditas, avaritia.* Heſychius dicit, πλεονεξίαν eſſe, τὸ πλεῖον τοῦ δέοντος ἔκ τινος λαμβάνειν, *cùm quis plus quàm decet ex re aliqua accipit*: quod Suidas ita exprimit, παρὰ τὸ δίκαιον πλέον ἔχειν ἀξιοῦν, *præter jus & æquitatem plus habere velle.* Theodoretus dicit Apoſtolum ad Rom. I. 29. πλεονεξίαν vocare τὴν τοῦ πλείονος ἔφεσιν, καὶ τῶν οὐ προσηκόντων τὴν ἁρπαγήν, *plura habendi cupiditatem, & eorum, quæ ad ſe non pertinent, rapinam.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 19. πλεονεξίαν vocari ait, τὴν τῶν χρημάτων ἐπιθυμίαν, *pecuniarum cupiditatem.* Idem ad II. Corinth. XII. 17. p. 427. Πλεονεξία, τὸ παρὰ ἄκοντός τι λαβεῖν. Πλεονεξία eſt, *ab invito aliquid accipere.*

III. Apoſtolus ad Coloſſ. III. 5. πλεονεξίαν dicit eſſe εἰδωλολατρείαν. Rationem audi ex Theodoreto ad hunc locum, p. 357. Τὴν πλεονεξίαν εἰδωλολατρείαν ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ τὸν μαμωνᾶ κύριον ὁ Σωτὴρ προσηγόρευσε, διδάσκων ὡς τῷ πάθει τῆς πλεονεξίας δουλεύων, ὡς θεὸν τὸν πλοῦτον τιμᾷ. *Avaritiam vocavit cultum ſimulachrorum, quia Servator Mammonam appellavit Dominum, docens, quòd qui ſervit avaritiæ vitio, tanquam Deum colit divitias.* Chryſoſtomus Homil. LXV. in Joh. pag. 852. hunc ipſum Apoſtoli locum fuſè explicat, & docet, quomodo avaritia ſit idololatria. Διατί εἰδωλολατρείαν φησίν; ἔχουσι πολλοὶ χρήματα, καὶ χρήσασθαι αὐτοῖς οὐ τολμῶσιν, ἀλλὰ ἀφιεροῦσιν, εἰς ἐγγόνους καὶ ἐξ ἐγγόνων παραπέμποντες ἀνέπαφα, καθάπερ τινῶν ἀναθημάτων οὐ τολμῶντες ἅψασθαι. Ἐὰν δέ ποτε καὶ ἀναγκασθῶσιν, ὥσπερ ἀθέμιτόν τι πράξαντες, οὕτω διάκεινται. *Cur idololatriam appellavit? Multi habent pecunias, iis verò uti non audent, ſed nepotibus reſervant, & intactas ad alios transmittunt, & tanquam dona Deo dicata tangere minimè audent. Quodſi quandoque coguntur* eas tangere, *tanquam ad nefas aliquod timidè veniunt.* Pòſt aliam ſubjicit rationem: Ὥσπερ τὸ ξόανον περιέπει ὁ Ἕλλην· οὕτω σὺ τὸ χρυσίον θύραις πιστοῖς καὶ μοχλοῖς, ἀντὶ ναοῦ τὸ κιβώτιον κατασκευάζων καὶ ἐναποτιθέμενος σκεύεσιν ἀργυροῖς· ἀλλ' οὐ προσκυνεῖς καθάπερ ἐκεῖνος τὸ ξόανον; ἀλλὰ πᾶσαν ἐπιδείκνυσαι περὶ αὐτὸ θεραπείαν· πάλιν ἐκεῖνος ἥδιον ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν ψυχὴν πρόοιτο ἢ τὸ ξόανον. Τοῦτο καὶ οἱ τὸ χρυσίον φιλοῦντες· ἀλλ' οὐ προσκυνῶ τὸ χρυσίον φησίν· οὐδὲ ἐκεῖνος τὸ εἴδωλον φησὶ προσκυνεῖ· ἀλλὰ τὸν ἐνοικοῦντα δαίμονα. Οὕτω καὶ σύ, κἂν μὴ τὸ χρυσίον προσκυνῇς, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως τοῦ χρυσίου καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπιπηδῶντά σου τῇ ψυχῇ δαίμονα. Δαίμονος γὰρ χαλεπώτερον τῆς φιλαργυρίας ἡ ἐπιθυμία, καὶ ταύτῃ πολλοὶ μᾶλλον πείθονται, ἢ ἕτεροι τοῖς εἰδώλοις. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πολλὰ παρακούουσιν· ἐνταῦθα δὲ πάντα εἴκουσι, καὶ ὅπερ ἂν εἴπῃ ποιῆσαι, πείθονται. Τί λέγει; πολέμιος ἔσο φησίν· ἐχθρὸς ἁπάντων· ἀγνόει τὴν φύσιν· καταφρόνει θεοῦ· κατάθυσόν μοι σαυτόν· καὶ πάντα πείθονται· καὶ τοῖς μὲν ξοάνοις, βοῦς καὶ πρόβατα θύουσιν· ἡ δὲ φιλαργυρία λέγει, θῦσόν μοι τὴν σαυτοῦ ψυχήν, καὶ πείθει. ὁρᾷς οἵους ἔχει βωμούς; οἷα δέχεται θύματα; *Quemadmodum ſtatuam fovet Gentilis: ita tu aurum clauſtris & vectibus committis, pro templo arcam præparans, & argenteis vaſis recondens.* (Ita quidem omnes editiones: ego autem, ni omnia me fallant, legendum puto, ἐναποτιθέμενος σκεύη ἀργυρᾶ, *& ibi*, ſc. in arca, *recondens vaſa argentea.*) *Sed non adoras, ut ille ſtatuam? verùm omnem illi cultum tribuis. Rurſus ille oculos & animam traderet potiùs, quàm ſtatuam. Non aliter affecti ſunt auri amatores. Sed non adoro aurum, inquies. Neque illi dicet ſe ſtatuam adorare; ſed inhabitantem dæmonem. Ita & tu, licèt non aurum adores, ejus tamen aſpectu & cupiditate inſilientem animæ tuæ dæmonem. Dæmone enim gravior eſt pecuniarum cupiditas, cui multi magis obediunt, quàm alii idolis: illi enim in multis non obediunt: hic verò omnia obtemperant, & quicquid juſſerit facere, obtemperant. Quid dicit avaritia? Eſto hoſtis, omnium inimicus: ipſius obliviſcere naturæ: contemne Deum: ſacrifica mihi te ipſum. Omnia obtemperant. Et ſtatuis quidem boves ſacrificant & oves. Avaritia verò dicit, Offer mihi animam tuam: & perſuadet. Vides, quas habeat aras? quæ libamina accipiat?* Eandem expoſitionem ſequitur Theophylactus in cap. XII. Lucæ, pag. 347. quando dicit Apoſtolum, *avaritiam vocare idololatriam*, Ἐπεὶ τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον. Ὅμοιος τοῖς εἰδωλολάτραις ὁ τιμῶν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον, τὴν γὰρ αὐτὴν ὕλην προσκυνοῦσι καὶ περιέπουσιν ἀμφότεροι. *Quia idola Gentium, argentum & aurum. Igitur qui colit argentum & aurum, ſimilis eſt idolorum cultoribus: eandem enim materiam adorant & amplexantur uterque.* Idem in cap. III. ad Coloſſ. pag. 660. Ὁ πρωτότοκος υἱὸς τῆς κακῆς ἐπιθυμίας ἡ πλεονεξία ἐστίν, ἣν εἰδωλολατρείαν ὠνόμασεν, ὡς χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ λατρεύουσαν· καὶ τὰ εἴδωλα γὰρ τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον. *Primogenitus filius malæ concupiſcentiæ, eſt avaritia: quam idololatriam nominavit, ceu auro & argento ſervientem. Nam idola gentium, argentum & aurum.* Baſilius M. in I. viſionem Jeſajæ, t. I. pag. 817. Διὰ τοῦτο γίνεται ἡ πλεονεξία εἰδωλολατρεία, ἐπειδὰν τὰ κυρίῳ τῷ θεῷ προσφερόμενα δῶρα, ἐπὶ τὰ γήϊνα μετενέγκῃ. *Propterea avaritia ſit idololatria, ubi quis Domino Deo oblata munera, in terrena transtulerit.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXXIX. pag. 636. πλεονεξίαν vocat δευτέραν εἰδωλολατρείαν, *alterum idololatriæ genus.* Cyrillus Alexandr. in cap. V. Amoſi, pag. 302. Εἰδωλολατρείαν ὁ Παῦλος τὴν πλεονεξίαν καλεῖ· καὶ μάλα εἰκότως· ἀθεότης γὰρ τὸ χρῆμα λοιπόν, καὶ ἐν ἴσῳ τέθειται τοῖς τὸν θεὸν οὐκ ἐπεγνωκόσιν, οἱ τὸν τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης νόμον πατοῦντες, ἣ καὶ τοῦ νόμου τὴν πλήρωσιν ἔχει· ὁ δὲ νόμον οὐκ εἰδώς, ἀρνεῖται τὸν νομοθέτην. *Paulus avaritiam vocat idololatriam: & jure merito. Eſt namque illa Dei abnegatio, & illis æquales habentur, qui Deum non cognoverunt, qui legem de dilectione fratrum conculcant, quæ etiam legis continet impletionem. Qui verò legem ignorat, is etiam legiſlatorem negat.* Quemadmodum verò Apoſtolus πλεονεξίαν dicit eſſe εἰδωλολατρείαν, ita idem ad Epheſ. V. 5. πλεονέκτην vocat εἰδωλολάτρην. Quod Theodoretus, pag. 313. eodem modo exponit, quo expoſuit priorem, nempe ad Coloſſ. III. 5. Εἰδωλολατρείαν τὴν πλεονεξίαν ἐκάλεσε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· οὐδεὶς γάρ, ἔφη, δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· καί. Οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμμωνᾶ. *Idolorum cultum appellavit avaritiam juxta Domini vocem*: Nemo enim, *inquit*, poteſt duobus dominis ſervire. *Et*, Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. In eandem ſententiam multa habet Chryſoſtomus Hom. XVIII. in epiſt. ad Epheſios, pag. 851. 852. 853. ubi vide: & Theophylactus in cap. V. ad Epheſios, pag. 550. At Clariſſ. Heinſius, ut mox videbimus, utrumq; Apoſtoli locum *non de avaritia, ſed de ſcortatione*, interpretatur.

IV. Πλεονεξία notat *adulterium*. Repete quæ ſub verbo Πλεονεκτέω, num. II. 2. dicta ſunt. Illuſtris eſt locus apud Clementem Alexandr. Strom. III. pag. 464. Ἡ πλεονεξία, πορνεία λέγεται, τῇ αὐταρκείᾳ ἐναντιουμένη. *Plura habendi cupiditas dicitur fornicatio, quia adverſatur ſufficientiæ. Adulter* ergo eſt πλεονέκτης, quia ſua uxore

Digitized by Google

uxore non eſt contentus, ſed aliena ſibi vendicat. Atque ita hanc vocem accipiendam eſſe vult Clariſſ. Heinſius ad Epheſios V. v. 3. Πορνεία δὲ, καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ἢ πλεονεξία, μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. Certè, ſi ſignificaret *lucri ſtudium*, vix hic locum habere poſſet. Ita accipi debet ejusdem epiſtolæ cap. IV. 19. Ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν πάσης ἀκαθαρσίας ἐν πλεονεξίᾳ. Beza vertit: *Semetipſos dediderunt protervia, ad certatim patrandam impuritatem omnem.* Nemo hic πλεονεξίαν dixerit *avaritiam*, ſed projectam ad laſciviam omnem audaciam: quemadmodum etiam Theodoretus intellexit, quando ad hunc locum ſcribit: Πρῶτον παρανομίαν, εἶτα κόρον ἐνόσησαν. Εἰς τὸν παράνομον γὰρ ἐξοκείλαντες βίον, κατὰ βραχὺ τὴν ἀναλγησίαν ἐνόσησαν. Εἶτα λοιπὸν ἀδεῶς πᾶσαν ἁμαρτίαν τολμῶσι, ὑπὲρ κόρον τῷ διεφθαρμένῳ καταχρώμενοι βίῳ. πλεονεξίαν γὰρ τὴν ἀμετρίαν ἐκάλεσε. *Primùm iniquitate, deinde ſatietate laborârunt. In improbam enim vitam prolapſi, poſtmodum ſtuporis morbum contraxerunt. Tum deinde quodvis peccatum audacter perpetrant, flagitioſæ vitæ vel ſupra ſatietatem indulgentes.* Πλεονεξίαν *enim vocavit immoderationem.* Ἐν πλεονεξίᾳ ergo nihil aliud, quàm ἐν κακῇ ἐπιθυμίᾳ. Huc etiam refert Heinſius locum ad Coloſſ. III. v. 5. de quo actum num. III. Verum quidem eſt, etiam de ſcortatoribus, item de aliis, quorum Deus venter eſſe dicitur, dici poſſe, eos eſſe idololatras, quia affectus eorum impuris voluptatibus & ventri prorſus addicti ſunt, atq; adeò, quia impuras voluptates ſuas & ventrem ſuum pro Deo colunt: attamen avari peculiariter idololatrarum nomine deſignantur, quoniam pecuniæ ſuæ magis addicti ſunt, quàm, vel ſcortatores impuris ſuis voluptatibus, vel guloſus ventri ſuo, &c. *Veneream* autem *libidinem & impuritatem* dici πλεονεξίαν, nunquam mirabitur, qui ad ἀδικίαν à veteribus referri cogitabit. Conſtitut. Clementis: Παράνομον δὲ μοιχεία καὶ πορνεία· ὧν τὰ μὲν ἀσεβήματα, τὰ δὲ ἀδικία. Item: Ἀδικοῦσι μὲν οἱ τοὺς ἀλλοτρίους γάμους φθείροντες. *Furtum* etiam pro *adulterio* ſumitur. Apud Ovidium, *Puer furto conceptus.* In Anthol. lib. III. cap. XXI.

Λέκτρον ὑποκλέψας ἀλλοτρίης ἀλόχου.
Lectum furatus alterius uxoris.

V. Πλεονεξία eſt *luxuria in cibo & potu.* Chryſoſtomus Homil. LI. in Acta, pag. 896. Τοῦτο πλεονεξία, πλέον ἔχειν τοῦ ὡρισμένου. Illud eſt πλεονεξία, *plus habere, quàm ordinatum eſt.* Et clariùs Homil. X. in Matth. pag. 67. Καὶ ἐν τοῖς σώμασι τοῖς ἡμετέροις ἀπὸ πλεονεξίας αἱ δυσκρασίαι γίνονται. *Etiam in corporibus noſtris adverſa conſtitutio à luxuria oritur.*

Πλήκτης.

Apoſtolus Paulus I. Timoth. III. v. 3. & ad Titum I. v. 7. vult *Epiſcopum non eſſe* πλήκτην, *percuſſorem:* quod

I. Alii *propriè* accipiunt, & intelligunt *percuſſorem, manu promtum.* Plutarchus in Catone majore τῇ χειρὶ πλήκτην vocat. Suidas πολεμικὸν, *bellicoſum, manu ſtrenuum*, exponit. Atque ita apud Apoſtolum commodè interpretatur Juſtinianus Novell. CXXIII. pag. 319. Ἀλλ' οὐδὲ οἰκείαις χερσὶν ἔξεστιν ἐπισκόπῳ τινὰ πλήττειν· τοῦτο γὰρ ἀλλότριόν ἐστιν ἱερέων. *Sed neque propriis manibus licet Epiſcopo quenquam percutere: id enim alienum eſt à ſacerdotibus.*

II. Alii *impropriè* accipiunt, & volunt Epiſcopum μὴ εἶναι πλήκτην, id eſt, talem, qui acerbo clamore corripiat & caſtiget, non μάχιμον, aut ὑβριστὴν, ut exponit Heſychius. Hinc ἄμαχον oppoſitum in membro ſubſequente I. Timoth. III. v. 3. Et II. Timoth. II. v. 24. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι. *Servum autem Domini non oportet litigare.* Ita veteres Scripturarum Interpretes. Theodoretus ad I. Timoth. III. v. 3. pag. 475. Μὴ πλήκτην. Οὐ τὸ ἐπιτιμᾶν εἰς καιρὸν κωλύει· ἀλλὰ τὸ μὴ δεόντως τοῦτο ποιεῖν. Non percuſſorem. *Non probibet tempeſtivam increpationem, ſed non convenienter adbibitam.* Chryſoſtomus ad eundem locum, Homil. X. pag. 286. Οὐ τὸν μὴ πλήττοντά φησι ταῖς χερσί· Τί οὖν ἐστι, μὴ πλήκτην; Ἐπειδή εἰσιν ἀκαίρως τινὲς πλήττοντες τῶν ἀδελφῶν τὴν συνείδησιν, τούτους νῦν αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. *Non dicit manibus non percutientem. Quid igitur eſt*, Non percuſſorem? *Quoniam ſunt quidam, qui intempeſtivè fratrum conſcientiam feriunt, bos mihi nunc ſignificare videtur.* Eodem modo Theophylactus, pag. 764. Οὐ τὸν μὴ πλήττοντα ταῖς χερσί, φησιν, ἀλλὰ τὸν μὴ ἐγκαίρως πλήττοντα τῶν ἀδελφῶν τὴν συνείδησιν. *Non eum, qui manibus non feriat dicit, ſed eum, qui importunè feriat fratrum conſcientiam.* Et Oecumenius, pag. 750. Πλήκτην, οὐ τὸν ταῖς χερσὶ παίοντα, ἀλλὰ τὸν τὴν συνείδησιν πλήττοντα τῶν ἀδελφῶν καλεῖ. Percuſſorem, *non manibus percutientem, ſed fratrum conſcientiam ferientem vocat.* Nec aliter hanc vocem interpretantur cap. I. ad Titum. Theodoretus, pag. 509. Πλήκτην καλεῖ, τὸν μὴ κατὰ λόγον ταῖς ἐπιτιμήσεσι χρώμενον. Percuſſorem *vocat eum, qui præter rationem reprehenſionibus utitur.* Chryſoſtomus Homil. II. in hanc epiſtolam: Μὴ πλήκτην. Τὸν ὑβριστὴν ἐνταῦθά φησι. Νουθετοῦντα γὰρ ἢ ἐπιπλήττοντα πάντα χρὴ ποιεῖν, μὴ ὑβρίζοντα, &c. Non percuſſorem. *Hoc loco contumelioſum ſignificare voluit. Nam corripiendo potiùs, quàm percutiendo, aut contumelias inferendo, omnia agere oportet.* Theophylactus verò, pag. 844. utramque, & propriam & impropriam, ſignificationem hic locum habere poſſe ſtatuit, quando ſcribit: Μὴ πλήκτην. Μήτε διὰ χειρῶν πλήττοντα, μήτε διὰ πικρῶν λόγων καὶ ἀποτόμων ἀκαίρως· ἰατρὸς γάρ ἐστιν· ὁ δὲ ἰατρὸς ἰᾶται τὰ πεπληγότα μᾶλλον, οὐκ αὐτὸς πλήττει. Non percuſſorem. *Neque manibus ferientem, neque amarulentis verbis & exaſperatis importunè. Medicus enim eſt. Jam verò medicus curat vulnera, non ipſe etiam vulnerat.*

Πληροφορέω.

Hoc verbum in Scriptura ſacra duplicem maximè ſignificationem habet.

I. Πληροφορεῖσθαι, *paſſivè* uſurpatum, ſignificat *plenè certiorari, plenè perſuaſum habere, certiſſimè noſſe.* Ita ſumitur ad Romanos IV. v. 21. de Abrahamo: Καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. *Et pleniſſimè ſciens*, vel *plenè perſuaſum habens, quia quæcunq; promiſit potens eſt & facere.* Theodoretus interpretatur, τῷ τῆς φύσεως ἀναμφιβόλως ἐπίστευσε ποιητῇ. *Naturæ creatori abſq; ulla hæſitatione credidit.* Atque hæc eſt illa πληροφορία τῆς πίστεως, *certitudo fidei*, de qua ad Hebræos X. v. 22. προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.* Id eſt, interprete Theodoreto ad hunc locum, pag. 442. Μετὰ εἰλικρινοῦς προσέλθωμεν διαθέσεως, ταῦτα οὕτως ἔχειν πιστεύοντες, καὶ πᾶσαν διχόνοιαν τῆς ψυχῆς ἐξορίζοντες· τοῦτο γὰρ πληροφορίαν ἐκάλεσεν. *Accedamus cum ſincera affectione, hæc ita habere credentes, & omnem dubitationem ex animo expellentes. Hoc enim* πληροφορίαν *appellavit.* Theophylactus hîc πληροφορίαν τῆς πίστεως, interpretatur,

Digitized by Google

tatur *πίστιν ἀπηρτισμένην καὶ τελειοτάτην*, *fidem conſummatam & perfectiſſimam*: item, *πίστιν πεπληρωμένην καὶ ἀδίστακτον*, *fidem perfectam & indubitatam*. Ita ut ἐν πληροφορίᾳ πίστεως ſit ἐν πεπληροφορημένῃ, id eſt, πεπληρωμένῃ πίστει. Ita ad Hebræos VI. v. 11. Πληροφορία τῆς ἐλπίδος eſt πεπληροφορημένη, vel πεπληρωμένη ἐλπὶς, *plena & minimè dubia ſpes*. Eſt ἐλπὶς δίχα πάσης ἀμφιβολίας, *ſpes abſque omni dubitatione*; ut Theodoretus explicat. Eſt, juxta Theophylactum, πλήρης καὶ τελεία ἐλπὶς, *plena & perfecta ſpes*. Πληροφορία eſt βεβαίωσις, ut idem explicat ad I. Theſſ. I. 5. vel, ut Heſychius, βεβαιότης, *confirmatio*, *firmitas*.

II. Πληροφορέω ſignificat *conſummo*, *impleo*, atque ita impleo, ut nihil ampliùs deſiderari poſſit. II. Timoth. IV. v. 5. monet Apoſtolus Timotheum: Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Beza reddit: *Miniſterii tui plenam fidem facito*. Vulgatus: *Miniſterium tuum imple*. Optimè. Non debebat ergo Beza à veteri Interprete recedere. Τὴν διακονίαν πληροφορεῖν nihil aliud eſt, quàm quod Actor. XII. v. 25. τὴν διακονίαν πληροῦν, *miniſterium explere*: & Actor. XX. v. 24. τὴν διακονίαν τελειῶσαι, *miniſterium conſummare*. Coloſſ. IV. v. 17. itidem, τὴν διακονίαν πληροῦσαι. Eodem ſenſu Rom. XV. v. 19. τὸ εὐαγγέλιον πληροῦν, *implere Evangelium*: & Coloſſ. I. v. 25. πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, *implere verbum Dei*. Angelus ad Hermam III. X. *Permane in hoc miniſterio, & conſumma illud*. Seneca lib. I. de Beneficiis, cap. II. *Opus tuum perage, & partes boni viri exſequere*. Atque ita, nec aliter, veteres. Chryſoſtomus Homil. IX. in II. ad Timotheum ad hunc ipſum locum: Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, τουτέστι, πλήρωσον. *Miniſterium tuum imple*. Ita etiam ex eo Theophylactus, pag. 829. Alia Scholia: Πλήρωσον οὖν, ὃ ἐνήρξω, φησί, καὶ κατάσπειρον αὐτοῖς, ἕως ὑγιάνωσι, τὸ κήρυγμα. *Imple igitur, inquit, quod incepiſti, & ſparge ipſis ſemen præconii, donec ad ſanam mentem perveniant*. Sic quoque accipi debet II. Timoth. IV. v. 17. Ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ. Beza: *ut per me fieret fides præconii*, fortè *præconio* ſcripſit. Iterum longè convenientiùs Vetus: *ut per me prædicatio impleatur*. Ita namque rurſus intellexit Chryſoſtomus Homil. X. ad hunc locum ſcribens: Ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ· τουτέστι, πληρωθῇ, *ut per me impleatur prædicatio*. Et clariùs adhuc Theophylactus, pag. 833. Τουτέστι, βεβαιωθῇ, ἢ εἰς πέρας ἔλθῃ καὶ πληρωθῇ. *Hoc eſt, ſtabiliatur, vel ad finem perveniat & impleatur*. Sic etiam verſio Germanica Tigurina utrobique interpretatur: nec non Syrus interpres. Locus quin etiam Lucæ I. v. 1. vix aliter accipi debet: Περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, *de rebus, quæ inter nos completæ ſunt*. Vel, περὶ τῶν πραγμάτων ἃ ἐν ἡμῖν γενέσθαι πληροφορούμεθα, ut metonymicè de rebus dicatur, quod propriè de perſonis effertur, *de rebus, quas inter nos geſtas eſſe, plenè perſuaſi ſumus*. Atque ita Theophylactus: Πεπληροφορημένων δὲ εἶπε πραγμάτων, οὐ γὰρ ἁπλῶς κατὰ ψιλὴν παράδοσίν εἰσι τὰ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ καὶ πίστει βεβαίᾳ καὶ μετὰ πάσης πληροφορίας. *Res autem multis argumentis comprobatas dixit. Res enim Chriſti non ſimpliciter & nudè traditæ ſunt, ſed vera & ſolida fide, & multorum argumentorum certitudine*. Ad prioris ſignificationis confirmationem pertinet etiam illud Oecumenii in cap. I. Jacobi, pag. 116. Ὁ Θεὸς τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει, id eſt, πληρώσει. *Deus cordis tui petitionem implebit*.

Πλήρωμα.

Vox πλήρωμα, pro ratione eorum quibus tribuitur, varia ſignificat.

I. Πλήρωμα εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου, *plenitudo benedictionis Evangelii*, pro abundantia ſeu copia benedictionis, id eſt, donorum ſpiritualium, quæ Apoſtolus cum Romanis, præſentiâ ſuâ, & per prædicationem Evangelii erat communicaturus, ad Roman. XV. v. 29. Theophylactus ad hunc locum, pag. 152. Πλήρωμα εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου καλεῖ πάντα τὰ ἀγαθὰ τὰ ἄξια τῆς εὐλογίας, τουτέστι, τοῦ ἐπαίνου τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον. *Plenitudinem benedictionis Evangelii, omnia bona benedictione digna, hoc eſt, laude, quæ eſt ex Evangelio, appellat*. Addit: Δύνασαι δὲ εὐλογίαν τὴν ἐλεημοσύνην νοῆσαι, ἵνα ᾖ ὁ λόγος αὐτοῦ, ὅτι εὑρήσω ὑμᾶς τελείους ἐν ἐλεημοσύνῃ καὶ φιλανθρωπίᾳ. *Potes autem* per benedictionem *intelligere eleemoſynam, ut ſit ſenſus: Inveniam vos perfectos in eleemoſyna & humanitate*. Aliter longè Theodoretus, quando dicit Apoſtolum ſic vocâſſe τοὺς ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου κινδύνους, οὓς ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπέμεινε, *pericula, quæ pro Evangelio Jeroſolymis ſuſtinuit*: idque ex ſequenti verſu manifeſtum eſſe putat. Conſidera, quæ de hoc ipſo loco jam monuimus in voce Εὐλογία, num. III.

II. Πλήρωμα χρόνου, vel τῶν καιρῶν, *plenitudo temporis ſeu temporum*, notat tempus illud æterno Dei conſilio conſtitutum, quo completo Chriſtus exhibendus erat, & reapſe exhibitus fuit mundo. Gal. IV. 4. Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, &c. Ad hæc Theodoretus, pag. 278. Κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν, ὃν ὥρισεν ὁ Θεὸς, τὸν υἱὸν αὐτοῦ πέπομφεν, ὥστε τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πληρῶσαι μυστήριον. *Convenienti autem tempore, quod Deus præfiniit, miſit Filium ſuum, ut Incarnationis impleret myſterium*. Et Theophylactus, pag. 470. Ὅτε ἦλθεν ὁ ὡρισμένος καιρὸς τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτε πᾶν εἶδος κακίας διεξελθοῦσα ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἐδεῖτο θεραπείας, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὁ Θεός. *Simul atque advenit præſtitutum tempus incarnationis Chriſti, cùm omne ſcelerum genus pergreſſa humana natura opus haberet curatione, miſit Deus Filium ſuum*. Ad Epheſ. I. v. 10. Τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν, *plenitudo temporum*. Iterum Theodoretus, pag. 294. Πλήρωμα τῶν καιρῶν, τὸν ὁρισθέντα παρὰ τοῦ Θεοῦ καλεῖ καιρόν. Plenitudinem temporum *vocat tempus à Deo definitum*. Vide etiam Theophylactum.

III. Πλήρωμα τῆς γῆς, *plenitudo terræ*, id eſt, infinita illa rerum omnium copia, quibus terra referta eſt. Ita Pſal. XXIV. 1. & L. v. 12. ἐμή ἐστιν ἡ οἰκουμένη, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. *Meus eſt orbis terræ, & plenitudo ejus*. Ubi Theodoretus, pag. 590. Deum introducit loquentem: Πάσης ἐμοῦ τῆς κτίσεως ποιητής εἰμι καὶ δεσπότης. *Univerſi terrarum orbis conditor ſimul ſum & Dominus*. Eadem in Novo Teſtamento adducit Apoſtolus I. Corinth. X. v. 26. 28. Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. *Domini eſt terra, & plenitudo eius*. Hic rurſus Theodoretus: Πάντα τοῦ Θεοῦ ποιήματα, πάντα αὐτὸς εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν. *Omnia creaturæ Dei ſunt, ipſe omnia ad hoc ut eſſent deduxit*. Theophylactus, pag. 248. explicat; Πάντα τὰ πληροῦντα τὴν γῆν, τὰ ἐμπεριεχόμενα αὐτῇ. *Omnia terram replentia, & quæ in ea continentur*. Et Photius apud Oecumenium, pag. 446. Τὰ ἐν τῇ γῇ πάντα. Ταῦτα γάρ εἰσι τὰ πληροῦντα αὐτὴν, καρποὶ, καὶ ζῶα, καὶ τὰ ὅμοια. *Omnia quæ in terra ſunt. Hæc enim ſunt, quæ eam replent; fructus & animalia, & ſimilia*.

IV. Πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, *plenitudo gentium*, ad Rom. XI. v. 25. Id eſt, omnes illæ gentes, quæ per prædicationem Evangelii vocandæ ſunt & convertendæ ad fidem. Sunt πάντες οἱ προεγνωσμένοι ἐθνικοὶ, *omnes prædeſtinati Ethnici*; ut exponit Theophylactus. Ita cap.

eodem, v. 12. Τὸ πλήρωμα τῶν Ἰουδαίων, *plenitudo Judæorum*, id eſt, reſtitutio ſeu converſio eorum ad Chriſtum: Ὅταν πάντες σωθῶσιν ἐπιστρέψαντες, *quando omnes ad Chriſtum reverſi ſalvati fuerint:* ut inquit Theophylactus. Eodem ſenſu τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας, *plenitudo Eccleſiæ*, univerſam notat Eccleſiam, in illis Chryſoſtomi Homil. XXVIII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 578. Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνήν. Ταῦτα οὐ πρὸς τὰς παρθένους εἶπεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης· ἡ γὰρ ἄφθορος ψυχὴ, παρθένος ἐστὶ, κἂν ἄνδρα ἔχῃ. *Deſpondi vos uni viro virginem caſtam. Hæc non ad virgines dixit, ſed ad univerſam Eccleſiam: incorrupta enim anima, virgo eſt, etiamſi virum habeat.*

V. Πλήρωμα, *plenitudo* tribuitur *Deo* ad Epheſ. III. v. 19. ubi Apoſtolus precatur, ἵνα πληρωθῶσιν εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ, *ut impleantur in omnem plenitudinem Dei*, id eſt, ἵνα τελείως αὐτὸν ἔνοικον δέχωνται, *ut ipſum perfectè inhabitantem ſuſcipiant;* juxta Theodoretum, pag. 306. Theophylactus triplicem hujus loci affert interpretationem, pag. 530. Prima eſt: ἵνα γνῶτε, ὅτι ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ πνεύματι ἁγίῳ προσκυνεῖται ἡμῖν ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ, ἡ Τριάς. *Ut ſciatis, quòd in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto à nobis adoretur Deus; hæc enim plenitudo Dei eſt, nempe Trinitas.* Secunda: Ἵνα ἦτε πεπληρωμένοι πάσης ἀρετῆς, ἧς πλήρης ὁ Θεός. *Ut ſitis impleti omni virtute, quâ plenus eſt Deus.* Hæc aliorum ſunt. Tertiam, eamque ſuam, his exponit: Κρεῖττον δὲ οἶμαι νοεῖσθαι οὕτως· Ἵνα ἦτε τέλειοι ἐν πάσῃ τῇ κατὰ θεὸν τελειότητι, πάντα γινώσκοντες τὰ θεῖα, ὡς ἔνεστι. *Rectiùs autem opinor ſic intelligi, ut ſitis perfecti in omni perfectione divina, omnia divina cognoſcentes, quatenus licet.*

VI. Πλήρωμα, *plenitudo* tribuitur *Chriſto:*

1. *propriè*, nempe

a. Τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, *plenitudo divinitatis*, ad Coloſſ. II. 9. per quam intelligitur ipſa natura divina, quam totam in ſe habitantem habet: neque enim ſic Deitatis eſt particeps Filius, ut partem illius duntaxat ſit conſecutus. Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. *In ipſo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* Hunc autem locum fusè damus explicatum in voce Σωματικῶς.

b. *Plenitudo donorum* ſeu *bonorum ſpiritualium*, ut ſapientiæ, juſtitiæ, ſanctitatis, &c. Joh. I. 16. ubi Evangeliſta dicit: Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. *Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Ad hunc locum Cyrillus Alex. in Catena in Joh. pag. 36. Ἀπὸ τοῦ πληρώματος τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἐξ ἀενάου πηγῆς, ἡ τῶν θείων χαρισμάτων ἀναβλύζουσα δόσις, εἰς ἑκάστην ἔρχεται ψυχὴν, εἴπερ ἂν φαίνοιτο τοῦ λαβεῖν ἀξία. *Ex Filii plenitudine, tanquam ex perenni fonte, divinarum gratiarum donum ſcaturiens, in unamquamque, tanto munere non indignam, illabitur animam.* Ammonius ibidem: Ὡς ῥίζα πάντων τῶν ἀγαθῶν καὶ πηγὴ, πολλοῖς μεταδιδοὺς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν, οὐκ ἀπομειοῦται. *Tanquam radix & fons bonorum omnium, plurimos bonorum ſuorum participes faciens, minimè imminuitur.* Elegantiſſimè imprimis, pro more, ad hunc locum Chryſoſtomus Homil. XIV. in Johannem, pag. 608. Οὐ μεθεκτὴν ἔχει τὴν δωρεὰν, ἀλλ' αὐτοπηγὴ καὶ αὐτορίζα ἐστὶ πάντων τῶν καλῶν, αὐτοζωὴ, καὶ αὐτοφῶς καὶ αὐτοαλήθεια, οὐκ ἐν ἑαυτῷ συνέχων τῶν ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑπερβλύζων αὐτὸν, καὶ μετὰ τὸ ὑπερβλύσαι, μένων πλήρης καὶ οὐδενὶ ἐλαττούμενος ἐκ τῆς εἰς ἑτέρους χορηγίας, ἀλλ' ἀεὶ πηγάζων, καὶ πᾶσι τούτων μεταδιδοὺς τῶν καλῶν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένει τελειότητος. *Non habet donum per communicationem, ſed eſt fons ipſe, & ipſa radix omnium bonorum, ipſa vita, ipſa veritas, ipſa lux, non in ſe ipſo bonorum divitias continens, ſed in alios omnes diffundens, quibus diffuſis plenus permanet, neque ex eo, quòd aliis ſuppeditet, minuitur, ſed divitias ſuas elargitur ſemper uberiùs: cùmque omnes his bonis impertiat, in eadem manet perfectione.* Poſtmodum hoc ipſum aptiſſimis explicat ſimilibus, deſumtis à mari, è quo licèt gutta ſumatur, illud tamen non minuitur. Interim, cùm minuatur vel guttâ, hoc exemplum ipſe non putat conveniens ſatis ad exprimendas donorum divitias ex cœleſti hoc fonte, qui nunquam minuitur, manantes. Aliud ergo ſimile proponit, petitum ab igneo fonte, πηγὴν πυρὸς appellat. Ex tali fonte etiamſi innumeræ accendantur lucernæ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένει πληρότητος τὸ πῦρ καὶ μετὰ τὸ μεταδοῦναι τοσούτοις τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ, *eandem tamen plenitudinem ignis retinet etiam poſtquam tam multas lucernas efficaciæ ſuæ fecit participes.* Idem in Pſal. XLV. Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ, explicat, ἐκ τοῦ ὑπερβλύζοντος, ὡς ἂν εἴποι τις· ἐκ τοῦ περιττεύοντος, ἐκ τοῦ ὑπερεκχυνομένου πάντες ἐλάβομεν. *Ex eo quod, ut ita dicam, ſuperfluebat, ex eo quod redundabat, & ex eo quod ſupereffundebatur, omnes accepimus.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 569. Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ, &c. Καὶ ταῦτα τοῦ προδρόμου εἰσὶ ῥήματα λέγοντος περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἡμεῖς πάντες οἱ προφῆται ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν. Οὐ γὰρ τοσαύτην ἔχει τὴν χάριν, ὅσην οἱ πνευματοφόρητοι ἄνθρωποι, ἀλλὰ πηγὴ ὑπάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ πάσης σοφίας καὶ προφητείας, ὑπερβλύζει αὐτὴν πᾶσι τοῖς ἀξίοις, καὶ ἐν τῷ ὑπερβλύζειν, πλήρης διαμένων, καὶ οὐδέποτε κενούμενος. Et de plenitudine ejus, &c. *Et hæc præcurſoris verba ſunt, dicentis de Chriſto, nos Prophetæ omnes de plenitudine ejus accepimus. Majorem enim gratiam habet, quàm qui Spiritu afflabantur homines: nam fons omnis boni & omnis ſapientiæ & prophetiæ exiſtens, ſupereffluit, & dat ipſam omnibus dignis, & redundans ſive effundens, plenus manet, nec unquam exhauritur.* Quando dicit, *præcurſoris*, ſeu Johannis Baptiſtæ: hæc eſſe verba; quò etiam inclinat Cyrillus Alexandrinus; fallitur: ſunt enim *Johannis Evangeliſtæ* verba: id quod vel ex Chryſoſtomo diſcere debuiſſet, qui disertè ſcribit loco ſuprà laudato: Τὸ, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, οὐ τοῦ προδρόμου ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ μαθητοῦ. *Hoc*, Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, *non præcurſoris, ſed diſcipuli* dictum eſt. Vide Bezam. Quid verò hoc ipſo in loco ſit, χάριν ἀντὶ χάριτος, explicabitur in voce Χάρις.

2. *impropriè.* Sic

a. Πλήρωμα, *plenitudo*, ſeu *complementum Chriſti* dicitur *Eccleſia*, Epheſ. I. v. 23. Ἐπλήρωσε γὰρ αὐτὴν παντοδαπῶν χαρισμάτων, καὶ οἰκεῖ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐμπεριπατεῖ κατὰ τὴν προφητικὴν φωνήν. Τοῦτο δὲ ἀκριβέστερον κατὰ τὸν μέλλοντα βίον γενήσεται. *Eam enim implevit omnis generis donis, & in ea habitat & obambulat, juxta vocem propheticam. Hoc autem in futura vita fiet perfectiùs:* Theodoreti ſunt verba ad hunc locum, pag. 298. Theophylactus ad eundem locum, pag. 510. Ἡ ἐκκλησία πλήρωμά ἐστι Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα πλήρωμά ἐστι τῆς κεφαλῆς, ἀναπληροῦν αὐτὴν διὰ τῶν οἰκείων μελῶν· οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία πλήρωμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ, τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Πληροῦται γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ οἷον ἀναγεμίζεται τὰ πάντα μέλη ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς· οἷον τὴν χεῖρα ἀναπληροῦται ἐν τῷ ἐλεήμονι ἀνθρώπῳ, καὶ τῷ ἄλλως τῶν ἀσθενῶν ἀντιλαμβανομένῳ· τὸν πόδα ἀναπληροῦται ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ λόγου ἀποδημοῦντι, ἐν τῷ ἐπισκεπτομένῳ τοὺς ἀδελφούς· καὶ ἄλλο μέλος ἐν ἄλλῳ τῶν πιστῶν· καὶ οὕτως ἀναπληροῦται τὰ πάντα μέλη ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς, τουτέστι, διὰ πάντων τῶν πιστῶν, ἄλλου ἄλλην χάριν συνεισφέροντος. *Eccleſia eſt plenitudo Chriſti.*

Ut

Digitized by Google

Ut enim corpus eſt plenitudo capitis, replens illud per propria membra: hunc ad modum Eccleſia eſt plenitudo Chriſti, qui omnia in omnibus adimpletur. Adimpletur enim Chriſtus, ac veluti plenè conſummatur per omnia membra in omnibus fidelibus: veluti quoad manum adimpletur in homine miſericorde, & qui aliàs infirmis ſuccurrit: quoad pedem adimpletur in eo, qui verbi Dei amore peregrinatur, in eo, qui fratres inviſit: & quoad aliud membrum in alio fideli. Sic fit ut quoad omnia membra in omnibus fidelibus adimpleatur, hoc eſt, per omnes fideles, alio aliam gratiam contribuente. Deſumta ſunt hæc ex Homil. III. Chryſoſtomi in epiſtolam ad Epheſios. Minùs autem accuratè uterque illud πληρουμένου *paſſivè* accipit, quemadmodum etiam vulgata verſio, quæ per *adimpletur* reddit. *Activè* ſumendum de Chriſto, qui ſic dotes ſuas transfundit in membra ſua, ut idem impleat omnia; quemadmodum etiam Theodoretus intellexit. Vide notas Eraſmi.

b. Πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ, *plenitudo Chriſti*, ad Epheſ. IV. 13. appellatur perfecta Chriſti cognitio, quam in altera demum vita conſequemur. Oecumenius ad hunc locum, pag. 634. Πλήρωμα χριστοῦ φησι, τὴν περὶ χριστοῦ ὁλοτελῆ γνῶσιν καὶ πίστιν. Plenitudinem Chriſti *vocat perfectam Chriſti cognitionem & in eum fidem.* Et Theophylactus, pag. 537. Πλήρωμα τοῦ χριστοῦ, τὴν παντελῆ καὶ ὁλόκληρον αὐτοῦ γνῶσιν καὶ πίστιν λέγει. Plenitudinem Chriſti, *omnimodam atque integram ipſius cognitionem & fidem dicit.* Theodoretus etiam, pag. 308. Τῆς τελειότητος ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ τευξόμεθα. Ἐν τῷ παρόντι τοίνυν τῆς τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, καὶ διδασκάλων βοηθείας δεόμεθα. *Perfectionem in vita futura conſequemur. In præſenti ergo Apoſtolorum, & Prophetarum, & doctorum auxilio indigemus.*

Πλήσσω.

Hoc tantùm obſervamus de hoc verbo, quod Cl. Vorſtius Philologiæ ſacræ cap. V. p. 173. monet. *Verbum* πλήττεσθαι, inquit, *novè uſurpatum videtur in Apocalypſi. In ejus cap. VIII. 12. hæc leguntur:* Καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης, καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν. Et percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita ut obſcuraretur tertia pars eorum. *Et hac de re primus, quod ſciam, monuit vir Cl. Johannes Crojus in obſervat. in N. Teſt. pag. 266. Eam autem ſignificationem, vel, ſi ita mavis, iſtum uſum recepit Græca vox ad exemplum Hebrææ* לקה. (Perperam apud eum editum עקה.) *Hæc ſignificat* percuti, vapulare; *non quidem in antiquiſſima Hebræa lingua, quâ ſacri Codices ſunt perſcripti; ſed in illa, quæ tempore Chriſti & Apoſtolorum obtinuit. Id colligi poteſt ex ſcriptis Talmudicis, quæ etiam nunc habemus. In Tractatu Maccoth, cap. III.* ואלו הן הלקין. Illi vapulant: qui concumbit cum ſorore ſua, &c. *Hinc nomen* מלקות, cædes, percuſſio, *quo* מלקות ארבעים, pœnam quadraginta plagarum *deſignare ſolent Rabbini. Cæterum traductum eſt verbum iſtud ad eclipſin, ſive defectum luminarium ſignificandum, quòd luminaria, cùm deficiunt, videantur percuti. Hinc dicunt* היה הגוף לוקה כלו, erit corpus ejus percuſſum totum. Reliqua ex Vorſtio & Crojo peti poſſunt.

Πλουσιόδωρος.

Ex ſolo Heſychio hanc vocem afferunt Lexica, qui interpretatur πλουσίως χαριζόμενος, *qui abundè largitur, locupletibus opulentisq; muneribus ornans.* Aliquoties legitur apud Cyrillum Alexandrinum. Unum & alterum locum adducemus. In cap. LII. Jeſaiæ, p. 732. Πλουσιόδωρος ὁ σωτήρ. *Donis dives Servator.* In cap. III. Habacuc, pag. 566. iterum de Chriſto: Ἦν οὕτω πλουσιόδωρός τε καὶ ἀγαθὸς, ὡς καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς πορείαις σκορπίζειν τὸν ζωοποιὸν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως λόγον. *Adeò in donis erat liberalis & bonus, ut in ipſis etiam itineribus diſſeminârit vivificantem Evangelicæ inſtitutionis ſermonem.* In cap. IX. Zachariæ, pag. 739. ad Luc. VI. 38. Οὐ γάρ τι τὰς ἰσοσταθμους ὧν ἂν δράσαιμεν προσδοκῶμεν ἀμοιβὰς, ἀλλ' ἐν προσθήκῃ πολλῇ, πλουσιόδωρος γὰρ ὁ διδούς. *Haud enim æqualia actionibus noſtris præmia exſpectamus, ſed cum magno auctario; munificus enim eſt dator.*

Πλουτέω.

Quæritur, qui illud ſit Lucæ XII. 21. Ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν. Vulgatus: *In Deum dives.* Beza: *In Deo dives.* Alii tandem: *Deo dives.* Duæ poſteriores interpretationes videntur commodiſſimæ. Εἰς θεὸν πλουτεῖ, *in Deo dives eſt*, ὁ τῷ θεῷ δανείζων, Proverb. XIX. 17. id eſt, ut eodem loco, ὁ πτωχὸν ἐλεῶν. *Dives Deo* dixit Lactantius lib. V. cap. XIV. *Nemo Deo pauper eſt, niſi qui juſtitiâ indiget, nemo* (ei) *dives, niſi qui virtutibus plenus eſt.* Ita, *dives copiis, liberis, amicis, propinquis, &c.* dixit Cicero. Quid ſit πλουτεῖν εἰς θεὸν, exponit Theophylactus in cap. XII. Lucæ, pag. 409. his verbis: Σπουδάσωμεν εἰς θεὸν πλουτεῖν, τουτέστιν, ἐπ' ἐκεῖνῳ πεποιθέναι, καὶ ἐκεῖνον ἡμέτερον ἔχειν πλοῦτον, καὶ τοῦ πλούτου ταμίαν, καὶ μὴ λέγειν, ὅτι τὰ ἀγαθά μου, ἀλλὰ τὰ ἀγαθὰ τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ θεοῦ εἰσιν ἀγαθὰ, μὴ ἀποστερώμεθα τὸν θεὸν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ· τοῦτό ἐστι τὸ εἰς θεὸν πλουτεῖν, καὶ πιστεύειν ὅτι ἐὰν πάντα δώσω καὶ κενώσω, οὐδέν μοι τῶν ἀναγκαίων ἐπιλείψει. Ταμεῖον γάρ μοι τῶν ἀγαθῶν ἐστιν ὁ θεός· ἀνοίγω, καὶ αἴρω τὰ χρειώδη. *Studeamus* divites fieri in Deo, *id eſt, in illo fiduciam collocare, & illum noſtras habere divitias, & divitiarum promum; nec dicamus, bona mea ſunt, ſed bona ſunt Dei. Si verò Dei bona ſunt, ne privemus Deum bonis ſuis. Hoc eſt* in Deo divitem eſſe, *& credere, quòd ſi omnia dedero & evacuavero, nihil mihi rerum neceſſariarum defuturum eſſe. Promtuarium enim bonorum mihi Deus eſt: aperio, & tollo neceſſaria.* Sic I. Timoth. VI. 18. πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, *in bonis operibus divitem fieri.* Lactantius lib. V. cap. V. *Divites ſunt, non quia divitias habent, ſed quia utuntur illis ad opera juſtitiæ.* Vide in Πλοῦτος. Huc etiam paucis referimus illud Apoſtoli Rom. X. 12. Ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. *Nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.* Veteres hunc locum minùs bene videntur intellexiſſe: volunt namque, Deum propterea dici πλουτεῖν εἰς πάντας, quia omnes fideles ſuas ducat divitias, eorumque ſalutem. Ita Chryſoſtomus Homil. XVII. in hanc Epiſtolam: Ὁρᾷς πῶς δείκνυσι τὸν θεὸν σφοδρῶς ἐφιέμενον ἡμῶν τῆς σωτηρίας, εἴγε καὶ πλοῦτον οἰκεῖον ἡγεῖται ταύτην. *Vides, quomodo Deum ſalutis noſtræ vehementer cupidum oſtendat, ſiquidem illam divitias ſuas peculiares æſtimat.* Item: Ὁ πλοῦτον οἰκεῖον ἡγούμενος τὸ σώζειν ἡμᾶς, οὐ παύεται πλουτῶν. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο πλοῦτος τὸ εἰς πάντας ἐκχεῖσθαι τὴν δωρεάν. *Qui peculiares ſuas putat eſſe divitias, ſi nos ſalvet, diteſcere utiq; non ceſſabit: nam & iſtæ ſunt divitiæ, quòd donum in omnes effunditur.* Hanc expoſitionem ſuam quoque facit Theophylactus, pag. 103. Τὸν πλοῦτον ἐν τούτοις ἔχων, τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν· ὥσπερ εἴ τις εἴποι, ὁ βασιλεὺς πλουτεῖ εἰς χρυσίον καὶ ἀργύριον. *Divitias in his habens, in his, inquam, qui invocaverint ipſum: perinde ac ſi quis dicat, Rex iſte dives eſt auro & argento.* Et Theodoretus, pag. 83. Πλοῦτον τοῦ θεοῦ προσηγόρευσε τῶν ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν. *Dei divitias appellavit hominum ſalutem.*

Verùm, πλυτῶν εἰς πάντας eſt, *Dives eſt in*, vel *erga quosvis, &c.* ut ſenſus ſit, gratiæ divinæ divitias eſſe ſufficientes & ad Judæos & ad Gentiles ſalvandos, modò credant. Lyranus: *Dives in omnes, id eſt, potens omnes exaudire.*

Πλοῦτος.

I. *Explicatio nominis.* Voces πλοῦτος & πλούσιος accipiuntur,

1. *propriè* pro ampliſſimis bonis temporalibus. Heſychius: πλούσιος, χρημάτων καὶ περιουσίας κύριος. Πλούσιος, *dives eſt, qui dominus eſt multorum bonorum & opum copiæ.* Damaſcenus contra Manichæos, pag. 250. Πλούσιος λέγεται, ὁ ταῦτα κεκτημένος, οἷον τις πολυπεριούσιος, πολλὴν ἔχων περὶ αὑτὸν οὐσίαν. *Dives dicitur, qui hæc,* nempe opes, *poſſidet, quaſi* πολυπεριούσιος, *multas circa ſe opes habens.* Alludit ad etymon. Πλούσιος eſt, cui πολλὴ οὐσία. Πλοῦτος verò à πολὺς & ἐτὰ, *bona,* quaſi πολλὰ ἐτά. Athenienſes dixerunt *divites* τοὺς πολλὰ κεκτημένους χρήματα, *eos, qui multas poſſident pecunias;* ut refert Clemens Alexandr. ſtrom. lib. II. pag. 368. Ita fuit dives ὁ τρυφητὴς ἐκεῖνος πλούσιος, *voluptarius ille dives:* ut eum vocat Nyſſenus. Orat. II. de pauperibus, t. II. pag. 58. Lucæ XVI. 1. At multi ſanctorum Patrum eum demum πλούσιον exiſtimant, qui rebus ſuis vivat contentus, ac proinde ſibi nihil deeſſe putet. Chryſoſtomus Homil. XXI. in epiſt. ad Epheſios, pag. 874. Πλούσιος, οὐχ ὁ πολλῶν χρημάτων δεόμενος, καὶ πολλὰ περιβεβλημένος, ἀλλ' ὁ μηδενὸς χρείαν ἔχων. *Dives eſt, non qui multùm eget pecuniâ, multaque poſſidet, ſed qui nulla re indiget.* Idem, Homil. II. ad Philippenſes, p. 15. Οὐκ ἔστι πλούσιος ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μηδενὸς δεόμενος· οὗτός ἐστι πλουτῶν, ὁ μὴ θέλων πλουτεῖν. *Non eſt dives, qui multa poſſidet, ſed qui nullius indiget. Ille eſt dives, qui non vult dives fieri.* Iterum Homil. II. de Lazaro, t. V. p. 235. Οὐ πλούσιός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ πολλὰ περιβεβλημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος. *Ille non eſt dives, qui multis opibus ſtipatus eſt, ſed qui multùm non eget.* Iterum in Pſal. CXII. Τοῦτο μάλιστα πλοῦτος, τὸ μὴ δεῖσθαι πλούτου. *Hæ præcipuè ſunt divitiæ, divitiis non egere.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCCL. lib. V. p. 691. Χρὴ περικόπτειν τὰ περιττὰ, ἵν' ἐν τοῖς ἀναγκαίοις πλουτῶμεν· οὐ γὰρ τὸ πλοῦτον ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖσθαι πλούτου, πλοῦτός ἐστι μέγιστος. *Supervacua ſunt reſecanda, ut in neceſſariis divites fiamus: non enim, divitias habere, ſed divitiis non egere, divitiæ ſunt maximæ.*

2. *impropriè*, quando πλοῦτος ponitur pro bonis ſpiritualibus. De his divitiis Chryſoſtomus Homil. II. ad populum Antiochenum: Τοῦτο ἀληθῶς πλοῦτος καὶ εὐπορία, ὅταν καὶ ἀκέραια ᾖ τὰ καλὰ, καὶ μηδεμίαν δέχηται μεταβολήν. *Hæ veræ divitiæ, hæc vera abundantia, quando bona ſemper manent integra, nec ullam experiuntur mutationem:* de quibus Lucæ XVIII. 21. Vide in θησαυρὸς, num. IV. ſub lit. *d.* Virtutes ſunt ὁ σπουδαζόμενος πλοῦτος, ὅτι τῆς ψυχῆς γίνεται κτῆμα, *divitiæ expetendæ, quia ſunt animæ opes;* inquit Nyſſenus Orat. I. de Beatitudinibus, t. I. p. 765. Εἷς πλοῦτος ἡ ἀρετή, *una divitiæ, virtus:* idem in vita Thaumaturgi, t. III. p. 554. Veræ divitiæ ſunt ea, quæ ſperamus, bona. Εἷς πλοῦτος, τὰ ἐλπιζόμενα. *Solæ divitiæ ſunt, bona ea, quæ ſperamus;* ut eſt apud Nazianzenum, Orat. XXII. pag. 401. Bona opera ſunt veræ divitiæ. Cyrillus Alexandr. ad v. 42. cap. VI. Johannis, pag. 344. Ἡ ἐν καρδίᾳ λαμπρότης, καὶ τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς διαφανὲς, γνήσιος ἂν εἴη, καὶ ἐμπεφυκὼς τοῖς ἔχουσι πλοῦτος, οὐ συναπολλύμενος τῇ σαρκὶ, οὐδὲ σὺν αὐτῇ καταφθειρόμενος, ἀλλ' ἐνδημοῦσαν μὲν ἔτι τῇ ψυχῇ κατὰ τὸν βίον συνοικιζόμενος, ἐκδημοῦσαν δὲ πάλιν συναφιστάμενος ὅποιπερ ἂν ὁ τοῦ παντὸς νεύσειεν ἡγεμών. *Cordis ſplendor, & in bonis operibus claritas, veræ ſunt ac nativæ eorum, qui eas poſſident divitiæ, quæ non manent cum corpore; nec cum eo putreſcunt, ſed cum anima, dum adhuc in hac vita manet, habitant; cùm hinc diſcedit, rurſus ſimul cum ea recedunt quocunque totius univerſi præſes voluerit.* Veræ divitiæ pietas & cognitio Dei. Mulier Chriſtiana, apud Socratem hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. XX. pag. 184. a. cùm Regis barbari uxorem ſolis ſanâſſet precibus, eique oblata fuiſſent munera, ea recuſavit, dicens, οὐ δεῖσθαι πλούτου· ἔχειν γὰρ πλοῦτον τὴν εὐσέβειαν, καὶ δέχεσθαι μέγαν δῶρον, εἰ ἐπιγνώσειε τὸν Θεὸν, τὸν ὑπ' αὐτῆς γινωσκόμενον, *ſe divitiis non egere, cùm habeat divitias, pietatem; illud verò ſe maximum donum reputaturam, ſiquidem ipſe etiam Deum à ſe agnitum cognoſcat.* Ad *impropriam* ſignificationem etiam illud pertinet, quando πλοῦτος, quod Lexica non obſervant, *multitudinem, copiam* notat. In Concilii Nicæni actis hæc leguntur: Πολλὴν εἰσενεγκάμενος τὴν σπουδὴν καὶ πλοῦτον ἄφατον πόνου. *Cùm plurimum ſtudii ad hoc contuliſſet & laborem penè immenſum.*

II. *Subjectum divitiarum*, id eſt, ii, quibus divitiæ obtingunt, ſunt

1. *Boni.* Exempla in ſacris obvia. Quomodo autem iis à Deo dentur, præclarè docet Severus in Catena in cap. XX. Jobi, pag. 473. Εἰ γὰρ καὶ πλούσιος ἦν κατὰ θείαν χάριν, ἀλλὰ τὴν ἄμετρον ἐπιθυμίαν ἐνέκοπτεν, ὅπου γε οὐδὲ τοῖς οὖσιν, ὡς προηγουμένοις ἀγαθοῖς ἔχαιρεν. Εἰ γὰρ καὶ ἔσθ' ὅτε ὡς παρακολουθήματα ταῦτα τοῖς ἁγίοις δέδοται, πλοῦτος καὶ δόξα, ἀλλ' οὐ προηγουμένως ἐπὶ τούτοις χαίρουσιν. ἑτέρα γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἡ πρωτότυπος χαρὰ, ἡ πνευματική. *Licèt enim divino favore dives fuerit* Job, *immoderatam tamen divitiarum cupiditatem præcidebat, quandoquidem ex facultatibus ſuis, non tanquam ex præcipuis bonis lætitiam capiebat. Etſi enim divitiæ & honor ſanctis interdum, tanquam auctaria & corollaria tribuantur, in iis tamen gaudium ſuum primarium non collocant; alio enim principali gaudio, ſpirituali ſcilicet exſultant.* Audacter igitur nimiùm Theophanes, Homil. VIII. pag. 46. affirmat, πλουσίου nomen in ſcriptura nonniſi de improbis uſurpari. Verba ejus ſunt: Παρατηρήσας πᾶσαν τὴν ἁγίαν γραφὴν, ἥκιστα χρωμένην εὑροις αὐτὴν ἐν ἀγαθοῖς τῷ πλουσίου ὀνόματι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν φαύλων ὡς μάλιστα τοῦτο ἐπίθετον τίθεται. Δίκαιον μὲν γὰρ πολυκτήμονα, καὶ πληθυνθέντα ἐν ἀνδραπόδοις καὶ κτήνεσι μεμαθήκαμεν ὥσπερ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰὼβ, ὧν τῶν οἰκοπέδων, καὶ τῶν κτηνῶν ἡ γραφὴ ποιεῖται τὴν ἀπαρίθμησιν, πλουσίους γε μὴν αὐτοὺς οὐκ ἐκάλεσεν. Εἰ δὲ καὶ τὸν Ἀριμαθαῖον ἐκεῖνον ὁ Ματθαῖος ἐκάλεσε πλούσιον, οὐ διὰ χρημάτων δαψίλειαν, ἀλλ' ὅτι τὸν πολύτιμον μαργαρίτην διὰ παῤῥησίας ὠνήσατο. *Cùm univerſam ſacram ſcripturam diligenter attenderis, minimè invenies illam* divitis *nomine in bonam partem uſam fuiſſe: ſed de improbis maximè loquens hoc epithetum ponit. Nam hominem quidem juſtum locupletem, & abundantem ſervitiis atque pecore ſcimus, ut Abrahamum, Jacobum, & Jobum, quorum areas & pecora ſcriptura commemorat; divites verò eos non appellat. Quodſi Joſephum illum Arimathæâ oriundum Matthæus divitem vocavit, ſanè non propter abundantiam opum id fecit, ſed quia precioſam margaritam fidenter ſibi comparavit.* At de Abrahamo Geneſ. XIII. 2. ἦν πλούσιος σφόδρα. *Erat valde dives.* Quod de Joſepho dicit, λῆροι. Theophylactus in cap. XXVII. Matthæi, pag. 178. agnoſcit eum divitem fuiſſe opibus: Ὁ Ἰωσὴφ πλούσιος ὢν, εἰκὸς ὅτι καὶ ἔδωκεν ἂν τῷ Πιλάτῳ χρυσίον. *Cùm Joſephus dives eſſet, veriſimile eſt, eum Pilato aurum dediſſe.*

2. *Improbi.* Hujus ſignificationis, quâ πλούσιος de improbo uſurpatur, exempla in ſacris plurima. Baſilius in c. V. Jeſaiæ, t. I. p. 963. Οἱ πλούσιοι, οἱ πολὺ πλῆθος χρημάτων ἀδίκων περιβεβλημένοι, ἢ οἱ ἀκόρεστον τὴν ἐπιθυμίαν

τοῦ

τοῦ πλείονος ἔχοντες. *Locupletes, qui divitias per injuriam & injuſtitiam acquiſitas, in immenſum accumulârunt, vel inexplebili majorum copiarum & poſſeſſionum deſiderio abripiuntur.*

III. *Finis.* Apud Baſilium in Concionibus moralibus, Conc. IV. quæ eſt de Eleemoſyna: pag. 26. Οἰκονομικὴν τοῦ πλούτου τὴν χρῆσιν, ἀλλ' οὐκ ἀπολαυστικὴν τοὺς σώφρονας λογιζομένους νομίζειν προσῆκε, καὶ ἀποτιθεμένους χαίρειν, ὡς ἀλλοτρίων χωριζομένους, ἀλλ' οὐχὶ δυσχεραίνειν ὡς τῶν οἰκείων ἐκπίπτοντας. *Oportet eos, qui ſapienter ſecum reputant, exiſtimare, divitiarum uſum in adminiſtratione eſſe poſitum, non in uſu: hiiſq; depoſitis gaudere, ut alieno ſolutos atq; expeditos, neq; iniquo animo ferre, quaſi rebus propriis excidiſſent.* Theodoretus Orat. VI. de Providentia, t. IV. pag. 300. eos dicit τὸν πλοῦτον εὖ καὶ καλῶς οἰκονομεῖν, *divitias bene & honeſtè adminiſtrare,* οἵτινες κοινωνοὺς τῆς εὐπορίας τοὺς δεομένους λαμβάνουσι, *qui opulentiæ ſuæ conſortes adhibent egenos.* Vide mox *primam proprietatem.*

IV. *Proprietates* divitiarum ſunt,

1. *quòd ſint bonæ iis bene utentibus.* Chryſoſtomus Hom. II. ad populum Antiochenum: Οὐ κακὸν ὁ πλοῦτος, ἀλλὰ κακὸν ἡ πλεονεξία, κακὸν ἡ φιλαργυρία. *Non ſunt malæ divitiæ, ſed mala eſt avaritia, mala eſt quæſtus cupiditas.* Idem Hom. LXVIII. t. VI. Οὐχ ὁ πλοῦτος κακὸν, ἀλλὰ τὸ κακῶς κεχρῆσθαι τῷ πλούτῳ. *Divitiæ non ſunt malæ, ſed malum eſt iis malè uti.* Ibid. Καλὸν ὁ πλοῦτος τοῖς καλῶς διοικοῦσιν αὐτὸν. *Divitiæ eas rectè adminiſtrantibus bonæ ſunt.* Et Homil. LXXI. t. ejusdem: Οὐχ ὁ πλοῦτος κακὸν, ἀλλ' ἡ παράνομος αὐτοῦ χρῆσις. *Divitiæ non ſunt malæ, ſed earum ſceleratus uſus.* Baſilius M. in cap. XI. Jeſaiæ: Θεοσεβεῖ ψυχῇ ἀφορμὴ πρὸς εὐποιΐαν κατὰ τὴν μεταδοτικὴν κοινωνίαν ὁ πλοῦτος γίνεται. *Animæ piæ occaſio ſunt divitiæ ad beneficentiam in communicandis etiam cum aliis bonis.* Clemens Alexandr. ſtrom. lib. III. pag. 449. Καλῶς πλουτεῖν οὐ κεκώλυκεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ γὰρ τὸ ἀδίκως, καὶ ἀπλήστως πλουτεῖν. *Honeſtè divitem eſſe non prohibuit Deus, ſed eſſe divitem injuſtè & inſatiabiliter.*

2. *quòd eas poſſidentibus non rarò ſint noxiæ.* Chryſoſtomus in Pſ. XLIX. πλούτου ἐπιθυμίαν, *divitiarum cupiditatem* vocat ἀκρόπολιν τῶν κακῶν, *malorum ſummum apicem.* Clemens Alex. Pædag. lib. II. cap. III. pag. 162. Ὁ πλοῦτος οὐκ ὀρθῶς κυβερνώμενος, ἀκρόπολίς ἐστι κακίας· περὶ ὃν ὀφθαλμιῶντες οἱ πολλοὶ, οὐκ ἄν ποτε εἰς τὴν βασιλείαν παρεισέλθοιεν τῶν οὐρανῶν, νοσοῦντες μὲν περὶ τὰ κοσμικὰ, ὑπερηφάνως δὲ ζῶντες διὰ τὰς τρυφάς. *Divitiæ non rectè adminiſtratæ ſunt faſtigium vitii ac ſceleris, in quibus multi cæcutientes, cœlorum regnum nunquam ingredi poterunt, in rebus quidem mundanis ægrotantes, ſuperbè autem & arroganter propter delicias viventes.* Vide ibidem plura. Hinc idem lib. III. Pædag. C. VI. pag. 234. divitias ſerpenti ſimiles eſſe dicit. Ἐοικέναι μοι δοκεῖ ὁ πλοῦτος ἑρπετῷ, ὃ εἰ μή τις ἐπίσταται τὸ λαβέσθαι ἀβλαβῶς πόῤῥωθεν, ἀκινδύνως ἄκρας οὐρᾶς ἀνακρημνὰς τὸ θηρίον περιπλέξεται τῇ χειρὶ, καὶ δήξεται. Δεινὸς δὲ καὶ ὁ πλοῦτος, ἰλυσπώμενος παρὰ τὴν ἔμπειρον ἢ ἄπειρον αὐτοῦ λαβὴν, προσφῦναι καὶ δάκνειν. *Divitiæ ſerpenti mihi ſimiles eſſe videntur, quem ſi quis neſcit eminus citra noxam accipere & ſine periculo, beſtiam ſummâ caudâ apprehendens, ea manu circumplicabitur & mordebit. Pulchrè etiam nôrunt ſerpentum inſtar repentes divitiæ, dum à perito vel ab imperito apprehenduntur, adhærere & mordere.* Baſilius M. in cap. XI. Jeſaiæ: Ὁ πλοῦτος φιληδόνῳ καὶ φιλοσωμάτῳ ἐφόδιον τρυφῆς καὶ ἀκολασίας γίνεται. *Divitiæ voluptatibus dedito & corporis ſui ſtudioſo fiunt occaſio ad delicias & luxum.* Chryſoſtomus Homil. XIII. in I. ad Corinthios, pag. 326. Δεσμός ἐστιν ὁ πλοῦτος, δεσμὸς χαλεπὸς τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτῷ χρῆσθαι, τύραννος ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος, ἐπὶ λύμῃ τῶν δουλευόντων πάντα ἐπιτάττων. *Divitiæ ſunt vinculum, vinculum grave iis, qui illis uti neſciunt, ſævum tyrannus & immitis, omnia imperans in perniciem eorum qui ſerviunt.* Idem, Homil. XIII. in Acta, p. 685. Ὁ πλούσιος οὐδὲν ἕτερον εἶναί μοι δοκεῖ, ἀλλ' ἢ πόλις ἀτείχιστος ἐν πεδίῳ κειμένη πολλαχόθεν ἐπισπωμένη τοὺς ἐπιβουλεύοντας. *Dives mihi nihil aliud eſſe videtur, quàm urbs non cincta muris, & in planitie exſtructa, quæ undiq; inſidiatores attrahit & allicit.* Hinc, cùm eis uti neſcientibus adeò ſint noxiæ, *cum ſpinis comparantur.* Vide in Ἄκανθα, num. II.

3. *quòd ſint inconſtantes, fluxæ, & evanidæ.* Chryſoſtomus Homil. II. ad populum Antiochenum: Οὐδὲν οὕτως ἄπιστον ὡς ὁ πλοῦτος, ὅτι δραπέτης ἀγνώμων ἐστὶν, οἰκέτης πίστιν οὐκ ἔχων. *Nihil æquè perfidum eſt atq; divitiæ, quia ſunt ſervus ingratus & fugitivus, famulus omnis fidelitatis expers.* Homilia eadem; Οὐδὲν σφαλερώτερον πλούτου· σήμερον μετὰ σοῦ, καὶ αὔριον κατὰ σοῦ· πολέμιος ἐστιν ὁμόσκηνος, ἐχθρὸς σύνοικος. *Nihil inconſtantius eſt divitiis: hodie tecum faciunt, & cras adverſantur tibi: ſunt hoſtis tibi contubernalis, & inimicus tecum habitans.* Unde idem alio in loco interrogat, *quid ſit* πλοῦτος; & reſpondit, Ὕλη μεταπηδῶσα ἀφ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον. *Materia ab alio ad alium tranſiliens.* Id. Homil. XIX. t. V. p. 115. Οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὸν πλοῦτον ἀγνώμονα οἰκέτην καλέσας, οἰκέτην αἱμοβόρον καὶ ἀνδροφόνον, οἰκέτην ἀμοιβὰς ἀποδιδόντα τῷ δεσπότῃ τὴν σφαγήν. *Non erraveris, ſi divitias appellaveris ingratum famulum, famulum ſanguivorum & homicidam, famulum retributionis loco domino dantem ipſam cædem.* Et Homil. XX. tomi ejusdem, p. 125. Δραπέτης ἐστὶν ὁ πλοῦτος, σήμερον πρὸς τοῦτον, αὔριον πρὸς τὸν ἕτερον μεταπηδῶν· οὐ δραπέτης δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ δραπετοποιὸς, τοὺς φυλάττοντας αὐτὸν πολλάκις φυγάδας ποιῶν. *Divitiæ ſunt ſervus fugitivus, quæ hodie ad hunc, cras ad alium tranſeunt: nec ſervus tantùm fugitivus, ſed etiam alios faciens fugitivos, divitias cuſtodientes ſæpius deſertores reddens.* His ſimilia habet in Pſalmum XLIV. Cyrillus Alexandr. in cap. I. Sophoniæ, pag. 590. Δραπέτης ὁ πλοῦτος ἀεὶ, καὶ τὸ βέβηκος οὐκ ἔχει· μεθύει δὲ μᾶλλον καὶ διανένευκεν εἰς ἀποστασίαν, καὶ πόδας ἔχει σαθρούς. *Semper divitiæ, fugitivi inſtar ſervi, nullibi fixam ſedem habent: ſed potiùs ebrii in modum titubant & ad defectionem vergunt, & pedes habent imbecillos.* Baſilius M. in Pſal. LXII. pag. 304. Ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου· χειμάῤῥου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει· ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι· ὥσπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος, ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο καὶ εὐθὺς ἀνεχώρησεν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, ἄλλους ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖα. Σήμερον τοῦδε ἀγρὸς, καὶ αὔριον ἑτέρου, καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου. Ἀπόβλεψον πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει οἰκίας, πόσα ἤδη, ἀφ' οὗ γεγόνασιν, ὀνόματα μετειλήφασιν, ἄλλοτε ἀπ' ἄλλου τῶν κεκτημένων ὀνομαζόμεναι. Καὶ χρυσὸς ἀεὶ τὰς τοῦ ἔχοντος χεῖρας διαῤῥέων ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον· μᾶλλον δύνασαι ὕδωρ τῇ χειρὶ περιλαβὼν κατασχεῖν, ἢ πλοῦτον σεαυτῷ διαρκῶς συντηρῆσαι. *Fluxa eſt divitiarum natura, ſuos poſſeſſores torrente prærapido ociùs prætercurrit: alium ex alio mutat dominum. Quemadmodum fluvius ex alto ruens loco, ſtantes ad ripam attingit quidem, ſimul verò ubi attigit, ſtatim recedit: ſic etiam opum lubrica declivitas perniciſſimam exhibet & prolapſione leviſſimam ſui præſentiam, alios ex aliis mutare ſolita dominos. Hodie hujus eſt ager, & cras alterius, & paulò pòſt adhuc ad alium pervenit. Reſpice ad civitatis domos, quot nomina ex eo tempore, quo fuerunt ædificatæ, ſortitæ ſunt, aliter ab aliis atque aliis appellatæ poſſeſſoribus. Et aurum è manibus habentis ſemper elabens, ad alium tranſit, & ab*

Digitized by Google

& ab illo ad aliam. Potiùs potes aquam manu complexam retinere, quàm divitias tibi ipſi ſemper conſervare. Meritò itaque S. Paulus Timotheum ſuum monet, ut divitibus hujus ſeculi præcipiat, μὴ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, *ne ſperent in incerto divitiarum*, I. Timoth. VI. 17. id eſt, ne confidant πλούτῳ ἀδήλῳ, *divitiis incertis, divitiis quæ incertæ, fluxæ, & tranſitoriæ ſunt.* Eſt ἄδηλος πλοῦτος,

- - - - *Quem ſors infida deditq;,*
Atque eadem rapuiſſe ſolet. - -

Horatius:

- - - *Qui puncto mobilis horæ*
Permutat dominos, & cedit in altera jura.

Cicero in Paradoxis dixit, *Incertas & in caſu poſitas poſſeſſiones.* Lactantius lib. VII. cap. ult. *bona fallacia, quorum incerta --- poſſeſſio.* Seneca epiſt. LXVI. *Pecunia, corpus, & honores --- poſſeſſiones incertæ.* Plura vide apud Cl. Pricæum ad Apoſtoli locum: ad quem etiam Theodoretus, pag. 489. Ἄδηλον τοῦ πλούτου τὸ κτῆμα· νῦν μὲν γὰρ παρὰ τούτῳ φοιτᾷ, νῦν δὲ πρὸς ἐκεῖνον μεταβαίνει· καὶ πολλοὺς ἔχων κυρίους, οὐδενός ἐστι κτῆμα. *Incerta eſt poſſeſſio divitiarum. Nunc enim ad hunc veniunt, nunc ad illum tranſeunt: & cùm multos habeant dominos, nullius earum eſt poſſeſſio.* Theophylactus ad eundem locum πλοῦτον vocat πρᾶγμα ἄδηλον, καὶ εὐμετάπτωτον, καὶ ἄστατον, *rem incertam, caducam & inconſtantem.* Multa quoque περὶ τῆς τοῦ πλούτου ἀδηλότητος ἢ ἀδηλίας graviſſimè monita collegit Joh. Stobæus.

γ. *Effecta.* Infinita ferè ſunt: pauca indicâſſe ſufficiet. Aliquot jam attigimus *ſub Proprietate ſecunda.* Euſebius in oratione, quam ſcripſit τῷ τῶν ἁγίων συλλόγῳ, pag. 164. Ὁ ἄφθονος πλοῦτος ἐμπόδιον πρὸς τὸ καλῶς φρονεῖν ὑπάρχει. *Divitiarum affluentia impedit quò minùs rectè judicemus*, vel *ſentiamus.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCXXII. lib. III. pag. 382. πλοῦτον vocat ὑπερηφανίας πατέρα, τὸν ὑπεροψίας γεννήτορα, τῶν ἡδονῶν χορηγὸν, πάσης κακίας δημιουργὸν, τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας ἀποσυλῶντα τὸν ἄνθρωπον. *Divitiæ arrogantiam & ſuperbiam pariunt, voluptates ſubminiſtrant, vitii omnis architectæ ſunt, atq; homini amicitiam cum Deo eripiunt.* Idem epiſt. CCCXLVII. lib. V. pag. 691. Ἓν μόνον καλὸν ἔχειν μοι δοκεῖ ὁ πλοῦτος, ὅτι τοῖς μάλιστα φιλοῦσιν αὐτὸν κινδύνους ἐξαισίους ἀποτίκτει. *Id unum mihi eximium habere videntur divitiæ, quòd earum amore accenſis ſumma pariunt pericula.* Cyrillus Alexandr. in cap. I. Sophoniæ, pag. 590. Ὁ πλοῦτος σάρκα θεραπεύει μόνην, ὑπηρέτης ἐστὶν ἀνοσίου καὶ βδελυρᾶς ἡδονῆς, καὶ πατὴρ ἀλαζονείας, καὶ τύφου ῥίζα, καὶ γένεσις, καὶ προσκαίρου δοξαρίου περιποιεῖται τὴν μέθεξιν, ἣ σκιᾶς ἐν ἴσῳ παρελαύνει τοὺς ἐσχηκότας. *Divitiæ ſoli ſerviunt carni: ſunt miniſtræ impiæ & fœdæ voluptatis, origo arrogantiæ, & radix ſuperbiæ atq; fomes, temporariæ gloriolæ nos reddant participes, quæ umbræ inſtar prætervehitur ſuos poſſeſſores.* Baſilius M. in Pſal. CXV. Χρήματα τῶν κακῶν ἡ ἀρχὴ, τῶν πολέμων ὑπόθεσις, ἡ ῥίζα τῆς ἔχθρας. *Opes ſunt malorum initium, bellorum cauſſa, radix inimicitiæ.* Idem Orat. in Diteſcentes, pag. 403. Τῶν ψυχῶν ἡ ἀγχόνη, τὸ τοῦ θανάτου ἄγκιστρον, τὸ τῆς ἁμαρτίας δέλεαρ· ἡ τοῦ πολέμου ὑπόθεσις· δι᾽ ὃν χαλκεύεται ὅπλα· δι᾽ ὃν ἀκονᾶται ξίφη. *Animarum laqueus, mortis hamus, peccati eſca: belli materia: propter quas fabricantur arma, & enſes acuuntur.* Vide ibidem longè plura divitiarum malè adminiſtratarum triſtiſſima & deploranda effecta.

Πνεῦμα.

I. *Vocis Etymon.* Athanaſius vult πνεῦμα dici, quaſi πᾶν νεῦμα, ac ſi ex duobus hiſce nominibus vox hæc eſſet conflata. Sic enim apud eum de Definitionibus, t. II. pag. 44. Πνεῦμα εἴρηται ὡσανεὶ πᾶν νεῦμα, ὀξέως πάντη νεῦον καὶ κινούμενον. *Πνεῦμα dicitur quaſi πᾶν νεῦμα, omnis nutus, celeriter omni ex parte inclinatus & motus.* Et in Quæſt. miſcell. quæſt. X. t. eod. pag. 442. πνεῦμα λέγεται παρὰ τὸ πᾶν νεῦμα ὀξέως ἐπινοεῖν· ἤγουν πᾶσα νεῦσις συντόμως ἐπινοεῖται δι᾽ αὐτοῦ· τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα τὰ πάντα ἐρευνᾷ, καὶ βάθη τοῦ Θεοῦ. *Πνεῦμα inde dicitur, quòd omnem nutum ſeu voluntatem ſtatim intelligat: vel, quòd omnis nutus breviter & ſuccinctè per illum intelligatur: Spiritus enim ſanctus omnia ſcrutatur, etiam profunditates Dei.* At hæc alluſionem potiùs, quàm veram continent etymologiam: quemadmodum enim apud Latinos *ſpiritus* à *ſpiro*, ita apud Græcos πνεῦμα à πνέω.

II. *Significatio.* Vox πνεῦμα uſurpatur

1. *de ſpiritu increato*, qui eſt Deus. Ita duplici modo ſumitur:

A. Οὐσιωδῶς, *eſſentialiter.* Sic enim *Deus* dicitur eſſe πνεῦμα, Joh. IV. 24. Didymus ad hunc locum in Catena in Johannem, pag. 131. Ὁ Θεὸς πνεῦμα προσαγορευόμενος, οὐκ ἄνεμον, ἀλλ᾽ ἀσώματον καὶ ζωοποιοῦντα (ſcribendum ζωοποιοῦσαν) παρίστησιν οὐσίαν. *Cùm Deus appellatur ſpiritus, non ventus, ſed incorporea vivificaq; ſubſtantia intelligitur.* Ammonius ibidem: Πνεῦμα καλεῖται ὁ Θεὸς, οὐχ ὡς ἄνεμος, ἀλλ᾽ ὡς ἀσώματος καὶ ζωοποιὸς οὐσία· ὥσπερ γὰρ εἰσπνεόμενοι τὸν ἀέρα ζῶμεν, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ διδόντος τὸ παρεκτικὸν τῆς ζωῆς, ζῶμεν. *Spiritus vocatur Deus, non quaſi ventus, ſed tanquam incorporea & vivifica ſubſtantia. Quemadmodum enim aërem ſpirando attrahentes vivimus; ita Deo quoque vitam ſuppeditante, vivimus.*

B. Ὑποστατικῶς, *perſonaliter:* quo ſenſu denotat tertiam SS. Trinitatis perſonam; quæ

modo abſolutè & ſimpliciter vocatur πνεῦμα, Joh. I. 32. Τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον. *Vidi ſpiritum deſcendentem.* Vide etiam v. 33. Hunc deſcenſum Græci vocant κάθοδον τοῦ πνεύματος. Vide in Κάθοδος. Chryſoſtomus vocat ἐπίπνευσιν τοῦ πνεύματος. Vide in Ἐπίπνευσις. Ἐπιφοίτησις τοῦ πνεύματος. Vide in Ἐπιφοίτησις. Hæc hujus vocis acceptio uſitata in ſacris: ejuſdem exempla etiam deinceps ſubinde occurrent.

modò cum adjectione. *Adjectiones* autem has conſideramus

α. *in genere*, & conjunctas. Chryſoſtomus Spiritum S. vocat πνεῦμα ἅγιον, ζωοποιὸν καὶ προσκυνητὸν θεῖον πνεῦμα, *Spiritum ſanctum, vivificantem & adorandum divinum ſpiritum.* Idem, Homil. LXXII. t. VI. Eum vocat πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα ἀληθείας, πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα τοῦ πατρὸς, πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, πνεῦμα Χριστοῦ. *Spiritum Sanctum, ſpiritum veritatis, ſpiritum Dei, ſpiritum Domini, ſpiritum Patris, ſpiritum Filii, ſpiritum Chriſti.* A Greg. Nyſſeno de ſcopo Chriſtiani, t. III. pag. 310. Προσκυνητὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. *Adorandus & ſanctus Spiritus.* Baſilius epiſtolâ CCCI. t. II. pag. 1072. eum vocat πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, τὴν πηγὴν τῆς ἁγιότητος, δύναμιν ζωῆς παρεκτικὴν, χάριν τελειοποιὸν, δι᾽ οὗ υἱοθετεῖται ἄνθρωπος καὶ ἀπαθανατίζεται τὸ θνητὸν, συνημμένον πατρὶ καὶ υἱῷ κατὰ πάντα ἐν δόξῃ καὶ ἐν ἀϊδιότητι, ἐν δυνάμει καὶ βασιλείᾳ, ἐν δεσποτείᾳ καὶ θεότητι, *Spiritum ſanctum, exiſtentiam è Deo ſortitum, ſanctitatis fontem, potentiam quæ vitam exhibet, gratiam perficientem, per quem homo adoptatur in filium, & quod mortale eſt immortalitate donatur, Patri & Filio in omnibus, quod ad gloriam & æternitatem, ad potentiam & regnum, ad dominum & deitatem attinet, unitum & conjunctum.* Ad eodem in Pſal. I. vocatur ὁ κοινὸς τοῦ βίου διορθωτὴς, ὁ μέγας διδάσκαλος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. *Communis ille vitæ corrector, magnus*

ille

Digitized by Google

ille doctor, *Spiritus veritatis.* A' Macario, Homil. I. ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον πνεῦμα. Bonus & beneficus Spiritus. Et Homil. XXIII. θεϊκὸν καὶ βασιλικὸν πνεῦμα, *divinus & regius Spiritus.* A' Chryſoſtomo Homil. I. in Johannem: Τὸ πνεῦμα τῆς ἁγιωσύνης, τὸ πνεῦμα τὸ εὐθὲς, τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ χειραγωγοῦν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, τὸ ποιοῦν ὀφθαλμοὺς ἑτέρους, τὸ παρασκευάζον τὰ μέλλοντα, ὡς τὰ παρόντα, ὁρᾷν. *Spiritus ſanctificationis, Spiritus rectus, principalis, qui ducit in cœlos, qui alios facit oculos, qui nos idoneos reddit, ut futura non ſecus ac præſentia contemplemur.* Ignatius in epiſt. ad Philadelph. vocat ἅγιον πνεῦμα, ἀγαθὸν καὶ ἡγεμονικὸν, ἀληθές τε καὶ διδασκαλικὸν, *Spiritum Sanctum, bonum, principalem, verum & doctorem.* Infinita alia, brevitatis ſtudio, præterimus.

β. *in ſpecie.* Atque ita varia quoque ſunt Spiritus Sancti epitheta & nomina. Præcipua tantùm indicamus. Vocatur,

a. Πνεῦμα Θεοῦ, *Spiritus Dei*, Geneſ. I. 2. Καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. *Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquam.* Baſilius M. Homil. II. in Hexaëm. pag. 24. optimè docet, per πνεῦμα intelligi Spiritum Sanctum. Dicit enim, ſe à Syro quodam didiciſſe, vocem Syriacam, quæ cum Hebræa conveniat, idem ſignificare quod θάλπω, ita ut illud ἐπεφέρετο ſit συνέθαλπε, καὶ ἐζωογόνει τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωαζούσης ὄρνιθος, καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἐνιείσης τοῖς ὑποθαλπομένοις, *conſovebat, vitalemque fœcunditatem aquarum naturæ præbebat, ad ſimilitudinem aviculæ incubantis, vimque vitalem quandam imprimentis in ea, quæ ab ipſa foventur.* Diodorus etiam Tarſenſis idem docet de verbo Hebræo מרחפת in Catena Zephyri: Βούλεται ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις ἡ τοῦ ἐπεφέρετο σημαίνειν, ὅτι καθάπερ ὄρνις ᾠὰ θάλπει ταῖς πτέρυξιν ἁπαλῶς ἐφαπτομένη εἰς τὸ ζωογονεῖν· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα ἐπεφέρετο τοῖς ὕδασι ζωοθαλποῦν. *Hebraica vox, pro qua nos habemus* ἐπεφέρετο, ferebatur, *illud per ſe videtur ſignificare, quòd ſicut à gallina foventur ova, dum alis ab ea leniter attrectantur, ut animata reddantur: ita quoque Spiritus ſuper aquas ferebatur, ut ſuo illas tepore animaret.* Hieronymus in Quæſt. Hebraicis: *Pro eo quod in noſtris Codicibus ſcriptum eſt*, ferebatur, *in Hebræo habet* merachæpheth, *quod nos appellare poſſumus, incubabat, ſive conſovebat, in ſimilitudinem volucris ova calore animantis. Ex quo intelligimus non de Spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrantur, ſed de Spiritu Sancto, qui & ipſe vivificator omnium à principio dicitur.* Sed non eſt eadem omnium ſententia. Sunt enim, qui hic *gratiam Baptiſmi* ſignificari volunt. Theodoretus quæſt. VIII. in Geneſin, pag. 8. Τισὶ δοκεῖ τὸ πανάγιον πνεῦμα τὸ ζωογονοῦν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ διαγράφον τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν. *Quibusdam videtur fuiſſe Spiritus Sanctus, qui vivificabat & fœcundabat aquarum naturam, deſignans quodam modo Baptiſmi gratiam.* Procopius in Geneſin: Τινὲς δὲ φασὶ καὶ αἰνίττεσθαι εὐθὺς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τὴν χάριν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. *Quidam verò dicunt ſtatim à jacto mundi fundamento gratiam Baptiſmi innui.* Cui interpretationi primam ſine dubio dedere occaſionem, qui Spiritum, de quo hîc loquitur Moſes, ad ſanctum retulerunt. Quæ opinio quàm ſit antiqua, Jeroſolymitanum Targum docet: à quo רוחא דרחמין, *Spiritus gratiæ*, qui fertur ſupra aquas, dicitur. Alii per πνεῦμα intelligunt *aërem.* Ita Theodoretus quæſtione proximè laudata: Ἀληθέστερον μέντοι ἐκεῖνον οἶμαι τὸν λόγον, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐνταῦθα τὸν ἀέρα καλεῖ. Εἰπὼν γὰρ ὅτι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐποίησεν, καὶ τῶν ὑδάτων διὰ τῆς ἀβύσσου μνησθεὶς, ἀναγκαίως καὶ τοῦ ἀέρος ἐμνήσθη, ἐκ τῆς τοῦ ὕδατος ἐπιφανείας μέχρι τοῦ οὐρανοῦ διήκοντος· ἀέρος γὰρ φύσις, τὸ τοῖς κάτω κειμένοις ἐπιφέρεσθαι σώμασι. *Veriùs autem putaverim, quod hîc* aërem *vocet* ſpiritum. *Nam cùm dixiſſet, Deum creâſſe cœlum & terram, & aquarum meminiſſet ſub nomine abyſſi, neceſſariò & aëris mentionem fecit, à ſuperficie aquæ ad cœlum uſque permeantis. Aëris enim natura eſt, ut circa inferiora corpora feratur & agitetur.* Similia his leguntur apud Athanaſium quæſt. XLVIII. de Parabolis ſcripturæ, t. II. pag. 407. Τισὶ μὲν δοκεῖ τὸ πανάγιον πνεῦμα ζωογονοῦν τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν. Ἐγὼ δὲ ἁρμοδίως τὸ, ἐπεφέρετο, τὴν κινητικὴν τοῦ ἀέρος οὐσίαν φημὶ παραδηλοῦν. *Quibuſdam videtur fuiſſe Spiritus Sanctus, qui vivificabat & fœcundabat aquarum naturam. Ego verò convenienter illud,* ferebatur, *motivam aëris naturam ſignificare dico.* Severianus Orat. I. de Creatione: Πνεῦμα οὐ τὸ ἅγιον λέγει ἐνταῦθα (οὐ γὰρ τῇ κτίσει συναριθμεῖται τὸ ἄκτιστον) ἀλλὰ πνεῦμα καλεῖ τὴν τοῦ ἀέρος κίνησιν. *Spiritum hoc loco non vocat Spiritum Sanctum, (increatum enim creaturæ non annumeratur) ſed ſpiritum vocat aëris motum.* Verùm rectè Orthodoxi, tertiam SS. Trinitatis perſonam à Patre & Filio procedentem intelligunt: *non aërem aut ventum*, quia nondum formati erant: multò minùs illum *mundi ſpiritum*, quem finxerunt Pythagorei, nam hic ineſſe mundo, non incubare diceretur. Sed videamus unum & alterum locum, ubi omnium conſenſu per *Spiritum Dei* intelligitur *Spiritus Sanctus.* Rom. VIII. 9. Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. *Dei Spiritus habitat in vobis:* quod Theodoretus interpretatur, τοῦ παναγίου πνεύματος ἔνοικον ἔχετε τὴν χάριν. *Sancti Spiritus gratiam habetis inhabitantem.* Vide etiam Matth. III. 16. Rom. VIII. 14. I. Corinth. II. 14. III. 16. & alibi paſſim. Quando autem vocatur πνεῦμα Θεοῦ, μὴ νομίσῃς οἰκειότητα σημαίνεσθαι, ἀλλὰ τὴν τῆς φύσεως κοινωνίαν, *ne exiſtimes conſortium & familiaritatem ſignificari, ſed ipſius naturæ communionem;* inquit Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. quæ eſt de Spiritu Sancto.

b. Πνεῦμα ἅγιον, *Spiritus Sanctus.* De hac appellatione Chryſoſtomus iterum Homil. modò laudatâ: Αὕτη ἐστὶν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφατικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστᾶσα τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν φύσιν. *Hæc eſt propria & prima appellatio, quæ expreſsè & ſignificanter declarat Spiritûs Sancti naturam.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXIII. pag. 421. 422. Ἀληθῶς ἅγιον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ γὰρ καὶ ἄλλο τοιοῦτον, οὐδὲ οὕτως, οὐδὲ ἐκ προσθήκης ὁ ἁγιασμὸς, ἀλλ' αὐτοαγιότης, οὐδὲ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐδὲ ἀρξάμενον χρονικῶς ἢ παυσόμενον. *Verè ſanctus eſt Spiritus Sanctus: neque enim alius talis eſt, nec eodem modo, neque ex acceſſione ſanctitatem habet, ſed eſt ipſamet ſanctitas, nec magis & minùs, nec quoad tempus, originem unquam habuit, nec finem habiturus eſt.* Idem, Homil. XXXVI. pag. 590. Ἴδιον ὄνομα τοῦ ἀγεννήτως προελθόντος, ἢ προϊόντος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Proprium nomen ejus, qui citra generationem proceſſit, aut progreditur, Spiritus Sanctus.* Non tantùm autem ab eſſentia, ſed etiam ab officio & effectu, vocatur *ſanctus*, quia eſt fons, cauſſa & autor ſanctitatis, ſanctificans ſc. electos. Hinc Rom. I. 4. vocatur πνεῦμα ἁγιωσύνης, *Spiritus ſanctificationis*, ἐπειδὰν χαρίζηται εὐχαῖς τῶν ἁγίων, ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέρῳ χριστιανῷ ἁγιασμὸν, καὶ λάβω δῶρον, ὥστε ἅγιον ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, *quando precibus ſanctorum, vel mihi, aut alii Chriſtiano largitur ſanctitatem, ipſeque accipio donum, ut ſanctum habeam corpus & animam;* inquit Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. Vide etiam in Ἁγιάζω, num. II. ſub litera *a.* & infrà, ubi ejus probatur Deitas, *quia regenerat & ſanctificat.*

c. *Spiritus, qui procedit* ſeu emanat, *à Patre & Filio.* Vide in voce Ἐκπόρευσις.

d. Πνεῦμα χάριτος, *Spiritus gratiæ*, quia eſt autor omnium donorum, ad Hebr. X. 29. Τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας. Ad quæ Theophylactus, pag. 983. Ὁ γὰρ τὴν διδομένην εὐεργεσίαν μὴ ἀξίως οἰκονομήσας, ὕβρισε τὸν παρασχόντα. Ἐποίησέ σε υἱὸν Θεοῦ, σὺ δὲ δοῦλος γίνῃ παθῶν; Ἦλθεν ἐνοικῆσαί σοι, σὺ δὲ ἐπεισάγεις σαυτῷ τὸν διάβολον; ἆρα ταῦτα οὐχ ὕβρις τοῦ πνεύματος; *Qui enim beneficium collatum non rectè adminiſtrârit, injuriâ afficit eum, qui contulit. Fecit te Filium Dei, tu verò ſervus efficeris affectuum? Venit ut in te habitaret, tu verò ſuperinducis tibi diabolum? Nonne iſta eſt contumelia ſpiritus?*

e. Πνεῦμα ἐπαγγελίας, *Spiritus promiſſionis*, Epheſ. I. 13. non tam quòd teſtimoniis Prophetarum & Chriſti ipſius ſæpius promiſſus fuerat, quàm quia promiſſionem Dei de noſtra gratuita reconciliatione, adoptione, juſtificatione, & hæreditate vitæ æternæ per Chriſtum conſequenda in cordibus noſtris obſignat. Id docet Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. quando dicit eum πνεῦμα ἐπαγγελίας vocari, Ἐάν τις λάβῃ δύναμιν καὶ δωρεὰν παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστεύειν τῇ ἐπαγγελίᾳ τῶν διδομένων ἀγαθῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. *Si quis acceperit vires & donum à Sancto Spiritu, ut credat promiſſioni factæ de dandis in futuro ſeculo bonis.* Idem tamen, Homil. II. in epiſt. ad Epheſios, ad hunc ipſum locum, pag. 770. vult propterea ita appellari, quia promiſſus fuerit: Ὅτι κατ' ἐπαγγελίαν αὐτὸ ἐλάβομεν· δύο γάρ εἰσιν ἐπαγγελίαι, μία μὲν διὰ τῶν προφητῶν, ἑτέρα δὲ ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ. *Quia ex promiſſione ipſum accepimus. Duæ enim ſunt promiſſiones: una quidem per Prophetas, altera autem per Filium.* Poſtea ſubjungit promiſſiones iſtas ex Joëlis cap. II. 28. & Act. I. 8. Eadem eſt ſententia Theodoreti ad præſentem locum, pag. 295. Ἐπαγγελίαν καλεῖ τὴν τοῦ πνεύματος δωρεὰν, ὡς τοῦ Κυρίου ἐπαγγειλαμένου πέμψειν τὴν χάριν τοῦ πνεύματος. Promiſſionem *vocat Spiritûs donum, nempe quòd promiſerat Dominus ſe miſſurum gratiam Spiritûs.* Utramque expoſitionem affert Theophylactus, pag. 505. Ἐπαγγελίας πνεῦμα αὐτὸ καλεῖ, ἢ ὅτι ἐξ ἐπαγγελίας ἐδόθη· ἢ ὅτι τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπαγγελίαν τὸ πνεῦμα βεβαιοῖ. Δοθὲν γὰρ ἤδη ἡμῖν πιστοῦται καὶ τὰ μέλλοντα· διὸ καὶ ἀῤῥαβὼν λέγεται. Promiſſionis Spiritum *illum vocat, vel quòd ex promiſſione datus ſit: vel quia futurorum bonorum promiſſionem Spiritus ſtabilit. Datus enim jam nobis, futura rata efficit: propterea etiam arrhabo dicitur.* Priorem expoſitionem etiam ſequitur Syrus, qui habet, *Obſignati eſtis Spiritu Sancto, qui promiſſus erat.* Altera tamen potior, quæ intelligit Spiritum, non afferentem Legem, ſed promiſſionem gratuitæ adoptionis.

f. Πνεῦμα ἀληθείας, *Spiritus veritatis*, quia vera Dei agnitione mentes noſtras illuſtrat, Joh. XIV. 17. XV. 26. XVI. 13. Theod. Mopsveſtenus ad Joh. XIV. 17. in Catena, pag. 367. Πνεῦμα ἀληθείας ἐκάλεσεν, ὡς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἀλήθειαν διδάσκον, τὸ μηδ' ἐπιδέχεσθαι τὴν εἰς τὸ ἐναντίον τροπήν. Spiritum veritatis *vocavit, ut qui nihil præter veritatem doceat, nec ullam ſuſcipiat in contrarium mutationem.* Cyrillus Alex. ad cap. XVI. 13. in eadem Catena, pag. 394. Πνεῦμα ἀληθείας ὀνομάζει, ἵνα εἴπῃ ἑαυτοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. — Τὸ τοίνυν φησὶ τῆς ἀληθείας πνεῦμα, πρὸς ὅλην ὑμῖν καθηγήσεται τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν· ὡς γὰρ εἰδὸς ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν, ἧς καὶ πνεῦμά ἐστιν, οὐκ ἐκ μέρους αὐτὴν ἀποκαλύπτει τοῖς σεβομένοις αὐτὴν, ἐνθήσει δὲ μᾶλλον ὁλοκλήρως τὸ περὶ αὐτὴν μυστήριον. Spiritum veritatis *appellat, ut ſuum ſignificet: ipſe enim veritas eſt. — Hic ergo veritatis Spiritus ad omnem vos veritatis cognitionem inſtituet. Cùm enim exactè cognoſcat omnem, cujus Spiritus eſt, veritatem, eam non ex parte ejus cultoribus, ſed integrè potiùs revelabit, ejusque myſterium explicabit.*

g. Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, *Spiritus ſapientiæ ac revelationis*, Epheſ. I. 17. Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. dicit Spiritum S. vocari σοφίας πνεῦμα, ἐάν τις λάβῃ σοφίας δῶρον, *ſi quis accipiat ſapientiæ donum.* Ibid. Ἐὰν δέῃ μαθεῖν τὰ βάθη, καλεῖται πνεῦμα ἀποκαλύψεως. *Quando profunditates diſcere oportet, vocatur Spiritus revelationis.* Theophylactus ad locum Apoſtoli, pag. 507. Δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, &c. Τουτέστι, χάρισμα ὑμῖν παράσχῃ, ὥστε διὰ τοῦ πνεύματος φωτισθῆναι. Εἰ μὴ γὰρ τὸ πνεῦμα ἀποκαλύψῃ τὰ κεκρυμμένα μυστήρια, ἀδύνατον ἄλλως μαθεῖν. *Hoc eſt, donum & gratiam vobis exhibeat, ut per Spiritum erudiamini. Niſi enim Spiritus revelaverit vobis abdita myſteria, fieri non poteſt ut alia ratione eadem diſcatis.* Theodoretus verò πνεῦμα σοφίας interpretatur πνευματικὴν σοφίαν, *ſpiritualem ſapientiam:* quod tolerari poſſet, ſiquidem Apoſtolus ſcripſiſſet, σοφίαν πνεύματος.

h. Πνεῦμα ἀγάπης, *Spiritus charitatis.* Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. Ὅταν τις ἔχῃ χάρισμα ἀγάπης, λέγεται ὅτι πνεῦμα ἀγάπης ἔχει. *Quando quis habet donum charitatis, dicitur Spiritum charitatis habere.* Imò Spiritus S. vocatur κατ' ἐξοχὴν *charitas*, ἀγάπη. Gallus Confeſſor in ſermone Conſtantienſi: *Sempiternus & inæſtimabilis Deus cum coæterna ſibi ſapientia, hoc eſt, Filio ſempiterno, &* Charitate, *ſibi & Filio coæterna.* Gennadius Scholarius: Πάλιν ὀνομάζομεν τὴν θέλησιν τοῦ Θεοῦ πνεῦμα Θεοῦ καὶ ἀγάπην, αὐτὸν δὲ τὸν νοῦν καλοῦμεν πατέρα. *Rurſus nominamus voluntatem Dei Spiritum Dei &* Charitatem, *ipſam verò mentem appellamus Patrem.* Item: Πιστεύομεν, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ λόγου, καὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος τῆς ἀγαθῆς θελήσεως καὶ ἀγάπης αὐτοῦ προνοεῖται, καὶ κυβερνᾷ, καὶ κινεῖ πᾶσαν φύσιν ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ ἀγαθόν. *Credimus Deum per Verbum, & ſapientiam, & potentiam ſuam creaſſe mundum, & per Spiritum bonæ voluntatis &* Charitatis *ſuæ providere, atque gubernare & movere omnem naturam in mundo ad bonum.*

i. Πνεῦμα πίστεως, *Spiritus fidei.* Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. Καλεῖται πνεῦμα πίστεως, ἐὰν δῷ δωρεάν τινι μὴ ἔχοντι σοφίαν, μὴ ἔχοντι γνῶσιν, ἀλλὰ δῷ αὐτῷ μόνην πίστιν, οἷοί εἰσι πολλοὶ χάρισμα ἔχοντες πιστεύειν γραφαῖς, οὐκ εἰδότες γραφὰς, καὶ ταῖς γραφαῖς πιστεύοντες. *Vocatur* Spiritus fidei, *ſi cui dederit donum non habenti ſapientiam, non habenti cognitionem, ſed ei ſolam dederit fidem, quales ſunt multi, qui donum habent credendi ſcripturis, cùm ignorent ſcripturas, iis tamen credunt.*

Vox autem Πνεῦμα, quatenus pro tertia SS. Trinitatis perſona ſumitur, ambiguè uſurpatur.

א. *Propriè pro tertia* illa *SS. Trinitatis perſona, quæ eſſentiâ & dignitate eadem eſt cum Patre & Filio.* Damaſus in Confeſſione Fidei, apud Theodoretum hiſt. Eccl. lib. V. cap. XI. p. 720. dicit, Ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Anathematizamus eos, qui non liberrimè prædicant Spiritum Sanctum unius ejusdemque cum Patre & Filio ſubſtantiæ ac poteſtatis exiſtere.* Ibidem: Εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα δύνασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, ὡς καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non dixerit omnia poſſe Spiritum Sanctum, & omnia noſſe, & ubique adeſſe, ſicut & Filium, & Patrem, anathema ſit.* Theodoretus epiſt. CXVI. p. 1036. Ἓν πνεῦμα ἅγιον ὁ παράκλητος, ὃς πληροῖ τῆς τριάδος τὸν ἀριθμόν. *Unus Spiritus Sanctus Paracletus, qui explet numerum Trinitatis.* De ejus Deitate plura jamjam ſequentur in ſpecie: de eadem vide etiam in voce Τριάς.

Quòd

Digitized by Google

Quòd autem *verè ſit Deus*, *probationes* hîc afferimus duplices:

tum *generales*. Baſilius M. lib. V. contra Eunomium Spiritum Sanctum vocat τὸ τῆς κτίσεως αἴτιον, τὸ τῆς κτίσεως ἁγιαστικὸν καὶ θεοποιὸν, τὸ τῶν θείων ἐνεργειῶν πληρωτικόν. *Creaturæ autorem, creaturæ ſanctificatorem, eumque deitate donantem, divinarum operationum perfectorem.* Vide plurima apud Nazianzenum Orat. XXXVII. pag. 610. 611. Chryſoſtomus Homil. CXVIII. t. V. p. 762. eum vocat τὸ ἅγιον καὶ ὁμοούσιον, καὶ ζωαρχικὸν φῶς, *lumen ſanctum & coëſſentiale, vitæ principium.* Greg. Nazianzenus Orat. XXVI. p. 445. Δεῖ γινώσκειν ἓν πνεῦμα ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν, πατρὶ μὲν, ἀγεννησίας· υἱῷ δὲ, γεννήσεως· τὰ δ᾽ ἄλλα συμφυὲς καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον καὶ ὁμότιμον. *Oportet unum agnoſcere Spiritum ex Deo ſubſtantiam habentem, hoc ſolo nomine Patri cedentem, quòd non ingenitus ſit, hoc item Filio, quòd non ſit genitus, cætera autem ejusdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ.* Idem, Homil. XLIV. p. 711. 712. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, ἀλλ᾽ ἀεὶ πατρὶ καὶ υἱῷ συντεταγμένον καὶ συναριθμούμενον — ἦν ἀεὶ μεταληπτὸν, οὐ μεταληπτικόν· τελειοῦν, οὐ τελειούμενον· πληροῦν, οὐ πληρούμενον· ἁγιάζον, οὐχ ἁγιαζόμενον· θεοῦν, οὐ θεούμενον· αὐτὸ ἑαυτῷ ταυτὸν ἀεὶ, καὶ οἷς συντέτακται· ἀόρατον, ἄχρονον, ἀχώρητον, ἀναλλοίωτον, ἄποιον, ἄποσον, ἀνείδεον, ἀναφὲς, αὐτοκίνητον, ἀεικίνητον, αὐτεξούσιον, αὐτοδύναμον, παντοδύναμον, — ζωὴ, καὶ ζωοποιὸν, φῶς καὶ χορηγὸν φωτὸς, αὐτοάγαθον καὶ πηγὴ ἀγαθότητος. *Spiritus Sanctus ſemper quidem erat, & eſt, & erit, nec unquam eſſe incepit, nec finem habiturus eſt, ſed ſemper cum Patre & Filio conjunctus, atque connumeratus. — Erat ſemper perceptibilis, non particeps: perficiens, non ab alio perfectus: explens, non expletus: ſanctificans, non ſanctificatus: deificans, non deificatus: ipſe ſemper, & ſecum, & cum iis, quibus adjunctus eſt, idem & æqualis: inviſibilis, temporis expers, nullo loco incluſus, immutabilis, qualitate, quantitate, forma & tactu carens, ſeipſum movens, ac ſempiternum motum habens, arbitrii liberi, per ſe potens, omnipotens. — Vita, & vivificans: lux, & lucis largitor: bonitas ipſa, & fons bonitatis, &c.* Patres in Synodo Conſtant. ut eſt apud Photium, epiſt. I. p. 7. Τὸ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν πνεῦμα, ὅ τε δὴ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἰσόθεός τε καὶ παντοδύναμον, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι καὶ συνδοξολογεῖσθαι, κατὰ τὰς πατρικάς τε καὶ θεολογικὰς φωνὰς ἀνεκήρυξαν, *ſanctiſſimum & vitæ autorem principalem Spiritum, juxta Patrum & Theologorum ſententias prædicârunt, unà cum Patre ac Filio adorandum & ſimul glorificandum, utpote ejusdem exiſtentem cum illis naturæ ſubſtantiæque, pari præditum potentiâ, & omnipotentem.* Similem de eo confeſſionem vide apud Damaſcenum lib. I. orthod. fidei, cap. X. pag. 34. & apud alios Patres paſſim.

tum *ſpeciales*. Spiritum S. eſſe perſonam divinam, ejusdem cum Patre & Filio divinitatis, validis & ἀναντιῤῥήτοις rationibus ſpecialibus aſſerimus ſequentibus.

α. Hoc *probant* ea *teſtimonia*, *quæ* diſertè *indicant Spiritum Sanctum eſſe Deum.* Ut Actor. V. 3. 4. pro uno & eodem uſurpantur, *mentiri Deo*, & *mentiri Spiritui Sancto.* Unde patet, Spiritum S. eſſe Deum, ut ex præſenti loco probavit Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 611. quem vide. Et Epiphanius in Ancorato, p. 498. Οὐκ ἀνθρώποις ἐψεύσω, ἀλλὰ τῷ θεῷ· ἄρα θεὸς ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ ἐψεύσαντο οἱ τοῦ τιμήματος τοῦ χωρίου νοσφισάμενοι. *Non mentitus es hominibus, ſed Deo. Spiritus igitur Sanctus eſt Deus ex Deo, cui mentiti ſunt, qui ex precio prædii interverterunt.* Athanaſius etiam ex eodem loco in Concilio Nicæno diſputans cum Ario, t. I. pag. 146. Ὁρᾷς, πῶς ἐν τοῖς ἀνωτέροις, ὅπερ ἔφη πνεῦμα ἅγιον, ἐν τοῖς μεταγενεστέροις ἔφη θεόν; *Videsne, quomodo eum, quem in ſuperioribus vocavit Spiritum Sanctum, in ſequentibus dixit Deum?* Item Baſilius M. de Spiritu S. cap. XVI. pag. 179. Καὶ τὸ πρὸς Σάπφειραν τοῦ Πέτρου. Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσασθε ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ· δείκνυσιν ὅτι τὰ αὐτὰ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ εἰς τὸν θεόν ἐστιν ἁμαρτήματα. *Præterea ex his, quæ Petrus dixit Sapphiræ:* Quid eſt quòd convenit inter vos, tentare Spiritum Sanctum? non mentiti eſtis hominibus, ſed Deo: *patet, eadem eſſe in Spiritum Sanctum, & in Deum peccata.* Sic I. Corinth. III. 16. & VI. 19. pro uno & eodem accipitur *eſſe templum Dei & templum Spiritus.* Inde Theodoretus colligit, Spiritum S. eſſe Deum. Sic enim ad I. Corinth. III. 16. pag. 135. Εἰ γὰρ τῷ ἐκ ξύλων ᾠκοδομημένῳ ναῷ τὸ προσῆκον ἀπονέμομεν σέβας, πολλῷ δήπουθεν δικαιότερον τοὺς λογικοὺς ναοὺς ἀφιεροῦν τῷ θεῷ. Ἐπισημήνασθαι δὲ προσήκει, ὡς ναοὺς θεοῦ προσηγόρευσε τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὴν τοῦ πνεύματος χάριν. Μαρτυρεῖ γὰρ ὁ λόγος ὅτι θεὸς τὸ πανάγιον πνεῦμα. *Si enim templo ex lignis exſtructo congruentem honorem tribuimus, multo utique juſtius eſt Deo templa ratione prædita conſecrare. Notandum eſt autem, quòd templa Dei appellavit eos, qui inhabitantem Spiritus habent gratiam. Teſtatur enim his verbis, Spiritum Sanctum eſſe Deum.* Idem ad poſteriorem locum: Εἶτεν ἄνω τὸ σῶμα ναὸν τοῦ θεοῦ, εἶπεν αὐτὸ μέλη χριστοῦ· νῦν πάλιν τοῦ παναγίου πνεύματος ὀνομάζει ναόν. Πνεῦμα δὲ προσαγορεύει τὸ χάρισμα, καὶ διὰ πάντων μανθάνομεν τὴν τῆς Τριάδος ἰσότητα. *Corpus templum Dei ſuperiùs appellavit, tum deinde membra Chriſti: nunc rurſus vocat templum ſanctiſſimi Spiritus. Spiritum autem gratiam appellat, & per omnia æqualitatem Trinitatis agnoſcimus.* Theophylactus ad priorem locum, p. 188. Εἰ δὲ ναὸς θεοῦ ἐσμεν, ἐπειδὰν ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα, ἄρα τὸ πνεῦμα θεός. *Si autem Dei templum ſumus, eò quòd Spiritus Dei habitat in nobis, Spiritus igitur eſt Deus.* Epiphanius quoque Hæreſi LXXIV. p. 384. inde probat, Spiritum Sanctum eſſe vêrum Deum. Εἰ τοίνυν ναὸς θεοῦ καλούμεθα διὰ οἴκησιν ἁγίου πνεύματος, τίς τολμήσει παραιτήσασθαι τὸ πνεῦμα, καὶ ἀπαλλοτριῶσαι τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας, σαφῶς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ἡμᾶς ναοὺς θεοῦ γίνεσθαι διὰ τὸ ἐνοικοῦν πνεῦμα ἅγιον ἐν τοῖς ἀξίοις; *Si itaque templum Dei vocamur propter habitationem Sancti Spiritus, quis audeat reprobare Spiritum, & abalienare ab eſſentia Dei, cùm palam Apoſtolus dicat, nos templa Dei fieri propter inhabitantem Spiritum Sanctum in iis, qui digni ſunt?* Eodem argumento uſus eſt Baſilius M. epiſt. CXLI. quæ eſt ad Cæſarienſes, pag. 934. Ἀκούσωμεν δὲ τοῦ ἁρπαγέντος ἕως τρίτου οὐρανοῦ, τί φησιν; ὅτι ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστε, πᾶς δὲ ναὸς, θεοῦ ναός. Εἰ δὲ ναός ἐσμεν τοῦ πνεύματος ἁγίου, θεὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Λέγεται δὲ καὶ ναὸς Σολομῶντος, ἀλλ᾽ ὡς κατασκευάσαντος. Εἰ δὲ οὕτως ἐσμὲν ναὸς τοῦ ἁγίου πνεύματος, θεὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα· ὁ γὰρ πάντα κατασκευάσας θεός· εἰ δὲ ὡς προσκυνουμένου καὶ οἰκοῦντος ἐν ἡμῖν, ὁμολογήσωμεν αὐτὸ εἶναι θεόν. Κυρίῳ γὰρ τῷ θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. *Audiamus autem eum, qui in tertium uſque cœlum raptus eſt. Quid dicit? Quoniam templum eſtis ejus qui in vobis eſt Spiritus Sancti. Omne autem templum, Dei templum eſt. Si verò templum ſumus Spiritus S. ergo Deus eſt Spiritus Sanctus. Dicitur quidem & templum aliquod Solomonis templum: ſed tanquam ejus, qui illud exſtruxit. Quod ſi hoc modo templum ſumus Spiritus Sancti, & ſic Deus eſt Spiritus Sanctus. Qui enim omnia condidit, Deus eſt. Si verò tanquam ejus qui adoratur & habitat in nobis, confitebimur utique illum eſſe Deum: Dominum enim Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* En, non eſſemus templa Spiritûs Sancti, niſi Spiritus Sanctus eſſet Deus,

cùm ne ſaxea quidem aut lignea templa in ullius niſi Dei cultum & honorem erigere liceat. Quod argumentum etiam urget Auguſtinus lib.I. de Trinitate, cap.VI. *Si nos ſumus templum Spiritûs Sancti, non eſt creatura Spiritus Sanctus, quia cui corpus noſtrum exhibemus, neceſſe eſt ut huic eam ſervitutem debeamus, quâ nonniſi Deo ſerviendum eſt.* Et lib. I. contra Maximinum Arianorum Epiſcopum, t.VI. pag. 477. *Nonne ſi templum alicui ſancto angelo excellentiſſimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Chriſti & ab Eccleſia Dei? quoniam creaturæ exhiberemus eam ſervitutem, quæ uni tantùm debetur Deo. Si ergo ſacrilegi eſſemus faciendo templum cuicunque creaturæ, quomodo non eſt verus Deus, cui non templum facimus, ſed nos ipſi templum ſumus?* Ambroſius lib. III. de Spiritu Sancto, cap.XIII. eodem ſenſu ait: *Deus templum habet, creatura templum non habet verum, Spiritus autem habet templum, qui habitat in nobis.* Inde colligit, Spiritum Sanctum eſſe Deum. Confer, quæ adducimus in voce Ναὸς, num.I.2. ſub lit. *B. d. Qui loquebatur* olim *per Prophetas Deus erat*, ideò ſic auſpicabantur Prophetæ. *Hæc dicit Dominus.* At Spiritus Sanctus is fuit, cujus afflatu & impulſu locuti ſunt ſancti Dei homines, ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν, II. Petri I. 21. Hinc vocantur πνευματοφόροι. Vide hanc vocem. Hoc argumento utitur Theophylactus ad v. 7. cap.XI. ad Hebræos, pag. 991. Σημείωσαι, ὅτι χρηματίζει Θεὸς, χρηματίζει δὲ καὶ τὸ πνεῦμα, κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ τοῦ Συμεών. Ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. Θεὸς ἄρα τὸ πνεῦμα. *Obſerva, quòd admonet Deus per oraculum, admonet verò etiam per oraculum Spiritus, juxta illud quod ſcriptum eſt de Simeone.* Fuit ipſi divinitus nunciatum à Spiritu Sancto. *Deus igitur eſt Spiritus.* Vide Matth. X. 20.

β. *Operationes*, quæ Spiritui Sancto in ſacris literis adſcribuntur, ejus *deitatem* validiſſimis argumentis adſtruunt. Tales ſunt:

a. *Creatio*, quæ ei attribuitur Pſalmo XXXIII.6. Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum.* Ad hunc locum Theodoretus, pag.518. in Pſalmos: Ἡ ἀληθὴς θεολογία τὸν Θεὸν ἡμῖν ὑποδείκνυσι Λόγον, σὺν τῷ παναγίῳ πνεύματι, καὶ τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὰς οὐρανίους πεποιηκότα δυνάμεις. *Vera Theologia Deum Verbum nobis oſtendit, cum ſanctiſſimo Spiritu, & cœlos & cœleſtes virtutes feciſſe.* Chryſoſtomus Homil.XCIX.t.V. inde demonſtrat, Spiritum S. eſſe creatorem; quia eidem adſcribatur noſtra per Baptiſmum regeneratio. Εἰ μὴ ὑπὸ τῆς Τριάδος ἐκτίσθημεν, πῶς καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐπιγράφεται ἡ μυσταγωγία; πῶς ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἀνακαινίζεται ἡ δημιουργία; *Si non ſumus à Trinitate creati, quomodo etiam Spiritui Sancto adſcribitur Baptiſmus? quomodo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti renovatur creatura?* Greg. Nazianzenus Orat. XLIV. pag.714. Τὸ πνεῦμα συνδημιουργεῖ υἱῷ καὶ τὴν κτίσιν καὶ τὴν ἀνάστασιν· καὶ πειθέτω σε τὸ, τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, &c. *Spiritus cum Filio & rerum creationem & reſurrectionem fabricatur. Et hoc tibi perſuadeat illud, Verbo Domini cœli firmati ſunt, &c.* Hoc ipſum argumentum urget Baſilius adverſus Eunomium lib.V. ſtatim poſt initium, pag.110. ubi probat, ὅτι δημιουργὸν τὸ πνεῦμα, *Spiritum eſſe creatorem.* Damaſcenus orthod. fidei, lib.I. cap.X. pag. 34. dicit Spiritum S. δι' ἑαυτοῦ κτίζειν καὶ οὐσιοῦν τὰ σύμπαντα, *per ſe ipſum creare, & ad eſſentiam deducere univerſa.* Vide etiam ſuprà num. II. ſub lit. *B. β. a.*

b. *Regeneratio, ſanctificatio, vivificatio.* Regeneratio autem, quâ toti penitus immutamur & innovamur eſt opus naturæ omnipotentis & infinitæ. Hæc autem eſt à Spiritu Sancto, ut dicitur Joh.III.5.6. Idem dicendum de ſanctificatione & vivificatione ſpirituali; hæc enim itidem ſoli Deo convenit. Tribuitur autem Spiritui Sancto. Vide Rom.VIII.2.II.Cor.III.18. Audiamus aliquot veterum teſtimonia. Greg. Nazianz. Orat.XXXVII. p. 595. eos, qui Spiritum S. creaturam vocant, ita compellat: Εἰ τέτακται μετ' ἐμοῦ, πῶς ἐμὲ ποιεῖ Θεόν; ἢ πῶς συνάπτει θεότητι; *ſi ejuſdem mecum claſſis eſt, quo pacto me Deum efficit? aut quo pacto cum deitate conjungit?* Vide de hac locutione in Θεὸς, num.II.1. ſub lit.B.c. in Θεόω, num.II. Iterum Nazianzenus Orat. ead. p.609. Παρὰ τοῦ πνεύματος ἡμῖν ἡ ἀναγέννησις· παρὰ δὲ τῆς ἀναγεννήσεως, ἡ ἀνάπλασις. *A Spiritu regenerationem habemus: à regeneratione inſtaurationem.* Et Orat. XLIV. p. 714. Τὸ πνεῦμα δημιουργεῖ τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν. *Spiritus ſpiritualis regenerationis autor eſt.* Idem Orat.X. p.169. recens baptizatum vocat, νεόκτιστον ψυχὴν, ἣν τὸ πνεῦμα δι' ὕδατος ἀνεμόρφωσεν, *animam recens creatam, quam Spiritus per aquam regeneravit.* Hinc *Spiritus S.* ab eodem, Homil. XLIII. pag.698. vocatur ἅγιον καὶ καινοποιὸν πνεῦμα, *Sanctus & innovator Spiritus:* à Chryſoſtomo, Homil. XXXIII. in Acta, p. 800. πανάγιον καὶ ζωοποιὸν πνεῦμα, *ſanctiſſimus & vivificans Spiritus:* ζωαρχικὸν πνεῦμα. Vide in Ζωαρχικὸς. Vocatur πνεῦμα ζωῆς, *Spiritus vitæ*, Rom.VIII. 2. Intelligitur enim τὸ ζωοποιὸν πνεῦμα, *vivificus Spiritus*, ut Theodoretus explicat.

c. *Omnium donorum ſpiritualium in nobis autor eſt.* Baſilius M. de Spiritu Sancto, cap.XXIV. p.201. Οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐστὶ δωρεά τις ἄνευ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τὴν κτίσιν ἀφικνουμένη. *Neque enim ullum donum abſque Spiritu Sancto ad creaturam pervenit.* Ibid. cap.XV. p.178. Διὰ πνεύματος ἁγίου, ἡ εἰς παράδεισον ἀποκατάστασις· ἡ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄνοδος· ἡ εἰς υἱοθεσίαν ἐπάνοδος· ἡ παῤῥησία τοῦ καλεῖν ἑαυτοῦ πατέρα τὸν Θεόν· κοινωνὸν γενέσθαι τῆς χάριτος τοῦ χριστοῦ· τέκνον φωτὸς χρηματίζειν· δόξης ἀϊδίου μετέχειν· καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πληρώματι εὐλογίας γενέσθαι, ἔν τε τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν. *Per Spiritum Sanctum datur in Paradiſum reſtitutio, in regnum cœlorum reditus, in adoptionem filiorum reverſio: datur fiducia Deum appellandi Patrem ſuum, conſortem fieri gratiæ Chriſti, filium lucis appellari, gloriæ æternæ participem eſſe: & ut ſemel omnia dicam, eſſe in omni benedictionis plenitudine, tum in præſenti hoc ſeculo, tum in futuro nobis in promiſſis repoſitorum bonorum.* Cyrillus Alex. ad v.18. cap.XIV. Joh. p.813. Ἀμήχανον ἀνθρώπου ψυχὴν κατορθῶσαί τι τῶν ἀγαθῶν, ἤγουν τῶν οἰκείων κρατῆσαι παθῶν, ἢ τὸ τῆς διαβολικῆς παγίδος ἐξώκας διαδράναι τὸ μέγεθος, μὴ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος τετειχισμένην χάριτι, καὶ αὐτὸν ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ διὰ τούτο χριστόν. *Fieri nequit ut anima boni quid præſtet, vel ſuos affectus coërceat, aut velocis laquei diabolici magnitudinem evitet, niſi Spiritûs Sancti gratiâ ſit munita, ac ipſum proinde Chriſtum in ſe habeat.* Alia penè infinita tacemus, quæ ex ipſa haberi poſſunt ſacra Scriptura.

γ. *In nomine ejus baptizamur.* Hoc argumentum frequenter urgent Veteres adverſus πνευματομάχους, ut jam docuimus in voce Βάπτισμα, num.IV. ſub lit. *A.*

δ. *Eſt objectum invocationis & glorificationis.* Hoc itidem argumentum ſubinde inculcat orthodoxa antiquitas. Aliquot loca jam ſuprà habes, n.II. ſub lit. *B. α.* & in voce Δοξολογία, num.II.1. Chryſoſtomus Hom.I. t. V. p.5. Spiritum S. vocat πνεῦμα προσκυνητὸν, *Spiritum adorandum.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 599. Ἡ τοῦ ἑνὸς προσκύνησις, τῶν τριῶν ἐστὶ προσκύνησις, διὰ τὸ ἐν τοῖς τρισὶν ὁμότιμον τῆς ἀξίας, καὶ τῆς θεότητος. *Unius* perſonæ *adoratio, trium eſt adoratio, propter æqualem trium* perſonarum *dignitatem ac divinitatem.* Et pag. 609. Εἰ οὐ προσκυνητὸν τὸ πνεῦμα, πῶς ἐμὲ θεοῖ διὰ τοῦ

βαπτίσμα-

Digitized by Google

βαπτίσματος; εἰ δὲ προσκυνητόν, πῶς οὐ σεπτόν; εἰ δὲ σεπτόν, πῶς οὐ Θεός; ἓν ἤρτηται τοῦ ἑνός, ἡ χρυσῆ τις ὄντως σειρὰ καὶ σωτήριος. *Si Spiritus adorandus non eſt, quomodo me Deum per Baptiſmum efficit? Si autem adorandus, qui non eſſet colendus & venerandus? Si autem colendus, quomodo non Deus? Unum cohæret cum altero, ac verè aurea quadam & ſalutaris eſt hæc catena.* Et Orat. XLIV. pag. 712. Δι' οὗ πατὴρ γινώσκεται, καὶ υἱὸς δοξάζεται· καὶ παρ' ὧν μόνων γινώσκεται, μία σύνταξις, λατρεία μία, προσκύνησις, δύναμις, τελειότης, ἁγιασμός. *Per quem Pater cognoſcitur, & Filius glorificatur, & à quibus ſolis ipſe cognoſcitur, una claſſis, una adoratio, potentia, perfectio, ſanctitas.* Oecumenius in II. Corinth. III. pag. 518. Κύριος τὸ πνεῦμα, καὶ ὁμόθρονον, καὶ ὁμοπροσκύνητον, καὶ ὁμοούσιον πατρὶ καὶ υἱῷ. *Spiritus Sanctus eſt Dominus, ejuſdem throni, & adorationis, & eſſentiæ particeps cum Patre & Filio.* Damaſus in Confeſſione ſua, apud Theodoretum hiſtor. Eccleſ. lib. V. cap. XI. pag. 721. Εἴ τις μὴ εἴπῃ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, ἐξουσίαν, δυναστείαν μίαν, δόξαν, κυριότητα μίαν, --- ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non dixerit Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam divinitatem, auctoritatem, poteſtatem unam, gloriam, dominatum unum, --- anathema ſit.* Et clariùs paulò pòſt: Εἴ τις μὴ εἴπῃ προσκυνητὸν τὸ πνεῦμα ἅγιον παρὰ πάσης κτίσεως, ὡς καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸν πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non dixerit adorandum Spiritum Sanctum ab omni creatura, ſicut & Filium, & Patrem, anathema ſit.* Baſilius M. lib. V. adverſus Eunomium, pag. 119. 120. oſtendit, ὅτι συνδοξαζόμενον Θεῷ τὸ πνεῦμα, *Spiritum cum Deo glorificari*, ac proinde non eſſe ποίημα, ἀλλὰ τῆς θείας φύσεως, *creaturam, ſed divinæ naturæ.* Dicit: Τὸ πνεῦμα μετὰ Θεοῦ καὶ υἱοῦ δοξάζεται, ἅτε δὴ καὶ τῆς θεϊκῆς ἐνεργείας δι' αὐτοῦ πληρουμένης. *Spiritus cum Deo ac Filio glorificatur, quoniam etiam divina operatio per ipſum adimpletur.* Item: Τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν θεϊκῶν ἔργων τὴν ἁγίαν Τριάδα δοξάζεσθαι, τῆς μιᾶς θεότητος μαρτύριον, ὅτι μήτε χωρὶς υἱοῦ ποιεῖ πατήρ, μήτε υἱὸς χωρὶς πνεύματος. *In iiſdem Deitatis operibus ſanctam Trinitatem glorificari, unius Deitatis teſtimonium eſt, quoniam nec ſine Filio Pater operatur, neq; Filius ſine Spiritu.* Confer vocem Τριάς, ubi SS. Trinitas variis probatur teſtimoniis, num. III. 2.

Oppoſita. Quamvis autem hæc de Spiritûs Sancti deitate doctrina, ſolidiſſimis S. Scripturæ nitatur fundamentis, non defuerunt tamen Hæretici, qui blaſphemas ſuas linguas adverſus eam exacuere minimè dubitárunt: quorum catalogum hîc proponemus, ſimulque impietatem eorum ex antiquitate ſtrictim refutabimus. Nolumus hic repetere, quid ſceleratus dixerit *Manes*: monuimus jam in voce Παράκλητος, num. IV. Addimus hîc Theodoretum, qui de eodem Hæret. fab. lib. I. cap. XXVI. pag. 214. Ἐτόλμησεν ἑαυτὸν πνεῦμα ἅγιον ὀνομάσαι, καὶ ἀπεστάλθαι ἔφησε κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπόσχεσιν. *Auſus eſt ſeipſum appellare Spiritum Sanctum, dixitq; ſe miſſum eſſe juxta Servatoris promiſſionem.*

a. Simon Magus, à quo dicti ſunt *Simoniani*, de quibus Auguſtinus lib. de Hæreſibus cap. I. *Spiritum S. aſſeruit nomen eſſe non eſſentiæ, ſeu perſonæ*, ſed ἐνεργείας tantùm & *virtutis.* De eo & ejus aſſeclis Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 595. ἐνέργειαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπέλαβον, *exiſtimabant Spiritum S. eſſe vim quandam & virtutem.* Paulus Samoſatenus, ut refert Leontius de Sectis, act. III. pag. 436. πνεῦμα ἔλεγε, τὴν ἐπιφοιτήσασαν χάριν τοῖς ἀποστόλοις. *Spiritum dicebat gratiam, quæ ſuper Apoſtolos venit.* Hodierni etiam Samoſateniani tuentur, Spiritum S. non eſſe verum ὑφιστάμενον, ſeu perſonam à Patre & Filio ſecundùm hypoſtaſin diſtinctam, ſed eſſe tantùm in Deo per modum qualitatis, ſeu attributi. At Spiritum S. non eſſe χάρισμα, vel ἐνέργειαν, id eſt, *motum & actionem*, quâ Deus efficaciter agit in animis electorum, docet Apoſtolus I. Corinth. XII. 11. ubi Spiritum S. δοτῆρα ἐάων, maniſeſtè à donis ipſis diſtinguit, Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. *Omnia autem hæc operatur unus & idem Spiritus.* Ἐνεργεῖ, non ἐνεργεῖται. Hoc obſervat ad hunc locum Theophylactus, pag. 265. Οὐκ ἐνεργεῖται, ἀλλ', ἐνεργεῖ, ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. *Non efficitur, ſed operatur, æquè ac Pater.* Et Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 595. Εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται δηλονότι, οὐκ ἐνεργήσει· καὶ ἅμα τῷ ἐνεργηθῆναι, παύσεται· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια· πῶς οὖν ἐνεργεῖ, καὶ τάδε λέγει, καὶ ἀφορίζει, καὶ λυπεῖται, καὶ παροξύνεται, καὶ ὅσα κινουμένου σαφῶς ἐστιν, οὐ κινήσεως: *Si vis eſt vel virtus, agetur haud dubiè, non aget: ſimulq;, ut actus fuerit, deſinet. Ejuſmodi quippe eſt actûs natura. Qui fit ergo, ut agat ipſe, atq; hæc & illa dicat, & ſegreget, & contriſtetur, & ad iram incitetur, & quæcunq; rei motu agitatæ perſpicuè ſunt, non autem motionis ipſius?* Atque inde jam colligit, Spiritum Sanctum eſſe οὐσίαν. Et Origenes in Catena ad Joh. III. 8. p. 9091. Πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ. Σημαίνει δὲ τοῦτο καὶ οὐσίαν εἶναι τὸ πνεῦμα· οὐ γάρ, ὥς τινες οἴονται, ἐνέργειά ἐστι Θεοῦ, οὐκ ἔχον καθ' αὑτὸ ὑπάρξεως ἰδιότητα. Καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ ἀπαριθμησάμενος τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα, ἐπήνεγκεν εὐθύς· ταῦτα δὲ ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Εἰ δὲ θέλει, καὶ ἐνεργεῖ, καὶ διαιρεῖ, οὐσία γοῦν ἐστιν ἐνεργητική, ἀλλ' οὐκ ἐνέργεια. Spiritus ubi vult ſpirat. *Significat autem hoc, Spiritum quoque eſſe ſubſtantiam: non enim, ut quidam autumant, virtus quædam ſeu operatio Dei eſt, quæ, ſecundum illos, per ſe minimè ſubſiſtat. Nam & Apoſtolus, poſtquam Spiritûs Sancti dona enumeraſſet, ſtatim ſubjunxit:* Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult. *Si autem vult, & operatur, & dividit, eſt utiq; ſubſtantia effectrix, ſed non virtus vel operatio.* Huc referri poſſunt, quæcunque jam dicta ſunt, ad probandam Spiritus Sancti deitatem: Si enim verè Deus eſt, non ergo ἐνέργεια vel χάρισμα. Id ipſum etiam patebit ex iis, quæ dicentur pro adſtruendo Sacro-Sanctæ Trinitatis myſterio in voce Τριάς.

b. Quidam *Spiritum S. ſervum vel miniſtrum Dei eſſe* dixerunt. Id fecit Macedonius, de quo Photius epiſt. I. p. 6. Εἰς δούλους καὶ ὑπηρέτας τὴν δεσποτικὴν καὶ ὑπερέχουσαν τοῦ πνεύματος συνέταττε κυριότητα. *Spiritus dominium ſupremum & principatum excellentem ad ſervilem & ſubjectitiam redigebat conditionem.* Sozom. de eodem lib. IV. c. XXVII. p. 59. b. affirmat, quòd Spiritum S. vocaverit διάκονον καὶ ὑπηρέτην, *miniſtrum.* Teſtatur etiam Palladius apud Epiphan. p. 469. quoſdam dixiſſe, μὴ δεῖν τὸ ἅγιον πνεῦμα τῇ θεότητι καὶ τῇ κυριότητι συνδοξάζεσθαι, ἀλλ' ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τετάχθαι σχήματι, *non eſſe glorificandum Spiritum S. cum Deo ac Domino, ſed eum in miniſtri ac apoſtoli gradu locatum eſſe.* De iiſdem Cæſarius quæſt. II. p. 8. quidam πνεῦμα ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τάξει ἔταξαν. Sed horum inſaniam egregiè refutant illa Chryſoſtomi Homil. LXXII. t. VI. Πῶς αὐτὸ δοῦλον, ὃ ἐλευθεροῖ; οὐκ ἤκουσας Παύλου λέγοντος· ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου; Ἐλευθεροῖ τὸ πνεῦμα τοὺς δούλους, τὸ μὴ ἔχον ἐν τῇ φύσει τὴν ἐλευθερίαν; *Quomodo ille ſervus eſt, qui liberat? Non audiviſti Paulum dicentem:* Lex enim Spiritûs vitæ, in Chriſto Jeſu liberavit me à Lege peccati & mortis? *Num Spiritus, qui in ſua natura libertatem non habet, ſervos liberat?* Baſilius epiſt. CXLI. dicit Spiritum S. non poſſe vocari δοῦλον, ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐλευθεροῖ ἡμᾶς τῆς δουλείας, *quia nos per Baptiſmum à ſervitute liberet.* Vide ibid. plura p. 933. Sed hæc hæreſis ferè convenit cum ſequenti.

c. Alii *Spiritum S.* κτίσμα, *creaturam* eſſe blaſphemârunt. Eorum anteſignanus erat *Arius & Ariani*, de quibus Gregorius Presbyter in vita Nazianzeni, κτίσμα τὸ ἅγιον πνεῦμα ἔλεγον, *dicebant Spiritum S. eſſe creaturam*. Epiphan. hæreſi LXIX. p.332. & hæreſi LXXVI. p.389. Τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα κτίσματός φασιν εἶναι. *Spiritum S. dicunt eſſe creaturam creaturæ:* volebant nempe, eum à Filio, quem itidem creaturam dicebant, creatum eſſe. Ex infelici Arii ſpiritu multi poſt Concilium Nicænum rami pullulârunt. Ortus eſt *Eunomius:* is, ut ait Baſilius lib.II. contra Eunomium, negavit Spiritum S. eſſe αὐτοούσιον, & affirmavit, eum Filii eſſe δημιούργημα. De eodem Theodoret. hæret. fabul. lib.IV. c.III. p.236. Τὸ ἅγιον πνεῦμα πρὸ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ υἱοῦ δημιουργηθῆναι ποιημάτων ἔφησε. *Spiritum S. ante alia opera à Filio creatum eſſe dixit.* Idem hiſt. Eccleſ. lib.V. c.XI. dicit de Arianis & Eunomianis in Confeſſione Damaſi, Τὸ ἅγιον πνεῦμα κτίσμα εἶναι διισχυρίζονται. *Affirmant, Spiritum S. eſſe creaturam.* Ortus etiam eſt *Macedonius*, Arianæ factionis operâ ad Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſedem evectus. Hic, omiſſa diſputatione περὶ τοῦ ὁμοουσίου Patris & Filii, Spiritus S. deitatem oppugnavit. De eo Socrates hiſt. Eccleſ. lib.II. cap.XLV. p.215. a. Τὸ ἅγιον πνεῦμα συναναλαβεῖν εἰς τὴν θεολογίαν τῆς Τριάδος ἐξέκλινε. *Renuit Spiritum S. recipere ſimul ad Theologiam Trinitatis*, id eſt, noluit confiteri illum eſſe verum Deum. Et Paulus, Epiſcopus Conſtantinop. in Biblioth. Photii, Cod. CCLVII. pag.1421. Τὸ παναγίον πνεῦμα παντελῶς ἀλλότριον τῆς θεότητος ἐβλασφήμει. *Sanctiſſimum Spiritum omnino à divinitate alienum eſſe blaſphemabat.* Gregor. Nyſſen. Orat.II. t.II. p.32. Macedonius κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔφασκε, *Spiritum S. creaturam eſſe dixit.* Hujus Macedonii aſſeclæ *Macedoniani* dicti ſunt, & πνευματομάχοι, item ἡμιάρειοι, quia Macedonius fuit monſtrum ex Orthodoxis & Arianis conflatum conſutumque. Patris & Filii ὁμοούσιον amplexus cum Orthodoxis, Spiritum S. meram eſſe creaturam aſſerebat cum Arianis: ita quidem de ejus conſenſu cum Orthodoxis Auguſtinus de Hæreſibus cap.LII. at ὁμοούσιον dicebat. Vide in ὁμοούσιος, num. III. Tandem tamen Macedoniani cum Orthodoxis conciliati, τὸ ὁμοούσιον recipiebant. De vocibus Πνευματομάχος & Ἡμιάρειος vide ſuis locis. Impiam verò hæreſin iſtam anathemate percuſſit Synodus Conſtantinop. I. Oecumenica II. anno DN. CCCLXXXI. celebrata, quæ diſertis verbis *Semiarianorum*, ſive *Pneumatomachorum* hæreſin damnavit, Symbolumq; edidit, in quo Spiritûs S. deitas clariùs exprimitur, quàm in Symbolo Nicæno. Cùm enim Patres Nicæni ſimpliciter profiterentur, *ſe credere* εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, Conſtantinopolitani ad hæreſes profligandas addiderunt, εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον καὶ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ προσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. *In Spiritum S. Dominum & autorem vitæ; qui procedit à Patre; qui cum Patre ac Filio adoratur & glorificatur; qui locutus eſt per Prophetas.* Conſentiunt alii ex veteribus. Baſilius epiſt. CCCI. p.1072. dicit eos, qui dicant Spiritum S. eſſe κτίσμα, μακρὰν εἶναι τῆς ἀληθείας, *procul à veritate abeſſe.* Damaſus in confeſſione ſua apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib.V. cap.XI. Εἴ τις εἴπῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποίημα, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis dixerit Spiritum Sanctum facturam, aut per Filium factum eſſe, anathema ſit.* Baſilius M. epiſt. CXLI. aliquot affert rationes, quibus probat eum non eſſe creaturam: ut & lib.V. contra Eunomium. Videamus præcipuas. *Ratio eſt:* Quia omnis creatura Deo ſervit, Spiritus S. non. Πᾶν κτίσμα δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσαντος· τὰ γὰρ σύμπαντα, φησι, δοῦλα σά· εἰ δὲ δοῦλόν ἐστι, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα, οὐκ ἀνεπίδεκτόν ἐστι κακίας. Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' οὐσίαν ὂν ἅγιον, πηγὴ ἁγιασμοῦ προσηγόρευται· οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ δὲ μὴ κτίσμα, ὁμοούσιόν ἐστι τῷ θεῷ. *Omnis creatura ſui creatoris eſt miniſtra. Omnia enim, inquit, ſerviunt tibi. Si verò ſervus eſt, & acquiſitam habet ſanctitatem, malitiæ non eſt incapax. Spiritus verò Sanctus, ſecundùm eſſentiam ſanctus exiſtens, fons ſanctitatis appellatus eſt. Non eſt igitur creatura Spiritus Sanctus: ſi verò creatura non eſt, ejuſdem cum Deo eſſentiæ eſt.* Si creatura eſt, determinatam habet naturam; *ratio alia* eſt. Εἰ κτίσμα λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πεπερατωμένην τὴν φύσιν αὐτοῦ εἰσάγει. Πῶς οὖν σταθήσεται τό, πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην; καὶ τό, ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; *Si creaturam dicit Spiritum Sanctum, determinatam ipſius naturam inducit. Quomodo ergo ſtabit illud?* Spiritus Domini replevit orbem? *Et illud:* Quò ibo à Spiritu tuo? *Alia ratio:* Quia in Scriptura tria tantùm creationum genera reperiantur, τρεῖς κτίσεις εὑρήκαμεν ὀνομαζομένας ἐν τῇ γραφῇ· μίαν μὲν καὶ πρώτην, τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν· δευτέραν δέ, τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν· τρίτην δέ, τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. *Tria creationum genera in Scriptura deprehendimus nominata. Unum quidem ac primum eorum, quæ ex nihilo cùm non eſſent, ad hoc ut eſſent, ſunt traducta. Secundum eorum, quæ ex pejoribus ad meliora immutantur. Tertium, quod eſt in reſurrectione mortuorum.* Ad nullum refertur Spiritus S: quia ἐν ταύταις συνεργὸς Πατρὶ καὶ υἱῷ, *in iſtis cooperator Patris & Filii.* Integra legatur epiſtola. Contra Eunomium plurimas affert rationes; quæ inde haberi poſſunt. Spiritus S. non eſt creatura, quia in ipſum baptizamur. Hoc argumento utitur Greg. Nazianz. Orat. XXXVII. p.596. Εἰ κτίσμα τὸ πνεῦμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν; ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; *Si Spiritus eſt creatura, quomodo in eum credimus? vel in eo perficimur?* Photius epiſt. I. p.6. etiam aliquot contra Pnevmatomachos militat rationibus. Qui Spiritum S. dicunt creaturam, iidem Patrem quoq; creaturam faciunt: εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα κτίσμα, κἀκεῖνος οὗ τὸ πνεῦμα, μετὰ τῶν κτισμάτων. *Si enim Spiritus eſt creatura, certè & ille creatura fuerit, cujus eſt Spiritus.* Si Spiritus creatura, πῶς ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ; *quomodo ſcrutatur profunditates Dei?* πῶς ἐστιν ἄλλος παράκλητος; *Quomodo erit* alius *Paracletus?* πῶς συντάττεται πατρὶ καὶ υἱῷ; πορευθέντες γάρ, αὐτός φησιν ὁ υἱός, μαθητεύσατε, &c. Εἰ ἕν τι τῶν τριῶν κτίσμα, ἐν οἷς φωτιζόμεθα, οὐδὲ τὰ λοιπὰ καθαρεύσει τῆς ὕβρεως. *Quomodo cum Patre & Filio conjungitur?* Euntes enim, *ait ipſemet Filius*, docete, &c. *Quodſi autem è tribus iſtis, in quorum nominibus baptizati illuminamur, unus erit creatura, cæteri profectò ab hac injuria non fuerint immunes.* Si Spiritus Sanctus creatura, πῶς κτίζει; πῶς ἁγιάζει; πῶς ζωοποιεῖ; πῶς διαιρεῖ χαρίσματα; πῶς δὲ θεός; *quomodo creat? quomodo ſanctificat? quomodo vivificat? quomodo dona diſtribuit? quomodo Deus?* Nec hæreticos juvat, *quòd Spiritus Sanctus mitti dicitur.* Hinc eum ἀπόστολον vocârunt, ut modò ſub litera *b.* vidimus: & Arius & Eunomius, *Filii Mittendarium* dicebant, ut teſtatur Ruffinus in expoſitione Symboli: & Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI. Τὴν ἀποστολὴν ὁ αἱρετικὸς τοῦ πνεύματος εἰς ὕβριν λαμβάνει. *Miſſionem Spiritûs hæreticus contumeliam interpretatur.* At optimè reſpondet ibidem Chryſoſtomus: Ἀπέστειλεν ὁ πατήρ, ὁ μὴ μεταστάς, ὁ μὴ μεταστήσας· ἀπέστειλεν ὁ υἱὸς τὸ πνεῦμα, ὁ διαιρῶν, ὁ διαιρεθείς. *Miſit Pater, qui non migrat, nec transfertur loco: miſit Filius, qui non diſcedere facit, & à quo non ſeceditur, Spiritum.* Addit: Διὰ τοῦτο ἡ γραφή, ὁ θεός, φησιν, ἐξέχεε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ἤγουν τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος· θεότης οὐκ ἐκχεῖται, ἀλλ' ἡ δωρεά. *Idcirco ſcriptura dicit:* Deus effudit

Digitized by Google

dit Spiritum ſuum, *hoc eſt, donum Spiritus Sancti. Divinitas non effunditur, ſed donum.* Et paulò ante: Ὅταν λέγῃ, πέμψω ὑμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι, τὴν δωρεὰν τοῦ πνεύματος· καὶ ἵνα μάθητε ὅτι ἡ δωρεὰ πέμπεται, τὸ δὲ πνεῦμα οὐκ ἀποστέλλεται, ὁ Σωτὴρ λέγει τοῖς ἀποστόλοις. Μείνατε εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, καὶ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς· ἄλλη ἡ δύναμις ἡ χορηγουμένη, καὶ ἄλλο τὸ πνεῦμα τὸ χορηγοῦν. *Cùm dicit:* Mittam vobis Spiritum Sanctum, *intelligit donum Spiritûs Sancti. Et ut diſcatis, donum mitti, Spiritum verò non mitti, Salvator dicit* Apoſtolis: Manete in Jeruſalem, donec induamini virtute ex alto, & accipietis virtutem ſupervenientis Spiritûs Sancti in vos. *Alia eſt virtus, quæ datur, & alius eſt Spiritus, qui eam ſuppeditat.* Baſilius M. Orat. XV. quæ eſt de Fide, circa finem, pag. 502. Τὸ πνεῦμα οὐ λειτουργικῶς διακονεῖ τὰς δωρεὰς, ἀλλ' αὐθεντικῶς διαιρεῖ τὰ χαρίσματα· διαιρεῖ γὰρ, φησιν, ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· ἀποστέλλεται μὲν οἰκονομικῶς, ἐνεργεῖ δὲ αὐτεξουσίως. *Spiritus non miniſtri inſtar dona diſtribuit, ſed dominica poteſtate chariſmata dividit.* Dividit enim, *inquit* Apoſtolus, privatim ſingulis, ſicut vult. *Mittitur quidem per modum diſpenſationis, ſed operatur propria autoritate.*

2. *Impropriè & metonymicè pro effectis & donis Spiritûs Sancti.* Damaſcen. lib. I. Orthod. fidei, c. XVIII. pag. 61. dum varias vocis πνεῦμα ſignificationes recenſet, dicit inter alia, Λέγονται καὶ αἱ δυνάμεις τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, πνεύματα. *Virtutes etiam Spiritûs Sancti dicuntur* Spiritus. Theodoretus ad Galat. V. v. 17. p. 285. Πνεῦμα λέγει τὴν ἐνοικοῦσαν χάριν· αὐτὴ γὰρ ἐπὶ τὰ κρείττω ποδηγεῖ τὴν ψυχήν. Spiritum *dicit inhabitantem gratiam; illa enim deducit animam ad præſtantiora.* Chryſoſtomus Homil. CXXI. t. V. p. 798. Πνεῦμα ἔθος τῇ γραφῇ καλεῖν τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου πνεύματος· οἷον ἐάν τις λάβῃ πνεῦμα σοφίας, ἢ πνεῦμα γνώσεως· αὐτὸ τὸ δῶρον τοῦ πνεύματος καλεῖται πνεῦμα. —— Καλεῖται πνεῦμα ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, οὐκ αὐτὴ ἡ οὐσία τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἡ ἐνέργεια τοῦ πνεύματος. *Solet Scriptura* Spiritum *vocare donum Spiritûs Sancti. Exempli gratiâ, Si quis acceperit* Spiritum ſapientiæ *vel* Spiritum cognitionis, *ipſum Spiritûs donum vocatur Spiritus.* —— *Vocatur* Spiritus, *gratia Spiritûs, non ipſa Spiritûs eſſentia, ſed operatio Spiritûs.* Plurima in Novo Teſtamento ſunt loca, ubi vox πνεῦμα hoc accipitur ſenſu. Imprimis huc referri debet locus Joh. VII. v. 39. Οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. *Nondum enim erat Spiritus Sanctus.* Hîc *Spiritûs* nomine intelligendæ ſunt virtutes Spiritûs Sancti, quæ initio naſcentis Eccleſiæ excellentes viguerunt. Ita exponit Chryſoſtomus Homil. LI. in Johannem, pag. 767. Οἱ παλαιοὶ καὶ αὐτοὶ μὲν πνεῦμα εἶχον, ἄλλοις δὲ οὐ παρεῖχον· οἱ δὲ ἀπόστολοι μυριάδας ἐνέπλησαν. Ἐπειδὰν οὖν ταύτην ἔμελλον λαμβάνειν τὴν χάριν, οὔπω δὲ ἦν δοθεῖσα, διὰ τοῦτό φησιν, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. *Ipſi etiam veteres habebant quidem Spiritum, ſed aliis eundem non impertiebantur: Apoſtoli autem innumeros implebant. Cùm igitur hanc gratiam eſſent accepturi, nondum verò data erat, propterea dicit,* Nondum erat Spiritus Sanctus. Idem Homil. LXXXVIII. t. V. exponit, οὐκ ἦν πνεῦμα ἅγιον ἐν τοῖς ἀνθρώποις δοθέν. *Spiritus Sanctus nondum erat hominibus datus.* Ita Syrus, *non erat datus.* Theophylactus in cap. VII. Joh. pag. 671. Οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον· δοθὲν δηλονότι. *Nondum erat Spiritus Sanctus, datus, videlicet.* Pag. 672. Οὔπω ἦν πνεῦμα ἅγιον, τουτέστιν, οὕτως ἐκχυθὲν δαψιλῶς ὡς ὕστερον· ἐπεὶ καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ ἦν μὲν, ἀλλ' οὐχ οὕτω δαψιλῶς. *Nondum erat Spiritus Sanctus, hoc eſt, ita largiter effuſus ſicut poſtea: quia & ante crucem erat quidem, ſed non tam largus.* Athanaſius de Parabolis ſcripturæ, t. II. p. 400. dicit, non intelligi τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ὑπόστασιν· αὐτὸ γὰρ ἦν τε ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· ἀλλὰ τὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρισμα, ὅπερ κατὰ τὴν δεκάτην ἡμέραν τῆς ἀναλήψεως, πεντηκοστὴν δὲ τῆς ἀναστάσεως, ἐπὶ τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς κατεφοίτησε. *Spiritus Sancti perſonam: ipſe enim erat ſemper, & eſt, & erit, ſed Spiritûs Sancti donum, quod decimo poſt aſſumtionem, quinquageſimo autem poſt reſurrectionem die, in Chriſti diſcipulos pervenit.* Origenes in Catena in cap. VII. Joh. pag. 217. Ποῖον πνεῦμα οὔπω ἦν; Τῶν μυρίων καὶ ἀεναάων χαρισμάτων, ὧν ἐπλούτησαν οἱ ἀπόστολοι μετὰ τῆς διὰ γλωσσῶν ἐπιφοιτήσεως. *Qualis Spiritus nondum erat? Innumerorum utiq; ac perennium donorum, quibus Apoſtoli poſt Sancti Spiritus in linguarum ſpecie deſcenſum abundârunt.* Ammonius ibidem, pag. 219. Οὐκ ἐπὶ τὴν ὑπόστασιν ἀναφέρει τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, ἥτις γέγονε μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν. *Non ad hypoſtaſin ſermonem refert, ſed ad Spiritûs operationem, quæ poſt Chriſti reſurrectionem ſe exeruit.* Cyrillus Alex. ad hunc locum, lib. V. cap. II. in Joh. pag. 475. Ὅταν ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα, λέγει, τὴν ὁλοσχερῆ καὶ ὁλόκληρον κατοίκησιν ἐν ἀνθρώποις τοῦ ἁγίου πνεύματος σημαίνειν αὐτὸν ὑπολοπτήσωμεν. *Quando divinus Evangeliſta dicit,* Nondum enim erat Spiritus, *illum plenam & integram Spiritûs Sancti in hominibus habitationem ſignificare credamus.* Confer, quæ ad eundem locum dicta ſunt in verbo Δοξάζω, num. I. & II. 3. Eodem referri debet illud Actor. cap. XIX. v. 1. & ſeqq. quod tinctionis iteratæ patroni ad partes ſuas obnixæ trahunt, dum quæ ſunt Pauli Apoſtoli, tanquam Lucæ hiſtorici, verba ſumunt: de quo videri poterunt V. Clar. Theod. Beza in Acta, & Joh. Druſius quæſit. lib. I. quæſt. LXXXIII. Interrogat Paulus diſcipulos, quos Epheſi offenderat, *num Spiritum Sanctum, ex quo crediderant, accepiſſent?* negant illi, nôſſe ſe, *an Spiritus Sanctus ſit*, Quærit ergo, *in quid fuerint baptizati?* reſpondent, *in Johannis baptiſma.* Tum Paulus, *Johannes quidem*, inquit, *baptizabat baptiſmo pœnitentiæ; edicens ut crederent in eum, qui venturus erat, Chriſtum: qui verò auditores illius erant, baptizabantur in nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. Paulus verò*, ait Lucas, *cùm manus eis impoſuiſſet, ſupervenerat illis Spiritus Sanctus.* Hîc *Spiritûs Sancti* nomine non poteſt intelligi *ejus perſona:* quomodo enim qui vel ſacros Codices evolverant, vel Johannem etiam audiverant, ignorare poterant, an Spiritus iſtiusmodi aliquis exiſteret? ſed *dona illa extraordinaria* à Spiritu collata, *Spiritûs* nomine iſtic veniunt. Vide Cl. Gatakeri Adverſ. ſacr. cap. XXVIII.

2. Vox πνεῦμα uſurpatur *de ſpiritu creato.* Atque ita varia notat: nempe,

a. *Angelum bonum.* Damaſcen. lib. I. c. XVIII. pag. 61. Πνεῦμα ὁ ἄγγελος ὁ ἀγαθός. *Spiritus eſt bonus Angelus.* Apud Athanaſ. de Definitionib. t. II. pag. 44. Πνεῦμα, ὁ ἄγγελος. Hebr. I. v. 14. *Boni Angeli* vocantur πνεύματα λειτουργικά.

b. *Angelum malum.* Theophylact. in c. I. Marci, p. 195. Ἀκάθαρτα λέγονται τὰ πονηρὰ πνεύματα, διὰ τὸ πάσαις ταῖς αἰσχραῖς ἐφήδεσθαι πράξεσιν. *Immundi dicuntur mali ſpiritus, quia omnibus fœdis actionibus delectantur.* Damaſc. lib. I. orthod. fidei, cap. XVIII. p. 61. Πνεῦμα ὁ δαίμων λέγεται. *Dæmon dicitur ſpiritus.* Theophanes Hom. XLVII. p. 325. Αἱ ἀποστατικαὶ δυνάμεις τοῦ ὀνόματος τούτου μετείληχον. *Apoſtaticæ virtutes hoc nomen acceperunt;* nempe quòd vocantur πνεύματα.

c. *Ipſum hominem.* Ita accipitur ad Gal. VI. v. 18. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. *Gratia Domini noſtri cum Spiritu veſtro.* Hîc μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, eſt μεθ' ὑμῶν, *vobiſcum.* Hoc patet ex aliis apud Apo-

Digitized by Google

Apoſtolum locis. Quod I. Timoth. VI. 21. eſt ἡ χάρις μετὰ σοῦ, id II. epiſt. IV. v. 22. ὁ Κύριος μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ignatius in epiſt. ad Trall. pag. 17. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. *Salutat vos ſpiritus meus*, id eſt, ego. Eodem modo ad Romanos, pag. 250. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Eadem ſignificatio obſervatur apud Chryſoſtomum, Homil. XXXII. in Matth. pag 222. Καὶ ὅταν εἴπω, Εἰρήνη ὑμῖν, εἶτα εἴπητε, καὶ τῷ πνεύματί σου, μὴ τῇ φωνῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώμῃ λέγετε· μὴ τῷ στόματι, ἀλλὰ καὶ τῇ διανοίᾳ· ἂν δὲ ἐνταῦθα μὲν λέγῃς, εἰρήνη καὶ τῷ πνεύματί σου· ἔξω δέ μοι πολεμῇς διαπτύων καὶ κακηγορῶν, μυρίοις λάθρα πλύνων ὀνείδεσι, ποία εἰρήνη αὕτη; *Et cùm dixero*, Pax vobis: *& vos dixeritis*, Et Spiritui tuo, *non voce ſolùm, ſed animo quoq; reſpondete: non ore, ſed mente. Quòdſi verò hic quidem dicas:* Pax etiam Spiritui tuo: *Cùm verò exieris, me oppugnes, deſpicias, & mihi maledicas, opprobriis mille lacerando, qualis hæc pax eſt?* Idem Homil. I. de Pentecoſte, quæ eſt LXXXVIII. t. V. de eodem ritu: *Quando* ἱερεὺς ἔδωκεν εἰρήνην, ἐπεφθέγξαντο αὐτῷ κοινῇ πάντες· καὶ τῷ πνεύματί σου, *pacem dabat, acclamabant ei omnes una voce, Et Spiritui tuo.* Deinde, quando ad ſacram ſtabat menſam, rurſus precabatur populo τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου χάριν, *gratiam à Domino:* populus verò, Καὶ τῷ πνεύματί σου. Ita in omnibus Liturgiis ſuis Græci. Vide Clar. Heinſium in cap. VI. ad Galatas.

d. *Animam rationalem.* Damaſcenus ubi ſuprà: Πνεῦμα καὶ ψυχή. *Spiritus etiam eſt anima.* Ita etiam apud Athanaſium de Definitionibus, tom. II. pag. 44. Theophanes Homil. XLVII. pag. 325. Πνεύματα αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί. *Spiritus* vocantur *hominum animæ.* Theodoretus Rom. VIII. 10. per πνεῦμα dicit intelligi τὴν ψυχήν, ὡς πνευματικὴν ἤδη γεγενημένην, *animam, ut quæ jam ſpiritualis ſit facta*, Hebr. XII. v. 23. animæ beatorum in cœlo dicuntur πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, *ſpiritus juſtorum perfectorum:* ubi Theophylactus, pag. 1018. explicat per ψυχὰς τῶν εὐδοκιμησάντων καὶ τελείων φανέντων παρὰ Θεῷ, διὰ τῆς πίστεως δηλαδή, *animas eorum, qui clari & perfecti viſi ſunt apud Deum, per fidem videlicet.* Sic Jacobi II. 26. σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι. *Corpus ſine anima mortuum eſt.*

e. *Mentem*, quæ eſt ſedes rationis. Damaſcenus rurſus ubi ſuprà: Ἔστιν ὅτε καὶ ὁ νοῦς πνεῦμα λέγεται. *Aliquando etiam mens dicitur ſpiritus.* Theophanes Homil. XLVII. pag. 325. Πνεῦμα ὁ τῇ ψυχῇ ἐποχος νοῦς. *Spiritus* vocatur *mens, quæ animæ præeſt.* Ita ſumitur I. ad Theſſal. V. v. 23. ubi Theophylactus ex Greg. Nyſſeno tradit, per πνεῦμα intelligi τὸ νοερὸν μέρος τῆς ψυχῆς, *rationalem animæ partem.* Ipſe tamen intelligit χάρισμα, ὃ ἐλάβομεν διὰ τοῦ βαπτίσματος, *donum, quod per baptiſmum accepimus.* Et ante eum Theodoretus, πνεῦμα τὸ χάρισμα κέκληκε. *Spiritum appellavit gratiam.*

f. *Animum*, qui eſt ſedes affectuum, ſive illi boni ſint, ſive mali. Exemplum eſt Act. XVII. 16. cùm Paulus videret urbem idololatriæ deditam eſſe, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, *incitabatur Spiritus ejus in ipſo.* Simillimè de Lotho II. Petri II. 8. ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζε. *Juſtus ille, cùm habitaret inter eos, in dies animam juſtam iniquis* illorum *factis excruciabat.* Hic ψυχή, quod ibi πνεῦμα. Rurſus Actor. XVIII. 5. Paulus συνείχετο τῷ πνεύματι, *anguſtiabatur ſpiritu*, id eſt, animo: non potuit continere ſeſe. Vulgatus vertit: *inſtabat verbo:* legit λόγῳ· τῷ λόγῳ συνέχεσθαι eſſet τῇ τοῦ λόγου διακονίᾳ προσκαρτερεῖν, ut Actor. VI. v. 4. quod I. Timoth. V. 17. ἐν λόγῳ κοπιᾶν. At prior ſenſus & ſcriptura potior. Aliud exemplum eſt Rom. XII. 11. Ζέοντες τῷ πνεύματι, *ſpiritu fervens.* Ad hunc locum Theophylactus dicit πνεύματι ζέοντα eſſe διεγηγερμένον καὶ θερμόν, *excitatum & fervidum.* Baſilius in reg. brev. Interrogat. CCLIX. t. II. pag. 626. Ζέων τῷ πνεύματι, id eſt, ὁ διαπύρῳ προθυμίᾳ καὶ ἀκορέστῳ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἀόκνῳ σπουδῇ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ. *Qui cum ardenti ſtudio, & inexplebili cupiditate, & aſſiduâ diligentiâ voluntatem Dei facit in charitate Chriſti.*

g. *Aërem & ventum.* Ita quidam, ut in hac ipſa voce, num. II. 1. ſub lit. *B. β. a.* monuimus, Geneſ. I. v. 2. per πνεῦμα intellexerunt *aërem.* Damaſcenus orthod. fidei lib. I. cap. XVIII. pag. 61. πνεῦμα καὶ ὁ ἄνεμος, καὶ ὁ ἀήρ. *Spiritus etiam vocatur ventus, & aër*, Theophanes Homil. XLVII. pag. 325. Αὐτὸς ὁ κινούμενος ἀὴρ λέγεται πνεῦμα. *Ipſe etiam agitabilis aër ſpiritus dicitur.* De *vento* uſurpatur Johan. cap. III. v. 8. Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. Hac ſignificatione hic explicandum eſſe, apertè docet Chryſoſtomus Homil. XXVI. in Johannem. Dicit enim Chriſtum loqui περὶ τῆς τοῦ ἀνέμου φορᾶς, *de venti impetu.* Addit: Εἰ δὲ λέγει, ὅπου θέλει πνεῖ, οὐχ ὡς προαίρεσίν τινα τοῦ ἀνέμου ἔχοντος· λέγει τοῦτο, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ φύσεως φορὰν τὴν ἀκώλυτον καὶ μετ' ἐξουσίας γινομένην δηλῶν. *Si verò dicit*, ubi vult, ſpirat, *id non propterea dicit, ac ſi voluntatem aliquam habeat ventus, ſed liberum ejus à natura impetum, qui ab alio impediri non poſſit, ſignificat.* Vide ibidem plura. Idem Homil. XXIX. in I. ad Corinth. pag. 434. Περὶ τοῦ πνεύματος λέγει ὁ Υἱός, ὅτι μετ' ἐξουσίας πάντα ποιεῖ, καὶ τὸ κωλῦον οὐδέν· τὸ γὰρ, ὅπου θέλει πνεῖ, εἰ καὶ περὶ ἀνέμου εἴρηται, τοῦτο ἐστὶ κατασκευαστικόν. *De Spiritu dicit Filius, quòd omnia, nemine impediente, cum poteſtate faciat: illud enim*, ubi vult, ſpirat, *etiamſi de vento ſit dictum, hoc ipſum aſſerit.* Eodem modo Theophylactus in cap. III. Joh. pag. 594. dicit, Chriſtum voluiſſe hac ratione Nicodemum ἀπὸ αἰσθητοῦ παραδείγματος διδάσκειν, *ſenſibili exemplo docere*, ac propterea dixiſſe, τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ. Ἀπὸ ἀνέμου, φησὶ, μάνθανε τὰ μείζονα· ὁ γὰρ ἄνεμος, τοῦτον γὰρ ἐνταῦθά φησι πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ, καὶ τὸν ἦχον αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' ὅμως οὐκ οἶδας τὴν φορὰν αὐτοῦ. ἀκάθεκτος γάρ ἐστι, καὶ ἀκώλυτος, καὶ φυσικῇ ἐξουσίᾳ τὴν ὁποιδήποτε ὁρμὴν ἔχει, Spiritus ubi vult, ſpirat. *A vento, inquit, diſce majora: ventus enim, hunc namq;* hoc loco ſpiritum *vocat, ubi vult, ſpirat; & ſonum ejus audis, & ignoras tamen unde feratur: nequit enim retineri, vel impediri: naturali enim poteſtate fertur in aliquem locum incertum.* Eadem eſt ſententia Auguſtini de quæſt. Veteris & Novi Teſtam. quæſt. LIX. ſunt tamen alii, qui hæc verba *de Spiritu Sancto* accipiunt. Ita ſenſiſſe videtur Origenes, cujus verba ex Catena in Johannem ſuprà adduximus ſub Oppoſitis, lit. *a.* Ita Apolinarius in eadem Catena, pag. 90. Ὥσπερ τὸ πνεῦμα ἀπεριττόν ἐστι τὴν φύσιν ἁπανταχοῦ παρὸν, ὅπου ποτ' ἂν ἐθέλῃ, οὕτως ἀδιήγητόν ἐστι τὴν ἐνέργειαν, ἅπαντα ποιοῦν ὡς βούλεται. *Quemadmodum Spiritus Sanctus naturâ eſt infinitus, & ubicunq; voluerit præſens eſt: ita etiam operatio ejus prorſus ineffabilis, & omnia prout vult, efficit.* Greg. Nyſſenus Orat. II. contra Eunomium, t. II. pag. 442. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅπου θέλει, πνεῖ· καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται. *Spiritus Sanctus ubi vult, ſpirat: & omnia in omnibus operatur prout vult.* Et pag. 487. ead. orat. Ὁ δὲ Κύριος τὴν αὐτεξούσιον τοῦ πνεύματος δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν ἐν τῷ πρὸς Νικόδημον λόγῳ φανερὸν ποιεῖ, λέγων, ὅτι τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ. *Dominus autem liberam Spiritûs potentiam & operationem in ſermone cum Nicodemo declarat, dicens, Spiritus ubi vult, ſpirat.* Ita etiam Athanaſius, Nazianzenus, Ambroſius: ubi tamen rectè obſervat Beza, eos hoc facere in ipſa ἀποδόσει comparationis, applicantes Spiritui Sancto, quæ dicuntur de vento.

Πνευ-

Digitized by Google

Πνευματιάω.

Lexica hoc verbum omittunt. In reſponſis Canonicis Timothei Alexandr. p. 1066. apud Balſamonem, hæc ponitur Interrogatio: Ἐάν τινος γυνὴ πνευματιᾷ, ὥστε καὶ σίδηρα φορεῖν, ὁ δὲ ἀνὴρ λέγῃ, ὅτι οὐ δύναμαι ἐγκρατεύεσθαι, καὶ θέλω λαβεῖν ἄλλην, ὀφείλει λαβεῖν ἑτέραν, ἢ οὔ; *Si alicujus uxor ſpiritu corripitur, ut ferreas etiam compedes geſtet, vir autem dicat, non poſſum me continere; & velit aliam accipere: debétne aliam accipere, an non?* Balſamo hoc loco dicit, γυναῖκα πνευματιῶσαν eſſe πνεύματι πονηρῷ συνεχομένην, *ſpiritu malo agitatam*. Eſt igitur γυνὴ πνευματιῶσα ὑπὸ δαίμονος ἐνεργουμένη, ὑπὸ πνεύματος ἐνοχλουμένη, κατεχομένη. Vide in Ἐνεργέω, num. I. 2. ſub lit. *b*.

Πνευματικός.

Hæc vox uſurpatur

I. de rebus: & ſic πνευματικὸν dicitur, 1. quod habet ſignificationem myſticam & arcanam. Sic I. Cor. X. v. 3. *manna* vocatur βρῶμα πνευματικὸν, *cibus ſpiritualis*. Vide in Μάννα, num. I. 3. Ibidem aqua è petra profluens, dicitur πόμα πνευματικὸν, *potus ſpiritualis*, v. 4. ἐμιμεῖτο γὰρ ἡ πέτρα τὴν τοῦ δεσπότου πλευράν· ἀνέβλυσε γὰρ αὐτοῖς παρ' ἐλπίδα τὰ νάματα, *imitabatur enim petra latus Domini. Fluenta enim præter ſpem eis ſcaturierunt:* ſic Theodoretus ad hunc locum. Et Theophylactus ad eundem, pag. 240. Ὥσπερ ἡμεῖς τὸ αἷμα τοῦ δεσπότου πίνομεν, οὕτως ἐκεῖνος τὸ ἐκ τῆς ἀκροτόμου πέτρας ἀναβλύσαν ὕδωρ. Πνευματικὰ δὲ ταῦτα λέγει, ἐπειδὰν οἱ καὶ αἰσθητὰ ἦσαν, ἀλλ' οὐ φύσεως ἀκολουθίᾳ ἐγίνετο, ἀλλὰ χάριτι πνευματικῇ. *Quemadmodum nos ſanguinem Domini bibimus, ſic illi è prædura petra aquam ſcaturientem biberunt.* Spiritualia *autem hæc dicit, quoniam, etſi ſenſibilia fuerint, naturali tamen ordine facta non ſint, ſed gratia ſpirituali.*

2. quod flagitat vitam piam & Deo gratam. Hoc ſenſu ad Rom. VII. 14. νόμος πνευματικὸς dicitur. Vide in Νόμος, num. IV. 1. ſub lit. *i*.

3. Πνευματικὰ dicuntur myſteria ſalutis, quæ ex ſolis ſpiritualibus, id eſt, ex ſcriptura à Spiritu Sancto inſpirata, petendā. Hoc ſenſu dicit Paulus I. Corinth. II. v. 13. Apoſtolos loqui τὰ κεκρυμμένα μυστήρια, *non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in iis, quos docet Spiritus*, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντας, *ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.* Theodoretus ad hunc locum, p. 131. intelligit typos & figuras veteris Teſtamenti, quibus explicentur, quæ in novo Teſtamento ſunt ipſa veritas: Ἔχομεν γὰρ τῆς παλαιᾶς διαθήκης τὴν μαρτυρίαν, καὶ δι' ἐκείνης τὴν καινὴν βεβαιοῦμεν· πνευματικὴ γὰρ κἀκείνη. Καὶ γὰρ δεῖξαι βουλόμενοι τῶν ἡμετέρων μυστηρίων τοὺς τύπους, τὸν ἀμνὸν εἰς μέσον φέρομεν, καὶ τὸ αἷμα τὸ ταῖς φλιαῖς ἐπιχριόμενον, καὶ τὴν τῆς θαλάττης διάβασιν, καὶ τῆς πέτρας τὰ νάματα, καὶ τοῦ μάννα τὴν χορηγίαν, καὶ μυρία τοιαῦτα, καὶ διὰ τῶν τύπων δείκνυμεν τὴν ἀλήθειαν. *Habemus enim veteris Teſtamenti teſtimonium, & novum per illud confirmamus: nam etiam illud ſpirituale eſt. Noſtrorum enim myſteriorum typos & figuras oſtendere volentes, agnum in medium producimus, & ſanguinem illitum poſtibus, & per mare tranſitum, & petræ fluenta, & mannæ ſuppeditationem, & innumerabilia ejuſmodi, & per figuras veritatem oſtendimus.* Eodem modo etiam Chryſoſtomus explicat Homil. VII. in I. ad Corinth. pag. 283. Τί ἐστι, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες; ὅταν πνευματικὸν ᾖ καὶ ἄπορον ᾖ, ἀπὸ τῶν πνευματικῶν τὰς μαρτυρίας ἄγομεν· οἷον λέγω, ἀνέστη ὁ χριστὸς, ὅτι ἀπὸ παρθένου ἐγεννήθη· παράγω μαρτυρίας, καὶ τύπους, καὶ ἀποδείξεις, τοῦ Ἰωνᾶ ἐν τῷ κήτει διατριβὴν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἀπαλλαγὴν, τῶν στειρῶν τοὺς τοκετοὺς, &c. *Quid eſt,* ſpiritualibus ſpiritualia comparantes? *Quando ſpirituale fuerit & dubium, ex ſpiritualibus ducimus teſtimonia, ut exempli cauſſâ, dico Chriſtum reſurrexiſſe; natum eſſe ex virgine. Adduco teſtimonia, typos & figuras, atq; demonſtrationes, Jonæ in ceto moram, & inde poſtmodum liberationem, ſterilium partus,* &c. Poſtea aliquot ſimilia ex veteri Teſtamento proponit exempla. Nec aliter Theophylactus, pag. 181. in hanc epiſtolam, qui tamen paulò clariùs rem proponit: dicit enim, Ἐὰν ἀνακύψωσί τινα πνευματικὰ ζητήματα, συγκρίνομεν ταῦτα, τουτέστι, διαλύομεν δι' ἑτέρων τινῶν πνευματικῶν νοημάτων ἢ ἱστοριῶν· οἷον, ὅτι ἀνέστη ὁ χριστὸς, ζήτημά ἐστι· τοῦτο οὖν πνευματικὸν ὂν ζήτημα, ἐξ ἑτέρου πνευματικοῦ, τουτέστι, τῆς κατὰ τὸν Ἰωνᾶν ἱστορίας συγκρίνεται καὶ λύεται. *Si quæ ſpirituales quæſtiones emergunt, conferimus eas, hoc eſt, diluimus per alios quoſdam conceptus vel hiſtorias: veluti quæſtio eſt, An Chriſtus reſurrexerit: quæ cùm ſpiritualis ſit, ex alia ſpirituali, nimirum Jonæ hiſtoria, comparatur & diluitur.* Alia ipſe quoque affert exempla: & ſubjicit novam expoſitionem, minùs convenientem: Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, ἀντὶ τοῦ, πνευματικοῖς ἀνθρώποις τὰ πνευματικὰ συγκρίνοντες καὶ διαλύοντες· οὗτοι γὰρ μόνοι δύνανται χωρεῖν ταῦτα. Spiritualibus ſpiritualia comparantes, *pro, apud ſpirituales homines ſpiritualia comparantes & explicantes. Hi enim ſoli iſta capere poſſunt.*

4. Πνευματικοὶ vocantur, qui Spiritûs S. ductum in omnibus ſequuntur, ejuſque virtute in æternum conſervantur, ac immunes ſunt ab affectionibus animalibus, quales ſunt generatio, nutritio, &c. Hoc ſenſu σῶμα πνευματικὸν, *corpus ſpirituale* erit corpus piorum in reſurrectione & vita æterna, I. Cor. XV. 44. Theodoretus ad præſentem locum, p. 205. Πνευματικὸν καλεῖ σῶμα, τὸ ὑπὸ τοῦ πνεύματος οἰκονομούμενον. Spirituale corpus *vocat, quod à Spiritu regitur.* Theophylactus ad eundem locum, p. 308. Πνευματικὸν σῶμα, τὸ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος καταπλουτοῦν ἐνέργειαν, καὶ ὑπ' ἐκείνου τὰ πάντα διοικούμενον. Spirituale corpus, *quod Spiritûs Sancti operatione abundè utitur, & ab illo in omnibus gubernatur.* Affert etiam aliam expoſitionem: ἢ πνευματικὸν ἁπλῶς λέγει τὸ ἄφθαρτον, ὡς λεπτομερέστερον καὶ κοῦφον, οἷον καὶ ἐπ' ἀέρος ὀχεῖσθαι· πλὴν οὐχ' ὡς Ὠριγένης λέγει, ἀερῶδες καὶ αἰθέριον, ἤτοι ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ αἰθέρος οὐσίας. *Vel ſimpliciter* ſpirituale *incorruptibile dicit, veluti ſubtile & leve, adeò ut vel in aëre vehatur: attamen non ita ut Origenes dicit, aëreum & æthereum, nempe ex aëris ætheriſq; ſubſtantia conſtitutum.* Idem de Origene dicit Methodius apud Oecumenium ad hunc locum, p. 487. qui πνευματικὸν explicat τὸ χωροῦν πᾶσαν τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐνέργειαν καὶ κοινωνίαν, *quod recipit omnem Spiritûs Sancti operationem & communionem.* Vel, ut ibidem habetur, πνευματικὸν καλεῖ σῶμα, τὸ μηκέτι τοῖς βαρήμασι τῆς φθορᾶς ὑποπίπτον, ἀλλὰ τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ δόξῃ περικεκοσμημένον. Spirituale corpus *vocat, quod non ampliùs corruptionis oneribus ſubjectum eſt, ſed immortalitate & gloriâ undiq; ornatum.* Ibidem Photius: Ἀθάνατον· πνευματικὸν δὲ, ὅτι οὐκέτι τοῖς ψυχικοῖς ὑπηρετήσει παθήμασιν. *Immortale:* ſpirituale verò, *quia affectionibus animalibus non ampliùs ſerviet.* Athanaſius de Incarnatione contra Apolinarium, tom. I. pag. 620. dicit σῶμα πνευματικὸν eſſe, *quod eſt* ἐν ἐξουσίᾳ καὶ φύσει πνεύματος, *in poteſtate & naturâ Spiritûs.* Damaſcen. lib. IV. orthod. fidei, cap. XXVIII. p. 395. Σῶμα πνευματικὸν, ἄτρεπτον, ἀπαθὲς, λεπτόν. Corpus ſpirituale, *immutabile, à paſſione liberum, ſubtile.* Confer quæ dicta ſunt in voce Ἀνάστασις, num. II. ſub lit. *A*. 1. & in voce Σῶμα, num. I. 2. ſub lit. *β. a*.

II. *de perſonis:* idque

1. *propriè* de Angelis Epheſ.VI. 12. *Nobis eſt colluctatio* πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, *adverſus ſpiritalia nequitiæ*, id eſt, πρὸς τὰς πνευματικὰς πονηρίας, *adverſus ſpirituales malitias.* *Dæmones* intelliguntur, ut monet Theophylactus; propterea additum τῆς πονηρίας, ut diſtinguantur à bonis Angelis, qui itidem ſunt πνεύματα, ſed ἀγαθότητος καὶ φωτὸς πνεύματα, *bonitatis & lucis ſpiritus.* Oecumenius ad hunc locum, pag. 648. Τὰ πνευματικὰ, τουτέστι, τὰ δαιμόνια τὰ ὅπλα ἢ τῆς πονηρίας, οἷον τοῦ διαβόλου, (ὑπ᾽ αὐτὸν γὰρ τελοῦσιν) ἢ τῶν πονηρῶν πράξεων καθηγηταί. Spiritualia, *hoc eſt*, *dæmonia*, *quæ ſunt duces & magiſtri vel ad nequitiam*, *ut diabolum*, qui ὁ πονηρὸς vocatur, (*ſub eo enim militant*) *vel ad pravas actiones.*

2. *impropriè.* Atque ita

a. πνευματικὸς, *ſpiritualis* dicitur homo per Spiritum S. regeneratus I.Corinth.II. 15. Ὁ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀνακρίνεται. *Spiritualis dijudicat quidem omnia*, *ipſe verò à nemine dijudicatur.* Talis omnia ſcit ad ſalutem ſcitu neceſſaria, & credit. Theophylactus ad hunc locum, pag. 182. Ὁ πνευματικὸς πάντα οἶδε· καὶ τὰ ὧδε, ὅτι πρόσκαιρα· καὶ τὰ ἐκεῖ, ὅτι μόνιμα· καὶ τὰ αὐτοῦ, ὅτι σωτηρίας τεύξεται· καὶ τὰ τῶν ἀπίστων, ὅτι κολασθήσονται. *Spiritualis omnia novit: & quæ hic ſunt, quòd ſint caduca & fluxa: & quæ illic, quod ſint ſtabilia: & quæ ſua ſunt, quòd ſalutem conſequetur: & quæ infideliumt, quod pœnâ afficientur.* Idem, in cap. I. Lucæ, pag. 309. dicit ſcripturam vocare πνευματικὸν, τὸν ὑπεραναβάντα τοὺς τῆς φύσεως νόμους, καὶ μηδὲν ἀνθρώπινον φρονοῦντα, *eum*, *qui leges naturæ tranſcendit*, *nec quidquam humani ſapit.* Et in cap. XIV. Lucæ, pag. 435. Ὅταν τις πνεύματι ἄγηται, καὶ οὐκέτι ζῇ αὐτὸς, ζῇ δὲ ἐν αὐτῷ Χριστὸς, οὗτός ἐστιν ὁ πνευματικὸς, ὁ τὴν φύσιν ὑπερβαβάς. *Quando quis Spiritu agitur*, *& non jam vivit ipſe*, *vivit autem in eo Chriſtus*, *hic eſt* ſpiritualis, *qui naturam tranſcendit.*

b. *Spiritualis* dicitur, qui majores quàm alii in cognitione Dei progreſſus fecit. Clemens Alex Pædag. lib.I. cap.VI. pag.98. dicit Apoſtolum I. Corinth.III. 1. πνευματικοὺς vocare τοὺς ἤδη πεπιστευκότας τῷ ἁγίῳ πνεύματι, *eos, qui Spiritui Sancto jam crediderant:* ſunt illi, quibus non ampliùs γάλα, ſed βρῶμα propinatur. Ita πνευματικὸν interpretatur I.Corinth. II. 15. Theodoretus, Τὸν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος ἠξιωμένον, καὶ ἱκανὸν ἑτέρους διδάξαι, *qui gratiâ Spiritûs donatus eſt*, *& idoneus ad alios docendos.* Ad eundem locum Theophylactus in Addendis, pag. 1039. Πνευματικός ἐστιν ὁ τῇ ψυχῇ τὴν αἴγλην τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰσδεξάμενος, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τὸν νοῦν φωτιζόμενος. *Spiritualis is eſt*, *qui Spiritûs Sancti ſplendorem in animam ſuam intromittit*, *& mentem ab illo illuminatam habet.*

c. *Spiritualis* vocatur is, qui donis illis ſpiritualibus & extraordinariis, quæ olim in Eccleſia Chriſtiana viguerunt, inſignitus erat, I.Corinth. XIV. v.37. Ubi Theodoretus: Τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὸ θεῖον πνεῦμα, πνευματικοὺς προσηγόρευσεν. *Eos*, *qui divinum Spiritum inhabitantem habent*, ſpirituales *appellavit.* Si per ἔνοικον πνεῦμα intelligit dona extraordinaria, de quibus dictum, bene: ſin minùs, non ſatis commode explicat: Apoſtolum enim de donis extraordinariis loqui, inde patet, quia præponit vocem προφήτης. Iſidorus Peluſiota epiſt. CXXVII. lib.IV. pag.483. Πνευματικοὺς καλεῖ, τοὺς πνευματικῷ κεκοσμημένους χαρίσματι, καὶ οὐ μόνον τῆς φύσεως ἀνωτέρω χωρήσαντας, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν λόγων ἀκολουθίαν διὰ τῶν λογισμῶν ὑπερβεβηκότας. *Spirituales* vo*cat Paulus eos*, *qui ſpirituali dono ornati ſunt*, *quique non tantùm ſupra naturam ſe elevârunt*, *ſed etiam ratio*num *& ratiocinationum conſequentiam tranſcenderunt.* Similia habet epiſt. CXXVIII. lib. V. p. 590.

d. Veteres quidam hæretici, nempe Valentiniani, aliàs etiam Gnoſtici dicti, & Montaniſtæ, ſeſe πνευματικοὺς, *ſpiritales*; Orthodoxos verò ψυχικοὺς, *Pſychicos*, id eſt, *animales*, appellabant. De Valentinianis Epiphanius in eorum hæreſi, quæ eſt XXXI. pag. 79. Τρία τάγματα καλοῦσιν εἶναι ἀνθρώπων· πνευματικῶν, ψυχικῶν, σαρκικῶν· τὸ δὲ τάγμα τὸ πνευματικὸν, ἑαυτοὺς λέγουσι. *Tres hominum ordines eſſe dicunt*, *ſpiritualium*, *animalium*, *carnalium.* *Ordinem autem ſpiritalem ſe ipſos dicunt.* Tertullianus, poſtquam Montano favere cœpit, Orthodoxos vocavit *Pſychicos*, Montaniſtas verò *ſpiritales.* Lib. de Monogamia, cap.I. pag. 951. *Penes nos autem*, *quos* Spiritales *meritò dici facit agnitio ſpiritalium chariſmatum*, *continentia tam religioſa eſt*, *quàm licentia verecunda.* Vide in voce Ψυχικὸς, num. II.

e. Apud recentiores Græcos *Presbyter auricularius* vocatur Πνευματικὸς, vulgò, *Confeſſarius.* Corona precioſa: Πνευματικὸς, *Confeſſor.* Ἐξομολογητής. In Synodo Florentinâ Sect.II. cap.XX. pag. 16. Παρόντων καὶ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, ἡγουμένων τε καὶ πνευματικῶν. *Præſentibus Archiepiſcopis*, *Eccleſiarum principibus*, *ſacrarum ædium præfectis*, *& Confeſſariis.* Sect. ead. cap.XXV. pag. 22. Καὶ συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἡγούμενοι, καὶ πνευματικοὶ εἰς τὸν Πατριάρχην. *Et congregati fuerunt Archiepiſcopi*, *ſacrarum ædium præfecti*, *& Confeſſarii ad Patriarcham.* Iterum ead. ſect. cap.XXVII. pag. 26. Ἐκ τῶν πνευματικῶν, ὁ πάπας κῦρος Ματθαῖος, καὶ ὁ πάπας Γρηγόριος. *Ex Confeſſariis D. Matthæus*, *& Gregorius.* Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Ἐξομολογητής. *Confeſſor.* Ἐξαγορευτής. Πνευματικός. Πνευματικὸς πατήρ. Item: Ἐξομολογῶ. *Confeſſionem audio.* Ἐξομολόγησιν ἀκούω. Πνευματικῶς ἀναδέχομαι.

Πνευματοκίνητος.
Πνευματοκινήτως.

Non habent Lexica. Πνευματοκίνητος eſt *à Spiritu motus.* Dionyſius Areopagita cap. I. de divin. Nomin. num.I. pag. 375. *Veritatem eorum*, *quæ de Deo dicuntur*, *oſtendere* οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνης λόγοις, ἀλλ᾽ ἐν ἀποδείξει τῆς πνευματοκινήτου τῶν θεολόγων δυνάμεως, *non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis*, *ſed in oſtenſione virtutis*, *quam Spiritus Theologis inſpiravit.* Πνευματοκινήτως, *impulſu divini Spiritus.* Theophanes Hom. XIV. pag. 82. de Matthæo Evangeliſta: Πρῶτος μὲν γὰρ οὗτος τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν μετὰ ὀκταετῆ χρόνον τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως Ἑβραϊστὶ τὸ εὐαγγέλιον συνεγράψατο τοῖς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσασι, πνευματοκινήτως τοῦτο ποιῶν. *Hic enim cæterorum Evangeliſtarum primus*, *octo poſt Chriſti aſſumtionem annis*, *iis qui ex Judæis crediderant*, *Hebraicè conſcripſit Evangelium: id quod impulſu divini Spiritûs fecit.*

Πνευματοκλήτωρ.

Non habent Lexica. Eſt *Spiritûs invocator.* Cyrill. Alexandr. lib.II. in Joh. cap.III. pag. 169. poſtquam docuiſſet, Filium eſſe verum Deum, quia Spiritum Sanctum largiatur, ſubjicit; Ἀντικείσεται δὲ τοῖς εἰρημένοις οὐδαμῶς, τὸ διὰ χειρῶν ἀποστολικῶν δεδόσθαι τὸ πνεῦμά τισιν οἴεσθαί τινας· πνευματοκλήτορας γὰρ, ἤπερ ὄντως τοῦ πνεύματος χορηγοὺς τοὺς ἁγίους εἶναι πιστεύσομεν. *Dictis autem illud nequaquam repugnabit*, *quòd quidam exiſtimant*, *Spiritum per Apoſtolorum manus aliquibus fuiſſe datum: Spiritûs enim invocatores potiùs eſſe*, *quàm largitores credemus.* Interpres reddit, *Spiritûs invocator.* Ego, re diligentiùs expenſa, malim, *Spiritûs vocator &* quaſi *accer-*

accerſitor: quemadmodum ὀνομακλήτωρ, *nomenclator*, qui nominatim aliquos vocat. Ita autem fuerint dicti Apoſtoli, quia precibus ſuis Spiritûs gratiam vocârunt, & aliis impetrârunt.

Πνευματομάχος.

Πνευματομάχος, *qui cum Spiritu Sancto pugnat, Spiritui Sancto repugnans*, τῷ πνεύματι ἁγίῳ ἀντιπίπτων, ut eſt Actor. VII. v. 51. vel etiam, *Spiritum Sanctum oppugnans*. Ita à veteribus appellatur *Macedonius*, quòd Spiritûs Sancti deitatem & conſubſtantialitatem cum Patre Filióque negaret. Nilus de Synodo Conſtantinopolitanâ, Bibliothecæ Juris Canon. pag. 1156. *Sancta & Oecumenica ſecunda Synodus habita eſt Conſtantinopoli* κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου, *contra Macedonium Spiritûs Sancti hoſtem*. Deinceps, omnes eandem hæreſin foventes, dicti ſunt Πνευματομάχοι, aliàs Ἡμιάρειοι, vel Ἡμιαρειανοί, ut Canon I. Conſtantinop. eos appellat. Vide in vocibus Πνεῦμα *ſub oppoſitis* lit. *c.* & in Ἡμιάρειοι. Theodoretus hæret. fab. lib. IV. cap. V. p. 238. de Macedonio: Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ παραπλησίως, βλασφημῶν διετέλεσεν· ὅθεν καὶ οἱ ἐκ τούτου συμμορίας καλούμενοι Πνευματομάχοι ἐπωνομάσθησαν. *Spiritum Sanctum, ſicut Arius & Eunomius, blaſphemare perſtitit: inde qui ejus ſectæ dicebantur*, Pneumatomachi *cognominati ſunt*. Socrates hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XLV. p. 215. a. dicit Macedonium τὸ ἅγιον πνεῦμα συναναλαβεῖν εἰς τὴν θεολογίαν τῆς Τριάδος, *Spiritum Sanctum noluiſſe admittere in Theologiam Trinitatis*, hoc eſt, noluiſſe concedere, Spiritum Sanctum eſſe perſonam S. Trinitatis, adeoque verum Deum: addit poſtea de ejus ſectatoribus, Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ πνευματομάχους ἀποκαλοῦσιν αὐτοὺς οἱ τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντες. *Propter hanc verò cauſſam, etiam* Pneumatomachos *eos vocant qui conſubſtantialitatem defendunt*. Apud Epiphanium hæreſis LXXIV. eſt κατὰ πνευματομάχων, *contra Pneumatomachos*: de quorum hæreſi ſic ſcribit, pag. 377. Εἰς τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον πάντες οὗτοι βλασφημοῦσι, μὴ συναριθμοῦντες αὐτὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ ἐν τῇ θεότητι. *Omnes verò hi blaſphemi ſunt in Spiritum Sanctum, non connumerantes illum Patri & Filio in deitate.* Hi dicebant *Spiritum Sanctum eſſe* ξένον θεὸν καὶ ἄγραφον, *Deum peregrinum, nulloque Scripturæ loco proditum*, ut eſt apud Nazianzenum Orat. XXXVII. pag. 593. Dicebant quoque, ut ibid. pag. 594. *Orthodoxos* ξένον τινὰ θεὸν καὶ παρέγγραπτον εἰσάγειν, *peregrinum quendam & adſcriptitium Deum invehere*. Contra hos exſtat epiſtola CCIII. & CCIV. apud Baſilium Cæſar. pag. 991. 992. De eorum hæreſi diſtinctiùs actum in vocibus Ἡμιάρειοι, & Πνεῦμα ſub oppoſitis, lit. *c.* ut jam monuimus.

Πνευματοφόρος.

Hæc vox duplici modo uſurpata reperitur:

I. *in bonam partem*. Ita πνευματοφόρος eſt, *qui afflatu Numinis inſtinctus fertur, Spiritu afflatus*. Theophilus lib. II. ad Autolycum, pag. 252. *Prophetas* vocat θεοῦ ἀνθρώπους, πνευματοφόρους πνεύματος ἁγίου, *Dei homines, Spiritu Sancto afflatos*. Pleonaſtica quidem videri poſſit locutio: ut tamen omnem tolleret dubitationem, addit πνεύματος ἁγίου, quia non omnis πνευματοφόρος ſtatim inſtinctu Spiritûs Sancti agit, quod agit; ut ex ſecunda ſignificatione patebit. Cyrillus Alexandr. lib. I. Glaphyr. in Exodum, pag. 260. itidem de Prophetis: Πνευματοφόροι καὶ ἀκριβῆ τῶν πραγμάτων ποιούμενοι τὴν κατάσκεψιν. *Spiritu afflati, accurateque res conſiderantes.* Idem, in Catena in cap. I. Joh. pag. 19. Johannem Evangeliſtam vocat πνευματοφόρον. Verba ejus ſunt ad hæreticum Filii deitatem negantem: Ἀλλ', ὦ βέλτιστε, τί καὶ πρὸς τοῦτο ἐρεῖς, ὅταν ἀκούσῃς τοῦ πνευματοφόρου λέγοντος, ὡς ἐν πᾶσι τοῖς γεγενημένοις ἦν ἡ ζωὴ, τουτέστιν, ὁ λόγος ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ; Corderius interpretatur: *Sed, ò vir optime, quid ad hoc reſpondebis, cùm etiam Spiritûs Sancti voce dictum audies, illud videlicet Verbum, quod in principio erat, in omnibus etiam creatis rebus vitam exiſtere?* Τοῦ πνευματοφόρου λέγοντος non eſt, quod ille vult; ſed, *ſi audieris Spiritu Sancto afflatum*, ſc. Johannem, *dicentem*. Alia vide in Theſauro Stephani.

II. *in malam partem* uſurpatur de falſis Prophetis, qui à ſpiritu malo feruntur & agitantur, tanquam à vento, quocunque ille voluerit: quique adeò leves ſunt & inconſtantes. Ita uſurpatur à LXX. Interpretibus Sophoniæ III. 4. Οἱ προφῆται αὐτῆς πνευματοφόροι, ἄνδρες καταφρονηταί. *Prophetæ ejus portantes Spiritum, viri contemptores.* Πνευματοφόροι hic ſunt *leves inſtar venti*: in Hebræo eſt פוחזים, *rapidi*. Verſio noſtra Germ. optimè, leichtfertige Leut. Ita Hoſeæ IX. v. 7. ἄνθρωπος ὁ πνευματοφόρος. *Homo, qui à Spiritu agitatur.* Ubi Theodoretus, pag. 730. Ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντος πνεύματος παραπαίων, καὶ τῇδε κἀκεῖσε περιφερόμενος. *Homo, qui propter inhabitantem Spiritum deſipit, & huc atque illuc jactatur.* At in Hebræo eſt איש הרוח *vir venti*, id eſt, *ventoſus*. Hoc ipſo ſenſu uſurpatum reperias verbum πνευματοφορεῖσθαι Jerem. II. 24. Ἐν ἐπιθυμίαις ψυχῆς ἐπνευματοφορεῖτο. *Cupiditatibus, tanquam vento, agitata eſt anima.* Ad quem locum Cyrillus Alexandr. in cap. LIV. Jeſajæ, pag. 765. Πνευματοφορουμένη δὲ ψυχὴ, πάντως που καὶ ἀκατάστατος. *Vento autem circumdata anima, omnino etiam inconſtans eſt.* Aliud tamen vult contextus originalis, quem conſulere poteſt ſtudioſus Lector. Hoc propterea tantùm monendum duxi, ut pateat, πνευματοφορεῖσθαι non tantùm eſſe; quod volunt Lexica; *afflatu numinis inſtinctum ferri*, vel *Numine afflari*.

Ποηφαγής.

Non habent hanc vocem Lexica, ſed ποηφάγος, ejuſdem ſignificationis. Suidas: Ποηφάγον θηρίον· τὰς βοτάνας ἐσθίον. *Herbas comedens fera.* Legitur apud Cyrillum Alexandr. in cap. XI. Jeſajæ, pag. 200. Σαρκοβόρα ἄρκτος καὶ λέων, βοῦς δὲ καὶ μόσχος, ἤγουν ἔριφος οὐκέτι· ποηφαγῆ δὲ μᾶλλον τὰ τοιάδε τῶν ζώων. *Carnivora* animalia ſunt *urſus & leo, bos verò & vitulus, vel etiam hædus non item: herbas verò potiùs comedunt ejuſmodi animantia.*

Ποιέω.

Variæ hujus verbi ſunt ſignificationes: nos unam tantùm & alteram, quarum uſus in ſacris maximè obſervandus,. proponimus.

I. Ποιεῖν ſignificat idem quod διατρίβειν, *commorari, tempus exigere*. Sic accipitur Actor. XV. 33. ποιήσαντες χρόνον, *commorati ibi aliquanto tempore*. Jacobi IV. 13. Ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα. *Commorabimur ibi annum unum.* II. Corinth. XI. 25. Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. *Noctem ac diem in profundo egi.* Ita Scholiaſtes Euripidis: Ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. *Annum extra patriam facere.* Sic enim in veteri quoque inſcriptione: *Vixit annos XIII. cum marito fecit menſes V.* Canon. XI. Concilii Nicæni: Τρία ἔτη ποιήσουσιν ἐν ἀκροωμένοις. *Tribus annis inter Audientes degent*: pro quo Baſilius Can. LVII. Τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει. *Tres annos inter Audientes perſeverabit.* Gregorius Nyſſenus Canon. IV. Ἐν ἀκροάσει παραμεῖναι, *in Auditione permanere*. Baſilius M. dicit: Τρεῖς ἡμέρας ἐπὶ

πόλεως ποιεῖν, *per triduum in urbe commorari.* Greg. Presbyter: Δύο καὶ δέκα ἔτη λόγος αὐτὸν ἐν τῷ Βυζαντίῳ πεποιηκέναι. *Fama eſt, eum duodecim annis Byzantii commoratum eſſe.*

II. Ποιεῖν ſignificat *creare.* Nyſſenus Orat. IV. contra Eunomium, t.II. pag.556. Τὸ ποιῆσαι τῷ κτίσαι ταυτόν ἐστι. Ποιεῖν *idem prorſus eſt quod* κτίζειν, *creare.* Id verum eſſe, plurimis exemplis S. Scripturæ probari poteſt. Septuaginta Interpretes certè indifferenter Hebræum ברא reddiderunt modò per ποιέω, modò per κτίζω. Per ποιέω Geneſ.I.1.21.27.V.1.2.VI.7.Jeſ.XLII.5.XLIII.1.XLV.18.&alibi. Per κτίζω, Deut.IV.32 Pſal.CIV.30.CXLVIII.5. Ποιεῖν pro κτίζειν etiam in Novo Teſtam. Vide Actor.IV.24.XIV.15.XVII.24.26. Fruſtrà ergo Philoponus lib. I. de generat. tradit, Ariſtotelem propterea negare τὸν Θεὸν ποιητὴν εἶναι, ἢ ποιητικὸν αἴτιον τοῦ κόσμου, quia propriè ποιεῖν ſit τὸ κατὰ ποιότητα μεταβάλλειν, quod Deo non conveniat, quia non indigeat tempore, ſed ſubitanea perfectione res producat, unde idem inibi colligit, Deum rectiùs dici δημιουργὸν καὶ προαγωγὸν τοῦ κόσμου. Sed nunc demum obſervo, hæc ipſa jam allata eſſe in voce Δημιουργὸς, num. II. ubi etiam oſtendimus, Deum rectè ποιητὴν vocari.

III. Præcipuè obſervanda illa ſignificatio eſt, quâ ποιεῖν denotat *conſtituere:* quæ propterea diligenter obſervanda, quia duo ſunt loca in Novo Teſt. quibus hæretici quidam, ad deſtruendam Filii deitatem, ſunt abuſi. Prior eſt Act.II.36.ubi Apoſtolus Petrus: Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. *Certò ſciat ergo tota domus Iſraëlis, quòd Deus hunc fecerit Dominum & Chriſtum, hunc ipſum,* inquam, *Jeſum, quem vos crucifixiſtis.* Hoc loco ἐποίησε, *fecerit,* eſt *conſtituerit,* & in eam dignitatem evexerit: ut ſi quis dicatur rex aut potens imperator factus. Nam *Chriſti* nomen, ut alibi paſſim, ita etiam hoc loco, Regem à Deo unctum & deſignatum declarat, ut nôrint Judæi Jeſum ideò ſic vocatum, quòd revera talis eſſet. Notandum præterea, verbum *faciendi* hoc loco non referri ad οὐσίαν, ſed ad ſtatum & dignitatem ſummam, in quam Chriſtus eſt evectus, ſicut deſcribit Apoſtolus Epheſ. I.21. & IV.10. Philipp.II.9.10. Atque ita veteres hunc locum ὁμοψήφως interpretantur. Chryſoſt. Homil. VI. in Acta: Ἐποίησε, τουτέστι, κατέστησεν· ὥστε οὐδὲν περὶ οὐσιώσεως ἐνταῦθά φησι. Fecit, *id eſt, conſtituit, adeò ut nihil hîc de ſubſtantia dicat.* Greg. Nyſſenus Orat.V. contra Eunomium, t.II. pag.575. Λέγεται παρ᾽ ἡμῶν, οὐ πρὸς τὸ θεῖον τοῦ μονογενοῦς εὐσεβὲς εἶναι τὸ ἐποίησεν ἀναφέρειν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, τὴν κατὰ καιρὸν τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας οἰκονομικῶς γενομένην. *Dicitur à nobis, non ad unigeniti divinitatem pium eſſe referre verbum,* fecit, *ſed ad ſervi formam, ſecundum tempus adventus in carne certâ diſpenſatione,* id eſt, per incarnationem, *factam.* Quæ Hæreticorum fuerit ſententia, etiam ſubjicit: Οἱ δὲ πρὸς τοὐναντίον τὸν λόγον βιαζόμενοι, τὴν προαιώνιον τοῦ Υἱοῦ γέννησιν τῇ ἐποίησε φωνῇ παρὰ τοῦ ἀποστόλου διασημαίνεσθαι λέγουσι. *Qui autem in contrarium hunc ſermonem violenter torquent, æternam Filii generationem hac voce* fecit *ab Apoſtolo ſignificari dicunt.* Et Orat. V. pag. 598. Ἡ κυριότης οὐχὶ οὐσίας ὄνομα, ἀλλὰ ἐξουσίας ἐστὶ, καὶ ἡ τοῦ χριστοῦ προσηγορία τὴν βασιλείαν ἐνδείκνυται· ἄλλος δὲ τῆς βασιλείας, καὶ ἕτερος ὁ τῆς φύσεως λόγος. *Dominatio non eſſentiæ nomen, ſed poteſtatis eſt, & Chriſti appellatio regnum oſtendit: alia autem regni, alia naturæ ratio.* Quod rurſus contra Eunomium obſervat, qui Orat. VI. pag. 601. dixit, τὴν κύριος λέξιν τῆς οὐσίας τοῦ μονογενοῦς, οὐ τῆς ἀξίας κατηγορεῖσθαι, *vocem* Dominus *de eſſentia Unigeniti, non de dignitate enunciari.* Baſilius Magnus lib. II. contra Eunomium, pag. 40. nervosè imprimis ad hunc Petri locum: Τὸ Κύριος ὄνομα, οὐκ οὐσίας ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἐξουσίας ὄνομα· ὥστε ὁ εἰπὼν, Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν λέγει τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπιτραπεῖσαν αὐτῷ, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον αὐτοῦ διηγεῖται. *Nomen* Dominus, *non eſt eſſentiæ, ſed poteſtatis nomen: quare qui dixit,* Dominum eum & Chriſtum Deus fecit, *rerum omnium principatum & dominium dicit à Patre Filio commiſſum, non quomodo eſſe cœperit, narrat.* Oecumenius in cap. II. Act. pag. 14. Ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ, κατέταξε καὶ κατέστησεν, ἀλλ᾽ οὐχὶ, οὐσίωσε. Fecit, *pro, ordinavit & conſtituit, non verò, eſſentiam dedit.* Cyrillus Alexandr. in Theſauro, Aſſert. XXI. pag. 216. Τὸ ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ, ἀπέδειξε νοητέον· οὕτω καὶ αὐτὸς ὁ Πέτρος τοῖς Ἰουδαίοις προσδιαλεγόμενος ἔφασκεν, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον, &c. *Illud,* fecit, *pro,* oſtendit, *demonſtravit accipiendum. Sic ipſe etiam Petrus Judæos alloquens dixit:* Jeſum illum Nazarenum, virum approbatum, &c. Alter locus eſt ad Hebræos III. 2. Κατανοήσατε —— Ἰησοῦν Χριστὸν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. *Conſiderate Jeſum Chriſtum, qui fidelis eſt ei, qui fecit illum.* Ex hoc loco iterum extorquere conabantur χριστομάχοι Filium Dei eſſe ποίημα, vel κτίσμα. At hic rurſus ποιεῖν eſt *conſtituere, ordinare.* Theodoret. ad hunc locum: Ποίησιν, οὐ τὴν δημιουργίαν, ἀλλὰ τὴν χειροτονίαν κέκληκε. *Facturam vocavit, non creationem, ſed electionem* ſc. ad pontificatum & apoſtolatum. Et Theophyl. pag. 897. Πιστός ἐστιν ὁ Κύριος τῷ Πατρὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον· οὐ γὰρ περὶ οὐσιώσεως ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ προχειρίσεως. *Fidelis eſt Dominus Patri, qui conſtituit eum Pontificem & Apoſtolum: non enim hîc de eſſentia, ſed de electione ſermo eſt.* Athanaſius in Catena in cap. I. Jobi, pag. 12. contra Arianos, qui inde colligebant, Filium Dei eſſe ποίημα, ita argumentatur: Ὅταν μὲν γὰρ ἡ οὐσία, ποίημα ᾖ καὶ κτίσμα, τηνικαῦτα τὸ, ἐποίησε, καὶ τὸ, ἔκτισε, κυρίως ἐπ᾽ αὐτῶν λέγεται, καὶ σημαίνει τὸ ποίημα· ὅταν δὲ ἡ οὐσία, γέννημα ᾖ, καὶ υἱὸς, τότε, ἐποίησε, καὶ τὸ, ἐγένετο, καὶ τὸ, ἔκτισεν, οὐκ ἔτι κυρίως ἐπ᾽ αὐτοῦ κεῖται, οὐδὲ ποίημα σημαίνει· ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ ἐγέννησε, τῷ ἐποίησεν, ἀδιαφόρως τις κέχρηται ῥήματι. *Quando enim ſubſtantia ipſa, aut factura, aut creatura fuerit, tunc verbum,* fecit, *&* creavit, *propriè dicitur, &* facturam *ſignificat: quando verò ſubſtantia, proles fuerit ac filius, tum* fecit, factum eſt, *&* creavit, *non propriè ſumuntur, neq; facturam ſignificant: ſed pro,* genuit, *indifferenter verbum,* fecit, *uſurpari poteſt.* Idem Athanaſius Orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 378. Οὐ τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς φύσει γέννησιν σημᾶναι θέλων ὁ ἀπόστολος εἴρηκε, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, μὴ γένοιτο· ποιῶν γάρ ἐστιν ὁ λόγος, οὐ ποιούμενος αὐτός· ἀλλὰ τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ κάθοδον καὶ ἀρχιερωσύνην γενομένην. *Non de generatione ex Patre naturali loqui volens Apoſtolus dixit,* Qui fidelis eſt ei, qui fecit illum: *abſit: Verbum enim facit, non factum eſt: ſed ſignificat ejus ad homines factum deſcenſum & pontificatum.* Ibidem: Οὐχ ὅτι ὁ λόγος, ᾗ λόγος ἐστὶ, πεποίηται νοεῖν θέμις· ἀλλ᾽ ὅτι λόγος ὢν δημιουργὸς, ὕστερον πεποίηται ἀρχιερεὺς ἐνδυσάμενος σῶμα τὸ γεννητὸν καὶ ποιητόν. *Nefas eſt ſentire, Verbum, quatenus eſt Verbum, factum eſſe: ſed quia Verbum, quod creator eſt, poſtea induto corpore genito & creato, factum eſt Pontifex.* Ariani voce, ἐποίησεν, abuſi ſunt ad impietatis ſuæ confirmationem, atq; illa malè & pravè intellecta, Filium in creaturarum numerum referre voluerunt, ut refert Epiphan. Hæreſi LXIX. p. 325. Δῆθεν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου, ὅτι πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, τὸ κτίσμα παρεισφέροντες. *Ex hoc dicto ſcilicet,* Qui fidelis fuit ei, qui ipſum fecit, *Filium eſſe creaturam, contra Apoſtoli*

men-

Digitized by Google

mentem concludentes. Sed reſpondet Epiphanius, pag. 325. Τὸ, ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν πλάσιν ἐνταῦθα διηγεῖται τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως, οὐ περὶ κτίσεως ὅλως φάσκει, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ ἀξιώματος τὸ χάρισμα, ὡς καὶ τὸ εἰρημένον. Ἔδωκεν αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Καὶ οὐ πρώην τοῦτο ἐπληροῦτο ἐν τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ νῦν παρουσίᾳ, ἐπειδήπερ ἡ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις ἡ ἐκ Μαρίας ἔλαβεν ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, σὺν τῷ Θεῷ λόγῳ καλεῖσθαι υἱὸν Θεοῦ. *Hoc,* Pontificem fidelem ei, qui fecit ipſum, *neque eandem formationem corporis hic declarat, neq; ipſius incarnationis: non de creatione omnino dicit, ſed de dono dignitatis poſt adventum ejus: quemadmodum etiam accipiendum id quod dictum eſt:* Dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Et non antea implebatur hoc in deitate, ſed in præſenti adventu. Nam ipſius incarnatio ex Maria accepit nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut cum Deo Verbo vocaretur Filius Dei.* Et paulò pòſt: Οὐδὲν εἰς τὴν θεότητα ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ ἀναλογεῖται, ἀλλ' εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν· καὶ οὐδὲ ὡς περὶ ποιήσεως ἢ κτίσματος, ἀλλ' ὡς περὶ ἀξιώματος μετὰ τὴν παρουσίαν, τὸ ἐποίησεν αὐτόν. *Nihil in hoc dicto ad Deitatem refertur, ſed ad adventum in carne: & neq; ſicut de factura aut creatura, ſed velut de dignitate poſt adventum dixit illud,* Fecit ipſum. Et in Ancorato, pag.487. ad eundem locum: Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἐγέννησε τὸν υἱὸν ἀνάρχως, καὶ ἐν σαρκὶ πεπλήρωται τὸ, ἐποίησεν αὐτὸν ἀρχιερέα. *Deus & Pater genuit Filium ſine principio, & in carne impletum eſt illud,* Fecit eum Pontificem. Et vel primo loco adducendus Chryſoſtomus, Homil.V. in epiſt. ad Hebræos, p.458. Τί ποιήσαντι; ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα. Οὐδὲν ἐνταῦθα περὶ οὐσίας φησὶν, οὐδὲ περὶ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τέως περὶ ἀξιωμάτων ἀνθρωπίνων. *Quidnam fecit? Apoſtolum & Pontificem. Nihil hìc dicit de eſſentia, neq; de Deitate, ſed interim de humanis dignitatibus.* Nec mirum, τὸ ποιεῖν hanc habere ſignificationem: notum enim eſt, ex uſu, hanc vocem, non ſolùm Hebraicæ, ſed etiam Græcæ Linguæ ſignificare, *creare, facere, conſtituere,* eodem prorſus ſenſu, quo Cicero, *creare, facere, & conſtituere Regem,* vel *Magiſtratum* dicit. De ſenectute: *T. Flaminius & M. Attilius Conſules facti ſunt.* Exempla ſatis ſunt obvia.

Ποικιλομορφία.

Non habent Lexica. Ποικιλόμορφος, ut ex Lexicis notum, eſt *multiformis.* Hinc ſubſtantivum ſignificat *variam formationem.* Legitur apud Dionyſium Areopagitam epiſt.IX. num.I. pag.797. Θηρίων, καὶ ζώων ἄλλων, καὶ φυτῶν, καὶ λίθων ποικιλομορφία. *Ferarum aliorumq; animantium, & ſtirpium, atq; lapidum multiformitas.*

Ποιμήν.

Ποιμένος, *Paſtoris* nomen tribuitur,

I. *Propriè* iis, qui paſcunt gregem propriè dictum. Tales fuerunt Lucæ II. 8. quibus primùm Chriſti nativitas fuit annunciata. Rationem reddit Chryſoſtomus Homil.CXLI.t.V.pag.719. Ποιμένες εὐαγγελίζονται. Διατί ποιμένες; Ἐπειδὰν ἦμεν πεπλανημένοι δίκην προβάτων, ἦλθε τῷ κόσμῳ ποιμὴν Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ σωτὴρ τῆς οἰκουμένης, καὶ ποιμένες εὐαγγελίζονται διὰ τὸν ποιμένα. *Paſtoribus evangelizatur. Cur Paſtoribus? Quia ovium inſtar errabamus, venit mundo Paſtor Chriſtus Jeſus, Salvator orbis, & paſtoribus evangelizatur propter Paſtorem.* Theophylactus in cap.II. Lucæ, p.315. Ἐπιφαίνεται δὲ τούτοις ὁ ἄγγελος, διὰ τὸ ἄπλαστον τοῦ ἤθους καὶ ἄκακον· ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν δικαίων πολιτείαν φαίνονται μιμούμενοι· καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ, ποιμένες, Ἰακὼβ, οἱ πατριάρχαι, Μωσῆς, Δαβίδ· οὐ γὰρ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπεφάνη Φαρισαίοις ἢ Γραμματεῦσι, πάσης γὰρ πονηρίας δοχεῖα ἐκεῖνοι· οὗτοι δὲ ἄδολοι ὄντες, θείων θεαμάτων ἠξιώθησαν. *His autem apparet Angelus, propter ſimplicitatem & morum innocentiam, & quod juſtorum vitam imitari videantur. Etenim priſci Patriarchæ paſtores erant, ut Jacob, Moſes, David. Neq; in Jeruſalem apparuit Phariſæis, vel Scribis, qui omnis malitiæ receptacula erant: illi autem cùm ſimplices eſſent, divinis ſpectaculis potiti ſunt.* Vitæ paſtoralis encomium qui deſiderat, legat Baſilium Cæſar. Homil.XXVI. quæ eſt de Martyre Mamante, t.I.p.597.598. Hos verò Heſychius vocat ποιμένας προβάτων.

II. *Paſtoris* nomen, metaphorâ ductâ à paſtoribus gregis ſeu ovium, *impropriè* tribuitur

1. *Deo,* qui eſt *paſtor fidelium,* Pſal.XXIII.1. Παντοδαπὴν γὰρ ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν ὁ ποιμὴν οὗτος τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένοις χαρίζεται. *Nam omnis generis bonorum fructum hic paſtor iis, qui ab eo paſcuntur, largitur;* inquit Theodoretus ad hunc locum, pag.481.

2. *Chriſto* ſeu *Meſſiæ.* Vocatur autem ποιμὴν, ut inquit Nazianzenus Orat.XXXVI.p.592. ὡς εἰς τόπον χλόης κατασκηνῶν, καὶ ἐκτρέφων ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως· καὶ ἐντεῦθεν ὁδηγῶν καὶ προπολεμῶν κατὰ τῶν θηρίων, τὸ πλανώμενον ἐπιστρέφων, τὸ ἀπολωλὸς ἐπανάγων, τὸ συντετριμμένον καταδεσμῶν, τὸ ἰσχυρὸν φυλάσσων, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μάνδραν λόγοις ποιμαντικῆς ἐπιστήμης, *ut nos in loco paſcuæ collocans, & aquâ refectionis enutriens, atque hinc itineris ducem ſe nobis præbens, nec non adverſus belluas pro nobis dimicans: tum etiam, ut errantes ac perditos in viam reducens, confractos obligans, & infirmos roborans, & firmos ac validos cuſtodiens, atq; ad futuræ vitæ caulam per paſtoralis ſcientiæ rationes colligens.* Euſebius Demonſtrat. Evang. lib. IV. p.105. Καθὸ ἔοικε νηπίων ἄρχειν, καὶ οἱονεὶ βοσκημάτων, ποιμὴν ὠνόμασται προβάτων. *Quatenus infantibus videtur imperare, & quaſi pecoribus, paſtor ovium appellatus eſt.* Theophylactus in cap.X.Joh.p.707. Ὅταν τὴν κηδεμονίαν ἐμφῆναι βούληται τὴν περὶ ἡμᾶς, ποιμένα ἑαυτὸν ὀνομάζει. *Quando curam ſuam erga nos demonſtrare vult, Paſtorem ſe ipſum nominat.* Greg. Nyſſenus Orat.III. contra Eunomium, t.II.p.526. Οὐκ ἂν ποιμὴν ὠνομάσθη ὁ Κύριος, εἰ μὴ τὰ πρόβατα τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ ἀπώλλετο. *Nunquam paſtor nominatus eſſet Dominus, niſi oves domus Iſrael periiſſent.* Baſilius Cæſar. de Spiritu Sancto cap.VIII.p.158. Τοὺς προσπεφευγότας τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐμετάδοτον δι' ἀνεξικακίας κατωρθωκότας, πρόβατα λέγει, καὶ ποιμὴν εἶναι τῶν τοιούτων ὁμολογεῖ, τῶν κατακηκοότων αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ μὴ προσεχόντων διδαχαῖς ξενιζούσαις. *Eos, qui ad illius ditionem confugerunt, quiq; per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præſtiterunt, oves appellat, ſeq; talium paſtorem eſſe profitetur, qui vocem ipſius audiunt, nec attendunt doctrinis peregrinis.* Chryſoſtomus Homil.LIX.in Joh. Ὅταν ἐπιμελῆται, ἑαυτὸν ποιμένα καλεῖ. *Quando curam gerit, ſeipſum paſtorem vocat.* Idem, Homil. XVIII. t.V. Χριστὸς ποιμὴν, ὅτι ἡμᾶς νέμει. *Chriſtus paſtor, quia nos regit.* Eccleſiæ ſuæ ſemper præſens eſt. Nazianzenus Orat.XIX. pag. 288. Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, πάρεστι, καὶ ποιμαίνει, καὶ ὁδηγεῖ, καὶ γινώσκει τὰ ἴδια, καὶ γινώσκεται ὑπὸ τῶν ἰδίων· σωματικῶς μὲν οὐχ ὁρώμενος, πνευματικῶς δὲ συγγινόμενος, καὶ προπολεμῶν τῆς ποίμνης κατὰ τῶν λύκων, καὶ οὐδενὶ συγχωρῶν διὰ τῆς αὐλῆς ὑπερβαίνοντι, λῃστρικῶς τε καὶ ἐπιβούλως ξένῃ φωνῇ κατασύρειν, καὶ διακλέπτειν ψυχὰς, τῇ ἀληθείᾳ καλῶς ἠγμένας. *Paſtor ille bonus, qui animam pro ovibus poſuit, adeſt, & paſcit, & deducit, & oves ſuas cognoſcit, & à ſuis cognoſcitur: non quidem corporeo modo ſe ſpectandum præbens, ſed ſpiri-*

ſpiritualem in modum præſens, ac pro grege adverſus lupos pugnans, nec quenquam, prædonum more, ac per inſidias, caulam tranſilire, atq; animas veritate rectè inſtitutas peregrina voce diſtrahere ac ſurripere ſinens.

3. *Miniſtris Eccleſiæ.* Chryſoſtomus Homil. CXLIII. t. V. dicit Apoſtolos vocari ποιμένας, *paſtores*, ὅτι τοὺς λύκους ἀπήλασαν, καὶ τὰ θρέμματα διέσωσαν, *quia lupos abegerunt, & pecora conſervârunt.* Theod. Mopſveſtenus in Catena in cap. X. Joh. p. 263. Ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων, πᾶς ὁ τὸ διδασκαλικὸν ἐκ τῶν πραγμάτων ἐγκεχειρισμένος ἀξίωμα, ὅς τῇ νομίμῳ χρησάμενος εἰσόδῳ, τουτέστιν, ὃς κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν τοῦ νόμου πολιτεύεται. *Paſtor ovium eſt, quiſquis re ipſa dignè doctorali munere inſignitus, legitimo utitur introitu, hoc eſt, qui juxta accuratam legis perfectionem vivit.* Ad Epheſ. IV. 11. dicit Apoſtolus, Chriſtum in cœlos aſcendentem, alios dediſſe ποιμένας καὶ διδασκάλους, *paſtores & doctores.* Ad hunc locum Theodoretus: Ποιμένας καὶ διδασκάλους, τοὺς κατὰ πόλιν καὶ κώμην ἀφωρισμένους λέγει. *Paſtores & doctores eos dicit, qui per unamquamq; civitatem & vicum erant deputati.* Vide etiam Theophylactum.

III. In Bibliotheca veterum Patrum habentur libri tres, inſcripti *Hermæ*, qui S. Pauli diſcipulus fuit: qui à Patribus Ποιμένος, *Paſtoris* nomine inſcribuntur. Hujus libri meminit Tertullianus de Orat. cap. XII. p. 182. *Hermas ille, cujus ſcriptura ferè Paſtor inſcribitur.* Meminit etiam Origenes aliquoties. Cap. I. Philocaliæ, pag. 9. ſcribit, Ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι. *In libro vulgaris apud aliquos precii, qui Paſtor inſcribitur.* Et ſub finem cap. VIII. pag. 34. Καὶ ἐν τῷ Ποιμένι δὲ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, &c. *Et in libro, qui Paſtor inſcribitur, ædificationem turris, &c.* Idem lib. X. Explanat. in epiſt. ad Romanos, ad cap. XVI. v. 14. *Puto, quod Hermas iſte ſit ſcriptor libelli illius, qui Paſtor appellatur, quæ ſcriptura valde mihi utilis videtur, &, ut puto, divinitus inſpirata.* Vide eundem Homil. VIII. in Numeros, Homil. XIII. in Ezech. Homil. XXXV. in Lucam. Clemens Alex. lib. I. Stromat. pag. 311. Λέγει δὲ καὶ ὁ ποιμὴν ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, τῷ Ἑρμᾷ, περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου. *Dicit autem Paſtor quoque Angelus pœnitentiæ, ad Herman, de pſeudopropheta.* Lib. eod. pag. 356. Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα. Τὰ ὁράματα, φησι, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα. *Divinè ergò poteſtas illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione: Viſiones, inquit, & revelationes.* Ejuſdem libri quoque meminit lib. II. ſtrom. pag. 360. 384. lib. IV. pag. 503. lib. VI. pag. 638. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. III. pag. 21. b. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους μνήμην πεποίηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασιν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένος βιβλίον, ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινων ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη· ὑφ' ἑτέρων δ' ἀναγκαιότατον, οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται· ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον· καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα. *Quoniam idem Apoſtolus in ſalutationibus circa finem epiſtolæ ad Romanos, cum aliis etiam meminit Hermæ, cujus eſſe dicunt librum, qui* Paſtor *inſcribitur: ſciendum eſt, eum à quibusdam non eſſe receptum, propter quos non inter eos ponetur libros, qui citra contradictionem recipiuntur: ab aliis autem neceſſarius judicatus eſt, propter eos, qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuuntur. Unde & in nonnullis Eccleſiis legitur, & multi veterum ſcriptorum uſi ſunt teſtimoniis ejus.* Ejuſdem meminit lib. V. cap. VIII. pag. 50. a. Quid verò de ejus ſtatuendum ſit autoritate, docent Robertus Cocus in Cenſura quorundam veterum ſcriptorum, & Rivetus in Critico ſacro, lib. I. cap. XII.

Πόλεμος.

Hæc vox ſumitur

I. *Propriè*, & notat πόλεμον αἰσθητὸν, *bellum ſenſibile* & externum; quod intelligit Chryſoſtomus, quando inter tria bellorum genera primo loco recenſet τὸν κοινὸν οὗτον πόλεμον, ὅταν οἱ παρ' ἡμῖν στρατιῶται πολεμῶνται παρὰ βαρβάρων, *commune hoc bellum, quando milites noſtri à barbaris oppugnantur:* Homil. VII. in I. ad Timoth. pag. 275. Hoc *bellum* ſimpliciter πόλεμον βαρβαρικὸν, *quod à barbaris infertur*, vocat Theophylactus in I. Timoth. II. pag. 755. Et Oecumenius ad eundem locum, pag. 746. Ὁ ἐκ τῶν βαρβάρων ἐπιφερόμενος. *Bellum, quod à barbaris infertur.* Atque tale bellum aliquando utilius eſt pace. Id docet Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XXXVIII. pag. 754. ubi, poſtquam de perſecutione in Perſide excitata egiſſet, tandem totam narrationem his claudit verbis: Καὶ αὐτὰ δὲ ἡμᾶς διδάσκει τὰ πράγματα, ὡς πλείονα ἡμῖν τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος πορίζει τὴν ὠφέλειαν· ἡ μὲν γὰρ ἁβροὺς ἡμᾶς, καὶ ἀνημέρους, καὶ δειλοὺς ἀπεργάζεται. Ὁ δὲ πόλεμος τά τε φρονήματα παραθήγει, καὶ τῶν παρόντων ὡς ῥεόντων παρασκευάζει καταφρονεῖν. *Ac res ipſæ nos docent, plus commodi bellum nobis afferre, quàm pacem. Hæc ſiquidem molles nos, immites & timidos reddit: bellum verò animos acuit, & præſentia, tanquam fluxa, ſpernere docet.* Maxima interim hæc eadem bella habere incommoda, nemo ignorat. Theodoretus in cap. IX. Jeſ. pag. 47. Ἐν τοῖς πολέμοις οἱ νικῶντες ποτὲ μὲν τοὺς κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος διώκουσι· ποτὲ δὲ κατὰ τοῦ εὐωνύμου χωροῦσι· καὶ τὴν φύσιν ἀγνοεῖν ὁ θυμὸς ἀναγκάζει· καὶ ἐοίκασι μεμηνόσιν ἀνθρώποις, οἳ τοὺς οἰκείους βραχίονας ὡς ἀλλοτρίους ἐσθίουσιν. *In bellis victores nunc quidem eos, qui ad dextram ſunt, perſequuntur; nunc in eos irruunt, qui ad ſiniſtram: & naturam ignorare furor cogit, ſimilesq; ſunt hominibus furioſis, qui brachia ſua velut aliena vorant.* Vide etiam Nyſſeni Orat. VII. de Beatitudinib. t. I. pag. 823. Origenes videtur eorum favere ſententiæ, qui bellum etiam legitimum rejiciunt, ſic enim ille lib. VIII. contra Celſum, pag. 427. Ἡμεῖς μᾶλλον ὑπερμαχοῦμεν τοῦ βασιλέως· καὶ οὐ συστρατευόμεθα μὲν αὐτῷ, κἂν ἐπείγῃ, στρατευόμεθα δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ, ἴδιον στρατόπεδον εὐσεβείας συγκροτοῦντες, διὰ τῶν πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεων. *Nos potiùs pugnamus pro Imperatore: cum ipſo, licèt nos impellat, non militamus: ſed pro ipſo inſtruimus caſtra propria pietatis auſpiciis, rem deprecationibus gerentes.* At ſibi contradicit; libro enim quarto contra Celſum, pag. 217. *apes* ait *à Deo documentum datas*, πρὸς τὸ δικαίους καὶ τεταγμένους πολέμους εἴποτε δέοι γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις, *ad juſta & ordinata bella gerenda, ſiquidem ea res ipſa poſtulet.* Idem tamen iterum lib. V. pag. 253. Οὐκέτι λαμβάνομεν ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, οὐδὲ μανθάνομεν ἔτι πολεμεῖν, γενόμενοι διὰ τὸν Ἰησοῦν υἱοὶ τῆς εἰρήνης. *Non ampliùs ſumimus contra illam gentem gladium, neq; bellare diſcimus, facti filii pacis per Jeſum.* Ita etiam lib. VII. pag. 349. Aliàs à bellis legitimis non abhorruiſſe Chriſtianos, ex hiſtoriis notiſſimum eſt. Aliquot tantùm audiamus teſtimonia. Tertull. apolog. cap. XXXVII. pag. 67. *Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum. Sola vobis relinquimus templa:* Ibid. cap. XLII. pag. 72. *Navigamus & nos vobiſcum & militamus, & ruſticamur, & mercamur, proinde miſcemus artes, opera noſtra publicamus uſui veſtro.* Videatur Pamelius ad cap. XI. Tertull. de Corona militis, num. 122. ubi ex Antiquitate pluribus probat, militiam Chriſtianis eſſe licitam.

II. *Im-*

Digitized by Google

II. *Impropriè*, & notat magnam afflictionem. Atque ita piorum vita perpetuum bellum eſt. Vide Jobi VII. 1. Epheſ. VI. 12. I. Petri II. 11. Jac. IV. 1. Minut. Octav. *Quòd corporis humana vitia ſentimus & patimur, non eſt pœna, militia eſt.* Cyprianus epiſt. VII. ſeu lib. I. epiſt. V. pag. 16. *Adhuc in ſeculo ſumus, adhuc in acie conſtituti, de vita noſtra quotidie dimicamus.* Chryſoſtomus Orat. XV. in Acta: Ἀγὼν ἐστιν ὁ παρὼν χρόνος· πόλεμός ἐστι, καὶ μάχη. *Præſens tempus certamen eſt: bellum eſt, & pugna.* Et Homil. III. in I. ad Theſſal. Πολέμου καιρὸς, πᾶς ὁ τοῦ βίου χρόνος. *Belli tempus eſt totum vitæ tempus.* Et Orat. III. in Geneſin: Διηνεκὴς ἡμῖν ἐστιν ὁ πόλεμος, καὶ ἀνακωχὴν οὐδέ ποτε ἔχων. *Perpetuum nobis eſt bellum, quod nullas habet inducias.* Auguſtin. adv. Jul. lib. IV. c. XVI. *Nullum ſine bello inteſtino diem duci.* Seneca epiſt. XCVI. *Vivere, mi Lucili, militare eſt.* Et epiſt. LI. *Nobis quoque militandum eſt: & quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur. Debellandæ ſunt inprimis voluptates, quæ ſæva quoque ad ſe ingenia rapuerunt.* De hoc belli genere Chryſoſtomus Homil. VII. in I. ad Timoth. pag. 275. Ὅταν ἕκαστος πρὸς ἑαυτὸν πολεμῇ, *quando quisq; adverſus ſemetipſum pugnat*, dicit eſſe πόλεμον πάντων χαλεπώτατον, *bellum omnium difficillimum.* Et Theophylactus in I. ad Timoth. II. pag. 755. vocat τὸν ἔνδον πόλεμον, τὸν ἐκ τῶν παθῶν ἐπεγειρόμενον, *bellum quod intra nos ex pravis affectibus excitatur.* De eodem Nazianzenus Orat. I. pag. 34. Κρείσσων ἐπαινετὸς πόλεμος, εἰρήνης χωριζούσης Θεοῦ. *Melius eſt laudabile bellum pace à Deo ſeparante.* Et Orat. XIV. pag. 223. Ἕνα πόλεμον εἰδῶμεν, τὸν κατὰ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως. *Unum hoc bellum agnoſcamus, quod cum adverſaria poteſtate committitur.* Confer, quæ in voce Βίος, num. I. ſub lit. *b.* ad ἀγὼν notamus.

Πόλις.

Hæc vox ſumitur

I. *Propriè.* Ita πόλις ἐστὶ σύστημα ἀνθρώπων ἐκ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ κοινωνίᾳ βίου συγκεκροτημένων. *Civitas eſt cœtus hominum ex diverſis exercitiis atq; inſtitutis conſpirantium ad communem vitæ ſocietatem:* inquit Baſilius Viſione II. in Jeſajam, pag. 820. Idem in Pſal. XLV. pag. 269. Ὁρίζονταί τινες πόλιν εἶναι σύστημα ἱδρυμένον, κατὰ νόμον διοικούμενον. *Definiunt quidam civitatem, congregationem conſtabilitam & legibus adminiſtratam.* Clemens Alexandr. Stromat. lib. IV. extremo, pag. 543. Σπουδαῖον ἡ πόλις, καὶ ὁ δῆμος ἀστεῖόν τι σύστημα καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμου διοικούμενον. *Res bona eſt civitas, & populus, honeſtus aliquis cœtus, & multitudo hominum, quæ regitur lege.* Ejus dignitas in eo maximè conſiſtit, ſi illius incolæ pietati ſtudeant. Chryſoſtomus Homil. XVII. ad populum Antiochenum, t. VI. pag. 578. Οὐ τὸ μητρόπολιν εἶναι, οὐδὲ τὸ μέγεθος ἔχειν, καὶ κάλλος οἰκοδομημάτων, οὐδὲ καὶ πολλοὺς κίονας καὶ στοὰς εὐρείας καὶ περιπάτους, οὐδὲ τὸ πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγορεύεσθαι πόλεων, ἀλλ' ἡ τῶν ἐνοικούντων ἀρετὴ καὶ εὐσέβεια, τοῦτο καὶ ἀξίωμα καὶ κόσμος, καὶ ἀσφάλεια πόλεως· ὡς ἂν μὴ τοῦτο ᾖ, πάντων ἐστὶν εὐτελεστέρα, κἂν μυρίας παρὰ βασιλέων ἀπολαύῃ τιμῆς. *Non quòd metropolis ſit, neq; quòd habeat magnitudinem & ornatum ædificiorum, neq; quòd multas habeat columnas, & latas porticus, & deambulationes, neq; quòd ante alias civitates prædicetur: ſed inhabitantium virtus & pietas, hæc eſt dignitas, & ornatus, & tutela civitatis: ita ut ſi hoc deſit, omnium ſit viliſſima, licèt infinitum ab Imperatore conſequatur honorem.* Vide eadem Homiliâ plura. Idem Homilia XXIV. t. V. quæ eſt in Jeſajæ VI. 1. pag. 144. Ἡ πόλις οὐκ ἀπὸ τῶν οἰκοδομῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐνοίκων χαρακτηρίζεται, μή μοι λέγε, ὅτι ἡ Ῥωμαίων πόλις μεγάλη τῷ μεγέθει· ἀλλὰ δεῖξόν μοι ἐκεῖ οὕτω λαὸν φιλήκοον· ἐπεὶ καὶ τὰ Σόδομα πύργους εἶχεν, ἡ δὲ καλύβη τὸν Ἀβραάμ· ἀλλ' ἐλθόντες οἱ ἄγγελοι τὰ μὲν Σόδομα παρέδραμον, ἐπὶ δὲ τὴν καλύβην κατήχθησαν· οὐ γὰρ οἴκων περιφάνειαν ἐζήτουν, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετὴν περιῄεσαν ζητοῦντες καὶ κάλλος. Οὕτω δὲ καὶ ἄλλως ἡ ἔρημος εἶχε τὸν Ἰωάννην, ἡ δὲ πόλις τὸν Ἡρώδην· διὰ τοῦτο ἡ ἔρημος πόλεως ἦν εὐγνωμονεστέρα. *Civitas non ab ædificiis, ſed ab incolis inſignitur. Ne mihi dicas, Romam ingentem fuiſſe civitatem: ſed oſtende mihi illic populum audiendi cupidum: nam Sodoma quoque turres habebat, ſed tugurium habebat Abrahamum incolam: ſed cùm veniſſent Angeli, Sodomam quidem tranſibant, ſed in tugurio divertebant: non enim ædium quærebant ſplendorem, ſed animæ virtutem & pulchritudinem quærentes circumibant. Sic etiam in deſerto commorabatur Johannes, in civitate verò Herodes: propterea etiam civitate præſtantius erat deſertum.* Proinde meritò rurſus Chryſoſtomus Homil. XVII. ad populum Antiochenum: Ἐμοὶ πόλις μὴ ἔχουσα πολίτας θεοφιλεῖς πάσης κώμης εὐτελεστέρα, καὶ σπηλαίου παντὸς ἀτιμοτέρα. *Mihi civitas non habens cives Dei amantes quovis pago vilior, & quavis ſpelunca ignobilior.*

II. *Impropriè.* Atque ita

1. *Civitatis* nomine ſignificatur *regio ſeu territorium civitati adſcriptum.* Hoc ſenſu accipitur Canon. IX. Concilii Antiocheni, ubi decernitur, ἕκαστον ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, *unumquemq; Epiſcopum poteſtatem habere ſuæ parœciæ, & curam gerere totius regionis, quæ ſuæ urbi ſubeſt.* Vocem πόλις hoc loco ſic eſſe ſumendam probat ſequentibus Cl. Juſtellus ad hunc Canonem: Sic Dio Chryſoſtomus Orat. XXXIV. inter cætera, quæ Cæſarem Tarſenſibus conceſſiſſe narrat, χώραν nominat. Κἀκεῖνος ὑμῖν, inquit, παρέσχε χώραν, νόμους, τιμήν, ἐξουσίαν, &c. *Ille verò vobis conceſſit regionem, leges, honorem, poteſtatem.* Xiphilinus de Byſantio à Severo Imperatore diruto & in vici formam redacto loquens. Τὴν πόλιν τε, inquit, καὶ τὴν χώραν αὐτῆς, Περινθίοις ἐχαρίσατο, καὶ αὐτῇ ἐκεῖνοι οἷα κώμῃ χρώμενοι. *Urbem, omnemq; ejus regionem Perinthiis conceſſit: illiq; Byſantio uſi ſunt ut vico.* Juriſconſulti *territorium civitatis* vocant. Pomponius: *Territorium eſt univerſitas agrorum intra fines cujusq; civitatis, intra quos*, ut ait Siculus Flaccus, *juris dicendi jus erat.* Hinc Judicis territorium l. fin. ff. de Juriſd. Nec verò in republica tantùm, ſed etiam in Eccleſia, civitates regiones ac territoria ſua habuerunt, quæ paſſim in Conciliis & in hiſtoria Eccleſiaſtica παροικιῶν nomine ſignificantur. Juſtinianus l. XXVI. C. de Epiſcop. aud. ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἢ τῇ παροικίᾳ, *in civitate vel ejus vicinia.* Et l. XXXV. C. de Epiſcop. & Cler. Κἂν τολμήσῃ τις ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, ἀτιμοῦται. *Si quis audeat civitatem aut ſuo Epiſcopo aut territorio privare, infamis redditur.* Hactenus ille. Hoc ipſum clariſſimè docet Heſychius, qui dicit, πόλιν, τὴν χώραν. *Regionem* vocârunt *urbem.* Ita de regione Dicæarchus: Ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ ἔνυδρος. *Regio arida tota eſt, nec aquis irrigata.* Strabo lib. VIII. pag. 246. Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην· ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβον, Μάκαρος πόλιν. *Steſichorus verò regionem Piſæam, urbis vocabulo notat: quomodo Poëta Lesbum appellat Macaris urbem.* Vide ibidem alia exempla ex Euripide & Sophocle. Suidas etiam notat Chium inſulam à Lyſia πόλιν eſſe appellatam: deinde ſubjicit, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλάκις τῶν ῥητόρων τὰς νήσους πόλεις ὀνομάζουσι. *Sed & alii rhetores ſæpe inſulas vocant urbes.*

Digitized by Google

2. Πόλις, κατ᾽ ἐξοχὴν, appellatur *Paradiſus cæleſtis & nova Jeroſolyma:* de qua Gregorius Nyſſenus in vita Thaumaturgi, t.III. pag.535. Μία πόλις ἡ ἐπουράνιος, ἡ διὰ τῶν ζώντων λίθων συνῳκισμένη, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. *Una eſt civitas illa cæleſtis, quæ per lapides vivos habitatur, cujus artifex & conditor eſt Deus*, ut inquit Apoſtolus ad Hebr. XI. 10. ubi Theodoretus per ἀχειροποίητον πόλιν, *civitatem non manu factam* intelligit, τὴν ἐν οὐρανοῖς πολιτείαν, *vitam, quæ in cælis agitur.* Eodem modo exponit v. 16. ejusdem capitis. Clemens Alex. Strom.lib.IV.pag.543. docet, etiam Stoicos agnoviſſe, cœlum eſſe civitatem. Ἐγὼ ἂν εὐξαίμην τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ πτερῶσαί με εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν. Λέγουσι γὰρ καὶ οἱ Στωικοὶ, τὸν μὲν οὐρανὸν κυρίως πόλιν· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἐνταῦθα οὐκ ἔτι πόλεις· λέγεσθαι μὲν γὰρ, οὐκ εἶναι δέ. *Ego Chriſti Spiritum oraverim, ut me in meam ſuſtollat Jeruſalem. Dicunt enim Stoici quoque, cælum quidem propriè eſſe civitatem, quæ autem ſunt hic in terra, non eſſe civitates: dici enim, ſed non eſſe.* Addit: Ἡ ἐκκλησία ὑπὸ λόγου διοικουμένη, ἀπολιόρκητος ἀτυράννητος πόλις ἐπὶ γῆς. *Eccleſia, quæ regitur à Verbo, civitas quæ non poteſt circumſederi, nec tyrannide opprimi.* Confer, quæ habes in Ἱερουσαλὴμ, num. II. & III. Baſilius Cæſar. in Pſalmum XLV. pag.269. ad v.4. Pſal. XLVI. Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei.* Τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ· ἤτοι τὴν ἐκκλησίαν τῶν τὸ πολίτευμα ἐχόντων ἐν οὐρανοῖς· ἢ πᾶσαν τὴν νοητὴν κτίσιν, ἀπὸ τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων, μέχρι τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, πόλιν χρὴ νοεῖν εὐφραινομένην ὑπὸ τῆς ἐπιῤῥοῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος. Civitatem Dei. *Vel ſignificat Eccleſiam eorum, qui cæleſtem ducunt converſationem, vel omnem creaturam ſub intelligentiam cadentem à cæleſtibus usque ad animas humanas, per civitatem intelligere oportet, Sancti Spiritûs influxu lætificatam.* Poſtea ſubjicit definitionem civitatis, quam num. I. ex eodem in hunc Pſalmum adduximus, & addit: Ἐφαρμόζει δὲ τῇ ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῇ ἐπουρανίῳ πόλει ὁ ἀποδοθεὶς ὅρος τῆς πόλεως. Σύστημα γὰρ κἀκεῖ τῶν πρωτοτόκων, τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς· καὶ ἱδρυμένον τοῦτο, διὰ τὸ ἀμετακίνητον τῆς διαγωγῆς τῶν ἁγίων. *Convenit autem civitatis tradita definitio etiam illi quæ ſuprà eſt Jeroſolymæ, civitati illi cæleſti. Nam & ibi primogenitorum ac deſcriptorum in cælis congregatio; & ob immutabilem ſanctorum vitam, ſtabilis ac perpetua eſt.*

Πολιτεία.

Vocis hujus variæ ſignificationes ex Lexicis haberi poſſunt. Nos elegantiores, & inſtituto noſtro maximè convenientes obſervamus.

I. Quia πολιτεία aliquando ſignificat *civitatem*, ſeu *jus civitatis*; ut Actor. XXII. 28. quò H. Stephanus etiam refert locum Epheſ. II. 12. quem tamen aliò referendum eſſe, mox oſtendemus; hinc apud ſcriptores Eccleſiaſticos frequentiſſimè notat *certam vitæ*, aut *vivendi rationem:* idque

1. *Simpliciter.* Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone, pag. 347. Edit. Græco-Lat. Ἐξήλθομεν ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐν ᾗ ἐζῶμεν κατὰ τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων κακῶς ζῶντες. *Exivimus jam ex ea vivendi ratione, in qua viximus communibus aliorum terræ habitatorum moribus, malè vitam agentes.* Idem in epiſt. ad Diognetum, pag.497. de Chriſtianis: Θαυμαστὴν καὶ ὁμολογουμένως παράδοξον ἐνδείκνυνται τὴν κατάστασιν τῆς ἑαυτῶν πολιτείας. *Admirabilem & prorſus incredibilem vitæ ſuæ rationem oculis noſtris proponunt.* Chryſoſtomus lib. IV. de Sacerdotio, c.IX. Οὐδὲν κέρδος ὑγιοῦς πίστεως, τῆς πολιτείας διεφθαρμένης. *Nihil prodeſt ſana fides, ſi vita ſit corrupta & impia.* Hinc idem Homil. XXI. t.V. Edit.Pariſ. pag. 314. Μετὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ πολιτείαν συμβαίνουσαν τοῖς δόγμασιν ἐπιδειξώμεθα. *Cum recta fide declaremus dogmatibus convenientem eſſe vitam noſtram.* Homil. LXXV. in Matth. ſub finem: Ἀλλ᾽ οὐδὲν ὄφελος ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαν αὐτοῖς, ὥσπερ οὐν οὐδὲ τῆς πολιτείας ἕνεκεν μετανοοῦσι τότε. Vetus Interpres ineptè: *Sed nihil utilitatis inde accipient, quemadmodum neque illi, qui everſa civitate reſipiſcunt.* Vertendum: *Quemadmodum nec illi, quos tum vitæ antè actæ pœnitebit.* Et Homil. XXXV. in Matth. pag. 248. poſtquam docuit, majorem in N.Teſt. requiri cognitionem Dei, quàm in veteri, ſubjungit: Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς πολιτείας· τότε μὲν ὁ φόνος ἀπώλλυεν τὸν ἐργασάμενον, νῦν δὲ καὶ τὸ ὀργίζεσθαι. *Ita etiam circa ipſam vivendi rationem* majora nunc à nobis exiguntur: *nam illis temporibus cædis perpetratio homicidam perdebat: nunc verò etiam iraſci ſatis eſt ut pereas.* Mox: Ὥσπερ ἡ γνῶσις, οὕτω καὶ ἡ πολιτεία ἐπιτέταται νῦν. *Sicut cognitio, ita etiam vivendi ratio nunc intenta eſt.* Hoc ipſum haud obſcurè innuit Heſychius, quando πολιτείαν inter alia interpretatur per voces βίος, ἀναστροφὴ, πρᾶξις, *vita, converſatio, actio.*

2. *Cum variis epithetis;* qualia ſunt,

a. ἡ παλαιὰ πολιτεία, *vetus vivendi ratio.* Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone, μετάνοιαν ποιεῖν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς πολιτείας, *veteri vivendi conſuetudine relictâ, pœnitentiam agere.* Chryſoſtom. in Pſal.XLIX. Καὶ γὰρ ὁ ναὸς, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἡ λατρεία πᾶσα καὶ ἡ πολιτεία τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας. *Templum enim, ſancta ſanctorum, omnis cultus, omnisque forma ac ritus veteris legis.* Eadem vocatur πατρῴα πολιτεία. Idem in Pſal. XLIII. de Judæis, ὑπὲρ νόμου καὶ πολιτείας ἐμάχοντο πατρῴας. *Pro lege & patria pugnabant vivendi ratione.* Vocatur etiam Ἰουδαϊκὴ πολιτεία. Idem Homil.XXVII. t.V. edit. Pariſ. p.395. de muliere Cananæa Matth.XV. Ἀλλόφυλος ἡ γυνὴ καὶ βάρβαρος, καὶ τῆς πολιτείας τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐκτός. *Alienigena mulier & barbara, & extranea à Judæorum religione.* Eodem ſenſu Apoſtolus ad Eph. II. 12. de Gentilibus ante eorum ad Chriſtum vocationem: Ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ. *Alieni à vivendi ratione*, id eſt, religione, *Iſraëlis:* Τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἦσαν ἐκτὸς, *extra divinam vivendi rationem erant*, inquit Theophylactus.

b. Καινὴ πολιτεία, *nova vivendi ratio.* Atque hæc opponitur veteri, de qua modò. Chryſoſtom. in Pſal. CXII. ad v. 9. Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. *Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem ſuper filiis lætantem.* Ὅπερ γέγονεν ἐπὶ τῆς Ἄννης, ὅπερ γέγονεν ἐπὶ μυρίων ἑτέρων. Εἶδες ὕμνον ἀπηρτισμένον; εἶδες ὕμνον πεπληρωμένον; εἶπε τὰ μέλλοντα κατορθοῦσθαι τῇ οἰκουμένῃ, πῶς ὁ Ἰουδαϊσμὸς παύεσθαι μέλλει, πῶς καινὴ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολιτεία διαλάμπει. *Quod factum eſt in Anna, quod factum eſt in aliis innumerabilibus. Vidiſti hymnum perfectum? Vidiſti hymnum completum? Dixit ea quæ erant futura univerſo orbi, quomodo ceſſaturus eſſet Judaiſmus, quomodo nova Eccleſiæ vivendi ratio in lucem exitura.* Interpres minùs commodè, *nova Eccleſiæ reſpublica.*

c. Ἀρίστη πολιτεία, *optima vivendi ratio*, id eſt, vera pietas. Chryſoſtomus in Pſal. CIX. Τίνες ἔσονται οἱ προφῆται καὶ ἀπόστολοι, καὶ δίκαιοι καὶ μάρτυρες, καὶ ὁμολογηταὶ, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀρίστην πολιτείαν διαπρέψαντες ἐν τῇ πίστει τῇ εἰς τὸν Χριστόν; *Quinam erunt Prophetæ & Apoſtoli, juſti & martyres, & confeſſores, & omnes, qui juxta optimam vivendi rationem in fide in Chriſtum fuerunt inſignes?* Idem Homil. I. tom. V. pag. 5. Δοξάζεται ὁ Θεὸς οὐ διὰ δογμάτων ὀρθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πολιτείας ἀρίστης. *Deus non tantùm glorificatur per recta dogmata, ſed etiam per optimam vitam & converſationem.* Idem Hom.

LVI.

Digitized by Google

LVI. t. V. pag. 380. Κέρδος οὐδὲν ἔσαι ἡμῖν τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ὅταν ὁ βίος διεφθαρμένος ᾖ· ὥσπερ ἂν οὐδὲ πολιτείας ἀρίστης ὄφελος, πίστεως οὐκ οὔσης ὑγιοῦς. *Nihil proſunt recta dogmata, ſi vita ſit corrupta: quemadmodum etiam optima vivendi ratio inutilis eſt, ſi fides non ſit ſana.*

d. Εὐαγγελικὴ πολιτεία, *Evangelica vivendi ratio.* Qualis verò ea ſit, compendioſè ſimul & luculenter deſcripſit Baſilius M. Homil. XIII. quæ eſt Exhortatio ad Baptiſmum, t. I. p. 484. Μάθε, διδάχθητι εὐαγγελικὴν πολιτείαν, ὀφθαλμῶν ἀκρίβειαν, γλώσσης ἐγκράτειαν, σώματος δουλαγωγίαν, φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότητα, ὀργῆς ἀφανισμόν. Ἀγγαρευόμενος προστίθει, ἀποστερούμενος μὴ δικάζου, μισούμενος ἀγάπα, διωκόμενος ἀνέχου, βλασφημούμενος παρακάλει. Νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ, συσταυρώθητι τῷ Χριστῷ· ὅλην τὴν ἀγάπην μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον. *Diſce Evangelicam vivendi rationem, oculorum accuratam modeſtiam, linguæ continentiam, corporis ſubactionem, animum demiſſum, cogitationis puritatem, iræ ſedationem. Ad aliquid agendum coactus, plus præſta: defraudatus ne in judicium accerſe: odio habitus ama: perſecutione preſſus ſuſtine: maledictis laceſſitus, precare. Mortuus ſis peccato: unà cum Chriſto crucifigaris: dilectionem omnem in Dominum transfer.*

e. Ἀποστολικὴ πολιτεία, *Apoſtolica vivendi ratio.* Ita vocat Suidas in Ἀποστολική, ubi ea ipſa, quæ modò ex Baſilio attulimus, quoque exhibet. Iſidorus Peluſiota epiſt. LXXX. lib. IV. Εἰ τοίνυν καὶ νῦν ὁ τῶν ὑφηγητῶν βίος ἡμιλλᾶτο τῇ ἀποστολικῇ πολιτείᾳ, ἴσως μὲν καὶ σημεῖα ἐγίνετο ἄν· εἰ δὲ καὶ μὴ ἐγίνετο, ἤρκει πρὸς φωτισμὸν τῶν θεωμένων. *Si igitur hodieque vita doctorum Apoſtolicam illam vivendi rationem æmularetur, fortaſſe miracula etiam fierent. Sin autem & nulla fierent, ſufficeret ad illuminandos ſpectatores vel ſola vita.* Lib. II. epiſt. L. vocat ἀποστολικὸν βίον, *vitam Apoſtolicam.*

f. Ἔννομος πολιτεία, *vivendi ratio ad legis normam expreſſa.* Chryſoſtomus in Proœmio in Catenam Jobi, de Jobo: Ὅτι δὲ οὐ μετὰ τὸν νόμον ὁ δίκαιος οὗτος ἐγένετο, ὥς τισιν ἔδοξε διὰ τὴν ἔννομον αὐτοῦ πολιτείαν, &c. *Quod verò hic juſtus non poſt Legem exſtiterit, ut nonnullis viſum eſt ob ejus vivendi rationem ad Legis normam expreſſam, &c.*

g. Ἡ κατ' εὐσέβειαν πολιτεία, *vivendi ratio juxta pietatem inſtituta.* Euſebius Demonſt. Evangel. lib. I. pag. 10. Ὁ κατ' ἀρετὴν βίος, ἥ τε κατὰ εὐσέβειαν πολιτεία. *Vita virtuti, & vivendi ratio pietati conveniens.* Eadem à Nyſſeno vocatur ἡ κατ' ἀρετὴν πολιτεία, eodem ſenſu, quo ὁ κατ' ἀρετὴν βίος: & à Macario Homil. V. pag. 85. Ἐνάρετος πολιτεία. Verba ejus: Ἀγωνισώμεθα διὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐντεῦθεν κτήσασθαι τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο, ἵνα μὴ γυμνοὶ εὑρεθῶμεν. *Contendamus per fidem & vitam virtuti convenientem jam hinc acquirere veſtem illam, ne nudi inveniamur.*

h. Πνευματικὴ πολιτεία, *ſpiritualis vivendi ratio.* Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. XIV. pag. 5. Ἡ τῆς πνευματικῆς πολιτείας ὁδὸς, πράξει μᾶλλον ἢ φράσει εὐοδοῦται. *Spiritalis vitæ iter per actionem potiùs, quàm per ſermonem feliciter cedit.* Chryſoſtomus Homil. XXIX. in epiſtol. ad Romanos, pag 221. Οὐ πίστεως δεῖ μόνης, ἀλλὰ καὶ πολιτείας πνευματικῆς, ἵνα κατέχωμεν τὸ πνεῦμα τὸ δοθὲν ἅπαξ. *Non ſola fide, ſed etiam vita ſpiritali opus eſt, ad retinendum ſemel datum ſpiritum.* Vocatur etiam πνευματικωτέρα πολιτεία. Chryſoſtomus Hom. LXIII. t. V. pag. 438. Θάνατος μαρτύρων οὐκ ἔστι θάνατος, ἀλλὰ ζωῆς βελτίονος ἀρχὴ, καὶ πολιτείας πνευματικωτέρας προοίμια. *Martyrum mors non eſt mors, ſed vitæ melioris initium, & vivendi rationis maximè ſpiritalis exordium.*

i. Οὐρανῷ πρέπουσα πολιτεία, *cœlo conveniens vitæ ratio.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCXVI. lib. IV. pag. 542. Οὐ γὰρ οἱ τῶν ταλανιζομένων καὶ καταθρηνουμένων πλέον ἔχοντες, βασιλεῦσαι δίκαιοι ἂν εἶεν· ἀλλ' οἱ τοὺς κατὰ νόμον εὐδοκίμους ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερβαίνοντες, καὶ οὐρανῷ πρέπουσαν πολιτείαν πολιτευσάμενοι. *Non illi digni fuerint, qui regnent, qui cum miſeris ac deflendis hominibus comparati plus aliquantò quàm ipſi habent in ſe boni: ſed illi potiùs, qui eos, quos conſtat ſecundum legem laudabiliter vixiſſe, longo intervallo poſt ſe relinquunt, & cœlo convenientem vitæ rationem inſtituerunt.* Ita epiſt. XXXIII. lib. ejusd. ἡ οὐρανῷ πρέπουσα πολιτεία. Et epiſt. LIII. Πολιτεία ἀγγέλοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις ἁρμόζουσα. *Vivendi ratio, quæ Angelis potiùs convenit quàm hominibus.* Hinc ἀγγελικὴ πολιτεία. Chryſoſtomus Homil. LXXXIII. t. V. Διὰ τὸν σταυρὸν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ἁμιλλᾶται. *Propter crucem natura humana ad angelicam vivendi rationem aſpirat.*

k. Πολιτεία ἠκριβωμένη, *accurata & exacta vivendi ratio.* Chryſoſtomus Homil. XII. t. V. pag. 179. Οὐδὲν ἔσαι σοι κώλυμα πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, τὸ μὴ ποιεῖν σημεῖα, ἐὰν πολιτείαν ἔχῃς ἠκριβωμένην. *Nullo tibi impedimento eſſe poterit, quò minùs omnia conſequaris bona, quòd ſigna non facias, ſi vita tua fuerit accurata & exacta.* Paulò ante dixit, τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖν, καὶ τὸν ἠκριβωμένον βίον. *Vitæ rationem, & accuratum vivendi modum laudare.* Huc pertinet πολιτείας ἀκρίβεια. Vide in Ἀκρίβεια.

l. Ἄκρα πολιτεία, *optima vitæ ratio.* Chryſoſtomus Homil. XIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 103. de fidelibus Vet. Teſt. Οὐδὲ γὰρ εἰς ἄκραν αὐτοὺς εἷλκε πολιτείαν, ἀλλὰ καὶ χρημάτων ἀπολαύειν ἐπέτρεπε, καὶ γυναιξὶ κεχρῆσθαι πλείοσιν οὐκ ἐκώλυε. *Neque enim ad accuratiſſimam vivendi rationem eos pertraxit Deus, ſed & permiſit pecuniis illos frui, nec pluribus uti uxoribus prohibuit.* Juſtinus M. in Expoſit. Fidei de Chriſto dicit, eum διὰ τῆς ἄκρας πολιτείας ἀφανίσαι τὸ παράπτωμα, *per exactiſſimam vivendi rationem peccatum ſuſtuliſſe, aboleviſſe.*

m. Ὀρθὴ πολιτεία, *recta vivendi ratio.* Chryſoſtomus Homil. VII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 468. Μέγα μὲν ἡ πίστις καὶ σωτήριον, καὶ ταύτης ἄνευ οὐκ ἔνι σωθῆναί ποτε· ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ καθ' ἑαυτὴν τοῦτο ἐργάσασθαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ πολιτείας ὀρθῆς. *Res quidem magna eſt fides & ſalutaris, & abſque ea ſalvari non poſſumus: at per ſe ad hoc efficiendum ſola non ſufficit, ſed recta inſuper vivendi ratione opus eſt.*

II. Πολιτεία ſæpe apud Patres ponitur pro κακουχίᾳ *& vexatione corporis,* ex pia devotione, aut etiam ſuperſtitione. Epiphanius in Ἀνακεφαλαιώσει pag. 529. Οἱ ἀπ' ἰδίας νοὸς τὰ πρὸς πολιτείαν καὶ ἄσκησιν καὶ θεσμὸν ἑαυτοῖς συλλέγοντες. Cornarius interpretatur: *Qui ex propria mente ea, quæ ad converſationem vitæ, exercitationemque, ac ſtatuta pertinent, ſibi ipſis colligunt.* Malim pro, *quæ ad converſationem vitæ pertinent,* reddere, *quæ ad vexationem corporis pertinent:* per πολιτείαν enim & ἄσκησιν nihil aliud intelligitur quàm σκληραγωγία τοῦ σώματος. Et mox ibidem: Καθέζεσθαι ἐν πολιτείαις καὶ νηστείαις ὑπερβαλλούσαις. Iterum Cornarius: *Deſidere in vitæ converſationibus ac jejuniis ingentibus.* Tu iterum, *In corporis vexationibus.* Hinc ἐρημικὴ πολιτεία, eſt *dura eremitarum vivendi ratio.* Photius Cod. Bibliothecæ ſuæ CCXXXI. pag. 889. Λεόντιος, ὁ τὴν ἐρημικὴν πολιτείαν καὶ τὸν μονάδα βίον ἑλόμενος. *Leontius, qui ſolitariam vivendi rationem & vitam elegit monaſticam.* Zonaras ad Can. IV. Chalced. μοναδικὴν πολιτείαν μετιέναι, *monaſticam vitam agere.* Et ad Can. XLIII. in Trullo, μοναχικὴν μετελθεῖν πολιτείαν. Palladius in procœmio hiſtoriæ Lau-

Digitized by Google

Lauſiacæ, in principio, de monachis, οὐράνιον πολιτείαν κατορθοῦν, *cæleſtem vitæ rationem amplecti.* Ibid. de Iſidoro, pag. 10. Τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν τῇ τοῦ χριστοῦ συμμαχίᾳ ἐξήσκησαν. *Angelicam vivendi rationem à Chriſto adjuti exercuerunt.* Hæc tamen poſteriora ad primam etiam hujus vocis ſignificationem referri poſſunt.

III. Πολιτείας nomine ſæpe intelliguntur, quæ ſolent Theologi *bona opera* appellare. Chryſoſtomus Homil. XXXV. in Matth. pag. 248. Ὁ μὲν παρὼν βίος πολιτείας ἐστὶ καιρός· μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν κρίσις καὶ κόλασις. *Præſens hæc vita rectè vivendi occaſionem & opportunitatem exhibet, poſt obitum verò judicium & pœna.* Idem Homil. XLII. t. V. quæ eſt in titulum libri Actorum Apoſtolicorum: Οὐ θαύματα, ἀλλὰ πολιτεία εἰς βασιλείαν εἰσάγει τῶν οὐρανῶν. *Non miracula, ſed bona opera in regnum cælorum introducunt.* Paulò antè, pag. 277. Πρᾶξις μὲν ἀγαθὴ καὶ χωρὶς σημείων εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς κατωρθωκότας εἰσήγαγε, θαῦμα δὲ καὶ σημεῖα χωρὶς πολιτείας οὐκ ἴσχυσε πρὸς τὰ πρόθυρα χειραγωγῆσαι ἐκεῖνα. *Actio quidem bona etiam ſine miraculis ejus ſtudioſos introduxit: miraculum verò & ſigna ſine bonis operibus non potuerunt ad veſtibula illa deducere.* Per πολιτείαν ergo intelligit πρᾶξιν ἀγαθὴν καὶ βίον καθαρόν. Ita Homil. VI. in I. ad Corinth. pag. 278. docet, βίον καθαρὸν longè præſtantiorem eſſe miraculis. Vide in voce Σημεῖον.

IV. *Incarnatio Filii Dei* vocatur ἔνσαρκος πολιτεία, *vita, quam in aſſumta carne egit*, ab Euſebio hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. IV. pag. 4. b. à Balſamone ad Can. LXXVI. in Trullo.

Πολιτεύομαι.

Multa de hoc verbo Lexicographi, imprimis H. Stephanus in Theſauro ſuo. Nos duas tantùm ejus obſervamus ſignificationes.

I. *In bonam partem* accipitur, & ſignificat, interprete Heſychio, πράττειν, ἀναστρέφεσθαι, *agere, verſari, vitam inſtituere.* Ignatius in epiſt. ad Trallianos, pag. 11. Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐπολιτεύσατο ἄνευ ἁμαρτίας, *Verbum caro factum eſt, & vixit* inter homines *ſine peccato.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Illuminat. IV. dicit ἰσάγγελον βίον πολιτεύεσθαι, *æqualem Angelis vitam vivere;* quod Chryſoſtomus cap. XXI. de Virginitate vocat ἰσάγγελον πολιτείαν. Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone, ἐννόμως πολιτεύεσθαι, *juxta legem vitam agere.* Idem in Expoſit. Fidei, de Chriſto: ᾗ μὲν ἄνθρωπος, ἀμέμπτως πολιτεύεται, καὶ θάνατον ἑκούσιον καταδέχεται. *Quatenus homo, ſine ulla reprehenſione vitam egit, & voluntariam mortem ſubiit.* Idem ad Diognetum de Chriſtianis: Ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ᾽ ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. *In terra degunt, ſed in cælo vivunt*, id eſt, vitam cœlitibus dignam vivunt. Eodem modo Chryſoſtomus Homil. XXIV. t. V. pag. 145. Ἐν γῇ ἔστηκεν ἡ ἐκκλησία, ἀλλ᾽ ἐν οὐρανῷ πολιτεύεται. *In terra quidem eſt Eccleſia, ſed vitam cælo dignam vivit.* Atque hoc eſt, quod Paulus dicit ad Philipp. III. 20. Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Vulgatus: *Noſtra converſatio in cælis eſt.* Beza: *Nos ut municipes cælorum nos gerimus.* Verba quidem diverſa, ſenſus verò idem. Senſus etenim eſt, Quanquam alii terrena curent; de quibus in præcedentibus; nos tamen, qui Chriſtum longè aliter didicimus, & futuram ſperamus reſurrectionem, & æternam in cœlis cum Domino noſtro felicitatem, cœleſtia ſpiramus, & jam in terra talem degimus vitam, quæ eos decet, qui cœli cives ſunt: vivimus ut οὐρανοπολῖται. Hunc ſenſum paucis exprimit Theodoretus ad præſentem locum, pag. 338. Ἐκεῖνοι μὲν τῇ γῇ προσετήκασιν, ἡμεῖς δὲ τὸν οὐρανὸν φανταζόμεθα. *Illi terra affixi ſunt, nos autem cælum animo verſamus.* Et Theophylactus, pag. 612. Τὰ ἄνω δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν, πρὸς τὴν πατρίδα ἡμῶν σπεύδειν, ἔνθα καὶ πολιτεύεσθαι ἐτάχθημεν. *Quæ ſuperna ſunt, nos ſapere & affectare oportet, & ad patriam noſtram feſtinare, ubi vitam agere nobis ordinatum eſt.* Eleganter etiam Macarius Homil. V. pag. 78. Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Ἐν τούτῳ γὰρ διαφέρουσιν οἱ ἀληθεῖς χριστιανοὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλὴ διάστασις μεταξὺ ἀμφοτέρων τυγχάνει, ἐν τῷ τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν πάντοτε ἐν τῷ οὐρανίῳ φρονήματι τυγχάνειν, καὶ τὰ αἰώνια ἀγαθὰ ἐνοπτρίζεσθαι διὰ τὴν μετουσίαν καὶ μετοχὴν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. *Noſtra converſatio in cælis eſt. In eo enim differunt veri Chriſtiani à reliquo hominum genere, & magna diſtantia inter utrosque eſt, quòd mens & cogitatio eorum ſemper circa cæleſtia ſit occupata, & quòd æterna bona per communionem & participationem Spiritûs Sancti intueatur.* Confer cum his, quæ habentur ſub voce Πατρίς. Sed redeamus ad verbum πολιτεύομαι. Eo uſus eſt Apoſtolus ad Philipp. I. 27. Μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ χριστοῦ πολιτεύεσθε. *Tantùm dignè Evangelio Chriſti converſamini*, vel, *vos gerite.* Hoc eſt περιπατεῖν ἀξίως τοῦ Κυρίου, *incedere ſicut Domino dignum eſt*, ad Coloſſ. I. 10. ἀξίως τοῦ Θεοῦ περιπατῆσαι, *ambulare ſicut dignum eſt Deo*, I. Theſſal. II. 12. ἀξίως περιπατεῖν τῆς κλήσεως, *ambulare ut dignum eſt vocatione.* Eſt, ut Oecumenius in cap. I. ad Philipp. pag. 662. πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι, *in virtute creſcere:* vel, ut Theodoretus ad eundem locum, pag. 328. ἁρμόδιον τῷ εὐαγγελίῳ βίον ἀσπάσασθαι, *vitam Evangelio convenientem amplecti.* Et Theophylactus, pag. 588. Ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετήν. Ἀξίως δὲ τοῦ εὐαγγελίου πολιτεύεται, ὁ ἑαυτὸν ἀπαρνησάμενος, καὶ τὸν σταυρὸν ἄρας, καὶ ἀκολουθήσας χριστῷ. *In virtute creſcere. Dignè autem Evangelio ſe gerit, qui ſeipſum abnegans crucem ſuam tollit, Chriſtumque ſequitur.* Eodem verbo ſemel adhuc uſus eſt Apoſtolus Actor. XXIII. 1. Ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας. *Ego omni conſcientiâ bonâ vixi Deo usque in hodiernum diem.* Eadem loquendi formâ occurrit apud Clementem Alexandr. Pædag. lib. II. cap. X. pag. 203. de Johanne Baptiſta in eremo vivente, κατὰ γαλήνην Θεῷ συμπεπολιτευμένος, *tranquillè cum Deo vixit*, id eſt, ut Deo conveniebat & cultui ejus. II. Maccab. VI. 1. Τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις πολιτεύεσθαι. Interpres: Dei *legibus gubernari.* Malim: *Juxta Dei leges vivere:* ut eſt ibid. cap. XI. 25. Πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν ἔθη. *Vivere ſecundum eos, qui ſub majoribus eorum erant, mores.* Πολιτεύεσθαι ergo τῷ Θεῷ, eſt κατὰ Θεὸν πολιτεύεσθαι, *vivere ut ejus cultus poſtulat.* Ita Orat. XXX. Chryſoſtomi, t. V. inſcribitur, Περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτεύεσθαι. *De ea vivendi ratione, quam cultus Dei poſtulat.* Athanaſius contra Gentes, t. I. pag. 52. κατὰ χριστὸν πολιτεύεσθαι, *ſecundum Chriſtum vivere*, id eſt, ut ejus præcepta poſtulant: vel, vitæ ejus rationem imitari. Verba ejus adſcribo: Ὥσπερ τοῖς κατὰ χριστὸν πολιτευομένοις ἐστὶ τὸ ἔπαθλον ζωὴ αἰώνιος· οὕτω τοῖς τὴν ἐναντίαν, καὶ μὴ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀτραπὸν ὁδεύουσιν, αἰσχύνη μεγάλη, καὶ κίνδυνος ἀσύγγνωστος ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. *Quemadmodum iis, qui vitam Chriſto dignam vivunt, repoſitum eſt præmium vitæ æternæ: ita iis, qui viam contrariam, non virtutis, ambulant, magna ignominia, & periculum inevitabile in die judicii.* Poteſt verò illud, πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, commodè reddi, *vitam meam Deo probare ſtudui:* ut πολιτεύεσθαι τῷ Θεῷ dicantur, qui ſincerè agunt & ſimpliciter, Deo magis quàm hominibus placere ſtudentes: quemadmodum πολιτεύεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, qui ex adverſo hominibus magis placere ſtudent, quàm Deo. Beza & Piſcator, nec non verſio noſtra Germanica, *ſervivi Deo.*

Non

Digitized by Google

Non rejicio: interim πεπολίτευμαι plus eſſe videtur, quàm ἐλάτρευσα. Idem, ac ſi dixiſſet Paulus, ἔζησα τῷ Θεῷ, *vixi Deo*, ut ad Rom. VI. v. 11. ζῆν τῷ Θεῷ. Nam *vivere Deo* dicuntur, qui toti ab arbitrio ejus pendent, nec vitæ actionumque ſuarum aliam metam habent, quàm ut, quæ accepta ſint ei, faciant. Sin apud Demoſthenem, ζῆν τῷ Φιλίππῳ dicuntur, qui non ſolùm ſerviunt illi, ſed etiam toti ab eo pendent, tanquam devoti & ſacramento obligati milites. Nazianzenus quodam in loco dixit τῇ γαστρὶ πολιτεύεσθαι, quod Claudiano eſt *luxuriæ ventriq; vacare*, Horatio, *duci ventre*. Paulo, Rom. XVI. 18. Τῇ κοιλίᾳ δουλεύειν: id autem faciunt illi, ὧν ὁ Θεὸς κοιλία, Phil. III. 19. qui ſe ventri totos, haud ſecus atque Deo conſecrant. Vide in Κοιλία, num. I. Ergo, πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, eſt, *vixi Deo: vitam meam conſecravi Deo*: ſic vixi cum hominibus tanquam Deo omnes actiones meas vidente & inſpiciente. Aut, quod idem eſt, ſi ſenſum potiùs, quàm verba, ſpectemus, Ὁσίως τε καὶ δικαίως ἔζησα. Εὐσεβῶς καὶ δικαίως ἔζησα. *Sanctè & juſtè vixi. Piè & inculpatè vixi.* Nec aliter Chryſoſtomus Homil. XLVIII. in Acta: Ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ· ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν. Οὐ σύνοιδα ἐμαυτῷ τι ἠδικηκὼς ὑμᾶς, οὐδὲ ἄξιον τῶν δεσμῶν τούτων πράττων. *Ego omni conſcientiâ bonâ Deo vixi. Quod autem dicit, hoc eſt: Non ſum conſcius mihi, quòd in re aliqua vos laſerim, aut vinculis dignum aliquid commiſerim.*

II. *in malam partem.* Singularis eſt ſignificatio, quam Lexicographi non obſervant, quando πολιτεύεσθαι eſt *graſſari, invaleſcere*. Huc pertinet, quod Theodoretus dixit, πολιτευομένη παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀσέβεια. *Impietas, quæ apud homines graſſatur*, vel *invaluit*. Idem, Τὰ πολιτευόμενα κακὰ, *mala, quæ in communi uſu verſantur.* Eodem pertinet, quamvis in bonam partem, illud Chryſoſtomi Homil. CXXVII. t. V. Σταυρὸς κηρύττεται, καὶ πίστις ἡ εἰς Θεὸν ὁμολογεῖται, καὶ ἀλήθεια εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην πολιτεύεται. *Crux prædicatur, & fides in Deum communi conſenſu recipitur, & veritas in toto terrarum orbe obtinet.*

Πολυαρχία.

Πολυαρχία notat *deorum multitudinem*. Exempla afferuntur in voce Μοναρχία, ubi vide.

Πολυγαμέω.

Non habent Lexica. *Multas duco uxores.* Ei opponitur μονογαμεῖν, *unam ducere uxorem.* Theodorus Abucara Περὶ μονογαμίας, in Biblioth. Patrum, t. XI. pag. 417. Οὐκ ἄδηλον τὸ ἀντίθεον, καὶ φιλόσαρκον φρόνημα τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς πολυανθρωπίας πολυγαμεῖν θεμιστευόντων, τοῦ δημιουργοῦ τῷ καιρῷ τῆς ὀλιγανθρωπίας μονογαμεῖν θεσπίσαντος. *Non eſt obſcurum, Deo contrariam eſſe, & ex amore carnis profectam ſententiam illorum, qui, cùm erat multitudo hominum, jus habendi multas uxores conſtituerunt, cùm alioqui creator mundi tunc cùm erat paucitas hominum, conjugium unius ſanxerit.*

Πολυγαμία.

Hæc vox apud ſcriptores Eccleſiaſticos duplicem habet ſignificationem.

I. Πολυγαμία eſt, cùm quis non ſucceſſivè, una alteri mortuæ ſuccedente, ſed uno eodemque tempore duas vel plures uxores habet. Hoc ſenſu uſurpatur à Photio epiſt. I. pag. 39. Πολυγαμία ὑπέραισχρον καὶ μιαρὸν, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἀκολασίας καὶ ἀκαθαρσίας. *Polygamia res turpis & deteſtabilis, quæ belluarum convenit & laſciviæ & impuritati.* Hoc ipſum tamen ad ſecundam referri queat ſignificationem. Imò, rem accuratiùs ſi examinemus, patebit Patres ſemper poſteriore ſignificatione hac voce uſos eſſe. Interim tamen, cur πολυγαμία hoc ſenſu uſurpata ſub Lege per quandam συγκατάβασιν fuerit conceſſa, hanc affert rationem Theodoretus, quando ad Interrogationem ſecundam in I. librum Samuelis, pag. 231. Διατί ὁ Ἐλκανᾶ δύο εἶχε γυναῖκας; *Cur Elcana duas habuit uxores?* ita reſpondet: Οὔτε ἐπέτρεψεν ὁ νόμος δυσὶν ἢ πλείοσι γυναιξὶν ἐννόμως συναφθῆναι, οὔτε μὴν ἐκώλυσε· συγχωρῶν τὸ ἔλαττον, ἵνα κωλύσῃ τὸ μεῖζον. Τῇ δυνάμει γὰρ τῶν δεχομένων ἐμέτρει τοὺς νόμους. *Neque juſſit lex cum duabus aut pluribus legitimè conjungi uxoribus, ſed neque prohibuit: concedens minus, ut prohiberet majus. Ex eorum enim qui accipiebant viribus metiebatur leges.* Vide in Δίγαμος, num. I.

II. Πολυγαμία eſt, cùm quis ſucceſſivè plures ducit uxores. Balſamon ad Can. LXXX. Baſilii, pag. 1009. Πᾶν γαμικὸν συνάλλαγμα τοὺς ὅρους ὑπερβαῖνον τῆς τριγαμίας, πολυγαμία ὀνομάζεται. *Omnis contractus nuptialis, qui terminos tertii conjugii excedit, polygamia vocatur.* Verba Baſilii Canone iſto, pag. 778. ſunt: Τὴν πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων· ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα. *Patres polygamiam ſilentio prætermiſere, ut belluinam & penitus ab hominum genere alienam. Nobis autem probatur eam majus eſſe fornicatione peccatum.* Tale conjugium vocatur πορνεία. Conſtitut. Apoſtol. lib. III. cap. II. pag. 889. Τὸ δ' ὑπὲρ τὴν τριγαμίαν, προφανὴς πορνεία, καὶ ἀσέλγεια ἀναμφίβολος. *Quod ſupra tertium conjugium eſt, manifeſta fornicatio, & minimè dubia laſcivia eſt.* Nicephorus Chartophylax in reſp. ad Theodoſium Monachium ſcribit τέταρτον γάμον μηδένα τολμᾶσθαι, ἀλλ' εἶναι ἀπόβλητον παντελῶς, *neminem audere ad quartum progredi conjugium: illud enim prorſus rejiciendum eſſe.* Aliquando *tertium conjugium polygamia* vocatur. Baſilius M. Can. IV. pag. 761. Τοὺς δὲ τριγάμους ἐν τρισὶ καὶ τέτρασι πολλάκις ἔτεσιν ἀφορίζουσιν· ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτο οὐκ ἔτι γάμον, ἀλλὰ πολυγαμίαν, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην. *Trigamos autem ſæpe tribus & quatuor annis ſegregant. Id autem non ampliùs conjugium, ſed polygamiam appellant, vel potiùs caſtigatam fornicationem.* Vide in Κολάζω, num. III. ad hæc verba notata. Balſamo in Photii Nomocan. Tit. XIII. cap. II. pag. 1080. Biblioth. Juris Canonici: Ὁ τρίτος γάμος παρὰ τοῖς παλαιοῖς νόμοις πολυγαμία ἐλέγετο. *Tertiæ nuptiæ à veteribus legibus polygamia dicebantur.* Vide in Τριγαμία. Imò Clemens Alexandr. Stromat. lib. III. pag. 461. *ſecundas nuptias polygamiam* vocare videtur, quando ſcribit: Ὁ Κύριος, παλαιὰ καινίζων, οὐ πολυγαμίαν ἔτι συγχωρεῖ· τότε γὰρ ἀπῄτει ὁ Θεὸς, ὅτε αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι ἐχρῆν· μονογαμίαν δὲ εἰσάγει, διὰ παιδοποιΐαν, καὶ τὴν τοῦ οἴκου κηδεμονίαν, εἰς ἣν βοηθὸς ἐδόθη ἡ γυνή· καὶ εἴ τινι ὁ ἀπόστολος δι' ἀκρασίαν καὶ πύρωσιν, κατὰ συγγνώμην δευτέρου μεταδίδωσι γάμου· ἐπεὶ καὶ οὗτος οὐχ ἁμαρτάνει μὲν κατὰ διαθήκην· οὐ γὰρ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμου· οὐ πληροῖ δὲ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας, τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα. *Dominus vetera renovans, non ampliùs concedit polygamiam. Tunc enim eam exigebat Deus, quando oportebat augeri & multiplicari. Monogamiam autem introducit propter liberorum procreationem & domûs curam; ad quam data eſt mulier adjutrix, & ſi cui Apo-*

Digitized by Google

ſtolus, propter intemperantiam & uſtionem, ex venia ſecundum concedit matrimonium: nam hic quoq; non peccat quidem juxta Teſtamentum: non eſt enim à Lege prohibitus: non implet autem ſummam illam vitæ perfectionem, quæ agitur ex Evangelio. Confer vocem Μονογαμία.

Πολυγνώμων.

H. Stephanus πολυγνώμονα interpretatur eum, *qui eſt multi conſilii.* Sed apud Cyrillum Alex. Homil. Paſchali XV. pag. 202. ſignificat *ſententiâ & animo inconſtantem.* Verba ejus ſunt: Λεπροῖς παρεικάζει τὸ γράμμα τὸ νομικὸν τοὺς ὅσον ἧκεν εἰς τρόπους, πολυειδεῖς τε καὶ πολυγνώμονας, καὶ μυρίοις ὅσοις ἐμπεποικιλμένους κακοῖς. *Litera legis leproſis eos comparat, qui moribus variis ſunt, & animo inconſtantes, quiq; innumerabilibus malis undique infecti.*

Πολυδύναμος.

Non habent Lexica. Eſt *multipotens*, ut loquitur Plautus. Chryſoſtomus Homil. CXLV. t.V. pag. 906. Ἔστι σταυρὸς πολυδύναμος δύναμις. *Crux eſt multipotens potentia.*

Πολυειδία.

Πολυειδὴς eſt ποικίλος Heſychio, *diverſas ſpecies habens, multifarium.* Hinc πολυειδία eſt *varietas*, ποικιλία. Cyrillus Alex. in cap. LV. Jeſ. pag. 768. Τῇ τῶν ἀρίστων πολυειδίᾳ, καὶ κάλλει τῷ νοητῷ διαπρέποντες ἅγιοι μυσταγωγοί. *Virtutum varietate* (legendum videtur, ἀρετῶν) *& pulchritudine ſpirituali excellentes myſteriorum doctores.*

Πολυέλεος.

Typica ſunt, ut ſuo docemus loco, verſuum ex Pſalmis hinc inde collectorum, & ad ſolennitatum arcana exponenda aptiorum Ecloga. Hinc non eadem in omnibus, ſed varia pro diverſitate ſolennitatum concinnantur: eaque aliis diebus Dominicis non recitantur, ſed loco eorum Pſalmus, qui dicitur Ἄμωμος. Vide in Ἄμωμος, num. II. ſi aliæ ſunt ſolennitates, quàm Chriſto & beatæ Virgini dicatæ, neque τυπικά, neque Ἄμωμος, ſed πολυέλεος dicitur, eſtque Pſalmus CXXXV. cujus initium, Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου. *Laudate nomen Domini*; & in fine cujuslibet verſiculi adnectitur *Alleluja.* Πολυέλεος nomen habet ab eo, quòd eodem tempore Pſalmus CXXXVI. canitur, Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia ejus.* Verba, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, in ſingulis totius Pſalmi verſibus repetuntur. Typicum Sabæ, pag. 6. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἐν πάσαις ταῖς παρασκευαῖς ψάλλομεν τὸν πολυέλεον. *Sciendum eſt nos in omni Paraſceve canere Polyeleum.* Frequentiſſima ejus mentio in Typico, Menologio, & aliis Græcorum libris Eccleſiaſticis. Vide Gl. Meurſii.

Πολύευκτος.

Ex ſolo Heſychio afferunt hanc vocem Lexica, qui interpretatur, τίμιος, πολυπόθητος, *precioſus, multùm optatus, multis votis expetitus.* Aliquoties legitur apud Cyrillum Alexandrinum. Exempla quædam ſubjungimus. In cap. VI. Hoſeæ, pag. 97. Παρ' οὐδὲν πεποίησθε τὴν οὕτω σεπτὴν καὶ πολύευκτον χάριν. *Nihili feciſtis venerandam hanc & votis omnibus expetendam gratiam.* In cap. II. Jonæ, pag. 378. ad v. 4. Πολύευκτον ἀληθῶς καὶ τριπόθητον ποιεῖται τὸ εἰς αὐτὸν ἐλάσαι τὸν θεῖον ναόν. *Verè multis expetendum votis & optandum maximè exiſtimat* (Jonas) *divinum Templum rurſus viſitare.* Lib. X. adv. Julianum, pag. 361. Φίλον πως ἀεὶ καὶ πολύευκτον τοῖς κατάγε τὴν ἰδίαν οἰκέταις, ἀγαθὴ καὶ ἡμερωτάτη δέσποινα. *Domeſtici ſibi ſemper heram mitem, bonam & liberalem votis omnibus expetunt.*

Πολύζαλος.

Non habent Lexica. *Procelloſus.* Cæſarius, Dial. I. Interrogat. 1. Τὴν πολύζαλον τοῦ βίου διαπλέειν θάλασσαν. *Procelloſum vitæ hujus mare trajicere.*

Πολυκινησία.

Non habent Lexica. Eſt *multiplex motio.* Dionyſius Areopagita cap. IV. de div. Nominibus, ſect. IV. pag. 465. Ἡ ἐνίων ἀστέρων μεταβατικὴ πολυκινησία. *Multiplex & vagans curſus quorundam ſiderum.*

Πολύκοινος.

Heſychius: Πολύκοινος, πᾶσι κοινός. *Omnibus communis.* Cyrillus Alexandr. ad v. 21. cap. I. Jeſaiæ, pag. 23. de Jeroſolyma: Οἷά τις πολύκοινος καὶ σεσοβημένη γυνὴ κατὰ πολλοὺς ἠσέβησε τρόπους. *Tanquam quædam omnibus communis, inſolens & improba mulier variis modis impiè egit.* Et in cap. XXIII. Jeſaiæ, pag. 333. Πολύκοινος καὶ μαχλῶσα γυνή. *Pervulgata & ſcortatrix mulier.* Sophocles in Ajace ᾅδην vocat πολύκοινον, *inferos omnibus communes, orcum omnibus communem.*

Πολυκλήμων.

Habent quidem Lexica, ſed ex ſolo Heſychio, qui exponit, πολλὰ κλήματα ἔχων, *qui multas poſſeſſiones habet. Dives, locuples, opulentus.* Cyrillus Alexandr. in Collectaneis ad Numer. VI. 23. pag. 37. Οἱ πολυκλήμονες, καὶ τὸν γηρὸν πλοῦτον ἐπιθυμοῦντες. *Qui multa poſſident, & terrenas concupiſcunt divitias.* Ejus contrarium ἀκλήμων, de quo ſuo loco. Hac voce etiam uſus Clemens Alex. lib. III. Pædag. cap. VI. extremo, pag. 235. Locum adduximus ſuprà in Παγκλήμων.

Πολυκυριότης.

Non habent Lexica. Significat *multitudinem dominorum.* Uſus hac voce Theophylactus ad v. 6. cap. VIII. epiſt. I. ad Corinthios, pag. 226. quando dicit, Gentiles πολυθεΐαν πρεσβεύειν, καὶ πολυκυριότητα, *multos deos colere, & multos dominos.* Idem quod πολυκοιρανίη Homero in illuſtri verſu 204. Il. Β.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Non eſt bona multorum dominatio: unus princeps eſto.

Πολυμορφία.

Non habent Lexica. Πολύμορφος eſt *multiformis.* Hinc πολυμορφία eſt *multitudo formarum.* Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. cap. II. ſect. II. pag. 15. πολυμορφίαν vocat, quando Angeli & res ſpiritales variis ſymbolis & figuris ad captum noſtrum in ſcripturis deſcribuntur. Οὐ χρὴ ταῖς ἱερατικαῖς καὶ θεοειδέσιν ἁπλότησι τὰς ἐπὶ γῆς ἐσχάτας περιτιθέναι πολυμορφίας. *Non oportet cæleſtibus ac deiformibus ſimplicitatibus, terrenas illas infimas attribuere formarum multitudines.*

Digitized by Google

Πολυπραγμονέω.

Quemadmodum verbum περιεργάζομαι duas maximè ſignificationes habere diximus: ita de hoc idem obſervandum eſt.

I. Πολυπραγμονεῖν ſignificat *multis ſe negociis implicare, iiſq; nihil ad ſe pertinentibus: ea curioſè ſcrutari, quæ minimè oportet ſcrutari.* Eſt περίεργον εἶναι, de quo in περιεργάζομαι. Heſychius enim: Πολυπράγμων, περίεργος. Chryſoſtomus lib. I. de Providentia, cap. VII. exemplo Apoſtoli Pauli nos hortatur, ne providentiæ divinæ arcana curioſè ſcrutemur. Verba ejus ſunt: Εἰ ὁ τοσούτων ἀποῤῥήτων κοινωνήσας, καὶ εἰς τρίτον ἀνελθὼν οὐρανὸν, ἰλιγγίασε πρὸς ταύτην τὴν ἄβυσσον, καὶ διακύψας πρὸς τὸ βάθος τοῦ πλούτου καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κατεπλάγη μόνον, καὶ ἀνεχώρησε, τί μάτην κόπτομεν ἑαυτοὺς, πολυπραγμονοῦντες τὰ ἀνεξερεύνητα, καὶ ζητοῦντες τὰ ἀνεξιχνίαστα; *Si is, qui tantorum arcanorum fuit particeps, & in tertium aſcendit cœlum, ad hanc tamen abyſſum caligavit, inſpiciensq; in profundum divitiarum & ſapientiæ & cognitionis Dei, obſtupuit ſolùm, atque inde reſiliit: quid nos ipſos fruſtrà fatigamus, curioſè perſcrutantes inſcrutabilia, atq; inveſtigabilia inquirentes?* Idem, Homil. LXIV. in Matth. pag. 408. Οὐ χρὴ πάντα τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς κατὰ λέξιν περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν μαθόντας δι᾽ ὃν συνετέθη, τοῦτον δρέπεσθαι, καὶ μηδὲν πολυπραγμονεῖν περαιτέρω. Hunc ipſum locum adducimus in voce Παραβολὴ, num. II. unde ejus interpretatio petenda. Idem Homil. IX. in I. ad Theſſal. p. 204. Θῶμεν εἶναι τὴν συντέλειαν μετὰ εἴκοσι ἔτη, μετὰ τριάκοντα, μετὰ ἑκατόν· τί τοῦτο πρὸς ἡμᾶς; οὐχὶ ἑκάστου συντέλεια τὸ τῆς αὐτοῦ ζωῆς πέρας ἐστί; τί πολυπραγμονεῖς καὶ ὠδίνεις ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τέλους; *Ponamus conſummationem eſſe poſt annos viginti, poſt triginta, poſt centum. Quid hoc ad nos? Nónne uniuscujusq; conſummatio eſt finis vitæ ejus? Quid de communi fine curioſè es ſolicitus & velut parturis?* Idem, Homil. XXVI. t. V. pag. 156. docet, ſe ea credere, quæ Deus in verbo ſuo revelârit, non revelata minimè ſcrutari. Δέχομαι τὰ εἰρημένα, οὐ πολυπραγμονῶ τὰ σεσιγημένα· κατανοῶ τὰ ἀποκαλυφθέντα, οὐ περιεργάζομαι τὰ συγκεκαλυμμένα· διὰ τοῦτο γὰρ συγκεκάλυπται. *Ea recipio, quæ dicta ſunt, non curioſè ſcrutor ea, quæ ſilentio ſunt involuta. Conſidero revelata, non curioſè inveſtigo occultata: nam propterea occultata ſunt.* In eandem ſententiam Athanaſius Dial. I. de Sacroſancta Trinitate, tom. II. pagina 177. Πῶς γεννᾷ τὸν Υἱὸν ὁ Θεὸς, οὐ πολυπραγμονῶ· καὶ πῶς ἐκπέμπει τὸ πνεῦμα, ὁμοίως οὐ πολυπραγμονῶ· ἀλλὰ πιστεύω, ὅτι καὶ Υἱὸς γεννᾶται ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἀῤῥήτως καὶ ἀπαθῶς. *Quomodo Deus gignat Filium non curioſè ſcrutor: & quomodo Spiritum emittat, ſimiliter non curioſè ſcrutor: ſed credo & Filium gigni ineffabiliter & ſine paſſione, & Spiritum procedere ineffabiliter atque ſine paſſione.* Sæpe hoc ſenſu conjunguntur πολυπραγμονεῖν & περιεργάζεσθαι. Exempla aliquot jam habes in περιεργάζομαι, num. I. Unum & alterum hic addimus. Chryſoſtomus Homil. XXIX. in I. ad Corinthios, pag. 436. Παῦσαι πολυπραγμονῶν καὶ περιεργαζόμενος, τί δήποτε ὁ δεῖνα πλούσιος, καὶ ὁ δεῖνα πένης. *Deſine curioſè inquirere & inveſtigare, cur ille quidem dives, ille verò pauper ſit.* Idem, Homil. I. tom. V. pag. 3. Πῶς οὐκ ἄτοπον, τὸ σαφέστερον καὶ εὐκολώτερον ἀγνοοῦντα, τὸ δυσχερέστερον καὶ ἀποῤῥητότερον περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν; *Quomodo non abſurdum eſt, perſpicua & faciliora ignorantem, difficiliora & minùs divulganda curioſè inquirere & inveſtigare?* Quemadmodum dicitur τὰ ἀλλότρια κάλλη περιεργάζεσθαι, ut in περιεργάζομαι, num. I. monemus: ita Iſidorus Peluſiota, τὰς εὐμόρφους ὄψεις πολυπραγμονεῖν, *elegantes formas curioſè perſcrutari.*

II. In bonam partem accipitur, & ſignificat *diligenter & ſolicitè inquiro: diligenter & cum quadam quaſi curioſa diligentia ſcrutor.* Chryſoſtomus Homil. IX. in epiſtola ad Romanos, pag. 71. Οἱ τῶν ἰατρῶν ἄριστοι τὴν ῥίζαν ἀεὶ πολυπραγμονοῦσι τῶν νοσημάτων, καὶ ἐπ᾽ αὐτὴν ἔρχονται, τὴν πηγὴν τοῦ κακοῦ. *Optimi medici radicem morborum ſemper diligentiſſimè ſcrutantur, & ad ipſum mali fontem veniunt.* Cyrillus Alexandrinus lib. I. de Adoratione, pag. 6. Εἴπερ τις ἕλοιτο πολυπραγμονεῖν ἀληθῶς τὴν ἱεράν τε καὶ θεόπνευστον γραφὴν, ἄσεται δὴ πάντως ἀληθὲς ὑπάρχον, ὃ φημι. *Si quis voluerit verè diligenter & ſolicitè ſcrutari ſacram & divinitus inſpiratam Scripturam, intelliget omnino verum eſſe, quod dico.* Et paginâ 8. Πολυπραγμονῶμεν εὖ μάλα τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος. *Diligentiſſimè inveſtigemus pulchritudinem veritatis.* Idem in Actis Epheſinis: Τὰς τοῦ μακαρίου Παύλου πολυπραγμονῶμεν φωνάς. *Beati Pauli verba diligenter ſcrutemur, examinemus.* Idem ibidem paginâ 284. Πολυπραγμονοῦντες τὰ ἐν ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς κεκρυμμένα, εὑρήσομεν τὴν ἀλήθειαν. *Si, quæ in divinitus inſpiratis ſcripturis occulta ſunt, diligenter ſcrutemur, veritatem inveniemus.* Idem dicit, Τὴν τοῦ πεποιηκότος βούλησιν πολυπραγμονεῖν. *Creatoris voluntatem diligenter ſcrutari.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXVIII. Τὴν ὁδὸν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πολυπραγμονεῖν. *In viam regni cœlorum ſolicitè inquirere.*

Πολυπρόσωπος.

Lexica non habent. Propriè, *multas habens facies: multiformis.* Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarchia, cap. II. ſect. I. pag. 14. monet, *ne ſacrilegè opinemur,* τοὺς οὐρανίους καὶ θεοειδεῖς νόας πολύποδας εἶναι καὶ πολυπροσώπους, *cœleſtes ac deiformes intelligentias multipedes eſſe ac multiformes.* Cyrillus Alexandrinus præfatione in Theſaurum: Πολυσχιδὴς καὶ πολυπρόσωπος, ἵν᾽ οὕτως εἴπωμεν, ἡ τῶν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δογμάτων ἐστὶ πλάνη. *Multiplex ac multiformis, ut ita dicamus, Arii & Eunomii dogmatum eſt deceptio & impoſtura.*

Πολυσαύριον.

Πολυσαύριον eſt *veſtis Patriarchalis, à multis intertextis crucibus* ſic appellata. Dicebatur quoque φαινόλιον. Zonaras ad Canonem XVII. Concilii Chalcedon. pag. 112. Ἐλέγοντο δὲ ἔξαρχοι καὶ ἕτεροι, ἤγουν ὁ Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ Ἐφέσου, καὶ ὁ Θεσσαλονίκης, καὶ ὁ Κορίνθου· οἷς λέγεται διὰ τοῦτο καὶ προνόμιον δοθῆναι πολυσαύρια φορεῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν. *Dicebantur verò Exarchi etiam alii, nempe Cæſareæ Cappadociæ, Epheſi, Theſſalonicæ, & Corinthi: quibus propterea dicitur etiam datum eſſe privilegium Polyſtauria in Eccleſiis ſuis geſtandi.* Vide Gl. Meurſii in hac voce.

Πολυχρόνιον.

Πολυχρόνιον eſt imprecatio vitæ diuturnæ, quæ fiebat Imperatori Conſtantinopolitano. Codinus: Εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται, καὶ πολυχρονίζουσι, ψάλλοντες καὶ μετ᾽ αὐτὸ τὸ κοντάκιον, ἡ παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει. Καὶ πάλιν τὸ, πολυχρόνιον. *Ingrediuntur etiam Pſaltæ, & vitam diuturnam precantur, poſtea etiam canunt* hoc

Digitized by Google

hoc Contacium: Virgo hodie parit ſupereſſentialem. Et rurſus illud, πολυχρόνιον. Ita autem dicebatur à prima voce formulæ, quæ erat: Πολυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σας εἰς πολλὰ ἔτη. *Diuturnum faciet Deus ſanctum imperium tuum in multos annos.* Sed hæc in Liturgia duntaxat, & ſalutatione aliqua ſolenni obtinebat formula; at in proceſſibus, & acclamationibus, ſimpliciter dicebant, πολλὰ ἔτη. Luitprandus in Deſcriptione Legationis ſuæ ad Nicephorum Phocam, ubi de Proceſſu: *Et cantabatur*, μέδοντι, *id eſt, Principi*, Νικηφόρῳ πολλὰ ἔτη, *id eſt, Nicephoro plures anni ſint.* Hæc ex Gloſſario Cl. Meurſii, unde etiam plura haberi poſſunt.

Πολυχώρητος.

Non habent Lexica. Πολυχώρητος eſt πολλοὺς χωρῶν, *multos capiens, multorum capax.* Cyrill. Alexand. lib.IX.in Johan. ad v.2. cap.XIV. pag.763. Πολλάς εἶναί φησι μονὰς ἐν τῇ τοῦ πατρὸς οἰκίᾳ, πολυχώρητόν τινα διδάσκων εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ προσθήκης οὐδεμιᾶς δεῖσθαι παντελῶς τὴν παρ' αὐτοῦ γενομένην κτίσιν εἰς τὸ δύνασθαι λαβεῖν τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. *Multas dicit eſſe manſiones in domo Patris, docens longè capaciſſimum eſſe cœlum, nec opus eſſe acceſſione creaturæ ab ipſo conditæ ad ſuſcipiendos qui diligunt ipſum.* Eodem ſenſu idem ad eundem locum in Catena in Joh. pag.353. dicit, Ἀφθονία ἐκεῖ καταγωγίων. *Magna illic manſionum copia.*

Πονηρός.

Pauca de hac voce notamus.

I. *Etymon.* Chryſoſtomus Homil.VII. in Acta, pag. 605. Πονηρὸς παρὰ τὸ πονεῖν εἴρηται· οὕτω γοῦν καὶ ἡ γραφὴ πόνον ἀεὶ τὴν πονηρίαν καλεῖ· ὡς ὅταν λέγῃ. Ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος. Καὶ πάλιν· Καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. Πονηρὸς, *malus, à* πονεῖν, *laborando dictus eſt. Sic ſcilicet Scriptura ſemper laborem malitiam vocat: ut cùm dicit, ſub lingua ejus fatigatio & labor. Et alibi iterum, Et quod reliquum ipſis, fatigatio & labor.* Idem in Pſal. CXL. Πονηρία εἴρηται ἐκ τοῦ πόνον ἐπάγειν καὶ μόχθον αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ. *Πονηρία inde dicitur, quod* πόνον, *laborem & ærumnam afferat ipſi poſſeſſori.* Verum quidem, πονηρὸν dici à πόνος, ac proinde παρὰ τὸ πονεῖν, quod eſt à πόνω: interim tamen ſcriptura non ſemper πόνον vocat πονηρίαν. Exempla in contrarium afferri poſſent plurima: nos unico contenti erimus. Proverb. III. 9. Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. *Honora Dominum à juſtis laboribus tuis, & primitias ei ſolve à fructibus tuis juſtitiæ.*

II. Πονηρὸς *in ſpecie* dicitur *Diabolus.* Chryſoſtom. Homil.XV. ad populum Antiochenum: Πολλῶν ἀνθρώπων ὄντων πονηρῶν, μόνος ὁ Σατανᾶς πονηρὸς κατ' ἐξοχὴν λέγεται. *Cùm multi homines ſint mali, ſolus Satanas in ſpecie* malus *dicitur.* Et iiſdem penè verbis Homil. LXVII. t.VI. Μόνος ὁ διάβολος, καίτοι πολλῶν ὄντων πονηρῶν ἀνθρώπων, κατ' ἐξοχὴν πονηρὸς λέγεται. Atque ita ſumitur in ſexta petitione Orationis Dominicæ, conſentientibus veteribus penè omnibus. Chryſoſtomus Homil.XIX. in Matth. ad cap.VI.v.13.pag.140. Πονηρὸν ἐνταῦθα τὸν διάβολον καλεῖ. Κατ' ἐξοχὴν δὲ οὕτως ἐκεῖνος καλεῖται διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας, καὶ ἐπειδὰν μηδὲν παρ' ἡμῶν ἀδικηθεὶς, ἄσπονδον πρὸς ἡμᾶς ἔχει τὸν πόλεμον. Malum *hoc loco diabolum vocat. Singulari verò modo is ita vocatur ob ſummam malitiam, & quia nulla à nobis affectus injuriâ, irreconciliabili nos bello perſequitur.* Hæc in compendium redacta, ita effert Theophylactus in cap.VI. Matthæi. Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Οὐκ εἶπεν, ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἐκεῖνοι ἀδικοῦσιν ἡμᾶς, ἀλλ' ὁ πονηρός. *Sed libera nos à malo. Non dixit, A malis hominibus: non enim illi nos injuriâ afficiunt, ſed malignus ille.* De eodem iterum hunc locum interpretatur Chryſoſtomus Homil. CIII. tom. V. pag. 708. Gregorius Nyſſenus Orat. V. in Orat. Dominicam, t.I. pag.760. Ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Δοκεῖ μοι πολυτρόπως τε καὶ διαφόρως ὁ Κύριος τὸν κακὸν ὀνομάζειν, κατὰ τὰς τῶν πονηρῶν ἐνεργειῶν διαφορὰς πολυωνύμως αὐτὸν ἀποκαλῶν, διάβολον, βεελζεβοὺλ, μαμμωνᾶν, ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ἀνθρωποκτόνον, πονηρὸν, πατέρα ψεύδους, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. A malo. *Videtur mihi Dominus multis ac diverſis modis malum illum nominare, dum juxta differentiam pravarum operationum multis eum nominibus appellat, diabolum, Beelzebul, Mammonam, principem mundi, homicidam,* improbum, *patrem mendacii, aliiſque ſimilibus.* Et pag. ſequenti, πονηρὸν interpretatur, τὸν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὴν ἰσχὺν κεκτημένον, *qui in hoc mundo vires habet.* Cyrillus Jeroſol.Catecheſi Νεοφωτ.V.pag.223. Πονηρὸς, ὁ ἀντικείμενος δαίμων, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι εὐχόμεθα. Malus, *eſt adverſarius dæmon, à quo liberari petimus.* In Liturgia Jacobi,pag.32. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ πάσης ἐπηρείας καὶ μεθοδείας αὐτοῦ. *Libera nos à* malo, *& ab operibus ejus, ab inſultibus, machinis & fraudibus ejus.* Sic etiam Tertull. lib. de Fuga, cap. II. pag. 969. *Erue nos à maligno, id eſt, ne nos induxeris in tentationem, permittendo nos maligno. Tunc enim eruimur diaboli manibus, cùm illi non tradimur in tentationem.* Ignatius ad Trallianos: Προορῶν τὰς ἐνέδρας τοῦ πονηροῦ. *Prævidens inſidias mali.* Ibid. de Theodoto & Cleobulo, τὰ τοῦ πονηροῦ ἔκγονα, *mali ſoboles.* Nec alio ſenſu vox πονηρὸς occurrit Matth. XIII. 19. 38. Epheſ. VI. 16. II. Theſſal. III. 3. ubi Theophylactus per τὸν πονηρὸν intelligit τὸν Σατανᾶν. I.Joh.II. 13.14. Si, τοῦ πονηροῦ, placeat οὐδετέρως accipere, erit, monente Clar. Pricæo, in oratione Dominica idem quod τηρεῖν ἐκ τοῦ πονηροῦ, Johan. XVII. v.15. &, ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ ῥύεσθαι, II.Timoth.IV. 18. Interim prior ſententia potior eſt, quæ de Diabolo interpretatur. Sed nihilominus infirma eſt ratio, quam quidam ab oppoſito articulo τοῦ deducunt, quaſi is ſemper perſonam, nunquam rem denotet. Ita I. Joh.V. 19. de re, ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, *mundus totus in malo jacet.* Ita I. Joh. III. v. 19. ἐκ τῆς ἀληθείας εἶναι.

Πορνεία.

Hæc vox ſumitur

I. *Propriè* pro commixtione eorum, qui extra conjugium vivunt. Greg. Nyſſenus epiſt. Canonicâ, t. II. pag.118. Πορνεία ἐστὶ καὶ λέγεται, ἡ χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου γινομένη τισὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσις. *Scortatio eſt & dicitur cupiditatis ſeu libidinis expletio, quæ fit ſine alia alicujus injuria.* Theophylactus in cap. V. Matth. pag.31. Πορνεία, ἡ εἰς ἀπολελυμένην. *Scortatio eſt cum ſoluta.* Balſamon ad ſuperiora Nyſſeni verba, pag.1048. Πορνεία λέγεται, ἡ χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου μίξις, ἤγουν ἡ πρὸς ἐλευθέραν ἀνδρὸς γυναῖκα. *Scortatio dicitur commixtio, quæ fit ſine alterius injuria, id eſt, cum uxore à marito libera.* Baſilius Magnus Can. XXVI. ad Amphilochium, pag. 769. Ἡ πορνεία γάμος οὐκ ἔστιν· ἀλλ' οὐδὲ γάμου ἀρχή. *Scortatio non eſt matrimonium, ſed nec initium matrimonii.* Eum loqui de commixtione duorum, qui extra conjugium vivunt, patet ex iis, quæ ſtatim ſubjicit. Nempe, *tales eſſe ſeparandos:* ἐὰν δὲ στέργωσιν ἐκ παντὸς τρόπου τὸ συνοικέσιον· τὸ μὲν τῆς πορνείας ἐπιτίμιον γνωριζέτωσαν· ἀφιέσθωσαν δὲ, ἵνα μὴ τι χεῖρον γένηται. *Sin au-*

tem

Digitized by Google

tem eis omnino placeat conſortium, ſcortationis quidem pœnam agnoſcant: ne ſeparentur autem, ne quid deterius accidat. Atque hanc πορνείαν Macarius Homil. XXVI. pag. 348. vocat πορνείαν διὰ σώματος τελουμένην, *ſcortationem, quæ per corpus fit.*

II. *Improprie*, idque

1. *metaphoricè*,

α. pro defectione à Deo, & quovis adverſus eum peccato. Ita Gregor. Nazianzenus Orat. XXXI. pag. 507. Οὐ περὶ σῶμα μόνον ἁμαρτία πορνεία καὶ μοιχεία λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὅτι οὖν ἥμαρτες, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ θεῖον παρανομία. *Non peccatum illud ſolum, quod in corpore admittitur, ſcortatio & adulterium dicitur, ſed & quodvis aliud flagitium, ac præſertim illud ſcelus, quod in divinum Numen perpetratur.* Aretas in cap. XVII. Apocal. pag. 969. Πορνεία οὐχ ἡ αἰσχρὰ συμπλοκὴ τῶν σωμάτων μόνον νοεῖται, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἀπὸ θεοῦ ἔκκλισις. *Scortatio non tantùm turpis corporum commixtio intelligitur, ſed etiam omnis à Deo defectio.*

b. in ſpecie pro idololatria. Suidas: Πορνεία, ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ πόρνος ὁ εἰδωλολάτρης, παρὰ τὸ πόῤῥω νεύειν. Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ· ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστι. *Scorta ſc: idolorum cultus. Et ſcortator, idolorum cultor.* Dictus autem πόρνος, *quod longè nuat*, & oculorum nutu vel eminus ſuam libidinem ſignificet. *Omnem ſcortatorem à te deficientem penitus perdidiſti: mihi verò bonum eſt adhærere Deo.* Verba, quæ hic adducuntur, leguntur Pſal. LXXIII. 27. ubi Theodoretus, Πορνείαν ἐνταῦθα τὴν εἰδωλολατρείαν καλεῖ. *Scortationem hic idolorum cultum vocat.* Quòd verò Suidas dicit, πόρνον dici παρὰ τὸ πόῤῥω νεύειν, alluſio eſt, non verum etymon, quæ etiam legitur apud Athanaſium de Definitionibus, t. II. pag. 54. ubi duæ inſuper aliæ, ejusdem planè commatis. Una eſt, quòd πορνεία dicatur διὰ τὸ πυροῦν τὴν νεότητα, *quod urat juventutem:* altera, διὰ τὸ πηροῦν ἢ ὡς ἐκτυφλοῦν τὸν νοῦν, *quòd depravet, vel quaſi excæcet mentem.* Eſt autem à περνάω vel πέρνημι, quod eſt *vendo.* Scortator enim corpus ſuum proſtituit & veluti vendit. Iterum Theodoretus ad Pſal. CVI. v. 39. pag. 829. Καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Πορνείαν ἐνταῦθα οὐ τὴν ἀκολασίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν καλεῖ. Ἐπειδὰν γὰρ τῷ θεῷ συνημμένοι τὴν ἐκείνων θεραπείαν ἠγάπησαν, τὴν δεισιδαιμονίαν εἰκότως πορνείαν ἐκάλεσεν. *Et ſcortati ſunt in adinventionibus ſuis.* Scortationem *hoc loco, non modò intemperantiam, verùm etiam idolorum cultum vocat. Quoniam enim Deo copulati, illorum cultum adamârunt, dæmonum honorem meritò* ſcortationem *vocavit.* Confer vocem Μοιχεία, num. II. 2.

2. *Synecdochicè*,

α. *pro adulterio.* Clemens Alexandr. Strom. lib. III. pag. 464. hoc ſenſu ſumit, quando dicit πορνείαν eſſe ἐκ τοῦ ἑνὸς γάμου, εἰς τοὺς πολλοὺς ἔκπτωσιν, *ab uno matrimonio ad plura prolapſionem:* quanquam hoc de polygamia quoque ſucceſſiva intelligi poſſit. Magis perſpicua ſunt Chryſoſtomi verba Homil. LXXIII. in Johannem: Τὸν μὴ ἀρκούμενον τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ ἀμήχανον σωθῆναι· ἀλλ' ἀνάγκη πάντως ἀπολέσθαι, κἂν μυρία ἔχῃ κατορθώματα· μετὰ γὰρ πορνείας ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Eum, qui propria uxore non vivit contentus, ſalvari impoſſibile eſt: ſed neceſſe eſt talem omnino perire, etiamſi infinita bona opera fecerit: fieri enim nequit, ut quis cum ſcortatione in regnum cælorum ingrediatur.* Baſilius Magnus Canon. XXI. ad Amphilochium, pag. 768. Εἰ ἀνὴρ γυναικὶ συνοικῶν, ἐπειδὰν μὴ ἀρκεσθεὶς τῷ γάμῳ, εἰς πορνείαν ἐκπέσῃ, πόρνον κρίνομεν τὸν τοιοῦτον. *Si vir cum muliere cohabitans, poſtquam matrimonio non fuerit contentus, in ſcortationem inciderit, ſcortatorem hunc judicamus.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 955. Ἐνταῦθα ὁ ἅγιος τὸν μὲν ἔχοντα γυναῖκα, καὶ μεθ' ἑτέρας ἐλευθέρας γυναικὸς ἀσελγήσαντα, πόρνον εἶναι λέγει, οὐ μοιχόν. *Hoc loco S.* Baſilius *eum qui uxorem habet, & cum alia ſoluta uxore laſciviam committit, ſcortatorem eſſe dicit, non mœchum.*

β. pro omnis generis *laſcivia & impuritate.* Suidas: Πορνεία, καὶ ἡ ἀκολασία· παρὰ τὸ πεπωρωμένον ἔχειν τὸν νοῦν. Πορνεία *etiam eſt intemperantia, quòd* ſcortatores *mentem habeant induratam.* Confer, quæ proximè ex Athanaſio ſunt allata, num. II. 1. *b.* ubi pro πηροῦν etiam legendum πωροῦν, *indurare:* quo ſenſu πωροῦσθαι Apoſtolo ſatis frequens. Clemens Alexandr. Stromat. lib. VII. pag. 744. inter πορνείας ſpecies etiam numerat φιληδονίαν, *voluptatis ſtudium, luxuriam.* Hac ſignificatione ſumitur Rom. I. 29. ubi quidem Theodoretus per πορνείαν intelligit τὴν οὐ κατὰ γάμον γινομένην συνουσίαν, *congreſſionem, quæ fit extra matrimonium:* ac melius Theophylactus: Πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἀκαθαρσίαν τῷ τῆς πορνείας ὀνόματι περιέλαβεν. *Omnem ſimpliciter impuritatem*, ſcortationis *nomine complexus eſt.* Ita etiam ſumitur I. Theſſal. IV. 3. ubi Apoſtolus dehortatur ἀπὸ πάσης πορνείας, *ab omni ſcortatione*, ὅτι πολλὰ τῆς ἀκολασίας εἴδη, *quia multæ ſpecies ſunt intemperantiæ*, ut Theodoretus ad hunc locum.

Πορνομοιχής.

Non habent Lexica. Conflatum ex πόρνος & μοιχός. Legitur apud Cyrillum Alexandr. Orat. de Exitu animæ, pag. 414. Οἱ τὰ ὅπλα τῆς νηστείας ῥίπτοντες, ὑπὸ τῆς γαστριμαργίας σκελίζονται καὶ ὑπὸ τῆς πορνομοιχοῦς ἀναιροῦνται ἁμαρτίας. *Qui arma jejunii abjiciunt, à gula ſubvertuntur, & ab adulteræ peccati libidine perimuntur.*

Πόρος.

Πόρος, inter alia, eſt ἀφορμή, juxta Heſychium, *facultas rei gerendæ & occaſio, excogitata ratio aliquid efficiendi.* Vide etiam Suidam & vulgata Lexica. Juſtinus M. Apol. I. poſt initium paulò, πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς ποιεῖσθαι. *In omnibus ad libidinem occaſiones quærere.* Chryſoſtomus in Pſal. CXXXIV. Πολλὴ ἡ τοῦ θεοῦ σοφία, καὶ ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. *Magna eſt Dei ſapientia, & in rebus difficillimis & impeditiſſimis viam exitumque invenit.* Uſitatiſſima locutio eſt, πόρους ἐξ ἀπόρων, vel ἐν ἀπόροις εὑρίσκειν. Aliquot exempla habes in Ἄπορος. Alia hic adjicimus. Chryſoſtomus Homil. XXXIV. in Geneſin: ὁ θεὸς πόρους ἐξ ἀπόρων εὑρεῖν δύναται. *Deus in rebus difficillimis ac deploratis exitum invenire poteſt.* Idem, in Pſal. IX. Ἡ εἰς τὸν θεὸν ἐλπὶς ἐκ τῶν ἀπόρων πόρον εὑρίσκει. *Spes in Deum ex rebus intricatiſſimis exitum invenit.* Et in Pſal. X. pag. 600. Μεγάλη τῆς ἐπὶ τὸν Κύριον ἐλπίδος ἡ δύναμις, φρούριον ἀχείρωτον, τεῖχος ἄμαχον, συμμαχία ἀκαταγώνιστος, λιμὴν εὔδιος, πύργος ἀκαταμάχητος, δύναμις ἄμαχος, καὶ ἐκ τῶν ἀπόρων εὑρίσκουσα πόρον. *Magna eſt vis ſpei in Dominum, præſidium quod non poteſt ſuperari, murus inexpugnabilis, ſocietas expugnatu difficilis, portus tranquillus, turris quæ nequit expugnari, vires invictæ, quæ in rebus difficillimis & impeditiſſimis exitum inveniunt.* Idem in Pſalm. CXXIX. Ῥᾴδια τῷ θεῷ πάντα καὶ εὔκολα, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον εὑρεῖν δυνήσεται. *Omnia Deo ſunt facilia & expedita, & vel in rebus difficillimis exitum inveniet.*

Πόρτος.

Digitized by Google

Πόρτος.

Πόρτος, *portus*. Heſychius: Ῥέας πόρτος, παρὰ τὸν ἀδριακὸν κόλπον. *Rheæ portus, ad Adriacum*, vel *Adriaticum ſinum*. Cedrenus: Εἰσῆλθε πλοῖον ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν πόρτον Ῥώμης. *Ingreſſa eſt navis Alexandrina in portum Romanum.* Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. XII. cap. III. pag. 161. & 162. in expugnatione Romæ aliquoties voce utitur: Καταλαμβάνει τὸν πόρτον. *Portum occupat.* Ἑλὼν δὲ ῥᾷον τὸν πόρτον. *Capto facilè portu.* Ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβών. *Cùm verò portum occupâſſet.* Τροφὴν αὐτοῖς κομίζειν ἀπὸ τοῦ πόρτου ἐφίησιν. *Annonam ſibi è portu convehere permiſit.* Sozomenus lib. IX. cap. VI. pag. 119. a. in eadem hiſtoria, ἀπὸ τοῦ πόρτου, *è portu.* Cap. VIII. Ἐξ ἑνὸς μέρους τὸν πόρτον ἑλών. *Cùm ex una parte portum cepiſſet.* Vide Gl. Meurſii.

Ποσόω.

Non habent Lexica. Ἀπὸ πόσος, *quantus*, fit ποσόω, *quantum facio, quantitatem attribuo.* Ποσοῦσθαι, *quantum eſſe, quantitatem habere.* Cyrillus Alex. lib. I. in Joh. cap. III. pag. 21. Ἡ θεία φύσις οὐ πεπόσωται. *Natura divina quantitatis eſt expers.* Et lib. II. in Joh. cap. VIII. pag. 230. Οὐ πεποσῶσθαι τὸ θεῖον, ἢ καὶ σχήματι περιγραπτὸν, καὶ χαρακτῆρι μετρούμενον, ἢ καὶ ὅλως τὰ σωμάτων ὑπομένειν τὰ ἀσώματα ὑπολήψεταί τις, οὐδ᾽ εἰ σφόδρα φαίνοιτο ληρῶν. *Nemo tam ſtultus eſt, qui ſibi in animum inducat, Deum eſſe quantum, aut figurâ circumſcribi, & charactere comprehendi, aut deniq; res incorporeas, quæ corporum ſunt, pati.*

Ποταμός.

Hæc vox ſumitur

I. *Propriè.* Veteres Gloſſæ: ποταμὸς, *Fluvius, flumen, amnis.* Eſt aliquando etiam *torrens.* Ita Lucæ VI. v. 49. ᾗ προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς, *ad quam* (domum) *illiſus eſt torrens*, χείμαῤῥος. Eodem modo Sirach. XL. v. 13. Χρήματα ἀδίκων ὡς ποταμὸς ξηρανθήσεται. *Opes injuſtorum, ut torrens ſiccabuntur.* Sic apud Homerum Il. V. v. 138. χειμάῤῥος ποταμὸς, *torrens fluvius:*

Ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥος ὤσῃ.
Quem à ſummo montis fluvius torrens impulerit.

Et Il. δ. v. 452.

Ὡς δ᾽ ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ, κατ᾽ ὄρεσφι ῥέοντες. *Et perinde ac torrentes fluvii, de montibus fluentes.* Vetus Scholiaſtes ad hunc verſum: Χείμαῤῥοι· οἱ χειμῶνος ῥέοντες ποταμοὶ, καὶ πληρούμενοι ἀπὸ μεγάλων ὄμβρων. *Torrentes: oborta tempeſtate fluentes fluvii, & à magnis imbribus repleti.* Ποταμοὶ à Gentilibus colebantur ut numina. Heſychius: Ποταμὸς, ὁ ὠκεανὸς, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ σωματοειδὴς θεός. *Oceanus* vocatur ποταμὸς, *& humidum, & deus corporeus.* Vide in Πηγὴ, num. I. maximè in Ὕδωρ.

II. *Impropriè.* Ut cùm,

1. *res inconſtantes fluminum inſtar tranſire dicuntur.* Talis eſt præſens mortalium vita. Marcus Antonius lib. IV. Ποταμός τις καὶ ῥεῦμα βίαιον ὁ βίος. *Vita eſt fluvius quidam, & rapidum flumen.* Ovid. art. III.

- - - *Eunt anni more fluentis aquæ.*

Et Metamorph. lib. XV.

- - *Aſſiduo labuntur tempora motu*
Non ſecus ac flumen: nec enim conſiſtere flumen,
Nec levis hora poteſt.

Baſilius Magnus Homil. XXIII. pag. 568. Ποταμὸς ὁ βίος ἡμῶν, ῥέων ἐνδελεχῶς καὶ κύμασιν ἀλλεπαλλήλοις πλημμυρούμενος. Τὸ μὲν γὰρ προέῤῥυσεν ἤδη, καὶ τὸ δὲ ἔτι πορεύεται· καὶ τὸ μὲν ἄρτι προέκυψε τῶν πηγῶν, τὸ δὲ μέλλει· καὶ πρὸς τὴν κοινὴν ἅπαντες τοῦ θανάτου σπεύδομεν θάλατταν. *Vita noſtra fluvius quidam eſt, continuis ac indeſinentibus fluctibus plenus, quorum alio præterlapſo jam alius adhuc in curſu præſens eſt, & hoc quidem è fonte ſuo jam promanante, ille adhuc promanaturus: & hoc pacto ad commune mortis mare properamus omnes.* Auguſtinus de S. Trinitate, lib. IV. cap. XVI. *Quaſi fluvio quodam decurrit genus humanum.* Seneca epiſt. LVIII. pag. 254. *Corpora noſtra rapiuntur fluminum more. Quicquid vides, currit cum tempore. Nihil ex his quæ videmus, manet*, &c. Chryſoſtomus de rebus externis Homil. XIX. t. V. Ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται φύσιν· ὁμοῦ τε φαίνεται, καὶ παρατρέχει· ὁμοῦ κατέχεται, καὶ ἀποπηδᾷ. *Fluminum naturam imitantur: ſimul apparent, & prætereunt: ſimul tenentur, & reſiliunt.* Et Orat. IV. in Oziam: Μὴ ἵστασθαί τι τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ᾽ ὥσπερ τῶν ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται τὸν δρόμον· ὁμοῦ τε γὰρ ἐφάνη, καὶ σκιᾶς εὐκολώτερον ἡμᾶς καταλιμπάνει. *Nihil rerum humanarum ſubſiſtit, ſed fluviorum curſum omnia imitantur: ſimul atque enim apparuerunt, ipsâ umbrâ velocius nos deſerunt.* Homil. XXX. in I. ad Corinthios pag. 441. Ῥεύματι σφοδρῷ τὰ ἡμέτερα ἔοικεν οὐδαμοῦ ἵστασθαι βουλομένῳ, ἀλλ᾽ ἐπειγομένῳ πρὸς τὸ κάταντες. *Res noſtræ ſimiles ſunt vehementi fluento, quod nunquam vult conſiſtere, ſed repentè fertur ad declive.* Homil. IX. in epiſt. ad Hebræos, pag. 484. Τί ἐστι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα; τέφρα καὶ κόνις, καὶ ὡσεὶ χνοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, καπνὸς καὶ σκιὰ, καὶ φύλλον περιφερόμενον, καὶ ἄνθος, ὄναρ, καὶ διήγημα, καὶ μῦθος, ἄνεμος καὶ ἀὴρ χαῦνος, ἁπλῶς διαῤῥέων, πτερὸν οὐχ ἱστάμενον, ῥεῦμα παρατρέχον, καὶ εἴ τι τούτων οὐδαμινέστερον. *Quid ſunt res humanæ? Cinis & pulvis, & tanquam pulvis ante faciem venti, fumus & umbra, & folium quod agitatur, & flos, & ſomnium, & narratio, & fabula, ventus, & aër mollis temerè diffluens, penna non conſiſtens, fluentum, prætercurrens, & ſi quid his eſt vilius.* Homil. XXIII. in Geneſ. pag. 164. Οὐδὲν τῶν ποταμίων ῥευμάτων διενήνοχε τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα, μετὰ τοσαύτης εὐκολίας καὶ ῥύμης παρατρέχοντα. *Præſentis vitæ res nihil differunt à rapidis fluentis, utpote quæ tanta cum velocitate & impetu prætercurrunt.*

2. *Pro ſumma rerum copia* ponitur ποταμός. Ita ποταμὸς νοημάτων, eſt *magna ſententiarum copia.* Chryſoſtomus Homil. XXV. t. V. Edit. Pariſ. pag. 356. Τότε τὸ βάθος τῆς τοῦ Παύλου συνέσεως φαίνεται μειζόνως, ὅταν ἐκ μιᾶς ῥήσεως τοσούτους ἡμῖν τίκτῃ ποταμοὺς νοημάτων. *Tum intelligentiæ Pauli profunditas magis eluceſcit, quando ex uno dicto tanta nobis ſententiarum fluenta profert.*

3. *Pœnæ infernales*, propter perpetuam durationem, *cum fluvio perenni comparantur.* Chryſoſtomus Homil. XIII. in Johannem: Τὸν τοῦ πυρὸς ποταμὸν ἐκφυγεῖν. *Igneum fluvium*, id eſt, inferos, *effugere.* Idem, Hom. XI. in epiſt. ad Roman. pag. 86. contra eos, qui pauperibus nihil, luxuriæ verò omnia conſecrant: Τί ταύτης τῆς συγχύσεως χεῖρον; τί τῆς παρανομίας ταύτης χαλεπώτερον; πόσοι ποταμοὶ πυρὸς ἀρκέσουσι τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ; *Quid hac confuſione peſtilentius? quid hac iniquitate gravius? quot tandem ignei fluvii ad hujuſmodi animam depaſcendam ſufficere queant?* Inferi etiam vocantur πυριφλεγέθων ποταμὸς, *fluvius igne ardens.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. in I. ad Corinthios: Τὰ ἐκεῖ ποῖος παραστήσει λόγος; τὰς καμίνους τὰς ἀφορήτους, τοὺς πυριφλεγέθοντας ποταμοὺς, τοὺς βρυχομένους ὀδόντας, τὰ δεσμὰ τὰ ἄλυτα, τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον, τὸ σκότος τὸ ἀφεγγὲς, τὰ μηδέποτε πέρας λαμβάνοντα κακά; *Quæ illic aguntur, quænam oratio explicaverit? Fornaces intolerabiles, fluvios igne ardentes, dentes ſtridentes, vincula inſolubilia, vermem venenatum, tenebras lucis expertes, & quæ finem nunquam accipiunt mala?* Huc etiam faciunt ejuſdem verba ad fidelem Patrem, t. VI. pag. 148. Δεῖ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκείνης αὐτὸν ἀναμνῆσαι τῆς ἡμέρας

Digitized by Google

ςας, καὶ τῦ ποταμηδὸν ῥέοντ☉ πυρὸς, τ̃ οὐδέποτε σϐεννυμένης φλογός. *Oportet ei ante alia omnia in memoriam revocare ignem fontis inſtar fluentem, & flammam, quæ nunquam extinguitur.*

Ποτήριον.

Plurima de hac voce afferri poſſent. Nos verò pauciſſimis erimus contenti.

I. Ποτήριον aliquando notat *demenſum, ſeu certam partem afflictionum*, qaus Deus ſingulis admetitur. Hoc ſenſu ſumitur Matth.XX. v.23. Marc.X.39. & alibi. Docent hoc veteres. Clemens Alexandr. lib.I. Pædag. cap.VI. pag.104. Τὴν συμπλήρωσιν τῦ ἰδίυ πάθυς ποτήριον κέκληκε καταχρηστικῶς, ὅτι ἐκπιεῖν ϗ ἐκτελέσαι μόνον ἔχρῆν αὐτό. *Propriæ paſſionis complementum abuſivè poculum appellavit, quando eam ebibere & perficere ipſum ſolum oportuit.* Baſilius M. in Pſalm. CXVI. ad Matth. XX.23. Ἐδήλυ τὸν θάνατον, ὃν κατεδέχετο ὑπὲρ τ̃ τῦ κόσμυ σωτηρίας. *Significabat mortem, quam pro ſalute mundi ſubiit.* Theophylactus in cap.XX. Matth.p.117. Ποτήριον λέγει τὸ μαρτύριον ϗ τ̃ οἰκεῖον θάνατον. *Poculum dicit martyrium, & propriam mortem.* Confer vocem Βάπτισμα, num.I. 7. & Adverſ. Gatakeri cap.V. ubi multa *de Calice tribulationis*: de quo etiam Theodoretus ad v.7. Pſalmi X. pag.438. Ποτήριον ἐνταῦθα τ̃ τιμωρίαν ὀνομάζει. Calicem *hic ſupplicium nominat.*

II. Eſt *poculum in S. Cœna adhiberi ſolitum.* Hoc vocatur ποτήριον πνευματικὸν, σωτήριον, ἄχραντον τῦ αἵματ☉ τῦ δεσποτικῦ. *Calix ſpiritualis, ſalutaris, impollutum ſanguinis Dominici*, à Chryſoſtomo Hom.LXXXIV. t.V. pag.583. ποτήριον βασιλικὸν, *calix regius*, ab eod. Homil. CXXIII. t.V. ποτήρια βασιλικά. Homil.XVII. in epiſt. ad Hebræos: ὁ τοιῦτ☉ προσίτω, καὶ ποτηρίων ἁπτέσθω βασιλικῶν. *Talis accedat, & calices tangat regios.* Ποτήριον τῦ αἵματ☉. Iterum Chryſoſtomus Homil. XLV. in Matth. Τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τῦ αἵματ☉ ποτήριον ἐπιδιδόναι. *Penes ſolum ſacerdotem eſt, calicem ſanguinis porrigere.* Τὸ τ̃ εὐλογίας ποτήριον, ex I. Cor. X.16. Vide in Εὐλογία, num.IV.1. Caſauboni Exercit. XVI. num. 33. & Adverſar. ſacr. Gatakeri cap.VII. ubi multa memoratu digniſſima. Vocatur φρικτὸν ποτήριον. Theophylactus in I.Corinth.XI. ad v.25. Καὶ διὰ τῦ ποτηρίυ ἀνάμνησιν τελεῖς τῦ δεσποτικῦ θανάτυ. Πῶς ἂν αὐτὸς μόν☉ πίνεις ϗ μεθύεις, τῦ φρικτῦ ποτηρίυ πᾶσιν ἐπίσης ἀοδέντ☉; *Per calicem memoriam celebras mortis Dominicæ. Qui igitur tu ſolus bibis & inebriaris, tremendo iſto calice omnibus ex æquo tradito?* ποτήριον μυστικόν. Socrates hiſtor. Eccleſ. lib.I. cap.XXVII. pag.187. ubi de Athanaſio, qui falsò erat accuſatus, ὅτι ἀνέτρεψε μὲν τὴν τράπεζαν, ποτήριον δὲ κατέαξε μυστικὸν, *quòd menſam quidem ſubverterit, calicem verò myſticum fregerit.* Vide etiam Philoſtorgium, in hac narratione, ut aliàs ſæpe φιλοψευδῆ Κακοεργίον, teſte Photio, lib. II. tom. XII. pag. 19. & apologiam Synodi Alexandrinæ pro Athanaſio, apud Athanaſium t.I. p.629. Ποτήριον τῶν μυστηρίων, *poculum myſteriorum*, à Neſtorio apud Cyrillum Alexandr. lib. IV. adv. Neſtorium, pag. 118. Ἅγιον ποτήριον, *ſanctus calix*, Can. X. Concilii Conſtantinopolitani in Templo Apoſtolorum. Κρατὴρ τ̃ μυσταγωγίας, *calix myſtagogiæ*, id eſt, ſacræ Cœnæ, à Chryſoſtomo Homil.CI. t.V. pag.659.

III. Eſt *calix conſolationis*, ut nuncupatur Jeremiæ cap.XVI. v.7. Quo loco graviſſimas populo Judaico impendentes calamitates per Vatem hunc prænuncians Dominus, neminem dicit futurum, *qui* aut *mortuos ſepeliat*, aut *ſuperſtites ſoletur. Non divident*, inquit, *eis, in luctu, ad conſolandum ullum eorum ob mortuum: neque poculum conſolationis*, ποτήριον εἰς παράκλησιν, *propinabunt eis, ob patrem, matrémve ullius eorum defunctam.* Moris erat, ut calamitate aliqua afflictos, puta, propinqui aut amici alicujus deceſſu, alloquendi conſolandique cauſſa, convenirent neceſſarii, cibumque aliquem ſecum, ac vinum deferrent, quò conveſcendo ac compotando luctum eis aliqua ex parte levarent ac lenirent. Vide Adverſ. Gatakeri cap. VI. & Clar. Stuckii noſtri Antiquitatum Convivialium lib. I. cap. XXVI.

Πύϐλικον.

Vox Latina eſt πύϐλικον, *publicum.* Frequens apud Juriſconſultos Græcos. Can. XLIII. Cod. Eccleſiæ Africanæ: Εἰ πύϐλικον καὶ τεθρυλλημένον ἐστὶ τὸ ἔγκλημα. *Si publicum & vulgatiſſimum eſt crimen.* Zonaras ad hunc Canonem, pag.430. Πύϐλικον τὸ δεδημοσιευμένον καὶ πρόδηλον λέγεται. Πύϐλικον *dicitur vulgatum & manifeſtum.* Ad eundem Balſamo, pag.656. Πύϐλικον ἢ δημόσιον ἔγκλημα, τεθρυλλημένον, ἤτοι φανερόν. Vide Gl. Meurſii.

Πόυς.

Πὺς, *pes*, ſumitur,

I. *Propriè* pro nota corporis animalis parte. Apud Damaſcenum, lib.I. orthod. fidei, cap.II. pag.5. Chriſtus dicitur ἀϐρόχοις ποσὶ τοῖς ὕδασιν ἐπιπορεύεσθαι, *ſiccis pedibus ſuper aquas inceſſiſſe.* Huc pertinet,

1. *Pedum uſus.* Gregorius Nyſſenus de Anima & Reſurrect. tom. III. pag. 251. πρὸς τὸν δρόμον οἱ πόδες. *Ad curſum pedes* dati. Chryſoſtomus Homil. LXVII. tom. VI. πόδες ἐδόθησαν, ἵνα τρέχῃς εἰς καλὰ ἔργα. *Pedes dati ſunt, ut ad bona opera curras.* Et Homil.X. in epiſt. ad Philipp. pag.62. Ὁ θεὸς ἐποίησέ σοι πόδας, οὐχ ἵνα τρέχῃς ἐπὶ κακίαν, ἀλλ᾽ ἐπὶ ἀγαθά. *Pedes tibi fecit Deus, non ut curras ad malitiam, ſed ad bona.* Gregor. Nazianzenus Orat. XL. pag. 666. Καλὸν πόδας τελεσθῆναι, μὴ ὀξεῖς εἶναι πρὸς τὸ ἐκχέειν αἷμα, μηδὲ εἰς κακίαν τρέχοντας, ἀλλ᾽ ἑτοίμους εἰς τὸ εὐαγγέλιον, καὶ πρὸς τὸ βραβεῖον τ̃ ἄνω κλήσεως, ϗ Χριστὸν ὑπονίπτοντα, ϗ καθαίροντα δέχεσθαι. *Præclarum eſt pedibus luſtrari, ne ad fundendum ſanguinem præcipites ruant, neque ad vitium currant, verùm ad Evangelium promti ſint, & ad ſupernæ vocationis palmam, Chriſtúmque abluentem ac purgantem ſuſcipiant.*

2. *Pedes lavare*, id eſt, fideles recreare, omnibusque officiis juvare: I. Timoth.V. v. 10. illa commendatur vidua, *quæ* ἁγίων πόδας ἔνιψε, *Sanctorum pedes lavit.* Ubi Oecumenius, pag.757. Εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε, τυτέστιν, εἰ τὰς ἐσχάτας ὑπηρεσίας τοῖς ἁγίοις ἀνεπαισχύντως ἐξετέλεσε. *Si Sanctorum pedes lavit, hoc eſt, ſi abjectiſſima ſervitia ſanctis ſine ullo pudore præſtitit.* Alluditur ad conſuetudinem veterum, Orientalium præcipuè, qui hoſpitum ac peregrinorum advenientium pedes lavabant; ut ex hiſtoria ſacra notum. In more etiam poſitum erat apud Chriſtianos, ut fratres peregrè accedentes exciperentur, eorumque pedes lavarentur. Hujus conſuetudinis illuſtre exemplum exſtat apud Sozomen. lib.I. cap.XI. p.14. b. *Tempore Quadrageſimæ quidam ex itinere ad Spiridionem divertit, quem cùm ille videret* μάλα κεκμηκότα, *valde feſſum*, ἄγε δὴ, πρὸς τὴν θυγατέρα ἔφη, ὅπως τῦ ἀνδρὸς τὺς πόδας νίψῃς, ϗ φαγεῖν αὐτῷ παράθες, *Age, inquit ad filiam, lavato viri pedes, & quod comedat ei apponito.* Alii ſervorum & ancillarum operâ hìc utebantur. Vide I. Sam. XXV.

Digitized by Google

XXV. 41. Homerus Od. δ, v. 49. Τοὺς δ᾽ ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ. *Hos* (hoſpites) *poſtquam igitur ancillæ laverunt & unxerunt oleo.* Propterea etiam Chriſtus, maximam demonſtraturus humilitatem, *pedes diſcipulorum lavit* Joh. XIII. 4. & ſeqq. Ammonius in Catena ad hanc locutionem: Ὅρα πῶς τῷ νίψαι τὸ ταπεινὸν ἐνδείκνυται. *Ecce, quomodo lavando humilitatem oſtendit.* Idem iterum de Chriſto: Οὐ μόνον λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ τῆς τελείας, ταπεινοφροσύνης δέδωκεν ὑπόδειγμα. *Non ſolùm verbo, ſed & opere perfectæ humilitatis ſpecimen dedit.* Suum hoc exemplum Apoſtolos imitari vult Dominus ibid. v. 14. Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ Κύριος, καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας. *Si ergo ego lavi pedes veſtros, Dominus, & Magiſter, & vos debetis alter alterius lavare pedes.* Ad quæ Theophylactus, pag. 755. Ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας, τουτέστι, πᾶσαν διακονίαν ἀλλήλοις ὑπουργεῖν. Διὰ γὰρ τοῦ νίπτειν, ὅπερ ἐσχάτη ὑπηρεσία δοκεῖ, καὶ τὰς ἄλλας πολλῷ μᾶλλον τὰς ἐντιμοτέρας τελεῖν ὀφείλομεν. *Vos debetis alter alterius lavare pedes, hoc eſt, omni miniſterio vocis invicem ſervire. Id enim vult per lotionem, quæ eſt miniſteriorum infimum, ut & alia longè honeſtiora minimè detrectemus.* Vide Clar. Stuckii Antiq. Convivial. lib. II. cap. XXIII.

3. *Pedes tegere* κατ᾽ εὐφημισμὸν in ſacris ponitur pro eo, quod eſt ἀποπατεῖν, *egerere, ventrem levare, alvum purgare.* Ita uſurpatur Judicum III. 24. ubi de rege ſuo aulæ Moabiticæ miniſtri, *Tegit pedes ſuos.* Item I. Reg. XXIV. 4. de Saule: *In ſpeluncam ſeceſſit ad tegendum pedes ſuos.* Hic Jonathæ Targum *pedes tegere* exponit, *neceſſitatem ſuam facere.* Quod etiam nos Germani dicimus. Formulæ rationem veram prodidit Caſaubonus in Notis ad Suetonii Auguſtum, tractam ſcil. partim à veſtitus laxioris ac prolixioris ritu, quo non Hebræi ſoli, ſed Romani Græcique veteres etiam utebantur; partim à τῶν κοιλιολυτούντων geſtu. Unde Vatablus, *egerentium geſtus.* Cùm enim ejuſmodi veſtes forent, neceſſe erat, ut corpore ad ventris onus deponendum inclinato, defluentes laciniæ pedes obtegerent. Hinc Græci in mentione ventrem levantium, veſtis καθέλκεσθαι καὶ ἀνέλκεσθαι dicitur, ut obſervat Gatakerus. Herodianus in Macrino, τὰς ἐσθῆτας τῶν μηρῶν καθέλκειν. Proinde quod de Saule dicitur, *in ſpeluncam ingreſſus eſt ad tegendum pedes*, id LXX. reddiderunt, καὶ εἰσῆλθε παρασκευάσασθαι, *& ingreſſus eſt ad præparandum*, ut Codices nunc habent, vel potiùs, uti Theodoretus exhibet in I. Regum quæſt. LVI. pag. 255. ἀποσκευάσασθαι, *ad deponendum* onus ventris. Aquila, ut idem notat, εἰσῆλθεν ἀποκενῶσαι, *ingreſſus eſt ad evacuandum.* Joſephus Antiq. lib. VI. cap. XIV. Ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν, *ad naturæ requiſita*; ſive, ut ex eodem Theodoretus ἐξηγητικῶς, (neque enim ipſa ſunt Joſephi verba) τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις ποιήσασθαι, *ad naturales excretiones faciendas.* Zonaras Annal. tom. I. εἰς ἀπόπατον. Vetus Latinus, *ut purgaret ventrem.* In Eglonis autem hiſtoria Græci nonnulli, πρὸς δίφρους κάθηται ἐν τῇ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος. *Sellæ familiaricæ inſidet in cubiculi ſeceſſu.* Vet. Lat. Ventrem purgat. At LXX. ἀποκενοῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *Evacuat pedes ſuos.*

4. Obſervandæ locutiones παρὰ πόδας, παρὰ πόδα, & κατὰ πόδας, quæ ſignificant *è veſtigio, confeſtim, illicò.* Heſychius: Παρὰ πόδα, εὐθέως, ἐγγύθεν. *Statim, cominus vel è propinquo.* Chryſoſtomus: Οὐ παρὰ πόδας ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν. *Deus non è veſtigio pœnam nobis imponit.* Idem in Pſal. IX. Οὐ παρὰ πόδας ἡ δίκη ἕπεται. *Non illicò pœna ſequitur.* Photius apud Oecumenium in cap. V. ad Romanos: Κατὰ πόδας ἠκολούθει τοῖς πλημμελοῦσιν ἡ τιμωρία. *E veſtigio ſequebatur peccantes pœna.* Iſidorus Peluſiota lib. II. epiſt. XV. pag. 131. Τὸ μὲν συγγνώμης ἀξιοῦν τοὺς πταίοντας, θεῖον· τὸ δὲ παρὰ πόδας ἀπαραιτήτως κολάζειν, θηριωπὸν καὶ ὀφιῶδες. *Iis qui peccant, veniam impertiri, divina quædam res eſt: è veſtigio autem eos implacabili animo excruciare, belluina & ſerpentina.* Oecumenius in cap. I. Jacobi: παρὰ πόδας ἐπηκολούθησε τὰ αἰτούμενα. *E veſtigio ſequebantur petita.* Olympiodorus in Jobum: παρὰ πόδα ἡ λύσις ἐστίν. *In promtu ſolutio eſt.*

II. *Impropriè pedes* tribuuntur,

1. *Deo.* Cur verò, docet Damaſcenus lib. I. Orthod. fidei, cap. XIV. pag. 51. Πόδας καὶ βάδισιν Θεοῦ ἐννοοῦμεν, τὴν πρὸς ἐπικουρίαν τῶν δεομένων, ἢ ἐχθρῶν ἄμυναν, ἢ ἄλλην τινὰ πρᾶξιν, ἔλευσίν τε καὶ παρουσίαν, ἐκ τοῦ παρ᾽ ἡμῖν διὰ τῆς τῶν ποδῶν χρήσεως ἀποτελεῖσθαι τὴν ἄφιξιν. *Per pedes & inceſſum Dei intelligimus ejus ad auxilium indigentium, vel inimicorum ultionem, aut ad aliam aliquam operationem, adventum & præſentiam: quia in nobis beneficio pedum perficitur acceſſus.* Gennadius in Catena MS. in cap. I. Geneſ. Ἡ γραφὴ διὰ ποδὸς οἶδε σημαίνεσθαι τὴν παρουσίαν, ἐπειδὴ ποσὶν ἡμεῖς ὅπερ ἐθέλωμεν, ἀφικνούμεθα. *Scriptura* (quando de Deo loquitur) *per pedem ſignificare ſolet præſentiam, quia nos beneficio pedum pervenimus, quocunq; volumus.* Diodorus in eadem Catena, in cap. VI. Geneſ. Πόδες, ἡ παρουσία, ἐπειδὴ ποσὶ παραγινόμεθα οὗ ἐὰν δοκῇ. *Per pedes intelligitur præſentia, quia ſubſidio pedum adſumus ubicunq; volumus.*

2. *Angelis.* Dionyſius Areopagita cap. XV. de cœleſti Hierarchia, ſect. III. pag. 167. Οἱ πόδες ἐμφαίνουσι τὸ κινητικὸν, καὶ ὀξὺ, καὶ εὐτρεχὲς τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα πορευτικῆς ἀεικινησίας. *Pedes repræſentant vim movendi, celeritatem, & curſum ſempiterni motus; quo ad divina cientur.*

Πραγματεύομαι.

Aliquot hujus verbi ſignificationes, minùs obvias, proponemus.

I. Πραγματεύεσθαι ſignificat *ſatagere circa aliquid & occupari: in re aliqua laborare.* Chryſoſtomus tract. Quòd Chriſtus ſit verus Deus, tom. V. Edit. Pariſ. pag. 845. de Chriſto ſcribit: Παραγινόμενος τότε, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευόμενος σωτηρίαν, τῶν τε κατ᾽ ἐκείνους ὄντων τοὺς χρόνους, τῶν τε ὕστερον ἐσομένων, ποικίλως αὐτὴν μεταχειρίζει. *Cùm adeſſet, & circa ſalutem hominum promovendam eſſet occupatus, tum eorum, qui tunc temporis vivebant, tum eorum, qui deinceps futuri erant, variis modis id egit.* Idem Homiliâ XXIX. in epiſt. ad Romanos, pag. 225. Οὐκ ἴστε τῆς ἀγέλης ταύτης τὸ ἀξίωμα; οὐχ᾽ ὑπὲρ ταύτης ὁ δεσπότης ὁ σὸς μυρία ἐπραγματεύσατο, καὶ τὸ αἷμα ὕστερον ἐξέχεε τὸ αὐτοῦ; *An ignoratis gregis hujus dignitatem? Nonne Dominus tuus illius gratiâ innumera fecit, ac poſtremò ſanguinem ſuum pro illo effudit?* Idem Homil. XXXVIII. tom. V. pag. 256. Εἰ ᾔδει ὁ Θεὸς, ὅτι νεκροὶ ἀνιστάμενοι, τοὺς ζῶντας ὠφέλησαν ἂν, οὐκ ἂν παρέλιπεν, οὐδ᾽ ἂν παρῆκε τοσοῦτον κέρδος, ὁ πάντα ἡμῖν πρὸς τὸ συμφέρον πραγματευόμενος. *Si Deus ſciviſſet, mortuos, ſiquidem reſurgerent, viventibus utiles fore, tantam omnino utilitatem non intermiſiſſet, utpote qui omnia ad ſalutem noſtram ſummo agit ſtudio.*

II. Significat *in re aliqua inveſtiganda laborare: curioſè aliquid ſcrutari.* Ita accipienda illa Chryſoſtomi Homil. XXII. in II. ad Corinthios, pag. 664. Ἵνα μὴ πραγματευώμεθα τὴν τελευτὴν ἡμῶν, διὰ τοῦτο ἐν ἀδήλῳ

Digitized by Google

ἀδήλῳ κεῖται. Hervetus interpretatur: *Ob id noſter è vita diſceſſus in obſcuro atque incerto jacet, ne eum negotiemur.* Obſcurè; malo, ut dixi, *ne in eo inveſtigando laboremus*, vel, *ne eum curioſè ſcrutemur.* Metaph. deſumta à mercatoribus, qui lucro nunquam non inhiant.

III. Significat *in re aliqua negotiari ad lucrum: lucrum & compendium in aliqua negotiatione ſeu exercitatione ſectari.* Chryſoſtomus Homil. LXIII. t. V. edit. Pariſ. pag. 941. Τί ἂν γένοιτο χαλεπώτερον, ἀλλ' ἢ ὅταν τις τὴν πενίαν τοῦ πλησίον ἐμπορεύηται, καὶ τὰς τῶν ἀδελφῶν συμφορὰς πραγματεύηται; *Quid crudelius fieri poteſt, quam cùm ex proximi egeſtate quiſpiam quæſtum facit, & in fratrum calamitatibus lucra ſectatur?* Eodem modo Iſidorus Peluſiota dixit, τὰς ἀλλοτρίας πραγματεύεσθαι συμφοράς. *Alienas calamitates quæſtui habere.* Theophylactus dixit, ἐκ συμφορῶν ἑτέρων κέρδη πραγματεύεσθαι. *Ex aliorum calamitatibus lucra ſectari.* Poſſes etiam cum Plinio dicere, *Aliorum calamitates negotiari*, quemadmodum ille, *Negotiari animas dicuntur medici*, quando nimirum morbos quæſtui habent, & ex iis lucrari ſtudent. Ita *portitorem* Chryſoſtomus Homil. III. de Pœnitentia vocat ἀλλοτρίων συμφορῶν πραγματευτὴν, *qui ex alienis calamitatibus quæſtum facit.* Confer Ἐμπορεύομαι.

Πραγματικός.

Πραγματικὸν nihil aliud eſt, quàm *factum*, vel *pragmatica ſanctio.* Pragmaticæ autem ſanctiones nonniſi in publicis cauſis fieri ſolebant, ad preces civitatum aut provinciarum, & ad ſuggeſtionem pleumque Judicum & Præſidum provinciarum. Πραγματικὰ autem ejusmodi reſcripta dicebantur, quòd longo tractatu & conſilio habito ſolenniter, & multa verborum diſſertatione formarentur. Quicquid enim hoc modo fit, Græci vocant πραγματικόν. Sic Plutarchus in Galba πραγματικὴν ἱστορίαν vocat, quæ res geſtas diligenter & copioſe narrat. Τὰ πραγματικὰ Græci ſimpliciter vocant iſtiusmodi reſcripta. Can. XII. Chalcedonenſ. Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὡς τινὲς παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον. *Pervenit ad nos, quòd quidam præter Eccleſiaſtica ſtatuta, poteſtates affectantes, per pragmaticas unam provinciam in duas diviſerunt.* Ita Interpres. At aliud προσδραμόντες δυναστείαις, quàm *poteſtates affectantes.* Eſt, ut Zonaras ad hunc Canonem, pag. 105. προσιόντες τοῖς βασιλεῦσι, *Imperatores adeuntes.* Idem πραγματικὰ hîc dicit eſſe προστάγματα ἔγγραφα, *mandata ſcripta.* Balſamo ad hunc Canonem, pag. 337. Τὰ βασιλικὰ προστάγματα, πραγματικοὶ τύποι λέγονται. *Imperialia juſſa, Imperiales typi dicuntur.* His exponit, quid eodem Canone ſint πραγματικά. Nempe ſunt γράμματα βασιλικὰ, *literæ Imperiales*, quemadmodum ille ipſe Canon vocat. Eadem πραγματικὰ Canon XXXVIII. Concilii in Trullo appellat πολιτικοὺς καὶ δημοσίους τύπους, *civiles ac publicos typos*: ubi Zonaras, pag. 161. Διὰ πραγμάτων ἐγγράφων, (legendum, ut ſupra, προσταγμάτων) ἃ καὶ δημοσίους τύπους ὠνόμασαν· ἀλλαχοῦ δὲ πραγματικοὺς αὐτοὺς καλεῖ, καὶ βασίλεια γράμματα. *Per mandata ſcripta, quæ publicos typos, vel publicas formas appellârunt. Alibi autem pragmaticos vocat, & literas Imperiales.* Hæc Latini *facta* dixerunt. Id confirmant optimæ Gloſſæ, in quibus: *Facta*: τὰ διηγηματικά: Nam τὸ διηγηματικὸν, & τὸ πραγματικὸν ferè idem: quòd pluribus ſcilicet verbis conceptum eſſet & enarratum. Quales erant illæ conſtitutiones, quæ inde *pragmaticæ* dicebantur.

Πραγματογραφέω.

Non habent Lexica. Idem quod περιεργάζομαι & πολυπραγμονέω, *curioſius ſcribendo pertracto.* Chryſoſtomus Homil. CVI. tom. V. paginâ 694. Μὴ τοίνυν τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν εἰς ἐφόδιον τάξῃς ἀσεβείας, μὴ ἐλαττώσῃς τὴν ἀξίαν διὰ τὴν οἰκονομίαν, μὴ πολυπραγμόνει φύσιν ἀμέτρητον, μὴ ἐρεύνα οὐσίαν ἀκατάληπτον. Ἡσαΐας σε πεισάτω τοιαῦτα μὴ διερευνᾷν, μηδὲ τοιαῦτα πραγματογραφεῖν· τὴν γενεὰν γὰρ αὐτοῦ τίς διηγήσεται; *Noli igitur ſummo illo Dei amore erga genus hominum ad impietatem abuti: ne dignitati propter incarnationis diſpenſationem quicquam detrahas: ne immenſam illam naturam curioſius inveſtiges: ne ſcruteris eſſentiam illam, quæ comprehendi nequit. Jeſajas tibi hoc perſuadeat, hæc talia curioſius non eſſe indaganda & ſcribendo pertractanda. Generationem enim ejus quis enarrabit?* Idem alio in loco dicit, πραγματογραφεῖν τὰ μυστήρια. *Myſteria curioſius ſcribendo pertractare.*

Πραῖδα.

Πραῖδα, *præda.* Heſychius: Λείαν ἔλαβον, πραῖδαν ἔλαβον. *Prædam ceperunt.* Baſilius Magnus de Exercit. Grammat. Πραῖδα, ἡ λῃστεία. *Præda, latrocinium.* Etymologici autor: Λεία, ἡ λαφυραγωγία, ἡ πραῖδα. *Spolium, præda.* Apud Athanaſium, in epiſt. ad Orthodoxos, tom. I. pag. 946. ſcribitur πρέδα, ubi de Georgio, homine ſectæ Arianorum addicto, Τοῖς τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ἐργασαμένοις εἰς πρέδαν δέδωκε τὴν ἐκκλησίαν. *Eorum, qui hæc talia contra nos patrârunt, prædæ expoſuit Eccleſiam.* Ita iidem recentiores Græci in aliis quoque vocibus ε ponunt pro αι. Dicunt πρεδικάτωρ, pro πραιδικάτωρ, *prædicator.* Πρετεντοῦρα, *prætentura.* Vide Gl. Meurſii, in πραῖδα.

Πραιδεύω.

Πραιδεύειν, *prædari.* Heſychius: Ἀπρονόμευτος, ἡ πραιδευθείς· ἀπρονομὴ γὰρ ἡ ἐπὶ τῆς χώρας ἁρπαγή. Pro ἀπρονομὴ, monente Meurſio, legendum ἡ προνομή. *Non vaſtatus, non direptus.* Προνομὴ *enim eſt regionis direptio.* Photius in Nomocan. Tit. XIII. cap. XXIII. pag. 1127. Οἱ τὰς ἐφόδους ποιοῦντες διὰ τὸ πραιδεῦσαι, ἐοίκασι τοῖς λῃσταῖς. *Qui prædandi cauſsâ aggreſſuras faciunt, ſimiles ſunt latronibus.* Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 726. Ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἐπραίδευσαν. *Totas Eccleſias deprædati ſunt.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Πραιπόσιτος.

Πραιπόσιτος. *Præpoſitus.* Philoſtorgius hiſtor. Eccleſ. lib. XI. tom. IV. pag. 150. Ὅτι Εὐτρόπιός φησι μετὰ Ῥουφῖνον, ἐκ δούλων Εὐνοῦχος εἰς τὰ βασίλεια παρεισδὺς, καὶ τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἀναβὰς, τοῖς παροῦσιν οὐκ ἠγάπησεν. *Ait, Eutropium poſt Rufinum, è ſervo Eunuchum in Regiam intromiſſum, Præpoſitique honorem indeptum, præſentibus haud acquieviſſe. Præpoſitus* hîc abſolute dicitur, pariter ut lib. IV. cap. I. pag. 63. Εἰς τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἐκβεβήκει, *ad præpoſiti honorem aſcenderat*, de Euſebio Eunucho; pro *Præpoſito S. Cubiculi*: qui videlicet τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων, ait Zoſimus, pag. 786. Vide etiam Socratem lib. VI. cap. V. pag. 255. b. ubi vocatur προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, *Præfectus Cubiculi Imperatoris*: & Chryſoſto-

Digitized by Google

ſoſtomi orat. in Eutropium. Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, tom. I. pag. 858. Ἔγραψε τοῖς κατὰ τόπον πραιποσίτοις καὶ στρατιωτικαῖς ἐξουσίαις. *Scripſit omnibus locorum Præpoſitis, & militaribus Præfectis.* Theophylactus Simocatta hiſtor. Mauric. lib. IV. cap. XV. pag. 237. Καὶ δῆτα εὐνοῦχον εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένον αὐτῷ τὸν κορυφαιότατον (ὃν πραιπόσιτον εἴθισαι Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν) ἀνὰ τὴν μαρτύρων πόλιν ἐξέπεμψε. *Quocirca Eunuchum, ſatellitum regiorum principem (quem Romanis* Præpoſitum *vocare mos eſt) Martyropolim mittit.* Tempore Cypriani *Præpoſiti* dicebantur, qui ſede aliqua ſive cathedra Epiſcopali vacante, vice eorum Clero præerant. Id colligitur ex epiſtola Cypriani III. ubi Clerus Romanus ad Clerum Carthaginenſem: *Et cùm incumbat nobis, qui videmur* Præpoſiti *eſſe, & vice Paſtoris cuſtodire gregem; ſi negligentes inveniamur, dicetur nobis, quod & anteceſſoribus noſtris dictum eſt, qui tam negligentes* Præpoſiti *erant*, &c. Vide etiam Gloſſ. Meurſii.

Πραισέντον.

Πραισέντον, *præſens.* Ita vocabant eas cohortes, quæ in præſentia junctæ erant Principis comitatui. Evagrius lib. IV. cap. III. pag. 159. b. dicit Juſtinum conſtituiſſe Vitalianum στρατηγὸν ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων, *ducem eorum, qui præſentes vocantur.* Theophylactus Simocatta hiſtor. Mauric. lib. I. cap. VII, pag. 61. Διά τοι τοῦτο καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος αὖθις χειροτονηθεὶς ἀποστέλλεται, καὶ ῥωμαϊκαῖς ἀξίαις λαμπρύνεται, τήν τε τοῦ πραισέντου (malè editur πρεσεντίου) τὴν παρὰ ῥωμαίοις λεγομένην ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρεται. *Qua de cauſſa ab Auguſto Imperator dictus, rurſus in hoſtes mittitur, Romaniſque dignitatibus illuſtratur, & quam Romani* Præſentis *nominant, (is eſt honor Ducum militiæ) eâ condecoratur.* Marcellinus Comes in Chronico: *Pacatus magiſterque Præſentis militiæ factus, Conſul quoque deſignatus, creditam ſibi ripenſis Daciæ partem Mœſiæque cum ſuis ſatellitibus pro tempore tenuit.* Erant autem equites pariter & pedites, diſpoſitique per Orientem & Occidentem, ut diſcimus ex Notitia Imperii. Hinc πραισεντάλιοι, *præſentales*, tum duces, qui aliter Præſentes vocati; tum milites, qui Præſenti ſuberant. De ducibus eſt hoc lib. XII. leg. IV. C. de Appar. Magiſt. *Numerarios virorum illuſtrium magiſtrorum militum tam Præſentalium, quàm Orientalium.* De militibus verò iſthoc leg. ult. §. I. C. de re militari: *Cùm non dubium ſit, ipſos etiam duces, quibus fortiſſimi Præſentales milites parére præcepti ſunt, ſub eadem excelſa poteſtate eſſe conſtitutos.* Vide Gloſſ. Meurſii, & Voſſium de vitiis ſermonis, lib. III. cap. XXXVII. Briſſonium etiam de verb. ſignificat. lib. XIV. in voce *Præſentales.*

Πρακτήρ. Πράκτωρ.

Πρακτὴρ eſt *actor*, vel *exactor.* Ita veteres Gloſſæ: πρακτὴρ, *actor, exactor.* Cyrillus Alexandrin. lib. II. in Johan. cap. V. pag. 189. Ὡς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ Κύριος ἦν, οἱ τοῦ διδράχμου πρακτῆρες ἀνεπυνθάνοντο τοῦ Πέτρου λέγοντες. Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὸ δίδραχμον; *Cùm Dominus Jeroſolymis eſſet, exactores didrachmi Petrum percontabantur dicentes: Magiſter veſter non ſolvit didrachmum?* Matth. XVII. v. 24. Eandem ſignificationem habet vox πράκτωρ. Heſychius: Πράκτορες, ἀπαιτηταί. *Exactores.* Veteres Gloſſæ: Ἀπαιτητὴς, *exactor.* Suidas: Πράκτωρ, ὁ τῇ ἐπικειμένῃ εἰσπραττόμενος φόρον. *Exactor: qui tributum impoſitum exigit.* Idem quod φορολόγος. Idem: Φορολόγος· ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, ὃς πράκτορας ἔθος καλεῖν τοῖς πολλοῖς. *Tributorum collector: qui vulgò Exactores vocari ſolent.* Legitur Lucæ XII. 58. Μή ποτε ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλῃ εἰς φυλακήν. *Ne judex te tradat exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Epiſt. LXXXII. Photii inſcripta eſt Βασιλείῳ πράκτορι. *Baſilio exactori.*

Πρακτικόν.

Quid πρακτικὸς ſit, ex vulgatis haberi poteſt Lexicis. Πρακτικὰ ſunt *acta*, & ad Synodorum & Conventuum acta transferuntur. Hinc Acta Synodi Epheſinæ hanc habent inſcriptionem: Τὰ πρακτικὰ τῆς οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθείσης. *Acta Oecumenicæ tertiæ Synodi Epheſi habitæ.* Zonaras ad Can. I. Concilii Antiocheni, loquens de Concilio Nicæno I. pag. 323. Πρακτικὸν τῆς συνόδου ἐκείνης οὐκ ἔχω. *Acta illius Synodi non habeo.* Atque hac ratione nonnunquam πρακτικὸν & ἱστορικὸν opponuntur; quia ad Hiſtoriam, quæ geſta ſunt aut facta, ad τὰ πρακτικὰ doctrina, ſeu concluſiones ac ſtatuta, referuntur. Quò ſpectat illud Photii, cùm de Gelaſio pronunciat ac cenſet, Γελασίου δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφὴν, οὐ μᾶλλον ὑπάρχον πρακτικὸν, ἢ ἱστορικόν. *Cùm non magis decreta tractet, quàm quæ geſta ſunt, aut facta.* Idem de eodem dicit, *eum* ὡς ἐν ἱστορίας τύπῳ, τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα, *hiſtoriæ formâ, res in Synodo Nicæna geſtas*, conſcripſiſſe.

Πρακτοψηφιστής.

Non habent Lexica. Eſt autem *actionum cenſor.* Legitur apud Cyrill. Alexandr. Orat. de exitu Animæ, pag. 405. Οἱ τοῦ σκότους ἄρχοντες, οἱ κοσμοκράτορες τῆς πονηρίας, οἱ τελωνάρχαι καὶ λογοθέται καὶ πρακτοψηφισταὶ τοῦ ἀέρος. *Principes tenebrarum, principes mundi & malitiæ, mancipes publicani, rationum exactores, & actionum cenſores aërei.*

Πρανδιοπράτης.

Πρανδιοπράται recentioribus ſcriptoribus ſunt *caupones, qui vendunt prandia, & excipiunt cœnaturientes.* Balſamo ad Marcum Patriarch. Alexandr. reſp. XXVII. Καταλλάκται τυχὸν γενόμενοι, ἢ πρανδιοπράται, ἢ οἰνοπράται, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἀστρονόμοι, παρεγγυηθήσονται τῶν ἀκανονίστων τούτων ἐπιτηδευμάτων ἀπέχεσθαι. *Qui fortè fuerint facti collybiſtæ, vel prandiorum, aut vini venditores, ipſi quin etiam aſtronomi, promittent ſe ab hiſce actionibus canonibus contrariis ſibi temperaturos.* Vide Gloſſar. Meurſii.

Πραξαπόστολος.

Qualis liber Eccleſiaſticus apud recentiores Græcos vocetur ἀπόστολος, docemus in voce Ἀπόστολος, num. II. 7. Eundem librum quidam πραξαπόστολον nominant, quòd præter epiſtolas Pauli, & alias Canonicas, Acta etiam Apoſtolorum à S. Luca ſcripta, & ante Epiſtolas contineat, non quòd Lucæ ſit liber de Actis Apoſtolorum. Typicum Sabæ, cap. II. pag. 3. Εὐθέως ἀνάγνωσις εἰς τὸν πραξαπόστολον. Et paulò pòſt: Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ πραξαποστόλου. Triodium: Γίνεται ἀνάγνωσις εἰς τὸν πραξαπόστολον. Vide Gl. Meurſii.

Πράξεις.

I. Πράξεις Ἀποστόλων. Ita inſcribitur liber ſecundus Lucæ, id eſt, *actiones*, vel *Acta Apoſtolorum*, quia res ab Apoſtolis geſtas deſcribit. Hilarius in Matthæum

citans

Digitized by Google

citans hunc librum, ipſam vocem Græcam retinuit, quam plerique aliorum Patrum Latinorum cum autore Vulgatæ verſionis vertunt *Actus*, hac voce interdum etiam numero ſingulari uſurpata, ut alicubi fit apud Proſperum. Cyprianus tamen reddidit *Acta*, & Hieronymus ad cap. XXIII. Jobi, *geſta*. Sed ut diſtinctiùs de hoc divino agamus libro, conſiderabimus ſequentia.

1. *Cur hic liber inſcribatur πράξεις.* Chryſoſtomus Homil. XLII. t. V. pag. 277. fusè hanc materiam tractat, & ad quæſtionem, cur non θαύματα ἀποστόλων, vel σημεῖα ἀποστόλων, vel δυνάμεις καὶ τέρατα ἀποστόλων, ſed πράξεις ἀποστόλων, inſcribatur, reſpondet, Οὐ τὸ αὐτό ἐστι πράξεις καὶ θαύματα· οὐ τὸ αὐτό ἐστι πράξεις καὶ τέρατα, καὶ δυνάμεις· ἀλλὰ πολλὴ ἡ διαφορὰ τούτων ἑκατέρων. Πρᾶξις μὲν γάρ ἐστιν οἰκείας σπουδῆς κατόρθωμα, θαῦμα δὲ θείας δωρεᾶς χάρισμα· εἶδες ὅσον τὸ μέσον πράξεως καὶ θαύματος; Πρᾶξίς ἐστιν ἀνθρωπίνων ἱδρώτων συντέλεσμα, θαῦμά ἐστι θείας φιλοτιμίας ἐπίδειξις. Πρᾶξίς ἐστιν ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως τὴν ἀρχὴν ἔχουσα, θαῦμά ἐστιν ἐκ τοῦ θεοῦ χάριτος τὰ προοίμια λαμβάνον· καὶ τὸ μὲν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, τὸ δὲ τῆς κάτωθεν γνώμης. Πρᾶξις ἐξ ἀμφοτέρων ὑφαίνεται, καὶ ἐξ ἡμετέρας σπουδῆς καὶ ἐκ θείας χάριτος. Τὸ θαῦμα γυμνὴν ἐπιδείκνυται τὴν ἄνωθεν χάριν· οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἱδρώτων δεόμενον. Πρᾶξίς ἐστιν, ἐπιεικῆ εἶναι, σώφρονα, μέτριον, ὀργῆς κρατεῖν, ἐπιθυμίας καταγωνίζεσθαι, ἐλεημοσύνας ποιεῖν, φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυσθαι, ἅπασαν ἀσκεῖν ἀρετήν. Τοῦτο πρᾶξίς ἐστι, καὶ πόνος, καὶ ἱδρὼς ἡμέτερος· θαῦμά ἐστι, δαίμονας ἀπελαύνειν, τυφλωθέντας ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν, λεπρῶν τὰ σώματα καθαίρειν, διαλελυμένα μέλη σφίγγειν, νεκροὺς ἐγείρειν, ἕτερα τοιαῦτα θαυματουργεῖν. *Non idem ſunt Acta & Miracula, non idem ſunt Acta & prodigia & virtutes: ſed multum inter utraq; diſcrimen eſt. Actio namq; eſt opus propriæ cujusq; diligentiæ, miraculum verò divini muneris eſt beneficium. Vides quanta ſit inter actionem & miraculum differentia. Actio eſt humanorum ſudorum effectus, miraculum divinæ liberalitatis eſt ſpecimen: actio à noſtra voluntate ducit initium, miraculum à gratia divina trahit originem, & hoc cœleſtis eſt auxilii, illud humani eſt arbitrii. Actio ex utroq; contexitur, ex noſtra diligentia, & ex gratia divina: miraculum ſolam oſtendit gratiam divinam, neq; ſudoribus noſtris indiget. Actio eſt, manſuetum eſſe, caſtum, modeſtum, ira temperare, cupiditates ſubigere, largiri eleemoſynas, benignitatem exhibere, omnem virtutem exercere. Hoc eſt actio, & labor, & ſudor noſter. Miraculum eſt, dæmones abigere, excæcatos oculos aperire, leproſorum corpora mundare, reſoluta membra compingere, mortuos excitare, alia ejusmodi mira opera patrare.* Eſt paulò pòſt: Τὸ θαῦμα μεῖζον μέν ἐστι, καὶ φρικωδέστερον, καὶ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαῖνον φύσιν· ἡ δὲ πρᾶξις καὶ ἡ πολιτεία ἔλαττον μὲν τῶν σημείων, χρησιμώτερον δὲ καὶ κερδαλεώτερον· πόνων γάρ ἐστιν ἀμοιβὴ καὶ σπουδῆς μισθός. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἡ πρᾶξις τοῦ σημείου κερδαλεωτέρα καὶ χρησιμωτέρα, πρᾶξις μὲν ἀγαθὴ καὶ χωρὶς σημείων εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς κατωρθωκότας εἰσήγαγε, θαύματα δὲ καὶ σημεῖα χωρὶς πολιτείας οὐκ ἴσχυσε πρὸς τὰ πρόθυρα χειραγωγῆσαι ἐκεῖνα. *Majus quidem eſt miraculum ac formidabilius, & naturam noſtram excedit: actio verò & vivendi ratio bona ac laudabilis res quidem eſt ſignis minor, ſed utilior & fructuoſior: eſt quippe laborum præmium & diligentiæ merces. Atque ut intelligas fructuoſiorem eſſe atq; utiliorem ſigno actionem, actio quidem bona etiam ſine ſignis eos, à quibus peracta fuerit, introducit in cœlum: miraculum autem & ſignum ſine vita bona ad veſtibula illa deducere non potuerunt.* Hoc ipſum poſtea probat. Vide Autorem. *Apoſtolorum* autem *Acta* inſcribuntur velut olim apud Gentiles *Acta* publica appellabantur, quibus ratio fidesque imperii geſti, & Reipublicæ adminiſtratæ conſtabat. Vix enim ullus noſtræ Religioni liber eſt, qui veritatis doctrinam irrefutabilibus exemplis, & eam ſecutæ Hiſtoriæ fide tam luculenter explanet. Et certè præter Epiſtolas Apoſtolorum, quæ hæc duo miſcent, nullus eſt. Talis commentaria Romanis erant, quæ *Acta urbis* inſcribebantur, quibus videlicet poſteri majorum fide velut publicè depoſita inſtituerentur, quid geſtum eſſet. Lampridius in Commodo: *Habuit præterea morem, ut ea omnia, quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè ageret,* actis urbis *indi juberet, ut Marius Maximus teſtatur.* Stante autem Republica ſinguli Principes talia brevia rerum abs ſe geſtarum conſtituebant; ut *Acta Pompeji magni* memorantur apud Plinium. Licet verò & *Actus* interpretari res memoratu dignas. Capitolinus in Maximo & Balbino: *ſed primùm de* actibus *eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus atq; genere.* Hæc Barthius Adverſ. lib. III. cap. XIII.

2. *Alia* hujus libri *nomina.* A' Theodoreto Hæretic. fab. lib. I. cap. XXI. vocatur ἡ τῶν πράξεων ἱστορία, *Hiſtoria actorum* ſcilicet Apoſtolicorum. Ita etiam à Nyſſeno contra Eunomium & in Pſalmos. Ab Epiphanio Hæreſi XXX. pag. 60. τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων ἡ βίβλος. *Liber actorum Apoſtolorum.* Αἱ τῶν πράξεων βίβλοι, *libri actorum*, Can. XVI. Concilii in Trullo. Τὸ περὶ τῶν ἀποστόλων σύνταγμα. *Commentarius de Apoſtolis.* Apud Latinos *commentarii vocantur* perpetuæ ac diligentes rerum narrationes. Unde Cicero eleganti illa ad Lucceium epiſtola, ait, ſe commentarios confecturum rerum ſuarum, quò ex iis hiſtoriam conficere poſſit Lucceius. Ita autem appellantur à ſcriptore vitæ S. Theclæ, ubi hæc: Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος καὶ θεσπέσιος Λουκᾶς φαίνεται πεποιηκὼς, ἔν τε τοῖς εὐαγγελίοις, ἔν τε τῷ περὶ τῶν ἀποστόλων συντάγματι, προτάξας τὸν Θεόφιλον· ᾧ καὶ τὸ πάντα πόνον ἀνέθηκε τῆς θείας συγγραφῆς. *Quemadmodum etiam beatum & divinum Lucam feciſſe patet, tum in Evangeliis, tum in commentario de Apoſtolis, cui Theophili nomen præpoſuit: cui etiam totum opus dedicavit divinæ hiſtoriæ.*

3. *Actorum dignitatem & utilitatem.* Chryſoſtomus Hom. I. in Acta, p. 609. dicit eorum præcipuum ſcopum eſſe, veritatem reſurrectionis Chriſti demonſtrare. Τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ βιβλίον τουτὶ, ἀναστάσεως ἀπόδειξις· τούτου γὰρ πιστευθέντος, ὁδῷ καὶ τὰ ἄλλα προύβαινεν. ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις καὶ ὁ τοῦ βιβλίου σκοπὸς ἅπας, ὡς ἄν τις παχυτέρως συλλαβὼν εἴποι, οὗτος μάλιστά ἐστιν. *Hoc maximè agit hic liber, ut demonſtret reſurrectionem: quæ ſi credita fuerit, etiam cæteris aperta eſt via. Argumentum igitur & ſcopus hujus libri, ſi quis rei ſummam craſſiori ſermone velit complecti, hic potiſſimum eſt.* Quid verò hoc ipſo præſtantius, utiliùs quid? Vide in 'Ανάστασις, num. II. ſub lit. *A*. 3. Unde in Pentecoſte maximè lecta, quia reſurrectionem Chriſti planiſſimè docent. Hoc pluribus demonſtrat Chryſoſtomus ſerm. LXIII. t. V. Edit. Pariſ. ubi inter alia: Μετὰ τὸν σταυρὸν εὐθέως ἀνάστασιν καταγγέλλομεν τοῦ χριστοῦ, τῆς δὲ ἀναστάσεως ἀπόδειξίς ἐστι τὰ σημεῖα τὰ ἀποστολικὰ, τῶν δὲ σημείων ἀποστολικῶν διδασκαλεῖον ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον· ὃ τοίνυν μάλιστα πιστοῦται τὴν ἀνάστασιν τὴν δεσποτικὴν, τοῦτο μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν εὐθέως οἱ πατέρες ἐνομοθέτησαν ἀναγινώσκεσθαι. Διὰ τοῦτο τοίνυν, ἀγαπητοὶ,

μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐθέως ἀναγινώσκομεν τὰ σημεῖα τῶν ἀποστόλων, ἵνα ἔχωμεν σαφῆ καὶ ἀναμφισβήτητον τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν. *Statim poſt crucem reſurrectionem Chriſti annunciamus: porrò demonſtratio reſurrectionis ſunt miracula Apoſtolica: atqui nihil aliud eſt liber iſte, quàm Apoſtolicorum ſchola miraculorum. Quod igitur Dominicæ reſurrectionis maximè fidem facit, hoc ſtatim poſt crucem & vitam afferentem reſurrectionem Patres legi ſtatuerunt. Hanc igitur ob cauſſam, dilecti, ſtatim poſt crucem ac reſurrectionem miracula legimus Apoſtolorum, ut manifeſtam & indubitatam reſurrectionis probationem habeamus.* Confer quæ habes in voce Γραφὴ, num. V. 1. ſub lit. *a*.

4. *Quinam Acta Apoſtolorum rejecerint.* Id fecerunt *Severiani & Encratitæ*, de quibus Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. XXI. pag. 208. Τῶν πράξεων τὴν ἱστορίαν ἐκβάλλουσιν. *Actorum hiſtoriam rejiciunt.* De iiſdem Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. XXVII. pag. 43. b. Βλασφημοῦντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον, ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, μηδὲ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων καταδεχόμενοι. *Calumniantes verò Paulum Apoſtolum, ejus Epiſtolas rejiciunt, neque Acta Apoſtolorum recipientes.* Manichæi eadem rejecerunt, quoniam manifeſtè continent adventum *Paracleti*, id eſt, Spiritûs Sancti, ut teſtatur Auguſtinus contra Adimant. cap. XVII.

II. Imprimis illud obſervandum, olim quàm plurimos libros ſub hoc πράξεων ἀποστόλων nomine fuiſſe venditatos: quò pertinent,

1. Πράξεις Πέτρου, *Acta Petri.* Actorum Petri meminit, & eadem rejicit Euſebius hiſtoriæ Eccleſ. lib. III. cap. III. pag. 21. a.

2. Πράξεις Παύλου, *Acta Pauli*, quorum meminit Euſebius loco modò laudato, & negat ſe ea ἐν ἀναμφιλέκτοις παρειληφέναι, *inter minimè dubia recepiſſe.* Vide etiam lib. 3. cap. 25. pag. 28. a.

3. *Andreæ, Johannis, & Thomæ* πράξεις, *acta.* Epiphanius de Encratitis hæreſi XLVII. p. 174. Κέχρηνται δὲ γραφαῖς πρωτοτύπως ταῖς λεγομέναις Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου πράξεσι, καὶ Θωμᾶ, καὶ ἀποκρύφοις τισὶ, καὶ οἷς βούλονται λόγοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης. *Utuntur & ſcripturis primariò, quæ dicuntur Andreæ & Johannis acta, itemque Thomæ, & quibusdam apocryphis, & quibus volunt libris V. Teſtamenti.* Idem, hæreſi LXI. pag. 220. de Apoſtolicis, qui etiam Apotactici: Ταῖς λεγομέναις πράξεσιν Ἀνδρέου τε καὶ Θωμᾶ τὸ πλεῖστον ἐπερείδονται, παντάπασιν ἀλλότριοι τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ὑπάρχοντες. *Actis Andreæ & Thomæ appellatis ut plurimùm nituntur, omnino alieni à Canone Eccleſiæ exiſtentes.* Theodoretus hæret. fab. lib. III. cap. IV. pag. 228. de Quartidecimanis: Κέχρηνται δὲ καὶ ταῖς πεπλανημέναις τῶν ἀποστόλων πράξεσιν. *Utuntur etiam erroneis Apoſtolorum Actis.*

Πρεσβεῖον.

Suidas: Πρεσβεῖα· Τιμάς. γέρα. Καὶ χρηστὰ πρεσβεῖα τούτῳ τῆς μνήμης νῦν τε, καὶ ἀεὶ νέμει. *Honores, præmia.* Ut, *Et præclara memoriæ præmia nunc, & ſemper illi tribuit.* Chryſoſtomus Homil. I. t. V. pag. --- 2. ---: Εἰ περὶ κτίσεως ᾔδεισαν φιλοσοφεῖν Μανιχαῖοι καλῶς, οὐκ ἂν τὴν ὕλην, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων, τὴν φθειρομένην, τὴν ῥέουσαν, τὴν ἀλλοιουμένην τοῖς τῆς ἀγεννησίας πρεσβείοις ἐτίμησαν. *Si Manichæi de creatura bene philoſophari ſciviſſent, nequaquam materiam, ut quæ ex nihilo eſt, corruptibilis, fluxa, & mutabilis, ingenitam eſſe dixiſſent.* Quando verò Conciliorum Canones πρεσβείων meminerunt, obſervandum ea duplicis eſſe generis: eſt πρεσβεῖον poteſtatis, & eſt πρεσβεῖον honoris. Illud pertinet ad Metropolitanos: hoc ad eos, qui Metropolitanorum honore, cùm eo actu careant, afficiuntur. Quæ τὰ πρεσβεῖα abſolutè dicuntur Can. VI. Nicæno, ea ſunt poteſtatis, & verum Metropoliticum primatum ſpectant. Verba ejus ſunt: Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. Hoc eſt, Dionyſio Exiguo interprete, *ſimiliter & apud Antiochiam cæteraſque provincias privilegia ſerventur Eccleſiis.* Can. XXVIII. Chalced. Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. *Etenim ſedi ſenioris Romæ, quod urbs illa imperaret, Patres jure privilegia tribuerunt.* Can. II. Concilii Conſtantinop. Oecumenici II. Φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. *Servatis privilegiis, quæ Antiochenæ Eccleſiæ Nicænis Canonibus tributa ſunt.* Atque in his intelligitur *jus Metropoliticum*, Latinè *primatus*. Nam & primatus pro Metropolitanis; ut in Africa. Quando verò hic primatus in re ac munere non eſt, ſed in honore ac titulo tantùm verſatur, πρωτεῖον τῆς τιμῆς, & πρεσβεῖον τῆς τιμῆς appellatur, & τιμὴ ſimpliciter, & habetur Can. VII. Nicæno de Æliæ Epiſcopo, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, *habeat ordinem honoris.* Vide etiam Can. XII. Chalced. Atque hæc eſt magni Salmaſii ſententia. Interim, etiamſi πρεσβεῖα, πρεσβεῖον τιμῆς, & τιμὴ, ut vult, aliquando diſtinguantur, id tamen perpetuum non eſt. Etenim τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς aliquando notant primatum in re ac munere, non eum, qui tantùm in honore ac titulo verſatur. Patet ex Can. III. Conſtantinop. cujus hæc ſunt verba: Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον. *Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopus habeat privilegia honoris poſt Romanum Epiſcopum.* Hic Dionyſius Exiguus, τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, vertit, *primatum honoris.* Hic certè non tantùm habebat titulum, ſed rem ipſam ac munus. Sunt autem πρεσβεῖα, ut & hoc obiter moneamus, jura jam inde ab initio, ex veteri conſuetudine & vetuſtatis privilegio, Eccleſiis tributa, δίκαια προσόντα ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν κατὰ τὸ πάλαι κρατήσαν ἔθος, Can. VIII. Concilii Epheſini, Oecumenici III. Zonaras ad Can. III. Conſtantinop. pag. 70. Τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, ἤτοι τὰ πρωτεῖα, ἤτοι τὸ ἐξαίρετον.

Πρεσβυτέριον.

Πρεσβυτέριον denotat cœtum, congregationem & collegium Presbyterorum in Eccleſia Chriſtiana. Ita accipitur I. Timoth. IV. 14. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. *Ne negligito donum, quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum Presbyterii.* Quid hic *Presbyterium* ſit, explicat Theodoretus: Πρεσβυτέριον ἐνταῦθα, τοὺς τῆς ἀποστολικῆς χάριτος ἠξιωμένους ἐκάλεσεν· οὕτω καὶ τοὺς ἐντίμους τοῦ Ἰσραὴλ προσηγόρευσεν ἡ θεία γραφὴ γερουσίαν. *Presbyterium hoc loco appellavit eos, qui Apoſtolicam gratiam acceperunt. Ita enim honoratos in Iſraël divina ſcriptura vocavit ſenatum.* Chryſoſtomus Homil. XIII. in hanc epiſtolam, & ex eo Theophylactus, dicit Apoſtolum non loqui περὶ πρεσβυτέρων, ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων, *de Presbyteris, ſed de Epiſcopis:* ratio, οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν, *non enim Presbyteri Epiſcopum ordinabant.* Senſus eſt, Apoſtolum non loqui de iis, qui propriè dicuntur πρεσβύτεροι, ſed de iis, qui deinceps Epiſcopi vocati, ut in ſequenti voce videbimus. Ita conſeſſum Presbyterorum etiam notat Can. XVIII. Ancyrano, εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθέζεσθαι. *In Presbyterio reſidere.* Ibid. Τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου ἀφαιρεῖσθαι.

Pres-

Digitized by Google

Presbyterii honore privari. Ignatius in epiſt. ad Antiochenos ſalutat τὸ ἅγιον πρεσβυτέριον, *ſanctum Presbyterium.* Et in epiſt. ad Trallianos, quid ſit, his verbis indicat: Τί δὲ πρεσβυτέριόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἢ σύστημα ἱερόν, σύμβουλοι καὶ συνεδρευταὶ τοῦ ἐπισκόπου; *Quid verò Presbyterium aliud eſt, quàm ſacer cœtus, conſiliarii & aſſeſſores Epiſcopi?* In eadem epiſtola: Πρεσβύτεροι ὡς συνέδριον Θεοῦ, *Presbyteri ut conſeſſus Dei.* Confer vocem ſequentem.

Πρεσβύτερος.

Πρεσβύτερος, id eſt, *ſenior*, eſt nomen quod tribuitur Miniſtris Eccleſiæ, ſive quia olim Miniſtri Eccleſiæ plerumque deligebantur, qui jam eſſent grandioris ætatis: ſive potiùs, quia Miniſtri Eccleſiæ moribus ſenes referre debent, iiſque is tribuendus honor, qui ſenibus tribui ſolet; ita igitur *nomen* eſt *non ætatis, ſed officii & dignitatis.* Huc faciunt illa Clementis Alexandrini Stromat. lib. VI. pag. 667. Οὗτος πρεσβύτερός ἐστι τῷ ὄντι τῆς ἐκκλησίας, καὶ διάκονος ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως, ἐὰν ποιῇ καὶ διδάσκῃ τὰ τοῦ Κυρίου· οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων χειροτονούμενος, οὐδ᾽ ὅτι πρεσβύτερος, δίκαιος νομιζόμενος· ἀλλ᾽ ὅτι δίκαιος, ἐν πρεσβυτερίῳ καταλεγόμενος. *Hic eſt revera Presbyter Eccleſiæ, & verus Diaconus, id eſt, miniſter Dei voluntatis, ſi faciat & doceat quæ ſunt Domini, non ut qui ordinetur ab hominibus, neq; quòd Presbyter, juſtus cenſeatur: ſed quòd juſtus in Presbyterium adſciſcatur.* Illa etiam Nyſſeni Homil. I. in Eccleſiaſten, t.I. pag. 382. Πρεσβύτερος κατὰ τὴν συνήθειαν, ὁ ἐκβὰς τὴν ἄτακτον ἡλικίαν, καὶ ἐν γηραιᾷ καταστάσει γενόμενος, λέγεται· ὡς εἴ γέ τις ἀστατοίη τῷ λογισμῷ, καὶ ἐν ἀταξίᾳ τὸν βίον ἔχοι, οὔπω πρεσβύτερος ὁ τοιοῦτος, κἂν ἐν πολιᾷ τύχοι φαινόμενος, ἀλλ᾽ ἔτι ἀνήρ. *Presbyter, id eſt, ſenior dici ſolet, qui inſolentem & inordinatam exceſſit ætatem, & qui ad ſenilem ſtatum pervenit. Quo fit ut ſi quis ſit mente inſtabilis, & vitam agat inordinatam, is nondum eſt Presbyter, etiamſi canos habere videatur, ſed adhuc vir eſt.* Hæc notat ad locum I. Timoth. V. 17. Huc etiam commodè referas illa Cyrilli Alexandr. ad v. 2. cap. III. Jeſaiæ, pag. 55. Πρεσβύτερον φαμὲν οὐ τὸν κατὰ χρόνον, ἀλλὰ τὸν κατὰ σύνεσιν, καὶ ὡς ἐν τελειότητι γεγονότα φρενῶν. *Presbyterum, id eſt, ſeniorem, dicimus non eum, qui ætate, ſed qui intelligentiâ talis eſt, & in mentis perfectione conſtitutus.* Ut verò diſtinctiùs de hac voce, quatenus officii & dignitatis nomen eſt, agamus, varias ejus acceptiones deinceps ordine conſiderabimus.

I. Sumitur *generaliter & latè;* quo ſenſu ipſos comprehendit Apoſtolos. Ita ſumitur I. Petri V. 1. II. Joh. v. 1. & III. Joh. v. 1.

II. *Specialiter & ſtrictè* ſumitur. Atque ita *Presbyteri* appellantur,

1. *quibus commiſſum eſt Verbum Dei, ſeu prædicatio Evangelii*, quique aliàs Ἐπίσκοποι appellantur. Per *Presbyteros* aliquando intelligendos eſſe *Epiſcopos*, aliquot Patrum teſtimoniis jam probavimus in voce Ἐπίσκοπος, num. II. De talibus loquitur Apoſtolus I. Timoth. V. 17. quos vocat πρεσβυτέρους κοπιῶντας ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, *Presbyteros laborantes in verbo & doctrina.* Oecumenius in cap. XX. Actor. pag. 88. pluribus probat, πρεσβυτέρους & ἐπισκόπους in Eccleſia Apoſtolica eosdem fuiſſe. Ἐπειδή, inquit, λανθάνει τοὺς πολλοὺς ἡ συνήθεια, μάλιστα τῆς καινῆς διαθήκης, τοὺς ἐπισκόπους πρεσβυτέρους ὀνομάζουσα, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἐπισκόπους, σημειωτέον τοῦτο ἐντεῦθεν, καὶ ἐκ τῆς πρὸς Τίτον ἐπιστολῆς, ἔτι δὲ καὶ πρὸς Φιλιππησίους, καὶ ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης. *Quoniam multis ignota eſt conſuetudo, maximè in Novo Teſtamento uſitata, quâ Epiſcopi nominantur Presbyteri, & Presbyteri Epiſcopi, hoc hinc obſervandum eſt,* nempe ex cap. XX. Actor. ubi, qui v. 17. appellantur πρεσβύτεροι τῆς ἐκκλησίας, ſtatim v. 28. vocantur ἐπίσκοποι, *& ex epiſtola ad Titum, nec non ad Philippenſes, & ex priore ad Timotheum.* Idem in I. Petri cap. V. pag. 164. Πρεσβυτέρους καὶ τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἡ τῶν πράξεων βίβλος οἶδε λεγομένους. *Liber Actorum etiam Epiſcopos vocare ſolet Presbyteros.* Dionyſius Areopagita cap. I. de cœleſti Hierarch. pag. 1. Timotheum vocat συμπρεσβύτερον, & ſe πρεσβύτερον. Ad quæ Pachymeres, pag. 8. Τιμόθεον συμπρεσβύτερον καλεῖ, οἱονεὶ συνεπίσκοπον, ὡς καὶ ἑαυτὸν πρεσβύτερον, οἷον ἐπίσκοπον. *Timotheum Sympresbyterum vocat, id eſt, Coëpiſcopum: ſicut ſe ipſum Presbyterum, id eſt, Epiſcopum.* Ad eundem locum S. Maximus, pag. 1. Σημείωσαι, ὡς τὸ τοῦ πρεσβυτέρου ὄνομα καὶ τὸν ἐπίσκοπον δηλοῖ, ἐπειδὰν πρεσβύτερός ἐστι καὶ ὁ ἐπίσκοπος· καὶ τοῦτο δηλοῦται καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔνθα ἐν Ἀσίᾳ συντάσσεται ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῆς ὁ ἅγιος ἀπόστολος Παῦλος. *Nota* Presbyteri *nomen etiam Epiſcopum declarare; quandoquidem Presbyter quoque ſit Epiſcopus: illud etiam declaratur in Actis* (cap. XX. 17. 28.) *ſanctorum Apoſtolorum, ubi ſanctus Apoſtolus Paulus in Aſia Eccleſias ejus inſtituit.* Theophylactus ad Titum I. 5. pag. 843. Καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλεις πρεσβυτέρους. Τοὺς ἐπισκόπους οὕτως ἐνταῦθά φησιν, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον. *Et conſtituas per civitates Presbyteros. Epiſcopos hîc ait, quemadmodum in epiſtola ad Timotheum.* Theodoretus ad v. 7. cap. I. epiſt. ad Titum, pag. 509. Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι. Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον ὡς τοὺς πρεσβυτέρους ἐπισκόπους ὠνόμαζον. Εἰρηκὼς γὰρ, ἵνα καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ἐπήγαγε. Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι. Ἐν ἑκάστῃ δὲ πόλει, οὐκ ἐπισκόπους, ἀλλὰ πρεσβυτέρους εἶναι πολλούς. *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe. Hinc quoque manifeſtum eſt; quòd Presbyteros nominârint Epiſcopos. Cùm enim dixiſſet,* ut conſtituas per civitates Presbyteros, *ſubjunxit,* oportet enim Epiſcopum eſſe ſine crimine. *In unaquaq; autem civitate, non Epiſcopos, ſed Presbyteros multos eſſe moris eſt.* Ut rem totam meliùs intelligamus, obſervandum, Apoſtolorum temporibus ſolos *Presbyteros & Diaconos*, Eccleſiæ regimini præfectos, notos fuiſſe. *Presbyteri* ab ætate dicti: quemadmodum in plerisque civitatibus *ſeniores* & *majores urbis* appellati; qui ſummam habebant adminiſtrationem. *Major* idem qui & *Senior.* Heſychius: Πρεσβύτερος, μείζων, γέρων. Suidas: Πρεσβύτερος, τιμιώτερος, μείζων. *Senior, honoratior, major.* Sic in familia, qui ſervus ætatis vel fidei merito cæteris præibat, ac familiam gubernabat, major domus appellatus. Hinc etiam *major monaſterii* apud Dionyſium Exiguum προεστὼς τῆς μονῆς. *Majores* vocat Tertullianus Eccleſiæ Antiſtites lib. de Baptiſmo, cap. XVII. pag. 392. *Sed quantò magis laicis diſciplina verecundiæ & modeſtiæ incumbit, quum ea* majoribus *competat, ne ſibi adſumant dicatum Epiſcopis officium Epiſcopatus. Seniores* eos vocat Ambroſius de Officiis I. cap. XX. *Et hoc cum ſenioribus, hoc eſt, vel cum Epiſcopo, ſi gravior eſt cauſſa, vel cum Presbyteris.* Apoſtoli plebi Chriſtianæ moderandæ *Seniores* præpoſuerunt, quibus ad miniſterium adjuncti *Juniores.* Hi διάκονοι voce Græca, illi πρεσβύτεροι appellati. Sed iſti ab officio procurationis etiam Ἐπίσκοποι dicti. *Presbyterorum collegium* vocatur Πρεσβυτέριον. Hi *Presbyteri*, ut loquitur Cyprianus epiſt. LVIII. ſeu lib. III. epiſt. I. ad Lucium Epiſcop. Rom. pag. 133. *cum Epiſcopo ſacerdotali honore conjuncti ſunt:* qui etiam dicuntur Ἐπίσκοποι, Act. XX. 28. Tit. I. 7. οἱ προϊστάμενοι, I. Theſſ. V. 12. οἱ ἡγούμενοι, Hebr. XIII. 17. ubi Theophylactus dicis

dicit Apoſtolum περὶ Ἐπισκόπων loqui. Hi ne ab ordinationibus quidem excludebantur. Docet hoc Apoſtolus I. Timoth. IV. 14. Ubi tametſi Chryſoſtomus, ut jam ſuprà ſtatim poſt initium ſub hac voce monuimus, dicat Apoſtolum loqui non de Presbyteris, ſed de Epiſcopis; non enim à Presbyteris ordinatum eſſe Epiſcopum: Hieronymus tamen, in epiſtola ſua ad Evagrium, verba iſta Apoſtoli, de *impoſitione manuum Presbyterii*, recitat in favorem Presbyterorum illorum, quorum cauſſam ibi agit contra quendam, Diaconos eis anteferentem. Nec aliter Ignatius uſurpat vocabulum *Presbyterii* in epiſtola ad Trallianos, ut itidem ſuprà vidimus. Sic etiam Cornelius Epiſcopus Romanus, in epiſt. ad Cyprianum, quæ in Epiſtolis Cypriani eſt XLVI. ſeu lib. III. epiſt. XI. pag. 83. *Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi Presbyterium. Adfuerunt etiam Epiſcopi quinque, qui & hodie præſentes fuerunt, ut firmato conſilio, quid circa perſonam eorum* (à Novatiani ſchiſmate redeuntium) *obſervari deberet, conſenſu omnium ſtatueretur.* Et mox: *His ita geſtis, in Presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, & pleriq; fratres, qui ſe eis adjunxerant, ſummis precibus deſiderantes, ut ea, quæ antè fuerant geſta, in oblivionem cederent.*

2. *Qui* ex populo Paſtoribus ſeu doctoribus & Miniſtris Verbi adjuncti, *cuſtodes erant diſciplinæ Eccleſiaſticæ.* Hos innuit Apoſtolus I. Timoth. V. 17. ubi & genus Presbyterorum, quod numero præcedenti deſcripſimus, per τοὺς κοπιῶντας ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, intelligit; & hos, de quibus hîc agimus, haud obſcurè innuit, quando in genere dicit, οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν. Si enim de iisdem loqueretur, cur adderet, μάλιστα οἱ κοπιῶντες, &c. Bullingerus ad hunc locum: *Paulus in præſenti,* Qui bene præſunt Presbyteri, *ait,* duplici honore digni habeantur. *Intelligit autem omnes in Eccleſia ſeniores, quibus habenæ adminiſtrationis commiſſæ ſunt. — Hoc verò* (ſtipendium) *iis maximè impartiri jubet, qui laborant in ſermone & doctrina. Neq; enim omnes Presbyteri in Eccleſia laborant in ſermone & doctrina. Cùm enim varia ſint in Eccleſia munia, non unius quoque generis Miniſtri aut Presbyteri ſunt.* Hactenus ille. Et Illyricus clariſſimè: *Hîc ſimul obſerva duplices fuiſſe Presbyteros: alios quidem, qui tantùm regimen Eccleſiæ ac diſciplinæ conſilio & autoritate juverunt, inter quos fortè etiam Diaconi fuerunt: alios verò Presbyteros fuiſſe, qui etiam docuerunt, quiq; dicti ſunt Paſtores & Epiſcopi.* Atque hi denotantur per προϊσταμένους, Rom. XII. 8. per κυβερνήσεις, I. Corinth. XII. 28. ubi Theophylactus, pag. 271. Τουτέστι, κυβερνᾷν, ἤτοι οἰκονομεῖν τὰ τῶν ἀδελφῶν. *Hoc eſt, gubernare, adeoq; diſpenſare ea, quæ fratrum ſunt.*

3. Succeſſu temporis *Presbyteri* appellati ſunt *Sacerdotes.* Malchus in Byzanticis: Τὸν τῶν βαρβάρων ἔχων ἱερέα, ὃν οἱ χριστιανοὶ καλοῦσι πρεσβύτερον. *Habens Barbarorum ſacerdotem, quem Chriſtiani Presbyterum vocant.* Critopulus in Confeſſione Eccleſiæ Orientalis, cap. XI. *inter* ἱερωσύνης τάξεις ἑπτὰ, *ſacerdotii ordines ſeptem,* ſecundo loco, nempe poſt Epiſcopos, ponit τὴν τῶν πρεσβυτέρων τάξιν, *ordinem Presbyterorum,* de quorum officio ita ſcribit: Οἱ πρεσβύτεροι δύνανται μὲν πάντα ὅσα καὶ οἱ διάκονοι· ἐξαίρετον δὲ αὐτοῖς ἔργον ἡ τῶν μυστηρίων ἱερουργία, καὶ ἡ τοῦ Λόγου διακονία. Πρὸς τούτοις ἀπαιτεῖται παρ᾽ αὐτῶν ἡ ἐπιμέλεια τῶν ὑπὸ τὴν ἑκάστου ἐφορίαν πτωχῶν, καὶ ἀσθενῶν, καὶ ἄλλως ἐνδεῶν ὄντων, καὶ ἐπικουρίας χρηζόντων. *Presbyteri poſſunt quidem omnia quæcunq; & Diaconi: præcipuum tamen illorum munus eſt ſacramentorum adminiſtratio, & Verbi miniſterium. Ad hæc exigitur ab iis cura qui ſub ſingulorum inſpectione ſunt pauperum, & infirmorum, quiq; aliàs indigentes ſunt ac auxilium poſcunt.* Nemo autem ante trigeſimum ætatis annum Presbyter ordinandus. Sic decernit Can. XI. Neocæſarienſis: Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω· ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν. *Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiamſi valdè dignus fuerit, ſed hoc tempus obſervet. Dominus enim Jeſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & cœpit docere.* Idem confirmat Synodus VI. in Trullo, Can. XIV. Ὁ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κρατείτω κανὼν καὶ ἐν τούτῳ, ὥστε πρεσβύτερον πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονεῖσθαι. *Canon ſanctorum & divinorum Patrum noſtrorum etiam hac in re obtineat, ut Presbyter non ordinetur ante annum trigeſimum.* Concilii Agathenſis Canon XVII. *Presbyterum vel Epiſcopum ante trigeſimum annum, id eſt, antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus ordinare præſumat.* Juſtinianus Novell. CXXIII. pag. 319. Πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν γίνεσθαι οὐκ ἐπιτρέπομεν. *Presbyterum autem minorem ætate triginta annorum fieri non permittimus.* Hoc ipſum Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, tit. I. ſect. II. de Epiſcopis & Clericis, in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1321, ita effert: Ἥττων τριάκοντα ἐνιαυτῶν μὴ χειροτονείσθω πρεσβύτερος. *Presbyter non ordinator, qui minor eſt annis triginta.* Mirum ergo, quomodo Cl. Juſtellus ad Can. XI. Neocæſ. aſſerat, Juſtinianum Novellà CXXIII. cap. XIII. *triginta quinque annos requirere.* Cur verò trigeſimus requiratur annus, alia etiam, præter eam, quæ à Baptiſmo Chriſti petita eſt, reddi poteſt ratio. Nempe apud Judæos in ordinandis ſive initiandis ſacerdotibus ætas triginta annorum definita eſt Numer. IV. 3. & I. Chronicor. XXIII. 3. *A nato triginta annos & deinceps uſque ad natum quinquaginta annos:* ſic habet contextus originalis in priori loco: quem ſequitur paraphraſis Chaldaica. LXX. verò Interpretes, Ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν καὶ ἐπάνω ἕως πεντήκοντα ἐτῶν. *A viginti quinque annis & ſuprà ad quinquaginta annos.* Hunc verò locum temeratum eſſe, atque pro εἴκοσι καὶ πέντε, omnino legendum eſſe τριάκοντα, jam olim Hieronymus obſervavit in epiſt. ad Theophilum Alex. adverſus errorem Johannis Jeroſolymitani: *Recordetur legis antiquæ, & poſt 25. annos à Levitica tribu, eligi in ſacerdotium pervidebit. Aut ſi in hoc teſtimonio ſolo Hebraicam ſequitur veritatem, noverit 30. annorum fieri ſacerdotem.* Quando Theodoretus Interrogat. XIII. in Numeros, pag. 184. rogat, Διατί μετὰ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος μέχρι τοῦ πεντηκοστοῦ λειτουργεῖν τοὺς Λευΐτας κελεύει; *Cur à viceſimo quinto anno uſque ad quinquageſimum præcipit Levitas miniſtrare?* non tam ad v. 3. cap. IV. Numerorum quàm ad libri ejuſdem cap. VIII. v. 24. reſpicere videtur, ubi LXX. Interpp. contextum Hebræum imitati, Ἀπὸ πέντε καὶ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, εἰσελεύσονται ἐνεργεῖν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. *A nato viginti quinque annos & ſuprà, ingredientur ad miniſtrandum in tabernaculo teſtimonii.* Quamvis autem hîc miniſterii Levitici diverſum ſtatuatur initium ab eo, quod cap. IV. exprimitur, ita ut quinque annorum diſcrimen intercedat, nulla tamen eſt contradictio: nam ſpatium quinque annorum Levitis dabatur ad tyrocinium primùm venientibus: quia viginti quinque annos nati reliquis accenſi miniſtrare tenerentur, ſed anno demum trigeſimo munus ſuum plenè exſequi inciperent. Poſtea autem viginti annorum numerus à Davide præſcriptus eſt, ut patet ex I. Chron. XXIII. 27. & cap. XXXI. 17. & Eſdræ III. 8. ſed nec uſque adeò de

ætate

Digitized by Google

ætate ſolicitos fuiſſe Apoſtolos, ſi cætera convenirent, vel inde colligere licet, quòd juvenis fuerit Timotheus, nec voluerit Apoſtolus Paulus juvenilem ejus ætatem contemni, I. Timoth. IV. 12. Et Ignatius ad Magneſianos: Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ καταφρονεῖν τῆς ἡλικίας τοῦ ἐπισκόπου. *Vos quoque decet non contemnere ætatem Epiſcopi.* Vide in voce Ἐπίσκοπος, num. II. 1. ſub lit. κ. ubi *de ætate Epiſcopi.* Presbyteri ordinabantur ab Epiſcopis. Can. II. Apoſtol. Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω. Presbyter ab uno Epiſcopo ordinetur. Ritum hujus χειροτονίας pluribus deſcribit Euchologium, pag. 84. 85. 86. Presbyterorum officia ſuprà ex Critopulo intelleximus. Addimus teſtimonia veterum. Eorum erat προσφέρειν καὶ ὁμιλεῖν, *offerre & populum docere*, ut patet ex Can. I. Ancyrano. Baptizabant. Theophylactus in cap. XIX. Lucæ, pag. 489. Οἱ πρεσβύτεροι φωτίζουσι διὰ τοῦ βαπτίσματος. *Presbyteri illuminant per Baptiſmum.* Iſidorus in epiſt. ad Laudefridum de iiſdem officiis: *Ad Presbyterum pertinet ſacramentum corporis & ſanguinis Domini conficere, orationes dicere, & benedicere populum.* De Baptiſmo per Presbyteros adminiſtrando vide in voce Βάπτισμα, num. II. 2. ſub lit. *a.* In Eccleſia verò Alexandrina, ex quo Arius Eccleſiam turbavit, non licet Presbytero populum docere. Teſtatur Socrates hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XXII. pag. 250. a. Πρεσβύτερος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οὐ προσομιλεῖ· καὶ τοῦτο ἀρχὴν ἔλαβεν, ἀφ' οὗ Ἄρειος τὴν ἐκκλησίαν ἐτάραξε. Presbyteris interim non licet χειροτονεῖν. Chryſoſtomus Homil. XI. in I. ad Timoth. pag. 289. dicit, *ſola ordinatione*, χειροτονίᾳ μόνῃ, *Epiſcopos Presbyteris antecellere.* Cui congruit illud Hieronymi in epiſt. ad Evagrium: *Quid enim facit, excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Pachymeres in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 43. Οὐ θεμιτόν ἐστι πρεσβύτερον χειροτονεῖν. *Non eſt fas, Presbyterum ordinare.* Interim nec Presbyteros ab ordinationibus prorſus fuiſſe olim excluſos demonſtratum proximè ſub finem num. 2. Presbyteris licebat in conjugio vivere. Vide in voce Γάμος, num. II. 2. *A. B. &c.* Vide etiam de hac voce Gl. Meurſii.

Πρεσβῦτις.

Erant in veteri Eccleſia matronæ, quæ mulieres cæteras ad vitam honeſtè inſtituendam hortabantur, quas & πρεσβύτιδας appellabant: & quia ſupra cæteras mulieres ſedebant in Eccleſiis, προκαθημένας. Can. XI. Synodi Laodicenæ, ut etiam monuimus in voce Διακόνισσα, num. VIII. eas abrogat: Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας ἤτοι προκαθημένας, ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. *Quòd non oportet, eas quæ dicuntur viduæ ſeniores, vel præſidentes, in Eccleſia conſtitui.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 833. Τὸ παλαιὸν γυναῖκές τινες πρεσβύτιδες καθήμεναι εἰς τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας, καθίστων τὰς λοιπὰς γυναῖκας τάχα εἰς εὐταξίαν. *Olim mulieres quædam viduæ ſeniores in Eccleſiis Catholicis præſidentes, reliquas fortè mulieres ad modeſtiam componebant.* Vide in Διακόνισσα, num. IV. ſub lit. *c.* De iiſdem Epiphanius Hæreſi LXXIX. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἄχρι διακονισσῶν τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιδεῖται τάγμα, χήρας τε ὠνόμασε, καὶ τούτων τὰς ἔτι γραοτέρας πρεσβύτιδας. *Obſervandum eſt Diaconiſſis Eccleſiaſticum ordinem indiguiſſe, quas etiam viduas nominavit, & ex his adhuc ætate provectiores* πρεσβύτιδας, *viduas ſeniores.* Fortè de iis agit D. Paulus ad Tit. II. 3. ubi πρεσβύτιδας vult eſſe ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, *ſanctas moribus, non calumniatrices, non vino deditas, rerum bonarum magiſtras.* Theophylactus ad hunc locum, pag. 849. Τινὰς τὰς ἐν ἐκκλησίᾳ διακόνους φασὶν, ἃς καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀμφιάσεως ἀπαιτεῖ φαίνεσθαι ἱεροπρεπεῖς, τουτέστι, ταῖς ἱεραῖς ἐμπρεπούσας ὑπηρεσίαις. *Quidam Diaconiſſas in Eccleſia hîc intelligunt, quas ipſo etiam veſtitu vult ſanctè ornatas conſpici, hoc eſt, ſacris miniſteriis inſignes.* Ipſe tamen non de Diaconiſſis hoc intelligit, quando dicit, τὰς γραΐδας λέγει, ἃς καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σχήματος καὶ τῆς καταστολῆς δεῖ κοσμίας φαίνεσθαι. *Anus dicit, quas & ab ipſo habitu & ornatu honeſtas videri oportet.* Eadem Theodoreti ſententia eſt: Τὰς γεγηρακυίας οὕτως ὠνόμασεν, οὐ τὰς λειτουργίας τινὸς ἠξιωμένας. Πρεσβύτιδας *anus appellavit ſenio confectas, non quæ aliquod munus ſuſceperant.*

Πριβάτον.

Πριβάτον, *privatum.* Habent hanc vocem Græci recentiores à Latinis. Suidas: Πριβάτον, Ῥωμαϊκὴ ἡ λέξις. *Privatum, vox Latina.* Balſamon in Tit. I. Photii de Fide, cap. V. Πριβάτον λέγεται κατὰ Λατίνους τὸ ἰδικόν. *Privatum ſecundum Latinos dicitur privatum* ſeu *proprium.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Juſtin. in Paratit. ad Tit. IV. Biblioth. Juris Canonici, pag. 1268. Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων. *Oportet Epiſcopum rem ipſam deferre ad eum, qui pro tempore præpoſitus fuerit rebus ſacris privatis.* Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. VIII. pag. 646. Ἐλπίδιος τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως, &c. Vide in Κόμης, num. I. Significat etiam *ergaſterium.* Heſychius: Πριβάτον, τόπος ἐργαστήριον. Ponitur quin etiam *pro balneo.* Prochorus de rebus geſt. Johannis Evangeliſtæ: Ἦν δὲ πριβάτον ἀνὰ μέσον τῆς ὁδοῦ, καὶ εἷς ἐκ τῶν ἱερέων, εἰσελθὼν ἐν τῷ πριβάτῳ λούσασθαι, ἀπεπνίγη. *Erat autem balneum in media via, & unus ex ſacerdotibus, cùm ingreſſus fuiſſet in balneum lavandi cauſſâ, ſuffocatus fuit.* Vide Gl. Meurſii.

Πριβιλέγιον.

Πριβιλέγιον, *privilegium.* Epiſt. Concilii Carthag. ad Celeſtinum Pontif. Rom. in Canonibus Conciliorum, pag. 116. ὡσανεὶ τὰ πριβιλέγια τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐκδικῶν. *Quaſi Eccleſiæ Romanæ aſſerens privilegia.* Ibi Zonaras, pag. 524. πριβιλέγια, ἤτοι προνόμια. *Privilegia.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Juſtinian. in Paratit. ad Tit. II. pag. 1250. Biblioth. Juris Canonici: Πάντα τὰ πριβιλέγια, ἅ τινα ταῖς ἐκκλησίαις ἐκ παλαιῶν διατάξεων πεφιλοτίμηνται, ταῦτα κρατείτω. *Omnia privilegia, quæ per antiquas conſtitutiones Eccleſiis conceſſa ſunt, rata ſunto.* Ibidem: Τὰ παρασχεθέντα πριβιλέγια ταῖς ἐκκλησίαις, ἢ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ πράγματα τῶν ἐκκλησιῶν, βέβαια ἔστωσαν. *Privilegia præſtita Eccleſiis, aut hominibus, aut rebus Eccleſiarum, firma ſunto.* Vide Gl. Meurſii.

Πριμιπιλάριος.

Πριμιπιλάριος, ſive πριμοπιλάριος, *primipilarius.* Suidas: Πριμοπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις. *Apud Romanos* ita vocatur, *qui maximam inter milites dignitatem habet.* Gloſſ. Baſil. Πριμιπιλάριος, πρῶτος τῶν ἀκοντιστῶν, πρωτεύων τῶν δορυφόρων. *Primipilarius, primus inter jaculatores, dux ſatellitum.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Juſtin. Tit. III. ſect. XXVII. Ἐξῄρηνται οἱ πριμιπιλάριοι. *Excipiuntur primipilares.* Papias: *Primipilarius, vexillifer, qui primum pilum, id eſt, ſignum portat.* A *primipilus*, vel *primopilus*, qui primum pilum, hoc eſt, ordinem ducit, unde veteres Gloſſæ, πρῶτος ἐν δόρατι, *primipilarius.* Dionyſius Halicarnaſſ. lib. IX. de M. Fla-

Digitized by Google

vo'eio: Ἑνὸς τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ᾗ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. Τούτους Ρωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλους καλοῦσιν. *Unius legionis ſplendidiſſimâ præfecturâ ornatus, in qua ſunt ſexaginta centuriones, qui ductum ejus ſequuntur, ejuſq; juſſa facere lex jubet. Hos duces, Romani patriâ linguâ,* primipilos *vocant.* Vide Gl. Meurſii, & Voſſii Etymolog. in *Primipilus.*

Πριμμικήριος.

Πριμμικήριος, *primicerius*, id eſt, primus in ceram & tabulas relatus: qui in prima cera hæres ſcriptus. Quod à teſtamentis manavit in tabulas ceratas referri ſolitis, in quibus *prima cera*, & *ima* dicebatur. Præcipuum in teſtamento honorem, & portionem habebant in prima cera ſcripti hæredes. Inde nomen *primicerii:* ex *primus* & *cera.* Non ergo audiendus Briſſonius, qui ſic de hac voce: *Primicerius non eſt, ut quibusdam videtur, junctum verbum: non enim aliud in eo verbum notandum eſt, quàm* primus, *reliquum extenſionis loco additum eſt.* Hoc nomine appellatus, quisquis ordinis ſui primus. Suidas: Πριμμικήριος, ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης. *Primicerius: cujuslibet ordinis primus.* Moſchopulus: Πριμμικήριος, ἄρχων τις. *Primicerius: princeps quiſpiam.* In Actis Epheſinis, pag. 101. Πέτρος πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, καὶ πριμμικήριος νοταρίων. *Petrus Presbyter Alexandrinus, & primicerius notariorum.* Ibid. aliquoties legitur: Johannes Epiſcopus Citri in reſp. ad Conſtant. Cabaſilam: Ὁ πριμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν. *Primicerius lectorum.* Eſt etiam *primicerius diaconorum, cantorum, domeſticorum, tabulariorum, aulæ, fabricæ, protectorum, equitum, menſorum, exceptorum, ſingulariorum, Auguſtalium, ſcriniorum, deputatorum, ſacri cubiculi, defenſorum, legionum, &c.* Stephanum πρωτομάρτυρα, *primicerium martyrum* nuncupat Auguſtinus, ante quem ſcilicet nemo fuit martyr, qui princeps martyrium auſpicatus eſt. Quod ad temporis primatum referendum eſt. Sic Petrus *primicerius Apoſtolorum* Baldrico nominatur in hiſtoria Jeroſolymitana, qui apud Facundum Hermionenſem lib. X. *Apoſtolorum primus* dicitur. Ideo autem primus, quia πρωτόκλητος, ante omnes ſcilicet vocatus, quod primatum temporis & ordinationis reſpicit. Vide de hac voce Cujacium ad Tit. VII. lib. XII. Cod. Juſtinianei, Onuphrium in explicatione vocum Eccleſ. Petrum Gregorium lib. XV. Syntag. cap. XXII. Briſſonium de verb. ſignificat. lib. XIV. Voſſium de vitiis ſerm. C. XXXVIII. Gl. Meurſii. Hincmarus Rhemenſis, ut hoc etiam addamus, Judam Iſcarioth vocat *primicerium proditorum.*

Πρίω.

Πρίω, ſive πρίζω; utrumque enim agnoſcit Pollux, lib. VII. poſterius tamen uſitatius eſſe innuens, cùm ait, πρίειν δὲ λέγεται τὸ πρίζειν; eſt *ferro, ſerrâ ſeco* vel *findo, ſerrâ deſeco, ſerrâ præcido.* Veteres Gloſſæ: πρίζω, *ſerro.* Paſſ. πρίομαι ſive πρίζομαι, *ſerrâ ſecor,* ſeu *dividor.* Suidas: Πρίεται, σχίζεται. *Secatur, finditur.* Legitur ad Hebr. XI. 37. ubi inter alia pœnarum genera, quas pertuliſſe narrantur Dei famuli, dum fidei veritatique teſtimonium tulére, *ferræ* ſupplicium recenſetur, Ἐπρίσθησαν; quod vetus Interpres reddidit, *ſecti ſunt.* Beza, *diſſecti ſunt.* Ad verbum, *ſerrâ diſſecti ſunt, ſerrati ſunt,* ut Hieronymus. De Propheta Jeſaja dictum intelligunt veteres. Theodoretus ad hunc locum: Ἐπρίσθησαν· τὸν προφήτην Ἡσαΐαν τοῦτο πεπονθέναι φασί. *Serrati ſunt. Hoc eveniſſe dicunt Prophetæ Jeſajæ.* Theophylactus: ὡς ὁ Ἡσαΐας ὑπὸ Μανασσῆ, ὃν καὶ ξυλίνῳ πρίονί φασι πρισθῆναι, ἵνα ἀλγεινοτέρα αὐτῷ ᾖ ἡ τιμωρία ἐπὶ πλεῖον κολαζομένῳ. *Ut Jeſajas à Manaſſe, quem & ligneâ ſerrâ ajunt ſectum eſſe, ut eò triſtius & acerbius eſſet ſupplicium, cùm ita ſupra modum cruciaretur.* Epiphanius in vitis Prophet. à Manaſſe tradit eum πρισθῆναι εἰς δύο, *medium ſerrâ diſſectum,* ſive, ut Dorotheus in Synopſi, *ſectum in duas partes.* Hoc ex Juſtino accepiſſe videntur, qui in Dialogo cum Tryphone, pag. 349. de Judæis. *Jeſajam* πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε, μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῇ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιοῦν μέλλοντος· τοὺς δὲ, ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν τοῖς ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν πέμψειν ἤδη φήσαντος, *ſerrâ ligneâ diſſecuiſtis: quod ipſum & myſterium eſt, Chriſtum biſariam genus veſtrum conciſurum eſſe, atq; alios quidem, dignos videlicet, pro eo atq; dixit, unâ cum ſanctis Patriarchis & Prophetis regno æterno dignaturum; alios autem, unâ cum infidelibus itidem & pœnitere neſciis ex gentibus omnibus, ad condemnationem ignis inextinguibilis miſſurum.* Hieronymus in Jeſajam lib. XV. extremo, ad initium cap. LVII. *Jeſajam putant Judæi de ſua prophetare morte, quòd ſerrandus ſit à Manaſſe ſerrâ ligneâ; quæ apud eos certiſſima traditio eſt: unde & noſtrorum plurimi illud, quod de paſſione ſanctorum ad Hebræos ponitur,* ſerrati ſunt, *ad Eſajæ referunt paſſionem.* Tertulliani etiam nomen qui præfert, Carminis adv. Marcionem lib. III. cap. VI. pag. 889.

Quem populus ſectum ligno, ſine labe repertum,
Immeritum, demens crudeli morte peremit.

Hic populo tribuit, quod alii Manaſſi adſcribunt. Ipſe Tertullianus de Patientia cap. XIV. pag. 203. *His patientiæ viribus ſecatur Eſajas, & de Domino non tacet: lapidatur Stephanus, & veniam hoſtibus ſuis poſtulat.* Idem adv. Gnoſticos cap. VIII. pag. 828. *David exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, Eſajas ſecatur, Zacharias inter altare & ædem trucidatur.* Quòd verò Apoſtolus plurali numero dicat ἐπρίσθησαν, cùm unus intelligatur Jeſajas, id ita dictum volunt, ſicut *latrones,* pro *latronum altero,* Matth. XXVII. 44. *in Prophetis,* pro *in uno Prophetarum,* Joh. VI. 45. ſic autor Commentariorum in epiſt. ad Hebræos, quem alii Primaſium, alii Haymonem eſſe exiſtimant, ad hunc ipſum locum: *Hic pluralis numerus pro ſingulari poſitus eſt: neminem enim legimus ſanctorum in Veteri Teſtamento ſectum, niſi Eſajam Prophetam; quem fecit ſecari ſerrâ ligneâ Manaſſes rex, qui filiam ejus habebat in uxorem.* Verùm nihil prohibet, quò minùs de pluribus dictum intelligatur, & in pluribus id perpetratum fuerit, cùm nullum non tormenti genus ad Dei ſanctos vexandos cruciandosque adhibuerint immanes tyranni, ſub quibus illi vivebant. Hinc Lyranus ad locum præſentem: *Secti ſunt: de Eſaja, qui ex præcepto regis Manaſſe ſectus fuit cum ſerra lignea, eò quòd reprehendebat ejus facinora: & de ſeptem fratribus Machabæis, qui ſecti ſunt in manibus, & in aliis corporis partibus, II. Machab. VII.* Familiare autem fuit Orientalibus; quod Caſaubonus ad Suetonii Cajum monuit; ſed & aliis quoque uſurpatum, iſtud *ſerrâ ferreâ* (de *lignea* enim quod multi dicunt, quis credat?) diſſecandi trucidandique ſupplicium. II. Reg. XII. 31. dicitur David Ammonitas *ſerris ferreis ſuppoſuiſſe;* apud Hebræos eſt II. Sam. XII. 31. ubi LXX. ἔθηκεν ἐν τῷ πρίονι. Quod I. Chron. XX. 3. explicatiùs dicitur, *ſerra diſſecuit.* LXX. Διέπριεν πρίοσι. Idem ſupplicium reſpexerunt Græci Interpretes Amos I. 3. apud quos Damaſcenorum adverſus Gileaditas ſævitia ſic deſcribitur, ἀνθ' ὧν ἔπριζον πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τῶν ἐν Γαλαάδ. *Quia ſerris ferreis diſſecuerant prægnantes Galaadi-*

Digitized by Google

laeditarum. Quanquam Hebraica aliud exhibent, nempe, *eò quòd tribulis ferreis trituraverint eos*. Unde Symmachus, Aquila & Theodotio, monente Theodoreto ad hunc locum, ἀνθ᾽ ὧν ἠλώησαν τροχοῖς σιδηροῖς τὴν Γαλαάδ. *Pro eo quòd trituraverunt rotis ferreis Galaad*. De Valente Nicephorus Calliſti hiſt. Eccleſ. lib. XI. cap. IV. Τοὺς μὲν πρίοσιν ἀπηνῶς διελὼν ἀπέκλεινε. *Quosdam ſerris diſſectos crudeliter trucidavit*. De Cajo Suetonius lib. IV. cap. XXVII. *Multos honeſti ordinis medios ſerrâ diſſecabat*. Qui plura deſiderat, conſulat Adverſ. ſacr. Gatakeri cap. XLV. unde etiam pleraque huc translata.

Προαλής. Προαλῶς.

Προαλὴς Heſychio eſt προπετὴς, πρόχειρος. *Temerarius, praeceps, audax*. Idem: Προαλεστάτην, προπετεστάτην, προχειροτάτην. *Maximè temerariam & audacem*. Item: Προαλῆ, καταφερῆ, καταβατῷ. & reſpicit ad Il. Φ. v. 262.

- - τὸ δέ τ᾽ ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ. - -
Hæc autem citò defluens immurmurat
Loco in declivi.

Suidas: Προαλέσταλον, προπετέσταλον. *Maximè temerarium*. Cyrillus Alexandr. lib. IX. in Joh. ad v. 39. cap. XIII. p. 760. Ὑπεροψίας οὐκ ἀπηλλάχθαι νομίζω τὸ προαλέστερον εἰπεῖν, ὅτι κατορθώσω τὸ δέ τι τυχὸν, ἢ τὸ δέτι. *Superbiâ carere non arbitror, temere nimis dicere, hoc perficiam aut illud*. Idem lib. II. adv. Neſtorium, p. 30. Τὸ προαλὲς εἰς λόγους, καὶ τὸ ἀχάλινον εἰς τερθρείας, κινδύνου μεστὸν, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου καταχομίζει τοὺς κεχρημένους. *Praeceps in loquendo temeritas, & effrenatus ad nugas effundendas impetus periculo non caret, & in praecipitium inferni homines eo more praeditos defert*. Hinc adverb. προαλῶς quod Lexica omittunt, *temere, praecipitanter*. Iterum Cyrillus Alex. in cap. XIII. Joh. p. 724. Παραφυλακτέον τὸ προαλῶς τι, καὶ προχείρως εἰπεῖν. *Cavendum, ne quid praepropere ac temere dicamus*. Idem, προαλῶς ἐπαγγέλλεσθαι, *temere promittere*. Προαλὴς etiam legitur in Eccleſiaſtico, c. XXX. 8. Ἵππος ἀδάμαστος ἐκβαίνει σκληρὸς, καὶ υἱὸς ἀνειμένος ἐκβαίνει προαλής. *Equus non domitus evadit durus, & filius diſſolutus evadit praeceps, temerarius*.

Προαρραβωνίζομαι.

Lexica hoc verbum non habent. Deſcendit ab ἀῤῥαβὼν, *pignus, arrha*. Hinc ἀῤῥαβωνίζειν, *dato pignore confirmare*: & προαῤῥαβωνίζεσθαι, *priùs*, vel *antè dato pignore de reliquis & ſubſecuturis aliquem certum facere*. Utitur hoc verbo Euſebius Demonſtr. Evangel. lib. V. p. 151. Διὰ τοῦ υἱοῦ πατὴρ καὶ τοῖς πατράσιν ἑωρᾶτο, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν εὐαγγελίοις πρὸς αὐτοῦ, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ δι᾽ αὐτοῦ, ἡ τοῦ πατρὸς ἀπεκαλύπτετο γνῶσις· ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἀνθρώποις σωτήριος ἀπεφαίνετο, διὰ τῆς τοῦ υἱοῦ ἀνθρωπείας μορφῆς ἑωρᾶτο, τοῖς θεοφιλέσι τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ ἐσομένην σωτηρίαν τοῖς πᾶσι παροῦσαν ἐξ ἐκείνου προαῤῥαβωνιζόμενος. *Per Filium Pater etiam à Patribus viſus eſt, juxta illud in Evangeliis ab eo dictum*. Qui me vidit, Patrem vidit. *In ipſo enim, & per ipſum Patris cognitio revelabatur: ſed quando hominibus ſalutaris apparuit, per Filii formam humanam videbatur; Dei amantes de ſalute hominibus obventura omnibus inde jam antè certiores faciens*.

Προαύλιον.

Suidas: Προαύλιον, τὸ ἔμπροσθεν τῆς αὐλῆς. *Spatium quod eſt ante aulam: veſtibulum aulae*. In Templis Graecorum προαύλιον dicitur, quod ſub fornice eſt cum plateae parte, quam impluvium dixeris: *Templi veſtibulum*. Προαυλίων meminit Sophronius Patriarcha in vita S. Mariae Ægyptiacae: Ἦλθον οὖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὰ τοῦ οἴκου προαύλια. *Venerunt igitur cum illis ad domus veſtibula*. Codinus lib. XVIII. Εἰθισμένον δὲ ἐπιῤῥίπτειν τὰ τοιαῦτα ἐπικόμβια ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ναοῦ. *Conſuetudine receptum eſt, ut ejuſmodi epicombia jaciantur in veſtibulis Templi magnae Eccleſiae*. Dicitur etiam προπύλαιον. Zonaras ad Can. XLVI. Carthag. Τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἀψῖδος, πρὸ τοῦ προπυλαίου ἐστίν. *Illud namque ante apſidem, idem ac ante Propylaeum ſignificat*. Simpliciter etiam αὐλὴ dicitur. Sophronius ibidem: Ἐνδοῦσα λοιπὸν ἀνεχώρησα, καὶ ἔστην ἐν τινι γωνίᾳ τῆς αὐλῆς τοῦ ναοῦ. *Receſſi deinceps, & ſteti in angulo quodam veſtibuli Templi*. Hujuſmodi atrii ſive impluvii meditullium μεσαύλιον, vel μεσίαυλον nuncupabant. Cedrenus anno XXXVII. Juſtiniani: Καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον γαρσονοστάσιον. *Et incendio conflagravit medium Impluvii, quod dicitur Garſonoſtaſium*. Et anno XIV. Mauritii: Τῷ δ᾽ αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς τὸ στρογγύλον ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας ἐν τῷ μεσιαύλῳ τὴν ἰδίαν στήλην. *Hoc anno Imperator ſolarium Magnaurae rotundum fecit, & in medio Impluvio ſuam collocavit ſtatuam*.

Πρόβατον.

Πρόβατον, *ovis*, frequentiſſimè in S. Scriptura *impropriè* ſumitur, & uſurpatur

I. *de Chriſto*, qui vocatur πρόβατον, ὡς σφάγιον, *ut victima*: Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. pag. 592. Cyrillus Jeroſol. Catecheſi X. Illuminat. pag. 98. Πρόβατον καλεῖται, οὐκ ἄλογον, ἀλλὰ τὸ διὰ τοῦ τιμίου αἵματος αὐτοῦ καθαρίζον τὴν οἰκουμένην τῶν ἁμαρτιῶν. *Ovis vocatur, non irrationalis, ſed quae per precioſum ſanguinem ſuum orbem terrarum à peccatum mundat*. Ibid. pag. 100. Πρόβατον γίνεται τοῖς ἔχουσιν ἁμαρτίας, ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν σφαγιασθῇ. *Ovis fit illis, qui peccatis contaminati ſunt, ut pro iis mactetur*. Chryſoſtomus Homil. XIII. t. VII. Ἐπιγραφ· πρόβατον διὰ τὸν πῖκον τοῦ βαπτίσματος. *Ovis propter vellus Baptiſmi*. Theodoretus Orat. X. de Providentia, pag. 448. Γίνεται πρόβατον, οὐκ εἰς πρόβατον μεταβληθεὶς, οὐδὲ τροπὴν ὑπομείνας, οὐδὲ τῆς οἰκείας οὐσίας ἐκστάς· ἀλλὰ τοῦ προβάτου τὴν φύσιν σαφῶς ἐνδυσάμενος, καὶ οἷον ὁ ἡγούμενος τῆς ποίμνης κριὸς, κτίλος τῆς ποίμνης γενόμενος, καὶ ἀκολουθεῖν αὐτῷ πάντα παρασκευάσας τὰ πρόβατα· ὡς πρόβατον τοιγαροῦν καὶ ἱερεῖον ἐγένετο, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ γένους προσηνέχθη θυσία. *Ovis fit, non in ovem transmutatus, nec converſionem ullam paſſus, nec à propria ſubſtantia deficiens: ſed ovis naturam evidentiſſimè induit, & quemadmodum gregis ductor aries dux gregis factus, ut oves omnes ipſum ſequantur, effecit. Ut ovis itaque victima quoque factus eſt, & pro toto genere oblatus eſt in ſacrificium*. Chryſoſtomus Homil. XVIII. t. V. Χριστὸς πρόβατον, ὅτι ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη, καὶ ἱλασμὸς ἐγένετο. *Chriſtus ovis eſt, quia pro nobis immolatus, & propitiatio factus eſt*. Eleganter imprimis Epiphanius haereſi LV. pag. 405. Αὐτὸς ἱερεῖον, αὐτὸς θῦμα, αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς θυσιαστήριον, αὐτὸς θεὸς, αὐτὸς ἄνθρωπος, αὐτὸς βασιλεὺς, αὐτὸς ἀρχιερεὺς, αὐτὸς πρόβατον, αὐτὸς ἀρνίον, τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος, ἵνα ἡμῖν ζωὴ κατὰ πάντα τρόπον γένηται. *Ipſe victima, ipſe ſacrificium, ipſe ſacerdos, ipſe altare, ipſe Deus, ipſe homo, ipſe rex, ipſe pontifex, ipſis ovis, ipſe agnus, omnia in omnibus pro nobis factus, ut nobis vita omnibus modis fieret*. Confer vocem Ἀμνὸς, num II. ſub lit. *a*. & πάσχα. num. II. 3. ſub lit. *b*.

II. *Metaphoricè de piis & fidelibus*. Baſilius Caeſar. in Pſal. XXVIII. t. I. pag. 177. Πρόβατον λέγεται ὁ ἅγιος διὰ τὸ ἥμερον καὶ μεταδοτικὸν ὧν ἔχει. *Sanctus dicitur ovis*,

Digitized by Google

quia manſuetus eſt, ac ſua diſpertit in commune. Idem cap. VIII. de Spiritu Sancto, pag. 158. Τὰς προσπεφευγότας τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνεκτικὸν δι' ἀνεξικακίας κατωρθωκότας, πρόβατα λέγει. *Eos, qui ad illius ditionem confugerunt, quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præſtiterunt, oves appellat.* Chryſoſtomus Homil. LXXIX. in Matth. ad Matth. XXV. 32. pag. 493. dicit Chriſtum electos appellare πρόβατα διὰ τὴν πολλὴν πρόσοδον· καὶ γὰρ ἡ πολλὴ τῶν προβάτων πρόσοδος ἀπό τε ἐρίων, ἀπό τε γάλακτος, ἀπό τε τῶν τικτομένων, *oves propter multum fructum: multi enim ab ovibus habentur fructus, nempe à lana, à lacte, & à fœtu.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 154. Electi vocantur πρόβατα διὰ τὸ ἥμερον, καὶ ὅτι καρπὸν ἡμῖν διδόασι καὶ ὠφέλειαν ὡς τὰ πρόβατα, καὶ ἔριον χορηγοῦντες ἤτοι σκέπην θείαν καὶ πνευματικὴν, καὶ γάλα, τουτέστι, τροφὴν προσήκουσαν, *oves, quia manſueti ſunt, & fructum nobis ac utilitatem dant ut oves, lanam videlicet ſuppeditantes ad divinum & ſpiritualem amictum: & lac, hoc eſt, cibum congruum.* Cyrillus Alexandr. in Actis Conc. Epheſini, pag. 284. Προβάτῳ ἀφομοιοῖ πολλαχοῦ τὸν δίκαιον ἡ θεία γραφή· διὰ ποίαν αἰτίαν; πλήρης γὰρ ὁ δίκαιος αὐχημάτων, τῶν εἰς ἀρετήν. Ἔγκαρπος δὲ διὰ τοῦτο νοεῖτ' ἂν εἰκότως· ἐριοφόρον δὲ τὸ πρόβατον· ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως, προβάτῳ παρεικάζεται. *Ovi multis in locis divina ſcriptura comparat juſtum: quam ob cauſſam? Quia juſtus plurimum de virtute gloriari poteſt. Fructuoſus ergo meritò propter hoc eſſe intelligitur. Lanigera eſt ovis. Atque hac ratione, & meritò quidem, cum ove confertur.* Theophanes Homil. XVIII. pag. 112. 113. Προβάτοις τοὺς δικαίους ἀφομοιοῖ διὰ τὸ πρᾶον, καὶ ἥμερον, καὶ διὰ τὸ τῶν ἐρίων γεννητικὸν, ἐξ ὧν οὐκ αὐτὰ μόνα, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι περιβάλλονται. Καὶ μὴν καὶ γάλα βλύζουσι τρόφιμον. Τοῦ δὲ γάλακτος ἡ φύσις, ὡς ἅπαντες ἴσασιν, ἡδεῖα μὲν τῇ γεύσει καὶ θρεπτικὴ, λευκὴ δὲ τῷ εἴδει καὶ καθαρὰ, μόνη τῶν ὑγρῶν ἁπάντων εἰδῶν μὴ ἀποκινοῦσα τῶν εἰς αὐτὴν βλεπόντων σκιὰς, καὶ ἰνδάλματα, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὑγρῶν πέφυκε γίνεσθαι, &c. *Ovibus juſtos aſſimilat, eò quòd manſuetæ ac cicures ſint, & lanam ferant; quâ quidem lanâ non ipſæ ſolùm, ſed homines quoque circumteguntur. Oves præterea lacte manant eſculento. Lactis porrò natura quæ ſit omnes nôrunt: dulce guſtui eſt & nutriendi vim habet: candidum verò aſpectu atque purum, ſolumque inter omnia humida intuentium in ipſum umbras imaginesque non refert, quod in aliis liquidis fieri naturâ ſolet, &c.* Idem, Homil. XLVII. pag. 328. cur Iſraelitæ vocentur oves, hanc reddit rationem: Πρόβατα καλεῖ τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαὸν διά τε τὸ καθαρὸν, καὶ εἴσω τῆς νομικῆς αὐλῆς κλείεσθαι, καὶ σημειοῦσθαι τῷ τῆς περιτομῆς σημείῳ, καὶ τοῖς τῶν προφητῶν περιβάλλεσθαι λόγοις, ὡς ἐκ τῶν ἐρίων τὰ θρέμματα, πλείστῃ τε ὄσῃ, καὶ ἀμφιλαφεῖ καταπιαίνεσθαι τῇ τῶν θείων λογίων νομῇ. *Iſraëliticum populum oves vocat, eò quòd veluti mundum animal, & intra caulas Moſaicæ legis concluſus, & Circumciſionis ſigno ſignatus eſſet, & Prophetarum ſermonibus identidem uti pecora velleribus foverentur, & plurimo, ac abundè ſuppetente verbi divini pabulo ſaginaretur.* Confer vocem Ἀμνὸς, num. II. ſub lit. β.

Προβατόσχημος.

Non habent Lexica. Eſt ὁ προβάτου σχῆμα ἔχων. *Ovis ſpeciem præferens.* Chryſoſtomus epiſt. CXXV. προβατόσχημον λύκον vocat Epiſcopum, qui ſedem Conſtantinopolitanam invaſerat ipſo in exilium pulſo. Ὁ γὰρ προβατόσχημος, inquit, ἐκεῖνος λύκος, ὁ σχῆμα μὲν ἔχων ἐπισκόπου, μοιχὸς δὲ ὑπάρχων· ὡς γὰρ ἡ γυνὴ μοιχαλὶς χρηματίζει, ἡ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἑτέρῳ συναφθεῖσα· οὕτω καὶ αὐτὸς μοιχός ἐστιν, οὐ σαρκὸς, ἀλλὰ πνεύματος· ζῶντος γὰρ ἐμοῦ ἥρπασε τὸν θρόνον τῆς ἐκκλησίας. *Lupus ille ovis ſpeciem præferens, tametſi Epiſcopi larvam gerat, adulter tamen eſt. Ut enim mulier adultera vocatur, quæ vivente viro alteri nubit: eodem modo hic quoque adulter eſt, non carnis, ſed ſpiritus. Me enim vivente, Eccleſiæ thronum invaſit.* De talibus Chriſtus Matth. VII. 15. Ἔρχονται ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. *Veniunt in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Ovidius:

Vix ſunt homines hoc nomine digni:
Quàmque lupi ſævæ plus feritatis habent.

Seneca epiſt. CIII. *Erras, ſi iſtorum tibi qui occurrunt vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum.* Confer vocem Ἔνδυμα, num. II.

Προβεντζιάλιος.

Provincialis. Synodus Florentina ſect. VI. cap. XIII. pag. 161. Προβεντζιάλιος ὁ Ἰωάννης καὶ ἕτεροι δύο. *Johannes provincialis, cum duobus aliis.* De eodem alibi: Ἐξελεξάμεθα τοὺς παρόντας δύο διδασκάλους, τόν τε προβεντζιάλιον Φρᾶ Ἰωάννην, καὶ τὸν Φρᾶ Ἀμβρόσιον. *Elegimus duos præſentes doctores, nempe fratrem Johannem provincialem, & fratrem Ambroſium.*

Προβιβάζω.

Quid προβιβάζειν ſit, Lexica abundè docent. Aliquid difficultatis habet locus Matth. XIV. 8. ubi de filia Herodiadis: Προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. Vetus, *Præmonita à matre ſua.* Beza, *producta.* Rectè Scultetus: *Dubito utrùm rectè τὸ προβιβασθεῖσα doctiſſimus Interpres vertat,* producta: *hæc enim vox non exprimit vim præpoſitionis πρὸ, quæ hoc loco tempus reſpicit: neque etiam vim verbi ſimplicis, quod inſtructionem ſive inſtitutionem ſubornationemque ſignificat. Feliciores igitur hic Vulgatus & Eraſmus; quorum illi προβιβασθεῖσα eſt,* præmonita; *huic* priùs inſtructa. *Caſaubonus etiam, quod* συμβιβάζειν *in his libris ſoleat ſignificare* adſtruere docendo, *ſive* docere, *ſignificationis illius veſtigia hic quoque retinenda cenſet: confer Deuteron. VI. 7.* Hactenus ille. Vox igitur *præmonita*, vel *priùs inſtructa*, non temerè repudianda. Προβιβάζειν enim, autore Suida, eſt παραινεῖν, πείθειν, προάγειν, *admonere*, ſive *præmonere*, *perſuadere, impellere.* Heſychius: Προβιβασθεὶς, προαχθεὶς, *impulſus, ſtimulatus.* Id enim προάγω inter alia ſignificat. Parùm igitur refert utrùm dicamus *præmonita*, an, *perſuaſa*, an *impulſa*: nam eodem redeunt interpretationes iſtæ omnes. Xenophon ἀπομνημ. α΄. Πάντας δὲ τοὺς διδάσκοντας ὁρῶ, αὐτοὺς δεικνύντας τε τοῖς μανθάνουσιν, ᾗπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν ἃ διδάσκουσι, καὶ τῷ λόγῳ προβιβάζοντας. *Magiſtri diſcipulis ſuis bifariam proſunt, partim reipſa oſtendendo quid fieri ab illis oporteat, partim præmonendo, & præcepta tradendo.* Filia Herodiadis non ſua ſponte petiit Johannis Baptiſtæ caput, ſed *ſuadente, impellente, & præmonente* matre. Hinc etiam verſio in vulgarem linguam Græcam pro προβιβασθεῖσα habet παρακινηθεῖσα. Προβιβάζειν hic eſt *dictis formare.* Ovidius in Metam.

Talibus ignaram Juno Cadmeida dictis
Formârat.

Dolis præmeditari aliquem apud Plautum in Epidico. Προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς, eſt

Matre illi tradente dolos, artemque nocendi.

Atque in eundem ſenſum verſio Germanica Tigurina, Als ſie vorhin von ihrer Mutter unterrichtet war.

Προ-

Προβούλιον.

Non habent Lexica. Idem quod προβούλευμα, *decretum, quod ex conſultatione conſequitur:* quaſi *præconſultatio.* Cyrillus Alexandr. lib. I. adv. Julianum, pag. 22. de verbis Dei, *Faciamus hominem,* dicit ἀνθρώπου κατασκευὴν μονονουχὶ προβουλίοις τετιμῆσθαι, *hominis creationem quaſi prævia deliberatione decoratam eſſe.* Idem lib. I. Glaphyr. in Geneſin, pag. 5. itidem de homine: Προβουλίοις ἐτίμα καὶ αὐτουργίᾳ τὸ τέχνημα. *Prævia deliberatione, manualiq́, ut ita dicam, operatione ejus ſtructuram eſt dignatus.* Confer vocem Ἄνθρωπος, num. II. 2. ſub lit. *a.* δ.

Πρόγνωσις.

Veteres Gloſſæ: Πρόγνωσις, *præſenſio.* Quid ſit, Clemens Alex. lib. VIII. Stromat. pag. 770. docet: Ἔστιν ἐπιστημονική τε καὶ βεβαία πρόγνωσις. *Præcognitio eſt, quæ eſt ex ſcientia, firma ac ſtabilis.* Clariùs Damaſcenus contra Manichæos, pag. 370. Πρόγνωσίς ἐστι, τὸ εἰδέναι τὰ ἐσόμενα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. *Præſcientia eſt, ſcire futura antequam fiunt.* Ita Deo tribuitur πρόγνωσις. Nobiliſſima eſt ſententia: Quamvis Deus futura & prævideat (quid enim ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν ἐκεῖνον effugiat improviſum, cui omnia ſunt præſentia? nam diſtinctio temporum in præteritum, præſens & futurum eſt imbecillitatis humanæ.) & multa quoque prædicat: non tamen ipſius vel præviſionem vel prænunciationem futurorum aliquando eventuum ullam rebus ipſis præviſis prædictiſque afferre neceſſitatem. Non enim idcirco evenire aliquid, quoniam ſit à Deo præviſum vel prædictum, ſed quia eventurum ſit, propter ea Deum id prævidiſſe ac prædixiſſe. Hoc ex antiquitate nullo probatur negotio. Ita veteres explicant verba Chriſti Matth. XVIII. v. 7. Ἀνάγκη ἐστὶν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Vide in voce Ἀνάγκη, num. I. 1. Eosdem audiamus de προγνώσει. Chryſoſtomus Homil. LXIII. t. VI. pag. 654. Οὐδὲ ἡ πρόγνωσις, ἄνθρωπε, τῆς πονηρίας αἰτία· μὴ γένοιτο· οὐ γάρ ἐστιν ἀναγκαστικὴ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ προγνωστικὴ μόνον· οὐκ ἐπειδὰν προεῖπεν ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦτο ἐγένετο ἐκεῖνος προδότης· ἀλλ' ἐπειδὰν προδότης ἔμελλε γενέσθαι, διὰ τοῦτο προεῖπεν ὁ Χριστός. *Neque præſcientia, ô homo, malitiæ cauſa eſt: abſit: neq; enim futura cogit eſſe, ſed tantùm præſcit. Non quia Chriſtus prædixit, propterea ille* (Judas) *factus eſt proditor: ſed quia proditor futurus erat, propterea Chriſtus hoc prædixit.* Hanc ipſam à magiſtro ſumtam ſententiam ita expreſſit Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. LVI. Οὐκ ἐπειδὴ προεῖπεν ὁ Κύριος τὴν τοῦ Ἰούδα προαίρεσιν, ἐκεῖνος πρὸς τὴν προδοσίαν ὠλίσθησεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὤδινε τὴν ἐπιβουλὴν τῷ διδασκάλῳ ὁ ἀλιτήριος, ὁ ὁρῶν τὰ κρύφια τῆς καρδίας κινήματα, ὡς προγνώστης ὁ Κύριος, τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα προέφηνε. *Non quia Dominus Judæ voluntatem animique inſtitutum prævidit, idcirco ille in proditionis crimen lapſus eſt, verùm quia homo nefarius proditionem magiſtro moliebatur, ideò is, qui abditos & occultos pectoris motus cernebat, tanquam futurorum præſcius Dominus, futura tanquam præſentia præmonſtravit.* Theodoretus in Pſal. LVIII. ad v. 4. pag. 618. Οὐχ ἡ πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ τὸν Φαραὼ πονηρὸν πεποίηκεν· ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προέγνω ὡς Θεός. *Præſcientia divina Pharaonem non fecit improbum: ſed præſcivit id, quod futurum erat,* ut Deus. Theodorus Heracleota in Catena in cap. XII. Joh. pag. 322. Ἀψευδὴς ἡ τοῦ Θεοῦ πρόγνωσις, οὐκ ἀναγκάζουσα μὲν τοὺς ἀσεβεῖς εἰς ἀπιστίαν, προβλέπουσα δὲ μόνον καὶ προγινώσκουσα αὐτῶν τὴν ἐκ προαιρέσεως ἀπείθειαν. *Infallibilis eſt Dei præſcientia, non quod impiis incredulitatis afferat neceſſitatem, ſed quòd ſolummodò prævideat & præſciat iis ob propriam contumaciam minimè perſuaſum iri.* Nec habet ad v. 40. cap. XII. Johannis. Origen. lib. II. contra Celſum, pag. 73. Ὁ μὲν Κέλσος οἴεται διὰ τοῦτο γίνεσθαι τὸ ὑπό τινος προγνώσεως θεσπισθὲν, ἐπεὶ ἐθεσπίσθη· ἡμεῖς δὲ τοῦτο οὐ διδόντες, φαμὲν οὐχὶ τὸν θεσπίσαντα αἴτιον εἶναι τοῦ ἐσομένου, ἐπεὶ προεῖπεν αὐτὸ γενησόμενον, ἀλλὰ τὸ ἐσόμενον, ἐσόμενον ἄν, καὶ μὴ θεσπισθὲν, τὴν αἰτίαν τῷ προγινώσκοντι παρεσχηκέναι τοῦ αὐτὸ προειπεῖν. *Celſus putat quod aliquis præſcius prædixit ideo fieri, quia prædictum eſt: nos verò hoc non concedentes, dicimus, non prædictorem cauſſam eſſe futuri, ſed futurum illud, quod omnino eventurum erat, etiam nemine prædicente, præcognitori cauſſam prædicendi præbuiſſe.* Vide ibidem plura. Idem in Philocalia, cap. XXIII. pag. 73. Ὥσπερ εἴ τις ὁρῶν τινα διὰ μὲν ἀμαθίαν προπετῆ, διὰ δὲ τὴν προπέτειαν ἀναλογίστως ἐπιβαίνοντα ὁδοῦ ὀλισθηρᾶς, καὶ καταλάβοι πεσεῖσθαι ὀλισθήσαντα, οὐχὶ αἴτιος τοῦ ὀλίσθου ἐκείνῳ γίνεται· οὕτω νοητέον τὸν Θεὸν προεωρακότα ὁποῖος ἔσται ἕκαστος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ τοιοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι καθορᾶν, καὶ ὅτι ἁμαρτήσεται τάδε γινώσκει, ἢ κατορθώσει τάδε· καὶ εἰ χρὴ λέγειν οὐ τὴν πρόγνωσιν αἰτίαν τῶν γινομένων· οὐ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προεγνωσμένου ἁμαρτησομένου ὁ Θεὸς, ὅταν ἁμαρτάνῃ· ἀλλὰ παραδοξότερον μὲν, ἀληθὲς δὲ ἐροῦμεν, τὸ ἐσόμενον αἴτιον τοῦ τοιάνδε εἶναι τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν· οὐ γὰρ, ἐπεὶ ἔγνωσται, γίνεται· ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωσται. *Quemadmodum ſi quis videns quendam propter ignorantiam temerarium, & propter temeritatem inconſideratè incedentem per viam lubricam, fœdè prolapſurum, nequaquam illi cauſſa lapſus eſt: ſic intelligendum eſt, Deum, qui prævidit qualis quique futurus ſit, & cauſſas cur talis futurus ſit, videre, & cognoſcere, quòd peccaturus ſit hoc vel illud, & hoc vel illud rectè acturus: nec tamen præſcientia eorum quæ evenerunt cauſſa eſt; non enim quem peccaturum prænovit amplectitur & ſuſcipit Deus, quando peccat. Enimverò dicam ab hominum opinione remotius, veriſſimum tamen, quod futurum ſit cauſſam eſſe talis de ipſo præſcientiæ: non enim quia prænotum eſt, fit, ſed quia futurum erat, prænotum eſt.* Eadem habet Euſebius Præparat. Evangel. lib. VI. pag. 169. Damaſcenus contra Manichæos, pag. 372. Ἡ μὲν πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ, ἀληθής ἐστι καὶ ἀπαράβατος· ἀλλ' οὐκ αὐτή ἐστιν ἡ αἰτία τοῦ γενέσθαι πάντως τὸ ἐσόμενον· ἀλλ' ὅτι μέλλομεν ποιεῖν τὸ δε ἢ τὸ δε, προγινώσκει· προγινώσκει δὲ πολλὰ, ἃ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ἀρεστά· καὶ οὐκ αὐτὸς αἴτιος τούτων· ὡς οὐδὲ ἰατρὸς αἴτιος τῆς νόσου, εἰ προέγνω, ὅτι μέλλει τις νοσεῖν· ἀλλὰ τὸ μὲν νοσῆσαι ἄλλης αἰτίας, τῆς ποιούσης τὴν νόσον· ἡ δὲ πρόγνωσις τοῦ ἰατροῦ, τῆς ἐν αὐτῷ τέχνης· οὕτω τὸ ἐσόμενον ἐφ' ἡμῖν οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὴν αἰτίαν ἔχει, ἀλλὰ τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν θέλημα. *Præſcientia quidem Dei certa eſt & immutabilis: verùm illa non eſt cauſa cur futurum omnino fiat: ſed quia hoc vel illud facturi ſumus, præſcit: præſcit autem multa, quæ ei non ſunt grata: nec ipſe eorum autor eſt. Quemadmodum neque medicus cauſa eſt morbi, ſi præſciverit aliquem ægrotaturum: ſed morbus ab alia pendet cauſſa morbum efficiente: prænotio verò medici ab ejus pendet arte. Ita futurum ex noſtro pendens arbitrio, non Deum habet autorem, ſed liberum noſtrum arbitrium.* Fulgentius ad Monimum lib. I. *Proinde fidelibus congruit credere & fateri, Deum bonum & juſtum præſciſſe quidem peccaturos homines, quia nihil eum latere potuit futurorum, neque enim vel futura eſſent, ſi in ejus præſcientia non fuiſſent, non tamen prædeſtinâſſe quemlibet hominem ad peccatum, quia ſi ad peccatum aliquod hominem Deus prædeſtinaret, pro peccatis hominem non puniret.* Conſule Cl. Ritterſhuſii Lect. ſacrar. lib. IV. cap. XVII.

Προδερέλικτον.

Προδερέλικτον, *quod pro derelicto*, vel *amiſſo habetur.* Propterea notamus, quia à Meurſio omiſſum. Balſamo ad Can. IV. Gregor. Thaumaturgi, pag. 910. Ὅταν δὲ ἀπρονόητόν ἐστι τὸ εὑρεθὲν, τὸ παρὰ τοῖς νόμοις καλούμενον προδερέλικτον, ὁ κολάζεται παρομοίως ὁ τοῦτο κατασχών. *Quando id, quod invenitur, improviſum eſt, quod leges pro derelicto habent, qui illud retinet, non eodem modo punitur.*

Προδηλοποιέω.

Non habent Lexica. Idem quod προδηλόω, *antè declaro, præſignifico.* Gregentius in Diſputatione cum Judæo, pag. 201. Προδηλοποιῶν τὸν σταυρὸν ὁ Θεὸς, ξύλῳ τῷ τῆς κιβωτοῦ ἔσωσεν ἐπὶ τοῦ Νῶε τὸ τῶν ἀνθρώπων κατάλειμμα. *Deus crucem præſignificans, arcæ ligno Noachi tempore humani generis reliquias ſervavit.*

Προεισαγωγή.

Non habent Lexica. Eſt autem *prævia introductio.* Cyrillus Alexandr. lib.IV. cap.VII. in Johan. pag. 433. dicit *circumciſionem ſpiritualem eſſe quaſi* πρόθυρον καὶ προεισαγωγήν τινα τῆς εἰς ἀρετὴν τελειότητος, *veſtibulum & introductionem quandam perfectionis ad virtutem.* Dionyſius Areopagita cap.IV. de divin. Nominibus, num.XII. pag.477. Καὶ ἐν ταῖς προεισαγωγαῖς τῶν λογίων εὑρήσεις τινὰ λέγοντα περὶ τῆς Θείας Σοφίας· ἐραστὴς ἐγενόμην τοῦ κάλλους αὐτῆς. *Et in iis, quæ aditum ad eloquia præparant, quendam invenies de divina ſapientia dicentem: Amator factus ſum formæ illius.* Pachymeres ad hæc verba, pag.531. Φέρει τὸν Σολομῶντα μάρτυρα, οὗ καὶ τὰ ῥήματα προεισαγωγὰς τῶν θείων λογίων φησὶν, ὡς σκιὰς τῆς χάριτος. *Adducit teſtem Solomonem, cujus etiam verba divinorum oraculorum prævias introductiones, tanquam gratiæ umbras, eſſe dicit.* Et S. Maximus ad eundem locum, pag. 144. Προεισαγωγὰς καλεῖ τῆς θείας γραφῆς τὰ Σολομῶντος, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ῥητά. *Prævias introductiones*, vel *primas inſtitutiones divinæ ſcripturæ vocat libros Solomonis, ex quo etiam verba deſumta.* Verba quæ adducuntur, exſtant Sapientiæ VIII. 2. An verò hic liber Solomonis ſit, vide in Σοφία.

Προεισβολή.

Non habent Lexica. Eandem ſignificationem cum præcedenti voce habet. Cyrillus Alexandr. lib.XII. in Joh. ad v.30. cap.XIX.pag.1070. Προεισβολὴ ὥσπερ τις, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω προαύλιον ἐστι τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεώς τε καὶ πολιτείας ἡ νομική. *Introitus quaſi quidam, &, ut ita dicam, præludium Evangelicæ inſtitutionis & vitæ eſt legalis.*

Προεισοδικόν.

Προεισοδικὸν eſt *veſtibulum.* Palladius hiſtor. Lauſ. in Johanne Lycopolita, pag.98. Ἀπελθὼν οὖν, εὗρον αὐτοῦ κεκλεισμένον τὸ προεισοδικόν· ὕστερον γὰρ προσῳκοδόμησαν οἱ ἀδελφοὶ προεισοδικὸν μέγιστον, ἐν ᾧ ἐχώρουν ἄνδρες ὡς ἑκατόν. *Cùm igitur abiviſſem, inveni veſtibulum ejus clauſum. Poſtmodum enim ædificio adjunxerunt fratres veſtibulum maximum, in quo ferè centum viri ſpatium habuerunt.*

Προεισόδιον.

Nec hanc vocem Lexica afferunt: eandem verò cùm præcedenti ſignificationem *propriam* habet: *impropriè* eſt *præludium.* Oecumenius in cap. II. Actor. pag.11. Petrum introducit Judæos ita compellantem: Μὴ, ἐπειδὴ ἀτιμωρητὶ νῦν ἁμαρτάνετε, θαῤῥεῖτε, ἀλλὰ προεισόδια ταῦτα ἐστι μεγάλης ἡμέρας καὶ χαλεπῆς εἰς ἀπόδοσιν. *Ne, cùm jam impunè peccetis, vos ipſos inani ſpe lactetis, ſed ſciatis hæc eſſe præludia quædam magni illius & tremendi diei, quo ſuam quisque retributionem accipiet.*

Προεκδειματόω.

Lexica hoc compoſitum non habent. Δεῖμα eſt *pavor, metus.* Δειματόω, *terreo, terrefacio.* Hinc προεκδειματόω, *priùs terrorem incutio.* Cyrill.Alex. in cap.VI. Micheæ, p. 444. Ἔθος τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ προαγορεύσει τῶν δεινῶν προεκδειματοῦν ἔσθ' ὅτε τοὺς ἡμαρτηκότας. *Bonorum amans Deus in more poſitum habet malorum prædictione nonnunquam prius terrorem incutere peccatoribus.*

Προέλευσις.

I. Προέλευσις eſt *egreſſus.* Cæſarius quæſt.XX.pag.36. incarnationem Chriſti vocat θεανδρικὴν ἐκ τῆς Θεοπαίδος Μαρίας προέλευσιν, *deivirilem ex Dei matre Maria egreſſum.* Idem quod πρόοδος.

II. Προέλευσις eſt *feſta proceſſio.* Codinus in Originibus: Καὶ διερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς προέλευσιν τῶν ἁγίων. *Et Imperatore tranſeunte ad proceſſionem ſanctorum.* Luitprandus in Legat. *Secundâ, inquit Nicephorus, horâ tranſiit; προέλευσις, id eſt, proceſſio nobis celebranda eſt.* Vide Gl. Meurſii, & Adverſ. ſacr. de Lacerda cap. LX. num. 10.

Προενηχέω.

Non habent Lexica. Ἐνηχέω eſt *inſono.* Chryſoſtomus, Εἰς νεκρὰς ἀκοὰς ἐνηχοῦμεν, *mortuis inculcamus auribus.* Idem: Τὰ αὐτὰ πολλάκις ἐνηχεῖν τοῖς παισί. *Pueris eadem ſæpius inculcare.* Hinc προενηχέω, *priùs inculco, antè revelo.* Cyrillus Alex. in c.III. Habac. pag. 574. Προενηχεῖ τοῖς προφήταις τὸ ἅγιον πνεῦμα τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν. *Spiritus Sanctus futurorum notitiam Prophetis prius revelat.*

Προεστώς.

Hac voce frequenter denotatur *Antiſtes*, curæ & adminiſtrationi Eccleſiæ præfectus. Ita ſæpiùs uſurpatur à Juſtino Apolog.ad Antoninum Pium, p. 162. Ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν ποιεῖται. *Antiſtes per orationem populum hortatur.* Ὁ προεστὼς εὐχὰς καὶ εὐχαριστίας τῷ Θεῷ ἀναπέμπει. *Antiſtes preces & gratiarum actiones ad Deum fundit.* Integrum locum habes in voce Ἐκκλησία, num. I.2. ſub lit. *B.* num.4.ſub lit. *c.* Baſilius M. in Pſal. XXVIII. Οἱ τῆς ποίμνης τοῦ Χριστοῦ προεστῶτες. *Gregi Chriſti præfecti.* A Gregorio Nyſſeno, t.III. pag.306. vocantur πνευματικοὶ προεστῶτες, *ſpirituales præfecti*, vel *præſides.* In N.Teſt.appellantur προϊστάμενοι, 1. Theſſ.V.12. Προϊστάμενοι ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, *qui vobis præſunt in Domino:* quod Theodoret.p.380. ſic exponit: Τὸ δὲ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, ἀντὶ τοῦ ὑπερευχομένους ὑμῶν, καὶ τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρεσβείαν προσφέροντας. *Illud verò*, qui vobis præſunt in Domino, *dictum, pro, qui orant pro vobis, & apud Deum pro vobis deprecantur.* Et Theophylactus, pag. 709. Οὐκ ἐν τοῖς κοσμικοῖς προΐσταταί σου, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ Κύριον. Εὔχεται ὑπὲρ σοῦ, ἀνεγέννησε διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐπισκέπτεται, νουθετεῖ, ἰατρός σοί ἐστι, μέσαις νυξὶν, ἂν καλέσῃς, ἥκει. Ὁρᾷς προστασίαν; *Non in mundanis rebus tibi præeſt: ſed in iis, quæ ad Dominum pertinent: orat pro te, regenerabit te per baptiſmum, inviſit, admonet, medicus tibi eſt, mediis noctibus, ſi accerſis, venit. Vides, quomodo tibi præſit?*

Προηγιασμένοι.

Προηγιασμένοι ſunt *præſanctificati*, ſive *anteſanctificati*, ſive *anteconſecrati panes:* & λειτουργία τῶν προηγιασμένων

Digitized by Google

σμένων, *Miſſá præſanctificatorum*, quia in ea non conſecratur panis, ſed jam antè conſecratus abſumitur. Zonaras ad Can. LII. Concilii in Trullo, p. 171. Ἐν ἄλλαις τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέραις ἡ τῶν προηγιασμένων γίνεται λειτουργία, οὐ τότε γινομένης τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἀλλὰ τῆς ἤδη προσαχθείσης καὶ τελεσθείσης αὖθις προσαγομένης, κατὰ δὲ τὰ σάββατα, καὶ τὰς κυριακὰς, ἐπεὶ ἐν ταύταις νηστεύειν ἀπηγόρευται, ἐνδέδοται καὶ θυσίαν προσφέρειν, καὶ τελείαν λειτουργεῖν λειτουργίαν. *Aliis Quadrageſimæ diebus Præſanctificatorum celebratur miſſa, nec ſacrificii incruenti uſus admittitur, ſed eorum, quæ jam antè oblata & conſecrata ſunt, oblatio iteratur. Sabbatis verò ac Dominicis diebus, in quibus jejunare per leges non licet, & ſacrificium offerre, & perfectam exhibere Liturgiam conceſſum eſt.* Et Balſamo, pag. 423. Τὴν δὲ λειτουργίαν τῶν προηγιασμένων, ἀναίμακτον θυσίαν οὐ λέγομεν, ἀλλὰ προσαγωγὴν τῆς ἤδη προσαχθείσης καὶ τελεσθείσης θυσίας, καὶ τελείας ἱερατείας. *Præſanctificatorum autem Miſſam, incruentum ſacrificium non dicimus, ſed oblationem priùs oblati & perfecti ſacrificii, ſacrique myſterii.* Præſanctificatorum liturgia tantùm in Quadrageſima celebrabatur. Diſcimus ex Typico, ubi, Ἡ θεία λειτουργία τῶν προηγιασμένων λέγεται ἐν ταῖς τῆς τεσσαρακοστῆς νηστίμοις ἡμέραις μόνον. *Sacra Præſanctificatorum Miſſa tantùm in Quadrageſimæ, quibus jejunatur diebus dicitur.* Item: Ἡ δὲ προηγιασμένη κέκληται τὴν ἰδίαν ἀκολουθίαν ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ. *Præſanctificatorum verò Liturgia ſanctæ Quadrageſimæ dies ſibi vendicat.* Johannes, Epiſcopus Citri, in Reſponſis: Αἱ τοιαῦται παννυχίδες γίνονται μὲν καὶ ἐν ἄλλοις καιροῖς, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, μετὰ τὴν τῆς ἱερουργίας τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν. *Similes per totam noctem vigiliæ fiunt quidem etiam aliis temporibus, ſed potiſſimùm quinque primæ jejuniorum hebdomadis diebus, poſt præſanctificatorum ſacrum abſolutum.* Excipiebantur Sabbata & Dominicæ, itemque dies Annunciationis: idque ex decreto Synodi in Trullo, Can. LII. Ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. *In omnibus ſacræ Quadrageſimæ jejunii diebus, præterquam Sabbato & Dominica, & ſancto Annunciationis die, fiat ſacrum Præſanctificatorum miniſterium.* Quæ verò cauſſa fuerit, cur Græci diebus illis à Miſſa, quâ, ut illi loquuntur, conficeretur, abſtinerent, & Miſſam Præſanctificatorum amplecterentur, docet Alexius Ariſtenus in Can. LVIII. Laodicenum: Ὁ κανὼν οὗτος οὐ παρεωράθη ὅλως, ἀλλὰ φυλάττεται· ἄνευ γὰρ σαββάτου, καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας ἐν τεσσαρακοστῇ ἄρτος οὐ προσφέρεται, ἀλλὰ προηγιασμένα τελοῦνται· τὸ δὲ ἐν τῇ τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἑορτῇ μὴ προηγιασμένων τελεῖσθαι λειτουργίαν, ἀλλ' ἄρτον προσφέρειν, ὁ νβ´ κανὼν τῆς ἐν τῷ τρούλλῳ ἕκτης συνόδου παραδίδωσι, διὰ τὸ τὰς ἄλλας ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς ταπεινώσεως εἶναι καιρὸν, καὶ ὀφείλειν ἕκαστον τῶν πεπλημμελημένων τὴν ἐπίγνωσιν φέρειν, καὶ μὴ ἀφέντα τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν πρὸς ἑορτὰς ἀποκλίνειν, καὶ κατὰ τοῦτο πενθεῖν, καὶ πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως ἐμπίμπλασθαι παρὰ καιρόν. *Canon hic non omnino neglectus eſt, ſed ſervatur: exceptis enim Sabbato & Dominica, & ſancto Annunciationis die, in Quadrageſima panis non offertur, & Præſanctificata celebrantur. At verò in Annunciationis celebritate Miſſam Præſanctificatorum non perfici, ſed panem offerri, quinquageſimus ſecundus Trullanæ ſextæ Synodi Canon tradit: propterea quòd reliqui Quadrageſimæ dies humiliationis ſunt tempus, debetque unusquique propria delicta recognoſcere, & non de illis curâ neglectâ ad feſtivitates animum convertere, & propter ea mœrore affici, & ſpiritali lætitia præter tempus repleri.* Vide Gloſſ. Meurſii in hac voce, & Allatium de Miſſa Præſanctificatorum Diſſertat. I. de libris Eccleſ. Græcor. pag. 20. item de Eccleſ. Occident. & Orient. conſenſione, ubi poſt Dominicas Græcorum de hac materia plurima leguntur.

Πρόθεσις.

In *Bemate*, de quo in voce Βῆμα, duo erant altaria, quandoque etiam tria. Ubi duo, alterum in medio, & majus, & ἁγία τράπεζα: alterum minus, & ad ſiniſtram ejus, & πρόθεσις dicitur, id eſt, *propoſitio, ideò fortaſſe*, inquit Hervetus, *quòd panis qui eſt à ſacerdote conſecrandus, in eo primò ponitur. In eo autem ſacerdos, quæ ſunt ad ſacrificandum neceſſaria præparat.* Hujus προθέσεως, ſeu *altaris propoſitionis*, frequens paſſim mentio. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 71. de Sacerdote & Diacono: Εἶτα ἀπελθόντες εἰς τὴν πρόθεσιν, νίπτουσι τὰς χεῖρας. *Tunc ubi abiverint ad Prothesin, lavant manus.* Pag. 72. Εἶτα προσκυνήματα τρία ἔμπροσθεν τῆς προθέσεως ποιήσαντες. *Poſtea ſe ter inclinant coram altari propoſitionis.* Pag. 91. καὶ προσκυνοῦντες τρὶς, ἀπέρχονται ἐν τῇ προθέσει. *Et ubi ſe ter inclinaverint, abeunt in Prothesin.* In hac προθέσει proponebantur θεῖα καὶ ἄχραντα μυστήρια. Et in Liturgia Jacobi, pag. 12. Εὐλόγησον τὴν πρόθεσιν ταύτην. *Benedic huic oblationi.* Pag. 13. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τῇ προθέσει τῶν θείων καὶ ἀχράντων μυστηρίων. *Benedictus Deus, benedicens & ſanctificans nos omnes in hac oblatione divinorum & ab omni labe mundorum myſteriorum.* Vide Gl. Meurſii. Quid ſit ἄρτος προθέσεως, habes in Ἄρτος, num. III. 2.

Προθύραιος.

Non habent Lexica. Cyrillus Alexandr. lib. XI. in Johan. cap. XII. pag. 1022. θυρωρὸν, de qua Joh. XVIII. v. 16. vocat προθύραιον παῖδα, *oſtiariam.*

Προκαθήμενος.

Προκαθήμενοι ſunt *Præſides.* Inter officia aulica quatuor nominantur, nempe ſacri Cubiculi, veſtiarii, magna palatii, & Blachernarum. Apud Cantacuzenum lib. I. cap. XIX. Ὁ τοῦ κοιτῶνος προκαθήμενος. Codinus, Εἰσὶ καὶ προκαθήμενοι πόλεων. *Sunt etiam Præſides urbium.* Et hi non alii quàm Judices. Juſtin. Novell. XIII. Δεῖ τὸν τηλικούτων προκαθημένων ἄνδρα εἶναι πανταχόθεν σεμνόν τε καὶ ἀνεπίληπτον. Προκαθήμενοι etiam vocantur *Eccleſiæ Præſides*, ſeu *Paſtores.* Chryſoſtomus Homil. XXX. in I. ad Corinthios, pag. 441. hoc ſenſu uſurpat, quando dicit, ἡμῶν τῶν τοῦ λαοῦ προκαθημένων καὶ παραινούντων ὑμῖν τὰ συμφέροντα, οὐκ ἔλαττον ἐκεῖνος διαλέγεται ὁ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας καθήμενος (προσαίτης) διὰ τῆς σιγῆς καὶ τῆς ὄψεως. *Non minùs quàm nos, qui populo præſidemus, & vobis utilia ſuademus, differit is, qui ſedet ante fores Eccleſiæ* (mendicus) *per ſilentium & aſpectum.* Vide Gloſſ. Meurſii. Quid προκαθημένη ſit, vide in Πρεσβῦτις.

Προκάλυμμα.

Quid *propriè* ſit, vulgata docent Lexica: *impropriè prætextum* notare, eadem monent, ſed nullis explicant exemplis. Videamus aliquot. Heſychius: Πρόσχημα, πρόφασις, ὑπόκρισις, προκάλυμμα. *Velamen, prætextus, ſimulatio.* Chryſoſtomus lib. περὶ τοῦ μὴ τὰς κανονικὰς συνοικεῖν ἀνδράσι, cap. IV. Δῆλον, ὅτι πρόφασις ταῦτα, καὶ σκῆψις εἰσι, καὶ προκαλύμματα ἀσθενείας. *Manifeſtum eſt, prætextus eſſe & effugia, ac tegumenta infirmitatis.* Idem de Virginitate cap. XIX. Πάντα, ἅπερ ὑμῖν εἴρηται, σκήψεις καὶ προφάσεις εἰσὶ, καὶ ἀκρασίας προκαλύμματα. *Omnia quæ vobis dicuntur, commenta ac prætextus ſunt,*

&

Digitized by Google

& libidinis tegumenta. Idem Homil. XIII. t. V. Edit. Pariſ. pag. 194. Πρὸς Ἕλληνας κοινὸς ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος, καὶ πρὸς Ἰουδαίους, οἳ τῆς οἰκείας ἀπιστίας προκαλύμματα νομίζουσιν εἶναι, τὸ τοῦ δικαίου κατηγορεῖν. *Sermo nobis communis eſt ad Gentiles & ad Judæos, qui ſuæ incredulitatis tegumentum eſſe putant, ſi juſtum,* nempe Paulum, *accuſent.*

Προκατήχησις.

Lexica non habent Eſt *prima inſtitutio, rudimentum.* Cyrillus Alexandr. lib. I. in Joh. cap. I. pag. 157. de lege Moſis: Προγύμνασμά τι καὶ προκατήχησις καὶ ἐν τῷ πνεύματι λατρείας τὸ γράμμα ἐστὶ τὸ Μωσαϊκὸν, κεκρυμμένην ἔσωθεν ὠδῖνον τὴν ἀλήθειαν. *Præexercitatio quædam, & cultus ſpiritalis rudimentum eſt litera Moſaica, occultam intrinſecus veritatem parturiens.*

Προκήρυξ.

Lexica non habent. Quaſi dicas, *propræco.* Cyrill. Alex. lib. II. in Joh. cap. I. pag. 159. Johannem Baptiſtam vocat προκήρυκα βαπτιστὴν, *propræconem Baptiſtam.*

Προκόσμιος.

Habent quidem Lexica, ſed ſine auctore. Eſt *mundo antiquior, qui fuit ante conditum mundum,* quaſi *antemundanus.* Cyrillus lib XI. in Joh. cap. VI. pag 956. bis dicit; προκόσμιόν τινα καὶ ἀρχαίαν ζητεῖν δόξαν, *gloriam quandam mundo antiquiorem & vetuſtam quærere.* Et ibid. pag. 959. de Filio Dei; Ἵνα μὴ δοκοίη τισὶ τὴν ἀτριβῆ τε καὶ ξένην, καὶ οὐ πάλαι κατεσχημένην αὐτῷ δόξαν αἰτεῖν, προκόσμιον οὖσαν αὐτὴν ἀποφαίνει, καὶ παρ' αὐτῷ τῷ πατρί. *Ne videretur novam & inſolitam, neq; olim ipſi ſolitam gloriam petere;* nempe Joh. XVII. 5. *eum mundo ipſo antiquiorem oſtendit, idq; apud ſuum Patrem.* Theodoret. Dial. III. pag. 142. Τὸ, Θεὸς λόγος, τὴν ἁπλῆν φύσιν, τὴν προκόσμιον, τὴν ὑπέρχρονον, τὴν ἀσώματον σημαίνει. *Illud, Deus Verbum, ſimplicem naturam, mundo anteriorem, tempore ſuperiorem, incorpoream deſignat.*

Προκουράτωρ.

Vox juris, quæ paſſim occurrit apud Græcos Juriſconſultos. Gloſſ. Baſil. Προκουράτωρ ἐστὶν ὁ φροντιστὴς ἢ ἐντολεὺς, ὁ πρᾶγμα ἑτέρου κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ διοικῶν. *Procurator eſt curator, vel qui mandata accipit, alterius negotium ex ejus mandato adminiſtrans.* Synodus Carthagin. Can. XVI. Ὁμοίως ἤρεσεν ἵνα ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, ἐκλήπτορες μὴ γίνωνται, ἢ προκουράτορες. *Item placuit, ut Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi, non ſint conductores,* aut *procuratores.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 406. interpretatur per διοικητὰς, φροντιστὰς, *diæcetas, adminiſtratores.*

Προμαχών.

Habent Lexica ex Heſychio, apud quem in πρόμαχοι, προμαχῶνες; ita enim ſcribendum; αἱ ἐπὶ τειχῶν πρόβολοι, *in muris propugnacula,* vel *ſaxa prominentia.* Cyrillus Alexandrin. in cap. LIV. Jeſajæ, pag. 767. de Apoſtolis: Προμαχῶνές εἰσι, καὶ πύλαι τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, περίβολοί τε καὶ τεῖχος. *Propugnacula ſunt, & portæ ſanctæ civitatis, ſepta item & murus.* Legitur etiam apud LXX. Interpretes Ezech. IV. 2. Jer. XXXIII. 4. c. V. 10. & Tobiæ XIII. 16. Vide Suidam.

Προμελέτησις.

Habent Lexica, ſed ſine autore. Eſt *præmeditatio.* Cyrill. Alex. lib. II. in Joh. cap I. p 157. dicit Baptiſmum Johannis fuiſſe προμελέτησίν τινα καὶ εἰσαγωγὴν τοῦ τελειοτέρου, *præparationem quandam & rudimentum perfectioris.* Id. lib. X. in Joh. p. 835. de lege Moſaica: Παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, καὶ προμελέτησιν ὥσπερ τινὰ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀρετῆς εἰσεκόμισε. *Pædagogus noſter fuit ad Chriſtum, & quandam quaſi præmeditationem virtutis, quæ ſecundum pietatem eſt, induxit.*

Προμήτωρ.

Heſychius: Προμήτωρ, πατὴρ μητρός. *Pater matris, avus maternus.* Longè aliam ſignificationem reperio in Commentario in Cantic. Biblioth. Patrum, t. XIII. p. 758. ubi, ἡ προμήτωρ σου Εὔα, *prima mater tua Eva.*

Πρόνοια.

Infinita pene de providentia divina afferri poſſent: nos verò ſumma tantùm perſtringemus capita.

I *Explicatio nominis.* Damaſcen. orthod. fid. lib. II. c. XXIX. p. 158. Πρόνοιά ἐστιν, ἡ ἐκ Θεοῦ εἰς τὰ ὄντα γινομένη ἐπιμέλεια. *Providentia eſt Dei erga ea, quæ ſunt, cura.* Item: Πρόνοιά ἐστι βούλησις Θεοῦ, δι' ἣν πάντα τὰ ὄντα τὴν πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει. *Providentia eſt voluntas Dei, per quam omnia quæ ſunt, convenienter gubernantur.* Vocatur πρόνοια, διότι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα, *quia ſingula ad utilitatem commodumq; diſpenſat;* inquit Theodor. Orat. VI. Θεραπευτ. A Damaſceno orthod. fidei lib. II. cap. XXVIII. vocatur δύναμις προνοητικὴ, *providens virtus.*

II. *Objectum.* Providentiæ divinæ ſunt res omnes & ſingulæ. Id affirmant veteres uno ore. Præcipuos audire ſufficiat. Chryſoſt. Hom. VI. ad populum Antiochenum: Ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ πάντα μετὰ τῆς οἰκείας οἰκονομεῖ σοφίας. *Providentia divina omnia ubiq; ſapienter adminiſtrat, regit, diſpenſat.* Ex Theodoreto illuſtria loca habes ſub voce Ἀκηδεμόνευτος: alia etiam ex aliis in Ἀπρονόητος. Clem. Alex. Strom. I. pag. 296. Ἡ ἀκόλουθος Χριστῷ διδασκαλία τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν κατὰ μέρος ἄγει. *Chriſto conſentanea doctrina providentiam usq; ad ſingularia deducit.* Et Strom. lib. VII. p. 702. Ἤτοι οὐ φροντίζει πάντων ἀνθρώπων ὁ Κύριος· καὶ τοῦτο, ἢ τῷ μὴ δύνασθαι πάθοι ἄν· ὅπερ οὐ θεμιτόν· ἀσθενείας γὰρ σημεῖον· ἢ τῷ μὴ βούλεσθαι, δυνάμενος· οὐκ ἀγαθοῦ δὲ τὸ πάθος· οὔκουν ὑπὸ τρυφῆς ῥᾴθυμος, ὁ δι' ἡμᾶς τὴν παθητὴν ἀναλαβὼν σάρκα· ἢ κήδεται τῶν συμπάντων· ὅπερ καὶ καθήκει, καὶ Κυρίῳ πάντων γινομένῳ· σωτὴρ γάρ ἐστιν· οὐχὶ τῶν μὲν, τῶν δ' οὔ. *Aut omnium hominum curam non gerit Dominus: idq; ei accidit, aut quod non poſſit: (quod quidem eſt nefarium, eſt enim ſignum imbecillitatis) aut quòd nolit cùm poſſit: at hæc affectio in bonum non cadit: non eſt ergo ſocors ob delitias, qui propter nos carnem accepit patibilem. Aut curam gerit omnium, quod quidem pertinet etiam ad eum, qui eſt Dominus univerſorum. Servator enim eſt: non horum quidem, illorum verò non.* Et mox, pag. 704. de Filio Dei: Δύναμις πατρικὴ ὑπάρχων, ῥᾳδίως περιγίνεται ὧν ἂν ἐθέλῃ, οὐδὲ τὸ μικρότατον ἀπολείπων τῆς ἑαυτοῦ διοικήσεως ἀφρόντιστον· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι ἦν αὐτῷ τὸ ὅλον εὖ εἰργασμένον. *Cùm ſit potentia paterna, facilè ſuperat ea quæ voluerit, ne minimum quidem relinquens, cujus curam non gerat ejus adminiſtratio. Neq; enim totum ab eo utiq; rectè eſſet effectum.* Greg. Naz. Orat. XV. p. 227. Ὥσπερ ὑπέστη τὸ πᾶν, καὶ ἐκράτη καὶ συνεδέθη καὶ ἐκινήθη κοσμίως, ὡς μόνῳ τῷ κινήσαντι γνώριμον· οὕτω καὶ μετακινεῖται καὶ μεθίσταται, προνοίας χαλινοῖς ὁδηγούμενον. *Ut univerſa hæc rerum moles ratione atq; ordine primùm creata, atq; concinnè & ornatè temperata, & colligata & mota eſt, velut is ſolus novit, qui motum attulit: ſic etiam providentiæ freno eam ducente, in diverſum movetur & collocatur.* Idem. Orat. LIII. p. 753. Οὐδὲν τῶν πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν δεδομένων ἔξω τῆς αὐτοῦ ὑπάρχει προνοίας. *Nihil eorum, quæ nobis ad ſalutem data ſunt, citra ipſius providentiam exiſtit.* Didymus

Ca-

Catenâ in Jobum, cap.VI. pag. 200. Πᾶν, κἂν μικρὸν, κἂν μέγα ᾖ τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὑπὸ πρόνοιάν ἐστιν. *Omnia, ſive parva, ſive magna ſint in hac vita, providentiæ ſubjecta ſunt.* Chryſoſtomus Hom. XL. t.V. pag. 270. Θεὸς οὐ μόνον παρήγαγε τὴν κτίσιν, ἀλλὰ καὶ παραχθεῖσαν αὐτὴν συγκροτεῖ, κἂν ἀγγέλους εἴπῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν τὰς ἄνω δυνάμεις, κἂν πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, τῆς προνοίας ἀπολαύει τῆς ἐκείνου. *Deus res creatas non tantùm produxit, ſed etiam productas continet: ſive Angelos dicas, ſive Archangelos, ſive ſupernas poteſtates, ſive omnia omnino viſibilia & inviſibilia, providentiâ ejus fruuntur.* Συγκροτεῖ reddimus *continet*; ſed non propterea, quòd eam habeat ſignificationem, verùm quia legendum συγκρατεῖ. Συγκροτεῖν enim & συγκρατεῖν, ut ſuo monebimus loco, in editis Chryſoſtomi libris ſæpe confunduntur. Theophylactus in cap.XII. Lucæ, pag. 344. Deum ita loquentem introducit: Κηδεμὼν ὢν, καὶ πάντα εἰδὼς, καὶ ἠριθμημένα ἔχων καὶ τὰ λεπτότατα, ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν καὶ τὸ πρέπον οἰκονομῶ. *Cùm ſim curator, & omnia ſciam, & numerata habeam etiam minutiſſima, diſtribuo unicuique quod ſuæ menſuræ congruit.* Athenagoras de reſurrect. mortuorum, pag. 55. 56. Δεῖ τοὺς ποιητὴν τὸν Θεὸν τοῦδε τοῦ παντὸς παραδεξαμένους, τῇ τούτου σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν γενομένων ἁπάντων ἀνατιθέναι φυλακήν τε καὶ πρόνοιαν· εἴγε ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς παραμένειν ἐθέλοιεν. Ταῦτα δὲ περὶ τούτων φρονοῦντας, μηδὲν ἡγεῖσθαι μήτε κατὰ γῆν, μήτε τῶν κατ' οὐρανὸν, ἀνεπιτρόπευτον, μηδ' ἀπρονόητον, ἀλλ' ἐπὶ πᾶν, ἀφανὲς ὁμοίως καὶ φαινόμενον, μικρόν τε καὶ μεῖζον, διήκουσαν γινώσκειν τὴν παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμέλειαν· δεῖται γὰρ πάντα τὰ γενόμενα τῆς παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμελείας, ἰδίως δὲ ἕκαστον καθ' ὃ πέφυκε, καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν ἀχρῆ. *Oportet eos, qui Deum admittunt ut conditorem hujus univerſitatis, illius ipſius ſapientiæ & juſtitiæ attribuere omnium rerum cuſtodiam & procurationem, ſi modò fundamento conſtituto ac principiis ſemel admiſſis inhærere velint. Porrò cùm hujus opinionis ſint, æquum eſt ut nihil exiſtiment neque terreſtrium neque cœleſtium rerum curâ & providentiâ deſtitutum eſſe: ſed in omnia æquè, tum quæ in aperto ſunt, tum quæ latent, in magna item & parva penetrare Creatoris ſolicitudinem. Omnia enim, quæ ſunt, Creatoris ſui providentia indigent: peculiariter autem unum quodque pro ſui natura, & ad quod conditum eſt.* Damaſcenus orthod. fidei lib. II. capite XXIX. pag. 158. Ὅτι Θεὸς προνοεῖ, καὶ ὅτι καλῶς προνοεῖ, ὀρθότατα σκοπήσειεν ἄν τις οὕτως. Μόνος ὁ Θεὸς φύσει ἀγαθός ἐστι, καὶ σοφός. Ὡς οὖν ἀγαθὸς, προνοεῖ· ὁ γὰρ μὴ προνοῶν, οὐκ ἀγαθός. Ὡς δὲ σοφὸς, ἄριστα τῶν ὄντων ἐπιμελεῖται. *Quod DEUS provideat, & quòd bene provideat, quiſpiam hoc pacto rectiſſimè conſiderare poſſit. Solus DEUS naturâ bonus & ſapiens eſt. Ut igitur bonus, providet: qui enim non providet, non eſt bonus. Ut autem ſapiens, optimè eorum, quæ ſunt, curam gerit.* Origenes lib. VI. contra Celſum, pag. 324. Πάντα περιέχει τὰ προνοούμενα ἡ πρόνοια, καὶ περιείληφεν αὐτά. *Providentia continet omnia, quibus per ſuam providentiam proſpicit, eaque complectitur.* Et lib. VIII. pag. 425. Ἐπὶ τοσοῦτον πάντα ἡ θεία περιείληφε πρόνοια, ὡς μηδὲ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ἐκπεφευγέναι τὸ ὑπ' αὐτοῦ ἠριθμῆσθαι. *Cuncta comprehendit DEI providentia, ut ne capillorum quidem numerus ejus notitiam effugiat.* Dorotheus Doctr. XVII. pag. 848. Πίστευε ὅτι ὑπὸ πρόνοιαν Θεοῦ ἐστι καὶ μέχρι τῶν εὐτελεστάτων τὰ καθ' ἡμᾶς. *Crede, noſtra omnia, etiam viliſſima quæque, ſub providentia DEI eſſe.* Hinc à Chryſoſtomo vocatur ἡ πρόνοια ἡ καθόλου, *providentia univerſalis*: παναίτιος πρόνοια, *providentia, quæ omnium eſt cauſſa*, apud Pachymer. in cap. I. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 411.

Proinde ne mala quidem providentiam DEI effugiunt. Dionyſius Areopagita cap.IV. de div. Nominibus, pag. 500. Ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἡ θεία πρόνοια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπρονόητον· ἀλλὰ καὶ τοῖς γενομένοις κακοῖς ἀγαθοπρεπῶς ἡ πρόνοια κέχρηται, πρὸς τὴν αὐτῶν, ἢ ἄλλων, ἢ ἰδικὴν ἢ κοινὴν ὠφέλειαν, καὶ οἰκείως ἑκάστου τῶν ὄντων προνοεῖ. *In rebus omnibus divina providentia eſt, nec res ulla divinam providentiam effugit: quin etiam iis, qui mali evaſerunt, ad ipſorum aut aliorum privatam vel communem utilitatem, providentia benignè utitur, propriéque ſingulis rebus conſulit.* Aliter tamen bona, aliter mala à providentia DEI pendent. Suidas rectè: Ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται· κατ' οἰκονομίαν, κατ' εὐδοκίαν, κατὰ συγχώρησιν. *Providentia Dei tribus modis obſervatur, per diſpenſationem, per beneplacitum, per conceſſionem.* Quæ κατ' οἰκονομίαν fiant, docemus in voce οἰκονομία, num. II. Κατ' εὐδοκίαν fiunt, quæ fiunt Θεοῦ ἐνεργοῦντος, cujusmodi ſunt bona, quæ Deum autorem habent: κατὰ συγχώρησιν fiunt mala. Vide in Συγχώρησις. Theodoretus in cap.XXXVIII. Ezechielis, pag. 509. Οὐδὲν δίχα τοῦ θείου βουλήματος γίνεται, ἀλλ' ἢ οἰκονομοῦντος ἐπ' ἀγαθῷ, ἢ συγχωροῦντος γίνεσθαι τὰ λυπηρὰ, διὰ τὰς προγεγενημένας ἁμαρτίας. *Nihil abſque divina fit voluntate, ſed vel regit & diſpenſat ad bonum, vel propter antè commiſſa peccata permittit calamitates.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. in Acta: Προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα διοικεῖται· τὰ μὲν συγχωροῦντος δι' ὃν οἶδε λόγον, τὰ δὲ ἐνεργοῦντος. *Providentiâ Dei omnia reguntur: alia quidem eo permittente ob certas, quas ipſe novit, cauſſas, alia verò efficiente.* Idem, Homil. IX. in Matth. pag. 57. Πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ καὶ δι' ὧν ἐνεργεῖ, καὶ δι' ὧν συγχωρεῖ μάλιστά ἐστιν ἰδεῖν. *Providentiam Dei maximè ex iis perſpicere licet, quæ efficit, & quæ permittit.* Dorotheus Doctr. XIV. pag. 836. Πάντα τὰ γινόμενα, ἢ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ γίνεται, ἢ κατ' εὐδοκίαν. *Omnia quæ fiunt, Deo vel permittente, vel volente fiunt.* Quæ κατ' εὐδοκίαν, & quæ κατὰ συγχώρησιν fiant, pluribus explicat Damaſcenus lib.II. Orth. fidei, c.XXIX. p.159. ubi dicit κατ' εὐδοκίαν fieri, ὅσα ἀναντιῤῥήτως εἰσὶν ἀγαθὰ, *quæ circa ullam contradictionem ſint bona.* Eorum, quæ κατὰ συγχώρησιν fiant, aliquot affert ſpecies. Συγχωρεῖ πολλάκις καὶ τὸν δίκαιον περιπεσεῖν συμφοραῖς, ἵνα τὴν ἐν αὐτῷ λανθάνουσαν ἀρετὴν δείξῃ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. *Sinit ſæpe etiam juſtum in calamitates incidere, ut virtutem in ipſo latentem aliis oſtendat, ut de Jobo factum.* Ἄλλοτε συγχωρεῖ τῶν ἀτόπων τι πραχθῆναι, ἵνα διὰ τῆς πράξεως τῆς δοκούσης ἀτόπου, μέγα τι καὶ θαυμαστὸν κατορθωθῇ, ὡς διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. *Aliquando ſinit abſurdum quidpiam fieri, ut per actionem, quæ abſurda videtur, rem aliquam magnam & admirabilem præſtet, ſicut per crucem ſalutem hominum.* Κατ' ἄλλον τρόπον συγχωρεῖ τὸν ὅσιον πάσχειν κακῶς, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ ὀρθοῦ συνειδότος ἐκπέσῃ, ἢ καὶ ἐκ τῆς δοθείσης αὐτῷ δυνάμεώς τε καὶ χάριτος εἰς ἀλαζονείαν ἐκπέσῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ Παύλου. *Alio etiam modo ſinit ſanctum malo affici, ne bonam amittat conſcientiam, aut ex conceſſa ei virtute & gratia in arrogantiam incidat; ut de Paulo factum.* Πάλιν συγχωρεῖταί τις παθεῖν εἰς ἄλλου ζῆλον, ἵνα τῆς δόξης τοῦ παθόντος μεγαλυνθείσης, ἄοκνον τὸ πάθος τοῖς ἄλλοις γένηται, ἐλπίδι τῆς μελλούσης δόξης, καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ὡς ἐπὶ τῶν μαρτύρων. *Rurſus permittitur, ut aliquis patiatur ad æmulationem in alio excitandam, ut gloriâ patientis magnificatâ, alii impigrè & alacriter paſſionem adeant, ſpe futuræ gloriæ, & deſiderio futurorum*

Digitized by Google

bonorum excitati: ut in Martyribus. Παραχωρεῖταί τις καὶ εἰς αἰσχρὰν ἐμπεσεῖν πρᾶξιν ἐνίοτε, εἰς διόρθωσιν ἑτέρου χείρονος πάθους. *Permittitur, ut quis quandoq; in turpem incidat actionem, ad emendationem deterioris affectus.* Alia afferri poſſent: ſed ne nimia prolixitate & aliis, & nobis ipſis ſimus moleſti, pergimus ad ſequentia.

III. *Proprietas* Providentiæ divinæ eſt, quòd ſit imperſcrutabilis. Hinc Chryſoſtomo adverſus eos, qui offenſi ſunt, cap. II. ἀκατάληπτος, ἄῤῥητος, ἀπέραντος, ἀνεξιχνίαστος πρόνοια, *incomprehenſibilis, ineffabilis, infinita, impervestigabilis providentia* vocatur. Theodoretus in epitome divinorum decretorum cap. X. pag. 277. Ἀνέφικτος τῶν θείων πηδαλίων ὁ λόγος. *Incomprehenſibilis eſt divinæ gubernationis ratio.* Propterea meritò Damaſcenus Orthod. fidei lib. II. cap. XXIX. pag. 158. Χρὴ πάντα θαυμάζειν, πάντα ἐπαινεῖν, πάντα ἀνεξετάστως ἀποδέχεσθαι τὰ τῆς προνοίας ἔργα, κἂν τοῖς πολλοῖς φαίνηται ἄδικα, διὰ τὸ ἄγνωστον εἶναι καὶ ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὰ μέλλοντα αὐτῷ μόνῳ γνωστά. *Decet omnia mirari, omnia laudare, omnia absq; ſcrutatione recipere providentiæ opera, tametſi multis appareant injuſta, propter id ipſum, quòd ignota & incomprehenſibilis eſt divina providentia, & cogitationes noſtræ & actiones, & futura illi ſoli nota.*

IV. *Oppoſitum* ſunt, qui providentiam Dei negant. De his Chryſoſtomus Homil. LXVI. t. VI. Οὐχ οὕτως ἥλιος φανὸς, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια σαφής· ἀλλ᾽ ὅμως τολμῶσί τινες λέγειν, ὅτι δαίμονες τὰ καθ᾽ ἡμᾶς διοικοῦσι. *Non ita clarus Sol eſt, ut manifeſta Dei providentia: nihilominus quidam aſſerere non verentur, dæmones noſtra gubernare.* Idem Homil. XXII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 544. dicit, quoſdam affirmare, αὐτόματα πάντα ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι, *caſu omnia agi & ferri.* Item, ut idem Homil. XLVII. in Acta, pag. 873. Ἁπλῶς τὰ πράγματα ἄγεται, φύρδην καὶ κεχυμένως πάντα διοικεῖται. *Res omnes temerè aguntur, confuſè omnia gubernantur.* Atque hæc impia fuit Epicureorum ſententia, de quibus Gregorius Nyſſenus de anima & reſurrectione, t. III. pag. 185. Τῷ Ἐπικούρῳ τυχαία τις καὶ αὐτόματος ἡ τῶν ὄντων ὑπενοήθη φύσις, ὡς οὐδεμιᾶς προνοίας διὰ τῶν πραγμάτων διηκούσης. *Epicurus exiſtimavit, caſu ac fortuito concurſu quodam per ſeſe extitiſſe atq; effectam eſſe rerum naturam, quaſi nulla providentia per res pertranſeat & permeet.* Et tomo eod. orat. de Deitate Filii & Spiritus ſancti, pag. 468. Τοῖς Ἐπικουρείοις οὐδὲν ὑπερκεῖσθαι δοκεῖ τῆς τῶν ὄντων συστάσεώς τε καὶ διοικήσεως, ἀλλ᾽ αὐτομάτως τὰ πάντα φέρεσθαι, μηδεμιᾶς προνοίας διὰ τῶν πραγμάτων ἡκούσης. *Epicurei opinantur nullam ſuperam poteſtatem præeſſe nec conſtitutioni nec adminiſtrationi rerum, ſed omnia temerè & caſu fortuito ferri, nulla providentia res pervadente.* Confer vocem Ἄτομος.

Προξενέω.

Verbi hujus ſignificationes ex vulgatis Lexicis ſatis notæ ſunt. *Metaphoricam* tantùm aliquot illuſtrabimus exemplis.

I. *In bonam partem* acceptum προξενέω, ſignificat *autor ſum, comparo, concilio.* Chryſoſtomus Homil. X. in epiſt. ad Philipp. pag. 62. Πλοῦτος οὐ προξενεῖ τὸν οὐρανόν. *Divitiæ non comparant, acquirunt cœlum.* Oecumenius in cap. VII. Actor. pag. 38. Ἡ τῶν τρόπων μίμησις τὴν υἱότητα προξενεῖ. *Morum imitatio filiationem conciliat.* Idem in cap. V. ad Romanos: Τοῦτο ἐλπίδα ἡμῖν προξενεῖ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. *Hoc in nobis ſpem excitat futurorum bonorum* Photius apud Oecumenium in II. Corinth. IV. Ἡ εὐσέβεια τὴν ἀγήρω καὶ ἄλυπον καὶ ἀΐδιον ἐν οὐρανοῖς ζωὴν προξενεῖ. *Pietas immortalem, triſtitiæ expertem & æternam in cœlis vitam conciliat.* Iſidorus Peluſiota, Τοῦτο οὐ μικρὰν σοι προξενήσει ἐν τοῖς δεινοῖς παραμυθίαν. *Hoc tibi in rebus adverſis non exiguam afferet conſolationem.*

II. *In malam partem* eandem habet ſignificationem, Chryſoſtomus Homil. LXIII. in Joh. pag. 824. Δεινὸν ἡ πορνεία, δεινὸν, καὶ ἀθάνατον προξενοῦσα κόλασιν. *Grave malum eſt fornicatio, grave inquam, & æternum afferens ſupplicium.* Idem: Σεαυτῷ θλίψιν προξενεῖς. *Tibi ipſi afflictionis autores.* Idem: Ταῦτα διηνεκῆ ὑμῖν τὴν κηλῖδα προξενήσει. *Hæc vobis perpetuam maculam inurent.* Idem, Homil. X. in epiſt. ad Philipp. pag. 62. Οὔτε πλοῦτος προξενεῖ τὸν οὐρανὸν, οὔτε πενία τὴν γέενναν, ἀλλ᾽ ἑκάτερα προαίρεσις ἀγαθὴ καὶ μοχθηρά. *Neq; divitiæ acquirunt cœlum, neq; paupertas facit, ut in gehennam detrudamur, ſed utrumq; facit inſtitutum bonum & pravum.*

Πρόξενος.

Eodem modo hoc nomen conſideramus, quo præcedens verbum.

I. *In bonam partem.* Oecumenius in cap. I. Jacobi, pag. 118. Ὁ ἀπὸ Θεοῦ πειρασμὸς καὶ περιχαρείας πρόξενος. *A Deo immiſſa tentatio etiam lætitiam parit.* Idem in cap. VII. ad Romanos, pag. 298. Ὁ νόμος οὐκ ἔστι πρόξενος τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ πρόξενος τοῦ γνῶναι τὴν ἁμαρτίαν. *Lex non eſt cauſſa peccati, ſed facit ut peccatum agnoſcamus.* Idem in cap. VIII. ad Romanos, pag. 316. Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, δῆλον ὅτι πάντα εἰς συμφέρον μεταστήσει, καὶ τὰ δοκοῦντα λυπηρὰ, χαρᾶς πρόξενα παρασκευάσει. *Si Deus pro nobis, manifeſtum eſt, eum omnia ad utilitatem noſtram converſurum eſſe, & effecturum, ut ea, quæ acerba eſſe videntur, gaudium nobis concilient.* Ibid. pag. 318. Οἱ ἐπίβουλοι πρόξενοι στεφάνων ἡμῖν γίνονται, ἂν εὐχαρίστως φέρωμεν. *Inſidiatores coronas nobis conciliant, ſiquidem* eorum inſidias *grato animo feramus.* Chryſoſtomus in Pſ. IX. Τοῦτο πλείονος μισθοῦ πρόξενον. *Hoc nobis majorem conciliat mercedem.* Idem, Homil. X. in epiſt. ad Romanos, pag. 71. 72. Ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοιγε μὴ φαγοῦσιν ἀπὸ τοῦ ξύλου, γέγονεν αἴτιος θανάτου τοῦ διὰ τὴν βρῶσιν εἰσαχθέντος, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοιγε οὐ δικαιοπραγήσασι, γέγονε πρόξενος δικαιοσύνης, ἣν διὰ τοῦ σταυροῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐχαρίσατο. *Quemadmodum ille,* nempe Adamus, *omnibus ab eo deſcendentibus, etiamſi de arbore non comediſſent, autor mortis extitit, quæ ob cibum illum introducta eſt: ita etiam Chriſtus omnibus ſuis, quamvis juſtè non egerint, conciliavit & acquiſivit juſtitiam, quam omnibus nobis per crucem largitus eſt.* Idem Homil. X. in epiſt. ad Philipp. Μὴ φεύγωμεν τὴν πενίαν, ὡς πονηρόν. βασιλείας γάρ ἐστι πρόξενος. *Ne fugiamus paupertatem, tanquam rem malam: regnum enim nobis conciliat.*

II. *In malam partem.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCXVIII. lib. III. pag. 344. Μυρίων τιμωριῶν πρόξενοί εἰσιν αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί. *Innumeros cruciatus corporis voluptates accerſunt.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXVII. pag. 147. Εὐφροσύνη πρόξενος ἀπωλείας. *Lætitia perditionis cauſſa eſt.*

Πρόοδος.

Hæc vox, præter uſitatas & in Lexicis obvias ſignificationes, uſurpatur *de proceſſione Spiritus ſancti.* Greg. Nazian-

Digitized by Google

Nazianzenus Orat. XIII. pag. 211. *Proprietates trium perſonarum ſunt* τὸ ἄναρχον, καὶ γέννησις, καὶ ἡ πρόοδος, *principio carere, generatio, & proceſſio.* Et Orat. XXIX. pag. 493. Πολυπραγμονεῖν υἱοῦ γέννησιν, καὶ πνεύματος πρόοδον. *Curioſius inquirere in generationem Filii, & Spiritus ſancti proceſſionem.* Confer vocem Ἐκπόρευσις num. I.

Προοιμιακός.

Ex Pſalmorum corpore quidam avulſi, inque peculiarem uſum converſi, nomen ſibi diverſum vindicarunt, τυπικὰ dicta, ut ſuo notamus loco: ita & alii ad alios atque alios uſus in Officiis Eccleſiaſticis reducti, aliud atque aliud nomen induerunt. Hic, de quo hoc loco agimus, ab inchoandis officiis προοιμιακὸς dictus eſt, vel προοιμιακὸς ψαλμός. Typicum cap. I. Εἶτα ἄρχεται ὁ ἐκκλησιάρχης, δεῦτε, προσκυνήσωμεν· καὶ ψάλλει τὸν προοιμιακὸν, τὸ, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου, ἡσύχῳ φωνῇ καὶ ἠρεμαίᾳ. *Tunc incipit Eccleſiarcha*, Venite, adoremus, *& canit prœmiacum, nempe,* Benedic anima mea, *quieta ac tranquilla voce.* Cap. XXXVIII. Καὶ μετὰ τὸν προοιμιακὸν ψαλμόν. *Et poſt prœmiacum Pſalmum.* Erat autem, *Benedic anima mea Domino, Domine Deus meus magnificatus eſt vehementer,* CIII. Potiſſimus verò illius uſus fuit in inchoandis Veſperis. Dicitur προοιμιακὸς, quòd vicem prooemii gereret in Veſperis, vel quòd ab eo exordium haberent, vel ἀπὸ τῶν προοιμίων, à proœmiis: ita enim precationes illæ vocabantur, quæ in divinarum laudum officiis primum locum occupabant. Zonaras in Can. CXVII. Africanum: Αἱ μὲν γὰρ εὐχαὶ προλέγονται, ἃς καὶ προοίμια εἶπον. *Initio enim aliquæ precationes adhibentur, quas* Proœmia *appellaverunt.*

Προπετής.

Laſcivum Græci προπετῆ vocant: quæ vox *petulantem & protervum* ſignificat, in libidinem voluptatemque effuſum, quiq; facilè movetur & impellitur ad rem quamcunque, ex qua voluptatem poſſit comparare. Gloſſæ: *Laſcivi,* προπετεῖς. In alio Gloſſario: Προπετής, *procax, protervus, petulans.* Item: *Protervus,* προπετής. Et, *Protervitas,* προπέτεια. II. Tim. III. 4. Προπετεῖς, *protervi.* Ubi Theophylactus exponit, ἀβέβαιοι, οὐδὲν σαθηρὸν ἔχοντες. *Inſtabiles, nihil ſtabile habentes.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 777. Οἷον θρασεῖς, καὶ οὐδὲν βέβαιον ἔχοντες. *Quaſi temerarii & nihil ſtabile habentes.* Προπετεῖς etiam ſunt qui facilè iraſcuntur,

--- --- --- *Quorum præcordia nullis*
Interdum, aut levibus videas flagrantia cauſis.

Προπετεῖς ſunt & qui πρόγλωσσοι, citò in verborum aut inſolentiam aut amaritudinem erumpentes. Suidas: Προπετής, καὶ ὁ πρόγλωσσος. *Præceps linguâ: præcipiti lingua præditus: in loquendo temerarius: ad loquendum proclivis.* Sirach IX. 25. Φοβερὸς ἐν πόλει αὐτοῦ ἀνὴρ γλωσσώδης, καὶ ὁ προπετὴς ἐν λόγῳ αὐτοῦ μισηθήσεται. *Terribilis in civitate ſua homo linguoſus: & petulans in verbo ſuo, odio erit.* Proverb. XIII. 3. Προπετὴς χείλεσι. *Præceps labiis.* Cap. X. 15. Στόμα προπετοῦς, *os procacis.* Apud Suidam, προπέτεια, ἡ ἀχαλίνωτος γλῶσσα. *Infrenata lingua: petulantia: ad dicendum aut faciendum proclivitas.* Sunt & προπετεῖς, qui πρόχειροι dicti, id eſt, *manu promti.* Pollux, lib. VIII. cap. VII. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὑβρίσαντος, ὑβριστής, &c. πρόχειρος, προπετής. Apud Phocylidem:

Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα· χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
Ne ſis manu promtus: frena ferocem iram.

Προπετεῖς etiam dicuntur, qui Latinis *præcipites,* nempe in rebus aggrediendis. Hinc *hominem conſiliis præcipitem,* Cicero in Philippicis dixit. Erotianus in Onomaſtico: Ἐν τῷ βίῳ προπετεῖς λέγομεν τοὺς μὴ κατέχοντας ἑαυτῶν, ἀλλ' οἷον πρὸ καιροῦ ταῖς πράξεσι προπίπτοντας. *In vita præcipites illos dicimus, qui ſe ipſos non continent, ſed quaſi ante tempus ad negotia ruunt.* Huc pertinent illa Heſychii: Προπετής, προπίπτων πρὸ τοῦ λογισμοῦ. *Temerarius, qui res ſine ratione aggreditur.* Siculus lib. XVII. pag. 604. Τῷ θυμῷ προπετῶν, *ad iram præceps.* Act. XIX. 36. Μηδὲν προπετὲς πράττειν, *nihil præcipitanter facere.*

Προσάγω. Προσαγωγή.

Duas maximè harum vocum ſignificationes obſervamus.

I. Προσάγειν idem eſt, quod προσφέρειν, & προσαγωγὴ idem quod προσφορά. Can. III. & IV. Apoſtol. ſancit, ex interpretatione Dionyſii Exigui, *Non offerri aliud licere ad altare, præter novas ſpicas, & uvas, & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum, tempore quo ſancta celebratur oblatio.* In Græco eſt, Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω προσάγεσθαί τι ἕτερον πρὸς τὸ θυσιαστήριον, κλ. Hic Interpres Pontificius, *Licitum autem non eſto, admovere aliud quid ad altare, quàm oleum in lampadem,* &c. Cur noluit προσάγεσθαι eſſe *offerri?* Atqui hoc ſignificat, idemque eſt, quod προσφέρεσθαι, quod etiam προσκομίζεσθαι, dicitur, unde etiam προσκομιδὴ eſt *oblatio.* Cyrillus Alexandr. lib. XI. de Adoratione, pag. 402. Τὰς ἑαυτῶν ἱερουργῶμεν ψυχὰς, καὶ Θεῷ προσάγομεν, ἀποθνήσκοντες μὲν τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ φρονεῖν τὰ σαρκός. *Noſtras animas immolamus Deoq; offerimus, dum mundo atq; carnis ſapientiæ morimur.* Eadem ſignificatione etiam reperitur προσαγωγὴ apud Eulogium, Archiepiſc. Alexandr. lib. II. contra Novatianos, in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXX. pag. 1609. Καὶ γὰρ ἡ παρ' ἡμῶν ἐπιτελουμένη τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου φρικτὴ τελετὴ, οὐ θυσιῶν ἐστι διαφόρων προσαγωγὴ, ἀλλὰ τῆς ἅπαξ προσενηνεγμένης θυσίας ἀνάμνησις. Τοῦτο, γάρ φησι, ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Quæ verba ſic reddit Schottus: *Etenim tremendum ſacrificium corporis Dei, quod à nobis perficitur, non varia ſacrificia producit, ſed commemoratio eſt hoſtiæ ſemel oblatæ: Hoc, inquit, facite in meam commemorationem.* At non ſatis bona fide. Tu ſic reddes: *Etenim tremendum, quod à nobis celebratur Dominici corporis ſacramentum, non eſt variorum ſacrificiorum oblatio, ſed oblati ſemel ſacrificii commemoratio.* Προσαγωγὴ namque non eſt *productio:* προαγωγὴ hoc ſignificaret. Verùm προσαγωγὴ eſt *oblatio,* ut προσάγειν *offerre.* Optimæ Gloſſæ: Προσαγωγὴ, *acceſſus, oblatio, obventio.* Cyrillus Alexandr. loco ſuprà laudato, θυσίας προσαγωγαὶ, *ſacrificii oblationes.*

II. Προσάγω & προσαγωγὴ uſurpantur de iis, qui vulgò *ſuſceptores* dicuntur. Cyrillus Alexand. ad v. 26. cap. XI. Joh. pag. 683. Ὅτε ἀρτιγενὲς προσάγεται βρέφος τὸ κατηχήσεως τὸ χρίσμα λαβεῖν, ἤτοι τὸ τῆς τελειώσεως ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, ὁ προσάγων ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ, ἀμὴν, ἀναφωνεῖ. *Quando recens natus infans adducitur, ut vel inſtitutionis unctionem accipiat, vel etiam ut ſacro Baptiſmate initietur, qui eum adducit, pro eo reſpondet, Amen.* Cùm patrinus baptizandum ad ἱεράρχην deducit, id vocatur προσαγωγὴ, *adductio.* Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hierarch. cap. II. pag. 215. Ὁ τούτων ἀγαπήσας τῶν ὄντως ὑπερκοσμίων τὴν ἱερὰν μετουσίαν, ἐλθὼν ἐπί τινα τῶν μεμυημένων, πείθει μὲν αὐτὸν ἡγήσασθαι αὐτῷ τῆς ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ὁδοῦ· αὐτὸς δὲ ὁλικῶς ἐπακολουθήσειν ἐπαγγέλλεται τοῖς παραδοθησομένοις, καὶ ἀξιοῖ τῆς τε προσαγωγῆς αὐτοῦ, καὶ συμπάσης τῆς ἐπὶ τὸ ἑξῆς ζωῆς τὴν ἐπιστασίαν ἀναδέξασθαι. *Quiſquis autem horum munerum verè ſupermundialium ſanctè particeps eſſe cupit,*

Digitized by Google

cupit, accedens quempiam ſacris initiatum, flagitatque ab eo, ut ad ſacrorum præſidem deducatur: ipſe verò integrè cunctis ſanctionibus obſequi pollicetur, rogatque, ſuæ cùm adductionis, tum totius exinde vitæ curam ſuſcipere ne dedignetur. Ibid. cap. III. pag. 249. vocatur ἡ ἐκ θεογενεσίας ἀρχίζωος, καὶ ἀρχίφωτος καὶ μακαρία προσαγωγὴ, ex divina generatione vitæ luciſque princeps & beata adductio.

Προσαθύρω.

Habent Lexica ex Heſychio, apud quem προσαθύροντα, προσπαίζοντα, cum aliquo ludentem. vel colludentem. Occurrit apud Cyrillum Alexand. ad v. 9. cap. IV. Jonæ, pag. 388. Ἄθρει δὴ πάλιν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐξ ἀμετρήτου φιλανθρωπίας ταῖς ἀκακίαις μάλιστα τῶν ἁγίων ψυχῶν μονονουχὶ προσαθύροντα, καὶ ταῖς τῶν πατέρων φιλοστοργίαις παραχωροῦντα μηδέν. *Vide rurſus univerſorum Deum ex immenſa benignitate cum innocentibus ſanctorum animabus tantum non colludentem, & patrum amori, quo ſunt erga liberos ſingulari nihil concedentem.*

Προσέλευσις.

Inter alia notat *acceſſum ad S. Domini Cœnam.* Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. V. pag. 518. Τίς ἂν γένοιτο ἡμῖν συγγνώμη, εἰ μετὰ τοσαῦτα ἁμαρτήματα μηδὲ τὸν καιρὸν τῆς προσελεύσεως καθαρεύομεν τῶν ἀλόγων παθῶν ἐκείνων; *Quam habebimus veniam, ſi poſt tantam peccatorum multitudinem ne tempore quidem acceſſus à belluinis affectibus illis puri ſumus?* A' verbo προσέρχομαι, quod eodem ſenſu uſurpari ſuo loco docemus.

Προσέρχομαι.

Verbum hoc nudè poſitum, aliquando ſignificat *ad S. Cœnam accedo.* Chryſoſtomus Hom. V. in I. ad Timoth. pag. 270. Ἅπαξ δὲ ἐνιαυτοῦ προσέρχεσθαι. *Semel in anno accedere.* Item: Τοῦτο εὐλάβειαν εἶναι νομίζεις, τὸ μὴ πολλάκις προσελθεῖν, οὐκ εἰδὼς, ὅτι τὸ ἀναξίως προσελθεῖν, κἂν ἅπαξ γένηται ἐκηλίδωσεν. *Illud pietatis indicium eſſe exiſtimas, ſi non frequenter accedas: at non conſideras, quod, ſi indignè accedas, etiamſi id ſemel tantùm fiat, te ipſum contaminaveris.* Homil. ead. pag. 271. Τροφῇ προσβάλλων αἰσθητῇ, νίπτεις τὰς χεῖρας, πλύνεις τὸ στόμα· τροφῇ δὲ μέλλων προσιέναι πνευματικῇ, οὐ νίπτεις τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ γέμων ἀκαθαρσίας προσέρχῃ. *Corporalem cibum ſumturus, manus & os abluis: cùm verò ad ſpiritualem cibum acceſſurus es, animam non lavas, ſed immunditiâ plenus accedis.* Idem, Homil. I. in Geneſin: Τῇ φρικτῇ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ προσελθεῖν. *Ad tremendam & ſpiritualem menſam accedere.*

Προσευχή.

Varias tantùm hujus vocis ſignificationes paucis perſtringemus. Reliqua, quæ ad preces pertinent, in voce Εὐχὴ quærenda.

I. Προσευχὴ eſt *oratio, precatio, petitio.* Gloſſæ: Προσευχὴ, *obſecratio, oratio.* Προσεύχομαι, *obſecro, adoro.* Aliæ: *Obſecratio,* προσευχή. *Obſecrat,* δέεται, προσεύχεται, παρακαλεῖ. Chryſoſtomus in Pſ. CII. Προσευχὴ τὴν ἱκετηρίαν δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὴν παράκλησιν. Προσευχὴ *notat ſupplicationem ad Deum, & rogationem.* Theodoretus in I. Timoth. II. Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθῶν. Προσευχὴ *eſt petitio bonorum.* Gregorius Nyſſenus tract. II. in Pſalmos, cap. III. t. I. pag. 295. Προσευχὴ, ἱκετηρία ἐστὶ περί τινος τῶν συμφερόντων προσαγομένη Θεῷ. *Oratio eſt ſupplicatio ad Deum, pro re aliqua utili.* Idem, Orat. II. in Orat. Dominicam, t. I. pag. 724. Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθῶν, μετὰ ἱκετηρίας προσαγομένη Θεῷ. *Oratio, eſt petitio bonorum, quæ DEO cum ſupplicatione offertur.* Baſilius M. Orat. in Julittam martyrem: Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθοῦ, παρὰ τῶν εὐσεβῶν εἰς Θεὸν γινομένη. *Oratio eſt petitio boni, à piis ad Deum facta.* Olympiodorus, in cap. V. Eccleſiaſtæ, pag. 634. Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθοῦ παρὰ Θεοῦ. Cyrillus Alexandr. in Collectaneis, pag. 63. Προσευχή ἐστιν ἡ τῶν ἐκ Θεοῦ πρὸς σωτηρίαν χορηγουμένων τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἐξαίτησις, ἀντίδοσιν φέρουσα τῆς τῶν προηγουμένων καλῆς διαθέσεως. *Oratio eſt bonorum, quæ ad ſalutem ſuppeditantur hominibus poſtulatio, ferens remunerationem bonæ affectionis eorum quæ præcedunt.* Vide Suidam. Hoc ſenſu Oratio Dominica προσευχαὶ, numero plurali apud eundem Cyrillum in cap. XLIX. Jeſaiæ, pag. 666. Οὕτω φαμὲν ἐν προσευχαῖς· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Ita dicimus in precibus: Pater noſter, qui es in cœlis.*

II. Προσευχὴ aliquando idem quod Εὐχὴ, *votum, promiſſio.* Ideò obſervanda hæc ſignificatio, quia à Lexicographis omiſſa. Chryſoſtomus in Pſ. CXLIII. duplicem facit προσευχὴν, nempe τὴν διὰ ῥημάτων δέησιν, *petitionem, quæ fit verbis,* καὶ τὴν ἐπαγγελίαν, *& promiſſionem, votum.* Baſilius M. epiſt. II. Canonicâ dicit, τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἀνέχεσθαι, *ab inſulſis votis & promiſſionibus abſtinere.* Ita etiam προσεύχομαι, ut ex vulgatis haberi poteſt Lexicis, nonnunquam ſignificat *voveo, vota nuncupo.*

III. Προσευχὴ eſt *laus Dei.* Chryſoſtomus Homil. CXXXIV. t. V. Προσευχὴ λέγεται, ὅταν ὑμνῇ τις τὸν Θεόν. Προσευχὴ *dicitur, cùm quis Deum laudat.* Sic *pro laudatione Dei,* ſeu *gratiarum actione,* quæ exhibetur Deo, ſumi poteſt Apocal. V. 8.

IV. *Metonymicè* ponitur *pro loco, in quo conventus fiunt ad orandum & celebrandum DEUM.* Ita locus, in quo Judæorum Philippenſium conventus fiebant ad orandum Deum, Act. XVI. 13. vocatur προσευχὴ, & ponitur pro בית צלותא *domo precationis,* ut Syrus Interpres v. 13. & 16. vocem reddidit. Epiphanius hæreſi LXXX. pag. 450. de Meſſalianis ſcribit, eos οἴκους τινὰς exſtruxiſſe, atque προσευχὰς appellâſſe. Subjicit etiam: Καὶ ἦσαν τὸ παλαιὸν προσευχῶν τόποι, ἔν τε τοῖς Ἰουδαίοις ἔξω πόλεων, καὶ ἐν τοῖς Σαμαρείταις, ὡς καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων εὕρομεν, ἔνθα ἡ πορφυρόπωλις Λυδία τοῖς περὶ τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπήντηκεν, ὡς καὶ οὕτως τὸ θεῖον γράμμα διηγεῖται. Ὅτι, φησὶν, ἐδόκει τόπος προσευχῆς εἶναι. *Atque antiquitus erant loca orationum, vel Proſeucharum, tum apud Judæos extra urbes, tum apud Samaritanos, quemadmodum in Actis etiam Apoſtolorum invenimus, ubi Lydia, purpuram vendens, Paulo & ſociis etiam occurrebat, prout ſacra litera id ipſum narrant; quia, inquiunt, ibi videbatur eſſe locus Proſeuchæ.* Idem ibidem de Meſſalianis: Τινὰς οἴκους ἑαυτοῖς κατασκευάσαντες ἢ τόπους πλατεῖς φόρων δίκην, προσευχὰς ταύτας ἐκάλουν. *Conſtruxerunt ſibi ipſis domos quaſdam, aut locos amplos inſtar fororum, & Proſeuchas vocârunt.* Eodem inclinat Chryſoſtomus, quando illud Act. XVI. 13. ita explicat: Οὐ γὰρ δὴ ἔνθα συναγωγὴ ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ηὔχοντο, ὥσπερ τόπον τινὰ ἀφορίζοντες. *Neque enim tantùm ubi Synagoga erat, ſed etiam extra orabant, tanquam locum aliquem ſegregantes.* Hinc Templum vocatur οἶκος προσευχῆς, *domus orationis,* Matth. XXI. 13. Balſamo ad Can. LXXV. Trullanum, pag 452. Αἱ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι, οἶκοι προσευχῶν λέγονται, ὅθεν καὶ οἱ προσευχόμενοι παρακαλεῖν τὸν Θεὸν ὀφείλουσι μετὰ δακρύων καὶ ταπεινώσεως, οὐ μὴν μετὰ ἀτάκτου καὶ ἀναιδοῦς σχήματος. *Eccleſiæ Dei vocantur domus orationum, unde etiam orantes DEUM orare debent cum lacrymis & humiliatione, non cum inordinato & impudente geſtu.*

Προσ-

Digitized by Google

Προσηλόω.

Frequenter hoc verbum *metaphoricè* uſurpatur, & ſignificat *alicui rei affixus ſum, adhæreo.* Docent hoc etiam vulgata Lexica, ſed pauca afferunt exempla. Hunc ergo defectum hic paucis compenſamus. Chryſoſtomus dicit βίβλοις προσηλῶσθαι, *libris affixum eſſe.* Idem, τῇ γῇ προσηλωμένος, *terræ affixus.* Idem, Διηνεκῶς τῇ προσευχῇ προσηλωμένος. *Semper precibus affixus.* Idem, Τοῖς τοῦ κόσμου προσηλωμένος πράγμασι. *Rebus terrenis affixus.* Et Homil. XX. in epiſt. ad Hebræos, pag. 536. Τοιοῦτός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὅταν ἴδῃ ἡμᾶς μὴ προσηλωμένους τοῖς βιωτικοῖς, τότε ἡμῖν αὐτὰ δίδωσιν· ὅταν ἴδῃ τὰ πνευματικὰ προτιμῶντας, τότε ϗ τὰ σαρκικὰ παρέχεται. *Ea Dei natura eſt, ut ſi nos non videat affixos rebus terrenis, eas nobis largiatur: ſi videat nos ſpiritualia præferre, etiam carnalia nobis exhibeat.* Idem Homil. VI. ad populum Antiochenum, pag. 505. tomi VI. Ἵνα μὴ τῇ γῇ προσηλωμένοι καὶ πρὸς τὰ παρόντα κεχηνότες ἀλγῶμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιλανθανώμεθα, μοχθηρὸν ἡμῖν τὸν βίον ἐποίησεν ὁ Θεός. *Ne terræ affixi, & præſentibus inhiantes torpeamus, & futurorum obliviſcamur, vitam nobis laborioſam reddidit Deus.* Idem ad eos qui ſcandalizantur, t. V. Edit. Pariſ. pag. 911. Οἱ τοῖς θεάτροις προσηλωμένοι, *theatris affixi.*

Προσιέναι.

Quemadmodum προσέρχεσθαι, ita etiam προσιέναι de S. Cœna uſurpatur. Chryſoſtomus Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: Οὐκ ἐπιφάνια, οὐδὲ τεσσαρακοστὴ ποιεῖ ἀξίους τοῦ προσιέναι, ἀλλὰ ψυχῆς εἰλικρίνεια ϗ καθαρότης. *Non Epiphania, neq; Quadrageſima dignos facit, qui accedant, ſed animæ ſinceritas & puritas.* Μετὰ ταύτης ἀεὶ πρόσιθι, χωρὶς ταύτης μηδέποτε. *Cum hac ſemper accedas, ſine hac nunquam.* Eodem modo Germani ſimpliciter dicunt zugehen. Iterum Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. V. pag. 518. Προσιέναι τῇ φρικτῇ ϗ θείᾳ τραπέζῃ, *ad tremendam & divinam accedere menſam.* Et Homil. XXVI. tomi ejuſd. Τῇ ἱερᾷ προσιέναι τραπέζῃ. *Ad ſacram accedere menſam.*

Προσιτός.

Heſychius: Προσιτὸν, ὃ δύναταί τις προσελθεῖν. Lege, pro ὅ, ᾧ. *Ad quem aliquis accedere poteſt.* Cyrillus Alexandr. lib. III. Glaphyr. in Exodum, pag. 316. Προσιτὸς οὐχ ἑτέρως ὁ Θεὸς ϗ πατὴρ, πλὴν εἰ μὴ διὰ μόνου τοῦ κατὰ φύσιν υἱοῦ. *Ad Deum Patrem non aliter accedi poteſt, quàm per ſolum naturâ Filium.* Idem, in cap. LI. Jeſajæ, pag. 702. Οὐ διὰ τούτων ἔτι προσιτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἔφη Χριστὸς, πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, &c. *Ad univerſorum Deum per hæc* (ſacrificia) *non ampliùs patet aditus, ſed ut ipſe dixit Chriſtus: Deus eſt Spiritus, & eum adorantes,* &c. Idem, in cap. IV. Hoſeæ, pag. 69. Διὰ Χριστοῦ, ϗ ἐν Χριστῷ προσιτός τε ἅμα ϗ γνωστὸς ὁ πατήρ. *Per Chriſtum & in Chriſto ad Patrem acceditur, & idem cognoſcitur.*

Προσκλαίω. Πρόσκλαυσις.

Quatuor fuiſſe Pœnitentium in primitiva Eccleſia ſtationes, in verbo Ἀκροάομαι jam monuimus. Primus gradus vocabatur πρόσκλαυσις, *Fletus. Eſt autem* πρόσκλαυσις, *cùm quis admiſſo peccato, extra Eccleſiam ſtans, cum luctu & lacrymis eos, qui ingrediuntur, orat, ut pro ſe miſericordiam Dei eliciant.* Id nos docet explicatio terminorum pœnitentiálium epiſtolæ Canonicæ Gregorii Thaumaturgi annexa, pag. 41. quæ malè Canon XI. in editione Pariſina ſtatuitur: ibi enim adducuntur verba ex Can. LXXV. Baſilii Cæſar. qui tamen ætate longè inferior Gregorio: & Zonaras in MS. Amerbachiano Academiæ Baſilienſis hujus Canonis non meminit. Ita autem πρόσκλαυσις ibi deſcribitur: Ἡ πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστὶν, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Fletus eſt extra portam Oratorii, ubi peccantem oportet ſtare & fideles ingredientes orare, ut pro ſe precentur.* Gabriel, Philadelphiæ Metropolita in libello de Pœnitentia, cap. X. Ὁ τῆς προσκλαύσεως τόπος ἐστὶν, ὁ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου, ἐν ᾧ οἱ προσκλαίοντες ἵστανται, ϗ τὴν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν συγχώρησιν αἰτοῦσι παρὰ τῶν εἰσερχομένων καὶ ἐξερχομένων πιστῶν. *Fletus, locus eſt extra portam Oratorii, in quo ſtant flentes, & peccatorum veniam à fidelibus introëuntibus & exeuntibus poſtulant.* In hoc gradu conſtituti Pœnitentes, uſitatiſſimè vocantur προσκλαίοντες, *Deflentes.* Matthæus Blaſtarius: Καὶ προσκλαίοντες μέν εἰσιν οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου ἱστάμενοι, ϗ πρὸς τῶν εἰσιόντων τε ϗ ἐξιόντων πιστῶν εὐχήν τε αἰτούμενοι, ϗ τῆς ἁμαρτίας συγχώρησιν. *Et Deflentes quidem ſunt, qui extra portam Oratorii ſtant, & à fidelibus introëuntibus & exeuntibus petunt, ut pro ſe preces fundant, ad veniam peccatorum impetrandam.* Concilium Conſtantinop. in Trullo, Can. LXXXVII. illi, qui legitimè ſibi datam uxorem relinquit, hanc pœnam decernit; Debet ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, ϗ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, ϗ οὕτω προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, *annum deflere, duos annos audire, & ſeptimo cum fidelibus conſiſtere, atq; ita ad oblationem admitti.* Baſilius Can. LXXV. *Ei, qui cum propria ſorore pollutus eſt,* εἰς οἶκον προσευχῆς *venire non conceditur, donec ab iniqua & nefaria actione deſiſtat.* Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας, *poſtquam in ſenſum horrendi peccati pervenerit, hæc ejus correptio:* Τριετίαν προσκλαιέτω τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκὼς, ϗ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχὴν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς Κύριον τὰς δεήσεις, *triennio defleat, ſtans propter fores domus Oratoriæ, & orans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque miſericordiâ tactus, pro ſe intenſas preces ad Dominum fundat.* Vide ejuſdem Can. XXII. LVI. & LVII. Græcus Scholiaſtes Harmenopuli in Epitome Canonum, ſect. V. tit. III. Προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, ϗ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Deflens, ſive ſtans extra Eccleſiam, & ingredientes orans, ut pro ſe precentur.*

Προσκλαύσεως exemplum extat apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XXVIII. pag. 56. ubi de Natalio quodam agitur: Μετὰ πολλῆς σπουδῆς ϗ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ ϗ τῶν λαϊκῶν, συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ. Hoc eſt, interprete Ruffino, *Multis lacrymis errorem ſuum deflens ante pedes Zephyrini Epiſcopi ſe proſternit, & veſtigiis omnium, non modò Clericorum, ſed etiam Laicorum, multa cum lamentatione provolutus, in lacrymas & miſerationem omnem provocavit Eccleſiam, ut indulgentiam ſibi à Chriſto, continuis & jugibus pro ipſo precibus, implorarent.* Aliud recitatur apud Syneſium, epiſt. LXVII. ad Theotimum, pag. 43. Λαμπωνιανὸν Ἰάσων εἷλεν ἀδικίας. ὁ δὲ φθάσας ὁμολογίᾳ τὸν ἔλεγχον, ἔχει τὴν δίκην, ἐκκλησιαστικῶν συνόδων εἰργόμενος. Καί τοι ϗ δάκρυον ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἱκέτης αὐτὸν ἐξητήσατο· ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκαρτέρησα· τοῦ δὲ λῦσαι τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα. *Lamponianum Jaſon reum fecit injuriarum: iſte autem præveniens confeſſione probationem,*

nem, pœnam fert, prohibitus Eccleſiaſtica communione, quanquam emiſerit lacrymas ex pœnitentia, & populus ſupplex illius pœnam deprecatus ſit. Verùm ego manſi in his, quæ decreta fuerant: ſolvendi autem autoritatem ad ſacerdotalem ſedem remiſi.

Προσκλαιόντων ἐπιτίμιον aliter quoque à veteribus exprimi videtur. Baſilius M. Can. LXXXI. pag. 779. pro προσκλαίειν dicit ἄδεκτον εἶναι. Dicit enim de iis, qui in Barbarorum incurſione, cùm ſuſtinendis tormentis non eſſent pares, fidem in Deum negaverint, Patres ſtatuiſſe, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀδέκτους εἶναι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροᾶσθαι· καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς γενέσθαι εἰς τὴν κοινωνίαν, *ut in tribus annis non recipiantur, & in duobus audiant: & cùm tribus annis ſubſtrati fuerint, ſic ad communionem admittantur.* En tibi quatuor, atque proinde omnes Pœnitentium ſtationes. Prima, ſeu πρόσκλαυσις, exprimitur per ἀδέκτους εἶναι, *non recipi*: ſecunda, ſeu ἀκρόασις, proprio exprimitur verbo, quod eſt ἀκροᾶσθαι, *audire*: tertia, ſeu ὑπόπτωσις, per ὑποπίπτειν, *ſe ſubjicere*: quarta tandem, ſeu σύστασις, per δεκτοὺς γενέσθαι εἰς τὴν κοινωνίαν, *ad communionem admitti.* Hæc prima ſtatio eodem Canone denotatur per verbum Ἐκβάλλεσθαι. De iis enim qui ſine magna neceſſitate fidem in Chriſtum prodiderunt, & dæmoniorum menſam attigerunt, dicit Patres decreviſſe, ἐκβάλλεσθαι ἐν γ' ἔτεσιν, καὶ ἐν β' ἀκροᾶσθαι· ἐν ὑποπτώσει δὲ εὐξαμένους ἐν γ' ἔτεσιν, καὶ ἐν ἄλλοις γ' συστάντας τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὺς εἶναι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ, *ut tribus annis ejiciantur, duobus autem audiant, poſtquam autem in ſubſtratione tribus annis oraverint, & in aliis tribus cum fidelibus in oratione ſteterint, ſic admittantur ad boni communionem.* Hic rurſus poſt ἐκβάλλεσθαι, quod πρόσκλαυσιν denotat, ſequitur ſecunda ſtatio, nempe ἀκρόασις. Confer verbum Ἐκβάλλω. Idem Baſilius Canone IV. pag. 761. fletus ſtationem exprimit per πάντη ἀπείργειν τῆς ἐκκλησίας, *omnino arcere ab Eccleſia.* Atque hic eſt παντελὴς ἀφορισμὸς, de quo in Ἀφορισμὸς, num. II. 2.

Gregorius Nyſſenus in Canonibus ſuis προσκλαύσεως quidem κατὰ λέξιν non meminit; diſertiſſime tamen ad ſtationem hanc nonnullorum criminum reos, aliis uſus verbis, damnat. Can. IV. t. II. pag. 119. de fornicatoribus: Ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι. *Ut qui in fornicatione polluti ſunt, tribus annis ab oratione omnino expellantur.* Καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι, eſt *ad Fletum mitti*, cùm gradus ille ſit Auditione inferior non modò tempore, ſed etiam criminis ratione, & myſteriorum participatione. Qui in hac ſtatione ſunt, dicuntur ἐκκηρύττεσθαι τῆς ἐκκλησίας, vel τῶν εὐχῶν. Vide verbum Ἐκκηρύττω. Idem Nyſſenus Can. V. pag. 120. cùm voluntariæ cædis curationem deſcribit, ad eandem τῆς προσκλαύσεως ſtationem novem annis relegat Homicidam his verbis: Ὥστε ἐν μὲν τῷ παντελεῖ ἀφορισμῷ ἐνναετῆ χρόνον διαγενέσθαι, ἀπειργόμενον τῆς ἐκκλησίας. *Ut in perfecta quidem ſegregatione novem annorum tempore verſetur, ab Eccleſia excluſus.* Obſervabis, per παντελῆ ἀφορισμὸν, ut modò diximus, τὸ τῆς προσκλαύσεως ἐπιτίμιον notari. Eadem ſtatio hic indicatur per ἀπείργεσθαι τῆς ἐκκλησίας.

Tandem de ſtationis hujus antiquitate pauca monenda. Baſilium M. qui anno Chriſti CCCLXXX. floruit, hujus ſtationis frequenter meminiſſe, ex ſuperioribus clariſſimum eſt. Morinus autem, de adminiſtrat. Pœnitentiæ, lib. VI. cap. 11. ei antiquiora oſtendere nititur incunabula. Exiſtimat enim, etiamſi προσκλαιόντων ante Novati tempora nulla fiat apud Veteres mentio, ejus tamen etiam ante Novatum inveniri veſtigia: nempe apud Tertullianum lib. de Pœnitentia cap. IX. & X. At ea non tam ad πρόσκλαυσιν, quàm ad ὑπόπτωσιν, tertiam pœnitentiæ ſtationem referenda eſſe, probatum eſt in voce Ἐξομολόγησις, num. III. Ante Baſilium ergo vix hujus ſtationis certa invenias indicia. Vide etiam Gl. Meurſii in προσκλαίειν.

Πρόσκλισις.

Πρόσκλισις eſt *inclinatio, propriè animi, propenſio.* I. Timoth. V. 21. Apoſtolus Timotheum ita compellat: *Teſtor coram Deo & Chriſto Jeſu & electis Angelis*, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν, *ut hæc cuſtodias ſine præjudicio, nihil faciens in aliam partem declinando*: ita Vulgatus, Beza & Eraſmus. Hieronymus quoque *in aliam partem declinans.* Μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν eſt

Σταθμὸν μὴ κρίνων ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκων.

vel:

Πᾶσι δίκαια νέμων, μήτε κρίσιν εἰς χάριν ἕλκων.

Clemens in Epiſt. ad Corinthios: Τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις --- παρεχέτωσαν. *Dilectionem ſuam ne in alteram partem declinando exhibeant.* Clemens Alexandr. Stromat. lib. IV. pag. 517. locum ſic proponit: Τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. Interpres: *Charitatem ſuam non per provocationes, ſed omnibus qui timent Dominum, ſanctè præbeant æqualem.* Legit κατὰ προσκλήσεις, ut etiam in Indice ſcriptum. At προσκλίσεις legendum eſſe, manifeſtè docet vox ἴσην. Tum enim demum ἀγάπη eſt ἴση, *æqualis*, quando fit ἄνευ προσκλίσεως, *non declinando in alteram partem*, metaphorâ deſumtâ à lancibus. Heſychius: Κατὰ πρόκλησιν, κατὰ χάριν, κατὰ πρόσκλησιν. Pricæus rectè obſervat, Heſychium Pauli locum reſpexiſſe: an verò meritò locum exiſtimet corruptum, & hoc modo legendum, κατὰ πρόσκλισιν, κατὰ χάριν, κατὰ πρόσρειψιν, mihi non æquè certum. Ego potiùs exiſtimârim, Heſychium in ſuo exemplari legiſſe, κατὰ πρόκλησιν, quemadmodum quædam legiſſe conſtat, atq; illud interpretari κατὰ πρόσκλησιν, quemadmodum Codices quidam habent. Quid autem πρόκλησις & πρόσκλησις ſit, Lexica te docent. Apud eundem legas: Πρόσκλησις, προτροπὴ, ἢ πρόσρειψις ἐπὶ δίκης. Hæc ita reſtituenda eſſe videntur: Πρόσκλισις, προτροπὴ, ἢ πρόσρειψις ἐπὶ δίκης. *Inclinatio in judicio.* Apud eundem enim legimus, Ἐπικλινὴς, ἐπιπίπτων, προσρέπων. *Inclinatus, irruens, propendens.* Item: Ῥοπαῖς, κλίσεσι. *Lancis ad imum vergentis inclinationibus.* Ῥοπὴ, κλίσις. Πρόσκλισις etiam legitur apud Clementem Alexandr. lib. VIII. Stromat. pag. 777. Αἵρεσίς ἐστι πρόσκλισις δογμάτων, ἤ, ὥς τινες, πρόσκλισις δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ φαινόμενα παρέχουσα, πρὸς τὸ εὖ ζῆν συντείνουσα. *Hæreſis eſt dogmatum inclinatio, aut, ut quidam dicunt, inclinatio, quæ multis dogmatibus præbet conſequentiam inter ſe & ea quæ videntur, tendens ad rectè vivendum.* Redeamus ad locum Apoſtoli. Ad eum Chryſoſtomus, Homil. XVI. in hanc Epiſt. pag. 317. Ἵνα κοινὸς ᾖς καὶ ἴσος τοῖς δικαζομένοις, τοῖς ἐπὶ σοῦ κρινομένοις, ἵνα σε μηδεὶς προκαταλάβῃ, μηδὲ προσοικειώσηται. *Ut communem & æquum te his, qui judicandi ſunt, præbeas, ut te nullus anticipet, neq; ſibi proprium conciliet.* Theophylactus, pag. 785. κατὰ πρόσκλισιν exponit, κατὰ προσπάθειαν προσκλινόμενος τῷ ἑνὶ μέρει. *Ex affectu in alteram partem inclinante.* Addit verò, vocem per, η, ſcriptam eundem habere ſenſum. Κἂν διὰ τοῦ, η, γράφηται, τὸν αὐτὸν νοῦν σημαίνει. Ὡς ἂν εἰ γὰρ τοῦτό φησι· Προσκαλεῖταί σε τὸ ἓν μέρος εἰς τὸ βοηθεῖν αὐτῷ· μὴ τοίνυν ποιήσῃς κατὰ τὴν ἐκείνου πρόσκλησιν. *Quòd ſi per, η, ſcribatur, retinebit eundem ſenſum: perinde enim eſt ac ſi diceret: Invitat te altera pars, ut ei ſuccurras: ne igitur juxta invitationem ejus agas.* Apud Oecumenium in hunc locum, pag. 759. Κατὰ πρόσκλισιν,

Digitized by Google

σιν, οἷον μὴ ἐπικλινόμενος εἰς τὸ μὴ ὀρθὸν, ἀλλ' εὐθεῖαν τὴν κρίσιν ἐκφέρων --- ἀλλ' εὐθείας καὶ ἀδιαστρόφους ἐκφέρων τὰς κρίσεις. Κατὰ πρόσκλισιν, *quaſi dicat, ne ad id inclines, quod rectum non eſt, ſed rectum judicium judices: --- ſed recta & minimè perverſa judicia judices.* Operæ precium fuerit adjicere, quæ ad hujus loci explicationem affert Pricæus. Minucius Octavio, *Ut libram teneas æquiſſimi judicis, nec in alteram partem propenſus incumbas:* μὴ πρὸς θάτερον ἀνακλίνων (vel προσρέπων) μέρος, ut Philo in rebus Flacci locutus.

Juſta pari premitur veluti cum pondere libra,
Prona nec hac plus parte ſedet, nec ſurgit ab illa.

Tibullus. Suidas: Πρόσκλισις· ἑτερομέρεια. *In alteram partem inclinatio, animi in alteram partem propenſio.* Gloſſæ Codicis Florentini: Κατὰ πρόσκλισιν, κατὰ χάριν, προσπάθειαν, ἢ ἑτερομέρειαν. Chryſologus ſerm. XXVI. de Rege loquens: *Si poteſtatem moderatus eſt, &c. ſi ſic tenuit ponderis ſui libram, ut in neutram partem poteſtatis ſuæ trutinâ propenſâ declinaret.* Ammianus lib. XXI. de Conſtantino Imperatore, *Palatinas dignitates velut ex quodam perpendiculo tribuens.* Sedulius ad I. Timoth. IV.6. illa, Hæc præcipiens, &c. *Libram juſtitiæ in omnibus tenens, & omnia rationabiliter diſpenſans.* Vide etiam, quæ de hac voce notavimus in Κριτὴς, num. II. & in Διδασκαλία, num. I.

Προσκομιδή.

Veteres Gloſſæ: Προσκομιδὴ, *oblatio.* Προσκομίζω, *offero.* Hinc Heſychio προσκομιδὴ eſt ἀναφορὰ, *oblatio.* Atque hoc ſenſu ſumitur apud recentiores Græcos. Typicum cap. XXI. pag. 48. Εὕρομεν ἐν τῷ Συναξαρίῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, εἰς τοὺς εὐκτηρίους οἴκους τῆς Θεοτόκου γίνεσθαι προσκομιδὴν, καὶ τελείαν λειτουργίαν. *Invenimus in Synaxario magnæ Eccleſiæ, in Oratoriis Deiparæ fieri oblationem, & perfectam Liturgiam.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1337. Ὅτι χρὴ τοὺς προσκομίζοντας, ἢ τὴν εὐχὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ποιοῦντας, ἐκφωνεῖν τὰς εὐχὰς καὶ τὴν προσκομιδήν. *Debent illi, qui oblationem faciunt, vel precationem ſacroſancti Baptiſmatis concipiunt, clara voce preces ipſas & oblationem pronunciare.* Germanus Conſtantinop. in Theoria Eccleſ. pag. 150. Ἡ προσκομιδὴ ἡ γινομένη ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, ἐμφαίνει τὸν κρανίου τόπον, ἐν ᾧ ἐσταυρώθη ὁ Χριστός. *Oblatio, quæ fit in armario, denotat Calvariæ locum, in quo Chriſtus crucifixus eſt.* Et pag. 151. Ἡ δὲ προσκομιδὴ τοῦ ἄρτου πέφηνε τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, τὸ παγὲν διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν τῶν πιστῶν. *Oblatio autem panis repræſentat corpus Domini, affixum proter ſalutem noſtram, qui ſumus fideles.*

Προσκυνέω.

Hebr. שחה vel השתחוה, Græcum προσκυνεῖν ſignificat *inclinationem, incurvationem,* ſeu *proſtrationem corporis,* quâ Orientales ſolebant illos, qui dignitate vel virtute alios antecellebant, revereri & honorare. Sed hoc ipſum transfertur etiam ad animam, & ad reverentiam atque honorem, qui Deo exhibendus eſt, & quem tali aut ſimili corporis geſtu teſtatum facimus. Hinc *duæ ſpecies adorationis* emergunt: nempe

I. *Civilis,* ſeu *officioſa,* quam creaturis tribuere fas eſt, dummodò non excedat modum. Talem adorationem veteres pleriq; intelligi volunt Gen. XLVII. 31. & Hebr. XI. 21. ubi de Jacobo: Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. *Et adoravit ad faſtigium virgæ ejus.* Chryſoſtomus ad hunc locum, Hom. LXVI. in Geneſin: Ὅρα τὴν γέροντα διὰ τῆς προσκυνήσεως τὴν εἰς τὸν Ἰωσὴφ τιμὴν ἐπιδεικνύμενον, καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν πληροῦντα νῦν τοῦ ὁράματος τὴν ἔκβασιν. *Vide ſenem per adorationem declarantem honorem, quo Joſephum proſequebatur, & re ipſa nunc implentem viſionis eventum: de qua* nimirum Geneſ. XXXVII. 9. Idem Hom. XXVI. in epiſt. ad Hebræos: Ἐπειδὰν ἔμελλεν ἀπὸ τοῦ Ἐφραὶμ ἀνίστασθαι βασιλεὺς ἕτερος, διὰ τοῦτό φησι. Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Τουτέστι, καὶ γέρων ὢν, ἤδη προσεκύνει τῷ Ἰωσὴφ, τὴν παντὸς τοῦ λαοῦ προσκύνησιν δηλῶν τὴν ἐσομένην αὐτῷ, καὶ τοῦτο μὲν ἐξέβη ἤδη, ὅτε αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ προσεκύνησαν· ἐκβήσεσθαι δὲ ἔμελλε καὶ ὕστερον διὰ τῶν δέκα φυλῶν. *Quoniam ſurrecturus erat rex alius ex Ephraim, propterea, inquit,* Et adoravit ad faſtigium virgæ ejus: *hoc eſt, etiamſi eſſet ſenex, jam adorabat Joſephum, ſignificans totum populum eum adoraturum eſſe. Et hoc quidem jam evenit, quando eum adorârunt fratres ejus; poſtea autem etiam erat eventurum per decem tribus.* Theodoretus Interrogat. CIX. in Geneſin, pag. 71. Καὶ πρεσβύτης ὢν, καὶ ἀσθενῶς διακείμενος, ἐπὶ τῆς κλίνης κατέκειτο· γνοὺς δὲ τοῦ παιδὸς τὴν παρουσίαν, ἐξαναστὰς ἐκαθέσθη· βακτηρίᾳ δὲ κεχρημένος ἐπεστηρίζετο αὐτῇ, τοῦ μὲν ἄκρου ταύτης ἐπειλημμένος τῇ δεξιᾷ, ἐπικείμενον δὲ τὸ πρόσωπον ἔχων. Ἡσθεὶς τοίνυν ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῇ τῆς ταφῆς ἐπαγγελίᾳ, προσεκύνησεν ἐπικλίνας τῇ ῥάβδῳ τὴν κεφαλήν. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ τοῦ Ἰωσὴφ ἐνύπνιον τὸ πέρας ἐδέξατο· εἶδε γὰρ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ ἕνδεκα ἀστέρας προσκυνοῦντας αὐτῷ. Πρὸς δὲ τούτοις, προαγορεύει καὶ τῆς Ἐφραὶμ φυλῆς τὴν βασιλείαν, καὶ τῶν δέκα φυλῶν τὴν ὑποταγήν. *Iſraël cùm eſſet ſenex & infirmus, decumbebat in lecto: ſed ubi filium adventare audivit, ſurgens ſedit, & baculo innitebatur, dextrâ apprehendens ſummitatem ejus, innixum autem vultum habens. Delectatus igitur ejus conſpectu, & promiſſione de ſepultura facta, adoravit, inclinans caput ad virgam. Ac primum quidem ſomnium Joſephi completum eſt.* Vidit enim Solem & Lunam & undecim ſtellas ſe illi incurvantes. *Præterea prædicit & tribus Ephraim regnum, & decem tribuum ſubjectionem.* Idem in cap. XI. ad Hebræos, pag. 449. Τὴν τοῦ Ἐφραὶμ προσημαίνει βασιλείαν, καὶ τῶν δέκα φυλῶν τὴν ὑποταγήν· οὗ δὴ χάριν αὐτοὺς προῦπτοι τὴν ἐκείνων προσκύνησιν. *Præſignificabat regnum Ephraim, & decem tribuum ſubjectionem: quocirca ipſe eorum adorationem figurat.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 997. Προσεκύνησε τῷ Ἰωσὴφ, τὴν παντὸς τοῦ λαοῦ προσκύνησιν δηλῶν. Πῶς δὲ προσεκύνησεν; ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐπερειδόμενος τῇ ῥάβδῳ διὰ τὸ γῆρας. Τινὲς δὲ, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τοῦ Ἰωσὴφ, φασι, προσεκύνησε, σημαίνων τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον διὰ τῆς ῥάβδου προσκυνηθήσεσθαι μέλλον. *Adoravit Joſephum, totius populi adorationem denuncians. Quomodo autem adoravit? ad ſummitatem virgæ ejus, hoc eſt, innixus virgæ ob ſenectutem. Nonnulli verò inquiunt, ad ſummitatem virgæ Joſephi adoravit, regni ſceptrum per virgam adorandum ſignificans.* Hi ergo volunt, Jacobum adorâſſe Joſephum, id eſt, ſe coram eo inclinâſſe, civilem ei honorem, utpote totius Ægypti Domino, exhibuiſſe. Sunt tamen, qui longè convenientiùs interpretantur; nempe Iſraelem baculi, quem in manu habebat, ſummitate nixum, & ita compoſitum, ſeſe in lecto erexiſſe, & ſediſſe, non ut Joſepho honorem exhiberet de impetrata poſtulatione ſua, ſed ut gratias ageret Deo: qui intus ſpiritu, foris juramento filii futurum confirmabat, ut impleretur id, quod non tam ſuâ, quàm ſuorum cauſsâ petierat. In hanc ſententiam inclinat Gennadius in Catena MS. in Gen. cap. XLVII. ubi primò eorum rejicit opinionem, Οἵ τινες ἁπλῶς ἐφαντάσθησαν ὅτι τῇ ῥάβδῳ προσκυνήσας, ἐν αἰνίγματι τῷ σταυρῷ προσεκύνησε,

Digitized by Google

κύνησε, *qui temerè finxerant, Iſraëlem baculum adorantem, in ænigmate crucem adoráſſe:* Οὐδὲ γὰρ οὕτως γέγραπται, ὅτι προσεκύνησε τῷ ἄκρῳ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ· ὅμοιον δὲ τῷ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν. Καὶ προσεκύνησεν ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ. Κἀν τούτοις γὰρ ὁ Δαυὶδ ὑπερησθεὶς ἐφ᾽ οἷς ἔτι ζῶν ἐθεάσατο τῆς βασιλείας ἐπιβάντα τὸν Σολομῶντα, πρὸς εὐχαριστίαν μὲν τοῦ Θεοῦ κινεῖται θερμότερον· ἡττηθεὶς δὲ τῷ γήρᾳ τῇ τῆς κεφαλῆς ἐπικλίσει πληροῖ τὴν προσκύνησιν. Ἐπὶ κεφαλῆς τῆς κλίνης, ἢ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης. *Neque enim ſic ſcriptum eſt, quòd ſummitatem baculi ſui adoraverit: ſimile verò illi, quod ſcriptum eſt lib. II. Regum* (lapſus memoriâ Gennadius, legitur enim juxta Græcos lib. III. Regum, juxta Hebræos verò I. Reg. I. 47.) *Et adoravit rex David in cubili ſuo. Valde enim gaviſus David, eò quòd vivente adhuc ipſo vidit Solomonem in regium aſcendentem thronum, ad gratias quidem Deo agendas ardentiùs movetur: ſenio verò debilitatus, inclinato capite adorationem perficit. Ad caput lecti, vel ad ſummitatem lecti.* Diodorus ibidem inter alia etiam hæc affert: Τῷ Θεῷ προσκυνήσας ὁ Ἰακώβ, τοῦ ἄκρου τῆς ῥάβδου ἥψατο διὰ τὸ γῆρας. Ὡς καὶ ὁ Δαυίδ, τοῦ Σολομῶντος βασιλεύοντος, ἐπὶ τῆς κλίνης, ἐφ᾽ ἧς ἔκειτο, τῷ Θεῷ προσεκύνησε. *Cùm Deum adoráſſet Jacob, ſummitatem baculi, ob ſenectutem, tetigit: ſicut etiam David, cùm Solomon eſſet regnaturus, in lecto, in quo cubabat, Deum adoravit.* Poſtea ſubjicit interpretationem Symmachi, qui juxta Contextum originalem reddidit, καὶ προσεκύνησεν ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης. *Et adoravit Iſraël ad ſummitatem lecti.* In Hebræo eſt מִטָּה, κλίνη, *lectus:* Septuaginta legerunt מַטֶּה, *baculus:* & de ſuo addiderunt αὐτοῦ, ut ad Joſephum referatur. Hieronymus optimè: *Adoravit Iſraël Dominum, converſus ad lectuli caput.* De civili hac adoratione, ac proinde verbi προσκυνεῖν ſignificatione, ita Anaſtaſius Antiochenus in epiſt. ad ſcholaſticos quoſdam: Καὶ μηδεὶς προσκοπτέτω τῇ τῆς προσκυνήσεως σημασίᾳ. Προσκυνοῦμεν γὰρ καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἀγγέλους, καὶ ἁγίους, οὐ μὴν λατρεύομεν αὐτοῖς. Κυρίως γάρ φησι Μωϋσῆς, προσκυνήσεις τὸν Θεόν σου, (ſcribendum, Κύριον γάρ φησι Μωϋσῆς, τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις) καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Ὅρα, πῶς ἐπὶ τοῦ λατρεύσεις προσέθηκε τὸ μόνον, ἐπὶ δὲ τοῦ προσκυνήσεις οὐδαμῶς· ὥστε προσκυνεῖν μὲν ἔξεστι, τιμῆς γὰρ ἔμφασίς ἐστιν ἡ προσκύνησις, λατρεύειν δὲ οὐδαμῶς, οὐκοῦν οὐδὲ προσεύξασθαι. *Nemo offendatur ſignificatione vocis* προσκύνησις, *adoratio: adoramus enim etiam homines, & Angelos, & ſanctos, illis verò non ſervimus. Dominum enim Deum tuum, inquit Moſes adorabis, & ei ſoli ſervies. Ecce, quomodo verbo* ſervies *addiderit* ſoli, *verbo verò* adorabis *nequaquam: adeò ut adorare quidem liceat, honorem enim denotat adoratio, ſervire autem nullo modo, ac proinde nec invocare.* Quod de verbo λατρεύειν dicit, id de ſolo Dei cultu adhiberi, non ſemper verum. Vide in λατρεία, num. I. Apud recentiores Græcos προσκυνεῖν & προσκύνησιν ποιεῖν, eſt κλίνειν τὸν αὐχένα, *cervicem incurvare;* ἐπικλίνεσθαι, *incurvari;* κλίνειν τὴν κεφαλὴν, *inclinare caput.* Concilium Florent. ſect. IV. cap. IV. pag. 72. Καὶ ἕτεροι πολλοὶ προσεκύνησαν τὸν πατριάρχην. *Et alii multi Patriarchæ reverentiam exhibuerunt.* Pag. ſeq. Προσκυνήσας τὸν πατριάρχην. *Exhibitâ Patriarchæ reverentiâ.* Geraſimus Vlachus: Προσκυνῶ, διὰ τιμῆς ἄγω, γεραίρω. *Honoro, veneror.* Iidem eodem ſenſu dicunt μετάνοιαν ποιεῖν. Vide in Μετάνοια, num. IV.

II. *Religioſa,* cujus objectum ſolus Deus. Athanaſius Orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 394. Κτίσμα κτίσμα οὐ προσκυνεῖ, ἀλλὰ δοῦλος δεσπότην, καὶ κτίσμα Θεόν. *Creatura creaturam non adorat, ſed ſervus Dominum, & creatura Deum.* Poſtea ſubjicit exemplum Petri Actor. X. 25. 26. qui à Cornelio noluit adorari: & Angeli, Apocal. XIX. 10. XXII. 9. & concludit, Οὐκοῦν Θεοῦ ἐστι μόνου τὸ προσκυνεῖσθαι. *Solus igitur Deus adorandus eſt.* Atque hoc eſt *objectum adorationis directum: indirectum* eſt *natura humana,* ſeu *caro Chriſti,* conſiderata tamen, non quatenus eſt nuda caro, ſed quatenus eſt caro Dei, hoc eſt, Deo perſonaliter unita, nam propter unionem tota perſona Chriſti adoratur: itaque hæc adoratio propriè non eſt creaturæ, ſed Dei in carne creata. Ita veteres rem explicant. Chryſoſtomus Homil. CXVIII. t. VI. Προσκυνητή ἐστι σὰρξ σὺν τῷ Θεῷ Λόγῳ, καθὼς καὶ ἀπεθέωσεν αὐτήν. *Adoranda eſt caro cum Deo Verbo, quemadmodum eam etiam deificavit.* De hoc dicto vide verbum Ἀποθεόω. Greg. Nazianzenus Orat. LII. pag. 746. Cledonium ita alloquitur: Ἐπειδὰν δὲ καὶ περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, εἴτουν σαρκώσεως κινεῖταί τι ζήτημα, καὶ τοῦτο διορίζου πᾶσι περὶ ἡμῶν, ὅτι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ μετὰ τοῦτο ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας εἰς ἓν ἄγομεν, καὶ οὐ δύο υἱοὺς ὀνομάζομεν, ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐν ἀδιαιρέτῳ θεότητι καὶ τιμῇ προσκυνοῦμεν. *Quandoquidem autem, & de divina humanitatis aſſumtione, ſive incarnatione, quæſtio quædam movetur, hoc quoq; omnibus de nobis affirma, nos Dei Filium, qui ex Patre primùm, ac deinde ex ſancta Maria Virgine genitus eſt, in unum jungere: nec duos Filios nominare, ſed unum & eundem in indiviſibili Deitate & honore adorare.* Theophylactus in c. XVII. Joh. pag. 797. de Λόγῳ, Filio Dei, dicit, Συνεκάθισε τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ, καὶ προσκυνεῖται νῦν ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως. *Simul collocavit humanam naturam in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura.* Idem, in cap. II. ad Epheſios, pag. 514. Ἡ φύσις ἡμῶν ἡ ἡνωμένη τῷ Θεῷ Λόγῳ προσκυνεῖται. *Natura noſtra unita Deo Verbo adoratur.* Damaſcenus lib. III. de Orthod. fide, cap. VIII. pag. 207. 208. Εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς, Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, ὃν προσκυνοῦμεν σὺν πατρὶ καὶ πνεύματι, μιᾷ προσκυνήσει μετὰ τῆς ἀχράντου σαρκὸς αὐτοῦ, οὐκ ἀπροσκύνητον τὴν σάρκα λέγοντες· προσκυνεῖται γὰρ ἐν τῇ μιᾷ τοῦ Λόγου ὑποστάσει, ἥτις αὐτῇ ὑπόστασις γέγονεν, οὐ τῇ κτίσει λατρεύοντες· οὐ γὰρ ὡς ψιλὴν σάρκα προσκυνοῦμεν, ἀλλ᾽ ὡς ἡνωμένην θεότητι, καὶ ὡς εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ Λόγου τῶν δύο αὐτοῦ ἀναγομένων φύσεων. Προσκυνῶ τοῦ Χριστοῦ τὸ συναμφότερον, διὰ τὴν τῇ σαρκὶ ἡνωμένην θεότητα. *Unus eſt Chriſtus, Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum Patre & Spiritu una adoratione cum immaculata carne ejus: non dicentes, carnem ejus adorari non debere; adoratur enim in una Verbi hypoſtaſi, quæ & ipſi hypoſtaſis facta eſt: neque creaturæ ſervimus: nam non ut nudam carnem adoramus, ſed ut unitam deitati, & ut in unam perſonam & unam hypoſtaſin Dei Verbi duæ ejus coaluerunt naturæ. Adoro Chriſti ſimul utrumq; propter unitam carni deitatem.* Nudam carnem non eſſe adorandam, idem docet lib. IV. cap. III. pag. 282. 283. Ἡ σὰρξ αὐτοῦ κατὰ μὲν τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἂν διέλῃς ἰσχναῖς ἐπινοίαις τὸ ὁρώμενον ἐκ τοῦ νοουμένου, ἀπροσκύνητός ἐστιν ὡς κτιστή, ἑνωθεῖσα δὲ τῷ Θεῷ Λόγῳ, δι᾽ αὐτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ προσκυνεῖται. *Caro ejus ſecundum ipſius naturam, ſi ſubtilibus cogitationibus diſſeces quod videtur, ab eo quod intelligitur, non adoratur, ut creatura: unita autem Deo Verbo, propter illud, & in illo adoratur.* Et mox: Ἡ σὰρξ, κατὰ μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν, οὐκ ἔστι προσκυνητή, προσκυνεῖται δὲ ἐν τῷ σεσαρκωμένῳ Θεῷ Λόγῳ, οὐ δι᾽ ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἡνωμένον αὐτῇ καθ᾽ ὑπόστασιν Θεὸν Λόγον· καὶ οὐ φαμὲν, ὅτι σάρκα προσκυνοῦμεν ψιλὴν, ἀλλὰ σάρκα Θεοῦ, ἤτοι σεσαρκωμένον

τὸν Θεόν. *Caro, ſecundùm ſui naturam, non eſt adorabilis: adoratur autem in incarnato Deo Verbo, non propter ſeipſam, ſed propter conjunctum ipſi ſecundùm hypoſtaſin Deum Verbum. Nec dicimus, nos nudam adorare carnem, ſed carnem Dei, id eſt, incarnatum Deum.* Epiphanius in Ancorato, pag. 490. ad quæſtionem, *An Chriſtus ſecundùm naturam humanam ſit adorandus?* eleganter reſpondet, θεάνθρωπον eſſe adorandum: idque duobus ſimilibus explicat: nempe, Regem purpurâ indutum, adorari cum purpura, purpuram ſine rege minimè: item, Regem in ſolio ſuo in Templo ſedentem adorari, non ſolium: & tandem concludit, Ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται σὺν τῷ σώματι τῷ ταφέντι καὶ ἐγηγερμένῳ. *Chriſtus adoratur cum corpore ſepulto & reſuſcitato.* Vide ipſum autorem. Cyrillus Alex. in Actis Concilii Epheſini, pag. 23. docet *Chriſtum* ὡς ἄνθρωπον οὐ προσκυνεῖσθαι, *tanquam hominem non adorari, quia hoc eſſet* τῇ κτίσει λατρεύειν παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ ποιητήν, *ſervire rebus creatis præterito creatore & effectore.* Et pag. 138. Ὁμολογοῦμεν ὅλον προσκυνητὸν καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα προσκυνητόν. *Confitemur totum eſſe adorandum etiam cum corpore, ſed non ſecundùm corpus eſſe adorandum.*

Προσκύνημα.
Προσκύνησις.

Hæ voces apud recentiores Græcos notant *inclinationem*, ſeu *honorem, quem inclinata cervice aliis exhibemus.* Euchologium, pag. 24. Ὁ ἱερεὺς ἑνωθεὶς τῷ διακόνῳ ποιοῦσιν ὁμοῦ πρὸς ἀνατολὰς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν προσκυνήματα τρία. *Sacerdos Diacono unitus ſimul Orientem verſus, ante ſacras fores ter ſeſe inclinant.* Et pag. 25. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ ἱερατεῖον, ποιοῦσι προσκυνήματα γ. ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης. *Ingreſſi autem ſacrarium, coram ſacra menſa ter ſe inclinant.* Johannes Jejunator in libro Pœnitentiali: Μὴ γονυκλιτεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἀλλὰ μόνον προσκυνήσεις ποιεῖν κατὰ πάντα. *In orationibus genua non flectent, ſed ſeſe tantùm leviter inclinabunt.* Uſitatiſſimæ in Liturgiis voces.

Προσκύρια.

Inter Pſalmos, quorum alii ad alios atque alios uſus in Officiis Eccleſiaſticis reducti, aliud atque aliud nomen obtinuerunt; ut in voce Προοιμιακὸς jam monuimus; canebantur quoque τὰ πρὸς Κύριον, *ea, quæ ſunt ad Dominum.* Triodium: Τῇ δευτέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος εἰς τὸ λυχνικὸν μετὰ τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν στιχολογοῦμεν τὰ πρὸς Κύριον. *Feriâ ſecundâ ſecundæ hebdomadis in Lychnico poſt Proœmiacum Pſalmum, recitamus ea, quæ ſunt ad Dominum.* Et, Τῇ τρίτῃ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος ἑσπέρας στιχολογοῦμεν ἀντὶ τῶν πρὸς Κύριον, τὸ ἐνορδινον κάθισμα τοῦ ψαλτηρίου. *Feriâ tertia quintæ hebdomadis in Veſperis dicimus loco eorum, quæ ad Dominum ſunt, Cathiſma Pſalterii, quod ordine ſuo recitandum eſt.* Item: Ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἀκολουθίας τῶν προηγιασμένων ψάλλομεν τὰ πρὸς τὸν Κύριον. *In principio Officii Præſanctificatorum canimus ea, quæ ad Dominum ſunt.* Dicuntur una voce τὰ προσκύρια, τῶν προσκυρίων. In Typico vitiosè τὰ προσκήρια. Cap. XXXV. p. 76. Τῇ δευτέρᾳ τῆς ε΄ ἑβδομάδος ἑσπέρας στιχολογοῦμεν ἀντὶ τῶν προσκυρίων, τὸ ἐνορδινον κάθισμα τοῦ ψαλτηρίου. *Feriâ ſecundâ quintæ hebdomadis in Veſperis recitamus loco eorum, quæ ad Dominum ſunt, Cathiſma Pſalterii, quod ordine ſuo recitandum eſt.* Cap. XXXVIII. Μετὰ τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν συνήθης στιχολογία τῶν προσκυρίων. *Poſt Proœmiacum Pſalmum conſueta recitatio Pſalmorum, quæ ad Dominum ſunt.* Sunt autem quindecim Pſalmi, quos Græci ᾠδὰς τῶν ἀναβαθμῶν, Latini *Pſalmos graduum*, vel *Graduales*, appellant: quorum primus CXX. ultimus verò CXXXIV. Nomen habent à primo, cujus initium eſt: Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα. *Ad Dominum cùm tribularer clamavi.*

Πρόσλημμα.

Quid ſit πρόσλημμα, ex vulgatis notum Lexicis: ſignificare verò *aſſumtam* à Filio Dei *naturam humanam*, altum in iiſdem ſilentium. Subjiciamus aliquot exempla. Cæſar. quæſt. IX. pag. 22. Ἄκτιστος θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. *Qui non eſt creatus reſpectu Deitatis, creatur reſpectu aſſumtæ carnis.* Et quæſt. XXIII. p. 46. Πέπονθε τῷ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι. *In natura ex nobis aſſumta paſſus eſt.* Nicephorus in Actis Epheſinis, p. 309. *Credo in Chriſtum* καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς μετὰ τοῦ προσλήμματος, μεθ' οὗ αὖθις ἐλεύσεται ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, *ſedentem ad dextram Dei & Patris cum aſſumto corpore, cum quo rurſus veniet in gloria divina.* Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 671. Οὐδὲν ῥυπαρὸν ὁ Θεός, καὶ δι' οὗ σωτηρίαν· Ὅλον ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν καὶ Θεὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ πεπονθότος, ἵνα ὅλῳ σοὶ τὴν σωτηρίαν χαρίσηται, ὅλον τὸ κατάκριμα λύσας τῆς ἁμαρτίας, ἀπαθῆ θεότητι, παθητὸν προσλήμματι. *Nihil ſpurcum, ubi Deus eſt, & cujus beneficio ſalus paratur: totum hominem eundem & Deum, pro toto homino laſo, ut tota peccati condemnatione reſciſſa, tibi toti ſalutem largiatur, paſſionis expertem reſpectu divinitatis, paſſionibus obnoxium aſſumtæ naturæ humanæ ratione.* Theophanes Homil. III. pag. 14. Οὔπω πρὸς οὐρανοὺς ἀναφοιτήσας ἦν μετὰ τοῦ προσλήμματος, ὅτε ταῦτα ἐφθέγγετο. *Nondum cum aſſumta natura humana in cælum reverſus erat, cùm hæc dixiſſet.* Ita etiam Hom. VII. pag. 40. Hom. XXXIV. pag. 244. Vide Obſervat. noſtrarum cap. II. pag. 32.

Πρόσληψις.

Eundem cum præcedenti voce uſum habet. Greg. Nazianzenus, Orat. XXI. pag. 375. σάρκωσιν καὶ πρόσληψιν, *incarnationem & naturæ humanæ aſſumtionem* conjungit. Quintianus Epiſcopus, in epiſt. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram in Can. Conc. pag. 554. Ἡ σὰρξ σάρξ ἐστιν, εἰ καὶ ἐστὶ Θεοῦ σάρξ· καὶ ὁ Λόγος, Λόγος ἐστίν, εἰ καὶ ἀνέλαβε τὴν ἡμῶν πρόσληψιν. *Caro, caro eſt, etiamſi Dei caro ſit: & Verbum, Verbum eſt, licet noſtram aſſumſerit carnem.*

Προσμονάριος.

Προσμονάριος, Lat. *Manſionarius*, dicebatur is, cujus erat poſtremò in Templo permanere, oleúmque lampadibus infundere, ac lampades extinguere. B. Gregorius lib. I. Dialog. cap. V. *In qua, nempe Eccleſia, vir vitæ venerabilis, Conſtantius nomine, manſionarii functus officio deſerviebat. --- Quadam vero die, dum in eadem Eccleſia oleum deeſſet, & prædictus DEI famulus, unde lampades accenderet, omnino non haberet; omnes lampades Eccleſiæ implevit aquâ, atque ex more in medio papyrum poſuit: quam allato igne ſuccendit: ſicq; aqua arſit in lampadibus, ac ſi oleum fuiſſet.* Johannes Diaconus de vita S. Gregorii lib. III. cap. LVIII. *Completis matutinalibus hymnis manſionarius candelam extinxit.* Ubi & Græca translatio μανσιονάριος vocem retinuit. Theodorus Hermopolites: Οὔτε τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι, ἤγουν τοὺς ἐγκλείστους μοναχούς, ἢ τοὺς προσμοναρίους. *Nec eos, qui propter loci religionem, inde ſecedere non poſſunt, id eſt, incluſos monachos, vel manſionarios.* Leo Grammaticus: Καθολικὴ γὰρ ἦν τότε ἡ ἐκκλη-

κλησία ἔχουσα προσμονάριον ὀνόματι Νικόλαον. *Tunc enim catholica erat Eccleſia habens manſionarium cognomento Nicolaum.* Vide etiam Gl. Meurſii.

Πρόσοδος.

Vocis hujus ſignificationes exhibent Lexica, maximè H. Stephanus in Theſauro ſuo. Nos præcipuas tantùm hic repetimus.

I. Πρόσοδος eſt *aditus, acceſſus.* Veteres Gloſſæ: Πρόσοδος, ἡ προσέλευσις, *interpellatio, aditus.* Suidas: Πρόσοδος, εἴσοδος, ἡ παρουσία. *Acceſſus, introitus, præſentia.* Hoc ſenſu Apolinarius Catenâ in cap. XIV. Joh. pag 362. Οὐ γάρ ἐστιν ἑτέρα πρὸς πατέρα πρόσοδος, ἢ διʼ υἱοῦ, οὔτε πάλαι, οὔτε νῦν, οὔτε ἐσαῦθις· ἀλλʼ οἰκειότερον ἡ διʼ υἱοῦ πρόσοδος ἔσχηκε νῦν, ὅτι πλησιαίτερον ἡμῖν κατέστη σαρκωθείς. *Non enim alius eſt acceſſus ad Patrem, quàm per Filium, neq; olim fuit, neq; modo eſt, nec unquam erit; facilior tamen modo eſt ad Filium acceſſus, quia per incarnationem nobis factus eſt propinquior.*

II. Πρόσοδον Chriſtiani autores appellant *religioſum aditum ad ſacroſanctum epulum,* cùm populus ad Euchariſtiæ ſacrum convenit. Chryſoſtomus Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: Καιρὸς προσόδου, *tempus acceſſûs* ſc. ad Cœnam Domini. Et Homil, V. in I. ad Timoth. Τοῦτο τὸ δεινόν, ὅτι οὐ καθαρότητι διανοίας, ἀλλὰ διαστήματι χρόνου τὴν ἀξίαν ὁρίζεις τῆς προσόδου· καὶ τοῦτο εὐλάβειαν εἶναι νομίζεις, τὸ μὴ πολλάκις προσελθεῖν, οὐκ εἰδώς, ὅτι τὸ ἀναξίως προσελθεῖν, κἂν ἅπαξ γένηται, ἐκηλίδωσεν. *Hoc moleſtum & temerarium eſt, quia non puritate animi, verùm temporis intervallo definis dignum acceſſum: atq; hoc pietatem & reverentiam eſſe putas, ſi non ſæpiùs accedas, minimè conſiderans, indignè accedere, etiamſi id ſemel tantùm fiat, contaminare hominem.* Interpres, τὴν ἀξίαν τῆς προσόδου, imperitè ſatis reddit, *meritum.* Ibidem, paulò pòſt, Διατί χρόνῳ τὸ πρᾶγμα μετερχόμεθα; χρόνος προσόδου ἔστω ἡμῖν, τὸ καθαρὸν συνειδός. *Quid hanc rem temporis lege metimur? Tempus acceſſûs nobis ſit pura conſcientia.* Idem Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos: Ταῦτα λέγω, οὐχὶ τῆς μιᾶς καὶ ἐνιαυσιαίου προσόδου κωλύων ὑμᾶς, ἀλλὰ βουλόμενος μᾶλλον διὰ παντὸς ὑμᾶς προσιέναι τοῖς ἁγίοις. *Hæc dico, non ut vos ab una & anniverſaria acceſſione,* ſc. ad S. Cœnam, *arceam, ſed volens potiùs, ut ſemper ad ſacra accedatis.*

Προσπάθεια.

Προσπάθεια aliquando notat *affectionem illam, quâ rei alicui addicti ſumus, eamq; quodammodo deperimus:* à προσπάσχειν, quod inter alia ſignificat *addictum eſſe alicui, & ei adhærere* veluti per quandam ſympathiam. Dionyſius Areopagita: Ὅσιοι γὰρ οὐκ ὀφείλουσι τοῖς γηΐνοις προσπάσχειν. *Sancti enim non debent rebus terrenis adhærere.* Socrates hiſt. Eccleſ. lib. I. c. X. pag. 180. a. Ἐκεῖνοι γὰρ πολλὰ παραλείπουσιν, ἢ προσπάσχοντές τισιν, ἢ προσώποις χαριζόμενοι. *Illi enim multa omittunt, vel quibuſdam toti addicti, vel perſonis gratificantes.* Cicero ad Atticum lib. II. epiſt. XIX. ſe nimiùm τῷ καλῷ προσπεπονθέναι profitetur. Athenagoras de reſurrect. mort. in fine, pag. 62. Κἂν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐμπαθέστερον καὶ σφοδρότερον τοῖς τῇδε προσπεπονθότες ἄστοχοι τούτου διατελῶσιν. *Etſi vulgus hominum acriùs & vehementiùs rebus hujus ſeculi addicti, ab hoc ſemper aberrent.* Vitioſè in libris editis προπεπονθότες. Idem ergo quod προστετηκέναι. Chryſoſtomus, προστετηκέναι τοῖς παροῦσι πράγμασι. *Rebus præſentibus adhærere.* Baſilius M. Τῷ θείῳ ἔρωτι προστετήκασι. *Divino amori addicti ſunt.* Idem, Τῇ φιλαργυρίᾳ προστετηκέναι. *Avaritia totum eſſe deditum.* Sed ad vocem προσπάθεια. Greg. Nyſſenus ſtatim poſt initium Orat. Quòd non dolendum ob eorum obitum, qui in fide obdormierunt, t. III. pag. 617. Ὅπερ αὐτοῖς ἐκ συνηθείας τινός, καὶ ἀκρίτου προσπαθείας ἡδύ τε καὶ καταθύμιον φαίνεται. *Quod ipſis ex conſuetudine quadam, & inconſiderata affectione jucundum ac ſuave videtur.* Apud Baſilium in Aſceticis: Λυθῆναι δεῖ τῶν δεσμῶν τῆς προσπαθείας τοῦ βίου, τόν γε ἀληθινῶς ἀκολουθεῖν μέλλοντα τῷ Θεῷ. *Eum, qui Deum verè ſequi cupit, oportet ſolvi à vinculis affectionis, quâ præſentia deperit.* Dionyſius Areopagita, epiſt. X. pag. 809. Ἐπειδὴ ἀληθείας ὄντες ἐρασταί, τῆς προσπαθείας μὲν ἀναχωροῦσι τῆς ὑλικῶν, — ἀγγελοπρεπῶς ἐν μέσῳ ἀνθρώπων ἐμπολιτευόμενοι, ξὺν ἀπαθείᾳ πάσῃ. *Cùm veritatis amatores ſint, ab omni rerum terrenarum affectu procul recedunt, — inter homines angelico more converſantes, cum omni tranquillitate animi.* Clemens Alex. Strom. lib. VII. pag. 747. ad illud Lucæ XIV. 26. Ἐὰν μὴ μισήσῃ τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, προσέτι δὲ καὶ τὴν ἰδίαν ψυχήν, *niſi odio habueritis patrem & matrem, præterea propriam quoque animam:* τάς τε γὰρ προσπαθείας τὰς σαρκικάς, πολὺ τῆς ἡδονῆς τὸ φίλτρον ἐχούσας ἐμίσησεν, &c. *Nam & carnales affectiones, quæ voluptatis maximas habent illecebras, odit,* &c. Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. CCCX. Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδερκεῖ, ἀντιπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ. *Affectus cæcutit; adverſus, planè cæcus eſt.* Evagrius hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. XV. pag. 128. b. Ὡς καὶ παρὰ χριστιανῶν θαυμασθῆναι, τῶν μὴ προσπαθείᾳ ἢ ἀντιπαθείᾳ κρινόντων τὰ ὁρώμενα. *Ut eum Chriſtiani admirarentur, utpote qui ea quæ videntur judicant nec amore, nec odio ducti.* De Syneſio loquitur. Vide Gatakerum ad Marci Antonini lib. XII. §. 3. pag. 421.

Προσφορά.

I. Προσφορὰ & προσφέρειν uſurpantur *de S. Cœna.* Chryſoſtomus Hom. LXXI. t. V. pag. 510. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς μὴ ἁπλῶς διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς ἀνάγκην τῶν θείων ἅπτεσθαι μυστηρίων, ἀλλʼ εἴ ποτε μέλλοιτε τῆς ἁγίας ταύτης μεθέξειν προσφορᾶς, πρὸ πολλῶν ἡμερῶν διακαθαίρειν ἑαυτοὺς διὰ μετανοίας καὶ εὐχῆς ἐλεημοσύνης. *Propterea vos omnes adhortor, ne temerè, ob feſti neceſſitatem, divina contrectetis myſteria, ſed ſi quando hujus ſanctæ oblationis participes eſſis futuri, ante plures dies vos ipſos purgetis per pœnitentiam, preces & eleemoſynam.* Idem, Hom. XVIII. in Acta, pag. 716. *Fiebat* προσφορὰ καθʼ ἑκάστην κυριακήν, *oblatio ſingulis diebus Dominicis.* Can. VIII. Apoſtol. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ προσφορᾶς γενομένης μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. *Si quis Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel ex ſacerdotali catalogo, facta oblatione non communicaverit, cauſam dicat.* Chryſoſtomus Homil. XVII. in epiſt. ad Hebr. Ἐπὶ τῆς προσφορᾶς ἧς ἀναφέρομεν, προσφέρομεν καὶ τὰ ἁμαρτήματα, λέγοντες· Εἴτε ἑκόντες, εἴτε ἄκοντες ἡμάρτομεν, συγχώρησον. *In oblatione, quam offerimus, offerimus etiam peccata, dicentes: Sive volentes, ſive nolentes peccaverimus, remitte.* Ad ſuprà laudatum Can. Apoſtol. Zonaras pag. 8. Προσφορὰν interpretatur μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων. *participationem S. Cœnæ.* Can. LVIII. Concilii Laodiceni: Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰς γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων. *Quod non oportet in domibus fieri oblationes ab Epiſcopis aut Presbyteris.* Ita etiam προσφέρειν, abſolute poſitum, ſignificat θυσίαν προσφέρειν, *ſacrificium offerre.* Conſtitut. Apoſt. lib. VIII. cap. XXVIII. de Diacono: Οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει. *Non tingit, nec offert.* Can. XVIII. Concilii Nicæni: Οὔτε

Digitized by Google

Οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. *Nec Canon, nec conſuetudo tradidit, ut qui poteſtatem offerendi non habent, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant.* Cur autem vocetur προσφορὰ, rationes in voce Θυσία, num. II. 2. ſub lit. *a.* quærendæ.

II. Προσφορὰ ſunt *dona & munera, quæ pænitentes in pænitentiæ commendationem, vel etiam fideles, extra pænitentiam conſtituti, in altari offerebant.* De his muneribus vide in Θυσία, num. II. 2. ſub lit. *a. a.* Atque hoc ſenſu hæc vox ſumitur in uſitatiſſimis locutionibus χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆναι, *ſine oblatione recipi*, & κοινωνεῖν χωρὶς προσφορᾶς, *ſine oblatione communicare*: quæ propterea diligentiùs obſervandæ, quia in earum explicatione non conſentiunt interpretes. Can. XI. Concilii Nicæni I. Ὅσοι ἂν γνησίως μεταμελῶνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. Δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς, κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. *Quicunque ergo verè pænitent, tribus annis, ſiquidem fideles ſint, inter Audientes habeantur, & ſeptem annis jaceant: duobus autem annis, ſine oblatione, populo communicent in orationibus.* Balſamon ad hunc Can. pag. 281. poſteriora explicat, συνεύχεσθαι μὲν μετὰ τῶν πιστῶν καθολόκληρον, τῶν δὲ ἁγιασμάτων μὴ ἀξιωθῆναι. *Simul quidem cum fidelibus orare in univerſum, ſacra autem Cæna non haberi dignum.* Eadem locutio, χωρὶς προσφορᾶς κοινωνεῖν, legitur in Concilio Ancyrano Can. VI. & VIII. item IX. XXIV. Χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆναι legitur Can. V. Ancyrano: χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν. *Sine oblatione recipiantur.* Balſamon ad hunc Can. pag. 768. Μετὰ τὴν τριετίαν τῆς ὑποπτώσεως, εἰς κοινωνίαν ἐκκλησιαστικὴν δεχθήσονται, οὐ μὲν τοίγε δὲ καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δεχθῆναι τούτους χωρὶς προσφορᾶς. *Triennio ſubſtractionis exacto, in communionem eccleſiaſticam recipientur, verùm ſacra Cæna non cenſebuntur digni: illud enim eſt,* Tales ſine oblatione recipi. Zonaras ad eundem Canonem, pag. 290. Δέχεσθαι παρακελεύεται εἰς σύστασιν χωρὶς προσφορᾶς, ἤγουν συνίστασθαι μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῖς πιστοῖς, μὴ μεταλαμβάνειν δέ. *Jubet hic Canon recipere ad Conſiſtentiam ſine oblatione, ſive conſiſtere quidem cum fidelibus in Eccleſia, ſacræ Cænæ autem non fieri participem.* Idem, χωρὶς προσφορᾶς κοινωνῆσαι Can. VI. Ancyrano, p. 291. dicit eſſe συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς μὴ μεταλαμβάνοντας, *conſiſtere cum fidelibus ſine S. Cænæ participatione.* Et ad Can. VIII. ejuſd. Concilii, pag. 292. προσφορὰν in eadem locutione dicit eſſe τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετάληψιν, *ſacræ Cænæ participationem.* Iterum Baſilius Can. XLIV. εἰς τὴν προσφορὰν δεχθῆναι, *ad oblationem admitti.* Balſamon explicat, μεταλαβεῖν τῶν ἁγιασμάτων, *ſacræ Cænæ participem fieri*: Zonaras, ἁγίων δώρων μετάληψιν, *ſanctorum donorum participationem.* Hi ergo Conciliorum Interpretes in his locutionibus per προσφορὰν intelligunt *ipſam Euchariſtiam*, ſeu *S. Domini Cænam.* Sed falluntur. His enim loquendi formulis docemur, eos, qui ad σύστασιν, ſeu quartam pœnitentium ſtationem, fuerunt relegati, licèt S. Cœnæ, precibuſque fidelium aſſiſterent, jus tamen oblationis non habuiſſe, hoc eſt, ipſorum munera in altari non fuiſſe oblata. De qua conſuetudine jam actum in Θυσία, num. II. 2. ſub lit. *a. a.* Cur verò in hoc gradu conſtituti ab ejuſmodi oblationibus fuerint remoti, cauſſa hæc eſt: Cùm enim aliquid offerre, & ex aliorum oblationibus aliquid deguſtare, genus quoddam fuerit communionis, & ultima quaſi diſpoſitio, & proxima, quâ ad Euchariſtiam perveniebatur, ea meritò pœnitentibus quarti gradus denegabatur, qui pœnitentiam non expleverant, quique non ſatis purgati cenſebantur, ut tantâ gratiâ donarentur. Vide Albaſpinæi Obſervat. lib. I. cap. VI.

Προσφωνήσιμος.

Προσφωνήσιμος eſt hebdomadæ nomen, aliàs etiam Ἀρτζιβύριος dictæ; ut ſuo loco. Marcus Hieromonachus in Reſponſis, p. 131. Ὑπεξαιροῦνται δὲ τῶν νηστίμων αἱ τετράδες καὶ παρασκευαὶ, αἵ τε δηλαδὴ τῆς διακαινησίμου ἑβδομάδος, αἱ τοῦ δωδεκαημέρου, αἱ τῆς λεγομένης προσφωνησίμου ἑβδομάδος, καὶ αἱ τυροφάγου. *Veruntamen ex jejuniorum diebus excipiuntur feriæ quartæ & ſextæ hebdomadum, quibus Diacæneſimi, Dodecaëmeri, Proſphoneſimi, & Tyrophagi nomen eſt.* Nominis cauſſam reddit Nicephorus Calliſtus in Synaxario ejuſdem Dominicæ: Καὶ δὴ πρῶτον πάντων τὴν τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου παραβολὴν ἡμῖν ἐκτιθέασι, καὶ προσφωνησιν τὴν ἑβδομάδα κατονομάζουσιν. Ὥσπερ γὰρ οἱ πρὸς τοὺς σωματικοὺς πολέμους ἀπιέναι μέλλοντες, ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν προεκμανθάνουσιν, ὡς ἂν τὰ ξίφη διακαθάραντες, καὶ στιλβώσαντες, καὶ τ' ἄλλα πάντα καλῶς διασκευασάμενοι, καὶ πᾶν ἐμποδὼν ἐκ μέσου πεποιηκότες πρὸς τοὺς ἀγῶνας προθύμως ἐπαποδύσωνται, καὶ τὸ πρὸς χρείαν περιποιήσωνται. Πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς, καὶ λόγους, καὶ ἱστορίας, καὶ παραδείγματα αὐτοῖς ἐπιφέρουσιν, εἰς ζῆλον ἐρεθίζοντες τὰς ἐκείνων ψυχὰς, τόν τε ὄκνον, καὶ δειλίαν, καὶ ῥᾳθυμίαν, καὶ ἄλλο εἴτι κινδυνῶδες ἀποτρεπόμενοι· οὕτω καὶ οἱ θεῖοι πατέρες προσαλπίζουσι τὴν ἐπομένην τῆς νηστείας κατὰ τῶν δαιμόνων παράταξιν, ὡς ἀνεῖ τι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν προκατειλημμένον πάθος καὶ ἰὸν τῷ μακρῷ ἐργασάμενον χρόνῳ ἀποκαθάραντες· ἔτι δὲ καὶ ὃ μὴ ἔχομεν τῶν ἀγαθῶν σπουδάσαντες κτησόμεθα, καὶ ὡς προσῆκον καθοπλισάμενοι, οὕτως ἕτοιμοι πρὸς τοὺς τῆς νηστείας ἀγῶνας χωρήσωμεν. *Et ante omnia Publicani & Phariſæi parabolam proponunt, hebdomademque* Proſphoneſin *nominant. Quemadmodum enim, qui ad corporeos conflictus progreſſuri ſunt, à ducibus de pugna tempore præmonentur, ut expurgatis enſibus illuſtratiſque, & reliquis omnibus commodè præparatis, & ſublato è medio quicquid impedimento eſſe poteſt, certamina alacriter ineant, & neceſſaria comparent; ſæpe etiam ante pugnam ipſam, & ſermones, & hiſtorias, & exempla ipſis enunciant, ad æmulationem eorum ingenia excitantes, & ſegnitiem, & timorem, & ignaviam, & ſi quid aliud eſt, quod diſcrimen afferre poteſt, repellentes: ſic & ſancti Patres ſubſecuturam jejunii contra dæmones aciem præintonant, ut, ſi quis animabus noſtris affectus antea inhæſerat, & rubiginem longo tempore contraxerat, eo expurgato, nec non, quod nobis deeſt ex bonis, ſtudio & diligentiâ comparantes, &, ut opus eſt inſtructi, ad jejunii certamina promtè accedamus.* Reliqua vide in Ἀρτζιβύριος. Dicitur ergo προσφωνήσιμος, præmonens, denuncians hebdomas, quia antiquitus eo tempore denunciari ſolebat Quadrageſimæ initium.

Προσωπεῖον.

I. Προσωπεῖον, ut ex Lexicis notum, eſt *larva, perſona.* Heſychius interpretatur σχηματισμὸν, Suidas πρόσχημα, *larvam, prætextum, colorem.* Euſebius apud Oecumenium in I. Cor. IV. p. 402. Πάντα παρὰ τῷ Θεῷ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα καὶ οὐδὲν προσωπεῖον εὐλαβείας ὠφελεῖ τὸν ἔχοντα. *Deo omnia ſunt nuda & patentia, & prætextus ſeu larva pietatis habentem nihil juvat.* Chryſoſtomus Homil. V. ad populum Antiochenum: Τὰ παιδία τὰ μικρὰ, προσωπεῖα μὲν δέδοικε, πῦρ δὲ οὐ δέδοικεν. *Infantes quidem larvas metuunt, ignem verò non metuunt.* Item: Τὸ εὐκαταφρόνητον φρίττει προσωπεῖον, τὸ δὲ ἀληθῶς φοβερὸν οὐ δέδοικε πῦρ. *Contemtibilem metuunt larvam, verè autem terribilem ignem non metuunt.* Ibid. Οὕτω ἡμεῖς θάνατον δεδοίκαμεν, ὅπερ ἐστὶν εὐκαταφρόνητον προσωπεῖον, ἁμαρτίαν δὲ οὐ δεδοίκαμεν. *Ita nos mortem timemus, quæ eſt contemtibilis larva, peccatum autem non timemus.* Τὸ τῆς ἀπάτης ὑποδύνῃ προσωπεῖον. Idem, lib. I. de Sacerdotio, cap. V. Ὅταν τὸ

τὸ δυσάρεστον τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ τῆς νόσου δὲ αὐτῆς τὸ δυστράπελον μὴ προσίεσθαι τὰς τῶν ἰατρῶν συμβουλάς· τότε τὸ τῆς ἀπάτης ὑποδῦναι προσωπεῖον ἀνάγκη, ἵνα ὥσπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, τὴν τῶν γενομένων ἀλήθειαν κρύψαι δυνηθῶσι. *Dum hinc ægrotantium moroſitas, hinc morbi difficultas medicorum averſatur & reſpuit conſilia: tum coguntur illi fraudis atque impoſturæ perſonam induere, ut, quod in ſcena fieri ſolet, rerum factorumque veritatem occultare poſſint.* Προσωπεῖον φιλανθρωπίας. Idem, Homil. LXIII. t. V. Pariſ. pag. 941. Τί ἂν γένοιτο χαλεπώτερον, ἀλλ' ἢ ὅταν τις προσωπεῖον φιλανθρωπίας ἔχων, πᾶσαν ἀπανθρωπίαν ἐπιδείκνυται; *Quid crudelius fieri queat, quàm ſi quis benignitatis larvam geſtans, omnem inhumanitatem exerceat?* Idem, Homil. XXXVIII. in I. ad Cor. pag. 500. Ὁ πλοῦτος τὸ μὲν προσωπεῖον ἔχει φαιδρὸν, τὰ δὲ ἔνδον ζόφου γέμοντα. *Externa quidem divitiarum ſpecies ſplendida eſt, interiora verò caligine ſunt plena.* Homil. XXXVI. t. V. p. 238. Ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου καὶ πενία καὶ πλοῦτος προσωπεῖα μόνον εἰσίν. *In hac præſenti vita tum paupertas tum divitiæ larvæ tantùm ſunt.* Athanaſius Orat. in proditionem Judæ, t. II. p. 670. Ὢ φιλαργυρίας φιλοπτωχίας ἐνδυομένης προσωπεῖον! *O avaritiam, quæ amoris erga pauperes larvam induit!* Iſidorus Peluſiota, lib. I. epiſt. CCLXXXI. pag. 76. Ἐν προσωπείῳ εὐλαβείας αἰχμαλωτίζειν τὰ γυναικάρια. *Sub pietatis larva mulierculas in captivitatem redigere.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXXVII. pag. 147. Ἑλληνισμὸς χριστιανισμοῦ προσωπείῳ κρυπτόμενος. *Gentiliſmus ſub Chriſtianiſmi larva occultatus.* Uſitatiſſima hujus vocis ſignificatio hæc eſt: eam verò, quæ nunc ſequitur, non obſervant Lexicographi.

II. *In bonam partem accipitur*, & notat *faciem*. Ita uſurpat Cyrillus Alex. in ſequenti loco, qui ubi in ejus legatur operibus, jam non occurrit: Οὐκ ἂν ὤφθη ποτὲ κατ' εἰκόνα τὴν ἀνωτάτω τὸ χθαμαλωτάτην οὕτως ἔχον τὴν γένεσιν, εἰ μὴ τὴν διὰ τοῦ πνεύματος μόρφωσιν, προσωπεῖον ὥσπερ τι περικαλλὲς ἔλαχέ τι καὶ ἐκληρώσατο, βουλήσει δὲ δηλονότι τοῦ Θεοῦ. *Nec ad ſupremam illam imaginem animal tam vili ortu præditum expreſſum fuiſſet unquam, niſi formationem illam per ſpiritum, ceu pulcherrimam quandam faciem, voluntate nimirum Dei nactum eſſet.*

Πρόσωπον.

Πρόσωπον duplici maximè modo ſumitur:

I. *Propriè* pro nota illa corporis humani parte. Significatio paſſim obvia. Unicum videamus locum, Jacobi I. 23. ubi ἀκροατὴς λόγου, καὶ οὐ ποιητὴς, ſimilis dicitur ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ, *viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo.* Hic τὸ τῆς γενέσεως πρόσωπον, eſt τὸ ἀρχέτυπον, vultus ipſe, de quo ſpeculum conſulitur. Huc facit illud Greg. Nyſſeni, Orat. quâ eorum mortem, qui in fide obierunt, minimè lugendam docet, t. III. p. 625. Ἐπὶ τῆς ἐν τῷ κατόπτρῳ μορφῆς, ἡ εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον σχηματίζεται. Ἐπὶ δὲ τοῦ τῆς ψυχῆς χαρακτῆρος, τὸ ἔμπαλιν νενοήκαμεν. *Imago, quæ in ſpeculi forma conſpicitur, ad primum exemplar effingitur: in animi verò imagine contrà fit.* Ἀρχέτυπον, Agapetus vocat πρωτότυπον. Verba ejus ſunt: Ὥσπερ τὰ ἀκριβῆ τῶν κατόπτρων τοιαύτας δείκνυσι τὰς τῶν προσώπων ἐμφάσεις, οἷάπερ ἐστὶ τὰ πρωτότυπα. *Sicut ſpecula, quæ accurata ſunt, ita vultus repræſentant, quales primi typi, hoc eſt, ipſi.* Poteſt tamen apud Jacobum vox πρόσωπον πλεονάζειν, ut κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ, fit, κατανοοῦντι τὴν γένεσιν αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. Sic Lucæ XXI. 35. Ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, pro ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Act. XVII. v. 26. Ἐπὶ πᾶν πρόσωπον τῆς γῆς, pro ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

II. *Impropriè.* Et quidem

1. quando *tribuitur Deo*, & notat

a. *Faciem*; quæ deſignat *præſentiam* ejus partim *glorioſam*, partim *gratioſam*. Suidas: Πρόσωπον ἐπὶ Θεοῦ, ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ· καὶ ἡ λύσις τῶν πονηρῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ χορηγία. *Vultus, facies de Deo, ipſius apparitionem* notat: *item malorum depulſionem, & bonorum ſuppeditationem.* Hæc poſteriora ex Theodoreto, ad v. 135. Pſ. CXIX. p. 903. deſumta ſunt. Idem Theodoretus ad Dan. III. 41. t. II. p. 582. dicit Prophetam *vocare* πρόσωπον Θεοῦ, τὴν εὐμένειαν, καὶ τὴν τῆς ἐλευθερίας ἀπόδοσιν, καὶ τὴν τῆς κηδεμονίας ἀπόληψιν, *faciem Dei, benevolentiam, & libertatis reſtitutionem, & providentiæ recuperationem.* Hinc Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 606. dicit πρόσωπον Deo attributum notare τὴν ἐπισκοπὴν, *viſitationem.* Damaſcenus Orthod. fidei lib. I. c. XIV. p. 51. Πρόσωπον Θεοῦ ἐννοήσωμεν, τὴν διὰ ἔργων αὐτοῦ ἔνδειξίν τε καὶ ἐμφάνειαν, ἐκ τοῦ τὴν ἡμετέραν ἐμφάνειαν διὰ προσώπου γίνεσθαι. *Per faciem Dei intelligamus, per opera ejus ſui ipſius manifeſtationem atque apparitionem, eò quòd noſtra ipſorum manifeſtatio per faciem fit.* Præclarè Clemens Alex. Pædag. lib. I. c. VIII. pag. 117. Οὗ τὸ πρόσωπον Κυρίου ἐπιβλέπει, εἰρήνη καὶ ἀγαλλίασις· οὗ δὲ ἀπέστραπται, παρείσδυσις γίνεται πονηρίας. *Ubi Domini facies reſpicit, illic eſt pax & exultatio: ubi autem averſa eſt, ingreditur vitium.* Baſilius Cæſ. in Pſ. XXIX. p. 194. Ἀποστρέφειν λέγεται τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ Θεὸς, ὅταν ἐν τοῖς τῶν περιστάσεων καιροῖς ἐκδότους ἀφίῃ τοῖς πειρασμοῖς, ἐπὶ τὸ γνωσθῆναι τὸ εὔτονον τοῦ ἀγωνιζομένου. *Avertere faciem ſuam dicitur Deus, quando tempore calamitatum tentationibus expoſitos videtur deſeruiſſe, ut fortitudo certantis cognoſcatur.*

b. *Perſonam*, Græcis ὑπόστασιν, quæ eſt illa ipſa οὐσία, quæ in ſingulis perſonis SS. Trinitatis eſt tota. Cùm inter Græcos & Latinos eſſet diſputatum, *hypoſtaſeosne, an perſonæ* vox ſit uſurpanda? Græci tandem, cùm viderent, has voces eſſe ἰσοδυναμούσας, facilè acquieverunt, & ὑποστάσεως atque προσώπου vocabulis indifferenter uti cœperunt. Patet ex Greg. Nazianzeno, Orat. XXXIX. p. 630. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί· τρισὶ μὲν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα (οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν) ἑνὶ δὲ, καὶ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος. *Deum porrò cùm dico, uno eodemque triplici lumine perſtringamini: triplici quidem, quantum ad proprietates, ſive hypoſtaſes, ſi cui hæc vox magis arridet, ſive perſonas (neque enim de vocabulis diſſidebimus, quamdiu ſyllabæ ad eandem ſententiam ferent) uno autem, quantum ad ſubſtantiæ, hoc eſt, divinitatis rationem.* Vocem πρόσωπον etiam admittit Baſilius Cæſar. lib. V. contra Eunomium, de Prophetis & Apoſtolis: Ἑνότητα θεότητος εἰδότες, ἐν ἑνὶ προσώπῳ τὰ τρία κηρύσσουσιν. *Unitatem divinitatis ſcientes, in uno perſona tres prædicant.*

2. quando notat προσωπεῖον, *larvam*. Cyrillus Alex. in Actis Synodi Epheſinæ, p. 218. Οἳ χριστιανοῦ μὲν πρόσωπον περιτιθέντες ἑαυτοῖς, ἰουδαΐζουσαν δὲ τὴν διάνοιαν ἔχοντες. *Qui quidem Chriſtiani aſſumunt larvam, ſed Judaizantem habent mentem.* Theodoretus hiſt. Eccl. lib. III. cap. XI. Edit. Græco-Lat. p. 649. in Edit. H. Stephani eſt c. XV. p. 317. Julianum apoſtatam dicit initiò τὸ τῆς ἐπιεικείας περικείμενον προσωπεῖον, *æquanimitatis larvam præ ſe tuliſſe*; poſtea verò τὸ τῆς ἐπιεικείας ἀποδύσασθαι προσωπεῖον, τὸ δὲ τῆς δυσσεβείας γυμνῶσαι πρόσωπον, *benignitatis larvam exuiſſe, & impietatis perſonam oſtendiſſe.* Feſtivè προσώπῳ προσωπεῖον oppoſuit; dicterium illud alludens in mulierculas fuco illitas, quod Pollux retulit lib. V. cap. XVI. Προσωπεῖον, οὐ πρόσωπον φέρειν. *Larvam, non faciem geſtat.* Sive, ut Lucilius in Epigramm. Ὥστε προσωπεῖον, οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Προσωπεῖα δηλονότι ποιούσας τὰ πρόσωπα, *ut quæ ex vultibus perſonas faciant*, ut ſcitè de meretricibus Cle-

Digitized by Google

Clemens Alex. Pædag. lib.III. c.II. p.220. ſiquidem in iſtis τὸ προσωπεῖον, ſive *larva*, τῷ προσώπῳ, hoc eſt, *vultui vero & genuino*, quem interna ac nativa, vel corporis conſtitutio, vel mentis indoles exhibet, opponitur.

Προσωποποιέω.

Vix leviter hoc verbum attingunt Lexicographi. Significat *perſonas fictas induco, perſonas fingo*, ſeu *confingo*. Greg. Nazianzenus Catenâ in Jobum, cap.XIX.p.431. Πολλαὶ ἡ γραφὴ προσωποποιεῖν οἶδε καὶ τῶν ἀψύχων· ὡς τὸ, οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, &c. *Scriptura ſæpenumero rebus inanimatis perſonam affingit; quale illud eſt, Cæli enarrant gloriam Dei*, &c. His gemina habet Damaſcenus lib. II. Orthod. fidei, c.VI. p. 84. Οἶδεν ἡ γραφὴ καὶ προσωποποιεῖν, καὶ ὡς ἐπὶ ἐμψύχων, περὶ τῶν ἀψύχων διαλέγεσθαι· ὡς τὸ, ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν, &c. *Solet Scriptura perſonas fingere, & de inanimis, ut de animatis loqui: ut, Mare vidit, & fugit*, &c. Origenes lib.I.contra Celſum, p. 22. de Celſo: Μετὰ ταῦτα προσωποποιεῖ Ἰουδαῖον αὐτῷ διαλεγόμενον τῷ Ἰησοῦ. *Poſtea Judæi perſonam fingit & cum Jeſu diſſerentem introducit*. Id.lib.VII. p.356. Ἀρετὴ προσωποποιοῦντός ἐστι, τηρῆσαι τὸ βούλημα καὶ τὸ ἦθος τοῦ προσωποποιουμένου· κακία δὲ, ὅτε τὰ μὴ ἁρμόζοντά τις περιτίθησι ῥήματα τῷ προσώπῳ τοῦ λέγοντος. *Artificium fingentis perſonas in eo conſiſtit, ut ſervet decorum in moribus & voluntate perſonæ, quam inducit: vitium verò, ſi parùm convenientia verba perſonæ loquenti affingat*. In Philocalia c. VII.ex Homil.IV.in Acta, p.32. Προσωποποιεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἐὰν προσωποποιήσῃ τὸν Θεὸν, οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ὁ λαλῶν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· καὶ ἐὰν προσωποποιήσῃ τὸν Χριστὸν, οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ὁ λαλῶν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λαλεῖ. Οὕτω κἂν προσωποποιήσῃ τὸν προφήτην, ἢ τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ἢ τὸν λαὸν τοῦτον, ἢ ὃ, τι δήποτε προσωποποιεῖ, τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστι τὸ πάντα προσωποποιοῦν. *Perſonas fingit Spiritus S. in prophetiis: & ſi perſonam induxerit Dei, non eſt Deus qui loquitur, ſed Spiritus S. ex perſona Dei loquitur: ſi Chriſtum induxerit, non eſt Chriſtus qui loquitur, ſed Spiritus S. ex perſona Chriſti loquitur. Ita etſi perſonam Prophetæ exhibuerit, vel hujus aut illius populi, quamcunque tandem perſonam introducit, Spiritus ſanctus eſt, qui omnes illas perſonas fingit*. Iſidorus Peluſiota lib.IV. epiſt.antepenult. p. 551. Προσωποποιεῖν τὴν Σοφίαν, *Sapientiam, tanquam perſonam loquentem introducere*. Ita Euſebius Pamphili in Actis Epheſ. lib.II.cap.XVIII. p.116. Προσωποποιεῖν τὸν κόσμον, *mundo perſonam attribuere*.

Προτέστον.

Non habet Meurſius in Gloſſario. Eſt *formula proteſtationis*. In Concilio Florent. ſect.II. c.XXXVI.p.38. Εἰ γὰρ εἴχομεν, νῦν εὐθὺς ἂν ἔγραφε, καὶ ἐποιοῦμεν προτέστον. *Si enim peritus nobis interpres ad manus fuiſſet, ſtatim ſcripſiſſet, & ſolemnem proteſtationis formam curâſſemus publicari*. Et ſect.XI.cap.VIII.p.328. Ἐποίησαν προτέστον τῷ Καπιτάνῳ, ἵνα τηρήσῃ αὐτοὺς ἀζημίους. *Proteſtationem Capitaneo promulgaverunt, ut illos indemnes præſtares*.

Προτίκτωρ.

Προτίκτωρ, *Protector*. Gloſſæ Baſilic. Πριμοσκουτάριοι, ὑπερασπισταὶ, οἱ νῦν λεγόμενοι προτίκτορες. *Primoſcutarii, defenſores, qui nunc dicuntur protectores*. Suidas: Προτίκτωρ, εἶδος ἀξιώματος Ῥωμαϊκοῦ. *Protector, dignitatis Romanæ genus*. Menologium ad VII. Febr. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῶν ἁγίων χιλίων μαρτύρων, καὶ τριῶν οἰκετῶν, καὶ τεσσάρων προτικτόρων τῶν ἐν Νικομηδείᾳ μαρτυρησάντων. *Eodem die memoria ſanctorum mille martyrum, & trium domeſticorum, & quatuor Protectorum, qui Nicomediæ martyrium ſubierunt*. Sæpe apud Cedrenum, Zonaram, & alios legitur. Erant autem προτίκτορες non alii quàm ſtipatores Imperatoris. Et legebantur ex his ac delegabantur, qui militem vagum inquirerent. Inſtituti ſunt à Gordiano juniore, ut autor eſt Cedrenus, p.211. Μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσεν Ἰουνίωρ μῆνας τρεῖς, ὃς πρῶτος ἐποίησε Κανδιδάτους, καὶ προτίκτορας. *Poſt hunc*, nempe Pupienum, *imperavit Junior menſes tres. Is primus inſtituit Candidatos & Protectores*. Vide Gl. Meurſii.

Προΰπειμι.

Non habent Lexica. Idem, quod προϋπάρχω, antè exiſto. Olympiodorus in cap.IV. Eccleſiaſtæ, p. 627. Προϋπεῖναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος λέγουσι. *Dicunt, animam ante corpus exiſtere*. Et mox: Προϋποῦσα ἡ ψυχή. *Anima priùs exiſtens*.

Προφητεῖον.

Προφητεῖον, Templum in honorem Prophetæ cujuſpiam erectum. Act. III. Concilii ſub Menna, pag.605. Ἔφησαν προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τοῦ προφητείου. *Dicebant eum ſuburbanum habere prope Prophetium*. Et pag. 606. Πλησίον τοῦ προφητείου τοῦ ἁγίου Ἡσαΐου. *Prope Prophetium ſancti Jeſaiæ*. Notat etiam textum è Prophetarum aliquo deſumtum, ac legi in Eccleſia ſolitum. Vide Gl. Meurſii.

Προφήτης.

I. *Significatio* hujus *vocis* occurrit. Sumitur autem duplici præcipuè modo:

1. *Propriè*. Atque ita, juxta Baſilium Cæſ. in cap.III. Jeſaiæ, t. I. p.899. Προφήτης ἐστὶν, ὁ κατὰ ἀποκάλυψιν τοῦ Πνεύματος προαγορεύων τὸ μέλλον. *Propheta eſt, qui per Spiritus ſancti revelationem quod futurum eſt prænunciat*. Hinc Chryſoſtomus Hom.XXII. t.V.p.137. Οὐδὲν ἄλλο τι ποτέ ἐστι προφητεία, ἀλλ' ἢ τῶν μελλόντων πραγμάτων προαναφώνησις. *Prophetia nihil aliud eſt, quàm rerum futurarum prædictio*. Et Clemens Alex.Strom. lib.II.p.384. Προφητεία πρόγνωσίς ἐστιν· ἡ δὲ γνῶσις, προφητείας νόησις. *Prophetia eſt præcognitio: cognitio autem eſt prophetiæ intelligentia*. Dicitur autem προφήτης, ut vult Euſebius, Demonſtrat. Evang.lib.V.pag.132. παρὰ τὸ προφαίνειν καὶ προφωτίζειν ἐν αὐτῷ τὸ θεῖον Πνεῦμα, μὴ μόνον τὰ παρόντα, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων ἀληθῆ καὶ ἀκριβῆ γνῶσιν, *à verbo* προφαίνω, *portendo, ſignifico: quòd Spiritus Dei per ipſum palàm faciat & priùs patefaciat, non tantùm præſentia, verùm etiam futurorum veram & accuratam cognitionem*. Sed προφήτης potiùs dictus à πρόφημι, hoc eſt, *profari*, ut cum Ulpiano loquar, cui *profari* eſt *prædicere*. Lyranus in c.XXII.Num. *Propheta dicitur quaſi procul fans*. Tanta fuit ſeculi, quo vixit, imperitia. Nec tamen, qui futura prædicit, ſtatim propheta eſt. Origenes in Catena ad v.51. cap.XI. Joh. p.298. Οὐκ εἴ τις προφητεύει, προφήτης· ἀλλ', εἴτις προφήτης, προφητεύει. Βαλαὰμ γὰρ μάντις ὢν, προφητεύει. Οὐ γὰρ εἴ τις ἰατρικόν τι ἐποίησεν, ἤδη καὶ ἰατρός· ἢ καὶ οἰκοδομικόν τι ποιήσας, ἤδη καὶ οἰκοδόμος. *Si quis prophetat, non illico propheta eſt; ſed ſi quis propheta eſt, prophetat. Nam Balaam, cùm eſſet divinator, prophetabat. Non enim quòd quis medicinale quid fecerit, idcirco medicus; vel, quòd quidpiam ædificaverit, ſtatim architectus eſt*. Eadem habet ad hunc locum Theophylactus, pag.731. Veri Prophetæ, qui Johannem Baptiſtam præcedebant, à Greg.Nyſſeno, Orat.de Pœnitentia, t.II. pag.167. vocantur ἐπιστροφῆς διδάσκαλοι;

reſipiſcentiæ & converſionis doctores: quia Prophetarum erat hortari homines ad reſipiſcentiam, & ad bona opera. Docet hoc exemplum Jeremiæ, cap.XVII. v. 20. 21. XXXV. 14. 15. Ezechielis, cap.III. 17. 18. Hoſeæ, cap. X. 12. Ab Epiphanio Hæreſi XLII. pag.147. vocantur προετοιμασταὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, *præparatores adventus Chriſti in carnem.* Illi nempe, juxta vaticinium Jeſaiæ XL.3. quod in N. Teſt. repetitur, *parârunt viam Domini.* A' Dionyſio Areopagita, epiſt. IX. vocantur τῆς ἀῤῥήτου σοφίας πατέρες, *arcanæ ſapientiæ patres.* Hi verò Prophetæ

a. *Locuti ſunt, afflati à Spiritu ſancto.* Juſtinus M. in Cohortat. ad Græcos, pag.32. edit. Græco-Lat. dicit, *Prophetas ea nobis annunciâſſe*, ἃ τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς κατελθὸν πνεῦμα, τοὺς τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν μανθάνειν βουλομένους δι' αὐτῶν διδάσκειν προῄρηται, *quæ deſcendens in eos Spiritus S. religionem veram diſcere volentes, per illos docendos eſſe ſtatuerit.* Et in Dialogo cum Tryphone, pag.224. Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου, πάντων τούτων τῶν νομιζομένων φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι, καὶ δίκαιοι, καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες, καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται. Προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν· οὗτοι μόνοι τὸ ἀληθὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' εὐλαβηθέντες, μήτε δυσωπηθέντες τινά, μὴ ἡττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον, ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι. *Extiterunt quidam ante multa tempora, omnibus iſtis, qui habiti ſunt pro talibus, philoſophis longè vetuſtiores, beati, juſti, Dei amantes, Deoq; ipſi chari homines, divini Spiritus afflatu loquentes, & futura vaticinantes, quæ nunc fiunt: eos autem Prophetas vocant. Hi ſoli, quod verum eſt, & viderunt, & hominibus renunciârunt; neq; obſervantes, neq; metuentes quenquam, neq; gloriæ cupiditate victi. Ea quippe duntaxat ſunt prolocuti, quæ audiverunt & viderunt, Spiritu ſancto repleti.* Chryſoſtomus in Pſ.IV. dicit Prophetas θεοπνεύστους γενομένους, οὐδὲν οἴκοθεν διαλεχθῆναι ἡμῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θείας ἐκείνης καὶ ὑπερουρανίου χάριτος ἐμπνευσθέντας, *divinitus afflatos, nihil de ſuo nobiscum eſſe locutos, ſed à divina illa & cœleſti gratia afflatos.* Hinc ſoli ſub vet. Teſt. extraordinaria Spiritûs S. dona accepiſſe dicuntur. Theodoretus in cap.II. ad Hebræos, ad v. 4. pag.403. Πάλαι οἱ προφῆται μόνοι τῆς πνευματικῆς μετελάγχανον δωρεᾶς· νῦν δὲ ἅπαντες οἱ πιστεύοντες τῆς δὲ τῆς χάριτος ἀπολαύουσιν. *Olim ſoli Prophetæ ſpiritualis doni erant participes: nunc verò omnes, qui credunt, hanc gratiam conſequuntur.* Eandem ob cauſam Prophetæ dicuntur θεοφορεῖσθαι, & eorum prophetia, θεοφορουμένη προφητεία. Vide in θεοφορία. Dicuntur θεοφόροι προφῆται, à Chryſoſtomo, ex II. Petri I. 21. ubi: Ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι. *Acti à Spiritu ſancto locuti ſunt ſancti DEI homines.* Vocantur θεόληπτοι. Vide in θεόληπτος.

b. *Ipſi etiam intellexerunt, quæ dixerunt.* Baſilius Cæſar. in I. Viſionem Jeſaiæ, pag.806. contra dicentes, Προφήτας ἐξεστηκότας προφητεύειν ἐπικαλυπτομένου τοῦ ἀνθρωπίνου νοῦ παρὰ τοῦ πνεύματος, *Prophetas extra ſe raptos prophetare, humana mente à Spiritu abſorpta*, ſequentibus militat argumentis. Primum eſt: Τοῦτο παρὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἐστὶ τῆς θείας ἐπιδημίας, ἔκφρονα ποιεῖν τὸν θεόληπτον, καὶ ὅτε πλήρης γέγονε τῶν θείων διδαγμάτων· τότε καὶ τῆς οἰκείας ἐξίστασθαι διανοίας, καὶ ἄλλους μὲν ὠφελοῦντα δι' ἑαυτοῦ, αὐτὸν δὲ τῆς ἐκ τῶν ἰδίων λόγων ἀπολείπεσθαι ὠφελείας. *Hoc abhorret à promiſſione divinæ præſentiæ, ut amentem reddat, qui à Numine corripitur, cumq; plenus divinorum præceptorum eſſe cœperit, tum à propria quoque mente excidat, & qui aliis ex ſe præbeat utilitatem, ipſe ex propriis ſermonibus nihil capiat utilitatis.* Secundum ab antitheſi deſumtum: Τίνα λόγον ἀκόλουθον ἔχει ἐκ τοῦ τῆς σοφίας Πνεύματος μεμηνότι παραπλήσιον γίνεσθαι; καὶ ἐκ τοῦ τῆς γνώσεως Πνεύματος τὸ παρακολουθητικὸν ἀποβάλλειν; *Qui conſentaneum eſt, ut quis ex ſapientiæ Spiritu ſimillimus inſano reddatur? & ut intelligentiæ Spiritus cohærentiam excludat?* Reliqua vide apud autorem. Inſana ergo fuit Montani ſententia, de quo Theophylactus in I. Corinth. XIV. pag.283. Οὗτος τοιαύτην αἵρεσιν εἰσῆγεν, ὅτι οἱ προφῆται ἁπαξαπλῶς οὐ συνίεσαν ἃ ἐλάλουν, ἀλλὰ κατεχόμενοι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἔλεγόν τινα, οὐκ ᾔδεισαν δὲ ἃ ἔλεγον. *Iſte hujuſmodi hæreſin introduxit, quòd Prophetæ omnino non intelligant, quæ dicant, verùm Spiritu detenti dicant quædam, nec intelligant tamen, quæ dicant.*

2. *Impropriè.* Sic per Prophetas intelliguntur

a. *Doctores*, qui rerum ſacrarum & divinarum cognitione pollent, alioſque in ea inſtituunt. Atque hoc ſenſu ſumitur Matth. XIII. 57. Marci VI. 4. Lucæ IV. 24. Joh. IV. 44. *Propheta non eſt inhonoratus niſi in patria ſua.* Theophylactus in cap. IV. Joh. pag. 620. Εἰώθαμεν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἐν συνηθείᾳ καταφρονεῖν, ἀεὶ τοῖς ξένοις καὶ ἀήθεσι προσέχοντες. *Solemus nos homines contemnere ea, quæ nobis ſemper obvia ſunt, magis ſemper attendentes peregrinis & inſolitis.*

b. *Metonymicè. Filii Prophetarum*, id eſt, diſcipuli eorum. Theodoretus quæſt. VI. in II. Regum, pag. 336. Υἱοὺς τῶν προφητῶν ἡ θεία γραφὴ αὐτοὺς τοὺς προφήτας προσαγορεύει, κατὰ τὸ Ἑβραίων καὶ Σύρων ἰδίωμα· οὕτω γὰρ καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἴωθεν ὀνομάζειν. Υἱοὶ γάρ φησιν ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι. Filios Prophetarum *divina Scriptura ipſos Prophetas appellat, Hebræorum & Syrorum idiomate. Sic enim etiam homines ſolita eſt nominare.* Filii enim, inquit, hominum, usquequò gravi corde? Υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν, ἄνθρωποι. *Filii hominum, hoc eſt, homines.* Ita quidem Theodoretus: at Filii Prophetarum, ſunt diſcipuli Prophetarum, etiamſi verum ſit, in altera locutione vocem υἱὸς πλεονάζειν. II. Regum II. 3. *Et egreſſi ſunt* בְּנֵי־הַנְּבִיאִים *filii Prophetarum.* Targum: תַלְמִידֵי נְבִיַּיָּא *diſcipuli Prophetarum.*

c. *Omnes Chriſtiani.* Theophylactus in II. Corinth. I. pag. 336. Πᾶς βαπτισθεὶς προφήτης, ὡς ἰδὼν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὓς οὐκ ἤκουσεν. *Quivis baptizatus Propheta eſt, ut qui videt, quæ oculus non vidit, & auris non audivit.*

II. *Oppoſita.* Magna ſe hic offert Hæreticorum caterva, qui variè ſanctis Dei Prophetis, eorumque honori detraxerunt. *Simon Magus* Prophetas negavit à bono Deo eſſe; dixit οὐκ ἐξ ἀγαθοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν, ἀλλ' ἑτέρας καὶ ἑτέρας δυνάμεως, *non eſſe à bono Deo, ſed ex alia atq; alia virtute:* ita de eo Epiphanius, hæreſi XXI. pag. 31. Idem, ut refert Theodoretus hæret. fabul. lib.I. cap.I. pag.192. docuit, τοὺς προφήτας τῶν ἀγγέλων ὑπουργοὺς γεγενῆσθαι. Τοὺς δὲ εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἐκέλευσε μὴ προσέχειν ἐκείνοις, ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐλευθέρους ἅπερ ἂν ἐθελήσωσι, *Prophetas Angelorum miniſtros fuiſſe: eos verò, qui in ipſum crederent, jubebat illos non attendere, ſed tanquam liberos facere quæ vellent.* Nec melior hoc *Manes*, de quo Socrates hiſt. Eccleſ. lib.I. cap. XXII. pag. 185. a. Καὶ νόμον καὶ προφήτας ἀθετεῖ. *Et Legem & Prophetas rejicit.* Epiphanius hæreſi LXVI. pag.278. Περὶ τῶν προφητῶν οὕτως λέγει· Πνεύματα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντες, &c. *Spiritum eſſe impietatis; de Prophetis dicit; ſive iniquitatis tenebrarum, quæ ab initio emerſerunt.* Alii tamen docent, eum totum vetus Teſtamentum rejeciſſe. Vide in voce Γραφή, num. IX. 4. ſub lit. A. a. ubi etiam de *Marcione*, & aliis, qui rejecerunt Prophetas. *Saturnilus*; ut eſt apud Theodoretum Hæret. fab. lib. I. cap. III. pag. 194. Τῶν προφητειῶν, τὰς

μὲν

Digitized by Google

μὲν ὑπὸ τῶν κοσμοποιῶν ἀγγέλων ἔφησεν εἰρῆσθαι, τὰς δὲ ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. *Prophetiarum alias à mundi opificibus Angelis prolatas dixit, alias à Satana.* Eadem de eo legas apud Epiphanium, hæreſi XXIII. pag. 33.

Προφητοκτόνος.

Non habent Lexica: ſignificat *Prophetæ occiſorem.* Legitur apud Gregorium Nyſſenum, qui Judæos vocat προφητοκτόνους. Locum jam habemus in voce Ἰουδαῖος, num. I. & alium in Κυριοκτόνος.

Προφητοφόντης.

Nec hanc vocem, quæ ejusdem cum præcedente ſignificationis eſt, Lexica habent. Euſebius in vita Conſtantini lib.IV.pag.151.a.de Conſtantino: Ἰουδαίοις μηδένα χριστιανὸν ἐνομοθέτει δουλεύειν· μὴ γὰρ θεμιτὸν εἶναι προφητοφόνταις καὶ κυριοκτόνοις, τοὺς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος λελυτρωμένους ζυγῷ δουλείας ὑπάγεσθαι. *Sancivit, ne ullus Chriſtianus Judæis ſerviat: non enim fas eſſe, Prophetarum & Domini occiſoribus, à Servatore redemtos, Judaicæ ſervitutis ſubire jugum.*

Πρωτάγγελος.

Lexica non habent. Significat eum, vel eam, *qui* vel *quæ primò aliquid nunciat.* Cyrillus Alexand. lib.XII. in Joh.ad cap.XX.v.17. dicit de Maria: *Chriſtus eam* τῶν μεγάλων ἀγαθῶν κελεύει γενέσθαι πρωτάγγελον, καὶ τὴν πρὸς τὸ ἄνω βάδισιν εὐαγγελίζεσθαι τοῖς μαθηταῖς, *jubet magnorum bonorum primam fieri nunciam, & aſcenſionem diſcipulis evangelizare.*

Πρωτέκδικος.

Vide de hac voce in Ἔκδικος.

Πρωτεύω.

Πρωτεύω, ut ex Lexicis notum, *primas teneo, principatum obtineo.* Nos paucis inquirimus, quid in Canonibus Conciliorum ſignificet. Can. XIII. Cod. Eccleſ. Africanæ: Οἱ πρωτεύοντες τῆς ἐπαρχίας. In Latino eſt, *Primas provinciæ.* Ubi Zonaras, pag. 402. Πρωτεύοντας ἐνταῦθα τῶν ἐπαρχιῶν τοὺς μητροπολίτας φησί. *Primates provinciarum hoc loco Metropolitas vocat.* Ibid. Can.XXIX. Latina ſic habent: *Non provocent ad transmarina judicia, ſed ad Primates ſuarum provinciarum.* Græca: Μὴ ἐκκαλέσονται εἰς τὰ πέραν τῆς θαλάσσης δικαστήρια, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρωτεύοντας τῶν ἰδίων ἐπαρχιῶν. Hic rurſus Zonaræ πρωτεύων τῆς ἐπαρχίας, eſt ὁ μητροπολίτης. Ut hæc faciliùs intelligas, confer vocem Μητροπολίτης.

Πρωτοαποστολάριος.

Clar.Meurſius: In Eccleſia Orientali doctores erant, qui populo Apoſtolorum ſcripta exponerent,& illi οἱ διδάσκαλοι τῶν ἀποστόλων dicti. Codinus: Διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου, ἑρμηνεύων αὐτόν. *Doctor Apoſtoli, qui eum interpretatur.* Horum primarius πρωτοαποστολάριος vocabatur, & Prophetas quoque prælegendi jus habebat. Idem Codinus: Τὴν προφητείαν καὶ τὸν ἀπόστολον ἀναγινώσκει ὁ πρωτοαποστολάριος. *Prophetas & Apoſtolum legit Protoapoſtolarius.*

Πρωτοασηκρῆτις.

Eſt *primus à ſecretis.* Codinus in Originib. Conſt. pag.186. Καὶ τοὺς μὲν ἐκλῶ κίονας τοὺς Ῥωμαίους, καθὼς φησὶ Πλούταρχος πρωτοασηκρῆτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστινιανοῦ, μετὰ χρηδίων ἀπεστάλην παρὰ γυναικὸς χήρας. Luitprandus in Legat. *Sederunt cum eo ad diſceptationem veſtram, ſecundùm eorum traditionem, ſapientiſſimi viri, Attico pollentes eloquio, Baſilius Parucæmomenus, Protoaſecretis, Protoveſtiarius, & Magiſtri duo.* Reliqua ex Gl. Meurſii petenda.

Πρωτοβεστιάριος.

Primus præfectus veſtiarii, qui veſtitui regio præeſt, & cubiculariorum officio vacat. Cedrenus ſtatim poſt initium hiſtoriæ ſuæ: Ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος Ἰωάννης ὁ Θρακήσιος τὸ ἐπώνυμον, συντομωτέραν ἐνδιδόναι κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφέων ἱστορίας ἀναλεξάμενος, καὶ ἐγκατάσκευον ποιησάμενος τὴν γραφήν, ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου. *Johannes verò Protoveſtiarius, cognomento Thraceſius, compendioſiorem eorum, quæ diverſis evenerunt temporibus, notitiam tradere conatus, ſuprà commemoratorum ſcriptorum hiſtoriis accuratè perlectis, indeque in ſuos Commentarios, quæ ad rem facerent, collatis, ab exitu Nicephori, cujus paulo antè meminimus, exorſus eſt.* Vide Gl. Meurſii, & Xylandrum ad Cedreni locum.

Πρωτόγονος.

Heſychius: Πρωτογόνων, πρώτων φανέντων. *Primigeniorum, primigenorum, primitivorum: primorum apparentium.* Hæc ex Orpheo deſumta, ut patet ex Lactantii lib. I. cap. V. Dicit Lactantius, Orpheum vocaſſe Deum, πρωτόγονον, *& magnum primogenitum: quòd ante ipſum nihil ſit genitum, ſed ab ipſo ſint cuncta generata.* Vide Lactantium. Iterum Heſychius: Πρωτόγονος, νέος. *Recens editus, juvenis.* Ita Juſtinus M. Apol. II. pag.158. Chriſtum vocat πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἄλλο τι ἀγωνίζονται οἱ λεγόμενοι δαίμονες, ἢ ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος Θεοῦ, καὶ τοῦ πρωτογόνου αὐτοῦ Χριστοῦ. *Nihil namque aliud omni contentione agunt qui dicuntur dæmones, quàm ut mortales à conditore ſuo, & primogenito ejus Chriſto abducant.* Et Clemens Alex. lib. VI. Stromat. pag. 644. Filium Dei vocat πρωτόγονον υἱὸν, *filium primogenitum.* Adam quoque vocatur πρωτόγονος, in vocem Ἀδὰμ, num. II. Eadem vox quater legitur apud Homerum, ſed in eodem verſu, qui extat Il.δ'.102.120. Il.ψ.864.873. Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην. *Agnorum primogenitorum ſe ſacrificaturum claram hecatomben.* Vetus Scholiaſtes πρωτογόνων interpretatur πρωτογεννήτων, πρώιμων. *Primogenitorum, primorum.* Metaph. Πρωτόγονος ἐντολή. Greg.Nazianzenus, Orat.XL. quæ eſt de Baptiſmo, pag. 639. Φῶς ἦν καὶ ἡ τῷ πρωτογόνῳ δοθεῖσα πρωτόγονος ἐντολή. *Lumen etiam erat primigenium illud mandatum, quod primigeno homini datum eſt.* Vide etiam Mich. VII. 1. *Anima mea deſideravit comedere* τὰ πρωτόγονα, *primitiva:* ubi Theodoretus, τὸ ἀξιέραστον προσηγόρευσε πρωτόγονον. *Quod deſiderabile eſt, primitivum appellavit.* Sirach XXXVI. 14. Ἐλέησον Ἰσραὴλ, ὃν πρωτόγονον ὠνόμασας. *Miſerere Iſraëlis, quem primogenitum nominâſti.*

Πρωτοκόμιον.

Non habent Lexica. Significat *prærogativam.* Cyrillus Alex.lib.III.adv. Julianum, pag. 104. Μωϋσῆς κοσμοποιὸν ἀπέφηνε τὸν Θεὸν καὶ τῶν ὅλων Κύριον, ἀπόλεκτον δέ φησι τὸ ἐξ Ἀβραὰμ ποιήσασθαι γένος, καὶ οἷον τι πρωτοκόμιον τῶν ἄλλων ἐθνῶν. *Moſes mundi creatorem Deum & univerſorum Dominum declaravit, ſed delectum habuiſſe genus Abrahæ, & veluti prærogativam cæterarum gentium dixit.*

Πρωτόκτιστος.

Non habent Lexica. Eſt *primò conditus.* Suidas Adamum vocat πρωτόκτιστον ἄγαλμα, *primò conditum ſimulacrum.* Veteres Gloſſæ: Πρωτόκτιστος, *primitivus.* Clemens Alex.Strom.lib.V.pag.591. Πρωτόκτιστος σοφία, *primò creata ſapientia.* Apud eundem Theodotus, pag.790. Οἱ ἀρχάγγελοι οἱ πρωτόκτιστοι. *Archangeli, qui primò fuerunt creati.* Damaſcenus Orthod. fidei IV. cap. VIII. pag.293. Τὸν μονογενὴς πρωτότοκος, καὶ οὐ πρωτόκτιστος λέγεται. *Filius primogenitus, & non primò creatus dicitur.*

Iſi-

Iſidorus Peluſiota, lib.III. epiſt.XXXI. pag.258. de eodem Dei Filio: Πρωτοκτίστης, οὐ πρωτόκτιστος. *Primò creans, non primò creatus.* Theodoretus ad v.15. cap.I. Coloſſ. pag. 346. de Filio Dei: Οὐδὲ πρωτόκτιστον αὐτὸν εἶπεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλὰ πρωτότοκον, τουτέστι, πρῶτον. *Neque primò creatum eum appellavit divinus Apoſtolus, ſed primogenitum, hoc eſt, primum.*

Πρωτόλειον.

Heſychius: Πρωτόλειον, ἀπαρχή· ἢ τὸ πρῶτον ἐλθεῖν τὴν λείαν. *Primitiæ: vel, quod primùm veniat præda.* Idem: Πρωτόλεια, ἁρπάγματα. *Prima præda: prædæ, ſpolia.* Suidas: Πρωτόλεια, ἡ πρώτη λεία. Τὰ πρὸ τῶν λαφύρων ἐξαίρετα. *Prima præda, prima ſpolia. Eximia prædæ pars.* Si genere fœminino ſumat, fallitur: repugnat enim analogia, dicimus namque ἀκρόλειον. Nec aliter reperitur apud autores. Quòd verò H. Stephanus exiſtimat, τὰ πρωτόλεια potiùs dicendum, quàm τὸ πρωτόλειον, id ſine ratione fit: numerus enim ſingularis æquè uſitatus. Eſt autem πρωτόλειον ἡ τῆς λείας ἀπαρχὴ, quam diis offerebant, utpote victoriæ autoribus. *Generaliter* autem *pro quibusvis primitiis*, & *propriè*, & *metaphoricè*, uſurpatur. Cyrillus Alex. in cap.L. Jeſaiæ, pag.695. Σέσωσται τὸ καταλειμμα, οὗ καὶ πρωτόλειον ὥσπερ τι, καὶ ἀπαρχὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. *Servatæ ſunt reliquiæ, quarum prima quaſi ſpolia & primitiæ fuerunt admirandi diſcipuli.* In cap.VI. Hoſeæ, pag.105. Πρωτόλειόν σε ποιήσομαι τῆς ὀργῆς. *Primitias te faciam iræ.* In cap. II. Habac. pag.546. de credentibus in Chriſtum & ab hoſtibus interfectis, quorum ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ μακάριος Στέφανος, πρωτόλειον κόσμιον ὥσπερ τι, καὶ ἀπαρχὴ δεδειγμένος, *primitiæ factus eſt beatus Stephanus, qui ſe ut præclaras primitias exhibuit.* Idem in cap.XIV. Zachariæ, pag.810. de Chriſto: Αὐτὸς ἐστιν ἡ ἀνάστασις, αὐτὸς ἡ ζωὴ, πρωτόλειον ὥσπερ ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. *Ipſe eſt reſurrectio, ipſe eſt vita, veluti primitiæ ex mortuis, & primitiæ dormientium.* Suidas in Ἀδὰμ, Adamum vocat τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπαρχὴν καὶ πρωτόλειον, *naturæ humanæ primitias.*

Πρωτομάρτυρ.

Hanc quoque vocem, utut uſitatam, Lexicographi omittunt. Dicitur πρωτομάρτυρ & πρωτομάρτυς. Sic autem non tantùm appellatur *Stephanus*; vide in Στέφανος: ſed etiam *Abel*, quem Chryſoſtomus Homil. in Geneſin XIX. vocat τῆς ἀληθείας πρωτομάρτυρα, *primum veritatis teſtem.* Vide in Ἄβελ. *Iſaacus* eodem nomine inſignitur. Chryſoſtomus Hom. X. t.V. pag.45. Abrahamum ita loquentem introducit: Λυπεῖ μὲ θανὼν, ἀλλ' ἱερέα τοῦ ὑψίστου ποιεῖ· ἄπαιδα καθίστησιν, ἀλλὰ πατέρα πρωτομάρτυρος. *Morte ſua me afficit triſtitiâ, ſed ſacerdotem Altiſſimi facit: liberis orbum conſtituit, ſed patrem primi martyris.* Imò ipſe *Chriſtus* eodem appellatur nomine. Euſebius Pamphili in Actis Conc. Nicæni, parte II. cap. XIX. pag.126. Δι' αὐτὸν προφῆται, δι' αὐτὸν ἀπόστολοι, δι' αὐτὸν μάρτυρες. Προφῆται διὰ τὸν προφητευθέντα, ἀπόστολοι διὰ τὸν ἀποσταλμένον οἰκονομικῶς· μάρτυρες διὰ τὸν πρωτομάρτυρα. *Propter ipſum Prophetæ, propter ipſum Apoſtoli, propter ipſum martyres. Prophetæ, propter prædictum: Apoſtoli propter miſſum per modum diſpenſationis: martyres propter primum Martyrem.*

Πρωτονοτάριος.

Πρωτονοτάριος, *primus notariorum*, vel, voce hybrida, quales plures in linguam Latinam irrepſerunt, *Protonotarius.* Erant verò duo genera: hic *palatinus*, ille *eccleſiaſticus.* In Palatio rurſus duo erant, ὁ τοῦ δήματος, & ὁ τοῦ δρόμου. De priore Leo Conſtitut.III. Ὁ πρωτονοτάριος τοῦ δήματος τῆς πολιτικῆς ἐστι διοικήσεως ἀρχων. Poſterioris meminit Nicetas in Man. Comneno. Eccleſiaſticus autem in Eccleſia Antiſtiti miniſtrat, tenensque atramentarium, ſtat ante ipſum, &, ſi quid ſcripto opus fuerit, ſcribit; ſcribit præterea ordinationes, manumiſſiones, edicta, & ſimilia. Nec in Latina Eccleſia *protonotarius* modò, ſed etiam *primicerius notariorum* dicebatur. Vide Onuphrium in Explicat. obſcurar. vocum Eccleſ. & Gl. Meurſii.

Πρωτοπαπᾶς.

Πρωτοπαπᾶς, *primus Papa, protopapa.* Non ſolùm Romæ, ſed etiam in aliis olim urbibus *Cardinales Diaconi*, & *Presbyteri cardinales* appellati, qui primi in ſuo ordine eſſent. Hinc cap. II. de officio Archipresbyteri, *miniſterium ejus in eo conſiſtere* dicitur, *ut diligenti cura provideat miniſterium ſacerdotum Cardinalium.* Quod non de urbis tantùm Romæ Presbyteris accipiendum, ſed de primis ſacerdotibus aliarum urbium, quibus parœciæ, id eſt, tituli commiſſi. Græcorum infima ætas πρωτοπαπάδας vocavit, qui videntur in locum Chor-epiſcoporum veterum ſucceſſiſſe, ut ex Balſamone clarum eſt, ad Can.VIII. Antiochenum: ubi τοὺς ἐν χώραις πρεσβυτέρους, qui in Canone ipſo χωρεπίσκοποι vocantur, πρωτοπαπάδας interpretatur. Et ad Can. ſequentem: Κεκωλυμένον ὑπὸ τῶν κανόνων ἐστὶν ἐπισκόπους γίνεσθαι εἰς βραχείας πόλεις καὶ κώμας, καὶ διὰ τοῦτο ἐχειροτόνουν εἰς ταύτας πρεσβυτέρους, ἤτοι πρωτοπαπάδας, καὶ χωρεπισκόπους. *Canones prohibent Epiſcopos fieri in parvis civitatibus vel pagis, proinde ordinabant in iis Presbyteros, hoc eſt, Protopapas & Choreëpiſcopos.* In Reſp. Johannis Epiſcopi Citri, quæſtio proponitur: Τίνες προτιμῶνται εἰς τὸ ψηφίζεσθαι εἰς ἐπισκοπὰς, ὁ πρωτοπαπᾶς, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἱερεῖς, ἢ οἱ διάκονοι ἔχοντες ἀρχοντικὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια; *Quæritur, quinam præferantur in electione Epiſcopali, Protopapas, & qui poſt ipſum ſunt ſacerdotes, an Diaconi, qui officia Eccleſiaſtica gerunt principalia?* Vides *Protopapam* multis ſacerdotibus præeſſe, ut planè ſit vel *primus Presbyter*, vel ſanè *Archipresbyter* Latinorum. Nam & ſingulæ plebes *Archipresbyterum* habebant, cui non ſolùm populi ſolicitudo commiſſa fuit, ſed etiam hæc cura incubuit, ut vitam Presbyterorum, *qui per minores titulos habitabant, jugi circumſpectione cuſtodiret*, ut diſertè dicitur cap. IV. de officio Archipresbyteri. Idem munus fuit olim *Chorepiſcoporum*, qui & περιοδευταὶ, id eſt, *Curatores.* Vide in Περιοδευτὴς, num. II. Labente tempore Protopapa in ſiniſtris Patriarchæ aſſidet, cùm Antiſtes Miſſam celebrat, ſuper omnes Eccleſiæ Principes locum habet, & in Miſſa Antiſtiti communionem impertitur; ſimiliter & Epiſcopus primo ſacerdoti: primas etiam obtinet in privilegiis Eccleſiæ, & in Eccleſia locum habet Antiſtitis. Alia exhibet Meurſius in Gloſſario.

Πρωτόπλαστος.

Nudam hanc vocem proponunt Lexica, nec ullum autorem, qui ea ſit uſus, nominant. Bis legitur in libro Sapientiæ, nempe cap.VII.1. Εἰμὶ μὲν κἀγὼ θνητὸς ἄνθρωπος ἴσος ἅπασι, καὶ γηγενοῦς ἀπόγονος πρωτοπλάστου. *Sum quidem & ego mortalis homo æqualis omnibus, & progenitus ab homine primo ex terra facto.* Et cap.X.1. de Sapientia: Αὕτη πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξεν. *Hæc primò formatum patrem mundi, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodivit.* Tollendus hac occaſione inſignis error ex Concordantiis Kircheri, in quibus prior locus ponitur ſub voce πρωτοπλάστης, poſterior ſub voce πρωτόπλαστος, quaſi πρωτοπλάστου eſſet à recto caſu πρωτοπλάστης, cùm ſit à πρωτόπλαστος. Ita enim conſtanter veteres. Ignatius in epiſt. ad Philipp. Diabolum vocat

τὸν

Digitized by Google

τὸν τοῖς πρωτοπλάστοις ἐπαναστάντα, *eum, qui in primos parentes inſurrexit.* Chryſoſtomus Hom. I. in Gen. Ὁ θεὸς εὐθέως ἐκ προοιμίων τῷ πρωτοπλάστῳ ταύτην ἔδωκε τὴν ἐντολὴν, εἰπών· Ἀπὸ παντὸς ξύλου, &c. *Deus ſtatim in principio primo parenti hanc dedit legem, dicens: De omni arbore*, &c. Idem in Pſal. CXLII. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ πρωτόπλαστος ἥμαρτε. *Tale quid etiam primus parens peccavit.* Et Hom. IX. in Joh. pag. 592. Ἀρχὴ ὑπερηφανία ἁμαρτίας, τουτέστι, ῥίζα, καὶ πηγὴ, καὶ μήτηρ· οὕτω καὶ ὁ πρωτόπλαστος ἐξέπεσε τῆς μακαρίας ἐκείνης διαγωγῆς. *Superbia initium peccati eſt, radix, ſcaturigo & mater: ita etiam primus parens beato illo vitæ ſtatu excidit.* Ita etiam alibi. Quæritur, quomodo hæc vox Latinè ſit reddenda? Reſpondet Clar. Voſſius, *Protoparens* non dixero, ſed vel planè Græcè, *protoplaſtus*; vel omnino Latinè, *primus parens.* Non refugit tamen doctiſſimus Franciſcus Duſſeldorpius Lugdunenſis, tractatu de non ineundo matrimonio cum iis, qui extra Eccleſiam ſunt, cap. I. *Uſus ad hoc* protoparentis *linguâ propheticâ, cùm individuum viri uxorisq; vinculum in magnum Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum commendavit.*

Πρωτοσπαθάριος.

Protoſpatharius, Codino eſt πρῶτος τῶν σπαθαρίων, *primus ſatellitum. Spatharius* eſt ſatelles, armiger, quia ſpatham geſtaret. Cedrenus: Σπαθάριος, ὁ σωματοφύλαξ. Gloſſæ Placidi: *Armiger, qui vulgò ſpatharius.* Iſidorus in Gloſſis: *Salattarius* (leg. *ſpatharius*) portator armorum. Alcuinus epiſt. IX. ad Nicephorum Imperat. *Arſacii, glorioſi ſpatharii,* Plura vide in Σπαθάριος. Qui inter *ſpatharios* principem obtinebat locum, *protoſpatharius* vocabatur. Uſurpat Paullus Diaconus lib. VI. rerum Longobard. cap. XI. Nicolaus I. epiſt. ad Michael. Imper. *Michaël, glorioſus Protoſpatharius, legatus veſter.* Menologium, menſe Octobri, Φώτιος πρωτοσπαθάριος. *Photius Protoſpatharius.* Apud Photium epiſt. CL. inſcribitur, Ἰωάννῃ πρωτοσπαθαρίῳ. *Johanni Protoſpathario.* Epiſt. LXXXV. Μιχαὴλ πρωτοσπαθαρίῳ. CX. Νικήτᾳ πρωτοσπαθαρίῳ. Epiſt. CXXIII. Θεοφίλῳ πρωτοσπαθαρίῳ. Magna eorum erat dignitas, & inter *Magnificos* cenſebantur. Ecloga L L. Leonis & Conſtantini, tit. X. μεγαλοπρεπεῖς appellat. Gloſſæ Baſilic. *illuſtres* nominant. Ἰλλούστριος πρωτοσπαθάριος. Vide Gloſſ. Meurſii.

Πρωτοσύγκελλος.

Vide de hac voce in Σύγκελλος.

Πρωτότοκος.

I. *Explicatio nominis.* Πρωτότοκος, *primogenitus* accipitur

1. *Propriè*; & notat

a. *eum, ante quem nullus alius ex iiſdem parentibus editus eſt, & qui fratres habet.* Severianus: Πρωτότοκος λέγεται, ὁ ἀδελφοὺς ἔχων· πρωτεύει γὰρ τῷ γενέσθαι πρῶτος. *Primogenitus dicitur, qui fratres habet: primas enim tenet, quia primò fuit genitus.* Suidas: Πρωτότοκος, ὁ πρῶτος τεχθείς. Πρωτοτόκος δὲ, ἡ θεοτόκος. Πρωτότοκος, *cum accentu in antepenultima, primus genitus:* πρωτοτόκος *verò, cum accentu in penultima, quæ primùm peperit, primipara*; ita πρωτοτόκος eſt *Deipara*: Ammonius de differentibus vocabulis: Πρωτότοκος μὲν προπαροξυτόνως, ὁ πρότερον τεχθείς· πρωτοτόκος δὲ παροξυτόνως, ἡ πρῶτον τεκοῦσα. Tollendus ergo inſignis error ex Heſychio, qui in noviſſima etiam manſit Editione. Πρωτότοκος, ἡ πρώτη τετοκυῖα, καὶ ὁ πρῶτος τεχθείς. Reſpicit ſine dubio ad Il. ρ'. v. 5.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν', ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ
Πρωτοτόκος, κινυρὴ, οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο.

Circa autem ipſum ivit, ſicut aliqua circa vitulam mater Primò enixa, querula, non antè experta partum. Hic vetus Scholiaſtes: Πρωτοτόκος, πρώτως τετοκυῖα. τοῦτο μὲν τόνῳ παροξυτόνως, ἵν' ᾖ ἐνεργητικόν. προπαροξυτόνως δὲ δηλοῖ ἡ λέξις τὴν πρώτως τεχθεῖσαν. Senſus eſt: Vocem hanc *proparoxytonè* ſcriptam notare *primùm genitam, genitam, primogenitam: proparoxytonè* verò *primiparam.* Adeo ut Heſychius omnino ſcripſerit, Πρωτοτόκος, ἡ πρώτως τετοκυῖα· πρωτότοκος δὲ, ὁ πρῶτος τεχθείς.

b. *eum*, juxta Hebræos, *ante quem nullus alius ab iiſdem parentibus editus eſt, etiamſi nullus poſt eum unquam procreatus fuerit*; quo ſenſu *primogenitus* illis dicitur is quoque, qui eſt μονογενὴς, quomodo Chriſtus appellatur πρωτότοκος B. Virginis Matth. I. 25. Lucæ II. v. 7. Eunomius volebat, Chriſtum non eſſe μονογενῆ, ſi ſit πρωτότοκος, ut docemus in voce Μαρία, num. III. 3. ſed optimè Baſilius Homil. in Nativitatem Chriſti, t. I. pag. 590. Οὐ πάντως ὁ πρωτότοκος πρὸς τοὺς ἐπιγενομένους ἔχει τὴν σύγκρισιν, ἀλλ' ὁ πρῶτον διανοίγων μήτραν, πρωτότοκος ὀνομάζεται. *Primogenitus omnino non reſpectu prolis ſuccedentis dicitur, ſed qui primus vulvam aperit; primogenitus nominatur.* Theophylactus in cap. II. Lucæ, pag. 315. Πρωτότοκον ἤδη ὠνόμασε τῆς παρθένου τὸν Κύριον, καίτοι μὴ δευτέρου τινὸς τεχθέντος, εἰκότως· πρωτότοκος γὰρ λέγεται ὁ πρῶτος τεχθεὶς, κἂν μὴ δεύτερος ἐπιτέχθῃ. *Primogenitum filium Dominum appellavit, quamvis nullum ſecundum pepererit: idq; meritò. Primogenitus enim dicitur, qui primus natus eſt, etiamſi non naſcatur poſtea ſecundus.* Idem in cap. I. ad Coloſſ. p. 635. Ὁ πρωτότοκος οὐ πάντως πρὸς τοὺς ἑξῆς λέγεται παρὰ τῇ γραφῇ, ἀλλ' ἀπολύτως οὕτως, ὁ πρῶτος τεχθείς. οὕτως οὖν καὶ ἡ θεοτόκος Μαριὰμ ἔτεκεν αὐτὸν τὰ κατὰ σάρκα πρωτότοκον, οὐκ ἔχοντα πάντως ἀδελφοὺς ἐφεξῆς αὐτῷ. μονογενὴς γὰρ καὶ ἐκ ταύτης. *Primogenitus non omnino ad ſequentes pertinere dicitur in ſcriptura, ſed abſolutè ſic, primus natus. Hac itaq; ratione Deipara Maria peperit eum ſecundùm carnem primogenitum, qui omnino non habuerit fratres poſt ſe. Nam ex iſta etiam unigenitus erat.* Damaſcenus lib. IV. orthod. fidei, cap. VIII. pag. 293. Πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθεὶς, εἴτε μονογενὴς, εἴτε καὶ πρὸ ἄλλων ἀδελφῶν. *Primogenitus eſt, qui primus genitus eſt, ſive unigenitus, ſive ante alios fratres.* Et lib. ejuſd. cap. XV. pag. 330. Πρωτότοκός ἐστιν ὁ πρῶτος γεννηθεὶς, εἰ καὶ μονογενὴς εἴη. Τὸ μὲν γὰρ, πρῶτον γεννηθῆναι δηλοῖ, οὐ πάντως δὲ καὶ ἑτέρων συνεμφαίνει γέννησιν. *Primogenitus eſt, qui primus eſt natus, etiamſi unigena ſit. Illud nempe,* πρωτότοκος, *primum eſſe genitum declarat, aliorum autem generationem nequaquam ſimul ſignificat.* Meritò ergo Hieronymus in cap. I. Matth. t. IX. *morem divinarum Scripturarum eſſe* dicit, *primogenitum vocari, non quem fratres ſequantur, ſed eum, qui primus natus fuit.* Et adv. Helvidium: *Definivit ſermo Dei, quid ſit primogenitum*, Omne, *inquit*, quod aperit vulvam. Vocatur igitur propriè πρωτότοκος reſpectu naturæ humanæ. Cyrillus Alexandr. in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 18. dicit eum vocari πρωτότοκον, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, *primogenitum, quatenus homo factus eſt.* Id. ibid. p. 43. Εἴρηται πρωτότοκος, ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκουμένην ἄνθρωπος γεγονώς. *Dictus eſt primogenitus, quando in mundum ingreſſus homo factus eſt.* Et pag. 67. Μονογενὴς μὲν, ὡς Θεός. Πρωτότοκος δὲ διὰ τὴν ἀνθρώπινον σταυρόν. *Unigena quidem, quatenus Deus eſt; primogenitus autem, propter crucem humanam.* Athanaſius orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 433. Τὸ πρωτότοκος εἰς τὴν κτίσιν ἔχει τὴν κατάβασιν, αὐτῆς γὰρ καὶ πρωτότοκος ἐλέχθη. *Primogenitus ad creaturam refertur, ejus enim primogenitus dictus eſt.*

Digitized by Google

2. *Tropicè.* Atque ita accipitur,

a. cùm Chriſtus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *primogenitus omnis creaturæ*, ſeu *omnis rei creatæ*, Col. I. v. 15. id eſt, ante ullas res conditas à Patre genitus: nam πρωτότοκος πάσης κτίσεως ſignificat genitum eſſe πρὸ πάσης κτίσεως *ante omnem rem creatam*, ut patet ex eo, quod ſtatim additur v. 16. Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· καὶ πάντα δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. itaque per hoc Filius Dei à rebus conditis diſtinguitur, & æternitas ejus denotatur. Videamus conſenſum veterum. Theodoretus ad locum Apoſtoli, p. 346. Εἰ μονογενής, πῶς πρωτότοκος; εἰ πρωτότοκος, πῶς μονογενής; ἀλλὰ μὴν μονογενὴς ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις ὠνόμασται. πρωτότοκος τοίνυν ἐστὶ τῆς κτίσεως, οὐχ ὡς ἀδελφὴν ἔχων τὴν κτίσιν, ἀλλ᾽ ὡς πρὸ πάσης κτίσεως γεννηθείς. πῶς γὰρ οἷόν τε καὶ ἀδελφὸν εἶναι τῆς κτίσεως, καὶ δημιουργόν; εἰ γὰρ κατὰ τὸν τῶν αἱρετικῶν λόγον κτίσμα ἐστίν, ἀδελφὴν ἔχει τὴν κτίσιν. οὐχ οἷόν τε δὲ κατὰ ταὐτὸν ταύτης αὐτὸν καὶ ἀδελφὸν εἶναι, καὶ δημιουργόν. δημιουργὸν δὲ αὐτὸν ἡ θεία καλεῖ γραφή. εἰ δὲ δημιουργός, οὐκ ἄρα καὶ ἀδελφός. Εἰ δὲ οὐκ ἀδελφός, οὐ κτίσμα. *Si unigenitus, quomodo primogenitus? ſi primogenitus, quomodo unigenitus? Atqui in divinis Evangeliis unigenitus nominatus eſt. Eſt ergo primogenitus creaturæ: non quòd ſororem habeat creaturam, ſed quòd ante omnem creaturam ſit genitus. Quomodo enim fieri poſſet, ut idem eſſet frater creaturæ & opifex? Si enim, ut blaterant hæretici, eſt creatura, ſororem habet creaturam. Fieri autem non poteſt, ut idem ſimul ejuſdem ſit frater & opifex. Eum autem opificem vocat divina ſcriptura: quòd ſi opifex, non ergo & frater: quòd ſi non eſt frater, non eſt creatura.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 635. Ἐκ πατρὸς πρωτότοκος, οὐχ ὡς πρὸς τὰ λοιπὰ κτίσματα, ἀλλ᾽ ἀπολύτως. μονογενὴς γὰρ καὶ κατὰ τὴν ἄνω γέννησιν. *Ex Patre eſt primogenitus, non cæterarum creaturarum reſpectu, ſed abſolutè. Unigenitus enim ſecundùm ſupernam etiam nativitatem.* Vide ipſum autorem; & ipſum maximè Chryſoſtom. Hom. III. in epiſt. ad Coloſſ. pag. 103. 104. Baſilius M. lib. IV. contra Eunomium, t. II. pag. 104. locum Apoſtolicum contra Eunomium vindicat. Eunomius ex eo, quòd Filius dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, inferre voluit, eum eſſe πρωτόκτιστον. Reſpondet Baſilius, ſi ob eam cauſam dicatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, eum etiam πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν vocari, ὅτι προετελεύτησε τῶν νεκρῶν, *quia ante mortuos mortuus ſit:* Εἰ δὲ πρωτότοκος νεκρῶν εἴρηται, διὰ τὸ αἴτιος εἶναι τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, οὕτω καὶ πρωτότοκος κτίσεως, διὰ τὸ αἴτιος εἶναι τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν τὴν κτίσιν. *Si verò primogenitus mortuorum dictus eſt, quoniam cauſſa eſt reſurrectionis ex mortuis: ſic etiam primogenitus creaturæ, quoniam cauſſa eſt, ut à nihilo ad eſſe creatura producta ſit.* Damaſcenus lib. IV. orthod. fidei, cap. VIII. pag. 293. Πρωτότοκον αὐτὸν φαμὲν πάσης κτίσεως, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κτίσις ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς μόνος ἀχρόνως γεγεννημένος, εἰκότως υἱὸς μονογενὴς πρωτότοκος, καὶ οὐ πρωτόκτιστος λεχθήσεται. *Primogenitum ipſum dicimus omnis creaturæ, quia & ipſe ex Deo, & creatura ex Deo: ſed ipſe ex ſubſtantia Dei & Patris, ſolus ſine tempore genitus, meritò filius unigena primogenitus, & non primò creatus vocabitur.* Oecumenius in cap. I. ad Coloſſ. pag. 889. Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, τουτέστι, πρὸ πάσης κτίσεως, πρωτοτόκως καὶ μονογενῶς γεννηθείς. *Primogenitus omnis creaturæ, hoc eſt, ante omnes res creatas, inſtar primogeniti & unigeniti genitus.* Athanaſ. in expoſitione fidei, t. I. p. 242. ad hunc ipſum locum: Πρωτότοκον εἰπών, δηλοῖ μὴ εἶναι αὐτὸν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ πατρός· ξένον γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ λέγεσθαι κτίσμα. τὰ γὰρ πάντα ἐκτίσθησαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ· ὁ δὲ υἱὸς μόνος ἐκ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἐγεννήθη. διὸ πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως ὁ Θεὸς λόγος, ἄτρεπτος ἐξ ἀτρέπτου. *Dum eum appellat* primogenitum, *indicat eum non eſſe creaturam, ſed Patris filium: peregrinum enim & alienum eſt de deitate ejus dici creaturam. Omnia enim creata ſunt à Patre per Filium: Filius autem ſolus ab æterno ex Patre genitus eſt: propterea primogenitus eſt omnis creaturæ Deus ſermo, immutabilis ex immutabili.* Theodotus apud Clementem Alex. pag. 792. Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, γεννηθεὶς ἀπαθῶς, κτίστης καὶ γενεσιάρχης τῆς ὅλης ἐγένετο κτίσεώς τε καὶ οὐσίας. *Primogenitus omnis creaturæ, ſine paſſione genitus, creator & totius creaturæ atque eſſentiæ factus eſt autor.* Rectè itaque Ambroſius quoque: *Ante omnem creaturam genitum ait Filium, non creatum teſtatur, ut ſecerneret nativitatem ejus à creaturæ factura.* Quemadmodum igitur *primogenitum* vocârunt Hebræi, non eum, quem plures nativitate ſequerentur, ſed magis ante quem nemo. Ita Chriſtus Jeſus dictus eſt *primogenitus*, quaſi tu dicas *ab æterno genitus.* Lyranus ad locum Apoſtoli: *Primogenitus omnis creaturæ, id eſt, genitus ante omnem creaturam: quia generatio Filii à Patre eſt æterna.* Iſidorus Peluſiota lib. III. epiſt. XXXI. pag. 268. ut eò facilius Arianorum declinaret impetum, exiſtimat, non eſſe ſcribendum πρωτότοκος, ſed πρωτοτόκος. Paulum enim non docere, πρῶτον τῆς κτίσεως αὐτὸν ἐκτίσθαι, ἀλλὰ πρῶτον τετοκέναι, τουτέστι, πεποιηκέναι τὴν κτίσιν, *eum primum ex omnibus rebus conditis creatum eſſe, ſed primò peperiſſe, hoc eſt, feciſſe res creatas:* ac proinde penultimam ſyllabam eſſe acuendam. Atque hanc ſententiam ſuam per totam epiſtolam probare conatur. Sed nihil opus his ſubtilitatibus. Quis enim dubitat, quin qui ante creaturarum creationem dicitur genitus, hac ratione à creatione & creaturis diſtinguatur? Vide Clar. Heinſii Exercitat. ad hunc Pauli locum.

Nec tamen omnes ex veteribus propoſitam ſequuntur expoſitionem; ſed, quamvis idem nonnunquam ſe ſentire teſtentur, alibi tamen aliter exponunt. Sunt enim, qui Chriſtum putant appellari πρωτότοκον πάσης κτίσεως propter aſſumtam carnem. In hanc ſententiam inclinat Athanaſius Orat. III contra Arianos, t. I. p. 432. Πρωτότοκος πάσης κτίσεως λέγεται, οὐχ ὡς ἐξισούμενος τοῖς κτίσμασι, καὶ πρῶτος αὐτῶν κατὰ χρόνον πρωτότοκος λέγεται· πῶς γάρ, ὅπου γε μονογενής ἐστιν αὐτός; ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὰ κτίσματα συγκατάβασιν τοῦ λόγου, καθ᾽ ἣν καὶ πολλῶν γέγονεν ἀδελφός. *Primogenitus omnis creaturæ dicitur, non quaſi creaturis æquiparetur, & ipſe inter eas tempore primus ſit, primogenitus dicitur: qui enim hoc, cùm ipſe ſit unigenitus? ſed propter Verbi ad creaturas condeſcenſionem, juxta quam etiam multorum factus eſt frater.* Hoc eſt reſpectu incarnationis, ob quam ad Rom. VIII. 29. dicitur *primogenitus inter multos fratres*, ut mox ſub num. II. 1. videbimus.

Alii hoc referunt ad regenerationem, cujus Baptiſmus Symbolum eſt. Ita Greg. Nyſſen. Orat. II. contra Eunomium, t. II. p. 453. Διὰ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς αἷμα καὶ σάρκα, καθώς φησιν ἡ γραφή, ὁ δι᾽ ἡμᾶς γενόμενος καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ σαρκὸς καὶ αἵματος κοινωνήσας, μέλλων ἡμᾶς μεταποιεῖν ἐκ τοῦ φθαρτοῦ πρὸς τὸ ἄφθαρτον, διὰ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως, τῆς δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος, αὐτὸς τοῦ τοιούτου τόκου καθηγήσατο διὰ τοῦ ἰδίου βαπτίσματος τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐπισπασάμενος. ὥστε πάντων τῶν πνευματικῶς ἀναγεννωμένων, πρωτότοκον αὐτὸν γενέσθαι, καὶ ἀδελφοὺς ὀνομάσαι τοὺς τῆς ὁμοίας αὐτῷ διὰ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πνεύματος μετεσχηκότας γεννήσεως. *Propterea quòd nos nati ſumus ſanguis & caro, ſicut dicit ſcriptura; qui autem propter nos ſecundùm nos natus eſt, & carnis atque ſanguinis particeps factus eſt, nos ex corruptibili ad incorruptibile vendicaturus per ſupernam generationem, quæ eſt per aquam & Spiritum, ipſe talis partus dux extitit, per ſuum baptiſma, Sanctum Spiritum in aquam attrahens. Ita ut omnium, qui ſpiritualiter*

ter regenerantur, ipſe ſit primogenitus, fratresque nominet eos, qui ſimilis cum ipſo per aquam & Spiritum generationis facti ſunt participes. Hanc ipſam ſententiam etiam proponit de perfecta Chriſtiani forma, t. III. pag. 290. 291. Eodem reſpicit Baſilius M. lib. IV. contra Eunomium, t. II. pag. 104. ubi inter alia dicit Chriſtum vocari πρωτότοκον πρὸς τοὺς διὰ υἱοθεσίας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκ Θεοῦ γεννωμένους, *primogenitum reſpectu eorum, qui per adoptionem Spiritus Sancti ex Deo nati ſunt.* Chryſoſtom. Homil. in Incarnationem Domini, ut eſt in Biblioth. Photii Cod. CCLXXVII. pag. 1549. Ὅτι τοῦ θείου Παύλου εἰπόντος, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, οἱ αἱρετικοί, φησι, μὴ νοήσαντες, περὶ ποίας κτίσεως λέγει, εἰς κτίσμα τὸν υἱὸν οἱ ἀνόητοι καταβιβάζουσι. Διττὴ δὲ ἡ κτίσις· ἡ μὲν γάρ ἐστιν, ἡ γεγενημένη· ἡ δὲ, ἡ ἀνακαινιζομένη. Αὐτὸς γὰρ πάλιν Παῦλος βοᾷ· Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· ἵνα δὲ λαμπρῶς ἐπιδείξῃ, ὅτι τῆς ἀνακαινισθείσης κτίσεως λέγει πρωτότοκον τὸν Χριστὸν, ἐπάγει, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων, πρωτεύων τῶν ἀνακαινιζομένων, τῶν εἰς ἀφθαρσίαν καλουμένων, τῶν ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένων. πρωτεύων οὐ κατὰ τὴν θεότητα· ἀλλὰ πρωτεύει κατά γε τὴν ἀνθρωπότητα, ἀρχηγὸς ἡμῶν γεγονὼς τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν μεταστοιχειώσεως. *Cùm dicat B. Paulus,* Primogenitus omnis creaturæ, *hæretici, inquit, non intelligentes de qua creatura loquatur, ad creaturam Filium inſipientes detrudunt. Eſt verò duplex creatura, una quidem facta, altera renovata. Paulus namque iterum clamat:* ſi quæ in Chriſto nova creatura: *utque manifeſtè oſtendat, ſe dicere Chriſtum eſſe primogenitum creaturæ renovatæ, addit,* primogenitus ex mortuis, *ut ſit in omnibus primus. Primus renovatorum, ad immortalitatem vocatorum, ex mortuis reſuſcitatorum. Primus non ſecundùm deitatem, ſed ſecundùm humanitatem, princeps factus reſurrectionis noſtræ, & mutationis ex corruptione ad incorruptibilitatem.* Pia quidem hæc expoſitio: ſed cum Apoſtoli ſcopo non convenit. Vocatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *quia ab eo omnia condita,* ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, inquit diſertè Paulus.

Hic verò illud probè obſervandum eſt, Arianos ex eo quòd Filius Dei vocatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, impiè aſſeruiſſe, & mordicus defendiſſe, Filium Dei eſſe κτίσμα. Quomodo docuerint eum eſſe κτίσμα, vide in voce Υἱός. Quomodo orthodoxi locum Apoſtoli contra Arianos defenderint, jam vidimus. Pergimus ergo ad alia.

b. Cùm Chriſtus vocatur πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, *primogenitus mortuorum,* vel *ex mortuis*, Coloſſ. I. 18. id eſt, is, qui à mortuis primus ad immortalitatem propria virtute reſurrexit, & firmam de futura reſurrectione noſtra fidem reddidit. Theodoretus demonſtrat. V. quòd impatibilis ſit divinitas Salvatoris, t. IV. p. 183. Ὡς ἄνθρωπος πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν· πρῶτος γὰρ τὰς ὠδῖνας ἔλυσε τοῦ θανάτου, καὶ πᾶσιν ἔδωκε τῆς ἀναβιώσεως τὴν γλυκεῖαν ἐλπίδα. *Tanquam homo eſt primogenitus ex mortuis: primus enim dolores mortis ſolvit, & dulcem reviviſcendi ſpem omnibus dedit.* Idem in cap. I. ad Coloſſ. pag. 348. Vocatur *primogenitus ex mortuis:* πρῶτος γὰρ τὰς ὠδῖνας ἔλυσε τοῦ θανάτου· αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος καὶ τὴν πάντων ἡμῶν ἀνάστασιν. *Primus enim ſolvit dolores mortis. Omnium autem noſtrûm reſurrectio tacitè ſignificatur.* Gregor. Nyſſen. Orat. II. contra Eunomium, t. II. p. 453. Ἐπεὶ καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἔδει αὐτὸν ἐναποθέσθαι τῇ φύσει τὴν δύναμιν, γίνεται ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ὁ πρῶτος δι' ἑαυτοῦ λύσας τὰς ὀδύνας (ſcribendum potiùs, ὠδῖνας) τοῦ θανάτου. ὥστε καὶ ἡμῖν ὁδοποιηθῆναι τὴν ἐκ τοῦ θανάτου παλιγγενεσίαν, διὰ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως τῆς ὠδῖνος τοῦ θανάτου λυθείσης, ἐν ᾧ κατειχόμεθα. *Quoniam etiam per ſuam à mortuis reſurrectionem ipſum indere vim naturæ humanæ ad reſurgendum oportebat, ſit dormientium primitiæ, & primogenitus ex mortuis, qui primus per ſe ipſum mortis dolores ſolvit. Ita ut nobis à morte ſit patefacta via ad regenerationem, per Domini reſurrectionem mortis doloribus ſolutis, in qua detinebamur.* Idem Orat. IV. contra Eunomium, p. 542. Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γίνεται, ὁ πρῶτος δι' ἑαυτοῦ τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου λύσας, ἵνα καὶ πᾶσιν ὁδοποιήσῃ τὸν ἐξ ἀναστάσεως τόκον. *Primogenitus ex mortuis ſit, qui primus per ſe dolores mortis ſolvit, ut omnibus etiam faciat viam ad partum, qui ſit ex reſurrectione.* Iisdem penè verbis de perfecta Chriſtiani forma, t. III. p. 291. utitur. Chryſoſtom. Hom. CXXXIV. t. V. p. 861. ad quæſtionem, *Quomodo Chriſtus ſit primogenitus ex mortuis, cùm etiam alii ante eum reſurrexerint,* reſpondet: Ἐκεῖνοι εἰ καὶ ἀνέστησαν πρὸ Χριστοῦ, ἀλλὰ ἀναστάντες πάντες ἀπέθανον πάλιν, γεῦμα δεδωκότες τῆς ἀναστάσεως. Ὁ δὲ Χριστὸς ἀναστὰς οὐχ ὑποπίπτει θανάτῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχηγὸς, ὡς ἀναστὰς, καὶ μηκέτι ἀποθνήσκων. *Illi, etiamſi ante Chriſtum reſurrexerint, poſtmodum omnes rurſus mortui ſunt, guſtum quendam reſurrectionis dederunt. Chriſtus autem poſtquam reſurrexiſſet, morti non ampliùs eſt obnoxius, & propterea dux, ut qui reſurrexit, nec ampliùs moritur.* Oecumenius in cap. I. ad Col. p. 690. Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, id eſt, ἀρχὴ ἀναστάσεως καὶ πρόφασις γενόμενος. *Initium & cauſſa reſurrectionis factus, dicitur primogenitus ex mortuis.* Aretas ad Apoc. I. 5. ubi Chriſtus quoque vocatur ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, p. 886. ὡς μόνος αὐτὸς κατάρξας τῆς τοιαύτης ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν χάριτος, *ut qui ſolus primus hanc bonorum gratiam nobis incepit,* id eſt, *ejus autor eſt.* Παλινζωΐαν intelligit. Niceph. Conſtantinop. in Actis Epheſ. p. 309. ita explicat: Ἀνέστη, ὡς Θεὸς, πατήσας τὸν θάνατον, προοδοποιῶν πάσῃ σαρκὶ τὴν ἀνάστασιν. καὶ συνανέστησεν ἡμᾶς, τοὺς πεσόντας τῷ τῆς ἁμαρτίας πτώματι. *Reſurrexit, ut Deus, calcata morte, viamque ad reſurrectionem omni carni ſtravit: & nos ſimul reſuſcitavit, qui in peccatum eramus prolapſi.* Athanaſ. Orat. III. contra Arianos, t. I. p. 434. Πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν εἶναι τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. *Primogenitus ex mortuis, quia ab ipſo & poſt ipſum eſt reſurrectio mortuorum.* Apud eundem de Definitionibus, t. II. p. 53. illa quoque affertur ratio, quam ſuperiùs ex Chryſoſtomo attulimus: Πρῶτος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη τὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ ἀνάστασιν, ἧς καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ μέλλον ἐλπίζομεν ἀπολαύσασθαι, ἣν μὴ διαδέχεται θάνατος. *Primus à mortuis reſurrexit ad immortalitatem, qualem etiam nos deinceps ſperamus, quam nulla excipit mors.* Vide etiam in Ἀπαρχή, num. II. ſub lit. *c.*

II. *Proprietates* primogenitorum variæ ſunt, quas aliunde; maximè ex Bibliotheca Ravanelli petere licet. *Ex eorum* autem *prærogativa* oriuntur quædam *metaphoricæ phraſes;* quales ſunt.

1. *Cùm Chriſtus* dicitur πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, *primogenitus inter multos fratres*, Rom. VIII. v. 29. quia dignitate & autoritate fidelibus omnibus antecellit, eſt eorum caput, dux & moderator, ad quem aggregari, & cui conformes fieri nos omnes oportet. Veteres verò ferè volunt, eum propter naturam humanam hic vocari πρωτότοκον. Theodoretus ad hunc locum; πρωτότοκος ὡς ἄνθρωπος ὀνομάζεται. μονογενὴς γάρ ἐστιν ὡς Θεός. οὐκ ἔχει γὰρ ἀδελφοὺς ὡς Θεὸς, ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἀδελφοὺς τοὺς πεπιστευκότας καλεῖ. Τούτων ἐστὶ πρωτότοκος. *Primogenitus nominatur, ut homo: ut Deus enim, unigenitus eſt. Neque enim fratres habet, ut Deus: ſed ut homo appellat fratres eos, qui crediderunt.* Idem in Pſal. LXXXIX. p. 755. Πρωτότοκος, ὡς ἄνθρωπος, ἀδελφοὺς γὰρ ἔχει τοὺς πεπιστευκότας ὡς ἄνθρωπος. *Primogenitus ut homo, fratres enim ut homo habet eos, qui crediderunt.* Et Theophylact. ad eundem, p. 85. Πρωτότοκός ἐστιν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς κατὰ τὴν οἰκονομίαν, κατὰ γὰρ τὴν θεότητα μονογενής. Ἐπεὶ γὰρ ἡ προσ-

Digitized by Google

προσληφθεῖσα σὰρξ ἐχρίσθη παρουσίᾳ ὅλου τοῦ χρίοντος, καὶ ἀπαρχὴ ἡμῶν ἐγένετο, ἁγιασθείσης ἐν Χριστῷ τῆς κατακρίτου φύσεως, εἰκότως πρωτότοκός ἐστι, καὶ ἀδελφοὶ αὐτοῦ χρηματίζομεν. *Primogenitus eſt inter multos fratres ſecundùm incarnationem: nam ſecundùm deitatem eſt unigenitus. Quia enim aſſumta caro uncta eſt præſentiâ totius inungentis, ac primitiæ noſtræ factus eſt, ſanctificatâ in Chriſto damnatâ noſtrâ naturâ, meritò primogenitus eſt, fratresque ipſius appellamur.* Athanaſ. Orat. III. contra Arianos, t.I. p.434. Πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ἐκλήθη διὰ τὴν τῆς σαρκὸς συγγένειαν. *Primogenitus inter multos fratres appellatus eſt propter carnis conjunctionem.* Greg. Nyſſen. verò Orat.IV. contra Eunomium, p.542. hoc ad regenerationem refert: Ἐν ἀδελφοῖς πρωτότοκος γινόμενος, ὁ τοῦ καινοῦ τῆς παλιγγενεσίας τόκου προγεννηθεὶς ἐν τῷ ὕδατι, οὗ τὰς ὠδῖνας ἡ πτῆσις τῆς περιστερᾶς ἐμαιεύσατο· δι' οὗ τοὺς συμμετασχόντας αὐτῷ τῆς ὁμοίας γεννήσεως ἀδελφοὺς ἑαυτοῦ ποιεῖ, καὶ πρωτότοκος γίνεται τῶν μετ' αὐτὸν γεννωμένων ἐκ τοῦ ὕδατός τε τοῦ πνεύματος. *Inter fratres primogenitus factus eſt, qui novo regenerationis partu prior genitus eſt, in aqua, cujus partum columbæ volatus obſtetricatus eſt. Per quem eos, qui cum ipſo ſimilis generationis participes ſunt, ſibi fratres adſciſcit, & primogenitus efficitur eorum, qui poſt ipſum ex aqua & Spiritu regenerantur.* Vide ibidem plura.

2. *Cùm per* Πρωτοτόκους *intelliguntur electi* ad Hebr. XII. 23. ubi Theodoret. p.457. Πρωτοτόκους τοὺς ἐκλεκτοὺς κέκληκεν, ἐπειδὴ διπλοῦν κλῆρον κατὰ τὸν νόμον ἐλάμβανον οἱ πρωτότοκοι. Ταῦτα δὲ εἴρηκε, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τούτων δεικνὺς, καὶ σπουδαιότερον αὐτοῖς προσιέναι παρεγγυῶν. Primogenitos *vocavit electos, quia duplicem primogeniti ex Lege capiebant partem in hæreditate. Hæc autem dixit, & horum oſtendens excellentiam, & ut ad ea ſtudioſius accederent præcipiens.* Theophylactus ad eundem locum, p.1018. duplicem affert expoſitionem. Prior eſt: Πρωτοτόκους καλεῖ τοὺς πιστοὺς, τοὺς ἀφιερωμένους Θεῷ, τοὺς ἡγιασμένους. Primogenitos *vocat fideles, conſecratos Deo, ac ſanctificatos.* Addit: Ἐπειδὴ κοινὸς ἐστι πατὴρ πάντων ὁ Θεὸς, πάντες μὲν ἄνθρωποι υἱοί εἰσιν αὐτοῦ κοινῶς· πρωτότοκοι δὲ τούτων, οἱ πιστεύσαντες, καὶ ἄξιοι τῆς κατὰ πρόθεσιν υἱοθεσίας. *Quoniam Deus eſt communis omnium Pater, omnes quidem homines ſunt filii ejus communiter: horum vero primogeniti ſunt fideles, adeóque digni adoptione filiorum, quæ eſt ſecundum propoſitum.* Poſterior: Ἢ καὶ πάντες μὲν ἁπλῶς οἱ πιστεύοντες, υἱοί· πρωτότοκοι καὶ οἱ εὐάρεστοι, καὶ τῶν πρεσβειῶν ἐν λόγῳ καὶ πολιτείᾳ ἠξιωμένοι παρὰ Θεῷ. *Vel ſimpliciter omnes quidem credentes, filii ſunt: primogeniti autem; qui Deo bene placent, & in verbo vitaque converſatione legationibus apud Deum digni habentur.* Ita interpres, deceptus ſine dubio unico accentu in voce πρεσβειῶν, ubi ſcribendum πρεσβείων, ut ſit à πρεσβεῖον, non à πρεσβεία. Sunt autem τὰ πρεσβεῖα *jura primigenia, jus primogenituræ.* Ita hac voce ad præſentem quoque locum uſus Oecumenius, pag.866. Πρωτοτόκους λέγει τοὺς ἁγίους, τοὺς τὸ ἐξαίρετον ἔχοντας παρὰ τοὺς λοιποὺς πιστοὺς, τοὺς τῆς υἱοθεσίας ἠξιωμένους, ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν πρωτοτόκων, οἳ ἐκ τῶν πρωτοτοκίων ἔχουσί τινα πρεσβεῖα. Primogenitos *vocat ſanctos, qui ſupra reliquos fideles prærogativam habent, qui adoptione filiorum digni ſunt habiti, ab exemplo noſtrorum primogenitorum, qui propter jus primogeniti quædam habent honoraria*, vel *præcipua legata.* Vide etiam Damaſcen. orthod.fid.lib.IV.c.VIII.p.293.

Πρωτουργός.

De hac voce ita H. Stephanus: Πρωτουργὸς, *primas in opere aliquo partes obtinens, primariò efficiens.* Plato de leg. lib. 10. Πρωτουργοὶ κινήσεις καὶ δευτερουργοί. quod & ſimpliciter, *Motiones primariæ & ſecundariæ.* Hactenus ille. Dionyſius Areopagita Cœl. Hierarch.c. VII. ſect.I. p.68. Πρωτουργοὶ θεοφάνειαι καὶ τελειώσεις. *Primævæ Dei apparitiones & imitationes;* quæ in Angelis ſe primò exerunt. Pachymeres ad hunc locum, p.78. Πρωτουργοὺς λέγει θεοφανείας, ὅτι εἰς αὐτοὺς πρώτους ἐργάζονται ἐνεργούμεναι αἱ θεοφάνειαι. *Primigenias apparitiones Dei vocat, quòd in eis* (Angelis) *primùm operando vim ſuam exerant.* Clem. Alex. Strom. lib. VII. pag. 704. Οὗτος ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν, θελήματι τοῦ παντοκράτορος πατρὸς, αἴτιος ὁ υἱὸς καθίσταται, πρωτουργὸς κινήσεως, δύναμις ἄληπτος αἰσθήσει. *Hic omnium bonorum, voluntate Patris omnipotentis, author & cauſſa Filius, eſt primus effector motus, poteſtas quæ ſenſu non poteſt comprehendi.*

Πρωτοφόνος.

Non habent Lexica. *Primus homicida.* Cæſarius, Dial. I. Interrogat. XXXI. Πρωτοφόνος Κάϊν, *primus homicida Cain:*

Πρωτόχυτος.

Non habent Lexica. Πρωτόχυτος, *primùm effuſus:* à χυτὸς, *fuſus*, ſeu *fuſilis.* Formatur ut ἀρτίχυτος, αὐτόχυτος, πολύχυτος, &c. Clemens Alex. Pædag.lib. I. cap. VI. p.102. Αἱ τιτθαὶ τὸ πρωτόχυτον τοῦ γάλακτος πόμα, ὁμωνύμως ἐκείνῃ τῇ τροφῇ, μάννα κεκλήκασι. *Nutrices id lactis, quod primum ad potum effunditur, eodem quo illud nutrimentum nomine manna appellaverunt.*

Πρωτοψάλτης.

Vide de hac voce in Ψάλτης.

Πτερνίζω.

Veteres Gloſſæ: Πτερνίζω, *ſupplanto, decipio.* Heſychius: Ἐπτέρνισεν, ἐσκέλισε. *Supplantavit.* In animo habuit locum Hoſeæ XII. 3. ubi de Jacobo: Ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐπτέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. *In utero ſupplantavit fratrem ſuum.* Iterum Heſychius: Πτερνιεῖ, παγιδεύσει. *Illaqueabit.* ſcribendum παγιδεύσει. Reſpexit ad locum Jerem. IX. 4. Πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ. *Omnis frater calcaneo ſupplantabit.* Idem Heſychius: Πτερνίζει, ἀπατᾷ, συναρπάζει, ἀτιμάζει, ὑβρίζει. *Supplantat, ſeducit, diripit, ignominiâ afficit, injuriam facit.* Suidas: Πτερνίζει, ἀπατᾷ, ἢ λακτίζει. *Supplantat, decipit, vel calcitrat.* Idem: Πτερνίζω, τὸ καταβάλλω, ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τάχους ἀγωνιζομένων. *Supplanto, dejicio: per translationem ab illis* ductam, *qui de celeritate inter ſe certant.* Adducit poſtea locum: Ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη τρίτον τουτο. *Nunc enim me jam tertiùm ſupplantavit.* H. Stephanus hæc ex Ariſtophane putat deſumta. Ego potiùs eum reſpexiſſe judico ad illa Eſavi de Jacobo, Gen. XXVII. v.36. Ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο: ac proinde pro τρίτον, legendum δεύτερον. Hoc ipſum verbum Malach. III. 8 9. quater legitur: ubi, monente Theodoreto, Aquila & Symmachus pro πτερνίζειν habent ἀποστερεῖν, *fraudare.* Et Cyrillus Alex. in illud caput, p.858. Τὸ πτερνίζειν ἐστὶ τὸ συναρπάζειν, ἢ φενακίζειν. *Supplantare, eſt diripere, aut decipere.* Eodem modo πτέρνα metaphoricè *fraudem* notat. Suidas: Πτέρνα, ὁ δόλος, καὶ ἡ ἐπιβουλή. *Dolus & inſidiæ.* Joh. XIII. 18. dicit Chriſtus de proditore, ex Pſal. XLI. 10. Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. *Qui edit mecum panem, ſuſtulit adverſum me calcem ſuum.* Apud LXX. eſt, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. *Magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Ad hæc Pſalmi verba ea habet Theodoret. quæ ſuprà ex Suida attulimus. Hic, ut pateat non ampliùs conjecturâ niſi aſſertionem de verbis ex Gen. XXVII. totum Theodoreti locum exſcribimus: Δόλον τὴν πτέρναν ὠνόμασεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τάχους ἀγω-

Digitized by Google

ἀγωνιζομένων, καὶ τῇ πτέρνῃ τοὺς συνθέοντας πταίειν καὶ πίπτειν μηχανωμένων. Τοῦτο καὶ Ἡσαῦ ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ, ἔφη, Δικαίως ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακὼβ, ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο. *Dolum* calcaneum *nominavit, ex translatione ab illis deſumta, qui de celeritate contendunt, & calcando moliuntur, ut ſimul currentes impingant & cadant. Hoc etiam Eſavus à Jacobo deceptus dixit*, Juſtè vocatum eſt nomen ejus Jacob: nam me ſupplantavit jam bis. Chryſoſtomus Hom. LXXI. in Joh. Οὐκ εἶπε, παραδίδωσί με, ἀλλ' ἦρεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμὸν, τὸ δολερὸν, καὶ ὕπουλον καὶ λαθραῖον τῆς ἐπιβουλῆς παραστῆσαι βουλόμενος. *Non dixit*, tradit me, *ſed* ſuſtulit adverſum me calcaneum, *ut doloſas, fallaces & clandeſtinas oſtendat inſidias*. Et Theophylactus in Johannem. cap. XIII. p. 756. ita explicat iſtud, ἦρεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμὸν, τουτέστι, δόλον καὶ ἀπάτην κατ' ἐμοῦ συνέθηκεν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν παλαιόντων, οἱ ὑποσκελίζοντες τοὺς ἀντιπαλαίοντας, διὰ τοῦ τὰς πτέρνας αὐτῶν πατεῖν, καταβάλλουσι. Suſtulit adverſum me calcaneum, *hoc eſt, dolum & deceptionem contra me compoſuit: à luctantibus ſumtâ metaphorâ, qui ſupplantantes adverſarios ſuos, dum illorum calcaneum calcant, dejiciunt.* Πτερνισμὸς ergo inſidias ſignificat. Heſychius: Πτερνισμὸν, ἐπίβουλον. Malim legere ἐπιβουλήν. Id enim πτερνισμὸς metaphoricè ſignificat. Salmaſius verò legit ἐπίβαλον. Rectè, ſi Heſychius noluit exponere, quid per translationem ſignificet, ſed tantùm, quid propriè. Idem Heſychius: Ἐπίβαλοι, πτέρναι. Nempe à βάω eſt βηλὸς, hoc eſt, βάσις, ἐπίβαλος.

Πτερόω.

Propria hujus verbi ſignificatio ex Lexicis ſatis nota eſt. Nos hic *impropriam* tantùm conſiderabimus, quâ πτερόω eſt *in altum eveho & attollo*. Aliquot ſubjicimus exempla. Heſychius: Πτεροῖ, ἐξαίρει, *elevat, extollit*. Chryſoſtomus in Pſal. IX. Αὕτη ἡ ἡδονὴ τὸν ἄνθρωπον μετάρσιον ἐργάζεται. αὕτη τοῦ σώματος ἀπαλλάττει τὴν ψυχήν· αὕτη πρὸς οὐρανὸν πτεροῖ· αὕτη τῶν βιωτικῶν ὑψηλότερον ποιεῖ. *Hæc voluptas ſublimem & excelſum hominem efficit: hæc animam à corpore liberat: hæc ad cœlum attollit: hæc iis, quæ ad victum pertinent, altiorem conſtituit*, Idem in Pſal. CIX. Ταῖς ἐλπίσιν ἐπτέρωσε τὸν ἀκροατήν. *Magnarum rerum ſpe auditorem erexit*. Idem. Hom. XI. t. V. p. 56. de Anna in Templo orante: Ὑπὸ τοῦ πόθου πτερωθεῖσα, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναβᾶσα τῇ διανοίᾳ, ὡς αὐτὸν ὁρῶσα τὸν θεὸν, οὕτω μετὰ πάσης αὐτῷ θερμότητος διελέγετο. *Præ deſiderio in altum ſubvecta, & mente in cœlum aſcendens, quaſi Deum ipſum videns, ita ſummo cum fervore cum eo colloquebatur.* Et Hom. XXIX. in Geneſin, p. 225. de lectione S. Scripturæ: Ἡ ψυχὴ πτεροῦται καὶ μετάρσιος γίνεται τῷ φωτὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου καταυγαζομένη, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς τῶν πονηρῶν λογισμῶν λύμης ἀπαλλαττομένη, καὶ γαλήνης ἀπολαύουσα πολλῆς καὶ ἡσυχίας. *Anima attollitur & in ſublime effertur lumine ſolis juſtitiæ illuſtrata, & eo ipſo tempore à corruptela malarum cogitationum liberata, & contrà multa tranquillitate & quiete fruens.* Et in Pſal. XLII. Οὐδὲν οὕτως ἀνίστησι ψυχὴν, καὶ πτεροῖ, καὶ τῆς γῆς ἀπαλλάττει, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀπολύει δεσμῶν, καὶ φιλοσοφεῖν ποιεῖ, καὶ πάντων καταγελᾶν τῶν βιωτικῶν, ὡς μέλος συμφωνίας, καὶ ῥυθμῷ συγκείμενον θεῖον ᾆσμα. *Nihil animam æquè erigit, & alatam quodammodo efficit, & à terra liberat, & à vinculis corporis exſolvit, & ad philoſophiam excitat, & ut res omnes ad præſentem vitam pertinentes irrideat efficit, ut verſus modulatus, & divinum canticum numero compoſitum.* Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 271. Οἱ ἐντραφέντες γνησίως τοῖς τῆς ἀληθείας λόγοις, ἐφόδια ζωῆς ἀϊδίου λαβόντες, εἰς οὐρανὸν πτεροῦνται. *Qui in verbis veritatis germanè & ſincerè ſunt educati, accepto vitæ æternæ viatico, ſublimes in cœlum feruntur.*

Idem Strom. lib. IV. extremo, p. 543. Ἐγὼ δὲ ἂν εὐξαίμην τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ πτερῶσαί με εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν. *Ego autem Chriſti Spiritum oraverim, ut me in meam ſuſtollat Jeroſolymam.* Leontius Epiſcopus in Actis Concilii Nicæni, p. 143. Πτερώσας τῇ πίστει τὸ τῆς διανοίας σου ὄμμα, ἀνάβηθι ἐπὶ τὴν ὑψηλὴν τοῦ θεοῦ ἐπίγνωσιν. *Elevato per fidem mentis tuæ oculo, aſcende ad ſublimem Dei cognitionem.* Atque ita apud alios etiam Patres paſſim.

Πτέρυξ.

Hæc vox ſæpe *impropriè* ſumitur, & notat

I. *Dei providentiam, curam, defenſionem & protectionem.* Theodoretus ad v. 8. Pſal. XVII. p. 452. Πτέρυγας τὴν ὀξεῖαν καὶ σύντομον τῆς προνοίας ἀσφάλειαν ὀνομάζει. ῥάστη γὰρ τῶν πτερύγων ἡ κίνησις. Alas *nominat velocem & promtam providentiæ ſecuritatem: facillimus enim eſt alarum motus.* Idem ad v. Pſal. LXI. p. 630. Πτέρυγας τὴν τοῦ θεοῦ κηδεμονίαν καλεῖ. *Alas Dei providentiam vocat.* Chryſoſt. Hom. XXXIII. t. V. dicit *alas in Deo* notare βοήθειαν, ἀσφάλειαν, σκέπην, συμμαχίαν, τὸ ἀχείρωτον τῆς βοηθείας, *auxilium, præſidium, protectionem, adjumentum, inexpugnabile auxilium.* Greg. Nyſſenus Homil. XV. in Canticum, t. I. p. 699. *per alas* Deo tributas dicit intelligi δύναμιν, καὶ μακαριότητα, καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, *potentiam, beatitudinem, ſtatum interitus expertem, & his ſimilia.* Baſilius Cæſar. lib. V. contra Eunom. t. II. p. 133. *per alas* Deo tributas dicit intelligi τὸ σκεπαστικὸν, *vim protegendi.* Cyrillus Jeroſ. Catech. VI. III p. 42. ἡ φρουρητικὴ τοῦ θεοῦ δύναμις εἰς πτέρυγας λαμβάνεται. *Potentia Dei, quâ* homines *cuſtodit, per alas indicatur.*

II. Quando *alæ Angelis* tribuuntur, nihil aliud notant quàm eorum *alacritatem & ſtudium in exequendis Dei mandatis.* Chryſoſtomus Homil. III. de Incomprehenſibili, t. VI. p. 407. Τὰ πτερὰ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ τῆς φύσεως κοῦφον δηλοῖ. *Alæ nihil aliud declarant quàm naturæ celeritatem.* Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. cap. XV. ſect. III. p. 168. Τὸ πτερὸν ἐμφαίνει τὴν ἀναγωγικὴν ὀξύτητα, καὶ τὸ οὐράνιον, καὶ τὸ πρὸς τὸ ἄναντες ὁδοποιητικὸν, καὶ τὸ παντὸς χαμαιζήλου διὰ τὸ ἀνωφερὲς ἐξῃρημένον. ἡ δὲ τῶν πτερῶν ἐλαφρία, τὸ κατὰ μηδὲν πρόσγειον, ἀλλ' ὅλον ἀμιγῶς καὶ ἀβαρῶς ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἀναγόμενον. *Penna declarat ad ſublimia ducendi velocitatem, & cœleſtis vitæ curſum, ad anteriora ſemper atque celſiora promoventem, & ſupera petendo, terrena fugientem: pennarum enim levitas deſignat id, quod nulla ex parte terrenum eſt, ſed ſe toto ſine admixtione ac gravitate ſurſum fertur.* Vide Pachymerem ad hunc locum, pag. 182.

Πτωματίζω.

Deſcendit hoc verbum à πτῶμα, & ſignificat *cadere facio*, vel *præcipito*. Cyrillus Alex. Orat. de exceſſu animæ, p. 413. Οἱ ἐπιχαίροντες ἐπὶ πτώσει ἑτέρων, ἑαυτοὺς πτωματίζουσι. *Qui aliorum gaudent caſu, ſe ipſos præcipitant.*

Πτωχεῖον.

Πτωχεῖον eſt *locus, in quo mendici degunt: locus mendicis alendis deſtinatus*: idem cum πτωχοδοχεῖον & πτωχοτροφεῖον. Palladius, hiſt. Lauſiacæ, cap. V. pag. 18. Ἀφηγούμενος τοῦ πτωχείου τῶν λελωβημένων. *Præfectus Ptochotrophii eorum, qui ſunt corpore mutilati.* Can. VIII. Chalced. Οἱ κληρικοὶ τῶν πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ μαρτυρίων. *Clerici ptochiorum, monaſteriorum, & martyriorum.* Balſamo ad hunc Can. p. 332. Πτωχεῖα λέγονται, πάντα τὰ εἰς πτωχῶν πρόνοιαν ἀφορισθέντα. *Ptochia vocantur omnia, quæ pauperum curæ deſtinata ſunt.* Zonaras ad eundem Canonem, p. 101. Πτωχεῖά εἰσι τὰ εἰς πτωχῶν ἀφωρισμένα πρόνοιαν καὶ διοίκησιν, τὰ γηροκομεῖα δηλονότι καὶ ὀρφανοτροφεῖα, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν οἷς καταταθέντες ἀνάκεινται καὶ τρέφονται. *Ptochia ſunt, quæ ſeparata & deſtinata ſunt ad pauperum curam & adminiſtratio-*

Digitized by Google

nem, nempe loca ubi ſenes tractantur, loca alendis orphanis deſtinata, & hujuſmodi alia, in quibus variis morbis confecti diſcumbunt & aluntur.

Πτωχικά.

Πτωχικὰ ſunt reliqua redituum Epiſcopalium, quæ ut ſuperflua mendicis diſtribuebantur. Balſamon ad Can. Apoſt. LIX. pag. 263. Ὁ ἐπίσκοπος ὀφείλει μετὰ τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῦ δαπάνην, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν κληρικῶν συνήθη οἰκονομίαν, τὰ περιττεύοντα ἐκ τῶν εἰσόδων τῆς ἐκκλησίας, διαδιδόναι πρὸς πένητας· πτωχικὰ γὰρ καλοῦνται. *Epiſcopus debet poſt neceſſariam ſuam impenſam, Eccleſiæque & Clericorum conſuetam diſpenſationem, quæ ſuperſunt ex Eccleſiæ reditibus, dare pauperibus: appellantur enim bona pauperum.* Ad eundem Can. Zonaras, p. 58. Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα ἡ γραφὴ πτωχικὰ ὀνομάζει. καὶ δεῖ ταῦτα διαδίδοσθαι τοῖς πτωχοῖς. *Res Eccleſiarum ſcriptura vocat bona pauperum, & ea inter pauperes ſunt diſtribuenda.* Iterum Balſamo ad Can. XXVI. Chalced. p. 349. Κἂν ἀνευλόγιστον ἐξουσίαν ἔχωσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐφεῖται τούτοις ὡς ἰδικοῖς, καὶ δεσποτικοῖς αὐτοῖς διαφέρουσι τοῖς ἐκκλησίας χρῆσθαι πράγμασι· τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὰ περιττεύοντα μετὰ τὰς ἀναγκαίας ἐξόδους τοῖς πτωχοῖς διαδιδόναι ἀναγκάζονται, ὅτι καὶ πτωχικὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα. *Etſi poteſtatem reddendæ rationi non obnoxiam habeant Epiſcopi, iis tamen non permittitur, ut tanquam propriis & jure dominii ad ſe pertinentibus Eccleſiæ rebus utantur: adeò ut poſt neceſſarias impenſas, ea quæ ſuperſunt, pauperibus erogare cogantur: res enim Eccleſiaſticæ, dicuntur bona pauperum.* Et ad Can. XIV. Neo-Cæſ. p. 797. κυριακὰ χρήματα πτωχικὰ λέγεται, *pecuniæ Dominicæ, pauperum bona dicuntur.* Zonaras ad Can. IV. Chald. p. 99. Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν χρήματα πτωχικὰ ὀνομάζονται, καὶ εἰς ἐνδεεῖς ἐτάχθησαν ἀναλίσκεσθαι. *Eccleſiarum bona, bona pauperum appellantur, & egenis ſunt diſtribuenda.* Iſidorus Peluſiota ep. CCLVIII. lib. I. pag. 69. Τὰ πτωχικὰ σφετερίζεται. *Pauperum bona intervertit.*

Πτωχός.

De pauperibus ſatis multa in vocibus Πένης, Ἐλεημοσύνη, & Ξενοδοχεῖον. Hic illud tantùm conſideramus, quinam Matth. V. 3. vocentur πτωχοὶ τῷ πνεύματι, *pauperes ſpiritu.* Πτωχὸς *propriè eſt*, ὁ ἀπὸ πλούτου κατελθὼν εἰς ἔνδειαν, *qui ex divitiis ad inopiam devolutus eſt*; ut habetur apud Baſilium Cæſar. regul. brev. reſponſ. ad Interrogationem CCLXII. p. 630. At in hoc Servatoris noſtri dicto vox πτωχὸς *impropriè* ſumitur; quanquam ſint, quibus aliter videtur. Rem diſtinctè proponimus.

I. Veriſſima ſententia eſt, quæ per πτωχοὺς τῷ πνεύματι intelligit eos, quorum ſpiritus domiti ſunt, qui ſibi nihil coram Deo tribuunt, & ſeſe Deo ſubjiciunt: quibus opponuntur in Eccleſiaſte, cap. VII. 8. ὑψηλοὶ τῷ πνεύματι. Non ergo audiendi, qui τῷ πνεύματι hic delendum cenſent, dictitantes, nullibi πτωχὸν τῷ πνεύματι pro homine mente humili occurrere. At ſi πτωχὸς τὰς φρένας, quod in Græco epigrammate legi teſtatur Pricæus, ponitur pro homine ſapientiâ vacuo, cur non & πτωχὸς τῷ πνεύματι dici poſſet de eo, qui caret ſuperbiâ? Atque ita intellexit Greg. Nyſſenus Orat. I. de Beatitud. t. I. p. 766. quando dicit, πτωχείαν πνεύματος εἶναι τὴν ἑκούσιον ταπεινοφροσύνην, *paupertatem ſpiritus eſſe voluntariam animi demiſſionem.* Vide apud eundem plura in hanc ſententiam. Baſilius M. in c. XIV. Jeſajæ, t. I. pag. 1100. Πτωχοὶ τῷ πνεύματι οὐχ οἱ τὰ χρήματα ἐνδεεῖς, ἀλλ᾽ οἱ τῇ διανοίᾳ ἠλαττωμένοι. *Pauperes ſpiritu non ſunt illi, qui pecuniis carent, ſed qui mente ſunt humili.* Optimè etiam S. Macarius, Hom. XII. p. 155. Ἕως οὗ τις κτᾶται γνῶσιν καὶ σύνεσιν, καὶ προκόπτει, οὐκ ἔστιν πτωχὸς τῷ πνεύματι, ἀλλ᾽ οἴεταί τι περὶ ἑαυτοῦ. Ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς ταύτην τὴν σύνεσιν καὶ τὴν προκοπήν, αὐτὴ ἡ χάρις διδάσκει αὐτὸν εἶναι πτωχὸν τῷ πνεύματι, τὸν ὄντα τινὰ δίκαιον καὶ ἐκλεκτὸν τοῦ θεοῦ, μὴ ἡγεῖσθαί τι ἑαυτὸν εἶναι, ἀλλ᾽ ἔχειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐξουδενωμένην, ὡς μηδὲν εἰδότα, ἢ ἔχοντα, καί τοι εἰδότα καὶ ἔχοντα. *Quamdiu quis cognitionem & intelligentiam poſſidet, & proficit, non eſt pauper ſpiritu, ſed de ſe ipſo magnificè ſentit. Quando verò hanc conſecutus fuerit intelligentiam & hunc profectum, hæc gratia ipſum docet pauperem eſſe ſpiritu, &, licèt ſit juſtus & electus Dei, non exiſtimare, ſe quid eſſe, ſed ſe ipſum pro honore deſtituto & contemto habere, ut qui nihil ſciat, aut habeat, etiamſi ſciat & habeat.* Idem Hom. XXIX. p. 406. Ἀποσκοποῦσα ἡ ψυχὴ εἰς τὴν ἄρρητον τῆς μελλούσης χάριτος εὐεργεσίαν, ἀναξίαν ἑαυτήν, καὶ τὴν σπουδὴν αὐτῆς, καὶ πόνον καὶ κάματον ἡγεῖται πρὸς τὰς ἀρρήτους ἐπαγγελίας τοῦ πνεύματος. οὗτός ἐστιν ὁ πτωχὸς τῷ πνεύματι, ὃν ὁ Κύριος μακαρίζει. οὗτός ἐστιν ὁ πεινῶν καὶ διψῶν τὴν δικαιοσύνην. οὗτός ἐστιν ὁ συντετριμμένος τὴν καρδίαν. *Anima reſpiciens ad infinitum futuræ gratiæ beneficium, ſe ipſam indignam, & ſtudium ſuum, laborem & defatigationem minimè æquiparanda putat ineffabilibus promiſſionibus ſpiritûs. Atque talis eſt pauper ille ſpiritu, quem Dominus beatum prædicat: hic eſt ille, qui eſurit & ſitit juſtitiam: hic eſt contritus corde.* Chryſoſtomus Homil. XV. in Matthæum, p. 93. Πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ ταπεινοὶ καὶ συντετριμμένοι τὴν διάνοιαν. Πνεῦμα γὰρ ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν καὶ τὴν προαίρεσιν εἴρηκεν. ἐπειδὰν γάρ εἰσι πολλοὶ ταπεινοὶ οὐχ ἑκόντες, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης βιαζόμενοι, ἀφεὶς ἐκείνους (οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τοῦτο ἐγκώμιον) τοὺς ἀπὸ προαιρέσεως ἑαυτοὺς ταπεινοῦντας καὶ καταστέλλοντας μακαρίζει πρώτους. *Pauperes ſpiritu, ſunt humiles mente, atque contriti ſpiritu, ſpiritum enim hic pro anima & voluntate poſuit. Cùm enim multi ſint humiles non ſuâ ſponte, ſed neceſſitate rerum coacti, relictis iſtis, (neque enim hoc inter laudanda numerandum eſt) eos, qui ſe humiliant & deprimunt voluntate, primos beatos appellat.* Chryſoſtomum imitatur Theophylactus, quando dicit, Chriſtum hoc loco τὴν ταπεινοφροσύνην προκαταβάλλεσθαι ὥσπερ θεμέλιον, *modeſtiam & humilitatem animi, ceu fundamentum, primo loco ponere*, & συντετριμμένους τῇ ψυχῇ, *contritos animo, eſſe* πτωχοὺς τῷ πνεύματι.

II. Hanc tamen interpretationem ſuo indignam putavit calculo Bellarminus. Libro namque ſecundo de Monachis, cap. XX. ſcribit, *veram quidem eſſe, ſed non primariò intentam.* Deinde ſubjicit, quænam ex pluribus interpretationibus ſibi optima videatur; nimirum *ut per* πτωχοὺς τῷ πνεύματι *intelligantur illi, qui propter Deum paupertatem ſponte eligant, qui voluntariè ſint pauperes.* Non diffitemur, eſſe inter Patres, qui ab hac expoſitione non ſint alieni. Clemens Alexandr. Strom. lib. IV. p. 484. dubitanter dicit, Μακάριοι δὲ καὶ οἱ πτωχοί, εἴτε πνεύματι, εἴτε περιουσίᾳ, διὰ δικαιοσύνην δηλονότι. *Beati verò etiam ſunt pauperes, ſive ſpiritu, ſive facultatibus, propter juſtitiam videlicet.* Greg. Nyſſenus Orat. I. de Beatitudinibus. t. I. p. 771. etſi p. 766. ut vidimus ſuprà, *humiles* intelligi aſſerat, ſui ferè oblitus, dicit: Πτωχεύων τῷ πνεύματί ἐστιν, ὁ ἀνταλλαξάμενος τὸν τῆς ψυχῆς πλοῦτον τῆς σωματικῆς εὐπορίας, ὁ διὰ τὸ πνεῦμα πτωχεύων, ὁ τὸν γήϊνον πλοῦτον, οἷόν τι βάρος, ἀποσεισάμενος, ἵνα μετάρσιός τε καὶ διαέριος ἄνω φέρηται. *Pauper ſpiritu eſt, qui corporalem opulentiam animæ divitiis permutat: qui propter ſpiritum egenus eſt: qui terrenas divitias; veluti onus quoddam excuſſit, ut ſublimis per aërem ſurſum feratur.* Et apud Baſilium M. Interrogat. CCV. in Reg. brev. pag. 604. Οὗτοί εἰσιν οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἵτινες οὐ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἐπτώχευσαν, ἀλλὰ διὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Κυρίου εἰπόντος, Ὕπαγε, πώλησόν σου πάντα ὅσα ἔχεις, καὶ δὸς πτωχοῖς, *Hi ſunt pauperes ſpiritu, qui non aliam ullam ob cauſſam*

Digitized by Google

cauſſam pauperes facti ſunt, quàm ob doctrinam Domini, qui dixit, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. At hæc interpretatio eſt ἀπίθανον. Propria vocis πτωχὸς ſignificatio non eſt urgenda. Non ignotum, eam ſæpè metaphoricè uſurpari. An ergo putabit Bellarminus, Luc. IV. 18. phraſin, Εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς, quoque ſignificare, *Evangelium prædicare egenis & mendicis?* Ibi certè πτωχοὶ non ſunt alii, quàm qui abjectè coram Deo de ſe ſentiunt, peccata ſua agnoſcunt, horumque veniam petunt.

III. Novam expoſitionem affert Theophanes Homil. LI. pag. 350. 351. dum per πτωχὸς τῷ πνεύματι eos intelligit, *qui peccata fugiunt.* Verba ejus ſunt: Πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οὐχ οἱ χρημάτων ἐστερημένοι· ἔστι γὰρ ἰδεῖν πολλοὺς πενομένους μὲν τῇ περιουσίᾳ, πλουτοῦντας δὲ τῇ ἐπιθυμίᾳ. ἀλλὰ πτωχοὺς νοητέον τῷ πνεύματι, τοὺς πάντων τῶν ἐν κακίᾳ νομιζομένων ἑκουσίως πτωχεύσαντας, καὶ μηδὲν τι τῶν διαβολικῶν κειμηλίων ἐν τῇ ψυχῇ ταμιεύσαντας. *Pauperes ſpiritu non ii ſunt, qui pecuniis carent: multos quippe videre eſt pecuniis pauperes, ſed deſiderio divites. Verùm per* pauperes ſpiritu *intelligendi ſunt, qui omnibus, quæ ſub malitiæ intellectum cadunt, voluntariè ſeſe privant, & nihil ex Diaboli theſauris repoſitum in anima ſervant.* Affert tamen expoſitionem quoque ex Baſilio, num. II. allatam: nec non primam, quando dicit: Τάχα δὲ πτωχείαν ὁ λόγος, καὶ τὴν ἑκούσιον ὀνομάζει ταπείνωσιν, ἧς ὑπόδειγμα γέγονεν ὁ ταῦτα διδάσκων Θεός. *Fortaſſe verò paupertatem nominat ſermo, voluntariam humilitatem, cujus exemplar nobis factus eſt, ipſe horum doctor Deus.*

Πυκτή.

Πυκτὴ ſc. δέλτος, *complicatilis tabula.* Cæſarius, Dial. I. Interrog. XXII. Vetus Teſtamentum vocat παλαιὰν πυκτὴν, *ſcripturam veterem.* Et Dial. eod. Interrog. XXXV. Scripturam vocat θείαν πυκτὴν, *divinam paginam.*

Πυκτίς.

Πυκτὶς eſt *libellus* ſeu *tabula complicatilis.* Sacra Scriptura ſæpe hac voce deſignatur. Cæſarius quæſt. XL. pag. 74. *Scripturam* vocat τὴν θείαν πυκτίδα, *divinum librum.* Quæſt. XXII. pag. 44. vetus Teſt. vocat παλαιὰν πυκτίδα, *veterem tabulam.* Quæſt. LXII. pag. 146. Ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων πυκτίς. *Divinus Evangeliorum liber.* Theophanes Homil. I. p. 6. Ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται, ὡς ἡ θεία λέγει πυκτίς. *Qui ſe ipſum humiliat, exaltabitur, ut divinæ literæ docent.* Et Homil. XII. p. 75. Ἡ σεβασμία τῶν εὐαγγελίων πυκτίς. *Venerandus Evangeliorum liber.* Gloſſ. Eſcur. πυκτὶς, ἡ βίβλος.

Πυξίον.

Πυξίον apud recentiores Græcos eſt *vas ligneum, vel argenteum, aut aureum, pyxidis inſtar elaboratum, in quo mica panis Euchariſtici aſſervantur.* Typicum Nicolai Caſulorum: Μετὰ τὴν μετάληψιν, καὶ οἱ τῆς μέχρι παρασκευῆς ἄρτοι φυλάττονται ἐν πυξίῳ ἀφωρισμένῳ τινί. *Poſt communionem, panes in pyxide quadam ſancta usque ad diem Veneris aſſervantur.* Item: Ἐν πυξίῳ τινὶ καθαρῷ ὁ θεῖος κομιζόμενος ἄρτος. *In pyxide quadam pura divinus panis allatus.* Pyxidem antiquitus κιβώριον (de quo ſuo loco) dictam fuiſſe, multis placuit. Nunc alii Græci ἀρτοφόριον nuncupant. Vide hanc vocem.

Πῦρ.

Ad pauciſſima referimus, quæ pluribus de hac voce dici poſſent. Hæc vox duobus potiſſimùm modis ſumitur:

I. *Propriè* pro elemento notiſſimo. *Ignis* verò ob ſuam præſtantiam *pro Numine colebatur.* Primus, ut ajunt, ignem colere juſſit *Nimrod*; quem aliqui *Ninum*, arbitrantur. Chronicon Alexand. Αὐτὸν Νῖνον τὸν Νεβρὼδ οἱ Ἀσσύριοι προσηγόρευσαν. οὗτος διδάσκει Ἀσσυρίους σέβειν τὸ πῦρ. Ἔνθεν καὶ πρῶτον αὐτὸν βασιλέα μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐποίησαν οἱ Ἀσσύριοι τοῦτον, ὃν μετωνόμασαν Νῖνον. *Nimrodo autem cognomen Nini impoſuerunt. Hic pro Deo ignem colere docuit. Unde primum eum, poſt diluvium, Aſſyrii regem fecere, Nini cognomine impoſito.* Voſſio tamen veriſimilius videtur, Nimrodum eſſe eum, qui gentibus dicitur *Belus*, hoc eſt, *dominus*; ex eo autem prognatum eſſe illum, cui nomen ex re *Nini*, hoc eſt, *filii*, datum. Vide eum de Idololatria lib. I. cap. XXIV. *Perſis* etiam *Ignem pro Numine* fuiſſe, certiſſimum eſt. Cauſſam refert Julius Firmicus lib. de err. prof. relig. *Perſæ, & magi omnes, qui Perſiæ regionis incolunt fines, ignem præferunt, & omnibus elementis putant debere præponi.* Apud Perſas cultum hunc fuiſſe ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis facilè probamus. Chryſoſtomus Homil. IV. ad populum Antiochenum: Θεὸς παρὰ τοῖς Πέρσαις εἶναι νομίζεται τὸ πῦρ, καὶ τιμῶσιν αὐτὸ μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας οἱ βάρβαροι, οἱ τὴν χώραν ἐκείνην οἰκοῦντες ἔτι καὶ νῦν. *Deus apud Perſas ignis eſſe putatur, ipſumque multo cultu venerantur Barbari etiam nunc regionem illam habitantes.* Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XXXVIII. p. 751. Πυρεῖα καλοῦσιν οἱ Πέρσαι τοῦ πυρὸς τοὺς νεώς. Θεὸν γὰρ τὸ πῦρ ὑπειλήφασι. *Perſæ templa ignis vocant Pyrea: ignem enim Deum putant.* Vide etiam Socratem hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. VIII. pag. 267. a. quo loco pulchre narrat, qua fraude Magi in ſpecu, ubi ignem colerent, hominem occultârint ad decipiendum regem Iſdigerden, atque ut dolum hunc detexerit Maruthas, Meſopotamiæ Epiſcopus. A Perſis hunc cultum accepere Cappadoces, Phryges, Ægyptii, Græci, Romani. Vide Voſſium de Idololatria lib. II. cap. LXIV. LXV. Hunc verò cultum falsè refutat Chryſoſtomus Homil. XII. in epiſt. ad Epheſios, pag. 826. Ἥλιον φαίνειν ἡμῖν ἐποίησεν ἀντὶ λύχνου. Τίς τὸν λύχνον τὸν ἑαυτοῦ προσκυνεῖ; ἥλιος παρέχει τὸ φῶς· ἀλλ' ὅταν ἐκεῖνος μὴ δύνηται, λύχνος δύναται. τί τοίνυν οὐ προσκυνεῖς τὸν λύχνον; ναὶ, φησί· Προσκυνῶ τὸ πῦρ. ὢ τοῦ γέλωτος. Τοσαύτη ἡ ὕβρις, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ; ὅρα δὲ ἑτέραν πάλιν. τὸ προσκυνούμενον τί σβεννύεις; τί ἀπολλύεις; τί ἀναιρεῖς σου τὸν θεόν; Διατί μὴ συγχωρεῖς τὴν οἰκίαν ἐμπιπλῆσθαι αὐτοῦ; εἰ γὰρ θεός ἐστι τὸ πῦρ, ἐπινεμέσθω σου τὸ σῶμα, μὴ τῷ πυθμένι τῆς χύτρας καὶ τοῦ λέβητος τὸν θεὸν ὑποβάλῃς. εἴσαγε εἰς τὰ ταμεῖα, εἴσαγε εἰς τὰ σηρικὰ ἱμάτια, &c. *Deus fecit nobis ſolem lucere pro lucerna. Quis ſuam adorat lucernam? ſol præbet lucem: ſed quando ille non poteſt, lucerna poteſt. Cur igitur non adoras lucernam? Certè, inquit, adoro ignem. O rem ridiculam! Tantum probrum eſt, & non erubeſcis? Ecce rurſus aliud: Cur, quod adoratur, extinguis? Cur perdis, cur Deum tuum de medio tollis? Cur non ſinis domum tuam eo eſſe repletam? ſi enim ignis eſt Deus, conſumat corpus tuum, ne fundo ollæ & lebetis eum ſubjicias. Introduc illum in penetralia ædium, introduc in veſtes ſericas, &c.* Vide plura apud autorem.

II. *Impropriè.* Sic ſumitur, quando

1. *Deus* vocatur *Ignis.* Theodotus apud Clementem. Alex. p. 804. Quando Deus vocatur πῦρ καταναλίσκον, intelligitur δύναμις ἰσχυρὰ καὶ ἀπροσάντητος, ἧ μηδὲν ἀδύνατον. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπολέσαι δυνατὸν, *potentia valida & inacceſſa, cui nihil impoſſibile eſt, ſed quæ etiam perdere poteſt.* Oecumenius in cap. VII. Actor. pag. 42. Πυρὶ τὴν θείαν παρεικάζει φύσιν τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, διὰ τὸ παντοδύναμον ... *Sacræ literæ divinam naturam comparant igni propter omnipotentiam.* S. Maximus in cap. XIII. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarch. p. 43 Καλῶς ἀπεικάζει τῷ Θεῷ τὸ πῦρ. Λέγει γὰρ ἡ γραφή. ὁ δὲ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον ἐστί. καὶ ὅτι τὸ μὲν αὐτοῦ, θερμαίνει τὸ δὲ καλακκεί.

(Hæc

(Hæc corrupta ſunt, & ſic reſtituenda, καὶ ὅτι τὸ μὲν θερμαίνῃ, τὸ δὲ κατακαίῃ) οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, τοὺς προσιόντας αὐτῷ φωτίζει, τοὺς δὲ ἀπιστοῦντας κατακαίει, τοὺς μὴ ἐν πίστει προσιόντας καὶ προσεγγίσοντας αὐτῷ. *Rectè comparat Deo ignem: dicit enim ſcriptura*, Deus ignis conſumens eſt: *& quoniam ignis partim calefacit, partim comburit: ſic etiam Deus accedentes ad ipſum illuminat, incredulos autem qui per fidem neq; accedunt, neq; appropinquant ipſi, comburit.* Pachymeres in epiſt. IX. Dionyſii Areopagitæ, p. 292. Τὸ προνοητικὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ πᾶσι δραστήριον καὶ διακριτικὸν, πῦρ ὀνομάζεται. *Providentia ipſius, promta & alacris cura omnium, inq; providendo diſcretiva vis, ignis nomine exprimitur.* Cyrillus Alexandr. lib. XVI. de Adoratione, p. 586. Ὁ θεσπέσιος ἔφη Μωϋσῆς. Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστί· τὸ παναλκὲς οἶμαι πῶς τῆς θείας καὶ ἀκηράτου φύσεως παρεικάζων πυρί. *Divinus Moſes dixit:* Deus noſter ignis conſumens eſt: *omnipotentiam, mea quidem opinione, divinæ & immortalis naturæ igni comparans.* Spiritus etiam Sanctus igni comparatur. Chryſoſtomus Homil. XXXII. in Joh. p. 683. Διὰ τῆς τοῦ πυρὸς προσηγορίας τὸ διεγηγερμένον καὶ θερμὸν τῆς χάριτος καὶ δαπανητικὸν ἁμαρτημάτων αἰνίττεται. *Per ignis appellationem indicat excitatam & fervidam gratiam, quæ quoque vim habet abſumendi peccata.* Macarius, Hom. IV. pag. 50. Ὅτε βούλεται, πῦρ γίνεται, πᾶν φαῦλον καὶ ἐπείσακτον πάθος τῆς ψυχῆς κατακαῖον. *Quando vult, fit ignis exurens omnem improbam affectionem animæ extrinſecus illatam.* Filius Dei ignis vocatur. Gregor. Nazianzenus Orat. XXXI. p. 498. Πῦρ ἀκούεις, οὐκ αἰσθητὸς ὤν, ἀλλ' ὅτι τὴν κούφην καὶ μοχθηρὰν ἀνακαθαίρεις ὕλην. *Ignis vocaris, non quòd ſub ſenſum cadas, ſed quia levem & improbam materiam expurgas.*

2. *Angeli igni comparantur* διὰ τὸ θεοειδὲς, καὶ ὡς ἐφικτὸν, θεομίμητον, *propter divinam ſimilitudinem, &, quantum licet, Dei imitationem;* inquit Dionyſius Areopagita cap. XV. de cœleſti Hierarchia, num. II. p. 166.

3. *Ad impropriam ſignificationem* etiam pertinet πῦρ καθαρτήριον, quod duplex eſt:

a. *verum*: de quo Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 664. Πῦρ καθαρτήριόν ἐστιν, ὃ Χριστὸς ἦλθεν βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀναλωτικὸν τοῦτο τῆς ὕλης, καὶ τῆς πονηρᾶς ἕξεως ἐστιν, ὃ καὶ ἀναφθῆναι τάχιστα βούλεται. *Eſt ignis purgans, ad quem mittendum Chriſtus in terram venit. Hujus ignis ea vis eſt, ut craſſiorem materiam vitioſamq; animi conſtitutionem abſumat, eumq; proinde celerrimè Chriſtus accendi vult.* Reſpicit ad Lucæ XII. 49. ubi Dominus noſter: Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi ut accendatur?* Intelligit ignem per adverſa exploraturum qui probi, qui adulterini diſcipuli. Macarius Homil. XXV. pag. 333. ad hunc ipſum locum reſpiciens: Ἔστι πύρωσις τοῦ πνεύματος ἡ ἀναζωπυροῦσα τὰς καρδίας· διότι τὸ ἄϋλον καὶ θεῖον πῦρ φωτίζει μὲν ψυχὰς, καὶ δοκιμάζειν εἴωθεν, ὥσπερ ἄδολον χρυσὸν ἐν καμίνῳ· κακίαν δὲ ἀναλίσκει ὥσπερ ἀκάνθας καὶ καλάμην. *Eſt uſtio ſpiritus, quæ corda incendit: quoniam immaterialis & divinus ignis illuminat quidem animas, & probare ſolet, veluti aurum minimè adulteratum in catino: malitiam autem abſumit ut ſpinas & ſtipulam.* Athanaſius de communi eſſentia trium perſonarum, t. I. p. 233. dicit intelligi πῦρ καθαρτικὸν, οὐκ ἀφανιστικὸν, *ignem purgandi, non exterminandi vim habentem.* Vide Commentatores in hunc locum.

b. *fictum*: nempe Purgatorium Pontificiorum, de quo ſequentia;

α. *ejus* apud Græcos *nomina*. Uſitatiſſimè appellatur πῦρ καθαρτήριον, *ignis purgatorius*, in Tractatu de Purgatorio. Πῦρ καθάρσιον, apud Origenem lib. IV. contra Celſum, p. 174. Πῦρ καθαρτικὸν, in Concilio Florentino, ſect. V. cap. VIII. pag. 123.

β. *An ſit?* Romanæ Eccleſiæ ſententia eſt, eſſe ignem, in quo venialis culpa expietur, mortalis non item: ſi quis tamen poſt commiſſum, ſed remiſſum mortale peccatum cum reatu ſolius pœnæ temporalis de hac vita deceſſerit, poſſe pro ea quoque in purgatorio ſatisfieri, partim ipſorum, qui purgantur, tormentis, partim vivorum ſuffragiis, hoc eſt, orationibus & oblationibus, quæ hìc fiant ad animarum in purgatorio expiationem. Tale purgatorium, vel non multùm abſimile in Eccleſiam primitus irrepere cœpit tempore Auguſtini: an ipſius, an alius culpâ, non ſatis certum. Interim ipſe dubiè de hoc loqui ſolet. Ut cùm lib. XXI. de Civ. D. cap. XXV. de eo ait: *Non redarguo, quia forſitan verum eſt.* Idem in Euchiridio, cap. LXIX. *Tale aliquid poſt hanc vitam fieri incredibile non eſt, & utrum ita ſit, quæri poteſt.* Similia etiam alibi apud eum reperias. Sed antiquitatis hujus purgatorii defenſores provocant ad Origenem. Fatetur omninò, Origenem purgatorium à Platone accepiſſe, qui in Phœdone Socratem inducit ita differentem: hominum qui ſeſe terrenis cupiditatibus dediderint, animas circa ſepulchra vagantes pendere pœnas, quoad rurſus corporibus alligentur. Docet ibidem Socrates, mortuos ab eo dæmone, qui viventibus ipſis obtigerat, deduci ad inferos, & poſt longa deinde temporis ſpatia ab alio duce revocari. Et quæ his conſona apud eundem leguntur in Gorgia, lib. X. de Republ. & in Timæo. Interim & hoc certum eſt, Origenem præter pœnalem hujus vitæ purgationem non aliam agnoviſſe, quàm per ignem talem, quem extremo judicii die ſubituri ſint Apoſtoli ipſi omneſque mortales, uno Chriſto excepto. Id ex variis ejus colligitur aſſertionibus. Lib. IV. contra Celſum, p. 174. ſcribit: Οὐκ ἀρνούμεθα τὸ καθάρσιον πῦρ, καὶ τὴν τοῦ κόσμου φθορὰν, ἐπὶ καθαιρέσει τῆς κακίας καὶ ἀνακαινώσει τοῦ παντός. *Non negamus luſtratorium ignem abſumturum unà cum ipſo mundo univerſam malitiam.* Et lib. V. contra Celſum, Epicureum hunc confutans, qui receptam apud Chriſtianos de mundi conflagratione opinionem irridebat, dicit ignem univerſo mundo inferri. Sic namque pag. 241. Εἰκὸς δ' ὅτι καὶ ἑκάστῳ τῶν δεομένων τῆς διὰ τοῦ πυρὸς δίκης ἅμα καὶ ἰατρείας, καίοντος μὲν καὶ οὐ κατακαίοντος τοὺς μὴ ἔχοντας ὕλην δεομένην ἀναλοῦσθαι ὑπ' ἐκείνου τοῦ πυρός· καίοντος δὲ καὶ κατακαίοντος τοὺς ἐν τῇ διὰ τῶν πράξεων, καὶ λόγων, καὶ νοημάτων τροπικῶς λεγομένῃ οἰκοδομῇ ξύλα, χόρτον, ἢ καλάμην οἰκοδομήσαντας. *Fortè etiam* ſc. erit ignis luſtratorius *ſingulorum hominum, quotquot opus habent ignis hujus vel pœna vel remedio; urentis & non exurentis eos, qui non habent materiam, cui ab illo igne conſumi opus ſit; urentis item & exurentis eos, qui in actionum, ſermonum, cogitationumq; figuratè dicto ædificio ligna fœnumq; ædificârunt & ſtipulam.* Alia loca ſuppeditat Sixtus Senenſis Bibl. ſanct. lib. V. Annot. CLXX. longè plura doctiſſimus Huetius Origenianorum lib. II. Quæſt. XI. Imò non alias pœnas agnoſcit, quàm purgatorias, ac impios omnes, ipſoſque diabolos poſt diuturna ſupplicia tandem ex illis cruciatibus eruendos, ſanctiſque Angelis ſociandos putavit: de quo vide in Ἅδης, num. II. 3. ſub lit. *b, aa.* Iidem etiam purgatorii patroni ad partes ſuas advocant illos Patres, qui inter Origenem vixere & Auguſtinum; Ambroſium dico, Hilarium, alios. Sed & hi, quoties ignis purgatorii meminerunt, vel de tribulatione hujus vitæ loquuntur, vel non alium intelligunt ignem, quàm quem extremo judicii die ipſi etiam Apoſtoli ac B. Virgo ingrediantur. Vide Ambroſium in Pſal. XXXVI. & in Pſ. CXVIII. ſerm. III. & XX. Hilarium in Pſal. CXVIII. lit. X. & in Matth. Cap. II. Quicquid autem ſit, & quamvis Eccleſia Occidentalis Purgatorium hoc receperit, & in Synodo Florentina,

anno

Digitized by Google

anno 1439. inter fidei capita retulerit, Eccleſia tamen Orientalis illud vel diſertis verbis negat, vel haud obſcurè ſubvertit. Videamus aliquot teſtimonia. Macarius Hom. XII. p. 165. Εἰς δύο μέρη ἵσαται κόσμος, καὶ γίνεται μία ποίμνη σκοτεινὴ ἡ χωροῦσα εἰς πῦρ αἰώνιον. καὶ μία πλήρης φωτὸς ἡ πρὸς τὴν οὐράνιον λῆξιν ἀναγομένη. *In duas partes diviſus ſtat mundus, & fit alter grex tenebricoſus ſecedens in ignem æternum: alter verò plenus luce, qui in cæleſtem ſedem ſubducitur.* Eſt illud ipſum, quod Servator nos docet Matth. XXV. 32. &c. Gregor. Thaumaturgus Metaph. in cap. XII. Eccleſ. pag. 95. Καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ εἰς αἰώνιον οἶκον τὸν ἑαυτοῦ χαίρων πορεύσεται· οἱ δέ γε φαῦλοι πάντα τὰ αὐτῶν ἐμπλήσουσι κοπτόμενοι. *Ac vir quidem probus in domum ſuam ſempiternam lætus proficiſcetur: improbi autem ſua omnia planctibus implebunt.* Greg. Nazianzenus Orat. XV. p. 229. Συνέκλεισεν ὁ Θεὸς ἐνταῦθα μὲν καὶ βίον καὶ πρᾶξιν, ἐκεῖ δὲ τὴν τῶν πεπραγμένων ἐξέτασιν. *Hic Deus vitam & actionem, illic rerum geſtarum cenſuram concluſit.* Id. Orat. IX. p. 152. Ἐργασίας ὁ παρὼν καιρὸς, ὁ δὲ μέλλων ἀνταποδόσεως. *Præſens hoc tempus laboris eſt, futurum verò retributionis.* Et Orat. XLII. pag. 687. Μηδὲ ὑπὲρ τὴν νύκτα ταύτην (τὸν παρόντα δηλαδὴ βίον) ἐστί τις κάθαρσις. *Neque poſt noctem hanc* (præſentem nempe vitam) *ulla ſupereſt purgatio.* Plurima alia loca collegerunt alii: qualia ſubjiciuntur magno numero Capiti XVIII. Confeſſionis Cyrilli, nuperi Patriarchæ Conſtantinopolitani. Nec antiquam tantùm Eccleſiam Græcam, ſed etiam recentiorem idem ſenſiſſe, palàm eſt. Nicænus certè in Synodo Florentina, ſect. V. cap. XVI. p. 136. ita ſuam contra purgatorium explicat mentem: Ἐγὼ τοίνυν λέγω καὶ δοξάζω ὅτι καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων ἀπέλαβον ἃ ἀπέκειντο αὐταῖς ἀγαθὰ, καὶ αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς κολάσεις. *Ego igitur dico, & profiteor, ſanctorum animas ſtatim à morte accipere bona ipſis à Deo deſtinata, & peccatorum pœnas.* Autor tractatus de Purgatorio, quem Cl. Salmaſius edidit: Πῦρ καθαρτήριον, καὶ κόλασιν διὰ πυρὸς πρόσκαιρον καὶ τέλος ἔχουσαν ὅλως, ἡμεῖς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων οὐ παρειλήφαμεν διδασκάλων, οὐδὲ τὴν τῆς ἀνατολῆς ἐκκλησίαν ἴσμεν φρονοῦσαν. *Ignem purgatorium, & pœnam per ignem ad tempus duraturam & finem omnino habituram, nos à Doctoribus noſtris non accepimus, nec ſcimus Eccleſiam Orientalem talem ignem ſtatuere.* Dignus totus tractatus, qui diligenter legatur. Vide etiam cap. XVIII. memoratæ Confeſſionis Cyrilli.

4. Eſt πῦρ κολαστήριον, de quo Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 664. Οἶδα καὶ πῦρ οὐ καθαρτήριον, ἀλλὰ κολαστήριον· εἴτε καὶ Σοδομιτικὸν, ὃ πᾶσιν ἁμαρτωλοῖς ἐπιβρέχει θεῖῳ καὶ καταιγίδι μιγνύμενον· εἴτε τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· εἴτε ὃ πρὸ προσώπου Κυρίου πορεύεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. καὶ τούτων ἔτι φοβερώτερον, ὃ τῷ ἀκοιμήτῳ σκώληκι συντέτακται, μὴ σβεννύμενον, ἀλλὰ διαιωνίζον τοῖς πονηροῖς. *Eſt etiam ignis, non purgans, ſed ſcelerum vindex, ſive Sodomiticus ille, quem ſulfure & procellâ permixtum Deus in peccatores omnes fundit: ſive ille, qui diabolo ejusq; Angelis paratus eſt: ſive etiam ille, qui ante faciem Domini procedit, & in circuitu inimicos ejus inflammat: ſive deniq; ille omnibus his formidabilior, qui cum inſomni illo verme conjunctus, nunquam extinguitur, ſed in ſceleratorum hominum pœnam perennis eſt & ſempiternus.*

Πύργος.

Hæc vox accipitur,

I. *Propriè*, & denotat *turrim*, quam Baſilius M. in cap. II. Jeſaiæ, pag. 889. ita definit: Πύργος ἐστὶν ὑψηλὸν σκοπευτήριον πρὸς φυλακὴν πόλεως, καὶ γνῶσιν ἐφόδων πολεμικῶν ἐπιτήδειον. *Turris ſpecula eſt eminens ad tuendam propugnandamq; civitatem, & ad cognitionem excurſionum hoſtilium accommodata.*

II. *Impropriè*, ſeu *metaphoricè*. Ita

1. *deſſe in Deo collocata.* Chryſoſtomus in Pſal. XXIX. Τοῦτο τεῖχος ἄρρηκτον· τοῦτο ἀσφάλεια ἀχείρωτος. τοῦτο πύργος ἄμαχος. *Hic eſt murus infractus, invicta hæc eſt munitio: hæc eſt inexpugnabilis turris.*

2. *Turres* appellantur *magnates & potentes*, ſeu viri ſuperbi, potentia ac robore inſtructi. Ita πύργος σάρκινος vel σαρκικὸς vocatur Goliath à Chryſoſtomo. Hom. XVII. ad populum Antiochenum: Μικρὸς ἦν ὁ Δαυὶδ, καὶ βραχὺς τῷ σώματι. ἀλλ' ὅμως ὁ βραχὺς ἐκεῖνος καὶ μικρὸς, καὶ τῶν ὅπλων γεγυμνωμένος ἀπαίδων, στρατόπεδον τοσοῦτον, καὶ τὸν σαρκικὸν ἐκεῖνον πύργον ἀπὸ μιᾶς κατήνεγκε πληγῆς. *Parvus erat David, & brevis ſtaturâ, verùm etiam brevis ille & parvus, & armis nudus omnibus, exercitum tantum & carneam turrim illam ſolo proſtravit ictu.* Et Hom. XLVI. in Geneſin, de eodem: Ἀπέθετο τὰ ὅπλα, καὶ τὴν κάδον τὴν ποιμαντικὴν λαβὼν, καὶ τοὺς λίθους, οὕτως ἐπὶ τὸν σάρκινον ἐκεῖνον πύργον ἐξῄει. *Depoſuit arma, & acceptâ perâ paſtorali ac lapidibus, ſic contra carneam illam turrim egreſſus eſt.* Huc etiam referri poteſt, quòd Baſilius M. elephantes, ob robur & altitudinem, vocat πύργους ἐμψύχους, turres animatas. Verba ejus Hom. IX. in Hexaëm. pag. 120. ſunt: Οὐχ ὁρᾷς ἐν τοῖς πολέμοις ὅτι οἱονεὶ πύργοι τινὲς ἔμψυχοι τῆς φάλαγγος προηγοῦνται; *Non vides in bellis, quod perinde ac turres quædam animatæ univerſo agmini viam muniunt ac præcedunt?* Hinc Epigr. lib. I. πυργωθεὶς ἐλέφας, *turritus & ingens elephas*, vel potiùs *turrim impoſitam gerens.* Plinius: *Elephanti turriti cum ſexagenis propugnatoribus.*

Πυρίμορφος.

Non habent Lexica. Eſt *ignis formam habens.* Donum Spiritus Sancti, quia ſub ſpecie linguarum ignitarum olim Apoſtolis datum, vocatur πυρίμορφος χάρις. Michael Syngelus in vita Dionyſii Areopagitæ, p. 368. Κἀκεῖνοι τοὺς ἀμφὶ Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον ὁμοίως ἐπλήσθησαν τῆς πυριμόρφου τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος. *Nam & illi; nempe* qui circa Cornelium fuere in Actis; *non aliter ac qui cum Petro, Johanne, & Jacobo fuerunt, gratiâ Spiritus Sancti ſub forma ignis impleti ſunt.*

Πυρόω.

Improprias aliquot hujus verbi *ſignificationes* proponimus.

I. Apud LXX. Interpretes verbum πυροῦσθαι frequenter Hebræorum צרף reſpondet, & *urendo*, ſive *conflando explorare*, atque etiam *expurgare* ſignificat. Ita ſumitur Pſal. LXVI. 10. Ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. *Quaſi igne exploraſti nos, prout argentum igne exploratur.* Quod hoc loco eſt πυροῦσθαι, ut Proverb. XVII. 3. δοκιμάσαι dicitur: Ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, οὕτω καὶ δοκιμάζει καρδίας ὁ Κύριος. *Sicut in fornace argentum & aurum exploratur: ita corda explorat Dominus.* Sic namque poſterius inciſum, Contextui Originali convenienter, reddiderunt Aquila, Symmachus & Theodotion. Cap. XXVII. 21. Δοκίμιον ἀργυρίῳ καὶ χρυσῷ πύρωσις. *Examen argento; & conflatio* ſive *exploratio igne facta, auro.* Inde Heſychius: Πύρωσις, δοκιμασία, *Exploratio.* Et I. Petri IV. 12. Μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, &c. quo loco τῆς πυρώσεως, quàm & εἰς πειρασμὸν, ad explorationem, ait inſtitui, nomine, varias illas omne genus tribulationes, quibus exponebantur atque exercebantur ſui temporis fideles, deſignat. Inde ibid. cap. I. 7. Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου διὰ πυρὸς δοκιμαζομένου. *Ut exploratio fidei veſtra*

Digitized by Google

multò precioſior exploratione *auri*, &c. Hic χρυσίον διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενον idem quod Apocal. III. 18. ἐκ πυρὸς πεπυρωμένον, *aurum igni excoctum*; nec *exploratum* tantùm, ſed & *expurgatum & defæcatum*, ſicut & τὰ λόγια Κυρίου, dicuntur πεπυρωμένα Pſ.XVIII.30. id eſt, δόκιμα, ut Symmachus habet: & Theodoretus ad præſentem locum, Πεπυρωμένα τὰ δόκιμα λέγει, καὶ ψεύδους ἀπηλλαγμένα. *Igne examinata, probata dicit, & à mendacii remota.* Eruditè Cl.Duportus in aureo Pſalterio expreſſit:

Θέσφατα δ' Ἀθανάτοιο ἀμύμονα πάντα πέλονται,
Καὶ λόγος ἄργυρος ὡς κεκαθαρμένος ἐν πυρὸς αὐγῇ,
Λαμπρός τε, στερεός τε. - - - -
Oracula autem Immortalis integra omnia perfectaq; ſunt,
Et ſermo, velut argentum probatum in ignis ſplendore,
Purumq; firmumq;.

Rurſus Pſal.CXIX. 140. Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα. *Igne probatum eloquium tuum vehementer*: hoc eſt, interprete Theodoreto, Δόκιμός ἐστι καὶ ἀκίβδηλος ὁ σὸς λόγος, καὶ μώμου παντὸς ἐλεύθερος. *Probatus eſt & purus ſermo tuus, & ab omni reprehenſione liber.* Pſal. XXVI. 2. hæc tria, δοκιμάσαι, πειράσαι, πυρῶσαι, tanquam συνώνυμα conjunguntur in his: Δοκίμασόν με κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. *Proba me, Domine, & tenta me, ure renes meos, & cor meum.* Πύρωσον, id eſt, *igne adhibito examina.* Theodoretus exponit, Δοκίμασον, καὶ χρυσίου δίκην πύρωσον. *Proba, & inſtar auri igne explora.* Suidas ad hunc locum reſpiciens: Πύρωσον τοὺς νεφρούς μου, ἀντὶ τοῦ, φλέξον, ἢ καῦσον. *Renes meos incende, pro, inflamma, vel ure.* Jejunè ſatis: obſcurum enim per obſcurum exponitur. Πύρωσον eſt δοκίμασον, quemadmodum eodem planè ſenſu Pſal.XVII.3. Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπύρωσάς με. Hic rurſus Theodoretus: Πύρωσιν, τὴν δοκιμασίαν ὀνομάζει.

II. *Ad animum* relatum, πυροῦσθαι ſignificat *accendi, inflammari*, metaph. Chryſoſtomus in Catena in cap. IV. Joh. pag. 134. Ὅταν πυρωθῇ ψυχὴ τῷ πυρὶ τῷ θείῳ, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ γῇ λοιπὸν ὁρᾷ, οὐ πρὸς δόξαν, οὐ πρὸς αἰσχύνην, ἀλλ' ἑνός ἐστι μόνον τῆς κατεχούσης αὐτὴν φλογός. *Cùm anima divino igne fuerit inflammata, nihil ampliùs terrenum curat, non gloriam, non dedecus, ſed ejus flammæ fervore tantùm movetur.* Ita Latini. Tacitus: *Affectum in amorem alicujus accendere.* Virg. *Magno amore inflammatus.* Cic. de claris Orat. *Magno amore inflammatum eſſe in patriam.* Ita id. Chryſoſtomus Homil. VI. ad populum Antiochenum de ſociis Danielis: Οὐ γὰρ φιλονεικοῦντες, ἀλλὰ φιλοσοφοῦντες ταῦτα ἔπραξαν· οὐδὲ δι' ἀπόνοιαν, ἀλλὰ δι' εὐσέβειαν· οὐκ ἀλαζονείᾳ φυσηθέντες, ἀλλὰ ζήλῳ πυρωθέντες. *Non enim contendentes, ſed philoſophantes hæc agebant: neque per arrogantiam, ſed ex pietate: non ſuperbiâ inflati, ſed zelo inflammati.* In *malam* quoque *partem* acceptum I. Cor. VII. 9. πυροῦσθαι eſt libidine intus ita ardere ſeu æſtuare, ut magna perturbatione agitetur animus, nec poſſis Deum pacatâ ac tranquillâ conſcientiâ colere. Ad hunc locum Chryſoſtomus Homil.XIX. in I. ad Corinthios: Ἐνέφηνεν ὅση τῆς ἐπιθυμίας ἡ τυραννίς. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· εἰ πολλὴν ὑπομένεις βίαν καὶ πύρωσιν, ἀπαλλάγηθι πόνων καὶ ἱδρώτων, μήποτε καὶ περιτραπῇς. *Indicavit, quanta ſit libidinis tyrannis. Quod autem dicit, hoc eſt: ſi vim vehementem & æſtum libidinis ſuſtineas, liberare à laboribus & ſudoribus, ne fortè ſubvertaris.* Eodem modo, pro more, Theophylactus. Et Eulogius in Biblioth. Photii, Cod.CCLXXX. pag.1613. Ὁ ἀπόστολος εἰπών· Κρεῖσσον γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι· πύρωσιν τὴν εἰς ἀσέλγειαν ἄγουσαν εἶπε· βέλτιον λέγων ἐννόμῳ γάμῳ τὸ ἀσθενὲς ψυχαγωγῆσαι τῆς φύσεως, ἢ τοῦτον ἐκκλίνοντα, διὰ τῆς πυρώσεως ἀναφλεχθῆναι πρὸς ἀσέλγειαν. *Quando Apoſtolus dicit.* Meliùs eſt nubere, quàm uri, *ardorem intelligit, qui ad libidinem ducit. Meliùs enim eſſe legitimo matrimonio naturæ infirmitatem juvare, quàm ardore inflammari ad libidinem, & matrimonium fugere.* Theodoretus ad eundem locum, in hanc epiſt. p.149. Πύρωσιν οὐ τῆς ἐπιθυμίας καλεῖ τὴν ἐνόχλησιν, ἀλλὰ τὴν δούλωσιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ῥοπήν. — Εἰ φέρειν οὐ δύνασθε τῆς ἐπιθυμίας τὴν προσβολήν, ἀλλ' ἀσθενῶς τῇ ψυχῇ περὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον διάκεισθε, διὰ τὸ μὴ θερμὴν ἔχειν περὶ τὰ καλὰ προθυμίαν, οὐδεὶς ὑμᾶς ἀπείργει τοῦ γάμου νόμος. *Uſtionem vocat, non concupiſcentiæ moleſtiam, ſed animæ mancipationem, & ad id quod eſt deterius inclinationem. — Si concupiſcentiæ impetum ferre non poteſtis, & ad ſuſtinendum hoc certamen imbecillo eſtis animo, quoniam ardens ad honeſta ſtudium non habetis, nulla lex prohibet quò minùs matrimonium contrahatis.* Et in epitome divinorum Decret. cap.XXVI.pag.310. ad eundem locum: Πύρωσιν, οὐ τὴν ἐνόχλησιν τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ τὴν ἧτταν ὠνόμασεν. Uſtionem *vocat, non à cupiditate vexari, ſed ab ea vinci.*

III. Πυροῦσθαι II. Corinth. XI.29. eſt *vehementiſſimum perpeti dolorem, ſive graviſſimè cruciari.* Apoſtolus interrogat: Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; *Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Hic Theodoretus: Ἄλλων σκανδαλιζομένων ἐγὼ πυρπολοῦμαι καὶ καίομαι. *Dum alii ſcandalizantur, ego uror & incendor.* Chryſoſtomus Homil. XXV. in hanc Epiſtolam, dicit Apoſtolum per πύρωσιν ſignificare τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης, *incredibilem doloris magnitudinem.* Πυροῦμαι etiam exponit per ἐμπίμπραμαι, καίομαι, *incendor, ardeo.* Et Homilia LXVIII. t.V. pag. 489. dicit Apoſtolum verbo πυροῦσθαι indicare voluiſſe τὴν ἐπίτασιν τῆς ὀδύνης, *doloris vehementiam.* Chryſoſtomum imitatur Theophylactus, & πυροῦμαι confert cum ἐμπυρίζομαι Pſal.X. 2. ubi, Ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper*, hoc eſt, interprete Theophylacto, σκανδαλίζεται ὁ πτωχός, τῇ διανοίᾳ ὁρῶν τοὺς ἀναξίους πλουτοῦντας καὶ ὑπεραιρομένους. *Scandalizatur pauper, mente ſua repetens indignos diteſcentes & elatos.* Et Theodoretus in Pſalmum iſtum, pag. 434. verbum hoc ita explicat: Ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, οἷον τινος πυρὸς, οἱ ἀδικούμενοι κατατήκονται τῶν ἀδικούντων τὴν ἀλαζονείαν θεώμενοι. Σφόδρα δὲ προσφυῶς τὸ ἐμπυρίζεται ἐπὶ τῶν ἀθυμούντων τέθεικεν· ἐμπιπραμένοις γὰρ οἱ ἀθυμοῦντες ἐοίκασι, καὶ οἷόν τινα καπνὸν διὰ στόματος τὸν στεναγμὸν ἀναπέμπουσιν. *Ex mærore, veluti quodam igne contabeſcunt qui injuriam patiuntur, iniquorum ſuperbiam videntes. Valde autem appoſitè verbum* incenditur *de mærentibus poſuit, nam ardentibus ſimiles ſunt, qui dolore afficiuntur, & veluti quendam fumum, per os gemitum emittunt.* Ita quidem boni illi Patres, à LXX. Interpretibus ſeducti, ſolicitè verbum ἐμπυρίζεσθαι explicant. At ſi contextum Hebræum conſulere potuiſſent, facilè animadvertiſſent verba Pſalmi ita eſſe reddenda, Διὰ τὴν τοῦ ἀσεβοῦς ὑπερηφανίαν ὁ πτωχὸς διώκεται. *Propter ſuperbiam impii pauper perſecutionem ſuſtinet.* Vel: *Superbiâ ſuâ improbus fervidè perſequitur pauperem afflictum.*

Πωρόω. Πώρωσις.

Hæ voces propterea obſervandæ, quia in novo etiam Teſtamento occurrunt, earumque occaſione quædam ſcripturæ loca illuſtrari poſſunt. Πωρόω ſignificat, juxta Suidam, σκληρύνω καὶ λιθοποιῶ, *induro, durum facio, lapidis inſtar durum facio.* Et πώρωσις eſt ἀναισθησία, juxta Heſychium, *ſtupor*, juxta Suidam τύφλωσις, *cæcitas, excæcatio*: quatenus deſcendit à πωρὸς, quod eſt τυφλὸς, *cæcus*:

Digitized by Google

cæci. Iterum Heſychius: Πεπωρωμένοι, ἐσκληρωμένοι, τετυφλωμένοι, *Indurati. excæcati.* Ad Rom. XI. 7. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν. *Cæteri verò excæcati ſunt.* Ita vulgatus. Beza, *occalluerunt.* Cum vulgato Heſychius, qui hunc locum in animo habens, Ἐπωρώθησαν, ἐτυφλώθησαν. *Excæcati ſunt.* Theodoretus exponit: Σκληροτέραν ἡ ἀπιστία τὴν καρδίαν αὐτῶν ἀπειργάσατο. *Infidelitas cor eorum durius reddidit.* Eodem ſenſu accipitur II. Cor. III. 14. Ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. *Obcæcati ſunt ſenſus eorum.* Οὐκ ἄλλου τινὸς πωρώσαντος, ἀλλ' αὐτῶν αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τὸ πάθος εἰσδεξαμένων. *Non alio quopiam obcæcante, ſed ipſismet libera voluntate hoc malum ſuſcipientibus.* Plus difficultatis habet illud Johan. XII. 40. Πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. *Induravit cor eorum.* ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, &c. *ut non videant oculis*, &c. Ammonius in Catena ad hunc locum, p.321. Οὐχ ὁ Θεὸς ἐπώρωσεν αὐτούς, ἀλλὰ συγχώρησε ποιεῖν ἃ ἤθελον, ἔσχον δὲ τὴν πώρωσιν ἐκ τῆς ἀπιστίας. Ἀδύνατον δὲ ἦν μὴ ἐκβῆναι τὴν τοῦ Θεοῦ πρόγνωσιν, προβλέπουσαν τὴν ἀπιστίαν, οὐκ ἀναγκάζουσαν. Οἱ οὖν μὴ δυνάμενοι πιστεύειν, οὐ φύσιν ἔχουσιν ἀντιπράττουσαν τῷ πιστεύειν, ἀλλὰ προαίρεσιν κακήν. διὸ ὁ διάβολος σκοτίζει αὐτούς, καὶ οὐ κωλύει ὁ Θεός. *Deus illos non induravit, ſed permiſit facere quæ vellent: indurationem autem habuerunt ex incredulitate ſua. Non poterat autem præcognitio Dei non ſuum ſortiri eventum, quæ incredulitatem prævideret, non ad eam cogebat. Qui igitur non poſſunt credere, non naturam habent fidei repugnantem, ſed perverſam voluntatem: quapropter diabolus eos excæcat, Deo non impediente.* Theodorus Heracleota ibid. Ἐπειδὴ προλαβοῦσα αὐτῶν παρανομία, ἀξίους τῆς πωρώσεως ἀπειργάσατο, κρίσει δικαίᾳ ὑπέμενον τοῦτο, δίκην ἐκτίνοντες τῆς προλαβούσης, καὶ τῆς ἔτι ἐνεστώσης αὐτῶν δυσσεβείας. *Quoniam præveniens eorum malitia, dignos reddidit induratione, id juſto judicio ſuſtinebant, pœnam pendentes pro antiquis ſuis, & etiam tum gliſcentibus eorum iniquitatibus.* Chryſoſtomus ibid. pag.323. Οὐχ ὁ Θεὸς ἐπώρωσεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, τοὺς δὲ δυσχερῶς τυφλωθέντας ὑπὸ τοῦ διαβόλου παραδίδωσιν εἰς πάθη, καὶ ἀδόκιμον νοῦν. *Deus non induravit cor eorum, perverſos autem à diabolo excæcatos, tradidit in paſſiones & reprobum ſenſum.* Tandem Apolinarius: Πώρωσιν δὲ καρδίας καὶ σκληρυσμὸν ἐπαγόμενον ὑπὸ Θεοῦ, μὴ τῆς ἁγίας δυνάμεως ἐνέργημα εἶναι νομίσωμεν, ἀλλὰ συγχώρησιν μὲν τῆς θείας κρίσεως, ἐνέργημα δὲ τῆς πονηρᾶς καὶ ἀντικειμένης δυνάμεως. *Occæcationem autem & cordis indurationem à Deo immiſſam, ne divinæ virtutis opus eſſe exiſtimemus, ſed permiſſionem quidem divini judicii, opus verò pravæ atque adverſariæ poteſtatis.* Confer voces Πρόγνωσις & Τυφλόω, item Παραδίδωμι. Nomen πώρωσις ter in Novo Teſtamento legitur, nempe Marci III. v.5. Rom.XI.25. & ad Epheſ. IV.18. Ad poſtremum locum, qui ita habet, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν, *propter cæcitatem cordis ipſorum*, ſic Theodoretus, pag. 300. Πώρωσιν καρδίας, τὴν ἐσχάτην ἀναλγησίαν ἐκάλεσε. καὶ γὰρ αἱ τῷ σώματι ἐγγινόμεναι πωρώσεις οὐδεμίαν αἴσθησιν ἔχουσι, διὰ τὸ παντελῶς νενεκρῶσθαι. *Cordis cæcitatem*, vel *obdurationem vocavit extremum ſtuporem. Nam qui inſunt in corpore calli* (interpres ridiculè, *cæcitates*) *ſunt ſine ſenſu, quia omnino mortui ſunt.* Et Theophylactus, p. 540. πώρωσιν interpretatur ἀναισθησίαν, *ſtupiditatem*: eodem modo Oecumenius. Ad hunc locum præclarè Chryſoſtomus, Homil. XIII. in epiſt. ad Epheſios: Πώρωσις οὐδαμόθεν γίνεται, ἀλλ' ἢ ἀπὸ ἀναισθησίας. Τοῦτο διαφθείρει τοὺς πόρους· ὅταν γὰρ ῥεῦμα πεπηγὸς εἰς ἕνα συνάγηται τόπον, νεκρὸν γίνεται τὸ μέλος τὸ ἀναίσθητον· κἂν καύσῃς, κἂν τέμῃς, κἂν ὁτιοῦν ποιῇς, οὐκ αἰσθάνεται. οὕτω καὶ ἐκεῖνοι ἅπαξ ἑαυτοὺς δόντες τῇ ἀσελγείᾳ, κἂν πυρὸς δίκην, κἂν σιδήρου, ἐπαγάγῃς αὐτοῖς τὸν λόγον, οὐδὲν καθάπτεται, οὐδὲν καθικνεῖται αὐτῶν· νενέκρωται γὰρ αὐτῶν ἅπαξ τὸ μέλος. κἂν μὴ τὴν ἀναισθησίαν ἀνέλῃς, ὥστε ὑγιαίνοντος ἅψασθαι μελῶν, πάντα εἰκῇ ποιεῖς. *Non aliunde fit obduratio, quàm ex ſtupore. Quando enim concreta defluxio in unum locum cogitur, membrum moritur & ſenſu deſtituitur: & ſive uſſeris, ſive ſecueris, ſive quidvis feceris, non ſentit. Ita etiam illi, qui ſe ſemel dediderunt impudicitiæ, etiamſi inſtar ignis, etiamſi inſtar ferri orationem iis applicâris, nihil eos tangit, nihil ad eos pertingit: eorum enim membrum planè mortuum eſt: & niſi eis ſenſus vacuitatem ademeris, adeò ut membra ſana tangas, omnia fruſtrà facis.* Conſulantur de his vocibus præterea Lexica vulgata.

P.

Ῥάβδος.

HÆc vox ſumitur duplici modo:

I. *Propriè.* Ita ſumitur Hebr.XI.21. ubi de Jacobo, Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου. Hunc autem locum examinavimus in verbo Προσκυνέω, num.I.

II. *Impropriè*, & notat

1. *Præſidium, conſolationem, curam*, &c. Hæc ῥάβδος à Chryſoſtomo in Pſal. CX. vocatur ῥάβδος εὐεργετικὴ καὶ παρακλητική, *baculus beneficus & conſolatorius.* Baſilius M. in Pſal. XLV. vocat ῥάβδον παρακλήσεως· ἡ ῥάβδος γάρ φησι, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν, *Baculum conſolationis: Baculus enim tuus, inquit, & virga tua, ipſa me conſolata ſunt.* Hæc ſunt ex Pſal. XXIII.4. ubi Theodoretus, pag. 482. Τῇ μὲν γὰρ ὑπερείδει μου τὴν ἀσθένειαν, τῇ δὲ ποδηγεῖ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. *Nam per βακτηρίαν quidem meam ſuſtentat imbecillitatem, per ῥάβδον verò me in rectam viam deducit.* Iterum Chryſoſtomus Homil. CVI. t. V. dicit Chriſto propterea tribui ῥάβδον & βακτηρίαν, ἐπειδὰν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν ἁρμόττει· νέους παιδαγωγεῖ, γέροντας ἐπιστηρίζει. *Quoniam omni ætati convenit: juvenes informat, ſenes corroborat.* Verba Pſaltis elegantiſſimè expreſſit Duportus:

- - - - - - - - Σὴ δέ τε ῥάβδος,
Σκηπάνιόν τε τεὸν μέγα μοι παραμύθιον ἔσαι.

Tua autem virga, Baculúsque tuus magnum mihi ſolatium erunt.

2. *Pœnam.* Hæc ῥάβδος à Chryſoſtomo loco ſuprà laudato in Pſal.CX. vocatur ῥάβδος κολαστική, *baculus puniens.* Vocetur παιδευτική, ἀρχική, κατεξουσιαστική. Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. VII. pag.112. de Chriſto loquens: Διὰ τοῦτο αὐτῷ ῥάβδον περιτίθησιν ἡ προφητεία, ῥάβδον παιδευτικήν, ἀρχικήν, κατεξουσιαστικήν, ἵν' οὓς ὁ λόγος ὁ πειθήνιος οὐκ ἰᾶται, ἀπειλὴ ἰάσηται. οὓς δὲ ἡ ἀπειλὴ οὐκ ἰᾶται, ἡ ῥάβδος ἰάσεται· οὓς δὲ ἡ ῥάβδος οὐκ ἰᾶται, τὸ πῦρ ἐπινέμεται. *Propterea ei virgam adjungit prophetia, virgam diſciplinæ, imperii, & poteſtatis: ut quibus Verbum ſuadens & admonens non medetur, eis minæ medeantur: quibus autem non medentur minæ, eis virga medebitur: quibus verò virga non medetur, eos ignis depaſcit.* Ita I. Corinth.IV.21. Ῥάβδος *pœnam* notat. Apoſtolus interrogat: Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πρᾳότητος; *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis?* Ad hunc locum Theodoretus, p.140. Ῥάβδον καλεῖ τὴν παιδευτικὴν ἐνέργειαν. διὰ ταύτης γὰρ ἐστέρησε τὸν Ἐλύμαν τοῦ φωτός. Virgam *appellat caſtigatoriam actionem: per hanc enim Elymam luce privavit.* Chryſoſtomus Hom. XIV. in hanc epiſt. pag. 329. ἐν ῥάβδῳ interpretatur ἐν κολάσει, ἐν τιμωρίᾳ, *in pœna, in caſtigatione.* Eodem modo Theophylactus, pag.198. Dionyſius Areopagita de cœl. Hierarch. cap.XV. ut mox audiemus, Angelis tribuit *virgas*, ῥάβδους. Ad illum verò

Digitized by Google

locum Pachymeres, pag. 185. Εἰς παιδείαν ἐπανορθωτικὴν ἡ ῥάβδος παραλαμβάνεται, ὡς φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ; *Virga pro correctrice diſciplina ſumitur, uti cùm divinus Apoſtolus ait,* In virga veniam ad vos, an in charitate? Cyrillus Alex. in cap. XI. Jeſaiæ, p. 192. inter alia dicit, Chriſtum propterea vocari ῥάβδον, ἐπείπερ ἐστὶ κριτὴς, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, *quoniam eſt judex, & unicuique reddit ſecundùm opera ſua.* Baſilius M. in Pſal. XLV. p. 258. Hanc virgam vocat ῥάβδον συντριμμοῦ, *virgam contritionis*, & reſpicit ad illud Pſal. II. 9. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. *Reges eos in virga ferrea.*

3. Eſt *ſymbolum regni.* Chryſoſtomus in Pſal. CX. Ἡ ῥάβδος ποτὲ βασιλείας σύμβολόν ἐστι. *Virga aliquando eſt regni ſymbolum.* Cyrillus Alex. in cap. XI. Jeſaiæ, pag. 191. dicit de Chriſto: Διὰ τῆς ῥάβδου τὸ βασιλικὸν ἔχων ἀξίωμα, πλαγίως ὑποσημαίνεται· σύνθημα γὰρ βασιλείας ἡ ῥάβδος. *Per virgam dignitatem regiam habens, ſubindicatur: virga enim regni ſignum eſt.* Dionyſius Areopagita cap. XV. de cœleſti Hierarch. num. V. pag. 168. Τὰς δὲ ῥάβδους σημαίνειν οἴομαι τὸ βασιλικὸν καὶ ἡγεμονικὸν, καὶ εὐθεῖαν τὰ πάντα περαίνον. *Virgas verò ſignificare arbitror regiam & ducalem dignitatem, rectamque rerum divinarum ordinationem.* Confer vocem Βακτηρία.

Ῥαιδίον.

Non tantùm dicitur ῥαιδίον, ſed etiam ῥεδίον, item ῥαίδη & ῥέδη. Veteres Gloſſæ: Ῥαιδίον, *rheda.* Suidas: Ῥαιδίον, τὸ φορεῖον, ἢ τὸ ἅρμα. *Rheda, vehiculum, vel currus.* Idem: Ῥαιδίων, ἁρμάτων. *Rhedarum, vehiculorum.* Heſychius: Ῥεδίων, ἁρμάτων. *Rhedarum, curruum.* Idem: Ῥηδίων, καρούχων, ῥαιδίων. In his quædam emendanda: ſcribendum καρούκων, & ῥαιδίων. Commodiùs etiam pro ῥηδίων ſcriberetur ῥηδῶν, quemadmodum & in præcedenti loco pro ῥεδίων, ῥεδῶν. Reſpexiſſe enim videtur ad locum Apocal. XVIII. 13. ubi Codices modò ῥεδῶν, modò ῥηδῶν, modò etiam ῥαιδῶν habent. Aretas in illum locum: Ἵπποις δὲ, καὶ τοῖς διὰ τούτων ὀχήμασιν, ἃ ἡ παλαιὰ μὲν φωνὴ ἀγγάρους. ἡ δὲ τῶν Ἑλλήνων δημοσίους ἱπποστάθμους, ἡ δὲ τῶν ῥωμαίων ῥαίδη, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ ῥαιδάριος τέτριπται. *Equis verò, & vehiculis, quæ ab iis trahuntur, quæ vetus lingua quidem angaros: Græca verò* δημοσίους ἱπποστάθμους, *publicas equorum ſtationes: Romana autem rhedam vocat, unde etiam rhedarius dicitur.* Verè ridicula ſunt, quæ ad eundem locum habet Andreas Cæſarienſis, p. 106. Διὰ τοῦ ῥεδῶν, τὰ ὀχήματα εἰκὸς σημαίνεσθαι. Ῥέδιον γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ ὄχημα· ἡ δὲ τούτου γενικὴ τῶν πληθυντικῶν, ῥεδάρουμ. ἥτις κατὰ συγκοπὴν ῥέδων γέγονε. *Per Rhedas ſignificantur vehicula: rhedium enim idem ſonat Romanis, quod Græcis* ὄχημα, *hoc eſt, eſſedum aut vehiculum. A* rheda *eſt genitivus pluralis* rhedarum, *& per ſyncopen* ῥέδων. Quamvis autem *rheda* vocabulo uſi ſint Cicero, Cæſar, Horatius, & alii, non tamen origine Latinum, ſed Gallicum eſt, teſte Quintiliano lib. I. cap. V. *Plurima Gallica voluerunt: ut* rheda, *& petorritum quoque: quorum altero Cicero tamen; altero Horatius utitur.* Vide Voſſium de vitiis ſermonis, lib. I. cap. II. & in Etymolog. vocem *Rheda.*

Ῥαιφερενδάριος.

Ῥαιφερενδάριος, vel ῥεφερενδάριος. *Referendarius.* Gloſſæ Juris. Ῥαιφερενδάριος, ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων. *Referendarius qui reſponſa fert.* Item: Ῥαιφερενδάριος, ὁ τὰ ῥηθέντα ἀναφέρων ἀπό τινος. *Qui dicta ab aliquo refert.* Suidas: Ῥαιφενδάριος (legendum ῥαιφερενδάριος,) ἀξίωμα Ῥωμαϊκὸν, ἤγουν ὁ ἀναφορεύς. *Referendarius: dignitas Romana.* Erant autem Referendarii tum in Eccleſia, tum in Palatio.

Referendarius in Eccleſia mittitur ad Principes & in dignitate conſtitutos viros, quibus omnia refert & ſignificat quæcunque juſſerit Antiſtes. Patet ex Codino: Ὁ ῥαιφερενδάριος εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὸν Βασιλέα, καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα. Ad Suidam redimus. Cl. Salmaſius in Vopiſcum, p. 379. docet, Græcos recentiores truncato vocabulo dicere ῥαιφενδάριος: atque ita rectè ſcriptum eſſe apud Suidam, & in vetuſtiſſimo epigrammatum Græcorum Codice: Εἰρηναίῳ ῥαιφενδαρίῳ. Referendarium Suidas interpretatur ἀναφορέα, ab ἀναφορὰ, quod eſt μήνυσις, *ſignificatio, relatio.* Johannes Antiochenus in Nomocan. tit. XIII. ex Novella VI. cap. II. Ἐξέστω δὲ τοῖς ἐπισκόποις διὰ τῶν ῥεφερενδαρίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἢ διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων τῶν πατριαρχῶν ἀναφέρειν τῇ βασιλείᾳ· ὥστε αὐτοὺς ἢ δίκαια αἰτοῦντας τυγχάνειν, ἢ ἄδικα, θᾶττον ἀναλύειν. *Liceat verò Epiſcopis per Referendarios magnæ Eccleſiæ, aut per Apocriſiarios Patriarcharum ad Imperatorem referre: ut ipſi vel, ſi juſta petant, ea impetrent; vel ſi injuſta, confeſtim domum redeant.* In Eccleſia Conſtantinopolitana erant duodecim, ut patet ex Conſtitutione Heraclii in Biblioth. Juris Canonici, p. 1368.

Referendarius in Palatio, medio ævo dicebatur, qui nunc magiſter libellorum ſupplicum: nempe qui Regi libellos ſupplices, & diplomata offerret, ut ſubſcriberet. Magna ejus erat dignitas, ſiquidem inter *ſpectabiles* habebatur. Act. I. Concilii ſub Menna, pag. 561. Θεόδωρος ὁ περίβλεπτος Ῥαιφερενδάριος. *Theodorus ſpectabilis Referendarius.* Vide Gl. Meurſii, Voſſium de vitiis ſermonis, lib. III. cap. XLI.

Ῥακοδυτέω.

Ῥακοδυτέω *propriè* eſt *pannis laceris obſitus ſum.* Chryſoſtomus Homil. XI. in epiſt. ad Romanos: Περιορᾶν ψυχὴν ῥακοδυτοῦσαν, αὐχμῶσαν, πεινῶσαν, τραυμάτων γέμουσαν. *Negligere animam pannoſam, ſqualentem, eſurientem, vulneribus refertam.* Aliquando eſt idem quod τριβωνοφορεῖν, *pallium geſtare.* Balſamo ad Can. XII. Gangrenſ. p. 804. ex Zonara ad eundem Canonem: Οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ῥακενδυτεῖν (Zonaras habet ῥακοδυτεῖν) ἐδίδασκον, ὥστε ἐκ τούτου ἁγιάζεσθαι μέλλοντας τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς. Περιβόλαιον γὰρ τὸ ἐπάνω τῶν ἄλλων ἐπίβλημα ἐκάλουν. Interpres Hervetus vertit: *Euſtathiani præter alia pannos quoque induere docebant, tanquam eorum diſcipuli ſint ex eo ſanctificandi.* Περιβόλαιον *enim, id eſt, amiculum ſeu pallium, quæ aliis ſuperponitur veſtem vocabant.* Imò verò ῥακοδυτεῖν eſt *pallium geſtare:* notandum enim in verbis Zonaræ & Balſamonis, Euſtathium cum ſuis ſectatoribus pallium ſupra omnia veſtimenta habuiſſe; qui mos fuit antiquorum monachorum, & præcipuè Græcorum, apud quos, ut & apud Philoſophos, pallium ſupra omnem veſtem injiciebatur. At Monachi Ægyptii caprinam pellem ſupra pallium ſumebant. Hinc ῥακενδύτης pro Monacho apud Nicetam Choniatem.

Ῥαπίζω. Ῥάπισμα.

Ῥαπίζειν, juxta veteres Gloſſas, eſt *expalmare, alapare.* Heſychius: Ῥαπίζει, σκώπτει, ἀλοᾷ, παίζει, μαστιγοῖ, τύπτει. *Depalmat, cavillatur, verberat vel flagris cædit, illudit, flagellat, verberat.* Ego pro παίζει malim legere παίει, *percutit.* Idem ῥαπίσαι exponit per ῥάβδῳ πλῆξαι, ἢ ἀλοῆσαι, *bacillo percutere, vel flagris cædere.* Suidas: Ῥαπίσαι, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί· ὃ λέγουσι καὶ ἐπὶ κόρρης. *Maxillam explicata manu percutere: alapas impingere: quod etiam dicunt ſuper maxillam.* Non eſt ſanus hic locus: ſcribendum, ὃ καὶ λέγουσι παίειν ἐπὶ κόρρης, *quod etiam dicunt pugnum in genam impingere.*

Digitized by Google

gere. Minùs ergò conſideratè novus, doctiſſimus alioqui Interpres, illud Matth. XXVI. v. 67. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, vertit, *Alii verò bacillis ceciderunt*: & Marci XIV. 65. Οἱ δὲ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον, *miniſtri verò bacillorum ictibus eum cædebant*. Joh. XVIII. v. 22. ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, *bacillo cecidit Jeſum*: Cap. XIX. v. 3. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα, *& bacillis eum cædebant*. Non facilè recedendum fuiſſet à veteri Interprete, qui ῥαπίζειν interpretatur, *palmas in faciem dare*; ῥαπίσμασι βάλλειν, *alapis cædere*; δοῦναι ῥάπισμα, *alapam dare*. Sic enim veteres intellexeront Patres, & Latinè reddiderunt τὸ ῥαπίζειν, *alapam dare*. Sibylla apud Lactant. lib. IV. cap. XVIII.

Δώσουσι δὲ Θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις.

Id eſt, Lactantio interprete, *Dabunt autem Deo alapas manibus inceſtis*. Baſilius Magnus in exhortat. ad Baptiſmum, pag. 479. Εἰ δοῦλος ἀνθρώπων ἦσθα, προεγράφη δὲ δούλοις ἐλευθερία, οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντησας, συνηγόρους μισθούμενος, καὶ δικαστὰς παρακαλῶν ὥστε πάσῃ μηχανῇ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι, ἢ πού καὶ ῥάπισμα, τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν, ὑπὲρ τοῦ μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς καταδέχου. *Si hominum ſervus eſſes, ac libertas omnibus proponeretur, nonne ad conſtitutum diem venires, advocatos precio conductos & judices ſolicitares, ut omni conatu libertatem reciperes? Quin alapam quoque extremam ſervorum plagam, pro liberatione omnis in futurum infamiæ ac probri libenter ſubires.* Notum eſt ex Cornuto in Perſium, veteres ſolitos, quoties ſervos manumittebant, eos alapâ percuſſos circumagere. Etymolog. M. Ῥαπίσαι, τὸ πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλώσει χειρὶ, vel, ut emendatum eſt nuper, ἀπλώσει, *non clauſa manu*, quomodo & apud Phavorinum legendum pro, ἁπλώσει, vel certè ut apud Suidam, ἁπλῇ τῇ χειρί. Hieronymus in cap. XIV. Marci dicit, *Alapis, quibus expalmatus eſt*. Cyprianus epiſt. LV. *Cùm alapam accepiſſet à ſervo ſacerdotis*. Nec malè Nonnus Joh. XIX. 3.

- - - - Καὶ ἤιεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ,
Χερσὶν ἀμοιβαίῃσι παρηΐδος ἄκρον ἀράσσων.

Et ivit alius poſt alium, Manibus alternantibus maxillæ ſummum pulſans.

Juvencus verſibus quos compoſuit de paſſione Domini;

Tunc ſanctam Chriſti faciem ſputa improba complent,
Et palmæ in malis, colaphiq; in vertice crebri
Inſultant, verbiſq; omnes illudere certant:
Chriſte, prophetabis, cujus de palma cecidit.

Sedulius:

- - - - - - - - - - *Non deniq; paſſim*
Vel colaphis pulſare caput, vel cædere palmis.

Vide Rittershuſii Lect. ſacr. lib. III. c. X. Exercit. Heinſii in Nonnum, cap. XXVIII. Addendus adhuc Chryſoſtomus, qui Hom. in Aſcenſionem Domini, t. VI. edit. Pariſ. pag. 450. Τί τὸν δεσπότην κατὰ κόῤῥης ἐῤῥάπιζον, κατὰ κεφαλῆς ἐκονδύλιζον, τὸ δὲ τέλος τὸν κληρονόμον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος ἐφόνευον; *Cur Domino in faciem alapas impegerunt, caputq; verberârunt, & demum hæredem ipſum extra vineam interfecerunt?*

Ῥασοφορέω.

Ῥάσα ſunt interius velamen corporis, cui toga talaris ſuperinduitur: monachis, ſacerdotibus, militibus etiam commune veſtimentum. Conſtantinus in Tacticis voluit ῥάσα εἶναι πλατέα τῶν στρατιωτῶν, ἵνα μὴ ἐμποδίζωνται ἐν τῷ καβαλλικεύειν, *militum raſa eſſe laxa, ne in equitando impedirentur*. Hinc jam ῥασοφορεῖν, *raſa geſtare*. Balſamon ad Can. V. Concilii Conſtantinopol. in Templo Apoſtolorum, pag. 560. Τινῶν εἰσελθόντων εἰς μοναστήρια, καὶ ῥασοφορησάντων, &c. *Cùm enim aliqui monaſteria ingreſſi eſſent, & raſa tuliſſent*, &c. In Euchologio, p. 157. exſtat ἀκολουθία εἰς ἀρχάριον ῥασοφοροῦντα *officium in incipientem raſa geſtantem*. Et ῥασοφόροι ſunt Monachi. Balſamon loco laudato: Ὁ κανὼν περὶ τῶν ἀποκειρομένων πρὸ τῆς τριετίας θεσπίζει, οὐ μὴν περὶ τῶν δοκιμαζομένων καὶ ἔτι ὄντων ῥασοφόρων. *Canon de iis decernit qui ante triennium tondentur, non autem de iis, qui probantur, & adhuc raſa geſtant*. Vide Gl. Meurſii.

Ῥαυδίζω.

Meurſius in Gloſſario ſuo habet ῥαυδὴ, pro ῥάβδος, *baculus*: Hinc ῥαυδίζω, quod ille omittit, eſt *baculo cædo*. Menologium menſe Septembri: Ὑπὸ Αὐγάρου τοπάρχου ῥαυδίζεται. *Ab Augaro loci præſide baculo cæditur*. Ibidem: Ὁμολογήσασα τὸν Χριστὸν, ῥαυδίζεται. *Cùm Chriſtum fuiſſet confeſſa, baculo cæditur.*

Ῥελεγατεύω.

Propterea hoc verbum obſervamus, quia à Meurſio omiſſum. Significat *relego, exilio mulcto*. Johannes Antiochenus ex IX. themate, tit. L. digeſt. lib. XLVIII. Τὸν ἀκούσιον φόνον ἐπὶ πενταετῆ χρόνον ἐρελεγάτευσεν. *Involuntariam cædem quinquennali exilio mulctavit*. Id. ibid. nempe in Nomocan. tit. XL. ex themate II. ejuſd. tit. & lib. digeſt. πρὸς καιρὸν ῥελεγατεύεσθαι, *ad tempus relegari*.

Ῥέμβομαι.

I. Ῥέμβομαι ſignificat *temerè inambulo, ſpatior, vagor, erro*. Heſychius: Ῥέμβεται, πλανᾶται. *Temerè inambulat, vagatur*. Reſpexit procul dubio ad Proverb. VII. 12. ubi de meretrice: Χρόνον τινὰ ἔξω ῥέμβεται. *Aliquamdiu extrà vagatur*. Iterum Heſychius: Ἀλᾶται, πλανᾶται, ῥέμβεται. *Palatur, vagatur, errat*. Suidas: Ἐῤῥέμβοντο, ἀπεπλανῶντο. *Vagabantur, aberrabant*. Vide Lexica.

II. Ῥέμβεσθαι *metaphor.* eſt *à re inſtituta*, vel etiam *abſque certa re ulla inſtituta, temerè huc illuc divagari*. Macarius Homil. VI. pag. 94. Χρὴ ὅλον τὸν ἀγῶνα τοῦ ἀνθρώπου ἐκτελεῖν ἐν τοῖς λογισμοῖς, καὶ τὴν περικειμένην ὕλην τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἀποκόπτειν, καὶ ἐπάγειν ἑαυτὸν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ποιεῖν τὰ θελήματα τῶν λογισμῶν, ἀλλὰ πανταχόθεν ῥεμβομένους αὐτοὺς συνάγειν. *Oportet totum hominis certamen occupatum eſſe circa cogitationes, & materia malarum cogitationum undiq; nos cingens eſt reſecanda: quiſque ſe ipſum ad Deum promovere & impellere debet, nec cogitationibus obtemperare, verùm eas temere huc illuc divagantes undiq; colligere.* Idem Homil. XXXIII. p. 440. Ῥέμβεσθαι & περιφέρεσθαι conjungit, quando ſcribit: Ἡ ψυχὴ ὅλη δι' ὅλου ἀποδίδοσθω εἰς τὴν πρὸς Κύριον αἴτησιν καὶ ἀγάπην, μὴ ῥεμβομένη καὶ περιφερομένη τοῖς λογισμοῖς. *Anima tota in omnibus tradatur & conſecretur voluntati & amori Domini, nec cogitationibus temerè huc illuc divagetur & circumferatur.* Chryſoſtomus in Pſal. CXLV. Τίνος ἕνεκεν πρὸς τὴν ψυχὴν διαλέγεται; ἵνα μὴ τῆς γλώττης φθεγγομένης ἐκείνη ῥέμβηται, ὃ πολλάκις καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς πάσχομεν καὶ ἐν ταῖς ὑμνῳδίαις. *Qua de cauſa animam alloquitur? Ne lingua loquente, illa huc illuc divagetur, quod ſæpiùs & in precibus & in hymnorum decantationibus patimur.* Idem, lib. II. de Provid. cap. VI. Τὸν μέλλοντά τι φορτικὸν ὑπομένειν, πολλῷ κουφότερον εἰδέναι σαφῶς, ὅπερ ὑποστήσεται, καὶ πρὸς ὃ παρασκευάσεται, ἢ πανταχοῦ ῥέμβεσθαι τῷ λογισμῷ. καὶ νῦν μὲν τὰ χρηστὰ, νῦν δὲ τἀναντία προσδοκᾶν, καὶ ὑπὲρ μηδενὸς τούτων ἔχειν θαῤῥεῖν, ἀλλ' ἀμφοτέροις ὁμοίως ἀπιστεῖν. *Is qui grave quid ac oneroſum toleraturus eſt, multò fert levius, ſi apertè ſciat, quid ſibi ſuſtinendum ſit, & ad quid ſe præparare debeat, quàm ſi ubiq; ambiguis jactetur cogitationibus, & modò læta, modò triſtia exſpectet, nec*

Digitized by Google

ulli horum certâ fiduciâ adhærere poſſit, ſed utrique diffidere debeat. Idem in I. ad Tioth. Τῦ νῦ πολλάκις ἀλλαχῦ ῥεμβομένυ, ἡ χεὶρ αὐτόματος ἕλκεται. *Mente ſæpenumero alibi divagante, ſponte interim movetur manus.* Præter Lexica Vulgata, vide Gatakerum ad Antonini lib. II. ſect. VII. pag. 61.

Ῥεπετιτεύω.

Ῥεπετιτεύειν eſt *repetere*. Juriſconſultis Græcis uſitatiſſimum verbum. Photius in Nomocan. Tit. II. c. I. p. 60. Τὸ κατὰ πλάνην ἰνδεβίτως διδόμενον, ἐ ῥεπετιτεύεται. *Quod per errorem non debitum ſolutum eſt, non repetitur.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. XVIII. tit. I. digeſt. XXII. Εἰ γὰρ εὑρέθη ὅλως σάκρος, ἐκ ἔῤῥωται ἡ πρᾶσις, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ῥεπετιτεύει ὁ ἀγοραστής. *Quippe ſi deprehenſum fuerit, omnino ſacrum eſſe, non valet emtio. Sed & quod ſolutum eſt, repetit emtor.*

Ῥεπυδιατεύω.

Ῥεπυδιατεύειν. *repudiare.* Gloſſæ Baſilicorum: Ῥεπυδιατεύει, ὑποχωρεῖ, ἀφίσταται. Juriſconſulti Græci paſſim utuntur. Photius in Nomoc. Tit. XIII. cap. IV. p. 198. ἀνὴρ ἀλόγως ῥεπυδιατεύων. *Maritus injuſtè repudians.* Conſt. Eccl. Collect. lib. III. ex Novell. CXVII. cap. XIII. Τὰ πράγματα τῆς χωρὶς εὐλόγυ αἰτίας ῥεπυδιατευσάσης τὸν ἄνδρα, τὸ ἐν ᾧ ἐμβάλλεται μοναστήριον διαδέξεται, κατὰ τὸν τύπον τῆς διατάξεως. *Res ejus mulieris, quæ abſque juſta cauſſa repudium marito miſit, per ſucceſſionem id monaſterium adibit, in quod redigitur, juxta conſtitutionis ſanctionem.*

Ῥεπούδιον.

Hæc quoque vox uſitatiſſima eſt, & *repudium* ſignificat. Juſtinus M. Apol. I. ſtatim poſt initium: Τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπύδιον δῦσα, ἐχωρίσθη. *Miſſo illi, qui apud vos dicitur repudii libello, ab eo ſejuncta eſt.* Photius in Nomocan. tit. IX. cap. XXXI. p. 142. Ἡ περὶ ῥεπυδίων νεαρὰ ρίζ δίδωσιν ἄδειαν τῷ ἀνδρὶ τῆς αὐτῦ γαμετῆς παρὰ γνώμην αὐτῦ συλλουμένης ἀνδράσι, στέλλειν αὐτῇ ῥεπύδιον. *Novella CXVII. de repudiis dat poteſtatem marito, uxore ejus præter ipſius ſententiam cum viris lavante, ei mittendi libellum repudii.* Vide Gl. Meurſii.

Ῥήξ.

Ῥήξ, *rex*, minùs quàm βασιλεὺς, & per contemtum à Conſtantinopolitanis dicebatur. Luitprandus in Leg. *Ipſe enim vos non Imperatorem, id eſt,* βασιλέα, *ſuâ linguâ; ſed ob indignationem* ῥῆγα, *id eſt, Regem noſtrâ vocabat.* Itaque ῥὴξ tantùm dicebatur, & Imperator occidentalis, & quivis alius rex, nomine communi, excepto ſolo Bulgaro, qui æquè atque Conſtantinopolitanus βασιλεὺς vocabatur, ut ſuprà docemus in Βασιλεύς. Vide Gl. Meurſii.

Ῥηξίφλοιος.

De hac voce ſic H. Stephanus: Ῥηξίφλοιος idem eſſe putatur cum φλοιοῤῥαγὴς, *corticem habens diſruptum, ſeu rimoſum.* Legitur apud Baſilium Cæſ. Hom. V. in Hexaem. pag. 63. Πόσαι τῶν φλοιῶν αἱ διαφοραί; τὰ μὲν γὰρ λειόφλοια τῶν φυτῶν, τὰ δὲ ῥηξίφλοια. καὶ τὰ μὲν μονόλοπα αὐτῶν, τὰ δὲ πολύπτυχα. *Quot corticum diſcrimina ſunt? Stirpium enim aliis lævis eſt cortex, aliis verò ſcaber & rimoſus. Et aliæ ſimplici, aliæ multiplici præditæ ſunt cortice.* Heſychius: Ῥηξίφλοια, ῥήξαντα τὸν φλοιόν. Suidas addit, οἷον κάρυα. *Quæ rumpunt corticem, ut nuces.*

Ῥησίδιον.

Heſychius: Ῥησίδιον, λεξίδιον. *Sententiola.* Cyrillus Alexandr. in cap. VII. Micheæ, pag. 456. Δυσέφικτον κομιδῇ τὸ ῥησίδιον. *Sententiola comprehenſu difficilis.* Suidas ῥησείδιον ſcribit.

Ῥητλιάω.

Legitur hoc verbum apud Epiphanium de menſuris & ponderibus, pag. 542. Πλήσας δὲ τὸ μέτρον, καὶ ῥητλιάσας, ὁμολογεῖ ὅτι πεπλήρωμαι. Cornarius interpretatur: *Ubi verò repleverit menſuram ac concuſſerit, tunc confitetur, quid plenus eſt* ſc. modius. Cl. Meurſius ῥητλιᾷν interpretatur *agitare, concutere*, & vult reſpondere Germanico ritlen, vel rüttlen. Sed longè alia eſt ſententia Salmaſii in Vopiſcum, qui vocem hanc apud Epiphanium corruptam eſſe dicit, pro ῥηγλιάσας. Ῥηγλιᾷν verò eſt *menſuram exæquare*: à ῥῆγλα vel ῥήγλιον, *regula*, ut φίβλα, φίβλιον, *fibula.* Heſychius: Ῥῆγλαι, σίδηρα ὡς ῥάβδος. Scribendum, σιδηραῖ ῥάβδοι. *Regulæ ferreæ.* Scribitur etiam ῥιγλάω. Græci inſtrumentum, quo cumulus deruitur, vocant ἀπομάκτρα. Heſychius: Ἀπομάκτρας, ξύλα· τὰς σκυτάλας, ἐν αἷς ἀποψῶσι τὰ μέτρα. *Ligna: ita vocant rutra, quibus menſuras deruunt & exæquant.* At Græci recentiores ῥίγλαν, *regulam appellant.* Moſchopulus: Σκυτάλη, ἡ ἀπομάκτρα, ἣν οἱ κοινοὶ ῥίγλαν καλῦσι.

Ῥητόν.

Τὸ ῥητὸν frequenter apud Patres notat *locum*, ſeu *dictum ſcripturæ.* Ita Chryſoſtomus paſſim uſurpat. Hom. XVIII. t. V. Edit. Pariſ. inſcribitur: Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητόν. Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτῦ γυναῖκα ἐχέτω. *In dictum Apoſtolicum: Propter fornicationes autem unusquiſque ſuam uxorem habeat.* Homil. XIX. rurſus, Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν, &c. Eodem modo Homil. XXI. XXVI. XXVII. &c. Baſilius Cæſ. in cap. XIV. Jeſ. 1100. Καὶ ὕτω καὶ ἐκλαμβάνειν τὴν ἔννοιαν τῦ ῥητῦ δυνατόν. *Ad hunc ſanè ſenſum poſſet quis dictum hoc, vel ſententiam interpretari.* Clemens Alex. Strom. lib. VI. pag. 646. τὸ ῥητὸν τῦ προφήτυ ἐξηγύμενος. *Dictum Prophetæ exponens.* Quid πρὸς διάνοιαν & πρὸς τὸ ῥητὸν, inter ſe oppoſita notent, explicatur in Διάνοια. Quid verò πρὸς ῥητὸν, & πρὸς νῦν, vide in Νῦς. Ita κατὰ τὸ ῥητὸν & κατὰ ἀναγωγήν. Baſilius Cæſ. in Pſal. CXLVII. Κατὰ μὲν ὖν τὸ ῥητὸν ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τις ἐπιθυμίαν ἔχει δὲ κατὰ ἀναγωγὴν τὸν ψαλμὸν ἐκλαβεῖν, ὐ παραιτησόμεθα καὶ ταύτην ἰδεῖν τὴν ὁδόν. Hervetus interpretatur: *Quod ad verba quidem ſcripta attinet, ſufficiunt quæ ſcripta ſunt. Si quis autem deſiderat Pſalmum quoque ſumere anagogicè, non recuſabimus hâc quoque viâ ingredi.* Priora incommodè reddita, ſic damus: *Ad ſenſum literalem quod attinet, ea quæ diximus ſufficiunt.* Κατὰ ἀναγωγὴν eſt *ſenſu myſtico.* Vide in Ἀναγωγή. Ita opponuntur, πρὸς τὸ ῥητὸν, & πρὸς διάνοιαν. Olympiodorus in cap. VI. Eccleſiaſtæ, pag. 640. Πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, κατὰ τῶν φιλαργύρων ὁ λόγος· πρὸς δὲ διάνοιαν, &c. *Ad verbum quidem, adverſus avaros hoc dictum eſt: myſtico autem ſenſu*, &c. Eundem etiam uſum habet vox ῥῆσις. Notat namque *locum* ſeu *dictum ſcripturæ.* Clemens Alexandr. Strom. lib. I. pag. 299. Πάλιν τε αὖ βεβαιοῖ σαφέστερον τὰ εἰρημένα ἥδε ἡ ῥῆσις, Πάντα ἐνώπια τοῖς νοῦσιν. *Et rurſus apertiùs confirmat ea quæ dicta ſunt hoc dictum: Omnia ſunt in conſpectu eorum qui intelligunt.* Ita Homil. XV. t. V. Edit. Pariſ. apud Chryſoſtomum inſcribitur, Ὁμιλία εἰς τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγυσαν, οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. *Homilia in dictum illud Apoſtoli, ſcimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Tomo eodem Homil. XXIII. Εἰς τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγυσαν, Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, &c. *In dictum Apoſtoli, Habentes autem eundem Spiritum*, &c.

Vide

Digitized by Google

Vide ibidem Homiliâ XXIV. XXV. &c. Eodem etiam modo κατὰ ῥῆσιν & κατὰ ἀναγωγὴν opponuntur apud eundem in Pſal. CXLII. Ἐν γῇ εὐθείᾳ κατὰ μὲν τὴν ῥῆσιν τὴν πατρίδα αὐτοῦ φησι· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, τὴν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν φέρουσαν ὁδόν. *In terra recta. Si verba quidem ſpectes, ſuam dicit patriam: ſi verò ſenſum reſpicias myſticum, viam quæ ducit ad virtutem.*

Ῥιζόω.

Propria hujus verbi *ſignificatio* ex Lexicis ſatis nota eſt. *Metaphoricè* eſt *ſtabilio, confirmo*, vel *tanquam fixis radicibus ſtabilio.* Ita ἐκκλησίαν ῥιζοῦν, *eccleſiam fundare, ſtabilire.* Chryſoſt. Hom. VIII. t. V. Edit. Pariſ. p. 129. Ὁ σταυρὸς τοῦ διαβόλου τὴν ἰσχὺν ἐξενεύρωσε, τῆς ἁμαρτίας τὴν δύναμιν ἠφάνισε, τὴν γῆν τῆς πλάνης ἀπήλλαξε, τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τοὺς δαίμονας ἀπήλασε, ναοὺς καθεῖλε, βωμοὺς ἀνέτρεψε, κνίσσαν ἠφάνισε, τὴν ἀρετὴν κατεφύτευσε, τὰς ἐκκλησίας ἐρρίζωσε. *Crux diaboli vires enervavit, peccati potentiam delevit, terram ab errore liberavit, veritatem reduxit, dæmones expulit, templa deſtruxit, altaria ſubvertit, nidorem ſacrificiorum ſuſtulit, virtutem plantavit, eccleſias fundavit.* Ἐρριζωμένη πίστις, *fides radicata, fixis radicibus ſtabilita.* Iterum Chryſoſt. Homil. XXV. tomi ejuſd. p. 359. Πάντες ἐνέπτυον, ὕβριζον, κατεγέλων, ἐχλεύαζον, μωροὺς ἐκάλουν, ἀνοήτους, ὅτι τῆς πατρώας ἀποστάντες πολιτείας, καινὸν δόγμα κατεδέξαντο· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο πρὸς τὸ παρασαλεῦσαι ψυχὴν, ἐὰν μὴ ἐρριζωμένη κατὰ βάθους ἡ πίστις ᾖ. *Omnes deſpuebant eos* ſc. Chriſtianos, *contumeliis afficiebant, deridebant, ſubſannabant, fatuos vocabant ac dementes, quòd relicta patria vivendi ratione, nova placita ſuſcepiſſent. Quæ quidem non parùm valent ad commovendam & labefactandam animam, niſi fides profundè ſit radicata.* Ibid. Homil. XXIII. p. 341. Εἰ μέλλοιμεν ἐρριζωμένην ἔχειν τὴν πίστιν, πολιτείας ἡμῖν δεῖ καθαρᾶς τῆς τὸ πνεῦμα πειθούσης μένειν καὶ συνέχειν ἐκείνης τὴν δύναμιν. *Si cupimus fidem habere radicatam, vivendi ratione pura nobis opus eſt, quæ Spiritui perſuadeat, ut maneat, & ejus vim contineat.* Ῥιζοῦν λόγον ἐν τῇ διανοίᾳ, *ſermonem in animo plantare.* Iterum Chryſoſtomus Hom. XXXIII. ejuſd. tomi, pag. 505. Τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον ἐν τῇ σαυτοῦ διανοίᾳ ῥίζωσον. *In animo ſermonem de reſurrectione planta*, vel, *tanquam fixis radicibus ſtabili.*

Ῥιπίδιον.

Mirum eſt, hanc vocem in Liturgiis uſitatiſſimam, à Meurſio omitti. Ῥιπὶς eſt *vas è vimine*, ἐκ ῥιπὸς *contextum*; unde ῥιπίδιον *corbis, caniſtrum, ſporta è calamis ſeu virgis plexa*, ἐν ᾗ τὰ φορτία, quicquid portari de loco in locum ſolet, ἐντίθεται. Uſum talium fuiſſe in ſacris Eccleſiæ veteris Hieronymus epiſt. ad Ruſticum monachum de Exuperio Epiſcopo Toloſæ docuerit; *Nihil*, inquiens, *illo ditius, qui corpus Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro.* In talibus panis myſticus ad ægrotos deferri ſolebat, ut hodie in pyxide argentea deaurata. In Liturgia Baſilii, p. 58. Ὁ διάκονος ἀποτίθησι τὸ ῥιπίδιον. *Diaconus reponit ſportam.* Et p. 59. de Diacono: Μεθίσταται ἐν ᾧ πρότερον ἵστατο τόπῳ, λαβὼν καὶ τὸ ῥιπίδιον αὖθις ὡς πρότερον. *Redit in eum locum, in quo priùs fuerat, aſſumtâ iterum uti priùs ſportâ.* Poſtmodum loco ſportarum viminearum adhiberi cœpit pyxis argentea. Hujus forma & officium deſcribitur in hiſt. Concil. Florent. ſect. III. c. XVII. p. 62. his verbis: Τριῶν γὰρ τῶν σαθρωθέντων ἱερῶν ῥιπιδίων, ἀντὶ τοῦ ἐδερχθῆναι καὶ ἐντρεπισθῆναι, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ἠυτρεπίσθησαν, πρὸς τὸ ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης τίθεσθαι, καὶ τὰ ζωοποιὰ καὶ φρικτὰ καὶ ἄχραντα περικαλύπτειν καὶ ῥιπίζειν μυστήρια, κατὰ τὸν τύπον τῶν θείων ἑξαπτερύγων τῶν τῷ Θεῷ παρισταμένων, καὶ ταῖς πτέρυξι τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς πόδας ἑαυτῶν κατακαλυπτόντων. *Tres enim pyxides vetuſtate collapſæ ac deformes venerunt reſarcienda: & pro eo quod refici debuerunt, ac ſuis ſedibus reſtitui, pares ejus ſpeciei reliquis, ut ſimul extantes in ſacro altari, vivifica, tremenda, & intaminata ſemper ſacramenti myſteria obvelarent & obtegerent, ad ſimilitudinem cœleſtium Angelorum, qui ſex alis potiti, ac divinæ majeſtati ſemper obverſantes, capita & pedes præ verecundia obnubilant.* Ex his patet, formam fuiſſe Cherubinorum cum ſex alis. Idem innuit Germanus in hiſt. Eccleſ. pag. 162. quando ῥιπίδια vocat τὴν τῶν σεραφικῶν ἀπεικονισμάτων ἱστορίαν, *Seraphicarum adumbrationum hiſtoriam.* Pag. 163. αἱ ῥιπίδες εἰς τύπον εἰσὶ τῶν χερουβίμ, *vaſa iſta typum referunt Cherubinorum.* Et pag. 169. Τὰ ῥιπίδια καὶ οἱ διάκονοι ἐμφαίνουσι τὰ ἑξαπτέρυγα σεραφίμ, καὶ τὴν τῶν πολυομμάτων χερουβὶμ ἐμφέρειαν. *Vaſa & diaconi indicant Seraphim ſex alis prædita, & multioculorum Cherubim effigiem.* Ῥιπίδια quoque ſunt *cartalli* ſive *cophini*, in quos componebant ſacram ſuppellectilem, cùm à menſa in ſacrarium referenda eſſet. Atque de his intelligi debent iſta Chronici Alex. ubi ſub a. XIV. Heraclii Ol. CCCLI. Sergio Patriarcha Conſtantin. ſedente inſtitutum eſſe ſcribitur, ut caneretur, cùm ſacra myſteria percepiſſent omnes, tam clerus, quàm laici: Ἐν τῷ μέλλειν τοὺς κληρικοὺς ἐπὶ τὸ σκευοφυλάκιον ἀποκαθιστᾶν τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη. *Cùm clerici jam in armarium repoſituri eſſent venerandas ſportulas, corbes, lances, pocula, & alia ſacra vaſa.* In Liturgia etiam uſum fuiſſe ῥιπιδίων, *muſcariorum*, non admittit doctiſſimus Reineſius. Ejus ego autoritatem animo ſequerer promtiſſimo, niſi evidentiſſimus obſtaret locus, qui in Liturgia Jacobi, Conſtitut. Apoſt. lib. VIII. cap. XII. p. 1014. ita ſonat: Δύο διάκονοι ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν ῥιπίδιον, ἢ πτερῶν ταῶνος, ἢ ὀθόνης καὶ ἠρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων, ὅπως ἂν μὴ ἐγχρίμπτωνται εἰς τὰ κύπελλα. *Duo diaconi ex utroque altaris latere teneant flabellum ex tenuioribus membranis, vel ex alis pavonum, aut linteo, & quietè abigant beſtiolas volantes, ne in pocula incidant.*

Ῥόγα. Ῥογεύω, Ῥογάτωρ.

Roga, ſtipendium, & merces, & annona, & donativum. Multa eſt hujus vocis mentio, non ſolùm Græcæ ῥόγα, ſed & Latinæ *roga*. Suidas Ῥόγα, ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια, καὶ ἡ φιλοτιμία. Portus interpretatur: *Regum pietas, & ambitio.* Tu potiùs: *Imperatorum pietas* ſc. in eroganda eleemoſyna, *& donativum.* Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Ῥόγα, *ſtipendium*: μισθοφορία, ὀψώνιον, μισθός. Item: Ῥογεμένος, *ſtipendiarius*: μισθοφόρος. Ῥογεύω, *mercedem pendo*: μισθοφορέω. Hinc ῥογάτορες Codino dicti milites, hoc eſt, *ſtipendiarii*, ac eidem, & Nicetæ ῥογεύειν, *ſtipendia facere.* Uſitatius tamen capitur pro *donativo*, ſive *honorario*; quod non, uti ſtipendium, ex debito; ſed ex gratia datur. Nomen inde eſt, quòd milites, populùſve Imperatorem, Pontificem, vel Patriarcham, rogare eam ſoleant: vel quia Imperator, Pontifex, aut Patriarcha, conſueverint hanc erogare militi, vel populo. Gloſſæ Iſidori: *Roga, eleemoſyna.* Landulphus Sagax in Tiberio II. *Duxit Anaſtaſiam uxorem ſuam, & coronavit eam Auguſtam, & jactavit rogam multam.* Abbo Floriacenſis de vitis Pontif. *Sicque reverſus eſt Ravennam, ubi, datâ militibus rogâ, facta eſt pax magna in Italia.* Mos verò Imperatoribus fuit, has rogas præcipuè donare, cùm foret ἑορτὴ βαΐων, ſive feſtum palmarum. Ac quomodo ea Palatio Conſtantinopolitano fieri ſoleat,

de-

Digitized by Google

deſcribit Luitprandus, lib. III. cap. V. *In ea, quæ eſt ante Baiphoron, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomada, tam in militibus, quàm in diverſis conſtitutis officiis, numiſmatum aureorum erogationem, prout cuique meretur officium, Imperator facit. Cui erogationi quia me intereſſe voluit, me venire præcepit. Fuit autem hujuſmodi. Erat appoſita decem cubitorum longitudinis, ac quatuor latitudinis, menſa, quæ numiſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem, non confuſè, ſed ordinatim, ſecundùm vocantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundùm officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus eſt Rector domus; cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cum ſcaramangis quatuor. Poſt quem ὁ Domeſticos Aſcalonas, & ὁ Delongariſtis ploas, ſunt vocati: quorum alter militibus, navigantibus præerat alter. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata & ſcaramanga ſuſcipientes, præ multitudine non jam in humeris portaverunt, ſed adjuvantibus aliis poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſſi ſunt Magiſtri, numero viginti quatuor; quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ unicuique ſecundùm eundem numerum viginti quatuor cum ſcaramangis duabus. Patriciorum deinde ordo hos ponè eſt ſecutus, & duodecim numiſmatum libris cum ſacramanga una donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum, & id genus Clientum.* Patriarcha eo die pro roga dividebat cereos, & cruces, de quo Balſamo epiſt. de incenſis; quæ exſtat lib. VII. Juris Græco-Romani. Mos iſte deſiit avaritiâ Conſtantini Ducæ, circa annum Chriſti cIↄ LXIII. valdeque ſuper eo queritur Balſamo de Incenſ. Patriarchæ, die Catecheſ. Τὴν ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων περιωπὴν, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα μετὰ τῶν ἄλλων ἐσέμνυνε καὶ ἐτήσιοι ῥόγαι ποτὲ καὶ βαΐων φιλοτιμήματα. ἐκάθηντο γὰρ ἐτησίως οἱ κατὰ καιροὺς πατριάρχαι καὶ βασιλεῖς, καὶ μετεκαλοῦντο τοὺς ὑπηκόους διὰ τούτων πρὸς εὔνοιαν· οἶδε ταῦτα τῆς συγκλήτου βουλῆς τὸ ὑπέρτατον, ἴσως δὲ καί τινες τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς. οὐδὲ γὰρ πρὸ Εὐκλείδου μεμυθολόγηται, οὐδὲ γραϊδίων ἐστὶν ὀνειροπολούντων λογίδια· ἀλλὰ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ δουκὸς κυροῦ Κωνσταντίνου, καὶ ταύτην εἶχον τὴν σεμνοπρέπειαν τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τῶν βασιλέων ἀνάκτορα, καὶ πάντως γέγονεν ἂν τὸ καλὸν πρὸς ἡμᾶς διαδόσιμον ἐκ προγόνων εἰς παῖδας, καὶ ἐκ φυλῆς εἰς φυλὴν πλημμυρόμενον. *Celſiſſimam ſacrorum Imperatorum circumſpectionem, & Patriarcharum amplitudinem inter alia reddebant olim auguſtiorem etiam annuæ rogæ ac bajorum largitiones. Quippe ſedebant annis ſingulis cujuſque temporis Patriarchæ & Imperatores, ac per hæc ſubditos ad benevolentiam invitabant. Novit hoc Patrum conſcriptorum ampliſſimus ordo, & fortaſſe etiam nonnulli, qui hac ætate noſtra vivunt. Non enim ante tempora Euclidis hæc ſunt narrata, nec ſomniantium vetularum ſunt fabellæ; ſed uſque ad imperium Domini Conſtantini Ducæ duravit auguſtus ille mos, tam in ipſius Dei, quàm Imperatorum regia, & omnino bonum hoc ad nos quoque propagatum fuiſſet, à majoribus ad nepotes, à generatione ad generationem tranſiens.* Nec Orientis ſolùm Imperatores & Patriarchæ, rogam dabant; ſed & Pontifices Romani. Unde Anaſtaſius Bibliothecarius in Eugenii vita: *Rogam clero dedit.* Sed addimus adhuc loca quædam, ubi hæ voces occurrunt. In Collect. Conſtit. Eccleſ. ex lib. I. Cod. hæc leguntur: Ταῦτα δὲ λήψεται οὐχ ὁ φίσκος, ἀλλὰ τοῖς πένησι καὶ τοῖς δεομένοις πιστῶς ταῦτα ῥογευθήσεται. *Verùm hæc non fiſcus accipiet, ſed pauperibus & egenis fideliter erogabuntur.* In hiſtoria Concilii Florentini, ſect. XI. cap. V. 319. Ἐρρόγευσαν οὖν ταύτας τοῦ ὡς κατέργου ἐν ᾧ καὶ ὁ δεσπότης εἰσῆλθεν· εἰς δὲ τὸ κάτεργον τοῦ βασιλέως ἔδωκαν ῥόγαν μηνῶν δύο. *Nautas igitur nummis erogatis conducebant ad unam triremem, in quam etiam Deſpota ingreſſus eſt: Imperatoriæ verò duorum menſium numerabant ſtipendia.* Plura ſuppeditat Gl. Meurſii.

Ῥογάλια.

Meurſius dicit ῥογάλια, *Rogalia* eſſe dies, quibus rogæ ab Imperatore & Patriarcha populo dabantur. Negat hoc Allatius, qui aſſerit, *Rogalia* fuiſſe libros, ſive Acroſticha, in quibus non tantum virorum nomina, ordine quo præcedere deberent, pro cujusque officii dignitate, dum vocarentur, ſed quantitas etiam rogæ, aliaque donativa, deſcripta fuerint, ne turbæ liteſque inter id genus clientum orirentur. Balſamo de incenſ. Patriarchæ die Catecheſ. Καὶ, ἡ συνήθως διδομένη ῥόγα κατὰ τὴν κυρίως ἀπόκρεω εἰς τὴν ἐτησίως προβαίνουσαν ἐκκλησιαστικὴν ῥόγαν κατὰ τὴν μεγάλην τρίτην μετέπεσε. καθὼς τὰ παλαιὰ λαλοῦσι ῥογάλια. *ut antiqua loquuntur rogalia.* Eadem vocat συγγραφὰς τακτικὰς, *monumenta ordinationum.* Εἰ δ' ὅπερ οὐ πέπεισμαι, καὶ τοῦτο λήθης βυθῷ καταπέχωσται, καὶ Κασταλίας ὕδωρ εὐχάριστον τῶν τότε κρατούντων οὐ κηρύττει τὴν πρόνοιαν, ἀλλὰ μεμβράναι βίβλων ἱστορικῶν, καὶ συγγραφαὶ τακτικῶν ἀνακτορικῶν κεκράξονται κατὰ Στέντορα. *Sin, quod equidem non arbitror, hoc etiam oblivionis gurges abſorpſit, & grata aqua Caſtaliæ providentiam ſuperioris memoriæ Principum non prædicat, ſaltem membranæ librorum hiſtoricorum, & tacticorum regii Palatii monumenta, Stentoris in morem hæc proclamabunt.* Id ipſum innuit Luitprandus Ticinenſis, dum rogam à ſe viſam deſcribit; verba ejus ſub voce Ῥόγα adducimus. Docet igitur Balſamon, licèt diſtribuendæ rogæ uſus ceſſaverit, haberi tamen *Rogalia*, monumenta ſcilicet, in quibus modus & ſimilis ordo exprimebatur, non ab alio, quàm ab ipſis Rogis, nuncupata.

Ῥομφαία.

Heſychius: Ῥομφαία, θρᾴκιον, ἀμυντήριον, μάχαιρα, ξίφος, ἢ ἀκόντιον μακρόν. Eodem modo Phavorinus deſcripſit. Sed rectè Heinſius, & poſt eum Palmerius, Θρᾴκιον ἀμυντήριον. *Romphæa, Thracium tutamentum, machæra, gladius, aut ſpiculum longum.* Quòd ῥομφαίαν *Thraciam armaturam* eſſe dicit, optimè: ſic enim Gellius lib. X. cap. XXV. *Romphæa genus teli eſt Thracæ nationis.* Suidas: Ῥομφαία, τὸ μακρὸν ἀκόντιον, ἢ μάχαιρα. *Romphæa, ſpiculum longum, vel machæra.* S. Maximus in epiſt. IX. Dionyſii Areopagitæ, p. 323. Ἡ ῥομφαία βαρβαρικόν ἐστιν ὅπλον ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος. *Romphæa eſt Barbaricum telum, ut ſcribit Phylarchus.* Sed de hoc conſulantur Etymologi, maximè Voſſius in Etymolog. & de vitiis ſermonis lib. I. c. III. Ῥομφαῖαι etiam vocantur *haſtæ*, quas tenebant principes honoratiſſimi ad latus Imperatoris ſtantes, qui numero quatuor erant, ex utroque nimirum latere bini; & ῥομφαιοκράτορες dicebantur, ut docet Cl. Meurſius in hac voce ex Codino & ex Anna Comnena. Hæc vox in Novo Teſtamento ferè *impropriè* ſumitur, & notat

I. *ipſum Dei verbum*, ſeu *doctrinam Evangelii*, & dicitur ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη ἐκ τοῦ στόματος τοῦ Χριστοῦ, *gladius anceps, qui ex ore Chriſti prodit*, Apoc. I. 16. II. 12. 16. XIX. 15. 21. ubi nomine ῥομφαίας denotatur verbum Dei, quia eo quaſi confodiuntur & jugulantur errores, falſi doctores, &c. atque; adeò ſic vocatur propter admirandam efficaciam ſuam, & quia eo utendum eſt contra hoſtes ſpirituales. Andr. Cæſar. in c. I. Apoc. p. 10. Ῥομφαίαν δίστομον, τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν φησιν ἀπόφασιν, τομωτέραν ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον ἢ καὶ τὴν περιτέμνουσαν

Digitized by Google

ζαν μάχαιραν τῦ πνεύματ☉, τὸν ἐντὸς ἡμῶν ἄνθρωπον. Per gladium ancipitem *intelligit condemnationis ſententiam, quam contra impios fulminabit: ea enim quovis ancipiti gladio penetrantior eſt: vel etiam gladium Spiritûs, quo interior homo noſter circumciditur.* Huc etiam pertinent illa Varini: Ῥομφαία ἐςὶ νοητὴ, λόγ☉ πνευματικὸς ζῶμα χωρίζων ἀπὸ ψυχῆς, ἢ κακίας, καὶ ἀγνωσίας. *Eſt gladius ſpiritualis, nempe ſermo ſpiritualis corpus ſeparans ab anima, vel à malitia & ignorantia.*

II. *dolorem acerbiſſimum.* Sic Luc. II. 35. ubi Simeon ad B. Virginem, Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Hîc διέρχεσθαι τὴν ψυχὴν eſt, in imos ejus receſſus penetrare. In Græco Pſal. XXXVII. 15. Ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν. *Gladius eorum intret in cor eorum.* Ovidius ſatis appoſite:

Non mea ſunt ſummâ leviter diſtricta ſagittâ
Pectora, deſcendit vulnus ad oſſa meum.

Seneca, mulierem itidem alloquens, ut hoc loco Angelus, *Graviſſimum eſt ex omnibus, quæ unquam in corpus tuum deſcenderunt, recens vulnus: non ſummam cutim rupit, pectus & viſcera ipſa diviſit.* Petr. Chryſologus ſerm. CLII. ubi de infanticidio, *In martyrio filiorum paſſæ ſunt matres, nam gladius filiorum pertranſiens membra, ad matrum corda pervenit.* Et ſerm. LXXXIII. de diſcipulis jam Magiſtro orbatis, *Tunc tota ad illos pœna Dominicæ tranſierat paſſionis, & non ſolùm lateribus eorum, ſed & cordibus doloris lancea tota figebatur.* Expoſitio in Lucam, quæ Tito Boſtrenſi tribuitur, ad hunc locum, p. 777. hæc habet: Ῥομφαίαν λέγει τὸν λόγον τὸν πειραστικὸν, καὶ κριτικὸν ἐνθυμηθέντων. Gladii *nomine tentatio, cogitationumque fluctus, & mentis agitatio hoc loco ſignificatur.* Mox: Γενήσεταί τις περὶ τὴν σὴν ψυχὴν σάλ☉. Statim alia ſubjicitur expoſitio Ῥομφαίαν φησὶ, τὴν ἐπὶ τῷ σταυρῷ θλῖψιν τῆς παναγίας Θεοτόκου, οἰομένης μὴ δεῖν αὐτὸν τοιαῦτα πάσχειν. τὸ γὰρ αὖθις ἀναστήσεσθαι αὐτὸν, ὡς ὑπέρογκον τέως ἠπίστατο. Romphæam, *animi afflictionem, quam ſanctiſſima virgo, cruci aſſiſtens, pertulit, appellat. Exiſtimabat enim, non oportere eum talia pati: nam ſtatim è mortuis reſurrecturum, ut quiddam nimis arduum, illo tempore non credebatur.* Ad locum Lucæ ſic Theophylactus, pag. 320. dicit per ῥομφαίαν fortè denotari τὴν θλῖψιν τὴν ἐπὶ τῷ πάθει γενομένην, *afflictionem & dolorem, quem in paſſione tulit.* Τάχα δὲ, ῥομφαίαν λέγει καὶ τὸν ζκανδαλισμὸν ὃν ἐσκανδαλίσθη ὁρῶσα τὸν Κύριον σταυρούμενον. ἴσως γὰρ ὑπενόει, πῶς ὁ τεχθεὶς ἀσπόρως, ὁ θαύματα ποιήσας, ὁ νεκροὺς ἀναστήσας, ἐσταυρώθη, καὶ ἐνεκρώθη, καὶ ἐνεπτύσθη. *Fortaſſis verò,* gladium *dicit & ſcandalum, quo offenſa fuit, cùm videret Dominum crucifigi. Fortaſſe enim cogitabat, quomodo qui natus eſt ſine ſemine, qui miracula fecit, qui mortuos ſuſcitavit, crucifixus eſt, mortuus eſt, conſputus eſt?* Cyrill. Alex. lib. XII. in Joh. ad v. 25. c. XIX. p. 1065. Ῥομφαίαν ἔλεγε τὴν ὀξεῖαν τοῦ πάθους προσβολὴν πρὸς λογισμοὺς ἐκτόπους καταλέμουσαν τοῦ γυναικὸς τὸν νοῦν. Δοκιμάζουσι γὰρ οἱ πειρασμοὶ τὰς τῶν πασχόντων καρδίας, καὶ τοὺς ἐνόντας αὐταῖς ἀποφυμνοῦσι λογισμούς. Gladium *dixit ſubitum paſſionis impetum, mulieris mentem ad graviſſimas cogitationes quaſi concidentem. Tentationes enim corda explorant patientium, & in iis latentes detegunt cogitationes.* Idem Orat. in occurſum Domini, pag. 391. Ῥομφαίαν τάχα που λέγει τὴν λύπην, ἣν ἔσχεν ἐπὶ τῷ Χριστῷ, βλέπουσα σταυρούμενον, ὃν γεγέννηκεν, καὶ οὐκ εἰδυῖα πάντως ὅτι καὶ κρείττων ἔσται θανάτου, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. Gladium *fortaſſe vocat triſtitiam, quam contraxerat, cùm videret Chriſtum crucifigi, quem pepererat, nec certò ſciverat, eum mortem ſuperaturum, & à mortuis reſurrecturum.* Turpis ergo eſt hallucinatio Carrenſis, qui, teſte Eraſmo, hunc locum ita expoſuit, *Animam filii tui, quam, ut tuam diligis, pertranſibit gladius.* Quis enim, niſi in Græcis prorſus hoſpes, hoc admittat? Cùm enim ponatur αὐτῆς, genere fœmineo, neceſſariò de B. Maria intelligi hæc verba debent. Vide etiam in Ψυχοδιαβάτ☉.

Ῥοπαληφορέω.

Non habent Lexica. Significat *clavam fero.* Deſcendit ex voce Ῥόπαλον, *clava.* Heſychio ῥόπαλον etiam exponitur βακτηρία & ῥάβδ☉. Vide Lexica. Cyrillus Alex. Hom. Paſchali VII. p. 87. de juvenibus Ægyptiis: Ἀνημέρῳ μὲν ξίφει τὴν δεξιὰν ἐξοπλίζουσι. ῥοπαληφορεῖν δὲ διδάσκουσιν ἀγριώτερον, ἤπερ ὁ τῆς ἐπιχωρίου συνηθείας διδάσκει νόμ☉. *Horrenti gladio dextram obarmant, dum illam clavæ geſtandæ aſſuefaciunt, atrociùs omnino quàm uſu recepta conſuetudo regionis patiatur.*

Ῥοπή.

Varias hujus vocis ſignificationes, quas Vulgata quoque exhibent Lexica, aliquot exemplis illuſtrâſſe ſufficiet.

I. Ῥοπὴ eſt *inclinatio & momentum lancis ad imum vergentis.* Veteres Gloſſæ: Ῥοπὴ, ἐπὶ ζυγοῦ, *incrementum.* Heſychio hoc ſenſu eſt κλίσις, ut & Suidæ, *momentum, inclinatio.* Eleganter Baſilius in Exhort. ad Baptiſmum, t. I. p. 480. Νῦν, ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης, ἑστάναι νόμιζε σου τὴν ψυχὴν, ἔνθεν ὑπ᾽ ἀγγέλων, κἀκεῖθεν ὑπὸ δαιμόνων διελκομένην. Τίσιν ἄρα δώσεις τὴν ῥοπὴν τῆς καρδίας; τί παρὰ σοὶ νικήσει; ἡδονὴ σαρκός; ἢ ἁγιασμὸς ψυχῆς; ἀπόλαυσις τῶν παρόντων; ἢ τῶν μελλόντων ἐπιθυμία; *Nunc verò exiſtima, in trutina poſitam eſſe animam tuam, & hinc ab Angelis, inde à dæmonibus trahi. Quibus itaque cordis lancem inclinabis? Quid apud te vincet? carniſne voluptas, an animæ ſanctitas? præſentiúmne oblectatio, an futurorum deſiderium?* Ita compellat eum, qui animo adhuc fluctuat, necdum apud ſe certò ſtatuit, num ſuſcepturus ſit Baptiſmum.

II. Notat *propenſionem in aliquem, nutum, auxilium.* Atque hæc ſignificatio uſitatiſſima eſt. Hinc Heſychio ῥοπὴ, inter alia, νεῦμα, δύναμις, βοήθεια, *nutus, potentia, auxilium.* Chryſoſt. Hom. LXXIV. t. VI. Ἄνευ τῆς θείας ῥοπῆς οὐκ ἄν τι τῶν ἀγαθῶν εἰς τὰς ἡμετέρας ἔλθοι ψυχάς. *Sine auxilio divino boni nihil noſtras ingreditur animas.* Idem, Homil. LVIII. in Geneſin: Κἂν μυριάκις σπουδάζωμεν, οὐδὲν οὐδέποτε κατορθῶσαι δυνησόμεθα, εἰ μὴ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσαιμεν. *Etiamſi infinito nos maceremus ſtudio, nihil unquam præclari præſtare poterimus, ni ſuperno ſuffulti ſimus auxilio.* Homil. XII. in epiſt. ad Hebræos: Κἂν σπουδάζῃς, μὴ νόμιζε σὸν εἶναι τὸ κατόρθωμα. ἂν γὰρ μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τύχῃς, πάντα εἰκῇ. *Etiamſi tuum conferas ſtudium, ne tamen exiſtimes, tuum illud eſſe opus: nam ſine Dei auxilio omnia vana ſunt.* Idem, lib I. de Sacerdotio, cap. II. Ὑπὸ τῆς θείας βοηθούμεν☉ ῥοπῆς. *A divino auxilio adjutus.* Et Hom. LXXXII. in Matth. p. 513. Οὐκ ἀρκεῖ προθυμία ἀνθρώπου, ἂν μὴ τῆς ἄνωθέν τις ἀπολαύσῃ ῥοπῆς. καὶ πάλιν οὐδὲν κερδανοῦμεν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, προθυμίας οὐκ οὔσης. *Non ſufficit hominis ſtudium, niſi quis ſuperno fruatur auxilio: & vice verſa, nihil ex auxilio lucrabimur divino, ſi noſtrum abſit ſtudium.* Oecumenius in cap. III. ad Philippenſes, p. 676. Ἄνευ Χριστοῦ καὶ τῆς ἐκείνου ῥοπῆς οὐκ ἔνι τὸν δρόμον ἀνύσαι, κἂν βουληθῶμεν. *Sine Chriſto & ejus auxilio curſum perficere non poſſumus, etiamſi vel maximè velimus.* Iſidorus Peluſiota lib. II. epiſt. LXXII. p. 154. Τῆς ἄνωθεν προηγουμένης ῥοπῆς, ὁ βουλόμεν☉ καὶ πονῶν καὶ πάντα κινῶν (οὐ γὰρ ἀρκεῖ ψιλὸν τὸ θέλειν) καὶ μανθάνει, καὶ καρποφορεῖ, καὶ σώζεται. *Præeunte auxilio divino, quiſquis vult, & laborat, atque omnia movet (neque enim nuda voluntas ſufficit) tum diſcit, tum fructum fert, tum ſalutem conſequitur.* Idem, epiſt. CLXXI.

lib. IV. p. 511. Οὐ μόνον ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς ἐφ' ἡμῖν, εἰ μὴ πολλὴ ἡμῖν ῥοπὴ παρὰ τῆς θείας προνοίας ἐπιφοιτήσει, οὐκ ἂν δυνηθείημεν αὐτὰ εἰς τέλος ἄρτιον ἀγαγεῖν. *Non ſolùm ea, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, ſed ea quoq; quæ in noſtra ſunt poteſtate, ſi non magna auxilii copia nobis à divina providentia adveniat, non poterimus ad perfectum finem exitumq; perducere.*

III. Significat *propenſionem, inclinationem, proclivitatem ad aliquid.* Iſidor. Peluſiota lib. II. epiſt. II. p. 127. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν δεδόσθαι παρὰ τῆς θείας δεξιᾶς εἰδότες τῇ φύσει τὴν περὶ (malim, πρὸς) τὴν ἀρετὴν ῥοπὴν, συνεισφέρωμεν τοὺς πόνους. οὕτω γὰρ αἴσιον ἔψεται τὸ τέλος. *Proinde nos quoque, cùm divinæ manûs munere propenſionem ad virtutem naturæ tributam eſſe perſpectum habeamus, labores ipſi conferamus: ſic enim lætus ac fauſtus finis conſequetur.* Oecumenius in I. Joh. II. pag. 191. Ἀεὶ συνοικοῦσαν ἔχομεν τὴν ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπήν. *Semper contubernalem & nobiſcum habitantem habemus ad deteriora proclivitatem.* Chryſoſt. ad Stelechium, t. VI. pag. 158. Ὁ Θεὸς ἐκβαλὼν τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον, τούτῳ κολάζει, περαιτέρω προβῆναι τῆς ἀγνωμοσύνης κωλύων, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ῥοπῆς ἀναστέλλων. *Cùm Deus hominem è Paradiſo ejeciſſet, eum hoc modo punivit, prohibens, ne ejus improbitas longiùs procedat, & ad malum propenſionem reprimens.*

IV. Denotat *momentum temporis.* Veteres Gl. Ῥοπὴ, ἐπὶ ὥρας, *momentum.* Greg. Nyſſen. Orat. III. in Reſurrect. Chriſti, t. III. p. 421. Παῦλος διδάσκει ὡς ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ τελεσθήσεται ἡ ἀνάστασις. Ῥοπὴ δὲ ὀφθαλμοῦ, ἐπίμυσις βλεφάρων ἐστί. καὶ τούτου τοῦ τάχους οὐκ ἂν ἕτερον ὀξύτερον γένοιτο. *Paulus docet, in momento oculi perfectum iri reſurrectionem. Ictus autem ſeu momentum oculi clauſio palpebrarum eſt. Atque hac velocitate nulla res alia celerior eſſe poteſt.* Reſpicit ad I. Cor. XV. 52. ubi nunc legimus ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, *in ictu oculi*: quod Theodoretus exponit τῆς κόρης τὴν κίνησιν, *motum pupillæ.* Perinde autem eſt, quomodo legamus: Ῥιπὴ enim & ῥοπὴ idem. Heſychius: Ῥιπὴ, ὁρμὴ, βολὴ, ῥοπή. *Ictus, impetus, jactus, momentum.* Item: Ῥιπῆς, ὁρμῆς, βολῆς, ῥοπῆς. Baſilius Cæſar. Homil. V. in Hexaëm. p. 60. ἐν ἀκαριαίᾳ καιροῦ ῥοπῇ. *In momento temporis.* Apud Chryſoſt. Hom. II. in epiſt. ad Philipp. idem quod aliis στιγμὴ, *punctum*: Ὡς μία ῥοπὴ ὁ πᾶς ἡμῶν αἰὼν πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν ἄπειρον. *Veluti unicum punctum omne præſens tempus ſi cum tempore infinito conferatur.* Ita Plutarchus de puerorum educatione, στιγμὴ χρόνου, πᾶς ὁ βίος. *Tota vita, punctum temporis eſt.* Seneca epiſt. XLIX. *Punctum eſt quod vivimus, & adhuc puncto minus.*

Ῥοῦτα. Ῥουταλικός.

Priorem vocem habet Meurſius, poſteriorem non item. Ῥοῦτα, *ruta*, vel *rutta.* Italicè *rotta*, Germanicè Rott, eſt manus, vel globus hominum. Guilielm. Neubrigenſis lib. II. c. XXVII. *Rex ſtipendiarias Birbantinorum copias, quas* rutas *vocant, accerſivit.* Cæſarius lib. II. Miracul. c. II. *Prædonibus, quorum multitudo* rutta *vocatur, ſe conjunxit.* Et lib. XI. c. LIII. *Multitudini prædonum, quæ* rutta *vulgò dicitur, ſe aſſociavit.* Retinent eandem vocem Græci recentiores. Nicetas in Balduino Flandro: Μοῖραν, ἣν ῥοῦταν ὠνόμαζον. *Turmam, quam* ruttam *vocabant.* Eſt verò *rotta*, vel *rutta*, à Germanico Rott: quomodo dicimus eine Rott Soldaten; item rotten, *congregari.* Videri autem poſſit rott ex eo eſſe, quòd & Germanis rot idem ac *rota* Latinis. Nempe *à rotunditate* fuerit; quomodo dicitur *globus hominum.* Sanè Scaliger ad Varronem cenſet, *turma* ſimiliter eſſe à τόρμος, *rotunditas.* Atque ita Cl. Voſſius. Α' ῥοῦτα eſt ῥουταλικὸς, *ad ruttam pertinens*: ῥουταλικὰ, *cohortes.* Menologium menſe Novembri ſub die undecima de Mina martyre: Οὗτος ἦν στρατευόμενος ἐν τοῖς νουμέροις, τοῖς λεγομένοις ῥουταλικοῖς. *Hic militabat in numeris ſeu cohortibus, rutalicis dictis.* Niſi fortè legendum ſit Ἰταλικοῖς, *Italicis.* Sed nihil affirmo. Clar. Reineſius Var. Lect. lib. II. cap. XIV. à *rutta* dicit *ruttarios* dici militum genus ferociſſimum. Sic ergo in Menologio legendum foret ῥουτλαρίοις, vel ῥουλαρίοις.

Ῥουχαρεῖον. Ῥουχαρεῖος.

Ῥουχίον vel ῥοῦχον, *ruchum*, ex idiomate Germanico Rock. Nicetas in Andronico, lib. II. Φοροῦντα ῥοῦχον σχιστὸν μέχρι καὶ τῶν γονάτων. *Geſtantem roccum fiſſilem uſq; ad ipſa genua.* Vide Gl. Meurſii, & Voſſium de vitiis Sermonis lib. II. cap. XVI. Hinc ῥουχαρεῖον eſt ῥούχων, *id eſt, tunicarum, palliorum, vel quorumvis veſtimentorum laxiorum & corpori minùs aſſibulatorum repoſitorium.* Synodus Florentina: Ἐν τῷ ῥουχαρείῳ τοῦ βασιλέως ὑπεγράψαμεν. *In repoſitorio veſtium Imperatoris ſubſcripſimus.* Et ὁ ῥουχαρεῖος, *qui veſtibus illic recondendis præficiebatur.* Codinus: Ὁ πρωτοβεστιάριος λαμβάνων ἀπὸ τῶν τοῦ ῥουχαρείου ὑπηρετῶν δίδωσι τῷ βασιλεῖ. *Protoveſtiarius accipiens à veſtiarii miniſtris dat Imperatori.* In hiſt. Concilii Florentini ſect. IX. c. X. pag. 264. Εἶτα ἐζήτησεν ὁ βασιλεὺς τὸν δεσπότην ἵνα εἴπῃ τὴν γνώμην, καὶ οὐκ ἠθέλησεν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἠρώτησεν τοὺς ἄρχοντας, καὶ εἶπον μέχρι καὶ τῶν ῥουχαρίων, καὶ τῶν ἰατρῶν, καὶ κρητικοῦ τοῦ κουβικλαρίου. *Poſthac voluit Imperator, ut frater Deſpota ſuffragium ferret: qui pernegavit: ac ut proceres Laici ad teſſeram Eccleſiaſticorum vocarentur: qui poſtulati ſuffragia dixerunt, à ſupremis Magiſtratuum ad infimos ordines, ad præfectum recondendis Imperatorum tunicis in cella veſtiaria, ad Medicos aulæ, ad creticum Cubicularium.* Hic μέχρι τῶν ῥουχαρίων etiam de hominibus intelligendum, non de repoſitoriis. Meurſius ῥουχαρεῖος & ῥουχαρεῖον non diſtinguit. Uterque & ῥουχαρεῖος & κουβικλάριος infimi cuſtodum vel præfectorum, quales in aula Conſtantinopolitana multi titulis turgidi, re inanes ac ſupervacui: ad quæ loca ſeu munia vernarum ſæpe viliſſimi atque abjectiſſimi admittebantur. De hac voce ſequentia ex Geraſimi Vlachi Theſauro damus: Ῥοῦχα, *Supellex*, τὰ σκεύη. Ῥοῦχον, *indumentum*, τρίβων, ἱμάτιον. Ῥουχοθήκη, *veſtiarium*, ἱματιοφυλάκιον. Ῥουχοφυλακτὴς, *cuſtos veſtium*, ἱματιοφύλαξ.

Ῥωμανία.

Ῥωμανία, *Romania.* Romani ſcriptores, ut obſervat Caſaubonus in notis ad Lampridium, & poſt eum Juſtellus ad Can. XXVIII. Chalced. quicquid erat ultra limites orbis ſive Imperii Romani, *Barbaricum & Barbariam* dixerunt: ipſum verò orbem Romanum, *Romaniam* appellârunt. Epiphanius de Manete, hæreſi LXVI. pag. 267. Ὅθεν πολλὰ κτησάμενος ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ διὰ τῆς Θηβαΐδος διελθὼν, ὅρμοι γὰρ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης διάφοροι, ἐπὶ τὰ στόμια τῆς Ῥωμανίας διακεκριμένοι. *Unde multa bona in mundo acquiſivit, & per Thebaidem pertranſivit. Portus enim rubri maris diverſi ſunt, ad oſcula Romaniæ diſcreti.* Et paulò pòſt de eodem: Καταλείψας τὴν τῶν Περσῶν χώραν, τῇ Ῥωμανίᾳ προσέβαλε. *Perſarum regione relicta, Romaniam invaſit.* Idem, hæreſi LXIX. p. 311. de Arrio: Καὶ ἐξαφθῆναι ἐξ αὐτοῦ πῦρ οὐ τὸ τυχὸν, ὃ κατείληφε πᾶσαν τὴν Ῥωμανίαν σχεδὸν, μάλιστα τῆς ἀνατολῆς τὰ μέρη. *Ex ſe ipſo accenderet ignem non vulgarem, qui occupavit omnem ferè Romaniam, maximè Orientis partes.* Athanaſius ad omnes ſolitariam vitam agentes: Μητρόπολις ἡ Ῥώμη τῆς Ῥωμανίας ἐστί. *Roma eſt metropolis Romaniæ.* Hæc habentur t. I. p. 832. Apud Conſtantinum Porphyrogennetam, c. XLVII. lib. de adminiſtr. Imperio, τοὺς ἐν Ῥωμανίᾳ οἰκήσαντας. *In Romania habitantes.* Oroſius,

Digitized by Google

ſius lib. VII. c. XLIII. de Ataulpho Gothorum rege loquens, *Eum imprimis ardenter inhiaſſe*, inquit, *ut obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum, Gothorum imperium & faceret & vocaret, eſſetque Gothia, quod Romania fuiſſet.* Ῥωμανία etiam vocatur imperium Orientale, ſicut Conſtantinopolis, imperii caput Ῥώμη, *Roma*. Apud Theorianum in Legat. Armen. pag. 186. Παρακαλῶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου μεταγραφῆναι τὴν συγγραφὴν ταύτην, καὶ δοθῆναί μοι, ἵνα ἐξελληνισθεῖσαν ἐν Ῥωμανίᾳ ἔχοιμεν αὐτήν. *Eximiam ſanctitatem tuam rogo, ut hoc ſcriptum deſcribatur, mihique tradatur, quò illud in linguam Græcam translatum in Romania habeamus.*

Ῥώμη.

I. Ῥώμη, *Roma*, urbs, cujus nomen, ut loquitur Hieronymus lib. II. adv. Jovin. eſt aut *fortitudinis* apud Græcos, aut *ſublimitatis* juxta Hebræos. Itaque *Roma*, ſi etymologiam Græcam ſpectes, exponi poteſt *fortis* ſeu *robuſta*, à verbo ῥώννυμι, quod eſt *roboro*; ſi Hebræam, *ſublimis*, à רום, quod ſignificat *altum, excelſum eſſe*: quæ utraque etymologia huic civitati optimè convenit, fuit enim condita in loco edito, ac proinde *fortis* ſeu *firma & munita* adverſus vim hoſtilem. Et refert Feſtus, quoſdam tradidiſſe, eam multis ante Romulum ſeculis conditam fuiſſe, & *Valentiam* voce Latina dictam, quæ poſtea in vocem Græcam ejuſdem ſignificationis tranſlata fuerit, ut *Roma* dici cœperit. Fuit autem olim totius propemodum orbis domina. Hinc Ovid. lib. II. Faſt.

Romanæ ſpatium eſt urbis & orbis idem.

Martial. lib. XII. *Terrarum dea gentiumq; Roma, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.* Et Cornelius Nepos in Attico *Romam* vocat *urbem, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii.* Erat urbs ampliſſima: unde Lucanus lib. I. eam vocat *urbem populis, victiſque frequentem gentibus, & generis coëat ſi turba, capacem Humani.* De eadem apud Virgilium: *Inter alias tantum caput extulit urbes, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.* Conſtructa verò & ſita erat ſuper ſeptem colles ſeu montes, Apoc. XVII. 9. Hinc Græcis ἑπτάλοφος cognominatur. Sibylla:

Εἰδώλων ζῆλον θραύσει, λαόν τε τινάξει
Ῥώμης ἑπταλόφοιο.

Idolorum amorem deſtruet, populumq; confringet Roma ſepticollis. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Ῥώμη, *Roma*, βασιλεύουσα πόλις, ἑπτάλοφος. *Regina urbium, ſepticollis.* Apud Prudentium in hymno de Romano martyre, & apud alios autores paſſim, *ſepticollis* vocatur. Et *ſeptimontium* fuit dies feſtus à ſeptem montibus, in quibus Roma erat ſita, nominatus, ſicut teſtatur Varro. De quibus etiam ſeptem collibus & montibus dicitur apud Horatium in Car. Secul.

Dii quibus ſeptem placuere colles:

Apud Virgil. Georg. II.

Septemq; una ſibi muro circumdedit arces:

Apud Propertium:

Urbs ſeptem alta jugis, quæ toti præſidet orbi.

Plura ſuppeditat Ravanellus in hac voce. In illa urbe collecta fuit olim Eccleſia per prædicationem Evangelii: unde de ea Sozomen. lib. III. cap. VIII. p. 38. b. Ἀποστόλων φροντιστήριον, καὶ εὐσεβείας μητρόπολις ἐξ ἀρχῆς γεγενημένη. *Apoſtolorum ſchola, & pietatis metropolis ab initio fuit.* Ibi tamen ſedes Antichriſti poſtmodum futura erat: atque hoc reſpectu per *Babylonem* denotatur in Apocalypſi. De ea quoque agi I. Petri V. 13. quidam olim cenſuerunt, qui dixerunt, Romam τροπικώτερον Βαβυλῶνα, vocari, ut teſtatur Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. II. c. XIV. p. 16. a. & nominatim Hieronymus, tum in Catalogo ſcriptorum Eccleſ. tum in c. XLVII. Jeſajæ eorumque ſententiam ſequuntur Pontificii, ut inde oſtendant Petrum fuiſſe Romæ. At eos falli certum eſt: nam in Apocalypſi quidem per *Babylonem* intelligitur *Roma*, verùm loco illo Petri intelligitur *Babylon* propriè dicta, id eſt, Babylon Aſſyria ſeu Chaldæa, quæ erat caput diſperſionis Judæorum in Aſia, ad quos Petrus epiſtolam ſuam ſcripſit, I. Petri I. 1. ac Petrus ibi commorabatur; nempe tanquam Apoſtolus Judæorum, ad Gal. II. v. 8. Sed de hoc conſulendi autores, qui materiam hanc ex profeſſo tractant.

II. Urbes præcipuæ, & Romæ æmulæ eodem apud veteres inſigniuntur nomine. Sic *Conſtantinopolis* vocatur νέα Ῥώμη, *nova Roma*. Can. XXVIII. Chalced. Ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ. *In regia civitate Conſtantinopoli nova Roma.* Philoſtorgius hiſt. Eccl. lib. II. c. IX. p. 15. ſcribit, Conſtantinum M. Conſtantinopolin à ſe ædificatam, ἄλμαν Ῥώμην ὀνομάσαι, ὃ δηλοῖ τῇ Ῥωμαΐδι γλώττῃ τὸ ἔνδοξον, *almam Romam vocaſſe, quod linguâ Romanâ illuſtrem ſignificet.* Eadem habet Nicephorus lib. VIII. cap. IV. Quod Romæ nomen attinet Conſtantinopoli tributum, id ex aliis notiſſimum eſt: ſed quod de *Alma* Philoſtorgius adjicit, ſatis ridiculum videtur: nam etſi *Alma* quoque Conſtantinopolis dici meruerit, haud peculiari tamen ſanctione vel προνομίᾳ cognomen iſtud à Conſtantino ei tributum fuit, verùm νέαν, ſive *novam Romam*, vel etiam δευτέραν, *alteram* vocari juſſiſſe alii ſcribunt. Suſpicari licet, Philoſtorgium alicubi legiſſe *almam Romam*, pro, *alteram Romam*, vel *æmulam Romam*, vel ἅμιλλαν Romam. Nempe *altera Roma* Conſtantinopolis dicta fuit, quod & Eccleſiaſtici ſcriptores teſtantur, ſeu δευτέρα & νέα Ῥώμη; vel etiam ἰσόμιλλος. Can. III. Conſtantinop. decernit, *Conſtantinopolitanum Epiſcopum habere* τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην, *priores honoris partes poſt Romanum Epiſcopum, eò quòd ſit ipſa nova Roma.* Ad quæ Balſam. pag. 306. Τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μεταγαγόντος ἐν αὐτῇ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας τῶν Ῥωμαίων, μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις, καὶ νέα Ῥώμη, καὶ πασῶν τῶν πόλεων βασιλίς. *Cùm Conſtantinus M. Romani Imperii ſceptra in eam*, nempe urbem Byzantinam, *tranſtuliſſet, Conſtantinopolis nominata eſt, &* nova Roma, *atque omnium urbium regina.* Philoſtorgius igitur pro ἰσάμιλλον *vel* ἅμιλλαν, legerit *Almam*. Certè & ipſe Philoſtorgius mox in fine capitis ſuprà laudati Conſtantinopolitanæ urbis ἀντίπαλον κλέος τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ vocat. Vide etiam Suidam in Κωνσταντινούπολις. Geraſimus Vlachus: Ῥώμη νέα, *Roma nova*, Κωνσταντινούπολις. Andr. Cæſarienſis ad v. 9. cap. XVII. Apocal. pag. 100. Μετὰ τὴν τῶν ἀσεβῶν κατάλυσιν, εἰς τὴν νέαν Ῥώμην, τὰ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων μετηνέχθη βασίλεια. *Tyrannis devictis & deletis, Chriſtiani regni ornamenta in novam Romam tranſlata fuère.* Nec Conſtantinopolis tantùm *Roma* dicta fuit: verùm etiam Arelas, vocata fuit *Gallula Roma*: ſic Capua, *Roma altera* Auſonio: Ædui *Celtica Roma* Sigeberto: Aquileia, *Roma ſecunda*, item *Romania*.

Σ.

Σάβανον.

DE hac voce videndus eſt Meurſius in Gloſſario, & Voſſius de vitiis ſermonis lib. II. c. XVII. Ponitur autem *ſabanum* pro *linteo*, ut exponit vetus ſcholiaſtes Juvenalis in Sat. XII. Aliterque *facitergium*, vel *manutergium*, à facie vel manu tergenda vocari, autor eſt Iſidorus lib. XIX. Orig. c. XXV. Autores Latinos producit Meurſius. Græci recentiores eadem voce hoc ſenſu utuntur. Clem. Alexandr. lib. II. Pædag. cap. III.

Digitized by Google

pag. 161. Λέντιον, de quo Joh. XIII. 5. dicit fuiſſe σάβανον. Verba ejus ſunt: Ὁ Κύριος τρυβλίῳ ἐπαψᾶτο εὐτελεῖ, καὶ κατέκλινε τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τῆς πόας χαμαί. καὶ τοὺς πόδας ἔνιπτεν αὐτῶν σαβάνῳ περιζωσάμενος ὁ ἄτυφος θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων. *Dominus in vili catino cibum ſumſit, & fecit diſcipulos ſuper herbam humi accumbere, & pedes eorum lavit ſabano accinctus Deus à faſtu alienus, & Dominus omnium.* Oecumenius in I. Corinth. IV. pag. 406. Περίψημα λέγεται τὸ σάβανον, ὃ τοὺς ἱδρῶτας τοῦ κάμνοντος ἀποψήχει. *Περίψημα dicitur ſabanum, quod ſudorem defatigati abſtergit.* Typicum ſabæ cap. XLII. p. 82. Ὅτε δὲ λέγει, λαβὼν λέντιον διεζώσατο, λαβὼν τὸ σάβανον ζώννυσιν ἑαυτόν. *Quando verò dicit, cùm accepiſſet linteum præcinctus fuit, accepto ſabano ſeipſum præcingit.* Sabanum fuit linteum, quo corpora in balneis detergebantur. Hierocles ἱππιατρ. lib. I. cap. XXXIV. Εἰσαγαγόντες εἰς βαλανεῖον, καὶ ποιήσαντες ἱδρῶσαι, καταμάσσουσιν ἔνδον ξηροῖς σαβάνοις. *Poſtquam introduxerint in balneum, & ſudare fecerint, abſtergunt intus ſiccis ſabanis vel linteis.*

Σάβας.

Meurſius omittit hanc vocem. Legitur in hiſtoria Concilii Florentini, ſect. VIII. cap. 6. p. 227. ubi, *cùm Primicerius dixiſſet, ſe habere ſtipendia, ſe habere annonam,* ἀκούσας ὁ μέγας Σακελλάριος, καὶ ἐκπλαγεὶς ἔφη πρὸς αὐτὸν σάβας· σχηματίσας ἅμα καὶ τὸν ἀντίχειρα αὐτοῦ δάκτυλον ἐπὶ βεβαιώσει καὶ ἐπαίνῳ τῷ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων συνδρομῆς αὐτοῦ καὶ προνοίας, *& audiviſſet Sacellius attonitus, ad eum reſpiciens exclamavit, Obe! te felicem! ſimulque pugnum contraxit, exerto pollice quaſi adſtipularetur & collaudaret tam præclari facinoris autorem, nempe qui ita faverit ſuis civibus, ac concurrerit eorum neceſſitati.* Et mox: Ὁ δὲ μέγας Σακελλάριος ἐκπληττόμενος, οὐχ ἧττον ἢ εἰρωνευόμενος ἔφη, ὅτι καλῶς ἐποίησας, καὶ διὰ τοῦτο σοὶ λέγω σάβας, ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων σε, &c. *Cui magnus Sacellius hominis impudentiâ non minus obſtupefactus, quàm locutus ironicè dixit: Ego verò tibi applaudo, pulchrè operam collocâſti: ideò nuper te celebravi, obe! hominem ter beatum! in admirationem virtutum tuarum raptus,* &c. Ad quæ Robertus Creyghton: Σάβας bis in hoc paragrapho occurrit, & alibi, quantum ſcio, vix ſemel: ſed vox eſt triumphantis cum lætitia, applaudentis, approbantis: ab σαβοῖ & σαβάζιος, quam affert in prima ſcena Veſparum Ariſtophanes: & Thracicam vult eſſe ejus ſcholiaſtes: de qua regione noſter hic Saccellius erat fortè oriundus, dum viveret Conſtantinopoli. De his verò vocibus conſulenda Lexica.

Σαββατιανοί.

Σαββατιανοί, *Sabbatiani* vocantur, *à Sabbatio,* quem Cedrenus, pag. 218. tempore Diocletiani vixiſſe dicit, deque eo ſic ſcribit: Καὶ Σαββάτιος ὁ τὴν αἵρεσιν τῶν Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν κρατύνας ἐγνωρίζετο. *Tunc etiam innotuit Sabbatius, is qui hæreſin Quatuordecimanorum confirmavit.* Hi non die Dominica, ut reliqui Chriſtiani, ſed quartâ decimâ lunâ, Paſcha cum Judæis celebrabant; unde etiam τεσσαρεσκαιδεκατῖται vocati. De iis jam actum in voce Πάσχα, num. I. 2. num. II. 3. usque ad finem vocis, ubi etiam quædam de Sabbatio & Sabbatianis. Quibus pauca addimus. Harmenopulus de ſectis: Οἱ περὶ τὸν Σαββάτιον καὶ τεσσαρεσκαιδεκατῖται καλοῦνται, ὅτι μὴ κατὰ τὴν κυριακήν, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης τὸ πάσχα μετὰ Ἰουδαίων τελοῦσι. Vocati etiam Ἀριστεροί. Vide Ἀριστερός, num. I.

Σαββατίζω.

Non habent Lexica. A voce Σάββατον LXX. Interpretes hoc verbum formarunt, quod *propriè* ſignificat *ſeptimo die requieſcere, feriari, ſabbatum more Judaico obſervare.* Vide Exodi XVI. 30. Levit. XXIII. 32. cap. XXVI. 35. III. Eſdræ I. 58. II. Maccab. VI. 6. Clemens Alexandr. Strom. lib. I. pag. 275. Οὐ κεκώλυκεν ὁ Κύριος ἀπὸ ἀγαθοῦ σαββατίζειν; *Num prohibuit Dominus à bono feriari?* Ita Nyſſenus, ἀπὸ πονηρῶν ἔργων σαββατίζειν. *A malis operibus deſiſtere.* Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone: Σαββατίζειν ὑμᾶς ὁ καινὸς νόμος διαπαντὸς ἐθέλει. *Perpetuum vos obſervare ſabbatum vult lex nova.* Mox: Εἴ τις ἔστιν ἐν ὑμῖν ἐπίορκος ἢ κλέπτης, παυσάσθω, εἴ τις μοιχός, μετανοησάτω, καὶ σεσαββάτικε τὰ τρυφερὰ καὶ ἀληθινὰ σάββατα τοῦ θεοῦ. *Si quis inter vos eſt perjurus aut fraudator, peccare deſinat: ſi quis fornicator, reſipiſcat, & vera lætaque Dei ſabbata peregit.* Macarius Homil. XXXV. pag. 449. ἀληθινὸν σάββατον σαββατίζειν, *verum feriari ſabbatum.* Eodem verbo uſus Ignatius & Cyrillus Alexandr. Eorum verba producimus ſubſequenti voce, num. III. 2. Verbum *ſabbatizare* etiam legitur apud Tertullianum lib. adverſus Judæos cap. II. pag. 136. *Docent in præteritum juſtos ſabbatizâſſe.* Ibid. cap. IV. pag. 137. *Unde nos intelligimus magis ſabbatizare nos ab omni opere ſervili ſemper debere, & non tantùm ſeptimo quoque die, ſed per omne tempus.*

Σάββατον.

I. *Explicatio nominis.* Plutarchus IV. ſympos. Σάββατον putavit dici à σαβάζειν, id eſt, *tripudiando & genio indulgendo.* Verba ejus ſunt: Οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι· σάββους γὰρ καὶ νῦν πολλοὶ τοὺς βάκχους καλοῦσιν. *Exiſtimo verò etiam ſabbatorum celebritatem non eſſe omnino alienam à Baccho: multi namque etiam hodierno die Bacchos vocant σάββους.* Sed inſipientis ſit, à Plutarcho Hebrææ vocis originem expetere. Fallitur etiam Sipontinus, nominis etymon deducens à שבע, *ſeptem.* Eſt enim à שברת, *quies, ceſſatio:* Theodoreto & Nazianzeno κατάπαυσις: Suidæ, ἀργία, κατάπαυσις. Joſephus, ἀρχαιολογ. lib. I. cap. II. pag. 4. Σάββατον δηλοῖ ἀνάπαυσιν κατὰ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον. Conſtitut. Apoſt. lib. VII. cap. XXXVII. pag 989. Σάββατόν ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας. *Sabbatum eſt ceſſatio creationis.* Gregor. Nazianzeno vocatur, Orat. de nova Dominica, καταπαύσιμος τῶν ἔργων ἡμέρα. *Dies requiem afferens ab operibus.* Et Theophylacto in cap. XVIII. Lucæ, ſimpliciter ἀναπαύσιμος ἡμέρα, ubi ſimul docet שבת ſignificare ἀνάπαυσιν. Meminit ſabbati ex gentilibus Horatius, qui *ſabbata triceſima* vocat τὴν τριακάδα, ſive ἱερομηνίαν, quæ feſta erat Judæis. Perſius ſat. V. *ſabbata* appellat *recutita,* quia Judæi recutiti. Mero ſive nudo pede *ſabbata* à regibus Judææ celebrari ſolere, etiam Juvenalis autor eſt, Satyr. VI. A ſabbatis celebrandis Judæi dicti *Sabbatarii.* Unde Martiali *jejunia Sabbatariorum.*

Atque ita hæc vox ſumitur

1. *propriè* pro feſto die apud Iſraëlitas, qui ſeptimo quoque die celebrandus recurrebat: quo ſenſu in ſequentibus numeris accipitur.

2. *impropriè*, idque

a. *pro hebdomada.* Hoc ſenſu μία τῶν σαββάτων apud Evangeliſtas eſt *prima hebdomadæ dies*, id eſt, *dies Dominica.* Chryſoſtomus Homil. LXXXV. in Johan. ad cap. XX. v. 1. Τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, τουτέστι, τῇ κυριακῇ. *Primo die hebdomadis, id eſt, Dominico.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 831. Μίαν τῶν σαββάτων τὴν παρ' ἡμῖν νῦν κυριακὴν ὀνομάζει. σάββατα μὲν τὰς τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας ὀνομάζουσι, μίαν δὲ τῶν σαββάτων, ἡμερῶν τὴν πρώτην. Unam ſabbatorum *nominat*

quam

Digitized by Google

quam nos Dominicam vocamus: nam Sabbata, dies hebdomadæ nominant; unam autem Sabbatorum, dierum primum. Ita I. Corinth. XVI. 2. κατὰ μίαν σαββάτων, *in uno ſabbatorum*, notat diem Dominicam. Theophylactus ad hunc locum, pag. 315. Μίαν σαββάτων, τὴν κυριακὴν καλεῖ, ἀντὶ τοῦ, τὴν πρώτην τῶν τοῦ σαββάτου ἤτοι τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν. Unam ſabbatorum, *Dominicam vocat, hoc eſt, primam ſabbati vel hebdomadis diem.* Theodoretus etiam, pag. 208. dicit intelligi τὴν δεσποτικὴν ἡμέραν τῇ ἀναστάσει τετιμημένην, *diem Dominicam, reſurrectione honoratam.* Nec aliter Chryſoſtomus Homil. XLIII. in hanc Epiſt. & Oecumenius, pag. 492. Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone dicit Chriſtum reſurrexiſſe τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ, *una ſabbatorum die*: & addit, Μία γὰρ τῶν σαββάτων, πρώτη μένουσα τῶν πασῶν ἡμερῶν τῆς κυκλοφορίας, ὀγδόη καλεῖται, καὶ πρώτη οὖσα μένει. *Una enim ſabbatorum, prima manens dierum omnium, juxta numerum, ſpatiis rurſum dierum omnium in circulum decurſis, octava vocatur; & prima, ſicut eſt, manet.* Confer vocem Εἷς, num. II.

b. *pro omnibus feſtis Judæorum*, quia Sabbatum unum erat ex præcipuis. Suidas: Σάββατον πᾶσαν ἑορτὴν ἐκάλουν, καὶ διὰ τοῦτο εἴρηται σάββατον σαββάτων. *Sabbatum omne feſtum vocabant: & ideo dictum eſt Sabbatum Sabbatorum.* Theophylactus in cap. VI. Lucæ, pag. 341. Οἱ Ἰουδαῖοι πᾶσαν ἑορτὴν σάββατον ὠνόμαζον. ἀνάπαυσις γὰρ τὸ σάββατον. *Judæi omne feſtum nominabant* Sabbatum: *Sabbatum enim eſt requies.* Cæſarius quæſt. XXXV. pag. 66. Πᾶσα ἑορτὴ, ἀνοχὴν τῶν πόνων ἔχουσα, σάββατον παρ' Ἑβραίοις προσαγορεύεται. *Omne feſtum, vacationem habens à laboribus,* Sabbatum *apud Hebræos vocatur.*

II. *Tempus inſtituti Sabbati* fuit illud, quo Deus Legem promulgavit: atque adeò, quo Iſraelitæ commorabantur in deſerto, poſt liberationem ex ſervitute Ægyptiaca: Athanaſius in Synopſi Scripturæ S. t. II. pag. 64: Τότε καὶ ἀρχὴν ἔσχεν ἡ τοῦ σαββάτου παρατήρησις. *Tunc etiam*, nempe cùm aqua in deſerto è petra fuiſſet data, *initium ſumſit Sabbati obſervatio.* Euſebius, Εὐαγγ. προπαρ. lib. VII. c. 6. Τὸν δὲ τῆς εὐσεβείας τρόπον Ἰουδαίοις μὲν πρῶτον ἀπάρξασθαι τῆς νομοθεσίας Μωσέα, σαββάτου τινὸς παραδόντα ἡμέραν, καὶ ταύτης πλείστην ὅσην φυλακὴν εἰς ὑπόμνησιν σχολῆς τῶν ἱερῶν λόγων. *Modum verò pietatis Moſen Judæis lege ferenda initiaſſe, die quodam Sabbati tradita, & illius accuratiſſima obſervatione, ut meminiſſent vacare ſacris ſermonibus.* Ἑβραῖοι δὲ πρεσβύτεροι Μωσέως γενόμενοι τοῖς χρόνοις πάσης τῆς διὰ Μωσέως νομοθεσίας ἀνήκοοι ὄντες, ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον τῆς εὐσεβείας κατώρθουν τρόπον. *Hebræi verò Moſe antiquiores, qui Legem Moſis non audiverunt, liberum genus pietatis exercuerunt.* Sunt tamen qui præceptum de obſervando & ſanctificando Sabbato in memoriam creationis, ante legem promulgatam, jam olim Adamo & Patribus fuiſſe traditum, colligant ex Genes. II. 3. Agnoſcit hoc Epiphanius hæreſi LI. pag. 197. ubi ad Lucæ VI. 1. Ἐγένετο ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, ἵνα δείξῃ σάββατον πρῶτον εἶναι τὸ ἀπ' ἀρχῆς ῥηθὲν, καὶ ὁρισθὲν ὑπὸ Κυρίου ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ, κατὰ περίοδον ἀπὸ τότε ἄχρι τοῦ δεῦρο, κατὰ ἑπτὰ ἡμέρας ἀνακυκλούμενον, τοῦτο εἶναι πρῶτον· δεύτερον δὲ σάββατον τὸ ἀπὸ νόμου ὡρισμένον. Factum eſt in Sabbato altero primo, *ut oſtendat Sabbatum primum eſſe, quod ab initio decretum eſt ac dictum à Domino in mundi creatione, quod per circuitum ab eo tempore usque huc juxta ſeptem dies revolvitur, hoc ſcilicet primum eſſe. Secundum verò Sabbatum quod decretum eſt à lege.* Hic non quærimus, an Sabbatum δευτερόπρωτον rectè intellexerit Epiphanius: nobis ſufficit, quòd cum ipſa creatione traditum docet Sabbatum. Aliter tamen ſentit Tertullianus lib. adverſus Judæos: Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. IV. pag. 5. a. ubi de Patriarchis, Οὐ σαββάτων ἐπιτηρήσεως αὐτοῖς ἔμελεν. *Obſervationem Sabbatorum non curabant:* quo ſimul innuit, eos mandatum de Sabbato tunc nondum accepiſſe; ſi enim accepiſſent, ejus certè obſervationem minimè neglexiſſent. Idem, Demonſtrat. Evangel. lib. I. pag. 10. de Melchiſedeko, οὐ σάββατον τί ποτ' ἐστὶν εἰδώς. *ut qui, quid Sabbatum eſſet, ignoravit.* Et Damaſcenus Orthod. fidei lib. IV. cap. XXIV. pag. 374. Ὅτε οὐκ ἦν νόμος, οὔτε γραφὴ θεόπνευστος, οὐδὲ τὸ σάββατον τῷ Θεῷ ἀφώριστο. Ὅτε δὲ ἡ θεόπνευστος γραφὴ διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἀφιερώθη τῷ Θεῷ τὸ σάββατον. *Quando non erat lex, neque ſcriptura divinitus inſpirata, neque Sabbatum Deo conſecrabatur. At quando ſcriptura divinitus inſpirata per Moſen data eſt, conſecratum eſt Deo Sabbatum.* Interim, ante latam legem Sabbatum in uſu fuiſſe inter Patriarchas, præter Epiphanium, etiam alii ex veteribus docent. Theodoretus quæſt. XXI. in Geneſin, pag. 23. Τὸ ἡγίασεν αὐτήν, ἀντὶ τοῦ ἀφώρισε τέθεικεν. - - ἄλλως τε καὶ Ἰουδαίοις ταῦτα γράφων, ἀναγκαίως τὸ ἡγίασεν αὐτὴν τέθεικεν, ἵνα πλεῖον σέβας ἀπονέμωσι τῷ σαββάτῳ. *Illud*, ſanctificavit eam, *poſuit pro, ſegregavit. Aliàs etiam Judæis iſta ſcribens, neceſſario poſuit hoc*, ſanctificavit eam: *ut majori cultu proſequerentur Sabbatum.* Ibidem ex Theodoro multa in eandem ſententiam afferuntur, & inter alia ſequentia: Ὡς μὴ ἄχρηστος εἶναί τις καὶ περιττὴ νομίζοιτο ἡ ἑβδόμη, οὐδὲν ἔργον δεξαμένη Θεοῦ, καὶ ὡς μὴ βδελυκτή τις ὑπολαμβάνοιτο τοῖς πᾶσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἠξιωμένη θείας τινὸς ἐργασίας. Εὐκόλως ἄν τινος ὑποπτεύσαντος, ὅτι ὡς ἀνεπιτηδεία τάχα ἡμέρα οὐδὲ ποιῆσαί τι εἵλετο ἐν αὐτῇ, καθὼς ἔθος ἐνίοις τὰς φαυλοτέρας ἀπράκτους νομίζειν· ὡς ἂν μή τι τοιοῦτο ὑπολάβοιτο καὶ περὶ τῆς ἑβδόμης, ἐπήγαγε. Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. Ἔδειξε γὰρ ὅτι οὐκ ἄχρηστον τὴν ἡμέραν πρὸς τὸ ποιεῖν ἡγήσατο, ἀλλ' ἁρμόδιον ἔθετο εἰς ἀνάπαυσιν, &c. *Ne quis exiſtimaret ſeptimum diem inutilem & ſuperfluum eſſe, quòd in eo Deus nullum opus fecerit, & ne deteſtandus omnibus putaretur, aut qui divinam operationem nullam promeruiſſet, facilè nimirum ſuſpicante aliquo, Deum veluti die minùs fortaſſe idonea, nihil in ea faciendum cenſuiſſe: quemadmodum nonnulli feriatos dies deteriores cenſere ſolent. Ne quid tale de ſeptimo die exiſtimaretur, ſubjecit,* Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit eum. *In quo demonſtravit, quòd illum diem non inutilem putàrit ad creandum, ſed ad quietem accommodatum ſtatuerit, &c.* Ex his certè verbis evidenter patet, Theodorum ſtatuiſſe, jam tum ab initio creationis hunc diem à Deo quieti & ſanctificationi fuiſſe deſtinatum. Vide etiam Chryſoſtomum Homil. X. in Geneſin, Auguſtinum epiſt. LXXXVI. ad Caſulanum. Hanc verò quæſtionem ex profeſſo tractat Antonius Walæus Tract. de Sabbato, cap. II.

III. *Finis.* Sabbatum inſtitutum,

1. *ut eſſet dies, qui impenderetur cultui divino.* Chryſoſtomus Homil. XXXV. t. V. pag. 227. Οἱ Ἰουδαῖοι νομίζουσιν, ὅτι δι' ἀργίαν αὐτοῖς τὸ σάββατον δέδοται, οὐκ ἔστι δὲ αὕτη ἡ αἰτία, ἀλλ' ἵνα τῶν βιωτικῶν ἑαυτοὺς ἀπαγαγόντες, τὴν σχολὴν ἅπασαν εἰς τὰ πνευματικὰ ἀναλίσκωσι. *Judæi exiſtimant, Sabbatum ſibi datum eſſe ob otium & ceſſationem. At hæc non eſt cauſſa, ſed ut à rebus ad hanc vitam ſpectantibus ſe ipſos abducant, & omne ſtudium, omnemque operam rebus ſpiritualibus impendant.*

2. *ut denotaret ceſſationem non tam ab operibus externis, quàm à peccatis.* Greg. Nyſſenus, Homil. VII. in

Digitized by Google

Eccleſ. t. I. p. 440. Ζητεῖν προσήκει, τί βούλεται τὸ παράγγελμα τῆς τοῦ σαββάτου ἀργίας; φημὶ τοίνυν ἐγὼ πάσης νομοθεσίας τῆς θεόθεν γεγενημένης ἕνα σκοπὸν εἶναι, τὸ καθαρεύειν τῶν τῆς κακίας ἔργων τοὺς δεξαμένους τὸν νόμον, καὶ πᾶς ὁ νόμος ὁ τὰ ἀπηγορευμένα κωλύων, σαββατίζειν ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἔργων διακελεύεται. Τοῦτο αἱ πλάκες, τοῦτο ἡ Λευιτικὴ παρατήρησις, τοῦτο ἡ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἀκρίβεια, τὸ ἀργοὺς ἡμᾶς καὶ ἀπράκτους ἐκείνων εἶναι, ὧν τὸ ἔργον κακία ἐστί. *Quærendum eſt, quid ſibi velit præceptum de otio Sabbati. Dico igitur cujuslibet legis à Deo datæ unum eſſe ſcopum, ut à vitii operatione mundi ſint, qui legem acceperunt, & lex omnis, quæ vetita prohibet, jubet feriari à malis operibus. Hoc ſunt tabulæ, hoc Levitica obſervatio, hoc quod accuratè traditum eſt in Deuteronomio, ut otioſi ſimus, & nihil agamus eorum, quorum opus eſt vitium.* Ignatius in epiſt. ad Magneſios, pag. 57. Ἕκαστος ἡμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει, δημιουργίαν Θεοῦ θαυμάζων, οὐχ ἕωλα ἐσθίων, καὶ χλιαρὰ πίνων, καὶ μεμετρημένα βαδίζων, καὶ ὀρχήσει καὶ κρότοις νοῦν οὐκ ἔχουσι χαίρων. *Unusquisque noſtrum ſpiritualiter feriſetur, meditatione legis gaudens, non corporis refocillatione & remiſſione, opificium Dei admirans, non pridiana comedens, & tepida bibens, & ad præſcripta ſpatia obambulans, & ſaltationibus plauſibusq; inſanis gaudens.* Cyrillus Alexandr. in cap. VI. Amoſi, pag. 315. Σαββατίζομεν πνευματικῶς ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καταλύοντες, καὶ ἀποφοιτῶντες μὲν ἁμαρτίας, καταλήγοντες δὲ παντὸς φθαρτοῦ καὶ γηΐνου πράγματος. *Nos ſpiritualiter Sabbatum celebramus in Chriſto, recedentes quidem à peccato, quieſcentes verò ab omni corruptibili & terreno opere.* Apud eundem in Collectaneis, pag. 16. Σάββατον μυστικόν ἐστιν ἀπραξία παθῶν τελεία, διὰ τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας κατορθωθεῖσα. *Sabbatum myſticum eſt ceſſatio perfecta affectuum, quæ à philoſophia practica proficiſcitur.* Hinc etiam Macarius Homil. XXXV. Τοῦτο τὸ ἀληθινὸν σάββατον, ἀνάπαυσις ἀληθινή ἐστι ψυχῆς ἀργούσης καὶ καθαριζομένης ἀπὸ τῶν διαλογισμῶν τοῦ Σατανᾶ, καὶ ἀναπαυομένης εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάπαυσιν αἰωνίαν καὶ χαράν. *Hoc verum Sabbatum, requies vera eſt animæ ceſſantis & purgatæ à cogitationibus Satanæ, & requieſcentis æterna requie Domini & gaudio.* Vide ibidem plura. Hoc Sabbatum Theophylactus in cap. XII. Matth. vocat ἀργίαν τῶν κακῶν, *ceſſationem à malis.* Et in cap. V. Johan. pag. 625. vult, ἵνα μὴ τῇ σωματικῶς νοουμένῃ ἀργίᾳ τιμῶμεν τὸ σάββατον, ἀλλὰ τῇ τῶν κακῶν ἀποχῇ, *ne colamus Sabbatum otio corporali, ſed malorum abſtinentia.*

3. *ut eſſet Symbolum noſtri Sabbati,* ſeu diei Dominicæ. Greg. Nyſſenus Orat. I. in reſurrect. Chriſti, t. III. pag. 382. Γνώρισον δὲ ἐκεῖνο τοῦ Σαββάτου τοῦτο τὸ σάββατον, τὴν τῆς καταπαύσεως ἡμέραν, ἣν εὐλόγησεν ὁ Θεὸς ὑπὲρ τὰς ἄλλας ἡμέρας. Ἐν ταύτῃ γὰρ κατέπαυσεν ἀληθῶς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὁ μονογενὴς Θεός, διὰ τῆς κατὰ τὸν θάνατον οἰκονομίας τῇ σαρκὶ σαββατίσας, καὶ εἰς ὃ ἦν πάλιν ἐπανελθών, διὰ τῆς ἀναστάσεως ἅπαν τὸ κείμενον ἑαυτῷ συναναστήσας, ζωὴ καὶ ἀνάστασις καὶ ἀνατολὴ καὶ ἡμέρα τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις γενόμενος. *Ex illo Sabbato præſens hoc Sabbatum agnoſce, quietis hunc diem, cui ſupra dies alios Dominus benedixit. In hoc enim verè ab omnibus operibus ſuis Deus unigenitus conquievit, qui divino ſalutis humanæ curandæ conſilio, cùm per mortem carni quietem præbuiſſet, & in id, quod erat, per reſurrectionem revertiſſet, quicquid jacebat ſecum exſuſcitans, vita, & reſurrectio, & oriens, & dies in tenebris & umbra mortis ſedentibus factus eſt.* Epiphanius hæreſi VIII. pag. 14. Ἐκεῖ ἦν σάββατον κατέχον ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα σάββατον, τουτέστιν, εἰς ἀνάπαυσιν Χριστοῦ, ἵνα ἐν Χριστῷ σαββατίσωμεν ἀπὸ ἁμαρτημάτων. *Erat illic* (ſub Veteri Teſtamento) *Sabbatum, detinens nos in magnum Sabbatum, hoc eſt, in requiem Chriſti, ut in Chriſto Sabbatum agamus à peccatis.*

IV. *Diviſio* ſeu diſtinctio Sabbati eſt, vel *in Sabbatum magis celebre,* quod vocatur μέγα σάββατον, & eſt illud, quo Chriſti corpus in ſepulchro fuit detentum. De eo Can. LXXXIX. Concilii in Trullo: Τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει καρδίας ἐπιτελοῦντας, χρὴ τοὺς πιστοὺς περὶ μέσας τῆς περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζεσθαι, τῶν θείων Εὐαγγελιστῶν Ματθαίου καὶ Λουκᾶ, τοῦ μὲν, διὰ τοῦ ὀψὲ σαββάτων προσρήματος· τοῦ δὲ, διὰ τοῦ ὄρθρου βαθέος, τὴν βραδύτητα τῆς νυκτὸς ἡμῖν ὑπογράφοντος. *Dies ſalutiferæ paſſionis in jejunio, & oratione, & cordis compunctione peragentes fideles, usque ad mediam magni Sabbati noctem jejunare oportet, cùm divini Evangeliſtæ, Matthæus & Lucas, ille quidem per* veſpere Sabbati, *hic verò per id,* valde diluculo, *noctis nobis tarditatem deſcribant.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 472. Καὶ ἐν ἀποστολικοῖς κανόσι καὶ ἐν συνοδικοῖς νενομοθέτηται μὴ νηστεύειν ἐν σαββάτῳ ἢ ἐν κυριακῇ, ἄνευ ἑνὸς καὶ μόνου σαββάτου, τούτου μεγάλου δηλαδή· κατὰ τοῦτο γὰρ νηστεύειν προσετάχθημεν. *Et in Apoſtolicis Canonibus, & in Synodalibus, ſtatutum eſt, ne in Sabbato, vel in Dominico die, excepto uno & ſolo Sabbato, magno ſcilicet, jejunetur: in eo enim juſſi ſumus jejunare.* De Sabbati jejunio vide in Νηστεία, num. II. ſub lit. *b. c.* Canon LXVI. Apoſtol. aliis eſt LXIV. Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω. *Si quis Clericus inventus fuerit die Dominico jejunare, vel Sabbato, uno ſolo excepto, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.* Ad hunc Canonem Balſamo, pag. 267. Κατὰ μόνον τὸ μέγα σάββατον, καθ' ὃ τὸ κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἀπέκειτο, νηστεύειν προσετάχθημεν. *Uno magno Sabbato, quo Domini corpus exanime in ſepulchro jacebat, jejunare juſſi ſumus.* Zonaras ad Can. XLV. Conc. Laod. pag. 356. Τὸ μέγα σάββατον μέσον ἐστὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως. *Magnum Sabbatum medium eſt inter ſepulturam & reſurrectionem.* Judæis verò μέγα σάββατον dicebatur illud, in quod dies Paſchatis incidebat. Ita autem vocabatur, quia maximè ſolenne erat, concurrente videlicet duplici celebritate, unâ Sabbati, alterâ Paſchatis, Joh. XIX. 31. vel *in Sabbatum minus celebre;* cujusmodi erant reliqua.

V. *Oppoſita.* Huc referri debet *abrogatio Sabbati,* nempe, quod obſervationem attinet diei ſeptimi, & certorum quorundam rituum Iſraelitis præſcriptorum: denique quod ad nonnullos fines attinet, qui ad Iſraëlitas peculiariter ſpectabant, aut erant adumbrationes rerum per Chriſtum implendarum: nam hoc reſpectu Sabbatum, atque adeò omnia Sabbata Judaica ſublata ſunt per Chriſtum, nec ea obſervare tenentur Chriſtiani, Coloſſ. II. 16. 17. His ergo refellitur Ebionitarum hæreſis, qui inter alia docebant, Chriſtianis obſervandos eſſe dies feſtos veteris & novi Teſtamenti. Sabbatum nimirum & diem Dominicam, ut colligitur ex illis Euſebii, hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XXVII. pag. 43. b. Χρῶνται οὗτοι νόμῳ καὶ προφήταις, καὶ Εὐαγγελίοις. *Hi utuntur lege & Prophetis & Evangeliis.* Clariùs rem proponit Theodoretus hæret. fab. lib. II. cap. I. pag. 219. Τὸ μὲν σάββατον κατὰ τὸν Ἰουδαίων τιμῶσι νόμον, τὴν δὲ κυριακὴν καθιεροῦσι παραπλησίως ἡμῖν. *Sabbatum quidem ſecundum legem Judaicam obſervant, Dominicam verò more noſtro ſanctificant.* Hunc errorem Gregorii M. tempore nonnulli renovare voluerunt, ut eſt videre ex libro ejus XI. epiſtola III.

Ac

Digitized by Google

Ac referunt, Chriſtianos, qui hodie in Æthiopia degunt, Sabbatum & Dominicam diem eodem honore habere & colere. Adeò autem apertè Paulus dicto loco Ebionitarum errorem confutavit, ut eum propterea non reciperent, ſed apoſtatam eſſe dicerent. Vide in voce Ἐπιστολή, num. II. 2. ſub lit. B. a. Nec tamen mentiti ſunt Magdeburgenſes Centuriatores dicentes, Paulum ipſum indifferenter obſervâſſe Sabbatum & Dominicam. Ejus enim rei manifeſta exſtant teſtimonia in Actis Apoſtolicis. Vide cap. XIII. 14. 42. XVI. 13. Primis enim annis Apoſtoli ceremonialia quædam Moſaica, ut res indifferentes, propter imbecilles, & nondum de abrogatione legis Moſaicæ plenè edoctos, obſervârunt, & Judæis facti ſunt quaſi Judæi. Imò etiam poſt Apoſtolorum tempora celebrata fuiſſe, feſtaque habita Sabbata non obſcurè ex antiquitate colligitur. Ignatius in epiſt. ad Magneſios, p. 57. poſt verba, quæ ſuprà, num. III. 2. adduximus, continuò ſubjicit: Καὶ μετὰ τὸ σαββατίσαι, ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακήν. *At poſt Sabbatum omnis Chriſti amator Dominicam celebret diem.* Priùs docuit, quomodo Sabbatum ſit celebrandum; poſtea etiam Dominicam monet ſanctificandam eſſe. Idem patet ex Can. LI. Laodiceno, ubi, Ὅτι οὐ δεῖ ἐν Τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλια ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ ἐν ταῖς κυριακαῖς. *Quòd non oportet in Quadrageſima martyrum natalitia celebrare, ſed ſanctorum martyrum commemorationem facere in Sabbatis & Dominicis.* Ex quo facile eſt animadvertere, eos dies ſolemnes, ipſiſque feſtos fuiſſe, quandoquidem publicæ Chriſtianorum lætitiæ, ſolemnioribusque feſtis, perinde ac Dominici dies conſecrati erant, & ab aliis diebus diſtincti. Caſſianus lib. V. cap. XXVI. pag. 84. *Vidimus alium in ſolitudine commorantem, qui nunquam ſe ſibi ſoli indulſiſſe cibum teſtatus eſt, ſed etiamſi per totos quinque dies ad ejus cellulam nullus è fratribus adveniſſet, refectionem jugiter diſtuliſſe, donec Sabbato vel Dominico die, devotæ congregationis obtentu procedens ad Eccleſiam, peregrinorum quempiam reperiſſet, &c.* Vide Albaſpinæi Obſervat. lib. I. Obſervat. XIII. Interim tamen ſeverè prohibitum à veteribus, ne quis Judæorum more, ab omni prorſus opere ſuperſtitioſè vacando, Sabbatum celebraret. Atque ita intelligendus Can. XXIX. Laod. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς Ἰουδαΐζειν καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς χριστιανοί. *Quòd non oportet Chriſtianos judaizare, & in Sabbato otiari: ſed ipſos eo die operari. Diem autem Dominicum præferentes, otiari, ſi modò poſſint, ut Chriſtiani.* Eodem pertinet, quòd Gregorius M. epiſt. III. lib. XI. ſcribit. *Antichriſtum renovaturum Sabbati obſervantiam.*

Σαγηνεύω.

Hujus verbi *ſignificatio metaphorica* hic venit obſervanda, quam Lexica vulgata obiter tantùm attingunt. Ita autem accipitur

I. *In bonam partem.* Quemadmodum Apoſtoli vocantur ἁλιεῖς, ut docemus in illa voce num. I. ita qui homines ad fidem adducunt, eos dicuntur σαγηνεύειν. Oecumenius in cap. II. Actor. pag. 13. dicit Chriſtum βασιλεύειν πάντων Ἰουδαίων τε καὶ ἐθνῶν σαγηνευθέντων εἰς τὴν ἐκείνου πίστιν τε καὶ λατρείαν, *imperare omnibus Judæis & Ethnicis ad fidem & cultum ejus captis,* id eſt, converſis. Cyrillus Alexandr. in Catena in cap. II. Joh. pag. 81. de Chriſto: Τοὺς μὲν σοφοῖς ἐπαγωγοῖς λόγοις, τοὺς δὲ καὶ δυνάμει καταπλήττων θεοπρεπεῖ, σαγηνεύει πρὸς πίστιν. *Sapientes quidem verbis inducit, alios verò virtute divina percellens, fidei retibus concludit.* Idem in cap. LIII. Jeſajæ, pag. 754. Διὰ τῆς τοῦ θεσπεσίου Παύλου μυσταγωγίας, ἤγουν ἑτέρου τινὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων, εἰς τὸ τῆς ἀληθείας ἐσαγηνεύθησαν φῶς. *Per divini Pauli, vel alterius alicujus ex ſanctorum numero Apoſtolorum, doctrinam ad veritatis lumen deducti fuerunt.* Ita Chryſoſtomus, Τοὺς ἔτι πλανωμένους πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν σαγηνεύειν. *Adhuc errantes ad veritatis viam deducere, & quaſi reti pertrahere.* Idem, Σαγηνεύειν τὰ πλήθη εἰς εὐσέβειαν, *multitudinem ad pietatem pertrahere.* Confer voce Ἀσαγήνευτος.

II. *In malam partem.* Baſilius Seleucienſis Orat. de Moſe, dicit de Moſe: Τοὺς δὲ κύμασιν ἐσαγήνευσεν, *alios undarum ſagenâ obruit.* Cyrillus Alexandr. lib. VI. de Adoratione, pag. 179. Ταῖς τῶν δαιμονίων πλεονεξίαις σεσαγηνευμένοι πρὸς πλάνησιν. *Dæmonum cupiditate tanquam retibus ad errorem pertracti.* Ibid. lib. VII. pag. 241. Πλούτῳ σεσαγηνευμένος. *Divitiarum cupiditate irretitus.* Idem, εἰς ὄλεθρον σαγηνεύειν τινά, *aliquem ad interitum pertrahere.* Idem: Ὁ Σατανᾶς τὸ τῆς ἑαυτοῦ δυστροπίας λίνον κατευρύνει πανταχοῦ, καὶ σαγηνεύει εἰς πλάνησιν τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν. *Satanas ſuæ malignitatis rete ubique expandit, & orbem terrarum erroris ſagenâ includit.* Eodem ſenſu uſurpatur σαγήνη. Baſilius Seleucienſis Orat. V. pag. 29. Τῇ τοῦ κατακλυσμοῦ περιβληθέντες σαγήνῃ. *Diluvii ſagenâ circumdati.* Idem Orat. de Jona: Ἐνὼχ ἔμεινεν ἔξω τῆς τοῦ θανάτου σαγήνης. *Enochus extra mortis ſagenam manebat:* id eſt, non fuit mortuus.

Σαγίττα.

Alii ſcribunt σαγίτα, alii, & quidem meliùs, σαγίττα, *ſagitta.* Faſti Siculi apud Euſebium, pag. 289. Ἀλάριχος πληγὴν λαβὼν ἀπὸ σαγίττας τελευτᾷ. *Alarichus ſagittâ vulneratus moritur.* Ibid. pag. 296. de Juſtino Imperat. Ἔλαβε σαγίττας ἐν τῷ πολέμῳ. *Accepit ſagittas in bello:* Geraſimus Vlachus in Theſauro ſequentia habet: Σαγίτα, σαΐτα, *ſagitta:* βέλος, ἀκόντιον, τόξευμα. Σαγιτᾶς, σαϊτᾶς, *ſagittifera:* ἰοτέχνης, ἰοδόκος. Σαγιτολόγος, *ſagittarius:* τοξότης, τοξοφόρος. Σαγιτοτέχνη, *ars ſagittandi:* τοξική. Vide etiam Gl. Meurſii.

Σάθρωμα.

Non habent Lexica. Legitur apud Theophylactum ad v. 7. cap. VIII. epiſt. ad Hebræos, pag. 952. Ὥσπερ ἰδιωτικώτερον εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν ἄμεμπτος ἡ οἰκία, ἀντὶ τοῦ, ἐλάττωμα ἔχει, σάθρωμα· οὕτω καὶ τὴν παλαιὰν ἔφη μὴ εἶναι ἄμεμπτον, οὐχ ὡς πονηράν, ἀλλ᾽ ὡς μὴ δυναμένην βελτιῶσαι, οἷα νηπίοις δοθεῖσαν. Interpres: *Quemadmodum propriè dicere ſolemus, Non eſt irreprehenſibilis domus, pro, defectum habet vel putredinem: ſic & vetus Teſtamentum dicit non eſſe irreprehenſibile, non quòd parvum ſit, verùm quòd meliores reddere non poſſit, utpote parvulis traditum.* Quædam hic minùs rectè, Ἰδιωτικώτερον non eſt *propriè,* ſed *vulgariter,* vel *vulgari ſermone.* Et σάθρωμα hic non tam *putredinem,* quàm *labem* ſignificat: illa enim domus σάθρωμα ἔχειν dicitur, *quæ ruinam minatur, quæ vitium facit.* Ita Chryſoſtomus in cap. V. ad Epheſios de Eccleſiaſtico corpore loquens, σεσάθρωται ἡ οἰκοδομή, λέλυται ἡ ἁρμονία. *Ædificium labaſcit, hiat compages & concordia.*

Σαίνω.

Σαίνω *propriè* ſignificat *cauda vel aurium motu blandior:* canum eſt & brutorum. Sic apud Poëtam *Argus* canis, Ulyſſem dominum agnoſcens, Odyſſ. ρ΄. v. 302.

Οὐρῇ

Digitized by Google

Οὐρῇ μὲν ῥ' ὅγ' ἔσηνε, καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω.
Caudâ quidem hic adulatus eſt, & ambas dejecit aures.

Ubi vetus Scholiaſtes ἔσηνε interpretatur ἐκολάκευσε, *adulatus eſt.* Homerum imitatus Heſiodus Theogon. v. 771.

Σαίνει ὁμῶς οὐρῇ τε καὶ οὔασιν ἀμφοτέροισιν.
Adulatur pariter caudaq; & auribus ambabus.

Homerus *de leonibus* à Circe cicuratis, Odyſſ. κ'. 215.

Οὐρῇσι μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν.
Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαιτηθεν ἰόντα
Σαίνωσι. *Caudis longis adblandientes aſſurgebant; Quemadmodum quoties dominum è convivio proficiſcentem canes circumblandiuntur.*

Hic rurſus Scholiaſtes, Σαίνωσι, κολακεύωσι. Vide etiam ibid. v. 219. Odyſſ. π'. v. 6. Eôdem modo περισαίνω Odyſſ. π'. v. 4. 10. Hinc Heſychius, Σαίνουροι, καὶ σαρουρίδες, οἱ τὰς οὐρὰς συνεχῶς κινοῦντες ἵπποι καὶ κύνες, *caudas ſemper moventes equi & canes.* Verbo σαίνειν ſynonymum eſt αἰκάλλειν. Heſychius: Αἰκάλλει, σαίνει, θωπεύει. *Adulatur, blanditur.* Ariſtophanis Scholiaſtes in Equitibus, p. 194. Αἰκάλλειν ἐστὶ τὸ, τὸν κύνα τοῖς ὠσὶ καὶ τῇ οὐρᾷ σαίνειν τοὺς ἠθάδας. *Αἰκάλλειν eſt, quando canis auribus & caudâ blanditur notis & familiaribus.* Et pag. 201. Αἰκάλλει, θωπεύει. Proinde Ælianus de Animalibus lib. XI. cap. III. p. 231. verbum utrumque jungens ſcribit de Ætnæis canibus, qui ſunt in æde Vulcani, Οἱ δὲ σαίνουσι καὶ αἰκάλλουσιν. *Hi verò blandiuntur & adulantur.*

Hoc verò verbum aliam etiam habet ſignificationem apud Apoſtolum I. Theſſ. III. 3. Τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. Beza: *Ut nemo commoveatur in oppreſſionibus iſtis.* Vulgatus, *ut nemo moveatur.* Eraſmus, *turbetur.* Optimè, *moveatur, turbetur.* Theodoretus ad hunc locum σαίνεσθαι exponit per κλονεῖσθαι, *moveri, agitari.* Verſio in linguam vulgarem, ponit ταράττεσθαι. Commodè profectò. Theophylactus ad locum Apoſtoli, pag. 693. exponit per θορυβεῖσθαι, χαυνοῦσθαι, *turbari, remittere, laxari.* Addit verò, Τινὲς δὲ τὸ, σαίνεσθαι, ἀντὶ τοῦ ταράσσεσθαι, ἔφασαν τεθῆναι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κυνῶν τῶν τὰς οὐρὰς ταρασσόντων ἐν τῷ σαίνειν. *Nonnulli autem σαίνεσθαι, pro,* turbari, *poſitum eſſe dicunt, metaphorâ à canibus ſumtâ, qui, dum adulantur, caudas movent.* Hæc leguntur apud Oecumenium in hanc Epiſtolam, pag. 714. Egregiè hæc confirmantur ex Heſychio, apud quem, ex emendatione Heinſii, legendum: Σαίνει, κολακεύει, προσηνεύεται, τινάσσει, ἀσπάζεται, θωπεύει. *Adulatur, blandum ſe exhibet, agitat, amplectitur, adulatur.* Σαίνεται, κινεῖται, σαλεύεται, ταράττεται. *Movetur, agitatur, turbatur.* Nulla ergo ratio ſubeſt, cur apud Apoſtolum pro σαίνεσθαι, legamus κινεῖσθαι, cùm utriuſque eadem ſit ſignificatio.

Σακέλη. Σακέλιον. Σακελλάριος.

Σακέλη, ſive, σακέλιον, aut, σακκέλλη & σακκέλλιον, indifferenter enim ſcribitur, *ſacculus.* Heſychius: Σακκέλλα, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται. Σακέλλιον ὁμοίως, *ubi aurum reponitur.* Hinc Σακελλάριος, ſive σακελλάριος, *ſacellarius, ſaccularius.* Suidas: Σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσίππιον, ἐξ οὗ καὶ Σακκελλάριος. *Sacculus, crumena, marſupium, unde & ſacellarius.* Per *ſacculum* verò non quivis intelligitur, ſed *pecuniarius,* hoc eſt, ærarium Eccleſiæ, quo eleemoſynas aſſervabant: cui præerat *ſacellarius,* ſive *ſacellius,* ut vocatur in Turco-Græcia: nempe Eccleſiaſticæ pecuniæ curator, ac cuſtos. E Latinis *ſacellarii* vocem uſurpat Johannes Diaconus de vita S. Gregorii lib. II. cap. XXXIII. *Accerſito ſacellario, cur contra juſſionem ſuam tertium decimum invitare præſumſerit, inquiſivit.* Ivo Carnotenſis in Chronico: *Conſtituit Stephanum Perſam ſacellarium.* Apud Græcos recentiores vox uſitatiſſima eſt. Nicephorus in Chronographia apud Euſebium, pag. 310. Θωμᾶς διάκονος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, καὶ σακελλάριος. *Thomas Diaconus magnæ Eccleſiæ, & ſacellarius.* Frequenter legitur in hiſtoria Concilii Florentini. Erat autem duplex, *major & minor ſacculus.* Majori præfectus, ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης, vel μέγας σακελλάριος, dicebatur: qui minori, ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης, vel σακελλάριος ſimpliciter: & prior ſecundus inter Exocatacœlos, alter quintus erat. Johannes Epiſcopus Citri in Reſp. Ἀπὸ μὲν παλαιᾶς παραδόσεως πρῶτος μέν ἐστιν ὁ μέγας οἰκονόμος· δεύτερος ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης, ἤγουν ὁ μέγας σακελλάριος. Τρίτος, ὁ μέγας σκευοφύλαξ. Τέταρτος, ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης, ἤγουν ὁ σακελλάριος. *Juxta veterem quidem traditionem primus eſt magnus Oeconomus: ſecundus, majori ſacculo præfectus, vel magnus ſacellarius: tertius, magnus Scevophylax: quartus, minori ſacculo præfectus, vel ſacellarius.* Reliqua ex Gloſſario Meurſii haberi poſſunt.

Σακκοφορέω. Σακκοφορία.

Lexica has voces non habent. *Sacci,* ἐσθῆτος πενθικῆς, *veſtis lugubris, colore atri,* ut colligitur ex Apocal. VI. 12. injectio graviter lugentium pœnitentiumque habitus fuit, quando pœnam vel deprecarentur, vel illatam mitigari tollive peterent, etiam Hebræorum conſuetudine, Jonæ III. 9. itemque χαμαιπετεία ſeu *humi ſeſſio,* eaque ἐν σποδῷ, in cinere, pulvere, ſterquilinio, Luc. X. 13. Matth. XI. 21. quam Gentiles πήλωσιν, καταβορβόρωσιν, γυμνῶν ἐν πηλῷ καλίνδησιν vocârunt. Sed ad ſaccum redeamus. Theophylactus in cap. XI. Matthæi, pag. 61. Σάκκος, σύμβολον μετανοίας. *Saccus, pœnitentiæ ſymbolum eſt.* Cyrillus Alexand. in cap. XXXVII. Jeſajæ, pag. 482. de Ezechia: Μετημφιέσατο σάκκον, τουτέστιν, ἱμάτιον πενθικόν. *Indutus fuit ſacco, id eſt, veſte lugubri.* Eandem mox vocat περίβλημα πενθικόν. Hinc jam σακκοφορέω, *ſaccum fero.* Juſtinus in Dialogo cum Tryphone de Ninivitis: Καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ οἱ μεγιστᾶνες ὁμοίως, σακκοφορήσαντες προσμεμενήκασι τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ ἱκεσίᾳ. *Et ipſe Rex civitatis illius, & magnates pariter ſumtis ſaccis, perſeverârunt in jejunio & ſupplicationibus.* Ibid. paulò antè de iiſdem, μετὰ σακκοφορίας, καὶ ἐκτενοῦς ὀλολυγμοῦ, *ſaccis induti, & cum vehementi ejulatu.*

Σάκρα. Σάκρον.

Ἡ σάκρα eſt *reſcriptum, juſſio, conſtitutio,* vel *epiſtola Imperatoris.* Hinc ſæpe apud recentiores Græcos σάκρα, voce Latina retenta, ut in pluribus aliis fieri ſolet. Faſti Siculi apud Euſebium in Chronico, pag. 284. Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἔδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις πανταχοῦ ποιήσας σάκρας. *Theodoſius Imperator Eccleſias orthodoxis tradidit, ubique ſacris factis.* Et pag. 296. Καὶ πέμψας θείας σάκρας. *Et cùm miſiſſet divinas ſacras.* In Actis Synodi Epheſinæ, pag. 68. Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν βασιλέως Θεοδοσίου πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας. *Exemplar ſacræ miſſæ à religioſiſſimo Imperatore noſtro Theodoſio ad Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum.* Ibid. pag. 264. Σάκρα λεγομένη τῇ τῶν Ἰταλῶν φωνῇ. *Sacra Italorum linguâ dicta.* Nilus in epiſtola ad Philippum Scholaſticum: Ἐκ παπύρου καὶ κόλλης χάρτης κατασκευασθεὶς, χάρτης ψιλὸς καλεῖται. ἐπὰν δὲ ὑπογραφὴν δέξηται βασιλέως, δῆλον ὡς σάκρα ὀνομάζεται. *Ex papyro & colla charta confecta, charta ſimplex*

Digitized by Google

ſimplex nuncupatur; in qua cùm poſtmodum ſubſcripſerit Imperator, nemini non notum eſt, eam ſacram vocari. Auguſtinus lib. ad Donat. cap. XXXI. *Illi* (Donatiſtæ) *multorum Imperatorum ſacras, nos ſola portamus Evangelia.* Landulphus Sagax in Juſtino II. *Cùm autem ſuſcepiſſet Imperatorū ſacram, oſculatus eſt ſignaculum.* Dicuntur aliquando etiam *ſacra* neutro genere, ut probat doctiſſimus Juretus Miſcell. ad Symmach. lib. VII. Epiſt. LIX. & XCIV. Σάκρα, τὰ, etiam ſunt *res ſacræ.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. II. ex Digeſtis & Inſtitut. Biblioth. Juris Can. pag. 1302. Τὰ ζάκρα θείω δικαίω εἰσὶ, καὶ ὑπ' οὐδενὸς δεσπόζονται. Σάκρον δὲ πρᾶγμά ἐςι τὸ δημοσίᾳ ἀνιερωθέν. τὰ γὰρ ἰδιωτικὰ οὐκ εἰσὶ σάκρα, ἀλλὰ βέβηλα. *Res ſacræ divini juris ſunt, nec in ullius ſunt dominio. Sacra verò res eſt, quæ publicè eſt conſecrata. Nam privatæ res non ſunt ſacræ, ſed profanæ.* Ibid. ζάκρος τόπος, *ſacer locus.* Et pag. 1308. ex lib. II. Tit. I. Inſtitut. Σάκρα ἐςὶ, τὰ ἱερῶς καὶ διὰ τοῦ ἱερέως τῷ Θεῷ ἀνιερωμένα· ὡς οἱ ναοὶ καὶ τὰ σκεύη, &c. *Sacra res ſunt, quæ ritè, ac per ſacerdotem Deo conſecrata ſunt: veluti templa, & vaſa ſacra, &c.* Ibidem ſæpiùs eadem vox repetitur.

Σαλβοκοντοῦκτο.

Quemadmodum Latinè, ſatis tamen Barbarè, *ſalvum conductum* dicimus, pro *fide publica*: ita eandem vocem Græci recentiores, à Meurſio tamen omiſſam, retinent. Sæpe occurrit in hiſtoria Concilii Florentini. Sect. II. cap. XXXV. pag. 36. Καὶ ἔτι εἴπον ὅτι θέλομεν ἵνα ἔχωμεν σαλβοκοντοῦκτο ἀφ' ὑμῶν. *Et adhuc dicebam, volumus à vobis habere ſalvum conductum.* Pag. 37. Περὶ τοῦ σαλβοκοντούκτου, εἶπον, ὅτι δίκαιόν ἐςι, καὶ μετὰ σκέψεως γενήσεται καὶ τοῦτο. *Etiam de ſalvo conductu quod quæſivimus juſtum eſſe, idque maxima cum deliberatione & conſenſu præſtandum eſſe.*

Σαμάρδακος.

Σαμάρδακος, ut notat Meurſius, eſt *morio, homo ridiculus.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. in Epiſt. ad Epheſios: Οὐχ ὁρᾷς τοὺς λεγομένους γελωτοποιοὺς, ζαμαρδάκους, οὗτοί εἰσιν οἱ εὐτράπελοι. *Nonne vides ridiculos homines dictos* Samardacos, *hi ſunt faceti.* His explicat, quid ſit εὐτράπελος, quem ibidem ita deſcribit: Εὐτράπελος λέγεται ὁ ποικίλος, ὁ παντοδαπὸς, ὁ ἄςατος, ὁ εὔκολος, ὁ πάντα γινόμενος. *Facetus dicitur, qui eſt varius, verſutus, ac verſipellis, inconſtans, facilis ac levis, & in omnes ſe vertit ſpecies.* Eodem modo Theophylactus ad Epheſ. V. 4. Heſychius: Εὐτράπελος, γελοιώδης. *Ridiculus.* Εὐτραπελία, κουφότης, μωρολογία, αἰσχρολογία. *Facetia, levitas, ſtultiloquium, verborum obſcœnitas.*

Σαμαρείτης.

I. *Explicatio nominis.* Euſebius in Chronico ad a. M CC LXX. *Sennacherib rex Chaldæorum ad cuſtodiendam regionem Judæam accolas miſit Aſſyrios, qui æmulatores legis Judææ facti Samaritæ nuncupati ſunt: quod Latinâ linguâ exprimitur cuſtodes.* At ſi Aſſyriorum coloni vocati ſunt cuſtodes, ergo omnes coloni eodem jure vocari poſſunt cuſtodes. Ab Euſebio accepit Epiphanius, aut uterque ab alio. Sic nempe Epiphanius hæreſi IX. pag. 16. Ἑρμηνεύονται δὲ Σαμαρεῖται, φύλακες, διὰ τὸ ἐν τάξει φυλάκων τετάχθαι ἐν τῇ γῇ, ἢ ἀπὸ τοῦ φύλακας αὐτοὺς εἶναι τοῦ κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως διατάξεως. *Interpretari autem poſſis Samaritas* cuſtodes, *eò quod cuſtodum locum in terra obtinebant, aut quòd cuſtodes erant conſtitutionis ſecundum legem Moſis.* Propterea etiam ἐγκαθέτους vocat, quod idem eſt, quod *ſtationarii,* vel *incolæ.* II. Sam. VIII. 14. Καὶ ἔθετο ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ φρουράν. *Et poſuit in Idumæa cuſtodiam.* Procopius non φρουρὰν, ſed ἐςηλωμένους legit. Ἐςηλωμένους δέ φησι τοὺς ἐγκαταςάντας φρουρὰς, οὓς νῦν τινὲς ἐγκαθέτους φασί. *Stantes verò vocat conſtitutos cuſtodes, quos nunc quidam ſtationarios appellant.* Leontius de ſectis, Act. II. pag. 422. Αἰχμαλωτίσας δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας, ἀντ' αὐτῶν ἄλλους ἐκεῖσε κατέςησε πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας, οἵτινες ἐκλήθησαν Σαμαρεῖται, ἐπειδὴ Σαμαρείτης λέγεται ὁ φύλαξ παρ' Ἑβραίοις. *Cum Iſraëlitas in captivitatem abduxiſſet, eorum loco alios ibi conſtituit ad cuſtodiendam regionem, qui vocati ſunt* Samaritæ, *quoniam* Samarita *apud Hebræos* cuſtos *vocatur.* Origenes t. XXVI. in Joh. pag. 329. Σωμὴρ Ἑβραῖοι λέγουσι τὸν φύλακα. οὕτω δὲ καὶ τοὺς Σαμαρεῖς πρῶτον ὠνομάσθαι παραδεδώκασι διὰ τὸ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως φύλακας αὐτοὺς πεπέμφθαι τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, τοῦ ἑτέρου παρὰ τὸν Ἰούδαν Ἰσραήλ. *Hebræi* Somer *dicunt* cuſtodem, *ſicque tradunt Samaritanos primum appellatos fuiſſe, quòd miſſi fuerint ab Aſſyriorum Rege ad cuſtodiam terræ Iſraël, poſt captivitatem Iſraëlis, qui diverſus erat à Juda.* Ab Euſebio igitur & Epiphanio eadem ſententia ex Origene videtur hauſta. Sed Epiphanius, quia ex ſcriptura manifeſtò urgetur, dictos fuiſſe *à Schemer*, à quo locum emtum urbi inſtruxerit, & à venditore *Samariam* nominaverit, Rex Iſraëlis Amri, addit, partim quòd φύλακες eſſent, partim *à Schemer* Samaritas dictos fuiſſe, imò à pluribus cauſſis, καὶ συμβέβηκε τὸ ὄνομα ἐκ διαφόρων προφάσεων καλεῖσθαι Σαμαρείτας, ἔκ τε τοῦ Σωμὴρ, ἔκ τε τοῦ Σωμόρων, ἔκ τε τοῦ φυλάττειν τὴν γῆν, ἔκ τε τοῦ φυλάττειν τὰ παιδεύματα τοῦ νόμου. *Contigit autem ut ex diverſis cauſis Samaritæ ſint appellati, ex Somor, ex Somoron, ex cuſtodia terræ, ex cuſtodia doctrinæ legis.* Is eſt mos ipſius, ut diverſa etyma eidem nomini aſſignet: ut *Jeſum* ab Hebræo verbo, quod σώζειν ſignificat, item à Græco *ἰᾶσθαι* deducit. Vera autem hujus appellationis ratio hæc eſt. שֶׁמֶר eſt nomen proprium viri, à quo Amri rex Iſraël duobus talentis argenti emit montem, in quo erat arx magna initiò. Sed Amri munivit illud ædificium, & urbem extruxit, quam juxta nomen *Schemer*, domini montis, vocavit שׁמרון *Samariam.* Vide I. Regum XVI. 26. Fuit ſedes Regum Iſraël, & cùm regno, tum regioni vicinæ nomen dedit, ut *Samaria* appellaretur. Cùm decem tribus in Aſſyriam translatæ eſſent, hanc urbem & regionem vacuam expleverunt homines de Babylone eò traducti, qui inde שמריא *Samaritanæ*, aut *Samaritani* vocati ſunt. Veriſſimam hanc hujus appellationis rationem agnoſcit Chryſoſtomus Homil. XXXI. in Joh. pag. 678. ubi ad v. 5. cap. IV. multa de Samaritanis. Præcipua tantùm excerpimus. Σομὴρ τὸ ὄρος ἐλέγετο ἀπὸ τοῦ κτησαμένου, καθάπερ καὶ Ἡσαΐας φησί. Καὶ ἡ κεφαλὴ Σομόρων, Ἐφραΐμ. ἀλλ' οἱ κατοικοῦντες οὐ Σαμαρεῖται, ἀλλ' Ἰσραηλῖται ἐλέγοντο. *Somor mons ab ejus poſſeſſore dictus eſt, ut teſtatur Jeſajas. Et caput Somororum Ephraim. Habitatores autem non Samaritani, ſed Iſraëlitæ appellabantur.* Aſſyrius ἐκ Βαβυλῶνος, ἐκ διαφόρων τόπων, ἀγαγὼν ἔθνη κατῴκισεν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὥςε λοιπὸν ἀσφαλῆ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν εἶναι, τῶν οἰκείων ἐχόντων τὸν τόπον, *Babylone, collectitiam hinc indè multitudinem in Samariam habitatum miſit, ut in poſterum firmum ſibi imperium familiaribus incolis confirmaret.* Ἀπὸ τοῦ ὄρους Σαμαρείτας αὐτοὺς ἐκάλουν. *A monte eos appellabant Samaritanos.* Reliqua apud ipſum vide autorem. Eodem modo Theodoretus quæſt. XLVIII. in lib. III. Reg. t. I. pag. 323. Theophylactus in cap. X. Matthæi, ad v. 5. pag. 52. Συνάπτει τοὺς Σαμαρείτας τοῖς

ἐθνικοῖς, ἐπεὶ Βαβυλώνιοι ὄντες κατῴκησαν τὴν Ἰουδαίαν. *Conjungit Samaritanos gentilibus, quoniam Babylonii erant, & in Judæa domicilium habebant.* Malè igitur à Socrate, hiſt. Eccl. lib. V. cap. XXII. pag. 250. b. vocantur ἀπόσπασμα Ἰουδαίων, *propago Judæorum.* Gloriabantur quidem, ſe à Jacobo & Joſepho originem ducere. Teſtis Ammonius Catenâ in cap. IV. Johan. pag. 118. Σαμαρεῖται ἐκ γένους ὄντες τοῦ Μήδων καὶ Περσῶν ἔθνους, ἐπεφήμιζον ἑαυτοὺς τοῦ Ἰακώβ. *Samaritani cùm ex gente Medorum atque Perſarum genus ducerent, pro Jacobi poſteris ſe venditabant.* Cyrillus ibidem: Σαμαρεῖται ἀλλογενεῖς ὄντες, Βαβυλωνίων γὰρ ἄποικοι, πατέρα καὶ αὐτοὶ τὸν Ἰακὼβ ἐπιγράφονται. *Samaritani cùm eſſent alienigenæ, ſiquidem a Babylone coloniam duxerant, ipſi quoque Patrem ſuum faciunt Jacobum.* Origenes t. XIV. in Johannem, pag. 219. Αὐχοῦσι πατριάρχην Σαμαρεῖς τὸν Ἰωσήφ. *Samaritani gloriantur de Patriarcha Joſepho.* Vide Joh. IV. 12. 20.

II. *Samaritanorum dogmata* ſequentia notant veteres.

1. *Solum admittunt Pentateuchum.* Origenes t. XIV. in Johannem, pag. 218. Ἄξιον ἰδεῖν πῶς ἡ Σαμαρεῖτις πλὴν τῆς πενταπεύχου Μωσέως μηδὲν προσιεμένη, τὴν παρουσίαν Χριστοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ νόμου μόνου κηρυσσομένην προσδοκᾷ. *Dignum eſt, ut videamus, quonam pacto Samaritis, nihil admittens præter quinque libros Moſis, Chriſti adventum exſpectet, veluti tantùm à Lege nunciatum.* Theophylactus in cap. X. Matthæi, p. 52. Οὐδὲ τοὺς προφήτας ἐδέχοντο· ἀλλὰ μόνα τὰ πέντε τοῦ Μωσέως βιβλία. *Nec Prophetas recipiebant, ſed tantummodò quinque libros Moſis.* Leontius de Sectis, Act. II. pag. 422. *Sacerdos à rege Salmanaſſar in Iſraelitarum terram miſſus,* οὐδὲν ἄλλο ἐδίδαξεν αὐτοὺς, εἰ μόνον τὴν πεντάτευχον· ὅθεν καὶ μόνην αὐτὴν δέχονται οἱ Σαμαρεῖται, *eos nihil aliud docuit, niſi ſolum Pentateuchum: unde etiam illum ſolum recipiunt Samaritani.* Epiphanius hæreſi IX. pag. 16. Διαφέρονται δὲ οὗτοι Ἰουδαίοις κατὰ τοῦτο πρῶτον, ὅτι οὐκ ἐδόθη αὐτοῖς προφητῶν τῶν μετὰ Μωϋσέα γραφή, ἢ μόνον ἡ δοθεῖσα πεντάτευχος διὰ Μωϋσέως τῷ σπέρματι Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐξόδῳ τῆς ἀπ' Αἰγύπτου πορείας. *Differunt vero hi à Judæis, primùm quod non data eſt ipſis Prophetarum poſt Moſen ſcriptura, ſed ſolùm quinque libri Moſis dati ſemini Iſrael in exitu profectionis ex Ægypto.* Vide etiam in voce Γραφή, num. IX. ſub lit. *A. b.*

2. *Non credunt eſſe Angelos; animæ immortalitatem & reſurrectionem negant.* Epiphanius loco laudato: Ἠγνόησαν νεκρῶν ἀνάστασιν. *Ignorârunt reſurrectionem mortuorum.* Leontius, ubi ſuprà: Οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν. *Neque Angelum eſſe exiſtimant, neque animam immortalem, neque reſurrectionem.* Origenes in Matth. XXII. t. I. pag. 486. docet Samaritanos Sadducæis de reſurrectione conſentire: Οἱ Σαδδουκαῖοι λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν, οὐ τὴν ἐν τῇ συνηθείᾳ τῶν ἁπλουστέρων ὀνομαζομένην ἀνάστασιν σαρκὸς ἠθέτουν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀνῄρουν τὴν τῆς ψυχῆς οὐ μόνον ἀθανασίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδιαμονήν. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῖς Σαδδουκαίοις δόγμα περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψυχῆς φρονοῦσι μέχρι τοῦ δεῦρο Σαμαρεῖς. *Sadducæi, qui reſurrectionem non eſſe dicebant, non eam ſolùm, quæ à ſimplicioribus carnis reſurrectio dicitur, reſpuebant, ſed & animæ non modo immortalitatem, at omnem etiam perſeverantiam funditus tollebant. Eandem autem de humana anima ſententiam quam Sadducæi, ad hunc uſque diem Samaritani tuentur.* Vide eundem tom. XXVI. in Joh. ſtatim poſt initium, pag. 327. 328.

III. Epiphanius *quatuor Samaritanorum* facit *ſectas.* Sunt *Gortheni, Sevæi, Eſſeni, Doſithei.* De his ipſe videatur Epiphanius hæreſi X. XI. XII. & XIII. pag. 18. 19. Druſii Trihæreſ. pag. 135. Hottingeri Exercitat. Anti-Morin. Druſii Præterit. pag. 124. & de trib. ſect. 133. Maſii Comment. in Joſ. 204. Buxtorfii Lex. Talm. pag. 370. & diſſertat. de Lit. Hebr. S. 48. & 61. Scalig. conſ. ſer. 219. Cuneus de Republ. Hebræor. pag. 249. Hottingeri Theſ. Philolog. lib. I. cap. I. ſect. VI.

Σαμουήλ.

Hic illud tantùm conſiderare libet, quid veteres ſenſerint de Samuele à pythoniſſa evocato I. Samuelis cap. XXVIII. Tres autem maximè obſervo opiniones, vel ſententias, quas enarrat Theodoretus quæſt. LXIII. in hunc librum, pag. 259. 260.

I. eſt eorum, qui ſtatuerunt, *Pythoniſſam verum revocâſſe Samuelem:* de quibus ſic Theodoretus: Τινὲς φασὶν ἀληθῶς αὐτὴν ἀνενηνοχέναι τὸν Σαμουήλ. *Nonnulli dicunt, eam verè revocâſſe Samuelem.* Eodem inclinare videtur Methodius in Bibliotheca Photii, Cod. CCXXXIV. pag. 929. Ὁ Σαμουὴλ φαινόμενος, ὡς δῆλον ἐστιν ὁρατὸς ὤν, παρίστησιν ὅτι σῶμα περιέκειτο. *Samuel apparens, ut manifeſtum eſt, ſpectabilis probat ſe corpore indutum fuiſſe.* Sed hanc ſententiam meritò rejicit Theodoretus, & dicit, ἀνόσιον καὶ δυσσεβὲς εἶναι, *nefarium & impium eſſe* ita ſentire: Οὐ πείθομαι γὰρ τὰς νέκυας, οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν ἀνάγειν ψυχὴν, μήτοιγε προφήτου, καὶ τοσούτου προφήτου. Δῆλον γὰρ, ὡς ἐν ἄλλῳ τινὶ χωρίῳ διάγουσιν αἱ ψυχαὶ, περιμένουσαι τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν. τοιγάρ τοι κομιδῆ δυσσεβὲς τὸ πιστεύειν τοσαύτην ἔχειν τὰς ἐγγαστριμύθους ἰσχύν. *Nec enim credo mulieres necromanticas vel quamlibet reducere animam, tantum abeſt ut Prophetæ, & tanti Prophetæ. Eſt enim perſpicuum, quod in aliquo alio loco degunt animæ, exſpectantes reſurrectionem corporum. Quare valde impium eſt credere ventriloquas tantam vim habere.* Nec aliter Greg. Nyſſenus in epiſtola ad Theodoſium Epiſcopum de pythoniſſa, t. II. pag. 36. Ἐπειδὰν μέγας ἐν ἁγίοις ὁ Σαμουὴλ, πονηρὸν δὲ κτῆμα ἡ γοητεία, οὐ πείθομαι ὅτι ἐν τοσούτῳ τῆς ἰδίας ἀναπαύσεως ὁ Σαμουὴλ καταστὰς, τὸ ἀδιόδευτον ἐκεῖνο χάσμα πρὸς τοὺς ἀσεβοῦντας διήρχετο, οὔτε ἑκὼν, οὔτε ἄκων. Ἄκων μὲν ἂν οὐκ ἂν ἔτι ὑπέμεινε, τὸ μὴ δύνασθαι τὸ δαιμόνιον διαβῆναι τὸ χάσμα, καὶ ἐν τῷ χορῷ τῶν ὁσίων γενόμενον μετακινῆσαι τὸν ἅγιον. Ἑκὼν δὲ οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησε, τῷ μήτε βούλεσθαι ἐπιμιχθῆναι τοῖς κακοῖς, μήτε δύνασθαι. Τῷ γὰρ ἐν ἀγαθοῖς ὄντι ἀβούλητος ἀπὸ τῶν ἐν οἷς ἐστιν ἡ πρὸς τὰ ἐναντία μετάστασις. Εἰ δέ τις καὶ βούλεσθαι δοίη, ἀλλ' ἡ τοῦ χάσματος φύσις οὐκ ἐπιτρέπει τὴν πάροδον. *Quando magnus inter ſanctos erat Samuel, res autem mala eſt magia & incantatio, cùm tantis Samuel in deliciis verſaretur, neque volentem eum, neque invitum profundum illum hiatum verſus impios & chaos impervium arbitror trajeciſſe. Nam invitus quidem id non ſuſtinuiſſet, quòd hiatum dæmon pertranſire non poſſet, atque ex medio beatorum cœtu virum ſanctum aliò transferre: volens autem id non feciſſet, quòd neque cum improbis commiſceri vellet, nec poſſet. Qui enim in bonis verſatur, ab iis, in quibus verſatur, ad contraria ſponte non tranſit. Quod ſi quis etiam illum voluiſſe concedat, non tamen ipſum hiatus natura tranſeundi poteſtatem feciſſet.*

II. eorum eſt, qui volunt *Samuelem fuiſſe evocatum* δοξαστικῶς, id eſt, ſecundùm opinionem Pythoniſſæ & Saulis, revera autem ſpectrum fuiſſe ſeu dæmonem ſub ſpecie Samuelis, non verum Samuelem. Hanc ſententiam

Digitized by Google

tiam, ſola quæ vera eſt, Theodoretus ita proponit: Τινὲς δὲ τοῦτον μὲν τὸν λόγον ἀνέτρεψαν, δαίμονα δέ τινα λαοπλάνον ἔφησαν δεῖξαι τὸ σχῆμα τοῦ Σαμουήλ. *Nonnulli autem hoc* quidem (nempe quod prima vult ſententia) *refellerunt: dixerunt autem quendam dæmonem populi deceptorem oſtendiſſe figuram Samuelis.* Hanc ſententiam non admittit Theodoretus, quando ſubjicit: Τὸ δέ γε δεύτερον ἀνοίας μᾶλλον, ἢ δυσσεβείας ἐστί. τὸν ἀνόσιον γὰρ ἐκεῖνον ἀνατρέψαι πειραθέντες λόγον, ψευδῆ τὴν γεγενημένην ὑπέλαβον πρόῤῥησιν, καὶ ταύτης χάριν αὐτὴν τοῖς τοῦ ψεύδους διδασκάλοις ἀνέθεσαν δαίμοσι. *Secundum autem eſt amentiæ potiùs, quàm impietatis. Tentantes enim evertere impiam illam opinionem* (nempe primam,) *exiſtimaverunt falſam fuiſſe prædictionem, & ideò eam attribuerunt mendacii magiſtris dæmonibus.* Interim hanc ſecundam ſententiam pluribus confirmat Gregor. Nyſſenus in laudata epiſtola de Pythoniſſa, & oſtendit dæmonium fuiſſe, non verum Samuelem. Inter alia dicit, pag. 38. Ἤλεγξε δὲ καὶ ὡς οὐκ ἐβούλετο ἑαυτὸν ὁ δαίμων εἰπὼν τὴν ἀλήθειαν. ὅτι αὔριον σὺ καὶ Ἰωνάθαν μετ' ἐμοῦ, εἰ γὰρ ἀληθῶς ἦν ὁ Σαμουήλ, πῶς ἐνεδέχετο τὸν ἐν πάσῃ κακίᾳ κατεγνωσμένον μετ' ἐκείνου γενέσθαι; ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἀντὶ τοῦ Σαμουὴλ ὀφθὲν τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο δαιμόνιον, μεθ' ἑαυτοῦ ἔσεσθαι τὸν Σαοὺλ εἰπών, οὐκ ἐψεύσατο. Εἰ δὲ λέγει ἡ γραφή, ὅτι καὶ εἶπεν ὁ Σαμουήλ, μὴ ταρασσέτω τὸν ἐπιστήμονα ὁ τοιοῦτος λόγος· ἀλλὰ προσκεῖσθαι νομιζέτω, ὅτι ὁ νομισθεὶς εἶναι Σαμουήλ. Εὑρίσκομεν γὰρ τὴν γραφικὴν συνήθειαν πολλαχοῦ τὸ δοκοῦν ἀντὶ τοῦ ὄντος διεξιοῦσαν. *Porrò ſe ipſum nolens volens arguit dæmon veritate prolata, dum dixit,* Cras tu & Jonathan mecum: *ſi enim verè Samuel erat, quomodo fieri poterat, ut is, qui omnium ſcelerum reus erat, cum illo eſſet? Verùm hinc liquet, Samuelis loco dæmonium illud improbum viſum, cùm ſecum futurum Saulem dixit, mentitum non eſſe. Etſi autem Scriptura dicat,* etiam Samuel hoc dixit, *ne commoveant hæc verba peritum lectorem, ſed additum exiſtimet,* qui putabatur eſſe Samuel. *Hanc enim conſuetudinem eſſe Scripturæ comperimus, ut ſæpè rei veræ loco id quod apparet enarret.* Poſtea hoc probat ex hiſtoria Balaam Numer. XXII. Legatur integra epiſtola. Apud Juſtinum M. in quæſt. & reſp. ad Orthodoxos, reſp. LII. pag. 255. hoc dicitur factum κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δαίμονος τοῦ τὰς ὄψεις φαντάσαντος τῶν ἑωρακότων τὸν οὐκ ὄντα Σαμουήλ, *dæmonis operâ, præſtigiis oculos eorum deludentis, qui Samuelem, cùm Samuel non eſſet, cernebant.* Ipſe tamen Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, animam Samuelis evocatam fuiſſe affirmat: Καὶ ὅτι μένουσιν αἱ ψυχαί, ἀπέδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. *Animas ſuperſtites manere, etiam eo demonſtraverim, quòd & Samuelis animam ventriloqua Pythoniſſa, ita ut Saul petierat, evocavit.* At hoc aſſerere, meritò Theodoreto ἀνόσιον καὶ δυσσεβὲς eſſe videtur. Veram ſententiam etiam amplectitur Cyrillus Alexand. lib. VI. de Adorat. pag. 191. χαλεπὸν δὲ οὐδέν, ἐν ἴσῳ τε καὶ ὁμοίῳ σχήματι τοῦ μακαρίου Σαμουὴλ σκιὰν ὀφθῆναι καὶ εἴδωλον, ἐκ δαιμονιώδους ἐνεργείας μεμορφωμένον. *Nec illud abſurdum, in æquali & ſimili forma beati Samuelis umbram & imaginem eſſe viſam, dæmonis operâ formatam.* Tertullianus lib. de Anima, cap. LVII. pag. 504. *Ecce hodie ejuſdem Simonis hæreticos tanta præſumtio artis extollit, ut etiam Prophetarum animas ab inferis movere ſe ſpondeant. Et credo quia mendacio poſſunt: nec enim Pythonico tunc ſpiritui minùs licuit animam Samuelis effingere, poſt Deum mortuos conſulente Saule. Abſit alioquin ut animam cujuslibet Sancti,* (eodem modo locutus eſt Theodoretus num. I.) *nedum Prophetæ, à dæmonio credamus extractam, edocti quòd ipſe Satanas transfiguretur in angelum lucis, nedum in hominem lucis, &c.* Idem ſentit Auguſtinus lib. II. ad Simplic. quæſt. III. Videatur imprimis Chamierus Panſtratiæ Cathol. tom. III. lib. XXV. cap. VIII. ubi hanc quæſtionem de Anima Samuelis ex profeſſo tractat, & varia Patrum teſtimonia examinat.

III. Alia prorſus eſt ſententia Theodoreti. Poſtquam enim hactenus propoſitas rejeciſſet, dicit *ipſum Deum, efformata Samuelis ſpecie, ſententiam de interitu Saulis protuliſſe.* Præmittit verba, quæ leguntur I. Paralip. X. 13. 14. iisque continuò ſubjicit: Δῆλον τοίνυν ἐντεῦθεν, ὡς αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεός, σχηματίσας ὡς ἠβουλήθη τὸ εἶδος τοῦ Σαμουήλ, ἐξήνεγκε τὴν ἀπόφασιν, οὐ τῆς ἐγγαστριμύθου δρᾶσαι τοῦτο δυνηθείσης, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τῶν ἐναντίων ἐξενεγκόντος τὴν ψῆφον. *Hinc ergo perſpicuum eſt, quòd ipſe Deus univerſorum, efformata ut voluit ſpecie Samuelis, protulit ſententiam, cùm hoc non potuiſſet facere ventriloqua, ſed Deus, qui etiam per adverſarios ſententiam protulit.* Tandem, poſt multa, concludit: Ἀληθὴς τοίνυν ἡ πρόῤῥησις· θεία γὰρ ἦν. οὐ διὰ τοῦ Σαμουήλ, ὡς οἶμαι, γεγενημένη. ἐκείνη μὲν γὰρ εἴρηκεν ὃ ἐθεάσατο σχῆμα· ὁ δὲ Σαοὺλ ἐκ τοῦ σχήματος ἐτόπασεν εἶναι τὸν Σαμουήλ. ἡ δὲ ἱστορία τὸ ὀφθὲν Σαμουὴλ ὀνομάζει, διὰ τὸ οὕτως ἐκεῖνον πεπιστευκέναι. οὕτω τοὺς ὀφθέντας τῷ Ἀβραὰμ ἀγγέλους, καὶ τὸν ἐκείνων δεσπότην, ἄνδρας ὠνόμασεν. ἐπειδὰν τοῦτο νενομικὼς ὁ πατριάρχης παρατέθεικε τράπεζαν. οὕτω τοὺς οὐκ ὄντας θεοὺς ὀνομάζει θεούς, καὶ ὁ Κύριος γὰρ ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς. οὕτω κἀνταῦθα τὸν ὀφθέντα ἐν σχήματι τοῦ Σαμουήλ, εἴτε ἄγγελον, εἴτε φάσμα τοῦ Σαμουὴλ τὸ σχῆμα δεικνύον, ὠνόμασε Σαμουήλ, ἵνα πιστῶς δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν στένων ἐξέλθῃ τὸν βίον. *Vera ergo fuit prædictio: fuit enim divina, non per Samuelem, ut arbitror, facta. Nam illa quidem dixit quam viderat figuram, Saul autem ex figura conjecit eſſe Samuelem. Hiſtoria autem eum qui viſus eſt nominat Samuelem, propterea quòd ille ſic crediderit. Ita etiam angelos, qui Abrahæ apparuerunt, & illorum Dominum, viros appellavit, quandoquidem id arbitratus Patriarcha, menſam appoſuit. Sic etiam eos, qui non ſunt dii, deos nominat etiam Dominus noſter, qui eſt ſuper omnes deos. Ita etiam hic eum, qui viſus eſt in figura Samuelis, ſive Angelum, ſive ſpectrum Samuelis figuram præ ſe ferens, Samuelem vocavit, ut fideliter acceptâ ſententiâ, gemens excederet è vita.* Ita quidem ille, at deceptus à LXX. Interpretibus, apud quos I. Paralip. X. 13. leguntur hæc verba, καὶ ἀπεκρίνατο αὐτῷ Σαμουὴλ ὁ προφήτης, *& reſpondit ei Samuel Propheta;* quæ tamen in Contextu originali prorſus non apparent.

Σάυλα.

Vox barbara à Meurſio non obſervata, notat *laqueum.* Patet ex hiſt. Concilii Florentini, ubi ſect. IX. cap. II. pag. 251. Εἰρηκότος τοῦ Χριστοφόρου, μὴ δοθῆναί τι τῷ Ἐφέσου, ὡς ἐσθίοντι κατὰ τὸν Ἰούδαν τὸν ἄρτον τοῦ Πάπα, καὶ ἀντικειμένῳ, καὶ ἐχθραίνοντι αὐτῷ, οὕτως ἐλήρησε κατὰ τοῦ δικαίου ὁ φαῦλος ἐκεῖνος, καὶ σάυλαν, ἤτοι ἀγχόνην δεῖν εἶπε δοθῆναι αὐτῷ. *Dicente Chriſtophoro, ne quid Epheſio daretur, ut qui ad inſtar Judæ proditoris Papæ panem comederet, eique adverſaretur: ita in hominem ſe ipſo juſtiorem deliravit impius ille, & Saulam, vel malam crucem dixit ei dandam eſſe.*

Σαπρός.

I. Σαπρὸν eſt *vetuſtate corruptum & rancidum.* Heſychius: Σαπρὸν, παλαιόν. *Antiquum, vetuſtum.* Suidas: Σαπρᾶς, παλαιᾶς. Ἀριστοφάνης εἰρήνης σαπρᾶς ἢ ἀρχαίας. *Antiquæ. Ariſtophanes, vetuſtæ & antiquæ pacis.* Reſpicit ad illa in Pace, pag. 454. v. 5. Ὡς ἅπαντ' ἤδη ἐστὶ μεστὰ τἀνθάδ' εἰρήνης σαπρᾶς. *Quia omnia jam ſunt plena hic pacis antiquæ.* Scholiaſtes: Σαπρᾶς, παλαιᾶς καὶ ἀρχαίας. Κυρίως μὲν σαπρὸν οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, τὸ σεσηπὸς διὰ τὸν χρόνον. Χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ. Σαπρᾶς, id eſt, *antiquæ, veteris. Propriè quidem veteres* σαπρὸν *dixerunt putridum ob tempus. Utuntur verò eo etiam pro vetere & antiquo.* Idem Scholiaſtes in Veſpis, pag. 359. Σαπρὸν δὲ παλαιόν. Iterum Suidas: Σαπρὸν, οὐ τὸ μοχθηρὸν καὶ φαῦλον, ἀλλὰ τὸ παλαιὸν Εὔπολις. Σαπρὸν, *non improbum & malum, ſed antiquum:* ita *Eupolis.* Idem: Σαπρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ. Vide reliqua apud eundem. Theophraſtus in Characteribus cap. Περὶ βδελυρίας, *de Impuritate:* Σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω. *Oleum nimis rancidum mercatus es.* Σαπρὸν oleum eſt, ut notat Caſaubonus, τὸ πεπαλαιωμένον, *vetuſtate corruptum ac rancidum,* & cujus odorem nequeas perferre, ut ait Horatius. Græcis ταγγὸν propriè. *Putre oleum* dici non debet, quia Ariſtoteles docet τὰ λιπαρὰ magnam partem eſſe ἄσηπτα. Atticis autem σαπρὸν & νέον, ſive νεαλὲς, ſæpe opponuntur: ubi ineptiſſimè σαπρὸν *putre* redderetur, ut eſt à veteribus Grammaticis obſervatum. Sic σαπρὸν οἶνον interpretantur iidem τὸν πρὸς τῷ τέλει ὑλῶδη, Cato, *vinum fæcatum* vocat. Et σαπρὸν λύχνον vocabant *lucernam quæ non luceret.*

II. Σαπρὸν Græci appellant, quicquid eum præſtare uſum non poteſt, ad quem eſt comparatum. Ita Chryſoſtomus: Σαπρὸν λέγομεν πᾶν, ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ. Hoc ſenſu σαπρὸν eſt *malum, inutile:* item, juxta Heſychium, αἰσχρὸν, ἀκάθαρτον, *turpe, impurum.* Inutile & malum ſignificat Matth. VII. 17. 18. XII. 33. ubi δένδρον σαπρὸν, ut & Lucæ VI. 43. eſt *arbor mala, inutilis,* & opponitur τῷ ἀγαθῷ. Vide Philologiam ſacr. Vorſtii cap. II. *Turpe & impurum* notat ad Epheſ. IV. 29. Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Beza: *Nullus ſermo corruptus ex ore veſtro egreditor.* Vulgatus, *ſermo malus.* Eraſmus, *ſermo ſpurcus.* Optimè: ſic enim veteres Gloſſæ: Σαπρὸς, *nugatorius, nugax, fœdus.* Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 311. Λόγος σαπρὸς, αἰσχρολογία, λοιδορία, συκοφαντία, βλασφημία, ψευδολογία, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια. *Sermo ſpurcus, turpis ſermo, maledictum, calumnia, blaſphemia, mendacium, & quæ ſunt his ſimilia.* Chryſoſtomus Homil. XIV. in hanc Epiſtolam, pag. 836. Λόγος σαπρὸς, ὅν φησι, καὶ ἀλλαχοῦ ἀργόν. καταλαλιὰ, αἰσχρολογία, εὐτραπελία, μωρολογία. *Sermo fœdus, quem alibi vocat otioſum: detractio, obſcænus ſermo, ſcurrilitas, ſtultiloquium.* Theophylactus, p. 545. Σαπρὸν λόγον τὸν ἀργόν φησι, καὶ εἰκαῖον καὶ ἄκαιρον, οἷον εὐτραπελίαν, μωρολογίαν. *Sermonem* σαπρὸν, *otioſum vocat, temerarium & intempeſtivum, veluti ſcurrilitatem, ſtultiloquium.* Vide etiam Oecumenium, pag. 639.

Σαρκικός.

Σαρκικοὶ, *carnales* in ſcriptura vocantur,

I. *in quibus ſunt reliquiæ vitioſitatis naturalis,* ſpiritui repugnantes: cùm enim regeneratio in hac vita ſit

imperfecta, reliquiæ carnis remanent in renatis: ac propterea omnes regenerati, quamvis ſint in ſpiritu, ex parte tamen ſunt σαρκικοὶ, & ſic vocantur ad Rom. VII. 14. ubi Apoſtolus de ſe ipſo: Ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι. *Ego autem carnalis ſum.* Loquitur Apoſtolus de ſe ipſo: erat autem regeneratus, nihilominus ſenſit pugnam inter carnem & ſpiritum, quæ in omnibus electis ſe exerit. *Carnalem* ſe dicit, qui Deo gloriam dat, reſpiciens *primò* naturam. Natus ſum carnalis, carens ſpiritu & vita Dei: *ſecundò* reliquias ejus pravitatis. Non omne, quod in me eſt, à Spiritu Sancto eſt. Invenio in membris meis legem peccati. Minus ergo accuratè Theodoretus hoc refert ad hominem extra gratiam conſtitutum, quando dicit: Τὸν πρὸ τῆς χάριτος ἄνθρωπον εἰσάγει πολιορκούμενον ὑπὸ τῶν παθῶν. Σαρκικὸν γὰρ καλεῖ, τὸν μηδέπω τῆς πνευματικῆς ἐπικουρίας τετυχηκότα. *Introducit hominem ante gratiam ab animi perturbationibus obſeſſum. Carnalem enim vocat eum, qui ſpiritualem gratiam nondum eſt conſecutus.* Paulò propiùs ad ſcopum Apoſtoli Theophylactus, pag. 66. 67. Ἐγὼ σαρκικός εἰμι, τουτέστιν, ἡ ἀνθρωπίνη πᾶσα φύσις, ἥτε πρὸ νόμου, καὶ ἡ ἐν νόμῳ, πάντα τὸν ὄχλον τῶν παθῶν ἐπεισαχθέντα αὐτῇ ἔσχεν. Οὐ γὰρ μόνον θνητοὶ γεγόναμεν ἐκ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις ἐδέξατο τὰ πάθη, πραθεῖσα ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ δούλη γενομένη, ὥστε μηδὲ ἀνακύψαι δύνασθαι. Ego carnalis ſum, *hoc eſt, univerſa humana natura, cùm quæ ante ſancitam legem, tum quæ tempore legis, univerſam affectuum turbam ſibi aggregatam habuit. Non enim tantùm mortales facti ſumus ex Adami prævaricatione, verùm etiam affectus pravos natura recepit, ſub peccato vendita & in ſervitutem redacta, ita ut ne caput quidem erigere queat.*

II. Σαρκικοὶ ſunt, *qui carni & affectibus ejus toti dediti.* Chryſoſtomus Homil. LXIV. t. VI. Σαρκικός ἐστιν ὁ τῇ σαρκὶ δουλεύων. *Carnalis eſt, qui carni ſervit.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CXXVII. lib. IV. pag. 483. Apoſtolus σαρκικοὺς καλεῖ τοὺς τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς ἡττηθέντας, ἀπὸ τοῦ πλεῖστον δυναμένου αὐτοὺς καλῶν. οἷοι πάντες οἱ ἐναγεῖς καὶ ἀκάθαρτοι, καὶ περὶ τὰς συνουσίας λυττῶντες, carnales *vocat eos, qui affectibus carnis ſe vinci patiuntur, ab eo quod plurimum in ipſis pollet denominationem eorum ſumens: quales ſunt omnes ſcelerati, & impuri, & qui circa libidines & coitus inſaniunt.* Et epiſt. CXXVIII. lib. V. pag. 590. Σαρκικοὺς καλεῖ ἡ γραφὴ τοὺς εἰς τὰ τῆς σαρκὸς κατολισθήσαντας. *Scriptura* carnales *vocat eos, qui in affectus carnales prolapſi ſunt.*

III. Specialiter σαρκικοὶ dicuntur illi, qui adhuc ſunt νεόφυτοι, & quaſi teneri infantes, hoc eſt, rudes, qui non fecerunt magnos progreſſus in cognitione Chriſti & vita Chriſtiana. Ita hæc vox ſumitur I. Corinth. III. 1. 3. 4. quibus opponuntur πνευματικοί. Vide in Πνευματικὸς, num. II. 2. ſub lit. *b.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. 1. cap. VI. pag. 98. reſpiciens ad locum Apoſtoli; Σαρκικοὶ δύνανται νοεῖσθαι οἱ νεωστὶ κατηχούμενοι, καὶ νήπιοι ἔτι ἐν Χριστῷ. Σαρκικοὶ, οἱ νεοκατήχητοι, καὶ μηδέπω κεκαθαρμένοι, οὓς ἔτι σαρκικοὺς εἰκότως λέγει, ἐπίσης τοῖς ἐθνικοῖς, τὰ σαρκὸς ἔτι φρονοῦντας. *Carnales intelligi poſſunt, qui recenter ſunt inſtituti, adhuc catechumeni, & adhuc infantes in Chriſto.* Carnales, *qui per auditionem recenter inſtituti ſunt, nec adhuc ſunt expurgati: quos meritò adhuc carnales dicit, ut qui æquè ac Gentiles ea, quæ erant carnis, cogitabant.* Theophylactus σαρκικοὺς interpretatur ἀτελεῖς, *imperfectos,* ſcilicet in cognitione Chriſti. Aliter intellexit Theodoretus, qui ad præſentem locum, pag. 131. Σαρκικοὺς αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ὡς περὶ τὸν βίον τοῦτον ἐπτοημένους, καὶ κεχηνότας περὶ τὰ δοκοῦντα, λαμπρὰ,

καὶ

Digitized by Google

καὶ τῷ πλούτῳ, καὶ τῇ εὐγλωττίᾳ τῶν διδασκάλων προσεσχηκότας. *Carnales illos appellavit, ut qui vitam hanc mirarentur, & iis, quæ præclara videbantur, inhiarent, & ad divitias & eloquentiam ſuorum magiſtrorum attenderent.* Quæ quidem interpretatio cum illa, quæ eſt Clementis, minimè pugnat. Nam eo ipſo, quòd terrena mirarentur, & ſimplicitatem prædicationis Evangelicæ contemnerent, adhuc carnales erant, id eſt, in cognitione Chriſti ſatis rudes.

Σαρκολάτρης.

Non habent Lexica. *Qui carnem colit & adorat.* Apollinariſtæ Orthodoxos, quòd totum hominem à Chriſto aſſumtum fuiſſe crederent, & θεάνθρωπον colerent, ἀνθρωπολάτρας vocabant, ut in illa voce docemus: Nazianzenus verò Apollinariſtas, quòd ſolam ab eo carnem aſſumtam crederent, σαρκολάτρας appellat. Verba ejus ad Apollinariſtam, Orat. LI. pag. 742. hæc ſunt: Σὺ μὲν διὰ τοῦτο ἀτιμάζεις, ὦ βέλτιστε, τὸν ἐμὸν νοῦν, ὡς σαρκολάτρης, εἴπερ ἀνθρωπολάτρης ἐγὼ, ἵνα συνδήσῃς θεὸν πρὸς σάρκα, ὡς οὐκ ἄλλως δεθῆναι δυνάμενον. καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιρεῖς τὸ μεσότοιχον. *Tu quidem, optime vir, tanquam carnis cultor (ſiquidem ego hominis cultor ſum) idcirco mentem meam contemnis, ut Deum cum carne devincias, perinde atque aliter aſtringi nequeat: ob idq; intermedium parietem tollis.*

Σαρκόομαι.

Σαρκοῦσθαι ſignificat *corporari, carne indui*, & de incarnationis Chriſti myſterio peculiariter dici ſolet. Symbolum Nicænum: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ - - τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. *Credimus in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, - - qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit & incarnatus eſt, & homo factus.* Greg. Nazianz. Orat. XXXVIII. p. 613. Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ὁ λόγος παχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, καὶ ἀναφὴς ψηλαφᾶται· ὁ ἄχρονος ἄρχεται, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται. *Carnis expers incarnatur, Verbum craſſeſcit: inviſibilis cernitur: intactilis tangitur: tempore carens initium ſumit: Filius Dei filius hominis fit.* Ita etiam Atticus, Epiſcopus Conſtantinopol. in Actis Epheſinis, pag. 254. Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται. Et Chryſoſtomus: Διὰ τῆς ἀγάπης ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, καὶ ὁ ἄναρχος ἄρχεται. *Ex ſummo amore carnis expers incarnatur, & principio carens eſſe incipit.* Idem in Pſal. XLIV. Πᾶσα ἡ γῆ ἀπὸ περάτων εἰς τὰ πέρατα δοξολογεῖ καὶ ὑμνεῖ τὸν σαρκωθέντα θεόν. *Univerſa terra ab uno extremo orbis ad aliud glorificat & laudat incarnatum Deum.* Iſidorus Peluſiota epiſt. LXIX. lib. I. pag. 22. Νηστεία καὶ βίου σεμνότης Ἰωάννην τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ βαπτιστὴν ἀπετέλεσε. *Jejunium & vitæ ſeveritas Johannem incarnati Dei baptiſtam reddidit.* Idem, epiſt. CCXXIV. lib. I. p. 38. Θεοῦ πάθος οὐ λέγεται· Χριστοῦ γὰρ τὸ πάθος γέγονε· σαρκωθέντος δηλονότι θεοῦ, καὶ τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς τὸ πάθος ὑπομείναντος. *Paſſio de Deo non dicitur: Chriſtus enim paſſus eſt: incarnato nimirum Deo, & in aſſumta carne paſſionem ſuſtinente.* Apud Cyrillum Alexandr. hoc verbum peculiarem habet ſignificationem, & eſt *corpori includi, corpori addici, in corpus*, tanquam in carcerem, *compingi & intrudi.* Sic enim ille lib. I. in Joh. cap. IX. p. 81. contra eos, qui volunt animas ante corpora creari, & pœnæ loco corporibus infundi: Εἰ ἐκ πρεσβυτέρων ἁμαρτημάτων ἐσαρκώθησαν αἱ ψυχαὶ, καὶ τρόπος αὐταῖς τιμωρίας ἡ τοῦ σώματος ἐπενοήθη φύσις, πῶς ἡμᾶς ὠφέλησε καταργήσας τὸν θάνατον ὁ σωτήρ; *Si propter antiqua peccata animæ corporibus incluſæ ſunt, & ſupplicii loco illis excogitata eſt corporis natura, quomodo nobis profuit Salvator, qui mortem abolevit?* Quod hic eſt ἐσαρκώθησαν, mox, ψυχαὶ τοῖς ἀπὸ τῆς γῆς ἐνεπλάκησαν σώμασι, *terrenis corporibus immerſæ ſunt animæ.* Aliquoties eodem ſenſu ibid. hoc verbum uſurpatur. Et pag. 83. σωματοῦσθαι eandem habet ſignificationem: Εἰ ἐκ πρεσβυτέρων ἁμαρτημάτων ἐσωματώθησαν αἱ ψυχαὶ, πῶς ὁ Παῦλος ἡμῖν ἐπιστέλλει, παραστήσατε λέγων τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν; *Si propter antiqua peccata corporibus addictæ ſunt animæ, quomodo Paulus nobis ſcribit, dicens, Siſtite corpora veſtra hoſtiam vivam?* Vide, Μετενδιόομαι, Ἐνσωμάτωσις, Ἐνσωματόω, Σωματόω, Ψυχή.

Σαρκοποιέω.

Non habent Lexica. Σαρκοποιεῖσθαι de Chriſto idem eſt quod σαρκοῦσθαι, de quo proximè actum. Juſtinus M. Apolog. II. Ἡ δὲ πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα πάντων καὶ δεσπότην θεὸν, καὶ Υἱὸς, ὁ λόγος ἐστίν· ὃς τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. *Princeps autem virtus ſecundum Patrem & Dominum univerſorum Deum, & Filius, Verbum eſt: quod quomodo incarnatum homo ſit factum, deinceps dicemus.* Et Apologiâ eâdem: Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν. ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου, τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρξ κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Non enim ut communem panem, neque communem potum, iſta ſumimus; ſed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Jeſus Chriſtus ſervator noſter, & carnem & ſanguinem ſalutis noſtræ cauſſâ habuit; ad eundem modum etiam eam in qua per preces Verbi ejus ab ipſo profecti gratiæ ſunt actæ, alimoniam, unde ſanguis & caro noſtra per mutationem aluntur, incarnati illius Jeſu carnem & ſanguinem eſſe docti ſumus.*

Σαρκοφορέω.

Non habent Lexica. *Carnem geſto.* Cæſarius Dial. III. Interrog. CLIII. Λόγος σαρκοφορῶν. *Verbum carnem geſtans.*

Σαρκοφόρος.

Carnem geſtans, de Chriſto uſurpatur. Ignatius ep. ad Smyrnenſes, pag. 165. Τί γάρ ὠφελεῖ, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ τις, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον θεόν; *Quid enim mihi prodeſt, ſi quis me laudet, & Dominum meum blaſphemet, non confitens ipſum Deum eſſe carne veſtitum?* Clemens Alexandr. Strom. lib. V. pag. 562. Ἐντεῦθεν πρόσωπον εἴρηται τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς σαρκοφόρος γενόμενος ὁ λόγος ὁ τοῦ πατρῴου μηνυτὴς ἰδιώματος. *Hinc facies Patris dictus eſt Filius, carnem geſtans verbum, qui & index paternæ proprietatis.* Athanaſius de ſuſcepta natura humana, t. I. pag. 600. Αὐτός ἐστι θεὸς σαρκοφόρος, καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποι πνευματοφόροι. *Ipſe Deus eſt carnem geſtans, & nos homines Spiritu afflati.*

Σάρκωσις.

I. Notat *incarnationem* Filii Dei, deſumta appellatione ex Johan. I. 14. Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Σάρκωσις verò τῆς σαρκὸς δηλοῖ τὴν ἀνάληψιν, *carnis aſſumtionem ſignificat*, ut Theodoretus loquitur Dial. II. pag. 67. vel, ut Damaſcenus, lib. III. orthod. fidei, cap. XI. pag. 216. τὴν

Digitized by Google

πρὸς σάρκα, ἤτοι πρὸς ἄνθρωπον συνάφειαν, *cum carne, vel cum homine conjunctionem.* Uſitatiſſima hoc ſenſu vox apud ſcriptores Eccleſiaſticos; quod tamen Lexicographi non docent. Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVIII. pag. 614. Ἐφάνη θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως, - - - ἵν᾽ ὁ τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσηται· μᾶλλον δὲ ῥεύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. *Deus per nativitatem hominibus apparuit, - - - ut qui vitam dederat, idem beatam quoque vitam largiretur: vel potiùs, ut nos per vitium à beata vita prolapſos, ad eandem rurſus per incarnationem revocaret.* Iſidorus Peluſiota epiſtolâ CCXVIII. lib. I. pag. 63. Ὁ χρόνος τῆς σαρκώσεως. *Tempus incarnationis.* Et epiſt. CCCCIV. lib. ejusd. pag. 104. Παρθενευούσης τῆς φύσεως ὁ τόκος τοῦ Κυρίου γεγένηται, καὶ ἡ πρόοδος τῆς σαρκώσεως τῇ ἁγνείᾳ μείωσιν οὐκ ἐποίησε. *Virginitatem colente natura partus Domini extitit, nec Incarnationis progreſſus caſtitati quidquam detrimenti attulit.* Gregorius Thaumaturgus cap. I. de Fide, pag. 2. σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν conjungit. Baſilius Seleucienſis Orat. XXXIX. pag. 217. de Chriſto: Ἀνθρωπικὴν ἔλαβες σάρκωσιν. *Humanam aſſumſiſti carnem.* Chryſoſtomus Homil. VIII. t. V. Edit. Paris. pag. 131. Πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος. *Difficulter admodum ſermo de incarnatione admittebatur.* Ammonius Catenâ in cap. I. Joh. pag. 19. Ἡ σάρκωσις τοῦ μονογενοῦς φωταγωγεῖ τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος ἀρετῆς. *Incarnatio Unigeniti præfert hominibus facem ad veram Dei cognitionem, omneque genus virtutum.*

II. Notat *incluſionem animæ in corpore*, quemadmodum ἐνσωμάτωσις. Quidam docuerunt, animas ante corpora creatas eſſe, earumque in corpora detruſionem pœnæ loco factam. Ad hoc Cyrillus Alexandr. lib. I. in Joh. cap. IX. p. 90. Οὐκ ἄρα τιμωρίας τρόπος ἡ σάρκωσις. *Non eſt ergo ſupplicii loco incluſa corpori anima.* Et pag. 91. Οὐκ ἄρα τιμωρίας τρόπος ἡ σάρκωσις τῇ ψυχῇ. Aliquoties ibi eodem ſenſu occurrit. Confer verbum Σαρκόομαι.

Σάρξ.

I. Σὰρξ, *caro* aliquando *notat totum hominem.* Theodorus Mopsveſtenus Catenâ in cap. I. Joh. p. 31. Ἰδίωμα τῆς γραφῆς, ἀπὸ τῆς σαρκὸς τὸν ὅλον ἄνθρωπον καλεῖν. ὡς τὸ, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. Καὶ τὸ· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. *Uſitatum ſcripturæ eſt, à carne totum hominem nominare, ut in illo:* Ad te omnis caro veniet. *Et in eo:* Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem. Hoc ſenſu σὰρξ μία, id eſt, σῶμα ἓν, *corpus unum*, dicuntur eſſe vir & uxor, Matth. XIX. 5. 6. Marci X. 8. I. Corinth. VI. 16. Ephes. V. 31. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Hæc eò tantùm pertinent, ut arctiſſima conjunctio, & quidem, quæ inter duos tantùm conſiſtere poteſt, ſignificetur, prohibeaturque & polygamia & temeritas divortiorum. Et ſanè ipſe Chriſtus hoc fine allegat. Chryſoſtomus tamen, & eum ſecutus Theophylactus, nec non Theodoretus, novo quodam more ad ſobolem hoc referunt. Chryſoſtomus Homil. XII. in epiſt. ad Coloſſ. p. 157. *hanc*, inquit, *eſſe unam illam carnem, quæ duos conjuges uniat, imò ex tribus unam carnem faciat:* Οἱ τρεῖς σὰρξ γίνονται μία, τοῦ παιδὸς ἑκατέρωθεν ἑκατέρους συνάπτοντος. *Tres fiunt una caro, filio utrinque utrosque conjungente.* Utitur eleganti comparatione pontis duas urbes nectentis. ὥσπερ γὰρ, inquit, εἰ δύο πόλεων οὐσῶν, καὶ ποταμοῦ διόλου διαιροῦντος, μία γίνεται πόλις, γεφύρας ἑκατέρωθεν ἁπτομένης. οὕτως ἐστὶν ἐνταῦθα, καὶ πλέον. αὐτὴ γὰρ ἡ γέφυρα ἐκ τῆς ἑκατέρων οὐσίας. καὶ τῷ λόγῳ τούτῳ ἓν εἰσιν, ὡς τὸ σῶμα καὶ κεφαλὴ ἓν σῶμα. *Quemadmodum enim duæ civitates, quas diſpeſcit interlabens fluvius, ponte medio in unam conjunguntur, ut non ampliùs duæ ſint, ſed in unam velut coaleſcant: ita hic quoque eſt, & magis: ipſe enim pons ex utriusque eſſentia eſt: atque ea ratione unum ſunt, ut corpus & caput unum corpus.* Et paulò pòſt: Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἀκριβῶς εἶπεν, οὐκ, ἔσονται μία σὰρξ, ἀλλ᾽ εἰς σάρκα μίαν, τὴν τοῦ παιδὸς, συναπτόμενοι δηλονότι. *Propterea accuratè dixit, non,* erunt una caro, *ſed* in unam carnem, *nempe infantis conjuncti.* Vide ibidem plura, Theophylactus ad v. 31. cap. V. ad Epheſios, pag. 559. Τὸ δὲ, εἰς σάρκα μίαν, ἐκλαμβάνεται μὲν καὶ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ, ἔσονται μία σάρξ. αἰνίττεται δὲ καὶ τι ἕτερον, καὶ ὅτι ἔσονται οἱ δύο εἰς τὸ ἀποτέλεσμα μίαν σάρκα, τὸ τέκνον δηλαδή. *Hoc autem,* in carnem unam, *accipitur quidem ſimpliciter, pro,* erunt caro una. *Significat autem & aliud quiddam, & erunt duo, ut perficiant carnem unam, prolem videlicet.* Ad eundem locum Theodoretus, p. 316. Τοὺς γεγεννηκότας καταλιμπάνων ὁ γάμῳ προσομιλῶν, τῇ γυναικὶ συνάπτεται, καὶ τοσαύτη συνάφεια γίνεται, ὥστε μίαν σάρκα τοὺς δύο νομίζεσθαι. καὶ μάρτυς ὁ τοῦ γάμου καρπός· ἓν γὰρ παιδίον ἐξ ἀμφοτέρων γεννᾶται. *Qui matrimonium contrahit, parentibus relictis, uxori conjungitur, & tanta fit conjunctio, ut duo una caro exiſtimentur. Et teſtis eſt fructus matrimonii: unus enim parvulus ex ambobus naſcitur.* At hæc argutiùs, quàm veriùs: cùm ex Hebraiſmo idem valeant, εἶναι εἰς σάρκα μίαν, & εἶναι σάρκα μίαν, ſicut ἰσοδυναμοῦντα ſunt, *Eſſe alicui in Deum protectorem, & Eſſe alicui Deum protectorem*, &c. Atque hanc ipſam interpretationem agnoſcit Theophylactus in cap. XIX. Matthæi, pag. 110. quando dicit, Μία σὰρξ ἐγένοντο καὶ διὰ τὴν μίξιν, καὶ διὰ τὴν φυσικὴν στοργὴν κολλώμενοι. *Una caro facti ſunt, & propter coitum, & propter naturalem amorem cohærentes.* Et in cap. X. Marci, pag. 243. ad illa v. 8. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ἡ τοῦ θεοῦ βουλὴ συγκολλᾷ ἀλλήλοις τοὺς συζύγους, καὶ ἓν ποιεῖ. *Dei conſilium conjuges inter ſe conjungit, & unum facit.* De hac autem prima hujus vocis ſignificatione conſulatur Philologiæ ſacræ Vorſtii cap. IV.

II. Σὰρξ, non quidem *totum hominem*, ſed *totam* tamen *craſſam partem* ſignificat: non eam corporis partem, inquam, quam carnem dicimus, ſed *totum corpus, carnem cum oſſibus atque aliis.* Vide Sebaſt. Pſochenium ſect. LVI. Ita ad Coloſſ. II. 5. Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι. *Nam etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum.* Hic σὰρξ notat σῶμα, ut ex collatione loci I. Corinth. V. v. 3. obſervat Theodoretus, ubi, ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. Eodem modo ad Epheſ. V. 29. verſiculo 28. maritos hortatur, ut uxores ſuas diligant, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. Deinde ex abſurdo colligit hoc modo: nemo τὴν αὐτοῦ σάρκα, proprium corpus odiſſe: quare nec uxorem ſuam odiſſe poſſe quenquam, utpote quæ ſit ut τοῦ ἀνδρὸς σῶμα ἡ σάρξ. Vide etiam Philipp. I. v. 22. 24. I. Corinth. VII. 28.

III. Uſitatiſſimè σὰρξ ſignificat *iſtam hominis proclivitatem ad malas tum actiones, tum omiſſiones, quæ ſanctitati & juſtitiæ primævæ ſucceſſit, quamque* peccatum originale *dicere ſolemus.* Chryſoſtomus Homil. XXII. in Geneſin: Ἔθος ἀεὶ τῇ θείᾳ γραφῇ σάρκα τοὺς σαρκικοὺς καλεῖν, ὥσπερ τοὺς ἐναρέτους ἀσάρκους ὀνομάζειν. *Mos ſcripturæ perpetuus eſt, carnem vocare homines carnales, quemadmodum virtute præditos carnis expertes nominare.* Hoc tamen non eſſe perpetuum, vel ex iis, quæ hactenus ſunt allata patet. Clemens Alexandr. Stromat. lib. IV. p. 498. reſpiciens ad Gal. V. 19. Σάρκα, τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἴρηκε. *Carnem, peccatores dixit.* Methodius

Digitized by Google

thodius in Bibliotheca Photii, Codice CCXXXIV. p. 921. ad hanc ſignificationem refert illa Apoſtoli I. Corinth. XV. 50. Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. *Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt.* Sic enim ille: Οὐ τὴν σάρκα αὐτὴν ἐδήλωσεν, ἀλλὰ τὴν ἄλογον πρὸς τὰς μαχλώσας τῆς ψυχῆς ὁρμὴν ἡδονὰς, &c. *Non ipſam carnem indicavit, ſed irrationalem impetum animæ ad laſcivas voluptates,* &c. Et Epiphanius hæreſi XLII. pag. 155. dicit Apoſtolum loqui περὶ σαρκικῶν ἀνθρώπων τῶν τὰ φαῦλα διὰ τῆς σαρκὸς πραττόντων, ἅτινά ἐστι πορνεία, εἰδωλολατρεία, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, *de hominibus carnalibus, qui improba per carnem operantur, cujuſmodi ſunt ſcortatio, idololatria, & his ſimilia.* Et hæreſi LXVI. pag. 302. Οὐ δύναται πορνεία κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, οὐδὲ ἀσέλγεια, οὐδὲ εἰδωλολατρεία· τουτέστι, σὰρξ καὶ αἷμα. *Non poteſt ſcortatio poſſidere regnum cælorum, neque laſcivia, neque idololatria: id eſt caro & ſanguis.* Malè: hoc enim loco *caro & ſanguis* ſumuntur pro corpore animali, quod nonniſi depoſita corruptione incorruptionem conſequetur. Rectè ergo Theodoretus ad hunc locum, pag. 206. Σάρκα καὶ αἷμα τὴν θνητὴν φύσιν καλεῖ· ἀδύνατον δὲ ταύτην ἔτι θνητὴν οὖσαν τῆς ἐπουρανίου βασιλείας τυχεῖν. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἄφθαρτος γενομένη, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαύσει. Carnem & ſanguinem *mortalem naturam appellat. Fieri autem non poteſt, ut, dum adhuc eſt mortalis, regnum cæleſte aſſequatur. Hoc enim ſubjunxit,* Neque corruptio incorruptionem poſſidebit. *Sed clarum eſt, quod, cùm à corruptione libera fuerit effecta, promiſſis bonis fruetur.* Ita etiam Theophylactus, pag. 311. Οὐ σῶμα τοιοῦτον ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος συνεστὸς, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀπολαύσει τῆς βασιλείας. — Οὐδὲ ἡ φθορὰ, τουτέστι, τὸ φθαρτὸν σῶμα, κληρονομήσει τὰ ἄφθαρτα· ὥστε ἀνάγκη πνευματικὸν ἡμῶν ἔσεσθαι τὸ σῶμα καὶ ἄφθαρτον. *Non corruptibile hujuſmodi corpus, ex carne & ſanguine conſtans, in futuro ſeculo fruetur regno.* — Neque corruptio, *id eſt, corruptibile corpus, incorruptibilem hæreditatem adibit. Neceſſe eſt igitur ſpirituale fore corpus noſtrum & incorruptibile.* Atque ad hanc ſignificationem ſequentes maximè pertinent ſcripturæ ſacræ phraſes & ῥήσεις.

1. Κατὰ σάρκα περιπατεῖν, *ſecundùm carnem ambulare.* Vide in Περιπατέω.

2. Κατὰ σάρκα ζῇν, *ſecundùm carnem vivere*, Roman. VIII. v. 12. 13. quod Chryſoſtomus, Hom. LII. in Johan. exponit per φαύλως ζῇν, *improbè vivere.* Theodoretus ad hunc locum, p. 63. per τοῖς τῆς σαρκὸς ἕπεσθαι πάθεσι, *carnis affectiones ſequi.* Theophylactus pag. 77. Κατὰ σάρκα ζῇ, ὁ ποιῶν τὴν σάρκα κυρίαν τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ δέσποιναν τῆς ψυχῆς. *Secundùm carnem vivit, qui carnem dominam vitæ noſtræ, reginamque animæ facit.* Oecumenius, pag. 310. exponit per σαρκικῶς καὶ γηΐνως ζῇν, *carnalem & terrenam vivere vitam.*

3. Ἐν σαρκὶ εἶναι, *in carne eſſe*, Rom. VIII. 8. 9. hoc eſt, interprete Theophylacto, σαρκικὸν φρόνημα ἔχειν, *carnalem habere affectum.* Eodem modo Cyrillus Alex. lib. XIV. de Adorat. pag. 496. Theodoretus intelligit τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, *affectum carnis.*

4. Κατὰ σάρκα εἶναι, *ſecundùm carnem eſſe*, Rom. VIII. 5. Hoc eſt, juxta Theodoretum in hunc locum, τῇ σαρκὶ δουλεύειν, τουτέστι, τοῖς τοῦ σώματος πάθεσι, *carni ſervire, hoc eſt, corporis affectionibus.* Theophylact. Οἱ κατὰ σάρκα ὄντες· Οἱ ἐκδεδωκότες ἑαυτοὺς τῇ τῆς σαρκὸς ἀμέτρῳ δουλείᾳ, τὰ τῆς σαρκὸς ἀεὶ φρονοῦσι, μηδὲν θεῖον περινοοῦντες. *Qui ſecundùm carnem ſunt: qui ſeſe dedunt immoderatæ carnis ſervituti, quæ carnis ſunt ſemper cogitant, nihil divini conſiderantes.* Apud Oecumenium, pag. 308. Οἱ ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ἐκδεδωκότες ἑαυτοὺς, ταύτας δὴ καὶ ἐν σπουδῇ ἔχουσι. *Qui ſeſe totos concupiſcentiis carnalibus dedunt, easque deperiunt.*

5. Κατὰ σάρκα βουλεύεσθαι, *ſecundùm carnem cogitare*, II. Corinth. I. 17. is dicitur ὁ ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἑπόμενος, *qui carnis cupiditates ſequitur: qui* ὑπὸ τῶν οἰκείων σύρεται λογισμῶν, κἂν λίαν τὸ ἄτοπον ἔχωσιν, *à propriis cogitationibus trahitur, etſi ſint valde abſurda:* ita Theodoretus ad hunc locum, pag. 215. Theophylactus exponit, ἀνθρωπίνως βουλεύεσθαι, καὶ οἰκείᾳ γνώμῃ διοικεῖσθαι, *humano more deliberare, & propria voluntate gubernari.* Oecumenius, pag. 507. Αὐτεξουσίως, αὐτοδεσπότως, αὐτοκελεύστως βουλεύεσθαι, *pro ſuo arbitrio, propria auctoritate, proprio motu deliberare.*

6. Φρόνημα τῆς σαρκὸς, *prudentia carnis.* Roman. VIII. 6. 7. ſunt τὰ τῶν παθημάτων σκιρτήματα, *perturbationum inſultus:* ἡ τῶν παθῶν δυναστεία, *perturbationum dominatus;* ut explicat Theodoretus. Theophylactus ad hunc locum, pag. 74. Φρόνημα σαρκὸς, τὴν παχυτέραν διάνοιαν ὀνομάζει, ἀπὸ τοῦ χείρονος αὐτὴν καλέσας. οὐ γὰρ δὴ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ σὰρξ ἴδιον ἔχει φρόνημα, ἀλλ᾽ ἡ παχεῖα καὶ ὑλικὴ διάνοια, φρόνημά ἐστι σαρκὸς, ὡς ἄν τις εἴποι, τὰ σαρκικὰ φρονήσας. *Prudentiam carnis, craſſiorem mentem nominat, à pejori ei nomen indens. Enimverò ipſa per ſeipſam caro proprium affectum non habet, ſed pinguis & craſſa cogitatio eſt affectus ſeu prudentia carnis, quaſi quis dicat, mens carnalia ſpirans.* Ita Hebraiſmus fuerit pro φρόνημα σαρκικόν. Chryſoſtomus Homil. XIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 106. Φρόνημα σαρκὸς ἐνταῦθά φησι τὸν γεώδη λογισμὸν, τὸν παχὺν, τὸν πρὸς τὰ βιωτικὰ καὶ τὰς πονηρὰς πράξεις ἐπτοημένον. *Carnis prudentiam hoc loco appellat terreſtrem cogitationem, craſſam, ſecularibus rebus malisque actionibus intentam atque affixam.* Oecumenius, pag. 308. in hanc Epiſtolam: Φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἡ γεώδης τῆς διανοίας ὁρμὴ, καὶ ἡ εἰς τὰς ἀτόπους πράξεις ῥοπή. *Prudentia carnis, eſt terrenus mentis impetus, & ad abſurdas actiones inclinatio ſeu proclivitas.* Ibidem ex Methodio: Φρόνημα τῆς σαρκὸς οὐχ ἡ σὰρξ, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἀκρασίαν αὐτῆς ὅρμημα. *Prudentia carnis, non caro, ſed ejus ad intemperantiam impetus.* Vel, ut Epiphanius ex eodem Methodio, hæreſi LXIV. pag. 250. Ὁ ἀπόστολος οὐ τὴν σάρκα μὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ ἀγαθῷ ἔφη, ἀλλὰ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, οἷον τὴν ὁρμὴν αὐτῆς, αὐτὴν τὴν πρὸς τὸ ἄδικον ἐκκαυσιν. *Apoſtolus non dixit, carnem bono non ſubjici, ſed prudentiam carnis, velut impetum ipſius, ipſum ardorem & fervorem ad injuſta.*

7. Ἐπιθυμία σαρκὸς, *deſiderium, concupiſcentia carnis*, Gal. V. 16. Epheſ. II. 3. II. Petri II. 18. Theodoretus in epiſt. ad Galatas, pag. 285. Σάρκα λέγει τὴν ἐπὶ τὰ χείρω τῆς γνώμης ῥοπήν. Carnem *dicit, animi ad deteriora propenſionem.* Ibidem, σαρκὸς ἐπιθυμίαι ſunt τὰ τῆς σαρκὸς παθήματα, *carnis affectiones.* Chryſoſtomus ad hunc locum: Σάρκα ἐνταῦθα οὐ τὸ σῶμα καλεῖ, οὐ τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ἀλλὰ τὴν πονηρὰν προαίρεσιν· τὸν λογισμὸν τὸν γεώδη καὶ ῥᾴθυμον, καὶ ἠμελημένον. *Carnem hoc loco non vocat corpus, non corporis naturam, ſed malam voluntatem: cogitationem terreſtrem, eamque ſocordem & negligentem.* Eadem habet Theophylactus, pag. 484. Idem ad Epheſ. II. pag. 512. Ἐπιθυμίας σαρκὸς, τὰς τοῦ σαρκικοῦ φρονήματός φησι. *Concupiſcentias carnis eas, quæ ex carnali ſunt affectu, dicit.*

8. Τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, *opera carnis.* Vide in voce Ἔργον, num. II. 3.

IV. Σὰρξ aliquando denotat *commoda, opes, bona caduca,* &c. Huc pertinet illud II. Corinth. XI. v. 18. κατὰ σάρκα καυχᾶσθαι, *ſecundùm carnem gloriari,* id eſt, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἀπὸ εὐγενείας, ἀπὸ πλούτου, ἀπὸ σοφίας, ἀπὸ τοῦ περιτομὴν ἔχειν καὶ προγόνους Ἑβραίους, ἀπὸ τοῦ τῶν πολλῶν δόξης, *ab externis rebus, à nobilitate, ab opibus, à ſapientia, à cir-*

à circumciſione, à majoribus Hebræis, ab ea, quæ apud pleroſq; floret exiſtimatione: ita Chryſoſtomus ad hunc locum, Homil. XXIV. in II. ad Corinthios, p. 675. Ita etiam, pro more, Theophylactus, p. 412. Theodoretus, pag. 253. Κατὰ σάρκα ἐνταῦθα τὰ ἐκτὸς ὠνόμασε, πλοῦτον, εὐγένειαν, εὐγλωττίαν. Secundum carnem *hoc loco nominavit externa, divitias, nobilitatem, eloquentiam.* Ita Joh. VIII. 15. κατὰ τὴν σάρκα κρίνειν, *ſecundum carnem judicare:* de quo in verbo Κρίνω, num. I. 1.

Σαῤῥακηνοί.

De Saracenis ita Sozomenus lib. VI. cap. XXXVIII. pag. 91. Τοῦτο τὸ φῦλον ἀπ' Ἰσμαὴλ τοῦ Ἀβραὰμ παιδὸς τὴν ἀρχὴν λαβὸν, καὶ τὴν προσηγορίαν εἶχε, καὶ Ἰσμαηλίτας αὐτοὺς οἱ ἀρχαῖοι ἀπὸ τοῦ προπάτορος ὠνόμαζον· ἀποτριβόμενοι δὲ τοῦ νόθου τὸν ἔλεγχον, καὶ τῆς Ἄγαρ μητρὸς τὴν δυσγένειαν, δούλη γὰρ ἦν, Σαῤῥακηνοὺς σφᾶς ὠνόμασαν, ὡς ἀπὸ Σάῤῥας τῆς Ἀβραὰμ γαμετῆς καταγομένους. *Hæc gens ab Iſmaële, Abrahami filio, orta, ab eo etiam nomen obtinuit, eoſq; veteres à progenitore Iſmaëlitas vocaverunt. A' ſeſe autem amoliri volentes ſpurii reprehenſionem, & matris Agar ignobilitatem, erat enim ancilla, ſe ipſos Saracenos nominârunt, quaſi eſſent oriundi à Sara Abrahami uxore.* Eodem modo Cedrenus, pag. 23. Ἐκ τοῦ Ἰσμαὴλ, Ἰσμαηλῖται οἱ Σαρακηνοὶ ὀνομάζονται. Σαρακηνοὺς δὲ ἑαυτοὺς μετωνόμασαν, ἀπαξιοῦντες καλεῖσθαι δουλικῶς Ἀγαρηνοί. *Ab Iſmaële Iſmaëlitæ dicuntur, iidemq; Saraceni. Hoc autem nomen ſibi ſumſerunt, cùm ab ancilla Agareni appellari indignarentur.* Multa hic falſa ſunt. Falſum eſt, eos *à Sara* potiùs, quàm *ab Agar*, quam maximo habent loco, denominari voluiſſe. Falſum eos *à Sara* dictos *Saracenos*. Geneſ. XXXVII. ubi in Hebræo ישמעאלים, Onkelos vertit סרקאי, Σαρακηνοὶ, Σαρακαῖοι. Stephanus ait Σάρακα eſſe regionem finitimam Nabatæis, à qua τοὺς Σαρακανοὺς dictos putat. At certum eſt νομάδας Ἄραβας ita appellatos fuiſſe ab Arabico סרק, quod ſignificat *furatus eſt, rapuit, ſurripuit, expilavit.* Vide Scaligeri Animadverſiones in Chron. Euſebii, ad an. LXXXVIII. p. 17. b. Fullerum miſcell. ſacr. lib. II. cap. XII. Lexicon Buxtorfii, pag. 1558. Martinii Lexicon: Theſ. Philolog. Hotting. lib. I. c. I. Sect. IX. num. IV.

Σατανᾶς.

I. *Explicatio vocis.* Satis notum eſt, vocem eſſe Hebream שטן, & notare *adverſarium, inimicum.* Origenes lib. VI. contra Celſum, p. 306. Ὁ δ' Ἑβραίων διαλέκτῳ Σατᾶν, καὶ ἑλληνικώτερον ὑπό τινων ὀνομασθεὶς Σατανᾶς, μεταλαμβανόμενος εἰς Ἑλλάδα φωνὴν, ἐστὶν ἀντικείμενος. *Cæterùm* Satan, *Hebræâ linguâ dictus, & à quibusdam formâ magis Græcanicâ nominatus* Satanas, *ſignificat adverſarium.* Theophylactus in cap. XII. Matthæi, Σατᾶν λέγεται ὁ ἀντικείμενος. *Satan dicitur adverſarius.* Eodem modo in cap. XVI. Matth. & in cap. VIII. Marci. Chryſoſtomus apud Oecumenium in II. Corinth. XII. Σατᾶν ὁ ἀντικείμενος λέγεται τῇ Ἑβραίων φωνῇ. *Satan in lingua Hebræa vocatur adverſarius.* Etiam ἀποστάτην interpretantur veteres. Suidas: Σατανᾶς κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶσσαν, ὁ ἀποστάτης λέγεται. *Satanas Hebræorum linguâ dicitur apoſtata*, Dei deſertor. Theodoretus quæſt. XLV. in lib. II. Regum, pag. 293. Σατᾶν τὸν ἀντικείμενον, ἢ ἀποστάτην, ἡ Ἑβραίων γλῶσσα καλεῖ. *Satan vocat lingua Hebræa adverſarium, aut apoſtatam.* Fallitur Juſtinus M. quando in Dialogo cum Tryphone vult vocem Σατανᾶς compoſitam eſſe. Verba ejus, p. 103. ſunt: Ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ Σατανᾶς προσηγόρευται, ὄνομα ἀπὸ τῆς πράξεως ἧς ἔπραξε σύνθετον κτησάμενον αὐτὸν μηνύων. Τὸ γὰρ Σατὰ τῇ Ἰουδαίων καὶ Σύρων φωνῇ, ἀποστάτης ἐστί· τὸ δὲ (νὰς) ὄνομα, ἐξ οὗ ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη, ταυτόν ἐστι κατὰ τῇ Ἑβραίων ἑρμηνευθείσῃ φωνῇ· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων, ἓν ὄνομα γίνεται Σατανᾶς. *A' Jeſu* Satanas *appellatur, nomen cum rebus ipſis, quas egit, congruens, indeq; compoſitum, obtinere indicante. Nam* ſata, *Judæorum & Syrorum linguâ, apoſtata ſeu deſertor eſt: nomen autem* nas, *unde interpretatione etiam ſerpens vocatur, idem eſt quod* ſata, *Hebræorum expoſitum ſermone. Ex quibus utrûq; unum compoſitum fit nomen, ſatanas.* En quæ monſtra linguæ Hebrææ pariat ignorantia. שטן ſignificat *apoſtatam*; & נָחָשׁ *ſerpentem*, non נַשׁ. Dicitur ergo juxta Hebræorum idioma Σατᾶν, & ἑλληνικώτερον, monente ſuprà Origine, Σατανᾶς.

II. *Hujus vocis acceptiones.*

1. *Satanæ nomen κατ' ἐξοχὴν tribuitur diabolo*, ſeu principi malorum Angelorum. Theodoretus Θεραπευτ. ſerm. III. Τὸν τῶν δαιμόνων ἄρχοντα Σατανᾶν τὰ θεῖα προσαγορεύει λόγια· δηλοῖ δὲ τοὔνομα τὸν ἀποστάτην κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνήν. *Dæmonum principem divina eloquia* Satanam *appellant: denotat verò hoc nomen apoſtatam Hebræorum linguâ.* Ita autem vocatur, quia bono adverſatur. Baſilius M. orat. quòd Deus non ſit autor mali, pag. 433. Σατανᾶς προσηγόρευται, διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ. *Satanas cognominatur, quòd bono adverſetur.* Dionyſius Alexandr. Cat. in cap. II. Jobi, pag. 23. Προσηγόρευται Σατανᾶς, διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ· ὁ γὰρ Σατανᾶς τὸν ἀντικείμενον δηλοῖ. *Satanas vocatur, quia bono adverſatur: Satanas enim adverſarium ſignificat.* Cæſarius Dial. I. Interrogat. XLIV. Σατὰν dicitur, ἐκ τοῦ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἀντικεῖσθαι, *quòd Deo & hominibus adverſetur.* Commodè hic examinatur locutio Apoſtoli I. Timoth. I. 20. de Hymenæo & Alexandro, Οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. *Quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare.* Ita etiam I. Corinth. V. 5. in his locis *tradi ſatanæ*, eſt ei mancipari per excommunicationem, ſeu per excluſionem à cœtu fidelium, & communione Eccleſiæ, extra quam ſatan regnat. Atque ita veteres magno conſenſu. Theodoretus in I. Corinth. V. p. 141. docet intelligi ἀφοριζόμενον, καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος χωριζόμενον, ᾧ ἐπιὼν ὁ διάβολος ἔρημον εὑρίσκων τῆς χάριτος, *ſegregatum, & ab Eccleſiaſtico corpore ſeparatum, quem invadat Diabolus, illum gratiâ deſtitutum inveniens.* Idem in I. Timoth. I. pag. 469. Τῷ διαβόλῳ, οὐχ ὡς ἀγαθῷ διδασκάλῳ παρέδωκε τούτους, ἀλλ' ὡς δημίῳ πικρῷ· τούτου χάριν οὐκ εἶπεν, ἵνα παιδεύσῃ αὐτοὺς μὴ βλασφημεῖν, ἀλλ' ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν· τοῦ γὰρ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος χωρισθέντες, καὶ τῆς θείας χάριτος γυμνωθέντες, πικρὰς παρὰ τοῦ δυσμενοῦς ἐδέχοντο μάστιγας, καὶ νόσοις καὶ παθήμασι χαλεποῖς περιπίπτοντες, καὶ ζημίαις καὶ συμφοραῖς ἑτέραις· ταῦτα γὰρ ἐκεῖνος φίλον τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγειν. *Hos tradidit diabolo, non ut bonorum magiſtro, ſed ut ſævo carnifici: & ideo non dixit*, ut eos doceat non blaſphemare, *ſed*, ut diſcant non blaſphemare. *Ab Eccleſiaſtico enim corpore ſeparati, & divinâ gratiâ nudati, crudeliter ab adverſario flagellabantur, incidentes in morbos & difficiles affectiones, & in alias ærumnas atq; calamitates. Hæc enim conſuevit inferre hominibus.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 753. Πῶς δὲ παρεδίδοτο τῷ Σατανᾷ; Ἐξεβάλλετο τῆς ἐκκλησίας, ἀπεῤῥίπτετο τῆς ἀγέλης, καὶ παρεδίδοτο γυμνὸς τῷ λύκῳ. *Quomodo verò tradebatur Satanæ? Ejiciebatur ex Eccleſia, abjiciebatur à grege, tradebaturq; nudus lupo.* Et Oecumenius, pag. 745. Παράδοσιν τῷ Σατανᾷ διὰ ἀφορισμοῦ τῆς κοινωνίας γίνεσθαι, *traditionem Satanæ fieri per ſeparationem à communione*, dicit. Balſamon ad Can. VII. Baſilii, pag. 938. Ἐκεῖνοι λέγονται παραδοθῆναι τῷ Σατανᾷ, οἱ χωριζόμενοι ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν. *Illi dicuntur traditi eſſe Satanæ, qui à communione fidelium ſegregantur,*

Digitized by Google

tur. Errant igitur, qui putant hac phraſi non denotari excommunicationem, ſed pœnas corporales, adeoque cruciatus in corpore à ſatana infligendos: vel etiam, quod longè abſurdiſſimum eſt, fanaticos. De talibus Zonaras ad dictum Canonem Baſilii, pag. 61. Τινὲς δαίμονι κάτοχον γενέσθαι τὸν πορνεύσαντα λέγουσι· τινὲς δὲ, νόσου μάστιγι ἐκδοθῆναι. *Quidam dicunt ſcortatorem factum eſſe fanaticum, ſeu à dæmone correptum: alii verò, morbi flagello expoſitum fuiſſe.* At Zonaras dicit, ex epiſtola ad Corinthios patere, ὅτι τὸ παραδοθῆναι τῷ σατανᾷ, τὸ ἀφορισθῆναί ἐστι, καὶ τῆς τῶν πιστῶν μερίδος ἐκκηρυχθῆναι, *Satanæ tradi, eſſe ſeparari, & à fidelium portione abdicari.* Hanc verò ſententiam ſuam ita probat. I. Corinth. V. 2. dicit Apoſtolus, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας, *ut è medio veſtri tollatur, qui hoc opus fecit.* Τὸ δὲ, ἐξαρθῇ ἐξ ὑμῶν, τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὅτι, ἵνα ἐκκοπῇ, καὶ ἀλλοτριωθῇ ἀφ' ὑμῶν; ἐκκόπτεται δὲ ὁ ἀφορισθεὶς, καὶ μὴ τῇ τῶν πιστῶν συνενούμενος μοίρᾳ. *Illud verò,* ut è medio veſtri tollatur, *quid aliud eſt, niſi ut exſcindatur, & à vobis alienetur? Exſcinditur autem, qui excommunicatus eſt, nec fidelibus unitur.* Vide ibidem plura.

2. Tribuitur iis, *qui adverſantur divinæ voluntati,*

a. *ſive incogitantiâ,* ut Petrus Matth. XVI. v. 23. Marci VIII. 33. qui noluit Chriſtum pati, ſed rejectus à Chriſto his verbis: Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. *Abſcede à me ſatana.* Ad quæ Chryſoſtomus Homil. LIV. in Matth. pag. 346. Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. Οὐκ εἶπεν, ὁ σατανᾶς ἐφθέγξατο διὰ σοῦ, ἀλλ' ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. Καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἦν τοῦ ἀντικειμένου τὸ μὴ παθεῖν τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἐπετίμησεν αὐτῷ, ἐπειδὰν ἤδει μάλιστα καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους τοῦτο φοβουμένους καὶ οὐκ εὐκόλως αὐτὸ δεξαμένους. Abſcede à me ſatana. *Non dixit,* Satanas per te locutus eſt, *ſed,* Abſcede à me ſatana. *Deſiderabat enim ille adverſarius, ne Chriſtus pateretur: propterea tanta cum vehementia increpuit eum, quia ſciebat tam ipſum, quàm cæteros valde id metuere, nec facilè admittere.* Poſtea de Petro ſubjicit: Ἐκεῖνος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ καὶ γηΐνῳ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζων, ἐνόμισεν αἰσχρὸν εἶναι τοῦτο αὐτῷ καὶ ἀπρεπές. Καθαπτόμενος τοίνυν αὐτοῦ, φησὶν, οὐ τὸ ἐμὲ παθεῖν ἀπρεπές· ἀλλὰ σὺ σαρκικῇ γνώμῃ ταῦτα ψηφίζῃ. *Nam ille cùm humanis terrenisq; rationibus rem penſaret, exiſtimabat id ei turpe ac indecorum eſſe. Carpens igitur ipſum, ait, nequaquam me paſſio dedecet, ſed tu carnali conſilio ita judicas.* Theophylactus in cap. VIII. Marci, pag. 232. Ὁ Κύριος δεικνύων ὅτι ἐπὶ σωτηρίᾳ τὸ αὐτοῦ πάθος γενήσεται, καὶ ὅτι ὁ σατανᾶς μόνος οὐ θέλει αὐτὸν παθεῖν, ἵνα μὴ σώσῃ τοὺς ἀνθρώπους, σατανᾶν ὀνομάζει τὸν Πέτρον, ὡς τὰ τοῦ σατανᾶ φρονοῦντα, καὶ μὴ θέλοντα αὐτὸν παθεῖν, ἀλλ' ἀντικείμενον αὐτῷ. *Dominus monſtrans ad ſalutem pertinere paſſionem ſuam, & ſolum Satanam nolle eum pati, ne ſalventur homines: Satanam nominat Petrum, tanquam idem cum ſatana ſentientem, nolentemq; ſe pati, ſed magis ſe ei opponentem.* Vide etiam Origenem in Matthæum, pag. 285. ubi tamen illa, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, ita vult intelligi, quaſi Chriſtus iis juſſerit Petrum ſe ſequi. At verba ſunt increpantis, æquè atque illa Lucæ IV. v. 8. Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, ad ipſum ſatanam. Tale illud Plautinum, *Abin' è conſpectu meo.* Egregia quoque habet Baſilius Seleucienſis, Orat. XXXI. pag. 168. 169. quæ nimis longum eſſet huc referre.

b. *ſive malitiâ.* De talibus Origen. lib. VI. contra Celſum, pag. 306. Πᾶς ὁ τὴν κακίαν ἑλόμενος, καὶ τὸν κατ' αὐτὴν βίον, ὡς τὰ ἐναντία πράττων τῇ ἀρετῇ, σατανᾶς ἐστι, τουτέστιν, ἀντικείμενος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ὄντι δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ σοφίᾳ. *Omnis qui in vita ſectatur malitiam, ut contrarius virtuti, ſatanas eſt, hoc eſt, adverſarius filii Dei, qui eſt juſtitia, veritas, & ſapientia.* Huc referri poteſt illud II. Cor. XII. 7. Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ. De eo autem partim actum in Κολαφίζω, partim agetur in voce Σκόλοψ, ubi vide.

Σέβας.
Σέβασμα.

Heſychius: Σέβας, τιμὴ, θαῦμα, θάμβος, ἔκπληξις, αἰδώς. *Honor, admiratio, ſtupor ob admirationem, reverentia.* Eodem ferè modo Suidas. Eſt *veneratio, adoratio, cultus divinus.* Apud Juſtinum M. in expoſit. Fidei, ſtatim poſt initium: Οὐ κατ' ὀρθὴν ἔννοιαν τῷ Θεῷ προσάγειν τὸ σέβας. *Non ſecundum rectam notionem Deo cultum præſtare.* Theodoretus Θεραπευτ. ſerm. III. Edit. Comel. pag. 38. de Gentilibus: Εἰς πολλὰ τὸ θεῖον κατεμέρισαν σέβας. *In multa numina Deum unum partiti ſunt.* Ibid. ſerm. II. p. 29. dicit, Deum primo Decalogi præcepto jubere Judæos μὴ μερίσαι τὸ σέβας, ἀλλὰ τῷ ὄντι μόνον προσνεῖμαι, *ne debitum Deo cultum cuiquam impertiantur, ſed uni Deo tribuant.* Et mox: Μόνῳ τὸ σέβας τῷ τῶν ἁπάντων προσφέρειν δημιουργῷ. *Soli Deo rerum omnium conditori cultum exhibere.* Ita frequenter in iiſdem ſermonibus. Apollinarius in Catena ad v. 12. cap. XIV. Johan. pag. 361. Οὐ πίστει τῇ εἰς πατέρα τὰ θαυμάσια Χριστὸς ἐργάζεται, πίστει δὲ τῇ εἰς Υἱὸν ἐπιτελοῦσιν ἀπόστολοι τὰ Υἱοῦ, τὰ διὰ τούτων πραττόμενα. Διὸ καὶ σέβας μὲν τῷ Υἱῷ προσάγεται, σέβας δὲ οὐδαμόθεν ἀποστόλοις ὀφείλεται, οὐδὲ ἂν μείζονα τοῦ Κυρίου ποιήσωσι. *Non fide in Patrem miracula Chriſtus operatur, ſed Apoſtoli ſic ea quæ Filii ſunt, per Fidem in Filium perficiunt, quæ per illos fiunt. Quocirca etiam cultus divinus Filio quidem exhibetur, cultus vero Apoſtolis nequaquam debetur, ne quidem ſi majora Domino patrarent.* Eſt verò σέβας etiam *admiratio, ſtupor, reverentia:* Homerus Il. ς. v. 178. - - Σέβας δέ σε θυμὸν ἱκέσθω. *Reverentia autem tuum animum tangat.* Hic vetus ſcholiaſtes: Σέβας· αἰδοῦς καὶ σεβάσματος ἄξιον. *Reverentia & veneratione dignum.* Idem, Odyſſ. γ'. v. 123. - - Σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα. *Admiratio me tenet aſpicientem.* Scholiaſtes: Σέβας· ἔκπληξις. Eadem occurrunt Odyſſ. δ'. v. 75. 142. ζ. v. 161. θ'. v. 384. Σέβασμα eſt *quicquid religioſè colitur.* Atque ita accipi debet Actor. XVII. 23. ubi Paulus ad Athenienſes: Ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν. *Videns ſimulacra veſtra:* ita Vulgatus, ſed nimis anguſtè: melius Beza, *ſacra veſtra.* Eodem modo Piſcator. Theophylacti interpres, *Numina quæ colitis:* quod minimè diſplicet. Nam σέβασμα II. Theſſal. II. 4. eſt *numen*, etiam ex Bezæ & Piſcatoris interpretatione: ubi Theophylactus σεβάσματα exponit εἴδωλα, *idola.* Scriptor Sapientiæ XIV. 20. Τὸ δὲ πλῆθος ἐφελκόμενον διὰ τὸ εὔχαρι τῆς ἐργασίας, τὸν πρὸ ὀλίγου τιμηθέντα ἄνθρωπον νῦν σέβασμα ἐλογίσαντο. *Multitudo verò attracta optimâ operis gratiâ, eum, qui paulò antè honoratus fuerat homo, nunc numen æſtimaverunt.* Ad quæ efficta videntur Minutii in Octavio iſta: *Dum Reges ſuos colunt religioſè, dum defunctos eos credunt in imaginibus vivere, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere, ſacra facta ſunt* (id eſt, σεβάσματα) *quæ fuerant aſſumta ſolatia.* Theodoretus θεραπευτ. ſerm. II. ſub finem: Τοῦτο μεμαθηκότες, οὐκέτι τὸ θεῖον εἰς πολλὰ μερίσετε σεβάσματα· ἀλλὰ τὸν ἀεὶ ὄντα, καὶ ἀληθῶς ὄντα, καὶ τοῖς οὖσι τὸ εἶναι διὰ μόνην ἀγαθότητα δωρησάμενον, προσκυνήσετε. *Hoc perdocti, Deum in multa numina non ampliùs dividetis; ſed Deum adorabitis, qui ſemper eſt veréque exiſtit, quiq; ex ſola bonitate cunctis rebus quæ ſunt, ipſum dedit eſſe quo ſunt.* Rurſus in libro Sapientiæ

cap. XV. 17. Θνητὸς δὲ ὢν νεκρὸν ἐργάζεται χερσὶν ἀνόμοις. κρείττων γάρ ἐστι τῶν σεβασμάτων αὐτοῦ, ὧν αὐτὸς μὲν ἔζησεν, ἐκεῖνα δὲ οὐδέποτε. *Mortalis autem exiſtens, mortuum efficit manibus iniquis: melior enim eſt numinibus ſuis, quorum ipſe quidem vivit, illa autem nunquam.* Item de Dracone, v. 27. dicit Daniel: Ἴδετε τὰ σεβάσματα ὑμῶν. *Videte numina veſtra.* Clemens Alexandrin. Strom. lib. VII. pag. 700. dicit ſolum verum Deum σεβάσματι καὶ σιγῇ μετὰ ἐκπλήξεως ἁγίας σέβασθαι, *cultu & ſilentio cum admiratione ſancta colendum.* Hic σέβασμα idem quod σεβασμός. Apud eundem in Admonit. ad Gentes, pag. 31. Ὃν δὴ κατ᾽ ἐξοχὴν πρὸς πάντων σεβασμοῦ κατηξιωμένον ἀκούομεν. *Quem* (Serapim Ægyptium) *per excellentiam audimus cultu & veneratione dignum ab omnibus eſſe habitum.*

Σέδετον.

Σέδετον eſt *Foſſatum.* Suidas: Σέδετον, τὸ φοσσάτον. Scribendum φοσσάτον, de quo ſuo loco. Theophilus de Teſtam. Milit. Ἐν ἑτέροις διατρίβουσι τόποις, ἢ ἐν τοῖς λεγομένοις αὐτοῖς σεδέτοις. *In aliis locis degunt, quàm in iis, quæ ſedeta vocantur.* Sic autem appellantur militum ſtationes, ſeu munita & foſſis circumdata caſtra. In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Tit. III. ſect. XVIII. pag. 1275. Biblioth. Juris Canonici: Οἱ ὑφεστῶτες ἐν τῇ φυλακῇ, προσκαρτεροῦντες στρατιαῖς, ἐν τοῖς σεδέτοις αὐτῶν, &c. *Milites, qui præpoſiti ſunt, & intenti agendis excubiis, in ſedetis,* id eſt, ſtationibus *ſuis.* Gloſſæ Baſilic. exponunt non tantùm φοσσάτον, ſed etiam καθέδραν & προάστειον. Vide Gl. Meurſii.

Σειρῆνες.

Septuaginta Interpretes Hebr. בת יענה reddunt σειρῆνες, *Sirenes,* Micheæ I. v. 8. Jerem. L. v. 39. Jeſajæ XIII. v. 21. cap. XXXIV. v. 13. cap. XLIII. v. 20. Cyrillus Alexandr. ad Jeſajæ XIII. v. 21. Σειρῆνας δὲ οἶμαι, φησὶ τὰ εὐστομεῖν εἰδότα πτηνά, ἢ κατά γε τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν, τὴν γλαῦκα. *Sirenes, ut puto, appellat aves canendi peritas, aut, juxta Hebræorum editionem, noctuam.* Idem in cap. I. Mich. pag. 399. Σειρῆνας λέγουσιν Ἕλληνες καὶ παῖδες ἐκείνων πτηνὰ μελῳδεῖν εἰωθότα, καὶ καταθέλγειν ἰσχύοντα ταῖς τῶν ᾠδῶν εὐρυθμίαις τὰς ἀκροωμένους· ἡ δέ γε θεόπνευστος γραφὴ σειρῆνας καλεῖ τὰ τῶν ὀρνιθίων λαλίστατά τε, καὶ εὐστομεῖν εἰωθότα, ἢ καὶ αὐτὰς ἔσθ᾽ ὅτε τὰς ἀηδόνας, αἳ τοῖς ἐναλίοις ἐπωάζουσι κόλποις, εἶτα, τῆς καλιᾶς ληφθείσης ὑπὸ κυμάτων, γοερὸν ᾄδουσι μέλος, καὶ καταθρηνοῦσι τρόπον τινὰ τὴν τῶν ἑαυτῶν ὠδῖνος ζημίαν. *Sirenes Græci veteres ac recentes dicunt eſſe aves, quæ ſuaviter canere ſolent, & demulcere poſſunt ſuavitate cantus auditores. Sacra autem ſcriptura Sirenes vocat avicularum diſertiſſimas, & maximè canoras, aut interdum ipſas luſcinias, quæ in ſinibus maris ovis incubant: deinde, nido à fluctibus abrepto, lugubre melos fundunt, & partûs ſui jacturam quodammodo lamentantur.* Notatu digna ad hunc locum Cyrilli ſummi Bocharti verba, parte II. de Animalibus, cap. XIV. *In quibus verbis miraberis, cur ſcribat* τὰς ἀηδόνας, luſcinias, *quæ cum mari & fluctibus nihil commune habent, in maris ſinibus ovis incubare, & propter nidum ſuum à fluctibus abreptum lamentari. Quòd cùm ſit planè alienum, pro* τὰς ἀηδόνας *meo periculo reſcribe* τὰς ἀλκυόνας. *Sequitur nempe Chryſoſtomum, qui in hæc Jobi* cap. XXX. v. 29. Ἀδελφὸς γέγονα σειρήνων, Sirenum *vocem ita exponit,* Σειρῆνας λέγει ᾠδικάς τινας ὄρνιθας, ἀλκυόνας, ἢ γλαῦκας. ἄμφω γὰρ θρηνητικά. *Sirenes vocat canoras quaſdam aves, alcyones puta, aut noctuas: utraque enim ſunt querula.* Hæc in Catena in Jobum, pag. 461. perperam Olympiodoro tribuuntur. *Et neſcio quo fato factum, ut quamvis* ἀλκυὼν *&* ἀηδὼν *ſint voces ſcripturâ diſſimiles ſatis, tamen à librariis non rarò confundantur. Sic in Ariſtotele,* Hiſtor. Animal. lib. VIII. cap. II. *ubi recentiores editiones rectè* habent, Τὸ τῶν ἀλκυόνων δὲ γένος παράδρον ἐστίν. *Alcyonum autem genus ad aquas degit: pro* τῶν ἀλκυόνων, *perperam legebatur in veteribus editionibus* τῶν ἀηδόνων. *Et cùm apud Suidam, in* Ἡμερινὰ ζῶα, *marinis avibus adſcribuntur* ἀλκυὼν, ἀηδὼν, κήϋκες, alcyon, luſcinia, ceyces, *vox* ἀηδὼν *nihil quidquam eſt, quàm diverſa lectio vocis* ἀλκυὼν, *quæ ad marginem primo notata eſt, deinde in textum intruſa. His obſervatis, Cyrilli verba plana erunt & perſpicua: quia* Sirenes *apud Poëtas figuram avium ex parte habent, & ſtationem ad maris littus, & miram cantus ſuavitatem, vult Scripturæ interpretes* Sirenum *nomine* alcyones *intelligere, littoreas aves valde canoras.* Hactenus ille. Poſtmodum ex variis autoribus probat, ſuavem eſſe alcyonum cantum, & eaſdem in maris ſinibus ovis incubare, & propter nidum à fluctibus abreptum lugubre melos fundere. Quibus ſequentia ſubjicit: *Cùm igitur alcyon ſit omnium avium maximè lugubris, ſi Poëtarum judicio ſtamus, inde collegerunt veteres eam à Michea ſignificari, cùm dicit, juxta Græcos interpretes,* Luctum edam ut Sirenes; *aut Hebraicè,* ut filiæ jaana. *Quod tamen non ſufficit, cùm cætera non conveniant. Nam marina eſt avis* alcyon, *quámque adeò dictam eſſe volunt* παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, *ex* eo, quòd in mari concipit, & parit. *Itaque* ἀλκυόνα, halcyonem, *cum ſpiritu aſpero multi ſcribunt: in quibus Theocritus in Thalyſiis* v. 57.

- - - - - - χ᾽ ἀλκυόνες στορεσεῦντι
τὰ κύματα. - - - - - -

Et halcyones fluctus ſternent. *At* filiæ jaana *in deſertis degunt à mari remotiſſimis, puta circa Babylonem, & Botſram Idumææ, Jerem. L. v. 39. Jeſ. XIII. v. 21. & XXXIV. v. 13. Præterea crudelis &* ἄστοργος *eſt* bath jaana, *Threnor. IV. 3. At* Alcyon *Plutarcho autore in libro Utra anim. vincit* τῷ φιλοτέκνῳ χελιδόνας, prolis amore hirundines; & τῷ φιλάνδρῳ πελειάδας, *amore conjugis columbas. (ita enim legendum, non* φιλανθρώπῳ, *ut habent noſtræ editiones.) Itaque cerylos maritos ſuos, ætate graves,* αἱ ἀλκυόνες περιάγουσιν ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν καλουμένων μεσοπτερυγίων, interſcapiliis ſuis ſublatos alcyones circumferunt. *Proinde* ad alcyonem *nonniſi conſtanter referunt ſacri Doctores, quæ in Græca verſione legerant* de Sirenibus, *Chryſoſtomusque & Cyrillus addunt, ab aliis,* τὴν γλαῦκα, *id eſt,* noctuam, *intelligi, idque* κατὰ τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν, *quaſi vox Hebræa* בת־יענה, bath-jaana *id ſignificet. A qua ſententia parùm recedunt recentiores, Pagninus ſcilicet, Arias, Junius & Tremellius, Schindlerus, Buxtorfius, & Bibliorum vernaculi interpretes;* (excipe noviſſimam verſionem noſtram Germ. Tigurinam, quæ reddit Strauß, i. e. *Struthio,* vel *Strutho-camelus.*) *quibus* bath-jaana *eſt* ulula *vel* bubo. *Et hanc verſionem Fuller. Miſc. lib. VI. c. VII. multis aſſerit.* In eorum tamen ſententiam minimè concedit Bochartus, ſed *bath-jaana ſtruthionem* eſſe probat ex veteribus ſcripturæ interpretibus. Septuaginta ſanè ut plurimùm στρουθὸν reddunt, vel στρουθίον, id eſt, ſtruthionem. Ita Levit. XI. v. 16. τὸν στρουθὸν habent. Et Jobi XXX. v. 29. Ἑταῖρος γέγονα στρουθῶν. Jeſ. XXXIV. v. 13. αὐλὴ στρουθῶν. Jeſ. XLIII. v. 20. θυγατέρες στρουθῶν. *Dices, vocem eſſe ambiguam: quia* στρουθὸς *modò pro* paſſere *ſumitur ex avicularum genere; modò pro* ſtruthione, *vel, quod idem eſt, pro* ſtrutho-camelo, *qui & Latinè dicitur* paſſer maximus, *apud Plautum, Auſonium, Feſtum, & alios. Et dubitari poſſe, utro ſenſu illi interpretes, uſur-*

Digitized by Google

uſurpaverint. Ita eſt; ſed de ſtruthionibus *accipiunt veteres propè omnes.* Olympiodorus in cap. XXX. Jobi, pag. 461. Catenæ, Στρουθοὺς λέγει, τοὺς στρουθοκαμήλους, ὡς καὶ Σύμμαχος ἐξέδωκε. Στρουθοὺς *vocat ſtruthocamelos, ſicut etiam Symmachus interpretatus eſt.* Baſilius in cap. XIII. Jeſ. pag. 1086. Σειρῆνας ὁ μὲν ἔξωθεν λόγος παραδέδωκε γυναῖκάς τινας μελῳδούσας· ἐνταῦθα δὲ δαιμόνων ἔοικεν ὄνομα εἶναι, διὸ Ἀκύλας τὰς σειρῆνας στρουθοκαμήλους εἶπε. *Scriptura quidem Gentilium tradidit*, Sirenes *mulieres quaſdam fuiſſe concentu perquam ſuavi cantillantes: hoc autem loco id nominis exprimere videtur ipſos dæmones, eoq; Aquila Sirenes dixit eſſe Struthocamelos.* Theodoretus in cap. XIII. Jeſ. pag. 62. Οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, ἀντὶ τῶν σειρήνων, στρουθοκαμήλους εἰρήκασι. *Reliqui interpretes pro Sirenibus ſtruthocamelos dixerunt.* Et in cap. XLIII. Jeſ. pag. 106. Θυγατέρας δὲ στρουθῶν οἱ λοιποὶ στρουθοκαμήλους ἡρμήνευσαν. *Filias verò ſtruthionum reliqui ſtruthocamelos ſunt interpretati.* Ita etiam in cap. L. Jerem. pag. 268. Heſychius: Σειρῆνες, οἱ μὲν ἔξω γυναῖκάς φασι μελῳδούσας, ὁ δὲ Ἀκύλας στρουθοκάμηλον. Ex ſuperioribus Baſilii hæc deſumta videntur. Heſychius iterum clarè docet, στρουθὸν tam *de paſſere,* quam *de ſtruthione* dici: Στρουθὸς, ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος. Ἀττικοὶ δὲ τὰς στρουθοκαμήλους. *Paſſer, ſalax & laſcivus. Attici verò ſtruthiocamelos* ita vocant. Suidas in Σειρῆνας. Ὁ δὲ Ἰὼβ λέγει, Ἀδελφὸς γέγονα σειρήνων, ἑταῖρος δὲ στρουθῶν. τουτέστιν, ᾄδω τὰς ἐμαυτοῦ συμφορὰς, ὥσπερ σειρῆνες. Στρουθοὺς δὲ λέγει, ὃν ἡμεῖς στρουθοκάμηλον λέγομεν. *Jobus verò dicit,* Frater factus ſum Sirenum, & ſodalis paſſerum. *Hoc eſt, Meas calamitates cano, quemadmodum Sirenes.* Paſſerem *verò vocat, quem nos* ſtruthiocamelum *appellamus.* Plura vide apud Bochartum.

Σεκουνδικήριος.

Σεκουνδικήριος, *ſecundicerius.* Quemadmodum πριμμικήριος, ut ſuo loco docemus, primus in ceram & tabulas relatus: ita qui ſecundus erat ordine, *ſecundicerius* appellatus eſt. Gregorius M. lib. IX. Regiſt. epiſt. XXXIII. *Hanc autem epiſtolam Paterio ſecundicerio Notario Eccleſiæ noſtræ ſcribendam dictavimus.* Act. I. Concilii ſub Menna, pag. 571. Ἀναγνώστης τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Νοταρίων σεκουνδικήριος. *Lector Apoſtolicæ cathedræ veteris Romæ, & Notariorum ſecundicerius.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Σεληνιαζόμενος.

Epileptici, quibus creſcente Luna pejus eſt, vocantur σεληνιακοὶ, Latinis *Lunatici.* Veteres Gloſſæ: *Lunaticus*, σεληνιακός. Id fit ſimul ac Luna creſcere incipit. Præcipuè autem ἐπιλήπτους, ſeu, ut poſterior ætas locuta eſt, *caducos*, vel *cadivos*, hoc eſt πτωματικοὺς, appellari σεληνιακοὺς uſu venit. Artemidorus: Προστίθησι δὲ τῷ ἀποτελέσματι καὶ νόσον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὴν Ἱερὰν καλουμένην· ἀνάκειται γὰρ τῇ σελήνῃ. Φασὶ δὲ καὶ τὴν νόσον ταύτην οἱ παλαιοὶ ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ. *Efficientiæ verò ſiderali morbum quoque, qui ſacer ut plurimùm appellatur, attribuit: Lunæ enim acceptus fertur. Dicunt autem veteres morbum hunc Lunæ tribuendum.* Iſidorus lib. X. Orig. cap. I. *Caducus à cadendo dictus, id eſt, Lunaticus, eò quòd certo Lunæ tempore patiatur.* Aretæus lib. I. cap. IV. Δοκέει γὰρ τοῖσιν ἐς τὴν σελήνην ἀλιτρεῦσιν ἀφικνέεσθαι ἡ νοῦσος· τοὔνεκεν ἱρὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην. *Videtur enim quibuſdam miſeris juxta Lunam venire morbus: propterea affectum hunc* ſacrum *appellant. Vel quòd*, ut inquit Galenus lib. III. de diebus decretor. τῶν ἐπιλήπτων τηρεῖ περιόδους (ἡ σελήνη) ἐξ ὧν ἡλίου πλέον, ἢ ἔλαττον μεταλαμβάνει, *eorum qui comitiali morbo laborant ſervat periodos* (Luna) *prout plùs minùsve Solis participat: vel etiam quòd*

Ipſe Deus memorat dubiæ per tempora Lunæ
Conceptum, talis quem ſæpe ruina profudit:

ut autor eſt Serenus Sammonicus cap. LVII. Et ſic Julius Firmicus lib. IV. Matheſ. *Si Luna malè fuerit collocata, aut ſpaſticos, aut caducos facit.* Juvencus lib. III. reſpiciens ad Lunaticum Matth. XVII. 14.

Nam curſus Lunæ natum mihi dæmonis arte
Torquet, & in liquidas dejectum projicit undas.

Pleniùs Ruſticus Elpidius lib. V. v. 243.

Repſerat in miſerum rabies horrenda furoris
Dæmonis afflatu, propria qui peſte nocivus
Allidit captas fœdo diſcrimine mentes,
Menſtrua deciduos cùm Luna recolligit ignes.

Talis, inquam, illi erat epilepticus, qui Matth. XVII. 15. dicitur σεληνιάζεσθαι: Lunæ autem IX. v. 39. *dæmoniacus* vocatur: uti Marci IX. v. 17. 25. πνεῦμα ἔχειν ἄλαλον καὶ κωφόν. Is enim cum diabolico energemate, ſeu arreptione conjunctum habebat malum maniacum aut epilepticum. Alioqui & Lunaticos eſſe, minimè à dæmone obſeſſos, ex iis, quæ jam allata ſunt, ſatis liquet. Euthymius in Matth. IV. v. 24. *Lunatici verò tenentur affectione corruptorum humorum. Quia enim Luna cùm ad plenum lumen devenerit, naturam habet per ſplendorem ſuum attractivam humorum qui in corporibus ſunt, fit ut hi tunc turbentur. Frequens etenim ac pravus vapor ab ipſis elevatus, cerebrum dilaniat, hominemq; contorquet: cùmque hæc à Luna patiantur, Lunatici appellantur.* Porrò Matth. XVII. & IV. Lunaticus דבר אגרא Syriacè dicitur, hoc eſt, ut exponit Fullerus Miſcell. lib. II. cap. XVII. ad verbum, *qui extra tectum*, ſupple *degit*, quòd intra domum continere ſe non poſſet, propter δαιμονισμὸν quo agitabatur, epilepſiæ permiſtum. Ita furioſus ille, de quo Lucæ VIII. 27. ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν. At Ludovicus de Dieu ad Matth. IV. v. 24. ſententiam hanc confutat, probatque בר אגרא Syriacè non ſonare, *extra tecta*, quod diceretur, לבר מן אגרא, ſed rectiùs exponi, *filium tecti*, quòd domorum tecta furore agitati conſcendant. Optimo ſenſu reddit Arabs παραφραστικῶς, Matthæi XVII. v. 15. *Cum dæmone eſt, & vexatur valde in principiis pleniluniorum.* Sunt ex veteribus, qui hìc omnia dæmoni, nihil naturæ adſcribunt. Ita facit Origenes in Matth. XVII. de Lunatico, pag. 311. ubi eos Medicos, qui nimium naturæ tribuunt, nec quicquam dæmonis ope, ſed omnia ſolius naturæ viribus adminiſtrari contendunt, inceſſit. Verba ejus adſcribo. Ἰατροὶ μὲν οὖν φυσιολογείτωσαν, ἅτε μήτε ἀκάθαρτον πνεῦμα εἶναι νομίζοντες κατὰ τὸν τόπον, ἀλλὰ σωματικὸν σύμπτωμα, καὶ φυσιολογοῦντες τὰ ὑγρὰ λεγέτωσαν κινεῖσθαι τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ, κατά τινα συμπάθειαν τὴν πρὸς τὸ σεληνιακὸν φῶς, ὑγρὰν ἔχον φύσιν. *De rerum ergo natura diſputent medici, quippe quibus perſuaſum ſit ſpiritum impurum minimè hìc eſſe, ſed morbum corporis duntaxat, ac diſputantes dicant per quendam cum lunari lumine, quod humidâ præditum eſt naturâ, conſenſum & convenientiam, humores in capite contentos moveri.* Cætera apud ipſum vide autorem. Chryſoſtomus quoque Homil. LVII. in Matth. pag. 366. itidem negat, per Lunaticos eos intelligi, qui creſcente Luna, naturali morbo, aut morbi exaſperatione affligantur: & contrà docet, impuros ſpiritus Lunam obſervâſſe, hominesque ſecundum lunarem curſum aggreſſos fuiſſe, ut hac ratione huic Dei detraherent creaturæ. Ὁ εὐαγγελιστὴς inquit, ὅτι σεληνιαζο-

Digitized by Google

νιαζομένους πολλοὺς ἐθεράπευσε λέγει, ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας αὐτοὺς καλῶν. Ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι, καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους· οὐχ ὡς ἐκείνης ἐνεργούσης, ἄπαγε· ἀλλ᾽ αὐτὸς τοῦτο κακουργῶν εἰς τὴν τοῦ στοιχείου διαβολήν. Διὸ καὶ πεπλανημένη παρὰ τοῖς ἀνοήτοις ἐκράτησε δόξα, καὶ οὕτω τοὺς τοιούτους καλοῦσι δαίμονας, ἀπατώμενοι. *Dicit Evangeliſta, eum multos* Lunaticos *ſanâſſe, à communi multorum conſuetudine ipſos denominans. Dæmon enim, ut elemento illi ac luminari detrahat, ſecundum lunares curſus aggreditur & remittit captos: non quòd Luna hoc operetur, apage: ſed ipſe hoc malitioſè operatur, ut hac ratione hoc elementum traducat. Unde etiam hæc falſa opinio apud multos invaluit: atque ſic errantes, tales dæmones vocant.* Eandem ſententiam repetit Theophylactus in Cap. IV. & XVII. Matthæi, ubi: Οὐχ ἡ σελήνη αἰτία, ἀλλ᾽ ὁ δαίμων ἐπετήρει τὴν σελήνην πλήρη οὖσαν, καὶ τότε ἐπετίθετο, ἵνα βλασφημηθῶσι τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ὡς κακοποιά. *Non Luna cauſſa erat morbi, ſed dæmon obſervabat plenilunium, & tunc inſidiabatur, ut arguerentur opera Dei tanquam nobis malum inferentia.* Ita etiam Theophanes Homil. XXIII. pag. 147. Εἰώθασι τοῖς μιαροῖς πνεύμασι κατά τινας σεληνιακὰς τροπὰς τὴν παραφορὰν ἐπάγειν τοῖς πάσχουσιν· ἵνα τί γένηται; ἵνα τὸ καλῶς δημιουργηθὲν σημεῖον ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῆς κτίσεως, ἡ σελήνη φημὶ, βλάβης αἴτιον νομισθῇ, κἀντεῦθεν βλασφημῆται ὁ κτίστης ὡς κακῶν ὑπάρχων δημιουργός. Τοῦτο πανούργως νοήσαντες, δόξαν ἐνέσπειραν, ὡς ἡ σελήνη ταῖς ἰδίαις αὐξήσεσιν, ἢ μειώσεσι τὴν τοιαύτην σκότωσιν ἀπεργάζεται· ὅθεν καὶ σεληνιαζομένους ἐκάλουν τοὺς πάσχοντας. *Mos eſt immundis ſpiritibus ad quaſdam Lunæ mutationes, iis, quos vexant, turbationem mentis injicere: quorſum? ut ſignum à Deo rectè conditum ad rerum creatarum utilitatem, Lunam dico, detrimenti cauſſa exiſtimetur, atque inde creator, ut malorum opifex, vituperetur. Id malitioſè commenti, hanc diſſeminârunt opinionem, quòd Luna incrementis ac decrementis ſuis ejuſmodi vertiginem efficiat: unde etiam* Lunaticos *appellârunt eo morbo laborantes.* Verùm hi in defectu peccant, dum omnia dæmoni, nihil naturæ adſcribunt. Certè Lunaticus Matthæi XVII. ἐπιληψίᾳ ſimul & δαιμονισμῷ laboravit. Id usque adeo inauditum non eſt, ut ἐπίληπτοι ſæpe cum δαιμονιζομένοις, & κατεχομένοις confundantur. Heſychius: Ἐπιλήπτῳ, ὑπαιτίῳ, δαιμονιζομένῳ. Ὑπαίτιον vocat, id eſt, *cauſarium*, qui morbo comitiali vexatur: quem *caducum & cadivum* Latini recentiores dixere. Nam *cadivus* eſt ἐπίληπτος, vel πτωτικός. A *cado, cadivus*, ut à *vaco, vacivus; à noceo, nocivus.* Sed ὑπαίτιον propriè vocat Heſychius eum, qui morbo comitiali laborat, quòd is morbus *ſonticus* Latinis diceretur. *Sonticus* autem eſt αἴτιος, vel ὑπαίτιος. Nam *ſontes* ſunt αἴτιοι & ὑπεύθυνοι, *inſontes* ἀναίτιοι. Inde *ſonticus morbus* de comitiali, & ſontici vel ὑπαίτιοι Heſychio, qui illo morbo tentantur. Gloſſæ veteres: *Sonticus morbus*, ἱερὰ νόσος.

Σεμνεῖον.

Σεμνεῖον eſt *Locus ſacer*, ſeu *ſanctus*, quaſi dicas *ſanctuarium.* Heſychio eſt ἱερὸς οἶκος, *ſacra domus.* Philo uſurpat de loco, in quo monachi τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, quod & μοναστήριον. Suidas: Σεμνεῖον· τὸ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι οἱ ἀσκηταὶ τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦσι. *Locus venerandus. Monaſterium, in quo ſoli aſcetæ, veneranda vitæ myſteria peragunt.* Methodius in Chronico: Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς πολλὰ μοναστήρια συνεστήσατο, ἅπερ σεμνεῖα τότε προσηγορεύθησαν. *Marcus Evangeliſta multa Monaſteria conſtruxit, quæ illo tempore* σεμνεῖα *appellata ſunt.* Balſamon ad Can. XII. Concilii II. Nicæni, pag. 519. Ὃν τρόπον ὁ δημόσιος οὐ πολυπραγμονεῖται ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, οὕτως οὐδὲ τὰ ἱερὰ σεμνεῖα ἢ ἡσυχαστήρια, μοναστήριά τε καὶ λοιπὰ ὑπό τινος τῶν τοῦ δημοσίου φροντιστῶν ἀνακριθήσεται. *Quemadmodum publico nulla à ſe moleſtia negotiumve exhibetur, ſic nec loca ſacra, nec ſilentiaria, nec monaſteria, nec reliqua, ab ullo publici curatore litibus agitabuntur.*

Σεμνολῃρέω.

Non habent Lexica. Significat *magnificas, ſed ſcurriles affero nugas.* Cyrillus Alexandr. Dial. IV. de SS. Trinitate, pag. 544. conjungit τὸ σοφίζεσθαι περιττὰ, καὶ οἱονεὶ σεμνολῃρεῖν, *inanes argutias & magnificas afferre nugas.*

Σεμνός.

Σεμνὸς, ut monet Cl. Meurſius, eſt Hymnus ita dictus à prima voce, quâ inchoabatur, quemadmodum ἅγιος, ἄμωμος, ἄξιος, & tales. Codinus: Ἀρχομένου δὲ ψάλλεσθαι τοῦ ἐπὶ τῇ μεγάλῃ εἰσόδῳ σεμνοῦ, ἐρχόμενοι οἱ ἐντιμότεροι τῶν διακόνων τῆς ἐκκλησίας προσκαλοῦνται τὸν βασιλέα.

Σημαίνω.

Σημαίνειν apud recentiores Græcos eſt *ſignum dare ſono nolæ*, aut *campanæ*, vel etiam *ligni*, de quo in voce Ξύλον, num. III. Typicum Sabæ, cap. V. pag. 5. Περὶ τοῦ πῶς χρὴ σημαίνειν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν. *De eo, quomodo ſingulis diebus pulſandum*, vel *ſignum dandum.* Sæpius ibi legitur. Alexii Patriarchæ monumentum apud Zonaram, pag. 793. Ἐπεί τινες τῶν κατὰ τόπους δυνατῶν ἐν τοῖς τῶν οἴκων εὐκτηρίοις σημαίνειν τε καὶ συνάγειν φιλονεικοῦσιν. Interpres: *Quoniam alicubi quidam potentes in Oratoriis imperium habere, cœtumq́ cogere nituntur.* Imperitè ſatis: σημαίνειν non eſt *imperium habere*, ſed quod diximus. In hiſtoria Conc. Florent. ſect. XII. cap. V. pag. 337. Εἶτα ὑπέστρεψεν εἰς τὸ ἴδιον οἴκημα, καὶ κατὰ τὴν ὥραν τοῦ Ἑσπερινοῦ ἐσήμανε. *Poſtea ad ſuam ſe recepit domum, & inſtante veſperarum horâ ſigno dato gregem ad Eccleſiam invitavit.* Vide Gloſſarium Meurſii, & vocem Σήμαντρον.

Σήμαντρον.

Vlachus in Theſauro ſuo: Σημαίνω, *tintino*, κωδωνίζω. Σήμαντρον, *tintinnabulum.* Κροῦσμα, τὸ σιδηροῦν. Ita vocatur ligneum inſtrumentum, quo campanarum loco utuntur Græci, de quo in Ξύλον num. III. Typicum Sabæ cap. V. Ὁ δὲ νηφομένος κανδηλάπτης ἀπέρχεται καὶ σημαίνει τὸ μέγα σήμαντρον. *Dictus igitur candelarum accenſor abit, & dat magnum ſignum.* Μέγα σήμαντρον erat ex eodem ligno, de quo in ξύλον, & in turribus, ſive campanariis, catenis ferreis, ſuis extremitatibus appendebatur. Illud inſigni eſt magnitudine, ut quandoque ſex palmos latitudo, unum craſſitudo, triginta longitudo exæquet, malleoque pro magnitudine Semanterii pulſetur: ut notat Allatius. Magius in libro de Tintinnabulis Σήμαντρον legit, & deducit ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν. Sed eſt σήμαντρον à verbo σημαίνειν, *tintino.* Sed vix operæ precium his diutius inhærere.

Σημεῖον.

Digitized by Google

Σημεῖον.

I. *Quid ſit* σημεῖον paucis ex veteribus docemus. Baſilius M. in cap. VII. Jeſajæ, pag. 1003. Ἡ γραφὴ τὰ παράδοξα, καὶ παραστατικὰ τινὸς μυστικοῦ λόγου σημεῖα καλεῖ. *Scriptura admirabilia & repræſentativa cujuſdam myſtici ſermonis ſigna vocat.* Ibid. paulò antè: Ἔστι σημεῖον, πρᾶγμα φανερὸν, κεκρυμμένου τινὸς καὶ ἀφανοῦς ἐν ἑαυτῷ τὴν δήλωσιν ἔχον. *Signum eſt opus in ſe ipſo retinens rei cujuſpiam arcanæ & reconditæ manifeſtationem.* Et in idem Caput. pag. 1005. Σημεῖόν ἐστι τερασίου τινὸς, καὶ παρηλλαγμένου τὴν κοινὴν συνήθειαν ἀνθρώπων ἐπίδειξις. *Signum eſt demonſtratio rei cujuſpiam prodigioſæ, demutatæ & à communi conſuetudine hominum omnino alienæ.* Theodotus, Ancyræ Epiſcopus, in Actis Epheſinis, pag. 262. Σημεῖον καλεῖται, ὑπὲρ τὴν συνήθη φύσιν γεγενημένον· καὶ, ὅτι μὲν ἐγένετο ἴσμεν, τὸ δὲ τρόπον λέγειν οὐκ ἔχομεν. *Signum vocatur, quod præter naturam factum eſt: & quod quidem factum eſſe ſcimus, ejus verò modum ignoramus.*

Iidem ſcriptores Eccleſiaſtici inter σημεῖον & τέρας diſcrimen faciunt. Ammonius in Catena, ad v. 48. cap. IV. Joh. pag. 140. Τέρας ἐστὶ, τὸ παρὰ φύσιν, οἷον τὸ ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐγεῖραι νεκρόν. Σημεῖον δὲ, τὸ οὐκ ἔξω τῆς φύσεως οἷον ἐστὶν ἰάσασθαι ἄῤῥωστον. *Prodigium eſt, quod ſupra naturam fit, quale eſt cæcorum oculos aperire, ac mortuos ſuſcitare. Signum verò eſt, quod non omnino limites naturæ excedit, ut infirmum ſanare.* His prorſus ſimilia leguntur apud Theophylactum ad eundem locum, pag. 621. in Johannem. Idem in cap. XV. ad Romanos, ad v. 19. pag. 148. Διαφέρει σημεῖον καὶ τέρας, τῷ, τὸ μὲν σημεῖον ἐν τοῖς κατὰ φύσιν λέγεσθαι, καινοπρεπῶς μέν τοι γινομένοις, οἷον ἐπὶ τοῦ τὸ τὴν πενθερὰν Πέτρου πυρέττουσαν εὐθέως ἰαθῆναι. Ἐνταῦθα γὰρ τὸ, τὸν πυρετὸν θεραπεύεσθαι, κατὰ φύσιν μέν ἐστι, τότε δὲ καινοπρεπῶς ἐγένετο, οὕτω γὰρ ταχέως ἅμα τῇ ἀφῇ. Τὸ δὲ τέρας ἐν τοῖς μὴ κατὰ φύσιν, οἷον, τὸ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἰαθῆναι. *Differunt ſignum & prodigium.* Signum *enim dicitur de iis, quæ ſecundum naturam fiunt, modo tamen inuſitato, ut in Petri ſocru febricitante repente ſanata. Hic enim febrim curari, ſecundum naturam eſt: tum verò nova quadam ratione contigit, nempe adeò celeriter ſimul atque attigiſſet.* Prodigium *verò eſt in iis, quæ non ſunt ſecundum naturam, veluti cùm is, qui à nativitate cæcus erat, ſanaretur.* Verum quidem eſt, hæc duo differre tanquam latius & anguſtius: omne enim τέρας eſt etiam σημεῖον, at non vice verſa, omne σημεῖον ſtatim etiam τέρας. Hoc interim diſcrimen non ſemper ab Autoribus obſervatur. Heſychius: Σημεῖον, Τέρας. Idem: Τέρα, τέρατα, σημεῖα. Τεράτεσι, σημείοις. Τεράστια, θαύματα, σημεῖα. Veteres Gloſſæ: Σημεῖον, ὁ σκοπὸς, *ſignum.* Σημεῖον, τὸ τέρας, *monſtrum.* Suidas: Τέρας, παράπλασμα· παρὰ φύσιν τεχθὲν, ἢ σημεῖον. Τέρας, *præter ordinariam rationem formatum, præter naturam genitum, monſtrum: vel ſignum.* Idem: Τεράων, σημείων. *Signorum.*

II. Σημείων *finis,* ſeu *uſus.*

1. Κατὰ θέσιν. *Miracula olim erant neceſſaria* ad conciliandam Evangelio autoritatem, & ad fidem Chriſtianam confirmandam. Chryſoſtomus Homil. V. in I. ad Corinthios: Τὰ σημεῖα τότε χρησίμως ἐγένετο, καὶ νῦν χρησίμως οὐ γίνεται. *Miracula tunc,* nempe Apoſtolorum tempore, *utiliter fiebant, & nunc utiliter non fiunt.* Idem, Homil. XLII. t. V. quæ in Inſcriptionem Actorum Apoſtolicorum, fusè probat, ὅτι χρησιμώτερος βίος ἐνάρετος σημείων καὶ θαυμάτων, *vitam cum virtute conjunctam utiliorem eſſe ſignis & miraculis.* Pag. 277. aptiſſimo ſimili probat, cur olim miracula adeò fuerint frequentia, ut etiam διεφθαρμένοι τὸν βίον, *improbè viventes & moribus corrupti,* ea ediderint. Ἔδει, inquit, πανταχοῦ σπαρῆναι τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον, ἐπειδὰν ἀρχὴ καὶ προοίμια τῆς πίστεως ἦν. *Pietatis ſermo ubique erat ſpargendus, quandoquidem initium & exordium fidei erat.* Καθάπερ οὖν γηπόνος ἄριστος νεόφυτον δένδρον τοῖς κόλποις τῆς γῆς ἄρτι παρακατατιθέμενος ἁπαλὸν ὑπάρχον ἔτι, πολλῆς ἐπιμελείας ἀξιοῖ, πανταχόθεν περιφράττων, τειχίζων καὶ λίθοις καὶ ἀκάνθαις, ὥστε μὴ ὑπὸ ἀνέμων ἀνασπασθῆναι, μήτε ὑπὸ ἄλλης τινὸς ἐπηρεασθῆναι βλάβης· ἐπειδὰν δὲ παγῇ καὶ πρὸς ὕψος ἀναδραμὸν ἴδῃ, περιαιρεῖ τὰ τειχία (ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον πρὸς τὸ μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν) οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως γέγονεν. Ὅτε νεόφυτος ἦν, ὅτε ἁπαλὴ ὑπῆρχεν, ἐπιμελείας ἠξιοῦτο πάντοθεν. Ἐπειδὰν δὲ ἐπάγη καὶ ἐῤῥιζώθη καὶ πρὸς ὕψος ἀνέδραμεν, ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσε, καὶ περιῆρε τὰ τειχία, καὶ τὰ ἀσφαλίσματα λοιπὸν ἀνεῖλεν ὁ Χριστός. Διὰ τοῦτο παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν καὶ ἀναξίοις χαρίσματα ἐδίδοτο. Χρείαν γὰρ εἶχε τὸ παλαιὸν, τῆς πίστεως ἕνεκα, ταύτης τῆς βοηθείας· νῦν δὲ οὐδὲ ἀξίοις δίδοται· ἡ γὰρ ἰσχὺς τῆς πίστεως οὐκέτι ταύτης δεῖται τῆς συμμαχίας. *Ut igitur optimus agricola in novellam arborem, quam non ita pridem terræ ſinui commendavit, dum adhuc tenera eſt, multam curam impendit, undique illam circumvallat, & lapidibus munit atque ſpinis, ut ne à ventis evellatur, néve alio quodam incommodo lædatur: poſtquam autem radices egerit, & in ſublime illam creviſſe viderit, tum amovet munimenta (ſufficit enim ſibi ipſi arbor, ad injurias tales repellendas) ita quoque circa fidem evenit. Quando nuper erat plantata, quando tenera erat, omni ex parte multa in eam cura impendebatur: poſtquam autem ſtabilita fuit, & radices egit, & in ſublimitatem aſcendit, poſtquam univerſum terrarum orbem complevit, munimenta removit Chriſtus, & de cætero tutamina ſuſtulit: propterea initio quidem etiam indignis dabantur dona, quoniam hoc auxilio fidei fovendæ cauſſâ indigebat antiquitas: nunc autem ne dignis quidem conceduntur: fidei quippe robur & firmitas hoc ſubſidio non eget.* Sequentia etiam lectu digniſſima. Oecumenius in cap. IX. Actor. pag. 55. duas affert rationes, cur miracula in primitiva Eccleſia fuerint neceſſaria: Τὰ τῶν σημείων ὑπὲρ τοῦ τοὺς ἄλλους ἐπισπᾶσθαι ἐγίνετο, τὰ δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πιστευόντων παρακλήσεως. *Alia quidem ſigna propterea fiebant, ut alii* ad fidem *allicerentur: alia verò, ut inde credentes ſolatium haberent.*

2. Κατ' ἄρσιν. *Nunc non ampliùs ſunt neceſſaria.* Confer præcedentia: quibus ſequentia. Chryſoſtomus in Pſal. CXI. Ὁ ὑψηλὸς καὶ φιλόσοφος οὐδεὶ δεήσεται σημείων· μακάριοι γὰρ οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. *Sublimis & philoſophus ſignis neutiquam egebit: beati enim qui non viderunt, & crediderunt,* Joh. XX. 29. Idem, Homil. XXIV. in Matth. pag. 172. Μὴ νομίζωμεν ἔλαττον ἔχειν, ἐπειδὰν σημεῖα οὐ ποιοῦμεν νῦν. Οὐδὲν γὰρ ἐκ τούτου πλέον ἔσται ἡμῖν ποτε, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἔλαττον ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν, ἐὰν ἀρετῆς ἐπιμελώμεθα πάσης. Τῶν μὲν γὰρ σημείων οὐκ αὐτοὶ ὀφειλέται ἐσμὲν, τοῦ δὲ βίου καὶ τῶν πράξεων Θεὸν ἔχομεν ὀφειλέτην. *Ne exiſtimemus, nos aliquid minus habere, quia nunc miracula non patramus. Nihil namque unquam propter illa ampliùs nobis erit, ſicut nec minus, ſi non patramus, ſi omnibus ſtuduerimus virtutibus. Neque enim ſigna edere tenemur, pro bene autem acta vita Deum debitorem habemus.* Et Homil. XXXII. in Matth. pag. 223. Gentilibus, objicientibus Chriſtianis, quòd nullis miraculis ſuam confirment doctrinam, reſpondet: Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς εὐγενείας ὑμῶν μέγιστον δεῖγμα καὶ τῆς ἀγάπης, τὸ μὴ μετ' ἐνεχύρων πιστεύειν τῷ Θεῷ. Καὶ γὰρ καὶ διὰ τοῦτο, καὶ δι' ἕτερον τὰ σημεῖα

μεῖα ἔπαυσεν ὁ Θεός· εἰ γὰρ καὶ γινομένων τῶν σημείων, οἱ πλεονεκτήμασιν ἑτέροις κομῶντες, οἷον ἢ λόγου σοφίᾳ, ἢ εὐλαβείας ἐπιδείξει, κενοδοξοῦσιν, ἐπαίρονται ἀπ' ἀλλήλων σχίζονται· εἰ καὶ σημεῖα ἐγένετο, πῶς οὐκ ἂν ἐγένετο ῥήγματα; *Sed maximum veſtræ nobilitatis & charitatis indicium hoc eſt, ſi abſque pignoribus firmiter Deo credatis. Nam & propter hanc cauſſam, & propter aliam Deus miraculis finem impoſuit. Si enim ceſſantibus ſignis, qui ſapientiâ, vel pietatis demonſtratione, aut aliis virtutibus præſtant, inani gloria tolluntur, ſuperbiunt, ab aliis ſeſe ſejungunt: ſi etiam miracula patrarentur, quot quantæq; diviſiones inde orirentur?* Iterum Homil. XL. in Acta, pag. 834. Ὥσπερ οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες, μακάριοι, οὕτως οἱ χωρὶς σημείων πιστεύσαντες. --- Τὸ κεφάλαιον ἔχομεν τῶν ἀγαθῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος· ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ἐλάβομεν, ἁγιασμὸν, πνεύματος μετάληψιν, υἱοθεσίαν, ζωὴν αἰώνιον. Τί βούλεσθε πλέον; σημεῖα; ἀλλὰ καταργεῖται. Πίστιν ἔχεις; ἐλπίδα; ἀγάπην; τὰ μένοντα ταῦτα ζήτει, ταῦτα σημείων μείζω. *Quemadmodum illi, qui non viderunt, & crediderunt, beati ſunt: ita ſine ſignis credentes. --- Habemus caput bonorum per Baptiſmum: remiſſionem peccatorum accepimus, ſanctificationem, ſpiritus participationem, adoptionem, vitam æternam. Quid vultis præterea? ſigna? verùm abolita ſunt. Fidem habes? ſpem? charitatem? Hæc ſemper manſura quære: hæc ſignis ſunt majora.* Et Homil. LXXXVIII. t. V. pag. 607. Ἐγὼ νῦν χρείαν οὐκ ἔχω σημείων. Τίνος ἕνεκεν; ὅτι καὶ χωρὶς σημείων δεσπότῃ πιστεύειν μεμάθηκα τῷ δεσπότῃ. ὁ γὰρ ἀπιστῶν ἐνεχύρου δεῖται· ἐγὼ δὲ πιστεύων οὐ δέομαι ἐνεχύρου οὐδὲ σημείου. *Mihi nunc non eſt opus ſignis. Cur hoc? quia etiam ſine ſigno Domino credere didici: qui enim non credit, is pignore eget: ego verò, cùm credam, neque pignore, neque ſigno indigeo.* Theophylactus in c. VII. Joh. pag. 671. Οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων δεῖ πιστεύειν οὕτως ὡς ἀπὸ τῶν γραφῶν· ἡ γὰρ διωρθωμένη πίστις ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐστι. *Non tam propter ſigna, quàm propter ſcripturas credendum eſt. Fides enim recta ex ſcripturis eſt.* Imò ſigna infidelibus & incredulis, non fidelibus dari, frequenter à Veteribus inculcatum reperias. Chryſoſtomus Homil. XII. in Matth. pag. 78. Τὰ σημεῖα οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπιστοῦσι. *Signa non dantur credentibus, ſed iis, qui non credunt.* Homil. XXIV. in Joh. pag. 650. Τὸ σημεῖα αἰτεῖν πειραζόντων ἐστὶ καὶ τότε καὶ νῦν· καὶ γὰρ καὶ νῦν εἰσιν οἱ ζητοῦντες καὶ λέγοντες. Διατί μὴ καὶ νῦν σημεῖα γίνεται; Εἰ γὰρ πιστὸς εἶ, ὡς εἶναι χρὴ, καὶ φιλεῖς τὸν Χριστὸν ὡς φιλεῖν δεῖ, οὐ χρείαν ἔχεις σημείων. Ταῦτα γὰρ τοῖς ἀπίστοις δίδοται. *Signa petere tentantium eſt & tunc, & nunc. Etenim nunc quoque ſunt, qui quærunt & dicunt: Cur non etiam hodierno die ſigna fiunt? ſi enim fidelis es, ut te eſſe oportet, & Chriſtum diligis, ut diligere decet, ſignis tibi opus non eſt: ea enim infidelibus dantur.* Homil. CXLVI. t. V. pag. 989. Σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, καὶ οὐ τοῖς πιστοῖς. *Signa* dantur *infidelibus, non fidelibus.* Eodem modo Nazianzenus Orat. XX. pag. 341. Τὰ σημεῖα τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς πιστεύουσι. Theophylactus in I. Corinth. XIV. ad v. 22. pag. 285. Τοῖς ἀπίστοις δίδοται τὰ σημεῖα· οἱ γὰρ πιστοὶ οὐ δέονται τούτων, ἤδη πιστοὶ ὄντες. *Signa infidelibus data ſunt: fidelibus enim his non opus eſt, ut qui jam fideles ſint.* Conſtitut. Apoſtol. lib. VII. cap. I. pag. 1001. Τὰ σημεῖα οὐ τοῖς πιστοῖς ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις.

Σημείωμα. Σημείωσις.

Σημείωμα non habent Lexica. Significat *conſtitutionem, declarationem, decretum.* Aliquoties legitur apud Balſamonem in Photii Nomocan. Tit. VIII. de Parochiis, cap. XIII. pag. 97. Ἐπὶ τῆς πατριαρχίας τοῦ μακαρίτου κυρίου Ἰωάννου γέγονε σημείωμα συνοδικὸν διορίζόμενον μὴ συνηγορεῖν διακόνους, ἢ ἁπλῶς ἐκκλησιαστικοὺς, ἢ μοναχούς. *Sub Patriarchatu beati domini Johannis facta eſt Synodalis declaratio, quæ decernit, ut nec Diaconi, vel omnino Eccleſiaſtici aut Monachi cauſſas agant.* Mox: *Sub Patriarcha Michaële Anchialo* γέγονε σημείωμα συνοδικὸν, *facta eſt Synodalis declaratio.* Ibidem σημείωσις eadem ſignificatione uſurpatur: Ζήτει γενομένην συνοδικὴν σημείωσιν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Λουκᾶ. *Quære Synodalem declarationem, quæ facta eſt ſanctiſſimo Patriarcha domino Luca.* Ita apud Philoſtorgium, hiſt. Eccleſ. lib. XII. c. VII. pag. 166. Cùm Theodoſius juvenis admodum eſſet, adfuit ipſi Pulcheria ſoror, τὰς βασιλικὰς σημειώσεις ὑπηρετουμένη καὶ διευθύνουσα, *Imperiales diſpoſitiones adjuvans & dirigens.* Vide Sozomen. lib. IX. cap. I. pag. 117. Habet hæc vox aliam etiam ſignificationem. Interpretationes quædam Origenis σημειώσεις appellantur. Utrum verò *Scholiis*, an *Exegeticis* propriè dictis vox illa tributa ſit, quærendum eſt. Hieronymus *Scholiis* manifeſtè tribuit Procem. in I. Comment. Jeſajæ: *Feruntur*, inquit, *& alii ſub nomine ejus* (Origenis) *de viſione* τετραπόδων *duo ad Gratam libri, qui pſeudographi putantur, & viginti quinque Homiliæ, & σημειώσεις, quas nos* Excerpta *poſſumus appellare.* Excerpta igitur, ſeu σχόλια, ea ſunt σημειώσεις. At Philocaliæ cap. XXVII. poſtquam prolixum Origenis fragmentum in Exod. X. 27. prolatum eſt, verba hæc ſequentibus aliquot fragmentis præfiguntur: Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόμῳ ἐν ταῖς αὐταῖς εἰς τὴν ἔξοδον σημειώσεσι. Igitur σημειώσεις conſtabant Tomis: proinde quæcunque hoc Philocaliæ capite fragmenta in Exodum repræſentantur, petita ſunt ἐκ τῶν σημειώσεων. Ea verò neutiquam pro Scholiis haberi poſſunt, ſed juſtorum Commentariorum vicem explent; unde etiam interpres ſuperiorem titulum rectè ſic reddidit: *Rurſus in alio tomo in iiſdem ad Exodum Commentariis.* Poteſt tamen σημειώσεις generale vocabulum eſſe, quo Tomi & Scholia continentur. Σημειοῦσθαι eſt *annotare, commentarium ſcribere, ſcriptum aliquod ad aliud adjicere, adſcribere.* Σημείωσις, *annotatio, Commentarius, quidquid ad aliud ſcribendo adjicitur,* cujuſmodi ſunt Scholia & Commentarii, qui ad oram librorum attexi ſolent. Ita intelligendus Euſebius, lib. V. hiſt. Eccleſ. ſub finem cap. XIX. pag. 54. a. cùm χαριεστάτην σημείωσιν appellat obteſtationem quandam, quæ ad finem libri Irenæi περὶ ὀγδοάδος præter contextum adjecta erat. Inde etiam lux alteri ejuſdem loco lib. VI. cap. XVII. pag. 62. b. ubi de Hexaplis Origenis agens, deque variis quibus illa conſtabant interpretationibus, ita ſcribit. Ταύτας δὲ αὐτὰς ἐπὶ ταυτὸν συναγαγὼν ἁπάσας, διελών τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν. *His verò omnibus in unum ab eo collectis, & per cola diviſis, ac invicem è regione oppoſitis, cùm Hebraicum præterea contextum adſcripſiſſet, exemplaria nobis Hexaplorum, uti appellari ſolent, reliquit.* Quod Euſebius σημείωσιν Ἑβραίων dixit, commodiùs παραθέσεις τῆς Ἑβραϊκῆς ἑρμηνείας Epiphanius nuncupavit, hæreſi LXIV. pag. 228. quaſi dicas *adjunctiones, adjectiones.* Optimè quoque Nicephorus παρασημείωσιν reddidit, hoc eſt, *deſcriptionem ad aliud additam*; addita enim præpoſitio notat eſſe τῶν πρός τι. Cùm ergo Scholia & Commentaria, alterius ſcriptionis explicandæ gratiâ ſcribi ſoleant, eique ſæpe adjungi, & ad oram attexi, propterea σημειώσεις rectè dicta ſunt: neque immeritò Philocaliæ textores hoc vocabulum *Commentariis*, Hieronymus *Scholiis* tribuerunt.

Σήμερον.

Digitized by Google

Σήμερον.

I. *Σήμερον propriè* ſumitur *pro hoc præſenti die.* Sic Chriſtus ad latronem Lucæ XXIII. 43. Σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. De cujus loci explicatione multa diximus in voce Ληστὴς, num. III.

II. *Impropriè*, & Σήμερον notat *ab æterno*, Pſal. II. 7. Σήμερον γεγέννηκά σε, *hodie genui te:* quod idem eſt ac *ab æterno*, ſi ſpectes generationem Filii ex Patre, ſic in eodem dicto ad Hebræos I. 5. & V. 5. Theophylactus in cap. I. ad Hebræos, pag. 881. Τὸ, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἐξ οὗ ἐστιν ὁ Πατήρ. Ὥσπερ γὰρ, ὢν, λέγεται ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ. οὗτος γὰρ μάλιστα ἁρμόζει αὐτῷ· οὕτω καὶ τὸ, Σήμερον. *Hoc*, Ego hodie genui te, *nihil aliud ſignificat, quàm quòd ſit à principio, ex quo Pater eſt. Quemadmodum enim*, Qui eſt, *dicitur à præſenti tempore, illud enim potiſſimùm ipſi convenit: ſic &* hodie. Oecumenius ad eundem locum, pag. 803. Τὸ, Σήμερον, οὐ χρόνου δηλωτικὸν, ἀλλὰ τοῦ μηδέποτε διεσπάσθαι τὸν πατέρα τῆς γνησιότητος τῆς πρὸς τὸν υἱόν. *Illud*, hodie, *non ſignificat tempus, ſed Patrem nunquam à Filio fuiſſe divulſum.* Iterum Theophylactus in cap. V. ad Hebr. pag. 914. docet illud Σήμερον ſignificare ἀπ᾽ ἀρχῆς, τουτέστιν, ἀφ᾽ οὗ ὁ Πατήρ. Alii verò, *actum continuum* deſignari contendunt; neque enim Patrem Filium ab æterno tantùm, ſed *quotidie* etiamnum *gignere.* Sunt tamen qui utramque hanc expoſitionem voculæ huic Σήμερον vim facere velint: cùm ea in maxima etiam latitudine ſumta, tempus ſemper & quod adſit, & quod terminatum ſit, deſignet; nec aut ad ſecula diu antegreſſa, nedum ad id, quod ævum omne anteverterit, referri, aut de eo, quod nunquam non & fuerit, & futurum ſit, enunciari, ſuſtineat; uti loquitur Cl. Gatakerus in Cinni ſui cap. V. ubi ex profeſſo hunc locum explicat. Conſultiùs proinde Theodoretum ad v. 7. Pſalmi II. pag. 405. ſcripſiſſe putant; Καὶ μὴν τὸ υἱὸς μονογενὴς ὄνομα πρὸ τῶν αἰώνων εἶχεν ὁ Θεὸς λόγος τῷ πράγματι συμφυές· ἀλλ᾽ ὅμως ἔχων ὡς Θεὸς τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν, λαμβάνει αὐτὴν καὶ ὡς ἄνθρωπος. Διὸ καὶ ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ ἐπήγαγε λέγων, Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Ταύτην δὲ τὴν φωνὴν οὐκ ἄν τις, τῇ τοῦ θείου πνεύματος διδασκαλίᾳ πειθόμενος, τῇ θεότητι προσάψοι τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Περὶ γὰρ ἐκείνης ἀκούσωμεν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διὰ τοῦ Δαυὶδ λέγοντος, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· ὡς ἄνθρωπος τοίνυν καὶ ταύτην δέχεται τὴν φωνὴν, ὡς ἄνθρωπος καὶ τῶν ἐπαγομένων ἀκούει. *Præterea nomen Filii unigeniti Deus Verbum ante ſecula habebat connatum rei: ſed tamen, ut Deus appellationem Filii habens, etiam ut homo eam accipit. Quapropter in propoſito Pſalmo adjicit dicens:* Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Hanc verò nemo Spiritus Sancti doctrinæ obſecutus, divinitati Domini Chriſti applicuerit. De ea enim univerſorum Deum per Davidem dicentem audiamus*, Ex utero ante Luciferum genui te. *Quà homo igitur & hanc vocem recipit, quà homo & quæ ſequuntur audit.* Eandem ſententiam, ſed paucis, proponit ad v. 5. cap. I. ad Hebræos, pag. 399. Καὶ μέντοι καὶ τὸ, Σήμερον γεγέννηκά σε, οὐ τὴν αἰώνιον δηλοῖ γέννησιν, ἀλλὰ τὴν τῷ χρόνῳ συνεζευγμένην. *Quin etiam & illud.* Hodie genui te, *non æternam ſignificat generationem, ſed eam, quæ tempori conjuncta eſt.* Ita etiam Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Hebræos: Τὸ, Σήμερον, ἐνταῦθά μοι δοκεῖ εἰς τὴν σάρκα εἰρῆσθαι. *Hoc*, hodie, *mihi de carne dictum eſſe videtur.* Oecumenium quoque ad eundem locum, pag. 803. hæc legas: Τὸ μὲν, υἱός μου εἶ, καθὸ λόγος· τὴν ἀΐδιον γὰρ διὰ τοῦ εἶ, γέννησιν σημαίνει· τὸ δὲ, Σήμερον γεγέννηκά σε, καθὸ σάρξ, τὴν γὰρ πρόσφατον γέννησιν ἐμφαίνει. *Illud quidem*, Filius meus es, *quatenus Verbum: nam per verbum*, es, *æternam generationem ſignificat: hoc verò*, hodie genui te, *quatenus caro; recens enim factam generationem indicat.* Nec hoc reticet Theophylactus: quamvis enim, ut vidimus, illud Σήμερον ad æternam referat generationem, fatetur tamen, alios ad incarnationem hoc ipſum referre. Τινὲς δὲ τὸ Σήμερον γεγέννηκά σε, inquit, οὐ περὶ τῆς προαιωνίου, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦτο εἰρῆσθαι ἐξεδέξαντο. Καὶ γὰρ καὶ αὕτη ἄνωθεν ἦν· ἐκ πνεύματος γὰρ ἁγίου, εὐδοκίᾳ πατρός. *Nonnulli autem hoc*, hodie genui te, *non de æterna, ſed ea, quæ eſt ſecundum carnem generatione, dictum eſſe acceperunt. Nam & ipſa à ſupernis fuit: ex Spiritu enim Sancto, ſecundum beneplacitum Patris.* Hanc expoſitionem etiam ſequitur Cyrillus Alexandr. Dial. V. de Trinitate: Ἀκούει ὡς ἄνθρωπος, καί τοι Θεὸς ὢν φύσει καὶ υἱὸς, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. *Audit, quà homo, quamvis Deus exiſtens naturâ & Filius.* Ego hodie genui te. Vide eundem de recta fide ad Imperat. cap. XXVI. Poſſet tamen ἀλλοπρόσαλλος, parumque ſibi conſtare videri, quia in Theſauro, lib. XXXV. verba Pſalmi ſecundi allegat, ut probet, γεννητὸν εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸν υἱὸν, οὐ πεποιημένον, *à Patre genitum, non factum Filium.* Et Orat. I. de rect. fid. ad Reginos cap. VIII. Filii nomen hoc loco, τὴν ἐκ πατρὸς ὕπαρξιν οὐσιώδη τε καὶ φυσικὴν κατασημαίνειν, *à Patre exiſtentiam eſſentialem & naturalem deſignare affirmat.* Cæterùm conciliari forſan ſibi Cyrillus poterit, ſi dicatur, priora verſus illius verba de generatione Chriſti, quà Deus, ab æterno, poſteriora de ejuſdem, quà homo, productione in tempore noviſſimo, cepiſſe: quomodo Methodium in Orat. de Caſtitate, interpretatum ex Photio, Biblioth. Cod. CCXXXVII. pag. 960. diſcimus: qui tamen memoriâ lapſus, voces has ad Chriſtum in Jordane tinctum refert. Ejus verba ſunt: Τὸ χρησμῳδούμενον ἄνωθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τῷ χριστῷ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Παρατηρητέον γὰρ, ὅτι τὸ μὲν, υἱὸν αὐτοῦ εἶναι, (alii, αὐτὸν εἶναι, ego cum Gatakero, αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν) ἀορίστως ἀπεφήνατο καὶ ἀχρόνως. Εἶ γὰρ υἱὸς, αὐτῷ ἔφη, καὶ οὐ, γέγονας· ἐμφαίνων, μήτε πρόσφατον αὐτὸν τετυχηκέναι τῆς υἱοθεσίας· μήτ᾽ αὖ προϋπάρξαντα τέλος ἐσχηκέναι, ἀλλ᾽ εἶναι ἀεὶ τὸν αὐτόν. Τὸ δὲ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὅτι προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐβουλήθη καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι, ὃ δή ἐστι πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι. *Oraculum cœlitus à Patre Chriſto in Jordane datum:* Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Obſervandum eſt, quòd Filium ſuum eſſe ipſum, indefinitè, citra temporis determinationem enunciat.* Es enim, *inquit ei*, Filius, *non*, eras, *aut* factus es: *declarans, neque recentem adeptum eſſe filiationem, nec finem habuiſſe, qui priùs extiterat, ſed eundem eum ſemper exiſtere. Illud autem*, ego hodie genui te, *quòd eum, qui ante ſecula in cœlis priùs extiterat, mundo voluerat generare; hoc eſt, ignotum antè, notum facere.* Cyrillus ipſe ad Regin. Orat. II. cap. XIX. Ὁ δὲ καὶ οὕτως υἱὸς Θεοῦ καὶ Πατρὸς, κατὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν, ὡς δὲ ἄνθρωπος καθ᾽ ἡμᾶς, κατὰ τὴν νεωτάτην καὶ ἔνσαρκον, ἧς ἂν εἴη δεικτικὸν καὶ τὸ Σήμερον, καιρὸν γὰρ ἡμῖν σημαίνει τὸν ἐνεστηκότα. οἰκειοῦται δὲ οὖν καὶ τὴν σαρκικὴν αὐτοῦ γέννησιν ὁ πατήρ. οἶδεν ἴδιον ὄντα υἱὸν, τὸν ἐξ ἑαυτοῦ θεϊκῶς, καὶ ἐκ γυναικὸς ἀνθρωπίνως. *Qui hoc modo Filius eſt Dei & Patris ſecundum generationem ſeculo omni priorem, idem & homo juxta nos eſt, ſecundum nuperam & carnalem, quam* hodie *iſtud hic admittit: nobis enim tempus præſens deſignat. Carnalem itaque generationem ejus Pater etiam aſſumit ſibi: ſuum eſſe*

Digitized by Google

eſſe novit Filium, & ex ſe juxta divinam naturam, & ex Maria ſecundum humanam. Conſentit etiam Greg. Nyſſenus Homil. II. in Eccleſiaſt. t. I. pag. 386. ubi ad verba Pſalmi ſecundi: Τὸν ποιητὴν τοῦ παντὸς, τὸν τῶν αἰώνων πατέρα, σήμερον εἰπὲ γεγεννηκέναι, ἵνα διὰ τοῦ παραθεῖναι τὸ χρονικὸν ὄνομα τῷ καιρῷ τῆς γεννήσεως, μὴ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν, ἀλλὰ τὴν ἐν χρόνῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ σαρκὸς γέννησιν παραστήσῃ ὁ λόγος. *Eum, qui eſt creator univerſi, Patrem ſeculorum, dixit ſe hodie genuiſſe, ut per hoc quòd tempori generationis nomen temporale adjecerit, non eam quæ fuit ante ſecula ſubſiſtentiam, ſed eam quæ fuit in tempore ad hominum ſalutem, per carnis generationem, verbum oſtenderit.* Reliqua, imprimis ea, quibus locus Actor. XIII. 32, 33. explicatur ex Gatakero peti poſſunt. Ita etiam Eulogius in Biblioth. Photii, Cod. CCXXX. pag. 853. illa Hebr. XIII. 8. Ἰησοῦς χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. *Jeſus Chriſtus heri & hodie idem, & in ſecula,* hoc modo exponit: Διὰ μὲν τοῦ χθὲς καὶ σήμερον, ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ· διὰ δὲ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τὸν αὐτὸν ἀνακηρύττει θεόν. *Per* heri *quidem &* hodie, *eundem hominem eſſe fatetur: per hæc verò,* & in ſecula, *eundem Deum prædicat.* Nec aliter Theodoretus ad præſentem locum, pag. 460. Δείκνυσιν αὐτοῦ καὶ τὴν αἰώνιον ὕπαρξιν. Χθὲς γὰρ καὶ σήμερον τὴν ἀνθρωπείαν ἐκάλεσε φύσιν, αἰώνιον δὲ τὴν θεότητα προσηγόρευσε. Τὸν δὲ αὐτὸν ἔφη καὶ τοῦτο εἶναι κἀκεῖνο, ἐπειδὰν εἷς υἱὸς ὁ μονογενὴς ὁ αὐτὸς καὶ πρωτότοκος. *Oſtendit æternam ejus ſubſiſtentiam.* Heri *enim &* hodie *humanam naturam appellavit, æternam verò vocavit divinitatem. Eundem porrò & hoc & illud eſſe dixit: quoniam unus Filius unigenitus idem & primogenitus.* Hanc expoſitionem etiam ſequitur Victor. Strigelius: *Heri, ante tempus ſui adventus in carne.* Hodie, *cùm revelatus eſt in tempore. Nunc & in ſecula eſt idem Chriſtus, per quem unum & eundem liberantur à lege, juſtificantur & ſalvantur omnes credentes præteriti, præſentes, & futuri. Nam una & eadem Evang. vox in Eccleſia ſonat à primis parentibus perpetua ſerie certis teſtimoniis propagata.* Nec contraria his ſunt verba Chryſoſtomi, Homil. XXXIII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 597. Ἐνταῦθα τὸ, χθὲς, τὸν παρελθόντα πάντα λέγει χρόνον· τὸ, σήμερον, τὸν ἐνεστῶτα· ὁ αἰὼν, τὸ ἄπειρον καὶ λῆξιν οὐκ ἔχον. *Hic illud,* heri, *dicit omne tempus præteritum, &* hodie, *præſens tempus:* ſeculum, *futurum & infinitum.* Ita etiam Theophylactus, pag. 1024. Φησὶν οὖν ὅτι αὐτός ἐστι χριστὸς χθὲς, τουτέστι, κατὰ τὸν ἐνεστῶτα, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τοὺς μέλλοντας καὶ ἀπεράντους, καὶ οὐχ ἥξει ἕτερος. *Dicit igitur, idem eſt Chriſtus* heri, *id eſt, omni præterito tempore, &* hodie, *hoc eſt, præſenti tempore, &* in ſecula, *futura ſcilicet, adeoque infinita, nec veniet alius.*

Σήμερον aliquando in ſcriptura *præſens tempus extendit in totum ſeculum.* Origenes Comment. in Joh. ſub finem, pag. 421. Πολλαχοῦ τὸ, σήμερον, ἐν τῇ γραφῇ καὶ ἐπὶ ὅλον παρατείνει τὸν ἐνεστηκότα αἰῶνα· ὥσπερ ἐν τῷ ἐφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Καὶ, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, &c. *Multis in locis vocabulum,* hodie, *in ſcriptura extendit præſens tempus in totum ſeculum: ut in illo,* Divulgatum eſt hoc verbum apud Judæos usque hodie. *Et,* Hodie, ſi vocem ejus audieritis, &c. Ita Hebr. III. 13. ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, *donec hodie cognominatur,* id eſt, interprete Theodoreto, τὸν παρόντα βίον, *per totam præſentem vitam.* Oecumenius, pag. 813. exponit, ἕως τέλους· ἄχρι γὰρ τέλους τὸ σήμερον καλεῖται. *Uſque ad finem: namque uſque ad finem hodie cognominatur.* Clemens Alex. in Protreptico, pag. 55. reſpiciens ad Hebr. III. 7. Μεγάλη τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἡ χάρις. Ἐὰν σήμερον τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσωμεν. Τὸ δὲ σήμερον, καθ' ἑκάστην αὐτοῦ αὔξεται τὴν ἡμέραν ἕως ἂν ἡ σήμερον ὀνομάζηται. μέχρι δὲ συντελείας, καὶ ἡ σήμερον, καὶ ἡ μάθησις διαμένει· καὶ τότε ἡ ὄντως σήμερον, ἡ ἀνελλιπὴς τοῦ θεοῦ ἡμέρα, τοῖς αἰῶσι συνεκτείνεται. Ἀεὶ οὖν τῆς φωνῆς ὑπακούωμεν τοῦ θείου λόγου· ἡ σήμερον γὰρ ἀΐδιος αἰῶνός ἐστιν εἰκών· σύμβολον δὲ τοῦ φωτὸς, ἡμέρα· φῶς δὲ, ὁ λόγος ἀνθρώποις, δι' οὗ καταυγαζόμεθα τὸν θεόν. *Magna eſt gratia promiſſionis ejus,* ſi hodie vocem ejus audiverimus. *Illud autem,* hodie, *augetur in unoquoque ejus die, donec nominatur* hodie. *Uſque ad conſummationem, &* hodie, *& doctrina permanet, & tunc, quæ verè eſt* hodie, *quæ non deficit dies Dei, unà cum ſeculis extenditur; ſemper ergo audiamus vocem Verbi divini:* hodie *enim eſt imago æterni ſeculi: lucis verò ſymbolum eſt dies. Lux verò eſt Verbum hominibus, per quod Deum contemplamur.*

Σιγίλλιον. Σιγίλλιον. Σιγίλλειον.

Hæc omnia apud Græcos recentiores *ſigillum* ſignificant. Moſchopulus: Σιγίλλιον, Λατινικῶς, ἡ σφραγίς. Balſamon ad Can. XII. Conc. Nicæni II. pag. 526. Πᾶν δὲ ἐν αὐτοῖς ἐν ὁποίοις εἴποι τις θεωρούμενον, εἴτε ἐν χρυσοβούλλῳ λόγῳ διαφόρων βασιλέων, εἴτε ἐν σιγιλλίοις, &c. *Quicquid autem eſt in iis, in quibuscunque quis ſpectatum id dixerit, ſive in aureis bullis diverſorum Imperatorum, ſive in ſigillis, &c.* Vide Gl. Meurſii.

Σιγιλλίων.

Singiliones Dalmatenſes memorat Trebellius Pollio in Claudio: *Singiliones Dalmatenſes decem, chlamydem Dardanicam mantuelem unam.* Non poſſunt non eſſe ignoti iſti ſingiliones, quorum vix apud alios autores mentio, Latinos intelligo: nam in Teſtamento Græco Nazianzeni legitur σιγιλλίων de quodam genere veſtis, & puto *ſigillionem* ibidem eſſe, qui apud Latinos *ſingilio.* Verba Gregorii ſunt: Ἐλαφίῳ τῷ Νοταρίῳ, εὐτρόπῳ ὄντι, καὶ καλῶς ἡμᾶς ἀναπαύσαντι ὃν ὑπηρετήσατο χρόνον, βούλομαι δοθῆναι κάμασον ἓν, στιχάρια δύο, πάλλια τρία, σιγιλλίωνα ἕνα. *Elaphio Notario, qui & bene moratus eſt, & quo tempore miniſtravit, bellè nos refocillavit, dari volo camaſum unum, tunicas duas, pallia tria, ſigillionem unum.* Pro *ſingiliones* apud Trebellium potiùs ſcribendum exiſtimat Cl. Salmaſius *ſingillones.* Sic *veſpilio* pro *veſſillo* perperam ſcriptum habetur in antiquo Gloſſarum libro. *A ſingulum, ſingillum, & ſingillatim: à ſingillum, ſingillo. Singillones* verò dicuntur, quia veſtes eſſent ſingulæ, ſive ſimplices; quales Græcis ἁπλοΐδες. Suidas: Ἁπλοΐδας, ἁπλᾶς χλανίδας. *Veſtes ſimplices.* Vide etiam Heſychium.

Σίγνον.

Σίγνον, *ſignum.* Suidas: Σημαῖαι, σίγνα, προτομαί. *Signa, principum imagines ad umbilicum uſque picta. Imagines, effigies, ſimulacra.* Item: Σημαῖαι, τὰ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενα σίγνα. Sic appellantur ea, *quæ apud Romanos* ſigna *dicuntur.* Chryſoſtomus Homil. CXVII. t. V. Πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος, ὥσπερ βασιλικὸν σημεῖον, τὸ λεγόμενον σίγνον κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν, προτρέχει τῆς χριστοῦ παρουσίας. *Ante adventum Salvatoris, tanquam regium ſignum, quod ex communi conſuetudine* σίγνον, ſignum *dicitur, præcurrit Chriſti adventum.* In Actis Synodi Nicænæ, cap. V. pag. 19. Περὶ τοῦ σίγνου οὗ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀντίτυπον τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ σταυροῦ ἐν οὐρανῷ. *De vexillo, quod fecit Conſtan-*

tinus

tinus Imperator, antitypum viſa ei crucis in cælo. Suidas de eodem in Σημαίαι. Πάντων τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τῶν σημαιῶν εἴδωλα φερόντων, ὁ Κωνσταντῖνος σταυροῦ τύπον ἔφερε. *Cùm omnes Romani in bellicis vexillis idola ferrent, Conſtantinus crucis figuram ferebat.* Macarius Homil. XV. pag. 219. Ἀποθεοῦται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος, καὶ γίνεται υἱὸς Θεοῦ, λαμβάνων τὸ οὐράνιον σῖγνον ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ. *Talis deificatur, & fit filius Dei, accipiens in anima ſua divinum illud ſignum.* Et Homil. XVII. pag. 256. Ὅσοι χρίονται κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸ ἁγιαστικὸν καὶ χαροποιὸν ἔλαιον τῆς ἀγαλλιάσεως, τὸ οὐράνιον καὶ πνευματικὸν δέχονται σῖγνον τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς ἀφθάρτου καὶ ἀϊδίου δυνάμεως, τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. *Quicunque ſecundum mentem & interiorem hominem unguntur ſanctificandi & lætificandi vim habente oleo lætitiæ, cæleſte & ſpirituale ſignum accipiunt regni illius incorruptibilis & æternæ potentiæ, arrham Spiritus.* Vide etiam Gl. Meurſii.

Σικάριος.

Σικάριος, *Sicarius.* Suidas: Σικάριος, ληστῶν γένος. Σικὰς δὲ, τὰ ἐπικαμπῆ ξίφη Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· οἷς οἱ χρώμενοι ἐλέγοντο σικάριοι. *Sicarii, latronum genus. Sicas enim Romani vocant incurvos gladios, quibus qui utebantur,* ſicarii *vocabantur.* Oecumenius in cap. XXI. Actor. ad v. 38. Σικάριοι λέγονται λῃσταὶ ξιφιδίοις χρώμενοι παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος ταῖς τῶν Περσῶν ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ, καὶ ὁμοίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμέναις σίκαις, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον. *Sicarii dicuntur latrones, qui gladiolis utuntur, ejusdem ferè magnitudinis, cujus Perſarum acinaces, incurvis verò, & ſimilibus à Romanis dictis* ſicis, *à quibus etiam latrocinantes appellationem acceperunt.* Hæc deſumta ſunt ex Joſepho, Antiq. lib. II. cap. VII. Utitur hac voce Lucas Actor. XXI. v. 38. Ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων. *Eduxiſti in deſertum quatuor millia ſicariorum.* Sunt qui eos fuiſſe putant ex ſectatoribus Theudæ & Judæ Galilæi. Ita Iſidorus Peluſiota epiſt. CXIX. lib. III. Οἱ περὶ Θευδᾶν, καὶ Ἰούδαν τὸν Γαλιλαῖον, καὶ τὸν Αἰγύπτιον τὸν τῶν σικαρίων προστάντα. *Theudæ ſocii, & Judæ Galilæi, & Ægyptii ſicariorum præfecti.* Vide Joſephum Orig. Judaic. libro XVIII. cap. II. & lib. XX. cap. VII. Alii eosdem faciunt cum Heſſæis: quorum è numero Chryſoſtomus Homil. XLVI. in Acta, pag. 866. Σικαρίους, οἱ μὲν γένος τι λῃστῶν φασιν αὐτοὺς εἶναι, οὕτω καλουμένους ἀφ᾽ ὧν ἐπεφέροντο ξιφῶν, σικῶν λεγομένων παρὰ Ῥωμαίοις. Οἱ δὲ τῆς μιᾶς αἱρέσεως τῆς παρ᾽ Ἑβραίοις. Τρεῖς γάρ εἰσι παρ᾽ αὐτοῖς αἱρέσεις αἱ γενικαί· Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, καὶ Ἐσσηνοί, οἱ καὶ ὅσιοι λέγονται (τοῦτο γάρ ἐστιν Ἐσσηνοὶ ὄνομα, διὰ τὸ τοῦ βίου σεμνὸν) οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ σικάριοι, διὰ τὸ εἶναι ζηλωταί. Sicarios *alii quidem dicunt eſſe genus quoddam latronum, à gladiis ſic appellatos, quos ferebant, quique à Romanis* ſicæ *dicuntur. Alii putant eſſe unam ex ſectis Hebræorum. Tres enim ſunt apud illos ſectæ generales: Phariſæi, Sadducæi & Eſſeni, qui etiam Hoſii, id eſt, ſancti dicebantur: (hoc enim vult nomen Eſſenorum propter vitæ honeſtatem.) Illi ipſi verò etiam* ſicarii *dicti, eò quòd eſſent zelotæ.* Poteſt fieri, ut aliqui ex hac ſecta fuerint *ſicarii.* Nam Heſſæi contra Romanos acerrimè dimicabant; &, ne Cæſarem Dominum dicerent, acerbiſſimos cruciatus tolerabant, imò vitam profundere mortemque oppetere non dubitabant. De hisce ſicariis aliquid Scaliger Animadv. Euſebianis. Joſephus autor Judæ ſectatores, excepto eo quòd neminem mortalium Dominum appellarent, cætera Phariſæos fuiſſe. Unde etiam Suidas: Σικάριοι λέγονται οἱ Φαρισαῖοι, ὡς ζηλωταί. *Sicarii vocantur Phariſæi, ut zelotæ.*

Σίκερα.

Σίκερα, *ſicera,* vox ex Hebræa lingua deſumta, non ex Græca, quod tamen Suidas putavit, quando ſcribit: Σίκερα, σκευαστὸν πόμα· καὶ παρ᾽ Ἑβραίοις οὕτω λεγόμενον. μέθυσμα, οἶνος συμμιγὴς ἡδύσμασιν· ἐκ τοῦ συγκεκρᾶσθαι. *Sicera, parata potio: etiam apud Hebræos ita vocatur. Potus inebrians. Vinum cum condimentis mixtum. Dictum à verbo* συγκεράννυσθαι *commiſceri.* Imò eſt ab Hebr. שָׁכַר, *inebriatus fuit.* Hinc שֵׁכָר, *ſicera, potus inebrians.* Græci exiſtimant, hoc vocabulo omnem potum inebriantem, vino excepto, ſignificari. Theophylactus ad Lucæ I. v. 15. pag. 311. Σίκερα λέγεται πᾶν τὸ μέθην ἐμποιεῖν δυνάμενον, οὐκ ὂν δὲ ἐξ ἀμπέλου. *Quicquid inebriat, excepto vino, aut quod naſcitur ex vite, ſicera vocatur.* Videntur hæc deſumta ex Expoſitione in Lucam, quæ Tito Boſtrenſi tribuitur. Hoc ipſum etiam Heſychius vult: Σίκερα, οἶνος συμμιγὴς ἡδύσμασιν· ἢ πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλου δὲ σκευαστὸν, σύνθετον. *Sicera, vinum cum condimentis mixtum: vel omnis potio inebrians, ſed non ex vite parata, vel compoſita.* Balſamon ad Can. III. Apoſtol. pag. 234. Σίκερά ἐστι, πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν. *Sicera eſt, quidquid, excepto vino, inebriat.* Ita etiam ad eundem Canonem Zonaras, pag. 3. Id quidem verum eſt, ſed in iis tantùm locis, in quibus οἶνος καὶ σίκερα opponuntur. Solum ſi ponatur σίκερα, notat *vinum.* Vide Num. XXVIII. 7. In Thargum Chaldæorum hoc frequens.

Σιλεντιάριος.

Σιλεντιάριος, vel etiam σιλεντιάρης, *ſilentiarius.* Horum duos fuiſſe ordines memorat Meurſius. Prior erat vilior, atque idem cum eo, qui in patriarchalibus ſecretis ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων dicebatur, & ſilentium ac quietem populo indicebat. Hinc in Gloſſis Græco-Latinis: Ἡσυχοποιὸς, *ſilentiarius.* Agathias τοὺς ἐπιστάτας τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς appellat. Salvianus lib. IV. de Providentia: *Paverit quippe actores, paverit ſilentiarios, paverit procuratores.* Alter ordo erat longè honoratior, præeratque ſecretis Imperatoris. Philoſtorgius lib. VII. cap. VII. pag. 93. de Tribuno quodam: Τοῦτόν φασιν ἡνίκα Κωνστάντιος ἐβασίλευσεν, ἰδεῖν τινα τῶν λεγομένων Σιλεντιαρίων πυρὸς φλόγα τοῦ στόματος ἀφιέντα. *Iſtum ajunt, quo tempore Conſtantius imperabat, vidiſſe quendam ex iis, qui* Silentiarii *vocantur, flammam ignis ore evomentem.* Hîc *Silentiarii* ſunt, qui excubias Principis agebant in Palatio: quibus ideo ſubinde Principes uſi, eosque emiſere ad varia negotia accuranda, atque inter alia exciendis in Comitatum, quos Princeps vellet, ut vel ex hoc Philoſtorgii loco liquet. Faſti Siculi apud Euſebium, pag. 293. Πατρίκιον Πελάγιον τὸν ἀπὸ Σιλεντιαρίων. *Patricium Pelagium ex Silentiariorum numero.* Ibid. Ἐβασίλευσεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος ἀπὸ Σιλεντιαρίων. *Imperavit Anaſtaſius Dicorus ex Silentiariis.* Vide Gloſſ. Meurſii, Briſſonii de verb. ſignificat. lib. XVII. in *Silentiarii,* Voſſii de Gloſſematis cap. XLIX. Rittershuſium ad Salvianum, pag. 115.

Σιμικίνθιον.

Σιμικίνθιον, *ſemicinctium.* Heſychius: Σιμικίνθια,
φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. Suidas: Σιμι-
κίνθιον, φακιόλιον ἢ σουδάριον. Act. XIX. v. 12. Συ-
δάρια, ἢ σιμικίνθια. Vetus: *Sudaria, vel ſemicinctia.*
Eraſmus: *Sudaria & ſemicinctia.* Theophylacti in-
terpres: *Sudaria aut ſemicinctia.* Beza & Piſcator:
Sudaria ſeu ſemicinctia. Eraſmus legiſſe videtur καὶ σι-
μικίνθια, quam lectionem in uno ſe Codice inveniſ-
ſe teſtatur Beza. Sed unius duntaxat libri eſt illa le-
ctio. Si σιμικίνθια ἐξηγητικῶς additur præcedenti vo-
ci, non diſplicet *ſeu*; ſed ſi σουδάριον & σιμικίνθιον
diverſæ ſunt ſignificationis, (ut certè ſunt, ſi Theo-
phylacto & Oecumenio credimus) potiùs *vel*, quàm
ſeu ponendum, quia, *vel*, rebus diverſis disjungen-
dis meliùs inſervit. Porrò Theophylactus & Oecu-
menius inter hæc duo ſic diſtinguunt, ut σουδάριον ſit
lineum quiddam, ſive quiddam è lino capiti applica-
ri ſolitum: σιμικίνθιον verò quiddam item è lino,
ſed quod manibus potiùs teneri conſueverit. Oecu-
menii verba, à quibus Theophylacti, unâ aut alterâ
voculâ exceptâ, non differunt, in cap. XIX. Actor.
pag. 85. ſunt: Σουδάρια καὶ σιμικίνθια ἀμφότερα νομί-
ζω λινοειδῆ εἶναι· πλὴν, τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπι-
βάλλεται, τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσιν οἱ μὴ
δυνάμενοι ὠράρια φορεῖν, οἷοί εἰσιν οἱ φοροῦντες ὑπατικὰς ςο-
λὰς, ἢ γυβία, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τῶ
προσώπου, οἷον ἱδρῶτας, πτύελον, δάκρυον, καὶ τὰ ὁμο-
ια. *Sudaria & ſemicinctia, utraque linea eſſe puto: ſed*
ſudaria quidem capiti injiciuntur, ſemicinctia verò mani-
bus tenent, quibus non permittitur oraria ferre (quales
ſunt, qui conſularibus ſtolis, aut gubiis amiciuntur) ut
abſtergant liquores faciei adhærentes, veluti ſudorem,
ſputum, lacrymas, & quæ ſunt id genus. Σιμικίνθιον
eſſe τὸ ἐν χερσὶ κατεχόμενον etiam confirmat Baſilius Se-
leucienſis Homil. εἰς τὴν εὐαγγελισμὸν τῆς θεοτόκου, quando
σιμικίνθιον, de quo in Actis, vocat ἐγχείριον, *quod*
manu geſtatur. Alia eſt ſententia doctiſſimi Lud. de
Dieu, cujus verba adſcribo: Σουδάρια ἢ σιμικίνθια.
Sunt qui duas haſce voces idem ſignificare volunt. Quid
Suidas: Σιμικίνθιον, φακιόλιον ἢ σουδάριον. Quid
autem φακιόλιον? Idem Suidas ait eſſe τὸ τῆς κεφαλῆς
περιείλημμα, ὃ παρὰ Κυπρίοις κορδύλη, παρ' Ἀθηναίοις
κρωβύλον, παρὰ δὲ Πέρσαις νιδάριον καλεῖται, *capitis ve-*
lamen, quod Cypriis cordyle, Athenienſibus crobylum,
Perſis autem nidarium dicitur. Heſychius quoque σι-
μικίνθια vertit φακιόλια. Sed addit, ζωνάρια, ὠράρια
τῶν ἱερέων. *Cingula, oraria ſacerdotum.* Cingula in-
telligo, quibus ſe accingerent cùm ſacra face-
rent. Cùm enim talaribus induerentur veſtibus,
nonniſi ſuccinctos ſolere ſacris vacare, liquet ex
Exod. XXXIX. v. 29. Levit. XIV. v. 6. I. Sam.
II. v. 18. Talibus quoque cingulis, quò expe-
ditiùs & incederet & ſua perageret, uſus procul
dubio fuit Paulus: quæ ſemicinctia rectè dicun-
tur, quia in medio corporis medium veſtis ac-
cingunt. At Syrus vertit ܙܘܢ̈ܐ. Arabs خرقا,
lacinias. Sunt autem laciniæ, in veſtimento ex-
tremæ partes, ejuſque ſegmenta quædam veſtem
dividentia, unde & à *lacerando* Latinis, Syris
& Arabibus dictæ ſunt: quarum etiam in abs-
tergendis ſudoribus uſus erat. Plautus Merc. *Ac*
tu ædepol ſume laciniam, atque abſterge ſudorem
tibi. Hæc quia ad medium corporis ſciſſæ erant, at-
que ibi accingebantur, rectè ob id ſemicinctia di-
cuntur. Quò videtur reſpexiſſe Æthiopicus cùm
vertit, *& tulerunt de extremitatibus veſtis ejus, &*
ſudaria ejus. צנף quo utitur Æthiopicus, etiam
in Targum pro *lacinia* & extremitate veſtis uſurpa-
tur. Hebræi כָּנָף dicunt, cujus duale כנפים ob-
ſervetur non de avibus tantùm, ſed & de veſtibus dici,
Jerem. II. v. 34. ut ſciamus, ſicut avium, ita & veſti-
um duas fuiſſe alas, quæ quia jam ad medium corpo-
ris erant ſciſſæ, ubi cingebantur, facilè porrò à reliqua
veſte abſcindi & ſeparari potuerunt: quod uni alæ ve-
ſtis regis Saulis à Davide contigit I. Sam. XXIV. Ut
itaque hæ alæ per σιμικίνθια hic intelligantur, planè non
repugno.

Σίμων.

Duos hic conſideramus Simones.

I. eſt *Simon*, de quo Matth. X. v. 4. Marci III. v. 18. ubi
vocatur Σίμων ὁ Κανανίτης. Pro Κανανίτης rectiùs legi
Καννίτης, primus notavit doctiſſimus Angelus Canini-
us. Ejus verba, ut à Boiſio referuntur, adſcribo: *Si-*
mon Cananæus perperam ſcribitur à Latinis, cùm ſcriben-
dum procul dubio ſit Cannæus, *vel* Cannita, *ut Græcè*
quoque Καννίτης, *niſi Evangeliſtis credere nolumus, qui* Ζη-
λωτὴν, Zelotem, *vel* æmulatorem *interpretantur. Por-*
rò Zelator *Hebraicè & Syriacè dicitur* קנא. *Scribendum*
ergo Latinè, Cannæus, *vel* Cannita, *Græcè* Καννίτης.
Nam Cananæorum nomen, quod crebrum eſt in ſcripturis,
librariis parùm doctis impoſuit. Hæc Caninius. Sca-
liger in Elench. Trihæreſ. cap. I. & II. *Fuerant*, inquit, *&*
alii ζηλωταὶ, *ſive* Kannæi, *corpus devotum* σύστημα θεοσε-
βὲς, καὶ τάγμα εὐλαβὲς, *ſanctimoniæ vitæ, ac obſervationi*
legis deditum, ex quo ad Chriſti diſcipulatum tranſiit Si-
mon Kannæus, *Matth.* X. 4. Rurſus cap. XX. קנא Καν-
ναῖος, ὁ ζηλωτὴς Matth. X. 4. Rectè etiam Caſaubonus
contra Baronium: *Nemo*, inquit, *neſcit illud cognomen*
apud Matthæum Κανανίτης, *vel* Καννίτης, *non eſſe* ἐθνικὸν, *à*
patria illius, verùm profeſſionis potiùs, aut pietatis & zeli
elogium, cujus interpretamentum poſuit Lucas VI. 15. ὁ
ζηλωτής. Obſervandum tandem, apud Matth. exem-
plaria quædam legere Καναναῖος.

II. eſt *Simon magus*, de quo Act. VIII. De ejus or-
tu ſic Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. I. pag. 191. Σί-
μων, ὁ Σαμαρείτης ὁ μάγος, ἀπὸ Γιτθῶν ὁρμώμενος, κώμη
δὲ αὕτη Σαμαρείας. *Simon, magus Samaritanus, è Gitthis,*
quod Samariæ vici nomen eſt, oriundus. Euſebius hiſt.
Eccleſ. lib. II. cap. XIII. pag. 15. a. dicit oriundum ἀπὸ κώ-
μης λεγομένης Γίτθων. Epiphanius cum Theodoreto
ſcribit Γιτθῶν. In edit. Stephani apud Juſtinum, pag.
144. vitiosè ſcriptum Τείτον. Omnium hæreſium au-
tor fuit. Cyrillus Jeroſ. Catech. VI. Illumin. pag. 49. Πά-
σης αἱρέσεως εὑρετὴς Σίμων ὁ μάγος. *Omnis hæreſis inventor*
Simon magus. Idem refert Irenæus lib. I. cap. XXX. & Au-
guſtinus lib. II. contra adverſar. Leg. & Prophetar. c. XII.
De abominandis ejus hæreſibus videri poſſunt Auguſti-
nus de hæreſibus cap. I. & Theodoretus loco laudato: de
iiſdem nos quoque hinc inde ſuis locis. Videatur etiam
Epiphanius hæreſi XXI. *De morte ejus* ſcribunt Arnobi-
us lib. II. Clemens Conſtitut. Apoſt. lib. VI. c. IX. p. 944.
Ambroſius, Hexaëm. lib. IV. c. VIII. Cyrillus Jeroſ. Ca-
tech. VI. Illumin. p. 50. Euſebius hiſt. Eccl. lib. II. c. XIV.
pag. 15. b. 16. a. Sulpitius lib. II. Theodoretus hæret. fab.
lib. I. cap. I. Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. XIII. Anaſta-
ſius quæſt. XXIII. Cedrenus pag. 173. 174. Quæ-
runt docti, An illi ſtatua cum hoc titulo erecta fuerit,

SIMO-

Digitized by Google

SIMONI DEO SANCTO. Aſſerit Juſtinus Apolog. II. pag. 144. his verbis: Ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ, Θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς Θεὸς τετίμηται. Ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ. *Sub Claudio Caſare efficacium dæmonum arte in imperiali urbe veſtra Roma, propter magicas, quas exhibuit virtutes, Deus habitus eſt, & ſtatuâ apud vos veluti Deus honoratus: quæ ſtatua in amne Tiberi inter duos pontes eſt erecta, Latinam hanc habens inſcriptionem*, Simoni Deo ſancto. Tertullianus Apologet. cap. XIII. pag. 44. *Simonem magum ſtatuâ & inſcriptione ſancti Dei inauguratis.* Verba Juſtini repetit Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XIII. pag. 15. ubi poſt illa, Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ, addit, ὅπερ ἐστὶ, Σίμωνι τῷ ἁγίῳ. Idem affirmat Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. I. Nicephorus lib. II. cap. XIV. Irenæus lib. I. adv. Hæreſ. cap. XX. affirmant etiam alii. De la Cerda in dubio relinquit in Notis ad Tertulliani Apologeticum, cap. XIII. Ciaconius, in Opuſc. ante Expoſitionem columnæ Trajani, negat: negat etiam Salmaſius in Notis ad Spartianum, pag. 39. & in Apparatu ad libros de primatu Papæ, pag. 45, 46. Ad Spartianum ita ſcribit: *Sed mirum ni Juſtinus, homo Græcus, errore nominis deceptus, cùm* SEMONI DEO SANCTO *in illa inſcriptione legiſſet*, Semonem *pro* Simone *acceperit, ac putàrit* Simoni mago *ſtatuam illam inſcriptionémque dedicatam. Exſtat hodiéque Romæ in inſula Tiberina vetus inſcriptio huic* Semoni *poſita*: SEMONI. SANCO. DEO. FIDIO. *Et alia apud Fulvium Urſinum*: SANCO. SANCTO. SEMONI. DEO. *Illa, quam vidit Juſtinus, & quæ ejus tempore exſtabat ad Tiberim inter duos pontes, videtur ſic fuiſſe concepta*: SEMONI. DEO. SANCTO. *Et fortaſſean* SIMONI, *pro* SEMONI *etiam ibidem ſcriptum fuerit, vitioſa ſcribendi conſuetudine, cujus non pauca exempla in veteribus monumentis occurrunt. Sic* Mircurius, *pro* Mercurius; Camina, *pro* Camena; Melpomine, *pro* Melpomene; Artimas, *pro* Artemas; Belinus, *pro* Belenus. *Et alia ſexcenta. Vide Indicem Inſcriptionum Gruterianarum. Sic* Simoni *pro* Semoni *fortè ſcriptum fuit. Non tamen de Simone illo mago, cujus in Apoſtolica hiſtoria mentio, capiendum: ſed* de Simone ſanco *vel* ſancto, *qui apud Romanos colebatur, templis ei, ſacellis, aris, ſtatuis, & inſcriptionibus in diverſis urbis locis dedicatis. Nam Simonem magum pro Deo cultum, vel in Deorum numerum receptum Romanis, neutiquam mihi perſuadere poſſum.*

Σινιάζω. Σινίον.

Verbum σινιάζω legitur Lucæ XXII. 31. ubi Chriſtus ad Petrum: Ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον. Beza vertit σινιάσαι, *ventilare*. Vulgatus, *cribrare*. Eſt omnino *cribrare*. Patet ex Heſychio, apud quem: Σινιάσαι, σεῖσαι, κοσκινεῦσαι. *Concutere, cribrare*. Addit præterea, σινιατήριον & σινίον eſſe κόσκινον. Eſt autem κόσκινον *cribrum*. Veteres Gloſſæ: Κόσκινον, *cribrum*. Κοσκινοποιός, *Cribrarius*. Apud Suidam: Κοσκίνῳ ὕδωρ ἐπιφέρει, ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. *Cribro aquam affert: de rebus, quæ fieri nequeunt.* Idem: Σινιάσαι, σεῖσαι, κοσκινίσαι, θορυβῆσαι, ταράξαι, πειράσαι. *Concutere, cribrare, perturbare, turbare, tentare.* Hic ergo propriam & metaphoricam ſignificationem ponit. Hanc habes apud Lucam, cujus verba etiam ſubjungit Suidas, & ait, per κόσκινον nihil aliud denotari, *quàm* τὸν περίγειον κόσμον, ἡδονῶν καὶ ὀδυνῶν πεπληρωμένον· δι' οὗ, ὡς διὰ ὀπῶν ἐκπίπτουσιν οἱ γεώδεις ἀπὸ τοῦ τροφίμου σίτου ἐπὶ τὸν ᾅδην, *iſtum terreſtrem mundum voluptatibus & doloribus plenum, per quæ, tanquam per quædam cribri foramina homines terreſtres excidunt ex illo frumento vim alendi habente in mortem.* Eandem impropriam ſignificationem ad cap. XXII. Lucæ etiam obſervat Chryſoſtomus Homil. LXXXII. in Matth. ubi σινιάσαι explicat per θορυβῆσαι, ταράξαι καὶ πειράσαι, *perturbare, turbare & tentare*: & Theophylactus in cap. XXII. Lucæ, pag. 516. per ταράξαι, βλάψαι, πειράσαι, *turbare, lædere, tentare*. Ignatius in epiſt. ad Smyrnæos, Τοῦ ἐξαιτησαμένου σινιασθῆναι τὴν τῶν ἀποστόλων πίστιν. *Qui poſtulavit cribrari Apoſtolorum fidem.* Illuſtris eſt locus apud Macarium Homil. V. pag. 73, 74. propterea diligentiùs obſervandus, quia σινίον, quod tamen Lexica omittunt, aliquoties in eo occurrit. Οἱ τῆς γῆς οἰκήτορες, καὶ τὰ τέκνα τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐοίκασι σίτῳ βεβλημένῳ ἐν σινίῳ τῆς γῆς ταύτης, σινιαζόμενοι ἐν ἀστάτοις λογισμοῖς τοῦ κόσμου τούτου, καὶ σάλῳ ἀπαύστῳ τῶν γηΐνων πραγμάτων, ἐπιθυμιῶν, καὶ πολυπλόκων ἐννοιῶν ὑλικῶν, τὰς ψυχὰς κλυδωνίζοντος τοῦ σινιάζοντος σατανᾶ διὰ τοῦ σινίου, τουτέστι, τῶν γηΐνων πραγμάτων, πᾶν τὸ ἁμαρτωλὸν γένος τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἐκπτώσεως παραβάντος τὴν ἐντολὴν, καὶ ὑπὸ τὸν ἄρχοντα τῆς πονηρίας γεγονότος, λαβόντος αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ λοιπὸν ἀπαύστοις λογισμοῖς ἀπάτης καὶ κλόνου σινιάζοντος καὶ προσκρούοντος τῷ σινίῳ τῆς γῆς πάντας υἱοὺς τοῦ αἰῶνος τούτου· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ σινίῳ ὁ σῖτος ὑπὸ σινιάζοντος προσκόπτει, καὶ ἐν αὐτῷ ἀστάτως σαλευόμενος στρέφεται· οὕτω διὰ τῶν γηΐνων πραγμάτων πάντας τοὺς ἀνθρώπους κατέχει ὁ τῆς πονηρίας ἄρχων καὶ δι' αὐτῶν σαλεύει καὶ κλονεῖ, καὶ σείει καὶ προσκόπτειν ποιεῖ διαλογισμοῖς ματαίοις, καὶ αἰσχραῖς ἐπιθυμίαις καὶ δεσμοῖς γηΐνοις καὶ κοσμικοῖς, ἀστάτως αἰχμαλωτίζων καὶ κλονῶν, καὶ διελεάζων πᾶν τὸ ἁμαρτωλὸν γένος τοῦ Ἀδάμ. *Terræ incolæ, & filii hujus ſeculi ſimiles ſunt tritico in cribrum hujus terræ injecto, cribrati inconſtantibus hujus mundi cogitationibus, & perpetuis rerum terrenarum procellis, nec non cupiditatum & variarum cogitationum terrenarum fluctibus, fluctus excitante Satana, qui cribrat cribro, id eſt, rebus terrenis, omne genus hominum peccatis deditum, ab eo tempore, quo Adam cecidit tranſgreſſus mandatum, & principi nequitiæ factus obnoxius: qui quidem in hominem poteſtate accepta, poſtea cogitationibus aſſiduis erroris & perturbationum cribrat & collidit cribro terreno univerſos filios hujus ſeculi. Quemadmodum enim triticum in cribro ejus qui illud tractat, alliditur, & agitatum in ipſo aſſiduè vertitur: ita princeps nequitiæ cunctos homines rebus terrenis occupatos tenet, & ejuſmodi occupationibus eos agitat, turbat & commovet, efficitq; ut vanis cogitationibus allidantur, dum obſcœnis deſideriis, & terrenis atque ſecularibus laqueis univerſum genus Adæ peccato obnoxium ſine intermiſſione captivat, agitat atque decipit.* In eandem ſententiam plura eadem oratione leguntur, ſtatim poſt initium: quæ facilè inde haberi poſſunt.

Σινίασμα.

Non habent Lexica. Veteres Gloſſæ: Σινίασμα, ἡ ὑπαρία τοῦ σίτου. *Detrimentum.* Aliæ Gloſſæ: *Detrimentum*, ἀπότριμμα, σινίασμα. Palladius hiſt. Lauſiacæ cap. XXXIX. pag. 92. Τρέφονται οἱ χοῖροι διὰ τὰ σινιάσματα. *Alantur porci propter detrimenta*, id eſt, ne cribratarum frugum excrementa pereant.

Σιτηρέσιον.

Veteres Gloſſæ: Σιτηρέσιον, *frumentatio, frumentum.* Suidas: Σιτηρέσιον, τὸ διδόμενον τισὶν εἰς τροφήν. *Quod aliquibus alimenti cauſſâ datur, militare ſtipendium.* Heſychius: Σιτηρέσιον, ἐφόδιον. *Commeatus.* Eſt *demenſum,* id eſt, frumentum, quod quis ſingulis menſibus à σιτοδότῃ ſeu σιτομέτρῃ aufert. Σιτηρέσια ſunt *annonæ.* Narrat Philoſtorgius, hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. IV. pag. 90. Julianum *annonas Eccleſiarum* Gentilibus miniſtris deputâſſe atque tradidiſſe: Τῶν ἐκκλησιῶν τὰ σιτηρέσια τοῖς τῶν δαιμόνων θεραπευταῖς μετέδωκε. *Annonas Eccleſiarum miniſtris dæmonum tradidit.* Idem narrat Sozomenus lib. Hiſt. V. cap. V. pag. 63. b. ubi pariter σιτηρέσια ſunt *annonæ.* Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. IV. pag. 664. τοῦ σίτου τὴν σύνταξιν, *certum frumenti numerum* vocat. In N. Teſt. ejus loco adhibetur σιτομέτριον. Lucæ XII. 42. pro quo Matth. XXIV. 45. ἡ τροφή. Interpres Irenæi, *cibaria.* Apulejus: *Cibaria pro laboribus reddita.* Et, *Servo cibaria data.* Vulgatus, *tritici menſuram* interpretatur. Recentiores nonnulli, *demenſum.* Ita in veteri Onomaſtico: *Demenſum* σιτομέτριον. Veteres Gl. habent σιτόμετρον, *cibarium, diarium:* quâ voce etiam Plutarchus non ſemel uſus. Suidas: Σιτομετρεῖν, τὸ σῖτον παρέχειν. Καὶ σιτομέτριον, ἡ σιτοδοσία. *Frumentum metiri, frumentum præbere. Et* σιτομέτριον, *frumenti diſtributio.* Theodoretus de ſervo loquens, Orat. VII. de Providentia: Μέτρῳ λαμβάνει τὸ σιτηρέσιον. *Certâ menſurâ accipit cibaria:* pro quo Diodorus Siculus, lib. II. σιτομετρίαν λαμβάνειν.

Σιτώνης.

Suidas: Σιτώνης· ὁ προεστὼς τοῦ δημοσίου σίτου. *Præfectus publico frumento. Publicus rei frumentariæ procurator.* Generaliter *frumenti emtor.* De omni eo genere hominum, qui ex annonæ caritate lucrum ſperant, minùsque uberem annonam exſpectant, ut eo demum tempore, quo inopia ingruit, eam promant, eleganter Greg. Nazianzenus Orat. XX. pag. 341. Τηροῦσι τοὺς καιροὺς, καὶ καταπραγματεύονται τὴν ἐνδείας, καὶ γεωργοῦσι τὰς συμφοράς. *Obſervant temporum difficultates, & famem negotiantur, atque ex aliorum calamitatibus meſſem faciunt.* Patres eodem ſenſu dicunt τὴν πενίαν τοῦ πλησίον ἐμπορεύεσθαι, τὰς ἀλλοτρίας πραγματεύεσθαι συμφοράς, vel ἐμπορεύεσθαι. Vide illa verba. Addit verò Nazianzenus: Ταῦτα μὲν οἱ σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι, καὶ μήτε τὸ συγγενὲς αἰδούμενοι, μήτε περὶ τὸ θεῖον εὐχάριστοι, παρ᾽ οὗ τὸ ἔχειν αὐτοῖς, ἄλλων πιεζομένων. *Atque hæc quidem frumenti emtores & caupones faciunt, qui nec cognationis jure commoventur, nec erga Deum; cujus beneficio ipſi frumentum habent, cùm alii opprimantur; grati ſunt.* Idem alibi, nempe Orat. XV. p. 237. Οἱ σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι, καὶ τηροῦντες τὰς τῶν καιρῶν δυσκολίας. Hi ſunt *dardanarii.* Veteres Gloſſæ: Σιτοκάπηλος, *dardanarius.* Sunt qui his artibus *attentant, onerant, vexant annonam,* ut loquitur Ulpianus. Et Martialis:

Hic ubi Roma ſuas aurea vexat opes.

Varro, *Incendunt & excandeſciunt annonam.* Lampridius, *vaſtant. Cùm annonam,* inquit, *vaſtarent hi, qui tunc rem publicam gerebant, etiam inopia ingens Romæ exorta eſt, cùm fruges non deeſſent.* Plinius, *flagellant,* quod eſt, *premunt.* Martialis duobus locis, *Arca flagellat opes.* Et alio loco, *Opes gravis arca premit.* Denique *vaſtat, flagellat, vexat annonam* propriè, *qui ſupprimit, quive non vendit juſto precio.* Solomon Proverb. XI. 26. juxta Theodot. Ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος, *qui annonam ſupprimit, plebi execrabilis eſt:* quæ etiam Nazianzenus adducit Orat. XX. Duportus ſic expreſſit:

Σχέτλιος, ὃς σῖτον λαοῦ ἀπονόσφιν ἐρύκει,
Τῷ δὲ καταρῶνται πληθὺς πόλλ᾽ ἄλγε᾽ ὀπίσσω.
Miſer, qui frumentum à populo ſeorſum detinet,
Huic autem imprecatur plebs multos dolores in poſterum.

Sed aliquid dicendum de locutione, καταπραγματεύεσθαι τὴν ἐνδείας, quæ ſignificat, *ex annonæ caritate atque inopia commoda ſua comparare,* ac majoris quæſtus faciendi occaſionem hinc arripere. *Famem negotiari* dicere queas ad imitationem Plinii, qui *medicos corpora noſtra negotiari* ait. Nicetas, hæc Nazianzeni explicans, ſcribit: Οὐ θεραπεύουσι τὸ ὑστέρημα τῶν δεομένων, ἀλλ᾽ ἐπιτρίβουσι καὶ αὔξουσι τὸ πάθος. *Inopiam egenorum non levant, ſed obterunt atque augent.* Budæus in Commentariis ſuis putat legendum eſſe in accuſandi caſu, καταπραγματεύονται τὴν ἔνδειαν, vel, τὰς ἐνδείας, ut ſit, *moliuntur negotiando inopiam.* Sed non hoc vult Gregorius, hujusmodi ſceleratos negotiatores egeſtatem ac penuriam inducere, verùm eam in lucrum ſuum convertere, & ex publica calamitate commoda ſua comparare, famemque per ſe atrocem crudeli negotiatione atrociorem reddere. Unde etiam Nicetas hæc verba exponit: Πολυπλασίους εἰσφορὰς ἑαυτοῖς ἐξ ἀδικίας καὶ πάσης καπηλικῆς πραγματείας ἐπινοοῦσι. *Varia tributa ex injuſtitia & omni cauponaria negotiatione ſibi excogitant.* Quod idem Budæus Nazianzenum pag. 342. commodiùs hoc verbo uſum ait, cùm de Joſepho loquitur, non dubitandum, quin ſi totam periodum accuratiùs conſideràſſet, pro ſua inſigni eruditione, aliter fuiſſet ſenſurus. Eodem enim planè ſignificatu hoc verbum uſurpavit. Nam ut Baſilii erga pauperes benignitatem & humanitatem amplificet, eum cum Joſepho comparat, ſuperioremque eſſe oſtendit. Τοιοῦτος ἦν ὁ νέος σιτοδότης ἡμῶν καὶ δεύτερος Ἰωσήφ, πλὴν ὅτι καὶ πλέον τι λέγειν ἔχομεν· ὁ μὲν γὰρ καταπραγματεύεται τοῦ λιμοῦ, καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐξωνεῖται τῷ φιλανθρώπῳ τῆς τῆς ἀφθονίας καιρὸν εἰς τὸν τοῦ λιμοῦ διαθέμενος, καὶ τοῖς ἑτέρων ὀνείροις εἰς τοῦτο διαταττόμενος. Ὁ δὲ προῖκα χρηστὸς ἦν, καὶ τῆς σιτοδείας ἐπίκουρος ἀπραγμάτευτος, πρὸς ἓν ὁρῶν, τῷ φιλανθρώπῳ τὸ φιλάνθρωπον κτήσασθαι, καὶ τῶν ἐκεῖθεν τυχεῖν ἀγαθῶν διὰ τῆς ἐνταῦθα σιτομετρίας. *Talis erat novus noſter frumenti diſtributor, & ſecundus Joſeph: imò etiam aliquid amplius habemus, quod dicamus. Ille enim ex fame quæſtum captat, ac per benignitatem Ægyptum emit, ubertatis tempus ad famis tempus diſponens, & adminiſtrans, atque aliorum ſomniis ad eam rem ordinatus: hic autem gratis benignus erat, neque in hoc tribuendi frumenti auxilio lucrum ullum captabat, id unum ſpectans, ut miſericordiam per miſericordiam ſibi compararet, ac per præſentem annonæ largitionem futura bona conſequeretur.*

Σκάμμα.

I. *Propriè* Σκάμμα in ſtadio ſive circo dicebatur locus, in quo athletæ certabant. S. Ephræm, ſub initium libri de luctamine ſpirituali: *Scamma eſt locus medius, in quo athletæ luctantur.* In veteri Gloſſario σκάμμα exponitur *foſſum.* An potiùs *foſſatum,* vel *foſſa?* Eſt autem à σκάπτω, *fodio.* Ita verò locus certaminis dicebatur, ſive quia foſſæ leviter depreſſæ ſpeciem ferebat: ſive quòd apud Græcos foſſâ ſoleret cingi, ut apud Romanos euripo. Heſychius σκάμματα exponit στάδια, *ſtadia.* Stadium itidem propriè notat locum, in quo curſu & lucta certabant athletæ. Frequentiſſima vox apud Græcos,

Digitized by Google

cos. *Foſſam* denotat in illo Macarii, Homil. XV. *Urbem ædificaturus*, ἄρχεται σκάπτειν, καὶ ἐν τῷ σκάμματι τοὺς θεμελίους τιθέναι, *fodere incipit, & in foſſa fundamenta ponere. Stadium, locum certaminis* longè ſignificat frequentiùs. Chryſoſtomus in Pſ. XLVIII. Ἔνθα τὰ σκάμματα, καὶ τὰ παλαίσματα. *Ubi ſtadium & lucta eſt.* Idem epiſt. CVII. Καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων, οἱ ἀγῶνες τῆς ἀρετῆς ἔπαθλα γίνονται, καὶ οὐ μόνον τοῦ θεάτρου λυθέντος τὰ βραβεῖα τοῖς νενικηκόσιν ἔρχεται φέρουσα, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ μέσῳ τῷ σκάμματι λαμπροὺς τοῖς ἀγωνιζομένοις πλέκει τοὺς στεφάνους. *Etiam ante præmiorum tempus virtutis certamina præmiorum rationem habent, atque ipſa non modo ſoluto theatro victoribus palmam affert, ſed etiam in ipſo medio ſtadio præclaras athletis coronas nectit.* Epiſt. V. ad Olympiadem: Ἐπετάθη τὰ τῆς θλίψεως ὑμῖν, καὶ πλατύτερα πάλιν ἐτέθη τὰ σκάμματα, καὶ μακρότεροι τῶν δρόμων οἱ δίαυλοι. *Acerbior facta eſt calamitas veſtra, latiora vobis rurſus poſita ſunt ſtadia, curſuumque longiora ſpatia conſtituta ſunt.* Hîc σκάμματα ſunt fines curriculi, termini. Idem, Homil. LV. t. V. Edit. Pariſ. pag. 738. Cùm CHRISTUS in hunc veniſſet mundum, τοὺς ἀγγέλους ἀνθρώπους ἐποίησε, καὶ πρὸς τὰς ἐλπίδας ἐκάλει τὰς ἄνω, καὶ μακρὰ σκάμματα διέτεινεν, *homines Angelos reddidit, & ad ſpem rerum cæleſtium vocavit, & ſtadia longiùs extendit.* Interpres minùs convenienter, *longiora certamina propoſuit.* Sunt quidem etiam *certamina*, τὰ σκάμματα, ut poſtea videbimus: at μακρὰ σκάμματα διατείνειν, eſt ſcammata, ſtadia, fines ſeu terminos curriculi extendere. Ita Homil. XV. ejuſdem tomi, pag. 219. de Apoſtolo Paulo: Τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδύνοις περιπίπτοντα ὁρῶν ὁ δεσπότης ἠνείχετο, οὐ περιορῶν τὸν οἰκεῖον ἀθλητὴν, ἀλλὰ τὰ σκάμματα αὐτῷ μακρότερα κατασκευάζων, ἵνα τοὺς στεφάνους αὐτῷ λαμπροτέρους ἀπεργάσηται. *Orbis terrarum doctorem quotidie periculis objici cùm videret Dominus, permittebat, non quòd athletam ſuum negligeret, ſed quòd longiora illi virtutis ſtadia ſterneret, ut ſplendidiores illi coronas redderet.* Et Homil. LVIII. ejuſd. tomi, pag. 771. de divite apud inferos: Ἐγένετό τι κέρδος αὐτῷ ἀπὸ τῆς κατανύξεως; οὐδαμῶς· ἄκαιρος γὰρ ἡ μετάνοια. Ἐλύθη τὸ θέατρον, ἀπῆλθε τὰ σκάμματα, οὐκ ἔτι καιρὸς τῶν παλαισμάτων ἦν. *Num aliquid lucri ex illa compunctione habuit? Nequaquam: intempeſtiva enim erat pœnitentia. Solutum erat theatrum, ſublata fuerunt ſtadia, non ampliùs erat tempus luctæ.* Homil. V. in epiſt. ad Hebræos, pag. 460. Οὐδεὶς γενναῖος ἀθλητὴς ἐν τῷ σκάμματι λουτρὰ ἐπιζητεῖ καὶ τράπεζαν πληθοῦσαν σιτίοις καὶ οἴνῳ. *Nullus generoſus athleta in ſtadio balnea quærit & menſam cibo & potu refertam.* Theodoretus θεραπευτ. Serm. XII. Ὑπεραλλόμενοι τὰ τῆς φύσεως σκάμματα. Zenobius Acciaolus interpretatur, *Qui humanæ naturæ foveas expediti levesque tranſiliunt.* Obſcurè. Tu reddes, *Qui naturæ fines tranſiliunt.* Ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδᾷν, eſt *tranſilire terminos* ſeu *fines ſtadii, curriculi.* Chryſoſtomus Homil. XIV. t. V. Edit. Pariſ. pag. 252. Ὁ Παῦλος οὐ μόνον τὰ ἐπιταχθέντα ἐποίει, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὰ σκάμματα ἐπήδα. *Paulus non tantùm imperata fecit, ſed etiam terminos tranſiliit ſibi præfixos.* Idem Homil. II. in I. ad Corinthios: Σὺ μὲν ἴσως καὶ μετὰ γυναικὸς ὢν οὐ σωφρονεῖς, ἄλλος δὲ καὶ χωρὶς γυναικὸς ἀκέραιον διατηρεῖ τὴν ἁγνείαν. Τίνα οὖν ἔχεις ἀπολογίαν, τὸ μέτρον οὐ φυλάττων, ἑτέρου ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδῶντος; *Tu quidem fortaſſe, etiamſi cum uxore habites, non es caſtus ac temperans, alius autem etiam abſque uxore ſinceram & integram conſervat caſtitatem. Quamnam ergo habes excuſationem, ſi modum non ſervas, cùm alius terminos præfixos tranſiliat?* Vocem Græcam etiam Latini retinent. Tertullianus lib. ad Martyras, cap. III. pag. 191. *Itaque Epiſtates veſter Chriſtus Jeſus, qui vos Spiritu unxit, & ad hoc* ſcamma *produxit.* Ambroſius lib. I. Offic. *Adhuc populus ſpectat, adhuc athletæ in* ſcammate *ſunt, & tu jam otium petis? Adhuc athletæ in ſcammate ſunt*, proverbialiter dictum, ut Tertulliani, *ad ſcamma producere:* pro, etiamnum de præmio certatur, & palma dubia eſt. Malè Eraſmus & Cælius *ſtamma* legendum putant, quos refutat Paulus Leopard. lib. I. Miſcell. cap. XXII.

II. Σκάμμα notat ipſum *certamen.* Hinc Heſychio σκάμματα etiam ſunt ἀγῶνες, *certamina.* Hæc quoque ſignificatio uſitatiſſima eſt. Pauca exempla ſufficient. Chryſoſtomus Homil. I. ad populum Antiochenum. t. VI. pag. 458. σκάμματα & παλαίσματα conjungit in hiſce: Ἐπὶ πλείονα τὸν Ἰὼβ καλῶν σκάμματα καὶ παλαίσματα μείζονα, ἀπὸ τῆς εὐπορίας εἰς πενίαν ἀφῆκεν ἐμπεσεῖν ὁ Θεός. *Ad majora ipſum vocans certamina & luctas, de copia in penuriam Jobum incidere permiſit Deus.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CXCV. lib. IV. pag. 522. Τὰ ἔπαθλα ὁ μέλλων αἰὼν ἐμπιστεύεται, ὡς οὗτος τὰ σκάμματα. *Futuræ vitæ commiſſa ſunt præmia, ſicut huic præſenti certamina.* Rittershuſius hîc obſcurè, *foſſata.* Eadem leguntur lib. I. epiſt. IV. pag. 2. ubi σκάμματα reddit, *ſtadia & arenæ.* Malim *certamina*, quia iis reſpondent τὰ ἔπαθλα. Baſilius Seleucienſis: Ἐν εὐσεβείας σκάμματι ἁρπάζειν τὸν στέφανον. *In pietatis certamine coronam rapere.* Idem, Orat. VII. pag. 39. de Abrahamo: Ἠγνόει σκάμμασιν ἑτέροις μετὰ τὸν τόκον τηρούμενος. *Ignorabat infante edito ſe ad alia ſervari certamina.* Chryſoſtomus lib. Quòd nemo lædatur, niſi à ſe ipſo, cap. X. de Daniele & ſociis ejus: Ἐφ' ἕτερα πάλιν ἐκαλοῦντο σκάμματα· καὶ πάλιν ἦσαν οἱ αὐτοί· καὶ ἀγὼν τοῦ προτέρου χαλεπώτερος αὐτοῖς ἐπετίθετο. *Ad alia rurſus vocabantur certamina, & nihilominus iidem erant: & certamen priore difficilius ipſis imminebat.* Idem, Homil. LXIX. t. VI. Τὰ παρόντα ἀγών ἐστι καὶ σκάμματα, καὶ στάδιον. Τὰ δὲ μέλλοντα ἔπαθλα, καὶ στέφανοι, καὶ βραβεῖα. *Præſentia ſunt pugna, & certamina, & ſtadium: futura verò præmia, & coronæ, & brabéa.* Idem in Pſal. IX. Ἐν τῇ παλαιᾷ σύμμετρα ἦν τὰ σκάμματα· τῆς δὲ ἐν τῇ καινῇ πόῤῥω ταῦτα φιλοσοφίας. *In veteri* Teſtamento *certamina viribus hominum reſpondebant: ſed hoc procul abeſt ab ea vivendi ratione, quam in novo docemur.* Idem, Homil. XXXIII. t. V. Ὁ καιρὸς ἐκεῖνος οὐχὶ στεφάνων, οὐδὲ ἐπάθλων, ἀλλ' ἀγωνισμάτων, καὶ παλαισμάτων, καὶ πόνων, καὶ ἱδρώτων, καὶ σκαμμάτων, καὶ πολέμων. *Tempus illud*, nempe quo Filii Zebedæi petierunt ſedere ad dexteram & ſiniſtram CHRISTI, *non erat tempus coronarum, neque præmiorum certaminis, ſed præliorum, & luctationum, & laborum, & ſudorum, & certaminum, & bellorum.* Homil. IV. ad populum Antiochenum, t. VI. pag. 483. Ἐὰν μὴ πειρασμὸς, οὐδὲ στέφανος· ἐὰν μὴ παλαίσματα, οὐδὲ βραβεῖα· ἐὰν μὴ σκάμματα, οὐδὲ τιμαί· ἐὰν μὴ θλίψις, οὐδὲ ἄνεσις· ἐὰν μὴ χειμὼν, οὐδὲ θέρος. *Si non eſſet tentatio, neque corona eſſet: ſi non luctationes, neque brabea: ſi non certamina, neque honores: ſi non afflictio, neque requies: ſi non hyems, neque æſtas.*

Digitized by Google

Σκάνδαλον.
Σκανδαλίζω.

I. *Explicatio harum vocum.* De iis multa habet Voſſius Philologiæ S. cap. III. Nos omnia ad compendium referimus.

1. Σκάνδαλον *propriè offendiculum, impedimentum, ad quod aliquis offendit, ſive impingit, ita ut ipſi grave ac moleſtum ſit*, ſignificat. Ac proinde σκανδαλίζειν eſt *iſtiusmodi offendiculum ſive obſtaculum alicui objicere*, ſive *ponere* : *&* σκανδαλίζεσθαι, *iſtiusmodi offendiculum alicui objici.* Raræ quidem voces ſunt, & vix alibi quàm in Scripturis ſacris, aut earum verſionibus leguntur. De earum autem ſignificatione non adeò difficulter conſtare poteſt. In libro Judith cap. V. 1. de filiis Iſraël : Τὰς διόδους τῆς ὀρεινῆς συνέκλεισαν, καὶ ἐτείχισαν πᾶσαν κορυφὴν ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα. *Acceſſus regionis montanæ occluſerunt, muroq; firmârunt omnem verticem montis excelſi, & in agris diſpoſuerunt res ad quas impingeret* ſc. Holophernes. Σκάνδαλα ἐν πεδίοις τιθέναι eſt *obſtacula, impedimenta in ſolo*, vel *in agris ponere, ne hoſtis irrumpere poſſit.* Eadem ſignificatio liquidò etiam apparet ex Lev. XIX. 14. Οὐ κακῶς ἐρεῖς κωφὸν, καὶ ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον. *Ne maledicito ſurdo, & ante cæcum ne ponito offendiculum.* In Hebræo eſt vox מכשול, *offendiculum*, à כשל, *impingere, offendere ad aliquid.* Habet & Heſychius vocem, σκάνδαλος, eamque interpretatur per ἐμποδισμός. Alibi idem : Σκῶλος, ῥάβδος, σκάνδαλος, σκόλοψ, πάσσαλος. Ita σκάνδαλος ſignificat *& palum & impedimentum, ſeu offendiculum.* Ἔγκομμα quoque utrumque ſignificabat. Chryſoſtomus Homil. LIX. in Matth. Σκάνδαλά ἐστι κωλύματα τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ. *Scandala ſunt impedimenta à rectâ via abducentia*, vel *in recta via poſita.* Hieronymus lib. II. adv. Pelagianos : *Niſi fallor enim*, σκῶλον *&* σκάνδαλον *apud Græcos ex offenſione & ruina nomen accepit.* Quare Eraſmus in notis ad eum Hieronymi locum, ut & Annotat. in cap. XVI. Matth. ſuſpicatur σκάνδαλον venire à σκάζω, hoc eſt, *claudico*, quòd cogat claudicare, ſive inſtar claudi in obliquum tendere. Nec H. Stephano hoc etymon diſplicet. Sed potiùs originem exoticam ſapere videntur & σκῶλον & σκάνδαλον, atque deducta eſſe à כשל ſive מכשול, immutatione leviuſcula.

2. Σκάνδαλον, σκανδαλίζω & σκανδαλίζεσθαι, à propria ſignificatione ad alia ſignificanda in novo Teſtam. frequentiſſimè reperiuntur tranſlata. Quævis res, quæ, dum ab aliquo proficiſcitur, alii moleſta, atque ideò diſplicet ; itemque quæ alteri præbet perniciei occaſionem, σκάνδαλον appellatur. Ipſe item homo, qui tale quid facit, quod alteri moleſtum eſt, aut perniciei occaſio, nomine σκανδάλου inſignitur. Eadem eſt ratio verbi σκανδαλίζω & σκανδαλίζεσθαι. Exemplum eſt Lucæ XVII. v. 1. Ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Vide in Ἀνένδεκτος. Hoc Matthæus cap. XVIII. v. 7. ita expreſſit : Ἀνάγκη ἐστὶν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Vide in voce Αἵρεσις, num. IV. 1. & in Ἀνάγκη, num. I. 1. Hic per τὰ σκάνδαλα intelliguntur quævis malæ actiones, quas dum alii vident, aut de illis differentes audiunt, ad ſimiles actiones quaſi invitantur. Theophylactus in cap. XVIII. Matth. pag. 104. Σκάνδαλα νόει τοὺς ἐμποδίζοντας πρὸς τὰ καλά. *Per offendicula intellige eos, qui bono obſtant.* Et in cap. XVII. Lucæ, pag. 464. σκάνδαλα dicit eſſe τὰ κωλύματα τῆς ἀγαθῆς καὶ θεοφιλοῦς πολιτείας, *impedimenta bonæ DEOq; gratæ vitæ.* Ad Rom. XIV. v. 13. hortatur Paulus, ut obſervetur illud, μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον, *non ponere offendiculum fratri*, hoc eſt, cuicunque alteri. Per τὸ *offendiculum ponere* autem nihil aliud intelligit, quàm *aliquid facere, quo alter à fide & religione Chriſtiana abducatur.* Exempli gratiâ, ſi quis Chriſtianus edat, quo alter, itidem Chriſtianus, ſed adhuc infirmus, abſtinendum putet ; & alter ille propterea à fide avertatur, & ad hæreticos tranſeat : talis comeſtio dicitur πρόσκομμα & σκάνδαλον. Ita locum intellexit Theodoretus, pag. 105. in Epiſt. ad Romanos : Ἐνταῦθα πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀποτείνεται, μὴ συγκατιόντας τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων, ἀλλ' ἄκραν ἀρετὴν ὑπειληφότας εἶναι, καὶ ζῆλον θερμὸν, τὴν ἀδιάφορον τῶν ἐδωδίμων μετάληψιν. *Hic invehitur in fideles ex gentibus, qui eorum qui ex Judæis crediderant infirmitati non ſatis ſe accommodabant, ſed ſummam eſſe virtutem ferventémque zelum exiſtimabant, eſculentis omnibus ſine diſcrimine veſci.* Legimus etiam Petrum fuiſſe σκάνδαλον Chriſto Salvatori noſtro, cùm eum dehortari vellet, ne paſſionem ſubiret, Matth. XVI. 23. Chriſtus ad eum, Σκάνδαλόν μου εἶ, *offendiculum meum es.* Quorum verborum ſenſus non eſt, quòd Petrus ſua dehortatione efficere potuerit, ut Salvator à paſſione ſubeunda, atque adeò à redimendo genere humano prorſus abſtineret; ſed hoc tantùm vult Salvator, Petrum id agere, & conari, ut ſe à ſalutari inſtituto abduceret. Huc facit illud, quòd apud Baſilium in Moralibus, reg. XXXIII. cap. II. pag. 311. de offendiculo dicitur : Πᾶν τὸ ἀντικείμενον τῷ τοῦ Κυρίου θελήματι, σκάνδαλόν ἐστι. *Quicquid voluntati Domini adverſatur, ſcandalum eſt.* Poſtea hoc ipſum Petri exemplum ſubjicitur. Origenes in Matth. pag. 286. ad eundem locum reſpiciens : Σκάνδαλον εἴρηται ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς οὐ τὰ τοῦ Θεοῦ ἐν οἷς εἶπε φρονῶν, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. *Scandalum à Jeſu dictus eſt, quaſi in iis, quæ dixit, ea quæ Dei ſunt minimè ſapiens, ſed ea quæ hominum ſunt.* I. Corinth. I. v. 33. dicit S. Paulus, *ſe prædicare Chriſtum, qui Gentibus ſtultitia ſit, Judæis autem* σκάνδαλον. Eodem ſenſu Rom. IX. v. 33. πέτρα σκανδάλου nihil aliud eſt, quàm πέτρα, quæ eſt σκάνδαλον, hoc eſt, in quam quis impingit. Dicitur autem CHRISTUS σκάνδαλον, & πέτρα σκανδάλου, quòd, dum ejus doctrinam audiverunt Judæi, ipſi eam deteſtati ſunt ac repudiârunt, atque ita graviorem ſibi pœnam attraxerunt. Ita etiam λίθος προσκόμματος idem CHRISTUS vocatur, de quo in voce Λίθος, num. II. 2. ſub finem. Theophylactus ad I. Corinth. I. v. 33. pag. 172. Ἰουδαίοις σκάνδαλον. Ἰουδαῖοι, φησὶν, ἔχουσι σκάνδαλον τὸν ἐσταυρωμένον· προσπταίουσι γὰρ τούτῳ, λέγοντες· Πῶς ὁ φαγὼν καὶ πίνων μετὰ τελωνῶν καὶ πορνῶν, καὶ τέλος μετὰ λῃστῶν σταυρωθεὶς, δύναται εἶναι Θεός; *Judæis ſcandalum. Judæi, inquit, ſcandalo eſt crucifixus. Impingunt enim adverſus ipſum, dicentes, Ecquis is qui comedit & bibit cum publicanis & ſcortatoribus, ac tandem cum latronibus crucifixus, poteſt eſſe Deus?* Sed & de verbo σκανδαλίζεσθαι aliquid addendum. Quemadmodum πρόσκομμα & σκάνδαλον pro æquipollentibus uſurpant ſcriptores ſacri, ſic & τὸ προσκόπτειν & σκανδαλίζεσθαι æquipollentia eſſe patet ex Rom. XIV. v. 21. Ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται. *In quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur.* Hæc, interprete Theodoreto, ſignificant λυθεν

τινα

τὸ τῷ πέλας ἐργάζεσθαι, *proximo detrimentum afferre.* I. Corinth. VIII. v. 13. ſic loquitur Apoſtolus: Εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, *ſi cibus offendat fratrem meum, non edam carnem in æternum.* Sed non tantùm cibus iſtiusmodi dicitur σκανδαλίζειν, verùm etiam ipſe homo, qui eo veſcitur: mox enim ſubjicit Paulus, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. Si cibus dicatur σκανδαλίζειν, ſignificat σκάνδαλον εἶναι, *offendiculum*, ſive *offendiculo eſſe.* Sin homo dicatur σκανδαλίζειν ἕτερον, eſt πρόσκομμα ἢ σκάνδαλον τιθέναι, *offendiculum ponere*, ut loquitur Apoſtolus ad Rom. XIV. v. 13. vel, ut II. Corinth. VI. 3. προσκοπὴν διδόναι τινί. Multa de hujus verbi ſignificatione leguntur apud Baſilium M. in Regulis brevioribus, Reſp. ad Interrogationem LXIV. pag. 550, 551. Præcipua, & quæ maximè hujus loci, excerpimus. Σκανδαλίζει τις παρανομῶν λόγῳ ἢ ἔργῳ, καὶ ἕτερον πρὸς παρανομίαν ἐνάγων. *Offendiculo eſt aliquis, ſi dictis factisve legem violat, & exemplo ſuo alium ad legis violationem inducit.* Poſtea ſubjicit ſcandali diviſionem.

II. Diviſio. Scandalum eſt duplex, nempe datum & acceptum. Γίνεται τὸ σκάνδαλον κατὰ πλείονας αἰτίας· ἢ γὰρ παρὰ τὸν σκανδαλίζοντα τὸ σκάνδαλον γίνεται, ἢ παρὰ τὸν σκανδαλιζόμενον τὸ σκάνδαλον συμβαίνει. Καὶ ἐν τούτοις πάλιν διαφόρως· ποτὲ μὲν γὰρ κατὰ κακίαν, ποτὲ δὲ κατὰ ἀπειρίαν, ἢ τούτου, ἢ ἐκείνου· ἔστι δὲ ὅτε ἐν τῇ ὀρθοτομίᾳ τοῦ λόγου ἡ τῶν σκανδαλιζομένων κακία ἐκδηλοτέρα γίνεται, καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν ὁμοίως· ἢ γὰρ ἐντολὴν Θεοῦ τινὸς ποιοῦντος, ἢ τοῖς ἐξουσίᾳ κειμένοις ἐπ' ἀδείας χρωμένου ὁ σκανδαλιζόμενος σκανδαλίζεται. *Oritur offendiculum pluribus ex cauſis. Vel enim ab eo, qui offendit, offendiculum naſcitur: vel ab eo, qui offenditur, cauſa proficiſcitur, cur offendatur; atque in his item non uno atque eodem modo. Aliquando enim ex malitia, aliquando autem ex inſcitia vel hujus vel illius. Eſt præterea, quando in recta verbi tractatione, eorum, qui offenduntur, malitia magis declaratur. Aut enim mandatum DEI aliquo faciente, aut his, quæ in libera poteſtate poſita ſunt, liberè utente, offenditur qui offenditur.* Exempla ex ipſo Autore peti poſſunt.

Σκεῦος.

Aliquot hujus vocis acceptiones conſideramus.

I. Hæc vox vulgò ſignificat *vas*, *utenſile*. Veteres Gloſſæ: Σκεύη, *vaſa.* Heſychius: Σκεῦος, ἀγγεῖον πᾶν. *Omne vas* vocatur σκεῦος. Suidas: Σκεῦος, χωρητικόν τινος εἶδος ἀγγείου. *Vas alicujus rei capax.* Apud Demoſthenem, Κτᾶσθαι σκεύη πολλά, ſignificat *magnam lautamque ſupellectilem* poſſidere. Huc referri poſſunt

1. Σκεύη ὀστράκινα, *vaſa teſtacea*, quorum meminit Apoſtolus II. Timoth. II. v. 20. quando dicit, *in magna domo etiam eſſe* σκεύη ὀστράκινα, & eo probare vult, in externa Eccleſiæ communione ſeu ſocietate etiam reperiri malos & reprobos. Theophylactus φαύλους, *ſceleratos* appellat: Theodoretus, τοὺς δυσσεβείᾳ καὶ πονηρίᾳ συζῶντας, *in impietate & improbitate viventes.* Baſilius M. Quòd Deus non ſit autor mali, t. I. pag. 426. Ὀστράκινον σκεῦός ἐστιν, ὁ τὰ γήϊνα φρονῶν, καὶ πρὸς συντριβὴν ἐπιτήδειος. *Vas teſtaceum eſt, qui terreſtria ſapit, & frangi conterique aptus eſt.* Nyſſenus verò, Homil. VII. in Canticum, t. I. pag. 573. ideo vult nos vocari ὀστρακίνους, ὅτι ἡμᾶς ἀπεγαίωσεν ἡ παρακοὴ καὶ ὀστρακίνους ἐποίησε, *quoniam inobedientia nos terrenos & fictiles reddiderit.* Sed non hoc vult Apoſtolos, eo enim ſenſu omnes ſumus ὀστράκινα σκεύη, nulli χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. Eò autem reſpexit Paulus II. Corinth. IV. v. 7. dicendo, ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν. *Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.* Hìc σκεύη ὀστράκινα vocantur Apoſtoli ſeu miniſtri Eccleſiæ, propter abjectam eorum in mundo conditionem, propter corpus mortale, in quo vivunt. Chryſoſtomus Homil. X. ad populum Antiochenum: Ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, hoc eſt, ἐν τῷ σώματι τούτῳ τῷ θνητῷ καὶ ἐπικήρῳ. Καθάπερ γὰρ τὸ ὄστρακον ἐκ πηλοῦ καὶ πυρὸς γίνεται, οὕτω δὴ καὶ τὸ σῶμα τῶν ἁγίων ἐκείνων πήλινον ὄν, καὶ τοῦ πνευματικοῦ πυρὸς δεξάμενον τὴν ἐνέργειαν, γέγονεν ὄστρακον. *In hoc mortali & corruptibili corpore, ſicut enim teſta ex luto & igne fit: ſic profectò & corpus ſanctorum illorum, cùm ſit luteum & ſpiritalis ignis efficaciam ſuſceperit, teſta factum eſt.* Priora rectè ex ſenſu Apoſtoli: poſteriora allegorica ſunt, pia quidem & vera, at ſine dubio à mente ejus aliena. Theodoretus ad hunc locum dicit Apoſtolum ἀπεικάζειν ὀστράκῳ τὴν φύσιν τοῦ σώματος, *comparare teſtæ naturam corporis.* Theophylactus ad v. 21. cap. II. epiſt. II. ad Timoth. pag. 816. dicit Apoſtolum illo loco loqui περὶ τῆς τοῦ σώματος φύσεως, *de natura corporis.* Ὥσπερ γὰρ τὸ ὄστρακον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ πηλὸς ὠπτημένος, οὕτω καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν οὐδὲν ἄλλο ἢ πηλὸς τῇ θερμότητι τῆς ψυχῆς στερεούμενος. *Quemadmodum enim teſta nihil eſt aliud quàm lutum torrefactum, ſic & corpus noſtrum nihil aliud eſt quàm lutum animæ calore firmatum.*

2. Σκεύη ξύλινα, *vaſa lignea*, de quibus Apoſtolus adducto loco II. Timoth. II. v. 20. per ea idem ſignificatur, quod per ὀστράκινα. Baſilius Homil. Quòd DEUS non ſit autor mali, pag. 427. Ξύλινον σκεῦός ἐστιν, ὁ εὐκόλως διὰ τῆς ἁμαρτίας καταῤῥυπούμενος καὶ ὕλη γινόμενος τῷ αἰωνίῳ πυρί. *Vas ligneum eſt, qui per peccatum facilè contaminatur, & igni æterno materiam præbet.* Nyſſenus, Homil. VII. in Canticum, t. I. pag. 573. Ἡ διὰ τοῦ ξύλου ἁμαρτάς, ξύλινα ἡμᾶς σκεύη ἀπειργάσατο. *Peccatum per lignum commiſſum nos vaſa fecit lignea.* At, ut ſuprà, omnes homines ſunt vaſa lignea hoc ſenſu.

3. Σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, *vaſa aurea & argentea*, II. Timoth. II. v. 20. denotant electos & bonos in Eccleſia. Theodoretus ad hunc locum, pag. 499. Σκεύεσι χρυσοῖς ἀπείκασε τοὺς εὐσεβείᾳ καὶ ἀρετῇ διαλάμποντας· ἀργυροῖς δέ, τοὺς μετὰ πίστεως καὶ δικαιοσύνης τὸν πολιτικὸν βίον ἀσπαζομένους. Vaſis aureis *aſſimilavit eos, qui reſplendent pietate ac virtute:* argenteis *autem eos, qui cum virtute & juſtitia vitam civilem amplectuntur.* Theophylactus τοὺς ἐναρέτους, *virtutibus ornatos* intelligit. Baſilius M. Homil. Quòd Deus non ſit autor mali, pag. 426. Χρυσοῦν ἐστι σκεῦος, ὁ καθαρὸς τὸν τρόπον καὶ ἄδολος. Ἀργυροῦν δέ, ὁ ὑποδεέστερος ἐκείνου κατὰ τὴν ἀξίαν. *Vas aureum is eſt, qui moribus ſimplex ac ſine dolo eſt. Argenteum verò, qui illo paulò eſt inferior dignitate.* Quemadmodum Greg. Nyſſenus minùs commodè explicat, ut vidimus, quid Apoſtolus intelligat *per vaſa teſtacea & lignea*, ita adhuc magis ἀπροσδιονύσως *per vaſa aurea & argentea* intelligi exiſtimat *Angelos.* Sic enim, ubi ſuprà: Ἐν τῇ μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ οἰκίᾳ φησὶν ὁ ἀπόστολος, εἶναι χρυσᾶ τῇ φύσει καὶ ἀργυρᾶ σκεύη, τὴν ἀσώματον οἶμαι καὶ νοερὰν κτίσιν διὰ τούτων ὑπαινισσόμενος. In magna DEI domo ait Apoſtolus eſſe vaſa naturâ aurea & argentea, creaturam incorpoream & intellectualem, ut exiſtimo, per hæc tacitè ſignificans.

4. Σκεύη δεσποτικά, *vaſa Dominica.* Can. XXI. Laodiceni Concilii: Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ

τῷ Διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν. *Quòd non oportet miniſtros locum habere in Diaconico, & Dominica vaſa contingere.* Quæ ad hujus Canonis expoſitionem faciunt, ex Zonara, Balſamone, & aliis jam ſunt allata in voce Διακονικὸν, num. I.

II. Σκεῦος, ut obſervat doctiſſimus Vorſtius, Philologiæ ſacræ cap. II. videtur aliquando uſurpari, ut voces χρῆμα & πρᾶγμα uſurpari ſolent. Ita I. Petri III. 7. quando Apoſtolus ἀσθενέστερον σκεῦος τὸ γυναικεῖον, appellat. De mulieribus ſcribit Syneſius epiſt. LXVII. eas eſſe πρᾶγμα δυσμεταχείριστον, *rem quæ non facilè tractetur.* De iiſdem Euripides in Phœniſſis: Φιλόψογον χρῆμα θηλειῶν γένος ἔφυ. Et Tullius epiſt. IX. & X. lib. I. ad Atticum Græcos imitatus eſt, cùm dixit, *Teucridem eſſe lentum negotium.* Nimirum vocabulo *negotium* ſic uſus eſt, ut Græci ſua voce πρᾶγμα ſolent. Latini verò etiam talia efferunt per ſolum adjectivum neutrius generis. Virgilius: *Varium & mutabile ſemper Fœmina.* Ovidius: *Turpe ſenex miles; turpe ſenilis amor.* Vide plurima id genus à Dan. Vechnero congeſta lib. I. Hellenolexiæ, cap. XV. Quòd verò Latini ita faciunt, id fit itidem Græcorum more, ut rectè judicavit idem Vechnerus. Solent Græci adjectiva generis neutrius uſurpare, & duarum prædictarum vocum πρᾶγμα & χρῆμα unam ſubaudire. Vide Syntaxin noſtram Græcam cap. II. Except. I. & II. Potuiſſet ergo Petrus dicere, fœminam eſſe πρᾶγμα ἀσθενέστερον, *rem paulò infirmiorem, imbecilliorem:* ſed placuit ei dicere, eam eſſe σκεῦος ἀσθενέστερον. Sic etiam Siracides, cap. XLIII. v. 2. cùm dicere potuiſſet, τὸν ἥλιον εἶναι πρᾶγμα θαυμαστὸν, *Solem eſſe rem admirabilem,* dixit eum eſſe σκεῦος θαυμαστόν.

III. Σκεῦος ſignificat *corpus.* Ita ſumitur I. ad Theſſal. IV. v. 4. in his verbis, Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, *ut quilibet veſtrûm ſciat corpus ſuum poſſidere in ſanctimonia & honore.* Theodoretus ad hunc locum, pag. 374. Τινὲς τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος τὴν ὁμόζυγα ἡρμήνευσαν. Ἐγὼ δὲ νομίζω τὸ ἑκάστου σῶμα οὕτως αὐτὸν κεκληκέναι. Οὐ γὰρ τοῖς γεγαμηκόσι μόνοις τὴν νομοθεσίαν προσφέρει. *Nonnulli interpretati ſunt* vas ſuum *de conjuge. Ego autem exiſtimo eum ſic vocâſſe ſuum cujuſque corpus. Non enim iis tantùm fert legem, qui matrimonio juncti ſunt.* De corpore etiam accipit Theophylactus: Σκεῦος, τὸ σῶμά φησι. *Vas, corpus ipſum appellat.* Eodem modo Oecumenius in hanc epiſtolam, pag. 718. *Corpus* autem hominis hic vocatur σκεῦος exemplo vocis Hebrææ כלי. Eam autem ſic uſurpari patet ex I. Samuelis cap. XXI. v. 6. ubi, ויהיו כלי־הנערים קדש. *Et fuerunt corpora juvenum ſancta,* id eſt, ſeparata à mulieribus. Vix ergo audiendus Clar. Heinſius, qui ad hunc locum, Σκεῦος ἴδιον, inquit, *eſt uxor, cum qua vivendum ſanctè & continenter. Neque mirum,* τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος *ab Apoſtolo hîc dici, cùm certum ſit, ſuam cuique uxorem, tanquam inſtrumentum quoddam proprium & ſuum, à Deo aſſignatam.* Videtur hoc velle, ut iterum Clariſſ. Vorſtius, uxorem propterea dici σκεῦος viri, quod ejus ſit inſtrumentum. Sed hoc minùs concinnum. Quæ enim vulgò inſtrumenta dicuntur, ea ferè inanimata ſunt. Cætera ex Philologiæ Vorſtii cap. II. petantur. Non contemnendum quòd etiam Theodoretus, ut vidimus, hanc expoſitionem rejiciat.

IV. Σκεῦος aliquando denotat ὄργανον, *inſtrumentum.* Ita Actor. IX. v. 15. Paulus vocatur σκεῦος ἐκλογῆς, id eſt, ἐκλεκτὸν, *inſtrumentum electum.* Σκεῦος nempe εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, καὶ τῷ δεσπότῃ εὔχρηστον, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον, *inſtrumentum in honorem, ſanctificatum & utile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Eadem metaphora etiam uſi Græci ſcriptores. Apud Suidam quis in Σκεῦος, de Damocle quodam, Ἦν σκεῦος εὐφυὲς, πολλὰς ἔχον ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν. *Erat inſtrumentum aptum & valde commodum, quia multas habebat anſas ad res gerendas.* Ita in epiſt. Jeremiæ, v. 59. Σκεῦος ἐν οἰκίᾳ χρήσιμον ἐφ᾽ ᾧ καυχήσεται ὁ κεκτημένος. *Inſtrumentum domui utile, in quo glorietur poſſeſſor.* Alii, ἐφ᾽ ᾧ κεχρήσεται, *quo utatur,* id eſt, σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς χρήσιμον, *utile inſtrumentum, ad miniſterium vitæ,* ut eſt apud Sapientiæ ſcriptorem, cap. XIII. 11. Vide Vorſtium Philologiæ cap. II.

Σκευοφύλαξ.

Σκευοφύλαξ dictus, qui ſacra Eccleſiæ vaſa cuſtodiebat. Theodorus Anagnoſta Ecl. 2. Προχειρίζεται δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς ἐπίσκοπον Μακεδόνιόν τινα τῆς ἐκκλησίας πρεσβύτερον, καὶ σκευοφύλακα. *Deſignat verò Imperator Epiſcopum Macedonium quendam Eccleſiæ Presbyterum & Scevophylacem.* Unus inter illos dignitate excellebat, qui ὁ μέγας dicebatur. Et de hoc capienda inſcriptio epiſt. LXXIV. apud Photium, pag. 122. Εὐλαμπίῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ Σκευοφύλακι. *Eulampio Archiepiſcopo & Scevophylaci.* Is, cùm ſacrum Antiſtes facit, ante ſcevophylacium ſtat, &, ſi quid ex ſcevophylacio opus fuerit, ſive vas, ſive liber, ſive candelæ, ſive veſtis, ſive aliud, exhibet, cujus ipſe curam gerit, ut & ejus, in quo ſupellex Eccleſiæ aſſervatur. Sub ejuſdem etiam cura ſunt Eccleſiæ, Præſulibus orbatæ, & res earum ſacræ omnes; judiciis etiam incumbit, &, ut ſua quiſque in Eccleſia habeat, procurat. Dicebatur interdum & χαρτοφύλαξ. Unde iſte Eulampius, ad quem Photius ſcripſit, alibi vocatur χαρτοφύλαξ. Vide etiam Gloſſ. Meurſii.

Σκηνή.

Quid σκηνὴ ſit, ex Lexicis notum. Aliquando σκηνὴ, *ſcena, pro oſtentatione ſcenica* ponitur, adeoque *ſimulationem,* rei veritati oppoſitam denotat. Balſamon ex Photio in tit. XIII. de Laicis, cap. XXI. pag. 217. Σκηνή ἐστιν, ἔνθα τις ἵσταται, ἢ σκηνεῖται σκηνικὴν ἐπιδεικνύμενος τέχνην, εἴτε ἐν δημοσίῳ, ἢ ἰδιωτικῷ τόπῳ, ἢ ἀγρῷ, ἔνθα μὲν τοι ἄνθρωποι χύδην διὰ θέαν εἰσίασι. *Scena eſt, ubi quis ſtat vel movetur,* (ita pro σκηνεῖται, legendum κινεῖται) *ſcenicam artem oſtentans, ſive in loco publico, ſive privato, vel in agro, quò homines ſpectandi gratiâ confluentes ingrediuntur.* Zonaras ad Can. LI. Concilii in Trullo, pag. 171. Σκηνή ἐστιν ἡ προσποίησις καὶ ὑπόκρισις, ὅθεν καὶ σκηνικοὶ λέγονται οἱ ὑποκρινόμενοι, καὶ ἀπεικάζοντες ἑαυτοὺς ποτὲ μὲν δούλοις, ποτὲ δὲ δεσπόταις, ποτὲ δὲ στρατηγοῖς καὶ ἄρχουσι. *Scena eſt ſimulatio, unde etiam ſcenici dicuntur hiſtriones, & ſe ipſos aſſimilantes modò ſervis, modò dominis, modò ducibus & principibus.* Et quia hæc vana ſunt, & parvæ durationis, & aliud oſtentant, aliud verò ſunt, propterea præſens vita σκηνὴ, *ſcena* vocatur, ut docemus in Βίος, num. I. ſub lit. *b.* Adde hoc Iſidori Peluſiotæ epiſt. LXV. lib. I. pag. 20. Ἡ παροῦσα ζωὴ σκηνή ἐστιν εὐτελὴς, σύνδρομον ἔχουσα τῇ συμπήξει καὶ τὴν κατάλυσιν. *Præſens vita ſcena ſeu tentorium eſt vile, quod ſimul atque compactum ac fixum eſt, eodem temporis puncto ſolvitur.* In his alludit ad tabernaculum, ſeu tentorium in theatro erigi ſolitum, quod è tabulis ligneis fiebat, &

ſtatim

Digitized by Google

ſtatim reſolvebatur: vel ad tentorium, quod in caſtris, interdum & in hortis ex frondibus erigebatur ad faciendam umbram aut arcendas pluvias. Olympiodorus Catenâ in Jobum, cap. XX. pag. 347. ἐπὶ σκηνῆς ἔχειν τὴν εὐσέβειαν, *perſonatam tantùm habere pietatem.* Hinc dicuntur σκηνικοὶ, *ſcenici*, de quibus Canon XLV. Cod. Eccleſiæ Africanæ: Ὥστε τοῖς σκηνικοῖς καὶ μίμοις, καὶ τοῖς λοιποῖς τοιουτοτρόποις προσώποις, ἢ ἀποστάταις, μετανοοῦσι καὶ ἐπιστρέφουσι πρὸς τὸν Θεὸν, χάριν ἢ καταλλαγὴν μὴ ἀρνεῖσθαι. *Ut ſcenicis atque hiſtrionibus, cæteriſq; hujuſmodi perſonis, vel apoſtatis pœnitentiam agentibus, & ſe ad Deum convertentibus, gratia vel reconciliatio non negetur.* Ad hæc Balſamon, apud quem eſt Can. XLIX. pag. 659: Σκηνικοὶ καὶ μίμοι εἰσὶν οὐχὶ οἱ θυμελικοὶ οἱ τὰς ἐπιθαλαμίους ᾠδὰς μετὰ μουσικῶν ὀργάνων ᾄδοντες. οὗτοι γὰρ ἔντιμοί εἰσιν. ἀλλὰ οἱ παιγνιῶται, οἱ δούλους καὶ στρατιώτας, καὶ γυναῖκας, καὶ ἕτερα πρόσωπα μιμούμενοι, καὶ κατὰ κόρρης τυπτόμενοι. *Scenici & mimi eſſe dicuntur, non thymelici, & qui cantus epithalamios cum muſicis canunt inſtrumentis: illi enim ſunt honorati: ſed hiſtriones & ludiones, qui ſervos & milites, & mulieres, & alias perſonas imitantur, & in faciem feriunt.* Zonaras ad eundem Can. pag. 432: Σκηνὴ λέγεται ἡ ὑπόκρισις. οἱ γοῦν ὑποκρινόμενοι ποτὲ στρατηγοὺς, ποτὲ δούλους, ποτὲ δ᾽ ἕτερα πρόσωπα, ὀνομάζονται σκηνικοί. *Scena eſt hypocriſis, ſimulatio: qui igitur modò duces, modò ſervos, modò alias perſonas mentiuntur, ſcenici nominantur.*

Σκιολογέω.

Non habent Lexica. Eſt *umbratili ſermone utor.* Athanaſius Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 332. de Ario: Τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς Λόγον ἔξωθεν αὐτῷ ἐπεισάγει, καὶ τὸ φύσει γέννημα ὡς ποίημα σκιολογῶν λέγει, οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ. *Verbum ex Patre oriundum aliunde illi ſuperinducit, & de naturali ejus germine, ut de opere facto, umbratili ſermone fabulatur, Non erat, inquiens, priuſquam fieret.*

Σκιόφως.

Apud ſolum Theophanem hanc obſervavi vocem, qui Homil. XXXIII. pag. 239. poſt illa ex Joh. XX. 1. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον. *Una ſabbatorum Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum:* addit, Βούλεται μὲν δηλῶσαι τὸ τῆς νυκτὸς καὶ ἡμέρας μεταίχμιον ὃ σκιόφως ὠνόμασαι. *Significare quidem vult noctis ac diei confinium, quod σκιόφως dicitur.* Hujus vocis etymon ex ipſa compoſitione patet, σκιὰ *umbra*, & φῶς, *lux.* Denotat illud tempus matutinum, quo aër ſubluſtris eſt, & *lux maligna*, ut loquitur Virgilius: *diluculum* propriè, & communi appellatione *crepuſculum*, cum *crepera lux*, id eſt, dubia, inter umbram noctis, & lucem exorientis, vel occidentis ſolis.

Σκληραγωγία.

Σκληραγωγία eſt *dura educatio, dura tractatio.* Chryſoſt. lib. I. de Providentia, cap. I. de Stagirio: Σὺ τοσοῦτον ἕλκοντα χρόνον ἐν νηστείαις καὶ παννυχίσι, καὶ τῇ λοιπῇ σκληραγωγίᾳ μηδὲ μίαν λύσιν εὑρέσθαι τῶν κατεχόντων δεινῶν. *Cùm tu tantum temporis in jejuniis & pervigiliis, & reliqua vitæ auſteritate contriveris, nec ullam ærumnarum tuarum liberationem, nullum finem hactenus inveneris.* Idem, Homil. III. de Lazaro: Οὐκ ἔστι τὸ τυχὸν χαλινῶσαι ἐπιθυμίαν ἄτοπον, παῦσαι κενοδοξίαν, καταστεῖλαι ἀπόνοιαν, τρυφῆς ἀποστῆναι, ἐν σκληραγωγίᾳ διάγειν. *Non eſt vulgaris negotii refrenare inordinatam cupiditatem, cohibere inanem gloriam, coërcere faſtum, à deliciis ſibi temperare, in aſpera vivere diſciplina.* Idem, Homil. XXIII. t. V. Edit. Paris. in verba Apoſtoli II. Corinth. IV. 13. pag. 359. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς μοναχοὺς τοὺς τὸν μονήρη βίον ἐπιθυμοῦντας καὶ εἰς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἀναχωροῦντας, ὅσην ὑπομένουσι σκληραγωγίαν; *Non vides Monachos, qui ſolitariam vitam amplectuntur, & in vertices montium ſecedunt, quàm duram vivendi rationem perferant?* Homil. I. ad populum Antiochenum de Timotheo: Οὕτως ὑπερεώρα τρυφῆς, ὡς καὶ εἰς ἀσθένειαν ἐμπεσεῖν ἐκ τῆς ἄγαν σκληραγωγίας, καὶ ἐπιτεταμένης νηστείας. *Sic delicias aſpernabatur, ut in morbum ex nimia vivendi auſteritate, & nimio inciderit jejunio.* Homil. III. ad populum Antiochenum: Οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν τῆς σκληραγωγίας, ἂν κατηγορίας μὴ ἀποσχώμεθα. *Nihil ab aſpera vivendi ratione utilitatis habemus, niſi à detractione abſtineamus.* Ibid. Homil. VI. Οὐ ζῶμεν μετὰ τῆς προσηκούσης τοῖς Χριστιανοῖς σκληραγωγίας. *Non vivimus in dura & aſpera vivendi ratione quæ Chriſtianis convenit.* Eodem ſenſu σκληραγωγούμενοι ſunt *auſteram vitam amplexi*, quales olim erant aſcetæ, monachi, &c. Chryſoſtomus tract. quòd Chriſtus ſit Deus, cap. IX. ἐν σκληραγωγουμένων φρατρίαις, *in ordinibus eorum, qui auſteram vitam amplexi ſunt.* Non omittenda hæc Heſychii: Σκληραγωγία, ἄσκησις, παρὰ τὸ σκληρῶς ἄγεσθαι. *Eſt exercitatio ſeu vita monaſtica, à dura tractatione* ſic dicta.

Σκολιοδρομέω.

Non habent Lexica. Significat *flexuoſum iter carpo.* Cyrillus Alexandr. in cap. XXVII. Jeſajæ, pag. 371. de Diabolo ſcribit: Δεινὸς ἐστι καὶ φιλοκακοῦργος. σκολιοδρομεῖ γὰρ ὥσπερ τὸ θηρίον. *Callidus eſt & fraudes amat, flexuoſum enim iter carpit inſtar beſtiæ*, id eſt, ſerpentis. Idem Dial. V. de SS. Trinitate, pag. 571: Εἴ τις ἕλοιτο τὸ ἐπ᾽ εὐθὺ φέρεσθαι μεθεὶς, εὐηθέστατα σκολιοδρομεῖν, καὶ τὴν εὐσεβῆ τῶν θεωρημάτων μεταμείψας ὁδὸν, παρατρέπεσθαι πρὸς ἑτέραν, ἀκάνθαις περιπεσεῖται καὶ βόθροις. *Si quis rectâ viâ relicta flexuoſum & obliquum iter ſtultè arripere, & mutato doctrinæ tuto itinere ad aliud converti malit, in ſpinas ac foveas incidet.*

Σκόλοψ.

Σκόλοψ *propriè eſt ſudes, palus præacutus.* Heſychius: Σκόλοψ, ξύλον ὄξιμον, ſcribendum, ξύλον ὀξύ. *Palus, lignum acutum.* Patet tum ex ipſo Heſychio, tum ex Suida; quorum ille, Σκόλοπες, ὀξέα ξύλα, ὀρθά. *Pali, ligna acuta, recta.* Item: Σκόλοπες, ὀρθία (ſcribendum ὀρθὰ, vel ὄρθια) καὶ ὀξέα ξύλα, σταυροὶ, χάρακες. *Pali, recta & acuta ligna, cruces, valli:* hic verò, Σκόλοψ, ξύλον ὀξύ. *Palus, lignum acutum.* Vetus Homeri ſchol. ad Il. *ι*. v. 350. σκόλοπας dicit eſſe ἀπεξυσμένα ξύλα, *ligna acuta.* Celſus de Chriſto, per contemtum, & ut Chriſtianis ægrè faciat, pro σταυρὸς uſurpat σκόλοψ. Lib. II. pag. 102. ὤφειλεν εἰς ἐπίδειξιν θειότητος, ἀπὸ τοῦ σκόλοπος εὐθὺς ἀφανὴς γενέσθαι. *Debuiſſet, ad deitatem probandam, mox è cruce evanuiſſe.* Ibid. adhuc aliquoties. Hinc ἀνασκολοπίζειν, quod Heſychius per ἀνασταυροῦν exponit. Quem Chriſtiani σταυρωθέντα dicunt, eum Lucianus de morte Peregrini, p. 762. contumelioſè τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα & ἀνεσκολοπισμένον dixit, id eſt, *palo affixum.* Chryſoſtomus Homil. V. in II. ad Timotheum: Ὁ Πέτρος κάτωθεν ἀνεσκολοπίσθη παρὰ ἀνθρώπων καταπτύστων καὶ ἰταμῶν. *Petrus capite ad terram verſo in crucem fuit actus ab hominibus abominandis & crudelibus.* De ejuſdem morte ſic Hieronymus: *A Nerone affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus ele-*

elevatũ. Adſtipulatur etiam Euſebius, qui Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XXV. pag. 20. a. Petrum ſub Nerone ἀνασκολοπισθῆναι dicit. *Metaphorica* hujus vocis ſignificatio eſt II. Corinth. XII. 7. ubi Apoſtolus de ſe: Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν. *Datus eſt mihi ſurculus infixus carni, & Angelus Satan, &c.* Hæc veteres non uno modo explicant.

1. Alii enim σκόλοπα exiſtimant appellari *adverſam corporis valetudinem,* qua laboraverit Paulus, & ſpecialiter *capitis dolores,* quibus crebrò afflictari ſolitus fuerit. De his ita Chryſoſtomus ad præſentem locum, ſeu Homil. XXVI. in II. ad Corinthios p. 684 Τινὲς κεφαλαλγίαν τινὰ ἔφασαν αὐτὸν λέγειν ὑπὸ τοῦ διαβόλου γινομένην. *Nonnulli, eum dolorem quendam capitis, quem diabolus ipſi conflaviſſet, intelligere cenſuerunt.* Eodem modo Theophylactus, p. 422. Ἄγγελον Σατᾶν, καὶ σκόλοπά, τινες κεφαλαλγίαν ἐνόμισαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου γινομένην. *Angelum Satanæ & ſurculum, nonnulli capitis dolorem à diabolo excitatum intellexerunt.* Sed uterque hanc ſententiam meritò rejicit. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο, inquiunt, οὐ γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ Παύλου ταῖς τοῦ διαβόλου χερσὶν ἐξεδόθη, ὅπου γε αὐτὸς ὁ διάβολος ἐπιτάγματι μόνον εἶκεν αὐτῷ τῷ Παύλῳ καὶ νόμους αὐτῷ καὶ ὅρους ἐτίθει, ὅτε τὸν πορνεύσαντα παρέδωκεν εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. καὶ ὑπερβῆναι τούτους οὐκ ἐτόλμησεν ἐκεῖνος. *At abſit hoc. Neque enim Pauli corpus Diaboli poteſtati traditum fuit: cùm ipſe Diabolus vel Pauli duntaxat juſſis cederet, eiq; Paulus & leges & certos terminos præſcriberet, cùm fornicatorem illum in carnis interitum ipſi traderet, nec eos ille tranſire auſus fuerit.*

2. Alii verò; & rectè quidem, quia id ex collatione cum v. 9. manifeſtum eſt; per σκόλοπα & ἄγγελον Σατᾶν ſtatuunt denotari potiùs *in genere perſecutiones, atque adeò injurias, contumelias, opprobria,* &c. quæ in munere ſuo obeundo patiebatur: *omnes* item *adverſarios,* qui ſe prædicationi ejus opponebant. Ita Chryſoſtomus loco ſuprà laudato. Ἄγγελον σατᾶν λέγει Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα, τοὺς περὶ Ὑμέναιον, καὶ Φιλητὸν, πάντας τοὺς ἀντικειμένους τῷ λόγῳ, τοὺς φιλονεικοῦντας αὐτῷ καὶ πολεμοῦντας, τοὺς ἐμβάλλοντας εἰς δεσμωτήριον, τοὺς δέροντας, τοὺς ἀπάγοντας· ἐπειδὰν τὰ τοῦ Σατανᾶ ἔπραττον. ὥσπερ οὖν υἱοὺς διαβόλου καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους τὰ ἐκείνου ζηλοῦντας, οὕτω καὶ ἄγγελον Σατᾶν ἅπαντα τὸν ἀντιπίπτοντα. Per angelum Satanæ, *Alexandrum ærarium, Hymenæum, Philetum, ac deniq; omnes, qui fidei doctrinæ adverſabantur, atque cum ipſo contendebant ac bellum gerebant, eumq; in vincula conjiciebant, cædebant ac raptabant, intelligit: quòd videlicet ea, quæ Satanæ erant, perpetrarent. Quemadmodum igitur Judæos* diaboli filios *vocat, quòd illius opera imitarentur: ſic etiam* Satanæ angelum *omnes eos nuncupat, qui fidei doctrinæ reſiſtunt.* Eadem habet Theophylactus, pag. 422. in hanc Epiſtolam. Iterum Chryſoſtomus Homil. XIV. in epiſt. ad Rom. dicit Apoſtolum κινδύνους, *periculum* vocare σκόλοπα. Theodoretus in II. Corinth. XII. 7. pag. 256. παντοδαποὺς πειρασμοὺς, *omnis generis tentationes,* intelligit; & per *angelum Satanæ,* τὰς ὕβρεις, καὶ τὰς παροινίας, καὶ τὰς τῶν δήμων ἐπαναστάσεις, *injurias, contumelias, & populorum inſultus.* Photius apud Oecumenium ad eundem locum, pag. 565. τὰ δεσμὰ λέγει, τὰς πληγὰς, τοὺς λιθασμοὺς, τὰς φυλακάς. *Vincula dicit, plagas, lapidationes, carceres.* Σκόλοψ, ut eſt ibidem, ſunt πειρασμοὶ καὶ θλίψεις, οὓς αὐτῷ οἱ ὑπηρετούμενοι τῷ ἀντικειμένῳ δαίμονι ἐπέφερον. *Tentationes & afflictiones, quas ei miniſtrantes adverſario dæmoni inferebant.* His ſimilia leguntur etiam apud Athanaſium, quæſt. CIX. de Parabolis Scripturæ, t. II. pag. 428.

Σκοτεινοφόρος.

Non habent Lexica. *Tenebras afferens, invehens, inducens.* Chryſoſtomus Homil. in parabolam de ficu t. VI. Edit. Pariſ. pag. 556. μετὰ τὸν σκοτεινοφόρον θάνατον τῷ φωτὶ τῆς δόξης Χριστοῦ ἀφανισθῆναι. *Cùm mortem tenebras inducentem Chriſtus luce gloriæ deleviſſet.*

Σκότος.

Hæc vox duplici potiſſimum modo ſumitur:

I. *Propriè* pro defectu & privatione lucis, atque adeò pro negatione merâ lucis, quo ſenſu Geneſ. I. 2. dicitur fuiſſe σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, *tenebræ in ſuperficie abyſſi,* ante lucem conditam. Greg. Nyſſenus ad hunc locum, lib. in Hexaëm. t. I. pag. 16. Σκότος ἀκούσας, τὸ μήπω πεφηνέναι τὴν φωτιστικὴν δύναμιν τὴν ἐγκειμένην τῇ φύσει τῶν ὄντων ἐνόησα. *Tenebras audiens, vim illuſtrandi in rerum univerſitate ſitam nondum eluxiſſe intelligo.* Philoponus in Biblioth. Photii, Cod. CCXL. pag. 993. Σκότος λέγει τὸν ἀφώτιστον ἀέρα· καὶ γὰρ κυρίως σκότος ἐστὶν, ἡ τοῦ φωτὸς ἀπουσία· καὶ ἡ συνήθεια δὲ σκότος τὸν ἀφώτιστον λέγει ἀέρα· ἤτοι, τὸ νυκτερινὸν τοῦ ἀέρος κατάστημα· ἢ καὶ τὸ ἄλλως πως συμβαῖνον. *Tenebras* Moſes *vocat lucis expertem aërem: propriè enim tenebræ ſunt abſentia lucis. Et conſuetudo tenebras appellat obſcurum aërem: vel nocturnam aëris conſtitutionem, vel ex alio accidente ortas.* Meritò igitur Baſilius M. Homil. II. in Hexaëm. pag. 20, 21, 22. eos refutat, qui docuerunt, *tenebras iſtas fuiſſe* δύναμιν κακὴν, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ κακὸν, παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχον, ἀντικείμενον καὶ ἐναντίον τῇ ἀγαθότητι τοῦ θεοῦ, κακὸν αὐτογέννητον, πολέμιον ψυχῶν, θανάτου ποιητικὸν, ἀρετῆς ἐναντίωσις, *vim malam, quin potius ipſum malum, ex ſe ipſo principium atq; originem trahens, oppoſitum contrariumq; bonitati divinæ, malum à ſe ipſo genitum, hoſtem animarum, mortis cauſam, virtuti contrarium.* Reliqua vide apud autorem. Theodoretus quæſt. VII. in Geneſin, pag. 8. probat *tenebras non eſſe ſubſtantiam, ſed accidens,* οὐκ οὐσίαν, ἀλλὰ πρᾶγμα συμβεβηκός. Ratio, οὐρανοῦ γὰρ καὶ γῆς ἐστιν ἀποσκίασμα. *Sunt enim cæli & terræ adumbratio.* Alias rationes ibidem habes. Concludit tandem: οὐκ οὖν ἀγέννητος οὐσία τὸ σκότος, οὔτε μὴν γεννητή τις ὑπόστασις· ἀλλ' ἐκ τῶν γεννητῶν συνισταμένη χρῆσις ἀναγκαία, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν σοφίαν κηρύττουσα. *Non ſunt igitur tenebræ ſubſtantia quædam increata, neque etiam ſubſtantia creata: ſed uſus quidam neceſſarius, ab his quæ facta ſunt proveniens, & Sapientiam Dei prædicans.* Damaſcenus l. II. orthod. fidei, cap. VII. pag. 88. Σκότος οὐκ ἔστιν οὐσία τις, ἀλλὰ συμβεβηκός. φωτὸς γάρ ἐστι στέρησις. *Tenebræ non ſunt ſubſtantia quædam, ſed accidens, lucis enim ſunt privatio.*

II. *Impropriè,* idque variis modis: unum & alterum tantùm proponimus.

1. *pro errore & ignorantia.* Ita Joh. XII. 35. σκότος denotat ἄγνοιαν, ut ibi in Catena Ammonius. Eodem modo juxta Theodoretum 1. Theſſ. V. 5. Theodoretus ad Pſal. CXII. 4. pag. 857. Σκότος ποτὲ μὲν τὴν ἄγνοιαν, ποτὲ δὲ τὰς συμφορὰς ὀνομάζει. Tenebras *modò quidem ignorantiam, modò verò calamitates nominat.* Eadem hinc habet Suidas in Σκότος. Iterum Theodoretus ad Rom. XIII. 12. σκότος καλεῖ τὴν ἄγνοιαν, *tenebras vocat ignorantiam.* Sic Matth. IV. 16. ubi ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, *populus*

Digitized by Google

populus qui ſedebat in tenebris: & Lucæ I. 79. Hìc σκότος, notante Chryſoſtomo in cap. IV. Matth. non ſignificat αἰσθητὸν σκότος, ἀλλὰ πλάνην καὶ ἀσέβειαν, *ſenſiles tenebras, ſed errorem & impietatem*.

2. *pro peccatis & malis operibus*. Huc pertinent ἔργα σκότους. Vide in Ἔργον, num. II. 3.

3. *pro magnis afflictionibus, calamitatibus & pœnis*. Suidas: Σκότος, αἱ θλίψεις. *Tenebræ* ſunt *afflictiones*. Olympiodorus ad Jobi V. 14. pag. 158. in Catena: Σκότος καὶ νύκτα, τὸ δυσπραγεῖν, λέγει. *Noctem ac tenebras, calamitoſam rerum conditionem vocat*. Ita Theodoretus Jeſ. V. 30. *per tenebras* dicit intelligi τὴν τιμωρητικὴν δύναμιν, *ultricem potentiam*: cap. LVIII. 10. τὰς συμφορὰς, *calamitates*: cap. LIX. 9. δυσπραξίαν καὶ δυσκληρίαν, *ærumnas, miſeriam*.

Σκυφία.

Σκυφία eſt *galericulus*. Corona pretioſa: Σκυφία. *Capitium*, κοινῆ. A Latino *cuphia*, præpoſito σ, ut in σμικρὸς, pro μικρὸς. Hiſt. Concilii Florentini, ſect. IV. cap. XVIII. pag. 89: Εἶπεν αὐτοῖς ὁ πατριάρχης μετὰ δριμύτητος, ἐκβάλλετε τὰς σκυφίας. *Dixit iis Patriarcha cum ſeveritate quadam, tollite galeros*. Papias: *Cidaris, mitra, tiara, pileus ſacerdotalis, cuphia*. Apud Fortunatum de vita S. Radegundis lib. I. ſcribitur *cofia*. *Stibionem*, inquit, *camiſias, manicas, cofias, fibulas*. Ubi *cofias* Voſſius cenſet eſſe lineum capitis tegumentum, quo mulieres utuntur, & Clerici tuentur capitis raſuram, ſive coronam. Vide Gl. Meurſii.

Σκρινιάριος.

Scriniariorum fidei ac curæ commiſſum fuit ſcrinium ſive arca Imperatoris. Suidas: Σκρινιάριος, ὁ χαρτουλάριος τοῦ ἐπάρχου ὁ αἴρων τὸ σκρινίον, ἤτοι τὸ κιβώτιον. *Scriniarius. Præfecti chartularius, qui tollit ſcrinium, id eſt arculam*. Gloſſæ Baſil. Σκρινιάριοι, σκρινιοφόροι, ἤγουν χαρτουλάριος, id eſt, *qui ſcrinium gerunt*. In veteri inſcriptione *ſcriniarius ab epiſtolis* dicitur, & eſt, qui ſcrinium gerebat in officio ſcrinii epiſtolarum. Menologium menſe Decembri de Euſtratio Martyre: Σκρινιάριος ὑπάρχων τῆς δουκικῆς τάξεως. *Qui fuit ſcriniarius ducalis præſidii*. Vide Etymologicum M. Gl. Meurſii, & vocem ſequentem.

Σκρινίον.

Σκρινίον, *ſcrinium*. Gloſſæ Baſilicorum: Σκρινία, αἱ ἀρκλαι. *Scrinia, arculæ*. Cyrillus Alex. in epiſt. ad Concilium Carthag. in Canonibus Conciliorum, pag. 114: Ἐκ τοῦ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας σκρινίου. *Ex ſcrinio noſtræ Eccleſiæ*. Hieronymus *chartarium* vocat Apol. III. adv. Ruffinum: *Si à me fictam epiſtolam ſuſpicaris, cur eam in Romanæ Eccleſiæ chartario non requiris?* Erant autem quatuor ſcrinia: ſcrinium epiſtolarum, ſcrinium memoriæ, ſcrinium libellorum, & ſcrinium diſpoſitionum. Interdum tria duntaxat, memoriæ videlicet, epiſtolarum, ac libellorum ſeu cognitionum. Memorantur etiam exceptorum & tabulariorum & Canonum & Numerorum & Mittendariorum ſcrinia. Vide Gl. Meurſii, imprimis Briſſonium de ſignificat. Verb. lib. XVII.

Σκύβαλον.

I. Veteres Gloſſæ: Σκύβαλον, *ſtercus*. Gloſſæ Latino-Græcæ: *Ruſpinat*, χειροτριβεῖ. *Rutilat*, ἐρευνᾷ, σκυβαλίζει. Emendat ad Feſtum Scaliger, *Ruſpat*, ἐρευνᾷ. Eodem modo ad Gloſſarium Vulcanius. Gatakerus mavult: *Rutilat*, κεραυνιᾷ. *Ruſpinat*, σκυβαλίζει, vel potiùs, quia ob vocabulorum affinitatem alterum omiſſum videatur: *Ruſpinat*, χειροτριβεῖ, ἐρευνᾷ, σκυβαλίζει. *Rutilat*, κεραυνιᾷ. *Ruſpo, ruſpino*, ut: *ago, agino: nego, negino*, & alia permulta. Σκυβαλίζειν ergo eſt *ruſpari*, quomodo in ſterquilinio gallinæ ſolent. Sed & σκύβαλα, κόπρος, Heſychius: & Etymologus, Ἀποπάτημα, τὸ σκύβαλον, &, σκύβαλον, τὸ δὲ ἐντέρων ἐκδιδόμενον, κυσίβαλόν τι ὄν. tanquam ſi propriè ac primariò ſit *ſtercus caninum*. Sumitur tamen latiùs. Patet ex illo autoris innominati apud Suidam in Κλυστήρ. Κλυστῆρα προσθέμενος, ὑπεξήγαγε τῆς ἑαυτοῦ γαστρὸς τὰ σκύβαλα. *Clyſtere adhibito, excrementa è ventre ſuo eduxit*. Patet etiam ex Alexandro Aphrodiſiæo, qui in Problematibus ita ſæpe uſurpat. Etenim lib. II. quæſt. LXIII. inter τὰ τῆς φύσεως πεψάσης περιττώματα, *naturæ à coctione peracta excrementa*, recenſet, πτύαλον, σκύβαλον, οὖρον, βλένναν, *ſalivam, ſtercus, urinam, mucum*. Lib. I. quæſt. IX. rogat, διὰ τί λευκὸν ἔχουσι τὸ σκύβαλον οἱ ἰκτερικοί; *Cur ſtercus album habent icterici?* Ibidem, quæſt. XVIII. de ſenibus tremulis loquens, ἀπροαιρέτως ἐξιᾶσι σκύβαλον καὶ οὖρον, *ſtercus urinamque temerè emittunt*. Inde ἀποσκυβαλίζεσθαι, *excerni*. Epicteto, apud Stobæum ſerm. V. pag. 72. ubi ea, quæ in ventrem concedunt, ait ἀποσκυβαλίζεσθαι καὶ συνεκρεῖν, *excerni & effluere*. Et Zonaras Annal. tom. III. in Conſtantio, de Ario, ἀποσκυβαλίσασθαι τὸ περίττωμα.

II. A ſuperiore ſignificatione tractum, quòd σκύβαλον etiam ponitur pro *fæce*, ſive *ſcoria, & craſſamento*. Veteres Gloſſæ: Σκύβαλον, *retrimentum*: quod eſt olei ſedimentum, fæx craſſior. Varro de re ruſt. lib. I. cap. LXIV: *Amurca, cùm ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac retrimentum*. Interim *retrimentum* de ſtercore quoque uſurpari certum. Ad metalla etiam transfertur. Dioſcorides lib. V. cap. LXXVII. de cadmia ad medicinæ uſum paranda, τὸ σκύβαλον πᾶν ἐν τῷ ὀθονίῳ μενεῖ. *Craſſamentum omne in linteolo manebit*. Hinc τὸ σκυβαλικὸν, *ſcoriâ permiſtum*: ut σκυβαλικὸν ἀργύριον Timocreonti poetæ, apud Plutarchum in Themiſtocle, *argentum excrementivum, & vile*: quod videlicet ex terræ ſordibus conflatur. Et σκυβαλῶδες pro *fæculento*. S. Maximus apud Dionyſium Areopagitam: τὸ σκυβαλῶδες καὶ παχὺ τῆς ὕλης μέρος. *Quod fæculenti craſſique, materiæ ineſt*. Excoquitur enim & excernitur, ut *ſtercus* ab animante, ita *fæx & ſcoria* ab inanimatis.

III. Σκύβαλα etiam ſunt *purgamenta frugum*, paleæ, ariſtæ: quæ, dum frumenta purgantur, vel cribro excidunt, vel vanno excutiuntur. Priſcianus lib. V. *Acus aceris, quod Græci σκύβαλον vocant, id eſt, purgamentum frumenti*. Heſychius: Σκυβαλισμὸς, ἐκφαύλισμα, καὶ τὸ ἀδόκιμον ἐκ μεταφορᾶς τῶν σκυβάλων, τῶν ἀχύρων. *Rejectio alicujus rei, quam vilipendimus; deſpicabile: metaphorâ deſumtâ à frugum purgamentis, à paleis*. Alluſit & Sirachides cap. XXIV. 4: Ἐν σείσματι κοσκίνου διαμένει κοπρία· οὕτω σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ. *Sicut in cribri concuſſione remanent ſordes: ita hominis in cogitatione ſua, purgamenta* quædam; palearum, ſordium, fæcum inſtar. Ita ferè veteres vocem hanc interpretantur ad Philipp. III. 8. ubi Apoſtolus, Δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι. Theodoretus ad hunc locum, pag. 336: Σκύβαλον τὸ παχύτερον καὶ σκληρότερον ἄχυρον ὀνομάζεται· τοῦτο δὲ φέρει τὸν σῖτον, ἀλλὰ μετὰ τὴν τοῦ σίτου συλλογὴν ἀποβάλλεται. *Σκύβαλον craſſior & durior palea nominatur: hæc autem fert frumentum, ſed poſtquam collectum eſt frumentum, abjicitur*. Chryſoſtomus Homil. XI. in hanc Epiſt. pag. 65: Τὸ σκύβαλον ἀπὸ τοῦ σίτου ἐστὶ, καὶ τὸ ἄχυρον τοῦ σίτου τὸ σκύβαλόν ἐστι. *Σκύβαλον à frumento eſt: & frumenti palea σκύβαλον eſt*. Theophylactus pag. 607: Σκύβαλα τοῦ σίτου τὰ ἄχυρα, ἤτοι ἡ κα-

ἢ καλάμη. Σκύβαλα ſunt paleæ frumenti, ſive culmus. Hoc poſterius etiam Photius habet apud Oecumenium, pag. 673. Et Oecumenius ipſe: Τὸ ζκύβαλον κτηνῶδές ἐϛι τροφή. *Eſt jumentorum cibus*: quæ tam *paleâ* utique quàm & *ſtipulâ* paſcuntur. Inde σκυβαλίζειν, *purgamenta* iſtiusmodi *excutere*. Heſychius: Ἀθερίζειν, ἀποδοκιμάζειν, σκυβαλίζειν. Hic prior ſignificatio eſt metaphorica & figurata: ut & in illo Suidæ, Ἀθέριστον, ἀποδοκίμαστον. *Reproba, ſperne, contemne.* Hic meritò Gatakerus miratur, cur incomparabilis Lexicographus, Henricus Stephanus, ſcribat: Ἀθέριστον *Suid. expon. &* ἀποδοκίμαστον, *quod erit ab* ἀθερὴς *ſignificante* ἀκριβὴς, *& declarabit* Ad unguem exige, exactè examina. Eſt enim ἀποδοκιμάζειν, *improbare*, ſeu *rejicere*. Unde & Etymologus, qui hoc idem habet, ſed in modo diverſo, metaphoricum eſſe monet, ἀπὸ τῶν ἀθέρων, τῶν ἐκ τῆς ἅλω ἀποῤῥιπτομένων, quanquam ἀθέρας *ſpicas* is *inutiles caſſasq;* interpretatur: apud quem & ἀθερίζειν exponitur ἄγειν, καταφρονεῖν, ἀφροντιστεῖν. (ubi iterum Gatakerus rectè monet legendum, ἄγαν καταφρονεῖν. Apud eundem: Ἀθερίσαι, ὀλιγωρῆσαι, *parvipendere, negligere.* Poſterior apud Heſychium ſignificatio propria eſt, ἀθέρας, ſive ζκύβαλα *ſecernere, ſemovere, excutere, evannare*, quod τῷ πτύῳ, ſive *ventilabro* fieri ſolet: quod inde Homero Odyſſ. λ'. v. 127. ἀθηρηλοιγὸς, *ventilabrum* dicitur. Ubi vetus Scholiaſtes, Ἀθηρηλοιγὸν, τῶν ἀθέρων ὀλοθρευτικὸν ὄργανον. ἀθῆρες γὰρ λέγονται κυρίως τῶν ἀσταχύων τὰ ἄκρα. *Ventilabrum, inſtrumentum, quo ſpicæ degeneres ex area abjiciuntur.* Ἀθέρες *enim propriè dicuntur ſpicarum ſummitates.* Ἀ' σκυβαλίζειν, *purgamenta* iſtiusmodi *abjicere*, eſt ἀποσκυβαλίζειν Syneſio uſurpatum in Calvitiei encomio: Ἀλλ' οὔτε ἀκρόδρυον ἐν τῷ φυτῷ, πρὶν ἀπανθῆσαι· οὔτε νοῦς ἂν παραγένοιτο κεφαλῇ, πλὴν τελειωθεῖσαν ἀποσκυβαλίσαι τὰ περιττὰ, καθάπερ ὑπὸ πτύῳ, τῷ χρόνῳ. *Sed nec fructum ſtirpi, priusquam deſtoruerit; nec mens capiti acceſſerit, donec perfectionem jam adeptum, ſuperflua quæq;, temporis, veluti ventilabri, ope operaq; excuſſerit.* Quemadmodum verò ex Heſychio & Suida audivimus, σκυβαλίζειν eſſe *contemnere*: ita ea ſignificatio occurrit Sirach. XXVI. 36: Ἄνδρες συνετοὶ ἐὰν σκυβαλισθῶσι. *Si viri prudentes contemnantur.* Huc etiam pertinet, quòd σκύβαλα *furfures*, ſeu *apludas* exponunt, pelliculas eas, quæ vel ubi moluntur pinſunturvè farra, abſcedunt, vel inter farinam cribrandam, à polline ſecretæ, in cribro manent. Etymologus: Ἀποβράσαι, τὸ διαπτύσαι πυρὸς ἢ ἄλευρα· ὅθεν καὶ ἀποβράσματα, ζκύβαλα πυρῶν. Ἀποβράσαι *eſt ſecernere triticum vel farinam: hinc etiam* ἀποβράσματα *ſunt tritici furfures.* Et Heſychius: Ἀποβράσματα, τὰ σκύβαλα τῶν πυρῶν. Pro quo Suidas, τὰ πίτυρα τῶν πυρῶν. Sunt autem πίτυρα, explicante Heſychio, τὰ τῶν σίτων ἢ κριθῶν φλοιά. Legendum φλοιάρια, *frugum* vel *hordeorum parvi cortices: frumenti hordeive pelliculæ* ſeu *tunicula.* Iterum Heſychius: Ἀποπράσαι, τὸ διασῆσαι πυρὸς ἢ ἄλευρα. Legendum διασῆσαι, à διασήθω, *excutio, cribro*: quod verbum etiam pro διαπτύσαι apud Etymologum ſuprà commodè reponi poſſet: videtur enim ſua ex Heſychio habere.

IV. Præterea σκύβαλα ſunt *ſurculorum, ſarmentorum, cremiorum decidua.* Chariſius lib. I. Quiſquiliæ, φρυγάνων χαίτη, σκύβαλα. Philoxeni Gloſſæ. Quiſquilia, σκύβαλα. Feſtus: *Quiſquiliæ dici putantur, quicquid ex arboribus minutis ſurculorum foliorumvè cadit, velut quicquid cadiæ.* Iſidorus in Gloſſis MSS. referente Voſſio; *Quiſquiliæ ſurculi minuti. Quiſquiliæ frumentorum purgamenta vel paleæ creentata.* Sic uſus Victor Uticenſis lib. III: *Alii diffuſi per campos, alii ſylvarum ſecreta petebant, antiquas radices herbarum vel quiſquilias requirentes.* De vero vocis etymo vid. Voſſii Etymologicum.

V. Tandem σκύβαλα ſunt *menſarum decidua, manuumq; purgamenta*, quæ *canibus projiciuntur*, eisve in partem concedunt. Suidas: Κυρίως σκύβαλον, κυσὶ βαλόν τι ὄν, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον. *Propriè* σκύβαλον *vocatur id, quod canibus eſt projectum.* Ita etiam magnus Etymologus. Hinc Dunæus Anglus in Notis ad Chryſoſtomum ſuſpicatur τὸ σκυβαλίζειν ἀπὸ τοῦ ἐς κύνας factum eſſe; ſicut τὸ σκορακίζειν καὶ ἀποσκορακίζειν ab eo quod dici ſolet ἐς κόρακας. Ita σκυβάλων nomine veniunt *oſſa, panis carnisq; fruſtula*, aliaque ejusmodi, quæ *canibus ſolent projici*, ac de quibus illi ſecum invicem rixari conſueverunt. Siquidem, ut Gregorius Nazianzenus epiſt. XXII. Καὶ βρῶμα ῥιφὲν ἐν μέσῳ, κατ' ἀλλήλων ὁπλίζει. *Cibus in medio projectus, canes inter ſe committit.* Ita σκύβαλα fuerint *micæ*, quæ à menſa inter veſcendum decidunt, & canibus ſive catulis familiaribus in eſcam cedunt. Vide Matth. XV. 27. Marci VII. 28. Inter σκύβαλα habetur etiam *offula* illa, quâ ubi manus à menſa ſurgentes abſterſerant, canibus eam projicere ſolebant. Ea, ab uſu hoc, ἀπομαγδαλία dicta. Heſychius: Ἀπομαγδαλία, ϛέαρ ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ἐν τοῖς δείπνοις, βαλόντες δὲ αὐτὸ τοῖς κυσὶν ἀναλύοντες ἀπὸ τῶν δείπνων. *Apomagdalia, adeps, quo manus inter cænandum abſtergebant, è cæna autem redeuntes canibus id jaciebant.* Minùs hæc ſana. Vix probandum, quòd ϛέαρ vocat, id eſt, *adipem*: de quo meritò rogaveris, unde abſtergantur, qui inde abſterguntur. Itaque ab aliis ϛαὶς appellatur, non ϛέαρ, & à Polluce ϛαιτώδης. Verba Pollucis lib. VI. cap. XIV. Οἱ δὲ πάλαι ταῖς καλουμέναις ἀπομαγδαλίαις ἐχρῶντο, αἳ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν, καὶ ϛαιτῶδες, εἰς ὃ ἀποψησάμενοι, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλλον· ὅθεν καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι κυνάδα τὴν ἀπομαγδαλίαν καλοῦσιν. ὑποδηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, &c. *Apomagdaliis, quas vocant, veteres utebantur. Eæ erant, quod in pane molle & paſtaceum eſt, quo poſtquam ſe abſterſerant, canibus id projiciebant. Unde eſt quod apomagdaliam Lacedæmonii cynadem* (quaſi *caninam*) *vocant. Atque id ſubinnuit Homerus*, nempe Odyſſ. κ'. v. 216.

Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαιτηθεν ἰόντα
Σαίνωσ'· αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμοῦ.

Quemadmodum quoties dominum canes è convivio proficiſcentem circumblandiuntur: is enim ſemper affert animi delinimenta, id eſt, juxta veterem ſcholiaſtem, πρὸς ἡδονὴν δωρήματα, ἢ κρέα τινὰ, ἢ τὴν ἀπομαγδαλίαν, ἣν προσδεχόμενοι οἱ κύνες ἐγρηγόρασι, *dona ad delicias, ſive ſint carnes, aut apomagdalia, quam exſpectantes canes vigilant.* Ad eundem locum Euſtathius, tanquam ex Pauſania, Ἀπομαγδαλία, καὶ ἀπομαγδαλὶς, ψωμὸς, εἰς ὃν ἐκματτόμενοι τὰς χεῖρας, μετὰ δεῖπνον ἐῤῥίπτουν κυσίν. *Apomagdalia, & apomagdalis, fruſtum panis eſt, quo cùm manus deterſiſſent, illud à cæna canibus projiciebant.* In dicto Heſychii loco, pro βαλόντες, legendum ἔβαλον, utraque emendatio ex Suida ſatis manifeſta, apud quem: Ἀπομαγδαλία, τὸ ϛαὶς, ᾧ ἀπομάττονται οἱ μάγειροι· ὅπερ ἐκάλουν χειρόμακτρον· καὶ μετὰ τὴν ἐργασίαν ἀπέῤῥιπτον τοῖς κυσίν. *Apomagdalia, quâ coqui manus purgant, quod* χειρόμακτρον *vocabant*, id eſt, *manuum purgamentum, & poſt opus canibus projiciebant.* Sed multa de hoc, ut & de voce Σκύβαλον, Cl. Gatakerus, Adverſ. ſacr. cap. XLIII. unde etiam hæc noſtra: qui proinde conſulendus. Cùm igitur ζκύβαλον hæc omnia ſignificet, nempe *ſtercora*, ſive *excrementa animantium, fæces, ſcorias, & craſſamenta; ſtirpium decidua, frugum purgamenta, farinæ furfures, menſarum analecta, manuum apomactra*, quæ canibus deſtinantur: patet hinc Apoſtolum convenientiſſimè hac voce ſignificâſſe, ſe reliqua omnia, præ Chriſto, & Chriſti notitia, tanquam vilia rejectamenta, nihili facere. Philipp. III. 8.

Digitized by Google

Veteres Gloſſæ: Σκύλλομαι, *jactor*. Σκύλλω, *fatigo*, *vexo*. Σκυλμὸς, *vexatio*, *fatigatio*. Aliæ: *Fatigat*, σκύλλει, καταπονεῖ. Heſychius: Σκύλλει, ἐνοχλεῖ. Hæc verò vitio carere non poſſunt. Reſpexit ſine dubio ad locum aliquem in N. Teſt. Occurrit autem hoc verbum ter: Marci V. 35. Τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον; Luc. VII. 6. Κύριε, μὴ σκύλλε. Et cap. VIII. 49. Μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον. Ad locum intermedium non poteſt reſpexiſſe, quia ibi σκύλλε paſſivum eſt, *noli vexari, noli defatigari*, ac proinde non per ἐνόχλει, ſed potiùs ἐνοχλοῦ, exponendum fuiſſet. In animo ergò habuit σκύλλε, vel σκύλλεις, & tunc reponendum ἐνοχλεῖς. Σκύλλειν ergò nihil aliud eſt, niſi ἐνοχλεῖν, κόπον παρέχειν, vexare, *fatigare*. Theophylactus in cap. VIII. Lucæ, pag. 346. interpretatur per κόπον ἐμβάλλειν, μετακινεῖν, *negotium faceſſere*, *movere*, & *movendo fatigare*, Matth. IX. 36. apud Chryſoſtomum, Theophylactum, & alios, pro ἐκλελυμένοι, legitur ἐσκυλμένοι. Quæ lectio minimè improbanda, cùm & loco mirè conveniat, & à veteri interprete per *vexati* exprimatur, &, Beza teſte, in ſex minimùm vetuſtis Codicibus reperiatur: ubi Beza etiam addit, τὸ σκύλλεσθαι propriè dici non de quavis moleſtia, ſed de *fatigatione, & laſſitudine ex Itinere*: cui diſertè adſtipulatur H. Stephanus præfatione Herodiani ſui. Poſt examinata enim duo loca Herodiani ubi τὸ σκύλλειν non poteſt aliter accipi, quàm de *fatigatione ex itinere*, ſtatim ſubjungit: ſic etiam Marci V. 35. σκύλλειν illa ipſa de re, (id eſt, *fatigatione ex longitudine itineris*) dicitur: ideoque, τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον, aptè redditum iri puto, *Quid ampliùs fatigas magiſtrum? conficiendo* videlicet *hoc itinere*. Non negat tamen, proximis verbis τὸ σκύλλειν referri poſſe, non tam ad longitudinem itineris, quàm ad hoc, quòd inter eundum a turba comprimeretur. Apud Chryſoſtomum legitur πολύσκυλτος, pro πολύπονος καὶ πολυμέριμνος, *laborioſus*, & *tædii curarumque plenus*. Et apud Euſebium hiſt. Eccl. lib. IV. cap. XV. pag. 38. b. legitur adverbium ἀσκύλτως, pro ἀπόνως, ἀκόπως, ῥᾳδίως, *facilè*, *nullo negotio*, *citra tædium aut moleſtiam*. Sic enim ibi ſanctus Polycarpus jamjam tradendus flammis, ad eos, qui cum clavis veniebant, ut palo illum affigerent: Ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ διδοὺς ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας ἀσκύλτως ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ. *Sinite me, ut ſum: nam qui dedit mihi, ut ignem ſuſtineam, dabit etiam, ut ſine clavis veſtris, facilè citra moleſtiam in rogo permaneam.*

Σκυτοτόμος.

Heſychius: Σκυτοτόμος, λωροτόμος. *Lorarius*. Suidas: Σκυτοτόμος, λωροτόμος. *Coriarius*, *Lorarius*. Quia Sanctus Apoſtolus Paulus fuit σκηνοῤῥάφος, ut à Theodoreto vocatur, Θεραπευτ. ſermon. IX. in his: τῶν δὲ ἁλιέων τε καὶ τελωνῶν καὶ τοῦ σκηνοῤῥάφου τοὺς νόμους, *piſcatorum verò, & publicanorum, & ſutoris tentoriorum leges, non Cajus, non Claudius diſſolvere potuerunt, nec qui eis ſucceſſit Nero*: quia fuit σκηνοποιὸς, ut vocatur Actor. XVIII. 3. tentoria verò iſta è coriis fiebant, propterea à paganis per contemtum dictus fuit σκυτοτόμος, quam appellationem ne ipſi quidem Chriſtiani averſabantur, ut hac ratione oſtenderent, quanta fuerit efficacia Evangelii, vel per eum, quem ipſi σκυτοτόμον appellabant, prædicati. Chryſoſtomus Homil. V. in II. ad Timoth. eum vocat σκηνοποιὸν, *tentoriorum confectorem*. Parùm autem refert, ex quâ materia fecerit, an ex panno, ſeu linteis, ſeu ſtragulis, an ex corio atque pellibus, quod videtur innuere Chryſoſtomus, qui eâdem Homiliâ Paulum vocat σκυτοτόμον, ubi fruſtrà eſt Rittershuſius, quando exiſtimat, pro eo fortè legendum eſſe σκηνοποιὸς. Diximus enim hanc appellationem ne Chriſtianos quidem fuiſſe averſatos. Uſitatiſſima eſt Theodoreto in Therapeuticis. Exempla ſubjicimus ex editione Commelinianâ. Sic igitur in Prologo, pag. 2. τοὺς ἁλιέας λέγω, καὶ τὸν σκυτοτόμον, καὶ τοὺς τελώνας. *Piſcatores dico, & ſutorem & publicanos.* Serm. V. pag. 80. καὶ νῦν ἅπαντες τῶν φιλοσόφων τοὺς λήρους καταλιπόντες, τοῖς τῶν ἁλιέων καὶ τελωνῶν ἐντρυφῶσι μαθήμασι, καὶ τὰ τοῦ σκυτοτόμου συγγράμματα περιέπουσιν. *Et nunc omnes relictis Philoſophorum nugis, piſcatorum cum delectatione fruuntur publicanorumque diſciplinis, ſutoriſque ſcripta ſeu volumina amplectuntur & colunt.* Serm. eod. pag. 81. Οἱ ἡμέτεροι ἁλιεῖς καὶ τελῶναι καὶ ὁ σκυτοτόμος. *Noſtri piſcatores & publicani, & ſutor ille.* Serm. VIII. pag. 111. *Deus* ἁλιεῦσι καὶ τελώναις καὶ σκυτοτόμῳ χρησάμενος ὑπουργοῖς, προσενήνοχε τοῖς ἀνθρώποις τὰ σωτήρια καὶ θεῖα μαθήματα, *piſcatorum, publicanorumque, ac ſutoris miniſterio uſus, protulit hominibus ſalutarem divinamque doctrinam.* Hinc σκυτοτομικὸς, *ad ſutorem pertinens*, itidem de Apoſtolo. Ibidem ſerm. X. pag. 134. Σκυτοτομικαὶ γλῶτται καὶ ἁλιευτικαί. *Sutorum piſcatorumque linguæ.* Ita σκυτοτομικοὶ νόμοι. Serm. IX. pag. 129. Τῶν ἁλιευτικῶν καὶ σκυτοτομικῶν ἐπήκουσαν λόγων. *Piſcatorum & ſutorum leges audiverunt.* Serm. eod. pag. 135. Ἡμεῖς δείκνυμεν ὑπὲρ τῶν ἁλιευτικῶν καὶ σκυτοτομικῶν νόμων, πολλὰς καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀνασχομένας ἀποθανεῖν μυριάδας. *Nos oſtendimus, pro piſcatorum ſutoriſque legibus, virorum mulierumque multa millia mortem ſubiiſſe.*

Σμικροκήρυξ.

Non habent Lexica. Legitur apud Cyrillum Alexandrinum. Locum producimus in voce Λεπτοβίης.

Σουδάριον.

Σουδάριον, *ſudarium*. Suidas: Κικρύφαλον, σαβακάθιον, σουδάριον. *Reticulum, vitta, ſudarium.* *Sudarium* eſt linteum parvum, quo ſudorem vultus extergebant, complectendo capiti aptum. Mediæ Comediæ Poetæ καψιδρώτιον vocarunt. Pollux lib. VII. cap. 16. Εἴη δ' ἂν κατὰ τὸ ἐν μέσῃ κωμῳδίᾳ καψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται. *Erit autem ſecundum mediam Comœdiam dictum* καψιδρώτιον, *quod jam* Sudarium *vocatur.* Dictum ἀπὸ τοῦ κάπτειν ἱδρῶτα. Corrigendus, ut viri docti jam obſervarunt, in hac voce Heſychius: Καψιδρώτιον, εἶδος χιτωνίσκου. Reliqua, quæ ad hanc vocem pertinent, in Σιμικίνθιον quærenda. Conſulatur etiam Gl. Meurſii, Etymologicum Voſſii in voce *Sudor*.

Σουππέδιον.

Σουππέδιον, *ſuppedium*, ſcabellum pedum; *ſuppedaneum* quidam dixere. Vide Voſſium de vitiis ſermonis, cap. LI. ποδαρίλια apud Græcos recentiores. Nicetas de reb. poſt. Excid. εἰς ποδαρίλια καὶ σουππέδια κατεσκεύαζον. Euſtathius, ποδαρίλια, ὑποπόδια γυναικεῖα interpretatur in Odyſſ. η. ſcribunt etiam σουπέδιον & σοπέδιον. Synodus Florent. Sect. IV. cap. XXII. pag. 97. *Cardinales ſedebant* ἐν καθέδραις ἴσαις κατὰ πάντα, καὶ ὁμοίαις τῷ ὑποποδίῳ τοῦ Πάπα, ὧν τὸ ὕψος ἴσον ἐστὶ τοῖς παρ' ἡμῖν σουπεδίοις, *in thronis prorſus æqualibus & ſimilibus ſcabello Papæ, quorum ſublimitas noſtra ſuppedanea non excedit.* Ejuſd. Sect. cap. XXX. pag. 108. Ἐν σουπεδίοις καθήμενοι. *In ſuppedaneis ſedentes.* Vide Gl. Meurſii.

Σοφία. Σοφός.

Σοφία, *Sapientia* tribuitur

Digitized by Google

I. *Deo*, idque

1. *propriè.* Sic σοφία Θεȣ̃ eſt

a. vel ὀυσιώδης, *eſſentialis*, illa ſcilicet Dei proprietas, quâ ipſe & ſe ipſum, & omnia extra ſe perfectiſſimè novit, omniaque ratione rectiſſima & convenientiſſima adminiſtrat. Hanc Dei ſapientiam miratur Paulus ad Rom. XI. 33. exclamando, ὦ βάθος πλȣ́τȣ καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεȣ̃. *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei!* Ad quæ Theophylactus pag. 115: Τὴν σοφίαν τȣ̃ Θεȣ̃ ἐκπλήττεται, δι' ἧς πλέκει τὰ ἡμέτερα, καὶ τȣ̀ς ἀμαθεῖς ἐθνικȣ̀ς ἐσόφισε· καὶ τὴν γνῶσιν, δι' ἧς γινώσκει τὸ ἑκάστῳ συμφέρον. *Sapientiam Dei miratur, per quam noſtra regit ac diſpenſat; & cognitionem, per quam novit, quid unicuique conducat.* Eſt αὐτοσοφία. Olympiodorus in cap. IX. Jobi, pag. 206: Τὴν αὐτοσοφίαν ἀμήχανον μὴ πάντα εἰδέναι, καὶ τὰ ἡμᾶς διαλανθάνοντα· ἀμήχανον δὲ καὶ ἄσοφόν τι λαλῆσαι, ἢ ἐπιλήψιμον, τὸν σοφὸν, ȣ̓ συνθέσει λόγων, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ. *Impoſſibile eſt, ut ipſa ſapientia non omnia ſciat, etiam ea, quæ nos fugiunt: & ut ſapiens; non verborum compoſitione, ſed ſenſu; inſipiens aliquod loquatur, & reprehenſione dignum, fieri nequit.* Vide etiam in Ἀυτοσοφία. *Sapientia Dei*, ut Chryſoſtomus loquitur, πρὸς τȣ̀ς σκανδαλισθέντας lib. I. cap. X. εὐμήχανος, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις εὔπορος ἡ τȣ̃ Θεȣ̃ σοφία. Integrum locum vide in Ἄπορος, num. II. Eſt πολυποίκιλος, ut vocatur ad Epheſ. III. 10. Ad quem locum Theophylactus, pag. 526: Οὐχ ἁπλῶς ποικίλην τὴν τȣ̃ Θεȣ̃ σοφίαν φησὶν, ἀλλὰ, πολυποίκιλον, τὸ πάντεχνον αὐτῆς δηλῶν καὶ ἀκατανόητον. *Non ſimpliciter variam dicit Dei ſapientiam, ſed* multiformem, *ſive* admodum variam, *ejus artificium, & quòd incomprehenſibilis ſit ſignificans.* Vel, annon πολυποίκιλος Dei ſapientia ſeſe exeruit in negotio Redemtionis noſtræ? Σαρκωθέντος γὰρ τȣ̃ Θεȣ̃ λόγȣ, addit idem, διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία κατωρθώθη, διὰ θανάτȣ ζωὴ, δι' ἀσθενείας δύναμις, δι' ἀτιμίας δόξα, διὰ πάντων τῶν εὐτελῶν τὰ θεοπρεπῆ. *Incarnato enim Verbo Dei, per contraria tranſacta ſunt contraria, per mortem vita, per imbecillitatem potentia, per contumeliam gloria, per omnia vilia & abjecta Deo digna & præclara.* Clemens Alexandr. ſtrom. lib. I. pag. 282. ſic explicat: Εἰκότως ὁ ἀπόστολος πολυποίκιλον εἴρηκε τὴν σοφίαν τȣ̃ Θεȣ̃, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, διὰ τέχνης, διὰ ἐπιστήμης, διὰ πίστεως, διὰ προφητείας, τὴν ἑαυτῆς ἐνδεικνυμένην δύναμιν, εἰς τὴν ἡμετέραν εὐεργεσίαν. *Meritò Apoſtolus* multiformem *dixit Dei ſapientiam, ut quæ multifariam multisq; modis, per artem, per ſcientiam, per fidem, per prophetiam, ſuam oſtendit potentiam ad noſtrum beneficium.* Pachymeres in cap. XV. Dionyſii Areopagitæ de cœl. Hierarch. pag. 183: Πολυποίκιλος ἡ τȣ̃ Θεȣ̃ σοφία, διότι εἰς πολλὰ γνώσεως εἴδη μετατυπȣ̃ται, διὰ τὴν τῶν ἐλλαμπομένων ἀσθένειαν. Multiformis *eſt DEI ſapientia, quia in multas cognitionis ſpecies, propter eorum qui illuſtrantur imbecillitatem, transformatur.* Ipſe Dionyſius cap. I. de div. Nominibus, ſect. IV. pag. 379. dicit, Deum propterea eſſe σοφὸν, ὅτι τὰ ὄντα πάντα τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἀπαραφθαρτα διασώζοντα, πάσης ἁρμονίας ἐνθέȣ καὶ ἱερᾶς εὐπρεπείας ἐστὶν ἀνάπλεα, *quòd res omnes, dum naturam ſuam ſervant incorruptam, divinæ omnis harmoniæ ſacræq; pulchritudinis ſint plenæ.* Imò μόνος σοφὸς eſt, teſte Apoſtolo, I. Timoth. I. 17. Ad quem locum Theophylactus, pag. 751: Ἐπειδὰν καὶ ἄγγελοι, καὶ ἄνθρωποι σοφίαν ἔχȣσι, δείκνυσιν ὅτι αὐτὸς μόνος κυρίως ἐστὶ σοφὸς, ὡς πηγὴ καὶ αἴτιος σοφίας. ὅσα δὲ ἄλλα σοφίαν ἔχει κτίσματα, κατὰ μέθεξιν ἔχει ταύτην. *Quia & Angeli & homines ſapientiam habent, oſtendit eum ſolum propriè ſapientem eſſe, quippe qui ſit fons & autor ſapientiæ. Quæcunq; verò aliæ creaturæ ſapientiam habent, per participationem habent.* Phocylides: Εἷς Θεός ἐστι σοφός.—— *Unus Deus eſt ſapiens*, id eſt, Θεὸς μόνος ἐστὶ σοφός. Socrates in Platonis Phædro: Τὸ σοφὸν καλεῖν ἔμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ, καὶ Θεῷ μόνῳ πρέπειν. *Sapientem vocare mihi magnum eſſe videtur, & ſoli Deo competere.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. cap. X: Σοφὸς ὁ μόνος Θεὸς, καὶ τέλειος μόνος. *Solus Deus ſapiens, & ſolus perfectus.*

b. vel ὑποστατικὴ, *perſonalis*, videlicet æternus Dei Filius, qui σοφία Θεȣ̃, *ſapientia Dei* vocatur Luc. XI. 49. Greg. Nazianzenus Orat. II. de Filio, quæ eſt XXXVI. pag. 590: Σοφία λέγεται, ὡς ἐπιστήμη θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, πῶς γὰρ οἷόν τε τὸν πεποιηκότα, τȣ̀ς λόγȣς ἀγνοεῖν, ὧν πεποίηκε; *Sapientia dicitur, ut rerum divinarum & humanarum ſcientia. Qui enim fieri poteſt, ut conditor rerum à ſe conditarum rationes ignoret?* Origenes Comment. in Johannem, pag. 19: Πάντων τῶν ἐπινοȣμένων ταῖς ὀνομασίαις τȣ̃ πρωτοτόκȣ πάσης κτίσεως ἐστὶν ἡ σοφία. *Antiquior omnibus quæ excogitantur nominibus primogeniti omnis creaturæ* ſapientia *eſt.* Eulogius, in Biblioth. Photii, Cod. CCXXX. pag. 864. Filium Dei vocat τελειοποιὸν σοφίαν, *perfectionis auctricem ſapientiam.* Phœbadius ex Solomone: *Invenimus dixiſſe Solomonem, ex perſona ſapientiæ, quam Chriſtum eſſe defendimus, Dominus condidit me.* Gallus Confeſſor: *Neceſſarium erat, ut ipſa divina ſapientia, per quam cuncta ſunt facta, reficiendo generi humano per ſe ipſam conſulere dignaretur.* Et ita pleriq; omnes orthodoxi Patres. Emanuel Palæologus oratione: Δόξα σοι Σοφία καὶ λόγε αἰωνίȣ γεννήτορος, &c. *Gloria tibi ſapientia & Verbum æterni Patris*, &c. Vigilius Martyr lib. I. adverſus Eutychen: *Et certè, Verbum Dei, Virtus Dei, Sapientia Dei, ſemper apud Patrem & in Patre fuit, etiam quando nobiscum fuit.* Idem innuit Hieronymus, Græcus Theologus, cùm in libro de SS. Trinitate Judæum ita loqui cogit: Ὅτι ἀκατάληπτός ἐστι καὶ ἀθεώρητος, καὶ ἀδιήγητος ὁ Θεὸς, καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ ἰσχὺς, καὶ ὁ λόγος, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτȣ̃. *Incomprehenſibilis, & inviſibilis, & inenarrabilis eſt Deus, & ſapientia, & robur, & Verbum, & ſpiritus ejus.* Huc etiam facit, quòd Paulus Diaconus lib. XVIII. ait, Juſtinianum Imp. extruxiſſe intra Conſtantinopolim *ipſi Domino, qui eſt ſapientia Patris*, templum magnificentiſſimum, quod Græco vocabulo ἁγίαν Σοφίαν, *ſanctam ſapientiam* nominavit. Vide etiam Suidam in Σοφία.

2. *Impropriè* ſeu *metonymicè*, ſic σοφία Θεȣ̃, *ſapientia Dei* vocatur

a. Evangelium I. Corinth. II. 6. Σοφίαν λαλȣ̃μεν ἐν τοῖς τελείοις. Sapientiam loquimur inter perfectos. Ad hunc locum Chryſoſt. Homil. VII. in I. ad Corinth. p. 279: Σοφίαν λέγει τὸ κήρυγμα καὶ τὸν τρόπον τῆς σωτηρίας, τὸ διὰ σταυρȣ̃ σωθῆναι. Sapientiam *appellat prædicationem & modum ſalutis, ſalutem per crucem partam.* Theophylactus, pag. 177: Σοφίαν ὀνομάζει τὸ κήρυγμα τὸ περὶ Χριστȣ̃, καὶ τὸ διὰ σταυρȣ̃ σωθῆναι. Sapientiam *appellat prædicationem de Chriſto, adeoq; ſalutem per Chriſtum crucifixum partam.* Et Theodoretus, pag. 129: Τὸ κήρυγμα σοφία ἐστὶ καὶ καλεῖται παρὰ τοῖς εἰλικρινῆ καὶ τελείαν δεξαμένοις πίστιν. *Prædicatio* ſapientia *eſt & vocatur ab iis, qui ſinceram & perfectam fidem ſusceperunt.* Eodem ſenſu σοφίας vox ſumitur I. Corinth. I. 24. *Prædicamus Chriſtum crucifixum vocatis Judæis, atque Græcis* Θεȣ̃ σοφίαν, *Dei ſapientiam.* Ubi iterum Theodoretus, pag. 126: Εἰδέναι χρὴ, ὡς σοφίαν καὶ δύναμιν ȣ̓ τὴν θεότητα τȣ̃ μονογενȣ̃ς προσηγόρευσεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλὰ τὸ περὶ τȣ̃ σταυρȣ̃ κήρυγμα. *Sciendum eſt*, ſapientiam *& potentiam appellaſſe divinum Apoſtolum, non unigeniti divinitatem, ſed prædicationem de cruce.*

β. Opi-

Digitized by Google

β. *Opificium hujus mundi*, I. Cor. I. 21. quia in eo impreſſa cernuntur veſtigia admirandæ Dei ſapientiæ. Theodoretus ad hunc locum docet, Apoſtolum hic triplicis ſapientiæ meminiſſe, & ſecundam eſſe τὴν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένην. Ὁρῶμεν γὰρ οὐρανοῦ μέγεθος, ἡλίου κάλλος, ἀστέρων χορείαν, γῆς καὶ θαλάττης εὖρος, φυτῶν καὶ ζώων διαφορὰν, καὶ τὰ ἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, *quæ in rerum creatarum contemplatione verſatur. Videmus enim cœli magnitudinem, ſolis pulchritudinem, aſtrorum choream, terræ & maris latitudinem, plantarum & animalium differentiam, & cætera, ne ſingula proferam.* DEUS, ut eſt Pſal. CIV. 24. mundum, omniaque opera ſua ſapientiſſimè fecit. Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, inquit David. Ad quæ Theodoretus, pag. 812: Ἕκαστον τῶν εἰρημένων λογισάμενος ὁ προφήτης, καὶ τὴν πολλὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν καταμαθὼν, ἐν μέσῳ τῆς διηγήσεως τὸν ὕμνον ἀνέπεμψε· θαυμαστὰ καὶ λίαν ἀξιάγαστα, καὶ σοφίας μεστὰ φήσας εἶναι πάντα τοῦ Θεοῦ τὰ ποιήματα. *Singula quæ dicta ſunt perpendens Propheta, & multam DEI providentiam ſecum recolens, in media narratione in laudes prorupit, dicens omnia DEI opera admirabilia, & admiratione digna, atque ſapientiâ referta eſſe.* Sed de his etiam alibi.

II. *Chriſto*, etiam in ſtatu humilitatis conſtituto. Vide Matth. XIII. 54. Marci VI. 2. Lucæ II. 40. Ibid. v. 52. dicitur *creviſſe ſapientiâ*: cujus explicationem prolixam ſatis vide in voce Λόγος, ſub lit. ר. in 4. Claſſe hæreſium circa incarnationem Verbi, lit. *c.*

III. *Hominibus*, quorum reſpectu *ſapientia* ſumitur,

1. *pro eloquentia*, quæ denotatur per σοφίαν λόγου, *ſapientiam ſermonis*, I. Corinth. I. 17. ſcribit ibi Apoſtolus, *ſe miſſum eſſe ut Evangelium prædicet*, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, *non ſapientiâ ſermonis*, pro οὐ λόγῳ σοφῷ, *non ſermone ſapiente*. Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *ſe miſſum eſſe ad Evangelium prædicandum* ἐν μωρίᾳ λόγου, *in ſtultitia ſermonis*, ut verſu 21. ejuſdem capitis loquitur, pro λόγῳ μωρῷ, *ſermone ſtulto*. Poteſt etiam dici σοφία λόγου, pro σοφία τοῦ λέγειν, *ars dicendi*. Vide Cl. Vorſtii Philologiæ ſacræ cap. X. Theodoretus σοφίαν λόγου dicit eſſe στωμυλίαν καὶ δεινότητα λόγων, *eloquentiam & dicendi facultatem*: Theophylactus, εὐγλωττίαν καὶ καλλιέπειαν, *eloquentiam, ſermoniſq; elegantiam*. Ita I. Corinth. II. 5. σοφία ἀνθρώπων, *ſapientia hominum*, eſt, interprete eodem Theophylacto, πιθανότης καὶ εὐγλωττία, *eloquentia & vis perſuadendi*. Theodoretus quoque εὐγλωττίαν interpretatur. Eodem modo σοφὸς aliquando eum denotat, qui ſeſe ob ſuam effert eloquentiam. Rom. I. 14. dicit Apoſtolus, Σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. *Sapientibus & inſipientibus debitor ſum*: ubi Theodoretus: Καλεῖ σοφοὺς τοὺς ἐπ' εὐγλωττίᾳ βρενθυομένους. Sapientes *eos appellat, qui propter dicendi facultatem efferuntur*. I. Corinth. I. 20. ποῦ σοφός; *ubi ſapiens*; iterum Theodoretus: Καλεῖ σοφὸν, τὸν τῇ Ἑλληνικῇ στωμυλίᾳ κοσμούμενον. Sapientem *vocat eum, qui Græcâ facundiâ ornatus eſt*. Theophylactus verò φιλόσοφον eſſe vult. Huc etiam facit illud Clementis Alexand. ſtrom. lib. I. pag. 280: Σοφοὺς, τοὺς σοφιστὰς, τοὺς περὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς τέχνας περιττοὺς καλεῖ ἡ γραφή. Ὅθεν οἱ Ἕλληνες καὶ αὐτοὶ τοὺς περὶ ὁτιοῦν πολυπράγμονας, σοφοὺς ἅμα καὶ σοφιστὰς παρωνύμως κεκλήκασι. Sapientes *ſcriptura vocat ſophiſtas, qui in dictionibus verſantur & artibus ſuperfluis. Unde ipſi quoque Græci eos, qui in re aliqua curiosè verſantur*, ſapientes *ſimul &* ſophiſtas *denominativè appellârunt*.

2. *pro rerum divinarum & humanarum ſcientia*. Clemens Alexand. ſtrom. lib. I. pag. 284: Ἡ σοφία ἐπιστήμη ἐστὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων. *Sapientia eſt rerum divinarum & humanarum, & cauſarum ipſarum ſcientia*. Repetit lib. IV. pag. 540. Σοφία ἐστὶν ἐπιστήμη τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων. Baſilius M. in Principium Proverbiorum, & in cap. V. Jeſajæ: Ἔστι σοφία ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτοις αἰτιῶν. Ita etiam Origenes lib. III. contra Celſum, pag. 154: Ἡ σοφία ἐπιστήμη θείων ἐστὶ καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων.

3. *pro vera Dei cognitione* & pietate, quæ ex cognitione Dei oritur. Clemens Alexand. ſtrom. lib. I. pag. 355. Ἀληθὴς σοφία, δύναμίς ἐστι θεία τῶν ὄντων ὡς ὄντων γνωστική, τὸ τέλειον ἔχουσα, παντὸς πάθους ἀπηλλαγμένη. *Vera ſapientia, eſt divina poteſtas, quæ ea quæ ſunt, ut quæ ſunt cognoſcit, habens id quod eſt perfectum, libera ab omni perturbatione.* Gregorius Nazianzenus Orat. XV. pag. 225: Σοφία πρώτη, βίος ἐπαινετὸς, καὶ Θεῷ κεκαθαρμένος ἢ καθαιρόμενος, τῷ καθαρωτάτῳ καὶ λαμπροτάτῳ, καὶ μόνην ἀπαιτοῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν τὴν κάθαρσιν. *Prima ſapientia, eſt vita proba, & honeſta, Deoq; perpurgata, vel certè ſe purgans, Deo inquam, qui puriſſimus & ſplendidiſſimus eſt, ſolumq; purgationis ſacrificium à nobis requirit.* Iſidorus Catenâ in cap. XIX. Jobi, pag. 436: Τῷ ὄντι ἡ ἀκροτάτη σοφία ἐστὶν, ἡ ὀρθὴ περὶ Θεοῦ διάληψις· καὶ ἡ θειοτάτη ἐπιστήμη, ἡ ἀρίστη πρᾶξις· ἡ μὲν τὸ θεῖον ὀρθῶς δοξάζουσα, ἡ δὲ κακῶν ἀπεχομένη· ἡ μὲν διὰ ῥημάτων θεολογοῦσα, ἡ δὲ διὰ πράξεων εὐδοκιμοῦσα. *Reverà recta de Deo opinio, ſumma ſapientia eſt; & actio optima, ſcientia eſt diviniſſima: hæc à malis abſtinet, illa verò Deum rectè colit & glorificat; hæc actionum ſplendore celebratur, illa verò theologiam verbis oſtendit.* Ibidem Chryſoſtomus: Τοῦτο μεγίστη σοφία, τὸ θεοσεβεῖν, οὐ τὸ περιεργάζεσθαι καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖν τῶν γινομένων· οὐδὲν ταύτης τῆς τέχνης ἴσον, οὐδὲν ταύτης τῆς σοφίας δυνατώτερον, οὐδὲν θεοσεβείας ἄμεινον. *Ea maxima demum eſt ſapientia, ſi Deum religioſè colamus, non autem curioſius indagando, eorum quæ fiunt rationes repoſcamus: nihil huic arti par, nihil hâc ſapientiâ violentius, nihil pietate erga Deum præſtantius.* Origenes, lib. III. contra Celſum, pag. 140. reſpiciens ad I. Corinth. I. 20: Τὰ μετατιθέντα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν τῇδε πραγμάτων ἐπὶ τὴν παρὰ Θεῷ μακαριότητα καὶ τὴν καλουμένην αὐτοῦ βασιλείαν, καὶ διδάσκοντα καταφρονεῖν μὲν ὡς προσκαίρων πάντων τῶν αἰσθητῶν καὶ βλεπομένων, σπεύδειν δὲ ἐπὶ τὰ ἀόρατα, καὶ σκοπεῖν τὰ μὴ βλεπόμενα, ταῦτά φησι σοφίαν εἶναι Θεοῦ. *Illam, quæ animum à præſentibus negotiis ad futuram apud Deum beatitudinem traducit, & ad regnum quod DEI nominatur; quæ docet contemtis iſtis in ſenſuum & oculorum cognitionem cadentibus ut temporaneis, feſtinandum ad contemplationem inviſibilium: eam verò ait eſſe Dei ſapientiam.* Et ille demum verè σοφὸς, qui veræ ſtudet pietati. Olympiodorus in Catena in cap. XIX. Jobi, pag. 409: Ἀρκεῖ τῷ ἀνθρώπῳ εἰς τὸ εἶναι σοφὸν, οὐ τὸ ζητεῖν τὰ ἀνεξερεύνητα, ἀλλὰ τὸ θεοσεβεῖν, καὶ παντὸς εἴδους κακίας ἀπέχεσθαι. *Homini ſufficit, ut ſapiens evadat, ſi inveſtigabilia minimè indaget, ſed Deum religioſè colat, & ab omni improbitatis genere abſtineat.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCI. lib. II. pag. 217: Οὐ τοὺς λεξιθήρας, οὔτε τοὺς ῥήτορας, οὔτε τοὺς διαλεκτικοὺς, οὔτε τοὺς ἐπὶ τῇ τῶν λόγων δεινότητι θρασυνομένους, σοφοὺς κλητέον, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τῇ πρακτικῇ φιλοσοφίᾳ διαλάμποντας. *Nec vocum aucupes, nec oratores, nec dialectici, nec qui ob dicendi facultatem gloriantur, ſapientes appellandi ſunt: verùm ii, qui eo philoſophiæ genere, quod in actione verſatur, elucent.* Heſychius σοφὸν, inter alia, dicit eſſe, τὸν τῶν θείων ἔμπειρον, *rerum divinarum peritum*. Hæc verò ſapientia à ſolo Deo eſt. Eleganter Clemens Alexand. lib. II. Pædag. cap. III. pag. 163: Σοφία οὐκ ὠνητὴ νομίσματι γνώ-

γηΐνῳ. οὐδ᾽ ἐν ἀγορᾷ, ἀλλ᾽ ἐν οὐρανῷ πιπράσκεται, καὶ πιπράσκεται νομίσματι δικαίῳ, τῷ λόγῳ τῷ ἀφθάρτῳ, τῷ βασιλικῷ χρυσίῳ. *Sapientia emi non poteſt terreno nummate, nec in foro, ſed in cœlo venditur: & juſto nummo venditur, nempe verbo immortali, regali aureo.*

4. *pro magno ingenii acumine*; pro hominum hujus ſeculi perſpicacia: quæ quidem non verè, ſed ὁμωνύμως dicta ſapientia eſt. Eâ qui pollent, Σοφοὶ appellantur Matth. XI. 25. Ad quem locum Chryſoſtomus Homil. XXXVIII. in Matth. pag. 258: Σοφοὺς εἰπών, οὐ τὴν ἀληθινὴν σοφίαν λέγει καὶ ἐπαινετήν, ἀλλὰ ταύτην, ἣν ἐδόκουν ἀπὸ δεινότητος ἔχειν. *Sapientes quando dicit, non veram & laudabilem intelligit ſapientiam, ſed eam, quam ob eloquentiam habere videbantur.* Suidas, in animo habens illud I. Corinth. I. 20. ποῦ σοφός; Οὐ τοὺς ἀληθῶς σοφοὺς ὀνομάζει, ἀλλὰ τοὺς τισὶν εἶναι δοκοῦντας. *Ubi ſapiens? Non verè ſapientes ita nominat, ſed eos, qui quibusdam tales eſſe videntur.* Sunt, quos Clemens Alexand. ſtromat. lib. V. pag. 548. δοκησισόφους καὶ ἐριστικοὺς appellat, *qui ſibi videntur ſapientes, & contentioſi ſunt.* Sunt, de quibus I. Corinth. I. 27. ubi Apoſtolus, juxta Origenem lib. III. contra Celſum, pag. 155. σοφοὺς κοινότερον λέγει πάντας τοὺς δοκοῦντας προβεβηκέναι μὲν ἐν μαθήμασιν, ἀποπεπτωκότας δὲ εἰς τὴν ἄθεον πολυθεότητα, *ſapientes more vulgari vocat omnes, qui videntur in diſciplinis profeciſſe, qui tamen in impium cultum plurium Numinum ſunt lapſi.* Sunt σοφοὶ κατὰ σάρκα, *ſapientes ſecundum carnem*, I. Corinth. I. 26. id eſt, κατὰ τὸ φαινόμενον, κατὰ τὸν παρόντα βίον, *in ſpeciem tales, in præſenti vita.* Eſt σοφία σαρκικὴ, *ſapientia carnalis*, II. Corinth. I. 12. Chryſoſtomus Homil. III. in II. ad Corinthios, pag. 558: Οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, τουτέστιν, οὐκ ἐν κακουργίᾳ, οὐδὲ πονηρίᾳ, οὐδὲ ἐν δεινότητι λόγων, ἢ ἐν συμπλοκῇ σοφισμάτων. *Non in ſapientia carnali, id eſt, non in vafricie & improbitate, nec in ſermonis facundia, nexuque ſophiſmatum.* Theodoretus, pag. 214. ad hunc locum: Σοφίαν σαρκικὴν, οὐ τὴν εὐγλωττίαν ἐνταῦθα λέγει, ἀλλὰ τὴν πανουργίαν. *Sapientiam carnalem hic dicit, non eloquentiam, ſed malitiam & calliditatem.* Ita ſapientes, vocantur σοφοὶ κατὰ σάρκα I. Corinth. I. 26. ut jam monuimus. Chryſoſtomus Homil. V. in I. ad Corinth. pag. 276. Κατὰ σάρκα, id eſt, κατὰ τὸ φαινόμενον, κατὰ τὸν παρόντα βίον, κατὰ τὴν ἔξωθεν παίδευσιν. *Si ſpectetur quod apparet & vita præſens, ſecundum eruditionem Gentilium.* Sapientia hæc eſt, σοφία τοῦ αἰῶνος τούτου. I. Corinth. II. 6. *Sapientia hujus ſeculi*, id eſt, interprete Theophylacto, ἡ ἔξω, ὡς πρόσκαιρος, καὶ τῷ αἰῶνι τούτῳ συγκαταλυομένη, *externa, utpote temporaria ac tranſitoria, & quæ cum hoc ſeculo diſſolvitur.* Eſt σοφία ἄσοφος, *inſipiens ſapientia*, ut vocatur à Clemente in Protreptico, & à Nazianzeno, Orat. III. pag. 50.

5. Huc etiam referri poteſt liber ſcripturæ, qui Σοφία vocatur. Ita autem à veteribus appellantur

a. *Proverbia Solomonis.* Conſtitut. Clementis lib. I. cap. X. pag. 824: Τὸ ῥῆμα τὸ γεγραμμένον ἐν Σοφίᾳ, Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς μαχίμου. *Verbum, quod ſcriptum eſt in ſapientia: Melius eſt habitare in ſolitudine, quàm cum muliere contentioſa.* Hæc autem leguntur Proverb. XXI. 19. Greg. Nazianzenus Orat. XI. quæ eſt in laudem ſororis Gorgoniæ, pag. 180. Ὁ μὲν δὴ θεῖος Σολομὼν ἐν τῇ παιδαγωγικῇ σοφίᾳ, ταῖς παροιμίαις λέγω, ἐπαινεῖ καὶ οἰκουρίαν γυναικὸς, καὶ φιλανδρίαν. *Enimverò divinus Solomon in Pædagogica ſapientia, hoc eſt in Proverbiis* cap. ult. *fœminam domi manentem, virumque amantem laudat.* Can. C. Concilii in Trullo: Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, καὶ πάσῃ φυλακῇ τήρει τὴν καρδίαν, ἡ Σοφία διακελεύεται. *Sapientia jubet, ut oculi tui recta videant, & omni cuſtodia cor tuum obſerves.* Monitum hoc legitur Proverb. IV. 25. Conſtitut. Apoſtol. lib. IV. cap. X. pag. 909: Καθὼς καὶ ὁ Σολομὼν ἐν τῇ Σοφίᾳ φησί. Παίδευε υἱόν σου, καὶ ἀναπαύσει σε. *Quemadmodum etiam Solomon in Sapientia dicit: Caſtiga filium tuum, & recreabit te.* Proverb. XXIX. 17. Theophanes Homil. IV. pag. 25: Καὶ ἡ τοῦ Σολομῶντος σοφία περὶ τῆς ἀληθοῦς εἰποῦσα σοφίας, ὡς ξύλον ζωῆς ἐστιν, αὐτὸν ἐδήλωσε τὸν σταυρόν. *Sapientia Solomonis, cùm de vera ſapientia pronunciavit, quòd lignum vitæ ſit, ipſam crucem ſignificavit.* Proverb. III. 18. Chryſoſtomus in Pſal. C. Edit. Paris. pag. 1046. Καθὼς ἔφη ἡ Σοφία. τέκνον, ἐὰν ἀγαθὸς ᾖς, σεαυτῷ σοφὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον σου. *Quemadmodum ait Sapientiæ autor: Fili, ſi bonus fueris, tibi ipſi, ac proximis eris.* Occurrit Proverb. IX. 12. Huc etiam pertinet locus Melitonis, qui habetur apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. XXVI. pag. 43. a. ubi in Catalogo librorum Canonicorum ponuntur, Σολομῶνος παροιμίαι, ἡ Σοφία, ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων. Hic verba Græca, Σολομῶνος παροιμίαι, ἡ Σοφία, duo nomina ſunt unius ejusdemque libri: ut vel appoſitivè poſita ſint, vel potiùs articulus ἡ corruptè ponatur pro particula ἢ, *vel*. Id ita eſſe, inde probatur, quia Rufinus illum locum ſic eſt interpretatus, pag. 95. *Solomonis proverbia, quæ & ſapientia, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum.* Quia apud Nicephorum, lib. IV. cap. X. idem hic locus ita redditur: *Solomonis Proverbia, ſive ſapientia.* Quia in tota illa Melitonis enumeratione nullis aliis libris articulus præponitur: non enim dicitur, ἡ Γένεσις, ἡ Ἔξοδος, τὸ Λευϊτικὸν, &c. ſed abſque articulo, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, &c. Tandem, *Proverbia* etiam vocari Σοφίαν, jam ſatis demonſtratum: quæ etiam dicuntur πανάρετος σοφία, ut in voce πανάρετος docuimus, num. III. Ita ex Latinis Cyprianus ad Quirinum lib. III. ab initio cap. XVI. pag. 379. *De bono martyrii, in Sapientia Salomonis: Liberat de malis animam martyr fidelis.* Habetur locus Proverbior. XIV. 25.

b. *Liber Sapientiæ* apud Græcos vocatur Σοφία Σολομῶντος, *Sapientia Solomonis*, ſed annumeratur βιβλίοις μὴ κανονιζομένοις. Athanaſius in Synopſ. Scripturæ, t. II. pag. 91. de Solomone: Συνέγραψε δὲ βιβλία, κανονιζόμενα μὲν τρία. ἤγουν τοῦτό τε τὸ καλούμενον παροιμίαι, καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν, καὶ τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. καὶ ἕτερον δὲ ἐκτὸς τούτων, μὴ κανονιζόμενον, ὡς προείρηται, ὅπερ ὀνομάζεται Σοφία Σολομῶντος. *Conſcripſit autem libros, Canonicos quidem tres: id eſt, eum, qui Proverbia dicitur, Eccleſiaſtem, & Canticum canticorum. Præter hos etiam alium, non Canonicum, ut jam ante dictum eſt, qui nominatur Sapientia Solomonis.* Idem de hoc libro judicium eſt Epiphanii & Damaſceni; quorum loca ſub voce Ἀαρὼν, num. II. produximus. Vocatur etiam Σοφία τοῦ θεοῦ. Athanaſius Orat. contra Gentes, t. I. pag. 11. Καθὼς καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ προμαρτύρεται, λέγουσα. Ἀρχὴ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων. *Quemadmodum Sapientia Dei anteſtatur, dicens: Principium ſcortationis eſt idolorum excogitatio.*

c. *Eccleſiaſticus* apud Græcos modò Σοφία Σειρὰχ, *Sapientia Sirach*, modò pleniùs Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σειρὰχ, *Sapientia Jeſu, filii Sirach*, appellatur. Can. LXXXV. Apoſtol. appellat Σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σειρὰχ, *Sapientiam pereruditi Sirach.* Vide in πανάρετος, num. I.

Σοφίζω. Σοφίζομαι.

I. Σοφίζω ſignificat *ſapientem reddo, ſapientiam doceo.* Veteres Gloſſæ: Σοφίζω, *ſapientiam præſto*: potiùs ſcribendum, *ſapientem præſto.* Thomas Magiſter: Σοφίζομαι ὑφ᾽ ἑτέρου, ἀντὶ τοῦ διδάσκομαι. ἔστιν ἔχει ἐνεργητικὸν,

Digitized by Google

κὸν, τὸ σοφίζω. Σοφίζομαι ὑφ' ἑτέρου, *ab alio ſapiens reddor, pro doceor: quod activum habet,* σοφίζω. II. ad Tim. III. 15. Ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. *Ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem.* Theophylactus ad hunc locum, pag. 825. Οὐχ ὥσπερ ἡ ἔξω γνῶσις σοφίζει τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπάτην καὶ σοφίσματα καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν ἀπώλεια ψυχῆς, οὕτω καὶ ἡ θεία γνῶσις, ἀλλ' αὐτὴ σοφίζει εἰς σωτηρίαν. Ποίαν; οὐ τὴν δι' ἔργων, οὐ τὴν διὰ λόγων, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁδηγοῦσι γὰρ αἱ ἅγιαι γραφαὶ τὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ πιστεῦσαι Χριστῷ, σωτηρίαν αὐτῷ περιποιοῦντι. *Non quemadmodum externa ſcientia hominem inſtituit ad fraudem & impoſturas, & verborum pugnas, ex quibus animæ interitus provenit, ſic divina cognitio, ſed ea inſtituit ad ſalutem. Qualem? Non eam, quæ eſt per opera, non quæ per verba, ſed quæ eſt per fidem Jeſu Chriſti. Sacræ enim Scripturæ ducunt hominem eò, ut Chriſto credat, qui ſalutem illi conciliat.* Ita Pſal. CV. 22. Τοὺς πρεσβυτέρους σοφίσαι. *Senes prudentiam docere.* Ignatius in principio epiſt. ad Smyrnenſes: Δοξάζω τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν δι' αὐτοῦ οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα. *Glorifico Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui per eum vos ita erudivit.* Clemens Alex. Strom. lib. I. pag. 275. Τί γὰρ ὄφελος σοφίας μὴ σοφιζούσης τὸν οἷόν τε ἐπαΐειν; *Quid enim juvat ſapientia, quæ non ſapientem efficit eum, qui poteſt audire.* Suidas in Σοφιστής. Λέγεται δὲ σοφιστής, καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων. *Dicitur autem Sophiſta, & artium magiſter, ut ille qui ſapientiam docet.* Paſſivum σοφίζομαι, *doceor ſapientiam, ſeu percipio & diſco ſapientiam ab alio traditam.* Ignatius in epiſt. ad Epheſios, pag. 217. Ὑμῖν πρέπει συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, τοῦ κατὰ Θεὸν ποιμαίνοντος ὑμᾶς. ὅπερ καὶ ποιεῖτε αὐτοὶ, σοφισθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος. *Vos decet accedere ſententiæ Epiſcopi, qui ſecundum Deum vos paſcit, quemadmodum & facitis edocti à ſpiritu.* Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone, edit. Græco-Latinæ, pag. 250. Ἵνα παντελῶς καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τοὺς ὑμῶν ἀκούοντας πλανῶντες, καὶ παρ' ἡμῶν μανθάνοντες τῶν σοφισθέντων ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος. *Ut deſinatis, & vos ipſos, & eos, qui vos audiunt, ſeducere, & à nobis diſcere incipiatis quos gratia Chriſti ſapientes reddidit.* Sic I. Reg. IV. 31. de Solomone: Καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. *Et ſapientior evaſit cunctis hominibus.* Hinc σεσοφισμένος ἀνὴρ, *vir ſapiens.* Σοφίζεσθαι aliquando ſignificat *intelligo, cognoſco.* I. Samuel III. 8. Καὶ ἐσοφίσατο Ἠλὶ ὅτι Κύριος κέκληκε τὸ παιδάριον. *Et intellexit, vel cognovit Heli, à Domino puerum vocatum fuiſſe.* Chryſoſtomus Homil. XVIII. t. V. pag. 105. Μάθε τὰ τῆς θεότητος, καὶ σοφίζου τὰ τῆς οἰκονομίας. *Diſce ea, quæ deitatis ſunt, & intellige ea, quæ ad diſpenſationem pertinent.*

II. Σοφίζομαι in forma media duplicem maximè ſignificationem habet.

1. Eſt *argutè & ingenioſè aliquid comminiſcor*, aut etiam *conficio*, & accipitur in bonam partem. Suidas: Ἀριστοφάνης λέγει, σοφίζῃ, ἀντὶ τοῦ τεχνάζῃ. Σοφίας γὰρ καὶ σοφίσματα τὰς τέχνας ἔλεγον. *Ariſtophanes dicit,* σοφίζῃ, *pro* τεχνάζῃ. *Sapienter agis, ſapienter loqueris. Nam* σοφίας *&* σοφίσματα *appellabant* τέχνας. Hoc tamen commodiùs ad ſequentem referas ſignificationem. Heſychius: Σοφίζεται, σοφόν τι λέγει. *Sapienter loquitur.* Chryſoſtomus Homil. I. in epiſt. ad Rom. pag. 5. Cur Paulus in epiſtola ad Hebræos ſuum non expreſſerit nomen, hanc reddit rationem: Ἐπειδὰν ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐκ προοιμίων ἀκούσαντες τοῦ ὀνόματος ἀποκλείσωσι τῷ λόγῳ τὴν εἴσοδον, ἐσοφίσατο διὰ τοῦ κρύψαι τὸ ὄνομα τὴν ἀκρόασιν τὴν ἐκείνων. *Nam quòd inimico eſſent* Hebræi *erga illum animo, ut ne ſtatim ab initio audito ejus nomine, ſermoni aditum occluderent, illorum audientiam occultato nomine ſuo artificioſè captavit.* Idem, Homil. VI. t. V. pag. 416. eleganti hoc ſimili declarat, cur Deus preces noſtras non ſemper è veſtigio exaudiat. Οὐκ ἠκούσθης; παράμενον ἵνα ἀκουσθῇς. Καὶ γὰρ ἀναβάλληταί ποτε τὴν δόσιν ὁ Θεὸς, οὐχὶ μισῶν, οὐδὲ ἀποστρεφόμενος, ἀλλὰ τῇ μελλήσει τῆς δόσεως διηνεκῶς σε παρ' ἑαυτῷ κατέχειν βουλόμενος. καθάπερ καὶ πατέρες φιλόστοργοι ποιοῦσι. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῶν ῥᾳθυμοτέρων παίδων τὴν διηνεκῆ προσεδρείαν τῇ τῆς δόσεως ἀναβολῇ σοφίζονται. *Non exauditus es? Perſevera, ut exaudiaris. Etſi differat aliquando Dominus dationem, non id odio facit, neque quod te averſetur: ſed differendo dationem, ſemper te ſecum retinere vult. Sicut & patres filios indulgentius amantes, faciunt. Etenim illi filiorum ſegnium perpetuam perſeverantiam in petendo per exauditionis procraſtinationem ſapienter excitant, acuunt.* In eandem ſententiam idem in Pſal. IV. edit. Paris. pag. 24. Πῶς οὐκ ἀκούονται πολλοί; Διὰ τὸ ἀσύμφορα αἰτεῖν. Ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὴ ἀκουσθῆναι τοῦ ἀκουσθῆναι βέλτιον. ὥστε κἂν ἀκουώμεθα, μὴ διὰ τοῦτο χαίρωμεν· ἀλλὰ καὶ ὅταν μὴ ἀκουώμεθα, καὶ διὰ τοῦτο δοξάζωμεν. ἢ γὰρ ἀσύμφορα αἰτοῦντες οὐκ ἀκουόμεθα, καὶ τῷ μὴ λαβεῖν κερδαίνομεν. ἢ ῥᾳθύμως αἰτοῦμεν, καὶ τῇ μελλήσει τῆς δόσεως τὴν προσεδρείαν ἡμῖν ὁ Θεὸς σοφίζεται. *Quomodo multi non audiuntur? Quoniam inutilia petunt. Hic enim melius eſt, non fuiſſe exauditum, quam exauditum fuiſſe. Quare etiamſi exaudiamur, non propterea lætemur: ſed & quando non exaudimur, etiam propterea Deum glorificemus. Vel enim inutilia petentes non exaudimur, & eo quòd non accepimus, lucrifacimus: vel negligenter petimus, & in dono differendo Deus, ut nos illi aſſideamus, ſubtilem init rationem.* Ita Herventus interpretatur. Τὴν προσεδρείαν ἡμῖν σοφίζεται ὁ Θεὸς, non ſignificat, *ut illi aſſideamus*, ſed *aſſiduitatem & perſeverantiam in precibus Deus hoc modo ſapienter & prudenter excitat.* Idem lib. II. de Providentia, cap. XI. de Jacobo, Geneſ. XXXIII. 13. Eſavum rogante, ut præcedat. Παρακαλοῦντος ἐκείνου συναπελθεῖν, καθάπερ θηρίου τινὸς ἀπαλλάττεσθαι μᾶλλον οὕτως ἠξίου καὶ ἐσοφίζετο τὴν ἀναχώρησιν, λέγων. Ὁ κύριός μου γινώσκεις, ὅτι τὰ παιδία ἁπαλώτερα, &c. Incertus Interpres vertit: *Cùm obſecraret ille, ut ſecum ſe ire permitteret, non ſecus quàm à fera aliqua liberari cupiens, ut recederet orabat, dicens: Noſti domine, quia infantes teneriores ſunt, &c.* Iſta, καὶ ἐσοφίζετο τὴν ἀναχώρησιν, non redduntur Latinè: quæ commodè verti queant, *& argutè atque ingenioſè diceſſum* ſeu *abitionem* Eſavi *obtinuit.* Idem, epiſt. CXLIII. Ἱκανὸς σὺ καὶ διὰ γραμμάτων σοφίζεσθαι παρουσίας ἡδονήν. *Potes ipſe præſentiæ voluptatem per literas ingenioſè adumbrare.*

2. *In malam partem* eſt *vafrè & callidè comminiſcor, doloſè & fraudulenter excogito, ut decipiam alium.* Veteres Gloſſæ: Σοφίζομαι, *cavillor, comminiſcor.* Heſychius: Σοφίζεται, παρακρούεται λόγῳ, *Verbis decipit.* Suidas: Σοφίζω, λόγοις ἀπατῶ. *Verbis decipio.* Item: Σοφίζεσθαι, λόγοις ἀπατᾶν. *Verbis decipere.* Convenit cum κατασοφίζεσθαι, quod vide. Chryſoſtomus Homil. I. in Acta, pag. 614. Ὁ μὲν γὰρ τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ῥίψας, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἁμαρτάνων, οἷα εἰκὸς ἄνθρωπον ὄντα, μετανοῶν τεύξεται φιλανθρωπίας. Ὁ δὲ ὥσπερ σοφιζόμενος τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἀπελθὼν ἄμοιρος τῆς χάριτος, ἀπαραίτητον ἕξει τὴν τιμωρίαν. *Etenim qui, poſtquam curam univerſam in Deum conjecit, poſt baptiſmum peccat, ut veriſimile eſt, cùm ſit homo, ſi reſipiſcat, Dei benignitatem experietur. At qui, veluti deludens Dei bonitatem, expers gratiæ exceſſerit, nullo pacto vindictam effugiet.* Baſilius M. Homil. XXII. pag. 548. Καὶ ἐσοφίσαντο πάντες Ἰουδαῖοι κατὰ τοῦ Κυρίου βούλευμα ἀληθείας ἑαυτοῖς. *Et Judæi omnes conſilium contra Dominum ſibi*

Digitized by Google

ipſis exitioſum doloſè commenti ſunt. Clemens Alex. Pædag. lib. III. cap. III. pag. 223. Εἰ καὶ σοφίσονται τὰς τρίχας, οὐδ' αὖ τὰς ῥυτίδας, διαφεύξονται, ἀλλ' οὐ λήσονται τὸν θάνατον, σοφιζόμενοι τὸν χρόνον. *Sed etſi pilos callidè componant, rugas tamen non effugient: ſed neque mortem latebunt, etſi tempus doloſè decipiant, fallant.* Loquitur de illis, *qui exiſtimant*, καθάπερ ὄφεις, τῆς κεφαλῆς ἀπεκδύσασθαι τὸ γῆρας, μεταγράφοντας ἑαυτοὺς καὶ νεοποιοῦντας, *ſe, ſicut ſerpentes, poſſe ſenium capitis exuere, dum ſe ipſos pingentes transformant ac renovant.* Ille ergo dicitur σοφίζεσθαι τὸν χρόνον, qui junior videri vult, quàm revera eſt. Idem, Stromat. lib. III. pag. 460. Σοφίζεται τὴν ἀλήθειαν, δι' ἀληθοῦς ψεῦδος κατασκευάζων. *Vafrè & callidè eludit veritatem, per verum confirmans falſum.* Alia ex Theſauro Stephani haberi poſſunt.

Σοφοδότις.

Non habent Lexica. *Sapientiæ datrix.* Dionyſius Areopagita de div. Nominib. cap. V. ſect. 2. pag. 562. providentiam Dei vocat τὴν οὐσιοποιὸν, καὶ ζωοποιὸν, καὶ σοφοδότιν αἰτίαν, *ſubſtantiæ & vitæ effectricem, & ſapientiæ datricem.*

Σοφόδωρος.

Non habent Lexica. *Sapientiam donans.* Dionyſius Areopagita cap. II. de div. Nominib. ſect. VII. pag. 423. Εἰ τὴν ὑπερούσιον κρυφιότητα, Θεὸν, ἢ ζωὴν, ἢ οὐσίαν ἢ φῶς, ἢ λόγον ὀνομάσαιμεν, οὐδὲν ἕτερον νοοῦμεν, ἢ τὰς εἰς ἡμᾶς ἐξ αὐτῆς προαγομένας δυνάμεις, ἐκθεωτικὰς, ἢ οὐσιοποιοὺς, ἢ ζωογόνους, ἢ σοφοδώρους. *Cùm arcanum illud ſupereſſentiale, Deum, vel vitam, vel ſubſtantiam, vel lucem, vel Verbum appellamus, nihil aliud quàm deificas, vel ſubſtantificas, vel vivificas, vel ſapientificas virtutes intelligimus.*

Σοφοποιός.

Nec hanc vocem habent Lexica. *Sapientificus*, vel *ſapientem reddens.* Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarch. cap. VII. ſect. I. pag. 69. Σοφοποιὸς μετάδοσις, *ſapientifica traductio.*

Σοφοποιέω.

Σοφοποίησις.

Has etiam voces omittunt Lexicographi. Σοφοποιέω eſt *ſapientem reddo.* Dionyſius Areop. Eccleſ. Hierarch. cap. V. ſect. II. pag. 304. Σοφοποιοῦντες θεῖοι νόες. *Sapientes reddentes divinæ mentes.* Σοφοποίησις eſt ipſa *actio ſapientem reddendi, ſapientificatio.* Idem, cap. II. de div. Nominibus, ſect. V. pag. 421. Αἱ οὐσιώσεις, αἱ ζωώσεις, αἱ σοφοποιήσεις. *Subſtantificationes, vivificationes, ſapientificationes.*

Σπαθάριος.

Σπαθάριος, *ſpatharius, ſatelles, armiger*, ſic dictus, quòd ſpatham geſtaret. Cedrenus: Σπαθάριος, ὁ σωματοφύλαξ. Gloſſæ Placidi: *Armiger, qui vulgò ſpatharius.* Iſidorus in Gloſſis: *Salattarius*, (legendum, monente Voſſio, *ſpatharius*) *portator armorum.* Alcuinus epiſt. IX. ad Nicephorum Imp. *Audito adventu memorati legati dilectionis tuæ, Arſacii glorioſi ſpatharii, magnopere gaviſi ſumus.* Rhegino Chron. lib. II. *Arſacio ſpathario, legato Nicephori Auguſti.* Eadem vox etiam apud Græcos legitur. Apud Euſebium in epit. Temporum, pag. 289. Ἐσφάγη Χρυσάφης ὁ σπαθάριος. *Trucidatus fuit Chryſaphes ſpatharius.* In epiſtolis Photii ſemper ſcribitur ἀσπαθάριος, vitioſè pro σπαθάριος. Vide ejus epiſt. CCXXVIII. CCXXXIII. CXXIX CXXXIV. &c. Vide Gl. Meurſii.

Σπαθαροκανδιδάτος.

Σπαθαροκανδιδάτος, *Spatharocandidatus:* qui nimirum *ſpatharius* erat & Candidatus. Erant autem *Candidati* militum genus, ut docet Meurſius in Κανδιδάτοι. Inter epiſtolas Photii tres inſcriptæ ſunt Θεοδότῳ σπαθαροκανδιδάτῳ, nempe CXXIV. CXLVII. CLI. Epiſt. CXXXIII. Μιχαὴλ σπαθαροκανδιδάτῳ. Epiſt. XXX. Γρηγορίῳ σπαθαρίῳ κανδιδάτῳ, ubi etiam legendum ὑφ' ἓν, σπαθαροκανδιδάτῳ. Vide Gl. Meurſii.

Σπανανδρία.

Non habent Lexica. *Paucitas hominum.* Cyrillus Alexand. Homil. Paſchali XXV. pag. 300. Θρῆνοι, καὶ σπανανδρία πολλὴ κατὰ κώμας καὶ πόλεις. *Lamenta, rarique per urbes vicoſque incolæ.*

Σπαταλάω.

Veteres Gloſſæ: Σπαταλῶ, *delicias ago.* Σπάταλος, *delicatus.* Σπατάλη, *laſcivia, deliciæ.* Aliæ: *Deliciæ*, σπατάλαι. *Delicatus*, σπάταλος. Heſychius: Σπαταλᾷ, τρυφᾷ. *Deliciatur, in deliciis vivit.* Suidas: Σπατάλη, ἡ τροφή. Scribendum τρυφή. Clemens Alexand. lib. IV. Strom. pag. 450. Οὐ μόνον περί τι ἓν εἶδος τὴν ἐγκράτειαν συνορᾶν προσήκει, τουτέστι, τὰ ἀφροδίσια. ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ τὰ ἄλλα ὅσα σπαταλῶσα ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχὴ ἡμῶν οὐκ ἀρκουμένη τοῖς ἀναγκαίοις, περιεργαζομένη δὲ τὴν χλιδήν. *Non oportet conſiderare continentiam in uno ſolùm genere, nempe in rebus venereis, ſed etiam in quibuscunque aliis, quæ luxurioſa concupiſcit anima, non contenta neceſſariis, ſed ſolicita de deliciis.* Jacobi v. 5. Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε. *In deliciis vixiſtis ſuper terram, & laſciviſtis.* I. Timoth. V. 6. de vidua. Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε. Vetus interpres: *Nam quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt.* Ariſtophanes Nubibus, p. 62. Ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς. *O uxor, nimiùm in deliciis es.* Σπαθᾷς, ſecundum Grammaticos, eſt σπαταλᾷς. Suidas ad hunc locum, ἀντὶ τοῦ ἐργάζῃ, τουτέστι, σπαταλᾷς. *Pro nimiùm in opus faciendum incumbis, hoc eſt, nimiùm in deliciis es.* Heſychius: Σπαθᾷ, τρυφᾷ, ἀναλίσκει, ἀσώτως καὶ ἀφειδῶς ἀλαζονεύεται. *Epulatur, conſumit, immodicè & prodigè ſuperbit.* Seneca de brevitate vitæ cap. XII. *Audio quendam ex his delicatis, ſi modo deliciæ vocandæ ſunt, vitam & conſuetudinem humanam dediſcere, &c.* id eſt, ut hoc loco Paulus, ζῶντα θνήσκειν. Idem eod. cap. *deliciis interire* dixit. Oecumenius ad Apoſtoli locum, pag. 756. Σπαταλῶσα, τρυφῶσα. Heſychius: Κατασπαταλᾷ, τρυφᾷ. Item: Κατατρυφῶ, κατασπαταλῶ. Ζῶσα τέθνηκε, monente Pricæo, ὀξύμωρον, quale Rom. XII. 1. θυσία ζῶσα, eſt μετὰ ζώντων τεθνηκυῖα περιπατεῖ, *cum viventibus mortua obambulat*, ut Antiphanes locutus: vel, ut Apocal. III. 1. Ὄνομα ἔχει, ὅτι ζῇ, καὶ νεκρά ἐστι. *Mortua inter vivos vivit*, ut apud Comicum Cæcilium Gellius lib. II. cap. XXIII. *E vivorum numero exiit, antequam mortua eſt.* Seneca de Tranquillit. cap. III. pag. 352. Theodoretus ad locum Apoſtoli, pag. 482. Ἡ τῆς τρυφῆς ἀμετρία τὸ λογικὸν καταχώννυσι, καὶ ἀκίνητον ὡς ἐν τάφῳ τινὶ τῷ σώματι κεῖσθαι παρασκευάζει. *Immodica deliciatationem obruunt, & efficiunt, ut in corpore, tanquam in ſepulchro quodam immota jaceat.* Theophylactus: Κἂν δοκῇ ζῆν ταύτην τὴν ζωὴν τὴν αἰσθητὴν, τέθνηκε κατὰ πνεῦμα. *Etiamſi videatur vivere ſenſibilem hanc vitam, mortua eſt ſecundum ſpiritum.* Vide vocem Θάνατος, num. II. ſub lit. *b*.

Digitized by Google

Σπεκουλάτωρ.

Spiculum, prout in veteri Gloſſario exponitur, eſt ἀκόντιον, αἰχὶς, ἐπιδορατίς. A *ſpiculum* eſt *ſpiculator*, quòd cum *ſpeculatore* confudit Philoxenus in Gloſſis Latino-Græcis, cùm ſcribit, *ſpeculator*, κατάσκοπος, καὶ ὁ ἀποκεφαλίζων. Prius *ſpeculatori* convenit, poſterius *ſpiculatori*, ſive *carnifici*. Error ex eo eſt, quòd Græcis *i* in *e* converſo, σπεκουλάτωρ diceretur. Occurrit hæc vox Marci VI. 27. ubi Theophylactus eam exponit per ὁ δήμιος ϛρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται. *Miles carnifex, ordinatus ad hoc ut occidat.* Suidas: Σπεκουλάτωρος, τοῦ δορυφόρου. *Spiculatoris, ſatellitis.* Vide etiam Gl. Meurſii.

Σπένδω.

Σπένδω inter alia ſignificat, *libo, offero, ſacrifico.* Heſychius: Σπένδεσθαι, θυσιάζεσθαι. *Sacrificari, immolari.* Σπένδεται, θύεται. *Immolatur, ſacrificatur.* Σπένδομαι, θύομαι. *Immolor, ſacrificor.* Σπενδόμενος, ἀνατιθεὶς τῷ θεῷ. *Dicatus conſecratusque Deo.* Heſychium imitatur Suidas, apud quem: Σπένδεται, θύεται. *Libatur, immolatur.* Σπένδομαι, θύομαι, ἢ θεῷ ἀνατίθεμαι. Καὶ σπένδοντας, θύοντας, προσφέροντας. *Libor, immolor, vel Deo dicor & conſecror. Et libantes, immolantes, ſacrificantes, offerentes.* Hoc ſenſu bis uſurpat Apoſtolus: nempe ad Philipp. II. 17. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι, &c. *ſed etſi immolor*, &c. quod Theophylactus exponit, Εἰ καὶ τελευτῶ· τοῦτο γὰρ σπονδὴν καλεῖ τὴν τελευτήν. *Et ſi moriar: hoc enim immolationem vocat, mortem nimirum ipſam.* Theodoretus verò, καθάπερ θυσία τῷ θεῷ προσφέρομαι, *tanquam hoſtia Deo offeror.* Oecumenius in hanc epiſt. pag. 668. Εἰ καὶ σπένδομαι, τουτέστιν, εἰ καὶ ἀποθνήσκω, καὶ οἷον θυσίαν μέλλω καὶ σπονδὴν ἐμαυτὸν προσφέρειν Χριστῷ, τὸ γὰρ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθανεῖν, θυσίαν ἐστὶν ἑαυτὸν προσενέγκαι Χριστῷ. *Sed etſi immolor, id eſt, etſi morior, & tanquam hoſtiam atque libamen me ipſum ſum oblaturus Chriſto: propter Chriſtum enim mori, eſt ſe ipſum offerre hoſtiam Chriſto.* Alter locus legitur II. Timoth. IV. 6. Ἐγὼ ἤδη σπένδομαι. Vetus: *Ego jam delibor*: Beza: *Ego jam libor.* Utrumque juxta veteres Gloſſas, in quibus, Σπένδω, *delibo, libo.* Ἤδη σπένδομαι, eſt ſum ἐπιθανάτιος, ut Apoſtolus loquitur I. Corinth. IV. 9. Utroque enim loco ait mortem inſtare ſibi, & quidem violentam. Euthymius ad illa Joh. XVII. Jam non ſum in mundo, *Quia paulò poſt moriturus.* Virgilius:

Nam mihi parta quies, omniſque in limine portus.

Ubi Servius, *Vicinæ ſcilicet mortis beneficio.* Τὸ σπένδομαι à ritu vini infuſi victimis jam mactandis deſumtum. Ad Apoſtoli locum Theodoretus, pag. 504. Παρ' αὐτὸ ἔστηκα τῶν ἀγώνων τὸ τέλος. Σπονδὴν δὲ αὐτοῦ τὴν σφαγὴν προσηγόρευσεν, ὡς ὑπὲρ εὐσεβείας ἐκχεομένου τοῦ αἵματος. *Sum in ipſo fine certaminum. Libationem autem vocat necem ſuam, utpote pro pietate effuſo ſanguine.* Thophylactus ad eundem locum, pag. 829. Οὐκ εἶπε, θύομαι, ἀλλὰ τὸ πλέον. Τῆς μὲν γὰρ θυσίας οὐ τὸ πᾶν ἀνεφέρετο τῷ θεῷ, τὸ δὲ σπονδῆς τὸ ὅλον. *Non dixit*, ſacrificor, *ſed quod majus eſt. Non enim tota victima Deo offertur, libamen verò totum.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 781. Ἐγὼ ἤδη σπένδομαι. Ἐγὼ ἤδη θυσίαν ἐμαυτὸν προσφέρω Χριστῷ. Οὐκ εἶπε δὲ θυσίαν, ἀλλὰ σπονδὴν, τὸ πλέον λέγων καὶ ἱερώτερον. Τῆς μὲν γὰρ θυσίας μέρος τι μόνον θεῷ εἰς θυμίαμα ἀφιερῶτο· ἡ δὲ σπονδὴ ἅπασα αὐτῷ ἀφιέρωται. *Ego jam delibor: ego jam victimam me ipſum offero Chriſto. Non autem dixit victimam, ſed libamen, majus & divinius dicens: victimæ enim pars tantùm quædam Deo in ſuffimentum conſecrabatur: libamen verò totum ei fuit conſecratum.* Addit etiam aliam expoſitionem: Ἢ τὸ σπένδομαι νόει, οἷον καταλύω τὸν πρὸς πάντας πόλεμον. οὔτε πολεμῶν, οὔτε πολεμούμενος, τελειοῦμαι γάρ. *Verbum* σπένδομαι *ita intellige, cum omnibus paciſcor, bello finem impono: nec oppugnans, nec oppugnatus, conſummabor enim.* Τελειοῦμαι rectè habet, reliqua ἀπροσδιόνυσα. Ita Chriſtus Lucæ XIII. 32. de ſe ipſo, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. Scholiaſtes ἀνέκδοτος, ut Pricæus notat, in Medic. Biblioth. ad hunc locum: Σπένδομαι, ἀνατίθεμαι τῷ θεῷ. *Deo conſecror.* Alius: Σπένδομαι, θυσιάζομαι, τελειοῦμαι. Particula ἤδη mortem de proximo appropinquantem notat. Philo ex perſona Moſis, lib. περὶ φιλανθρωπίας, Ἐμοὶ ἀπαλλάττεσθαι καιρὸς ἤδη τοῦ ἐν σώματι ζωῆς. *Jam mihi tempus exſtat diſcedendi ex vita hac corporali.* Confer vocem Θυσία, num. II. 2. ſub lit. *e*.

Σπερμολόγος.

Σπερμολόγος idem quod σπερματολόγος, *qui ſemina colligit*, ut aves, quas Gaza *frugilegas* vocat. Σπερμολόγοι ſunt aviculæ, quæ in agris ſeminatis inter ſulcos, non bene occâ depreſſos, ſemina legunt. Baſilius Homil. V. in Hexaem. pag. 58. Τὸν δὲ σῖτον τοῖς συνδέσμοις τούτοις ἡ φύσις κατησφαλίσατο· ἐν θήκῃ δὲ τὸν κόκκον ἀποθεμένη ὡς μὴ εὐδιάρπαστον εἶναι τοῖς σπερμολόγοις. *Frumentum verò natura geniculato culmo quaſi vinculis muniviſſe videtur. In theca autem granum recondidit, ne ſit expoſitum frugilegis aviculis.* Ibid. Homil. VIII. pag. 101. ubi de variis avicularum generibus: Ἄλλη τῶν σπερμολόγων κατασκευὴ, ἄλλη τῶν ἐκ παντὸς τρεφομένων τοῦ συντυχόντος. *Alia earum, quæ frugibus veſci ſolent, eoque dicuntur ſeminilegæ, corporis conſtitutio: alia item earum, quæ quovis aluntur paſſim obvio.* Chryſoſtomus Homil. III. in II. ad Theſſalonicenſes: Ἂν μὴ γεωργοὶ, τὴν γῆν ἀναμοχλεύσαντες, περιστείλωσι τὰ καταβαλλόμενα, τοῖς σπερμολόγοις ὀρνέοις ἔσπειραν. *Agricolæ, niſi terrâ proſciſſâ contexerint ea quæ dejiciuntur, ſeminârunt avibus ſemina legentibus.* Actor. XVII. 18. Paulus Athenis vocatur σπερμολόγος, in quem locum Græci ſcriptores ſic de σπερμολόγῳ loquuntur, tanquam de avicula diſtincti ab aliis generis. Theophylactus: Σπερμολόγον, πτηνὸν εἶναί φασιν εὐτελέστατον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις κατεσκεδασμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν. *Spermologum, volucrem eſſe ajunt viliſſimam, ſemina quæ in triviis diſperſa jacent colligere ſolitam.* Nec multò aliter Oecumenius in Acta, pag. 80. Ἐπειδὴ ὄρνεόν ἐστιν ὁ σπερμολόγος βραχὺ καὶ εὐτελὲς, οὔτε πρὸς βρῶσιν, οὔτε πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις ἐρριμμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν, τοὺς εὐτελεῖς καὶ οὐκ ἀξίους λόγου σπερμολόγους ἐκάλουν. *Cùm ſpermologus parva ſit viliſque avicula, nec cibi nec delectationis cauſſâ expetenda, ſemina in triviis projecta colligere ſolita, viles & in nullo habendos numero homunciones*, ſpermologos *appellitabant.* Ex his Oecumenii verbis tria maximè diſcimus: 1. vocem σπερμολόγος, non à λέγω, *dico*, aut à λόγος, *ſermo*, ſed à λέγω, id eſt, *colligo*, fieri: 2. σπερμολόγος, ἰδιαίτατα ſic dicta, qualis fuerit avis: 3. Cur homines ſpermologi dicti ſint, & quales ſint illi, quibus hoc nomen verè aptéque conveniat. Caſaubonus ad Theophraſti Characteres, cap. περὶ ἀπονοίας, affert quædam ex Euſtathio, quæ omitti hic non debent, cùm vocabuli iſtius apud Athenienſes in vulgato eorum ſermone quis fuerit uſus, tam perſpicuè doceant Sic ergo Caſaubonus: *Σπερμολόγους vocabant Athenienſes, abjectiſſimos quoſdam homines, imò hominum mendicabula, qui forum & Digma oberrantes, ſi quid è mercium oneribus, ut fit, excideret, id legebant, & vitam hoc quæſtu ſuſtentabant. Auctor Euſtathius. Ergo Athenienſibus primò* σπερμολόγοι *fuerunt, qui avium*

Digitized by Google

σπερμολόγων *ritu, res fortuitò in foro ſparſas colligerent. Nam ut aves, victûs cauſſâ, ſemina, ſic illi, quæ è plauſtris aut bajulorum oneribus in terram fortè deciderant, ſtudioſè colligebant. Deinde ab his ad alios quoſcunque viliſſimæ notæ homines tranſlata appellatio eſt.* Hactenus ille. Euſtathius dicit apud Atticos σπερμολόγους fuiſſe dictos, τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα, καὶ διαζῆν ἐκ τούτων, *qui circa mercatus & fora verſantur, ut quæ ex ſaccis defluunt colligant, atque inde vivant.* Si igitur hæc quicquam valent, verba in Actis, Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; ſic Latinè erunt reddenda: *Quid vult viliſſimus iſte homuncio dicere?* Addi poteſt Suidas, apud quem: Σπερμολόγος, εὐρυλόγος. ἀκριτόμυθος· καὶ ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων. Σπερμολόγος λέγεται μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες, σπερμολόγος ὀνομασμένον. Ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν. Λέγεται οὖν ἀπὸ τούτου ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἄνθρωπος, καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν, σπερμολόγος. Doctiſſimus Boiſius rectè ſic reſtituit ſequentia: Σπερμολόγος λέγεται μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες. Ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν, σπερμολόγος ὀνομασμένον. Λέγεται οὖν ἀπὸ τούτου, &c. Ex Harpocratione deſumta, apud quem: Λέγεταί τι μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες, σπερμολόγος. ὀνομαζόμενον, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν, &c. reliqua, ut in Suida. *Seminilegus*, vel *ſeminilega, ampliloquus, verba citra delectum proferens: & qui ſemina colligit. Spermologus dicitur parva avicula graculo ſimilis: videtur autem à ſeminibus colligendis ſpermologus dicta. Hinc igitur dicitur, homo vilis & contemtus, & fortaſſe ex alienis victitans, ſpermologus.* Obſervanda hæc verba, καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν. Nam accipiunt lucem ab iis, quæ ex Euſtathio attulimus, & lucem illis viciſſim nonnullam reddunt. Hinc enim apparet, σπερμολόγους iſtos revera fuiſſe hominum mendicabula. Paulus σπερμολόγος audit à Philoſophis Athenienſibus, non ut locutulejus, aut blaterator aliquis, ſed ut homo tenuiſſimæ fortunæ parumque ſplendidè veſtitus. Eſt enim convicium in viles potiùs, quàm verboſos. Aliter tamen alii hanc vocem hic accipiunt. Vetus Interpres reddit, *ſemini-verbius*: & rurſus, *ſeminator verborum.* Nam variant editiones. Eraſmus, non reperiens commodam vocem Latinam, Græcam retinuit. Beza: *Garrulus*: & in Notis, *blaterator*: quam interpretationem, tanquam potiorem, in contextum ſuum poſtea Piſcator tranſtulit. Nec deſtituuntur autoritatibus, quibus hanc interpretationem defendant. Suidam audivimus. Ipſe etiam Heſychius non tantùm dicit, Σπερμολόγος, ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, καὶ κολοιῶδες ζῶον, ſed etiam φλύαρος, *nugator, garrulus, loquax.* Clemens Alex. Strom. lib. I. pag. 297. Ἀλλ᾽ ἔστι τῷ ὄντι ἡ τῶν ὑπομνημάτων ὑποτύπωσις ὅσα διεσποράδην καὶ διεῤῥιμμένως ἐγκατεσπαρμένην ἔχουσι τὴν ἀλήθειαν, ὅπως ἂν λάθοι τοὺς δίκην κολοιῶν σπερμολόγους. *Sed revera commentariorum delineationi illa inſerviunt, quæcunque ſparſim habent ſeminatam hic & illic veritatem, ut eos lateant, qui more graculorum paſſim ac temerè verba ſerunt.* Vetus Onomaſticon Latino-Gr. *Fundito*, σπερμολογίω. Eruditè. Gellius: *Verborum volumina, vocúmque turbas fundebat.* Idem Onomaſticon: *Loquacito*, σπερμολογῶ. Et, *Loquax*, λάλος, σπερμολόγος. Iterum, *Vaniloquentia*, σπερμολογία. Magis tamen illa placent, quæ ex Euſtathio adducta ſunt.

Σπήλαιον.

Heſychius: Σπήλαιον, ἄντρον, σπέος. *Spelunca, antrum, ſpecus.* Hanc vocem propterea tantùm ponimus, ut ejus occaſione paucis veterum proferamus ſententiam, qui Chriſtum ἐν σπηλαίῳ natum fuiſſe docent. Primus hoc docuit Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, Editionis Græco-Lat. pag. 305. Γεννηθέντος τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεέμ, ἐπειδὰν Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ ποῦ καταλῦσαι, ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε· καὶ τότε αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ, ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει. *Nato puero in Bethlehem, quia Joſeph in vico illo non habuit quò diverteret, in ſpeluncam quandam vico proximam conceſſit. Atque ibi cùm eſſent, enixa eſt Maria Chriſtum, & in præſepi poſuit.* At nemo veterum, præter Juſtinum, Chriſtum extra Bethlehemum fuiſſe natum, aſſeruit. Quod apud Euſebium hodie legitur lib. VII. Demonſtrat. Evang. p. 213. in agro neſcio quo natum eſſe Dominum, turpe eſt, inquit Caſaubonus, exſcriptoris mendum. Videamus verba, & ipſius Caſauboni emendationem. Καὶ εἰς δεῦρο δὲ οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, ὡς ἐκ πατέρων εἰς αὐτοὺς κατελθούσης παραδόσεως τοῖς τῶν τόπων ἱστορίας χάριν εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἀφικνουμένοις μαρτυροῦσι, τῶν λόγων πιστούμενοι τὴν ἀλήθειαν, διὰ τῆς τοῦ ἀγροῦ δείξεως, ἐν ᾧ τεκοῦσα ἡ παρθένος κατατέθειται τὸ βρέφος. *Etiam hodie qui locum illum incolunt, ut qui à majoribus ſuis eam traditionem acceperint, iis qui Bethlehemum adveniunt ſtudio luſtrandi illa loca, ſermoni noſtro teſtimonium præbent; veritate fidem adſtruentes agri illius demonſtratione, in quo depoſuit virgo infantem quem pepererat.* Pro μαρτυροῦσι τῶν λόγων, ſcribendum τῷ λόγῳ, & pro τοῦ ἀγροῦ, minima mutatione, τοῦ ἄντρου. Σπήλαιον & ἄντρον promiſcuè in hac hiſtoria uſurpantur. Euſebius tamen ἄντρον libentiùs nominat. In vita Conſtantini lib. III. loquens de Helena Auguſta: Τῷ προσκυνηθέντι Θεῷ δύο νεὼς ἀφιέρου, τὸν μὲν πρὸς τῷ τῆς γεννήσεως ἄντρῳ, τὸν δὲ ἐπὶ τοῦ τῆς ἀναλήψεως ὄρους. *Deo, quem adoraverat, duo conſecravit templa; unum ad nativitatis antrum; alterum ſuper aſſumtionis monte.* Mox: Παντοίως τὸ τῇδε ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα. *Omnibus modis ſacrum illud antrum exornans.* Paulò antè appellat, τὸ τῆς πρώτης τοῦ Σωτῆρος θεοφανείας ἄντρον, *prioris adventus Servatoris antrum.* Σπήλαιον etiam nominat Epiphanius hæreſi LXXVIII. pag. 441. Καὶ τῶν ποιμένων ἡκόντων εἰς τὸ σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη. *Et cum paſtores veniſſent in ſpeluncam, ubi natus fuit* Chriſtus. Athanaſius Homil. in Deſcriptionem B. Virginis, t. II. pag. 647. Ἡ παρθένος ἐν τῷ μικρῷ σπηλαίῳ ἐγέννησε. *Virgo in parva ſpelunca peperit.* Menologium menſe Decembri: Ἐπεὶ ἔμελλε τίκτειν ἡ παρθένος, μὴ εὑρίσκουσα οἴκημα, διὰ τὸν πολὺν λαὸν, εἰσῆλθεν εἰς πενιχρὸν σπήλαιον, καὶ ἐκεῖ ἔτεκε. *Cùm Virgo partui jam eſſet vicina, nec inveniſſet domicilium, ob populi multitudinem, ingreſſa eſt vilem ſpeluncam, atque ibi peperit.* Origenes lib. I. contra Celſum, pag. 39. Ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἱστορίᾳ, δείκνυται τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη, καὶ ἡ ἐν τῷ σπηλαίῳ φάτνη ἔνθα ἐσπαργανώθη. *Juxta Evangelicam de nativitate ipſius hiſtoriam, oſtenditur apud Bethlehem ſpelunca ubi natus eſt, & in ſpelunca præſepe, ubi fasciis involutus eſt.* Iterum Epiphanius hæreſi XX. Chriſtum in ſpelunca circumciſum dicit, γεγεννημένον τε ἐν Βηθλεὲμ, περιτμηθέντα ἐν τῷ σπηλαίῳ, *natum in Bethlehem, & circumciſum in ſpelunca.* Vide etiam Hieronymum epiſt. XVIII. ad Marcellam, & Bedam in libello de locis ſanctis, cap. VIII. Cur autem ſtabulum, in quo Chriſtus natus, appelletur σπήλαιον vel ἄντρον, hanc reddit rationem Caſaubonus Exercitat. II. num. I. *Stabulum, in quo natus eſt Dominus, paſſim Græci Latiniq; Patres appellant* σπήλαιον, ſpeluncam, *quia Bethlehem in colle erat ſita, unde pleræque domus in ſaxis exciſæ fuiſſe videntur.* Reliqua apud dictum vide Caſaubonum.

Στι-

Digitized by Google

Σπιλάς.

Veteres Gloſſæ: Σπιλὰς, *procella*. Suidas: Σπιλάδες, αἱ ἐν ὕδασι κοῖλαι πέτραι. *Concava ſaxa, quæ ſunt in aqua.* Reliqua vide apud autorem. Σπιλάδες ergo ſunt ſaxa ſub aquis latentia. Quando igitur in epiſt. Judæ v. 12. legitur, οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, *hi ſunt in epulis veſtris maculæ*, ſenſus eſt: Ut illa ſaxa improviſa perniciem navigantibus afferunt, ſic iſti conveſcentium ſimpliciorum animabus latenter inſidiantur. In quem ſenſum Oecumenius in hanc Epiſt. pag. 229. Αἱ σπιλάδες τοῖς πλέουσιν ὀλέθριοι, ἀπροσδοκήτως ἐπιγινόμεναι. *Saxa navigantibus exitioſa ſunt, cùm ex improviſo apparent.* Heſychius: Σπιλάδες, αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι. Idem tamen etiam, Σπιλάδες, μεμιασμένοι. Verùm ἐσπιλωμένοι, non σπιλάδες, ſunt μεμιασμένοι. *Maculati.* Si ergo legerimus, Σπιλάδες, μιασμοὶ, *piacula, impiamenta.* Heſychius ad hunc Judæ locum reſpexiſſe videbitur. Verùm σπίλοι potiùs videtur legendum; nam & Petrus, II. epiſt. II. 13. ita locutus, eamque lectionem Vulgatus ſecutus eſt.

Σπινθηροβόλος.

Non habent Lexica. *Scintillas emittens*, ut πυροβόλος, *ignes jaculans.* Chryſoſtomus Homil. de Lazaro & Divite, t. VI. Edit. Pariſ. p. 574. de Lazaro ſcribit: Ὢ πόσοις κακοῖς ὁ πτωχὸς συνείχετο· ὑπὸ τῆς βαρυτάτης πενίας, ὥσπερ ὑπὸ χαλάζης βιαίας ἐκολαφίζετο· ὑπὸ τῶν ἀναζεόντων φλυκταινῶν ὥσπερ ὑπὸ ἀνθράκων σπινθηροβόλων διῃσθίετο. *O quantis malis mendicus erat obſeſſus! à graviſſima paupertate, tanquam à violenta grandine diverberabatur: ab ebullientibus puſtulis, tanquam carbonibus ſcintillas emittentibus, corrodebatur.*

Σπλάγχνα.

I. Σπλάγχνα in contextu ſacro denotant earum ſive operationum ſive paſſionum, quæ in corde fiunt, unam quandam, *miſericordiam* nempe. Hæc verò eſt dolor de alterius malo, eumque juvandi cupiditas. Exempla paſſim ſunt obvia. Unum & alterum videamus. Luc. I. v. 78. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους θεοῦ ἡμῶν. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri.* Hic σπλάγχνα & ἔλεος rem eandem ſignificant. Eſtque pleonaſmus ἐκ παραλλήλου, qualis & in ſacris, & in profanis Scriptoribus non raro occurrit. Sic Coloſſ. III. v. 12. σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, *viſcera miſericordiæ.* Ubi Theophylactus, pag. 663. Οὐκ εἶπεν, ἐνδύσασθε ἔλεον, ἀλλὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, ἅμα μὲν, ἵνα μὴ ἐκείνους ἐξευτελίσῃ τοὺς ἀξίους οἰκτιρμῶν· ἅμα δὲ, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἐκ διαθέσεως δεῖ ἐπικάμπτεσθαι αὐτοῖς, καὶ οὐχ ὡς ἀδελφοῖς ἀδελφοὶ, ἀλλ' ὡς παισὶ πατέρες. *Non dixit*, induite miſericordiam, *ſed* viſcera miſericordiæ: *partim, ne illos vilipendat, qui digni erant miſeratione: partim, ut oſtendat, quòd ex affectu intimo illis inclinari oportet, & non ut fratres erga fratres, verùm ut parentes erga liberos.* Rom. XII. v. 1. ſimpliciter, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, *per miſerationes Dei:* quibus indicatur ἡ τοῦ θεοῦ περὶ ἡμᾶς ἄφατος οἰκονομία καὶ ἀγαθότης, *ineffabilis Dei circa nos diſpenſatio & bonitas*, interprete Theophylacto: vel, juxta Theodoretum, ἡ θεία φιλανθρωπία, *divina bonitas.* Pleonaſmum illum etiam reperias in his Heſychii, Δι' οἶκτον, δι' ἔλεον οἰκτιρμῶν. Philipp. II. 1. conjunguntur etiam duæ voces ἰσοδύναμοι, σπλάγχνα & οἰκτιρμοὶ, ita tamen, ut conjunctio copulativa καὶ intercedat: & ſunt πατρικῆς φιλοστοργίας ῥήματα, *paternæ benevolentiæ verba*, ut inquit Theodoretus. Et cap. I. 8. ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In viſceribus Jeſu Chriſti.* Ubi iterum Theodoretus: Σπλάγχνα Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν πνευματικὴν φιλοστοργίαν ἐκάλεσε. Viſcera Jeſu Chriſti, *ſpiritualem appellavit benevolentiam.* Hinc verbum σπλαγχνίζομαι in Novo Teſt. uſitatum, *intimâ miſericordiâ commoveor:* Εὔσπλαγχνος, *miſericors*, πολύσπλαγχνος, *valde miſericors.* Vide Philol. ſacræ Vorſtii cap. II. Ita etiam apud ſcriptores Latinos *viſcera* vocantur intimi charitatis affectus. Sulpicius Severus: *Multas illic lacrymas tam ex affectu tuo, quàm ex noſtris funde viſceribus.* Summam etiam denotant miſericordiam. Fulbertus epiſt. LIV. *Si in aliquo fuerit indigus veſtræ opis, ſentiat, quæſumus, viſcera pietatis.* Venantius Fortunatus lib. IV. de vita Martini:

Supplicis ad vocem miſerantia viſcera laxat.

II. Σπλάγχνα in his Pauli, v. 12. ad Philemonem, Σὺ δὲ αὐτὸν, τουτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, προσλαβοῦ, *tu autem illum, id eſt, viſcera mea ſuſcipe*, variè accipi poſſunt.

1. Τὰ σπλάγχνα μου, poteſt ſignificare, *quem intimis viſceribus diligo.* Eò alludit Theophylactus ad præſentem locum: Μετὰ ἀγάπης δέξαι αὐτὸν, μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτὸν, ἀλλὰ τὰ ἐμὰ σπλάγχνα· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἀγαπῶ, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρω. *Cum charitate eum ſuſcipe, imò non ipſum, ſed mea viſcera. Adeò ipſum diligo, menteque circumfero.* Marius Victor:

Sed ſi collatis juvat indulgere loquelis,
Hic habitat tum ille hoſpes, mea viſcera, Thesbon.

Sic Eſther ad Ahaſverum, *Dona mihi animam meam*, id eſt, populares meos, quos ut animam diligo.

2. Τὰ σπλάγχνα μου, *quem amo*, ut ad Philipp. I. v. 8. ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3. Vel tandem σπλάγχνα *metonymicè filium* notant. Τέκνον, ut ejusd. Epiſt. v. 10. à me in fide genitum. Ita intellexit Theodoretus: Ἐμός ἐστιν υἱὸς, ἐκ τῶν ἐμῶν γεγέννηται σπλάγχνων. *Meus eſt filius, natus ex meis viſceribus.* Artemidorus lib. V. Oneirocritici, τὰ σπλάγχνα τὸν παῖδα σημαίνουσιν, οὕτω γὰρ καὶ τὸν παῖδα καλεῖν ἔθος ἐστί. *Viſcera filium denotant, ita enim filius appellari ſolet.* Idem alibi, Οἱ παῖδες σπλάγχνα λέγονται. *Filii viſcera dicuntur.* Suetonius; ex Aſclepiade Mendete; de matre Auguſti Cæſaris, *ſomniavit inteſtina ſua ferri ad ſidera, explicarique per omnem terrarum & cœli ambitum.* ibidem ſequitur continuò de nato filio; ut notat Priceus, ex quo etiam ſequentia apponere juvat. D. Baſilius de egeno filium venum exponente: Τὰ σπλάγχνα προτείνεται τιμὴν τῶν τροφῶν. Jacobus de Joſepho apud Philonem, Ἀτιθάσσοις καὶ σαρκοφόροις θηρσὶν εὐωχία, &c. γέγονας, γενομένοις καὶ ἑστιαθεῖσι τῶν ἐμῶν σπλάγχνων. *Feris & carnivoris beſtiis cibus factus es, quæ viſcera mea guſtârunt, iiſque ſatiatæ ſunt.* Lactantius lib. VI. c. XX. *Non poſſunt innocentes exiſtimari, qui viſcera ſua in prædam canibus objiciunt, & quantum in ipſis eſt crudelius necant, quàm ſi ſtrangulâſſent.* Hic *viſcera ſua*, id eſt, filios. Darius ad milites de conjuge & liberis ſuis, *Eripite viſcera mea ex vinculis.* Apulejus VIII. *Jam contra ſua ſæviens viſcera*, id eſt, filiolum ſuum. Ovidius ubi de Druſo:

Ille rogus miſeræ viſcera matris habet.

Idem Metamorph. X. de Cinyra patre Myrrhæ:

Accipit obſcæno genitor ſua viſcera lecto.

Quintilianus Declam. CCCXXXVIII. *Filium matri eripere conaris, & partem viſcerum avellis.* Apud eundem pater ille ad ingratum filium ſuum: *Has quas ſubtrahis manus, hæc verba quæ negant, de meis viſceribus hauſiſti.* Ibid. Declamat. XVIII. uxor ad maritum loquens, de communi pignore, *Sanguinem qui de tua fluxit anima, viſcera de tuis concepta vitalibus.* Idem procemio libri VI. ubi de rogo filii ſui, *Tunc optimum fuit infauſtum opus, — ſuper immaturum funus conſumturis viſcera mea flammis injicere.*

Σπογγίζω.
Σπόγγος.

Quid μῦρα ſit, ſuo docetur loco. Eadem ſimpliciter dicitur σπόγγος, ſpongia, in Liturgia Chryſoſtomi: Τότε λαβὼν τὸν ἅγιον δίσκον ὁ διάκονος ἐπάνω τοῦ ἁγίου ποτηρίου ἀποσπογγίζει τῷ ἁγίῳ σπόγγῳ πάνυ καλῶς. Tunc accipiens ſanctum diſcum Diaconus, ſupra ſanctum calicem abſtergit ſanctâ ſpongiâ valde accuratè. In eadem Liturgia, pag. 96. Ὁ διάκονος λαμβάνει τὸν ἀστερίσκον, καὶ ποιεῖ σταυροειδῶς ἐπὶ τοῦ ἁγίου δίσκου, καὶ σπογγίσας αὐτὸν ἐπὶ εἰλητοῦ, καὶ ἀσπασάμενος, τίθησιν αὐτὸν μετὰ τοῦ ἀέρος. Et pag. 105. Καὶ μετὰ τὴν μετάληψιν σπογγίζει τῷ καλύμματι τὸ ἅγιον ποτήριον. Vide Lexica vulgata de his vocibus. Eleganter Chryſoſtomus Homil. II. in Pſal. LI. t. I. pag. 708. *lacrymas* vocat *ſpongiam*, quâ peccata abſterguntur. Ἐν βιβλίῳ γέγραπται τὰ ἁμαρτήματά σου· σπόγγος ἐστὶ τὰ δάκρυά σου· δάκρυσον, καὶ ἐξαλείφονται· δάκρυσον, καὶ εὑρίσκεται καθαρὸν ἐκεῖ τὸ βιβλίον· μέγας σπόγγος τὰ δάκρυα τῶν ἁμαρτιῶν· μεγάλη ἡ δύναμις τῶν δακρύων. *Peccata tua in libro ſcripta ſunt: ſpongia autem inſtar ſunt lacrymæ tuæ: lacrymas funde, & delentur: lacrymas funde, & purus illic liber invenitur. Magna ſpongia peccatorum ſunt lacrymæ: magna lacrymarum vis eſt.* Apud Palladium, hiſt. Lauſiacæ cap. XLI. pag. 94. Virgo quædam monialis, quia omnibus aliis miniſtrabat, vocatur σπόγγος τῆς συνοδίας, *ſpongia monaſterii.*

Σπογγολογέω.

Non habent Lexica. *Spongiâ colligo.* Palladius, hiſt. Lauſiacæ cap. XLI. pag. 95. de Moniali: Τὰς ψίχας σπογγολογοῦσα τῶν τραπεζῶν, καὶ τὰς χύτρας περιπλύνουσα, τούτοις ἠρκεῖτο. *Micas de menſis decidentes colligens, & ollas lavans, his erat contenta.*

Σπόρτυλον.

Σπόρτυλον, *ſportula*. *Sportulas* Romani appellârunt tam ſtipes illas, quæ ſalutatoribus, qui prima luce in atrium convenire ſalutandi gratiâ ſolebant, dabantur, quàm cœnas & convivia, quæ ejus officii nomine præſtabantur. Erogationes quoque illæ, quæ in ordinem decurionum fiebant, *ſportulæ* appellabantur. Sed & pecuniæ illæ, quæ judicibus vel executoribus litium ac negotiorum pro ſalario dabantur, ſportulæ ſunt appellatæ. Sumuntur etiam *ſportulæ* pro ſalariis annuis. Sic autem dicuntur, quia ſportæ ſunt calathi de vimine texti, in quibus etiam pecuniæ condi ſolebant. Heſychius: Σπόρτυλον, τόκον, *fœnus*. Suidas: Σπόρτυλα· δῶρα ἐπὶ πάντων διδόμενα παῤῥησίᾳ. *Sportulæ, dona, quæ liberè dantur in omnibus judiciis.* Scholiaſtes Ariſtophanis in Nubibus, pag. 115. Πρυτανεῖα, τὰ νῦν καλούμενα παρὰ Ῥωμαίοις σπόρτυλα. Πρυτανεῖα, pecunia, quam uterque litigantium, tam actor, quàm reus, in Prytaneo deponebat: *apud Romanos ſportulæ.* In Collect. Conſtit. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Δεῖ δὲ αὐτοὺς φυλάττειν μηδὲν πλέον τοῦ διατεταγμένου δίδοσθαι σπόρτυλα. *Et oportet eos non ampliùs ſibi retinere, quàm conſtitutum ſit dari nomine ſportularum.* Ibidem in Paratitlis, tit. IV. Πάλιν δὲ ἡ αὐτὴ διάταξίς φησιν, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον μὴ συγχωρεῖν μαγιστριανῷ σπόρτυλα μεθοδεύειν πλέον τῆς ὁριζομένης ποσότητος ἐν τῇ διατάξει. *Rurſus tradit eadem Conſtitutio, ut magiſteriano non concedat Epiſcopus licentiam exigendi majores ſportulas ea quantitate, quæ hac in conſtitutione definita eſt.* Photius in Nomocan. tit. IX. C. I. pag. 103. Οὐ πλέον δύο νομισμάτων διδόασιν ὑπὲρ σπορτέλων. *Non dant plus quàm duos ſolidos pro ſportulis.* Confer vocem Κανίσκιον, & vide Gloſſ. Meurſii, ubi malè σπόρτελλον, duplici λ ſcribitur. A *ſportula* eſt verbum *ſportulare*, ſportulam, ſive munera, ab Eccleſia accipere. Cyprianus epiſt. LXVI. pag. 158. *In honore ſportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificiis non recedant. Sportulantes fratres* dicit, qui ſportulas accipiebant. Simile eſt illud ejusdem epiſt. XXXIII. pag. 64. *ut & ſportulis iiſdem cum Presbyteris honorentur, & diviſiones menſurnas æquatis quantitatibus partiantur.* Alludit utrobique ad illud Apoſtoli, I. Tim. V. 17. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν.

Στάδιον.

Στάδιον *propriè* notat locum, in quo curſu & luctâ certabant athletæ. Suidas: Στάδιον, ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος. *Stadium, certaminis locus.* Veteres Gloſſæ: Στάδιον, *ſtadium, curriculum.* Eleganter *præſens vita* à Patribus *ſtadium* vocatur. Ignatius epiſt. ad Polycarpum, pag. 206. Ὡς ἐνταῦθα εἶ, νίκησον, ὧδε γάρ ἐστι τὸ στάδιον, ἐκεῖ δὲ οἱ στέφανοι. *Dum hic es, vince. Hic enim ſtadium, ibi verò coronæ.* Eodem modo Iſidor. Peluſiota epiſt. XXIV. lib. II. pag. 134. Τῶν μὲν ἀγώνων καὶ τῶν ἄθλων στάδιόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος, τῶν δὲ στεφάνων καὶ τῶν ἐπάθλων ὁ μέλλων. *Certaminum & laborum ſtadium eſt præſens vita: coronarum autem & præmiorum, futura.* Idem epiſt. IV. lib. I. pag. 2. Στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προτίθεται ἀόρατον, ἐν ᾧ θηρίοις οὐκ αἰσθητοῖς, ἀλλὰ νοητοῖς τοῖς πάθεσι προσπαλαίομεν. *Res præſentes, velut ſtadium quoddam, quòd ſub aſpectum minimè cadit, proponuntur: in quo nobis non cum ſenſilibus feris, ſed cum perturbationibus, quæ animo & ratione intelliguntur, certamen eſt.* Et epiſt. CLXI. lib. II. pag. 203. Γυμνοὶ πάσης φροντίδος, καὶ ἀχίτωνες εἰς τὸ στάδιον τῆς ἀρετῆς ἀναβῶμεν, τὰ περὶ ψυχῆς ὀλύμπια ἀγωνισάμενοι. *Omni cura nudi, ac veſtitu carentes, ad virtutis ſtadium aſcendamus, ut Olympicum de anima certamen obeamus.* Chryſoſtomus Homil. XXVI. in epiſt. ad Romanos, pag. 210. Στάδιον ὁ παρὼν βίος, καὶ μυρίους πάντοθεν ὀφθαλμοὺς ἔχειν δεῖ, καὶ μηδὲ νομίζειν ἀρκεῖν εἰς ἀπολογίαν τὴν ἄγνοιαν. *Stadium eſt præſens vita, & mille undique oculos habere oportet, nec exiſtimandum eſt, ignorantiam ſufficere ad nos excuſandos.* Idem, Homil. XIX. t. V. pag. 120. de Divite: Ἐπειδὰν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταδίου κατεφρονήθη, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ στεφάνου οὐδεμιᾶς παραμυθίας αὐτὸν ἠξίωσε. *Quoniam tempore ſtadii contemtus & neglectus fuit* Lazarus, *propterea tempore coronæ nullo eum,* divitem, *ſolatio eſt dignatus.* Greg. Nyſſenus tractatu II. in Pſalmos, cap. II. pag. 294. t. I. Παντὶ ἠνεῳγμένου τοῦ σταδίου πρὸς ἄθλησιν (στάδιον δὲ ὁ κοινὸς τῶν ἀνθρώπων βίος ἐστὶν) ᾧ ἀντίπαλός ἐστιν ἡ κακία, πολυτρόπως τοῖς δολεροῖς παλαίσμασι καταγωνιζομένη τοὺς προσπαλαίοντας. *Cùm omnibus ad certamen ſtadium apertum ſit, (ſtadium autem eſt communis hominum vita) unaq; omnibus adverſetur & obluctetur improbitas & malitia; doloſis luctandi modis multifariam eos, qui ex adverſo ſtant, proſternens,* &c. Confer ſub voce Βίος, num. I. lit. *b.* Ἀγών, & vocem Σκάμμα.

Στάσεις.

Καθισμάτων diviſiones Græci vocant στάσεις, *ſtationes*: ſtantes enim recitant; vel, quòd lectionem finientes ſtent, & quaſi reſpirent. Vide in voce Κάθισμα. Græci in tres στάσεις dividunt Pſalm. CXVIII. qui Hebræis eſt CXIX. Triodium: Καὶ ἀρχόμεθα ψάλλειν τὸν ἄμωμον μετὰ μέλους. *Et incipimus canere Immaculatum cum modulatione.* Poſtea ſubjiciuntur tres illæ στάσεις.

Πρώτη

Digitized by Google

Πρώτη σάσις. Ejus initium: Μακάριοι οἱ ἄμωμοι, &c. Δευτέρα σάσις. Ejus initium v. 73. Αἱ χεῖρές ϛυ ἐποίησάν με, &c. Στάσις τρίτη. Ejus initium v. 132. Ἐπίϐλεψον ἐπ' ἐμὲ, &c. Eodem modo σάσεις illæ ponuntur in Euchologio pag. 181. & ſeqq. Vide Gl. Meurſii.

Στασίδιον.

Στασίδια ſunt *ſedilia* in Templis, in quibus ſacerdotes vel ſedentes quieſcunt, vel ſtantes, accumbendo, laborem leviùs ferunt, eo ordine, ut digniores dignius occupent ſedile. Typicum: Ἀπερχόμενος ἵσαται εἰς τὸ σασίδιον αὐτῦ. *Abit & ſtat in ſedile ſuum.* Ἀπέρχεται ἐν τῷ σασιδίῳ αὐτῦ. *Abit ad ſedile ſuum.* Καὶ ἀπερχόμενοι εἰς τὰ ἑαυτῶν σασίδια. *Et abeuntes ad ſedilia ſua.* Euchologium pag. 8. Θυμιᾷ πρῶτον τὴν εἰκόνα εἰς τὸ σασίδιον τῦ προεσῶτος ἱσαμένην. *Suffit primùm imaginem ſtantem in ſedili præfecti.* Sedilia iſta, ſeu accubitoria, vocantur etiam communiori vocabulo τόποι. Typicum: Καθίζονται εἰς τὰς ἑαυτῶν τόπυς. *Sedent in propriis locis.* Vide Gl. Meurſii.

Στατίων.

Στατίων eſt *ſtatio*. Gloſſæ Græco-Lat. Στατίων, *ſtatio*. Et Latino-Græc. *officina*, ϛυνέργιον, ἐργασήριον, σατίων, περιποίησις, ἐργασία. Heſychius: Συνέδρα, ἡ σάσις, ἣν νῦν σατίωνα λέγυσι. Balſamon ad Photii Nomocan. Tit. XIII. cap. II. pag. 193. Ὁ μὲν συμβολαιογράφος, ὁ τὸ ἀῤῥαβωνικὸν συμβόλαιον ἐκτιθέμενος, τῆς ἰδίας σατίωνος μετακινηθήσεται. *Scriptor quidem contractus, qui arrha contractum expoſuit, propria ſtatione movebitur.*

Σταυροθεοτόκιον.

Quid θεοτόκιον ſit, ſuo docemus loco. Σταυροθεοτόκιον vocatur, ubi non tantùm beatæ Virginis, ſed & paſſionis Chriſti mentio fit. Multa σαυροθεοτόκια occurrunt in Menologio & in Paracletice. Unum hoc apponimus: Φέρεις τὸν φέροντα πάντα, καὶ κατέχεις βρέφος ἐν ταῖς χερσὶ τὸν ἐκ χειρὸς ῥυόμενον ἡμᾶς πολεμίυ ἐχθρῦ, ἄχραντε δέσποινα, καὶ ὁρᾷς ἐπὶ ξύλυ ὑψύμενον σαυρῦ τὸν ἐκ βόθρυ κακίας ἡμᾶς ὑψώσαντα. *Fers omnia ferentem, & tenes manibus infantem, qui nos liberat è manu infenſi hoſtis, intemerata Domina, & vides in lignum crucis exaltatum eum, qui nos ex voragine malitiæ & peccati exaltavit.*

Σταυροπήγιον.

Σταυροπήγιον, *Stauropegium*, Diœceſis univerſa Epiſcopi, in qua illæ crucis figendæ jus habebat, & ipſa quoque fixio crucis. Balſamon ad Can. XVII. Concil. Nicæni II. pag. 538. Τύτων ὕτως ἐχόντων, ἐν μὲν τῇ βασιλευύσῃ τῶν πόλεων ἄλλως σαυροπήγιον παρὰ τῦ κατὰ καιρὸς χαρτοφύλακος ὑ δίδοταί τινι ἔξω τῆς πόλεως ταύτης ἀνεγεῖραι θέλοντι ναὸν, &c. *His ita ſe habentibus, in urbium quidem regina, ab hujus temporis Chartophylace crucis fixio extra urbem alicui non datur templum excitare volenti*, &c. Sciendum nulli ædificare templum vel monaſterium ullum licuiſſe, niſi advocato priùs loci Epiſcopo, qui extenſis ad cœlum manibus oratione conſecraret locum Deo, defigens inibi ſignum crucis. Julianus Anteceſſor Conſtitut. LXI. *Nullus audeat ædificare Eccleſiam, vel Oratorium, antequam civitatis Epiſcopus veniat, & ibi vota faciens ſanctiſſimam crucem invixerit, in eodem loco publicè procedens, & rem omnibus manifeſtam faciens.* Baſilic. Eclog. IV. Τὸν οἰκοδομεῖν βυλόμενον μοναςήριον, προσκαλεῖν δεῖ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ ποιεῖν σαυροπήγιον. *Oportet, ut qui velit Monaſterium ædificare, Epiſcopum advocet ad figendam Crucem.* Juſtinianus Novell. V. pag. 18. Ἐκεῖνο τοίνυν πρὸ τῶν ἄλλων ῥητέον, ὥστε κατὰ πάντα χρόνον, καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ τῆς ἡμετέρας βασιλείας, εἴποτέ τις οἰκοδομεῖν εὐαγὲς μοναςήριον βύλοιτο, μὴ πρότερον ἄδειαν εἶναι τῦτο πράττειν, πρὶν ἂν τὸν θεοφιλέςατον τῶν τόπων ἐπίσκοπον προσκαλέσοιτο, ὁ δὲ χεῖράς τε ἀνατείνειεν εἰς ὐρανὸν, καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸν τόπον ἀνιερώσειε Θεῷ, πηξάμενος ἐν αὐτῷ τὸ τῆς ἡμετέρας ϛύμβολον ϛωτηρίας (φαμὲν δὲ τὸν προσκυνητὸν καὶ τίμιον ὄντως σαυρὸν) ὕτω τε ἄρξηται τῆς οἰκοδομίας, καλόν δή τινα τῦτον καὶ πρέποντα θεμέλιον ἀποθέμενος. Αὕτη μὲν ἂν ἀρχὴ τῆς εὐσεβῦς τῶν εὐαγῶν μοναςηρίων ποιήσεως ἔσω. *Illud igitur ante alia dicendum eſt, ut omni tempore, & in omni terra Imperio noſtro ſubjecta, ſi quis ædificare venerabile Monaſterium voluerit, non priùs licentiam eſſe hoc agendi, quàm Deo amabilem locorum Epiſcopum advocaverit. Ille verò manum extendat ad cœlum, & per orationem locum conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum (dicimus autem adorandam & verè honorandam crucem) ſicq; inchoet ædificium, bonum utique hoc & decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piæ venerabilium Monaſteriorum fabricæ fiat.* Ritum omnem in hac re obſervari ſolitum fusè deſcribit Euchologium pag. 235. 236. & ex eo Meurſius in Gloſſario ſuo ad hanc vocem.

Σταυροπροσκύνησις.

Σταυροπροσκύνησις, *adoratio crucis.* Dominica tertia Quadrageſimæ, Latinis *Oculi*, à cantu deſumto ex Pſal. XXV, etiam vocatur Dominica τῆς σαυροπροσκυνήϛεως. Exſtat Oratio Philothei Conſtantinopolitani Archiepiſcopi εἰς τὴν τρίτην τῶν νησειῶν κυριακὴν, ἢ τῆς Σταυροπροσκυνήσεως, *in tertiam jejuniorum Dominicam, ſeu adorationis Crucis.* In hiſt. Concil. Florentini ſect. XII. cap. I. pag. 331. Καὶ τῇ κυριακῇ τῆς σαυροπροσκυνήσεως ἐλειτύργησεν ὁ μέγας χαρτοφύλαξ. *Et in ſolenni feſto, Crucis adorationi deſignato, magnus ſcriniarius officium peregit Liturgicum.* Cauſſam cur id fiat, & præcipuè hebdomade ſubſequenti quartâ Quadrageſimæ, fusè proſequitur Euthymius novarum Patrarum Epiſcopus; cujus verba adſcribo. Δι' ἣν αἰτίαν τὸ τῦ σαυρῦ ξύλον ἐν μέσῳ τῦ τῶν νησειῶν καιρῦ προτίθεται προσκυνύμενον πάντως. Ἐπειδὴ πνευματικὸν ἡμῖν καὶ θεῖον Παγκράτιον ὁ καιρὸς ὗτος ἀνέῳγεν, ὁ τῆς νησείας φημὶ, ἐν ᾧ τὺς τῆς ψυχῆς ἀγῶνας, ὡς ἂν εἴποι τὶς, θέομεν καὶ θερμοὶ περὶ τῦτο, καὶ ἀκμαιότεροι καταβαίνομεν πάσαν ἐνταῦθα τῆς ψυχῆς τὴν ἀνδρείαν ἐνθεατρίσαι φιλοτιμύμενοι καὶ λαμπρὺς τὺς σεφάνυς κατὰ τῦ τῶν ψυχῶν κομίσασθαι πολεμήτορος, ἵνα μὴ ἐν ἀρχῇ τὴν ϛυντονίαν δεικνύντες, εἶτα προβαίνοντες ἐκλυώμεθα, ὁ σαυρὸς ἐν τῷ μέσῳ τῦ παγκρατίυ τύτυ προτέθειται, τύς τε προγεγονότας πόνυς δεχόμενος, καὶ ἐνισχύων τὸ ἀγωνισὸν πρὸς τὺς μέλλοντας, οἷάττα κἂν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οἱ ἀλεῖπται ποιῦσι τῦ σαδίυ μέσον ἑςῶτες, καὶ τὺς ἀθλητὰς τοῖς ὑποφωνήμασιν ἐπεγείροντες. Τύτυ χάριν καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ ταῖς ὁδοῖς ἐυρηται καταλύματα, ὡς ἀναπαύειν μὲν τοῖς ὁδοιπορῦσι τὴν μέχρις ἐς αὐτὴν τῶν δρόμων ἐπίτασιν. Ἀκμαιοτέραν δὲ εἰς τὸ ἑξῆς τὴν προθυμίαν τύτοις ἐργάσασθαι. Εἴη δ' ἂν ὁ σαυρὸς ἐνταῦθα καὶ τῶν τῦ Σωτῆρος παθημάτων ὑπομνήσεις, ἵν' ἡμεῖς πρὸς τὴν τῆς νησείας μὴ ἀποκάμωμεν κακοπάθειαν, ἀλλ' ἐνδρομῶμεν μᾶλλον πρὸς τὴν ἀνάςασιν διὰ σαυρῦ πρὸς ταύτην χειραγωγύμενοι. Καὶ ὁ μὲν ἀληθὴς ὗτος λόγος, δι' ὃν ἐν τῷ τῶν νησειῶν μεσασμῷ τὴν τῦ σαυρῦ προσκύνησιν ἑορτάζομεν. *Quam ob cauſſam Crucis ſignum medio jejuniorum tempore ad adorandum omnibus proponitur. Cum ſpirituale nobis divinum &*

Pan-

Digitized by Google

Pancratium tempus hoc aperuit jejunii, in quo animæ certamina, ut quiſpiam diceret, percurrimus, & circa ea promtiores alacrioresq; deſcendimus, omnem in illis animæ virtutem ac robur, veluti in theatro, commonſtrare conantes, præclarasq; coronas adverſus animarum hoſtem reportare; ne in principio conatus oſtendentes, tum, inter progrediendum, animum deſpondeamus, Crux in medio hujuscemodi Pancratii proponitur, exantlatos jam antea labores ſuſcipiens, & ad futuros excipiendos certantibus animos addens, quæ in Gymnicis certaminibus unctores peragunt, in medio ſtadii commorantes, & athletas acclamationibus excitantes. Hujusce etiam gratiâ homines in itineribus diverſoria commenti ſunt, ut iter agentium, ad illum usque locum, curſuum contentionem quieſcere faciant, vegetiusq; ad ea, quæ ſubſequuntur, deſiderium indant. Fuerit itaque hic Crux, & Salvatoris paſſionum recordatio, ne nos ad jejunii incommoda toleranda defatigemur, ſed velocius curſum contendamus ad reſurrectionem, Chriſto per crucem ad eam ducente. Et hæc eſt vera ratio, quare medio jejuniorum tempore Crucis venerationem ſolemni ritu celebramus.

Σταυρός.

Hæc vox duplici maximè ſumitur modo:

I. *Propriè*, & ita σταυρὸς, juxta veteres Gloſſ. eſt *patibulum, crux*. Suidas: Σταυροὶ, τὰ ὀρθὰ πεπηγότα ξύλα. *Cruces. Recta ligna* humi *defixa*. Heſychius: Σταυροὶ, οἱ καταπεπηγότες σκόλοπες, χάρακες, καὶ πάντα τὰ ἑστῶτα ξύλα, ἀπὸ τοῦ ἱστάναι σταυρὸς, ἐκ τοῦ εἰς τὴν ἀναφανὴν ἵστασθαι. *Cruces, defixi pali, valli, & erecta quævis ligna, ab* ἱστάναι vocant σταυρὸς, *quod in aërem erigantur*. Vel, ut tradit Euſtathius, σταυρὸς dicitur, quoniam ἵσταται εἰς ἀέρα ὀρθούμενος, *ſtat in aërem erecta*. Ita σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, *Crux Chriſti*, id eſt, lignum crucis, cui Dominus fuit affixus. Hæc Crux ex quibus compacta fuerit lignis, ſolicitè quærunt, ſed fruſtrà. Græci. Paracletice, pag. 41. ſic habet: Ὠράθης ὑψούμενος ἐν κυπαρίσσῳ δέσποτα, καὶ τῇ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ διʼ ἀγαθότητα. *Viſus es exaltatus Domine in cupreſſo, & pinu, & cedro propter bonitatem*. Pag. 62. Ἐν κυπαρίσσῳ, καὶ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ ὑψώθη ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. *In cupreſſo, & pinu, & cedro exaltatus eſt agnus Dei*. Pag. 69. Κέδρῳ ἀνυψώθης, πεύκῃ τε καὶ κυπαρίσσῳ δέσποτα. *Cedro exaltatus es, & pinu, & cupreſſo Domine*. Iterum pag. 158. Ἡ ἐκκλησία βοᾷ σοι Χριστὲ ὁ Θεὸς ἐν πεύκῃ, καὶ κέδρῳ, καὶ κυπαρίσσῳ προσκυνοῦσά σε. *Eccleſia clamat ad te Chriſte Deus, in pinu, & cedro, & cupreſſo adorans te*. Eadem eſt ſententia Michaëlis Pſelli in expoſitione illius dicti, *Pulchra formoſum*. Κάλλη δὲ ὀρέων ὁ σταυρὸς πέφυκεν. Εἰ γὰρ, ὡς ὁ τῆς ἱστορίας λόγος ἔχει, ἐκ πεύκης, καὶ κέδρου, καὶ κυπαρίσσου συμπέπηκται. κάλλη δὲ ταῦτα εἰσὶ τῶν φυομένων ἐν ὄρεσι, τοῦτο μὲν φύλλοις κομῶντα πυκνοῖς, τοῦτο δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνατεινόμενα, διὰ ταῦτα κάλλη τῶν ὀρέων τὸ νικοποιὸν ὅπλον ὠνόμασαι. *Pulchritudines verò montium crux eſt, ſiquidem, ut hiſtoriæ narrant, ex pinu, cedro, & cupreſſo compacta eſt, quæ eorum, quæ naſcuntur in montibus, pulchritudines ſunt, tum quod frequentibus foliis vernant, tum quod in multum aërem ſe extendunt. Propterea pulchritudines montium armatura victoriam afferens nomen habuit*. Adde Nicolaum Metropolitam Corcyrenſem: Ἐν σοὶ με σώζει προσπαγὴς ὁ δεσπότης τῷ πευκοκέδρῳ, καὶ κυπαρισσοξύλῳ. *In te me ſalvat affixus Dominus ex pinu, cedro, & cupreſſino ligno*. An vera hæc ſit ſententia, non diſputamus; id monuiſſe ſufficiat, ἀναμφιλέκτοις eam confirmari teſtimoniis non poſſe. Potiùs in id inquiramus, cur mortem crucis, non aliam, ſuſtinuerit Salvator noſter. Ea de re ſic Athanaſius Orat. de Incarnatione Verbi, t. I. pag. 77. & 78. Εἰ τὴν καθʼ ἡμῶν γενομένην κατάραν ἦλθεν αὐτὸς βαστάσαι, πῶς ἂν ἄλλως ἐγίνετο κατάρα, εἰ μὴ τὸν ἐπὶ κατάρᾳ γενόμενον θάνατον ἐδέξατο; ἔστι δὲ οὗτος ὁ σταυρός. οὕτω γὰρ καὶ γέγραπται. Ἐπικατάρατος ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. *Si noſtram venit laturus maledictionem, quomodo aliter maledictio fieri potuiſſet, niſi maledictam mortem ſuſtinuiſſet? Hæc verò eſt mors crucis: ſic namque ſcriptum eſt: Maledictus qui pendet in ligno*. Aliam addit rationem: Εἰ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου λύτρον ἐστὶ πάντων, καὶ τῷ θανάτῳ τούτου τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύεται, καὶ γίνεται τῶν ἐθνῶν ἡ κλῆσις, πῶς ἂν ἡμᾶς προσεκαλέσατο, εἰ μὴ ἐσταύρωτο; ἐν μόνῳ γὰρ τῷ σταυρῷ ἐκτεταμέναις χερσί τις ἀποθνήσκει· διὸ καὶ τοῦτο ἔπρεπεν ὑπομεῖναι τὸν Κύριον, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτεῖναι, ἵνα τῇ μὲν τὸν παλαιὸν λαὸν, τῇ δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἑλκύσῃ, καὶ ἀμφοτέρους ἐν ἑαυτῷ συνάψῃ. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς εἴρηκε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἔμελλε λυτροῦσθαι τοὺς πάντας· ὅταν ὑψωθῶ, φησὶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. *Si mors Domini pretium redemtionis eſt pro omnibus, ejusq; morte medius paries maceriæ ſolvitur, gentesq; vocantur, quomodo nos ad ſe vocâſſet, niſi crucifixus fuiſſet? In ſola enim cruce expaſſis quis manibus moritur. Quam ob cauſam hoc quoque Dominum ſuſtinere oportebat, & manus expandere, ut alterâ quidem veterem populum, alterâ verò gentes traheret, & utrosque in ſeipſo conjungeret. Hoc enim ipſe quoq; dixit, ſignificans, quâ morte redemturus eſſet omnes: ſi exaltatus fuero, inquit, omnes traham ad meipſum*.

II. *Impropriè*, idque

1. *Metonymicè*, pro *morte*, quam quis in cruce perfert. Sic σταυρὸς ad Hebr. XII. 2. notat *mortem Chriſti*. Ὑπέμεινε σταυρὸν, *ſuſtinuit crucem*, id eſt, ut Theophylactus exponit, οὐχ ἁπλῶς θάνατον, ἀλλὰ τὸν ἐπονείδιστον, *non ſimpliciter mortem, ſed contumelioſam*. Ita ad Gal. VI. 14. καυχᾶσθαι ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου, *gloriari in cruce Domini*, eſt *gloriari* ἐν τῇ εἰς τὸν ἐσταυρωμένον πίστει, *in fide erga crucifixum*, ut iterum Theophylactus. Atque huc jam referri debent infinita pene elogia iſta, quibus veteres crucem Chriſti exornant, quæ profectò non propriè de ligno crucis, ſed de crucifixo ſunt intelligenda, utpote cui ſoli etiam competunt. Talia ſunt, quando Chryſoſtomus Homil. LXXXI. t. V. pag. 565. de Cruce ſcribit: Σταυρὸς, τὸ κατὰ τῶν δαιμόνων τρόπαιον, ἡ κατὰ τῆς ἁμαρτίας μάχαιρα· τὸ ξίφος, ᾧ τὸν ὄφιν ἐκέντησεν ὁ Χριστός. Σταυρὸς τὸ τοῦ πατρὸς θέλημα, ἡ τοῦ μονογενοῦς δόξα, τὸ τοῦ πνεύματος ἀγαλλίαμα, ὁ τῶν ἀγγέλων κόσμος, τῆς ἐκκλησίας ἡ ἀσφάλεια, τὸ καύχημα Παύλου, τὸ τῶν ἁγίων τεῖχος, τὸ φῶς τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. *Crux illud adverſus dæmones tropæum, ille contra peccatum gladius: enſis ille, quo Chriſtus ſerpentem trucidavit. Crux Patris voluntas, Unigeniti gloria, Spiritûs exultatio; Angelorum ornatus, Eccleſiæ ſecuritas, Pauli gloriatio, Sanctorum mænia, totius univerſi lux*. His gemina legas apud eundem Homil. XXXIV. t. V. pag. 216. 217. Idem Homil. LXXXIII. t. ejusd. pag. 567. Σταυρὸς τὸ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας· σταυρὸς ἡ τῶν μυρίων ἀγαθῶν ὑπόθεσις. Διὰ τοῦτον οἱ πρότερον ἠτιμωμένοι καὶ ἔκπτωτοι, νῦν εἰς τὴν τῶν υἱῶν τάξιν ἐδέχθημεν. διὰ τοῦτον οὐκέτι πλανώμεθα, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐπέγνωμεν. διὰ τοῦτον οἱ ξύλα καὶ λίθους προσκυνοῦντες πρότερον, νῦν ἐπέγνωμεν τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργόν. διὰ τοῦτον οἱ δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας εἰς τὴν ἐλευθερίαν δικαιοσύνης ἀνήχθημεν. διὰ τοῦτον ἡ γῆ οὐρανὸς λοιπὸν γέγονεν. οὗτος ἡμᾶς τῆς πλάνης ἠλευθέρωσεν· οὗτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐχειραγώγησεν, οὗτος καταλλαγὰς Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐποιήσατο, οὗτος ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς κακίας ἡμᾶς ἀνασπάσας, εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἀνήγαγεν.

οὗτος

οὗτος τῶν δαιμόνων τὴν πλάνην ἔσβεσεν, οὗτος τὴν ἀπάτην καθεῖλε. *Crux, caput illud ſalutis noſtræ: crux, infinitorum illa bonorum cauſſa. Propter hanc, qui prius abjecti eramus & abdicati, nunc in filiorum ordinem ſumus recepti. Propter hanc non amplius erramus, ſed veritatem cognovimus. Propter hanc, qui prius ligna & lapides adorabamus, nunc rerum omnium conditorem cognovimus. Propter hanc, qui ſervi eramus peccati, ad libertatem juſtitiæ adducti ſumus. Propter hanc terra deinceps cælum eſt. Hæc nos ab errore liberavit, hæc ad veritatem deduxit, hæc Deum & homines reconciliavit, hæc nos ex peccati voragine eductos, ad ipſum virtutis verticem deduxit, hæc dæmonum errorem extinxit, hæc ſeductionem deſtruxit.* Vide eundem Homil. CXXVI. t. ejuſdem quæ eſt εἰς τὸν τίμιον σταυρόν, pag. 819. 820. Ibid. Homil. CXXVII. pag. 824. 825. Ibid. Homil. CXLV. pag. 906. Damaſcenus orthod. fidei lib. IV. cap. XII. pag. 305. 306. varia enumerat crucis elogia & effecta. Dicit: Πάντων ἐστὶ θαυμασιώτερον ὁ τίμιος τοῦ Χριστοῦ σταυρός. Δι' οὐδενὸς γὰρ ἑτέρου ὁ θάνατος κατήργηται, ἡ τοῦ προπάτορος ἁμαρτία λέλυται, ὁ ᾅδης ἐσκύλευται, ἡ ἀνάστασις δεδώρηται, δύναμις ἡμῖν τοῦ καταφρονεῖν τῶν παρόντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου δέδοται, ἡ πρὸς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα ἐπάνοδος κατώρθωται, πύλαι παραδείσου ἠνοίχθησαν, ἡ φύσις ἡμῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ κεκάθικε, καὶ θεοῦ κληρονόμοι γεγόναμεν, εἰ μὴ διὰ τοῦ σταυροῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Inter omnia ſummè admiranda precioſa Chriſti crux eſt: per nullum enim aliud mors deſtructa, primi parentis peccatum ſolutum, inferi ſpoliati, reſurrectio donata, virtus nobis contemnendi præſentia & ipſam mortem data eſt, ad antiquam beatitudinem regreſſio reparata, portæ paradiſi patefactæ, natura noſtra ad dextram Dei ſedet, & nos Dei hæredes facti, niſi per crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Loquitur autem de morte Chriſti: addit enim, Ἰδοὺ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι ὁ σταυρός. *Ecce mors Chriſti, videlicet crux.* Vide apud eundem plura. Theophanes Homil. IV. pag. 26. Ὦ τρισόλβιον ξύλον τῆς παλαιᾶς κατάρας λυτήριον· ὦ θεῖε σταυρὲ καὶ μακάριε, ὡς γὰρ ἐμψύχῳ σοι διαλέγομαι. ὦ σκῆπτρον οὐράνιον, βασιλέων ὅπλον ἄμαχον, ἱερέων εὐπρέπεια, χριστιανῶν κράτος, νηπίων φύλαξ, σωφροσύνη νεότητος, βακτηρία γήρως, καὶ κόσμου ἀσφάλεια. *O ter felix lignum, antiquæ maledictionis vindex! ô divina & beata crux! tecum enim ut cum re animata loquor. O cæleſte ſceptrum, regum inexpugnabilis armatura, ſacerdotum decus, Chriſtianorum robur, infantium cuſtos, juventutis continentia, baculus ſenectutis & mundi tutamen!*

2. *Metaphoricè*, pro *afflictione graviſſima*, præſertim autem pro afflictione, quæ perfertur pro nomine Chriſti. Sic Crux Eccleſiæ ſunt omnis generis afflictiones, quæ piis inferuntur, Deo diſponente, præcipuè propter nomen Chriſti, ut probentur ac innoteſcant veri Chriſtiani, Deuſque in iis glorificetur. Hoc ſenſu σταυρὸς accipitur Matth. X. 38. λαμβάνειν σταυρόν, *accipere crucem:* Lucæ XIV. v. 27. βαστάζειν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, *bajulare crucem ſuam:* Matth. XVI. v. 24. Marci VIII. v. 34. cap. X. 21. Lucæ IX. 23. ubi αἴρειν τὸν σταυρόν, *attollere crucem.* Chryſoſtomus Homil. CXXXIX. t. V. pag. 878. interrogat, *Num ideo à Chriſto jubeamur attollere crucem,* ἵνα τὸ ξύλον βαστάζωμεν ἕκαστος; *ut quilibet lignum bajulet?* & reſpondet, Μηδαμῶς. *Nequaquam.* Ποία γὰρ ἀρετὴ τοῦτο; ἀλλ' ἵνα πρὸς τοὺς κινδύνους ὦμεν παρατεταγμένοι, τὸ αἷμα ἡμῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς περιφέροντες, πρὸς σφαγὴν καὶ θάνατον ἕτοιμοι καθημερινόν. *Qualis enim hæc eſſet virtus? ſed ut adverſus pericula in acie ſtemus, ſanguinem noſtrum in animabus circumferentes, ad mactationem & mortem quotidianam parati.* Theophanes Homil. XLI. pag. 293. per αἴρειν τὸν σταυρὸν intelligit τῶν τῆς σαρκὸς θελημάτων τὴν ἑκούσιον νέκρωσιν, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον, *voluntariam carnis appetitionem & mortem Chriſti cauſſâ ſuſceptam.* Ita Franciſcus Scotus interpretatur. Tu priora ſic reddes: *Voluntariam carnis cupiditatum mortificationem.* Cyrillus Alexandrinus lib. V. de Adoratione, pag. 163. Ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι, τουτέστιν, εἰ δή βούλοιτό τις ἐμὸς εἶναι μαθητής, διὰ τῶν ἴσων ἐμοὶ παθημάτων ἰέτω προθύμως, καὶ οἱονεὶ τὴν αὐτὴν ἴτω τε καὶ ἀγαπάτω τρίβον. *Attollat crucem ſuam & me ſequatur, hoc eſt, ſi quis voluerit meus eſſe diſcipulus, eadem mecum paſſiones promto ſuſtineat animo, & eandem quaſi ſemitam calcet & amet.* Idem lib. XII. in Johan. pag. 1058. Τὸ λαβεῖν τὸν σταυρόν, οὐδὲν οἶμαι σημαίνειν ἕτερον, ἢ τὸ ἀποτάξασθαι μὲν τῷ κόσμῳ διὰ θεόν, *Accipere crucem nihil aliud ſignificare exiſtimo, quam mundo propter Deum abrenunciare.* Theophylactus in cap. X. Matth. pag. 56. interpretatur per ἀποτάσσεσθαι τῇ παρούσῃ ζωῇ, καὶ ἐκδιδόναι ἑαυτὸν εἰς θάνατον τὸν ἐπονείδιστον, *renunciare præſenti vitæ, & ſeipſum in mortem ignominioſam tradere,* ſc. propter veritatem. Et in cap. XVI. Matthæi, pag. 95. Τὸν σταυρὸν αἴρειν, τουτέστι, θάνατον αἱρεῖσθαι, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐπιζητεῖν, καὶ θάνατον τὸν ἐπονείδιστον. Τοιοῦτον γὰρ ὁ σταυρὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς. *Crucem attollere, hoc eſt, mortem eligere, & cum ſtudio quærere etiam mortem ignominioſiſſimam, qualis crux apud veteres fuit.* Eodem modo in cap. VIII. Marci, p. 233.

3. Σταυρὸς ſumitur pro *ſigno Crucis.* Hic commodè ſatis tractabimus narrationem veterum quorundam *de Crucis & inſcriptionis circum eam viſione Conſtantino M. oblata.* De ea ſic Philoſtorgius hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. VI. pag. 6. Ὅτι τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μεταβολὴν ἐκ τῆς ἑλληνίδος θρησκείας εἰς τὸν χριστιανισμὸν (καὶ οὕτως τοῖς ἄλλοις φλεγόμενος) αἰτίαν γενέσθαι ἀναγράφει τὴν κατὰ Μαξεντίου νίκην, καθ' ἣν καὶ τὸ σταυροῦ σημεῖον κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ μήκιστον ὤφθη διῆκον, αἴγλης αὐτὸν καταπλήσης διατυπωμένης, καὶ ἀστέρων αὐτὸν κύκλῳ περιθεόντων, ἴριδος τρόπῳ, καὶ πρὸς γραμμάτων χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων, τὰ δὲ ἄρα Ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ. Ἐν τούτῳ νίκα. *Scribit*, inquit nempe Photius de Philoſtorgio, *converſionis Conſtantini M. è Gentilitia ſuperſtitione ad Chriſtianiſmum (qui & exinde aliis illuxit) cauſſam extitiſſe, victoriam de Maxentio: cujus tempore ſignum Crucis in Oriente viſum fuerit, longiùs diſtentum, ſplendore præfulgido figuram ejus exprimente, ſtelliſque eam circumcurſantibus iridis inſtar, & compoſitis ad literarum characterem, quibus linguâ Romanâ hæc exprimebantur, In hoc vince.* Hanc narrationem exſcribit hinc ferè Nicephorus, lib. VIII. cap. III. qui ſimilem alioquin alteram jam ex Socrate fermè memoraverat, lib. VII. cap. XXIX. Hanc verò viſionem, non Gentiles modò Scriptores nuſpiam memorant, imò ne Publius Optatianus Porphyrius quoque, qui in Dædaleo alioquin opere ſuo, ſeu Panegyrico ad Conſtantinum, multa habet de Chriſti monogrammate, quod & *cæleſte ſignum* vocat, verùm neque Euſebius ipſemet hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libris: qui illud tantùm refert lib. IX. cap. IX. pag. 104. a. Conſtantinum ſubſidii ſibi divinitus allati conſcium, ſtatim paſſionis ſalutiferæ tropæum, ſeu crucis ſignum, Romæ dexteræ ſtatuæ ſuæ imponi voluiſſe, cum inſcriptione præferente, Τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ, τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας, τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τοῦ τυράννου διασωθεῖσαν ἠλευθέρωσα. *Hoc ſalutifero ſigno, vero fortitudinis argumento, urbem veſtram Tyranni jugo liberavi.* At de Crucis viſione Conſtantino oblata nihil Euſebius libris illis: quod poſterius tamen memoriæ proditum paſſim. Ut de vita Conſtantini apud Euſeb. lib. I. cap. XXII. pag. 122. Ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας ἤδη τῆς ἡμέ-

ρας ἀποκλινούσης, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, καὶ γραφὴν αὐτῷ συνῆφθαι λέγουσαν, Τούτῳ νίκα. *Circa meridiem die ſe jam inclinante, oculis ſe vidiſſe dixit in cœlo Soli imminens Crucis tropæum ex luce conſtans, cum adjuncta hac ſcriptura, In hoc vince.* Ruffinus lib. IX. cap. IX. de Conſtantino adverſus Maxentium pugnaturo: *Cùm igitur anxius, & multa ſecum de imminentis belli neceſſitate pervolvens iter ageret, atq; ad cœlum ſæpiùs oculos elevaret, & inde ſibi divinum deprecaretur auxilium, vidit per ſoporem ad Orientis partem in cœlo ſignum crucis igneo fulgore rutilare, Cùmque tanto viſu fuiſſet exterritus, ac novo perturbaretur adſpectu, adſtare ſibi videt Angelos, dicentes: Conſtantine,* ἐν τούτῳ νίκα, *id eſt, in hoc vince.* Socrates lib. I. cap. I. pag. 170. b. Περὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον φωτὸς σταυροειδῆ, ἐν ᾧ γράμματα ἦν λέγοντα, ἐν τούτῳ νίκα. Sozomen. libro I. capite III. pag. 11. a. prorſus ut Ruffinus. Eadem etiam referunt Politiæ ſanctorum Patrum autores, Metrophanes & Alexander, apud Photium Cod. CCLVI. pag. 1408. Cedrenus pag. 222. Φαίνεται αὐτῷ ἐν ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας ὁ τίμιος σταυρὸς, ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος ἔχων ἐπιγραφὴν διὰ ἀστέρων, ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ. *Apparet ei ſextâ diei horâ venerabilis crux ex luce, cum inſcriptione ex ſtellis facta, IN HOC VINCE!* Idem refert Chronicon Alexandr. & alii. Pomponius Lætus in Conſtantino M. pag. 1261. *Cum Maxentio conflixit, auſpicio fulgidæ crucis victor fuit.* Fabulam tamen jam olim nonnullos ſuſpicatos eſſe tradit Gelaſius Cyzicenus lib. I. hiſtor. Concilii Nicæni, cap. IV. Certè diverſimodè hæc viſio narratur. Autor quippe vitæ Conſtantini M. ut & Socrates, & ex eo Nicephorus, ajunt, Sole dieque in poméridianum tempus paululùm inclinante, Crucis tropæum ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, ex lucis ſplendore figuratum in cœlo Soli imminens conſpectum, inque eo inſcriptionem συνῆφθαι, Τούτῳ νίκα, vel, ut Socrates ait, στῦλον φωτὸς σταυροειδῆ, in quo literæ erant, exprimentes, Ἐν τούτῳ νίκα, voculâ ἐν ampliùs additâ, *In hoc vince*, pariter ut apud Philoſtorgium, Ruffinum, Politiæ autores, & Cedrenum. At Sozomenus ex traditione ait, ut & Ruffinus, Conſtantinum vidiſſe, ὄναρ, *per ſoporem* ait Ruffinus, Crucis ſigno in cœlo ſplendeſcente, viſioneque obſtupefacto illi Angelos adſtantes dixiſſe, Ω Κωνστάντῖνε ἐν τούτῳ νίκα; mox & alteram Chriſti viſionem oblatam, quæ etiam memoratur in vita Conſtantini lib. I. cap. IV. & apud Socratem lib. I. cap. I. & apud Sozomenum lib. I. cap. III. At enim Philoſtorgius, ut vidimus, ita rem narrat: Crucis ſignum in Oriente (quod etiam Ruffinus habet) viſum longiùs diſtentum, ſplendore præfulgido figuram ejus exprimente, ſtelliſque eam circumcurſantibus iridis inſtar, compoſitis ad literarum characterem, quibus exprimebatur, In hoc vince. Quod quidem, de iride & ſtellis circumcurſantibus verbaque illa exprimentibus, unus ex vetuſtioribus Philoſtorgius habet, & ex eo recentiores, velut Nicephorus lib. VIII. c. III. (qui idem & lib. VII. cap. XXIX. narrationi, quam ex Socrate alioquin de eadem viſione deſumſerat, ex hoc loco hæc verba inſeruit, γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς διὰ ἀστέρων ἔτυπωμένοις εντυπωθεῖσιν.) Et Cedrenus quoque, ἔχων ἐπιγραφὴν διὰ ἀστέρων. Ut & Zonaras t. III. pag. 3. Τύπος αὐτῷ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας διὰ ἀστέρων ἐφάνη κατ᾽ οὐρανὸν, καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν Ῥωμαϊκοῖς στοιχείοις διὰ ἀστέρων καὶ αὐτοῖς τετυπωμένοις καὶ φράζουσιν, Ἐν τούτῳ νίκα. Sic ſanè rurſum idem Philoſtorg. lib. III. tm. XXVI. belli Magnentiaci tempore, id eſt, anno D. CCCLI. Crucis ſignum Jeroſolymis viſum memorat, magna iride coronæ inſtar utique eam ambiente. De eodem Nicephorus, lib. IX. cap. XXXII. Socrates lib. II. cap. XXIV. Sozomenus lib. IV. cap. IV. Cedrenus pag. 248. Iterum Philoſtorg. lib. X. tm. IX. poſt victoriam de Maximo, narrat, aſtrum quoddam in cœlo viſum magnum lucidumque, & ad id ſtellarum concurſum undique factum, ſimili ſpectaculo quo apum examen circa ducem volitantium, & exinde congreſſu mutuo velut coacta ex omnibus luce in unam eluxiſſe flammam, gladiique formam expreſſiſſe. Ergo verba hæc, *In hoc vince*, Philoſtorgius expreſſa fuiſſe ait ex concurſu ſtellarum iridis inſtar crucis ſignum circumcurſantium, περικύκλῳ ſcilicet γραφῇ διὰ ἀστέρων, cùm alioquin in ipſamet cruce verba illa fuiſſe dicant autor vitæ Conſtantini & Socrates, Sozomenus verò ab Angelis Conſtantino dicta ſcribat: & Artemius tandem apud Metaphraſten & Surium 20. Octob. dicat, ſignum Crucis radiis Solis ſplendidius fuiſſe, literaſque *aureas* fuiſſe, belli victoriam ſignificantes. Illud quoque notandum in Philoſtorgio, quòd is verba hæc, In hoc vince, linguâ Romanâ expreſſa diſertè ſcribit, cùm tamen id non ita exprimant alii. In illo quoque differentia inter ſcriptores intercedit, quòd autor vitæ Conſtantini à toto exercitu id viſum tradit, ut & Socrates ἀπὸ τῶν παρόντων, ipſeque Artemius & αὐτόπτην ſeſe fuiſſe literaſque legiſſe, totumque exercitum contemplatum aſſerit. Philoſtorgius in genere dicit, ὤφθη. At Ruffinus *per ſoporem* oblatam ei hanc viſionem dicit: & Sozomenus ὄναρ iſtud Conſtantino oblatum ſcribit, etſi mox autoris vitæ Conſtantini verba quoque apponat. Diſcrimen etiam eſt circa tempus. Philoſtorgius ait, ipſo victoriæ de Maxentio tempore crucis ſignum apparuiſſe, alii antè viſum ſcribunt, cùm ſcilicet is inſtitueret bellum adverſus Maxentium, & aliquò profectus fuiſſet: eaque occaſione multa à Conſtantino facta, & inter alia quoque ſignum Crucis effectum, & exercitui prælatum, de quo nihil Philoſtorgius. Differentia denique in eo, quòd Philoſtorgius victoriam de Maxentio cauſam fuiſſe μεταβολῆς Conſtantini dicat: cùm alii ante victoriam Conſtantinum Chriſtianum fuiſſe aſſerant. Cæterùm neque illud omittendum, quod Nicephorus ſcribit lib. VII. cap. XLVII. poſt Licinium quoque devictum, cùm Byzantium oppugnaturus eſſet, ſimilem viſionem oblatam Conſtantino: Καὶ σταυρὸς πάλιν ὤπτο ἀστράσιν ἐστηριγμένος ἐν οὐρανῷ, καὶ γραφὴ περικύκλῳ ταῦτα διαγορεύουσα, Ἐν τούτῳ τῷ σημείῳ πάντας νικήσεις τοὺς πολεμίους. *Et crux rurſus viſa fuit ſtellis affixa cœlo, & ſcriptura circum hæc edicens, In hoc ſigno omnes hoſtes vinces.* Imò idem & tertiò bello Scythico idem ſignum ei oblatum memorat lib. VII. cap. XLIX. Atque hæc ferè de hoc Crucis ſigno Clariſſ. Gothofredus in Diſſertat. ad Philoſtorgium.

Illud etiam non prætereundum, inter ſigna adventus Chriſti ad Judicium recenſeri *ſignum Crucis*. Qui ita ſtatuunt, id colligunt ex Matth. XXIV. 30. Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. *Et tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo.* Quæ tamen ſententia nihil aliud quàm conjectura quædam videtur. Imò, ut ſimpliciùs, ita veriùs cum magnis Theologis putamus, *ſi ſignum filii hominis* ipſe intelligatur *Filius hominis*: cujus conſpectus certiſſimum erit ſignum conſummationis mundi, & judicii extremi. Nec multùm ab hoc loquendi genere abludit, quod ad Roman. IV. 11. *Abraham* dicitur *accepiſſe ſignum circumciſionis*, hoc eſt, circumciſionem, quæ fœderis erat ſignum. Interim non diffitemur, priorem interpretationem ha-

Digitized by Google

habere, & multos, & magnos autores. Sanè Remaclus de Faulx, Theologiæ in Florinenſi Monaſterio profeſſor, in Harpocrate divino, ſive de conſummatione mundi parte II. ait: *Hoc ſigno crucem Chriſti ſignificari, tam Græci, quàm Latini, conſentientibus animis aſſeverant.* Et Lucas Pinellus Jeſuita, de altera vita, & animarum in ea ſtatu, lib. II. cap. XX. *Per hoc ſignum Filii hominis crucem ſignificari, omnes affirmant interpretes, tam Græci, quàm Latini.* Negare non poſſumus ſentire hoc modo Chryſoſtomum Homil. LXXVI. in Matthæum: Τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· τοῦτ' ἔστιν, ὁ σταυρὸς τοῦ ἡλίου φαιδρότερος ὤν. *Tunc apparebit ſignum Filii hominis in cælo, hoc eſt, Crux Sole fulgentior exiſtens.* Idem, Homiliâ LXXXIII. tom. V. pag. 576. hoc ipſum fusè aſſerit, ut & Homiliâ CXVII. tomi ejuſdem pag. 757. Theophylactus in cap. XXIV. Matth. pag. 146. Ὁ σταυρὸς τότε ὀφθήσεται ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπων, πρὸς ἔλεγχον τῶν Ἰουδαίων· ὥσπερ γάρ τι δικαίωμα μέγιστον ἔχων τὸν σταυρὸν, ἔρχεται κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Κύριος. καθάπερ εἴ τις λιθοπληγεὶς ἐπιδείκνυτο τὸν λίθον. Σημεῖον δὲ λέγει τὸν σταυρὸν, ὥσπερ τι τρόπαιον καὶ παράσημον βασιλικόν. *Crux tunc apparebit in cælo ſupra Solem fulgens, ad arguendos Judæos. Veniet enim Chriſtus contra Judæos habens crucem, ut magnam juſtificandi materiam & teſtimonium: veluti ſi quis lapide percuſſus, oſtendat lapidem. Signum autem dicit crucem, tanquam tropæum & inſigne regium.* In eandem ſententiam ſcribit Cyrillus Jeroſolymitanus Catecheſi XV. pag. 383. Auguſtinus, ſive alius, Serm. CXXX. de Tempore: Julianus Toletanus libro III. Prognoſt. cap. V. item Beda, Euthymius, & alii in cap. XXIV. Matth. Imo in Romanæ Eccleſiæ Canticis eſt, *Hoc ſignum crucis erit, cùm Dominus ad judicandum venerit.* Attamen quod Remaclus & Pinellus omnes ita cenſere arbitrantur, refellit Maldonatus in cap. XXIV. Matth. ubi ait: *Quod ſignum filii hominis vocet, auctoribus inter ſe non convenit. Origenes virtutem & gloriam, quam ſibi Chriſtus in cruce comparavit, ſignum filii hominis vocari putat, quaſi ſenſus ſit, omnes viſuros eſſe Chriſtum tanta cum gloria atque majeſtate venientem, ut dubitare non poſſint, eum verum eſſe judicem. Ad eundem ferè modum Hieronymus, Beda, victoriæ Chriſti vexillum intelligi poſſe putant. Auctor verò Imperfecti paſſionis ſigna, ut flagellorum vibices, clavorum cicatrices, ſignum filii hominis vocari dicit.*

De hac cruce quæri ſolet, cujus materiæ futura ſit. Sunt qui eam ipſam fore arbitrentur, de qua pependit Salvator. Nam omnes ejus particulas, per orbem diſperſas, eſſe colligendas & compingendas. Eſt hæc ſententia Waldenſis T. III. de ſacramentalibus tit. XX. cap. CLVIII. ac pro ſe adducit hæc Chryſoſtomi ex Homil. de Cruce & Latrone: *Crucem ſolam non reliquit in terra, ſed ſecum eam levavit ad cælum, & ideò cum ipſa veniet.* Sed aliorum judicium eſt, ex aëre luculentiſſimo crucem eſſe formandam: eamque tantæ quidem magnitudinis & ſplendoris, ut præſentiâ ſuâ Solem Lunamque obſcuret. Ita Anſelmus in Elucidario ſuo, item Abulenſis, atque alii, in capite XXIV. Matthæi.

Crucis ſigno ſe ſignare, vetus conſuetudo eſt. Teſtantur Patres, Chriſtianos in omnium rerum aggreſſione & inchoatione, boni ominis cauſſâ, Crucis ſigno, manu vel primoribus digitis formato, ſe muniviſſe. Hoc teſtatur Tertullianus lib. de Coron. milit. cap. II. pag. 289. *Ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcunque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam invenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix.* In aſſumtione Chriſtianiſmi de Martino ſic Paulinus:

Tranſiit ad ſacram conſtanti pectore legem,
Signavitque crucis ſanctam munimine frontem.

Hæc enim nota erat Chriſto militantium. Id confirmat Prudentius lib. II. contra Symmachum.

Hujus adoratis altaribus, & cruce fronti
Inſcripta, cecinêre tubæ. - - - -

Et receptiſſimum morem fuiſſe, docet Ennodius Epigrammate XVII. ubi de inſcriptionibus ædium:

Dicitur ex valvis ars, virtus, nomen, origo:
Nos frontis ſigno credimur eſſe Dei.

Chryſoſtomus Homil. XXI. ad populum Antiochenum, ſub finem: Ὅταν μέλλῃς ὑπερβαίνειν τὰ πρόθυρα τοῦ πυλῶνος, τοῦτο φθέγξαι τὸ ῥῆμα πρότερον· Ἀποτάσσομαί σοι Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, καὶ συντάσσομαί σοι Χριστέ. καὶ μηδέποτε χωρὶς τῆς φωνῆς ταύτης ἐξέλθῃς· τοῦτό σοι βακτηρία ἔσται, τοῦτο ὅπλον, τοῦτο πύργος ἀμάχος· μετὰ τοῦ ῥήματος τούτου καὶ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου διατύπωσον. *Januæ veſtibula tranſgreſſurus hoc priùs dic verbum: Abrenuncio tibi ſatana, & pompæ tuæ, & cultui tuo, & conjungor tibi Chriſte. Ne unquam abſque hac voce exeas: hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc verbo & crucem in fronte imprime.* Idem in Pſal. CX. Πάντες ἐπὶ μετώπου σταυρὸν περιφέρομεν, οὐ μόνον οὐκ αἰσχυνόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπιζόμενοι τούτῳ. οὐ γὰρ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τὰ διαδήματα περικείμενοι ἐπὶ τοῦ μετώπου ὑπὲρ τὰ διαδήματα αὐτὸν βαστάζουσιν. *Omnes in fronte crucem circumferimus, non ſolùm non erubeſcentes, ſed eâ etiam gloriantes. Non enim ſolùm privati, ſed & ipſi qui ſunt diademate redimiti, eam potiùs geſtant quàm diademata.* Addatur & Lactantii teſtimonium, qui lib. IV. de vera Sapientia, cap. XXVI. de Chriſto: *Extendit in paſſione manus ſuas orbemque dimenſus eſt: ut jam tunc oſtenderet, ab ortu Solis usque ad occaſum magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum ſub alas ſuas eſſe venturum, & ſignum illud maximum atque ſublime frontibus ſuis ſuscepturum.* Et mox: *Nam agnus candidus ſine macula Chriſtus fuit: id eſt, innocens & juſtus & ſanctus, qui ab hiſdem Judæis immolatus ſaluti eſt omnibus, qui ſignum ſanguinis, id eſt, crucis, quâ ſanguinem fudit, ſua in fronte conſcripſerunt. Frons enim ſummum limen eſt hominis: & lignum ſanguine delibutum crucis ſignificatio eſt.* Vide eundem cap. ſequenti & Hieronymum in cap. IX. Ezechielis. Hæc verò frontem ſignandi ratio non una eſt. Hæretici *Monophyſitæ unico ſe digito ſignabant*, ut unam in Chriſto naturam arguerent. Demetrius Cyzicenus de Jacobitis ad Conſtantinum Porphyrogennetam: Ἕτερον δὲ ἐφεῦρον καὶ τῷ ἑνὶ δακτύλῳ τὸ πρόσωπον σφραγίζεσθαι, ὡς τὴν μίαν ἐν Χριστῷ φύσιν πρεσβεύοντες, καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ τὴν χεῖρα κινοῦντες, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ τὸ ἀνάπαλιν, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά. *Tandem adinvenerunt unico digito faciem conſignare, unam in Chriſto naturam profitentes: idque non à dextris ad ſiniſtra, quemadmodum nos, ſed contrà à ſiniſtris ad dextra manum moventes.* Hoc in ipſis meritò damnandum: non tamen in orthodoxis, etſi & ipſi unum adhibuiſſe digitum deprehendantur, quia à Monophyſitarum hæreſi erant alieni. Modus ſignationis inter Græcos & Latinos longè diverſus eſt. Græci tribus primis manus dexteræ digitis extenſis, & inter ſe connexis, reliquis duobus intra palmam paululùm plicatis, frontem tangunt, & manum,

Digitized by Google

num, eodem modo digeſtam, verſus pectus extendunt; poſtea à dextera pectoris parte in ſiniſtram progrediuntur; tandem inclinato capite cum humeris, in faciem procumbunt. Hunc ritum deſcribit Damaſcenus, Hypodiaconus Theſſalonicenſis, Serm. XXV. qui eſt de adoratione Crucis: Ὁ καθεὶς χριστιανὸς κοντά του ἔχει τὸν σταυρὸν, πλὴν νὰ μὴν τὸν κάμνῃ ἀγνώσως καὶ ἀσκέπτως, ὡς τὸν κάμνουν οἱ περισσότεροι, ὁποῦ δὲν ἠξεύρουν, ἀλλὰ θέλει νὰ τὸ κάμνῃ, ὥσπερ εἶναι τὸ πρέπον τοῦ εὐλαβοῦς χριστιανοῦ· εἶναι τινὲς ὁποῦ ποτὲ εἰς τὸ βλέφαρόν τους, ποτὲ εἰς τὸν ὦμον τους, ποτὲ εἰς τὴν κοιλίαν τους βάνουν τὸ χέριν τους, καὶ κάμνουν τὸν σταυρὸν τους ἄγνωστα. Ὅταν βάλῃς τὸ χέριν σου πρῶτα εἰς τὸ βλέφαρον, ἔπειτα εἰς τὸν δεξιὸν ὦμον, εἰς τὸν ἀριστερὸν καὶ τότε τὸν θέσῃς εἰς τὴν κοιλίαν. Τί σταυρὸν ἔκαμες τότε, ὁποῦ αὐτὸς σταυρὸς δὲν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον παίγνιον εἶναι; ἀμὴ πῶς νὰ κάμῃς; χρεωστεῖ ὁ καθεὶς εὐσεβὴς χριστιανὸς, πρῶτα μὲν νὰ συμμαζώξῃ τὰ τρία του δάκτυλα διὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὸ μέγαν δάκτυλον, καὶ τὰ ἄλλα δύο ὁποῦ εἶναι κοντά του, ἔπειτα πρῶτον μὲν νὰ τὰ θέσῃ εἰς τὸ βλέφαρόν του, δεύτερον εἰς τὴν κοιλίαν του, τρίτον εἰς τὸν δεξιὸν ὦμον, καὶ τέταρτον εἰς τὸν ζερβὸν ὦμον· ὡσὰν κάμῃ οὕτζη, τότε σημειώνει τὸν ἀληθινὸν σταυρόν. *Unuſquiſque Chriſtianus prope ſe crucem habet, ſed caveat ne eam temerè & inconſideratè efficiat, quemadmodum illam potior pars inſciens atque imperita efficit. Sed illa facienda eſt uti decet pium Chriſtianum. Sunt nonnulli, qui aliquando in ſupercilio, aliquando in humero, aliquando in ventre manum admovent, & Crucem, ut ingenuè fateor, inſcienter conficiunt. Cùm primùm manum tuam appoſueris fronti, poſtea in humero dextro & ſiniſtro, tum demum in ventre; quámnam Crucem tu efformâſti, cùm Crux illa nulla ſit, ſed potiùs luſus? Attamen quánam eam ratione efformabis? Quilibet pius Chriſtianus debet primùm quidem tres digitos, propter ſanctam Triadem, primum & duos alios illi proximos, ſimul unire, deinde in ſupercilio ſeu fronte apponere, poſtea in ventre ſuo, tertio in humero dextro, & quarto in ſiniſtro. Cùm ita egerit, tùm verè Crucem effigiabit.* Latini verò, extentis omnibus digitis, à capite ad ventrem, perque ſiniſtram ad dextram, aliter atque Græci, manum deferunt; tum pollicem, indici ſuperpoſitum, ori admoventes, dioſculantur; ſicque Crucem abſolvunt. Id Græci in Latinis damnant. Synodus Sophiana Congreſſu IV. Ἐπὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ σταυροῦ ἄρχονται ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους· καὶ ὅμως ἡ γραφὴ τὸ δεξιὸν τοῦ ἀριστεροῦ, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς κρίσεως προκρίνει. *In charactere Crucis initium faciunt à parte ſiniſtra, & nihilominus ſcriptura dexteram ſiniſtræ, quemadmodum & in judicio præfert.* Georgius Coreſſius, Tractatu de erroribus Italorum: Προτείνεις ἐφ' ἑαυτῶν τὸν σταυρὸν σημειοῦντες ἐξ ἀριστερᾶς εἰς τὴν δεξιὰν τὴν χεῖρα κινοῦσι· τίνι δὲ τῶν πάντων ἄδηλον χρῆναι τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ ἀριστεροῦ προκρίνεσθαι, οἷα τὴν δύναμιν τοῦ ἀριστεροῦ ἔχον ἰσχυροτέραν δι' αἰτίαν καὶ τοῖς τῆς ἀνατομῆς ἐπιστήμοσιν εὔληπτον; *Præterea ſuper ſemetipſos Crucem ſignantes, à parte ſiniſtra in dexteram manum movent. Cui porrò ignotum eſt, oportere partem dexteram ſiniſtræ præferri, tanquam illi, quæ robur habeat ſiniſtrâ validius, propter cauſſam anatomes peritis bene notam?* Græcis adſtipulari videtur Innocentius Papa lib. II. de myſteriis Miſſæ, capite XLV; qui formandæ Crucis ſuo tempore apud Latinos modum Græcorum uſitatiorem fuiſſe tradit. Verba ejus ſunt: *Signum Crucis tribus digitis exprimendum eſt, ita ut à ſuperiori deſcendat in inferius, & à dextera tranſeat ad ſiniſtram.* Tum ſubdit: *Quidam tamen ſignum Crucis à ſiniſtra producunt in dexteram.* Vide L. Allatium de Eccleſ. Orient. & Occident. Conſenſu, lib. III. cap. XVIII.

Nec frontem tantùm Cruce ſignabant, ſed inſuper ædes, parietes, menſas, lectos; inſtrumenta etiam & inventaria, ubi tum ſubſcriptionis vim habebat. Chryſoſtomus Homilia CXXXIX. tom. V. quæ eſt εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, pag. 879. Πανταχοῦ τὸ σύμβολον ἡμῖν τοῦ σταυροῦ παρίσταται· διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ οἰκίας, καὶ ἐπὶ τῶν τοίχων, καὶ ἐπὶ τῶν θυρίδων, καὶ ἐπὶ τῶν μετώπων, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας μετὰ πολλῆς ἐπιγράφομεν αὐτὸν τῆς σπουδῆς. *Ubique ſymbolum Crucis nobis adeſt. Ob eam cauſſam & in ædibus, & in parietibus, & in feneſtris, & in frontibus, & in animo atque mente eam ſtudioſè depingimus & inſculpimus.* Et pag. 881. Τοῦτον καὶ ἐπὶ κλίνης, καὶ ἐπὶ τραπέζης προφέρομεν, καὶ πανταχοῦ ὅπερ ἂν ὦμεν. *Hanc & in menſa, & in lecto, & quocunque in loco ſumus, præferimus.* Conſtantinus M. militum ſuorum arma Crucis ſigno notavit. Sozomenus teſtis, lib. I. cap. VIII. pag. 13. a. Τὰ τῶν στρατιωτῶν ὅπλα τῷ συμβόλῳ τοῦ σταυροῦ κατεσήμαινε. Hieronymus in cap. IX. Ezechielis: *Antiquis Hebræorum literis, quibus uſque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau litera Crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur.* His poſtremis verbis, ut Clar. Rittershuſius monet, ſine dubio reſpexit Hieronymus ad morem veterum, qui tanta veneratione Crucis ſignum proſequebantur, ut inſtrumentis & inventariis appoſitum ſubſcriptionis vim haberet, plenamque faceret fidem. Notum id ex Jure Juſtiniano, maximè ex l. ult. §. *Sin autem dubius.* C. de jure delib. ubi hæres inventarium conficiens ſi rudis ſit literarum, nec ſua manu ſubſcribere poſſit, jubetur Notarium adhibere, qui in conſpectu teſtium ipſius vice ſubſcribat, dum tamen prius ipſe hæres venerabile ſignum Crucis apponat. Vide Novell. Juſtin. LXXIII. & XC. item Novell. Leonis LXXII. pag. 483. ubi pactum ſcripto comprehenſum, cui paciſcentes ſua manu τὸν θεῖον σταυρὸν, *ſanctæ Crucis ſignum* inſcripſerint, firmum eſſe jubetur, quamvis pœna ei non fuerit adjecta.

De ſigno Crucis humi non inſculpendo exſtat Canon LXXIII. Concilii in Trullo: Τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ δείξαντος ἡμῖν τὸ σωτήριον, πᾶσαν σπουδὴν ἡμᾶς τιθέναι χρὴ, τοῦ τιμὴν τὴν ἀξίαν ἀποδιδόναι τῷ δι' οὗ σεσώσμεθα τοῦ παλαιοῦ παραπτώματος· ὅθεν καὶ νῷ, καὶ λόγῳ, καὶ αἰσθήσει τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀπονέμοντες, τοὺς ἐν τῷ ἐδάφει τοῦ σταυροῦ τύπους ὑπό τινων κατασκευαζομένους, ἐξαφανίζεσθαι παντοίως προστάσσομεν, ὡς ἂν μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει τὸ τῆς νίκης ἡμῖν τρόπαιον ἐξυβρίζοιτο. Τοὺς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν σταυροῦ τύπον ἐπὶ ἐδάφους κατασκευάζοντας ὁρίζομεν ἀφορίζεσθαι. *Cùm Crux vivifica illud ſalutare nobis oſtenderit, nos omne ſtudium adhibere oportet, ut ei, per quem ab antiquo lapſu ſalvati ſumus, eum, qui par eſt, honorem habeamus. Unde & mente, & ſermone, & ſenſu adorationem ei tribuentes, Crucis figuras, quæ à nonnullis in ſolo ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis tropæum injuriâ afficiatur. Qui igitur deinceps Crucis ſignum in pavimento fecerit, eum excommunicari decernimus.* Exſtat & Conſtitutio Theodoſii & Valentiniani lib. I. Cod. Juſt. cujus epigraphe, quæ integram abſolvit ſententiam, hæc eſt: *Nemini licere ſignum Salvatoris Chriſti humi vel in ſilice, vel in marmore aut inſculpere, aut pingere.* Ejuſdemque & Tiberius Imperator meminit apud Paulum Diaconum: *Crucem Domini, quâ frontem noſtram & pectora munire debemus, eam ſub pedibus conculcamus?*

Aliquid tandem addendum *de adoratione Crucis.* Eam ad ipſius Ignatii tempora referunt Pontificii exiſtimantes, ſe hujus rei certiſſima veſtigia habere in epiſtola ad Philippenſes, ubi hæc leguntur, pag. 36. Ὁ δὲ

ἄρχων

Digitized by Google

ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου χαίρει ὅταν τὶς ἀρνῆται τὸν σταυρόν. ὄλεθρον γὰρ ἑαυτοῦ γινώσκει, τὴν ὁμολογίαν τοῦ σταυροῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τρόπαιον κατὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως· ὅπερ ὁρῶν φρίττει, καὶ ἀκούων φοβεῖται. *Princeps enim mundi hujus gaudet, cùm quis Crucem negârit, cognoſcit enim Crucis confeſſionem, ſuum eſſe ipſius exitium. Id enim tropæum eſt contra ipſius potentiam, quod ubi viderit, horret, & audiens timet.* Verùm loquitur Ignatius de cruce Chriſti, quam tropæum potentiæ Diaboli, & terrorem ipſius appellat. Non ergo ad Crucis ſignum hæc referenda ſunt. Loquitur Ignatius de ea Cruce, quam Hæretici negabant, Catholici confitebantur. Ὁ γὰρ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, inquit, χαίρει, &c. Hæretici autem tempore Ignatii negabant non crucem ligneam, aut ſignum alioquin illius: ſed crucifixionem Domini, ut ex Ignatio patet. Loquitur de ea Cruce, quæ poteſt ὁρᾶσθαι καὶ ἀκούεσθαι, quæ non ſolùm videri, ſed etiam audiri poteſt: quorum illud in lectione verbi Dei & Euchariſtiæ Sacramento fit, ubi Chriſtus crucifixus κατ' ὀφθαλμοὺς προεγράφη, *coram oculis depictus eſt*, ait Apoſtolus ad Galat. III. 1. adeò ut ibi Crux videri poſſit non ſolùm à fidelibus, ſed etiam ab infidelibus & hæreticis, qui οἶκον ἔχουσι τὸν διάβολον, *in quibus Diabolus habitat*, ut Ignatius, & poſt eum alii loquuntur: poſterius autem ad verbi auditum refertur. Loquitur de ea Cruce, quam ne pro ſigno accipias, indicat ſe totam extremam Domini paſſionem intelligere, cùm inquit, Diabolum quidem initiò, antequam crux fieret, ſtuduiſſe ut fabricaretur, ſed poſtea πάντα πραγματεύεται τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν, *crucifixionis opus ut intermittatur*, ſeu *ut ceſſet, procurare conatur*. Loquitur de ea Cruce, quæ eſt Diabolo ἀρχὴ καταδίκης, ἀρχὴ θανάτου, ἀρχὴ ἀπωλείας, *principium condemnationis, principium mortis, principium perditionis ejus*. Loquitur denique de ea Cruce, quam hæreticos eatenus negare dicit inſtinctu Diaboli, dum τὸ πάθος ἐπαισχύνονται, τὸν θάνατον δόκησιν καλοῦσιν, &c. *eos paſſionis pudet, mortem Chriſti opinionem vocant, &c.* Quæ omnia, S. Ignatium de paſſione Chriſti, non de Crucis ſigno loqui, luce meridiana clarius indicant. Simili modo intellige Epiphanium Hæreſi XXX. loquentem de muliere veneficia evitante, poſtquam credidiſſet, & ſe cruce ſignâſſet, ubi dicit Epiphanius, διὰ τῆς σφραγῖδος τοῦ Χριστοῦ καὶ πίστεως ἐβοηθήθη, &c. *per ſignum Chriſti, & fidem auxilium conſecuta eſt, &c.* ubi de ſigno loquens, rei ſignatæ, hoc eſt, Chriſti crucifixi virtutem intelligit, ut ex ipſo Epiphanio patet, cùm dicit, Deum eo modo demonſtrâſſe τὰ αὐτοῦ θαυμάσια, *miracula ſua*. Huc referri debent ea, quibus ſub voce Εἰκὼν, ſub lit. *A.* probavimus, *Quatuor prioribus poſt Chriſtum natum ſeculis Eccleſiam Chriſtianam neque Dei, neque ſanctorum imagines coluiſſe*: ac proinde uſque ad Conſtantinum M. nullum in Eccleſia Chriſtiana locum fuiſſe religioſæ dedicationi aut adorationi imaginum, vel etiam Crucis, quæ in Eccleſia Romana, ut Chriſti imago, proponitur adoranda. Neque oſtendi poteſt ex ullo probato autore, fabricatas eſſe in Eccleſia Chriſtiana ex ligno, vel auro, aliâve materiâ, aut coloribus depictas, in Chriſtianorum Oratoriis, Cruces, toto illo trium ſeculorum decurſu. In uſu quidem fuit ſignum Crucis, ut jam vidimus, impermanens etiam ante Conſtantinum. Eo autem uſi ſunt Chriſtiani, non ut adorando, nec ut operativo ex opere operato, ſed ut externâ quadam profeſſionis ſuæ teſſerâ, & geſtu precandi. Deinceps verò Crucis adorationem paulatim in Eccleſiam irrepſiſſe, non diffitemur. Patet hoc ex Can. LXXII. Concilii in Trullo, quem ſuprà adduximus: patet ex I. epiſtola Photii, pag. 16. 17. Τὸν τίμιον σταυρὸν προσκυνοῦμεν, ἐν ᾧ τὸ δεσποτικὸν ἐξετανύσθη σῶμα, καὶ τὸ τοῦ κόσμου καθάρσιον ἀνέβλυσεν αἷμα· καὶ ἡ τοῦ ξύλου φύσις ταῖς ἐκεῖθεν ῥοαῖς ἀρδευθεῖσα, τὴν ἀγήρω ζωὴν ἐβλάστησεν ἀντὶ τοῦ θανάτου. Οὕτω τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ προσκυνοῦμεν, δι' οὗ δαιμόνων ἐλαύνεται στίφη, καὶ πάθη θεραπεύεται ποικίλα· τῆς ἅπαξ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ χάριτος καὶ δυνάμεως ἐνεργηθείσης καὶ μέχρις αὐτῶν τῶν τύπων, μετὰ τῆς ὁμοίας ἐνεργείας συμπροϊούσης, &c. *Venerabilem Crucem adoramus, in qua Domini corpus extendebatur, unde ſanguis ille ebullit, quo mundus mundabatur: ligni autem natura illius ſtillicidiis irrigata pro morte vitam haud ſeneſcentem egerminavit. Ad hunc modum Crucis adoramus effigiem, per quam agmina dæmonum fugantur, & varii morbi ſanantur: nimirum illâ gratiâ & potentiâ, quæ prima vice operata eſt in exemplari, usque ad imagines & repræſentationes cum eadem met vi & operatione progrediente.* Damaſcenus lib. IV. orthod. fidei, cap. XII. pag. 306. Προσκυνοῦμεν τὸν τύπον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, εἰ καὶ ἐξ ἑτέρας ὕλης γένηται, οὐ τὴν ὕλην τιμῶντες, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὸν τύπον, ὡς Χριστοῦ σύμβολον. *Adoramus figuram precioſæ & vivificæ Crucis, tametſi ex alia materia facta eſt, non materiam venerantes, abſit, ſed figuram tanquam Chriſti ſignum.* Alia non addimus, ſed hoc tantùm monemus, Andream Rivetum Catholici ſui Orthodoxi Tract. II. Quæſt. XIX. & XX. quæcunque de ſigno Crucis ſcitu ſunt neceſſaria, ſolidè tractare, ejusque & uſum & abuſum perſpicuè proponere: quò etiam Lectorem volumus ablegatum.

Σταυροφόρος.

Σταυροφόρος, *cruciger*. In hiſtoria Concilii Florentini & in Eccleſia Conſtantinopolitana, σταυροφόροι, ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας, & ἐξωκατάκηλοι ſunt tria nomina idem ſignificantia. Conc. Florent. Sect. II. cap. XXII. pag. 18. Εἶτα μανθάνει τοῦτο ὁ Βασιλεὺς, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν παλατιανὴν, συνάγει ἐκεῖσε ὀλίγους τινὰς ἔκ τε τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν σταυροφόρων. *Id ubi intellexit Imperator, rectà Palatianam ad matris conclave proficiſcitur, eoq; convocat aliquot è numero Archiepiſcoporum & Crucigerorum principum.* Cap. XXV. ejusd. ſect. pag. 22. Ἐκάθισαν δὲ καὶ οἱ δηλωθέντες, καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ Πατριάρχου, οἱ σταυροφόροι, καὶ ὀλίγοι τῶν συγκλητικῶν. *Accubuerunt etiam quos nuper nominavi, cum principibus Patriarchæ Cruciferis, & aliquot ſenatoribus.* Sect. ejusd. cap. XXVII. pag. 25. Μετὰ δὲ παραδρομὴν ὀλίγων ἡμερῶν συναθροίζει ἡμᾶς τοὺς σταυροφόρους ὁ Πατριάρχης. *Poſt elapſum dierum aliquot ſpatium Patriarcha nos Cruciferos ad ſe vocari curavit.* Ex his patet autorem hujus hiſtoriæ quoque fuiſſe unum τῶν σταυροφόρων; inter præcipuos Patriarchæ conſiliarios, & Eccleſiæ principes, qui quinque tantùm numero, quinque ſenſibus Patriarchæ ſunt comparati, ac alio nomine ἐξωκατάκηλοι dicti, ut paulò antè ſubinnuimus. Cap. eod. pag. 26. Ἐκ τῶν σταυροφόρων, ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, καὶ ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης. *E cruciferis magnus Patriarchæ ſcriniarius, & magnus Eccleſiarcha.*

Σταυρώσιμος.

Σταυρώσιμος *ad crucifixionem pertinens.* Typicum Sabæ pag. 6. Σταυρώσιμον κάθισμα. Vide Κάθισμα. Pſellus de operat. Dæmon. paſſionis Dominicæ Hebdomadam vocat σταυρωσίμους ἡμέρας, *Crucifixioni adſcriptos dies.* Κατὰ γὰρ τὰς σταυρωσίμους τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὴν τὴν παρ' ἡμᾶς σεπτὴν ἀνάστασιν οὐδὲν, οὐδ' ἂν πολλὰ προθυμῶμαι ἀπηχεῖν ἐθέλει. *Siquidem ſub Crucis paſſionisq; dies, atque ipſam adeò nobis venerandam reſurrectionem, nihil omnino mihi, quamlibet exoptanti, ſuggerere vult.* Alias horum dierum appellationes vide in Ἡμέρα, num. I. 4.

Στεγονόμιον.

Non habent Lexica. Eſt *precium locationis, merces ex locatione.* Conſtit. Eccleſ. Collect. lib. III. ex Novellis: Ἡ ἐκκλησία Ἱεροσολύμων, ὃς ἔχει ἐν τῇ αὐτῇ πόλει πεπραχέτω οἴκους, εἰς ν' ἔτη τοῦ ἀθροιζομένου ἐτησίου στεγονομίου. *Eccleſia Jeroſolymitana quas habet in ipſa civitate domos, precio vendat æquante penſiones annuas, quæ annis quinquaginta ex iis colliguntur.*

Στέργω.

Στέργειν inter alia ſignificat, *acquieſcere, contentum eſſe.* Iſocrates ad Demonicum: Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίονα. *Præſentibus quidem acquieſce, meliora verò quære.* Plut. Antonio: Νυνὶ δὲ τὰ παρόντα στέργωμεν. *Nunc rebus præſentibus contenti ſimus.* Theodoretus Therapeut. ſerm. I. pag. 480. Ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, τέχνην μαθεῖν ἐθέλων τινά, φοιτᾷ μὲν τοῖς διδάσκειν ἐπισταμένοις, στέργει δὲ τὰ προσφερόμενα παρ' ἐκείνων μαθήματα. *Omnes homines, qui artem quampiam diſcere cupiunt, ad eos ſe conferunt, qui docere ſciunt, & quæ ab illis docentur, ampleƈtuntur,* vel *iis acquieſcunt.* Paulò pòſt: Καὶ ὁ μὲν ἔχει τῶν γινομένων τὴν γνῶσιν, ὁ δὲ στέργει τὴν πίστιν. Hæc malè vertit Acciaolus: *Atque horum alter quidem diſciplinas colit, alter fidei innititur:* cùm vertendum potiùs fuerit, *documentis acquieſcit, & fide contentus eſt.* Hoc enim eſt, quod prius dixerat, Πιστεύει τοῖς λεγομένοις, καὶ οὐκ ἀντιλέγει διδάσκοντι. *Credit iis, quæ dicuntur, nec docenti contradicit.* Iſocrates in Panathen. Ἀνάγκη στέργειν τοῖς ἤδη συμβεβηκόσιν. *Iis quæ jam obtigerunt acquieſcere neceſſe eſt.* Chryſoſtomus Homil. XXIX. in I. ad Corinth. Στέργε, καὶ χαῖρε ὑπὲρ ὧν ἔλαβες, καὶ μὴ δυσχέραινε ὑπὲρ ὧν οὐκ εἴληφας, ἀλλὰ καὶ ὁμολόγει χάριν, ὅτι μὴ μείζονα ἔλαβες τῆς δυνάμεως τῆς σῆς. *Sis contentus, & lætare ob ea quæ accepiſti, nec ægrè feras quòd alia non acceperis, ſed etiam gratias age, quòd non acceperis majora viribus tuis.* Idem Homil. XXXIV. t. V. pag. 220. Ὁ Χριστὸς ηὔξατο παιδεύων ἡμᾶς εὔχεσθαι, καὶ ἀεὶ ζητεῖν τῶν δεινῶν τὴν ἀπαλλαγήν. Εἰ δὲ μὴ ἐγχωροίη, στέργειν τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα. *Chriſtus oravit docens nos orare, & ſemper à malis liberationem petere: eam verò ſi impetrare non liceat, iis, quæ Deo placent, acquieſcere.* Et Homil. XXXVI. tomi ejusdem, pag. 235. Τοὺς τοῖς οἰκείοις ἀρκουμένους, καὶ στέργοντας τὰ ἑαυτῶν, κἂν ἁπάντων ὦσιν ἀπορώτεροι, πάντων εὐπορωτέρους εἶναι χρὴ νομίζειν. *Eos qui propriis contenti ſunt, & ſuis acquieſcunt, quamvis omnium ſint pauperrimi, omnium ditiſſimos exiſtimare oportet.* In Concilio Florentino ſæpiùs adhibetur hoc verbum. Quando enim quæſtio, utrùm quis decretum aliquod Synodicum approbet; qui id approbavit, reſpondit, Στέργω. Sect. VIII. cap. V. pag. 223. Ἐβόησαν, ἀρέσκει, καὶ στέργομεν. *Clamârunt, placet, & acquieſcimus.* Εἶπον οἱ πλέους, στέργομεν, καλόν ἐστι. *Dixerunt plures, acquieſcimus, bonum eſt.* Στέργειν τὰ δεδογμένα. *Sancitis acquieſcere.* Sect. XII. cap. III. pag. 333. Ὑμεῖς στέργετε τὴν ἕνωσιν, ἐγὼ δ' οὐ στέργω αὐτήν. *Vos in unione acquieſcitis, ego in illa non acquieſco.* Πῶς ἂν ἔνεστι γενέσθαι με πατριάρχην, ἐπεὶ οὐ στέργω τὴν ἕνωσιν; *Quomodo igitur fieri poteſt ut ego Patriarcha eligar, cùm unionem non ampleƈtar?*

Στεφάνη.

Quid στεφάνη ſit, ex Lexicis ſatis notum eſt. Apud Græcos recentiores eſt *corona in vertice capitis ſacerdotum.* Conſtantinus epiſt. ad Silveſtrum. Ὑπὲρ τὴν στεφάνην, ἤτοι τὴν παπαλήθραν, ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου οὐκ ἤθελε βαστάζειν στεφάνην ἐκ χρυσίου, καὶ μαργαριτῶν. *Super coronam, ſive Papalethram, quam gerebat ad gloriam Dei & ſancti Petri nolebat geſtare coronam ex auro & margaritis.* Dicitur aliàs Γαμβρεία & Παπαλήθρα, ut ſuis habet locis.

Στέφανος.

I. Στέφανος idem quod στέμμα & στέφος, ejusdemque originis, id eſt, *Corona, ſertum.* Ita jam olim quoque, & adhuc hodierno die apud Græcos ſponſis corona fuit impoſita, & imponitur. Hæc corona vocatur στέφανος νυμφικὸς, *Corona nuptialis.* De hoc ritu Critopulus in Confeſſ. fidei cap. XII. Ὁ πρεσβύτερος ἐγχειρίζει τούτοις τοὺς δακτυλίους ἀλλήλων· τοῦ μὲν νυμφίου τῇ νύμφῃ, τῆς δὲ νύμφης τῷ νυμφίῳ. Εἶτ' ἀλλήλων τὰς δεξιὰς συνάψας, ἐπιτίθησι ταῖς ἐκείνων κεφαλαῖς στεφάνους ἐξ ἀειθαλοῦς φυτοῦ. *Presbyter illis invicem annulos in manus tradit: ſponſi quidem annulum, ſponſæ: at ſponſæ annulum dat ſponſo. Mox dexteris inter ſe junctis coronas è plantis perpetuò virentibus, ipſorum capitibus imponit.* Rationem paulò pòſt ita exponit: Ἡ τῶν στεφάνων ἀνάδοσις βραβεῖον ὥσπερ τῆς ἐκκλησίας τούτοις βραβευούσης, ὅτι καταπτύσαντες τὴν κλεψογαμίαν, ἤγουν τὴν πορνείαν, καὶ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν συνουσίας, τὰς ἀλόγοις ζώοις μᾶλλον προσηκούσας ἢ λογικοῖς ἀνθρώποις, ηὐδόκησαν εἷς μιᾷ συναφθῆναι κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ. *Sertorum diſtributio tanquam præmium victoriæ eſt, quod ipſis Eccleſia ſuppeditat, eò quòd deteſtati furtivas nuptias, videlicet ſcortationem & promiſcuos concubitus, irrationalibus potiùs animalibus, quàm hominibus ratione præditis convenientes, optimum duxerint, ut unus uni ſecundum voluntatem Dei copularetur.* Idem nos ex veteribus eleganter docet Chryſoſtomus Homil. IX. in I. ad Timoth. pag. 284. Ait enim fieri, quòd quaſi triumphum ducant de libidine, quâ ſuperiores extiterunt, ut veluti victores caſti in ſuum thalamum ingrediantur. Non convenire igitur, ut coronam geſtet, qui caſtitate prodita libidinoſis voluptatibus ſuccubuit. Verùm præſtat ipſummet audire Chryſoſtomum. Διὰ τοῦτο στέφανοι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιτίθενται, σύμβολον τῆς νίκης, ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι, οὕτω προσέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Εἰ δὲ ἁλοὺς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς πόρναις ἑαυτὸν ἐκδῷ, τίνος ἕνεκεν λοιπὸν καὶ στέφανον ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἡττημένος; *Propterea coronæ imponuntur capitibus, ut victoriæ ſigna ſint, quòd ſcilicet à libidine non victi, ita demum cubiculum ingrediantur, quia à voluptate ſuperati non ſunt. Quodſi quipiam à libidine ſuperatus ſe ipſum ſcortis addixerit, cujus jam rei gratiâ coronatus incedat, qui libidini ſuccubuerit?* Tertullianus de Corona militis cap. XIII. pag. 293. *Coronant & nuptiæ ſponſos: & ideo non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriam uſque deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt.* De hodiernis etiam Græcis Cruſius in Turco-Græcia, lib. III. pag. 239. *Virgines & ſponſæ Græcorum coronas geſtant, quando nuptiæ celebrantur: in loco ſeparato fœminæ ſedent: & in alio conclavi mares, ad longam tabulam: ſponſa, cùm accipit munera in medio τῆς γυναικωνίτιδος ſedet cum aurata in capite corona.* Huc pertinet, quòd *ſponſa* ad virum iter parans, ex verbena, quæ Veneri dicata eſt, & floribus herbisque à ſe lectis, *corollam* texere ſoleat, eamque ſecum deferre; nam emta geſtare ſerta vitio dabatur. Idem quòd ſponſus domi illam operiens, paratu magno januam coronare, multóque lauro exornare ſoleat, quemadmodum auctor eſt Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib. II. cap. V. Confer vocem Στεφάνωμα.

II. Στέφανος, *Corona* eſt inſigne eorum, qui vicerunt: nam coronâ decorantur in præmium victoriæ, I. Corinth. IX. 25. & II. Tim. II. 5. Ad poſteriorem locum vide dicta in voce Νομίμως. Sic *Corona* promittitur & datur fidelibus vincentibus Apoc. III. 11. per quam intelligitur vita æterna, ſeu gloria & felicitas cœleſtis. S. Paulus, morti jam proximus, quâ conſignaturus erat fidem omnium

Digitized by Google

omnium à ſe prædicatorum, ſcribit ad Timotheum, II. epiſt. IV. 8. Λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. *In reliquo mihi repoſita eſt corona juſtitiæ.* Corona illa gloriam & quietem æternam ſignificat ſine omni labe aut detrimento. Nam ita ſapientes Judæi vitam æternam nobis depingunt, ut *vacantes ſoli Deo æternâ gloriâ coronati* ſimus victuri. Scholiaſtes libri, qui dicitur Aboth: *In ſeculo animarum non eſt cibus, neque potus: ſed juſti ſedent, & coronæ ipſorum ſuper capita eorum.* Et profana ſapientia eadem coronatione felicitatem certaminis jam expertem circumloquitur. Sic enim de Elyſiorum camporum incolis Poetæ. Apud Chriſtianos verò *corona* ipſam æternam felicitatem deſignat. Sedulius lib. II.

Continuus ſine nocte dies, ubi principe Chriſto,
Nobile perpetuâ caput amplectente coronâ,
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.

Juvencus lib. IV.

Hæc inter ſi quis protectum à vulnere pectus
Ad finem ſervare queat, ſublimia lucis
Æternis vitæ ſertis redimitus adibit.

Et *coronare*, vitâ æternâ donare. Radulfus Ardentius Epiſt. Nat. *Princeps pacis juſtos coronando, & pravos damnando.* Græci etiam per στεφάνους vitam æternam innuere volunt. Chryſoſtomus Homil. V. in epiſt. ad Hebræos. pag. 459. Ἐκεῖ οἱ στέφανοι, ἐκεῖ αἱ κολάσεις. *Ibi ſunt coronæ, ibi pœnæ.* Idem de Virginitate, cap. LXXXIV. t. VI. pag. 296. Ὅταν ἀποδημήσωμεν ἐντεῦθεν οὐκέτι πόνων, οὐδὲ ἀγώνων ὁ καιρὸς, ἀλλὰ στεφάνων καὶ κολάσεων. *Poſtquam hinc migraverimus, non ampliùs laborum ac certaminum, ſed coronarum & pœnarum tempus erit.* Et Homil. V. de Pœnitentia, t. VI. pag. 792. Οὐκ ἔστι μετὰ τὴν πάροδον τοῦ βίου πραγματεύσασθαι. οὐκ ἔστι μετὰ τὴν τοῦ θεάτρου ἀπόλυσιν στεφανωθῆναι. Οὗτος ὁ καιρὸς μετανοίας, ἐκεῖνος κρίσεως. οὗτος ὁ καιρὸς τῶν ἀγώνων, ἐκεῖνος τῶν στεφάνων· οὗτος κόπου, ἐκεῖνος ἀνέσεως· οὗτος καμάτου, ἐκεῖνος ἀνταποδόσεως. *Nemo poſt hanc vitam negotiari poteſt: nemo poteſt ſoluto theatro coronari. Hoc tempus, pœnitentiæ tempus eſt, illud judicii. Hoc tempus, certaminum tempus eſt, illud coronarum. Hoc laboris, illud relaxationis: hoc defatigationis, illud retributionis.* Hoc autem exinde ductum eſt, quòd in miſſionibus hiſtrionum, aut alioqui ludionum corona dabatur emeritis, ut vacantes deinceps à muneribus conſuetis, gloriæ partæ indicio à cæteris honorarentur. Arnobius lib. IV. *Et quòd nullis poſſit ſatisfactionibus expiari, exoletis atque irriſoribus numinum dona inſtituuntur & munera; ab officiis otium publicis, immunitas & vacatio cum coronis.*

III. Στέφανος in capite ſacerdotis idem quod στεφάνη. Quid autem denotet, ita explicat Germanus in Theoria Eccleſ. pag. 149. Ὁ ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ ἱερέως περικείμενος διπλοῦς στέφανος ἐκ τῆς τῶν τριχῶν σημειώσεως, εἰκονίζει τὴν τοῦ ἀποστόλου Πέτρου τιμίαν κάραν, ἥν ἐν τῷ τοῦ Κυρίου καὶ διδασκάλου κηρύγματι ἀποσταλεὶς, καὶ καρεὶς ὑπὸ τῶν ἀπειθησάντων τῷ λόγῳ, ὡς ἐμπαιζόμενος ὑπ' αὐτῶν, ταύτην ὁ διδάσκαλος Χριστὸς εὐλόγησε, καὶ ἐποίησε τὴν ἀτιμίαν τιμὴν, καὶ τὴν χλεύην εἰς δόξαν· καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον, οὐκ ἐκ λίθων τιμίων, ἀλλὰ τῷ λίθῳ καὶ τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐκλάμπουσαν ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον καὶ λίθους τιμίους· κορυφὴ γὰρ κεκαλλωπισμένη, καὶ στέφανος, τοῦ δωδεκαλίθου, οἱ ἀπόστολοί εἰσι· πέτρα δὲ ὁ παναγιώτατος ἀπόστολος ὑπάρχει ἀρχιεράρχης τοῦ Χριστοῦ. *Duplex corona circumpoſita capiti ſacerdotis, ex capillorum ſignificatione, imaginem refert venerandi capitis Apoſtoli Petri, quæ, cùm miſſus eſſet ad prædicationem Domini & magiſtri, ei tonſa eſt ab iis, qui ejus ſermoni non credebant, ut illuderetur ab ipſis, eiq; magiſter Chriſtus benedixit, & infamiam in honorem, illuſionem in gloriam convertit, & poſuit ſuper caput ejus coronam, non ex lapidibus precioſis, ſed lapide & petra fidei ejus fulgeſcentem ſuper aurum & topazium, & lapides precioſos. Vertex enim ornatus, & corona duodecim lapillorum Apoſtoli ſunt: petra verò ſanctiſſimus Apoſtolus eſt primus hierarcharum Chriſti.*

IV. Στέφανος eſt nomen proprium Viri, pleni Spiritu Sancto ac fide, qui unus erat ex ſeptem Diaconis Eccleſiæ Apoſtolicæ, Act. VI. 5. Ejus varia epitheta & elogia, apud Patres obvia, paucis ſubjungimus. A Chryſoſtomo, Homil. LXIII. t. VI. vocatur ἀπαρχὴ τῶν μαρτύρων, *primitiæ martyrum.* Ita etiam à Cyrillo Alexandr. ad v. 2. cap. XVI. Joh. pag. 913. Iterum à Chryſoſtomo, loco citato, πρωτομάρτυς, & πρωτομάρτυς, ab Ephræm, Patriarcha Theopolitano, in Biblioth. Photii, pag. 796. Rurſus à Chryſoſtomo Orat. I. in Stephanum, ἡ κορυφὴ τῶν μαρτύρων, ὁ στέφανος τῶν ἐκκλησιῶν, *martyrum vertex, corona Eccleſiarum.* Et Orat. II. Ὁ τῆς ἐκκλησίας κόσμος, ὁ τῆς εὐσεβείας ἀθλητὴς, ὁ τῶν μαρτύρων ἔξαρχος, τῶν χηρῶν προστάτης, τῶν πεινώντων τροφεὺς, τῶν καταπονουμένων ἀντιλήπτωρ, ὁ φρουρὸς τῆς ἁγίας Χριστοῦ πόλεως, ὁ τῶν καλῶν διακόνων στέφανος, ὁ στῦλος τῆς ἐκκλησίας, τὸ τῶν μαρτύρων ἀγλάισμα, τὸ τῆς οἰκουμένης καύχημα, τὸ ἑδραίωμα τῆς πίστεως· πρωτοαθλητὴς Χριστοῦ. *Eccleſiæ ornamentum, pietatis athleta, martyrum princeps, viduarum patronus, eſurientium altor, oppreſſorum propugnator, ſanctæ Chriſti civitatis cuſtos, bonorum Diaconorum corona, Eccleſiæ columna, Martyrum ſplendor, totius orbis gloria, fidei fulcrum; primus Chriſti athleta.* Idem, Homil. LXXXIII. t. V. pag. 578. Ὁ πρῶτος ἀνοίξας τὰς τοῦ μαρτυρίου θύρας. *Qui primus Martyrii fores aperuit.* Et Homil. CXXIV. tomi ejuſd. pag. 816. θεοκόλλητος στέφανος, *Deo adhærens Stephanus.* A Theodoreto vocatur καλλίνικος Στέφανος, *egregius victor Stephanus:* τῶν μαρτύρων ὁ πρῶτος, *primus inter Martyres.* De eo Greg. Nyſſenus, Orat. de S. Stephano, t. III. pag. 354. Ὁ μέγας Στέφανος, πρῶτος τὸν στέφανον τῆς ὁμολογίας ἀναδησάμενος, πρῶτος τῷ χορῷ τῶν μαρτύρων ὁδοποιήσας τὴν εἴσοδον, πρῶτος ἀντικαταστὰς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν μέχρις αἵματος. *Magnus ille Stephanus, qui primus corona confeſſionis redimitus eſt, qui primus choro Martyrum aditum patefecit, qui primus uſque ad ſanguinem peccato adverſatus eſt.* Ab Iſidoro Peluſiota, epiſt. CCCCXLVII. lib. I. pag. 114. ἀριστεὺς καὶ ἀρχιστράτηγος τῶν καλλινίκων μαρτύρων. *Strenuus ac virtute præſtans, & palmariorum martyrum dux.* A Photio, epiſt. CXVII. pag. 158. Ὁ καλλίνικος στέφανος, καὶ πρῶτος τῶν Χριστοῦ μαρτύρων. *Stephanus ille Martyrii lemniſcis & adoreâ glorioſus, primus inter Chriſti martyres.* A Damaſceno lib. IV. Orthod. fidei, cap. XVI. pag. 339. Ταξίαρχος, ὁ πρωτοδιάκονος Χριστοῦ καὶ ἀπόστολος καὶ πρωτομάρτυς Στέφανος. *Dux exercitus primus ille Chriſti diaconus & Apoſtolus, & primus martyr Stephanus.* Ab Euthalio Diacono, prologo in epiſt. ad Romanos, apud Oecumenium, pag. 237. itidem vocatur ἀπόστολος καὶ μάρτυς. In Typico Sabæ, cap. XXVI. pag. 57. Πρωτομάρτυς, ἀρχιδιάκονος, ἐν οὐρανοῖς ἀθλητῶν προοίμιον, τῶν μαρτύρων ὁ πρωταθλος. *Primus martyr, princeps Diaconorum, in cœlo athletarum principium, martyrum primus athleta.* A Theophane, Homil. L. pag. 343. Ὁ πρῶτος τῆς μαρτυρικῆς φάλαγγος. *Phalangis martyrum anteſignanus.*

Στεφάνωμα.

Στεφάνωμα eſt *coronamentum.* Athenæus lib. XV. *Cratinus,* inquit, *locum appellavit* στεφάνωμα, διὰ τὸ πάντα

τὰ

χηρὰ vocat Cyrillus Jeroſ. Catech. Illuminat. IV. pag. 37. Polychronius in Prolegomenis in Jobum eodem modo: Καὶ ὥσπερ παρὰ τοῖς ἔξω ποιητικὰ κωμικά, ἢ τραγικά, οὕτω παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ στιχηρὰ βιβλία ὑπό τι μέτρον Ἑβραϊκὸν ἐλέχθη, ὧν ἓν καὶ τοῦτο τυγχάνει. *Et quemadmodum apud profanos Scriptores Comica, vel Tragica ſcripta, Poëtica vocantur; ita in divina Scriptura libri* στιχηροὶ *dicuntur, qui metro quodam Hebraico conſtant, ex quorum numero hic eſt.* Apud recentiores Græcos στιχηρὰ etiam ſunt certa Cantica, quorum frequens in libris Liturgicis mentio. Paracletice: Ψάλλομεν στιχηρὰ ἀναστάσιμα τοῦ ὀκτωήχου γ΄, καὶ ἀνατολικὰ δ΄, καὶ τοῦ μηναίου γ΄, ἢ δ΄, ἢ ς΄. Ibid. στιχηρὰ δεσποτικά. Item, στιχηρὰ ἀνατολικά. Item, στιχηρὰ ἀποστολικά. In Typico Sabæ reperiuntur στιχηρὰ ἀποστολικά, ἀναστάσιμα, μαρτυρικά, ἀνατολικά, κατ᾽ ἀλφάβητον, ſive, τοῦ ἀλφαβήτου, τοῦ στίχου, τοῦ μηναίου.

Στιχολογέω.

Non habent Lexica. Significat *verſibus loquor, verſus recito.* Frequentiſſimum verbum in Ritualibus Græcorum. Triodium: Ἰστέον δέ, ὅτι ἡ πρώτη ὥρα, καὶ ἡ ἐννάτη, οὐ στιχολογεῖται ἐν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι, ἀλλὰ μόνον ψάλλεται τρίψαλμος, ἡ δὲ τριθέκτη στιχολογεῖται. Huc pertinet στιχολογία. Typicum Sabæ cap. XXXVII. Συνάπτεται δὲ καὶ ἡ πρώτη ὥρα, ἥτις στιχολογίαν μὲν οὐκ ἔχει, ψάλλεται δὲ συνήθως τρίψαλμος.

Στίχος.

I. Στίχος in re Poëtica eſt *verſus*, cujuscunque ſit generis, & quibuscunque conſtet partibus. Eum ſic deſcribit Hephæſtio: Στίχος ἐστὶ ποσὸν μέγεθος μέτρου, ὅπερ οὔτε ἔλαττόν ἐστι τριῶν συζυγιῶν, οὔτε μεῖζον τεσσάρων. Τὸ δὲ ἔλαττον ὂν δύο συζυγιῶν, ἐὰν μὲν πλήρεις ἔχῃ τὰς συζυγίας, ἀκατάληκτόν ἐστι, καὶ καλεῖται κῶλον· ἐὰν δὲ ἐλλείπῃ, κόμμα. *Verſus eſt aliquanta magnitudo metri, quod neq; minus eſt tribus conjugationibus, neque majus quatuor. Illud verò quod duabus minus eſt conjugationibus, ſi eas plenas habeat acatalecticum eſt, eiq; in fine nihil deeſt, & dicitur* membrum; *ſi verò aliquid ei deſit,* comma *vocatur.* Profiteor tamen, me accuratam verſûs, membri, & commatis ſequi nolle differentiam, ſed non dubitare dicere, ea quæ commatis diſtincta ſunt, verſibus ſcripta eſſe: Δεδειγμένου δὲ ἡμῖν τί τέ ἐστι στίχος, καὶ τί κόμμα, καὶ τί κῶλον, καὶ τί σύστημα, ὅμως παρέντες ἡμεῖς τὴν τοιαύτην ἀκριβολογίαν, καὶ ταῦτα, καίπερ κατὰ κόμμα γεγραμμένα, κατὰ στίχον γεγράφθαι φαμέν. *Etſi oſtenderimus quid ſit verſus, quid comma, quid membrum, & quid compoſitio, tamen accuratâ iſta loquendi ratione, hæc ipſa, de quibus jam egimus, licèt inciſim ſcripta ſint, tamen verſibus ſcripta eſſe dicimus.* Ideoque Inciſum & Membrum æquè στίχοι dicuntur, atque ipſa carmina.

II. In re ruſtica στίχος eſt *ordo arborum & vitium.* Quod Xenophon in Oeconomio dixit, ὀρθοὶ δὲ στίχοι τῶν δένδρων, id Cicero vertit, *directi in quincuncem ordines.* Julianus apoſtata hac voce utitur: Τῷ τοιχίῳ δὲ πολλὰ τοιαῦτα παραπεφυτευμένα δένδρα στίχῳ καὶ ἐφεξῆς. *Juxtà plurimæ hujusmodi arbores, ordine, ac ſerie continua conſitæ.* Στίχες quoque hujusmodi arborum ordines dicuntur ab Arato:

Ῥεῖα γὰρ ἂν ἴκρινε διὰ στίχας ὀξὺς ἀλέξας.
Καὶ τὰ μὲν ἔῤῥωσεν. Τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα.

Id eſt, ut vertit olim Germanicus:

Discernitq; ortu longè ſata, vivida firmat:
At quibus adſuctæ frondes, aut languida radix,
Exanimat.

In epigram. etiam legitur στίχες φυτῶν, quos Latini non ſolùm *ordines* vocant, ſed etiam *verſus*. Virg.

Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos.

Dicuntur quoque ὄρχοι. Veteres Gloſſæ: Ὄρχοι, οἱ στίχοι ἀμπέλων. *Antes.* Eodem modo Heſychius; apud quem præterea, Ὄρχος, κῆπος, καὶ φυτῶν στίχος. *Hortus, & plantarum ordo.* Ariſtophanes, Acharnens. pag. 300.

Ἀλλὰ σε λαβὼν τρία δοκῶ γ᾽ ἂν ἔτι προσβαλεῖν.
Πρῶτα μὲν ἄν, ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν·
Εἶτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκιδίων.
Καὶ τὸ τρίτον, ἡμερίδος ὄρχον ὁ γέρων οὑτοσί.

Quæ ita vertit Friſchlinus:

Sed tria mihi hîs videor adjicere commoda:
Inſerere poſſe foveis capita vitium:
Jungere novas taleolas inibi ficuum:
Denique ſativa quoque germina propaginum
Ponere.

Atque ibi Scholiaſtes annotat, ὄρχον eſſe στίχον, ſive *ordinem vitium, & aliorum ſatorum*: Ὄρχος δὲ καὶ ὄρχατος στίχος ἀμπέλων ἢ ἑτέρων φυτῶν. Apud Homerum, Odyſſ. η. v. 127.

Ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον.
Ibi exculti horti ad extremam ſeriem.

Scholiaſtes: Ὄρχον, στίχον ἀμπέλου.

Ab ὄρχος eſt μετόρχιον iterum apud Ariſtoph. in Pace, pag. 454.

Ἢ καλῶς αὐτῶν ἀπαλλάξειεν ἂν μετόρχιον.

Μετόρχιον eſt ſpatium illud, quod eſt inter vitium, aut aliarum arborum ordines, ubi frumentum, aut aliud quid ſeritur, ut obſervat Scholiaſtes: Μετόρχιόν ἐστι τὸ μεταξὺ τῶν συμφύτων πεδίον, ἐν ᾧ ἢ σῖτος, ἢ ἄλλο τι ἐγκαρπεται. *Interordinium* vocat Columella: *Hæc in quincuncem,* inquit, *vinearum metatio expeditiſſimâ ratione conficitur, quippe linea per totidem pedes. quot deſtinaveris interordiniorum ſpatiis, purpurâ, vel quolibet alio conſpicuo colore inſuitur.* Hic quoque ordo vitium & arborum χορὸς dicitur, in Inſcriptione Regillæ:

Καὶ χορὸς ἡμερίδων, καὶ ἐλαιήεντες ἄρουραι.
Ordine ubi poſitæ vites, oleæq; feraces.

Virgilius *ordinem* vocat, ut Eclog. I.

Inſere nunc, Melibæe, piros: pone ordine vites.

Aliquando *verſum*. Locum ex Georg. lib. IV. modò adduximus. Ad eum Servius: *In verſum, in ordinem, ut, triplici pubes quam Dardana verſu Impulit.* Diſtulit, *tranſtulit, nam mutavit præpoſitionem.* Præterea *verſus* eſt *verſura* aratri, cùm ſcilicet peracto uno ſulco convertitur aratrum ad alterum ſulcum peragendum, ut apud Plinium, lib. XVIII. cap. XIX. *In arando verſum peragi, nec ſtriare in actu ſæpius.* Et apud Columellam, lib. II. cap. II. *Bubulcum autem per proſciſſum ingredi oportet, alternisq; verſibus obliquum tenere aratrum, & alternis recto planòque ſulcare.* Verſura quoque dicitur hic arationis verſus ab eodem Columella, ibidem: *Sed nec in media parte verſuræ conſiſtat, detq; requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agiliùs enitatur.* Et ſtatim: *Cùm ventum erit ad verſuram, in priorem partem jugum propellat, & boves inbibeat, ut colla eorum refrigeſcant.*

Verſuræ voce utitur Arnobius pro allegorica interpretatione: *Sed ſi fabulas has vultis more allegorico eſſe ſcriptas, quid cæteris fiet, quas non videmus poſſe verſuras in hujusmodi cogi?* Verſus ita dictos fuiſſe, obſervat Iſidorus lib. V. quòd ita ſcriberentur, ut vertitur aratrum, & ſulci ducuntur. *Verſus autem,* inquit, *vulgò vocari, quia ſic ſcribebant antiqui, ſicut aratur terra. A ſiniſtra enim ad dextram primùm deducebant ſtylum, deinde convertebant ad inferiorem, & rurſus ad dexteram verſus deducebant:*

Digitized by Google

cebant: quos & hodie ruſtici verſus dicunt. Hinc ſcribendi illa ratio βουστροφηδὸν peragi dicebatur. Heſychius: Βουστροφηδόν· οὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσί, τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις· ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ. *Ita appellabant, quando inſtar arantium boum fit regreſſus, quod uſurpatum, quia eo modo ſcribebatur.* Vide Cl. Meurſium Att. lect. lib. I. cap. XXII. Voſſium Grammat. lib. I. cap. XXXIV. & in Etymologico in voce *Verſura.*

III. In re militari στίχος eſt λόχος, ſive *decuria*, ut docet Ælianus de milit. ord. inſtit. cap. V. pag. 536. Ὁ λόχος δὲ ὅλος καλεῖται στίχος. ὀνομάζεται δὲ καὶ δεκανία. *Tota autem ſeries vocatur ordinatio; appellatur verò etiam decuria.* Heſychius: Στίχες, τάξεις, πλήθη, ἢ τόπος τῶν στρατευμάτων. *Verſus, ordines, multitudo, vel loca exercitus.* Reſtituenda hæc vox apud Pollucem lib. I. cap. X. Τὸ δὲ βάθος, τοῖχος καλεῖται. Quæ ita vertit Gualtherus noſter: *Ipſa aciei latitudo, murus.* Sed reſcribendum; monente Cl. Crojo, ex cujus obſervat. in N. Teſtament. pleraque, quæ de voce στίχος aſſerimus, deſumta ſunt; Τὸ δὲ βάθος, στίχος καλεῖται, & vertendum: *Altitudo verò vocatur verſus.* Idque non ſolùm res ipſa, ſed etiam verba ſequentia oſtendunt: addit enim Pollux: Τὸ δὲ ἐφεξῆς κατὰ βάθος, στιχεῖν. Βάθος in phalange non eſt *latitudo*, ſed *altitudo*. *Latitudo* dicitur μῆκος, & μέτωπον. *Altitudo* verò βάθος. Ælianus cap. VII. pag. 538. Τὸ δὲ ὅλον σύστημα τοῦ πλήθους τῶν λόχων, φάλαγξ καλεῖται. ἧς μῆκος μὲν, τὸ πρῶτον τῶν λοχαγῶν τάγμα. τοῦτο δὲ μέτωπον, καὶ πρόσωπον, καὶ παράταξις, καὶ ζυγὸν, καὶ στόμα, καὶ ἡγεμόνες, καὶ πρωτοστάται, καὶ πρωτολοχία καλεῖται. Τὸ δὲ κατόπιν τοῦ μετώπου πᾶν μέρος τῆς φάλαγγος μέχρι τῶν οὐραγῶν, βάθος καλεῖται. *Tota autem conſtitutio multitudinis, quæ eſt in omni ſerie, uno nomine phalanx vocatur. Cujus longitudo primus Lochagorum ordo eſt. Hæc vero, & frons, & facies, & acies, & jugum, & os, & Duces, & Protoſtatæ, & Protolochia vocatur. Cætera autem poſt frontem pars phalangis tota uſque ad Tergiductores,* altitudo *appellatur.* Idem quoque docet Suidas: Βάθος ἐστὶ φάλαγγος, τὸ μετὰ τὸ μέτωπον ἅπαν, καὶ ὁ ἀπὸ λοχαγοῦ ἐπὶ οὐραγὸν στίχος, κατὰ βάθος λέγεται. Altitudo *eſt quicquid phalangis frontem ſequitur, & qui à manipuli ductore uſque ad extremi agminis ductorem ducitur ordo, ſecundum* altitudinem *dicitur.* Ita quoque in Choro, ſaltatorum ſecundum altitudinem ordo, στίχος dicitur. Euſtathius in Iliad. ψ. μεταστοιχεὶ λέγεται τὸ ἐπὶ στίχον. στίχος δὲ ἡ ἐπὶ βάθος στάσις τῶν χορευτῶν. Addit, hanc vocem, μεταστοιχεί, ſumtam eſſe è ratione antiqua verſus ſcribendi: veteres enim eos à fronte, vel ſecundum latitudinem, ut hodie fit, non ſcribebant, ſed κατὰ βάθος, vel ſecundum altitudinem, eodem prorſus modo, quo Acroſtichis ſcribitur, ita ut non patenti & rectâ chartâ, ſed inverſâ verſus deſcriberentur. Ἡ δὲ μεταφορά, φασι, τοῦ μεταστοιχεί, ἀπὸ τῶν παρ᾽ ἡμῖν στίχων, οὓς οἱ παλαιοί, οὐχ ὡς νῦν ἡμεῖς, κατὰ μέτωπον, ἀλλὰ κατὰ βάθος ἔγραφον· ἓν φασιν, εἶτα ἕτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον. καὶ ταῦτα μὲν οἱ παλαιοί. *Metaphora verò hujus vocis, ut inquiunt, ſumitur à verſibus noſtris, quos Veteres non ſcribebant ad frontem, ut nos, ſed ad altitudinem, primum ſcilicet, deinde alterum, & tertium, & quartum: atque hæc quidem Veteres.* Hæc ſcribendi ratio πυργηδὸν fieri dicebatur, quòd in altitudinem ducta Turrim componere videretur, ut ſtatim ipſe obſervat Euſtathius: Ὅτι δέ ποτε καὶ ἡ ἐν βίβλοις γραφὴ οὕτως ἐτάττετο, οὐ μόνον σπειρηδὸν καὶ πλινθηδὸν σχηματιζομένη, ἀλλὰ καὶ πυργηδὸν κατὰ βάθος, ὅθεν ἐξεύρηνται καὶ τὰ κοινῶς διπάγια λεγόμενα, καὶ τριπάγια, ἑτέρωθέν ἐστι γνῶναι. *Aliquando verò ſcripturam, quæ in libris componebatur, non modò ad formam cohortis ac lateris fuiſſe inſtitutam, ſed etiam ad formam turris in altitudinem, unde inventa fuerant ea, quæ vulgò Dipagia & Tripagia dicuntur, aliunde ſciri poteſt.* Scriptura σπειρηδὸν ἐσχηματισμένη, eſt ea, quæ ſecundum latitudinem ſcribitur, & quæ frontem agminis conſtituere videtur, qualis eſt noſtra. Σπεῖρα enim, ut Heſychius & Suidas obſervant, eſt πλῆθος, στράτευμα, τάγματα, πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, *multitudo, exercitus, agmen, multitudo cohortum, cohortes.* Hinc σπειρηδὸν *per catervas, & per cohortes.* Polybius lib. V. Γενομένης πρώτους ἐφῆκε τοὺς πελταστὰς, τοὺς ὑπὸ Λεόντιον ταττομένους, σπειρηδὸν τάξας, καὶ παραγγείλας βιάζεσθαι διὰ τοῦ πτώματος. Hæc Caſaubonus ita vertit: *Quod ubi factum eſt, Cetratos cum duce ſuo Leontio, per cohortes diviſos, omnium primos immittit, juſſos per ruinam irrumpere.* Ut igitur σπεῖρα eſt *cohors, & milites per cohortes diſpoſiti,* σπειρηδὸν τεταγμένοι dicuntur: ita ea ſcriptura, quæ agmen conſtituere videtur, κατὰ μῆκος, vel κατὰ μέτωπον, *ſecundum latitudinem*, vel *à fronte* σπειρηδὸν ἐσχηματισμένη dicitur. Πλινθεῖον, ſive πλινθίον, vel πλινθεία eſt quadrata agminis forma, inſtar lateris. Suidas: Πλινθωτὸν ἡ πλινθεία λέγεται, ὅταν ἐν τετραγώνῳ σχήματι ταυτὸ τοῦτο πράξῃ, ὅπερ Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου πλαίσιον ἰσόπλευρον καλεῖ. Πλινθωτὸν, *ſive* πλινθεία *dicitur, cùm quis quadratâ figurâ illud ipſum facit, quod Xenophon Grylli filius quadratum agmen, æqualia latera habens, vocat.* Locus Xenophontis, ad quem reſpexit Suidas, exſtat lib. III. de Expedit. Cyri: Ἔνθα δὴ Ἕλληνες ἔγνωσαν, ὅτι τὸ πλαίσιον ἰσόπλευρον πονηρὰ τάξις εἴη πολεμίων ἑπομένων. *Ibi tum animadverſum à Græcis eſt, agmen quadratum, æqualium laterum, non ſatis eſſe commodam aciem, ſi hoſtes ponè ſequantur.* Scriptura igitur ἡ πλινθηδὸν ἐσχηματισμένη ea eſt, quæ æqualibus lateribus conſtans, figuram, tanquam agmen aliquod quadratum, conſtituit. Ea verò, quæ κατὰ βάθος ducta, turris figuram componere ac proponere videtur, πυργηδὸν compoſita dicitur. Et de hac ſcribendi ratione, inquit Crojus, intelligendus eſt hic Sexti Pompeji Feſti locus, qui hactenus deſperatus fuit, & quem fruſtrà multi ſanare ſunt conati. *Tapocon,* inquit, ut hodie in libris editis legitur, *appellârunt Græci genus ſcribendi deorſum verſus, ut nunc dextrorſum ſcribimus.* Ibi ſummus Scaliger ſcribit, *Oedipode opus eſſe.* Oedipodem me eſſe non aſſero, neque glorior: ſed me veram hujus loci lectionem inveniſſe contendo. Dico igitur ac prædico, reſcribendum eſſe, τὰ ἐπ᾽ ὄρχον, vel τὸ ἐπ᾽ ὄρχον, *appellârunt Græci, &c.* Hæc eſt, inquam, vera hujus loci lectio; neque opus eſt, ut eam pluribus demonſtremus. Loquitur Feſtus de ſcribendi genere deorſum verſus. Deorſum eſt κατὰ βάθος, vel πυργηδὸν, κατὰ βάθος eſt ἐπὶ στίχον. Στίχος dicitur ὄρχος. Τὰ ἐπ᾽ ὄρχον igitur ſcripta ſunt ea, quæ ἐπὶ στίχον, ἐπὶ βάθος, & πυργηδὸν, id eſt, *deorſum, & ſecundum altitudinem, turris inſtar,* ſcripta ſunt. Καταβατὸν quoque, σελὶς & σελίδιον dicitur hoc ſcribendi genus. Heſychius: Σελὶς, στιχίον, καταβατὸν βιβλίου. Suidas: Σελίδιον, τὸ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἀναγινωσκόμενον ἐπὶ τὰ κάτω. Καταβατὸν propriè Græcis linea dicitur, quæ deorſum verſus ducitur: quomodo olim ſcribebant, quaſi κάτω βαῖνον. Quem Moſes, Exodi XXVIII. ubi agit de Rationali, ſive Pectorali Judicii vocat טור ſive ordinem lapidum, qui in illo erant auro includendi, eum στίχον dicunt LXX. Interpret. Καὶ καθυφανεῖς ἐν αὐτῷ ὕφασμα κατάλιθον τετράστιχον· στίχος λίθων ἔσται σάρδιον, τοπάζιον, καὶ σμάραγδος, ὁ στίχος ὁ εἷς· καὶ ὁ στίχος ὁ δεύτερος, ἄνθραξ, καὶ σάπφειρος, καὶ ἴασπις. καὶ ὁ στίχος ὁ τρίτος, λιγύριον, καὶ ἀχάτης, καὶ ἀμέθυστος· καὶ ὁ στίχος ὁ τέταρτος, χρυσόλιθος, καὶ βήρυλλος, καὶ ὀνύχιον, περικεκαλυμμένα χρυσίῳ, καὶ συνδεδεμένα ἐν χρυσίῳ ἔστωσαν κατὰ στίχον αὐτῶν. Id eſt, è verſione Vulgata: *Ponéſque in eo quatuor ordines lapidum. In primo verſu erit lapis Sardius, &*

Topa-

Digitized by Google

Topazius, & Smaragdus. In ſecundo, Carbunculus, Sapphirus & Jaſpis. In tertio, Lyncurius, Achates, & Amethyſtus. In quarto Chryſolitus, Onychinus & Beryllus: incluſi auro erunt per ordines ſuos. Eadem voce in eadem deſcriptione utuntur Joſephus & Philo, quanquam Joſephus aliquoties τριάδα dicat, quòd tribus ſinguli ordines conſtarent lapillis. Eam denique uſurpant interpretes Græci Ariſtotelis, ubi agunt de paradigmate Propoſitionum. Philoponus lib. II. Poſt. Anal. cap. XIII. Οὕτω μὲν οὖν ἐπὶ στίχων διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς ἔδειξεν, ὅτι τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πραγμάτων ἀποδεικνυμένων, ἐστὶ καὶ ὁ μέσος ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Ita igitur verſibus, per deductionem ad impoſſibile demonſtravit, rerum, quæ probantur plerumque accidere atque eſſe, medium quoque eſſe è numero eorum, quæ plerumque fiunt.* Et Magentinus, ubi agit de Enunciationibus finitis, aut infinitis, lib. de interp. cap. XII. Τάσσει οὖν δύο στίχους Ἀριστοτέλης· καὶ ἐν πρώτῳ στίχῳ τάττει τὴν ἁπλῆν κατάφασιν, ἥτις ἀληθεύει ἐπὶ ἑνός, &c. *Proponit igitur duos ordines, ſive duos verſus Ariſtoteles. In priore quidem verſu locat ſimplicem affirmationem, quæ in uno vera eſt, &c.* Quem hic στίχοι dicit, alibi σελίδα vocat. Cap. XV. dicit: Γίνονται οὖν δύο σελίδες, καὶ τῆς μὲν πρώτης σελίδος, πρώτη τασσέσθω ἡ ἁπλῆ κατάφασις, ἡ τοῦ δυνατοῦ. *Duæ igitur fiunt tabulæ: & in prima quidem tabula prior locetur ſimplex affirmatio, quæ de re, quæ fieri poteſt, dicitur.* Et ſtatim: Μετέλθωμεν ἐπὶ τὴν δευτέραν σελίδα. *Transeamus ad ſecundam tabulam.* Ubi tandem addit, καὶ ταῦτα περὶ τοῦ στοίχου αὐτῶν. *Atque hæc de earum ordine.* Id κατὰ τὸ στοιχῶν dixit Ariſtoteles, lib. de Interpret. cap. XII.

IV. Jam agendum cum Crojo *de verſibus librorum Moſis, & quatuor Evangeliorum.* Quæcunque ſit hujus vocis, στίχος, aut *verſus*, cùm ad verſiculos, de quibus nobis hic ſermo eſt, refertur, notatio, ſive è ſulcorum verſura, ſive ex arborum ordine, ſive è re militari ducatur, certum eſt *Verſus* etiam in oratione ſoluta dictos, & vel literis majoribus, aut notis arithmeticis, vel quodam intervallo inter ſe fuiſſe diſtinctos. Judæi, Chriſtiani, auctores Græci & Latini in libris ſacris, & in profanis quoque, eos verſus ad calculum revocârunt, eorumque numerum ad finem ſingulorum librorum appoſuerunt. Rabbini obſervarunt, *librum Geneſeos* habere verſus mille quingentos triginta quatuor. Alii dicunt, eum habere mille quingentos quadraginta. *Exodum* conſtare verſibus mille ducentis. *Leviticum*, verſibus octingentis quinquaginta novem. *Numeros*, mille ducentis octoginta octo. *Deuteronomium* verò, nongentis quinquaginta quinque, vel mille quinquaginta quinque. Auctor expoſitionis Græcæ in Canticum Canticorum, ſcribit *Canticum* conſtare verſibus ducentis octoginta ſex: ἔχει δὲ τὸ βιβλίον στίχους σπϛʹ. In omnibus tamen Editionibus, Hebræis, Græcis, Latinis, &c. verſibus duntaxat centum & ſeptem conſtat. Eâdem diligentiâ Chriſtiani verſus Evangeliorum, & ſcriptorum Apoſtolicorum numerârunt. Inter illos tamen quanta de numerorum ſumma eſt diſſenſio? Secundum quoſdam *Evangelium Matthæi* verſus habet bis mille quingentos: ſecundum alios verò bis mille quingentos ſexaginta. Secundum veteres Latinos bis mille ſexcentos. Juxta hodiernam verò editionem mille ſeptuaginta quinque. Secundum Græcos *Evangelium Marci* habet verſus mille ſexcentos ſedecim. Secundum Latinos, mille ſexcentos. Juxta editionem verò hodiernam, ſexcentos octoginta. *Evangelium Lucæ* ſecundum Græcos conſtat verſibus bis mille ſeptingentis quinquaginta; ſecundum Latinos MMIXC. Juxta editionem verò hodiernam MCLI. *Evangelium Johannis* ſecundum Græcos habet verſus bis mille viginti quatuor: ſecundum Latinos bis mille: juxta hodiernam verò editionem, octingentos ſexaginta novem. Unde verò oriatur hæc numerorum varietas, atq; inter veteres & novas Editiones diſſenſio, mox oſtendetur.

In verſibus Poëticis recenſendis nullus ferè labor fuit. Id enim facillimè fieri potuit. Teſtatur Cl. Salmaſius, in Prolegomenis ſuis in Solinum, ſe vidiſſe Codicem antiquiſſimum τῆς ἐκφράσεως Templi S. Sophiæ, à Paulo Silentiario compoſitæ, quæ in fine Poematis annotatum habuerit verſuum numerum his verbis: Στίχοι ἐπῶν Ἡρωϊκοὶ ασʹ. Ἰαμβικοὶ ρνʹ. *Verſus Heroici mille ducenti: Jambici verò, centum quinquaginta.* Scripſit Amphilochius, Iconii Epiſcopus, Jambicum Carmen ad Seleucum, quod hactenus Gregorio Nazianzeno fuit datum, in cujus fine ipſe indicavit, quot conſtaret verſibus:

Ἣν ἤθελησθα, Σέλευκε, μαθεῖν τὸν ἀριθμὸν Ἰάμβων
Τρεῖς ἑκατοντάδας ἴσθι, τόσας δεκάδας, μονάδας τρεῖς.
Ἀεὶ γάρ σοι τέκος, Τριάδος φίλον εὔχομαι εἶναι.

Quæ ita Latinè reddidit Jacobus Billius:

Scire, Seleuce, cupis, quot Jambica carmina ſunt hic?
Tres ſunt centuriæ, decades tres, ac monades tres.
Opto enim, Trias ut tibi ſit cariſſima ſemper.

Atque ita in hoc opere verſus ſunt trecenti triginta tres. Hieronymus refert numerum verſuum Operum Gregorii Nazianzeni, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum. *Gregorius*, inquit, *primùm Saſimorum, deinde Nazianzenus Epiſcopus, vir eloquentiſſimus, Præceptor meus, à quo Scripturas explanante didici, ad triginta millia verſuum omnia Opera ſua compoſuit.*

In hujuſmodi quoque στιχομετρίᾳ laborârunt multi Græci & Latini, ſacri & profani Auctores. Stephanus in voce, Μίλητος, ſcribit, Timotheum Citharœdum compoſuiſſe libros XVIII. de modis Citharœdicis, qui conſtabant octies mille verſibus, & προνόμια, in quibus erant verſus mille. Καὶ Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδὸς, ὃς ἐποίησε νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα, εἰς ἐπῶν ὀκτακισχιλίων ἀριθμὸν, καὶ Προνόμια ἄλλων χιλίων. Atque hinc corrigendus Suidas in voce Τιμόθεος, ubi hæc leguntur: Γράψας δι' ἐπῶν νόμους μουσικοὺς δεκαεννέα, προοίμια λϛʹ. Scribendum enim Προνόμια. *Scripſit verſibus modos Muſicos novendecim, & Pronomia triginta ſex.* Προνόμια erant, quæ ante ipſorum modorum doctrinam erant cognoſcenda, & tenenda. Numerum verſuum operum Zoroaſtri legimus apud Plinium. *Hermippus*, inquit, *qui de tota ea arte diligentiſſimè ſcripſit, & vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita, indicibus quoque voluminum ejus poſitis, explanavit. Præceptorem, à quo inſtitutum diceret, tradidit Azonacem.* Alia profanorum Auctorum exempla, quæ Crojus affert, omittimus. Idem aliquando à Chriſtianis obſervatum. Leontius deſcribit priora verba Epiſtolæ Apollinaris ad Dionyſium Corinthii Epiſcopum, quæ nomine Julii inſcripta erat, lib. de ſectis, Act. VIII. Παραφέρουσι γὰρ καὶ ἑτέραν χρῆσιν ὡς ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου, κειμένην ἐν τῇ πρὸς Διονύσιον τὸν Κορίνθου ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή. Θαυμάζω πυνθανόμενος περί τινων. *Afferunt aliud quoque dictum, velut à beato Julio profectum, quod extat in epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi Epiſcopum, cujus hoc eſt initium: Miror, de quibuſdam audiens.* Act. IX. refert principium Commentarii Cyrilli in Zachariam: Φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῷ εἰς Ζαχαρίαν τὸν προφήτην ὑπομνήματι, οὗ ἡ ἀρχή. Προφητεύει μὲν ὁ ἅγιος Ζαχαρίας. *Dicit enim beatus Cyrillus in Commentario ſuo in Prophetam Zachariam, cujus hoc eſt initium: Vaticinatur quidem ſanctus Zacharias.* Plures ſe ſingulis diebus verſus ſcripſiſſe teſtatur Hieronymus, Præfat. in lib. II. Comment. in epiſt. ad Epheſios: *Et interdum per ſingulos dies uſque ad numerum mille verſuum pervenire.* Hunc recenſendorum, & notandorum in libris verſuum morem à Juris conſultis, & ab ipſo Juſtiniano obſervatum fuiſſe patet ex iis, quæ leguntur in ejus Præfatione in Pandectas:

ſcribit enim, tantam fuiſſe Legum multitudinem, *ut in Librorum quidem duo millia; verſuum autem tricies centena extenderetur.* Addit, *ſuggeſtum ſibi fuiſſe, duo penè millia librorum eſſe conſcripta, & plus quàm trecenties decem millia verſuum à Veteribus effuſa; ſecundum ſua mandata verò in quinquaginta Libros, omne, quod utiliſſimum erat, collectum fuiſſe, atque in centum quinquaginta penè millia verſuum totum opus fuiſſe conſummatum.* Teſtatur quoque, *ſe omnium veterum Juris conditorum ſententias, ex multitudine, quæ ad duo millia penè Librorum, & trecentas myriadas verſuum pertingebat, in moderatum & perſpicuum collegiſſe compendium.*

Hinc qui pluribus verſibus conſtabat Liber, à Græcis πολύστιχος dicebatur. Simplicius, in Præfatione in Commentarium in Epicteti Enchiridion, ſcribit, Arrianum Diſſertationes Epicteti libris, qui multis conſtarent verſibus, eſſe perſecutum: Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου, καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυστίχοις συντάξας βιβλίοις. Quæ malè vertit Wolfius: *Arrianus vitam & obitum Epicteti prolixis libris eſt perſecutus.* Cùm vertenda ſint; *De vita & morte Epicteti ſcripſit Arrianus, is qui Epicteti Diſſertationes in libris, qui plurimis conſtant verſibus digeſſit.* Photius aſſerit, Dialogum Petri & Appionis, multis verſibus conſcriptum, qui Clementis nomine inſcribitur, ſpurium eſſe, & cum illius altera ad Corinthios epiſtola, eſſe rejiciendum: Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς (Κορινθίους) ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται, ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ, Πέτρου καὶ Ἀππίωνος πολύστιχος διάλογος. Scribit, ſe legiſſe Lexicon Helladii, omnium Lexicorum longiſſimum: Ἀνεγνώσθη Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον Ἑλλαδίου, ὧν ἴσμεν Λεξικῶν πολυστιχώτατον, additque, tanta verſuum multitudine conſtare Opus illud, ut quinque commodis voluminibus contineri non poſſit: Πολύστιχος δ' οὕτως ἡ συναγωγὴ, ὥστε μηδ' εἰς πέντε σύμμετρα τεύχη τὴν ὅλην πραγματείαν ἀπαρτίζεσθαι. Eadem voce utitur, ubi agit de Lexico puri orationis generis, ac dicit, tantum eſſe, ut multi potius libri, quàm unus eſſe videatur: Ἀνεγνώσθη Λεξικὸν καθαρᾶς ἰδέας, μέγα καὶ πολύστιχον τὸ βιβλίον, μᾶλλον δὲ πολύβιβλος ἡ πραγματεία. Scribit ſe legiſſe Lexicon ſermonis politici, quod in tria magna, quæ multis conſtabant verſibus, diviſum erat volumina: Ἀνεγνώσθη Λεξικὸν ἰδίως λόγου πολιτικοῦ, ἐν τρισὶ τεύχεσι πολυστίχοις. Eandem denique vocem uſurpat, cùm agit de Lexico vocum è decem Græciæ Oratoribus juxta alphabeti ſeriem à Juliano collectarum: Ἀνεγνώσθη Λεξικὸν Ἰουλιανοῦ τῶν παρὰ τοῖς δέκα Ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον· πολύστιχον δὲ καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον. His verò Lexicis πολυστίχοις opponit opuſculum Timæi ad Gentianum, quod unico libro voces omnes, quæ apud Platonem exſtant, complectebatur ſecundum literarum ordinem, atque exponebat: Ἀνεγνώσθη Τιμαίου πρὸς Γεντιανὸν περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων κατὰ στοιχεῖον, βραχὺ ποιημάτιον, ἐν ἑνὶ λόγῳ. Latini, librum πολύστιχον ſignificare volentes, multis verſuum millibus, ſine ulla certi numeri ſignificatione, id indicant: ut Hieronymus Præfat. in Danielem: *Quæ autem ex hoc Propheta, imò contra hunc librum Porphyrius objiciat, teſtes ſunt Methodius, Euſebius, & Apollinaris, qui multis verſuum millibus ejus veſaniæ reſpondentes, neſcio an curioſo Lectori ſatisfecerint.* Et Apol. adverſus Jovinianum: *Origenes, Methodius, Euſebius, Apollinaris, multis verſuum millibus ſcribunt adverſus Celſum & Porphyrium.*

Jam porrò videndum eſt, quid στίχος ſive *verſus* ſignificet, & quo ſenſu ſint hæ duæ voces apud Auctores Græcos & Latinos; an pro *linea*; an verò pro *periodo*, ſive pro *colo*, aut *commate*, & parte quadam periodi. Etſi hæc quæſtio levis & parvi momenti eſſe videatur, magnum tamen habet pondus ad cognitionem στιχομετρίας, & ad expoſitionem multorum locorum, quæ paſſim apud Veteres occurrunt. Hactenus perſuaſiſſimum fuit Viris doctiſſimis, στίχον, *& verſum, lineam* ſignificare, & tot dici eſſe στίχους *& verſus* in libro aliquo, quot in eo ſunt *lineæ*. In eadem, quâ reliqui, opinione fuit vir ſummus Caſaubonus, ut patet ex iis, quæ annotat ad locum Callimachi, lib. VI. in Athenæum, cap. X. *Numerus,* inquit, *verſuum, vel, ut vulgò loquimur, linearum,* CCCLXXV. *Ex Juſtiniani præfatione in Pandectas, & ſubſcriptionibus Epiſtolarum Pauli Apoſtoli, & locis multis Diogenis Laërtii, aliorumq; Scriptorum, certum eſt, ſolitos veteres ſcriptores verſuum numerum inire, & in ultima cera adſcribere. Idem mos Hebræorum Criticorum, qui cùm in hac parte, tum in aliis multis Græcos & Latinos longo intervallo ſuperârunt.* Ad locum Juſtiniani autor Gloſſæ hæc obſervat: *Hic locus oſtendit, verſuum vocabulo Leges & Paragraphos intelligi non poſſe, ſed potiùs lineas.* Aliorum verba neceſſe non eſt ut referamus. Nos verò aſſerimus, prædicamus, & contendimus, in στίχων & verſuum recenſione, has voces apud auctores Græcos & Latinos, eorumque Librarios, intelligendas eſſe de periodis, vel de earum membris & commatis, ſive inciſis. Sententiam noſtram, ut ſperamus, ita liquidò, σὺν θεῷ, confirmabimus, ut nullus deinceps reſtet dubitandi, aut contradicendi locus.

Fatemur quidem, has voces quibuſdam in locis ſumendas eſſe pro lineis. Ita neceſſariò ſumitur apud Baſilium, epiſt. CLXXX. ad Librarium, in ipſo principio p. 958. Ὀρθὰ γράφε, καὶ χρῶ τοῖς στίχοις ὀρθῶς. *Rectè ſcribito, verſusq; rectos ducito.* Et paulò pòſt: Τῶν γὰρ στίχων κειμένων κλιμακηδὸν, ἡνίκα ἔδει καταβαίνειν ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον, ἀνάγκη ἦν ἐξορθοῦν πρὸς τὸ τέλος τοῦ προϊόντος· ἐν μηδαμοῦ φαινομένης τῆς ἀκολουθίας, ἀνατρέχειν ἔδει πάλιν καὶ τὴν τάξιν ἐπιζητεῖν, ἀναποδίζοντα καὶ παρεπόμενον τῷ αὔλακι, καθάπερ τὸν Θησέα τῷ μίτῳ τῆς Ἀριάδνης φασί. Quæ ſe non intellexiſſe præ ſe fert interpres Latinus, quiſquis ille ſit, cùm ita vertit: *Verſuum enim gradus, ubi de alio ad alium tranſeundum eſt, ad finem ſubſequentis rectus eſſe debebat. Ubi cùm nullus ad ſequentia patebat ordo, recurrendum erat, requirendáque ſeries ordinis per retrogradum inhærendo ſulco, perinde atque Theſeum filo Ariadnes inhæſiſſe ferunt.* E ſilice ſanguinem, aut aquam potiùs, quàm ex hac verſione commodum aliquem ſenſum elicies. Hoc igitur modo verba Baſilii ſunt vertenda: *Cùm enim lineæ, ſcalæ in modum, & quaſi tranſverſariis vocibus ſcriptæ ſint, ubi mihi ab una ad alteram tranſeundum fuit, neceſſe fuit, ut à recta via diſcederem ad finem proximæ lineæ; ubi cùm nulla appareret dictionis ſeries, oportuit ut aliorſum recurrerem, atque ordinem quærerem, ſuperiora repetens regrediendo, & ipſum ſequendo ſulcum, ut Theſeus Ariadnes filum tenuiſſe & ſecutus eſſe dicitur.* Atque ita jam perſpicua ſunt, ut nullius indigeant expoſitionis, aut approbationis. Κλιμακηδὸν propriè eſt, *ſcalari forma,* ut loquitur Vitruvius lib. X. cap. XIII. *Supra baſim eriguntur regulæ dextrâ ac ſiniſtrâ, ſcalari formâ compactæ,* quòd ſcilicet inclinatæ eſſent, non rectæ. Hic verò στίχοι κλιμακηδὸν κείμενοι dicuntur, quòd obliquo ductu fuerint ſcripti, & voces à recto ſulco diſcedentes inter ſe miſceri ac confundi viderentur. Ἐξορθοῦν hic non eſt, quod ſomniant Lexicographi, *corrigere* nempe, & *dirigere*, ſed à recta lineæ via diſcedere, & ſulcum ſcripturæ non ſequi, quaſi ἔξω ὀρθοῦν, ut ἐξορίζειν eſt *exterminare* atque *expellere*, & ἐξορος eſt *exul*, quòd ſit ἔξω τῶν ὅρων. Αὖλαξ in arando quid ſit, ſciunt omnes. Gloſſæ: Αὖλαξ, *ſulcus, becura.* Reſcribendum, *lacuna:* ſulcus enim eſt lacuna. Etymologicum magnum: Αὖλαξ σπήλαιον κοῖλον, διῶρυξ, καὶ ἀρότρου τρίβος, *ſpelunca cava, foſſa, & aratri via.* Varro lib. I. de

Ra

Re ruſt. cap. XXIX. *Quâ aratrum vomere lacunam ſtriam fecit, ſulcus vocatur.* Hic verò αὔλαξ eſt ſulcus & ductus lineæ; Cùm enim veteres in cortice, aut cerâ, aut papyro, ſtylo ſcriberent, ſtylus, ut vomer aratri, ſulcum in cera aut cortice faciebat. Heſychius: Ἄλοκας, αὔλακας, αἰδοῦς βωμοὺς, ἢ γλυφὰς δέλτου. Quæ ſint *αἰδοῦς βωμοὶ, pudoris aræ,* non eſt hujus loci, neque pudoris noſtri dicere. Γλυφαὶ verò δέλτου ſunt ſulci & lacunæ, quæ ſtylo currente fiebant. In ipſa quoque charta ductus linearum, quæ calamo formantur, ſulcus dicitur. Hinc apud Auſonium, Epiſt. VII. Campus Papyrius, *viæ calami, & ſulcus arundinis,* eleganti & continuâ dicuntur metaphorâ:

Fac Campum replicet Muſa Papyrium,
Nec jam fiſſipedis per calami vias
Graſſetur Cnidiæ ſulcus arundinis,
Pingens aridulæ ſubdita paginæ,
Cadmi Filiolis atricoloribus.

Neq; audiendus eſt ſummus Scaliger, qui Auſon. Lect. lib. II. c. XXXI. *Scapum,* pro *Campum,* ſubſtituere conatur: illius enim conjectura, emendatio non eſt, ſed elegantis metaphoræ, quam ſemper continuandam ac ſervandam eſſe docent Rhetores, interruptio & everſio. Pro linea *verſus* accipi debet in his Senecæ, lib. VI. de Beneſ. c. VI. *Quomodo ſi quis ſcriptis noſtris, alios supernè imprimat verſus, priores literas non tollit, ſed abſcondit: ſic beneficium, ſuperveniens injuria apparere non ſinit.* Et apud Quintil. lib. X. c. II. *Ne latas quidem ultra modum eſſe ceras velim, expertus, juvenem, ſtudioſum alioqui, prælongos habuiſſe ſermones, qui illos numero verſuum metiebatur: idq; vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis Codicibus eſſe ſublatum.* Cùm enim obſervet, orationis longitudinem è cerarum latitudine proceſſiſſe, ac tandem illi modum Codicum mutatione fuiſſe conſtitutum, certum eſt, per *verſuum numerum* intelligendum eſſe numerum linearum. Perſuaſiſſimum tamen mihi, licèt verſus de linea dicatur iſtis in locis, Auctores eos, qui de numero verſuum loquuntur, & qui illum in libris recenſuerunt, & ad initium, vel finem Codicum adſcripſerunt, non loqui de lineis, ſed de periodis, vel earum colis, & commatis: ut enim in re Poëtica verſus vocatur, non ſolùm verſus integer, ſed etiam verſûs κῶλον & κόμμα, ut ex Hephæſtionis Enchiridio ſtatim ab initio hujus vocis vidimus: & ea, quæ κατὰ κόμματα ſcripta ſunt, κατὰ στίχον ſcripta dici poſſunt: ita in oratione ſoluta, non ſolùm ipſæ periodi, ſed etiam ipſa periodorum membra verſus nomine ſignantur. Hac voce ad hanc rem, eóque ſenſu utitur Cicero in Oratore: *E quatuor igitur, quaſi Hexametrorum verſuum quod ſit, conſtat ferè plena comprehenſio. His igitur ſingulis verſibus, quaſi nodi apparent continuationis, quos in ambitu conjungimus.* Verſus vocat quatuor partes, quibus omnis ferè periodus conſtat, quam comprehenſionem dicit, & quæ inciſis & membris, tanquam nodis quibusdam, inter ſe vinciuntur, aut reſolvuntur. Quos *nodos* vocat Cicero, *intervalla* dicit Quintilian. lib. IX. c. IV. *Membratim,* inquit, *plerumque narrabimus, aut ipſas periodos majoribus intervallis, & velut laxioribus nodis, reſolvemus.* Atq; hinc corrigenda ſunt Feſti verba, quæ hodie ita leguntur: *Peribodos dicitur, & in carmine Lyrico pars quædam, & in ſoluta oratione verbis circumſcripta ſententia:* Quid illud eſt, *verbis circumſcripta ſententia?* Verborum quidem ambitum Periodum definit Cicero: *Comprehenſio,* inquit, *& ambitus ille verborum, (ſi ſic Periodum appellari placet) erat apud illum contractus, & brevis.* Sed quis unquam dixit, *ſententiam verbis circumſcribi?* reſcribendum igitur eſt apud Feſtum, *verſibus circumſcripta ſententia:* aliquot enim lineis circumſcribitur. *Modus,* inquit Quintilianus, *à Cicerone, aut quatuor ſenariis verſibus, aut ipſius ſpiritûs modo terminatur.* Si in στιχομετρίᾳ verſus lineam ſignificaret, Auctorum & Librariorum, qui eam invenerunt, aut qui ea uſi ſunt, requireremus prudentiam ac judicium, cum enim ad id inventa atque uſurpata fuerit, ut Libri puri atque integri ad hominum manus pervenirent, neve liceret aliquid addere, aut demere; cumque varia fuerint olim, ut & hodie, Chartarum genera, variæque characterum, ſive literarum formæ, qui fieri potuit, ut στιχομετρία huic uſui, atque huic fini inſerviret? Ad unius tantum Codicis uſum una στιχομετρία fuiſſet adhibenda: ad alterius verò varietatem altera fuiſſet recenſenda: pro modo, inquam, vel chartæ, vel characteris mutanda fuiſſet στιχομετρία. Majores & minores chartas fuiſſe, res ipſa docet. Erant *chartæ majores,* ut Lemma Epigrammatum Martialis demonſtrat, lib. XIV.

Chartæ majores,
Non ſunt munera, quæ putas, Puella,
Cùm donat vacuas Poëta chartas.

Majores tamen hic ſunt eæ, in quibus majus vacabat ſpatium, ſine ulla ſcriptura; ſicut *breviores* vocat eas, in quibus minus ſupererat ſpatii, ut ipſe teſtatur lib. II. Epig. I.

At nunc, ſuccincti quæ ſunt bona, diſce, libelli.
Hoc primum eſt, brevior quòd mihi charta perit.

Erant quoque *chartæ epiſtolares*, ut apud eundem Martialem, lib. XIV.

Chartæ epiſtolares.
Seu leviter noto, ſeu caro miſſa ſodali,
Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

Eæ erant, quæ *Auguſtæ* dicuntur: Plinio: *Auguſtæ in Epiſtolis Auctoritas relicta.* In Vitellianis Epiſtolæ ad Amicas ſcribebantur. Martialis ibidem:

Vitelliani.
Nondum legerit hos licèt Puella,
Novit, quid cupiant Vitelliani.

In iis quoque ſcribebantur Epiſtolæ ad Amicos, ut patet ex iis, quæ ibidem de Vitellianis addit:

Quòd minimos cernis, mitti non credis Amicæ.
Falleris, & nummos iſta tabella rogat.

Plinius, lib. XIII. cap. XII. varia chartarum ſcribit fuiſſe genera, & variam pro earum generibus latitudinem. *Magna,* inquit, *in latitudine earum differentia, XIII. digitorum optimis. Duo detrahuntur Hieraticæ. Fanniana decem habet. Et uno minus Amphitheatrica: pauciores Saitica, nec malleo ſufficit. Emporeuticæ brevitas ſex digitos non excedit.* Poſt Plinii ſeculum non minor fuit earum latitudinis differentia: tanta, inquam, quantam hodie quoque in illis videmus. Pro genere igitur chartæ, vel longiores, vel breviores erant lineæ: ideoque linearum numerus, aut major, aut minor. In Hieratica majores; in Fanniana verò minores erant lineæ: atque ita de reliquis. Non minorem quoque fuiſſe characterum varietatem, ſciunt omnes. Alii majoribus literis; alii uncialibus, quas vocat Hieronymus, alii minutis; alii integro vocum ductu; alii verò notis quibusdam ſcribebant. Scriptura major plures conſtituebat lineas; minor, pauciores; notæ verò, pauciſſimas. Quis ergo animum poteſt inducere, ut credat, στιχομετρίαν, quam germanæ ac ſinceræ Librorum autoritatis ſepem & regulam dicere poſſumus, nihil aliud apud veteres deſignâſſe, quam linearum numerum? nónne tot fuiſſent unius ejusdemque Operi στιχομετρίαι ineundæ ac recenſendæ, quot fuiſſent illius, aut in diverſa charta, aut vario charactere deſcripta Exemplaria?

Galenus hanc ῥῆσιν, ſive hunc locum Hippocratis deſcribit Comment. II. in lib. Hippocr. de Nat. Hum. Εἰδέναι χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισιν· ὅτι ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται. ὁκόσα δ' ἀπὸ κενώσιος γίνεται νουσήματα, πλησμονὴ ἰῆται. ὁκόσα δ' ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνά-

παύσιος ἐστι. ὁκόσα δὲ ὑπὲρ τὴν ἀργίην νοσήματα τίκτει ταλαιπωρίη ἐστί· τὸ δὲ ξυμπᾶν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν, ἐναντίον ἵστασθαι τοῖς καθεστηκόσι καὶ νοσήμασι, καὶ εἴδεσι, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι, καὶ τὰ ξυντείνοντα λύειν, καὶ τὰ λελυμένα ξυντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥτε ἴησις τοῦτό μοι δοκέει εἶναι. *Hæc quoque præter illa animadvertenda ſunt; quod quoscunq; nempe ſatietas gignit morbos, eos ſanet vacuatio; quicunq; verò è vacuatione oriuntur morbi, eos ſanet repletio; quicunq; autem è nimio labore proveniunt, eos ſanet requies; quoscunq; verò nimium gignit otium, eos labor ſanet. Ad ſummum oportet, ut ſciat Medicus contrarium opponere iis quæ accidunt, & morbis, & qualitatibus, & tempeſtatibus, & ætatibus, ac constricta diſſolvere; diſſoluta verò constringere: hac enim maximè ratione ægra pars recreari poteſt; quæ mihi videtur eſſe ſanatio.* Hæc ſunt, inquam, Hippocratis verba, quibus ſtatim ſequentia addit Galenus: Ταύτης ὅλης τῆς ῥήσεως ἑκάστου στίχου Διοσκορίδης προέγραψε σημεῖον, ὃ καλοῦσιν Ὀβελὸν, οἵῳ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ Ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ στίχους. Ταῦτα μὲν ὁ Διοσκορίδης ἔγραψεν, εἰκάζων εἶναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν Ἱπποκράτους τοῦ Θεσσαλοῦ υἱέος· δύο γὰρ υἱεῖ οὗτοι γεγόνασι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἑκάτερος πάλιν Ἱπποκράτεις ἐγέννησαν. *Ad ſingulos hujus loci verſus Dioſcorides adſcripſit notam, qui Obelus vocatur: quâ etiam notâ uſus eſt Ariſtarchus apud Poëtam ad verſus, de quibus ſuſpicabatur. Has quidem notas adſcripſit Dioſcorides, conjecturâ ductus ad putandum, hunc locum eſſe Hippocratis F. Theſſali. Hi duo enim fuerunt filii magni Hippocratis, Theſſalus & Draco, quorum uterque Hippocrates alios genuit.* Si στίχοι hic eſſent lineæ, cur ſingulas lineas obelo jugulâſſet Dioſcorides? nonne priore linea jugulata, confoſſa fuiſſet & altera, quæ à priore penderet, & quæ ſententiam non perficeret? Lineæ in oratione obelo non ſunt conficiendæ, ſed periodi, earumq; partes. Septem ſunt hujus loci Hippocratis partes, ut ipſa lectio indicat. Eæ totidem damnationis notis ſunt confixæ à Dioſcoride, quòd arbitraretur, hæc verba non fuiſſe ſcripta ab Hippocrate Coo, ſed ab ejus nepote, Hippocrate Theſſali filio. Hinc igitur patet, non ſolùm στίχον eſſe, vel periodum, vel periodi membrum, ſed etiam hunc Hippocratis librum verſibus diſtinctum fuiſſe, cùm obſervet Galenus, Dioſcoridem ἑκάστου στίχου προγράψαι σημεῖον, *ante ſingulos verſus notam ſcripſiſſe.*

Illuſtris eſt ad hoc argumentum locus Agellii, lib. IX. cap. XV. Adoleſcens quidam, qui eloquentiæ Neapoli operam dabat, rogat Julianum, ut ſeſe audiat declamantem. Eum it auditum Julianus. Quidam ejus ſectator, qui tum aderat, offenſus illius adoleſcentis arrogantiâ, ac præcipiti dicendi promtitudine, proponit illi, tentamenti gratiâ, Controverſiam parùm conſiſtentem, quod Græci genus ἄπορον vocant. *Hâc ille auditâ*, inquit Agellius, *nec conſideratâ, neque aliis, ut proponerentur, expectatis, incipit ſtatim mira celeritate, in eandem banc controverſiam principia neſcio quæ dicere, & involucra ſenſuum, verborumq; volumina, vocumq; turbas fundere, cæteris omnibus ex cohorte ejus, qui audire eum ſoliti erant, clamore magno exultantibus; Juliano autem malè ac miſerè rubente, & ſudante. Sed ubi deblateratis verſuum multis millibus, finem aliquando fecit, egreſſiq; inde ſumus; amici familiareſq; ejus Julianum proſecuti, quidnam exiſtimaret, percontati ſunt. Atq; ibi Julianus feſtiviſſimè, Nolite quærere, inquit, quid ſentiam: Adoleſcens hic ſine Controverſia diſertus eſt.* Quis ſanus verſus pro lineis poteſt accipere? Num Auditores, quacunque præditi ſint ſubtilitate, & quacunque utantur diligentia, declamationis, aut orationis, quam audiunt, linearum numerum inire poſſunt, eaſque ad numeros revocare? Eorum, quæ ſcripta ſunt, linearum quidem ſummam ſubducere quis poteſt: ſed eorum, quæ audimus, nemo eſt, qui poſſit aſſerere, ſe poſſe lineas ad calculum revocare, earumq; ſummam ſubducere. Si Henricus Stephanus, ſi Caſaubonus, ſi reliqui, qui arbitrantur, στίχους & verſus de lineis eſſe intelligendos, hunc locum Agellii obſervâſſent, nunquam in eum errorem, in quo verſantur, incidiſſent. Jocus autem Juliani in harum vocum, *ſine controverſia*, ambiguitate latet. Locutio hæc paſſim ſumitur pro re certa, de qua nemo dubitat, vel controverſiam ſive litem movet, ut apud Ciceronem lib. III. de Officiis: *Panætius, qui ſine controverſia de officiis accuratiſſimè diſputavit.* Apud Agellium tamen alio prorſus ſenſu ſumitur: ſignificare enim vult Julianus, illum adoleſcentem, diſertum haberi potuiſſe, ſi Controverſiam, quæ ipſi propoſita fuerat, non tractâſſet.

Verſus aliquoties *tractus* vocat Hieronymus: ut in Apologia pro Libris ſuis adverſus Jovinianum: *Igitur*, inquit, *cùm toties & tam crebrò Lectorem admonuerim, & per ſingula penè tractuum millia cautus viator inceſſerim, me ita recipere nuptias, ut eis Continentes, Viduas, Virgineſq; præferrem, debuerat prudens & benignus lector, etiam ea quæ videntur dura, æſtimare de cæteris.* Tractus hìc verſum ſignificat. Hac voce verſum novis exponit Servius ad hæc Virgilii verba Æn. lib. V.

- - - Triplici pubes quam Dardana verſu
Impellunt.

Triplici verſu, inquit Servius: *omnes enim Triremes erant. Verſu autem, aut ordine, ut*, Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos. *Aut verſu, tractu, à verrendo, ut* Æquora verrebant caudis, æſtumque ſecabant. *Sanè unus eſt ſenſus: & eſt Græcum: nam illi στίχοι dicunt.* Tractus apud Auctores Chriſtianos non lineam, ſed verſiculum, neque ſolùm verſiculum unum, ſed plures ſignificat, ut Ceremon. lib. II. c. XLI. *Cùm tractus dicitur, Cantores parant ſeſe pro paſſione dicenda.* Et in Pontificali Romano: *Dicitur deinde Alleluja cum ſuo verſu, & prima pars tractûs.* De hoc *tractu*, ejusque ſignificatione videndi ſunt Alcuinus, Rupertus, Hugo, & reliqui, qui de Officiis Eccleſiaſticis ſcripſerunt. Verſiculum verò ab Hieronymo tractum dici credimus, quòd trahatur, & ſpatio quodam atque interductu diſtinguatur.

Verſus quoque Ἔπος à Græcis in ipſa oratione ſoluta vocatur, ut in duobus locis Diogenis Laërtii obſervat Crojus: & à Luciano, in Tractatu, quomodo ſit ſcribenda Hiſtoria: Ὁ μὲν Οὐολογέσου ἀναξυρίς, ἢ ὁ χαλινὸς τοῦ ἵππου, Ἡράκλεις, ὅσας μυριάδας ἐπῶν ἕκαστον τούτων; Id eſt, Joh. Mycillo interprete: *Nam Vologeſi bracca, aut frænum equi, ò Hercules, quot millia verſuum unumquodque horum abſolvebat?* Et paulò pòſt: Ἐγὼ γ᾽ οὖν ἤκουσά τινος, τὴν μὲν ἐπ᾽ Εὐρώπῳ μάχην ἐν οὐδ᾽ ὅλοις ἑπτὰ ἔπεσι παραδραμόντος, εἴκοσι δὲ μέτρα ἢ ἔτι πλείω ὕδατος ἀνηλωκότος εἰς ψυχρὰν καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκουσαν διήγησιν. *Equidem audivi quendam, qui pugnam eam, quæ ad Europum commiſſa fuit, ne totis quidem ſeptem verſibus prætercurrebat: viginti autem menſuras aquæ, aut etiam plures conſumſerat in frigidam & nihil ad nos pertinentem narrationem.* Hìc ἔπος non poteſt accipi de linea, cùm agatur de eo, qui res geſtas narraret, ſed intelligendum eſt de periodo, cùm referat Lucianus, eum, de quo loquitur, ſeptem verſibus integram pugnæ narrationem eſſe complexum. Ideoque eodem prorſus ſenſu ab eodem Auctore ſumi fatendum eſt, in iis, quæ paulò pòſt addit: Εἷς δέ τις βέλτιστος ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ, ὅσα ἐν Συρίᾳ, ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ, τὰ ἐπὶ τῷ Τίγρητι, τὰ ἐν Μηδίᾳ, πεντακοσίοις οὐδ᾽ ὅλοις ἔπεσι περιλαβὼν, συνέγραψε, καὶ τοῦτο ποιήσας, ἱστορίαν συγγεγραφέναι φησίν. *Alius autem ſuaviſſimus quidam,*

cuncta

Digitized by Google

cuncta à principio ad finem uſque geſta, quæcunque in Armenia, quæcunque in Syria, quæcunque in Meſopotamia, præterea quæ ad Tigrim, quæq; in Mediis acciderant, ne totis quidem quingentis verſibus complexus, ſcripto edidit, eoq; facto Hiſtoriam compoſuiſſe videri volebat. Ita ſumitur ab Epiphanio Hæreſi LXIV. pag. 255. Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα ἐν τῇ περὶ τῆς ὑποθέσεως ἀκολουθίᾳ, τῷ προειρημένῳ Μεθοδίῳ, ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι, καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ εἰρημένα εὕρηται, πάντως που καὶ ἴση τοσαῦτα στίχοις. *Alia pleraque ad idem argumentum Methodius, ille vir apprimè doctus, acerrimusq; veritatis patronus, in eodem libro diſputavit, totidem ferè, quot à nobis excerpti ſunt, verſiculis.* Cùm igitur ἔπος & στίχος idem ſonent in ſoluta oratione, atque ἔπος aliquoties ab Auctoribus, & in laudandis Scripturæ locis, & in στιχομετρίᾳ, ut in Cantico Canticorum, in Pſalmis Davidis, & alibi. inde ſequitur, στίχον, ut & ἔπος, non lineam, ſed verſiculum ſignificare.

Verſuum meminit Seneca, Epiſt. XCIII. *Et paucorum verſuum*, inquit, *liber eſt, & quidem laudandus atque utilis.* Ipſe quoque, quomodo *verſus* ſint intelligendi, docet nos alibi, nempe epiſt. XXXIII. ubi de ſingularibus Philoſophorum agit ſententiis. *Ingens eorum turba eſt paſſim jacentium, ſumenda erunt, non colligenda. Non enim excidunt, ſed fluunt perpetua, & inter ſe connexa ſunt. Nec dubito quin multùm conferant rudibus adhuc, & extrinſecus auſcultantibus. Facilius enim ſingula inſidunt circumſcripta, & carminis modo incluſa.* Verſus igitur hic dicuntur, non lineæ, ſed ſententiæ ſingulares, quòd carminis modo, ſpatio quodam circumſcribantur, atque includantur. Ideoque membra vocat ibidem Seneca: *Nec recuſo, quo minùs ſingula membra, quomodo in ipſo homine, conſideres:* ut rectè corrigit Lipſ.

Patres etiam in laudandis, non lineis, ſed verſiculis Pſalmorum, & aliis ſcripturæ priſci Fœderis ſententiis, ut ab ipſis Judæis diſtinguuntur in Hebræis Codicibus, vocibus, στίχος, *verſus & verſiculus*, ſæpiſſimè utuntur. Athanaſ. Tract. de Virginitate: Ἀνισαμένη δὲ πρῶτον, τοῦτον τὸν στίχον εἰπέ. Μεσονύκτιον ἐξηγειράμην, τοῦ ἐξομολογήσασθαί σοι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. *Cùm primùm ſurgis, hunc verſum recita*, ex Pſal. CXIX. *Mediâ nocte excitabar, ut celebrarem judicia juſtitiæ tuæ.* Greg. Nyſſen. de Theodoro Martyre, t. III. p. 584. Ὁ δὲ τῶν δημίων σφοδρῶς ἐνεργούντων καρτερὸς ἦν, καὶ ἀνένδοτος, καὶ στίχον ἐκ τῆς ψαλμῳδίας ταῖς βασάνοις ἐπῇδεν· Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. *Ille verò, carnificibus vehementer in opere occupatis, conſtans erat, nihilq; de priſtina magnanimitate remittebat ac verſum ex libro Pſalmorum*, ex Pſal. XXXIV. *tormentis accinebat: Benedicam Domino omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo.* Epiphanius, Tract. de Ponderibus & Menſuris: Ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ ψαλμῷ ἔκειτο ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὕτως· Ἀδωναὶ ἠλιχὰ καριθὶ, ισμαὴλ, ἰεββιτὰ ἀκώλ. ἅ ἐστιν ἑρμηνευόμενα, Κύριε, ἐκέκραξα πρὸς σε, εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ. Ὅρα οὖν πῶς χωλὸν εὑρίσκεται· οἱ δὲ ἑβδομήκοντα δύο Ἑρμηνευταὶ προστεθεικότες τὸ, τῆς δεήσεως, ἀχώλωτον ἐποίησαν τὸν στίχον, καὶ ἡρμήνευσαν, Κύριε, ἐκέκραξα πρὸς σε, εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. *In Pſal. CXL.* (ſecundum Hebræos eſt CXLI.) *locus eſt, qui ſic Hebraicè legitur, Adonai, elicha cariti, iſmaël, lebbita acol, hoc eſt, Domine clamavi ad te, exaudi me, intende voci. Videſne, ut manca ſit, claudicansq; ſententia? Ergo LXXII. Interpretes, additis huce vocibus, orationis meæ, integrum verſum reddiderunt, hoc modo vertentes: Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci orationis meæ.* Hic in Hebræis vocibus deſcribendis, aut textum Hebræum non conſuluit Epiphanius, ſed è memoria, vel è verſione Græca illas deſcripſit; aut Librarii eas mutârunt & corruperunt. Quid enim hæc ſibi volunt, ισμαὴλ, ιεββιτά; Reſcribendum putamus, σμαὴλ, ἱκσιβά, & dicimus Epiphanium è memoria & verſione Græca in hunc verſum advocâſſe & retuliſſe voces Hebræas, שמע & הקשיבה, quæ alibi in Pſalmis leguntur: hæc enim ſunt in Textu ſacro omnium Judæorum & Chriſtianorum, quotquot unquam aut uſquam fuerunt: יהוה קראתיך חושה לי האזינה קולי: Ἀδωναὶ, κεραθιχὰ, ὕσα λὶ, ἀαξινὰ κωλί, quæ ita vertit Hieronymus: *Domine, clamavi ad te, feſtina mihi, exaudi vocem meam.* Vocem στίχος & ῥῆσις conjungit Chryſoſtomus, atque alteram per alteram interpretatur, Hom. in Pſal. XLI. juxta Hebr. XLII. Ἀρκεῖ δὲ ἕκαστος στίχος πολλὴν ἡμῖν ἐνθεῖναι φιλοσοφίαν, καὶ εἰς τὰ τὰ δόγματα διορθῶσαι, καὶ εἰς τὸν βίον ὠφελῆσαι τὰ μέγιστα· κἂν μετὰ ἀκριβείας ἑκάστην διερευνήσωμεν ῥῆσιν, μεγάλα καρπωσόμεθα ἀγαθά. *Sufficit autem unusquisque verſus ad plurimum philoſophiæ nobis comparandum, & ad corrigenda dogmata, & ad afferendam maximam vitæ utilitatem. Etſi unamquamque ſententiam diligenter ſcrutemur, admodum uberes inde fructus colligemus.* Hieronymus quoque ad hanc rem, atque hoc ſenſu vocem, *verſiculus*, aliquando uſurpat: ut in cap. IX. Jeſajæ: *Cœpta Emmanuelis & naſcentis pueri de Virgine prophetia, ex eo loco, ubi dicitur ad Achaz, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, verſiculo iſto finita eſt, quo infertur, zelus Domini exercituum faciat hoc.* Ut igitur in his Patrum locis στίχος, vel *verſus*, nihil aliud ſignificat, quam verſiculum, & comma, ſive inciſum Textûs librorum priſci Fœderis: ita in libris Novi Teſtamenti στίχος & *verſus* idem ſonant. Et quemadmodum στιχομετρία Textus Hebræi, & verſionis Græcæ Vet. Teſtamenti, verſuum & commatum, non linearum, numerum notat: ſic στιχομετρία Librorum novi Fœderis, non linearum, ſed commatum ipſorum indicat numerum.

Si hoc verum ſit, dicent linearum defenſores, unde orta igitur tanta diſſenſio inter veteres ipſos, qui in recenſendis verſibus laborârunt, tantaque numerorum varietas, quæ ſtatim in στιχομετρίᾳ apparet? ſi στίχος verſus, comma & membra ſignificent, cur alii multò plures, alii verò pauciores verſus adſcribunt? Hic ſcrupulus è Lectoris animo, niſi ab iis, qui in Codicum MSS. lectione ſunt verſati, evelli non poteſt. Obſervandum igitur eſt, Textum ſacrum diverſa ratione à Librariis ſcribi ſolitum fuiſſe. Quidam eum continua ſerie, & ſine ullo interductu ſcribebant: alii verò ἐν εἴδει τῶν στιχηρῶν. Qui continua ſerie illum ſcribebant, verſus, eorumque cola literis majuſculis, vel miniatis, vel cœruleis notabant, & diſtinguebant. Qui verò κατὰ τὸν τῶν στιχηρῶν τρόπον illum deſcribebant, verſus interductu, ac ſpatio quodam, vel tenui diſcrimine ſeparabant. Verſus autem utrique conſtituebant, non pro periodorum longitudine vel brevitate, vel pro integro ſententiæ ambitu, ſed pro mentis, ſive ſenſus ratione, ac pro commatum, vel membrorum numero: ita ut aliquando totidem ſint verſus in ſingulis periodis, quot ſunt illarum inciſa, vel membra. Exempli gratiâ hæc Jobi verba, quæ apud Hebræos unicum verſum conſtituunt, alii ita ſcribebant, Ἀπόλοιτο ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐγεννήθην ἐν αὐτῇ, Καὶ ἡ νὺξ, ἐν ᾗ εἶπον, Ἰδοὺ ἄρσεν. Alii verò, ut patet è Codice, quem è libro Theclæ manu exarato edidit Patricius Junius, hoc modo:

Ἀπόλοιτο ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐγεννήθην ἐν αὐτῇ.

Καὶ ἡ νὺξ, ἐν ᾗ εἶπον, Ἰδοὺ ἄρσεν.

Ibidem hæc verba, quæ in Textu Hebræo unicum verſum conſtituunt, alii ita ſcribebant, Ἀπενέγκοιτο αὐτὴν σκότος. Μὴ εἴη εἰς ἡμέρας ἐνιαυτῶν, μηδὲ ἀριθμηθείη εἰς ἡμέρας μηνῶν, atque ita duos verſus componebant. Alii verò, ut Thecla, in tres verſus dividebant, hoc modo:

Ἀπε-

Ἀπενέγκαιτο αὐτὴν σκότος,
Μὴ εἴη εἰς ἡμέρας ἐνιαυτῶν,
Μηδ' ἀριθμηθείη εἰς ἡμέρας μηνῶν.

Capitis quinti verſus tertius dividitur in verſus, ſive commata octo, ut iis, qui Jobi Codicem Catenæ Patrum in Jobum annexum, & à Patricio Junio editum habent, videre licet. Eodem prorſus modo factum eſt à Librariis in reliquis Libris, qui ἐν εἴδει τῶν στιχηρῶν ſcribebantur, ut in libris Novi Fœderis. Librarii enim ſententias & periodos in plura membra atque inciſa dividebant, ita ut ea verba, quæ hodie unum conſtituunt verſiculum, plures conſtituerent: quæcunque enim vel quæſtionem, vel reſponſum notant, omniaque periodorum inciſa, & membra, ea, inquam, omnia in totidem verſus diſtinguebantur. Matth. cap. II. hæc verba, *Et mittens illos in Bethlehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero; & cùm inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum*, hodie unum conſtituunt verſiculum: olim tamen à Librariis in quatuor verſiculos dividebantur, hoc modo: *Et mittens illos in Bethlehem, dixit. Ite. & interrogate diligenter de puero. Et cùm inveneritis, renunciate mihi, Ut & ego veniens adorem eum.* Vel iſto forſan modo:

Et mittens illos in Bethlehem, dixit,
Ite, & interrogate diligenter de puero.
Et cùm inveneritis, renunciate mihi,
Ut & ego veniens adorem eum.

Hodie caput primum Evangelii ſecundum Johannem in omnibus editionibus dividitur in verſiculos LI. vel LII. Habeo tamen Codicem antiquum, optima & eleganti manu exaratum, in quo diſtinguitur in verſus, ſive commata LXXXIX. quæ literis majuſculis, iisque modò miniatis, modò cæruleis ſunt notata & ſeparata. Nemini igitur mirum videri debet, tantam extare inter veteres & hodiernas Editiones de verſuum numero diſſenſionem, tantamque τῶν στιχομετριῶν diverſitatem, cùm veteres, Græci præſertim, periodos in cola & commata dividerent, eáque aut majora, aut minora, pro rei argumento, aut ut cuique libitum erat. Hieronymum verò, cum librum Paralipomenon, & Jeſajæ Prophetæ Oracula novo ſcribendi genere deſcripſit, atque in verſuum cola diſtinxit, arbitramur, non tam Hebræorum morem amplexum eſſe, & verſus, qui in Codice Hebræo erant notati, interductu, atque tenui intervallo ſeparâſſe, quàm Græcorum inſtitutum in dividendis ſententiis, & periodis fuiſſe ſecutum, ut ea, quæ de Demoſthenis & Ciceronis libris, per cola & commata ſcriptis, indicare videntur. Utinam Codices Hieronymi manu exarati ad noſtra usque tempora perveniſſent, aut Librarii, qui Codicem ſacrum deſcripſerunt ex illius exemplari, interductus atque intervalla illa verſuum obſervâſſent, jam nullus eſſet hac de re ambigendi locus. Certum tamen eſt, Hieronymum eosdem ferè in ſuis Codicibus habuiſſe verſiculos, quos hodie habemus. Quod ipſius Hieronymi confirmamus teſtimonio. Pericope illa capitis III. Epiſtolæ ad Romanos, in qua pluribus S. Scripturæ locis probat Paulus, Judæos & Græcos peccato addictos eſſe, novem hodie conſtat verſiculis. Omiſſis duobus prioribus Editionis hodiernæ verſiculis, reliquos ad octonarium producit numerum Hieronymus, Præfat. in Comment. XVI. in Jeſajam. Locum integrum adducemus, ut videant eruditi, & harum rerum ſtudioſi, quo ſenſu *verſûs* vocem uſurpent Patres, & quàm exiguum ac leve ſit diſcrimen inter verſuum Hieronymi diviſionem, atque hodiernam. *Illicò mihi non parvam*, inquit, *quæſtiunculam detuliſti, quod ſcilicet octo verſus, qui leguntur in Eccleſiis, & in Hebraico non habentur tertii decimi Pſalmi, Apoſtolus uſurpârit, ſcribens ad Romanos*: Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Linguis ſuis doloſè agebant. Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum. Et viam pacis non cognoverunt. Non eſt timor Domini ante oculos eorum. *Quòd cùm audiſſem, quaſi à fortiſſimo Pugile percuſſus eſſem, cœpi tacitus æſtuare, & ſtuporem mentis vultus pallore ſignare. Hebræus, inquiebam, ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus, eruditusq; ad pedes Gamalielis, aut ignoravit hæc, aut eorum, qui lecturi erant, abuſus eſt ignorantia? quorum alterum eſt ineruditi; alterum callidi eſt ad malitiam, nec ejus qui dixerit.* Etſi imperitus ſermone, non tamen ſcientiâ; *& iterum*, In ſimplicitate & ſinceritate annunciavi vobis verbum. *Tandem in memet reverſus, unius diei ſpatium poſtulavi, ut reſponſio mea nequaquam argumentum humani eſſet ingenii, ſed fructus aſſiduæ lectionis. Itaque ſcripturam omnem perluſtrans, animadverti, ſicut omnis penè ad Romanos Epiſtola de veteri ſtructa eſt Inſtrumento, ſic & hoc teſtimonium de Pſalmis & Jeſaja eſſe contextum. Nam duo primi verſus*, Sepulchrum patens eſt guttur eorum, Linguis ſuis doloſe agebant, *quinti Pſalmi ſunt. Illud autem, quod ſequitur*, Venenum aſpidum ſub labiis eorum, *centeſimi triceſimi noni Pſalmi eſt. Rurſumq; quod dicitur*, Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, *de nono Pſalmo ſumtum eſt. Tres autem verſiculi, qui ſequuntur*, Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, Contritio & infelicitas in viis eorum, Et viam pacis non cognoverunt, *in Jeſaja Propheta reperi, quos in decimo ſexto explanationis ejus Libro, quem nunc dictare cupio, expoſiturus ſum. Ultimus autem verſus, id eſt, octavus*, Non eſt timor Dei ante oculos eorum, *in triceſimi quinti Pſalmi principio eſt.* Eundem verſuum numerum in hac ſectione agnoſcit Sedulius Hibernenſis, in Collectione in Epiſt. ad Romanos: *Hi octo verſus*, inquit, *neque apud Hebræos, neque apud quenquam reperiuntur Interpretum, neque apud ipſos, qui LXX. Editionem habent Vulgatam. Et quæritur à quibusdam, cur Apoſtolus ad Romanos horum faciat mentionem, neſcientibus de diverſis ſcripturarum locis, & maximè Pſalmorum hos eſſe textos, & Apoſtolum Paulum in divinis ſcripturis eruditiſſimum, quod volebat exprimere, hinc inde ſingulos, vel binos verſiculos texuiſſe.* Hi octo verſus iidem ſunt, atque hodierni, præter eum, qui nobis eſt tertius decimus, quem Hieronymus, & qui eum ſequitur Sedulius, in tres verſiculos diviſerunt. Atque inde conſtat exiguum in plerisque eſſe diſcrimen inter verſus, quos Hieronymus, & qui poſt eum vixerunt Patres, in Codicibus ſacris adnotaverunt, & eos, quibus hodie utimur. Inde quoque patet id quod contendimus, in στιχομετρίᾳ Græca & Latina, *verſus*, non de lineis, ſed de verſiculis, ſive membris, aut inciſis orationis & periodorum eſſe intelligendos. Quidni id *Verſus* ſignificet apud ſcriptores Chriſtianos, cùm eadem prorſus notione *verſiculi* vox à Cicerone, non pro linea, ſed pro integra ſumatur ſententia, ſive longiore, ſive breviore? ut in Orat. pro Milone: *Quanquam quis hoc credat, Cn. Pompejum, juris publici, moris Majorum, rei denique publicæ peritiſſimum, cùm ſenatus ei commiſerit, ut videret, ne quid Reſpublica detrimenti caperet*, quo uno verſiculo *ſatis armati ſemper Conſules fuerunt, etiam nullis armis datis, hunc exercitu, hunc delectu dato, judicium expectaturum fuiſſe in ejus conſiliis vindicandis, qui vel judicia ipſa tolleret?* Et lib. XIII. epiſt. ad Atticum, epiſt. XLIX. *Scripto jam ſuperiore* verſiculo, *Eros mihi dixit, ſibi Murenam liberaliſſimè reſpondiſſe.* Conſule ipſum locum

cum

cum, & perſpicies, *verſiculum* illum plura complecti membra. Et Epiſt. IV. ad Brutum: *Breves tuæ literæ; breves dico? imò nullæ. Tribúsne* verſiculis *hiis temporibus Brutus ad me?* Vide Epiſtolam Bruti, ad quam reſpondet Cicero, & fateberis, pluribus, quàm trib. lineis conſtare. Hoc quoq; ſenſu *carminis* vocem uſurpat in Orat. pro C. Rabirio: *Namq; hæc tua, quæ te hominem clementem popularémque delectant, I Lictor, colliga manus: quæ non modò hujus libertatis, manſuetudinisque non ſunt; ſed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii, ſed Tarquinii, ſuperbiſſimi ac crudeliſſimi Regis. Iſta ſunt cruciatus* carmina, *quæ tu, homo lenis ac popularis, libentiſſimè commemoras, Caput obnubito. Arbori infelici ſuſpendito.* His rationibus, his argumentis, his exemplis, quid de verſuum ſignificatione, uſu ac recenſione ſentiendum ſit, ita liquidò & perſpicuè demonſtravimus, ut nulla jam de illis dubitatio, nullusque ſcrupulus accidere, aut in Lectorum animis reſidere poſſint. Videbunt tandem omnes, uſum verſiculorum, quibus hodie quoque utimur, recentem non eſſe, ſed ab ipſo ſaltem Hieronymi ſeculo ad noſtrum usque manâſſe ſeculum. Atque hæc illa ſunt, quæ doctiſſimus Crojus de hac controverſia eruditiſſimè ſcripſit, quæque hic quoque exſtare voluimus.

Στοιχεῖον.

Στοιχεῖον, *elementa*, ſunt

I. *prima principia*, ex quibus omnes res naturales componuntur, quæ ſub cœlo ſunt. Veteres Gl. Στοιχεῖον, *elementum*. Heſychius: Στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, γῆ, καὶ ἀήρ, ἀφ' ὧν τὰ σώματα. *Elementa, ignis, aqua, terra & aër, ex quibus corpora.* De his conſulantur Phyſici. Hinc

1. Τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, *elementa initii eloquiorum Dei* Hebr. V. 12. vocantur Catecheſeως religionis Chriſtianæ prima fundamenta, ſeu rudimenta, quæ pueris & aliis Catechumenis addiſcenda tradebantur. Ita interpretantur veteres. Theodoret. ad Apoſtoli locum, p. 417. Στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, τοὺς ταπεινοτέρους περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγους ἐκάλεσε. Τοῖς γὰρ μηδέπω τὴν πίστιν ἐσχηκόσι τελείαν, τὰ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος προσέφερον μόνα τῆς ἀληθείας οἱ κήρυκες. Elementa initii eloquiorum Dei *vocavit humiliores de Chriſto ſermones. Illis enim, qui nondum fidem perfectam habebant, ea ſola, quæ ad humanitatem pertinent, exponebant veritatis præcones.* Idem in cap. VI. ad Hebræos, pag. 418. dicit Apoſtolum vocare στοιχεῖα τῶν λογίων pœnitentiam, baptiſmum, doctrinam de reſurrectione & ultimo judicio, idque ſequenti illuſtrat ſimili, Καθάπερ γὰρ τοῖς μειρακίοις ὁ γραμματιστὴς πρῶτον ὑποδείκνυσι τῶν στοιχείων τοὺς χαρακτῆρας. οὕτως οἱ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλοι ταῦτα πρῶτα τοὺς πίστει προσιόντας παιδεύουσι. *Sicut enim pueris literator primùm tradit characteres elementorum: ita pietatis doctores hæc primùm docent eos, qui ad fidem accedunt.* Eodem prorſus modo Chryſoſtomus Homil. VIII. in hanc Epiſt. pag. 467. Ἐνταῦθα στοιχεῖα ἀρχῆς τὴν ἀνθρωπότητά φησιν· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν γραμμάτων πρῶτον τὰ στοιχεῖα δεῖ μαθεῖν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θείων λογίων πρῶτον περὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἔδει διδάσκεσθαι. *Hoc loco* elementa initii *humanitatem dicit. Quemadmodum enim in externis literis primùm oportet diſcere elementa, ita hic quoque primùm eos doceri oportebat de humanitate.* Nec aliter Theophylactus, pag. 918. Στοιχεῖα, τὰ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ φησιν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν γραμμάτων τὰ στοιχεῖα πρῶτον δεῖ μαθεῖν, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα πρῶτον περὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἔδει διδαχθῆναι, καὶ τοῖς ταπεινοῖς ἐνεβιβασθῆναι, εἶτα τοῖς τῆς θεότητος προβῆναι, τελειοτέρας διανοίας δεομένοις. Elementa, *ea quæ ſunt de humanitate Chriſti vocat. Ut enim in externis literis prima elementa diſcenda ſunt: eodem modo hic primùm doceri oportet de humanitate Chriſti, atque humilibus aſſueſcendum, deinde accedendum eſt ad ea, quæ ſunt Deitatis, quibus perfectiore intellectu opus eſt.* Photius quoque apud Oecumenium, pag. 822. de humanitate explicat: Στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς, τὴν ἐνανθρώπησιν λέγει. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν γραμμάτων πρῶτον τὰ στοιχεῖα μανθάνομεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θείων λογίων ἔδει πρῶτον τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως διδάσκεσθαι. ταῦτα γὰρ ταῖς ἀπίστοις καὶ νηπίαις ἀκοαῖς χωρητά. Elementa initii, *incarnationem dicit. Quemadmodum enim in literis primùm elementa diſcimus: ita etiam in divinis eloquiis oportebat primùm doceri ea, quæ ad incarnationem pertinent: ea enim infideles & imbecillæ aures capere poſſunt.* Affert verò idem eodem loco aliam quoque interpretationem, poſteriori ex Theodoreto allatæ geminam: Ἔστι στοιχεῖα ἀρχῆς λογίων τοῦ θεοῦ τὸ ἀποτάξασθαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, τὸ πιστεῦσαι ἐπὶ Θεὸν, τὸ βαπτισθῆναι, τὸ λαβεῖν πνεῦμα ἅγιον, τὸ εἰδέναι νεκρῶν ἀνάστασιν, τὸ πιστεύειν ὅτι ἔσται κρίσις. Elementa initii eloquiorum *Dei ſunt, renunciare Satanæ & operibus ejus, credere in Deum, baptizari, accipere Spiritum Sanctum, ſcire reſurrectionem mortuorum, credere fore judicium.* Hæc elementa aliàs vocantur *Lac.* Vide in voce Γάλα, num. II. ſub lit. a.

2. Στοιχεῖα τοῦ κόσμου, *elementa mundi*, Paulo ſunt ceremoniæ legales, quibus Deus Eccleſiam Judaicam erudiit, quaſi ſub pædagogo pueris ſeu diſcipulis ſuis rudimenta addiſcenda tradente, ad Gal. IV. 3. & Coloſſ. II. 8. Ad priorem locum Chryſoſtomus per *elementa mundi* intelligit νεομηνίας καὶ σάββατα, *novilunia & ſabbata.* Chryſoſtomum imitatur Theophylactus, qui tamen aliam quoque interpretationem, non minùs commodam affert, his verbis: Τινὲς δὲ στοιχεῖα, τὸν στοιχειώδη καὶ εἰσαγωγικὸν νόμον ἐνόησαν. *Nonnulli per elementa, elementalem & introductoriam legem intellexerunt.* Theodoretus, pag. 278. Στοιχεῖα τοῦ κόσμου τὰς νομικὰς παρατηρήσεις ἐκάλεσεν, ἐπειδήπερ ἀπὸ ἡλίου καὶ σελήνης νύξ τε καὶ ἡμέρα τελοῦνται· ἀπὸ δὲ ἡμερῶν ἑβδομάδες, καὶ μῆνες, καὶ ἐνιαυτοὶ συνίστανται, ὁ δὲ νόμος καὶ σάββατα, καὶ νομηνίας, καὶ ἐπαυσιαίους ἑορτάς, καὶ ἐνιαυτῶν ἑβδομάδας φυλάττειν ἐκέλευσεν. Elementa mundi *legales obſervationes appellavit, quandoquidem à Sole & Luna nox & dies perficitur, à diebus autem hebdomadæ, & menſes, & anni conficiuntur: lex autem, & ſabbata, & novilunia, & feſta anniverſaria, & annorum hebdomadas ſervare juſſit.* Gennadius apud Oecumenium, pag. 597. Στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἢ τὸν στοιχειώδη καὶ εἰσαγωγικὸν νόμον, ἢ στοιχεῖα καλεῖ, ἡμέρας, ὕδωρ, πῦρ, ὧν ἦσαν ἐκ τοῦ εἰς δουλείαν ὑπαγαγόντος νόμου αἱ παρατηρήσεις· ἡμερῶν μὲν, ἔν τε σαββάτοις, καὶ νεομηνίαις καὶ περιτομαῖς· ὕδατος δὲ, ἐν ταῖς σωματικαῖς ἁγνείαις καὶ βαπτισμοῖς· πυρὸς δὲ, ἐν τῷ μὴ ἀνακαίειν πῦρ ἐν τοῖς σαββάτοις, ἀλλ' ἕωλα ἐσθίειν. Elementa mundi *vocat vel elementalem & introductoriam legem: vel elementa vocat dies, aquam, ignem, quorum erant obſervationes ex lege in ſervitutem deducente: dierum quidem, in ſabbatis, & noviluniis & circumciſionibus: aquæ verò, in corporalibus luſtrationibus & lotionibus: ignis autem, quòd in ſabbatis ignem non accenderent, ſed heſterna comederent.* Ad poſteriorem locum Theodoretus, pag. 352. Στοιχεῖα τοῦ κόσμου, τὴν τῶν ἡμερῶν παρατήρησιν ἐκάλεσεν· ἀπὸ γὰρ ἡλίου καὶ σελήνης ἡμέραι καὶ νύκτες. Elementa mundi *obſervationem dierum vocavit: ex Sole enim & Luna procedunt dies & noctes.* Theophylact. p. 648. Στοιχεῖα κόσμου ἥλιον καὶ σελήνην λέγει, δι' ὧν δοκοῦσιν αἱ ἡμέραι τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε διακεῖσθαι. καὶ οὐκ εἶπεν, ἡμερῶν παρατηρήσεις, ἀλλὰ τοῦ κόσμου παῖδας μέμνηται, ἵνα τὸ εὐτελὲς ἐκ περιουσίας δείξῃ. Εἰ γὰρ ὁ κόσμος ὅλος οὐδὲν, πολλῷ μᾶλλον τὰ στοιχεῖα. Elementa mundi *Solem Lunámque dicit, per quæ videntur dies hoc vel illo modo ſe habere. Nec dixit, dierum obſer-*

ſervationes, ſed mundi totius meminit, ut vilitatem ejus abundè demonſtret. Si enim mundus totus nihil eſt, multò magis elementa. Proinde στοιχεῖα τοῦ κόσμου, in locis citatis, vocantur ceremoniæ legales, quia verſabantur circa res externas & viſibiles, puta, ablutiones, cibum, potum, dies feſtos, & circumciſionem ipſam, quæ fiebat in carne, & præcipua erat omnium ceremoniarum legalium. Nec tantùm appellantur στοιχεῖα τοῦ κόσμου, ſed etiam ad Gal. IV. 9. ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, *elementa infirma & egena*, id eſt, interprete Theophylacto, p. 472. τὰ μηδεμίαν δύναμιν ἔχοντα πρὸς τὰ προκείμενα ἀγαθὰ, μηδὲ ἰσχύοντα πνευματικῶς ὠφελῆσαι· ἅμα δὲ καὶ ὡς ἐστερημένα νοῦ καὶ αἰσθήσεως καὶ ζωῆς, πτωχὰ ταῦτα καλεῖ καὶ ἀσθενῆ, κἂν Ἕλληνες ἀπαρέσκωνται, *quæ nullum robur habent ad propoſita nobis bona, & quæ ſpiritualiter prodeſſe non poſſunt. Simul autem tanquam intellectu & ſenſu, adeóque vita orbata eſſent,* egena *hæc vocat &* infirma, *etiamſi hoc Græcis diſpliceat.* Oecumen. p. 598. Ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ αὐτὰ καλεῖ, οὐ διὰ τὸ ἐντίμαν αὐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐστερῆσθαι νοῦ καὶ ζωῆς καὶ αἰσθήσεως. Infirma & egena *illa vocat, non propter eorum vilitatem, ſed quòd orbata ſint intellectu & vita & ſenſu.*

II. Στοιχεῖα non ſolùm elementa ſunt, ſed etiam *imagines, figuræ, typi, moduli.* Suidas: Στοιχεῖα, αἱ εἰκόνες καὶ διαπλάσεις τῶν ὀνείρων, αἳ διʼ ὀλίγου, ἢ πολλοῦ χρόνου τὴν ἔκβασιν ἔχουσαι. *Elementa, imagines & formæ ſomniorum, quæ intra breve aut longum tempus eventum ſortiuntur.* Apud Epiphanium στοιχεῖα etiam legimus pro ipſis ſignis Zodiaci, & ipſorum ſignorum figuris, quas δεκανοὺς Ægyptii vocabant, Hebræi פָּנִים, id eſt, *facies*, Græci Aſtrologi πρόσωπα. Epiphanius, ut dixi, στοιχεῖα, id eſt, μορφώσεις, vel εἰκόνας. In hæreſi Pythagoræorum, quæ ordine VII. p. 12. Ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἄλλα ὥσπερ ἐν ἀνθρώπῳ, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, καὶ τὰ κατʼ οὐρανὸν στοιχεῖα. Cornarius interpretatur: *Oculos verò ipſius*, nempe cœli, *eſſe velut in homine, Solem & Lunam, ac reliqua ſidera, & in cælo elementa.* Imò στοιχεῖα hic ſunt *imagines: ſigna* enim *Zodiaci* ita vocat, & *ſignorum Decanos.* Sic enim alio loco interpretatus eſt in hæreſi Phariſæorum, quæ ordine eſt XVI. p. 21. Καὶ τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων παρὰ τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα, ἃ ζώδια καλοῦσιν. Ubi iterum Cornarius: *Et nomina apud erroneos illos inaniter in elementorum numerum recepta, quæ animalia vocant.* Hic iterum στοιχεῖα non ſunt *elementa*, ſed *imagines.* Nam ζώδια etiam vocati ſunt illi *Decani*, cùm ζώδιον omnem μόρφωσιν ſignificet. Unde ζώδια *ſigilla* in Gloſſis.

Στοιχειόω.

Quemadmodum στοιχεῖα apud Grammaticos ſunt *elementa*. Heſychius γράμματα vocat, ex quibus ſyllabæ componuntur: item *rerum & artium prima fundamenta & principia*: ita στοιχειόω eſt *elementa doceo, rudimentis inſtituo, erudio principiis ſeu primordiis alicujus artis, doceo artis incunabula.* Veteres Gl. Στοιχειῶ, *littero.* Heſychius: Στοιχειούμεθα, διδασκόμεθα, κατὰ τὴν τάξιν. *Ordine docemur.* Στοιχειουμένοις, διδασκομένοις. *Qui docentur.* Iſidorus Peluſiota: Τοῖς πρώτοις γράμμασι στοιχειούμενοι παῖδες. *Primis elementis inſtituti pueri.* Ignatius epiſt. ad Ephes. p. 220. Ὑμεῖς ἐστε τοιοῦτοι, ὑπὸ τοιῶνδε παιδευτῶν στοιχειωθέντες. *Vos eſtis ejuſmodi, à talibus inſtructoribus eruditi.* Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. cap. XVIII. p. 953. Τοὺς κατηχουμένους στοιχειώσαντες βαπτίσατε. *Poſtquam Catechumenos prima Religionis Chriſtianæ elementa docuiſtis, eos baptizate.* Lib. VII. cap. XXVI. p. 980. Εἴ τις κατʼ ἄγνοιαν μεταλάβοι, τοῦτον τάχιον στοιχειώσαντες μυήσατε. *Si quis S. Cœnam per ignorantiam ſumſerit, ille citò elementis Chriſtianæ religionis inſtituendus ac baptizandus eſt.* Libri ejuſd. cap. XL. titulus eſt: Ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους στοιχειοῦσθαι. *Quomodo Catechumeni primis elementis Religionis Chriſtianæ inſtituendi ſint.* Confer verbum Μεταστοιχειόω.

Στοιχείωσις.

Heſychius: Στοιχείωσις, διατύπωσις, ἡ πρώτη μάθησις. *Informatio, vel prima inſtitutio.* Suidas: Στοιχείωσις, ἀκριβεστάτη ἐπιτομὴ, ἡ πρώτη μάθησις, ἤτοι διάταξις. *Accuratiſſimum* docendi *compendium, prima diſciplina vel diſpoſitio,* & ad diſcendum præparatio. Athanas. Orat. de Incarnat. Verbi, t. I. p. 109. στοιχείωσιν καὶ χαρακτῆρα τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως, *rudimentum & documentum fidei in Chriſtum* vocat. Origenes Philocaliæ c. I. p. 6. Πειρώμεθα ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, τουτέστι, τὸν στοιχειώσεως, ἐπὶ τὴν τελειότητα φέρεσθαι, ἵνα ἡ τοῖς τελείοις λαλουμένη σοφία καὶ ἡμῖν λαληθῇ. *Relicto ſermone initiorum Chriſti, hoc eſt, primis elementis, ad perfectionem omni contentione animi feramur, ut ea quæ perfectis ediſſeritur ſapientia & nobis exponatur.* Ibid. c. III. p. 24. Ὡς τὰ κβʹ στοιχεῖα εἰσαγωγὴ δοκεῖ εἶναι εἰς τὴν σοφίαν καὶ τὰ θεῖα διδάγματα τοῖς χαρακτῆρσι τούτοις ἐντυπούμενα τοῖς ἀνθρώποις· οὕτω στοιχείωσίς ἐστιν εἰς τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ καὶ εἰσαγωγὴ εἰς τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων τὰ κβʹ θεόπνευστα βιβλία. *Ut duæ & viginti litteræ introductio ad ſapientiam & divinam doctrinam his formis impreſſam hominibus eſſe videntur: ſic ad ſapientiam Dei & rerum notitiam rudimentum ſunt atque introductio duo & viginti divinitus inſpirati libri.* Apud Dionys. Areopag. c. II. de div. Nomin. ſect. IX. pag. 425. ſunt θεολογικαὶ στοιχειώσεις, *Theologica rudimenta* vel *elementa.* Atque talis στοιχείωσις Clem. Alexandr. lib. VI. Strom. p. 646. dicitur στοιχειώδης διδασκαλία, *elementalis doctrina.* Ibid. p. 645. Græcorum Philoſophiam dicit eſſe στοιχειωτικήν τινα καὶ προπαιδείαν τῆς ἀληθείας, *elementalem Philoſophiam, & velati diſciplinam præcedentem veritatem.* Et lib. V. Strom. pag. 569. vocatur στοιχειωτικὴ τῶν παίδων διδασκαλία, *puerorum doctrina, quæ verſatur circa elementa.*

Στοίχημα.

Lexica non habent. Eſt autem στοίχημα apud Juriſconſultos *conventio, pactum.* Sic uſurpat Arſenius in Synopſi Canonum, Can. CXV. Ὅτι οὐ δεῖ κληρικὸν ἐγγύας διδόναι, ἢ γοῦν στοιχήματα ποιεῖν ἐν ἱπποδρομίῳ, ἢ ἐν παιγνίῳ τινί. *Quòd non oporteat Clericum fide juſſiones dare, ſeu conventiones & pacta facere in circo, aut in aliquo ludicro.* Deſcendit à στοιχέω, apud Heſychius interpretatur ζυγνῶ, *coaduno*: unde apud Harmenopulum, lib. I. tit. VIII. §. 1. *pacta & conventiones*, στοιχηθέντα dicuntur. Quia στοιχεῖν eſt *adhærere alicui & conjungi*, ut στοιχεῖν τοῖς ἴχνεσι, *veſtigiis inſiſtere*, apud S. Paulum, hinc jam στοίχημα, *pactum*, cui neceſſariò ſtandum eſt & acquieſcendum.

Στρατεία.

Propriam hujus vocis *ſignificationem*, utpote notiſſimam, ſicco pede tranſeuntes, *impropriam* paucis attingimus.

I. Ita στρατεία non notat *militiam armatam*, aut *militum præfecturam*, ſed *civilem militiam*, hoc eſt, *magiſtratum*, vel *dignitatem*, ἀρχὴν, ἀξίαν. *Militare* enim etiam dicuntur, quicunque munus aliquod, officiumve in palatio, aut comitatu Principis gerunt, & aliqua dignitate, aut adminiſtratione funguntur. Ambros. ſerm. VII. *Non enim tantùm de iis militantibus Scriptura loquitur, qui armatâ militiâ detinentur, ſed quiſquis militiæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur.* Cicero pro Murena: *Nec ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur: militant cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium*

Digitized by Google

rantium ſpem, vitam & poſteros defendunt. Hoc ſenſu hæc vox ſumitur Can. LXXXIII. Apoſtol. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. *Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, exercitui vacans, & utraq; obtinere volens, Romanum ſc. magiſtratum, & ſacerdotalem adminiſtrationem, deponatur.* Ad hæc verba Zonaras, p. 81. Στρατείαν ἐνταῦθα οὐχ ὅπλων μεταχείρισιν, ἢ προστασίαν στρατιωτῶν οἶμαι τὸν κανόνα λέγειν, ἀλλὰ στρατιωτικῶν πραγμάτων διοίκησιν, οἷον σιτηρεσίων στρατιωτικῶν διανέμησιν, ἢ τροφῶν στρατιώταις ἀφωρισμένων ὑποδοχὴν, ἢ στρατολογίαν, ἢ καὶ διοικήσεις ἄλλας τινὰς, ἃς καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι στρατείας εὑρίσκονται ὀνομάζοντες. *Militiam hoc loco non exiſtimo Canonem dicere armorum tractationem, aut militum præfecturam, ſed rerum militarium adminiſtrationem, ut militarium commeatuum diſtributionem, aut ſtipendiorum militibus aſſignatorum receptionem, vel delectum militum, aut etiam alias adminiſtrationes, quas etiam leges politicæ militias appellare ſolent.* Ad eundem Canonem Balſamon, p. 278. per τοὺς στρατείᾳ σχολάζοντας intelligit τοὺς διοικητὰς τῶν στρατιωτικῶν σιτηρεσίων, πραγμάτων καὶ στρατολογιῶν, *eos, qui militares commeatus adminiſtrant, & expeditionis militaris rationem ducunt.* Eodem ſenſu hæc vox ſumitur Can. VII. Calched. quem vide.

II. Καλοὶ στρατιῶται Ἰησοῦ Χριστοῦ ſpecialiter vocantur miniſtri Eccleſiæ, II. Tim. II. 3. quos στρατεύειν oportet τὴν καλὴν στρατείαν, de qua idem Apoſtolus I. Timoth. I. 18. quod eſt οὐ κατὰ σάρκα στρατεύεσθαι, II. Cor. X. 3. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνίζεσθαι, II. Tim. IV. 7. Seneca epiſt. XCVI. *Vivere, militare eſt.* Vide in Πόλεμος, num. II.

Στρατιώτης.

Miniſtri Eccleſiæ vocantur στρατιῶται Ἰησοῦ Χριστοῦ, *milites Jeſu Chriſti.* II. Tim. II. 3. ubi Apoſtolus diſcipulum ſuum monet, Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vulgatus: *Labora ſicut bonus miles Chriſti Jeſu.* Beza: *Feras laborem.* Nec tamen veteris rejicienda interpretatio. Κακοπάθεια enim, juxta veteres Gloſſas, eſt *vexatio, labor.* Hinc ergo κακοπαθεῖν eſt *vexari, laborare.* Et verbum *laborare* ſæpe ſignificat *vexari, afflictionem ferre.* Cicero ad Brutum: *Ingraveſcit indies inteſtinum malum, nec externis hoſtibus magis, quàm domeſticis laboramus,* id eſt, vexamur, opprimimur. Idem pro Cluentio, *Ex invidia laborare.* Ad locum Apoſtoli faciunt illa Senecæ, epiſt. LI. de Catone: *Habitaturum* (eum) *tu putas unquam fuiſſe in Utica, ut præternavigantes adulteras dinumeraret, & aſpiceret tot genera cymbarum variis coloribus picta, & fluitantem toto lacu roſam?* &c. *Nonne munere ille intra vallum maluiſſet, quàm unam noctem inter talia duxiſſe?* Apud eundem, epiſtolâ LXVII. Attalus Philoſophus, *Malo me fortuna in caſtris ſuis quàm in deliciis habeat.* Hîc *in caſtris haberi,* eſt ὡς στρατιώτης κακοπαθεῖν. Imp. Severus apud Herodian. lib. II. Δοκίμιον στρατιωτῶν κάματος, οὐ τρυφή. In l. 1. ff. de teſt. milit. *Milites appellantur à malitia, id eſt, duritia,* &c. D. Auguſtin. ad Pſ. XXXVI. de militibus agens, *Quanta dura tolerant! quæ itinera!* Tertull. ad Martyres: *Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, ſed te papilionibus expeditis & ſubſtrictis, ubi omnis duritia, imbonitas & inſuavitas conſiſtit.* Omnes pii vocantur στρατιῶται τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, *milites veræ pietatis.* Euſeb. Præparat. Evang. lib. XIII. c. VII. p. 388. Καὶ ταῦτα δὲ ἁρμόζει ἐπὶ τῇ τῶν θεοφιλῶν τελευτῇ, οὓς στρατιώτας τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν παραλαμβάνεσθαι. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾷν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχὰς, ὡς εὐλόγως καὶ τούτων ὑφ᾽ ἡμῶν γινομένων. Hæc verba Bellarm. lib. III. de Sanctis, c. IX. hunc in modum Latinè refert: *Nos veræ pietatis milites, ut Dei amicos honorantes ad monumenta illorum accedimus, votaq; illis facimus tanquam viris ſanctis, quorum interceſſione ad Deum non parùm juvari profitemur.* Obſerva immanem, ac propè dixerim λῃστρικὴν in vertendis Græcis autoribus audaciam. Si Græcum potiùs contextum, quàm Trapezuntii verſionem conſuluiſſet Bellarminus, facilè deprehendiſſet integrum locum ita vertendum eſſe: *Hæc verò,* nempe quæ ex Platone recitata erant de honorandis defunctis in bello fortibus viris, *Dei amantium morti competunt, quos milites veræ pietatis ſi dixeris, minimè errabis. Unde etiam ad ſepulchra eorum accedere ſolemus, & ad ea precari, eorumq; beatas animas honorare: idque optima ratione à nobis fieri putamus.*

Στρατόπεδον.

Imperatoris comitatum & aulam vocabant *caſtra* & στρατόπεδον. Sic accipe τὸ θεῖον στρατόπεδον epiſt. CX. ap. Syneſ. Chryſoſt. Hom. XXXII. ad populum Antiochenum: Ἕως γὰρ οὗτος ἐφθέγγετο, ὁ βασιλεὺς ἦν ἐν πενίᾳ πολλῇ μετὰ τοῦ στρατοπέδου παντός. *Nam quouſq; vocem hic emitteret, in multa paupertate Imperator cum totis caſtris verſabatur.* In Conc. Sardic. aliquoties hoc ſenſu legitur. Can. VII. Πολλοὶ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγινόμενοι. *Multi Epiſcopi non intermittunt ad caſtra accedere.* Balſamon ad hunc Can. p. 863. εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι, exponit πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι, *ad Imperatorem proficiſci.* Item, εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤγουν ἔνθα ὁ βασιλεὺς διάγει, παραγίνεσθαι. *In caſtra, ſeu ubi Imperator degit, accedere.* Eodem ſenſu legitur Canone ſequenti. Et Can. XXI. ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπιέναι, *in caſtra proficiſci:* id eſt, interprete Zonara, πρὸς βασιλέα ἀπιέναι, *ad Imperatorem proficiſci.* Confer vocem Κομιτᾶτον.

Στρεβλόω.

Veteres Gl. Στρεβλῶ, *pravo.* A στρεβλὸς, quatenus eſt καμπύλος, σκολιὸς, *diſtortus, incurvus,* ut interpretatur Heſychius: & ſignificat *detorqueo, perverto.* Hoc ſenſu uſurpatur II. Petri III. 16. Ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσι. *Quæ indocti parumq; ſtabiles detorquent.* Oecumenius exponit ἐνδιαστρόφως ἐξαγγέλλονται, *perverſè annunciant.* Epiphan. pro eo habet διαστρέφουσι. Sic enim hæreſi XXX. p. 69. Ἅτινά ἐστι βαθέα καὶ δυσερμήνευτα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι διαστρέφουσι τῇ ἑαυτῶν ἀγνωσίᾳ. *Quæ ſunt profunda & interpretatu difficilia, quæ indocti parumque ſtabiles ſuâ ignorantiâ pervertunt, detorquent.* Uſitatiorem hujus verbi ſignificationem Lexica exhibent.

Στύλος.

I. *Explicatio Nominis.* Στύλος, *columna,* præter propriam ſignificationem, *metonymicè* pro eo ſumitur, quod figuram columnæ refert. Sic στύλος νεφέλης καὶ πυρὸς, *columna nubis & ignis:* quæ fuit Iſraëlitis præſentiæ Dei ſignum & ſymbolum. Clem. Alex. Strom. I. pag. 348. Σημαίνει ὁ στύλος, τὸ ἀνεικόνιστον τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ πεφωτισμένος στύλος, πρὸς τῷ τὸ ἀνεικόνιστον σημαίνειν, δηλοῖ τὸ ἑστὼς καὶ μόνιμον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἄτρεπτον αὐτοῦ φῶς, ἀσχημάτιστον. Significat columna, *Dei imaginem effingi non poſſe. Illuminata autem columna, præter hoc quod ſignificat non poſſe effingi imaginem, Dei quoque ſtabilitatem ſignificat ac firmitatem, & immutabilem ejus lucem, quæq; non poteſt figurari.* Cyrill. Alex. lib. III. de Adorat. p. 84. *columnam nubis & ignis de Chriſto explicat,* dum ſic ſcribit: Ἐγράφετο δὲ ἀμφοῖν ὁ Χριστός. πρῶτον μὲν ὅτι στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἀκατάσειστός τε καὶ ἄθραυστος παντελῶς, καὶ ἀνέχων οὗτος τὴν γῆν. ἀπηλλάγμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ τοῦ φρονεῖν τὰ σαρκὸς καὶ τοῖς ἐπιγείοις ἐγκαλινδεῖσθαι κακοῖς. Per utramque Chriſtus adumbrabatur. *Primùm quidem, quia columna & ſtabilimentum veritatis eſt: inconcuſſus etiam*

prorſus & infractus, & in ſublime tollens terram. In Chriſto enim liberati ſumus ne ſapiamus ea quæ carnis ſunt, & ne in terrenis volutemur malis. Ita quidem illi allegoricè magis, quàm propriè. Notum autem eſt, Deum interdiu in columna nubis, noctu verò in columna ignis duxiſſe & protexiſſe Iſraelitas: ad quod alluditur Jeſ. IV. v. 5. Σκιάσει νεφέλη ἡμέρας, καὶ ὡς καπνοῦ καὶ φωτὸς πυρὸς καιομένου νυκτὸς, πάσῃ τῇ δόξῃ σκεπασθήσεται. *Obumbrabit nubes per diem, & tanquam fumo, & luce ignis ardentis per noctem, omni gloria protegetur.* Ad quæ Theodoretus: Ἡνίκα τὸν Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς ἠλευθέρωσε τῆς τῶν Αἰγυπτίων δουλείας, ἦγεν αὐτὸν νεφέλης ἐπικειμένης· καὶ νύκτωρ μὲν δᾳδουχούσης, καὶ τοῦ φωτὸς χορηγούσης τὴν χρείαν· μεθ᾽ ἡμέραν δὲ, σκηνὴν καὶ ὄροφον μιμουμένης, καὶ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὸ λυποῦν ἀπειργούσης. *Quando Deus liberavit Iſraëlem ab Ægyptiorum ſervitute, duxit illum ſub nube, noctu quidem lucente & luminis uſum præbente, interdiu verò, tecti inſtar ac tabernaculi, radiorum ſolarium moleſtias propellente.* Huc etiam pertinet illud Pſal. CV. 39. Διεπέτασε νεφέλην εἰς σκέπην αὐτῶν, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοὺς τὴν νύκτα. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.* Ubi iterum Theodoretus, p. 822. Ἡ γὰρ αὐτὴ νεφέλη σκηνὴ μὲν αὐτοῖς μεθ᾽ ἡμέραν ἐγένετο, καὶ τὴν ἀκτῖνος ἐκώλυε τὸ λυποῦν· νύκτωρ δὲ πυροειδὴς αὐτοῖς γινομένη, τοῦ φωτὸς αὐτοῖς ἐχορήγει τὴν χρείαν. *Eadem enim nubes interdiu ipſis umbraculum erat, moleſtiamque Solis radiorum prohibebat: nocte verò ignis ſpeciem referens, luminis uſum ſuppeditabat.*

II. *Uſus columnarum* eſt ad fulciendum & ornandum. Hinc στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *columna & ſtabilimentum veritatis* dicitur Eccleſia I. Timoth. III. v. 15. De quo loco, cùm ſit vexatiſſimus; paulò diſtinctiùs agendum.

1. Quidam hoc *de Chriſto* dictum intelligunt, in quibus eſt Procopius, & quorum is ſcripta compilavit. Cujus hæc ſunt verba ex Commentariis in Exodum. *Interdiu in columna nubis oſtendebat ipſis viam, noctu in columna ignis, utraque columna repræſentabant Chriſtum. Eſt enim hic columna & ſtabilimentum veritatis, ſuſtinens nos ſupra terram.* Simile quid ſuprà ex Cyrillo allatum: cui etiam ſequentia tribuuntur in Catena in Exodi cap. XIV. Χριστὸς προηγεῖτο τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ ἐν εἴδει πυρὸς ὡς ἐν τῷ κατακρίνοντι τε καὶ κολάζοντι νόμῳ· κολάσεως γὰρ σημεῖον τὸ πῦρ. ἡμῶν δὲ ἐν εἴδει νεφέλης ὡς ἐν τύπῳ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καὶ τῆς διὰ ὕδατος σωτηρίας· ἢ οὐχ ὕδωρ ἡ νεφέλη; *Chriſtus præcedebat Iſraëlitas in ſpecie ignis, ut in condemnante & puniente lege: ignis enim pœnæ ſignum eſt: nos verò in ſpecie nubis ut in typo ſancti Baptiſmi & ſalutis per aquam: vel, annon nubes aqua eſt?* Eadem eſt ſententia Epiphanii. Sic enim ille hæreſi LXIX. quæ eſt Ariomanitarum, p. 324. *Chriſtus appellatur columna,* ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *quoniam ipſe eſt ſtabilimentum veritatis: nubes,* ἐπειδὴ ἐσκέπασε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, *quoniam filios Iſraël protexit.* Vel, στῦλος, διὰ τὸ φωτεινὸν τοῦ πυρὸς ὃ ἐφώτισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Columna propter lucidum ignem, qui luxit in deſerto.* Et in Ancorato, p. 488. Στῦλος, ὅτι αὐτός ἐστι τῆς ἡμετέρας πίστεως ἑδραίωμα. *Columna, quia ipſe eſt fidei noſtræ ſtabilimentum.* Horum verò ſententia minùs commoda eſt, quia nulla ratione contextus Apoſtolici ſeries ſenſum hunc admittere videtur.

2. Non deſunt, *qui ad Timotheum ipſum* verba hæc ſentiant referenda: quod & Eraſmus ad hunc locum jam olim monuit. Στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, inquit, *ad Eccleſiam referenda ſunt, non ad Timotheum, ſicut quidam opinantur. Nam illam vocat columnam & baſim ac ſedem veri. Ac in eum ſanè ſenſum citat locum hunc Auguſtinus, exponens Pſalmum quadrageſimum ſeptimum.* Hactenus Eraſmus. Ita etiam vir acutiſſimus, monente Clar. Gatakero in Cinni ſui cap. XX. Guilhelmus Chillinsvorthus, Anglus, in tractatu de tuta & ſalutari Proteſtantium Religione, adverſus Pontificium quendam, part. I. cap. III. §. 76. *Eccleſiam,* inquit, *domicilio confert Apoſtolus; Timotheum columnæ in hoc collocatæ.* Interpretationem hanc his probat rationibus. 1. Cùm *Eccleſiam domum* antè nuncupâſſet, haud ſatis congruum videri, ut eandem confeſtim *columnam* diceret. 2. Apoſtolum eundem, aliis *Eccleſiæ proceribus,* ſive membris præcipuis, *columnæ* nomen alibi tribuiſſe. Certè ad Galatas II. 9. οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, de Petro, Johanne & Jacobo dixit, hoc eſt, *qui columnæ eſſe videbantur,* vel *erant* etiam. Ita Græcus Scholiaſtes: οἱ ὄντες στῦλοι τῆς πίστεως, καὶ πᾶσι δοκοῦντες. *Qui fidei columnæ & erant, & quibusque videbantur.* Cui adjici poteſt, quòd & per Johannem Chriſtus unicuique pollicetur, qui fidelis perſtiterit, ſe hunc facturum στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, *columnam in Templo Dei,* Apoc. III. 12. ubi Andreas Cæſarienſis, pag. 20. Εἰκότως δὲ εἶπε ποιῆσαι τὸν νικῶντα στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ. ὁ γὰρ νικητὴς τῶν ἐναντίων δυνάμεων, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας καθίσταται, ἀκίνητον ἐν αὐτῇ τὴν βάσιν ἔχων κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. *Meritò autem dixit, ſe vincentem facturum columnam in templo Dei. Nam qui adverſarias poteſtates debellaverit, columna & ſtabilimentum Eccleſiæ conſtituitur; utpote immotum juxta divinum Apoſtolum fundamentum in illa habens.* 3. *Ellipſin particulæ* ὡς *familiarem eſſe.* Hoc etiam verum eſſe, patet ex Geneſ. XLIX. v. 9. *Judas catulus leonis,* hoc eſt, catuli leonis inſtar. Et de Dane pariter Deuter. XXXIII. 22. Pſal. XI. 1. נודי צפור, *vola paſſer,* ſive *avicula,* hoc eſt, ſicut paſſer; ubi LXX. ὡς στρουθίον, particulâ ὡς expreſſâ. Sic & exteri. Flaccus in Arte,

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres. Id eſt, tanquam fidus interpres. Et Perſius Sat. V.

- - - *Soleâ, puer, objurgabere rubrâ.*

Id eſt, tanquam puer, ſoleâ verberabere, cædêre. Homerus Iliad. ω, v. 258.

- - - Ὃς θεὸς ἔσκε μετ᾽ ἀνδράσιν.

Qui deus erat inter viros. Id eſt, tanquam Deus. Ita enim Euſtathius: Δεῖ κἀνταῦθα προσυπακούειν συνήθως τὸ ὡς, ἵνα λέγῃ, ὡς θεὸς ἦν. *Oportet etiam hîc ſubaudire pro conſuetudine particulam* ſicut, *ut ſenſus ſit,* ſicut deus erat. Quod & ex proximè adjectis illis confirmat,

- - - - - - - - - - Οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

Neque videbatur viri mortalis filius eſſe, ſed dei.

Poſſet tamen alia, nec ea minùs familiaris, ellipſis eſſe; ut dicatur, non ὡς στῦλος, ſed στῦλος ὤν. Participii enim veri ſubſtantivi defectus minimè infrequens eſt. Matth. VI. 9. ὁ ἐν οὐρανοῖς, ſc. ὤν, *qui in cœlis es.* I. Petri III. 21. Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, pro eo, quod eſt, ᾧ ἀντίτυπον ὄν, *cui correſpondens,* ſive *analogus typus exiſtens baptiſma.* Rom. I. v. 30. ψιθυριστὰς, καταλάλους, &c. ὄντας, ſcil. *ſuſurrones, detractores,* &c. *exiſtentes.* Hac ratione mens Apoſtoli fuerit; *ut noris, quo modo gerere te debeas in domo Dei, tanquam columna & columen veritatis;* vel *columna columenque veritatis exiſtens.* De prole maſcula in Iphig. Taur. Euripides, v. 57.

Στῦλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες.
Domuum columnæ namque ſunt gnati mares.

Aſterius etiam, Amaſeæ Epiſcopus, cujus apud Photium excerpta exſtant Cod. CCLXXI. Jairi filiam unicam, τῆς οἰκίας ἔρεισμα, *domus paternæ fulcrum dixit:* utpote in quam, quod de Turno Virgilius Æneid. lib. XII.

- - *patris domus inclinata recumberet.*

His

His adjici poteſt, quòd veteribus *ſervi* quoque, quorum fidei ſua ſuosque patresfamilias credebant, *domus*, ſive *familiæ columina, columnæ, & columellæ* dicebantur. Cicero adv. Verrem Act. II. *Timarchides, columen familiæ veſtræ, premit fauces defenſionis tuæ.* Apud Terentium Phorm. Act. II. Scen. I.

Bone cuſtos, ſalve, columen verò familiæ.
Cui commendavi filium hinc abiens meum.

His verbis Demipho ſenex Getam, ſervum ſuum, inducitur compellans: ad quæ Scholiaſtes: *Columen, culmen, an columen, columna? unde columellæ apud veteres dicti ſervi majoris domus. Lucil. XXII:*

Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam,
Lucilii columella hic ſitus eſt Tubero.

Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. Horatius contrà pro columine columna,

Injurioſo ne pede proruas ſtantem columnam.
Ennius X.
*Regni * verſatum ſummam verò columnam.*
Columen verò familiæ, ſuſtentatio, vel decus. Unde columnæ dictæ. Hæc ille. Quæ, ut obſervat Cl. Gatakerus, non uno modo vitioſa ſunt. 1. Pro *ſervi majoris domus,* leg. *ſervi majores domus.* 2. Pentametron illud,

Lucilii columella hic ſitus eſt Tubero,

eſt ſpurium planè, peſſiméque conſarcinatum: genuinum integrumque Martialis, ſed ridendo, exhibet, lib. XI. epigr. XCI.

Lucili columella, hic ſitus Metrophanes.

Metrophanes itaque nomen fuit Lucilii *ſervi majoris,* non *Tubero*, quod ſcriptoris nomen eſt, ex quo ſequentia depromuntur. Hiſtoricus is fuit, Ciceroni coævus, uti ex illius ad Quintum Fratrem epiſtola patet. Horatii, quem citat, locus habetur Carm. lib. I. Ode XXXV. Ennii verò verba manca eſſe aſteriſco, quem appellant, affixo innuitur. Reſtitui ſic poſſe cenſet Joſ. Scaliger epiſt. ad Paul. Merulam;

Regni verſatam tunc ſummovere columnam.

Ita quemadmodum familiarum columellæ, ſic regnorum quoque, civitatum ac rerumpubl. *columnæ & columina* dicuntur Reges, Principes, Proceres, Magiſtratus, Magnates, Judices. Sicut enim *regni columnam* Ennius; ita *reipublicæ columen* Cicero dixit Orat. pro Seſtio. Sed & Catullo epigr. LX. *Theſſaliæ columen* Peleus.

Cæterum, ſicut *liberi, maſculi* præſertim; *ſervi* quoque *majores,* quibus rei familiaris cura potior commiſſa, *domus* ac *familiæ columnæ & columellæ*, ſive *columina* cenſentur; *regni* autem ac *reipubl. Principes, Proceres'que ſtrenui,* probi juſtique: ita viri pii, veritatis ſacræ propugnatores, præſertim in ſtatione ea, quæ in Eccleſia primas obtinet, conſtituti, quid obſtat, quò minùs pro *columnis fulcriſq;* quibusdam habeantur? Neque enim aliud eſt ἑδραίωμα, quàm, ut Suidas, στήριγμα, *fulcrum.* Quo vocabulo & in hoc argumento uſus deprehenditur haud ſemel Nicephorus Calliſti: ſiquidem Hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. II. Eccleſiæ *Paſtores* vocat θρησκείας στηρίγματα, *religionis fulcra*: eosdem lib. X. cap. XXIII. πλῆθος ὥσπερ στηρίγματα, *plebis Chriſtianæ fulcra quædam.* Greg. Nazianzenus epiſt. XXIX. Euſebium Samoſatenſem vocat στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, πατρίδος ἔρεισμα, *columnam & ſtabilimentum Eccleſiæ, patriæ fulcrum.* Epiſt. XXXVIII. alium Epiſcopum vocat τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, *fidei fulcrum.* Ita Tertull. de Pudicitia, cap. XVI. *diſciplinarum columna immobilis* dicitur Paulus. Et Petrus, Johannes, Jacobus, *columnæ Apoſtolatus,* eidem adv. Marcion. lib. I. cap. XX. Chryſoſtom. Hom. XLII. t. V. *Apoſtolos* vocat στύλους καὶ πύργους, *columnas & turres.* Ignatius in epiſt. ad Philadelph. στύλους τοῦ κόσμου, *mundi columnas.* Iterum Chryſoſtomus Homil. CXLIII. t. V. de Apoſtolis: Στύλοι, ὅτι τὸ ὄροφον τῆς πίστεως ἐβάστασαν. *Columnæ, quia culmen fidei portarunt.* Idem Orat. I. in epiſt. ad Romanos *de Paulo*: Ὁ τῆς ἐκκλησίας στῦλος, *Eccleſiæ columna.* Nyſſenus Orat. VI. de Beatitud. *Moſen, Johannem & Paulum* vocat στύλους τῆς πίστεως, *columnas fidei.* Chryſoſtomus *Paulum & Petrum* Homil. LXIV. t. VI. πύργους καὶ στύλους τῆς ἐκκλησίας *turres & columnas Eccleſiæ.* Et Homil. LXXVI. tomi ejusd. eosdem, στύλους τῆς ἐκκλησίας. Idem Homil. XXXII. t. V. *Petrum* vocat στήριγμα τῆς πίστεως, *firmamentum fidei*: Nazianzenus Orat. VII. τὸ τῆς ἐκκλησίας ἔρεισμα, *Eccleſiæ fulcrum*: Theophylactus in cap. XXII. Lucæ, στήριγμα, *fulcimentum, fulcrum. Petrus & Johannes à* Theodoreto, Orat. X. de Providentia, pag. 441. vocantur πύργοι τῆς εὐσεβείας, στύλοι τῆς ἀληθείας, οἱ τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδοντες, *pietatis turres, veritatis columnæ, Eccleſiæ ſtructuram ſuffulcientes.* Idem Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. III. omnes *Apoſtolos* vocat τοὺς πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, *totius mundi columnas.* Baſilius Cæſarienſis in Catena Græca, referente Cl. Heinſio, Εἰσὶ καὶ στύλοι τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι, κατὰ τὸ εἰρημένον, Στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας. *Sunt & Jeroſolymorum columnæ Apoſtoli, ſecundum illud quod dictum eſt, Columna & ſtabilimentum Eccleſiæ.* Auguſtinus pariter in Pſal. LXXIV. *Columnas* Apoſtolos dicit. Ambroſius in Pſal. CXVIII. part. V. *Columnæ Eccleſiæ Apoſtoli, in timore ſancto, quæ eſt baſis, fundati. Et ſicut Petrus, Jacobus, Johannes & Barnabas columnæ eſſe videbantur Eccleſiæ: ſic & quicunque vicerit hoc ſeculum, fit columna in templo Dei.* Alluſit ad Apocalypticum illud, quod ſuprà produximus. Facit huc & Hieronymi illud ad Tit. C. I. *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere; ut non quærant eos, qui poſſunt Eccleſiæ plus prodeſſe, & in Eccleſia erigere columnas; ſed quos vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis devincti, &c. Columnas erigere* dixit, vel columnarum vicem præſtare, vel qui id præſtarent, exſtruendo firmandoque conſtituere. Dionyſius Alexandrinus in epiſt. ad Fabium Antioch. apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. XLI. fortiſſimos Chriſti martyres appellat στεῤῥοὺς τοῦ Κυρίου στύλους, κραταιωθέντας ὑπ' αὐτοῦ, *columnas Domini firmas, ab ipſo corroboratas.* Alia, quæ huc referenda, produximus in voce Πέτρος, ſub *tertia claſſe nominum* ſeu *encomiorum* Petro tribui ſolitorum, ubi vide.

Accedit denique interpretationi huic ſtabiliendæ, ne nova & nunc primùm nata videatur, (quod nec eſſe indicat ſatis, Eraſmi, licèt rejicientis, annotatio jam producta) Gregorii Nyſſeni autoritas. Cujus verba, quia diſerta ſunt in hanc mentem, ex libro de vita Moſis, t. I. pag. 226. excerpere non pigebit. Εἰ δέ τις τὴν κάτω σκηνὴν θεωροίη, ἐπειδὰν πολλαχῇ Χριστὸς ἡ ἐκκλησία παρὰ τοῦ Παύλου κατονομάζεται· καλῶς ἂν ἔχοι τοὺς ὑπηρέτας τοῦ θείου μυστηρίου, οὓς καὶ στύλους τῆς ἐκκλησίας καλονομάζει ὁ λόγος, ἀποστόλους τε καὶ διδασκάλους καὶ Προφήτας, τὰ ὀνόματα ταῦτα ὀνομάζειν εἶναι. Οὐ γὰρ μόνον Πέτρος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος στύλοι τῆς ἐκκλησίας εἰσὶν, &c. ſequentia jam exſtant ſub voce Πέτρος, in tertia Claſſe nominum. *Quodſi quis tabernaculum inferius conſideraverit, quoniam ſæpius à Paulo Eccleſia Chriſtus appellatur, optimè is myſterii divini adminiſtros; quos & Eccleſiæ columnas ſcriptura nuncupat; Apoſtolos nempe & Doctores, & Prophetas nominibus iſtis inſigniverit. Neque enim ſolùm Petrus, & Johannes, & Jacobus Eccleſiæ columnæ ſunt, &c.* Quòd ultima verba ſunt τῆς ἐκκλησίας ἀληθείας vox altera παρέλκειν videtur, & è margine forſan illud ἐκκλησίας, à ſciolo aliquo, Apoſtoli verba minùs attendente, primitùs adſcriptum, per deſcribentium diligentiam nimis officioſam poſt in

Contextum irrepſiſſe. Nec renitar tamen, ſi quis deeſſe quidpiam, & vel τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀληθείας, vel τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ ἀληθείας, legendum potiùs cenſuerit. Quin & illud aliis penſitandum relinquo, annon duplex olim lectio extiterit contextus Apoſtolici, ut in exemplaribus quibusdam pro ἀληθείας legeretur ἐκκλησίας. Poteſt autem *veritatis columna* dici Timotheus, quomodo *Philoſophiæ columen* Platonem dixit Arnobius adv. Gentes lib. II. Poteſt & *Eccleſiæ columna* dici, quemadmodum alii Eccleſiæ doctores & paſtores.

3. Alii mutata interpunctione; cujusmodi alioquin interpunctionum mutationes alibi ſatis commodè nonnunquam procedunt, vel tentantur; verba illa à ſuperioribus divulſa, ad ſequentem periochen, ſeu periodum, vel comma, de myſterio pietatis, & ſic de Chriſto ipſo, retrahunt: ut ſic Chriſtus ipſe, ſeu myſterium pietatis hìc dicatur στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, non verò Eccleſia. Ita eruditiſſimus Camero de Eccleſia tract. V. *Myſterium*, inquit, *pietatis, ſummam, nempe Evangelii, columnam ac firmamentum veritatis vocat.* Itaque verba ſic concinnanda cenſet: Στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. *Columna & firmamentum veritatis, & ſine controverſia magnum eſt pietatis myſterium.* Eodem inclinat vir doctiſſimus Abrahamus Scultetus Obſervat. in I. epiſt. ad Timoth. C. XVIII. Rationes, quas pro ſententiæ ſuæ fundamento adducit, hæ ſunt. 1. *Alioqui hiulcam & ſuſpenſam videri poſſe dictionem Apoſtolicam: cùm ſequentia cum præcedentibus vix aptè cohæreant.* 2. *Non ſolere Apoſtolum ab & conjunctione argumenti novi tractationem inchoare.* 3. *Solenne eſſe apud Judæos, ubi quis profitetur ſe præcipua Religionis dogmata traditurum, ut viam præmuniat, præmonendo, columnam eſſe & fundamentum veritatis vel ſapientiæ, quod traditurus eſt. Ita Moſen Maimonidem opus nobiliſſimum de Judæorum dogmatibus orſum; Fundamentum fundamenti, & columna ſapientiæ hæc eſt, ut ſciamus quid ſit ens primum, &c.* 4. *Durum admodum eſſe, ut Eccleſia potiùs dicatur firmamentum & columna veritatis, quam veritas columna & firmamentum Eccleſiæ, cùm & Eccleſia quòd ſtat invicta atque immota, id veritati acceptum ferat.* Hæc ille. Et certè Joh. Chryſoſtomus ad hunc locum, Homil. XI. in Epiſt. hanc: Ἡ ἀλήθειά ἐστι τῆς ἐκκλησίας καὶ στῦλος καὶ ἑδραίωμα. *Veritas eſt Eccleſiæ & columna & ſtabilimentum.* Irenæus itidem adv. hæreſ. lib. III. cap. I. *Evangelium*, inquit, *quod* (Apoſtoli) *tunc præconiaverunt, poſtea in ſcripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum.* Et rurſus cap. XI. *Columna & firmamentum Eccleſiæ eſt Evangelium.* Qui & ideo quatuor vult eſſe Evangelia, quæ quatuor orbis terrarum plagis reſpondeant, per quas Eccleſia eſt diffuſa & diſſeminata. Huc etiam referri debet illuſtris locus Baſilii Seleucienſis, ex Orat. ejus XXV. adductus in voce Πέτρα, paulò ante finem num. II. Hinc patet, etiam ex iis, qui ad Eccleſiam hæc referunt, eo tamen ſenſu accipere, ut veritate, tanquam columnâ, Eccleſia ſuffulciri & ſuſtineri dicatur. Ita Victorinus Strigelius ad Apoſtoli locum: *Eccleſia eſt fidelis cuſtos veritatis, id eſt, verbi divinitùs traditi, juxta illud, ſermo tuus eſt veritas. Poteſt etiam paſſivè hoc dictum intelligi: Eccleſia fulcitur & ſuſtentatur, non opinionum commentis, quæ dies delet, ſed veritate, quam tempus confirmat.* Et acutè admodum Lancelotus, Anglus, ad Bellarmini Apolog. Reſpons. cap. XIV. *Columna ea veritatis ſic eſt; non cui veritas innixa, ſed quæ ipſa veritati. Neque enim columna hæc in aëre pendet: baſin habet & crepidinem, ubi niſi in verbo Dei?* Eodem concedere etiam videtur Theodoretus ad hunc locum, pag. 477. Οἶκον Θεοῦ καὶ ἐκκλησίαν τῶν πεπιστευκότων τὸν σύλλογον προσηγόρευσε. Τούτους ἔφη στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· ἐπὶ γὰρ τῆς πέτρας ἐρηρεισμένοι, καὶ ἀκλόνητοι διαμένουσι, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων κηρύττοντες τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν. Domum Dei & Eccleſiam *appellavit cœtum eorum qui crediderunt. Eos dixit* columnam & firmamentum veritatis. *Supra petram enim fundati, ſtabiles & immobiles permanent: & rebus ipſis prædicant dogmatum veritatem.* Commodè etiam Guil. Witakerus de Eccleſ. controv. II. quæſt. IV. C. II. στῦλον καὶ ἑδραίωμα, *columnam* quidem *& firmamentum*, non eſt θεμέλιον, hoc eſt, *fundamentum, veritatis* dici *Eccleſiam*. Præclarè Arnobius adv. Gent. l. III. *Neque enim ſtare ſine aſſertoribus non poteſt religio Chriſtiana: aut eo eſſe comprobabitur vera, ſi aſtipulatores habuerit plurimos, & autoritatem ab hominibus ſumpſerit. Suis illa contenta eſt viribus, & veritatis propriæ fundaminibus nititur: nec ſpoliatur vi ſua, etiamſi nullum habeat vindicem: imò ſi linguæ omnium contra faciant, contraq; nitantur, & ad fidem illius abrogandam conſenſionis unitæ animoſitate conſpirent.* Accedit quòd & Apoſtolus Epheſios, prout & fideles quosque, ait ἐποικοδομηθῆναι ἐπὶ τῷ θεμελίῳ ἀποστόλων καὶ προφητῶν, *ſuperſtructos eſſe ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*, ad Epheſ. II. 20. hoc eſt, *ſuper vetus & novum Teſtamentum: quod enim prædixerant Prophetæ, prædicaverunt Apoſtoli*: inquit Autor Ambroſii nomen præferens. Verùm Apoſtoli verba cum præcedentibus potiùs, quàm cum ſequentibus conjungenda videntur, nec rationes in contrarium allatæ ſatis ſunt validæ. 1. Nec ἀσύνδετος eſt dictio, in qua, copula intercedente, membra ſibi invicem annectuntur: nec hiulca & ſuſpenſa, in qua ſenſus commodè continuatur. Etenim dato, quod negari non poteſt; ἀλήθειαν, ſive veritatem, de qua Apoſtolus, eſſe *magnum illud myſterium*; conſecutionis ratio commoda ſatis eſt futura, etiamſi præcedentibus annectantur iſta. 2. Nec ad novum tranſit argumentum Apoſtolus, cùm veritatem, quam dixerat, ab altitudine ſumma dignitatéque, quæ in confeſſo ſit, commendat: nec eſt inſolens etiam in ſacra pagina, ut à copulativa, non argumentum tantùm novum, ſed ſcriptum quoq; integrum quandoque inchoëtur. Sic enim & liber Eſdræ & Jonæ incipiunt. Sed nec Apoſtolo ipſi prorſus inſuetum ab eadem ordiri, & καὶ pro δὲ, ſive pro *autem* uſurpare. (Vide I. Cor. II. 1. cap. III. 1. Eph. II. 1. I. Tim. V. 7.) quod iſthic tamen non eſt neceſſe. 3. Nec formula illa Rabbinica locum hìc habet. Alia enim eſt *ſapientia*, cujus Moſes ille fundamentum & columnam dicit eſſe, *nôſſe quid ſit ens primum*, ab hoc ipſo, cui *fundamenti* ac *columnæ* nomen tribuitur: cùm apud Apoſtolum nihil aliud ſit *veritas*, quàm ipſum *pietatis myſterium*; quod proinde ſui *columna & fulcimentum* minùs aptè diceretur. 4. Non eſt neceſſe, ſi cum præcedentibus conjungantur iſta, ut *Eccleſia & domus eadem & columna*; ſed nec ut *columna ad firmamentum veritatis*, dicatur, quod ex aliis patet interpretationibus partim adductis, partim adducendis.

4. Iterum alii Apoſtolum alluſiſſe volunt ad columnas populo Iſraëlitico exhibitas & ὁδηγούς; ad columnam, inquam, igneam, quæ Judæorum exercitum præcedebat (cujusmodi etiam στῦλον πυρὸς νύκτωρ ἰδεῖν Thraſybulo προηγούμενον memorat Clemens Alex. lib. I. Stromat. p. 348.) vel ad utramque columnam, nubis & ignis: & ad illam quidem, ad στῦλον, inquam, νεφέλης, hoc ſenſu, quòd Deus olim habitaverit ἐν στύλῳ νεφέλης, *in columna nubis*: at nunc in Eccleſia. Eò reſpexit Chryſoſtomus Homil. XI. in I. ad Timoth. Στῦλος, inquit, οὐχ ὡς ἐκεῖνος ὁ Ἰουδαϊκός. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ συνέχον τὴν πίστιν καὶ τὸ κήρυγμα. *Columna non qualis Judaica illa, quæ*

populo

Digitized by Google

populo nempe illi ducatum præbebat, Exodi XIII. 21. *hoc enim eſt, quod fidem continet & prædicationem:* hoc eſt, in Eccleſia viva voce veritas, ſive via ad vitam promulgatur; quod columna illa non præſtabat. Quanquam de Templo, non de columna, Chryſoſtomum accepiſſe videtur Oecumenius. Et Theophylactus etiam: apud quem pro ναὸν, perperam λαὸν habebatur. Verba ejus ſunt: Ἐνταῦθα καὶ πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν ζυγκρίνει ναὸν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ φησιν, ὅτι ἐκεῖνος μὲν τύπους περιεῖχε καὶ σκιὰς, οἷον κώδωνας καὶ ῥοΐσκους, καὶ ἀρχιερέα μετὰ τῶν θυσιῶν. ἡ δὲ ἐκκλησία τῆς ἀληθείας ἐστὶ σύστασις. Πάντα γὰρ τὰ ἐν αὐτῇ τελούμενα, ἀληθινὰ, καὶ οὐδὲν σκιῶδες, οἷα τὰ τοῦ νόμου. *Hic cum templo Judaico Eccleſiam confert, atque ait, illud quidem figuras atque umbras habuiſſe, veluti tintinnabula, & mala punica, atque Pontificem cum victimis. Eccleſia verò eſt cœtus veritatis: omnia enim, quæ in ea peraguntur, vera ſunt, & nihil in ea eſt umbratile, qualia ſunt in lege.* Alius Scholiaſtes: Οὐχ ὡς Ἰουδαϊκὸς ναὸς, ἀλλὰ στῦλος καὶ ἑδραίωμα, τουτέστι, βεβαίωσις τῆς ἀληθείας. ὁ γὰρ ναὸς, φησὶ τύπων τῆς ἀληθείας ἦν ἑδραίωμα. *Non quale templum Judaicum, ſed columna & ſtabilimentum, hoc eſt, firmamentum veritatis: templum enim, inquit, typorum veritatis erat ſtabilimentum.* Quod ſi νεφέλης στῦλον, ſive *nubis columnam*, cum Chryſoſtomo reſpexiſſe voluerimus Apoſtolum, ita poſſe diſtingui cenſet Cl. Heinſius, ut legatur, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία, θεοῦ ζῶντος στῦλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *quæ eſt Eccleſia, Dei viventis columna, ac firma ſedes veritatis: ut qui in nube olim præſentem ſe exhibuit, idem nunc* στῦλον *habere feratur, in quo habitet, non nubem, non arcam, non templum Judaicum, ſed Eccleſiam: quæ & ideo veritatis ſedes firma ſit dicta; quia ubi Deus, ibi veritas; ubi veritas Dei, ibi veritatis* ἑδραίωμα *in Deo & verbo Dei.* Addit vir Cl. *ita ſublatum iri repetitionem illam*, ἐν οἴκῳ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος. Sed, ut nihil dicamus de repetitionibus iſtiusmodi, Apoſtolo non inſuetis, ut II. Timoth. I. 18. & alibi, de diſtinctione hac aliis judicium relinquentes, Apoſtoli verba, ut hodie leguntur, retinenda putamus; quia tales in Contextu ſacro mutationes, ſi non ſemper temerariæ, ſaltem periculoſæ ſunt.

5. Franciſcus Junius ad *pilas*, ſive *columnas* alluſum exiſtimat, quibus leges olim & decreta affigebantur. Sic enim is adv. Bellarm. ad Tom. I. Controv. III. lib. III. cap. XIV. §. 6. *Eccleſia Dei columna dicitur, &* ἑδραίωμα, *id eſt, abacus, ſtylobatesq; columnæ, non ratione architectonicâ, ut columna ſuſtentaculum & fulcimentum eſt domus; nam ſi fulcimentum eſt, quomodo eſt domus fulcimento nitens? ſed ratione forenſi; prout in Curiis & ante prætoria, columnæ extant & cippi, ad quos appenduntur autoritate publica leges atque programmata. Eſt igitur hæc columna cum ſua baſi, cuſtos veritatis, non firmamentum domus. Ita duobus elogiis Eccleſiam exornat Apoſtolus; quorum alterum primarium eſt, reſpectu Dei, domus eſt Dei viventis; alterum ſecundarium, reſpectu noſtri; columna eſt, & quidem firmiſſima ac fundatiſſima veritatis, quam nobis propoſuit in ipſa Deus. Sic enim ex Curia atque Prætorio ad valvas aut columnas, ut Romæ olim pro roſtris, decreta exhibentur & proſcribuntur foris; proſcriptaq; cuſtodiri in eis ſolent.* Hactenus ille. De *columnis*, quibus leges vel affigi, vel incidi ſolebant, iſta affert Cl. Gatakerus. Dion. Halicarnaſſeus Antiq. Rom. lib. X. de Decemviris: Ἐπικυρώσαντος δὲ τοῦ δήμου τοὺς νόμους, στήλαις χαλκαῖς ἐγχαράξαντες αὐτοὺς, ἐφεξῆς ἔθεσαν ἐν ἀγορᾷ τὸν ἐπιφανέστατον ἐκλεξάμενοι τόπον. *Leges plebiſcito confirmatas, & columnis æreis inciſas, in fori loco maximè conſpicuo deinceps propoſuerunt.* Aliter paulò quàm Cajus Imperator, qui *de vectigalibus indictis legem propoſuit, minutiſſimis literis, & anguſtiſſimo loco, ut ne cui deſcribere liceret:* Suetonius lib. IV. cap. XLI. Alluſit huc apud Plautum ille Trinum. IV. 3.

Eæ leges utique miſeræ etiam ad parietem
ſunt fixæ clavis ferreis,
Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

Dio Caſſ. Hiſt. Rom. l. XLI. Ὅτι ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε, καὶ κεραυνοὶ τὰς στήλας τὰς τοὺς νόμους ἐχούσας ἐλυμήναντο. *Sol totus defecit, & columnæ, in quibus leges extabant, de cœlo tactæ ſunt.* Ex Varrone Macrobius Saturnal. lib. I. cap. XIV. extremo, *antiquiſſimam legem fuiſſe inciſam in columna ærea, à L. Pinatio & Furio Coſſ. cui mentio intercalaris adſcribitur.* Nec leges tantùm, ſed & fœdera, & pacta conventa publica, columnis inciſa legimus. Cicero pro Balbo: *Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Caſſio, Poſthumio Geminio Coſſ. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus poſt Roſtra inciſum, & perſcriptum fuiſſe.* Quod Livius lib. II. *Fœdus cum Latinis à Sp. Caſſio ictum, columnâ inſcriptum, monumento eſt.* Et alia itidem negotia monimentaque, quæ nôſſe quosque juvabat. De Auguſto Dio lib. LIII. Προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε. *Curator viarum, quæ circa Romam ſunt, conſtitutus, Milliarium* (ita Plinius vocat lib. III. cap. V. qui & *in capite Romani fori ſtatutum* refert; & Tacitus Annal. lib. XVII.) *aureum. quod dicitur, ſtatuit.* Id Plutarchus in Galba docet fuiſſe κίονα χρυσοῦν εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι, *columnam auream, ad quam viæ omnes ex Italiæ partibus ſingulis deſinunt.* Idemque morti proximus, res à ſe geſtas columnis ſive pilis duabus æneis inſcribi Teſtamento mandavit. Dio lib. LVI. p. 677. Τὰ ἔργα ἃ ἔπραξε πάντα, ἃ καὶ ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ Ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε. *Rerum à ſe geſtarum omnium ſyllabum reliquit; quas & in columnas*, ſive *pilas, æneas incidi, & ante ſacrarium ſuum ſtatui juſſerat.* In lapide Ancyrano, cujus ſuperſunt adhuc fragmenta, ſic legitur: *Rerum geſtarum D. Auguſti; & impenſarum, quas in Rempubl. populumq; Romanum fecit, inciſarum aheneis pilis, quæ ſunt Romæ poſitæ, exemplar.* Quanquam Suetonius lib. II. cap. ult. *Altero volumine complexus eſt indicem rerum à ſe geſtarum; quem vellet incidi in tabulis æneis, quæ ante Mauſoleum ſtatuerentur.* Nec aliter capiendum quod de Cicerone Dio Caſſ. lib. XXXIX. pag. 111. Ἀνῆλθέ τε ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὰς στήλας ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φυγῇ ὑπὸ τοῦ Κλωδίου σταθείσας καθεῖλεν. *In Capitolium aſcendit, pilasq; de exilio ſuo à Clodio fixas dejecit.* Pari ergo modo in Eccleſia Dei, tanquam in Columna, ære quovis perenniore (Matth. XVI. 18.) & in loco conſpicuo, urbis ad inſtar ſuper montem ſitæ, collocata, (Jeſ. II. 2. Mich. IV. 1. Matth. V. 14.) proſtant legis divinæ Tabulæ; via ad vitam & ſalutem æternam unica delineata & deſcripta; pacta denique inter Deum genusque humanum conventa, quæ nôſſe nihil omnium intereſt magis.

6. Vir tandem doctiſſimus, Jacobus Gothofredus in I. Exercitatione de Eccleſia, ubi totum Apoſtoli locum accuratiſſimè & eruditiſſimè enucleatum dat, aliam affert ſententiam; quam hic proponere lubet. Alii, inquit, alluſum cenſent *ad Templum Jeroſolymitanum*, ubi erant variæ *columnæ*, στῦλοι, harumque baſes, ſeu ἑδραιώματα. Quin & nonnulli figurâ endyadis, per στῦλον καὶ ἑδραίωμα indicari putant *columnam baſin habentem.* Variæ ſcilicet ibi columnæ erant: in Tabernaculo primùm; deinde duæ æreæ ante Templi veſtibulum à Salomone erectæ: quarum una *Jacin*, quod erectum, directum, perpetuamque conſtitutionem, firmitudinem ſignificat: altera *Bohaz*, quod fortitudinem

Digitized by Google

nem ſeu robur deſignat, dicebatur: quæ quidem delatæ tandem in Babyloniam fuerunt: de quibus omnibus Exod. XXVI. 32. 37. cap. XXVII. 10. & ſeqq. Num IV. 31. 32. I. Reg. VII. à v. 15. ad 23. & v. 41. II. Reg. XXV. 16. 19. 20. II. Chron. III. 16. 17. Jer. LII. 17. 20. 21. 22. c. XXVII. 19. 22. Erat & στύλος quidam ſeu *columna* (ſi rectè vertitur, ego enim *ſuggeſtum* malim) in Templo regiis uſibus deſtinata, in qua Reges inniti ſolebant, etiam fœdus cum Deo pangentes, & cùm inaugurarentur: II. Reg. XI. 14. cap. XXIII. 3. II. Chron. VI. 13. & cap. XXIII. 13. Et ad hanc quidem columnam regiam nominatim alluſum hic nonnulli cenſent. Rectè quidem hactenus, quòd hic alluſum putant ad στύλους ſeu *columnas ſacras*, non etiam ad *architectonicas* in genere, ut loquuntur, vel etiam ad *politicas*. Sed in eo peccant, quòd ad columnas Templi Jeroſolymitani Paulum hic alluſiſſe volunt: imò enim Apoſtolus, in cœpta ſemel ad templa Gentilium alluſione perſtans, ac nominatim ad templum Epheſinum & Eleuſinium, Eccleſiam Dei, ſeu ἄθροισμα integrum fidelium, nec quicquam invidendo illi titulo, στύλον ἀληθείας vocat, oppoſitè ſeu alluſione facta ad ſacras templorum Gentilium *columnas*, στύλους, vel στήλας, (promiscuè enim eas ſic nunc accipio) quibus templa inter alia, & vel maximè commendabantur. Ne de aliis nunc templorum columnis agamus, atque adeò ut Aſiam intra Græciamque moremur, ſic ſanè Epheſinum templum, quod tertia vice conſtructum fuit, prioribus columnis venditis, auguſtiore cultu columnas centum viginti ſeptem cælatas habebat, ingentis molis, ſexaginta pedum altitudine, cum epiſtyliis & ſpiris ſubditis, (ubi *ſpiræ* ſunt architectonicæ vocabulo, baſes columnarum & ſtylobatæ) idque ipſum etiam inter Eleuſinii templi decora fuit. Teſtis Plutarchus, in Pericle, ubi de Coræbo: Τὸ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι τελεστήριον ἤρξατο μὲν Κόροιβος οἰκοδομεῖν, καὶ τοὺς ἐπ' ἐδάφους κίονας ἔθηκεν οὗτος, καὶ τοῖς ἐπιστυλίοις ἐπέζευξεν· ἀποθανόντος δὲ τούτου Μεταγένης ὁ ξυπέτιος τὸ διάζωμα, καὶ τοὺς ἄνω κίονας ἐπέστησε· τὸ δ' ὀπαῖον ἐπὶ τοῦ ἀνακτόρου Ξενοκλῆς ὁ χολαργεὺς ἐκορύφωσε. Quin & Ariſtides Orat. Eleuſin. per τὸν κύκλῳ κόσμον & προσθήκην columnarum quoque ornamenta intellexit: erant enim templa quædam στοαῖς ἐν κύκλῳ περίστυλα, de quo mox. Ac neſcio annon etiam tria præcepta, quæ in templo Eleuſinio de Triptolemi legibus reſidere ſcribunt Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. IV. pag. 432. & Hieronymus, lib. II. adv. Jovinianum ex Xenocrate Philoſopho, & Hermippo, lib. II. de Legumlatoribus, columnis ibi inſcripta fuerint. Certè Andocides Orator Athenienſis, Orat. de myſteriis, columnam στήλην memorat, in qua ſcripta erat Lex, quæ mille drachmis multari jubebat, ἐάν τις ἱκετηρίαν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ poſuiſſet. Quam tamen ipſam Legem, quod pœnam attinet, aliter ibidem memorat. Athenis etiam, cujus pagus erat Eleuſis, quæ urbs κατείδωλος erat, ut dicitur Actor. XVII. 16. ſacræ columnæ in Templis quàm plurimæ inſignes erant. Ut de multis pauca commemorem, erat columna in templo Dioſcurorum, quod ἀνάκειον dicebatur, in qua inſcriptum erat, *è duobus bubus præcipuis ſelectis tertiam partem in certamen, è duabus reliquis partibus alteram ſacerdoti, alteram paraſitis impendendam*: teſtis Athenæus, lib. VI. Jovis quoque Olympii templum Athenis, quod ſæpe cœptum, ſæpe intermiſſum, à Sylla, expugnata urbe, deſtructum fuit, columnis in partem cenſebatur, quas inde Sylla Romam in Capitolinas ædes avexit: teſtis Plinius, lib. XXXVI. cap. VI. In delubro etiam, ſeu templo Herculis, quod *Cynoſargis* dicebatur, ad columnam quandam appenſum erat ψήφισμα, *decretum* quoddam Alcibiadis, ut memorat Athenæus, lib. IV. cujus γραμματεὺς fuit Stephanus Thucydidis. Atque ut Athenis templum quoddam Amazonium erat, ita & Ἀμαζονὶς στήλη, cujus meminit Æſchines in Axiocho. In antiquiſſimo item Bacchi templo, quod in Limnis erat, prope aram lapideam, columna erat, in qua Lex perſcripta erat de uxore à Rege, Cive virginéque ducenda; teſtis Demoſthenes, Orat. in Neæram, quam & ſuo adhuc tempore ſtetiſſe addit. Meminit & Pauſanias in Atticis, templi ab Adriano Imper. conſtructi centum viginti columnarum. Atque hæc quidem è multis, exempli tantùm gratiâ, dicta ſint de ſacris Templorum columnis.

Harum porrò ſacrarum in Templis columnarum multiplex uſus, variæque adeò ſpecies fuerunt, & ingenti numero: (cujusmodi nongentæ Templi Jeroſolymitani numerantur. Aliæ quippe erant in principiis ſeu veſtibulis Ædium ſacrarum, in pronao, ut & in poſtico, & pteromatis, tum medianæ, tum angulares. Erant & periſtylia circum templa columnis concluſa, ſeu undique ſepta: de quibus, ut & de aliis ſacrarum Ædium columnis, Vitruvius lib. III. & IV. erantq; adeò templa quædam στοαῖς ἐν κύκλῳ περίστυλα, id eſt, *porticubus & columnis incincta*: ſeu ἐκτὸς περιστυλωτοί. Pauſanias Eliac. pag. 152. De Eleuſinæ etiam Cereris & Proſerpinæ cella memorat Vitruvius, præfat. lib. VII. eam Icticum quendam, immani magnitudine, Dorico more ſive exterioribus columnis ad laxamentum uſus ſacrificiorum pertexiſſe: eam autem poſtea, cùm Demetrius Phalereus Athenis rerum potiretur, Philonem quendam, ante templum in fronte columnis conſtitutis, proſtylon feciſſe: ita aucto veſtibulo laxamentum initiantibus operique ſummam adjeciſſe autoritatem. Aliæ columnæ ſolutæ ante templa erant. Ad ſuperiores verò columnas omnes hic minimè alluſum, verùm ad eas, quæ in ipſis Templis erant, ἐντὸς τοῦ ναοῦ: quarum quidem aliæ templi fornicem, lacunar & culmen, imò & columnas alias quandoque ſuſtinebant, ἐπ' αὐτῶν ὄροφος, vel ἐρηρεισμένοι πεποίηνται κίονες, ait Pauſanias Eliacorum I. pag. 168. in quibus fabricæ pondus erigebatur, ut Iſidorus, lib. XIX. cap. X. Aliæ in Templis ſolutæ erant, & varii quidem generis & uſus: ſuper nonnullis ſcilicet quædam quandoque erant ἐπειργασμένα, ut ait Pauſanias, Corinth. pag. 59. & quidem ſæpiſſimè in earum faſtigiis ſtatuæ vel ſimulacra deorum impoſita erant, ἐπείργασται ἐπὶ κίονος ἀγάλματα ſeu ξόανα, idem Corinth. pag. 59. & 61. 62. in fin. Eliacorum I. p. 173. de quibus etiam Arnobius lib. VII. & quidem in delubro, σηκῷ οἴκῳ, media æde. Aliis arma, clypei, aliaque appenſa erant. Aliis inſcripta nonnulla fuere, veluti elegi, elogia, fœdera item, συνθῆκαι, narrationes & traditiones hiſtoricæ (cujusmodi etiam uſus fuit columnarum Iſidis & Oſiridis, quarum meminit Diodorus lib. I. pag. 16. ſimilisque aurea columna in Jovis Triphylii fano poſita ab ipſomet Jove, in qua geſta ſua perſcripſerat, ut monumentum poſteris eſſet rerum ſuarum, ut ex Euhemero narrat Lactantius, lib. I. cap. XI.) Curationis item morborum indicia, leges & decreta, morum etiam ſeu virtutis præcepta, ut Delphis: myſtica ſeu hieroglyphica, de cujusmodi columna Clemens Alex. lib. I. Strom. pag. 303. Tandem & Oracula: teſtis Pauſanias, in Bœoticis p. 340. in fine, & 341. Ad ſacras igitur has atque immotas templorum Gentilitiorum columnas alluſit hic Apoſtolus, cùm ipſam Eccleſiam vocavit στύλον τῆς ἀληθείας: non ut templa Gentilium πολύστυλα, variis columnis, στήλαις vel στύλοις innixa, ornatáve & inſtructa erant: cujusmodi etiam Cereris in Attica memorat Heſychius in voce Κωλιάς. Eoque titulo rectè ornatur hic gaudetque Eccleſia, duplici ſenſu ſeu ſignificatu uſuque. Primò, quia Eccleſia veritatem cultus divini ſuſtinet, hominumque oculis ſpectandam præ-

Digitized by Google

præbet, ceu Numinis alicujus ſimulacrum, de faſtigio ſuo & ſuggeſto: ac proinde veritas hujus columnæ ἐπιστύλιον quoddam eſt: ſic ut veritas operi ſupero comparetur, Eccleſia columnæ. Secundò, quia Eccleſia, velut columna, Oracula Dei & eloquia, fœderaque Dei cum populo ſuo, Scripturam denique ſacram, quam etiam Irenæus *fundamentum & columnam fidei noſtræ* vocat, velut ἐπιγραφῇ, omnium oculis ſpectanda, ſequenda, unde de plano ea legi poſſint, longeque lateque conſpiciantur, hominum mentibus proponit, στηλιτεύει, δημοσιεύει, poſteritatique commendat: adverſus errores & hæreſes, de quibus etiam immediatè mox Apoſtolus capite proximo. Hoc, inquam, ſenſu Eccleſia *columna veritatis* dicitur, & duplici quidem alluſione ad ſacras templorum Gentilitiorum columnas. Quare rectè omnino vir ὁμολογουμένως, *ſine controverſia* Magnus, Eccleſiam *columnam veritatis* hominum reſpectu dici ait, quia eam ſuſtinet, quia præconio ſuo celebrat, quia puram & ſinceram retinet, quia transmittit ad poſteros. Rectè, inquam, in rei veritate, etſi neque illi in mentem venerit perpetuam hìc alluſionem ad Templa Gentilium, Columnasque, quæ in his erant, contineri: imò & tacitam hìc ἀντίθεσιν ad ea: Columnæ quippe templorum mendacia fabulasque meras & inania ſimulacra, μύθους ἀθέους, proponebant, præferebant. Et hæc quidem de Eccleſia, quæ columna veritatis dicitur. Similes alioquin in genere ſive alluſiones, ſive metaphoræ à columnis deſumtæ in libris S. Scripturæ, aliiſque occurrunt. Ut omittam alias: ita fideles in Templo Dei στῦλοι vocantur Apoc. III. 12. Columnæ, inquam, ſtabiles, immotæ, loco moveri neſciæ, tribus inſcriptæ nominibus, Dei videlicet, Civitatis, & Chriſti: ſic Apoſtolos quoque στύλους δοκοῦντας εἶναι tradit Paulus ad Galatas II. 9. (ubi ait δοκοῦντας, οὐ τὸ εἶναι ἀναιρῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἄλλων παραλαμβάνων γνώμην, ait Chryſoſtomus) & exinde Patres, de quibus conſule doctiſſimum Patritium, in epiſt. Clementis ad Corinthios, pag. 8. & nominatim Jacobum, Cepham. & Johannem, quod de Petro nominatim ſæpe inculcat Chryſoſtomus. Sic & *ſapientia domum ſibi exædificâſſe* dicitur, *excidiſſeq́; ſeptem columnas*, Prov. IX. 1. Sic & in Pſalmo *filiæ* dicuntur vel aſſimilantur *columnis*. *Mulier* quoque dicitur *viri columna*, στῦλος, Sirach. XXXVI. 24. στήριγμα, Tobiæ VIII. 5. Apud profanos quoque Scriptores eadem metaphora ſeu alluſio. Sic filii dicuntur *Columnæ* apud Euripidem in celebri ſenario (teſte quoque Suida) στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες: quomodo apud Tacitum I. Annal. *munimenta* dicuntur. *Imperii* etiam *columnæ regniq́; columellæ*, quibus respublica vel civitas innititur Ennio lib. X. Horatio I. Ode XXXV. *Servi* etiam *præcipui, majores domus*, veluti Actores, *columellæ* dicti, ſi Donato fides, & *columina familiæ*. (Hæc, & alia hujusmodi plura, vide ſuprà, num. 2.) Quibus fermè locis omnibus metaphorâ à columnis deſumtâ, vel firmitas ſeu ſtabilitas rei alicujus denotatur, vel aliquid ſuſtineri, ſuſtentari, vel etiam exhiberi, ſingulari denotatione indicatur: quod & ipſum ſacrarum columnarum, ad quas, non ad illas hic alluditur, officium erat.

Cæterùm Eccleſia, ſeu ædes Dei, velut μονόστυλος à Paulo repræſentatur: unica ſcil. columna, unius Dei, veritatem unicam proponens, ſuſtinens: cùm pluribus alioquin columnis Gentilium quoque templa πυκνόστυλα, πολύστυλα niterentur, vel niterent. Quanquam & illud apud hos obſervare licet, non modò ſingulares quasdam columnas nudasque σὺν τέχνῃ ἱδρυμένα quandoque notabiles fuiſſe, verùm etiam primitus, antequam ſtatuarum uſus accuratus invaleſceret, columnas ſtatuarum vice poſitas, cultasque, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοί, ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ, teſte Clemente Alex. lib. I. Strom. & Euſebio, Præpar. lib. I. cap. IX. & deinceps ſigna quædam, columnæ figuram aliquam habentia, pro diis quandoque habita cultaque, ut diſcere eſt ex Pauſania. Corinth. pag. 52. in fin. Laconic. p. 10 . locisque aliis. Denique εἰκασμένοι θεοὶ κίονι erant, Pauſanias, Laconic. pag. 101. ut omittam, quæ *de informi* ſeu ἀργῷ *lapide*, ab Arabibus culto, notant Dio Chryſoſtomus, Clemens Alex. ad Gentes, p. 29. Maximus Tyrius ſerm. XXXVIII. Arnobius: ut & quæ *de ſaxo rudi*, ἀργῷ, pro ſimulacro etiam apud veteres Græcos, Pauſanias Achaic. p. 228. Bœotic. pag. 300. 302. 311.

Notandum & illud, Eccleſiam dici στῦλον veritatis, non στήλην. Nam etſi hæc ſæpè promiſcuè ponantur, interea tamen differentia quædam erat, teſte etiam Euſtathio, in Odyſſ. VI. p. 1848. Indeq́; in Gloſſis Cyrilli, Στῦλος, *columna*: Στήλη, *cippus, titulus*. Et στῦλος propriè dicta columna præcipua, magna, vel unica, alteri rei ſuſtinendæ, vel proponendæ. Sic Lucianus de Dea Syria: Ἐμοὶ δὲ δοκέει στῦλος ἐφεστὼς μέγας ἀνέχειν τὸν βωμόν. & hæc propriè στῦλος, cùm aliæ minùs notabiles, propriè loquentibus, στῆλαι, κίονες dicerentur. Sicut & apud Homerum στήλας quidam accipiunt, pro lapidibus, in quibus fundamentum ædificii innititur.

Ergo *Eccleſia*, eo quo dixi ſenſu: *columna veritatis* dicitur ab Apoſtolo: quo quidem ipſo genuinam Eccleſiæ *Notam* deſignatum ivit: nempe veram eam eſſe, quæ veritatem ſuſtinet, præfert, tuetur. Non igitur quaſi Cœtus quicunque tandem, quomodocunque comparatus, qui *Eccleſiæ* nomine ſe jactat, veritas ipſa ſit, aut veritatis mater: Chriſtus enim propriè ipſa veritas eſt, ἀλήθεια, Joh. XIV. 16. & cap. XVII. θεμέλιος, ut idem Apoſtolus I. Cor. III. 1. vel veritati ulla ratione præſcribere poſſit: verùm quia, & quatenus, & quamdiu Eccleſia, vera ſcil. non ψευδώνυμος, veritatis βάθρα, ὑποβάθρα, & κρηπὶς exiſtit, & columna: cuſtos, inquam, ejus, conſervatrix, promulgatrix & propagatrix: atque adeò per fideles & miniſtros ſuos, quos habet οἰκονόμους τῶν μυστηρίων, veritatem præ ſe fert unicè. Alioquin, ut ſcitiſſimè & veriſſimè Chryſoſtomus ad hunc locum, Hom. XI. *Veritas eſt columna Eccleſiæ*: Ἡ ἀλήθειά ἐστι τῆς ἐκκλησίας καὶ στῦλος καὶ ἑδραίωμα. Imò Chriſtus, qui idem cum veritate, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ut Procopius in Exodum. Vide ſuprà, num. 1. Et *Evangelium* quoque ita vocat Irenæus, lib. III. adv. hæres. cap. I. & XI. nempe traditum id in ſcripturis, fundamentum & columna eſt fidei noſtræ & Eccleſiæ. Et ſic diverſo ſenſu Chriſtus, Veritas, & Evangelium, Eccleſiæ & fidei columnæ dicuntur: alio, Eccleſia, veritatis columna: Illa, quia in ſe & ex ſe αὐθεντικῶς veritatem, veram, inquam, fidem, verumque cultum continent: iſta, reſpectu tantùm humano, & officii ratione λειτουργικῶς. Tamdiu igitur Eccleſia, quamdiu officio ſuo fungitur: quamdiu Eccleſia Dei viventis eſt: quamdiu veritatem, velut Divam quandam excolit, ſupraque ſe extollit, ſupremamque adeò Legem & ψήφισμα, doctrinamque ſemel traditam penesque ſe depoſitam profitetur, proponit, ſuſtinet & tuetur; vitiata contrà perdit officium ſuum nomenque: non propriè ampliùs Eccleſia, ſed ὁμωνύμως tantùm, imò ψευδωνύμως, ſi loco veritatis μυστήριον ἀνομίας præ ſe ferat, inque alia omnia eat, quàm quò veritas aurigatur. Atque hoc ſenſu rectè Auguſtinus, *Eccleſiam in ſcripturis quærendam*, dixit. Illud tandem obſervandum, tertio quoque ſenſu, fideles hoc etiam columnæ nomine ſeu cognomento decoratos: nempe, ob exemplum firmæ fidei & obedientiæ. Sic apud Euſebium V. hiſt. Eccleſ. cap. I. fideles Viennenſes & Lugdunenſes dicebant Attalum martyrem fuiſſe στῦλον καὶ ἑδραίωμα Eccleſiarum, quæ erant apud ipſos, hoc eſt,

Digitized by Google

ut paulò pòſt iidem explicant, fidelem ſemper & conſtantem, firmumque adeò veritatis teſtem. Sic & Baſilius & Athanaſius à Greg. Nazianzeno dicuntur ςύλοι & ἑρείσματα. Et Baſilius ipſe epiſt. LXX. de Catholicis in exilium pulſis: Οἱ ςύλοι καὶ τὸ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ἐν διασπορᾷ. Sic Baſilius in Conſtitut. monaſt. p.717. *Abrahamum poſitum* ait *mundo columnam fidei & obedientiæ*, τῇ οἰκουμένῃ ςήλη πίςεως καὶ ὑπακοῆς ἱδρυθείς. Quare jam dicamus & diſpeſcamus tria hac parte Columnarum genera: Chriſtus ſcilicet, ejusque Scriptura & Evangelium, dicuntur *columnæ fidei & veritatis* αὐθεντικῶς, ſimpliciter & per ſe, quia ipſa veritas ſunt: Eccleſia verò, præcipuìque in ea doctores, λειτουργικῶς, quia & quamdiu miniſterium veritati præbent: Quicunque tandem, fide & obſequiò atque in tuenda veritate egregii, παραδειγματικῶς, quia in exemplum aliorum poſiti. Et his quidem duobus poſterioribus modis illi, reſpectu hominum atque officii, *columnæ* dicuntur. Atque hæc quidem Vir doctiſſimus de voce ςύλος. Cùm verò ea, quæ de vocibus ἑδραίωμα & ἀλήθεια ſubjungit, itidem obſervatu ſint digniſſima, & locum Apoſtoli inſigniter explicent, nec forte in multorum ſint manibus, illa quoque, in gratiam Lectoris, hìc exhibemus.

Quæ de Eccleſia Dei, quòd ea ςύλος ſeu *columna* ſit *veritatis*, dicta ſunt, eadem & τῷ ἑδραιώματι aptari oportet: nam & eadem Dei Eccleſia ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας hìc vocatur. Videndum modò, quid ἑδραίωμα ſit: nullibi enim, quod ſciam, præterea apud profanos Scriptores vox iſthæc occurrit. Varinus Phavorinus unus, Ἑδραίωμα, ςήριγμα interpretatur. Certè illud ſtatim hìc, ex conjunctione ejus cum ςύλῳ apparet, ἑδραίωμα eſſe aliquid, quo aliud quid, non minùs quàm columnâ, innititur & inſiſtit. Deinde cœpta hìc ſemel ab ædificiis, & Templorum quidem Gentilitiorum, metaphora, vel ad ea alluſio, ſatis indicat, ἑδραίωμα & ipſum Architectonicæ, & Templorum quidem, partem & vocabulum eſſe. Tandem & originatio hujus vocis rem aperit, ἕδρα ſc. ſignificat primò *ſellam*, ut & *conſeſſum* καθέδραν & ςάσιν, ac ἕδραν βουλῆς ſcil. ut idem Phavorinus rectè: quomodo, ut omittam alia innumera, Andocides Orat. I. de myſteriis, Solonis legem refert, quâ cautum fuerat, ut die myſteria Eleuſinia ſequenti conſeſſus Senatus haberetur in Eleuſinio: ἕδραν ποιεῖν ἐν Ἐλευσινίῳ. Secundò, ἕδρα ſignificat ὑποβεβλημένον quid, ſuſtinendæ, ſuſtentandæ, fulciendæ rei. Tandem & per metonymiam τόπος, ἐν ᾧ εἴδωλον ἵδρυται, per ἕδραν ſignificatur. Ab hac voce ἕδρας, ἑδραῖον, quod eſt *firmum*, ςαθερόν, ἀσάλευτον, βάσιμον, ςερεόν, Heſychio interprete, quomodo & in illo, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι: & in iſtis, τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι. Indeque & ἑδραῖα ζῶα, oppoſitè ad νομαδικά: & ἑδραῖος ὁ βίος, de eo, qui uno ſemper loco firmiter ἱδρυμένως conſiſtit, neque uſpiam proceſſit, apud Crinagoram, lib. I. Ἀνθολογ. Ἀπὸ τοῦ ἑδραιῶ, ἑδραίωμα. Ergo & ἑδραίωμα eſt *fulcimentum*, *fultura*, *ſuſtentaculum*, *ſubſtructio*, *firmamentum*, *columen*, *ſedes firma* quæcunque, cui res alia innititur, inſiſtit: ἔρεισμα, ςερέωμα, ςήριγμα, βάθρον. Quo in cenſu primùm poni poteſt & ipſummet ædificii fundamentum, θεμέλιος, nam & ἕδρα eſt *baſis*, teſte vel Heſychio: ſic Aquila & Symmachus, in Pſal. CIII. Ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τῆς ἕδρας αὐτῆς: ubi aliàs LXX. Ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς. Et rectè Interpretes: Αὐτὴν γὰρ ἐφ' ἑαυτὴν ἑδράσας, δέδωκεν αὐτῇ τὸ ἀκίνητον. Sic & Lucianus, de Dea Syria, pag. 900. Ἕδρη μεγάλη ἐπὶ τῆς ὁ νηὸς ἐπίκειται. Quare cùm de opere ſeu ædificio agitur, ac nominatim de Templo, ἑδραίωμα hìc idem fermè fuerit cum θεμελίῳ ſeu ἕδρᾳ, ἐπὶ τῆς ὁ ναὸς ἐπίκειται. (Mallem ego utrobique, ἐφ' ἧς.) cui ædes innititur, in quod domus inclinata recumbit: ἐπῳκοδόμηται ὁ ναός. Quomodo & Templum quoddam memorat Pauſanias, in Laconicis, p.97. cui ὑπερῷον ἄλλο ἐπῳκοδόμηται. Et ſic eodem hìc ſenſu dicatur Eccleſia ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, quo Apoſtolus ad Eph. II. 20. ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποςόλων καὶ Προφητῶν, dixit. Et in Apocalypſi Dei civitas habere dicitur duodecim fundamenta, in quibus inſcripta ſunt nomina duodecim Apoſtolorum. Venire potuit & ſecundo loco hac ἑδραιώματος appellatione ea, quam Architecti vocabant *ſtereobatam*, quæ onera excipit, quæque tum ſtylobatas columnasque ipſas, tum alias ædificii partes ſuſtinet: de qua Vitruvius lib. III. cap. III. Potuit & tertiò iſthoc ἑδραιώματος nomine cenſeri *ſella*, *thronus*, ἕδρα, vel ἕδος, quæ & eadem ab origine ἕδρανον, dicitur apud Pollucem, Heſychium, Suidam, Euſtathium; ubi videlicet Deorum ſimulacra ſedebant: Gentiles ſc. deos ſuos vario ſitu repræſentabant: ἀνέςησαν σχήμασι διαφόροις, καθέδραις δὲ καὶ ςάσεσι, καὶ ἀμφιάσεσι, inquit Porphyrius apud Euſebium: vide & Arnobium lib. VI. Aliæ nempe deorum imagines ſeu ſtatuæ erant ſtantes, ὀρθαὶ, ὀρθοςάδην, ſtatu erecto: cujuſmodi plures diſertè memorat paſſim Pauſanias: inter alia Corinth. p.46.53.66. Laconic. p.107.108.110. Achaic. p.227.228. Arcadicor. p.262. Bœotic. p.288. & quidem ſupra columnas ſæpè erectæ, de quibus modò. Alias verò ſtatuas Gentiles habebant καθημένας, *in ſella*, ἐπὶ θρόνου, ἐν θρόνῳ, ἐν καθέδρᾳ, ἐν ἕδρᾳ, *ſeſſiles*, ſeu *ſedentis habitu*: cujuſmodi ſeſſiles deorum ſtatuas, ne de aliis quæ alibi erant, innumera huc congeram, per Græciam ſuam memorat quamplures idem Pauſanias: inter alia, Corinth. p.56.59.65.72.79. Laconic. p.100.101. Eliacor. 283. & ſicubi alibi: memorat & Lucianus in Dea Syria. Eaque ſeſſio potentiæ firmitatem & ſtabilitatem ſignificabat: ut Chryſoſtomus, Hom. IV. in Acta Apoſt. & Suidas in voce Ζεύς. Eòque ideo etiam nomine ſeſe jactat meretrix in Apocal. c. XVIII. 7. ut omittam ſtatuas curules ἐν ἅρμασι, quarum exempla vide etiam apud eundem Pauſaniam, Phocicis p.326.329. Ἑδραιώματος igitur voce continentur & ἕδρα, *ſedes*, *ſella*, θρόνος, in quibus ſimulacra ſeſſim ſeu ſedentia exhibebantur. Quæ quidem etiam ſellæ (quod notandum) columnis quandoque ſociatæ erant, ut hic ab Apoſtolo ſociantur ςύλος καὶ ἑδραίωμα: ςύλη, inquam, καὶ θρόνος: ſeu κίονες & θρόνος ſociantur apud Pauſaniam, Corinth. p.48. Eliacorum I. p.158. ubi etiam κίονες θρόνον ſuſtinere dicuntur: & ſic *ſedes* quandoq; erant *columnatæ*, ut loqueretur Plautus aliquis. Sic etiam πολύεδρον & πολύςυλον ſociatur apud Plutarchum alicubi. Ergo ἑδραιώματος voce utrumque procul dubio continetur, & baſeos ſeu fulcri, κρηπῖδος, ſubſtructioniſque genus omne, & ſedes ſeu ſella; pariter ut ἕδρα utrumque ſignificat, & ἕδος & ἔδαφος ſeu θρόνον & βάσιν & καθέδραν: vide vel Heſychium. Quomodo & *ſedes* apud Latinos utrumque denotat: *fundamentum*, inquam *firmum*, *ſolidum*, *baſin*, *ſubſtructionem*, κρηπῖδα (quam βωμὸν interdum Græci vocant) etiam columnarum, ut apud Suetonium, in vita Octavii cap. XXVIII. ut & *ſellam*: nam & *ſedes*, *ſella*, in qua imago Dei eſt, apud Plinium lib. XXXVII. cap. X. ubi agit de *euſebe lapide*. Similiter & apud Græcos ἑδραῖον (unde ἑδραίωμα) & ἑδραίως, de utroque effertur: unde factum, ut ἑδραῖον ὕπνον quidam, & in his Erotianus, interpretentur eum *ſomnum*, *qui ſedendo*, ἐν καθέδρᾳ, ſumitur: alii, & in his Bachius & Epicles, ἐπιμόνως, ἐγκαθίσματι χρονίῳ καὶ ἐπιμόνῳ, Galienus etiam ὕπνον βαθὺν, *firmiſſimum & profundum* explicat & ἑδραίως κοιμηθῆναι, βαθέως, *profundè dormire*: ἑδραῖον enim & *firmum & ſeſſile* ſignificat: ut nihil quandoque interſit, utro ex his duobus modo exprimas vocem ἑδραῖον. Venire etiam quarto loco poteſt in hunc ἑδραιώματος cenſum ὑπόθεμα, *ſuppedaneum*, *ſcabellum pedum*,

Digitized by Google

dum, ſoliſtaticulum (uſurpâſſe nunc liceat) quod ſedentis imaginis pedibus quandoque ſubjacebat, quale memorat Pauſanias in Eliacis p. 158. (ubi ab Athenienſibus id θρανίον dictum ait: quæ vox occurrit & apud Pollucem, lib. III. cap. XIII. ut & apud Heſychium extat vox θρᾶνος) & in Arcadicis, p. 267. ſed & quinto loco, *ſuggeſtum*, ſeu *ſuggeſtus*, *βῆμα, ὕψος, tabulatum, pulvinarium*, aliudve quid, in quo ſtabat in edito vel eminenti ſimulacrum, ἑδραίωμα dici potuit. Quod aliâs ἕδρασμα apud Heſychium, & in Gloſſis Cyrilli, ἕδρασμα, *pulvinarium*: ubi *pulvinarium* eſt & καθίδρυμα, *delubrum*, de quo mox, & στρωμνὴ θεῶ, *lectus*, in quo collocabantur ſigna deorum, *lectiſternium, & tabulatum*, in quo ſtabat Numen ſeu ſimulacrum Dei, ut eminentius videretur: de quo Acron, in Horat. I. Ode XXXVII. quod & ἕδος dicitur in iiſdem Gloſſis, *pulvinarium & ſacrarium*. Clemens quoque Alex II Strom. p. 372. fidem vocat ἕδρασμα ἀγάπης, quod *baſin & ſtabilimentum* vertunt: vide in Suidam in ἑδραῖον. Sic ἑδραίωμα & ἕδρασμα idem, ut & ἵδρυμα. Sic Euripides vocat cives ἵδρυμα πόλεως, quibus innixa eſt civitas. Quare & ἑδραίωμα fuerit, cùm de ſimulacro ſeu ſigno agitur, *ſuggeſtus, fulcrum, pulvinar, ſuſtentaculum, ſeſſimonium, baſis, ſcamillus, ſtabilitum ſcamnum, ſolumq́*, ut Cicero I. de Divinat. *columen* denique, quibus ſimulacrum ſeu ſignum Dei incumbebat: βάθρον τοῦ ἀγάλματος, ἐφ' ᾧ ἑστηκὸς ἦν τὸ ἄγαλμα, de quibus ſæpè Pauſanias: inter alia Attic. p. 22. Corinth. p. 66. Laconic. p. 101. Eliacor. I. p. 171. Achaic. p. 235. βάθρα ἐφ' ὧν ἀνδριάντες ἑστήκασιν eidem, Arcad. p. 262. Quorum quidem etiam βάθρων nonnulla ararum ſpeciem præbebant, ut in exemplo apud Pauſaniam, Lacon. d. pag. 101. Dictum & βῆμα, ut apud Dionem, ubi de Neronis ſtatua: *ſuggeſtum* rectè vocat Tacitus, lib. I. hiſtor. *Baſis* ſæpiſſimè vocatur: de cujuſmodi ſtatuarum ſeu ſignorum baſibus, in quibus & inſcriptiones additæ erant, veteres paſſim ſcriptores: in his non uno loco Cicero: vide & Plinium, III. Epiſt. VI. Servium, III. Æneid. p. 262. veteres inſcriptiones: inter alias pag. 93. num. 10. SIGNUM CUM BASI. De baſibus & fulturis columnarum vide Iſidorum, lib. XIV. C. IX. & lib. XIX. cap. X. Ergo ἑδραίωμα eſt βάθρον, βάθρα, ὑποβάθρα vel ὑπόβαθρον, quæcunque tandem ſubſtructio, quodcunque ὑποβεβλημένον, cui τὰ ὑπερέχοντα, & nominatim ſimulacra, firmiter innituntur. Gallicæ ideo verſiones rectè hic vertunt, *appuy, ſouſtien*. In hunc ἑδραιώματος cenſum venire quoque poſſunt *pilæ* (quas nonnulli *ſtructiles columnas* dici putant *in l. ſicuti w. ſi ſervitus vindic.*) quæ parietes onuſque aliquod ſuſtentant, fulciunt, vel flumini aut mari opponuntur, στῦλοι: itemque *Antæ columnæ* ſive *Antes*, quibus fabrica ſuſtinetur, vel *Anterides* παραστάδες, de quibus cumulatè Cl. Salmaſius, in Solinum p. 1216. 1217. Tandem & locus ipſe ἔδαφος, ἕδος, in quo ſtabat ſeu poſitum erat ſimulacrum ſeu ſignum Dei, ἑδραίωμα dici potuit: & ſic *delubrum, penetral, ſacrarium*: pariter ut ἕδρασμα, de quo ſuprà, ut & ἱδρύματα (ab eadem origine) θεῶν, ſunt *fana, delubra*, loca in quibus Deorum ſimulacra ſtabant locata: eademque cum ἱεροῖς, & ἕδρα, τόπος ἐν ᾧ εἴδωλον ἵδρυται ἱερόν: & ſic ἀφίδρυσις *Dei ſolium*, quod vocatur in Gloſſis veteribus: & apud Medicorum filios, ἕδρη οἰκεῖος τόπος: & ἕδρα pro domicilio. Sic ſanè & eodem ſenſu Latinis *ſedes*, pro loco etiam, in quo ſimulacrum Dei ſtabat, quin & pro tota etiam æde Dei. Varro, IV. de Lingua: *Cellas, in quibus Dei ſedes ſunt.* Lucretius, lib. VI.

--- Cur ſancta deûm delubra, ſuaſq́
Diſcutit impacto præclaras fulmine ſedes?

Ovidius IV. de Ponto:

--- Media qui ſedet æde Deus.

Cicero, lb. I. de Divinat.

Et Capitolinis injecit ſedibus ignes. Mox:
Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata.

Virgilius, II. Æneid. *ducendum ad ſedes ſimulacrum.* Statius lib. IV. Sylvar. ad Domitianum:

- - - - Stupet hoc vicina Tonantis
Regia, teq́ pari lætantur ſede locatum
Numina. Tibullus:
Num feror inceſtus ſedes adiiſſe deorum?

Adde & Tacitum, non uno loco. Vetus quoque inter alia inſcriptio Auguſtæ Vindel. MERCURIO CUJUS SEDES A TERGO SUNT. Omitto ſexcenta id genus alia. Sic & ἕδη θεῶν apud veteres paſſim, ἕδη καθιδρύσαμεν, σηκὸς, τέμενος, Polluce interprete; vide & Suidam. Et huc quoque ſpectare videtur *ſeſſimonium deorum*, quod dicitur apud Vitruvium, præfat. libri ſeptimi circa fin. Tandem igitur ἑδραίωμα fuerit opus omne, res omnis, locusve, quo quid aliud innititur, inſiſtit, ſuſtinetur, fulcitur: *fulcrum* omne & *ſuſtentaculum, ſeſſimonium*; βάθρα, βάθρον, κρηπὶς, στερέωμα, στήριγμα, ἕδρασμα, ut & ἔρεισμα: quomodo Pindarus Athenas ἔρεισμα, vel ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος dixit: *fulcrum Græciæ*, ut teſtatur Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride: & Ariſtides in Panathen. p. 167. & 343. quòd jeciſſent libertatis fundamenta, κρηπῖδ' ἐλευθερίας, ſeu quòd Græciæ libertatem muniviſſent, ὥσπερ ἀδαμάντινοι στηρίξαντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος. Eccleſia proinde ἑδραίωμα ἀληθείας, quia in ea ſubſiſtit, ſuſtinetur, ſedet, eminet, fulcitur, attollitur, & velut in edito conſpicienda proponitur veritas: delubrum ejus, ſacrarium, ſeſſimonium, ſuſtentaculum, munimentum, firmamentum, columen: Quæ ipſa alioquin Eccleſia ἡδρασμένη dicitur ſuper tribus θεμελίοις, fide, ſpe, charitate, ut ait Clemens Alex. lib. IV. Strom. Quæ cùm ita ſint, hinc jam patet, non accedendum Viro Doctiſſimo, qui ἑδραίωμα hoc à στύλῳ diſtare dixit, quòd στῦλος ſtantis poſitum ac ſitum notet: ἑδραίωμα verò, ſedentis: ut neque alteri Viro Celeberrimo, qui hoc loco Eccleſiam, *columnam & ſtabilimentum veritatis*, per figuram ἓν διὰ δυοῖν, dici voluit, columnam ſtabilientem veritatem: nam & ἑδραίωμα aliud quid hoc loco à στύλῳ eſt, latiusque, quod jam oſtendimus, patet: ſic quoque, ut & columna ipſa eà generali appellatione venire potuerit: ſunt enim & columnæ, in quibus ſimulacra extant, ſimulacrorum ſedes, fundamentum, ſubſtructio, βάθρον. Mihi porrò veriſimile, vocem hanc, quæ nuſpiam alibi, mihi ſaltem, quod dixi, hactenus occurrit, παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι, vel Tarſi Ciliciæ, ubi D. Paulus natus erat, uſurpatum: vel certè Athenis, ubi Epiſtolam hanc ſcripſit, enatam. Neque etiam hîc illud omittendum, Pythagoram, quiq; eum ſecuti ſunt, cùm Philoſophiam ſuam, hominiſque adeò κάθαρσιν & τελειότητα, perfici dicerent, τῇ ἀρετῇ, ſeu virtutibus (quarum dux εὐσέβεια) & ἀληθείᾳ, id nominatim quoque ſcripſiſſe, quod certè ſcribit Hierocles, in aurea Pythagoræ carmina, pag. 25. Τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς ἡδρασμένον συνάπτειν θεῷ, divinum animum ita, virtute, inquam, & veritate, bene munitum, ſtabilitum, Deo conjungere: ubi vides ἑδραίωμα τοῦ φρονήματος ἐν τῇ ἀληθείᾳ, ut hic τῆς ἀληθείας ἑδραίωμα. Iidemque dicebant, quòd ſolus ſapiens Deum honoret, ut qui ſeſe imprimis *hoſtiam* offerat, ſuumq; animum divinum *ſimulacrum* efficiat, mentemque ad divini luminis ſusceptionem *Templum* præparet, ὁ προηγουμένως ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν. Quæ proximè ad ea, quæ ſacra ſcriptura continet, accedunt. Verùm è diverticulo.

Illud poſtremò notandum, veritatem in edito, ſuprà στῦλον καὶ ἑδραίωμα poſitam à D. Paulo repræſentari, veluti conſpicuam & adſpectabilem, non ut Democritus, veritatem in puteo ſeu fundo demerſam fingebat, & Se-

neca VII. de Benef. I. involutam, in alto latentem: Et rurſum, in ſolido, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ſc. veritas collocatur: lapidei enim fermè ϛύλοι fuêre, ut & ἑδραιώματα ſunt: cujuſmodi etiam ſitus ſedesque ἐπὶ τῇ πέτρᾳ dearum, ubi ſeſe primùm ſpectandas præbuiſſent, conſediſſentque, Gentiles repræſentabant: ſic enim & Ceres in Eleuſiniis defatigata incubuiſſe dicebatur ἐπὶ τῇ πέτρᾳ κεκμηκυῖα ἀγελάϛῳ, juxta puteum Callichroum: qua parte puteus ille, ſeu πέτρα illa, fuit Cereris in terris agentis, veluti ϛύλος καὶ ἑδραίωμα. Unde & alicubi, teſte Pauſania, in Arcadicis, p. 272. ſimulacrum Cereris ſedentis ἐπὶ πέτρᾳ erat. Sic & Delphis in Curia, παρὰ τὸ βουλευτήριον, oſtendebatur πέτρα, ſupra quam Sibylla ex Helicone profecta, à Muſis educata ſediſſe dicebatur, teſte Clemente Alexandr. lib. I. Stromat. Ergo Eccleſia & hic per ϛύλου καὶ ἑδραιώματος appellationem πέτρα cenſetur fidei ſeu veritatis: ut & ipſa retrò ἐπὶ πέτρᾳ ædificata, Chriſto ſcilicet. Omittere etiam hic non poſſum, quandoquidem de πέτρᾳ agere cœpimus, quod Pauſanias in Arcadicis, p. 249. de opere quodam in Eleuſiniis memorat, quod & πέτρωμα vocat. Nempe opus id erat è duobus magnis lapidibus, πρὸς ἀλλήλους ἡρμοσμένους conſtructum, compactum, in quo reconditi erant libri Rituales, quibus apertis, majoribus myſteriis initiandi ſcripto addiſcebant, quidnam ſibi ad myſteriorum perceptionem facto opus eſſet: ibidemque jusjurandum de maximis quibusque rebus præſtari ſolitum. Addit & Pauſanias ἐπίθημα ἐπ' αὐτῷ περιφερὲς fuiſſe, *operculum ſupra id rotundo ambitu*, intra quod Cereris effigies erat, ἔχον ἐντὸς Δήμητρος πρόσωπον: quam perſonam ſeu effigiem ſacerdos myſteriorum tempore induebatur. His verò duobus lapidibus, & πετρώματι inde conflato, in quo & effigies Cereris erat, rectè opponi poſſit ϛύλος καὶ ἑδραίωμα, quæ & ipſa πετρώματος appellationem non reſpuant: ut & πρόσωπον ſeu vera effigies veritatis, quæ in illis eſt, Cereris effigiei. Ex ſuperiùs dictis interim apparet, quantopere generis humani hoſtis veritatem adumbrare, imò adulterare conatus ſit: etiam in πετρώματι illo, ut ita Moſaicæ quoque legis tabularum inſtar aliquod exhiberet. Nos ad ϛύλον καὶ ἑδραίωμα veritatis redeamus. His ſanè quoque opponi poſſunt, egregia ἀντίθετα, *Tripodes*, qui ſacri habebantur, τρεῖς βάσεις καὶ πόδας ἔχοντες, ſeu menſæ Deorum: cujusmodi Tripodes menſæque, ut Delphis atque alibi, ita & Athenis quoq; erant: ubi oracula ſc. reddebantur à Pythiis ſeu Phœbadibus, quæ his ſuperimpoſitæ, & ea quidem parte, quæ ὅλμος vocabatur, vaticinabantur: unde & τῆς ἀληθείας οἰκεῖοι τρίποδες dicti Athenæo, lib. II. p. 38. & Plutarcho, in libro de Εἶ inſcripto foribus templi Delphici: indeq; vulgata parœmia, ἀπὸ τρίποδος, *ex tripode*, ἐπὶ τῶν ἀληθῶς λεγομένων. Sed & in iisdem tripodibus erant alicubi *ſortes*, è quibus Gentiles, ut ipſi volebant, & vera & eventura diſcebant: de quo vid. vel Suidam in voce Πυθώ. Imò & ſimulacra quandoque ἀγάλματα in his tripodibus ſeu menſis locata erant (ceu ἐπὶ ϛύλῳ καὶ ἑδραιώματι) veluti Veneris, Dianæ, Proſerpinæ & Cereris, ut teſtatur Pauſan. in Meſſen. pag. 124.

Veritatis porrò, ſeu ἀληθείας, nominatim ϛύλον καὶ ἑδραίωμα, *Eccleſiam* ſeu domum Dei vocat Apoſtolus: & ſic Ædi ſeu domui Dei jungit veritatis ſimulacrum, veramque imaginem: pariter ut apud Gentiles paſſim *Ædes cum ſigno* memorantur & ſociantur: ναὸς ſeu ἱερὸν & ἄγαλμα. Vide vel Pauſaniam: atque adeò hæc duo ad legitimum Templum cultumque requirebantur, puta ut & Deo fermè alicui dicatum eſſet, & ſimulacrum ejus ibi ſtaret. *Veritas* autem hic non eſt tantùm in genere, ἡ τοῦ ὄντος ἀσφαλὴς κατανόησις: quomodo veritatem rectè definit Greg. Nyſſ. de vita Moſis, p. 191. cùm videlicet id, quod revera eſt, liquidò intelligitur, tenetur: verùm, ut in ſingulis ſcientiis & profeſſionibus ſua quædam eſt & diſtincta veritas, ut rectè Clemens Alex. lib. I. Strom. ita hic ſpeciatim ſeu κυρίως intelligenda eſt κυρία *veritas Dei*, ſeu de Deo, ut vocatur epiſt. ad Rom. I. 25. III. 7. XV. 8. quomodo & ab eodem Apoſtolo dicitur *ſapientia*, quæ eſt ex Domino: *veritas Chriſti*, II. Cor. XI. 10. *veritas Evangelii*, ad Galat. II. 5. & 14. Col. I. 5. & *Evangelium ſalutis*, quod dicitur λόγος τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου, Epheſ. I. 13. Col. I. 5. II. Tim. II. 15. Quomodo ἑλληνικὴ apud Gentiles *veritas* aliquando de Dei cognitione nominatim dicta, ἀληθῆ ſcilicet δόξαν ἔχουσα περὶ θεῶν: vide Plutarchum de Iſide & Oſiride. *Veram religionem verumq; Dei cultum* interpretatur Chryſoſtomus Homil. VII. in cap. II. hujus Epiſtolæ. Clemens Alex. lib. VII. Strom. ita definit: Ἡ τῷ ὄντι ἀλήθεια μόνη περὶ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν γίνεται. Quæ quidem etiam veritas à Filio habetur, τῆς ἀληθείας εὕρεσις διὰ υἱοῦ, μόνη δὲ ἡ κυρία αὕτη ἀλήθεια ἀπαραγχείρητος, ἣν παρὰ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ παιδευόμεθα, ut idem lib. eod. ait: θεοδίδακτα γὰρ ἡμεῖς ἱερὰ ὄντως γράμματα παρὰ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ παιδευόμενοι, ibid. αὐτουργῷ σοφίᾳ πεπαιδευμένοι, lib. I. pag. 319. Nam & ipſe Chriſtus *veritas* eſt, Joh. XIV. 6. & *veritatis* διδάσκαλος. Eaque veritas, ut paſſim memoratur inculcaturque in libris novi Fœderis, ita & non uno præterea prioris hujus ad Timotheum epiſtolæ loco ejus mentio fit ἀληθείας, inquam, & ejus ἐπιγνώσεως, c. II. 4. IV. 3. ut & poſteriore ad eundem epiſtolâ. Nunc videndum, quonam hic reſpexerit vel alluſerit Apoſtolus. Hieronymi, Chryſoſtomi, aliorumque deinceps omnium hodie ſententia eſt, iſtud dici oppoſitè ad legem Judaicam & umbras: ut certè veritatem alibi quandoque Legi opponi certum eſt, veluti Joh. I. 17. ubi *Lex data* dicitur *per Moſen*, *gratia & veritas per Chriſtum*. Verùm hoc loco id ita non eſt; tacita enim hic ἀντίθεσις (ut in reliquis omnibus) continetur ad Gentilium veritatem, quam ipſi falsò præ ſe ferebant. Ac primò quidem, ad inania deorum oracula, quæ è tripodibus; de quibus ſuprà; vel aliter reddebantur, & quidem ab Apolline: qui ſpeciatim τὰς ἀληθείας prædicere ferebatur: vide vel Arianum, in diſſert. Epicteti lib. III. cap. I. p. 268. eaque ejus provincia χώρα dicebatur, ut *fons* eſſet veritatis, πηγὴ τῆς ἀληθείας: unde & priſci duas τιθήνας, *nutrices* Apollini appoſuêre τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν κορυθαλίαν, teſte Plutarcho, Sympos. III. Ut omittam alia inania fatidicinæ & divinationis ludicra & ludibria, quæ hic memorare longum foret. Secundò, *veritatis* appellatione profligantur hic Gentilium fabulæ, μῦθοι, falſaque eorum Theologia omnis, ac proinde ψευδώνυμος ἀλήθεια: falſæ inquam, de iis narrationes & genealogiæ, ſeu θεογονίαι πόῤῥω τῆς ἀληθείας, opiniones & traditiones, μάχαι τῶν λογισμῶν καὶ συμπεράσματα, ut Chryſoſtomus ait, Homil. I. in cap. I. hujus epiſt. à quibus etiam idem Apoſtolus d. cap. I. dehortatur, propter Gentiles etiam, τοὺς θεοὺς αὐτῶν καταλέγοντας, ut ait Chryſoſtomus ibid. ut & ad Tit. III. 9. Quarum quidem fabularum nonnullas Gentiles concinnaverant, veris ſuperſtructas, ἐψευσμένας τοῖς ἀληθέσιν ἐποικοδομοῦντες, συγκεραννύντες, ut ipſe Pauſanias Arcadicis p. 237. Sacerdotibus etiam ſæpe non ſemper verum eliminare volentibus, ut ait Diodorus Siculus lib. I. pag. 17. διὰ τὸ τοὺς ἱερεῖς μὴ βούλεσθαι τἀληθὲς ἐκφέρειν εἰς τοὺς πολλούς. Tandem Gentilibus hac parte inter ſe minimè concordantia, & ἐναντιώματα memorantibus. Ad ἑλληνικοὺς porrò nominatim per Græciam μύθους καὶ ἀντιλογίας hic alluſum, quas & ipſimet Romani ſcriptores proſcribebant: vide vel Dionyſium Halicarnaſſ. lib. II. Hac enim parte nihil non Græcia mendax audebat in hiſtoria, δυσφημοτάτων, αἰσχίστων σφόδρα, καὶ περιττῶν, ut ait Plutarchus in quadam re de Iſide & Oſiride pleniſſima. In univerſum verò excluditur hic & damnatur omnis Gentilium Theologia, Phyſica, Mythica, & Gentilis ſeu Civilis: triplex enim hæc

Theo-

Theologiæ Varroni, de qua etiam Plutarch. l. de decretis Philoſ. VI. & adverſus quam ſcripſere Tertullianus & Auguſtinus: nulla quippe earum veritate nitebatur: conjecturis enim Philoſophi Phyſicam concinnaverant: Poetæ mythicam de fabulis traxerant: populi Gentilem ultrò præſumſerant: ac proinde nuſpiam in his veritas collocanda: nam in conjecturis incerta præceptio eſt, in fabulis fœda relatio, in adoptionibus paſſiva & municipalis adoptio: denique apud Philoſophos incerta omnia, quia varia: apud Poetas indigna omnia, quia turpia: apud populos paſſiva omnia, quia voluntaria. Porrò, ut divinitas, ita & veritas, ſi veram retractes, eâ definitione eſt, ut neque argumentationibus incertis colligatur, neque fabulis indignis contaminetur, neque adoptionibus paſſivis judicetur: haberi enim debet, ſicut eſt, certa, integra, communis, quia ſcilicet omnium; ut hæc fermè omnia eleganter Tertull. initio lib. II. ad nationes. Adulterina contrà Gentilium veritas inſtitutionibus tantùm majorum, auctoritatibus receptorum, Legibus dominantium, argumentis prudentium, ſeu vetuſtate, conſuetudine, neceſſitate, exemplis, prodigiis, miraculis corroborabatur. Quibus omnibus, aliisque præjudiciis, opponitur hic κυρία, nuda ſolidaque Dei veritas, quæ tamen, ut dixi, Gentiles pro veritate fermè obtrudebant: Atque inter alios Poetica Theologia ſeu μυθολογία excluditur: quæ περὶ τὸ ψεῦδος τὰ πάντα ἠσχολημένη ποτὲ ἤδη ἀλήθειαν μαρτυρήσασα erat, ut Clemens Alexandrin. ad Gentes: de qua etiam Dio Chryſoſtomus gentilis, Orat. XXXVI p. 147. ſcribit, quòd etſi ἡ πάνυ ἄσοφος eſſet τῶν ἱερῶν λόγων, &c. attamen ἡ καθαρῶς circa ea ſeſe haberet, οὐδὲ εἰδέναι τοῦ ξύμπαντος περὶ τῆς ἀληθείας. Opponitur & hic veritas ſymbolicæ & ænigmaticæ Theologiæ & Scripturæ, quæ priſcis, & inter alios Ægyptiis, uſitatæ erant: adeò ut Ægyptii ante templa ideò Sphingas ponerent, σφίγγας ἱδρύονται, ὡς αἰνιγματώδους τοῦ περὶ θεοῦ λόγου καὶ ἀσαφοῦς ὄντος, ut idem Clemens Alexandr. ſcribit, lib. V. Stromatum, pag. 561. Quarto loco opponitur hic veritas, κυρία, æterna, primaque Philoſophicæ nominatim veritati, ψευδωνύμου ἑλληνικῇ ἀληθείᾳ, quæ ita συνωνύμως vocabatur, ἢ τοῦ αὐτοῦ μετειλήφει ὀνόματος, ut Clemens Alexandr. eodem libro, qualem Philoſophi gentiles præ ſe ferebant, cujus ipſi φιλοθεάμονες erant & dicebantur: & de qua ipſi multa: inter alia, Philoſophiam circa veritatem verſari, demonſtrationemque & lucem veritatis eſſe: vide & Plutarchum libello de voce Εἶ. Philoſophiam eſſe ἀληθείας εἰκόνα ἐναργῆ, *evidentem veritatis imaginem*, teſte Clemente Alexandr. lib. I. Stromat. quæ tamen, ut idem ait, ad Gentes, μηδέν τι νηπίων μᾶλλον τ' ἀληθὲς εἰδότων erat: unde idem ibid. Philoſophiam vocat ὀνειρώττουσαν τὴν ἀλήθειαν: adverſus quam denique multa idem lib. I. Stromat. etſi fateatur & ipſe, ἀληθῆ τινὰ δογματίζειν καὶ Ἕλληνας, ſed κατ' ἔμφασιν καὶ διάφασιν, pag. 316. Quin & ἀληθείᾳ inter alia Philoſophus ab aliis diſtinguebatur, quodque ſingula non κατὰ δόξαν, verùm πρὸς ἀλήθειαν ſpectaret, ut ait Dio Chryſoſtomus Orat. II. περὶ δόξης, pag. 613. Imò & hac ἀληθείας, κυρίας ſcil. meræ, ſolidæ, voce perſtringitur & ipſa ad veritatem proximè accedens θεωρητικὴ Pythagoræ & Platonicorum ἀλήθεια ſeu Philoſophia, quâ inter alia ſacrorum myſteriorum & teletarum finem ſtatuebant, ut homo quàm ſimillimus Deo evaderet, imò Deus fieret: quamque ideò exigebant in eo, qui felix & beatus futurus eſſet, τῆς ἀληθείας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μέτοχον εἶναι, ut Plato in Timæo & de Legibus: & ex eo Clemens Alexandrinus lib. I. Stromatum. Iidemque Pythagorici & Platonici, cùm Philoſophiam dicerent eſſe ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσιν καὶ τελειότητα, id perfici ajebant his duobus, ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ, *veritate & virtute*, de quo vide vel Hieroclem, in aurea Pythagoræ carmina, ſtatim in principio, & alibi: quæ & ipſa duo ſunt, quibus Apoſtolus his duabus periochis ad κάθαρσιν & τελειότητα eorum, qui Eccleſiæ præeſſent, duo pariter opponit, ἀλήθειαν & εὐσέβειαν (quæ utique virtutis omnis fons eſt.) Atque ut ſummatim dicam, opponitur hic veritas, mera ſcilicet omni *reſplendeſcentiæ veritatis*, ut loquitur Auguſtinus, quæ inter paganos magnis ingeniis non defuit. Ac multò magis opponitur hic veritas, Eccleſiæ Dei innixa, falſis Deorum, quæ in Gentilibus templis ſupra columnas vel aliter exhibebantur, ſimulacris, ſtatuis, ſignis, idolis, imaginibus, quas *mendacii magiſtras* vocat ſacra ſcriptura, quomodo & ψεῦδος de idololatria non uno loco dicitur: ac nominatim iis propriè ſimulacris, idolis, quæ in delubro ſeu penetrali, ſacrario, cellâve ejus Dei, cui templum dicatum erat, locata erant, ſive ſuprà ξύλον, ſive ſupra ἵδρυμα aliquod, de quo ſuprà jam plenè: præ quibus, in æde Dei viventis, & ſupra eam, una veritas ex edito deque ſuggeſtu exhibetur, tanquam εἰκὼν, ſimulacrum, ſignumque, vel Diva aliqua, ſic dixiſſe liceat, ſeu Dei filia, imò Deus ipſe: cujusmodi Veritatis, ceu Deæ, ſimulacrum publicè fixum apud Gentiles non reperio. Nam etſi veritas privatâ apud Gentiles quandoque religione Numinis inſtar habita cultaque fuerit, ut teſtis eſt vetus inſcriptio, pag. 99. num. 8. Etſi Polybius, in Eclogis lib. XIII. ſibi videri dicat, veritatem Deorum maximam à Natura mortalibus conſtitutam, μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν. Etſi eadem Regina apud Græcos habita, dictaque, ut in illo, Ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς ἄνασσα ἀλάθεια, quod Clemens Alexandrinus, VI. Stromatum, & Stobæus referunt. Etſi nil majus homo accipere, neque dignius dare munus homini Deus poſſe diceretur veritate, ut Plutarchus ſcribit, initio libri de Iſide & Oſiride, ubi & ſubjicit, θειότητος ὄρεξίς ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας, μάλιστα δὲ τῆς περὶ θεῶν ἔφεσις, &c. Etſi Olympiadi quoque apud eundem Stobæum, ἀλάθεια θεῶν ὁμόπολις μόνη θεοῖς συνδιαιτωμένη dicatur, *Deorum concivis, ſolaque Deorum convictrix*. Licèt etiam Philoſophi Deum veritatem dixerint; vide vel Simplicium, in Epicteti Diſſertat. cap. XLVII. Licèt Plato, cùm multa de veritate ſcribat, lib. V. de Legibus, & ex eo Plutarchus, inter alia eam dicat eſſe rem divinam omniumque bonorum Diisque & hominibus principium, & ad omnia bona ducem. Imò licèt Jamblichus apud eundem Stobæum (ut omittam Platonis etymon, in Cratylo, pag. 421.) ἀλήθειαν inde dictam velit, quòd circa Deos & incorruptam eorum vim verſetur: ἀλήθεια, ὥσπερ καὶ τ' ὄνομα δηλοῖ, περὶ θεοὺς ποιεῖ τὴν ἐπιστροφήν, καὶ τῶν θεῶν τὴν ἀκήρατον ἐνέργειαν: ut omittam Magos, Deorum maximum, quem Horomasdem ſeu Oromaſin vocabant, corpore Luci ſimilem dixiſſe, animâ verò Veritati, eodem Stobæo teſte. Hæc, inquam, licèt elogia veritati tribuerint Gentiles, attamen Veritatem Divas inter publicè, neque apud Græcos, neque apud Romanos ullibi cultam obſervo: nullæ illi aræ, nulla templa, nulla ſimulacra ſignâve dicata comperio: etſi alioquin virtutibus & affectibus humanis ea quoque paſſim poſita eſſent, etiam Athenis, veluti Miſericordiæ, Fidei, Pudori, Famæ, Alacritati, &c. imò & Contumeliæ & Impudentiæ: cui obſervationi haud abſimilis, vicina ſaltem, eſt Ariani vel Epicteti, lib. I. cap. IV. querela, quòd Chryſippo, qui veritatem in vita indagavit atque illuſtravit, eamque univerſos edocuit homines, nemo ideò βωμὸν ἱδρύσατο, ἢ ναὸν, ἢ ἄγαλμα ἀνέθηκεν, aut Deo ideo ſupplicavit:

Digitized by Google

plicavit: cùm tamen Triptolemo, quòd humaniorem victum hominibus tradidiſſet, ubique aræ & templa extructa fuerint. Etſi iidem quoque Gentiles, & inter eos Hippocrates & Philoſtratus characterem & Iconiſmum veritatis egregiè effingerent, temporiſque (quia dies veritatem aperit) & Jovis filiam dicerent: quomodo & ab hæreticis nonnullis imago ejus peculiari modo expreſſa, teſte Epiphanio. In Ægypto certè veritas, proximè ſaltem ad Numina habita. Hinc illud, quod Diodor. narrat, lib. I. p. 31. & 48. de ſupremo Judice ſeu Magiſtratu, ἀρχιδικαστῇ, qui habebat ζώδιον τῆς ἀληθείας, ſeu τὴν ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου, *ſimulacrum veritatis*, ſeu *veritatem ſuſpenſam in collo*: quâ re indicatum, ἀρχιδικαστὴν πρὸς μόνην βλέπειν τὴν ἀλήθειαν, *ſupremum Judicem ad ſolam reſpicere veritatem oportere.* Idemque memorat, p. 61. in eadem Ægypto præter Hecates ἱερὸν, etiam πύλας Cocythi & Lethes (quarum meminit & Plutarchus, de Iſide & Oſiride) alius idem πύλας ἀληθείας fuiſſe, & prope has ſimulacrum abſque capite ſtans, τῆς δίκης: ut omittam quod idem Plutarchus, ibidem, memorat, decimâ nonâ primi menſis diem Mercurio feſtum celebrantes mel & ficos ediſſe, ſimul dicentes, ἐπιλέγοντας, *Dulcis eſt veritas*, γλυκὺ ἡ ἀλήθεια. Item, Iſidis φυλακτήριον, quod fabulabantur ſibi περιάπτεσθαι, ſignificare φωνὴ ἀληθής. Ad rem: Veritatis igitur ſimulacrum velut Numen aliquod in Eccleſia Dei viventis proponi indicat Paulus: & unicum quidem, quod univerſæ Eccleſiæ propoſitum: Tacita etiam fortè allusione & ἀντιθέσει ad Minervæ ſignum, quod Athenis præ reliquis unicè eminebat. Nam ſuos licèt ibi ſingulæ Curiæ Deos haberent, attamen Minerva ibi communi omnium religione habita cultaque, ſanctiſſimumque ejus ſignum ſeu ſimulacrum, quod διοπετὲς eſſe fama erat, jam inde ab initio, communi omnium Curiarum conſilio dedicatum in arce habebatur, teſte Pauſania, in Attic. p. 24. ſicut & Panathenæa, feſtum in ejus honorem omnium Atticæ populorum erat, poſteaquam omnes Athenienſes unam in civitatem coiêre, teſte Pauſania in Arcadicis, Plutarcho in Theſeo: vel quòd omnes Atticæ populi celebrarent, ut ait Scholiaſtes Euripidis in Hecuba. Erat ea quippe peculiare Athenarum & Athenienſium omnium (quod vulgo notum) Numen: ſacraque adeò urbs & regio Attica Minervæ; eademque Jovis unius unica filia habita, τοῦ πάντων δημιουργοῦ βασιλέως παῖς ἐστι μόνη δὴ μόνου, ut Ariſtides Orat. in Minervam, p. 17. At Chriſtianorum omnium Eccleſiæque Chriſti unicum velut Numen veritas, unica Dei filia eſt: nam & Chriſtus, qui veritas ipſa eſt, unicus Dei filius. Quæ de Minerva Attica ſuprà dixi, pleraque & de Dianæ Epheſinæ ſimulacro memorari notum eſt. Igitur hic rectè veritas opponatur, & fortè à Paulo oppoſita fuit, ſingulis, peculiaribus, vicanis, oppidanis, regionum, populorum Numinibus, quæ per ſingula illa præcipuo cultu habebantur: ut &, ut quæ initio dixi colligam, ψευδωνύμῳ Gentilium & Philoſophorum ἀληθείᾳ Gentilitiiſque μύθοις, ſeu fabulis. Peculiaris & hic fortè alluſio ad Eleuſiniorum fabulas, & commenta figmentaque, in quibus ficta, falſa omnia narrabantur, peragebanturque. Falſæ primùm ibi narrationes & traditiones de Cerere & Proſerpina, quæ *deæ Eleuſiniæ* audiebant, deq; Jaccho, memorabantur, quas inter alios proſcribit ipſe Dion. Halicar. l. II. Quomodo & Pauſanias non uno loco, veluti in Attic. p. 39. Cor. p. 66. in princ. & 68. atq; alibi, civitates per Græciam quaſdam & regiones, ut & ſacrorum interpretes, ſeu ἐξηγητὰς, haud ſemper τὸν ὄντα λόγον de rebus ſacris & religionibus tradidiſſe ingenuè fatetur, μὴ πάντα ἐν ἀληθείᾳ, ſeu ἥκιστα ἀληθῶς. Secundò, iiſdem in Eleuſiniis (quod & de omnibus Teletis ſcribit Auguſtin. lib. III. de Trinitate, cap. X.) ſigna prodigiaque mendacii exhibebantur. Varia ſcil. ibi ſpectacula oculis objecta, auditaque multa, lux modò, modò tenebræ, σκότος καὶ φῶς ἐναλλάξ, fulgura, alia denique plura oſtenta & φάσματα: ut omittam, quod honeſtè nominari non poteſt: quod teſtantur Dio Chryſoſtomus, Orat. XII. Themiſtius, Orat. in patrem: & iterum in inſigni fragmento apud Stobæum, Serm. CXIX. Ariſtides, in Orat. Eleuſ. Proclus, in Platon. Theolog. lib. III. cap. XVIII. Pletho ſchol. ad oracula Magic. Zoroaſtris: Theodoretus, Græcar. affect. Serm. VII eodemque reſpexit & Seneca, epiſt. XC. Claudianus, lib. I. de raptu Proſerpinæ. Denique & Cereris mundus ibi ſpectandus propoſitus, teſte Apulejo, in Apolog. aliaque plura, falſæ & inanis tantùm ὀπτασίας ludibria. Quibus omnibus ſpectaculis, θεάμασι, Seneca, dictâ epiſtolâ opponebat vera ſimulacra, veraſque facies ingentis omnium Deorum Templi, ſeu mundi, quæ ſapientia cernenda mentibus protulit, ut & hic in Eccleſia mera veritas proponitur: quæ verum ſcil. unius Dei cultum, εὐσέβειαν, καθαρὰν πίστιν, præ ſe fert, unde & mox μυστήριον τῆς εὐσεβείας, continet, edocet: denique veritas ὁμολογουμένη non falſa, non ψευδώνυμος. Quam tamen etiam veritatem non tantùm Philoſophi ſibi vendicare ſoliti, ut & Gentiles templis ſuis, oraculis, Numinibus, & ſimulacris, ſed & Athenienſes nominatim templo Eleuſinio myſteriiſque Eleuſiniis ſuo quodam tribuere modo auſi. Sic enim Clem. Alex. lib. VII. Strom. Καὶ πρὸ τῆς τῶν μυστηρίων παραδόσεως καθαρμούς τινας προσάγουσι τοῖς μυεῖσθαι μέλλουσιν ἀξιοῦσιν ὡς δέον τὴν ἄθεον ἀποθεμένους δόξαν, ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τρέπεσθαι παράδοσιν. Ibi ſcil. arcanæ doctrinæ fundamenta tradi dicebantur, teſte eodem Clemente, lib. V. γνωστικὴ φυσιολογία, initio lib. IV. ἅπαντα ὁμοῦ τῶν σοφῶν ἀνάκτορα συναναώγνυτο, *omnia ſimul ſapientum adyta pandebantur*, ut Themiſtius, ad ea alludens, ait, Orat. ad patrem, abſque παραπετάσματι ſeu *velo.* Pſellus ἀναγωγαῖς, ubi de ſphinge, αἰνιγμένοντο τὰ κεκρυμμένα: ibid. Hæc, inquam ψευδώνυμος in Eleuſinio templo veritas exhibita, non vera, non mera, non κυρία: cujuſmodi Veritatem Eccleſia Dei viventis præfert, quæ ſcil. eſt κατ' εὐσέβειαν, ut vocat idem Apoſtolus I. Tim. I. ad cujus ἀληθείας ἐπίγνωσιν vult Deus omnes venire, ut idem Paulus I. Tim. II. v. 4. Et ſolidam quidem integramque veritatem, quæ ſimul & ſemel verbo Dei exhibetur, non ut Eleuſine cruciabat aditum, & veritas ibi ἐκ προσαγωγῆς aperiri dicebatur: perque varios gradus Gentilium myſteria pandebantur: quod & variis ideò Apollinis nominibus expreſſère: *Pythius* nempe dictus, reſpectu eorum, qui diſcere incipiebant & percuntabantur. *Delius & Phaneus*, eorum quibus aperiebatur & eluceſcebat veritatis aliquid: *Iſmenius*, ſcientium jam reſpectu: *Leſchenorius*, eorum qui jam utebantur ac fruebantur ſcientia, ac inter ſe diſputabant & philoſophabantur, ut memorat Plutarchus dicto libello de εἰ. Et hactenus quidem alluſiones & antitheta ad fabulas tum in genere, falſamque Gentilium veritatem, tum nominatim etiam ad Eleuſinias fabulas in Attica, ubi Paulus tunc conſiſtebat. Opponi poſſunt & *Epheſinæ fabulæ*, ubi Timotheus agebat, quæque nihilò minùs à veritate aberrantes, anilibus fabulis refertæ erant: unde & inter alia dicta ἐφέσια γράμματα ἀσαφῆ ſcilicet αἰνιγματώδη, ἀσύνετα, imò & Magica καὶ περίεργα, de quibus Anaxilaus apud Athenæum, Plutarchus, Clemens Alexandrinus, Heſychius, Euſtathius, & Parœmiographi: ac nominatim τὰ ἐπὶ τοῖς ποσὶ τῆς ἐφεσίας Ἀρτέμιδος γεγραμμένα ἀσύνετα, ut Diogenianus refert & Apoſtolius. Hæc denique veritas, non Ethica, quâ ita loquimur, ut ſentimus: non

Digitized by Google

non Logica, quæ eſt conformitas λόγου cum ſe ipſa: ſed Metaphyſicæ ſpecies, quæ eſt conformitas rei cum mente divina, & ſuâ naturâ eſt unica Eccleſiæ ſive dos, ſive nota, quâ deinceps Apoſtoli Patresque Gentilibus præſcribere ſoliti, ſed & hæreticis: videndus ſaltem Auguſtinus: veritas, inquam, Dei, Chriſti & Evangelii.

Et hactenus quidem de ea perioche, quâ Apoſtolus Eccleſiam Dei commendatum ivit ab hoc, quòd ſit ςύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας: quomodo & Clemens Alexandr. lib. I. Stromat. κατ' ἀλήθειαν ἑδραιότητα dixit. Hoc Eccleſiæ elogium opponitur commendationi templi Epheſini, & Eleuſinii, & hujus potiſſimùm. Commendabatur ſcilicet iſtud, ut ex Ariſtidis Oratione Eleuſinia diſcimus, eo 1. nomine, quòd ab omnibus Græcis, Barbaris, Eleuſine commune orbis delubrum haberetur; omniaque, quæcunque inter homines ſunt divina, veneratione & pulchritudine ſuperaret, κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος, καὶ πάντων ὅσα θεῖα ἀνθρώποις ταυτὸν φρικωδέςατόν τε καὶ φαιδρότατον. 2. Commendabatur, quòd de nullo alio loco miræ magis hiſtoriæ & fabulæ memorarentur: τίνι δὲ ἄλλῳ χωρίῳ, ἢ μύθων φῆμαι θαυμασιώτεραι ἐφήμισαν; 3. Quòd nullo alio, viſu, auditu mira magis, quàm ibi patrarentur: ἢ τὰ δρώμενα μείζω ἔσχε τὴν ἔκπληξιν, ἢ μᾶλλον εἰς ἰσόμοιρον κατέςη ταῖς ἀκοαῖς τὰ ὁρώμενα: addit & Ariſtides, Ὅσα μὲν δὴ θέας ἐχόμενα εἶδον γενεαὶ παμπληθεῖς, εὐδαιμόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν τοῖς ἀῤῥήτοις φάσμασι. 4. Item, quòd Cereris adventus, frugumque ab ea repertarum & invectarum monumentum id eſſet, & frugum parentis, frugiferæ, ut Poëtæ, Oratores & Hiſtorici uno omnes conſenſu narrabant: Τῆς δωρεᾶς τοῦ ςίτου καὶ κόρης εὑρέσεως: quod inter alios teſtatur Diodorus, Seneca, Hercul. Fur. 18. Pauſanias, in Atticis, pag. 4. Arnobius, lib. III. aliique complures. 5. Item, quòd invictum id Templum Eleuſinium ſemper, dirutis ſubinde aliis, ſtetiſſet à cladibus & caſibus immune: atque unicum iſtud antiquum felicitatis & majeſtatis monumentum urbi Græciæque relictum fuiſſet. 6. Quòd, cùm alii conventus publici quinto quoque vel tertio anno celebrarentur, ibi quotannis myſteria peragerentur. 7. Quòd (idque maximum & diviniſſimum) una hæc ædes conventum omnem caperet, eſſetque eadem urbis & agri Eleuſinii complementum: Τῆς τε πόλεως πλήρωμα καὶ τοῦ Ἐλευσινίου. 8. Quòd ſtatuis & picturis, magnoque in ambitum ornatu præditum eſſet, qualia ne in auguſtiſſimis quidem Templis reperirentur: Πλάσματα τοίνυν καὶ γραφὰς, καὶ τὸν κύκλῳ κόσμον τοῦτον, τίς ἂν ἴσχυ καὶ ἐν ταῖς τριόδοις ἱερῶν ἐγκατίδῃ, μήτιγε δὴ ἐν προθήκῃ τῶν σεμνοτέρων εἶδεν. Omitto nunc horum Eleuſiniorum myſteriorum fructum, quem falsò ſibi fingebant. His, inquam, elogiis decoratur ab Ariſtide templum Eleuſinium, expreſſa in id Oratione. Quomodo & Epheſinum ſuis ſummis laudibus ornabatur. Omitto in genere, quòd inter mundi miracula id habitum: Templi illius celebritatem tria augebant: magnitudo primùm, quâ cætera omnia hominum opera anteibat: Epheſiorum deinde civitatis ſplendor: ipſa poſtremùm Deæ claritas, ut ſcribit Pauſanias, in Meſſenicis, pag. 141. Præ quibus omnibus Eccleſia Dei inde unicè commendatur, quòd ea & *Dei viventis ædes* ſit, & ςύλος καὶ ἑδραίωμα *veritatis*, id eſt, quæ verum cultum retinet, quæ fons eſt veritatis, quæ domicilium fidei, extra quam non eſt ſalus; quò ſi quis non intraverit, vel à quo ſi quis exiverit, à ſpe vitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt, ut Lactantius, lib. IV. cap. XXX. Utpote, quæ veritatis ςύλος ſit & ἑδραίωμα: id eſt, ut eò iterum redeam, *columna & columen veritatis*: nam ita quoque ἑδραίωμα verti poteſt, *columen*; quod ſuprà jam obiter indicatum eſt enim *columen*, ςερέωμα; Soſipatro Chariſio, ἔρεισμα; imò & ςύλος quoque, ſeu *columna*, eâ *columinis* appellatione venit, unde & nomen traxit: denique *columen* eſt in ædibus pars quæcunque ſumma, ſuſtentatio, firmamentum faſtigiumque, vel apex ſublimandæ cuique rei, ſeu cui aliquid quomodocunque innititur, vel inniti poteſt. Ideò quoque in Gloſſis, *Columen*, ἐπιςύλιον. Omitto figuratum hujus vocis uſum, de quo inter alios, Interpretes Arnobii, ad lib. I. Omitto etiam innumera alia de columine loca. Inter cæteros Varro, libris de re ruſtica, *Turres & columina villarum*, dixit, lapidea ſcil. ſumma loca in tectis, quæ columbæ ſaxatiles petunt, unde & *columbæ* dictæ. Cicero quoque, lib. I. de Divinat. agens de Summani ſimulacro in faſtigio ſeu columine Jovis Optimi Maximi, fulmine tacto:

Quid verò Phœbi fax triſtis nuncia belli,
Quæ magnum ad columen flammato ardore volabat,
Præcipites cæli partes, obitúſque petiſſet.

Et mox:

Nî poſt (nî priùs) *exciſum ad columen formata decore*
Sancta Jovis ſpecies, claros ſpectaret in ortus, &c.
Hæc tardata diu ſpecies, multúmque morata
Juppiter excelsâ clarabat ſceptra columnâ.

Quibus locis *columen* eſt faſtigium, ὀροφὴ, ἀέτωμα, ἀκρωτήριον, τρίχωρον ædis culmenque, ubi Dei ſimulacrum erat, ut cæteroquin in faſtigiis & culminibus templorum inter alia deorum ſimulacra poſita erant: teſtis inter alios Livius, lib. X. & XXXV. & lib. XXVI. ubi & *columinis* voce disertè hac in re utitur: *In æde Concordiæ Victoria, quæ in columine erat, fulmine icta decuſſáque*: Propertius, lib. II. eleg. XXXI. Plinius, lib. XXXV. cap. XII. lib. XXXVI. cap. V. Julius Obſequens, ubi de Tritonibus, cap. XXXVII. Dio, lib. LXXIX. pag. 911. Vopiſcus in Floriano. Vide & quæ hac de re Rycquius, de Capitolio, cap. XV. Cl. Salmaſius, in hiſt. Auguſtam, pag. 154. &c. 422. 423. Imò & columinis vox quandoque de arbore: Catullus, *ſub altis Phrygiæ columinibus*. Ad rem. Tandem igitur Eccleſia Veritatis *columna, columenque* dicitur, utpote quam in edito & propatulo ſuſtinet, proponit: non, ut & hoc ad ſuperiora adjiciam, quomodo fatidici libri Sibyllini, incluſi, in templi Capitolini cella ſubterranea, in arca lapidea aſſervabantur: κείμενοι κατὰ γῆς ἐν λιθίνῃ λάρνακι, ut Dionyſius Halicarnaſſ. lib. IV. pag. 260. dein ſub Auguſto conditi duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi, teſte Suetonio, in Octavio, cap. XXXI. Atque hæc illa ſunt, quæ Cl. Gothofredus affert de eo, quòd Apoſtolus dicit, Eccleſiam eſſe ςύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας; multa quidem, interim tamen digniſſima quæ hic exſtent: quod ultrò mihi largientur, quicunque omnia paulò accuratiùs examinaverint. Ego certè non exiſtimo, commodiorem huic loco interpretando, & ab adverſariorum objectionibus vindicando, expoſitionem afferri poſſe, quàm hanc ipſam. Sed tandem ad alia.

Συγγενής.

Quæ hujus vocis ſint ſignificationes, Lexica abundè docent. Nos, quod illa omittunt, paucis monemus, hanc vocem *de Spiritu Sancto* non ſemel à Patribus uſurpari. Fit à Greg. Nazianzeno, Orat. XXXVIII. p. 622. Ὄψει καὶ καθαιρόμενον Ἰησοῦν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν, — καὶ ὑπὸ τοῦ συγγενοῦς πνεύματος μαρτυρούμενον. Baſilius vertit: *Et Jeſum purgatione mea in Jordane purgari videbis, — & cognati Spiritus teſtimonio celebrari.* Sophronius Archiepiſcopus Jeroſol. in epiſt. Synod. recitata in Synodo VI. Act. XI. Πνεῦμα τούτοις παρέχει παράγειν ὡς συγγενὲς αὐτῷ καὶ ὁμόφυλον. *Spiritum Sanctum eis*

im-

Digitized by Google

impertit tanquam cognatum ſibi, atque connaturalem. Et in ead. epiſt. *Trinitatem* confitetur ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον, καὶ ὁμόθρονον, συμφυᾶ καὶ συγγενῆ, *conſubſtantialem, ejuſdem honoris & throni, connaturalem atque cognatam.* Ita Theophanes Homil. LVI. pag. 379. vocat *Spiritum Sanctum* συγγενὲς τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *cognatum Filio Spiritum.* Ratio autem, cur dicatur συγγενὲς τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, eſt, quia ejuſdem eſſentiæ cum Filio. Eſt etiam συγγενὲς τοῦ πατρός. Id docet Chryſoſtomus, in Pſal. XLV. Ὥσπερ ἀνθρώπου πνεῦμα συγγενές ἐστι τοῦ ἀνθρώπου, οὕτω καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ. *Quemadmodum hominis ſpiritui intercedit cum homine cognatio: ita etiam Dei Spiritui.* Et clariùs paulò pòſt: Ὅση ψυχῆς πρὸς ἑαυτὴν ἡ συμφωνία· τοσαύτη τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν πατέρα ἡ συγγένεια. *Quanta eſt animæ cum ſeipſa conſenſio, tanta eſt Spiritus cum Patre cognatio.* Eodem ſenſu uſurpatur συμφυὴς & ὁμοφυής. Gregor. Nazianz. Orat. XXVI. pag. 445. Δέον πνεῦμα ἓν γινώσκειν ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν, πατρὶ μὲν, ἀγεννησίας· υἱῷ δὲ, γεννήσεως· τὰ δ' ἄλλα συμφυὲς καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον καὶ ὁμότιμον. *Unum Spiritum agnoſcere oportet ex Deo ſubſtantiam habentem, hoc ſolo nomine Patri cedentem, quòd non ingenitus ſit, hoc item Filio, quòd non genitus ſit, cætera ejuſdem omnino naturæ, dignitatis, honoris, gloriæ.* Photius, epiſt. I. pag. 7. Πνεῦμα ὁμοφυὲς, καὶ ὁμοούσιον. *Spiritus ejuſdem naturæ & ſubſtantiæ.* Hæc omnia notant τὴν τῆς φύσεως κοινωνίαν, *naturæ communionem,* ut inquit Chryſoſtomus Homil. LXXII. t. VI.

Συγγράφω.

Hujus quoque verbi ſignificationem, à Lexicographis prætermiſſam, paucis obſervamus. Ii, quorum nomina adſcribebantur, aut Paulino potiùs in Epiſtolis Pauli adjungebantur nomini, ut fit I. Theſſ. I. 1. τῷ Παύλῳ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς συγγράφεσθαι, antiquis eleganter dicuntur. Greg. Nyſſenus Orat. funebri in Baſilium, t. III. pag. 480. Εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν τῷ Παύλῳ χρόνον μετεῖχε τοῦ ἀνθρωπίνου βίου Βασίλειος, ὄντως ἂν πάντως συνεγράφη τῷ Παύλῳ, ὡς Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος. *Si eodem tempore, quo Paulus, vixiſſet Baſilius, ut Silvanus & Timotheus, omnino in ſcribendo, nomini Paulino ejus quoque adjunctum eſſet nomen.*

Συγκαταβαίνω.
Συγκατάβασις.

I. *Explicatio vocum.* Frequentiſſimus & elegantiſſimus harum vocum apud ſcriptores Eccleſiaſticos uſus eſt. Significat autem συγκαταβαίνειν *condeſcendere, demittere ſeſe, ad alterius captum ſe accommodare:* & συγκατάβασις eſt quaſi *condeſcenſus,* ut eruditiſſimus Theodorus Gaza vertit, ſeu *condeſcenſio, demiſſio, quâ ſuperior & ſublimior, fortior atque robuſtior ſeſe accommodat atque attemperat ad mores, ſenſum & captum inferiorum atque infirmiorum. Verbi gratiâ;* ita ſcribit doctiſſimus Rittershuſius ad Epiſt. LXVIII. lib. IV. Iſidori Peluſiotæ; *pater infantibus filiis ſuis συμψελλίζων, aut lento gradu incedens, eosque manu ducens & fulciens, dicitur ipſis συγκαταβαίνειν.* Sic etiam φιλάνθρωπος ille Pater cœleſtis, pro ineffabili ſuo, quo genus humanum proſequitur amore, nobiscum agit, ſeque nobis accommodat. Cùm enim myſteria ſalutis noſtræ nobis prorſus ſint δυσνόητα, Deus illa in Scriptura per amicam familiariſſimamque συγκατάβασιν, εὐσύνοπτα καὶ εὐθεώρητα reddit. De hac Dei συγκαταβάσει, & quid illa ſit, ita Chryſoſtomus Homil. III. περὶ ἀκαταλήπτου, t. VI. pag. 404. ubi de illuſtri viſione, Jeſaiæ VI. v. 1. Τὰ Σεραφὶμ οὐκ αὐτὸ ἄκρατον ἑώρων τὸ φῶς, οὐδὲ αὐτὴν ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ συγκατάβασις ἦν τὰ ὁρώμενα. Τί δέ ἐστι συγκατάβασις; Ὅταν μὴ ὡς ἔστιν ὁ Θεὸς φαίνηται, ἀλλ' ὡς ὁ δυνάμενος αὐτὸν θεωρεῖν, οἷός τέ ἐστιν, οὕτως ἑαυτὸν δεικνύῃ, ἐπιμετρῶν τῇ τῶν ὁρώντων ἀσθενείᾳ τὴν τῆς ὄψεως ἐπίδειξιν. *Seraphim non ipſam meram videbant lucem, nec ipſam integram ſubſtantiam: ſed quæ videbant, condeſcenſus erant. Quid verò eſt condeſcenſus? Cùm Deus, non ut eſt, apparet, ſed cùm, quatenus is videre poteſt, qui hujusmodi aſpectu dignus, ſeipſum oſtendit, attemperans videntium infirmitati viſionis repræſentationem.* Hæc ipſa Suidas ex Chryſoſtomo deſcripſit in voce Συγκατάβασις. Ibi Cl. Portus pro δυνάμενος, putat legendum βουλόμενος. Nihil ego muto, quia eodem modo Chryſoſtomus: & ſententia ſatis plana. Quoties igitur S. Scriptura, *Deum viſum fuiſſe, Deum aſcendiſſe, vel deſcendiſſe,* vel alia, quæ de natura divina ἀνθρωποπαθῶς quidem enunciantur, ſed θεοπρεπῶς intelligenda ſunt, feciſſe dicit, talis συγκατάβασις neceſſariò intelligi debet. Ut verò hoc ipſum eò faciliùs intelligamus, harum vocum multiplicem uſum deinceps examinabimus.

II. *Earum uſus.* Uſurpantur varie, idque

1. *de Deo,* qui dicitur

α. *per συγκατάβασιν viſus.* Chryſoſtomus Homil. XV. in Johannem, pag. 613. *quomodo Deus ſub Vet. Teſtamento dicatur viſus:* Πάντα ἐκεῖνα συγκαταβάσεως ἦν, οὐκ αὐτῆς τῆς οὐσίας γυμνῆς ὄψις. *Iſta omnia condeſcenſionis erant, non ipſius nudæ ſubſtantiæ viſio.* Interpres reddit, *permiſſionis:* minùs accuratè. Et ſtatim ad Hoſeæ cap. XII. 6. Καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. *Et in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum:* Τουτέστι, συγκατέβην, οὐ τοῦτο ὅπερ ἤμην ἐφάνην. *Id eſt, ad eorum me captum demiſi, non id quod eram apparui.* Eadem in Catena in cap. I. Johan. pag. 38. repetuntur. Idem Chryſoſtomus, Homil. IV. περὶ ἀκαταλήπτου, t. VI. pag. 412. τὸ ἐναντιοφανὲς, *quòd Deus à Prophetis dicitur viſus,* Johannes verò I. Epiſt. IV. 12. aſſerit, *Deum à nemine unquam fuiſſe viſum,* ita ſolvit: Ἵνα μάθῃς, ὅτι τὴν ἀκριβῆ αὐτοῦ κατάληψιν καὶ τὴν τετρανωμένην γνῶσιν οὐδεὶς εἶχεν. ὅτι γὰρ πάντα ἐκεῖνα συγκατάβασις ἦν, καὶ ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν οὐδεὶς εἶδεν ἐκείνων, δῆλον ἐκ τοῦ διαφόρως ἕκαστον ὁρᾷν. *Ut diſcas, neminem ejus accuratam cognitionem & perſpicuam habuiſſe notitiam; iſta enim omnia ex condeſcenſione quadam fuiſſe profecta, nec quenquam eorum puram ejus vidiſſe eſſentiam, inde patet, quia alii aliter viderunt. Nam,* ut idem Homiliâ XV. in Joh. ubi ſuprà, inquit, εἰ αὐτὴν ἑώρων τὴν φύσιν, οὐκ ἂν διαφόρως αὐτὴν ἐθεάσαντο. ἁπλῆ γάρ τίς ἐστι, καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀπερίγραπτος, &c. *Si ipſam in ſe naturam conſpicati fuiſſent, utique non diverſimodè illam vidiſſent: ſimplex enim eſt, omnis figuræ, compoſitionis & circumſcriptionis expers,* &c. Et Homil. contra Anomœos, t. VI. pag. 432. Ἐπειδὰν ἄγγελοι πολλάκις ἐπὶ τῆς γῆς ἐφάνησαν ἐν ἀνθρωπίνῳ τύπῳ, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς, τὸ φαινόμενον οὐκ ἦν σαρκὸς ἀλήθεια, ἀλλὰ συγκατάβασις. *Quoniam Angeli in terra in humana ſæpiùs apparuerunt forma, ipſe quin etiam Deus: quod apparuit, non erat revera caro, ſed condeſcenſio.* Et Homil. XXXII. in Genes. t. I. pag. 254. *quomodo Deus* Exodi XXXIII. 20. *viſus dicatur,* ita explicat: Πῶς ὤφθη; ὡς αὐτὸς οἶδε μόνος, καὶ ὡς ἐκείνῳ δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. Εὐμήχανος γὰρ ὢν ὁ σοφὸς καὶ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης, καὶ συγκαταβαίνων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καταλλήλως ἑκάστῳ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐμβαίνει ῥοπήν. *Quomodo viſus eſt? Ut ipſe ſolus novit, & ut ille videre poterat. Cùm enim ſapiens & benignus Dominus noſter ſummè ſit prudens, ſeque ad hominum naturam accommodet, congruenter unicuique ſuum auxilium, nutum atque propenſionem patefacit.*

C. Ἀν-

Digitized by Google

β. Ἀναβαίνειν καὶ καταβαίνειν, *aſcendere & deſcendere*: quod iterum nihil aliud eſt, quàm ϲυγκαταβαίνειν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Ita rem explicat Origenes, lib. IV. contra Celſum, pag. 168: Θεὸν δὲ καταβαίνοντα ἐὰν λέγωσιν αἱ προφητικαὶ φωναὶ τὸν φήσαντα, οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; τροπολογοῦμεν. καταβαίνει γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἰδίου μεγέθους καὶ ὕψους, ὅτε τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν φαύλων οἰκονομεῖ. Καὶ ὥσπερ ἡ συνήθεια συγκαταβαίνειν φησὶ τοῖς νηπίοις τοὺς διδασκάλους, καὶ τοῖς ἄρτι προτραπεῖσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν νέοις τοὺς σοφοὺς ἢ τοὺς προκόπτοντας, οὐ τῷ σωματικῷ αὐτοὺς καταβαίνειν· οὕτως εἴ που λέγεται ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς καταβαίνειν ὁ Θεός, ἀνάλογον νοεῖται τῇ οὕτωσὶ χρωμένῃ τῷ ὀνόματι συνηθείᾳ, οὕτω δὲ καὶ ἀναβαίνειν. *Deum verò ſi Prophetarum oracula deſcendentem agnoſcunt, dicentemq́;.* Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? *Jerem.* XXIII. 24. *figuratè id dictum accipimus. Deſcendit enim Deus à ſua majeſtate & altitudine, quoties res hominum, præſertim malorum, diſpenſat. Et quemadmodum vulgaris loquendi conſuetudo magiſtros dicit* condeſcendere pueris, *& in Philoſophia provectos novitiis diſcipulis, nequaquam de corpore hoc volens intelligi: ita ſic ubi Deus in ſacra ſcriptura* deſcendere *dicitur, pari modo intelligendum eſt, juxta receptam conſuetudinem loquendi: ita etiam* aſcendere *Deus dicitur.*

γ. Per ϲυγκατάβασιν *Judæis olim ſacrificia fuerunt præcepta:* Chryſoſtomus in Pſal. XLIX: Θεὸς καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἀποστῆναι σφαγῆς τοὺς Ἰουδαίους κατὰ μικρὸν ἐθέλων, ἐχρήσατο τῇ συγκαταβάσει ταύτῃ, καὶ συνεχώρησε θυσίας, ἵνα ἀνέλῃ θυσίας. *Cùm Deus Judæos paulatim à mactandis avocare vellet brutis, hac uſus eſt condeſcenſione, permiſitq́; ſacrificia, ut ſacrificia tolleret.* Et Homil. I. contra Judæos, t. VI. pag. 318. Πῶς ἐπέτρεψε τὰς θυσίας; τῇ ἀσθενείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ συγκαταβαίνων. *Quomodo ſacrificia permiſit? Ad noſtram ſeſe demittendo infirmitatem.* Homil. item XVIII. in Geneſin, t. I. pag. 124: Διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν συγκαταβαίνων ἡμῖν, διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν ἀνέχεται ταῦτα γίνεσθαι, ἵνα διδασκαλεῖον ἀρετῆς ᾖ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ἡ ἐπίγνωσις τοῦ δεσπότου. *Summa humanitate ductus condeſcendit nobis, atque hæc ob ſalutem noſtram fieri ſinit, ut ſchola quædam virtutis hominum naturæ cognitio Domini ſit.* Hæc quidem ille: at de vero ſacrificiorum fine actum in voce θυσία, num. I. 1. ſub lit. *A.*

δ. Multa alia per ϲυγκατάβασιν *feciſſe.* De Dei ϲυγκαταβάσει multa Chryſoſtomus Homil. IV. in epiſt. ad Coloſſ. & Homil. III. in epiſt. ad Titum: ubi poſt aliquot exempla tandem ſubjicit: Οὕτω πανταχοῦ συγκαταβαίνει. καὶ τί τοῦτο θαυμάζεις; *Adeò ubique & in omnibus condeſcendit, & quid hoc miraris?* Et mox: Οὐδαμοῦ γὰρ αὐτὴν ἀξίαν ὁρᾷ τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ ἡμῖν χρήσιμον. Εἰ γὰρ πατὴρ οὐχ ὁρᾷ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ψελλίζει τοῖς παιδίοις, καὶ τροφήν, καὶ ἐδέσματα, καὶ πόματα οὐχ ἑλληνικοῖς ὀνόμασι καλῶν, ἀλλὰ παιδικῇ τινι διαλέξει καὶ βαρβάρῳ· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεός. Καὶ ὀνειδίζει συγκαταβατικῶς διὰ τοῦ προφήτου, λέγων. Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν. Καὶ πανταχοῦ ϲυγκαταβάσεις εἰσὶ τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς καὶ ῥήματα καὶ πράγματα. *Nunquam enim ad ſuam reſpicit dignitatem, ſed ſemper ad noſtram utilitatem. Nam ſi pater nullam habet ſuæ dignitatis & auctoritatis rationem, ſed cum puerulis linguâ tortâ balbutit quævis, & cibum, & edulia, & potiones non Græcis appellat vocabulis, ſed puerili quadam atque barbara locutione: multò magis Deus. Et exprobrat ſeſe demittens, per Prophetam dicendo:* Si mutabunt Gentes deos ſuos. *Atque hujus condeſcenſionis divinæ argumenta invenire licet in ſcripturis, tum verba, tum res ipſas.*

2. *de Filio Dei,* Domino noſtro Jeſu Chriſto.

α. Incarnatio ejus, & totum Redemptionis negotium per ϲυγκατάβασιν *facta dicuntur.* Hinc Incarnatio ab Areta in cap. V. Apocal. pag. 963. vocatur ϲυγκαταβατικὴ πρὸς ἡμᾶς παρουσία. Omnino ϲυγκαταβατικὸς erat Chriſti ad nos adventus: ipſe enim, qui ſuperior longè, excelſior, fortior atque robuſtior erat, ſeſe demiſit, ſeſe accommodavit, atq; per Incarnationem, ad mores, ſenſum & captum humiliorum, inferiorum, imbecilliorum & infirmiorum, attemperavit. De hac ϲυγκαταβάσεως ſpecie Athanaſius, Orat. de Incarnatione Verbi, t. I. pag. 60: Τούτου ἕνεκεν ὁ ἀσώματος καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἄϋλος τοῦ Θεοῦ λόγος παραγίνεται εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν, οὔτιγε μακρὰν ὢν πρότερον, οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ κενὸν ὑπολέλειπται τῆς κτίσεως μέρος. πάντα δὲ διὰ πάντων πεπλήρωκεν αὐτὸς συνὼν τῷ ἑαυτοῦ Πατρί. Ἀλλὰ παραγίνεται ϲυγκαταβαίνων τῇ εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἐπιφανείᾳ. *Hanc ob cauſſam incorporeus, & incorruptibilis, & materiæ expers Dei Sermo in noſtram accedit regionem, non certè, quòd priùs procul fuerit remotus: nulla enim creaturæ pars eo vacua relicta eſt: omnia verò in omnibus implevit ipſe cum Patre ſuo exiſtens. Verùm accedit condeſcendens ſua in nos humanitate & apparitione.* Et Chryſoſtomus, Homil. XXXIV. t. V. pag. 218. Πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς ϲυγκαταβάσεως, τοῦτο φρίκης ἔγεμε, καὶ πολλῆς ἐδεῖτο κατασκευῆς ὥστε παραδεχθῆναι. *Difficulter admodum admittebatur ſermo Incarnationis: ſiquidem excellens ejus illa clementia, & condeſcenſionis ejus magnitudo, res erant admiratione digniſſimæ, multâque præparatione, ut reciperentur, indigebant.* Ibidem plura, & longè elegantiſſima in eandem ſententiam leguntur. Idem, Tractatu, Quòd Chriſtus ſit Deus, t. V. edit. Paris. pag. 836: Ἡ μὲν προτέρα τοῦ Χριστοῦ παρουσία πολλὴν εἶχε τὴν ϲυγκατάβασιν· ἡ δὲ δευτέρα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φρίκης γέμουσα καὶ καταπλήξεως. *Prior quidem Chriſti adventus multam habebat condeſcenſionem: poſterior autem non item, ſed terroris & horroris plenus.* Et Homil. LI. tomi ejusdem, pag. 699: Ἐπειδὰν φύσει ἐλεύθερος ἦν καὶ γνήσιος υἱός, οὐχ, ὡς ἁρπαγὴν λαβὼν τὴν ἰσότητα, ᾔδεισεν αὐτὴν ἀποκρύψαι, ἀλλὰ θαρρῶν ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν. ᾔδει γάρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι ἡ ϲυγκατάβασις οὐδὲν αὐτοῦ τὴν δόξαν ἐλαττῶσαι δυνήσεται. *Quandoquidem naturâ liber & genuinus Filius erat, non quaſi rapinam æqualitatem ſibi arrogaſſet, ipſam debuit occultare, ſed formam ſervi confidenter aſſumſit. Noverat enim, probè noverat, condeſcenſionem gloriam ſuam imminuere non poſſe.* Idem Homil. CXXII. t. V: Ἀποσταλέντος καὶ ἀποσταλέντα ὅταν ἀκούσῃς, μὴ τόπου νόμιζε μετάβασιν, ἀλλ' οἰκονομίας ϲυγκατάβασιν. *Quando audieris mittentem & miſſum, ne loci mutationem animo concipias, ſed œconomiæ condeſcenſionem.*

β. Chriſtus in Concionibus ſuis frequenter ϲυγκαταβάσεως λόγοις *uſus eſt.* Id monet Chryſoſtomus Homil. XXVII. in Johannem, pag. 661: Μέλλων ὁ Ἰησοῦς ὑψηλῶν ἅπτεσθαι δογμάτων, διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν ἑαυτὸν κατέχει πολλάκις, καὶ οὐ συνεχῶς τοῖς ἀξίοις τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ λόγοις ἐνδιατρίβει, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς συγκαταβάσεως ἔχεσιν. Interpres: *Cùm profundiſſimarum rerum doctrinam narraturus eſſet Jeſus, & locus hic exigeret, propter auditorum imbecillitatem plerumque abſtinet, neque magnitudinem ſuam dignis proſequitur ſermonibus, ſed potiùs perſuaſibilibus.* Quædam minùs hic accuratè reddita, ſic emendo: *Jeſus ſublimia tractaturus dogmata, ſe ipſum, ob auditorum imbecillitatem, ſæpe continet, neque ſemper verbis majeſtate ſua dignis inſiſtit, ſed talibus potiùs,*

Digitized by Google

quæ ad auditorum captum accommodata ſunt. Athanaſius de Incarnatione, t. I. pag. 67: Ὡς ἀγαθὸς διδάσκαλος, κηδόμενος τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, τοὺς μὴ δυναμένους ἐκ τῶν μειζόνων ὠφεληθῆναι, πάντως διὰ τῶν εὐτελεστέρων συγκαταβαίνων, αὐτοὺς παιδεύει. Οὕτω καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας εὐδόκησε. *Tanquam bonus magiſter, diſcipulorum ſuorum curam gerens, eos, qui ex majoribus nullam capere poſſunt utilitatem, per viliora omnino docet, ad eorum ſeſe captum demittendo. Ita etiam Dei ſermoni per ſtultam prædicationem credentes ſervare placuit.*

γ. *Chriſtus per* συγκατάβασιν *coram diſcipulis fuit transfiguratus.* Chryſoſtomus Homil. II. ad Theodorum lapſum, t. VI. pag. 70: Ὅτι συγκατάβασις τὸ φαινόμενον ἦν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπίδειξις τοῦ πράγματος ἀκριβής, ἀπ᾽ αὐτῶν δῆλον τῶν ῥημάτων τοῦ Εὐαγγελιστοῦ. Τί γάρ φησιν; ἔλαμψεν ὡς ὁ ἥλιος· ἡ δὲ τῶν ἀφθάρτων σωμάτων δόξα οὐ τοσοῦτον ἀφίησι τὸ φῶς, ὅσον τὸ σῶμα τοῦτο φθαρτόν. *Quod apparuit, condeſcenſum fuiſſe, non verò accuratam rei demonſtrationem, ex ipſis Evangeliſtæ verbis manifeſtum eſt. Quid enim dicit?* Fulſit ut ſol. *Corporum verò incorruptibilium gloria non tantam emittit lucem, quantam corpus hoc mortale.*

δ. *Chriſtus poſt reſurrectionem per* συγκατάβασιν *edit.* Ita rem explicat Ammonius in Catena in cap. XXI. Johannis, pag. 469: Οὐκ ηὔξατο νῦν κλῶν τὸν ἄρτον, δεικνὺς ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὰ πρῶτα. τὰ ἀνθρώπινα δὲ ποιεῖ πρὸ τοῦ πάθους. Εἰ δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς εἶπεν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔφαγεν, οὐχ ὡς ἔτι τῆς σαρκὸς δεομένης, ἀλλὰ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀναστάσεως. *Non oravit modò, panem frangens, ut oſtenderet priora fuiſſe permiſſionis,* (imò, *condeſcenſionis,* vel *demiſſionis;*) *hominum autem more agitante paſſionem. Tametſi verò Lucas dixerit, eum quoque comediſſe, non tamen id fecit, quòd caro adhuc egeret cibo, ſed ad declarandum reſurrectionem.*

ε. *Vulnera etiam ſua per* συγκατάβασιν *poſt reſurrectionem oſtendit.* Chryſoſtomus Homil. LXXXVII. in Johannem, pag. 924. ad Joh. XX. 27: Μὴ θορυβηθῇς. συγκαταβάσεως ἦν τὸ γινόμενον. *Ne perturberis: hoc, quod factum eſt, condeſcenſionis erat.* Ammonius, Catenâ in cap. XX. Johannis, pag. 462: Δείκνυσιν ἑαυτὸν τραύματα ἔχοντα, καὶ συγχωρεῖ αὐτῷ ψηλαφῆσαι αὐτόν. διὰ γὰρ συγκατάβασιν οὕτως ὤφθη τῷ Θωμᾷ. *Oſtendit, ſe cicatrices habere, permittitque illi, ut ſe tangat: ſic enim condeſcendendo Thomæ apparuit.* Quod Ammonius factum dicit per συγκατάβασιν, id Cyrillus ibidem οἰκονομικώτατα λίαν, *per diſpenſationem,* adminiſtratum docet.

3. *de Lege & Prophetis.* Lex quoque & Prophetæ multam συγκατάβασιν habere dicuntur. Chryſoſtomus de virginitate, cap. XLIV: Δύο κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ γυναῖκας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεψε, καὶ πολλὴ καὶ ἐν τούτοις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἦν. *Duas ſimul uxores habere lex permittebat, eratque tum in hac re, tum in aliis omnibus, ſumma condeſcenſio.* Habebant quidem nonnulli ſub lege duas ſimul uxores, at lex hoc non permittebat, ſed tantùm connivebat. Idem, Homil. XIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 103: Τοσαύτη ἦν ἡ συγκατάβασις, ὡς καὶ ἐλάττονα ὧν ὁ φυσικὸς διηγόρευσε νόμος, τὸν γραπτὸν ἀπαιτεῖν. *Tanta erat indulgentia, ſeu condeſcenſio, ut ſcripta lex etiam minora exigeret, quàm lex naturalis juberet.* Ammonius, Catenâ in cap. IV. Johannis, pag. 131: Καὶ ὁ νόμος διὰ τὸ εὐαγγέλιον γέγονε, καὶ ἡ συγκατάβασις τῆς σκιᾶς συνεχωρήθη διὰ τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν. *Lex propter Evangelium quoque fuit, atque umbræ diſpenſatio propter futuram conceſſa eſt veritatem.* Moſes per συγκατάβασιν non meminit creationis Angelorum. Ita enim Chryſoſtomus, Homil. II. in Geneſin, t. I. p. 7 & 8: Ὅρα τῆς συγκαταβάσεως ὑπερβολήν· οὐδὲν περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων διαλέγεται. - - - εἰ γὰρ οὐκ ἐπαύσαντο τὰ κτίσματα θεοποιοῦντες, καὶ περὶ τὰ ἀτιμότατα τῶν ἀλόγων τὸ σέβας ἀποδεικνύμενοι, ποῦ οὐκ ἂν μανίας ἐξώκειλαν, εἰ μὴ τοσαύτῃ τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο; *En magnam condeſcenſionem. Nihil de potentiis loquitur inviſibilibus. - - - Si enim creaturas deos facere non ceſſarunt, & abjectiſſima bruta divino proſecuti ſunt cultu, quò non prolapſi fuiſſent dementia, ſi tanta condeſcenſione non fuiſſet uſus Moſes?* Idem Moſes per συγκατάβασιν repudium conceſſit. Iterum Chryſoſtomus, Homil. L. t. V. pag. 338: Ἀναγκαζόμενος συγκαταβῆναι τῇ τῶν νομοθετουμένων ἀσθενείᾳ. *Coactus ſeſe attemperare eorum, quibus legem dabat, infirmitati,* hoc fecit. Idem Chryſoſtomus, Homil. II. in Geneſin, t. I. pag. 13. quærit, Cur Moſes, Genes. I. 4. dicat, *Deum vidiſſe, lucem eſſe bonam?* & ſubjicit, An ergo illud priùs ignoraverit? Reſpondet Chryſoſtomus, Πρὸς τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην συγκαταβαίνων ἅπαντα φθέγγεται ὁ μακάριος οὗτος προφήτης. *Ad conſuetudinem humanam ſeſe accommodans, omnia dicit beatus hic Propheta.*

4. *de Apoſtolis.* Illi quoque multa per συγκατάβασιν feciſſe dicuntur. Quomodo Petrus, Jacobus & Johannes circumciſionem, ſabbatorum & noviluniorum obſervationem non prohibuerint, docet Chryſoſtomus in cap. I. ad Galatas, pag. 710. Οἱ περὶ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην ταῦτα οὐ κωλύσαντες οἱ πρῶτοι τῶν ἀποστόλων, ἀλλ᾽ οὐ δογματίζοντες τοῦτο ἐποίουν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντες τῶν ἐξ Ἰουδαίων πιστευόντων. Ὁ δὲ Παῦλος εἰς τὰ ἔθνη κηρύττων, οὐ χρείαν εἶχε τῆς συγκαταβάσεως ταύτης. ὅτε δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ γέγονε, καὶ αὐτὸς τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο ταύτῃ. *Petrus, Jacobus & Johannes hæc non prohibent* (nempe circumciſionem, ſabbatorum & noviluniorum obſervationem) *primi inter Apoſtolos. Verùm id faciebant, non ita faciendum eſſe decernentes; ſed eorum, qui ex Judæis credebant, imbecillitati ſe accommodantes. At Paulus, qui apud Gentes prædicabat, hac condeſcenſione non egebat: quando igitur in Judæa fuit, ipſe quoque hac condeſcenſione uſus eſt.* Et Iſidorus Peluſiota, epiſt. LXVIII. lib. IV. ſcribit, Apoſtolos Circumciſionem aliquamdiu per συγκατάβασιν toleràſſe potiùs, quam præcepiſſe. Ejus verba ſunt: Οἱ ἀπόστολοι οὐκ ἐκήρυττον μὲν, οὐδ᾽ ἐνομοθέτουν περιτομήν. Συνεχώρουν δὲ, οὐχ ὅτι δεῖ γενέσθαι, ἀλλ᾽ ὅτι τῆς σοφῆς συγκαταβάσεως ἦν χρεία. *Apoſtoli non quidem prædicàrunt, neque lata lege præceperunt Circumciſionem; permiſerunt autem, non quaſi adhiberi debeat, ſed quòd ſapienti opus eſſet condeſcenſione,* ſc. ad infirmitatem hominum illius temporis ſeſe accommodante. Apoſtoli per συγκατάβασιν, oraturi templum ingreſſi ſunt Jeroſolymitanum. Chryſoſtomus Homil. XII. t. V. edit. Paris. pag. 176: Τί τρέχουσιν αὐτοὶ εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι; πάλιν ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἦλθον ἀσθένειαν; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἐκεῖνο πληροῦντες τὸ ῥῆμα Παύλου, τὸ λέγον, ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος. Συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἵνα μὴ μείνωσιν ἀσθενεῖς ἐκεῖνοι. *Cur oraturi in templum currunt? rurſus ne ad Judaicam infirmitatem devoluti ſunt? Abſit: ſed imbecillioribus ſeſe attemperant, illudque Pauli dictum implent, quod ait,* Factus ſum Judæis tanquam Judæus, I. Corinth. IX. 20. *Imbecillibus ſe attemperant, ne illi maneant imbecilles.* Idem Homil. LIX. t. V. pag. 399. ad I. Corinth. IX. 22. Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής. Τί δέ ἐστι, τοῖς ἀσθε-

Digitized by Google

ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής; Συγκαταβαίνων, καὶ περιστέλλων αὐτῶν τὰ τραύματα, φησι, καὶ οὐκ ἀφιεὶς εἰς ἀναισχυντίαν ἐκπεσεῖν. *Factus ſum infirmis tanquam infirmus. Quid verò eſt,* Infirmis tanquam infirmus? *Ad eorum me infirmitatem accommodans, & vulnera eorum cooperiens, inquit, nec ſinens eos ad impudentiam prolabi.* Theophylactus ad Apoſtoli locum, pag. 237. τοῖς πᾶσι συγκατέβην, *omnibus me attemperavi.* Theodoretus, ad eundem locum, pag. 164. dicit Paulum hæc omnia οἰκονομῆσαι, *diſpenſaſſe*: ut οἰκονομία hic idem ſit quod συγκατάβασις. Vide verbum Οἰκονομέω: in Οἰκονομία, num. II. & Οἰκονομικῶς. Iterum Theodoretus, eodem in loco, de Pauli συγκαταβάσει dicit, ἑκάστῳ πάθει προσφέρων κατάλληλα φάρμακα, *unicuique affectioni convenientia adhibens medicamenta.* Et mox: Τῆς τῶν ἄλλων ὠφελείας ἕνεκα πάντα ἐπραγματεύετο. *Omnia pro aliorum utilitate moliebatur.*

5. Imò *de ipſo* etiam *Diabolo*, ejuſque in ſeducendis hominibus verſutia, vox συγκατάβασις uſurpata reperitur. Chryſoſtomus, Homil. LXXXVI. in Matth. pag. 533. Ὁ διάβολος, μιαρὸς ὤν, πολλῇ κέχρηται τῇ κακουργίᾳ, καὶ ἐντονίᾳ, καὶ συγκαταβάσει πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπώλειαν. *Diabolus, ſceleſtus ille ſpiritus, multa uſus eſt malitia, magno impetu, & condeſcenſione ad homines perdendos.*

Eodem ſenſu reperias à Patribus uſurpata etiam alia verba. Ita συγκατιέναι uſurpat Chryſoſtomus, Homil. III. in Geneſin, pag. 13: Καὶ ἡ θεία γραφὴ νῦν συγκατιοῦσα τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀκοῆς τῆς ἡμετέρας, φησὶ, καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν. *Et divina ſcriptura ſeſe demittens ad infirmitatem auditus noſtri, dicit, Et vidit Deus lucem eſſe bonam.* Ita uſurpantur συννηπιάζειν, συμπλάττειν, συμμετριάζειν, συντραυλίζειν: de quibus ſuis vide locis. Συμπεριφέρεσθαι eodem modo uſurpat Clemens Alex. lib. II. ſtromatum, pag. 391: Οὐ γὰρ ὡς ἔχει τὸ θεῖον, οὕτως οἷόν τε ἦν λέγεσθαι, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἦν ἐπαΐειν ἡμᾶς σαρκὶ πεπεδημένους, οὕτως ἡμῖν ἐλάλησαν οἱ προφῆται, συμπεριφερομένου σωτηρίως τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείᾳ τοῦ Κυρίου. *Neque enim ut Deus eſt, ita de eo dici potuit: ſed ut nos audire poteramus, qui carne ſumus illigati, ita nobis locuti ſunt Prophetæ, Domino ſe ſalubriter accommodante ac demittente ad hominum infirmitatem.* Idem uſus eſt verbi συμψελλίζειν apud Chryſoſtomum, cujus illuſtrem locum jam ſuprà produximus, num. II. 1. ſub lit. δ. Addimus alium ex eodem locum, ad Pſal. VI. v. 1: Ὅταν βαρβάροις διαλεγώμεθα, τῇ ἐκείνων χρώμεθα γλώττῃ· κἂν πρὸς παιδίον φθεγγώμεθα, συμψελλίζομεν, κἂν μυριάκις ὦμεν σοφοὶ, πρὸς τὴν ἐκείνου συγκαταβαίνομεν ταπεινότητα. *Quando loquimur cum barbaris, illorum lingua utimur: & ſi cum puero loquimur, unà cum eo balbutimus: & ut millies docti ſimus, ad humilitatem illius nos demittimus.* Huc etiam pertinet illud Theodoreti, ad Cantic. V. 8. pag. 1055: Ἐπιφαίνεται γὰρ πολλάκις καὶ τοῖς ἀτελέσιν ἔτι, καὶ νηπίοις ὁ νυμφίος, συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ προτρέπων εἰς τελειότητα. *Apparet enim ſæpe etiam imperfectis adhuc & infantibus ſponſus, accommodans ſe eorum imbecillitati, & ad perfectionem exhortans.*

Συγκατάρχω.

Hoc compoſitum apud Lexicographos fruſtrà quæras. Significat autem *ſimul impero*, & eleganter uſurpatur de Filio Dei, ad demonſtrandum ejus cum Patre ἰσοδυναμίαν. Cyrillus Alex. ad v. 18. cap. VIII. Jeſajæ, pag. 145: Κύριος τῶν ὅλων ἐστὶ κατὰ φύσιν ὁ υἱός. καὶ συγκατάρχει παντὸς γενητοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. *Dominus univerſorum naturâ eſt Filius: & in omnia, quæ creata ſunt, cum Deo & Patre imperium obtinet.* Idem, in cap. VI. Zachariæ, pag. 7[illegible]7. iterum de Dei Filio: Ἐστι σύνεδρος τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, καὶ συγκατάρχει τῶν ὅλων. *Aſſidet ſuo Patri, & ſimul imperat omnibus.*

Συγκατεύνασις.

Non habent Lexica. *Concubitus.* Cæſarius Dialogo I. Interrogat. XLVIII. Πῶς ἐντελῆ γύναια τὴν ἀγγέλων ἁφὴν ἢ συγκατεύνασιν φέρειν οἷά τε; *Quomodo teneræ mulieres Angelorum contrectationem aut concubitum ferre poſſent?*

Σύγκελλος.

Σύγκελλος antiquitus proximus Patriarchæ erat, & ſucceſſor quoque mortuo; quod tamen ſub poſterioribus Imperatoribus non obtinuit. Nicephorus, in Chronographia, apud Euſebium pag. 310: Ἰωάννης πρεσβύτερος, καὶ σύγκελλος. *Johannes Presbyter, & Syncellus.* Ibidem: Θεόδωρος πρεσβύτερος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, σύγκελλος καὶ σκευοφύλαξ. *Theodorus ejuſdem Eccleſiæ Presbyter, Syncellus & Scevophylax.* Ibid. Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, καὶ σύγκελλος αἱρετικός. *Anaſtaſius Presbyter, & Syncellus, hæreticus.* Erant numero plures, ſed Heraclius ad duos redegit. In ejus Conſtitut. hæc ſunt verba: Τοὺς μὲν θεοφιλεῖς συγκέλλους εἰς δύο τὸν ἀριθμὸν περιστάντας. In conventibus publicis ſedebant ante Metropolitas; ſed litem iis illi moverunt ſub Conſtantino. Joannes Curopalates in ejus vita: Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν Μητροπολιτῶν προκαθίσαι αὐτῶν τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. *Exortus autem eſt tumultus Pentecoſtes die propter ſedem in Liturgia, non concedentibus Metropolitis, ut ſedem ſibi præriperent Syncelli in ſubſellio.* Horum primus πρωτοσύγκελλος dicebatur, qui primus in ea dignitate erat. Phranzes, lib. II. cap. IX: *Eodem præterea menſe ab Imperatore Joanne ad Papam Martinum legati redierunt, Marcus, inquam, Jagrus, & Statopedarcha, & Magnus Protoſyngelus.* Scribebant autem etiam σύγγελλος, ſive σύγγελος, indifferenter. Extatque, Μιχαὴλ συγγέλου καὶ πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον. *Michaëlis Syngeli & Presbyteri Jeroſolymitani encomium in ſanctum Dionyſium Areopagitam*, operibus ejus annexum. Reliqua peti poſſunt ex Gl. Meurſii, ſub vocibus Πρωτοσύγκελλος, & Σύγκελλος.

Συγκοιλαίνω.

Lexica hoc compoſitum non habent. Simplex κοιλαίνω ſignificat *cavo, cavum,* ſeu *concavum reddo.* Κοιλαίνειν τὰς χεῖρας, *cavare manus.* Ergo συγκοιλαίνειν eſt *ſimul cavare, cavum* ſeu *concavum reddere.* Elegantèr Balſamon, ad Photii Nomocan. Tit. II. cap. I. pag. 865: Τοῦ γὰρ αἰτοῦντος λαμβάνοντος, ἵσταται ὁ Χριστὸς συγκοιλαίνων τούτῳ τὴν χεῖρα. ἐφ' ὅσον γὰρ φησὶν ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. *Cùm enim mendicans accipit, aſtat Chriſtus, ac unà cum illo* (dantis) *manum vacuat. Quatenus namque, inquit, uni ex minimis hiſce fratribus feciſtis, mihi feciſtis.* Ita quidem Agylæus interpretatur, in Biblioth. Juris Canonici,

Digitized by Google

verbum συγκοιλαίνειν. At malè. Non enim vult Balſamon, Chriſtum adſtantem unà cum mendicante dantis manum vacuare: nihil enim minùs, quàm hoc συγκοιλαίνειν ſignificat: verùm ſenſus eſt, mendico manum porrigente, & ad eleemoſynam accipiendam cavante, Chriſtum etiam præſentem eſſe, & quaſi ſimul cum mendico manum cavare, & eleemoſynam accipere. Commodiùs ergo Hervetus interpretatus eſt, *unà cum eo manum porrigens.* In hunc ſenſum Irenæus: *Deus in ſe aſſumit operationes juſtas.* Theophylactus ad Lucæ cap. XII: Ὁ τρέφων πένητα, Θεὸν τρέφει. *Qui pauperem alit, Deum alit.* Olympiodorus, in cap. IX. Eccleſiaſtæ, pag. 660: Οἰκειοῦται ὁ Χριστὸς τὰς εἰς τοὺς πένητας ἐλεημοσύνας. *Chriſtus eleemoſynas pauperibus datas, ſibi datas reputat.* Cyprianus, lib. de opere & eleemoſynis, pag. 306. de Petro Tabitham reſuſcitaturo: *Circumſteterunt eum viduæ flentes, & rogantes, pallia, & tunicas, & omnia illa, quæ priùs ſumſerant indumenta monſtrantes, nec pro defuncta ſuis vocibus, ſed ipſius operibus deprecantes. Senſit Petrus impetrari poſſe, quod ſic petebatur; nec defuturum Chriſti auxilium viduis deprecantibus, quando eſſet in viduis ipſe veſtitus.*

Συγκρατέω & Συγκροτέω.

Pauca de his verbis: reliqua ex Lexicis petenda.

I. Obſervamus, diſtinctas & differentes eſſe horum verborum ſignificationes. Συγκρατέω ſignificat *contineo* (ea ſignificatione; ut monet Stephanus, in Theſauro ſuo; quâ dicit Cicero, lib. II. de Offic. *nullam rem vehementiùs continere rempublicam, quàm fidem*: & de Amicitia, *ſed hæc ipſa virtus amicitiam & gignit & continet*) *tueor.* Chryſoſtomus, t. VIII. Homil. Non eſſe deſperandum, pag. 79: Τοῦτο πάντων ἡμῶν συγκρατεῖ τὴν ζωὴν, τὸ ὁμονοεῖν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα. τοῦτο συνέχει τὸν κόσμον ἅπαντα. *Hoc omnium noſtrûm vitam continet, ſi maritus & uxor conſentiant: hoc univerſum connectit mundum.* Idem ergò, quod συνέχω, & διακρατέω. Patet hoc ex eodem Chryſoſtomo, Orat. Πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, cap. II. t. VII. pag. 3. Αὐτὸς δημιουργὸς, αὐτὸς αὐτὰ οὐκ ὄντα παρήγαγε, καὶ αὐτὸς παραχθέντα διακρατεῖ καὶ διατηρεῖ ὡς βούλεται --- αὐτὸς καὶ δημιουργὸς καὶ διακρατῶν καὶ συνέχων τὰ πάντα. *Ipſe eſt conditor, ipſe omnia cùm non eſſent, produxit, & ipſe producta conſervat, & tuetur, ut vult. ---- Ille & conditor eſt, & cuncta continet atque conſervat.* Συγκροτέω verò eſt *complodo, colliſo*: Συγκροτεῖν χορὸν, *componere* ſeu *inſtituere, & ad efficiendum concentum componere*, πρὸς ἁρμονίαν ἄγειν: *congregare, cogere, colligere*, συγκροτεῖν στράτευμα vel δυνάμεις. Vide Lexica.

III. His præmiſſis, facilè patet, apud Scriptores Eccleſiaſticos, κρατεῖν & συγκρατεῖν, ſæpe, vel amanuenſium, vel typothetarum incuriâ, pro κροτεῖν, & συγκροτεῖν poni. Κροτῶ, juxta veteres Gloſſas, eſt *crepito, plaudo*: ergo pro eo malè ponitur κρατῶ, quod, juxta eaſdem Gloſſas, *teneo* ſignificat. Videamus exemplum. Chryſoſtomus, Homil. XXXV. in Matthæum dicit: Εἰ ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων οὕτως εἰσὶ λαμπροὶ οἱ ὁμολογοῦντες, ἐν τῷ καιρῷ τῶν στεφάνων ἐννόησον τίνες ἔσονται. εἰ οἱ ἐχθροὶ ἐνταῦθα κρατοῦσιν, ὁ πάντων πατέρων φιλοστοργότερος πῶς οὐ θαυμάσεταί σε καὶ ἀνακηρύξει; Τότε γὰρ ἡμῶν εἰσι καὶ τῶν ἀγαθῶν αἱ δωρεαὶ, καὶ τῶν κακῶν αἱ τιμωρίαι. *Si tempore certaminum adeò ſplendidi ſunt confeſſores, conſidera quales futuri ſint tempore coronarum. Si hoſtes hic plaudunt, omnium benigniſſimus parens quomodo te non admirabitur & deprædicabit? Tunc enim erunt & bonorum præmia, & malorum pœnæ.* Hic κρατοῦσι poſitum; unde etiam Interpres; *Si hoſtes hic ſuperant te atque deprimunt.* Videlicet, non animadvertebat, pro κρατοῦσι legendum κροτοῦσι. Notum eſt in re ſpectaculorum & certaminum, quid ſit κρότος, de quo ſuo agitur loco, & quid ἀνακήρυξις: applauſus nempe dati his, qui ſtrenuè pugnant, à ſpectatorum corona, & præconia ſive renunciationes eorum, qui victores extiterunt, juſſu Agonothetæ facta. Hic autem Chryſoſtomum loqui de certaminibus, manifeſtè apparet ex his: ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων: cui opponit τὸν καιρὸν τῶν στεφάνων: quorum illis deſignat hanc vitam quæ piis nihil aliud eſt, quàm perpetua quædam lucta & militia: iſtis vitam alteram, ſive potiùs initium ejus, hoc eſt, extremi diem judicii. Ut autem hic κρατοῦσι legitur, cùm legendum ſit κροτοῦσιν: ita viceverſa alibi, & quidem ſatis frequenter, συγκροτεῖν poſitum reperias, pro συγκρατεῖν. Ita in veteribus Gloſſis: Συγκροτῶ, *contineo, ſuſtento*, pro συγκρατῶ. Et συγκρότησις, *ſuſtentatio* pro συγκράτησις. Chryſoſtomus aliquoties ita depravatus. Duo exempla produximus in verbo Ἐργάζομαι. Hic alia afferimus. Homil. XX. in epiſt. ad Epheſios: Οὐδὲν ἡμῶν οὕτως συγκρατεῖ τὸν βίον, ὡς ἔρως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Veronæ, in Germania & in Gallia editum eſt συγκροτεῖ: quod vertit Hervetus: *Nihil noſtram vitam æquè concutit atque agitat, ut amor viri & mulieris.* Ineptè prorſus: quis enim dicat, mutuum viri & mulieris amorem vitam concutere? Legendum igitur συγκρατεῖ, hoc eſt, *continet*. Patet ex iis, quæ eadem Homiliâ leguntur: Ζήτει τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀκολουθήσει μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας. ῥύθμιζε τὴν γυναῖκα, καὶ οὕτω συγκρατεῖται ἡ οἰκία. Hic iterum perperam, συγκροτεῖται. Iterum Hervetus: *Quære quæ ſunt Dei, & ſequentur humana cum multa facilitate. Compone & moderare uxorem, & ſic contemperatur domus.* Hic iterum συγκροτεῖται ſcriptum in editione Pariſina. Hervetus tamen συγκρατεῖται legiſſe videtur: at imperitè formatum putavit à σύγκρατος, *commixtus, contemperatus*, quod eſt à συγκεράννυμι, ſive συγκεραννύω, aut συγκεράω: cùm συγκρατέω ſit à ſimplici κρατέω, & hoc à κράτος. Poſtrema ergo illius dicti ſic vertenda: *atque ita continetur, vel conſervatur domus, vel familia.* Similiter pro συγκροτῶν reponendum videtur συγκρατῶν in hac nobili ſententia, quæ extat apud Chryſoſtomum, Homil. XII. in I. ad Corinthios: Ὁ γάμος πρᾶγμά ἐστι σεμνὸν, καὶ τὸ γένος ἡμῶν συγκρατῶν, καὶ πολλῶν αἴτιον ἀγαθῶν. *Matrimonium eſt res honeſta, & genus noſtrum continet atq; tuetur, & multorum bonorum cauſa eſt.* Apud eundem, Homil. XL. t. V. pag. 270. pro συγκροτεῖ legendum συγκρατεῖ: Θεὸς οὐ μόνον παρήγαγε τὴν κτίσιν, ἀλλὰ καὶ παραχθεῖσαν αὐτὴν συγκρατεῖ, κἂν ἀγγέλους εἴπῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν τὰς ἄνω δυνάμεις, κἂν πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, τῆς προνοίας ἀπολαύει τῆς ἐκείνου. *Deus res creatas non tantùm produxit, ſed etiam productas continet: ſive Angelos dicas, ſive Archangelos, ſive ſupernas poteſtates, ſive omnia omnino viſibilia & inviſibilia, providentia ejus fruuntur.* Sic legendum eſſe, patet ex ejuſdem Chryſoſtomi loco prorſus ſimili, in quo διακρατεῖν & διατηρεῖν, item διακρατεῖν & συνέχειν conjunguntur. Eum jam ſuprà habes, ſub num. I. Idem, in Pſ. L. t. I. pag. 680: Ἅπαντα ταῦτα καὶ τὰ σώματα τρέφει καὶ συγκρατεῖ. *Hæc omnia corpora nutriunt & continent, tuentur, conſervant.* Perperam, συγκροτεῖ. Idem, Homil. XLV. t. V. pag. 299. dicit *charitatem* συγκροτεῖν (ſcribendum, συγκρατεῖν) καὶ συσφίγγειν τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, *conſervare, continere & conſtringere vitam noſtram.* Ex eodem in Catena in cap. I. Johannis, pag. 17: Κἂν μυρίους δὲ ᾖ γενέσθαι κόσμους τοιούτους, κἂν ἀπείρους, ὁ αὐτὸς μένει, πᾶσιν ἀρκῶν, οὐ πρὸς τὸ παραγαγεῖν αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συγκροτῆσαι μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτούς. Interpres: *Tamet-*

Digitized by Google

Tametſi mille, imò infinitos hujuſmodi mundos creare oporteret, idem, nempe Deus, *maneret, omnibus ſufficeret, non ſolùm iis producendis, verùm etiam poſt creationem adornandis ac gubernandis.* Imò verò ϲυγκρατῆσαι ſcribendum, & Latinè *conſervandis*. Idem ϲφάλμα etiam alibi apud Chryſoſtomum obſervare licet: apud Syneſium quoque, περὶ Βασιλείας, pag. 11. in his: Ταῖς αὐταῖς παρασκευαῖς ἕκαστον αὔξεται καὶ ϲυγκροτεῖται. *Iisdem rationibus unumquodq; augetur & conſervatur*: legendum namque ϲυγκρατεῖται, quemadmodum ad marginem exemplaris mei alios etiam legiſſe teſtatur manu ſua Nicolaus quidam Valla, qui anno XCIX. ſuperioris ſeculi Syneſium ſtudioſè legit, & ad eundem varia notavit. Tandem vix ſana videntur hæc Heſychii: Συγκροτεῖ, ταράττει, ϲυνάγει, ϲυνάξει. Συγκρύει, ϲυναθροίζει, ἢ ϲυνευφραίνεται. Nihil minùs, quàm ταράττειν ſignificat verbum ϲυγκροτεῖν: & ϲυγκρύειν non ſignificat ϲυναθροίζειν. Proinde hæc ſic legenda exiſtimârim: Συγκροτεῖ, ϲυναθροίζει, ϲυνάγει, ϲυνάξει. Συγκρύει, ταράττει, ἢ ϲυνευφραίνεται. Veteres Gloſſæ: Συγκρύω, *conſligo, concito*. Eſt etiam ϲυνευφραίνομαι. Ariſtoph. Συγκρούσας τὼ χεῖρε. *Manibus plauſum excitans.*

Συγχορηγός.

Non habent Lexica. Significat eum, *qui ſimul præbet, ſubminiſtrat*, & legitur apud Cyrillum Alexandrinum. Loca producimus in voce Συνδέτηρ. Ibi vide.

Συγχρώζω.

Pulchrum hoc verbum eſt, tum raritate, tum ſignificatione: vix enim alibi, quàm apud Athenagoram legitur, ne in Lexicis quidem. Idem autem ſignificare videtur, quod ϲυσσωματοῦσθαι, ut ita dicam, hoc eſt, *concorporari*, *in unam & eandem corporis eſſentiam redigi*, (nam χρὼς, χρωτὸς *corpus* eſt) ut aqua & farina ſubigendo in unam maſſam uniuntur. Occurrit autem apud Athenagoram, in Legat. pro Chriſtianis, pag. 25: ubi Athenagoras dicit, *colorem ſine corpore non eſſe*, οὐχ ὡς μέρος ὄντος, ἀλλ' ὡς κατ' ἀνάγκην ϲυνόντος παρακολουθήματος ἡνωμένου καὶ ϲυγκεχρωσμένου, *non veluti partem ipſius, ſed tanquam rem neceſſariò conſequentem, unitam illi & veluti concorporatam.* Geſſnerus noſter ad locum hunc notat, *præſens hujus Participii videri inuſitatum* ϲυγχρώω. Sed errat. Simplex eſt χρώζω, quod Heſychius interpretatur ψηλαφάω, προσάπτομαι, *tango, applicor, admoveor*. Hinc ergo ϲυγχρώζω eſt *admoveo, applico*: propriè *concorporo, in unam & eandem corporis eſſentiam redigo*: quod vel inde patet, quia Athenagoras ἡνωμένου & ϲυγκεχρωσμένου conjungit.

Συγχωρέω. Συγχώρησις.

I. Hæ voces *remiſſionem* indicant. Theophylactus, in cap. I. Matth. Θεοῦ μόνου τὸ ϲυγχωρεῖν τὰς ἁμαρτίας. *Solius Dei eſt remittere peccata.* Hinc ϲυγχώρησις τῶν ἁμαρτημάτων, *remiſſio peccatorum*, apud Chryſoſt. Homil. XXVI. in Acta. Idem, Homil. XVIII. t. V. pag. 111. dicit *Chriſtum Eccleſiæ dediſſe* ἁμαρτημάτων ϲυγχώρησιν, κολάσεως ἄφεσιν, δικαιοσύνην, ἁγιασμὸν, &c. *peccatorum remiſſionem, pœnæ veniam, juſtitiam, ſanctimoniam*, &c. Idem, Homil. VIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 58: Ὅπου χάρις, ϲυγχώρησις· ὅπου δὲ ϲυγχώρησις, οὐδεμία κόλασις. *Ubi gratia, ibi venia: ubi verò venia, ibi nulla pœna.*

II. Notant *conceſſionem, permiſſionem*. Utramque ſignificationem veteres Gloſſæ conjungunt. Συγχώρησις, *concedentia, conceſſio, indulgentia, remiſſio, inducia*. Συγχωρῶ, *concedo, ſino, indulgeo, remitto*. Hic ſatis commodè *de permiſſione divina* agi poſſet: ſed cùm de eadem jam ſit actum in voce Πρόνοια, num. II. & in Οἰκονομία, num. II. paucis inſuper contenti erimus. Deus illud ϲυγχωρεῖν, vel παραχωρεῖν, vel ἐπιτρέπειν dicitur; de eo enim tantùm agimus; quod quidem ipſe non approbat, ſed tamen non vult impedire quin fiat, etiamſi poſſit impedire: quomodo *permittit malum* ſeu *peccatum*, non dans peccatori auxilium efficax, per quod à peccando impediretur, imò voluntatem & actiones ejus ad gloriam ſuam & electorum bonum dirigens. De hac re ſic Chryſoſtomus, Homil. VIII. in II. ad Timoth. pag. 367: Πάντα ὁ Θεὸς οἰκονομεῖ, ὅτι πάντων προνοεῖ, ὅτι αὐτεξούσιοί ἐσμεν, ὅτι τὸ μὲν ἐνεργεῖ, τὸ δὲ ϲυγχωρεῖ, ὅτι οὐδὲν πονηρὸν γίνεσθαι βούλεται, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ βουλήματος αὐτοῦ πάντα γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου· πάντα τὰ κακὰ ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου μόνον, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἀπό τε τοῦ ἡμετέρου καὶ τῆς αὐτοῦ ῥοπῆς, ὅτι οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει. *Deus omnia regit, quia omnibus providet, quia liberi ſumus arbitrii, quia aliud quidem operatur, aliud verò permittit: quod nihil mali vult fieri; quòd non omnia ex voluntate ejus fiunt, ſed etiam ex noſtra: mala omnia ex noſtra tantummodo fiunt, omnia bona tum ex noſtra, tum ex ipſius propenſione, quia ipſum nihil fugit.* Idem, Homil. CVII. t. V. pag. 698: Ὁ Θεὸς πάντα ϲυγχωρεῖ γενέσθαι πρὸς γυμνασίαν τῶν εὐσεβούντων. *Deus omnia fieri ſinit, ut pios exerceat.* Ita Theodoretus ad II. Theſſal. II. 10. pag. 388: Τὸ δὲ, πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, ἀντὶ τοῦ ϲυγχωρήσει φανῆναι τὴν πλάνην τέθεικεν, ὥστε διελεγχθῆναι τῆς πονηρίας τοὺς ἐραστάς. οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν πέμψει, ἀλλ' αὐτὸς αὐτὴν ἀναλώσει τῷ λόγῳ τοῦ ϲτόματος αὐτοῦ. *Illud autem*, mittet illis Deus operationem erroris, *poſuit pro, concedet ut error appareat, ita ut oſtendantur amatores improbitatis. Non enim eam ipſe mittet, ſed ipſe eam ſermone oris ſui conſumet.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 728: Πέμψει, ἀντὶ τοῦ παραχωρήσει αὐτὴν ἐλθεῖν. Mittet, *pro, ſinet ipſum*, ſcil. errorem, *venire*.

Συμβιβάζω.

Duas maximè hujus verbi ſignificationes obſervamus.

I. Significat *doceo, inſtruo*. Heſychius: Συμβιβασθέντες, διδαχθέντες. *Docti, inſtructi.* Συμβίβασις, πεῖσις, διδαχὴ, πίστις. *Perſuaſio, doctrina, fides.* Συμβιβάτω, (ſine dubio legendum ϲυμβιβασάτω) διδαξάτω. *Doceat.* Ita ſumitur apud LXX. Interpretes non ſemel tantùm. Jeſ. XL. 14. ponitur pro Hebræo הֵבִין *inſtruxit, intelligere fecit*. Daniel IX. 22. pro הַשְׂכִּיל, *intelligere fecit*. Exodi XVIII. 16. Deut. IV. 9. Jeſ. XL. 13. pro הוֹדִיעַ, *notum fecit*. Exod. IV. 12. 15. Lev. X. 11. Pſal. XXXII. 8. pro הוֹרָה, *docuit*. Ita in N. Teſtamento. Act. IX. 22. de Paulo; Συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Vetus: *Affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus.* Eodem modo Eraſmus. Beza verò, & eum ſecutus Illyricus, *collatis teſtimoniis demonſtrans*. Quæ interpretatio, judicio Boiſii, margine quàm contextu dignior. Eſt enim nimis operoſa, & talis omnino, quæ pueros docentem magiſtrum, quàm eruditum interpretem magis deceat. Præpoſitiones cum verbis compoſitæ nonnunquam negliguntur rectiùs ab interpretibus, quàm ad calculum revocantur. Cùm igitur Heſychio & LXX. Interpretibus, ϲυμβιβάζειν ſit διδάσκειν, hæc verba ita commodè reddentur: *Docens hunc eſſe Chriſtum*; aut, ſi ita mavis, *probans, demonſtrans, declarans*: rectiùs tamen videtur *docens*. Hinc etiam Græca ſcholia, apud Oecumenium, pag. 53. pro ϲυμβιβάζων, habent διδάσκων, ſed addita modificatione hac, μετ' ἐπιεικείας. Cyrillus Alexandr. ſub finem lib. XII. de Adoratione, pag. 450. illud ϲυμβιβάσεις, Deut. IV. 9. exponit, ϲαφηνιεῖς, ὡς ἰσχύεις, ϲυνιδεῖν τοὺς ἀκροωμένους, ὡς ἔτι παιδαγωγὸς ἐννόμος, καὶ λαλεῖ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον,

Digitized by Google

declarabis, ut intelligere poſſint auditores, quòd lex ſit pædagogus, & loquatur myſterium Chriſti. Huc facit illuſtris locus I. Corinth. II. 16: Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Vetus: *Quis enim cognovit ſenſum Domini, qui inſtruet eum?* Beza. *Qui inſtructurus ſit eum.* Reſpexit Apoſtolus ad Jeſ. XL. vers. 13. ubi LXX: Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιβᾷ αὐτόν; *Quis cognovit mentem Domini? & quis conſiliarius ipſi fuit, qui docet eum?* Obſerva hic συμβιβάω, pro συμβιβάζω. Heſychius: Συμβιβῶ σε, διδάσκω σε, *doceo te.* Suidas verò illud συμβιβῶ vult eſſe futuri temporis: exponit enim, διδάξω, νοῆσαι ποιήσω, *docebo, intelligere faciam*, & reſpicit ad Pſal. XXXII. 8. ubi futuri temporis eſt. Videtur corruptum, pro συμβιβάσω. Theophylactus, ad ſuperiorem locum Apoſtoli, pag. 182. συμβιβάσει dicit poſitum ἀντὶ τοῦ, διορθώσεται, *diriget, corriget.* Statim tamen συμβιβάζειν non tantùm exponit per διορθοῦσθαι, *dirigere, corrigere*, ſed etiam per διδάσκειν, *docere.* Atque ita quoque verſio in vulgarem linguam Græcam illud συμβιβάζειν exponit per διδάσκειν. Hæc ſatis clara ſunt. Plus difficultatis habent illa Pauli, Actor. XVI. 10: Εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς. Vetus: *Statim quæſivimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quòd vocâſſet nos Deus evangelizare eis.* Huic συμβιβάζοντες eſt, *certi facti*; ut & Eraſmo. Beza & Piſcator interpretantur, *collatis argumentis colligentes.* Theophylacti interpres, *conjicientes*: quam interpretationem confirmant hæc verba Chryſoſtomi: Τί ἐστι συμβιβάζοντες; στοχαζόμενοι φησι. Juxta veterem Interpretem & Eraſmum dicendum potiùs fuiſſet συμβιβασθέντες. Et niſi libri repugnarent, illa omnino lectio eſſet commodiſſima. Eſt enim συμβιβασθέντες, ut ſuperius ex Heſychio notatum, διδαχθέντες, *edocti, certi facti*, πληροφορηθέντες. Verùm, cùm conſtans hæc ſit lectio, nec reperiatur aliquid apud Græcos interpretes, quod pro συμβιβασθέντες faciat, nihil omnino mutandum. Quid ergo eſt συμβιβάζοντες? Vel συλλαλοῦντες, *colloquentes, conferentes inter nos, alter alteri dicentes*, Dominum nos vocâſſe, &c. ita enim Heſychius, συμβιβάζει, συλλαλεῖ. Vel στοχαζόμενοι, ut Chryſoſtomum autorem ſequamur, vel, quod idem pene eſt, συμβάλλοντες, hoc eſt, *conjicientes.* Sic enim interpretatur Budæus, & Budæum ſecutus interpres Theophylacti. Et verſio in linguam vulgarem, σημαδεύοντες ἀπὸ τοῦτο, *inde colligentes, conjicientes, conjecturam facientes.* Vel *conſentientes, pariter hoc ſtatuentes.* Συμβιβάζειν enim, ut Cl. de Dieu rectè obſervat, non tantùm *tranſitivè* ſumitur, pro εἰς φιλίαν ἄγειν, quemadmodum Heſychius exponit, *coire facere, in amorem & conſenſum agere*; unde apud Thucyd. συνεβιβάσθησαν, *convenerunt, pacti ſunt*: Sed etiam *intranſitivè* accipitur eadem ſignificatione. Ut apud Platonem de republ. lib. VI. Συνεβιβάζομεν δικαιοσύνης πέρι καὶ σωφροσύνης. *Convenit inter nos de juſtitia & temperantia*, interprete Budæo. Συμβιβασμὸς, *tranſactio, concordia.* Hinc rectè vertas hoc loco, *Conſentientes, pariter hoc ſtatuentes*, Deum nos vocâſſe, &c. Huc etiam ſatis commodè referri poteſt, quòd in Expoſitione in cap. II. Lucæ, pag. 774. quæ Tito Boſtrenſi tribuitur, verbum, v. 19. συμβάλλουσα, redditur per συμβιβάζουσα. Συνετήρει πάντα, inquit, ἡ ἁγία Θεοτόκος, ὅσα τε εἰρήκει αὐτῇ ὁ ἄγγελος, ὅσα τε οἱ ποιμένες εἶπον· συμβιβάζουσα ἐν τῇ ἑαυτῆς καρδίᾳ, τουτέστι, τοῦτο ἐκείνῳ συγκρίνουσα, ἐκεῖνο τούτῳ. Hic priori loco vel τούτῳ, vel ἐκείνῳ, & poſteriori loco eodem modo legendum. *Conſervabat ſancta Deipara omnia, tam ea, quæ Angelus ei dixerat, quàm ea, quæ paſtores dixerant: conferens in corde ſuo, hoc eſt, hoc cum illo, & illud rurſus cum illo conferens.*

II. Συμβιβάζω eſt *compingo, coagmento.* Budæus: *Fabri enim lignarii ſeu tignarii ligna συμβιβάζουσι, cùm illa inter ſe committendo aptandoque coire faciunt.* Veteres Gl. Συμβιβάζω, *coago.* Ita ſumitur ad Ephes. IV. 16. Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, &c. *Ex quo totum corpus compactum & connexum*, &c. Theophylactus ad h. l. pag. 439: Διὰ τοῦτο εἶπε, καὶ ὅτι τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, τουτέστιν, οὐχ ἁπλῶς κειμένων τῶν μελῶν, ἀλλὰ καὶ ἡνωμένων, καὶ ἑκάστου τὸν οἰκεῖον τόπον ἐπέχοντος, καὶ μὴ παρηρθρωμένου, μηδὲ παρὰ σχῆμα κειμένου. *Propterea dixit, corpus* compactum & connexum, *hoc eſt, non ſimpliciter poſitis membris, verùm etiam conjunctis, & unoquoque proprium locum habente, ut nullum luxatum ſit, neque propter formam collocatum.* Conſulatur etiam Chryſoſtomus, Homil. XI. in hanc Epiſtolam. Sic ad Coloſſ. II. 2. Ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ. Vetus: *Ut conſolentur corda ipſorum, inſtructi in charitate.* Pro διδάσκειν accepit συμβιβάζειν hoc loco. Eraſmus, *conſtructi.* Idem in Annotationibus: Συμβιβασθέντων, *id eſt*, compactorum. *Quidam habent* inſtructi. *Ambroſius legit*, cùm fuerint inſtructi in charitate. *Porrò hic idem eſt verbum, quod ſuperius vertit*, conſtructi. *Significat autem* compactos & connexos, *in morem membrorum unius corporis cohærentium aptè inter ſe.* Optimè. Propterea etiam Beza, *ipſis charitate compactis*: hic enim non agitur de inſtitutione vel doctrina, ſed de ſincera & verè fraterna compactione & copulatione, ſeu conjunctione in charitate ad unam fidem. Atque ita intellexerunt veteres. Theodoretus, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, exponit, ἵνα τὴν κατὰ Χριστὸν φυλάξωσι συμφωνίαν, *ut ſervent concordiam, quæ eſt in Chriſto.* Chryſoſtomus, Homil. V. in hanc Epiſtolam explicat, ἵνα ἑνωθῶσι μετὰ ἀγάπης. *Ut ſint uniti cum charitate.* Theophylactus: Ἵνα μὴ διάφορα φρονῶσιν, ἀλλὰ συμβιβασθῶσι καὶ ἑνωθῶσι πάντες εἰς μίαν πίστιν. *Ne diverſa ſapiant, verùm compingantur conjunganturque omnes in unam fidem.* Eodem ſenſu ſumitur συμβιβάζεσθαι infrà v. 19. hujus capitis: ubi iterum Theophylactus: Ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν πνεῦμα ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς πᾶν τὸ σῶμα διαδίδοται διὰ τῶν νεύρων, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐστι πᾶσα αἴσθησις, καὶ πᾶσα κίνησις. οὕτω καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας σῶμα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐπιχορηγεῖται, τουτέστι, λαμβάνει τὸ ζῆν καὶ αὔξειν πνευματικῶς. Πότε δὲ τοῦτο ἔχει; ὅτε συμβιβάζεται, τουτέστι, συνάφειαν ἔχει πρὸς αὐτόν. Τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων, τὴν ἐπιχορηγίαν τῆς αὐξήσεως δίδωσιν. ὡς εἴγε ἀσύνθετον εἴη καὶ ἀσυναφὲς τὸ σῶμα πρὸς τὴν κεφαλὴν, καὶ οὐ συμβιβάζεται πρὸς αὐτὴν, τουτέστιν, οὐ συντίθεται, οὐκ ἂν οὔτε ἡ ἐπιχορήγησις τοῦ πνεύματος γίνοιτο, οὔτε ἡ αὔξησις τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν, ἡ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας τῆς ἀρίστης. *Quemadmodum ſenſitivus ſpiritus à cerebro in totum corpus per nervos diffunditur, & à capite omnis ſenſus & motus eſt: tunc ad modum Eccleſiæ corpus à Chriſto* ſubminiſtratur, *hoc eſt, accipit vitam & augmentum ſpirituale. Quando autem hoc habet? quando* compingitur, *hoc eſt, connexionem ad ipſum & cum ipſo habet. Spiritus enim Sanctus per nexus & connexiones ſuppeditationem augmenti dat. Nam ſi diſſolutum fuerit & diſtractum corpus à capite, & non* compingatur, *hoc eſt, non componatur, nequaquam ſpiritus ſubminiſtratio fiet, neque augmentum Dei, hoc eſt, optimæ ſecundum Deum converſationis.*

Σύμ-

Digitized by Google

Σύμβολον.

I. *Explicatio nominis.* Ut rem totam, de qua deinceps paulò accuratiùs tractare viſum, faciliùs intelligamus, & capiamus, diſtinctè conſiderabimus,

1. *quid* σύμβολον *in genere* ſit.

α. Dicunt quidam σύμβολον notare *collationem.* Ita legitur apud Clementem Romanum, ſive alium, epiſt. I. pag. 12. *Symbolum Græcè, Latinè* collatio *dicitur.* Similiter apud Rufinum in expoſitione Symboli, pag. 543: *Symbolum Græcè* collatio *dici poteſt, hoc eſt, quod plures in unum conferunt.* Iisdem verbis Iſidorus, lib. II. de Eccles. Offic. cap. XXII. & Rabanus Maurus, lib. II. de Inſtitut. Cleric. cap. LVI. Eadem mens Auguſtini, vel alius, ſermone CLXXXI. de Tempore. Intelligunt autem *collationem* pecuniæ, vel cibi, potusvè ad convivium. Quæ poſterioribus ſeculis *comeſſalia* dicta; dicta etiam *convivia de confertis*: ut videre eſt C. cùm oportet. 2. diſtinct. 44. & C. non liceat, eâdem diſtinct. Priori loco hæc ſunt verba: *Non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet Clericos, aut etiam laicos Chriſtianos,* ex Symbolis, *quæ vulgus* Comeſſalia *appellat, convivia celebrare.* Poſteriori loco hæc legas: *Non liceat, ſacerdotes vel Clericos, ſed nec religioſos laicos,* convivia *celebrare* de confertis. Hoc eſt, quod Can. LV. Laodicenus ſtatuit: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπιτελεῖν, ἀλλ᾽ οὐδὲ λαϊκούς. *Quòd non oporteat ſacerdotes aut Clericos, ſed neq; laicos ex Symbolis convivia celebrare.* Dionyſius Exiguus interpretatur, *ex collatis, vel comeſſationibus convivia celebrare.* Symeon Magiſter ita effert: Ἐράνους οὔτε κληρικὸς, οὔτε λαϊκὸς ἐκτελέσεται. *Convivia ex collatis ſymbolis neque clericus, neque laicus celebrabit.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 359. Τὸ ἐκ συμβολῆς συμπόσια ποιεῖν, ἤγουν πολλῶν διδόντων νομίσματα. *Ex collatis convivia celebrare, ſive multis nummos conferentibus.* Balſamon, ad eundem, pag. 848. interpretatur, ἀπὸ συνδοσίας ποιεῖν συμπόσια, *ex collatione convivia facere.* Magis ridiculè, qui gloſſas ſcripſit in Decretalem Innocentii de ſumma Trinitate & Fide, hybridam formans vocem, ſymbolum conflatum ait ex σὺν, quod interpretatur *ſimul,* & *bolus*; quia nempe ad ſymbolum Apoſtolicum, tanquam epulum ſpirituale, ſinguli Apoſtoli contulerint *bolum.* Quod etiam apud Durandum legitur, lib. IV. cap. XXV. Et apud Joannem Gerſonem, ſive alium, lib. de Articulis Fidei, qui inter Gerſonis opera exſtat, tractatu I. ſtatim ab initio; *Symbolum eſt,* inquit, *omnium credendorum ad ſalutem ſpectantium compendioſa collectio. Quoniam, ut ait Caſſianus lib. VI. quicquid per univerſum divinorum voluminum corpus immensâ diffunditur copiâ, totum in ſymbolo colligitur brevitate perfectâ. Dicitur autem ſymbolum à ſyn, quod eſt con, & bole, quod eſt ſententia; quaſi collectio ſententiarum. Vel, ut alii volunt, à ſyn, quod eſt con, & bolum, quod eſt fruſtum: quaſi fruſtorum, id eſt, capitulorum vel particularum fidei collectio.* Quàm ridicula hæc ſit hujus vocis etymologia, dicere non attinet. Sed & illud quoque falſum, *ſymbolum* ſignificare *collationem,* ſive *cœnam collatitiam.* Nam σύμβολον & συμβολὴ multum differunt. Veteres *cœnam collatitiam* vocârunt συμβολὴν, non σύμβολον. Ariſtoph. Scholiaſtes, in Acharn. ſub finem, pag. 307: Λέγεται συμβολὴ καὶ ἐπὶ δείπνου τοῦ ἐκ κοινοῦ ἐπιτελουμένου. ὃ ἐράνους Ὅμηρός φησι. Symbola *de cœna quoque collatitia dicitur: Homerus collationes & munera vocat.* His gemina leguntur apud Athenæum, circa finem, lib. VIII: ubi συμβολὴν ait eſſe τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην, *ſymbolam, quæ à bibentibus in ſympoſia infertur.* Dicitur autem ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν, *à conferendo.* Vetus Scholiaſtes, ad Odyſſ. α. v. 225: Ἔρανος, τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον. Ἔρανος *eſt cœna ex ſymbola.* Euſtathius ad Odyſſ. λ. συμβολὰς συμποσιακὰς dicit per periphraſin ab Athenæo ἀναγωγὰς ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων appellari, quibus verbis ille ἐράνους definit. Inde eſt apud Comicum in Andria, Act. I. Scen. I. *ſymbolam dedit.* Sic enim, non *ſymbolum,* legi debere, rectè ex antiquis codd. notatum Henrico Stephano, Adriano Turnebo, atque aliis. Ἀ συμβολὴ eſt, ἀσύμβολος, *qui ſymbolam non confert.* Sic ἀσύμβολον δεῖπνον, *in quo convivæ ſymbolas non conferunt.* Apud Athenæum paraſitus dicitur ἀσύμβολος δειπνῶν: pro quo mox, συμβολὰς οὐ κατατίθεσθαι. Apud eundem, ἀσυμβόλως δειπνεῖν. Latini vocem Græcam retinent. Gellius lib. VI. cap. XIII. *Ne omnino (ut dicitur) immunes & aſymboli veniremus, conjectabamus ad cœnulam, non cupedias ciborum, ſed argutias quæſtionum.* Terentius, Phorm. Act. II. Sc. II. *Tene aſymbolum venire unctum atq; lautum è balneis?* Rectè ergo Pachymeres, in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de Eccleſiaſt. Hierarch. pag. 268. tradit, vocem σύμβολον notare ἔρανον, *collectam,* καὶ τὸ διδόμενον εἰς δεῖπνον, *& id, quod confertur pro cœna,* modo pro σύμβολον ſcripſiſſet συμβολή. Negari tamen non debet, veteres σύμβολον vocâſſe annulum, vel quidvis aliud arrhæ loco dari ſolitum ei ſodalium, qui jubebatur cœnam parare, ut docet Cl. Caſaub. ſuis in Athen. lib. 3. Animadvers. c. 31.

β. Sed nunc videndum, quæ vera ſit hujus vocis ſignificatio. Græcis σύμβολον propriè eſt *indicium ac ſignum*: quam ſignificationem etiam affert Clemens Romanus, epiſtolâ ſuprà laudatâ: Item Iſidorus, de Eccles. Offic. lib. I. cap. XX. Heſychius: Σύμβολον, σημεῖον. *Symbolum, ſignum.* Veteres Gloſſæ: Σύμβολον, *ſymbolum, indicium.* Suidas: Σύμβολα, σημεῖα· οἷον σημεῖον τοῦ φθαρτὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον πρὸ τοῦ θανάτου, οἱ δερμάτινοι χιτῶνες. *Symbola, ſigna. Ut, hominem eſſe mortalem ante mortem, ſignum ſunt pelliceæ tunicæ.* Intellige autem *indicium,* ac *ſignum,* quo vel milites dignoſcerentur ab hoſtibus, vel in pactis conventisq; loco tabellarum ac ſyngrapharum uterentur: ut Suidas teſtis eſt, quando dicit: Σύμβολα, τὰς συνθήκας, ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι, τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. *Symbola: Pactiones, quas inter ſe civitates pepigerunt,* & ſuis *civibus propoſuerunt, ſtatuentes, ut aliis præſtent ea, quæ juſta ſunt,* & ab aliis viciſſim *impetrent.* Ita Theologi σύμβολα vocant in ſacramentis viſibilia ſigna, ut aquam in Baptiſmo, panem & vinum in Cœna Domini: quæ *ſymbola* ad rem ſignificatam referuntur, ut in Cœna ad corpus & ſanguinem Domini. Hic verò operæ pretium fuerit hoc ipſum paulò diſtinctiùs proponere.

a. Sacramenta *in genere* vocantur σύμβολα. Dionyſius Areopagita, cap. V. de Eccleſiaſt. Hierarch. pag. 308. ea vocat σεβάσματα σύμβολα, *veneranda ſymbola.* Verba ejus ſunt: Εἰ γὰρ καὶ πρὸς τῶν ἱερέων τελοῦνταί τινα τῶν σεβασμίων συμβόλων, ἀλλ᾽ οὔ ποτε τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν ὁ ἱερεὺς ἐνεργήσει τοῦ θειοτάτου μύρου χωρὶς, οὐδὲ τὰ τῆς θείας κοινωνίας τελέσει μυστήρια, μὴ τῷ θειοτάτῳ θυσιαστηρίῳ τῶν κοινωνικῶν ἐπιτεθέντων συμβόλων. *Licet enim à ſacerdotibus veneranda quædam ſacramenta conficiantur, nunquam tamen ſacerdos divinam illam regenerationem ſine diviniſſimo illo unguento conſummabit, neq; divinæ communionis myſteria conſecrabit, niſi communionis ſacramenta diviniſſimo altari fuerint impoſita.* S. Maximus, in cap. I. Dionyſii Areop. de Eccles. Hierarch. pag. 58: Αἱ τῶν μυστηρίων τελεταὶ ἐν συμβόλοις θεωροῦνται καὶ τύποις. *Sacramentorum ceremoniæ ac ritus in ſignis ac typis cernuntur.*

b. *In ſpecie* verò *ſymboli* nomen frequenter ſatis tribui ſolet.

1. *Ba-*

Digitized by Google

1. *Baptiſmo.* Sic Iſidorus Peluſiota, epiſt. XXXVII. lib. II. pag. 137: Ὁ τελούμενος οὐδὲν παραβλάπτεται εἰς τὰ σωτηριώδη σύμβολα, εἰ ὁ ἱερεὺς μὴ εὖ βιοὺς εἴη, ἀλλὰ αὐτὸς μὲν πάντως. *Qui baptizatur nullum accipit detrimentum à ſalutaribus ſymbolis, etiamſi ſacerdotis vita ſit corrupta, ſed ipſe quidem omnino.* Baptiſmus vocatur σύμβολον ἁγιασμοῦ ab Athanaſio in Concilio Nicæno, Diſputat. contra Arium, t. I. pag. 141: Εἰ οὐκ ἔστι τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας τὸ ἅγιον πνεῦμα, τίνος ἕνεκεν συνηρίθμησεν αὐτὸ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ συμβόλῳ τοῦ ἁγιασμοῦ; φησὶ γὰρ ὁ Κύριος πρὸς τοὺς μαθητάς· Πορευθέντες μαθητεύσατε, &c. *Si Spiritus Sanctus non habet eandem eſſentiam cum Patre, & Filio, cur illum connumeravit Filius Dei in ſymbolo ſanctificationis? Dicit enim Dominus ad diſcipulos: Profecti, docete, &c.*

2. *S. Cœnæ.* Panem eſſe corpus Chriſti, & vinum ejus ſanguinem, quia ſunt ſymbola corporis & ſanguinis Chriſti, paſſim docent Veteres. Theodoretus in Ἀτρέπτῳ. Ὁ Κύριος τὸ σύμβολον λαβὼν, οὐκ εἶπε, τοῦτό ἐστιν ἡ θεότης μου, ἀλλά· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Cùm Dominus ſymbolum accepiſſet, non dixit, Hoc eſt deitas mea: ſed, Hoc eſt corpus meum.* Idem, epiſtolâ CXXX: Χριστὸς ἐν τῇ τῶν μυστηρίων παραδόσει λαβὼν τὸ σύμβολον, ἔφη· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Cùm Chriſtus in traditione myſteriorum ſymbolum accepiſſet, dixit: Hoc eſt corpus meum.* Idem, in Ἀσυγχύτῳ. Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως. μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους. Proteſtantes omnes, nec non ante Cardinalem Perronium, eorum omnes adverſarii, hoc modo interpretati ſunt hæc verba: *Neque enim ſymbola myſtica poſt ſanctificationem recedunt à ſua natura: manent enim in priore ſubſtantia, & figura, & forma.* Quid poteſt clarius contra μετουσίαν dici? Cardinalis verò Perronius mirificam hujus loci interpretationem mundo obtrudere voluit, quaſi Theodoretus vellet; *ſigna Euchariſtica manere in figura & forma prioris ſubſtantiæ.* Iterum Theodoretus, epiſt. CXLV: Τὰ θεῖα παραδοὺς μυστήρια, καὶ τὸ σύμβολον κλάσας, καὶ διανείμας, ἐπήγαγε· Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. *Cùm Chriſtus divina tradidiſſet myſteria, & ſymbolum fregiſſet atque diſtribuiſſet, ſubjecit: Hoc eſt corpus meum.* Euſebius Demonſtrat. lib. VIII. in fine cap. I. pag. 236: Αὐτὸς τὰ σύμβολα τῆς ἐνθέου οἰκονομίας τοῖς αὐτοῦ παρεδίδου μαθηταῖς, τὴν εἰκόνα τοῦ ἰδίου σώματος ποιεῖσθαι παρακελευόμενος. *Ipſe diſcipulis ſuis ſymbola divinæ diſpenſationis tradebat, imaginem proprii corporis celebrari jubens.* Et mox: Ἄρτῳ δὲ χρῆσθαι συμβόλῳ τοῦ ἰδίου σώματος παρεδίδου. *Tradidit, ut uterentur pane ſymbolo corporis ſui.* Dionyſius Areopagita, cap. III. Hierarch. Eccleſ. ſect. IX. pag. 254: Ἐπιτεθέντων τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῶν σεβασμίων συμβόλων, δι᾽ ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται καὶ μετέχεται. *Impoſitis divino altari ſacris ſymbolis, quibus Chriſtus ſignificatur & ſumitur.* Et ſect. X. *panis & vinum* vocantur ἁγιώτατα σύμβολα, *ſanctiſſima ſymbola.* S. Maximus in hoc caput, pag. 68. *de pane & vino,* Σύμβολα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀλήθεια, *ſymbola hæc ſunt, non veritas.* Idem, in hoc ipſum caput, pag. 73. *panem & vinum* appellat σύμβολα τοῦ σώματος καὶ αἵματος, *ſymbola corporis & ſanguinis.* Et pag. 75: Σημείωσαι, ὅτι πανταχοῦ συμβολικὴν λέγει τὴν θείαν ἱερουργίαν, καὶ τὰ ἅγια δῶρα σύμβολα τῶν ἄνω καὶ ἀληθινωτέρων. *Nota, quòd ubique ſymbolicum dicit divinum ſacrificium, & ſancta dona ſymbola eſſe cœleſtium & veriorum.* Greg. Nyſſenus, Orat. XI. contra Eunomium, t. II. pag. 704. vocat μυστικὰ σύμβολα, *myſtica ſymbola.* Iterum Theodoretus in Pſal. CX. pag. 832: Προσφέρει ἡ ἐκκλησία τὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος σύμβολα, πᾶν τὸ φύραμα διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἁγιάζουσα. *Offert Eccleſia corporis ejus & ſanguinis ſymbola, totam maſſam per primitias ſanctificans.* Et in I. Corinth. XI. ad v. 26. pag. 175: Μετὰ γὰρ δὴ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, οὐκέτι χρεία τῶν συμβόλων τοῦ σώματος, αὐτοῦ φαινομένου τοῦ σώματος. Διὰ τοῦτο εἶπεν, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. *Etenim poſt ejus adventum, non ampliùs erit opus ſymbolis ſeu ſignis corporis, cum ipſum corpus apparebit. Propterea dixit, Donec venerit.*

2. *In ſpecie* σύμβολον eſt

α. Τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, *fidei ſymbolum.* Concilium Laodicenum, Can. VII. decernit, *eos, qui ex hæreſibus, hoc eſt, à Novatianis, aut Photinianis, aut Quartadecimanis, convertuntur, non admittendos eſſe, priusquam omnem hæreſin anathematiſaverint:* καὶ τότε λοιπὸν τοὺς λεγομένους παρ᾽ αὐτοῖς πιστοὺς, ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, χρισθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω κοινωνεῖν τῷ μυστηρίῳ τῷ ἁγίῳ, *& tunc deinceps, qui apud eos fideles dicuntur, fidei ſymbola diſcentes, & unctos ſancto chriſmate, ſic ſancto myſterio communicare.* Vocantur autem *fidei confeſſiones,* qualis eſt vulgò dictum ſymbolum Apoſtolicum, ſymbolum Nicænum, ſymbolum Athanaſianum, &c. *Symbola,* quia his veluti teſſeris, ac ſignis militaribus, omnes, qui, Chriſto ſe militari ſacramento verè obſtrinxerunt, ab deſertoribus, & omnibus, qui doctrinam ſalutarem adulterant, nullo negotio liceat diſcernere. Neque hanc ſignificationem non vidit Rufinus in Expoſit. Symboli, vel Iſidorus, lib. II. de Offic Eccleſ. cap. XXII. Quamvis enim eorum quoque ſententiam afferunt, ut ſuprà vidimus, qui σύμβολον & συμβολὴν confuderunt: tamen eâdem adducunt opinionem illorum, qui gnari etiam, *indicium, & ſignum* notare, cauſſam inde appellationis hanc arceſſunt, quòd indicio horum capitum fidei, veros Chriſtianos liceat dignoſcere ab iis, qui adulterinæ ſe doctrinæ fuco tales ementiuntur. Rufinum, quem Iſidorus αὐτολεξεὶ exſcripſit, audiamus. Ejus verba, pag. 543. hæc ſunt: *Indicium autem, vel ſignum, idcirco dicitur: quia illo tempore, ſicut & Paulus Apoſtolus dicit, & in Actis Apoſtolorum refertur, multi ex circumciſis Judæis ſimulabant ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, & lucri alicujus, vel ventris gratiâ, ad prædicandum proficiſcebantur; nominantes quidem Chriſtum, ſed non integris traditionum lineis nunciantes. Idcirco ergo iſtud indicium poſuere, per quod agnoſceretur is, qui Chriſtum verè ſecundùm Apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis civilibus hoc obſervari ferunt: quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mos unus eſt, atq; eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſubreptio fiat, ſymbola diſcreta unusquisq; dux ſuis militibus tradit, quæ Latinè vel ſigna, vel indicia nominantur; ut ſi fortè occurrerit quis, de quo dubitetur, interrogatus ſymbolum prodat ſi ſit hoſtis, an ſocius.* Ac Maximus Taurinenſis de Tradit. Symb. *Symbolum teſſera eſt, & ſignaculum quo inter fideles, perfidosq; ſecernitur.* Iſidorus lib. VI. Orig. cap. ult. *Symbolum, ſignum, vel cognitio interpretatur.* Vel dicere poſſumus, ſymbolum non à militari, ſed à contractuum teſſera, nomen id accepiſſe. Eſt enim teſſera pacti, quod in Baptiſmo inimus cum Deo. Unde Ambroſius, lib. III. de velandis virginibus dicit: *Symbolum cordis ſignaculum, & noſtræ militiæ ſacramentum.* Quaſi dicat, eſſe quaſi tabellam, quâ cum Imperatore noſtro paciſcimur, eique nos obſtringimus, ut milites ſacramento ſolent. Atque hic quidem ad militarem contractum alluſit. Sed universè contractum reſpicit Petrus Chryſologus, Homil. LXII. quâ Symbolum Apoſtolicum interpretatur. *Placitum, vel pactum,* inquit, *quod lucri ſpes venientis continet, vel futuri, ſymbolum nuncupari, contractu etiam docemur huma-*

Digitized by Google

humano: quod tamen ſymbolum inter duos firmat ſemper geminata conſcriptio, & in ſtipulatione cautum reddit humana cautela, ne cui ſurrepat, ne quem decipiat perfidia contractibus ſemper inimica. Sed hoc inter homines, inter quos fraus, aut à quo facta eſt, aut cui facta eſt, ſemper lædit: inter Deum verò, & homines, Symbolum fidei ſola fide firmatur: non literæ, ſed ſpiritui creditur, & mandatur cordi, non chartæ: quia divinum creditum humana non indiget cautione. Et mox: *ſed dicis, Qui falli non poteſt, quid eſt, quòd exigit placitum? quid Symbolum quærit? Quærit ille propter te, non propter ſe: non quia ille dubitat, ſed ut tu credas.* Ex his, & iis, quæ deinceps ſubjicit, clarè patet, eum putâſſe, *Symbolum* dici, tanquam teſſeram, pacti indicem cum Deo. Sunt tamen, qui exiſtimant, monente Cl. Voſſio, de tribus Symbolis, primis tribus ſeculis, pro *Symbolo fidei*, ſolere dici *Confeſſionem*, vel *expoſitionem*, vel *regulam fidei*, vel ſimile; non item *Symbolum*; per quod potius intellexiſſe ajunt *ſignum ſacramentale*: quomodo Origenes lib. III. contra Celſum, *aquam*, vel *ablutionem ſacram* vocat *Symbolum luſtrationis*: & in Joannem, *Symbolum purificationis animæ*. Unde colligunt, ablutionem primò *Symbolum* dictam eſſe: poſtea autem *Symboli* nomen etiam *fidei regulæ* ſive *confeſſioni* eſſe attributum, quia cum ablutione conjungeretur. At hæc ſententia Voſſio novitate ſua ſuſpecta eſt. Cauſſa enim nulla eſt, cur credere oporteat, Romanam Eccleſiam, & Italicas alias, uti Mediolanenſem, Aquileienſem, ſerò adeò hanc ſignificationem accepiſſe. Rufinus ſanè pro regula fidei uſurpat non novè, ſed ex uſu communi: quod ſatis apertum vel ex inſcriptione. Et ante eum Mediolanenſis Ambroſius, epiſt. XXXIII. lib. V. ait: *Sequente die, erat autem Dominica, poſt lectiones, atque tractatum, dimiſſis Catechumenis. Symbolum aliquibus competentibus in baptiſterii tradebam baſilicæ.* Vult quidem Parkerus lib. IV. de Deſcenſu Chriſti ad inferos, Sect. XII. *Symbolum* etiam hoc loco ſumi *pro aquæ ſigno.* Nempe is, quia dimiſſis Catechumenis. *Symbolum* traditum dicatur, eò putavit per *Symbolum* non poſſe intelligi regulam fidei, ut quæ traderetur Catechumenis præſentibus. Sed dies, de qua loquitur Ambroſius, erat Dominica Palmarum; ut ſatis indicat, quòd poſtea ait, captivos ab Imperatore, ob inſtans Paſcha, ex more eſſe carcere dimiſſos: de qua conſuetudine vide in voce Πάσχα, num. I. 3. ſub lit. *a.* Eâ verò Dominicâ Catechumeni intererant lectioni, & tractationi. His dimiſſis, Competentes inſtruebantur in myſteriis fidei, quorum Catechumeni nondum eſſent capaces. Nam Catechumeni quidem prima fidei rudimenta docebantur; at Competentibus ejus perfectio exponebatur. Quod diſcrimen clarè indicat Cyrillus Jeros. præfat. ſuarum Cateches. pag. 14. Ἦς ποτὲ ϗ σὺ κατηχόμενος. οὐ διηγησάμην σοι τὰ προκείμενα. *Fueras & tu aliquando Catechumenus: neque tamen propoſita myſteria tibi enarrabam.* Myſteriorum iſthæc doctrina erat fidei perfectio. Hinc Auguſtinus, vel vetus incertus ſcriptor ſub nomine Auguſtini, ſerm. CXV. in Dominica Palmarum habito: *Symbolum, quod vobis tradituri ſumus, fratres chariſſimi, comprehenſio eſt fidei noſtræ, atque perfectio.* Iſidorus Hiſpal. lib. I. de Eccles. Offic. cap. XXVII. de Dom. Palm. *Hoc autem die Symbolum Competentibus traditur, propter confinem Dominicæ Paſchæ ſolennitatem; ut quia jam ad Dei gratiam percipiendam feſtinant: fidem, quam confiteantur, agnoſcant.* Atque hæc ſatis oſtendunt, Ambroſio quoque *Symbolum* dici, non aquam Baptiſmatis, ſed doctrinam fidei; cujus partem magis arcanam tum docebantur *Competentes*, hoc eſt, *Baptiſmi Sacramenta ſimul petentes*; ut vocem eam exponit Auguſtin. ſerm. CXVI. qui eſt ad Competentes. Confer, quæ ſuprà attulimus, ſub verbo Κατηχέω, num. II. 2. ſub lit. *B.*

C. Apud recentiores Græcos σύμβολον notat *ſignum*, quo pulſato congregantur Græci in templa. Typicum cap. XL: Ὅτε δὲ ἐπιςῇ ὁ καιρὸς τοῦ ἑσπερινοῦ, κρουομένου τοῦ ζυμβόλου, ζυναγόμεθα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Cùm advenerit tempus veſperi, pulſato ſymbolo, congregamur in Eccleſia. Et cap. XLI:* Περὶ δὲ ὥραν ἕκτην, κρουομένου τοῦ συμβόλου, συναγόμεθα ἐν τῷ νάρθηκι. *Circa horam ſextam, pulſato ſymbolo, congregamur in Narthece.* Hoc *ſignum* alio nomine appellatur ξύλον: vide in ξύλον num. III.

Cum dixerimus ζύμβολον, *ſymbolum*, notare aliquando *confeſſionem*, vel *expoſitionem*, vel *regulam fidei*, eoq; nomine veniat *Symbolum Apoſtolicum*, *Symbolum Nicænum*, &c. deinceps de præcipuis hujusmodi Symbolis, Uſſerium & Voſſium imitati, ex antiquitate memoratu digniora afferemus.

II. Licèt apud omnes tum Orientis, tum Occidentis Eccleſias, ut *unus Dominus & Baptiſmus*, ita etiam *una Fides* fuerit: unâ tamen & eadem verborum formulâ *Fidei Symbolum*, quo in cultus Domini Profeſſione & Baptiſmi ſuſceptione illæ uſæ ſunt, non fuiſſe conceptum, ex veterum ſcriptis liquidò patet. De diverſis ergo hiſce Fidei formulis nunc agemus.

1. Eſt *Romanæ Eccleſiæ Symbolum Apoſtolicum.* Hoc omnium fuiſſe breviſſimum, in Symboli explicatione, Rufinus jamdudum nos docuit: de additamentis etiam apud Occidentales ad Romanum hoc Symbolum appoſitis, in Prooœmio ſuo, pag. 544. *Illud non importunè commonendum puto, quòd in diverſis Eccleſiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta. In Eccleſia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum: quod ego propterea eſſe arbitror, quod neque hæreſis ulla illic ſumſit exordium, & mos ibi ſervatur antiquus, eos qui gratiam baptiſmi ſuſcepturi ſunt, publicè, id eſt, fidelium populo audiente Symbolum reddere; & utique adjectionem unius ſaltem ſermonis, eorum qui præceſſerunt in fide, non admittit auditus. In cæteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ ſenſus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem ſequimur, quem in Aquileienſi Eccleſia per lavacri gratiam ſuſcepimus.* Hujus brevioris Symboli exemplaria duo proponit maximus Uſſerius: quorum alterum Græcè, ad calcem Pſalterii Latini Regis Æthelſtani; alterum Latinè, ad finem Græco-Latini Actorum Apoſtolicorum codicis non minùs antiqui, qui majuſculis literis exaratus in publica Oxonienſis Academiæ cuſtoditur Bibliotheca, deſcriptum reperit. Pſalterium illud anno æræ Chriſtianæ DCCIII. longè ante Æthelſtani regnantis tempora, ex regulis Kalendario in libri initio ſubjunctis, ſcriptum fuiſſe, ſe ſcribit deprehendiſſe. Huic conjunctum Symbolum, Græcè quidem, ſed literis Anglo-Saxonicis incommodè ſatis expreſſum. Hoc Græcè ita habet: Πιςεύω εἰς θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς Χριςὸν Ἰησοῦν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογέννητον, τὸν Κύριον ἡμῶν, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου ϗ Μαρίας τῆς παρθένου· τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ςαυρωθέντα, ταφέντα, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναςάντα ἐκ νεκρῶν, ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅθεν ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν ἐκκλησίαν, ζαρκὸς ἀνάςασιν, Ἀμήν. Græculus verò alter, Latini ſermonis ſatis imperitus, latinum Symbolum, ſed bar-

bariſmis, quos uncis includimus, aliquantulum inquinatum, ita nobis exhibuit : *Credo in Deum Patrem omnipotentem : Et in Chriſtum Jeſum* (Chriſto Jeſu) *Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu S. & Maria Virgine, qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt & ſepultus, tertiâ die reſurrexit à mortuis, aſcendit in Cælos* (Cœlis) *ſedet ad dexteram* (dextera) *Patris, unde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritu ſancto, ſancta Eccleſia, remiſſione peccatorum, carnis reſurrectione* (*reſurrectionis.*) Atque hoc Symbolum illud eſt, quod (ſublatis barbariſmis, & pro ablativo in poſtremis articulis accuſativo caſu ſubſtituto) tum à Maximo Taurinenſi, in Homilia de traditione Symboli, explicatur ; tum ab Auguſt. in libello de Fide & Symbolo, tom. III. operum, Competentibus exponitur, & in fine fidelibus omnibus ita commendatur : *Hæc eſt fides, quæ paucis verbis tenenda in Symbolo novellis Chriſtianis datur. Quæ pauca verba fidelibus nota ſunt : ut credendo ſubjugentur Deo, ſubjugati rectè vivant, rectè vivendo cor mundent, corde mundo quod credunt intelligant.* Illud ipſum Græcum Symbolum à Marcello, Ancyrano Epiſcopo, profeſſioni fidei ſuæ ad Julium Romanum Epiſcop. inſertum, apud Epiphanium legitur, hæreſi LXXII. pag. 356. hoc tantum diſcrimine, quòd librariorum, ut videtur incuria, poſt εἰς θεὸν, omiſſa vox πατέρα, pro τὸν μονογέννητον, poſitum τὸν μονογενῆ, ante ταφέντα, particula καὶ addita, ut & ante τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ; pro ἐκ νεκρῶν, legitur ἐκ τῶν νεκρῶν : ante καθήμενον, iterum additur καὶ; pro κρῖναι, κρίνειν: pro, καὶ εἰς πνεῦμα ἅγιον, exſtat καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. In fine additur articulus *de vita æterna*, ζωὴν αἰώνιον, & omittitur ἀμήν. *Articulum de vita æterna* etiam in Occidentis quibuſdam partibus receptum fuiſſe, & ex Petro Chryſologo, ſerm. LVII. & ex autore libri de Symbolo ad Catechumenos, tom. IX. operum Auguſt. patet; Symbolum eodem modo, quo à Marcel. eſt propoſitum, explicantibus. Verùm apud alios, omiſſâ *vitæ æternæ* mentione, in *Carnis reſurrectione* terminatum fuiſſe Symbolum, ex Hieron. & Rufino intelligitur. Quorum prior, epiſt. LXI. ad Pammach. adverſus errores Johannis Jeroſolymitani, ita loquitur : *In Symbolo fidei & ſpei noſtræ, quod ab Apoſtolis traditum non ſcribitur in charta & atramento ; ſed tabulis cordis carnalibus, poſt confeſſionem Trinit. & unitatem Eccleſiæ, omne Chriſtiani dogmatis Sacramentum* carnis reſurrectione *concluditur*. Poſterior, & in Apologia adverſus eundem Hieron. Aquileienſes ſuos *in hujus carnis reſurrectione* finem Symboli ſtatuere confirmat ; & in ipſius Symboli expoſitione porrò addit, p. 559. *Ultimus iſte ſermo, qui reſurrectionem carnis prænunciat, ſummam totius perfectionis ſuccincta brevitate concludit.* Hunc in ſua Symboli explicatione quoque ſecutus eſt Venant. Fortun. Pictaviens. apud Gallos epiſcopus; eo capitulo *ſummam perfectionis concludi* ſimiliter repetens. Quod ipſum etiam Maximus Taurinenſis, illis verbis ſignificatum voluit : *Hic religionis noſtræ finis, hæc ſumma credendi eſt.* Et autor Sermonis CXIX. de tempore, operum Auguſt. tom. 10. notatione illa : *Iſte jam finis eſt : ſed finis ſine fine erit Reſurrectio carnis.* Eccleſia verò Aquileienſis, præter pronominis *hujus*, ad *carnis reſurrectionem* factam additionem, etiam *Patri* titulos *inviſibilis & impaſſibilis* adjunxit : poſt Chriſti quoque ſepulturam, alterâ appendiculâ additâ ; *Deſcendit ad inferna.* De additione pronominis *hujus* ſic Rufin. in expoſit. Symboli, p. 560: Et ideo *ſatis cauta, & provida adjectione fidem Symboli Eccleſia noſtra* (Aquileienſis) *docet, quæ in eo, quod à cæteris traditur, carnis reſurrectionem, uno addito pronomine tradit* : Hujus carnis reſurrectionem. Hujus *ſine dubio, quam is, qui profitetur, ſignaculo crucis fronti impoſito contingit.* De additione poſt omnipotentem, vocum *inviſibilem & impaſſibilem*, ita ib. Rufinus, p. 546. poſtquam explicuiſſet *omnipotentis* elogium : *His additur*, inviſibilem & impaſſibilem. *Sciendum, quòd duo iſti ſermones in Eccleſiæ Romanæ Symbolo non habentur : conſtat autem apud nos additos hæreſeos cauſa Sabellii illius profectò, quæ à noſtris Patripaſſiana appellatur, id eſt, quæ Patrem ipſum, vel ex virgine natum dicit, & viſibilem factum, vel paſſum affirmat in carne. Ut ergo excluderetur talis impietas de Patre, videntur hæc addidiſſe majores, &* inviſibilem Patrem atq; impaſſibilem *dixiſſe*. De eodem Eraſmus, in Reſponſione ſua ad cenſuram Theologorum Pariſienſium, ſcribit in hunc modum : *In priore articulo Orientales Eccleſiæ non ſolùm legunt, in Deo Patre Omnipotente, ſed addunt, inviſibili & impaſſibili.* Ubi pro *in Deo*, ut in Apologeticorum tomo editum, reſcribendum, monente Cl. Voſſio, *in uno Deo*, quod Eraſmum voluiſſe, liquet ex iis, quæ proximè præmiſerat. Quòd verò idem Orientales ait addere, *inviſibilem & impaſſibilem*, id Rufinus non dicit, ſed, *Apud nos additum*, h. e. Aquileienſes : quorum Presbyter erat Rufinus. Veriſimile tamen; id Aquileienſem Eccleſiam Orientalium exemplo appoſuiſſe. Tandem *de deſcenſu ad inferos* ſic ibidem Rufinus p. 550. *Sciendum ſanè eſt, quod in Eccleſiæ Romanæ Symbolo non habetur additum* : Deſcendit ad inferna : *ſed neque in Orientis Eccleſiis habetur hic ſermo : vis tamen verbi eadem videtur eſſe in eo, quod ſepultus dicitur.* In Gallico Fortunati Symbolo legitur, *Deſcendit ad infernum.* Apud Hiſpanos Etherius Uxamenſis epiſcopus & Beatus presbyter, adverſus Eliphandum, Toletanum Archiepiſcopum, Symbolum Apoſtolicum ita producunt : *Surgamus cum ipſis Apoſtolis, & fidei noſtræ Symbolum, quod tradiderunt nobis brevi compendio recitemus : Credo in Deum Patrem omnipotentem. Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, Deum & Dominum noſtrum. Qui natus eſt de Spir. S. & Maria Virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato : crucifixus & ſepultus. Deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit vivus à mortuis. Aſcendit in cælos. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus judicare vivos & mortuos. Credo in Spir. S. Sanctam Eccleſiam Catholicam. Remiſſionem omnium peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam. Amen. Ecce fidem Apoſtolicam, in qua baptizati ſumus ; quam credimus, & tenemus.* Apud aliquos etiam poſtremorum articulorum ita inverſus eſt ordo. *Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam, per ſanctam Eccleſiam* : quemadmodum in tribus poſterioribus libris de Symbolo ad Catechumenos ; qui in nonum operum Auguſtini tomum irrepſerunt ; videre licet. Unde & author Orationis ad Catechumenos, contra Judæos, Paganos & Arianos : quæ in ſexto tomo eidem perperam adſcripta legitur ; primo loco *Remiſſionis peccatorum*, ſecundo *Reſurrectionis*, tertio *vitæ æternæ*, quarto demum ac poſtremo *Eccleſiæ* enarrat capitulum. Ut enim vetus Romanum Symbolum *Carnis reſurrectione* : ita horum, *Eccleſiæ* commemoratione eſt terminatum. Quod etiam, ſub finem l. 2. de Symbolo ad Catechumenos, ſic habetur annotatum : *ſancta Eccleſia, in qua omnis hujus Sacramenti terminatur authoritas.* Et tertii : *Ideò Sacramenti hujus concluſio per Eccleſiam terminatur.* Et quarti ſimiliter : *Propterea hujus concluſio Sacramenti per ſanctam Eccleſiam terminatur.* Romanam verò Eccleſiam omnis in ſuo Symbolo mutationis impatientem fuiſſe, teſtatur Ambroſius, epiſt. LXXXI.

Digitized by Google

LXXXI. ad Siricium: *Credatur Symbolo Apoſtolorum quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſervat.* Vigilius Tridentinus, lib. IV. adverſus Eutychem: *Roma, & antequam Nicæna Synodus conveniret à temporibus Apoſtolorum uſque ad nunc, ita fidelibus Symbolum tradidit.* Quo tamen hodie Romana Eccleſia utitur Symbolo, illud additamentis aliquot auctius legi, partim ex iis, quæ jam dicta ſunt, partim ex prima diſſertatione Cl. Voſſii de tribus Symbolis, ἀναντιρρήτως colligitur. Latino-Græca quoque adjuncta habetur verſio, in Pſalterio Græco Papæ Gregorii, ut præfert titulus; ſcriptura enim ævo Gregorii longè eſt poſterior; Pſalterio videlicet, ut refert Uſſerius, Græco & Romano, Latinis utroque literis deſcripto, quod in Benedictini apud Cantabrigienſes Collegii Bibliotheca eſt reconditum. Ex quo Symbolum hoc utraque linguâ (novis additamentis, in Latino, characteris alio genere diſcriminatis; pro Latinis verò literis, in altero, Græcis ſubſtitutis) ex Uſſerii Diatriba de Symbolis hic apponere libet. Græca ergo ita habent: Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. Καὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν Κύριον ἡμῶν. Τὸν συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου. Παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ ταφέντα. Κατελθόντα εἰς τὰ κατώτατα. Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ θεοῦ πατρὸς παντοδυνάμου. Ἐκεῖθεν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἁγίαν Καθολικὴν Ἐκκλησίαν. Ἁγίων κοινωνίαν. Ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν. Latina verò hæc ſunt: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, creatorem cœli & terræ. *Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, qui* conceptus *eſt de Spiritu S. natus ex Maria Virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato: crucifixus*, mortuus *& ſepultus.* Deſcendit ad inferna. *Tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram* Dei *Patris* omnipotentis. *Inde venturus judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum S. Sanctam Eccleſiam* Catholicam, Sanctorum communionem. *Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem.* Vitam æternam. *Amen.* Hic notandum, ex Aquileienſi primùm Symbolo in Romanum traductum eſſe articulum de deſcenſu *ad inferna.* Ita enim tum in vetere ordine Romano, tum in Cottonianis & antiquioribus quibusque Symboli exemplaribus legitur: quod εἰς τὰ κατώτατα à noſtro Interprete eſt redditum. In poſterioribus enim, ex Athanaſiano Symbolo. *Deſcendit ad inferos*, hic eſt poſitum: pro quo, εἰς ᾅδην, vel ᾅδου, ſcil. τόπον, in Græco eſt ſubſtitutum. Cum à primitivis Symbolis totum hoc caput abfuiſſe Rufinus monuerit, ut jam vidimus. Ex hiſce omnibus jam facilè liquere poteſt, *quid de Symboli*, quod vulgò *Apoſtolicum* appellamus, *autoribus ſit ſentiendum.* Nihilominus non fuerit ἀπροσδιόνυσον, hanc ipſam Quæſtionem paulò diſtinctiùs proponere.

a. Ab aliquot ſeculis recepta eſt opinio, Symbolum iſtud conditum eſſe ab Apoſtolis. Hinc Theologica Facultas Colonienſis, adverſus Monhemium ſcribens, id extra controverſiam ponit. Genebrardus, lib. III. de Trinitate, ingentem adducit numerum ſanctorum Patrum, quòs idem ſenſiſſe contendit: atque ex his colligit, *præfractam eſſe temeritatem, vertere in quæſtionem, num Apoſtoli verè ſint auctores Symboli, quod circumfertur ipſorum nomine.* Bellarminus, lib. I. de juſtificatione, ſtatim poſt initium c. IX: *Extat igitur inprimis Symbolum antiquiſſimum, quod Apoſtolicum dicitur, propterea quod Apoſtoli ipſum condiderint, ut inter omnes conſtaret, quænam eſſet totius Chriſtianæ fidei ſumma.* Imò Feuardentius, in Irenæum, l. I. c. II. non contentus dicere, adultos illud cùm ſacro lavacro tingerentur, *præſcripto procul dubio Apoſtolorum recitaſſe*, adjungit: *Apoſtolos eosdem illud ipſum decantâſſe, dum ſacro-ſancta Euchariſtiæ myſteria celebrarent, facilè mihi perſuaſerim.* Ac poſtquam hoc probare conatus Dionyſii Areopagitæ, & B. Jacobi Jeroſolymitani authoritate (pro genuinis enim ſcriptoribus eos habet) hunc in modum concludit; *Quis non videt, primam hanc traditionem ad Apoſtolos, & non ad Concilium Toletanum tertium, vel Conſtantinopolitanum, referendam eſſe.* Etiamſi verò hoc ſibi perſuaſerit, & quidem facilè, non tamen perſuadebit aliis in Antiquitate vel mediocriter verſatis. Latini etiam, in Concilio Florentino, ſect. VI. c. VI. pag. 150. ſatis confidenter pronunciant: Οἱ ἀπόστολοι ἐποίησαν σύνοδον, καὶ παρέδωκαν καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον. *Apoſtoli ſynodum celebrarunt, ſanctùmque Symbolum tradiderunt.* Interim illi, qui conſentiunt, Apoſtolos eſſe Symboli autores, quadrifariam tamen diſſentiunt.

a. Quærunt, *Num ſoli Apoſtoli illud condiderint; an præter eos CXX. viri, in quorum cœtu concionatus eſt Petrus de deſignando Apoſtolo novo.* Act. I. 15. Ob hunc diſſenſum ambiguè loquitur Antonius Nebriſſenſis in Quinquagena, Tit. Symbolum. *Ego*, inquit, *non diffiteor communi Apoſtolorum conſenſu, ſine illorum CXX. quos ſuo adventu Spiritus ſanctus afflavit, Symbolum fuiſſe compoſitum.*

b. Alii quærunt, *Num quique duodecim Apoſtolorum ad Symbolum contulerit caput aliquod: & utrùm traditione conſtet, quid ab unoquoque fuerit collatum: an potiùs hoc duntaxat ſciatur, Apoſtolos fuiſſe congregatos, inque commune conſulentes, Symbolum iſtoc condidiſſe; & pro duodecim, vel quatuordecim Apoſtolis, duodecim, vel quatuordecim eſſe capita; quod verò caput à quoque ſit Apoſtolo, ignoretur?* Unicuique ex duodecim Apoſtolorum numero ſuum caput nominatim aſſignat Auguſtinus; ſi modò is auctor; de tempore, ſerm. CXV: *Quod Græcè* Symbolum *dicitur, Latinè* collatio *nominatur: collatio ideò, quia collata in unum totius Catholicæ legis fides, Symboli colligitur brevitate; cujus textum vobis modo, Deo annuente dicemus. Petrus dixit:* Credo in Deum Patrem, omnipotentem. *Johannes dixit:* Creatorem cœli & terræ. *Jacobus dixit:* Credo & in Jeſum Chriſtum, filium ejus unicum, Dominum noſtrum. *Andreas dixit:* Qui conceptus eſt de Spiritu S. natus ex Maria virgine. *Philippus ait:* Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. *Thomas ait:* Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. *Bartholomæus dixit:* Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. *Matthæus dixit:* Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. *Jacobus Alphæi:* Credo & in Spiritum S. ſanctam Eccleſiam Catholicam. *Simon Zelotes:* Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. *Judas Jacobi:* Carnis reſurrectionem. *Matthias complevit:* Vitam æternam. Amen. Idem voluiſſe videtur Leo Magnus, ad Pulcheriam Auguſtam ſcribens, epiſt. XCVI: *Ipſius Catholici Symboli brevis & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa ſit in munitione cœleſti, ut omnes hæreticorum opiniones ſolo poſſint gladio detruncari.* Ita etiam alii, quos affert Voſſius.

c. Inſuper alii interrogant, *Num Apoſtoli ex iis, quæ fusè antea ſcripſerant, hæc capita excerpſerint, atque ita omnem fidei doctrinam compendio conſtrinxerint: an verò hoc Symbolum, Spiritu ſic ſuggerente, compoſuerint citra ſui, vel alieni ſcripti opem?* Poſterior ſententia eſt

vulgatior, ſed priorem amplexus eſt Paſchaſius Ratbertus, cujus verba ſunt præfat. libri de SpirituS. *Hanc* (Fidem Catholicam) *Apoſtolica ſollicitudo, atq; perfectio, ſicut per ſanctas paginas dilataverat, ita per Symboli ſalutare mira brevitate collegit, & tanquam per diverſas remediorum ſpecies diſpoſuit in corpus unum, ac velut ex innumeris aromatibus precioſum confecit unguentum.*

ד. Tandem *de tempore*, quo Symbolum hoc fuerit conditum, *eſt diſſenſio*. Sunt enim, qui id contigiſſe exiſtiment, mox poſt Spirit. S. ſuper Apoſtolos deſcenſum: alii verò id referre malunt ad tempus, quo Herodes Antipas, in Judæorum gratiam, usque adeò perſecutus eſt Chriſtianos; ut habetur Act. XII. Eo ipſo anno, quo paſſus eſt Chriſtus, compoſitum fuerit, ſi tum conditum verè ait Rufin. in Expoſ. Symboli, *cùm per adventum S. Spiritus ſuper ſingulos quosq; Apoſtolos igneæ linguæ ſediſſent, ut loquelis diverſis, variisq; loquerentur.* Similiter Iſid. Hiſpal. l. II. de Eccl. offic. c. XXII. Baronius autem id factum refert ad annum Claudii ſecundum: qui decimus eſt à paſſione Dominica. Eique occaſionem datam conjectat, quod abituri eſſent in Gentes ad vitandam Herodis perſecutionem, qui jam Jacobum majorem ſupplicio capitis affecerat; & Petr. conjecerat in vincula; unde tamen divinitus fuit liberatus: ut Act. c. XII. tradit Lucas. Quicquid autem ſit de diſſenſione, ſatis tamen valida putant eſſe argumenta ſua, quibus inducti ſentiant, ipſos Apoſtolos hujus Symboli autores eſſe.

א. *Primum argumentum* deducunt *ab ipſa Symboli Apoſtolici appellatione.* Omnes enim hactenus enumerati in eo conſpirant, propterea *Apoſtolicum* vocari, quòd Apoſtolos habeat autores. Pleriq; etiam ex *Symboli* vocabulo id colligunt. Nam Σύμβολον, ſecundum eos, *collationem* notat: inde nomen inditum volunt hiſce fidei capitibus, quia Apoſtoli ſinguli ad hoc, velut ſpirituale epulum, indubitatum aliquod contulerint caput fidei Chriſtianæ. Sed parùm firmo tibicine nititur, quòd inde *Symbolum* hoc *Apoſtolicum* dici volunt, quia ab Apoſtolis ſit compoſitum. Nam *Apoſtolicum* dici potuit, quia compendium eſt doctrinæ Apoſtolicæ, ac præ Symbolis aliis verbis etiam gaudet Apoſtolorum & Evangeliſtarum. Hanc rationem affert Calvin. l. II. inſtit. c. XVI. ſect. XVIII: *Apoſtolicum autem Symbolum nuncupo, de auctore minimè ſollicitus. Apoſtolis certè magno veterum conſenſu adſcribitur; ſive quòd ab illis in commune ſcriptum ac editum exiſtimabant; ſive quòd compendium iſtud, ex doctrina per eorum manus tradita, bona fide collectum, tali elogio confirmandum cenſuerunt.* Beumlerus noſter, Hypotyp. Theol. l. III: *Appellatur* SympolumApoſtolicum, *vel* à cauſa *ejus* inſtrumentali, *Apoſtolis videlicet Chriſti, qui, ut nonnulli Patres volunt, à ſe invicem digreſſuri in totum mundum, ad prædicandum Evangelium, Symbolum hoc communi opera comportârunt, ut eſſet norma & regula omnis doctrinæ Evangelicæ: vel à* materia, *è qua confectum eſt, nempe ſcriptis Apoſtolicis.* Perkinſus in explicatione Symboli: *Quocirca* fidem Apoſtolicam *ideo potiùs dici opinor, quòd breviter complectatur ſumma capita religionis, quæ in ſcriptis Apoſtolorum proponuntur, quodq; Articuli fidei cum ipſorum conſentiant doctrina & profeſſione.* Ad hoc etiam inſtitutum facit, locus ille Cyrilli Jeroſ. Catecheſi XVIII. ubi *Symbolum Eccleſiæ Jeroſol. vocatur* ἐπαγγελία ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, *traditio ſanctæ & Apoſtolicæ fidei*, quia nimirum ex Apoſtolorum ſcriptis collectum, & cum eorundem doctrina conſentit. Euſeb. etiam Emiſſenus, vel potiùs Eucherius Lugdunenſis, Hom. I. de Symbolo, *Symbolum Apoſtolicum* non ab Apoſtolis quidem, attamen ab Eccleſiarum Patribus, ſcriptum ait. Quam etiam infirma ſit ratio ex *Symboli* appellatione depromta, ex iis, quæ de hac voce, in præcedentibus fusè dicta ſunt, ſatis manifeſtum eſt.

ב. *Alterum eorum argumentum eſt traditio majorum, & ſanctorum Patrum autoritas.* Si audimus Sixtum Senens. Biblioth. S. l. II. voce Apoſtolorum, *Omnes orthodoxi Patres affirmant, Symbolum ab ipſis Apoſtolis conditum.* Alios, idem ſentientes, vide proximè ſub lit. א. Ad hoc argumentum reſpondemus. Quando Rufin. in expos. Symboli: ait, *ita tradidiſſe majores*, Apoſtolos ejus Symboli eſſe autores, in eo plurium quidem ſequitur opinionem, non tamen id pro certa hiſtoria habet. Alioqui non poſtea diceret: *Cautiſſimè autem, qui Symbolum tradiderunt, etiam tempus, quo hæc ſub Pontio Pilato geſta ſunt, deſignaverunt; ne ex aliqua parte, velut vaga & incerta, geſtorum traditio vacillaret.* Quæ verba penſiculans Eraſmus, in ſuo ad Pariſienſium Cenſuram reſponſo ſcribit: *In media narratione non dicit, Apoſtoli, ſed qui Symbolum tradiderunt; velut incertus, à quibus id factum ſit.* Alia vide apud Voſſ. diſſert. I. de Symbolis Theſi XXIII. ubi de loco Auguſt. ex ſerm. CXV. de tempore, ſuprà allato.

ג. *Alii ab ipſis Apoſtolis Symbolum hoc conditum eſſe negant.* Teſtimonia aliquot virorum doctorum ſub lit. א. produximus. Addimus hîc alia. Cum Latini, in Concil. Florent. ſect. VI. c. VI. p. 150. affirmâſſent, *ab ipſis Apoſtolis conditum eſſe hoc Symbolum*, Græci reſponderunt: ἡμεῖς οὔτε ἔχομεν, οὔτε εἴδομεν σύμβολον τῶν ἀποστόλων. *Nos neque habemus, neque vidimus Symbolum Apoſtolorum.* Dubitat Polydor. Virg. l. V. de rerum Inventione, c. XIII. *Symbolum* collationem *ſignificat, quia Apoſtoli ſive Patres, in unum contuliſſent, quod unusquisq; de Deo ſenſerit.* Sunt & Eraſmi verba, in Præf. ad Lect. Paraphr. Matthæi: *Librum hunc concinnare cupio, non ex humanis lacunis, ſed ex fontib. Evangel. & Apoſtolicis literis, & ex Symbol. quod, an ab Apoſt. proditum ſit, neſcio.* At hæc ab Apoſtolis eſſe, diſertè negat Brentius in Catech. quod ei Serrar. exprobrat. Chamier. Panſtrat. l. IX. de Canone, c. X: *Eſſe ab Apoſtolis Symbolum ſic compoſitum, ſi non eſt falſum, certè, quod proximum falſo eſſe nemo negat, incertum eſt.* Lavaterus etiam noſter l. de Deſcenſu Chriſti ad inferos, negat ab Apoſtolis eſſe proditum. Vide etiam Rivetum, Cathol. orthod. tr. I. qu. IX. n. 14. Voetii diſput. de Symbolo Apoſtolico.

Verùm, ne cui temeraria hæc videatur aſſertio, rationes quasdam, eam corroborantes, audiamus.

1. Symbolum hoc non fuiſſe ab Apoſtolis concinnatum, eò adſtruimus, quòd ſi Apoſtoli, ſive ſoli, ſive unà cum CXX. viris; ſive item mox ab aſcenſione Chriſti, ſive decennio pòſt; illud feciſſent, non ipſi in Epiſt. aut Luc. in Act. Apoſtolicis, tanti rem momenti ſiluiſſent.

2. Quia ex tot hiſtoriæ Eccleſiaſt. ſcriptoribus ejus Symboli meminit nemo. At cui veriſimile fiat, eos, qui ſtudiosè adeò, & Synodorum & Antiſynod. & Conciliorum, quæ componere partes ſtuderent, & Confeſſiones ſcriberent; uti à Socrate, Theodoret. & aliis in negotio Ariano factum videmus; tam pertinaci ſilentio ſuppreſſuros rem omnium maximam? quomodo nempe fidei regulam, à Chriſto in cœlos aſcenſuro traditam, unanimi conſenſu explicuiſſent Apoſtoli, priusquam Jeroſol. ad gentes abirent. Præſertim ſi, ut ajunt, id fecere, partim ne ipſi, vel συνεργοὶ eorum, inter ſe poſtmodum diſſiderent: partim ut Eccleſiæ, quas fundarent, ſemper haberent normam, qua fideles ab infidelibus diſcernerentur.

3. Si Symbolum iſtud ab Apoſtolis eſſet confectum, omnibus quoque per totum orbem Eccleſiis fuiſſet traditum. Atqui ſi fuiſſet factum, nunquam ſanctis Patribus in mentem veniſſet tot *Symbola* ac *Confeſſiones* cudere, quæ perfectione multùm cederent *Symbolo*, quod *Apoſtolorum* vocatur. Quantò igitur veri ſimilius eſt,

propter-

Digitized by Google

propterea tam multos nova compoſuiſſe, ut plurimùm non æquè bona, quia illud plenius planiusque nondum exſtaret? Atq; hoc facilè largietur, qui ſciverit, primitus ſimplicem hanc formulam à baptizandis fuiſſe requiſitam: *Num crederent in Deum Patrem, Filium & Spiritum S.?* Ad quam Chriſtus ipſe, cùm prædicandi & baptizandi munus inſtitueret, præivit Matth. XXVIII. 19. At non licuit per hæreticos in ea ſimplicitate permanere. Hæreſibus igitur obortis, coacti ſunt addere alia, quibus Eccleſiæ doctrina ab hæretica, item Eccleſiæ alumni ab hæreticis, & eorum ſectatoribus, ſecernerentur.

4. Si Symbolum iis ſententiis, eo ordine, iſtis verbis, ab Apoſtolis eſſet compoſitum, atque ita Eccleſiæ Catholicæ traditum: non jam circa annum quadringenteſimum, pro diverſis Eccleſiis, diverſa fuiſſent Symbola; inque hac Eccleſia his, in alia aliis verbis, imò hic longè pluribus, alibi paucioribus multò ſententiis conſtitiſſet. De hac diverſitate ſat multa jam in ſuperioribus, n. II. 1. ubi de *Romanæ Eccleſiæ Symbolo Apoſtolico* actum. *Trium Symbolorum*, nempe *Aquilejenſis*, quod Rufin. expoſuit, *Romani*, ac *Orientalis* diverſitatem qui præterea deſiderat, adeat Cl. Voſſii diſſert. primam de Symbolis, theſi XXX. & ſeq. & ſine ullo inde colliget negotio, quandoquidem nec anno quadringenteſimo Symbolum hoc eo ipſo modo recitaretur: ſed quædam Eccleſiæ adderent, quæ in hoc Symbolo non leguntur; quædam aliter efferrent, quàm hic legitur, atq; etiam (quod ſaltem eas in Apoſtolico Symbolo facere reverentia prohibuiſſet) multa præterirent, quæ nunc in eo continentur: neutiquam illas hoc Symbolum pro tali habuiſſe, quod ſic ab Apoſtolis eſſet traditum.

γ. *Nec Symbolum, quod vocatur Apoſtolorum, confectum eſt ab ulla Synodo Oecumenica.* Si enim id eſſet, vel à Nicæna, vel à Conſtantinop. id fuiſſet factum; quæ ſolæ fuerunt ante annum quadringenteſimum; quo tempore jàm Symbolum hoc perfectionem ſuam propemodum erat conſecutum: ut ex Expoſit. Symboli à Rufino ſcripta patet; item illis ſermonibus, quibus Auguſtin. Symbolum interpretatur. Atqui nec à Nicæna eſt Synodo, nec à Conſtantinopolit. quia utraque proprium condidit Symbolum, verbis ſententiisque ab hoc Apoſtolico multùm diſcrepans. Accedit ad iſta, quòd Symbolum hoc integrum propè habebatur ante Synodum Conſtantinopolitanam: ac jam Rufini ætate, qui Synodi ejus tempore vivebat, antiquiſſimum credebatur.

δ. *Veri* ergo *hujus Symboli autores non poterunt alii ſtatui, quàm Epiſcopus & Cler. Roman.* Ratio eſt evidens: Quod Symbolum nec ab Apoſtolis, nec à Synodo ulla generali, factum eſt: adhæc, nec in Græc. nec in Orient. ullis Eccleſiis obtinuit; ſed in Eccleſia Romana; inq; ea tamdiu anno jam quadringent. perſonuerat, ut tunc traditio haberetur Apoſtolica; quod item ab Eccleſia Romana ad alias Occidentis Eccleſias derivatum conſtat; Orientis Eccleſiis alia interea Symbola uſurpantibus: id Symbolum ii compoſuerunt, qui Romanæ Eccleſiæ præeſſent. Atqui nihil non horum convenit Symbolo, quod *Apoſtolicum* vocatur. Romanæ igitur Eccleſiæ Epiſcopus, ac Presbyteri, illud condiderunt. Atque hæc omnia jam in præcedentibus demonſtrata ſunt.

2. eſt *Eccleſiarum Orientalium Symbolum.* De Orientalium Eccleſiarum Symbolo, iſta refert Rufin. *Orientis Eccleſiæ penè omnes ita tradunt: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. Et rurſum in ſequenti ſermone, ubi nos dicimus, Et in Jeſum Chriſtum, unicum Filium ejus, Dominum noſtrum: illi tradunt, Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, unicum Filium ejus.* Hic verò, illud inprimis obſervandum, apud Orientales duo extitiſſe Symbolorum genera: contractius unum; quod cum Romano & Aquilejenſi Rufinus contulit; fuſius & explicatius alterum.

α. *Contractius* fuit *Eccleſiæ Jeroſol. Symbolum* illud: Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ Συμβόλου τῆς πίστεως. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei. Et reliqua Symboli fidei.* Quemadmodum in Eccleſiæ Jeroſol. vetere Liturgia legitur, p. 13. Liturgiar. quæ B. Jacobo, ut primo ſedis illius habito Epiſcopo tribuitur, & in antiquitatis memoriam etiam adhuc Jeroſolymis; teſte Allat. diſſert. I. de lib. Eccles. Græcor. p. 16. ſemel quotannis celebrari dicitur. Et quia cætera, quæ ſequebantur, ut maximè tum nota, brevitatis causâ hic ſunt omiſſa, ut aliquo ea jactura reſarciatur modo, integram ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, *ſanctæ & Apoſtolicæ fidei* Confeſſionem: ut eam Cyril. Jeroſol. Catech. XVIII. Φωτιζομένων appellat, ſicut Jeroſol. à Cyril. φωτιζομένοις fuit explicata, ex Catecheſibus ipſius collectam, illius quâ caremus loco, ſubjicimus. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. Σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα καὶ ταφέντα. Καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσαντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός. Καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ παράκλητον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν. Καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia ſecula: incarnatum & hominem factum, crucifixum & ſepultum. Et tertia die reſurgentem ex mortuis, & aſcendentem in cœlos, & ſedentem ad dexteram Patris. Qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum S. Paracletum, qui locutus eſt per Prophetas. Et in unum Baptiſmum pœnitentiæ: in remiſſionem peccatorum: & in unam Catholicam Eccleſiam: & in carnis reſurrectionem: & in vitam æternam.*

Brevius aliquanto fuit *Alexandrinæ*, ut videtur, *Eccleſiæ* illud *Symbolum*, quod Arius, illius Eccleſiæ Presbyter, orthodoxum ſe ſimulans, Conſtantino Imper. obtulit. Ita autem illud habet apud Socrat. hiſt. Eccl. l. I. c. XXVI. p. 186. *b.* & apud Sozomen. l. II. c. XXVII. p. 32. *b.* Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα. Καὶ εἰς Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεγεννημένον, θεὸν λόγον, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, (pro his hæc habet Sozomenus, τὸν ἐλθόντα, καὶ σάρκα ἀναλαβόντα) καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, Et in Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus, ex eo ante omnia ſecula genitum, Deum Verbum: per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlis, & quæ in terra. Qui venit & incarnatus eſt, & paſſus, & reſurrexit, & aſcendit in cœlos, & iterum venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in ſanctum Spiritum. Et in carnis reſurrectionem, & in vitam futuri ſeculi, & in regnum cœlorum, & in unam Catholicam Dei Eccleſiam, quæ à finibus uſque ad fines eſt.*

β. *Fuſius & explicatius Symbolum.* Longioris Symboli partem maximam coram Synodi Ni-

Digitized by Google

cænæ Patribus recitavit Euſebius, Cæſarienſis in Palæſtina Epiſcopus; hoc priùs commendatam elogio; quemadmodum in epiſt. ad Cæſarienſes ſuos, ex Concilio ſcripta, ipſe confirmat; ut refert Socrates hiſt. Eccles. l.I. c.V. juxta alios, VIII. p. 175. *b.* Theodoret. hiſt. Eccles. lib. I. c. XI. pag. 553. Gelaſius Cycizenus, in Actis Conc. Nicæni part. III. c. XXXV: Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν Ἐπισκόπων καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν αὐτῷ τῷ πρεσβυτερίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτω καὶ νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν ὑμῖν προσαναφέρομεν. *Sicut ab Epiſcopis, qui ante nos fuerunt, accepimus, & in prima Catecheſi, & cùm Baptiſmi lavacrum ſuscepimus: & ſicut ex divinis ſcripturis didicimus, & ſicut in Presbyterio & in ipſo Epiſcopatu credidimus & docuimus: ſic etiam & nunc credentes, noſtram fidem verbis proponimus.* Fidei autem Confeſſio illa hæc erat, quemadmodum Autores nominati eam proponunt: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι᾽ οὗ καὶ ἐγένετο πάντα. τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύομεν καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſecula ex Patre genitum, per quem etiam omnia facta ſunt, Qui propter noſtram ſalutem incarnatus & inter homines converſatus, & paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, & aſcendit ad Patrem, & iterum venturus eſt in gloria judicare vivos & mortuos. Credimus & in unum Spiritum ſanctum.* Atque hanc Confeſſionem & Conſtantinus Imperator, & univerſi Patres Nicæni ſine ulla contradictione admiſerunt, ut teſtantur Socrates & Theodoretus, ubi ſuprà: ſed ad Arianæ hæreſeos, de qua tùm quæſtio erat; clariorem refutationem, ita etiam à ſe interpolatam Eccleſiis proponendam cenſuerunt: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. Τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri; per quem omnia facta ſunt, & quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit, incarnatus & homo factus eſt: paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, aſcendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum S.* Huic Symbolo additur anathema: *Eos autem, qui dicunt, Erat quando non erat, & priusquàm naſceretur non erat, & quod ex non exſtantibus factus ſit, & ex alia hypoſtaſi ſive eſſentia, dicentes mutabilem aut convertibilem Filium Dei, anathematizat ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Ita Patres in hoc Symbolo ultra Trinitatis confeſſionem hac vice non proceſſerunt: tum quòd Symboli pars ab Euſebio propoſita eò illos ducebat; tum quòd Ariana, quæ tunc agitabatur, controverſia nihil ampliùs requirebat. Quamobrem & Ariani Epiſcopi, qui, ut Nicænam hanc Fidem latenter ſubruerent, anno CCCXLI. in Antiochena ſynodo convenerunt, cùm ad caput illud perveniſſent, Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Credimus etiam in Spiritum ſanctum:* ſubdiderunt; referente Athanaſio, epiſt. de Synod. Arimini & Seleuciæ, & Socrate, hiſt. Eccl. lib. II. c. X. p. 194. *a*; Εἰ δὲ δεῖ προσθεῖναι, πιστεύομεν καὶ περὶ σαρκὸς ἀναστάσεως, καὶ ζωῆς αἰωνίου. *Si autem, ut hoc adjiciatur, opus ſit: Credimus & de carnis reſurrectione, & vita æterna.* Profeſſionem verò τοῦ ὁμουσίου, ab Antiochena illa ſynodo ſubdolè ſuppreſſam, ipſa Eccleſia Antiochena, ut σύνδεσμον τῆς πίστεως, *fidei vinculum,* breviori ſuo inſerendam curavit Symbolo; quod *ex ſcriptis Dei per Apoſtolos Dei conditum,* lib. VI. de Incarnatione Domini, c. IV. p. 65. affirmat Joan. Caſſian. & contra Neſtorium, c. VI. p. 67. ſic urget: *Licet omnium Eccleſiarum ſit, quia una omnium fides, peculiariter tamen Antiochenæ urbis atq; Eccleſiæ eſt, i. e. illius, in qua tu editus, in qua inſtitutus, in qua renatus es. Hujus te itaque perduxit Symboli fides ad vitæ fontem, ad ſalutis regenerationem, ad Euchariſtiæ gratiam, ad Domini communionem.* Priorem autem hujus Symboli partem ita Caſſianus, lib. eod. c. III. & IV. proponit: *Credo in unum & ſolum verum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem omnium viſibilium & inviſibilium creaturarum. Et in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium ejus unigenitum, & primogenitum totius creaturæ, ex eo natum ante omnia ſecula, & non factum, Deum verum ex Deo vero, homoouſion Patri. Per quem & ſecula compaginata ſunt, & omnia facta. Qui propter nos venit, & natus eſt ex Maria virgine, & crucifixus ſub Pontio Pilato, & ſepultus. Et tertia die reſurrexit ſecundum Scripturas, & in cœlos aſcendit, & iterum veniet judicare vivos & mortuos.* Et reliqua. Longiori verò Eccleſiarum Orientalium Symbolo omnia illa Nicænorum Patrum additamenta, apud Epiphanium, ſub finem Ancorati, p. 518. hunc in modum interpoſita leguntur: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. (Θεὸν ἐκ Θεοῦ,) Incluſa reſtituuntur ex priore Nicæna formula, & prolixiore illa, quæ ſtatim apud Epiphanium, pag. 519. ſequitur. Φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί. δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Τοὺς δὲ λέγοντας,

τας, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, ἢ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι ῥευστὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cœli & terræ, viſibiliumq; omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſecula, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt, & quæ in Cœlis & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de Cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu S. & Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas, & aſcendit ad Cœlos, & ſedet ad dexteram Patris; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus Regni non erit finis. Et in Sp. S. Dominum & vivificantem; qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & glorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et unam S. Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Exſpectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen. Eos autem, qui dicunt, Erat quando non erat, & priusquam naſceretur, non erat, vel quòd ex non exſtantibus factus ſit, aut ex alia hypoſtaſi ſive eſſentia, dicentes fluxum aut convertibilem eſſe Filium Dei, hos anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Hanc fidei formulam, ut ab Apoſtolis Eccleſiæ traditam, & à Nicænis Patribus promulgatam, laudat Epiphanius: ita ut ratione doctrinæ, in antiquo Orientalium Eccleſiarum Symbolo comprehenſæ, *Apoſtolica*; explicationis verò à CCCXVIII. Epiſcopis ſuperadditæ, *Nicæna* dici ea meritò poſſe videretur. Καὶ αὕτη μὲν ἡ πίστις, inquit Epiphanius ib. p. 518. παρεδόθη ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ πόλει, ἀπὸ πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, ὑπὲρ τριακοσίων δέκα τὸν ἀριθμόν. *Et hæc quidem Fides à ſanctis Apoſtolis tradita eſt, & in Eccleſia, civitate ſancta, ab omnibus ſanctis ſimul Epiſcopis, ſupra trecentos ac decem numero, præſcripta.* De cujus ſolenni recitatione, ſacræ Synaxeos tempore à Timotheo Conſtantinopolitano Archiepiſcopo inſtituta, in lib. II. Hiſtoriæ Theodori Lectoris Eclogis ita legimus: Αἰτηθεὶς ἐκ τῶν σπουδαίων αὐτοῦ Τιμόθεος, τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων τῆς πίστεως Σύμβολον καθ᾽ ἑκάστην Σύναξιν λέγεσθαι παρεσκεύαζεν, ἐπὶ διαβολῇ δῆθεν Μακεδονίου, ὡς αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ Σύμβολον, ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ἐν τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ τοῦ θείου πάθους, τῷ καιρῷ τῶν γινομένων ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου κατηχήσεων. *Ab amicis rogatus Timotheus, Symbolum Fidei CCCXVIII. Patrum per ſingulas Synaxes recitari curavit, ad reprehenſionem videlicet Macedonii, quòd ille Symbolum hoc non receperit: cùm antea ſemel tantùm in anno, in ſancto ſcilicet Paraſceve Dominicæ paſſionis, tempore, quo Epiſcopus catechizabat, recitatum eſſet.* Methodius verò in Chronico ſuo, pag. 80. hoc inſtitutum tribuit Martyrio, ſub Leone parvo, de eo ſic ſcribens: Πρῶτος ἐπενόησεν, ἐν πάσῃ συνάξει τὸ ἅγιον Σύμβολον τῆς πίστεως λέγεσθαι, πρότερον μὴ λεγόμενον, εἰ μὴ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ. *Primùm ſtatuit in qualibet Synaxi ſanctum Fidei Symbolum eſſe recitandum, quod antea non recitabatur, niſi ſemel in anno, in magno Paraſceve.* Ad longiorem formulam Symboli; ſaltem à Conſtantinopolitano Concilio aliquantulum imminutam; iſta ſpectare, tum quæ de Spiritu S. in ea habentur Macedonio adverſantia & repugnantia, tum uſus ad hunc uſque diem in Græcorum Eccleſiis receptus, planum faciunt. Sed & ab Occidentalibus conſimiliter Eccleſiis longius iſtud Symbolum & *Apoſtolicum* habitum, & *Nicænum* etiam nominatum fuiſſe, obſervare licet. Sic enim habet Ordo Romanus, in præfatione Symboli hujus recitationi præmiſſa, ante adminiſtrationem Baptiſmi: *Audite ſuſcipientes Evangelici Symboli Sacramentum, à Domino inſpiratum, ab Apoſtolis inſtitutum: cujus pauca quidem verba ſunt, ſed magna myſteria.* Et in ſacræ Cœnæ celebratione, Latina Miſſa, quæ circa annum DCC. in uſu fuit, de eodem adjicit, Miſſ. edit. Argentinæ, anno 1557. pag. 41: *Finito Symbolo Apoſtolorum, dicat Sacerdos: Dominus vobiſcum.* Symbolum autem hoc, quod in divinorum Myſteriorum adminiſtratione recitatur, à *Nicænæ* Synodi Patribus fuiſſe editum, Iſidorus Hiſpalenſis, de divinis officiis l. I. c. XVI. Alcuinus de divin. offic. c. LVI. Magiſter ſententiarum, l. I. diſt. XI. Alexander Halenſis, in ſummæ part. III. qu. LXIX. memb. V. confirmant: uti recentiores non commemorem, qui *Nicæni* nomen prolixiori huic Symbolo, cujus in officio ſacro uſus eſt communi ferè conſenſu tribuunt. De quo & Braccarenſis III. Concilii Epiſcopi, anno DCLXXV. *Hanc noſtræ fidei regulam ipſis verbis atq; ſententiis commemoranter prætexímus, quibus & in Conventu Nicæni Concilii declaratam eſſe ſcimus.* Unde & *à Nicæna Synodo Spiritum S. ex Patre ſolùm procedere traditum* refert, in lib. II. περὶ φύσεων, Johannes Erigena. Ita enim ex Græco rectè ille retulit, licèt Braccarenſes, recepto tum apud Hiſpanicas Eccleſias more, *Filii* etiam mentionem Symbolo hic adjecerint. Quibus omnibus inter ſe collatis, id inde colligi poſſe videtur, Nicænos Patres primæ Symboli parti, ab Euſebio ex vetere formula primùm propoſitæ, & ab eis pleniùs explicatæ, alteram deinde quæ ſupererat, partem adjunxiſſe: vel eorum potiùs primarios aliquos, poſt ſolutum Concilium, id ipſum effeciſſe. Sanè in ea quidam ſunt ſententia & opinione, vetera Orientalium Eccleſiarum Symbola in ſimplici perſonæ *Spir. S.* confeſſione fuiſſe terminata; illius verò amplificationem capituli, & quæ de Eccleſia & beneficiis ad eam ſpectantibus ſequuntur omnia, à Patribus ſecundæ Synodi Oecumenicæ, Conſtantinopoli anno Chriſti CCCLXXXI. habitæ, primùm fuiſſe addita. Sed ſi paulò diligentiùs conſideremus tempus, quo Cyrillus Jeroſolymitanus ſuas habuit Cateches & Epiphanius Ancoratum conſcripſit, rem aliter habere deprehendimus. Cyrillum enim in adoleſcentia ſua Catecheſes compoſuiſſe in ſuo ſcriptorum Catalogo docet Hier. annis quidem LXX. poſt exortam Manetis hæreſin, ut in Catecheſi VI. ipſe Cyrillus indicat: ante annum nimirum Domini CCCL. quo ex Catecheta Epiſcop. Jeroſolym. eſt factus. Atqui Apoſtolicæ fidei Symbolum, quod ille explicat, non in *Spiritu S.* ſed in *vita æterna* articulo finem accipit: quod & ipſe verbis illis Catecheſeos XVIII. planè confirmat: Ταῦθ᾽ ἡμῖν τέως καὶ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς εἴρηται συμμέτρως, ἥτις ἐστὶ τῶν ἐπαγγελλομένων ἐν τῇ πίστει τὸ τελευταῖον δίδαγμα καὶ τέλος. *Hæc de vita æterna dicta ſunt hactenus: quod eſt eorum, quæ profitemur in Fide, ultimum documentum atq; terminus.* Ancoratum verò à ſe ſcriptum expreſſè notat Epiphan. anno Diocl. XC. Valentiniani & Valentis X. Gratiani VI. Gratiano Auguſto III. & Equitio Conſulibus, Indictione II. h. e. Chriſtianæ epochæ anno CCCLXXIV. Et tamen longius illud Symbolum jam propoſitum (quod Conſtantinopolitano Concilio vulgò tribuitur) ut ab Apoſtolis acceptum, & à Nicænis Patribus prædicatum, ille recitat: hujusmodi ad fideles omnes adhortatione præfixa, pag. 518: Μὴ διαλείπητε, οἱ πιστοὶ καὶ ὀρθόδοξοι, ταύτην τὴν ἁγίαν πίστιν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, ὡς παρέλαβεν ἡ ἁγία

Digitized by Google

ἁγία καὶ μόνη παρθένος τοῦ θεοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τοῦ Κυρίου φυλάττειν, καὶ οὕτως ἕκαστον τῶν κατηχουμένων τῶν μελλόντων τῷ ἁγίῳ λουτρῷ προσιέναι (διδάσκειν.) *Pergite, ô fideles & orthodoxi viri, ſanctam hanc Eccleſiæ Catholicæ conſervare Fidem, quemadmodum ſancta & ſola Dei Virgo à ſanctis Domini Apoſtolis accepit: atque ita Catechumenis omnibus, qui ad Baptiſmum acceſſuri ſunt, inculcate.* Et quia ipſius tempore, anno videlicet illo Diocletiani XC. novæ pullularunt hæreſes: ut illis occurreretur, Nicænorum Epiſcoporum exemplo (qui ad Arianæ hæreſeos, nuper exortæ, condemnationem antiquum Eccleſiæ Symbolum novo auctario locupletarunt) ἀκολούθως, ut ille loquitur, τῇ τῶν ἁγίων ἐκείνων πατέρων προτεταγμένῃ πίστει, ipſo Nicæno quoque Symbolo pluribus in locis interpolato, prolixiorem adhuc Fidei typum toti Catholicæ Eccleſiæ, iisque *maximè, qui ad ſacrum lavacrum eſſent acceſſuri*, μάλιστα τοῖς τῷ ἁγίῳ λουτρῷ προσιοῦσι, commendavit. Septem poſt editum novum illum typum annis, Conſtantinopolitana generalis Synodus; ut eſt in Epiſt. Synodica Concilii Conſtantinopolitani, apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. l. V. cap. IX; *Nicænam Fidei formulam*, non ſolùm ut πρεσβυτάτην, *antiquiſſimam* (utpote non ab ipſis ante annos LVI. primùm conſcriptam, ſed ex Symbolo, ab ultima antiquitate in Eccleſia recepto, expreſſam & explicatam) retinendam eſſe ſtatuit: ſed etiam, ut ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, ſive Baptiſmatis ritui maximè conſentaneam. Unde in ea *baptizatos ſe & baptizare*, Conciliorum, Tyri Jeroſolymis & Conſtantinopoli, Anno DXVIII. habitorum, profitentur Epiſcopi. Ita enim Nicænæ Synodi Fidem ſuſcipere ſe teſtantur Tyrii Patres, Act. V. Concilii Conſtantinop. ſub Menna pag. 699. Τὸ παρ' αὐτῆς ἐκτεθειμένον ὀρθόδοξον σύμβολον ὁμολογοῦμεν ἐν παῤῥησίᾳ, καὶ κηρύσσομεν ἐπ' ἐκκλησίας ἐν αὐτῷ βαπτισθέντες, καὶ βαπτίζοντες. *Symbolum orthodoxum, quod ab ea expoſitum eſt, confitemur cum fiducia, & prædicamus in Eccleſia, in ipſo baptizati, & baptizantes.* Et quatuor generales Synodos, Jeroſolymitani, ib. pag. 692. 693. Τουτέστι τῶν τιη ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσωνύμου, τῶν ἐκθεμένων τὸ ἅγιον σύμβολον, εἰς ὃ ἐβαπτίσθημεν καὶ βαπτίζομεν. καὶ τὴν τῶν ρν τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ Εὐνομίου τοῦ πνευματομάχου, τὸ εἰρημένον σύμβολον βεβαιωσάντων. καὶ τὴν τῶν διακοσίων τῶν ἐν Ἐφέσῳ τῶν καθελόντων Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην, τὸ δὲ αὐτὸ ἅγιον σύμβολον περιπτυξαμένων· καὶ τὴν μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον τῶν χλ, τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων, καὶ βεβαιωσάντων καὶ κρατυνάντων τὸ αὐτὸ ἅγιον σύμβολον. Symbolum videlicet *CCCXVIII. ſanctorum Patrum Nicææ congregatorum contra impium Arium; exponentium ſanctum Symbolum, in quo baptizati ſumus ac baptizamus. Et CL. ſanctorum Patrum contra Eunomium, Spiritus ſancti impugnatorem, qui prædictum Symbolum confirmaverunt. Et CC. Patrum Epheſi, qui Neſtorium, hominis cultorem, depoſuerunt, qui etiam idem ſanctum Symbolum amplexati ſunt. Ad magnam & œcumenicam Synodum DCXXX. Patrum Chalcedone congregatorum; qui etiam idem ſanctum Symbolum confirmarunt, & comprobarunt.* Et Conſtantinopolitani in eandem ſententiam pag. 688. Τὸ ἅγιον σύμβολον, ἐν ᾧ πάντες ἐβαπτίσθημεν, ἐξεφώνησεν ἡ ἐν Νικαίᾳ σὺν ἁγίῳ πνεύματι σύνοδος, καὶ ἐκύρωσεν ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων πατέρων συνέλευσις, καὶ ἐβεβαίωσεν ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἁγία σύνοδος, καὶ ἐπεσφράγισεν ὁμοίως ἡ ἐν Καλχηδόνι μεγάλη ἁγία σύνοδος. *Sanctum Symbolum, in quo omnes baptizati ſumus, cùm ſancto Spiritu Nicæna Synodus pronunciavit, & ſanctorum Patrum Conſtantinopoli congregatio confirmavit, & ſancta Synodus Epheſina corroboravit, & ſancta magna Synodus Chalcedonenſis ſimiliter obſignavit.* De quo & Baſiliſci edicta, apud Evagrium, libr. III. cap. IV. & VII. conſuli poterunt. Ad hujus verò tantopere laudati Symboli explicationem & ampliorem confirmationem, ſecundi illius œcumenici Concilii Conſtantinopolitani Patres proprium Tomum ediderunt: in quo, ut Theodoretus, hiſt. lib. V. cap. IX. p. 717. Patrum hujus Concilii verba adducit, πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, καὶ τῶν ἔναγχος καινοτομηθεισῶν αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν πεποιήκαμεν, *uberius Fidei confeſſionem expoſuimus, & contra novitates hæreſium nuper exortas anathema ex ſcripto protulimus:* quod ipſi in ſynodica ſua epiſtola confirmant. Quò referendum, quod in quarti etiam œcumenici Concilii Chalcedonenſis Synodica, in Conc. Chalced. Act. V. & apud Evagrium, l. II. c. IV. pag. 134. legitur: Ἡ παροῦσα νῦν ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα, ὥρισε προηγουμένως τῶν τριακοσίων καὶ δέκα ὀκτὼ ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον. καὶ διὰ τοὺς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἑκατὸν πεντήκοντα συνελθόντων πατέρων περὶ τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν κυροῖ· ἣν ἐκεῖνοι πᾶσιν ἐγνώρισαν, οὐχ ὥς τι λεῖπον τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν, κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων, γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες. *Præſens ſancta magna & univerſalis Synodus, prædicationem ab initio immobilem docens, decrevit ante omnia, Fidem integram & intemeratam permanere CCCXVIII. ſanctorum Patrum: & confirmat doctrinam, quæ de ſubſtantia Spiritus ſancti à Patribus CL. poſtea congregatis in regia civitate tradita eſt, propter illos, qui Spiritui ſancto repugnabant; quam illi notam omnibus fecerunt, non quaſi aliquid deeſſet, prioribus adjicientes, ſed ſuam de ſancto Spiritu mentem, contra illos, qui dominationem ejus abolere tentarunt, Scripturarum teſtimoniis declarantes.* Hunc locum ob oculos habuit Juſtinianus Imperator in VII. Lege Cod. de ſumma Trinitate & fide Catholica, ad Epiphanium, Conſtantinopolitanum Patriarcham, ut etiam legitur in Balſamonis Collect. Conſtitut. Eccles. ex lib. I. Cod. Bibliothec. Juris Canonici p. 1240. eundem in modum ſcribens: Τὸν πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν τοῖς πιστοῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως, τουτέστι, τὸ ἅγιον μάθημα, ἤτοι σύμβολον, κρατοῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων ἐκτεθέν· ὅπερ καὶ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν' ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν. οὐχ ὡς ἐλλειπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ θεοῦ λόγου ἠρνήσαντο. Διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις τὸ αὐτὸ ἅγιον μάθημα οἱ εἰρημένοι ἅγιοι ρν'. πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν. *Omnibus conſtat, qui nobiſcum ſunt, nos ſanctæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ fidelibus traditam fidei definitionem, hoc eſt, ſacroſanctum documentum ſive Symbolum, retinere atque cuſtodire, à CCCXVIII. ſanctis Patribus expoſitum: quod etiam congregati hac in urbe Imperatoria CL. ſancti Patres explanatione adhibita declararunt: non quòd aliquid ei deeſſet, ſed ea de cauſa, quòd veritatis hoſtes partim Spiritus ſancti divinitatem reprobare conati eſſent, partim veram Dei Sermonis incarnationem, ex ſancta, perpetua virgine, Deipara Maria negâſſent. Idcirco Scripturæ teſtimoniis ſacroſanctum hoc documentum indicati CL. ſancti Patres*

Digitized by Google

tres explanatione adhibita declararunt. Atqui in *Symbolo*, tantum abeſt ut Scripturæ teſtimoniis divinitas Spiritus ſancti confirmetur, ut ne expreſſis quidem verbis affirmetur, ſed ex appoſitis characteribus colligenda relinquatur. Quod ab Elia Cretenſi, in Greg. Nazianzeni Orat. LII. ſive epiſtolam ſecundam ad Cledonium, eſt obſervatum: ubi quod in Nicæno Symbolo (in quo a. agnoſcit Elias Spiritum ſanctum dictum fuiſſe *vivificum Dominum, ex Patre procedentem, atque cum Patre & Filio ſimul glorificandum*) ἐλλιπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὸ μηδὲ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, *minùs plenè de Spiritu ſancto dictum fuiſſe, propterea quòd hæc quæſtio nondum mota fuerit,* Gregorius notaverat, ſuppleviſſe illum docet, *divinitatem* Spiritus ſancti ſimpliciter & apertè profitendo. Verùm qui attentiùs conſideraverit, tum Athanaſium in fine epiſtolæ ad Africanos, tum Baſilium in epiſtola LX. Eccleſiæ Antiochenæ ſcripta, & LXXVIII. quâ continetur ἀντίγραφον πίστεως, *exemplum fidei, quam Baſilius M. prædicavit;* atque ipſum etiam Epiphanium, ſub finem hæreſeos LXXIV. pag. 385. hanc eandem omiſſæ in Nicæno Symbolo mentionis Deitatis Spiritus ſancti rationem reddentes, illud ſolum reſpexiſſe, quod ſimpliciter *in ſanctum Spiritum* credere nos docet: à Gregorio aliud quàm brevius illud Symbolum fuiſſe intellectum, vix credet. Horum enim teſtimoniorum & Athanaſianæ de Fide ad Jovianum Imp. epiſtolæ autoritate præcipuè motus, eam potiùs ſententiam amplectetur, quæ ampliorem illam in Ancorato propoſitam fidei formulam poſt conſeſſum Nicænum, licet ante initum Conſtantinopolitanum, editam fuiſſe cenſet.

Cùm primam igitur longioris Orientalium Symboli partem Nicæni Patres explicationibus ex veteris Eccleſiæ ſenſu petitis (à cujus Doctoribus ipſum Ὁμοουσίου vocabulum receptum fuiſſe docemus in voce ὁμοούσιος, num. II.) ſic amplificaſſent: vel ipſorum aliqui, vel qui inſignem in Eccleſia adepti ſunt autoritatem alii, non diu poſt & illam ipſam Nicænorum & reliquam quæ ſuperfuerat partem, collatis tam Romanæ quàm Orientalium Eccleſiarum Symbolis, eo videntur ſuppleviſſe conſilio, ut uno quaſi intuitu omnium ſimul Eccleſiarum Fidem conſpiciendam exhiberent. Indéque factum, ut, cùm in Nicæna formula haberetur tantùm, Καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, & in Jeroſolymitana illa Cyrilli præterea, τὸ παράκλητον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν: in hac, ex aliis, adjecta fuerint & iſta, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, quod ante Conſtantinopolitanam ſynodum factum fuiſſe, ex Epiphanii Ancorato jam confirmatum eſt. Ut non temerè Nicephoro Calliſti fides ſit adhibenda, hiſt. Eccleſ. l. XII. c. XIII. hoc de illis referenti: Τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος δόξαν, ὡς ἰσότιμον καὶ ὁμόδοξον τῷ πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, τῷ θείῳ συμβόλῳ τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως προσετίθεσαν, τοῦ Νύσσης Γρηγορίου τὸ λεῖπον τῷ ἱερῷ συμβόλῳ ἀναπληρώσαντος. *Sacroſancti Spiritus gloriam, ut ſimilem atque æqualem Patri & Filio, divino Nicænæ fidei Symbolo adjecerant; Gregorio Nyſſeno id, quod illi deeſſet, ſupplente.* Sive Nyſſenus is fuerit, qui prolixius illud Symbolum coagmentaverit, quod Conſtantinopolitanum Concilium, pauculis; ut videbimus; inde detractis, ſuum poſtea fecerit: ſive in Conſtantinopolitanorum *Tomo* illo; in quo prolatis ſcripturæ teſtimoniis, Spiritus ſancti Deitatem luculenter comprobatam fuiſſe audivimus; componendo ejus operam adhibuerit; quem cum *Symbolo* deinde Nicephorus per errorem aliquem confuderit. Neque primus tamen ille fuit, qui à Conſtantinopolitano Concilio Nicænæ formulæ eam acceſſionem primùm adjunctam fuiſſe retulit. Senſit id ante illum; ut de poſterioribus taceam; Hugo Etherianus in libro contra Græcos III. cap. XVI. Rathramnus Corbeienſis, lib. contra eosdem II. Nicetas Choniates l. VI. Theſauri ſui. Photius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in Nomocanone: præcipuè verò Photius, Tyriorum epiſcopus, in Conciliorum Synopſi, quam Chriſtiani Ravii beneficio ex Oriente adepti ſunt Angli. Is enim; referente Uſſerio; cùm Patres Nicænos Symbolum fidei expoſuiſſe priùs dixiſſet usq; ad Capitulum illud, Καὶ εἰς πνεῦμα τὸ ἅγιον, de Conſtantinopolitanis poſtea ſuo loco addidit: Τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκράτυναν, καὶ θεὸν ἀληθινὸν, καὶ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκήρυξαν, προθέντες τῷ προεκτεθέντι ἐν Νικαίᾳ τῆς πίστεως συμβόλῳ καὶ ταῦτα. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Καὶ οὕτως ἀναπληρώσαντες τὸ σύμπαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σύμβολον τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασι. *Orthodoxam fidem confirmarunt & Spiritum ſanctum quoque verum Deum, & conſubſtantialem Patri prædicarunt, addentes prædicto Nicænæ fidei Symbolo & iſta.* Et in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit, & cum Patre & Filio adoratur & glorificatur, qui per Prophetas locutus eſt. In unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſeculi. Amen. *Atque ita Fidei orthodoxæ Symbolum complentes, Eccleſiæ tradiderunt.* Non animadverterat utique Photius, ante Concilium Conſtantinopolitanum iſta omnia ab Epiphanio in Ancorato αὐτολεξεὶ fuiſſe repetita; nec aliud quicquam conſideraverat, quàm quod in Chalcedonenſis, cui interfuit, Concilii actione II. & V. Nicænæ & Conſtantinopolitanæ Synodi Symbola, eo quo ab ipſo propoſita ſunt modo, diſtinctè recitata audiviſſet. Quod tamen à Concilio illo rectè fuiſſe factum nemo dubitavit, qui conſideraverit Conſtantinopolitanos Patres ampliorem illam fidei formulam, non ſynodica ſolùm autoritate ſua, ut verè Catholicam, ab Eccleſiis omnibus recipiendam decreviſſe: verùm etiam ex ea Nicæni Symboli parte, quæ ipſi habebatur inſerta, non integram (uti ab Epiphanio recitatum legimus) retinuiſſe, ſed, brevitatis causâ, tria commata reſecuiſſe, atque ea ratione ſuam quodammodo illam effeciſſe. Si enim hæc ipſa Conſtantinopolitana formula, duabus aucta particulis, ita *nova* (quemadmodum in libro de Proceſſione Spiritus ſancti Anſelmus voluit) cenſenda fuerit; ut jam non tam *Conſtantinopolitani* nomen, quàm *Symboli fidei, quo Romana Eccleſia utitur,* in Tridentini Concilii ſeſſione III. ſuo quaſi jure obtinuerit: quidni & alter ille Typus, tribus ſuis membris ita diminutus, in Conſtantinopolitani nomen pariter potuiſſet concedere?

Tria verò illa, quæ Conſtantinopolitani Patres, ſine ullo incommodo, prætermitti potuiſſe putaverunt, quòd δυνάμει & virtute in reliquis continerentur hæc fuerunt. 1. θεὸν ἐκ θεοῦ. *Deum de Deo:* quia mox ſequebatur, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. *Deum verum de Deo vero.* 2. τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. *Et quæ in Cœlis, & quæ in terra:* quia ſtatim præceſſerat, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. *Per quem omnia facta ſunt.* 3. Illa generationis Filii explicatio; τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, *hoc eſt, ex ſub-*

ſtantiæ Patrū: quòd in ὁμουσίῳ vocabulo illud ſufficienter comprehendi crederent. Aliud enim quid quàm ςυνέσιον, ut rectè in Ancorato ab Epiphanio eſt obſervatum, quod propriè *conſubſtantiale* eſt vox iſta denotat: atque unius & ejusdem individuæ ſubſtantiæ Patrem & Filium eſſe ita plenè ſignificat; ut ſolo τὸ ὁμοούσιον φρονοῦντων, vel θρησκευόντων titulo ab Arianis orthodoxi ſecernerentur; ut in voce ὁμοούσιος, num. II. ex antiquitate ſufficienter demonſtravimus. De adjectione ad Conſtantinopolitanam fidei formulam, in proceſſione Spiritus ſancti, à Patre, *Filioq;*, ſatis multa in voce Ἐκπόρευσις, num. II. quò etiam Lectorem volumus ablegatum. Atque hæc de Symbolis dicta ſufficiant; qui plura, & nominatim etiam, quæ ad *Symbolum Athanaſianum* ſpectant, cognoſcere cupit, adeat viros clariſſimos, Uſſerium & Voſſium.

Συμμετριάζω.

Non habent Lexica. Idem ſignificat, quod συγκαταβαίνω, de quo ſuo loco fusè actum. Cyrillus Alexandr. lib. V. cap. V. in Johannem, pag. 532. de Chriſto: Συμμετριάσας οἰκονομικῶς ἐξίησι τὸν λόγον. *Singulari conſilio ſermonem auditorum captui accommodat.* Pro ἐξίησι ſine dubio legendum διέξεισι.

Σύμμετρος.

Veteres Gloſſæ: Σύμμετρος, *modicus*. Suidas: Σύμμετρα, τὰ τῷ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμενα· καὶ τὰ οἰκεῖα ἑκάστῳ καὶ ἀρκοῦντα, ἢ κατὰ τὸ πλῆθος, ἢ κατὰ τὸ μέγεθος, ἢ κατὰ ποιότητα, καὶ κατὰ τὰς δυνάμεις τὸ ἀνάλογον ἔχοντα. Σύμμετρα ſunt, *quæ eadem menſura metimur, & quæ cuique conveniunt, & ſufficiunt, vel multitudine, vel magnitudine, vel qualitate, & quæ ſecundùm facultates proportionem habent.* *Conveniens, aptum, accommodatum*, dicitur σύμμετρον. Ita Theodoretus apud Oecumenium, in c. VI. ad Romanos, p. 293. dicit: Ὁ Θεὸς σύμμετρα τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν νομοθετεῖ. *Deus infirmitati noſtræ accommodata præcipit.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. VIII. lib. I. pag. 3. Σύμμετρον χρὴ εἶναι τὸν τῆς ἀσκήσεως πόνον. *Modicum & convenientem exercitationis laborem eſſe decet.* Et Epiſt. XLV. lib. II. pag. 140: Σύμμετρος ἔστω τῆς ἀρετῆς ὁ πόνος, ἵνα μὴ ἄμετρος γένηται τῆς μεταβολῆς ὁ τρόπος. *Modicus & conveniens ſit circa virtutem labor, ne immodicus ſit mutationis modus.* Chryſoſtomus, Homil. XVI. in Acta, pag. 704: Πανταχοῦ τὸ μὲν σύμμετρον ποθεινὸν, τὸ δὲ ἄμετρον οὐκέτι. *Ubiq; congruentia & æqualitas, deſiderabilis eſt, exceſſus vero non item.* Idem, Homil. V. de Incomprehenſibili, t. VI. p. 416: Ἡ ἀμετρία πανταχοῦ βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς, καὶ τὸ σύμμετρον ἡδὺ, καὶ χρήσιμον ἡμῖν, καὶ προσηνές. *Quicquid modum excedit, illud ubiq; grave & moleſtum eſt: & modicum eſt ſuave nobis, utile, & acceptum.* Huc pertinet illud ejusdem, Homil. XI. in Geneſ. Πανταχοῦ ἡ συμμετρία καλόν. *Modus ubiq; bonus eſt.* Idem, Homil. I. de ſtatuis: Οἶνος φαρμακόν ἐστιν ἄριστον, ὅταν τὴν συμμετρίαν ἔχῃ ἀρίστην. *Vinum, optimum eſt medicamentum, ſi moderatiſſimè ſumatur.* Theodoretus in Pſal. CXXXV: Οὐ τῇ δυνάμει σύμμετρα τὰ γενόμενα, ἀλλὰ τῇ βουλήσει. *Res creatæ non reſpondent potentiæ Dei, ſed voluntati.* Et in Pſal. CXIV: Σύμμετρον ἔχει τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν. Deus *habet potentiam voluntati reſpondentem, æqualem.*

Συμμορφίζω.

Lexica hoc compoſitum omittunt. Μορφίζω eſt *formam mentior, formam concilio.* Συμμορφίζω, *conformem facio, eandem formam induco.* Συμμορφίζομαι, *conformis fio.* Baſilius M. Homil. XXII. quæ eſt de Humilitate, pag. 549: Καυχᾶται Παῦλος ἐπὶ τῷ καταφρονῆσαι τῆς ἑαυτοῦ δικαιοσύνης, ζητεῖν δὲ τὴν διὰ Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει, τοῦ γνῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφιζόμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴπως καταντήσῃ εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. *Gloriatur in eo Paulus, quòd ſuam ipſius juſtitiam contemnat, ſectetur autem juſtitiam per Chriſtum, quæ ex Deo eſt in fide, ut cognoſcat ipſum & potentiam reſurrectionis ipſius, & ſocietatem paſſionum illius, configuratus morti ejus, ſi quo pacto ad mortuorum reſurrectionem pertingat.* Reſpicit ad verba Apoſtoli, quæ leguntur ad Philipp. III. 9. 10. 11. ubi pro συμμορφιζόμενος eſt συμμορφούμενος.

Συμπαρομαρτέω.

Συμπαρομαρτέω, *comitor, aſſector.* Onomaſticon Latino-Græcum, *Comitor*, συμπαρομαρτέω. Heſychius exponit per συνακολουθέω, *ſimul ſequor.* Clemens Alexand. ſtromat. lib. II. p. 378: Ἡ φιλανθρωπία, δι᾽ ἣν καὶ φιλοστοργία, φιλικὴ χρῆσις ἀνθρώπων ὑπάρχουσα· ἥτε φιλοστοργία, φιλοτεχνία τις οὖσα περὶ στέρξιν φίλων ἢ οἰκείων συμπαρομαρτοῦσιν ἀγάπῃ. *Humanitas, per quam fit bona affectio, quæ eſt amicus uſus hominum, & bona affectio, quæ eſt quoddam amicitiæ artificium circa amicorum vel neceſſariorum dilectionem, comitantur charitatem.* Cyrillus Alexandr. in cap. III. Amoſi, pag. 287: Τὰ μὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μικρά τέ ἐστι, καὶ πρόσκαιρα, καὶ οὐδαμόθεν ἔχει τὸ βέβαιον εἰς ἀσφάλειαν· τὰ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ μένει, καὶ σώζεται, καὶ τοῖς ἀπεράντοις αἰῶσι συμπαρομαρτεῖ. *Quæ quidem in hoc mundo exiſtunt, ea parva ſunt, & temporaria, nullamq; ſtabilitatem ad præſtandam ſecuritatem habent: quæ verò in Cœlis ſunt, ea manent & ſervantur, infinitatiq; ſeculorum ſeſe æquant.*

Συμπένθερος. Συμπενθερία.

Πενθερὸς eſt *ſocer*, συμπένθερος *conſocer.* Codinus: Ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἦν ὁ συμπένθερος τοῦ βασιλέως. *Caniclei præfectus erat conſocer Imperatoris.* Hinc συμπενθερία. Marcus Patriarcha Alexandrinus, quæſt. XLVI: Ἡ συμπενθερία τῶν συντέκνων μέχρι πόσου βαθμοῦ κωλύεται; Balſamon ad quæſt. XLVII. ejusdem Marci: τὴν ἐξ ἀγχιστείας ἢ συμπενθερίας συγγένειαν μετὰ τὸν ἕκτον βαθμὸν ἀπόλλυσαι.

Συμπλάττω.

Συμπλάττειν aliquando pro ſimplici πλάττειν poni, & ſignificare *fingere*: aliquando *confingere, comminiſci*, ψεύδεσθαι, ut Heſychius exponit, ex vulgatis notum eſt Lexicis. Eundem verò nonnunquam habere uſum, quem verbi συγκαταβαίνειν eſſe demonſtravimus, id verò minùs obvium. Sic autem uſurpatum invenio à Cyrillo Alexandr. l. V. c. V. in Joh. p. 520. ad v. 28. cap. VIII. de Chriſto: Ὑφελὼν τῆς θεοπρεποῦς ἀξίας τὸ πλέον, καὶ πολὺ τῇ ἐπὶ τούτῳ λαμπρότητι ἀναμφιέσας τὸν λόγον, ταῖς τῶν ἀκροωμένων ἀσθενείαις εὖ μάλα συμπλάττεται: *ſubtra-*

Digitized by Google

ſto verborum ſplendore, qui divinæ dignitati debetur, auditorum infirmitati ſe cum primis accommodat.

Σύμπλευρος.

Non habent Lexica. Epiphanius, in Ancorato, pag. 478. de Abiſag, Davidi in ſenio data, ut dormiens in ſinu ejus, calefaceret eum: Καὶ οὐκ ἔγνω αὐτὴν Δαυίδ, τὴν σὺν αὐτῷ, τὴν σύσσωμον καὶ σύμπλευρον. *Et non cognovit ipſam David, quæ cum ipſo erat, corpuſque applicuerat & collateralis erat.*

Συμφυῶς.

Συμφυὴς, ut Heſychius & Suidas explicant, eſt ὁμοφυὴς, συγγενὴς, *ejusdem naturæ, cognatus.* Hinc συμφυῶς, quod quidem Lexica afferunt, ſed nullo autore nominato, q. d. *congenitè, more eorum quæ congenita ſunt: connaturaliter.* Uſurpatur in divinis. Cyrillus Alexandr. lib. I. in Joh. cap. V. pag. 46. *Confitemur,* πατέρα ἐν υἱῷ, ὡς ἐν ὁμοουσίῳ γεννήματι, συμφυῶς μὲν, κατὰ δὲ μόνην τὴν ἑτερότητα τοῦ εἶναι, καὶ νοεῖσθαι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ μεμερισμένως. *Patrem in Filio, tanquam in conſubſtantiali genimine, connaturaliter quidem, ſed ſola ratione, qua Pater eſt & intelligitur, diſtinctum.* Ibid. Μένει γὰρ ὁ πατὴρ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, κἂν ὑπάρχῃ συμφυῶς ἐν υἱῷ, καθάπερ εἶναί φαμεν ἐν τῷ ἀπαυγάσματι τὸν ἥλιον. Καὶ πάλιν ὁ υἱὸς οὐχ ἕτερόν τι, παρ' ὅπερ ἐστὶ, νοηθήσεται, κἂν ὑπάρχῃ συμφυῶς ἐν πατρὶ, καθάπερ ἐν ἡλίῳ τὸ ἀπαύγασμα αὐτοῦ. *Manet enim Pater id quod eſt, etiamſi connaturaliter in Filio exiſtat, quemadmodum ſplendorem in ſole eſſe dicimus. Et iterum Filius, non aliud quid eſſe intelligetur præter id quod eſt, etiamſi connaturaliter in Patre exiſtat, quemadmodum in ſole ſplendor ejus.*

Συμψέλλιον.

Συμψέλλιον nihil aliud eſt, quàm Latinorum *ſubſellium* apud Græcos recentiores: illi enim μ & π in vocabulis peregrinis ſæpenumero interſerunt, ut videre eſt in Ἀμβακὼμ, Σαμψὼν, & ſimilibus. Uſus hac voce Epiphanius, Hæreſi LVIII. quæ eſt Valeſiorum, pag. 213: Ἀρπάζουσι γὰρ τοὺς τοιούτους ἔνδον, καὶ ἐπὶ συμψελλίοις δήσαντες, μετὰ ἀνάγκης τὸ χειρότευκτον ἐργάζονται τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. Janus Cornarius interpretatur: *Abripiunt enim tales intus, & vinculis alligatos per vim caſtrant.* Eodem modo Petavius, ad marginem, *vocem iſtam ſibi quidem obſcuram*; in Animadvers. *vel depravatam, vel ignotam ſibi* profeſſus. Tu interpretare: *Hosce enim intus correptos, ubi ad ſubſellia alligaverint, membrorum mutilationem illam manu violenta exequuntur.* Συμψέλλιον enim nihil aliud eſt quàm Latinorum *ſubſellium.* Latinis autem vocabulis ſæpè utitur Epiphanius, cujusmodi ſunt λαβίκιον & παλλίον, hæreſi LXVIII. κωμητατον, ibid. κούρρικον, pro *curru,* hæreſi LXXIX. φόρον, *forum,* hæreſi LXXX. Legitur etiam apud Athanaſium. Locum producimus in voce Βῆλον. Legitur etiam συψέλιον. Vetus diſtichon:

Χαίρετ' Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταὶ,
Τέσσαρες οἱ τοῖχοι, καὶ τρία συψέλια.
Gaudete Ariſtidis Oratoris ſeptem diſcipuli,
Quatuor parietes, & tria ſubſellia.

Συναγωγή.

Hæc vox æquè latè patet, atque Hebræa עדה, & Latina *conventus.* Omnis enim hominum cœtus, qui ex inſtituto eſt, ſive judiciorum, ſive publici conſilii, ſive rerum ſacrarum gratia, hoc nomine appellatur. Deinde verò cœpit & ad loca transferri, in quibus iſti conventus habebantur. Auguſtinus, in enarratione Pſalmi LXXX. vult *Eccleſiam Judæorum dictam eſſe Synagogam, id eſt,* congregationem, *quòd congregari & pecora ſoleant, atque ipſa propriè, quorum & greges propriè dicamus:* Chriſtianorum verò Eccleſiam, *id eſt, convocationem, quia convocari magis ſit utentium ratione.* Hoc Bellarminus & alii ſatis avidè arripuerunt. Quòd quàm frivolum ſit, Caſaubonus docet, Exercitat. XVI. ſect. XLII. In eo etiam fallitur idem S. Auguſtinus, quòd in Pſal. LXXVII. ſcribit: *Noſtram Apoſtoli nunquam dixerunt ſynagogam, ſed ſemper Eccleſiam.* At huic aſſertioni contradicit Jacobus, cap. II. 2. Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, *ſi ingrediatur veſtram ſynagogam,* id eſt, Eccleſiam, ubi conventus Chriſtianorum eſt. Suffragatur Ignatius, in epiſt. ad Trallianos, p. 5. Χωρὶς πρεσβυτέρων ἐκκλησία ἐκλεκτὴ οὐκ ἔστιν, οὐ συνάθροισμα ἅγιον, οὐ συναγωγὴ ὁσίων. *Sine Presbyteris Eccleſia electa non eſt, nulla congregatio ſanctorum,* (lego enim, ἁγίων) *nulla collectio ſanctorum.* Et in epiſtol. ad Polycarpum, pag. 207: Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν. *Crebriùs celebrentur conventus.* Ita Clemens Alex. Stromat. lib. VI. pag. 633: Ἡ τοῦ λόγου δύναμις, ῥῆμα Κυρίου φωτεινὸν, ἀλήθεια οὐρανόθεν ἄνωθεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν ἐκκλησίας ἀφιγμένη, διὰ φωτεινῆς τῆς προσεχοῦς διακονίας ἐνήργει. *Verbi virtus, verbum Domini lucidum, veritas quæ de cœlo deſuper ad congregationem Eccleſiæ venit, per manifeſtum ac conſequens operabatur miniſterium.*

Συναλίζομαι.

Hoc verbum propterea obſervandum cenſemus, quia legitur Actor. I. 4: de cujus tamen lectione genuina inter doctos nondum ſatis conſtat.

I. Alii namque συναλίζεσθαι legunt: in interpretatione tamen non conſentiunt.

1. Sunt enim qui συναλιζόμενος interpretantur *conveſcens,* quod fecit vetus. Ita hoc loco accepit Chryſoſtomus, qui, quò meliùs percipiatur, quid hic ſit συναλιζόμενος, remittit nos ad hæc verba, Actorum X. 41: Οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ. *Qui comedimus, ac bibimus unà cum eo.* Theophylactus etiam & Oecumenius diſertè, hunc locum enarrantes: Συναλιζόμενος, τουτέστι, κοινωνῶν ἁλῶν, κοινωνῶν τραπέζης, *ejusdem ſalis & ejusdem menſæ particeps.* Ἁλίζεσθαι certè eſt *ſaliri: at* συναλίζεσθαι ſignificare *eodem ſale veſci,* nondum à doctis ſufficienter probatum eſt.

2. Alii exponunt *cum illis conveniens*: ita Beza. Eraſmus: *Congregans illos in idem loci.* Sic Germanica etiam verſio Tigurina. Prætulerim ego verſionem Bezæ. Συναλιζόμενος enim paſſivam hîc habet ſignificationem: de quo nos dubitare vix ſinit doctiſſimus Lexicographorum Heſychius, qui ad hunc locum ſine dubio reſpiciens, ſcripſit: Συναλιζόμενος, συναλισθεὶς, συναχθεὶς, συναθροισθείς. *Congregatus.* Huic ſententiæ confirmandæ faciunt etiam ſequentia ejusdem: Συναλισθέντες, συναχθέντες. *Congregati.* Hanc eandem hujus verbi ſignificationem etiam docet Suidas, dum ſcribit: Συναλίσας, συνάξας, συναθροίσας. *Qui coëgit, qui collegit,*

Digitized by Google

qui congregavit. Συναλισθείσης, συναχθείσης. *Coacta, collecta, congregata.* Sic enim apud eum legendum eſſe, non συναυλίσας, & συναυλισθείσης, ipſa litterarum ſeries evincit. Frequenter hoc ſignificatu hoc verbo uſus Herodotus lib. I. pag. 15: Οὕτω μὲν δὴ συνηλίζοντο. *Atq; ita hi coibant*, ſive *conveniebant.* Lib. II. pag. 82. de Pherone loquens Ægypti rege, συναλίσαι & συναγαγεῖν apertè pro eodem ponit: nam cùm dixiſſet συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας τῶν ἐπειρήθη, *congregaſſe mulieres, quas fuit expertus;* ſtatim ſubjungit, ἐς ταύτην συναλίσαντα, *cùm in eandem urbem congregaſſet*, &c. Lib. V. pag. 184: Οἱ δὲ Πέρσαι πυθόμενοι συναλισθέντας τοὺς Παίονας, &c. *Perſæ autem certiores facti Pæonas congregatos eſſe*, &c. Et lib. eod. pag. 206: Τότε δὲ οἱ Πέρσαι, οἱ ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ νομὰς ἔχοντες, προπυνθανόμενοι ταῦτα, συνηλίζοντο. *Tunc verò Perſæ incolentes regiones, intra Halyn amnem, his auditis, congregabantur:* Suidas: Συνηλίζοντο, συνηθροίζοντο. *Congregabantur*, ſic enim iterum ſcribendum, l. VII. pag. 247. conjunguntur & pro iiſdem ponuntur συναλίζειν & συλλέγειν ſic enim ibi: Ὁ δὲ Περσέων συναλίσας τοὺς αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξεν, &c. *Ille verò* Xerxes, *eorundem Perſarum coëgit concilium, quos pridie coëgerat.* Verbo ergo paſſivæ ſignificationis apud Lucam hoc dicitur, Jeſum illis quadraginta diebus cum Apoſtolis congregari verſarique ſolitum fuiſſe & juſſiſſe, ne Jeroſolymis excederent, ſed promiſſionem Patris exſpectarent.

II. Alii malunt legere συναυλιζόμενος, id eſt, *unà commorans.* Ita Melanchthon, & qui eum ſequuntur, inter quos Strigelius, cujus verba ſunt: *Hic eſt ſenſus verborum: Chriſtus quadraginta dies poſt reſurrectionem & triumphum commoratus eſt in terra velut in caſtris, ubi hoſtes ſuos vicerat & profligaverat. Nam* συναυλίζεσθαι *eſt verbum militare, ſignificans commorationem ducis victoris in ipſo veſtigio commiſſi prælii. Hunc morem veteris militiæ imitatus Filius Dei, non ſtatim primo die, quo à mortuis excitatus eſt, in cælum abiit, ſed familiariter quadraginta dierum ſpatio cum Apoſtolis verſatus eſt, ut re atque eventu oſtenderet, ſe victorem eſſe Diaboli & mortis, & ex alto deſpicere imbecillitatem hoſtium non renovantium pugnam.* Thucydides, l. VII. Ηὐλίσαντο πρὸς λόφῳ τινὶ οἱ Ἀθηναῖοι, *Athenienſes in tumulo quodam commorabantur.* Item: Καὶ μετὰ ταῦτα πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἀναχωρήσαντες πρὸς τὸ πεδίον μᾶλλον, οἱ Ἀθηναῖοι ηὐλίσαντο. *Poſtea cum omnibus copiis decedentes, in campo aperto commorabantur.* Hactenus Strigelius. Negari etiam non debet, Epiphanium in Ἀνακεφαλαιώσει, pag. 524. legi, Καὶ συνεσθίων, καὶ συναυλιζόμενος. *Et conveſcens, & unà commorans;* ad hunc ipſum locum. Ita etiam Euſebius Demonſtrat. l. VIII. pag. 249: Μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις συνῆν, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ συναυλιζόμενος, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. *Poſt reſurrectionem ex mortuis cum ſuis erat diſcipulis & Apoſtolis, per dies quadraginta conſpectus ab eis, & unà commorans, & dicens, quæ ad Regnum Dei* ſpectant. Verùm hæc lectio merè στοχαστικὴ eſt, nec veterum Codicum autoritate confirmatur. Proinde, cùm συναλιζόμενος conſtanter legatur, & illius verbi ſignificatio huic loco maximè, & optimè conveniat, non audiendi ſunt illi, qui temerè ea in Codice authentico mutant, quæ ipſorum palato non ſapiunt. Abſit à nobis hic καινοτομίας & καινοδοξίας pruritus.

Συνάναρχος.

Συνάναρχος *unà cum alio carens principio.* Ita Chriſtus, τῷ πατρὶ συνάναρχος, *Patri coæternus* dicitur. Chryſoſtomus Homil. de S. Trinitate: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Ὁμολογῶν ἐν υἱὸν ἄκτιστον, καὶ συνάναρχον πατρὶ, ἵνα μὴ δῷς, καὶ τῷ πατρὶ ἀρχὴν τοῦ γενέσθαι πατήρ. Εἰ λέγεις συνάναρχον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, πῶς ἐγέννησεν ὁ πατὴρ τὸν υἱόν; &c. *In principio erat Verbum. Et, priusquàm Abraham eſſet, ego ſum. Confiteris igitur Filium increatum, & cum Patre principio carentem, ut ne des & Patri principium, quo cœperit eſſe Pater. Si dicis Filium cum Patre principio carere, quomodo genuit Pater Filium?* &c. Apud Athanaſium Quæſt. miſcell. XIII. pag. 443. quæritur: Ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τίς πρῶτος; *Quis in SS. Trinitate primus?* Reſp. Οὐδεὶς πρῶτος, καὶ οὐδεὶς ὕστερος, ἀλλ' ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱὸς, ἅμα πνεῦμα ἅγιον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ συνάναρχοι λέγονται καὶ ἄναρχοι. *Nullus prior, nullus poſterior, ſed ſimul Pater, ſimul Filius, ſimul Spiritus S. atque hanc ob cauſam ſimul principii expertes dicuntur, & principii expertes.* Chryſoſtomus, Homil. LXIV. t. V. p. 473. Spiritum S. vocat συνάναρχον τῷ πατρὶ πνεῦμα, *Spiritum cum Patre ſimul principii expertem.* Cæſarius, quæſt. III. pag. 16. dicit in SS. Trinitate eſſe τρία συνάγια, τρία συνάναρχα, *tres* perſonas *ſimul ſanctas, tres ſimul principii expertes.*

Συνανθρωπιστικός.

Non habent Lexica. Συνανθρωπίζω ſignificat *cum hominibus verſor.* Athenæus, l. XIII. p. 611. de canib. loquens, τό, τε συνανθρωπίζον ζῶον καὶ οἰκουρὸν. *Animal, quod cum hominibus verſatur, & domeſticum.* Hinc συνανθρωπιστικὸς, *cum hominibus degens.* Baſilius, Homil. VIII. in Hexaëm. p. 101: Ἀλλὰ καὶ συνανθρωπιστικοί τινες τῶν ὀρνίθων εἰσὶ, τὰς αὐτὰς ἡμῖν οἰκήσεις καταδεχόμενοι. *Sunt etiam aves quædam, quæ cum hominibus degunt, & eaſdem nobiſcum habitationes ſubeunt.*

Συναξάριον.

Συναξάρια ſunt vitæ ſanctorum & Martyrum in compendium redactæ, & ſuccincta expoſitio ſolennitatis de qua agitur. Antequam Menæa, aliique Græcorum libri Eccleſiaſtici, typis evulgarentur, omnibuſque paterent, ſimiles diſcurſus & ſanctorum vitæ peculiari libro diſpoſitæ, peculiare quoque ſibi volumen poſcebant, ut etiam ad hæc tempora ex manuſcriptis colligitur: poſtquam verò omnibus communia facta ſunt, *Synaxaria* ejuſcemodi una cum libris, officiis inſervientibus, edita ſunt. Dicuntur συναξάρια à συνάγω, quaſi diceres *collectiones & contractiones.* Res ſiquidem latiùs patentes, & longa narrationum ſerie prolixæ in anguſtiores terminos colliguntur & contrahuntur. Gennadius, c. V. Τοῦτο ἐν τῷ συναξαρίῳ τοῦ ἁγίου Μαξίμου γέγραπται, καὶ ἀναγνώτω ὁ βουλόμενος. *Hoc in Synaxario S. Maximi ſcriptum eſt, & legat, qui vult.* Sæpius in Typico, & alibi ejus mentio. Cl. Meurſius, duplicia fuiſſe notat, & hæc quidem Xanthopuli dici, illa Triodii, obſervatq; ex ipſo Triodio: Πρόλογος ἐν ἐπιτόμῳ τῶν συναξαρίων τοῦ Ξανθοπούλου εἰς τὰ τοῦ τριωδίου συναξάρια. At negat Allatius hoc inde colligi. Probat ex Prologo Synaxariorum,

Digitized by Google

rum, qui ita concipitur: Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου συναξάρια εἰς τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τοῦ τριωδίου μέχρι ἑκάστην αὐτῶν αἰτιολογοῦντα, πῶς ποτὲ κατ' ἀρχὰς γέγονε, καὶ δι' ἣν αἰτίαν οὕτω νῦν ἔχουσι, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἐτάχθησαν μετά τινων ἐπιστάσεων μερικῶν, ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου, καὶ καταλήγοντα μέχρι τῶν ἁγίων πάντων. *Nicephori Calliſti Xanthopuli in præcipuas Triodii feſtivitates Synaxaria, quæ illarum cauſſas reddunt, unde originem habuerunt, & quamnam ob cauſſam hoc tempore ita ſe habeant, & à divinis Patribus ita diſpoſitæ ſint, cum nonnullis circumſtantiis particularibus. Ordiuntur à Publicano & Phariſæo, finiunt in ſolennitatem omnium ſanctorum.* Ergo Synaxaria hæc Xanthopuli fuère ab eo in ſolennitatibus Triodii confecta, & Triodio locis ſuis inſerta, quæ à Publicani Dominica incipiunt, & finiunt in Dominica omnium ſanctorum. Ergo ſynaxaria Triodii & Pentecoſtarii, non quia diverſa ab iis, quæ Xanthopulus compoſuit, ſed quia Triodio & Pentecoſtario aſſuuntur, Xanthopuli ſunt, & fruſtra alia in his duobus libris quæres. Sic item dicimus Troparia & Canones Triodii & Pentecoſtarii, quia in Triodio & Pentecoſtario habeantur, licèt eorum autores alii atque alii fuére. Non itaque alia Xanthopuli Synaxaria, alia Triodii, ſed ea quæ Triodii eſſe afferuntur, quæ in Triodio leguntur, Xanthopuli erunt, quia autor eorum Xanthopulus fuit, qui in illis pleraque ex recentiorum Græcorum penu inſperſit, digna animadverſione Eccleſiaſtica. Hoc confirmat Gennadius, cap. II. de Azymo, aſſeveràtque præterea ea in Conſtantinopolitana Eccleſia non legi. Ὡς ἂν δὲ Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου μνησθῶ, ἐπειδή μοι καὶ σφόδρα γελᾷν, ὃς ἐφιλοτιμήθη μὲν συγγράψαι τὰ ἐν τῷ τριωδίῳ νῦν εὑρισκόμενα συναξάρια· τῇ ῥύμῃ δὲ τῆς κακίας τοῦ σχίσματος κινηθεὶς ἔγραψε καὶ περὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν ὑποθέσεως μεγάλα καὶ θαυμαστά. ὅτι δὲ ταῦτα ἐν Κωνσταντινουπόλει οὐκ ἀνεγινώσκοντο, ἴσασι πάντες, καὶ οὐ δεῖ με περαιτέρω προβαίνειν. ἐν ταύτῃ μόνον τῇ πόλει τινὲς κατέταξαν ἐν τῷ τριωδίῳ, ὡς εὑρίσκονται. *Ut verò & Nicephori Calliſti Xanthopuli mentionem faciam, ſanè illud ridiculum mihi videtur, quòd ille Synaxaria, quæ nunc in Triodio ſunt, componere ambitioſo ſtudio conatus eſt: verùm impetu pernicioſi ſchiſmatis motus ſcripſit, & de propoſita hac materia ingentia & admirabilia. At Synaxaria illa Conſtantinopoli non fuiſſe lecta, omnes norunt, nec oportet me ultrà procedere. In hac tantùm civitate nonnulli Triodio aſſuerunt, modo quo nunc reperiuntur.*

Σύναξις.

Hæc vox apud ſcriptores Eccleſiaſticos duas præcipuè habet ſignificationes.

I. *Propriè* Σύναξις, ut obſervat Caſaubonus, idem prorſus eſt ac συναγωγή, nam & *ſynaxis* & *ſynagoga* ab eodem verbo deducuntur. Sed videntur primi Chriſtiani de induſtria vocis formationem novam uſurpaſſe, ut diſcrimen ponerent inter Chriſtianas ſynaxes, & Judaicas Synagogas. Nam ante principium Chriſtianiſmi parum uſitata fuit vox σύναξις: neque apud vetuſtiorem aliquem ſcriptorem obſervatur: cùm apud omnes veteres Græcos nomen συναγωγὴ ſit uſu tritiſſimum. Confirmat hoc analogiæ obſervatio in vocibus ſimilib. Exempli gratiâ, ἀναγωγὴν dixerunt veteres, ἄναξιν nemo. Dixerunt ἀγωγή, non ἄξις: ἀναγωγή, non ἄναξις: εἰσαγωγή, non εἴσαξις: ἐξαγωγή, non ἔξαξις. Ita in multis aliis. Hinc dubitandum non videtur, quin vocabulum σύναξις, vel ab Helleniſtis primò fuerit excogitatum; ut alia multa; vel à novis Chriſtianis, propter ſuprà allatam cauſſam uſurpatum. Eſt tamen, ubi etiam pro *Synagoga Judaica* ponitur. Theophylactus, in cap. XXVII. Matth. ad v. 62. pag. 176: Οἱ παράνομοι Ἰουδαῖοι πρὸς τὸν ἀλλόφυλον Πιλᾶτον συνάγονται, ἀντὶ τῆς νενομισμένης συνάξεως. *Prævaricatores Judæi ad alienigenam Pilatum vadunt, loco Synagogæ, quam lex ordinaverat.* Alioqui illud veriſſimum eſt, primos Chriſtianos nomen σύναξις uſurpâſſe, ut cœtus ſuos ipſo etiam nomine diſcernerent à Synagogis Judaicis; vel hæreticorum. Nam auctor eſt Epiphanius in diſputatione contra Ebionitas, hæreticos, de quibus ibi loquitur, ſuos conventus appellâſſe *ſynagogam*, non Eccleſiam, & ſuos præpoſitos *Archiſynagogos*. Sed videamus loca, ubi σύναξις notat *congregationem populi*. Apud Chryſoſtom. legas ὀλιγάνθρωπος & πολυάνθρωπος σύναξις. *Conventus paucorum hominum, & populo frequens.* Idem, Homil. XXIX. in Acta, p. 777: Τί κόπτομαι εἰκῇ καὶ ληρῶ, εἰ μένοιτε ἐπὶ τῶν αὐτῶν μόνον, εἰ μηδὲν αἱ συνάξεις εἰς ὑμᾶς ἐργάζονται ἀγαθόν; Ναί, φασιν, εὐχόμεθα. Καὶ τί τοῦτο ἂν ἡ χωρὶς ἔργων; *Quid me ipſum fruſtra obtundo & garrio, ſi vobis ſemper futuri eſtis ſimiles, ſi conventus nihil apud vos boni operantur? At, inquiunt, precamur: ſed quid hoc, ſi fiat ſine operibus?* Idem, Homil. XIV. t. V. dicit καταλιμπάνειν τὰς συνάξεις, *conventus deſerere.* Idem, Homil. V. in Matth. pag. 30: Οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τῆς συνάξεως ἀναχωροῦντας εἰς τὰ μὴ προσήκοντα τῇ συνάξει ἐμβάλλειν ἑαυτοὺς πράγματα. ἀλλ' εὐθέως οἴκαδε ἐλθόντας τὸ βιβλίον μεταχειρίζεσθαι, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ παιδία πρὸς τὴν κοινωνίαν τῶν εἰρημένων καλεῖν συλλογῆς, καὶ τότε τῶν βιωτικῶν ἅπτεσθαι πραγμάτων. *Non oportebat è conventu reduces, conventui minimè convenientia aggredi opera: ſed ſtatim domum reverſos librum, in manus ſumere, & uxorem atque liberos ad communionem eorum, quæ dicta ſunt, vocare & tunc demum negotia ad præſentem vitam ſpectantia aggredi.* In his tamen veterum ſcriptorum locis, ubi vox σύναξις occurrit, judicio opus eſt. Nam quod affirmat Dionyſius Areopagita; ut pòſt videbimus; ipſam Cœnæ Dominicæ celebrationem, *Synaxin* peculiari nomine appellari; verum id quidem eſt: ſed non ubique locum habet. Ipſe Dionyſius in tractatu de ſacramentis ſic ſemper accipit. Itaque obſervat Pachymeres σύναξιν Dionyſio non ſignificare *congregationem populi*, ut ipſius ætate ea vox accipiebatur; ſed *conjunctionem cum Chriſto*, quæ fit per hujus ſacramenti participationem, ſic enim ille ad cap. III. Eccleſ. Hierarchiæ, p. 266: Σύναξιν ἐννοητέον, οὐ τὴν τοῦ λαοῦ, καθὼς τὴν λέξιν σήμερον ἐκλαμβάνονται· ἀλλὰ τὴν πρὸς Θεὸν συναγωγὴν καὶ κοινωνίαν. *Per ſynaxin minimè intelligenda populi congregatio, quemadmodum vocem hodie multi accipiunt, ſed cum Deo conjunctio & communio.* Et clariùs ad initium c. IV. p. 294: Σημείωσαι, ὅτι σύναξιν μόνην τὴν λειτουργίαν φησί, καθ' ἣν τῶν θείων μυστηρίων κοινωνοῦσιν οἱ ἄξιοι. ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα λαμβάνει, οὐ διὰ τὸ συνάγεσθαι τὸν λαόν, καθὼς οἰηθείη τις, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν, καθ' ἣν τῷ σωτῆρι Χριστῷ, ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ, συναγόμεθα. *Nota, quòd ſynaxin, ſolam vocet Liturgiam, ſecundum quam divinis myſteriis communicant, qui ſunt digni: nam & hinc nomen accipit, non quod populum congreget, ut aliquis exiſtimare poſſet; ſed propter illam cum uno communionem, ſecundum quam Salvatori Chriſto, tanquam membra capiti coaptamur.* Hæc obſervatio vera eſt: nam ipſum Deum, qui per ſacramenta hanc conjunctionem operatur, Dionyſ. συναγωγὸν propterea appellat, initio Hierar. cœleſtis, p. 2: Καὶ ἐπιστρέφει ἡμᾶς πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ πατρὸς ἑνότητα

καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα. *Et convertit nos ad congregantis Patris unitatem, & ad deificam ſimplicitatem.* Aliis tamen ſcriptoribus voces Συνάγειν & Σύναξις ſimpliciter uſurpantur *de conventibus Chriſtianis*, ſine reſpectu ad Euchariſtiam. Exempla quædam jam vidimus: alia adhuc addimus. Cyrillus Jeroſolymitanus, Catecheſi XVIII. pag. 177: Ἐκκλησία καλεῖται φερωνύμως, διὰ τὸ πάντας ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὁμοῦ συνάγειν. *Aptè Eccleſia vocatur, quaſi dicas convocatio: propter omnium convocationem & congregationem.* Αἰσθητὴ σύναξις, *ſenſilis conventus*, apud Baſilium M. Homil. I. in Pſal. XXVIII. p. 171: Ὁ θεοποιῶν κοιλίαν, ἢ δόξαν, ἢ ἀργύριον, ἢ ἄλλο τι ὃ πάντων μᾶλλον τετίμηκεν, οὔτε προσκυνεῖ τῷ Κυρίῳ, οὔτε ἐν τῇ αὐλῇ ἐστι τῇ ἁγίᾳ, κἂν ἄξιος τῶν αἰσθητῶν συνάξεων εἶναι δοκῇ. *Qui ventrem, vel gloriam, vel argentum, vel aliud, quod maximè honorat, Deum fecerit, is non adorat Dominum, neque in aula ſancta eſt, etſi dignus videatur, qui intra ſenſiles aliorum conventus admittatur.* Hic αἰσθητὴ σύναξις eſt, quam Theologi appellant *Eccleſiam viſibilem.* Aliquando diſertè *ſynaxis* diſtinguitur à celebratione ſacramenti. Socrates, l. V. c. XXII. pag. 249. b. de Eccleſia Alexandrina: Πάντα τὰ συνάξεως γίνεται, δίχα τῆς τῶν μυστηρίων τελετῆς. *Omnia, quæ ad conventum Eccleſiaſticum pertinent, fiunt, excepta myſteriorum celebratione.* Vide Caſaubonum, Exercitat. XVI. ſect. XLII. Eodem ſenſu vocatur σύλλογος, *congregatio, conventus.* Chryſoſtomus, Hom. V. t. V. pag. 18. καθημερινοὺς συλλόγους, *quotidianos conventus* dicit. Homil. XI. ejuſdem tomi, οἱ σύλλογοι καὶ αἱ διατριβαὶ αἱ κοιναὶ, *conventus & communes congreſſus.* Apud Juſtinum Martyrem, Apolog. ad Antoninum Pium, pag. 162. συνέλευσις vocatur. Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ, πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων, ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται. *Solis, qui dicitur, die, omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locum conventus fit.* Mox: Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα. *Solis autem die communiter omnes conventum agimus.*

II. Σύναξις notat S. *Domini Cœnam.* De ea jam in voce Εὐχαριστία quædam tractavimus: rem totam hic paulò fuſiùs & diſtinctiùs proponemus. Occurrit ergo,

I. *Explicatio nominis.* Cœna igitur Domini vocatur Σύναξις, idque frequentiſſimè. Loca ex Dionyſio Areopagita, & ejus Paraphraſta Pachymere jam conſideravimus. Addimus alia. Dionyſii Areopagitæ cap. III. Hierarch. Eccleſ. pag. 240. hunc habet titulum: περὶ τῶν ἐν συνάξει τελουμένων. *De iis, quæ in ſynaxi perficiuntur.* In ipſo hujus capitis contextu etiam vocatur σύναξις. Σύναξις φρικωδεστάτη, *ſynaxis maximè tremenda*, vocatur à Chryſoſtomo. Σύναξις ἁγία, *ſynaxis ſancta*, vocatur ab eodem, Homil. XI. de ſtatuis.

II. *Materia S. Cœnæ eſt*

I. ἄρτος, *panis*: de cujus variis epithetis actum in voce Ἄρτος, num. III. 3.

De pane verò *Euchariſtico* ſequentia obſervanda veniunt:

A. *Ea, quæ ipſum panem ſpectant.* Atque hîc quæritur,

α. *An minutiæ farinaceæ, quas hoſtias vocant & oblatas, ſint probandæ?* Qui in ſcripturis *panis Domini* dicitur, is ſcriptoribus Eccleſiaſticis *hoſtia* etiam, vel *oblata* nuncupatur: indéque fit, ut tenuiſſimæ & leviſſimæ illæ formulæ, quibus Eccleſia Romana loco panis Dominici utitur, *hoſtiæ oblatæq;* nominibus etiam vulgò appellentur. Ac *hoſtiæ* quidem nomen inde eſt, quòd panis benedictus ſit Dominici corporis figura, quod Servator noſter pro peccatis noſtris hoſtiam obtulit in ara crucis. Nam *hoſtia*, in veteri Gloſſario, exponitur θῦμα, ἱερεῖον. Et in alio: θῦμα, *hoſtia, victima.* Onomaſticon Græco-Latinum: *Hoſtia*, θυσία, ἱερεῖον. *Oblata* verò nomen eidem pani inde impoſitum fuit, quòd populus olim farinam, vel etiam panem offerret, cujus in Cœna Dominica uſus eſſet. Hæc vetus hoſtiæ oblatæque appellatio etiam remanſit, poſtquam pro pane minutiæ nummariæ ſunt inductæ. Quæ quidem minùs rectè in Cœna Dominica uſurpantur. Nam cùm vulgari pane Chriſtum eſſe uſum inter omnes conſtet, temerè ab ejus exemplo receditur, ubi vulgaris panis haberi poteſt. Præſertim quando non ſatis liquet, quomodo inter minutias iſtas, & corpus Chriſti, ſervetur ἀναλογία. Eò verò minùs minutiæ iſtæ probantur, quia mille annis, vel præter propter; ut Cl. Voſſius docet diſp. XIX; Eccleſia eas ignoravit. Imò ne tum quidem, cùm receptæ eſſent vulgò, ab oculatiorib. omnibus probabantur. Qua occaſione in Eccleſiam introductæ fuerint, ita idem explicat. Cùm laici in communicando fierent negligentiores, Sacerdotibus viſum fuit imminuere panis Dominici menſuram. Magis verò magiſq; de ea detrahendo, tandem eò usque deventum, ut nihil aliud niſi nummulariæ iſtæ minutiæ relinquerentur. Docet hoc nos Honorius Auguſtodunenſis, in gemma animæ, c. LXVI. his verbis: *Fertur, quòd olim ſacerdotes è ſingulis domibus vel familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci ſervant, & inde Dominicum panem faciebant, quem pro populo offerebant, & hunc conſecratum eis distribuerunt. Poſtquam autem Eccleſia numero quidem augebatur, ſed ſanctitate minuebatur: propter carnales ſtatutum eſt, ut, qui poſſent, ſingulis Dominicis, vel tertia Dominica, vel ſummis feſtivitatibus, vel ter in anno communicarent. Et quia, populo non communicante, non erat neceſſe panem tam magnum fieri, ſtatutum eſt, eum in modum denarii formari vel fieri.* Hæc vera eſt cauſa, cur hoſtia denarii habeat formam; ſed arguti homines myſterium, ubi nullum erat, more ſuo quæſiverunt: unde mox ibidem ſubjungit: *& ut populus, pro oblatione farinæ, denarios offerret, pro quibus traditum Dominum recognoſceret.* Eadem habet c. XXXV. & ex eo Durandus in Rationali, l. IV. c. XLI. ubi ait: *In modum denarii formatur, tum quia panis vitæ pro denariis traditus eſt, tum quia idem denarius in vinea laborantibus in præmium dandus eſt.* Interim antiquitus alium fuiſſe ritum, agnoſcit idem, lib. ejuſdem cap. LIII: *Offerebant*, inquit, *magnum panem, & omnibus ſufficientem: quod adhuc Græci ſervare dicuntur.* Poſtquam verò minutiæ inductæ, non defuiſſe tamen, qui conſuetudinem hanc improbarent, teſtis nobis Bernoldus, presbyter Conſtantienſis, qui circa annum vixit milleſimum ſexageſimum. Ejus verba ſunt, libro de Ordine Romano, quem ab eo ſcriptum eſſe Trithemius, & ex eo Geſnerus ac Poſſevinus teſtes ſunt: *ſi nihil omnino debet fieri intra vel extra templum Domini abſque menſura & ratione: videntur* oblatarum minutiæ *ad Chriſtum & Eccleſiam nihil pertinere, quia ſunt abſque menſura & ratione.* Quæ verba etiam adducit Caſſander in Liturg. c. XXVII. Poſtea iſta ſubjungit: *Plura ab eodem autore, alioqui prudenti, pio, & Eccleſiaſticarum traditionum ſtudioſiſſimo, in eam ſententiam dicuntur; qui indigniſſimè tuliſſe videtur, ætate ſua in quibusdam Eccleſiis oblatas panis, quæ priſca Eccleſiæ conſuetudine ad uſum ſacrificii ad menſam Domini à populo fideli offerebantur, ad imaginem* nummorum, *& ad tenuiſſimam quandam & leviſſimam formam à* veri panis ſpecie alienam *fuiſſe redactas. Quare per contemtum* minutias numulariarum oblatarum *appellat, imaginariam & umbratilem levitatem*

illis

illis tribuit, & indignas eſſe panis vocabulo pro ſua tenuitate & propter eas officium atque Religionem Eccleſiaſtici officii multùm per omnem modum confundi aſſerit, pluribus & acerbioribus dictis eas inſectatur, *&c.* Hæc Caſſander. Et ſanè non temerè ita ſenſit Bernoldus, quando multa adeò ſunt, propter quæ meritò in controverſiam vocari poſſit, an minutiæ iſtæ panis nomen mereantur.

β. *Utrum panis, qui in S. Cœna adhibetur, azymus, an fermentatus eſſe debeat?* De hac quæſtione ſufficienter actum in voce Ἄζυμος, num. II. Præter autores autem ibi allegatos, conſulatur inprimis Voſſii Diſputatio XIX. quæ eſt *de ſacris Cœnæ Dominicæ Symbolis*, theſi III. & ſequentibus aliquot.

B. *Ritus pani annexi:* ubi occurrit

a. *Panis ſanctificatio*, ſeu *conſecratio:* quæ etiam vinum ſpectat. Hæc conſecratio in ſacris literis vocatur nunc εὐλογία, nunc εὐχαριστία. Vide in Εὐλογία, n. IV. 1. & in Εὐχαριστία, n. II. ubi *de Conſecratione* ſufficienter actum. Hic tamen pauca addimus. In S. Cœnæ celebratione recitabatur εὐχὴ μυστικὴ, *oratio myſtica*; de qua aliquid in voce Εὐχή, num. VIII. ſub lit. *e*; quâ invocabatur Spiritus ſanctus, ut deſcenderet in dona in menſa Dominica propoſita, eáque commutaret in corpus & ſanguinem Chriſti. Quæ ſpecialis fuit & propria conſecratio, ſive benedictio ſpecierum, quarum uſus fuit ad communionem faciendam. De ea intelligi poſſunt illa Chryſoſtomi; modò ei meritò adſcribantur; quæ leguntur Homil. LXI. tom. VII. τῶν ἐπιγραφομένων. Ὁ θεὸς τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἁγιάζει τὰ προκείμενα δῶρα· καὶ ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Κυρίου, καὶ τὸ ποτήριον γίνεται αἷμα τίμιον Κυρίου. *Deus per Spiritum ſanctum ſanctificat propoſita dona: Et panis quidem fit corpus Domini, & calix fit ſanguis pretioſus Domini.* Damaſcenus lib. IV. orthod. fidei c. XIV. p. 317. Ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οἶνός τε καὶ ὕδωρ διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιεῖται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα. *Panis propoſitionis, vinumque & aqua, per invocationem & adventum Spiritus ſancti ſupernaturaliter transmutatur in corpus & ſanguinem Chriſti.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Νεοφωτ. III. p. 203. Ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ ἔστιν ἄρτος λιτὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ. *Panis Euchariſtiæ, poſt invocationem Spiritus ſancti, non eſt ſimplex panis, ſed corpus Chriſti.* Conſtitut. Apoſtol. lib. VIII. c. XII. pag. 1020. Καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. *Mittas Spiritum tuum ſanctum, ut reddat panem hunc corpus Chriſti tui, & calicem hunc ſanguinem Chriſti tui.* Precis autem illius myſticæ, quâ precabantur ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ut Græci Patres appellant, ad ſanctificandum panem & vinum, nova introductio tertio ſeculo invecta fuit, & primis duobus ſeculis ignorata, ac petita ex more Gentilium. Poſtquam enim increbuit nomen *ſacrificii* in Euchariſtiæ celebratione, & hoc ipſum à Gentibus & Judæis mutuatum, etiam receptum ſimul eſt, ut invocaretur Domini, vel Spiritus S. adventus & præſentia, quomodo Gentiles in ſuis ſacrificiis Deum illum invocabant, cui ſpeciale ſacrum fiebat. Antea ignota prorſus fuit illa ratio precandi Domini adventum, aut Spiritum S. invocandi, ut deſcendere vellet, & illabi panis & vini ſpeciebus. Sola commemoratione Dominicæ paſſionis, & gratiarum actione ad Deum, & Dominicæ orationis recitatione, hujus ſacramenti celebratio fiebat. Hunc *Spiritus S. deſcenſum, Chriſti adventum* Hieronymus in Sophoniam appellat, quia Chriſtus in Spiritu ſuo deſcendere cenſetur, non corpore ipſo. Ambroſius, lib. I. de Spiritu ſancto, c. X: *Sic ergo venit Spiritus, quemadmodum venit Pater. Dicit enim Filius;* Ego & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Numquid corporaliter Pater venit? ſic ergo Spiritus venit. In quo cùm venit, & Patris & Filii plena præſentia eſt.* Præſentia itaque Spiritus ſancti præſentem etiam ſiſtit Chriſtum, & Deitatis ejus ἐνεργητικῶς eſt, ut ait Cyrillus de Chriſmate, alii de Baptiſmate, quod etiam erat ἀντίτυπον, hoc eſt, ſignum Chriſti paſſionis, ut veteres affirmant; & Paulus aſſerit, *eos, qui baptizantur in Chriſtum, in mortem ejus baptizari.* Alioqui, ſi vi ac virtute ejuſmodi ἐπικλήσεως præſens ſiſti in pane & vino credebatur Spiritus ſanctus, & per eum divina Chriſti eſſentia, mirum, cur non eodem cultu λατρείας adoraverint, ut nunc fit, poſtquam ea perſuaſio mentes hominum occupavit de vino & pane in ſanguinem & corpus per μετουσίαν mutatis. Walafridus Strabo, de reb. Eccles. c. XX. Apoſtolos dicit, & eorum proximos, totam eam myſteriorum corporis & ſanguinis celebrationem *egiſſe ſimpliciter, orationibus, & commemoratione paſſionis Dominicæ, ſicut ipſe præcepit.* Berno, Augienſis Abbas, c. I. quo docet, qualiter priſcis Apoſtolorum temporibus Miſſarum celebritas ageretur: *Orationem Dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent:* Per *precem* intelligit orationem myſticam, quâ conſecratio tum fiebat in Græcia, & in multis occidentalibus Eccleſiis.

b. *Fractio panis.* Triplex de fractione panis ſententia eſt. *Alii* enim exiſtimant, fractionem panis eſſe partem οὐσιώδη ſacramenti, eoque ἁπλῶς neceſſariam: unde etiam damnant Eccleſiaſticas, quæ ritum hunc non uſurpant. *Alii* cenſent, eſſe ritum ἀδιάφορον ac liberum, eóque nec malè uſurpari, nec malè omitti. *Alii*, τὴν μέσην τέμνοντες, fractionem neceſſariam arbitrantur, non quidem ut partem ſacramenti eſſentialem, imò neque ut integrantem præcipuam, quales in homine ſunt cor & caput; ſed ejusmodi tamen, quæ ad rei integritatem pertineat; uti ſunt auris, oculus, brachium, pes. Atque hæc ſententia tutiſſima & veriſſima eſt. Nam quò minùs ἀδιάφορον hanc ceremoniam eſſe dicamus, vetamur tum facto Chriſti, de quo ſcriptum eſt: *Gratias egit, fregit, dedit:* tum mandato ejus, dicentis. *Hoc facite:* tum myſterio fractionis, quod duplex eſt. Per fractionem enim mors Chriſti ſignificatur; & quòd, ſicut multa ſunt panis fruſta, ſic multos κοινωνίαν habere cum uno corpore. Apoſtolicæ etiam Eccleſiæ exemplo docemur, panem eſſe frangendum. Nam nihil apertius iſtis Pauli verbis, I. Cor. X. 16: *Panis, quem frangimus:* imò Euchariſtiæ ſacramentum ab hoc ritu κλάσις τοῦ ἄρτου, *fractio panis* dicebatur, ut in voce Κλάσις probamus. Fractionis etiam ritum confirmat perpetua Eccleſiæ πρᾶξις, usque ad ea tempora, quibus nummulariæ minutiæ in Eccleſiam ſunt introductæ. Auguſtinus, epiſt. LIX. ad Paulinum: *Omnis, vel pene omnis frequentat Eccleſia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud, quod in Domini menſa eſt, benedici incipiat: orationes, cùm benedicitur & ſanctificatur, &* ad diſtribuendum comminuitur, &c. Idem in ſententiis Proſperi: *Cùm frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quàm Domini corporis in cruce immolatio, ejúsque ſanguinis de latere effuſio ſignificatur?* Dionys. Areop. Eccl. Hierarch. c. III. contempl. III. p. 258: Ὁ ἱεράρχης ἱερουργεῖ τὰ θειότατα, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὑμνημένα διὰ τῶν ἱερῶς προκειμέ-

Digitized by Google

κειμένων συμβόλων. Τὸν γὰρ ἐγκεκαλυμμένον καὶ ἀδιαίρετον ἄρτον ἀνακαλύψας, καὶ εἰς πολλὰ διελών, καὶ τὸ ἑνιαῖον τοῦ ποτηρίου πᾶσι καταμερίσας, συμβολικῶς τὴν ἑνότητα πληθύνει, καὶ διανέμει, παναγιωτάτην ἐν τούτοις ἱερουργίαν τελῶν. *Præſul diviniſſima myſteria celebrat, & jam conſecrata, ſub ſymbolis propoſitis, ritu ſacro viſenda proponit: ſiquidem operto individuoq; pane revelato,* & in multa diviſo, *ſingulariq; calice omnibus impertito, unitatem ſymbolicè multiplicat diſtribuitq;, ſacroſanctum in iis Sacrificium conſummando.* Clemens Alexand. l. I. Stromat. p.271. Τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσι. *Cùm Euchariſtiam quidem, ut mos eſt, diviſerint, permittunt unicuiq; ex populo ejus partem ſumere.* Chryſoſtomus, Homil. XXIV. in I. ad Corinth. p.397. ad verba Pauli, v.16. Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, ſequentia habet: Διὰ τί δὲ προσέθηκεν, ὃν κλῶμεν; Τοῦτο γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας ἐστὶν ἰδεῖν γινόμενον. ἐπὶ δὲ τοῦ σταυροῦ οὐκέτι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτου. Ὀστοῦν γὰρ αὐτοῦ, φησιν, οὐ συντριβήσεται. Ἀλλ᾽ ὅπερ οὐκ ἔπαθεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τοῦτο πάσχει ἐπὶ τῆς προσφορᾶς διὰ σέ, καὶ ἀνέχεται διακλώμενος, ἵνα πάντας ἐμπλήσῃ. *Cur autem addidit,* Quem frangimus? *Hoc enim videre licet fieri in Euchariſtia: in cruce autem non item, ſed huic contrarium.* Os enim, *inquit,* ejus non confringetur, *ſed quod non paſſus eſt in cruce, id patitur in oblatione propter te, & patitur frangi, ut omnes impleat.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 244. Ὅπερ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ οὐ πέπονθεν ὁ Κύριος (ὀστοῦν γὰρ αὐτοῦ οὐ συνετρίβη) τοῦτο νῦν ὑπομένει, δι᾽ ἡμᾶς κατακλώμενος. ὃν γὰρ κλῶμεν, φησι. *Quod Dominus in cruce non patiebatur (os enim ejus nullum eſt contritum) hoc jam ſuſtinet, cùm propter nos frangitur. Inquit enim: Quem frangimus.* Cyprianus in ſermone de Cœna Domini ait: *Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, ſed fide ſincera panem ſanctum frangimus & partimur.*

c. *Diſtributio ad manducandum.* Hic aliquot notandi errores.

α. *Errant, qui in privatis Miſſis panem non diſtribuunt, ſed ſoli comedunt.* Hæc enim conſuetudo antiquæ Eccleſiæ judicio repugnat. Imò ad hæc usque tempora panis fidelibus diſtribuitur in Liturgia Græca, atque adeò etiam Syra, Armenia, Æthiopica. Ac ſola Eccleſia Romana, ſive Latina, ab hoc veteris Eccleſiæ ritu diſceſſit. De hoc nos dubitare non ſinunt veteres Liturgiæ: quæ cùm multæ ſint, & ab omnibus facilè conſuli poſſint, verba earum non adſcribimus. Pauca ex Canonibus veteribus, & ex Patribus, huc pertinentia adducemus. Canon X. Apoſtolorum ſic habet: Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστούς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή. *Omnes introeuntes fideles, & ſcripturas audientes, non permanentes autem in oratione & ſancta communione, velut perturbationem inſtituentes in Eccleſia, ſeparari oportet.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 238: Ὁ τοῦ παρόντος κανόνος διορισμὸς δριμύτατός ἐστιν. ἀφορίζει γὰρ τοὺς ἐκκλησιάζοντας καὶ μὴ παραμένοντας μέχρι τέλους, μηδὲ μεταλαμβάνοντας. ἄλλοι δὲ κανόνες παρομοίως διορίζονται, πάντας ἑτοίμους εἶναι καὶ ἀξίους τῆς μεταλήψεως, καὶ τὸν ἐπὶ τρισὶ κυριακαῖς μὴ μεταλαμβάνοντα ἀφορίζουσι. *Præſentis Canonis conſtitutio eſt acerbiſſima. Segregat enim eos, qui in Eccleſiam conveniunt, & non ad finem uſque exſpectant, nec communicant. Porrò autem alii quoque Canones ſimiliter decernunt, ut omnes ſint parati, & digni communione, & eum, qui tribus Dominicis non communicant, ſegregant.* Zonaras ad eundem Canonem: Οἱ λαϊκοὶ συνεχῶς τότε μεταλαμβάνειν ἀπῃτοῦντο. *A laicis illo tempore exigebatur, ut frequenter communicarent.* Hoc ipſum; ut ibidem addit Zonaras; etiam præcipitur Concilii Antiocheni Canone II. Jubet enim πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν ἁγίαν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν, ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, *omnes qui in Eccleſiam Dei ingrediuntur, & ſacras ſcripturas audiunt, orationi autem cum populo non communicant, vel ſanctam Euchariſtiæ communionem, propter aliquam inſolentiam averſantur, ab Eccleſia expelli.* Hieronymus in I. Corinth. XI. *Oportet Cœnam Dominicam eſſe communem, quia ille omnibus diſcipulis ſuis qui aderant, æqualiter tradidit ſacramenta.* Ambroſius ad eundem locum: *Ad invicem exſpectandum, ut multorum oblatio ſimul celebretur, utq; omnibus miniſtretur.* Cùm verò populus hac in parte fieret negligentior, non defuere officio ſuo ſanctiſſimi Patres. Chryſoſtomus, Homil. XXVII. in I. ad Corinth. ad v. 21. c. XI. p. 419: Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν. Εἶδες πῶς ἔδειξεν αὐτοὺς καταισχύνοντας ἑαυτοὺς μᾶλλον; τὸ γὰρ κυριακόν, ἰδιωτικὸν ποιοῦσιν, ὥστε αὐτοὶ πρῶτοί εἰσιν οἱ καθυβριζόμενοι, οἱ τῆς αὐτῶν τραπέζης τὸ μέγιστον ἀφαιροῦντες ἀξίωμα. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ὅτι τὸ κυριακὸν δεῖπνον, τουτέστι, τὸ δεσποτικόν, ὀφείλει κοινὸν εἶναι. τὰ γὰρ τοῦ δεσπότου, οὐχὶ τοῦδε μέν ἐστι τοῦ οἰκέτου, τοῦδε οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κοινῇ πάντων. τὸ οὖν κυριακὸν τοῦτό φησι τὸ κοινόν. Εἰ γὰρ τοῦ δεσπότου σού ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, οὐκ ὀφείλεις ὡς ἴδια ἀποσπᾶν, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ Κυρίου καὶ τοῦ δεσπότου ὄντα κοινῇ πᾶσι προτιθέναι. Τοῦτο γάρ ἐστι κυριακόν. Νῦν δὲ οὐκ ἀφίης αὐτὸ εἶναι κυριακόν, μὴ ἀφεὶς εἶναι κοινόν, ἀλλὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐσθιόμενος. Unusquisque enim propriam cœnam præſumit in manducando. *Vidiſti, quemadmodum oſtenderit ipſos ſeipſos dedecore magis & ignominia afferre? Nam quod eſt Dominicum, ipſi faciunt proprium: quamobrem ipſi ſunt primi, qui probro afficiuntur, qui menſæ ſuæ maximam auferunt dignitatem. Quomodo, & qua ratione? Quoniam Dominica, i. e. Domini Cœna debet eſſe communis. Nam quæ ſunt Domini, non hujus quidem ſunt famuli, illius verò non ſunt, ſed communiter omnium. Dominicam ergo vocat communem. Nam ſi eſt Domini tui, ut revera eſt, non debes, tanquam propria, avellere, ſed tanquam quæ ſunt Domini, communiter omnibus proponere, nam hoc eſt Dominicum. Nunc autem non ſinis eſſe Dominicum, cùm non ſinas eſſe commune, ſed ſeorſim comedas.* Similia ad hunc locum legas apud Theophylactum, p. 257. Chryſoſtomus, ib. pag. 421. Ὁ Χριστὸς ἐξ ἴσης πᾶσιν ἔδωκε, λέγων· λάβετε, φάγετε. Ἐκεῖνος τὸ σῶμα ἐξ ἴσης ἔδωκε, σὺ δὲ οὐδὲ τὸν κοινὸν ἄρτον δίδως ἐξ ἴσης; καὶ γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων ὁμοίως ἐκλάσθη, καὶ σῶμα γέγονεν ὑπὲρ ἁπάντων ἐξ ἴσης. *Chriſtus omnibus ex æquo dedit, dicens:* Accipite, comedite. *Ille corpus ex æquo dedit, tu autem ne panem quidem communem das ex æquo? Etenim pro omnibus ſimiliter eſt fractus, & ex æquo factus eſt corpus pro omnibus.* Hæc verò Chryſoſtomus minimè ſcripſiſſet, ſi ſuo tempore Cœna non omnibus diſtributa fuiſſet, ſed ſolus aliquis cæterorum nomine ſumſiſſet. Idem, Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: Εἰκῇ θυσία καθημερινή, εἰκῇ παρεστήκαμεν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδεὶς ὁ μετέχων. *Fruſtra eſt quotidianum ſacrificium, fruſtra adſtamus altari, nemo eſt qui communicet.* Annon hæc è diametro adverſantur Concilio Tridentino? Nam illo ſancitur, prodeſſe, etiamſi non participes, dummodo adſtes, & cum devotione ſpectes. At quantò aliter Chryſoſtomus? qui etiam paulò poſt ſubjungit: Πῶς ὁ μὴ μετέχων τῶν μυ-

στηρίων

Digitized by Google

τηρίων, ἀναίσχυντος καὶ ἰταμῶς ἑστηκώς. *Quicunque myſteriorum non ſis particeps, is impudenter ſtat, & nimis audacter.* Quid præterea ἀνεπιτήδειος ἢ ἐπιτήδειος, quàm quod mox ibidem ſequitur? Εἰπέ μοι, εἴ τις εἰς ἑστίασιν κληθεὶς, τὰς χεῖρας νίψαιτο, καὶ κατακλιθείη, καὶ ἕτοιμος γένοιτο πρὸς τὴν τράπεζαν, εἶτα μὴ μετέχοι, οὐχ ὑβρίζει τὸν καλέσαντα, οὐ βέλτιον τὸν τοιοῦτον μηδὲ παραγενέσθαι; οὕτω δὴ καὶ σὺ παραγέγονας, τὸν ὕμνον ᾖσας μετὰ πάντων, ὡμολόγησας εἶναι τῶν ἀξίων τῷ μὴ μετὰ τῶν ἀναξίων ἀναχωρῆσαι· πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης; *Dic mihi, ſi quis ad convivium invitatus manus laverit, & accubuerit, & ad menſam paratus fuerit, deinde non fuerit ejus particeps, annon contumeliâ eum afficit, qui invitavit? Annon eſſet melius, eum ne acceſſiſſe quidem? Sic etiam tu acceſſiſti, hymnum cum omnibus ceciniſti, confeſſus es te ex dignorum eſſe numero, quia cum indignis non receſſiſti. Quomodo manſiſti, & menſæ non ſis particeps?* Sed quid multis opus eſt? Ipſe Hardingus Pontificius contra Juellum ingenuè fatetur, *populum in Eccleſia primitiva ſacram Communionem quotidie percepiſſe*, Sect. VII. Et Durandus in Rationali, lib. IV. cap. LIII. *Apoſtolos* dicit *frequentâſſe myſterium, ſicut Apoſtolus Corinthiis proteſtatur*, inquiens. *Quod accepi à Domino. In primitiva Eccleſia ſingulis diebus omnes, qui celebrationi Miſſarum intererant, communicare ſolebant, eò quòd Apoſtoli omnes de calice biberunt, Domino dicente, Bibite ex eo omnes.* Sed de frequenti Communione agetur infrà, ſub num. VI.

β. *Errant, qui panem non dant in manus, ſed ori ingerunt.* Chriſtum diſcipulis panem in manus tradidiſſe, ſatis intelligunt illi, qui nôrunt veterum diſcumbendi morem, ab eruditis Philologis expreſſum in iis, quæ de Triclinio ſcripſerunt. In veteri etiam Eccleſia diutiſſimè obtinuit mos iſte, ut manibus ſumeretur ſanctus hic cibus. Apertiſſimè hoc nos docet Dionyſius Alexandrinus ad Xyſtum, Epiſcopum Romanum, apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. IX. pag. 73. a. ubi de quodam tractat, qui eò quòd ab hæreticis aliter, quàm Catholici tingerent, baptizatus eſſet; etſi jam annos multos ad menſam Domini acceſſiſſet, rebaptizari nihilominus volebat. Verba Dionyſii inter alia ſunt iſta: Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμὴν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα, καὶ ταύτην καταδεξάμενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι. *Eum enim, qui gratiarum actionem audiviſſet, qui Amen unà pronunciaviſſet, qui adſtitiſſet menſæ, qui manus ad ſanctum illud alimentum capeſſendum porrexiſſet, qui illud recepiſſet, qui tam longo tempore fuiſſet corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti particeps, ejus baptiſma non audebam de integro renovare.* Idem Dionyſius, apud Euſebium, lib. VI. cap. XLIII. pag. 70. a. de Novato hæc ſcribit: Ποιήσας τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο, ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφιεὶς ἔστ' ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα, τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις· Ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν, καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. *Cùm feciſſet oblationes, & ſingulis partem Sacramenti diſtribuiſſet, porrexiſſetque, miſeros homines pro benedictione & gratiarum actione jusjurandum dare coëgit, atque ſuis utrîq; manibus accipientis manus prehendens, non priùs dimiſit, quàm hoc jurejurando eum obſtrinxiſſet: (illius enim verbis utar) Jura mihi per corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, te nunquam nec me deſerturum, nec ad Cornelium reverſurum.* Cyprianus, Sermone de Lapſis, pag. 241: *A Diaboli aris revertentes, ad ſanctum Domini ſordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos adhuc pene ructantes, exhalantibus etiam nunc ſcelus ſuum faucibus, & contagia funeſta redolentibus; Domini corpus invadunt. --- Et plus modò in Dominum manibus atq; ore delinquunt, quàm cùm Dominum negaverunt.* Nazianzenus etiam Julianum exagitat, quòd, ut quicquid ſanctitatis in Baptiſmo accepiſſet, elueret, victimarum ſe ſanguine pollueret: & ne quid ſanctitatis manibus ineſſet, quibus Euchariſtiam accepiſſet, eas ſacrificiis contaminaret. Verba ejus, Orat. III. quæ eſt I. in Julianum, pag. 70. hæc ſunt: Αἵματι οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀποῤῥύπτεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσους ἀντιθεὶς, καὶ τὰς χεῖρας ἀφαγνίζεται, τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἀποκαθαίρων, δι' ἧς ἡμεῖς Χριστῷ κοινωνοῦμεν, καὶ τῶν παθημάτων, καὶ τῆς θεότητος. *Nefario ſanguine Lavacrum extergit, initiationi noſtræ execrabilem initiationem opponens: manusq; ſuas profanat, ut nimirum eas ab incruento ſacrificio, per quod nos Chriſto, ipſiusque paſſionibus & divinitati communicamus, elueret ac repurgaret.* Idem, Orat. XI. quæ eſt in laudem Gorgoniæ, pag. 187. de Gorgonia ſcribit: Εἴ πού τι τῶν ἀντιτύπων τοῦ τιμίου σώματος, ἢ τοῦ αἵματος ἡ χεὶρ ἐθησαύριζεν. *Sicubi quippiam ſignorum precioſi corporis aut ſanguinis manus recondiderat.* Ambroſius, apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XVII. pag. 727. ſic compellat Theodoſium, poſt cædem Theſſalonicæ patratam: Πῶς τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς ἀποσταζούσας ἔτι τοῦ ἀδίκου φόνου τὸ αἷμα; πῶς δὲ τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τοῦ δεσπότου τὸ πανάγιον σῶμα; *Quomodo manus extendes injuſtæ cædis ſanguine adhuc ſtillantes? quomodo verò hujusmodi manibus ſacroſanctum Domini corpus accipies?* Chryſoſtomus, Homil. III. in epiſt. ad Epheſios, pag. 778: Πῶς παραστήσῃ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, μιαραῖς χερσὶ καὶ χείλεσι καταπολμῶν αὐτοῦ τοῦ σώματος; ----- Εἰπέ μοι, ἆρα ἂν ἕλοιο χερσὶν ἀνίπτοις τῇ θυσίᾳ προσελθεῖν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἐθέλοις ἂν μηδὲ ὅλως προσελθεῖν, ἢ ῥυπαραῖς χερσίν. Εἶτα ἐν τῷ μικρῷ οὕτως ὢν εὐλαβὴς, ψυχὴν ἔχων ῥυπαρὰν προσέρχῃ, καὶ ἅπτεσθαι τολμᾷς; καίτοι ὑπὸ μὲν τῶν χειρῶν πρὸς καιρὸν κατέχεται, εἰς δὲ ἐκείνην ὁλόκληρος ἀναλύεται. *Quomodo ſtabis ad tribunal Chriſti, qui pollutis manibus & labris audes accipere ejus corpus? ----- Dic mihi, velleſne illotis manibus ad ſacrificium accedere? Non opinor, ſed malles potiùs omninò non accedere, quàm ſordidis manibus. Et cùm in re parva adeò ſis religioſus, ſordidam habens animam accedis, & tangere audes? Atqui ad tempus quidem tenetur manibus: in illam autem totus & integer reſolvitur.* Imprimis perſpicua ſunt in hanc rem verba Baſilii M. epiſt. CCLXXXIX. p. 1055: Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσι μερίδα, καὶ κατέχει αὐτὴν ὁ ὑποδεχόμενος μετ' ἐξουσίας ἁπάσης, καὶ οὕτω προσάγει τῷ στόματι τῇ ἰδίᾳ χειρί. *In Eccleſia Sacerdos partem aliquam in manus tradit, & tenet eam qui accipit cum omni libera poteſtate, atq; ita propria manu eandem ſuo ori admotam ingerit.* Auguſtinus, contra epiſtolam Petiliani, lib. II. c. XXIII: *Ego illum commemoro, cui pacis oſculum inter Sacramenta copulabatis, in cujus manibus Euchariſtiam ponebatis.* Sed quid multis opus eſt teſtimoniis, cùm ne quidem Pontificii negare audeant, non ore, ſed manu apud veteres ſanctam Euchariſtiam fuiſſe ſumtam? Id fatetur Lud. Delacerda, Adverſ. Sacr. cap. LXXXI. num. 28 ubi inter alia adducit locum ex Cyrilli Jeroſolymitani Catech. Myſtag. V. pag. 545: Προσιὼν δὲ, μὴ τεταμένοις τοῖς τῶν χει-

ρῶν καρποῖς προσέρχου, μηδὲ διῃρημένοις τοῖς δακτύλοις. ἀλλὰ τὴν ἀριστερὰν θρόνον ποιήσας τῇ δεξιᾷ, ὡς μελλούσῃ βασιλέα ὑποδέχεσθαι· καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν. *Accedens igitur ad Communionem, non expanſis manuum volis accede, neq; cum diſjunctis digitis, ſed ſiniſtram, veluti ſedem quandam, ſubjicias dextræ, quæ tantum regem ſuſceptura eſt, & concava manu ſuſcipe corpus Chriſti, dicens, Amen.* Reliqua apud ipſum vide. Ex hoc ipſo loco colligit Caſparus Sanctius, ad v. 44. cap. II. Actorum, antiquitus *fideles acceptam Euchariſtiam non Sacerdotis manu, ſed ſua in os intuliſſe, atq; ſolemne fuiſſe, ut de accipienda à Sacerdote Euchariſtia mos fuerit fidelibus præſcriptus.* Conſuetudo verò altera, ingerendi panem in os, circa annum ſexcenteſimum demum, cœpiſſe videtur, neque id aliunde, quàm à ſuperſtitioſa veneratione ſignorum, quæ in ἀρτολατρείαν tandem degeneravit. Videri tamen poſſit, jam Auguſtini ætate mos iſte, plerisque ſaltem in locis, obtinuiſſe, ut ne mulier manu Euchariſtiam attrectaret. Nam Sermone CCLII. de Tempore hæc legimus: *Omnes viri, quando communicare deſiderant, lavant manus, & omnes mulieres exhibent linteamina, ubi corpus Chriſti accipiant.* Sed Sermones de Tempore magnam partem ſpurios eſſe, notiſſimum eſt. Eraſmus & Martinus Lipſius id agnoſcunt, ut fusè docet Robertus Cocus, in Cenſura veterum Scriptorum. Quicquid autem ſit de ætate Auguſtini; ſaltem diffiteri non poſſumus, ita fieri ſolere circa tempora Gregorii Magni. Nam de eo dubitare non patitur Canon XXXVI. Concilii Antiſiodorenſis: *Non licet mulieri nuda manu ſua Euchariſtiam ſumere.* Nempe videtur Concilium illud velle, ut fœminæ Euchariſtiam in mundo linteo acciperent: quod linteum vocatum eſſe *Dominicale*, colligunt viri eruditi ex ſequentibus Canonis XLII. verbis: *Unaquæque mulier, quando communicat, Dominicale ſuum habeat. Quodſi non habuerit, uſque in alium diem Dominicum non communicet.* Nec multò poſt tempora Gregorii ab aliquibus accipi in vaſculis ſolebat. Quæ res coëgit Patres Concilii Conſtantinopolitani, in Trullo habiti, Canone CI. ut decernerent: Εἴ τις τοῦ ἀχράντου σώματος μεταχῶν ἐν τῷ τῆς συνάξεως βουληθείη καιρῷ, τὰς χεῖρας σχηματίζων εἰς τύπον σταυροῦ, οὕτω προσίτω καὶ δεχέσθω τὴν κοινωνίαν τῆς χάριτος. Τοὺς γὰρ ἐκ χρυσοῦ, ἢ ἄλλης ὕλης, ἀντὶ χειρὸς, τινὰ δοχεῖα κατασκευάζοντας πρὸς τὴν τοῦ θείου δώρου ὑποδοχὴν, καὶ δι᾽ αὐτῶν τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἀξιουμένους, οὐδαμῶς προσιέμεθα, ὡς προτιμῶντας τῆς τοῦ Θεοῦ εἰκόνος τὴν ἄψυχον ὕλην καὶ ὑποχείριον. Εἰ δέ τις ἁλῷ τῆς ἀχράντου κοινωνίας μεταδιδοὺς τοῖς τοιαῦτα δοχεῖα προσφέρουσιν, ἀφοριζέσθω, καὶ ὁ ταῦτα ἐπιφερόμενος. *Si quis voluerit ſynaxis tempore communicare puriſſimo Chriſti corpore, is, antequam participet, manus in formam crucis figurans, ſic adeat, & accipiat gratiæ communionem. Eos enim, qui pro manu vaſcula quædam aurea, vel ex alia materia conſtruunt ad ſuſceptionem divini doni, & per illa immaculatam communionem recipiunt, nullo modo admittimus, ut præferentes materiam inanimem, hominiq; obnoxiam, divinæ imagini. Si quis autem deprehenſus fuerit immaculatam communionem iis impertiens, qui ejuſmodi vaſcula afferunt, excommunicetur & ipſe, & qui hoc affert.* Ad hunc Canonem hæc notat Balſamon, pag. 491: Κατὰ τοὺς τότε καιροὺς πλούσιοί τινες, τῶν πενεστέρων, ὡς ἔοικε, καταμωκώμενοι, ἐκ χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ ἄλλου τινὸς εἴδους κατασκευάζοντες δοχεῖα ἐν προσχήματι εὐλαβείας καὶ φόβου Θεοῦ, ἐχρῶντο τούτοις ὡσεὶ χερσί· καὶ τὸ ἄχραντον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ἐν αὐτοῖς ὑπεδέχοντο. *Illis temporibus divites quidam, pauperes, ut veriſimile eſt, irridentes, ex auro, vel argento, vel alia aliqua ſpecie vaſcula conſtruentes, prætextu religionis & timoris Dei, iis veluti manibus utebantur, & ſacroſanctum Domini & Dei, atq; Servatoris noſtri Jeſu Chriſti corpus in eis recipiebant.* Vide ibidem plura. Aliàs panem Euchariſticum acceptum, manus in crucis formam figurabant. Docet hoc Damaſcenus, orthod. fidei lib. IV. cap. XIV. pag. 318: Σταυροειδῶς τὰς παλάμας τυπώσαντες, τὸ ἐσταυρωμένον τὸ σῶμα ὑποδεξώμεθα. *Manus in crucis modum formantes, crucifixi corpus ſuſcipiamus.* Harmenopulus de Sectis, Sect. XVII. pag. 568. de Donatiſtis ſcribit: Οὗτοι τῇ χειρὶ κατέχοντες, ἐκεῖνο πρότερον ἠσπάζοντο, καὶ οὕτω μετελάμβανον τῶν ἁγιασμάτων. *Os manu tenentes, illud prius oſculabantur, & ſic Sacramentum accipiebant.* Quando verò primùm publico decreto ſancitum ſit, ut nec à laicis manu acciperetur, quæritur à doctis. Hoſpinianus noſter, Hiſt. Sacramentariæ lib. II. cap. I. pag. 33. illud in Concilio Rhotomagenſi, quod anno MXCVIII. celebratum fuit, primùm factum eſſe cenſet, è cujus cap. II. iſta adducit: *Nulli laico, aut fœminæ Euchariſtiam in manus ponendam, ſed tantùm in os ejus.* Jacobus Pamelius, Adnotat. ad lib. Tertulliani de Oratione, pag. 185. hoc diſertè confirmat. *Hic*, inquit, *obiter facienda eſt mentio conſuetudinis Eccleſiæ antiquioris, ſublatæ in Concilio Rhotomagenſi, quâ in manus tradebatur Euchariſtia.* Balſamon, qui anno MCXCI. vixit, jam ante ſua tempora hanc conſuetudinem obtinuiſſe, haud obſcurè innuit, quando ad Canonem Trullanum CI. pag. 492: ita ſcribit: Μὴ θαυμάσῃς δὲ, μηδὲ ἐρωτήσῃς τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν ἐν τισὶν ἐκκλησίαις μεταδίδοται τοῖς λαϊκοῖς τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐγχειρίζεται τούτοις κατὰ τὴν τοῦ κανόνος περίληψιν· πίστις γὰρ ὀρθὴ, καὶ φόβος Θεοῦ, καὶ εὐλάβεια ἀνύποπτος τοῦτο παρέδωκεν· οὐχὶ τὸ τῶν λαϊκῶν ἀνάξιον. *Ne mireris autem, nec cauſſam rogaveris, propter quam in quibusdam Eccleſiis datur laicis ſanctum Chriſti corpus, nec eis in manum traditur, ut hoc Canone continetur. Recta enim fides, & Dei timor, & ab omni ſuſpicione aliena pietas hoc tradidit, non laicorum indignitas.* De his autem videatur Hoſpinianus, lib. II. cap. I. hiſt. Sacramentariæ, & Cl. Voſſius Diſputat. XXI. Theſi IV. & V.

γ. *Errant, qui hoſtiam aſſervant.* Finis enim diſtributionis eſt uſus Sacramenti, qui in manducatione conſiſtit. Proinde fine Sacramenti excidunt, qui hoſtiam ſive oblatam ſumunt, ut in pyxide honorificè aſſervent. Ex parte hoc etiam vidit Gabriel Biel in Can. Lect. XXXVI: *Remiſſio peccatorum plus fit per uſum hujus Sacramenti, quàm per ipſum in ſe. Non enim tantum prodeſt in pyxide conſervatum, ſicut oblatum & ſumtum in vera fide & devotione.* Cauſſam deinde ſubjicit, quia *Manducatio & potus hujus Sacramenti eſt uſus.* Interim non negamus, in veteri etiam Eccleſia obtinuiſſe reſervationem Euchariſtiæ, tum privatam, tum publicam: uti & delationem ad abſentes, atque infirmos. Sed hæc delatio multùm differt à circumgeſtatione ea, quæ ad oſtentationem ac pompam in Romana Eccleſia fieri ſolet. Sub gentilibus Imperatoribus, quia ob perſecutionis periculum quotidie Sacerdos haberi non poſſet, partem quidem Euchariſtiæ præſentes manducabant, partem verò domum auferebant. Meminit hujus moris Tertullianus, lib. II. ad Uxorem, cap. V. pag. 282: *Non ſciet maritus quid ſecretò ante omnem cibum guſtes? Et ſi ſciverit, panem non illum credit eſſe*

qui

Digitized by Google

qui dicitur. Item Cyprianus, ſerm. de Lapſis, pag. 244: *Cum quædam* (mulier lapſa) *arcam ſuam, in qua Domini ſanctum fuit, manibus indignis tentâſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere.* Quod verò ob perſecutiones primitus concedebatur, id etiam temporibus pacatis, ob inveteratam conſuetudinem, permiſſum fuit. Docet hoc nos illuſtris locus Baſilii M. epiſt. CCLXXXIX. quæ eſt ad Cæſariam Patriciam, p. 1054. 1055: Τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ παρόντος ἱερέως, ἢ λειτουργοῦ, τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ, περιττόν ἐστιν ἀποδεικνύναι, διὰ τὸ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιστώσασθαι. *Quoniam verò per tempora illa perſecutionis, cogebantur homines neceſſariò, ſacerdote vel miniſtro non præſente, propria manu accipere communionem, non eſt niſi ſupervacuum ut demonſtrem, illam ipſam rem non eſſe graviter & iniquè ferendam, eò quòd inveterata conſuetudo hoc ipſum re ipſa confirmatum dederit.* Hic ex eo, quòd Baſilius id graviter ferendum neget, non malè colligimus, fuiſſe tum temporis qui graviter id ferrent, planéque putarent, ceſſante jam perſecutione, etiam morem iſtum ceſſare oportere. Nec habet Baſilius multum quod opponat, præter longam conſuetudinem. Niſi aliquid eſt, quòd apud Eremitas aliter fieri nequeat. Continuò enim ſubjungit: Πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμους μονάζοντες, ἔνθα μή ἐστιν ἱερεὺς, κοινωνίαν οἴκοι κατέχοντες ἐφ᾽ ἑαυτῶν μεταλαμβάνουσι. *Nam & illi omnes, qui per eremos vitam monaſticam inſtituunt, ubi copia non ſuppetit ſacerdotis, cùm habeant domi communionem, de ſuis illam manibus percipiunt.* Exinde ait, eam etiam conſuetudinem obtinere Alexandriæ, atque per Ægyptum: Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἕκαστος καὶ τῶν ἐν λαῷ τελούντων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἔχει κοινωνίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. *Alexandriæ autem & in Ægypto, unusquiſque etiam de plebe, ut plurimùm, habet domi ſuæ communionem.* Etiam ex Ambroſii oratione funebri de obitu fratris diſcimus, ut frater Satyrus in naufragii periculo perfectius ſacramentum fidelium, ipſe necdum initiatus, popoſcerit, illudque acceptum orario illigârit, orariumque collo involverit, cùmque hâc fiducia in mare ſe dejeciſſet, ſalvus evaſerit. Quæ ſanè argumento ſunt, fideles ſacramentum Euchariſtiæ domum detuliſſe, atque in periculoſo itinere geſtare ſecum ſolitos fuiſſe. Meminit etiam ſacramenti domi manducati Hieronymus apologia pro libris adverſus Jovinianum: *Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, ut fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. Unuſquiſque enim in ſuo ſenſu abundat, ſed ipſorum conſcientiam convenio, qui eodem die poſt coitum communicant, &, juxta Perſium, noctem flumine purgant, quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur Eccleſias? an alius in publico, alius in domo Chriſtus eſt? Quod in Eccleſia non licet, nec domi licet. Nihil Deo clauſum eſt, & tenebræ quoque lucent apud Deum.* Morem iſtum non ab omnibus fuiſſe probatum, ſatis etiam indicat locus ille Origenis in Levitici c. VII: *Dominus panem, quem diſcipulis dabat, cùm dicebat,* Accipite & manducate, *non diſtulit, nec ſervari juſſit in craſtinum.* Apertiſſimè verò idem oſtendit Concil. Cæſarauguſtan. ætate Damaſi, nempe anno CCCLXXXI. celebratum: eo enim in Hiſpaniis morem iſtum eſſe abrogatum, oſtendit Canon. III: *Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam non conſumſiſſe, anathema ſit in perpetuum.* Idem repetitum Concilio Toletano I. quod anno habitum quadringenteſimo. Verba Canonis XIV ſunt: *Si quis acceptam Euchariſtiam non ſumſerit, velut ſacrilegus propellatur.* Atque hæc de privata aſſervatione. Vide etiam infrà, num. IV.

Præterea moris erat, ut Euchariſtia publicè à ſacerdote cuſtodiretur, quò ad ægrotos extra ordinem deferri poſſet. Docet hoc hiſtoria de Serapione lapſo, ſed pœnitente, qui cùm ſine Euchariſtia mori non poſſet, eâ à Dionyſio Alexandrino Epiſcopo per puerum tranſmiſſa, inque fauces admiſſa, confeſtim ſpiritum Domino reddidit: ut refert Euſebius, hiſt. Eccl. l. VI. c. XLIV. pag. 70. b. Vide, quæ aſſerimus in voce Ἐφόδιον, num. II. 3. ſub lit. *b*. Etſi autem mos iſte, ut ex Serapionis hiſtoria patet, vetus ſit: tamen non antiquus æquè ac privata aſſervatio eſſe videtur. Nam cùm quotidie ſacra fieret Synaxis, nihil attinebat Euchariſtiam reponi, ſed poterat ea, quo tempore Cœna publicè adminiſtrabatur, ad ægrotos, atque alios, qui adeſſe non poſſent, mitti per Diaconum. Id Juſtini Martyris tempore in uſu fuiſſe, docet ipſe Apologiâ II. pag. 162. his verbis: Οἱ καλούμενοι παρ᾽ ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαμβάνειν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. *Qui apud nos vocantur Diaconi, diſtribuunt unicuique præſentium, eum in quo gratiæ actæ ſunt panem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt.* Et poſt pauca: Καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται· καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. *Et diſtributio communicatióque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti: & ad abſentes per Diaconos mittitur.* At dicat aliquis, ſaltem reliquias Cœnæ fuiſſe aſſervandas. Sanè non negamus: ſed reliquias iſtas ad ægrotos jam tum miſſas fuiſſe, oſtendi non poteſt. Potiùs credimus, poſtridie iis uſos eſſe, cùm Cœnam iterum celebrarent. Poſteriori verò ætate, cùm quotidiana communio non ampliùs habuit locum, vel igni tradebantur, vel à pueris abſumebantur, vel Catechumenis cedebant. Hæc ex antiquitate probanda. Heſychius, qui circa annum ſexcenteſimum vixit, in cap. VIII. Levit. narrat, quomodo lex Moſis carnem & panem, ſi ſuperfuiſſent, nec comeſtæ fuiſſent à ſacerdotibus, præceperit igni tradendas, & conſumendas. *Quod etiam*, inquit, *nunc videmus ſenſibiliter in Eccleſia fieri, ignique tradi, quæcunque remanere contigerit inconſumta.* Aliquando pueris impuberibus has reliquias dandas decreverunt. Hic mos obtinuit in Eccleſia Conſtantinopolitana, imperante Juſtiniano, ut docet Evagrius, lib. IV. Hiſt. cap. XXXVI. pag. 167. qui & morem hunc antiquitus receptum, in Eccleſia illa fuiſſe tradit: Ἔθος παλαιὸν βούλεται ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, ὅτ᾽ ἂν πολύ τι χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τοῦ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐναπομείνοι, παῖδας ἀφθόρους μεταπέμπτους γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ἐς χαμαιδιδασκάλους φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεσθίειν. *Vetus conſuetudo imperiali urbi fuit, ut ſi quando multæ admodum particulæ puri & immaculati corporis Chriſti, Dei noſtri, ſupereſſent, pueri inveſtes, qui ſcholas frequentabant, accerſerentur, easque manducarent.* Quem ritum, uti & quæ deinceps de puero Judæo narrantur, more ſuo exſcripſit Nicephorus, l. XVII. c. XXV. Alii Catechumenis dandas exiſtimabant. Hoc tamen improbat Theophilus Alexandrinus, Can. VII. qui vult, eas à Clericis, & à fidelibus Laicis conſumendas eſſe. Τὰ προσφερόμενα, inquit, εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω, ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ τῶν ἀδελφῶν. *Quæ ad ſacrificium offeruntur, quæ remanent poſt ea, quæ ad myſteriorum uſum conſumta ſunt, Clerici diſtribuant, & neque Catechumenus ex iis edat, aut bibat, ſed potiùs clerici, & qui cum ipſis ſunt fideles fratres.* In Africana Eccleſia Catechum. videntur, ad comedendum & bibendum fuiſſe

conceſſæ. Et de his puto intellexiſſe Auguſtinum, cum ſcripſit l. II. de peccatorum meritis, de Catechumenis loquens: *Et quod accipiunt, quamvis non ſit corpus Chriſti, ſanctum tamen eſt, & ſanctius, quàm cibi, quibus alimur.* Conſule vocem περίσσευμα. Illud etiam hoc loco obſervandum, apud Græcos panem Euchariſticum non circumgeſtari. Patet ex Confeſſione Metrophanis Critopuli, cujus hæc ſunt verba, cap. IX. p. 103: Οὐ περιφέρομεν δὲ τοῦτο τὸ ἅγιον μυστήριον διὰ τῶν πλατειῶν, ἀλλ' ἢ μόνον ὅταν κομίζεται εἰς οἶκον νοσοῦντος· ὅτι οὐ δέδοται ἡμῖν τοῦτο ἵνα περιφέρηται διὰ τῶν πλατειῶν, ἀλλ' ἵνα εὐλαβῶς μετέχηται εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν κατὰ τὰ δεσποτικὰ ῥήματα. *Non circumferimus autem ſanctum hoc myſterium per plateas, niſi tunc tantùm, quando in domum ægroti portatur: propterea quòd illud nobis datum non fuit, ut per plateas circumferatur, ſed ut religioſè participetur in remiſſionem peccatorum, ſecundùm verba Domini.*

2. Οἶνος, *vinum.* De pane Domini, & ejus benedictione, fractione, diſtributione ac manducatione ſatis dictum. Accedimus nunc ad alterum Symbolum, quod vinum eſſe, inde cognoſcimus, quia illud γέννημα τῆς ἀμπέλου disertè appellat Chriſtus Matth. XXVI. 29. & Lucæ XXII. 18. Hoc ipſo argumento idem probat Cyprianus, epiſt. LXIII. ad Cæcilium, pag. 143: *Cùm dicat Chriſtus:* Ego ſum vitis vera: *Sanguis Chriſti, non aqua eſt utique, ſed vinum. Nec poteſt videri ſanguis ejus, quo redemti & vivificati ſumus, eſſe in calice; quando vinum deſit calici, quo Chriſti ſanguis oſtenditur, qui Scripturarum omnium ſacramento ac teſtimonio prædicetur.* Idem patet ex Homil. LXXXIII. Chryſoſtomi in Matthæum, & ex Canone XXXII. Trullano, ubi verba Chryſoſtomi quoque adducuntur. Vide etiam infrà verba Clementis Alexandrini, ex lib. II. Pædag. c. II. ſub num. III. α. Mirum igitur in re adeò clara aquam hærere Bellarmino, qui lib. IV. de Euchariſtia c. X. p. 774. ita ſcribit: *Quid in calice fuerit ante conſecrationem, an vinum purum, an vinum aqua miſtum, an ſicera, an aqua ſola, ex ſola ſcriptura expreſſe non habetur: ſed neceſſario recurrendum eſt ad traditionem eorum, qui ab Apoſtolis, & eorum diſcipulis hæc myſteria didicerunt.* Meritò igitur hic damnantur *Tatiani*, ſive *Encratitæ*, & *Hydroparaſtatæ* ſive *Aquarii*: qui, temperantiæ prætextu, vinum refugiebant, ac loco ejus aquam ſolam in hoc ſacramento uſurpabant. Ἐγκρατῖται, qui etiam ὑδροπαραστάται, ab animalibus in cibo abſtinebant, nuptias refugiebant, quòd earum autorem Diabolum eſſe opinarentur; à vino etiam ſibi temperabant, & improbos atque impios, qui eo uterentur, ducebant. Tatianum ſequebantur, qui hanc ſectæ diſciplinam inſtituerat. Cùm igitur à vino abhorrerent, ideo ex ſola aqua poculum ſacrum conficiebant. Epiphanius, hæreſi XLVI. p. 171. de Tatianorum hæreſi hæc habet: Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηνται κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενοι ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις. *Myſteriis verò ſimiliter uſi ſunt ad imitationem ſanctæ Eccleſiæ, ſed aqua ſola utentes in iiſdem myſteriis.* Theodoretus, hæret. fab. lib. I. c. XX. pag. 208. de Tatiano, hujus hæreſis autore, ſic ſcribit: Τοῦτον, nempe Tatianum, ἔχουσιν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάται καὶ Ἐγκρατῖται. Ὑδροπαραστάται δὲ ὀνομάζονται, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες. Ἐγκρατῖται δὲ, ὡς μήτε οἶνον πίνοντες, μήτε τῶν ἐμψύχων μεταλαμβάνοντες. *Hunc habent ducem, qui hydroparaſtatæ & Encratitæ dicuntur. Hydroparaſtatæ autem nominantur, quòd aquam pro vino offerant: Encratitæ verò, quòd nec vinum bibant, nec animatis veſcantur.* Canon XXXII. Concilii in Trullo: Πονηρᾶς τῶν Ὑδροπαραστατῶν αἱρέσεως παλαιᾶς ὑπαρχούσης, οἳ ἀντὶ οἴνου μόνῳ τῷ ὕδατι ἐν τῇ οἰκείᾳ θυσίᾳ κέχρηνται. *Cùm improba Hydroparaſtatarum antiqua eſſet hæreſis, qui pro vino ſola aqua in proprio ſacrificio uſi ſunt.* Vide etiam Auguſtinum, hæreſi LXIV. & Philaſtr. hæreſi LXXVII. nec non in voce Ὑδροπαραστάται.

Hic autem quæritur:

α. *An vinum aqua dilui neceſſe ſit?* Chriſtum ipſum præcepiſſe, ut aqua vino miſceatur, ſenſit Cyprianus, epiſt. LXXIII. ad Cæcilium, p. 143: *Admonitos nos ſciat, ut in calice offerendo Dominica traditio ſervetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit. Ut calix, qui in commemorationem ejus offertur, mixtus vino offeratur.* Idem voluiſſe videntur Patres Concilii Carthaginenſis III. Can. XXIV: *Ut in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis & vinum aquæ mixtum.* Quàm iſte mos ſit antiquus, docere nos poteſt Juſtinus Martyr, Apolog. II. pag. 162. ubi in Cœnæ deſcriptione apertè meminit τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος. Atque ab eadem cauſſa eſt, quòd Irenæus, lib. IV. c. LVII. vocat *temperamentum calicis:* quod idem, lib. V. c. II. ſcribit: *Quando miſtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti.* In Liturgia Baſilii, pag. 57: ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου λαβὼν, κεράσας, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας &c. *Similiter poſtquam accepit calicem ex fructu vitis, miſcuit, gratias egit, benedixit, ſanctificavit,* &c. Gregor. Nyſſenus, orat. Catechet. c. XXXVII. t. III. pag. 104: Ἔστι ἐν τῇ βρώσει ἄρτος, ἐν δὲ τῇ πόσει τὸ ὕδωρ ἐφηδυσμένον τῷ οἴνῳ. *Eſt in cibo panis, in potu verò aqua vino exhilarata.* Idem tradit Liturg. Chryſoſt. p. 104. Idem etiam docet Damaſcenus, lib. IV. c. XIV. & alii plurimi, tum Latini, tum Græci Patres. Rationem ſi cognoſcere cupias, Zonaras, ad Can. XXXII. Concilii in Trullo, p. 157. hanc eſſe dicit, quòd ex latere Chriſti in cruce lanceâ aperto, exiverit aqua & ſanguis: Ἐπεὶ ἐν τῷ θείῳ πάθει, κενῶν τὸ οἰκεῖον αἷμα ὁ Κύριος νυγείσης λόγχῃ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ, οὐχ αἷμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἐξήγαγεν, ἀναγκαίως πάντως τῇ ἐκκλησίᾳ νενόμισται ἐν τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις ὕδωρ τῷ οἴνῳ παραμιγνύειν. *Quoniam in divina paſſione, evacuans proprium ſanguinem Dominus, lanceâ aperto latere ejus, non ſanguinem tantùm, ſed etiam aquam eduxit, neceſſario omnino Eccleſiæ viſum eſt, in divinis myſteriis aquam vino miſcendam eſſe.* Idem ad Can. XL. Carthag. pag. 427: Ἐπεὶ οὐχ αἷμα ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ δεσπότου ἐῤῥύη, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον τῷ προσφερομένῳ οἴνῳ εἰς τὰ θεῖα μυστήρια καὶ ὕδωρ συγκίρνασθαι. *Quoniam non tantùm ſanguis ex latere Domini effluxit, ſed etiam aqua, propterea neceſſarium eſt, vino, quod offertur ad divina myſteria, aquam etiam admiſceri.* Eandem rationem ad hunc Canonem affert Balſamon, p. 653. Alii propter exemplum & præceptum Chriſti hoc faciendum aſſerunt, ut jam vidimus. Addimus hic Conſtitut. Apoſtol. quarum lib. VIII. c. XII. pag. 1020. hæc de Chriſto leguntur: Τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἁγιάσας ἐπέδωκεν αὐτοῖς, λέγων. Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. *Cùm calicem ex vino & aqua miſcuiſſet, & ſanctificaſſet, tradidit eis, dicendo: Bibite ex hoc omnes.* Metrophanes Critopulus in Confeſſ. Eccleſ. Oriental. c. IX. p. 98: Παραλαμβάνεται δὲ καὶ ὕδωρ, ὅτι οὕτως ὁ Κύριος παρέδωκε. Δῆλον δὲ τῷ τὴν ἀρχαιοτάτην ἐκκλησίαν οὕτως ἐκδέξασθαι. *Aſſumitur verò etiam aqua, quoniam Dominus ita tradidit. Manifeſtum verò id inde eſt, quia antiquiſſima Eccleſia ad eum modum accepit.* Pòſt affert locum ex Juſtino Martyre, jam ſuprà productum. Quàm verò lubrico nitantur fundamento hæ rationes, pluri-

bus

Digitized by Google

bus docet doctiſſimus Hoſpinianus noſter Hiſt. ſacrament. part. I. lib. V. c. III. Nec illud ſicco pede transeundum, Armenios arbitrari, Cœnam eſſe mero vino adminiſtrandam. Patet hoc ex Canone Trullano XXXII: Ἐπειδὴ εἰς γνῶσιν ἡμετέραν ἦλθεν, ὡς ἐν τῇ τῶν Ἀρμενίων χώρᾳ, οἶνον μόνον ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσάγουσιν, ὕδωρ αὐτῷ μὴ μιγνύντες, &c. *Quoniam ad noſtram cognitionem pervenit, quod in Armeniorum regione vinum tantum in ſacra menſa offerunt, aquam illi non miſcentes*, &c. Patet ex Theophylacto, in cap. XIX. Johannis, p. 828: Ἀισχυνέσθωσαν οἱ Ἀρμένιοι, οἱ μὴ παραμιγνῦντες ὕδωρ τῷ οἴνῳ ἐν τοῖς μυστηρίοις. *Confundantur Armenii, qui non admiſcent in myſteriis aquam vino.*

b. *An communio ſub utraq; ſpecie neceſſaria ſit?* Hoc omnino affirmamus, & ſtatuimus, fidelium nullos ab uſu calicis debere ſecludi. Rationes præcipuæ ſunt:

α. *Quia Chriſtus ita inſtituit.* Quos enim juſſit manducare, eos etiam omnes bibere juſſit: *Bibite*, ait, *ex hoc omnes.* Apoſtoli totam repræſentarunt Eccleſiam: hinc illud πάντες, omnes, univerſe ad omnes fideles pertinet, prout veteres uno ore docent, ut poſtmodum videbimus. Paſchaſius etiam, lib. de corpore & ſanguine Domini, c. XV. *Accipite*, inquit, *& bibite ex hoc omnes, tam miniſtri, quàm & reliqui credentes. Hic eſt calix ſanguinis mei, novi & æterni teſtamenti.*

β. *Quia ſanctus Paulus hoc ipſum diſertè docet:* is enim quando Eccleſiam Corinthiacam, longè maximam partem ex laicis collectam, ab idololatria dehortatur, ſic eam compellat, 1. Cor. X. 14: Διόπερ ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. Rationem ſubjicit v. 15. & 16. Similiter argumentatur v. 21. Idem patet ex I. Cor. XI. 23. Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν. Sequitur autem, v. 26. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, &c. Hinc Lyranus in I. ad Cor. XI. *Fit hic mentio de duplici ſpecie. Nam in primitiva Eccleſia ſic dabatur fidelibus: ſed propter periculum effuſionis ſanguinis modò datur tantùm ſub ſpecie panis.* Idem ad eum locum notat Dionyſius Carthuſianus.

γ. *Ratio idem evincit.* Ea eſt communio bonorum Eccleſiæ, quam in Symbolo profitemur, quamque Apoſtolus nos apertè docet ad Epheſ. IV. 4. I. Cor. X. 17. ad Gal. III. 28. Pertinent huc illa Chryſoſtomi, Homil. XVIII. in II. ad Cor. p. 646. Ἔστι δὲ ὅπου οὐδὲ διέστηκεν ὁ ἱερεὺς τοῦ ἀρχομένου· οἷον, ὅταν ἀπολαύειν δέῃ τῶν φρικτῶν μυστηρίων· ὁμοίως γὰρ πάντες ἀξιούμεθα τῶν αὐτῶν. *Interdum nec quicquam inter ſacerdotem intereſt & eos, quibus præeſt: velut cùm tremenda myſteria percipienda ſunt. Æquè enim omnes ad ea admittimur.* Plura vide in voce Κοινωνία, n. II. 1. ſub lit. *c.*

δ. *Conſtans judicium antiquitatis hoc diſertè docet.* Nam annis ampliùs mille ducentis obtinuit conſuetudo, ut non panis ſolùm, ſed etiam calix laicis daretur. Agnoſcunt hoc etiam Pontificii. Alphonſus à Caſtro, tit. Euchariſtia, hæreſi XIII: *Argumentum hoc illi negotio deſervit, ut credamus, non eſſe contra Evangelicam inſtitutionem, Euchariſtiam ſub utraq; ſpecie aliis, etiam laicis, porrigere: quod firmiſſimè fatemur. Nam olim per multa ſecula ſic apud* omnes *Catholicos uſurpatum eſſe, ex multorum ſanctorum ſcriptis didicimus.* Apertius Lindanus, Panopl. l. IV. cap. LVI: *Utraq; ſpecies paſſim per Occidentem communicabatur diu poſt ea in annum uſq; milleſimum ducenteſimum.* Caſſander de communione ſub utraque ſpecie: *Non puto demonſtrari poſſe, totis mille amplius annis, in ulla Catholicæ Eccleſiæ parte, ſacro-ſanctum hoc Euchariſtiæ ſacramentum aliter in ſacra Synaxi è menſa Dominica fideli populo, quàm ſub utroque panis viniq; ſymbolo, adminiſtratum fuiſſe.* Sed videamus nunc, an id, quod adverſarii nobis ultrò largiuntur, imò inviti fateri coguntur, antiquitatis roborari poſſit teſtimoniis. Juſtinus Martyr, Apol. II. pag. 161: Οἱ καλούμενοι παρ᾽ ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος. *Qui apud nos Diaconi vocantur, unicuiq; præſentium diſtribuunt, ut participet eum, in quo gratiæ actæ ſunt, panem, vinum, & aquam.* Ignatius in epiſt. ad Philadelph. p. 93: Μία ἐστὶν ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἓν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν. Εἷς γὰρ ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη. *Una eſt caro Domini Jeſu Chriſti, & unus ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt: unus item panis omnibus fractus, & unus calix omnibus diſtributus.* Baſilius M. epiſt. CXLI. pag. 359: Τρώγομεν αὐτοῦ τὴν σάρκα, πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα. *Carnem ejus edimus, & ſanguinem ejus bibimus.* Athanaſius, Apol. II. ad Imperat. Conſtant. t. I. pag. 732: Οὗτος ὁ τρόπος τούτου τοῦ ποτηρίου (τῆς εὐχαριστίας) μόνος, ἄλλος οὐδείς· τοῦτο ὑμεῖς νομίμως προπίνετε τοῖς λαοῖς. *Hic unus uſus calicis (Euchariſtiæ,) & præter eum nullus alius: illum vos legitimè propinatis populis.* Chryſoſtomus, Hom. XVIII. in II. ad Corinthios, pag. 647: Ἔστι δὲ καὶ ὅπου οὐδὲ διέστηκεν ὁ ἱερεὺς τοῦ ἀρχομένου, οἷον, ὅταν ἀπολαύειν δέῃ τῶν φρικτῶν μυστηρίων. Ὁμοίως γὰρ ἀξιούμεθα τῶν αὐτῶν· οὐ καθάπερ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς τὰ μὲν ὁ ἱερεὺς ἤσθιε, τὰ δὲ ὁ ἀρχόμενος, καὶ θέμις οὐκ ἦν τῷ λαῷ μετέχειν ὧν μετεῖχεν ὁ ἱερεύς. Ἀλλ᾽ οὐ νῦν, ἀλλὰ πᾶσιν ἓν σῶμα πρόκειται καὶ ποτήριον ἕν. *Interdum autem ne quidquam quidem inter ſacerdotem intereſt, & eos, quibus præeſt, velut cum tremenda myſteria percipienda ſunt: æquè enim omnes ad ea admittimur: non quemadmodum in Veteri Teſtamento alia ſacerdos, alia ſubditus edebat, nec plebi fas erat iis veſci, quibus ſacerdos veſcebatur; nunc autem ſecus ſe res habet; omnibus ſiquidem unum corpus, & unum poculum proponitur.* Theodoretus, quæſt. LII. in I. Regum, pag. 253. dicit, Davidem ſanctorum participem, præfiguraſſe τὴν πᾶσι προτιθεσομένην ταῖς εὐσεβέσι τράπεζαν μυστικήν. Οὐ γὰρ οἱ ἱερώμενοι μόνοι μεταλαμβάνουσι τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἀλλὰ πάντες οἱ τετυχηκότες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, *myſticam menſam piis omnibus proponendam. Non enim ii ſoli qui ſunt conſecrati, ſunt partipes dominici corporis & ſanguinis, ſed omnes, qui ſanctum conſecuti ſunt Baptiſmum.* Idem, Dialog. I. Μία πᾶσι μυστικὴ προτίθεται τράπεζα καὶ τῶν πιστευόντων ἕκαστος ἴσης ἀπολαύει μερίδος. *Una omnibus myſtica proponitur menſa, & credentium quivis æqualem ſumit portionem.* Iterum Chryſoſtomus, Homil. XXXII. in Matth. pag. 223: Τὸ αὐτὸ ποτὸν ἅπασι δέδοται· μᾶλλον δὲ οὐ μόνον τὸ αὐτὸ ποτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑνὸς ποτηρίου πίνειν ποιήσας ἡμᾶς, &c. *Idem potus omnibus datus eſt: imo potius non ſolum idem potus, verùm etiam ex uno poculo nos bibere facit*, &c. Idem, lib. III. de ſacerdotio, t. VI. p. 16. interrogat, Ὅταν ἴδῃς πάντας ἐκείνῳ τῷ τιμίῳ φοινισσομένους αἵματι, ἆρα ἔτι μετὰ ἀνθρώπων εἶναι νομίζεις; *Quando omnes videris illo precioſo ſanguine rubentes, num adhuc te cum hominibus ſtare exiſtimas?* Loquitur de iis, qui ex benedicto calice bibunt: at omnes ex eo bibere eo ſignificat, quia πάντας φοινισσέσθαι dicit. Gregorius Nazianzenus, orat. XL. pag. 660. quemlibet baptizatum, Baptiſmi recordatione ad eleemoſynam excitari, & dicit: Αἰδέσθητι τὸν ἄρτον ὃν μετέλαβες· τὸ ποτήριον, οὗ κεκοινώνηκας τοῖς Χριστοῦ πάθεσι τελειούμενος. *Reverere panem, cujus factus es particeps: poculum, quod accepiſti, cum Chriſti paſſionibus initiareris.* Theophylactus in I. Cor. XI. p. 259: Πῶς αὐτὸς μόνος πίνεις, καὶ μεθύεις, τοῦ φρικτοῦ ποτηρίου πᾶσιν ἐπίσης δοθέντος; *Quomodo tu ſolus bibis & inebriaris, tremendo iſto calice omnibus ex æquo tradito?* Eandem conſuetudinem; ut infinita alia quæ præterea afferri poſſent, & ab aliis ſtudioſè collecta ſunt,

Digitized by Google

Quaſi verò non ita ſint reddenda: *Et baptiſmus verò, qui totus ſpiritualis eſt factus, & unus eſt, proprietatem ſenſibilis ſubſtantiæ, aquæ dico, retinet, & quod fuit, non amiſit.* φύσιν Clemens Alexandr. dixit pro οὐσίᾳ, in fragmento, vel Eclogis librorum Stromateon, qui deſiderantur, ubi de Baptiſmo loquitur, *deteriorem ſimul ſubſtantiam aquæ recipere*, cum dicit, *& accipere ſanctificationem gratiæ.* Οὕτως, inquit, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ ἐξορκιζόμενον, καὶ τὸ βάπτισμα γιγνόμενον, οὐ μόνον χωρεῖ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ καὶ ἁγιασμὸν προσλαμβάνει. Ita φύσιν accipit pro οὐσίᾳ Nyſſenus, cùm in Oratione Catechetica φύσιν panis dixit μεταστοιχειοῦσθαι. Victor, Antiochenus Presbyter, in enarratione in Marcum, ad illa, *Cœnantibus illis*, Ἄλλος δὲ, φησι, διδάσκει ἡμᾶς μὴ πρὸς τὴν φύσιν ἀφορᾷν τῶν προκειμένων, ἀλλὰ διὰ τῆς γινομένης ἐπ' αὐτοῖς εὐχαριστίας ταῦτα ἐκεῖνα εἶναι πιστεύειν. *Alius, inquit, docet nos, non ad naturam eorum, quæ in menſa propoſita ſunt, reſpicere; ſed per benedictionem, quæ ſuper illis fit, credere ea ipſa eſſe*, nempe corpus & ſanguinem Chriſti. Hoc eſt planè, quod in Nicæni Concilii actis dixit Gelaſius Cyzicenus, parte II. pag. 173. Μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῶς προσέχωμεν, ἀλλ' ὑψώσαντες ἡμῶν τὴν διάνοιαν πιστεύσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ Θεοῦ τὸν ἀμνὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. *Ne ad propoſitum panem & calicem ſimpliciter reſpiciamus, ſed mente noſtra elevata credamus jacere in menſa agnum Dei, qui tollit peccatum mundi.* Sed omnium Græcorum manifeſtiſſimè Damaſcenus lib. IV. Orthod. fidei, cap. XIV. pag. 318. negavit naturam panis mutari aut aboleri, ſed eam manere affirmat: Οὕτω καὶ ὁ ἄρτος τῆς κοινωνίας, οὐκ ἄρτος λιτός ἐστιν, ἀλλ' ἡνωμένος θεότητι. Σῶμα δὲ ἡνωμένον θεότητι, οὐ μία φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ μία μὲν τοῦ σώματος, τῆς δὲ ἡνωμένης αὐτῷ θεότητος ἑτέρα· ὥστε τὸ συναμφότερον, οὐ μία φύσις, ἀλλὰ δύο. *Sic etiam panis communionis, non eſt panis ſimplex, ſed unitus divinitati. Corpus autem unitum divinitati, non eſt una natura, ſed una quidem eſt corporis, unita verò ei divinitatis altera: adeò ut amborum ſimul non ſit una natura, ſed duæ.* Redeamus ad Theodoretum. Agnoſcit ille fieri μεταβολὴν in hoc myſterio ſpecierum viſibilium panis & vini, Dial. I. pag. 17. & 18. Cùm enim inſtruendum ibi ſuſceperit minùs rectè de his ſentientem, myſteriorum naturam ut apertiùs ipſi declararet, præcipuam operam poſuit. Introducit igitur in eo colloquio Orthodoxum docentem eum, qui à fide eſſet alienior, quomodo Chriſtus in inſtitutione Sacramenti corporis & ſanguinis ſui ſub panis & vini ſymbolis, nomina iſta inter ſe permutaverit, ac corpori quidem nomen ſymboli dederit, & vice verſa, ſymbolo corporis, &c. Verba Græca ita habent: Ὁ δέ γε Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος ἐνήλλαξε τὰ ὀνόματα, καὶ τῷ μὲν σώματι τὸ τοῦ συμβόλου τέθεικεν ὄνομα· τῷ δὲ συμβόλῳ τὸ τοῦ σώματος· οὕτως ἄμπελον ἑαυτὸν ὀνομάσας, αἷμα τὸ σύμβολον προσηγόρευσε. *Salvator autem noſter nomina permutavit, & corpori quidem ſymboli nomen impoſuit: ſymbolo verò corporis nomen. Sic vitem ſeipſum cùm nominaſſet, ſanguinis nomen ſymbolo tribuit.* Dicit ad hæc Eroniſtes, ſe dictis aſſentiri, ſed cauſſam quærere τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς, *permutationis nominum.* Reſpondet Orthodoxus: Δῆλος ὁ σκοπὸς τοῖς τὰ θεῖα μεμυημένοις. Ἠβουλήθη γὰρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας, μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς, πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ. *Manifeſtus eſt ſcopus iis, qui divinis myſteriis ſunt initiati. Volebat enim eos, qui divinis myſteriis participant, non attendere naturam eorum quæ cernuntur, ſed per nominum mutationem mutationi illi fidem adhibere, quæ per gratiam*, vel *ex gratia facta eſt.* Quænam verò eſſet illa μεταβολὴ, & quomodo fieret, utrum adjectione, an detractione, an converſione, verbis continuò ſubjectis ſic explicat: Ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς. *Qui enim corpus naturale frumentum & panem appellavit, & vitem rurſus ſe ipſum nominavit, is viſibilia ſymbola appellatione corporis & ſanguinis honoravit, non naturam mutando, ſed naturæ gratiam addendo.* Ergo, Theodoreto docente, adjectione gratiæ ad ſpecies, ſive ſubſtantias panis & vini viſibiles, tota ea mutatio conſtat, non naturæ ipſius, ſive ſubſtantiæ converſione. Iterum Victor Antiochenus ad illa Marci. Et cœnantibus illis: Συγκαθιστάμενος ὡς Θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἐνίησι τοῖς προκειμένοις τὴν δύναμιν ζωῆς, καὶ μεθίστησιν, αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ἵνα εἰς μέθεξιν ζωοποιὸν ἔχωμεν αὐτά. *Ut Deus ſeſe accommodans noſtris infirmitatibus, immittit propoſitis virtutem vitæ, & ea transmutat in efficaciam ipſius carnis, ut in participationem vivificam ea habeamus.* Ecce δύναμις ζωῆς, ecce ἐνέργεια τῆς σαρκὸς Chriſti, quæ in Sacramento eſt, & in quam converſæ ſunt ſpecies viſibiles, ſub quibus latet gratia inviſibilis, quæ illam δύναμιν ζωῆς efficit, & efficaciam corporis Chriſti largitur. Epiphanius in Ancorato hanc corporis Dominici virtutem, quæ in pane Euchariſtiæ eſt, vocavit δύναμιν ἄρτου, quæ eadem eſt, & δύναμις σώματος. Nam & *ſacramentum panis* dicebatur idem, & *ſacramentum corporis.* Ἐνταῦθα δὲ ἐν Χριστῷ ἰσχυροποιουμένων τῆς δυνάμεως τοῦ ἄρτου, καὶ τῆς τοῦ ὕδατος ἰσχύος, ἵνα οὐκ ἄρτος ἡμῖν γένηται δύναμις ἄρτου. *Hic verò in Chriſto panis virtute, & aquæ vi corroboratis, ut non panis ſit nobis virtus, ſed virtus quæ in pane eſt.* Quam δύναμιν ἄρτου hic appellavit, in ſequentibus δύναμιν ἐν ἄρτῳ appellat; Καὶ βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, inquit, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογόνησιν. *Et cibus quidem panis eſt, virtus verò quæ in eo eſt, ad vitam generandam efficax eſt*, nempe æternam. Cùm verò totum Sacramentum Euchariſtiæ in ἄρτον & δύναμιν dividit, clarè oſtendit, ſe panem in eo agnoviſſe cum virtute pani adjuncta, quæ & *virtus ſacramenti* paſſim vocatur à Latinis Patribus. Idem, in Ancorato pag. 492. panem & δύναμιν in Euchariſtia diſtinguit, & panem quidem τὸ στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον vocavit, *rotundum & ſenſus expers.* At illam ipſam, inquit, ſenſu caſſam & brutam materiam, ſuum eſſe corpus pronunciavit Chriſtus, ſed ὡς πρὸς τὴν δύναμιν hoc dixit, & τῇ χάριτι. Locus ille Epiphanii, propter vitioſam interpunctionem hodie non intelligitur. Non enim illa verba, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν connectenda ſunt cum antecedentibus, ſed cum ſequentibus, hoc modo: Καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό μού ἐστι τόδε· καὶ ὁρῶμεν, ὅτι οὐκ ἴσον ἐστὶν, οὐδὲ ὅμοιον, οὐ τῇ ἐνσάρκῳ εἰκόνι, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὐ τοῖς χαρακτῆρσι τῶν μελῶν. Τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδὲς, καὶ ἀναίσθητον. Ὡς πρὸς τὴν δύναμιν καὶ ἠθέλησε χάριτι εἰπεῖν, τοῦτό μού ἐστι τόδε, καὶ οὐδεὶς ἀπιστεῖ τῷ λόγῳ. *Et cùm gratias egiſſet, dixit, Hoc meum iſtud eſt. Et videmus, quòd nec par eſt, nec ſimile aut corporeæ figuræ, aut inviſibili divinitati, nec lineamentis membrorum. Hoc enim rotundum & ſenſus expers. Quantum ad virtutem, & dicere gratiâ voluit, Hoc meum iſtud eſt; & nemo non fidem habet ſermoni.* Vix alius præſtantior eſt locus in tota Patrum antiquitate, nec illuſtrior refutandæ ſententiæ de Tranſſubſtantiatione. Illud, cui Chriſtus benedixit, cùm inſtitueret ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, non ſimile eſt, inquit, nec ullo modo æquale aſſumptæ carnis figuræ, aut inviſibili divinitati, nec membrorum lineamentis. Res rotunda eſt & bruta, de

qua

Digitized by Google

ἐσθίεται μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Floruit in lege, crevit in Prophetis, maturuit in cruce, comeditur poſt reſurrectionem. Hæc omnia figuratè ab illo Patre dicuntur. Et verum quidem eſt, manducari poſt reſurrectionem, ſed ſpiritaliter quantum ad corpus ipſum, corporaliter verò quantum ad ſignum, id eſt, panem, qui figura carnis ejus eſt. Ita Patres alii dixere, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐσθίεσθαι, non propriè, ſed impropriè: non enim poteſt edi Deus Verbum, nec dentibus conteri.

c. *Quia conſtans erat opinio, ſacræ Cœnæ participatione ſolvi jejunium.* Hinc patet, veteres agnoviſſe, in S. Cœna non cœleſtem tantùm, ſed etiam terreſtrem rem eſſe. Ea de cauſſa diebus Dominicis, quibus non jejunabant, matutino tempore Euchariſtiam celebrabant. Jejuniorum diebus, prout ea eſſent longiora, vel breviora, quâ horâ erant finienda, eâ conveniebant ad conventum Eccleſiaſticum, & ſacramentorum communionem, quâ acceptâ, jejunium ſolvebatur. In ſtationibus, hoc eſt, jejuniis ordinariis καὶ τεταγμένοις ſextæ & quartæ feriæ, quia horâ nonâ finiebantur, ideo etiam horâ eâdem ad ſynaxin veniebant, non priùs quidquam guſtaturi cibi, aut potus. Prudentius, qui vixit ſeculo ſexto, Periſteph. Hymno VI. de martyrio Fructuoſi, pag. 118.

Quosdam de populo videt ſacerdos
Libandum ſibi poculum offerentes:
Jejunamus, ait, recuſo potum:
Nondum nona diem reſignat hora.
Nunquam conviolabo jus dicatum,
Nec mors ipſa meum ſacrum reſolvet.

In ſabbatis horâ ſextâ, vel paulò ante ſextam, celebrabatur ſynaxis apud eos, qui jejunium illius diei uſque ad ſextam, aut ſeptimam extendebant. Nolebant Græci totum diem ſabbati jejunio eſſe extrahendum, ſed concedebant in eo jejunari usque ad ſextam vel ſeptimam. Vetus ἔκθεσις πίστεως, ex Actis Concilii Nicæni I. τὸ σάββατον μὴ νήστευε ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀπρεπὲς γάρ ἐστιν, ἐὰν ὅλην τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου νηστεύῃς μέχρι δυσμῶν ἡλίου· ἔξεστι δὲ ἕως ὥρας ἕκτης, ἢ ἑβδόμης. *Sabbato ne totum diem jejunes, indecorum enim eſt, ſi totum ſabbati diem jejunio extrahas usq; ad ſolis occaſum: licet autem usq; ad horam ſextam, vel ſeptimam.* Qui usque ad ſolis occaſum jejunabant ἐκ προαιρέσεως, ſi jejunium eorum votivum incideret in eum diem, quo ad horam usque ſextam, aut nonam jejunia Eccleſiæ ſolennia & τακτὰ prorogabantur, Euchariſtiam in templo ſumtam domum ferebant, ut, quâ horâ inſtituerant jejunium ſuum terminare, eam ſumerent. Aliquando ὑπέρθεσις in Eccleſia celebrabatur, hoc eſt, jejunium usque ad mediam noctem. Et nocturni conventus Euchariſtiæ participandæ gratiâ tum fieri ſoliti. Walafridus Strabo Cap. XXIII. de tempore Miſſæ: *Interdum ante meridiem, interdum circa nonam, interdum ad veſperam, interdum noctu celebratur Miſſa.* Eadem ἔκθεσις fidei: Εἰ δὲ ὑπέρθεσιν δύνασαι ποιεῖν, πλείονα μισθὸν ἕξεις. *Si ſuperpoſitionem potes facere, majorem accipies mercedem.* Hoc eſt, *ſi unum diem cibo ſuperponere potueris.* In his voluntariis ſuperpoſitionibus reſervabant Euchariſtiam, qui eam in Eccleſia acceperant, usque ad mediam noctem.

d. *Quia olim in altari cum pane & vino alia conſecrabantur.* Aut illa, quæ parem percipiebant benedictionem, æquè in corpus Chriſti convertebantur, ut ea nunc putantur converti; aut non tunc pro converſis habebantur, cùm alia tali benedictione minimè converterentur. Canon XXVIII. Concilii in Trullo notat, hunc fuiſſe plurimarum eo tempore Eccleſiarum morem, ut uvæ offerrentur ſimul cum pane & vino Sacramenti, & uvæ illæ cum corpore & calice fidelibus per Miniſtros altaris traderentur. Integrum Canonem, ejusque genuinam interpretationem jam ſuprà attulimus, in voce θυσία, num. II. 2. ſub lit. *a. a.* unde etiam alia, quæ huc pertinent, petere licet. Damnant quidem Patres Trullani, & meritò, hanc pravam conſuetudinem, ſive abuſum, ſed non ob eam rationem, quòd panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti converterentur ſubſtantialiter, uva autem non poſſet hanc converſionem ſuſcipere, quamvis pari conſecratione ſanctificata. Statuunt enim εἰς ζωοποίησιν καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, *ad vivificationem & peccatorum remiſſionem*, panem & vinum oblata ad altare, & ſanctificata populo debere impertiri, uvæ autem oblationem loco primitiarum eſſe habendam, & ſeorſim à ſacerdotibus benedicendam ſpeciali cum gratiarum actione ad eum, qui largitor eſt talium donorum & fructuum, quibus corpora noſtra augentur & aluntur. Eadem ratione moti Patres Africani, Can. XXXVII. ſanxerunt, *ut in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aquâ mixtum. Primitiæ vero ſeu mel, & lac, quod uno die ſolemniſſimo in infantum myſterio ſolet offerri: quamvis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, ut a ſacramento Dominici corporis, & ſanguinis diſtinguantur: nec amplius in primitiis offeratur, quàm de uvis & frumentis.* Canon etiam III. nomine potiùs, quàm veritate Apoſtolicus, Epiſcopos & Presbyteros offerentes præter Domini inſtitutionem ad ſacrificium in altari alia quæpiam, ſeu mel, aut lac, aut pro vino ſiceram, aut alia vina factitia, aut gallinas, aliaque animalia, deponendos ſtatuit. In verbis Græcis, ut obſervat Cl. Salmaſius, editores Pontificii hæc corruperunt: Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Quæ ſic Latinè reddiderunt: *Si quis Epiſcopus, vel Presbyter præter Domini conſtitutionem*, alii *ordinationem, de ſacrificio, ad altare offerat alia quæpiam.* Volunt nimirum, nos intelligere conſtitutionem Domini de ſacrificio fuiſſe, τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ. Cùm nihil minùs Dominus inſtituere cogitârit, quàm ſacrificium corporis ſui & ſanguinis ſui. Sed Græca in authenticis aliter habent; hoc nempe modo: Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ſenſus eſt: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, præter Domini conſtitutionem, ad ſacrificium ſuper altare obtulerit alia quæpiam.* Hoc eſt, quod dixerunt Africani, cùm idem conſtituerent, *Ut in ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit.* Hæc eſt Domini διάταξις & traditio, qui in ſacramentis corporis & ſanguinis ſui inſtituendis nihil dedit niſi vinum & panem. Dionyſius Exiguus Græca optimè expreſſit in verſione ſua ad hunc modum: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare*, &c. Ex quibus omnibus liquidò patet, tunc temporis illa ſuper altari in ſacrificium poni ſolita, cum ſacramentis panis & vini, & eandem omnino benedictionem, ſive conſecrationem recepiſſe. Non igitur ea ætate, quâ iſta fiebant, ea perſuaſio hominum occupavit mentes, illa, quæ ſic offerebantur in altari, & conſecrabantur in ſacrificio cum pane & vino, converti in corpus & ſanguinem Chriſti.

Interim tamen negari nequit, Patres quosdam ita nonnunquam eſſe locutos, ut μετουσίᾳ Pontificiæ videan-

videantur favere: hic verò obſcuriora ſemper ex clarioribus ſunt explicanda. Exempli cauſsâ, Cyrillus Jeroſol. Catecheſi IV. myſtag. pag. 211. Ταῦτα μαθὼν καὶ πληροφορηθεὶς, ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος, οὐκ ἄρτος ἐστὶν, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ· καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος, οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα χριστοῦ. *Hoc ſciens & pro certiſſimo habens, panem hunc, qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe corpus Chriſti: & vinum, quod à nobis conſpicitur, non eſſe vinum, etiamſi guſtus hoc velit, ſed eſſe ſanguinem Chriſti.* —— Idem ab initio hujus Catecheſeως dubitantes, an panis ſit corpus, & vinum ſanguis, ita refutat, ut dicat Chriſtum, qui in Cana Galilææ aquam in vinum mutaverit, æquè facilè mutare potuiſſe vinum ſacramenti in ſanguinem ſuum, & panem in corpus ſuum, &c. Quis non credat eum favere Pontificiis? At aliter eſt: aliter ſenſit Cyrillus, & ſententiam ſuam in eadem, & ſequente Catecheſi explicat. In illa dicit, nos ejus panis participes fieri *ut ſpiritalis*, μεταλαμβάνων αὐτοῦ ὡς πνευματικοῦ. Qui ſpiritualem panem aut ſanguinem ſacramenti appellat, excludit omnem corporalem & carnalem intellectum, & negat omnino realem inter ſe ſubſtantiarum permutationem. Idem πνευματικὸν ἄρτον appellat, pag. 211. Δεῦρο, φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου, τὸν πνευματικὸν ἄρτον. *Veni, comede cum lætitia panem tuum, ſpiritualem panem.* Et pag. 209. verba Chriſti, quibus manducationem carnis ſuæ ſervari volentibus præcipit, ſpiritualiter intelligenda eſſe monet, eoſque, qui non ſic intellexiſſent, ſcandalizatos retro abiiſſe, & Magiſtrum deſeruiſſe docet: Ἐκεῖνοι μὴ ἀκηκοότες πνευματικῶς τῶν λεγομένων, σκανδαλισθέντες ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, νομίζοντες ὅτι ἐπὶ σαρκοφαγίαν αὐτοὺς προτρέπεται. Vocatur etiam τροφὴ πνευματικὴ, *cibus ſpiritualis*, à Chryſoſtomo, Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: Πηροῦται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ὅταν μὴ μετέχωμεν τῆς πνευματικῆς τροφῆς. *Corrumpitur anima noſtra, ſi cibi ſpiritualis non ſimus participes.* Patres Baptiſmum vocant πνευματικὸν λουτρὸν, *ſpiritale lavacrum.* Vide in Λουτρὸν, num. II. Nemo verò ex his aquam Baptiſmi ſpiritalem, in ſanguinem Chriſti mutari, aut ſuam ſubſtantiam & naturam quocunque modo deperdere in aliam tranſeundo, putavit. Dicit idem Cyrillus, Catecheſi IV. Myſtag. pag. 208. Ἐν τύπῳ ἄρτου δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ ἐν τύπῳ οἴνου δίδοταί σοι τὸ αἷμα. *In figura panis datur tibi corpus, & in figura vini datur tibi ſanguis.* Si panis, exutâ propriâ ſubſtantiâ, indueret ſubſtantiam corporis Chriſti, non ampliùs ejus figura dici poſſet, cujus figura eſt, ubi nempe id ipſum exiſtere inciperet. Idem de vino dicendum. Cùm enim ſignum transmutatur in rem ſignificatam, deſinit eſſe ſignum, & fit illud, quod antea ſignificabat. Unde & illi, qui crediderunt panem & vinum Euchariſtiæ in corpus & ſanguinem Chriſti converti, negârunt panem & vinum eſſe τύπον vel ἀντίτυπον corporis & ſanguinis Chriſti. Vide in voce Ἀντίτυπον, num. I. Poſtremò idem Cyrillus, cùm in IV. Catecheſi dicit, *non eſſe panem qui videtur & apparet*, de Chriſmate, quo ungebantur ſacro lavacro tincti, paria planè affirmat Catecheſi myſtag. III. pag. 203. atque iiſdem prorſus verbis. *Vide ne illud eſſe putes ſimplex Chriſma, vel unguentum, quod videtur.* Ἀλλ' ὅρα, μὴ ὑπονοήσῃς, ἐκεῖνο τὸ μύρον ψιλὸν εἶναι. Quemadmodum enim *panis Euchariſtiæ*, ὁ ἄρτος εὐχαριστίας, poſt Spiritus ſancti invocationem, *non ampliùs ſimplex eſt panis, ſed corpus Chriſti*, οὐκέτι ἄρτος λιτὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ: *ſic & ,* οὕτω καὶ, *ſanctum hoc unguentum, non ampliùs eſt unguentum nudum, neque, ſi quis ita appellare malit, commune*, οὐκ ἔτι ψιλὸν, οὐδ' ὡς ἂν εἴποι τις κοινὸν, *poſt invocationem, ſed eſt Chriſti chariſma & Spiritus ſancti*, quod *divinitatis ejus præſentiam efficit.* Dionyſius quoque Areopagita prædeceſſores ſuos & docto tradere ait, ejusdem dignitatis & efficaciæ eſſe hoc ſacramentum cum Euchariſtiæ ſacramento, iisdemque, ut plurimùm, cum eo figuris myſticis, adminiſtrationibus & conſecrationibus planè conſtare. Verba ejus, Hierarch. Eccleſ. cap. IV. ſect. III. pag. 284. hæc ſunt: Διὸ καὶ ταύτην οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ὡς ὁμόταγῆ καὶ ταυτουργὸν τῷ τῆς συνάξεως ἱερῷ τελεστηρίῳ, ταῖς αὐταῖς εἰκόσιν, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ μυστικαῖς διακοσμήσεσι καὶ ἱερουργίαις (alii ἱερολογίαις) διετάξαντο. *Quocirca quoque divini præceptores noſtri, tanquam ejuſdem ordinis & operationis cum ſacroſancto Synaxeos ſacramento, iiſdem imaginibus, ut plurimùm, myſticiſque diſtinctionibus ac ſacris verbis deſcripſerunt.* Nec dubitat ideò paulò pòſt, ſect. IV. pag. 286. ſacrum illud unguentum ipſiſſimum eſſe Jeſum Chriſtum pronunciare: Πεπείσμεθα δὲ εἶναι τὸν θεαρχικώτατον Ἰησοῦν ὑπερουσίως εὐώδη, νοηταῖς διαδόσεσι τὸ νοερὸν ἡμῶν ἀποπληροῦντα θείας ἡδονῆς. *Scimus autem, diviniſſimum illum Jeſum ſupraſubſtantialiter fragrantem, ſpiritalibus diſtributionibus partem noſtri ſpiritalem divina voluptate recreare.* Talem ergo intervenire in hoc Sacramento neceſſe eſt, ex Patrum opinione, mutationem, qualis in Euchariſtiæ pane & vino intercedit. Atqui unguentum illud ſacrum non mutatur in perſonam Chriſti, ac proinde nec panis in corpus ejus, nec vinum in ſanguinem ejus. Solent verò pro μετουσίᾳ loca plurima afferri ex Damaſceno & Theophylacto, quæ hic examinare nimis longum foret: remittimus ergo Lectorem ad Hoſpiniani Hiſt. Sacrament. part. I. lib. III. cap. VII. & lib. V. cap. XII. ubi plurima Patrum teſtimonia à corruptelis vindicantur.

e. *Quia imago, figura, ſimilitudo, commemoratio*, &c. *corporis Chriſti in S. Cœna eſſe dicuntur panis & vinum.* Panis & vinum vocantur Σύμβολα; vide in Σύμβολον, num. I. 1. ſub lit. β. b. 2. Εἰκών; vide in Εἰκών, num. II. Ἀντίτυπα; vide in Ἀντίτυπον, num. 1. τύπος. Vide in voce Τύπος. In ſacra Cœna eſt ἀνάμνησις, *recordatio*, μνήμη, *commemoratio* ſacrificii à Chriſto in cruce ſemel oblati: vide in voce Θυσία, num. II. 2. ſub lit. a. γ.

IV. *Fundamentum S. Cœnæ eſt vel ex parte autoris, vel ex parte diſpenſatoris hujus ſacramenti.* Nos de diſpenſatore pauca hic monemus. Diaconi populo panem & calicem diſtribuebant. Hoc docemus in voce Διάκονος, num. II. 2. ſub lit. β. In quibusdam Eccleſiis Epiſcopi panem populo dabant, Diaconi calicem: patet hoc ex Conſtitutionum Apoſtol. lib. VIII. cap. XIII. Καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν, ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον, καὶ ἐπιδοὺς λεγέτω, αἷμα χριστοῦ. *Et Epiſcopus quidem det oblationem, Diaconus verò impertiatur calicem, eumque dando dicat, ſanguis Chriſti.* Apud Cyprianum de Lapſis: *Diaconi dant calicem, & in Ordine Romano.* Solis Sacerdotibus id facere olim licebat. Chryſoſtomus, Homil. XLV. in Matth. τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ποτήριον ἐπιδιδόναι. *Soli Sacerdoti licet ſanguinis calicem dare.* At in ipſo neceſſitatis caſu, cùm nullus in propinquo Presbyter eſſet, aut Epiſcopus, ut ſæpe perſecutionis tempore contingebat, tralatitium fuit tempore Tertulliani, ut ipſi Laici panem conſecrarent, & calicem ac ſacramenta ſibi adminiſtrarent: de quo jam ſuprà, in hac ipſa voce, num. II. ſub lit. B. c. γ. dictum. De eodem illuſtris eſt locus apud Tertullianum, lib. de Exhortatione ad Caſtitatem, cap. VII. pag. 941. ex vetuſtiſſimo exemplari, teſte Cl. Salmaſio, ſic emendatus: *Ideò ubi Eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus, & offers, & tingis, & ſacerdos es tibi ſolus.* Hoc loco *offers* eſt προσφέρεις, panem conſecras: nam προσφέρειν, & *offerre* abſolutè frequenter ponitur pro

θυσίαν

Digitized by Google

θυσίαν προσφέρειν. Autor Apoſtol. Conſtitut. lib. VIII. cap. XXVIII. de Diacono: Οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει. *Non tingit, non offert.* Eadem ſententia videtur omnino fuiſſe Patrum Concilii in Trullo, Can. LVIII. quo non obſcurè ſignificatur, licuiſſe tum laicis, ſi non adeſſet Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, divina myſteria ſibi ipſis adminiſtrare, & dare. Sic enim ſancit: Μηδεὶς τῶν ἐν λαϊκοῖς τεταγμένων ἑαυτῷ τῶν θείων μυστηρίων μεταδιδότω, παρόντος ἐπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου. *Nemo eorum, qui ſunt in ordine laicorum, divina myſteria ſibi impertiat, præſente Epiſcopo, vel Presbytero, vel Diacono.* Quamvis Balſamon ad hunc Canonem, pag. 429. neget, unquam licere laico ſibi ipſi ſacra myſteria adminiſtrare, dicit tamen: Λέγουσι τινὲς ἐξ ἀντιδιαστολῆς, ὡς ὅταν οὐ πάρεστί τις ἐξ αὐτῶν, διὰ προκειμένην ἀνάγκην, καλῶς μεταδώσει τις ἑαυτῷ τῶν θείων ἁγιασμάτων. *Dicunt quidam per ſumtum à contrario argumentum, quòd, quando non adeſt eorum aliquis, propter oblatam neceſſitatem, ſibi quis ſacram Cœnam rectà impertiet.* Vide Hoſpinianum, Hiſt. ſacrament. parte I. lib. II. cap. I.

V. *Terminus*, ſeu *finis S. Cœnæ* eſt *duplex:*

1. *Cui*, nempe, *ſoli homines adulti & baptizati,* qui in Eccleſia doctrinam Chriſti profitentur, & vitam ſine publico offendiculo agunt. Theophylactus in cap. XIV. Matthæi: Οὐδεὶς ἀβάπτιστος μεταλαμβάνει. *Nullus non baptizatus communicat.* Clariſſimè Juſtinus Martyr Apolog. II. pag. 162. Ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία, ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μεταχεῖν ἐξόν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ χριστὸς παρέδωκεν. *Alimentum hoc apud nos appellatur* Euchariſtia; *quam nulli alii participare licitum eſt, quàm veram eſſe doctrinam noſtram credenti, & lavacro in remiſſionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita, ut Chriſtus tradidit, viventi.* Heſychius lib. VI. in cap. XXII. Levitici: *Qui ſemetipſum probat, ſi peccati ſibi conſcius eſt, & pollutionem animæ ſe habere ſentit, ſine dubio pœnitet: & poſt pœnitentiam de pane comedere, & bibere rurſus de calice ſancto & impolluto poteſt.* Apud Bedam legitur, lib. II. cap. V. *quòd Epiſcopus regiis quibusdam adoleſcentibus apud Orientales Saxones, quamvis à Chriſtiana religione non abhorrerent, Dominicam Cœnam negârit, quia non vellent baptizari.* Hinc ad S. Cœnam tum non admittendi, tum olim non admiſſi fuerunt:

a. *Nondum initiati ſeu baptizati, Catechumeni, & Pœnitentes.* Theodoretus θεραπευτ. Serm. II. Ἀτέλεστος, καὶ τῶν θείων μυστηρίων ἀμύητος. *Sacris non initiatus, & divinorum myſteriorum expers.* Hieronymus in cap. VII. epiſt. II. ad Corinthios: *Catechumeni & pœnitentes communicare non poſſunt.* Auguſtinus, tract. XI. in cap. III. Johannis: *Tranſeant per mare rubrum, id eſt, baptizentur, & manducent manna:* hoc eſt, corpus & ſanguinem Domini. Dionyſius Areopagita, Eccleſ. Hierarch. cap. III. p. 243. docet, dum S. Cœna celebretur, arceri Catechumenos, Energumenos, & Pœnitentes: Ἔξω γίγνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες· μένουσι δὲ οἱ τῆς θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Sacro ambitu arcentur Catechumeni, & cum iis energumeni ac pœnitentes, illis, qui divinorum aſpectu & communione digni ſunt, remanentibus.* Chryſoſtomus, Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: in S. Cœnæ communione clamabat Præco, Ὅσοι ἐν μετανοίᾳ ἀπέλθετε πάντες. *Quotquot eſtis in pœnitentia conſtituti abite omnes.* Timotheus Alexandrinus in Reſponſionibus Canonicis, apud Balſamonem, pag. 1063. ad quæſtionem, *Num clericus, præſentibus Arrianis, vel aliis hæreticis, debeat orationem, vel oblationem facere?* reſpondet: Ἐν τῇ θείᾳ ἀναφορᾷ ὁ διάκονος προσφωνεῖ πρὸ τοῦ ἀσπασμοῦ, οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε. *In divina oblatione Diaconus ante oſculum clamat, Qui non communicatis, ambulate.* Ad hæc Balſamon: Ὅτι μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ ἅγια, λέγεται τοῖς ἀμυήτοις, οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε, ἤγουν οἱ κατηχούμενοι προσέλθετε· οἱ οὖν κατηχούμενοι οὐκ ἐῶνται παρεῖναι τελουμένης τῆς θυσίας. *Quando ad ſacram menſam ſancta offerenda ſunt, dicitur non initiatis, Qui non communicatis, ambulate, hoc eſt, Catechumeni accedite. Catechumeni ergo non ſinuntur adeſſe, dum ſit ſacrificium.* De hoc autem ritu ſufficienter actum in verbo Κατηχέω, num. II. 2. ſub lit. *B.*

b. *Infantes.* Etiam infantibus olim Euchariſtiam fuiſſe datam, ex antiquitate notiſſimum eſt. Rem totam ex Cl. Salmaſio, & veterum ſcriptis repetitam, proponemus: deinde verò, cur Euchariſtia infantibus non ſit danda, docebimus. Canone XXXVII. Eccleſiæ Africanæ, ut etiam in ſuperioribus vidimus, hoc legitur decretum: *Primitiæ verò, ſeu mel, & lac, quod uno die ſolemniſſimo in infantum myſterio ſolet offerri: quamvis in altari offerantur, ſuam tamen habeant propriam benedictionem, ut à ſacramento Dominici corporis & ſanguinis diſtinguantur.* Quæritur, an *myſterium infantium* hic appelletur Baptiſmus, quia eo tempore baptizatis infantibus, & egreſſis è lavacro, mellis & lactis concordia prægustanda dabatur, teſte Hieronymo, in Dialogo adverſus Luciferianos? Verba ejus ſunt: *Nam & multa alia, quæ per traditionem in Eccleſiis obſervantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ legis uſurpaverunt, velut in lavacro ter caput mergitare, deinde egreſſos lactis & mellis concordiam prægustare, ad infantiæ ſignificationem.* Cur dicit, *ad infantiæ ſignificationem* hunc morem lactis & mellis dandi infantibus inſtitutum ſacro lavacro tinctis? Quia cibus infantium, ſtatim ut nati eſſent, apud veteres mel & lac fuit. Sed non ea de cauſſa hic ritus inſtitutus eſt. Tunc peculiari benedictione lac illud & mel, quod infantibus à Baptiſmo dabatur, conſecrari ſolebat in altari, ſed olim ſimul conſecrabatur, & eadem etiam benedictione cum pane & vino, nec diſtinguebatur à ſacramento corporis & ſanguinis, niſi ratione eorum, qui acciperent. Adulti in pane & vino ſacramentum corporis & ſanguinis accipiebant, infantes in lacte & melle. Primis duobus ſeculis nemo Baptiſmum accipiebat, niſi qui, in fide inſtructus, & doctrinâ Chriſti imbutus, teſtari poſſet, ſe credere, propter illa verba, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit.* Ergo prius erat credere. Inde ordo Catechumenorum in Eccleſia. Mos etiam tum perpetuus conſtanter obſervatus fuit, ut ſecundùm Baptiſmum Catechumenis illis ſtatim daretur Euchariſtia. Poſtea opinio invaluit, neminem ſalvari poſſe, niſi qui baptizatus fuiſſet. Quia autem Catechumenis adultis olim ſimul ac loti fuiſſent ſacro Baptiſmate, dabatur Euchariſtia, hoc etiam in infantibus ut fieret inſtitutum poſt Pædobaptiſmũ introductum. Sed infantes tenelli & recens nati, cum in vino & pane communionem non poſſent accipere, ut in iis, quæ ſumere poſſent, acciperent, receptum eſt, hoc eſt, in cibo & potu infantium proprio. Apud antiquos verò pro cibo, & ante omnem cibum, infanti, ut natus erat, mel dabatur, deinde lac. Aëtius, lib. IV. cap. IV. de infantium alimento: Δοτέον δὲ αὐτῷ πρὸ πάσης τροφῆς μέλι κάλλιστον ἀπηφρισμένον ἐκλείχειν. *Dandum puero recens nato*, τῷ βρέφει, *ante omne alimentum, mel optimum, deſpumatum lingendum.* Quarto demum die à nativitate lac illi è mamma nutricis ſugendum dabatur. Paulus Ægineta, lib. I. cap. V. de infantis alimento & curatione: Πρώτην τροφὴν εἰσφέρειν δεῖ τῷ νεογενεῖ παιδίῳ τοῦ μέλιτος, μετὰ δὲ τοῦ γάλακτος διδόναι δύο τῆς ἡμέρας, ἢ τρὶς τὸ πλεῖστον. *Primum cibum pueris recens*

natis dandum, eſt mel, deinde lac bis in die, aut ad ſummum ter. Barnabas in epiſtola de regione melle & lacte fluente; τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται. *Cur igitur lac & mel? Quia infans melle primùm, deinde & lacte ſuſtentatur ad vitam.* Vide etiam in voce Μέλι, num. II. Ex illa igitur opinione Veterum, quòd recens in lucem editis infantibus neceſſariò dandus eſſet Baptiſmus, & ſtatim pòſt Euchariſtia, hic etiam mos ortus eſt, ut in melle & lacte eam acciperent, quia non alium cibum, nec alium potum ſumere poterant. Nec obſtat, quod Cyprianus, libro de Lapſis, pag. 243. refert de parvula ſub nutricis alimento puella parentum Chriſtianorum, cui panis mero mixtus apud idolum datus eſt, quæ pòſt in Eccleſia vinum in ordine ſuo accepit pro ſacramento calicis. Nam parvulam illam paulò grandiorem tum fuiſſe apparet, ut quæ poſſet panem vino mixtum accipere. Idque ſatis oſtendit narratio Cypriani. At Euchariſtia, quæ dabatur recens editis, id eſt, *νεογεννήτοις παιδίοις*, in melle & lacte dari ſolebat, qui cibus erat & potus infantium nuper natorum. Ubi opinio extabuit de neceſſitate utriusque ſacramenti recens natis infantibus conferendi, nihilominus diu retenta fuit conſuetudo, ut baptizatis infantulis, & è lavacro egreſſis lac cum melle daretur, ſed non tanquam ſacramentum Euchariſtiæ, ſicut prius fieri ſolebat. Ab eo tempore vicem ceremoniæ indifferentis id obtinere cœpit. Ideò & ſpeciali conſecratione tunc ut benediceretur inſtitutum, quamvis in altari, nec eàdem, quâ panis & vinum ſacramentale. Sic alia etiam huic ceremoniæ addita ſignificatio, quaſi mos eſſet, lac & mel baptizatis infantulis dari, ad infantiam ſignificandam, quia tali potu & cibo alitur. Non defuere tamen ex veteribus Canonum interpretibus, qui Canonem illum Africanum, quo *myſterium infantium* appellatur, de ipſo Euchariſtiæ ſacramento exponerent, ſicut ad eum locum notavit Zonaras his verbis: Τὸ δὲ εἰς τὸ τῶν νηπίων μυστήριον, τινές φασιν εἶναι τὸ μεταδιδόναι ταῦτα τοῖς νηπίοις ἀντὶ τῶν μυστηρίων. Certè etiam tum eo ipſo tempore dabatur infantibus mellis & lactis concordia, quo antiquitus dari ſolebat, cùm vice Euchariſtiæ & communionis impertiebatur, nempe egreſſis è lavacro. Quicquid ſanè olim in altari offerebatur, eandem benedictionem accipiebat cum pane & vino ſacramentali, ut ſuprà, num. III. ſub lit. *β. d.* probavimus. Quòd autem in Canone Africano dicitur, propriam mel & lac, & ſuam habuiſſe benedictionem, quamvis in altari ſacrificarentur, id factum, poſtquam deſiit ſacramentum infantium in illis duabus ſpeciebus celebrari, & poſtquam ſpecialis benedictio per orationem myſticam, ad conſecrandum panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti, introducta eſt. Antea ut erat benedictio generalis, quâ res omnes in altari poſitæ, ſive quæ tanquam primitiæ offerrentur, ſive quæ tanquam ſacramenta, una ſanctificatio, quaſi conſecratio generalibus verbis concepta omnibus ſacrandis, quæ ad altare offerri ſolebant, ſufficere videbatur. Certè omnium oblationes, præcipuè panis & vini ad Communionem, item primitiæ uvarum, ſpicarum, oleum, & alia ejusmodi, ſola gratiarum actione & benedictione ſanctificabantur. Aliàs, infantibus olim baptizatis Euchariſtiam fuiſſe datam, ex multis aliis habere licet ſcriptoribus. Auguſtinus verba Chriſti, Joh. VI. 53. *Niſi manducaveritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis*, de Euchariſtia interpretatus eſt etiam parvulis neceſſariò danda, & hinc collegit, morte æterna perire infantes non baptizatos, cum ad Euchariſtiam admitti non potuerint nondum baptizati. Imò affirmat, hanc fuiſſe etiam univerſæ tunc temporis Eccleſiæ mentem, usque adeò, ut aſſerere non dubitet, nullum Catholicæ fidei Chriſtianum, expoſitionem eam negare, aut de ejus veritate dubitare. Vide ejus epiſt. CVI. & lib. I. de peccatorum meritis & remiſſione, cap. XX. & lib. I. contra Julianum, cap. II. Baſilius, Ciliciæ Presbyter, ut refert Photius, in Biblioth. Cod. CVII. pag. 281. ſcripſit contra Johannem Scythopolitam, & de eo narrat: οὐδέποτε ἐκοινώνει τῆς ἱερουργίας τελουμένης. ἀλλὰ μετὰ τὸ εὐαγγέλιον, παισὶν ἅμα τῶν μυστηρίων μετελάμβανε, καὶ παραυτίκα πρὸς τὴν τράπεζαν ἀπέτρεχε. *Nunquam communicabat ſacro jam abſoluto, ſed poſt Evangelium unà cum pueris myſteria ſumebat, ſtatimque ad menſam currebat.* Hinc perſpicuè colligitur, pueros tum ad S. Cœnam fuiſſe admiſſos. Scribit etiam Dionyſius Areopagita. Eccleſ. Hierarch. cap. VII. Contemplat. III. Sect. XI. pag. 360. παῖδας, οὔπω τὰ θεῖα συνιέναι δυναμένους, τῆς ἱερᾶς μετόχους γίγνεσθαι θεογενεσίας, καὶ τῶν ἱερωτάτων τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας συμβόλων, *infantes, qui per ætatem nequeunt intelligere divina, ſacræ regenerationis, ſanctiſſimorumque divinæ communionis ſymbolorum participes fieri.* Cur autem illis Euchariſtia detur, hanc ibidem, pag. 362. reddit rationem: Μεταδίδωσι δὲ τῷ παιδὶ τῶν ἱερῶν συμβόλων ὁ ἱεράρχης, ὅπως ἐν αὐτοῖς ἀνατραφείη, καὶ μηδὲ σχοίη ζωὴν ἑτέραν, εἰ μὴ τὴν τὰ θεῖα θεωροῦσαν ἀεὶ, καὶ κοινωνὸν αὐτῶν ἐν προκοπαῖς ἱεραῖς γιγνομένην, &c. *Porrò Pontifex puerum conſortem facit ſacrorum ſymbolorum, ut in iis enutriatur, neque agat vitam aliam, quàm eam, quæ divina ſemper ſpectet, & hujusmodi ſancta communione proficiat*, &c. Mos hic receptus antiquitus, usque eò invaluit poſtea, maximè Caroli M. ſeculo, ut non modò infantibus Euchariſtia daretur in publico Eccleſiæ cœtu poſt Baptiſmum, vel alio tempore, quo Eccleſia ad ſacram Synaxin convenire ſolebat: verùm etiam panis Cœnæ aſſervabatur, parvulis ægrotantibus perinde ac adultis exhibendus. Anſegiſus, Abbas Leodienſis, qui Canonem Carolinum, lib. I. de Legibus Francorum, cap. CLV. ſuper hac re editum recitat, hujus nobis rei teſtis locuples eſſe poteſt. Sic enim Canon ille habet: *Presbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit, aut parvulus infirmus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur.* Joannes etiam Teutonicus, qui ſcholia ſcripſit in Gratianum, de Conſecrat. diſt. IV. cap. IV. teſtatur, eam quibusdam in locis conſuetudinem ſua ætate adeò invaluiſſe, *ut ſacramentum infantibus darent.* Apud Æthiopes, ut teſtis eſt Oſorius, lib. IX. de Geſtis Emmanuelis, *infantes eo die, quo ſalutaribus ſacris initiati ſunt, Euchariſtiam in panis mica ſumſerunt.* Sigiſmundus Liber Baro, in Comment. ſuis rerum Moſcoviticarum, ſcribit, *Moſcovitas pueris ſeptem annorum ſacramentum porrigere: dicunt enim hominem tum peccare: & ſi puer fortè aut infirmus fuerit, aut animam cœperit agere, ut de pane ſumere non poſſit, gutta ex calice ei infunditur.* Quin etiam Græci in hodiernum usque diem, infantibus Cœnam ſub utraque ſpecie adminiſtrant. Teſtatur hoc Metrophanes Critopulus, in Confeſſ. Eccleſ. Oriental. cap. IX. pag. 98. Poſtquam enim dixiſſet, panem & calicem, tàm eccleſiaſticos quàm laicos accipere, ſtatim ſubjicit: Ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτὰ τὰ βρέφη ἀρξάμενα εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, μετέχει τοῦ λοιποῦ ὁσάκις οἱ γονεῖς βούλονται. *Quin imò infantes ipſi, incipiendo ſtatim à ſancto Baptiſmate, deinde, quoties parentes volunt, communicant.* Et mox: Ὥσπερ δεῖ τὰ νήπια βαπτίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῦ Κυριακοῦ δείπνου μετέχειν. *Quemadmodum baptizari, ita quoque Cœnæ Dominicæ participes fieri infantes oportet.* Suam ſententiam cum

Augu-

Digitized by Google

Auguſtino putat confirmari dicto Chriſti Joh. VI. 53. Etſi autem hæc conſuetudo ſatis ſit antiqua, & apud Græcos hodie adhuc uſitata, meritò tamen abrogata ob ſequentes præcipuè rationes. Quia nullum firmum in verbo Dei fundamentum habet. Quia infantes nec ſeipſos probare, nec mortem Chriſti annunciare poſſunt. Quia non privatur vera corporis & ſanguinis Chriſti communicatione, qui ex vita excedit ſine Euchariſtiæ perceptione, ſi modò per Baptiſmum membrum Chriſti factus, in corporis ipſius unitate permanet. Qui enim id jam aſſecutus eſt, quod Cœnæ ſacramentum ſignificat, non poteſt cum externis ejus ſignis, rebus quoque privari, quas referunt. Quia, quæ inter Circumciſionem & Baptiſmum, eadem etiam inter Agnum Paſchalem & Cœnam proportio & convenientia eſt. Nemini autem patuit aditus ad Agni ſacramentum niſi adultis, qui interrogare poterant. Quæ eſt religio hæc? Exod. XII. 26. Quia dictum Chriſti Joh. VI. 53. de ſpirituali manducatione & communione ipſius, malè detorquetur à genuino ſenſu ad manducationem ſacramentalem. Conſule Cl. Hoſpiniani part. I. Hiſt. ſacrament. lib. II. cap. II.

c. *Energumeni, furioſi ac mente capti:* eo nimirum tempore, quo malo ſuo laborant. Timotheus Alexandrinus ad interrogationem, Ἐὰν πιστός τις ὢν δαιμονίζεται, ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἢ οὔ; *ſi quis, cùm ſit fidelis, à dæmone corripiatur, debétne eſſe ſanctorum myſteriorum particeps, annon?* reſpondet: Ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω· μὴ μέντοι καθ᾽ ἑκάστην, ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν μόνον. *Si myſterium non enunciet, nec ullo alio modo blaſphemet, ſit particeps. Sed non ſingulis diebus: ſufficit enim ſi ſtatis temporibus.* Balſamon ad hanc reſp. pag. 1061. Ὁ θεῖος οὗτος πατὴρ περὶ δαιμονιζομένου, καὶ διαλείμματα ἔχοντος λέγει· Ἐὰν οὖν ὅτε οὐκ ἐνεργεῖται ὑπὸ τοῦ δαίμονος, οὐδὲν κατὰ τῆς πίστεως λέγῃ, μεταληψεται τῶν ἁγιασμάτων. *Divinus hic pater dicit de dæmoniaco, qui habet intervalla, ſi ergo, quando à dæmone non agitatur, nihil dicit adverſus fidem, erit ſacramentorum particeps.* Dionyſius Areopag. Hierarch. Eccleſ. cap. III. pag. 243. inter eos, qui à S. Cœna arcendi, etiam numerat ἐνεργουμένους, *Energumenos*. Locum integrum produximus hoc ipſo numero, ſub lit. *a*. Eadem repetuntur pag. 248.

d. *Homines profligatæ vitæ, & propter ſcelera ſua excommunicati.* Chryſoſtomus imprimis diligentiſſimè cavebat, ne quis indignus ad ſacram accederet Cœnam. Homil. LXXXII. in Matthæum, pag. 515. inter alia in graviſſima hæc erumpit verba: Τῆς ψυχῆς ἀποστήσομαι πρότερον, ἢ τοῦ σώματος μεταδώσω τοῦ δεσποτικοῦ παρ᾽ ἀξίαν, καὶ τὸ αἷμα τὸ ἐμαυτοῦ προήσομαι πρότερον, ἢ αἵματος μεταδώσω οὕτω φρικώδους παρὰ τὸ προσῆκον. *Animam priùs tradam meam, quàm Dominicum corpus indignè tradam: & ſanguinem meum potiùs effundi patiar, quàm adeò tremendum ſanguinem contrà quàm decet, tradam.* Homil. III. in epiſt. ad Epheſios, pag. 778, 779. hoc ipſum thema fusè tractat, & in eos, qui indignè participant S. Cœnam ſummo invehitur zelo. Præcipua excerpamus. Ἐννόησον, οἱ τῆς θυσίας μετέχοντες τῆς παλαιᾶς πόσῃ ἐκέχρηντο τῇ φειδοῖ· τί γὰρ οὐκ ἔπραττον; τί δὲ οὐκ ἐποίουν; πάντοτε ἐκαθαίροντο. Σὺ δὲ θυσίᾳ προσιών, ἣν καὶ ἄγγελοι φρίττουσι, καιρῶν περιόδοις πρᾶγμα ὁρίζεις; Καὶ πῶς παραστήσῃ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, μιαραῖς χερσὶ καὶ χείλεσι κατατολμῶν αὐτοῦ τοῦ σώματος; Καὶ βασιλέα μὲν οὐκ ἂν ἕλοιο καταφιλῆσαι, δυσωδες ἔχων τοῦ στόματος. τὸν δὲ βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ ψυχῇ καταφιλεῖς δυσωδεῖ; ὕβρις τὸ πρᾶγμά ἐστι. *Cogita qui veteris participes erant ſacrificii, quanta utebantur frugalitate & abſtinentia. Quid enim non agebant? quid non faciebant? ſemper mundabantur. Tu autem accedens ad ſacrificium, quod ipſi ſtupent Angeli, volventibus temporum curſibus rem definis ac circumſcribis? Et quomodo ſtabis ad tribunal Chriſti, qui pollutis manibus & labiis ad ipſum audes accedere corpus? Et regem quidem ore malè olente deoſculari omnino nolles, cœli autem regem fœtente & malè olente anima oſcularis? Id planè eſt contumelia.* Et aliquantò pòſt: Ὥσπερ τῶν ἀμυήτων οὐδένα χρὴ παρεῖναι, οὕτως οὐδὲ τῶν μεμυημένων καὶ ῥυπαρῶν. Εἰπέ μοι, εἴτις εἰς ἑστίασιν κληθεὶς, τὰς χεῖρας νίψαιτο καὶ κατακλιθείη, καὶ ἕτοιμος γένοιτο πρὸς τὴν τράπεζαν, εἶτα μὴ μετέχοι, οὐχ ὑβρίζει τὸν καλέσαντα; οὐ βέλτιον τὸν τοιοῦτον μηδὲ παραγενέσθαι; οὕτω δὴ καὶ σὺ παραγέγονας, τὸν ὕμνον ᾖσας μετὰ πάντων, ὡμολόγησας εἶναι τῶν ἀξίων τῷ μὴ μετὰ τῶν ἀναξίων ἀνακεχωρηκέναι. Πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης; Ἀνάξιός εἰμι, φησίν. Οὐκοῦν καὶ τῆς κοινωνίας ἐκείνης τῆς ἐν ταῖς εὐχαῖς. Οὐ γὰρ διὰ τῶν προκειμένων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ᾠδῶν ἐκείνων τὸ πνεῦμα πάντοθεν κάτεισιν. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἡμετέρους οἰκέτας τῇ σπογγιᾷ τὴν τράπεζαν περιπλύνοντας, καὶ τὸν οἶκον καθαίροντας, καὶ οὕτω τοὺς πίνακας τιθέντας; τοῦτο γίνεται διὰ τῶν εὐχῶν, διὰ τῆς βοῆς τοῦ κήρυκος· ὥσπερ σπογγιᾷ περιπλύνομεν τὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἐν καθαρᾷ τῇ ἐκκλησίᾳ πάντα προτεθῇ, ἵνα μηδεὶς ᾖ σπίλος, μηδὲ ῥυτίς· ἀνάξιοι καὶ ὀφθαλμοὶ τῶν θεαμάτων τούτων, ἀνάξιαι καὶ ἀκοαί. Κἂν θηρίον, φησὶ, θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται· οὕτως οὐδὲ τῆς ἐπιβάσεως ἄξιοι ἦσαν, καίτοιγε μετὰ ταῦτα καὶ προσῆλθον, καὶ εἶδον ποῦ ἑστήκει ὁ Θεός· ἔξεστι μετὰ ταῦτα προσελθεῖν, καὶ ἰδεῖν· ὅταν μέντοι παρῇ, ἄπιθι· οὐκ ἔξεστί σοι μᾶλλον, ἢ τῷ κατηχουμένῳ· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον μηδέπω τυχεῖν μυστηρίων, καὶ μετὰ τὸ τυχεῖν προσκρούσαντα καταφρονεῖν, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν καταστῆσαι τοῦ πράγματος. *Quemadmodum nullum oportet adeſſe ex iis, qui myſteriis non ſunt initiati, ita nec ex iis, qui ſunt initiati & ſordidi. Dic mihi, ſi quis ad convivium invitatus manus laverit, & accubuerit, & ad menſam paratus fuerit, deinde verò ejus non fuerit particeps, annon contumeliâ afficit eum, qui invitavit? Annon eſſet meliùs, eum ne adſuiſſe quidem? Ita tu quoque adfuiſti, hymnum cantâſti cum omnibus, confeſſus es te eſſe ex dignis, eò quòd cum indignis non receſſeris. Quomodo manſiſti, & menſæ non es particeps? Sum, inquit, indignus. Ergo illa quoque communione & ſocietate, quæ eſt in precibus, es indignus. Non enim ſolùm per propoſita, ſed etiam per cantica illa undiq; deſcendit ſpiritus. Non vides famulos noſtros ſpongiâ menſam lavantes, & domum mundantes, atque ita diſcos menſæ imponentes? Hoc fit per preces, per clamorem præconis. Tanquam ſpongiâ lavamus Eccleſiam, ut in munda Eccleſia omnia ſint propoſita, ut nulla ſit macula, nulla ruga. Sunt & oculi indigni his ſpectaculis, aures etiam indignæ. Etſi beſtia, inquit, montem tangat, obruetur lapidibus: ac ne digni quidem erant, qui aſcenderent. Atqui poſteà etiam acceſſerunt, & viderunt ubi Deus ſteterat. Licet poſtea accedere, & videre: ſed quando adfuerit, abi: non enim tibi magis licet, quàm Catechumeno. Non enim ſunt paria, nondum participem eſſe factum myſteriorum, & poſtquam fueris particeps factus, offendere & deſpicere, & ea re te indignum reddere.* Idem, Homil. XXVI. tom. V. pag. 159: Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐντεῦθεν ἤδη βοῶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, καὶ διαμαρτύρομαι, καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ, μὴ μετὰ κηλῖδος, μηδὲ μετὰ πονηροῦ συνειδότος τῇ ἱερᾷ ταύτῃ προσιέναι τραπέζῃ· οὐ γὰρ ἂν εἴη τοῦτο πρόσοδος, οὐδὲ κοινωνία, κἂν μυριάκις ἁψώμεθα τοῦ ἁγίου σώματος ἐκείνου, ἀλλὰ καταδίκη καὶ κόλασις, καὶ τιμωρίας προσθήκη. Μηδεὶς τοίνυν ἁμαρτωλὸς προσίτω· μᾶλλον δὲ οὐ λέγω, μηδεὶς ἁμαρτωλὸς, ἐπεὶ πρότε-

ϛον ἐμαυτὸν ἀπείργω τῆς θείας τραπέζης, ἀλλὰ μηδεὶς μένων ἁμαρτωλὸς προσίτω. *Quapropter & ego jam ab hoc tempore clara voce clamo, & obteſtor, & oro, & precor atq; flagito, ne quis cum macula, vel cum mala conſcientia ad ſacram hanc accedat menſam. Neque enim hoc eſſet acceſſus, neq; communio, etiamſi ſæpiſſimè ſanctum illud corpus tangeremus, ſed condemnatio, & ſupplicium, & pœnæ additamentum. Nullus igitur peccator accedat: ſed potiùs non dico, nullus peccator, ita enim me ipſum priorem arcerem divinâ menſâ, ſed nullus, qui manet peccator, accedat.* Tales exhortationes & apud hunc Patrem, & apud alios paſſim ſunt obviæ. Nota eſt παῤῥησία Ambroſii, qui Theodoſium Imperat. ob cædem Theſſalonicæ patratam, ad ſacram Cœnam admittere recuſavit. Hiſtoriam totam deſcribit Theodoretus, Hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XVII. pag. 726. 727. Cùm Imperator Mediolanum veniſſet, atque in Templum ingredi vellet, Ambroſius illi extra veſtibulum obviam procedens, ſacris illum liminibus pedem inferre tali oratione vetuit: Οὐκ οἶσθα, ὡς ἔοικεν, ὦ βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης μιαιφονίας τὸ μέγεθος, οὐδὲ μετὰ τὴν τοῦ θυμοῦ παῦλαν ὁ λογισμὸς ἐπέγνω τὸ τολμηθέν. Οὐκ ἐᾷ γὰρ ἴσως τῆς βασιλείας ἡ δύναμις ἐπιγνῶναι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐπιπροσθεῖ ἡ ἐξουσία τῷ λογισμῷ. Χρὴ μέντοι εἰδέναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ ταύτης θνητόν τε καὶ διαῤῥέον, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν ἐξ οὗ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀποῤῥέομεν, καὶ μὴ τῷ ἄνθει τῆς ἁλουργίδος ἀποβουκολούμενον, ἀγνοεῖν τοῦ καλυπτομένου σώματος τὴν ἀσθένειαν. Ὁμοφυῶν ἄρχεις, ὦ βασιλεῦ, καὶ μὲν δὴ καὶ ὁμοδούλων. Εἷς γὰρ ἁπάντων δεσπότης καὶ βασιλεὺς, ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. Ποίοις τοίνυν ὀφθαλμοῖς ὄψει τὸν τοῦ κοινοῦ δεσπότου νεών; ποίοις δὲ ποσὶ τὸ δάπεδον ἐκεῖνο πατήσεις τὸ ἅγιον; πῶς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς ἀποσταζούσας ἔτι τοῦ ἀδίκου φόνου τὸ αἷμα; πῶς δὲ τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τοῦ δεσπότου τὸ παναγίον σῶμα; πῶς δὲ τῷ στόματι προσοίσεις τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τοσοῦτον διὰ τὸν τοῦ θυμοῦ λόγον ἐκχέας παρανόμως αἷμα; ἄπιθι τοίνυν, καὶ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν αὔξειν παρανομίαν, καὶ δέχου τὸν δεσμὸν, ᾧ ὁ Θεὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης ἄνωθεν γίνεται σύμψηφος. Ἰατρικὸς δὲ οὗτος καὶ πρόξενος ὑγιείας. *Ignorare videris, ô Imperator, patratæ à te cædis quanta ſit magnitudo, neque adhuc poſt ſedatam iram admiſſum facinus ratio pervidit. Non ſinit enim fortaſſe Imperatoria poteſtas peccatum cognoſcere, rationiq; tenebras offundit principatus. Attamen te naturam nôſſe par eſt, quàm fragilis & fluxa ſit, avitumq; pulverem, ex quo orti ſumus, & in quem dilabimur: nec purpuræ fulgore deceptum, corporis quod illâ tegitur imbecillitatem ignorare. Ejuſdem tecum naturæ hominibus imperas, ô Imperator, atq; adeò conſervis. Unus enim omnium Dominus & Rex, conditor ille univerſorum. Quibus igitur oculis communis Domini templum aſpicies? quibus pedibus ſacrum illud ſolum calcabis? quomodo manus extendes injuſtæ cædis ſanguine adhuc ſtillantes? quomodo hujusmodi manibus ſacroſanctum Domini corpus accipies? quomodo precioſum ori ſanguinem admovebis, qui furore actus tantum ſanguinis nefariè profudiſti? Recede igitur, & cave prius crimen altero crimine augere coneris: ſed vinculum admitte, quo te ligari Deus omnium Dominus ſurſum probat. Medicinam id faciet, ſanitatemq; reſtituet.* Octo menſibus elapſis, cùm Servatoris noſtri natalis adveniſſet, Imperator, quòd eſſet excommunicatus, magnam in palatio vim lacrymarum effudit. Hoc viſo Rufinus, Magiſter officiorum, promittit, ſe ad Ambroſium iturum, & hujus vinculi ſolutionem obtenturum. Cui Imperator: Οὐ πείσεται, οἶδα γὰρ ἐγὼ τῆς Ἀμβροσίου ψήφου τὸ δίκαιον, οὐδὲ αἰδεσθεὶς τῆς βασιλείας τὴν ἐξουσίαν τὸν θεῖον παραβήσεται νόμον. *Non flectetur: nota enim mihi eſt æquitas ſententiæ Ambroſii, neq; ille reverentiâ Imperatoriæ poteſtatis divinam transgreſſurus eſt legem.* Inſtante verò Rufino multis verbis, & ſpem certiſſimam deflectendo Ambroſii animo faciente, eum properè abire jubet; quem ipſe quoque Imperator paulò pòſt fuit ſecutus. Quid fit? Ambroſius adventantem Rufinum ita alloquitur: Τὴν τῶν κυνῶν ἀναίδειαν Ῥουφῖνε ζηλοῖς. Τοσαύτης γὰρ μιαιφονίας γενόμενος σύμβουλος, τὴν αἰδῶ τῶν μετώπων ἀπέξυσας, καὶ οὔτε ἐρυθριᾷς, οὔτε δέδιας, τοσοῦτον κατὰ τῆς θείας λυττήσας εἰκόνος. *Canum impudentiam æmularis, Rufine. Tantæ enim cædis conſiliarius pudorem de fronte abſterſiſti, & neq; erubeſcis, neq; formidas poſt tantam adverſus divinam imaginem admiſſam rabiem.* Cùm nec dum acquieſceret Rufinus, ſed Imperatorem brevi adfuturum diceret, ὑπὸ τοῦ θείου ζήλου πυρποληθεὶς Ἀμβρόσιος ὁ θεσπέσιος, ἐγὼ, ἔφη, ὦ Ῥουφῖνε, προλέγω ὡς κωλύσω τῶν ἱερῶν αὐτὸν ἐπιβῆναι προθύρων· εἰ δὲ εἰς τυραννίδα τὴν βασιλείαν μεθίστησι, δέξομαι κἀγὼ μεθ' ἡδονῆς τὴν σφαγήν, *zelo divino ſucceſſus ſanctus Ambroſius, At ego, inquit, Rufine, prædico me prohibiturum illum ſacrorum liminum ingreſſu. Quòd ſi imperium mutârit in tyrannidem, cum voluptate & ego cædem ſuſcipiam.* Cùm ipſe acceſſiſſet Imperator, & Ambroſium in ſalutatorio ſedentem compellâſſet, τυραννικὴν ἐκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ μεμηνέναι τὸν Θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν, *tyrannicum ejus appellabat adventum, & in Deum furere Theodoſium ajebat, ejusq; leges conculcare.* Reliqua ex Theodoreto petenda. Huc etiam pertinet illa ſolennis formula, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, quâ apud Euchariſtiæ celebrationem alii quidem accedere, alii verò recedere jubebantur. Multa de ea leguntur apud Chryſoſtomum, Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 524, 525. Inter alia ſcribit: Μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τις κήρυξ, τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, ὑψηλὸς ἑστὼς, πᾶσι καταδηλος γεγονὼς, καὶ μέγα ἐπ' ἐκείνῃ τῇ φρικτῇ ἡσυχίᾳ ἀνακραυγάζων, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει ὁ ἱερεὺς, οὐ τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ τῆς χειρὸς τρανώτερον. *Clara voce, terribili clamore, tanquam præco aliquis, manum tollens in altum, in ſublimi ſtans, & omnibus conſpicuus, & in tremendo illo ſilentio vehementer vociferans, alios quidem vocat, alios verò arcet ſacerdos, non hoc manu faciens, ſed linguâ clariùs & apertiùs, quàm manu.* Dicebat autem, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. De qua formula ſtatim ſubjicit: Ὅταν εἴπῃ, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τοῦτο λέγει, εἴ τις οὐκ ἔστιν ἅγιος, μὴ προσίτω. *Quando dicit, ſancta ſanctis, hoc dicit, ſi quis non eſt ſanctus, non accedat.* Pleraque, quæ hâc Homiliâ de hoc ritu afferuntur, leguntur etiam Homil. CXXIII. t. V. pag. 809, 810. ubi etiam ſequentia: Ὁ ἱερεὺς περιϊὼν πανταχοῦ διὰ τῆς φωνῆς τῆς φρικωδεστάτης, καὶ τοὺς ἁγίους καλῶν καὶ ἕλκων πρὸς μετάληψιν τῶν θείων καὶ φρικτῶν μυστηρίων, λέγει· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· ταύτην οὖν ἀφίησι τὴν φωνὴν ὁ ἱερεὺς μετὰ τὸ τὴν θυσίαν ἀπαρτισθῆναι πᾶσαν. *Sacerdos ubiq; tranſiens maximè formidabili illa voce, & ſanctos vocans atque trahens ad participationem divinorum & tremendorum myſteriorum, dicit:* Sancta ſanctis. *Hanc autem vocem emittit ſacerdos poſtquam totum ſacrificium paratum eſt.* Cyrillus Jeroſol. Catech. νεοφωτ. V. pag. 224: Poſt recitatam orationem Dominicam dicit ſacerdos: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *ſancta ſanctis.*

e. *Mortui.* Mortuis datam, & unà cum iis in primitiva Eccleſia ſepultam fuiſſe Euchariſtiam, exemplis & teſtimoniis probari poteſt. Ejus veſtigia ſunt apud Gregorium M. lib. II. Dialog. cap. XXIV. ubi de Benedicto Monacho narrat: *Puer enim quidam Monachus, impenſiùs amans ſuos parentes, & viſitans eos, obiit: verùm ex ſepulchro denuò ejectus fuit. Id cùm ad Benedictum relatum eſſet, juſſit communionem Dominici corporis in pectus defuncti reponi, atq; ſic tumulari.* Et Legenda Baſilii fingit, *ipſum panem conſecratum in tres partes divi-*

Digitized by Google

diviſiſſe: quarum unam communicârit: alteram in columba aurea ſuper altare repoſuerit: tertiam conſepeliendam ſecum reſervârit. Sed cùm hæc conſuetudo, ſeu potiùs inſignis abuſus & horribilis profanatio Euchariſtiæ cum ipſa S. Cœnæ inſtitutione pugnet, propterea damnata fuit in Carthag. Synodo III. Can. VI. qui ſic habet: *Placuit, ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur. Dictum enim eſt à Domino:* Accipite, & edite. *Cadavera autem nec accipere, nec edere poſſunt.* Id iiſdem pene verbis poſtea etiam ſancitum eſt & repetitum in Concilio Antiſiodorenſi, Can. XII. & in Trullano, Can. LXXXIII: Μηδεὶς τοῖς σώμασι τῶν τελευτώντων τῆς Εὐχαριστίας μεταδιδότω· γέγραπται γὰρ, λάβετε, φάγετε· τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα οὐδὲ λαβεῖν δύναται, οὐδὲ φαγεῖν. *Nemo mortuorum corporibus Euchariſtiam communicet. Scriptum enim eſt,* Accipite, comedite. *Mortuorum autem corpora nec accipere, nec comedere poſſunt.* Balſamon ad hunc Can. pag. 460: Εἴθιστο γοῦν πρὸ τῆς συνόδου ταύτης παρά τισι, μεταδιδόναι τῶν θείων ἁγιασμάτων σώμασι νεκροῖς. *Ante hanc ergo Synodum, mos erat nonnullis, divina ſacramenta corporibus mortuis impertiri.* Ibidem docet, ſacerdotibus ſanctum panem poſt mortem dari, egregia, ſcilicet, ratione addita. Τὸ μέντοι χειρίζεσθαι τοῖς ἀρχιερεῦσι μετὰ τελευτὴν ἅγιον ἄρτον, καὶ οὕτως ἐνταφιάζεσθαι, νομίζω γίνεσθαι εἰς ἀποτροπὴν τῶν δαιμονίων, καὶ ἵνα δι' αὐτοῦ ἐφοδιάζηται πρὸς οὐρανὸν, ὁ τοῦ μεγάλου καὶ ἀποστολικοῦ καταξιωθεὶς ἐπαγγέλματος. *Quòd autem ſanctus panis Antiſtitibus poſt mortem tradatur, & ſic ſepeliantur, exiſtimo hoc fieri ad avertendos dæmones, & ut per ipſum, tanquam viaticum, deducatur ad cœlum, qui magna & Apoſtolica profeſſione dignus eſt habitus.*

f. *Non fœmina, quæ menſtrua patitur: non laicus, qui digamus factus eſt.* Dionyſius Alexandrinus, Can. II. Τὰς γυναῖκας ἐν ἀφέδρῳ οὔσας, οὐκ οἶμαι τολμήσειν οὕτω διακειμένας, ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου προσάψασθαι. *Mulieres, quæ ſunt in abſceſſu, non exiſtimo ſic affectas, auſuras vel ad ſanctam menſam accedere, vel corpus & ſanguinem Domini attingere.* De digamo ſic Balſamon, ad Can. VII. Synodi Neocæſ. pag. 791: Ὁ διγαμήσας λαϊκὸς οὐ παραχωρεῖται μεταλαχεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀπεντεῦθεν, ἀλλὰ μετὰ ἐνιαυτόν. *Laicus, qui digamus eſt effectus, non ſinitur, niſi anno elapſo, divinorum ſacramentorum eſſe particeps.*

2. *Cujus.* Hic terminus, ſeu finis eſt duplex:

α. *Reſpectu Chriſti,* nempe μνήμη, ἀνάμνησις, *memoria, recordatio, commemoratio* acerbiſſimæ mortis quam pro nobis pertulit. Chryſoſtomus, Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos: Οὐκ ἄλλην θυσίαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀεὶ ποιοῦμεν· μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν ἐργαζόμεθα τῆς θυσίας. *Non aliud ſacrificium, ſed idem ſemper facimus, potiùs verò commemorationem celebramus ſacrificii.* Vide in voce Θυσία, num. II. 2. ſub lit. α. γ. ubi plura in hanc rem adducuntur Patrum teſtimonia. Addimus hic adhuc alia quædam. Juſtinus Martyr, in Dialogo cum Tryphone, pag. 82: Ἄρτον παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ τε σωματοποιήσασθαι αὐτὸν διὰ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, δι' οὓς καὶ παθητὸς γέγονε· καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου, ὃ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ παρέδωκεν εὐχαριστοῦντας ποιεῖν, φαίνεται. *Panem nobis tradidit noſter Chriſtus in commemorationem incarnationis ejus factæ propter credentes in eum, quorum cauſſâ etiam patibilis eſt factus, facere: & de poculo,* ſcil. agi in vaticinio Jeſajæ, quod in præcedentibus adduxit, *quod in recordationem ſanguinis ſui tradidit gratias agentibus facere, ſatis apparet.* Ibid. pag. 112: Καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι. Ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους, ὃ πέπονθε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηται. *Supplicationes & gratiarum actiones, quæ à dignis proficiſcuntur, ſolæ perfectæ ſunt & Deo gratæ victimæ. Hæc enim ſola etiam Chriſtiani facienda acceperunt, in ipſius etiam alimoniæ ſuæ recordatione, aridæ juxtà & liquidæ; in qua & paſſionis, quam pertulit per ipſum Deus Deum, meminit.*

β. *Reſpectu noſtri.* Eſtque

a. *in genere.* Chryſoſtomus, Homil. XXIV. in I. ad Corinth. ſacram Cœnam vocat τὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν νεῦρα, τῆς διανοίας συνδεσμὸν, τῆς παῤῥησίας ὑπόθεσιν, ἐλπίδα, σωτηρίαν, φῶς, ζωήν, *animæ noſtræ nervos, mentis vinculum, libertatis in loquendo cauſſam, ſpem, ſalutem, lucem, vitam.* Idem, Homil. LXXII. t. V. eandem appellat φάρμακον σωτήριον τῶν ἡμετέρων τραυμάτων, πλοῦτον ἀνελλιπῆ, βασιλείας οὐρανῶν πρόξενον, *ſalutare medicamentum noſtrorum vulnerum, divitias inexhauſtas, regni cœlorum cauſſam.*

b. *in ſpecie*

1. *communio noſtra ſpiritualis cum Chriſto,* ſive cum corpore & ſanguine ejus, I. Corinth. X. 16. Ad hunc locum Theodoretus, pag. 168: Τῶν ἱερῶν ἀπολαύοντες μυστηρίων οὐκ αὐτῷ κοινωνοῦμεν τῷ δεσπότῃ, οὗ τὸ σῶμα εἶναι καὶ τὸ αἷμα φαμέν; Ἐπειδὰν πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μεταλαγχάνομεν. *Qui ſacra myſteria percipimus, nonne ipſi Domino communicamus, cujus & corpus & ſanguinem eſſe dicimus? quandoquidem omnes unius panis ſumus participes.* Ad eundem Theophylactus, pag. 244. de pane Euchariſtico ſcribit: Κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἥνωται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τοῦ ἄρτου τούτου ἑνούμεθα. *Communio corporis Chriſti eſt, dixit, pro, quemadmodum illud corpus Chriſto unitum eſt, ſic & nos ipſi per panem hunc unimur.* Baſilius M. epiſtolâ CXLI. p. 928: Τρώγομεν αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας· σάρκα γὰρ καὶ αἷμα, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπιδημίαν ὠνόμασε· καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεστῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε δι' ἧς τρέφεται ἡ ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως θεωρίαν παρασκευάζεται. *Carnem ipſius edimus, ac ſanguinem bibimus, conſortes ipſius effecti per incarnationem & per ſenſibilem Verbi ac ſapientiæ vitam. Carnem enim ac ſanguinem, totam ſuam myſticam in carne converſationem vocavit, doctrinamq; illam, quæ ex vita ipſius, actuali, & naturali, & Theologica conſtat, manifeſtavit, per quam nutritur anima, & ad rerum cœleſtium contemplationem interea exercetur & imbuitur.* Ammonius, Catenâ in cap. VI. Johannis, pag. 195: Ὥσπερ αἱ αἰσθηταὶ τροφαὶ ἡμῖν ἀνακιρνώμεναι, συνιστῶσι τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ἡ μυστικὴ μετάληψις, ὥσπερ τινὰ φυσικὴν συνάφειαν ποιεῖ, τὸ Χριστὸν μετὰ τοῦ πιστοῦ ἀνακιρνῶσα. *Quemadmodum cibi ſenſibiles nobis contemperati, corpus ſuſtentant: ſic & myſtica communio naturalem quodammodo quandam conjunctionem efficit, Chriſtum cum fideli commiſcendo.* Vide etiam Chryſoſtomum, Homil. XXIV. in I. ad Corinth. pag. 397. & in voce Κοινωνία, num. II. 1. ſub lit. *a. b.*

2. *Unio fidelium inter ſe.* Dionyſius Areopagita, Eccleſ. Hierarch. cap. III. contemplat. III. pag. 244. egregiè explicat, quomodo ſacroſanctũ illud convivium mutuæ noſtræ charitatis atq; communionis ſit ſymbolum. Ἡ θειοτάτη, inquit, τοῦ ἑνὸς καὶ ταυτοῦ καὶ ἄρτου καὶ ποτηρίου κοινὴ καὶ εἰρηναία μετάδοσις, ὁμοτροπίαν αὐτοῖς ἔνθεον, ὡς ὁμοτρόφοις, νομοθετεῖ, καὶ τοῦ θειοτάτου δείπνου καὶ ἀρχισυμβόλου τῶν τελουμένων εἰς μνήμην ἱερὰν ἄγει. *Divina verò unius ejuſdemq; cùm panis tum calicis communis ac pacifica communicatio, divinam iis morum conformita-*

mitatem, tanquam convictoribus, præſcribit, & diviniſſimi illius convivii, ceu exemplaris horum myſteriorum, ſacram introducit commemorationem. S. Auguſtinus, tractatu XXVI. in Joh. cap. VI. & epiſt. LIX. ad Paulinum, in hæc verba Pauli, *Unus panis, unum corpus multi ſumus,* exclamat: *O ſacramentum pietatis, ô ſignum unitatis, ô vinculum charitatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, unde vivat: accedat, credat, incorporetur, vivificetur.* Eandem communitatem geminam, quæ ſacroſancto hoc epulo repræſentatur, idem Pater copioſè admodum, eleganterque explicat in Sermone de Sacramento ad infantes, in quo inter alia dicit, Chriſtum ſymbolis illis panis & vini, quorum utrumque ex multis granis unum exiſtit, pacis & unitatis noſtræ myſterium in ſua menſa conſecráſſe, & ideò ſubjungit: *Qui accipit myſterium unitatis, & non ſervat vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe.* Huc etiam pertinet *oſculum pacis*, in S. Cœnæ celebratione dari ſolitum, de quo in Ἀσπασμὸς, num. I. & in Φίλημα. Item in Εἰρήνη, I. 1. ſub lit. *a.*

VI. *Proprietates S. Cœnæ* ſunt, quòd ſit

1. *actio communis Eccleſiæ, non privata unius.* De hoc jam ſuprà actum, num. II. ubi *de Materia S. Cœnæ,* num. I. ſub lit. *B. c. a.*

2. *crebrò & frequenter uſurpanda.* De tempore, quando S. Cœna ſumenda, neq; Salvator, neq; Apoſtoli quicquam decreverunt, ſed liberam temporis circumſtantiam fidelibus reliquerunt. Hinc primùm quidem, dum Chriſtiani & numero erant pauciores, & zelo fervidiores, quotidie populus Euchariſtiam accipiebat. Conſilium Baſilii M. ad Cæſariam Patriciam, epiſt. CCLXXXIX. pag. 1054. hoc eſt: Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές. *Singulis certè diebus communicare, & participare ſancti corporis & ſanguinis Chriſti, bonum & fructuoſum eſt.* Euſebius, Demonſtrat. Evangel. lib. I. cap. X. pag. 26. Εἰκότως τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τὴν ὑπόμνησιν ὁσημέραι ἐπιτελοῦμεν. *Meritò corporis & ſanguinis ejus commemorationem quotidie celebramus:* Cyprianus de Oratione Dominica, p. 268. *Hunc panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti & non communicantes à cæleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur.* Idem, in epiſtola ad Thibaritanos, quæ eſt LVI. ita ſcribit, pag. 125: *Gravior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta, & virtute robuſta parare ſe debent milites Chriſti; conſiderantes idcirco ſe quotidie calicem ſanguinis Chriſti bibere, ut poſſint & ipſi propter Chriſtum ſanguinem fundere.* Alloquitur tam laicos, quàm clericos. Univerſos quippe fideles adhortatur ad martyrii conſtantiam; quod etiam laici, mulieres ſubibant. Ambroſius quoq;, lib. V. de ſacramentis, cap. IV. monet, *quotidie accedendum eſſe: quotidie enim meminiſſe oportere mortis Chriſti, & homines quotidie peccare.* Auguſtinus, epiſt. CXVIII. refert, *ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie ſumi:* idem tractatu XXVI. in Johannem teſtatur. Chryſoſtomus etiam, Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos: Τί; ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, οὐ προσφέρομεν; προσφέρομεν μὲν, ἀλλ' ἀνάμνησιν ποιούμενοι τοῦ θανάτου Χριστοῦ. *Quid? an non quotidie offerimus? offerimus quidem, ſed commemorationem facientes mortis Chriſti.* Agnoſcit hoc Durandus Ration. ſui lib. IV. cap. LIII: *In primitiva Eccleſia omnes, qui celebrationi Miſſarum intererant, ſingulis diebus communicare ſolebant.* Nec tamen ex his colligere audemus, primis aliquot ſeculis eandem ubiq; conſuetudinem fuiſſe: ſed fatemur non inviti, etiam primis illis temporibus hac in parte Eccleſias variáſſe. Sanè quanta in talibus olim, in diverſis Eccleſiis, rituum fuerit diverſitas, id nos pluribus docet Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap XXII. pag. 240. a. ubi cùm multa de varietate iſta adduxiſſet, poſtea ſubjungit: Αἴτιοι γὰρ, ὡς ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες· οἱ δὲ ταῦτα παραλαβόντες, ὡς νόμον τοῖς ἐπιγινομένοις παρέγραψαν. *Autores hujusmodi diſcrepantiæ fuerunt Epiſcopi, qui variis temporibus Eccleſiæ præerant. Qui autem iſtos ritus acceperunt, eos tanquam legem ad poſteros tranſmiſerunt.* Corruptus hic locus in editione Stephani: nam pro αἴτιοι, ibi legitur ἕτεροι ſine ullo ſenſu. Ab hac igitur cauſſa fuit, quòd, etſi antiquitus pleriſq; in locis Euchariſtia quotidie acciperetur, aliis tamen id tantùm vel bis in hebdomade fieret, putà Sabbati & Dominica die; ut Auguſtinus indicat epiſt. CXVIII. ad Januarium: vel ter, nempe feriâ primâ, quartâ, ſextâ, ut Epiphanius tradit in doctrina compendiaria, de Fide, pag. 465. 466. Verba ejus ſunt: Συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαί εἰσιν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, τετράδι, καὶ προσαββάτῳ, καὶ κυριακῇ· τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτῳ, ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐννάτης· ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τῷ προσαββάτῳ ἐσταυρώθη, καὶ παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι. *Communiones autem ſive Synaxes fieri ordinatæ ſunt ab Apoſtolis, feriâ quartâ, & ſextâ, & die Dominico: quartâ autem feriâ & ſextâ, jejunium ſtatutum eſt uſq; ad horam nonam: nam illuceſcente quartâ, captus eſt Dominus, & ſextâ crucifixus; & tradiderunt Apoſtoli, ut his diebus jejunia fierent.* Vel quater accipiebatur Euchariſtia, ab iis nempe, qui ſabbati diem tribus iſtis adjungerent, ut feciſſe aliquos teſtatur Baſilius, epiſt. ad Cæſariam Patriciam, cujus jam ſuprà meminimus, ſic autem ille ibi, pag. 1054: Ἡμεῖς μὲν τοίγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν· ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη μάρτυρός τινος. *Quater igitur nos ſingulis hebdomadis communicamus. Dominico die, feriâ quartâ & ſextâ, & ſabbato, ſed & diebus etiam aliis, ſi Martyris alicujus memoria celebretur.* Imò Socrates, lib. V. cap. XXII. pag. 249. b. & Nicephorus, lib. XII. cap. XXXIV. ſcribunt, *omnes ubiq; totius orbis Eccleſias diebus ſabbati, ſingulis hebdomadibus vertentibus, myſteria celebrare: Romanos ſolos & Alexandrinos id ex antiqua quadam traditione facere detrectare.* Græca ſic habent: Τῶν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησιῶν, ἐν ἡμέρᾳ σαββάτων, κατὰ πᾶσαν ἑβδομάδος περίοδον ἐπιτελουσῶν τὰ μυστήρια, οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ οἱ ἐν Ῥώμῃ ἔκ τινος ἀρχαίας παραδόσεως· τοῦτο ποιεῖν παρῃτήσαντο. Quibuſdam in locis ſolo die Dominico communicatum. Indicat hoc Auguſtinus, epiſtolâ CXVIII. ad Januarium. Id etiam intelligitur ex epiſtola ſynodica Alexandrini Concilii in Macarii cujusdam defenſionem ſcripta. Probare enim volens Concilium, Macarium ſacrum calicem non confregiſſe, inter alia etiam hoc argumento utitur, *non fuiſſe tum diem Dominicam:* & ex Concilii Toletani IV. Can. IX. ubi dicitur, *Nonnullos ſacerdotum in Hiſpania reperiri, qui Dominicam orationem, non quotidie, ſed tantùm die Dominica recitant. Nam,* ut ibidem additur, *ſi communio ſine Dominica oratione nunquam celebretur, ſequitur Cœnam Dominicam à ſacerdotibus Hiſpaniis Dominicis tantùm diebus adminiſtratam fuiſſe.* Cùm verò populus nullum incuriæ modum ſciret, Synodo Sardicenſi, item Trullana, & Antiochena ſtatutum fuit, ut, ſi quis ne tertia quidem quaque die Dominica Euchariſtiam ſumeret, is ab Eccleſia ſepararetur. Autor eſt Zonaras ad Can. IX. Apoſtolorum. Eò tandem usque proceſſum eſt, ut vix aliis quàm feſtis maximè ſolennibus, ac imprimis Paſchatis feriis, à populo communicaretur. Quem in morem acriter invehitur

vehitur

Digitized by Google

vehitur Chryſoſtomus, Homil. III. in epiſt. ad Epheſios, pag. 608. 609. Inter alia dicit: Ἂν ἐπιστῇ ὁ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς καιρὸς, ἢ τῶν ἐπιφανίων ἡμέρα, οἷος ἂν ᾖ τις, μετέχει τῶν μυστηρίων. *Si adſuerit ſanctæ Quadrageſimæ tempus, aut Epiphaniorum dies, quilibet particeps fit myſteriorum, qualiscunque tandem ſit.* Alii ſemel tantùm in anno communicabant. Chryſoſtomus, Homil. V. in I. ad Timoth. pag. 270. ad eos, qui dicebant, ἅπαξ δὲ ἐνιαυτοῦ προσερχόμεθα, *ſemel in anno accedimus*, ſcil. ad menſam Domini, & inde colligebant, ſe eò minùs peccare. Οὐκ ἔστι τόλμα τὸ πολλάκις προσιέναι, ἀλλὰ τὸ ἀναξίως, κἂν ἅπαξ τις τοῦ παντὸς χρόνου προσέλθῃ. *Non audacia eſt, ſæpiùs accedere, ſed indignè, etiamſi quis ſemel tantùm toto tempore accedat.* Et Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 523. Πολλοὶ τῆς θυσίας ταύτης ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ, ἄλλοι δὲ δὶς, ἄλλοι δὲ πολλάκις. *Multi hoc ſacrificium ſemel in toto anno participant, alii verò bis, alii verò ſæpiùs.* Et mox: Οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ καθεζόμενοι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μετέχουσι, πολλάκις δὲ καὶ διὰ δύο ἐτῶν. *In eremo ſedentes ſemel in anno communicant, ſæpe etiam ſemel tantùm duorum decurſu annorum.* Vide ibidem plura. Conſule etiam ejusdem Homil. LX. & LXI. ad populum Antiochenum: & lege Hoſpinianum, hiſt. Sacrament. part. I. lib. II. cap. I. Interroganti, quoties ſacra Cœna ſit accipienda, reſpondet Chryſoſtomus Homil. CXXIII. t. V. pag. 809. Ἀποδέχομαι οὔτε τοὺς ἅπαξ μετέχοντας, οὔτε τοὺς πολλάκις, οὔτε τοὺς ὀλιγάκις, ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος, τοὺς μετὰ καθαρᾶς καρδίας, τοὺς μετὰ βίου ἀνεπιλήπτου. *Recipio neque eos, qui ſemel communicant; neque eos, qui ſæpiùs; neque eos, qui rarò; ſed eos, qui cum pura conſcientia, qui cum puro corde, qui cum vita irreprehenſibili.*

VII. *Connexum S. Cœnæ* duplex maximè eſt:

1. *Solennis gratiarum actio*, quæ in celebratione S. Cœnæ olim etiam adhibebatur à Paſtore, cui populus, ſeu communicantes *Amen* acclamare ſolebant. Vide in voce Ἀμὴν, num. II. Cyrillus Jeroſ. Catech. V. pag. 226. Εἶτα ἀναμείνας τὴν εὐχὴν εὐχαρίστει τῷ Θεῷ τῷ καταξιώσαντί σε τῶν τηλικούτων μυστηρίων. *Poſtea expectata oratione gratias age Deo, qui te tantis dignatus eſt myſteriis.* In Liturgia Jacobi, ut eſt in Conſtitut. Apoſtol. lib. VIII. cap. XIII. pag. 1027. Ἐν τῷ μεταλαμβάνειν πάντας τοὺς λοιποὺς, λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος ψαλμός. *Dum reliqui omnes communicant, recitetur trigeſimus tertius Pſalmus.*

2. *Defunctorum mentio.* Chryſoſtomus Homil. XLI. in I. ad Corinthios: Οὐκ εἰκῇ μνήμην ποιούμεθα τῶν ἀπελθόντων ἐπὶ τῶν θείων μυστηρίων. *Non fruſtra in divinis myſteriis mortuorum mentionem facimus.* Idem, Homil. III. in epiſt. ad Philipp. pag. 20. Οὐκ εἰκῇ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων. *Non fruſtra ab Apoſtolis præſcriptum eſt, in tremendis myſteriis mortuorum mentionem eſſe faciendum.* Meminerunt hujus ritus etiam alii Patres. Hinc tamen nec Purgatorium, nec Invocationem ſanctorum exſculpi poſſe multi ex noſtris ſolidè demonſtrârunt. Videatur Hoſpinianus, hiſt. Sacrament. lib. II. cap. VII. & Forbeſii Inſtructionum Hiſtorico-Theolog. lib. XIII. cap. XIX. Nos tandem ad alia ſtylum convertimus. Vide in Ταφὴ, num. II. 2. ſub lit. *i.*

Συναπτή.

In Eccleſia Orientali, ut Clar. Meurſius docet, variæ erant precationum formulæ à Diacono pronunciari ſolitæ, quæ quia connectebantur, & ſimul pronunciabantur, συναπταὶ ſimpliciter vocabantur. Erant autem duplices:

I. Τῶν εἰρηνικῶν, *precum pro pace*, de quibus aliquid in voce εἰρηνικὸς, num. II. *Irenicæ* rurſus erant *duæ*:

1. vocabatur ἡ μεγάλη συναπτὴ, *major connexio Irenicorum.* Hujus meminit Typicum Sabæ, cap. II. pag. 1. b. Πληρωμένου δὲ τοῦ ψαλμοῦ, γίνεται συναπτὴ μεγάλη ὑπὸ τοῦ Διακόνου. *Completo autem Pſalmo, fit connexio major à Diacono.* Euchologium, pag. 2. Μετὰ τὴν συμπλήρωσιν, λέγει ὁ ἱερεὺς τὴν μεγάλην συναπτήν. Pentecoſtarium: Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν συναπτὴν μεγάλην τῶν εἰρηνικῶν. Atque hæc ſequentibus concipiebatur verbis, ut eſt in Euchologio, pag. 12.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας, καὶ φόβου Θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν τοῦδε, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν, παντὸς τοῦ παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, πάσης πόλεως, καὶ χώρας, καὶ τῶν πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς, καὶ καιρῶν εἰρηνικῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων, νοσούντων, καμνόντων, αἰχμαλώτων, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, καὶ ἀνάγκης, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῇ σῇ χάριτι.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου, δεσποίνης ἡμῶν, θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα.

Ὅτι πρέπει σοὶ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ad finem ſingulorum verſuum populus reſpondebat, Κύριε ἐλέησον, *Domine miſerere.* Ad penultimum, Σοὶ Κύριε, *Tibi Domine.* Ad ultimum, Ἀμήν. Sed cùm hæc non in omnium ſint manibus, interpretationem etiam ſubjicimus.

In pace Dominum obſecremus.

Pro ſuperna pace, & ſalute animarum noſtrarum Dominum rogemus.

Pro pace totius mundi, proſperitate ſanctarum DEI Eccleſiarum, & omnium unione DOMINUM rogemus.

Pro ſancta hac domo, & iis, qui cum fide, reverentia, & timore Dei in eam ingrediuntur, Dominum rogemus.

Pro Archiepiſcopo noſtro N. N. honorabili Presbyteratu, in Chriſto Diaconatu, univerſo Clero, & populo, Dominum rogemus.

Pro religioſiſſimis & à Deo conſervandis Imperatoribus noſtris, toto Palatio, & exercitu eorum, Dominum rogemus.

Ut illos in bello adjuvet, & ſubjiciat pedibus illorum omnem inimicum & hoſtem, Dominum rogemus.

Pro ſancta habitatione iſta, civitate tota, & regione, & fide habitantium in eis, Dominum rogemus.

Pro temperie aëris, fertilitate frugum terræ, & temporibus pacificis, Dominum rogemus.

Pro navigantibus, viatoribus, ægrotantibus, laborantibus, captivis, & pro ſalute illorum, Dominum rogemus.

Ut liberet nos ab omni tribulatione, ira & neceſſitate, Dominum rogemus.

Defende, ſerva, miſerere, & cuſtodi nos Deus gratiâ tuâ.

Sanctiſſimæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ, Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam agentes, nos ipſos, & invicem, & omnem vitam Chriſto Deo commendemus.

Quoniam decet te omnis gloria, honor, & adoratio, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Hæc μεγάλη συναπτὴ legitur etiam in Liturgia Chryſoſtomi: item in Pentecoſtario, ſed quibusdam mutatis, vel etiam omiſſis. Μεγάλη Συναπτὴ, in Liturgia S. Jacobo adſcripta, pag. 15. vocari videtur καθολικὴ συναπτὴ, quæ cum præcedenti in multis convenit, in multis etiam, verbis tamen potius, quàm ſenſu, ab eadem differt.

2. vocabatur ἡ μικρὰ συναπτὴ, *minor Irenicorum connexio.* Ejus mentio in Typico Sabæ, cap. II. Ἐν ἑκάστῳ δὲ ἀντιφώνῳ ποιεῖ ὁ διάκονος μικρὰν συναπτήν. *In quolibet autem Antiphono facit Diaconus minorem connexionem.* Ibid. pag. 8. Ἱερεὺς μνημονεύει ἐν τῇ μικρᾷ συναπτῇ πάντων τῶν προκεκοιμηθέντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν. *Sacerdos meminit in minore connexione omnium patrum & fratrum noſtrorum, qui jam obdormiverunt.* Exemplum μικρᾶς Συναπτῆς in Euchologio, pag. 12. 13. hoc proponitur:

Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῇ σῇ χάριτι.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα.

Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ad priores duos verſus populus reſpondebat, Κύριε ἐλέησον; ad reliquos idem, quod in magna connexione. Et hanc quidem Connexionem, ab ejus initio, τὴν Συναπτὴν ἔτι καὶ ἔτι, ſæpe nominari obſervabis. Euchologium, pag. 23. Ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μικρὰν Συναπτήν. Ἔτι καὶ ἔτι. Et paulò pòſt: Συναπτή. Ἔτι καὶ ἔτι. Interpretatio præcedentis μικρᾶς συναπτῆς hæc eſt:

Etiam atque etiam in pace Dominum rogemus.

Defende, ſerva, miſerere, & cuſtodi nos Deus tuâ gratiâ.

Sanctiſſimæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ, Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam agentes, nos ipſos, & invicem, & omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Quia tuum eſt robur, & tuum eſt regnum, & potentia, & gloria, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

II. Συναπτὴ τῶν αἰτήσεων, *Connexio petitionum.* Ejus mentio in Pentecoſtario: Καὶ ταύτης τῆς ἀναγνώσεως πληρωθείσης, ψάλλομεν τὸ, Χριστὸς ἀνέστη. γ΄. καὶ γίνεται ἡ ἐκτενής. Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ τὰ λοιπά. Εἶτα ἡ συναπτὴ τῶν αἰτήσεων. *Et hac lectione abſoluta, pſallimus, Chriſtus reſurrexit, ter. Et recitatur precum continuatio: Miſerere noſtri Deus, &c. Poſtmodum connexio petitionum.* Ejusdem meminit Menologium. Vide in Ἐκτενής, num. II. Atque ea erat:

Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα.

Ἄγγελον εἰρήνης, πιστὸν ὁδηγὸν, φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα.

Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα.

Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα.

Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ ἐκτελέσαι παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα.

Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, εἰρηνικὰ, καὶ καλὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες ἑαυτοὺς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα.

Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ad ſingulos verſus reſpondebat populus παράσχου Κύριε, exceptis penultimo & ultimo: illic eadem erat reſponſio, quæ τῶν εἰρηνικῶν ſuprà. Hujus quoque συναπτῆς interpretationem adjicimus.

Totam veſperam perfectam, ſanctam, pacificam, & quæ ſine peccato ſit, à Domino petamus.

Angelum pacis, fidum viæ ducem, cuſtodem animarum & corporum noſtrorum à Domino petamus.

Veniam & remiſſionem peccatorum & delictorum noſtrorum à Domino petamus.

Bona & utilia animabus noſtris, & pacem mundo à Domino petamus.

Ut reliquum vitæ noſtræ tempus in pace & reſipiſcentia tranſigere poſſimus, à Domino petamus.

Finem vitæ noſtræ Chriſtianum, doloris expertem, non erubeſcendum, pacificum & præclaram defenſionem coram terribili judicio, à Domino petamus.

Sanctiſſimæ, incontaminatæ, ſuper omnes benedictæ, glorioſæ Dominæ noſtræ, Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ, cum omnibus ſanctis memoriam agentes, nos ipſos, & invicem, & omnem vitam noſtram Chriſto Deo commendemus.

Quoniam bonus & benignus es Deus, & tibi gloriam tribuimus, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Συναῤῥωστέω.

Lexica hoc compoſitum omittunt. Eſt *ſimul ægroto.* Occurrit apud Cyrillum Alexandr. in cap. I. Sophoniæ, pag. 585. ubi hæc leguntur: Εἰς τὴν τοῦ σώματος κεφαλὴν ἀλγήματος γεγονότος, συναισθάνεσθαί τε αὐτῇ καὶ συναῤῥωστεῖν ἀναγκαῖον τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν. *Dolente capite, etiam reliqua membra pariter dolorem ſentire, & ægrotare neceſſe eſt.*

Συν-

Συνδιάκονος.

Hanc quoque vocem Lexica ignorant. Significat *ſimul cum alio miniſtrantem*, & utriusque, maſculini ſcilicet, & fœminini generis eſt. Conſtantinus M. in Concilio Nicæno ſe vocat συνδιάκονον Epiſcoporum. In ſermone προσφωνητικῷ ad ſanctam ſynodum, in Actis illius Concilii, lib. II. cap. VII. pag. 74. ejus verba ſunt: Εἴθε μοι τῷ ὑμετέρῳ συνδιακόνῳ δαψιλὴς εὐπορία τοῦ λόγου ἀρκέσειεν, ἵνα ἐκεῖνα ἄξια ὄντα τοῦ κηρύττεσθαι ἐγκωμιάσω. &c. *Utinam mihi, qui vobis in miniſterio Dei ſum conjunctus, ſufficiens ſuppeteret eloquentia, ut ea, quæ prædicari merentur, celebrare poſſem*, &c. Clemens Alex. Strom. lib. III. pag. 448. de Apoſtolis, reſpiciens ad I. Corinth. IX. 5. Οὗτοι μὲν, οἰκείως τῇ διακονίᾳ, ἀπερισπάστως τῷ κηρύγματι προσανέχοντες, οὐχ ὡς γαμετὰς, ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς περιῆγον τὰς γυναῖκας, συνδιακόνους ἐσομένας πρὸς τὰς οἰκουροὺς γυναῖκας, δι' ὧν καὶ εἰς τὴν γυναικωνῖτιν ἀδιαβλήτως παρεισεδύετο ἡ τοῦ Κυρίου διδασκαλία. *Hi quidem, ut erat conſentaneum, miniſterio quod divelli non poterat, prædicationi ſcilicet attendentes, non ut uxores, ſed ut ſorores circumducebant mulieres, quæ unà miniſtraturæ eſſent apud mulieres, quæ domos cuſtodiebant: per quas etiam in gynæceum, absque ulla reprehenſione malâve ſuſpicione, ingredi poſſet doctrina Domini.*

Συνδοτήρ.

Nec hanc vocem habent Lexica. Significat *ſimul dantem cum alio; qui cum alio aliquid dat*, vel *largitur*. Legitur aliquoties apud Cyrillum Alex. & uſurpatur de Filio Dei. Lib. XI. in Johannem, ad v. 24. cap. XVI. pag. 936. ἢ ἐστιν υἱὸς καὶ Θεὸς, ὁμοῦ τῷ Πατρὶ χορηγεῖ τοῖς ἁγίοις τὰ ἀγαθὰ, καὶ συνδοτὴρ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐλογίας εὑρίσκεται. *Quatenus eſt Filius & Deus, unà cum Patre ſuppeditat ſanctis bona, & unà cum eo nobis impertitur benedictionem.* Et lib. eod. cap. IV. ad v. 2. cap. XVII. pag. 949. Συνδοτὴρ καὶ συγχορηγὸς ὑπάρχει τῷ ἰδίῳ γεννήτορι τῶν θείων τε καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων. *Unà cum proprio Patre divina & ſpiritualia dona largitur & ſuppeditat.* Idem, in Theſauro, Aſſert. XXXII. pag. 268. Συνδοτὴρ καὶ συγχορηγὸς φυσικῶς τε καὶ ἀδιασπάστως παραλαμβάνεται, καὶ διανέμει σὺν Πατρὶ τοῖς ἁγίοις τὰς δωρεάς. *Unà cum Patre dare atque largiri dicitur naturaliter atque inſeparabiliter, & diſtribuit ſanctis dona.*

Συνεθελητὴς, & Συνθελητής.

Etiam has voces omittunt Lexica. Significant eum, *qui cum alio conſpirat, qui ejuſdem cum alio eſt voluntatis.* Cyrillus Alexandrinus ad v. 12. cap. IV. Hoſeæ, pag. 74. Συνθελητὴν τοῖς πλανωμένοις ἀποφαίνει τὸν παιδευτήν. *Inſtitutorem cum ſeductis conſpiraſſe docet.* Frequenter uſurpatur de Filio DEI, & idem eſt quod ἰσογνώμων. Idem Cyrillus, lib. X. in Joh. ad v. 21. cap. XIV. pag. 828. Ὥσπερ ὁ υἱὸς ὁμοούσιός ἐστιν, οὕτω καὶ συνεθελητὴς τῷ ἰδίῳ γεννήτορι. *Quemadmodum Filius ejuſdem eſt eſſentiæ, ita etiam ejuſdem voluntatis cum Patre ſuo.* Et lib. II. in Joh. cap. VIII. pag. 239. Φιλοπάτορα, καὶ συνεθελητὴν τῷ γεννήσαντι κατὰ πάντα σαφῶς ἀποφαίνει. *Patri obſequentem, eique in rebus omnibus adſtipulatorem eſſe apertè demonſtrat.*

Συνειδός.

I. *Diviſio.* Συνειδὸς, *conſcientia* eſt *duplex*:

1. *Bona.* Paulus Act. XXIV. 16. vocat ἀπρόσκοπον συνείδησιν. Vide in voce Ἀπρόσκοπος. Theophylactus, in II. Corinth. XIII. vocat συνειδὸς ἀγαθὸν, *conſcientiam bonam*. Actor. XXIII. vocatur συνείδησις ἀγαθή. Eâ nihil eſt præſtantius. Chryſoſtomus, Homil. in S. Annam: Ἑορτὴ μεγίστη, συνειδὸς ἀγαθόν. *Maximus dies feſtus eſt conſcientia bona.* Gemina his illa Ciceronis, lib. II. Tuſcul. quæſt. *Nullum theatrum virtuti conſcientiâ majus eſt.* Et in Catone majore *Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio, jucundiſſima eſt.* Antiphon apud Stobæum, ſerm. XXIV.

Τὸ μὴ συνειδέναι γὰρ αὐτοῦ τῷ βίῳ
Ἀδίκημα μηδὲν, ἡδονὴν πολλὴν ἔχει.

Conſcium eſſe ſibi in vita ſua nullius criminis, multum voluptatis parit. Bias; ut eſt ibid. apud Stobæum; interrogatus, Τί ἂν εἴη τῶν κατὰ τὸν βίον ἄφοβον; *Quænam res in vita metu careret?* reſpondit? Ὀρθὴ συνείδησις. *Bona conſcientia.* Periander interrogatus, Τί ἐστιν ἐλευθερία; εἶπεν, ἀγαθὴ συνείδησις. *quid eſſet libertas? Recta conſcientia, dixit.* Socrates rogatus, Τίνες ἀταράχως ζῶσιν; εἶπεν, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς ἄτοπον συνειδότες. *Quinam tranquillè viverent? Illi, inquit, qui nullius abſurditatis ſibi conſcii ſunt.* Optimè acutiſſimus Owenus:

Accuſent te mille licèt, mens conſcia recti
Stat tamen, & nunquam judicis ora timet.

Idem:

Gaudia vera dabit mens omnis criminis expers.

Poeta anonymus:

Felices homines ſibi mens bene conſcia reddit:
Sis bonus, & vitæ tempora lætus ages.

Sed redeamus ad Scriptores Eccleſiaſticos. Chryſoſtomus Homil. XII. in epiſt. ad Romanos, p. 96. Οὐδὲν οὕτως ἀνέχει, καὶ μικροῦ πέτεσθαι ποιεῖ, ὡς συνειδὸς ἀγαθόν. *Nihil animos noſtros ſic ſuſtentare, erigere, ac veluti volatiles reddere conſuevit, ut conſcientia bona.* Idem, Homil. III. in II. ad Corinthios, pag. 557. Κἂν μυρία πάσχωμεν δεινὰ, κἂν πάντοθεν βαλλώμεθα καὶ κινδυνεύωμεν, ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν ἡμῖν (μᾶλλον δὲ οὐ μόνον εἰς παραμυθίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ στεφανοῦσθαι) τὸ συνειδὸς, καθαρὸν ὂν, καὶ μαρτυροῦν ἡμῖν, ὅτι δι' οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, ταῦτα πάσχομεν, δι' ἀρετὴν, διὰ φιλοσοφίαν, διὰ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν. *Quamvis innumeris calamitatibus afficiamur, atque undique impetamur, nobis tamen ad conſolationem, nec ad conſolationem tantùm, ſed etiam ad coronam ſufficit conſcientia, quæ pura eſt, nobisque hoc teſtificatur, nos non ſolùm ſceleris illius cauſâ, ſed quia DEO ita viſum, ob virtutem, ob philoſophiam, ob multorum ſalutem hæc pati.* Idem, Homil. LIII. in Matth. pag. 342. Τὸ συνειδὸς πολλῆς πληροῖ τῆς εὐφροσύνης, καὶ τοσαύτην ἔνδον ἐντίθησι τὴν ἡδονὴν, ὅσην οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται λόγος. Τί γάρ σοι δοκεῖ τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ εἶναι ἡδύ. Τράπεζα πολυτελὴς, καὶ σώματος ὑγεία, καὶ δόξα, καὶ πλοῦτος; ἀλλὰ ταῦτα τὰ ἡδέα ἂν ἐκείνῃ παραβάλῃς τῇ ἡδονῇ, πάντων ἐστὶ πικρότερα πρὸς αὐτὴν συγκρινόμενα. οὐδὲν γὰρ ἥδιον συνειδότος ἀγαθοῦ. *Conſcientia multa replet lætitiâ, & tantam animo indit voluptatem, quantam verbis exprimere nequin. Quid enim in præſenti vita tibi ſuave & gratum eſſe videtur? Num menſa plena & lauta, corporis ſanitas, gloria, divitiæ? Verùm hæc ſuavia & grata iſti comparata voluptati, omnibus ſunt acerbiora cum ea collata. Nihil enim conſcientiâ bona ſuavius.*

2. *Mala.* Hæc Apoſtolo, Hebr. X. 22. vocatur συνείδησις πονηρά. Κεκαυτηριασμένη συνείδησις, I. Timoth. IV. 2. Vide in Καυτηριάζω. Eâ nihil triſtius: quod ex variis ejus manifeſtum incommodis. Chryſoſtomus, Homil. XII. in epiſt. ad Romanos, pag. 96. τί ἀλγεινότερον, εἰπέ μοι, συνειδότος πονηροῦ; Οὐδὲν γὰρ οὕτως, οὐδὲν κόπτειν ἡμᾶς καὶ πιέζειν εἴωθεν, ὡς προσδοκία πονηρά. *Quid, quæſo, moleſtius & acerbius conſcientiâ malâ? Nihil enim æquè ſolet nos frangere & vexare, atque exſpectatio mala.* Et mox, *Conſcientia mala* dicitur ὀνείρατα πολλῶν φόβων ἀναπλάττειν τοῖς ἀνθρώποις, *inſomnia multiplicis timoris objicere hominibus.* Idem, Homil. XIV. in epiſt. ad Philippenſes, pag. 80. οὐδενὶ θαῤῥεῖ ὁ ἐν κακίᾳ ζῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς οἰκέτας τρέμει, καὶ μετὰ ὑποψίας ὁρᾷ. Τί δὲ λέγω τοὺς οἰκέτας; Τοῦ συνειδότος οὐ φέρει τὸ δικαστήριον. Οὐχ οἱ ἔξω μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔνδον αὐτὸν κόπτουσι λογισμοί, οὐκ ἀφιέντες αὐτὸν ἠρεμεῖν. *Nemini fidit, qui in malitia vivit, ſed famulos etiam metuit, eosque cum ſuſpicione intuetur. Quid verò dico famulos? Conſcientiæ ipſum tribunal ferre non poteſt: non ſolùm externæ, ſed etiam internæ ratiocinationes ipſum obtundunt, nec quieſcere unquam ſinunt.* Menander apud Stobæum, ſermone XXIV. pag. 192.

Ὁ συνιστορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.
Qui aliquid ſibi conſcius eſt, etiamſi fuerit audaciſſimus,
Conſcientia tamen facit ipſum timidiſſimum.

Pythagoras: Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἄδικος βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος. *Vir iniquus plus mali patitur afflictus conſcientiâ, quàm ille, qui in corpore caſtigatur, & flagris cæditur.*

II. *Proprietas conſcientiæ* eſt, quòd ſit ἀδέκαστος, & incorrupta maneat. Oraculi inſtar eſt, quod ait Juvenalis:

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori: prima eſt hæc ultio, quòd ſe
Judice nemo nocens abſolvitur. ----

Veriſſima etiam illa Chytræi:

Quamvis verba reo deſint, & teſtis agenti;
Proditur indicio mens tamen ipſa ſuo.

Et hæc Anonymi:

Actum ſæpe latet, cùm res ſine teſte geruntur;
At mens indicio proditur ipſa ſuo.

Cicero pro Milone: *Magna eſt vis conſcientiæ in utramque partem, ut neque timeant qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent qui peccârint.* Chryſoſtomus in Pſ. VII. Κἂν μυριάκις πονηρός τις ᾖ, τὸ κριτήριον τοῦ συνειδότος οὐ διαφθείρεται· φυσικὸν γάρ ἐστι, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐντεθέν· κἂν μυρία φιλονεικήσωμεν, ἐφέστηκεν ἐκεῖνο, καταβοῶν, κολάζον, καταδικάζον· καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς τῶν ἐν κακίᾳ ζώντων, ὃς οὐ μυρίαν ὀδύνην ὑπομένει, καὶ βουλευόμενος τὰ κακά, καὶ εἰς ἔργον ἐκφέρων τὴν βουλήν. *Etſi millies quis improbus ſit, non corrumpitur judicium conſcientiæ, eſt enim naturale, & à DEO ab initio inſitum. Etiamſi millies nos glorioſè jactemus, inſtat illud, vociferans, caſtigans, condemnans: & nemo eſt eorum, qui in ſcelere vivunt, quin innumerabiles dolores ſuſtineat, & cùm de malis conſultat, & cùm conſilium exſequitur.* Poſtea hoc probat exemplo impii regis Achabi, qui vineam Nabothi injuſtè concupiſcens, atque ad ſe transferre cupiens, ejus poſſeſſionem, ἐπειδὰν τοῦ συνειδότος τὴν ψῆφον οὐκ ἤνεγκεν, εἰσῆλθε σκυθρωπάζων, κάτω κύπτων, συγκεχυμένος, πολλὴν ἀχλὺν ἐπὶ τῆς ὄψεως φέρων, τὸν ἀπὸ τοῦ συνειδότος καταδίκης τὸν ἔλεγχον ἐπὶ τοῦ προσώπου κηρύττων, καὶ οὐ δυνάμενος συσκιάσαι τὴν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας ἐγγινομένην αὐτῷ ὀδύνην, *quoniam conſcientiæ non ferebat ſententiam, ingreſſus eſt triſtis, deorſum inclinatus, confuſus, in ipſo aſpectu multam caliginem ferens, conſcientiæ condemnationis indicium vultu denuncians, nec valens tegere, quam animo conceperat triſtitiam.* Uſque adeo verum eſt, quod ait Poëta:

Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu!

Sic idem Chryſoſtomus, Homil. XVI. in epiſt. ad Epheſios: Ἡ τοῦ καλοῦ κρίσις ἡμῖν, κἂν εἰς αὐτὸ τῆς κακίας τὸ βάραθρον ἔλθωμεν, ἀδέκαστος καθέστηκεν, οὐ παρακλινομένη. *Ejus, quod bonum & honeſtum eſt, judicium, etiamſi venerimus in ipſum vitii profundum, manet incorruptum, ut quod non poteſt inflecti & perverti.* Et in Pſ. CXLII. conſcientiam vocat judicem internum: Ὁ δικαστὴς ὁ ἔνδον, τὸ συνειδὸς λέγω τὸ ἡμῖν ἐγκαθήμενον. *Judex, qui eſt intus, conſcientia inquam, quæ nos urget & vexat.* Et Homil. III. in Jeſaiæ VI. v. 2. de homine adultero ſic ſcribit: Μηδεὶς ἴστω τὰ τετολμημένα, ἀλλ᾽ ἢ μόνος αὐτὸς μετὰ τῆς ὑβριζομένης γυναικός· πῶς οἴσει τὸν ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἔλεγχον, πικρὸν πανταχοῦ περιφέρων κατήγορον; ὥσπερ γὰρ ἑαυτὸν οὐκ ἄν ποτέ τις φύγοι, οὕτως οὐδὲ τὴν ἀπὸ τοῦ κριτηρίου ψῆφον ἐκείνου. Τοῦτο τὸ δικαστήριον οὐ χρήμασι διαφθείρεται, οὐ κολακείαις ἐνδίδωσι. Θεῖον γάρ ἐστι, καὶ παρὰ Θεοῦ ταῖς ἡμετέραις ἐνιδρυμένον ψυχαῖς. *Ponamus nulli notum eſſe flagitium præterquam ipſi uni, & mulieri, quam adulteravit: quomodo feret conſcientiam redarguentem, acerbam & amarulentam illam accuſatricem ubique ſecum circumferens? Quemadmodum enim ſe ipſum nemo poteſt effugere, ita nec illam ejus curiæ ſententiam. Hoc enim tribunal non pecuniâ corrumpitur, non adulationibus cedit: divinum enim eſt, & à Deo noſtris inſitum mentibus.* Idem, epiſt. VII. ad Olympiadem: Εἰ γὰρ καὶ πρὸς τὴν ἑτέρων καταγνωσιν οὐκ ἐπιστρέφονται, τοῦ οἰκείου συνειδότος τὸν ἔλεγχον ἀμήχανον αὐτοὺς διαφυγεῖν, τὸν ἄφυκτον, τὸν ἀδέκαστον, τὸν οὐδενὶ εἴκοντα φόβῳ, τὸν οὐ κολακείᾳ, οὐ χρημάτων δόσει διαφθειρόμενον, οὐ χρόνῳ μακρῷ μαραινόμενον. *Quòdſi aliorum condemnationem non morantur, at certè fieri non poteſt, ut ſuæ conſcientiæ judicium effugiant, quod fugere non licet, quod corrumpi non poteſt, nec ulli terrori cedit, nec blanditiis aut pecuniarum largitione labefactatur, nec temporis longinquitate obſcuratur.* Plurima in hanc ſententiam vide apud eundem Homil. I. de Lazaro, quæ eſt Hom. XXXV. t. V. pag. 233. & Homil. IV. de Lazaro, pag. 257. ubi *conſcientiam* etiam vocat ἀπαραλόγιστον δικαστήν, *judicem qui decipi nequit:* & κριτὴν ἐγρηγορότα καὶ νήφοντα, καὶ ἄγρυπνον, *judicem vigilantem & inſomnem.* Baſilius Seleucienſis, Orat. XXVII. pag. 147. Ἔχει ἔνδον ἕκαστος τὸ συνειδὸς κατήγορον, κἂν μὴ βούληται. *Intus quiſque, etiam invitus, conſcientiam accuſatricem habet.* Ἀδέκαστον δικαστήν, *judicem qui decipi nequit,* vocat conſcientiam Chryſoſtomus Homil. XVII. in Geneſin. Confer vocem Ἀδέκαστος.

Συνείσακτος.

Multa περὶ Συνεισάκτων habet doctiſſimus Juſtellus ad Can. III. Concilii Nicæni I. Annibal Fabrotus ad Theodori Balſamonis Conſtitut. Eccleſ. Collect. ad Tit. III. lib. I. ad l. 19. pag. 1389. Jacobus Cujacius Obſervat. lib. II. cap. XXIX. Budæus in Comment. linguæ Græcæ. Nos ea, quæ ex antiquitate Eccleſiaſtica de his haberi poſſunt, κατ᾽ ἐπιτομὴν produximus in Obſervationibus noſtris, cap. XII. Eadem hic neceſſariò repetimus.

Primam συνεισάκτων mentionem facit Canon III. Concilii Nicæni primi, his verbis: Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον γυναῖκα ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφήν, ἢ θείαν,

αι, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. *Vetuit omnino magna Synodus, ne liceat Epiſcopo, nec Presbytero, nec Diacono, nec ulli penitus eorum, qui ſunt in Clero, extraneam habere mulierem; niſi fortè aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt.* Συνείσακτον γυναῖκα Latini reddunt *extraneam mulierem.* Id fecit vetus Interpres Concilii Nicæni. Eundem ſecutus eſt Fulgentius. Ferrandus in Breviatione Canonum, cap. CXXII. Iſidorus Mercator, Can. XLII. & XLIII. Synodi Toletanæ IV. Synodus Carthaginenſis I. Can. III. Ilerdenſis, Can. XV. Hiſpalenſis I. Can. III. Bracharenſis III. Can. V. & Impp. Honorius & Theodoſius in l. XIX. C. de Epiſcop. & Cler. Alii *ſubintroductam* interpretari maluerunt. Sic Teilo & Thariſtus, quorum verſio Actis Concilii Carthag. VI. inſerta eſt, & Dionyſius Exiguus in Collect. Canonum Eccles. Romanæ; quem ſequitur Burchardus lib. II. cap. CIX. & alii. Alii *intromiſſam*, vel *adſcititiam* appellant. Priſca denique Canonum editio Latina, in titulo Canonis III. Nicæni, interpretatur *commanentem*, ipſum verò Canonem ſic exprimit: *Interdixit Concilium, neque Epiſcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ex his, qui in Clero ſunt, licere* ſecum commanere, *præter ſororem, aut Tiam, aut ſolas perſonas, quæ refugiunt omnem ſuſpicionem.* Hic *Tia* notat θεῖαν, id eſt, *amitam.* Non intactus hic relinquendus candor Bellarmini, qui lib. I. de Clericis, cap. XIX. expreſſè ſcribit: *Concilium Nicænum I. Can. III. interdicit Epiſcopo, Presbytero, & Diacono, ne domi mulierem ullam habeat, præter matrem, ſororem, amitam.* At, quis admittat, per γυναῖκα ſυνείσακτον intelligi *uxorem legitimam?* Certè Chryſoſtomus, Homil. πρὸς τὺς ſυνεισάκτυς ἔχοντας παρθένυς, tom. VI. pag. 222. magnum oſtendit diſcrimen. *Majoribus noſtris*, inquit, *duæ tantùm cognitæ fuerunt cauſſæ, propter quas mulieribus viri cohabitent.* Has cauſſas explicat; unam conjugium, alteram ſtuprum eſſe dicit. Pòſt; *Atqui noſtra hac ætate tertius quidam novus & inſolitus mos prodiit;* tum ſυνεισάκτυς deſcribit: deſcriptionem illam deinceps videbimus. Diſcrimen inter uxorem legitimam & ſυνείσακτον evidentiſſimum eſt ex Juſtiniani Nov. CXXIII. cap. XXIX. pag. 324. Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ ὑποδιακόνοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις, μὴ ἔχυσι γαμετὰς, κατὰ τὺς θείυς κανόνας, ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν, γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν. Δίχα μέντοιγε μητρὸς καὶ θυγατρὸς καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν ἄλλων προσώπων ἅτινα πᾶσαν ὑποψίαν ἐκφεύγει. *Presbyteris verò, & Diaconis, & Subdiaconis, & omnibus aliis in Clero conſcriptis, non habentibus uxores, juxta divinos Canones, etiam nos interdicimus, ſecundum vim ſanctorum Canonum, mulierem aliquam in domo ſua extraneam habere: præter matrem, & filiam, & ſororem, & alias perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt.* En diſcrimen inter γαμετὴν & γυναῖκα ἐπείσακτον. Nec minùs evidenter illud ipſum diſcrimen manifeſtum eſt ex Photio in Nomocan. tit. VIII. cap. XIV. Ἡ δὲ β'. διάταξις τῦ αὐτῦ α' τίτλυ τῶν νεαρῶν λέγει. Μηδεὶς κληρικὸς, γυναῖκα μὴ ἔχων, ἐπείσακτον ἐχέτω ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῦ, πλὴν μητρὸς, καὶ ἀδελφῆς, καὶ θυγατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀνυπόπτων. *Conſtitutio autem II. ejuſdem Tituli I. Novellarum dicit: Nullus Clericus, qui uxorem non habet, præter matrem, ſororem, filiam, & in quas alioqui ſuſpicio non cadit in domo ſua adſcititiam* mulierem *habeto.*

Hanc verò de non habendis *extraneis* ſive *ſubintroductis mulieribus* Concilii Nicæni definitionem deinceps etiam confirmatam fuiſſe, certum eſt. Eam confirmavit Juſtinianus, ut modò vidimus ex Novell. CXXIII. Et Nov. CXXXVII. pag. 364. ipſum Concilii Nicæni de hac re Canonem citat. Repetita definitio in Synodo Toletano IV. Can. XLII. *Cum Clericis*, inquit, *extraneæ fœminæ nullatenus habitent; id enim & conſtitutio antiquorum Patrum decrevit.*

Eſt etiam ſυνεισάκτων frequens mentio apud Scriptores Eccleſiaſticos. Epiſtola ſynodica Concilii Antiocheni, adverſus Paulum Samoſatenum celebrati, apud Euſebium hiſt. Eccl. lib. VIII. cap. XXX. pag. 80. b. Τὰς δὲ ſυνεισάκτυς αὐτῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζυσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα ſυγκρύπτει, κλ. *Quid autem de extraneis ſive ſubintroductis ejus mulieribus, ut Antiocheni nominant, & Presbyterorum ac Diaconorum quos ſecum habet, quibus & hoc & alia deprehenſa peccata obtegit*, &c. Hieracitas etiam eo nomine ſugillari, quòd ſυνεισάκτυς mulieres haberent, tradit Epiphanius ſub finem hæreſi LXVII. pag. 306. Χλευάζονται δὲ τινὲς λοιπὸν, δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος ſυνεισάκτυς γυναῖκας, δι' ἃς εἰώθασι φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. *Prorſus autem ſubſannantur propter eas quas habent ſinguli ſubintroductas mulieres, de quibus gloriari ſolent, ſe habere ipſas ad miniſterium.* Earundem meminit hæreſi LXIII. pag. 226. de Origenianis loquens. Idem Epiphanius, hæreſi LXXVIII. pag. 440. oſtendit, quomodo, qui ſυνεισάκτυς & ἀγαπητὰς habebant, id defendere fuerint conati. Nempe ſceleratiſſimum ſimul & impuriſſimum iſtud hominum genus abuti non verecundabatur exemplo Johannis Evangeliſtæ, qui, juſſus à Salvatore in cruce pendente, θεομήτορα παρθένον ἔλαβεν εἰς τὰ ἴδια, Joh. XIX. 27. Vide ipſum Autorem, & in voce Ἀγαπητός.

Quæ autem fuerint mulieres ſυνείσακτοι, non ſatis liquet. Balſamon ad Can. III. Concilii Nicæni, pag. 283. ſcribit: Εἶπον τινὲς, ἐπείσακτον, ἢ ſυνείσακτον εἶναι τὴν ἀντὶ νομίμυ γυναικὸς ſυνεισαχθεῖσαν, καὶ ſυνοικῦσαν τινὶ πορνικῶς. Ἄλλοι δὲ εἶπον, εἶναι πᾶσαν γυναῖκα ſυνοικῦσαν τινὶ ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτός ἐστι. καὶ ἔδοξε τῦτο μᾶλλον εἶναι ἀληθέστερον. *Dixerunt quidam, extraneam mulierem eam eſſe, quæ loco legitimæ mulieris ſubintroducitur, & cum aliquo meretricio more habitat. Alii verò dixerunt, eſſe omnem mulierem, alienam nimirum, cum aliquo habitantem, etiamſi extra ſuſpicionem ſit. Atque hoc veriſimilius eſſe videtur.* Idem ad Epiſt. Baſilii ad Gregorium Presbyterum, pag. 1023. Συνεισάκτυς λέγει ὁ γ'. κανὼν τὰς εἰς καθοικίας ἱερωμένων ἀζύγων ſυνεισαγομένας, καὶ κατοικύσας ſὺν αὐτοῖς. *Tertius Canon* Concilii Nicæni *ſυνεισάκτυς vocat eas, quæ in ædes ſacerdotum cœlibum introducuntur, & cum iis habitant.* Triplicem ergo Balſamon proponit ſententiam. Intermedia, quam tamen ipſe veritati conſentaneam eſſe ſtatuit, falſa eſt. Συνείσακτον namque non eſſe mulierem ἀνύποπτον inde patet, quia Canon ille tertius ſυνεισάκτυς habere vetat, *matrem* verò, *ſororem*, vel *amitam*, vel ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαφεύγει, concedit: patet etiam ex variis decretis, quibus ſυνεισάκτων uſus prorſus abrogatur. Cur verò abrogatus fuiſſet, ſi ἀνύποπτοι eſſent? Ultima ſententia; quam etiam ſequitur Matthæus quidam Hieromonachus ad Canonem III. Nicænum, his verbis: Συνεισάκτυς δέ φησι τὰς ἑλομένας ſυνοικεῖν ἱερεῦσιν ἀζύγοις, τὰς ἀναγκαίας χρείας αὐτοῖς διακονυμένας. *Extraneas verò vocat eas, quæ cohabitationem cum ſacerdotibus cœlibibus eligunt, iiſq; in rebus neceſſariis miniſtrant;* etiam à vero aliena, quia non tantùm Clericis, ſed etiam Laïcis ſυνείσακτοι interdictæ erant. Hoc probatur ex Reſponſis Eliæ, Metropolitæ Cretenſis, ad Dionyſium Monachum. Quarta ibi Quæſtio eſt: Πῶς δεῖ καλεῖν τὸ μετὰ τὴν τελευτὴν τῦ

ἐκ πρώτου γάμου συναφθείσης αὐτῷ, συνεισάκτῳ συνοικοῦντα, καὶ ταύτῃ συμμολυνόμενον, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τῆς ἐκ δευτέρου, ἐπὶ συνείσακτον ἀποκλίναντα· καὶ εἰς τὸ μὲν δίγαμον, τὸ δὲ τρίγαμον, ἢ πόρνους ἁπλῶς; *Quomodo oportet eum vocare, qui poſt mortem primæ uxoris ſuæ cum extranea habitat, & cum ea polluitur; ac perinde qui poſt obitum ſecundæ conjugis, ad extraneam declinat: numquid illum quidem digamum, iſtum verò trigamum, an ſcortatores ſimpliciter?* Quis non agnoſcat de Laicis hic agi, cùm audit ſecundas, tertiáſque nuptias? Nam has Clericis non fuiſſe conceſſas, manifeſtum eſt ex ea, quæ olim obtinuit diſciplina. Vide in voce Δίγαμος, num. II. 2. Quæ ergo συνείσακτοι fuerunt? Clar. Juſtellus, ad Can. III. Concilii Nicæni, ſententiam ſuam ita proponit: *Quænam fuerint συνείσακτοι mulieres, non ſatis conſtat. Ruffinus, Euſebii interpres, vocabulum Græcum reliquit. Suidas annotavit tantùm, non explicavit. Erant autem neque uxores, neque concubinæ, ſed tertii cujuſdam generis mulieres, quas ſecum Clerici, non ſobolis, neque libidinis gratiâ, ſed pietatis ſtudio, aut certè prætextu, fovebant.* Hactenus ille. Eandem ſententiam repetit Annibal Fabrotus in Notis ſuis ad Theodori Balſamonis Conſtitut. Eccles. Collectionem, pag. 1390. Nos, cum bona tamen tantorum virorum venia, non exiſtimamus, συνεισάκτους mulieres eſſe, quas Clerici libidinis gratiâ non habuerint, ſed potiùs adſtipulamur iis ex veteribus, qui, teſte Balſamone, ut modò vidimus, dixerunt ἐπείσακτον ἢ συνείσακτον εἶναι τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συναχθεῖσαν, καὶ συνοικοῦσαν τινὶ πορνικῶς. Libenter damus, eas pietatis obtentu non à Clericis tantum, ſed etiam à Laicis in ædes fuiſſe introductas, at non alium in finem, quàm ut importuniſſimis ſe faciliùs, & minori cum periculo dederent libidinibus. Ut ita ſentiamus, primo ſuadet iteratum, imo ſæpius repetitum decretum, de non admittendis συνεισάκτοις. Profectò, ſi fuiſſent ἀνύποπτοι, ſi citra ſcandalum cum viris vixiſſent, facilè potuiſſent tolerari. Non vixiſſe autem ſine ſtupri ſuſpicione, ex Chryſoſtomo, quem tamen Juſtellus ad ſententiæ ſuæ confirmationem producit, ſatis liquere puto. Dicit quidem in Tractatu ſuo, πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας, ab initio, ἐπὶ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν προφάσεις, αἳ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσαι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν ἡ τοῦ γάμου ἀρχαία τε, καὶ δικαία, καὶ εὔλογος, ἅ τε τὸν Θεὸν ἔσχε νομοθέτην. --- ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας, καὶ νεωτέρα ταύτης, καὶ ἄδικος, καὶ παράνομος, ἅ τε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων. *Majoribus noſtris duæ tantùm cognitæ fuerunt cauſſæ, propter quas mulieres cum viris habitent. Et una quidem vetus eſt ac juſta, rationique conſentanea: nempe matrimonium, quod à Deo legiſlatore inſtitutum eſt: altera verò, hac recentior, injuſta, & legi contraria, nempe ſtuprum à malignis introductum dæmonibus.* His ſubjicit deſcriptionem συνεισάκτων talem: Ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας καὶ τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός τις, καὶ παράδοξος, καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὑρεῖν. Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς, κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιΐᾳ· οὐ γάρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι· οὔτε ἐξ ἀκολασίας. Λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. *At noſtra hac ætate tertius quidam, novus & inſolitus, mos excogitatus eſt, cujus cauſſam haud facilè inveſtigaveris: ſunt enim quidam, qui puellas innuptas ducunt, easque ſemper domi collocant, & in extremam uſque ſenectutem incluſas tenent, ſine nuptiis & coitu, neque liberorum procreandorum gratiâ, negant enim ſe cum illis rem habere: neque libidinis cauſſâ; dicunt enim, ſe illas integras & incorruptas ſervare.* Hæc quidem omnia affert ſanctus ille Pater: at quis ex illis colligat, tales pietatis potiùs ſtudio, quàm libidinis explendæ gratiâ in ædes fuiſſe introductas? Non dicit Chryſoſtomus, quid ab iis, qui tales extraneas mulieres alebant, factum ſit, ſed quid fieri illi ipſi dictârint. Quid enim ipſe de his talibus judicârit, ex toto Tractatu iſto ſatis eſt perſpicuum. Conſidera hæc ejus verba: Κἂν μυριάκις φιλοσοφῇς, διὰ αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων· οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικήσεως ταύτης. Ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσαποσπάστως ἔχοντα, καὶ μυρίων βλαπτομένων καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα, καὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας προστριβόμενον κατηγορίαν πολλὴν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρᾷ περιβάλλοντα δόξῃ, καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ἡμῖν ἐγγινόμενον, ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἑτέρων κτῆσιν ἀγαθῶν, εἶτα οὐκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πεῖσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπήλλαξαι προσπαθείας, καὶ ἐπιθυμίας εἶ πονηρᾶς καθαρός; *Quamvis te perpetuò defendas, ac Philoſophiam te religioſam profiteri dicas: redargueris tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus non vulgare. Quando enim video, te avelli nulla ratione poſſe, & infinitam eorum, qui offenduntur, multitudinem deſpicere, nec converti, multis licèt te reprehendentibus, ſed & gloriam tuam conculcare, totiq; Eccleſiæ accuſationem magnam & invidiam conflare, atq; infidelium ora laxare, omnesq; mala opinione imbuere; & tanta quidem ex cohabitatione nobis naſci mala, nullum autem provenire bonum: ex ſeparatione verò, horum malorum omnium ſublevationem, multorum autem aliorum bonorum poſſeſſionem adipiſci licere, cùm non feras, ut à te tranſeat, quomodo aliis perſuadere potero, quòd omnis affectionis ſis expers, & à concupiſcentia mala purus?* In ſequentibus ridet eos, qui dicunt, *etiamſi videant* συνοικοῦντα παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν πειθόμενον μᾶλλον, ἢ τὸ συνοικεῖν, καὶ πάντα καὶ παθεῖν, καὶ ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης, *cohabitantem virginibus, & alligatum, & deliciantem, & animam potiùs perdere volentem, quàm cohabitatricem, paratumq; omnia & pati & facere potiùs, quàm à dilecta ſeparari,* ſe tamen μὴ πιστεύειν πονηρόν τι, μηδὲ ἐπιθυμίας ἔργον νομίζειν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαβείας, *nihil mali ſuſpicari, nec putare hoc concupiſcentiæ, ſed pietatis potiùs opus eſſe.* Veriſſimè ad hæc Chryſoſtomus: Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, ὦ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τῶν λίθοις συνοικούντων οὕτω διακεῖσθαι χρή. *Admirande vir, is eſt affectus eorum, qui lapidibus cohabitant, non hominibus.* Addit, ſe hujus συνοικήσεως non aliam ſuſpicari poſſe cauſſam, ἀλλ' ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον, *quàm malam concupiſcentiam, & ignominioſam voluptatem.* Si turpiſſimæ libidini ſe totas tales non dediſſent conſtringendas, an exiſtimamus Chryſoſtomum, qui παρθενίαν aliàs tantoperè commendare ſolet, dicturum fuiſſe eodem Tractatu, cap. VI. Καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν ὁμιλῆσαι γάμῳ, καὶ τῷ συνοικοῦντι πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν κεχρῆσθαι, ἢ μένουσαν ἄγαμον, πατῆσαι μὲν τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας, ὑβρίσαι δὲ εἰς πρᾶγμα οὕτω σεμνὸν, καὶ φρικῶδες, καθελκῦσαι δὲ καὶ ἑτέρους πρὸς τὰ ναυάγια τῶν οἰκείων κακῶν; *Et quantò ſatiùs erat nuptui eſſe traditam, uſamque cohabitatore, cui incumberet rerum adminiſtratio, quàm cùm innupta manet, fœdera cum Deo inita conculcare, & injuriam facere rei tam honeſtæ ac reverendæ, & alios quoque ad naufragia ſuorum malorum trahere?* Cur eodem capite aſſereret, talium ψυχὰς καταδύεσθαι, *animas deprimi,* vel *ſubmergi?* eas τῶν οὐρανῶν ἐκβάλλεσθαι, *è cœlis ejici?* Qui tales virgines alebant,

pre-

Digitized by Google

prætexebant cauſſam διοικῆσαι εἶναι λυσιτελέστερον, τὴν τῆς προστασίας, *quæ honeſta videbatur, nempe tutelæ.* Sed quid etiam ad hoc Chryſoſtomus? Cap. VII. Κἂν, inquit, ἀνθρώπους παραλογίσῃ, ἀλλὰ τὸ ἀδέκαστον οὐκ ἀπατήσεις δικαστήριον, δι᾽ ἑτέραν μὲν ταῦτα ποιῶν πρόφασιν, ἄλλην δὲ προβαλλόμενος. Λέγετε μὲν διὰ τὸν Θεὸν ἅπαντα πράττειν, πράττετε δὲ ἃ τῶν ἐχθρῶν ἐστι τοῦ Θεοῦ. *Licet homines decipias, at incorruptum Dei tribunal minimè fallere poteris: nam ob aliam quidem cauſſam hæc facis, aliam verò prætexis. Dicitis quidem, vos omnia propter Deum facere, facitis autem ea, quæ ſunt inimicorum Dei.* Eadem de ζυνεισάκτοις eſt ſententia Greg. Nyſſeni cap. XXIII. de Virginitate, t. III. pag. 175. Οἱ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου· οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες. *Qui nomine tenus duntaxat cœlibatum profitentur, à communi vivendi conſuetudine non longè abſunt: utpote qui non ventris ſolum voluptatibus indulgeant, ſed etiam cum fœminis apertè habitent: hancq; familiarem cum iis vivendi conſuetudinem fraternitatem vocant, omnem ſiniſtram videlicet opinionem honeſtiori nomine occultantes.*

Hanc noſtram περὶ τῶν συνεισάκτων ſententiam & illud confirmat, quia συνείσακτοι ex ipſæ ſunt, quæ aliis nominibus apud veteres appellantur ἀγαπηταὶ & ἀδελφαί. De ἀγαπηταῖς hoc manifeſtum eſt ex Epiphanio, Hæreſi LXXVIII. Vide in voce Ἀγαπητὸς, num. 4. De ἀδελφαῖς idem jam demonſtratum in voce Ἀδελφή, quo Lectorem remittimus.

Nec mulieres tantùm erant ζυνείσακτοι, veteres enim etiam meminerunt ἀνδρῶν ζυνεισάκτων. Chryſoſtomus certè non ſolùm ſcripſit Tractatum πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους ζυνεισάκτους, ſed etiam eidem ſtatim ſubjecit alium πρὸς τὰς ἐχούσας ἄνδρας ζυνεισάκτους. De iis autem ita ſcribit, tractatu illo, t. VI. pag. 233. Εἰ ἄνδρας ἐπιθυμεῖς ἔχειν ζυνοικοῦντας, οὐκ ἔδει παρθενίαν ἑλέσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν γάμον ἐλθεῖν. πολλῷ γὰρ βέλτιον γαμεῖν ἐκείνως, ἢ παρθενεύειν οὕτως. Τὸν μὲν γὰρ τοιοῦτον γάμον οὔτε ὁ Θεὸς καταδικάζει, οὔτε ἄνθρωποι διαβάλλουσι. Τίμιον γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα, οὐδένα ἀδικοῦν, οὐδὲ πλῆττον· ἡ δὲ παρθενία αὕτη, ἡ μετὰ ἀνδρῶν, πορνείας χαλεπώτερον παρὰ πᾶσι διαβέβληται. *Si viros tecum habitantes habere cupis, non oportebat virginitatem eligere, ſed ad nuptias tranſire: multò enim meliùs illo modo nubere, quàm hoc modo virginitatem profiteri. Tales enim nuptias neque Deus condemnat, neque homines reprehendunt. Honeſta enim res eſt: neminem offendit, neminem lædit: virginitas autem illa cum viris ab omnibus magis reprehenditur, quàm ipſum ſtuprum.* Percurre integrum Tractatum, & intelliges, illum ζυμβιώσεως modum, judice Chryſoſtomo, vel parùm, vel potiùs nihil à ſtupro differre.

Quæ uſitatiſſimè vocantur συνείσακτοι, eædem ſatis frequenter ἐπεισάκτων nomine veniunt. Quam Can. III. Conc. Nicæni vocat συνείσακτον γυναῖκα, eandem Ariſtinus in Synopſi Canonum appellat ἐπείσακτον. Ei enim Can. IV. Concilii Nicæni ſic habet: Ἐπείσακτον μή τις ἐχέτω, χωρὶς μητρὸς, ἢ ἀδελφῆς, καὶ τῶν προσώπων, ἃ πᾶσαν ὑποψίαν διαδιδράσκει. *Subintroductam ne quis habeat, præter matrem, aut ſororem, eaſq; perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt.* In Nomocan. Johannis Antiocheni, ex Conſtitut. LXXI. Πᾶσι τοῖς ἐν κλήρῳ καταλεγομένοις, καὶ μὴ ἔχουσι γαμετὰς, κατὰ τοὺς κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ οἴκῳ ἰδίῳ ἐπεισάκτοι ἔχειν, κλ. *Omnibus, qui in Clerum adſcribuntur, & non habent uxores, nos etiam ſecundùm Canones interdicimus in privatis ædibus ſubintroductam habere*, &c. Symeon Logotheta in Synopſi Canonum, Can. III. Nicænum incipit ab his verbis: Ἐπείσακτον μή τις ἐχέτω. Eadem voce ſemel atque iterum uſus eſt Elias, Metropolita Cretenſis, in Reſp. ad Dionyſium Monachum. Titulus Quæſtionis tertiæ eſt: Περὶ τοῦ ἐπεισάκτῳ γυναικὶ ζυνοικοῦντος ἕως θανάτου αὐτοῦ. *De eo, qui cum ſubintroducta muliere ad mortem uſque habitat.* Quæ in titulo dicitur ἐπείσακτος, ea in quæſtione ipſa nominatur ζυνείσακτος. Vide etiam titulum quæſtionis quartæ.

Συνευδοκητής.

Lexica hanc vocem non habent: idem verò ſignificat, quod ζυνεθελητὴς, de quo ſuprà. Cyrillus Alexandr. lib. II. in Johannem, cap. VIII. pag. 239. ad cap. V. v. 30. Ἀναγκαίως ὁ υἱὸς ζυνευδοκητὴν ὥσπερ τινα, καὶ συγκατανεύοντα τῷ πατρὶ, πρὸς τὴν ἐφ᾽ ὧπερ ἂν δόξειε ψῆφον ἑαυτὸν εἰσφέρει, μὴ δύνασθαί τι δρᾷν ἐξηγούμενος, ὃ μὴ πάντως ἐστι κατὰ γνώμην τοῦ πατρός. *Neceſſariò Filius conſentire ſe & annuere Patri, quæcunque res ei placuerit, ſignificat, explicans, ſe nihil omnino facere poſſe, quod non ſit juxta ſententiam Patris.*

Συνήθεια.

I. Notat *conſuetudinem.* Veteres Gloſſæ: Συνήθεια, *conſuetudo.* Heſychius: Συνήθεια, ἔθος. Ejus conſideramus

1. *Diviſionem. Conſuetudo* eſt *duplex:*

a. *Bona,* quæ proinde introducenda. Syneſius epiſt. LVII. pag. 33. Ἀξιώτερόν ἐστι προτιμηθῆναι τῆς ζυνηθείας τὸ χρήσιμον· ἡμεῖς ἀρχὴν δῶμεν ἔθει βελτίονι. *Longè dignius eſt, utilitatem præferri conſuetudini: nos incipiamus conſuetudinem meliorem.* Huc etiam referri poteſt illud Chryſoſtomi: Τῇ ζυνεχεῖ ζυνηθείᾳ εἰς φύσιν ἀγαγεῖν τὸ πρᾶγμα. *Continua conſuetudine naturam facere rem aliquam.*

b. *Mala.* Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 68. Ἤδει μὲν καὶ γαργαλίζει ἡ ζυνήθεια, ἀλλ᾽ ἡ μὲν εἰς τὸ βάραθρον ὠθεῖ ἡ ζυνήθεια· ἡ δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει ἡ ἀλήθεια. *Delectat quidem & jucundo ſenſu titillat conſuetudo: ſed illa in barathrum deturbat conſuetudo, in cœlum autem deducit veritas.* Etſi ergo conſuetudo mala altas egerit radices, non tamen propterea retinenda, ſed tollenda. Severianus Orat. I. in Κοσμοποιΐαν. Οὐ τὸ ἐν ζυνηθείᾳ πάντως τὸ ἀληθὲς, οὔτε τὸ ξένον ψευδές, ἀλλὰ πανταχοῦ ζητεῖται ἡ ἀλήθεια. *Non quod diuturna conſuetudine obtinuit, ſtatim verum eſt, nec peregrinum & inuſitatum falſum eſt: ſed ubique quæritur veritas.* Aurea etiam ſunt illa Chryſoſtomi, Homil. LVI. in Geneſin: Εἰ μὲν καλόν ἐστι τὸ τῆς συμβουλῆς καὶ ἐπωφελὲς, κἂν μηδὲ ζυνήθεια ᾖ, γινέσθω· εἰ δὲ βλάβην ἔχον καὶ πολὺν τὸν ὄλεθρον τὸ νῦν παρ᾽ ὑμῶν ἐπιτελούμενον, κἂν ζυνήθεια ᾖ, ἐκκοπτέσθω. *Si conſilium bonum ſit & utile, etiamſi non ſit conſuetudo, fiat: ſin cum damno conjunctum & cum magna jactura, quod nunc à vobis fit, etſi conſuetudo ſit, tollatur.* Iterum Clemens Alex. in Protreptico, pag. 73. Φύγωμεν τὴν συνήθειαν, φύγωμεν οἷον ἄκραν χαλεπὴν, ἢ Χαρύβδεως ἀπειλὴν, ἢ σειρῆνας μυθικάς. ἄγχει τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἀληθείας ἀποτρέπει, ἀπάγει τῆς ζωῆς, παγίς ἐστι, βάραθρόν ἐστι, βόθρος ἐστὶ, λικνός ἐστι, κακὸν ἡ συνήθεια. *Fugiamus conſuetudinem, fugiamus tanquam ſcopulum difficilem, aut Charybdis minas, aut fabuloſas Sirenes: ſuffocat hominem, à veritate avertit, abducit à vita, eſt laqueus,*

Digitized by Google

quem, eſt barathrum, eſt ventilabrum, mala eſt conſuetudo. Chryſoſtomus, Homil. XLIX. t. V. pag. 331. Εἰ πονηρὰ τὰ γινόμενα, κἂν παλαιὸν ἔθος ᾖ, κατάλυσον. ἂν δὲ μὴ πονηρὰ, κἂν συνήθεια μὴ ᾖ, εἰσάγαγε, καὶ καταφύτευσον. *Si ea, quæ fiunt, mala ſunt, etiamſi inveterata ſit conſuetudo, tolle: ſi non ſint mala, etſi conſuetudo non ſit, introduc, & planta.* Balſamon in Supplemento ad Can. XVI. Conſtantinopol. pag. 1117. Μακρὰ συνήθεια ἄγραφος οὐ κρατεῖ, ἔνθα ἐγγράφῳ νόμῳ ἢ κανόνι ἐναντιοῦται. *Longa non ſcripta conſuetudo non valet, quando legi ſcriptæ vel Canoni adverſatur.* Præclarè Zacharias Mitylenenſis in Diſputat. de Mundo: Τὰ παλαιὰ τιμᾶσθαι θέμις, ἡνίκα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔχει ἐπανθοῦσαν τῷ χρόνῳ. Plura vide in voce Ἔθος, num. I.

2. *Proprietatem. Uſus & conſuetudinis proprietas eſt, quòd in utramque partem ſit ineluctabilis & invicta.* Gregorius Nyſſenus Orat. II. de Pauperibus, t. II. pag. 60. Δεινὴ ἐστιν ἡ συνήθεια καὶ τοῖς δυσκολωτέροις εἶναι δοκοῦσιν ἡδονήν τινα διὰ τῆς ἐπιμονῆς ἐνεργάσασθαι. *Magna eſt conſuetudinis vis, & rebus etiam difficilioribus ſolet voluptatem quandam aſpergere.* Idem de Virginitate, ab initio cap. IX. t. III. pag. 139. Ἄμαχόν ἐστιν ἐπὶ παντὸς ἡ συνήθεια, πολλὴν ἔχουσα δύναμιν πρὸς ἑαυτὴν ἑλκύσαι καὶ ἐπισπάσασθαι τὴν ψυχὴν, καί τινα καλοῦ παρασχεῖν φαντασίαν, ἐν ᾧ ἄν τις χρόνῳ καὶ προσπάθειαν διὰ τοῦ προσεθισμοῦ τινα κτήσηται. καὶ οὐδὲν οὕτω τῇ φύσει φευκτόν ἐστιν, ὡς ἐν συνηθείᾳ γινόμενον μὴ καὶ σπουδῆς ἄξιον καὶ αἱρετὸν νομισθῆναι. *In omni re difficilis eſt, quæ expugnetur, conſuetudo: quoniam cùm multam ad attrahendum ad ſe animum, afficiendumque vim obtineat, tum in eo valet, ut aliquam honeſti opinionem afferat: nam ſi quis ex conſuetudine uſuque habitum, & aliquam animi affectionem ſibi comparaverit, nihil vel ipſa natura ſic fugiendum eſt: quodſi in conſuetudinem abierit, non omni ſtudio dignum expetendumque videatur.* Atque hoc ipſum aliquot exemplis deinceps illuſtrat, quæ apud Autorem legi poſſunt. Chryſoſtomus Homil. VI. in II. ad Timotheum, pag. 358. Μεγάλη καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐν τοῖς κακοῖς τῆς συνηθείας ἡ τυραννίς. *Magna eſt & in bonis, & in malis conſuetudinis tyrannis.* Idem, Homil. VII. in II. ad Corinthios, pag. 591. Μεγάλη, μεγάλη τῆς συνηθείας ἡ τυραννὶς, καὶ τοσαύτη, ὡς εἰς φύσεως ἀνάγκην καθίστασθαι. *Magna, magna, inquam, conſuetudinis vis eſt, atque adeo tanta, ut in naturæ neceſſitatem migret.* Et Orat. Catech. I. Χαλεπὸν ἡ συνήθεια, καὶ δεινὸν ὑποσκελίσαι, καὶ δυσφύλακτον. *Difficilis eſt conſuetudo, & difficulter evertitur atque vitatur.* Et mox: Μέγα ὄντως ἡ συνήθεια, καὶ φύσεως ἔχει δύναμιν. Διὰ δὴ τοῦτο καί τινες τῶν ἔξωθεν, δευτέραν φύσιν, τὴν συνήθειαν ἐκάλεσαν. *Magnum quid conſuetudo eſt, & naturæ vim habet. Propterea etiam ex Gentilibus quidam, alteram naturam, conſuetudinem vocârunt.* Gregentius in Diſputat. cum Judæo, pag. 237. Χρόνῳ κακὴ συνήθεια βεβαιωθεῖσα, δυσίατος γίνεται, ἢ καὶ παντάπασιν ἀνίατος. *Perverſa conſuetudo temporis diuturnitate confirmata, curatu difficilis, vel omnino inſanabilis fit.* Thalaſſius centuriâ III. cap. VII. Κακία χρονίσασα, ἀσκήσεως δεῖται χρονίας. συνήθεια γὰρ παγιωθεῖσα ἀθρόως οὐ μετακινεῖται. *Malitia inveterata, longa eget exercitatione: ſtabilita enim conſuetudo haud ſubitò mutatur.* Ita Theophraſtus de cauſis plant. lib. II. cap. VII. & lib. III. cap. IX. & lib. IV. cap. XII. Τὸ γὰρ ἔθος οἷον φύσις γέγονε χρονισθέντων. *Conſuetudo enim quaſi natura facta eſt inveteratorum.* Et Julianus in Miſopog. Ἔθος, φασὶ, δευτέρα φύσις. *Conſuetudo, inquiunt, altera natura.* Cicero, Tuſcul. lib. II. *Conſuetudinis magna vis eſt.* Et de Amicitia: *Maxima eſt vis vetuſtatis & conſuetudinis. Conſuetudo enim eſt altera natura.* Ita etiam lib. V. de Finibus. Et Macrobius Saturn. lib. VII. *Conſuetudinem ſecundam naturam pronunciavit uſus.* Auguſtinus de Muſic. lib. VI. cap. VII. *Non enim fruſtra conſuetudo quaſi ſecunda, & quaſi affabricata natura dicitur.* Johannes Sariſber. Policrat. lib. III. cap. VIII. *Uſus enim ægrè deducitur, & conſuetudo alteri naturæ aſſiſtit.* Horatius, epiſt. lib. I. epiſt. X.

Naturam expellas furcâ, tamen uſque recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.

Chryſoſtomus Hom. VII. ad populum Antiochenum: Δυσκατόρθωτον ἡ συνήθεια. *Conſuetudo difficulter emendatur.* Ariſtoteles Rhet. lib. I. cap. XI. Τὸ εἰθισμένον ὥσπερ πεφυκὸς ἤδη γίνεται. *Conſuetudo in naturam tranſit.* Et Auguſtinus de Civitate Dei, lib. XII. cap. III. *Vitium conſuetudine nimiòve progreſſu velut naturaliter inolevit.* Proinde Chryſoſtomus Homil. LVII. in Johannem, pag. 791. Δεινὸν, δεινὸν ἡ τῶν πονηρῶν συνήθεια. οὐχ οὕτω ταχέως λοιμὸς ἅπτεται καὶ ψώρα διαφθείρει, ὡς ἡ τῶν πονηρῶν κακία ἀνδρῶν· φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Potens, potens, inquam, eſt converſatio cum malis. Non æquè citò peſtis invadit, & ſcabies corrumpit, atque hominum malorum improbitas: corrumpunt enim bonos mores colloquia prava.* Et Baſilius Cæſarienſis, an Euſtathius Sebaſt. in Aſcet. reg. lat. VI. pag. 425. Οὐ μικρᾶς ἀγῶνος ὁ ἀγὼν τῆς ἑαυτοῦ συνηθείας περιγενέσθαι· ἔθος γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου βεβαιωθὲν, φύσεως ἰσχὺν λαμβάνει. *Non mediocri opus eſt contentione, ut conſuetudinem ſuam aliquis vincat. Conſuetudo enim vetuſtate firmata, naturæ vim accipit.* Auguſtinus in Pſ. XXX. *Vincere conſuetudinem, dura eſt pugna.* Et de Serm. Dom. in Monte, lib. I. *Conſuetudinem vincere difficillimum eſt.* Seneca ad Martiam de Conſolat. cap. I. pag. 388. *Omnia vitia penitus inſidunt, niſi dum ſurgunt penitus oppreſſa ſunt: ---- leviore medicina fuiſſet oriens adhuc reſtringenda mala vis: vehementiùs contra inveterata pugnandum eſt. Nam vulnerum quoque ſanitas facilis eſt, dum à ſanguine recentia ſunt: tunc & uruntur, & in altum revocantur, & digitos ſcrutantium recipiunt, ubi corrupta in malum ulcus ſe verterunt, difficiliùs curantur.* Et Auguſtinus de Civitate Dei, lib. XXI. cap. XVI. *Siquidem nondum victoriarum conſuetudine roborata ſunt, faciliùs vincuntur & cadunt: ſi autem vincere atque imperare conſueverint, laborioſa difficultate ſuperantur.* Iterum Seneca, epiſt. XXXIX. *Ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò pervenerint, ut in conſuetudinem adductis carere non poſſint: ita illis quæ ſupervacua fuerant, facta ſunt neceſſaria. Tum autem conſummata eſt infelicitas, & deſinit eſſe remedio locus, ubi, quæ fuerant vitia, mores ſunt. Fiunt enim, ſicut conjunctione & ſanguine, ſic uſu & conſuetudine longa, ubi animum ſibi applicuit, uſque adeò chara, ut ab illis quàm à vita divelli, gravius exiſtimet.* Vide eundem de Benefic. lib. I. cap. XI. Bernhardus de diverſ. ſerm. XIV. *Miſera nimiùm & miſerabilis humana fragilitas, etiam ſine pruritu concupiſcentiæ, aut impetu deſiderii, ſola conſuetudine ipſa ad illicita trahitur. Eſt autem conſuetudo hæc gravis quædam & periculoſa catena, ſolvenda utique faciliùs quàm rumpenda: alioquin ſi fortè violentiam quæras, & caſtigatione corporis ſperes conſuetudini prævalere, timendum omninò eſt, ne pernicioſus ſit labor, & priùs ipſa ſubſtantia deficiat, quàm mollita concupiſcentia.* Hoc eſt quod Buchananus in Baptiſt.

Longo

Digitized by Google

Longo quod uſu in pejus usq; induruit,
Multò faciliùs fregeris, quàm flexeris.

Et quod Salvianus de Provident. lib. VI. Cap. XIV: *Inveteratâ in nobis malorum omnium labe, aliter jam vitioſi eſſe non poſſumus, quàm ut omnino non ſimus. Ita prius eſt interire quàm corrigi, prius ipſos quàm in ipſis vitia non eſſe.* Inſignis etiam Syneſii locus eſt, epiſt. XLIV. pag. 20: Ἀρτιβαφὴς οὖσα ἡ ψυχὴ, τάχιστα πλύνεται. πολλοῖς δὲ ὁ ῥύπος οὕτως ἐνέφυ σφόδρα διὰ τοῦ βάθους, ὡς ἀναπάλλακτος εἶναι, καὶ φθάνει διαφθαρέντας, πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανελθεῖν, ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύσις, ἢ διὰ χρόνου πλῆθος, ἢ διὰ μέγεθος. οὕτω δὲ ἰσχούσῃ ψυχῇ καλῶς ἂν εἶχεν εἶναι φθαρτῇ. νῦν δὲ, τὰ μὲν ἁμαρτήματα λόγον ἔχει πρὸς τὰς ἀνεκπλύτους κηλῖδας· ἡ ψυχὴ δὲ οὐκέτι πρὸς θοιμάτιον ἐκεῖνο τὸ πιναρόν τε καὶ οὐκ ἀντέχον, ἀλλ᾽ ἀθάνατος οὖσα, τίνει δίκην ἀθάνατον, ὅταν ἁμάρτῃ δευσοποιά τε καὶ ἀναπόνιπτα. *Recens quidem tincta anima celeriùs eluitur: verùm multis tam altè inſident ſordes, ut eximi non poſſint, ſed intercidant priùs, quàm ad puritatem genuinam redeant: ſiquidem affectio vitioſa eis in naturam jam tranſiit, vel temporis diuturnitate, vel mali vehementiâ. Expediret autem animæ ſic habenti, ſi prorſus interire poſſet. Cæterùm cùm peccata jam macularum ſint inſtar, quæ elui nequeunt; anima verò non ſit ſimilis veſti ſordidæ, quæ defricando deteratur, ſed immortalis exiſtat; pœnas ea jam æternas luit, ubi incocta & elui neſcia peccaverit.* Alia jam adduximus in voce ἦθος, num. II.

II. Συνήθεια ſignificat *ſalarium*, vel, *donum ordinarium.* Gloſſæ Latino-Græcæ: *Salarium*, ὀψώνιον, παροχὴ, συνήθεια, ἁλατικόν. Collectio Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. II. num. XXV: Καὶ λαμβάνουσι συνηθειῶν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις, πεντηκοστάς· ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ τοῖς λοιποῖς συναλλάγμασιν, ἑκατοστήν. *Et ratione conſuetudinum accipiunt pro inſtrumentis emphyteuticis, quinquageſimas: pro locatoriis, & reliquis contractibus, centeſimam.* Anſegiſus *conſuetudines* appellat, lib. IV. cap. XLVII: *De injuſtis occaſionibus, & conſuetudinibus noviter inſtitutis, ſicut ſunt tributa, & tholonei in media via.* Malim *tholonea.* Nempe *toloneum*, vel *tholonium*, aut *tholoneum*, eſt *vectigal*, ex *telonium*, τελώνιον. Capitulorum collectio Benedicti Levitæ, lib. VI. cap. XXXIX: *Ut nullus homo præſumat tholoneum per villas, rodaticum, nec pulveraticum recipere.* Conſule præterea Gl. Meurſii in voce Συνήθεια.

Συνθεολογέω.

Lexica hoc compoſitum non habent. Quemadmodum θεολογεῖν τινα, ut ſuo loco docuimus, eſt *Deitatem alicui aſſerere:* ita συνθεολογεῖν ſignificat *ſimul cum alio alicui aſſerere Deitatem.* Cyrillus Alexand. lib. I. in Joh. cap. II. pag. 15: Ὁ πατὴρ ἐν ἰδίᾳ ἐστὶν ὑποστάσει, καὶ ὁ υἱὸς ὡσαύτως, συνθεολογουμένου δηλονότι τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Pater in propria eſt hypoſtaſi, & Filius ſimiliter, quibuscum Deus videlicet aſſeritur Spiritus Sanctus.* Idem in Theſauro Aſſert. I. pag. 12: Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. Ἐν δὲ τῷ λέγειν, ἡμετέραν, ἡ δυὰς σημαίνεται· συνόντος δηλονότι καὶ συνθεολογουμένου τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Faciamus hominem ſecundùm imaginem noſtram & ſimilitudinem. Quando autem dicit,* noſtram, *dualitas ſignificatur: cùm videlicet etiam adſit, & Deitati annumeretur Spiritus Sanctus.* Et Aſſert. XXXI. pag. 282: Ἐκ πατρὸς καὶ ἐν πατρὶ φυσικῶς ὑπάρχων υἱὸς, ἔχων τε αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, συνθεολογεῖται καὶ συνδοξάζεται. *Ex Patre, & in Patre naturaliter exiſtens Filius, habensq; viciſſim in ſeipſo Patrem, ſimul cum eo & Deus eſſe aſſeritur, & ſimul glorificatur.*

Σύνθρονον & Σύνθρονος.

Σύνθρονον eſt *ſubſellium.* Johannes Curopalata in Conſtantino: Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι αὐτῶν τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. *Ortæ verò ſunt die Pentecoſtes turbæ propter ſeſſionem in Liturgia, non ſuſtinentibus Metropolitis, ut Syncelli in Synthrono præſiderent.* Euchologium in conſecratione templi: Ὁ ἀρχιερεὺς λαμβάνει μαρτυρικῶν ἁγίων λειψάνων μερίδας τρεῖς, αἵτινες ὀφείλουσι κατατεθῆναι μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν. εἰ μὲν κίονες βαστάζουσι τὴν τράπεζαν εἰς τὸν εὐτρεπισμένον ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, διονεὶ τάφον μεταξὺ τῶν πρὸς ἀνατολὰς κιόνων. εἰ δὲ βωμὸς ἀνέχει ταύτην, εἴτε μονόλιθος, εἴτε συντεθειμένος ἐκ πολλῶν λίθων εἰς τὴν γινομένην παρὰ τοῦ τεχνίτου θήκην ἐν τῷ μέσῳ τοῦ βωμοῦ κατὰ τὴν πρόσοψιν αὐτοῦ πρὸς τὸ σύνθρονον. *Præſul accipit ex Martyrum ſacris reliquiis partes tres, quæ reponendæ ſunt poſt ſacroſanctum ſacrificium: ſi columnæ altare ſuſtinent, in præparato, in pavimento veluti ſepulchro inter columnas ortum reſpicientes: ſi ara illud tenet, ſive ea ex uno lapide ſive ex pluribus compacta ſit, in facta ab artifice thecâ in medio aræ ex ea parte, quæ Synthronum reſpicit.* In ſanctum Synthronum poſt conſecrationem Epiſcopi deferuntur, ut in eo, veluti in majeſtatis throno, ſedentes, ſuæ authoritatis ſe compotes eſſe factos cognoſcant, Euchologium: Εἶτα τὸν χειροτονηθέντα ἀσπάζεται ὁ χειροτονήσας καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι, καὶ τῆς συνήθους εὐφημίας τελουμένης ἀνέρχονται εἰς τὸ σύνθρονον, καὶ καθεζόμενος πρῶτος ὁ χειροτονηθεὶς εἰρηνεύει εἰς τὸν ἀπόστολον. *Poſtea conſecratum circumplectitur ordinans, & reliqui Epiſcopi, & dum conſueta acclamatio fit, aſcendunt in Synthronum: Et primus ſedens ordinatus poſt Apoſtoli lectionem pacem dicit.* In Hiſt. Concilii Florentini, Sect. II. cap. IV. p. 3. de Joſepho Epheſino, deſignato Patriarcha: Τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. *In magna Eccleſia collocatus eſt in throno inaugurandis Patriarchis deſtinato.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Σύνθρονος, *qui eodem in throno ſedet.* Chryſoſtomus Homil. de Latrone in cruce: Λῃστὴς βλέπει ἐσταυρωμένον, καὶ Κύριον ὁμολογεῖ· ὁ αἱρετικὸς ὁμολογεῖ σύνθρονον τοῦ πατρὸς, καὶ ὡς κτίσμα βλασφημεῖ. *Videt cruci affixum latro, & Dominum confitetur: hæreticus ejuſdem throni cum Patre participem confitetur, & ut creaturam blaſphemat.* Idem, Homil. XXXVI. in Acta, pag. 814: *Filius dicitur* γνήσιος παῖς τοῦ πατρὸς καὶ σύνθρονος, *germanus Patris filius & ejuſdem throni particeps.* Greg. Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 445: Δέον ἕνα θεὸν πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, καὶ υἱὸν ἕνα γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμα ἓν ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν, πατρὶ μὲν, ἀγεννησίας. υἱῷ δὲ, γεννήσεως. τὰ δ᾽ ἄλλα σύμφυες καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμόδοξον, καὶ ὁμότιμον. *Unum Deum Patrem agnoſcere oportet principii expertem, & ingenitum, & unum Filium ex Patre genitum, & unum Spiritum ex Deo ſubſtantiam habentem, hoc ſolo nomine Patri cedentem, quòd non ingenitus ſit, hoc item Filio, quòd non genitus ſit, cætera autem ejuſdem omnino naturæ, throni, honoris, gloria,*

Digitized by Google

ria. Cyrillus Alexand. lib. III. in Joh. cap. I. p. 253. de Chriſto: Ὁ βασιλεύων ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρὸς, ὁ σύνθρονός τε καὶ σύνεδρος. *Qui ſemper cum Patre regnat, & in eodem throno conſidet.* Eandem ſignificationem habet vox πάρεδρος, *ut ſuo loco docuimus.*

Συννηπιάζω.

Lexica hoc verbum non habent. Duplicem ego ejus ſignificationem apud ſcriptores eccleſiaſticos obſervavi.

I. Idem ſignificat quod συγκαταβαίνω, *ad aliorum me captum demitto*, quaſi *cum pueris pueriliter me gero*, quemadmodum benignus pater cum filiolo ſuo. Hoc ſenſu uſurpatur à Cyrillo Alexand. lib. II. in Johan. cap. VIII. pag. 237. ad v. 30. cap. V. ubi de Chriſto cum Judæis loquente ſic ſcribit: Ἐπειδὴ δὲ ἦσαν οὕτω δυσμαθεῖς, καὶ θεοπρεπῶν μὲν ὅλως οὐκ ἀνεχόμενοι λόγων, μικρὰ δὲ περὶ αὐτοῦ φρονοῦντες καὶ λέγοντες, οἰκονομικῶς ὁ Σωτὴρ συννηπιάζει μὲν αὐτοῖς, κεκραμένην δ' οὖν ὅμως ἐποιεῖτο τὴν ἐξήγησιν, οὔτε τοὺς τῷ Θεῷ πρέποντας λόγους ὁλοτελῶς παραιτούμενος, οὔτε μὴν εἰς ὁλόκληρον τῶν ἀνθρωπίνων ῥημάτων ἀποφοιτῶν, &c. *Quoniam adeò erant indociles, & verba Deo convenientia minimè admittebant, de eo* (Chriſto) *verò humilia ſentiebant & dicebant, per diſpenſationem quandam Salvator ad eorum pueritiam ſe demittit quidem, mixtam tamen nihilominus expoſitionem adhibet, nec ſermones Deo convenientes prorſus omittendo, nec in univerſum à verbis humanis abſtinendo,* &c. Quod Cyrillo ad hunc locum eſt συννηπιάζειν, id Ammonio ad eundem, in Catena, eſt συγκαταβάσει χρῆσθαι, *condeſcenſione uti.*

II. Συννηπιάζειν eſt *infantulum unà cum aliis eſſe.* Athanaſius, de humana Chriſti natura, t. I. pag. 612. Πότε συνεστράφη τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὅτε συνεγεννήθη μετ' αὐτῶν ἐκ γυναικὸς, καὶ συνενηπίασε, καὶ συνηύξη, καὶ συνέφαγε; *Quando verſatus eſt cum hominibus, niſi quando cum illis natus eſt ex muliere, & infantulus unà cum illis fuit, & cum illis crevit atque edit?*

Συνοδία.

I. Συνοδία eſt *comitatus.* Veteres Gloſſæ: *Συνοδία, comitatus.* Ita accipitur Lucæ II. 44. Suidas: Συνοδία, τὸ μετά τινος συμπεριπατεῖν. *Congreſſus, comitatus. Iter quod cum aliquo fit: cum aliquo itio.* Συνοδία, in Eccleſia antiqua, ſpeciatim viæ comites, ad Synodum proficiſcentibus Epiſcopis additi, dicti ſunt. Gregorius Nyſſenus, epiſt. ad Flavianum, t. III. pag. 646: Βάδην τὸν μεταξὺ διήλθομεν τόπον, ἐκ ποδός τε προϊόντες ἐγώ καὶ ἡ μετ' ἐμοῦ συνοδία, καὶ τοὺς ἵππους διὰ χειρὸς ἐφελκόμενοι. *Gradatim deinceps progreſſi ſumus pedites, tàm ipſe, quàm viæ meæ comites, manuque equos ductavimus.*

II. Sancti Patres *conventum* quoque ἀσκουμένων, qualis *Monachorum* ea tempeſtate erat, συνοδίαν dixerunt. Aſceticorum autor, quæ Baſilio Cæſarienſi vulgò adſcribuntur, ὥστε μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν κατὰ τὴν συνοδίαν ἀντιβαίνειν τῷ βουλήματι αὐτοῦ. *Adeò ut nulli ex conventu Monachorum liceat reſiſtere voluntati ejus:* de præfecto τοῦ τάγματος quem vocant. Item, Ἐπεὶ οὖν προσήκει παντὶ τρόπῳ τῷ προεστῶτι εὐπειθῆ καὶ ὑποχείριον εἶναι τὴν συνοδίαν. *Cum igitur oporteat omni modo præfecto obedientem & ſubjectum eſſe conventum.* Iterum: Ὥστε πᾶν τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενόν τε καὶ γινόμενον, ἀντὶ νόμου καὶ κανόνος τῇ συνοδίᾳ εἶναι. *Adeò ut quicquid ab eo dicitur & fit, legis & regulæ loco ſit conventui.* In Collectaneis Simeonis Magiſtri eodem ſenſu, qui vult τὴν μὲν συμπαθῆ διάθεσιν, καὶ τὴν ἀγαπητικὴν χρῆσιν, ἴσην ἐπὶ πάντων τῶν ἐν τῇ συνοδίᾳ ζώντων εἶναι, *ut affectio mutua, & amoris quaſi reciprocatio, inter omnes, qui in conventu vivunt, par ſit.* Clariſſimè Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. XXIII. pag. 236. a. Πρὸς τοὺς ἐν τοῖς κοινοβίοις, ἢ ἐν συνοδίαις μοναχούς. *Ad Monachos, qui in Cœnobiis, vel in Conventibus degunt.*

Συνοδίτης.

I. Quemadmodum συνοδία, ut modò vidimus, aliquando notat *conventum Monachorum*; ita συνοδίτης eſt *Monachus.* In Collect. Conſtitut. Eccles. ex lib. I. Cod. Juſtin. in Paratitlis ad Tit. III. pag. 1266: Μηδεὶς κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, ἢ καλούμενος συνοδίτης, ἁρπαζέτω, ἢ κατεχέτω τὸν κατάκριτον. *Nullus clericus, vel monachus, vel qui ſynodita vocatur, condemnatum rapiat, vel detineat.* Ibid. pag. 1270: Οὐ δεῖ παρὰ τῶν κληρικῶν, ἢ μοναχῶν, ἢ τῶν καλουμένων συνοδιτῶν ἀποσπᾶσθαι καὶ κατέχεσθαι τοὺς ἅπαξ ὑποπεσόντας ἐγκλήματι. *Non debent à Clericis, vel monachis, vel qui ſynoditæ vocantur, abſtrahi & detineri, qui ſemel criminis rei facti ſunt.* Ibid. tit. IV. pag. 1273: Ἔξεστι τοῖς κληρικοῖς, καὶ μοναχοῖς, καὶ τοῖς λεγομένοις συνοδίταις, ὑπὲρ τῶν ἐγκληματικῶς καταδικασθέντων ἐμπροθέσμως ἐκκαλεῖσθαι, οὐ μὴν ἀποσπᾶν αὐτοὺς ἀπαγομένους. *Licet clericis, & monachis, & iis, qui ſynoditæ vocantur, ut pro condemnatis criminaliter, intra certum tempus adpellent: non autem ut eos abſtrahant & abducant.*

II. Qui Synodi Chalcedonenſis fidem profitebantur, dicti erant συνοδῖται. Colligo ex Leontio de Sectis, Act. V. pag. 470. ubi de Juſtiniano Imperatore, τούτου βασιλεύσαντος, καὶ τῶν συνοδιτῶν ὄντος, φοβηθεὶς ὁ Σευῆρος, φεύγει εἰς Ἀλεξάνδρειαν. *Hoc imperante, qui ex ſynoditarum numero erat, ſibi metuens Severus, fugit Alexandriam.*

Σύνοδος.

Hæc vox πολύσημος eſt, notat enim σύνοδος

1. *Cœtum* ſive *congreſſum convivalem*, ut apud Athenæum σύνοδος φιλοσόφων, *convivium Philoſophorum*: & σύνοδος παμμιγοῦς ὄχλου, *convivium ex promiſcuis hominum turba.* Apud Diogenem Laërtium in Epicuri teſtamento: Καὶ εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν εἰς τὴν ἡμῶν τε, καὶ Μητροδώρου, κατατεταγμένην. Quæ Cicero ita reddidit: *Itemque omnibus menſibus viceſimo die lunæ dent, ad eorum epulas, qui unà ſecum philoſophati ſunt, ut ſui, & Metrodori memoria colatur.* Σύνοδος ἐν οἴνῳ *Polluci*, id eſt, *conventus* ſive *congregatio in vino.*

2. *Conventum Eccleſiaſticum in templo.* Ita frequenter in Conſtitut. Apoſtol. lib. V. cap. XIX. pag. 936. ubi, inter alia, πᾶν σάββατον ἄνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν κυριακὴν, ἐπιτελοῦντες συνόδους, εὐφραίνεσθε. *Quolibet Sabbato, uno excepto, & quavis Dominica, celebrantes conventus, lætamini.*

3. *Concilium.* Atque de hac voce, hoc ſenſu accepta, deinceps paulò diſtinctiùs agemus, conſideraturi ordine

I. *Diviſionem. Quatuor* apud Scriptores Eccleſiaſticos ſunt *Synodorum*, ſive *Conciliorum genera:*

1. eſt

1. eſt *Epiſcopi cum plerisq; aliis finitimis* ſeu vicinis *ſuæ Parochiæ Epiſcopis*, cujus veſtigia non obſcura paſſim exſtant in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ, ut Can. XI: *Si quis Presbyter à præpoſito ſuo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis ejus cauſſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari.* Can. XII: *Si quis Epiſcopus in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas non poſſe plurimos congregare: ne in crimine remaneat, à XII. Epiſcopis, & Presbyter à ſex Epiſcopis cum proprio ſuo Epiſcopo audiatur, & Diaconus à tribus.* Can. XXVI: *Item placuit, ut rem Eccleſiæ nemo vendat: quòd ſi reditus non habet, & aliqua nimia neceſſitas cogit, hoc inſinuandum eſſe Primati provinciæ ipſius: ut cum ſtatuto numero Epiſcoporum, utrum faciendum ſit, arbitretur. Quòd ſi tanta urget neceſſitas Eccleſiæ, ut non poſſit antè conſulere, ſaltem vicinos teſtes convocet Epiſcopos, curans ad Concilium omnes referre Eccleſiæ ſuæ neceſſitates: quòd ſi non fecerit, reus Deo & Concilio venditor, honore amiſſo, teneatur.* Vide inſuper ejusdem Codicis Can. XIV. XX. XXVIII. CXXV.

2. Alterum genus Conciliorum eſt *Metropolitæ, ſeu Primatis, aut Epiſcopi primæ ſedis, cum omnibus Provinciæ Epiſcopis*, quod idcirco *plenarium Concilium uniuscujusque provinciæ & Primatis* dicitur Can. XCVIII. Cod. Eccles. Africanæ. Antiochena Synodus τελείαν σύνοδον, *perfectam Synodum* vocat, Can. XVI. ubi hæc leguntur: Εἴ τις ἐπίσκοπος σχολάζων ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας, ὑφαρπάζοι τὸ θρόνον δίχα συνόδου τελείας, τοῦτον ἀπόβλητον εἶναι, καὶ εἰ πᾶς ὁ λαὸς, ὃν ὑφήρπασεν, ἕλοιτο αὐτόν. Τελείαν δὲ ἐκείνην εἶναι σύνοδον, ᾗ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως. *Si quis Epiſcopus vacans, in Eccleſiam vacantem ſeipſum injiciens, arripuerit ſedem abſque perfecta Synodo, hunc expellendum eſſe, etiamſi omnis populus, quem arripuit, eum elegerit.* Perfecta verò Synodus *illa eſt, cui intereſt & metropolitanus Epiſcopus.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 332: Ἐκείνη τελεία λογίζεται σύνοδος, ᾗ καὶ ὁ μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας συμπάρεστιν. *Illa perfecta reputatur Synodus, cui etiam Metropolitanus Provinciæ intereſt.* Et Balſamon, pag. 825: Εἶπον οἱ πατέρες ἐκείνην εἶναι τελείαν σύνοδον, τὴν ἔχουσαν παρουσιάζοντα καὶ τὸν μητροπολίτην. *Dixerunt Patres eam eſſe perfectam Synodum, quæ habet etiam Metropolitanum præſentem.* Can. XVII. ejusdem Concilii: Ἡ τελεία σύνοδος τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐπισκόπων. *Perfecta Synodus Epiſcoporum provincialium.* Τελείας συνόδου etiam Canon XVIII. meminit. Hinc eadem Synodus, Can. XX. decernit, μὴ ἐξεῖναί τινας καθ' ἑαυτοὺς συνόδους ποιεῖσθαι ἄνευ τῶν πεπιστευμένων τὰς μητροπόλεις, *nullis licere per ſe Synodos celebrare ſine iis, quibus metropoles creditæ ſunt.* Ubi Zonaras, pag. 335: Οὐ παραχωρεῖ ὁ κανὼν μόνους τοὺς ἐπισκόπους συνιστᾶν σύνοδον, μὴ παρόντος τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρχίας. *Non concedit hic Canon, ſolos Epiſcopos Synodum celebrare, non præſente provinciæ metropolitano.* Talis Synodus vocatur σύνοδος τῆς ἐπαρχίας, *Synodus provincialis*, à Zonara ad Can. CXXI. Carthag. pag. 495. *Synodi* verò *Provinciales* bis ſingulis annis erant celebrandæ. Ita decrevit Concilium Nicænum I. Can. V: Καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι. *Rectè habere viſum eſt, ut ſingulis annis per unamquamq; provinciam bis in anno Synodi fiant.* Et mox: Αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν, πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς. δευτέρα δὲ, περὶ τὸ τοῦ μετοπώρου καιρόν. *Synodi autem fiant, una quidem ante Quadrageſimam: ſecunda autem circa tempus autumni.* Idem decretum repetitum Can. XX. Concilii Antiocheni: Διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας, καὶ τὰς τῶν ἀμφισβητουμένων διαλύσεις, καλῶς ἔχειν ἔδοξε συνόδους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι δεύτερον τοῦ ἔτους. ἅπαξ μὲν, μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς ἐπιτελεῖσθαι τὴν σύνοδον. τὴν δὲ δευτέραν σύνοδον γίνεσθαι εἰδοῖς ὀκτωβρίαις, ἥτις ἐστὶ πεντεκαιδεκάτη ὑπερβερεταίου. *Propter uſus Eccleſiaſticos, & pro dirimendis controverſiis, rectè habere viſum eſt, ut per unamquamque Provinciam Synodi Epiſcoporum bis in anno fiant. Ac prima quidem poſt tertiam hebdomadam feſti Paſchæ, ut quartâ hebdomadâ Pentecoſtes perſiciatur Synodus. Secunda verò Synodus fiat Idibus Octobris, qui eſt decimus quintus hyperberetæi.* Et Can. XIX. Concilii Chalced. harum Synodorum neglectus & omiſſio reprehenditur, addito hoc decreto: Ὥρισε τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας, δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντρέχειν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς ἐπισκόπους, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. *Statuit igitur ſancta Synodus, ſecundùm ſanctorum Patrum Canones, bis in anno in unum convenire, uniuscujusque Provinciæ Epiſcopos, ubi metropolitanus Epiſcopus probaverit, & ſingula quæ emerſerint corrigere.* Canon XXXVII. vulgò Apoſtolorum dictus, ſic habet: Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν. Ἅπαξ μὲν, τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς. δεύτερον δὲ, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ. *Bis Epiſcoporum Synodus habeatur per annum, & examinent inter ſe dogmata pietatis, & occurrentes Eccleſiaſticas controverſias dirimant. Semel quidem quarta Pentecoſtes hebdomade: ſecundò verò, duodecimo hyperberetæi die.* Johannes Antiochenus in Nomocan. tit. XLIX. ex Juſtiniani Novell. CXXIII. p. 318. & ex Novell. CXXXVII. p. 365. hoc affert decretum: Οἱ πατριάρχαι καὶ οἱ μητροπολῖται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ δὶς κοινὰς ποιείτωσαν συνόδους, τὰς κατ' ἀλλήλων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν διακρίνοντες αἰτίας, καὶ τὰ ἀνακύπτοντα κατὰ κανόνα διατιθέντες κεφάλαια. *Patriarchæ & Metropolitani ſemel aut bis in anno communes conventus celebrent, in quibus cauſas ſeu controverſias, quas inter ſe & cum ſibi ſubditis Epiſcopis & Clericis habent, dirimant, & res, quæ emerſerint, ſecundùm regulas componant.* At Canon VIII. in Trullo, *quoniam propter Barbarorum incurſiones, & quaedam alias incidentes cauſſas*, ἀδυνάτως οἱ τῶν ἐκκλησιῶν πρόεδροι ἔχουσι, δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς συνόδους ποιεῖσθαι, *non poſſunt qui Eccleſiis præſident, Synodos, bis in anno facere, decernit*, ὡς τρόπῳ παντὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους τὴν τῶν ἐπισκόπων ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γίνεσθαι σύνοδον, ἀπὸ τῆς ἁγίας τοῦ πάσχα ἑορτῆς καὶ μέχρι συμπληρώσεως τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἑκάστου ἔτους κατὰ τὸ τόπον, ὃν ὁ τῆς μητροπόλεως δοκιμάσει ἐπίσκοπος, *ut omnino ſemel in anno Epiſcoporum in unaquaq; provincia fiat Synodus, à ſancto Paſchæ feſto, & usque ad Octobris menſis complementum, ſingulis annis, in loco, quem metropolitanus Epiſcopus aptum judicaverit.*

3. Tertium eſt *Exarchi ſeu Patriarchæ cum Metropolitanis & Epiſcopis totius Diœceſis.* Synodus Antiochena, Can. XII. μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον, *majorem Epiſcoporum Synodum* vocat: & Conſtantinopolit. I. Can. VI. μείζονα σύνοδον τῶν τῆς διοικήσεως ἐπισκόπων, *majorem Synodum Epiſcoporum uniuscujusque Diœce-*

ſis. Synodi Diœceſeos fit mentio l. XXIII. de Epiſcop. & Cler. C. Th. *Si quæ ſunt ex quibusdam diſſenſionibus, levibusq́; delictis ad religionis obſervantiam pertinentia, locis ſuis & à ſuæ Diœceſeos Synodis audiantur*. Et in Actis Concilii Epheſini, ἡ ἁγία σύνοδος τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, *ſancta Synodus Diœceſeos Orientalis*. Et, ἡ συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως. *Synodus ex Diœceſi Ægyptiaca Alexandriæ congregata*. Hoc genus Concilii *univerſale vel plenarium totius Diœceſis aut Patriarchiæ* vocatur, cujus videlicet *plena erat autoritas & αὐθεντεία*, ut ait Canon XVIII. Cod. Eccles. Africanæ: adeò ut ab illo ne quidem Epiſcopis provocare liceret. Hujus generis plurima reperiuntur Concilia in tomis Conciliorum: Antiochenſia videlicet ex Diœceſi Orientis, Romana ex Diœceſi urbis Romæ, Aquilejenſe ex Diœceſi Italiæ, Gallicana ex Diœceſi Galliarum, Toletana ex Diœceſi Hiſpanorum, Africana ſeu Carthaginenſia ex Diœceſi Africæ, quæ paſſim in Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ *univerſalia & plenaria Africæ* vocantur Can. XIX. LXXVII. XCV. CVII. CVIII. ſic Poſſidonio in vita Auguſtini, cap. VII. Hipponenſe *plenarium totius Africæ* dicitur. Et Juſtinianus Novell. de Afric. Eccles. ad A. Salomonem P.P. Africæ: *Separatus ſanctiſſimus Sacerdos Carthaginis Juſtinianæ, qui venerando Concilio totius Africæ ſanctiſſimis Eccleſiis præeſſe dignoſcitur*. Ea notione Concilia Toletana *univerſalia & generalia* vocantur Conc. Tolet. III. Can. XVIII. *Præcipit hæc ſancta & univerſalis Synodus* Tolet. IV. in exord: *Quoniam Concilium generale agimus*. Et Can. III. *Si fidei cauſſa eſt, aut qualibet alia Eccleſiæ communis, generalis totius Hiſpaniæ & Gallicia Synodus convocetur*. Plura v. ap. Juſtell. ad Can. XVIII. Eccl. Afr.

4. Quartum tandem genus Conciliorum eſt *totius Orbis*, ex omnibus videlicet provinciis & Diœceſibus Imperii tam Orientis, quàm Occidentis, quod idcirco Græco vocabulo οἰκουμενικὸν vocatur. Οἰκουμένη enim univerſum terrarum orbem ſignificat; quo etiam nomine Romanum Imperium apud Græcos Latinosq́; Scriptores denotari, in voce οἰκουμένη demonſtratum eſt. Vulgò autem ſex talia univerſalia ſummæ autoritatis Concilia recenſentur: quarum hiſtoriam paucis proponimus.

a. *Primum Concilium Oecumenicum eſt Nicænum I.* edicto Imperatoris Conſtantini coactum anno Chriſti CCCXXV. de quo ſic Nilus: Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τιη. θεοφόρων πατέρων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ ἰσαποστόλου Κωνσταντίνου κατὰ τοῦ ἄφρονος Ἀρείου, πρεσβυτέρου τῆς Ἀλεξανδρείων ἐκκλησίας. *Sancta & Oecumenica prima Synodus Nicææ congregata trecentorum octodecim piorum Patrum, imperante magno Imperatore & Apoſtolis æquali Conſtantino adverſus dementem Arium, Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyterum.* Autor incertus de eadem Synodo: Συνῆλθον δὲ οἱ ἅγιοι τριακόσιοι ιη. πατέρες κατὰ Ἀρείου τοῦ ματαιόφρονος πρεσβυτέρου, γενομένου μὲν τῆς ἐκκλησίας Ἀλεξανδρείας, βλασφημοῦντος δὲ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστόν. κτίσμα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν ὁ δυσσεβὴς, καὶ οὐχ ὁμοούσιον τῷ θεῷ καὶ πατρί. ὅθεν τοῦτον ὡς ἐχθρὸν τῆς ἀληθείας ἅμα τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ ἀναθεματίσαντες ἀπεβάλοντο. τὴν δὲ ὀρθόδοξον πίστιν ἐκράτυναν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κηρύξαντες, κτιστὸν δὲ τὸν ἀπαύγασμα, καὶ οὐ κτίσμα, ἀλλὰ θεὸν ἀληθινὸν, καθὼς δὲ τὸ σύμβολον περιέχει τῆς πίστεως, ὅπερ αὐτοὶ τῇ ἐμπνεύσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπηγόρευσαν. *Congregati ſunt autem ſancti Patres trecenti octodecim adverſus Arium dementem, qui fuerat quidem Presbyter Eccleſiæ Alexandrinæ: blaſphemabat autem adverſus Filium Dei, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Creaturam enim illum eſſe dicebat impius ille, non autem conſubſtantialem Deo & Patri. Quapropter illum, ut veritatis hoſtem, cum ſuffragatoribus ſuis, anathematizantes ejecerunt. Orthodoxam verò fidem confirmârunt, conſubſtantialem Patri prædicantes, non verò creaturam, ſed Deum verum, prout & tradit fidei ſymbolum, quod inſpirante Spiritu Sancto conſcripſerunt.* Vide etiam primam Photii epiſtolam, quæ eſt ad Michaelem Bulgariæ Principem.

b. *Secundum Concilium Oecumenicum Conſtantinopoli habitum* eſt imperante Theodoſio magno, anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo primo, à centum & quinquaginta Epiſcopis, adverſus Macedonium, Spiritus Sancti hoſtem, Sabellium Africanum, & Apollinarem Laodicenum. De eo ita Nilus, poſtquam dixiſſet, quando fuerit celebratum, & qui eidem præfuerint: Ἡμεῖς παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν, ὅτι τὸ πανάγιον πνεῦμα θεὸς ἐστιν ἀληθινὸς, ὡς ὁμοούσιον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, ἐπεὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς οὕτως εἶπε, βαπτίζεσθαι καὶ πιστεύειν εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, ὅπερ οὐκ ἂν εἶπεν, εἰ κτίσμα ἦν. τῷ οὖν μὴ οὕτω φρονοῦντι ἀνάθεμα. *Nos accepimus & credimus, Spiritum Sanctum eſſe verum Deum, ut conſubſtantialem Deo & Patri, & Filio, quoniam Dominus Jeſus ſic dixit, ut baptizemur & credamus in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quod non dixiſſet, ſi creatura eſſet. Ei igitur, qui non ita ſentit, anathema.* Incertus autor de eadem Synodo: Θεὸν ἀληθινὸν καὶ κύριον καὶ ζωοποιὸν τὸ πανάγιον πνεῦμα ἐθεάσαντο, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ ὑπάρχειν αὐτὸ κηρύξαντες, καὶ τῆς αὐτοῦ θειότητος καὶ δυνάμεως, καθὼς τὸ σύμβολον περιέχει τῆς πίστεως, ὅπερ αὐτοὶ τρανώτερον τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξεφώνησαν χάριτι. ἔτι δὲ καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ Λαοδικείας τὴν βλασφημίαν σὺν αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοίως φρονοῦσιν ἀναθεματίσαντες, ὡς ἄψυχον τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν σάρκα ἔμψυχον λέγοντος εἶναι, ταύτην ἐβεβαιώσαντο, ψυχὴν ἔχουσαν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ὁμοούσιον. *Deum verum & Dominum, & vivificantem Sanctum Spiritum pronunciârunt eſſe, conſubſtantialem Patri & Filio prædicantes illum ſubſiſtere, & ejuſdem cum illis divinitatis ac virtutis eſſe, prout habet fidei ſymbolum, quod ipſi dilucidiùs explicârunt Sancti Spiritus gratiâ. Præterea Apollinaris quoq́; Laodiceni blaſphemiam cum ipſo & eadem ſentientibus anathematizârunt, ut qui animatam Domini noſtri carnem inanimem eſſe diceret. Hanc illi confirmârunt habere animam animabus noſtris conſubſtantialem.* De ea Synodo ſic Photius, epiſt. I. pag. 7: Ὡς ἐκεῖνος τὸ πανάγιον πνεῦμα τῆς τριαδικῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ κυριότητος ἀλλότριον ἐφρυάττετο, οὕτως αὐτὸν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος καὶ τῆς ἱερωσύνης καὶ τῆς τῶν πιστῶν μερίδος καὶ συναυλίας, οἷα δεύτερον ἠλλοτρίωσεν Ἄρειον. τὸ δὲ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν πνεῦμα, ἅτε δὴ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἰσοσθενές τε καὶ παντοδύναμον, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι, καὶ συνδοξολογεῖσθαι, κατὰ τὰς πατρικάς τε καὶ θεολογικὰς φωνὰς, ἀνεκήρυξαν. ἐκθερίσαντες τέλεον καὶ εἴ τι τῆς Ἀρειανῆς σπορᾶς ζιζάνιον ὑπεφύετο. *Quemadmodum ille* (Macedonius) *Sanctum Spiritum alienum à Trinuna Deitate & Dominatione jactitabat, ita illum ſancta & univerſalis Synodus, tanquam alterum Arium, à ſacerdotio & fidelium ſodalitio ac portione declaravit alienum. Sanctiſſimum porrò & vitæ autorem principalem Spiritum, juxta Patrum & Theologorum ſententias, unà cum Patre ac Filio adorandum & ſimul glorificandum, utpote ejuſdem exiſtentem cum illis naturæ ſubſtantiæq́;, pari præditum vi, potentia, facultate. Quin & ſi quod zizaniorum adhuc de ſemine Arii ſuppullulaverat, & illud ſtirpitùs evellebant.*

c. *Tertium Concilium Oecumenicum eſt Epheſinum*, congregatum Epheſi, ann. CCCCXXXI. ſub Imperatore Theodoſio juniore, à ſanctis Patribus ducentis: adverſus Neſtorium ἀνθρωπολάτρην, Patriarcham Conſtantinopolitanum. De Neſtorii hæreſi ſic Photius, epiſt. I. pag. 7. 8. χριστὸν, τὸν ἕνα Θεοῦ υἱὸν, τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν, ὃς δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, σαρκὸς ἡμῖν παραπλησίως κοινωνήσας καὶ αἵματος, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ ἡμέτερον ὑποστησάμενος φύραμα, ὡς ἐκ δύο ἐχρημάτισε τῶν ἐναντίων, θεὸς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος. εἷς χριστὸς, εἷς υἱὸς, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐκ πατρὸς ἀμήτωρ, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς ἀπάτωρ· ὁ αὐτὸς καὶ οὐκ ἄλλος, ἓν πρόσωπον, μία ὑπόστασις. Τοῦτον δὴ τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν χριστὸν, εἰς δύο τέμνειν καὶ διαιρεῖν ὑποστάσεις, ὁ τρισάθλιος ἐκεῖνος ὁ πιφρικώς,

φρικῶς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος Λόγου, καθ' ἰδίαν ὑπόστασιν, ἔπλαττε, τὸν δὲ θεὸν ἀνὰ μέρος, καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος. *Chriſtum, Dei filium unicum, verum Deum noſtrum, qui propter nos & ſalutem noſtram carnis atque ſanguinis noſtri, ſimilis nobis factus, participavit, & in ſe ipſum noſtram ſuſcipiens & ſubſtituens maſſam, unus è duobus contrariis conſtatus dicebatur: Deus nempe idem atque homo exiſtens, unus Chriſtus, Filius unus; idem deſurſum è Patre ſine matre, qui deorſum erat è matre ſine Patre ipſe & non alius, eadem perſona, hypoſtaſis una. Hunc ſcilicet unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum infeliciſſimus ille nihil veritus in duas hypoſtaſes diſſecare & dividere, alterum verum & purum hominem confinxit in ſua propria hypoſtaſi ſubſiſtentem, ſeparatim à verbo aſſumente, alteram verò diviſim Deum aſſumente omni corporeo denudatum.* Plura habes de hac hæreſi, & de orthodoxa Patrum hoc loco ſententia in voce Λόγος, ſub lit. ℸ. 3. Claſſe, ad lit. *b.* & in voce θεοτόκος. De hoc & reliquis Conciliis Oecumenicis, conſuli etiam poteſt Cl. Rittershuſius, Lection. ſacrar. lib. II. cap. XI.

d. *Quartum Concilium Oecumenicum eſt Chalcedonenſe,* celebratum anno Chriſti CCCCLI. cui interfuerunt Patres DCXXX. imperante Marciano. Habitum autem fuit adverſus Dioſcorum & Eutychem, de quorum hæreſi actum in voce Λόγος, ſub lit. ℸ. 4. Claſſe, ad lit. *a.* Pauca hic addimus. Nilus de Synodis, pag. 1157. ſententiam orthodoxam & heterodoxam ita proponit: Ἡμεῖς παρελάβομεν καὶ πιστεύομεν ὅτι αἱ δύο φύσεις αἱ συνελθοῦσαι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἀσυγχύτως, οὕτω καὶ μεμενήκασι καθ' ἑαυτάς, ἑκατέρας ἐχούσης τὰς ἰδίας ἐνεργείας. — Τοὺς λέγοντας οὖν ὅτι εἰς μίαν φύσιν ἀμφότεραι γεγόνασι, καὶ μίαν ἐπὶ τοῦ Κυρίου πρεσβεύοντας φύσιν τῷ ἀναθέματι ἀναπέμπομεν. *Nos accepimus & credimus duas naturas, quæ in unam Domini noſtri hypoſtaſin inconfuſè concurrerunt, ſic nunc quoque manere in ſe ipſis, unaquaque retinente ſuas operationes. — Eos igitur, qui dicunt in unam naturam concurriſſe ambas, ac unam in Chriſto naturam prædicantes, anathemate percellimus.* Autor anonymus de Synodis, in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1163. de Eutyche & Dioſcoro ſcribit: Οὗτοι τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν παρεκλύοντο σχεδὸν παντελῶς, ἐν φαντασίᾳ αὐτὸν λέγοντες φορέσαι τὴν σάρκα, ὅθεν καὶ ἐν μιᾷ φύσει αὐτὸν ἐμυθολόγουν, τῇ θεότητι τὰ πάθη προσνέμοντες. *Illi Dei ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti incarnationem propemodum prorſus abolebant, dicentes eum carnis phantaſma geſtaſſe; Quamobrem eum fabulantur unius eſſe naturæ, quaſi divinitati ſua paſſiones ſuas tribuiſſet.* Quæ verò Concilii illius Patrum ſententia fuerit, ita proponit: Θεῖον ὅρον ἐξεφώνησαν τέλειον θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ θεὸν κηρύξαντες. *Divinam definitionem promulgarunt, prædicantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe perfectum Deum & perfectum hominem in duabus naturis inconfuſè & indiviſibiliter.* Libel. Synod. de ead. re ita ſcribit, pag. 1195: Ἡ τις ἁγία σύνοδος καθελοῦσα Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον, τὰς δύο φύσεις Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἐτράνωσέ τε, καὶ ἀνεκήρυξε. *Quæ ſancta Synodus, Eutyche ac Dioſcoro abdicatis, duas Jeſu Chriſti Dei noſtri naturas indiviſibiliter & inconfuſè declaravit & prædicavit.*

e. *Quintum Concilium Oecumenicum eſt Conſtantinopolitanum II.* habitum à Patribus CLXV. imperante Juſtiniano, anno Chriſti DL. In eo damnati fuerunt errores Neſtorii, Origenis, Evagrii & Didymi, Theodori etiam, & Theodoreti adverſus Cyrillum ſcripta. De hoc Concilio ſic autor incertus in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1163. 1164: Αὕτη ἡ ἁγία σύνοδος ἐπεκύρωσε μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, καὶ ὡς ὀρθόδοξα αὐτῆς πάντα τὰ σωτήρια ἐκράτησε δόγματα, τὰς αὐτῆς αἱρέσεις ἀναθεματίσασα. Ἀπέβαλετο δὲ καὶ ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἐν πρώτοις μὲν Ὠριγένην τὸν παράφρονα, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ ἀσεβῆ δόγματα καὶ συγγράμματα, Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον, ὡς συμμύστας τούτου καὶ σύμφρονας, καὶ ἑλληνικοῖς ἐμφορουμένους δόγμασι. καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ τὰ σώματα, ἃ νῦν περικείμεθα, ἀνοήτως εἶπον μὴ ἀνασθήσεσθαι ὑπὸ Θεοῦ, μήτε εἶναι, καὶ ἐν σαρκὶ μὴ πλασθῆναι τὸν Ἀδάμ, καὶ τέλος εἶναι τῆς κολάσεως, καὶ δαιμόνων εἰς τὸ ἀρχαῖον κατάστασιν. — Ἔτι δὲ καὶ τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον, τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, σὺν τοῖς αὐτοῦ βλασφήμοις συντάγμασιν, ὡς μυσαρὸν ἐκρίπτει ζιζάνιον, καὶ τοῦ Θεοδωρήτου τὰ κακῶς γεγονότα κατὰ τοῦ τῆς εὐσεβείας προμάχου Κυρίλλου, καὶ δυσσεβῶς ἐκτεθέντα συγγράμματα, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας α. συνόδου, καὶ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν κατηγόρει πίστεως, Νεστορίῳ τῷ δυσσεβεῖ χαριζόμενος. *Hæc ſancta Synodus Chalcedonenſem quidem confirmavit, & ut orthodoxa retinuit omnia ejus ſalutaria dogmata, & hæreſes ab illa damnatas anathematizavit. Rejecit verò & anathematizavit ſancta illa Synodus imprimis dementem Origenem, & omnia illius impia dogmata ac ſcripta, tum Evagrium & Didymum, ut Symmyſtas ejus, ac ſequaces, & paganorum dogmatibus ſcatentes. Nam & illa corpora, quæ nunc geſtamus, dementer dixerunt non excitatum iri à Deo, nec eſſe, & in carne non eſſe formatum Adamum, & finem eſſe ſuppliciorum, ac dæmonum in priorem ſtatum reſtitutionem. — Præterea Mopſveſtiæ Epiſcopum Theodorum, Neſtorii præceptorem, cum ſuis blaſphemis ſcriptis, ut impurum lolium abjecit, & quæ Theodoretus perperam adverſus pietatis propugnatorem Cyrillum fecerat, & impiè edita ſcripta, & quæcunq; adverſus primam ſanctam Synodum Epheſinam, & ſinceram fidem noſtram calumniatus fuerat, impio Neſtorio gratificatus.* Compendioſiùs Libellus Synod. ibid. pag. 1203: Αὕτη ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τὰ Ὠριγένεια δόγματα, καὶ τὰ Θεοδώρου Μοψουεστίας συγγράμματα, καὶ τὰ Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα, κατὰ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας τοῦ μακαρίου, ἀναθέματι καθυπέβαλε πρέποντι. *Hæc divina & ſancta Synodus Origenica dogmata, & Theodori Mopſveſteni, ut & Theodoreti & Ibæ adverſus beatum Cyrillum Alexandrinum ſcripta, decenti anathemati ſubjecit.* Vide etiam Epiſt. I. Photii. pag. 10. 11. 12.

f. *Sextum Concilium Oecumenicum eſt Conſtantinopolitanum III.* habitum à Patribus CLXX. imperante Conſtantino, Juſtiniani Patre, Heraclii verò nepote, anno DCCXIX. adverſus Theodorum, Honorium, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Macarium, Stephanum ac Polychronium, qui auſi fuerant dicere, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum etiam poſt incarnationem unam duntaxat habere voluntatem atque actionem: unde dicti fuerunt μονοθελῆται, de quibus in hac voce, & in θέλημα, num. II. 3. actum. Eò, quia tota materia ibi ſufficienter tractata, Lectorem ablegamus.

II. *Cauſam convocantem.* Ut in electis Epiſcopis confirmandis ſummam olim habuere Imperatores autoritatem: ita & in Synodis generalibus convocandis ac dimittendis. Et hâc nota quidem dignoſcebatur, an Concilium fuiſſet generale, ſi à Principe convocatum eſſet. Cedrenus, ubi de Topicis agit Synodis, quas ſex fuiſſe ait, Ancyranam, Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenam, Sardicenſem & Carthaginenſem, pag. 361. ſic ſcribit: Αἱ μὲν γὰρ τοπικῶν ζητήσεων ἕνεκα συνέστησαν, μήτε βασιλέων συνεδρευσάντων αὐταῖς, μήτε προσταξάντων· τινῶν δὲ αὐτῶν καὶ πρὸ τῆς καταστάσεως τῶν χριστιανῶν βασιλέων γεγενημένων. Αἱ δὲ οἰκουμενικαὶ γεγόνασιν. Ἐκλήθησαν δὲ οἰκουμενικαὶ, διότι ἐκ κελεύσεως βασιλικῶν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀρχιερεῖς μετεκλήθησαν· καὶ ὅτι ἐν ἑκάστῃ, καὶ μάλιστα τῶν ἐξ τούτων συνόδων, περὶ πίστεως ἡ ζήτησις γέγονε, καὶ ψῆφος, ἤτοι ὅρος δογματικὸς ἐξενήνεκτο. *Hæ Synodi localium ac particularium quæſtionum cauſſa habitæ ſunt, cùm neque Imperatores iis intereſſent, neq; eorum mandato convocatæ eſſent.*

Digitized by Google

eſſent. Nonnulla etiam earum habita ſunt, priusquam Chriſtiani Principes imperium obtinerent. Oecumenica verò Concilia habita ſunt. Oecumenica autem ac generalia dicta ſunt, quod juſſu Imperatorum omnes, qui ſub imperio Romano erant Sacerdotes ad ea convocarentur: & quia in quovis eorum, præſertim verò ſex iſtis (quorum hiſtoriam modò propoſuimus) *de fide fuit quæſitum, ſuffragiisq; actum, & definitio dogmatica edita.* Si Cedreni autoritas parùm idonea videtur, ecce tibi Hieronymum, qui non legitimè convocatam Synodum ut oſtenderet, *Monſtra mihi*, inquit, *quinam Imperatorum celebrari id Concilium juſſerit.* Sed ut rem diſtinctiùs proponamus, demonſtrabimus.

I. *Synodos generales Imperatorum autoritate ac juſſione fuiſſe convocatas.* Socrates in proœmio lib. V. hiſt. Eccleſ. pag. 243. a. Ἀφ᾽ οὗ χριστιανίζειν ἤρξαντο, τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἐξ αὐτῶν (Βασιλέων) ἠρτήτο, καὶ αἱ μέγισται σύνοδοι τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγόνασί τε καὶ γίνονται. *Ex quo Chriſtianam religionem amplecti cœperunt, res Eccleſiaſticæ ab illis* (Imperatoribus) *pendebant, & maximæ Synodi ex eorum ſententia celebratæ ſunt, & adhuc celebrantur.* Macarii Ancyrani caput CIII. totum in eo eſt, ὅτι σύνοδον οἰκουμενικὴν, ἢ τοπικὴν, οὐδεὶς ἐπ᾽ ἀδείας ἔχει προστάξαι συναθροισθῆναι εἰ μὴ ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων. *Synodum œcumenicam, aut nationalem, in nullius poteſtate eſſe congregare, niſi Imperatoris Romani.* Hiſtoria Concilii Florentini, ſect. II. cap. VIII. pag. 6. Imperator & Patriarcha Conſtantinopolitanus, Pontifici Romano ſcribunt, ὅτι ὁ βασιλεὺς δεῖ συνάξαι τὴν σύνοδον, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος αὐτοῦ καὶ προνόμιον, ἕτερος δὲ οὐδείς. *Imperator Synodum convocare debet, ex veteri conſuetudine & privilegio, nemo verò alius.* Et ſect. X. cap. II. pag. 280: Τοῦ βασιλέως ἐστὶ προνόμιον, τὸ συναθροίζειν τὴν σύνοδον. *Imperatoris privilegium eſt, Synodum congregare.* Ita primum Concilium Oecumenicum, nempe Nicænum, à Conſtantino M. fuit convocatum. Id teſtantur Concilii illius Acta ſtatim ab initio his verbis: Συναθροισθεῖσα σύνοδος ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ θεσπίσματος τοῦ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου. *Congregata fuit Synodus tum ex gratia Dei, tum ex decreto Dei amantis & pii Imperatoris Conſtantini.* Ex mox pag. 7. Οὗ χάριν καὶ τὴν πολυάνθρωπον ἐκείνην ἐπὶ τῆς τῶν Νικαιέων πόλιν ὁ πιστότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συνήγαγε σύνοδον. *Cujus rei gratia etiam frequentem illam Nicææ congregavit Synodum fideliſſimus Imperator Conſtantinus.* Et pag. 9. de eodem Conſtantino, τοῦ καὶ τὴν σύνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ Νικαιέων συναθροισθῆναι προστάξαντος πόλει. *Qui etiam Synodum Epiſcoporum Nicææ congregari juſſit.* Idem teſtatur Euſebius, in vita Conſtantini, lib. III. cap. VI. pag. 137. b. Σύνοδον οἰκουμενικὴν συνεκρότει. *Synodum Oecumenicam congregabat.* Theodoretus lib. I. cap. VI. pag. 540. Τὴν πολυθρύλλητον ἐκείνην εἰς τὴν Νικαίαν συνήγειρε σύνοδον. Conſtantinus *celebre illud apud Nicæam Concilium coegit.* Ipſa etiam Synodus, epiſt. ad Eccleſiam Alexandrinam, apud Theodoretum, lib. I. cap. VIII. pag. 546: Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς, ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, &c. *Quoniam Dei gratia, Deoq; chariſſimo Imperatore Conſtantino ex diverſis provinciis & civitatibus nos convocante, magna & ſancta Synodus Nicææ congregata fuit*, &c. Ipſe Conſtantinus Imperator ad eandem Eccleſiam ſcribens, apud Euſebium de ejus vita, lib. III. cap. VI. *Magnam Epiſcoporum turbam ad urbem Nicæam accerſivi.* Alexander Monachus de inventione Crucis: Ὡς οὐδὲν ἀνίατον γενόμενον τὸ κακὸν προσέταξε γενέσθαι οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐν τῇ Νικαιέων πόλει. *Cùm vidiſſet inſanabile hoc malum eſſe factum, Synodum Oecumenicam Nicææ celebrari juſſit.* Et hoc Alexandro longè antiquior ac gravior Epiphanius, in Ariomanitis, ſeu hæreſi LXIX. pag. 314. Ὁ βασιλεὺς μέριμναν συνενεγκάμενος τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἤδη πολλάκις πολλοὺς εἰς ἀλλήλους διαφέρεσθαί τε, καὶ σχίσματα πολλὰ εἶναι, συνεκρότησεν οἰκουμενικὴν σύνοδον τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων ὧν καὶ τὰ ὀνόματα εἰς ἔτι δεῦρο σώζεται. *Imperator de Eccleſia ſolicitus, quod jam multi inter ſe diſſenſiſſent, & ſectæ multæ eſſent, convocavit univerſalem Synodum trecentorum octodecim Epiſcoporum, quorum etiam nomina usque in hunc diem ſervantur.* Photius, epiſt. I. pag. 4. Ἐφ᾽ οἷς ἅπασι καὶ ὁ μέγας καὶ ἀξιάγαστος Κωνσταντῖνος, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἰθύνων τὰ σκῆπτρα, διέπρεπε, τήν τε σύνοδον ἀθροίζων, καὶ λαμπροτέραν τῇ παρουσίᾳ ἀπεργαζόμενος. *Cum iſtis omnibus, magnus ille & admiratione dignus Conſtantinus, qui tum Romani Imperii ſceptra moderabatur, eminebat: qui etiam Synodum convocabat, & præſentia ſua, ut honoratior eſſet, effecit.* Quòd verò idem, paulò antè, pag. 3. vult, *Concilium Nicænum ſub Silveſtro & Julio fuiſſe celebratum*, id falſiſſimum eſt. Julius enim ſucceſſit Silveſtro, at Silveſter Concilio ſupervixit plures annos. Verùm non Photius ſolus hunc errorem erravit, ſed & autor libelli Synodici, in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1175. ubi Julius expreſſe nominatur διάδοχος, *ſucceſſor* Silveſtri. Illum errorem altero inſigniori auget, quando decimo Conſtantini anno affirmat Concilium celebratum. Dicit enim: καὶ ἡ μὲν πρώτη σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη λή. *Et prima quidem Synodus celebrata eſt Nicææ anno decimo Imperii Conſtantini, magni illius Imperatoris, qui triginta octo imperavit annos.* Factum id anno ejus vigeſimo. Rectè ergo Cedrenus, pag. 234: τῷ κ᾽ ἔτει γέγονεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος ἐν Νικαίᾳ. *Anno Conſtantini vigeſimo ſanctum primumq; Oecumenicum Concilium Nicææ habitum eſt.* Accedimus ad ſecundum Concilium Oecumenicum, Conſtantinopolitanum I. Hoc convocatum fuit à Theodoſio. Hoc teſtatur epiſtola illius Synodi ad Theodoſium: Συνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κατὰ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐλαβείας, ἀνενεωσάμεθα τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν. *Conſtantinopolim ſecundùm tuæ pietatis ſcriptum congregati, renovavimus mutuam conſenſionem.* Mox: Τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας. *Literis vocatoriis Eccleſiam honoraſti.* Sozomenus lib. VII. ab initio cap. VII. pag. 94. a. ſic de Theodoſio ſcribit: Ἐν τάχει τε καὶ σύνοδον ἐπισκόπων ὁμοδόξων αὐτῷ συνεκάλεσεν. *E veſtigio etiam Synodum Epiſcoporum idem cum ipſo ſentientium convocavit.* Eodem modo Socrates, lib. V. cap. VIII. pag. 244. b. Μηδὲν δὲ ὁ βασιλεὺς ὑπερθέμενος, σύνοδον ἐπισκόπων τῆς αὐτοῦ πίστεως συγκαλεῖ. *Imperator autem, nullâ morâ interpoſitâ, convocat Synodum Epiſcoporum ejusdem ſecum fidei.* Et Theodoretus lib. V. cap. VI. pag. 711. Εὐθὺς δὴ οὖν τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, τῆς τῶν ἐκκλησιῶν πρὸ τῶν ἄλλων συμφωνίας ἐπεμελήθη, καὶ τοὺς τῆς οἰκείας ἡγεμονίας ἐπισκόπους εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν δραμεῖν παρηγγύησε. *Qui, ut primùm imperio poſitus eſt, Eccleſiarum concordia præ cæteris rebus proſpiciens, Epiſcopos ditionis ſuæ Conſtantinopolim venire juſſit.* Et cap. VII. pag. 712. Τούτου δὴ ἕνεκα, μόνους τῆς οἰκείας βασιλείας τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν συναθροισθῆναι προσέταξεν. *Hanc igitur ob cauſſam ſolius Imperii ſui Epiſcopos Conſtanti-*

Digitized by Google

ſtantinopoli cogi juſſit. Ita etiam tertium Concilium Oecumenicum, quod Epheſinum appellatur, convocatum à Theodoſio juniore. Id teſtatur Evagrius, lib. I. cap. III. pag. 124. a. Cyrillus, cùm dogmata Neſtorii refutâſſet, Neſtoriusque ejus ſcriptis reluctaretur, εἰκότως ἐδέησε νεύμασι τοῦ νέου Θεοδοσίου τὰ σκῆπτρα τῆς ἑῴας διέποντος, τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον ἀλισθῆναι· γραμμάτων βασιλικῶν γενομένων πρός τε Κύριλλον καὶ τοὺς ἁπανταχῇ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν προεστηκότας, *meritò petiit, ut juſſu Theodoſii junioris, qui Orientis ſceptra moderabatur, prima Epheſi Synodus congregaretur, imperatoriaq; literæ mitterentur tum ad Cyrillum tum ad omnes ubiq; ſanctarum Eccleſiarum Antiſtites.* Libellus Synodicus: Ὅπερ θεωρῶν ὁ βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος, ἐν Ἐφέσῳ τῶν διακοσίων μακαρίων πατέρων, τρίτην οἰκουμενικὴν σύνοδον συγκροτηθῆναι ἐκέλευσε. *Quod animadvertens Theodoſius minor Imperator, Epheſi beatorum Patrum ducentorum tertiam œcumenicam Synodum congregari juſſit.* Sed quid alios teſtes corrogem? Inſtar ſit omnium ipſa illa Synodus, quæ in Actis, quoties ſe congregatam meminit, toties Imperatoris autoritatem agnoſcit, nusquam verò Romani Epiſcopi. Editio Græca Actorum hujus Synodi, pag. 135: Ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ κατὰ τὸ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συγκροτηθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. *Sancta Synodus gratiâ Dei & decreto religioſiſſimorum & Chriſti amantium noſtrorum Imperatorum congregata in Epheſiorum metropoli.* Et mox ibidem: Ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ ἐν Ἐφέσῳ συναχθεῖσα κατὰ τὰ θεσπίσματα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων. *Sancta Synodus, gratia Dei Epheſi congregata, ſecundum decreta ſanctiſſimorum & Deo chariſſimorum Imperatorum noſtrorum.* Pag. 174: ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Χριστοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους, συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. *Sancta Synodus, gratia Chriſti, & juſſu imperii veſtri congregata in Epheſiorum Metropoli.* Epiſtola ſcripta à Clero Conſtantinopolitano ad ſanctam Synodum, pag. 177. Τοῖς θεοσεβεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις πατράσιν ἡμῶν, τοῖς ἀθροισθεῖσι κατὰ πρόσταγμα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἐκ τῆς ὑφ᾽ ἥλιον ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. *Religioſiſſimis & ſanctiſſimis Patribus noſtris, juxta mandatum pientiſſimorum Imperatorum congregatis ex univerſo orbe in Epheſiorum Metropoli.* Eodem modo in iisdem Actis alibi quoque frequentiſſimè. Quintum Concilium Oecumenicum, ſeu Conſtantinopolitanum II. convocatum eſt à Juſtiniano. Id teſtatur Libellus Synodicus, pag. 1203: Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς, ὁ φιλόχριστος, θεωρῶν τῶν κακοδόξων πολλὴν ἀναῤῥιπιζομένην σκοτόμαιναν, σύνοδον ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν πέμπτην Κωνσταντινουπόλει κροτηθῆναι ἐθέσπισε. *Juſtinianus Imperator, Chriſti amans, cùm videret malè ſentientium caliginem vehementer exſuſcitari, Synodum ſanctam & œcumenicam quintam Conſtantinopoli congregari præcepit.* Evagrius, lib. IV. cap. XXXVIII. pag. 167. b. Τὴν πέμπτην μετάπεμπεται σύνοδον Ἰουστινιανός. *Quintam Synodum convocari jubet Juſtinianus.* Atque hæc Concilia celebrata intra ſex prima ſecula. Nec tamen ſtatim, cùm Pontifex Romanus declaratus fuiſſet caput omnium Eccleſiarum, hæc conſuetudo mutata fuit. Nam in ſexto Concilio œcumenico, quod eſt Conſtantinopolitanum III. aliàs Trullanum dictum, Patres Juſtinianum ita compellant: Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ κατὰ θεῖον νεῦμα καὶ θέσπισμα τοῦ εὐσεβεστάτου ὑμῶν κράτους συναθροισθεῖσα, κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν. *Pio & Chriſtiano Imperatori Juſtiniano ſancta & univerſalis Synodus, quæ nutu & aſſenſu pii tui imperii congregata eſt in urbem Imperatoriam & à Deo cuſtoditam.* Ibidem Patres ad eundem Imperatorem: ἐπὶ τοῦτο τοίνυν κατὰ κέλευσιν τῆς σῆς εὐσεβείας συνελθόντες κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν, κανόνας ἱεροὺς ἀνεγράψαμεν. *Eam igitur ob rem cùm tuæ pietatis juſſu convenerimus in hanc Dei præſidio munitam imperatoriamq; urbem, Canones ſacros conſcripſimus.*

2. *Synodos* τοπικὰς *Imperatorum autoritate & mandato fuiſſe convocatas.* Conſtantinus multas ejusmodi congregari juſſit. Id de eo teſtatur Euſeb. in vita ipſius lib. I. pag. 124. a. b. Οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ καθεσταμένος, συνόδους τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν συνεκρότει. *Veluti communis quidam Epiſcopus à Deo conſtitutus, Synodos ſervorum Dei congregabat.* Ita congregari juſſit Arelatenſem ad cauſſam Cæciliani Carthaginenſis judicandam. Quos vellet ibi Epiſcopos adeſſe, & quot, epiſtolis ſuis mandavit, tempore etiam & loco indictis, ut apparet ex epiſtola ad Chreſtum, Syracuſanum Epiſcopum: Ἐπειδὴ πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν. *Quoniam plures ex variis & innumerabilibus locis Epiſcopos in urbem Arelatenſem intra Calendas Auguſti convenire juſſimus.* Injungit eidem Chreſto, ut duos ſecum ſumat alios Epiſcopos ex ſecunda ſede, quos voluerit: Chreſtus enim fuit primæ ſedis Epiſcopus, id eſt, Metropolitanus Siciliæ, cujus metropolis Syracuſæ. Ad Miltiadem ſimiliter ſcripſit, ut Synodus in Romanam urbem convocaretur, ad eandem Cæciliani cauſſam cognoſcendam & decidendam, non ſolùm præſente ipſo Miltiade, ſed etiam Reticio, Materno, Marino κολληγῶν, inquit, ὑμῶν, *collegis veſtris*, quos etiam ad Concilium Romam feſtinare mandavi. Nam epiſtola illa ſcripta eſt à Conſtantino ad Miltiadem & Marcum. Ἵνα ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετικίου, καὶ Ματέρνου, καὶ Μαρίνου τῶν κολληγῶν ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκα εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι. *Ut ibi vobis præſentibus, nec non Reticio, & Materno, & Marino, collegis veſtris, quos hujus rei gratia Romam feſtinare mandavi, audiri poſſit.* Hæ epiſtolæ Conſtantini ad Chreſtum, & ad Miltiadem habentur apud Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. X. c. V. pag. 114. a. b. Idem etiam Synodum, ad cauſſam Athanaſii tractandam, Tyrum, civitatem Syriæ, convenire juſſit. Patet ex illius epiſtola, quam ad Concilium ſcripſit, apud Theodoretum hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. XXVII. pag. 578. ubi ita loquitur: Ἀπέστειλα Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ᾽ ὑμῶν ὑπομνήσει, καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. *Miſi Dionyſium, virum Conſularem, qui etiam Epiſcopos, quos ad Synodum venire oportet, commonefaciat, & eorum, quæ gerentur, imprimiſque recti ordinis moderator adſit.* Ergò eum moderatorem, ac directorem Concilii eſſe voluit. Adjicit in eadem epiſtola: Ἐάν τις, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ᾽ ἡμῶν ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς οὐ προσῆκον ὅροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσιν ἀντιτείνειν διδάξει. *Si quis, quod minimè ſuſpicor, juſſionem noſtram etiam nunc rejicere ſtudens, adeſſe recuſarit, hinc à nobis mittetur, qui de ſuo illum gradu mandato noſtro dejiciat, doceatq; Imperatoris decretis pro veritate prolatis reluctari nefas eſſe.* Vide quoq; Euſebium in vita Conſtantini, lib. IV. pag. 152. b. 153. a. Nec aliter ſequentes Auguſti ſe geſſerunt in Eccleſia gubernanda. Conſtantius, anno CCCLIX. Concilium Seleucienſe convocat. Theodoretus hiſtor. Eccleſ. lib. II. cap. XXII. pag. 624:

χρίνε

Digitized by Google

χρίνη διελθόντος, ὑπὸ τῶν Εὐδοξίου κατηγόρων, ὑπομνησθεὶς ὁ Κωνστάντιος, εἰς Σελεύκειαν τὴν σύνοδον γενέσθαι προσέταξε. *Poſt aliquod tempus, Conſtantius, ſuggerentibus Eudoxii accuſatoribus, Synodum Seleuciæ haberi præcepit.* Libellus Synodicus, pag. 1184. Διασπαρέντες δὲ ἑτερόδοξοι, τὸν Κωνστάντιον ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας ποιῆσαι παρασκευάζουσι σύνοδον. *Diſperſi diverſa ſentientes efficiunt, ut Conſtantius in Seleucia Iſauriæ Synodum convocet.* Idem, anno CCCLI. Concilium Syrmienſe convocari juſſit. Idem Libellus Synodicus, pag. 1182. Κελεύει σύνοδον αἱρετικὴν ἐν Συρμίῳ ἀθροίζεσθαι. *Jubet Synodum hæreticam in Syrmio congregari.* Valentinianus, cum Sixtus Epiſcopus urbis Romæ variis eſſet criminibus appetitus & accuſatus à Baſſo, Concilium juſſit congregari, ut eſt apud Damaſum in vitâ Sixti. Idem, anno Domini CCCLXVIII. in Illyrico Synodum fieri jubet. Sic enim idem Libellus Synodicus: Οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας τοῖς ὀρθοδόξοις τῆς πίστεως προτιμήμασι θεσπίζει ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ θείαν γενέσθαι καὶ ἱερὰν σύνοδον. *Valentinianus magnus, ex præcipuis orthodoxæ fidei propugnatoribus divinam & ſanctam in Illyrico fieri jubet Synodum.* Leo Imperator Theſſalonicenſem congregari jubet Synodum adverſus Eutychem, Dioſcorum & Timotheum. In eodem Libello pag. 1195. ad annum Chriſti CCCCLIII. Θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Θεσσαλονίκῃ σύνοδον ἀθροισθῆναι ὑπὸ Εὐδοξίου τοῦ αὐτῆς ἱεράρχου ἐθέσπισε. *Divinam & ſanctam Theſſalonicæ ab Eudoxio, urbis illius Epiſcopo, Synodum congregari juſſit.* Zenon Imperator anno CCCCLXXXIII. Ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον ἁγίαν συναθροισθῆναι προσέταξεν. *Antiochiæ ſanctam Synodum congregari juſſit.* Sexcenta talia exempla proferri poſſent, niſi hæc ſufficerent. Nullus igitur Epiſcoporum conventus quacunque de re fieri poterat, ſive Synodus generalis eſſet congreganda, ſive localis, quin juſſio Principis ad eam indicendam neceſſariò impetranda foret. Princeps autem ſponte ſua proprioque motu Concilia indicebat, aut petentibus Epiſcopis, ea convocari permittebat. Exemplum hujus rei illuſtre ſuppeditant geſta Collationis Carthagini habitæ Honorii Cæſaris juſſu inter Catholicos & Donatiſtas coram Marcellino V. C. Tribuno ac Notario. Donatiſtæ & Catholici conferre inter ſe de cauſſis, quæ utramque Eccleſiam dividebant, voluère. Sed numquid utriusque partis Epiſcopi de modo, de loco, de tempore hujus Collationis inter ſe ac per ſe agere potuerunt & convenire? Id illis non licuit, niſi petita prius ab Imperatore talis Collationis faciendæ venia. Poſtulata igitur eſt tam à Catholicis, quàm à Donatiſtis, ut in iisdem geſtis habetur, in Oratione Marcellini Tribuni, quem Diſputationi Imperatores præeſſe voluère. *Conſona ſiquidem utriusque partis petitio ad hanc ſententiam Principem provocavit. Nam ſicut à Catholicis nuper Collatio poſtulata eſt, ſic ante breviſſimum tempus Donatiſtarum Epiſcopos in judicio illuſtrium poteſtatum collationem poſtulaſſe non dubium eſt. Et quoniam libenter aſſenſum tribuit Clementia Principalis, & Concilium fieri intra Africam univerſale utriusque partis juſta poſcentis, huic me diſputationi principe loco judicem voluit præſidere.* Præſidebant igitur hujusmodi diſputationibus de Religione, collationibus & Conciliis ii, qui nomine Imperatoris ad eos Conventus moderandos & dirigendos mittebantur, quos τῆς εὐταξίας κατασκόπους vocat Conſtantinus in epiſtola ad Patres Tyrii Concilii. *Principe loco judex reſidebat*, ut in reſcripto ipſo Honorii ac Theodoſii ſcriptum eſt. *Cui quidem diſputationi principe loco volumus te reſidere.* Quin imò expreſſè datur Marcellino poteſtas omnis ab iisdem Imperatoribus, congregandorum Epiſcoporum, aut, ſi adeſſe contemſerint, evocandorum: *Quicquid enim ante in mandatis acceperis, pleniſſimè meminiſti, omnemque vel in congregandis Epiſcopis, vel evocandis, ſi adeſſe contemſerint, curàm te volumus ſuſtinere.* Ita Synodus Tyanenſis, à Valentiniano, anno CCCLXV. ad petitionem Orthodoxorum, fuit convocata. Sic enim ſæpè memoratus Libellus Synodicus: Αὐτίκα γοῦν οἱ τῆς ἀληθείας παῤῥησιασαὶ πρὸς Οὐαλεντινιανὸν ἐποιήσαντο δέησιν, ἐν Τυάνοις ἀθροισθῆναι ὀρθόδοξον σύνοδον, ὡς ἂν τὰ ἐν Νικαίᾳ ὁρισθέντα κυρώσῃ. *Confeſtim igitur, qui veritatem liberè profitebantur, à Valentiniano petiverunt, ut Tyanis orthodoxa Synodus congregaretur, quæ Nicææ decreta confirmaret.* Pari modo, ut eodem Libello Synodico refertur, anno CCCLXVII. οἱ πρεσβεύοντες ἐξ ἑῴας τὸ ὁμοούσιον, Οὐαλεντινιανῷ προσῆλθον, σύνοδον ἐν Λαμψάκῳ αἰτούμενοι, κυρῶσαι τὰ ἐν Νικαίᾳ, *qui ex Oriente Homouſion defendebant, cùm ad Valentinianum veniſſent, Synodum Lampſacum indicendam poſtulârunt, quâ Nicæna decreta confirmarentur.*

3. *Nec ſolùm Imperatores Concilia convocâſſe, ſed etiam Reges* nationum barbararum, qui eis ſucceſſerunt in partibus illis Imperii, quas occupaverant. Vandali in Africâ, poſtquam ea potiti ſunt, hoc ſibi jus vindicaverunt, ut teſtatur Notitia vetus Provinciarum & Civitatum Africæ à Sirmondo edita, in quâ continentur *nomina Epiſcoporum Catholicorum diverſarum provinciarum, qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt pro reddenda ratione fidei, anno VI. Regis Hunerici.* Primi Reges Francorum Chriſtiani eodem jure ac poteſtate plurimas Synodos convocari juſſerunt, in diverſis Galliarum civitatibus.

4. *Synodos non tantùm ab Imperatoribus Chriſtianis fuiſſe convocatas, ſed etiam confirmatas.* Epiſcopi congregati in Concilio Conſtantinopolitano primo, in Epiſtolâ ad Theodoſium M. cujus juſſu convocati fuerant, petunt ab eo confirmari Canones, quos in illo Concilio decreverunt, πρὸς δὲ τούτοις, inquiunt in Canonibus Tiguri editis, pag 36. καὶ ὑπὲρ τῆς εὐταξίας τῶν ἐκκλησιῶν ῥητοὺς κανόνας ὡρίσαμεν· ἅπερ ἅπαντα τῷδε ἡμῶν τῷ γράμματι ὑπετάξαμεν. Δεόμεθα τοίνυν τῆς σῆς ἡμερότητος, γράμματι τῆς σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τὴν ψῆφον, ἵν᾽ ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. *Ad hæc componendis & ordinandis Eccleſiis certas conſtituimus regulas, quas & huic epiſtolæ ſubjecimus. Proinde rogamus tuam Clementiam, ut Synodi decretum pietatis tuæ literis confirmetur, ut quemadmodum Eccleſiam honoràſti literis vocationis, ita nunc in ea decretorum Confirmationis manum ultimam imponere velis.* Et aliquanto poſt tempore, Evagrius lib. III. cap. XVIII. pag. 150. b. recitat à Felice Romano Epiſcopo, miſſos ad Zenonem Imperatorem Vitalium & Miſinum Epiſcopos, ut ejus auctoritate Concilium Chalcedonenſe confirmaretur, ἐφ᾽ ᾧ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον κρατεῖν. Ipſe etiam Imperator, ejus Concilii Seſſ. VI. pollicetur, ſe operam daturum, ut quæcunque piè ac decenter conſtituta eſſent, in perpetuum rata manerent. Atque in ultima ſeſſione Synodus ipſum alloquens, decretum pro expoſitæ fidei confirmatione poſtulavit. Et habetur in ejus Concilii parte tertia Edictum Martiani: *Sacro noſtræ Serenitatis edicto venerandam ſynodum confirmantes*, βεβαιώσαντες, *admonuimus univerſos, ut de religione diſputare deſinerent.* Theodoſius in Conſtantinopolitana Synodo, quæ ibi acta ſunt, ἐπεψηφίσατο, *ſuo ſuffragio comprobavit*; rogatus ab Epiſcopis, ut placita Synodi ſua ſubſcriptione muniret. In Synodo Nicæna

Nicæna Conſtantinus, τὰ τῆς Συνόδου δόγματα κυρῶν ἐπεσφραγίζετο, *Synodi placitis ſuo ſuffragio autoritatem addebat.* *Synodus Epheſina* ſcribit ad Theodoſium & Valentinianum: Καταφεύγομεν ἅπαντες ἐπὶ τὸ κράτος τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, δεόμενοι τὰ μὲν κατὰ Νεστορίου πεπραγμένα, καὶ τῶν τὰ Νεστορίου φρονούντων ἔχειν τὴν ἰσχύν, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἐκδικούντων μένειν ἄπρακτα καὶ ἄκυρα. *Omnes ad poteſtatem veſtræ pietatis confugimus; orantes, ut ea, quæ contra Neſtorium, & cum Neſtorio ſentientes, acta ſunt, vim ſuam habeant: quæ verò acta ſunt ab ejus defenſoribus, ea caſſa ſint atque irrita.* Synodus Trullenſis ad Juſtinianum: Τῆς σῆς εὐσεβείας δεόμεθα, τὰς τῶν πρὶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει, ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου ἡμῶν βασιλέως συναθροισθέντων πατέρων φωνὰς σοι προσάγοντες, ἵν' ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων δὲ εὐσεβῶν κεραιῶν ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. *Tuam pietatem obſecramus, Patrum, qui ante in hac à Deo cuſtodita civitate, tempore piæ memoriæ Imperatoris noſtri, collecti fuerant, ſententias tibi offerentes, ut ſicut Eccleſiam literis vocatoriis honoràſti, itidem & eorum, quæ decreta ſunt per ſacros apices, obſignes confirmesq; finem.* Extat διάταξις Juſtiniani in confirmationem Actorum contra Petrum & Zooram, in Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna: ubi inter alia hæc: Διὰ ταῦτα τοίνυν, ἅπαντα, τὴν γενομένην ἐπ' αὐτῷ τῆς καθαιρέσεως ψῆφον παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, κυρίαν τίθεται ἡ ἡμετέρα βασιλεία. *Propter hæc igitur omnia, latam contra eum depoſitionis ſententiam à ſancta Synodo, ratam habet imperium noſtrum.*

Ex his omnibus patet, falſum eſſe, quod apud Socratem hiſtoricum, lib. II. cap. XVII. pag. 196. a. legitur, ubi de Concilio Antiocheno Arianorum loquens, ait, *Julium, Epiſcopum Romanum, non interfuiſſe, nec legatos miſiſſe*, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας. Expoſitionem horum jam habes in verbo Κανονίζω, num. II. Quis verò ille Canon Eccleſiaſticus, qui id ſanxit? Si κανὼν ibi pro conſuetudine accipitur, ut ſæpè aliàs, nullam talem fuiſſe conſuetudinem, pro certo affirmare auſim, cùm uſus Eccleſiæ veteris & praxis contrarium omnino evincat. Si de Conciliis τοπικοῖς hoc intelligatur, falſitas ipſa nihil falſius poſſet comminiſci. Si de Oecumenicis accipiatur, id non magis verum deprehendetur. Concilio quippe Conſtantinopolitano primo nec Papa per ſe, nec per legatos ſuos interfuit. Nihilominus Oecumenicum eſt habitum, & parem cum reliquis tribus autoritatem obtinuit. A Theodoſio magno illud Concilium convocatum eſt ex ſolis ferè Orientalibus Epiſcopis, & ab eodem confirmatum. Cui cùm licuerit κανονίζειν præter γνώμην Papæ Romani, falſus omnino ille Canon Eccleſiaſticus, quem nobis obtrudit Socrates. Negari non debet, maximam tum autoritatem fuiſſe Epiſcopi Romani ob urbis dignitatem, cui præſidebat, & Imperatores in Conciliis cogendis ſæpius voluiſſe, ut is iis adeſſet propter potiorem ejus autoritatem: ſed cùm convocatio Epiſcoporum ab arbitrio Principis penderet, qui & potuit præterire Epiſcopum Romanum, quique poteſtatem dabat Epiſcopis congregatis τοῦ κανονίζειν, cùm & Canones ſive decreta eorum poſtea confirmaret, non neceſſaria fuit ad hoc præſentia Epiſcopi Romani, nec abſentia ejusdem vitium fuit aut cauſſa ſontica, quâ cæteri prohiberentur κανονίζειν, aut ut Canones ab his expoſiti, fierent irriti.

III. *Formam.* Ad formam illud pertinet, quòd in Synodis quidam fuerunt *anteſignani*, qui, ut habet Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. IV. ſect. XII. pag. 72. προη-σήκεσαν; Can. XCII. Carthag. vocantur προκαθίσαντες ἐν τῇ Συνόδῳ, *præſidentes in Synodo*, à Zonara ad hunc Canonem, οἱ προέχοντες τῆς Συνόδου. In Synodo Conſtantinopolit. ſub Menna, Act. I. οἱ προκαθεζόμενοι. Alii verò in ſecundis & ſuppetiis eorum erant, quos Philoſtorgius, loco laudato, Συναγωνίζοντας appellat. Alibi vocantur Συλλαμβανόμενοι. Socrates lib. II. cap. XXIX. In Synodo Ariminenſi Valenti & Urſacio συνελαμβάνοντο, *in ſuppetiis erant* Germanus, Auxentius, Demophilus & Cajus. Iidem à Philoſtorgio non tantùm vocantur συναγωνίζοντες, ſed etiam δευτεραγωνισταί. Hoc etiam hic monuiſſe juvat, juxta veterem & antiquum Eccleſiæ morem Presbyteros in Synodis ſimul conſediſſe cum Epiſcopo, non à tergo Epiſcoporum, aut alibi ſtetiſſe erectos, quemadmodum poſterioribus ſeculis factum. Patet hoc ex epiſt. Ignatii ad Trallianos, in qua Ignatius Presbyteros vocat συμβούλους καὶ συνεδρευτὰς τοῦ ἐπισκόπου, *conſiliarios & aſſeſſores Epiſcopi.* Et in Epiſt. ad Magneſios dicit: Προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων. *Præſidente Epiſcopo loco Dei, & Presbyteris loco conſeſſus Apoſtolorum*, ubi etiam idem de Diaconis dicitur. Sic Cyprianus, epiſt. XLII. pag. 77: *In tanto fratrum religioſoq; conventu conſidentibus Dei ſacerdotibus.* Hic Pamelio Cyprianus videtur alludere ad conſuetudinem, quâ ſoli Epiſcopi in Synodis conſidere conſueverunt. Sed malè Pamelius vocem *Sacerdotis*, quæ apud Cyprianum etiam ad Diaconos & Presbyteros extenditur, ad ſolos Epiſcopos reſtringit. Judicet Ignatius, & pronunciet, an ſoli Epiſcopo conſederint nécne?

IV. *Autoritatem.* Conciliorum, maximè Oecumenicorum, circa Religionem διατυπώσεις & ὅρους magnam vim & pondus eximium obtinere in Eccleſia Dei, non imus inficias, tum ob antiquitatem, vetus enim eſt verbum, πᾶν ἀρχαῖον αἰδέσιμον, tum ob conſenſum & συμφωνίας, quam cum S. Sciptura habent. An verò tantæ ſint autoritatis, ut principium Theologiæ dici debeant, meritò quæri poteſt. Ut hanc quæſtionem non prætermittamus indiſcuſſam, ſciendum eſt principiorum ἐπιστημονικῶν has eſſe conditiones. 1. Debent eſſe vera, imò firmæ & inconcuſſæ veritatis, ἀμετάπτωτα. Quod Cicero Academ. quæſt. lib. II. ſic expreſſit: *Decretum ſtabile, fixum, ratum eſſe debet, quod movere nulla ratio queat.* 2. Debent eſſe prima, id eſt, per alia probari & demonſtrari non poſſunt, ſunt enim ἀναπόδεικτα. Philoſophus utramque poſuit conditionem lib. I. Topic. cap. I. ait enim principia eſſe ἀληθῆ καὶ πρῶτα, καὶ μὴ δι' ἑτέρων ἔχοντα τὴν πίστιν. Et Baſilius in Pſal. CXV. Ἀνάγκη, inquit, ἑκάστης μαθήσεως ἀνεξετάστους εἶναι τὰς ἀρχὰς τοῖς μανθάνουσιν, ἐπεὶ ἀμήχανον τοὺς περὶ τὰ πρῶτα ζυγομαχοῦντας, δυνηθῆναι ὁδῷ καὶ τάξει προελθεῖν εἰς τὸ τέλος. *Neceſſe eſt cujusq; diſciplinæ principia nulla prorſus prævia demonſtratione aut diſquiſitione tradi diſcentibus. Fieri enim neutiquam poteſt, ut qui circa principia diſciplinarum velitantur contentioſiùs, ad finem aliquando via & ordine provehantur aut pertingant.* Inde oritur 3. conditio, quòd ſint αὐτόπιστα, hoc eſt, *fidem ex ſe faciant.* Si enim non eſſent ex ſe fide digna, robur & autoritatem ſuam acciperent ab aliis, & ita nec eſſent prima, nec principia. Philoſophus loco ſuprà laudato: Οὐ δεῖ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διὰ τί, ἀλλ' ἑκάστην τῶν ἀρχῶν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πιστήν. Et Clemens Alexand. lib. VII. Stromatum negat ἀρχὴν ἑτέρων δεῖσθαι, *principium aliis egere,*

re, ſed eſſe ἐξ αὐτῆς πιστὸν, *per ſe fide dignum*, pag. 757.

Scripturarum effata ſunt principia Theologiæ, ſunt enim vera, imò infallibilis & inconcuſſæ veritatis, quia ſunt inſpirata à Deo, qui eſt αὐτοαλήθεια, *ipſa veritas*. Deinde ſunt ἀξιόπιστα, cùm ſint à Deo, qui ſolus eſt ἀξιόπιστος. Ideò vocantur πιστὰ, & πάσης ἀποδοχῆς ἄξια, I. Timoth. I. 15. Adde quòd Scriptura dicitur *lucerna*. Igitur nativa & ingenita luce, & per impreſſas ipſi veritati cœleſti notas ſibi conciliat autoritatem, ſicut lux per ſe ipſam videtur & innata ſua vi. Athanaſius contra Gentes: Τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων διδασκαλίας οὐ δεῖται, ἀφ' ἑαυτῆς γὰρ ἔχει τὸ γνώριμον. *Doctrinâ hominum non indiget, à ſe ipſa enim nota eſt.* Et Gregorius Nyſſenus libro de Anima: Τὸ πιστὸν ἀφ' ἑαυτῆς ἔχουσα, διότι θεόπνευστός ἐστι. *Per ſe fide digna eſt, cùm ſit à Deo inſpirata.*

Aſſertiones Doctorum Eccleſiæ, ſive ſingulorum extra Concilium, ſive congregatorum in Concilio, non ſunt Theologiæ principia. Rationes præcipuæ ſunt ſequentes. 1. Eorum dicta non ſunt prima, ſunt enim per Scripturam ſacram demonſtranda: quod & ipſi vel maximè faciunt. 2. Non ſunt ἀξιόπιστα: illis enim non aſſentimur propter ſe, ſed propter conſenſum & conformitatem, quam habent cum verbo Dei, ad cujus amuſſim ſunt exigenda, & recipienda ſi cum eo conſentiant, abjicienda vero ſi vel tantillum ab eo deflectant. Vide Jeſajæ VIII. 20. & ad Galatas I. 8. 3. Doctorum omnium dicta non ideo vera ſunt habenda, quia ipſi ſic dixerunt, ſed quia vel per Scripturam, vel per rationem dicta ſua confirmant: non ſunt igitur principia, ſed ea, quibus dicta illa ſuffulciuntur, cùm principia non probentur aliunde, ſed τὸ πιστὸν habeant ex ſeipſis. Quod & agnovit ipſe Auguſtinus epiſt. XIX: *Eis Scripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hunc honorem timoremq; deferre, ut nullum eorum autorem ſcribendo aliquid erràſſe firmiſſimè credam: alios autem ita lego, ut quantacunque ſanctitate vel doctrina polleant, non ideò verum putem, quòd ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi vel per libros illos Canonicos, vel probabili ratione perſuadere potuerunt, quòd à vero non abhorreat.* Definitiones verò & Canones Conciliorum non eſſe Theologiæ principia vel inde probari poteſt, quòd ex ſacris Scripturis deducuntur. Patet hoc de definitionibus Nicænorum Patrum. Conſtantinus enim, qui huic Synodo præfuit, ut ait Euſebius lib. III. de vita Conſtantini, cap. X. hoc celeuſmate Patres adhortabatur, ut ex divinis oraculis controverſias fidei dirimerent: Εὐαγγελικαὶ βίβλοι καὶ ἀποστολικαὶ, &c. Integrum locum jam produximus in voce Γραφὴ, num. IV. 2. Hujus ergo Concilii decreta concluſiones ſunt ex Scripturarum effatis, tanquam ex principiis deductæ. Hinc olim in Conciliis, in medio conſeſſu thronus erigebatur, in quo ſacra collocabatur Scriptura, ut omnes ſcirent, ex Scripturarum principiis eruendas eſſe Concluſiones. De hoc ritu actum in voce Εὐαγγέλιον, num. I. 2. ſub lit. *b*. 3. *c*. Eodem pertinet, quod Conſtantinus M. dixit apud Euſebium, in vita Conſtantini, lib. III. pag. 139. b. Πᾶν γὰρ, ὅτι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις πράττεται, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν ἔχει τὴν ἀναφοράν. *Quicquid enim in ſanctis Epiſcoporum Conciliis agitur, illud ad divinam voluntatem refertur.* Bellarminus ipſe, quantumvis elevet autoritatem Scripturarum, pronunciat tamen in noſtras partes, lib. II. de Conciliis, cap. XII: *Cùm Nicænum Concilium definivit Chriſtum eſſe* ὁμοούσιον *Patri, deduxit concluſionem ex Scripturis. Et ſimiliter Concilium ſextum, cùm definivit, in Chriſto duas eſſe voluntates, divinam, & humanam, deduxit concluſionem ex Scriptura.* Concludimus ergo, Conciliorum concluſiones, ex Dei verbo per veram conſequentiam deductas, pro certa & indubitata fide tenendas: ea enim, quæ ex contentis in Scriptura ſacra neceſſariâ conſequentiâ inferuntur, tantam habent fidei neceſſitatem, quantam illa ex quibus colliguntur. Ex his jam cuivis perſpicuum eſſe arbitror, cur quidam ex veteribus quorundam Conciliorum definitiones & concluſiones pari paſſu cum ipſa Scriptura ambulare voluerint. Sic Juſtinianus Imperat. Novellâ CXXXI. ſtatim poſt initium, pag. 343: Θεσπίζομεν τοίνυν, τάξιν νόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ἐκτεθέντας, ἢ βεβαιωθέντας, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη. καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἁγίων ρν. πατέρων, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ πρώτης, ἐν ᾗ Νεστόριος κατεκρίθη. καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι, καθ' ἣν Εὐτύχης μετὰ Νεστορίου ἀνεθεματίσθη. τῶν γὰρ προειρημένων ἁγίων συνόδων τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφὰς δεχόμεθα, καὶ τοὺς κανόνας ὡς νόμους φυλάττομεν. *Sancimus igitur vicem legum obtinere ſanctos Eccleſiaſticos Canones, qui à ſanctis quatuor Conciliis conſtituti ſunt & confirmati. Hoc eſt Nicæno CCCXVIII. & Conſtantinopolitano ſanctorum CL. Patrum, & Epheſino primo, in quo Neſtorius eſt damnatus, & Chalcedonenſi, in quo Eutyches cum Neſtorio anathematizatus eſt. Prædictorum enim Conciliorum dogmata, ſicut divinas Scripturas, accipimus, & Canones, ſicut leges, obſervamus.* Canon I. Concilii Chalcedonenſis: Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον, μέχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν. *Canones, qui à ſanctis Patribus in unaquaq; Synodo hucusque conſtituti ſunt, obſervari æquum cenſuimus.* Conſtitut. Eccleſ. collectio lib. III. ex Novellis, Juſtiniani allegatum decretum ita proponit: Οἱ ὑπὸ τῶν τεσσάρων συνόδων, τῆς ἐν Νικαίᾳ καὶ Κωνσταντινουπόλει, ἐν Ἐφέσῳ, καὶ ἐν Χαλκηδόνι τεθέντες ὅροι, νόμων τάξιν ἐχέτωσαν, καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν, ὡς αἱ θεόπνευστοι τιμάσθωσαν γραφαί. *Definitiones à quatuor Conciliis, Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino & Chalcedonenſi conſtitutæ, legum vicem obtinento: eorumq; dogmata, tanquam inſpiratæ divinitus Scripturæ, colantor.* Vide etiam Photium tit. I. de Fide, cap. II. & Balſamonem ad eundem Titulum, pag. 4.

Σύνοπλος.

Lexica hanc vocem omittunt. Eſt *armorum ſocius*. Cyrillus Alexand. in cap. IX. Zachariæ, pag. 742: Συνασπιστὴν καὶ σύνοπλον αὐτοῖς παρίστησιν ἐναργῶς ὁ λόγος, τὸν τῶν ὅλων Θεόν. *Commilitonem & armorum ſocium claris verbis ipſis adjungit univerſorum Deum.*

Συνόρασις.

Nec hanc vocem Lexica habent. Eſt *conſpectus*. Clemens Alexandr. lib. VI. Stromat. pag. 692: Ὥσπερ ἐπὶ τῶν θεάτρων γίνεται, καὶ ἐπὶ τῶν ἑκάστου μερῶν, κατὰ τὴν ἐνόρασίν τε, καὶ περιόρασιν, καὶ συνόρασιν, τοῦτο ἐπὶ τοῦ θεοῦ γίνεται. ἀθρόως τε γὰρ πάντα, καὶ ἕκαστον ἐν μέρει μιᾷ προσβολῇ προσβλέπει. *Quod fit in theatris, & in partibus uniuscujusq; inſpiciendo, circumſpiciendo, & conſpiciendo, hoc in Deo ſimul fit & acervatim: omnia enim & ſingula intuetur una applicatione.*

Digitized by Google

Συνουσιαστής.

I. Συνουσιαστὴς eſt, *qui familiariter cum aliquo congreditur, qui familiariter aliquo utitur.* Item *diſcipulus.* Juſtinus M. in Dialogo cum Tryphone, pag. 219. ad Tryphonem dicit: Τῆς δὲ ψυχῆς ἔτι μου σπαργώσης ἀκοῦσαι τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἐξαίρετον τῆς φιλοσοφίας, προσῆλθον εὐδοκιμοῦντι μάλιστα Πυθαγορείῳ, ἀνδρὶ πολὺ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ φρονοῦντι. κἄπειτα, ὡς διελέχθην αὐτῷ, βουλόμενος ἀκροατὴς αὐτοῦ καὶ συνουσιαστὴς γενέσθαι, &c. *Cùm impenſiùs adhuc animus meus audire, quod philoſophiæ proprium atque præcipuum eſt, expeteret, ad Pythagoricum quendam magni nominis, multiq; in ſapientia ſupercilii virum acceſſi; & cum eo, auditor ejus & diſcipulus eſſe volens, egi.*

II. Συνουσιασταὶ vocati ſunt *Apollinariſtæ*, quia unam dicebant eſſe Chriſti naturam, ex duabus, divina & humana, mixtam & temperatam. Sic enim de Apollinari Nazianzenus, Orat. XLVI. pag. 722: Διαβεβαιοῦται, πρὶν τοῦ κατελθεῖν, αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα, ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔχων ἐτύγχανε, προαιώνιόν τινα καὶ συνουσιωμένην. *Affirmat, eum, antequam deſcendiſſet, Filium hominis eſſe, ac deſcendentem, carnem ſuam ſecum advexiſſe, eam nempe, quam in cælis habuerit, ante ſecula rem ſcilicet quandam, eſſentiæq; ſuæ commixtam & contemperatam.* Apollinaris verba, apud Eulogium in Biblioth. Photii, Cod. CCXXX. pag. 849. ſunt: Ὦ καινὴ κτίσις, καὶ μῖξις θεσπεσία! Θεὸς καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν. *O nova creatura, & divina miſtio! Deus & homo unam conficiunt naturam.* Idem Eutychiani poſtea aſſeruerunt; converſam nimirum fuiſſe ſubſtantiam divinam in humanam. Nam ὁμοούσιον eſſe volebant corpus Chriſti, quod è Maria ſumſit, divinitati Verbi, quaſi verbum, ut ait de his Epiphanius, ὡς σάρκα, καὶ ὀστᾶ, καὶ τρίχας, καὶ ὅλον τὸ σῶμα, transmutatum foret. Dixerunt, ut idem refert in Hæreſi Dimocritarum, quæ eſt LXXVII. pag. 421. ὁμοούσιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τῇ θεότητι. *Eutychianorum progenitores* appellat Apollinariſtas Facundus, lib. VIII. qui & ipſi unam Chriſti ſubſtantiam docebant, ſed paulò aliter quàm Apollinariſtæ. Nihil enim humani dicebant accepiſſe à Virgine Verbum divinum, ſed ipſum λόγον Θεοῦ inconvertibiliter converſum fuiſſe, & carnem eſſe factum, ut ſcribit Theodoretus in eorum hæreſi, hæret. fabul. lib. IV. cap. XIII. pag. 246. Οὐδὲν ἔφη τὸν Θεὸν λόγον ἀνθρώπειον ἐκ τῆς παρθένου λαβεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ἀτρέπτως τραπέντα, καὶ σάρκα γενόμενον, τὴν πάροδον μόνην διὰ τῆς παρθένου ποιήσασθαι. *Dicebat* (Eutyches) *Deum Verbum nihil humanum ex Virgine ſumſiſſe, ſed ipſum immutabiliter converſum, & carnem factum, per Virginem tantummodo tranſiviſſe.* Alii contra opinabantur, carnem Chriſti converſam fuiſſe in divinam naturam. Utramque opinionem his verbis expreſſit idem Theodoretus Dialogo tertio, & utramque iiſdem Hæreticis attribuit, Apollinariſtis nimirum & Eutychianis: Οἱ τὴν ποικίλην, inquit, ταύτην συντεθεικότες καὶ πολύμορφον αἵρεσιν, ποτὲ μὲν σάρκα γεγενῆσθαι τὸν θεὸν λόγον φασί, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα λέγουσι τὴν εἰς θεότητος φύσιν δεδέχθαι μεταβολήν. *Qui variam hanc & multiformem conflârunt hæreſin, modò Deum Verbum carnem factum eſſe dicunt, modò carnem in Deitatem mutatam eſſe affirmant.* Hi igitur veteribus Συνουσιασταὶ ſunt appellati, quia unam faciebant Chriſti ſubſtantiam, ſive per converſionem naturæ divinæ in humanam, ſive per humanæ in divinam. Sed de his pluribus actum in voce Λόγος, num. I. 2. *D.* ſub lit. η. ſub I. Claſſe, lit. *c.* & *d.* ubi vide. Ex præcedentibus verò patet, Lutheranos malè συνουσιαστὰς appellari: ſunt enim potiùs διουσιασταὶ, quatenus duplicem in Sacramento Euchariſtiæ agnoſcunt ſubſtantiam corporalem, unam panis, alteram Chriſti. Vox enim συνουσιαστὴς confuſionem potiùs ſubſtantiarum in eandem unitatem denotat, quàm diviſionem. Lutherani namque duas ſubſtantias ponunt diverſis ſuppoſitis diſtinctas, unam panis & unam corporis Chriſti vivi & animati. Nec panem ergo admittunt figuram eſſe corporis, ut inter antiquos convenit, cùm & corpus ipſum ſubſtantialiter pani coexiſtere cenſeant. Non eſt hæc συνουσία, vel *conſubſtantiatio*, ut perperam inde eos συνουσιαστὰς, vel *conſubſtantiatores* plerique nuncupant. Συνουσία eſſet, ſi ex duabus ſubſtantiis unam mixtam & temperatam facerent, aut ſi duas ſubſtantias in uno ſuppoſito ponerent. Sic συμψυχία eſt, cùm veluti unâ animâ duo corpora reguntur, κατὰ σχέσιν καὶ ἀγάπην. *Corporibus geminis ſpiritus unus erat.* Σύμψυχοι vocantur, qui ſic ſe amant invicem, ut unum velut cor habeant, & unam animam. Ita & συναστρία dicitur duorum, qui unum habent nativitatis ſuæ horoſcopum, & ſub eadem conſtellatione geniti ſunt. Ita *conſubſtantiatio*, vel συνουσίωσις, eſt duarum ſubſtantiarum velut in unam commixtio: id verò non eſt, quod ſentiunt Lutheri ſectatores, qui duarum ſubſtantiarum duobus ſuppoſitis diſtinctarum coëxiſtentiam ſtatuunt. Quæ συνύπαρξις eſt potiùs duarum οὐσιῶν, quàm συνουσία, vel συνουσίωσις.

Συνουσιόομαι.

Συνουσιοῦσθαι eſt quaſi *conſubſtantiari, cum eſſentia alterius commiſceri & contemperari.* Exemplum hujus ſignificationis habes in voce præcedenti, num. II. ex Nazianzeno, ſtatim ab initio. Aliud exhibet Chryſoſtomus Homil. VI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 464 ad cap. III. v. 14: Τί ἐστιν ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως; τὴν πίστιν λέγει, δι' ἧς ὑπέστημεν, καὶ γεγεννήμεθα, καὶ συνουσιώθημεν, ὡς ἄν τις εἴποι. *Quid eſt initium ſubſtantiæ? Fidem intelligit, per quam conſtitimus, & geniti ſumus, &, ut ita dicam, conſubſtantiati.*

Συντακτήριος.

Jejunè nimis hanc vocem tractant Lexicographi. Συντάσσομαι aliquando idem eſt quod ἀποτάσσομαι, *valedico*, ut in Ἀποτάσσομαι, num. II. monuimus. Hinc λόγος συντακτήριος, eſt *oratio valedictoria.* Verba, quæ Chriſtus, ultimò ad diſcipulos ſuos habuit, vocantur λόγοι συντακτήριοι. Theophanes, Homil. VII. pag. 39: Ἐν τοῖς πρὸς τοὺς μαθητὰς συντακτηρίοις λόγοις φησὶν ὁ Σωτήρ. Ἐγὼ ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθον. ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα. *In eo ſermone, quo diſcipulis valedixit & ultima mandata dedit, dicit ſervator: Ego à Deo exivi: exivi à Patre, & proficiſcor ad Patrem.* Et Homil. XXVII. pag. 197: Ἐκεῖσε δὲ καὶ τὸ ὑπερῷον ἦν, ἐν ᾧ κατέλυσε σὺν τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μυστηρίων ἐνταῦθα ἐτέλεσε. τὸ πάσχα τὸ τυπικὸν, τὸν δεῖπνον τὸν μυστικὸν, τὸν νιπτῆρα τῶν μαθητῶν, τοὺς συντακτηρίους λόγους καὶ θεολογικούς. *Ibi igitur*, nempe in domo Zebedæi, *cœnaculum erat, quo unà cum diſcipulis Salvator divertit, & plurima ibidem myſteria peregit: typicum Paſcha, myſticam Cœnam, pedum ablu-*

Digitized by Google

ablutionem, ſermones extremos præceptorum divinæq; doctrinæ plenos. Homil. XXXVII. pag. 258. de eodem Servatore noſtro: Ἐν τοῖς συντακτηρίοις λόγοις πολλὰ περὶ ἀγάπης αὐτοῖς ἐνετείλατο. *In iis ſermonibus, quibus poſtrema mandata dederat, multa de charitate ipſis præceperat.* Rectè ergo Billius, lib. I. Obſervat. cap. XXI. dicit συντακτήριον λόγον idem eſſe quod ἀποτακτήριον, hoc eſt, *orationem extremam*, quâ quis valere aliquos jubet. Atque hoc ſenſu Gregorius Nazianzenus Orationem XXXII. pag. 500. centum quinquaginta Epiſcopis præſentibus habitam, appellavit λόγον συντακτήριον, quòd eam primo quoque tempore diſceſſurus habuit, eaque Epiſcopos extremùm ſalutavit. Nicetas ſub hujus Orationis finem exponit λόγον ἀποχωρητικὸν, hoc eſt, ut ita loquar, *orationem valedictoriam.* Nazianzenus in ipſa illa Oratione, pag. 527. Epiſcopos ita alloquitur: Ὑμεῖς μὲν τοὺς προοιμιαστηρίους ἡμῖν μελετήσατε λόγους. ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀποδώσω τὸ συντακτήριον. *Vos quidem orationes diſceſſui meo convenientes parate: ego autem his verbis extremùm vos ſalutabo.* Sed non modò extremam ſalutationem inter vivos, verùm etiam noviſſima morientium verba, ac mandata, hac voce ſignificari certum eſt. Nam & etymon eò nos ducit. Συντάσσω enim, unde συντάκτης & συντακτήριον, eſt *ordinare, diſponere, & συντακτήριος λόγος* eſt *ſermo*, ſeu *oratio compoſita, conſcriptáque.* Heſychius: Σύνταγμα, σύγγραμμα, ἢ ἐκ λόγων τάγμα, συντακτήριον. Hinc etiam Origenes, ab ingenti librorum, quos aſſiduè ſcribebat, copia, συντάκτης, ſive συντακτήριος, & συντακτικὸς dici meruit. Suidas: Συντακτήριος, συντακτικὸς, ὁ Ὠριγένης, διὰ τὸ πεποιηκέναι πολλὰ βιβλία. *Compoſitor, conſcriptor*, dictus eſt *Origenes, quòd multos libros fecerit.* Cùm igitur diſceſſuri, ac præcipuè in morte, res ſuas componunt, multa mandant, atque deſcribunt per eos, qui remanent, & ſuperſtites ſunt, peragenda, inde bene συντακτήριον pro extremis verbis, ſeu mandatis in morte accipias. Confirmat id Damaſcenus, ſive quis autor ejus libri, *Quod mortui viventium beneficiis juventur*, ubi de impiis loquens, qui in extremo judicio quoſdam è familiaribus ſuis ab electorum parte ſtare videbunt, his utitur verbis: Καὶ ὅτε τινὰς ἐξ αὐτῶν ἐν δεξιοῖς ἴδωσι κατατεταχθέντας μέρεσιν, ἀποχωριζόμενοι θρηνοῦσι τὸ συντακτήριον. *Et cùm aliquos ex ipſis conſtitutos à dextris viderint, ab iis digreſſi poſtremùm lamentantur.* Theophanes Homil. LVI. pag. 378: Τὴν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίαν πληρῶν ὁ Σωτὴρ, καὶ ἤδη πρὸς τὸ κεφάλαιον αὐτῆς ἱέμενος, ὅπερ ἦν ὁ σταυρὸς, καὶ ὁ θάνατος, τοὺς ὑπηρέτας τοῦ μυστηρίου, καὶ μαθητὰς ἰδίᾳ παραλαβὼν, διατίθεται τούτοις τὰ τελευταῖα, καὶ οἱονεὶ συντακτήρια. *Cùm ea, quæ ſalutis humanæ cauſſâ diſpenſata erant, Salvator implevisset, & jam ad imponendam iis ſummam, crucem ſcilicet & mortem accederet, diſcipulis myſterii miniſtris ſeorſim abductis extrema diſponit, & ultimo ſermone dat mandata.* Eandem vim habet vocabulum Ἐξιτήριος, de quo ſuo jam actum loco.

Σύνταξις.

Quæ ſint hujus vocis ſignificationes uſitatæ, & ſatis notæ, docent Lexica vulgata. Nos eam tantùm obſervamus, quam illa omittunt, & cujus uſus erat in Baptiſmo. Baptizandi ſolebant ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ, & συντάσσεσθαι τῷ Χριστῷ, *abrenunciare Satanæ, & conjungi cum Chriſto. Abrenunciatio* vocatur ἀποταγὴ & ἀπόταξις, cui opponitur σύνταξις. Cyrillus Alexandrinus, Orat. de exitu animæ, pag. 412. de impiis ad inferos detrudendis ita loquitur: Πῶς ἠχλοιώθησαν τὴν καρδίαν αὐτῶν τῇ πωρώσει, ὡς νῦν μὴ λαβόντες τὴν σύνταξιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀπόταξιν τοῦ διαβόλου; Hæc non intellexit Interpres, quando ita vertit: *Quanta animi cæcitate alienati ſunt, neque Chriſti ordinis, neq; Diaboli confuſionis habita ratione?* Imò σύνταξις τοῦ Χριστοῦ eſt *conjunctio cum Chriſto, &* ἀπόταξις τοῦ διαβόλου eſt *abrenunciatio Diaboli* in Baptiſmo fieri ſolita. Cyrillus Jeroſol. Catecheſi I. Νεοφωτ. pag. 191: Μετὰ τὴν ἀπόταξιν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν σύνταξιν. *Poſtquam abrenunciaveris Satanæ, & confeſſus fueris conjunctionem cum Chriſto.* Hunc ritum pluribus deſcriptum damus in verbo Ἀποτάσσομαι, num. I. Hæc σύνταξις aliàs etiam vocatur ὁμολογία. Vide in ὁμολογίᾳ, num. I.

Συντάσσομαι.

Quæ de hoc verbo veniunt obſervanda, jam notata ſunt in Ἀποτάσσομαι, num. I. unde petes.

Σύντεκνος.

Canon LIII. Concilii in Trullo vult σύντεκνον eſſe *matrem ex Baptiſmo ſuſceptæ filiæ.* Verba ejus ſunt: Ἔγνωμεν ἔν τισι τόποις τινὰς ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος παῖδας ἀναδεχομένους, μετὰ τοῦτο ταῖς ἐκείνων μητράσι χηρευούσαις γαμικὸν συναλλάσσοντας συνοικέσιον, ὁρίζομεν, ἀπὸ τοῦ παρόντος μηδὲν τοιοῦτον πραχθῆναι. *Cognovimus, in nonnullis locis quoſdam, qui ex ſancto & ſalutari Baptiſmate infantes ſuſcipiunt, poſtea quoque cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere: ſtatuimus igitur, ut in poſterum nihil ejuſmodi fiat.* Hoc de συντέκνοις intelligi, docet Balſamon ad hunc Canonem, pag. 424: Ὁ παρὼν κανὼν ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑποβάλλει τοὺς τὰς συντέκνους αὐτῶν χηρευούσας εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνοντας. *Præſens Canon fornicatorum pœnis ſubjicit eos, qui ſuas commatres viduas in matrimonii ſocietatem accipiunt.* Et Zonaras ad eundem Canonem, pag. 172: Τοὺς τὰς οἰκείας συντέκνους χηρευούσας εἰς συμβίωσιν γαμικὴν λαμβάνοντας, τοῦ τοιούτου συνοικεσίου κελεύει ὁ κανὼν ἀφίστασθαι. Uterque pro matre ſuſceptæ accipit σύντεκνον: quaſi ſcilicet cum ea communem filiam ſuſceptor habeat. Eſt enim ſuſceptori ſuſcepta filiæ loco, & ſuſceptoris filius fratris loco. Idem rurſus Balſamon ad Nomocan. Photii, Tit. XIII. cap. V. pag. 204. ex Leone Imperat. hæc affert: Ὁ τῇ ἰδίᾳ συντέκνῳ ἢ ὀνόματι γάμου μιγνύμενος, ἢ καὶ ἄλλως λαθραίως συμπλεκόμενος, ἅμα αὐτῇ ῥινοκοπείσθω. *Qui cum ea, quam è Baptiſmo levavit, vel ſub matrimonii nomine rem habet, vel aliàs clàm congreditur, ei cum ipſa cum quâ coiit, nares amputentur.* Hic Balſamon per σύντεκνον non intelligit *ſuſceptæ filiæ matrem*, ſed *ipſam è ſacro Baptiſmate ſuſceptam filiam.* Patet inde, quia ibidem ſtatim, pag. 205. ex VI. themate, X. cap. V. libri Baſilic. hæc affert: Ὁ μέντοι ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματός τινα δεξάμενος, οὐ δύναται αὐτὴν ὕστερον πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι. *Qui autem ex ſacro Baptiſmate aliquam ſuſcepit, non poteſt eam poſtea uxorem ducere.* Σύντεκνοι etiam ſunt *patres ſpirituales*, vulgò *Compatres.* Euchologium, pag. 109: Εἶτα ἀλλάσσει τὰ δακτύλια τῶν νεονύμφων ὁ σύντεκνος. *Poſtea mutat annulos novorum ſponſorum Compater.* Idem: Εἶτα ἀλλάσσουσιν οἱ παράνυμφοι, ἤγουν οἱ κοινῶς λεγόμενοι σύντεκνοι, τὰ δακτυλίδια τῶν νεονύμφων. *Poſtea mutant paranymphi, vel vulgò dicti Compatres, annulos novorum ſponſorum.* Geraſimus

Digitized by Google

mus Vlachus in Theſauro ſuo: Σύντεκνος, *Compater.* Ἀνάδοχος ὁ κατὰ πνεῦμα πατήρ. Ὁ διὰ τοῦ βαπτίσματος γεννήτωρ. Vide Gl. Meurſii. Reperitur etiam apud Johannem Monachum, in Canonario, vox συντέκνισσα, quæ *ſuſceptricem*, quaſi *commatrem* dicas, ſignificat. Idem Vlachus: Συντέκνισσα *commater.* ἡ ἀγχιστεύουσα διὰ τοῦ βαπτίσματος μήτηρ. Ἡ πνευματικὴ μήτηρ. Ἡ ἀνάδοχος.

Συντέμνω.

Pauca de hoc verbo monemus. Diſputant viri docti, quid Apoſtolus ad Rom. IX. 28: per λόγον συντετμημένον intelligat. Intelligit ipſum Evangelium, ſeu doctrinam de fide in Chriſtum. Hoc clarè docet Theodoretus ad eum locum, pag. 80: Συντετμημένον λόγον, τὴν πίστιν ἐκάλεσεν· ἃ γὰρ διὰ πολλῶν ἐντολῶν ὁ νόμος ἐπαίδευσε, καὶ τελείαν παρασχεῖν τὴν σωτηρίαν οὐκ ἴσχυσεν, ἡ εἰς Χριστὸν ὁμολογία κατώρθωσε, καὶ τὴν πίστιν προὐξένησε. Σύντομος δὲ αὕτη, καὶ μακρῶν περιόδων οὐ δεομένη. διαθέσει δὲ ψυχῆς κρινομένη, καὶ διὰ γλώττης κηρυττομένη. Abbreviatum verbum *fidem appellavit. Nam ea, quæ lex multis præceptis docuit, & perfectam præbere ſalutem non potuit, Chriſti confeſſio præſtitit, & fidem conciliavit. Eſt autem hæc compendioſa, nec longis ambagibus eget: ut quæ & animæ affectu cenſeatur, & linguâ prædicetur.* Nec aliter Chryſoſtomus, Homil. XVI. in epiſt. ad Romanos, pag. 145: Λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων, φησίν, ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν. Οὐ περιόδου χρεία, καὶ πόνων, καὶ ταλαιπωρίας τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν νομίμων, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς συντομίας ἔστιν ἡ σωτηρία. Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις. ἐν βραχέσι ῥήμασιν ἔχει τὴν σωτηρίαν. Ἐὰν γὰρ ὁμολογήσῃς, φησίν, τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. εἶδες, τί ἐστι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι ὁ βραχὺς οὗτος λόγος οὐ σωτηρίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνην ἐκόμισε. Sermonem perficens & abbrevians in juſtitia, quoniam ſermonem abbreviatum faciet Dominus in terrâ. *Quod autem ait, hunc habet ſenſum: Non opus eſt circuitione, non laboribus, non afflictione ea, quæ ab operibus legalibus exiſtit, ſed magno cum compendio ſalus præſto erit. Tale quid enim eſt fides; in paucis verbis habet ſalutem. Si enim confeſſus fueris, ait, ore tuo Dominum Jeſum, & credideris in corde tuo, quòd Deus illum excitaverit è mortuis, ſalvus eris. Vides quid ſit,* ſermonem abbreviatum faciet Dominus in terrâ. *Et quod ſanè mirum, id eſt, quod videlicet brevis hic ſermo non ſalutem modò, ſed & juſtitiam attulit.* Eadem affert, pro more, Theophylactus, qui tandem ita concludit, pag. 98: Οὗτός ἐστιν ὁ συντετμημένος λόγος, τὰ βραχέα τῆς πίστεως ῥήματα. *Hic eſt conciſus abbreviatusque ſermo, brevia nimirum fidei verba.* Et Oecumenius ad hunc locum, pag. 330: Ὁ συντετμημένος καὶ συντετελεσμένος λόγος, ὁ τῆς πίστεώς ἐστιν, ὅστις δικαιώσει τοὺς πιστεύοντας. *Conciſus & perfectus ſermo, eſt ſermo fidei, qui credentes juſtificabit.* Hinc Nazianzenus, Orat. XXXIII. quæ eſt I. de Theologia, ſtatim poſt initium, pag. 529. Apoſtolum vocat τοῦ συντετμημένου λόγου κήρυκα, breviati verbi præconem: οὕτω γὰρ ὁ Παῦλος καλεῖ (nempe τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ τὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον φερούσας λογομαχίας) πᾶν τὸ ἐν λόγῳ περιττὸν καὶ περίεργον, ὁ τοῦ συντετμημένου λόγου κῆρυξ καὶ βεβαιωτής. *Sic enim Paulus vocat* (nempe *profanas vocum novitates, & diſputationes, quæ nullam afferunt utilitatem*) *quicquid in verbis vel ſupervacaneum vel curioſum eſt, ille breviati verbi præco & aſſertor.* Ubi Elias Cretenſis: Τοῦ συντετμημένου λόγου, *id eſt, doctrinæ paucis verbis comprehenſæ. Sic autem Paulum poſt Jeſajam Evangelium appellat, quòd paucis verbis res maximas complectatur. Vel quia illo id, quod lex priſca multis verbis, ac ſacrificiis variis efficere non poterat, Chriſti ſanguis & regenerationis lavacrum nullo quaſi negotio præſtant.* Heſychius hanc vocem ſic explicat: Συντετμημένου, (ita enim pro συντεταμένου legendum) συγκεκομμένου, συντόμως εἰρημένου. *Abbreviati, conciſi, conciſè dicti.* Locus, ad quem Apoſtolus reſpicit, habetur Jeſajæ X. 22. ubi Theodoretus pag. 50: Διδάσκει ἐνταῦθα καὶ τοῦ κηρύγματος τὸ σύντομον, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης τὸν τρόπον. μονονουχὶ λέγων, ὡς ἅπερ ὁ νόμος πολλαῖς ἐντολαῖς, καὶ θυσίαις, καὶ τιμωρίαις χρώμενος οὐκ ἴσχυσε κατορθῶσαι, ταῦτα ὁ εὐαγγελικὸς κατώρθωσε λόγος, σύντομον προσφέρων φάρμακον σωτηρίας τὸ πανάγιον βάπτισμα. διὰ γὰρ πίστεως τοῖς ἀνθρώποις σωτηρία δεδώρηται. οὗτος ὁ συντετμημένος λόγος, τῆς δικαιοσύνης συνεργός. Ὃν οὐ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις δέδωκεν ὁ Θεός. *Docet hoc loco & prædicationis brevitatem, & novi Teſtamenti modum. Quaſi dicat, quod ea, quæ multis præceptis & ſacrificiis, & pœnis lex perficere non potuit, hæc Evangelicus ſermo perfecerit, breve afferens ſalutis pharmacum, ſanctiſſimum Baptiſma. Per fidem enim ſalus hominibus data eſt. Hoc eſt verbum abbreviatum, adjutor juſtitiæ, quod non ſolùm Judæis, ſed & omnibus hominibus dedit Deus.*

Συντραυλίζω.

Lexica hoc compoſitum non habent. Τραυλίζειν, ut Heſychius interpretatur, eſt ψελλίζειν, *balbutire*: ac proinde idem quod συμψελλίζειν, *unà cum alio balbutire.* Quemadmodum igitur Deus dicitur συγκαταβαίνειν, quando ad noſtrum ſeſe demittit captum, ut ſuo loco vidimus: ita etiam συντραυλίζειν. Id eleganter explicat Clemens Alexandr. Pædagogi l. I. cap. VI. pag. 96. his verbis: Νηπίους ἡμᾶς ὁ παιδαγωγὸς καὶ διδάσκαλος ἀποκαλῶν, τοὺς τῶν ἐν κόσμῳ σοφῶν ἐπιτηδειοτέρους εἰς σωτηρίαν. οἳ, σοφοὺς σφᾶς νενομισμένοι, τετύφλωνται. καὶ ἐπιβοᾶται ἀγαλλιώμενος, καὶ ὑπερευφραινόμενος, οἱονεὶ συντραυλίζων τοῖς νηπίοις. Ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου. *Infantes nos ac parvulos Pædagogus & magiſter appellans, qui ſapientibus, qui ſunt in mundo, ſumus aptiores ad ſalutem, qui ſapientes ſe ipſos exiſtimantes, excæcati ſunt: & exclamat exſultans, & mirandum in modum lætus, tanquam unà cum infantibus balbutiens: Etiam Pater, quia ita placuit tibi.* Confer verbum Συγκαταβαίνω.

Σύντροφος.

I. *Propriè* eſt ὁμότροφος, *qui ſimul nutritus & educatus eſt,* & ex conſequente *contubernalis, ſodalis.* Veteres Gloſſæ: Σύντροφος, *concibus, conlactaneus.* Aliæ Gloſſæ: *Conlactaneus,* σύντροφος, ὁμογάλακτος. Heſychius

συνανάτροφον, *ſimul nutritum* interpretatur. Vide Lexica.

II. *Metaphoricè* plerumque accipitur. Apud Chryſoſtom. σύντροφοι τῆς πίστεως; *eidem fidei innutriti, ejuſdem fidei ſocii.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. XXIX. lib. III. pag. 268. de Euſebio quodam: Ἐπειδὴ σύντροφον καὶ φίλην τὴν κακίαν ἔχει, τοῖς ὁμοτρόποις χρῆται. *Quia collectanea & chara ipſi eſt improbitas, iiſdem moribus præditis utitur hominibus.* Idem, epiſt. CCCXXXIX. lib. V. pag. 662: Τὴν ταπεινοφροσύνην, τὴν τῇ φύσει συνυπάρχουσαν καὶ σύντροφον, ἀσκήσωμεν. *Humilitatem, cum ipſa natura ſimul exiſtentem, eiq; collactaneam, exerceamus.* Cyrillus Alexandr. in Actis Epheſinis: Σύντροφον ἔχουσι τὸ κακόν. *Collactaneam habent improbitatem.* Idem, in cap. I. Jeſaiæ, pag. 7. ἀνομίας σύντροφοι, *iniquitatis alumni.* Chryſoſtomus ad v. 35. cap. IV. Johannis, ſeu Homil. XXXIV. pag. 692: Ἰδοὺ πάλιν τοῖς συντρόφοις ὀνόμασιν ἀνάγει πρὸς τὴν τῶν μεγίστων θεωρίαν αὐτούς. *Ecce iterum familiaribus, uſitatis ſeu notis nominibus ad rerum maximarum contemplationem eos ſubvehit.* In Catena malè ſcribitur, ἐνάγει περὶ τὴν θεωρίαν. Et Homil. eadem, ibidem: Ἡ διάνοια τῆς συντρόφου τῶν πραγμάτων εἰκόνος ἐπιλαβομένη διανίσταται μᾶλλον, καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ τὰ πράγματα ὁρῶσα κατέχεται μειζόνως. *Mens familiarium rerum imagine concepta, magis ſuſcitatur, & tanquam in pictura res videns, eas magis amplectitur.* Idem, Homil. CXVIII. t. V. pag. 761: Ἡ θεία γραφὴ τοὺς τῇ ἀγνοίᾳ συντρόφους ὄντας, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ συζῶντας δικαίως ὀνομάζει σκότος, μὴ δεχομένους τὴν λαμπάδα τῆς ἀληθείας, ἵνα ὦσιν υἱοὶ φωτός. *Divina ſcriptura ignorantiæ innutritos, & in incredulitate viventes meritò tenebras nominat, ut qui non recipiunt lucem veritatis, ut ſint filii lucis.*

Συνύπαρκτος.

Non habent Lexica. Συνυπάρχω eſt *ſimul ſum,* vel *unà ſum.* Hinc συνύπαρκτα ſunt, *quæ ſimul ſunt, exiſtunt.* Utitur hac voce Epiphanius de perſonis SS. Trinitatis, in hæreſi Pneumatomachorum, quæ eſt LXXIV. pag. 379: Πίστις ἡ καθόλου κηρύκων φωναῖς αὕτη σημαίνεται, ὡς ἔγωγε οἶμαι κατηχούμενος ἐκ γραφῶν, τρία ἅγια, τρία συνάγια, τρία ἔμπρακτα, τρία συνύπαρκτα, &c. *Fides univerſalis præconum vocibus hæc ſignificatur, ut ego quidem exiſtimo ex ſcripturis inſtitutus: Tria ſancta, tria ſimul ſancta, tria exiſtentia, tria coëxiſtentia,* &c. Vix hæc menda carent: etenim pro ἔμπρακτα legendum videtur ἐνύπαρκτα, exiſtentia. Hanc lectionem poſtulat vox ſequens, συνύπαρκτα. Nolumus tamen id pertinaciùs aſſerere, cùm Cæſarius, quæſt. III. pag. 16. verba Epiphanii laudans, eodem ea modo exſcripſerit: Τρία ἔμπρακτα. Interim tamen & illud obſervandum, quòd non ſubjecerit, τρία συνύπαρκτα, ſed τρία σύμπρακτα. Verba ejus ſic habent: Τρία συνάγια, τρία συνάναρχα, τρία ἔμπρακτα, τρία σύμπρακτα, τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, &c. Hoc ergò modo ille apud Epiphanium legiſſe videtur.

Συνύπαρξις.

Hanc quoque vocem omittunt Lexica. Uſurpatur verò de SS. Trinitate, ut præcedens, & ſignificat *coëxiſtentiam.* Legitur apud Juſtinum Martyrem, Reſp. ad Quæſt. orthodox. CXXXIX. pag. 488: Εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς τῇ συνυπάρξει τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων, τῶν διαφερουσῶν ἀλλήλων οὐ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ τοῖς τῆς ὑπάρξεως τρόποις. *Unus Deus eſt, coëxiſtentiâ trium divinarum ſubſiſtentiarum: quæ inter ſe differunt non eſſentiâ, ſed ſubſiſtendi modis.* Ibid. Quæſt. CXXIX. pag. 480: Ἐπὶ μὲν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀΐδιον λέγομεν συνύπαρξιν, οὐκέτι δὲ καὶ σύνθεσιν. *In Deo quidem eſſe dicimus æternam coëxiſtentiam, non autem compoſitionem.*

Συνυπόστατος.

Nec hanc vocem Lexica habent. Eſt autem *ſimul exiſtens in ſubſtantia.* Legitur apud Epiphanium, loco in voce Συνύπαρκτος adducto. Ibi enim poſt hæc, τρία συνύπαρκτα, continuò hæc ſequuntur: Τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, τρία ἐνεργά, τρία συνεργά, τρία ἐνυπόστατα, τρία συνυπόστατα ἀλλήλοις συνόντα. *Tria in forma, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria in ſubſtantia extantia, tria coëxtantia in ſubſtantia inter ſe converſantia.* Eadem exſcripſit Cæſarius, quæſt. III. pag. 16.

Συσκιάζω.

I. *Propriè* eſt *obumbro, opaco, inumbro.* Veteres Gloſſæ: Συσκιάζω, *opaco, obumbro.* Hoſeæ IV. 13: Ἔθυον ὑποκάτω δρυὸς, καὶ λεύκης, καὶ δένδρου συσκιάζοντος. *Immolabant ſub quercu, & populo, & arbore umbroſa, ſeu umbra ſua opacante terram.* Theodoretus interpretatur: ἀμφιλαφὲς δένδρον, *arborem umbroſam.* Athenæus lib. V: Αὗται αἱ σκηναὶ συνεσκίαζον τοὺς περιπάτους. *Hæc umbracula inumbrabant deambulationes.*

II. *Metaphoricè* longè frequentius accipitur, & ſignificat *obnubere, occultare, obtegere, tenebris & caligine obducere.* Chryſoſtomus Homil. XV. ad populum Antiochenum: Συνεσκίασται ἡ παγίς. *Occultatus eſt laqueus.* Et ibid. Homil. XVII: Τὰ ἄλλα πάντα, ἐφ᾽ οἷς χαίρομεν, τρεπτά τέ ἐστι καὶ εὐμετάπτωτα, καὶ ἀλλοιοῦται ῥᾳδίως. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἔχει τὸ δεινὸν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μένοντα οὐ παρέχει τοσαύτην ἡμῖν τὴν ἡδονὴν, ὡς τὴν ἐκ τῶν ἄλλων ἡμῖν ἐπιγινομένην ἀθυμίαν διακρούεσθαι καὶ συσκιάζειν. *Alia omnia, in quibus gaudemus, mutabilia ſunt, & facilè tranſeunt atq; vertuntur: nec hoc ſolum habent moleſtum, ſed etiam quod manentia tantam nobis non afferunt voluptatem, ut ex aliis naſcentem triſtitiam repellant & tegant.* Idem, Orat. de S. Babyla, βουλόμενος συσκιάσαι τὴν ἧτταν. *Cùm vellet occultare devictas vires ſuas.* Mox: Τὰ ἀσυσκίαστα συσκιάζειν ἐπιχειρῶν. *Studens ea occultare, quæ occultari minimè poſſunt.* Idem, Homil. XXIX. in Joh. pag. 668: Οὐδὲν τῆς ἀληθείας φανερώτερον ἢ ἰσχυρότερον γένοιτ᾽ ἂν, ὥσπερ τοῦ ψεύδους οὐδὲν ἀσθενέστερον, κἂν μυρίοις παραπετάσμασι συσκιάζηται. *Nihil veritate clarius, nihil potentius eſt, quemadmodum nihil mendacio imbecillius, etſi innumeris occultetur involucris.* Idem, Homil. VII. in epiſt. ad Romanos, pag. 53. Μὴ τοῦτο σκοπῶμεν, ὅπως πλουσίους καταλείπωμεν τοὺς παῖδας, ἀλλ᾽ ὅπως ἐναρέτους· ἂν μὲν γὰρ τῷ πλούτῳ θαῤῥῶσιν, οὐδενὸς ἐπιμελήσονται ἄλλου, ὡς ἔχοντες συσκιάσαι τὴν τῶν τρόπων κακίαν ἀπὸ τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας. *Ne hoc ſpectemus, quemadmodum liberos relicturi ſimus divites, ſed quemadmodum virtute præditos.*

Nam

Digitized by Google

Nam ſi opibus confiſi fuerint, nullius rei alterius curam ſuſcipient, ut qui habituri ſint, unde morum pravitatem obumbrare poſſint, nempe à facultatum abundantia. Ita Baſilius M. eleganter dixit, ἀποφυγαῖς εὐπροσώποις τὸ τῆς κακοδοξίας φρόνημα συσκιάζειν. *Specioſis effugiis iniquum errorem tegere.* Nazianzenus, τὰ ἁμαρτήματα συσκιάζειν, *peccata tegere.* Huc facit, quod Palladius hiſtor. Lauſiacæ capite I. pag. 12. refert de Iſidoro Xenodocho, qui περιττεύων πλούτῳ καὶ ἀφθονίᾳ χρειῶν, *cùm abundaret opibus, & iis, quæ ad uſum ſunt neceſſaria,* οὐ διαθήκην ἔγραψε τελευτῶν, οὐ νόμισμα καταλέλοιπεν, οὐ πρᾶγμα ταῖς ἑαυτοῦ ἀδελφαῖς παρθένοις οὔσαις, *non ſcripſit teſtamentum decedens, non pecuniam reliquit, non rem ullam ſuis ſororibus, quæ erant virgines:* ἀλλὰ παρέθετο αὐτὰς τῷ Χριστῷ, λέγων, ὁ κτίσας ὑμᾶς Θεὸς αὐτὸς οἰκονομήσει ὑμῖν καὶ τὰ πρὸς τὴν ζωήν, ὡς καί μοι, *ſed eas Chriſto commendavit, dicens: Deus, qui vos creavit, ipſe quoque vobis procurabit ad vitam neceſſaria, ſicut & mihi.* Infinita alia, quæ præterea afferri poſſent, ſtudio omittimus: ex præſentibus enim verbi hujus vis facilè intelligitur.

Συσκίασμα.

Non habent Lexica. Idem quod συσκιασμὸς, vel συσκίασις, *obumbratio, umbraculum, involucrum, velamen.* Cyrillus Alexandr. lib. XII. in Johan. ad v. 30. cap. XIX. pag. 1072. dicit Chriſti diſcipulos, poſt ſciſſum templi velum, accepiſſe ἄδηλωτον, καὶ παντὸς ἐλευθέραν συσκιάσματος τὴν τοῦ κατὰ Χριστοῦ μυστηρίου γνῶσιν, *puram, & ab omni velamine vel involucro liberam myſterii de Chriſto notitiam.*

Σύσσωμος.

Nota vox ex N. Teſtamento. *Qui ejuſdem corporis eſt, concorpor.* Ad Epheſios III. 6. Εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν Χριστῷ. *Gentes eſſe cohæredes & concorpores conſortéſque promiſſionis ejus in Chriſto.* Ubi Theodoretus pag. 303: Ἐπειδὰν ἓν σῶμα προσηγόρευσε τοὺς πιστοὺς, σύσσωμα τὰ ἔθνη γεγενῆσθαί φησι. *Quoniam fideles unum corpus appellavit, dicit gentes concorpores eſſe factas.* Et Theophylactus, pag. 524. Ἵνα δηλώσῃ τὴν πολλὴν ἐγγύτητα καὶ ἕνωσιν, σύσσωμα εἶπε τὰ ἔθνη. Ἓν γὰρ σῶμα γεγόνασιν οἱ ἐθνικοὶ πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ἁγίους, μιᾷ κεφαλῇ τῷ Χριστῷ συγκρατούμενον. *Ut declaret magnam propinquitatem & unionem, concorpores dixit Gentes. Unum enim corpus facti ſunt Gentiles cum ſanctis Iſraëlitis, ſub uno capite Chriſto contentum.* A Cyrillo Jeroſol. Catecheſi IV. Νεοφωτ. pag. 207. baptizati dicuntur facti σύσσωμοι καὶ σύναιμοι τοῦ Χριστοῦ, *concorpores & conſanguinei,* vel *fratres Jeſu Chriſti.* Ibid. pag. 208. in S. Cœna dicimur fieri σύσσωμοι καὶ σύναιμοι τοῦ Χριστοῦ. Chryſoſtomus, Homil. VI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 463: Αὐτὸς μὲν κεφαλὴ, σῶμα δὲ ἡμεῖς, συγκληρονόμοι καὶ σύσσωμοι, ἓν σῶμα ἐσμὲν ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. *Ipſe quidem* (Chriſtus) *caput eſt, corpus verò nos, cohæredes & concorpores. Unum Corpus ſumus ex carne ejus, & ex oſſibus ejus.* Aliud exemplum habes in voce Σύμπλινθος.

Σύστασις.

Varias hujus vocis ſignificationes exhibent Lexicographi: nos præcipuas paucis perſtringemus: eam verò, quam in cauſſa pœnarum Canonicarum habet, paulò accuratiùs examinabimus.

I. Σύστασις eſt *Conſtitutio corporis.* Hoc ſenſu Chryſoſtomus, Homil. XXIX. t. V. pag. 181: Ταῦτα ἐδόθη παρὰ τοῦ δεσπότου, ἵνα τῆς συμμετρίας ἀπολαύοντες, τὴν σύστασιν ἔχωμεν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ἀσθένειαν διακρατῶμεν τοῦ σώματος. *Hæc,* bona terrena, *data ſunt à Domino, ut eis moderatè utentes vitam noſtram tueamur, & infirmitatem corporis ſuſtentemus.* Apud Aphrodiſæum φυσικὴ σύστασις, *naturalis conſtitutio corporis.*

II. Σύστασις eſt *coitio, concurſus.* Hinc συστάσεις apud Heſychium ſunt σύνοδοι, *congreſſus, concurſus.* Ignatius epiſt. ad Romanos pag. 248. Πῦρ, καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν, ἀλυσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ κόλασις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθω, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. *Ignes, crux, ferarum concurſus, ſectiones, laniena, oſſium diſcerptiones, membrorum conciſiones, totius corporis ſolutio, & Diaboli tormenta in me veniant, tantummodo ut Jeſum nanciſcar.*

III. Σύστασις eſt *commendatio,* à συνίσταμαι, *commendor,* vel potiùs συνίστημι, *commendo:* qua ſignificatione etiam legitur Rom. XVI. 1. & II. Cor. X. 18. Chryſoſtomus Homil. XXXIII. t. V. pag. 212: Αὕτη σύστασις ἀρίστη, ἡ ἀπὸ τῶν ἔργων ἀπόδειξις. *Hæc commendatio optima, demonſtratio quæ fit ab operibus.* Latiùs etiam extenditur, & quidem ad ἀγάπην usque & ὁμόνοιαν. Suidas: Σύστασις, ἀγάπη, ὁμόνοια, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἵππων, τῶν ὁμοῦ ἱσταμένων, τῶν συντρόφων. *Dilectio, charitas, amor, concordia: per translationem ductam ab equis ſimul ſtantibus, & ſimul nutritis.* Veteres Gloſſæ: Σύστασις, *commendatio.* Hinc συστατικαὶ ἐπιστολαὶ, vel συστατικὰ γράμματα, de quibus in voce Συστατικός.

IV. Σύστασις, quod hîc præcipuè obſervandum, in cauſſa pœnarum Canonicarum propriè eſt *Conſiſtentia,* quia in hâc quartâ Pœnitentium ſtatione; quarum prima eſt πρόσκλαυσις, ſecunda ἀκρόασις, tertia ὑπόπτωσις, de quibus ſuis agitur locis; conſtituti ſimul cum fidelibus in Eccleſia ſtabant, neque jam ampliùs cum Catechumenis exibant: ſola participatione myſteriorum cæteris fratribus inferiores. In explicatione terminorum pœnitentialium Gregorii Thaumaturgi, pag. 41. hæc leguntur: Ἡ σύστασις, ἵνα συνιστᾶται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων. *Conſiſtentia eſt, ut cum fidelibus conſiſtat, & cum Catechumenis non egrediatur.* Gabriel, Philadelphiæ Metropolita in libello de pœnitentia, hunc gradum ita deſcribit: Ὁ τῆς συστάσεως τόπος ἐστὶν, ἐν ᾧ οἱ μετανοήσαντες, καὶ τὸν ἱκανὸν κανόνα ἐνδεξάμενοι συνίστανται καὶ συνεύχονται τοῖς πιστοῖς. *Conſiſtentiæ locus eſt, in quo ii, qui pœnitentiam egerunt, & ſufficientem canonem exſecuti ſunt, conſiſtunt, & cum fidelibus precantur.* In hoc gradu conſtituti, dicuntur συνιστῶντες, & συνιστάμενοι, *Conſiſtentes.* Concilium Ancyranum, Can. XXV. ſemel tantùm utitur verbo συνίστασθαι, nomine σύστασις nunquam. Verba Canonis ſunt: Οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνιστῶντας, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς. *Qui conſcii fuerunt, juſſi ſunt decem annis, juxta definitos gradus,*

inter

Digitized by Google

inter Conſiſtentes recipi. Baſilius M. Can. LVI. Ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. *Annis quatuor cum fidelibus conſiſtet tantùm, ſed oblationis non erit particeps.* Scholiaſtes Græcus in Harmenopulum: Συνεστὼς, ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μήπω ἀξιούμενος. *Conſiſtens, hoc eſt, una cum fidelibus orans, ſacrâ verò Cœna nondum dignus habitus.* Balſamon, in Can. IV. Baſilii M. *trigamos* ait ἵστασθαι εἰς τὸν τόπον τῶν ἀκροωμένων ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μετὰ ταῦτα συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς μέχρι ὅλης πενταετίας, καὶ ἔκτοτε καρποὺς ἀξίους ἐπιδειξαμένους τῆς μετανοίας, ἀποκαθιστᾶν εἰς τὸν τόπον τῆς κοινωνίας, *ſtare in loco Audientium tribus annis, & poſtea cum fidelibus conſiſtere ad quinquennium uſque, & ab eo tempore oſtenſis fructibus pœnitentiâ dignis, in communionis locum reſtitui.* Blaſtarius: Συνιστάμενοι δὲ οἱ τοῖς πιστοῖς μὲν συνευχόμενοι καὶ συμψάλλοντες, τῆς δὲ τῶν ἁγιασμάτων ἀπεχόμενοι μεταλήψεως μέχρις ἂν ἐξήκοντος τοῦ νενομισμένου χρόνου τὸ τέλειον αὐτοὺς τῆς θείας ἐκδέξηται κοινωνίας. *Conſiſtentes verò ſunt, qui ſimul cum fidelibus orant & canunt, à ſacrorum myſteriorum participatione abſtinentes, donec advenientes ſecundùm leges illis præſcripto tempore perfectum eos ſacræ Communionis excipiat.* Συνίστασθαι dicitur ab aliis κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς: item δεχθῆναι χωρὶς προσφορᾶς, de quibus locutionibus actum in voce προσφορὰ, num. II. dicuntur κοινωνῆσαι εὐχῆς, κοινωνῆσαι, Can. IV. Ancyrano: κοινωνίας τυγχάνειν τῆς εἰς τὰς προσευχὰς, ibidem Can. XVI. Κοινωνεῖν, τοῖς πιστοῖς τῶν εὐχῶν, quod dictum notat Zonaras ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι αὐτοῖς, καὶ συνεύχεσθαι, *hoc eſt, cum eis ſimul conſiſtere, precibusque fundendis vacare.* Can. XI. Concilii Nicæni, κοινωνεῖν τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν, *populo communicare in orationibus.* Baſilius M. Can. LXXXI. συστῆναι τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, *conſiſtere cum fidelibus ad orandum.* De hac pœnitentium ſtatione etiam uſurpantur verba ἀφορίζεσθαι & ἀφορισμὸς, ut demonſtratum in voce Ἀφορισμὸς, num. II. 1. ſub lit. *b.* De Συστάσει vide plura apud Caſaubonum Exercit. XVI. ſect. XLIII. pag. 488. apud Juſtellum ad Can. V. Ancyranum, apud Allatium de Narthece, pag. 104. apud Morinum de adminiſtrat. pœnitentiæ, lib. VI. cap. XVII. apud Albaſpinæum, Obſervat. lib. II. Obſervatione XXV. pag. 151. Illud tandem prætereundum non eſt, in συστάσει conſtitutos, dici δέχεσθαι εἰς κοινωνίαν, *recipi ad Communionem*, non S. Cœnæ, ſed precum cum fidelibus: ita loquitur Canon XLIV. Baſilii Magni: quod Balſamon, pag. 980. rectè exponit, δέχεσθαι εἰς τὴν μετὰ πιστῶν εὐχὴν καὶ στάσιν, *recipi ad Orationem & ſtationem cum fidelibus.* Et Zonaras ad eundem Canonem, pag. 92. verba Baſilii, δεκτὴ εἰς κοινωνίαν, ita explicat: Κοινωνίαν, τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύστασιν ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐνταῦθα νοητέον. *Per communionem hoc loco intelligi debet conſiſtentia cum fidelibus in precibus.* Hinc, quando Can. XXIX. Apoſtolorum de Epiſcopo, Presbytero, & Diacono, qui largitionibus ſuas conſecuti ſunt dignitates, decernit καθαιρείσθω ὁ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας· καὶ ἐκκοπτέσθω παντάπασι καὶ τῆς κοινωνίας, *deponitor & ipſe, & qui ordinavit, ac penitus abſcindatur etiam à communione*, per κοινωνίαν intelligitur non tantùm participatio S. Cœnæ, ſed etiam conſiſtentia cum fidelibus. Sic enim Zonaras ad Can. II. Chalced. pag. 94: Κοινωνίαν νοητέον ἐνταῦθα, οὐ τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν μόνον, ἀλλὰ δὲ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύναξίν τε καὶ σύστασιν. *Per communionem hoc loco intelligi debet, non tantùm S. Cœnæ participatio, ſed etiam cum fidelibus congregatio & conſiſtentia.* Ac proinde, ut idem ad iſtum Canonem, pag. 15. eſt τῆς ἐκκλησίας παντάπασιν ἀπελαύνεσθαι, *ex Eccleſia prorſus expelli & ejici.*

Συστατικός.

De epiſtolis ſeu literis commendatiis hic agemus.

I. *Latiorem* hujus vocis *ſignificationem* ſi conſideramus, Ἐπιστολὴ συστατική ἐστι, δι' ἧς συνιστῶμέν τινα παρά τινι. *Epiſtola commendatitia eſt, quâ aliquem alicui commendamus.* Vel, juxta alios, Συστατικὸς τύπος ἐστὶν, ὃν ὑπὲρ ἄλλου πρὸς ἄλλον γράφομεν, ἐπαίνῳ συγκαταπλέκοντες ἅμα, καὶ τοὺς πρότερον ἀγνοουμένους εἰς γνῶσιν. *Commendatitia forma eſt, quam pro alio mittimus ad alium, attexentes ſimul laudem ejus, pro quo ſcribimus, & qui priùs ignoti erant, in notitiam alterius adducentes.* Veteres Gloſſæ: Συστατική, *commendatitia.* Theodoretus vocat συστατικὰ γράμματα. Theophylactus epiſtolam ad Philemonem vocat ἐπιστολὴν παραθετικὴν, & Oecumenius in II. ad Corinthios, cap. III. pag. 514. συστατικὰς explicat per παραθετικὰς ἐπιστολάς. Occurrit etiam ἐπιστολὴ παραθέσεως, ſic vocata à Chariſio in Actis Concilii Epheſini, pag. 255.

II. Ad *ſtrictiorem ſignificationem* quod attinet, obſervandum eſt, literas olim in Eccleſia ſcriptas, ab uno Epiſcopo ad alium, varia ſortitas eſſe epitheta, pro variâ intentione eorum, qui ſunt locuti: reſpectu enim communis conditionis eorum, qui ſcripſerunt, generaliſſimo nomine ſunt appellatæ *Eccleſiaſticæ*, in Concilio I. Arelatenſi, Can. VII. à Theophilo Alexandrino Orat. Paſchali III. Reſpectu vinculi, quod inter eas mittentes & accipientes intercedebat, duobus diverſis inſigniebantur nominibus: Nam Concilium Antiochiæ, anno CCLXXIV. contra Paulum Samoſatenum celebratum, Concilium Elibertinum, anno CCCV. habitum, Auguſtinus epiſt. CLXII. & CLXIII. eas vocant *communicatorias*: rurſus Concilium Antiochenum, anno CCCXLI. habitum, Can. VII. & VIII. Chalcedonenſe, anno CCCCLI. Can. XI. Epiphanius hæreſi LXX. εἰρηνικὰς, *pacificas* appellant, ut in voce Εἰρηνικὸς, num. I. videre eſt. Reſpectu ordinationum, quæ eas reddebant neceſſarias, vocantur κανονικαὶ ἐπιστολαὶ, κανονικὰ γράμματα, *literæ Canonicæ*: vide in Κανονικὸς, num. I. Plures inter Latinos vocant *formatas.* Vide ibidem num. I. in Κανονικὸς. Tandem reſpectu perſonarum, in quarum gratiam ſcribebantur, appellabantur συστατικαὶ, *commendatitiæ*, & συστάσεις, *commendationes.* Harum Epiſtolarum meminit Concilium Chalcedonenſe, Can. XIII: Ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μηδὲ ὅλως μηδαμοῦ λειτουργεῖν. *Peregrinos Clericos & ignotos in alia civitate, ſine proprii Epiſcopi commendatitiis literis nunquam ullo modo miniſtrare.* Harum epiſtolarum etiam meminit Paulus II. Corinth. III. 1. Canon XII. Apoſtolorum: Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος ἤτοι ἄδεκτος ἀπελθὼν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. *Si quis aut Clericus aut Laicus excommunicatus, vel ſuſpenſus, in aliam civitatem profectus recipiatur ſine literis commendatitiis, excommunicetur & recipiens & receptus.* Epiſt. XI. Baſilii M. pag. 796. hanc habet inſcriptionem:

Εὐσταθίῳ

'Ευσεβίῳ ἑταίρῳ Συστατικὴ ἐπὶ Κυριακῷ πρεσβυτέρῳ. *Euſebio ſodali commendatitia Cyriaci Preſbyteri.* Iterum Can. XXXIII. Apoſtol. Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων, ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι. *Nullus peregrinorum Epiſcoporum, vel Preſbyterorum, vel Diaconorum ſine Commendatitiis excipiatur.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, Biblioth. Juris Canonici, pag. 1316: Μηδεὶς ἐπίσκοπος χωρὶς συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἀρχιεπισκόπου ἢ μητροπολίτου ἀνίτω ἐν Κωνσταντινουπόλει. *Nullus Epiſcopus ſine literis commendatitiis proprii Archiepiſcopi, vel Metropolitæ Conſtantinopolin proficiſcatur.* Ibid. tit. III. pag. 1328: Οὐ χρὴ ἐπισκόπους, ἢ κληρικούς, ἢ μοναχοὺς ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν τοῦ ἔχοντος τὴν κατ' αὐτῶν δικαιοδοσίαν ἀνιέναι ἐν Κωνσταντινουπόλει. *Non oportet Epiſcopos, aut Clericos, aut Monachos ſine literis commendatitiis ejus, qui juriſdictionem in eos habet, Conſtantinopolin venire.* Alexii Alexandrini ſynodica Conſtitutio apud Zonaram, pag. 789. vocat ἔγγραφον συστατικόν, *ſcriptam commendationem.* Συστατικαὶ autem, hoc eſt, *commendatitiæ epiſtolæ* dicuntur, quæ dantur Clericis, aut laicis à communione ſeparatis, vel ignotis in aliam civitatem abeuntibus, ipſos loci illius Epiſcopo commendantes, ut cenſuris ſolutos, vel fideles exiſtentes. Zonaras ad Can. XI. Concilii Chalcedonenſis, pag. 104: Συστατικαὶ ἐπιστολαὶ λέγονται, αἱ ἐγχειριζόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις, ἢ ἀγνώστοις παντάπασιν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπισκόπῳ τοὺς ἄνδρας, ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων, ἢ πιστοὺς ὄντας κατὰ τὸν ιβ' κανόνα ἀποστολικόν, καὶ τὸν λγ'. ἢ ὅταν κατηγορία κατά τινος γένηται, καὶ φανῇ ἀθῷος ὁ κατηγορηθείς, καὶ δοθῇ αὐτῷ ἐπιστολὴ συνιστῶσα αὐτὸν τῷ πρὸς ὃν ἀπεστάλη, καὶ διδάσκουσα συκοφαντικῶς αὐτὸν κατηγορηθῆναι. *Commendatitiæ literæ dicuntur, quæ dantur Clericis, vel laicis ſegregatis, vel prorſus ignotis in aliam urbem profectis, & Epiſcopo illius urbis commendant viros tanquam pœnis ſolutos, vel fideles exiſtentes, juxta Canonem Apoſtol. XII. & XXXIII. vel ſi quis accuſetur, & appareat, accuſatum innocentem eſſe, ipſique detur epiſtola eum commendans illi, ad quem miſſus eſt, & docens, eum per calumniam fuiſſe accuſatum.* Eodem modo ſcribit ad Can. XII. Apoſtol. pag. 11. Idem ad Can. XIII. Chalcedonenſem, pag. 106: Αἱ συστατικαὶ τοῖς κατηγορηθεῖσι δίδονται, ὅταν ἀθῷοι φανῶσιν, ἢ ὅτι ἀφωρισμένοι ἦσαν παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. *Commendatitiæ dantur accuſatis, ſi innocentes eſſe deprehendantur, vel quia à proprio Epiſcopo ſeparati erant à communione.* Balſamon ad Can. XI. Chalced. pag. 336: Συστατικὰ γράμματα λέγονται, αἱ διδόμεναι κληρικοῖς παρὰ τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς ἐπισκόπων, καὶ συνιστῶσαι, ἤτοι δηλοποιοῦσαι τὴν χειροτονίαν τούτων, καθὼς παρίσταται ἀπὸ τοῦ ιγ'. κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. Συστατικὰ γράμματα λέγονται, αἱ διδόμεναι ἐπισκόποις, ἢ κληρικοῖς, ἢ καὶ λαϊκοῖς ἀφορισθεῖσι, καὶ ἄλλως γενομένοις ἐν ὑπολήψει οὐκ ἀγαθῇ. *Commendatitiæ Scripturæ dicuntur, quæ dantur Clericis ab iis, qui illos ordinârunt, Epiſcopis eos commendantes, ac eorum ordinationem declarantes, ut ex XIII. Canone hujus Synodi oſtenditur. Commendatitiæ Scripturæ dicuntur ea, quæ dantur Epiſcopis, vel Clericis, vel etiam Laicis ſegregatis, & qui alioqui non fuerint in bona exiſtimatione.* Lege eundem ad Canon. XIII. hujus Concilii, & ad Can. XVII. Concilii in Trullo, pag. 378. Græcus Scholiaſtes Harmenopuli in epitome Canonum, ſect. II. tit. III. & ſect. III. tit. I. Συστατικαὶ ἐπιστολαί εἰσιν, αἱ διδόμεναι τοῖς ὑπὸ ἐπιτίμιον, εἰς ἀθῴωσιν, καὶ ἑτέρῳ αὐτοὺς ἐπισκόπῳ συνιστῶσαι πρὸς κοινωνίαν. *Commendatitiæ literæ ſunt, quæ cenſuræ alicui ſubjectis dantur ad eorum purgationem, & per quas alteri Epiſcopo commendantur ad communionem.* Hæ literæ enim dicuntur ἀπολυτικαί, *dimiſſoriæ*, quamvis inter *commendatitias & dimiſſorias* aliquid fuerit diſcriminis, ut monuimus in voce Ἀπολυτικός. Appellantur etiam κανονικαί, *Canonicæ*, & paſſim *formatæ*. Vide in voce Κανονικός, num. II.

Συστέλλω.

Quæritur, quid Actor. V. 6. in hiſtoria de morte Ananiæ, ſit: Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτόν. Vulgatus & Eraſmus vertunt, *Amoverunt eum.* Beza: *ſubtraxerunt.* Arabs, كفنوه, *involucris involverunt.* Eſt enim كفن, *cadaver linteis involvere*, quod fit ἐν τῷ ἐνταφιασμῷ, in præparatione ad ſepulturam. Vult etiam doctiſſimus Fullerus, & poſt eum Lud. Dedieu ad præſentem locum, verbum ab Interprete Syro adhibitum, intelligi de faſciis funeralibus, quibus membra mortui colliguntur & arctè ad ſepulturam conſtringuntur. Optimè profectò: Συστέλλειν enim hoc loco idem quod περιστέλλειν, quando de mortuorum ſepultura uſurpatur, de quo vide, num. II. in Περιστέλλω. Euripides in Troadibus, ut Grotius monet, Συστέλλειν ponit pro περιστέλλειν, in his v. 378.

---- ---- Οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν.
Πέπλοις συνεστάλησαν.

Non uxoris manibus velis involvebantur. Vide Commentatores in Acta. Aliâs Συστέλλειν etiam in Græcorum Liturgiis ſignificat *obtegere, linteis involvere.* In Liturgia Baſilii, pag. 68. Εὐχὴ ἐν τῷ συστέλλειν τὰ ἅγια μυστικῶς. *Oratio, quando ſancta myſticè ſeu ſecretò obteguntur, involvuntur.* Eadem leguntur in Liturgia Chryſoſtomi, pag. 108. Et pag. 109: Καὶ συστέλλει τὰ ἅγια, τὸ ποτήριον, τὸν δίσκον, μετὰ τῶν καλυμμάτων κατὰ τὸ ἔθος. *Et involvit, vel etiam involvendo removet ſancta, calicem, patinam, cum operimentis ſecundum conſuetudinem.*

Σφραγίζω.

I. Σφραγισθῆναι abſolutè ſignificat *conſignari per impoſitionem manuum* apud Euſebium, lib. VI. hiſt. Eccleſ. cap. XLIII. pag. 70. a. qui Cornelii Papæ de Novatiani Baptiſmo refert verba ad Fabium Antiochenum: Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· τούτου δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; *Neque etiam reliqua eſt conſecutus, ex morbo elapſus, quorum participem fieri oportet juxta Eccleſiæ canonem, & ab Epiſcopo conſignari per manuum impoſitionem. Quod cùm conſecutus non ſit, quomodo Spiritum Sanctum conſecutus eſt?* Confer vocem χρίσμα, num. II.

II. Σφραγίσαι eſt *ſignum crucis imprimere.* In vita Epiphanii: Σφραγίζων ὅλον τὸ σῶμα. *In toto corpore ſignum crucis imprimens.* Autor vitæ Athanaſiii: Ὅσοι μὲν αὐτῶν ἐβαπτίσαντο, τούτους ἐπιχρίσας τῇ ἐν Κυρίῳ σφραγίδι ἐτελείωσε. *Quotquot quidem eorum baptizati fuerunt, hos unctos ſignaculo Domini conſummavit.* Euchologium in ordinat. Lectoris: Καὶ τρίτον τὴν τούτου κεφαλὴν σφραγίζων, ἐπιτίθησιν αὐτῷ τὴν χεῖρα. *Et ter caput ejus ſignans, imponit ei manum.* Iterum alibi: Ὁ δὲ ἱερεὺς αὐτοῦ τὸ μέτωπον, τὸ στόμα, καὶ τὸ στῆθος σφραγίζει. *Sacerdos verò ejus frontem, os, & pectus ſignat.* Chryſoſtomus Homil. X. in Acta,

pag. 669: Οἱ ἐν βαλανείοις εἰσιόντες ἅμα τῷ τὰς θύρας ὑπερβῆναι, ϛφραγίζονται. *Qui in balnea ingrediuntur, ſimul atque fores transgrediuntur, ſeipſos ſignant.* Euſebius Demonſtration. Evangel. lib. IX. pag. 280: Σύνηθες ἡμῖν τὰ πρόσωπα σφραγίζεσθαι τῇ τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδι. *Solemus facies ſignare ſignaculo Chriſti.* Uſitatiſſima hæc ſignificatio. Vide Gl. Meurſii, & confer vocem Σφραγίς.

III. Σφραγῖσαι eſt *confirmare, demonſtrare, oſtendere.* Ita Joh. III. 33. ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν, *obſignavit Deum veracem eſſe,* ſignificat, teſtimonio ſuo confirmavit, promiſſiones veras, certas, ac ratas eſſe. Sic Theophylactus intellexit, quando interpretatus eſt, pag. 603: Ἔδειξεν, ἐβεβαίωσεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν. *Oſtendit, confirmavit, Deum veracem eſſe.* Origenes in Catena ad hunc locum, pag. 112: Σφραγίζουσι καταθέσει βεβαίᾳ τὸν Θεὸν ἀληθῆ εἶναι, *certa ratione obſignant, Deum veracem eſſe.* Eodem ſenſu Johan. VI. 27. *Deus Pater dicitur* σφραγῖσαι τὸν υἱὸν, *obſignâſſe Filium*, id eſt, miraculis illis, quæ Chriſtus edebat, ſanciviſſe autoritatem ejus, & confirmâſſe, eum verè eſſe Meſſiam, atque adeò decreto ſuo ad hoc ordinâſſe & deſtinâſſe eum, ut cibum illum daret, qui permanet in vitam æternam. Ammonius in Catena ad hunc locum, poſt duas alias interpretationes, pag. 181. etiam hanc affert: Ἐσφράγισεν, ἐβεβαίωσεν, ἤτοι ἀναντιῤῥήτως, ἐξεκάλυψεν ὁ πατὴρ τὸν Υἱὸν διὰ τῆς ἰδίας μαρτυρίας. *Obſignavit, confirmavit, vel irrefragabili teſtimonio ſuo Pater Filium manifeſtavit.* Chryſoſtomus Homil. XLIV. in Joh. p. 738. duplicem affert interpretationem, quarum utraque eſt concinna, ſed altera procul dubio verior, quam ipſe quoque Chryſoſtomus non obſcurè præfert priori. Una igitur hæc eſt: Τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεὸς, τουτέστιν, ἐπὶ τούτῳ ἔπεμψε ταύτην ὑμῖν κομίζοντα τὴν τροφήν. *Hunc enim Pater obſignavit Deus, hoc eſt, propterea miſit, qui hunc vobis cibum afferret.* Quaſi dicat, ſicut Princeps aliquis legato ſuo dimiſſo curandorum negotiorum cauſſâ, dat mandata & literas ſigillo ſuo munitas, quibus ei fides concilietur: ſic æternus Pater Filium in terras ablegavit cœlitus cum certis mandatis & miraculorum edendorum poteſtate inſtructum, quæ ſunt inſtar literarum fidei cauſſâ datarum ſub ſigillo dantis. Altera expoſitio eſt: Ἐσφράγισε, τουτέστιν, ἀπέδειξεν ἀναντιῤῥήτως. *Obſignavit, hoc eſt, manifeſtè oſtendit.* Et addit: Ὃ δή μοι δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα ἡ λέξις αἰνίττεσθαι. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἄλλο, τὸ ἐσφράγισεν ὁ πατὴρ, ἀλλ᾽ ἢ ἀπέδειξεν, ἐξεκάλυψε διὰ τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας. *Quam mihi ſignificationem & in hoc loco habere videtur hæc dictio*, obſignavit Pater. *Nihil enim aliud eſt, quàm oſtendit, & ſuo revelavit teſtimonio.* Rectè etiam cum hoc loco confert illum, Joh. III. 33. quem modò conſideravimus. Sed in ejus recitatione vacillavit ſummi viri memoria. Nam cùm manifeſtò hæc verba ſint Johannis Baptiſtæ de Chriſto: Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι. Chryſoſtomus ea ſic refert, quaſi Chriſtus ea protuliſſet de ſe & Patre ſuo. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Χριστός. Ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, τοῦτον ἐσφράγισεν ὁ πατὴρ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι. *Nam etiam alibi dicit Chriſtus: Qui audit ſermones meos, hunc obſignavit Pater, quòd Deus verax ſit.* Sed facilia ſunt ϛφάλματα μνημονικὰ etiam in aliis optimis autoribus, quæ noſtræ nos infirmitatis admonent. Theophylactus in cap. VI. Johan. pag. 645. explicat ἐσφράγισε, per ἀπέδειξεν, ἐβεβαίωσεν, ὅτι ἐστὶν υἱὸς αὐτοῦ. *Obſignavit, oſtendit, confirmavit, quòd ſit Filius ejus.* Apud Scriptores etiam Eccleſiaſticos eandem hujus verbi reperias ſignificationem. Chryſoſtomus Homil. CXXI. t. V. pag. 795: Δεῖ πανταχοῦ φεύγειν τὴν βίαν τῆς ἀλληγορίας, καὶ μαρτυρίαις ἐγγράφοις ϛφραγίζειν τὰ λεγόμενα. *Ubique fugiendæ ſunt coactæ allegoriæ, & ea quæ dicuntur Scripturæ teſtimoniis ſunt confirmanda, demonſtranda.* Canon XV. Concilii in Templo Apoſtolorum: Καὶ ταῦτα ἐσφράγισται καὶ ὥρισται. *Atque hæc confirmata & definita ſunt.* Zonaras, pag. 257. ita explicat: Ἐσφράγισται, τουτέστι, βεβαίως τετύπωται. Ἡ γὰρ σφραγὶς εἰς βεβαίωσιν ἐστι τῶν σφραγιζομένων καὶ φυλακήν. *Obſignata ſunt, id eſt, firmiter decreta. Sigillum enim adhibetur ad confirmationem & ſecuritatem confirmatorum.*

Σφραγίς.

I. Σφραγὶς notat *Baptiſmum.* Conſtantinus M. referente Euſebio in vita ipſius, pag. 155. dicit: Ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος· ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος μεταλαχεῖν. *Tempus eſt, ut & nos participes fiamus immortalitatem largientis ſigilli: tempus eſt, ut ſalutare ſigillum accipiamus.* Clemens Alexandrinus; ut Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XXIII. pag. 27. a. adducit; refert de Johanne Evangeliſta, quòd Presbytero juvenem quendam commendârit: Ὁ δὲ πρεσβύτερος τὸν νεανίσκον τὸν παραδοθέντα ἀναλαβὼν οἴκαδε, ἔτρεφε, συνεῖχεν, ἔθαλπε, τὸ τελευταῖον ἐφώτισε. καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας καὶ παραφυλακῆς, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ Κυρίου. Ruffinus ita interpretatur: *Tum Presbyter in domum ſuam adoleſcentem ſuſcepit commendatum, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, fovet, ad ultimum etiam Baptiſmi gratiam tradit. Poſt hæc jam velut confidens gratia, quâ fuerat communitus*, (ſic legendum, non *commonitus*) *paulò indulgentiùs juvenem habere cœpit.* Ultima Chriſtophorſonus, homo Pontificius, ita pervertit: *Poſtea ſigillo Domini, id eſt, Sacramento Confirmationis, tanquam perfecta tutâque ejus animi cuſtodiâ, obſignavit.* Eleganter ſanè, & planè ad rem Romanam. Quis neget? Nam nemo eſt, qui hæc legens non putet & Euſebii, & Clementis Alexandrini, imò & ipſius Johannis Apoſtoli, ad quem pertinet tota hæc narratio, temporibus jam in uſu fuiſſe, & chriſmatis Latini Sacramentum, & ipſam quoque Confirmationis nomenclaturam. Sed tu iſti, ſi ſapis, cave credas. Hæc enim ipſius ſunt, Euſebii non ſunt, non ſunt Clementis. Verba Græca Clementis vidimus. *Sigillum Domini* adoleſcenti adhibitum fuiſſe dicit à Presbytero, qui ipſum baptizavit: *Sigillum Domini* eſſe *Sacramentum Latinæ Confirmationis* non dicit: imò id *Dominicum ſigillum*, non Latinum chriſma, ſed illum ipſum fuiſſe Baptiſmum, quo tinctus fuerat adoleſcens, perſpicuè ſignificat, ut vident, qui Græcè ſciunt. Hujus hiſtoriæ paucis etiam meminit Chryſoſtomus, Parænesi I. ad Theodorum lapſum, cap. XI. *Baptiſmus* vocatur à Cæſario, quæſt. XII. pag. 26. σφραγὶς τῆς μυστικῆς τελειότητος, *ſigillum myſticæ perfectionis.* A Baſilio M. in Exhortatione ad Baptiſmum, pag. 481. ϛφραγὶς ἀνεπιχείρητος, *ſigillum non manu factum.* A Clemente Alexandrino, Stromat. lib. II. pag. 379. σφραγὶς τοῦ κηρύγματος, *ſigillum prædicationis* ſcil. Evangelii. Ab Epiphanio de ponderibus & menſuris, pag. 537. ἡ ἐν Χριστῷ σφραγὶς, *ſignaculum in Chriſto.* Ruffinus Aquileienſis, hiſt. Eccleſ. lib. X. cap.

Digitized by Google

cap. III. vocat *ſignaculum fidei.* Verba ejus ſunt : *Si hæc ita eſſe credis, ſurge & ſequere me ad Dominicum, & hujus fidei ſignaculum accipe.* Ita alloquitur Philoſophum, eloquentiæ opinione turgentem, ut ſcilicet fidei ſigillo accepto, non ita facilè ab ea reſiliret. Cur autem Σφραγὶς nominetur, Gregorius Nazianzenus, Orat. XL. pag. 639. hanc reddit rationem : *Baptiſmum* Σφραγῖδα καλοῦμεν, ὡς συντήρησιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν, *ſigillum vocamus, quia eſt conſervatio, ac dominationis ſignificatio.* Hinc ἀσφράγιστος idem quod ἀβάπτιστος, non baptizatus, ut ſuo loco docuimus. Ad rationem hujus appellationis etiam illud pertinet, quia Baptiſmo, tanquam teſſerâ, milites Chriſti ab ejus hoſtibus ſecernuntur. De eo ſic Chryſoſtomus, Homil. III. in II. ad Corinthios, pag. 566 : Καθάπερ στρατιώταις σφραγὶς, οὕτω καὶ τοῖς πιστοῖς τὸ πνεῦμα ἐπιτίθεται. κἂν λιποτακτήσῃς, κατάδηλος γίνῃ πᾶσιν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ εἶχον σφραγῖδα τὴν περιτομὴν, ἡμεῖς δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος. *Quemadmodum nota quædam militibus, ita fidelibus quoque ſpiritus imponitur : quo fit, ut ſi ordinem deſerueris, omnibus perſpicuus fias. Judæi enim ſigni loco circumciſionem habebant : nos autem arrham ſpiritûs.*

II. *Manuum impoſitio,* quæ fiebat ad ordinationem, Σφραγὶς, *conſignatio* dicebatur, quia tum manum imponerent capiti, ſignum crucis etiam in capite conſecrandi faciebant. Dionyſius Areopagita, cap. V. de Eccleſiaſt. Hierarchia, pag. 314. σταυροειδῆ σφραγῖδα vocat, & pag. 312. explicat myſterium ſacerdotalis conſecrationis : Ἑκάστῳ δὲ αὐτῶν ἡ σταυροειδὴς ἐνσημαίνεται πρὸς τοῦ τελοῦντος ἱεράρχου σφραγίς. *Unicuiq; autem eorum ſignum crucis à conſecrante Epiſcopo imprimitur.* Hoc idem faciebant & in Sacramento Confirmationis, quæ olim ſola manuum impoſitione celebrabatur ſine Chriſmate : unde & Σφραγισθῆναι abſolutè, Confirmationis Sacramentum accipere per impoſitionem manuum. Vide in Σφραγίζω, num. I. In Patriarchæ creatione, ut obſervat Cl. Meurſius in Gloſſario ſuo, Σφραγὶς notat *vocationem.* Et erat ea duplex ; una μικρὰ, altera μεγάλη. Codinus de Offic. aulæ Conſtantinopol. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀρχιερεῖς χειροτονοῦντες σφραγιζόμενοι ἐκ δευτέρου, καὶ τὴν μὲν πρώτην σφραγῖδα καλοῦσι μικρὰν, τὴν δὲ δευτέραν, μεγάλην. Licebit *confirmationem* vocare. Alii μήνυμα appellant. Vide iſtam vocem. Porrò ſciendum duplicem Σφραγῖδα in Patriarchæ tantùm creatione obtinuiſſe ; nam in reliquis Præſulibus & Antiſtitibus unica tantùm erat. Ita obſervat Meurſius ex eodem Codino : Οἱ δὲ ἀρχιμανδρῖται καὶ πρωτοσύγκελλοι, ἀλλὰ δὴ καὶ καθηγούμενοι τῶν ἐντίμων μοναστηρίων, μετὰ τὸ τὴν σφραγῖδα παρὰ τοῦ πατριάρχου λαβεῖν, ἀπέρχονται. *Archimandritæ verò, & Protoſyncelli, quin etiam venerabilium Monaſteriorum præfecti, poſtquam confirmationem à Patriarcha acceperunt, diſcedunt.*

III. Σφραγὶς apud recentiores Græcos eſt pars illa panis, quæ ſignaculo crucis pro more Græcorum, aut quadrato aut circulari, obſignata eſt ; in quo eſt ſignum crucis cum literis Græcis Ἰησοῦς Χριστὸς abbreviatis, IC XC NIKA, *Jeſus Chriſtus vincit.* Græci etenim, cum panem ad Miſſam conficiunt, ut plurimùm non rotundant, ſed in quatuor ramos ad modum Crucis extendunt ; poſtea ſigillum jam dictum imprimunt, in media Cruce, & in ramorum extremitatibus. Sacerdos, celebraturus, in Protheſi acceptum panem in partes dividit, ita tamen, ut ſingulæ partes ſigillum integrum habeant. Illæ partes vocantur Σφραγῖδες, *ſignacula.* Ita vocem hanc in Liturgia Baſilii ſumi docet Allatius, ex qua ſequentia affert : Εἶτα λαβὼν τὴν σφραγῖδα λέγει· Μνήσθητι δέσποτα φιλάνθρωπε πάσης ἐπισκοπῆς ὀρθοδόξων, &c. *Poſtea accipiens partem panis, quod ſignaculum vocatur, dicit : Recordare, Domine, hominum amator, univerſi Epiſcopatus orthodoxorum,* &c. Item : Ἔπειτα λαβὼν ἑτέραν σφραγῖδα, λέγει· Ὑπὲρ μνήμης καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, &c. *Poſtea accepto alio ſigillo, dicit : Pro memoria & remiſſione peccatorum,* &c. Iterum : Ὁ δὲ Διάκονος λαβὼν καὶ αὐτὸς σφραγῖδα, καὶ τὴν ἁγίαν λόγχην, μνημονεύει ὧν βούλεται τεθνεώτων. *Diaconus porrò, accipiens & ipſe ſignaculum, & ſanctam lanceam, memoriam facit eorum, quorum ipſe vult, mortuorum.* Obſervandum tamen, hæc non ita legi in vulgata Baſilii Liturgia, nec in ea Σφραγίδων mentionem, his ſaltem in locis, fieri.

Σχεδάριον.

Reperitur σχιδάριον, σχηδάριον & σχιδάριον. *Schedarium. Armarium,* reponendis ſchedis proprium. Gloſſæ Baſilicorum : Σχιδάριον, *armarium.* Suidas : Σχεδάριον, δέλτος, πινακίδιον, τιτλάριον. *Parva ſchedula. Libellus. Tabella. Titlarium.* Cyrillus Alexandr. in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 73 : Τὸ σχιδάριον τῆς δεήσεως, τὸ ἀποσταλὲν παρ᾽ ὑμῶν. *Libellus ſupplex à vobis miſſus.* Mox : Ἀναγνόντες τὸ σχιδάριον. *Cum legiſſemus libellum.* Athanaſius Dial. I. contra Macedonium, t. II. pag. 261 : Τὰ ὑπ᾽ ἐκείνων τεθέντα, ἐν τῷ σχιδαρίῳ, ταῦτα εἰσιν. *Ab ipſis ; Macedonii aſſeclis ; in tabella quadam conſignata, hæc ſunt.*

Σχῆμα.

I. Σχῆμα ſignificat *ſpeciem, prætextum, ſimulationem:* Hinc Heſychio, inter alia, eſt πλάσμα. Chryſoſtomus : Ἱκέτου σχῆμα περιθεὶς ἑαυτῷ προφήτης. *Propheta ſupplicis perſonâ ſibi impoſitâ.* Idem : Σχῆμα εὐλαβείας περιφερόμενοι. *Larvam pietatis præ ſe ferentes.* Σχῆμα & πλάσμα conjunxit Gregorius in hiſce : Οὐκ εὐλαβείας σχῆμα καὶ πλάσμα κενὸν περικείμενος. Ubi Budæus pro utroque dixit : *Simulationem inanem præ ſe ferens.* Nota hæc ſignificatio ex Lexicis. Ita Theologi Græci vocant σχῆμα de Angelis, quando aliud aſſumunt & exhibent, quàm per ſe habent. Procopius ad Numeros de Angelo, qui Bileamo cum gladio occurrit : Σχῆμα δὲ, οὐ πρᾶγμα τὸ θεωρούμενον· οὐ γὰρ μάχαιρα παρ᾽ ἀγγέλοις, ἢ σίδηρος ἐν οὐρανῷ. *Species, non res fuit, quod viſum eſt : neque enim gladius eſt apud Angelos, vel ferrum in cælo.* Huc etiam referri poteſt illud I. Corinth. VII. 31 : Παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. *Præterit ſpecies hujus mundi.* Ad quæ eleganter Theophylactus, pag. 221 : Σχῆμα ἐκάλεσεν, ἐμφαίνων, ὅτι ἄχρις ὄψεως εἰσι τὰ τοῦ παρόντος κόσμου, καὶ ἐπιπόλαια, μηδὲν βέβηλον καὶ οὐσιῶδες ἔχοντα. *Speciem autem appellavit, innuens hujus mundi res oculos tantùm attingere, ac ſuperficiarias eſſe, nullam ſtabilitatem ac ſubſiſtentiam habentes.* Et Chryſoſtomus, Homil. XXXV. in Geneſin : Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι σχῆμα μόνον ἐστὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα, ἀληθείας ἔρημα τυγχάνοντα, τίνος ἕνεκεν ἑκὼν τὴν ἀπάτην ὑπομένεις, καὶ ἐκείνου τὸ ἀμετάβλητον, τὸ ἀβέβαιον, ταῦτα μὲν

παρατρέχεις, περὶ ἐκεῖνα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν μετάγεις τὰ διαιωνίζοντα, τὰ ἀκίνητα, τὰ βέβαια, τὰ μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχόμενα; *Quando audis, omnia humanam ſpeciem tantùm quandam habere, veritate verò deſtitui, cur ultrò & ſponte tua te pateris ſeduci, nec conſiderata horum mutabilitate & inconſtantia, præſentia quidem negligis, ad ea verò, quæ æternùm duratura ſunt, quæ immobilia, quæ firma, quæ mutationem non recipiunt, deſiderium tuum transfers?* Idem ſcripſit orationem, ὅτι ἐπίπλαστον σχῆμα, καὶ μὴ ἀληθὲς, φεύγειν χρή. *Simulatam ſpeciem, ac minimè veram, fugiendam eſſe.* In ipſa Oratione dicit, Ἐλέγχεται ἐπίπλαστον σχῆμα πανταχοῦ διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πραττομένων· ἀπὸ γὰρ τῆς προαιρέσεως αἱ πράξεις. τὸ σεμνὸν σχῆμα τὴν προαίρεσιν οὐκ ἀλλάττει. *Ex iis, quæ in dies geruntur, ubiq; ſpecies ſimulata deprehenditur: ſiquidem à voluntate manant actiones: voluntatem porrò ſplendidus habitus non immutat.* Mox: Τί κρύπτεις ἐν ἀλλοτρίῳ σχήματι σαυτόν; τί κατακρύπτεις τῇ δορᾷ τοῦ προβάτου τὸν λύκον; *Quid te ipſum in alieno habitu occultas? quid ovina pelle lupum abſcondis?* Item: Τί φιλίας ὑποδύῃ σχῆμα, πολέμιος ὤν; *Quid amicitiam ſimulas, cùm hoſtis ſis?* Ita σχῆμα & πρᾶγμα opponuntur. Chryſoſtomus Homil. III. de Jobo, de Jobo ſcribit: Καὶ διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια. τῷ μὲν σχήματι πρὸς τὸ πάθος ἀποδυόμενος, τῷ δὲ πράγματι πρὸς τὴν ἀρετὴν ἀποδυόμενος. *Et laceravit veſtimenta: ſpecie quidem ad dolorem tractus: re autem ipſa ad virtutis exercitium exutus.*

II. Σχῆμα etiam ſignificat *habitum*, juxta veteres Gloſſas. Zonaras ad Canon. IV. Chalced. pag. 97: Μοναδικὸν σχῆμα. *Monachalis habitus.* Μοναχικὸν σχῆμα. *Monacho conveniens habitus.* Can. V. Concilii in Templo Apoſtolorum. Johannes Antiochenus in Nomocan. tit. XXXIV: Περὶ μοναχῶν καὶ μοναστριῶν ἀθετούντων τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ σχήματος. *De monachis & monialibus profeſſionem religioſæ vitæ habitus irritam facientibus.* Hæc in titulo. Mox ex Novell. μοναχικὸν σχῆμα λαμβάνειν, *monacho convenientem habitum ſumere.* Erat duplex σχῆμα, μικρὸν καὶ μέγα. Colligo ex Euchologio, in quo pag. 158: Ἀκολουθία τοῦ μικροῦ σχήματος, ἤ τοῦ μανδύου. Et pag. 165: Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου, ἤ ἀγγελικοῦ σχήματος.

Σχισματικός.

Σχίσμα, ἀπὸ τοῦ σχίζειν, *à dividendo, ſecando, ſcindendo*, juxta veteres Gloſſas, eſt *ſciſſura, ſciſſio. Per metaphoram* eſt διχοστασία, *diſſidium.* Hoc ſenſu aliquoties in N. Teſt. uſurpatur. Joh. VII. 43. Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι' αὐτόν. *Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum.* Vide etiam cap. IX. 16. X. 19. I. Corinth. I. 10. Ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα. *Ut idem dicatis omnes, & non ſint inter vos ſchiſmata.* Ad quæ Theophylactus, pag. 167: Ἐμφατικώτατα σχίσματα ἐκάλεσε τὰ παρ' αὐτοῖς γινόμενα. ἐμφαίνει γὰρ διὰ τῆς λέξεως ταύτης, ὅπως ἀθλίως διέκειντο. *Significantiſſimè* ſchismata *appellavit ea, quæ apud ipſos fiunt. Indicat enim per hoc verbum, quàm miſerè eorum res habuerint.* Quid Apoſtolus σχίσματα appellet, clariùs exponit, ad hunc locum, Theodoretus, pag. 123: Οὐ δογμάτων αὐτοῖς διαφορὰν ἐπιμέμφεται, ἀλλὰ τὴν περὶ τῶν προεστώτων ἔριν τε καὶ φιλονεικίαν. *Non eos reprehendit, quòd de fidei dogmatibus diverſa ſentirent, ſed quòd de præſidibus ſuis litigarent & contenderent.* Eodem ſenſu cap. XI. 18. Ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν. *Audio ſchiſmata inter vos eſſe.* Ita exponit rurſus Theodoretus, pag. 174: Σχίσματα οὐ δογματικὰ λέγει, ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ τῆς φιλαρχίας ὧν καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς κατηγόρησε. Schismata *dicit, non quæ de dogmatibus, ſed quæ de principatus cupiditate, quæ etiam in principio Epiſtolæ reprehendit.* Vide etiam ejusdem Epiſtolæ cap. XII. 25. Eandem ſignificationem habet vocabulum σχίσις, quod Suidas χώρισιν, *diviſionem, ſeparationem*, interpretatur: & σχισμὴ, quod Heſychio eſt διαχώρισις, *ſeparatio.* Hinc jam patet, quid *Schiſma* ſit in Eccleſia, & qua ratione *ab hæreſi* diſtinguatur. Auguſtinus adverſus Creſconium Grammaticum lib. II. cap. VII. ita diſtinguit inter *ſchiſma & hæreſin*, ut *Schiſma dicatur recens congregationis ſeparatio, propter aliquam ſententiarum diverſitatem, quæ, cùm fuerit inveterata, Hæreſis vocatur.* Sed non videtur admodum veriſimile, ut hæc inter ſe differant vetuſtatis & novitatis diſcrimine. Illud potiùs magis congruit, ut ſchismate poſſint homines laborare, qui tamen eandem fidem retineant, ut in Papatu ſæpiùs contigit. Illud interim minimè tacendum, Auguſtinum facere odium contra proximum, cauſſam ſchismatis. Ejus vero odii quatuor capita poſſunt oſtendi: nimirum quòd homines inter ſeſe quoad principia non conſentiant: & idcirco Paulus optabat, ut Corinthii aptati & juncti eſſent in eadem mente. Deinde in iis nonnunquam diſcrepant, quæ deducuntur & concluduntur ex principiis ideò ſubjicit Apoſtolus, ut conjungantur in eadem, γνώμῃ. Fit etiam quandoque, ut, licèt conveniant mente & ſententia, adeò tamen quidam ſint amantes locutionum ſuarum & formularum dicendi, easque tam mordicus retineant, ut potiùs à fratribus velint ſeparari, quàm eas deſerere: idcirco Paulus optabat ut idem loquerentur. Poſtremò, ideò ſe fratres odio habent, quòd alii alios ſibi præficiant: ut apud Corinthios accidit, quorum alii dicebant, I. Corinth. I. 12: Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλὼ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, & unusquisque eos oderat, qui ſuo præfecto non adhærebant. His præmiſſis facilè colligitur, quid ſit *Schiſma*, nimirum: *Eſt ſeparatio congregationis ex odio fraterno, propter diverſitatem aut mentis, aut ſententiæ, aut locutionum, aut electionis præfectorum, quæ odium illud & procreant & augent.* Optatus Milevitanus, ſtatim poſt initium lib. I. pag. 33. de Schismate ſic ſcribit: *Antequam Chriſtus in cælum aſcenderet, Chriſtianis nobis omnibus ſuam per Apoſtolos pacem dereliquit. - - - - - Quæ pax, ſi, ut data erat, ſic integra inviolataq; manſiſſet, nec ab autoribus ſchiſmatis turbaretur: inter nos & fratres noſtros hodie non eſſet ulla diſſenſio: nec illi inconſolabiles Deo lacrymas facerent.* Et paulò pòſt, pag. 38: *Catholicam Eccleſiam facit ſimplex & verus intellectus, intelligere ſingulare ac veriſſimum Sacramentum, & unitas animorum. Schiſma verò, ſparſo coagulo pacis, diſſipatis ſenſibus generatur, livore nutritur, æmulatione & litibus roboratur, ut deſerta matre Catholica, impii filii dum foras exeunt, & ſe ſeparant à radice matris Eccleſiæ, invidiæ falcibus amputati, errando rebelles abſcedant.* Eodem libro, *Schiſma ſummum malum eſſe, & homicidio atque idololatriâ atrocius eſſe* contendit, adducto exemplo *punitionis Core, Dathan & Abiram, qui populos Dei primitus auſi ſunt ſcindere.* Et Chryſoſtomus, Homil. XI. in epiſt. ad Epheſios, pag. 822. hujus peccati gravitatem pluribus deſcribit. Inter alia dicit: Οὐδὲν οὕτω παροξύνει τὸν Θεὸν, ὡς τὸ ἐκκλησίαν διαιρεθῆναι. κἂν μυρία ὦμεν εἰργασμένοι καλὰ, τῶν τὸ σῶμα

αὐτοῦ

Digitized by Google

αὐτοῦ διατεμόντων οὐκ ἐλάττονα δώσομεν δίκην οἱ τὸ πλήρωμα κατατέμνοντες τὸ ἐκκλησιαστικόν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἐπὶ κέρδει τῆς οἰκουμένης ἐγένετο, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ διανοίας τοιαύτης. τοῦτο δὲ οὐδὲν οὐδαμοῦ τὸ χρήσιμον ἔχει, ἀλλὰ πολλὴν τὴν βλάβην. *Nihil Deum æquè irritat atque diviſam eſſe Eccleſiam. Etiamſi innumerabilia fecerimus bona, non minores quàm qui ejus corpus diſciderunt, pœnas dabimus, qui plenitudinem Eccleſiaſticam conſcindimus. Nam illud quidem factum eſt ad lucrum orbis terrarum, etſi non eo animo. Hoc autem nullam unquam habet utilitatem, ſed ex eo maximum promanat damnum.* Poſtea dicit, virum quendam ſanctum affirmaſſe, οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν, *ne ſanguinem quidem martyrii hoc peccatum delere poſſe.* His Chryſoſtomus hanc ſubjungit interrogationem: Εἰπὲ γάρ μοι, τίνος ἕνεκεν μαρτυρεῖς; οὐ διὰ τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ; ὁ τοίνυν τὴν ψυχὴν προϊέμενος ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, πῶς τὴν ἐκκλησίαν πορθεῖς, ὑπὲρ ἧς τὴν ψυχὴν ὁ Χριστὸς προήκατο; *Nam dic mihi, quam ob cauſſam es martyr? Annon propter Chriſti gloriam? Qui igitur pro Chriſto vitam profudiſti, quid popularis Eccleſiam, pro qua Chriſtus ſuam profudit animam?* Vide ibidem plura in hanc ſententiam graviſſimè dicta. Imò dicere non veretur, Schiſma ipſa hæreſi gravius eſſe peccatum. Λέγω καὶ διαμαρτύρομαι, ὅτι τοῦ εἰς αἵρεσιν ἐμπεσεῖν τὸ τὴν ἐκκλησίαν σχίζειν οὐκ ἔλαττόν ἐστι κακόν. Εἰπέ μοι, εἴ τις ὑπὸ βασιλεῖ τινι τυγχάνων, ἑτέρῳ μὲν βασιλεῖ μὴ πρόσθοιτο, μηδὲ δῷ ἑαυτὸν ἄλλῳ, αὐτοῦ δὲ ἐκείνου τὴν ἁλουργίδα λαβὼν καὶ κατασχών, ἀπὸ τῆς περόνης κατήνεγκεν ἅπασαν, καὶ διέῤῥηξεν εἰς πολλὰ ῥήγματα, ἆρα ἧττον ἂν τῶν ἑτέρῳ προσθεμένων ἐκολάσθη; Τί δέ, εἰ καὶ μετὰ τοῦτο αὐτὸν τὸν βασιλέα ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ κατασχὼν ἔσφαττε, κατὰ μέλος διασπαίνων αὐτοῦ τὸ σῶμα, ποίαν ἂν δίκην δοὺς, τὴν ἀξίαν ἔδωκεν; εἰ δὲ εἰς βασιλέα τὸν ὁμόδουλον τοῦτο ἐργασάμενος, πάσης ἂν μείζονα δίκης εἰργάσατο, ὁ τὸν Χριστὸν σφάττων καὶ διασπαίνων κατὰ μέλος, ποίας γεέννης οὐκ ἔσται ἄξιος; ἆρα ταύτης ἀπειλουμένης; οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἀλλ' ἑτέρας πολλῷ χαλεπωτέρας. *Dico & proteſtor, Eccleſiam ſcindere non minus eſſe malum, quàm in hæreſin incidere. Dic mihi, ſi quis alicui Regi ſubjectus, ad alium quidem non defecerit, neque ſe alicui Regi dediderit, ſed illius acceptam & detentam purpuram à fibula totam demiſerit, & in multa fragmenta diruperit, numquid minùs punietur, quàm qui ad alium defecerunt? Quid verò, ſi cum eo ipſum quoq; Regem jugulo apprehenſum interemiſſet, membratim diſcerpens ejus corpus, quamnam pœnam ſuſtinendo, pro merito puniretur? Si autem qui adverſus Regem, conſervum ſuum, hoc admiſiſſet, omni ſupplicio graviora patrâſſet: qui Chriſtum jugulat & membratim dilaniat, quam non merebitur gehennam? Hancne, cujus ſunt intentatæ minæ? Ego quidem non arbitror, ſed aliam longè graviorem.* Alia, quæ ibidem de ſchiſmate, & ejus gravitate occurrunt, attentè legantur. Sed tempus eſt, ut videamus, quis σχισματικὸς *ſchiſmaticus*, dici mereatur. Ergò, *ſi animorum, non opinionum diſſenſio fuerit, Schiſmaticos ejuſmodi homines, non hæreticos dices.* Illi Eccleſiæ concordiam lacerant, vel, ut Chryſoſtomum audivimus loquentem, τὸ πλήρωμα τὸ ἐκκλησιαστικὸν κατατέμνουσι. Baſilius M. epiſt. Canonica I. ad Amphilochium, pag. 578. *ſchiſmata* dicit eſſe, *quando propter cauſas quaſdam Eccleſiaſticas, & quæſtiones medicabiles diſſenſio eſt.* Σχίσματα ὠνόμασαν, τοὺς δι' αἰτίας τινὰς ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἰάσιμα πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντας. Exempli gratiâ: Σχίσμα, τὸ περὶ τῆς μετανοίας διαφόρως ἔχειν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. *Schiſma eſt, de pœnitentia diſſentire ab iis, qui ſunt ex Eccleſia.* Verba Baſilii etiam adducit Zonaras ad Can. VI. Concilii Conſtantinopolitani. Idem ad Can. XXXIII. Concilii Laodiceni, pag. 351: Σχισματικοὶ λέγονται οἱ περὶ μὲν τὴν πίστιν καὶ τὰ δόγματα ὑγιῶς ἔχοντες, διά τινας δ' αἰτίας ἀποσχίζοντες καὶ ἀντισυνάγοντες. *Schiſmatici dicuntur, qui circa fidem quidem & dogmata ſani ſunt, ſed propter cauſſas quaſdam ſe ipſos ſegregant, & ſeorſim congregationes inſtituunt.* Vide Forbeſii Inſtruct. Theolog. lib. XIV. cap. I. Danæi Prolegomena de Hæreſibus, & confer vocem Αἱρετικὸς, num. II. item verbum Παρασυνάγω.

Σχολάζω.

Variæ hujus verbi ſignificationes ex Lexicis haberi poſſunt. Id unum hîc conſideramus, quid in Canonibus Conciliorum ſit σχολάζων ἐπίσκοπος & σχολάζουσα ἐκκλησία. Utrumque legitur Can. XVI. Concilii Antiocheni: Εἴ τις ἐπίσκοπος σχολάζων ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας, ὑφαρπάζοι τὸν θρόνον δίχα συνόδου τελείας, τοῦτον ἀπόβλητον εἶναι. *Si quis Epiſcopus vacans, in Eccleſiam vacantem ſe ipſum injiciens, arripuerit ſedem abſq; perfecta Synodo, hunc expellendum eſſe.* Ariſtinus in Synopſi hæc ita exprimit: Ὁ δίχα συνόδου τελείας, καὶ αὐτοῦ τοῦ μητροπολίτου ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν ἐπιπηδῶν, κἂν ᾖ σχολάζων, ἀπόβλητος. *Qui citra integram Synodum atque ipſum Metropolitanum in vacantem Eccleſiam invadit, quamvis ipſe munere vacet, ejiciendus eſt.* Eodem modo Symeon Magiſter in ſua Epitome. Quid utrumque ſit, Zonaras, & ex eo Balſamon ad hunc Canonem explicant: Ἐπίσκοπος σχολάζων, ἤγουν μὴ ἔχων ἐκκλησίαν. *Epiſcopus vacans, ſeu Eccleſiam non habens.* Σχολάζουσά ἐστιν ἐκκλησία, ἡ μὴ ἔχουσα ἐπίσκοπον. *Eccleſia vacans eſt, quæ Epiſcopum non habet.*

Σχολάριος.

Σχολάριοι erant cuſtodes Imperatoris, qui noctu ac diu in aula verſabantur, magnificentiæ & ornatus cauſsâ comitantes in publicum prodeuntem. In Photii Nomocan. Tit. XIII. cap. III. pag. 197: Ἐὰν στρατιώτης, ἢ σχολάριος, ἢ φοιδεράτος, ἢ ἄλλος ἔνοπλος ἐν ἐξπεδίτῳ διάγῃ, &c. *Si miles, vel ſcholaris, vel fœderatus, vel alius armatus agit in expeditione*, &c. Hæc petita ſunt ex Juſtiniani Novella CXVII. pag. 297. Libellus Synodicus in Conſtantinop. Synodo, ſub Conſtantino & Irene, narrat Synodum voluiſſe ἀναθεματίσαι εἰκονομάχους, *anathemate notare imaginum oppugnatores:* ὅπερ γενέσθαι οὐ συνεχώρησαν οἱ σχολάριοι. *Quod ut fieret, Scholares non permiſerunt.* Ibid. mox, ubi de Synodo Nicæna II. Οἱ γοῦν φιλόχριστοι βασιλεῖς καὶ θειότατοι, ἐξορίᾳ τοὺς σχολαρίους ἐπαίδευσαν. *Chriſti igitur amantes & diviniſſimi Imperatores, exilio ſcholares caſtigârunt.* Suidas: Σχολάριοι τρισχίλιοι πεντακόσιοι ἐπὶ φυλακῇ τοῦ παλατίου (ita enim lego, non πάλαντος) ἦσαν τεταγμένοι, ἀριστίνδην ἐπιλεχθέντες ἐξ Ἀρμενίων, οἷς συντάξεις ἀνέκαθεν πλείους, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ δημόσιον ἐχορήγει. *Scholares 3500. ad cuſtodiam Palatii erant conſtituti, ex optimatibus Armeniorum delecti, quibus antiquitus reſpublica majora ſtipendia, quàm cæteris omnibus ſuppeditabat.* Latinis ſunt *ſcholares*, ſic dicti à ſcholis militaribus. Sulpitius Severus de vita S. Martini, lib. I. cap. I. *Ipſe armatam militiam in adoleſcentia ſecutus inter ſcholares alas, ſub rege Conſtantio, deinde ſub Juliano Cæſare militavit.* Vide Gl. Meurſii.

Σχολαστικός.

Σχολαστικὸς & *Scholaſticus* varios habent uſus apud Autores.

I. *Scholaſticus* aliquando pro homine eleganti, omnium disciplinarum ſtudioſo, & ſtudiis cultuque liberaliore imbuto, & politis moribus ponitur, & *barbaro* opponitur. Sic Capitolinus in Maximino Juniore, in epiſtola Alexandri ad matrem: *Timeo, ne ſoror mea Græcis mundiciis erudita, Barbarum ſocerum ferre non poſſit, quamvis ipſe adoleſcens, & pulcher, & ſcholaſticus, ad Græcas mundicias eruditus eſſe videatur.* Sic B. Hieronymus in cat. ſcript. Eccles. *Serapion ob elegantiam ingenii cognomen Scholaſtici meruit.* Auguſtinus lib. de Dialectica: *Cùm Scholaſtici ſolùm propriè & primitus dicantur ii, qui adhuc in ſchola ſunt, omnes tamen qui in literis vivunt, nomen hoc uſurpant.* Walafridus Strabo *Prudentium* vocat *Hiſpaniarum Scholaſticum.*

II. Sumitur *pro diſerto, inque Oratoria arte exercitato.* Sulpitius Severus Dial. I. *Cùm ſis Scholaſticus, artificioſè facis ut excuſes imperitiam, qui exſuperas eloquentiâ.* Atque ita Gennadius Maſſilienſis, in libello de viris illuſtribus ait, Salvianum *ſcholaſtico & aperto ſermone* multa ſcripſiſſe. Imò Salvianus ipſe, prooemio operis ſui de gubernatione Dei: *Non id facere adniſi ſunt, ut ſalubres & ſalutiferi, ſed ut Scholaſtici & diſerti haberentur.*

III. Cùm autem præter Juris cognitionem facundiâ in advocatis & cauſſidicis opus ſit: hinc factum ut *Scholaſtici pro Advocatis* etiam nominarentur. Sic uſus Auguſtinus Tract. VII. in Johannem, quando ſcribit: *Qui habent cauſſam, & volunt ſupplicare Imperatori, quærunt aliquem Scholaſticum Juriſperitum, à quo ſibi preces componantur, ne fortè, ſi aliter petierint quàm oportet, non ſolùm non impetrent quod petunt, ſed & pœnam pro beneficio conſequantur.* Ita etiam uſus Macarius, Homil. XV. Locum produximus in voce Ἀρχάριος. Et Homil. XXVI. pag. 352: Ἐν τοῖς φαινομένοις τὰ γράμματα ἀτελεστά εἰσι, καὶ οὐδεὶς οἶδε τοῦτο, εἰ μὴ σχολαστικὸς ὁ μετρίως μαθὼν γράμματα. *Inter ea quæ ſubjacent oculis, literæ perfectionem aſſequi nequeunt: & nullus hoc ſcit, niſi ſcholaſticus ſufficienter in literis eruditus.* Ac in actis virginis Dorotheæ Theophilus nunc dicitur *ſcholaſticus*, nunc *advocatus*. Et lib. II. Cod. Theodos. de Concuſſ. advocat. *Præter ſolemnes & Canonicas penſitationes multa à provincialibus Afris indigniſſimè poſtulantur ab officialibus & Scholaſticis. Nec latet manſuetudinem noſtram, ſæpiſſimè ſcholaſticos ultra modum acceptis honorariis in defenſione cauſſarum omnium & annonas & ſumtus accipere conſueſſe.* In Concilio Sardicenſi Canon. X. dicitur σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, *ſcholaſticus de foro*, quaſi *forenſem cauſſidicum* dicas. Zonaras ad hunc Canonem, pag. 374. & Balſamon, 866. interpretantur, ὁ περὶ τοὺς λόγους σχολάζων, *qui Rhetoricæ & arti dicendi vacat.* Nimis generaliter. Intelligitur enim *advocatus*, quem Symeon Logotheta in Epitome Canonum, Can. IX. hujus Concilii, ἀγοραῖον σχολαστικὸν *forenſem Scholaſticum*, id eſt, *cauſſidicum*, interpretatur. Can. XCVII. Cod. Eccleſiæ Africanæ *petendum* ſtatuit *ab Imperatoribus, ut dent facultatem defenſores conſtituendi Scholaſticos,* Græcè ἐκδίκους σχολαστικούς. *Advocatos* intelligi, ex iis, quæ continuò ſequuntur, manifeſtum: *Qui in actu ſunt, vel in munere defenſionis cauſſarum.* Patet etiam ex titulo hujus Canonis, in quo ἔκδικοι σχολαστικοὶ vocantur diſertè *advocati*, Græcè Συνήγοροι. Sic Agathias, hiſtoricus & Poëta, qui, teſte Suida, Juſtiniano σύγχρονος fuit; erat σχολαστικὸς Σμυρναῖος, *ſcholaſticus Smyrnæus:* cauſſarum enim patrocinia ſuſcipere ſolebat. Ipſe Agathias, hiſt. lib. I. non *Smyrnam*; ſed *Myrinam*, patriam ſuam eſſe dicit. Et lib. III. ſe *advocatum* fuiſſe clarè teſtatur, quando ſcribit: Ἔγωγε ἥμενος ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ βιβλίδια πολλὰ δικῶν ἀνάπλεα καὶ πραγμάτων ἐξ ἑωθινοῦ μέχρι καὶ ἐς ἥλιον καταδύντα ἐκμελετῶ καὶ ἀνελίττω. *Ego certè ſedens in imperatoria porticu libellos multos, cauſſis & negotiis forenſibus plenos, à matutino ad veſpertinum uſque tempus meditor atque volvo.* Inde *conſcholaris* in Bleſenſi epiſt. LXXXVI. *in legibus & decretis quandoque te habui conſcholarem.*

IV. Per provincias quoque *Judices* dicebantur *Scholaſtici.* Sigebertus in Chronico: *Franco Scholaſticus Leodicenſium, & ſcientiâ literarum, & morum probitate claret.* Walafridus Strabo de reb. Eccles. cap. XXV: *Quales compoſuerunt Ambroſius, Hilarius, & Beda Anglorum pater, & Prudentius ſcholaſticus Hiſpaniarum.* Nempe, non tantùm prima ſignificatio, ſed & hæc quarta de Prudentio locum habere poteſt. Syneſius epiſt. CLV. & CLVI. ſcripſit *ad Domitianum ſcholaſticum*, ex quibus luculenter colligitur, eum fuiſſe judicem.

V. Σχολαστικὸς, *ſcholaſticus* propriè vocatur, qui ſe in fictis litibus exercet: qui in ſcholæ umbra tantùm manet, nec in fori lucem ſe confert, aut veris litibus tenetur. Ut apud Plinium epiſt. III. lib. II. *Annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantum eſt: quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim qui in foro, verisque litibus tenemur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus.* Similiter apud Hieronymum in epiſt. ad Pammachium de obitu Paullæ: *Meminiſſe te puto erroris mutui, quando omne Athenæum Scholaſticorum vocibus reſonabat.* Atque ab hac ſimplicitate etiam in contemtum & deriſum tales veniunt, apud vulgus præſertim: ut venuſtè dixerit Epictetus apud Arrianum libb. Diſſertationum, *ſcholaſticum eſſe animal, quod ab omnibus deridetur.* Ζῶον, οὗ πάντες καταγελῶσιν. Ita & noſtri hominem ineptum, imperitum rerum civilium, ἀρχαῖον καὶ εὐήθη vocant einen Schulfuchs, *vulpeculam ſcholaſticam*, & Galli *hominem de ſchola* per contemtum vocant: ut Bodidinus adverſarium ſuum ſatis contumelioſè appellavit. De hujus vocis ſignificationibus conſuli poſſunt Juſtelli Notæ ad Canonem XCVII. Eccleſiæ Africanæ, pag. 437: Rittershuſii Lect. ſacr. lib. II. cap. III. Gloſſarium Meurſii in hac voce: Adverſaria Lud. Delacerda, cap. XLII. §. 9. Etymologicum Voſſii in *Scholaſticus.*

Σώζω.

I. Σώζειν eſt *ſervare, ſalvum facere, ad vitam æternam perducere.* Veteres Gloſſæ: Σώζω, *ſalvo.* Ita frequentiſſimè accipitur in N. Teſt. Hinc Oecumenius, pag. 164. illud I. Petri IV. 18. ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, juſtus vix ſervatur, explicat, ὁ δίκαιος κόπῳ καὶ μόχθῳ τῆς σωτηρίας τυγχάνει. *Juſtus cum labore & defatigatione ſalutem conſequitur.* Ita ad Epheſ. II. 8: Τῇ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως. *Gratia eſtis ſalvati*

per

per fidem. Ubi Theodoretus, pag. 300 : Ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τούτων ἡμᾶς ἠξίωσε τῶν ἀγαθῶν. Ἡμεῖς δὲ μόνην τὴν πίστιν προσενηνόχαμεν· ἀλλὰ καὶ ταύτης ἡ θεία χάρις γεγένηται συνεργός. *Dei gratia nos his bonis dignata eſt. Nos enim ſolam fidem attulimus. Quin hujus etiam divina gratia fuit adjutrix.* Sic I. Timoth. II. 4: Θεὸς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, *omnes homines vult ſalvos fieri.* In hunc ſenſum Clemens Alex. Stromat. VI: Τὸ σώζεσθαι ἡμᾶς εὐάρεστον αὐτῷ. *Ei* (Deo) *acceptum eſt nos ſalvari.* Theodoretus ad locum Apoſtoli : Πάντας ἀπολαῦσαι βούλεται σωτηρίας. *Vult omnes ſalutem conſequi.* Illuſtris imprimis locus I. Timoth. IV. 16. ubi Paulus Timotheum hortatur: Ἔπεχε σεαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου. *Attende tibi ipſi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & te ipſum ſalvum facies, & eos, qui te audiunt.* Talis ſe ipſum ſervat. Theophylactus ad Apoſtoli locum, pag. 776 : Ὁ τοῖς τῆς διδασκαλίας ἐντρεφόμενος λόγοις, πρότερον αὐτὸς ὠφελεῖται, ἐν ᾧ ἑτέροις παραινεῖ, ἑαυτὸν κατανύσσων, ſcribendum κατανύων. *Qui in doctrinæ ſermonibus fuerit innutritus, prius quidem ipſe utilitatem accipit, dum alios adhortatur, ſe ipſum perficiens.* Idem ad II. Timoth. II. 6. pag. 810 : Ὁ διδάσκαλος οὐκ ἀνόνητα πονεῖ, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἀπολαύει τῶν οἰκείων ἱδρώτων, τοῦ Θεοῦ δαψιλῶς αὐτὸν ἀμειβομένου. *Præceptor non inutiliter laborat, verùm pro aliis ipſe fruetur ſuis ſudoribus, Deo abundè mercedem ei reddente.* Confer quæ dicta ſunt in voce Γεωργός, num. I. Dicit Apoſtolus, Σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου. Profectum & emendationem aliorum tuum facies lucrum. Caſſianus Collat. XXII. cap. I. pag. 546: *Duplices congregat quæſtus rerum ſpiritualium diſpenſator. Lucrum enim non ſolum in illius, qui audit, profectu, verùm etiam in ſua diſputatione conſequitur, non minùs ſemet ipſum ad deſiderium perfectionis accendens, dum inſtruit auditorem.* Sedulius ad Rom. II: *Quod cùm fit à Paulo;* in fide nempe parvulos confirmare; & *ipſe conſolationem capit, opus ſuum firmum & ſtabile videns; & ipſi conſolantur, quia Apoſtolicæ gratiæ ſunt participes.* In Conſtitut. Apoſtolicis : Ὁμολογήσαντες τὴν καλὴν ὁμολογίαν οὐ μόνον ἑαυτοὺς σώζομεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς νεοφωτίστους βεβαιοῦμεν. *Si bonam confeſſionem fuerimus confeſſi, non ſolùm nos ipſos ſervamus, ſed etiam recens baptizatos confirmamus.* Proverb. IX. 12. Υἱὲ, ἐὰν σοφὸς γένῃ σεαυτῷ, σοφὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον. *Fili, ſi tibi ipſi fueris ſapiens, eris etiam ſapiens proximis.* Varro de re Ruſticâ lib. III. cap. V. *Opinor non ſolum quod dicitur, Malum conſilium conſultori eſſe peſſimum, ſed etiam bonum conſilium ei qui conſulit, & qui conſulitur, bonum habendum.* Seneca ad Lucilium epiſt. XXXVI : *Facies rem utiliſſimam tibi, ſi illum quàm optimum feceris.* Epiſt. LXXXIII: *Nemo non, dum alteri prodeſt, ſibi profuit.* Non his diſſimili modo Baſilius M. Homil. in martyrem Julittam : Ὁ ὑπὲρ τῆς τοῦ πλησίον ἁμαρτίας ἀποστάξας δάκρυον, ἑαυτὸν ἐξιάσατο δι᾽ ὧν τὸν ἀδελφὸν ἀπωδύρατο. *Qui propter proximi peccatum lacrymas fuderit, ſe ipſum ſanavit per ea, quibus fratrem deflevit.*

II. Σώζω idem ſignificat quod compoſitum. διασώζω, *incolumem perduco in, vel ad aliquem locum.* Heſychius: Σώζει, διασώζει. Ita Actor. II. 40: Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. *Servamini,* ſive *ſervate vos* (recedendo ſcilicet, vel ſeparando vos) *à prava generatione iſta.* Cui affine illud, ἐκ μάχης σώζεσθαι. Plato : πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; *quomodo è pugna incolumis evaſiſti?* Herodianus lib. VII: Οἵτινες ἐσώθησαν ἐκ τῆς μάχης. *Qui è pugna incolumes evaſerunt.* Jeremiæ XXX. 10. *Servabo te à longinquo, & ſemen tuum è terra captivitatis ipſius.* Græcè : Ἐγὼ σώσω σε ἐκ γῆς μακρόθεν, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν. Pro eo quod eſt, *ſervabo eos reducendo è terra,* &c. Ita II. ad Timoth. IV. 18. Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον, verti debet, *ſalvumque perducet me ad regnum ſuum cæleſte.* Neque enim clarè plenèque ſatis aut Vetus, *ſalvum faciet,* aut Tigurinus, *ſervabit in regnum ſuum cæleſte,* ſive *regno ſuo cæleſti,* ut Beza & Piſcator: aut Caſtalio etiam, *ad regnum ſuum cæleſte conſervabit.* Nec aliter exteri. Sic enim Herodotus lib. IV. pag. 160: Σωθέντος ἐμοῦ ὀπίσω ἐς οἶκον τὸν ἐμόν. *Ubi domum meam ſervatus fuero,* id eſt, *ſalvus rediero.* Et lib. VIII. pag. 311. Σωθῆναι εἰς Αἴγιναν, *ſalvum perveniſſe Æginam.* Iterum lib. VII. pag. 291: Οὕτω σωθῆναι λέγουσι Ἀριστόδημον ἐς Σπάρτην. Valla rectè interpretatur: *Hunc in modum Ariſtodemum Spartam rediiſſe ſoſpitem ajunt.* Apud eundem ἀποσώζεσθαι εἴς τινα τόπον, *ſalvum & incolumem in aliquem locum pervenire.* Sic enim lib. VII. pag. 290. ἀποσωθῆναι ἐς Σπάρτην. Valla: *Salutem ſibi parare Spartam verſus.* Meliùs: *Cùm inde Spartam incolumes ſalvique pervenire poſſent.* Lib. VIII. pag. 317. ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην, *ſalvum perveniſſe in Aſiam.* Plato Gorg. Ἐὰν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ. *Si ab Ægina hunc ſalvum perduxerit.* Apud Sophoclem Philoctetes :

— Οὐδεὶς θέλει σῶσαί μ᾽ ἐς οἶκον —

Ubi Scholiaſtes ; Ἀποφέρειν εἰς τὴν πατρίδα. *In patriam hinc evehere.* Verùm alia volunt iſta verba, nempe, *Incolumem nemo vehere vult iſthinc domum.* Iſocrates in Evagora: Διαφυγὼν δὲ τὸν κίνδυνον, καὶ σωθεὶς εἰς Σόλους. *Cùm periculum effugiſſet, Soloſque eſſet ſervatus,* id eſt, *incolumis perveniſſet.* Plutarch. de Socrat. genio : Φιλόλαος μὲν εἰς Λευκανοὺς φυγὼν, ἐκεῖθεν ἐσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους. *Philolaus quidem ad Lucanos fugiens, inde ad reliquos amicos ſuos ſervatus eſt,* id eſt, *ſalvus pervenit.* In his ergo eſt Syllepſis, quâ una voce duæ comprehenduntur ſignificationes. Cujuſmodi locutiones in contextu ſacro ſatis frequentes. Hujus commatis ſunt illa Geneſ. XVIII. 6. ubi Abraham Saræ, מהרי, *feſtina tria ſata,* id eſt, *cum feſtinatione apparato,* vel, *feſtina & para,* uti v. 7. dicitur, *feſtinavit apparare,* cap. XXXVIII. 9. *Corrumpebat ſemen ſuum in terram,* dejiciendo ſcilicet. Pſal. LXXXIX. 44. *Profanaſti,* dejiciendo ſcilicet, *coronam ejus in terram.* II. Samuel. II. 22. dicit Abner Haſaëli: *Quare percuterem te ad terram,* id eſt, ut Junius & Tremellius, *Quare percutiens* ſternerem *te in terram?* Alia exempla ſatis ſunt obvia. Vide Adverſ. Gatakeri cap. XXXI. & confer verbum Διασώζω, num. I.

Σωλέας.

Σωλέας, *ſolea* erat in Templis Græcorum Bemati Ambonique proxima. Colligitur ex Codino, cap. XVII. de Officiis : Καὶ κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέντοι, ὅπερ ἀνῆλθεν, ἤγουν τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν, καὶ τὸ ἅγιον βῆμα. *Deſcenditque Imperator ex Ambone; non ea parte, qua aſcendit, eâ ſcilicet, qua ad ſpecioſas portas reſpicit, ſed ex*

Digitized by Google

ex altera ſolea & ſancto tabernaculo obverſa. Idem: Ὁ δὲ πατριάρχης πλησίον τοῦ σωλέου ἱστάμενος καὶ αὐτὸς ἀναγινώσκει ἑτέραν αὖθις εὐχήν. *At Patriarcha, prope ſoleam ſtans, & ipſe recitat aliam orationem.* Et in originibus de templo Sophiæ: Juſtinianus Imperator: Ἐποίησε τὸ κιβώριον, καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰ σήθεα τοῦ θυσιαστηρίου ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτά, τὸ δὲ μῆλον, καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα, τὸν δὲ ἄμβωνα, καὶ τὸν σωλέα χρυσοῦ. *Confecit Cibarium & columnas, & fulcra altaris ex argento deaurato; pomum & lilia cum Cruce Ciborii ex auro; Ambonem item & ſoleam ex auro.* Cedrenus: Ἡ τροῦλλα τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας φυρνικὴ οὖσα ἔπεσε, τόν τε ἄμβωνα, καὶ τοὺς σωλέας ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντας συνέτριψε, καὶ εἰς χοῦν ἀπετέλεσε. *Trulla ſanctæ Dei magnæq; Eccleſiæ fornicata cum eſſet, lapſu ſuo Ambonem & ſoleas, qui ex onychite lapide erant, contrivit, & in pulverem convertit.* Materia, ex qua exſtructæ fuerunt tam Soleæ, quàm Ambones, loca Templi ſatis conſpicua fuiſſe innuit. Nam ex Cedreno, eam ex onychite, gemma, ex Codino, argento circumveſtitam à Juſtino Juſtiniani ſucceſſore habemus, quæ etiam anteà ex auro fuerat. At quænam eſt hæc *ſolea?* Meurſio eſt *ſolium*, ſeu *thronus.* Hoc non placet Gretſero in Codinum lib. III. cap. XII. Vult enim aliquid aliud eſſe, idque patere ſatis affirmat ex Curopalata & Cantacuzeno, qui διέρχεσθαι τὸν σωλέαν, *pertranſire ſoleam*, & εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν σωλέαν, *ingredi in ſoleam*, dicant; quæ throno ſeu ſolio accommodari non poſſint. Si petas ab ipſo, quis ſit? reſpondet, fuiſſe locum ad orientem ſolem, contiguum Bemati, ſive tabernaculo. Chorum fuiſſe, illi minùs probabile eſt. De ſecundo non laboramus. De primo, ſexcenta alia Bemati contigua ad orientem ſolem fuerint, quæ tamen ſolea non erant. An pavimentum illud fuerit, quod ante ſacrarium jacet, vel pars illius, vel aliud intra chorum reliquo ſolo adjacente eminentiùs, non videtur veriſimile. Fruſtrà enim adderetur à Curopalata, vel Cantacuzeno, Imperatorem ſoleam pertranſire, cùm non poſſet, niſi per ſoleam, etiamſi voluiſſet, Patriarcham, qui ante Cancellos Bematis ſtabat, adire, pavimento illum totum locum occupante. Et partem pavimenti fuiſſe, materia ipſa precioſa, ex qua conficiebatur, quæ pedibus omnium calcanda eſſet, non ſinit, ut credam, inquit L. Allatius, & lapſu Trullæ ex ſolida materia factum, dum ſolo adhæret, comminutum, ita ut in tenuiſſimum pulverem abierit, non ita facilè eſt, quod in prominentibus & ſtantibus, non multo negotio, ſi pondera quæ comprimunt, grandia ſunt, contingere ſolet. Quare probabilior Cl. Meurſii opinio: & quæ in contrarium adducit Gretſerus, nihil probant. Quid enim vetat dicere, *pertranſire ſoleam*, &, *ingredi ſoleam*, etiam ſi ſolium ſit? in quacunque enim parte relinquatur, *pertranſiri* dicetur, &, ſi læva reliqueris, ut ab illis ponitur, *ingredi.* Vide Gl. Meurſii.

Σῶμα.

Σῶμα, *corpus* ſumitur

I. *Propriè*, & notat

1. Materiam illam proximam, quæ cum anima rationali, tanquam forma, conſtituit hominem. Hoc ſenſu Chryſoſtomus Homil. X. ad populum Antiochenum dicit: Τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον τὸ βραχὺ τοῦτο καὶ μικρὸν ἐκ τεττάρων συνέστηκε στοιχείων, θερμοῦ μὲν τοῦ αἵματος, ξηροῦ δὲ τῆς χολῆς τῆς ξανθῆς, καὶ ὑγροῦ μὲν τοῦ φλέγματος, ψυχροῦ δὲ τῆς μελαίνης χολῆς. *Breve hoc & parvum corpus noſtrum ex quatuor elementis conſlatum eſt; calido quidem, ſanguine, ſicco verò, bile flava, humido, pituitâ, frigido verò, atra bile.* Huc facit etiam illud Nyſſeni de Anima & Reſurrect. t. III. pag. 186: Οὐκ ἄλλο τι τὸ σῶμά ἐστιν, εἰ μὴ συνδρομὴ τῶν στοιχείων. *Non aliud quicquam corpus eſt, quàm concurſus elementorum.* Dionyſius Areopagita, cap. VII. Hierarch. Eccleſ. pag. 348. corpora vocat τῶν ψυχῶν ὁμόζυγα καὶ ὁμοπόρευτα, *animabus copulata & conjuncta.* Et Cyrillus Alexandrin. lib. V. cap. IV. in Joh. pag. 513. interrogat, τί ἂν εἴη τὸ ἐπίκηρον τουτὶ, καὶ ἀπὸ γῆς σῶμα; *Quid eſt fragile hoc, & ex terra formatum corpus?* & reſpondet, Σαπρία, καὶ σκώληξ, καὶ ἕτερον οὐδέν. *Putredo, & vermis, nec quicquam aliud.* Hoc corpus vocatur οἰκία ψυχῆς, *domicilium animæ*, à Chryſoſtomo, Homil. LXIX. in Matthæum, ab Euſebio, Præparat. Evang. lib. VII. pag. 186. Γεῶδες περίβλημα ψυχῆς, *terreſtre tegmen animæ.* Σῶμα eſt σῆμα. Theodoretus Θεραπευτ. ſerm. V: Ὁ Πλάτων ἐν τῷ Κρατύλῳ τὸ σῶμα σῆμα κέκληκεν ὡς ἐν τούτῳ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ τεθαμμένης. *Plato in Cratylo* σῶμα, hoc eſt, *corpus*, σῆμα, hoc eſt, *ſepulchrum vocat, tanquam anima in corpore ſepulta ſit.* Vide ibidem plura in hanc ſententiam. Cyrillus Jeroſol. Catech. IV. Illuminat. pag. 20: Ἐργαλεῖόν ἐστι τὸ σῶμα, καὶ ὥσπερ ἱμάτιον καὶ στολὴ ψυχῆς. *Corpus eſt inſtrumentum, & quaſi veſtimentum atque ſtola animæ.* Impia ergo Manichæorum ſententia apud Damaſcenum contra Manichæos, pag. 232. qui docuerunt, ἐκ τῆς μοίρας τοῦ ἀγαθοῦ γεγενῆσθαι τὰς ψυχάς, ἐκ δὲ τῆς οὐσίας τῆς κακίας τὰ σώματα, *ex providentia boni factas eſſe animas, ſed ex ſubſtantia mali corpora.* Si enim corpora ſunt animarum domicilia, tegmina, inſtrumenta, veſtimenta, &c. qui animarum eſt autor, idem etiam erit corporum. Hiſtoria creationis Adami hoc clariſſimè docet, & ſimul Manichæorum impietatem ſolidiſſimè refutat.

2. Huc referri poſſunt δεσμοὶ τοῦ σώματος. *Vincula corporis* eleganter pro vita in eo animam detinente dicunt Latini. Cicero in ſomnio Scipionis: *Qui ex corporum vinculis, tanquam è carcere, evolaverunt* Gennadius Scholarius περὶ προορισμοῦ, de Deo: Τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλέον περιμεῖναι τῇ παρουσίᾳ τῆς σαρκὸς ᾠκονόμησε τὸν δὲ θᾶττον ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος διετάξατο, κατὰ τοὺς τῆς ἀρρήτου σοφίας ἑαυτοῦ καὶ δικαιοσύνης λόγους. *Alium quidem diutiùs in carne verſari decrevit: alium verò citiùs vinculis corporis ſolvi ordinavit, juxta ineffabilis ſapientiæ & juſtitiæ ſuæ rationes.* Arnobius lib. II. dicit *nodos corporis.* Verba ejus ſunt: *Homo quamvis annis vivat innumeris, & nunquam nodis corporis eximatur.*

Hujus *corporis qualitates* conſiderantur

α. *reſpectu temporis præſentis.* Ita *Corpus*

a. *humile*, ſeu *vile*, σῶμα ταπεινώσεως, ad Philipp. III. 21. Ita autem vocatur, juxta Chryſoſtomum Homil. XIII. in hanc epiſtol. pag. 75. Ὅτι τεταπείνωται νῦν, ὅτι τῇ φθορᾷ ἐστιν ὑπεύθυνον, τῇ ἀλγηδόνι, ὅτι δοκεῖ εὐτελὲς εἶναι, καὶ οὐδὲν τῶν λοιπῶν ἔχειν τι πλέον, *quia nunc humile eſt, quia corruptioni eſt obnoxium atque dolori, quia vile eſſe videtur, neque aliquid amplius habere quam reliqua.* Theophylactus

ad

ad eundem locum, pag. 612. Διὰ τοῦτο ταπεινώσεως σῶμα, ὅτι φθορᾷ καὶ ἀλγηδόσιν ὑπόκειται. *Propterea humiliationis corpus eſt, quia corruptioni atq; doloribus ſubjectum.*

b. *Corruptioni obnoxium*, φθαρτὸν, 1. Corinth. XV. 53, 54. Chryſoſtomus Homil. in locum Matth. VII. 14. t. V. Edit. Pariſ. pag. 151. Τὸ σῶμα θνητόν ἐστι καὶ ἐπίκηρον, καὶ τοῖς ἐαρινοῖς προσέοικεν ἄνθεσιν· ὁμοίως γὰρ ἐκείνοις μαραίνεται, καὶ σβέννυται, καὶ φθορᾷ παραδίδοται. *Corpus eſt mortale, & facilè corrumpitur, atq; vernantium florum ſimillimum eſt: Sic enim, ut illi, marceſcit, extinguitur, & corrumpitur.* Idem Chryſoſtomus Hom. XXXIV. in Matth. pag. 237. ſeptem rationibus probat, utilem eſſe corporum noſtrorum corruptionem. 1. eſt, εἰ μὴ ἐφθείρετο τὰ σώματα, πρῶτον τὸ πάντων μεῖζον κακῶν ὁ τῦφος παρὰ πολλοῖς ἔμεινεν ἄν. εἰ γὰρ καὶ τούτου γινομένου καὶ σκωλήκων πηγαζόντων πολλοὶ θεοὶ νομισθῆναι ἐφιλονείκησαν, τί οὐκ ἂν ἐγένετο τούτου μένοντος; *Si non corrumperentur corpora, primò, arrogantia, omnium malorum maximum, omnium animos occuparet. Si enim, dum corpus corrumpitur, & vermes ex illo quaſi ſcaturiunt, plures pro diis haberi voluerunt, quid, quæſo, non fuiſſet factum, ſi corpus à corruptione maneret immune?* 2. Δεύτερον, οὐκ ἂν ἐπιστεύθησαν ἀπὸ γῆς εἶναι· εἰ γὰρ τοῦ τέλους μαρτυροῦντος, ἀμφισβητοῦσιν ἔτι τινὲς, τί οὐκ ἂν ὑπώπτευσαν, εἰ μὴ τοῦτο ἑώρων; *Secundò, non crederentur è terra eſſe: Si enim ipſo fine hoc teſtante, nihilominus quidam adhuc dubitant, quid non fuiſſent ſuſpicati, ſi hoc non vidiſſent?* 3. Τρίτον, σφόδρα ἂν ἐφιλήθη τὰ σώματα, καὶ οἱ πλείους σαρκικώτεροι καὶ παχύτεροι ἐγένοντο ἄν. *Tertiò, impensè diligerentur corpora, & pleriq; corpulentiores atq; craſſiores eſſent.* 3. Τέταρτον, οὐκ ἂν σφόδρα ἐπόθησαν τὰ μέλλοντα. *Quartò, exiguo futurorum deſiderio tenerentur.* 5. Πέμπτον, οἱ τὸν κόσμον ἀθάνατον εἶναι λέγοντες, μᾶλλον ἂν ἐβεβαιώθησαν, καὶ οὐκ ἂν ἔφασαν τὸν θεὸν εἶναι δημιουργόν. *Quintò, qui mundum æternum eſſe dicunt, in ſententia ſua confirmarentur, nec Deum creatorem eſſe aſſererent.* 6. Ἕκτον, οὐκ ἂν ἔγνωσαν τῆς ψυχῆς τὴν ἀρετὴν, καὶ πόσον ἐστὶ παροῦσα σώματι ψυχή. *Sextò, animæ præſtantiam non agnoſcerent, nec intelligerent, quantum ſit bonum conjunctio animæ cum corpore.* 7. Ἕβδομον, πολλοὶ τῶν ἀποβαλόντων τοὺς οἰκείους, τὰς πόλεις ἀφέντες, τὰ σήματα ἔμελλον οἰκεῖν, καὶ παραπλῆγες γίνεσθαι τοῖς νεκροῖς τοῖς αὐτῶν διηνεκῶς διαλεγόμενοι. *Septimò, multi qui ſuos amiſerunt, urbes deſerentes, ſepulchra inhabitaturi fuiſſent, & inſani fuiſſent facti cúmq; mortuis ſuis ſemper colloquerentur.*

c. *animale*, σῶμα ψυχικόν. Vide in voce ψυχικός.

d. *mortale*, Rom. VI. 12. θνητὸν σῶμα, *corpus mortale.* Ubi Theophylactus, pag. 57. Εἰπὼν, ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, ἔδειξε δύο ταῦτα· ἓν μὲν, ὅτι οὔτε τὰ ἡδέα τοῦ σώματος μόνιμα· θνητὸν γάρ ἐστιν· ὥστε οὐ δεῖ χαρίζεσθαι αὐτῷ ἐν τούτοις· οὔτε τὰ ἐπίπονα παραμένει· ὥστε οὐ δεῖ φεύγειν τὰ λυπηρὰ, καὶ τοὺς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀγῶνας. Δεύτερον δὲ, ὅτι ἀναμιμνήσκει ἡμᾶς, ὅτι ἡ θνητότης ἐξ ἁμαρτίας. *Cùm dixit*, in mortali corpore veſtro, *duo hæc indicavit: alterum, quòd neq; corpori ſuavia, ſtabilia ſint: morti ſiquidem eſt obnoxium: quare non eſt, cur in his talibus ei gratificemini: neq; difficilia & moleſta perpetuò manent: hinc triſtia haudquaquam ſunt fugienda, neq; certamina, quæ nobis adverſus voluptates ſunt ineunda. Alterum eſt, quòd nobis ad memoriam revocat, mortalitatem ex peccato eſſe.* De mortali corpore, non de veteri homine, etiam interpretatur Theodoretus, pag. 47. Dicit, ἅτε θνητοῖς ἔτι καὶ παθητὸν ἔχουσι σῶμα νομοθετῶν, σύμμετρα τῇ ἀσθενείᾳ νομοθετεῖ. *Ut adhuc mortalibus & patibile corpus habentibus leges ferens, ea ſtatuit, quæ imbecillitati congruunt.* Mox: Ἔδειξε τοῦ πολέμου τὸ πρόσκαιρον, θνητὸν τὸ σῶμα προσαγορεύσας. Τούτου γὰρ δεξαμένου τοῦ θανάτου τὸν ὅρον, παύεται καὶ τῶν παθημάτων ἡ προσβολή. *Oſtendit bellum non fore diuturnum, cùm corpus appellavit mortale. Hoc enim ubi mortis terminum acceperit, ceſſat etiam animi perturbationum inſultus.* Ita, quando idem Apoſtolus ad Rom. VII. 24. exclamat, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* rurſus intelligit corpus mortale, non veterem hominem. Ita accepit Theodoretus, pag. 59. θανάτου σῶμα καλεῖ, ὡς ὑπὸ τὸν θάνατον γεγενημένον, τουτέστι, θνητόν. *Mortis corpus vocat, ut obnoxium morti factum, hoc eſt, mortale.* Et Theophylactus, pag. 70. dicit intelligi σῶμα θανάτῳ ὑποκείμενον, *corpus morti obnoxium.* Minùs ergo accuratè loquitur Clemens Alexandrinus, quando Stromat. lib. III. pag. 433. ſcribit: Τὴν ὁμοφροσύνην τῶν εἰς κακίαν ὑποστενουμένων, σῶμα θανάτου τροπικῶς λέγει. *Eorum conſenſionem, qui abſtrahuntur in vitium,* corpus mortis *dicit tropicè.*

e. *eſt carcer animæ.* De carcere animorum, corpore videlicet, multa Socrates, & Ægyptiorum ſcita apud Platonem, & repetunt ex ejus dogmate Chriſtiani Philoſophi, ut Nemeſius in libro de Natura hominis, Æneas Platonicus, & alii Scriptores tum Gentiles, tum Chriſtiani. Prudentius Cathemerinωn Hymno X. pag. 68.

Ut dum generoſa caducis,
Ceu carcere clauſa ligantur,
Pars illa potentior extet,
Quæ germen ab æthere traxit.

Idem in Ἁμαρτιγενείᾳ, id eſt, *de origine peccati*, contra hæreſin Marcionis, circa finem, pag. 210.

Hæc ille ante obitum, membrorum carcere
ſeptus
Secedente anima, non diſcedente, videbat.

Theophridus Abbas ſermone de venerat. ſanctorum. *Ibi eſt habitatio, quam fidelium deſiderat intentio, qui Deum portant in mente, quamdiu tenentur in carnis carcere.* Mitiores verò alii, corporis hanc, quâ animam detinet, manſionem *antrum* vocârunt, ut Empedocles, cujus opinionem refert Æneas Gazæus in Theophraſto, pag. 8. his verbis: Ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης, τὸ αἰσθητὸν ἅπαν ἀτιμάσας, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κοινωνίαν μεμψάμενος, δεσμῷ τινι, καὶ οἷον ἐν σήματι (ſic enim legendum, non σώματι) θαπτομένην τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ὀλοφύρεται. Καὶ τὸν ἐν ἀπορρήτοις λόγον ἀποθαυμάζει λέγοντα, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐπειδὴ ἀφικόμεθα, γεγόναμεν. Καὶ τόδε τὸ πᾶν Ἐμπεδοκλῆς ἄντρον πεποίηκεν. Ἐν πολιτείᾳ δὲ Πλάτων μεταβάλλων σπήλαιον ὀνομάζει. Ἀμέλει καὶ τῶν δεσμῶν λύσιν, καὶ τοῦ σπηλαίου φυγὴν, τὴν ἐνταῦθα τῆς ψυχῆς ἔφη πορείαν. *In Phædone Socrates quicquid ſenſum habet, honore omni quaſi exſpoliat, & eam, quæ eſt animæ cum corpore conjunctionem ſic reprehendit, ut animam quaſi vinculis conſtrictam, atque in corpore, quaſi in quodam tumulo ſepultam conqueratur: tum vetus illud, quaſiq; myſterii loco habitum dictum probet*, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐπειδὴ ἀφικόμεθα γεγόναμεν, id eſt, *Quaſi in quodam carcere, poſtquam huc ventum eſt, fuimus. Quod Empedocles* ἄντρον, *Plato verò in lib. de Republ.* σπήλαιον *appellârunt. Quòd deniq; anima hinc emigrat, id aliud nihil eſſe, ait ipſe, quàm vinculis ſolvi, & ex antro effugere.* Alii *vincula*, δεσμὰ, dixere.

Vide ſuprà, num. I. 2. Alii tunicam aut indumentum. Nemeſius cap. III. Πλάτων μὲν οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀπορίαν οὐ βούλεται τὸ ζῶον ἐκ ψυχῆς εἶναι καὶ σώματος, ἀλλὰ ψυχὴν σώματι κεχρημένην καὶ ὥσπερ ἐνδεδυμένην τὸ σῶμα. *Plato quidem, etiam ob hanc conſilii inopiam & dubitationem, non vult hoc animal ex anima eſſe & corpore, ſed animam corpore utentem aſſerit, & quaſi corpore indutam ſeu veſtitam.*

β. *Reſpectu reſurrectionis & alterius vitæ.* Ita corpus fidelium futurum eſt.

a. *Spirituale*, πνευματικόν. De eo actum in voce Πνευματικός. num. I. 4. Illis hic pauca addimus. Vocatur σῶμα πνευματικὸν, quod ſcilicet informabitur quidem ab anima humana, nec in Spiritum convertetur, ſed tamen ductum ſpiritus Dei in omnibus ſequetur, & immediata Spiritus Sancti virtute in æternum conſervabitur, eritque immune ab omnibus affectionibus animalibus, & adminiculis, quibus in hac vita ad ſui conſervationem eget, atque ita, *non ſolum*; ait Auguſtinus lib. XIII. de Civitate Dei, cap. XX; *non erit tale, quale nunc eſt, in quavis optima valetudine; ſed nec tale quidem, quale fuit in primis hominibus ante peccatum, qui licet morituri non eſſent, niſi peccâſſent, alimentis tamen ut homines utebantur: nondum ſpiritualia, ſed adhuc animalia corpora terrena geſtantes.*

b. *Incorruptibile & immortale.* Vide in voce Ἀνάστασις, num. II. ſub. lit. *A.* 1. Theodoretus ad 1. Corinth. XV. 42. pag. 205. Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. Ἐν δύο γὰρ ἢ τρισὶν ἡμέραις τὴν δυσώδη φθορὰν ὑπομένει, ἀλλὰ τῆς φθορᾶς ἐλευθεροῦται, καὶ ἀνίσταται ἄφθαρτον. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. *Duobus enim vel tribus diebus ſuſtinet fœtidam corruptionem, ſed liberatur à corruptione, & à corruptione alienum reſurgit.* Theophylactus in idem caput, pag. 312. 313. ad v. 53. Σημείωσαι τὰς ῥήσεις ταύτας κατὰ τῶν λεγόντων, ὅτι οὐ τὰ αὐτὰ σώματα ἐγείρονται, ἀλλ᾽ ἕτερα. τὸ φθαρτὸν γάρ, φησι, τοῦτο· καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ, τοῦτο δεικτικῶς. Ὥστε τὸ μὲν σῶμα τὸ αὐτὸ μένει (αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ ἐνδυόμενον.) ἡ δὲ θνητότης καὶ ἡ φθαρτότης ἀφανίζεται, ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας περιχεούσης αὐτήν. *Obſerva verba hæc adverſus eos, qui dicunt, non eadem corpora reſurgere, ſed alia.* Corruptibile enim hoc, *inquit*, & mortale hoc, *non aliud, ſed*, hoc, *cum demonſtratione. Itaq; corpus quidem idem manet, (ipſum enim eſt quod induitur) mortalitas autem & corruptibilitas aboletur & evaneſcit, immortalitate & incorruptibilitate ipſum cingente.* Vide præterea in Ἀνάστασις, num. II. ſub lit. *B.* ubi de *Reſurrectionis univerſalis ſubjecto limitato* agitur.

II. *Impropriè*, & notat,

1. *Hominem* ipſum. Græci σῶμα, *corpus* pro *homine* ipſo, præcipuè ubi de *ſervis* loquuntur, uſurpant. Demoſthenes Philipp. III. Τριήρεις γε, καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία. *Triremes, corporumq; multitudo, & pecuniarum reditus, reliquiq; apparatûs copia immenſa.* Ariſtoteles in narrat. mirand. refert Iberos, gentem κατάγυιον, ἀντὶ ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα ἄῤῥενα, *pro uno corpore fœmineo quatuor aut quinq; maſcula mercatoribus permutare.* Unde veteres Gloſſæ: Σωματέμπορος, *venalitius, mango.* Euſtathius ad Odyſſ. α. ἀνδραποδοκάπηλος, καὶ μεταβολεὺς ἀνδραπόδων. Et Strabo lib. XIV. σωματεμπορεῖν, *corpora nundinari.* Alii tamen ibi, p. 460. diviſis legunt vocibus, σώματ᾽ ἐμπορεύτες: ſed malè. Vide Lexicon noſtrum in σωματεμπορέω. Sic Athenæus lib. V. ex Moſchione refert, molis ſtupendæ navigium traxiſſe Archimedem, δι᾽ ὀλίγων σωμάτων, id eſt, *paucarum ſervorum ope.* Epiphanius in Ancorato: Ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν. Δεσπότης, φησὶν, ἑκατὸν σωμάτων, ἀλλ᾽ ὡς ψυχὰς ἐχόντων. *Servos uſus communis corpora vocare conſuevit. Centum, inquit, dominus eſt corporum; cùm illa animas tamen habeant.* Rationem addit paulò argutiorem, pag. 493. Ἐπειδὴ ἡ δεσποτεία τῶν ἀνθρώπων σωμάτων κυριεύει, ἀλλ᾽ οὐ ψυχῶν, διὰ τοῦτο τοὺς δούλους εὐλόγως σώματα ἐκάλεσαν σὺν ψυχῇ, ἵνα δείξῃ τὴν χρῆσιν τῶν σωμάτων. *Quandoquidem dominium in corpora, non in animas, habetur, ideò ſervos rectè corpora vocarunt, ut corporum uſum deſignarent.* Et favet quidem opinioni iſti illud Ariſtophanis in Pluto:

Τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.

Jus corporis non illi, qui illud poſſidet,
Sed ei, qui precio eſt mercatus, conceſſerit.

Nec tamen ea videtur formulæ hujuſce ratio, cùm aliis *animæ* contrà pro iiſdem dicantur; atque ita ferè Epictetus apud Stobæum Serm. V. qui eſt de Temperantia, pag. 72. Ἄτοπον γὰρ ὀλίγαις στιβάσι πολλὰς δουλεύειν ψυχάς. *Dedecet enim paucis toris, quibus accumbitur, multas animas inſervire.* Nec *corporis* tantùm, ſed *animæ* uſum etiam habent fructùmque percipiunt domini, & ab eis præſertim, qui artificio aliquo inſignes ſunt, ſervis. Sed nec probabile videtur, quod Magius; ideò *corpora ſervos dici, quia in noſtro ſunt dominio, quomodo corpus, quod ſolum noſtrum eſſe ex Philoſophorum quorundam ſententia Servius ad Æneid. lib. VI.* quaſi non & anima noſtra ſit. Quin nec de ſervis ſolis, licèt de iſtis creberrimè, ille loquendi modus uſurpatur, quo *corpus* pro *homine* ponitur. Siquidem de ſe Iolaus in Euripidis Heraclidis, verſ. 90.

Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην
Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ᾽ ἀκήρυκτον τόδε.

Nôſtis Iolaum, qui Herculi quondam adſtitit
Socius? neq; enim eſt incelebre corpus hoc.

Hoc eſt, non eſt *incelebris perſona hæc.* Et in eadem fabula, v. 529.

Ἡγεῖσθ᾽, ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε.

Deducite eò, ubi corpus hoc debet mori.

Hoc eſt, ubi me oportet mori: prout paulò pôſt ibidem, v. 547.

Σὺ δ᾽ οὐ δίκαιον κατθανεῖν ἄνευ πάλου.

At te eſt iniquum ſorte non miſſa mori.

Nec ſecus Sophocles Oedipo Rege, pag. 179.

------ Δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
Εἴληφα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ.

Malum ſtruentem, ò mulier, artibus malis
Hunc deprehendi corpus adverſus meum.

Id eſt, adverſus me. Verum potiùs illud eſt, quod adjecit Epiphanius ibidem: Εἴωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος. Et rurſus: Ἀπὸ τοῦ ἑνὸς εἴδους ὁ ἄνθρωπος ὅλος καλεῖται. *Homo duabus cùm conſtet partibus, animo & corpore, ſolent homines hominem ipſum ab harum altera nuncupare.* Sed fortaſſis à parte ſequiori ſervos ſæpiùs vocant, quia deterioris illi conditionis cenſeantur. At Hebræis familiare magis à parte altera, *anima* ſcilicet, appellare *hominem*; ut in voce Ψυχὴ monebimus. Non ergo audiendus Pollux, qui lib. III. cap. VII. dicit: Σώματα ἁπλῶς

Digitized by Google

ἁπλῶς οὐκ ἀνέωσεν, ἀλλὰ ζώματα δοῦλα. Vetat ſcilicet ſervos ζώματα ſimpliciter dicere, ſine adjecta voce δοῦλα. Quod autorum omnium, probatiſſimorum etiam, autoritati planè repugnat. Atque hæc ex Diſſertat. Cl. Gatakeri de novi Inſtrumenti ſtylo, cap. X. afferre libuit.

2. *Rem ſolidam, firmam & veram*, atque adeò *veritatem umbris legalibus figuratam*. Ita ſumitur vox σῶμα Coloſſ. II. 17. in his: Ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ. *Quæ ſunt umbra futurorum: corpus autem Chriſti.* Ad quæ optimè Theodoretus, pag. 355. Ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία σώματος ἐπέχει τάξιν, ὁ δὲ νόμος σκιᾶς. Προλαμβάνει δὲ ἡ σκιὰ τὸ σῶμα, ἀνίσχοντος τοῦ φωτός. ὡς εἶναι σκιὰν μὲν τὸν νόμον, σῶμα δὲ τὴν χάριν, φῶς δὲ τὸν δεσπότην Χριστόν. *Evangelica vitæ ratio locum obtinet corporis, lex verò umbræ. Umbra autem præcedit corpus, oriente luce: ita ut ſit umbra quidem lex, corpus verò gratia, lux autem Chriſtus Dominus.* Et Theophylactus, pag. 654. Τὰ μὲν παλαιὰ σκιά εἰσι· τὸ δὲ σῶμα, τουτέστιν, ἡ ἀλήθεια, Χριστοῦ. *Veteris Teſtamenti res, ſunt umbra: corpus autem, id eſt, veritas, Chriſti eſt.* Eodem modo ſumitur adverbium σωματικῶς ad Coloſſ. II. 9. de quo in Σωματικῶς. Huc etiam referri queat, quòd quidam *Angelis*, imò *ipſi Deo corpus* tribuerunt, de quo in voce Ἄγγελος, num. 4. ſub lit. *A. b.*

3. *Veterem hominem*, repugnantem ſpiritui, ſeu vitioſitatem, quæ nobis naturâ inhæret. Ita ſumitur ad Rom. VIII. 13. Εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε. *Si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Ubi Theodoretus, pag. 63. Οὐκ εἶπε, τὸ σῶμα θανατώσατε, ἀλλὰ τὰς πράξεις τοῦ σώματος, τουτέστι, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, τὰ τῶν παθημάτων σκιρτήματα. *Non dixit*, corpus mortificate, *ſed facta* corporis, *hoc eſt, prudentiam carnis, affectionum inſultus.* Hæc vitioſitas vocatur etiam Rom. VI. 6. σῶμα τῆς ἁμαρτίας, *corpus peccati*: ubi Theophylactus, pag. 55. Τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τουτέστιν, ἤτοι ἡ ἀπὸ διαφόρων μερῶν συγκειμένη κακία, καὶ ὥσπερ ἐν σῶμα οὖσα, ἢ καὶ τὸ σῶμα ἡμῶν τὸ ἁμαρτητικόν. *Corpus peccati, id eſt, ſive vitium ex variis partibus compoſitum ac tanquam in unum corpus coaleſcens, ſive corpus noſtrum ad peccandum proclive.* Oecumenius ad eundem locum ex Photio, pag. 292. Τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, περιφραστικῶς αὐτὴ ἡ ἁμαρτία, τουτέστιν, ὅλη δι' ὅλου ἀργὴ καὶ ἄχρηστος τὸ λοιπὸν χρηματίζουσα. Corpus peccati, *per circuitionem ipſum peccatum, id eſt, totum prorſus otioſum & deinceps inutile nominatum.* Vel, juxta ipſum Oecumenium, ibid. pag. 291. ſic vocantur αἱ κακαὶ πράξεις, *malæ actiones.*

4. *Omnem rem creatam.* Sic accipienda illa Chryſoſtomi, Homil. II. t. V. pag. 6. Ἄνθρωπός ἐστι τὸ μέγα ζῶον καὶ θαυμαστὸν, καὶ τῆς κτίσεως ἁπάσης τῷ θεῷ τιμιώτερον, δι' ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλαττα, καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν τῆς κτίσεως σῶμα. *Homo eſt magnum illud & admirandum animal, quod omni aliâ creaturâ apud Deum præſtantius, propter quem cœlum, & terra, & mare, & totum reliquum rerum creatarum corpus.*

5. *Totum libri vel tractatus contextum, totam orationis ſeriem.* Ita Cicero volumen appellavit σῶμα, lib. II. ad Atticum. epiſt. I. *Hoc totum σῶμα curabo ut habeas*, id eſt, omnes has oratiunculas in unum volumen, veluti corpus congeſtas. Quo ſenſu etiam utitur Latina voce in epiſt. ad Luceium: *A principio enim conjurationis uſque ad reditum noſtrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe, in quo*, &c. Et lib. II. ad Q. fratrem: *ſed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt Corpora) an utroſque, neſcio.* Ita σῶμα ἐπιστολῆς eſt *tota epiſtolæ ſeries, totus ejus contextus.* Chryſoſtomus, Homil. XLVII. t. V. pag. 315. in illud ad Rom. XVI. 3. *Salutate Priſcillam & Aquilam*, Homil. I. pluribus probat, in ſcriptura nihil eſſe fruſtra poſitum, ne ipſa quidem nomina propria, ac proinde omnia diligenter eſſe examinanda. Ibi inter alia dicit: Πῶς οὐκ ἄτοπον παρὰ φίλου μὲν ἐπιστολὴν δεχόμενον μὴ τὸ σῶμα τῆς ἐπιστολῆς ἀναγινώσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κάτω κειμένην πρόσρησιν, κἀκεῖθεν μάλιστα στοχάζεσθαι τὴν τοῦ γεγραφότος διάθεσιν· Παύλου δὲ γράφοντος, νομίζειν περιττόν τι εἶναι τῶν ἐγκειμένων; *Annon abſurdum eſt, eum quidem, qui epiſtolam acceperit ab amico, non corpus tantùm epiſtolæ legere, ſed etiam in fine poſitam ſalutationem, atque inde maximè ſcriptoris affectum conjicere: cùm verò ſcribat Paulus, ſupervacaneum aliquid eorum, quæ ibi ſunt, arbitrari?* Et mox: Τοῦτο καὶ τὰς αἱρέσεις εἰσήγαγε, τὸ μὴ βούλεσθαι ἅπαν ἐπιέναι τὸ σῶμα, τὸ νομίζειν εἶναί τι περιττὸν καὶ πάρεργον. *Hoc etiam hæreſes introduxit, quòd totum corpus nolimus perlegere, quodque ſuperfluum aliquid eſſe minuſque neceſſarium arbitremur.* Eodem modo utitur Clemens Alexandr. Stromat. lib. VI. pag. 680. Οἱ μὲν τὸ σῶμα τῶν γραφῶν, τὰς λέξεις καὶ τὰ ὀνόματα, περιβλέπουσιν· οἱ δὲ, τὰς διανοίας καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ὀνομάτων δηλούμενα διορῶσιν. *Alii quidem corpus ſcripturarum, nempe dictiones, & nomina, aſpiciunt: alii verò ſententias, & quæ à nominibus ſignificantur, pervident.* Ita etiam Σωμάτιον, quod vide.

Σωματεῖον.

Σωματεῖον ſignificat *corpus*, eo ſenſu, quo multitudo aliqua ſedes conjunctas habens, & iiſdem vivens legibus: *Collegium*: In Conſtitut. Eccleſ. Collect. ex lib. I. Cod. Tit. V. num. VII. Οἱ ἐν βουλαῖς, ἢ στρατείαις, ἢ σωματείοις ὄντες αἱρετικοὶ, καὶ χρηματικῶς καὶ σωματικῶς λειτουργοῦσι. *Qui ſunt in curiis vel militiis, vel collegiis hæretici: tam pecuniariis, quàm perſonalibus obligati ſunt muneribus.* Ibid. in Paratitlis ad Tit. V. in Bibl. Juris Canonici, pag. 1290. Μηδεὶς αἱρετικὸς ἀρχιγέρων, ἢ διοικητὴς σωματείου, ἢ τῶν ἐργασιωτῶν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινέσθω. *Nullus hæreticus Alexandriæ fiat archigeron, vel collegii, vel ergaſiotarum adminiſtrator.*

Σωματικῶς.

Σωματικῶς ſignificat *corporaliter, more eorum, quæ corporea ſunt.* Ad Coloſſ. II. 9. de Chriſto: Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. *In ipſo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* Σωματικῶς, id eſt, *verè & revera: inſeparabiliter & perſonaliter*, non tantùm effectivè, q. d. In aliis habitat Deus Spiritu ſuo, novam lucem & novos motus accendens; ſed in Chriſto habitat non ſolùm Spiritu, ſed etiam ita, ut perſonali unione humanæ naturæ divina τοῦ λόγου ſit unita. Nam σωματικῶς ſignificat *ſubſtantialiter* ſeu *perſonaliter.* Quia ut nunc *perſonam* dicimus, ita veteres Græci σώματα dicebant, ut in voce Σῶμα, num. II. 1. pluribus docuimus. Optimè Bullingerus noſter ad hunc Apoſtoli locum: Σωματικῶς, corporaliter *poſuit pro* verè ac propriè, *ſive* naturaliter. *Referimus id loquendi genus in Germana noſtra lingua*, Er iſts leibhafft, *cùm ſignificamus aliquem reverà adeſſe, de cujus adventu deſperaveramus. Non eſt ergo, quòd Deum credamus vel corporalem, vel in corpus converſum eſſe. Nam locutio eſt id omnino pollens, quaſi quis noſtrûm dicat, Non eſt opus aliis rebus ad perfectionem, revera enim omnis rerum divi-*

narum plenitudo & perfectio in Chriſto verè & naturaliter eſt, non uſurpativè, aut alieno more, ſed omninò proprio, cùm ſimul cum Patre ſit principium rerum omnium creatarum, Dominus potentiſſimorum ſpirituum Angelorum, & quicquid hic mundus magnificum potens, & excellens habet. Atque ita veteres ſummo conſenſu hoc ζωματικῶς ſunt interpretati. Theodoretus ad Apoſtoli locum, pag. 352. Σωματικῶς, τυτέςιν, ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι· ὐ γὰρ μερικήν τινα χάριν Μωςῆς παραπλησίως ἐδέξατο. θεὸς γάρ ἐςι καὶ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ὁρώμενον τῦτο πᾶσαν ἔχει ἡνωμένην τῦ μονογενῦς τὴν θεότητα. Corporaliter, *hoc eſt, tanquam in proprio corpore. Non enim particularem aliquam gratiam accepit, quemadmodum Moſes, Deus enim eſt & homo, & hoc quod cernitur unitam habet totam Unigeniti divinitatem.* Theophylactus, pag. 649. Σωματικῶς, τυτέςιν, ὐκ ἔςιν ἐνέργειά τις, ἀλλὰ ὐσία, καὶ ὡς σωματωθεὶς καὶ μία ὑπόςασις ὢν μετὰ τῦ προσλήμματος. Ἢ καὶ ὕτω, κατὰ τὸ ἅγιον Κύριλλον, ὡς ἂν ἐν σώματι ἐνοικήσῃ ψυχή. ἐνοικεῖ δὲ αὐτῃ σώματι ὐσιωδῶς, καὶ ἀδιαιρέτως, καὶ ἀφύρτως. Corporaliter, *hoc eſt, non eſt operatio quædam, verùm ſubſtantia, ac veluti incorporatus & una hypoſtaſis exiſtens cum aſſumta carne. Vel etiam hoc modo, juxta divi Cyrilli ſententiam, perinde ac in corpore immoratur anima: immoratur autem ipſa corpori eſſentialiter & indiviſibiliter, ac citra mixturam.* Oecumenius in epiſt. ad Coloſſenſes, pag. 690. *Deitas inhabitat* ὐ σχετικῶς, ἀλλ' ὐσιωδῶς, ὡς ψυχὴ ἐν σώματι, ὐ ψυχὴ γενόμενος τῷ σώματι, ἀλλ' ἐν σώματι ἐμψυχωμένῳ ἑνωθείς, ὃν τρόπον ἑνῦται ψυχὴ σώματι, *non relativè, ſed eſſentialiter, ut anima in corpore, non quòd ſermo factus ſit anima corpori, ſed in corpore animato unitus, quemadmodum anima corpori unitur.* Idem in cap. II. ad Coloſſ. pag. 695. Σωματικῶς, τυτέςιν, ὐσιωδῶς, ὐ σχετικῶς· καὶ ὡς ἂν οἰκήσῃ ἐν σώματι ψυχή, ὕτως ἐνῴκησε τῷ προσληφθέντι ἀνθρώπῳ. Πῶς δὲ ἐνοικεῖ ψυχὴ σώματι; δηλονότι ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως. Corporaliter, *id eſt, eſſentialiter, non relativè: & quemadmodum anima habitat in corpore, ita inhabitavit in aſſumto homine. Quomodo verò inhabitat anima in corpore? nempe non confuſè, indiviſibiliter.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CLXVI. lib. IV. pag. 507. Οἶμαι σωματικῶς εἰρῆσθαι, ἀντὶ τῦ ὐσιωδῶς. *Exiſtimo corporaliter dictum eſſe, pro eſſentialiter.* Paulus Epiſcopus Nemeſ. in Actis Concilii Epheſini, pag. 277. Σωματικῶς, τυτέςιν, ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι. *Corporaliter, id eſt, tanquam in proprio corpore.* Per ὐσιωδῶς etiam exponit Theophanes, Homil. LIII. pag. 364. Cyrillus Alexandr. lib. I. adv. Neſtorium, cap. VIII. pag. 28. Apoſtolus dixit σωματικῶς, ἵνα μὴ ἁπλῆν, ἤγυν σχετικὴν τὴν κατοίκησιν ὑποτοπήσειε τις, ἀλλ' ἀληθινήν τε, καὶ καθ' ὑπόςασιν, *corporaliter, ne quis ſimplicem, aut relativam inhabitationem eſſe exiſtimet, ſed veram & perſonalem.* Idem, Anathemat. V. adv. Theodoretum, pag. 221. Σωματικῶς, τῦτ' ἔςιν, ὐ σχετικῶς. *Corporaliter, id eſt, non relativè.* Athanaſius de ſuſcepta natura humana, t. I. pag. 601. Ἐν χριςῷ κατοικεῖ, τυτέςιν, ἐν τῇ ζαρκὶ αὐτῦ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· καθὼς καὶ εὐαγγελιςὴς Ἰωάννης λέγει, Ἡμεῖς ἐκ τῦ πληρώματος αὐτῦ ἐλάβομεν. Σωματικῷ γὰρ εἴδει, τυτέςιν, ὡς περιςερὰ ὤφθη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν. Ἐν ἡμῖν μὲν γὰρ ἀπαρχή, καὶ ἀῤῥαβὼν θεότητος κατοικεῖ, ἐν χριςῷ δὲ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. *In Chriſto inhabitat, id eſt, in carne ejus, omnis plenitudo Deitatis corporaliter: quemadmodum etiam Evangeliſta Johannes dicit, Ex plenitudine ipſius nos accepimus. In ſpecie enim corporea, hoc eſt, ut columba viſus eſt Spiritus Sanctus, deſcendens & manens ſuper ipſum.*

Σωμάτιον.

Veteres Gloſſæ, Σωμάτιον, *membrana.* Aliæ: *Membrana,* διφθέρα, σωμάτια. Macarius Homil. XXVI. pag. 342. Ὅλη ἡ φύσις τῦ Ἀδὰμ τρεπτή ἐςιν ἐπὶ τὸ καλόν, καὶ ἐπὶ τὸ κακόν, δεκτικὴ τῦ κακῦ, ἀλλ', εἰ θέλει, ὐκ ἀποτελεςική. ὥσπερ σωμάτιον γραφόμενόν ἐςι, διαφόρως θελήσας ἔγραψας, πάλιν ἀπαλείψας. δέχεται γὰρ τὸ σωμάτιον πᾶσαν γραφήν. *Tota Adæ natura mutabilis eſt tum in bonum tum in malum, capax mali, ſed, ſi vult, illud non perficit. Veluti membrana, in qua ſcribitur, variè, ut libuerit, in ea ſcripſeris, ac rurſum deleveris: recipit enim membrana ſcripturam quamcunque.* Aliam ſignificationem vulgata ſuppeditant Lexica.

Σωματοποιέω.

I. Σωματοποιέω eſt *aliquid velut in unum corpus cogo,* & facio, ut ζῶμα ſit, quod antè erat diſperſum atque disjectum. Ita uſurpat Origenes lib. I. contra Celſum, pag. 4. Πρότερον γὰρ ἐσκοπῦμεν ὑπομνημονεύσασθαι τὰ κεφάλαια, καὶ διὰ βραχέων τὰ πρὸς αὐτὰ λεγόμενα· εἶτα μετὰ τῦτο σωματοποιῆσαι τὸν λόγον. *Primùm enim conati ſumus ſingula capita perſtringere, & quæ adverſus ea dicerentur in compendium reducere: poſtea ſermonem veluti in unum corpus cogere.* Et lib. VI. pag. 306. Σχολάζειν τῇ βασάνῳ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ σωματοποιεῖν τὸν περὶ τῆς κακίας λόγον. *Sacris literis ſcrutandis incumbere, eaſq; de malitia loquentes in unum quaſi corpus colligere.*

II. Uſurpatur de myſterio Incarnationis, & ſignificat *Corpus facio* vel *paro.* Macarius Homil. IV. pag. 47. Ἐσωματοποίησεν ἑαυτὸν ὁ ἄπειρος καὶ ἀπρόσιτος καὶ ἄκτιςος θεός, διὰ ἄπειρον καὶ ἀνεννόητον χρηςότητα. *Infinitus, & inacceſſus, & increatus Deus, per infinitam & incomprehenſibilem bonitatem ſuam corpus aſſumſit, vel corpus ſibi fecit.* Et mox: Δι' ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν μεταμορφύμενος σωματοποιεῖ ἑαυτόν. *Propter benignitatem & humanitatem, mutatâ figurâ, ſe ipſum corporeum reddit.* Homil. Eadem, pag. 51. de apparitionibus Filii Dei ſub Veteri Teſtamento ſic ſcribit: Πάντα αὐτῷ εὐχερῆ ἐςιν, ἃ βύλεται, καὶ ὡς θέλει μικρύνων ἑαυτὸν σωματοποιεῖ, καὶ μεταμορφῦται ἐμφανιζόμενος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, ἐν ἀπροσίτῳ δόξῃ φωτός, κατὰ τὴν πολλὴν καὶ ἄφραςον ἀγάπην φανερύμενος τοῖς ἀξίοις κατὰ τὴν αὐτῦ δύναμιν. *Omnia, quæ vult, ſunt ei perfacilia, & quando illi videtur, ſe ipſum demittendo incorporat & transformat, conſpicuum ſe exhibens diligentibus eum in gloria luminis inacceſſa: præ multa & inenarrabili dilectione apparens iis, qui digni ſunt, ſecundum ipſius virtutem.* Et aliquantò ſuperiùs: Πόσῳ μᾶλλον αὐτὸς ὢν ὡς θέλει, καὶ ὃ θέλει, διὰ χρηςότητα ἄφραςον, καὶ ἀγαθότητα ἀνεννόητον μεταβάλλει καὶ σμικρύνει, καὶ ἐξομοιοῖ ἑαυτόν, σωματοποιῶν κατὰ χώρησιν ταῖς ἁγίαις καὶ ἀξίαις πιςαῖς ψυχαῖς; *Quantò magis ipſe, qui eſt ut libet, & quod libet, benignitate ineffabili, & bonitate incomprehenſa auctus, ſe transmutat & demittit, atq; ſimilem animarum ſanctarum & fidelium ſe ipſum reddit, aſſumto, quoad fieri poteſt, corpore?* In ſacra etiam Cœna Chriſtus dicitur ſe ipſum ζωματοποιεῖν. Idem Macarius, Homil. eadem, pag. 51. Σωματοποιεῖ ἑαυτόν, ὁ χριςὸς καὶ εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Ὁ τρώγων τὸν ἄρτον τῦτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

Se

Digitized by Google

Se ipſum Chriſtus incorporat in eſcam & potum, ſicut ſcriptum eſt in Evangelio, Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, pag. 296. edit. Græco-Latinæ: Τὸν ἄρτον παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ σωματοποιήσασθαι αὐτὸν διὰ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν. *Panem Chriſtus noſter nobis tradidit in commemorationem corporationis* ſeu *incarnationis propter credentes in eum.*

III. Reperio adhuc aliam ſignificationem, quam ipſam quoque Lexicographi non obſervant. Σωματοποιέω ſignificat *fingo, formo, figuro.* Ita accipitur in ſequentibus Chryſoſtomi, Homil. CXIX. t. V. pag. 776: ubi ad locum Rom. IX. 14, 15: Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο. Τῷ γὰρ Μωϋσῇ λέγει, Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Τὴν φωνὴν ταύτην Παῦλος οὐκ ἐξ οἰκείου προσώπου ποιεῖται, ἀκολουθία γάρ ἐστι τῆς ἀντιθέσεως. Σωματοποιεῖ τοίνυν ἀντίθεσιν Παῦλος ἐκ προσώπου τῶν μαχομένων. *Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moſi enim dicit, Miſerebor cujus volo, & miſericordiam præſtabo ei, cujus miſerebor. Hæc Paulus non ex propria perſona dicit, eſt enim conſequentia oppoſitionis. Fingit igitur* ſeu *format oppoſitionem Paulus ex perſona adverſariorum.*

Σωματοπρεπής.

Non habent Lexica. Eſt *corpori conveniens*, id eſt, corporeus, corporalis, aut modo corporeo. Dionyſius Areopagita de div. Nominibus cap. IV. num. XII. pag. 477: Θεοπρεπῶς γὰρ τοῦ ὄντως ἔρωτος, οὐχ ὑφ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν λογίων αὐτῶν ὑμνουμένου, τὰ πλήθη μὴ χωρήσαντα τὸ ἑνοειδὲς τῆς ἐρωτικῆς θεωνυμίας, οἰκείως ἑαυτοῖς ἐπὶ τὸν μεριστὸν καὶ σωματοπρεπῆ καὶ διῃρημένον ἐξωλίσθησαν, ὃς οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ἔρως, ἀλλ' εἴδωλον, ἢ μᾶλλον ἔκπτωσις τοῦ ὄντως ἔρωτος. *Cum enim verus amor non à nobis ſolùm, ſed ab ipſis ſanctis ſcripturis, ut Deum decet, laudetur, vulgus hominum, cùm non percepiſſet illam uniformitatem, quam divinum nomen amoris ſignificat, convenienter ſibi ad amorem partibilem & corporeum atque diſtractum delapſum eſt, qui non eſt verus amor, ſed imago, vel potiùs lapſus à vero amore.*

Σωματόω.

Σωματόω idem eſt quod σωματοποιέω, *corpus eſſe facio, corporeâ naturâ induo.* Unde σωματοῦσθαι, *corporeum fieri, corpoream naturam induere*, ſeu *aſſumere.* Baſilius M. in cap. XIV. Jeſaiæ, pag. 1101: Οὐκ ἔστιν ἐν ὑποστάσει ἰδίᾳ, οὐδὲ οὐσιώδης αὐτοῦ καὶ σεσωματωμένη ἡ φύσις ἡ τοῦ καπνοῦ. *Non eſt in propria ſubſiſtentia, neque ſubſtantialiter in ſe ſubſiſtit natura fumi, neque corpore ullo conſtat.* De Incarnatione Chriſti à Patribus uſurpatur. Chryſoſtomus Homil. CV. t. V. pag. 697: Σωματοῦται ὁ Λόγος. *Verbum aſſumit carnem.* Athanaſius Orat. *Unum eſſe Deum*, t. I. pag. 665: Πῶς σαρκοῦται Θεός; πῶς σωματοῦται; *Quomodo Deus carnem aſſumit? quomodo corporatur?* Cydonius Orat. de contemnenda morte, pag. 15. Ὁ τὴν ψυχὴν σωματωθεὶς λόγος, πολλοῖς ἀτόποις ἐνέχεται. *Quæ ratio animam corpus eſſe ſtatuit, in multas incidit abſurditates.* Menologium in Januario: Ὤφθη ἐμφανῶς Θεὸς σωματούμενος. *Apertè viſus eſt Deus corporeâ naturâ indutus.* Latini Patres pro σωματοῦσθαι dicunt corporari. Lactantius lib. IV. cap. XXVI: *Deus namque, ſicut ſuperiùs expoſui, cùm conſtituiſſet hominem liberare, magiſtrum virtutis legavit in terram, qui & præceptis ſalutaribus formaret homines ad innocentiam, & operibus factiſque præſentibus juſtitiæ viam panderet, quâ gradiens homo, & doctorem ſuum ſequens, ad vitam æternam perveniret.* Is igitur corporatus eſt, *& veſte carnis indutus, ut homini, ad quem docendum venerat, virtutis & exempla & incitamenta præberet.* Nec primus hoc verbo locupletavit ſermonem Latinè-Chriſtianum Lactantius, ſed à Tertulliano uſurpatum accepit, cujus in libro de Carne Chriſti, cap. III. pag. 554. hæc ſunt verba: *Sed ideò, inquis, nego Deum in hominem verè converſum, ita ut & naſceretur, &* carne corporaretur: *quia qui ſine fine eſt, etiam inconvertibilis ſit, neceſſe eſt.* Et cap. VI. ejusd. libri, pag. 556: *Nullus unquam Angelus ideò deſcendit, ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut à morte reſuſcitaretur. Si nunquam ejuſmodi fuit cauſſa Angelorum* corporandorum, *habes cauſſam, cur non naſcendo acceperint carnem. Non venerant mori, ideo nec naſci.* Confer voces Ἐνσώματος, Ἐνσωματόω, Ἐνσωμάτωσις, Σαρκόομαι, Σάρκωσις. Quemadmodum verò ἐνσωμάτωσις eſt, *cùm animæ corporibus immittuntur*, & ἐνσωματοῦσθαι item σαρκοῦσθαι, ut ſuis docemus locis, eſt *corpori includi, in corpus*, tanquam in carcerem, *compingi atque detrudi*: ita eadem ſignificatione præſens verbum σωματοῦσθαι uſurpatum reperitur. Cyrillus Alex. lib. VI. in Joh. pag. 589: Ληρούντων ἐστὶ καὶ παραπαιόντων ἀληθῶς, τὸ λογίζεσθαι, πρὸ σωμάτων ἁμαρτῆσαι ψυχάς, σεσωματῶσθαί τε διὰ τοῦτο, καὶ εἰς τὸν δὲ τὸν περίγειον ἀφικέσθαι χῶρον. *Delirantium eſt & revera deſipientium exiſtimare, animas ante corpora peccâſſe, ideoque corporibus incluſas eſſe, & ad hæc loca terrena deveniſſe.* Ita Baſilius M. de vera Virginitate, t. I. pag. 712: Ἔτι καὶ μᾶλλον τοῖς πάθεσι τὴν ψυχὴν σωματοῦσι. *Magis ac magis animam perturbationibus ſuis corpori affigunt, includunt.*

Σωσίκοσμος.

Non habent Lexica. Quemadmodum σωσίοικος apud Heſychium eſt, ὁ τοὺς οἴκους σώζων, *qui domus ſervat*: ita σωσίκοσμος eſt, *qui mundum ſervat.* Photius apud Oecumenium in cap. I. epiſt. ad Coloſſenſes, pag. 692. paſſiones Chriſti vocat σωσίκοσμα πάθη, *paſſiones mundum ſervantes, mundo ſalutares.*

Σωτήρ.

Multi ſunt viri graves & docti: quod hic obſervâſſe ſufficiet; qui in ſcriptis & congreſſu pro Græco σωτὴρ, ſemper uſurpant *Servatoris* nomen, *Salvatoris* verò refugiunt. Quia videlicet Ovidium, Livium, alios è priſcis ſciunt *Servatoris* & *Liberatoris* vocabula, non *Salvatoris*, uſurpâſſe. Verùm ego in eorum potiùs concedo ſententiam, qui pertendunt, τὸν σωτῆρα minùs accuratè, imò malè *Servatorem* reddi, de Chriſto potiſſimùm, ac etiam de quovis alio. Suffragantur nobis veteres Gloſſæ, in quibus Σωτὴρ, *Salvator.* Item: *Salvator:* σωτήρ. Idem probat autoritas Ciceronis, lib. IV. contra Verrem: *Itaque eum non ſolùm patronum iſtius inſulæ, ſed etiam σωτῆρα inſcriptum vidi Syracuſis:* tum quò Verrem odioſiorem facit, adjicit: *Hoc quantum eſt? ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non poſſit.* Cur uno verbo exprimi non poteſt? Reſpondet Cicero: *Is eſt nimirum ſother, qui ſalutem dedit.* Tertullianus lib. de Carne Chriſti, cap. XIV. pag. 559. *ſalutificatorem vocat:*

Ergo jam, inquit, *non unus Deus, nec unus ſalutificator, ſi duo ſalutis artifices, & utique alter altero indigens.* Et in lib. de Reſurrectione carnis, cap. XLVII. pag. 585. ubi locum ex epiſt. ad Philippenſes III. 20. ita proponit: *Unde & ſalutificatorem noſtrum exſpectamus Jeſum Chriſtum.* Et lib. V. adv. Marcionem, cap. XV. pag. 797. in translatione verborum Apoſtoli I. Theſſal. V. 23: *Et omnes in uno voto conſtituit ſalutis, optans ut ſpiritus noſter & corpus & anima ſine querela in adventu Domini & ſalutificatoris noſtri Chriſti conſerventur.* Senſit ergo Cicero, ut eò redeamus, *ſervatoris* vocem σωτῆρ non eſſe adæquatam, quam non ignoravit: quippe ſe *Reipublicæ ſervatorem* vocavit Oratione pro Plancio. Tacitus Annal. XV. videns *ſervatoris* nomen non iſtud tam celſum nomen æquare, ſcripſit, Milichum *conſervatoris* ſibi nomen Græco ejus rei vocabulo aſſumſiſſe. Notatu digua verba Pauli Manutii ad ſuperiora Ciceronis: *Σωτὴρ Græcum nomen eſſe, & eum ſignificare*, qui ſalutem dedit, *ipſo conſtat interprete Cicerone: quo patet communis error eorum, qui Jeſum Chriſtum, cujus immortalia merita nullo ſatis uno verbo exprimi Latinè queunt*, Servatorem *appellant; aliud enim eſt* ſervare, *aliud* ſalutem dare: *ſervat is, qui, ne ſalus amittatur, aliqua ratione præſtat: ſalutem dat, qui amiſſam reſtituit.* Deinde, ut ad ipſum Chriſtum proprie accedamus. Chriſtus multos *ſervat*, qui alioqui in nihilum irent, quorum etiam *Servator* dici poteſt: at eos non *ſalvat*, nec eorum eſt *Salvator*; alioqui in æternum non perirent. *Servare* etiam Martiale verbum eſt, illius, qui quem occidere potuit in prælio, ei pepercit, ſed in ſervitutem pertraxit exutum libertate, ac civiliter mortuum. Qui ſic de altero meretur, propriè *ſervator*, alter ab eventu *ſervus*. *Servi* enim vel *à ſerviendo*, vel potiùs *à ſervando* dicti ſunt, quia *ſervati ſunt*, cùm jure belli poſſent occidi. Hanc ἐτυμολογίαν afferunt cùm Juriſconſulti, tum Donatus Adelph. act. II. Sc. I. & Iſidorus lib. IX. cap. IV. Item Auguſtinus de Civit. Dei. lib. IX. cap. XV. & Eucherius in Geneſin, lib. III. cap. XLVI. At Chriſtus plùs nobis tribuit Joh. XV. 15. *Non dicam vos ſervos:* plùs etiam ſibi. Quare de Chriſti beneficentia non parùm deterit, qui Chriſtum σωτῆρα, *Servatorem* interpretatur. Neque *ſalvator* antiquis inuſitatum. Porphyrius in Panegyrico Conſtantino dicto:

Undique pacatis ſalvator maxima rebus
Gaudia præſtabis. ——

Uſitatum Lactantio, viro eloquentiſſimo, ſanctiſque Patribus aliis, quorum teſtimonia afferre nimis longum foret. Et, ſi vel nemo uſurpâſſet, neceſſitati tantæ, quam agnoſcit Cicero, obtemperantes, æquiſſimo jure nos Chriſtiani uſurpare poſſemus. Quid ergo, cùm viri illuſtres, ut Camillus, aut dii, ut Jupiter, & Dioſcori, apud Strabonem lib. XVII. Athen. lib. VII. & paſſim, σωτῆρες appellantur, *ſalvatores* vertemus? Minimè verò. Vocentur *ſervatores, liberatores*, aut etiam æquiùs *ſoſpitatores*, quæ vox illi σωτὴρ gemina eſt. Unum addimus locum ex Euſebii demonſtrat. Evang. lib. IV. pag. 105. de Chriſto: Καθὸ ψυχῶν ἐμπαθῶν θεραπείαν ἐπαγγέλλεται, σωτὴρ καὶ ἰατρὸς εἰκότως ἂν λέγοιτο. *Quatenus animarum affectibus obnoxiarum ſanationem profitetur, meritò Salvator & medicus nominatur.* Ex eo autem, quòd vocatur σωτὴρ, ejus probatur Deitas. Theodoretus in cap. XLIII. Jeſajæ, pag. 106: Εἰ σωτήρ ἐστι, τῆς αὐτῆς φύσεώς ἐστιν, ἧς μόνης ἐστὶ τὸ σώζειν. *Si Salvator eſt, ejusdem eſt naturæ, cujus ſolius eſt ſalvare.* Vocatur σωτὴρ διὰ τὸ σώζειν τοὺς αἰχμαλώτους, *quia captivos liberat:* Macarius Homil. XXVI. pag. 360.

Σωτηρία.

I. Σωτηρία, ut ſatis notum, *ſalutem* ſignificat. Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. cap. VI. pag. 93: Ἡ τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴ, σωτηρίας ἐστὶν ἀρχή. *Liberatio à malis, eſt initium ſalutis.* Et quia ſolus Deus nos à malis liberare poteſt, hinc etiam ſalus ſoli gratiæ divinæ, non operibus noſtris adſcribenda eſt. Theodoretus in cap. III. Zephaniæ, pag. 874: Ἡ τῶν ἀνθρώπων σωτηρία μόνης ἤρτηται τῆς θείας φιλανθρωπίας. οὔτε γὰρ μισθὸν δικαιοσύνης ταύτην καρπούμεθα, ἀλλὰ τῆς θείας ἐστὶν ἀγαθότητος δῶρον. *Hominum ſalus ex ſola miſericordia Dei pendet. Neque enim hanc adipiſcimur ut mercedem juſtitiæ, ſed bonitatis divinæ donum eſt.* Idem in Epitome divin. decretorum, cap. XI. pag. 281: Σωζόμεθα, οὐ νόμῳ, ἀλλὰ τῷ οἴκτῳ τῷ θείῳ τῆς σωτηρίας τυγχάνοντες. *Salvamur, non lege, ſed miſericordiâ Dei ſalutem adipiſcentes.* Chryſoſtomus Hom. XXVIII. in epiſt. ad Romanos: Σὺ ἀπὸ φιλανθρωπίας ἐσώθης μόνης. *Tu ſolâ miſericordiâ ſalvatus es.* Idem Homil. I. in I. ad Corinth. pag. 285. ad cap. I. v. 1. Διὰ θελήματος Θεοῦ. Ὁ γὰρ Θεὸς τοῦτο ἠθέλησε τὸ οὕτως ὑμᾶς σωθῆναι· οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς κατωρθώσαμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ τὴν σωτηρίαν εὑρόμεθα. Per voluntatem Dei. *Deus enim hoc voluit, ut ſic vos ſalvi eſſetis. Nos enim nihil rectè egimus, ſed per voluntatem Dei ſalutem invenimus.* Idem Homil. III. in II. ad Timoth. ad cap. I. v. 16. pag. 341. Εἰ Ὀνησίφορος ἀπὸ ἐλέους σώζεται, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. φοβεραὶ γὰρ αἱ εὐθῦναι, φοβεραὶ καὶ πολλῆς δεόμεναι φιλανθρωπίας, ὥστε μὴ ἀκοῦσαι τὸ ῥῆμα τὸ φρικτόν. Οὐκ οἶδα ὑμᾶς οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. *Si Oneſiphorus miſericordiâ ſalvus fit, multò magis nos. Terribiles enim illæ pœnæ ſunt, terribiles & multâ egent miſericordiâ, ne horroris plenam ſententiam audiamus: Non novi vos qui iniquitatem operamini.* Theophylactus ad Epheſ. II. 5. pag. 513. Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. οὐ καμάτῳ καὶ ἔργοις ἰδίοις ἐσώθητε, ἀλλὰ χάριτι μόνῃ. ὅσον γὰρ ἐξ ἔργων, κολάσεως καὶ ὀργῆς ἄξιοι. Gratia eſtis ſalvati: *non labore & propriis viribus eſtis ſalvati, ſed ſolâ gratiâ: ad opera enim quod attinet, pœnâ & irâ digni eratis.* Idem ad Titum, cap. III. 5. pag. 855: Ἔσωσεν ἡμᾶς, οὐκ ἐξ ἔργων ὧν ἐποιήσαμεν, ἀντὶ τοῦ, οὔτε ἐποιήσαμεν ἔργα δικαιοσύνης, οὔτε ἐσώθημεν ἐκ τούτων, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ ἐποίησε. Salvos nos fecit, non ex operibus, quæ fecimus; *hoc eſt, neque fecimus opera juſtitiæ, neque per hæc ſalvati ſumus, ſed bonitas ipſius totum operata eſt.* Nec tamen propterea bonorum operum ſtudium eſt abjiciendum. Hinc Clemens Alex. ſtromat. lib. V. pag. 547: Χάριτι σωζόμεθα· οὐκ ἄνευ μέντοι τῶν καλῶν ἔργων· ἀλλὰ δεῖ μὲν πεφυκότας πρὸς τὸ ἀγαθὸν, σπουδήν τινα περιποιήσασθαι πρὸς αὐτό. δεῖ δὲ καὶ τὴν γνώμην ὑγιῆ κεκτῆσθαι, τὴν ἀμεταστρεπτον πρὸς τὴν θήραν τοῦ καλοῦ. *Gratiâ ſalvamur, ſed non abſque bonis operibus: ſed oportet quidem ad bonum aptos, ad id aliquod adbibere ſtudium. Oportet autem mentem quoque habere ſanam, & quæ nullâ retardetur pœnitentiâ à boni venatione.* Confer quæ habes in voce Ἔργον, num. II. 3. & in voce Πίστις, ubi *de Effectis*, ſub lit. *B. a.*

II. Cl. Meurſii in Gloſſario verba ſunt: *Σωτηρία. ſella.* Suidas: Ἕδραι λέγονται καὶ αἱ σέλλαι, σελλάρια, σωτηρίαι. *Et alibi rurſum:* Σέλλαι, σελλάρια, σωτηρίαι, ἕδραι. Hactenus ille. Sed, num hæc vera ſint, paucis videamus, præeunte nobis doctiſſimo Reineſio. In ἈΦ' ἑδρῶν ita Suidas: Ἀπὸ τῶν ἑδρῶν.

ἕδραι

Digitized by Google

ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι, σελλάρια σωτηρία. Portus vertit: A' *ſellis.* ἕδραι *enim dicuntur ſellæ: unde dicta ſellaria ſalus.* Cautè, quòd formulam veterem in ſiglis N. L. apponit, fateri volens, non liquere quid velit autor; malè verò, quòd addit, *ſic fortaſſe dictam eſſe ſalutem, quam quis inſidens equo ſellam habenti adeptus eſt.* Ἀπαίδευτος αὕτη ἡ γνώμη, & non una parte falſa. Suidas alio in loco ſic habet, non, ut Meurſius legit: Σέλλαι, σελλάρια, σωτήρια, ἕδραι. Ubi iterum Portus: *Sellæ. σελλάρια, parvæ ſellæ. ſervatoria N. L. ſedes.* Rectè hic Suidas. Hinc ergo emendamus ſuperiora, aliter diſtinguendo, & rectum caſum pluralem faciendo è recto ſingulari. σελλάρια, σωτήρια. Lectione vera conſtituta, expoſitio non amplius difficilis eſt: Ἕδραι ſunt *ſellæ, ſellaria, ſoteria.* Σελλάριον, σελλάριον diminutivâ formâ nomen eſt, & ſignificat *ſellam*, non *parvam ſellam*, ut explicat Portus. Σωτήρια locus Smyrnæ publicus, ubi *aſſellare*, id eſt, onus ventris deponere ſolebant; *latrinæ publicæ*, ad quas de via ſecedebant οἱ ἀφοδεύοντες, ἤτοι διαχωρήσαντες. Fortaſſe etiam alibi hoc nomine eæ appellabantur. Patet hoc ex Agathia Poëta & Hiſtorico, cujus epigramma triplex, εἰς Σωτήρια ἐν Σμύρνῃ, in Anthologia Græcorum, lib. IV. tit. XXVIII. εἰς πόλεις legimus, p. 500. & 501. quartum de re eadem ἀδέσποτον. Unum ex Agathianis in foricam à communi Smyrnæ extructam tale eſt:

Πᾶν τὸ βροτῶν σπατάλημα, καὶ ἡ πολύολβος ἐδωδὴ
  Ἐνθάδε κρινομένη, τὴν πρὶν ὄλεσσε χάριν.
Οἱ γὰρ Φασιανοί τε καὶ ἰχθύες, αἵ θ' ὑπὲρ ἴγδιν
  Τρίψιες, ἥ τε τόση βρώματος ἐξαπάτη;
Γίγνεται ἐνθάδε κόπρος. Ἀπωσεῖται δ' ἄρα γαστὴρ,
  Ὁππόσα πειναλέη δέξατο λαυκανίη.
Ὀψὲ δὲ γιγνώσκει τις, ὅτ' ἄφρονα μῆτιν ἀείρων
  Χρυσοῦ τοσσατίου τὴν κόνιν ἐπρίατο.

Omnis hominum luxus, & caro emtus cibus
  Hic ſecernitur, & priorem perdidit gratiam.
Phaſiani enim, & piſces, & in mortario
  Trita aromata, *& tanta ferculorum lenocinia*
Hic fiunt ſtercus. Expellit autem venter,
  Quicquid famelica gula ſuſcepit.
Sed ſerò quis agnoſcit, quòd ſtulto conſilio
  Pulverem, ſeu ſordes tanto auro emerit.

Rectè ad hæc notat Johannes Brodæus: Εἰς σωτήρια. *Cloacam, omnium Smyrnæ ſordium receptaculum.* Ad hanc igitur antiquitatis de Smyrnæ Soteriis particulam reſpexit Suidas, cùm ἕδρας, *ſellas familiaricas* interpretatur per σωτήρια, ceu vocabulum æquipollens. Nominis loco publico inditi ratio obſcura eſt: ejus ergo inveſtigationem aliis relinquimus.

Σωφρονίζω.

Σωφρονίζω ſignificat *modeſtum & ſobrium reddo, facio ſapientem, moderor, refreno, compeſco, reprimo, caſtigo, emendo.* Gloſſæ: Σωφρονίζω, *compeſco.* Suidas: Σωφρονισθέντας, ἀντὶ τοῦ ταπεινωθέντας. Τοὺς δὲ ἀπεγνωκότας, καὶ ταῖς ἐναγχος ἥτταις σωφρονισθέντας. *Caſtigatos, id eſt, depreſſos. Illos autem deſperabundos, & cladibus recentibus caſtigatos, depreſſos.* Legitur in epiſt. ad Titum, cap. II. v. 4. ubi Apoſtolus vult πρεσβύτιδας, *anus*, σωφρονίζειν τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι. Vetus Interpres, *ut prudentiam doceant adoleſcentulas, ut viros ſuos ament.* Beza: *Ut ad ſapientiam inſtruant.* Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, id eſt, σωφρονιζούσας τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι. Vel ἐλλειπτικῶς hæc dicta, pro, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, διδάσκωσαι αὐτὰς φιλάνδρους εἶναι. D. Auguſtinus de anu in domo avi ſui, Conf. lib. IX. c. VIII. *Curam filiarum dominicarum ſuarum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in iis coërcendis, cùm opus eſſet, ſancta ſeveritate vehemens, atque in docendis ſobriâ induſtriâ.* Bene Auctor ad Herennium: *Sapienter hi faciunt, qui adoleſcentes caſtigant, ut quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint comparare.* Τὰς νέας σωφρονίζειν hic, ut apud Plutarchum de liberis educandis, τοὺς μειρακίσκους σωφρονίζειν. Et apud eundem, υἱὸν ἄσωτον σωφρονίζειν. Apulejus dicit, *Adoleſcentiam*, id eſt, adoleſcentes, *coërcere.* Poſſet etiam σωφρονίζειν hoc loco idem ſignificare, quod παιδεύειν, ut Theophylactus exponit. Photius in Nomocan. Tit. I. de Fide, cap. VIII. pag. 13. Καὶ ὁ κατήγορος, εἰ μὲν κληρικὸς, ἐκβάλλεται τοῦ βαθμοῦ. εἰ δὲ λαϊκὸς, σωφρονίζεται. *Et accuſator, ſiquidem eſt Clericus, gradu ejicitur: ſin autem Laicus, caſtigatur.* Can. VI. Concilii in Templo Apoſtolorum: Τὸν τοιοῦτον τῷ πρέποντι ἐπιτιμίῳ ἡ ἁγία σύνοδος ὥρισε σωφρονίζεσθαι. *Talem ſancta Synodus convenienti pœna caſtigandum eſſe decrevit.* Eodem ſenſu ſatis frequenter in Canonibus Conciliorum. Chryſoſtomus Hom. X. in I. ad Corinthios, pag. 302. Ὁ τοῦ Ἀδὰμ θάνατος δι' ἡμᾶς, ἵνα σωφρονισθῶμεν, καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ, ἵνα σωθῶμεν. *Mortuum eſt Adam propter nos, ut ſapientiores redderemur*, vel *emendaremur. Chriſtus verò, ut ſalvaremur.* Et Hom. XXI. in eadem Epiſt. pag. 381. Αὐτὸ τοῦτο μάλιστα ἡμᾶς τιμωρήσεται, καὶ κατακρινεῖ, ὅτι μηδὲ τοῖς ἑτέρων κακοῖς ἐσωφρονίσθημεν. *Illud ipſum vel maximè nos pœnis ſubjiciet, & condemnabit, quòd nec aliorum malis ſapere didicerimus.* Idem, Homil. V. ad populum Antiochenum, t. VI. pag. 494. Ὁ διαπαντὸς γέενναν δεδοικὼς, οὐδέ ποτε εἰς τὸ τῆς γεέννης ἐμπεσεῖται πῦρ, τῷ διηνεκεῖ τούτῳ σωφρονιζόμενος φόβῳ. *Qui ſemper gehennam metuit, nunquam in gehennæ ignem incidet, utpote perpetuo hoc metu ſapientior redditus.* Ita apud eundem, βελτίους γίνονται, τῇ ζημίᾳ σωφρονιζόμενοι. *Meliores fiunt, jacturâ ſapientiores redditi.* Baſilius M. Hom. IX. in Hexaem. p. 121. Πληγαῖς καὶ μάστιξι τὸ ἀκόλαστον σωφρονίζειν. *Plagis ac verberibus libidinem coërcere, compeſcere.* Nazianzenus, θράσος ἀτιμίᾳ σωφρονίζειν. *Audaciam ignominiâ coërcere.*

Σωφρονισμός.

Veteres Gloſſæ: Σωφρονισμὸς, *compeſcatio.* Σωφρονισμὸς, ἐπὶ τιμωρίας. *Coërcitio.* Et apud Heſychium: Σωφρονιστὴς, νουθετητὴς, *caſtigator, monitor.* Id enim ſignificat νουθετητής. Patet ex iiſdem Gloſſis: Νουθεσία μετὰ ἐπιπλήξεως. *Caſtigatio.* Νουθετῶ ἐπιπληκτικῶς. *Caſtigo.* II. Tim. I. v. 7. Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ. Vetus: *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Videtur legiſſe σωφροσύνης. Beza: *Sanitatis animi.* Eraſmus ut Vulgatus. Verùm omninò legendum σωφρονισμοῦ. Notat autem σωφρονισμὸς autoritatem τοὺς ἀτάκτως περιπατοῦντας admonendi atque coercendi, & opponitur τῇ δειλίᾳ. Hinc Plutarchus in Catonis vita conjungit, τῶν ἄλλων διόρθωσιν καὶ σωφρονισμὸν, *aliorum correctionem & coërcitionem.* Chryſoſtomus Homil. I. in II. ad Timoth. pag. 331. Ἤτοι σωφρονισμὸν τὴν ὑγείαν λέγει τῆς διανοίας καὶ τῆς ψυχῆς, ἢ σωφρονισμοῦ, ὥστε σωφρονίζεσθαι ἡμᾶς, κἄν τι δεινὸν γένηται, ἵνα σωφρονίζῃ ἡμᾶς, καὶ τὰ περιττὰ κόπτῃ. *Vel* σωφρονισμὸν *dicit ſanitatem mentis atque animæ, vel* σωφρονισμοῦ, *ut ſapientiores reddamur, emendemur, atque reſipiſcamus, etiamſi quid adverſi contingat, ut nos emendet, & ſuperflua amputet.* Poſterior explicatio potior. Eam amplectitur Theodoretus ad præſentem locum, pag. 493. Τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν χάριν δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα δειλιῶμεν τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κινδύνους, ἀλλ' ἵνα θείας δυνάμεως ἐμφορούμενοι, θεσμοὺς μὲν αὐτὸν ἀγαπήσωμεν, σωφρονίσωμεν δὲ τῶν ἐν ἡμῖν κινη-

Digitized by Google

κινουμένων παθημάτων τὴν ἀταξίαν. *Sanctiſſimi Spiritus gratiam dedit nobis Deus, non ut pericula pro pietate timeamus, ſed ut divina virtute referti, & ipſum ardenter amemus, & inſolentes animi noſtri perturbationum motus reprimamus.* Chryſoſtomum imitatur Theophylactus, pag. 802. Καὶ σωφρονισμοῦ. Ἤ ἵνα σώφρονες ὦμεν, καὶ ὑγιεῖς τὴν διάνοιαν, καὶ ἐν καταστάσει. ἢ ἵνα σωφρονισμὸν ἔχωμεν τὸ Πνεῦμα, κἄν τις πειρασμὸς ἡμῖν ἐπιγένηται, πρὸς σωφρονισμὸν τοῦτον δεχώμεθα· ἢ ἵνα καὶ ἄλλοις ὦμεν σωφρονισταὶ καὶ παιδευταί. *Et ſanitatis animi. Vel ut ſobrii ſimus, & ſanæ mentis atque conſtitutionis; vel ut Spiritum ipſum loco caſtigationis habeamus, ac ſi qua nobis tentatio acciderit, ipſam ad emendationem accipiamus; vel ut aliis etiam ſimus caſtigatores & inſtitutores.* Quemadmodum verò σωφρονίζειν de pœnis Eccleſiaſticis uſurpari diximus, ita hoc quoque nomen de re eadem uſurpari ſolet. Balſamon in Tit. I. Photii Nomocan. de Fide, cap. VIII. pag. 13: Ὁ δὲ κατήγορος εἴτε παρὼν μὴ ἀποδείξῃ, εἴτε ἀποφεύγῃ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, ἐξωθείσθω τοῦ οἰκείου βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, τὸν προσήκοντα σωφρονισμὸν ὑπομενέτω. *Accuſator autem, ſive præſens non probaverit, ſive aufugerit, ſi ſit quidem Clericus, de ſuo gradu dejiciatur: ſin autem ſit Laicus, convenientem correctionem ſubeat.* Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 710. Διὰ σωφρονισμὸν ἐκκλησιαστικὸν πρὸς ὀλίγον ἐκβληθέντες. *Propter correctionem Eccleſiaſticam ad breve tempus ejecti.*

Σωφροσύνη.

I. Etymon. Iſidorus Peluſiota epiſt. CCLXVI. lib. III. pag. 365. & ex eo Suidas: Σωφροσύνη εἴρηται παρὰ τὸ σώας ἔχειν τὰς φρένας. *Σωφροσύνη dicta eſt, quòd mentem habeat ſanam.* Oecumenius in cap. I. ad Titum, p. 789. Σωφροσύνη ἐστὶν, οἱονεὶ σαοφροσύνη, ἡ τῶν φρενῶν σωτηρία. *Mentis ſanitas.* Gregorius Thaumaturgus Orat. Paneg. ad Originem, pag. 68. dicit σωφροσύνην eſſe σώζουσαν φρόνησιν, *quaſi conſervatricem prudentiam*, vel *conſervantem prudentiam.* Non abſimile Ariſtoteles in ſuis Ethicorum libris affert, ubi ait σωφροσύνην dici, quaſi σώζουσαν τὴν φρόνησιν, *quòd* ſcilicet *temperantia prudentiam conſervet*, &c. Et Socrates apud Platonem, quaſi σωτηρίαν τῆς φρονήσεως, *prudentiæ ſervatricem.* Unde & Cicero V. Tuſcul. & alibi, σωφροσύνην, id eſt, *temperantiam eſſe moderatricem omnium commotionum* affirmat. Et lib. I. Offic. *prudentiam*, quam Græci φρόνησιν appellant, *eſſe rerum expetendarum, fugiendarumve ſcientiam dicit.* Et Plato in legibus ait, φρόνησιν εἶναι ἀρετῶν πρώτην, καὶ ἡγεμόνα, *prudentiam eſſe virtutum primam & ducem.* Hæc habet lib. III. de Legib. pag. 533. Athanaſius de Definitionibus, t. II. pag. 54. Σωφροσύνη ἡ ἀπὸ τοῦ σῶα φρονεῖν, ἢ ἀπὸ τοῦ τὸ σῶμα φρουρεῖν ἀπὸ ῥύπου. *Quòd ſana ſapiat, vel quòd corpus à ſordibus cuſtodiat.* Poſteriora alluſionem potiùs, quàm verum etymon continent. Conſule Etymologos.

II. *Significatio.* Σωφροσύνη varia notat: nempe

1. *Sanam mentem*, ſeu *ſanitatem mentis, quæ ſe continet intra modum.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. CCLXVI. lib. III. pag. 365. Σωφροσύνη κυρίως εἴρηται, ἡ ἀντιδιαστελλομένη τῇ μανίᾳ. Καὶ τοῦτο οὐ μόνον οἱ ἔξωθεν ἴσασι σοφοὶ, ἀλλὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἠπίστατο Παῦλος. τοῦ γὰρ ἡγεμόνος εἰρηκότος αὐτῷ, Μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε, ἀλλὰ σωφροσύνης καὶ ἀληθείας ῥήματα ἀποφθέγγομαι, τῇ μανίᾳ τὴν σωφροσύνην ἀντιδιαστείλας. Καὶ ἄλλοις δὲ πάλιν ἔγραφεν, εἴτε ἐξέστημεν, θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν· τῇ ἐκστάσει τῶν φρενῶν, τὸ σώας αὐτὰς ἔχειν κἀνταῦθα ἀντιδιαστείλας. *Σωφροσύνη propriè dicitur, quæ inſaniæ opponitur. Atque hoc non ii tantùm, qui apud exteros doctrinâ clarent, nôrunt: ſed etiam divinus Paulus cognitum & exploratum habebat. Nam cùm Præfectus ad eum dixiſſet*, Actor. XXVI. 24. 25. Inſanis Paule: multæ te literæ ad inſaniam convertunt, Non inſanio, *inquit*, optime vir, ſed σωφροσύνης, *id eſt*, ſanæ mentis & veritatis verba profero: *inſaniæ ſanitatem mentis opponens. Ac rurſum ad alios*, II. Corinth. V. 13. *hunc in modum ſcribebat*: ſive mente excedimus, Deo: ſive ſana mente ſumus, vobis. *Quo in loco mentis exceſſum mentis ſanitati oppoſuit.* Pleraque etiam Suidas exſcripſit. Huc etiam facit illud Nyſſeni de Virginitate, cap. XVII. t. III. pag. 163. Τάχα τοῦτο σωφροσύνη κυρίως ἂν λέγοιτο, ἡ πάντων τῶν ψυχικῶν κινημάτων μετὰ σοφίας καὶ φρονήσεως ἔντακτος οἰκονομία. Fortaſſe hoc propriè *σωφροσύνη dicitur, omnium animi motuum bene conſtituta quædam, & cum ſapientia prudentiaque conjuncta moderatio.* Et hoc Chryſoſtomi, Homil. IV. in epiſt. ad Titum: Σωφροσύνη τοῦτο λέγεται, ἡ τῶν φρενῶν σωτηρία. *Σωφροσύνη illud dicitur*, nempe *mentis ſanitas.* Ubi verò mentis ſanitas, ibi prudentia, quæ etiam σωφροσύνη vocatur, quam Clemens Alex. ſtromat. lib. II. pag. 394. dicit eſſe ἕξιν, αἱρέσει καὶ φυγῇ σώζουσαν τὰ τῆς φρονήσεως κρίματα, *habitum, qui eligendo & vitando ſervat judicia prudentiæ.*

2. *Modeſtiam, demiſſionem*, quam vulgò *humilitatem* vocant. Veteres Gloſſæ: Σωφροσύνη, *modeſtia.* Chryſoſtomus Homil. XX. in epiſt. ad Romanos, pag. 176. ad cap. XII. v. 3. Ἐλάβομεν φρόνησιν, οὐχ ἵνα εἰς ἀπόνοιαν αὐτῇ χρησώμεθα, ἀλλ' ἵνα εἰς σωφροσύνην. Καὶ οὐκ εἶπεν, εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν, ἀλλ', εἰς τὸ σωφρονεῖν. Σωφροσύνην ἐνταῦθα λέγων, οὐ τὴν ἀντιδιαστελλομένην τῇ ἀσελγείᾳ ἀρετὴν, οὐδὲ τὸ ἀπηλλάχθαι ἀκολασίας, ἀλλὰ τὸ νήφειν καὶ ὑγιαίνειν κατὰ διάνοιαν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο σωφροσύνη λέγεται ἀπὸ τοῦ σώας ἔχειν τὰς φρένας. Δεικνὺς τοίνυν ὅτι τὸν μὴ μετριάζοντα οὐδὲ σωφρονεῖν ἔνι, τουτέστι, καθεστηκέναι καὶ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ παραπαίει καὶ ἐξέστηκεν ὁ τοιοῦτος, καὶ παραπλῆγος παντός ἐστι μανικώτερος, σωφροσύνην ἐκάλεσε τὴν ταπεινοφροσύνην. *Senſum accepimus non ut eo ad arrogantiam abutamur, ſed ad modeſtiam. Et non dixit, ut demiſſè & humiliter ſentiat, ſed ut modeſtus ſit*: σωφροσύνην *hic dicens, non eam virtutem, quæ laſciviæ & petulantiæ contraria eſt, neque ab intemperantia liberum eſſe, ſed ſobrium menteque ſanum.* Σωφροσύνη *ſiquidem etiam hoc dicitur*, ἀπὸ τοῦ σώας ἔχειν τὰς φρένας, *a ſana mente. Oſtendens igitur, quòd is, qui modeſtus non eſt, neque mente ſanus eſſe queat, hoc eſt, firmus conſiſtere, ac ſanus eſſe, ſed deſipiat & apud ſe non ſit qui talis eſt, atque quovis demente furioſior ſit*, σωφροσύνην *vocavit modeſtiam*, ſeu *animum demiſſum.* Theodoretus ad eundem locum, pag. 95. Σωφροσύνην ἐνταῦθα τὴν τῶν φρενῶν ὑγείαν ἐκάλεσε, διδάσκων ὡς ἡ ὑπερηφάνεια νόσος φρενῶν. Τὸ οἰκεῖον μὲν δεσπότην ἐζήλωσε. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις τοὺς τὴν ταπεινοφροσύνην κεκτημένους ἐμακάρισε πρώτους. *Σωφροσύνην hoc loco mentis ſanitatem appellavit, docens, ſuperbiam eſſe morbum mentis; ſuum nempe Dominum eſt imitatus. Dominus enim in ſacris Evangeliis eos, qui modeſtiam poſſident, primos beatos pronunciavit.* Chryſoſtomum imitatur Theophylactus, p. 119. quem vide.

3. *Caſtitatem*, & quidem

a. *in genere.* Theodoretus Orat. VI. de Providentia: Σωφροσύνην προσαγορεύομεν τὴν τῶν παθῶν ἐλευθερίαν. *Σωφροσύνην appellamus immunitatem ab affectibus.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCLXVI. lib. III. pag. 365. & ex eo Suidas: Σωφροσύνη, εἰ τῇ λαγνείᾳ ἀντιδιασταλῇ, τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὴν ἁγνείαν δηλοῖ. *Σωφροσύνη ſi libidini Venereæ opponatur, continentiam & caſtitatem ſignificat.* Iterum Iſidorus ep. XCIX. lib. V. pag. 582.

Ἡ

Ἡ ἐν γήρᾳ σωφροσύνη οὐκ ἐγκρατείας ἐστὶν, ἀλλ' ἀκολασίας ἀδυναμία. *Σωφροσύνη in ſenectute non eſt continentia, ſed impotentia ad libidinem veneream.* His gemina ſunt illa Baſilii M. in Jeſaiam, t. I. pag. 842. Σώφρονα λέγομεν, οὐχ ᾧ ἀπεμαράνθησαν ὑπὸ γήρως, ἢ νόσου, ἢ ὑπὸ ἄλλου τινὸς συμπτώματος αἱ τῆς ἀκολασίας ὀρέξεις· τούτῳ μὲν γὰρ ἡ κακία ἐνυπάρχει, ἡ δὲ ἐνέργεια ἐκ τῆς τῶν ὀργάνων ἀσθενείας παραποδίζεται· ἀλλὰ σωφροσύνη ἐστὶν ἀληθὴς ἐπιστημονικὴ δύναμις ἐντυπωθεῖσα τῇ ψυχῇ διαβάθος, καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα ἴχνη τῶν αἰσχρῶν κινημάτων ἐξαφανίζουσα. *Caſtum dicimus eum, non in quo per ſenium aut morbum, vel per alium aliquem caſum emarcuerunt appetitus libidinis venereæ: tali enim ineſt quidem vitium ipſum, licèt actio præpediatur per organorum infirmitatem. Sed caſtitas eſt vera, ſi facultas cognitionis vi prædita in anima altiùs ſuas impreſſit radices, abolens quæ priùs inerant veſtigia obſcœnarum motionum.*

b. *in ſpecie eam, quæ in conjugio obſervatur.* De ea Theophylactus ad I. Timoth. II. 15. pag. 762. Σωφροσύνη λέγεται ἐπὶ τῶν ἐννόμως γάμῳ προσομιλησάντων. *Σωφροσύνη dicitur de iis, qui legitimè in matrimonio vivunt.* Baſilius M. de Abdicatione rerum, t. II. pag. 233. Ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς κηδόμενος τῆς ἡμῶν σωτηρίας, εἰς δύο διεῖλε βίους τὰ τῶν ἀνθρώπων, συζυγίαν λέγω καὶ παρθενίαν, ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸν τῆς παρθενίας ἆθλον, ἔλθοι ἐπὶ συνοίκησιν γυναικὸς, ἐκεῖνο εἰδὼς, ὡς ἀπαιτηθήσεται λόγον σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ. *Benignus DEUS, ſaluti noſtræ providere volens, hominum res duplici vitæ genere diſtinxit, conjugio ſcilicet, & virginitate: ut qui virginitatis ferendo certamini pares eſſe non poſſent, hi ſibi uxorem adjungerent: ea tamen conditione, ut ſcirent, ſibi rationem reddendam eſſe caſtitatis & caſtimoniæ.* Baſilius Seleucienſis Homil. II. de Adamo, pag. 11. Καὶ ᾠκοδόμησεν ὁ Θεὸς τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβεν, εἰς γυναῖκα· ὁμοφροσύνης καὶ σωφροσύνης ἡ πλάσις διδάσκαλος· ἑνὶ ἀνδρὶ μίαν προσαρμόσας γυναῖκα, σωφροσύνης ὑπηγόρευσε νόμους. *Et ædificavit DEUS coſtam, quam acceperat, in mulierem. Concordiæ, & caſtitatis magiſtra talis formatio. Uni viro unicam aſſocians uxorem, caſtitatis præſcripſit leges.* Ita ἁγιασμὸς notat σωφροσύνην in conjugio obſervandam. Vide in Ἁγιασμὸς, num. I. ſub lit. *b.* Chryſoſtomus Homil. XXXIII. in epiſt. ad Hebræos: Ὅρα, πόσος περὶ σωφροσύνης λόγος αὐτῷ, Εἰρήνην, φησὶ, διώκετε, καὶ τὸν ἁγιασμόν· μή τις ἢ πόρνος ἢ βέβηλος. Καὶ πάλιν· Πόρνους καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. *Ecce, quot de caſtitate afferat verba.* Ne quis ſit ſcortator, aut profanus. Pacem, *inquit*, ſectamini, & ſanctimoniam. *Et rurſus:* Scortatores & adulteros damnabit DEUS. Idem, Homil. XIX. in I. ad Corinth. Ἡ γυνὴ λεγέτω πρὸς τοὺς βουλομένους αὐτῆς διορύξαι τὴν σωφροσύνην, οὐκ ἔστιν ἐμὸν τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τοῦ ἀνδρός. *Uxor dicat ad eos, qui caſtitatem ejus dirnere cupiunt, non eſt meum corpus meum, ſed viri.* Et paulò pòſt: Τί δήποτε; ἐπειδὴ περὶ σωφροσύνης ὁ λόγος ἦν αὐτῷ. Ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πλεονεκτείτω, φησὶν, ὁ ἀνήρ. Ἔνθα δὲ σωφροσύνης λόγος, οὐκέτι. *Quamobrem? Quoniam loquebatur de caſtitate. Nam in aliis quidem, inquit, plus habeat maritus: ubi autem de caſtitate agitur, nequaquam.* Et Homil. VII. in Matth. pag. 49. Οὐ κωλύω γαμεῖν, οὐδὲ ἐμποδίζω τέρπεσθαι· ἀλλὰ μετὰ σωφροσύνης τοῦτο βούλομαι γίνεσθαι. *Non prohibeo conjugium, nec impedio oblectationem: ſed hoc cum caſtitate & temperantia fieri volo.* Et de Virginitate, cap. XXVI. t. VI. pag. 258. Καλὸν ὁ γάμος, ὅτι ἐν σωφροσύνῃ τὸν ἄνδρα διατηρεῖ, καὶ οὐκ ἀφίησιν εἰς πορνείαν κατακυλισθέντα ἀποθανεῖν. *Bonum eſt matrimonium, utpote quod virum retinet in officio caſtitatis, neque in ſcortationem provolutum interire ſinit.* Ariſtoteles etiam hanc hujus vocis ſignificationem agnoſcit Polit. lib. II. cap. V. Ἔργον καλὸν ἀλλοτρίας οὔσης ἀπέχεσθαι διὰ σωφροσύνην. *Bonum opus eſt, ab aliena abſtinere propter caſtitatem.* Iterum Chryſoſtomus Orat. I. de Precibus: Εἴτε παρθενίας τις ἐραστὴς, εἴτε τὴν ἐν γάμῳ σωφροσύνην τιμᾷν ἐσπουδακώς. *Sive quiſpiam virginitatem adamaverit, ſive in matrimonio caſtitatem amare ſtuduerit.* Eodem prorſus modo uſurpatur vox σώφρων. Unum & alterum exemplum attuliſſe ſufficiet. Σώφρονα non eſſe eum, qui omninò ab uxore abſtinet, ſed illum, qui unius ſolius conſuetudinem admittit, hominem caſtum, patet ex illo Nazianzeni, Orat. in Cyprianum, quæ eſt XVIII. pag. 278. Ἀκούετε παρθένοι, καὶ συναγάλλεσθε· μᾶλλον δὲ τῶν ὑπὸ ζυγὸν, ὅσαι σώφρονές τε καὶ φιλοσώφρονες· κοινὸν γὰρ ἀμφοτέραις καλλώπισμα. Billius vertit: *Audite virgines, & ſimul exultate, imò etiam quæcunque pudicitiam in matrimonio colitis, ac pudicarum amantes eſtis: nam utriſque communi ornamento eſt hæc narratio.* Hic manifeſtè vides oppoſitam virginibus pudicitiam conjugatarum. Rurſus Nazianzenus Orat. X. pag. 180. Sororem Gorgoniam conjugatam, dixit fuiſſe σώφρονα ἄτυφον, *citra ſupercilium pudicam* vel *caſtam.* Clemens lib. I. Conſtitut. cap. VIII. connectit, γυνὴ σώφρων καὶ φίλανδρος *uxor pudica & mariti amans.* Confer vocem Ἐγκράτεια, ſub finem num. III.

T.

Ταβελλίων.

Ταβελλίων eſt *tabellio.* Suidas: Ταβελλίων, ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια. Ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος: ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι. *Tabellio, qui civitatis contractus tabulasque ſcribit, vulgò dictus* νομικὸς, id eſt, *Juriſconſultus, qui omnes civium tabulas conficit, earum unamquamque ſuis literis obſignans. Civitatis ſcriba.* Idem in voce Πρίσκος ex anonymo: Ἅπαντα ἐπετέλει τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον αὐτῶν ἐπισφραγίζων αὐτὸς οἰκείοις γράμμασιν· ὅνπερ ταβελλίωνα καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Omnes civium tabulas conficiebat, ſingulas illarum ipſe ſuis literis obſignans, quem Romani* Tabellionem *vocant.* Talem vulgò nominari νομικὸν, ut Suidas docet, patet ex veteri Gloſſario, in quo, *Tabellio*, ἀγόραιος, νομικός. Collectio Conſtitut. Eccleſ. ex lib. III. Novell. Tit. II. Ὁ ταβελλίων τοῖς εἰρημένοις ὑπουργήσας συναλλάγμασιν, ἀειφυγίᾳ ζημιούται, μηδὲ ἐκ θείων τύπων προσδοκῶν ἐπάνοδον. *Tabellio, qui ad contractus indicatos operam ſuam locavit, exſilio perpetuo multatur: ne quidem ex ſacris ſanctionibus reditum ſperans.* Sunt igitur *Tabelliones*, qui inſtrumenta formant, conficiunt & conſcribunt. Vide Gloſſarium Meurſii.

Ταβέρνα.

Ταβέρνα, *taberna.* In Lexico Stephani, ταβερνῶν, πανδοχείων. Lucas Actor. XXVIII. v. 15. Ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου, καὶ τριῶν ταβερνῶν. *Prodierunt nobis in occurſum uſque ad Appii*

pii forum & tres tabernas. Oecumenius ad hunc locum, pag. 108. dicit per *tabernas* innui πανδοχεῖα τινὰ, ἢ καπηλεῖα, *diverſoria quædam, aut cauponia, popinas.* Hæc deſumta ſunt ex epiſt. Iſidori Peluſiotæ CCCXXXVII. lib. I. *Tabernæ* vocantur, quòd ibi vinum & eſculenta vænum propoſita eſſent. Græcè καπηλεῖον. Veteres Gloſſæ: Καπηλεῖον, *popa, popina, taberna, cauponium.* Hinc in aliis Gloſſis, *Tabernarius*, κάπηλος. Gloſſæ Baſilic. Ταβέρνα, ἐργαστήριον. Hinc Veteres Gloſſæ: *Tabernarius*, ἐργαστηριάρχης, κάπηλος. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Ταβέρνα, *diverſorium*, κατάλυμα, πανδοχεῖον. De variis hujus vocis acceptionibus conſulatur Briſſonius de verbor. ſignificat. ſub initium lib. XVIII.

Τάβλα. Ταβλίζω.

Τάβλα, *tabula.* Suidas: Τάβλα, ὄνομα παιδιᾶς. *Tabula, nomen ludi.* Veteres Gloſſæ: Τάβλα, *tabula.* Hinc paſſim apud Latinos, *ad tabulam ludere, & tabulæ luſus: & tabula* de hoc luſu, qui in tabula calculis teſſeriſque peragitur. Scribitur etiam ταῦλα. Cedrenus de Palamede, pag. 103. Οὗτός ἐστι Παλαμήδης, ὁ καὶ τὴν ταῦλαν ἐφευρὼν πρὸς μετεωρισμὸν τοῦ στρατοῦ, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ σύνθεσιν σὺν φιλοσοφίᾳ πολλῇ καταστήσας. *Is eſt Palamedes, qui ad exercitum reficiendum, tabulam, & ejus compoſitionem, philoſophicâ admodum induſtriâ invenit.* Hinc ταβλίζειν, vel ταυλίζειν, apud recentiores Græcos *tabulâ ludere.* Heſychius: Κυβεῦσαι, ταβλίσαι. Etymologici Autor: Πεττεύειν, δὲ, καὶ τὸ ταυλίζειν. Collectio Conſtit. Eccleſ. lib. III. ex Novellis: Κληρικὸς μὴ ταυλιζέτω, μηδὲ κοινωνείτω τῷ ταυλίζοντι. *Clericus tabulâ ne ludito, nec conſortium habeto cum eo, qui tabulâ ludit.* Hoc eſt κυβεύειν Can. L. Concilii in Trullo: Μηδένα τῶν ἁπάντων εἴτε λαϊκῶν εἴτε κληρικῶν κυβεύειν ἀπὸ τοῦ νῦν. *Nullum omnium, ſive Clericum, ſive Laicum, ab hoc tempore aleâ ludere.* Κύβοις σχολάζειν. Can. XLII. Apoſt. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, κύβοις σχολάζων, καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, aleis & ebrietatibus vacans, vel ceſſet, vel deponatur.* Canon. LXXIX. Concilii Eliber. *Si quis aleâ, id eſt, tabulâ, luſerit, abſtineatur. Tabulis* autem *ludere* cùm Latini dicunt, aut Græci τάβλαις παίζειν, vel ταβλίζειν, per *tabulas* non intelligunt alveos luſorios, ſed vel teſſeras ipſas, vel calculos, quibus in tabula luditur. Græci enim recentiores τάβλας etiam & τάβλια pro *teſſeris* uſurpârunt. Grammaticorum Gloſſæ: Κύβος, τὸ ταβλίον. Vide Gl. Meurſii in τάβλα & ταβλίζειν.

Ταβουλάριος.

Ταβουλάριος eſt *tabularius.* Veteres Gloſſæ: Ταβουλάριος, *tabularius.* Sunt autem *Tabularii*, qui inſtrumenta publica teſtationeſque conſcribunt. *Tabularius* etiam ponitur pro calculatore, quem Græci διαψηφιστὴν voccant; qui in tabula calculandi & computandi artem pueros docet, vel etiam artem tenet. Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Tit. III. Sect. XXXI. in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1257. Οἱ Κωνσταντινουπόλεως ὀρφανοτρόφοι τάξιν ἐπέχουσιν ἐπιτρόπων, καὶ κουρατώρων, χωρὶς ἐγγυῶν ἔν τε ταῖς δίκαις, ἔν τε τοῖς ἄλλοις· καὶ ἐπὶ ταβουλαρίων, ἢ ἐν ὑπομνήμασιν, ἐνταῦθα μὲν, παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, ἢ τοῖς ἐκδίκοις παραλαμβάνουσι τὰ πράγματα τῶν ὀρφανῶν, &c. *Orphanotrophi Conſtantinopolis vicem obtinent tutorum & curatorum, absque fidejuſſionibus, tam in litibus, quàm aliis cauſſis: & tabulariis præſentibus, aut intervenientibus actis, heic quidem apud magiſtrum cenſuum; in Provinciis autem, apud Præſides aut defenſores, accipiunt res pupillorum*, &c. In Actis Concilii Epheſini, pag. 183. Ἔφασαν ὅτι καὶ ἐπὶ ταβουλαρίων ταῦτα οὐ παραιτούμεθα εἰπεῖν. *Dixerunt ſeſe non recuſare, quò minùs hæc coram tabulariis dicant.* Et pag. 184. Κληρικοί ἐσμεν, καὶ οὐ ταβουλάριοι. *Sumus Clerici, non tabularii.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Ταλαιπωροποιός.

Non habent Lexica. *Miſeriam afferens, miſerum reddens.* Dorotheus Doctr. VII. Ἡ ἁμαρτία ταλαιπωροποιός ἐστι. *Peccatum miſeriam ſecum trahit, miſerum facit.*

Τάλαντον.

I. *Propriè* τάλαντον, *talentum*, vel *talantum.* Veteres Gloſſæ: Τάλαντον, *talantum.* Varium hoc apud veteres. Nam Atticum ſexaginta fuit minarum. Aliud rurſus Babylonium, aliud Syrium & Æginæum. Patet hoc ex Julio Polluce, cujus verba, lib. IX. c. VI. ſunt: Τοῦτό γε μὴν οὐκ ἄκαιρον, ὅτι καὶ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς Ἀττικάς· τὸ δὲ Βαβυλώνιον, ἑπτακισχιλίας· τὸ δὲ Αἰγιναῖον, μυρίας· τῶν δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν Ἀττικῆς δραχμῆς λογισμόν. *Nec hoc omittendum, quòd Atticum quidem talentum ſex mille faciebat drachmas Atticas: Babylonium verò, ſeptem mille: Æginæum verò, decem millia: Syrorum autem, quingentas & mille, ad Atticæ ſcilicet drachmæ calculationem.* Sed intelligenda hæc de talento nummario. Dixerit aliquis: *Quot ergo minarum erat ponderale talentum?* Reſpondeo, totidem. Docet id Diodorus apud Suidam his verbis: Τάλαντον, ὥς φησι Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν, μνῶν ἐστι ξʹ· ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρʹ· ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ἕξ· ὁ δὲ ὀβολὸς, χαλκῶν ϛʹ. ὁ δὲ χαλκοῦς, λεπτῶν ζʹ. *Talentum, ut ait Diodorus libro de Ponderibus, valet LX. minas: mina verò, drachmas C. Drachma, ſex obolos: obolus, ſex æreos: æreus, ſeptem minuta.* Longè plura de propria talenti ſignificatione afferri poſſent: ne verò actum agamus, Lectorem ablegamus ad Clar. Voſſii Etymologicum, ubi non tantùm accuratè de hoc themate tractatur, ſed etiam Autores indicantur, qui de hac materia ex profeſſo ſcripſerunt.

II. Τάλαντον in N. Teſtamento tantùm *impropriè* uſurpatum reperitur. Nam Matthæi XVIII. 24. per μύρια τάλαντα, *decies mille talenta*, parabolicè intelliguntur innumeræ offenſæ contra Deum admiſſæ. Id agnoſcit Theophylactus in cap. XVIII. Matthæi, p. 107. Μυρίων ταλάντων χρεωφειλέται ἡμεῖς, ὡς εὐεργετούμενοι μὲν καθ᾽ ἑκάστην, μηδὲν δὲ ἀγαθὸν ἀντιδιδόντες τῷ Θεῷ. *Decem millium talentorum debitores nos ſumus, qui quotidie multis beneficiis afficimur, & nihil boni rependimus Deo.* Conſentit Theophanes, Homil. II. pag. 9. Τάχα πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τοσούτου χρέους ἐστὶν ὑπόδικος. Πολλῶν γὰρ ἀπολαύοντες ἐκ Θεοῦ εὐεργεσιῶν, ἀντίκλισίν τινα ὀφείλομεν τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν. Ὁ τοίνυν ὀλιγώρως περὶ ταύτας διατεθεὶς, καὶ μηδὲν ἐργασάμενος, οὗτός ἐστι μυρίων ταλάντων ὑπόχρεος. *Fortaſſe univerſa hominum natura tam magni debiti obnoxia eſt. Cùm enim multis à DEO acceptis beneficiis fruamur, quaſi quan-*

quandam retributionem debemus illi, cuſtodiam præceptorum. Qui igitur illa negligit, nec quidquam operatur, hic eſt debitor decem millium talentorum. Et Matth. XXV. 15. & ſeqq. dona à DEO conceſſa, quibus uti debemus ad gloriam ipſius promovendam, comparantur *talentis*, quæ quidam tradidit ſervis ſuis ad negotiandum & lucrum faciendum ex iis. Ita intellexit Chryſoſtomus, Homil. LXXVIII. in Matth. pag. 490. Τάλαντα ἐνταῦθά ἐστιν ἡ ἑκάστου δύναμις, εἴτε ἐν προστασίᾳ, εἴτε ἐν χρήμασιν, εἴτε ἐν διδασκαλίᾳ, εἴτ᾽ ἐν ἄλλῳ ᾡδήποτε πράγματι τοιούτῳ. *Talenta hoc loco ſunt uniuscujusque vires, ſive in dignitate ſit conſtitutus, ſive opibus valeat, ſive doceat, ſive aliud aliquod ejusmodi officium obeat.* Idem, Homil. XXX. in epiſt. ad Hebræos, pag. 586. fuse ſatis de his talentis. Verba ejus hic legi merentur. Ὁ τὰ πέντε τάλαντα ἐμπιστευθεὶς, ἐστὶν ὁ διδάσκαλος· ὁ δὲ τὸ ἓν, ὁ μαθητής. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ μαθητὴς, μαθητής εἰμι ἐγὼ, οὐκ ἔχω κίνδυνον, καὶ ὃν ἔλαβε παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγον, τοῦτον τὸν κοινὸν καὶ ψιλὸν κατακρύψῃ, καὶ μὴ παραινέσῃ, μὴ παῤῥησιάσηται, μὴ ἐλέγξῃ, μὴ νουθετήσῃ, εἰ δύναται, ἀλλὰ κατακρύψῃ ἐν τῇ γῇ (γῆ γὰρ ὄντως ἐστὶ καὶ σποδὸς, καρδία τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ κατακρύπτουσα) ἂν τοίνυν κατακρύψῃ, ἢ δι᾽ ὄκνον, ἢ διὰ πονηρίαν· οὐ προστήσεται αὐτοῦ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἓν τάλαντον εἶχον. Ἓν τάλαντον εἶχες; ἔδει σε κἂν ἓν προσενεγκεῖν, καὶ διπλασιάσαι τὸ τάλαντον. Εἰ προσήνεγκας ἓν, οὐκ ἂν ἐνεκλήθης. οὐδὲ γὰρ τῷ τὰ δύο προσενεγκότι εἶπε, Διὰ τί μὴ πέντε προσήνεγκας; ἀλλὰ τῶν αὐτῶν ἠξίωσε τῷ τὰ πέντε προσενεγκότι. Τί δήποτε; ὅτι ὅσον εἶχεν, εἰργάσατο· καὶ οὐκ ἐπειδὰν ἐλάττονα τοῦ τὰ πέντε ἐγχειρισθέντος ἔλαβε διὰ τοῦτο ἐῤῥαθύμησεν, οὐδὲ τῇ ὀλιγότητι εἰς ἀργίαν ἐχρήσατο· οὐδὲ σὲ ἐχρῆν πρὸς τὸν τὰ δύο ὁρᾷν· μᾶλλον δὲ πρὸς ἐκεῖνον ἔδει ἰδεῖν, καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐμιμήσατο τὸν τὰ πέντε, δύο ἔχων, οὕτω καί σε ζηλῶσαι ἔδει τὸν τὰ δύο ἔχοντα. Εἰ γὰρ τῷ χρήματα ἔχοντι, καὶ μὴ μεταδιδόντι, κόλασις κεῖται. Τῷ δυναμένῳ παραινέσαι ὅπως δήποτε, καὶ μὴ τοῦτο ποιοῦντι, πῶς οὐ μεγίστη κόλασις ἔσαι; ἐκεῖ σῶμα τρέφεται, ἐνταῦθα ψυχή· ἐκεῖ θάνατον κωλύεις τὸν πρόσκαιρον, ἐνταῦθα τὸν αἰώνιον. *Cui quinque concredita ſunt talenta, is eſt doctor: cui autem unum, diſcipulus. Si verò dixerit diſcipulus, ego ſum diſcipulus, in nullo verſor periculo: & communem hanc quam à DEO acceperit doctrinæ rationem, nudam abſconderit, & non admonuerit, non dicendi libertate uſus fuerit, non arguerit, non ſuaſerit ſi poteſt, ſed in terra abſconderit: verè enim eſt terra & cinis cor quod abſcondit DEI gratiam. Si ergo abſconderit, aut propter pigritiam, aut propter improbitatem, non eum defendet & excuſabit quòd dicat, unum habui talentum. Unum habebas talentum? Oportebat vel unum afferre, & talentum duplicare. Si unum attuliſſes, non eſſet ulla culpa in te collata. Neque enim ei, qui duo attulit, dixit: Cur non quinque attuliſti? Sed eum iisdem dignum cenſuit quibus eum qui quinque attulit. Quare? Quoniam quantum habuit, operatus eſt, nec quoniam minùs accepit, quàm cui quinque talenta fuerant credita, propterea fuit negligens, nec paucitate uſus eſt ad otium. Nec te oportebat reſpicere ad eum, qui duo habebat: multò magis ad eum oportebat reſpicere: & quemadmodum ille cùm duo haberet, imitatus eſt illum, cui data fuerant quinque, ita te quoque imitari oportet eum, cui duo fuerunt tradita. Nam ſi ei, qui habet pecunias, & non impertit, infligitur ſupplicium: ei qui poteſt quomodocunque admonere, & hoc non facit, quomodo non maximum infligetur ſupplicium? Illic corpus nutritur, hic anima. Illic mortem prohibes temporalem, hic æternam.* Idem Chryſoſtomus contra Judæos Hom. I. t. VI. pag. 319. exemplo illius, qui talentum ſuum defodit, probat, non tantùm eos, qui peccant, puniri; ſed etiam eos, qui, cùm peccatum impedire poſſent, illud tamen non impediunt. Ὥσπερ οὐχ οἱ κλέπτοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κύριοι μὲν ὄντες κωλῦσαι, μὴ κωλύοντες δὲ, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις διδόασι δίκην· οὕτως οὐχ οἱ ἀσεβοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ δυνάμενοι μὲν ἀπαγαγεῖν τῆς ἀσεβείας, οὐ βουλόμενοι δὲ ἢ δι᾽ ὄκνον, ἢ διὰ ῥαθυμίαν, ὁμοίως κολάζονται, ἐπεὶ καὶ ὁ τὸ τάλαντον ἐκεῖνο κατορύξας, ὁλόκληρον ἀπέδωκε τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ· ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὰν μὴ ἐπλεόνασεν αὐτὸ, ἐκολάζετο. Καὶ σὺ τοίνυν κἂν αὐτὸς καθαρὸς διαμείνῃς καὶ ἀκέραιος, μὴ πλεονάσῃς δέ σου τὸ τάλαντον, μηδὲ ἕτερον ἀδελφὸν ἀπολλύμενον ἐπαναγάγῃς εἰς σωτηρίαν, τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ πείσῃ. *Quemadmodum non tantùm illi, qui furantur, ſed etiam qui cùm impedire quidem poſſent, non autem impediunt, eandem cum illis ſubeunt pœnam: ſic non tantùm impiè agentes, ſed etiam qui cùm ab impietate abſtrahere poſſent, id autem nolunt vel propter cunctationem, vel propter ignaviam, eodem modo puniuntur; quoniam etiam ille, qui talentum illud defodit, integrumq; domino ſuo reddidit, nihilominus puniebatur, quia illud non auxit. Proinde etiam tu, etiamſi ipſe maneas purus & innocens, tuum verò non augeas talentum, nec alium fratrem pereuntem ad ſalutem reducas, idem cum iſto ſupplicium ſuſtinebis.* Theophylactus in cap. XXV. Matth. pag. 152. qui talentum duplicare, & qui illud abſcondere dicantur, ſic explicat: Ὁ μὴ μόνον ἑαυτὸν ὠφελῶν, εἴτε λόγον ἔχοι, εἴτε πλοῦτον, εἴτε δυναστείαν παρὰ βασιλεῦσιν, εἴτε ἄλλην οἱανοῦν δύναμιν ἢ τέχνην, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους θέλων ὠφελεῖν, ὁ τοιοῦτος διπλασιάζει τὸ δοθὲν αὐτῷ. Ὁ δὲ χώσας τὸ τάλαντον, ἐστὶν ὁ τῆς ἰδίας μόνον ὠφελείας φροντίζων, καὶ μὴ καὶ τῆς τῶν ἄλλων, ὃς καὶ κατακρίνεται. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν εὐφυῆ ἴδῃς καὶ ἐπιτήδειον ἄνθρωπον, τῇ εὐφυΐᾳ εἰς πραγματείας καὶ δολιότητας καὶ γήϊνα πράγματα καταχρησάμενον, τὸν τοιοῦτον εἰπὲ κατορύξαι τὸ τάλαντον εἰς τὴν γῆν, τουτέστιν, εἰς τὰ τῆς γῆς πράγματα. *Qui non ſolùm ſibi ſoli prodeſt, ſive prudentiam habeat, ſive divitias, ſive potentiam & autoritatem apud reges, ſive quamcunque aliam vel artem vel facultatem, ſed & aliis vult prodeſſe, is duplicat quod ſibi datum eſt. Qui autem talentum defodit in terram, is eſt qui ſuæ tantùm utilitatis rationem habet, & non aliorum, qui etiam condemnatur. Et ſi bonæ mentis & ſtudioſum hominem videris, qui ingenio ſuo ad negotiationes, dolos, & terrena opera abutitur, de illo dicas, quòd defoderit talentum ſuum ſub terra, hoc eſt, in res terrenas.*

Ταλιέρη. Ταλιούριον.

Utraque vox apud recentiores Græcos ſignificat *orbem*, vel *quadram*. Italicum *Tagliere*. Germ. Teller. Corona precioſa: Ταλιέρη, orbis *ligneus*. Κύκλος ξύλινος. In hiſtoria Concilii Florentini ſect. VI. cap. II. pag. 143. Πάντα τὰ σκεύη ἦσαν ἀργύρεα, μέχρι καὶ τῶν ταλιουρίων. *Omnia vaſa erant argentea, uſque ad orbes* vel *quadras*.

Ταμιεῖον.

Aliquot hujus vocis ſignificationes minùs uſitatas paucis proponemus.

I. *Propriè eſt cella penuaria, penu, horreum, conclave, cubiculum.* Veteres Gloſſæ: Ταμιεῖον τὸ κελλάριον, *cellarium, cella proma, penuarium, penum, promtuarium.* Heſychius: Ταμεῖα, ἀπόκρυφα οἰκήματα, *occulta domicilia, occulta ædicula.* Idem, Ταμιεῖον, κοιτῶνα, *cubiculum.* Et, Ταμεῖον, θάλαμος, *cubile.* Apud Baſilium M. in Regulis brev. Interrogatione CCLXXVII. t. II. p. 640. Ταμιεῖον ἡ συνήθεια ὀνομάζειν οἶδεν οἶκον σχολάζοντα καὶ ἀνακεχωρημένον, ἐν ᾧ ἀποτιθέμεθα ἅπερ ἂν ταμιεύσασθαι βουληθῶμεν· ἢ ἐν ᾧ κρυβῆναι δυνατόν. *Ταμιεῖον communis loquendi conſuetudo appellare ſolet locum otio aptum atque remotum, in quo ea reponimus, quæ recondere volumus: vel in quo occultari poſſumus.* Atque ita accipitur Matth. VI. 6. in his: Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, &c. *Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum,* &c. Id eſt, in quemvis locum abditum ſemotumque. Id proprio exemplo docuit Salvator Matth. XIV. 23. Euthymius ad Matthæi XXVI. *Solus abit ad orationem, docens oportere eum, qui —— oraturus eſt, ſolitarium orare.* Quintilianus: *Lucubrantes ſilentium noctis, & clauſum cubiculum tenent.* Seneca epiſt. VIII. *In hoc me recondidi, & fores clauſi, ut prodeſſe pluribus poſſem.* Baſilius ubi ſuprà: Τὴν δύναμιν τῆς ἐντολῆς ἡ ὑπόθεσις σαφηνίζει. Πρὸς γὰρ τοὺς νοσοῦντας τὸ πάθος τῆς ἀνθρωπαρεσκείας ὁ λόγος ἐστίν. Ὥστε, ἐὰν μέν τις ὑπὸ τοῦ πάθους ἐκείνου παρενοχλῆται, καλῶς ποιεῖ, ὑπαναχωρῶν ἐν τῇ προσευχῇ καὶ μονούμενος, μέχρις ἂν δυνηθῇ ἀναλαβεῖν τὴν ἕξιν τοῦ μὴ παραβλέπεσθαι εἰς τοὺς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνους. Ἐὰν δέ τις Θεοῦ χάριτι καθαρεύῃ τοῦ πάθους ἐκείνου, οὐκ ἔχει ἀνάγκην κρύπτειν τὸ καλόν. *Vim mandati argumentum ipſum declarat. Sermo enim eſt ad eos, qui laborant vitio cupiditatis gloriæ humanæ. Proinde ſi cui moleſtiam exhibet vitium hujuſcemodi, is rectè facit, ſi in oratione ſe à celebritate ſubducit, & ſolitarius eſt, donec eò jam pervenerit, ut laudem hominum non curet. Si verò quis Dei gratiâ ab illo vitio liber ſit; huic non eſt neceſſe occultare quod bonum eſt.* Ad eundem locum reſpiciens Tertullianus lib. de Oratione, cap. I. pag. 180. *Conſideremus benedicti cæleſtem ejus ſophiam, in primis de præcepto ſecretè adorandi: quo & fidem hominis exigebat, ut Dei omnipotentis & conſpectum & auditum ſub tectis & in abditis etiam adeſſe confideret: & modeſtiam fidei deſiderabat, ut quem ubique audire & videre ſideret, ei ſoli religionem ſuam offerret.* Hoc ſenſu Clemens Alexand. lib. II. Pædagogi, cap. X. pag. 197. locum Matth. VI. v. 26. ita producit: Καλανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν· οἷς οὐκ ἔστι ταμιεῖον καὶ ἀποθήκη· καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς. *Conſiderate corvos, qui neque ſeminant, neque metunt: quibus non eſt penus, nec horreum, & Deus nutrit ipſos.* De hac ſignificatione conſulantur Lexica.

II. *Metaphoricè* uſurpatur. Sic ταμιεῖα ψυχῆς ſunt *intimi receſſus animi.* Baſilius M. Homil. XIII. quæ continet exhortationem ad Baptiſmum, t. I. pag. 480. Εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου τῆς ψυχῆς, ἀνακίνησόν σου τῶν πεπραγμένων τὴν μνήμην. *Ingredere in promtuarium animæ ſecretius, factorum memoriam apud te excita.* Ita Chryſoſtomus Homil. LXXXVIII. t. V. ſeu Hom. I. de Pentecoſte, pag. 604. de Apoſtolis: Ταμιεῖα βασιλικὰ ἦν τὰ στόματα τῶν ἀποστόλων, θησαυρὸν ἰαμάτων ἔχοντα ἐναποκείμενον, καὶ ἕκαστον ῥῆμα ἐξιὸν πολὺν εἰργάζετο πλοῦτον πνευματικόν. *Æraria regia erant Apoſtolorum ora, intus reconditum habentia ſanationum theſaurum, & quodvis verbum inde egreſſum magnas operabatur divitias ſpirituales.* In malam partem ἄπιστον ταμιεῖον, *infida penus cella.* Baſilius M. Homil. de jejunio, t. I. pag. 331. de iis, qui crapulæ deditis, ſe nihilominus jejunare ſimulant: Ἀνήνυτα πονεῖς, τὸ μὲν σῶμα συντρίβων, μὴ παραμυθούμενος δὲ τὴν ἔνδειαν· ἄπιστόν ἐστι τὸ ταμιεῖον, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖς· ὁ μὲν γὰρ οἶνος διαῤῥεῖ τὴν ἰδίαν ὁδὸν ἀποτρέχων, ἡ δὲ ἁμαρτία ἐναπομένει. *Stultè laboras, ſi corpus quidem conficis, nec tamen ſolatium eſuritioni admoves. Iſta infida penus eſt cella, in pertuſum dolium hauris. Vinum enim diffluit ad ſuam recurrens viam, peccatum verò intus manet.* Ita Iſidorus Peluſiota hominem improbum vocat ταμιεῖον κακίας καὶ θησαυρὸν ἀναισχυντίας, *promtuarium malitiæ & repoſitorium impudentiæ.*

III. Locus in Templis Græcorum, tabulato incluſus, ſacer ac venerandus, Clericis tantùm, viris ſecularibus rarò, mulieribus nunquam penetrabilis, vocatur ἱερὰ ταμιεῖα. Ignatius Diaconus, & Sceuophylax magnæ Eccleſiæ, in vita Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani: Καὶ τῇ μὲν λαιᾷ τὰ τῆς ἀσθενείας, ὡς ἔφην, ὑπήρειδε, τῇ δεξιᾷ δὲ τοῦ θείου ἐπιλημμένος πυρίου τὰ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ταμιείων εὐώδιαζε δώματα. Φθάσας οὖν εἰς τὸ τοῦ μεγίστου νεὼ περίπυστον κατηχούμενον, ἐν ᾧ πολλάκις παννύχοις ἐλιπάρει τὸ θεῖον ἐντεύξεσι δυεῖν λαμπάδων ὑφῆπτε κηρῶν. *Et ſiniſtra quidem manu partes corporis ægritudine afflictas ſuſtentabat: dexterâ verò ſacrum thuribulum tenens, ædes ſacrorum illorum conclavium odoribus afficiebat. Cùm itaque perveniſſet ad magni templi celebre Catechumenum, in quo ſæpiùs Numen, precibus per totam noctem continuatis, deprecabatur, duos cereos accendebat.* Hic locus aliàs vocatur θεῖον ἄδυτον, ἅγιον βῆμα, ἱερατεῖον, ἅγια, de quibus ſuis locis. Latini tale ταμιεῖον vocant *cubiculum*, & *oratorium* intelligunt. Anaſtaſius in Marcello: *Hic ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ cubiculo claro.* Liber etiam de Romanis Pontificibus in Symmacho Papa *oratoria* appellat *cubicula*, cùm ait: *Fecit autem oratoria duo S. Johannis Evangeliſtæ, & S. Johannis Baptiſtæ, infra quorum confeſſiones fecit arcus argenteos penſantes libras triginta, quæ cubicula omnia à fundamento perfecta conſtruxit.*

Ταξεώτης.

Scribitur ταξεώτης & ταξιώτης. Veteres Gloſſæ: Ταξιώτης, *apparitor, officialis.* Macarius Homil. XV. Οἱ διάκονοι τοῦ ἄρχοντος καὶ οἱ ταξεῶται. *Principis miniſtri & officiales.* In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex Cod. I. Tit. III. ſect. IV. Biblioth. Juris Can. pag. 1253. Ἐὰν οἱ ταξεῶται, &c. Integrum locum habes in voce Καθολικιανός. Conſule etiam Gloſſarium Meurſii.

Ταπεινός.

I. Ταπεινὸς, *humilis, non multùm à terra aſſurgens,* oppoſitum habens ὑψηλὸς, *procerus, altus.* Plerumque cùm de homine dicitur, à corpore ad animum ejus translatum eſt, ut *humilis* apud Latinos. In N. Teſtamento in laude ponitur, eique opponitur ὑψηλόφρων, ſeu ὑπερήφανος, *ſuperbus, arrogans, faſtuoſus.* Loca ſunt obvia. Veteres Gloſſæ: Ταπεινὸς, *humilis.* Baſilius M. in Pſ. XXXIII. pag. 231. Ὁ μηδὲν ἔχων ἔπαρμα, μηδὲ φρονῶν ἐπί τινι τῶν ἀνθρωπίνων, οὗτος καὶ συντετριμμένος ἐστὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ ταπεινὸς τῷ πνεύματι. *Qui nihil habet faſtûs, aut elationis, neque ob ullam rerum humanarum prærogativam inſoleſcit aut ſibi placet, is contrito eſt corde, & humilis ſpiritu.* Hinc eleganter Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 454. Οὐκ οἶσθα ὅτι τὸ ταπεινὸν οὐκ ἐν τοῖς μικροῖς κρίνεται τοσοῦτον, ὅσον ἐν τοῖς μείζοσι δοκιμάζεται. *An te fugit, humilitatem non tam in parvis rebus leviſq; momenti, quàm in majoribus & gravioribus explorari?* Ταπεινὸς eſt εὐτελὴς, εὐκαταφρόνητος, *vilis, contemtus*, ut explicat Theophylactus ad Romanos XII. 16.

II. Pa-

II. Patriarchæ & Epiſcopi in ſubſcriptionibus ſe ipſos vocant ταπεινούς. Teſtatur hoc Balſamon ad Can. XLII. Carthag. pag. 655. Οἱ πλείους τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων, ταπεινοὺς καὶ εὐτελεῖς ἑαυτοὺς ἐν ταῖς οἰκείαις ὑπογραφαῖς ὀνομάζουσι. *Plures Patriarchæ & Antiſtites, ſe ipſos humiles vileſque appellant in ſuis ſubſcriptionibus.* Pro eo etiam frequentiùs uſurpatur ἐλάχιστος, *minimus*. In ſubſcriptionibus Concilii Epheſini, pag. 131. Θεμίστιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ. *Themiſtius minimus Epiſcopus Tarſi.* Multa ibi obvia ſunt exempla.

Ταπεινοφροσύνη.

I. *Explicatio vocis.* Veteres Gloſſæ: Ταπεινοφροσύνη, *humilitas, humiliatio.* Chryſoſtomus Homil. LXXIX. t. VI. Ταπεινοφροσύνη τοῦτό ἐστιν, ὅταν τις μέγας ὤν, ἑαυτὸν ταπεινοῖ. *Humilitas eſt, quando, qui magnus eſt, ſe ipſum humiliat.* Idem tom. VIII. pag. 110. Ταπεινοφροσύνης ἐστὶν, ὅταν μεγάλα τις ἑαυτῷ συνειδὼς, μηδὲν μέγα περὶ αὐτοῦ φαντάζηται. *Humilitatis illud eſt, quando, qui rerum magnarum ſibi conſcius eſt, nihil magni de ſeipſo cogitat.* Idem, Homil. XXXIII. in Geneſin: Ἡ ἀληθὴς ταπεινοφροσύνη ἐστὶν, ὅταν τοῖς ἐλάττοσιν εἶναι δοκοῦσιν παραχωρῶμεν, καὶ ἐκείνων προτιμῶμεν τοὺς πολὺ καταδεεστέρους εἶναι νομιζομένους. *Vera humilitas eſt, quando iis, qui inferiores eſſe videntur, cedimus, iiſque illos præferimus, qui longè inferiores eſſe videntur.* Et mox: Τοῦτό ἐστι ταπεινοφροσύνη, ὅταν τις ἀφορμὰς ἔχων τοῦ ἐπαίρεσθαι, καταστέλλῃ ἑαυτὸν καὶ ταπεινοῖ, καὶ μετριάζῃ. *Id humilitatem eſſe dicimus, quando, qui anſam haberet ſe ipſum efferendi, ſe deprimit, humiliat, & modeſtè de ſe ſentit.* Et Homil. VI. in epiſt. ad Philippenſes, pag. 33. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ, τὰ ταπεινὰ φρονεῖν. Ταπεινὰ δὲ φρονεῖ, οὐχ ὁ ἀπὸ ἀνάγκης ὢν ταπεινὸς, ἀλλ' ὁ ἑαυτὸν ταπεινῶν. *Humilitas eſt, humilia ſapere. Humilia autem ſapit, non qui coactus eſt humilis, ſed qui ſe ipſum humiliat.* Mox: Ταπεινοφροσύνη λέγεται, ὅτι τοῦ φρονήματός ἐστι ταπείνωσις. Ταπεινοφροσύνη *dicitur, quia mentis eſt humilitas.* Iterum Homil. CXXIII. t. V. pag. 812. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ, τὸ ἑτέρου ὀνειδίζοντος φέρειν γενναίως, τὸ ἐπιγινώσκειν τὸ ἁμάρτημα, τὸ φέρειν τὰς κατηγορίας. *Humilitas eſt, generosè ferre alterius increpationes, ſuum agnoſcere peccatum, accuſationes ferre.* Addit verò, Καὶ οὐδὲ τοῦτο ταπεινοφροσύνης ἂν εἴη, ἀλλ' εὐγνωμοσύνης. *Et neque hoc humilitatis fuerit, verùm æquanimitatis.* Eadem habet idem, Homil. XXVII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 570. ubi tamen pro κατηγορίας ponit κακηγορίας, *maledicta.* Chryſoſtomi etiam verba ſua fecit Oecumenius in I. Petri III. pag. 155. Iterum Chryſoſtomus Homil. V. de Incomprehenſibili, t. VI. pag. 423. Τοῦτό ἐστι ταπεινοφροσύνη, τὸ ὑψηλὸν ὄντα ἀπὸ κατορθωμάτων, ταπεινοῦν ἑαυτὸν ἀπὸ διανοίας. *Illud humilitas eſt, quando qui ob præclarè facta ſublimis eſt, in mente ſua ſe ipſum deprimit & humiliat.* Huc etiam pertinet illud ejuſdem, Homil. VI. ad Philippenſes, Ὅταν τις ὑψηλὰ δυνάμενος φρονῆσαι, ταπεινοφρονῇ οὗτος ταπεινόφρων ἐστί. *Quando qui ſublimia ſentire poſſet, demiſsè & humiliter ſentit, is abjecto eſt animo.* Et ſequentia Greg. Nazianzeni, Orat. XXVI. pag. 454. Ταπεινόφρων ἐμοὶ, οὐχ ὅστις περὶ ἑαυτοῦ μικρὰ διαλέγεται, καὶ τοῦτο πρὸς ὀλίγους καὶ ὀλιγάκις, οὐδ' ὅστις ταπεινῶς προσαγορεύει τὸν ἀτιμότερον· ἀλλ' ὅστις μετρίως περὶ Θεοῦ φθέγγεται. *Ego humilitatis ac modeſtiæ laudem huic demum tribuerim, non qui de ſeipſo pauca, idque apud paucos, & rarò commemorat, nec qui inferiorem humiliter affatur; ſed qui moderatè de DEO loquitur.*

II. Ταπεινοφροσύνη *eſt præſtantiſſima virtus.* Macarius Homil. XIX. pag. 294. Μεγάλη ταπείνωσις ἡ ὑψηλοφροσύνη καὶ μεγάλη ὕψωσις, καὶ τιμιότης, καὶ ἀξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη. *Elevatio ſui, ſumma eſt humilitas: humilitas autem, magna eſt exaltatio, exiſtimatio & dignitas.* Chryſoſtomus Homil. XXX. in acta, pag. 783. Ταπεινοφροσύνη μήτηρ καὶ ῥίζα, καὶ τροφὸς, καὶ ὑπόθεσις, καὶ σύνδεσμος τῶν ἀγαθῶν. Ταύτης ἄνευ βδελυκτοί, καὶ μιαροί, καὶ ἀκάθαρτοί ἐσμεν. *Humilitas eſt mater & radix, & nutrix, & fundamentum, & vinculum bonorum. Abſque ea abominabiles & ſceleſti ſumus.* Idem, Homil. LX. t. V. pag. 411. Θεμέλιός ἐστι τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας ἡ ταπεινοφροσύνη· κἂν μυρία ἄνωθεν οἰκοδομήσῃς, κἂν ἐλεημοσύνην, κἂν εὐχὰς, κἂν νηστείας, κἂν πᾶσαν ἀρετὴν, ταύτης μὴ προκαταβληθείσης, πάντα εἰκῇ καὶ μάτην ἐποικοδομηθήσεται, καὶ καταπεσεῖται ῥᾳδίως, κατὰ τὴν οἰκοδομὴν ἐκείνην τὴν ἐπὶ τῆς ψάμμου τεθεῖσαν· οὐδὲν γάρ ἐστιν, οὐδὲν τῶν ἡμετέρων κατορθωμάτων, ὃ οὐ ταύτης δεῖται. οὐδέν ἐστιν, ὃ χωρὶς ταύτης στῆναι δυνήσεται· ἀλλὰ κἂν σωφροσύνην εἴπῃς, κἂν παρθενίαν, κἂν χρημάτων ὑπεροψίαν, κἂν ὁτιοῦν, πάντα ἀκάθαρτα καὶ ἐναγῆ καὶ βδελυρὰ ταπεινοφροσύνης ἀπούσης. *Philoſophiæ noſtræ fundamentum eſt humilitas. Etſi multùm ædifices, etſi eleemoſynam, etſi preces, etſi jejunium, etſi omnem virtutem, hâc non priùs poſitâ, omnia in vanum & fruſtrà ſuperſtruentur, & corruent facilè, juxta ædificium illud ſuper arenam exſtructum. Nihil enim eſt, nihil eſt in noſtris bonis operibus, quod hac non egeat. Nihil eſt, quod ſine hac ſtare poſſit: ſed, etiamſi temperantiam dicas, etiamſi virginitatem, etiamſi opum contemtum, etiamſi quodvis aliud, omnia immunda, deteſtanda, & abominabilia ſunt, humilitate abſente.* Oecumenius in cap. I. Jacobi, pag. 117. ταπεινοφροσύνην vocat μαιεύτριαν τῶν καλῶν ἁπάντων, *omnium bonorum obſtetricem.*

Ταριχεία.

Quid propriè ſit ταριχεύω, & inde deductum ταριχεία, ex vulgatis haberi poteſt Lexicis. Nos metaphoricam tantùm harum vocum ſignificationem obſervamus. Ταριχεύειν ergo ſignificat *ſe ipſum macerare & conficere.* Chryſoſtomus Homil. VI. ad populum Antiochenum: Τί δυσκολώτερον, μὴ ὀμνύναι, ἢ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἄσιτον εἶναι, καὶ ὑδροποσίᾳ καὶ εὐτελεῖ ταριχεύεσθαι διαίτῃ; *Quid difficilius, non jurare, an per totum diem inediam pati, & aquæ potu ac tenui victu macerari?* Interpres minùs commodè, *ſiccari.* Idem, Homil. in locum I. Cor. XI. ſeu Homil. XX. t. V. Edit. Pariſ. pag. 290. Ἐπειδὰν εἰς αὐτὸ τοῦ λιμένος τὸ στόμα ἔλθωσιν, ὁλόκληρον καρποῦνται τὴν εὐφροσύνην. τότε καὶ κώπην ἀποτίθενται, καὶ τὰ σώματα ὑπὸ τῆς ἅλμης τεταριχευμένα ποτίμοις περικλύζουσιν ὕδασιν. *Ubi in portum ingreſſi fuerint, plenâ perfruuntur lætitiâ; tunc etiam remi manubrium deponunt,* (Interpres inſcitè ſatis, *laborem remittunt,* quaſi ſcriptum eſſet κόπον) *& corpora à ſalſugine macerata, potabilibus oblectant aquis.* Et Homil. I. de Lazaro, tom. eod. pag. 37. de Lazaro: Οὕτως αὐτῷ τὰ μέλη παρεῖτο. οὕτω τεταρίχευτο τῇ ἀρρωστίᾳ, οὕτω δεδαπάνητο τῷ πειρασμῷ. *Uſque adeò illi membra erant ſoluta, uſque adeò infirmitate erant macerata, uſque adeò conſumta erant tentatione.* Ita metaphoricè uſurpatur ταριχεία à Photio, epiſt. XCVII. quâ ſcribit ad Baſilium Macedonem de ſua captivitate; ubi pag. 139. ipſum ita compellat: Ἐγὼ δέ σου δέομαι, καινὴν ἴσως δέησιν ἀλλ' ἐπὶ καινοτάτοις προσαγομένην· στῆσον, ὦ βασιλεῦ, τὰ κακὰ, ᾧ βούλει τρόπῳ· ἢ τοῦ βίου τάχιον ἡμᾶς, καὶ μὴ μετὰ πολλῆς ταύτης καὶ ἀφάτου ταριχείας, ἐξάγων· ἢ τὴν ὑπερβολὴν ἀνακόπτων τῶν δυσχερῶν. *Deprecor autem ego te nova fortaſſis deprecatione, ſed rebus novatis accommodatâ: ſiſte, Imperator, malorum curſum, quocunque modo poteris, aut volueris; vel me de vita hac ſuſtollendo, id-*

que quantociùs, *non cum multa & inexplicanda mora*, *quaſi ſale conditum aſſervando*; *aut ſaltem triſtitiarum menſuram*, *quà premor*, *imminuendo*. Nec aliter Germani loquuntur de eo, qui æquo diutius in carcere delitesſcit: dicunt enim: Jch vermeyne, man wolle ihn einſaltzen.

Τασκοδρουγῖται.

Hæretici quidam, qui fuerunt circa annum decimum nonum Antonini, vocati ſunt *Phrygiaſtæ*, ſive *Montaniſtæ*, & *Taſcodrugitæ*, ut refert Epiphan. hæreſi XLVIII. pag. 175. Rationem nominis hanc reddit: Καλοῦνται δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν Τασκοδρουγῖται. Τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος καλεῖται, δροῦγγος δὲ μυκτὴρ εἴτουν ῥύγχος καλεῖται, καὶ ἀπὸ τοῦ τιθέναι ἑαυτῶν τὸν δάκτυλον τὸν λεγόμενον λιχανὸν ἐπὶ τὸν μυκτῆρα ἐν τῷ εὔχεσθαι, δῆθεν κατηφείας χάριν, καὶ ἐθελοδικαιοσύνης ἐκλήθησαν ὑπό τινων Τασκοδρουγῖται, τουτέστι, πασσαλορυγχῖται. *Vocantur autem Taſcodrugitæ ob hanc cauſſam.* Τασκὸς *apud illos perticà appellatur*, δροῦγγος *autem naſus ſive roſtrum vocatur*: *& ab eo quòd imponunt digitum ſuum*, *indicem appellatum*, *in naſum dum orant*, *triſtitiæ cauſſâ ac ultroneæ juſtitiæ*, *appellati ſunt à quibusdam Taſcodrugitæ*, *hoc eſt*, *perticonaſati aut perticoroſtrati.*

Ταυρέα.

Scutica è nervo taurino; quæ Græcis recentioribus βούνευρον dicitur. Vlachus in Theſauro ſuo: Βούνευρον, *bovis nervus.* Palladius, hiſt. Lauſiacæ cap. XVIII. pag. 35. Παραγίνεται ὁ δαίμων ἐν νυκτὶ, ταυρέαν κατέχων ὥσπερ οἱ δήμιοι, ψόφους ἐργαζόμενος τῇ ταυρέᾳ. *Accedit noctu dæmon tauream tenens ſicut lictores*, *& taureâ edens ſtrepitus.* Vide Lud. de la Cerda Adverſ. cap. CLXIX. 13. Malè Gent. Hervet. de *pelle taurina* expoſuit, ut monet Reineſius Var. Lect. l. 3. c. 5. p. 427.

Ταυτοβουλία.

Lexica non habent. Eſt *identitas voluntatis.* Cyrillus Alexand. lib. IV. cap. V. in Joh. ad cap. VII. v. 17. pag. 414. Τίθησι τὸ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἀντὶ τοῦ ἰδιαζόντως καὶ ἀποκεκομμένως κατὰ τὸ παντελὲς τοῦ κατὰ τὴν συνθέλησιν, καὶ ταυτοβουλίαν τοῦ πατρός. *Ponit iſtud*, à me ipſo, *pro peculiariter & propriè ſecundum perfectiſſimam conformitatem & identitatem voluntatis Patris.* Aliud exemplum vide in Ταυτουργία.

Ταυτόδοξος.

Non habent Lexica. *Ejusdem gloriæ.* Cæſarius Dial. III. Interrog. CXXVIII. Ταυτώνυμον καὶ ταυτόδοξον τὸ θεῖον πνεῦμα. *Ejusdem nominis ejusdemque gloriæ divinus Spiritus*, ſcil. cum Patre & Filio.

Ταυτοειδής.

Non habent Lexica. Eſt *uniformis.* Uſurpatur à Cyrillo Alexand. de perſonis in SS. Trinitate. Sic enim ille Dialogo III. de SS. Trinitate, pag. 491. Αἱ τρεῖς ὑποστάσεις ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι σύμμορφοι καὶ ταυτοειδεῖς ἀλλήλαις, εἰς ἕν τι τὸ ἀνωτάτω συνθέουσι κάλλος. *Tres perſonæ in ſancta Trinitate conformes & uniformes inter ſe*, *in unam concurrunt ſummam pulchritudinem.* Et Dial. V. de Trinitate, pag. 553. de Filio Dei: Ὅτι δὲ ἐστιν ἐν ταυτότητι τῇ κατὰ πάντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, διὰ τὴν φυσικὴν ἐμφέρειαν καὶ τὸ τῆς οὐσίας οἱονεὶ ταυτοειδὲς, διεσάφει λέγων.

Ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. *Quòd verò idem ſit cum Deo & Patre*, *propter naturalem ſimilitudinem & ſubſtantiæ quaſi identitatem*, *declaravit dicens*: *Qui me videt*, *videt eum*, *qui miſit me.*

Ταυτοεπέω.

Lexica omittunt. Legitur apud Heſychium, Ταυτοεπεῖν, τὸ αὐτὸ λέγειν, *idem dicere.* Cyrillus Alexand. in cap. IV. Jeſajæ, pag. 522. Οἱ καὶ μαθόντες παρὰ Χριστοῦ τὴν κρίσιν, ἤτοι τὴν βούλησιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ταύτην καὶ ἡμῖν ταυτοεποῦντες ἀπηγγέλκασι. *Qui* (Apoſtoli) *cùm didiciſſent à Chriſto judicium*, *ſeu voluntatem Dei & Patris*, *eam etiam nobis uno ore ac conſenſu annunciârunt.*

Ταυτοεργέω.

Non habent Lexica. *Eadem operor.* Cyrillus Alex. lib. IV. adv. Neſtorium, pag. 103. Ταυτοεργεῖ ἡ ἁγία Τριὰς, καὶ ἅπερ ἂν δρῴη καὶ βούλοιτο κατορθοῦν ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς κατὰ τὸν ἴσον τρόπον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα. *Eadem operatur ſancta Trinitas*, *& quæcunque fecerit & voluerit operari Pater*, *ea etiam eodem modo Filius*: *ſimiliter verò etiam Spiritus ſanctus.*

Ταυτοεργία.

Non habent Lexica. Eſt *idem opus*, *eadem operatio.* Cyrillus Alexand. lib. V. cap. V. in Joh. pag. 531. de Filio Dei: Θεὸς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν εἰς ταυτοβουλίαν, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, ταυτοεργίαν ἀναβαίνει τῷ φύσαντι. *Ut Deus de Deo ſecundum naturam in idem velle*, *&*, *ut ita dicam*, *in idem operari cum genitore ſuo concedit.*

Ταυτόθρους.

Non habent Lexica. Ex θρέω, *dico*, *refero.* Ταυτόθρους λόγος, *ſermo qui ubique ſimiliter increbuit.* Cyrillus Alexandr. lib. VI. in Joh. pag. 624. Παρὰ τοῖς ἀλλογενέσι ταυτόθρους διέπτατο λόγος. *Apud alienigenas talis paſſim increbuit ſermo.*

Ταυτοκίνητος.

Non habent Lexica. *Per ſe mobilis*, id eſt, qui à ſe ipſo movetur. Dionyſius Areopagita cap. VII. de cœleſti Hierarch. ſect. 2. pag. 70. dicit πρώτας οὐσίας τῆς οἰκείας αὐτοκινήτου καὶ ταυτοκινήτου κατὰ τὸ φιλόθεον ἀτρέπτου τάξεως ἀρρεπῶς ἀντέχεσθαι, *primas eſſentias* (Angelos) *ordinis ſui motum proprium æquabilemque per amorem Dei conſtanter tenere.* Ad hunc locum S. Maximus, pag. 25. Ταυτοκίνητον φησιν ὁ ἅγιος οὕτως εἶναι τὴν κίνησιν αὐτῶν, ὡς ἀπαράλλακτον, καὶ ἀμετάβολον, ὡσαύτως δὲ ἔχουσαν. *Per ſe mobilem dicit hic ſanctus ipſorum eſſe motionem*: *ut invariabilem & immutabilem*, *eodem autem modo ſe habentem.*

Ταυτολογέω.

Ταυτολογεῖν idem eſt quod ταυτοεπεῖν, *idem dicere*, *idem iisdem verbis aut idem ſignificantibus repetere.* Suidas: Ταυτοεπεῖν, ταυτολογεῖν, *rem eandem iterare.* In bonam partem accipitur. Cyrillus Alexandr. lib. XI. in Joh. cap. I. ad v. 14. cap. XVI. pag. 930. introducit Filium Dei ſic loquentem: Ἐπείπερ ἐστὶ Πνεῦμα ἐμὸν, ταυτολογήσει δὴ πάντως, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐμῶν ἀναγγελεῖ θελημάτων. *Quoniam Spiritus meus eſt*, *eadem omnino mecum loquetur*, *& quæ meæ voluntatis ſunt annunciabit.*

Tav-

Digitized by Google

Ταυτοπάθεια.

Non habent Lexica. Eſt *lex talionis.* Can. IV. Concilii Nicæni II. Τῇ ταυτοπαθείᾳ ὑποκείσεται. *Talionis legi erit obnoxius.* Balſamon ad hæc verba, pag. 499. Ταυτοπάθειά ἐςι, τὸ παθεῖν εὐλόγως, ὃ παραλόγως ἐποίησε. *Tautopathea eſt, id jure pati quempiam, quod præter rationem fecit.*

Ταυτοσθενής.

Non habent Lexica. *Ejusdem virtutis & roboris.* Cyrillus Alexandr. Dial. III. de SS. Trinitate, pag. 469. Ἀναγκαίῳ πρὸς οὐσιώδη ταυτότητα συντετάχαται νόμῳ, τά, ὅσαπερ ἂν ἀλλήλοις ταυτοσθενῆ τὴν ἐνέργειαν διαλαχόντα φαίνοιτο. *Neceſſario ad ſubſtantialem identitatem illa compoſita ſunt lege, quæcunque ejusdem virtutis operationem mutuò nacta videntur.*

Ταυτότης.

Vocem, utut uſitatam, omittit diligentiſſimus Stephanus: alii eam Lexicographi exponunt quidem, ſed ſatis jejunè, & obiter tantum. Heſychius: Ταυτότητος, ἀπαραλλάκτου καὶ φυσικῆς κοινωνίας. *Identitatis, immutabilis & naturalis communionis.* Suidas: Ταυτότης, ἡ ὁμοιότης, *identitas, eadem res, ſimilitudo.* Idem: Ταυτότητος, ἀπαραλλάκτου φύσεως. *Identitatis, immutabilis, vel per omnia ſimilis naturæ.* Cyrillus Alexandr. Dial. III. de SS. Trinitate, pag. 498. Οὐχ ἕτερος ἂν νοοῖτο παρ' αὐτὸν ὑπάρχειν, ὅσον εἰς ταυτότητα φυσικήν. *Non alius ab ipſo* (Patre) *intelligendus* (Filius,) *quod ad naturalem identitatem attinet.* Et mox, pag. 500. iterum de Filio: Πῶς ἂν λέγοιτο Θεὸς ἔτι καὶ ἀληθινός, ἢ πῶς ἂν ἔχειν δύναιτο τὴν πρὸς Θεὸν Πατέρα ταυτότητα, φυσικήν, τοῖς ἐν γενητοῖς καταλεγόμενος; *Quomodo adhuc verus Deus diceretur, vel quomodo habere poſſet naturalem cum Deo Patre identitatem inter creaturas numeratus?* Aliud exemplum habes ſub voce præcedenti. Legitur etiam apud Ariſtot. ut in Lexico noſtro docemus.

Ταυτώνυμος.

Non habent Lexica. *Ejusdem nominis.* Vide in Ταυτόδοξος.

Ταφή.

Circa mortuorum ταφήν, *ſepulturam*, duo maximè veniunt nobis obſervanda.

I. *Locus*, qui uſitatiſſimè vocatur Κοιμητήριον, de quo ſuo loco jam actum. Extra urbes ſepeliebantur mortui. Chryſoſtomus in Pſ. V. Τὰ νεκρὰ σώματα ἔξω τῆς πόλεως καταθάπτομεν. *Corpora mortua extra urbem ſepelimus.* Macarius Homil. XXX. dicit ἐκκομίζειν ἔξω τῆς πόλεως τὸν νεκρόν, *efferre mortuum extra urbem.* Chryſoſtomus Homil. LXXXIX. t. VI. Πᾶσα πόλις, πᾶσα κώμη πρὸ τῶν εἰσόδων τάφους ἔχει. *Omnis urbs, omnis pagus ante introitum ſepulchra habet.* Ratio ibidem ſubjicitur: Ἐπείγεταί τις εἰσελθεῖν εἰς πόλιν βασιλεύουσαν, καὶ κομῶσαν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀξιώμασι· καὶ πρὶν ἴδῃ ὃ φαντάζεται, βλέπει πρῶτον ὃ γίνεται, τάφοι πρὸ τῶν πυλῶν, τάφοι πρὸ τῶν ἀγρῶν. πανταχοῦ τὸ διδασκάλιον τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πρόκειται· καὶ παιδευόμεθα πρῶτον εἰς τί καταλήγομεν, καὶ τότε ὁρῶν τὰ ἔσω φαντάσματα. *Feſtinat quis ingredi in urbem regiam, & divitiis ſuperbientem atq; potentia aliisq; prærogativis: & antequam videat, quod menti ejus occurrit, videt priùs qualis ipſe ſit futurus: ſepulchra ante portas: ſepulchra ante villas: ubique humilitatis ſchola nobis proponitur, atque docemur, in quid reſolvamur, deinde etiam, quid animo nobis finxerimus.* Plura vide in Ἐκκομιδὴ & Ἐκφορά. Interim perinde eſt, quo quis loco ſepeliatur. Id docet Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLVII. lib. V. pag. 600. Χρὴ θάπτειν τὸ σῶμα, καὶ δρεῖν εἰς τὸν τόπον, ὃς ἂν καὶ ἐτελεύτησε. Γυναικείας γὰρ οἶμαι καὶ μικρᾶς διανοίας τὸ ἀπὸ πόλεων εἰς πόλεις μετακομίζειν, καὶ τὰ μυστήρια τῆς φύσεως δημοσιεύειν, πάσης τῆς γῆς πατρίδος οὔσης. *Corpus ſepelire oportet, eiq; juſta perſolvere in eo loco, in quo mortuum eſt. Effæminati enim & puſilli animi fuerit illud ex una urbe in aliam transferre, & naturæ arcana detegere, cùm omnis terra ſit patria.* Nec tamen licuit mortuos in templis Apoſtolorum, vel Martyrum ſepelire. Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. II. ſect. II. pag. 1243. Biblioth. Juris Canonici: Οὐ δεῖ θάπτειν ἐν ἐκκλησίαις ἀποστόλων, ἢ μαρτύρων. *In Eccleſiis Apoſtolorum vel Martyrum ſepelire non licet.* Hæc Græci ſic interpretantur, ut corpora mortuorum in Eccleſia nullatenus ſepeliantur, propter honorem Numini divino debitum. Alii ut humari prohibeantur in ſede & Baſilica Martyrum, ſive in Eccleſiis duntaxat, in quibus Martyrum corpora conduntur. Theodorus Hermopolites: Ἀπαγορεύει τὸ παρὸν κεφάλαιον καὶ ἀποτρέπει τὸ θάπτεσθαι τοὺς νεκροὺς ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις, διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον τιμήν. Ὡς δὲ ὁ Θεόδωρος φησιν, ἐν ἐκείναις ταῖς ἐκκλησίαις κωλύεται θάπτεσθαι νεκρός, ἐν αἷς σώματα μαρτύρων ἀπόκειται. Verius eſt, licitum non fuiſſe tam in Eccleſiis, quàm in Apoſtolorum & Martyrum Baſilicis corpora ſepulturæ tradere: Concilii Bracarenſis I. Can. XXXVI. idque ſecundum majorum inſtituta, ut eſt in Can. VI. Conc. Nannetenſis. Sepeliebantur igitur in atrio, aut in porticu, aut in exedris Eccleſiæ vel cœmeteriis. Optatus lib. VI. pag. 99. *Quid referam etiam illam impietatem de veſtra conjuratione venientem, quia ad hoc Baſilicas invadere voluiſtis, ut vobis ſolis Cimiteria vindicetis, non permittentes ſepeliri corpora Catholica, ut terreatis vivos, malè tractatis & mortuos, negantes funeribus locum.* Concilia Anglic. pag. 451. *Docemus etiam, ut nemo quempiam in Eccleſia,* &c. Et pag. 590. *Nemo in Eccleſia ſepeliatur.*

II. *Varii ritus circa mortuorum ſepulturam.* Præcipuos tantùm, & quorum Scriptores Eccleſiaſtici mentionem faciunt, hìc exſtare volumus.

1. *In genere.* Dionyſius Areopagita Eccleſ. Hierarch. cap. VII. pap. 350. 351. varios ritus, qui in funeratione obſervari ſolent, in iſtum modum deſcribit.

a. Defunctus à propinquis ad Epiſcopum deferebatur, ut ſacras pro eo preces conciperet, fortemque athletam coronâ donaret. Οἱ τοῦ κοιμηθέντος οἰκεῖοι, λαβόντες αὐτόν, ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ἄγουσιν, ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν.

b. Propinqui decantabant DEO hymnos, quibus & DEO gratias agerent. & ſibi ſimilem requiem optarent. Μακαρίζουσι, πρὸς τὸ νικηφόρον εὐκταίως ἀφικόμενον τέλος, καὶ τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι, προσέτι καὶ αὐτοὺς ἀφικέσθαι πρὸς τὴν ὁμοίαν εὐχόμενοι λῆξιν.

c. Poſteà Epiſcopus etiam concipiebat τὴν πρὸς Θεὸν εὐχαριστήριον εὐχήν, quòd defunctus in cognitione Dei & militia Chriſtiana ad mortem uſque perſeveraſſet.

d. Diaconi recitabant promiſſiones, quæ in Scripturis de reſurrectione exſtant, & hymnos eodem pertinen-

Digitized by Google

tinentes decantabant. Οἱ λειτουργοὶ τὰς ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἐμφερομένας ἀψευδεῖς ἐπαγγελίας περὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν ἀναστάσεως ἀναγνόντες, ἱερῶς ᾄδουσι τὰς ὁμολόγους καὶ ταυτοδυνάμους τῶν ψαλμικῶν λογίων ᾠδάς.

e. Hactenus recitata præſentibus fiebant Catechumenis: iisdem verò dimiſſis Archidiaconus ſanctos antè defunctos commemorabat, & quaſi victores clara voce pronunciabat, parique laudatione eum prædicabat dignum, qui paulò antè exceſſerat è vita, hortabaturque omnes, ut ejus imitatione beatum quisque finem ſibi in CHRISTO expoſcerent. Τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους, μεθ' ὧν ἀξιοῖ τὸν ἄρτι τελειωθέντα τῆς ὁμοταγοῦς ἀναῤῥήσεως, καὶ προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν τελείωσιν.

f. Antiſtes Deum precabatur, ut defuncto peccata omnia remitteret, quæ per humanam infirmitatem contracta ſunt, eumque in lucem ſanctam ac vivorum regionem transferret, & collocaret in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Jacob, in loco, à quo dolor & triſtitia gemitusque aufugiunt. Εἶτα προσελθὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης, καὶ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος δεῖται, πάντα μὲν ἀφεῖναι τὰ δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἡμαρτημένα τῷ κεκοιμημένῳ, κατατάξαι δὲ αὐτὸν ἐν φωτὶ καὶ χώρᾳ ζώντων, εἰς κόλπους Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ἐν τόπῳ οὗ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός.

g. Finitis precibus Antiſtes oſculo pacis ſalutabat defunctum, & poſt eum alii idem agebant, qui adeſſent. Καὶ μετὰ τὴν εὐχήν, αὐτός τε ὁ ἱεράρχης ἀσπάζεται τὸν κεκοιμημένον, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ παρόντες ἅπαντες.

h. Eo peracto Antiſtes defunctum oleo perfundebat, & pro omnibus prece facta, honorato loco corpus collocabat unà cum æqualibus aliis corporibus ſanctis. Ἀσπασαμένων δὲ πάντων, ἐπιχεῖ τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ὁ ἱεράρχης, καὶ τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχὴν ἱερὰν ποιησάμενος, ἀποτίθησιν ἐν οἴκῳ τιμίῳ τὸ σῶμα, μεθ' ἑτέρων ὁμοταγῶν ἱερῶν σωμάτων. De ritu, quo defuncti oleo ungebantur, jam actum in voce Ἔλαιον, num. II. 1. & in verbo Ἐνταφιάζω.

Quibus ritibus Græci recentiores mortuos ſuos, tum Clericos, tum Laicos, ſepelire ſoleant, pluribus docet Euchologium ſub ſequentibus titulis, Περὶ τοῦ πῶς δεῖ θάπτειν τοὺς νεκρούς· Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς κοσμικούς· Ἀκολουθία τοῦ ἐξοδιαστικοῦ τῶν μοναχῶν· Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς ἱερέας τελευτήσαντας. Quæ omnia huc transferre, nimis longum, & vix operæ eſſet precium. Ut interim harum quoque rerum curioſi, aliquem ſaltem horum rituum guſtum habeant, ἐν ἐπιτομῇ eos Lectori proponimus, quemadmodum ab Allatio deſcribuntur. *Cùm diem quis obierit, curatum pro more funus, preces Sacerdote cum ſtola fundente, & incenſo thure honorem DEO tribuente, domo effertur; & iiſdem ſacerdotibus cum cereis, & Diacono cum thuribulo præeuntibus, non ſine canticis ad templum procedunt, deponuntq; in Narthece, ſi Narthex in Eccleſia eſt; ſin minùs, in ipſa Eccleſia: & recitatis Pſalmis, aliisq; Tropariis & orationibus, quæ pro more illius Eccleſiæ recitari ſolent, ad ſepulchrum deferunt, & reponunt. Tum Sacerdos, ſemper orans, palà terram aſſumens, in modum Crucis ſuper funus projicit; poſtmodum lampadem, ex iis quæ ante imagines ardent, plenam aqua & oleo ſuper idem funus evacuat, aut cinerem, qui in thuribulo eſt. Tum demum, uti moris eſt, tegunt terrà eàdem, quæ effoſſa fuerat, ſi pauperes ſunt. Quodſi ſepulchrorum jus habent, aliter fit; cùm & ſepulchra diverſa ſint. Illa ſiquidem in eadem Eccleſia, ſub terra excavata, muris quaquaverſum ſepiuntur, quorum in medio ligneæ crates, vel cancelli ferrei appenduntur, ſuper quibus funus reponitur; veteris funeris, ſi eſt, reliquiis in inferiora per rimas detruſis; tum demum lapide cooperiunt. Nec fas eſt alii, quàm cui jus competit, ſepeliri. Et hæc quidem, ſi in Eccleſia ſepulturæ locus ſit; ſin minùs, circa eandem Eccleſiam campus eſt, in quo ſepulchra ſuis familiæ exſtruunt; & pauperes habent terram; quà tegant cadavera. Conſtantinopoli, in qua nulli ſepulturæ locus eſt, extra urbis mœnia campi omnibus patent; quos religio ipſa dividit; ne, quos cultus viventes diviſit, eorum demortuorum cadavera terra conjungat. Multi etiam ad inſulas, quæ circa Byzantium ſunt, funera aſportant. Si Sacerdos fuerit qui exceſſit, tres alii Sacerdotes è lectulo in ſtoream deponunt, & oleo puro corpus detergunt, veſtiuntq; ſuis indumentis; tum ornatu reliquo Sacerdotum amicti faciem ſudario, quo calix in Miſſa operitur, velant, & Evangeliorum librum ſuperponunt, &, poſt preces recitatas, iidem Sacerdotes funus efferunt, deportantq; ad Eccleſiam, poſt officia & amplexus, ſepulturæ commendant. Patriarcharum & Præſulum cadavera non decumbunt in feretro, ſed veſtibus ſuis ſacris induti, dum officia recitantur, in Throno ſedent, & ſedentes etiam in ſepulchro, cùm fieri poteſt, collocantur. Monachi corpus defuncti non abluunt; quod & nudum videre nefas ducunt. Quare, qui id muneris exſequitur, Monachus, ſpongiis aquâ tepidâ tumentibus tergit corpus, cùm priùs, cruce cum ſpongia demortui frontem, pectus, manus, pedes, & genua ſignaverit; tum nova veſte, à viſione nudi corporis abſtinens, induit, amicto cucullam apponit, & ad mentum detrahit, ne facies videatur. Deinde reſticula, pallio, & ſuccinctorio circumveſtit, & novis calceis ornat: tum demum mantellum ipſius obliquè extenditur, ſtoreaque, quæ totum corpus excipiat, ſuperimponitur. Sic ad exequias præparato corpore, mantelli extrema obliqua cultro abſcindit, & totum in duas partes dividit, & illis perforatis extremas partes loro componit, & unà colligans, tres cruces efficit, unam ad caput, alteram ad pectus, & tertiam ad genua; reliquo loro pedes devincit. His peractis advocatur ſacerdos, qui cum ſtola poſt incenſum bona precatur; & Fratres eum ſublatum in Eccleſiam devehunt; &, ſi defunctus Sacerdos eſt, in medio Templi, ſi idiota, in Narthece deponitur. Cùm tempus exequiarum advenerit, ſigno dato, reliqui omnes accurrunt; quibus cereos diſtribuit ſcevophylax, & illis accenſis officium incipit. Recitato Evangelio, aliis canentibus, alii ordine ſuo funus amplectuntur & deoſculantur; poſt oſcula, ad cœmeterium delatum ſepulturæ tradunt.*

2. *In ſpecie.*

a. In funeribus hymni & pſalmi decantabantur. Chryſoſtomus Homil. CXVI. t. VI. Ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις αὐτοὺς προπέμπομεν. *Pſalmis & hymnis eos* (mortuos) *comitamur.* Idem, Homil. XIV. in I. ad Tim. pag. 309. dicit, Μετὰ ὕμνων προέπεμπον τοὺς ἀπελθόντας. *Cum hymnis ex hac vita diſcedentes deducebant*, vel *comitabantur.* Atque hoc, ut eſt ibidem, προπομπήν, *proſecutum*, juxta veteres Gloſſas, vel *comitatum præcedentem*, non ἐκφοράν, *funeris elationem*, vocabant. Hoc Greg. Nazianzeno, Orat. in Sororem, eſt προπεμπτήρια χαρίζεσθαι. Iterum Chryſoſtomus Homil. LXI. t. V. in funeribus dicit eſſe ψαλμῳδίας καὶ εὐχάς, καὶ πατέρων συλλόγους, *pſalmorum cantus, & preces, atq; Patrum concurſum.* Id obſervatum in funere Conſtantii, Conſtantini M. patris.

patris, ut in vita Conſtantini refert Euſebius, lib. I. p. 121. b. Τῆς προκομιδῆς ἡγούμενος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πατρικοῖς φίλοις, τῶν μὲν ἡγουμένων, τῶν δὲ κατόπιν ἑπομένων, σὺν παντὶ κόσμῳ τὸν θεοφιλῆ συνέπεμπεν. εὐφημίαις τε καὶ ὕμνοις οἱ πάντες τὸν τρισμακάριον ἐτίμων, ὁμογνώμονί τε συμφωνίᾳ τοῦ τεθνεῶτος ἀναβίωσιν ἐδόξαζον. *Exequias præcedens* (Conſtantinus) *cum amicis paternis, aliis quidem præeuntibus, aliis verò à tergo ſequentibus, cum toto magiſtratu Dei amantem comitabatur: laudibus etiam & hymnis univerſi beatiſſimum illum honorabant, & conſpirante concentu mortui vitam laudabant.* Gregor. Nyſſenus de vita S. Macrinæ, t. II. pag. 201. de funere Macrinæ: Καὶ ἦν τις μυστικὴ πομπὴ τὸ γινόμενον, ὁμοφώνως τῆς ψαλμῳδίας ἀπ' ἄκρων ἐπὶ ἐσχάτους, καθάπερ ἐν τῇ τῶν τριῶν παίδων ὑμνῳδίᾳ μελῳδουμένης. *Quæ quidem pompa non carebat myſterio, cùm à principio ad finem uſq; decantatio pſalmorum eadem voce, triplicíq; canentium ordine, ſicut ille trium puerorum cantus, abſolveretur.* Macarius Homil. XV. pag. 184. πλούσιος ἀνὴρ, ἐὰν ἀποθάνῃ, μετὰ μελῳδιῶν καὶ θρήνων καὶ κοπετοῦ ἐκκομίζεται τοῦ βίου ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, καὶ πρὸς συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ γνωρίμων. Interpretationem jam habes in Ἐκκομίζω. Quid verò ſibi vult, quòd in Chriſtianorum funerum deductione hymni accinuntur? Hymni ſunt congratulantium, ac Deum glorificantium, quòd eum, qui exceſſit è vita, jam à laboribus liberaverit, quòd metu mortis exemtum apud ſe habeat, immarceſcibili ornaturus coronâ. Hymni enim & pſalmodiæ ſunt lætantium. Ac ne quis putet, hæc à nobis ficta & excogitata eſſe, Chryſoſtomum laudo autorem & magiſtrum, cujus hæc ſunt verba Homil. IV. in epiſt. ad Hebræos: Τί βούλονται οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν θεὸν δοξάζομεν, καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐστεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα; ὅτι τῶν πόνων ἀπήλλαξεν; ὅτι τῆς δειλίας ἐκβαλὼν ἔχει παρ' ἑαυτῷ, οὐ διὰ τοῦτο ὕμνοι; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; ταῦτα πάντα χαιρόντων ἐστί. *Quid ſibi volunt hymni? Annon Deum glorificamus, eiq; gratias agimus, quòd eum, qui exceſſit, jam coronaverit? quòd à laboribus liberaverit? quòd ejecto metu eum apud ſe habeat? Non ideo ſunt hymni? non ideo pſalmodiæ? Hæc omnia ſunt lætantium.* Idem, Homil. CXVI. tom. VI. propterea dicit nos in funere Pſalmos canere, ἵνα τὴν πρὸς τὸν δεσπότην εὐχαριστίαν σημαίνωμεν, *ut hac ratione noſtram erga Deum gratiarum actionem teſtemur.* Qui verò maximè fuerint illi Pſalmi, quos canere ſolebant, docet Chryſoſtomus Homil. IV. in epiſt. ad Hebræos, pag. 454. Ἐννόησον τί ψάλλεις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε. *Cogita quid pſallas illo tempore,* nempe cùm funus effertur. *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Hæc leguntur Pſal. CXVI. 7. Καὶ πάλιν· Οὐ φοβηθήσομαι κακά, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. Et rurſus: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es*: ex Pſal. XXIII. 4. Καὶ πάλιν· Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με. Et rurſus: *Tu es mihi refugium à tribulatione quæ me circumdat*: ex Pſal. XXXII. 7. Apud Gentes etiam id ipſum obſervatum teſtatur Macrobius lib. II. cap. III. pag. 90. *Mortuos quoq; ad ſepulturam proſequi oportere cum cantu, plurimarum gentium vel regionum inſtituta ſanxerunt: perſuaſione hac, quâ poſt corpus animæ ad originem dulcedinis muſicæ, id eſt, ad cælum redire credantur.* Tibicines fuiſſe adhibitos apud Hebræos, ex hiſtoria Evangeliſtarum ſatis clarum. Vide Matth. X. 23. Idem apud Græcos Romanosque frequentatum. Iſidorus Originum lib. II. cap. XX. de tibiis. *Has diu funeribus tantùm adhibitas* (ferunt,) *mox & ſacris Gentium.* Lucianus in mortui proſopopœia: Τί μοι ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στερνοτυπία; *Quid me luctus ille veſter, & ad tibiam pectoris percuſſio juvat?*

b. *Corpora defunctorum honeſtè ſepulta.* Id docet Origenes Lib. VIII. contra Celſum, pag. 397. Ψυχὴν λογικὴν τιμᾷν μόνην ἡμεῖς ἴσμεν, καὶ τὰ ταύτης ὄργανα μετὰ τιμῆς παραδίδοναι κατὰ τὰ νενομισμένα ταφῇ· ἄξιον γὰρ τὸ τῆς λογικῆς ψυχῆς οἰκητήριον μὴ παραῤῥιπτεῖσθαι ἀτίμως, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὁμοίως τῷ τῶν ἀλόγων· καὶ μάλιστα, ὅτε οἱ τὴν τιμὴν τοῦ σώματος, ἔνθα λογικὴ ψυχὴ ᾤκησε, πεπιστεύκασι, καὶ ἐπ' αὐτὸν φασὶ δεξάμενον καλῶς ἀγωνισαμένην διὰ τοιούτου ὀργάνου ψυχήν. *Solam rationalem animam honorare novimus, & ejus organa ſolenni ſepulturæ honore dignamur: meretur enim rationalis animæ domicilium non projici temerè, ſicut brutorum cadavera; & præcipuè, quòd hi confidunt honorandum eſſe corpus, quod erat animæ rationalis domicilium, & propter eum affirmant, qui animam recepit, pulchrè tali inſtrumento in ſuo certamine utentem.* Sunt tamen, qui omnem circa ſepulturam ſplendorem & ſumtuoſitatem repudiârunt. Id fecit Ephræm Syrus, qui noluit ſplendidè ſepeliri, ſed juſſit, τὰ ὁρισθέντα εἰς τὴν ἐκείνου ταφὴν δοθῆναι πτωχοῖς, *ea, quæ ad ſepulturam ipſius decreta eſſent, pauperibus dari*: ut in vita ejus refert Greg. Nyſſenus, t. III. pag. 613.

c. *Corpora defunctorum novis induebantur veſtimentis.* Chryſoſtomus Homil. CXVI. t. VI. Καινοῖς ἱματίοις αὐτοὺς ἀμφιέζομεν, τὸ καινὸν ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας ἡμῶν προμηνύοντες. *Novis veſtamentis eos* (mortuos) *amicimus, novum indumentum incorruptæ naturæ noſtræ præſignificantes.*

d. *Veteres ſolebant* ὀφθαλμοὺς καθελεῖν, *oculos comprimere.* Vide in Καθαιρέω, num. II. Περιστέλλω σῶμα, vel νεκρόν. Vide in περιστέλλω, num. II.

e. *Loculus ad Orientem ponebatur.* Chryſoſtomus Homil. CXVI. t. VI. Πρὸς ἀνατολὰς τὴν σορὸν κειμένην σχηματίζομεν, τὴν ἀνάστασιν αὐτῷ διὰ τοῦ σχήματος προσημαίνοντες. *Verſus Orientem poſitum loculum componimus, reſurrectionem ei* (mortuo) *hâc figurâ præſignificantes.*

f. *Funalia ſive cerei accendebantur.* Hoc autem ritu ſignificabant veteres, defunctos deduci tanquam athletas quoſdam, qui devicto ſeculo ad ſupremum illum βραβευτὴν ac deſignatorem pergant, coronas ac præmia accepturi ſtrenuè pugnatarum pugnarum. De hoc nos non ſinit ambigere Chryſoſtomus Homil. IV. in epiſt. ad Hebræos: Εἰπέ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραί; οὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς προπέμπομεν; *Dic mihi, quid ſibi volunt claræ lampades? annon eos tanquam athletas deducimus?* Et Homil. CXVI. t. VI. θυμιάμασι καὶ κηρίοις αὐτοὺς συνοδεύομεν, δεικνύντες ὅτι τοῦ σκοτεινοῦ βίου λυθέντες, πρὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐπορεύθησαν. *Suffimentis atque cereis eos comitamur, oſtendentes, quòd, ex tenebricoſa vita liberati, ad veram lucem ſint profecti.* Sic adhibita funalia in funere Macrinæ, ut refert Nyſſenus in illius vita, t. II. pag. 201. Τοῦ γὰρ λαοῦ περὶ τὴν κλίνην πεπυκνωμένου, καὶ πάντων ἀπλήστως ἐχόντων τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου θεάματος, οὐκ ἦν ἐν εὐκολίᾳ τὴν πορείαν ἡμῖν διανύεσθαι. προηγεῖτο δὲ καθ' ἑκάτερον μέρος διακόνων τε καὶ ὑπηρετῶν οὐκ ὀλίγον πλῆθος στοιχηδὸν τοῦ σκηνώματος προπομπεῦον, τὰς ἐκ κηροῦ λαμπάδας ἔχοντες πάντες. *Cùm enim frequens populus feretrum circumſtaret, nec tam mirabili & ſacro ſpectaculo poſſet expleri, non erat facile nobis iter facere, ex utraque autem parte præcedebat non exiguus diaconorum miniſtrorúmque numerus, qui omnes ordine progredientes, accenſos cereos manibus geſtabant.* Ita in funere Conſtantii, patris Conſtantini M.

φῶτα ἐπὶ σκευῶν χρυσῶν, *lumina candelabris aureis impoſita*, accendebantur.

g. *Sepulchra ſanctorum floribus ſpargebantur.* Severus: *Inani munere ſolum ipſum flore purpureo, & ſuave redolentibus ſparge graminibus.* Eundem morem laudat in Chriſtianis Prudentius:

Nos tecta fovebimus oſſa
Violis, & fronde frequenti, &c.

Addebantur floribus etiam aromata, & quidquid odore precioſo eſt. Prudentius:

Candore nitentia claro, Aſperſaq; myrrhâ Sabæo Prætendere lintea mos eſt, Corpus medicamine ſervat. Ethnici etiam coronabant mortuos, ut ſignificarent ipſorum ex victoria ſeculi ἀόχλητον ἀμεριμνίαν. Sic enim interpretatur Clemens Alexand. lib. II. Pædagog. cap. VIII. pag. 181. Ἀοχλήτου ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον. ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς καταστεφανοῦσιν· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ εἴδωλα, ἔργῳ προσμαρτυροῦντες αὐτοῖς τὸ εἶναι νεκροῖς. *A turba & negotio remota ſegnitiæ corona ſignum eſt. Qua de cauſſa mortuos quoq; coronant, quo nomine re ipſa ſuo teſtimonio idola mortua eſſe aſſerunt.* Unde & *funebres* quaſdam *coronas* nominat Tertullianus, de Corona militis cap. XIII. Id verò priſci Chriſtiani, qui nihil prorſus commune cum paganis ſibi eſſe volebant, à ſuis moribus repudiârunt. Unde Minutius Felix in Octavio: *Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut non ſentienti coronam, cùm & beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus. At enim nos exequias adornamus eadem tranquillitate quâ vivimus, nec adnectimus areſcentem coronam, ſed à Deo æternis floribus vividam ſuſtinemus.*

h. *Cibus* ἐντάφιος Hoſeæ IX. 4. Αἱ θυσίαι αὐτῶν, ὡς ἄρτος πένθους αὐτῶν, πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰ, μιανθήσονται. *Sacrificia eorum quaſi panis luctus eorum, omnes qui manducaverint ea, contaminabuntur.* Ad quæ Theodoretus, pag. 729. Καθάπερ γὰρ ὁ τοῖς πενθοῦσι προσφερόμενος ἄρτος, αὐτούς τε τοὺς πενθοῦντας ἀποκναίει διὰ τὸ πένθος, καὶ τοῖς συνδειπνοῦσιν οὐ θυμήρης ἐστὶ, διὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ πένθους· ἀναγκαζόμενοι δὲ μεταλαμβάνειν, μιασμόν τινα λαμβάνειν ἐκεῖθεν ὑπολαμβάνουσιν· οὕτως αἱ θυσίαι αὐτῶν βδελυγμίας εἰσὶν ἁπάσης μεσταί. *Quemadmodum enim qui lugentibus panis apponitur, & ipſos lugentes propter luctum ad dolorem concitat, & ſimul epulantibus non eſt gratus, ob luctus communionem, & coacti comedere piaculum quoddam illinc contrahere ſe arbitrantur: ita ſacrificia eorum abominatione omni referta ſunt.* Cyrillus Alex. ad eundem locum: Panis luctus *eſt, qui lugentibus mortuum appoſitus in cibum, quem vel guſtare durum erat; pollutionem ſuper mortuo ſtudioſe caventibus.* Hieronymus ibid. *Lugentium cœnas Græci* νεκρόδειπνα *vocant, nos* parentalia *poſſumus dicere, ab eo quòd parentibus mortuis immolentur.* Haymo ibid. *Mos apud Judæos fuit mortuum per ſeptem dies deflere: quamdiu hoc agebatur lamentum, immundum erat quicquid in domo mortui fiebat, & quicquid vel comederetur ex eadem domo, vel tangeretur, polluebat.* Sic hodieque proximi defunctorum apud Judæos agnati ſeptendio lugent, nudis pedibus humi ſedentes, &c. primâ veſperâ ſuo cibo non veſcuntur, ſed amicorum, qui inviſunt & epulas ſecum afferunt. Ova præcipuè illis mittuntur conſolationis ergò, quòd mors, ut ovum rotundum, volubilis ſit, hodie hunc petat, cras alium. Aquam omnem è domo funeſta profundunt in plateam, quòd Angelus mortis gladium eâ abluere, & eam ita inficere ſoleat. Vide Cl. Buxtorfium Synagogæ Judaicæ cap. XLIX. *Flentes hodieq; Judæi* inquit Hieronymus, *& nudatis pedibus in cinere volutati, ſacco incubant. Ac ne quid deſit ſuperſtitioni ex ritu vaniſſimo Phariſæorum, primum cibum lentis accipiunt; videlicet oſtendentes quaſi quo edulio primogenita perdiderint:* ad Paulam de Dormit. Blæſillæ. Hujusmodi *epulæ funebres* apud Græcos quoque fuere in uſu, quas celebrârunt, referente Euſtathio in Homeri Iliad. ψ. partim in ipſa ſepultura, & quidem ad ſepulchrum, mortuo nondum humato, circa veſperam, & τάφους, item τάφους ἐπιδορπίους indigitârunt. Heſychius: Τάφος, τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ. Τάφος, eſt *exequialis cœna in honorem mortuorum celebrari ſolita.* Ejusmodi τάφος, id eſt, *epulum ſepulchrale* agitatum fuit Patroclo nondum ſepulto, ut Homerus teſtatur Iliad φ & ψ. Epiphanius in Ancorato, pag. 506. ſcribit, Græcos ſolitos fuiſſe cibum potumque ad monumenta ferre, additis inſolentibus clamoribus, quibus defunctum alloquebantur, Ἀνάστα ὁ δεῖνα, φάγε, καὶ πίε, καὶ εὐφράνθητι. *Reſurge tu, ede, & bibe, ac lætare.* Partim hujusmodi convivia poſt ſepulturam peregere, quæ περίδειπνα vocârunt. Vide Euſtathium in Iliad. ψ. & Athenæum lib. VII. & VIII. Alexandrum ab Alex. gen. dier. lib. III. cap. VII. Tale epulum ſepulchrale celebrârunt Græci poſt Hectoris obitum, teſte Homero, Iliad. ω. & Argonautæ in memoriam Idmonis defuncti, memorante Apollonio Argonaut. lib. II. Apud Romanos quoque funebrium hujusmodi epularum frequentem uſum fuiſſe legimus, de quibus ferè differentem vide Kirchmannum de funerib. Roman. lib. IV. cap. IV. & V. & Guiliel. Stuckium Antiq. Conviv. lib. I. cap. XXVI. qui etiam de epulis barbararum gentium funebribus ac monſtroſis varia ex variis autoribus notatu haud indigna depromſit. Hunc ritum in funeribus, poſtque funera epulandi ad Chriſtianos etiam in primitiva Eccleſia manâſſe, & non paucis abuſibus ſucceſſu temporis pollutum fuiſſe, ex Auguſtino, Ambroſio & Cypriano idem Stuckius docet.

i. *Orationes non ſolùm in funeratione, ſed anniverſaria etiam die jam à nato Chriſto, tertio quartoq; minimùm ſeculo fuerunt uſitatæ.* Dionyſium Areopagitam, num. II. 1. ubi de ritibus ſepulchralibus in genere, jam audivimus. Porrò in quaq; Eccleſia quotannis ſtata die ſolitos in myſteriis commemorari, qui in Chriſto obdormiviſſent, autores ſunt nobis aliquot, qui tertio ſeculo vixerunt. Tertullianus de Monogamia, cap. X. pag. 955. de fœmina, cujus maritus obiit: *Enimverò & pro anima ejus orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitationis ejus.* Idem exhortatione ad caſtitatem, cap. XI. pag. 942. *Et jam repete apud Deum pro cujus ſpiritu poſtules, pro qua oblationes annuas reddas.* Cyprianus epiſt. LXVI. ad Clerum & plebem Furnitanorum, pag. 158. *Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes, & ſalubriter providentes, cenſuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam Clericum nominaret; ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione ejus celebraretur.* Quanquam autem pleræque oblationes tam ad ſacras ſynaxes, quàm ad eleemoſynas pauperibus erogandas, ex legatione defunctorum aut amicorum liberalitate fiebant; unde etiam ſacra ſynaxis δῶρον appellabatur, ut videre eſt in voce Δῶρον, num. II. non idcirco tamen orationibus & oblationibus caruiſſe, qui opibus & amicis deſtituti naturæ conceſſiſſent, clarè indicant hæc verba Auguſtini, t. IV. de cura pro mortuis, cap. IV. *ſupplicationes faciendas pro omnibus in Chriſtiana & Catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumq; ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia, ut* quibus

Digitized by Google

quibus ad iſta deſunt parentes, aut filii, aut quicunq; cognati vel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi. Imò, ſi eos audimus, qui circa annum quadringenteſimum vixerè, jam tum per univerſam hic mos obtinebat Eccleſiam. Liquet hoc ex Auguſt. t.IV. de cura pro mortuis gerendis, cap. I. Nam cùm Paullinus ſcripſiſſet, *vacare non poſſe, quòd univerſa pro defunctis Eccleſia ſupplicare conſuevit:* Confirmat illud Auguſtinus his verbis: *In Machabæorum libris legimus, oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parva tamen eſt univerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, auctoritas: ubi in precibus ſacerdotis, quæ Domino Deo ad ejus altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum.* Et t. X. de verbis Apoſtoli ſermone XXXII. *Hoc à patribus traditum, univerſa obſervat Eccleſia, ut pro iis, qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cùm ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur, ac pro illis quoq; id offerri commemoretur.* Fuere autem orationes & oblationes primitus inſtitutæ partim ad agendas Deo gratias, eumque glorificandum in ſervis ſuis: partim ad promeritam laudem eorum, qui in Domino obdormiviſſent, partim quò excitarentur alii hoc pacto ad imitationem defunctorum: partim ad fidem, ſpem, charitatem, ordinemque publicè teſtandum. *Fidem* quidem, quia, vitâ licèt functos, vivere vitam beatam crederent: *ſpem*, quia eodem adſpirarent: *charitatem*, quia dulcem eorum memoriam retinerent: *ordinem*, quia judicarent in Domino mortuos, eminentiori ſorte, infra Chriſtum tamen, eſſe conſtitutos. Orationes pro mortuis antiquitus erant εὐχαριστικαὶ καὶ ἐγκωμιαστικαί: ut eædem in his cauſſæ habeant locum, ob quas acta martyrum deſcribi, & referri ſolere autor eſt Baſilius M. orat. pro Gordio martyre, ubi ſic ait, pag. 516. Ὅταν διηγώμεθα τοὺς βίους τῶν διαπρεψάντων ἐν εὐσεβείᾳ, δοξάζομεν πρῶτον τὸν δεσπότην διὰ τῶν δούλων· ἐγκωμιάζομεν δὲ τοὺς δικαίους διὰ τῆς μαρτυρίας ὧν ἴσμεν· εὐφραίνομεν δὲ τοὺς λαοὺς διὰ τῆς ἀκοῆς τῶν καλῶν. προτροπὴ γὰρ πρὸς σωφροσύνην ὁ βίος τοῦ Ἰωσήφ· καὶ πρὸς ἀνδρείαν παράκλησις τὰ τοῦ Σαμψὼν διηγήματα. *Dum vitam eorum, qui pietate claruerunt, narramus, Dominum cumprimis per ſervos glorificamus: juſtos verò per teſtimonium eorum, quæ ſcimus, laudamus: & populum per honeſtè factorum auditionem exhilaramus. Nam exhortatio ad temperantiam eſt vita Joſephi: & ad fortitudinem ea, quæ de Samſone narrantur, accendunt.* Et pag. ſequenti: Ἀρκεῖ ἡ μνήμη πρὸς ὠφέλειαν διηνεκῆ. οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις χρεία προσθήκης εἰς εὐδοκίμησιν, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς ἐν τῷ βίῳ ἀναγκαία ἡ μνήμη διὰ τὴν μίμησιν. *Sufficit illorum* (ſanctorum) *celebrare memoriam ad perpetuam utilitatem. Non enim noſtris indigent laudibus ornari, ſed nos, qui hic vivimus, indigemus eorum memoria propter imitationem.* Vide ibidem plura. Sed imprimis clarè, cur nomina defunctorum ad menſam Domini recitarentur, aperit Epiphanius Hæreſi LXXV. pag. 387. Ἔπειτα δὲ περὶ τοῦ ὀνόματα λέγειν τῶν τελευτησάντων, τί ἂν εἴη τούτου προυργιαίτερον; τί τούτου καιριώτερον καὶ θαυμασιώτερον, πιστεύειν μὲν τοὺς παρόντας, ὅτι οἱ ἀπελθόντες ζῶσι, καὶ ἐν ἀνυπαρξίᾳ οὐκ εἰσίν, ἀλλὰ εἰσὶ καὶ ζῶσι παρὰ τῷ δεσπότῃ, καὶ ὅπως ἂν τὸ σεμνότατον κήρυγμα διηγήσατο, ὡς ἐλπίς ἐστιν ὑπὲρ ἀδελφῶν εὐχομένοις ὡς ἐν ἀποδημίᾳ τυγχανόντων. *Deinde verò de eo quòd nomina recitantur defunctorum, quid hoc inſtituto fuerit præſtabilius? quid hoc opportunius & admirabilius? tum quòd qui adſunt credunt defunctos vivere, neq; eſſe in conditione eorum, quæ eſſe deſierunt, ſed eos eſſe & vivere apud Dominum, &; ut maximè veneranda prædicatio declaravit; ſpem eſſe iis, qui orant pro fratribus, ac ſi in peregrinatione eſſent.* Et poſt pauca: Καὶ γὰρ δικαίων ποιούμεθα τὴν μνήμην, καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν. ὑπὲρ μὲν ἁμαρτωλῶν, ὑπὲρ ἐλέους θεοῦ δεόμενοι. ὑπὲρ δὲ δικαίων καὶ πατέρων καὶ πατριαρχῶν, προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν καὶ μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων τε καὶ ἀναχωρητῶν, καὶ παντὸς τοῦ τάγματος, ἵνα τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀφορίσωμεν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων τάξεως διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν τιμῆς, καὶ σέβας αὐτῷ ἀποδῶμεν, &c. *Etenim juſtorum mentionem facimus, & pro peccatoribus. Pro peccatoribus quidem, miſericordiam Dei implorantes: pro juſtis verò, & Patribus, & Patriarchis, Prophetis & Apoſtolis, & Evangeliſtis, & martyribus, & confeſſoribus, Epiſcopis etiam & Anachoretis, & ordine univerſo, ut Dominum Jeſum Chriſtum ſeparemus ab aliorum hominum ordine, propter honorem qui ipſi debetur, & ut gloriam ipſi reddamus*, &c. Sed de hac materia qui plura deſiderat, legat Cl. Voſſii Diſputat. XXV. quæ eſt de orationibus & oblationibus pro defunctis. Aliquid etiam monuimus in voce Σύναξις, num. VII.2. Quæ hic etiamnum hodierno die apud Græcos obſervetur conſuetudo, diſtinctè docet Metrophanes Critopulus in Confeſſione Eccleſiæ Orientalis, cap. XX. ubi inter alia, quoties & quando pro defunctis orent hodierni Græci, ita proponit: Εὐχόμεθα ὑπὲρ τῶν ἀποιχομένων, ὀνομαστὶ μὲν ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἐκείνου κοιμήσεως, τῇ τρίτῃ, τῇ ἐνάτῃ, τῇ εἰκοστῇ, τῇ τεσσαρακοστῇ· εἶτα μετὰ τρεῖς μῆνας, καὶ αὖθις μετὰ ἕξ, καὶ τελευταῖον μεθ' ἐνιαυτόν. Μετέπειτα παρὰ ταῦτα καὶ ὁσάκις οἱ συγγενεῖς καὶ προσήκοντες τῷ ἀποιχομένῳ ἐθέλουσι τοῦτο ποιεῖν, οὐ κωλύομεν. *Pro mortuis, & nominatim quidem pro unoquoq;, primo poſt obitum ejus die, tertio item, nono, viceſimo, quadrageſimo, deinde poſt menſes tres, & rurſus poſt ſex, & deniq; poſt annum oramus. Præterea quoties cognati deinde ac neceſſarii id ipſum defuncto præſtare voluerint, non prohibemus.* Communiter idem fit quovis ſabbato totius anni ab univerſa Eccleſia in omnibus Templis. Κοινῇ δὲ καθ' ἕκαστον σάββατον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ μνήμη γίνεται παρὰ πάσης τῆς ἐκκλησίας, ἐν πᾶσι τοῖς ναοῖς, πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἐν πίστει καὶ εὐσεβείᾳ κοιμηθέντων. Quoties etiam ſacra Domini Cœna celebratur. Ἔτι ὁσάκις καὶ ἐν οἵᾳ δήποθ' ἡμέρᾳ τὸ κυριακὸν δεῖπνον ἱερουργεῖται, μνημονεύονται κοινῶς οὗτοι.

k. *Preces ad mortuorum ſepulchra fiebant.* De hoc ritu ſic Chryſoſtomus Homil. XXVI. in II. ad Corinthios, pag. 687. Οἱ τάφοι τῶν δούλων τοῦ σταυρωθέντος λαμπρότεροι τῶν βασιλικῶν εἰσιν αὐλῶν, οὐ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει τῶν οἰκοδομημάτων μόνον, (καὶ τούτῳ μὲν γὰρ κρατοῦσιν) ἀλλ' ὃ πολλῷ πλέον ἐστί, τῇ σπουδῇ τῶν συνιόντων· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ τὴν ἁλουργίδα περικείμενος ἀπέρχεται τὰ σήματα ἐκεῖνα περιπτυξόμενος, καὶ τὸν τῦφον ἀποθέμενος ἕστηκε δεόμενος τῶν ἁγίων, ὥστε αὐτοῦ προστῆναι παρὰ τῷ θεῷ, καὶ τοῦ σκηνοποιοῦ καὶ τοῦ ἁλιέως προστατῶν καὶ τετελευτηκότων δεῖται ὁ τὸ διάδημα ἔχων. *Sepulchra ſervorum crucifixi regias aulas ſplendore vincunt, non tamen magnitudinis aut pulchritudinis ædificiorum ratione, (quamvis etiam hoc reſpectu ſuperant) quam, quod multò majus eſt, coëuntium ſtudio atq; alacritate. Nam & ille qui purpuram geſtat, ad ſepulchra illa ſe confert, ut ea amplectatur: abjectoq; faſtu ſupplex ſtat ſanctosq; obſecrat, ut apud Deum ſibi præſidio ſint: atq; ut tentoriorum opificem, & piſcatorem, & quidem fato functos, patronos habeat, precibus is contendit, qui diademate cinctus eſt.* Et Euſebius præparat. Evangel. lib. XIII. pag. 388. Ταῦτα ἁρμόζει ἐπὶ τῇ τῶν θεοφιλῶν τελευτῇ, οὓς στρατιώτας τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας οὐκ

ἂν ἀμάρτοις εἰπὼν παραλαμβάνεσθαι. ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παρεῖναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾶν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχάς. *Hæc conveniunt morti piorum, quos ſi quis dixerit veræ pietatis milites aſſumi, à vero haud aberraverit: unde etiam ad eorum ſepulchra accedere ſolemus, & ad ea preces fundere, beatasq́ illorum animas honorare.*

l. *Ad ſepulchra lacrymæ fundebantur.* Patet hoc ex Joh. XI. 31. ubi Judæi de Maria, ſorore Lazari, dicunt: Ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. *Vadit ad monumentum, ut ploret ibi.* Hoc in libro ſapientiæ XIX. 3. eſt προσοδυρόμενοι τάφοις νεκρῶν, *lamentari ad ſepulchra mortuorum.* Nec apud Hebræos tantùm id moris fuit, ſed & alias gentes. Apud Quintilianum ille Declamat. XIX. *Eamus ad tumulum, miſceamus ſuper buſta lacrymas.* Petronius de matrona Epheſina, quæ maritum extulerat, *Poſitum in hypogæo corpus Græco more cuſtodire, ac flere totis noctibus diebusq́ cœpit.* De Priamo Q. Calaber:

> Ἀλλ' ὅγε Ἕκτορος ἧστο τάφῳ ἔπι, δάκρυα χεύων.

Sed ille ſedebat ad ſepulchrum Hectoris, lacrymas fundens.

Apud Euripidem Hercules:

> Κείρασθε, συμπενθήσατ', ἔλθετ' εἰς τάφον
> Παίδων, &c.

Tondeamini, ſimul lugeatis, veniatis ad ſepulchrum Puerorum, &c.

Leo Imperator Conſtitut. LIII. pag. 472. Καίτοιγε καὶ τότε ἐχρῆν πρὸς συμπάθειαν ὁρᾶν φίλων, συγγενῶν, οἰκείων τοῦ τεθνηκότος· οἷς μέγα εἰς παραμύθιον τοῦ ἄλγους καὶ τῆς ἀποστερήσεως, τοῦ ποθουμένου τάφου περιπλύξεις, καὶ ἐπ' αὐτῷ χεόμενα δάκρυα. *Quanquam etiam tunc oportebat reſpicere ad commiſerationem amicorum, conſanguineorum, familiarium defuncti: quibus magnum in dolore & privatione ſolatium ſunt deſiderati ſepulchri circumplexus, & ad illud effuſæ lacrymæ.*

m. *Alii inſuper ritus obſervabantur.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. XXII. pag. 77. a. ex epiſtola Dionyſii, in qua peſtilentia Alexandrina deſcribitur: Τὰ σώματα τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόματα συγκλείοντες, ὠμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες, προσκολλώμενοι, συμπλεκόμενοι, λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦντες. *Corpora ſanctorum ſupinis manibus & ſinu ſuſcipientes, oculosq́ comprimentes, & ora claudentes, humeris geſtantes & diſponentes, illis conglutinati, ea complectentes, abluentes, & ad ſepulturam componentes.* Athanaſius in vita Antonii, t. II. pag. 502. de Chriſtianis in Ægypto degentibus: Οἱ Αἰγύπτιοι τὰ τῶν τελευτώντων σπουδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τῶν ἁγίων μαρτύρων φιλοῦσι μὲν θάπτειν, καὶ περιελίσσειν ὀθονίοις, μὴ κρύπτειν δὲ ὑπὸ γῆν, ἀλλ' ἐπὶ σκιμποδίων τιθέναι, καὶ φυλάττειν ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς· νομίζοντες ἐν τούτῳ τιμᾶν τοὺς ἀπελθόντας. *Ægyptii piè defunctorum corpora, & maximè ſanctorum martyrum ſolent quidem ſepelire, & linteis involvere, ſed non ſub terra occultare, verùm in grabatis poſita intus apud ſe cuſtodire: exiſtimantes ſe mortuos hac ratione honorare.* Hunc verò morem Antonius repudiavit, nec hoc modo ſepeliri voluit. De honore à Juliano exhibito in funere Conſtantii, ait Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. VI. pag. 85. *Julianum, cùm Conſtantii corpus ad ſepulturam deferretur, ante feretrum proceſſiſſe, diademate de capite ſublato, defunctumq́, cui ſuperſtiti vitam ereptam volebat moto exercitu, honore proſecutum.* Κομιζομένου πρὸς ταφὴν Κωνσταντίου Ἰουλιανὸς καταλαβὼν, τῆς τε σοροῦ προεπέμπευε, τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος τὸ διάδημα, καὶ τιμῶν τὸν νεκρὸν, οὗ τὴν ζωὴν ἀφελεῖν ἐπεστράτευσεν. Eadem ſcribit quoque Nicephorus, lib. X. cap. II. habent & acta Artemii 20. Octobris, cap. XI. Et Libanius Orat. funebri pag. 289. ait, Julianum manibus contigiſſe feretrum, *omnibus regni inſignibus, præter chlamydem, depoſitis*, πάντα βασιλείας σύμβολα πλὴν τῆς χλαμύδος ἀποῤῥίψας. Sed & Mamertinus in grat. act. ad Julianum, *offenſarum gratiam faciens, induit fratrem, & cujus armis vitam impugnatam ſciebat, mortem ejus ornavit, ac poſtea ipſe juſta abſolvit.* Imò Gregorius quoque Nazianzenus Orat. II. in Julianum, pag. 119. exertè hunc Juliani in Conſtantii funere habitum, ſive vi, ſive ſponte adſcitum deſcribit: ἀποκοσμήσαντα τὴν κεφαλὴν τοῦ διαδήματος, *detracto à capite diademate*: & addit, καὶ ὑποκύψαντα τῷ βασιλεῖ τὰ οἰκεῖα, *demiſſo vultu Imperatori extremum officium præſtitiſſe.* Scilicet, ut cæteri nudatis capitibus aliquando funus præcedebant honoris causà, cujus exemplum apud Marcell. lib. XXIX. pag. 420. ita Cæſares, vel potiùs Imperatores ſublato diademate. Socrates lib. III. cap. I. nil aliud ſcribit, quàm Julianum corpus Conſtantii *regiè ſepeliendum curâſſe*, βασιλικῶς τιμήσας ἐκήδευσε. Quod diadematis depoſitionem attinet, Theodoſius Jun. relictis foris armis, depoſitóque diademate Eccleſiam ingrediebatur, ut de ſe ipſemet profitetur in Actis Concilii Epheſini, t. V. cap. XXI.

n. *Archontici*, hæretici, ut refert de iis Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. XI. pag. 202. μετὰ τὴν ἀποβίωσιν ἔλαιον καὶ ὕδωρ ταῖς τῶν τελευτώντων ἐμβάλλουσι κεφαλαῖς· οὕτω γάρ φασιν αὐτοὺς καὶ ἀοράτους ἔσεσθαι, καὶ κρείττους τῶν μεταξὺ ἀρχῶν τε καὶ ἐξουσιῶν, *poſt mortem oleum & aquam mortuorum capitibus affundunt, ſic fore dicentes ut ipſi inviſibiles ſint, ſuperioresq́ evadant interjectis dominationibus ac poteſtatibus.*

Τάφος.

Τάφος αὐτοσχέδιος eſt *ſepultura præſentanea, extemporanea*, cùm quis caſu improviſo abripitur & ſepelitur. Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. XI. cap. VII. pag. 153. inter varios caſus iræque divinæ ſigna, ſub Arcadio & Theodoſio Jun. hæc etiam refert: χάσματα γῆς ἐνιαχόθι τοῖς οἰκήτορσιν ὑποῤῥηγνυμένης, τάφος ἦν αὐτοσχέδιος. *Hiatus terræ alicubi ſub habitatoribus ruptæ ſepultura erant præſentanea*, vel *extemporanea*. Cæſarius quæſt. LIX. pag. 130. de Jobo: Ὁ διάβολος ἐξαιτῆται μὲν αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα, ἐκείνων δὲ γυμνώσας αὐτὸν, καὶ ἀστοχήσας τοῦ σκοποῦ, ἐπικαταστρέφει τοῖς φιλτάτοις παισὶ συνεσθιομένοις τὴν οἰκίαν, αὐτοσχέδιον τάφον αὐτοῖς τὴν τράπεζαν ἐργασάμενος. *Diabolus quidem opes ejus petit, poſtquàm verò illis eum ſpoliâſſet, & à ſcopo aberrâſſet, chariſſimis liberis ſimul edentibus domum injicit, ſepulturam extemporaneam ipſis faciens menſam.* Chryſoſtomus vocat τάφον ἐσχεδιασμένον. Sic enim ille epiſt. IV. ad Olympiadem, de eodem Jobo, quem μέγιστον τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴν vocat: Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς χαλεπωτάτης τοῦ πολεμοῦντος αὐτῷ κακουργίας, τὸ μὴ νεάζοντι, μηδὲ νῦν εἰς τοὺς ἀγῶνας καθιέντι πρῶτον, ἀλλ' ἤδη τῇ πυκνότητι τῶν ἐπαλλήλων βελῶν κατειργασμένῳ, τότε τὴν καιρίαν δοῦναι, τὴν ἐπὶ τοῖς παισὶ πληγὴν, καὶ ταύτην οὕτω χαλεπῶς, ὡς καὶ ἐξ ἑκατέρας τῆς φύσεως, καὶ πάντας ἀθρόον, καὶ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, καὶ βιαίᾳ τελευτῇ διαφθεῖραι, καὶ τοῦ θανάτου τὸν τρόπον ἐσχεδιασμένον αὐτοῖς ἐργάσασθαι τάφον. *Neq́ enim hoc exigui momenti eſſe putandum eſt, verùm extremæ quoq́ ejus, qui bellum ipſi inferebat, improbitatis & verſutiæ, quod non recenti & vegeto, ac tum primùm in certamen deſcendenti, ſed jam continuo-*

tum

Digitized by Google

rum telorum mole confecto, tum denique mortiferum hoc vulnus (de filiorum amiſſione loquor) inferret, idq; tam graviter & acerbè, ut ex utroque ſexu omnes ſubitò, & immatura ætate, & violenta morte opprimeret, ac mortis modum extemporaneum ipſis tumulum efficeret.

Τάφος ἔμψυχος eſt *vivum ſepulchrum, animatum ſepulchrum.* De tali ſepulchro accipienda illa Antonini lib. IV. num. 21. pag. 27. Θάπτεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι. *In veſcentium viſceribus quaſi ſepelitur.* Alluſiſſe videtur huc in dogmate Pythagorico explicando Ovidius Metamorph. lib. XV. v. 84.

Heu, quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi;
Congeſtoq; avidum pingueſcere corpore corpus?

Clarius de Metio Suffetio Ennius annal. lib. II. apud Priſcianum lib. VI.

Vulturis in ſylvis miſerum mandebat homonem.
Heu, quàm crudeli condebat membra ſepulchro?

Lucretius lib. V. de homine à feris diſcerpto ac depaſto:

Pabula viva feris præbebat dentibus hauſtus,
Viva videns vivo ſepeliri viſcera buſto.

Attius Atreo, apud Ciceronem offic. lib. I.

Natis ſepulchrum eſt ipſe parens.

Naſo de Tereo Metamorph. lib. VI.

Flet modò, ſeq; vocat buſtum miſerabile nati.

Lycophron de cadaveribus à feris dilaniatis & devoratis:

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται,
Βρωθεὶς πολυσχίζοισι καρχάρων γνάθοις
Νήριθμος ἑσμός. ---

Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens. ---

Ignatius Martyr in epiſt. ad Romanos, pag. 246. Κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλείπωσι τῶν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς, βαρύς τινι ἐνοχληθήσομαι. *Blanditiis demulcete feras, ut mihi ſepulchrum fiant, ut nihil de corpore meo relinquant, ne cùm obdormiero, moleſtus cuiquam reperiar.* Valerius Max. de Artemiſia, lib. IV. cap. VI. *Quid de illo inclyto tumulo loquare, cùm ipſa Mauſoli vivum ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illam extincti oſſa potioni adſperſa bibiſſe tradunt?* Quintilianus Declamat. XII. *Æſtuant adhuc intra pectus ſepulta ventribus noſtris cognata viſcera.* Nicol. Clemang. epiſt. XXXIII. *Patre in ſcropharum alvis impiiſſima crudelitate ſepulto.* Anonymus:

Alit cadaver alites, alit feras:
Vivum ſepulcrum mortuo ſic obtigit.

Prout etiam Andreas Cæſarienſis in Apocal. XVI. pag. 33. ad cap. VI. v. 8. ſcribit, ſub Maximiniano ὑπὸ κυνῶν ἀνηλῶσθαι τὰ τῶν θανόντων σώματα· ὡς λοιπὸν τοὺς λειπομένους εἰς κυνοκτονίαν τραπῆναι, δεδιότας μὴ καὶ αὐτοὶ θανόντες, ζῶντας τούτους τάφους κληρώσωνται, *à canibus abſumta fuiſſe cadavera defunctorum: ita ut ii, qui adhuc erant ſuperſtites, in canum cædem ſeſe converterint; veriti, ne, poſteaquam è vivis exceſſiſſent, illorum ventres viva ſepulchra ſortirentur.* Quod νεκρανίαν ταφὴν Diogenes dixit, ut eſt apud Stobæum ſerm. CXXII. pag. 614. Diogenes dixit, ὅτι ἂν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, ὑρκανία ἔσται ἡ ταφή. *Si canes cadaver ſuum lacerarent, Hyrcanam ſepulturam fore:* eò quòd Hyrcanis id ſolenne in propinquis ſuis; qui & eo fine canes alebant, quos κύνας ἐνταφίους appellabant. Ex Oneſicrito Strabo Geograph. lib. XI. Hac ratione γῦπες, ἔμψυχοι τάφοι Gorgiæ dicti: quem eo nomine perſtringit Hermogen. de ideis lib. I. cap. V. Venter item τάφος & τάρταρος, non *buſtum* aut *ſepulchrum* tantùm, ut ſuprà, ſed *Orcus* & *Tartarus.* Plutarchus Conviv. Τῷ γὰρ ὄντι τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τάρταρος, ὡς ἐν ᾅδῃ, &c. *Revera enim hoc eſt inquinamentum carnis noſtræ, & tartarus, velut in orco,* &c. Porphyrius de abſtinent. lib. II. Ἤπου γε ὁ τοῦ πατρὸς ἱερεὺς, αὐτὸς τάφος γίγνεσθαι νεκρῶν σωμάτων ὑπομένει. *Vel etiam patris augur, ipſe ſepulchrum fieri corporum mortuorum ſuſtinet.* Baſilius Seleucienſis Orat. XII. pag. 69. de Jona à balæna abſorpto: Ἦν Ἰωνᾶς εὐθὺς ἐν ζῶντι τάφῳ φερόμενος, νηχόμενον οἰκῶν δεσμωτήριον, ἐγχυνόμενον φάραγξι, θανάτου χωρίον οἰκῶν, νεκρῶν πανδοχεῖον, οὐ ζώντων, οἰκῶν γαστέρα, θανάτου μητέρα. *Illico Jonas in vivo ſepulchro ferebatur, nantem habitans carcerem, impactam lethi gurgitibus ſedem habitans, commune mortuorum receptaculum, non vivorum, habitans alvum mortis matrem.* Idem Orat. XIII. pag. 86. de Goliathi minis: Καὶ δὴ τοῖς δαίμοσιν ἐπαιρόμενος λόγοις κατέπληττε, τὰς τῶν κυνῶν γαστέρας τάφον αὐτῷ ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος. *Ac certè dæmonum operâ factus elatior ſuperbiloquentiâ perterrefaciebat, canumq; ventres pro ſepulchro promittebat.* Apud Diogenem Laërtium *in mare projecti* dicuntur *in piſcibus ſepeliri.* Apud quem etiam hæc leguntur: Μισσαγέται τὰς γονέας κατακόψαντες, κατεσθίοντι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἡμῖν ἐν τοῖς τεθάφθαι. Atque ut è Latinis ſcriptoribus inſuper non neminem addamus, Cicero Tuſcul. quæſt. lib. I. de Hyrcanis, quod jam ſuprà monuimus, hæc refert: *In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos: ſed pro ſua quiſque facultate parat à quibus lanietur, eamq; optimam illi eſſe cenſent ſepulturam.* Ut *canes* illi *ſepulchrales* fuerint appellati, aliaque non injucunda, vide, ſi lubet, apud Tiraquellum, in cap. II. lib. III. Genialium. Conſule etiam adagium τάφος ἔμψυχος.

Τεκνοκτονέω.

Non habent Lexica. Τεκνοκτόνος, *liberorum interfector, ſeu interfectrix.* Τεκνοκτονία, *liberorum cædes,* ſeu *occiſio.* Τεκνοκτονέω, *liberos interficio.* Clemens Alex. lib. VIII. Stromat. pag. 784. de Medea, quæ τεκνοκτόνος & παιδοκτόνος vocatur: Οὐ γὰρ ἂν ἐτεκνοκτόνησε Μήδεια, εἰ μὴ ὠργίσθη· οὐδ' ἂν ὠργίσθη, εἰ μὴ ἐζήλωσε. *Liberos enim non occidiſſet Medea, niſi fuiſſet irata: neque fuiſſet irata, niſi laboràſſet zelotypiâ.*

Τέκνον.

I. *Fideles* vocantur τέκνα Θεοῦ, *filii Dei* paſſim in ſacris literis. Vide Joh. I. 12. cap. XI. 52. Rom. VIII. 16. 17. 21. & alibi. Rationem, cur ita appellemur, hanc reddit Cyrillus Alex. Catenâ in cap. XI. Joh. pag. 298. Γένος Θεοῦ καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ τέκνα χρηματίζομεν, καθ' ὃ πάντων ἐστὶ πατὴρ τρόπῳ δημιουργικῷ γεννήσας. Πρὸς τούτοις δὲ ἔτι καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, καθ' ὃν τετιμήμεθα γεγονότες ἐξ ἀρχῆς κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, καὶ ἄρχειν λαχόντες τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῆς θείας ὁμολογίας (an potiùs κοινωνίας legendum?) ἠξιωμένοι, καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ διαίτης τε καὶ τρυφῆς ἀπολαύοντες. *Genus Dei omnes homines, ejuſque filii appellamur, quatenus eſt omni-*

ἀν ἀμάρτοις εἰπὼν παραλαμβάνεσθαι. ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾷν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχάς. *Hæc conveniunt morti piorum, quos ſi quis dixerit veræ pietatis milites aſſumi, à vero haud aberraverit: unde etiam ad eorum ſepulchra accedere ſolemus, & ad ea preces fundere, beatasq; illorum animas honorare.*

l. *Ad ſepulchra lacrymæ fundebantur.* Patet hoc ex Joh. XI. 31. ubi Judæi de Maria, ſorore Lazari, dicunt: Ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. *Vadit ad monumentum, ut ploret ibi.* Hoc in libro ſapientiæ XIX. 3. eſt προσοδυρόμενοι τάφοις νεκρῶν, *lamentari ad ſepulchra mortuorum.* Nec apud Hebræos tantùm id moris fuit, ſed & alias gentes. Apud Quintilianum ille Declamat. XIX. *Eamus ad tumulum, miſceamus ſuper buſta lacrymas.* Petronius de matrona Epheſina, quæ maritum extulerat, *Poſitum in hypogæo corpus Græco more cuſtodire, ac flere totis noctibus diebusq; cœpit.* De Priamo Q. Calaber:

Ἀλλ' ὅγε Ἕκτορος ἧστο τάφῳ ἔπι, δάκρυα χεύων.

Sed ille ſedebat ad ſepulchrum Hectoris, lacrymas fundens.

Apud Euripidem Hercules:

Κείρασθε, συμπενθήσατ', ἔλθετ' εἰς τάφον
Παίδων, &c.

Tondeamini, ſimul lugeatis, veniatis ad ſepulchrum Puerorum, &c.

Leo Imperator Conſtitut. LIII. pag. 472. Καίτοιγε καὶ τότε ἐχρῆν πρὸς συμπάθειαν ὁρᾷν φίλων, συγγενῶν, οἰκείων τοῦ τεθνηκότος· οἷς μέγα εἰς παραμύθιον τοῦ ἄλγους καὶ τῆς ἀποστερήσεως, τοῦ ποθουμένου τάφου περιπλύξεις, καὶ ἐπ' αὐτῷ χεόμενα δάκρυα. *Quanquam etiam tunc oportebat reſpicere ad commiſerationem amicorum, conſanguineorum, familiarium defuncti: quibus magnum in dolore & privatione ſolatium ſunt deſiderati ſepulchri circumplexus, & ad illud effuſæ lacrymæ.*

m. *Alii inſuper ritus obſervabantur.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. XXII. pag. 77. a. ex epiſtola Dionyſii, in qua peſtilentia Alexandrina deſcribitur: Τὰ σώματα τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόματα συγκλείοντες, ὠμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες, προσκολλώμενοι, συμπλεκόμενοι, λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦντες. *Corpora ſanctorum ſupinis manibus & ſinu ſuſcipientes, oculosq; comprimentes, & ora claudentes, humeris geſtantes & diſponentes, illis conglutinati, ea complectentes, abluentes, & ad ſepulturam componentes.* Athanaſius in vita Antonii, t. II. pag. 502. de Chriſtianis in Ægypto degentibus: Οἱ Αἰγύπτιοι τὰ τῶν τελευτώντων σπουδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τῶν ἁγίων μαρτύρων φιλοῦσι μὲν θάπτειν, καὶ περιελίσσειν ὀθονίοις, μὴ κρύπτειν δὲ ὑπὸ γῆν, ἀλλ' ἐπὶ σκιμποδίων τιθέναι, καὶ φυλάττειν ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς· νομίζοντες ἐν τούτῳ τιμᾷν τοὺς ἀπελθόντας. *Ægyptii piè defunctorum corpora, & maximè ſanctorum martyrum ſolent quidem ſepelire, & linteis involvere, ſed non ſub terra occultare, verùm in grabatis poſita intus apud ſe cuſtodire: exiſtimantes ſe mortuos hac ratione honorare.* Hunc verò morem Antonius repudiavit, nec hoc modo ſepeliri voluit. De honore à Juliano exhibito in funere Conſtantii, ait Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. VI. pag. 85. *Julianum, cùm Conſtantii corpus ad ſepulturam deferretur, ante feretrum proceſſiſſe, diademate de capite ſublato, defunctumq;, cui ſuperſtiti vitam ereptam volebat moto exercitu, honore proſecutum.* Κομιζομένου πρὸς ταφὴν Κωνσταντίου Ἰουλιανὸς καταλαβὼν, τῆς τε σοροῦ προεπέμπετο, τῆς κεφαλῆς ἀφῃρημένος τὸ διάδημα, καὶ τιμῶν τὸν νεκρὸν, οὗ τὴν ζωὴν ἀφελεῖν ἐπεστράτευσεν. Eadem ſcribit quoque Nicephorus, lib. X. cap. II. habent & acta Artemii 20. Octobris, cap. XI. Et Libanius Orat. funebri pag. 289. ait, Julianum manibus contigiſſe feretrum, *omnibus regni inſignibus, præter chlamydem, depoſitis*, πάντα βασιλείας σύμβολα πλὴν τῆς χλαμύδος ἀποῤῥίψας. Sed & Mamertinus in grat. act. ad Julianum, *offenſarum gratiam faciens, induit fratrem, & cujus armis vitam impugnatam ſciebat, mortem ejus ornavit, ac poſtea ipſe juſta abſolvit.* Imò Gregorius quoque Nazianzenus Orat. II. in Julianum, pag. 119. exertè hunc Juliani in Conſtantii funere habitum, ſive vi, ſive ſponte adſcitum deſcribit: ἀποκοσμήσαντα τὴν κεφαλὴν τοῦ διαδήματος, *detracto à capite diademate:* & addit, καὶ ὑποκύψαντα τῷ βασιλεῖ τὰ ἔσχατα, *demiſſo vultu Imperatori extremum officium præſtitiſſe.* Scilicet, ut cæteri nudatis capitibus aliquando funus præcedebant honoris causâ, cujus exemplum apud Marcell. lib. XXIX. pag. 420. ita Cæſares, vel potiùs Imperatores ſublato diademate. Socrates lib. III. cap. I. nil aliud ſcribit, quàm Julianum corpus Conſtantii *regiè ſepeliendum curâſſe*, βασιλικῶς τιμήσας ἐκήδευσε. Quod diadematis depoſitionem attinet, Theodoſius Jun. relictis foris armis, depoſitóque diademate Eccleſiam ingrediebatur, ut de ſe ipſemet profitetur in Actis Concilii Epheſini, t. V. cap. XXI.

n. *Archontici*, hæretici, ut refert de iis Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. XI. pag. 202. μετὰ τὴν ἀποβίωσιν ἔλαιον καὶ ὕδωρ ταῖς τῶν τελευτώντων ἐμβάλλουσι κεφαλαῖς· οὕτω γάρ φασιν αὐτοὺς καὶ ἀοράτους ἔσεσθαι, καὶ κρείττους τῶν μεταξὺ ἀρχῶν τε καὶ ἐξουσιῶν, *poſt mortem oleum & aquam mortuorum capitibus affundunt, ſic fore dicentes ut ipſi inviſibiles ſint, ſuperioresq; evadant interjectis dominationibus ac poteſtatibus.*

Τάφος.

Τάφος αὐτοσχέδιος eſt *ſepultura præſentanea, extemporanea*, cùm quis caſu improviſo abripitur & ſepelitur. Philoſtorgius hiſt. Eccleſ. lib. XI. cap. VII. pag. 153. inter varios caſus iræque divinæ ſigna, ſub Arcadio & Theodoſio Jun. hæc etiam refert: χάσματα γῆς ἐνιαχόθι τοῖς οἰκήτορσιν ὑποῤῥηγνυμένης, τάφος ἦν αὐτοσχέδιος. *Hiatus terræ alicubi ſub habitatoribus ruptæ ſepultura erant præſentanea*, vel *extemporanea.* Cæſarius quæſt. LIX. pag. 130. de Jobo: Ὁ διάβολος ἐξαιτεῖται μὲν αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα, ἐκεῖνον δὲ γυμνώσας αὐτὸν, καὶ ἀστοχήσας τοῦ σκοποῦ, ἐπικαταστρέφει τοῖς φιλτάτοις παισὶ συνεσθιομένοις τὴν οἰκίαν, αὐτοσχέδιον τάφον αὐτοῖς τὴν τράπεζαν ἐργασάμενος. *Diabolus quidem opes ejus petit, poſtquàm verò illis eum ſpoliâſſet, & à ſcopo aberrâſſet, chariſſimis liberis ſimul edentibus domum injicit, ſepulturam extemporaneam ipſis faciens menſam.* Chryſoſtomus vocat τάφον ἐσχεδιασμένον. Sic enim ille epiſt. IV. ad Olympiadem, de eodem Jobo, quem μέγιστον τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴν vocat: Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς χαλεπωτάτης τοῦ πολεμοῦντος αὐτῷ κακουργίας, τὸ μὴ νεάζοντι, μηδὲ νῦν εἰς τοὺς ἀγῶνας καθιέντι πρῶτον, ἀλλ' ἤδη τῇ πυκνότητι τῶν ἐπαλλήλων βελῶν κατειργασμένῳ, τότε τὴν καιρίαν δοῦναι, τὴν ἐπὶ τοῖς παισὶ πληγὴν, καὶ ταύτην οὕτω χαλεπῶς, ὡς καὶ ἐξ ἑκατέρας τῆς φύσεως, καὶ πάντας ἀθρόον, καὶ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, καὶ βιαίᾳ τελευτῇ διαφθεῖραι, καὶ τοῦ θανάτου τὸν τρόπον ἐσχεδιασμένον αὐτοῖς ἐργάσασθαι τάφον. *Neq; enim hoc exigui momenti eſſe putandum eſt, verùm extremæ quoq; ejus, qui bellum ipſi inferebat, improbitatis & verſutiæ, quod non recenti & vegeto, ac tum primùm in certamen deſcendenti, ſed jam continuo-*

tum

Digitized by Google

rum telorum mole confecto, tum denique mortiferum hoc vulnus (de filiorum amiſſione loquor) inferret, idq; tam graviter & acerbè, ut ex utroque ſexu omnes ſubitò, & immatura ætate, & violenta morte opprimeret, ac mortis modum extemporaneum ipſis tumulum efficeret.

Τάφος ἔμψυχος eſt *vivum ſepulchrum, animatum ſepulchrum.* De tali ſepulchro accipienda illa Antonini lib. IV. num. 21. pag. 27. Θάπτεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι. *In veſcentium viſceribus quaſi ſepelitur.* Alluſiſſe videtur huc in dogmate Pythagorico explicando Ovidius Metamorph. lib. XV. v. 84.

Heu, quantum ſcelus eſt in viſcere viſcera condi;
Congeſtoq; avidum pingueſcere corpore corpus?

Clariùs de Metio Suffetio Ennius annal. lib. II. apud Priſcianum lib. VI.

Vulturis in ſylvis miſerum mandebat homonem.
Heu, quàm crudeli condebat membra ſepulchro?

Lucretius lib. V. de homine à feris diſcerpto ac depaſto:

Pabula viva feris præbebat dentibus hauſtus,
Viva videns vivo ſepeliri viſcera buſto.

Attius Atreo, apud Ciceronem offic. lib. I.

Natis ſepulchrum eſt ipſe parens.

Naſo de Tereo Metamorph. lib. VI.

Flet modò, ſeq; vocat buſtum miſerabile nati.

Lycophron de cadaveribus à feris dilaniatis & devoratis:

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται,
Βρωθεὶς πολυσίχοισι καμπέων γνάθοις
Νήριθμος ἑσμός. —

Nam plurimarum ventre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens. —

Ignatius Martyr in epiſt. ad Romanos, pag. 246. Κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλείπωσι τῶν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς, βαρύς τινι εὑρεθήσομαι. *Blanditiis demulcete feras, ut mihi ſepulchrum fiant, ut nihil de corpore meo relinquant, ne cùm obdormiero, moleſtus cuiquam reperiar.* Valerius Max. de Artemiſia, lib. IV. cap. VI. *Quid de illo inclyto tumulo loquare, cùm ipſa Mauſoli vivum ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illam extincti oſſa potioni adſperſa bibiſſe tradunt?* Quintilianus Declamat. XII. *Æſtuant adhuc intra pectus ſepulta ventribus noſtris cognata viſcera.* Nicol. Clemang. epiſt. XXXIII. *Patre in ſcropharum alvis impiiſſima crudelitate ſepulto.* Anonymus:

Alit cadaver alites, alit feras:
Vivum ſepulcrum mortuo ſic obtigit.

Prout etiam Andreas Cæſarienſis in Apocal. XVI. pag. 33. ad cap. VI. v. 8. ſcribit, ſub Maximiniano ὑπὸ κυνῶν ἀνηλῶσθαι τὰ τῶν θανόντων σώματα· ὡς λοιπὸν τοὺς λειπομένους εἰς κυνοκτονίαν τραπῆναι, δεδιότας μὴ καὶ αὐτοὶ θανόντες, ζῶντας τούτους τάφους κτήσωνται, *à canibus abſumta fuiſſe cadavera defunctorum: ita ut ii, qui adhuc erant ſuperſtites, in canum cædem ſeſe converterint; veriti, ne, poſteaquam è vivis exceſſiſſent, illorum ventres viva ſepulchra ſortirentur.* Quod ὑρκανίαν ταφὴν Diogenes dixit, ut eſt apud Stobæum ſerm. CXXII. pag. 614. Diogenes dixit, ὅτι ἂν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, ὑρκανία ἔσται ἡ ταφή. *Si canes cadaver ſuum lacerarent, Hyrcanam ſepulturam fore:* eò quòd Hyrcanis id ſolenne in propinquis ſuis; qui & eo fine canes alebant, quos κύνας ἐνταφίους appellabant. Ex Oneſicrito Strabo Geograph. lib. XI. Hac ratione γῦπες, ἔμψυχοι τάφοι Gorgiæ dicti: quem eo nomine perſtringit Hermogen. de ideis lib. I. cap. V. Venter item τάφος & τάρταρος, non *buſtum* aut *ſepulchrum* tantùm, ut ſuprà, ſed *Orcus* & *Tartarus*. Plutarchus Conviv. Τῷ γὰρ ὄντι τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τάρταρος, ὡς ἐν ᾅδου, &c. *Revera enim hoc eſt inquinamentum carnis noſtræ, & tartarus, velut in orco*, &c. Porphyrius de abſtinent. lib. II. Ἤπου γε ὁ τοῦ πατρὸς ἱερεὺς, αὐτὸς τάφος γίγνεσθαι νεκρῶν σωμάτων ὑπομένει. *Vel etiam patris augur, ipſe ſepulchrum fieri corporum mortuorum ſuſtinet.* Baſilius Seleucienſis Orat. XII. pag. 69. de Jona à balæna abſorpto: Ἦν Ἰωνᾶς εὐθὺς ἐν ζῶντι τάφῳ φερόμενος, νηχόμενον οἰκῶν δεσμωτήριον, ἐγκινούμενον φάραγγι. θανάτου χωρίον οἰκῶν, νεκρῶν πανδοχεῖον, οὐ ζώντων, οἰκῶν γαστέρα, θανάτου μητέρα. *Illico Jonas in vivo ſepulchro ferebatur, nantem habitans carcerem, impactam lethi gurgitibus ſedem habitans, commune mortuorum receptaculum, non vivorum, habitans alvum mortis matrem.* Idem Orat. XIII. pag. 86. de Goliathi minis: Καὶ δὴ τοῖς δαίμοσιν ἐπαιρόμενος λόγοις κατέπληττε, τὰς τῶν κυνῶν γαστέρας τάφον αὐτῷ ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος. *Ac certè dæmonum operâ factus elatior ſuperbiloquentiâ perterrefaciebat, canumq; ventres pro ſepulchro promittebat.* Apud Diogenem Laërtium *in mare projecti* dicuntur *in piſcibus ſepeliri.* Apud quem etiam hæc leguntur: Μασσαγέται τοὺς γονέας κατακόψαντες, κατεσθίουσι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἡμῖν ἐν τοῖς τεθάφθαι. Atque ut è Latinis ſcriptoribus inſuper non neminem addamus, Cicero Tuſcul. quæſt. lib. I. de Hyrcanis, quod jam ſuprà monuimus, hæc refert: *In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos: ſed pro ſua quiſque facultate parat à quibus lanietur, eamq; optimam illi eſſe cenſent ſepulturam.* Ut *canes* illi *ſepulchrales* fuerint appellati, aliaque non injucunda, vide, ſi lubet, apud Tiraquellum, in cap. II. lib. III. Genialium. Conſule etiam adagium Τάφος ἔμψυχος.

Τεκνοκτονέω.

Non habent Lexica. Τεκνοκτόνος, *liberorum interfector*, ſeu *interfectrix.* Τεκνοκτονία, *liberorum cædes*, ſeu *occiſio.* Τεκνοκτονέω, *liberos interficio.* Clemens Alex. lib. VIII. Stromat. pag. 784. de Medea, quæ τεκνοκτόνος & παιδοκτόνος vocatur: Οὐ γὰρ ἂν ἐτεκνοκτόνησε Μήδεια, εἰ μὴ ὠργίσθη· οὐδ᾽ ἂν ὠργίσθη, εἰ μὴ ἐζήλωσε. *Liberos enim non occidiſſet Medea, niſi fuiſſet irata: neque fuiſſet irata, niſi laboràſſet zelotypiâ.*

Τέκνον.

I. *Fideles* vocantur τέκνα Θεοῦ, *filii Dei* paſſim in ſacris literis. Vide Joh. I. 12. cap. XI. 52. Rom. VIII. 16. 17. 21. & alibi. Rationem, cur ita appellemur, hanc reddit Cyrillus Alex. Catenâ in cap. XI. Joh. pag. 298. Γένος Θεοῦ καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ τέκνα χρηματίζομεν, καθ᾽ ὃ πάντων ἐστὶ πατὴρ τρόπῳ δημιουργικῷ γεννήσας. Πρὸς τούτοις δὲ ἔτι καὶ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν λόγον, καθ᾽ ὃν τετιμήμεθα γεγονότες ἐξ ἀρχῆς κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, καὶ ἀρχὴν λαχόντες τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῆς θείας ὁμολογίας (an potiùs κοινωνίας legendum?) ἠξιωμένοι, καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ διαίτης τε καὶ τρυφῆς ἀπολαύοντες. *Genus Dei omnes homines, ejúsque filii appellamur, quatenus eſt*

Digitized by Google

omnium Pater, per creationem videlicet nos quodammodo gignens. Præterea etiam quatenus in principio creationis ad imaginem Creatoris efformati, terræ principatum obtinuimus, & divino conſortio digni habiti, in Paradiſo commorati, ejusq; deliciis participes fuimus. Ibid. Ammonius: Τέκνα Θεοῦ τοὺς πιστοὺς καλεῖ ὁ Εὐαγγελιστὴς τοὺς ἐξ ἐθνῶν, τοὺς μακρὰν ὄντας, καὶ ἐγγὺς γεγονότας εἰς ἓν σῶμα, μίαν κεφαλὴν ἔχοντας τὸν Χριστόν. Filios Dei *vocat Evangeliſta fideles ex Gentibus, qui procul abſuerunt, & propinqui facti ſunt in unum corpus coagmentati, unicum habentes caput Chriſtum.* Huc etiam pertinet illud Theophylacti in cap. IX. Matth. ad v. 2. pag. 46. Τέκνον καλεῖ, ἢ ὡς πλάσμα Θεοῦ, ἢ ὡς πιστεύσαντα. Filium *vocat, vel ut creaturam Dei, vel ut eum qui crediderat.*

II. Τέκνα vocantur à Miniſtris Eccleſiæ *fideles*, eo reſpectu, quòd eos per prædicationem Evangelii genuerint, hoc eſt, ad fidem converterint. Vide ad Galatas IV. 19. I. Cor. IV. 14. & alibi. Dorotheus Doctr. IV. pag. 771. Τέκνα καλοῦσιν οἱ ἅγιοι τοὺς διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν μεταμορφουμένους, ἀπὸ τῆς κακίας πρὸς ἀρετήν. Filios *appellant viri ſancti converſos ab iniquitate ad virtutem.* D. Auguſtinus in Pſal. LVIII. *Filios veſtros fideles, quos fide genuiſtis.* Euthymius ad illa Chriſti Lucæ VIII. 48. Θάρσει θύγατερ. *Filiam vocat ipſam, utpote per fidem ſibi adoptatam.* Ambroſius de Officiis lib. I. cap. VII. *Nec minùs enim vos diligo, quos in Evangelio genui; quàm ſi conjugio ſuſcepiſſem.* Greg. Nazianzenus in Epiſtolis: Κρείττων ἡ πνευματικὴ συγγένεια τῆς σωματικῆς. *Præſtantior eſt propinquitas ſpiritualis corporali.* Chryſoſtomus Homil. X. in epiſt. ad Philippenſes, pag. 58. Ὅταν ἢ διορθῶσαι τι βούληται, ἢ φιλοστοργίαν ἐνδείξασθαι, τέκνα καλεῖ. *Quotieſcunq; vel corrigere aliquid, vel vehementem amoris affectum oſtendere vult*, ſc. Paulus, *filios vocat*, ſc. auditores ſuos. Eleganter Baſilius in Pſal. XXXIV. ad v. 12. pag. 224. Τέκνον ἐστὶ πνευματικὸν τοῦ διδασκάλου ὁ μαθητής. Ὁ γὰρ παρά τινος τὴν μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας δεχόμενος, οὗτος οἱονεὶ διαπλάττεται παρ' αὐτοῦ, καὶ εἰς σύστασιν ἄγεται, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῆς κυοφορούσης τὰ βρέφη τὰ ἐν αὐτῇ διαμορφούμενα. Ὅθεν καὶ Παῦλος ὅλην τὴν ἐκκλησίαν τῶν Γαλατῶν ἐκ τῶν προτέρων διαπεσοῦσαν μαθημάτων, καὶ οἱονεὶ ἀμβλωθεῖσαν, πάλιν ἀναλαμβάνων καὶ μορφῶν ἄνωθεν ἐν αὐτοῖς τὸν Χριστόν, τέκνα ἔλεγε. *Filius ſpiritualis doctoris eſt diſcipulus: quicunque enim ab aliquo formam pietatis accipit, is veluti conformatur ab illo, & ad perfectam conſtitutionem deducitur, quemadmodum etiam à muliere prægnante infantes, qui in ipſa formantur. Unde etiam Paulus totam Galatarum Eccleſiam ex prima collapſam diſciplina, & veluti abortivam, rurſus reſumens, & denuo formans in ipſis Chriſtum*, filios *appellabat.* Hinc etiam omnes illi, qui Chriſtianam amplectuntur religionem, ac in Eccleſia verſantur, vocantur τέκνα τῆς ἐκκλησίας, *filii Eccleſiæ*, à Nyſſeno de occurſu Domini, t. III. pag. 458. à Cyrillo Jeroſol. Catech. IV. Illuminat. pag. 29. Idem Catecheſi I. Νεοφωτ. pag. 185. νεοφωτίστους vocat γνήσια καὶ περιπόθητα τῆς ἐκκλησίας τέκνα, *germanos & valde deſiderabiles Eccleſiæ filios.*

III. Τέκνα ὀργῆς, *filii iræ*, ſunt ὀργῆς ἄξιοι, καὶ τιμωρίας ἐσχάτης, *ira digni, & ultimo ſupplicio*; juxta Theodoretum in cap. II. ad Epheſios, pag. 299. Et juxta Oecumenium in illum locum, pag. 621. Ὥσπερ τέκνα ἀπωλείας καὶ γεέννης εἴρηνται οἱ ἄξια ἀπωλείας καὶ γεέννης πράττοντες· οὕτω καὶ τέκνα ὀργῆς, οἱ ἄξια ὀργῆς. *Quemadmodum filii perditionis & gehennæ dicuntur qui digna perditione & gehenna faciunt: ita etiam filii iræ, qui irâ patrant digna.* Greg. Nyſſenus Orat. II. in orat. Dominicam, t. I. pag. 727. Οἱ ἐμπαθεῖς τὴν ψυχὴν, ὀργῆς τέκνα παρὰ τοῦ ἀποστόλου προσαγορεύονται. *Animi affectibus ac perturbationibus obnoxii, filii iræ ab Apoſtolo appellantur.* Confer Φύσις, num. II. 1.

Τεκνοσφαγία.

Non habent Lexica. Idem quod Τεκνοκτονία, *liberorum cædes*, ſeu *occiſio*. Legitur apud Cyrillum Alex. lib. I. de Adorat. pag. 15. ubi de Judæis: Καθίκοντο δὲ μωρίας εἰς τοῦτό ποτε, ὡς ἐν καυχημάτων τάξει λοιπὸν ποιεῖσθαι τὰς ἀνοσίους τεκνοσφαγίας. *Eò ſtultitiæ aliquando pervenerunt, ut jam impias illas liberorum ſuorum cædes ſibi gloriæ eſſe ducerent.*

Τεκνοτροφέω.

Τεκνοτροφεῖν eſt τέκνα τρέφειν, *liberos educare, alere.* Legitur I. Timoth. V. 10. ubi Apoſtolus vult, viduam eſſe eligendam, *quæ* ἐτεκνοτρόφησε, *filios educavit.* Et meritò: nam, ut Pollux lib. III. cap. III. ἕπεται τῷ γάμῳ τεκνοποιΐα καὶ τεκνοτροφία. *Cum conjugio conjuncta eſt filiorum procreatio & educatio.* Apulejus in Apologetico: *Haſcéne gratias, matri rependis ob quatuordecim annorum longas alimonias?* Claudianus:

Naſcitur ad fructum mulier, prolemq; tuendam.

Valerius Maximus: *Parentes nos alendo nepotum nutriendorum debito alligârunt.* Intelligit verò Apoſtolus educationem non quamvis, ſed ſanctam & cum omni pietate conjunctam: quæ enim liberis de cibo tantùm proſpiciunt terreno & corporali, nec de eorum ſalute æterna ſunt ſolicitæ, illæ minimè τεκνοτροφοῦσι: quod veteres ad præſentem locum diligenter obſervant. Theodoretus, pag. 483. Οὐ τὸ θρέψαι μόνον ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐσεβῶς θρέψαι. *Non exigit ſolùm ut alant, ſed etiam ut piè alant.* Chryſoſtomus Homil. XIV. in hanc Epiſt. Οὐ μικρὸν ὄντως τὸ ἔργον τοῦτο, τὸ παιδοτροφεῖν. Τὸ παιδοτροφεῖν δὲ οὐ τοῦτό ἐστιν ἁπλῶς τὸ τρέφειν μόνον τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καὶ τὸ τρέφειν ὡς δεῖ. *Non parvi profectò momenti res eſt enutrire filios. Id verò non de alendis tantùm filiis dicitur, ſed ſicuti oportet alendis.* Eadem exſcripſit Theophylactus pag. 780. Pluribus rem perſequitur Chryſoſtomus Hom. LXII. t. V. pag. 429. Εἰ ἐτεκνοτρόφησε. Τροφὴν ἐνταῦθα λέγει οὐ ταύτην τὴν ψιλὴν καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένην, τὸ μὴ λιμῷ φθειρομένους περιιδεῖν τοὺς παῖδας (τοῦτο γὰρ οὐδὲ αὐτὴ τῆς φύσεως ἡ ἀνάγκη ἀφίησι παραμεληθῆναί ποτε. ὅθεν οὐδὲ προσταγμάτων ὑπὲρ τούτου χρεία καὶ νόμων, ἵνα τὰ ἔκγονα τρέφωσιν αἱ χῆραι) ἀλλὰ τὴν τῆς δικαιοσύνης ἐπιμέλειαν, τὴν ἀνατροφὴν μετ' εὐλαβείας ἐνταῦθά φησιν· ὡς αἵγε μὴ οὕτω τρέφουσαι, παιδοκτόνοι μᾶλλόν εἰσιν ἢ μητέρες. Si filios educavit, *nutrivit. Victum non hunc ſimplicem, quem vulgus cenſet, dum fame confectos liberos non negligimus* (*hoc enim ne ipſa quidem naturæ neceſſitas unquam omitti permittet: quo fit ut neq; mandatis hac de cauſſa ſit opus & legibus, ut ſuam prolem nutriant viduæ*) *ſed juſtitiæ curam, educationem cum pietate hoc loco intelligit: adeò ut illæ, quæ non ſic educant, liberorum interfectrices potiùs ſint, quàm matres.*

Τέκτων.

Hanc vocem propterea tantùm hic exſtare volumus, ut hac occaſione paucis examinemus illa Origenis. lib. VI. contra Celſum, pag. 299. Οὐδαμοῦ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων εὐαγγελίων τέκτων αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀναγέγραπται. *Nuſquam in Evangeliis ab Eccleſia receptis ſcriptum legitur, Jeſum ipſum fabrum fuiſſe.* Grotius in Annotat. ad Matth. cap. XIII. v. 55.

v.55. *Aut memoria feſellit Origenem, aut Marci exemplaria*, cap. VI. v.3. *eo tempore aliam habuerunt ſcripturam: diſertè enim dicit*, Οὐδαμοῦ, &c. Sed prius verum eſſe putamus. *Fabrum* enim fuiſſe agnoſcit etiam Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, pag. 316. Edit. Græco-Lat. Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς, ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου, (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὤν, ἄροτρα καὶ ζυγά, διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, καὶ ἐνεργῆ βίον.) *Et cùm ad Jordanem veniſſet Jeſus, & Joſephi fabri lignarii filius haberetur; informis videlicet, quemadmodum ſcripturæ annunciaverant, apparens, faberque adeò & ipſe putaretur eſſe; (fabrilia namque, cùm inter homines verſaretur, faciebat opera, aratra & juga conficiens: per hæc & juſtitiæ docens ſigna, & vitam minimè otioſam.* Nobis etiam vetuſtiſſimæ picturæ Joſephum exhibent unà cum Jeſu tabulas ligneas, & inſtrumenta huic arti propria tractantem. In ore omnium aut *Faber*, aut *Fabri lignarii filius* audit. *Fabri* etiam *filium* per contemtum appellabat Julianus ille Apoſtata: *nam proficiſcens adverſus Perſas, minatus eſt, poſt bellum, ſe Eccleſias vaſtaturum, & filium fabri nihil eis allaturum ſubſidii:* μέλλοντος γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ Πέρσας στρατεύειν, καὶ μετὰ τὸν πόλεμον κακῶς ποιήσειν τὰς ἐκκλησίας, ἐπαπειλοῦντος καὶ ἐπιτωθάζοντος ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπαμύνειν δυνήσεται ὁ τοῦ τέκτονος υἱός. Cùm Libanius ſophiſta Pædagogum quendam Antiochenum, virum pium, hoc ipſo tempore, κωμῳδῶν τὰ ἡμέτερα, *noſtra deridens*, interrogaret. Τί ποιεῖ ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; *Quid agit fabri filius?* reſpondit: Γλωσσόκομον ὁ τοῦ παντὸς κατασκευάζει δημιουργός, ὃν σὺ κωμῳδῶν τέκτονος υἱὸν προσηγόρευσας. *Sandapilam fabricatur rerum omnium conditor, quem tu per ludibrium fabri filium appellàſti.* Sozomenus lib. VI. cap. II. pag. 74. a. & Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XVIII. pag. 656. Atque hoc eventus comprobavit, ut iidem narrant. In hoc ergo veteres conſentiunt, fuiſſe *fabrum*, aut *fabri lignarii filium*. Hilarius ſolummodo & Beda in aliam concedunt ſententiam, qui *artem ferrariam* eum exercuiſſe contendunt. Hilarius Can. in Matth. XIII. *Planè hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem ſeculi virtutem judicio decoquentis, maſſamque formantis in omne opus utilitatis humanæ.* Beda in Marcum, cap. II. *Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis, typus tamen integer eſt; quia Pater Chriſti igni operatur & ſpiritu: unde & de ipſo tanquam de fabri filio præcurſor ſuus ait.* Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne; *quia vaſa iræ ſui ſpiritus igne molliendo in miſericordiæ vaſa commutat.*

Τέλειος.

I. *Explicatio vocis.* Veteres Gloſſæ: Τέλειον, *perfectum, finitum.* Τέλειος, *perfectus, integer.* Pachymeres in cap. IV. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 519. Τέλειόν ἐστιν, ὃ μήτε αὔξει, μήτε μειοῦται. *Perfectum eſt, quod neque augetur, neque minuitur.* Theophanes Homil. XVIII. pag. 116. Τέλειον πᾶν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ τὸ μήτε πλεονάζον ἑαυτοῦ πώποτε, μήτε τινὸς ἑτέρου προσδεόμενον εἰς συμπλήρωσιν. *Perfectum neceſſariò eſt omne, quod neque exſuperans quidquam habet, neque alio aliquo ad ſui perfectionem indiget.* Huc etiam faciunt illa Greg. Nyſſeni Orat. IV. contra Eunomium, t. II. pag. 552. Τέλειον τὸ ἐλλιπὲς ὀνομάζεσθαι φύσιν οὐκ ἔχει. ἀλλ᾽ οὐδὲ συγκριτικῶς ἀντιπαρατιθεμένου τελείου πρὸς τέλειον, διαφοράν τινα κατὰ πλεονασμὸν ἢ ἔλλειψιν γινομένην δυνατόν ἐστιν ἐπινοῆσαι. μία γὰρ ἐπ᾽ ἀμφοῖν, ὥσπερ ἐπὶ κανόνος, ἡ τελειότης, οὔτε κοιλαινομένη τῷ λείποντι, οὔτε ἀνωμαλοῦσα τῷ πλεονάζοντι. *Quod deficit, perfectum nominari naturâ non poteſt. Sed neque comparatè, ſi cum perfecto perfectum componatur, differentiam aliquam per redundantiam vel defectum factam fas eſt intelligere: una enim in ambobus, ſicut in norma, perfectio eſt, quæ neque cavatur ſive vacuatur propter defectum, neque rudis eſt & inæqualis propter redundantiam.*

II. *Uſus hujus vocis.* Uſurpatur,

1. *de Deo.* Dionyſius Areopagita cap. XIII. de div. Nominib. p. 691, 692. Τέλειόν ἐστι τὸ πάντων αἴτιον, οὐ μόνον ὡς αὐτοτελές, καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ μονοειδῶς ἀφοριζόμενον, καὶ ὅλον δι᾽ ὅλου τελειότατον, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπερτελὲς κατὰ τὸ πάντων ὑπερέχον· καὶ πᾶσαν μὲν ἀπειρίαν ὁρίζον, παντὸς δὲ πέρατος ὑπερηπλωμένον, καὶ ὑπὸ μηδενὸς χωρούμενον, ἢ καταλαμβανόμενον, ἀλλὰ καὶ διατεῖνον, ἐπὶ πάντα ἅμα καὶ ὑπὲρ πάντα ἀνεκλείπτοις ἐπιδόσεσι καὶ ἀτελευτήτοις ἐνεργείαις. Τέλειον δ᾽ αὖ λέγεται, καὶ ὡς ἀναυξὲς, καὶ ἀεὶ τέλειον, καὶ ὡς ἀμείωτον, ὡς πάντα ἐν ἑαυτῷ προέχον, καὶ ὑπερβλύζον κατὰ μίαν τὴν ἄπαυστον καὶ ταὐτὴν καὶ ὑπερπλήρη καὶ ἀνελάττωτον χορηγίαν, καθ᾽ ἣν τὰ τέλεια πάντα τελεσιουργεῖ, καὶ τῆς οἰκείας ἀποπληροῖ τελειότητος. *Perfectum eſt rerum omnium auctor, non tantùm ut ſe ipſo perfectus, & per ſe à ſe ipſo uniformiter definitus, totusque ſecundum ſe totum perfectiſſimus; verùm etiam ut ſupraquam perfectus, ſecundum omnium exceſſum: atque omnem quidem infinitatem definiens, ſuprà omnem verò finem expanſus, & à nullo comprehenſus aut contentus, ſed ad omnia pariter & ſupra omnia indeficientibus largitionibus & nunquam finiendis operationibus pertingens. Perfectus item dicitur, ut qui nullum accipiat incrementum, ſemperque perfectus ſit, nec minui poſſit, omnia in ſe ipſo præhabens, & exuberans una & eadem inceſſabili & ſupraquam plena & imminuibili largitione, per quam omnia perfecta perficit, & unumquodque congrua ſibi perfectione adimplet.* Vide etiam Cyrillum Jeroſol. Catecheſi Illuminat. VI. pag. 43.

2. *de Hominibus.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. in Geneſin: Τέλειός ἐστιν, οὐδὲν ἐλλιπὼς, ἐν οὐδενὶ χωλεύων. οὐ τὸ μὲν κατορθώσας, ἐν τῷ δὲ διαμαρτών, ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ ἀρετῇ τέλειος ὤν. *Perfectus eſt, qui nihil omninò prætermittit, nulla in re claudicans: non qui hoc quidem rectè facit, in alio verò à ſcopo aberrat, ſed qui in omni virtute perfectus eſt.* Ita verò nemo mortalium perfectus eſt. Hoc agnoſcit Clemens Alexand. Pædag. lib. I. cap. VI. pag. 107. Ἐμοὶ δὲ καὶ θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως σφᾶς τελείους τινὲς τολμῶσι καλεῖν καὶ γνωστικούς, ὑπὲρ τὸν ἀπόστολον φρονοῦντες, φυσιούμενοί τε, καὶ φρεναπατώμενοι. *Mihi autem ſubit nonnunquam admirari, quomodo audeant quidam ſe ipſos vocare perfectos & Gnoſticos, plus de ſe quàm Apoſtolus ſentientes, inflati, & ſe ipſos efferentes.* Quanquam hoc de perfectione cognitionis rerum divinarum accipiatur, ut patet ex iis, quæ in voce Γνωστικὸς, num. II. 1. adduximus: poteſt tamen id ipſum ad perfectionem etiam bonorum transferri operum: de qua diſertè idem Clemens Stromat. lib. IV. pag. 525. ſic ſcribit: Τελειοῦταί τις καὶ ὡς εὐλαβὴς, καὶ ὡς ὑπομενητικὸς, καὶ ὡς ἐγκρατὴς, καὶ ὡς ἐργάτης, καὶ ὡς μάρτυς, καὶ ὡς γνωστικός. Πάντα δὲ ὁμοῦ τέλειος, οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις ἀνθρώπων, ἔτι ἄνθρωπος ὤν, πλὴν μόνου ὁ δι᾽ ἡμᾶς ἄνθρωπον ἐνδυσάμενος· κατὰ τοὺς νόμους. φιλῶν. Τίς ἂν εἴη τέλειος; ὁ ἀποχὴν κακῶν ἐπαγγελλόμενος. *Perficitur & conſummatur aliquis, & ut pius ac religioſus, & ut tolerans, & ut continens, & ut operarius, & ut martyr, & ut cognitione præditus. In omnibus autem ſimul perfectus, neſcio an ullus ſit qui eſt adhuc homo, niſi ſolum is, qui propter nos* induit

Digitized by Google

induit hominem: quanquam ex nuda lege. Quis ergo erit perfectus? Qui profitetur abſtinentiam à malis. Conſentit Macarius Homil. VIII. pag. 112. Ἀκμὴν οὐδένα εἶδον τέλειον ἄνθρωπον χριστιανὸν, ἢ ἐλεύθερον· ἀλλ' εἰ καὶ ἀναπαύεταί τις ἐν τῇ χάριτι, καὶ εἰσέρχεται εἰς μυστήρια καὶ ἀποκαλύψεις, καὶ εἰς ἡδύτητα πολλὴν τῆς χάριτος, ὅμως καὶ ἡ ἁμαρτία σύνεστιν ἀκμὴν ἔσω. Αὐτοὶ δὲ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς, νομίζουσιν ἐλεύθεροι εἶναι καὶ τέλειοι, παρὰ ἀπειρίαν σφαλλόμενοι, ἐπειδὰν ἔχουσιν ἐνέργειαν τῆς χάριτος· ἀκμὴν δὲ οὐδένα εἶδον ἐλεύθερον. ἐπειδὰν κἀγὼ μερικῶς ἐν καιροῖς τισιν εἰσῆλθον εἰς ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ οἶδα καταμαθὼν, πῶς οὐκ ἔστι τέλειος ὁ ἄνθρωπος. *Nondum quempiam vidi perfectum hominem Chriſtianum, aut liberum. Etſi enim quiſpiam requieſcat in gratia, & pertingat ad myſteria & revelationes, ad multam denique dulcedinem gratiæ: nihilominus intus adhuc habet peccatum. Sed qui ejuſmodi ſunt, propter immenſam gratiam: & lumen, quod ſunt adepti, liberos & perfectos ſe putant eſſe. Qui quidem licèt vim gratiæ obtineant, tamen falluntur, tanquam non experti. Ego verò nullum adhuc vidi liberum. Siquidem & ego aliquatenus interdum ad gradum illum pertigi, diſcendóque cognovi, nullum hominem eſſe perfectum.* Idem, Homil. XV. pag. 189. Ἀσθένειαν περίκειταί τις, καὶ συμβαίνει τινὰ μέλη ἔχειν αὐτὸν ὑγιῆ, ὀφθαλμὸν ἴσως ὄψεως, ἤτι ἕτερον, ἀλλὰ τὰ λοιπὰ μέλη ἠφάνισαι. οὕτως ἐστὶ καὶ εἰς τὸ πνευματικόν. Εἰκὸς τινὰ ἔχειν ὑγιῆ μέλη τοῦ πνεύματος τρία, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τέλειός ἐστιν. *Si fortè quis ægrotet, contingere tamen poteſt, ut membra quædam ſana habeat: verbi gratiâ, in parte viſiva, oculum, aut aliquod aliud membrum, cùm alioqui reliqua membra ſint affecta: ita ſe habet in re ſpirituali. Probabile eſt enim, quempiam tria membra ſpiritûs habere ſana, ſed non propterea perfectus eſt.* Marcus Eremita de Temperantia, pag. 960. Ἀκμὴν οὐδένα εἶδον χριστιανὸν τέλειον. *Nondum quempiam vidi Chriſtianum perfectum.*

Cùm igitur nemo in hac vita perfectus ſit, meritò quæritur, quomodo ergo Salvator noſter Matth. V. v. 48. dicat, Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστιν. *Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Ita Moſes Deuteron. XVIII. 13. Τέλειος ἔσῃ ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. *Perfectus eris coram Domino Deo tuo.* Idem ex perſona ipſius Dei Levit. XI. 44. Καὶ ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἅγιός εἰμι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. *Et ſancti eritis, quoniam ſanctus ſum ego Dominus Deus veſter.* Simile illud I. Joh. I. 7. ἐν τῷ φωτὶ περιπατεῖν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ, *in luce incedere, ſicut ipſe eſt in luce.* Τέλειος εἶναι autem ὡς ὁ Θεὸς τέλειός ἐστιν, idem ferè eſſe videtur quod Paulo ad Romanos XII. 2. δοκιμάζειν τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ εὐάρεστον καὶ τέλειον, *probare, quæ ſit voluntas Dei accepta illa & perfecta:* quod Muſonio apud Stobæum, τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, *ſummâ curâ eo eniti, ut Deo ſimiles fiamus:* Senecæ, lib. I. de Clementia, cap. XIX. pag. 327. *ex natura Dei ſe gerere:* eidem, epiſt. XCII. *habere animum, qualem Deum deceat.* Appoſitè Nyſſenus Orat. I. in verba Dei, *Faciamus hominem,* t. I. pag. 150. Τί ἐστι χριστιανισμός; Θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. *Quid eſt Chriſtianiſmus? Habere cum Deo ſimilitudinem, quatenus eam capit natura humana.* Et de Profeſſ. Chriſtiana, t. III. pag. 271. Χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. *Chriſtianiſmus eſt naturæ divinæ imitatio.* Ergo, qui omnia pro virili exſequi conatur quæ quinto cap. Matthæi præcipiùntur, is τέλειος dici meretur reſpectu eorum, quibus nihil horum curæ eſt. Atque talem perfectionem agnoſcunt veteres, non aliam. Clemens Alexandr. Stromat. lib. VII. pag. 753. Ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον, ὡς ὁ Θεός ἐστι, γενέσθαι τινὰ τέλειον· Βούλεται δὲ ὁ πατὴρ ζῶντας ἡμᾶς κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου ὑπακοὴν ἀνεπιλήπτως, τελείους γίνεσθαι. *Nequaquam fieri poteſt, ut aliquis ſit perfectus, ut Deus eſt: vult autem Pater nos ita viventes, ut obediamus citra reprehenſionem Evangelio, perfectos fieri.* Greg. Nyſſenus de vita Moſis, t. I. pag. 169. verba Chriſti ita explicat: Ἐπὶ τῶν φύσει καλῶν, κἂν μὴ τοῦ παντὸς τυχεῖν δυνατὸν ᾖ, τὸ καὶ μὴ τοῦ μέρους ἀποτυχεῖν κέρδος ἂν εἴη μέγα τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Πᾶσαν τοίνυν ἐπιδεικτέον σπουδὴν, μὴ παντελῶς ἐκπεσεῖν τῆς ἐνδεχομένης τελειότητος· ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπ' αὐτῆς κτήσασθαι, ὅσον ἂν ἰδεῖν τοῦ ζητουμένου χωρήσωμεν. Τάχα γὰρ τὸ οὕτως ἔχειν, ὡς ἀεὶ θέλειν ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, ἡ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τελειότης ἐστίν. *Etſi totum conſequi nequeas, tamen in rebus omnibus, quæ naturâ bonæ ſunt, non parvum eſt lucrum illis qui ſapiunt, vel partem earum aliquam conſequi. Omne igitur ſtudium adhibendum eſt, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam perveniri poteſt: tantùmque illius poſſideamus, quantum capere poſſumus. Ita enim ſe habere, ut ſemper in bono plus habere velis, id ipſum forſan naturæ humanæ perfectio eſt.* Eleganter etiam ad eadem Chriſti verba Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCXXXV. lib. V. pag. 660. Εἰκότως τὰ πράγματα ἀπὸ τῶν μειζόνων λαμβάνει τὰ παραδείγματα, ἵνα κἂν τοῦ ἐλάττονος ἐφικώμεθα. Εἰ γὰρ καὶ ἀμίμητος ἡ δεσποτικὴ ἀρετὴ, ἀλλ' οὖν γε ὅταν κατὰ δύναμιν μιμεῖσθαι αὐτὴν σπουδάζωμεν, τῆς μιμήσεως οὐκ ἀπολειφθησόμεθα. ὥσπερ γὰρ οἱ γραμματισταὶ λαμβάνοντες τὴν γραφίδα, τοῖς παισὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ κάλλους τὰ στοιχεῖα γράφουσιν, ἵνα κἂν πρὸς τὸ καταδεέστερον ἔλθωσι τῆς μιμήσεως. οὕτω καὶ ἡ θεία χάρις ὑποδείγματα ἡμῖν ἀρετῆς προὔθηκεν, ἵν' ὡς ἐφικτὸν μιμησώμεθα. *Meritò rerum exempla à majoribus petuntur, ut minimum ad aliquam ſaltem perveniamus partem. Etiamſi enim Dominicam virtutem imitari non liceat, nihilominus, ſi pro viribus eam imitari ſtudeamus, imitatione minimè defraudabimur. Quemadmodum enim literatores acceptâ pennâ, pueris elementa elegantiſſimè pingunt, ut vel minimam imitationis partem aſſequantur: ita etiam divina gratia exempla virtutis nobis propoſuit, ut ea, quantum fieri poteſt, imitemur.* Huc etiam pertinent ſequentia veterum dicta. Chryſoſtomi, Homil. IX. in epiſt. ad Hebræos, pag. 481. Τέλειον καλοῦμεν, τὸν μετὰ τῆς πίστεως ἔχοντα βίον ὀρθόν. *Perfectum vocamus eum, qui cum fide conjunctam habet vitam rectam.* Eadem exſcripſit Theophylactus ad v. 1. cap. VI. epiſt. ad Hebræos, pag. 920. Ita Clemens Alexand. ad locum Pauli, Philipp. III. 15. lib. I. Pædag. cap. VI. pag. 107, 108. Τέλειον ἑαυτὸν ἡγεῖται, ὅτι ἀπήλλακται τοῦ προτέρου βίου, ἔχεται δὲ τοῦ κρείττονος, οὐχ ὡς ἐν γνώσει τέλειος, ἀλλ' ὡς τοῦ τελείου ἐφιέμενος. διὸ καὶ ἐπιφέρει· Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν. τελειότητα δηλονότι λέγων τὸ ἀποτετάχθαι ἁμαρτίαις, καὶ εἰς πίστιν τοῦ μόνου τελείου ἀναγεγεννῆσθαι, ἐκλαθομένους τῶν κατόπισθεν ἁμαρτιῶν. *Se ipſum perfectum exiſtimat, quòd à priore vita liberatus ſit, meliorem autem perſequatur, non tanquam in cognitione perfectus, ſed tanquam id quod eſt perfectum deſiderans: unde etiam ſubjungit,* Quicunque ergo perfecti, hoc ſentiamus. *Perfectionem ſcilicet dicens, renunciaſſe peccatis, & in fidem ejus, qui eſt perfectus, eſſe regeneratos, poſteriorum peccatorum oblitos.* Ita I. Corinth. II. 6. Apoſtolus, juxta Chryſoſtomum Homil.

Digitized by Google

Homil. VII. in hanc epiſt. pag. 279. τελείους λέγει τοὺς πεπιστευκότας. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τέλειοι, οἱ τὰ ἀνθρώπινα εἰδότες, ὅτι σφόδρα ἀσθενῆ, καὶ ὑπεριδόντες αὐτῶν, ὅτι μηδὲν αὐτοῖς συμβάλλεται, πεπεισμένοι, οἷοι γεγόνασιν οἱ πιστοί. *Perfectos vocat eos, qui crediderunt. Illi enim ſunt perfecti, qui, cùm nôrint res humanas eſſe valde imbecilles, & eas deſpexerint, perſuaſum habent, eas nihil conferre, cujuſmodi ſunt fideles.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 177. τελείους λέγει τοὺς πιστούς. οὗτοι γὰρ τέλειοι, οἱ πάντων ὑπεριδόντες, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνατείναντες. *Fideles vocat* perfectos. *Hi enim perfecti ſunt, qui terrenis omnibus poſthabitis, ad cæleſtia ſubvolant.* Sic I. Corinth. XIV. 20. juxta Theophylactum, pag. 285. ταῖς φρεσὶ τέλειός ἐστιν, ὁ μετὰ τοῦ μηδένα κακοποιεῖν, ἔτι καὶ ὠφελῶν, καὶ οὐ μόνον κακίαν φεύγων, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν διώκων, καὶ φυλάττων ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ μὴ βλάπτεσθαι περὶ τὰ καίρια. Senſibus perfectus *eſt, qui præterquam quòd nemini damnum inferat, alios etiam juvat, nec vitium tantùm fugit, verùm etiam virtutem inſequitur, ſibiq; cavet, ne in rebus, quæ alicujus ſunt momenti, damnum patiatur.* Particula igitur ὥσπερ in verbis Chriſti non notat æqualitatem (nemo enim propriè perfectus, niſi DEUS. Philo: Αἱ τελειότητες καὶ ἀκρότητες ἑνὸς εἰσὶ μόνου. *Perfectiones & ſummitates unius tantùm ſunt.* Et Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. X. Σοφὸς ὁ μόνος θεὸς, καὶ τέλειος μόνος. *Solus Deus eſt ſapiens, & ſolus perfectus:* unde τελειότατον καὶ θειότατον, *perfectiſſimum & diviniſſimum* Plutarchus in Catone junxit:) ſed ſimilitudinem quandam divinæ naturæ, quæ acquiritur imitando eam, præcipuè vel inimicis benefaciendo. Confer particulam Καθώς.

3. *De S. Cæna.* Euchariſtia vocatur τὸ τέλειον, eſt enim *perfectio*, ſeu *conſummatio, quia*, ut ſcribit doctiſſimus Caſaubonus Exercit. XVI. num. 48. *conjunctioni noſtræ cum Chriſto, cujus inſtrumenta ſunt verbum Dei & Sacramenta, veluti colophonem imponit participatio corporis & ſanguinis Chriſti in Cæna Dominica: nullus enim reſtat alius modus, quo in terris verſantes arctiùs cum Chriſto capite noſtro conjungamur.* Frequenter hoc occurrit in Canonibus Conciliorum. Can. IV. Concilii Ancyrani, ἐπὶ τὸ τέλειον ἐλθεῖν, *ad perfectionem accedere*: quod Balſamon pag. 768. explicat, τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν, *ſacramenti participem fieri.* Zonaras, p. 289. dicit intelligi τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν, *ſacramenti participationem.* Canone VI. ejuſdem Concilii eadem locutio recurrit, & eodem rurſus modo à Balſamone exponitur. Can. XX. habes τοῦ τελείου τυχεῖν, *perfectionem aſſequi*: quod, interprete Balſamone, pag. 783. ἀξιοῦσθαι τῆς ἁγίας μεταλήψεως, *ſancta communione dignum judicari.* Zonaras, pag. 299. exponit, εἰς τὸ τέλειον ἔρχεσθαι, ἤγουν εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν, *ad perfectionem, ſive ad ſanctam communionem venire.* Hoc ipſum ejuſdem Concili Can. VIII. eſt τελείως δεχθῆναι, *perfectè recipi*: Can. IX. τοῦ τελείου μετέχειν, *perfectionem conſequi*: Can. XXII. τοῦ τελείου καταξιωθῆναι, *perfectionem conſequi.* Confer vocem Καταλλαγή, num. II. verbum Δέχομαι, & nomen Μέθεξις.

Τελειόω.

Hujus verbi ſignificationes obviæ ex Lexicis haberi poſſunt. Nos uſum ejus Eccleſiaſticum præcipuè obſervamus: qui duplex eſt.

I. Uſurpatur *de Baptiſmo.* Per Apoſtolos celebrata manuum in baptizatis impoſitione, ſpiritus ſanctus ad hoc tantùm dabatur, ut prophetarent, & linguis loquerentur. Miraculoſa hæc virtus fuit, quæ non augebat gratiam Baptiſmi, quâ regenerabantur, ſed eum, in quem conferebatur, χαρίσμασι duobus auctiorem reddebat, prophetiæ ſcilicet & linguarum dono. Inde & *Baptiſmi gratiâ perfici* dicebantur in primitiva Eccleſia, qui baptizabantur, id eſt, τελειωθῆναι. In paſſione Stephani, Epiſcopi urbis Romæ, *Quem multis exhortationibus Chriſtianæ religionis edocens, & de regno Dei & vita æterna imbuens, ſacri Baptiſmatis gratiâ ex more perfecit, & in albis poſitum Presbyterum conſecravit.* Hoc loco *perficere* eſt τελειῶσαι, quod & pro *conſecrare & initiare ſacris* poſitum eſt apud LXX. Interpretes. Inde enim ſacramenta, quia ſacrantur, qui his participant, vel conſecrantur. Verbum Hebræum מלא, quod τελειοῦν deſignat & *perfectionem*: Hieronymus *conſecrationem* reddit. Sed videamus jam loca, in quibus τελειόω de Baptiſmo uſurpatur. Greg. Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 596. Εἰ κτίσμα τὸ πνεῦμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν; ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; *Si creatura ſpiritus, quomodo in eum credimus? aut in eo perficimur?* Maximus in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 14. Τοὺς προσιόντας δεῖ πρῶτον καθαίρεσθαι τῇ διδασκαλίᾳ τῶν διαιρετικῶν τῆς ἁμαρτίας συμφύρσεων· εἶτα φωτίζεσθαι τῇ γνώσει τῶν θεοπνεύστων γραφῶν τὰ περὶ θεογνωσίας δόγματα, καὶ τότε τελειοῦσθαι τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ. *Accedentes oportet primò purgari doctrinâ eorum, quæ diſſolvere queant peccatorum commixtiones: deinde illuſtrari per cognitionem à Deo inſpiratarum ſcripturarum in decretis de Dei cognitione, & tum perfici regenerationis lavacro.* Athanaſius Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 341. poſtquam de formula Baptiſmi fuiſſet locutus, ſubjicit, Οὕτω γὰρ τελειούμενοι καὶ ἡμεῖς ἐν ποιήματα ὄντες, υἱοποιούμεθα λοιπόν. *Sic enim perfecti redditi & nos, qui ſumus creaturæ, deinceps adoptamur.* Cur verò τελειοῦσθαι ſit *baptizari*, intelligitur ex Dialogo I. Athanaſii contra Macedonium, t. II. pag. 265. ubi hæc leguntur: Πῶς οὐχ ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι τῆς προσκυνήσεως τὸ βάπτισμα μεῖζον, ὅπουγε καὶ κατηχούμενοι προσκυνοῦσι πατέρα καὶ υἱὸν, οὐκ ἔχουσι δὲ τελειότητα, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ δὲ μή εἰσι τέλειοι χριστιανοὶ οἱ κατηχούμενοι πρὶν ἢ βαπτισθῶσι, βαπτισθέντες δὲ τελειοῦνται, τὸ βάπτισμα ἄρα μεῖζόν ἐστι τῆς προσκυνήσεως; ὃ τὴν τελειότητα παρέχει. *Quomodo non in confeſſo ſit, Baptiſmum adoratione majorem eſſe, cùm ipſi etiam Catechumeni Patrem & Filium adorent, perfectionem tamen non habeant, niſi baptizentur in nomen Patris, Filii, & Spiritus ſancti; quòd ſi verò non ſunt perfecti Chriſtiani Catechumeni, antequam baptizantur, baptizati autem perficiuntur, utiq; Baptiſmus major eſt adoratione, qui hominem perficit.* Qui ergo baptizantur, dicuntur τελειοῦσθαι, *conſecrari*, quia Deo conſecrantur, & quaſi inaugurantur: quemadmodum qui ad ſacra promoventur officia, dicuntur τελειοῦσθαι *inaugurari.* Anonymus in vita Athanaſii, t. II. pag. 59. in Appendice: Hunc, nempe Evagrium, qui fuit ſucceſſor Eudoxii Ariani in ſede Antiochena, ſed orthodoxus, ἱεραὶ χεῖρες ἐτελείωσαν Εὐσταθίου, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, *inaugurarunt ſacræ manus Euſtathii, viri illuſtris.*

II. Hoc verbum uſurpatur *de morte*, & quidem,

1. *In genere de morte piorum*, qui dicuntur τελειωθῆναι, *perfici, Deo conſecrari*, tanquam perfectionem quandam conſecuti. In Menologio frequenter legas ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται, *in pace conſummatur*: quod ibidem eſt, ἐν εἰρήνῃ κοιμᾶται, *in pace obdormit.* De Monachis diſertè Chryſoſtomus Homil. XIV. in I. ad Timoth. pag. 309. Κἂν ἀπαγγελθῇ, ὁ δεῖνα τετελεύτηκε, πολλὴ ἡ εὐφροσύνη, πολλὴ ἡ ἡδονή· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τολμᾷ τις εἰπεῖν, ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκεν, ἀλλ' ὁ δεῖνα τετελείωται. *Etiamſi annun-*

annuncietur, aliquem mortuum eſſe, magna oritur exultatio, ingens voluptas. Imò ne mortuum quidem aliquis appellare præſumit, ſed conſummatum.

2. *In ſpecie de morte martyrum*, qui morte ſua perfectionem quaſi quandam conſequuntur. Greg. Nyſſenus in vita Thaumaturgi, t. III. pag. 562. διὰ πυρὸς τελειώσας τὸν δρόμον, *qui per ignem confecit curſum.* Chryſoſtomus Homil. XXXIX. in Acta, pag. 826. de Paulo: Ἐπὶ Νέρωνος ἐτελειώθη. *ſub Nerone conſummatus fuit.* Greg. Nazianzenus, Orat. XX. pag. 369. de Maccabæis; τελειωθέντες ἐν αἵματι. *Qui in ſanguine conſummati ſunt.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. III. pag. 48. b. μαρτυρίῳ τελειωθῆναι, *martyrio conſummari.* Et cap. V. διὰ πυρὸς τελειωθῆναι, *per ignem conſummari.* Idem in Chronico Serm. I. pag. 69. de ſeptem filiis cum matre & Eleazaro ſub Antiocho trucidatis: Νομίμως τὸν βίον καταλύσαντες, θανάτῳ μαρτυρικῷ τελειωθέντες. *Legitimè vitam finierunt, martyrio conſummati.* Hinc frequentes iſtæ in Menologio de martyribus locutiones: Ξίφει τελειοῦται. *Gladio conſummatur*, ſeu *martyrium conſequitur.* Πυρὶ τελειοῦται. *Per ignem conſummatur.* Ποντωθεὶς τελειοῦται. *Submerſus conſummatur.* Μαχαίρᾳ τελειοῦται. *Gladio conſummatur.* Ξύλοις θλασθεὶς τελειοῦται. *Lignis contuſus conſummatur.* Μαστιζόμενος τελειοῦται. *Flagellis caſus conſummatur.* Αὐχένας τμηθέντες τελειοῦνται. *Cervicibus amputatis conſummantur.* Ἐν θαλάσσῃ βληθέντες τελειοῦνται. *In mare projecti conſummantur.* Σπηλαίῳ ἐγκλεισθέντες τελειοῦνται. *In ſpeluncas incluſi conſummantur.* Baſilius M. Orat. in XL. Martyres, pag. 534. τῷ κρύει τελειωθέντας. Interpres: *Frigore conſumtos.* Sed, cùm ſermo ſit de martyribus frigore enecatis, meliùs reddes, *frigore conſummatos*, vel *per frigus martyrii coronam adeptos.*

Τελείωσις.

Eundem cum præcedenti verbo uſum habet vox τελείωσις, & notat,

I. *Conſecrationem, initiationem*, atque adeò *Baptiſmum.* Sic uſurpatur à Greg. Nazianzeno Orat. XXV. pag. 441. Οὐ φέρω ζημιούμενος οὐδὲ ἐγὼ τὴν τελείωσιν. εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. *Ne ipſe quidem perfectionis detrimento affici ſuſtineo. Unus Dominus, una fides, unum Baptiſma.* Τελείωσιν hìc *Baptiſmum* notare obſervat Elias Cretenſis, ſic enim Billius ad præſentem locum: Τελείωσις *hoc loco* Baptiſmum *ſignificat, ut etiam ſentit Elias.* Idem Greg. Orat. XL. pag. 648. Μὴ φοβηθῇς τὴν τελείωσιν. Καθαρὸς εἶ καὶ μετὰ τὸν γάμον· ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐγὼ τούτου συναρμοστὴς, ἐγὼ νυμφοστόλος. *Ne Baptiſmi perfectionem extimeſcas. Puritatis ratio etiam inito matrimonio tibi conſtabit: ego periculum præſtabo, ego harum nuptiarum conglutinator, ego auſpex.* Et Orat. eadem, pag. 658. dicit: ἁγιάζειν καὶ ψυχὰς καὶ σώματα τῷ μεγάλῳ μυστηρίῳ τῆς τελειώσεως, *ſanctificare & animas & corpora per magni Baptiſmi ſacramentum.* Athanaſius Orat. III. contra Arianos, t. I. pag. 413. Εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ δίδοται ἡ τελείωσις. *In nomen Patris & Filii adminiſtratur Baptiſmus.* Et paulò antè, pag. 411. ex eo, quòd in Filii quoque nomen baptizamur, probat Filium non eſſe creaturam. Arianos ita alloquitur: Διατί καὶ τῇ τελειώσει τοῦ βαπτίσματος συγκατονομάζεται τῷ πατρὶ ὁ υἱός; Εἰ μὲν γὰρ αὐτάρκης οὐκ ἔστιν ὁ πατὴρ, ἀσεβὴς ἡ φωνὴ, εἰ δὲ αὐτάρκης, τοῦτο γὰρ θέμις εἰπεῖν, τίς ἡ χρεία τοῦ υἱοῦ ἢ εἰς τὴν δημιουργίαν, ἢ εἰς τὸ ἅγιον λουτρόν; ποία γὰρ κοινωνία τῷ κτίσματι πρὸς κτίστην; ἢ διατί τὸ πεποιημένον συναριθμεῖται τῷ ποιήσαντι εἰς τὴν τῶν πάντων τελείωσιν; *Cur etiam in Baptiſmi perfectione unà cum Patre nominatur Filius? Si enim ſibi non eſt ſufficiens Pater, impia hæc vox, ſi verò ſibi ſufficiens, hoc enim dicere fas eſt, quomodo neceſſarius eſt Filius vel ad creationem, vel ad ſacrum lavacrum? Quæ enim eſt communio creaturæ cum creatore? aut quam ob cauſſam res creata ſimul enumeratur cum creatore ad perfectionem omnium?* Quod hìc primo & ultimò τελείωσις nominatur, illud ipſum etiam vocatur ἅγιον λουτρόν. Idem ad Imperatorem Jovianum, t. II. pag. 34. Ἡ ἐν πίστει τελείωσις, εἰς τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. *In fide perfectio, in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum.* Cur Baptiſmus vocetur τελείωσις, ex iis, quæ in verbo Τελειόω, num. 1. diximus, facilè intelligitur: quibus hìc pauca inſuper addimus. Hieronymus verbum Hebræum מלא, quod τελείωσιν deſignat & perfectionem, *conſecrationem* reddidit. Ita & *baptiſmo conſecratum*, quod Græci dicerent τελεσθέντα, vel τελειωθέντα, legimus in verſione Ruffini ex Clementis Itinerario Petri. Eandem ob cauſſam Baptiſmus à Clemente Alex. Pædag. lib. I. cap. VI. pag. 93. vocatur τέλειον, *quia* τῷ τὸν θεὸν ἐγνωκότι οὐδὲν ἔτι λείπεται, *Deum cognoſcenti nihil ampliùs deeſt*; & quia *Baptiſmus* χάρισμα πεπληρωμένον, *gratia perfecta*: & *baptizati* dicuntur τελεσθέντες à Greg. Nyſſeno. Vide in verbo Τέλειος. Confer vocem Ἀτέλεστος.

II. *Deſignationem & conſecrationem Sacerdotum.* Dionyſius Areopagita cap. V. Eccleſ. Hierarch. pag. 312. Μυστήριον ἱερατικῶν τελειώσεων. *Myſterium conſecrationis ſacrorum ordinum.* Et continuò: Ὁ μὲν ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱεραρχικὴν τελείωσιν προσαγόμενος, &c. *Pontifex quidem qui ad Pontificiam conſecrationem eſt evectus, &c.* Ibidem aliquoties hoc ſenſu legitur. Pachymeres in hoc caput, pag. 321. Τὰς τελειώσεις, πρόδηλον ὡς ἐπὶ τῶν καταστάσεων, ἤγουν χειροτονιῶν ληψόμεθα. *Perfectiones, manifeſtum eſt, quòd de conſtitutionibus ſeu ordinationibus accipiemus.* Et pag. 322. rem adhuc clarius proponit: Τῶν τελετῶν πρώτη, ἡ κάθαρσις. δευτέρα, τῶν καθαρθέντων ὁ φωτισμός· καὶ τρίτη, ἡ συμπληρωτικὴ τῶν προτέρων, τελείωσις. *Initiationum prima eſt, expiatio: ſecunda, expiatorum illuminatio: & tertia, quæ priores complet, perfectio.*

III. *Mortem* quoque notat, eamque,

1. *In genere.* Greg. Nazianzenus, Orat. XIX. pag. 313. ubi de Patre ſuo ſcribit: Τοιοῦτος μὲν ὁ βίος αὐτῷ, τοιαύτη δὲ ἡ τοῦ βίου συμπλήρωσις, καὶ τελείωσις. *Hæc ipſi vita fuit: hic vitæ finis.*

2. *In ſpecie martyrium.* Clemens Alexand. Stromat. lib. III. pag. 480. Τελείωσιν μαρτύριον καλοῦμεν, οὐχ ὅτι τέλος τοῦ βίου ὁ ἄνθρωπος ἔλαβεν, ὡς οἱ λοιποί, ἀλλ' ὅτι τέλειον ἔργον ἀγάπης ἐνεδείξατο. *Conſummationem vocamus martyrium, non quòd vitæ finem acceperit homo, ut reliqui, ſed quòd perfectum opus oſtenderit charitatis.* Baſilius M. Homil. in Pſal. CXVI. pag. 317. ad v. 13. Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· τουτέστι, διψῶν ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ μαρτυρίου τελείωσιν ἔρχομαι. *Calicem ſalutaris accipiam: hoc eſt, ſitienter & cupidè contendo ad martyrii conſummationem*, vel *ad vitæ finem per martyrium.* Oecumenius in Cap. XXVIII. Actor. pag. 110. Πάντα ἔτη ἀπὸ τῆς κλήσεως τοῦ Παύλου μέχρι τῆς τελειώσεως αὐτοῦ, τριάκοντα καὶ πέντε. *Anni in univerſum à vocatione Pauli uſque ad ejus conſummationem*, id eſt, martyrium, *ſunt triginta quinque.* Eadem repetit in peregrinationibus Pauli, in epiſtolam ad Romanos, pag. 241. Apud Balſamonem ad Can. I. Ancyranum, pag. 764. Τὸν τῆς τελειώσεως στέφανον ἀναδήσασθαι, eſt *martyrium ſubire.*

Quem-

Digitized by Google

Quemadmodum τελειόω & τελείωσις de ſacro uſurpantur Baptiſmo; ita τελειωτὴς non tantùm ſignificat *perfectorem*, *conſummatorem*: Sed etiam *eum*, *qui Baptiſmum confert*. Sic uſurpat Nazianzenus Orat. XL. pag. 670. Ταχύνωμεν τὴν σωτηρίαν, ἀναστῶμεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα· σφύζει τὸ πνεῦμα· πρόθυμος ὁ τελειωτὴς, τὸ δῶρον ἕτοιμον. *Salutem acceleremus, ad Baptiſmum exſurgamus: exſilit ſpiritus, præſtò eſt initiator*, vel *Baptiſta*, *in promtu eſt donum.*

Τέλεσμα.

Mos fuit ſub Imperatoribus Romanis, ut ſacrificiis certis locis factis, aut carminibus dictis, vel ſtatuis poſitis, Barbarorum in ſolum Romanum ingreſſum & tranſitum arceri poſſe putarent. Græci τελετὴν vocàrunt ejusmodi conſecrationem, & ſimulacra ſic conſecrata, ἀγάλματα τετελεσμένα. Olympiodorus apud Photium, Cod. LXXX. pag. 181. Τὸ Ῥήγιον μητρόπολίς ἐστι τῆς Βρεττίας, ἐξ οὗ, φησὶν ὁ ἱστορικὸς, Ἀλάριχον ἐπὶ Σικελίαν βουλόμενον περαιωθῆναι, ἐπισχεθῆναι, Ἄγαλμα γάρ φησι τετελεσμένον ἱστάμενον ἐκώλυε τὴν περαίωσιν. τετέλεστο δὲ, ὡς μυθολογεῖ, παρὰ τῶν ἀρχαίων ἀποτρόπαιόν τε τοῦ ἀπὸ τῆς Αἴτνης πυρὸς, καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάσσης βαρβάρων. ἐν γὰρ τῷ ἑνὶ ποδὶ πῦρ ἀκοίμητον ἐτύγχανε, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον. *Rhegium metropolis eſt Brutiorum, è qua refert hiſtoricus Alaricum, dum in Siciliam trajicere voluiſſet, retentum fuiſſe. Statua enim, inquit, conſecrata, ibi ſtans, trajectum vetabat. Fuerat vero hæc, ut fabulatur, ab antiquis conſecrata, cùm ut Ætnæ montis ignes averteret, tum ut maris tranſitu Barbaros probiberet. Altero enim pede perpetuum ignem, altero verò perennem aquam geſtabat.* In Græco editum eſt, τὸ Ῥήγιον μητρόπολίς ἐστι τῆς Βρεταννίας. *Rhegium metropolis eſt Britanniæ*: ridiculè. Schottus ad marginem notat, *omnino* Βρεττίας *legendum* eſſe. Rectè: Βρέττιοι enim ſunt *Brutii*, & Βρεττία, *Brutia*. Vide Strabonem lib. VI. ſtatim poſt initium, pag. 175. Ibidem Photius, pag. 188. Ὅτι ὁ ἱστορικός φησι παρὰ Οὐαλερίου τινὸς τῶν ἐπισήμων ἀκοῦσαι περὶ ἀνδριάντων ἀργυρῶν, τετελεσμένων εἰς ἀποκώλυσιν τῶν βαρβάρων. *Refert hic ſcriptor, audiviſſe ſe è Valerio clariſſimo viro, de argenteis ſtatuis ad Barbaros arcendos conſecratis.* Hinc τέλεσμα eſt τετελεσμένον τι, *conſecratum quid*: ut ſunt τετελεσμένοι *annuli*, τετελεσμένοι ἀνδριάντες, *conſecratæ ſtatuæ*: & cætera ejusmodi. Apud Juſtinum Martyrem, quæſt. XXIV. pag. 405. edit. Græco-Lat. quæritur: Εἰ Θεός ἐστι δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῆς κτίσεως πῶς τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κτίσεως δύναται; καὶ γὰρ θαλάττης ὁρμὰς, καὶ ἀνέμων φορὰς, καὶ μυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς, ὡς ὁρῶμεν, κωλύουσιν. Interpres vertit: *Si DEUS conditor eſt & Dominus creaturæ, quomodo Apollonii effectus in partibus creaturæ potentes ſunt? nam impetum maris, & ventorum vim, & murium beſtiarumq́ incurſiones, ut videmus, prohibent.* In reſponſione ad hanc quæſtionem aliquoties repetitur vox τελέσματα, & ſemper redditur *effectus*. Minùs ſcitè: τελέσματα enim ſunt *conſecrationes*, *ſimulacra conſecrata*. De Apollonio Chronicon Alexandrinum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων, Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἤκμαζε περιπολεύων πανταχοῦ, καὶ ποιῶν τελέσματα εἰς τὰς πόλεις καὶ χώρας. *Apollonius Tyaneus his Conſulibus floruit, qui ubiq́ oberravit, & in urbibus ac regionibus conſecrata erexit ſimulacra.* Ubi Interpres ridiculè τελέσματα, *vectigalia* vertit. Vixit ſub Claudio, ut refert Cedrenus, pag. 162. *Is*, ut idem narrat, *cùm Byzantium profectus ab incolis rogaretur*, ἐστοιχείωσεν, ὄφεις μὲν καὶ σκορπίους μὴ πλήσσειν, κώνωπας μηδὲ παρεῖναι, ἵππους μὴ καλυφρυοῦσθαι, μή τε μὴν ἀγριαίνεσθαι κατ' ἀλλήλων, ἢ καὶ κατά τινος. Καὶ Λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐστοιχείωσεν, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμήνασθαι, *ſuis magicis artibus effecit, ne ſerpentes quem aut ſcorpii læderent: néve culices eò accederent, ne equi ferocirent, neq́ vel inter ſe, vel in alia animantia rabie ſævirent. Lycum quoque amnem artibus magicis compeſcuit, ne ſuis exundationibus Byzantio noceret.* In eandem ſententiam de eodem ſcribit pag. 202. ubi ſimul indicat, qua ratione magicas ſuas exercuerit artes: Τυραννουμένων τῶν Ἀντιοχέων ὑπὸ τῶν σκορπίων καὶ κωνώπων, ποιήσας χαλκὸν σκορπίον, καὶ χώσας αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μικρὸν ἐπιστήσας ἐπάνω κίονα, βαστάζειν προσέταξε καλάμους τῷ λαῷ, καὶ περιερχομένους ἐν τῇ πόλει κράζειν, τοὺς καλάμους ἐπισείοντας, Ἀκώνωπα τῇ πόλει. *Cùm Antiochenſes à ſcorpiis & culicibus divexarentur, æreum ipſe ſcorpium conflavit, ſupráque eum in terra depoſitum parvâ erectâ columnâ, populum juſſit calamos geſtare, perq́ urbem circuire, & calamos concutientes inclamare, Vacet urbs culicibus.* En hic ſimulacrum conſecratum, æreum ſcorpium & columnam. Ex Anaſtaſio etiam, Epiſcopo Theopolitano, de eodem hæc ſubjicit Cedrenus: Ἀπολλωνίου δὲ μέχρι νῦν ἔν τισι τόποις ἐνεργοῦσι τὰ ἀποτελέσματα ἱστάμενα, τὰ μὲν εἰς ἀποτροπὴν ζώων τετραπόδων καὶ πετεινῶν βλάπτειν δυναμένων ἀνθρώπους, τὰ δὲ εἰς ἐποχὴν ῥευμάτων ποταμῶν ἀτάκτως φερομένων, καὶ ἄλλα εἰς ἕτερα ἐπὶ φθορᾷ καὶ βλάβῃ ἀνθρώπων ὑπάρχοντα ἀποτρόπαια ἵστανται. *Quibusdam in locis ad hunc usq́ diem Apollonii ſimulacra ſtant, & ſuam efficacitatem habent: alia quadrupedibus ac volucribus damnoſis avertendis, alia ad inordinatos amnium excurſus inhibendos, alia aliis rebus, quæ hominibus detrimentum afferrent, arcendis.* Hìc ἀποτελέσματα idem ſunt quod τελέσματα, Τετελεσμένα ergo, vel τελέσματα, aut etiam ἀποτελέσματα, ſunt ſignacula certo ſiderum poſitu & conſecrationis vanæ carminibus & ceremoniis à magis confecta ſigna, ſcuta, ſimulacra, quæ de collo ſuſpenſa, vel publicè erecta, contra faſcinationes; & infauſta quævis geſtari, vel erigi ſolebant. De his qui plura deſiderat, adeat Reineſii variarum Lectionum lib. III. cap. XVII. & Seldenum de diis Syris, ſyntag. I. cap. II.

Τελετή.

Τελετὴ duas maximè ſignificationes habet:

I. *generalem*. Ita, juxta veteres Gloſſas, Τελετὴ eſt *conſecratio*. Heſychius: Τελεταὶ, ἑορταὶ, θυσίαι, μυστήρια. *Feſta*, *ſacrificia*, *myſteria*. Suidas, Τελετὴ, θυσία μυστηριώδης, ἡ μεγίστη καὶ τιμιωτέρα, ἀπὸ τῶν γινομένων εἰς αὐτὰς δαπανημάτων. Τελεῖν γὰρ φαμὲν, τὸ δαπανᾷν. καὶ πολυτελεῖς, τοὺς πολλὰ ἀναλίσκοντας, καὶ εὐτελεῖς τοὺς ὀλίγα. Τελετὴ, *ſacrificium myſteriorum plenum, maximum & honoratiſſimum ſacrificium: ſic autem dicta ſunt à ſumtibus, qui fiunt in ea.* Τελεῖν *enim dicimus, impendere, ſumtus facere.* Et πολυτελεῖς vocamus homines, *qui multa conſumunt*, vel *impendunt*: & εὐτελεῖς, *qui pauca* impendunt. S. Maximus in cap. I. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 3. Τελετὴ λέγεται κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφους, ἡ μετάδοσις τῶν μυστηρίων, ἅτε τελειοῦσα τὸν μυούμενον, καὶ τελειωτικὴ τυγχάνουσα τῶν προσιόντων τοῖς τοιούτοις. Τελετὴ, ſeu *myſterium*, *ritus*, *dicitur*,

dicitur, ſecundum gentiles Philoſophos, communicatio myſteriorum, tanquam perficiens eum, qui initiatur, & perfectiva exiſtens eorum, qui ad talia accedunt.

II. *Specialem.* Ex Gentilium caſtris hæc vox ad Chriſtianos tranſiit, & notat

1. *in genere Sacramenta.* Teſtis Pachymeres in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 41. τελετή ἐστι, πᾶν μυστήριον, ὡς τελειωτικὸν τῆς ψυχῆς. Τελετὴ, *eſt omne myſterium*, ſeu *Sacramentum, quatenus animam perficit.*

2. *in ſpecie.*

a. *Baptiſmum.* Dionyſius Areopagita, cap. III. Eccleſ. Hierarch. pag. 242. eum vocat ἱερὰν τῆς θεογενεσίας τελετὴν, *ſacram divinæ regenerationis initiationem.*

b. *S. Cœnam.* Pachymeres in cap. I. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarch. pag. 11. Τελετὴ λέγεται ἡ τῶν μυστηρίων μετάδοσις. *Initiatio, myſteriorum communicatio nuncupatur.* Ratio ſtatim ſubjicitur: Ἀντὶ τοῦ μυούμενον τελειοῦσα, καὶ τοὺς μεμυημένους τελείους καλεῖ ὁ ἀπόστολος, λέγων· ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν. *Ut quæ initiatum perficiat: & initiatos Apoſtolus* perfectos *vocat, dicens, Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* Ad Philipp. III. 15. Vocatur τελετῶν τελετὴ, *ſacramentorum ſacramentum*, hoc eſt, præſtantiſſimum ſacramentum, à Dionyſio Areopagita, ſtatim poſt initium cap. III. de Hierarch. Eccleſ. pag. 241. Item θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ, *diviniſſimum & ſacrum ſacramentum*, cap. eodem pag. 245. Ἱερὰ τελετὴ, *ſacrum ſacramentum*, à Chryſoſtomo. Ἀπόῤῥητος τελετὴ, *arcanum & ineffabile ſacramentum*, à Syneſio. Φρικωδεστάτη τελετὴ, *maximè tremendum ſacramentum*, à Chryſoſtomo, lib. III. de Sacerdotio, tom. VI. pag. 16. Ἡ θεία τῶν μυστικῶν τελετή. *divinum myſticorum ſacramentum*, à Cæſario, quæſt. XXIX. pag. 54. Vide Caſauboni Exercitat. XVI. ſect. XLIII. pag. 486.

Τελέω.

Varias hujus verbi ſignificationes ex Lexicis habere licet. Nos uſum ejus Eccleſiaſticum tantùm oſtendemus. Τελέω ergo ſignificat de rebus ſacris, *perago, celebro.* Ita θυσίας τελέσαι, *ſacrificare, ſacrificia celebrare.* Dionyſius Areopagita, τὰς ἱερατικὰς ἐνεργείας τελεῖν, *rem ſacram facere.* Eandem ſignificationem verbum paſſivum ſequitur: cujus participium habes apud Greg. Nazianzenum, Orat. XLII. quæ eſt II. in Paſcha, pag. 676. Αὕτη ἑορτῶν ἡμῖν ἑορτὴ, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων, τοσοῦτον ὑπεραίρουσα πάσας, οὐ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον καὶ χαμαὶ ἐρχομένας, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπ' αὐτῷ τελουμένας, ὅσον ἀστέρας ἥλιος. *Hæc nobis feſtivitatum feſtivitas, & celebritatum celebritas, tantò cæteris omnibus, non ſolùm humanis & humi defixis, ſed iis etiam, quæ ipſius Chriſti ſunt, ac propter ipſum celebrantur, ſuperior, quantò ſol ſtellas antecellit.* Alio etiam modo hoc verbum ad res divinas pertinet, & ponitur pro *initio*, & *res divinas facio.* Hinc apud Suidam, τετελεσμένον, μεμυημένον. *Initiatum, inauguratum.* Hinc corrigendus Heſychius, apud quem τετελεσμένον inter alia exponitur per μεμιασμένον, pro quo Junius putat legendum μεμερισμένον. Quin μεμυημένον reſtitui debeat, nullus dubito. Quid τετελεσμένος ſit, pluribus exponit Theodoretus ad cap. IV. Hoſeæ, v. 14. pag. 715. Τετελεσμένους καλεῖ τοὺς τὰ τῆς ἀσεβείας ὄργια μεμυημένους· καθάπερ γὰρ ἡμεῖς τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἠξιωμένους, πιστοὺς ὀνομάζομεν, οὕτω τετελεσμένους ὠνόμαζον Ἕλληνες, τοὺς ἀκριβέστερον δεδιδαγμένους τὴν σφετέραν ἀσέβειαν. Initiatos *vocat ſacris impietatis imbutos & inſtructos. Nam ſicut nos divinis myſteriis ornatos* fideles *vocamus, ita Græci gentiles* initiatos *nominârunt exactiùs ad ſuam impietatem inſtitutos.* Baptizati dicuntur τελεσθέντες. Greg. Nyſſenus Orat. in diem luminum, t. III. pag. 367. τελεσθέντας, qui aliàs μεμυημένοι dicuntur, & ἀμυήτους opponit. Verba ejus ſunt: Ἐγὼ δὲ ἀμφοτέροις συνήδομαι· τοῖς μὲν τελεσθεῖσιν, ὅτι μεγάλην δωρεὰν ἐπλουτήσατε· τοῖς δὲ ἀμυήτοις, ὅτι καλὴν προσδοκίαν ἐλπίζετε, ἄφεσιν τιμωριῶν, λύσιν δεσμῶν, οἰκείωσιν πρὸς θεὸν, παῤῥησίαν ἐλευθέριον, ἀντὶ δουλικῆς ταπεινότητος ἰσοτιμίαν τὴν πρὸς ἀγγέλους. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον, ἡ τοῦ λουτροῦ χάρις ἐγγυᾶται καὶ δίδωσιν. *Ego verò gratulor utrìque: initiatis quidem, quòd magno dono ditati eſtis: non initiatis verò, quòd bona futura ſperatis, pœnarum ſcilicet remiſſionem, vinculorum ſolutionem, conjunctionem cum Deo, fiduciam ingenuam & liberum aditum loco ſervilis humilitatis, parem cum Angelis honorem. Hæc enim nobis, & ſi quid his ſimile atque affine, lavacri gratia ſpondet & dat.* S. Maximus in cap. I. Dionyſii Areopagitæ de div. Nominibus, pag. 99. Τελεῖσθαι ἐστὶ, τὸ εἰς τελειότητα ἄγεσθαι διὰ τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα δι' εὐζωίας προκοπῆς, ἵνα δύνηταί τις εἰπεῖν, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. Perfici *eſt, ad perfectionem duci per profectum in bona poſt baptiſmum vita, ut quis dicere poſſit, Curſum conſummavi, fidem ſervavi.* Hic ergo τελεῖσθαι uſurpatur de iis, qui jam baptizati ſunt. Ita τελειουμένους & τελουμένους diſtinguit ipſe Areopagita, cap. VI. de Eccleſ. Hierarch. Contemplat. III. pag. 333. quemadmodum obſervat Pachymeres, pag. 344. Οὐκ εἶπε, τῶν τελειουμένων (τελειούμενοι γάρ εἰσιν οἱ διὰ τοῦ βαπτίσματος, οἱ διὰ τοῦ χρίσεως, οἱ διὰ τῆς μεταλήψεως, οἱ διὰ τῆς χειροτονίας) ἀλλὰ τελουμένων, δηλαδὴ καθαιρομένων, διδασκομένων, φωτιζομένων. ὥστε πᾶς τελειούμενος καὶ τελεῖται, οὐ μὴν δὲ πᾶς τελούμενος τελειοῦται. *Non dixit* perfectorum *(perfecti enim ſunt, qui per Baptiſmum, qui per Unctionem, qui per Communionem, qui per Ordinationem ſunt conſummati) ſed* initiatorum, *id eſt, eorum, qui expiantur, docentur, illuminantur. Quoniam omnis quidem qui perficitur, initiatur; non omnis autem qui initiatur, etiam perficitur.* Iterum τελούμενοι ſunt jam baptizati, ut idem Pachymeres docet in cap. VI. Dionyſii Hierarch. Eccleſ. pag. 340. Εἰσὶ κατὰ πολλοὺς τρόπους οἱ τελούμενοι· καὶ γὰρ καὶ οἱ τῷ βαπτίσματι τελειούμενοι, καὶ οἱ τῶν θείων μυστηρίων μετέχοντες, καὶ οἱ ἱερωσύνην περιτιθέμενοι, καὶ οἱ μοναχικῆς ἀξιούμενοι καταστάσεως, ἅπαντες ὑπὸ τὴν τάξιν τῶν τελουμένων εἰσί. *Multi ſunt modi initiatorum: nam & in Baptiſmo aliqui perficiuntur, & in ſacrorum myſteriorum participatione, & in ſacrorum ordinum ſuſceptione, & in Monaſtico ſtatu: qui ſunt omnes ſub ordine illorum, qui initiantur.* Interim tamen idem Dionyſius per τελούμενον etiam intelligit eum, qui demum initiandus ſeu baptizandus eſt. Verba ejus perſpicua ſunt cap. II. de Eccleſ. Hierarch. num. VII. pag. 217. Ὁ δὲ ἱεράρχης ἄνωθεν ἑστηκὼς, ἀναβοησάντων πάλιν ἐπὶ τοῦ ἱεράρχου κατὰ τὸ ὕδωρ τὸ ὄνομα τοῦ τελουμένου τῶν ἱερέων, τρὶς μὲν αὐτὸν ὁ ἱεράρχης βαπτίζει, ταῖς τρισὶ τοῦ τελουμένου καταδύσεσι καὶ ἀναδύσεσι τὴν τρισαγίαν τῆς θείας Μακαριότητος ἐπιβοήσας ὑπόστασιν. *Pontifex autem supernè adſtans, ubi ſacerdotes ſecundùm aquas, verſus Pontificem baptizandi nomen proclamârunt, ter eum immergit, terna iſta immerſione atque emerſione ejus qui baptizatur tres divinæ Beatitudinis perſonas invocando.*

Τελώνης.

Qui in Evangeliis vocantur τελῶναι, meliùs Latinè dicuntur *portitores*, quàm *publicani.* Veteres Gloſſæ: *Porti-*

Portitor, τελώνης. *Portitorium*, τελωνεῖον. Cicero inter quæſtus odioſos nominat *portitores*, non publicanos. Sic enim lib. I. de Off. *Primùm improbantur ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fœneratorum.* Propriè *publicani*, qui publicum aliquod redimebant, ut viceſimas hæreditatum, ut viceſimas libertatum, quique cætera hujusmodi vectigalia conducebant, & portoria. Non illi *portitores* dicebantur, ſed ii tantùm, qui portoriis exigendis præficiebantur ab illis ipſis publicanis. Exempli gratiâ, *publicanus* eſt, qui viceſimæ aut decimæ publicum redemit, & pro eo quod convenit reipubl. reddit. Quem autem præficit iſte publici redemtor, ſive publicanus, viceſimæ vel decimæ colligendæ, δεκατηλόγος, & εἰκοστηλόγος dicitur. At publici redemtor, vel publicanus, Græcè δημοσιώνης. Interdum etiam τελώνης. Veteres Gloſſæ: *Publicanus*, δημοσιώνης, τελώνης. Aliæ Gloſſæ: Δημοσιώνης, *publicanus*. Sed illi magis vocantur τελῶναι, qui in portibus & teloniis ſedent ad colligenda & exigenda portoria, quos Græci vocant ἐλλιμενιστάς. Vetus Onomaſticon: *Portitor*, ἐλλιμενιστής. Verùm hi diverſi erant ab illis magnis publicanis, qui propriè *publicum agere* Latinis dicebantur, & quos Græci δημοσιώνας vocant, id eſt, publicorum vectigalium redemptores. Hi honeſtioris erant apud Romanos ordinis, & equeſtris, ut plurimùm. De iis Cicero in Orat. pro Planc. hæc habet: *Qui ordo quanto adjumento ſit & honore, quis neſcit? Flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine continetur.* Eodem modo eos commendat Orat. pro Lege Manilia, ubi de Aſiæ vectigalibus: & ad Q. Fratrem de regimine Præfecturæ Aſianæ. *Portitores* verò, etiamſi illis determinata fuerit exactio, & conſtitutum, quantum accipere deberent, nihilominus, ut rem ſuam facerent, plus ſæpe, quàm licitum lege ipſis erat, exigebant. Hinc inter ἐπονειδίστους βίους, *probroſas ac turpes profeſſiones*, Pollux omne genus iſtorum portitorum recenſet; εἰκοστηλόγους, δεκατηλόγους, πεντηκοστηλόγους, ἐλλιμενιστάς. De his Suidas: Τελώνης, ἀλλοτρίων πραγμάτων μεριστής· πεπαρρησιασμένη βία, ἀνεπίληπτος ἁρπαγὴ, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον οὐκ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία. *Portitor. Alienarum rerum diviſor: aperta violentia, impunita rapina, impudens plus habendi cupiditas, negotiatio ratione deſtituta, inverecunda mercatura.* Hæc deſumta ſunt ex Orat. Chryſoſtomi περὶ τοῦ μὴ ἀπογινώσκειν, t. VIII. p. 74. Apud eundem, Homil. III. de Pœnitentia, ſeu LXXIX. t. VI. Τί τελώνου χεῖρον; τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν ἐστι πραγματευτὴς, τῶν ἀλλοτρίων πόνων συμμεριστής· καὶ τὸν μὲν κάματον οὐκ ἐπιβλέπει, τὸ δὲ κέρδος συμμερίζεται. ὥστε ἐσχάτη ἁμαρτία τοῦ τελώνου. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν ὁ τελώνης, ἢ πεπαρρησιασμένη βία, ἔννομος ἁμαρτία, εὐπρόσωπος πλεονεξία. *Quid portitore nequius? Alienarum calamitatum negotiator eſt, alienorum laborum partitor: & ad defatigationem quidem non reſpicit, lucrum verò partitur. Proinde portitoris peccatum eſt graviſſimum: nihil enim aliud eſt portitor, quàm aperta violentia, legibus conveniens peccatum, ſpecioſa avaritia.* Et t. VII. Ἐπιγραφ. λόγῳ δ᾽: Κοινὸν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τελώνης κακὸν, νόμος ἄδικος, ἅρπαξ ἀκατηγόρητος, ἄφοβος κλέπτης, λῃστὴς ἀνέγκλητος, δύσφευκτος βλάβη, λύκος τῶν λογικῶν προβάτων, θηρίον ἀνθρωπόμορφον. *Natura humanæ malum commune portitor, lex injuſta*, (edit. Paris. legit. νόμιμος ἄδικος, *legitimus injuſtus*) *raptor qui accuſari non poteſt, fur impavidus, latro extra omnem aleam poſitus criminationum, noxa pene inevitabilis, ratione præditarum ovium lupus, bellua humanam formam habens.* Idem, Homil. XXXI. t. V. τελώνην καὶ βλάσφημον, τὰ ἀκροθίνια τῆς πονηρίας, *portitorem & blaſphemum, omnis malitiæ primitias* vocat. Aſterius, Amaſeæ Epiſcopus, in Biblioth. Photii Cod. CCLXXI. Serm. in Zacchæum, pag. 1496. Πᾶσα μὲν ἀδικία κακὸν καὶ μίσους ἄξιον, ὁ δὲ τελώνης ἀνυπέρβλητον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πρόφασιν ἔχει τῆς ἁμαρτίας εὐπρόσωπον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων εὑρίσκεταί τις ἀνάγκη τοῦ κακοῦ, καὶ ῥίζα, ἐξ ὧν φύεται τὸ ἀδίκημα· ὁ δὲ τελώνης θηρίον ἐστὶν, ἀπροφάσιστος λοιμὸς, τοῖς λεωφόροις ἐπικαθήμενος. *Omnis quidem injuria mala eſt odióque digna, ſed portitor omnes excedit. Non enim ullum legitimum peccandi prætextum habet. In aliis quidem invenitur mali quædam neceſſitas, & origo, unde iniquitas procedit. Portitor verò fera eſt, peſtis, quæ prætextum non habet, viis regiis imminens.* Theophanes Homil. XV. pag. 88. Ὁ τελώνην εἰπὼν, ἐν ταυτῷ παραλαμβάνει καὶ πλεονέκτην, καὶ ἄδικον, καὶ ἅρπαγα, καὶ φιλάργυρον. *Qui portitorem nominat, eo nomine complectitur avarum, injuſtum, raptorem, & lucri cupidum.* Huc etiam facit illud Chryſoſtomi, Homil. XXXI. t. V. pag. 189. Τί ἐστι τελώνιον; ἁρπαγὴ ἔννομος, βία πεπαρρησιασμένη, ἀδικία νόμον ἔχουσα συνήγορον, λῃστῶν χαλεπώτερος ὁ τελώνης. Τί ἐστι τελώνιον; βία νόμον εἰς συνηγορίαν προβαλλομένη, τὸν ἰατρὸν ἔχουσα δήμιον. Τί ἐστι τελώνιον; ἀναίσχυντος ἁμαρτία, ἁρπαγὴ πρόφασιν οὐκ ἔχουσα, λῃστείας χαλεπώτερον. *Quid eſt portorium? Rapina legitima, aperta violentia, iniquitas legis patrocinio fulta: latronibus ſævior eſt portitor. Quid eſt portorium? Violentia, quæ patrocinium legis obtendit, quæ carnificem pro medico habet. Quid eſt portorium? Impudens peccatum, rapina prætextu deſtituta, latrocinio pejor.*

Τέμπλον.

Apud recentiores Græcos τέμπλον eſt *templum*. In hiſt. Concilii Florentini, ſect. IV. cap. XVI pag. 87. Ἔνθα δὴ καὶ ἴδες τοῦ ἱεροῦ καλουμένου τέμπλου θείας εἰκονογραφίας κατείδομεν. *Ibi etiam in Templo, quod ſanctum dicitur, ſacras imagines conſpeximus.* Et mox: Πλὴν εἰ καὶ ἐκ τοῦ τέμπλου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἠκούομεν εἶναι ταύτας. *Et quanquam fando accepimus ea fuiſſe abrepta è ſacratiſſimo magnæ Eccleſiæ templo.* Vide Gloſſæ Meurſii.

Τερατοποιέω.

Lexica hoc verbum non habent. Quid τέρας ſit, explicat Ammonius in cap. IV. Joh. ad v. 48. pag. 140. Τέρας ἐστὶ τὸ παρὰ φύσιν, οἷον τὸ ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐγεῖραι νεκρόν. *Prodigium eſt, quod præter naturam fit, cujusmodi eſt cæcorum oculos aperire, ac mortuum ſuſcitare.* Τερατοποιεῖν igitur eſt *miracula patrare*. idem quod τερατουργεῖν, quod Lexica quidem afferunt, nullum verò autorem nominant, qui eo ſit uſus. Cyrillus Alexandr. in cap. XLII. Jeſajæ, pag. 538. Οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, καίτοι τερατουργοῦντα βλέποντες Χριστὸν, ἔφασκον αὐτὸν ἐν Βεελζεβοὺλ, ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. *Judæorum magiſtri, etſi prodigia Chriſti viderent, dicebant nihilominus eum per Beelzebub, principem dæmoniorum, ejicere dæmonia.* Τερατοποιὸς, *prodigia faciens*: ita vocatur Deus II. Maccab. XV. 21. Hinc τερατοποιέω, *prodigia facio*. Apud Cyrillum Alex. lib. II. in Joh. cap. V. pag. 203. ubi de Chriſto: Ἔρχεται τερατοποιήσων ἐν Κανᾷ. *Venit miracula facturus in Cana.*

Τεσσαρακοστή.

Τεσσαρακοστὴ eſt *jejunium Quadrageſimale*, de quo actum in voce Νηστεία, num. II. ſub lit. *B.* num. 2. *b. a.*

Apud recentiores Græcos τεσσαρακοϛὰ, eſt *quadrageſima dies*, à morte nimirum ſanctorum. quæ celebrari ſolebat. Palladius Hiſt. Lauſ. in Evlogio, pag. 68. Καὶ συνέβη τοῦ μὲν μακαρίου Εὐλογίου τὰ τεσσαρακοστὰ ἐπιτελεῖσθαι, τοῦ δὲ λελωβημένου τὸ ζῶμα τὰ τρίτα παρὰ τῆς ἀδελφότητος. *Et contigit beati quidem Evlogii quadrageſimam diem celebrari, corpore verò mutilati tertiam à fraternitate.* Typicum Sabæ cap. XXX. Τὰ δὲ τεσσαρακοστὰ αὐτοῦ γίνονται, ὅταν ὁ ἀριθμὸς τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ πληρωθῇ. *Quadrageſima verò ejus celebratur, quando dierum ejus impletus fuerit numerus.* Confer quæ habes in voce Ταφὴ, num. II. 2. ſub lit. *i*.

Τεσσαρεσκαιδεκατῖται.

Τεσσαρεσκαιδεκατῖται dicti Sabbatiani, quòd non die Dominica, ut reliqui Chriſtiani, ſed quartâ decimâ lunâ, Paſcha cum Judæis celebrarent. De iis ſufficienter actum in voce Πάσχα, num. I. 2. num. II. 3.

Τετράδες.

Τετράδες. *Quartæ feriæ hebdomadarum*, ſive *dies Mercurii.* Balſamon in Reſp. Κατὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς διακαινησίμου ἀκινδύνως κρεωφαγήσομεν κατὰ τὴν αὐτῆς τετράδα καὶ παρασκευήν. *Hebdomadâ verò diacæneſimæ ſine periculo carnem comedemus feriâ ejus quartâ & ſextâ.* Et paulò pòſt: Κατὰ τὰς τετράδας καὶ παρασκευὰς ξηροφαγοῦντες. *Feriis quartis & ſextis aridis veſcentes.* Clemens Alex. lib. VII. Stromat. pag. 744. Οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος, καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω. *Novit ipſe quoque jejunii ænigmata horum dierum, quarti, inquam, & ſexti.* Quarta dies vocatur etiam τετάρτη, & ἡ μεγάλη τετάρτη. Vide Gl. Meurſii.

Τετραδῖται.

Τετραδῖται dicti Sabbatiani, quòd in feſto Paſchatis jejunarent, ceu feriâ quartâ. Harmenopulus de ſectis, ſect. XV. pag. 568. Sabbatianos dicit vocari αἱρετικοὺς, τεσσαρεσκαιδεκατίτας, & τετραδίτας. Cur verò τετραδῖται fuerint vocati, hanc ibidem reddit rationem: Ὅτι τὸ πάσχα ἑορτάζοντες, οὐ καταλύουσιν ἀλλὰ νηστεύειν αἱροῦνται, ὡς ἐν ταῖς τετράσιν ἡμεῖς, Ἰουδαίους κἀν τούτῳ μιμούμενοι, τοὺς μετὰ τοῦ πάσχα ἄζυμα καὶ πικρίδας ἐσθίοντας. *Quia Paſcha celebrantes, jejunium non ſolvunt, ſed jejunant, ut in feriis quartis nos, Judæos etiam in hoc imitantes, qui cum agno paſchali azyma comedunt & lactucas agreſtes.* Idem de illis tradit Balſamon ad Can. VII. Concilii Conſtantinop. pag. 313. Οἱ αὐτοὶ καὶ τετραδῖται λέγονται, ὅτι τὸ πάσχα ἑορτάζοντες, οὐ καταλύουσιν, ἀλλὰ νηστεύουσιν, ὥσπερ ἡμεῖς τὰς τετράδας. *Iidem etiam Tetraditæ ſive Quaternarii dicuntur, quòd, cùm Paſcha celebrant, jejunium non ſolvunt, ſed jejunant, ſicut & nos quartas ferias.* Τετραδῖται etiam dicti Manichæi. Fauſtus Epiſcopus in epiſt. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram, pag. 532. Μανιχαῖοι, καὶ οὐκ ὀρθόδοξοι· τετραδῖται, καὶ οὐ τριάδοξοι. *Manichæi, & non Orthodoxi, quaternitatem tenentes, non Trinitatem.* Ita vocati, qui cum Petro Fullone additionem in Triſagio defendebant. Vide Τρισάγιον.

Τετραευαγγέλιον.

Τετραευαγγέλιον, vel τετραευάγγελον, & corruptiori nomine τετραυάγγελον, apud Græcos vocatur Codex, in quo deſcripta ſunt Evangelia, qui uſitatè aliàs ſimpliciter Εὐαγγέλιον appellatur: de quo in voce Εὐαγγέλιον, num. I. 2. ſub lit. ב. Menologium: Καὶ τὰς ἀναγνώσεις τοῦ τετραευαγγέλου, καθὼς ἔχομεν ἔθος τῇ πρώτῃ ἑβδομάδι τῆς τεσσαρακοστῆς. *Et lectiones ex libro quatuor Evangeliorum, ut ſolemus primâ hebdomadâ Quadrageſimæ.* Typicum Sabæ capite XXXVIII. pag. 79. Ἀναγινώσκεται δὲ καὶ τὸ τετραευαγγέλιον τῇ δευτέρᾳ, τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ τετάρτῃ. *Legitur autem etiam liber quatuor Evangeliorum ſecundo, tertio, & quarto die.* Vide Gl. Meurſii.

Τετράμηνον.

Τετράμηνος eſt, ὁ τέτταρας μῆνας ἔχων, *quatuor menſes habens. Quadrimeſtris.* Et τετράμηνον, *quadrimeſtre tempus.* Hinc τετραμηνιαῖος, quod in veteri Gloſſario redditur *quadrimenſtruum*. Hanc autem vocem propterea hic exſtare volumus, quia legitur Joh. IV. 35. ubi hæc Domini verba leguntur: *Annon vos dicitis*, ὅτι ἔτι τετράμηνόν (ſive, ut alii habent, τετράμηνός,) ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; *Supereſt adhuc ſpatium quadrimeſtre, & meſſis erit?* ſive, *poſt ſpatium quadrimeſtre adfutura eſt meſſis? Ecce, dico vobis, attollite oculos veſtros, & regiones videbitis jam eſſe albas ad meſſem.* Varii varia ad hunc locum ſcripſerunt: pleraque in Cinno ſuo collegit Cl. Gatakerus, cap. VII. cujus verba huc transferre non pigebit. Ἀσύστατα, inquit, prima fronte Chriſtus loqui videtur. Quomodo enim meſſem indicat propinquam ſegetum flavedo, ſi menſes ad meſſem quatuor adhuc ſuperſunt? In nodo hoc ſolvendo multùm torquent ſe viri ſummi, hique plures. Origenes, ſolus, quantum ego poſſum aſſequi, verba illa, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται, allegoricè interpretatur de meſſe ſpirituali, & menſibus neſcio quibus myſticis; ut ſit præoccupatio eorum, quæ excipere poterant diſcipuli, ad ea quæ dicturus erat de meſſis hujusce propinquitate; difficiliora ſcilicet eſſe, quæ à Chriſto docentur, quàm ut poſſit ad horum apprehenſionem tam citò perveniri: & de quatuor elementis, ſuo more, nugatur tam putida, ut recenſere pigeat prorſus, nec quenquam putem adſtipulatorem ſibi hactenus nactum. Camerarius, referente Lud. de Dieu, intelligit, *reſtare adhuc de anno tum currente menſes quatuor. Ducit enim initium anni ab ingreſſu ſolis in ſignum Libræ. Proinde tempus, quo iſtud proferebat Chriſtus, in meſſem incidiſſe.* Hoc ergo vult Dominum dixiſſe: *Reſtat tantùm quadrimeſtre ſpatium ad anni præſentis exitum, & meſſis tempus, quod eo ſpatio annum exeuntem anteverterit, jam inſtat.* Cæterùm adverſus interpretationem iſtam opponit Vir doctiſſimus, annum politicum à Tiſri initium ſumſiſſe: at inde ad Niſan, quo tempore hæc dicta vult, menſes ſex intercedere: ut totidem ferè utique alteri ad exitum ſuperfuerint. Poſſet regeri, ſumi à Viro doctiſſimo de tempore dicti dominici id pro conceſſo, quod nondum probatum ſit, nec Camerarius ei forſan largiretur. Verùm revera coacta nimis videtur ea interpretatio. Rectè enim Beza obſervat, ex Hebræorum idiotiſmo dici, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται· *Adhuc quatuor menſes ſunt, & venit meſſis.* Pro eo quod eſt, poſt quatuor menſes meſſis aderit. Sicut Geneſ. XL. 13, 19. *Adhuc tres dies, & tollet caput tuum Pharo.* Jonæ III. 4. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Jeſajæ XVI. 14. *Adhuc tres anni, & gloria Moabi abſumetur.* Hoc ipſo in Evangelio cap. XIV. 19. Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκέτι θεωρεῖ. *Adhuc paululum, & mundus non videt*, id eſt, videbit, *me ampliùs.* Et Hebr. X. 37. Ἔτι μικρὸν ὅσον ὅσον, καὶ ὁ ἐρχόμενος ἥξει. *Adhuc puſillum quantulumcunque, & qui venturus eſt, veniet.* Sed Camerarius, quò interpretationem ſuam ſtabiliat, ait in veteri Codice ſcriptum offendiſſe, ὅτι τετρά-

τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. eandemque ſcripturam in MS. Rutgerſiano inveniſſe ſe teſtatur V.C. Dan. Heinſius. Verùm, etiamſi dematur ἔτι illud, ſenſus idem nihilominùs reſtare poterit. Sic enim etiam citra particulam illam Evangeliſta idem cap. XVI. 16. Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με. Paululum temporis ſpatium, & non videbitis me: & rurſus paululum, & videbitis me denuò. Cæterùm de ſenſu verborum vir ſummus in ſuis illis ad Nonnum exercitationibus eruditionis reconditæ refertiſſimis, cap. XII. à Camerario diſcedit. Hebraiſmum eſſe autumat, quem ad verbum Helleniſtæ ſic efferrent: Ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ θερισμός. Hoc eſt, τετράμηνός ἐστιν ἐν ᾧ θερισμός. Huic interpretationi ſtatuminandæ Theophylactum accerſit, qui, ὑμεῖς μὲν λέγετε, ἀντὶ τοῦ νομίζετε, ὅτι ὁ θερισμὸς ἐν τῇ τετραμήνῳ ταύτῃ ἔρχεται. Vult itaque, ſicut ἑορτὴν θερισμοῦ, Pentecoſten Moſi, ita τετράμηνον θερισμοῦ dici *eam anni partem, cujus initium Niſan, in qua duo Regalim Paſcha & Pentecoſte concurrerent, quorum altero initium, altero finem ſumebat meſſis.* Hujus autem interpretationis non ille primus autor extitit: Heracleonem enim Origenes refert Domini verba iſta *de meſſe quæ inſtabat eorum quæ generantur* accepiſſe, perinde quaſi meſſis iſta ſpatium quatuor menſium determinatum habeat. Ita non de quatuor, qui ad meſſem ſupererant, ſed de quatuor, intra quos meſſis confici ſolebat, menſibus, locutum Dominum, autumabat. Verùm nec a recepta ſcriptura citra neceſſitatem inſignem recedere tutum ſatis videtur: quod neceſſe fuerit, ſi interpretationem hanc admittimus; nec quem V.C. advocat, Theophylactum, hoc quod ipſe opinatur, voluiſſe, docent quæ ſubjicit, ὁ αἰσθητὸς δηλαδή. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πάρεστιν ὁ νοητὸς θερισμός. *meſſem ſpiritualem ait jam adeſſe, illam alteram non item.* Theophylacti verba illa, ὁ θερισμὸς ἐν τῇ τετραμήνῳ ταύτῃ ἔρχεται, non ſunt ita intelligenda, ac ſi dixiſſet, *triens anni ille, in quo meſſis habetur, jam adeſt*, quomodo Theophylactum Camerarius itidem explicat) *ſed intra trientem anni, ſive ſpatium quadrimeſtre meſſis tempus adfuturum eſt.* Maldonatus primus, opinor, cenſuit *proverbium* fuiſſe *Judæis familiare, ab otioſorum hominum voce deſumtum, qui cùm ſementem jam feciſſent, quaſi nihil uſque ad meſſem, id eſt, uſque ad longum tempus, haberent quod magnopere agerent, dicere ſolebant, Adhuc quatuor ſunt menſes uſque ad meſſem. Plerumque enim inter eum menſem quo ſementis, & eum quo meſſis fiebat, erant quatuor menſes. Fiebat enim ſementis menſe Novembri, meſſis Aprili exeunte; inter quos duos menſes quatuor erant, December, Januarius, Februarius & Martius. q.d. hoc vos ſoletis de corporea meſſe dicere; ſed de ſpirituali, ad quam vos jam miſſurus ſum, non poteſtis,* Quanquam idem refert, doctum quendam *quadrimeſtris ſpatii nomine tempus breve admodum* ſignificari voluiſſe. Quaſi diceret Chriſtus, *Vos ipſi judicatis tempus jam eſſe, ut de futura meſſe cogitetis, cùm dicitis, nonniſi quatuor menſes uſq; ad meſſem ſupereſſe.* Verùm haud abſurdè cenſet ipſe, ſenſum iſtum Chriſti menti eſſe planè contrarium. Cui adjici poteſt, quadrimeſtre ſpatium, cùm ſit anni triens, meſſis autem ſingulis annis recurrat, pro tempore brevi incommodè nimis uſurpari. De proverbio autem, quod Maldonatus habet, cùm autore caret, tum contradicere videtur Maroniano illi,

——Redit agricolis labor actus in orbem:

quo ſignificatur, etiam inter ſationem meſſemq; laboris jugis materiam terræ cultoribus nunquam deeſſe. Vir Cl. Samuel Petitus eclogar. Chronologic. lib. I. cap. XII. *proverbiale* iſtud uſurpâſſe vult Judæos *de frugibus ſerotinis*, ἔτι τετράμηνος, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. *Id eſt, adhuc ſuperſunt menſes quatuor, meſſisq; tempus aderit. Cùm enim menſe Ijar non ita maturuiſſent fruges, ut poſſent meti, dicebant ſupereſſe adhuc anno vertenti abſolvendo menſes quatuor, intra quos matureſcent fruges & metentur. Annus is à Tisri incipiebat, quod erat caput anni frugum & plantationum: menſe igitur Ijar quatuor adhuc menſes ſupererant, intra quos fieri debebat meſſis. At Chriſtus, qui cùm ſuis iſta menſe Ijar loquebatur, dicebat, non eſſe, quod dicerent, quaſi ſerotinis frugibus,* ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. *nam jam maturuerant fruges,* ὅτι αἱ χῶραι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. *quibus verbis indicabat, maturuiſſe frugem ſpiritualem.* Atqui, ô vir πολυμαθέστατε, quomodo tibi convenias ipſe, non video, qui ſuprà dixeras, *Certè falſum conſtat ex iis, quæ addit Dominus, quatuor ſupereſſe ad meſſem menſes, ſubjungit enim,* ὅτι λευκαί εἰσιν αἱ χῶραι. *Inſtabat ergo meſſis.* Etenim ſi de meſſe alia dicuntur iſta, quod & ipſe agnoſcis, nec inficias iturum quenquam haud fruſtra Origenes aſſeverare eſt auſus, quomodo meſſem eam inſtare ex his verbis elicietur? tum intra ſpatium contractius multò quàm eſt quatuor ab Ijar menſium, meſſis tota conſummabatur, etiam frugum quàm maximè ſerotinarum, cùm vindemia etiam ante Tisri medium abſolveretur. Lev. XXIII. 39. & Deuter. XVI. 13. Itaque feſtum Pentecoſtes, quod in menſem Sivan incidebat, dicitur חג הקציר, Exodi XXIII. 16. *feſtum meſſis*, quia frugum meſſe jam confecta celebrabatur; feſtum autem Tabernaculorum חג האסף, *feſtum collectionis*, quod fructibus quoque jam collectis, vinoque ac oleo confectis, habebatur. Exodi XXIII. 16. *Paræmiodes eſſe* conſentit D. de Dieu in animadverſ. in Evangel. ſed vult *ea locutione, quaſi ſententiâ conſolatoriâ, uſos Judæos, jam jacto in terram ſemine,* ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. *Adhuc menſes quatuor, & meſſis aderit. Nam Judæis, inquit, aratio fiebat menſe Marcheſvam, ſatio Cislev, meſſis Niſan medio. Ita inter ſationis & meſſis tempus quadrimeſtre ferè ſpatium intercedebat. Eſſe ergo perinde ac ſi dixiſſet, Tritum hoc apud vos dictum eſt; ſed cujus nunc nullus uſus eſt. Neque enim jam quadrimeſtris ſpatii morâ opus eſt, ut exſpectetur meſſis, cùm regiones jam ad meſſem albæ ſint.* Verùm quam ille præſcriptionem adhibuit adverſus D. Heinſii interpretationem, *non liquere*, ſcil. *ſolitos Judæos in trientes iſtiusmodi annum dividere*; aut trientem illum peculiariter ita *nominâſſe*: eadem adverſus cùm ipſum, tum & reliquos illos, qui *proverbiale* loquendi genus hic comminiſcuntur, uti licebit; nihil ab eis produci, unde conſtare poſſit, tritum apud Judæos dictum iſtiusmodi fuiſſe. Quid eſt autem opus ad ejusmodi vel commenta, vel conjectamenta divertere, cùm ſimplex ſponte ſe in oculos ingerat ſenſus? ad meſſem ſcil. naturalem, temporis ſpatium ſatis longum ſupereſſe, ſpirituale verò jam inſtare. Ita ex antiquioribus Auguſtinus in Joh. tract. XV. quem Beda, Hugo, & Hemingius αὐτολεξεὶ tranſcripſerunt; *Vos quatuor menſes computatis uſq; ad meſſem; ego aliam vobis meſſem albam & paratam oſtendo.* Cyrillus lib. II. cap. CVI. Ὥρα μὲν ἦν χειμῶνος ἔτι κατ' ἐκεῖνον καιρὸν, ἀρτιθαλὴς δὲ καὶ νέος τῶν σπερμάτων ὁ κάλαμος μόγις μὲν τῆς ἀρούρης ἐξέφυε· καιροῦ δὲ τεσσάρων μηνῶν διιπτεύσαντος εἰς τὴν τοῦ θεριζομένου χώρα πεπᾶσθαι προσεδοκᾶτο. Mox: ὀλίγον τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἀνακλίναντες, τὸν πνευματικὸν ἀναθρεῖτε σπόρον, ὅτι λελευκάνθισται μὲν, ἐπὶ τὸν ἅλωνα βαδιούμενος ἤδη. καλεῖ δὲ λοιπὸν ἐφ' ἑαυτῷ τὸν ἀμητῆρα σίδηρον. *Hibernum adhuc tempus fuerat, viridesq; ac novelli culmi vix ſpeciem horreſcentem arvis induerant: at ſpatium quadrimeſtre ubi curſum*

Digitized by Google

ſum ſuum confecerat, fore ut in meſſoris manum inciderent, expectabatur. Cæterùm vos, inquit, à rebus terreſtribus mentis oculo pauliſper dimoto, ſata ſpiritalia contemplamini, flaveſcentia horreum appetere, & falcem meſſoriam poſcere. Theophilus in Thomæ Catena: *Nonne dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit, ſcil. materialis? Ego autem dico vobis, quod meſſis intelligibilis adeſt.* Verùm is Theophilus, puto, eſt Theophylactus. Nec aliò abſcedunt Chryſoſtomus & Euthymius. Ex recentioribus, quorum pars maxima eodem concedit, diſertè Nicolaus Lyranus in cap. IV. Johannis: *Licèt tempus meſſis corporalis adhuc diſtet, tamen tempus meſſis ſpiritualis jam inſtat.* Joh. Ferus in cap. IV. Johannis: *Vos dicitis meſſem procul abeſſe, quatuor ſcil. menſibus: at ego dico, eam propè adeſſe. At de meſſe agrorum hoc dicere non potuit, à qua, ut ipſe fatetur, adhuc toto quadrimeſtri ſpatio aberant. De ſpirituali igitur meſſe loquitur, quæ per Evangelii prædicationem perficitur.* Rodolphus Gualtherus Homil. XXXI. in Johannem. Martinus Chemnitius Harmon. Evangel. cap. XXXII. *Vos dicitis, inquit, jam quatuor menſes reſtare ad meſſem: ego autem dico vobis, ſpiritualem Evangelii meſſem jam inſtare.* Et Corn. Janſenius Concord. Evang. capite XXIII. *Vos dicitis, poſt quatuor menſes venturam meſſem: ego autem dico vobis, jam jam inſtare meſſem Evangelicam: regiones enim jam albeſcere ad meſſem, id eſt, paratos eſſe homines ad recipiendum Evangelium, per quod colligantur in borreum Domini.* Thomas denique Cajetanus: *Hinc ſupputari facilè poteſt, quòd Jeſus novem menſes vel circiter poſt Paſcha manſit in Judæa: nam quadrimeſtre ante meſſem hiemale tempus eſt. Et quia in regionibus illis præcoces ſunt fructus terræ, computando meſſem ſole exiſtente in Geminis, conſequens eſt, quòd ſole exiſtente in Aquario, vel circa, hæc dicta fuerint.* Appoſitè admodum, niſi quòd meſſis tempus juſto ſeriùs paulò conſtituit, quæ *ſole in Ariete exiſtente*, menſis *Niſan* medio ordiebatur, ut ex frugum primitiis, ad feſtum Paſchale oblatis, patet, Levit. XXIII. 5, 6, 10, 11. & Deuteronom. XVI. 9. *in Tauro exiſtente*, menſe *Ijar* toto fervebat, *in Geminis exiſtente*, menſe *Sivan* medio ferè conſummabatur. Certè manifeſtam antitheſin Dominus inſtituit inter meſſem hanc & illam alteram; cujus venuſtatem, gratiamque tollunt prorſus, qui circa meſſis hujusce tempus hoc dictum volunt. Ut fruſtra quoque fuerit Origenes, qui inde interpretationi ſuæ planè abſonæ & à Chriſti mente remotiſſimæ firmandæ, rationis ſpeciem ſaltem aliquam aucupatus, ideò in utroque membro allegoriam latere contendit, quia in altero reperitur, cùm & tempus tempori & meſſi meſſis diſertè opponantur. Proinde cùm V.C. Joſepho Scaligero de emendat. temp. lib. VI. ſtatuendum videtur, circiter menſem *Tebeth* hoc à Chriſto prolatum, à quo ad menſem *Ijar*, quo meſſis fervere ſolet, quadrimeſtre ſpatium intercedit. Nam quòd Vir doctiſſimus inde colligit, æſtatem fuiſſe, quia Chriſtus æſtu fatigatus ad fontem deſederit Joh. IV. 6. id verò non tam ab æſtu, quàm ab itinere factum eſſe poterat. Ut nihil etiam hac in parte ſit, quod à ſenſu ſimplici obvioque deflectere ſuadeat; quod cogat verò multò minùs. Cæterùm in hanc partem peccant crebrò viri etiam maximi, dum ad rationes ſuas ſcripta ſacra trahere ſatagunt, cùm ad iſta ſua potiùs exigere debeant,

Πρὸς ςάθμην πέτρον τιθέμενοι, μήτι πρὸς πέτρῳ ςάθμην, ut carmine proverbiali monuit Autor gravis in Commentariolo de profectûs indiciis.

Τετραώδιον.

Τετραώδιον eſt hymnus magno ſabbato cani ſolitus, ita dictus, quòd quatuor partibus conſtaret, quas ᾠδὰς appellabant. Hunc antea à Patriarcha Thoma inceptum implevit Marcus Monachus. Docet hoc Cedrenus in hiſt. compendio, pag. 493. Ὁ ςοφώτατος μοναχὸς Μάρκος, οἰκονόμος ὢν τῆς τοιαύτης μονῆς, ὁ τὸ τετραώδιον τοῦ μεγάλου ςαββάτου ἀναπληρώσας τοῦ κύρου Θωμᾶ, πολλὰ κατεδεήθη τοῦ βασιλέως. *Sapientiſſimus Monachus Marcus, ejus monaſterii diſpenſator, qui tetraodium magni ſabbati domini Thomæ complevit, multis Imperatorem deprecatus eſt.* Pro κύρου κοσμᾶ legendum eſſe κύρου Θωμᾶ, probat Cl. Meurſius in Gloſſario. Cedreni locum non bene intellexit Xylander, quando τοῦ κύρου Κοσμᾶ vertit, *quod habet Cyri Coſmæ.* Κύρος poſitum pro κύριος, pro quo recentiores Græci frequenter ſcribunt κῦρ. Typicum Sabæ, cap. XXI. pag. 46. Καὶ τὰ τετραώδια τοῦ κῦρ κοσμᾶ, καὶ τοῦ κῦρ ἰωάννου. *Tetraodia domini Coſmæ, & domini Johannis.*

Τεχνοποιέω. Τεχνουργέω.

Prius verbum prorſus omittunt Lexica, poſterius ſine autoritate afferunt. Significat utrumque *artificiosè conficio, arte facio, fabrico.* Cyrillus Alex. in cap. XLV. Jeſajæ, pag. 621. Ἀμαθεῖς οὖν, τὴν τοῦ Θεοῦ κλῆσιν προστιθέντες τοῖς διὰ σφῶν αὐτῶν τεχνοποιουμένοις καὶ τεχνουργημένοις. *Stulti igitur ſunt, qui Dei nomen attribuunt rebus à ſe ipſis fabricatis.* Et in hoc ipſum caput, pag. 609. Ἀπολυπραγμόνητα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ τεχνουργήμενα. *Quæ à Deo fabricata ſunt, à nemine, ne curioſo quidem, carpi poſſunt.*

Τεχνούργημα.

Hanc etiam vocem Lexica ſine autoritate afferunt. Significat *factum artificioſum.* Cyrillus Alex. in cap. XLVI. Jeſajæ, pag. 629. dicit *idololatras gloriam Deo debitam, quantum quidem in ipſis ſit,* τοῖς ἰδίοις τεχνουργήμασιν ἀπονέμειν, *ad ſua opificia transferre.*

Τίτλος.

Περικοπαὶ ſacræ ſcripturæ, de quibus in voce Περικοπὴ actum: ἀναγνώσματα item vel ἀναγνώσεις, ut videre eſt in voce Ἀνάγνωσις, ſub finem num. I. Latinis *Sectiones* vel *Lectiones*, dicuntur quoque Τίτλοι, ſive *Tituli*, ut jam monuimus in voce Κεφάλαιον, num. V. Heſychius τίτλον interpretatur πτυχίον ἐπιγραφὴν ἔχον, *tabellam cum inſcriptione.* Alii legunt ἐπίγραμμα. Sed hæc illius expoſitio non eſt referenda ad Librorum Inſcriptiones, neque ad ſectiones illas, de quibus agimus in vocibus jam notatis, ſed ad tabellas illas, quæ λευκώματα & ςανίδες γραπταὶ ab Auctoribus Græcis vocantur. Talis fuit τίτλος, *titulus*, in cruce Chriſti Joh. XIX. v. 19. Erat tabella lignea dealbata gypſo, vel ceruſſa, in qua literæ ex encauſto, vel atramento ſcribebantur. Græci, ut dictum, λευκώματα appellant, quas alii ςανίδας γύψῳ διηλειμμένας interpretantur, alii ςανίδας ſimpliciter λελευκωμένας. *Album* hujusmodi tabula Latinis dicitur. Unde *album Prætoris.* Omnes tabellæ, libelli, tituli in publico proponendi, aut affigendi, ita erant dealbati & ſcripti: Hinc *album citharædorum* appellabant laterculum, in quo nomina eorum ſcripta habebantur. *Album judicum* ſimiliter nomina judicum continebat. Inde *adſcribi albo judicum*, & *eradi albo judicum*, apud Suetonium. Antiquis ſanè Græcis λεύκωμα nihil aliud eſt, quàm tabella dealbata, & ſcripta encauſto. Diogenes Laërtius in vita Canis cognominis: Πληγὰς ἔλαβε, καὶ ἐγγράψας τὰ ὀνόματα τῶν πληξάντων εἰς λεύκωμα, περιῄει ἐξημ-

Digitized by Google

ἐξημμένος. *Appenſâ collo tabellâ, cui nomina eorum, à quibus pulſatus fuerat, inſcripta inerant, ſic incedebat.* Tituli è ſervorum vænalium collo ſuſpenſi, quibus quid in ſingulis vitii morbive eſſet, ſignificabatur, tabellæ fuère albæ nigris notatæ literis. Demoſthenes contra Timocratem meminit legis Solonis εἰς λεύκωμα, hoc eſt, in album, ſive tabulam albam relatæ, & publicè propoſitæ. *Tabulæ auctionariæ* apud Romanos, quibus bona proſcribebantur vænalia, λευκώματα fuiſſe notum eſt. Talis etiam fuit *titulus* dominicæ crucis, à Pilato vel ſcriptus, vel ſcribi juſſus: Theophylactus in Johannem, pag. 823. interpretatur αἰτίαν, ἐπιγραφὴν, δήλωσιν, *cauſſam, inſcriptionem, manifeſtationem.* Vide in voce Ἀιτία, num. III. Apud Suidam verò, in illo nimirum loco, quem in voce Κεφάλαιον, num. V. produximus, *Tituli* nihil aliud ſunt, quàm *Sectiones*, in quas diviſi ſunt libri ſacri; atque ita vocantur, quòd ſingulæ περικοπαὶ ſuos haberent *titulos*, ſuas ἐπιγραφὰς, ſive ſuas *inſcriptiones.*

Τοκοληψία.

Lexica hanc vocem omittunt. Significat *uſuram, uſuræ acceptionem.* Epiphanius in Compendiaria doctrina de fide, pag. 467. Ἡ ἐκκλησία ἀποκηρύσσει θέατρα, ------ ἀδικίαν τε καὶ πλεονεξίαν, καὶ τοκοληψίαν. *Eccleſia prohibet theatra, ------ injuſtitiam, avaritiam & uſuram.*

Τόκος.

I. *Explicatio vocis.* Veteres Gloſſæ: τόκος, *uſura.* Suidas: τόκος, εἶδος πλεονεξίας. *Uſura, fænus, avaritiæ ſpecies.* Deſcendit à verbo τίκτω. Id pluribus docet Baſilius M. Homil. II. in Pſal. XV. pag. 161. Τοὺς λαγωοὺς φασὶ καὶ τίκτειν ὁμοῦ καὶ τρέφειν καὶ ἐπικυΐσκεσθαι, καὶ τοῖς τοκογλύφοις τὰ χρήματα ὁμοῦ δανείζεται καὶ γεννᾶται καὶ ὑποφύεται. οὔπω γὰρ ἐδέξω εἰς χεῖρας, καὶ τοῦ παρόντος μηνὸς ἀπῃτήθης τὴν ἐργασίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν δανεισθὲν, ἕτερον κακὸν ἐξέθρεψε· κἀκεῖνο ἕτερον, καὶ τὸ κακὸν εἰς ἄπειρον. διὰ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἠξίωται τὸ εἶδος τοῦτο τῆς πλεονεξίας. Τόκος γὰρ, ὡς οἶμαι, διὰ τὴν πολυγονίαν τοῦ κακοῦ προσηγόρευται. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; *Lepores ajunt ejus eſſe naturæ, ut ſimul & pariant, & nutriant, & ſuperfœtent: ſic & fæneratoribus pecuniæ ſimul tempore & dantur ad uſuram, & gignunt, & ſuperfœtant. Nondum enim in manus accepiſti, & præſentis menſis lucrum quæſtúmve expoſtularis. Hæc rurſus pecunia data fænori alterum malum eduxit, illud rurſus aliud, deniq; malum hoc infinitum ſerpit. Quamobrem genus hoc avaritiæ hac appellatione τόκος, id eſt, partus; ut exiſtimo; ob multiplex mali germen, ſive fœcunditatem nominatur. Unde enim aliunde?* Vide ibidem plura. Ex præcedenti dicto patet, uſuras in ſingulos menſes, non autem, ut hodie ferè fit, in annum fuiſſe promiſſas & exactas: unde Calendarium *liber fæneratitius* appellatus eſt, & *celeres Calendas*, Ovidius, & *triſtes Calendas* Horatius dixit, quòd debitori miſero atque obærato, qui ſub fœnore mutuum accepit, nimis celeriter recurrant, eumque triſtitiâ afficiant. Uſuras autem non apud Romanos tantùm, ſed & apud Græcos & Hebræos menſtruas fuiſſe, docet Cl. Ritterſhuſius, ſacr. Lect. lib. VII. cap. XVII.

II. *Illicitas & voraces uſuras damnant veteres.* Multa in hanc ſententiam legas apud Baſilium M. Hom. II. in Pſal. XV. pag. 161. & ſeqq. apud Greg. Nyſſenum, orat. contra uſurarios, t. II. pag. 229. 330. imò oratione tota: Chryſoſtomum Homil. V. in Matthæum, pag. 34. 35. Et Cl. Ritterſhuſium, ſacr. Lect. lib. VII. cap. XVIII. Nec privati tantùm doctores illicitas damnârunt uſuras: exſtant etiam decreta Conciliorum, quæ in eandem concedunt ſententiam. Can. XVII. Conc. Nicæni: Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνειν ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται. *Quoniam pleriq; qui in Canone recenſentur avaritiam & turpem quæſtum ſectantes, obliviſcuntur divinæ Scripturæ dicentis,* Pecuniam ſuam non dedit ad uſuram: *& fænerantes centeſimas exigunt, æquum cenſuit ſancta & magna Synodus, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras ſumere ex mutuo, vel aliter eam rem conſectari aut ſeſcupla exigere, vel omnino aliquid aliud excogitare turpis lucri gratiâ, è clero deponatur, & alienus à Canone exiſtat.* Can. IV. Laodicenus eſt, Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἱερατικοὺς δανείζειν, καὶ τόκους καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν. *Quòd non oportet ſacerdotes fænerari, & uſuras, quæ centeſimæ dicuntur, accipere.* Can. X. Concilii in Trullo: Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τόκους ἢ τὰς λεγομένας ἑκατοστὰς λαμβάνων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus, qui uſuras, vel quæ dicuntur centeſimas, accipit, vel ceſſet, vel deponatur.* Idem vult Can. XLIV. Apoſtolorum. Interim tamen ex veterum ſcriptis apparet, quòd non tam ipſam uſuram legibus civilibus permiſſam ſibi ſumſerint vel exagitandam, vel explodendam atque oppugnandam in univerſum; ſed crudelitatem potiùs & avaritiam inexplebilem atque inſatiabilem, quâ ferè laborant fœneratores, & oppreſſionem pauperum, &c. Diſcimus hoc ex Homil. LXI. Chryſoſtomi in Matth. unde ſequentia adſcribo; Καινὰ δὲ καὶ γένη τόκων ἐπινοοῦσι, καὶ οὐδὲ τοῖς αὐτῶν Ἑλλήνων νόμοις νενομισμένα, καὶ δανεισμάτων γραμματεῖα πολλῆς γέμοντα τῆς ἀρᾶς συντίθενται· οὐδὲ γὰρ ἑκατοστὴν τοῦ παντὸς, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς ἀπαιτεῖν βιάζονται. Καὶ ταῦτα τοῦ ἀπαιτουμένου καὶ γυναῖκα ἔχοντος, καὶ παιδία τρέφοντος, καὶ ἀνθρώπου ὄντος πένητος, καὶ τοῖς οἰκείοις πόνοις καὶ τὴν ἅλω καὶ τὴν ληνὸν πληροῦντος. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐννοοῦσι. *Nova etiam uſurarum genera excogitant, ne ipſis quidem Græcorum legibus approbata, & mutui tabulas diris plenas exarant: neq; enim centeſimam uſuram totius ſummæ, ſed dimidiam partem exigere cogunt. Idq; etiam tum, quando is, à quo exigitur, uxorem habet, liberos nutrit, & homo pauper eſt, propriisq; laboribus & aream & torcular implet. Sed nihil horum conſiderant.* Nihilominus nemo facilè negaverit, fuiſſe inter Eccleſiæ Doctores, qui omne omnino uſurarum ac fœnoris genus, adeoq; & nomen abominati ſint ac damnârint.

Τολμάω.

Τολμάω non tantùm ſignificat *audax ſum, audeo:* ſed etiam *ſuſtineo.* Hoc ſenſu ſumitur ad Romanos V. 7. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. *Vix enim pro juſto quiſquam moriatur: nam pro bono forſan aliquis etiam mori ſuſtineat.* Ita enim τὸ τολμᾷν cum Caſtellione & Beza convenientiùs vertitur, quàm cum Vetere & Eraſmo, *audeat*, tum hoc loco, tum & alibi. Sic ad locum propoſitum intellexit Theodoretus, pag. 40. Ὑπὲρ γὰρ δικαίου ἴσως ἄν τις καταδέξαιτο θάνατον. ὁ δὲ δεσπότης Χριστὸς δι' ἀγάπης ὑπερβολὴν τῆς ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἠνέσχετο τελευτῆς. *Pro juſto enim fortaſſe quiſpiam*

piam mortem ſubierit: Dominus verò Chriſtus propter immenſam charitatem pro peccatoribus mortem ſuſtinuit. Et ejusdem Epiſt. cap. XV. verſ. 18. Οὐ γὰρ τολμήσω, *non enim ſuſtinuerim quicquam loqui, quod per me non fecerit Chriſtus.* Hoc loco dictionis Apoſtolicæ vim planè elidunt, qui *audeo*, vel *auſim* reddunt. Id enim ſaltem innuere videtur Apoſtolus, ſibi id eloquendi non deeſſe animum, metu tamen ſe reprimi, quò minùs id faciat; quod alioqui lubens velit. Caſtellio cùm à mente Apoſtolica, tum & à contextus ipſius verbis, quàm longiſſimè receſſit, cùm vertit: *Nam ne quidem eloqui auſim, cùm nihil non effecerit per me Chriſtus.* Sic 1. Corinth. VI. 1. Τολμᾷ τις ὑμῶν; *ſuſtinet quis veſtrûm, negotium habens adverſus alterum, ſub injuſtis judicio experiri, & non ſub ſanctis?* id eſt, poteſtne animum ad hoc inducere? quomodo apud Ovidium epiſt. V. Oenone:

Suſtinet Oenonem deſeruiſſe Paris.

Et Sueton. Cajo cap. XXX. *Hanc ut crudeliſſimam cædem & deflevit edicto, & eos qui ſpectare ſuſtinuiſſent, execratus eſt.* Seneca de Benef. lib. IV. cap. XV. *Non ſuſtineo eum deſerere, cui vitam dedi.* Rectè itaque Eraſmus ad locum Apoſtoli: Τολμᾷ *nonnunquam ſignificat* ſuſtinet, *aut* poteſt, *cùm ſignificamus rem non periculoſam, in qua propriè dicimur* audere, *ſed duram affectibus noſtris, & intolerandam atq; indignam. Ita Suetonius in Cæſare Octavio, lib. II. cap. XXXI.* Poſtquam verò pontificatum maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit. *Ibid. cap. LXVI.* Nam quamvis minimè appeteret hæreditates, ut qui nunquam ex ignoti teſtamento capere quicquam ſuſtinuerit, amicorum tamen ſuprema judicia moroſiſſimè penſitavit. *Rurſus de Cæſare dictatore, lib. I. cap. LXXIV.* Cornelio Phogitæ, cujus quondam nocturnas inſidias æger ac latens, ne perduceretur ad Syllam, vix præmio dato evaſerat, nunquam nocere ſuſtinuit. *Paulus igitur judicans hoc vehementer pudendum, miratur eſſe quenquam Chriſtianum, qui poſſit animum inducere, ut apud Ethnicos judices pro re pecuniaria contendat.* Eodem modo verbum τολμᾶν accipiendum Judæ verſ. 9. ubi de Michaele cum Satana decertante Judas, Οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. *Non ſuſtinuit inferre adverſus eum ſententiam maledicam.* Ita Petronius: *Ne deprehenſus quidem auſus es mihi verum dicere?* id eſt, ſuſtines? Vide Cinnum Cl. Gatakeri, cap. IX.

Τοποτηρητής.

Τοποτηρητὴς, *locum tenens, vicarius.* Veteres Gloſſæ: Τοποτηρητὴς, *vicarius.* Suidas: Τοποτηρητὴς, εἶδος ἀξιώματος. *Vicarius: genus dignitatis.* Frequenter legitur in Canonibus Conciliorum. Poſt Canones Conc. Chalced. Τοποτηρητὴς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ῥώμης. *Vicarius Apoſtolicæ ſedis Romæ.* Balſamon in præfat. ad ſynodum Carthaginenſem, pag. 591. τοποτηρηταὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης ἦσαν, *Eccleſiæ autem Romanæ vicarii erant Philippus & Aſellus presbyteri,* τόπους ἀναπληροῦντες τῶν μὴ δυνηθέντων συνελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον. Ὅθεν καὶ τὸ τῆς τοποτηρησίας ὄνομα ἐξελήφθη, ἐκ τοῦ τηρεῖν δηλαδὴ, ὅ ἐστι φυλάσσειν, ἤτοι ἀναπληροῦν τοὺς τόπους τῶν στειλάντων αὐτοὺς, *locos implentes eorum, qui non poterant ad Synodum venire. Unde etiam* τοποτηρησίας *nomen derivatum eſt, nempe à verbo* τηρεῖν, *cuſtodire, vel implere locum eorum, à quibus mittuntur.* Hæc deſumta ſunt ex Zonara in eand. præfat. pag. 384. Idem Balſamon; ex Zonara ad Can. XXI. Carthag. pag. 410. pag. 630. Τοποτηρηταὶ δὲ οὗτοι λέγονται, διὰ τὸ τὸν τόπον τηρεῖν, ἤγουν ἐπέχειν καὶ ἀναπληροῦν τῶν ἀποστειλάντων αὐτούς. *Hi autem* τοποτηρηταὶ *dicuntur, eò quòd locum ſervent, ſeu obtineant ac impleant eorum, qui ſe miſerunt.* Qui hic vocantur τοποτηρηταὶ, illi in Canone ipſo Latinè dicuntur *legati.* Et à Balſamone, pag. 631. ἐντολεῖς: Διὰ ἐντολέων ἤτοι τοποτηρητῶν, *per procuratores vel vicarios.* Veteres Gloſſæ: Ἐντολεὺς, *procurator.* Vide Gl. Meurſii.

Τρακταΐζω.

Τρακταΐζειν eſt *tractare* apud recentiores Græcos. Photius in Biblioth. Cod. XVIII. pag. 13. de quinta Synodo: Ἀνεγνώσθη πρακτικὰ τῆς ε΄ συνόδου, ἐν οἷς τὰ λεγόμενα τρία κεφάλαια ἐτρακταΐσθη. *Lectæ ſunt actiones quintæ Synodi, quibus tractatum de tribus, ut vocant, Capitulis.* In editione Græca Cod. Can. Eccleſ. Africanæ, pag. 331. Fauſtinus, Eccleſiæ Romanæ legatus, dicit, ἵνα περὶ πάντων τῶν ὁρισθέντων τρακταΐσῃ. Latina ſic habent: *Ut de omnibus conſtitutis tractare poſſit.* Et continuò: Ἀρκεῖ γὰρ, ἵνα καθὼς ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη παρ' ἑαυτῇ τρακταΐζῃ, οὕτω καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐπιζητήσῃ, &c. Latinè: *Sufficit autem ut ipſe beatiſſimus Epiſcopus urbis Romæ, ſicut & veſtra ſanctitas, apud ſe tractat, ita & ipſe inquirat.* Can. L. hujus Codicis, pag 352. Τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῖν ἐτρακταΐσθησαν. *Talia tractata ſunt apud nos.* Frequens verbum apud Juriſconſultos. Zonaras ad Can. LXI. Cod. Eccleſ. Africanæ, pag. 448. τετρακταϊσμένα exponit per ἐσκοπημένα, δεδοκιμασμένα, ἐξητασμένα, *conſiderata, examinata.* Gloſſæ Baſilic. à Carolo Labbæo editæ: Τρακταΐσαι, σκοπῆσαι, ἐξετάσαι· τρακτευτὸν γὰρ οἱ Λατῖνοι τὸν σκοπὸν, τὸ βούλευμα καὶ τὸ ἐξέτασμα λέγουσι. *Conſiderare, examinare: tractatum enim Latini dicunt conſiderationem, conſultationem & inquiſitionem.* Pro τρακτευτὸν ſcribendum eſſe τρακτάτον, patebit ex iis, quæ mox ex Zonara & Balſamone adducentur. Hinc τρακταϊστέα, *tractanda.* Fauſtinus Epiſcopus in Cod. Can. Eccleſ. Africanæ, pag. 329. ἐπετράπη ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τινὰ ἐγγράφως, τινὰ δὲ καὶ ἀγράφως τρακταϊστέα. *Injuncta nobis ſunt à ſede Apoſtolica aliqua per Scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum veſtra beatitudine tractanda.* Ad ea Zonaras, pag. 386. τρακταϊστέα, τουτέστι, σκοπητέα, ἐξεταστέα, δοκιμαστέα. οἱ γὰρ Λατῖνοι, τρακτάτον τὸν σκοπὸν καὶ τὸ βούλευμα λέγουσι. *Tractanda, id eſt, conſideranda, examinanda: Latini enim tractatum appellant conſiderationem & conſultationem.* Eadem ibid. habet Balſamon, pag. 593. Vide Gl. Meurſii in hoc verbo.

Τρακτάτον.

Τρακτάτον, *tractatum.* Veteres Gloſſæ Latino-Græcæ: *Tractatibus,* τοῖς τρακτάτοις καὶ δικαιολογίαις. Can. XLVIII. Conc. Carthag. Περὶ τῆς πίστεως τοῦ ἐν Νικαίᾳ τρακτάτου ἠκούσαμεν. *De fide tractatus Nicæni audivimus.* Zonaras ad hunc Canonem, p. 434. Ἡ λέξις τοῦ τρακτάτου ῥωμαϊκή ἐστι, καὶ ἐξελληνιζομένη δηλοῖ σκοπὸν, βούλευμα. *Vox* τρακτάτον *Latina eſt, & Græcè denotat conſiderationem, conſultationem.* Balſamon ad eundem Canonem, qui ipſi LI. eſt, pag. 660. Ἐν τῷ περὶ τῆς πίστεως τρακτάτῳ, ἤγουν ἐν τῇ καταξετάσει τῆς πίστεως. (τρακτάτον γάρ ἐστι κατὰ Λατίνους, ἡ δοκιμασία.) *In tractatu de fide, vel in examine fidei.* (*Tractatum enim juxta Latinos eſt probatio, exploratio.*) Vide Gl. Meurſii.

Τρακτευτής.

Τρακτευτὴς *tractator.* Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, pag. 1343. Μετὰ τῶν

Digitized by Google

τῶν πρακτευτῶν ἢ διοικούντων τὰ πράγματα, &c. *Nullus actor, aut adminiſtrator rerum*, &c. Vide Gl. Meurſii.

Τρακτωρεία.

Τρακτωρεία *tractoria.* Mandatum, quod curſu publico iter facientibus dabatur à præfecto prætorii. Vide in Κομβῖνα. *Tractoriarum* frequens mentio in Impp. Conſtitut. & in edicto Conſtantini ad Ablavium PP. quo adventantibus ad Concilium Arelatenſe Epiſcopis literas *tractorias* dari jubet. *Injungendum tuæ ſolertiæ putavi, ut mox has literas meas acciperes, tam Cæcilianum ſuprà dictum cum aliquibus ex his quos ipſe delegerit; ſed & de Bycazenæ, Tripolitanæ, Numidiarum, & Mauritaniarum, & provinciis ſingulis, quiq; aliquantos ex ſuis perducere debebunt, quos ipſi putaverint eligendos, ſed etiam & aliquos ex his qui contra eundem Cæcilianum diſſentiunt, data evectione publica per Africam & Mauritaniam, inde ad Hiſpanias brevi tractu facias navigare; & inde nihilominus hujuſmodi his ſingulis Epiſcopis ſingulas tractorias tribuas, ut ipſi ad ſuprà dictum locum intra diem Kal. Auguſtarum poſſint pervenire.* Erant autem *tractoriæ* diplomata, ſeu libellus, qui dabatur in terras exteras ituris; unde eſſet cognoſcere, quo pacto excipi aliquem oporteret. Nam exponebatur epiſtolà eà conditio viri, & quantum illi pro ea præſtari oporteret. Dubium, num *tractoria* dicta, quia daretur in tractus exteros proficiſcentibus; an quia hinc intelligeretur, quo pacto aliquem tractari, atque excipi conveniret. Eſt apud Marculphum lib. I. Form. cap. XI. cujus lemma *tractoria legatorum.* Item in veteribus formulis incerti ſcriptoris cap. X. lemma eſt, *Tracturia pro itinere peragendo.* Eà *tracturiâ*, ſive *tractoriâ*, Epiſcopus commendabat ob delicta, pœnitentiæ ergò, peregrinantem, ac petebat, præſtari manſionem, focum, panem, aquam. Carolus Calvus tit. XXXII. apud Tuſiacum, cap. XVI. *Ut miniſtri Comitum in uno quoq; Comitatu diſpenſam Miſſorum noſtrorum à quibuscunq; dari debet, recipiant; ſicut in tractoria noſtra continetur.* Agobardus, libello de inſolentia Judæorum, *tractoriam ſtipendialem* appellat. Quantum verò præberi cuique oportuerit, cognoſcere licet è Caroli M. & Ludovici Pii capitulis, lib. IV. cap. LXXII. cujus lemma, *De diſpenſa Miſſorum Dominicorum.* Primates etiam, cùm Epiſcopos ad Synodum vocarent, *tractorias* dare ſolebant, quibus in ſingulis Eccleſiis juberentur excipi, & Chriſtiana charitate foveri, quarum fit mentio in Cod. Can. Eccleſiæ Africanæ, de Epiſcopis Numidiæ, pag. 376. *Nam etiam tractoriam ſanctitatis tuæ cùm ad ſanctum ſenem Xantippum deferrem, &c.* Et Can. LXXVI. ejuſdem Cod. p. 368. *Quod ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in tractoria conſcribant*, &c. Græcus interpres priori loco *tractoriam*, συνοδικὴν vertit. Auguſtinus in libro poſt Collationem contra Donatiſtas cap. XXIV. *A Primate ſuo per tractoriam ſunt evocati.* Tractoriæ etiam vocantur epiſtolæ ab Epiſcopis privatim ſcriptæ, quibus excuſant, dum Concilo adeſſe non poterant, ut dicto Can. LXXVI. Interdum & ſynodales epiſtolæ, *tractoriæ* dictæ, ut in Concilio Teleptenſi t. I. Concil. *Exemplum tractoriæ Epiſcopi urbis Romæ.* Auguſtinus enarrat. in Pſ. XXXIX. Synodicam epiſtolam Concilii Cabarſuſſitani *tractoriam* vocat. Vide Adverſ. Lud. De la Cerda cap. XCII. num. XVII.

Τράπεζα.

I. Τράπεζα vocatur *ſacra Domini Cœna*, idque

1. *Simpliciter & ſine epitheto.* Vid. I. Corinth. X. 21. Chryſoſtomus Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: Πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης; *Quomodo manſiſti neque tamen menſæ ſis particeps?*

2. Uſitatiùs *cum variis epithetis.* A' Chryſoſtomo vocatur φοβερὰ καὶ μυστικὴ τράπεζα, *tremenda & myſtica menſa.* Ab eodem, Homil. I. in Geneſin, φρικτὴ καὶ πνευματικὴ τράπεζα, *tremenda & ſpiritualis menſa.* In Pſal. CXLV. πνευματικὴ τράπεζα, *ſpiritualis menſa.* In Pſal. XC. μυστικὴ τράπεζα, *myſtica menſa.* Sic etiam à Greg. Nazianzeno Orat. XI. pag. 660. Αἰδέσθητι τὴν μυστικὴν τράπεζαν, ᾗ προσῆλθες· τὸν ἄρτον, οὗ μετείληφας· τὸ ποτήριον, οὗ κεκοινώνηκας, τοῖς Χριστοῦ πάθεσι τελούμενος. *Reverere myſticam menſam, ad quam acceſſiſti: panem, cujus particeps factus es: calicem, quem accepiſti, cùm Chriſti paſſionibus initiareris.* Βασιλικὴ τράπεζα, *regia menſa*, à Chryſoſtomo Homil. XXIV. in I. ad Corinth. & Homil. XVII. in epiſt. ad Hebræos. Ἀθάνατος τράπεζα, *immortalis menſa*, ab eodem, Homil. XIII. in epiſt. ad Hebræos. Ἱερὰ τράπεζα, *ſacra menſa*, ab eod. Homil. X. t. V. pag. 40. Φρικτὴ τράπεζα, *tremenda menſa*, ab eod. Homil. XXI. t. V. pag. 129. Φρικτὴ καὶ θεία τράπεζα, *tremenda & divina menſa*, Homil. LXXII. tomi ejuſd. pag. 518. Φρικώδης τράπεζα, *formidabilis menſa*, ab eod. Homil. XXI. t. V. edit. Paris. pag. 313. Ita autem S. Cœna vocatur, quia olim in menſa celebrata fuit. Teſtis eſt Baſilius M. qui epiſt. LXXIII. t. II. pag. 870. docet, Orthodoxos τὰ θυσιαστήρια ἐκείνου ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Γαγγρηνῶν καταστρέψαι, καὶ ἑαυτῶν τραπέζας τεθεικέναι, *altaria ejus* (Baſilidis) *in agro Gangrenorum ſubvertiſſe, menſasq; ſuas ſubſtituiſſe.* Cyrillus Alex. lib. IV. adv. Neſtorium, pag. 116. Ἥκιστα θεότητος φύσις ἐστὶ τὸ προκείμενον ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν, πλὴν ἴδιον σῶμα τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς φύντος λόγου. *Haud natura divinitatis id eſt, quod in ſanctis Eccleſiarum menſis proponitur, ſed proprium corpus Verbi ex Patre geniti.* Hæc verò *menſa*, *lignea* erat, ut patet ex Athanaſii dicto, in voce Βῆλον allato. An ſtatim in primitiva Eccleſia fuerint altaria, an verò aliquot ſeculis menſæ fuerint retentæ, noſtri nunc non eſt otii disquirere: conſulat, cui placet & vacat, nobiliſſimum Dn. Pleſſæum lib. II. de Euchariſtia; cap. XII. Vedelii Exercitat. VI. in epiſt. Ignatii ad Epheſios, Ritterſhuſii ſacr. Lectionum lib. VIII. cap. IX.

II. Quemadmodum τράπεζα ponitur pro ſacro illo epulo, quod *Cœnam Domini* vocamus: ita τράπεζα notat *in genere cibum menſæ impoſitum.* Apud Athenæum, lib. II. cùm Cynicus quidam τράπεζαν vocaret τρίποδα, Ulpianus ægrè id audit, quippe quòd ab omnibus τράπεζαι vocari ſoleant αἱ παραθέσεις: ſicut Pollux quoque lib. VI. cap. XII. τραπέζας vocari ſcribit τὰ σιτία τὰ ἐπ' αὐτῶν τῶν τραπεζῶν τιθέμενα, *cibos menſis impoſitos.* Vide Theſaurum Stephani. Chryſoſtomus, Homil. X. in Matth. pag. 65. dicit Johannem Baptiſtam habuiſſe ἐσχεδιασμένην τράπεζαν. Verba ejus ſunt: Οὔτε γῆν ἤρωσεν, οὔτε αὔλακα ἔτεμεν, οὐκ ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου τὸν ἄρτον ἔφαγεν, ἀλλ' ἦν ἐσχεδιασμένη αὐτῷ ἡ τράπεζα. *Neq; terram aravit, neq; ſulcum telluri inſidit, non in ſudore vultus panem edit, ſed menſa ipſi erat extemporalis.* Ἐσχεδιασμένη dicitur menſa, quia Johannes mel agreſte & locuſtas edebat, ac proinde de cibis parandis non erat ſolicitus. Martialis vocat *menſam ſine arte.* Alio in loco, nempe hom. CLXIII. t. V. de Manna, dicit idem Chryſoſtomus τράπεζαν ἐσχεδιασμένην παρασκευάσαι, *menſam extemporalem inſtruere*: quod de *menſa anguſta*, *brevi*, vel *tenui* intelligitur, eique opponitur *menſa lauta*, *dives*, *fœcunda*, *opima*, *pinguis*, *plena.*

Digitized by Google

Τραπεζίτης.

I. Τραπεζίτης, ut Heſychius docet, eſt κολλυβιστής: ita enim hæc vox apud eum ſcribenda, χερματιστής, δανειστής, *nummularius*, *fænerator*. Optimæ Gloſſæ: Τραπεζίτης, *nummularius*. Aliæ: *Nummularius*, κολλυβιστής, τραπεζίτης. Iterum Heſychius: Κολλυβιστής, τραπεζίτης. Vide in voce Κολλυβιστής. Uſitatiſſima eſt apud Patres exhortatio: Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. *Eſtote boni trapezitæ.* Quanquam autem ſatis ſit frequens apud Patres, inter eos tamen non convenit, unde ſit petita. Illi etiam, qui eorum ſcripta minimè perfunctoriè legerunt, in diverſas abeunt ſententias. Sylburgius exiſtimat, ad locum Pauli I. Theſſal. V. 21. hac exhortatione alluſionem fieri. Incomparabilis Uſſerius, non ex ſcriptura illa Apoſtolica, ſed ex Evangelio; ſive illo ſecundum Hebræos, ſive alio aliquo apocrypho; præceptum hoc petitum eſſe autumat: Antonius Agellius, in Notis ad Cyrillum Alexandrinum docet, *Cyrillum quidem hanc ſententiam Paulo tribuere*: & addit, *Eam nonnunquam citari à veteribus Græcis, ſed nulli certo autori adſcribi.* Nos digitum ad ea Patrum loca intendemus, ex quibus triplex iſta, modò propoſita opinio, hauſta videtur.

Poſtremam primo inſpiciamus loco. Ea vult, *ſententiam hanc nonnunquam à veteribus citari, ſed nulli certo autori adſcribi.* De quibuſdam hoc verum, de pleriſq; falſum. Nulli certo autori adſcribit Clemens Alexand. Stromat. lib. I. pag. 354. Εἰκότως ἄρα καὶ ἡ γραφὴ τοιούτους τινὰς ἡμᾶς διαλεκτικοὺς οὕτως ἐθέλουσα γενέσθαι παρακαλεῖ. Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται. τὰ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες. *Meritò igitur ſcriptura quoq; tales nos eſſe volens dialecticos, ſic hortatur: Efficiamini autem probi trapezitæ, alia quidem reprobantes, quod autem bonum eſt tenentes.* Baſilius M. in principium Proverbiorum: Ὡς δόκιμος τραπεζίτης, τὸ μὲν δόκιμον καθέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται. *Tanquam probus trapezita, quod quidem probum eſt retinebit, ab omni autem ſpecie mala abſtinebit.* Idem, in cap. V. Jeſajæ: Δοκίμου τραπεζίτου ἐστὶ τὸ καλὸν κατέχειν. ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθαι. *Probi trapezitæ eſt, id quod bonum eſt retinere, abſtinere autem ab omni ſpecie mala.* Eodem modo Ambroſius in proœmium Lucæ, & in Commentario in epiſtolam ad Philemonem. Athanaſius Homil. in v. 8. cap. XXI. Matthæi, t. II. pag. 662. Ὡς δόκιμοι τραπεζῖται τὸ καλὸν ἐκλεξώμεθα, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπεχόμενοι. *Veluti probi trapezitæ bonum eligamus, & ab omni ſpecie mala abſtineamus.* Conſtitut. Apoſtol. lib. II. c. XXXVI. pag. 862. Τοῖς ἱερεῦσιν ἐπιτρέπη κρίνειν μόνοις, ὅτι εἴρηται αὐτοῖς, Κρῖμα δίκαιον κρίνατε. Καὶ πάλιν Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι. *Solis ſacerdotibus conceſſum eſt judicium, quoniam ad eos dictum eſt: Juſtum judicate judicium. Et rurſus: Sitis probi trapezitæ.* Cyrillus Alexand. lib. IV. cap. III. in Johannem, pag. 374. Δεῖ σοφοὺς εἶναι τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἀκροατάς, δεῖ δοκίμους εἶναι τραπεζίτας, ὡς εἰδέναι τὸ δόκιμον, καὶ τὸ παράσημον νόμισμα. *Oportet divinorum myſteriorum auditores ſapientes eſſe, oportet probos eſſe trapezitas, ut ſciant, quodnam ſit probum, & quod adulterinum numiſma.* Quamvis in hiſce teſtimoniis nulla expreſſa autoris, qui hac νουθεσίᾳ primus ſit uſus, fiat mentio, tria tamen priora ſatis manifeſtam continent ad locum Paulinum, qui legitur I. ad Theſſalon. cap. V. verſ. 21. alluſionem. De duobus prioribus ita ſenſerunt Sylburgius etiam & Fronto Ducæus. Intermedia opinio, hanc ſententiam ex libro apocrypho petitam ſtatuit. Nec, qui ita ſentiunt, ſuo deſtituuntur ſuffragio. Origenes certò, ut doctiſſimus obſervat Uſſerius, tom. XIX. in Evangelium Johannis diſtinctè commemorat, *illud Jeſu mandatum, Eſtote boni trapezitæ; & Pauli doctrinam, docentis, Omnia probantes, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* Et poſt eum Hieronymus, epiſt. ad Minerium (ſcribe *Minervium*, corrigente Cl. Croio, cap. XXVIII. obſervat. in N. Teſtamentum) & Alexandrum ſub finem tomi tertii, affirmat, *ſed illud Apoſtoli libenter audire, omnia probate, quod bonum eſt, tenete: & Salvatoris verba, dicentis, Eſtote probati nummularii.* Et Johannes Caſſianus, in prima Patrum Collatione, cap. XX. pag. 186. poſt monitum illud, *ut efficiamur ſecundum præceptum Domini probabiles trapezitæ*: mox ſubjicit: *Quæ omnia nos quoque debere ſpiritualiter obſervare, Evangelicus ſermo ſub hujus nominis demonſtrat exemplo.* Ad quæ in margine exemplar meum: *Videtur alludere ad illud Matth. XXV. Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, ſive trapezitis, ut Græci legunt.* Idem, Collat. II. cap. IX. pag. 197. *ſecundum illam Evangelicam parabolam, quâ jubentur fieri probabiles trapezitæ.* Nec prætereundus Epiphanius, qui hæreſi XLIV. pag. 167. refert, Apellem aſſeruiſſe, hæc verba, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, à Chriſto fuiſſe dicta. His omnibus adjiciendus Cæſarius, qui quæſt. ult. pag. 204. ſuperioribus ὁμόψηφος, ita ſcribit: Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν οἰκετῶν ἐπισφραγίζων τὰ ῥήματα, ἐν εὐαγγελίοις φησί· Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, διακρίνοντες ἐκ τοῦ δοκίμου τὸ κίβδηλον, οὐχ ἵνα δίκην τῶν κολλυβιστῶν κομπήσαντες τὸν ἦχον δεξώμεθα· ἀλλ' ἵνα σταθμίζοντες τὰς ἀποβάσεις τῶν προσδιαλεγομένων, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν πραττομένων, ἐπὶ τὴν δικαίαν μᾶλλον ῥέψωμεν πλάστιγγα. *Univerſorum autem Deus famulorum obſignans verba, in Evangeliis dicit: Eſtote probi trapezitæ, diſcernentes probum & adulterinum, non ut inſtar collybiſtarum reſonantes ſonum excipiamus: ſed ut ponderantes exitus colloquentium, & eventus factorum, ad juſtam potiùs vergamus lancem.*

Reliquum eſt, ut videamus, an etiam illorum opinio, qui ſtatuunt, ad locum Apoſtoli alluſionem fieri, ſuos habeat fautores. Præter eos, quos jam ſuprà in hanc ſententiam vidimus inclinare, Cyrillus Alexandrinus, autor graviſſimus, ſemel atque iterum Apoſtolo Paulo hoc monitum ſatis manifeſtè tribuit. Loca ex eo aliquot, in gratiam harum rerum curioſorum, quia Opera ejus vix in paucorum manibus ſunt, huc transferamus. Sic igitur ille in cap. III. Jeſajæ, pag. 56. Ὁ συνετὸς ἀκροατής, καθάπερ δόκιμος τραπεζίτης, εἰσδέχεται μὲν τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν, κατακιβδηλεύει δὲ, καθάπερ τι παράσημον νόμισμα, τὸ μὴ οὕτως ἔχον. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησι. Γίνεσθε φρόνιμοι τραπεζῖται, πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. *Prudens auditor, inſtar probi trapezitæ, recipit quidem, quod prodeſſe ſolet, reprobat verò atque rejicit, tanquam numiſma quoddam adulterinum, quicquid non eandem habet naturam. Tale quid etiam beatus dicit Paulus: Eſtote prudentes trapezitæ, omnia probate, bonum retinete, ab omni ſpecie mali abſtinete.* Et lib. IV. cap. V. in Johannem, ad v. 12. cap. VII. pag. 407. de iis, qui de indaganda veritate non ſunt ſoliciti, ita ſcribit: Τῆς ἀληθοῦς τῶν πραγμάτων ποιότητος οὐκ ἂν ἐφίκοιτό ποτε, καίτοι τοῦ Παύλου λέγοντος. Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, καὶ πάντα δεῖ δοκιμάζειν ἡμᾶς ἀναπείθοντος, ὡς ἐξ ἀκριβοῦς ἐρεύνης ἐπὶ τὴν τοῦ

συμ-

συμφέροντος ἔρχεσθαι θήραν. *Veram rerum naturam nunquam aſſequentur, etſi Paulus dicat, Eſtote probi trapezitæ, & nobis ſuadeat, ut omnia probemus, quo ſic ex accurata inveſtigatione ad rerum utilium inventionem perveniamus.* Clariſſimè inſuper lib. I. adv. Neſtorium, pag. 2. Πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος παραθήγει, λέγων· Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται· πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. *Ad hoc;* ut nimirum, tanquam nummularii, omnia probemus; *beatus Paulus nos incitat, dicens: Eſtote probi trapezitæ: omnia probate, bonum retinete: ab omni ſpecie mali abſtinete.*

Atque hæ quidem ſunt illæ variantes de exhortatione iſta, in Veterum ſcriptis ſatis obvia, opiniones. Nos nec ad primam, nec ad ultimam earum accedere poſſumus. Prima namque ipsâ teſtimoniorum allegatione ſatis refutata eſt. Interim nec Chriſto, nec Apoſtolo tribuere debemus, quod ſacra ipſis non tribuit ſcriptura. Nempe, ὅσα μὴ σαφῶς ἡ θεία λέγει γραφὴ, ταῦτα λανθάνειν χρὴ, καὶ παρατρέχειν ἐν σιωπῇ, *quæcunque ſacra ſcriptura non apertè dicit, ea occultentur, & ſilentio tranſmittantur*, ut Cyrillus Alex. monet adverſus Anthropomorph. cap. II. pag. 368. Eruditiſſimus Crojus, obſervat. in N. Teſtamentum, cap. XXVIII. de hac exhortatione ita ſentit: *Nos opinamur, Patres illam ſententiam è Chriſti parabolis collegiſſe, & hauſiſſe. Nota eſt omnibus parabola illa de Talentis, quam Matthæus cap. XXV. & Lucas capite XIX. referunt. Apud Matthæum duo ſervi dicuntur* ἐργάσασθαι ἐν ταλάντοις, *talenta ſua exercuiſſe, atque ex iis quæſtum feciſſe. Ei verò, qui talentum ſuum humo recondiderat, ac texerat, dicit ipſius Dominus:* Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. Oportebat ergo te committere pecuniam meam nummulariis. *Sed clariora & magis illuſtria ſunt ea verba, quæ Lucas refert dicta fuiſſe ſervis à Domino:* Πραγματεύσασθε, ἕως ἔρχομαι. Negotiamini, dum venio. *Exercete talenta veſtra: tradite ea nummulariis. Menſam trapeziticam, ſi vobis ſit animus, palàm proponite. Trapeziticen exercete. Ex hac igitur parabola, quæ à duobus refertur Evangeliſtis; præſertim verò ex verbis illis, quæ refert Lucas; Patres hanc mutuatos eſſe ſententiam, arbitramur.* Hactenus Cl. Crojus. Atque hanc ſententiam nos quoque tutiſſimam eſſe exiſtimamus. Nec eſt, cur quis objiciat, exhortationem iſtam, totidem verbis à Chriſto pronunciatam, in Evangelio non reperiri. Id enim certiſſimum, Patres in citandis ſcripturæ locis magna nonnunquam uſos eſſe licentia, vel, ut molliori verbo utar, libertate. Hinc ſæpe voces, quæ idem ſonant, ſubſtituerunt in locum verborum Contextus ſacri: hinc aliquando οἴκοθεν quædam afferunt, & ad ſcripturæ verba addunt; ut ea, de quibus agunt, aut illuſtrare, aut probare poſſint. Hinc memoriter ſæpe ſcripturæ ſententias ſcribunt, & voces quaſdam hinc inde collectas, locis quibuſdam addunt: imò ſententias quaſdam, tanquam è ſcriptura proferunt, quæ tamen in illa non inveniuntur. Atque hæc omnia idem doctiſſimus Crojus, Tractatu eodem, ſolidiſſimè probat: quò etiam Lectorem ablegamus.

II. Per τραπεζίτας Patres ſæpe intelligunt eos, qui animum ad S. Scripturæ lectionem & meditationem afferunt defæcatum, καὶ ταῖς προλήψεσι μὴ δουλεύοντα, qui αἰσθητήρια habent γεγυμνασμένα, adeoque inter bonum & malum facilè diſcernunt. Huc faciunt illa Cyrilli Alexandr. ex lib. XVI. de Adoratione, pag. 568. Δόκιμοι τραπεζῖται καὶ ἀκριβεῖς, οἱ Θεῷ προσκείμενοι, καταχιβδηλεύοντες μὲν ἀεὶ τὸ φαῦλον, ψῆφον γε μὴν τῷ παγκάλῳ τιμῶν εἰωθότες τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν. *Sunt argentarii probi ac diligentes, Deo dicati homines, qui ſemper quod vitioſum eſt improbant, quódque utile eſt, optimum judicant.* Et lib. IV. cap III. in Joh. pag. 374. Δεῖ σοφοὺς εἶναι τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἀκροατὰς, δεῖ δοκίμους εἶναι τραπεζίτας, ὡς εἰδέναι τὸ δόκιμον καὶ παράσημον νόμισμα. *Oportet ſapientes eſſe divinorum myſteriorum auditores, oportet probos eſſe trapezitas, ut inter probam & adulterinam pecuniam diſcernere poſſint.* Athanaſius, epiſt. ad Serapionem, *Spiritum Sanctum non eſſe creaturam*, t. I. p. 196. Ἴδωμεν λοιπὸν καὶ αὐτὰ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λεγόμενα, καὶ ὡς δόκιμοι τραπεζῖται διακρίνωμεν. *Videamus deinceps etiam ea, quæ de Spiritu Sancto in ſcripturis divinis dicuntur, & tanquam probi trapezitæ diſcernamus.*

III. Per τραπεζίτας intelliguntur etiam illi, qui, inſtar παραχαρακτῶν, ſcripturam ſacram adulterant. De talibus loquitur Syneſius epiſt. V. quæ eſt ad Presbyteros, pag. 9. Ἐν τοῦτο μόνον εἰς μέσον ἑλκύσατε, καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς, τοὺς καθάπερ τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας, περιενέγκατε πᾶσι ποιήσατε καταφανεῖς οἵτινές εἰσιν. *Illud unum in medium producite, & improbos nummularios, qui divinum dogma quaſi adulterant, traducite: omnibus manifeſtos reddite, quales ſint.*

IV. Salvianus, Epiſcopus Maſſilienſis, lib. III. contra Avaritiam, *pauperes*, elegantiſſimè tranſlata voce, appellat *Salvatoris nummularios*, hoc eſt, argentarios, ſeu trapezitas Chriſti, quòd ipſe nimirum per eos fœnus exerceat. Quidquid enim in pauperes erogatur, id ſibi Chriſtus datum putat, Matth. XXV. 35. &c. Ipſe; ut Balſamon ad Photii Nomocan. tit. II. c. II. pag. 41. ſcribit, τοῦ αἰτοῦντος λαμβάνοντος, ἵσταται συγκλίνων τὴν χεῖρα. Ἐφ᾽ ὅσον γάρ, φησιν, ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. *Dum accipit is, qui petit, ſtat unà cum eo manum porrigens: Quatenus enim, inquit, id feciſtis uni ex iſtis fratribus minimis, id mihi feciſtis.* Baſilius M. Orat. in Julittam martyrem, de Deo ſcribit: Χρήματα διδοὺς, αἰτεῖ παρά σου τὴν ἐλεημοσύνην διὰ τῆς χειρὸς τῶν πενήτων. *Quando dedit opes, abs te petit eleemoſynam per manum pauperum.* Et Theophylactus, in cap. XII. Lucæ: Ὁ τρέφων πένητα, Θεὸν τρέφει. *Qui pauperem alit, Deum alit.*

Τραπέζωσις.

Lexica hanc vocem omittunt. Τραπεζόω eſt *menſa impono, ſuper menſa pono.* Hinc τραπέζωμα, *quod in menſa ſtatuitur, quod ſuper menſa ponitur.* ἐπιτραπεζώματα, juxta Heſychium, τὰ ἐπιτιθέμενα ταῖς τραπέζαις βρώματα, *cibi menſis impoſiti.* Ita τραπέζωσις eſt *apparatus menſæ, id quod menſæ imponitur.* Dionyſius Areopagita, epiſt. IX. ſect. I. pag. 799. Ὁρῶμεν δὲ αὐτὸν Ἰησοῦν ἐν παραβολαῖς θεολογοῦντα, καὶ τὰ θεουργὰ μυστήρια παραδιδόντα διὰ τυπικῆς τραπεζώσεως. *Videmus etiam ipſum Jeſum in parabolis de divinis loqui, ac deifica ſacramenta per typicum menſæ apparatum tradere.* S. Maximus ad hunc locum, pag. 325. Τραπέζωσίν φησι τὰ ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ διὰ τοῦ ἁγίου ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τελούμενα μυστήρια. Τραπέζωσιν *vocat ea ſacramenta, quæ in divina menſa per ſanctum panem & calicem benedictionis perficiuntur.*

Τράπη.

Τράπη apud recentiores Græcos ponitur pro τράπηξ, quod haſtam ſignificat. Heſychius, τράπηκι, δόρατι.

Legitur in hiſt. Concilii Florentini, ſect. VI. cap. XV. pag. 164. Προηγεῖτο δὲ αὐτοῦ σταυρὸς, καὶ Κανονικοὶ, καὶ οἱ πρωτονοτάριοι, καὶ οἱ τὰς ἀργυρέας τράπας κατέχοντες, περισχίζοντες καὶ εὐτακτοῦντες τὸν λαόν. *Præcedebat autem eum crux, & Canonici, & Notariorum primicerii, & qui pila argentea tenebant, quibus populum diffindebant & in ordinem redigebant.* Ita ſect. IV. cap. XXII. pag. 96. Καὶ διελθόντες τοὺς ἐν τῇ πρώτῃ πύλῃ ὑπηρέτας τοῦ Πάπα τοὺς τὰς ἀργυρέας τράπας κατέχοντας, ὑπὲρ εἴκοσι ὄντας, εἰσήλθομεν εἰς τὸν τρίκλινον. *Primæ portæ cuſtodes prætervecti Papæ, qui argentea pila tenebant, & ſupra viginti erant, ad triclinium penetravimus.*

Τραχηλίζω.

Varias hujus verbi ſignificationes vulgata exhibent Lexica. Nos eam tantùm conſiderabimus, quam habet ad Hebr. IV. 13. ubi Apoſtolus dicit: Πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Omnes interpretes in eo conſentiunt, vocem τετραχηλισμένα ſignificare *aperta, nota, manifeſta*: rationem verò hujus ſignificationis non afferunt eandem. Ludovicus Cappellus exiſtimat eam ex lingua Arabica arceſſendam eſſe. Verba ejus appono: ערף *Hebræis* τράχηλον *ſignificat. Ab ea voce Arabes verbum* ערף *deduxerunt, quod* ſcire, nôſſe *illis ſonat. Qua ſignificatione invenitur etiam apud Rabbinos, teſte Elia in Tibi, & David de Pomis in Dictionario ſuo. Syris forſan idem ſignificat. Fortè Apoſtolus reſpiciens ad illam vocis* ערף *apud Arabas & Rabbinos ſignificationem, ejusque etymon* ערף, *à voce Græca* τράχηλος, *quæ iſti* ערף *reſpondet, fecit* τραχηλίζω, *nova & incognita Græcis ſignificatione, pro* notum facio. *Unde* τετραχηλισμένα, nota, cognita; *Arabicè* מערופאה. Hactenus ille. Conſule Lexicon Schindleri in ערף. Ita τετραχηλισμένα interpretatur Heſychius, nempe πεφανερωμένα, *manifeſtata*. Alii volunt metaphoram latere in hoc verbo, ſumtam ab animalibus pelle nudatis, & per medium ad collum usque diſſectis, quorum partes ipſæ intimæ, atque adeò viſcera patent. In hanc ſententiam concedit Chryſoſtomus Hom. VII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 468. his verbis: Τετραχηλισμένα εἶπεν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν δερμάτων τῶν ἀπὸ τῶν σφαζομένων ἱερείων ἐξελκομένων. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνα, ἐπειδὰν σφάξας τις ἀπὸ τῆς σαρκὸς παρελκύσῃ τὸ δέρμα, πάντα τὰ ἔνδον ἀποκαλύπτεται, καὶ δῆλα γίνεται τοῖς ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς· οὕτω καὶ τῷ Θεῷ δῆλα πρόκειται τὰ πάντα. Τετραχηλισμένα *dixit à metaphora pellium quæ extrahuntur à victimis. Quemadmodum enim ſi quis illis jugulatis pellem à carne abſtraxerit, omnia quæ ſunt intus reteguntur, & oculis noſtris manifeſta redduntur: ita etiam Deo clara & manifeſta propoſita ſunt omnia.* Eandem expoſitionem repetit Theophylactus ad Apoſtoli locum, pag. 909. Ἵνα ἐναργέστερον δηλώσῃ πῶς εἰσι πάντα γυμνὰ καὶ φανερὰ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λόγου, λέξει ἐχρήσατο ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐκδερομένων προβάτων. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνων τραχηλισθέντων, ἤτοι κατὰ τοῦ τραχήλου τὴν μάχαιραν δεξαμένων, καὶ σφαγέντων, μετὰ τὸ καθελκυσθῆναι τὸ δέρμα, πάντα καὶ τὰ ἔνδον ἐκκαλύπτεται· οὕτω καὶ τῷ Θεῷ πάντα δῆλα. *Ut clariùs patefaciat, quomodo ſint omnia nuda & aperta coram Deo Verbo, dictione uſus eſt per metaphoram ſumtam ab avibus, quibus pellis eſt detracta. Nam ſicut illis in cervicem reſupinatis, ſive cultrum per cervicem recipientibus, atque jugulatis, detracta dehinc pelle, omnia interiora revelantur; ſic & Deo cuncta ſunt perſpicua.* Conſentit Oecumenius, pag. 817. ad hunc locum: Τετραχηλισμένα φησὶ τὰ γυμνὰ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν προβάτων τῶν ἐκ τοῦ τραχήλου ἠρτημένων καὶ γεγυμνωμένων τῆς δορᾶς. Τετραχηλισμένα *dicit nuda, per metaphoram deſumtam ab ovibus è cervice ſuſpenſis & pelle nudatis.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. XCIV. lib. I. pag. 30. metaphoram hanc pluribus explicat hunc in modum: Τὰ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἱερείων, τῶν εἰς θυσίαν προσαγομένων, τῷ πολύφρονι γέγραπται Παύλῳ. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνα τῶν δορῶν ἀφαιρούμενα, πάσης τῆς φαινομένης ἀπογυμνοῦται περιβολῆς, καὶ τῶν κεκρυμμένων ἔνδοθεν ἐπιδείκνυται τὴν διάθεσιν, καὶ τραχηλίζεται εἰς ἔρευναν παντὸς ὀστέου καὶ μέλους, πρὸς τὸ πάντα ἐκκαθαρθῆναι, διὰ τὴν τοῦ πράγματος ᾧ προσάγονται καθαρότητα. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μεγάλης τοῦ Κυρίου ἡμέρας ἡ τῶν ἀδήλων καὶ ἀφανῶν ἡμῶν πράξεων ἀνακάλυψις, ἀπογυμνώσει καὶ τραχηλισμῷ ἐοικυῖα φανήσεται, οὐδενὸς λαθεῖν δυναμένου, ἀλλὰ πάντων εἰς τὸ ἐμφανὲς ἀγομένων. *Hæc verba,* nuda & aperta, *translatione ducta à victimis, quæ ad ſacrificium adhibentur, à Paulo, ingenti ſapientia prædito viro, ſcripta ſunt. Quemadmodum enim illæ, cùm pelles detrahuntur, omni conſpicuo indumento ſpoliantur, abditarumque internè partium ſtatum & affectionem indicant, atque ad oſſium omnium & membrorum indagationem diſſecantur: ut omnia, ob rei, cui adhibentur, puritatem expurgentur: eodem etiam modo in magno illo Domini die actionum nobis incognitarum & obſcurarum patefactio cuncta denudabit, diſſectionique ſimilis apparebit. Neque enim quisquam latere poterit, verùm omnes in apertum adducentur.* Sic Cl. Beza: *Eſt procul dubio in tota illa dictione allegoria diſertiſſima, à laniorum ſive victimariorum ritu ducta, à quibus animalia immolanda* τραχηλίζεσθαι *dicuntur, cùm non ſolùm à collo ſuſpenſa excoriantur, ſed per dorſi ſpinam etiam reſupinata finduntur, ut tota foris & intus oculis pateant.* Quò pertinet, quod Varinus habet: Τετραχηλισμένοι, pro φανεροὶ καὶ ἀνακεκαλυμμένοι, *aperti & retecti.* Idem ex Grammatico quopiam annotat, τραχηλίζειν ſignificare διχοτομεῖν, ἤγουν τὸ διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν, *diſſecare, ſeu per dorſi ſpinam findere.* Verſio etiam in linguam vulgarem pro τετραχηλισμένα ponit ἀνοικτὰ, *aperta.* Vide etiam Bullingerum noſtrum ad Apoſtoli locum. Theodoretus quidem etiam agnoſcit metaphoram à victimis deſumtam: ſed eam aliter exponit. Vult enim, quemadmodum animalia ſacrificata, omninò muta jaceant: ita etiam nos, dum judicamur, omnia videre à nobis impiè facta, ſed ſupplicii ſententiam ſilentio accipere, ut qui eam juſtam eſſe ſciamus. Verba ejus adſcribo: Τὸ δὲ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ἐκ μεταφορᾶς τέθεικε τῶν θυομένων ζώων, ἃ παντελῶς ἄφωνα κεῖται, τῆς σφαγῆς τὴν ζωὴν ἀφελομένης, καὶ μετὰ τῆς ζωῆς τὴν φωνήν. οὕτω, φησὶ, καὶ ἡμᾶς κρινόμενοι θεώμεθα μὲν ἅπαντα τὰ δυσσεβῶς παρ' ἡμῶν ἢ παρανόμως γεγενημένα, σιγῶντες δὲ τὴν τῆς τιμωρίας δεχόμεθα ψῆφον, ἅτε δὴ τὸ δίκαιον αὐτῆς ἐπιστάμενοι. *Illud autem,* aperta ſunt oculis ejus, *poſuit ex metaphora animalium quæ ſacrificantur, quæ omnino muta jacent, quibus vita per occiſionem ademta eſt, & cum vita vox. Ita, inquit, nos etiam dum judicamur, videmus quidem omnia, quæ à nobis impiè vel iniquè facta ſunt, ſed ſupplicii ſententiam ſilentio accipimus, ut qui eam juſtam eſſe ſciamus.* Eodem inclinare videtur Oecumenius, qui, poſt allatam ſuperiùs expoſitionem, ſubjicit: Ἢ τὸ τετραχηλισμένα, ἀντὶ τοῦ κάτω κύπτοντα, καὶ τὸν τράχηλον ἐγκλίνοντα, διὰ τὸ μὴ ἰσχύειν ἀτενίσαι τῇ δόξῃ ἐκείνῃ τοῦ κριτοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Vel iſtud,* τετραχηλισμένα,

Digitized by Google

λισμένα, pro humi ſpectantia, & cervicem inclinantia, eò quòd non poſſint figere oculos in gloriam illam judicis & Dei noſtri Jeſu Chriſti. Eandem expoſitionem etiam affert Theophylactus: ſed rectè monet, priorem, quam ſuprà ex eo produximus, eſſe recipiendam. Τετραχηλισμένα nempe omnia dicuntur oculis Chriſti, id eſt, *aperta:* ſi hæc expoſitio Oecumenii haberet locum, Apoſtolus non dixiſſet τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ſed potiùs, vel ἔμπροσθεν τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, vel ἐνώπιον αὐτοῦ.

Τριαδικός.

Τριαδικὰ, vel ὕμνοι τριαδικοὶ, *triadica*, vel *hymni triadici* à Græcis vocantur illi, qui continent laudem SS. Trinitatis; in ſingulis enim Odis cujusque Canonis duo poſtremi verſus ſemper finiuntur cum laude S. Trinitatis, & B. Virginis; & quidem poſtremo proximus notatur literâ τ, & hic appellatur τριαδικὸς, poſtremus verò literâ θ, & hic θεοτόκιον dicitur. Triodium pag. 63. Καὶ ψάλλομεν τὰ τριαδικὰ, *& canimus triadica.* Paracletice: Μετὰ τὸ ἀλληλούϊα ὕμνοι τριαδικοί. *Poſt alleluja hymni triadici.* Theophanes Homil. XXX. pag. 228. Οἱ δὲ πρότερον εἰς Χριστὸν ἐνυβρίζοντες, νῦν πεπιστευκότες, καὶ γνόντες τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καιναῖς λαλοῦσι γλώσσαις, τριαδικοῖς ὕμνοις τε σφῶν ἁγιάζονται στόματα. *Qui verò in Chriſtum antea contumelioſi erant, nunc credentes, & virtutem cœleſtis myſterii cognoſcentes, linguis loquuntur novis, & triadicis hymnis ora ſua ſanctificant.* In Diſputatione Gregentii SS. Trinitas vocatur τριαδικὸν κράτος, *trinum imperium.* Vide locum in voce Πειθεία.

Τριάζω.

Omittunt Lexica hoc verbum, quod ſignificat *triplico, trinum facio.* Uſurpatur in doctrina de SS. Trinitate. In diſputatione Gregentii interrogat Judæus: Καὶ τίς ἡ χρεία πολυπραγμονεῖν τὴν θεότητα, καὶ τριάζειν αὐτὴν μίαν χρηματίζουσαν; *Ecquid neceſſe eſt, in Dei naturam curioſiùs inquirere, & eandem unam exiſtentem triplicare?* Reſpondet Chriſtianus: Δαυὶδ τριάζει αὐτὴν, κἀγὼ μὴ τριάσω; *David hanc trinam facit, & ego non trinam faciam?*

Τριάς.

Quemadmodum Gregor. Nazianzenus, Oratione XXXII. pag. 528. SS. Trinitatem vocat *ſuam* μελέτημα καὶ καλλώπισμα, *meditationem & decus:* ita nos ipſum illud meritò de eadem uſurpamus, rogantes, ut ſeſe nobis ad ſalutem noſtram gratioſè revelet, ne quidquam ejus majeſtate indignum afferamus. Nolumus autem in materia tam abſtruſa, & à ſenſu humano remota, multis verborum uti ambagibus; multò minùs ea omnia ex Antiquitate producemus, quæ huc referri poſſent: ſed ſumma tantùm attingemus capita. Nobis ergo occurrit,

I. *Explicatio vocis.* Τριάδος voce non numerum ternarium numerantem abſolutè & ſimpliciter, ſed metonymicè rem numeratam, id eſt, tres perſonas, ternario numero diſcretas, in unitate eſſentiæ Dei, intelligimus. Hoc clarè ſatis docet Greg. Nazianzenus Orat. XIII. pag. 211. Τριὰς οὐ πραγμάτων ἀνίσων ἀπαρίθμησις, ἀλλ᾽ ἴσων καὶ ὁμοτίμων σύλληψις, ἑνούσης τῆς προσηγορίας τὰ ἡνωμένα ἐκ φύσεως, καὶ οὐκ ἐώσης σκεδασθῆναι ἀριθμῷ λυομένῳ τὰ μὴ λυόμενα. *Trinitas non eſt diverſarum rerum enumeratio, ſed æqualium & honore parium complexio, nomine ſcilicet ea, quæ naturâ unita ſunt, connectente, nec, quæ ſolutionem neſciunt, per dilabentem numerum diſſipari ſinente.* Hic autem duo maximè quæruntur:

1. *An voce τριὰς, Trinitas, in ſcriptura nullibi expreſſa, uti liceat?* Reſp. Vocabulum hoc in ſacro Canone quidem ſcriptum non exſtat; ſed quia exſtat numero numerante I. Joh. V. 7. numero numerato paſſim, ut in baptiſmo Chriſti & noſtro: hinc prudenter olim repertum, utiliterque hactenus uſurpatum fuit; prout vocabula οὐσίας, ὑποστάσεως, ὁμοουσίου, & alia.

2. *Quando primùm uſurpari cœperit?* Τριάδος, *Trinitatis* appellatio vetuſtior videri poteſt, quàm creditum viris eruditis, qui ſcribunt eam primùm receptam in prima Synodo Alexandrina, id eſt, anno Chriſti CCCXVII. Moveor Juſtini Martyris, ſcriptoris longè antiquioris autoritate, in libro de expoſitione fidei, cujus verba hæc ſunt, pag. 379 edit. Paris. Μονὰς γὰρ ἐν τριάδι νοεῖται, καὶ τριὰς ἐν μονάδι γνωρίζεται. *Unitas namque in Trinitate intelligitur, & Trinitas in unitate agnoſcitur.* Et pag. ſeq. Οὕτως ἐν τῇ τριάδι τὴν μονάδα νοοῦμεν, καὶ ἐν τῇ μονάδι τὴν τριάδα γνωρίζομεν. *Ita in Trinitate unitatem, & in unitate Trinitatem cognoſcimus.* Verùm de libri hujus autoritate multi dubitant. Apertiùs enim, inquiunt, & diſtinctiùs differit de Trinitate, quàm ſcriptoribus ejus ævi ſolemne eſt. Atqui Lucianus, qui eodem ferè tempore vixit, non minùs apertè & diſtinctè ſignificat, quæ tunc fides eſſet Chriſtianorum, cùm in Dialogo, qui inſcribitur Φιλόπατρις, ἢ διδασκόμενος, more ſuo religionem eorum irridet his omninò verbis: Κρι. καὶ τίνα ἐπομόσωμαί γε; Τρι. ὑψιμέδοντα Θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, οὐρανίωνα, υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία. *Quemnam igitur tibi jurabo? Deum altè regnantem, magnum, immortalem, cœleſtem, filium patris, ſpiritum ex patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria.* Fruſtra ſunt, qui ex Clemente Alex. hanc vocem afferunt, qui Stromat. lib. IV. p. 495. Πρόκειται δὲ τοῖς εἰς τελείωσιν σπεύδουσιν ἡ γνῶσις ἡ λογική. ἧς θεμέλιος ἡ ἁγία τριάς· πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. Interpres: *Iis autem, qui tendunt ad perfectionem, eſt propoſita cognitio rationalis, cujus fundamentum eſt ſancta Trinitas, fides, ſpes, charitas.* Hic enim τριὰς non eſt *Trinitas*, ſed *triga.* Inde etiam patet, quid de Liturgia S. Jacobo adſcripta, ſit ſentiendum, in qua vocabulum τριὰς, Apoſtolorum tempore nondum uſitatum, ſæpiùs legitur. Pag. 4. Τριὰς εἷς Θεός. *Trinitas eſt unus Deus.* Pag. 6. ἁγία τριὰς, *ſancta Trinitas.* Pag. 33. προσκυνητὴ τριὰς, *adoranda Trinitas.* Pag. 39. ὁμοούσιος τριὰς, *coëſſentialis Trinitas.* Id autem certum eſt, hanc vocem poſt dictam Synodum Alexandrinam frequentiſſimè fuiſſe uſurpatam. S. Macarius, qui vixit circa annum CCCL. Homiliam XII. his verbis claudit: Δόξα καὶ προσκύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. *Gloria & adoratio Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, in ſecula, amen.* Clariſſimè Homil. XVII. Δόξα τῇ ὁμοουσίῳ τριάδι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. *Gloria conſubſtantiali Trinitati in ſecula, amen.* Aliorum teſtimonia in ſequentibus paſſim apparebunt.

II. *Varia elogia & epitheta.* Zacharias Mitylenenſis ſub finem diſputationis ſuæ de mundi opificio: Θεία τριὰς, καὶ τρισσὴ καὶ ἁγία μονάς. *Divina Trinitas, & trina ac ſancta unitas.* Item: Τριὰς ἄκτιστος, ἀΐδιος καὶ ὁμοούσιος, ἡ πρώτη καὶ μακαρία φύσις, καὶ τῶν ὅλων ἀρχὴ, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης, καὶ τὸ ὄντως ὄν. *Trinitas increata, æterna & conſubſtantialis, prima & beata natura, & rerum principium, copioſa & ſine invidia bonitas: & ipſum verè Ens.* Dionyſius Areopagita, de myſtica Theologia, initio cap. I. pag. 707. Τριὰς ὑπερούσιος καὶ ὑπέρθεος, καὶ ὑπερ-

ὑπεράγαθος. *Trinitas ſuperſubſtantialis, & ſupraquam divina, & ſupraquam bona.* Idem, cap. II. de div. Nominibus, ſect. 4. pag. 419. Ἡ ἑναρχικὴ τριὰς, ἡ ὑπεράγαθος ἀγαθότης, ἡ ὑπέρθεος θεότης, ἡ ὑπὲρ ἑναρχίαν ἑνότης. *Unitatis princeps Trinitas, ſupraquam bona bonitas, ſupraquam divina divinitas, unitas ſupra principium unitatis.* Et cap. III. ſtatim poſt initium, pag. 449. ἀγαθαρχικὴ καὶ ὑπεράγαθος τριάς. *Trinitas, quæ boni principium eſt, & bonum ſuperat.* A' Chryſoſtomo vocatur τριὰς ἁγία καὶ ἄχραντος, *ſancta & incontaminata Trinitas.* Item, ἄκτιστος, ἄτρεπτος, ἀναλλοίωτος, ὁμοούσιος Τριάς. *Increata, immutabilis, conſubſtantialis Trinitas.* Greg. Nazianzenus Orat. I. vocat ἀρχικὴν, καὶ βασιλικὴν, καὶ μακαρίαν Τριάδα, *principalem, & regiam, atque beatam Trinitatem.* Orat. XIII. pag. 204. vocatur Τριὰς προσκυνητὴ, βασιλικὴ, ὁμόθρονος, ὁμόδοξος, ὑπερκόσμιος, ὑπέρχρονος, ἄκτιστος, ἀόρατος, ἀναφὴς, ἀπερίληπτος. *Trinitas adoranda, regia, ejuſdem throni & gloriæ, mundo ſublimior, tempore ſuperior, increata, inviſibilis, tactus & comprehenſionis expers.* A Photio, epiſt. I. pag. I. ἡ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν, καὶ πάντων αἰτία καὶ δημιουργὸς, ἡ ἑνοειδὴς καὶ ὑπέρθεος τῆς Τριάδος θεότης. *Eſſentia quæ ſuperat intellectum, rerum omnium cauſſa, & opifex, uniformis illa & tranſcendens Deum Trinitatis deitas.* Ab Ephræm, Theopolit. Patriarcha, in Biblioth. Photii, Cod. CCXXVIII. pag. 773. ὑπερτάτη καὶ πανίερος πηγὴ τῆς ἀγαθότητος, ἡ ὁμοούσιος τριάς. *Supremus, ſacratiſſimusq; bonorum omnium fons, conſubſtantialis Trinitas.* A' S. Maximo, de Charitate Cent. IV. cap. LXXVII. vocatur ἁγία, καὶ ὁμοούσιος καὶ προσκυνητὴ Τριὰς, *ſancta, conſubſtantialis & adoranda Trinitas.* Ab Oecumenio, in cap. IV. Actor. pag. 23. ζωαρχικὴ Τριὰς, *vitæ autor principalis Trinitas.* A Nicephoro Conſtantinop. in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 307. Τριὰς ὁμοούσιος, ὑπερούσιος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, ἀχώριστος, ἀναλλοίωτος, ἁπλῆ, καὶ ἀμερὴς, καὶ ἀσύνθετος· ἀδιάστατος, ἀΐδιος, ἀσώματος, ἄποιος, ἄποσος, ὁμότιμος, ὁμόδοξος, καὶ ὁμόθεος· ἀναφής τε καὶ ἀψηλάφητος, καὶ ἀσχημάτιστος· ἀπειράγαθος· φῶς ἀειλαμπὲς, τριλαμπὲς, ὑπέρφωτον. *Trinitas conſubſtantialis, ſuperſubſtantialis, inviſibilis, incomprehenſibilis, inſeparabilis, immutabilis, ſimplex, & individua, atque incompoſita: dimenſione carens, æterna, incorporea, ſine qualitate, ſine quantitate, ejuſdem honoris & gloriæ & deitatis: intactilis & intacta, ſine figura, infinitè bona: lumen ſemper lucens, tripliciter lucens, plus quàm lucidum.* A' Baſilio Seleucienſi, Orat. XXXIX. pag. 208. ἡ ἄναρχος τῶν ὄντων ἀρχή. ἡ πλουσία τῶν ἀπαυγασμάτων πηγή. ἡ παγκαλὴς τῶν καλῶν καλλονή. τριὰς ἐν μονάδι γνωριζομένη, καὶ μονὰς ἐν τριάδι προσκυνουμένη. *Originis expers rerum origo: prædives emicantis lucis fons: venuſtiſſima præ omni ornamento pulchritudo: Trinitas in unitate cognita, & unitas in Trinitate adorata.* A' Cæſario, Dial. I. Interrogat. III. τρίστομος καὶ τριεαίνναος κρήνη τῆς θεότητος, *fons Deitatis tribus oſtiis æternùm fluens.*

III. *Trinitatis demonſtratio.* Deum, qui eſſentiâ eſt unus, perſonis eſſe trinum, demonſtratur.

1. *ex veteri Teſtamento.* Veteres præcipuè afferunt creationem hominis ad imaginem Dei: & illud Dei ad Deum alloquium, Geneſ. I. 26. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram.* Greg. Nyſſenus, Orat. I. in iſta verba Dei, t. I. pag. 140. Ἔμαθες ὅτι δύο πρόσωπα, ὁ λέγων, καὶ πρὸς ὃν ὁ λόγος. *Didiciſti, duas eſſe perſonas; unam, quæ loquitur; alteram, ad quam dirigitur oratio. Cur autem non dixit,* ποίησον, ἀλλὰ ποιήσωμεν ἄνθρωπον; *facito, ſed faciamus hominem? ut dominatum intelligeres: ne Patre cognito, Filium ignorares, ut ſcires Patrem feciſſe per Filium, & Filium paterna creâſſe voluntate, laudaresq; Patrem in Filio, & Filium in Spiritu Sancto. Commune eorum opus exſtitiſti, ut ipſos pariter adores & colas; ne venerationem cultumq; dividas, ſed unam eſſe agnoſcas Deitatem.* Ἵνα νοήσῃς τὴν δεσποτείαν, ἵνα μὴ τὸν πατέρα ἐπιγινώσκων, τὸν υἱὸν ἀγνοῇς· ἵνα εἰδῇς ὅτι πατὴρ ἐποίησε διὰ υἱοῦ, καὶ υἱὸς ἔκτισατο πατρῴῳ θελήματι· καὶ δοξάσῃς πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Οὕτω κοινὸν γέγονας ἔργον, ἵνα κοινὸς προσκυνητὴς ἀμφοτέρων ᾖς, μὴ σχίζων τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ ἑνῶν τὴν θεότητα. Pag. 141. ſcriptum eſt, ποιήσωμεν, ἵνα γνωρίσῃς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον, *ut cognoſcas Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἑνώσῃς τὴν θεότητα· ἑνώσῃς δὲ οὐ τὰς ὑποστάσεις, ἀλλὰ τῇ δυνάμει, ἵνα μίαν δόξαν ἔχῃς μὴ μεριζόμενος περὶ τὴν προσκύνησιν, μὴ μεριζόμενος εἰς πολυθεΐαν. *Fecit Deus hominem, ut unam agnoſcas deitatem: unam, inquam, non unitate perſonarum, ſed poteſtate: ut, cùm ad adorandum accedis, Deum unum laudes & colas, nec in deorum multitudinem diſtraharis.* Οὐκ εἶπεν, ἐποίησαν οἱ Θεοὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐποίησεν ὁ Θεός. ἰδία ὑπόστασις πατρὸς, καὶ ἰδία υἱοῦ, καὶ ἰδία πνεύματος ἁγίου. *Non dixit,* Fecerunt dii hominem, *ſed*, Fecit Deus hominem. *Propria eſt hypoſtaſis ſeu perſona Patris, & propria Filii, & propria Spiritus S.* Videamus, quid de eadem Hominis creatione ſentiat Baſilius M. & quomodo inde SS. Trinitatem demonſtret. Is Homil. IX. in Hexaëm. pag. 122. Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. Ἀκούεις, ὦ χριστομάχε, ὅτι τῷ κοινωνῷ τῆς δημιουργίας προσδιαλέγεται, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὃς φέρει τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ; Faciamus hominem. *Audis, ò tu qui adverſus Chriſtum pugnas, Deum ipſum ſuum in creandis rebus ſocium* (ſcribendum enim κοινωνῷ) *alloqui, per quem & ſecula fecit, qui portat omnia verbo potentiæ ſuæ?* Et pag. 123. Τίνι λέγει, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν; τίνι ἄλλῳ γε, ἢ τῷ ἀπαυγάσματι τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. *Cui dicit: Ad imaginem noſtram? Cui, quæſo, alii, quàm ei, qui ſplendor eſt gloriæ, & character ſubſtantiæ ipſius, qui eſt imago Dei inviſibilis?* Τῇ ἰδίᾳ τοίνυν εἰκόνι τῇ ζώσῃ τε καὶ εἰπούσῃ, ἐγώ τε καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Καὶ, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ταύτῃ λέγει, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. *Suæ igitur imagini propriæ, quæ vivit, & quæ dixit*, Ego & Pater unum ſumus. *Item*, Qui me vidit, vidit Patrem, *huic dicit*, Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Ὅπου μία εἰκὼν, ποῦ τὸ ἀνόμοιον; *Ubi una eſt imago, quem ibi locum obtinet diſſimilitudo?* Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ ἐποίησαν· ἔφυγεν ἐνταῦθα τὸν πληθυσμὸν τῶν προσώπων. διὰ ἐκείνων μὲν τὸν Ἰουδαῖον παιδεύων, διὰ τούτων δὲ τὸν ἑλληνισμὸν ἀποκλείων, ἀσφαλῶς ἀνέδραμεν ἐπὶ τὴν μονάδα, ἵνα καὶ υἱὸν νοῇς μετὰ πατρὸς, καὶ τῆς πολυθεΐας ἐκφύγῃς τὸ ἐπικίνδυνον. Et fecit Deus hominem: *non dixit*, fecerunt. *Evitavit hoc loco perſonarum multitudinem. Per illa namque Judæum erudiebat: per hæc verò Gentilium excludens errorem, ſecurè admodum ad unitatem recurrit: ut & Filium ſimul cum Patre intelligas & multitudinem deorum longè periculoſiſſimam effugias.* Ibidem etiam Baſilius ſolidè refellit Judæorum commentum, dicentium: Deum allocutum eſſe Angelos, quando dixit, *Faciamus hominem ad imaginem noſtram.* Neque enim ſervis ea conſultationis dignitas competit: neq; Angeli creârunt hominem: neque poteſt creatura adæquari unquam ſuo Creatori; homines autem perfecti æquales erunt Angelis: neq; una eſt imago Dei & Angelorum. Hactenus Baſilius. Theodoretus quæſt. XIX. in Geneſin, p. 15. poſtquam refutavit hæreticos: qui dixerunt,

Deum

Digitized by Google

Deum hæc locutum eſſe Angelis & improbis dæmonibus: & Judæos, qui dicunt, Deum ſibi ipſi dixiſſe, *Faciamus hominem*: tandem ſcripturam multa ἑνικῶς, *ſingulariter loqui*, ὀλιγάκις δὲ πληθυντικῶς τὴν διάλεξιν σχηματίζειν, τῶν τῆς τριάδος προσώπων ἐμφαίνοντα τὸν ἀριθμὸν, *rarò autem pluraliter ſermonem formare, quando nimirum innuat numerum perſonarum Trinitatis*, ſubjicit. Tandem, præſentem locum explicans, dicit: Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ τὸ λογικὸν διέπλαττε ζῶον, ὃ μετὰ πολλὰς ἀνακαινίζειν ἤμελλε γενεάς. ταῖς τῆς ἁγίας τριάδος ἐπικλήσεσι τελεσιουργῶν τὸ παναγίον βάπτισμα. μέλλων δημιουργεῖν τὴν ἐκεῖνα παραληψομένην τὰ μυστήρια φύσιν, αἰνιγματωδῶς καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὸν τῶν προσώπων παρεδήλωσεν ἀριθμόν· τῷ φάναι μὲν γὰρ, εἶπεν ὁ Θεὸς, τὸ κοινὸν τῆς θείας ἐδήλωσε φύσεως. ἐπαγαγὼν δὲ τὸ, ποιήσωμεν, ἐνέφηνε τῶν προσώπων τὸν ἀριθμόν. *Et hoc igitur loco, quoniam Deus animal rationale formabat, quod poſtea renovaturus erat poſt multas generationes, ſanctæ Trinitatis invocationibus ſacroſanctum Baptiſma inſtituens, cùm fabricaturus eſſet naturam, cui hæc myſteria crederentur, obſcurè identitatem ſubſtantiæ & perſonarum numerum aperuit. Dum enim inquit*, dixit Deus, *communionem divinæ naturæ indicavit: ſubjungens autem illud*, Faciamus, *expreſſit numerum perſonarum.* Οὕτω πάλιν ἑνικῶς μὲν εἰπὼν τὴν εἰκόνα, τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἔδειξεν. οὐ γὰρ εἶπε κατ' εἰκόνας, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα. ἡμετέραν δὲ εἰρηκὼς, τὸν τῶν ὑποστάσεων δεδήλωκεν ἀριθμόν. *Similiter, cùm iterum ſingulari numero dixit* imaginem, *eandem eſſe naturam oſtendit. Non enim dixit* ad imagines, *ſed* ad imaginem. *Cùm autem dixit* noſtram, *numerum perſonarum declaravit.* Reliqua apud ipſum vide Autorem. Epiphan. hæreſi XLVI. quæ fuit Tatianorum, pag.171. Ὁ Ἀδὰμ μὴ ἀπὸ γάμου ἐσπαρμένος, ἀλλ' ἐν χερσὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος πεπλασμένος, κατὰ τὸ γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. *Adam nullis propagatus nuptiis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti manu eſt effictus; quemadmodum ſcriptura teſtatur, cùm ita Pater Filium alloquens introducitur*, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Idem Epiphanius in Ancorato, pag.481. Φησὶν ὁ πατὴρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ οὐκ εἶπε, ποιήσω ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἐμήν. Ἐλέγχθητι ὁ ἔχων πεπωρωμένην τὴν καρδίαν, καὶ μάθε τὸν υἱὸν ὄντα ἀεὶ πρὸς τὸν πατέρα. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ποιήσωμεν, οὐχ ἑνός ἐστι σημαντικὸν, ἀλλὰ πατρὸς λέγοντος πρὸς τὸν υἱόν. Ἐλέγχθητι ὁ λέγων τὸν υἱὸν ἀνόμοιον τῷ πατρί. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, οὐ διέκρινεν ὁμοίωσιν υἱοῦ ἀπὸ πατρὸς, οὐδὲ διεῖλέ τι τῆς ταυτότητος τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱόν. οὐ γὰρ εἶπε, κατ' εἰκόνα ἐμὴν, ἢ κατ' εἰκόνα σὴν, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν οὐσίαν ἐδήλωσε καὶ θεότητα. Φησὶ γὰρ, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὡς εἶναι μὲν μίαν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν θεότητα. ἄνθρωπον δὲ γεγονέναι κατ' εἰκόνα τῆς μιᾶς θεότητος πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. *Dicit Pater*; Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Non dixit*, Faciam hominem ad imaginem meam. *Vel hæc ipſa verba te redarguere debent, quicunque obduratum cor habes, & diſce hinc, Filium apud Patrem ſemper exſtitiſſe. Dum enim dicit*, Faciamus, *non unum duntaxat ſignificat, ſed Patrem cum Filio colloquentem exprimit. Eadem vox te quoque convincat, quiſquis Patri diſſimilem eſſe Filium exiſtimas. Hoc enim ipſo quòd dicit*, ad imaginem noſtram, *non diſcrevit nec ulla re diviſit identitatem Patris cum Filio. Non enim dixit*, ad imaginem meam, *vel*, ad imaginem tuam, *ſed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam monſtravit eſſentiam & deitatem. Dicit enim*, ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: *ut eadem intelligatur eſſe Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti deitas: hominem verò factum eſſe ad imaginem unius deitatis Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.* Baſil. Seleuc. Orat.I. p.5. verba illa exponens, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: Μία μὲν εἰκὼν ἡ πλαττομένη, οὐχ ἑνὸς δὲ προσώπου μνήμη, ἀλλὰ τριῶν ὑποστάσεων. κοινὸν γὰρ τῆς θεότητος δημιούργημα τὸ πλαττόμενον. Τριάδα μὲν ἐμφαίνει τὴν πλάττουσαν, μίαν δὲ εἰκόνα τῆς τριάδος ὑπάρχουσαν. εἰ δὲ μία τῆς τριάδος ἡ εἰκὼν, μία τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἡ φύσις· τὸ γὰρ ταυτὸν τῆς οὐσίας ἡ τῆς εἰκόνος ἑνότης κηρύττει. *Una quidem eſt, quæ fit imago; ſed non unius perſonæ monumentum, verùm trium hypoſtaſeωn. Commune namque quod fabricatum eſt opus Deitatis, Trinitatem quidem oſtendit effectricem ſeu fictricem, unam autem eſſe Trinitatis imaginem. Quòd ſi una Trinitatis imago, una utique trium hypoſtaſeωn eſt natura: ſiquidem eſſentiæ identitatem imaginis unitas prædicat.* Anaſtaſius Sinaita, libro de creatione hominis ad imaginem Dei, paulò poſt initium: *Rurſus ait ſcriptura*: Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum. Θεὸν δὲ λέγει δηλονότι τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Deum verò intelligit, nempe Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Leontius de Sectis, Act. II. pag. 412. Ὅτι τριάς ἐστιν, ἀπὸ πολλῶν ἐστι δεῖξαι. πρῶτον, ἀφ' ὧν λέγει Θεὸς ἐν τῇ Γενέσει, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον. οὐκ ἂν γὰρ ἔλεγε πληθυντικῶς ποιήσωμεν, εἰ μὴ καὶ ἄλλοι αὐτῷ τῆς δυνάμεως ἐκοινώνουν. δεύτερον, ἀφ' ὧν πάλιν ἐν τῇ Γενέσει λέγει. ὅτι ἰδοὺ ἐγένετο Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. *Trinitatem eſſe, multis demonſtrari poteſt. Primùm ex eo, quòd Deus in Geneſi dicit*, faciamus hominem. *Non enim pluraliter dixiſſet*, faciamus, *ſi non etiam alii potentiæ hujus ſocii fuiſſent. Deinde ex eo, quod rurſus in Geneſi dicit*, Ecce factus eſt Adam ut unus ex nobis. Alia, tum Græcorum, tum Latinorum Patrum, teſtimonia, hoc ipſum ex præſenti loco adſtruentia ſtudio omittimus, quia allata facilè ſufficere poſſunt. Nec etiam ad alia Veteris Teſtamenti loca, quibus Patres ſatis frequenter in eadem materia utuntur, accedimus, ne Lectori ſimus moleſti. Hoc interim negari non debet, doctrinam de SS. Trinitatis myſterio in Veteri Teſtamento paulò obſcuriùs fuiſſe propoſitam. Id agnoſcit Theodoretus, & ſimul, cur id factum ſit, rationem reddit, Θεραπευτ. Serm.II. tom.IV.p.496. Verba ejus hæc ſunt: Ἐν Αἰγύπτῳ αὐτοὺς πλεῖστον διατρίψαντας χρόνον, καὶ τὴν πολύθεον τῶν Αἰγυπτίων μεμαθηκότας θρησκείαν, ὁ πάνσοφος Κύριος οὐκ ἐναργῶς ἅπαντα τὰ περὶ τῆς Τριάδος ἐξεπαίδευσε δόγματα, ἵνα μὴ πρόφασιν πολυθείας λάβωσιν, εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἐπιρρέποντες πλάνην. Οὐ μὴν παντάπασι τὰ περὶ τῆς Τριάδος ἀπέκρυψε δόγματα τοῖς ὕστερον ἐσομένοις, τῆς ἐντελεστέρας θεολογίας κατασπείρων τὰς ἀφορμάς. διά τοι τοῦτο μοναδικῶς μὲν νομοθετεῖ, αἰνιγματωδῶς δὲ τὴν τριάδα μηνύει. *Cùm in Ægypto diutiſſimè verſati eſſent* Judæi, *multorumq; ibi deorum cultu ritu Ægyptiaco didiciſſent, ſapientiſſimus Dominus nequaquam illis manifeſtè omnia Trinitatis myſteria tradidit, ne multitudinis deorum occaſionem ſumerent, ad impietatem Ægyptiorum propendentes. Trinitatis tamen dogmata ne tunc quidem venturis in poſterum penitus occultavit, perfectioris Theologiæ quaſi ſemina quædam diſpergens. Ideò ſingulariter quidem ſub unius nomine legem ſancit, obſcurè tamen Trinitatem indicat.* Poſtea varia ſubjicit Scripturæ loca, ex quibus Sacroſanctæ Trinitatis myſterium probat. Agmen ferè ducit illud ipſum de creatione hominis Geneſ.I. v. 26 Poſtea ſubjungit alium locum ex Geneſ.IX. v. 6. ad quem hæc habet, pag. 497. Οὐκ εἶπεν, ἐν εἰκόνι ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ἐν εἰκόνι Θεοῦ, τῶν προσώπων πάλιν δεικνὺς τὸ διάφορον. *Non dixit*, in imagine mea, *ſed* in imagine Dei, *differentiam perſonarum rurſus*

oſtendens. Eandem Trinitatem probat ex Geneſ. XI. 7. cap. XIX. v. 24. ex Pſal. XXXIII. v. 6. & ex locis aliis: quæ omnia ex ipſo Autore peti poſſunt. Sed in viam. Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 608. Ἐκήρυσσε φανερῶς ἡ παλαιὰ τὸν πατέρα, τὸν υἱὸν ἀμυδρότερον. Οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλὲς, μήπω τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος ὁμολογηθείσης, τὸν υἱὸν ἐκδήλως κηρύττεσθαι· μηδὲ τῆς τοῦ υἱοῦ παραδεχθείσης, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιφορτίζεσθαι. *Vetus teſtamentum Patrem apertè prædicabat, Filium obſcuriùs. Neque enim tutum erat, Patris divinitate nondum confeſſa, Filium apertè prædicari: nec, Filii divinitate nondum admiſſa, Spiritum Sanctum, veluti graviorem quandam*, ſi ita loqui fas eſt, *ſarcinam nobis imponi.* Jobius in Biblioth. Photii, Cod. CCXXII. pag. 612. Commentariorum lib. VII. cap. XXVII. tres facit gradus revelationis myſterii Sacroſanctæ Trinitatis: primo gradu, illud obſcurè; ſecundo, clariùs; tertio, clariſſimè revelatum fuiſſe dicit. *Libro ſeptimo aſſerit*, inquit Photius, *tres politiarum mutationes*, μεταθέσεις πολιτειῶν, *à ſacra repræſentari Scriptura:* πρώτην μὲν, τὴν ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας ἐπὶ τὴν νομικὴν πολιτείαν μετάθεσιν, ἐν ᾗ μόνος μὲν ὁ πατὴρ ἐμφανέστατα κηρύττεται, ὁ δὲ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἐν συμβόλοις μόνον παραδηλοῦται καὶ αἰνίγμασι. *Primam quidem ab idolorum cultu in legalem reipublicæ ordinationem, in qua ſolus Pater manifeſtiſſimè prædicatur: Filius autem & Spiritus ſymbolis duntaxat & ænigmatis indicantur.* Δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ ταύτης πρὸς τὸ εὐαγγέλιον, ἐν ᾗ τρανώτερον ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἀποκαλύπτεται. *Alteram verò ex hac in Evangelium, quâ magis perſpicuè Filius & Spiritus manifeſtantur.* Καὶ τρίτην λοιπὸν τὴν ἀϋλοτέραν τε καὶ θειοτέραν λῆξιν, ἐν ᾗ διαπρεπεστέρως πᾶσι τὸ τῆς Τριάδος ἑνοειδὲς, καὶ ἀμέριστον, καὶ παντοκρατορικὸν, ὡς γενητῇ φύσει δυνατὸν, εἰς ἀνθρώπων ἀδίστακτον γνῶσιν ἀφικνεῖται. *Tertiam denique illam materiæ magis expertem & diviniorem ſortem, in qua penitus Trinitatis uniformitas, & indiviſibilitas, & omnipotentia, quantum natura creata aſſequi poteſt, in hominum indubitatam pervenit cognitionem.* Hos tres gradus poſtea Scripturæ teſtimoniis probat, & eadem Gregorium Nazianzenum ſcribere affirmat: nempe Orat. XXXVII. quæ eſt de Spiritu Sancto, pag. 607. Cur verò Trinitas initiò obſcuriùs fuerit revelata, idem Jobius, Cod. eodem, paginâ 617. hanc reddit rationem: Ὅτι καθάπερ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ λαμπρὸν φῶς, καίτοι σωτήριον ὂν, ἀθρόον ἐπιβλαβέστατον· οὕτω καὶ τοῖς εἰς τὸ πολύθεον ἀποτυφλωθεῖσιν ἡ τριαδικὴ θεολογία βλαβερὸν ὑπῆρχε καὶ ἐπιζήμιον. *Quia, quemadmodum laborantibus ex oculis ſplendidum lucis jubar, etſi ſalutiferum, maximè noxium eſt: ita & multorum deorum cultu occæcatis noxia erat Trinitatis Theologia, ac pernicioſa futura.* Baſilius Seleucienſis, Orat. IX. pag. 54. 55. de eo, cur Moſes Sacroſanctæ Trinitatis myſterium Judæis non clariùs propoſuerit, ſic ſcribit: Οὔπω τὴν τριάδα κηρύττειν καιρὸς, οὔπω τὰς ὑποστάσεις κηρύττειν ἠδύνατο, ἔτι γάλακτι τρέφει θεογνωσίας τὴν νηπιώδη τὴν ἔννοιαν· ἠρκέσθη μόνῃ τῇ τῆς θεογνωσίας διδασκαλίᾳ, μίαν αὐτοῖς φύσιν ὑπαγορεύων εἶναι θεότητος, ἵνα δῆμον ὅλον θεῶν τῆς ψυχῆς ἐξορίσῃ. Ἤρκει γὰρ τοῖς ἐκ τοιαύτης πλάνης ἀποσπωμένοις τὰ πρῶτα τῆς θεογνωσίας μαθήματα. Διὰ τοῦτο διδάξας τὴν μονάδα τῆς φύσεως, τὴν τριάδα τῶν ὑποστάσεων διδάσκειν κατὰ καιρὸν ὑπερέθετο· τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς δυσπαθὲς, ἐπισφαλὲς πρὸς ἐπίγνωσιν. Φοβεῖται γὰρ μὴ τριάδα διδάσκων θεότητος, πολλούς τινας θεοὺς παρ' Ἰουδαίοις κηρύττειν νομίζηται· αἰνίγμασι δὲ μόνοις τέως χειραγωγεῖ τὰς ἀκοὰς, καὶ μικρὸν τῆς αὐγῆς ἐπανοίγων ἐπαύετο. *Nondum Trinitatem promulgare tempus erat, nondum divinas hypoſtaſes prædicare poterat: adhuc lacte divinæ cognitionis nutrit infantilem intelligentiam habentes: contentus fuit ſolâ divinæ cognitionis doctrinâ, unam illis naturam deitatis eſſe indicans, quo deorum multitudinem prorſus ex animo extirparet. Abſtractis enim à tam inſigni errore ſufficiebant prima cognitionis Dei rudimenta. Quamobrem, cùm naturæ docuiſſet unitatem, Trinitatem hypoſtaſeun opportunè diſtulit: nam animus malè affectus, in veritate indaganda facilè labitur. Quippe reformidat, ne in Deitate Trinitatem docens, multitudinem deorum apud Judæos prædicare putetur: ſolis autem ænigmatis auditores adhuc ducit, ac nonnulla quieſcit oblata luce.* Plura vide apud Autorem, qui etiam ſubjicit loca ex Moſe, quibus Trinitatis dogma ſtabilitur.

2. *ex novo Teſtamento.* Unitas eſſentiæ divinæ in Trinitate perſonarum, per doctrinam Baptiſmi, & unitatem nominis, ex Antiquitate facilè probatur. Quando Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Matthæi XXVIII. verſ. 19. Apoſtolis præcipit, *ut baptizent omnes gentes* εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, per unitatem nominis unam indicat eſſentiam Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, atque adeò indiviſam trium invocationem. In Expoſitione fidei apud Juſtinum Martyrem: Ἐν τῇ τοῦ βαπτίσματος διδαχῇ συνημμένως ἡμῖν τὸ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἓν ὄνομα παραδίδοται. τίς ἀφαιρήσεται λόγος τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα μὴ τῆς θείας οὐσίας καὶ μακαρίας ὑπάρχειν; *In doctrina baptiſmatis unitè nobis Patris & Filii & Spiritûs Sancti unum nomen traditum eſt: quænam ratio & oratio inficiando aſſerere poterit, Filium & Spiritum divinæ beatæque eſſentiæ non eſſe?* Patres Concilii Conſtantinopolitani, quod ſecundum Oecumenicum eſt, in epiſtola ſua ad Epiſcopos Occidentis, apud Theodoretum hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. IX. p. 716. de fide Nicæna ſic ſcribunt: Ταύτην καὶ ὑμῖν, καὶ ἡμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον τῆς ἀληθοῦς πίστεως συναρέσκειν δεῖ, πρεσβυτάτην οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· δηλαδὴ θεότητος καὶ δυνάμεως, καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας, καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ τελειαῖς ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις. *Hanc & vobis & nobis, & omnibus, qui veræ fidei verbum non pervertunt, probari convenit, ut quæ antiquiſſima ſit, & baptiſmati conſentanea, docens nos credere in nomen Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Ita nimirum, ut una credatur divinitas, & potentia, & ſubſtantia Patris & Filii & Spiritûs Sancti, æqualiſque dignitas, & imperium coæternum, in tribus perfectis hypoſtaſibus, ſive in tribus perfectis perſonis.* Greg. Nazianz. Orat. XL. quæ eſt in S. Baptiſma, p. 671. Βαπτίσω σε μαθητεύων εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Ὄνομα δὲ κοινὸν τῶν τριῶν ἕν, ἡ θεότης. *Baptizabo te, docens in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Nomen autem commune unum tribus, nempe Deitas.* Epiphanius hæreſi LXII. quæ eſt Sabellianorum, pag. 224. Filius dixit: Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. μέσων δὲ τιθεμένων τῶν ἄρθρων τῆς συλλαβῆς τοῦ, τοῦ, καὶ τοῦ. Καὶ ἐλέγχει τὸν Σαβέλλιον Ματθαῖος, τὸν συναλοιφὴν παρεισφέροντα. Ὅτε γὰρ καὶ σημαίνει ἀληθῶς πατέρα, ἀληθῶς υἱὸν, ἀληθῶς ἅγιον πνεῦμα· ὁπότε δὲ ὁμόστοιχος ἡ Τριὰς, καὶ ἐν ἑνὶ ὀνόματι Τριὰς καλουμένη, ἐλέγχει τὸν Ἄρειον, ὑπέρβασίν τινα διανοούμενον ἐν τῇ τριάδι, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ παραλλαγήν. Euntes baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. *Ubi dum articulus ille τοῦ ter repetitus & interjectus eſt, Sabellium redarguit Matthæus, tres perſonas in unam confundentem, quandoquidem verè Patrem, verèque Filium, ac verè Spiritum Sanctum exprimit: quando autem*

ejus-

Digitized by Google

ejuſdem ordinis ſeu dignitatis Trinitas, & uno nomine Trinitas vocatur, refellit Arium, qui inferiorem quendam in Trinitate gradum, ac varietatem, mutationemvè commentus eſt. Vide eundem in Ancorato pag. 472. Baſilius Magnus lib. V. adverſ. Eunomium, cap. XV. pag. 134. 135. Ἐν υἱῷ γνῶθι πατέρα, ἐν πατρὶ δόξαζον υἱόν. μὴ μερίσῃς τὰ ἀμέριστα, μὴ σχίζε τὰ ἄσχιστα. κἂν γὰρ θέλῃς, οὐ σχίζεται. κἂν διαῤῥήγνυνται οἱ αἱρετικοί, οὐ διαῤῥήγνυται ἡ τριάς· καὶ σεβάσμιός ἐστιν ἐν μιᾷ καὶ ἀϊδίῳ δόξῃ, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν μόνην θεότητα πανταχοῦ περιφέρουσα, ἄῤῥηκτος, ἄσχιστος, ἀδιαίρετος. *In Filio Patrem cognoſce, in Patre glorifica Filium. Ne partiaris quæ impartibilia ſunt, neſcindas quæ non ſcinduntur. Nam etſi ſcindere volueris non tamen ſcinditur: etſi dirumpuntur Hæretici, Trinitas tamen non dirumpitur: & eſt colenda in una & æterna gloria, eandem & unam ſolam Deitatem ubique circumferens, irrupta, inſciſſa, vel haud ſciſſibilis, indiviſibilis.* Et mox: Ἀχώριστον ὁρῶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Καὶ διὰ τοῦτο ναοὶ θεοῦ καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου εἰσὶ πάντες οἱ ἅγιοι, ἐν οἷς οἰκεῖ ἡ μία θεότης, καὶ μία κυριότης, καὶ ἁγιότης μία, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὸν ἕνα τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμόν. *Inſeparabilem Patris & Filii & Spiritus Sancti operationem eſſe video. Propterea templa Dei & Filii & Spiritus Sancti omnes ſancti ſunt, in quibus una Deitas, una dominatio, una ſanctitas Patris & Filii & Spiritus Sancti, per unam habitat ſanctificationem Baptiſmi.* Theophylactus in cap. XXVIII. Matthæi, pag. 184. Οὐκ εἶπεν ὁ χριστὸς εἰς τὰ ὀνόματα βαπτίζειν, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα. ὄνομα δὲ τῶν τριῶν ἕν, ἡ θεότης· εἷς οὖν θεὸς τὰ τρία. *Non dixit Chriſtus*, in nomina baptizare, *ſed* in nomine: *nomen autem trium, unum, nempe Deitas. Unus igitur Deus, tres.* Vide alia teſtimonia in voce Βάπτισμα, num. IV. ſub lit. *A.* in fine: in voce Πνεῦμα, num. II. 1. ſub lit. κ. δ. in voce Θεός, num. IV. in voce Υἱός, ubi de Deitate Filii pluribus agetur.

3. *ex Antiquitate Eccleſiaſtica.* Teſtimonia tum hic allata, tum alibi, locis jamjam notatis, partim producta, partim adhuc adducenda, SS. Trinitatis myſterium luculenter probant: nihil tamen impedit, quò minùs hic quoque alia ſubjiciamus, quibus Patres Trinitatem probant.

a. *in genere.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XXIII. p. 420. Ὅριζε δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, διδάσκων, ἕνα μὲν εἰδέναι θεὸν ἀγέννητον τὸν πατέρα. ἕνα δὲ γεννητὸν Κύριον, τὸν υἱόν· ἓν δὲ πνεῦμα ἅγιον, προελθὸν ἐκ τοῦ πατρὸς ἢ καὶ προϊὸν, θεὸν, νοητῶς νοοῦσι τὰ παρακείμενα. *Pietatis autem noſtræ doctrinam præſcribe, ſic nos inſtituens, ut Deum unum ingenitum agnoſcamus, hoc eſt, Patrem: unum item genitum Dominum, Filium videlicet: unum denique Spiritum Sanctum, à Patre procedentem aut etiam prodeuntem, Deum quoque ipſum apud eos, qui ea, quæ apponuntur, apprimè intelligunt.* Idem, Orat. XXV. pag. 441. *Adoramus* τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, μίαν θεότητα, θεὸν τὸν πατέρα, θεὸν τὸν υἱόν, θεὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα· μίαν φύσιν ἐν τρισὶν ἰδιότησι, νοεραῖς, τελείαις· καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσαις, ἀριθμῷ διαιρεταῖς, καὶ οὐ θεότητι, *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, deitatem unam, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum: unam naturam in tribus proprietatibus, intelligentibus, perfectis, per ſe ac ſeparatim ſubſiſtentibus, numero quidem diſtinctis, divinitate autem non item.* Et Orat. XXXVII. pag. 601. Ὅταν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν, καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν, καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον. ὅταν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα. *Cùm ad divinitatem, primamque illam cauſſam, uniúmque principatum & imperium, reſpexerimus, unum eſt quod mentis noſtræ oculis obſervatur. Cùm rurſus ad ea, in quibus eſt divinitas, & quæ ex prima illa cauſſa, citra ullam temporis intercapedinem, ac pari gloria ſunt, tria ſunt quæ adorantur.* Orat. XXXVII. pag. 609. Ὅστις ἐμοὶ φίλος, σεβέτω τὸν θεὸν πατέρα, θεὸν τὸν υἱόν, θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν δόξῃ καὶ τιμῇ, καὶ οὐσίᾳ, καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην. *Quiſquis mihi amicus eſt, colit Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, tres proprietates, unam divinitatem, nec gloriâ, nec honore, nec eſſentiâ, nec regno diviſam.* Harmenopulus de fide orthodoxa, pag. 578. orthodoxum de SS. Trinitate confeſſionem hunc in modum proponit: Δεῖ πιστεύειν τὸν χριστιανὸν τριάδα ὁμοούσιον, καὶ ὁμότιμον, καὶ ὁμόθρονον, εἰς μίαν συνιοῦσαν θεότητα. Τριάδα γὰρ ἐν μονάδι πιστεύομεν, καὶ μονάδα ἐν Τριάδι δοξάζομεν. Τριάδα μὲν, ὡς ἐν τρισὶ προσώποις καὶ ὑποστάσεσι τὴν θεότητα θεωρουμένην. Μονάδα δὲ, ὡς μιᾶς ὄντα ταῦτα οὐσίας τε καὶ θεότητος, καὶ ἕνα θεόν. Ἕνα γὰρ θεὸν πιστεύομεν, κἂν ἐν Τριάδι γινώσκηται. Καὶ ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν, κἂν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι δείκνυται. *Chriſtianum credere oportet Trinitatem conſubſtantialem, ejuſdem honoris & throni participem, in unam divinitatem convenientem. Trinitatem enim in unitate credimus, & unitatem in Trinitate glorificamus. Trinitatem quidem, ut in tribus perſonis & hypoſtaſibus divinitatem conſiderantes: unitatem verò, quod ejuſdem ſint eſſentiæ & divinitatis; & unum Deum. Unum enim Deum credimus, etiamſi in Trinitate cognoſcatur. Et unum Dominum confitemur, etiamſi in tribus hypoſtaſibus oſtendatur.* Vide apud eundem plura: & Programma Juſtini Imperatoris apud Evagrium, lib. V. cap. IV. pag. 170. a.

b. *in ſpecie:* idque

α. *ex una indiviſa adoratione, invocatione & collaudatione ſanctiſſimæ Trinitatis.* Patres Concilii Conſtantinopolitani, in ſymbolo illius Concilii, profitentur, *ſe credere in Spiritum Sanctum*, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, *qui cum Patre & Filio adoratur & glorificatur.* Vide etiam Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. IX. Baſil. epiſt. LXXVIII. p. 891. Ἀπόδειξις τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος, τὸ, μὴ χωρίζειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πατρὸς καὶ υἱοῦ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς βαπτίζεσθαι μὲν, ὡς παρελάβομεν· πιστεύειν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα· δοξάζειν δὲ, ὡς πεπιστεύκαμεν, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα. *Declaratio recti ſenſus in eo eſt, ſi à Patre & Filio Spiritus Sanctus non ſeparetur. Oportet enim baptizari nos, ut accepimus: credere verò, ſicut baptizamur: glorificare verò Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, quemadmodum credidimus.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XIV. pag. 221. Ἕνα ὅρον εὐσεβείας ἡγησόμεθα, προσκυνεῖν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὴν μίαν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητά τε καὶ δύναμιν, μηδὲν ὑπερσέβοντες, μηδὲν ὑποσέβοντες· τὸ μὲν γὰρ ἀδύνατον, τὸ δὲ ἀσεβές. *Unam hanc pietatis regulam nobis propoſitam eſſe ducemus, ut Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, unam in tribus perſonis deitatem & potentiam adoremus, nihil ſupercolentes, aut ſubcolentes: alterum enim fieri non poteſt, alterum nefarium & impium eſt.* Idem, Orat. XXIX. pag. 489. Προσκυνοῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα. καὶ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν. οὔτε διαιροῦμεν εἰς τρία ἀλλότρια καὶ ἔκφυλα ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν. *Adoramus Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, proprietates quidem diſtinguentes, divinitatem autem copulantes: neque aut tria in unum contrahimus, ne Sabellii morbo laboremus; aut rurſus in tria diverſa & aliena ſeparamus, ne*

in Arii furorem incidamus. Chryſoſtomus Hom.CXL. t. V. Μιᾷ προσκυνήσει λατρεύομεν μίαν τρισυπόστατον θεότητα, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀπέραντον καὶ ἀδιάδοχον. *Una adoratione colimus unam deitatem in tribus perſonis ſubſiſtentem, principio carentem, increatam, ſine & ſucceſſione carentem.* Plura vide apud Forbeſium, Inſtruct. Hiſtorico-Theol. lib. I. cap. XXIII.

β. ex δοξολογίᾳ, ſeu *hymno glorificationis: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.* De hoc hymno actum ſatis diſtinctè in voce Δοξολογία, num.II.1. Videatur etiam Forbeſius Inſtruct. Hiſtorico-Theolog. lib. I. cap. XXII. ubi expreſſè de hac Δοξολογίᾳ tractatur.

4. *Variis ſimilitudinibus.* Antequam verò ad eas accedamus, illud neceſſariò præmittendum, Patrum ſimilitudines, quas ad declarandum hoc myſterium, in omnibus propemodum rebus creatis inveſtigârunt, ad vivum reſecandas non eſſe: & apud eos quidem, qui doctrinam hanc ex verbo Dei didicerunt, adhibito delectu, uſurpari poſſe, extraneis verò non ſine ludibrii periculo iſtiusmodi picturas proponi. Leontius Epiſcopus, in Actis Concilii Nicæni, parte II. cap.XXI.p. 142. Trinitatem probat ſimili ab igne deſumto his verbis: Τὸ αἰσθητὸν τοῦτο πῦρ φύσις μία ὄν, ἤτοι οὐσία, τριάς ἐστι κατὰ ταυτὸ, πῦρ, ἀπαύγασμα, φῶς. καὶ οὐδὲν τούτων προϋπάρχει τοῦ θατέρου εὑρίσκεται, ἀλλ᾽ ἐστὶν ἀχωρίστως ἀλλήλων τὰ τρία, τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα, καὶ τὸ φῶς. *Senſilis hic ignis, qui natura vel eſſentia una eſt, tria ſimul continet, ignem, ſplendorem, lucem: neque quidquam horum ante alterum exiſtere deprehenditur, ſed inſeparabiliter hæc tria inter ſe cohærent, nempe ſplendor ex igne & lux. Ita etiam tres perſonas unum eſſe Deum* concludebat Leontius. Ibidem refertur, Philoſophum quendam, à religione Chriſtiana alienum, hoc ſimili audito, doctrinæ hujus veritatem agnoviſſe. Veteres etiam ſatis frequenter afferunt ſimile deſumtum à Sole. De utroque autem ſimili, tum ab Igne, tum à Sole petito, jam actum in vocibus Ἀπαύγασμα, & Ἥλιος, num. I. 2. ſub lit. *c.* Greg. Nazianz. Orat. XXXVII. quæ eſt quinta de Theologia, circa finem, nempe pag. 611. 612. teſtatur de ſeipſo, & aliis, quòd myſterium SS. Trinitatis adumbrare, vel explicare fuerint conati *ſimilibus ab oculo quodam, fonte & fluvio; à Sole, radio & luce; à ſplendore ſolari parieti aſſulgente, atque ex aquarum motu tremiſcente.* Sed antequam ſimilia illa propoſuiſſet, fatetur, ſe nihil invenire poſſe, cui divina natura comparari queat. Ἐγὼ πολλὰ διασκεψάμενος πρὸς ἐμαυτὸν τῇ φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ νοῦ, καὶ πανταχόθεν τὸν λόγον εὐθύνας, καὶ ζητῶν εἰκόνα τινὰ τοῦ τοσούτου πράγματος, οὐκ ἔσχον ᾧ τινι χρὴ κάτω τὴν θείαν φύσιν παραβαλεῖν. κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, φεύγει με τὸ πλεῖον, ἀφὲν κάτω μετὰ τοῦ παραδείγματος. *Cùm mentis curioſitate multùm diuque mecum conſideraſſem, atque orationem undecunque exploraſſem, rei tantæ imaginem quandam exquirens, cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda ſit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam ſimilitudinem invenerim, major tamen me pars fugit, humique cum meo exemplo relinquit.* Sub finem orationis profitetur, *ſe valere juſſiſſe* τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς σκιὰς, ὡς ἀπατηλὰς, καὶ τῆς ἀληθείας πλεῖστον ἀποδεούσας, *imagines atque umbras, ut fallaces, plurimùmque à veritate remotas,* contrà, Spiritu Sancto duce, piam fidem mordicus tenuiſſe, aliosque pro viribus docuiſſe προσκυνεῖν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν, *ut Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unam divinitatem ac potentiam, adorent.* Suo itaque exemplo nos docet, hoc myſterium piè potiùs credendum, quàm curioſiùs ſcrutandum eſſe. Id ipſum etiam nculcat Orat. XXVI. pag. 456. Μὴ περιεργάζου πατρὸς φύσιν, υἱοῦ μονογενοῦς ὕπαρξιν, πνεύματος δόξαν καὶ δύναμιν. ---Ἀρκεῖ σοι τὸ θεμέλιον ἔχειν. *Ne curioſè ſcruter Patris naturam, Unigeniti ortum, Spiritûs gloriam & potentiam. --- Satis ſuperque tibi eſt, fundamentum habere.* Et Orat. XXIX. p. 493. Ἀκούεις τὴν γέννησιν, τὸ πῶς μὴ περιεργάζου. Ἀκούεις ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ πρόϊον ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει. *Audis generationem, ne modum curioſiùs ſcruteris. Audis Spiritum ex Patre procedere, quomodo id fiat, ne curioſè indages.* Autor expoſitionis fidei apud Juſtinum: Σαφὴς ἔλεγχος ἀπιστίας, τὸ πῶς περὶ θεοῦ λέγειν. *Manifeſtum eſt argumentum incredulitatis; dicere de Deo, quomodo?* Baſilius M. Hom. XXV. quæ eſt de humana Chriſti generatione: Μὴ περιεργαζέσθω τὰ σιωπώμενα. *Ea quæ tacentur ne curioſè inveſtigentur.* Et c. XVIII. de Spiritu Sancto: Ἢ σιωπῇ τιμάσθω τὰ ἄῤῥητα, ἢ εὐσεβῶς ἀριθμείσθω τὰ ἅγια. *Vel ſilentio honorentur non dicenda, vel piè numerentur ſancta.* Præceſſit, quomodo tres numeremus perſonas, & unum tantùm Deum colamus. Plura producimus in voce Γέννησις, num. IV.

IV. *Neceſſitas.* Summè neceſſarium eſt, nos SS. Trinitatem credere. Gregor. Nazianz. Orat. I. pag. 17. Ἀναγκαῖον τὸν ἕνα θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος. *Neceſſe eſt, Deum unum retinere, & tres perſonas confiteri, atque cum ſua quamque proprietate.* Idem, Orat. XII. p. 197. Ἄπτωτος παρ᾽ ἡμῖν ἡ Τριὰς, καὶ ἀσάλευτος. οὐδὲν γε ἧττον ἢ ἐν αὐτῇ τῇ φύσει, καὶ τὸ περικόψαι τι τῶν τριῶν ἢ ἀποξενῶσαι, ἴσον ἡμῖν καὶ τὸ πᾶν ἀνελεῖν, καὶ κατὰ πάσης χωρῆσαι γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τῆς θεότητος. *Trinitas apud nos firma & immota, non minùs quàm in ſua natura manet: ac nobis idem planè eſt, trium horum aliquid præcidere, aut abalienare, quod totum ſubmovere, ac de medio tollere, nudóque capite adverſus divinitatem graſſari.* His gemina idem habet Orat. XIII. p. 212. Τὸ ἀτιμάζειν τι τῶν τριῶν ἢ χωρίζειν, ἀτιμάζειν ἐστὶ τὴν ὁμολογίαν. τὸ μὲν τὴν ἀναγέννησιν, τὸ δὲ τὴν θεότητα, τὸ δὲ τὴν θέωσιν, τὸ δὲ τὴν ἐλπίδα. *Trium aliquid contemnere, aut ſeparare, confeſſionem ipſam contemnere eſt, hoc eſt, regenerationem, divinitatem, deificationem, ſpem.* Ad hæc verba Elias Cretenſis: *Hoc eſt, regenerationem. Confeſſionem dividit in regenerationem, quæ fit per Baptiſmum; in deitatem trium perſonarum, per quam deificantur, qui regenerantur; in deificationem regeneratorum; & in ſpem hujusmodi deificationis, & alterius vitæ bonorum.* Et Orat. XXVI. pag. 457. teſtatur, ſine confeſſione Trinitatis neminem Chriſtianum eſſe poſſe. Τὸ μέγιστον, inquit, ἡ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπίγνωσις, καὶ ὁμολογία τῆς πρώτης ἡμῶν ἐλπίδος. Τούτων τί μεῖζον, τί δαὶ κοινότερον; τὰ δ᾽ ὑπὲρ ταῦτα, κἂν τῷ σπανίῳ τὸ τιμιώτερον ἔχῃ, ἀλλὰ τῷγε ἀναγκαίῳ τὸ δεύτερον. ὧν γὰρ ἄνευ τὸ εἶναι χριστιανὸν οὐχ οἷόν τε, ταῦτα τῶν ὀλίγοις ἐφικτῶν χρησιμώτερα. *Illud maximum eſt, Patris & Filii & Spiritus Sancti agnitio, & confeſſio primariæ ſpei noſtræ. Quid his majus ac ſublimius? quid rurſus communius? At quæ ultra hæc ſunt, tametſi ob raritatem præſtantiora ſint, tamen, ſi neceſſitatem ſpectemus, poſteriores partes tenent. Nam quæ hanc rationem habent, ut iis remotis atque ſublatis, ne Chriſtianus quidem ullus eſſe poſſit, hæc profectò iis utiliora ſunt, quæ tantummodò à paucis percipi atque comprehendi poſſunt.* Rurſus, Orat. XXXI. pag. 507. diſertè affirmat, eum, qui unam Trinitatis perſonam negat, attamen, etiamſi reliquas agnoſcat, Deo gratum eſſe non poſſe: unde iterum manifeſtè colligitur, quàm neceſſaria ſit SS. Trinitatis confeſſio. Verba ejus adſcribo: Ὅταν ἀτιμάζῃς υἱὸν, ἵνα τιμήσῃς πατέρα, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμήν. ἐπ᾽ ἀτιμίᾳ τοῦ υἱοῦ, ὁ πατὴρ οὐ δοξάζεται. --- Εἰ ἀτιμάζεις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ὁ υἱός· εἰ γὰρ καὶ μὴ ὡς υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ᾽ οὖν

ἐκ

ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός. Ἢ τὸ πᾶν τίμησον, ἢ τὸ ὅλον ἀτίμασον, ἵνα ἀκόλουθος τοῖς σεαυτοῦ τυγχάνῃς. Οὐ δέχομαί σου τὸ ἐξ ἡμισείας εὐσεβές· ὅλον εὐσεβῆ μὲν εἶναί σε βούλομαι. *Si Filium contemnis, ut Patrem honores, honorem tuum non recipit. Cum contemtu Filii Pater nequaquam glorificatur. --- Si Spiritum Sanctum aſpernaris, honorem tuum non recipit Filius. Tametſi enim non eodem, quo Filius, modo ex Patre eſt, attamen ex eodem Patre eſt. Aut totum honore affice: aut totum contemne, ut ſaltem tibi ipſi conſtes. Dimidiatam iſtam pietatem improbo.* Iterum Orat. XL. pag. 670. Ὅ, τι ἂν ὑφέλῃς τῶν τριῶν τῆς θεότητος, τὸ πᾶν ἔσῃ καθῃρηκώς, καὶ σεαυτοῦ τὴν τελείωσιν. *Si cui ex his tribus divinitatem detraxeris, totum evertes, tibique ipſi perfectionem adimes.* SS. Trinitatem negare, Judaicum eſt: perſonas facere inæquales, Ethnicum. Photius, epiſt. I. p. 5. Ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τὴν τριαδικὴν μοναρχίαν καὶ κυριότητα, Ἰουδαϊκόν ἐστι καὶ μισόχριστον, οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους φύσεις καὶ ἀνομοίους οὐσίας τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἑνιαίαν θεότητα, ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ πολύθεον. *Prout Judaicum eſt, & Chriſti oſorem præ ſe fert, Monarchiam & dominatum Trinitatis in unicam perſonam concludere; ita quoque in naturas inæquales ac diſſimiles ſubſtantias omnem ſubſtantiam excedentem & omnem naturam exſuperantem, unicamque divinitatem dividere, Paganorum proprium eſt multitudinem deorum ſubintroducentium.* Qui SS. Trinitatem non confitetur, non eſt Chriſtianus, ſed hæreticus, &, juxta leges politicas, punitur. Balſamon in Collectione Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. Tit. I. Ὁ μὴ δοξάζων τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἐν μιᾷ θεότητι ἰσοδύναμον, οὔτε χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' ἄφρων ἐστί, καὶ αἱρετικός, καὶ ἄτιμος, καὶ τιμωρεῖται. *Qui ſacroſanctam Trinitatem, in una Deitate paris poteſtatis, haud glorificat: ne Chriſtianus quidem dicitur: ſed veſanus, hæreticus, & infamis eſt, & punitur.*

V. *Perſonarum in SS. Trinitate* ταυτότης *vel* ἑνότης, *& diſtinctio.* De his ſeparatim agere vix poſſemus, quia ſancti Patres utrumque, ut plurimum, iiſdem explicant ſententiis. Sufficiat Lectori eorum videre teſtimonia; non omnia, quæ afferri poſſent; id enim nimis foret longum, & fortè etiam tædioſum; ſed ex infinitis quædam ſelectiora. Damaſus in Confeſſione ſua, apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XI. p. 721. Εἴ τις μὴ εἴπῃ τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, ἐξουσίαν, δυναστείαν μίαν, δόξαν, κυριότητα μίαν, βασιλείαν μίαν, θέλησιν καὶ ἀλήθειαν, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non dixerit Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti unam divinitatem, auctoritatem, poteſtatem unam, gloriam, dominatum unum, regnum unum, voluntatem & veritatem, anathema ſit.* Gregorius Nyſſenus: Orat. II. t. II. p. 33. Μία καὶ ὁμοία ἡ ἐνέργεια πατρός, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, μία ἰσχύς, καὶ μία δύναμις, μία θέλησις, μία γνώμη. ὅσα γὰρ ἂν πράττῃ ὁ πατήρ, ἀχώριστός ἐστι καὶ συμπαράκλητος ὁ υἱός. καὶ ὅσα ἂν ἐπιτελῇ ὁ υἱός, ἢ τὸ πανάγιον πνεῦμα, συνεργεῖ πάντως ἀδιαιρέτως ὁ πατήρ. οὐδὲ γὰρ ὁ υἱὸς δίχα πατρὸς ἀφ' ἑαυτοῦ καθ' ἑαυτὸν ποιεῖ τι, οὐδὲ ὁ πατὴρ πάντως χωρὶς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, οὔτε πάλιν τὸ πνεῦμα ἄνευ τοῦ υἱοῦ καὶ πατρὸς ἐργάζεταί τι. *Una & ſimilis Patris & Filii & Spiritûs Sancti efficacitas, una virtus, una poteſtas, una voluntas, una ſententia. Quæcunque enim facit Pater, indiviſus cooperator eſt & Filius: & quæcunque perfecerit Filius aut ſanctiſſimus Spiritus, omnino cooperatur indiviſè Pater; neque enim Filius ſine Patre à ſe ipſo per ſe ſolus quid facit, neque ullo modo Pater ſine Filio & Spiritu Sancto, nec rurſus Spiritus ſine Filio & Patre quippiam operatur.* In expoſitione Fidei apud Juſtinum M. pag. 172. 173. ad quæſtionem, *Quomodo ſit unus Deus, neque differat* τὸ γεννῶν τοῦ γεννωμένου, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν τοῦ ἀφ' οὗπερ ἐκπορεύεται, *id quod gignit ab eo quod gignitur; & quod procedit ab eo unde procedit?* reſpondetur: Τὸ ἀγέννητον, καὶ γεννητόν, καὶ ἐκπορευτὸν οὐκ οὐσίας ὀνόματα, ἀλλὰ τρόποι ὑπάρξεως. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ὑπάρξεως τοῖς ὀνόμασι χαρακτηρίζεται τούτοις. Ἡ δὲ τῆς οὐσίας δήλωσις τῇ θεὸς ὀνομασίᾳ σημαίνεται, ὡς εἶναι τὴν διαφορὰν τῷ πατρὶ πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα, κατὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον. τὸ δὲ ταυτόν, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Εἰ γὰρ ὁ μὲν ἀγεννήτως ἔχει τὸ εἶναι, ὁ δὲ γεννητῶς, ὁ δὲ ἐκπορευτῶς, τὰ τῆς διαφορᾶς ἐπιθεωρεῖσθαι πέφυκεν. Εἰ δὲ καὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τὸ κατ' οὐσίαν εἶναι σημαίνει, τῷ κοινῷ τῆς θεότητος ὀνόματι παραδηλοῦται. Ingenitum, & Genitum, & Procedens, *non ſunt eſſentiæ nomina, ſed exiſtentiæ modi: modus autem exiſtentiæ nominibus hiſce denotatur. Eſſentiæ autem ſignificatio, nomine DEI deſignatur; ita ut ſit differentia Patri ad Filium & Spiritum juxta exiſtentiæ modum: unitas autem ſive identitas, juxta eſſentiæ rationem. Nam ſi ea, quæ differentiæ ſunt, contemplatione perſpicienda veniant: hic quidem, eſſe ſuum obtinere dicitur, ut ingenitus; hic autem, ut genitus; hic verò, ut procedens. Sin verò etiam hypoſtaſis ejus natura & eſſentia ſit ſignificanda. Communi Deitatis appellatione ea declaratur.* Apud eundem, Reſponſ. CXXIX. ad Orthodoxos, pag. 290. Εἷς ἐστιν ὁ θεός, ἡ τριὰς τῇ μονάδι τῆς οὐσίας, χωρὶς πάσης κατὰ τοῦτο διαιρέσεως καὶ κρίσεως. --- Διαφορὰ δέ ἐστιν ἐν μὲν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι κατὰ τοὺς τρόπους τῆς τῶν ὑποστάσεων ὑπάρξεως. *Unus eſt Deus, Trinitas, ipſâ eſſentiæ unitate, citra omnem, quantum ad hoc pertinet, diſcretionem & diſtinctionem. --- Differentia autem eſt, in ſancta quidem Trinitate, juxta hypoſtaſeων ſeu perſonarum exiſtentiæ modos.* Chryſoſt. Hom. CII. t. V. p. 667. Τῆς ἁγίας καὶ ἀθανάτου καὶ προσκυνητῆς τριάδος τὴν φύσιν οὐ τέμνει λόγος, οὐ μερίζει χρόνος, οὐ διΐστωσιν αἰῶνες. οὐδὲν γὰρ μεταξὺ πατρός, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. *Naturam ſanctæ & immortalis, adorandæque Trinitatis, non ratio dividit, non tempus partitur, non ſecula diſtinguunt. Nihil enim intercedit inter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Greg. Nazianzenus, Orat. XXIII. pag. 422. Κοινὸν πατρὶ μὲν καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τὸ μὴ γεγονέναι, καὶ ἡ θεότης. υἱῷ δὲ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τὸ ἐκ τοῦ πατρός. ἴδιον δέ, πατρὸς μέν, ἡ ἀγεννησία· υἱοῦ δέ, ἡ γέννησις, πνεύματος δὲ ὁ ἡ ἔκπεμψις. *Hoc Patri & Filio & Spiritui Sancto commune eſt, quòd minimè creati ſunt, atque ipſa divinitas. Hoc autem Filio & Spiritui Sancto, quòd uterque eorum ex Patre eſt. At verò Patris proprietas hæc eſt, quòd ingenitus ſit: Filii, quòd genitus: Spiritûs Sancti, quòd procedat,* vel *miſſio.* Idem, Orat. XXXII. pag. 520. Φύσις τοῖς τρισὶ μία, θεός· ἕνωσις δέ, ὁ πατήρ, ἐξ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἀνάγεται τὰ ἑξῆς. οὐχ ὡς συναλείφεσθαι, ἀλλ' ὡς ἔχεσθαι μήτε χρόνου διείργοντος, μήτε θελήματος, μήτε δυνάμεως. *Natura his tribus una, Deus eſt. Unio verò eſt Pater, ex quo, & ad quem ea, quæ deinceps ſequuntur, referuntur: non ut confundantur ac permiſceantur, ſed ut cohæreant: nimirum nec tempore ea ſecernente atque diſtinguente, nec voluntate, nec potentiâ.* Et Orat. XXXVII. p. 601. Ἡμῖν εἷς θεός, ὅτι μία θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. Οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον θεός· οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον· οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, ἀλλ' ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, ἡ θεότης. *Nobis Deus unus eſt, quoniam una deitas, atque ad unum, ea quæ ex eo ſunt, referuntur, etiamſi tres perſonas credimus. Neque enim hoc magis, illud minus eſt Deus, nec hoc prius, illud poſterius. Nec voluntate ſcinduntur, nec potentiâ dividuntur, ſed individua in dividuis eſt divinitas.* Iterum Orat. XXXIX. pag. 630. *Quando de Deo loquor,* Ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί. Τρισὶ μέν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, εἴτινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα· ἑνὶ δέ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος. διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, καὶ συνάπτε-

ται διῃρημένως, *uno eodemq; triplici lumine perſtringamini: triplici quidem, quantum ad proprietates ſive hypoſtaſes, ſi cui hoc verbum magis arridet, ſive perſonas. Uno autem, quantum ad ſubſtantiæ, hoc eſt, divinitatis rationem. Diſtinguitur enim indiſtinctim, & diſtinctim connectitur.* Theophylactus, in cap. X. Joh. pag. 716. Filium ita loquentem introducit: Εἰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσι διαφέρομεν, ἀλλ' οὐ χωρίζονται αἱ ὑποστάσεις καὶ διΐστανται, ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις εἰσὶν ἀσυγχύτως ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐφ' ἡμῶν ὁ πατὴρ κεχώρισται τοῦ υἱοῦ, καὶ τῇ φύσει ἕν εἰσιν, οὕτως ἄρα καὶ ἐπὶ τῶν θείων ὑποστάσεων· ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις εἰσὶν ἀσυγχύτως. διὸ καὶ ἡμεῖς τρεῖς ἄνθρωποι λεγόμεθα ὡς ταῖς ὑποστάσεσι διεστάμενοι, καὶ οὐχ ἓν κυρίως ὄντες. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος εἷς Θεὸς, ἀλλ' οὐ τρεῖς, διὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων ἀσύγχυτον ἐν ἀλλήλοις περιχώρησιν. *Quamvis per hypoſtaſes differimus, non tamen ſeparantur hypoſtaſes, ſed in ſeipſis ſunt abſque confuſione alter in altero Pater & Filius. Non enim ſicut apud nos pater ſeparatus eſt à filio, quamvis naturâ idem ſint, ita & in divinis perſonis: ſed in ſe ipſis alter in altero ſunt abſque confuſione. Propterea nos tres quidem homines dicimur, utpote ſubſiſtentes ſeparati, & non unum propriè exiſtentes. In divina autem Trinitate unus Deus, ſed non tres dii, propter perſonarum inconfuſam intra ſe immanentiam*, alii barbarè *circuminceſſionem* vocant. Eulogius, Archiepiſcopus Alexandr. in Biblioth. Photii, Cod. CCXXX. p. 864. Μονὰς ἀληθῶς ἡ Τριὰς, καὶ τριὰς ἡ μονὰς οὔτε διότι μονὰς, τὴν τριάδα συστέλλουσα· οὔτε διότι τριὰς, τὴν μονάδα τέμνουσα· οὐδὲ γὰρ τὸ ἓν ἐπὶ τῆς θείας οὐσίας, ὡς ἐπὶ τῶν κτισμάτων, νοοῦμεν. παρ' οἷς οὐδὲ τὸ κυρίως ἕν ἐστι θεωρῆσαι. *Trinitas verè eſt unitas, & unitas eſt Trinitas: nec, quia unitas eſt, idcirco contrahit Trinitatem; nec, quia Trinitas, dividit unitatem. Neque enim* unum *in divina ſubſtantia, ut in rebus creatis intelligimus, in quibus nec unum propriè eſt intelligere.* Idem, pag. 865. Ἓν κυρίως τὸ θεῖον πληθυσμὸν οὐδένα παραδεχόμενον· ὡς ἀκριβής τε καὶ ἀληθὴς ἑνότης κατὰ τὴν φυσικὴν, εἰ χρὴ φάναι, θεωρούμενον ταυτότητα. ὅθεν εἰ καὶ ὑποστάσεις, ἢ πρόσωπα, ἢ ἰδιότητας ὀνομάζομεν, ἃ ὁ νοῦς ἔγνω, καθ' ὅσον δυνατόν ἐστιν, ἑρμηνεῦσαι βουλόμενοι. οὐ τὸ ἓν διαιροῦμεν, οὐ τὴν μονάδα μερίζομεν, οὐ τὴν ἑνάδα διασπῶμεν. ἀλλὰ τῇ ἀϊδίῳ μονότητι θεολογοῦντες ταύτην, ἐν τρισὶν αὐτὴν συνθεολογοῦμεν ὑποστάσεσιν· οὐκ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς τὰ ὑπὲρ νοῦν ὑποβάλλοντες, οὐδὲ περιεργοτικαῖς ἐρεύναις τὰ ὑπὲρ εὕρεσιν ἐνυβρίζοντες. διὸ τοὺς παρὰ ταῦτα, ἢ τὴν ἄρρητον ἑνότητα διατέμνοντας, ἢ τὸ τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων εἰς μοναδικὴν πενίαν συγκλείοντας, ὡς τῆς εὐσεβείας πολεμίους ἐκτρεπόμεθα. *Quicquid Deus eſt, propriè unum eſt, quod nullam admittit multitudinem, tanquam perfectâ veraq; ſecundum naturalem, ſi ita loquendum eſt, unitatem, ſpectatum. Unde, quamvis hypoſtaſes, ſeu perſonas, ſeu proprietates nuncupamus, quas mens cognovit, pro facultate noſtra interpretari conati, nequaquam hoc unum dividimus, aut unitatem partimur, aut unitatem divellimus; ſed hanc in æterna unitate piè perpendentes, illam in tribus perſonis unâ profitemur, neque ea, quæ ſupra mentis captum ſunt, rationi humanæ ſubjiciendo, neque curioſa & vafra inveſtigatione illa, quæ inveniri nequeunt, violando. Quapropter illos, qui hos limites egreſſi, aut unitatem hanc inenarrabilem partiuntur, aut tres perſonas ad unitatis anguſtias redigunt, ut hoſtes pietatis, averſamur.* Athanaſius, in Quæſt. miſcell. quæſt. V. t. II. pag. 442. Κοινὸν, ἡ οὐσία· κοινὸν, τὸ ἄναρχον· κοινὸν, ἡ δύναμις, ἡ ἀγαθότης, ἡ σοφία, ἡ δικαιοσύνη. πάντα ἐξ ἴσου ἔχει ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, πλὴν τῶν ἰδίων αὐτῶν. Ἴδιον γὰρ, τοῦ μὲν πατρὸς, τὸ ἀγέννητον. τοῦ δὲ υἱοῦ, τὸ γεννητόν· τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος, τὸ ἐκπορευτόν. *Communis eſt ſubſtantia: communis eſt æternitas: communis potentia, bonitas, ſapientia, juſtitia. Omnia enim æqualiter habet Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, exceptis iis, quæ ſingulis perſonis propria ſunt. Proprium enim Patris eſt, ingenitum eſſe: Filii verò, genitum eſſe: & Spiritûs Sancti, procedere.* Quæ tribus perſonis ſint communia, perſpicuè etiam tradit Theodoretus, Dial. I. pag. 6. Ὅσα περὶ τῆς θείας λέγεται φύσεως, κοινὰ ταῦτά ἐστι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οἷον, τὸ Θεὸς, τὸ κύριος, τὸ δημιουργὸς, τὸ παντοκράτωρ, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια. *Quæcunque de natura divina dicuntur, communia ſunt Patris & Filii & Spiritûs Sancti, ut Deus, Dominus, creator, omnipotens, & quæ his ſimilia.* Quæ etiam ſingulis perſonis ſint propria, ſtatim ſubjicit: Ὅσα τῶν ὑποστάσεων ὑπάρχει δηλωτικὰ, οὐκέτι ταῦτα τῆς ἁγίας Τριάδος κοινὰ, ἀλλ' ἐκείνης ἐστὶ τῆς ὑποστάσεως, ἧς ἐστιν ἴδιον. οἷον τὸ πατὴρ ὄνομα, καὶ τὸ ἀγέννητος, τοῦ πατρός ἐστιν ἴδια· καὶ αὖ πάλιν, τὸ υἱὸς ὄνομα, καὶ τὸ μονογενὴς, καὶ τὸ Θεὸς λόγος, οὐ τὸν πατέρα δηλοῖ, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ τὸν υἱόν. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, καὶ ὁ παράκλητος, τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως ὑπάρχει δηλωτικά. *Quæ hypoſtaſes ſeu perſonas deſignant, ea ſanctæ Trinitati communia non ſunt, ſed illius ſunt perſonæ, cujus ſunt propria. Ut nomen Pater, & Ingenitus, Patris ſunt propria: nomen quoque Filius, & Unigenitus, & Deum Verbum, non Patrem ſignificant, nec Spiritum Sanctum, ſed Filium: Spiritûs verò Sanctus, & Paracletus, Spiritûs perſonam deſignant.* Apud Juſtinum M. in expoſitione Fidei, p. 173. Τὸ ἀγέννητον, καὶ γεννητὸν, καὶ ἐκπορευτὸν οὐκ οὐσίας δηλωτικὰ, σημαντικὰ δὲ τῶν ὑποστάσεών ἐστιν. *Ingenitum, & genitum, & procedens non deſignant eſſentiam, ſed perſonas declarant.* Greg. Nazianzenus, Orat. XXIV. p. 429. Πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἐστι, πλὴν τῆς αἰτίας. πάντα δὲ, ὅσα τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος, πλὴν τῆς υἱότητος, καὶ τῶν ὅσα σωματικῶς περὶ αὐτοῦ λέγεται διὰ τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν. *Omnia, quæcunque Pater habet, Filii ſunt, exceptâ cauſſa: quidquid item Filius habet, idem quoque Spiritûs Sancti eſt, ſi filiationem, eaq; omnia exceperis, quæ corporea ratione de eo prædicantur, propter me hominem, meamq; ſalutem.* Idem, Orat. XXXI. pag. 509. Μήτε συνάψῃς πλέον ἢ καλῶς ἔχει, μήτε διέλῃς κακῶς, μήτε εἰς ἓν πρόσωπον συνέλῃς τὰ τρία, μήτε ἐργάσῃ τρεῖς ἀλλοτριότητας φύσεων. Καὶ τὸ ἓν ἐπαινετὸν καλῶς νοούμενον, καὶ τὰ τρία καλῶς διαιρούμενα, ὅταν προσώπων, ἀλλὰ μὴ θεότητος ἡ διαίρεσις ᾖ. *Nec plus, quàm æquum eſt, conjungas, nec ſceleratè dividas: nec in unam perſonam tria contrahas, nec tres naturarum diverſitates efficias. Et unum laudabile eſt, cùm rectè intelligitur: & tria, cùm rectè diſtinguuntur: nempe cùm perſonarum diſtinctio facta fuerit, non divinitatis.* Et Orat. XXXVII. p. 598. Ἓν τὰ τρία θεότητι, καὶ τὸ ἓν τρία ταῖς ἰδιότησι. *Tria hæc unum, ſi divinitatem ſpectes, & unum tria, ſi proprietatum rationem habeas.* Iterum, Orat. XL. p. 668. dicit, *Hanc tibi de Deo* ὁμολογίαν *trado*, τὴν μίαν θεότητά τε καὶ δύναμιν ἐν τοῖς τρισὶν εὑρισκομένην ἑνικῶς, καὶ τὰ τρία συλλαμβάνουσαν μεριστῶς, οὔτε ἀνώμαλον οὐσίαις ἢ φύσεσιν, οὔτε αὐξομένην, ἢ μειουμένην ὑπερβολαῖς καὶ ὑφέσεσι, πάντοθεν ἴσην, τὴν αὐτὴν πάντοθεν, ὡς οὐρανοῦ κάλλος καὶ μέγεθος, τριῶν ἀπείρων ἄπειρον συμφυΐαν· Θεὸν ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ θεωρούμενον. ὡς πατέρα καὶ υἱὸν, ὡς υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα φυλασσομένης ἑκάστῳ τῆς ἰδιότητος. Θεὸν τὰ τρία σὺν ἀλλήλοις νοούμενα, ἐκεῖνο διὰ τὴν ὁμοουσιότητα, τοῦτο διὰ τὴν μοναρχίαν. Οὐ φθάνω τὸ ἓν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι, οὐ φθάνω τὰ τρία διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἓν ἀναφέρομαι. *unam deitatem & potentiam, quæ in tribus conjunctim invenitur, & tria diviſim comprehendit, nec ſubſtantiis aut naturis inæqualis eſt, nec præſtantiis aut ſubmiſſionibus augetur vel minuitur, ſed undiquaq; æqualis eſt, undiquaq; eadem, non ſecus ac cæli pulchritudo & magnitudo: trium infinitorum infinitam conjunctionem, Deum unumquemq;, ſi ſeparatim conſideretur, ut Patrem ſic Filium, ut Filium ſic & Spiritum S. ſervata ſua cuique proprietate. Deum rurſus tria hæc, ſi ſimul cogi-*

Digitized by Google

cogitentur, illud, propter eandem eſſentiam, hoc, propter unum principatum. Vix unum animo concepi, cùm ſtatim trium lumine circumfundor. Vix tria diſtinguere incipio, cùm ad unum ſtatim ſublimis feror. Rurſus Orat. LI. p. 739. In SS. Trinitate eſt ἄλλος καὶ ἄλλος, non ἄλλο καὶ ἄλλο. Verba Nazianzeni ſunt: Ἐπὶ τῆς τριάδος ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν. οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι. *In Trinitate eſt alius atque alius, ne perſonas confundamus: non autem aliud atque aliud, quoniam tria, quoad divinitatem, unum & idem ſunt.* Vide eundem Orat. XLV. p. 719. & 720. Leontius de Sectis. p. 388. Ἡ ἡμετέρα πίστις ἐστὶν, ὅτι μία ἐστὶ θεότης ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι νοουμένη. Ἔστι δὲ μία ὑπόστασις ἡ τοῦ πατρὸς, καὶ μία ἡ τοῦ υἱοῦ, καὶ μία ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Ταῦτα δὲ τὰ τρία οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα· κατὰ τὸ, τὸν μὲν εἶναι πατέρα, τὸν δὲ υἱὸν, τὸ δὲ πνεῦμα ἅγιον. *Noſtra fides eſt, unam divinitatem in tribus hypoſtaſibus conſiderari. Eſt autem una hypoſtaſis Patris, & una Filii, & una Spiritûs Sancti. Hæc verò tria inter ſe nihil differunt, niſi ſecundum ſolas proprietates: quatenus nimirum alius quidem Pater eſt, alius verò Filius, alius Spiritus Sanctus.* Damaſcenus, Orthod. fidei lib. III. cap. VI. p. 196. Οὐ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ὑποστάσεις κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὰ συμβεβηκότα, ἅτινά εἰσι τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα. Χαρακτηριστικὰ δὲ ὑποστάσεως, καὶ οὐ φύσεως. *Non differunt à ſe invicem hypoſtaſes ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum accidentia, quæ ſunt proprietates denotantes. Denotant autem hypoſtaſin, non naturam.* Vide plura apud eundem, lib. I. cap. II. pag. 4 & lib. III cap. V. pag. 192. Conſuli etiam poteſt Dionyſius Areopagita, cap. II. de divinis Nominibus, pag. 418. & ad eum locum Pachymeræ Paraphraſis, pag. 443. Cæſarius, quæſt. III. p. 12. & 14. imprimis Inſtructiones Forbeſii, lib. I. cap. XXXIII.

VI. *Oppoſita*, Huc referimus varias hæreſes, SS. Trinitatis doctrinam oppugnantes.

I. Prima hæreticorum acies, à Diabolo inſtructa contra ſanam fidem de SS. Trinitate, eſt eorum, qui confundunt perſonas divinas, neque agnoſcunt Trinitatem. Itaque Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum non tres perſonas, ſed unam duntaxat intelligunt perſonam trinominem. Primus hanc hæreſin introduxit Praxeas, *eamque Victorinus quidem corroborare curavit*; ut loquitur Tertullianus in fine libri de Præſcriptionibus, cap. LIII. pag. 343. *Hic Deum*, addit Tertullianus, *Patrem omnipotentem, Jeſum Chriſtum eſſe dicit; hunc crucifixum paſſumque, contendit; mortuum præterea ſeipſum ſibi ſedere ad dexteram ſuam, cum profana & ſacrilega temeritate proponit.* Hi υἱοπάτορες dicti. Vide in voce Υἱοπάτωρ. Eandem hæreſin tuebatur *Hermogenes*, Tertulliani etiam σύγχρονος, unde non modò *Praxeani*, ſed & *Hermogeniani* dicti ſunt, teſte Auguſtino, hæreſi XLI. Eandem poſtea Noëtus quidam ſecutus eſt, à quo Noëtiani dicti. De eorum hæreſi ita Theodoretus, hæret. fab. lib. III. cap. III. pag. 228. Ἕνα φασὶν εἶναι θεὸν, καὶ πατέρα τῶν ὅλων δημιουργόν· ἀφανῆ μὲν, ὅταν ἐθέλῃ, φαινόμενον, δὲ ἡνίκα ἂν βούληται· καὶ τὸν αὐτὸν ἀόρατον εἶναι, καὶ ὁρώμενον, καὶ γεννητὸν, καὶ ἀγέννητον· ἀγέννητον μὲν ἐξ ἀρχῆς, γεννητὸν δὲ, ὅτε ἐκ παρθένου γεννηθῆναι ἠθέλησεν· ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον καὶ πάλιν αὖ, παθητὸν καὶ θνητόν· ἀπαθὴς γὰρ ὤν φησι τὸ τοῦ σταυροῦ πάθος ἐθελήσας ὑπέμεινε. Τοῦτον καὶ υἱὸν ὀνομάζουσι καὶ πατέρα, πρὸς τὰς χρείας τοῦτο κἀκεῖνο καλούμενον. *Unum dicunt Deum & Patrem eſſe, univerſorum creatorem: non apparentem illum, quando vult; & apparentem, cùm voluerit. Inviſibilemque eundem eſſe, & conſpicuum, genitum & ingenitum: ingenitum quidem ab initio, genitum verò, quando ex Virgine naſci voluit. Impaſſibilem & immortalem, rurſusque patibilem & mortalem. Impaſſibilis enim cùm eſſet, crucis, inquit, paſſionem ſua ſponte ſuſtinuit. Hunc & Filium appellant, & Patrem, prout uſus exegerit, hoc & illud nomen ſortientem.* Noëtum imitatus eſt Sabellius, qui exortus eſt circa annum CCL. De ejus hæreſi multa veteres. Theodoretus, hæret. fab. lib. II. cap. IX. pag. 223. Μίαν ὑπόστασιν ἔφησεν εἶναι τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἓν τριώνυμον πρόσωπον, καὶ τὸν αὐτὸν, ποτὲ μὲν ὡς πατέρα καλεῖ, ποτὲ δὲ ὡς υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς ἅγιον πνεῦμα. Καὶ ἐν μὲν τῇ παλαιᾷ, ὡς πατέρα νομοθετῆσαι, ἐν δὲ τῇ καινῇ, ὡς υἱὸν ἐνανθρωπῆσαι. ὡς πνεῦμα δὲ ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις ἐπιφοιτῆσαι. *Unam hypoſtaſin eſſe dixit Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & unam triplicis nominis perſonam: eandemque nunc ut Patrem vocat, nunc ut Filium, nunc ut Spiritum Sanctum. Ac in veteri quidem Teſtamento, ut Patrem, legem tuliſſe: in novo autem, ut Filium, eſſe incarnatum, & ut Spiritum Sanctum, ad Apoſtolos veniſſe.* De eodem Baſilius M. epiſt. CCCXLIX. pag. 1129. 1130. Sabellius docuit, *unum eſſe Deum, ſed* τριώνυμον, ἓνα μὲν εἶναι τῇ ὑποστάσει τὸν θεὸν, προσωποποιεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῆς γραφῆς διαφόρως, κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς ὑποκειμένης ἑκάστοτε χρείας· καὶ νῦν μὲν, τὰς πατρικὰς ἑαυτῷ περιτιθέναι φωνὰς, ὅταν τούτου καιρὸς ᾖ τοῦ προσώπου. νῦν δὲ τὰς υἱῷ πρεπούσας, ὅταν πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐπιμέλειαν, ἢ πρὸς ἄλλας τινὰς οἰκονομικὰς ἐνεργείας ὑποβαίνῃ· νῦν δὲ τὸ τοῦ πνεύματος ὑποδύεσθαι προσωπεῖον, ὅταν ὁ καιρὸς τὰς ἀπὸ τούτου προσώπου φωνὰς ἀπαιτῇ. *unum quidem in hypoſtaſi Deum eſſe, diverſimodis tamen perſonis in ſcripturis nominari, ſecundum proprietatem & exigentiam ſubjecti. Et nunc illum quidem paternas ſibi voces induere, cùm illa ei perſona ſit adhibenda. Nunc iterum illas quæ Filio congruunt: cùm ſcilicet vel ad noſtri curam agendam, aut diſpenſatorias quasvis operationes ſit deſcendendum. Spiritûs demum accipere perſonam, cùm tempus huic perſonæ congruas expetat voces.* Et epiſt. LXIV. pag. 847. Ἰουδαϊσμός ἐστιν ὁ Σαβελλισμὸς ἐν προσχήματι χριστιανισμοῦ τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι ἐπεισαγόμενος. ὁ γὰρ ἓν πρᾶγμα πολυώνυμον λέγων πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ μίαν τῶν τριῶν τὴν ὑπόστασιν ἐκτιθέμενος, τί ἄλλο ποιεῖ; οὐχὶ ἀρνεῖται μὲν τὴν προαιώνιον τοῦ μονογενοῦς ὕπαρξιν; ἀρνεῖται δὲ καὶ τὴν οἰκονομικὴν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν, τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον, τὴν ἀνάστασιν, τὴν κρίσιν· ἀρνεῖται δὲ καὶ τὰς ἰδιαζούσας τοῦ πνεύματος ἐνεργείας. *Judaiſmus eſt, Sabelliſmus iſte, ſub prætextu Chriſtianiſmi in Evangelicam prædicationem ſubinvectus. Qui enim tres illas Patris, & Filii, & Spiritus Sancti perſonas rem dixit eſſe unam, unamque trium poſuit hypoſtaſin, quid aliud facit? Annon ſempiternam, quæ ante ſecula fuit, unigeniti eſſentiam negat? Negat ſimul & per diſpenſationem illius ad homines adventum, deſcenſumque ad inferos, reſurrectionem & judicium. Negat autem & proprias ac diſcretas Spiritûs operationes.* Chryſoſtomus, Homil. VI. in epiſt. ad Philippenſes, pag. 34. *Sabellius docuit*, Ὅτι ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὀνόματα ἐστι ψιλὰ καθ' ἑνὸς προσώπου κείμενα, *Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, nuda eſſe nomina, deque una perſona poni.* Idem, Homil. VIII. in epiſt. ad Hebræos: Ἡ Σαβελλίου αἵρεσις τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα ἓν πρόσωπον εἶναι λέγει. *Sabellii hæreſis Filium, & Patrem, & Spiritum Sanctum unam perſonam eſſe dicit.* Ignatius, ep. ad Trallianos, de hæreticis: Τινὲς αὐτῶν ταυτὸν εἶναι πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον λέγουσι. *Quidam eorum, eundem eſſe dicunt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Hoc dictum non de Sabellio intelligendum: ex eo tamen hujus hæreſeωs patet antiquitas. Greg. Nazianzenus, Orat. XXV. pag. 441. Σαβελλίου ἀνάλυσις καὶ σύγχυσις, καὶ ἡ, ἵν' οὕτως εἴπω, κατάποσις, τὰ τρία συναιροῦντος εἰς ἕν, ἀλλ' οὐκ ἐν τρισὶν ὑφεστῶσι τὸ ἓν ὁρίζοντος. *Sabellii reſolutio & confuſio, atque, ut ita loquar, abſorptio,*

Digitized by Google

ptio, tres perſonas in unam contrahentis, at non unam in tribus perſonis eſſentiam conſtituentis. Theophylactus, in cap. I. Joh. pag. 556. de Sabellio: Ἐκεῖνος ἐδογμάτιζεν, ὅτι ὁ πατὴρ, καὶ ὁ ὑιὸς, καὶ τὸ πνεῦμα, ἓν πρόσωπόν εἰσι, καὶ τοῦτο τὸ ἓν πρόσωπον ποτὲ μὲν ἐφάνη ὡς πατὴρ, ποτὲ δὲ ὡς ὑιὸς, ποτὲ δὲ ὡς πνεῦμα. *Ille docuit, Patrem, Filium, & Spiritum, unam perſonam eſſe, & unicam illam perſonam apparuiſſe aliquando ut Patrem, aliquando ut Filium, aliquando ut Spiritum.* Vide eundem in cap. XXVIII. Matthæi, pag. 184. & in cap. XIV. Joh. pag. 769. Theorianus, Legat. Armen. pag. 56. Ἐπὶ τῆς θεότητος Σαβέλλιος ἔλεγε μίαν φύσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν. *Sabellius dicebat in divinitate unam eſſe naturam & unam hypoſtaſin.* Leontius de Sectis, pag. 398. Σαβέλλιος μίαν φύσιν ἔλεγε τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ μίαν ὑπόστασιν πολυώνυμον. *Sabellius dicebat unam eſſe naturam ſanctæ Trinitatis, & unam hypoſtaſin multa nomina habentem.* Et pag. 436. τὸν αὐτὸν ἔλεγε πατέρα, καὶ ὑιὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τριώνυμον πρᾶγμα ἔλεγε τὸν Θεόν. οὐκέτι τριάδα δοξάζων. *Eundem dicebat Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & rem triplicis nominis dicebat Deum eſſe: Trinitatem minimè glorificans.* Et, ante omnes alios nominandus, Epiphanius, in hæreſi Sabellianorum, quæ eſt LXII. pag. 223. Σαβελλιανοὶ τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα, τὸν αὐτὸν ὑιὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον πνεῦμα ἐδογμάτιζον, ὡς εἶναι ἐν μιᾷ ὑποστάσει τρεῖς ὀνομασίας, ἢ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ σῶμα, καὶ ψυχὴ, καὶ πνεῦμα. καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα, ὡς εἰπεῖν, τὸν πατέρα, ψυχὴν δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸν ὑιὸν, τὸ πνεῦμα δὲ ὡς ἀνθρώπου, οὕτως καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῇ θεότητι. *Sabelliani docebant, eundem eſſe Patrem, & eundem Filium, & eundem Spiritum Sanctum; ut ſint in una hypoſtaſi tres nomenclaturæ: aut velut in homine, corpus eſt, & anima, & ſpiritus. Et eſſe quidem corpus, ut ita dicam, Patrem, animam verò, ita dicam, Filium, Spiritum autem velut hominis, ita & Sanctum Spiritum in deitate.* Vide ibidem plura. Iſidorus Peluſiota, epiſtola CCXLVII. libro I. pagina 69. de eodem Sabellio ſcribit: Τὴν προσκυνητὴν καὶ μακαρίαν Τριάδα, μίαν τινὰ τριπρόσωπον ὑπόστασιν ἐξελήρησεν. *Adorandam & beatam Trinitatem, unam quandam tribus perſonis conſtantem hypoſtaſin eſſe deliravit.* Vide etiam Harmenopulum de Sectis, Sect. III. pagina 558. Zonaram item & Balſamonem ad Can. I. Conſtantinopolitani Concilii. Eadem fuit hæreſis *Montaniſtarum*; ſeu *Pepuzianorum*, de quibus Theodoretus, hæret. fab. lib. III. cap. II. pag. 227. Τινὲς αὐτῶν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς θεότητος Σαβελλίῳ παραπλησίως ἠρνήσαντο, τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντες καὶ πατέρα, καὶ ὑιὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, παραπλησίως τῷ Ἀσιανῷ Νοητῷ. *Quidam eorum tres divinitatis hypoſtaſes, ſicut Sabellius, inficiati ſunt, eundem eſſe dicentes & Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, quemadmodum Noëtas Aſianus.* Ammonius, in Catena in Johannem, ad cap. I. v. 1. p. 14. eandem hæreſin non tantùm Sabellio, ſed etiam Novato, Paulo Samoſateno & Marcello tribuit: ſcribit enim: Μίαν ὑπόστασιν λέγουσι τῆς Τριάδος Σαβέλλιος, Ναυάτος, Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Μαρκέλλος. *Unam in Trinitate hypoſtaſin affirmant Sabellius, Novatus, Paulus Samoſatenus, & Marcellus.* Pro Ναυάτος omnino Νοητὸς, *Noëtus*, reſtituendum: ejus enim hæc fuit hæreſis, ut vidimus. Simile quid docebat quidem Marcellus, non tamen eodem modo, quo Sabelliani, ut mox oſtendemus ex Theodoreto. Longè aliam fuiſſe hæreſin Pauli Samoſateni, etiam ex ſequentibus patebit.

2. Quæ fuerit *Marcelli* de Trinitate hæreſis, docet Theodoretus, hæret. fabul. lib. II. cap. X. pag. 224. his verbis: Μαρκέλλος ὁ Γαλάτης, τούτῳ μὲν παραπλησίως ἠρνήθη τῶν ὑποστάσεων τὴν τριάδα. ἔκτασιν δέ τινα τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος ἔφησεν εἰς τὸν χριστὸν ἐληλυθέναι, καὶ ταύτην θεὸν λόγον ἐκάλεσε. μετὰ δὲ τὴν σύμπασαν οἰκονομίαν πάλιν ἀνασπασθῆναι, καὶ συσταλῆναι πρὸς τὸν θεὸν, ἐξ οὗπερ ἐξετάθη. Τὸ δὲ πανάγιον πνεῦμα παρέκτασιν τῆς ἐκτάσεως λέγει, καὶ ταύτην τοῖς ἀποστόλοις παρασχεθῆναι. Καὶ ἁπαξαπλῶς ὑπέθετο τριάδα ἐκτεινομένην καὶ συστελλομένην κατὰ διαφόρους οἰκονομίας. *Marcellus Galata, ſimiliter ut ille* (Sabellius,) *perſonarum trinitatem negavit. Extenſionem verò quandam divinitatis Patris in Chriſtum veniſſe dixit, & hanc Deum Verbum appellavit. Peractâ autem universâ œconomiâ, rurſus attractam eſſe, reverſamq; ad Deum, ex quo extenſa fuit. Spiritum verò Sanctum extenſionem extenſionis eſſe dixit, & hanc Apoſtolis datum fuiſſe. Prorſusq; exiſtimavit, Trinitatem extendi & contrahi pro œconomiarum & conſiliorum diverſitate.* Epiphanius, in hæreſi contra Marcellianos, quæ eſt LXXII. pag. 355. de hoc Marcello ſcribit, *quosdam affirmâſſe*, ὀρθῶς αὐτὸν βεβιωκέναι, καὶ τῷ φρονήματι αὐτὸν ὀρθῶς ἔχειν, *eum rectè vixiſſe, & rectè quoque ſenſiſſe.* Ipſe verò Epiphanius addit, *ejus diſcipulos* τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, *tres hypoſtaſes confiteri noluiſſe.*

3. *Alii negabant, Chriſtum eſſe Deum, ac proinde etiam Sacroſanctam Trinitatem rejiciebant.* Tales erant Ebionitæ & Cerinthiani: Theodotus quidam Coriarius; Artemon; Photinus, & alii, de quibus vide in voce Λόγος, ſub *tertia Claſſe hæreticorum* χριστομάχων, ad lit. *a*. Pauca hic inſuper addimus. De Photino Theodoretus, hæret. fab. lib. II. cap. XI. pag. 224. Ὁ Φωτεινὸς, μίαν ἐνέργειαν πατρὸς, καὶ ὑιοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος εἴρηκεν, ἑτέροις ὀνόμασι τὴν τῶν Σαβελλίου δογμάτων κηρύττων διάνοιαν, *Photinus unam eſſe dixit operationem Patris & Filii & Spiritûs Sancti, aliis nominibus Sabellii ſenſum prædicans.* De Marcello, Photino & Sophronio ſic Harmenopulus de Sectis, ſect. XII. pag. 566. Τὴν ἁγίαν τριάδα μὴ ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ πνεῦμα μόνον τὸν θεὸν ὀνομάζοντες, τὸν τούτου λόγον ἐνέργειαν ἔλεγον εἶναι τῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐνοικήσασαν. *Sanctam Trinitatem non confitentes, ſed Spiritum tantùm Deum nominantes, ejus Verbum operationem eſſe dicebant inhabitantem illi, qui ex ſemine Davidis eſt.* Balſamon ad Canon. I. Concilii Conſtantinopolitani, pag. 304. *Photinus* μήτε τὴν τριάδα ὡμολόγησε, *neq; Trinitatem confeſſus eſt.* De Paulo Samoſateno Leontius de Sectis, Act. III. pag. 436. Οὐ τὸν αὐτὸν ἔλεγε πατέρα, καὶ ὑιὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα· ἀλλὰ πατέρα μὲν ἔλεγε τὸν Θεὸν, τὸν πάντα δημιουργήσαντα· ὑιὸν δὲ, τὸν ἄνθρωπον τὸν ψιλὸν, πνεῦμα δὲ, τὴν ἐπιφοιτήσασαν χάριν τοῖς ἀποστόλοις. *Non eundem dicebat Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, nimirum ut Sabellius; ſed Patrem quidem dicebat Deum, qui omnia creaverit, Filium verò, nudum hominem; & Spiritum, gratiam quæ ad Apoſtolos venerit.* Epiphanius de eodem, hæreſi LXV. pag. 262. Θεὸν πατέρα, καὶ ὑιὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἕνα εἶναι Θεὸν ἔλεγεν. ἐν Θεῷ δὲ ἀεὶ ὄντα τὸν αὐτοῦ λόγον, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὥσπερ ἐν ἀνθρώπου καρδίᾳ ὁ ἴδιος λόγος. *Deum Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum unum eſſe Deum dicebat: in Deo autem ſemper eſſe ipſius verbum, & Spiritum ipſius, quemadmodum in hominis corde eſt proprium verbum.*

4. *Alii, Tritheitæ* dicti, in ſanctiſſima Trinitate *tres ſubſtantias & naturas per omnia ſimiles dicebant*; quamvis tres deitates, aut tres deos, dicere omnino refugerent: ſic ergo impiè & abſurdiſſimè pluralitatem naturarum in una Deitate ſomniabant. De his in Bibliotheca Photii, Cod. XXIV. pag. 16. ex Actis Diſputationis Hæreticorum coram Johanne Patriarcha Conſtantinopolitano ſub Juſtino Imperatore: Οὗτοι τὰς μὲν ἄλλας περὶ τὴν θεολογίαν λέγουσι φωνὰς εὐσεβῶς, τριάδα

Digitized by Google

τριάδα ὁμοούσιον καὶ ὁμοφυῆ, καὶ Θεὸν ἕνα, καὶ μίαν θεότητα βλασφημοῦσι δὲ λέγοντες μερικὰς οὐσίας, καὶ ἰδικὰς θεότητας, καὶ ἰδικὰς φύσεις, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι, καὶ ἄλλα ἄτλα ληροῦσι παραπλήσια ταύτης τῆς ματαιότητος. *Hi, nempe Severus & Theodoſius, multas circa Theologiam pias voces adhibent, ut Trinitatem conſubſtantialem eſſe, ejuſdemq; naturæ, & unum Deum, unamq; divinitatem: blaſphemant verò, dum ajunt, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum partiales eſſe ſubſtantias, propriasq; divinitates, & proprias naturas. Ita ſecum ipſi & cum veritate pugnantes, alia plura id genus deliramenta proferunt.* Vide in voce Τριθεῖται, & Forbeſii Inſtructionum lib. III. cap. XVII.

5. Sunt etiam alii, qui & Chriſtum Deum eſſe fatentur, & Trinitatem agnoſcunt, in qua Pater non ſit Filius, & Spiritus Sanctus alius ſit à Patre & Filio; ſed Filium dicunt eſſe Deum minorem Patre etiam quoad Deitatem, & aliam eſſe Filii eſſentiam ab eſſentia Patris, neque eſſe coæternum aut æqualem Patri Filium. Spiritum verò Sanctum ne Deum quidem eſſe, ſed creaturam Filii. Hanc hæreſin introduxit Arius, Presbyter in Eccleſia Alexandrina, circa an. Chriſti CCCXXIV. eandem amplexus fuit Apollinarius. De utroque audiamus teſtimonia. Gregorius Presbyter in vita Nazianzeni, de Arianis: Μέγαν Θεὸν τὸν πατέρα, καὶ μικρὸν τὸν υἱὸν, καὶ κτίσμα τὸ ἅγιον πνεῦμα ἔλεγον. *Dixerunt magnum Deum eſſe Patrem, & parvum Filium, & creaturam Spiritum Sanctum.* Theorianus Legat. Armen. pag. 56. Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις καὶ τρεῖς φύσεις ἐκφύλως ἔλεγεν. *Arius docebat tres hypoſtaſes, & tres naturas à ſe diverſas.* Idem de Ario teſtatur Leontius de Sectis, pag. 398. De Apollinario Theodoretus, hæret. fabul. lib. IV. cap. VIII. pag. 240. *Apollinarius Laodicenus* ἐν ἐνίοις συγγράμμασι τὸ περὶ τῆς τριάδος οὐ παρέφθειρε λόγον· ἀλλ' ὁμοίως ἡμῖν καὶ τὴν μίαν τῆς θεότητος οὐσίαν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἐκήρυξεν· ἐν ἐνίοις δὲ βαθμοὺς ἀξιωμάτων ὡρίσατο, ἑαυτὸν διανομέα τῆς θείας χειροτονήσας νομῆς. αὐτοῦ γάρ ἐστιν εὕρημα, τὸ μέγα, μεῖζον, μέγιστον· ὡς μεγάλου μὲν ὄντος τοῦ πνεύματος, τοῦ δὲ υἱοῦ μείζονος, μεγίστου δὲ τοῦ πατρὸς, *in nonnullis ſcriptis ſuis doctrinam de Trinitate non violavit, ſed ſicut & nos, & unam divinitatis ſubſtantiam, & tres hypoſtaſes prædicavit: in quibusdam autem gradus dignitatum definivit, ſe ipſum divinæ diſtributionis diviſorem conſtituens. Ejus enim inventum eſt illud, magnum, majus, maximum: quaſi magnus quidem ſit Spiritus, major verò Filius, maximus Pater.* De eodem Gregorius Nazianzenus, Orat. LI. pag. 744. *Docuit*, ἐκ μεγάλου, καὶ μείζονος, καὶ μεγίστου συνιστᾶν τὴν Τριάδα, ὥσπερ ἐξ αὐγῆς, καὶ ἀκτῖνος, καὶ ἡλίου, καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς, *ex magno, & majori, & maximo conſtituere Trinitatem, hoc eſt, ex Spiritu Sancto, & Filio, & Patre, tanquam ex ſplendore, & radio, & ſole.* Vide plura in voce Υἱὸς, item in voce Πνεῦμα, num. II. 1. ſub lit. *A.* γ. δ. *c.*

6. Huc etiam referri poteſt hæreſis Euchitarum, qui contendebant, Deum corporeis oculis videri poſſe. De iis ſic Harmenopulus de Sectis, ſect. XVIII. pag. 572. *Dixerunt*, τὴν ἁγίαν Τριάδα τοῖς αἰσθητοῖς ὁρᾷν ὀφθαλμοῖς, κἀντεῦθεν τὰ μέλλοντα προβλέπειν, *ſe ſanctam Trinitatem oculis corporeis videre, atque hinc futura etiam prævidere.*

Τριβουνάλιον.

Τριβουνάλιον, *tribunalium, tribunal.* Philoſtorgius, hiſt. Eccleſ. lib. XI. cap. III. pag. 148. refert, *Rufinum, tempore Arcadii Imperatoris, interfectum fuiſſe* ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ, *in Tribunalio quod dicitur.* Autor Chronici Alexandrini ſimiliter ait, Rufinum Cæſum ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. Ἕβδομον hîc idem eſt cum Tribunalio: Τριβουνάλιον quippe in Ἑβδόμῳ fuit. Sic idem autor, anno CCCLXXXIII. Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀνηγορεύθη. De Tribunalio hoc vide Himerium, Cedrenum, Suidam, Codinum in orig. Conſtantinop. Ibi verò Imperatores inaugurati, coronatique: inter alios Valens, Arcadius, Honorius, Leo, alii. Palatiumque id erat. Himerius: Ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ τριβουναλίου. Conditum autem id à Conſtantino M. ait Codinus. Valens certè Tribunal illud, in quo creatus Auguſtus fuerat, gradibus marmoreis & tabulis ornavit, ut diſcere eſt ex Themiſtio, orat. XVI. in fine. Vide Cl. Meurſii.

Τριβοῦνος.

Τριβοῦνος, *Tribunus.* Etymologici autor: Τριβοῦνος, ὁ χιλίαρχης. Iſidorus Peluſiota, epiſt. LI. lib. I. ſcripſit Θεοπόμπῳ τριβούνῳ, *Theopompo Tribuno.* Photius in Nomocan. Tit. XIII. cap. III. in Textu, pag. 197. Εἰ δὲ ἀκούσῃ αὐτὸν τελευτῆσαι, μὴ γαμείτω, εἰ μὴ πρότερον δι' ἑαυτῆς, ἢ τῶν γονέων αὐτῆς, ἢ ἑτέρου ἀξιοπίστου, τοὺς πρώτους τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τοὺς χαρτουλαρίους ἐν ᾧ στρατεύεται, καὶ τὸν τριβοῦνον ἐρωτήσῃ εἰ τῇ ἀληθείᾳ ἐτελεύτησεν. De uxore, cujus maritus militiam ſectatur: *Quodſi ipſum deceſſiſſe audierit, ne adhuc quidem nubito, niſi prius vel per ſe, vel per parentes ſuos, aliumvè fide dignum primores & chartularios numeri, in quo ille militare ſolet & tribunum interrogârit, an revera mortuus ſit.* Vide Gl. Meurſii.

Τριγαμία.

Τριγαμία notat *tertium matrimonium.*

Aliis autem τριγαμία fuit conceſſa; aliis verò prohibita.

Conceſſa fuit τριγαμία *iis, qui quadrageſimum ingreſſi fuerant annum, & liberis ex prioribus conjugiis caruerant.* Nicephorus Chartophylax in reſp. ad Theodoſium Monachum: Περὶ τῶν τριγάμων τοῦτο παραφυλάττεσθαι διορίζομεν, ὥστε εἴτις πρὸς τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀναβεβηκὼς, πρὸς τρίτον ἑαυτὸν ἐπιρρίπτει γάμον, τοῦτον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ παρατηρήσεως, μέχρι πενταετίας ἀμέτοχον εἶναι τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ μεταλήψεως. *Hoc in trigamis obſervandum eſſe ſtatuimus, ut ſi quis, qui quadrageſimum annum expleverit, ſe in tertium matrimonium projecerit, is cum omni diligentia & obſervatione ſit uſque ad quinquennium ſacramenti communionis minimè particeps.* Ibidem ſtatim ſubjicitur: Ταῦτα δὲ φαμὲν, ὅταν μὴ τέκνα παρῇ ἐκ τῶν προτέρων γάμων μετὰ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος, τρίτην ἄγεσθαι προῃρημένοις γυναῖκα· ἐπεὶ, ἐὰν τέκνα παρῇ, ἀσυγχώρητος αὐτοῖς ἡ τριγαμία. *Hæc autem dicimus, quando ex prioribus matrimoniis non fuerint liberi iis, qui poſt quadrageſimum annum tertiam uxorem ducere voluerint: nam ſi liberos habuerint, eis nullo modo tertium permittitur matrimonium.* Eadem repetit Balſamon ad Can. IV. Baſilii ad Amphilochium, pag. 933. & ſeqq. ubi de hoc themate fusè agitur.

Probibita fuit iis, qui ex prioribus matrimoniis liberos habuerunt. Idem patet ex iis, quæ jam allata ſunt. Apud Balſamonem, loco citato, etiam hæc leguntur: Εἴτις τριακοντaετὴς ὢν, καὶ τέκνα ἔχων ἐκ τῶν προλαβόντων γάμων, τρίτῃ γυναικὶ συνάπτοιτο, καὶ οὗτος ἀσυγχώρητος, μέχρι τετραετοῦς τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων ἀμέτοχος ἔσω. *Quodſi quis triginta annos natus fuerit, &*

ex prioribus matrimoniis habens liberos, tertiæ mulier conjunctus fuerit, is quoque, nullâ ei veniâ datâ, ad quartum usque annum communionis ſacramentorum ſit expers. Pag. 935. dicit idem: Ἡ ἐκκλησία τέως ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τῶν ἡμετέρων τρίτου γάμου ποίησιν οὐκ ἐπέτρεψεν. *Eccleſia etiam noſtris hiſce diebus tertium matrimonium non permiſit.* Τριγαμία vocatur πολυγαμία. Vide in Πολυγαμία, num. II.

Τριδέσποτος.

Non habent Lexica. Cæſarius, Dial. I. Interog. III. SS. Trinitatem vocat τριδέσποτον φῶς, *lumen tres Dominos habens.*

Τριθεΐα.

Deitatis ternio, quâ videlicet tres dii ſtatuuntur. Apud Cæſarium, Dial. I. Interrogatiô XII. ſic habet: *Cùm Deum Patrem, Deum Filium, & Deum Spiritum Sanctum dicis,* τριθεΐαν φανερῶς διδάσκεις, *manifeſtè tres deos doces.*

Τριθεῖται.

Qui *Tritheïtæ* fuerint dicti, jam docuimus in voce Τριάς, num. VI. 4. Hic pauca addimus. Hujus hæreſeos inſanus defenſor exſtitit, tempore Phocæ Imperatoris, *Johannes Philoponus*, Philoſophus Alexandrinus, quem & hæreſeos Tritheïtarum ducem fuiſſe ſcribit Nicephorus Calliſti, lib. XVIII. cap. XLVI. & XLVII. Contra hunc Philoponum ejusque errores ſcripſerunt Leontius Monachus, & Georgius Piſides diaconus, teſte Nicephoro, lib. XVIII. cap. XLVIII. Leontius de Sectis, Act. V. pag. 476. eum αἱρεσιάρχην vocat, eumque dixiſſe monet, εἰ δύο λέγετε φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ, ἀνάγκη ὑμᾶς καὶ δύο ὑποστάσεις εἰπεῖν. *Si duas in Chriſto naturas eſſe dicitis, neceſſe eſt, vos etiam duas hypoſtaſes fateri.* Orthodoxi dixerunt, τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς εἶναι ὑποστάσεις, *ſanctæ Trinitatis tres eſſe hypoſtaſes.* Philoponus verò, Καὶ ἔσω τρεῖς φύσεις λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. *Dicamus igitur etiam, tres in ſancta Trinitate naturas eſſe.* Contra hanc hæreſin vide quæ afferuntur in voce Φύσις.

Τριθέκτη.

Τριθέκτη. *Triſexta.* In Eccleſia canebantur horæ novem; quarum tertiam & ſextam vocabant voce compoſita τριθέκτην. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 82. Ἐνταῦθα ὁ χορὸς ψάλλει τὸ τρίτον ἀντίφωνον, ἢ τὴν τριθέκτην. *Hic chorus pſallit tertiam antiphonam, vel triſextam.* Typicum Sabæ, cap. XXXVIII. pag. 79. Ψάλλεται δὲ συνήθως τρίψαλμος, ἡ δὲ τριθέκτη στιχολογοῦνται. Sæpe occurrit in Ritualibus Græcorum. Vide Gloſſarium Meurſii.

Τρίθρονος.

Non habent Lexica. Cæſarius, Dial. I, Interrogat. III. SS. Trinitatem vocat τρίθρονον φῶς, *lumen tres thronos habens.*

Τρικήριον.

Non habet Gloſſarium Meurſii. Τρικήριον, *triplex cereus.* Balſamon ad Can. LXIX. Concilii in Trullo, pag. 446. Ἀκωλύτως εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται, καὶ θυμιῶσι, καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου, καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς. *Sine ullo impedimento ad ſacrum altare accedunt, & ſuffiunt, & cum triplici cereo ſignant, ſicut & Pontifices.*

Τριλαμπής.

Non habent Lexica. *Trino ſplendore micans.* Uſurpatur de SS. Trinitate, quæ à Greg. Nazianzeno, Orat. XLIII. pag. 698. vocatur φῶς ἀειλαμπὲς καὶ τριλαμπές, *lumen perpetuo fulgore rutilans & trino ſplendore micans.* A Cæſario, quæſt. III. pag. 14. φῶς τριλαμπές, τριαυγές, ἰσολαμπές, *lumen trino ſplendore & fulgore micans, æquali ſplendore micans.*

Τριπρόσωπος.

Sacro-ſancta Trinitas dicitur eſſe τριπρόσωπος, *tres habens perſonas*, quia in ea ſunt tres hypoſtaſes ſive perſonæ. Apud Juſtinum M. quæſt. XVII. ad Orthodoxos, pag. 400. edit. Græco-Lat. hæc eſt: Εἰ τῶν θείων ὑποστάσεων ἡ ἕνωσις ἐστιν ἀδιαίρετος, πῶς δύνανται τρεῖς ὑποστάσεις καὶ τρία ὀνομάζεσθαι πρόσωπα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον μία ὑπόστασις τριώνυμος ἢ τριπρόσωπος; *Si divinarum ſubſiſtentiarum unitas, diſtinctionem non capit; quomodo tres ſubſiſtentiæ, & tres poſſunt dici perſonæ, ac non potiùs una ſubſiſtentia trium nominum, aut trium perſonarum?*

Τρισάγιον.

I. *Explicatio vocis.* Τρισάγιον. *Triſanctum.* Hymni genus. Codinus: Ὁ πρωτοπαπᾶς ἐλθὼν πρὸς τὴν θύραν εὑρισκόμενος ποιεῖ εὐλογητόν, καὶ λέγει τὸ τρισάγιον. Alium locum ex Marco Hieromonacho habes in voce Εὐλογητάριον. Ejus hæc erant verba: Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere noſtri.* In Liturgia, Jacobo adſcripta, pag. 7. Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. In hoc hymno ἅγιος ὁ Θεός, referebatur ad Deum Patrem, ἅγιος ἰσχυρός, ad Deum Filium: ἅγιος ἀθάνατος, ad Spiritum Sanctum. Docet hoc Damaſcenus, Orthod. fidei lib. III. cap. X. pag. 212. Ἡμεῖς τὸ, ἅγιος ὁ Θεός, ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβάνομεν, οὐκ αὐτῷ μόνῳ τὸ τῆς θεότητος ἀφορίζοντες ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν Θεὸν εἰδότες, καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον. Καὶ τὸ, ἅγιος ἰσχυρός, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τίθεμεν, οὐκ ἀπαμφιεννύντες τῆς ἰσχύος τὸν πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ τὸ, ἅγιος ἀθάνατος, ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τάττομεν, οὐκ ἔξω τῆς ἀθανασίας τιθέντες τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων πάσας τὰς θεωνυμίας ἁπλῶς καὶ ἀπολύτως ἐκλαμβάνοντες, καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον ἐκμιμούμενοι, φάσκοντα, Ἡμῖν δὲ εἷς Θεός, ὁ Πατήρ, &c. *Nos hoc,* ſanctus Deus, *de Patre accipimus, non illi ſoli deitatis attribuentes nomen, ſed ſcientes, etiam Filium eſſe Deum, & Spiritum Sanctum. Et hoc,* ſanctus fortis, *de Filio ponimus, non exuentes fortitudine Patrem & Spiritum Sanctum. Et hoc,* ſanctus immortalis, *de Spiritu Sancto ponimus, non extra immortalitatem Patrem & Filium ſtatuentes: ſed omnes has Dei denominationes ſimpliciter & abſolutè de qualibet hypoſtaſi accipientes, divinum Apoſtolum imitantes, dicentem:* Nobis verò unus Deus, Pater, &c. Fusè id ipſum etiam tradit Germanus, in hiſt. Eccleſ. pag. 157. Hic verò hymnus à veteribus non tantùm vocatur τὸ τρισάγιον, ſed etiam ὁ τρισάγιος ὕμνος, Can. LXXXI. Concilii in Trullo, & ab aliis frequenter. Vocatur ab Acacio, Archiepiſcopo Conſtantinop. in epiſt. ad Petrum, Archiepiſcopum Antiochenum, apud Zonaram in Canones Conciliorum, pag. 529. Τρισάγιος ὑμνολογία καὶ χερουβικὸς ὕμνος. In epiſtola Felicis, Pont. Rom. ad eundem, ibid. pag. 532. ἀγγέλων ὑμνολογία. Et p. 544. Τρισάγιος αἶνος, ἀγγέλων ὑμνῳδία. Ibid. pag. 555. in epiſt. Quintiani ad eundem Petrum, τρισαγία φωνή.

II. *Hujus hymni origo.* Anno Theodoſii junioris quinto, vel trigeſimo, ſecundum Cedrenum, Landulphum, & Gotfridum Viterbienſem, magno exiſtente terræ motu, & muris corruentibus, quia Amalechitæ intra urbem habitarent, & adverſus hymnum hunc blaſphe-

Digitized by Google

phemias proloquerentur, preces & ſupplicationes in campo tribunalis Theodoſius cum Proclo Patriarcha inſtituit; cùm verò, Κύριε ἐλέησον, clamarent horis aliquot continuis, adoleſcentulus quidam in conſpectu omnium in aërem ſublatus eſt, audivitque Angelos clamantes, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Quod cùm mox demiſſus narrâſſet, omnes eodem modo Triſagium canere cœperunt, & ceſſavit terræ motus. Codinus de Orig. Conſtantinop. Ὁ δὲ μικρὸς Θεοδόσιος εἰς τὸν πέμπτον χρόνον τῆς βασιλείας αὐτοῦ σεισμοῦ γενομένου, καὶ τῶν τειχῶν καταπιπτόντων, διὰ τὸ τοὺς Ἀμαληκίτας οἰκῆσαι ἐν τῇ πόλει, καὶ βλασφημεῖν σφοδρῶς εἰς τὸ τρισάγιον. Ποιήσας οὖν αὐτὸς βασιλεὺς πολλὴν ἱκεσίαν καὶ λιτανείας τὸν κάμπον τοῦ τριβουναλίου μετὰ τοῦ πατριάρχου Πρόκλου. Κραζόντων δὲ τὸ, Κύριε ἐλέησον, ἐπὶ πολλὰς ὥρας, πάντων ὁρώντων ἡρπάγη παιδίον εἰς τὸν ἀέρα. Καὶ ἤκουσεν ὁ παῖς τῶν ἀγγέλων μελῳδούντων καὶ ὑμνούντων, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Κατελθόντος δὲ τοῦ παιδὸς, καὶ ὁ λαὸς οὕτως ἐμελῴδει, καὶ ἔστη ὁ σεισμὸς ἔκτοτε. De re eadem ſic Damaſcenus, Orthod. fidei lib. III. cap. X. p. 213. Φασὶν οἱ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συντάξαντες, ὅτι λιτανεύοντος τοῦ Κωνσταντινουπόλεως λαοῦ, διά τινα θεήλατον ἀπειλὴν ἐπὶ Πρόκλου τοῦ ἀρχιεπισκόπου γεγενημένην, συνέβη ἁρπαγῆναι παιδίον ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ οὕτω μυηθῆναι ὑπ' ἀγγελικῆς τινὸς διδασκαλίας τὸν τρισάγιον ὕμνον, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ αὖθις ἐπιστραφέντος τοῦ παιδὸς καὶ τὸ μυηθὲν ἀπαγγείλαντος, ᾆσαι τὸν ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ οὕτω κατάσαι τὴν ἀπειλήν. *Narrant ii, qui hiſtoriam Eccleſiaſticam literarum monumentis prodiderunt, cùm plebs Conſtantinopolitana ob minas quaſdam, Proclo Archiepiſcopatum obtinente, divinitus intentatas, ſupplex Deo preces adhiberet, puerum quendam è plebe in ſublime raptum fuiſſe, atque Angelis quibuſdam magiſtris Triſagium hunc hymnum didiciſſe,* ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere noſtri. *Cùmque ad ſe rediiſſet, atque id quod didicerat retuliſſet, multitudinem univerſam hunc hymnum ceciniſſe, atque hoc pacto impendens periculum conquieviſſe.* Eadem narrant Balſamon, ad Can. LXXXI. Concilii in Trullo, p. 458. Acacius, Archiepiſcopus Conſtantinop. in epiſt. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram in Canones Conciliorum, p. 529. 530. Chronicon Conſtantinop. p. 119. Aſclepiades in epiſt. ad Petrum Fullonem, apud eundem Zonaram, p. 537. & Felix, Epiſc. Rom. in epiſt. ad eundem Fullonem, apud Zonaram, pag. 543. Menologium, ad 25. Septembris: Cedrenus, p. 281. Nicephorus Calliſti, lib. XIV. cap. XLVI. Hac ex cauſſa, cùm antea Conſtantinopoli tantùm cani ſoleret Triſagium, Theodoſius ſuaſu Pulcheriæ ſororis ſtatuit, ut ab illo tempore in omnibus Imperii ſui Eccleſiis quotidie caneretur. Landulphus Sagax in Theodoſio. *Porrò beata Pulcheria ſuper miraculo unà cum fratre ſupra modum admirata, ſanxit per univerſum orbem divinum hunc pſallere hymnum. Et tunc receperunt omnes Eccleſiæ per ſingulos dies hunc canere Deo.* Cedrenus, loco ſuprà citato: Ὅθεν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, καὶ ἡ μακαρία Πουλχερία, ὑπεραγασθέντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν κατὰ πᾶσαν οἰκουμένην οὕτω ψάλλεσθαι τὸν θεῖον ὕμνον. *Eo miraculo admodum perculſi Theodoſius ac beata Pulcheria, edixerunt, ut ſacer hymnus per totum orbem terrarum ſic caneretur.* Refert quoque Conſtantinus Manaſſes in Annalibus, & Marianus Scotus in Chronico; qui tamen rejicit in annum tertium Imperatoris Leonis. Hæc ipſa verò temporis diverſitas, imprimis altum de hac narratione apud alios ſcriptores Eccleſiaſticos ſilentium, rem totam non immeritò ſatis reddunt ſuſpectam. Interim hunc hymnum, ſi Damaſceno non deneganda fides, cecinit quoque Synodus IV. Chalcedonenſis; quæ habita eſt anno CCCCLI. Damaſcenus loco citato: Καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ δὲ καὶ μεγάλῃ καὶ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ, τῇ ἐν Χαλκηδόνι φημὶ, οὕτως ὑμνηθῆναι ὁ τρισάγιος οὗτος ὕμνος παραδίδοται. οὕτω γὰρ τοῖς πεπραγμένοις τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου ἐκφέρεται. *Sed & in magna & ſancta univerſali illa quarta Synodo, quæ Chalcedone congregata eſt, ita cantatus fuiſſe hic hymnus perhibetur.* Sic enim inter hujuſce ſanctæ Synodi acta refertur. Cùm hujus hymni etiam meminerit Cæſarius, Dial. I. Interrogat. XXIX. vel inde ſatis manifeſtum eſt, Dialogos iſtos non eſſe Cæſarii, fratris Gregorii Nazianzeni; quod tamen quidam volunt. Vide Criticum ſacrum Riveti, lib. III. ſub finem cap. XXII.

III. *Additio ad Triſagium hymnum.* Imperator Anaſtaſius in hoc hymno, poſt illa, ἅγιος ἀθάνατος, *ſanctus immortalis,* addere voluit, ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, *qui crucifixus eſt pro nobis*: verùm id cum magno malo & ſuo & Conſtantinopolitanorum. Narrat Evagrius, lib. III. cap. XLIV. pag. 158. Ἀνὰ δὲ τὸ Βυζάντιον προσθήκην τοῦ βασιλέως ἐν τῷ τρισαγίῳ βουληθέντος ποιήσασθαι τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μεγίστη στάσις γέγονε. *Byzantii verò, cùm Imperator* Anaſtaſius *ad Triſagium hanc moliretur additionem,* Qui crucifixus eſt propter nos, *magna ſeditio orta eſt.* Cedrenus, pag. 296. ad annum Anaſtaſii XXII. Βουληθεὶς δὲ ὁ Ἀναστάσιος προσθῆναι εἰς τὸ τρισάγιον, τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, πειθόμενος Σευήρῳ τῷ ἀκεφάλῳ, τὸν λογοθέτην καὶ τὸν ἔπαρχον ἐν τῷ ἄμβωνι ἀνεβίβασε τοῦτο ἐκφωνῆσαι. Διὸ γέγονε δημοτικὴ στάσις, ἄλλον βασιλέα ἐπιβοωμένων. *Anaſtaſius verò, ita perſuaſus à Severo, qui ab hæreſi Acephalorum erat, volens Triſagio apponere hæc verba,* Qui crucifixus es propter nos, *Logothetam & præfectum urbis juſſit conſcenſo ſuggeſto hæc pronunciare. Ob hoc factum populus ſeditione excitata, alium Imperatorem popoſcit.* Paulò aliter Victor in Chronico: *Probo V. C. Coſ. Anaſtaſii Imperatoris præcepto, Plato civitatis præfectus & Maximus pulpitum Eccleſiæ S. Theodori aſcendentes, & hymno, quem Græci* τρισάγιον *dicunt,* ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, *noviter apponentes, dum per forum Conſtantini id pſallentes ad magnam Eccleſiam pergunt, nubes ex improviſo ſuper eos cinerem pro pluvia emiſerunt, totamq; civitatem atque provinciam contexerunt. Pro qua novitate multa mala Conſtantinopolitanæ obvenerunt civitati, multiq; malè ſunt interemti. Praſinorum ſiquidem ſimulq; & Venetorum turbæ adverſum Anaſtaſium Imperatorem unitæ, inter mille injurias atque mala incendium in urbem miſerunt, combuſtaq; eſt civitas* ἀπὸ τῆς Κιλικος, *quod vocant, uſque ad forum Conſtantini, ſupra longitudinem plateæ columnarum nonaginta quatuor.* Alii verò ſcriptores adjectionem hanc tribuunt Petro, Presbytero Chalcedonenſi, cognomento γναφεὺς, id eſt, *Fullo* dicto, qui per fraudem ſedem Antiochenam occupavit, & Chalcedonenſem Synodum proſcidit, & in omnes eos, qui Deum crucifixum & paſſum eſſe non agnoſcerent, nempe ſecundum ipſam Deitatem, adeoque qui in Servatore naturam divinam impaſſibilem ab humana paſſibili diſtinguerent, anathematis fulmen jecit. Ejus ſectatores dicti ſunt θεοπασχῖται. Vide iſtam vocem. Theorianus Legat. Armen. pag. 136. Ἡ τοῦ κναφέως προσθήκη τῇ ἐκκλησίᾳ βδελυκτή ἐστι καὶ ἀπόβλητος. *Gnaphei additionem Eccleſia abominatur & rejicit.* Damaſcenus, Orthod. fidei lib. III. cap. X. pag. 212. Τὴν ἐν τῷ τρισαγίῳ προσθήκην, ὑπὸ τοῦ ματαιόφρονος Πέτρου τοῦ κναφέως γεγενημένην βλάσφημον δεχόμεθα, ὡς τέταρτον παρεισάγουσαν πρόσωπον, καὶ ἀνὰ μέρος τιθεῖσαν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, τὴν τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατον δύναμιν, καὶ ἀνὰ μέρος τὸν ἐσταυρωμένον ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἰσχυρὸν, ἢ παθητὴν τὴν ἁγίαν Τριάδα δοξάζουσαν, καὶ συσταυροῦσαν τῷ υἱῷ τὸν πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Additionem in Triſagio, ab ineptè vaneq; ſentiente Petro Gnapheo factam, blaſphemam eſſe deſi-*

Digitized by Google

definimus, ut quartam inducentem perſonam, & ad partem ponentem Dei Filium, Patris ſubſiſtentem virtutem, & ad partem eum, qui crucifixus eſt, ut alium exiſtentem præter fortem Deum, aut paſſibilem ſanctam Trinitatem exiſtimantem, & cum Filio Patrem & Spiritum Sanctum crucifigentem. Cedrenus, de eodem Petro, pag. 287. Πέτρος ὁ Κναφεὺς, τὰ τοῦ Ἀπολιναρίου φρονῶν μυρίους θορύβους ἤγειρε κατὰ τῆς πίστεως, καὶ ἀναθεματίζει τοὺς μὴ λέγοντας τὸν Θεὸν σταυρωθῆναι. Καὶ σχίσας τὸν λαὸν Ἀντιοχείας, προστίθησιν ἐν τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ, τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς. Ὅπερ ἕως σήμερον παρὰ τοῖς Θεοπασχίταις ἐκράτησεν. *Petrus Gnapheus, Apolinarii errores ſecutus, infinitas contra fidem turbas excitavit, damnans eos, qui negant Deum eſſe crucifixum. Et diſſidio in plebe Antiochena facto, Triſagio hymno hæc inſeruit:* Qui propter nos crucifixus eſt: *quod hodieque apud Theopaſchitas obtinet.* Eadem refert Libellus Synodicus, ad annum CCCCLXV. & Petrum iſtum dicit fuiſſe μοναχὸν μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων, *Monachum monaſterii pervigilatorum.* Hoc ipſum arripuerunt Armenii. Nicon de Relig. Armen. *Adjiciunt autem ſancto atque ſanctiſſimo hymno illud:* Qui crucifixus eſt pro nobis, *Petri Fullonis rabiem ſequentes.* Damnavit hoc Leo Imperator, καὶ ἐξορισθῆναι αὐτὸν διετάξατο, *& eum*, Petrum Fullonem *in exilium agi juſſit.* Factum hoc, referente Libello Synodico, anno quadringenteſimo ſexageſimo quinto. Anno CCCCLXXXII. Johannes Cyri Epiſcopus, σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ συνεκρότησε, καὶ τὸν Κναφέα Πέτρον ἀνεθεμάτισε, *divinam & ſanctam ſua in urbe congregavit Synodum, & Petrum Fullonem anathemate notavit.* Anno pòſt Zenon Imp. tyranno Baſiliſco capto, Antiochiæ ſanctam Synodum congregari juſſit, ἡ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον κυρώσασα, τὸν Κναφέα Πέτρον ἐξορίᾳ καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλε, *quæ ſanctam Chalcedonenſem Synodum confirmavit, & Petrum Fullonem exilio & anathemati ſubjecit.* Damnavit etiam Synodus in Trullo habita, anno ſexcenteſimo octogeſimo, Can. LXXXI. Ὁ τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς, προστιθεὶς, ἀναθεματιζέσθω. *Qui Triſagio hymno adjecerit illud*, Qui crucifixus eſt, *anathematizetur.* Quare autem adjectio iſta tolerari non poſſit, oſtenditur in verbis Damaſceni & Cedreni ſuprà citatis; item in illis, quæ in voce Θεοπασχῖται adducimus. Atque ex hac occaſione Calandio quidam, qui anno XVI. Zenonis Epiſcopatum Antiochenum tenebat, addidit Χριστὲ βασιλεῦ, *Chriſte rex*, præmittens iſtis verbis, ὁ σταυρωθεὶς, *qui crucifixus eſt*, ne ad Deum Patrem traherentur. Theodorus Anagnoſta, Eclog. II. Καλανδίωνα λέγει προστεθῆναι τῷ τρισαγίῳ, Χριστὲ βασιλεῦ, διὰ τοὺς προστεθεικότας, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς. *Calandionem dicit adjeciſſe Triſagio*, Chriſte rex, *propter eos, qui adjecerunt*, *Qui crucifixus eſt propter nos.* Sed poſtea iterum ſuſtulit ab exilio Antiochiam reverſus, teſte Cedreno ad annum XVI. Zenonis, pag. 290. Ejus verba ſunt: Ὃς ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν, πολλὰ κακὰ ἐποίησεν, ἀναθεματισμοὺς τε πάλιν τῆς συνόδου, καὶ ἐκβολὰς ἐπισκόπων ἀνεπιλήπτων, ἀντεισαγωγάς τε καὶ χειροτονίας ἀθέσμους, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πρότερον δὲ προσέθηκε τῷ τρισαγίῳ, Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς. Ὕστερον δὲ ἐλθὼν, περιεῖλε τὸ, Χριστὲ βασιλεῦ. *Is Antiochiam reverſus, multa mala patravit facinora, damnationibus Concilii novis, ejectionibus inculpatorum Epiſcoporum, ſubſtitutionibus & ordinationibus illegitimis, aliisque id genus. Jamantè autem adjecerat Triſagio:* Chriſte rex, qui propter nos crucifixus es. *Poſt reditum autem ſuſtulit hæc*, Chriſte rex. Et hæſit hæc ſeditio in Eccleſia, Orientaleſque, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς, addebant: Conſtantinopolitani, Occidentaleſque omittebant: multis verò in locis pro iis verbis dicebant, Ἁγία Τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς. *Sancta Trinitas miſerere noſtri.* Photius in Bibliotheca Cod. CCXXVIII. ex Ephræm Theopolitani Patriarchæ variis Orationibus, pag. 773. Φησὶ δὲ ὁ Ἐφραίμιος τὴν τοιαύτην ὑμνολογίαν τοὺς μὲν τὴν ἀνατολὴν οἰκοῦντας, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀναφέρειν; καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ἐξαμαρτάνειν ἐπισυνάπτοντας τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς. Τοὺς δὲ τὸ Βυζάντιόν τε καὶ τὴν ἑσπερίαν νεμομένους, εἰς τὴν ὑπερτάτην καὶ πανίερον πηγὴν τῆς ἀγαθότητος, τὴν ὁμοούσιον Τριάδα; τὴν δοξολογίαν ἀνάπτειν· διὸ μηδ᾽ ἀνέχεσθαι τούτους ἐπισυνάπτειν τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς, ἵνα μὴ πάθος τῇ τριάδι περιάψωσιν. Ἐν πολλαῖς δὲ ταῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐπαρχίαις ἀντὶ τοῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς; τὸ, Ἁγία τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς; ἐπάγειν. *Aſſerit autem Ephræmius, eundem hymnum* (loquitur de hoc Triſagio) *Orientales Chriſto Jeſu attribuere, & propterea nihil peccare, tametſi adjiciant*, Qui crucifixus eſt pro nobis: *Conſtantinopolitanas verò atque Occidentales, in ſupremum ſacratiſſimumque bonorum omnium fontem, conſubſtantialem Trinitatem ſententiam referre: idcircò non ſuſtinere illud addi*, Qui crucifixus eſt pro nobis, *ne qua paſſio Trinitati tribuatur. In multis autem Europæ provinciis pro illis*, Qui crucifixus eſt pro nobis, *hoc reponere*, ſancta Trinitas miſerere noſtri. Vide ibidem plura.

IV. Obſervandum tandem diſcrimen, quod eſt inter τὸ τρισάγιον, & hymnum Epinicion, in quo ſimiliter ter ἅγιος canebatur, hunc in modum, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ. Viri docti, ut obſervat Cl. Meurſius, τὸ τρισάγιον interpretantur; *Cantilenam Sanctus, ſanctus, ſanctus.* Non rectè. Debebant, *Triſanctum.* Nam proprii hoc omnino hymni genus fuit, debetque diſtingui ab Epinicio, in quo ſimiliter ter ἅγιος canebatur, eo, quo dictum, modo. Docet hoc Germanus in hiſt. Eccl. pag. 168. ubi dicit, poſt τρισάγιον δοξολογίαν, populum canere, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον. Verba ejus ſunt: Εἶτα ὁ λαὸς, ἀντὶ τῶν χερουβικῶν δυνάμεων, καὶ τετραμόρφων ζώων βοᾷ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ. Τουτέστιν, ὁ τρισάγιος καὶ εἷς Θεὸς τῶν δυνάμεων. *Deinde populus, vice Cherubicarum virtutum & quadriformium animalium clamat, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Sabaoth.* Vide ibidem plura, Ergo hæc non ſunt confundenda, quod fit malè interpretando. Idem error, ut recentiores taceam, ab Anſegiſo, Senonenſi Archiepiſcopo, lib. I. cap. LXX. *Gloria Patri cum omni honore apud omnes cantetur: & ipſe Sacerdos cum ſanctis Angelis & populi Dei communi voce, Sanctus, ſanctus, ſanctus decantet.* In fine Triſagii ſigillum faciebat Patriarcha, quo innuebatur, omnes de Chriſto prophetias eſſe impletas. Germanus ibid. pag. 158. Ἡ σφραγὶς, ἣν ὁ ἀρχιερεὺς εἴωθε ποιεῖν ἐν τῷ τέλει τοῦ τρισαγίου, εἰς πλήρωσιν μὲν καὶ οἱονεὶ ἐκσφράγισμα τῶν περὶ Χριστοῦ προαγορευμένων προφητικῶν χαρακτηρίζεται. *Signaculum, quod Pontifex facere ſolet in fine Triſagii, in complementum & tanquam obſignationem Prophetarum, qui de Chriſto vaticinati ſunt, deſignatur.* Poſteà, eo peracto, legebatur liber Apoſtolicus, & dicebat Diaconus, Πρόσχωμεν. Idem Germanus, loco citato: Μετὰ δὲ τὸν τρισάγιον ὕμνον, ἀναγινώσκεται βιβλίον ἀποστολικὸν, καὶ λέγει ὁ Διάκονος. Πρόσχωμεν. Poſt hymnum verò Triſagium legitur liber Apoſtolicus, & dicit Diaconus, Auſcultemus. Hymni Epinicii mentio in Liturgia Baſilii: Ἐπινίκιος ὕμνος, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ. Ergo Τρισάγιον initio Liturgiæ ante epiſtolæ lectionem canebatur; hymnus verò Cherubicus & ἐπινίκιος poſt Catechumenorum & Pœnitentium dimiſſionem. Τρισάγιον quoque uſurpabant

pro

Digitized by Google

pro SS. Trinitate. Patet ex Simocattæ hiſtor. Mauriciana, lib.I. cap.II. pag.49. ubi vox, divinitus ad Tiberium delata, dixiſſe fertur: Τὰ δέ σοι, Τιβέριε τὸ τρισάγιον λέγει. Οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοι. *Hæc tibi ter ſanctum Numen indicat, Tiberi: tempora impia & tyrannica te Imperatore non venient.* Vide de his omnibus fusè diſſerentem Clar. Meurſium in Gloſſario, unde pleraque huc ſunt translata. Confer etiam, quæ paucis notavimus in voce Ἁγιασμὸς, num. III.

Τρισαέννα☉.

Non habent Lexica. Cæſarius Dial. I. Interrogat. III. Deitatem vocat τρισαένναον κρήνην, *fontem tribus oſtiis æternùm fluentem*, propter tres perſonas.

Τρισυπόστατ☉.

Τρισυπόστατ☉, *tres hypoſtaſes habens.* Uſurpatur de ſacroſancta Trinitate, & idem ſignificat quod τριπρόσωπ☉. Dionyſius Areopagita, cœl.Hierarch.cap.VII. ſignificanter unitatem naturæ cum perſonarum Trinitate deſignans, ait, Ὅτι μονάς ἐστι καὶ ἑνὰς τρισυπόστατ☉. *Quòd monas ſit & unitas, quæ tribus ineſt perſonis.* Chryſoſtomus, Homil. de cæco à Nativitate, tom. VI. edit. Pariſ. pag. 424. Ὁ Θεὸς φύσει τρισυπόστατον φῶς. *Deus eſt lux naturâ in tribus perſonis ſubſiſtens.* Idem Hom. CXL. tom. V. Μιᾷ προσκυνήσει λατρεύομεν μίαν τρισυπόστατον θεότητα, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀπέραντον καὶ ἀδιάδοχον. *Una adoratione colimus unam in tribus perſonis ſubſiſtentem deitatem, principii expertem, increatam, infinitam, ſucceſſionis expertem.*

Τριτεννάται.

Τριτεννάται, memoriæ mortuorum, quæ celebrabantur tertio & nono die. In veteri Eccleſia memoriæ defunctorum fidelium celebrabantur die tertio, nono, quadrageſimo, & anniverſario. Johannes Damaſcenus περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, pag.423. Οὐ γὰρ ἂν ἡμῖν ἀφορμὴν ἐδεδώκει, τὸ μνήμην ἐπὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ποιεῖσθαι τῶν προλαβόντων, καὶ πάλιν τρίτα, καὶ ἔννατα, καὶ τεσσαρακοστὰ, καὶ τὰς ἐτησίους μνήμας, καὶ τελετάς. *Non enim nobis occaſionem dediſſet habendæ memoriæ defunctorum in ſacrificio illo incruento, & rurſus die tertio, & die nono, & quadrageſimo, & in anniverſariis memoriis & feſtis.* Vide in voce Ταφὴ, num.II.2. ſub lit. *i.* dictum ex Metrophane Critopulo. Atque ex his memoriis, quæ tertio & nono die celebrabantur, τριτεννάται dicebantur. Typicum Sabæ, cap. XXX. Αἱ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν λειτουργίαι, ὑμνῳδίαι τε, καὶ ψαλμῳδίαι, τεσσαρακοστὰ, σὺν τριτεννάταις. *Pro mortuis liturgiæ, hymnodiæ & pſalmodiæ, quadrageſima, cum memoriis, quæ celebrabantur tertio & nono die.* Vide Gl. Meurſii.

Τριχοκουρία.

Non habent Lexica. Significat *tonſuram.* Euchologium, pag. 107. Εὐχὴ εἰς τριχοκουρίαν. *Oratio in tonſuram.* Septimo namque poſt Baptiſmum die infantes à ſacerdote in templo tondebantur: de quo ritu hæc ibidem: Καὶ κείρει αὐτὸν σταυροειδῶς, λέγων. Κείρεται ὁ δοῦλ☉ τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματ☉, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. *Et tondet eum in modum crucis, dicens: Tondetur ſervus Dei N. N. in nomen Patris, Filii & Spiritus Sancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, amen.*

Τρίψαλμ☉.

Ex Pſalmorum corpore quidam avulſi, in peculiarémque uſum converſi, nomen ſibi diverſum vindicârunt, typica dicta, ut ſuo loco notamus. Alii etiam ad alios atque alios uſus in Officiis Eccleſiaſticis reducti, aliud atque aliud nomen induerunt. Primus, ab inchoandis officiis, προοιμιακὸς dictus, de quo ſuo loco. Secundus Τρίψαλμ☉, *Tripſalmus,* à numero quo conſtabat Pſalmorum, dici ſolitus inter Horas, aliis atque aliis Pſalmis, neque ſemper iiſdem, pro diverſitate argumenti conſutus. Typicum, cap.XLI. Καὶ ψάλλομεν τὰς τρεῖς ὥρας, κατ' αὐτὸ τριψάλμους. εἶτα τὰ τυπικὰ καὶ οἱ μακαρισμοί. *Et canimus tres horas ſingulas tribus tantummodò Pſalmis, tum Typica, & Beatitudines.* Et cap. XXXVIII. pag. 79. Συνάπτεται δὲ καὶ ἡ πρώτη ὥρα ἥτις ψάλλεται συνήθως τρίψαλμ☉. *Adnectitur verò & prima hora, quæ, ut moris eſt, tribus tantùm Pſalmis abſolvitur.* Vide Gl. Meurſii.

Τριψεργία.

Non habent Lexica. Zonaras in Concil. Carthag. pag. 524. Τριψεργίας dicit eſſe τὰς ὑπερθέσεις, τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις τριβὰς, *dilationes, procraſtinationes: cunctationes: in negotiis moras.*

Τριῴδιον.

Τριῴδιον eſt liber Græcorum Eccleſiaſticus, in quo Officium in Eccleſiis eorum recitari ſolitum à ſeptuageſima, quam ipſi vocant Dominicam Publicani & Phariſæi, ad ſabbatum ſanctum continetur. Cùm Canones & Hymni in ſolennitates Domini noſtri Jeſu Chriſti, beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum novem habeant ſtrophas, ut ita dicam, Odas nuncupatas, quaſi Cantiones liber hic Canones hujuſcemodi, ut plurimùm, qui ternas Odas non excedunt, complectitur. Nicephorus Calliſtus in Synaxario: Κατὰ δὲ τὴν παροῦσαν ἡμέραν σὺν Θεῷ καὶ τοῦ τριῳδίου ἀρχόμεθα, ὃ πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων μουσουργῶν ἡμῶν πατέρων ἄριστα καὶ ὡς ἐχρῆν ὑπὸ τοῦ ἁγίου κινούμενοι πνεύματ☉ ἐμελούργησαν. πρῶτον δὲ πάντων τοῦτ' ἐπενόησε, τὰς τρεῖς φημὶ τῶν ᾠδῶν, εἰς τύπον, οἶμαι, τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς Τριάδ☉ ὁ μέγας ποιητὴς Κοσμᾶς, ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ ἁγίᾳ τῶν παθῶν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρ☉ ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἑβδομάδι, κατὰ τὴν ὀνομασίαν σχεδὸν ἑκάστης ἡμέρας διὰ τῶν ἀκροστιχίδων ἐπιποιήσας τὰ μέλη. ἐξ οὗπερ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν πατέρων, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων Θεόδωρός τε καὶ Ἰωσὴφ οἱ Στουδῖται κατὰ ζῆλον ἐκείνου, κἀν ταῖς λοιπαῖς ἑβδομάσι τῆς ἁγίας μεγάλης τεσσαρακοστῆς συνταξάμενοι τῇ αὐτῶν μονῇ τῶν Στουδίου πρῶτον παραδεδώκασιν ἐπὶ μᾶλλον τὰς ᾠδὰς κατατάξαντες καὶ ῥυθμίσαντες. *Hoc verò die, ita Deo annuente, Triodion incipimus, quod multi Sanctorum & Deiferorum vatum noſtrorum Patrum optimè, & uti decebat, à Spiritu Sancto moti, modulati ſunt. Primus omnium illud, tres inquam Odas, in figuram, ut exiſtimo, ſanctæ & vivificæ Trinitatis excogitavit magnus Poëta Coſmas, in magna ſanctâque paſſionis Domini & Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti hebdomade, appellatione ferè cujuslibet diei per acroſtichides cantus concinnans: ex quo & reliqui Patres, & inter eos præcipuè Theodorus & Joſephus Studitæ eum æmulari in aliis hebdomadibus ſanctæ magnæ Quadrageſimæ componentes proprio Studiorum monaſterio tradiderunt, Odas iſtas magis ac magis protrahentes & accommodantes.* Et paucis interjectis: Καλαχρηστικῶς δὲ Τριῴδιον ὀνομάζεται, οὐ γὰρ ἀεὶ τριῴ-

διὰ ἔχει. καὶ γὰρ ὁλοτελεῖς κανόνας προβάλλεται. ἀλλ' οἶμαι ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος τὴν ἐπωνυμίαν λαβεῖν, ἢ διὰ τὰ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, ὡς εἴρηται, πρώτως γινόμενα. Σκοπὸς μέντοι τοῖς ἁγίοις ἡμῶν πατράσι διὰ τῆς βίβλου τοῦ τριῳδίου παντὸς ἐν συντόμῳ τὸ πᾶν τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας ἐξ ἀρχῆς ἀναμνῆσαι, καὶ εἰς ὑπόμνησιν πᾶσιν ἐνθεῖναι. *Triodion porrò impropriè dicitur, non enim ſemper Triodia habet, cùm integros etiam Canones proponat. Puto tamen nomen ex abundanti aſſumſiſſe; vel propter magnæ hebdomadis Canones ſic dictos. Scopus ſanctis Patribus noſtris fuit per univerſum Triodii volumen, quaſi in compendio, divinum erga nos beneficium ab ipſo principio recenſere, & in memoriam omnium inducere.*

Et ſanè Triodion magis latè patet, quàm ut acceperunt nonnulli, qui ex Gennadii verbis ambiguis, cap. IV. Ἄδονται μετὰ μελῳδιῶν καθ' ἡμέραν, καὶ μηνιαῖα, καὶ τριῴδια, καὶ λόγοι. Et ex Menologio, Δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὸ προσόρτιον τριῴδιον εἰς τὸ ἀπόδειπνον ψάλλεται, Canticum diviſum in tres partes, quas Odas appellabant, Triodion eſſe exiſtimant. Attamen ex verbis Ritualis Græcorum: Ψάλλομεν τὰ ὀκτοήχου ἀναστάσιμα τρία, καὶ ἀνατολικὰ τρία, καὶ τοῦ τριῳδίου ἰδιόμελα δύο. Et ex Euchologio: Εἶτα τὸ μαρτυρικὸν, τὰ τρία προσόμοια τοῦ τριῳδίου; καὶ τὰ τρία τοῦ μηναίου: non de Cantico, ſed de libro, in quo ejuſcemodi Cantica ſunt, intelligendum eſſe manifeſtò concluditur: cùm genus id Troparii, quod ἰδιόμελον & προσόμοιον vocant, Cantici ejuſcemodi Troparion eſſe non poſſit, cùm illa omnia ad alterius cantum & εἱρμὸν accommodentur: & ἰδιόμελον, præſertim vagum, & per ſe proprium cantûs modum habens, qui Triodion dici haud poteſt, quia tamen in libro Triodio dicto legitur, Triodii Troparium fuerit.

Hic etiam illud obiter animadvertendum, quemadmodum hymnus, ſive cantus, ſive malis Canon, qui tribus Odis perficitur, *Triodion* dici ſolet, ita & eum, qui duabus conſtat, διῴδιον, *Diodion* dici: & eum, qui quatuor, τετρᾳῴδιον, de quo vide ſuo loco. Hæc ferè ex L. Allatio, Diſſertat. I. de libris Eccleſ. Græcorum. Vide etiam Gl. Meurſii.

Τρόπαιον.

Veteres Gloſſæ: Τρόπαιον, *tropæum*. Heſychius: Τρόπαια, νικητήρια, σύμβολα νίκης. *Tropæa, victoriæ ſigna.* Ita etiam Suidas: Τρόπαια, dicit eſſe νικητήρια. Balſamon ad epiſt. Baſilii ad Diodorum, pag. 1018. Τρόπαιόν ἐστι σημεῖόν τι τῷ νικήσαντι ἐν πολέμῳ διδόμενον, ἵν' εἴη δήλη ἐκ τούτου ἡ τρέψασα μοῖρα τοὺς πολεμίους· ὅθεν ὠνόμασται τρόπαιον, ἐκ τοῦ τροπὴν τῶν πολεμίων γενέσθαι τρεψάντων τὰ νῶτα τοῖς ἐναντίοις. *Tropæum eſt ſignum aliquod, quod ei datur, qui in bello vicit, ut ex eo ſit manifeſtum, quæ pars hoſtes vicerit: hinc à verſis hoſtibus, qui terga vertunt adverſariis, τρόπαιον nominatum eſt.* Solebant enim olim victores eo loco, ubi hoſtes fudiſſent & in fugam vertiſſent, ejus rei monumentum aliquod erigere, veluti columnam aliquam lapideam aut æream, vel tale quiddam, inſcripto ſimul nomine eorum, qui in fugam eſſent converſi. Ut de torquibus Gallorum Jovi à Flaminio ſtatutum tropæum memorat Florus lib. II. Romani etiam in iis locis, ubi feliciter pugnatum erat ſaxeam molem excitabant, cui, Græcorum æmulatione, tropæa imponebant. Idem Florus, lib. III. *Domitius Ænobarbus & Fabius Maximus ipſis quibus dimicaverant locis ſaxeas poſuère turres, & deſuper exornata hoſtium ſpoliis tropæa.* Et in hiſtoriis legimus, ingentes urbes, tropæorum inſtar, locis, ubi bene pugnatum fuerat, inædificatas. Ita eleganter & frequenter crux, imò paſſio Chriſti à veteribus vocatur τρόπαιον, *tropæum*. Ignatius, epiſt. ad Philippenſes, pag. 36. Ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου χαίρει, ὅταν τις ἀρνῆται τὸν σταυρόν· ὄλεθρον γὰρ ἑαυτοῦ γινώσκει, τὴν ὁμολογίαν τοῦ σταυροῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τρόπαιον κατὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ὅπερ ὁρῶν φρίττει, καὶ ἀκούων φοβεῖται. *Princeps mundi hujus gaudet, cùm quis crucem negârit, cognoſcit enim crucis confeſſionem ſuum ipſius eſſe exitium. Id enim tropæum eſt contra ipſius potentiam, quod ubi viderit, horret; & ubi audierit, timet.* Loquitur autem autor de cruce Chriſti, quam tropæum potentiæ Diaboli, & terrorem ipſius appellat: quæ non ad crucis ſignum ſunt referenda, ut quidam volunt; quos falli, ex ipſo autore ſatis apparet. Loquitur enim ſanctus Martyr de ea cruce, quàm hæretici negabant, Catholici confitebantur: ὁ γὰρ ἄρχων, inquit, τοῦ κόσμου τούτου χαίρει, &c. Hæretici autem tempore Ignatii negabant non crucem ligneam, aut ſignum alioquin illius: ſed crucifixionem Domini, ut ex Ignatio patet. Loquitur de ea cruce, quæ, ut Ignatius hic ait, poteſt ὁρᾶσθαι καὶ ἀκούεσθαι, quæ non ſolùm videri poteſt, ſed etiam audiri: quorum illud in lectione verbi Dei ac Euchariſtiæ ſacramento fit, ubi Chriſtus crucifixus κατ' ὀφθαλμοὺς προεγράφη, *coram oculis depictus eſt*, ait Apoſtolus ad Gal. III. v. 1. adeò ut ibi crux videri poſſit non ſolùm à fidelibus, ſed etiam ab infidelibus & hæreticis, qui ἔνοικον ἔχουσι τὸν διάβολον, *in quibus Diabolus habitat*, ut Ignatius, & poſt eum alii loquuntur: poſterius autem ad Verbi auditum refertur. Loquitur de ea cruce, quam ne pro ſigno accipias, indicat ſe totam extremam Domini paſſionem intelligere, cùm inquit: *Diabolum quidem initio antequam crux fieret, ſtuduiſſe ut fabricaretur;* καὶ πρὶν μὲν γένηται ὁ σταυρὸς, ἔσπευδε γενέσθαι τοῦτον, ſed poſtea παύειν πειρᾶται τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν, ὁ πάντα κάλων κινῶν εἰς τὴν αὐτοῦ κατασκευὴν, *crucifixionis opus ut intermittatur, ſeu ut ceſſet, procurare conatur, qui priùs omnem rudentem moverat, ut eadem crux pararetur.* Loquitur de ea cruce, quæ eſt Diabolo ἀρχὴ καταδίκης, ἀρχὴ θανάτου, ἀρχὴ ἀπωλείας, *principium condemnationis, principium mortis, principium perditionis.* Loquitur denique de ea cruce, quam hæreticos eatenus negare dicit inſtinctu Diaboli, dum τὸ πάθος ἐπαισχύνονται, τὸν θάνατον δόκησιν καλοῦσι, &c. *eos paſſionis pudet, mortem Chriſti opinionem vocant.* Ita alii quoque Patres de crucifixione Chriſti loquuntur. Chryſoſtomus, Homil. LXXXV. t. V. pag. 588. Σήμερον ἡμῶν ὁ δεσπότης τὸ κατὰ τοῦ θανάτου τρόπαιον στήσας, καὶ τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα καταλύσας, τὴν διὰ τῆς ἀναστάσεως ὁδὸν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν ἐχαρίσατο. *Hodie Dominus noſter, tropæo contra mortem erecto, & Diaboli tyrannide deſtructa, viam per reſurrectionem ad ſalutem nobis largitus eſt.* Athanaſius, Orat. de Incarnat. Verbi, t. I. pag. 72. Ἐν τῷ θανάτῳ, μᾶλλον δὲ ἐν αὐτῷ τῷ κατὰ τοῦ θανάτου τροπαίῳ, λέγω δὴ τῷ σταυρῷ, πᾶσα ἡ κτίσις ὡμολόγει τὸν ἐν τῷ σώματι γνωριζόμενον καὶ πάσχοντα, οὐχ ἁπλῶς εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεοῦ υἱὸν, καὶ σωτῆρα πάντων. *In morte, potiùs autem in ipſo contra mortem tropæo, cruce dico, omnis creatura confitebatur eum, qui in corpore fuit notus & paſſus, non ſimpliciter hominem eſſe, ſed Dei filium, & Salvatorem omnium.* Et Orat. ead. p. 77. Ὃν αὐτοὶ ἐνόμιζον ἄτιμον ἐπιφέρειν θάνατον, οὗτος ἦν τρόπαιον κατ' αὐτοῦ τοῦ θανάτου. *Quam ipſi exiſtimabant ſe ignominioſam inferre mortem, illa erat tropæum contra ipſam mortem.*

Τροπάριον.

De hac voce ſufficienter agit Cl. Meurſius in longè utiliſſimo Gloſſario ſuo. Nos hic pauca. In Eccleſia Orien-

Orientali canebantur certis diebus certi Canones, quos in Troparia dividebant, plerumque triginta, & nonnunquam plura, excepto uno Magno Canone, qui ducenta & quinquaginta complectebatur. Triodium hoc nos docet in deſcriptione magni Canonis. Illic pleniſſime de tota hac re agitur, eoque Lectorem ſtudioſum remittimus. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 82. Καὶ τῷ τελευταίῳ τροπαρίῳ πληρωθέντος, εἰσέρχεται ὁ διάκονος εἰς τὸ μέσον. *Et ultimo tropario impleto, ingreditur Diaconus in medium.* Et pag. 83. Τοῦ δὲ τροπαρίου πληρωθέντος, ἔρχεται ὁ διάκονος. *Tropario autem abſoluto, venit Diaconus.* Typicum Sabæ, cap. II. Καὶ ψάλλομεν τὸ τροπάριον τῆς κυριακῆς. *Et canimus troparium diei Dominicæ.* Ibid. Τροπάριον ἀναστάσιμον. *Troparium Anaſtaſimum.* Frequentiſſima eorum mentio in libris Ritualibus Græcorum. Quid propriè fuerint, & unde dicta, explicat Zonaras ad Can. Anaſtaſ. Damaſceni: Τροπάρια δὲ λέγονται, ὡς πρὸς τοὺς εἱρμοὺς τρεπόμενα, καὶ τὴν ἀναφορὰν τοῦ μέλους πρὸς ἐκείνους ποιούμενα, ἢ καὶ ὡς τρέποντα τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν εἱρμῶν. εἰ μὴ γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν αὐτὰ ψαλλόντων φθόγγος εὐθύνοιτο, οὐκ εὔρυθμον ἔσται τὸ μέλος, οὐδὲ ἐναρμόνιον, οὐδὲ μέλος λέγοιτο, ἀλλ' ἀπηχὲς, καὶ ἀνάρμοστον καὶ ἄῤῥυθμον φώνημα. *Troparia verò dicuntur, ut quæ ad hirmos convertuntur, & modulationem ad eos faciunt: vel etiam, quod vocem canentium ad modulationem & numerum hirmorum vertant. Niſi enim ſonus ea canentium ad hirmos dirigatur, carmen non erit concinnum neque aptum, nec etiam modulatio dicetur, ſed cantus abſonus, inconcinnus & incompoſitus.* Vel: Τροπάριον eſt verſus quidam, in quo, ut plurimùm, agitur memoria ſancti illius, cujus dies feſtus celebratur. Τροπάριον autem *propterea dicitur, quòd cùm ante ipſum canatur hymnus, qui* εἱρμὸς, *id eſt*, ſeries *à Græcis dicitur, quòd reliquorum quæ canuntur conſequentia & ſeries ab eo ducatur, verſus tum demum numeroſus & concinnus futurus eſt, ſi vox cantorum eò referatur ac convertatur*, ut ait Symeon Theſſal. Archiepiſcopus, in ſuo libello de Templo, Sacerdotibus & Myſtagogia. Hanc vocem etiam Latini uſurpant. Matthæus Pariſius in vita Pauli, XIV. Abbatis S. Albani: *Dedit igitur huic Eccleſiæ---Evangelia legenda per annum, duos textus, auro & argento, & gemmis ornatos: ſine ordinalibus, conſuetudinariis, miſſalibus, tropariis, collectariis, & aliis libris.* Canebant autem Troparia poſt Horas. Codinus: Ψάλλονται δὲ αἱ ὧραι, ὡς ἔθος, μετὰ τῶν τροπαρίων. *Canuntur igitur horæ, ut moris eſt, cum tropariis.* Et paulò pòſt: Τῶν ὡρῶν καὶ τῶν τροπαρίων ψαλλομένων, πάρεστι μὲν ὁ βασιλεύς. *Dum horæ & troparia canuntur, adeſt quidem Imperator.* Nonnulla ex his erant, quæ fecerant Anthimus & Timocles. Theodorus Anagnoſta Eclog. I. Ἄνθιμος καὶ Τιμοκλῆς, οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταί. *Anthimus & Timocles, troparioτum autores.* Cedrenus, pag. 287. tradit eos ſcripſiſſe anno VIII. Leonis magni: Τῷ η' ἔτει Ἄνθιμος καὶ Τιμοκλῆς, οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταί, ἐγνωρίζοντο. *Anno octavo Anthimus & Timocles, tropariorum poëtæ, innotuerunt.* Ejus verò, quod poſt ſecundum antiphonum canebatur, autores credebantur antiquiſſimi Joſephus & Nicodemus: alii ad Juſtinianum originem referunt. Germanus in Hiſt. Eccleſ. pag. 155. Τὸ δὲ τροπάριον, ὃ κατὰ τὸ τέλος τοῦ δευτέρου ἀντιφώνου λέγεται, τὸ Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς, ποίημά ἐστιν Ἰωσὴφ καὶ Νικοδήμου. Ἀπαίροντες γὰρ τὸν Κύριον πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι αὐτὸν, ἐμυήθησαν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ἀχωρίστου θεότητος. Ἔνιοι δὲ λέγουσιν, ὅτι τὸ αὐτὸ τροπάριον ἐξεφώνηται παρὰ τοῦ τῆς θείας λήξεως βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, σφόδρα καὶ αὐτὸ τοῖς συμβόλοις τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἐφαρμόζον. *Troparium autem, quod ad finem ſecundi antiphoni dicitur, quod eſt,* Unigenitus Filius, & Verbum Dei, *&c. poëma eſt Joſephi & Nicodemi. Tollentes enim Dominum ut ſepelirent eum, eo ſunt initiati à venerando & vivifico corpore Domini, & divinitate in eo inſeparabili. Nonnulli autem ajunt, idem troparium enunciatum fuiſſe à divinæ memoriæ Imperatore Juſtiniano, quod valde etiam ſymbolis nativitatis Chriſti quadrat.*

Τροποφορέω.

Hoc verbum propterea hîc venit examinandum, quia eo uſus Apoſtolus Actor. XIII. v. 18. quando de Deo, Judæorum contumaciam tolerante, prædicat, Τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Viri docti & de ſcriptura & de ſenſu hujus verbi ambigunt. Nonnulli ſcripturam mutandam cenſent, quia apud Heſychium, quem locum hunc ob oculos habuiſſe arbitrantur, legatur, Ἐτροφοφόρησεν, ἔθρεψεν. Hic fruſtrà Druſius ἐτροποφόρησε reſcripſit. Legitur enim τροφοφορέω II. Maccab. VII. 27. quem locum & Heſychius reſpicere potuit; ubi mater filio, ſua circa illum officia commendans, quemadmodum de Penelope matre ſua Telemachus, Odyſſ. β'. v. 131.

Ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἔθρεψε. - - -

Quæ me peperit, quæ me enutrivit.

Ἐλέησόν με, inquit, τὴν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε μῆνας ἐννέα, καὶ θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἀγαγοῦσάν σε εἰς ἡλικίαν ταύτην, καὶ τροφοφορήσασαν. *Miſerere mei, quæ te in utero novem menſes circumgeſtavi, quæ te per triennium lactavi, & ad hanc usque ætatem eduxi*, ſive *provexi, quæ educavi*, ut Tigurinus, ſive *educationis moleſtias pertuli*, ut Junius. Ut τὸ τροφοφορεῖν ſit τῆς ἀνατροφῆς τοὺς πόνους καὶ τὰς δυσχερείας φέρειν, *nutricationis* ſive *educationis labores moleſtiasque perferre.*

Alii ſcripturam quidem retinent, ſed de verbi ſignificatione non cum aliis ſentiunt: putant enim τροποφορεῖν, εὐφωνίας cauſſa, ἀντὶ τοῦ τροφοφορεῖν poſitum eſſe. Huc concedunt, referente Clariſſ. Gatakero, Andreas Dunæus in Comment. ad Chryſoſtomum, & Johan. Luidus, quem eruditis Græcorum exemplis idem in ſuis ad ſe literis comprobâſſe monet Fr. Junius. Syrus reddit ſimpliciter ותרמי *& nutrivit*, eumque reſpexiſſe autumat Beza verba Moſis numer. XI. v. 12. ubi Deum interrogat, utrum ipſe *populum illum numeroſum geſtare poſſit*, ὡσεὶ ἄραι τιθηνὸς τὸν θηλάζοντα, *perinde ac puellum lactentem alumnus bajulaverit*: vel illa etiam Deut. XXXII. v. 11. ubi Deus *populum* eundem *geſtâſſe* dicitur, *ad aquilæ inſtar, quæ pullos* nondum volare potes *ſuper alas bajulat*: quaſi ſcilicet τροποφορεῖν ſit, τροφοῦ δίκην φορεῖν, *ad nutricis inſtar geſtare*; quod tamen aliud eſt quàm *paſcere*, ſive *enutrire*. Ad quod propiùs acceſſit Dunæus, qui vult τροφοφορεῖν, ſive τροποφορεῖν, ad ſonum elegantiorem, dictum, quaſi ſit, τὴν τροφὴν φορεῖν, vel φέρειν, *cibum & alimentum* alicui *ferre ac ſubminiſtrare*; inſtar avis illius Homericæ, Il. ι. v. 323.

Ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι

Μάστακ' ἐπεί κε λάβῃσι· κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

Sicut autem avis nondum volucribus pullis affert.

Eſcam poſtquam acquiſierit, malè autem ei eſt ipſi.

Verbum ipſum apud Græcos Interpretes reperitur bis poſitum, Deuteron. I. v. 31. ubi Moſes de populo Iſraëlitico, Ἐτροποφόρησέν σε Κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴ τις τροποφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν. Ubi Hebræa: נשאך יהוה אלהיך כאשר ישא איש את־בנו: *Tulit*, aut *geſtavit*, te *Jehovah Deus tuus, perinde ac ſi geſtaret quis filium ſuum.*

Judæis cibum abſque labore comparatum præbuit. Uſitata & ubivis obvia hæc ſignificatio.

II. *Impropriè*, & quidem

1. *pro exquiſitiori & altiori myſteriorum fidei declaratione*, quæ per στερεὰν τροφὴν, *ſolidum cibum*, declaratur, qui dicitur eſſe adultorum ad Hebr. V. v. 12. 14. ubi per στερεὰν τροφὴν τῶν τελείων, *cibum ſolidum adultorum* intelligitur metaphoricè exquiſitior & altior declaratio myſteriorum ſalutis, quæ proponenda illis eſt, qui majores in cognitione Dei, fide, & pietate progreſſus fecerunt. Sic intellexerunt veteres. Theophylactus ad locum Apoſtoli, pag. 918. Στερεὰν τροφὴν καλεῖ, τὰ τελειότερα καὶ ὑψηλότερα. *Solidum cibum vocat perfectiora & altiora.* Theodoretus dicit intelligi τὰ τελειότερα δόγματα, *perfectiora dogmata.* Oecumenius, pag. 822. dicit Apoſtolum ita vocare τοὺς τελείους περὶ τῆς θεότητος τοῦ χριστοῦ λόγους, *perfectos de deitate Chriſti ſermones*: item, τὸν ὑψηλὸν λόγον, καὶ τὰ ὑψηλὰ περὶ χριστοῦ δόγματα, *ſublimem ſermonem & ſublimia de Chriſto dogmata.* Cyrillus Alexandrinus lib. I. de Adoratione, pag. 29. Ἡ στερεὰ τροφὴ, τουτέστιν, ὁ περὶ τῶν ἀνωτάτω λόγος. *Cibus ſolidus, hoc eſt, rerum ſupremarum explicatio.* Στερεὰ τροφὴ I. Corinth. III. 2. vocatur βρῶμα. Vide in voce βρῶμα, num. II.

2. *pro ſacra Domini Cœna*, quæ vocatur τροφὴ πνευματικὴ, *cibus ſpiritualis.* Chryſoſtomus Homil. III. in epiſt. ad Epheſios: Πηροῦται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ὅταν μὴ μετέχωμεν τῆς πνευματικῆς τροφῆς. *Corrumpitur anima noſtra, ſi cibi ſpiritualis non ſimus participes.* Vocatur μυστηριώδης τροφὴ, *myſterii plenus cibus*, ab Euſebio, Demonſtrat. Evang. lib. VIII. ſub finem cap. I. pag. 236. Item παναγία τροφὴ, *ſanctiſſimus cibus*, à Theodoreto, Dial. I.

3. *pro verbo Dei.* Baſilius Seleucienſis Orat. XVI. pag. 90. Ψυχῆς τροφὴ, θείων λόγων ἑστίασις. *Animæ alimentum eſt epulum verborum Dei.* Chryſoſtomus Homil. LXII. t. VI. Ἡ ἀληθὴς τῶν ψυχῶν τροφὴ, ἡ ἀληθὴς τῶν εὐσεβῶν τρυφὴ, ὁ ἀληθὴς τῶν εὐσεβῶν πλοῦτος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. *Verus animarum cibus, veræ piorum deliciæ, veræ piorum divitiæ verbum Dei.*

Τρόφιμος.

Veteres Gloſſæ: Τρόφιμος, *alumnus, nutricius.* Τρόφιμοι τῶν ὑδάτων vocantur *piſces* à Theodoreto, θεραπευτ. ſerm. VI. ſtatim poſt initium, quia aquis innutriuntur. *Metaphoricè* frequenter à Patribus uſurpatur. Fideles & Eccleſiæ alumni vocantur τρόφιμοι τῆς πίστεως. Theodoretus in cap. XVII. Ezechielis, pag. 386. Τοιοῦτοι οἱ τῆς πίστεως τρόφιμοι, ἄνω τὴν διάνοιαν πέμποντες, καὶ τὰ οὐράνια φανταζόμενοι, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τῆς μεγίστης καθήμενοι κέδρου. *Tales ſunt fidei alumni, ad ſuperiora mentem transmittentes, & cœleſtia cogitantes, & ſub umbra maximæ cedri ſedentes.* Idem, θεραπευτ. ſerm. V. mox poſt initium: Οἱ τῆς πίστεως μόνοι θρεψάμενοι τρόφιμοι, οὔτε κάτωθεν ὑπό τινος εὐκληρίας ψυχαγωγούμενοι, οὔτε ἄνωθεν ὁρωμένῳ τῷ ξυνδεδεμένοι, μόναις δὲ ταῖς ἀφανέσιν ἐλπίσι τὸν νοῦν ξυναρμόσαντες. *Soli fidei alumni capiuntur; cùm tamen ab inferiori loco nullius terrenæ felicitatis ſolatio teneantur, nec quicquam appareat, unde à ſuperiori loco vincti dependeant, ſed ad occultas duntaxat rerum ſpes mentem animúmque accommodent.* Iidem vocantur οἱ τῆς ἐκκλησίας τρόφιμοι, *Eccleſiæ alumni.* Cyrillus Alexandrinus in cap. LIII. Jeſaiæ, pag. 751. Παρὰ τοῖς τῆς ἐκκλησίας τροφίμοις ἐλπὶς ἀκράδαντος ἡ ἀνάστασις τῶν κεκοιμημένων. *Apud Eccleſiæ alumnos ſpes immota eſt reſurrectio mortuorum.* Balſamon ad epiſt. Baſilii ad Epiſcopos, pag. 1033. Παιδεύει ἡ ἐκκλησία ἵστασθαι εὐχομένους τοὺς τροφίμους αὐτῆς, ἤγουν τοὺς πιστοὺς, οὓς ἡ ἐκκλησία ἐθρέψατο. *Docet Eccleſia rectos ſtare ejus alumnos, fideles ſcilicet, quos aluit Eccleſia.* Ita Iſidorus Peluſiota, epiſt. DLXIX. lib. V. pag. 723. Οἱ τῆς ἐκκλησίας τρόφιμοι. *Eccleſiæ alumni.* Apud Theodoretum τρόφιμοι τῆς εὐσεβείας, *pietatis alumni.* Apud eundem τρόφιμοι τῆς ἀληθείας, *veritatis alumni.* Chryſoſtomus, Homil. I. t. V. Edit. Pariſ. pag. 2. *Paulum* vocat τὸν τῆς ἀγάπης τρόφιμον, *dilectionis alumnum.* Τρόφιμος τῆς ἐλεημοσύνης, *eleemoſynæ alumnus.* Chryſoſtomus præfat. in epiſt. ad Philippenſes: Τοσαύτη ἡ τῆς ἐλεημοσύνης ἰσχύς. μετὰ πολλῆς εἰσάγει τῆς παῤῥησίας τοὺς αὐτῆς τροφίμους. *Tanta eſt eleemoſynæ virtus: alumnos ſuos magna cum libertate introducit.* Idem, Homil. XX. t. V. pag. 127. Ἡ ἐλεημοσύνη πρὸς αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν βασιλικὸν θρόνον, τοὺς αὐτῆς τροφίμους μετ᾽ ἀδείας εἰσάγουσα. *Eleemoſyna ad ipſum regium aſcendit thronum, alumnos ſuos cum ſecuritate introducens.*

Τροχός.

I. Hæc vox non tantùm acuta eſt, ſed etiam penacuta: ſcribitur enim τρόχος & τροχός. Notat autem τρόχος *curſum.* Heſychius: Τρόχων, δρόμων. *Curſuum.* Ammonius dicit de Atticis, τρόχους βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους, *τρόχους cum accentu in penultima dicunt curſus.* Atque ita ſcribendum videtur Jacobi III. v. 6. ubi de lingua, φλογίζει τὸν τρόχον τῆς γενέσεως. *Inflammat curſum*, vel *curriculum nativitatis.* Plerique tamen τροχὸν, ὀξυτόνως, cum accentu in ultima, ſcribunt & *rotam* interpretantur. Oecumenius ad hunc locum, p. 127. Τροχὸν γενέσεως, τὴν ζωὴν ἡμῶν φησι.— τροχὸς δὲ ὁ βίος ὡς εἰς ἑαυτὸν ἀνειλιττόμενος. *Rotam nativitatis, vitam noſtram dicit. Vita autem rota eſt, quia in ſe torquetur & convolvitur.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLVIII. lib. II. pag. 202. Τὸ ἱερὸν λόγιον φάσκει ὑπὸ τῆς γλώττης συγχεῖσθαι τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν. Τροχοειδὴς γὰρ ὁ χρόνος εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος. *Divinum oraculum vitæ noſtræ tempus à lingua conturbari ait. Tempus enim rotæ ſpeciem imitatur, utpote quod in ſeſe torqueatur & convolvatur.* Anacreon:

> Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
> Βίοτος τρέχει κυλισθείς.

Vita enim veluti rota currûs currit verſata, voluta.

II. Τροχὸς eſt *rota*, & frequenter dicitur de *rota pœnali*, qua veteres in quæſtionibus & torquendis ſontibus utebantur. Suidas: Τροχός. ξύλινόν τι ἦν ὁ τροχὸς, ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο. *Rota. Ligneum quoddam* inſtrumentum *erat rota, cui alligati ſervi puniebantur.* Vide Ariſtophanem in Pluto, pag. 43. ubi Scholiaſtes: Τροχός τις ἦν, ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο. *Rota quadam erat, cui alligati ſervi puniebantur.* Hinc ſua Suidas habet. Ariſtophanes in Pace, pag. 449. de Græcorum illo ſupplicio ſic ſcribit:

> Κεἴ τις στρατηγεῖν βουλόμενος μὴ ξυλλάβῃ,
> Ἢ δοῦλος αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,
> Ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ᾽ ἕλκοιτο μαστιγούμενος.

> *Et ſi quis copiarum dux eſſe cupiens non adjuvet* nos,
> *Vel ſervus transfugere paratus,*
> *In rota* ligatus *trahatur cæſus.*

Ad hæc Commentator: Οἱ γὰρ δοῦλοι σφαλλόμενοι ἐπὶ τοῦ τροχοῦ δεσμούμενοι, καὶ συρόμενοι, ἐτύπτοντο ἀνακλώμενοι ἐν αὐτῷ. *Servi enim ſontes rotæ alligati & tracti, verberabantur in ea retorti.* Olim ergo in rota extenſi torquebantur rei, cùm de criminibus quæſtiones haberentur. Suidas: Τροχισθεῖσα, βασανισθεῖσα. ἀπὸ τοῦ τροχοῦ, ὅπερ

Digitized by Google

ὅπερ ἐστιν ὄργανον βασανιστικὸν, καὶ διατεῖνον τὰ σώματα. *Torta, cruciata. Á rota, quod eſt inſtrumentum hominibus torquendis & cruciandis inſerviens, & corpora diſtendens.* Inter ſupplicia etiam veterum erant rotæ, quibus alligati rotabantur per ignem, aut membratim frangebantur, ut exempla ſunt apud Joſephum in hiſtoria Maccabæorum fratrum, ab Antiocho unà cum matre peremtorum, & in non uno loco eorum, qui glorioſorum martyrum res geſtas deſcripſerunt. Baſilius Magnus Homil. in Gordium martyrem, pag. 521. Ποῦ δὲ αἱ μολυβίδες; ποῦ δὲ αἱ μάστιγες; ἐπὶ τροχοῦ κατατεινέσθω, ἐπὶ τοῦ ξύλου στρεβλούσθω, φερέσθω τὰ κολαστήρια. *Ubi verò plumbatæ? ubi verò flagella? In rota extendatur, in equuleo torqueatur, inſtrumenta ſuppliciorum afferantur.* Chryſoſtomus, Homil. de Luciano martyre: Οὔτε βάραθρον ὀρύξας, οὔτε τροχὸν εὐτρεπίσας, οὔτε εἰς ξύλον ἀναγαγών, *neque barathro effoſſo, neque rotâ paratâ, neque cùm in equuleum ſuſtuliſſet.* Inter varia tormentorum genera idem τροχὸν ponit Homil. LVII. tom. V. pag. 384. Locum produximus in voce Ξύλον, num. II. Theophanes, Homil. XLI. p. 290. de Martyribus ſic ſcribit: Διὰ τοῦτο οἱ μάρτυρες πᾶν κολαστήριον εἶδος, ὡς ἀφορμὴν καὶ συνεργίαν τῆς ἐπηγγελμένης ταύτης χαρᾶς, ἑτοίμως ἐδέξαντο τὸ πῦρ, τὸ ξίφος, τὸν τροχὸν, τὰ ἀρθρέμβολα, τὰς ἐσχάρας, τὰ θηρία, &c. *Ideò martyres omnia tormentorum genera, ut quæ occaſiones & adjumenta ad promiſſum hoc gaudium aſſequendum eſſent, promto animo ſuſceperunt ignem, gladium, rotam, cætera luxandorum artuum inſtrumenta, rogos, beſtias*, &c. Nicephorus, lib. VII. hiſtor. Eccleſ. cap. XIV. narrat, Panteleemonem depugnâſſe cum ferro ſecante, plumbo fervente, & rota membra comminuente, atque in æquore maris innatantem lapidem molarem traxiſſe. Videtur verò noſtris moribus recepta latrociniorum pœna per rotam veniſſe à conſuetudine veterum Gallorum. Nam & *rotam* invenias *Galliculam* appellatam in veteri Gloſſario Græco-Lat. ubi: Τροχὰς *Gallicula.* Et Gallo-Francorum uſitatum ſupplicium docet vel Galterus exemplo Burchardi, qui Flandriæ Comitem occidit, lib. VIII. Alexandreidos:

Hoc habitu quondam Burchardum Flandria vidit
Solventem meritas occiſo Principe pœnas.
Quem rota pœnalis pro tanto crimine torſit,
Totáque confregit Ludovico vindice membra.

Hic vides & torturæ genus fuiſſe. Vixit autem is Burchardus ab hora diei nona uſque ad crepuſculum diei ſequentis in rota, ut ſcribit Gualterus Tarvanenſis in vita Caroli Flandri, cap. XLII. Eadem inter ſupplicia inferorum refertur apud Poëtas. Juvenalis Sat. XIII.

Nec rota, nec furiæ, nec ſaxum, aut vulturis atri
Pœna, ſed infernis hilares ſine regibus umbræ.

Cæterùm quod de *rota Græcorum* tormento diximus, uſque adeò verum eſt, ut tale ſupplicium Græcum appelletur. Apulejus lib. III. *Nec mora cùm ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.* Et lib. X. *Nec rota, vel eculeus more Græcorum tormentis ejus apparata jam deerant, ſed obfirmatus mira præſumtione, nullis verberibus, ac ne ipſo quidem ſuccubuit igni.* Atque eorum moribus, qui gravis alicujus criminis reus jure aut injuria erat peractus, priuſquam è medio tolleretur, *illatâ in carcerem rotâ* torquebatur miſerum in modum, id quod docet nos in Phocionis vita Plutarchus, quem inimici hoc quoque ſcelere tollere volebant, nec obtinuerunt tamen. Hujus etiam rotæ ſimilitudine, cùm apud Plautum adoleſcens miris modis torqueri conteſtari cupit. *In amoris ſe rota verſari* dicit.

Τρυφή.

Duplices maximè ſunt *deliciæ.*

I. *Licitæ & laudabiles.* De iis Chryſoſtomus, Hom. XXVII. in I. ad Corinthios: Καὶ ἐγώ σε βούλομαι τρυφᾶν, ἀλλὰ τὴν ὄντως τρυφὴν, τὴν οὐδέποτε μαραινομένην. Τίς ἂν ἡ ὄντως τρυφὴ, καὶ διηνεκῶς ἀνθοῦσα; Καλεσον ἐπ' ἄριστον τὸν Χριστὸν· μεταδὸς αὐτῷ τῶν σῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αὐτοῦ. Τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἄπειρον ἔχει καὶ ἀκμάζουσαν διηνεκῶς. *Et ego te volo expleri deliciis, ſed iis, quæ vera ſunt deliciæ, quæ nunquam marceſcunt. Quænam ſunt ergo veræ deliciæ? quænam perpetuò florent? Invita Chriſtum ad prandium: eum tuis imperti, vel potiùs ſuis. Hoc infinitam habet voluptatem, & perpetuò virentem.*

II. *Illicitæ & noxiæ.* Chryſoſtomus Homiliâ XXVII. in I. ad Corinthios, pag. 422. ex luxuria dicit oriri γέλωτα ἄκαιρον, ῥήματα ἄτακτα, εὐτραπελίαν ὀλέθρου γέμουσαν, φλυαρίαν ἀνόητον, καὶ τὰ ἄλλα ἃ μηδὲ εἰπεῖν καλόν, *riſum intempeſtivum, verba inſolentia & incompoſita, facetias exitio plenas, nugas inutiles, & alia, quæ ne fas quidem ſit dicere.* Idem, Homiliâ XCVIII. tom. VI. Θηρίον ἐστὶν ἡ τρυφὴ, θηρίον χαλεπὸν καὶ ἀτίθασσον, καὶ οὐχ οὕτω σκορπίος ἢ ὄφις τοῖς σπλάγχνοις ἡμῶν ἐγκαθήμενος λυμαίνεται πανταχόθεν, ὡς ἡ τῆς τρυφῆς ἐπιθυμία πάντα ἀνατρέπει καὶ ἀπόλλυσι. *Beſtia ſunt deliciæ, beſtia immanis & intractabilis, nec ſcorpius aut ſerpens viſceribus noſtris incluſus æquè undique lædit, atque deliciarum appetitus omnia ſubvertit & perdit.* Et Homil. CV. ejuſdem tomi: Ἡ τρυφὴ μήτηρ ἐστὶ πάντων τῶν παθῶν καὶ πάσης δυσωδίας. *Deliciæ ſunt mater & ſcaturigo omnium pravorum affectuum atque omnis fœtoris.* Et Homil. LVII. in Matth. pag. 368. Τί ἐργάζεται κακὸν ἡ τρυφή; χοίρους ἐξ ἀνθρώπων ποιεῖ, καὶ χοίρων χείρους. ὁ μὲν γὰρ χοῖρος βορβόρῳ ἐγκαλινδεῖται, καὶ κόπρῳ τρέφεται. Οὗτος δὲ ἐκείνης βδελυκτοτέραν σιτεῖται τράπεζαν, μίξεις ἐννοῶν ἀθέσμους, καὶ παρανόμους ἔρωτας. *Quid mali efficiunt deliciæ & luxus? Porcos ex hominibus faciunt, & porcis deteriores. Porcus enim in cœno volutat ſe, & ſtercore nutritur. Hic verò longè abominabiliori nutritur menſa, concubitus cogitans illegitimos & ſceleratos amores.* Iterum. Homil. XVI. in Acta: Ἀπόκρημνος ὁ τόπος ὁ τῆς τρυφῆς, καὶ λήθην τοῦ Θεοῦ ἐμποιεῖ. *Præceps deliciarum locus eſt, & Dei oblivionem inducit.* Clem. Alex. Pædag. lib. III. c. VII. p. 235. Τρυφὴ εἰς ἡδονὰς ἀλωμένη χαλεπὸν ἀνθρώποις ναυάγιον γίνεται. ἀλλότριον γὰρ τῆς ἀληθοῦς γίνεται φιλοκαλίας καὶ τῶν ἀστείων ἡδονῶν. *Deliciæ, quæ in voluptatibus vagantur, grave ſunt ac periculoſum hominibus naufragium. Á vero enim honeſti ſtudio, & quæ viro bono conveniunt voluptatibus, aliena eſt hæc judicanda.* Et lib. II. Stromat. pag. 412. Τί ἕτερον ἡ τρυφὴ ἢ φιλήδονος λιχνεία, καὶ πλεονασμὸς περίεργος, πρὸς ἡδυπάθειαν ἀνειμένων; *Quid aliud ſunt deliciæ, quàm libidinoſa liguritio, & ſupervacanea redundantia eorum, qui ſunt diſſoluti ad ſuavem ſenſum delectationis?* Theophylactus in caput IV. Matthæi: Τρυφὴ, πάσης ἁμαρτίας ἀρχή. *Deliciæ omnis peccati ſunt origo.* Infinita penè in eandem afferri poſſent ſententiam: Lector interim, ſi placet, conſulat Chryſoſtomi Homil. XXXIX. in I. ad Corinthios, paginâ 512. Cyrillum Alexandrinum lib. I. de Adoratione, paginâ 19. iterum Chryſoſtomum, Homiliâ XXVII. in Acta, paginâ 769. Homil. XXXVII. tom. V. pag. 247. ibid. Homil. LXXIII. pag. 522. lib. de Virginitate, cap. LXXI. t. VI. pag. 288.

Τυμ-

Digitized by Google

Τυμπανίζω.

Promiſimus in verbo Ἀποτυμπανίζω hoc loco nos fuſiùs de hujus vocabuli ſignificatione, ex Clariſſ. Gatakeri Adverſ. cap. XLVI. acturos. Fidem ergo datam liberamus. Sunt, Oecumenio referente ad Hebr. XI. v. 35. qui τυμπανίζεσθαι exponunt ἐκδέρεσθαι, hoc eſt, *excoriari*: quo ſupplicio affecti narrantur fratres illi in Maccabæorum hiſtoria lib. II. cap. VII. cute viventibus detracta. Heſychius certè inter alia, τυμπανίζεται, interpretatur ἐκδέρεται, *excoriatur*: eodem modo Suidas.

Alii *ſuſpendium*, vel *ſuffixionem* deſignari exiſtimant. Et conjunxit revera duo iſta Theodoretus Θεραπευτ. Serm. III. pag. 45. ut in verbo Ἀποτυμπανίζω jam monuimus. At Heſychius ἐτυμπανίσθησαν, ἐκρεμάσθησαν, ἐσφαιρίσθησαν: quò etiam retrahendum, quod loco ſuo ſine dubio notum, ad calcem ferè literæ Α rejectum offenditur, ἐτυμπανίσθησαν, ἐκρίσθησαν, non quòd alterum altero explicare voluerit; ſed quòd locum Apoſtoli animo tunc obverſantem deſignare viſum eſſet, in quo verba illa reperiuntur. Poteſt autem de *ſuſpendio* iſtud, non tam ipſum τοῦ τυμπανισμοῦ ſupplicium, quàm vel antegreſſa, vel conſequentia ſpectare.

Antegreſſa ſpectare potuit, quia ſuſpendi conſueverant, ſive machinæ alicui affigi, quibus vel pelle direpta, vel plagis illatis, pœnæ erant irrogandæ. Quin & τύμπανον quandoque dici videtur *palus*, *patibulum*, ſive machina illa, ad quam devincti plagis afficiebantur. Maccab. lib. III. cap. VI. v. 30. de Eleazaro: Μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾷν, *cùm plagis conficiendus eſſet*: v. 19. αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγεν, *ad tympanum ſponte ſua proceſſit.* Et rurſus v. 28. Ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθεν. *Ad tympanum ſtatim*, ſive *rectà*, *acceſſit.* Eodem fortaſſe facit quod apud Lucianum in Cataplo, Clotho, pag. 432. Τοὺς ἐκ δικαστηρίου δῆτα παράγαγε· λέγω δὲ τοὺς ἐκ τυμπάνου, καὶ τοὺς ἀνασκολοπισμένους. *Cedo iſtuc eos, qui à tribunali veniunt: eos dico, qui à tympano, eóſque qui ſuffixi ſunt.* Sed & quod Lucilius de Aſtrologis, in Anthologia lib. II. cap. VI. epigr. II. pag. 181.

Ἄξιοι εἰσι τυχεῖν πάντες ἑνὸς τυμπάνου.

Uno ſunt omnes tympano, ſive *palo*, aut *patibulo*, *digni.* Docent enim ſequentia, *palum* ſive *ſtipitem* deſignari, ad quem deligari ſolebant, qui beſtiis objiciebantur. Sic enim ibidem ſequitur:

Ὄψομαι οὐ μακρὰν αὐτοὺς τυχεῖν εἰδότας ὄντως,
Καὶ τί ποιεῖ ταῦρος, καὶ τί λέων δύναται.

Videbo non multò poſt eos verè nôſſe,
Et quid taurus faciat, & quid leo poſſit.

Alluſit ad ſigna cœleſtia ab Aſtrologis denominata, quorum ſcientiam illi profitebantur, qualem in inferiora iſta efficaciam, quaſque vires obtinerent.

Sed quid de illo ἐσφαιρίσθησαν in allegato Heſychii loco? Conjecturam ſuam ita profert Gatakerus. Σφαῖραι ſunt *pilæ plumbeæ*, vel *æneæ*, corio inſutæ, ſunt *ceſtus*, quibus corpora malè mulctabantur. Pollux lib. III. cap. XXX. Sect. V. de pugilatu: Σφαῖραι τὰ ὅπλα; ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν, καὶ σφαιρομαχία, apud Ariſtomenem in Hercule exercitatore, de eis, non qui *pilâ luſoriâ*, ſed qui *ceſtibus* concertabant, uſurpata. Nec aliunde τὰ σφαιρομάχια, exercitium Spartanis peculiare; ut Euſtathius ad Odyſſ. Θ'. Ita σφαιρισθῆναι erit *ceſtibus cædi.* Eâdem ſcilicet analogiâ, σφαιρίζειν eſt σφαίραις πλήττειν, *ceſtibus cædere*, quâ τυμπανίζειν, τυμπάνοις πλήττειν, *fuſtibus ferire & plectere*, uti mox videbitur. Σφαῖραι ejuſmodi fuerint μολιβδίδες (Baſilius, ut in voce Τροχὸς, num. II. vidimus, μολιβίδας vocat) illæ, quibus μαστιζόμενος, *flagellatus*, *cæſúſve* narratur Diaconus orthodoxus, in Petri Alexandrini epiſtola, apud Nicephorum lib. XI. cap. XXVIII.

Poteſt & de *ſuſpendio* illud, ad ea, quæ τὸν τυμπανισμὸν ſubſequebantur, pertinere. Siquidem corpora eorum etiam, quibus vel cutis detracta, vel plagæ illatæ fuerant, ſuffigi ſuſpendique ſolebant. De Cleomene Plutarchus, ex Ptolomæi regis mandato, κρεμάσαι καταβυρσώσαντας *direpta pelle corpus ſuſpendio datum.* Atque hoc forſan volunt Grammaticorum illa apud Suidam & Etymologum, Τυμπανίζεται, ξύλῳ πλήσσεται, ἐκδέρεται καὶ κρεμᾶται. *Tympanizatur, fuſte cæditur, excoriatur & ſuſpenditur*, non quòd verbum illud iſta omnia ſignificet, ſed quòd in ſupplicio illo affectis iſta ſæpenumero convenirent, uſuque veniret ut fuſte cæſorum corpora eis etiam modis exciperentur. Alioqui τοῦ τυμπανίζεσθαι vocabulo neutrum horum deſignari, aut ortus vocabuli, aut uſus evincit. Hoc eſt autem Lexicographis illis familiare, ea ſub eodem vocabulo, licet diſparata, comprehendere & repræſentare, quæ illud, quod id ipſum peculiariter deſignat, vel conſequi, vel concomitari conſueverunt. Ita Heſychius: Τυπεὶς, πληγεὶς, ἐκ χειρὸς, καὶ πεσὼν, ἢ τρωθείς. Cùm tamen τὸ τύπτεσθαι nec *vulnerari*, nec *cadere* ſignificet. Et rurſus: Τύψον, ἔκχεε, ἐκχέωσον, τρῶσον, δάμασον. Cùm τύπτειν tamen nec *effundere*, nec *domare* ſignificet.

Alii ἐτυμπανίσθησαν exponunt ἀπετμήθησαν, ſive ἀπεκεφαλίσθησαν, *gladio occiſi*, *capite truncati ſunt*: ita Theophylactus & Oecumenius. Sed & diſertiſſimè, illis prior, Johannes Chryſoſtomus, Homiliâ XXVII. in epiſtolam ad Hebræos, pag. 567. Ἀποτυμπανισμὸς λέγεται ὁ ἀποκεφαλισμός. Hoc eſt, ut Hugo Card. expreſſit, *Tympaniſmus & decollatio*; ſive, verbum iſtud ἀποτυμπανισμὸς, *decollationem* deſignat. *Fortè*, inquit Illyricus, *quòd capite truncati ſpeciem quandam tympani habent.* Verùm hæc in illis nulla obſervatur. Accedit Varinus Favorinus; Ἀποτυμπανισθῆναι, ταυτόν ἐστι τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. Hæc habuit ab Euſtathio, Euſtathius verò ab Athenæo, ſed minùs dextrè accepto; uti mox indicabitur. Concedit eodem & Victorinus Strigelius, adductis ex Plutarchi Dione verbis iſtis de Dionyſii emiſſariis, οὗτοι μὲν οὖν πρῶτον δίκην ἔδοσαν, ὑπὸ τῶν προσυγχαιρόντων τυμπανιζόμενοι, quæ ille vertit, *Hi primùm perſolverunt pœnam, capite truncati.* Verùm, nec Plutarchi verba neceſſariò ſic ſunt interpretanda, & aliud aliquid voluiſſe Apoſtolum inde patet, quia ſtatim v. 37. Τῶν ἐν μαχαίρας φόνῳ ἀποθανόντων, *eorum qui gladio ſunt cæſi*, ab his ſeorſum meminit. Cæterùm ita planè uſurpavit Theodoretus, quæſt. XLII. in Deuteronom. pag. 188. ubi de Judæis: Τὸν μὲν καλλίνικον κατέλευσαν Στέφανον, ξύλῳ δὲ τὸν μέγαν ἀνεῖλον Ἰάκωβον· εἰς θεραπείαν δ' αὐτῶν, καὶ τὸν ἕτερον Ἰάκωβον Ἡρώδης ἀπετυμπάνισε. *Victorem eximium Stephanum lapidârunt, Jacobum verò Majorem fuſte ſuſtulerunt: ſed & in ipſorum gratiam Jacobum alterum Herodes ἀνεῖλε μαχαίρᾳ, gladio ſuſtulit*: ſic enim habetur in Actis Apoſt. XII. vers. 2.

Alii *equulei ſupplicium* intelligunt. Vetus Interpres,

pres, quem & Beza ſequitur, hoc loco, *diſtenti ſunt.* Sed Jacobus Faber, *diſtenſi ſunt*, mavult: ut à *diſtendor*, non à *diſtineor*, venire dignoſcatur. *Funibus enim,* inquit, *& nervis artus & membra extenſi fuere nonnullis ad ſupplicia, ut tympana extendi ſolent. Quo modo & poſtea martyres in cataſtis pro Chriſti nomine trochleis funibus & nervis alligati, crudeliſſimè diſtracti ſunt.* Ita à *tympano* bellico vocabulum hoc ſumtum fuerit ſive, ut Eraſmus, *à corio, quod in tympano diſtenditur.* Thomas uterque, Aquinas & Cajetanus, *diſtenti ſunt in equuleis:* ſed & Acciaolus apud Theodoretum in Therapeutica, τυμπανισθῆναι, vertit, *fidiculis diſtendi.* Verſio etiam in linguam Græcam vulgarem, in ipſo quidem contextu retinet vocem Apoſtoli ἐτυμπανίσθησαν, ſed in margine addit, ἤγουν ἐτανύσθηκαν, *vel diſtenti ſunt*, Caſtellio, generaliùs, *cruciati ſunt.* Syrus, *In cruciatu mortui ſunt.* Camerarius, *Supplicio affecti ſunt ultimo per cruciatus: ut de uno*, inquit, *omnia intelligantur: nam* τυμπανίζεσθαι *pulſationis & jactationis erat ſupplicium.* Atque huc forſan ſpectare poſſit, quod de Ptolemæo rege Plutarchus in libro de adulatoris & amici diſcrimine: Οὕτως δὲ καὶ Πτολεμαίῳ φιλομαθεῖν δοκοῦντι, περὶ γλώττης καὶ στιχιδίου καὶ ἱστορίας, μαχόμενοι, μέχρι μέσων νυκτῶν ἀπέτεινον, ὠμότητι δὲ χρωμένου καὶ ὕβρει, καὶ τυμπανίζοντος καὶ τελοῦντος, οὐδεὶς ἐνίστη τῶν τοιούτων. Hic meritò ſuſpecta vox τελοῦντος. Nec ſatisfacit, quòd Eraſmus, *vectigalibus populum onerante*, vertit. M.S. Xylandro teſte, τελεύντος. Rectè reſcribit Gatakerus στρεβλοῦντος. Iſta enim duo apud Origenem etiam junctim poſita deprehenduntur, lib. VIII. contra Celſum, pag. 414. Loca producimus in verba Ἀποτυμπανίζω. Verba ergo Plutarchi ita vertenda: *Ptolemaum qui aſſectabantur viri eruditi, cùm literarum ſtudioſus Rex videretur, de gloſſa aliqua, aut verſiculo, aut hiſtoriola, diſceptationes ad mediam usque noctem protrahebant. Verùm crudeliter ac contumelioſè adverſus ſuos ſe gerenti, cruciatúsque atque tormenta adhibenti, nemo illorum ex adverſo ſe opponere ſuſtinebat.* Interim, Apoſtolum tam generatim hic locutum, haud eſt veriſimile, cùm tot perpeſſionum genera ſigillatim recenſeat.

Alii denique ad *fuſtuarium* referunt. Theophylactus, ex quorundam ſententia, dicit τυμπανισθῆναι eſſe ῥοπάλοις τυφθῆναι, *fuſtibus cædi:* & Oecumenius, ἐτυμπανίσθησαν, διὰ ῥοπάλων, (Favorinus, εἰς ῥόπαλα) ἀπέθανον, *fuſtibus interierunt:* quo modo de Olympio, qui Stiliconi inſidias ſtruxerat, Olympiodorus hiſtor. lib. I. apud Photium Bibliothec. Cod. LXXX. ῥοπάλοις παιόμενος ἀναιρεῖται, *fuſtibus caſus interiit.* Eademque mente de Perſis Herodotus, Καὶ τοῖσι σκυτάλοισι ἔπαιον τοὺς Πέρσας. Pro quo in Suidæ codicibus Frobenianis vitioſè τοῖς σκυτάλησι legitur, nec meliùs in editione Porti, τῆς σκυτάλησι. Vitium ſubeſſe, ipſe Suidas monere potuiſſet, qui σκύταλον, non σκυτάλην, eo loci dicit apud Herodotum & Ariſtophanem eſſe ῥόπαλον, ſive βακτηρίαν ἀκροπαχῆ, *fuſtem, clavam.* Unde & apud Heſychium: Σκυταλωμένη, ξύλῳ τυπωμένη, lege τυπτομένη, *fuſtigata, fuſte cæſa.* De Chostoa Perſarum rege Zonaras tom. III. in Mauritii hiſtoria: Ῥοπάλοις ἐκέλευσε κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον τὸν πατέρα ἀποθανεῖν. *Patrem ad mortem usque per ilia fuſtibus cædi juſſerat.*

Ita, inquit Eraſmus, *à tympano fuerit, quod ictibus crebris cæditur.* Atque ita Hemmingius, *crebris ictibus caſi, ut tympanum.* Verùm denotatione vocabuli aliò abſcedunt Grammatici, nec à *tympano, quod cæditur*, ſed à *tympano, quo cæditur*, tractum volunt. Etymologus: Ἀποτυμπανίσαι, οὐχ ἁπλῶς τὸ ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ τυμπάνῳ. ἀπὸ τυμπάνου, ὅ ἐστι ξύλον, ὅπερ σκυτάλην καλοῦσι. Τὸ γὰρ παλαιὸν ξύλοις ἀνῄρουν τοὺς πολεμίους· ὕστερον δὲ τῷ ξίφει. *Ἀποτυμπανίσαι non eſt ſimpliciter occidere, ſed fuſte id exequi: à* τύμπανον, *quod baculum, fuſtemve ſignificat: antiquitus enim fuſtibus in bello hoſtes tollebant: quos eosdem poſt enſe.* Ita Plinius, lib. VII. cap. LVI. *Prælium Afri contra Ægyptios primi fecere fuſtibus, quos vocant phalangas.* Et Horatius, Satyr. III. lib. I.

Cùm prorepſerant primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atq; cubilia propter
Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atq; ita porrò
Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus.

Sed & in maleficis, vel caſtigandis, vel necandis etiam, *fuſte* utebantur. De hoc genere ſupplicii Polybius lib. VI. in diſciplina, quæ apud Romanos obtinebat militari; Τοὺς λαχόντας ξυλοκοπεῖ. *Ex iis, qui ſtationem deſeruerant, ſorte ductos fuſte necat*, ut Tacitus lib. III. Livius itidem lib. V. *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit.* Inde in Jure civili l. XLVIII. tit. de Pœnis, leg. VII. ex Calliſtrato; *Fuſtium admonitio.* Et leg. X. ex Marcello; *Ex quibus cauſſis liber fuſtibus cæditur.* Tam enim *liberos* quandoque, quàm *& ſervos fuſtibus cædebant:* κἂν δοῦλος τις ᾖ, κἂν ἐλεύθερος, Favorinus. Sed & Chriſti famulos ob nominis Chriſtiani profeſſionem *fuſtuarium* paſſos, ξύλοις παιομένους, patet ex Dionyſii Alexandrini ad Fabium Antioch. & Phileæ Ægyptii ad Thenuitas ſuos epiſtolis, apud Euſebium lib. VI. cap. XLI. & lib. VIII. cap. X. & Nicephor. lib. V. cap. XXX. & lib. VII. cap. IX. De Jacobo fratre Domini, cùm Theodoretus ſuprà allatus, tum & Euſebius; eùmque ſecuti hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores; ex Clementis Alex. Hypotypoſ. lib. VII. hiſtor. Eccleſ. lib. II. cap. I. & ex Hegeſippi autoritate comment. lib. V. ibidem cap. XXIII. (quo tamen loco in Græcis Euſebii codicibus pro Hegeſippi, Joſephi nomen irrepſit) & Epiphanius hæreſi LXVI. ξύλῳ πληγέντα, *fuſte percuſſum* interiiſſe, conſtanter tradunt. Confer vocem Ξύλον: num. II. Timotheum etiam, Epheſinum Epiſcopum, quem & Apoſtolum nuncupat, narrat Photius Cod. CCLIV. ex libro de ejus martyrio conſcripto, ῥοπάλοις ἀναιρεθῆναι, *fuſtibus è medio fuiſſe ſublatum.* Ex Martyrum actis ſub Diocletiano paſſorum, Quintum & Felicem quendam *fuſtibus exploratos:* Felices alios duos *ad necem usque caſos*, habemus apud Baronium Annal. tom. II. anno CCCIII. Valens etiam Imperator, lege lata, ut monachi militarent, nolentes *fuſtibus juſſit occidi.* Chronic. ætat. VI. anno 364. Huc ſpectant, quæ ſuggerunt nobis Grammatici. Heſychius: Τύμπανον, εἶδος τιμωρίας. Et Etymologus: Παρὰ τὸ τύπτω τύπανον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ τύμπανον, τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους μεταχειρίζεται. *Tympanum, carnificis lignum, quo traditos ſibi mulctat malè.* Et Suidas: Τύμπανα, βάκλα, παρὰ τὸ τύπτειν· ξύλα, ἐν οἷς ἐτυμπάνιζον, ἐχρῶντο γὰρ ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ. *Tympana ſunt bacula* (βάκλα, *bacula*, ut φάκλη, *facula;* τάβλα, *tabula;* σύβλα, *ſubula*) *à tundendo ſic dicta: ligna, quibus tympaniſmum exequebantur: hoc enim ſupplicii genere utebantur.* Quæ eadem & Scholiaſtes habet, ad illud Ariſtophanis in Pluto, p. 25.

Ω τύμπανα, καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε;
O tympana, & cyphones, non ſuccurritis?

Sed ex Suida emendandus Scholiaſtes, qui pro ἐν οἷς malè ἐφ' οἷς exhibet; Suidas viciſſim è Scholiaſte ſup-

ſupplendus: Ἡ βάκλα, inquit, παρὰ τὸ τύπτειν. ἤγουν ξύλα, οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι. *Vel bacula ſimpliciter, vel fuſtes, quibus coram tribunali cæduntur, qui ſupplicio ſunt afficiendi.* Eodem pertinet, quod Suidas idem, τυπαῖς, πληγαῖς· ἔχοντας τύμπανα καὶ τυπάς. τύλοις, πληγάς. Apud Photium Cod. CCXLII. de Juliano Damaſcius in vita Iſidori: Σιωπῇ ἐδέξατο καρτερῶν τὰς πολλὰς ἐπὶ τῷ νώτῳ διὰ τῶν τυμπάνων πληγάς· καὶ γὰρ πολλαῖς ἐπαίετο βακτηρίαις, μηδὲν ὅλως φθεγξάμενος. *Multas ſilentio excepit tergo plagas tympanis illatas; baculis enim multis cædebatur, nec quicquam prolocutus.* Τύμπανον itaque eſt ξύλον, σκυτάλη, βακτηρία. Gallicè *maſſaculum, & billot, fuſtis, clava, baculus*, quo cæduntur, vel quæſtioni ſubjecti, vel plagis addicti, vel è medio etiam tollendi. Atque inde τυμπανίζειν dictum & ἀποτυμπανίζειν, quod Latini *fuſtigare, & fuſte cædere*, Græci ξυλοκοπεῖν, Galli *aſſommer, maſſacrer, & maſſaculare.* Et τυμπανισμὸς, Siculis & Argivis σκυταλισμὸς, Polybio ξυλοκοπία, Gallis *maſſaculamentum*: quod & monuit Illuſtriſſ. Joſephus Scaliger ad Beroſi fragmenta, pag. 91. & in Canon. Iſagog. lib. III. part. II. cap. I. pag. 296. Suffragantur Grammatici. Heſychius: Τυμπανίζεται, πλήσσεται, ἰσχυρῶς τύπτεται. Vide in Ἀποτυμπανίζω. Nec aliter ceperim apud Plutarchum Dione, quod ſuprà adductum eſt, & in libro de Curioſitate iisdem ferè verbis repetitum, de tyranni emiſſariis, ὑπὸ τῶν προστυγχανόντων τυμπανιζόμενοι, & συλλαμβάνοντες ἀπετυμπάνιζον. *Ut obvium quemque habuit vulgus promiſcuum, fuſtibus baculóve correptum proſternebant.* Ita etiam uſurpâſſe videtur Ariſtoteles Rhetor. lib. II. cap. VI. ubi de eis agens, qui adverſus metum ulteriorem jam obduruerunt: Οὔτε οἱ ἤδη πεπονθέναι νομίζοντες τὰ δεινὰ, καὶ ἀπεψυγμένοι πρὸς τὸ μέλλον, ὥσπερ οἱ ἀποτυμπανιζόμενοι ἤδη. *Nec ei metuunt, qui dira jam perpeſſos ſe putant, & de futuro animam jam deſponderunt, ut qui fuſtuario jam pene ſint enecti.* Et ibid. cap. VIII. Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους, ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν. Τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη· ἢ μὴ αὔριον τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; *Antiphon Poëta cùm Dionyſii juſſu fuſtuario necandus duceretur, videretq́; eos qui unà morituri erant, dum per portam exibant, capita obnubere, Quorſum, inquit, capita obnubitis? anne horum quis cras vos videat?* Neque enim placet, quòd interpres eruditiſſimus, τὸ ἀποτυμπανίζεσθαι, illic *fidiculis cruciari*, iſthic *torqueri* reddiderit. Apud Photium in Biblioth. Cod. CCLXXIX. pag. 1593. ex Helladii Chreſtomath. lib. IV. narratur, Athenienſes Praxitelem quendam, ὀργισθέντας ἀποτυμπανίσαι, ὅτι κριὸν ἐξέδειρε ζῶντα, *eò quòd arietem vivum excoriâſſet, crudelitatem deteſtatos, fuſtibus occidiſſe.* Dilutè ſiquidem nimis Andreas Schottus, *fuſtibus cædentes puniebant.* Imò *trucidârunt* planè, τὸ ἄνδρα μισήσαντες, ὡς τυραννικὸν ἔχοντα φρόνημα, *tanquam qui tyrannico præditus eſſet ingenio, hominem illum averſati.* Ibidem etiam refertur, per ſeditionem quandam, quæ ideò σκυταλισμὸς eſt dicta, παίοντας ἀλλήλους, *fuſtibus ſeſe cædentes invicem, mille quingentos homines Argis occubuiſſe.* Ita σκυταλισμὸς & τυμπανισμὸς idem fuerint. Τυμπανίζειν ergo eſt *fuſtibus cædere*; ἀποτυμπανίζειν, *iiſdem ad necem uſque cædere, occidere.* Atque hoc ego quidem ſenſu uſurpâſſe Apoſtolum cenſuerim, cùm ſupplicii crudeliter exacti, ſive carnificinæ immanis genus quoddam, à reliquis, quæ recenſet plura, diſtinctum inſinuet. Atque ita Henr. Stephanus, ἐτυμπανίσθησαν, *fuſtuario mulctati ſunt, fuſtibus caſi ſunt.*

Cæterùm Fr. Ribera utrumque comprehendi cenſet, & *diſtentionem* corporis & *fuſtigationem.* Verba ejus ſunt: *Tympanum tormenti genus eſt, quo homines diſtendebantur, & plagis multis feriebantur, inſtar tympanorum.* Quod Eleazari hiſtoriâ it confirmatum. Eodem ferè concedit & Franciſcus Junius. Verba Viri clariſſimi, Parallelorum lib. III. leguntur iſta: *Nomen Græcum* τύμπανον, *dictum* παρὰ τὸ τύπτειν, *quod eſt* verberare, *modo inſtrumentum illud ſignificat, quod pulſatur, vel in quod pulſatur: modò inſtrumentum pulſans, id eſt, fuſtem, ad pulſationem, cujuscunque ea ſit generis, accommodum. Inſtrumentum, quod pulſatur, duobus modis accipitur: nam aut luſionis eſt, cujus artifices* tympaniſtæ & tympanotribæ *appellantur; aut tormenti eſt, quo utebantur carnifices. Erat autem hoc tormentum ejuſmodi, ut reorum corpora diſtenderentur graviſſimè, machinâ tractoriâ, quam Græci etiam γερανόν appellaverunt, adeò ut miſeri nullam corporis ſui partem vel latum unguem movere poſſent, ſed fuſtigantium & pulſantium plagis, in omnes partes eſſent expoſiti: quapropter etiam illud inſtrumentum à Græcis* τύμπανον *fuit nominatum. Eo autem tormenti genere veteres utebantur, ſive ad quæſtionem, ut docent Juriſconſulti; ſive ad necem, ut exemplum eſt II. Maccab. VI. ſive ad extorquendam* παλινῳδίαν *& abnegationem fidei, ut teſtis eſt Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Hæc ille. Pertinet huc, quod apud Euſebium lib. VIII. cap. X. & Nicephorum lib. VII, cap. IX. ex Phileæ epiſtola, priùs etiam memorata, refertur: Οἱ μὲν ὀπίσω τὼ χεῖρε δεθέντες, περὶ τῷ ξύλῳ ἐξήρτηντο· καὶ μαγγάνοις τισὶ διετείνοντο πᾶν μέλος. Εἶθ' οὕτως διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐπῆγον ἐκ κελεύσεως οἱ βασανισταὶ, οὐ καθάπερ τοῖς φονεῦσιν, ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τῶν κνημῶν, καὶ παρειῶν, τοῖς αἰμυντηρίοις, κολάσεις. Ita ex utroque concinnavi, alterius ex alterius Codicibus alternatim reſtitutis: meliùs enim apud Euſebium διετείνοντο, quàm apud Nicephorum διέτεινον, legitur: contrà rectiùs apud Nicephorum κολάσεις, quàm apud Euſebium ἐκόλαζον. nam τὸ ξύλον cum Euſebio, an τῷ ξύλῳ cum Nicephoro legas, nihil intereſt. *Quidam manibus poſt terga revinctis, circa lignum quoddam pendentes, machinis quibusdam per membra omnia diſtendebantur: tum corpori toti, id juſſi tortores, non lateribus ſolis, quod homicidis fieri ſolet, ſed ventri etiam, ſurisq́; & maxillis, tormenta crudelitatis inſtrumentis, irrogabant.* Machinam ejusmodi, qualem Vir Cl. vult, planè deſcribit: quanquam in Hiſtoria Eccleſiaſtica *tympani* nomine deſignatam machinam eam nusquam deprehendo. Nec ab ea τὸ τυμπανίζειν dictum exiſtimo, cùm extra ritum aut machinæ uſum ejusmodi, pro *fuſtibus cædere*, idque ex notione primaria, ſumi videatur; & *à fuſte, quo cæditur*, dici; quod & Grammaticorum filiis omnino probatur. Machina autem illa non hinc nomen traxiſſe videtur, quòd *tympani inſtar pulſaretur*; neque enim machina ipſa cædebatur; ſed inde potiùs, quòd *tympano*, ſive *fuſti*, deſtinarentur corpora ad eam deligata.

Illud adjicere non abs uſu fuerit, τὸ ἀποτυμπανίζεσθαι latiori etiam ſignificatu non raró uſurpari. Cùm enim modus iſte tollendi miſeros mortales, utpote qui promtus nimis & proclivis eſſet, frequentiùs adhiberetur, inde natum eſt ut τυμπανίζεσθαι & ἀποτυμπανίζεσθαι dicerentur, οἱ μόρῳ βιαίῳ ἀποθανόντες, *qui vi aliqua è medio tollebantur*, ſive *fuſte*, ſive *reſte*, ſive *ferro* id fieret. Quod idem & in aliis cùm vocabulis, tum linguis uſu venire deprehenditur. Sic enim δειροτομεῖν & ἀποδειροτομεῖν, cùm *decollare*, ſive *cervicem incidere*, propriè ſignificet, &, ex conſequenti, *peculiari hac ratione perimere*; generaliùs tamen de cæde uſurpatur quovis modo perpetrata: ita Achilli Lycaon de ſe ac Polydoro, germano ſuo, Iliad. φ. v. 89.

—— Σὺ δ' ἄμφω δειροτομήσεις.
Tu verò utrumque decollabis.

Cùm tamen & Polydorus, non *enſe cervice cæſa*, ſed *jaculo ventrem transfixus* interiiſſet, & incertum foret, quo mortis genere ipſum Achilles eſſet affecturus. Sic *jugulare* Latinis, quod vox ipſa docet, eſt primariò *jugulo inciſo necare*: unde Regulo illi, quem Plinius min. lib.I. epiſt. V. *bipedum omnium nequiſſimum*, Modeſtus: ibid. lib. IV. epiſt. XXIV. *Virum malum dicendi imperitum*, dixit Senecio, jactanti, *in cauſſis agendis ſe jugulum ſtatim petere, hunc premere*; reſpondit ſalsè Plinius, ibid. lib.I. epiſt. XX. *poſſe fieri, ut genu eſſet, aut tibia, aut talus, ubi ille jugulum putaret.* Et tamen *jugulatum* dicimus hominem quoquo modo interemtum.

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

inquit Flaccus lib. I. epiſt. II. ſed & de morbo Celſus, lib. III. cap. XV. *Quartana neminem jugulat.* Et de vino aquâ infusâ vitiato ac corrupto Martialis lib.I. ep.XIX.

---- *Scelus eſt jugulare Falernum.*

Qui & *curas mero jugulari* dixit, lib.VIII. ep. LI.

Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam.

Et *pudorem*, lib. I. epiſt. CVII.

Et durum jugules mero pudorem.

Pari ergo ratione τὸ τυμπανίζειν, tam ſimplex quàm compoſitum, pro *quoquo modo cruciare & trucidare* uſurpatur. Inde Theodoreti Scholiaſtes, τυμπανισθῆναι exponit ἀνηλεῶς φονευθῆναι, *immaniter trucidari*. Et Heſychius: Ἡμιτυμπανισθεὶς, ἡμιθανής. Itaque quod ex Megaſthenis Indicorum lib. IV. Abydenus lib. I. de rebus Aſſyriis ab Euſebio Præparat. Evang. lib. IX. laudatus, de Laboroſoarchodo rege Babylonio, βιαίῳ μόρῳ ἀποθανόντος, id eſt, *morte violenta ſublato*, dixit: idem de eodem narrans, Joſepho adv. Appionem lib. I. laudante, Megaſthene poſterior Beroſus Chaldaic. lib. III. Ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. *Cùm pravæ indolis indicia multa daret, ab amicis per inſidias interemtus eſt.* Neque enim neceſſarium eſt, ut cum Viro Illuſtriſſimo ſtatuamus, *amicos qui in convivium ſcil. inermes venerant*, τῷ τυχόντι ὅπλῳ, *quod fors objecit, ligno aut ſcamno, aut tali id genus, miſerum illum adoleſcentem oppreſſiſſe.* Præterquam enim quòd præſumit gratis, in convivio occiſum fuiſſe, eumque eſſe, qui Balthaſar Danieli dicitur; quid lignis & ſcamnis, tantóque molimine opus fuit ad peragendum, quod pugione unico, vel faſciolâ etiam tranſigi poterat? Sed & quod Danielis VII. 11. in verſione LXX. dictum eſt, ἀνῃρέθη τὸ θηρίον καὶ ἀπώλετο, *ſublata eſt periitque beſtia illa*: idem Juſtinus adverſus Tryphonem proferens, ἀπετυμπανίσθη, inquit, τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο. Ita ſumendum exiſtimo, quod Demoſthenes Philipp. IV. Προσήκει γινώσκειν καὶ τοὺς πεπρακότας αὐτοὺς ἐκείνῳ φανερῶς μισεῖν καὶ ἀποτυμπανίσαι. *Eos, qui ſe Philippo vendidere, odio apertè habere, & ſupplicio capitali tollere, ſciſcendum eſt.* Quodque idem adv. Æſchinem de legat. malè obit. ἀποτετυμπανισμένους ἐποίησεν ἂν ταὐτὸ τῷ βασιλεῖ. *Effeciſſet hoc, ut à rege capitali ſupplicio afficerentur.* Eodem planè modo ſumere licuerit & apud Plutarchum de ſuperſtitione, ubi ſuperſtitioſulorum pravas de iis opiniones exagitans, ait malle ſe opinari aliquem Plutarchum nec fuiſſe, quàm ita fuiſſe affectum, ut ſi quis eum vicinus vel non invitaverit, vel non compellaverit, δέδιεται τὸ σῶμα προσφὺς καὶ συλλαβὼν ἀποτυμπανιεῖ τὸ παιδίον, *hominem mordicus prehenſum, comeſturus ſit, vel filiolum correptum interemturus*, ad terram, puta, illidendo: quo modo de elephante idem lib. de animal. terreſt. & aquat. ſolertia: Ὃν συνέλαβε μετέωρον ἐξάρας, ἐπίδοξος ἦν ἀποτυμπανίζειν, *è pueris*, qui per laſciviam eum ſtylis pungebant, *unum correptum ſublimem extulit, & illidendo interemturus videbatur.* Idemque rurſus de Stoic. contradict. cap. XXIX. Jupiter, inquit, ex Stoicorum placitis, φύσας αὐτοὺς καὶ αὐξήσας ἀποτυμπανίζει, φθορᾶς καὶ ὀλέθρου μηχανώμενος προφάσεις. *Quos genuit & educavit ipſe, liberos ſuos interficit, perdendi occaſiones commentus.* Pertinet huc & quod apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. I. reperitur in epiſtola Vienneńſium ac Lugdunenſium piorum nomine ad fratres Aſiaticos ſcripta: ubi cùm Cæſarem, dictum fuerat, ad Galliarum præfectum in mandatis dediſſe, τοὺς μὲν (ὁμολογοῦντας, forſan; deeſt enim aliquid) ἀποτυμπανισθῆναι. Εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι; *ut negantes dimitteret, reliquos tympano tollere*: ut verba ſonant. Subjungitur mox de præfecto: Ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀπέτεμνε τὰς κεφαλὰς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία. *Quotquot cives Romanos eſſe deprehendebat, eis capita amputavit: reliquos autem beſtiis objecit.* Ita tam gladiis cæſi, quàm & à beſtiis dilaniati, ἀποτυμπανισθῆναι dicuntur. Facit eodem, quod apud Athenæum Dipnoſoph. lib. IV. Euphorion Chalcidenſis in Commentariis Hiſtoricis: Παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις προτίθεσθαι πέντε μνᾶς τοῖς ὑπομένειν βουλομένοις τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει, ὥστε τοὺς κληρονόμους κομίσασθαι τὸ ἆθλον· καὶ πολλάκις ἀπογραφομένους πλείους διαδικολογεῖσθαι, καθὸ δικαιότατός ἐστιν ἕκαστος αὐτὸς ἀποτυμπανισθῆναι. *Apud Romanos moris fuiſſe, ut quinque minæ eis præmium, ad hæredes perventurum, proponeretur, qui ſecuri caput amputandum præberent: datiſque nominibus plures ſæpenumero ſecum invicem contendiſſe, ecquis eorum potiſſimùm deberet eo fato defungi.* Ubi poſteriore inciſo ἀποτυμπανισθῆναι quod priore τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει dixerat, ut & hoc ſub illo comprehendatur, etſi non idem prorſus cum illo exiſtat. Quod Euſtathium fefellit, qui doctè quidem, cenſente ad Athenæum Caſaubono, quod mihi tamen minùs videtur, poſtquam Euphorionis ex Athenæo illa adduxerat, Ὅρα, inquit, ὅτι τὸ ἀποτυμπανισθῆναι ταὐτόν ἐστι τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. *Vide*, inquit, ἀποτυμπανισθῆναι *idem eſſe, atque decollari*, ſive *capite truncari.* Cùm tamen Euphronionis verba iſtud neutiquam evincant. Hæc autem Euſtathii Favorinus, quod ſuprà monuimus, in ſuum tranſtulit Lexicon: ut Grammaticis ac Lexicographis, niſi tabulis obſignatis agant, non ſit ſemper fidendum. Interim quod Euphorion dixit, de *capite ſecuri tollendo*, quidni & de *jugulo cultro incidendo* in uſu fuerit? ut tam de hoc necis genere, quàm de illo, ſponte ſubeundo pacta inierint homines malè feriati illi, ſanguiniſque ſui prodigi. Certè ex Poſidonio hiſt. lib. XXIII. disertè idem narrat autor, non defuiſſe apud Celtas, qui auro argentóque, vel vini etiam cadis aliquot, conducti, poſtquam iſta inter familiares ac neceſſarios diſtribuerant, ſupino ſuper ſcutis corpore jacerent, ἕως παραστάς τις ξίφει τὸν λαιμὸν διακόψῃ, *donec accedens quiſpiam gladio* (quidni autem aut cultro? *gulam eis diſſecaret.* Itaque illud Senecæ epiſt. LXXXVII. de homine incerto, *utrum ſe ad gladium locet, an ad cultrum*: in quo ambiguus hæret Lipſius, & cùm *pulpitum* antè pro *cultro* ſubſtitutum iret, pòſt, voce retenta, quia *gladius gladiatorum* eſt, *culter venatorum*, deliberare vult hominem deſperabundum, *gladiatorem*, an *beſtiarium* ſe faciat. Saturnal. lib. II. cap. III. & ad Senec. Epiſt. *Poteſt forſan*, inquit, *& huc trahi, dubitare nimirum utique, ad pugnam gladiatoriam, an ad necem à cultro ſpontaneam ſe locet.* Cæterùm etiamſi ex eis, quæ allata ſunt, conſtet, laxiore ſignificatu τὸ τυμπανίζειν & τὸ ἀποτυμπανίζειν uſur-

Digitized by Google

uſurpari, ut nullum ferè non mortis cruciabilis vi illatæ genus comprehendat; apud Apoſtolum tamen, reſtrictiùs ſumendum, dictionis ſeries contextuſque compages evincit. Hactenus Cl. Gatakerus, in cujus verbis facilè acquieſcimus: an verò ſatis rectè τύμπανον, cum Ariſtophanis Scholiaſte, Suida, & aliis Grammaticis, à τυπτῶ deducat, meritò quis dubitare queat. Certè doctiſſimus Voſſius, in Etymologico ſuo, longè aliam oſtendit originem. Verba ejus adſcribo: *Tympanum*, τύμπανον, Ariſtophanis Scholiaſtes & Suidas innuunt eſſe à τυπτῶ, quia *pulſetur*. Sed non dubitandum, quin ſit ab Hebræo תפים, id eſt: *tympanum*, nempe inſerto M, quomodo à לפד, eſt λαμπάς, *lampas*: itidemque N inſerto *ſindon*, σινδὼν, eſt à סדין, *ſadin*. Sanè Syrorum *tympana* è Græcia Romam tandem eſſe transvecta, docebit inſignis hic locus Juvenalis:

Jam pridem Syrus in Tiberim deflexit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana ſecum
Vexit, & ad circum juſſas proſtare puellas.

Qui locus lucem capit ex iis, quæ idem Voſſius habet in *Ambubaia*. Exiſtimat Joſ. Scaliger, Latinos à Syro *tup* (unde Græcum τύμπανον & τυπεῖν deducit) etiam pro *tympano* dixiſſe *topium*, ac ſic ut ſentiat, facit, quòd apud autorem de Copâ: quo loco in vulgatis legitur. *Sunt cupæ calices*: in veteri invenerit ſcheda, *ſunt topia & chalybes*: ut nempe intelligantur *Syrorum tympana*, & *æra ad crotala* ſive *crepitacula*. Sanè nihil mirum, ſi Copa Syriſſa patrium pulſet *tympanum*. Ut autem Latini Græcique *tympani* vocem habent à Syris: ita & Hiſpani hodie *tympanum* crotaliſtrium Arabum Maurorumque voce appellant *atabal*; & *tympanum* majus *altambor*, qua in voce *al* articulus eſt, ut in *alchemia*, *almageſtum*, & ſimilibus.

Τυπικόν.

Τυπικὸν eſt liber Eccleſiaſticus apud Græcos. In eo à primo die anni ſingulis diebus, quid inter Miſſarum ſolennia, quid ad Veſperas, quid ad Horas, quid ad Matutinum, quid denique ad reliqua divina Officia, ſive dies illi feriales ſint, ſive feſti, recitandum, quid pſallendum, aut legendum ſit, quibus diebus jejunandum, quibus & quomodo ſolvendum jejunium, verbis clariſſimis, ac faciliſſima methodo præſcribitur: variiſque eſt diſtinctum, pro materiæ varietate, capitibus. In edito præ aliis continentur, *Ordo recitandi officium per totum annum, ex præſcripto Sabæ capitibus LIX.* Sequuntur, *Marci Hieromonachi de dubiis Typici capita* C. Poſtea, *Nicolai, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad Anaſtaſium Montis Sinæ Abbatem, de Jejuniis Græcorum Carmina politica.* Inde locum habent minutiora quædam, *de Arziburio, de Feriis Monachorum, de Continentia & ingluvie, de quatuor Evangeliſtis, de triginta argenteis ex Maximo Monacho, de Fide, & aliis ad eam pertinentibus.* Finem occupant *Capita adhortativa ad virtutem.*

Nomen habet à τύπος, quaſi *forma* ſit, *ordinatio*, *præſcriptio*, *norma*, *regula*, *inſtitutio*. Hinc & libro nomen τύπος fuit. Euchologium: Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ τοιοῦτος τύπος γίνεται καὶ εἰς κοιμηθείσας γυναῖκας, κἂν τινες ἐγκατέσπειραν τῷ τύπῳ ἀκολουθίαν ἰδίως γυναικῶν, παίδων. Καὶ τεθαύμακα, πῶς ἐπελάθοντο τοῦ τυπῶσαι καὶ Εὐνούχων ἰδίως ἀκολουθίαν, ἢ βασιλέων. *Sciendum eſt, hanc eandem normam ſervari & in demortuas mulieres: licèt quidam Ordini intruſerint officium proprium pro mulieribus, & pueris. Et ſubit admirari, eos oblitos fuiſſe pro Eunuchis, atque Imperatoribus officium proprium ordinare.* Ab aliis dictus fuit Διάταξις, ab aliis Διατύπωσις; Latinis erit, *Ordo recitandi divini officii.*

Typici illius autor unus eſſe non potuit, cùm pro varietate temporum, & rerum, res etiam divina, & ordo recitandi officii immutatus ſit: nec unus apud omnes ſemper invaluerit uſus. Quare ſingulæ Græcorum Eccleſiæ, & eæ potiſſimùm, quæ Patriarchalibus inſulis cohoneſtantur, peculiarem ſibi modum in rebus divinis peragendis præſcripſerunt. Cùm deinceps barbarorum incurſu res Eccleſiæ imminui cœpit, & unà cum ipſa Eccleſia finem habere, reliquis aliarum Eccleſiarum ritibus obmuteſcentibus, *Typicum*, quod ſancti Sabæ fuiſſe dicitur, uti melius, & rebus accommodatius, ideoq; plauſibilius, apud Græcos invaluit: quo non tantùm, qui ſancti Sabæ regulis nomina ſcripſerunt, ſed cæteri etiam aliorum ordinum ſectatores, & ſacerdotes in ſeculo vitam agentes, & quod maximum eſt, univerſa ferè Græcia, ad recitanda divina officia diriguntur. Simeon Theſſalonicenſis in Reſponſis ad Quæſtiones Gabrielis Pentapolitani Metropolitæ: *Καὶ οἱ πατέρες δὲ πάντες παραδεδώκασιν ὁ θεῖος τε Σάββας, καὶ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ Ἰωάννης διὰ τοῦ Ἱεροσολυμιτικοῦ τυπικοῦ. Et Patres univerſi tradiderunt, & inter eos divinus Sabas, & Johannes Damaſcenus per Jeroſolymiticum Typicum.* Et infrà: Αἱ λοιπαὶ δὲ νηστεῖαι, καὶ ἅπασαι μὲν κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν, ὡς ἡ συνήθεια μαρτυρεῖ, καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς διατάξεις, καὶ ὁ τῆς ἑνώσεως τόμος αὐτῶν, καὶ τὸ Ἱεροσολυμιτικὸν τυπικὸν, ὁ τε θειότατον Σάββαν, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ τὸν ἐκ Δαμασκοῦ Θεολόγον συγγραφεῖς ἔχει καὶ νομοθέτας. Καὶ ὁ μὲν κατὰ τὴν τετάρτην σύνοδον οἰκουμενικὴν, ὁ δὲ μέσον τῆς ἕκτης καὶ τῆς ἑβδόμης, καὶ ἄμφω τῆς ἐκκλησίας πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι. Οἱ δύο δὲ τυπικὸν συντεθήκασιν, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ θείου Σάββα τῇ ἐπιδρομῇ τῶν ἐθνῶν ἀπολεσθὲν, ὁ μέγας Ἰωάννης ἐξ ἀρχῆς τοῦτο κατὰ τὴν ἄνωθεν τάξιν συνέθηκε, καὶ διετυπώσατο. *Cætera verò omnia jejunia ab antiquis tradita ſunt, ut uſus teſtatur, veteresq; Conſtitutiones, & unionis eorum tomus, & Typicum Jeroſolymiticum, quod ſanctiſſimum Sabam, & poſt eum Theologum Damaſcenum autores inſtitutoresque agnoſcit, quorum alter tempore quartæ Oecumenicæ Synodi, alter inter ſextam & ſeptimam vitam agebat, & uterque Eccleſiæ pater & doctor erat. Hi ambo Typicum compoſuère: nam cùm à divino Saba compoſitum barbarorum incurſione excidiſſet, magnus hic Johannes ab initio, illud ut antiquitus erat conſcripſit, ordinavitq;.*

Varia pro varietate Eccleſiarum, & quandoque etiam ejuſdem Eccleſiæ, Typica fuiſſe, docet L. Allatius ex compilatore ejuſcemodi Typici, his verbis: Ταῦτα πάντα πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐτέθησαν παρ᾽ ἡμῖν, ὡς ἄν τις οἰηθῇ, ἀλλὰ διαφόροις ἐντυχόντες τυπικοῖς, τὴν πραγματείαν τοῦ λόγου, &c. *Hæc omnia patres & fratres non ſimpliciter, & ut caſus ſe obtulit, à nobis appoſita ſunt, ut quiſpiam exiſtimabit; ſed variis Typicis conquiſitis*, rem ita, &c. Et alibi ſæpiſſimè ab ipſo commemoratur, in alio Typico aliter rem ordinari. Quæ Typica proprio nomine κτητορικὰ appellabantur. Notat iterum Allatius ex Scholio in Sect. II. tit. VI. ſacrorum Canonum Conſtantini Harmenopuli: Εἰ δέ τις καὶ πλέον τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν κατὰ τὰς ἑορτὰς τούτων ἢ ἑκοντὶ, ἢ ἀπὸ κτητορικοῦ τυπικοῦ συναχθεὶς νηστεύει, οὐ καταισχυνθήσεται. *Quòd ſi quis etiam ultra dies illos ſeptem in feſtis horum vel ſponte ſua, vel municipali Typico compulſus jejunet, non confundetur.*

Cùm

Digitized by Google

Cùm verò in libris Græcorum ſæpe legantur *τυπικὰ*, meritò quæritur, an libros eoſdem plures, nec unicum hac ratione indigitent? Et cùm *πρῶτα* & *δεύτερα τυπικὰ*, *prima & ſecunda Typica* reperiantur, an libros eoſdem plures primos, & ſecundos, & quonam ſenſu intelligant? Nequaquam. *Typicorum duo* ſunt *genera*, *alterum* quod in matutinis precibus, dum vigiliæ, quòd eam noctem inſomnes traducant, peraguntur, recitari, aut cani ſolet. Vigiliæ nonniſi *ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς*, feſtis nempe Chriſto Domino, & beatæ Virgini dicatis fiunt: In his celebritatibus Typica dicuntur, quæ nihil aliud ſunt, quàm verſuum ex Pſalmis hinc inde congeſtorum, & ad ſolennitatis arcana exponenda aptiorum Ecloga. Hinc non eadem in omnibus, ſed varia pro diverſitate ſolennitatum concinnantur: eaque aliis diebus Dominicis non recitantur, ſed loco eorum Pſalmus, qui Græcis *ἄμωμος*, *immaculatus*, eſt. Si aliæ ſunt ſolennitates, eæque, quas illi *Doxologumenas* vocant, neque Τυπικὰ, neque Ἄμωμος, ſed Πολυέλεος dicitur. Vide in Ἄμωμος, num. II. & in Πολυέλεος. *Alterum Typicorum genus* eſt, quod inter Miſſarum ſolennia diebus etſi non omnibus, recitatur: & ſunt *πρῶτα καὶ δεύτερα*, *prima & ſecunda*; nec alia ſunt, quàm Pſalmus CII & CXLV. Liturgia Chryſoſtomi: Μετὰ τὰ εἰρηνικὰ ὁ χορὸς ψάλλει τὸ πρῶτον ἀντίφωνον, ἢ τὰ τυπικὰ, εἰ ἔστι κυριακή. *Poſt preces pro pace chorus canit primum antiphonum, vel typica, ſi eſt Dominica.* Et poſtea: Μετὰ τὰ εἰρηνικὰ τὰ δεύτερα ψάλλει ὁ χορὸς τὸ δεύτερον ἀντίφωνον, ἢ τὰ τυπικὰ τὰ δεύτερα, εἰ ἔστι κυριακή. *Poſt preces pro pace ſecundas pſallit chorus ſecundum antiphonum, vel ſecunda typica, ſi eſt Dominica.* De iiſdem Typicum Sabæ: Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τῆς νέας κυριακῆς ἕως τῶν ἁγίων πάντων ἀντίφωνα ψάλλει ἡ ἐκκλησία, καὶ οὐ τυπικά. ὁμοίως καὶ τῷ δωδεκαημέρῳ ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, καὶ εἰς τὰς μνήμας τῶν ἁγίων, ἃς ἑορτάζομεν, τὰ ἀντίφωνα ψάλλομεν. τὰς δὲ λοιπὰς πάσας κυριακὰς τοῦ χρόνου ψάλλομεν τυπικά. *Notandum eſt, à nova Dominica ad feſtum omnium Sanctorum Eccleſiam canere antiphona, & non typica. Similiter & diebus duodecim, quos Dodecaemeron nuncupant, in feſtis Dominicis, in memoriis Sanctorum, quas celebramus, antiphona canimus: reliquis verò diebus Dominicis omnibus typica canimus.*

Τυποπλασία.

Lexica hanc vocem omittunt. Eſt verò τυποπλασία *figuratio*, ſeu *typorum efformatio*, ut cùm res ſpiritales per ſymbola ſenſibilia deſignantur. Legitur apud Dionyſium Areopagitam, de cœleſti Hierarchia cap. XV. ſect. II. pag. 164. ubi hæc leguntur: *Theologia* τοὺς θρόνους φησὶ πυρίνους εἶναι, καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ὑπερτάτους Σεραφὶμ ἐμπρηστὰς εἶναι, ἐκ τῆς ἐπωνυμίας ἐμφαίνει, καὶ τὴν πυρὸς ἰδιότητα καὶ ἐνέργειαν αὐτοῖς ἀπονέμει, καὶ ὅλως ἄνω καὶ κάτω τὴν ἐμπύριον τιμᾷ ἐκκρίτως τυποπλασίαν, *thronos igneos eſſe dicit, ipſosque ſummos Seraphim incenſos ex ipſo nomine declarat, eisque proprietatem & actionem ignis tribuit; atque omnino ſurſum ac deorſum igneam figuram ſingulariter commendat.*

Τύπος.

Τύπος notat

I. *Rudem operis futuri adumbrationem & delineationem*, à qua ordiuntur artifices: unde ὡς ἐν τύπῳ Ariſtoteli aliisque τῷ ἀκριβεῖ oppoſitum. Hinc τυπωδῶς *craſſiore Minerva, craſſiore Muſa*, aliàs παχυμερῶς, ἢ παχυμερέστερον, καὶ οὐ λεπτομερῶς, παχυλῶς. Cicero ad Atticum lib. IV. epiſt. XII. *Illud etiam te rogo*, τὴν παροῦσαν κατάστασιν τύπῳ δὸς, *ne hoſpes iſtuc veniam*: id eſt, *rerum præſentium ſtatum craſſiore Minerva deſcriptum des.* Vide Lexica vulgata, & inprimis Henr. Stephani Theſaurum.

II. *Figuram*, quâ aliud quidpiam deſcribitur; qualis eſt in numero *Cæſaris imago*, Matth. XXII. 20. Atque ita *Adam primus* τοῦ μέλλοντος τύπος, *futuri typus*, ſive *figura* dicitur, ad Rom. V. 14. Ad quem locum eruditè Theodoretus, pag. 42. Τὸν Ἀδὰμ τύπον ἐκάλεσε τοῦ Χριστοῦ. αὐτὸν γὰρ καλεῖ τὸν μέλλοντα, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι καθάπερ ἐκεῖνος πρῶτος ἡμαρτηκὼς ὑπὸ τὸν ὅρον ἐγένετο τοῦ θανάτου, καὶ τὸ γένος ἅπαν ἠκολούθησε τῷ προπάτορι. οὕτως ὁ δεσπότης Χριστὸς, τὴν ἄκραν δικαιοσύνην πεπληρωκὼς, κατέλυσε τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν, καὶ πρῶτος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, πᾶσαν εἰς ζωὴν ἐπανάξει τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, *Adamum vocavit typum Chriſti: ipſum enim vocat futurum*, *hac de cauſſa, quòd ſicut ille, qui primus peccavit, mortis decreto ſubjectus eſt, & totum genus primum parentem ſecutum eſt: ita etiam Dominus Chriſtus, cùm ſummam juſtitiam adimpleſſet; mortis potentiam diſſolvit, & qui primus ex mortuis reſurrexit, omnem hominum naturam ad vitam reducet.* Et Chryſoſtomus, Homil. X. in epiſt. ad Romanos, pag. 71. 72. hanc reddit rationem, cur Adamus vocetur typus Chriſti, Ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοιγε μὴ φαγοῦσιν ἀπὸ τοῦ ξύλου, γέγονεν αἴτιος θανάτου τοῦ διὰ τὴν βρῶσιν εἰσαχθέντος. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοιγε οὐ δικαιοπραγήσασι, γέγονε πρόξενος δικαιοσύνης, ἣν διὰ τοῦ σταυροῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐχαρίσατο. *Quemadmodum ille omnibus poſteris ſuis, etiamſi de ligno non comediſſent, autor mortis extitit ob cibum illum introductæ: ita etiam Chriſtus omnibus ſuis, quamvis juſtè non agentibus, juſtitia tamen ejus extitit conciliator & autor, quam omnibus nobis per crucem largitus eſt.* Eodem modo Theophylactus, pag. 51. Ὡς ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ πάντας ὑποδίκους ἐποίησε τῷ οἰκείῳ πλαίσματι, καίτοι μὴ πταίσαντας· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐδικαίωσε πάντας, καίτοι μὴ δικαιώσεως ἄξια ποιήσαντας. Διὰ τοῦτο τύπος ἐστὶ τοῦ μέλλοντος, τουτέστι, Χριστοῦ. *Ut vetus Adam omnes obnoxios fecit proprio ſui ipſius lapſui, etiamſi non erant lapſi: ſic etiam Chriſtus omnes juſtificavit, etiamſi juſtificatione digna non feciſſent. Propter hoc* typus eſt futuri, *id eſt, Chriſti.* Huc etiam referri debet, quòd panis & vinum in S. Cœna dicuntur eſſe τύπος corporis & ſanguinis Chriſti. Diſertè Cyrillus Jeroſolymitanus Catecheſi Νεοφωτίστων IV. pag. 208. Ἐν τύπῳ ἄρτου, δίδοταί σοι τὸ σῶμα. Καὶ ἐν τύπῳ οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα. *In figura panis, datur tibi corpus: & in figura vini, datur tibi ſanguis.* Quod non ita intelligendum, quaſi in pane detur tantùm figura & ſuperficies panis inanis, vel panis ſubſtantiæ expers; ſed panem, qui datur, figuram eſſe corporis Chriſti. Ac proinde in pane corpus dari, quia ſignum ſit & figura corporis. Ambroſius in I. ad Corinth. cap. XI. *Teſtamentum ergo ſanguine conſtitutum eſt, in cujus typum nos calicem ſanguinis myſticum ad corporis & animæ nutritionem noſtræ percipimus.* Procopius Gazæus in cap. XLIX. Geneſ. *Dedit enim ſui corporis imaginem vel effigiem aut* typum *diſcipulis, haud ampliùs admittens cruenta Legis ſacrificia.* Hoc ipſo ſenſu Patres Latini panem Euchariſticum dicunt eſſe figuram corporis Chriſti. Tertullianus lib. IV. adv. Marcionem, cap. XL. pag. 733. *Acceptum panem & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit*, hoc eſt corpus meum *dicendo, id eſt* figura *corporis mei. Figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus. Cæterùm vacua res, quod eſt phantaſma, figuram capere non poſſet.* Ambroſius de Sacramentis lib. IV. cap. V. *Dicit Sacerdos:*

Digitized by Google

Fac nobis hanc oblationem adſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura *corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Auguſtinus in Pſal. III: *Dominus Judam adhibuit ad convivium, in quo corporis & ſanguinis ſui* figuram *diſcipulis ſuis commendavit & tradidit.* Ex eo autem, quòd panis & vinum ſunt τύπος *& figura* corporis & ſanguinis Chriſti, μετουσία & Cυνουσία in S. Cœna prorſus deſtruitur. Si enim panis, exutâ propriâ ſubſtantiâ, indueret ſubſtantiam corporis Chriſti, non ampliùs ejus τύπος, vel *figura* dici poſſet, cujus *figura* eſt, ubi nempe id ipſum exiſtere inciperet. Idem de vino ſentiendum. Cùm enim ſignum transmutatur in rem ſignificatam, deſinit eſſe ſignum, & fit illud, quod antea ſignificabat. Ne dubitare poſſis, audi, quomodo de *typis* loquantur veteres. Chryſoſtomus, Homil. X. in epiſt. ad Philippenſes, pag. 59: Ὁ τύπος ἕως ἂν μὴ παρέρχηται ἡ ἀλήθεια, καλεῖται τύπος. ἐπειδὰν δὲ ἔλθῃ ἡ ἀλήθεια, οὐκέτι καλεῖται. οἷον ἐπὶ σκιαγραφίας. ὑπογράφει τις βασιλέα σκιαγραφῶν. ἕως ἂν μὴ ἐπάγηται τὰ ἄνθη, οὐ λέγεται βασιλεύς. ἐπειδὰν δὲ ἐπιτεθῇ, κρύπτεται μὲν τῇ ἀληθείᾳ ὁ τύπος, καὶ οὐ φαίνεται· τότε δὲ καὶ λέγομεν, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς. *Typus, donec ventura eſt veritas, illud vocatur,* nempe veræ rei nomine venit: *poſtquam verò advenerit veritas, non ampliùs vocatur,* ſc. typus. *Simile quiddam evenit in adumbrata pictura: deſcripſit quiſpiam Regem, eum adumbrans. Lineamenta illa adumbrata, quamdiu pigmentorum flos & color verus non inducitur, non dicitur Rex: ubi verò colores acceſſerint, occultatur quidem à veritate typus, nec apparet: tunc verò etiam* dicimus, Ecce Rex. Idem, Homil. CXLIX. t. V: Ἀληθείας παρούσης, ὁ τύπος ἄκαιρος. *Siquidem ipſa veritas præſens ſit, typus intempeſtivus eſt.* Oecumenius in cap. VII. ad Hebræos, pag. 829: Ὁ τύπος οὐ κατὰ πάντα ἴσος ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ. (ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀλήθεια εὑρίσκεται, καὶ ταυτότης μᾶλλον, ἢ τύπος) ἀλλ' εἰκόνας ἔχει τινὰς καὶ ἰνδάλματα. *Typus veritati non per omnia æqualis eſt: (id enim ſi eſſet, etiam ipſe foret veritas, adeoq; identitas potiùs, quàm typus) ſed imagines quaſdam habet & ſimulacra.* In eandem ſententiam multa & præclara ſcripſit. Chryſoſtomus, Homil. LI. t. V. pag. 348. Pauca inde excerpimus. Οὐκ ἀπηλλοτριῶσθαι, inquit, πάντη χρὴ τὸν τύπον τῆς ἀληθείας. ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη τύπος. οὔτε πάλιν ἐξισάζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἐπεὶ πάλιν καὶ αὐτὸς ἀλήθεια ἔσται. ἀλλὰ δεῖ μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας συμμετρίας, καὶ μήτε τὸ πᾶν ἔχειν τῆς ἀληθείας, μήτε τοῦ παντὸς ἐκπεπτωκέναι. Ἂν μὲν γὰρ τὸ πᾶν ἔχῃ, ἀλήθεια πάλιν ἐστὶ καὶ αὐτός· ἂν δὲ τοῦ παντὸς ἐκπέσῃ, τύπος εἶναι λοιπὸν οὐ δύναται, ἀλλὰ δεῖ τὸ μὲν ἔχειν, τὸ δὲ τῇ ἀληθείᾳ τηρεῖν. *Non oportet omnino alienum eſſe typum à veritate, alioqui non eſſet typus: neq; omnino adæquari veritati, quia rurſus ipſe foret veritas: ſed oportet manere in ſuo modo, & neque omnem habere veritatem, neque omni veritate deſtitui. Nam ſi totum habeat, iterum ipſe ipſa eſt veritas: ſin toto deſtituatur, deinceps typus eſſe non poteſt: ſed oportet, ut partem quidem habeat, partem verò veritati reſervet.* Nec ab hoc ſcopo aliena verba Theodoreti in I. Corinth. XI. 26: Μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, οὐκέτι χρεία τῶν συμβόλων τοῦ σώματος, αὐτοῦ φανέντος τοῦ σώματος. *Etenim poſt ejus* (Chriſti) *adventum, non ampliùs opus erit Symbolis corporis, cùm ipſum corpus jam apparebit.* Iterum Chryſoſtomus, Homiliâ XXXV. in Geneſin, t. I. pag. 286. de Melchiſedeko loquens, Μὴ πάντα ἀπαίτει ἐν τῷ τύπῳ· οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τύπος, εἰ μέλλοι πάντα ἔχειν τὰ τῇ ἀληθείᾳ συμβαίνοντα. *Ne omnia in typo deſideres: neque enim eſſet typus, ſi omnia haberes, quæ veritati conveniunt.* Eandem ob cauſſam τύπος & ἀλήθεια opponuntur. Chryſoſtomus, Homil. XXVII. in Johannem, pag. 662. de Chriſto & æneo ſerpente, Ὁρᾷς τοῦ τύπου πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὴν συγγένειαν· ἐκεῖ θάνατον διέφυγον οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τὸν πρόσκαιρον. ἐνταῦθα τὸν αἰώνιον οἱ πιστεύοντες. *Vides typi cum veritate convenientiam: ibi mortem effugerunt Judæi, ſed temporalem: hic æternam credentes.* Cyrillus Alexandr. in cap. VI. Amoſi, p. 315: Ὁ τύπος οὐκ ἀλήθεια, μόρφωσιν δὲ μᾶλλον τῆς ἀληθείας εἰσφέρει. *Typus non eſt ipſa veritas, ſed ſimulachrum potiùs veritatis infert.*

III. *Formulam*, ad quam aliud quidpiam depingitur; quales *formulas* habent artifices, quos fingendo pingendoque imitantur. Atque ita Moſi præcipitur, ut tabernaculum exſtruat, κατὰ τὸν τύπον, *ad formulam, quam in monte viderat*, Actor. VII. 44. & Hebr. VIII. 5. Nec aliter capiendum illud Rom. VI. 17. ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. Ubi hypallagen rectè obſervat Piſcator, Terentianæ illi geminam, *Reſtitue, in quem me accepiſti locum*; ſiquidem διδαχῆς τύπος, ibi eſt *doctrinæ*, ſive *diſciplinæ*, *formula*, ad quam mentem moreſque fingere illos oportebat. Ita explicat Theophylactus, pag. 59. quando dicit, τύπον διδαχῆς eſſe, τὸ ὀρθῶς ζῆν καὶ μετὰ πολιτείας ἀρίστης, *rectè & cum optima converſatione vitam ducere.* Et Oecumenius, pag. 295. τὸ ὀρθῶς ζῆν ἐθέλειν, καὶ ὑγιαίνειν περὶ τὰ δόγματα, *rectè vivere velle, & ſanum eſſe circa dogmata.* Addit: Τύπον δέ φησι διδαχῆς, οἷον ὅρον καὶ κανόνα, *Doctrinæ autem formulam dicit, quaſi regulam & normam.* Superiora Theophylactus, pro more, ex Chryſoſtomo habet, apud quem eadem leguntur Homil. XI. in epiſt. ad Romanos. Eleganter etiam Baſilius M. lib. I. de Baptiſmo, cap. II. pag. 650: Χάρις δὲ τῷ θεῷ ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· ἵνα ὥσπερ ὁ κηρὸς παραδιδόμενος τῷ τύπῳ τῆς γλυφῆς, μορφοῦται, οὕτω καὶ ἡμεῖς παραδόντες ἑαυτοὺς τῷ τύπῳ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, μορφωθῶμεν τὸν ἔσω ἄνθρωπον. *Gratia autem ſit Deo, quod fuiſtis quidem ſervi peccati, ſed ex corde obediviſtis ei formulæ doctrinæ, in quam eſtis traditi. Ut quemadmodum cera, ſculpturæ typo tradita, figuram eam, quæ ſculpturæ ineſt, diligenter exprimit, ita & nos, typo Evangelicæ doctrinæ nos ipſos tradentes, ſecundùm internum hominem figuremur.* Τύπον talem notare *formam*, qualem habent artifices, manifeſtum ex Heſychio, apud quem, λίγδος, τύπος, χοάνη, καὶ ἡ θυεία ἐν ᾗ χωνεύουσι. *Fornax, forma in quam aliquid transfunditur, & mortarium, in quo conflare ſolent.* Hæc ita legenda eſſe, in ſpecimine Heſychiano docuimus. Idem: Χοάνη, χώνη, τύπος εἰς ὃν μεταχεῖται τὸ χωνευόμενον. *Fuſorium vas, forma in quam id transfunditur, quod liquefactum eſt.*

IV. Ab his *formulis*, de quibus modò, transfertur etiam *typi* vocabulum ad *exemplum* quodvis deſignandum, quod rei utilis cujuſpiam monimento & documento eſſe poſſit. Hoc ſenſu uſurpat Apoſtolus, ad Philipp. III. 17. *Ambulate*, inquit, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς, *quo modo nos exemplum*, ſive *pro exemplo, habetis.* Ad quæ Theophylactus, pag. 611. de Apoſtolo loquens: Οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἐδίδασκεν, ἀλλὰ καὶ διὰ βίου καὶ ἀγωγῆς ἑαυτὸν τύπον παρεῖχεν· ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἡ τελεία διδασκαλία. *Non verbis tantùm docebat, verùm etiam vitâ bonisq; moribus ſeipſum exemplar exhibebat: quandoquidem & hoc eſt perfecta doctrina.* Ita vox τύπος etiam alibi paſſim, idque varia Syntaxi; ut modò rei, de qua monetur, genitivum; modò perſonæ, quæ monetur, vel dativum, vel genitivum, adjectum habeat. Ita I. Theſſal. I. 7. ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν. *Adeò ut fueritis exem-*

pla omnibus fidelibus. II. Theſſ. III. 9. ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. *Ut noſmetipſos exemplum demus vobis ad nos imitandos.* Ad priorem locum Theodoretus, pag. 366: Ηὔξησε τὴν εὐφημίαν, ἀρχέτυπα αὐτοὺς εὐσεβείας γεγενῆσθαι φήσας ἔθνεσι μεγίστοις καὶ ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένοις. *Laudem auxit, dicens exemplaria pietatis fuiſſe illos gentibus maximis, & ſapientia famâ celeberrimis.* Tito, cap. II. 7. præcipit, ἑαυτὸν παρέχειν τύπον καλῶν ἔργων, *ut bonorum operum exemplum ſe præbeat.* Hic Oecumenius, pag. 790: Ἔστω κοινὸν ἅπασι διδασκαλεῖον ὁ σὸς βίος καὶ ὑπόδειγμα. *Sit vita tua omnibus communis quædam ſchola & exemplum.* Et Theodoretus, pag. 511: Ἀρχέτυπον ἔστω τῶν παρὰ σοῦ προσφερομένων λόγων ὁ βίος. *Sit vita tua exemplar eorum, quæ abs te dicuntur.* Theophylactus etiam, pag. 851: Κοινὸν διδασκαλεῖον καὶ ὑπόδειγμα ἀρετῆς ἡ τοῦ σοῦ βίου λαμπρότης ἔστω, οἱονεί τις εἰκὼν ἀρχέτυπος πᾶσι προκειμένη τοῖς βουλομένοις ἐναπομάξασθαί τι τῶν ἐν αὐτῇ καλῶν. *Publica quædam inſtitutio & exemplum virtutis vitæ tuæ ſplendor ſit, ceu imago quædam prima, omnibus propoſita, qui aliquid imitari volunt eorum, quæ in ipſa bona conſpexerint.* Euthymius ad Matth. XI. 29. illa, *Diſcite à me; Se ipſum in exemplum conſtituit, ut faciliùs ſermo reciperetur.* I. Timoth. IV. 12. Timotheo dicit Apoſtolus, τύπος γίνου τῶν πιστῶν. *Exemplum eſto fidelium.* Ad quæ Theophylactus, pag. 775: Ἀρχέτυπον τοῦ βίου ἔσο, καὶ κανὼν ἀρίστης πολιτείας. *Vitæ ſis exemplar, optimæque vitæ regula.* Et Theodoretus, pag. 481: Ἔμψυχος νόμος γενοῦ· δεῖξον ἐν σαυτῷ τὸ τῶν νόμων κατόρθωμα· ἔχε τὸν βίον μαρτυροῦντα τῷ λόγῳ. *Viva lex eſto: perfectum legis opus exhibe in te ipſo, vitam age quæ ſermoni ferat teſtimonium.* Sic I. Petri V. 3. τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου, *gregis exemplaria facti.* Sedulius ad II. Theſſal. III. illud, *Imitari nos, Qui ſumus forma credentium:* hic *forma*, τύπος. Cicero de Senatorio ordine, *Cæteris ſpecimen eſto*, id eſt, τύπος. Confer, quæ dicta in voce Ἔμψυχος, num. II. & in Διδάσκαλος, num. I. ſub lit. *A. B.* Huc etiam referri debent illa I. Corinth. X. 6. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν. *Hæc autem exempla noſtra fuerunt*, ſive *nobis exemplo eſſe debent.* Et v. 11. Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον αὐτοῖς. *Hæc autem omnia exempla illis fuerunt.* Uterque hic verſus non ad *Nubem*, *Mare*, *Eſcam*, *Aquam*, refertur, ut Viri docti exiſtimant; ſed judicia ac ſupplicia antè commemorata reſpicit, quæ iis ipſis, qui beneficiorum illorum participes exiſtebant, in eremo divinitus fuerant inflicta: quod Apoſtolus ipſe diſertiſſimè docet, cùm v. 6. ſubjungit, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν. Si enim quæratur, quinam iſti typi, aut quo fine nobis ob oculos propoſiti? reſpondet, *ut ne rerum malarum concupiſcentes ſimus:* quod ad ſymbolica iſta neutiquam pertinet. Exempla ſunt, eo ipſo fine conſignata, ut nobis exemplo eſſe poſſent. Sic enim rurſus diſertè Apoſtolus, v. 11. ἐγράφη πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, *ad noſtri admonitionem*, ſive, *ad nos admonendos ſcripta ſunt*, unde & colligere licet, cujusmodi *exempla* ſint iſta; cùm enim duorum generum *exempla* ſint, ſcilicet vel *imitationis*, vel *commonitionis*, & *cautionis*; non prioris generis, quale Naſo intelligit, Faſt. lib. V. his verbis:

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cùm judex, alios quod monet, ipſe facit.

Quale etiam eſt ὑπόδειγμα illud, de quo Chriſtus Joh. XIII. 15: Ὑπόδειγμα ἔδωκα, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. *Exemplum dedi vobis, ut quomodo ego feci vobis, etiam vos faciatis:* Sed poſterioris generis potiùs ſunt iſti τύποι, iſta *exempla* apud Apoſtolum, nempe *commonitionis*, vel *cautionis*. Atque ita Græci παράδειγμα uſurpant; quod obſervat Gellius, lib. VI. cap. XIV. pro *punitione in exemplum adhibita*, ut cæteri ſimilibus à peccatis, pœnæ cognitæ metu deterreantur. Affert etiam iſta ex Platone in Gorgia, Εἰς τὸ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχῃ, φοβούμενοι, βελτίους γίγνωνται. Sed & Latini *exemplum*, pro *ſupplicio*, quod aliis fit *documento*, ponunt. Vide in verbo Παραδειγματίζω, num. I. Proinde verba illa Apoſtoli nec commodè ſatis vertit vetus Interpres, *Hæc in figura facta ſunt noſtri.* Et, *Hæc omnia in figura contingebant illis:* nec clarè ſatis Beza, *Hæc typi noſtri fuerunt.* Et, *Hæc omnia typicè evenerunt eis*, nec Piſcatori facilè calculus dari poteſt, qui ſimilitudinis notam utrobique interſerit: *Hæc* (ut) *typi noſtri acciderunt* (cùm diſertè dicat Apoſtolus, τύποι ἐγενήθησαν, hoc eſt, ut optimè Tertullianus adv. Marcionem, lib. V. cap. VII. pag. 789: *Hæc autem exempla nobis ſunt facta*) &, *Hæc omnia* (ut) *typi evenerunt illis.* Meliùs Caſtellio, *Hæc nobis exempla præbent:* qui & meliùs adhuc feciſſet, ſi rejectâ ſimilitudinis, quam v. 11. gratis inſercit, notâ, vertiſſet, *Hæc omnia illis exempla contigerunt; ſcriptaque ſunt noſtri admonendi gratiâ.* Mens igitur Apoſtoli, quod ipſa dictionis ſeries clariſſimè indicat, hæc eſt: Iſta contigerant quidem illis; verùm nos quoque ſpectant, non illos tantùm; non ea utique ratione, quâ ſacrum aut myſticum aliquid, vel nobis, vel illis etiam, adumbrabant, ſed quâ exemplo eſſe poſſint debeantque, & monumento nobis, ne paria peccantes, pariter plectamur. Plura ad locum Apoſtoli qui deſiderat, legat Adverſar. ſacror. Gatakeri cap. IV. ubi res tota & prolixè & doctè tractatur. Ipſe etiam Theophylactus agnoſcit, pag. 241. ad v. 6. cap. X. epiſt. I. ad Corinth. hæc referenda eſſe ad ſupplicia & pœnas. Ὥσπερ, inquit, αἱ εὐεργεσίαι τύποι ἦσαν, οὕτω καὶ αἱ κολάσεις. *Quemadmodum beneficia exempla fuerunt, ita etiam pœnæ.*

Τύραννος.

I. *Vocis etymon.* De eo non convenit inter Grammaticos & viros eruditos. Sunt enim qui τύραννον dictum volunt παρὰ τὸ τύρειν τοὺς λαοὺς καὶ ἀνίας ἐπιφέρειν, *à vexando populo, & moleſtia inferenda:* vel ἀπὸ τοῦ τυρεύειν, ἤγουν ταράττειν ἢ μηχανᾶσθαι, *à fraude ſtruenda, à conturbando.* Sed falluntur, quicunque ita ſentiunt: cùm enim prima & propria hujus vocis ſignificatio, ut mox videbimus, nihil minùs ſignificet, quàm *vexatorem populi*, *turbatorem*, & *rerum malarum machinatorem*, à verbis iſtis deduci minimè poteſt. Alii τύραννον deducunt à τύρσις, vel Hebræo צור, quæ *turrim* & *propugnaculum* denotant. Vel etiam à Chaldæo טירא, hoc eſt, *ædes*, *palatium:* ut cauſſa appellationis ſit, quòd tyranni inhabitent *turres ac palatia.* Unde Poeta primo Odarum opponit *pauperum tabernas, Regúmque turres.* Doctiſſimus Fullerus, Miſcell. lib. I. cap. XI. ex lingua Syrorum deducit. צר enim Syris *Tyrum* indicat, unde ductum denominativum צורן, *quod Tyrium eſt*, vel *quod ad Tyrium ſpectat.* Hinc igitur, צ, id eſt TS, ut ſimplici T prolato, dein geminato N. in compenſationem vocalis longæ, denique terminatione Græca adjecta, factum eſt vocabulum τύραννος. Stephanus περὶ πόλεων, à *Tyrrheno*, Tyrrheniæ incola vel cive, nomen illud derivat. Quod ſententiam Fulleri amplius confirmat, צורין enim *Tyrios* ſignificat numero plurali: hinc Τυῤῥηνὸς, *Tyrrhenus*, ἀφ' οὗ κατ' ἀφαίρεσιν καὶ γράμματος πρόσθεσιν,

τύραν-

Digitized by Google

τύραννος. *A quo*, inquit Stephanus, *Tyrannus nomen accepit, demta ſcilicet inde litera* R, *& additâ literâ* N. Quin etiam, ubi apud Sextum Pompejum legitur, *Turrhenos*, Etruſcos appellari ſolitos, vetus Codex habet, *Turannos.* Reliqua, etiam huc pertinentia, ex Fullero petantur, qui etymologiæ hujus rationem pluribus adſtruit. Nos, ne actum agamus, ad reliqua pergimus.

II. *Significatio.*

1. Notat *regem*, *principem*. Euſtathius ad Iliad. α΄. Ὁ τύραννος, τὸ βασιλικόν ποτε ὄνομα, βλασφημεῖται νῦν. *Tyranni nomen, quod olim regibus tribuebatur, nunc in vitio ponitur.* Et ad Odyſſ. σ΄. Ἡ τύραννος λέξις ἐπ' ἀγαθῷ ἐλέγετο. τοῖς γὰρ ἐννόμως βασιλεύουσιν ἦν καὶ αὕτη. *Vox tyrannus in bonam accipiebatur partem: erat enim nomen legitimorum regum.* Id quod confirmat ex titulo Tragœdiæ Sophocleæ; quam *Oedipum Tyrannum* malè reddunt, cùm *Regem* debuiſſent. Itaque Jupiter Ariſtophani in Nubibus eſt θεῶν τύραννος, qui Homero eorundem βασιλεύς. Homeri ſiquidem ſeculo vox τύραννος nondum extitiſſe dicitur: quod ex Hippiæ Sophiſtæ autoritate monet & poſt Euſtathium Suidas, apud quem hæc leguntur: Τύραννος. οἱ πρὸ τῶν τρωικῶν ποιηταὶ, τοὺς βασιλεῖς τυράννους προσηγόρευον, ὀψὲ ποτε τοῦδε τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστὴς φησί. *Tyrannus. Poëtæ, qui bellum Trojanum anteceſſerunt, Reges appellabant Tyrannos, ſerò tandem hoc nomine apud Græcos vulgato, Archilochi temporibus, ut ait Hippias Sophiſta.* Sed reſtituendus hîc Suidas. Quinam illi Poëtæ, qui ante res Trojanas ſcripſerant? aut quomodo illi Reges *Tyrannos* appellabant, cùm multò pòſt hoc nomen apud Græcos receptum fuerit? Verùm, ex Sophoclis Scholiaſte in fabulæ paulò antè indicatæ argumento, legendum: Οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ, τοὺς πρὸ τῶν τρωικῶν βασιλεῖς τυράννους προσαγόρευον. *Poëtæ, qui Homerum ſecuti ſunt, reges illos, qui res Trojanas anteceſſerant* τυράννους *appellabant.* Reſtrictè tamen nimis uterque; cùm non illos ſolos, ſed alios quoque ſui ævi quosvis hoc vocabulo deſignarent. Etymologus: Τύραννον οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ βασιλέως ἔφασαν. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν τύραννον, βασιλέα ἔλεγον. Quod poſterius Homerum reſpicit, qui Echetum βροτῶν δηλήμονα πάντων, *tyrannum immaniſſimum*, βασιλῆα, id eſt, *regem*, nuncupavit, Odyſſ. σ. v. 84. Ita Ariſtophanes in Nubibus, Ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν Ζῆνα τύραννον, *Jovem deorum regem*, dixit: qui ab Homero dicitur βασιλεὺς ἀνδρῶν τε θεῶν τε, *hominum atque deûm rex.*

2. Apud recentiores plerumque *in malam partem* acceptum hoc vocabulum, pro *rege* ſeu *principe malo & iniquo.* Baſilius M. in principium Proverbiorum, t. I. pag. 456: Τούτῳ διαφέρει τύραννος βασιλέως, ὅτι ὁ μὲν, τὸ ἑαυτοῦ πανταχόθεν σκοπεῖ. ὁ δὲ τὸ τοῖς ἀρχομένοις ὠφέλιμον ἐκπορίζει. *Hoc tyrannus à rege differt, quod ille ſua ipſius quomodocunque & undecunque reſpicit: hic ſubditorum tantùm utilitatem quærit.* Theodoretus in cap. VI. ad Romanos, ad v. 12. pag. 47: Βασιλεία τυραννίδος διαφέρει ταύτῃ, τῷ τὴν μὲν τυραννίδα ἀκόντων γίνεσθαι τῶν ὑπηκόων, τὴν δὲ βασιλείαν βουλομένων τῶν ἀρχομένων. *Regnum in hoc differt à tyrannide, quod exiſtat quidem tyrannis invitis ſubjectis, regnum autem iis volentibus, quibus imperatur.* Hinc Ovidio *Ferus tyrannus*, Virgilio *Immitis tyrannus*, Senecæ *Sævus tyrannus*, Silio *Lethifer tyrannus*, Lucano *Infandus tyrannus*, Ciceroni *Intolerandus, crudelis & immanis, libidinoſus tyrannus*, &c. Sed hæc ubivis obvia.

Τυραννόφρων.

Non habent Lexica. *Tyrannico ſenſu tumidus.* Chryſoſtomus Homil. in principium Indictionis novi anni, t. VI. Edit. Pariſ. pag. 533. de Martyribus: Αὐτοὶ γάρ εἰσι πάσης εὐφροσύνης τῷ γένει παραίτιοι οἱ γενναῖοι τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται· οἱ καὶ μετὰ θάνατον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως κήρυκες, οἱ τὸν ἀπατεῶνα ὄφιν ποσὶ καρτερίας καταπατήσαντες, καὶ τὸν τυραννόφρονα λέοντα φιλοθέαις χερσὶν ἀποπνίξαντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν φανερώσαντες, &c. *Hi ſunt enim illi omnis lætitiæ generi humano autores generoſi milites Chriſti, ejuſque virtutis poſt mortem etiam præcones; qui deceptorem ſerpentem patientiæ pedibus conculcârunt, & tyrannico ſenſu tumidum Leonem, amoris in Deum manibus ſuffocârunt, ac veritatem propalârunt*, &c.

Τυρινή.

Τυρινὴ vocatur hebdomada, quæ hebdomadam ἀπόκρεως dictam, ſubſequitur; & vocatur τυρινὴ, vel τυροφάγος, à ſequenti Dominica. Pachymeres Hiſt. lib. VII: Ἡμέρα μὲν ἦν τῆς τυρινῆς κυριώνυμος τότ' ἐφίστατο. *Dies itaque Tyrines, à Domino nomen habens, tunc aderat.* Triodion: Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι ἐν τῇ αὐτῇ ἑβδομάδι τῆς τυρινῆς ψάλλομεν ἐν τοῖς ὄρθροις τοὺς κανόνας τῆς ὀκτωήχου. *Sciendum eſt, hac Tyrines hebdomade nos canere ad horas matutinas Canones octoëchi.* Et: Σχολάζουσιν ἐν ταῖς τοιαύταις ἑβδομάσι τῆς ἀπόκρεω, καὶ τῆς τυρινῆς τὰ μεσώρια τῶν ὡρῶν. His hebdomadibus *Apocrei & Tyrines mediæ horæ non recitantur.* Vide Gl. Meurſii, & mox in voce Τυροφάγος.

Τυροφάγος.

Dominica τυροφάγος, *caſei comeſtrix*, in qua caſeum licet comedere, τὴν ἀπόκρεω ſequitur, & nobis ſemper eſt Dominica Quinquageſimæ, inquit Morinus. Hebdomada, quæ Dominicam illam præcedit, dicitur Græcis τυροφάγος, quòd in ea liceat caſeum, ova, butyrum comedere: Dominica Τυροφάγος eſt ultima dies, in qua licet iſta comedere. Feria enim ſecunda Dominicam Τυροφάγον ſequens incipit magna Quadrageſima, in qua hæc omnia prohibentur. Anna Comnena, hiſt. lib. II: Νὺξ δὲ ἦν ἡ τῆς Τυροφάγου κυριακῆς, καθ' ἣν ὁ ἐμὸς πατὴρ ταῦτα ἐσκέπτετο. *Nox autem erat Dominicæ Tyrophagi, qua meus pater hæc meditabatur.* Aliis vocatur τυροφαγία. Pachymeres, lib. XV: Τὰ γὰρ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἐφεστήκει εἰσόδια, καὶ τυροφαγίας ἦσαν ἡμέραι. *Ingreſſus enim Quadrageſimæ aderat, & dies erant Tyrophagiæ*, id eſt, edendo caſeo deſtinatæ. Theophilus Patriarcha Alexandrinus, epiſtolâ περὶ διαγωγῆς ἐν τῷ κελλίῳ, hebdomadem ἀποτυρώσεως vocavit. Quemadmodum enim, quæ præcedit, *à dimittenda carne* ἀπόκρεως, ita & hæc *à dimittendo caſeo* ἀποτύρωσις appellata eſt. Ἐν δὲ ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ δίχα τῆς πεντηκοστῆς, καὶ τοῦ δωδεκαημέρου, καὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς ἀποτυρώσεως, καὶ τῶν προειρημένων ἡμερῶν διελὼν αὐτὸ εἰς δύο ψάλλε, τῇ μὲν μιᾷ ἡμέρᾳ τὸ ἓν ἡμίτομον, θατέρᾳ δὲ θάτερον. *Per totum annum, exceptis Pentecoſte, Dodecaëmero, & hebdomade Apotyroſeos & jam dictis diebus, id in duas partes dividens, canito uno die unam partem, altero alteram.* Inſtituit Heraclius Imperator voti reus, bello cum Chosroë Perſarum rege feliciter peracto. Callixtus in Synaxario feriæ ſextæ Tyrophagi: Περὶ μέν τοι τῆς τυροφάγου φασί τινες τὸν βασιλέα Ἡράκλειον ταύτην ἐντάξαι, κρεωφάγον οὖσαν τὸ πρότερον. Κατὰ Χοσρόου γὰρ καὶ Περσῶν ἐπὶ ἓξ ἔτεσιν ἐκστρατεύσας, ηὔξατο τῷ θεῷ, εἰ κατ' ἐκείνων ἰσχύσει, ταύτην μεταμεῖψαι, καὶ μεταξὺ, νηστείας καὶ τρυφῆς καταστῆσαι. ὃ καὶ ἐποίησε. *De Tyrophago nonnulli tradunt,*

tradunt, Imperatorem Heraclium eam inſtituiſſe, cùm antea carnium eſus in ea permitteretur: Contra Chosroëm namq; & Perſas per ſex annos exercitu ducto, vovit Deo, ſi de eis victoriâ potiretur, eam immutare, mediámq; inter luxum & jejunium conſtituere. Quod etiam fecit. Addit tamen idem Callixtus, licet id evenire potuerit, quod de Heraclio narretur, *ſe tamen exiſtimare* ἴσως τοῖς ἁγίοις ἐπινοηθῆναι καὶ ταύτην πατράσι, διὰ προκάθαρσίν τινα, ὡς ἂν μὴ ἐκ κρεῶν, καὶ ἀδδηφαγίας αὐτίκα εἰς ἄκραν ἀσιτίαν ἀγόμενοι δυσχεραίνωμεν, *eam fortè à ſanctis Patribus excogitatam fuiſſe, pravia expurgationis cauſſâ; ne ex carnibus & ingluvie ſtatim in ſummum jejunium abacti, moleſtè ferremus,* &c. Notat Balſamon ad Can. LII. Trullanum, pag. 423. Monaſteria accurata ante hanc hebdomadem Canones & Martyria Sanctorum, quorum memoriæ in Quadrageſima veniunt, legiſſe. Νομίζω δὲ ὅτι καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν μοναστηρίων διὰ τὸ παρόντα κανόνα πρὸ τῆς τυροφάγου ψάλλουσι, καὶ ἀναγινώσκουσι τοὺς κανόνας καὶ τὰ μαρτύρια τῶν κατὰ τὴν ὅλην τεσσαρακοστὴν προβαινόντων ἑορτῶν, καὶ μνημῶν ἁγίων. *Exiſtimo autem, quod quæ perfectam aut accuratam rationem ſequuntur, monaſteria, propter præſentem Canonem ante Sexageſimam canunt & legunt Canones & Martyria feſtorum, & ſacrarum memoriarum, quæ tota Quadrageſimâ proveniunt.* Hac etiam hebdomade Græci recentiores, feriâ quartâ & ſextâ, non jejunant, ſed caſeo & ovis, æquè ac aliis diebus, veſcuntur. Quod videtur probare Anaſtaſius Cæſarienſis: Ὁμοίως καὶ περὶ τῆς τετράδος, καὶ παρασκευῆς τῆς τυροφάγου λέγει ὁ τέταρτος κανὼν τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως οὕτως· ὅτι δεῖ νηστεύειν τοὺς μοναχοὺς τῇ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ τῆς τυροφάγου, καὶ μετὰ τὴν προηγιασμένην ἐσθίειν τυρὸν καὶ ὠά. Ἀνατρέπει δὲ ὁ τοιοῦτος κανὼν τὴν τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ τὴν τῶν τετραδιτῶν αἵρεσιν. *Similiter de feria quarta & ſexta Tyrophagi dicit quartus Canon Nicephori Archiepiſcop. Conſtantinopolitani ſic, jejunandum eſſe Monachis feriâ quartâ & ſextâ Tyrophagi, & poſt Miſſam præſanctificatorum edendum caſeum & ova. Evertit verò hic Canon Jacobitarum & Tetraditarum hæreſin.* Hac hebdomade Jacobitæ carnibus veſcebantur. Demetrius Cyzicenus: Οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἑβδομάδα τῆς τυροφάγου κρεωφαγοῦσι. *Hi iidem Tyrophagi hebdomade carnes edunt.*

Τυφλόω.

Duplex eſt *cæcitas.*

I. *Corporalis,* ſecundum quam is dicitur τυφλὸς, *cæcus,* qui defectus eſt oculis. Talis fuit ille Joh. IX. 1. qui dicitur τυφλὸς ἐκ γενετῆς, *cæcus à nativitate;* de quo veteres ſenſerunt, non viſum modò illi datum, ſed & oculos à Domino formatos ac creatos fuiſſe. Cyprianus, lib. de bono Patientiæ, pag. 316: *Sputo ſuo cæci oculos Chriſtus formavit.* Aſterius, Homil. *in cæcum à nativitate,* in Biblioth. Photii, Cod. CCLXXI. pag. 1504: Τὸ πάθος, φησὶν ὁ Χριστὸς, τοῦ τυφλοῦ οὐχ ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἀντίδοσις, ἀλλ' ἑτοιμασία μελλούσης οἰκονομίας ἄλλα τε διαπραττούσης, καὶ ὅπως ὁ κτίστης τῶν ὅλων, μετὰ τὴν πρώτην ποίησιν εὕρῃ καὶ νῦν δημιουργεῖν ἀφορμάς. *Cæcitas, ait Chriſtus, non propter peccata accidit, ſed præparatio eſt alterius diſpenſationis aliò tendentis, utq; creator univerſorum poſt primam creationem inveniat & jam occaſionem creandi.* Et pag. ſequenti: Πτύει δὲ, καὶ πηλὸν ποιεῖ, τῇ μὲν γῇ συγχρώμενος, ἵν' ὅθεν τὸ ὅλον κατ' ἀρχὰς ἐπλάσθη ζῶον, καὶ τὸ μέρος δείξῃ πλαττόμενον. *Spuit, & lutum facit, terrâ ſimul uſus, ut unde totum animal ab initio conditum fuit, partem nunc oſtenderet formatam.* Eodem & Chryſoſtomus ad Matth. XIV. reſpexit, cùm miraculum, de quo hic agitur, δημιουργίαν ὀφθαλμοῦ vocavit. Ὅτε, inquit, ὀφθαλμὸν ἐδημιούργησε, *Cùm creavit oculum.* Et Theophylactus, cùm eodem modo quo Protoplaſtus, formatum atque conditum fuiſſe ait, in cap. IX. Johannis, pag. 695: Διὰ τοῦτο καὶ ἀπὸ πηλοῦ τὰ ὄμματα δημιουργεῖ, ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ τῆς δημιουργίας, ᾧ καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐδημιούργησεν. Οὐκ ἔπλασε δὲ μόνον τοὺς ὀφθαλμοὺς, &c. *Propterea & de luto oculos creat, illo creationis modo, quo & Adamum creavit. Non formavit autem tantùm oculos,* &c. Auguſtinus, ſeu quicunque Autor, Serm. de Temp. *Recepit hic quidem* (de altero cæco) *oculos, alter accepit. Et quod natura non dederat, manus Chriſti formavit. Impoſuit enim fronti pulverem, ſputo conſperſum, & ad tactum ſacræ manus operis diſciplina feſtinant, luciferas gemmas orbibus præforatis infixit, & quod natura non dederat, Chriſtus artifex integravit.* Talis cæcus erat Mares, Epiſcopus Chalcedonenſis, qui, cùm Julianus apoſtata, cæcitatem ei exprobrando, dixiſſet, ὡς ὁ Γαλιλαῖος αὐτοῦ Θεὸς οὐκ ἐκθεραπεύσειεν αὐτὸν, *non poſſe ei Galilæum Deum ſuum mederi;* reſpondit: Τοῦτό γε πρὸς τὴν μεγίστην εὐχαριστίαν κινεῖ τοῦ Θεοῦ, ὅτι με τυφλὸν ἔθετο, ἵνα τὸ σὸν ἀναιδὲς οὕτω δι' ἀσεβείας ἀμαυρωθὲν μὴ θεάσωμαι πρόσωπον. *Atqui hoc ad ſummas Deo gratias agendas me incitat, qui occæcavit me, ne impudens os tuum, & per impietatem obſcuratam faciem viderem.* Sic in vita Athanaſii apud Photium, Biblioth. Cod. CCLVIII. pag. 1448. Eadem reperias in Appendice t. II. operum Athanaſii, in vita Athanaſii, ab incerto autore conſcriptâ, pag. 55. Et ibid. in vita Athanaſii ex Metaphraſte, pag. 86.

II. *Spiritualis.* De ſpiritualiter cæcis ſic Theodoretus ad Jeſ. XLII. 7. pag. 103: Τυφλοὺς ἐνταῦθα τοὺς τὸ ὀπτικὸν τῆς διανοίας κακῶς διακειμένους καλεῖ· τοὺς δὲ αὐτοὺς, καὶ τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις πεπεδημένους σειραῖς, καὶ τῷ σκότει τῆς πλάνης κατεχομένους. *Cæcos hic vocat eos, qui acie mentis malè ſunt affecti: itemq; eos, qui peccati catenis vincti ſunt, & erroris caligine obſeſſi.* Eadem cæcitas intelligitur Joh. XII. 40. ubi: Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς. *Excæcavit oculos eorum.* Ad quæ Chryſoſtomus, Homil. LXVIII. in Joh. pag. 843: Τετύφλωκε, τουτέστι, συνεχώρησεν, ἀφῆκεν. οὐχὶ γὰρ ἐνεργοῦντα αὐτὸν ἐνταῦθα εἰσάγει, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑτέρων πονηρίας γινόμενα δείκνυσιν. ὅταν γὰρ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, παραδιδόμεθα τῷ διαβόλῳ. τῷ διαβόλῳ δὲ παραδοθέντες, μυρία πάσχομεν δεινά. Excæcavit, *hoc eſt, permiſit, dimiſit. Non enim eum operantem hic introducit, ſed ab aliorum malitia oſtendit producta. Cùm enim deſerimur à Deo, Diabolo tradimur; Diabolo autem traditi, innumeris malis affligimur.* Et ibidem: Ὥσπερ ὁ ἥλιος τῶν ἀσθενῶν πλήττει τὰς ὄψεις, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μὴ προσεχόντων τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις, καὶ φιλονεικούντων γίνεται. *Quemadmodum ſol debilem oculorum aciem perſtringit, non naturâ ſuâ: ita uſu venit iis, qui divinis ſermonibus non attendunt, ſed iis contradicunt.* Theophylactus pluribus hunc locum explicat, paginâ 745. & 646. Comment. in Johannem, ubi inter alia: Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς, μὴ νόμιζε, ὅτι ἁπλῶς τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ποιεῖ, τοὺς δὲ πονηρούς· ἄπαγε· ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν, τύφλωσιν νόει παντελῆ. *Cùm audieris, quòd Deus oculos eorum excæcaverit, ne putes eum ſimpliciter hos quidem bonos facere, illos verò malos, abſit: ſed Dei derelictionem, excæcationem omnimodam intellige.* Mox: Λέγεται ὁ ἄνθρωπος, ὡς τυφλὸς διάγειν, στερηθεὶς τοῦ θείου φωτὸς, καὶ ἐν τῷ σκότει τῆς ἁμαρ-

Digitized by Google

ἁμαρτίας περιπατῶν, καὶ λοιπὸν τύφλωσις αὐτῷ δοκεῖ, ἡ τοῦ θείου φωτὸς ἀπουσία· — τετύφλωται λοιπὸν, ὁ μὴ παραδεχόμενος ὅλως ἀκτῖνα τοῦ θείου λόγου· καὶ ὅλως ἡ ἀπουσία τοῦ θεοῦ τυφλοῖ καὶ σκοτίζει· ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι τυφλοῖ ὁ θεὸς, οὕτως νόει, ὅτι τῷ μὴ παρεῖναι τυφλοῖ· εἰ γὰρ παρῆν θεὸς, οὐκ ἂν τετύφλωται ὁ ἄνθρωπος· εἰ ἦν ἥλιος, οὐκ ἂν σκοτία, νῦν δὲ ὁ ἥλιος ποιεῖ τὴν νύκτα· ἀλλὰ πῶς; δυόμενος· οὕτω καὶ ὁ θεὸς τυφλοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους τῷ μὴ παρεῖναι αὐτοῖς· οὐ πάρεστι δὲ διὰ τὴν αὐτῶν κακίαν, καὶ οὐκ τότε ὡς τυφλοὶ ἀμεταστρεφεῖ ἁμαρτάνουσι, καὶ ἀδιόρθωτα προσπταίουσι. *Dicitur homo ut cæcus, privatus divino lumine, in tenebris malitiæ ambulare, & tunc cæcitas videtur ei divini luminis abſentia. --- Excæcatur conſequenter, qui nullos ſuſcipit radios divini verbi: & omnino abſentia Dei excæcat & obtenebrat. Cùm igitur audieris, quòd excæcet Deus, ſic intellige, quòd excæcet, dum præſens non eſt. Si enim adfuiſſet Deus, non excæcatus fuiſſet homo. Si fuiſſet ſol, non utiq; fuiſſent tenebræ. Nunc autem ſol facit noctem; ſed quo pacto? occidens. Ita & Deus cæcos facit homines, cùm iis non adeſt. Non adeſt autem propter illorum malitiam, & tunc ut cæci peccant, non ſe convertentes, & abſque correctione prolabuntur.* Confer verbum Πωρόω, vocem Πρόγνωσις, & particulam Ἵνα.

Τύφος.
Τυφόω.

Τύφος, juxta Suidam, eſt ἀλαζονεία, μανία, *arrogantia, ſuperbia, furor, inſania.* Heſychius: τύφος, ἀλαζονεία, ἔπαρσις, κενοδοξία. *Arrogantia, elatio, inanis gloria.* Theophylactus in I. ad Timoth. VI. pag. 789. τύφος ὄγκος ἐστὶ νοσούσης ψυχῆς, ὥσπερ φλεγμονὴ ἐπὶ τραύματος σώματος. *Inflatio eſt ægrotantis animæ tumor, quemadmodum inflammatio in corporis vulnere.* In epiſtola Concilii Africani ad Papam Celeſtinum: *Executores etiam Clericos veſtros quibusq; petentibus nolite mittere, nolite comedere, ne fumoſum typhum ſeculi in Eccleſiam Chriſti videamur inducere.* Græca ſic habent. Ἐκβιβαστὰς τοίνυν κληρικοὺς ὑμῶν τινῶν αἰτούντων μὴ θέλετε ἀποστέλλειν, μήτε παραχωρεῖν, ἵνα τὸν καπνώδη τύφον τοῦ κόσμου δόξωμεν εἰσάγειν τῇ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησίᾳ. Epheſini Patres, τύφον κοσμικῆς ἐξουσίας vocant. Cùm enim in Concilio III. relatum eſſet, Antiochenum Epiſcopum ordinationes Epiſcoporum provinciæ Cypri, præter Eccleſiaſticas conſtitutiones & antiquam conſuetudinem ad ſe trahere, typhum illius coercent, μηδὲ ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας κοσμικῆς τύφος παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, ὁ πάντων ἀνθρώπων ἐλευθερωτής. *Ne fortè ſub ſpecie adminiſtrationis rerum ſacrarum, potentiæ ſecularis typhus irrepat, ſenſimq; imprudentes libertatem eam amittamus, quam nobis proprio ſanguine Dominus noſter Jeſus Chriſtus, omnium hominum liberator largitus eſt.* Baſilius M. Orat. in Gordium martyrem, pag. 519. de Gordio: Ἀποφυγὼν θορύβους πολιτικοὺς, ὄχλον ἀγοραῖον, ἀρχοντικοὺς τύφους, &c. *Urbanos fugiens tumultus, fori clamorem, magiſtratuum ambitionem,* &c. Chryſoſtomus lib. I. de Providentiâ Dei, ſub finem cap. VI: Ἡ τῶν πόνων ἐπίτασις, μισθῶν ἐπίτασίς ἐστι, καὶ ἔρεισμα ἀσφαλὲς, πρὸς τὸ μηκέτι ἐκόντας, ἢ ἄκοντας ἐκπεσεῖν. Καὶ γὰρ τύφον καταστέλλει, καὶ ῥαθυμίαν ἐπιστρέφει, καὶ φρονιμωτέρους ποιεῖ. *Adjectio laborum, incrementum præmiorum eſt, ac firmiſſimum munimen noſtrum, quo freti nunquam ſive ſponte ſive etiam inviti corruamus. Namque faſtum ac tumorem animorum reprimit, negligentiam avertit, prudentioréſque efficit.* Id. lib. I. de Compunctione cordis, cap. X. τύφον & ἀπόνοιαν conjungit: dicit, καταλύειν τύφον καὶ ἀπόνοιαν, *typhum & arrogantiam reprimere.* Eodem modo in Pſal. CX: Καταστέλλων τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπόνοιαν, τὸν τύφον αὐτῶν ὑποτεμνόμενος, &c. *Judæorum arrogantiam comprimens, & eorum faſtum amputans,* &c. Hæc autem vox *typhus* frequens eſt apud illius ſeculi ſcriptores, pro faſtu, ambitione, & ſuperbia. Sic apud Auguſtinum de Civitate Dei lib. XI. cap. XXIII. epiſtolâ XLVIII. LVII. & CLXII. & libro II. de Baptiſmo, cap. III. *Typhus ſuperbiæ.* Graviſſimum vitium. Baſilius M. lib. I. contra Eunomium: Ἔοικεν ὁ τύφος πάντων εἶναι τῶν ἐν ἀνθρώποις παθῶν χαλεπώτατον, καὶ ὄντως τῷ τοῦ διαβόλου κρίματι περιβάλλειν, εἷς ἂν προσγίνηται. *Arrogantia omnium humanarum affectionum graviſſima eſſe videtur, & revera Diaboli judicio omnes eos ſubjicere, qui eâ laborant.* Hinc verbum τυφόω, *effero & inſolentem reddo.* Τυφοῦσθαι, *efferri, inſoleſcere.* Heſychius: Τυφωθεὶς, ἐπαρθεὶς, ὑπερηφανεύσας. *Qui ſe ipſum extulit, qui ſuperbè ſe jactavit.* I. ad Timoth. VI. 4. Τετύφωται, *ſuperbus eſt.* φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, *temerè turgens carnis ſuæ ſenſu,* Coloſſ. II. 18. Et I. Timoth. III. 6. ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου, *ne in ſuperbiam elatus, in judicium incidat Diaboli:* quò, ſine dubio, in ſuperioribus, reſpexit Heſychius. Cicero libro XII. ad Atticum, epiſt. XXV: *Una me cauſſa movet, in qua ſcio me* τετυφῶσθαι, *ſed ut facis, obſequere huic errori meo.* Arnobius lib. II: *Typho & arrogantiâ ſublevatus.* Τυφωθεὶς apud Apoſtolum Theodoretus interpretatur τῆς ἀλαζονείας τὸ πάθος δεξάμενος, *in arrogantiam elatus.* Et Theophylactus, in I. Timoth. III. τυφοῦσθαι explicat per φυσιοῦσθαι, *inflari.* II. Timoth. III. 4. τετυφωμένοι, *tumidi.* Ubi Oecumenius pag. 777. οἷον ἀπονοίας πλήρεις, *quaſi arrogantiâ pleni.* Et Theophylactus pag. 820. ἀπονοίας πεπληρωμένοι, *arrogantiâ pleni.* Confer ſuprà Chryſoſtomum, qui τύφον & ἀπόνοιαν conjungit. Heſychius: Τετύφωται, — ἐπήρθη, *elatus eſt.* Item: Τετυφῶσθαι, μεμηνέναι, *inſanum eſſe, inſanire* ſc. præ faſtu. Clemens Alexandr. Pædag. lib. III. cap. XII. pag. 262. ut æquipollentia ponit, τετυφωμένοι, *ſuperbi, inflati, tumidi,* & συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, *prudentes apud ſe ipſos.*

Τύχη.

Quid τύχη ſit, ex Lexicis ſatis notum. Id unum monuiſſe ſufficiet, Gentiles *per fortunam Imperatorum* juràſſe, quòd Chriſtiani facere detrectaverint. Origenes lib. VIII. contra Celſum, pag. 421: Τύχην μέντοι βασιλέως οὐκ ὄμνυμεν, ὡς οὐδ' ἄλλον νομιζόμενον θεόν. *Per fortunam tamen Regis non juramus, ſicut nec per alia fictitia numina.* Illuſtre hujus rei nobis proponitur exemplum in Polycarpo apud Euſebium, hiſt. Eccl. lib. IV. cap. XV. pag. 38. a. ad quem Præfectus dixit: Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν — ὄμοσον τὴν καίσαρος τύχην, μετανόησον. *Reverere ætatem tuam: --- jura per Cæſaris fortunam, reſipiſce.* Id verò Polycarpus conſtanter renuit. Lege integram hiſtoriam. Τὴν τύχην ὀμνύειν, *per fortunam jurare,* & *per Genios Cæſarum* idem valet. Tertull. in Apolog. cap. XXXII. pag. 63: *Sed & juramus, ſicut non per Genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus geniis.* Ibidem, cap. XXXV. pag. 65: *Atque adeò omnes illi ſub ipſa usque impietatis eruptione & ſacra faciebant pro ſalute Imperatoris, & genium ejus dejerabant.* De hoc vide plura in Ὅρκος, num. III.

Y.

Ὑδροπαραϛάται.

QUinam fuerint in primitiva Eccleſia ὑδροπαραϛάται, ſive *Aquarii*, jam indicavimus in voce Σύναξις, num. II. 2. ubi teſtimonia ex Epiphanio, Theodoreto, & ex Concilio Trullano produximus. Addimus hic Balſamonem ad I. Can. Baſilii ad Amphilochium, pag. 929: Ὑδροπαραϛάται εἰσὶν, οἱ ἀντὶ οἴνου ὕδωρ τῷ Θεῷ προσφέροντες, καὶ τὸν γάμον πορνείαν λέγοντες. *Hydroparaſtatæ ſunt, qui loco vini aquam Deo offerebant, & nuptias fornicationem appellabant.* Hos Auguſtinus *Aquarios* vocat, & de iis hæreſi LXIV. ita ſcribit: *Aquarii ex hoc appellati ſunt, quòd aquam offerunt in poculo ſacramenti, non illud, quod omnis Eccleſia.* Ad quæ Cl. Danæus ſequentia notat: *Hanc Aquariorum hæreſin non tantùm partim à Severianis, qui vini uſum in Eccleſia damnârunt, profectam crediderim: partim etiam ab Helceſaitis, qui aquam pro Deo coluerunt, Thaletisq́; Epheſii philoſophi dogma, vel errorem revocârunt: verùm etiam cum Encratitis eandem fuiſſe affirmârim: ſed propter nominis varietatem, aliam & diverſam cenſeri. Nec novum eſt, ut unus & idem error, quia interpolatus, aut à diverſis ſparſus eſt diverſis in locis, diverſarum quoque hæreſium appellatione repetatur, & damnetur. Sic qui inter Græcos* Encratitæ, *apud Latinos* Aquarii *à dogmatis parte ſunt nominati. Itaq; ad idem tempus utrosq; refero, & eandem illis infelicem ſtirpem aſſigno. Facit autem in hanc ſententiam quodammodo Iſidorus, qui Severianos iſtis Aquariis in recenſendo proximos collocat. Malim tamen ipſe Encratitarum ſchiſmaticos, & propaginem inauſpicatam conſtituere. Et certè digni erant, qui non in Chriſtianorum numero cenſerentur, ſed ad ſacra prophanorum Athenienſium, quæ vocantur* Νηφάλια *&* Ὑδροφόρια, *quòd in his pro vino aqua idolis libaretur, relegarentur. Erroris igitur caput eſt,* Aquam in ſacroſancta Domini noſtri Jeſu Chriſti Cœna pro vino ſubſtituendam & porrigendam eſſe. *Quod iſti ſentire nec poterant, nec auderent, niſi & vinum damnarent ex deliriis Severianorum: & aquam magnifacerent, quemadmodum Helceſaitæ: & certa ciborum genera, tanquam deteſtanda, abominarentur, veluti Encratitæ. Hujus autem erroris prima fundamenta tunc jacta fuiſſe videntur, cùm homines ſancta & ſimplici Cœnæ inſtitutione, quæ à Chriſto ipſo facta eſt, non contenti, ſua commenta illi addiderunt. Quare duobus ſignis à Chriſto datis, nempe pani & vino, tertium adjecerunt, aquam, quam vino miſcendam eſſe tradiderunt: non autem ſeorſim & ſeparatim à vino bibendam. Atque hac vini & aquæ mixtione, Chriſti cum Eccleſia unionem ſignificari docuerunt. Ita ſæpè Cyprianus in epiſtolis, ita Ambroſius in libris de Sacramentis, ſi modò Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi illa germana ſcripta ſunt, & non notha & falſo inſcripta. Ita in Can. in Calicem. De conſecrat. Diſtinct. 2. Sed & damnati Armenii, ut hæretici, quòd in Cœna Domini aquam non adhiberent.* Vide ſuprà in Σύναξις, num. I. 2. ſub lit. *a. His autem nihilo vel meliores, vel ſaniores alii hæretici, qui à Damaſceno Barſaniani, ſive Semidalitæ nominantur, qui non tantùm in cæteris cum Cainianis conſentiunt, ſed etiam hoc habent à ſe, ſibiq; peculiarem errorem etiam præter Eutychiani Dioſcori delirium, quòd in ſacroſancta Domini noſtri Jeſu Chriſti Cœna (in qua nihil immutandum docet Paulus I. Corinth. XI. 23.) pro pane tantùm ſimilæ & farinæ, quantum ſummis digitis comprehendere poſſunt, capiunt, eamq; ſummis labiis deguſtant tantùm, & pro uſu eſuq; panis & ſymboli Cœnæ ſubſtituunt: ita nihil unquam à Satana intactum in religione Chriſtiana relictum eſt, ſed omnia etiam auguſtiſſima quæque fœdè conſpurcata. Deinde aſcititia illa in Cœnæ Sacramentum aqua variis laudibus commendata eſt, quia & Baptiſmus ſolam aquam habet, & in vino intemperantia eſſe dicitur, eoq; jubentur reges abſtinere, Epheſ. V. 18. Proverb. XXXI. 4. Præterea, miracula in aqua facta erant à Narciſſo, ut ait Nicephorus lib. V. cap. IX. Poſtremò jam exorti Encratitæ & Tatiani ciborum aliquot, quemadmodum diximus, genera damnârunt, ita paulatim confirmata Aquariorum ſententia recepta eſt & probata, quæ in Miſſa Papiſtica ex parte etiamnum hodiè retenta eſt.* Hactenus Danæus.

Ὕδωρ.

I. *Explicatio nominis.* Ὕδωρ, *aqua* ſumitur

1. *propriè*, pro elemento humido & frigido. Sic Geneſ. I. 2: Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aqua.* Per *aquam* intelligitur abyſſus, id eſt, aquæ terræ ſupernatantes, ac rudis illa & incondita moles, quam involvebant & fermentabant aquæ. Vix ergo audiendus Nyſſenus, qui libro in Hexaëmeron, t. I. pag. 15. *aquam* allegoricè explicat. Verba ejus adſcribo: Τὸ ὕδωρ, ᾧ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο, ἄλλο τι παρὰ τὴν κατωφερῆ ταύτην τῶν ῥευστῶν ὑδάτων φύσιν ἐστὶν, ὃ τῷ στερεώματι πρὸς τὸ βαρύ τε καὶ κατωφερὲς ὕδωρ διατειχίζεται. Εἰ δὲ ὕδωρ κἀκεῖνο παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται, ᾧ διὰ τῆς ὑψηλοτέρας θεωρίας τὸ τῶν νοητῶν δυνάμεων πλήρωμα σημαίνεσθαι στοχαζόμεθα, ξενιζέσθω διὰ τῆς ὁμωνυμίας μηδείς. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Θεὸς πῦρ καταναλίσκον ἐστὶν, ἀλλὰ καθαρεύει τῆς ὑλικῆς σημασίας τοῦ πυρὸς ὁ λόγος· ὥσπερ οὖν τὸν Θεὸν πῦρ μαθὼν εἶναι, ἄλλο τι αὐτὸν παρὰ τὸ πῦρ τοῦτο ἐνόησας· οὕτω καὶ ὕδωρ θείῳ πνεύματι ἐπιφερόμενον διδαχθεὶς, μὴ τὴν κατωφερῆ φύσιν νοήσῃς τὴν εἰς γῆν καταβρέουσαν. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τοῖς χθαμαλοῖς τε καὶ ἀστάτοις οὐκ ἐπιφέρεται. *Aqua, ſuper qua ferebatur Spiritus Dei, diverſa eſt ab iſtarum aquarum natura, quæ deorſum fluunt, & firmamento ab aqua gravi & ad inferiora tendente ſejungitur. Quòd autem in ſcriptura vocetur aqua etiam illa, quâ ſublimiori contemplatione divinarum mentium plenitudo ſignificatur, ne quis id alienum aut novum putet. Nam & Deus ignis conſumens eſt, attamen ab ignis materia purus intelligitur. Quemadmodum igitur, cùm audis Deum eſſe ignem, aliud quiddam ab iſto igne diverſum eſſe illum cogitas: ſic etiam cùm divino ſpiritui aquam ſubjectam diſcis, ne putes illam eſſe iſtam, quæ inferiora petens in terram fluit. Nam Spiritus Dei ſuper terrenis iſtis atque inſtabilibus non fertur.* Verùm, Spiritum Sanctum materiam iſtam aqueam ſervâſſe & foviſſe formationis ergo, ut foventur pulli ab incubantibus matribus; quamvis ſpirituali & planè inenarrabili, non autem corporali modo, jam docuimus in voce Πνεῦμα, num. II. 1. ſub lit. *B. β. a.* Huc pertinet ὕδωρ ζῶν, *aqua viva*, Joh. IV. 10. quæ juxta Chryſoſtomum, Homil. XXXII. in Joh. pag. 683. eſt τὸ ἀέναον, καὶ διαπαντὸς ἀναβλύζον, τῶν κρουνῶν οὐ διακοπτομένων, *aqua ſemper fluens, & perpetuò ſcaturiens, ſcatebris nunquam deficientibus.* Eodem ſenſu, ὕδωρ τινὶ παρέχειν, *aquam alicui præbere*, eſt ἀδάπανος χάρις, *donum ſine ſumtu*, ut loquitur Olympiodorus Catenâ in cap. XXI. Jobi, pag. 378. Eodem referri poteſt illud Johan. XIX. 34. ubi ſanguis & aqua ex Chriſti latere profluxiſſe dicitur, de quo in voce Αἷμα, num. I.

2. *Impropriè* pro donis Spiritus ſancti. Chryſoſtomus Homil. XXXII. in Johannem, pag. 683. quæ in Catena in hunc Evangeliſtam falsò adſcribuntur Ammonio:

Digitized by Google

Ammonio: Διὰ τῆς τοῦ ὕδατος προσηγορίας, τόν τε καθαρμὸν τὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὴν πολλὴν παραψυχὴν ταῖς ὑποδεχομέναις αὐτὸ διανοίαις ἐμφαίνων. *Per aquæ appellationem, purgandi facultatem, & multiplicem quam ſuſcipientium mentibus affert, conſolationem indicans* ſcil. Chriſtus Joh. IV. 13. Theophanes, Homil. XXXVIII. pag. 268: Ὕδατι δὲ ἀπείκασαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καθαρὸν, καὶ πολλὴν παραψυχὴν παρέχον τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτό· καὶ ὥσπερ τὸ αὐτὸ ὕδωρ μερίζεται εἰς διαφόρους ποιότητας· οὕτω τὸ πνεῦμα εἰς διαφόρους ἐνεργείας ἐν τοῖς πιστοῖς διανέμεσθαι εἴωθε. Ζῶν δὲ λέγεται οἷον ἀναβλύζον, καὶ κινούμενον, καὶ οἷον εὐκίνητον τὴν ψυχὴν ἐργαζόμενον. *Aquæ verò Spiritus ſanctus aſſimilatur, ut qui purus eſt & maximè recreat eos, qui ipſum accipiunt. Et ſicuti eadem aqua variis diſcernitur qualitatibus, ita Spiritus ad varias operationes fidelibus diſtribui ſolet.* Viva *verò dicitur, utpote fluens, & mobilis, & animam reddens facilè mobilem.* Ad eundem, Joh. IV. 13. locum Theophylactus, pag. 609: Τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὕδωρ φησὶν εἶναι, διότι τε καθαίρει καὶ πολλὴν παραψυχὴν χορηγεῖ τοῖς ὑποδεχομένοις· ὕδωρ δὲ οὐχ ἱστάμενον, οἷα τὰ ἐν λάκκοις καὶ φρέασι σηπεδώδη καὶ διεφθαρμένα, ἀλλὰ ζῶν, τουτέστιν, ἀναβλύζον, ἀναπηδῶν, κινούμενον· ἡ γὰρ χάρις τοῦ πνεύματος εὐκίνητον πρὸς τὸ ἀγαθὸν τὴν ψυχὴν ἐργάζεται, ἀναβάσεις ἀεὶ διατιθεμένην. *Gratiam Spiritus ſancti* aquam *dicit eſſe, propterea quod purificat, & multum refrigerii præbet eam ſuſcipientibus. Porrò aquam dicit non ſtantem, qualis eſt in lacubus & puteis, putris & corrupta: ſed* vivam, *hoc eſt, ſcaturientem, ſalientem, & quæ movetur. Gratia enim Spiritus ſemper agilem ad bonum facit animam, aſcenſiones ſemper diſponentem.*

II. *Uſus aquæ* maximè *duplex* eſt.

1. *Communis.* De eo Chryſoſtomus, Homil. XV. t. V. pag. 81: Αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ κοινῇ πᾶσι πρόκεινται, καὶ πλουσίοις καὶ πένησι. Τάχα ἐγέλασας ἀκούων τὴν ἰσότητα ταύτην· οὐκοῦν μάθε, πόσῳ τιμιώτερον οἴνου παντὸς, ὕδατος φύσις, καὶ ἀναγκαιότερον, καὶ χρησιμώτερον· καὶ τότε σαυτοῦ καταγνώσῃ, καὶ τὸν ἀληθῆ τῶν πενήτων εἴσῃ πλοῦτον. Οἴνου μὲν γὰρ ἀναιρεθέντος, οὐ πολλή τις ἂν γένοιτο βλάβη τινὶ, πλὴν τοῖς ἀσθενοῦσι μόνοις· ἂν δέ τις σβέσῃ τὰς τοῦ ὕδατος πηγὰς καὶ τὰ στοιχεῖα ἀνέλῃ, τὸν βίον ἡμῶν ἀνέτρεψεν ἅπαντα, καὶ πάσας τὰς τέχνας ἠφάνισε· καὶ οὔτε δύο δυνησόμεθα μόνον διαρκέσαι ἡμέρας, ἀλλ' εὐθέως ἀποθανούμεθα πάντες θάνατον ἐλεεινόν τινα καὶ χαλεπώτατον. *Aquarum fontes omnibus in genere patent, & divitibus & pauperibus. Riſiſti fortaſſe hac æqualitate audita. Diſce igitur, quantò præſtantior ſit natura aquæ, & magis neceſſaria atque utilior omni vino: & tunc te ipſum damnabis, veramq; pauperum divitias agnoſces. Vino enim ſublato, nemo inde magnum accipiet damnum, niſi ſoli infirmi: quodſi verò quis aquæ fontes ſuppreſſerit, & elementa ſuſtulerit, totam ſimul vitam noſtram ſubvertit, omnesq; artes abolevit: neque vel ad biduum ſubſiſtere poterimus, ſed è veſtigio omnes moriemur miſerrima & acerbiſſima morte.* Damaſcenus lib. II. orthod. fidei, cap. IX. pag. 107. Κάλλιστον στοιχεῖον τὸ ὕδωρ, καὶ πολύχρηστον, καὶ ῥύπου καθάρσιον, οὐ μόνον μὲν σωματικοῦ, καὶ ψυχικοῦ δὲ, εἰ προσλάβοι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος. *Optimum elementum eſt aqua & valde utile; ſordes etiam purgat, non modò corporis, ſed & animæ, ſiquidem Spiritus ſancti gratiam aſſumſerit.* Quæ cum grano ſalis ſunt intelligenda. Alias aquæ utilitates, ſatis obvias, ſicco pede tranſimus.

2. *Sacer.* Atque huc pertinet

a. *Aqua luſtralis* ſeu *aſperſionis*, de qua ad Hebr. IX. 19. & cujus uſus erat in lege ceremoniali: Græcis ὕδωρ καθάρσιον. *Aqua luſtralis*, in hiſtoria Palladii Lauſiaca, cap. XX. pag. 51. vocatur ὕδωρ ηὐλογημένον. Quæ verò ſub Nov. Teſt. ſit aqua luſtralis, docet Gregorius Nyſſenus, Homil. XIII. in Canticum, t. I. pag. 671: Ὅσαι εἰσὶν ἀρεταὶ, τοσαύτας χρὴ τὰς τῶν καθαρσίων ὑδάτων ἐννοῆσαι πηγὰς, δι' ὧν οἱ ὀφθαλμοὶ γίνονται ἀεὶ ἑαυτῶν καθαρώτεροι· οἷον πηγὴ τοῦ καθαρσίου ὕδατός ἐστιν ἡ σωφροσύνη· ἄλλη πηγὴ τοιαύτη ἡ ταπεινοφροσύνη, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀνδρεία, καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία, καὶ ἡ τοῦ κακοῦ ἀλλοτρίωσις. *Quot virtutes ſunt, tot luſtralium aquarum fontes mente concipiendæ ſunt, per quos oculi ſemper ſe ipſis puriores fiunt. Verbi gratiâ, temperantia luſtralis aquæ fons quidam eſt: alius humilitas, veritas, juſtitia, fortitudo, boni cupiditas, & mali averſatio.*

b. *Aqua in Baptiſmo*, quæ vocatur ὕδωρ ζῶν, *aqua viva.* Theodoretus, quæſt. XXVI. in Geneſin, pag. 26: Ὕδωρ ζῶν καλεῖται τὸ βάπτισμα, οὐκ ἐπειδὰν φύσιν ἑτέραν ἔχει τοῦ βαπτίσματος ὕδωρ, ἀλλ' ὅτι δι' ἐκείνου τοῦ ὕδατος ἡ θεία χάρις τὴν αἰώνιον δωρεῖται ζωήν. *Baptiſmus vocatur* aqua viva, *non quòd aqua Baptiſmi aliam habeat naturam, ſed quòd per illam aquam gratia divina vitam donet æternam.* Vocatur ὕδωρ λυτήριον τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ καθαρτήριον τῶν ψυχῶν, *aqua ſolvens peccata, & animas purgans*, ab eodem, in cap. XXXII. Jeſajæ, pag. 89. Καθάρσια ὕδατα, *aquæ purgantes*, à Greg. Nazianz. Orat. XL. pag. 643.

III. *Diviſio.* Chryſoſtomus in Pſal. CXXXV. ſequentes aquæ ſpecies recenſet: Ὕδωρ πηγαῖον, θαλάττιον, ἀέριον, τὸ ἐν νεφέλαις, τὸ οὐράνιον, τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, τὸ ὑπόγειον. *Aqua fontana, marina, aëria, quæ eſt in nubibus, cæleſtis, quæ eſt ſupra cælos, quæ eſt infra terram.*

IV. *Oppoſita.* Huc referimus eorum impiam ſententiam, qui aquam Deum eſſe ſomniârunt. Aquam præcipuè venerabantur Ægyptii & Perſæ. De utriſque pauca. De Ægyptiis ita Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride: Οὐδὲν οὕτω τιμῇ Αἰγυπτίοις, ὡς ὁ Νεῖλος. *Nihil in majore Ægyptiis eſt honore, quàm Nilus.* Athanaſius, qui Ægyptius fuit, Orat. contra Gentes: Ἄλλοι ποταμοὺς καὶ κρήνας, καὶ πάντων μάλιστα Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ προτετιμήκασι, καὶ θεοὺς ἀναγορεύουσιν. *Alii fluvios & fontes, & omnium maximè Ægyptii, aquam præcipuè venerati, deosq; appellant.* Chryſoſtomus, Homil. CVII. t. V. pag. 702: Ὅτι καὶ ποταμοὶ προσεκυνήθησαν, μαρτυρεῖ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μέχρι τῆς δεῦρο· θύουσι τῇ ἀναβάσει τοῦ Νείλου, οὐ θεὸν αὐτὸν ἐπὶ τῇ φύσει θαυμάζοντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ὕδωρ ὡς θεὸν θεραπεύοντες. *Fluvios etiam adoratos eſſe, res Ægyptiorum in hunc uſque diem teſtantur: aſcenſui Nili ſacrificabant, non quòd Deum ipſum propter rem creatam admirarentur, ſed quòd aquam ipſam tanquam Deum venerarentur.* Similiter Julius Firmicus de err. prof. relig. *Ægypti incolæ, aquarum beneficia percipientes, aquam colunt, aquis ſupplicant, aquas ſuperſtitioſâ continuatione venerantur.* Vide plura apud Voſſium de Orig. Idololatriæ, lib. II. cap. LXXIV. & LXXV. A' Perſis etiam divinus aquæ honos præſtabatur. Teſtatur hoc Clemens Alexandr. admonitione ad Gentes, pag. 43: Θύειν ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων λέγει, θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ πῦρ καὶ ὕδωρ νομίζοντας. *Hos dicit Dinon ſacrificare ſub dio, ſola deorum ſimulacra ignem & aquam eſſe putantes.* Conſule etiam Arnobium lib. VI. Sidonium Apollinarem Panegyrico Leon. Agathiam lib. II. Imò Herodotum etiam lib. I. & Strabonem lib. XV. maximè Voſſium libro citato, cap. LXXVI. Sampſæi etiam in

Peræa

Digitized by Google

Peræa regione aquam colebant, ut de iis refert Epiphanius hæreſi LIII. pag. 201. his verbis: Τετίμηται δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τοῦτο ὡς Θεὸν ἡγοῦνται, σχεδὸν φάσκοντες εἶναι τὴν ζωὴν ἐκ τούτου. *Colunt & aquam, & hanc Deum eſſe putant, fermè dicentes eſſe vitam ex hac.*

Ὑιοθεσία.

Quid ὑιοθεσία ſit, ex N. Teſt. & Lexicis vulgatis ſatis notum eſt. Minùs notum eſt, eandem vocem *de Baptiſmo* uſurpari. Heſychius: Ὑιοθεσία, ὅταν τις θετὸν υἱὸν λαμβάνῃ, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα. Ὑιοθεσία eſt, *quando quis adoptivum aſſumit filium: eſt etiam ſanctum baptiſma.* Cl. Salmaſius exiſtimat, pro καὶ legendum eſſe κατὰ, ut ſenſus ſit, ὑιοθεσίαν dici, cùm quis in Baptiſmo eſt ἀναδοχεύς, filium ex lavacro ſuſcipit. Ego nihil puto mutandum: is enim, quem quis ex S. Baptiſmatis fonte ſuſcipit, non poteſt dici θετὸς υἱός. Deinde υἱοθεσία, ut poſtea videbimus, de Baptiſmo uſurpatur. Photius epiſt. XCVII. ad Baſilium Macedonem, hominem nequiſſimum, pag. 136. ita ſcribit: Οὐ προβάλλομαι νῦν παλαιὰν φιλίαν. οὐ φρικώδεις ὅρκους καὶ συνθήκας. οὐ χρίσμα καὶ χειροθεσίαν βασιλείας. οὐχ ὅτι ταῖς ἡμετέραις χερσὶ προσιὼν, τῶν φρικτῶν καὶ ἀχράντων μετεῖχες μυστηρίων. οὐδὲ τὸν δεσμὸν, ᾧ ἡμᾶς ἡ τοῦ καλοῦ παιδὸς υἱοθεσία συνέδησε. *Non ego nunc allego veterem amicitiam noſtram; non tremenda juramenta & ſtipulationes initas; non unctionem & manuum impoſitionem regiam; non quòd manibus noſtris ſubditus, ſacramentorum illorum tremendorum & immaculatorum fuiſti particeps factus; non illud vinculum, quo nos filii optimæ ſpei adoptio copulavit.* Hic παιδὸς υἱοθεσία notat *ſuſceptionem ex Baptiſmo*: nam de ſacro fonte Baſilii filium, adhuc in minori fortuna conſtituti, ſuſceperat Photius ἀναδοχεύς. Dionyſius Areopagita, Eccleſ. Hierarchiæ cap. II. parte II. pag. 217. *fontem Baptiſmalem* vocat μητέρα τῆς υἱοθεσίας, *matrem adoptionis.*

Ὑιοπάτωρ. Ὑιοπατορία.

Hæretici quidam in SS. Trinitate Patrem & Filium & Spiritum S. non tres perſonas, ſed unam duntaxat trinominem eſſe docebant, ut monuimus in voce Τριάς, num. VI. 1. ubi vide. Illis Filius erat υἱοπάτωρ *Filiopater.* Cyrillus Alex. lib. II. in Johan. cap. VIII. pag. 243. Σημειωτέον, ὅτι κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν ἄλλος ἐστὶν ὁ πατὴρ παρὰ τὸν υἱὸν, καὶ οὐχ, ὥσπερ ἔδοξέ τισι τῶν ἀπαιδεύτων αἱρετικῶν, υἱοπάτωρ εἰσφέρεται. *Obſervandum eſt, ſecundum propriam* ὑπόστασιν, *hypoſtaſin, alium eſſe Patrem à Filio, nec, ut quibusdam inſulſis viſum eſt hæreticis, Filiopatrem eſſe ſtatuendum.* Greg. Nyſſenus Orat. XII. contra Eunomium, t. II. pag. 733. Οὐ γάρ ἐστιν ὅπως ἡ τῶν ὑποστάσεων διαφορὰ τὸ ἀσύγχυτον ἕξει, μὴ τῷ γεννητῷ διαστελλομένη πρὸς τὸ ἀγέννητον, ὥστε εἰ μὲν διαφορὰν σημαίνει τὸ ὄνομα, ἡ οὐσία ἔσται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης ἀσήμαντος. ἄλλος γὰρ τῆς διαφορᾶς καὶ ἕτερος τῆς οὐσίας ὁ λόγος. εἰ δὲ πρὸς τὴν φύσιν τὴν σημασίαν τῆς φωνῆς καθέλκουσιν, εἰς τὴν τῶν υἱοπατόρων λεγομένων ἀπάτην ἀκολούθως ὑπορυήσονται, τῆς κατὰ τὰς ὑποστάσεις τρανότητος ὑπορυείσης τοῦ λόγου. *Non enim eſt quomodo hypoſtaſium differentia id quod inconfuſum eſt habeat, ſi ea, quæ eſt geniti cum ingenito differentia non diſtinguatur. Quare ſi nomen differentiam ſignat, eſſentia per appellationem iſtam minimè ſignificabitur. Alia enim differentiæ, & alia eſſentiæ ratio. Quodſi ad naturam vocis ſignificationem detorquent, ad hæreticorum, qui* υἱοπάτορες *dicuntur, quia Filium & Patrem eandem eſſe perſonam aſſerunt, errorem pertrahentur, ſermonis perſpicuitate, quod ad perſonas divinas attinet, ſubtracta.* Hæc hæreſis à veteribus vocatur ὑιοπατορία, quaſi dicas *Filio-paternitas.* Can. VII. Conſtantinopol. Σαβελλιανοὺς τοὺς ὑιοπατορίαν διδάσκοντας, — ὡς Ἕλληνας δεχόμεθα. *Sabellianos, qui eundem eſſe Patrem & Filium docent, velut Græcos admittimus.* Ammonius in Catena ad Joh. I. 1. pag. 14. Τὴν Σαβελλίου αἵρεσιν διὰ τούτο καταβάλλει, τὰς ὑποστάσεις σημαίνων πατρὸς καὶ υἱοῦ· οὐ γὰρ ὑιοπατορίαν ἡ ἐκκλησία δοξάζει, καθὰ μυθεύων ὁ Λίβυς εἶπε. *Sabellii hæreſin per hoc evertit, Patris ac Filii hypoſtaſes deſignans, non enim Filio-paternitatem Eccleſia eſſe exiſtimat, uti Afer ille fabulando confinxit.*

Ὑιοποιέω.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. Veteres Gloſſæ: Ὑιοποιοῦμαι, *adopto.* Heſychius: Ὑιοθετεῖ, ὑιοποιεῖ, οὐ φύσει, ἀλλὰ θέσει. *Adoptat: filium facit, non naturâ, ſed adoptione.* Cyrillus Alexandrinus lib. II. adverſus Neſtorium, pag. 42. Ὑιοποιεῖ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ἡμᾶς αὐτούς. *Filios etiam nos ipſos facit ſpiritus ejus*, ſc. Chriſti. Conſtitut. Apoſtol. lib. II. cap. XXXII. pag. 859. Διὰ τοῦ ἐπισκόπου σου ὁ θεὸς ὑιοποιεῖταί σε ἄνθρωπε. *Per Epiſcopum ſuum, ô homo, Deus te filium ſuum facit.* Athanaſius in epiſt. ad Serapionem, t. I. p. 193. Ἡμεῖς τὸ πνεῦμα λαμβάνοντες, ὑιοποιούμεθα. *Nos Spiritum ſanctum accipientes, adoptamur pro filiis.* Et mox: Ὑιοποιούμενοι δὲ τῷ πνεύματι, δηλονότι ἐν χριστῷ, χρηματίζομεν τέκνα θεοῦ. *Adoptati per ſpiritum, nempe in Chriſto, vocamur filii Dei.* Photius apud Oecumenium in cap. I. ad Epheſios, pag. 618. de Chriſto: Ἀνέστη, ὅτι τέθνηκε· τέθνηκε δὲ, ὅτι σεσάρκωται· σεσάρκωται δὲ, ἵνα ἡμᾶς ὑιοποιήσηται. *Reſurrexit, quia mortuus fuit: mortuus verò eſt, quia fuit incarnatus: incarnatus autem eſt, ut nos pro filiis adoptaret, vel filios Dei faceret.*

Ὑιοποίησις.

Hanc vocem Lexica prorſus omittunt: idem verò ſignificat, quod ὑιοθεσία *adoptio.* Legitur apud Athanaſium Orat. I. contra Arianos, pag. 283. Οὐρανίου πολιτείας τύπος, καὶ δύναμις κατὰ δαιμόνων, ὑιοποίησις δὲ ἡ περὶ τοῦ πατρὸς γνῶσις, καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ δωρεὰ πνεύματος ἁγίου. *Cæleſtis converſationis typus, & potentia adverſus dæmones, adoptio verò eſt Patris & ipſius verbi cognitio, & donum Spiritus Sancti.*

Ὑιός.

Infinita penè ad hanc vocem referri poſſent: at, cùm quædam etiam alibi producantur, quædam etiam ſine diſpendio omittantur, rem contrahemus, conſideraturi vocem Ὑιός

I. *Generaliter.* Atque ſic hæc vox eſt πολύσημος.

1. ſignificat eum, *qui ex viro & muliere genitus.* Hæc προσηγορία, ut loquitur Greg. Nyſſenus Orat. III. contra Eunomium, t. II. pag. 523. ἐκ φύσεως ἐστί τισι, καὶ τὴν κατ' οὐσίαν τοῦ γεννηθέντος πρὸς τὸν ἐξ οὗ γέγονε σχέσιν ἀποσημαίνει, *appellatio quibusdam à natura adeſt, & relationem, quæ eſt ſecundùm eſſentiam geniti cum eo qui genuit ſignificat.* Huc etiam referri poteſt illud Athanaſii de Definitionibus. t. II. pag. 44. Ὑιὸς λέγεται, ὡς ἂν εἴποις, οἷος ὁ πατὴρ τὴν οὐσίαν, τοιοῦτος καὶ ὁ υἱός. εἴτε ἐξ ἀκτίστου ἄκτιστος, εἴτε ἐκ θνητοῦ θνητός. Ὑιὸς *dicitur, quaſi diceres, qualis eſt pater ſecundùm eſſentiam, talis etiam eſt filius, ſive ex increato increatus, ſive ex mortali mortalis.* Eodem ferè modò apud eundem in Quæſt. miſcell. t. II. quæſt. IX.

pag.

pag. 442: Υἱὸς λέγεται παρὰ τὸ οἷος, ἤτοι ὁποῖος καὶ ὅμοιος· οἷος γὰρ ὁ πατήρ, τοιοῦτος καὶ ὁ υἱός, καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς υ, υἱός· ὅμοιος γὰρ ὁ υἱὸς τῷ πατρί. *Filius dicitur ab* οἷος, *vel* ὁποῖος, *&* ὅμοιος. *Qualis enim pater talis etiam filius, & converſo o in υ,* υἱός. *Similis enim filius patri.* Sed alluſiones potius ſunt, quàm veræ etymologiæ. Euſtathius ſcribit: Υἱὸς παρὰ τὸ ὕω τὸ βρέχω, ὁ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ὢν εὐφρασία. Υἱὸς *dicitur ab* ὕω, *quod eſt rigo, humecto, cùm filius ſit patris & matris gaudium.* Potius quia ὕει à parentibus. Alii malunt deducere à κυέω, *pario, gigno,* quaſi κυὸς, aut à φύω. Nam ὁ φὺς *filius*, Euripidi in Phœniſſis.

2. Υἱὸς ἀνθρώπου, *filius hominis* vocatur Dominus noſter Chriſtus:

A. *propter naturæ humanæ tum veritatem, tum infirmitatem.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. pag. 592: *Filius Dei vocatur* υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τὴν παρθένον, ἐξ ὧν ἐγένετο· τοῦ μὲν, ὡς προπάτορος, τῆς δὲ, ὡς μητρὸς, νόμῳ καὶ οὐ νόμῳ γεννήσεως, *filius hominis, tum propter Adamum, tum propter Virginem, ex quibus natus eſt: ex illo quidem, tanquam primo parente, ex hac verò, tanquam matre, juxta legem & non juxta legem generationis.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. III. pag. 3. a: Υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὴν ὑστάτην αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν χρηματίζει. *Filius hominis propter extremam ipſius incarnationem appellatur.* Cyrillus Alexandr. in Actis Concilii Epheſini, pag. 169: Ὁ αὐτὸς υἱὸς ἀνθρώπου, διὰ τὸ ἡνῶσθαι σαρκὶ, καὶ καθ' ἡμᾶς ὑπομεῖναι γέννησιν ἐκ γυναικός. *Idem filius vocatur hominis, quia unitus eſt carni, & ut nos ex muliere natus.* Alioqui illud certiſſimum eſt, vocem υἱὸς additam voci ἄνθρωπος ſubinde nihilo plus ſignificare, quàm ſolam vocem ἄνθρωπος. Exemplum hujus eſt Marci III. 28: Omnia peccata remittentur τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων filiis hominum. Hic τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων dictum eſt pro τοῖς ἀνθρώποις. Et ſic prorſus S. Matthæus habet cap. XII. 31: Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις. Vide Cl. Vorſtii Philologiam ſacram cap. XIII. Atque hæc eſt veriſſima ratio, cur Meſſias vocetur υἱὸς ἀνθρώπου. Itaq; Chriſtus, qui θεάνθρωπος eſt, ab ignobiliori natura, quæ humana eſt, filius hominis denominatur. Ita Chryſoſtomus Homil. XXVII. in Joh. ad v. 14. cap. III. pag. 662: Υἱὸν ἀνθρώπου ἐνταῦθα οὐ τὴν σάρκα ἐκάλεσεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐλάττονος οὐσίας ὅλον ἑαυτὸν, ἵν' οὕτως εἴπω, ὠνόμασε νῦν· καὶ γὰρ τοῦτο ἔθος αὐτῷ, πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος, πολλάκις δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος τὸ πᾶν καλεῖν. *Filium hominis hoc loco non carnem, ſed ab ignobiliori parte ſubſtantiæ, ſe totum; ut ita dicam; nunc appellavit. Hic namq; ei mos eſt, ut ſæpius quidem à deitate, ſæpius verò ab humanitate totum nuncupet.* Ammonius ibid. pag. 94: Οὐκ ἔστι δὲ οὐράνιον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, πάθεσι γὰρ ὑπόκειται· ὡς δὲ εἷς ὢν μετὰ σαρκὸς, λέγεται υἱὸς ἀνθρώπου, ἀπὸ τῆς ἐλάττονος οὐσίας ὅλον ἑαυτὸν ὀνομάσας. *Non autem corpus Domini cæleſte eſt, utpote paſſionibus obnoxium: quoniam vero unus eſt cum carne, filius hominis nuncupatur, à viliori ſubſtantiæ portione ſeipſum denominans.* Idem Ammonius in cap. VI. Johannis, ad v. 63. p. 198: Ὁ σαρκωθεὶς θεὸς αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Οὐ μὴν αὐτὸ τὸ σῶμα καλεῖται υἱὸς ἀνθρώπου, ὡς κακῶς δογματίζων Μάρκελλός φησι λέγων. Ἑαυτὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι διδάσκει, ὅτι θεὸς ἦν, καὶ ἐν σαρκὶ ὁρᾶται, καὶ ὅτι ἡ σὰρξ αὐτοῦ ζωοποιὸς ὁρᾶται. *Deus incarnatus ipſe eſt filius hominis. Non autem ipſum corpus vocatur filius hominis, uti malè docens Marcellus aſſeverat. Semetipſum, inquit, è cælo deſcendiſſe docet, quoniam Deus erat, & in carne videtur, & quia caro ejus vivifica videtur.*

3. Υἱὸς vocatur, *qui eſt filius adoptione.* Talis vocatur υἱὸς θετὸς vel εἰσποιητός, υἱὸς κατὰ θέσιν, κατὰ χάριν. Tales vocantur υἱοὶ, juxta Nyſſenum Orat. III. contra Eunomium, t. II. pag. 523. προσηγορίᾳ ἐπισκευαστῇ, καὶ ἐπικλήτῳ, *adjectitia & adventitia appellatione.* De iisdem Cyrillus Alex. in Actis Concilii Epheſini, pag. 23: Ἡμεῖς ἐν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ υἱοὶ θεοῦ φυσικῶς τε καὶ κατὰ χάριν· φυσικῶς μὲν, ὡς ἐν αὐτῷ τε καὶ μόνῳ· μεθεκτικῶς δὲ καὶ κατὰ χάριν ἡμεῖς δι' αὐτοῦ, ἐν πνεύματι. *Nos in ipſo,* ſcil. Chriſto, *& per ipſum filii Dei ſumus naturaliter & ſecundùm gratiam. Naturaliter quidem, tanquam in ipſo & quidem ſolo: per participationem verò & ſecundùm gratiam nos per ipſum, in ſpiritu.*

4. *Filius alicujus eſſe dicitur, qui mores ipſius imitatur,* qui item alicui rei addictus & quaſi devotus eſt. Sic

a. *Filii Dei* vocantur *pii.* Chryſoſtomus Homil. CXII. t. V: Υἱοὺς καλεῖ ἡ θεία γραφὴ τοὺς πάντῃ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ ἀνακειμένους. *Filios vocat divina Scriptura eos, qui juſtitiæ & pietati ſe totos conſecrant.* Origenes lib. I. contra Celſum, pag. 44: Πᾶς ὁ μηκέτι ὑπὸ φόβου παιδαγωγούμενος, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν αἱρούμενος, υἱός ἐστι θεοῦ. *Omnis, qui non ampliùs ſub timore pædagogo degit, ſed virtutem propter ipſam eligit, filius Dei eſt.* Ita Chriſtus Matth. V, 45. jubet nos diligere inimicos noſtros, ut ſimus υἱοὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, ut ſimus ſimiles Patri cœleſti ἐν ἀνεξικακίᾳ, in tolerandis malis, beneficiis afficientes non tantùm amicos, ſed etiam inimicos. Eleganter Clemens Alex. Strom. VII: Ὁ υἱὸς πατρὶ ἀγαθῷ χαρίζεται, σπουδαῖον ἑαυτὸν καὶ ὅμοιον τῷ πατρὶ παρεχόμενος. *Filius patri bono gratum facit, ſi ſeipſum probum & patri ſimilem exhibeat.* Id autem maximè fit implendo ea, quæ v. 45. cap. V. Matthæi nobis præcipiuntur. Chryſoſtomus Homil. III. in epiſt. ad Romanos: Ἄνθρωποι κατ' αὐτὸ ὁμοιοῦνται θεῷ, ὅταν μηδὲν πάσχωσι παρὰ τῶν ἐπηρεάζειν βουλομένων, μηδὲ ὑβρίζωνται ὑβριζόντων, μηδὲ τυπτόντων τύπτωνται, μηδὲ καταγελῶνται καταγελώντων ἑτέρων αὐτούς. *Homines hac potiſſimùm in re ſimiles Deo efficiuntur, quoties mali nihil patiuntur ab iis, qui ipſis incommodare volunt: quoties non læduntur ab iis, qui lædunt: non vapulant ab iis, qui verberant: non irridentur ab aliis eos irridentibus.* Photius epiſt. CXCIII. pag. 292: Τὸ μὲν δίκην ἀπαιτεῖν τὸν ἠδικηκότα, ἀνθρώπινον· τὸ δὲ μὴ ἀμύνεσθαι, φιλόσοφον· τὸ δὲ καὶ εὐεργεσίαις ἀμείβεσθαι, λοιπὸν ἤδη θεῖον, καὶ μιμητὰς τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς τοὺς γηγενεῖς ἀποφαῖνον. *Actionem inſtituere contra eum, qui injuriâ affecit, humanum eſt: non ulciſci, philoſophicum: at benefactis compenſare, divinum, & Patris, qui in cælis eſt, terrenos homines imitatores facit.* Et hoc eſt, quod θεοῦ μιμητὰς γίνεσθαι ὡς ἀγαπητὰ τέκνα, ad Epheſ. V. 1. vocat Apoſtolus. Seneca lib. VII. cap. XXXI. de Beneſ. pag. 74: *Ad illa itaq; cogitationes tuas flecte. Non eſt mihi relata gratia. Quid faciam? Quod dii, omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt, ingratis perſeverant. Alius illis objicit negligentiam noſtri, alius iniquitatem: alius illos extra mundum ſuum projicit, & ignavos hebetésq; ſine ullo opere deſtituit,* &c. *Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis ſuorum infantium arrident, non ceſſant dii beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus, ſed æquali tenore bona ſua per gentes, populóſq; diſtribuunt, unam potentiam ſortiti, prodeſſe.*

Digitized by Google

b. *Filii Diaboli* vocantur *impii*, & ſcelerati homines, quia ejus imitantur mores. Chryſoſtomus Homil. XXXVI. t. V. ad Johan. VIII. 44. de Judæis: Υἱοὺς διαβόλου αὐτοὺς εἶπεν, οὐχ ἐπειδὰν εἰς τὴν οὐσίαν τὴν ἐκείνου μετέπεσον, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τὰ ἔργα ἐκείνου ἐποίουν. *Filios Diaboli eos vocavit, non quòd in eſſentiam illius tranſiverint, ſed quia opera ejus fecerint.* Epiphanius hæreſi XXXVIII. pag. 125: *Judæi vocantur filii Diaboli,* ἐπειδὴ ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ τῷ Ἰούδᾳ ἐπείσθησαν, καθάπερ ἀπὸ Θεοῦ ἐκκλίνασα ἡ Εὔα τῷ ὄφει ἐξ ἀρχῆς ἐπείσθη, *quoniam pro Chriſto Judæ crediderunt, quemadmodum ab initio Eva à Deo deficiens, ſerpenti credidit.*

5. Υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας, *filii lucis & diei* ſunt homines pii & fideles. Greg. Nazianzenus, Orat. XLVII. pag. 724. dicit Chriſtum Lucæ XVI. 8. υἱοὺς φωτὸς λέγειν τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει, *filios lucis vocare, qui ſcientia luce colluſtrati ſunt.* Greg. Nyſſenus Orat. II. in orat. Dominicam, t. I. pag. 727: Οἱ λαμπροὶ τὴν συνείδησιν, υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας προσαγορεύονται. *Conſcientiâ purâ præditi, filii lucis & diei appellantur.* Theophylactus in I. Theſſal. V. pag. 707: Υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας, οἱ τὰ τοῦ φωτὸς πράττοντες. *Filii lucis & diei, qui quæ lucis ſunt faciunt.* In idem Caput Oecumenius, pag. 724: Υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας, οἱ τὰ δίκαια καὶ πεφωτισμένα πράττοντες. *Filii lucis & diei, qui juſta & luce digna faciunt.* Ammonius ad Joh. XII. 36. in Catena ad Johannem, pag. 319: Οἱ ἐν τῷ φωτὶ περιπατοῦντες, υἱοὶ φωτὸς γίνονται. *Qui in luce ambulant, filii lucis fiunt.* His opponuntur υἱοὶ νυκτὸς, *filii noctis.* Vide in Νὺξ, num. I. 2. ſub lit. *a.*

6. Υἱὸς ἀγάπης, *filius dilectionis*, id eſt, patri dilectiſſimus. Sic Chriſtus dicitur ad Coloſſ. I. 13. υἱὸς τῆς ἀγάπης. Ubi Theodoretus, pag. 345: Υἱὸν τῆς ἀγάπης τὸν δεσπότην Χριστὸν προσηγόρευσε, διδάσκων, ὅτι οὐχ ὡς κτίσμα καὶ δοῦλος, ἀλλ᾽ ὡς υἱὸς ἀγαπᾶται. οὐ γὰρ ἀγάπης υἱὸς, ἀλλ᾽ ἀγαπητὸς υἱὸς, τουτέστι, γνήσιος. *Filium dilectionis Chriſtum Dominum vocavit, docens eum amari, non ut creaturam & ſervum, ſed ut filium. Non eſt enim filius dilectionis, ſed dilectus filius, hoc eſt, verus & legitimus.* Ita etiam Theophylactus υἱὸν ἀγάπης, interpretatur ἀγαπητόν.

7. *Filii contumaciæ* ſeu *rebellionis*, υἱοὶ ἀπειθείας, ſunt homines præfracti, toti dediti contumaciæ & rebellioni. Sic vocantur reprobi ad Epheſ. II. 2. οἵτινες οὐ προσίενται τὰ θεῖα κηρύγματα, *qui divinas prædicationes non admittunt*; ut ad hunc locum ſcribit Theodoretus, pag. 298. Vel, ut Theophylactus, pag. 512. Οἱ μὴ πειθόμενοι μὲν Θεῷ, πειθόμενοι δὲ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος οὐκ ἀναγκαζόμενοι. *Qui non obtemperant Deo, ſed qui non coacti obtemperant principi poteſtatis aëris.* Eodem modo ad Epheſ. V. 6. ubi Theodoretus interpretatur τῆς πονηρίας ἐργάτας, *improbitatis operarios*: Theophylactus, τοὺς σφόδρα ἀπειθεῖς, τοὺς τῷ Θεῷ ἀπιστοῦντας, *valde inobedientes, Deo non credentes.* Idem ad I. Theſſal. V. 5. υἱοὺς ἀπειθείας dicit eſſe ἀπειθεῖς, *inobedientes*: eodem modo Oecumenius. Eadem locutio occurrit ad Coloſſ. III. 6. ubi iterum Theophylactus, pag. 660: Ἀπειθείας υἱοὺς αὐτοὺς λέγει, ἀποστερῶν συγγνώμης, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐξ ἀγνοίας εἰσὶν ἐν τοῖς πάθεσιν, ἀλλ᾽ ἐξ ἀπειθείας, ἣν οὕτως ἐξήσκησαν ὥστε καὶ υἱοθετῆσαι ἑαυτοὺς ταύτῃ, καὶ ἐξ αὐτῆς γνωρίζεσθαι καὶ χαρακτηρίζεσθαι. *Inobedientiæ filios eos dicit, veniâ eos privans, & oſtendens, quòd non ex ignorantia ſint in affectionibus, verùm ex inobedientia, quam ſic exercuerunt, ut & ſe ipſos huic traderent in filios, & ex ipſa manifeſtarentur ſignarenturq;.*

8. Υἱοὶ γεέννης, *filii gehennæ*, qui addicti ſunt interitui, ſeu exitio æterno, Matth. XXIII. 15. Ad quem locum Theophylactus, pag. 139: Υἱὸς γεέννης, ὁ ἄξιος ταύτης, καὶ οἰκειότητά τινα πρὸς αὐτὴν ἔχων ὥστε καυθῆναι ὑπ᾽ αὐτῆς. *Filius gehennæ, qui dignus eſt illa, & cum qua familiaritatem habet in illa flagraturus.* Idem in cap. V. epiſt. I. ad Theſſal. υἱοὺς γεέννης dicit eſſe τοὺς ἄξια γεέννης ποιοῦντας, *gehennâ facientes digna.* Ita etiam Oecumenius in I. Theſſal. V. pag. 723.

9. Υἱὸς ἀπωλείας, *filius perditionis.* Ita II. Theſſal. II, 3. vocatur Antichriſtus, ὡς καὶ αὐτὸς ἀπολλύμενος, καὶ ἑτέροις πρόξενος τούτου γινόμενος, *ut qui & ipſe pereat, & aliis exitium procuret.* Oecumenius, ad eundem locum, conſentit cum illis, quæ modò ex Theodoreto ſunt allata, quando ſcribit, eum υἱὸν ἀπωλείας vocari, διὰ τὸ ἀπολλύειν πολλοὺς, καὶ αὐτὸν ἀπόλλυσθαι, *quia multos perdat, & ipſe etiam pereat.* Antichriſtus igitur vocatur υἱὸς ἀπωλείας, quaſi perditus ipſe, ſeu exitio devotus & addictus, & perdens alios, ſeu catervatim animas hominum ſecum in inferos abducens, unde etiam Hebræis vocatur *Abaddon, perditio*, & Græcis ἀπολλύων, *perdens*, Apocal. IX. 11. Eſt ergo *filius perditionis* tum paſſivè, tùm activè. Judas etiam vocatur υἱὸς ἀπωλείας Joh. XVII. 12. ὅτι τὰ τῆς ἀπωλείας πέπραχε, *quia peſtiferum facinus admiſit*: Nazianzenus Orat. XLVII. pag. 724. Vel, ut Nyſſenus Orat. II. in Orat. Dominicam, t. I. pag. 727: Ὁ τῆς ζωῆς ἀποστὰς, ἀπωλείας υἱὸς ὀνομάζεται. *Qui à vita deſciverit, filius perditionis nominatur.*

II. *Specialiter.* Atque ita υἱοὶ Θεοῦ vocantur

1. *Angeli*, Jobi I. 6. ubi in contextu Hebræo appellantur בני האלהים, quod LXX. reddunt, ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ. Polychronius in Catena in Jobum, p. 24: Ἦλθον, φησιν, οἱ ἄγγελοι παραστῆναι Κυρίῳ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθε μετ᾽ αὐτῶν. Τὸ δὲ, παρίστασθαι, καὶ ἐνώπιον Θεοῦ ἵστασθαι τοὺς ἀγγέλους, καὶ τὸν διάβολον εἰς μέσον ἔρχεσθαι, μὴ νόει σωματικῶς, ἀλλ᾽ ὅτι οἱ μὲν, τὴν συνήθη λειτουργίαν πληροῦσιν, ἐν τῇ πρὸς ἀνθρώπους κηδεμονίᾳ, ἣν δὴ ἐπλήρουν καὶ τοῦ Ἰὼβ προνοοῦντες· ὁ δὲ διάβολος ἐξ ἐναντίας τῶν ἀγγέλων, τοὺς ἀνθρώπους ἀδικεῖν τε καὶ ὑποσκελίζειν πειρᾶται. Venerunt, *inquit*, Angeli ut aſſiſterent Domino, & Diabolus venit cum iis. *Deo aſſiſtere, & coram eo ſtare Angelos, & in medium prodire Diabolum, ne corporaliter intelligas; ſed quoniam illi in tuendis, curandisq; hominibus conſueta munia obeunt, quæ, Jobi quoque curam habentes, explebant: Diabolus contrà quàm Angeli, homines lædere & ſupplantare nititur.* Vocantur autem *filii Dei* διακριτικῶς, ut à filiis hominum diſcernantur: non naturaliter & per generationem, ſed per gratiam creationis & adoptionis, atque adeò, quia, tanquam filii, Patrem, faciem Dei ſemper intuentur, & gloriâ ejus perpetuò in cœlis fruuntur. Cæterùm per *filios Dei*, Geneſ. VI. 2. veteres falsò intellexerunt *Angelos*, ut monemus in voce Ἄγγελος, num. 4. ſub lit. *A. b.*

2. *Filii Dei* appellantur potentiſſimi quique; quo ſenſu quidam per *Filios Dei* Geneſ. VI. 2. intellexerunt magnates & potentes. Sic Cyrillus Alexandr. lib. IX. adv. Julianum, pag. 296. ſcribit, quosdam, poſt editam LXX. Interpp. verſionem, pro υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, ſubſtituiſſe, υἱοὶ τῶν δυναστευόντων. Et adverſus Anthropomorphitas, cap. XVII. pag. 385: Οἱ μὲν, υἱοὶ τῶν δυναστευόντων· οἱ δὲ, υἱοὶ τῶν δυναστῶν. Hinc *filii Dei* vocantur reges, principes, magiſtratus & judices, quia Deus eos facit autoritatis ſuæ aliquatenus participes. Sic Pſal. LXXXII. 6. *Ego dixi, dii eſtis, & filii excelſi omnes.* Ad quæ Theodoretus, pag. 728: Ἐγὼ μὲν οὖν ὑμᾶς τετίμηκα· καὶ τῆς ἐμαυτοῦ προσηγορίας μετέδωκα, καὶ υἱοὺς ὑμᾶς προσηγόρευσα. *Ego igitur vos honoravi,*

meique

Digitized by Google

meiſq; nominis participes vos feci, & meos filios nuncupavi. Eodem ſenſu Pſal. LXXXIX. 7. υἱοὶ Θεοῦ ſunt *potentiſſimi terræ*; in Hebræo enim eſt *filii fortium*. Ac proinde minùs accuratè Theodoretus, qui ad hunc locum, pag. 750. *falſos deos* intelligi vult. Verba ejus ſic habent: Υἱοὺς Θεοῦ καλεῖ τοὺς θεοὺς, ὡς υἱοὺς ἀνθρώπων τοὺς ἀνθρώπους· καλεῖ δὲ θεοὺς, οὐχ ὡς ὄντας, ἀλλ᾽ ὡς παρὰ τοῖς ἀπίστοις νομιζομένους. *Filios Dei appellat deos, ſicuti filios hominum homines. Nuncupat autem deos, non quòd tales ſint, ſed quòd ab infidelibus pro diis habeantur.*

III. *Specialiſſimè.* Huc pertinet tractatio de Filio Dei, ſecunda perſona ſacro-ſanctæ Trinitatis. De eo autem ſequentia conſideramus.

1. Cur vocetur υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Nempe, quia verus Deus, Patri ὁμοούσιος, quia, ut Chryſoſtomus loquitur, φύσει υἱός ἐστι, καὶ ἐξ ἀϊδίου πατρὸς ἐγεννήθη, *naturâ filius eſt, & ex æterno Patre genitus eſt.* Theodoretus Θεραπευτ. Serm. II: υἱὸς ὀνομάζεται, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γεγεννημένος. *Filius nominatur, ut ex Deo & Patre genitus.* Greg. Nazianzenus Orat. I. pag. 16, 17. ex eo, quòd Filius, probat, eum ejuſdem eſſentiæ cum Patre eſſe. Τίνος ἂν πατὴρ τοῦ υἱοῦ τὴν φύσιν κεχωρισμένου καὶ ἀπεξενωμένου μετὰ τῆς κτίσεως; οὐ γὰρ τοῦτο υἱὸς, τὸ ἀλλότριον, ἢ συναλειφομένου πρὸς τὸν πατέρα, καὶ συγχεομένου, ἴσον δὲ εἰπεῖν καὶ συγχέοντος. *Cujus Pater fuerit, ſi Filius naturâ disjungatur, atque unâ cum rebus creatis ſemoveatur? Non enim Filius eſt, quod externum atque alienum eſt: aut cum Patre permiſceatur, atq; confundatur, eúmq; pariter confundat.* Idem clariùs Orat. XXXIII. pag. 421: Ἀληθῶς υἱὸν τὸν υἱὸν καλοῦμεν· ὅτι μόνος καὶ μόνου καὶ μόνως καὶ μόνον· οὐ γὰρ καὶ πατὴρ, καὶ ὅλον υἱὸς, καὶ ὅλου, καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς, οὐ ποτὲ τοῦ εἶναι υἱὸς ἠργμένος. *Filium verè filium vocamus, quòd & ſolus ſit, & ſolius, ac ſingulari modo, & ſolùm (non enim Pater quoq; ſimul eſt) & in totum Filius, & totius, & à principio, hanc ſcilicet rationem habens, ut numquam Filius eſſe cœperit.* Et Orat. XXXVI. pag. 590: Τὸ ἴδιον ὄνομα τοῦ ἀνάρχως γεννηθέντος, υἱός. *Proprium nomen ejus, qui citra ullum principium genitus eſt, Filius.* Mox: Δοκεῖ μοι λέγεσθαι υἱὸς, ὅτι ταυτόν ἐστι τῷ πατρὶ κατ᾽ οὐσίαν. *Filius mihi dici videtur, quia eſſentiâ idem eſt cum Patre.* Cyrillus Ieroſol. Catech. Illumin. X. pag. 100: Υἱὸς καλεῖται, οὐ θετικῶς προαχθεὶς, ἀλλὰ φυσικῶς γεννηθείς. *Filius vocatur, non per adoptionis modum productus, ſed naturaliter genitus.* Theodotus, Ancyræ Epiſcopus, in Actis Concilii Epheſini, pag. 262: Ἡ γραφὴ υἱὸν καλεῖ τοῦ πατρὸς τὸν μονογενῆ, τὸ ὁμοούσιον παραστῆσαι τῇ λέξει θελήσασα. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ σὸς υἱὸς τῆς αὐτῆς σοι φύσεως γέγονε, βουλόμενος ὁ λόγος δεῖξαι μίαν οὐσίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ, λέγει υἱὸν τοῦ πατρὸς, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον μονογενῆ. *Scriptura Filium vocat Patris unigenam, eandem ejus cum Patre eſſentiam eſſe demonſtrare volens. Cum enim filius tuus ejuſdem tecum ſit naturæ genitus, verbum oſtendere volens, unam eſſe eſſentiam Patris & Filii, dicit Filium Patris, ex eo genitum unigenam.* Baſilius Cæſar. Orat. de Fide, pag. 500: Ἐξ αὐτῆς τῆς υἱοῦ προσηγορίας διδασκόμεθα, ὅτι τῆς φύσεώς ἐστι κοινωνός· οὐ προστάγματι κτισθεὶς, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκλάμψας ἀδιαστάτως, ἀχρόνως τῷ πατρὶ συνημμένος, ἴσος ἐν ἀγαθότητι, ἴσος ἐν δυνάμει, κοινωνὸς τῆς δόξης. *Ex ipſa Filii appellatione diſcimus, quòd naturæ ſocius eſt: non præcepto creatus, ſed ex eſſentia fulgens ſine intermiſſione, ſine tempore cum Patre conjunctus, æqualis in bonitate, æqualis in potentia, ejuſdem gloriæ ſocius.* In epiſtola Synodi Sardicenſis, apud Theodoretum hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. VI. pag. 596: Ἀληθῆ υἱὸν παραδιδόαμεν· ἀλλ᾽ οὐχ ὥσπερ οἱ λοιποὶ υἱοὶ προσαγορεύονται, τὸ υἱὸν λέγομεν· ὅτι ἐκεῖνοι ἢ διὰ τοῦτον θεοὶ εἰσὶ τῷ ἀναγεννᾶσθαι χάριν, ἢ διὰ τὸ καταξιωθῆναι υἱοὶ προσαγορεύονται, οὐ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἥτις ἐστὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. *Verum filium affirmamus: ſed non ſicut cæteri filii appellantur, ita Filium dicimus: quia illi aut per hunc regenerationis gratiâ dii ſunt, aut eò quòd digni habeantur, filii nominantur, non autem ob unam ſubſtantiam, quæ eſt Patris & Filii.* Notabis, ἐν παρόδῳ, hoc loco ὑπόστασιν idem eſſe, quod οὐσία. Satis frequens hoc Græcis. Vide in Ὑπόστασις. Malè ergo Origenes; ut eſt apud Epiphanium, hæreſi LXIV. p. 229; docuit, Filium Dei κατὰ χάριν υἱὸν καλεῖσθαι, *ſecundùm gratiam Filium vocari.*

De Filii generatione ab æterno, actum in voce Γέννησις, num. IV.

2. *Varia ejus nomina & epitheta.* Nyſſenus Orat. V. in Reſurrectionem Chriſti, t. III. pag. 437. eum vocat μονογενῆ Θεὸν, τὸν τῶν οὐρανίων γεννήτορα, τὸν τῶν κρυφίων λαγόνων τῆς γῆς ὑπερκύψαντα, καὶ ταῖς φαεσφόροις ἀκτῖσι τὴν ὅλην οἰκουμένην ἐπισκιάσαντα, *unigenam Dei Filium, verum cœleſtium procreatorem, qui ex occultis terræ finibus emerſit, & clariſſimis radiis orbem terrarum operuit.* A' Greg. Nazianzeno, Orat. I. p. 39. vocatur υἱὸς τοῦ Θεοῦ, εἰκὼν, λόγος, σοφία, ἀλήθεια, φῶς, ζωὴ, δύναμις, ἀτμὶς, ἀπόῤῥοια, ἀπαύγασμα, ποιητὴς, βασιλεὺς, κεφαλὴ, νόμος, ὁδὸς, θύρα, θεμέλιος, πέτρα, μαργαρίτης, εἰρήνη, δικαιοσύνη, ἁγιασμὸς, ἀπολύτρωσις, ἄνθρωπος, δοῦλος, ποιμὴν, ἀμνὸς, ἀρχιερεὺς, θῦμα, πρωτότοκος πρὸ κτίσεως, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν τῆς ἀναστάσεως. *Filius Dei, imago, Verbum, ſapientia, veritas, lumen, vita, potentia, vapor, defluxio, ſplendor, factor, rex, caput, lex, via, oſtium, fundamentum, petra, margarita, pax, juſtitia, ſanctificatio, redemtio, homo, ſervus, paſtor, agnus, pontifex, hoſtia, primogenitus ante res conditas, primogenitus ex mortuis reſurrectionis.* Ab Euſebio, Demonſtrat. Evang. lib. V. pag. 134. ἡ πρὸ τῶν γεννητῶν θεία καὶ παναρετος οὐσία, ἡ νοερὰ καὶ πρωτότοκος τῆς ἀγεννήτου φύσεως εἰκὼν, ὁ γνήσιος καὶ μονογενὴς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ υἱός. *Ante res genitas divina & omni virtute repleta eſſentia, ſpiritualis & primogenita ingenitæ naturæ imago, germanus & unigena univerſorum Dei filius.* A' Cyrillo Alexandr. in cap. LIV. Jeſajæ, pag. 772. Παντὸς ἀγαθοῦ πηγὴ, τὸ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας προχεόμενον νᾶμα ζωοποιόν. *Omnis boni fons, unda ex eſſentia Patris promanans.* Vide etiam Euſebium libro I. hiſt. Eccleſ. cap. I. pag. 1. b. Idem Dei Filius vocatur μονογενὴς, λόγος, σοφία, δύναμις, ἀλήθεια, εἰκὼν, φῶς, ζωὴ, δικαιοσύνη, &c. de quibus omnibus ſuis agitur locis.

3. *Aſſertionem Deitatis.* Filium Patri eſſe ὁμοούσιον, docetur in voce ὁμοούσιος. Uſque adeò neceſſarium eſt, credere, Filium eſſe verum Deum, ut Greg. Nyſſenus Orat. IV. contra Eunomium, t. II. pag. 547. hoc dogma vocet κεφάλαιον τῆς ἐλπίδος, *caput ſpei.* Theophylactus in cap. X. Johannis, pag. 714. dicit *Patrem & Filium* ἓν εἶναι κατὰ τὴν φύσιν, καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ κράτος, *unum eſſe ſecundùm naturam, ſecundùm ſubſtantiam, & robur atq; potentiam.* Harmenopulus de orthodoxa fide, pag. 576: Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανὸν, εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἀϊδίως καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθέντα, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ συναΐδιον, δι᾽ οὗ τὰ πάντα γέγονε. *Verè Chriſtianum credere oportet in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unicum, ab æterno & citra paſſionem ex ipſo Deo & Patre genitum, lumen ex lumine, verum Deum ex vero Deo: Patri coëſſentialem & coæternum, per quem omnia creata ſunt.* Damaſcenus lib. I. orthod. fidei, cap. VIII. pag. 24. ſequentem

tem de Filio edit confeſſionem: Πιστεύομεν εἰς ἕνα υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· ὃν πρὸ πάντων αἰώνων λέγοντες, δείκνυμεν ὅτι ἄχρονος καὶ ἄναρχος αὐτοῦ ἡ γέννησις· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτὴρ τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, ἡ ζῶσα σοφία καὶ δύναμις· ὁ λόγος ὁ ἐνυπόστατος, ἡ οὐσιώδης καὶ τελεία καὶ ζῶσα εἰκὼν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἦν σὺν τῷ πατρὶ, καὶ ἐν αὐτῷ, ἀϊδίως καὶ ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· οὐ γὰρ ἦν ποτὲ ὁ πατὴρ, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός· ἀλλ᾽ ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱὸς, ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος. *Credimus in unum Filium Dei unigenam, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ex patre natum ante omnia ſecula: lumen de lumine, Deum verum ex vero Deo, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Quem ante omnia ſecula fuiſſe dicentes, oſtendimus generationem ejus ſine tempore & ſine initio eſſe. Non enim ex non ente ad eſſe deductus Filius Dei, qui eſt ſplendor gloriæ, character ſubſtantiæ Patris, vivens ſapientia & virtus, & Verbum ſubſiſtentiam habens, ſubſtantialis & perfecta & vivens imago inviſibilis Dei, ſed ſemper cum Patre fuit, & in ipſo, ab æterno & ſine principio ex ipſo genitus. Non enim fuit aliquando Pater, quando non fuit filius: ſed ſimul Pater, ſimul filius ex ipſo genitus.* Hinc, quia Filius eſt ab æterno, Chryſoſtomus Homil. VI. t. VI. ejus exiſtentiam vocat προαιώνιον ὕπαρξιν, *ſubſiſtentiam ante ſecula.*

In ſpecie *Deitas Filii probatur*

a. *ex creatione.* Vide in voce Τριάς, num. III. 1.

b. *ex doctrina Baptiſmi.* Vide ibid. num. III. 1.

c. *ex Antiquitate Eccleſiaſtica.* Ibidem num. III. 3. 4. Item num. IV. V.

d. *quia vocatur* ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρός. Vide in Ἀπαύγασμα, num. II.

e. *quia dicitur* Εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. Vide in Εἰκὼν, num. III. 4.

f. *quia vocatur* λόγος. Vide in λόγος, num. I. 2. ſub lit. ב. *b.*

Aliæ rationes alibi paſſim ſunt obviæ.

4. *Oppoſita.* Huc referimus eos, qui Filii Deitatem oppugnârunt.

a. *Alii negârunt Filium diſtinctam eſſe à Patre perſonam.* Vide in Τριάς, num. VI. 1. 2.

b. *Alii negârunt Filium eſſe verum Deum.* Vide in Τριάς, num. VI. 3. & in λόγος, ſub lit. ד. γ. Claſſe III. ſub lit. *a.*

c. *Alii agnoverunt quidem Filium eſſe Deum, ſed eum minorem Patre eſſe docuerunt.* Vide in Τριάς, num. VI. 5. Hic ſequentia addimus, ut eò faciliùs intelligamus, quinam Filii Deitatem negârint.

Primo ſeculo fuerunt *Ebionitæ & Cerinthiani*, contra quos Johannes ſuum ſcripſit Evangelium; ut referunt Epiphanius hæreſi LI. contra Alogos; Vide in Ἄλογος, num. II. & Hieronymus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *in Johanne.* Scripſit contra Cerinthianos Epiphanius, hæreſi XXVIII. & contra Ebionæos, hæreſi XXX. Hanc hæreſin ſecundo ſeculo renovavit *Theodotus* quidam *Coriarius*, ideóq; à Victore I. Romano Epiſcopo excommunicatus eſt, quia primus dixit, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, *Chriſtum nudum eſſe hominem.* Id refert Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. ultimo, pag. 56. b. Theodotum ſecutus eſt *Artemon*, tempore Zephorini Papæ, qui Victori ſucceſſit ſub initium tertii ſeculi. De eo Theodoretus, Dial. II. pag. 52: Ἄνθρωπον μόνον κηρύττει τὸν Χριστὸν, τὴν δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχουσαν ἀρνεῖται θεότητα. *Hominem duntaxat prædicat Chriſtum, æternam verò ejus Deitatem negat.* Et Hæret. fabul. lib. II. cap. IV. pag. 220: Τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἄνθρωπον εἶπε ψιλὸν, ἐκ παρθένου γεγεννημένον, τῶν δὲ προφητῶν ἀρετῇ κρείττονα. *Dominum Jeſum Chriſtum nudum hominem eſſe dixit, natum ex Virgine, Prophetis vero virtute præſtantiorem.* Contra hunc Artemonem liber editus, & à Catholicis approbatus ac receptus eſt, in quo pro Chriſti Deitate citabantur Scriptores Victore antiquiores, ut Juſtinus, Miltiades, Tatianus, Clemens, & Victoris σύγχρονος Irenæus; ut legimus apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. ult. pag. 56. b. Confer, quæ habentur in voce λόγος, *ſub tertia claſſe hæreticorum* χριστομάχων, ad lit. *a.*

Poſtea vergente eodem ſeculo tertio, interlapſis annis plùs minùs ſexaginta, *Paulus Samoſatenus*, Antiochiæ Epiſcopus, eandem hæreſin amplexus eſt, & anno CCLXXII. ab Antiocheno Concilio damnatus, atque Epiſcopatu & communione privatus eſt, contra quem Epiſtola Synodica, ab Antiochenis Patribus conſcripta, exſtat apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. VII. capite XXX. in qua Paulus ille dicitur *negare* τὸν Θεὸν ἑαυτοῦ καὶ Κύριον. *Deum ſuum & Dominum.* De eo & ejus aſſeclis, Photino & Marcello, ſic Theodoretus, epiſt. CIV. pag. 976: Ἄνθρωπον μόνον εἶναι λέγουσι τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. *Hominem ſolùm eſſe ajunt Dominum noſtrum & Deum.* Libellus Synodicus, in Synodo Antiochena, pag. 1172. Biblioth. Juris Canonici, dicit, Synodum hanc *depoſuiſſe & abdicâſſe Paulum Samoſatenum*, μηδὲν ἧττον Ἄννα καὶ Καϊάφα ἐπὶ Χριστὸν ἀσεβεύσαντα, *qui nihil aliud, quàm Annas & Cajaphas de Chriſto docuerit.* Ab hoc Paulo cognominati ſunt *Samoſateniani*, quos Auguſtinus *Paulianos* vocat, hæreſi XLIV. Patres autem Nicæni Παυλιανίσαντας, Can. XIX. Decreto Concilii Antiocheni acceſſit autoritas primi Concilii Oecumenici, Nicææ in Bythinia habiti, anno Chriſti CCCXXV. in quo Chriſtus Dominus noſter Θεὸς ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ πατρὶ ὁμοούσιος, *Deus de Deo, lumen de lumine, & Patri conſubſtantialis* declaratus eſt. Sed & paulò poſt Concilium Nicænum exſtitit *Photinus*, Syrmii Epiſcopus, ejusdem hæreſεως aſſertor, regnante Conſtantio Imperatore. Vide de eo in voce Τριάς, num. VI. 3.

Arius, Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter, anno CCCXXIV. docuit, Filium quidem eſſe Deum, ſed minorem Patre, quoad Deitatem: De eo Chryſoſtomus, Homil. VI. in epiſt. ad Philippenſes: Τὸν ὑιὸν ὁμολογεῖ, ῥήματι δὲ μόνῳ· κτίσμα γὰρ αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ τοῦ πατρὸς ἐλάττονα πολύ. *Filium fatetur, ſed ſolo verbo: eum enim creaturam eſſe dicit, & Patre longè inferiorem.* Theodoretus, hæret. fabul. lib. IV. cap. I. pag. 232. de eodem: Τὸν υἱὸν κτίσμα ἀπεκάλεσεν, ὃν υἱὸν γνήσιον προσηγόρευσε. *Filium creaturam vocavit, quem germanum filium appellabat.* Idem dixit, ut ibidem habetur, ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι τὸν ὄντα, καὶ τρεπτὴν αὐτὸν ἔχειν φύσιν, *ex non exſtantibus eum, qui factus eſt, eſſe, & mutabilem eum habere naturam.* Idem, Orat. I. de Providentia, pag. 322. de Arianis ſcribit: Τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον ὁμολογοῦντες υἱὸν, ὡς ποίημα τῇ κτίσει συναριθμοῦσι, καὶ τὸν κτίστην ἰσοῦσι μετὰ τῆς κτίσεως. *Unigenitum Dei verbum, Filium nempe confitentes, ipſum quaſi factum rebus creatis annumerant, & Creatorem rei creatæ parem & æqualem conſtituunt.* Vide fusè in epiſtola Arii ad Euſebium, apud Epiphanium, hæreſi LXIX. pag. 313. Vide etiam Alexandri, Alexandriæ Epiſcopi, epiſtolam ad omnium Eccleſiarum Paſtores apud Socratem, hiſt. Eccl. lib. I. cap. VI. p. 171. b. &

Sym-

Digitized by Google

Symbolum Nicænum, ibid. cap. VII. pag. 175. b: & epiſtolam ipſius Arii apud Theodoretum, hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. IV. pag. 537. & epiſtolam Euſebii Nicomedienſis, ibid. cap. V. pag. 538. Hanc verò Arii hæreſin primò Alexander, Epiſcopus Alexandriæ, in Concilio Alexandrino damnavit, teſte Socrate, lib. I. cap. VI. anno Chriſti CCCXVII. de cujus decreto Libellus Synodicus: Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ ἀπεκήρυξε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ὡς ἐμμένοντας τῇ ἀπειθείᾳ, καὶ σηπεδόνα τῇ ἐκκλησίᾳ προσάγοντας, Ἄρειον, Εὐζώϊον, Ἀχιλλᾶν, κλ. καὶ τὴν αὐτῶν καθαίρεσιν πανταχοῦ ἐξαπέστειλε. *Divina & ſancta Synodus abdicavit & anathemati ſubjecit, tanquam in infidelitate perſeverantes, & putredinem ſive ulcus Eccleſiæ afferentes, Arium, Euzoium, Achillam, &c. ipſorumque depoſitionem ubique emiſit.* Idem factum eſt à CCCXVIII. Patribus in celebri illo Concilio, primo Oecumenico, Nicææ, anno CCCXXV. habito, ut teſtantur Euſebius, lib. III. de vita Conſtantini, cap. XIII. Socrates, hiſt. Eccl. lib. I. cap. V. Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. VI. pag. 542. Photius de hujus Synodi decreto ita ſcribit, epiſt. I. pag. 5: Τοῦτον μὲν, ὡς χεῖλη βλάσφημα κατὰ τοῦ πεποιηκότος ὁπλισάμενον, τῆς ἱερωσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσε σύλλογος, τὴν δὲ δυσσεβεστάτην καὶ θεομάχον αὐτοῦ αἵρεσιν τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ὁμοούσιον δὲ, καὶ ὁμοφυῆ, καὶ συναΐδιον τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ τῷ γεγεννηκότι πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος, ὡς οἱ θεῖοι χρησμοὶ, καὶ τῶν εὐσεβούντων τὰ κοινὰ δόγματα, ἱερολογήσαντες διετράνωσαν. *Hunc quidem* (Arium) *utpote contra Creatorem ſuum labia blaſphema armantem, ſanctus ille cœtus privavit ſacerdotio: impiam verò & Deo bellum inferentem hæreſin anathemati ſubjecit. Ejusdem autem ſubſtantiæ exiſtere, naturæque ejusdem velut coæternum, Filium atque Verbum Dei, cum ſuo Genitore, pari præditum poteſtate & dominio, quod divina ſtatuunt oracula, & ſecundùm ea rectè omnium ſentientium ſententiæ, quas in unum collegerant, verum eſſe perſpicuè ſatis declarabant.* Nilus de Synodis, hujus Synodi ſententiam ita proponit, pag. 1156. Biblioth. Juris Canonici: Ἡμεῖς ὡς παρελάβομεν, καὶ πιστεύομεν, ὅτι οὐ κτίσμα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλ' ὁ ὢν ἐπὶ πάντα θεὸς, εὐλογητὸς κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, καὶ ὁμοούσιος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ τὸν μὴ οὕτω φρονοῦντα ἀναθεματίζομεν. *Nos ut accepimus ſic credimus, nempe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non eſſe creaturam, ſed Deum ſuper omnia benedictum, ſecundùm Apoſtoli vocem, & conſubſtantialem Deo Patrique ſuo ac Spiritui ſancto ſecundùm divinitatem ſuam, & hoc modo non ſentientem anathematizamus.* Sed de Ario & ejus hæreſi diſtinctè quoque egimus in voce Ἄρειος.

Ariani, poſt Concilium Nicænum, in diverſas ſententias & factiones fuerunt diviſi: alii enim Filium ἐξ οὐκ ὄντων, *ex non entibus factum eſſe*, cum Ario dicebant, & addebant, *Filium eſſe* κατὰ πάντα ἀνόμοιον τῷ πατρὶ, *per omnia diſſimilem Patri.* Sic *Acacius*, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, & ejus factionis fautores, *Acaciani* dicti, decreverunt in ultimo illo conventiculo Antiochiæ ab ipſis habito, anno Chriſti CCCLXI. imperante Conſtantio, in quo τὸ ὁμοούσιον fuit ſublatum, & τὸ ἑτερούσιον confirmatum, ut eſt in Libello Synodico incerti autoris, pag. 1184. Biblioth. Juris Canonici. Cum iisdem ſentiebant *Aëtiani*, ab *Aëtio* illo, qui cognomento Ἄθεος dictus eſt, cognominati: in quibus etiam fuit Aëtii diſcipulus *Eunomius*. Epiſcopus Cyzicenus, contra quem extant libri Baſilii Cæſarienſis & Gregorii Nyſſeni. Ab *Eunomio*, *Eunomiani* ſunt appellati. Hi omnes ab errore ſuo Ἐξουκόντιοι & Ἀνόμοιοι vulgò dicti ſunt. Sed de his & eorum errore ſatis actum in vocibus Ἀνόμοιος, num. III. Ἐξουκόντιος; maximè in voce ὁμοούσιος, num: III. & IV. ubi vide. Conſule etiam Forbeſii Inſtructionum Hiſtorico-Theolog. lib. I. cap. II.

Hic verò, antequam ad alia progrediamur, non fuerit ἀπροσδιόνυσον quærere, *An etiam Euſebius Pamphili*, celebris ille hiſt. Eccl. ſcriptor, *hæreſi Ariana fuerit infectus?* Reſp. Alii ipſum ut Arianum reprehendunt; alii ut orthodoxum laudant; alii Arianum fuiſſe, ſed in Concilio Nicæno errorem damnâſſe, putant.

Arianum fuiſſe, nempe usque ad tempora Concilii Nicæni, multa evincunt. Philoſtorgius, referente Niceta, theſ. orthod. fidei, lib. V. cap. VII. inter Arianos, qui Synodo Nicænæ interfuerunt, refert Euſebium Pamphili. Euſtathius Antiochenus, ut eſt apud Socratem, lib. I. cap. XXIII. pag. 185. b. διασύρει τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν παραχαράττοντα, *traducit Euſebium Pamphili, ut fidem Nicænam adulterantem.* Idem de Euſebio teſtantur Epiſcopi Ægyptii in libello propoſito in Synodo Tyria, quem refert Athanaſius Apol. II. pag. 618. Sardicenſe Concilium, in encyclica apud eundem Athanaſium, dictâ Apol. pag. 594. Athanaſius de decretis Synodi Nicænæ, pag. 267. t. I. diſertè ſcribit: Οἱ περὶ Εὐσέβιον ἐβούλοντο, τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ κοινὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον· μηδέν τε ἐν τούτῳ διαφέρειν ἡμῶν αὐτὸν, διὰ τὸ γεγράφθαι. Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα. *Euſebiani voluerunt, verba iſta ex Deo nobis & Dei Verbo communia eſſe: illudque hoc reſpectu nihil à nobis differre, quia ſcriptum ſit: Unus Deus, ex quo omnia.* Et libro de Synodis Arimini & Seleuciæ, pag. 683. & epiſt. ad Africanos t. I. pag. 936. Hilarius ad Conſtantium: Baſilius de Spiritu ſancto, cap. XXIII. Epiphanius, hæreſi contra Meletianos ſchismaticos, quæ eſt LXVIII. pag. 309. manifeſtè docet, Euſebium à partibus Arianorum contra Athanaſium ſtetiſſe. Et Hæreſi ſequenti, pag. 311. Hieronymus apolog. contra Rufinum, & epiſt. LXV. & CLII. & lib. contra Rufinum I. cap. II. & III. lib. II. cap. IV. lib. III. cap. I. & alibi. Theodoretus, lib. I. cap. IV. pag. 537. ex epiſtola Arii ad Euſebium Nicomedienſem, refert Euſebium Pamphili docere, ὅτι προϋπάρχει ὁ θεὸς τοῦ υἱοῦ ἀνάρχως, *Deum ſine principio ante Filium exiſtere.* Vide etiam libri ejusdem cap. XX. pag. 568. Sozomenus lib. II. cap. XX. pag. 28. b. Suidas in voce Εὐσέβιος ſequentia habet: Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, προσκείμενος τῇ Ἀρειανικῇ αἱρέσει, ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, κλ. *Euſebius Pamphili, Arianæ ſectæ addictus, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus*, &c. Photius in Biblioth. Cod. XIII. pag. 12. de eodem Euſebio: Ἐν πολλοῖς ἐστιν αὐτὸν ἰδεῖν τὸν υἱὸν βλασφημοῦντα, καὶ δεύτερον αἴτιον καλοῦντα, καὶ ἀρχιστράτηγον, καὶ ἄλλα τινὰ τῆς Ἀρειανικῆς λύσσης βλαστήματα. *Eum pluribus in locis blaſphemum in Filium videas, eundemque ſecundam cauſſam appellantem, ac ſummum Imperatorem; aliaque id genus Arianici furoris germina apparent.* Sed quid aliunde teſtimonia conquirimus, cùm ipſemet fidem ſuam ſatis prodat? Lib. IV. Demonſtrat. Evang. cap. II. pag. 94. Filium Patris δημιούργημα & Patris ὑπηρέτην vocat. Lib. eod. cap. III. pag. 95. Filium ἕτερόν τι à Patre eſſe dicit. cap. X. pag. 105. eundem vocat ὑπουργὸν τοῦ πατρός. Lib. V. cap. II. pag. 136. dicit προϋπάρχειν καὶ προϋφεστάναι πατέρα υἱοῦ, *Patrem ante Filium exiſtere.* Cap. IV. pag. 143. dicit eum δευτερείων ἠξιῶσθαι, *ſecundas ſortitum eſſe partes.* Cap. V. pag. 144. de Filio: Ἕτερος ὢν τοῦ πατρὸς,

Digitized by Google

πατρὸς, ὑπουργὸς ἦν αὐτοῦ. *Cùm alius ſit à Patre, miniſter ejus erat.* Cap. VI. pag. 146. eum δεύτερον vocat κύριον. Cap. XI. pag. 150. dicit: *præſtantiorem quidem filium omni Angelica natura*, κρείττονα ἢ πᾶσαν ἀγγελικὴν φύσιν, *inferiorem tamen primâ cauſſâ*, μείονα ἢ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον. Præfat. lib. VI. pag. 159. Filium δευτέραν μετὰ τὸν πατέρα οὐσίαν, *ſecundam à Patre eſſentiam* eſſe dicit. Pariter libris de præparat. VII. & XI. vocat Filium δευτέραν οὐσίαν & δεύτερον θεόν.

Contrà patrocinium Euſebii ſuſcipit Socrates, lib. II. cap. XXI. pag. 198, 199. & affirmat, eum τὸ ὁμοούσιον probâſſe. Idem facit Gelaſius Cyzicenus in Actis Concilii Nicæni, lib. II. cap. I. pag. 47.

Recentiorum quorundam Theologorum ſententia eſt, Euſebium ante Concilium Nicænum Arianis faviſſe, ſed in Concilio reſipuiſſe.

Tutiſſima eorum eſt ſententia, qui ſtatuunt, Euſebium mediâ quadam viâ inter Arianos & Concilii Nicæni Patres ingreſſum, aſſertionem quidem illam Arii, *erat, quando non erat*, repudiâſſe: atque idcirco à Conſtantino Imperatore, tanquam Nicænæ confeſſionis Patronum fuiſſe honoratum: ſed τὸ ὁμοούσιον nunquam ſeriò approbâſſe: quæ cauſſa fuerit, cur à Concilio Nicæno Euſebio potiùs Nicomedienſi, Arianorum coryphæo, quàm Athanaſio faverit. Sed de his conſulatur Scultetus, Medull. Patrum, in Syntheſi Theologiæ Euſebii Cæſarienſis, pag. 831. & ſeqq. Gothofredus Diſſertat. in lib. I. cap. VIII. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Philoſtorgii.

Sed quoniam Ariani quibusdam Scripturæ locis ad hæreſin ſuam defendendam, fuerunt abuſi, præcipua paucis ex antiquitate contra eorum παρερμηνείας vindicemus.

Abuſi ſunt loco ad Coloſſ. I. 15. ubi Chriſtus appellatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Eum jam vindicavimus in voce Πρωτότοκος, num. I. 2. ſub lit. *a*.

Frequentiſſimè in ore habuerunt illud LXX. Interpretum Proverb. VIII. 22. ubi de Sapientiâ: Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ. *Dominus creavit me principium viarum ſuarum.* De iis Baſilius Cæſarienſis, lib. II. contra Eunomium, pag. 59: Οἱ δὲ πρὸς τὴν τοῦ Σολομῶντος καταφεύγουσι λέξιν· κἀκεῖθεν, ὥσπερ ἐξ ἐνεδρείας τινὸς, τῆς πίστεως καταιρέχουσι· διὰ γὰρ τὸ ἐκ προσώπου τῆς Σοφίας εἰρῆσθαι, τὸ, Κύριος ἔκτισέ με, ἐξεῖναι αὐτοῖς κτίσμα λέγειν τὸν Κύριον ὑπειλήφασιν. *Hi verò ad Solomonis dictionem confugiunt, inde, tanquam è loco inſidiarum, in fidem incurrunt. Nam quoniam ex perſona Sapientiæ dictum eſt:* Dominus creavit me: *licere ſibi arbitrati ſunt de Domino dicere, quòd ſit creatura.* Orthodoxi verò, variè hunc locum hæreticis extorquere ſunt conati: diverſo tamen ſucceſſu.

Alii illud κτίζειν *de æterna generatione* τοῦ λόγου ſunt interpretati. Ita Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, pag. 359. edit. Græco-Latinæ; ubi ad hunc locum: Νοεῖτε, ὦ ἀκροαταὶ, εἴγε καὶ τὸν νοῦν προσέχετε, καὶ ὅτι γεγεννῆσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἁπλῶς τῶν κτισμάτων ὁ λόγος ἐδήλου· καὶ τὸ γεννώμενον τοῦ γεννῶντος ἀριθμῷ ἕτερόν ἐστι, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειε. *Intelligitis, ô auditores, ſiquidem animum advertitis, Verbum declarare, tum à Patre editum eſſe germen hoc ante creaturas omninò univerſas, tum germen ipſum numero aliud eſſe à generante, id unusquiſque confitebitur.* Eodem concedit Didymus in Catena Patrum Græcorum in Proverbia, & veterum alii.

Alii, & quidem longè plures, *de humana Chriſti natura* verbum κτίζειν accipiendum eſſe docuerunt. Ita Gregor. Nazianzenus Orat. II. de Filio, quæ eſt XXXVI. pag. 578. ubi inter alia: Ἐπειδὰν ἐνταῦθα, καὶ τὸ ἔκτισε, καὶ τὸ γεννᾷ με σαφῶς εὑρίσκομεν, ἁπλοῦς ὁ λόγος. Ὃ μὲν ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκωμεν, προσθῶμεν τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον, τῇ θεότητι λογισώμεθα· ἆρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ἔκτισεν εἴρηται, μετὰ τῆς αἰτίας, ἔκτισε γάρ με, φησὶν, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ· ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσις, ὧν ἕνεκεν ἐχρίσθη θεότητι· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος. τὸ δὲ γεννᾷ με χωρὶς αἰτίας· ἢ δεῖξόν τι τούτῳ προσκείμενον. Τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος, κτίσμα μὲν λέγεσθαι τὴν σοφίαν κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, γέννημα δὲ κατὰ τὴν πρώτην καὶ πλέον ἄληπτον; *Quoniam hic apertè*, & creavit, & gignit me, *reperimus, ſimpliciter hoc cenſeo, quod cum cauſſa conjunctum invenimus, id humanitati aſſignandum eſſe; quod autem ſimplex cauſſæque expers, divinitati adſcribendum. Age igitur, annon illud*, creavit, *annexam cauſam habet?* Creavit enim me, *inquit*, principium viarum ſuarum ad opera ſua. *Opera autem ipſius veritas & judicium, quorum cauſſa divinitate delibutus eſt. Hæc enim humanitatis unctio eſt. At illud*, Gignit me, *ſine cauſſa dictum eſt. Alioqui oſtende, quidnam ipſi adjunctum ſit. Quis igitur inficias ibit, quin ſapientia, ſecundum inferiorem quidem generationem creata, ſecundùm autem primam illam magisque incomprehenſibilem, genita dicatur?* Ex his patet, Nazianzenum apud LXX. Interpretum verſionem utrumque verbum, & ἔκτισεν & γεννᾷ legiſſe, ſecus quàm hodiè legimus. Athanaſius, Dial. I. pag. 19. ad illud, ἔκτισέ με, κτλ. Τὸ μέλλον ἐπὶ τῆς σαρκώσεως γίνεσθαι, ὡς ἤδη γεγονὸς ἔλεγε. *Quod in incarnatione futurum erat, illud, quaſi jam factum eſſet, dicebat.* Et mox, pag. 21: Τὸ, Κύριος ἔκτισέ με, περὶ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ εἴρηται. *Illud*, Dominus creavit me, *de incarnatione ejus dictum eſt.* Idem, in epiſt. ad Serapionem t. I. pag. 172: Ἀκούοντας τὸ, ἔκτισεν, ἀκόλουθον αὐτὴν μνημονεύειν, ὅτι θεὸς ὢν, ἐκτίσθη ἄνθρωπος· ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τὸ κτίζεσθαι. *Audientes illud*, creavit, *meminiſſe oportebat, quòd, cùm Deus eſſet, homo fuerit creatus: hominum enim proprium eſt creari.* In eandem ſententiam ſcribit idem in expoſitione Fidei, t. I. pag. 242. & Orat. I. contra Arianos, t. I. pag. 299. Cyrillus Alexandr. in Theſauro ſuo, Aſſert. XV. mirificè ſe torquet in hoc loco explicando, pag. 156, 157. tandem, pag. 158. dicit: Τὸ, ἔκτισέ με, ἀντὶ τοῦ ἄνθρωπον ἐποίησε νοητέον, καὶ μὴ κατὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ εἰρημένον ἐκδεχώμεθα. *Iſtud*, creavit me, *pro, hominem fecit, intelligendum: neque de ejus eſſentia dictum accipiamus.* Baſilius, lib. IV. contra Eunomium, pag. 105: Ληπτέον τὸ ἔκτισεν ἐπὶ τοῦ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου λαβόντος. *Capiendum verbum* creavit *de eo, qui formam ſervi aſſumpſit.* Chryſoſtomus, Homil. de SS. Trinitate, tom. VI. edit. Paris. pag. 199: Τὸ, ἔκτισέ με, τὸ μέλλον γενέσθαι, ὡς ἤδη γεγονὸς, προαναφωνεῖ. *Cùm dicit*, creavit me, *prædicit futurum, quaſi jam eſſet factum.* Cæſarius, quæſt. IX. pag. 22: Περὶ τοῦ υἱοῦ μὲν φημὶ κἀγὼ τὸ ῥῆμα, nempe ὁ κύριος ἔκτισέ με, οὐ μέντοι περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος· ἀλλὰ τῆς ἐκ Μαρίας αὐτοῦ σαρκός· ἄκτιστος γὰρ θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. *De Filio quidem etiam ego dico accipienda eſſe iſta*, Dominus creavit me, *non verò de ejus deitate, ſed de carne ejus ex Maria aſſumta: qui enim increatus eſt reſpectu deitatis, creatur reſpectu aſſumtæ carnis.*

carnis. Euſebius Pamphili, *de rationali ſapientia* homini à Domino data, locum exponit. Verba ejus in Actis Synodi Nicænæ lib. II. cap. XVIII. pag. 116. ſunt: Οὐχὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ, Κύριος ἔκτισέ με, ἀλλ' ἡ τῆς λογικῆς σοφίας, τῆς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εὐτρεπισθείσης καὶ δοθείσης τῷ ἀνθρώπῳ, δι' ὃν ὁ κόσμος ἐγένετο. *Non de Filio Dei illud*, Dominus creavit me, *ſed de rationali ſapientia intelligendum, quam ipſe Dominus præparavit & dedit homini, propter quem mundus creatus eſt.*

Alii tandem optimè obſervant, in Hebræo eſſe קנה, quod Aquila rectè vertit ἐκτήσατο. Id docet Chryſoſtom. Hom. de SS. Trinitate, t. VI. edit. Pariſ. pag. 199. Et Baſilius Cæſarienſis, lib. II. contra Eunomium, pag. 59: Τέως γε μὴν μηδὲ ἐκεῖνο ἀπαρασήμαντον καταλίπωμεν, ὅτι ἄλλοι τῶν ἑρμηνέων, οἱ καιριώτερον τῆς σημασίας τῶν ἑβραϊκῶν καθικόμενοι, ἐκτήσατό με, ἀντὶ τοῦ ἔκτισεν, ἐκδεδώκασιν. *Interea verò illud non omittamus, nonnullos interpretum, qui commodiùs Hebraicarum vocum ſignificationes aſſecuti ſunt*, poſſedit me, *pro*, creavit, *reddidiſſe.* Omnium verò luculentiſſimè locum explicat Epiphanius hæreſi LXIX. quæ eſt Ariomanitarum, pag. 320. Locum integrum adſcribo de Ariomanitis: Ἐπειδὴ εὗρον, ὅτι ὁ Κύριος ἔκτισέ με, ῥιψοκινδύνως ὥσπερ φανταζόμενοι ὀνειροπολοῦσι, τὰ μηδὲν χρήσιμα ἐπεισενέγκαντες τῷ βίῳ καὶ ταράξαντες τὴν οἰκουμένην. Τὸ δὲ ἑβραϊκὸν οὐχ οὕτως ἔχει, ὅθεν Ἀκύλας λέγει, Κύριος ἐκτήσατό με· ἀεὶ δὲ οἱ γεννῶντες παῖδας λέγουσιν, ἐκτησάμην υἱόν. Ἀλλ' οὔτε Ἀκύλας τὴν δύναμιν ἡρμήνευσε· καὶ γὰρ τὸ, ἐκτησάμην υἱὸν, ὡς πρόσφατόν ἐστιν· ἐν Θεῷ δὲ οὐδὲν ἔνι πρόσφατον. — ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει, Ἀδωναὶ, ὃ λέγεται Κύριος, Κανανὶ, ὃ δύναται λέγεσθαι, καὶ ἐνόσσευσέ με καὶ ἐκτήσατό με. Τὸ δὲ ἀκριβέστατον λέγεται, ἐνόσσευσέ με· ποῖος δὲ νεοσσὸς οὐκ ἀπὸ φύσεως τοῦ γεγεννηκότος γεννᾶται; *Quia invenerunt*, Dominus creavit me, *periculosè velut imaginantes ſomniant, ea, quæ ad nihil commoda ſunt, vitæ inferentes, & orbem terrarum turbantes. At Hebraica lingua non ſic habet: unde & Aquila dicit*, Dominus poſſedit me. *Semper autem hi, qui filios generant, dicunt*, Poſſedi vel acquiſivi filium. *Sed neque Aquila vim vocis interpretatus eſt. Nam*, poſſedi filium, *velut recens eſt; in Deo verò nihil eſt recens. — Cæterùm in Hebræo dicit*, Adonai, *quod eſt* Dominus: Canani, *quod poteſt dici, tum* inſtar pulli excluſit me, *tum* poſſedit me. *Verùm accuratiſſimè dicitur*, inſtar pulli excluſit me. *Quis autem pullus non ex natura genitoris gignitur?* Malè igitur quidam, inter quos etiam Schindlerus in Lexico ſuo, pro ἔκτισε ſubſtituunt ἔκτησε, quod Græcum non eſt, & à Complutenſi, Romana, & optima quaque editione exulat. Proinde à LXX. Interpretibus ad Hebræa provocandum: vel dicendum, κτίζειν hoc loco eſſe *generare*, quomodo *creandi* vocem etiam Latinos uſurpaſſe conſtat. Ita Cicero I. de Republ. apud Non. in *Antiquus: Patriâ antiquior eſt parens, quàm is, qui, ut ajunt, creaverit.* Virgilius lib. X. Æneid. *Sulmone creatos quatuor hic juvenes.* Hac ratione non abibit ſententia ab Hebræo, quia *poſſidere* ſive *acquirere* per μετάληψιν antecedentis accipitur pro *gignere* aut *parere*: ut in Evæ ſermone Geneſ. IV. 1. Fortaſſe etiam vox eadem in Hebræo cap. I. 4. προτέρα πάντων ἔκτισαι σοφία, & cap. XXIV. 10. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με, Eccleſiaſtici, utrobique de ſapientia. Hebraicè enim ab avo ſententias iſtas primitus eſſe ſcriptas, à nepote verò Græcè verſas: ex interprete ipſo Siracide diſcimus. Conſule Sixt. Amamæ Antibarb. biblici lib. III. pag. 901. Conferri etiam poſſunt Notæ Druſii ad Siracidæ cap. I. v. 8. & Cornel. à Lapide, Comment. in Proverb. VIII. 22.

Produxerunt etiam illa Chriſti Joh. XIV. 28: Ὁ πατήρ μείζων μού ἐστι. *Pater major me eſt*, & inde concluſerunt, Filium eſſe creaturam, inferiorem Patre eſſentiâ. Sed reſpondet Epiphanius, hæreſi LXIX. pag. 331. *de miſſione & officio Filii, non de creatione ejus, ſermonem eſſe*: Ὁ ἀποστείλας με πατὴρ φάσκει, καὶ οὐχ ὁ κτίσας με. Deinde conſequentiam minimè valere docet: Filius honorat Patrem: ergò Filius non eſt æqualis Patri. Filium enim glorificare Patrem, ut nos doceat, ſuum honorem Patris eſſe. Ὁ δὲ ἀποστείλας με πατὴρ μείζων μού ἐστι. Τί τούτου κυριώτερον; καὶ τί τούτου ἀναγκαιότερον; καὶ τί τούτου γνησιώτερον; καὶ τί τούτου πρεπωδέστερον; Τίνι γὰρ πρέπει δοξάζειν πατέρα, ἀλλὰ υἱῷ ἀληθινῷ, τῷ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένῳ; Ὁ πατὴρ γὰρ δοξάζει τὸν υἱὸν, καὶ ὁ υἱὸς δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ τούτου ἕνεκα εἰς ἡμῶν ὑπογραμμὸν, καὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα δόξης ὑπ' αὐτοῦ ἀναφερομένης εἰς μίαν ἑνότητα καὶ εἰς μίαν δόξαν. Δοξάζει ὁ υἱὸς τὸν πατέρα, ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ τὴν αὐτοῦ τιμὴν τοῦ πατρὸς εἶναι, καθὼς εἴρηκεν· ὅτι ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτὸν μένει. Qui verò miſit me Pater, major me eſt. *Quid hoc dicto magis proprium? & quid hoc magis neceſſarium? & quid hoc magis genuinum? & quid hoc decentius? Quem enim decet glorificare Patrem, quàm Filium verum ex ipſo genitum? Pater enim glorificat Filium, & Filius glorificat Patrem: & eâ gratiâ in exemplum nobis, gloria ab ipſo ad Patrem relatæ, in unam unitatem, & in unam gloriam: glorificat Filius Patrem, ut nos doceat, ſuum honorem Patris eſſe, quemadmodum dixit: Qui non honorat Filium, ſicut honorat Patrem, ira Dei ſuper ipſum manet.* Tertiò opponit argumento Arianorum aliud firmius in hanc ſententiam: Si Filius eſt minor Patre eſſentiâ, minor erit vel juxta molem, vel juxta tempus, vel ſecundùm altitudinem, vel juxta ætatem, aut dignitatem, ſed nihil horum cadit in Deum. Ergò Filius non eſt minor Patre ſecundum hoc modos. Μείζων δὲ κατὰ ποῖον τρόπον οὗτοι λογίζονται; κατὰ ὄγκον, ἀλλὰ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ κατὰ ὕψωμα, ἀλλὰ κατὰ ἡλικίαν, ἀλλὰ κατὰ ἀξίαν; τί τούτων ἐστὶν ἐν Θεῷ; Vide plura apud ipſum autorem. In eundem ferè modum reſpondet Baſilius Cæſarienſis, lib. IV. contra Eunomium, pag. 100: Τὸ μεῖζον ἢ μεγέθει, ἢ χρόνῳ, ἢ ἀξιώματι, ἢ δυνάμει, ἢ ὡς αἴτιον μεῖζον λέγεται. Ἀλλὰ μεγέθει μὲν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ οὐκ ἂν λεχθείη μείζων· ἀσώματος γάρ· ἀλλ' οὐδὲ χρόνῳ· ὁ γὰρ υἱὸς αὐτῶν δημιουργός· οὐδὲ ἀξιώματι· οὐ γὰρ ἐγένετο ὃ οὐκ ἦν ποτέ· οὔτε μὴν δυνάμει· πάντα γὰρ ὅσα ὁ πατὴρ ποιεῖ, καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· οὔτε ὡς αἴτιος· ἐπεὶ ὁμοίως καὶ αὐτοῦ, καὶ ἡμῶν μείζων, εἴγε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν αἴτιος. Τιμὴν τοίνυν μᾶλλον τὸ ῥηθὲν υἱοῦ πρὸς πατέρα, οὐκ ἐλάττωσιν τοῦ εἰπόντος δείκνυσι. Majus *vel magnitudine, vel tempore, vel dignitate, vel virtute, vel ut cauſſa* majus *dicitur. Verùm magnitudine Pater major Filio dici non poteſt, incorporeus enim eſt. Nec tempore, nam Filius temporum eſt creator. Nec dignitate, factus enim non eſt, quod nunquam erat. Nec virtute, quæcunque enim facit Pater, hæc & Filius ſimiliter facit. Nec ut cauſſa, quoniam ſimiliter ipſo & nobis major eſſet, ſiquidem & ejus & noſtri eſſet cauſſa. Honorem ergo magis Filii ad Patrem hoc dictum, non imminutionem ejus, qui dixit, oſtendit.* Idem, epiſt. CXLI. fusè hunc locum vindicat, pag. 928, 929. *Primò* ex eo probat, Filium Patri eſſe ὁμοούσιον. Ratio: Τὰς γὰρ συγκρίσεις οἶδα κυρίως ἐπὶ τῶν τῆς αὐτῆς φύσεως γινομένας· ἄγγελον γὰρ ἀγγέλου λέγομεν μείζονα, καὶ ἄνθρωπον ἀνθρώπου δικαιότερον, καὶ πτηνὸν πτηνοῦ ταχύτερον· εἰ τοίνυν αἱ

συγκρίσεις

Digitized by Google

Συγκρίσεις ἐπὶ τῶν ὁμοειδῶν γίνονται, μείζων δὲ κατὰ σύγκρισιν εἴρηται ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, ὁμοούσιος τῷ πατρὶ ὁ υἱός. *Novi enim collationes propriè ad ea pertinere, quæ ejuſdem ſunt naturæ. Angelum namq; Angelo majorem, & hominem homine juſtiorem, & volucrem volucri velociorem eſſe dicimus. Itaq; ſi collationes inter ea fiunt, quæ ejuſdem ſunt ſpeciei, Pater verò per collationem dictus eſt Filio major, conſequitur Filium Patri eſſe conſubſtantialem.* Solutionem *deinde* affert aliam, longè commodiorem: nimirum Filium minorem eſſe Patre ſecundùm aſſumtam naturam humanam. Τί θαυμαστὸν, εἰ μείζονα ἑαυτοῦ τὸν πατέρα ὡμολόγησε, λόγος ὢν καὶ σὰρξ γεγονὼς, ὁπόταν καὶ ἀγγέλων ὤφθη κατὰ τὴν δόξαν ἐλάττων, καὶ ἀνθρώπων κατὰ τὸ εἶδος; *Quid mirum, ſi Patrem ſe confeſſus eſt eſſe majorem, qui, cùm verbum eſſet, caro factus eſt, cùm hujus gratiâ & Angelis ſecundùm gloriam, & hominibus ſecundùm ſpeciem, minor apparuerit?* Et mox: Διὰ τοῦτο πατρὸς ἐλάττων ὁ υἱὸς, ὅτι διά σε γέγονε νεκρὸς, ἵνα σε τῆς νεκρότητος ἀπαλλάξῃ, καὶ ζωῆς μέτοχον ἐπουρανίου ποιήσῃ. *Propterea minor Patre eſt Filius, quia tui gratiâ factus eſt mortalis, ut te à mortalitate liberaret, & cæleſtis vitæ participem redderet.* Eandem rationem affert Chryſoſtomus, Homil. CLXVI. t. V: Οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τοῦ πατρὸς ἐλάττων διὰ τὴν οἰκονομίαν, ὅπουγε καὶ ἀγγέλων ἠλαττώθη. *Non eſt mirum, eum Patre minorem eſſe propter incarnationem, cùm ipſis etiam Angelis minor ſit factus.* Et Athanaſius, in fine libri de incarnatione Verbi: Καὶ ὅτε λέγει, ὁ πατήρ μου, ὁ πέμψας με, μείζων μού ἐστιν, ἐπειδὴ ἄνθρωπος γέγονε, μείζονα αὐτοῦ λέγει τὸν πατέρα. *Et quando* Chriſtus *dicit:* Pater, qui miſit me, major me eſt: *quatenus homo factus eſt, eatenus Patrem ſe ipſo majorem dicit.* Theophylactus in cap. XIV. Joh. pag. 776. poſtquam dixiſſet, τινὲς τὸ μείζονα εἶναι τὸν πατέρα, καθὸ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ, νοοῦσι, *quidam Patrem intelligunt majorem eſſe, quatenus eſt cauſſa Filii:* (quemadmodum etiam Nazianzenus, Orat. XL. pag. 669: Οὐ κατὰ τὴν φύσιν τὸ μεῖζον, τὴν αἰτίαν δὲ, οὐδὲν γὰρ τῶν ὁμοουσίων τῇ οὐσίᾳ μεῖζον ἢ ἔλαττον. *Non hæc vox* major *ad naturam, ſed ad cauſſam, referenda eſt. Neque enim quicquam eorum, quæ eandem ſubſtantiam habent, ſubſtantiâ majus aut minus eſt.*) ſubjicit: Κατὰ τὸ ἀνθρώπινον λέγεται μείζων αὐτοῦ εἶναι ὁ πατήρ. *Secundùm humanam naturam major eo dicitur eſſe Pater.* Cyrillus Alex. in Catena in cap. XIV. Joh. pag. 374: Μείζονα δέ φησιν αὐτὸν, οὐχ ὅτε κεκάθηκεν ἐκ δεξιῶν ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἦν ἔτι μεθ' ἡμῶν καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς. *Majorem autem Patrem appellat, non quatenus à dextris ejus ut Deus ſedet, ſed quatenus adhuc nobiſcum erat, & in iis, quæ propter nos ſuſtinuit.* Ammonius ibidem: Οὐ τὸ μείζονα εἶναι τὸν Πατέρα, ποιεῖ αὐτὸν ἑτέρας οὐσίας, ὡς οἱ αἱρετικοί φασιν. Ὅτε ἦν ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπος, μείζονα εἶπε τὸν Πατέρα· τοῦτο διὰ τὸ φαινόμενον σῶμα λέγει, ἐπεὶ καθὸ ἐστι Θεὸς, οὔτε ἥττων ἐστὶ τοῦ πατρὸς, οὔτε εἰς οὐρανοὺς ἀνάγεται ὁ τὰ πάντα πληρῶν, καὶ ἀχώριστος ὢν τοῦ πατρός. *Quod Pater major eſt, non facit ipſum filium alterius eſſe ſubſtantiæ, ut hæretici affirmant. Quando in terra degebat ut homo, majorem dicebat Patrem: hoc propter corpus viſibile dicit, quoniam, quatenus eſt Deus, neque minor eſt Patre, neque in cælum aſcendit, utpote qui omnia impleat, & à Patre ſeparari nequeat.* Varias hujus loci expoſitiones proponit Photius, epiſt. CLXXVI. pag. 262. 263. 264. quas ſtudioſus Lector inde petere poterit. Vide Forbeſii Inſtruct. Hiſtorico-Theolog. lib. I. cap. XXV.

Abutuntur præterea illis ſcripturæ locis, quæ *Filium à Patre miſſum* dicunt: ut Joh. IV. 34. cap. V. 23. 24. 30. 37. & alibi paſſim in hoc Evangelio. Sed facilis eſt reſponſio. Theodoretus in cap. II. Zachariæ, pag. 892: Ἀπεστάλη οὐχ ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος· ὡς γὰρ Θεὸς, τοῦ γεγεννηκότος ὁμότιμος. — πέμπεται δὲ ὡς ἄνθρωπος, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πληρῶν, οὐ τὴν θείαν φύσιν κατασμικρύνων, &c. *Miſſus eſt, non ut Deus, ſed ut homo: quatenus enim Deus eſt, æqualis eſt Patri. — Mittitur autem ut homo, diſpenſationis opus pro nobis peragens, non divinam naturam extenuans.* Theophylactus in cap. XIV. Joh. pag. 772: Ἀπέστειλεν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀσώματον ὄντα, εἶτα σαρκωθέντα, ἐκ παρθένου δὲ γεγέννηται. *Miſit Filium ſuum Pater, qui erat incorporeus, & deinde incarnatus & ex Virgine natus eſt.* Greg. Nazianzenus, Orat. in Paſcha: Ἀπεστάλη μὲν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. *Miſſus quidem eſt, ſed ut homo.*

Præſidium inſuper quærunt in illuſtri loco Joh. XVII. 3: Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε, κλ. Ad quem veteres audire juvat. Severianus Orat. III. in Creationem: Οὐ πρὸς ἀντιπαράθεσιν αὐτοῦ ταῦτα ἔλεγεν, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ψευδωνύμων. *Non, ut ſe ipſum Patri opponat, hæc dicebat,* ut cognoſcant te ſolum verum Deum, *ſed ad differentiam falſò dictorum deorum.* Theodoretus in I. Theſſal. I. ad v. 9. pag. 367: Διαῤῥήδην ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, πῶς προσήκει νοεῖν τὸ ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν· οὐ γὰρ τῷ υἱῷ συγκρίνων, ἀλλὰ τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς τὸν ὄντα Θεὸν, ζῶντα καὶ ἀληθινὸν αὐτὸν προσηγόρευσε· καὶ ζῶντα μὲν αὐτὸν ὠνόμασεν, ὡς ἐκείνων οὐ ζώντων· ἀληθινὸν δὲ, ὡς ἐκείνων ψευδῶς θεῶν καλουμένων. *Apertè nos docuit divinus Apoſtolus, quomodo ſit intelligendum illud,* ut cognoſcant te ſolum verum Deum. *Non enim cum Filio comparans, ſed cum iis, qui dii non ſunt, eum, qui eſt,* vivum *illum &* verum *appellavit. Et* vivum *quidem eum nominavit, quid illi non vivant:* verum *autem, quòd illi falſò dii vocentur.* Eodem modo hunc locum pluribus exponit Chryſoſtomus, Homil. LXXX. in Johan. pag. 891. ubi inter alia: Μόνον ἀληθινὸν Θεὸν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν φησι. Solum verum Deum *ad differentiam eorum, qui non ſunt dii, dicit.* Greg. Nazianzenus, Orat. XXXVI. pag. 586: Εἰ τὸ, μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ἐπὶ τοῦ πατρὸς θήσεις, ποῦ θήσεις τὴν αὐταλήθειαν; *Si hæc verba,* ſolum verum Deum, *Patri duntaxat tribueris, ubi tandem Veritatem ipſam collocabis?* Mox: Οἶμαι τὸ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει λέγεσθαι τῶν οὐκ ὄντων μὲν θεῶν, λεγομένων δέ· οὐ γὰρ ἂν προσέκειτο, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, εἰ πρὸς ἐκεῖνον ἀντιδιῄρητο τὸ, μόνον ἀληθινὸν, ἀλλὰ μὴ κατὰ κοινοῦ τῆς θεότητος ἦν ὁ λόγος. *Hæc verba,* ut cognoſcant te ſolum verum Deum, *ad eorum, qui, quanquam falſò, dii tamen appellantur, ſublationem dici exiſtimo. Neque enim adjectum fuiſſet,* Et quem miſiſti Jeſum Chriſtum, *ſi ad eum oppoſita diſtinctione ſubmovendum, illa,* ſolum verum, *pertinerent, ac non de communi utriuſq; divinitate ſermo eſſet.* Ut cognoſcant te ſolum verum Deum: hoc dicit, inquit Epiphanius, hæreſi LXII. pag. 215. Οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ υἱὸς ἀληθινὸς Θεὸς, ἀλλ' ἵνα εἰς μίαν ἑνότητα ἀγάγῃ τὴν τριάδος ὀνομασίαν, καὶ ἐκκλίνῃ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πολυθείας εἰς μίαν θεότητα. *Non quòd Filius verus Deus non ſit, ſed ut Trinitatis nomen ad unam ducat unitatem, atq; avertat hominum*

animos

animos à deorum multitudine ad unam Deitatem. Vide eundem hæreſi LXIX. pag. 323. Sic etiam exponunt Theophylactus in cap. XVII. Joh. pag. 796. 797. Cæſarius, quæſtione IV. pag. 18. Baſilius M. lib. IV. contra Eunomium, pag. 106. Ambroſius, lib. V. de Fide, cap. I. Auguſtinus, lib. VI. de Trinitate, cap. IX. Alia loca, quibus Ariani abuſi ſunt, alibi vindicantur, & ex Indice locorum Scripturæ haberi poſſunt.

5. *Incarnationem:* ubi ſequentia duo hic occurrunt paucis expendenda:

α. *Cur Filius Dei carnem aſſumſerit, in genere.* Id docet Chryſoſtomus, Homil. LXXIII. t. VI. Δι' ἀγάπην κατῆλθε πρὸς ἡμᾶς ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁμόσκηνος, καὶ ὁμοδίαιτος τοῖς ἀνθρώποις γέγονεν, ἵνα τὴν πολύθεον καταλύσας πλάνην, καὶ τὴν ἀληθῆ καταγγείλας θεογνωσίαν, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην διδάξῃ ἀνθρώπους. *Propter charitatem ad nos deſcendit dilectus ille Dei Filius, & cum hominibus habitavit atque edit, ut errore, deorum multitudinem adſtruente, ſublato, & vera Dei cognitione annunciata, mutuam inter ſe dilectionem homines doceret.* Alium locum ex Athanaſio producimus in voce Μεσίτης, num. III. 1. ſub lit. *A.* Theodoretus in epitome divin. decret. cap. XI. pag. 279. Ἐνηνθρώπησεν ὁ Θεὸς λόγος, ἵνα τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας διαφθαρεῖσαν νεουργήσῃ φύσιν· διὰ τοῦτο πᾶσαν τὴν ἡμαρτηκυῖαν ἔλαβεν, ἵνα πᾶσαν ἰάσηται. *Propterea Deus Verbum homo factus eſt, ut corruptam à peccato naturam renovaret: propterea totam, quæ peccaverat, aſſumſit, ut totam ſanaret.* Quia Deitatem ejus ferre non potuiſſemus. Macarius Hom. VI. pag. 97. Διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ Κύριος, καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆς παρθένου τὸ σῶμα· εἰ γὰρ ἠθέλησε γυμνῇ τῇ θεότητι κατελθεῖν, τίς ἠδύνατο ὑπενεγκεῖν; ἀλλὰ διὰ τοῦ ὀργάνου τοῦ σώματος ἐλάλει τοῖς ἀνθρώποις. *Propterea venit Dominus, & ex Virgine corpus accepit: ſi enim voluiſſet in nuda divinitate ad nos deſcendere, quis ferre potuiſſet? verùm per organum corporis locutus eſt hominibus.* Propter noſtram ſalutem incarnatus. Macarius Homil. XXXIV. pag. 446. Ἡ ἔλευσις τοῦ Κυρίου πᾶσα διὰ τὸν ἄνθρωπον γεγένηται, τὸν τεθανατωμένον ἐν τάφῳ σκότους, ἁμαρτίας, πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ δυνάμεων πονηρῶν, ἵνα ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ νῦν ἀναστήσῃ καὶ ζωοποιήσῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ καθαρίσῃ ἀπὸ πάσης μελανίας, καὶ φωτίσῃ αὐτὸν τῷ ἰδίῳ φωτὶ, καὶ ἀμφιάσῃ αὐτὸν τὰ ἑαυτοῦ ἐνδύματα τῆς θεότητος τὰ οὐράνια. *Adventus Domini fuit prorſus in gratiam hominis, qui mortuus jacebat in ſepulchro tenebrarum, peccati, ſpiritûs impuri, & perverſarum poteſtatum; ut nunc in hoc ſeculo reſuſcitet ac vivificet hominem, expurget ab omni nigredine, illuminet eum ſuo lumine, & operiat eum ſuis ipſius divinis & cæleſtibus indumentis.*

β. *Cur Filius potiùs, quàm Pater, aut Spiritus ſanctus, carnem aſſumſerit, in ſpecie.*

a. Ratio eſt, quia decuit nos reſtitui in jus & gradum filiorum DEI per eum, qui naturâ Filius DEI eſt; & imaginem DEI in nobis reſtaurari per eum, qui eſt imago DEI. De eo ſic Jobius Monachus in Biblioth. Photii, Cod. CCXXII. pag. 580. Ἐπειδὴ λόγος ὁ Υἱὸς, ὁ δὲ ἄνθρωπος λόγῳ καὶ εἰκόνι Θεοῦ τιμηθεὶς, τούτων τε διαπέπτωκε, καὶ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· διὰ τοῦτο ὁ λόγος τοῖς εἰς ἀλογίαν πεσοῦσιν ἐπεδήμησε· τό τε ὀλίσθημα ἡμῶν ἐξιώμενος, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνάγων ἀξίωμα. *Quoniam Filius Verbum eſt, homo verò ratione atque imagine DEI cohoneſtatus erat, à quibus poſtea excidit,* comparatusque eſt jumentis inſipientibus, & ipſis ſimilis factus eſt; *propterea Verbum ad eos, qui ad brutorum ſortem delapſi erant, acceſſit, ruinam noſtram reparans, ac nos in priſtinam dignitatem poſtliminio revocans.* Idem, pag. ſequenti: Νεανιεύεται κατὰ τῶν λεγόντων, διὰ τοῦτο τὸν Υἱὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ σωτῆρα παραγενέσθαι, διότι τοῖς πρὸς υἱοθεσίαν καλουμένοις τὸν υἱὸν ἔδει, ἀλλὰ μὴ ἄλλον τινὰ, καθηγεμόνα καὶ ἀνακαινιστὴν τῆς υἱοθεσίας καὶ γενέσθαι, καὶ κηρύττεσθαι. *Juveniliter ſcribit* Jobius, inquit Photius, *adverſus dicentes, Propterea Filium hominem factum, atque Salvatorem adveniſſe, eò quod in adoptionem vocatis, non alium aliquem, præter ipſum Filium, oporteret ducem atque inſtauratorem adoptionis & eſſe, & prædicari.* His verbis indicat Photius, Jobium hanc aſſertionem, utpote veram, immeritò ſugillâſſe. Jobius ibid. pag. 601. Τῶν πρεπωδεστάτων ἦν, τὴν ἀπαράλλακτον καὶ φυσικὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς ἡμᾶς, τοὺς κατ' εἰκόνα μὲν γεγονότας, τὸν δὲ χαρακτῆρα κιβδηλεύσαντας, ταύτην ἡμᾶς ἀποκαθᾶραί τε τῶν κηλιδωμάτων, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀναμορφώσασθαι. *Convenientiſſimum fuit, ut immutabilis, per omnia ſimilis, nativáque Patris imago nos ad eandem conditos; ſed qui formam illam jam corruperamus; à ſordibus mundaret, & priſtino decori reſtitueret.* Eandem cauſſam inculcat Damaſcenus, Orthod. fidei, lib. IV. pag. 284. Διὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐνηνθρώπησεν, ἵν' ἐφ' ᾧπερ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, πάλιν αὐτῷ χαρίσηται· ἐποίησε γὰρ αὐτὸν κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ, νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἤτοι ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπου φύσει. *Propterea Filius DEI homo factus eſt, ut, in quem finem hominem creaverat, id ipſum ei rurſus largiretur: creavit enim illum ad imaginem ſuam intelligentem, & libero arbitrio ornatum, & ad ſimilitudinem ſuam, ſive in virtutibus perfectum, quantum natura humana ferre poterat.* Athanaſius de Incarnatione Verbi, t. I. pag. 72. Οὐκ ἄλλου ἦν τὸ κατ' εἰκόνα πάλιν ἀνακτίσαι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ τῆς εἰκόνος τοῦ Πατρός· καὶ οὐκ ἄλλου ἦν τὸ θνητὸν ἀθάνατον ἀναστῆσαι, εἰ μὴ τῆς αὐτοζωῆς οὔσης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Non poterat alius imaginem DEI in hominibus renovare, quàm ipſa Patris imago: nec alterius erat, mortale immortale reſuſcitare, niſi ejus, qui eſt ipſa vita, Domini nempe noſtri Jeſu Chriſti.*

b. Ratio eſt, quia nihil fuit aptius & ſapientiæ divinæ convenientius, quàm hominem per eum reformari, per quem fuerat ab initio formatus. Hanc rationem affert Cyrillus Alexandr. lib. I. Glaphyr. in Geneſin, ſub titulo Περὶ τοῦ Κάϊν καὶ τοῦ Ἄβελ, pag. 13. Ἔδει, ἔδει τὸν δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, ἀνακαινιστὴν γενέσθαι τῶν κατεφθαρμένων, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐξελάσαι πήρωσιν· καταργῆσαι δὲ τὸ λυποῦν, καὶ τὸ εὖ εἶναι πάλιν διανεῖμαι πλουσίως τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσιν. *Oportuit eum, per quem omnia ortum nacta ſunt, inſtauratorem fieri eorum, quæ corrupta erant, vitiumq; ex peccato confractum profligare; quodq; malè habebat, abolere, atque iis, qui per ipſum facti erant, bonum habitum largiter impertiri.* Eandem rationem urget Jobius Monachus, in Bibliotheca Photii, Codice CCXXII. pag. 581. his verbis: Ἐχρῆν τὸν δημιουργὸν καὶ πλάστην, αὐτὸν καὶ ἀναπλάσαι καὶ ἀνακαινίσαι συντριβὲν τὸ δημιούργημα· εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ ὡσαύτως δημιουργὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλὴν ἀλλὰ πάντα δι' Υἱοῦ γεγενῆσθαι τὸ ἱερὸν συνεχῶς ἐπιμαρτύρεται γράμμα. Ἔδει τοίνυν τὸν πλαστουργὸν, διαρρυέντος τοῦ πλάσματος, αὐτόν τε εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν, καὶ ἀνασῶσαι διὰ ἀναπλάσεως. *I-*

pſum oportuit creatorem & formatorem creaturam corruptam reformare atque renovare. Etſi autem Pater quoque ipſe perinde creator eſt, ut & Spiritus ſanctus, nihilo tamen minus omnia per Filium facta eſſe ſacræ literæ perpetuò teſtantur. Quare creatorem oportebat lapſam creaturam ad ſe recipere, & per reformationem ſervare. Cyrillus Jeroſolymitanus, Catecheſi Illuminat. VI. pag 46. Πατὴρ καλεφρονεῖτο, ἔδει υἱὸν διορθώσασθαι τὴν πλάνην· ἔδει γὰρ τὸν δι' οὗ ἐγένετο τὰ πάντα, τῷ δεσπότῃ τῶν ἁπάντων προσενεγκεῖν τὰ πάντα· ἔδει θεραπευθῆναι τὸ τραῦμα. *Pater deſpiciebatur, oportebat Filium corrigere errorem. Oportebat enim eum, per quem omnia facta ſunt, Domino omnium omnia offerre. Oportebat ſanari vulnus.* Nicephorus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 308. docet, propterea Filium, non aliam perſonam, aſſumſiſſe carnem humanam, ἵνα, ὅθεν ἡμῖν τὸ εἶναι ὑπῆρξε διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἀγαθότητα, ἐκεῖθεν καὶ τὸ εὖ εἶναι ἡμῖν χαρισθείη, *ut, unde, ob ineffabilem ejus bonitatem, eſſe habebamus, inde etiam bene eſſe gratioſè daretur.* Conſentit Athanaſius, Oratione de Incarnatione Verbi, t. I. pag. 54. his verbis: Οὐδὲν ἐναντίον φανήσεται, εἰ δι' οὗ τὴν κτίσιν ἐδημιούργησεν ὁ Πατήρ, ἐν αὐτῷ καὶ τὴν ταύτης σωτηρίαν εἰργάσατο. *Illud contradictionem minimè involvit, ſi, per quem Pater hominem creavit, per eundem ejus ſalutem procuravit.* Idem, Oratione eadem, pag. 72. Οὐκ ἄλλου ἦν τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μεταβαλεῖν, εἰ μὴ αὐτοῦ σωτῆρος, τοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐξ οὐκ ὄντων πεποιηκότος τὰ ὅλα. *Non alius erat corruptioni obnoxium à corruptione liberare, niſi ipſius Salvatoris, qui etiam in principio omnia ex nihilo fecit.*

Ὕμνος.

I. *Significatio vocis.* Sumitur autem

1. *propriè*, & notat *laudem DEI.* Gregorius Nyſſenus in Pſal. II. cap. III. t. I. pag. 295. Ὕμνος ἐστὶν ἡ ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ἡμῖν ἀγαθοῖς ἀνατιθεμένη τῷ Θεῷ εὐφημία. *Hymnus eſt laus DEO tributa ob bona nobis præſtita.* Pachymeres in Dionyſii Areopagitæ cap. II. de cœleſti Hierarch. pag. 26. Τὸ περὶ καλοῦ εἰπεῖν, ὕμνος καλοῦ ἐστι. *De re bona loqui, hymnus ſive laus boni eſt.*

2. *impropriè.* Ita accepit Clemens Alexandr. in in Protreptico, pag. 67. Καλὸς ὕμνος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ἄνθρωπος, δικαιοσύνῃ οἰκοδομούμενος, ἐν ᾧ τὰ λόγια τῆς ἀληθείας ἐγκεχάρακται. *Pulcher hymnus Dei homo immortalis, qui juſtitiâ ædificatur, in quo ſunt inſculpta eloquia veritatis.*

II. *Diviſio.* Huc referimus aliquot hymnorum ſpecies.

1. Eſt ὕμνος ἀντίφωνος. Vide vocem Ἀντίφωνον.

2. Ὕμνος χαριστήριος. *Hymnus, quo DEO gratiæ aguntur.* Syneſius in epiſt. Ὕμνους χαριστηρίους τῷ Θεῷ ἀποδιδόναι. *Hymnos gratiarum actorios Deo offerre.*

3. Ὕμνος χερουβικὸς, qui etiam vocatur ὕμνος ἐπινίκιος. De eo vide in voce Ἁγιασμὸς, num. III. & in Τρισάγιον, num. IV.

4. Ὕμνος ἑωθινὸς, *hymnus matutinus.* Epiphanius in compendiaria doctrina de fide, pag. 466. Ἑωθινοὶ ὕμνοι ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ διηνεκῶς γίνονται. *Matutini hymni in ſancta Eccleſia perpetuò fiunt.*

Ὑπαναγνώστης.

Hanc vocem non habent Lexica. Idem ſignificat quod ἀναγνώστης. Julianus erat in Eccleſia ὑπαναγνώστης, teſte Greg. Nazianzeno, Orat. III. pag. 94. ubi de Juliano: Τί δὲ οὐκ ἔμελλε ταῦτα γινώσκειν ἀκριβῶς, ὁ τῶν θείων ὑπαναγνώστης ποτὲ λογίων, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου βήματος ἠξιωμένος τιμῆς; *Quidni autem hæc apprimè niſſet, qui divinorum oraculorum Lector quondam fuerat, magniq; Sacrarii honore ornatus?* Idem verò notare quod ἀναγνώστης, inde manifeſtum eſt, quia alii eum ἀναγνώστην appellant. Ita Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. I. pag. 637. de eodem: Τῷ τῶν ἀναγνωστῶν ἠξιώθη χορῷ, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ. *In Lectorum numerum adſcriptus erat, & ſacros libros in Eccleſiaſticis conventibus populo legebat.*

Ὑπαντὴ, ſeu Ὑπαπαντή.

Ὑπαντὴ, ſeu ὑπαπαντὴ eſt feſtum *occurſus*, quod in Eccleſia Occidentali *Purificationis* appellatur. Micrologus de Eccleſ. Obſervat. cap. XLVII. *Ὑπαντὴ nuncupatur, obviatio, quia venerabiles perſonæ Simeon & Anna eo die obviaverunt Domino, dum præſentaretur in templo.* Nicolaus, Patriarcha Conſtantinop. ad Anaſtaſium: Ἡ τούτου αὖθις ἔλευσις εἰς ναὸν τὸν θεῖον, ἣν πάντες ὀνομάζουσιν ὑπαπαντὴν Κυρίου. *Ejus* (Chriſti) *poſtea in divinum Templum adventus, quem omnes Occurſum Domini nominant.* Chryſoſtomi Homil. CXXXVII t. V. hunc habet titulum: Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς θεοτόκου, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. *In occurſum Salvatoris, & Deiparæ, & in Symeonem.* Celebratur poſtridie Kalend. Februarii. Docet hoc Germanus Patriarcha in Canonum volumine apud Zonaram, quando dicit, *Orthodoxos* ἑορτάζειν τὴν ὑπαπαντὴν κατὰ τὴν β' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, *celebrare Occurſum ſecunda Februarii die.* In Conſtitut. Manuel Comneni: Ἡ δευτέρα τοῦ Φεβρουαρίου, διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντήν. *Secunda Februarii dies, propter Salvatoris occurſum.* Itaque error eſt apud Phranzen Chron. lib. II. cap. X. *Diceſſimus Calendis Februarii, hora prima poſt meridiem feſti Dominici, quod ὑπαπαντὴ dicitur.* Inſtitutum verò hoc feſtum ſub Juſtiniano Pontifice Pelagio. Suffridus Presbyter Epitomes lib. I. *Sub Pelagio Papa & Juſtiniano Imperatore ſumſit initium apud Conſtantinopolim, ut ὑπαντὴ Domini, id eſt, Purificatio beatæ Mariæ Virginis ſolenniter celebraretur.* Et quidem anno imperii ejus decimo quinto. Landulphus Sagax in vita ejus: *Ann. XV. Juſtiniani imperii menſe Octobri facta eſt mortalitas Byzantii. Et eodem anno Hypapante Domini ſumſit initium, ut celebraretur apud Byzantium ſecunda die Februarii menſis.* Incidit autem hic annus decimus quintus Juſtiniani in annum Chriſti DXLII. Aliter ſentit Cedrenus, qui, pag. 300. originem ejus rejicit in annum nonum ſive ultimum Juſtini, cui Juſtinianus ſucceſſit. Ἐπὶ αὐτοῦ ἐνετύπη ἑορτάζειν ἡμᾶς, καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς, τὸ μέχρι τότε μὴ ἑορταζομένης. *Sub eodem inſtitutæ ſunt feriæ quæ Hypapante dicuntur, priùs nunquam habitæ.* Vide Gloſſarium Meurſii, & Hoſpinianum de Feſtis Chriſtianorum, ſtatim poſt initium Februarii, pag. 33. Nicephorus etiam hiſt. Eccleſ. lib. XVII. cap. XXVIII. pag. 779.

Ὑπέκκαυμα.

Eundem hæc vox habet uſum, quem ἐμπύρευμα, de quo ſuo loco actum.

I. Pr-

I. *Propriè eſt id, quo aliquid ſuccendimus, fomes ad ſuccendendum.* Veteres Gloſſæ: Ὑπέκκαυμα, *ſubuſtio.* Suidas: Ὑπέκκαυμα· ἡ ὕλη τῆς φλογός· ἡ τροφή. *Fomes ſuccendens: materia, alimentum flammæ.*

II. *Metaphorica* ſignificatio longè uſitatior eſt. Suidas: Τῶν παθῶν ἐκκαύματα, αἱ τροφαὶ τῶν παθῶν, αἳ τρέφουσι τὰ πάθη. *Affectionum fomites: affectionum alimenta, quæ affectiones alunt.* Ὑπέκκαυμα τῆς ἐπιθυμίας, *fomes cupiditatis.* Clemens Alexandr. Strom. lib. II. p. 406. Τοῦ ὑπεκκαύματος τῆς ἐπιθυμίας, τῆς ἡδονῆς λέγω, ἀνυποκρίτως καταγινώσκειν. *Cupiditatis fomitem, voluptatem inquam, non fictè damnare.* Ibid. pag. 399. Τὰ τῆς διαφορᾶς ὑπεκκαύματα. *Contentionis fomites.* Chryſoſtomus lib. de Babyla, t. I. Edit. Pariſ. pag. 672. Ἀσελγείας καὶ ἀσεβείας ὑπέκκαυμα. *Laſcivia atque impietatis fomes.* Oecumenius in cap. V. ad Epheſios, pag. 641. Αἰσχρολογία καὶ εὐτραπελία καὶ μωρολογία, ὑπέκκαυμα τῆς πορνείας τυγχάνει. *Verborum obſcœnitas, & ſcurrilitas, atque ſtultiloquentia fomes eſt proſtitutæ pudicitiæ.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCVIII. lib. I. p. 61. Ὑπέκκαυμά ἐστι δικαιοσύνη τοῦ φωσφόρου τῆς ἡγεμονίας. *Juſtitia prælucentis probi imperii ac præfecturæ fomes eſt & igniculus.* Et lib. eodem, epiſt. CCCCLXXVII. pag. 120. Ὁ τὴν φθορὰν καὶ τὸ φρόνημα παιδαγωγῆσαι βουλόμενος, μαραίνει τὰ τῆς σαρκὸς ὑπεκκαύματα, καὶ ἀρέσκει Θεῷ ἔτι σαρκὶ συνεχόμενος, καὶ κληρονομεῖ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν μετὰ σώματος ὡς ἀσώματος. *Qui labem & corruptelam, atque affectum coërcere ſtudet, carnis igniculos & incitamenta debilitat, Deoq; etiamnum corporis vinculis conſtrictus, placet, atque cum corpore, tanquam à corporea mole ſecretus, regni ipſius hæreditatem conſequitur.*

Ὑπεράγαθος.

Lexica hanc vocem omittunt. Significat eum, *qui eſt ſuperbonus, plùs quàm bonus,* & eſt epithetum ſolius Dei. Dionyſius Areopagita, cap. II. de divinis Nominibus, ſect. IV. pag. 419. Deum vocat ὑπεράγαθον θεότητα, *ſupraquam bonam Deitatem.* Idem, ſtatim ab initio myſticæ Theologiæ, p. 707. SS. *Trinitatem* vocat Τριάδα ὑπερούσιον, καὶ ὑπέρθεον, καὶ ὑπεράγαθον, *ſupernaturalem, & ſupraquam divinam, & ſupraquam bonam.*

Ὑπεραγαθότης.

Etiam hanc vocem non habent Lexica. Eſt *ſuperbonitas,* id eſt, *bonitas omnem bonitatem ſuperans.* Dionyſius Areopagita de div. Nominibus, cap. I. ſect. V. pag. 382. de Deo: Ἡ τῆς ὑπεραγαθότητος ὕπαρξις. *Bonitatis omnem bonitatem ſuperantis exiſtentia.*

Ὑπεράγνωστος.

Nec hanc vocem Lexica exhibent. Eſt *ſuperignotus, ſupraquam indemonſtrabilis.* Dionyſius Areopagita cap II. de div. Nominibus, ſect. IV. pag. 418. Καλοῦσιν οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογικῆς παραδόσεως ἱερομύσται, τὰς μὲν ἑνώσεις τὰς θείας, τὰς τῆς ὑπεραρρήτου καὶ ὑπεραγνώστου μονιμότητος, κρυφίας καὶ ἀνεκφοιτήτους ὑπεριδρύσεις, &c. *Theologicæ noſtræ doctrinæ auctores divinas quidem uniones vocant abditas iſtas collocationes pluſquam ineffabilis & ſupra modum ignotæ manſionis, quæ nuſquam ſe prodit,* &c. Ibid. c. I. ſect. IV. pag. 382. Παραδοχαὶ τῆς ὑπεραγνώστου καὶ ὑπερφανοῦς ἀγαθότητος. *Suſceptiones pluſquam ignotæ & prælucidæ bonitatis.* Et in principio myſticæ Theologiæ, pag. 707. Ἡ τῶν μυστικῶν λογίων ὑπεράγνωστος, καὶ ὑπερφαὴς καὶ ἀκροτάτη κορυφή. *Myſticorum oraculorum pluſquam indemonſtrabile, & pluſquam lucens & ſummum faſtigium.*

Ὑπερανίσχω.

Hoc verbum omittunt Lexica. Significat *ſupero, excedo,* ὑπερβαίνω. Cyrillus Alexandr. in cap. XIII. Johannis: Τοῦτο καὶ αὐτὴν ἡμῶν ὑπερανίσχει τὴν διάνοιαν. *Hoc ipſam etiam cogitationem noſtram excedit.*

Ὑπεράῤῥητος.

Non habent Lexica. *Superineffabilis.* Legitur apud Dionyſium Areopagitam, cap. II. de div. Nominibus, ſect. IV. pag. 418. Locum jam adduximus in voce Ὑπεράγνωστος. Hinc adverbium ὑπεραῤῥήτως, *ſuperineffabiliter*, id eſt, modo plùs quàm ineffabili. Idem de div. Nominib. cap. I. ſect. IV. pag. 381. Ἐν ὑπερουσίῳ ἀκτῖνι πάντα τὰ πέρατα πασῶν τῶν γνώσεων ὑπεραῤῥήτως προϋφέστηκεν. *In ſupereſſentiali radio cuncti fines omnium cognitionum ineffabili modo præextiterunt.*

Ὑπεράρχιος.

Ὑπεράρχιος, *qui principium omne excedit, qui eſt ſupra quodvis principium,* ſicut ὑπερτελής, *qui eſt ſupra omnem finem.* Frequenter hoc vocabulo utitur Dionyſius Areopagita, Deum paſſim vocans ὑπεράρχιον ἀρχὴν, *principium, quod omne principium excedit.* De cœleſti Hierarch. in fine cap. VII. pag. 71. Πάσης οὐσίας ὑπεράρχιος ἀρχὴ καὶ αἰτία. *Omnis eſſentiæ principium, quod omne principium excedit, & cauſa.* Et cap. I. de div. Nominibus, ſect. III. pag. 378. Ἀρχῆς ἁπάσης ὑπερουσίως ὑπεράρχιος ἀρχή. *Omnis principii ſupereſſentialiter principium omne principium excedens.* Ita etiam alibi.

Ὑπερβαίνω.

I. ſignificat *transgredior, prætergredior, tranſcendo.* Veteres Gloſſæ: Ὑπερβαίνω, *tranſcendo, ſupergredior, transgredior.* Chryſoſtomus hoc ſenſu dicit τῆς χρείας ὅρους ὑπερβαίνειν, *neceſſitatis terminos tranſcendere.* Idem de ſerpente æneo, ſeu Hom. V. t. VI. Edit. Pariſ. pag. 50. Τοὺς ὅρους τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ὑπερβαίνειν οὐκ ἔξεστιν, οὐκ ἀνθρώποις τοῖς ἐπὶ γῆς οὐκ ἀγγέλοις τοῖς ἐν οὐρανοῖς. *Non licet terminos gloriæ Dei tranſilire: non hominibus, qui in terra degunt: non Angelis, qui in cœlo ſunt.* Huc referri poteſt illuſtris locus Apoſtoli I. ad Theſſal. IV. v. 6. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ad quæ multa diximus in verbo Πλεονεκτεῖν, num. II. 2. ubi vide. Pauca hic inſuper addimus: Ὑπέρβασις eſt *transgreſſio.* Heſychius: Ὑπέρβασις, ὕβρις, ἀδικία, παράβασις ὅρκων. Ὑπέρβασις eſt *contumelia, injuria, transgreſſio jurisjurandi.* Ὑπερβασίη etiam apud Poëtas *de violatione fœderum.* Heſychius: ὑπερβασίης, ἀδικίας. Clariùs Suidas: Ὑπερβασίας ὅρκων· παραβάσεις ἐπιορκίας. *Transgreſſiones jurisjurandi, violationes juramenti, perjuria.* Quis autem magis ὑπερβαίνει, hoc eſt, παραβαίνει, ὑβρίζει καὶ ἀδικεῖ, ſive *datam fidem violat, contumelià & injurià afficit*, quàm adulter, cùm aut fidem uxori non ſervat, aut uxorem alterius fidem violare docet? quemadmodum verè τὸν ἀδελφὸν πλεονεκτεῖ, qui, quod fratris eſt, ſibi vendicat, ejusque uxore ſic abutitur. Adde, quòd ὑπερβαίνειν propriè dicuntur οἱ ὑπερβαίνοντες τὰ ὁροθέσια. Fines autem certos, imò ſuos, terminumque, nuſquam magis, quàm in matrimonio præfixit Legiſlator. Vide loca ex Chryſoſtomo, Theodoreto & Theophylacto, ad hujus ſententiæ confirmationem, allata in verbo Πλεονεκτεῖν.

Digitized by Google

II. Frequentiſſimè ſignificat *Excedo*, *ſupero*. Chryſoſtomus ſub finem Homil. I. de Jobo: Οὐ γὰρ ἦν μία τῶν ζυμβάντων ἡ ζυμφορά, ἀλλ' ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ τυραννίδος ἡ πάντα λόγον ὑπερβαίνουσα καταστροφή. *Neq; una erat illius caſus calamitas, ſed diabolica operatione & tyrannide omnem ſermonem excedens ſubverſio.* Et mox iterum de Jobo: Ὦ γενναίας ψυχῆς τὴν τῶν ἀγγέλων εὐφημίαν ὑπερβαινούσης. *O generoſam animam, celebrem Angelorum famam ſuperantem!* Idem in Eclogis, Hom. XXIX. t. V. Edit. Pariſ. pag. 972. Οὕτω φιλόσοφος ἦν ὁ Δαυίδ, ὡς μὴ μόνον μὴ παραβαίνειν τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερβαίνειν, καὶ ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδᾷν. *Adeò ſapientiæ amans erat David, ut non ſolùm legem non transgrederetur, ſed etiam ex magna quadam abundantia eam ſuperaret, & metas tranſiliret,* Idem, Hom. IV. in I. ad Corinthios, pag. 261. Τὰ ὑπερβαίνοντα λογισμόν, πίστεως δεῖται μόνης. *Quæ rationem ſuperant, ſola fide egent.* Ita idem eleganter de ſumma Dei erga nos humanitate: Ὁ Θεὸς καὶ πατρός, καὶ μητρὸς φιλόπαιδος πᾶσαν εὔνοιαν ὑπερβαίνει τῇ περὶ ἡμᾶς κηδεμονίᾳ. *Deus omnem & patris & matris liberos amantis benevolentiam ſuperat ſuâ erga nos curâ.* Idem: Ὁ μεγαλόψυχος καὶ τῇ διανοίᾳ πλούσιος, κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων πενέστερος ἐν χρήμασιν ᾖ, πάντας ὑπερβῆναι δυνήσεται καὶ φιλοξενίᾳ, καὶ ἐλεημοσύνῃ, καὶ τῇ λοιπῇ πάσῃ φιλοφροσύνῃ. *Magnanimus & mente ſua dives, etiamſi opum reſpectu omnium ſit pauperrimus, omnes ſuperare poterit & hoſpitalitate, & miſericordiâ, & omni reliqua benevolentia.* Oecumenius in II. Corinth. I. Πειρασμὸς τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνων δύναμιν. *Tentatio vires noſtras excedens.* Similia multa paſſim apud autores ſunt obvia.

Ὑπερήφανος. Ὑπερηφανία.

I. Quis ὑπερήφανος, & quid ὑπερηφανία. Heſychius: Ὑπερήφανος, ὑπεράφρων, ἀγνώμων. *Superbus, valde ſtolidus vel fatuus, improbus, ingratus.* Veteres Gloſſæ: Ὑπερήφανος. *Superbus, faſtidioſus, adrogans.* Baſilius in Reg. brevioribus, Interrog. LVI. t. II. p. 547. Ὑπερήφανός ἐστιν ὁ ἐπὶ τοῖς προσοῦσιν αὐτῷ κομπάζων, καὶ ὑπὲρ ὅ ἐστι φαίνεσθαι ἐπιτηδεύων. *Superbus eſt, qui in his quæ habet, magnificè ſe jactat, & plus quàm eſt, videri cupit.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCLXXXI. lib. III. pag. 402. Ὑπερήφανον κλητέον, τὸν πράττοντα μέν, σεμνυνόμενον δέ, καὶ τοὺς ἄλλους ὀνειδίζοντα. *Inſolens vocandus is, qui facit quidem, ſed eo nomine gloriatur, alioſq; probris afficit.* Ita Paulus ad Romanos I. v. 30. ὑπερηφάνους vocat, τοὺς ἐφ' οἷς ἔχουσι πλεονεκτήμασι μεγάλα φρονοῦντας, ut ad illum locum ſcribit Theodoretus. pag. 20. *ſuperbos vocat eos, qui ob ea, quibus cæteris ſunt ſuperiores, efferuntur.* Ad eundem locum Oecumenius, p. 255. Ὑπερηφάνους λέγει, τοὺς κατὰ τῶν οὐκ ἐχόντων ἐφ' οἷς ἔχουσι φυσωμένους. *Superbos dicit eos, qui ob ea, quæ habent, inflati ſunt, & inſolenter ſe gerunt adverſus eos, qui non habent eadem.* Hæc ipſa habet Suidas in Ὑπερήφανος. Hinc facilè intelligitur, quid ſit ὑπερηφανία. Veteres Gloſſæ: Ὑπερηφανία. *Superbia, faſtidia, faſtidium, faſtus, arrogantia.* Theophylactus in caput VII. Marci, p. 225. Ὑπερηφανία ἐστὶν ὥσπερ καταφρόνησις Θεοῦ· ὅταν τις ἐργασάμενός τι ἀγαθόν, μὴ τῷ Θεῷ ἐπιγράφηται τοῦτο, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει. *Superbia eſt quaſi contemtus Dei, quando quis bonum operatur, & hoc non adſcribit Deo, ſed propriæ virtuti.* Idem, in cap. XVIII. Lucæ, pag. 476. Ὑπερηφανία ἐστὶν ἀθέτησις Θεοῦ. Ὅταν γάρ τις μὴ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτῷ ἐπιγράφηται τὰ κατορθώματα, τί ἄλλο, ἢ ἄρνησις Θεοῦ ἐστι καὶ ἀντίθεσις; *Superbia eſt Dei contemtus. Cùm enim quis non Deo, ſed ſibi ſua bona tribuit opera, quid hoc aliud, quàm Deum negare, ſeq; ei opponere?*

II Eſt graviſſimum peccatum. Theodoretus in cap. XXVIII. Ezechielis, pag. 450. Βδελυρὰ μὲν ἅπαντα τὰ τῆς ἁμαρτίας εἴδη, βδελυρωτάτη δὲ πάντων ἡ ὑπερηφανία. *Execranda quidem omnia peccatorum genera, ſed omnium maximè deteſtabilis ſuperbia.* Greg. Nyſſenus cap. IV. de Virginitate, t. III. pag. 126. Ὑπερηφανίαν σπέρμα τις εἰπὼν ἢ ῥίζαν πάσης τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀκάνθης, τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτήσεται. *Si quis ſuperbiam ſemen & radicem dixerit omnis peccati ſpinæ, à vero minimè aberrabit.* Theophylactus in cap. I. ad Romanos, pag. 19. dicit, ὑπερηφανίαν eſſe ἀκρόπολιν τῶν κακῶν, καὶ Θεοῦ καταφρόνησιν, *omnium vitiorum arcem, & Dei contemtum.* Baſilius Seleucienſis Orat. XXXV. p. 182. hujus vitii deformitatem ſequentibus verbis deſcribit: Ὑπερηφανία νοσημάτων ἀκρόπολις, Θεῷ πολεμοῦσα, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀγνοοῦσα, τὰ τοῦ διαβόλου κομπάζουσα· δι' ὧν ὁ τῆς ἀρετῆς ἀνόνητος δρόμος, κἂν ὅλος ἐν μέσῳ τὰς ἀρετὰς παραστῇς, ἔσβεσεν αὐτῶν τὰς λαμπάδας παρακύψας ὁ τῦφος. Οὐδὲν ὄφελος νηστείας, ὑπερηφανίας συνεζευγμένης· περιττὴ παρθενία τῷ πάθει τῆς ὑπερηφανίας μολυνομένη· δικαιοσύνην Θεὸς ἀποστρέφεται τῷ τύφῳ δουλεύουσαν· εὐποιΐαν μισεῖ τῷ τῆς ψυχῆς ὄγκῳ φλεγμαίνουσαν. *Superbia ægritudinum arx eſt, quæ Deum oppugnat, quæ ad naturam pertinentia ignorat, quæ Diaboli morbo jactatur, quâ virtutis curſus inutilis redditur: & ſi univerſas in medio repræſentes virtutes, extinguit earum faces ingruens faſtus. Jejunii cum ſuperbia copulati emolumentum nullum: ſupervacanea virginitas ſuperbia ſordibus inquinata; juſtitiam Deus averſatur faſtui ſervientem: beneficentiam odit animi tumore æſtuantem.* Vide ibidem plura.

Ὑπερνέφελος.

Non habent Lexica. Idem quod ὑπερνεφής, *qui eſt ultra nubes, excedens nubes.* Cyrillus Alexandr. lib. IV. adv. Julianum, p. 136. de turris Babylonicæ exſtructoribus: Πύργον ἑαυτοῖς ὑπερνέφελον ἐγείρειν ἐσπούδαζον. *Turrim nubibus excelſiorem ædificare ſtudebant.* Et p. 137. Οἱ τὸν ὑπερνέφελον πύργον ἀναστῆσαι προτεθυμημένοι. *Qui turrim illam nubibus excelſiorem erigere cogitabant.* Mox vocatur οὐρανομήκης πύργος.

Ὑπερνήχομαι.

I. *Propriè* ſignificat *ſupernato*: quæ ſignificatio ex Lexicis nota eſt.

II. *Metaphoricè* eſt *ſupero*, *excedo*. Heſychius: Ὑπερνήχεται, ὑπερέχει, ὑπερβαίνει. *Superat, excedit.* Suidas: Ὑπερνήχεται, ὑπερβαίνει. *Superat.* Hujus ſignificationis exempla nobis exhibet Cyrillus Alexandrinus. Ita enim ille in cap. XLIX. Jeſaiæ, pag. 674. ad v. 15. Τῆς ἐν μητράσι φιλοστοργίας ὑπερνήχεται τὰ τοῦ Θεοῦ ἐκεῖνα. *Affectum maternum iſta DEI ſuperant.* Idem, in cap. LII. Jeſaiæ, pag. 730. itidem de DEO: Κατάρχει τῶν ὅλων, καὶ παντοδυναστάτην ἔχει τὴν δεξιάν, καὶ σώζει ῥᾳδίως, οὓς ἂν ἕλοιτο τῶν ὑπ' αὐτὸν γεγονότων, ὑπερνήχεται δὲ τὴν αὐτοῦ δύναμιν παντελῶς οὐδέν. *Rebus univerſis dominatur, & fortiſſimam habet dexteram, faciléq; ſervat eos, quoſcunque voluerit ſibi ſubjectos, eius verò potentiam nihil prorſus ſuperat.* Et in cap. LIII. Jeſaiæ, pag. 748. de Filio Dei: Οὐ παράδοξος, καὶ ὑπερφυὴ

φύσιν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις, τούτου καὶ ἡ ζωὴ καὶ ὁ βίος ὑπερνίκηται τὸ μέτρον τῶν ἐπὶ γῆς. *Cujus admirabilis & ſupra naturam ſecundùm carnem nativitas eſt, ejus etiam vita & vivendi ratio ſuperat menſuram mortalium.*

Ὑπερούσιος.

Non habent Lexica. Occurrit tamen apud Heſychium & Suidam: quorum ille interpretatur, ἀγαπητὸς, πεφιλημένος, *amatus, dilectus:* hic verò, ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν ὢν, *ſuper omnem eſſentiam exiſtens.* Atque hæc poſterior ſignificatio ſatis frequens apud Dionyſium Areopagitam & alios Scriptores Eccleſiaſticos. Dionyſius Areop. cap. I. de div. Nominibus, ſect. I. p. 375. hanc notatu digniſſimam de Scripturæ autoritate nobis reliquit regulam: Καθόλου τοιγαροῦν οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαί τι περὶ τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος, παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα, *Univerſè igitur audendum non eſt, neque dicere, neque cogitare quidquam de ſuperſubſtantiali & abdita Deitate, præter ea, quæ nobis in ſacris oraculis ſunt indicata divinitus.* Hic ὑπερούσιον θεότητα appellat *divinitatem, quæ omnem naturalem captum creaturæ excedit.* Idem cap. III. de myſtica Theologia, pag. 735. Ὁ ὑπερούσιος Ἰησοῦς, *ſuperſubſtantialis Jeſus.* Ita autem vocatur, tum propter æternam ejus ex Deo Patre generationem, quæ eſt ſupereſſentialis, id eſt, omni eſſentia ſuperior: tum etiam ratione incarnationis, quâ natura divina cum humana in eadem perſona intimè conjuncta fuit. Damaſcenus lib. I. Orthod. fidei, cap. XV. pag. 53. Τῶν θείων ὀνομάτων τὰ μὲν ἀποφατικῶς λέγεται, δηλοῦντα τὸ ὑπερούσιον, οἷον, ἀνούσιος, ἄχρονος, ἄναρχος, ἀόρατος. Expoſitionem vide ſub voce Ἀνούσιος. Pachymeres in cap. V. de div. Nominibus Areopagitæ, pag. 561. Κυρίως οὐσία ἐπὶ Θεοῦ οὐκ ἂν λέγοιτο, ἔστι γὰρ ὑπερούσιος. *Eſſentia propriè de DEO non dicitur, quoniam ſupra omnem eſſentiam eſt.*

Ὑπερουσιότης.

Non habent Lexica. *Superſubſtantialitas.* Dionyſius Areopagita cap. I. de div. Nominibus, ſect. I. pag. 375. Τῆς γὰρ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν αὐτῆς ὑπερουσιότητος ἀγνωσία, αὐτῇ τὴν ὑπερούσιον ἐπιστήμην ἀναθετέον, &c. *Nam ſuperſubſtantialitatis ipſius indemonſtrabilitas, quæ ſupra omnem rationem, & mentem, & eſſentiam eſt, ipſa eſt, cui ſupernaturalem ſcientiam tribuere nos oportet.* Ibid. ſect. V. pag. 382. Τὴν ὑπερουσιότητα τὴν θεαρχικὴν, ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἡ τῆς ὑπεραγαθότητος ὑπερύπαρξις, οὔτε ὡς λόγον, ἢ δύναμιν, οὔτε ὡς νοῦν, ἢ ζωὴν, ἢ οὐσίαν ὑμνῆσαι θεμιτὸν οὐδενὶ, &c. *Divinam ſupraquam ſubſtantiam, quomodocunque eſt illa ſupraquam eſſentia bonitatis, quæ ſupra bonitatem eſt, neque tanquam rationem aut potentiam, neque tanquam mentem, aut ſubſtantiam, aut vitam laudibus celebrare fas eſt ulli,* &c.

Ὑπερουσίως.

Hoc adverbium, à voce ὑπερούσιος deductum. Lexica quoque omittunt. Significat *ſupereſſentialiter:* ſæpè *ſupernaturaliter, ſuperſubſtantialiter.* Apud Dionyſium Areopagitam paſſim legitur. Cap. I. de divinis Nominibus, ſect. V. pag. 382. de Deo, quem Φῶς appellat: Πάντων μὲν ἐστι τῶν ὄντων αἴτιον, αὐτὸ δὲ οὐδὲν, ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένον. *DEUS omnium quidem rerum cauſa eſt, ipſe verò nihil earum exiſtit, ſed ab omnibus ſupereſſentialiter exemtus eſt.* Sub finem cap. VII. de cœleſti Hierarchia, pag. 71. de Deo: Πάσης οὐσίας ὑπεράρχιος ἀρχὴ καὶ αἰτία, καὶ πάντων ὑπερουσίως ἀσχέτῳ συνοχῇ περιδεδραγμένη. *Omnis eſſentiæ principium omne principium ſuperans, & cauſſa, nec non ſupereſſentialiter univerſa incomprehenſibili ſuo complexu comprehendens.*

Ὑπέρπλουτος.

Non habent Lexica. Idem quod ὑπερπλούσιος, *ſupra modum dives:* βαθύπλουτος, *immenſas divitias poſſidens:* Εὔπλουτος & ζάπλουτος, *valde dives.* Baſilius M. Orat. in famem & ſiccitatem, t. I. pag. 419. Μὴ τὴν ἐνταῦθα διαγωγὴν ὑπέρπλουτον δείξῃς, γυμνὴν δὲ τὴν ἄλλην καὶ ῥακίοις ἠμφιεσμένην, ἡνίκα ἂν δέῃ σε τῷ Χριστῷ παραστῆναι, καὶ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τοῦ κριτοῦ, νύμφης ἔχουσαν σχῆμα καὶ κλῆσιν τὴν κατ' ἀρετὴν ζωήν. *Ne præſentem vitam ita opibus ac deliciis affluentem reddas, ut alteram inopem, ac laceris opertam veſtibus relinquas: ut ſi te oporteat CHRISTO ſiſti, & in conſpectum Judicis venire, ſponſæ formam ac vitam ſecundùm virtutem habentem,* &c.

Ὑπερσάρκωσις.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. Eſt *carnis excreſcentia, carnis inutile incrementum in quacunque corporis parte.* Dicitur etiam ὑπερσάρκωμα. Clemens Alexandrinus Pædag. lib. I. c. VIII. pag. 114. Φαρμακείᾳ δὲ ἔοικεν ὁ ὀνειδισμὸς, τὰ τετυλωμένα ἀναλύων τῶν παθῶν, καὶ τὰ ῥυπαρὰ τοῦ βίου τῆς λαγνείας ἀνακαθαίρων, πρὸς δὲ, καὶ τὰς ὑπερσαρκώσεις τοῦ τύφου ἐξομαλίζων. *Medicamentorum potioni ſimilis eſt reprehenſio, quæ reſolvit affectiones, quæ jam occalluerunt, impudicæque & libidinoſæ vitæ ſordes expurgat, faſtuſque ac ſuperbiæ carnes excreſcentes exæquat.*

Ὑπέρτιμος

Ὑπέρτιμος eſt titulus Metropolitani. Codinus duos Metropolitanorum ordines facit, quorum prior honoratior erat, & ἔξαρχοι καὶ ὑπέρτιμοι dicebantur: alter non ita, ſed ὑπέρτιμοι tantùm. Verba Codini ſunt: Περὶ τάξεως τῶν θρόνων τῶν μητροπολιτῶν, τίνες αὐτῶν λέγονται ἔξαρχοι καὶ ὑπέρτιμοι, τίνες ὑπέρτιμοι μόνον. *De ordine ſedium Metropolitanorum, quinam dicantur Exarchi & honoratiſſimi, quinam ſolum honoratiſſimi.* Et poſt ſubjunctam illorum enumerationem, μέχρι τούτων οἱ ἔχοντες τὰς ἐξαρχίας· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες μητροπολῖται ὑπέρτιμοι μόνον γράφονται, καὶ οὐκ ἔξαρχοι. *Hactenus qui Exarchias habent: reliqui verò omnes Metropolitani honoratiſſimi tantùm inſcribuntur, & non Exarchi.* Apud eundem in Notitia Metropoleωn, Metropolitanus Cæſareæ Cappadociæ, quæ Metropolis erat Diœceſis Ponti, dicitur ὑπέρτιμος τῶν ὑπερτίμων καὶ ἔξαρχος πάσης Πόντου. Et Metropolitanus Epheſi Diœceſis Aſianæ Metropolis, ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀσίας. *Honoratiſſimus & Exarchus totius Aſiæ.* In hiſt. Concilii Florentini, ſect. VIII. cap. V. pag. 225. Heracleenſis Antiſtes vocatur πρόεδρος τῶν ὑπερτίμων. *Anteſignanus honoratiſſimorum,* id eſt Metropolitanorum. Vide Gl. Meurſii in hac voce.

Digitized by Google

Ὑπερύπαρξις.

Non habent Lexica. Eſt *ſuperexiſtentia*, *ſuperſubſtantia*, id eſt, quod exiſtentiam & ſubſtantiam ſuperat. Dionyſius Areopagita, cap. I. de div. Nominibus, ſect. V. pag. 382. Deum vocat τὴν τῆς ὑπεραγαθότητος ὑπερύπαρξιν, *ſupra ſubſtantiam bonitatis bonitatem ſuperantis.*

Ὑπερφαής.

Non habent Lexica. *Superſplendidus*, id eſt, qui plùs quàm ſplendet. Dionyſius Areopagita cap. I. de div. Nominib. ſect. VIII. p. 385. Deum vocat ὑπερφαῆ καὶ ὑπερώνυμον ἀγαθότητα, *bonitatem omnem ſplendorem & omne nomen ſuperantem.* Vide etiam ab initio myſticæ Theologiæ, pag. 707. Locum habes in ὑπεράγνωστος.

Ὑπέρφωτος.

Non habent Lexica. *Prælucidus*, id eſt, ſuperlucens plùs quàm lucidus. Dionyſius Areopagita ab initio myſticæ Theologiæ, pag. 708. ὑπέρφωτος γνόφος. *Caligo plùs quàm lucens.*

Ὑπερώνυμος.

Nec hanc vocem Lexica exhibent. *Qui eſt ſupra omne nomen.* Dionyſius Areopagita cap. I. de divinis Nominibus, ſect. VII. pag. 385. Deum vocat ὑπερώνυμον ἀγαθότητα, *bonitatem, quæ omne nomen ſuperat.* Alium locum habes in voce Ὑπερφαής.

Ὑπηρέτης.

I. *In genere* ὑπηρέτης eſt *miniſter*, *famulus*. Veteres Gloſſæ: Ὑπηρέτης, *miniſter*. Suidas: Ὑπηρέτης, δοῦλος. *Miniſter, ſervus.* Ita etiam Heſychius. Chryſoſtomus, Homil. LXII. t. VI. Apoſtolos vocat τῆς νέας χάριτος ὑπηρέτας, *novæ gratiæ miniſtros*: reſpiciens, ſine dubio, ad I. Corinth. IV. v. 1. ubi Apoſtolus: Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ. *Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.*

II. *In ſpecie* ὑπηρέται in Eccleſia dicuntur *ſubdiaconi*, qui Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis miniſtrant. In Actis Concilii Nicæni I. parte II. pag. 172. recenſentur ἱερωμένοι, nempe ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος, διάκονος καὶ ὑπηρέτης, cujus officium ſic deſcribitur: Τὸν ὑπηρέτην εἰς διακονίαν τούτων εἶναι προσήκει. *Miniſtrum his*; nempe Epiſcopo, Presbytero & Diacono; *miniſtrare oportet.* Ὑπηρέται portis Eccleſiæ, quæ in Narthecem populum inferebant, aſſidebant, & introeuntibus atque exeuntibus, tum etiam in Narthece ſtantibus, omnibus modum imponebant, diſſidia ſedabant, voces comprimebant, lites componebant, &, ne quid tum temporis tumultus oriretur, ſedulò curabant: nec à portis abſcedere, niſi priùs ſacris peractis, licebat. Canon XXII. Synodi Laodicenæ: Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν, οὐδὲ τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν. *Quòd non oportet Miniſtrum orarium ferre, nec oſtia relinquere.* Et Can. XLIII. Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας, κἂν πρὸς βραχὺ τὰς θύρας ἐγκαταλείπειν, ἀλλὰ τῇ εὐχῇ σχολάζειν. *Quòd non oportet Miniſtros vel paululùm fores relinquere, ſed orationi vacare.* Ad quos Canones Alexius Ariſtenus: Διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ οἱ ὑπηρέται τῆς ἐκκλησίας τὰς θύρας καταλιμπάνειν ὀφείλουσιν, ἀλλὰ μέχρι τέλους τῆς θείας μυσταγωγίας ἐκεῖσε ἵστασθαι, καὶ τὸ ἀνῆκον αὐτοῖς λειτούργημα ἐκτελεῖν. *Propterea neque Miniſtri Eccleſiæ, portas relinquere debent, ſed ad finem uſque ſacræ myſtagogiæ prope illas permanere, & debitum ſibi miniſterium explere.* Zonaras, pag. 347. ad Can. XXII. Laodic. Τὸ δὲ μὴ ἐγκαταλιμπάνειν τὰς θύρας, τοιοῦτόν ἐστι, τὸ παλαιὸν περὶ τὰς θύρας ὑπηρέτουν τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλοντες τοὺς κατηχουμένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, ὅτε ἔδει. Διὸ καὶ νῦν αὐτοὶ ἐκφωνοῦσι, τὸ, οἱ κατηχούμενοι προέλθετε. Εἰ δὲ νῦν οὐ περὶ τὰς θύρας ἀσχολοῦνται, οὐ θαυμαστόν. Πολλὰ γὰρ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάλαι γινομένων, νῦν ἄλλως ἐκράτησε γίνεσθαι. *Illud verò, ne à foribus abſcedant, ita intelligi debet: Siquidem antiquis temporibus, ad fores Eccleſiæ conſiſtere, ibiq; Catechumenis, & iis, qui in Pænitentium ordine cenſebantur, cùm opus foret, emittendis operam dare Hypodiaconi ſoliti erant. Propterea nunc quoque illud, Quicunque eſtis Catechumeni, procedite, ipſi pronunciant. Quod ſi hoc tempore nequaquam ad fores aſſident, non eſt cur miremur; multi enim antiqui Eccleſiæ mores nunc quidem omnino immutati ſunt.* Idem, ad Can. XLIII. ejuſdem Concilii pag. 346. Ὑπηρέτας, τοὺς ὑποδιακόνους εἶναί φασι· τοὺς δὲ ὑποδιακόνους ταῖς θύραις τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐφίστασθαι ὡρισμένον· τούτους οὖν ἐν τῷ τῆς λειτουργίας καιρῷ, οὐ χρή, φησὶν ὁ κανών, τὰς θύρας ἀφιέναι, καὶ εὐχῇ σχολάζειν. Τὸ γὰρ εὔχεσθαι τότε, καὶ ἁγιάζειν τὰ θεῖα δῶρα, τῶν ἱερέων ἐστί. *Miniſtros, Hypodiaconos eſſe dicunt: Hypodiaconi verò ſanctarum Eccleſiarum foribus aſſiſtere decreto jubebantur. Eos igitur, ait Canon, quo tempore ſacra myſteria peraguntur, à ſua ſtatione diſcedere, & precationi vacare, nequaquam oportet. Illo enim tempore precari, & divina conſecrare dona, Sacerdotum eſt.* Theodorus Balſamon ad Can. XXII. Laodic. pag. 837. Ὥσπερ δὲ τοῖς διακόνοις τοῦτο ἀπενεμήθη, δέδοκται καὶ τοὺς ὑποδιακόνους τὰς θύρας τῶν ἐκκλησιῶν κατέχειν, καὶ εἰσάγειν καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σήμερον παρὰ τῶν ὑποδιακόνων λέγεται τὸ, Ὅσοι πιστοί, δηλονότι, οἱ μὴ πιστοί, ἀλλὰ κατηχούμενοι ὄντες, ἐξέλθετε· οἱ δὲ πιστοί, στῆτε, ὀψόμενοι, τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θυσίαν. *Quemadmodum autem hoc Diaconis eſt attributum, viſum eſt, Hypodiaconos quoque Eccleſiarum fores tenere, & Catechumenos introducere & educere, & eos qui ſunt in Pænitentia. Propterea enim hodie quoque ab Hypodiaconis dicitur illud, Quotquot fideles, qui ſcilicet non eſtis fideles, ſed Catechumeni, egredimini; Fideles autem ſtate, viſuri ſanctorum myſteriorum ſacrificium.* Idem ad Can. XLIII. ejuſdem Concilii, pag. 840. Εἰρήκαμεν ἐν τῷ κβ΄ κανόνι, ὑπηρέτας εἶναι τοὺς ὑποδιακόνους, καὶ ἔχειν αὐτοὺς πᾶσαν ἀνάγκην ταῖς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν θύραις ἐφίστασθαι κατὰ τὸν τῆς λειτουργίας καιρόν, χάριν τοῦ εἰσάγειν καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους, τοὺς ἐν μετανοίᾳ, καὶ τοὺς λοιπούς. Ἐπεὶ δὲ τινες ἐκ τούτων τὴν ἀνατεθειμένην αὐτοῖς διακονίαν καταλιμπάνοντες ἥπτοντο τῶν θείων ἁγιασμάτων, ὥρισαν οἱ πατέρες παρὰ ταῖς θύραις τῶν ἐκκλησιῶν τούτους προσεδρεύειν, καὶ μὴ μεταχειρίζεσθαι τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ κατὰ τοὺς ἱερεῖς. *Diximus in viceſimo ſecundo Canone, Miniſtros eſſe Subdiaconos, & eos neceſſariò oportere ſanctarum Eccleſiarum foribus aſſiſtere tempore ſacrificii, ut introducant & educant Catechumenos, & eos qui ſunt in Pænitentia, & reliquos. Quia ergo nonnulli ex iis, relicto ſibi attributo miniſterio, ſacramenta attingebant, ſtatuerunt Patres, ut ii Eccleſiæ foribus aſſideant, nec divina myſteria aggrediantur, nec pro populo precentur inſtar Sacerdotum.* Conſtitut. Apoſtol. lib. VIII. cap. XI. Οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, ὅπως μή τις ἐξέλθῃ, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν

πιστὸς

πιστός τις ᾖ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. *Diaconi autem ſtent ad januas, quibus viri in templum ingrediuntur, & Hypodiaconi ad januas, quibus mulieres; ne quis egrediatur, néve aperiatur janua tempore oblationis, quamvis ſit aliquis Fidelis.* Per ὑπηρέτας autem intelligi ὑποδιακόνους, certum eſt. Sic enim Balſamon ad Can. XXI. Laod. pag. 837. Ὑπηρέται λέγονται οἱ ὑποδιάκονοι. *Miniſtri dicuntur Subdiaconi.* Habet ex Zonara, qui ad eundem Canonem, pag. 346. Ὑπηρέτας, τοὺς ὑποδιακόνους λέγει.

Ὕπνος.

Nolumus multa de ſomno afferre; ſed ea tantùm, & quidem pauca, quæ docent, *mortem eſſe ſomnum.* Somnum eſſe θανάτου κασίγνητον, ſacri profanique autores paſſim teſtantur. Ex ſacris literis hoc ita pervulgatum eſt, ut teſtimoniis non ſit opus. Scriptores aliquot Eccleſiaſticos audire placet. Cyrillus Alexandr. ad verſ. 11. cap. XI. Joh. in Catena, p. 280. Λάζαρος, φησιν, ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. Ὕπνον γὰρ ὀνομάζει τὴν ἀνθρωπίνης ψυχῆς τὴν ἀπὸ σώματος ἔξοδον, καὶ σφόδρα εἰκότως· θάνατον γὰρ οὐκ ἠξίωσεν εἰπεῖν, ὁ κτίσας εἰς ἀφθαρσίαν τὰ πάντα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ σωτηρίους ἀναδείξας τὰς γενέσεις τοῦ κόσμου. Ἔστιν οὖν ἀληθὴς ὁ λόγος· ὕπνος γὰρ ὄντως παρὰ Θεῷ, καὶ ἕτερον οὐδὲν, ὁ πρόσκαιρος ἡμῶν τοῦ σώματος θάνατος, ψιλῷ καὶ μόνῳ καταργούμενος νεύματι τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, τουτέστι, Χριστοῦ. Lazarus, *inquit*, amicus noſter dormit. *Humanæ ſiquidem animæ è corpore egreſſum, ſomnum appellat, & jure merito: nam mortem appellare noluit, qui omnia, uti ſcriptum, ad immortalitatem creavit, & ſalutares oſtendit mundi generationes. Verè utique hoc dictum eſt: revera enim ſomnus coram Deo eſt, nec quidquam aliud, temporanea corporis noſtri mors, ut quæ nudo & ſolo ejus, qui ſecundùm naturam vita eſt, Chriſti ſcilicet, nutu aboletur.* Greg. Nyſſenus Orat. de Baptiſmo, t. II. pag. 217. *mortem* vocat ἀδελφὸν τοῦ ὕπνου, *ſomni fratrem.* Idem, Orat. in S. Stephanum, t. III. pag. 360. *mortem* vocat γλυκὺν καὶ μακάριον ὕπνον, *dulcem & beatum ſomnum.* Chryſoſtomus Homil. XLI. in I. ad Cor. p. 524. Ὕπνος τὸ πρᾶγμά ἐστιν, οὐ θάνατος· μετάστασις, οὐκ ἀπώλεια, ἀποδημία ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ βελτίω. *Somnus eſt, non mors: diſceſſus, non interitus: migratio à deterioribus ad meliora.* Idem, Homil. LXI. t. V. Οὐδὲν ἕτερόν ἐστι θάνατος, ἀλλ' ἢ ὕπνος μακρός. *Mors nihil eſt aliud quàm diuturnus ſomnus.* Et Homil. LXXXI. t. V. Πρὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ ὁ θάνατος ἐκαλεῖτο· οὐχὶ θάνατος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ᾅδης· ἐπειδὰν δὲ ἦλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ ὑπὲρ ζωῆς τοῦ κόσμου ἀπέθανεν, οὐκέτι θάνατος καλεῖται λοιπὸν ὁ θάνατος, ἀλλὰ ὕπνος καὶ κοίμησις. *Ante Chriſti adventum mors vocabatur mors: nec mors tantùm, ſed etiam inferi: poſtquam verò Chriſtus venit, & pro mundi vita mortuus eſt, mors non ampliùs vocatur mors, ſed ſomnus & dormitio.* Et Homil. CXXXV. t. V. Ὕπνος τοῖς δικαίοις ὁ θάνατος· διὰ τοῦτο γὰρ ὕπνος ὁ θάνατος, ἵνα ὥσπερ ἐκ κάρου τινὸς ἐν τῇ ἀναστάσει διεγερθέντες, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσωσι. *Mors juſtis ſomnus eſt: propterea enim mors ſomnus, ut tanquam ex ſopore quodam in reſurrectione excitati, æternorum bonorum fruantur.* Vide plura in vocibus Ἀποδημία, num. II. in Κοιμάομαι & Κοίμησις. Hinc etiam Baſilius in Pſal. CXV. ὕπνον vocat τὸ τοῦ θανάτου μίμημα, *mortis ſimulacbrum.* Et Gregorius Nyſſenus, Homil. IX. in Canticum, t. I. p. 626. *ſomnum* vocat ὁμοίωμα θανάτου. Verba ejus ſunt: Ὕπνος θανάτου ἐστὶν ὁμοίωμα. Λύεται γὰρ ἐν αὐτῷ πᾶσα αἰσθητικὴ τῶν σωμάτων ἐνέργεια, οὐκ ὄψεως, οὐκ ἀκοῆς, οὐκ ὀσφρήσεως, οὐ γεύσεως, οὐχ ἁφῆς, παρὰ τὸν τοῦ ὕπνου καιρὸν ἐνεργούσης τὸ ἴδιον. ἀλλὰ καὶ λύει τὸν τόνον τοῦ σώματος· ποιεῖ δὲ καὶ λήθην τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ φροντίδων, καὶ κατευνάζει τὸν φόβον, καὶ ἡμεροῖ τὸν θυμὸν, καὶ ὑποχαλᾷ τῶν πικραινομένων τὸν τόνον, καὶ πάντων τῶν κακῶν ἀναισθησίαν ποιεῖ, ἕως ἂν κατακρατοῦν τύχῃ τοῦ σώματος. *Somnus eſt mortis ſimilitudo. In eo enim ſolvitur omnis ſentiens corporum operatio, cùm nec viſus, nec auditus, nec odoratus, nec guſtus, nec tactus, ſomni tempore, ſuo fungatur munere: ſed & corporis vires franguntur: procreat etiam oblivionem ſolicitudinem & curarum, quæ ſunt in homine, ſopit metum, & iram lenit, & eorum, qui ſunt acris & acerbati animi, remittit vehementiam, & efficit ut nullus ſit ullius mali ſenſus, quamdiu dominatur corpori.* Idem Orat. III. in reſurrect. Chriſti, t. III. pag. 429. Ὕπνος εἰκών ἐστι τοῦ θανάτου· διό τινες καὶ τῶν ἔξωθεν σοφῶν, ἀδελφὸν προσεῖπον τοῦ θανάτου, τὸν ὕπνον, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἀφ' ἑκατέρου συμβαινόντων παθῶν. Λήθη γὰρ ὁμοίως ἐπ' ἀμφοτέρων καὶ ἄγνοια τῶν παρελθόντων καὶ τῶν μελλόντων, &c. *Somnus eſt imago mortis, hinc mundani quidam Philoſophi, ſomnum vocarunt mortis fratrem, propter ſimilitudinem affectuum utrinque provenientium. Utrobique enim eſt oblivio & ignorantia præteritorum & futurorum,* &c. Chryſoſtomus Homil. XVI. t. V. pag. 85. Ὕπνος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ θάνατος πρόσκαιρος καὶ ἐνήμερος τελευτή. *Somnus nihil aliud eſt, quàm mors ad tempus durans, & obitus manſuetus.*

Sunt verò hîc alia inſuper notanda. Hactenus *primam* habuimus *impropriam ſomni ſignificationem*, quâ *pro morte* ſumitur.

Secunda eſt, quâ ſumitur *pro vitiis & peccatis*, qualia ſunt ignorantia & contemtus Dei, ſocordia item & ignavia in ſtudio bonorum operum. De tali ſomno loquitur Chryſoſtomus Homil. CV. t. VI. Χαλεπὸς ὕπνος τῆς ψυχῆς, ὁ ζημιωτὴς τῶν χαυνοτέρων, ἡ τυφλότης τῆς καρδίας, ἡ συλήτρια τῶν θησαυρῶν τοῦ πνεύματος. *Acerbus eſt ſomnus animæ, damnum & mulcta ſuperborum, cæcitas cordis, compilatrix theſaurorum Spiritus.* Talem etiam ſomnum excutiendum vult Apoſtolus ad Rom. XIII. v. 11. quando dicit, Ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. *Tempus eſt, nos jam à ſomno expergiſci.* Chryſoſtomus Homil. XXIV. in epiſt. ad Romanos, explicat: Δεῖ λοιπὸν ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι τῆς ῥᾳθυμίας. *Oportet ut deinceps pigritiâ noſtrâ liberemur.* Ita etiam Theophylactus, pag. 131. Δεῖ ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὕπνου τῆς ῥᾳθυμίας ἐγερθῆναι, καὶ εἶναι ἑτοίμους πρὸς τὰ τῆς ἀναστάσεως ἄξια ἔργα. *Oportet nos è ſopore ſocordiæ deſidiæque excitari, & paratos eſſe ad opera reſurrectione digna.*

Tertia eſt, *quâ Deo* etiam *ſomnus tribuitur*, ipſeque dormire dicitur, quando auxilium ſuum differt: quando multa lenitate impios fert, nec eos punit: quando res humanas curare non putatur. Theodoretus in cap. XXXVII. Jeſaiæ, pag. 96. Τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν ὕπνον προσαγορεύει ἡ θεία γραφή. *Divina Scriptura patientiam & longanimitatem Dei ſomnum appellat.* Idem, ad v. 23. Pſal. XLIV. pag. 566. Ὕπνον τὴν μακροθυμίαν καλεῖ. Καθάπερ γὰρ ὁ καθεύδων οὐκ αἰσθάνεται τῶν γιγνομένων, οὕτως ὁ μακροθυμίᾳ χρώμενος, καὶ παροινούμενος καὶ προπηλακιζόμενος φέρει. *Somnum longanimitatem & patientiam vocat. Quemadmodum enim qui dormit, non ſentit ea quæ fiunt: ſic etiam homo longanimis, cùm injuriâ afficitur, & conviciis laceſſitur, tolerat.* Idem, in cap. X. Jeſaiæ, pag. 47. ad v. 3. Ὥσπερ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν ὕπνον καλεῖ, οὕτως τὴν τιμωρίαν ἐπισκοπὴν ὀνομάζει. *Sicut Dei patientiam ſomnum appel-*

Digitized by Google

appellat: ita ſupplicium viſitationem nominat. Dionyſius Areopagita, epiſt. IX. pag. 805. Θεῖος ὕπνος ἐστὶ τὸ ἐξῃρημένον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀκοινώνητον ἀπὸ τῶν προνοουμένων. *Divinus ſomnus eſt id, quod in Deo arcanum eſt & incommunicabile iis rebus, quæ providentiâ gubernantur.* Ad quæ Pachymeres, pag. 297. Ὅταν ὕπνον φῶμεν, τὸ οἷον παραχωρητικὸν τοῦ Θεοῦ δηλοῦμεν. *Quando ſomnum dicimus, illum ſecretiſſimum Dei declaramus ſeceſſum.* Huc etiam pertinent illa veterum dicta, quæ explicant, quomodo DEUS dicatur ὑπνοῦν, *dormire.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 605. Τὸ ἠρεμεῖν τὸν Θεὸν ἀφ' ἡμῶν, καὶ οἷον ἀμελεῖν, δι' ἃς αὐτὸς οἶδεν αἰτίας, ὑπνοῦν· τὸ γὰρ ἡμέτερον ὑπνοῦν, τοιοῦτον ἀνενέργητόν τε καὶ ἄπρακτον. *Cùm Deus ſeorſim à nobis quieſcit, ac veluti noſtri curam, ob eas quas ipſe perſpectas habet cauſas, abjicit, dormire dicitur. Nam nos quoque, dum dormimus, omni agendi facultate caremus.* Baſilius M. in Pſal. XXIX. pag. 188. Πᾶσαν ἁρμόζουσαν τοῖς πράγμασιν ἡμῶν κατάστασιν, οἱονεὶ περιτίθεμεν τῷ Θεῷ· διὰ τοῦτο νυσταζόντων ἡμῶν καὶ ῥᾳθύμως ἐνεργούντων, ὑπνοῦν λέγεται ὁ Θεὸς, ἀναξίους ἡμᾶς κρίνων τῆς ἐπισκοπούσης ἡμᾶς ἐγρηγόρσεως αὐτοῦ. *Omnem rebus noſtris convenientem ſtatum Deo quodammodo tribuere videmur. Idcirco dormitantibus nobis & pigrè agentibus, Deus dormire dicitur, ſuis nos vigiliis ſuáve inſpectione indignos judicans.* Chryſoſtomus Homil. XXXIII. t. V. pag. 207. Ὑπνοῦν τὸν Θεόν φασιν αἱ γραφαὶ, οὐχ ἵνα τὸν Θεὸν καθεύδειν ὑπολάβωμεν (τοῦτο γὰρ ἐσχάτης ἀνοίας) ἀλλὰ τῷ ὀνόματι τοῦ ὕπνου τὴν μακροθυμίαν καὶ τὴν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ ἡμῖν ἐμφαίνουσι. *Deum dormire dicunt Scripturæ, non ut exiſtimemus Deum dormire (illud enim ſummæ dementiæ) ſed vocabulo ſomni patientiam ejus & malorum tolerantiam nobis ſignificant.* Damaſcenus contra Manichæos, pag. 376. Οὐχ ὑπνοῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὴν ἀνοχὴν καὶ τὴν μακροθυμίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς βοηθείας αὐτοῦ ὕπνον ἐκάλεσεν ἡ γραφή· παρ' ἡμῖν γὰρ οἱ ὑπνοῦντες οὐ βοηθοῦσι. *Non dormit Deus, ſed patientiam & longanimitatem ejus, & dilationem auxilii Scriptura ſomnum vocavit. Apud nos enim dormientes neminem juvant.*

Ὑπόβολον.

Gloſſæ Baſilicorum: Ὑπόβολόν ἐστι τὸ ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικὸς ὑποβαλλόμενον παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ εἰς πλεῖον ἀναβιβαζομένης τῆς προικός. Ὑπόβολον *eſt, quod præter quantitatem dotis datur à marito, & quando dos augetur.* Aliquoties hæc vox occurrit apud Balſamonem in Photii Nomocan. tit. XIII. cap. IV. pag. 200. Ex Novell. Leonis affert, ἐξ ἀποκάρσεως τοῦ ἀνδρὸς μὴ δίδοσθαι ὑπόβολον τῇ γυναικὶ, *ex mariti tonſura non debere mulieri dari* ὑπόβολον. Mox: Ἀπαιτηθήσεταί τι παρὰ τῆς γυναικὸς χάριν ὑποβόλου ἐκ τοῦ ἀποκαρέντος ἀνδρὸς, ἢ οὔ; *Exigétne mulier aliquid à marito qui tondetur, nomine donationis propter nuptias, an non?* Ad hanc quæſtionem ita reſpondet Balſamon: Τὸ παλαιὸν οὐκ ἀπὸ συμφώνου ἐδίδοτο τὸ ὑπόβολον, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νόμου· ὅτι γὰρ ἡ γυνὴ ἐδίδου χάριν προικὸς, τοσοῦτον καὶ ὁ ἀνὴρ ὑποβάλλειν ποσὸν εἰς τὴν κοινὴν περιουσίαν ἠναγκάζετο, ὅθεν καὶ ὑπόβολον ὠνομάσθη· τοῦτο δὲ ἀνῃρέθη, καὶ σήμερον τοιοῦτον ὑπόβολον ὁ ἀνὴρ οὐ δίδωσιν, ἀλλὰ ἀπὸ συμφώνου δίδωσί τι μέρος ὅσον συμφωνήσῃ ἐκ προτελευτῆς τῇ γυναικί· εἰ δὲ μὴ συμφωνήσῃ δοῦναί τι ὑπὲρ ὑποβόλου, οὐκ ἀναγκασθήσεται δοῦναί τι. *Antiquitus non dabatur ex conventione donatio propter nuptias, ſed ex lege. Si mulier enim dabat aliquid dotis nomine, maritus quoque cogebatur dare tantam quantitatem in communes facultates. Unde etiam Græcè nominatum eſt* ὑπόβολον, id eſt, *oppoſitio, & tanquam mutua obligatio. Hoc autem ſublatum eſt, & hodie non dat maritus ejusmodi* ὑπόβολον, *ſed dat ex conventione aliquam partem, quantum ſcilicet dare mulieri, ſi prior decedat, convenerit: ſin autem non convenerit aliquid dare, pro* ὑποβόλῳ *non cogetur aliquid dare.* Vide ibidem plura. Ex his facilè colligitur, quid veteribus fuerit ὑπόβολον. Conſule Gl. Meurſii, & Stephani Theſaurum.

Ὑπογονάτιον.

Ὑπογονάτιον idem eſt quod ἐπιγονάτιον, de quo ſuo loco. Genibus ſubſternebant, preces facturi. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 71. Εἶτα τὸ ὑπογονάτιον λαβὼν, εἰ ἔστι πρωτοσύγκελλος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἢ ἄλλος τις ἔχων ἀξιότητά τινα, καὶ εὐλογήσας αὐτὸ καὶ ἀσπασάμενος, λέγει, &c. *Poſtea, ubi acceperit genuale, ſi eſt Protoſyncellus magnæ Eccleſiæ, aut alius aliquis in dignitate conſtitutus, & illi benedixerit, atque idem oſculatus fuerit, dicit,* &c. Vocatur etiam Γονυκλινὲς, id eſt, *pulvinar, quod genibus ſubſternitur, in quo illa inclinentur.* Codinus de Orig. Conſtantinop. Ἐν αὐτῇ τῇ βασιλικῇ χρυσορόφου, ὀπίσω τοῦ μιλίου ἦν ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον. Ἔνθα ἦν τὸ ἑξάμμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, καὶ γονυκλινὲς Ἰουστίνου τοῦ τυράννου. *In ipſa Baſilica contignationis auratæ, poſt Milium erat ſimulacrum virili ſpecie factum, inauratum. Illic erat Examnon Heraclii Imperatoris, & genuale Juſtini tyranni.* Vide Gloſſæ Meurſii in Γονυκλινὲς & Ὑπογονάτιον.

Ὑποδέκτης.

Non habent Lexica. Legitur in veteri Gloſſario: Ὑποδέκτης, *ſuſceptor.* Eſt *quæſtor*, cui ærarii publici cura commiſſa eſt. Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, t. I. pag. 861. Ὑποδέκτης ἐν Κωνσταντινουπόλει ταμιακῶν γενόμενος. *Cùm eſſet quæſtor ærarii in urbe Conſtantinopolitana.* Legitur etiam apud Chryſoſtomum, Homil. XXXVI. t. V. quæ eſt ſecunda in Lazarum, pag. 239. Καθάπερ ὑποδέκτης τις βασιλικὰ δεξάμενος χρήματα, ἂν ἀφεὶς οἷς ἂν κελεύηται διανεῖμαι, εἰς οἰκείαν καταναλώσῃ βλακείαν, εὐθύνας δίδωσι, καὶ προσαπόλλυται· οὕτω δὴ καὶ ὁ πλούσιος ὑποδέκτης τίς ἐστι τῶν τοῖς πένησιν ὀφειλομένων χρημάτων διανεμηθῆναι, ἐπιταχθεὶς αὐτὰ διανέμειν τῶν ἑαυτοῦ συνδούλων τοῖς πενομένοις. *Quemadmodum receptor quiſpiam, qui regias pecunias accepit, ſi neglexerit his, quibus juſſus eſt, diſtribuere, in & proprias conſumſerit delicias, pœnas dat & inſuper perditur: ita ſanè & dives receptor quiſpiam eſt pecuniarum, quas pauperibus conſervis ſuis diſtribuere juſſus eſt.*

Ὑπόδημα.

Quid Marci I. 7. & Lucæ III. 16. item Joh. I. 27. ſit λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων, jam explicatum in voce Ἱμάς. Hic conſideramus tantùm

Uſum ὑποδημάτων, *calceorum:* de quo Clemens Alex. Pædag. lib. II. cap. XI. pag. 205. Ἡ χρῆσις τῶν ὑποδημάτων, ἡ μὲν αὐτῶν, εἰς σκέπην ποδῶν· ἡ δὲ, εἰς προφυλακὴν τῶν προσπταισμάτων, καὶ τῶν ὀρειβατικῶν τραχυτήτων, τὸ πέλμα τοῦ ποδὸς σώζουσα. *Calceorum uſus alius quidem eſt ad tegendos pedes: alius verò ad propulſandas offenſiones, & à montanis aſperitatibus palmam pedis conſervans.* Cùm autem hic ſit calceorum uſus, haud immeritò quæritur, cur ὑποδημάτων uſu diſcipulis ſuis Chriſtus interdixerit Matth. X. 10. Lucæ X. 4. Sunt, qui exiſtimant, bina

Digitized by Google

bina calceorum paria hìc prohiberi, quemadmodum binæ prohibeantur tunicæ, ac proinde illud δύο eſſe repetendum, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Sed hæc reſponſio quibusdam minùs apta videtur, quia Matth. X. 10. ὑποδημάτων uſu diſcipulis omnino interdicitur: at Marci VI. 9. permittuntur σανδάλια. Hi diſcrimine inter ὑποδήματα & σανδάλια rem expedire volunt, hoc modo. Ὑποδήματα ſunt *calcei, qui totum pedem tegunt:* his Dominus diſcipulis interdicebat. Σανδάλια ſunt *ſoleæ*, quæ plantam pedum duntaxat ſubtegebant: has diſcipulis permiſerat. Et ſanè Apoſtolos non prorſus nudipedes fuiſſe, ſed ſandalia portâſſe, conſtat ex Actor. XII. 8. de Petro, qui in cuſtodia erat, & ad quem Angelus dicebat; Ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. *Subliga ſandalia tua.* Sandaliorum, quæ Apoſtoli pedibus inducerent, ſæpe mentio fit in vitis Apoſtolorum apud Abdiam. Ex veteribus tamen Patribus extitere quidam, qui ad allegorias confugerent in illis Evangeliſtarum locis conciliandis. Nonnulli ex Matthæi loco collegerunt, omnem omnino calceorum uſum Apoſtolis fuiſſe prohibitum. Greg. Nyſſenus, Homil. XI. in Canticum, t. I. pag. 636. ſcribit, *Moſi varia tabernaculi ornamenta, & ſacerdotalem etiam ornatum fuiſſe oſtenſum, nullos verò calceos:* Οὐδένα τοῖς ποσὶ κόσμον ἐπετεχνήσατο, ἀλλ' ἦν καλλωπισμὸς τοῦ ἱερατικοῦ ποδὸς τὸ γυμνὸν εἶναι πάσης περιβολῆς καὶ ἐλεύθερον. *Nullum ornamentum fabricatus eſt pedibus, ſed ſacerdotalis pedis ornamentum erat, eſſe nudum & liberum ab omni indumento.* Rationem ſubjicit: Χρὴ γὰρ τὸν ἱερέα πάντως ἐπὶ τῆς ἁγίας βεβηκέναι γῆς, ἧς μετὰ νεκρῶν δερμάτων ἐπιβατεύειν οὐ θέμις. *Oportet enim ſacerdotem ſemper ingredi ſuper terram ſanctam, ſuper quam non eſt fas ingredi cum pellibus mortuis.* Poſtea affert exemplum Apoſtolorum & mandatum Chriſti: Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος ἀπαγορεύει τὰ ὑποδήματα, ἐπειδὰν κελεύῃ αὐτοὺς εἰς ἐθνῶν ὁδὸν μὴ πορεύεσθαι, ἀλλὰ διὰ τῆς ἁγίας ὁδοῦ προϊέναι. *Propterea etiam Dominus diſcipulis interdicit calceis, quando eos jubet non ire in viam gentium, ſed per viam ſanctam incedere.* Vide ibidem plura. Euſebius, hiſt. Eccleſ. lib. VI. cap. III. pag. 59. a. de Heracla Presbytero: Πάντων δὲ μάλιστα τὰς εὐαγγελικὰς τοῦ σωτῆρος φωνὰς φυλακτέας ᾤετο εἶναι δεῖν, τάς τε περὶ τοῦ μὴ δύο χιτῶνας, μηδ' ὑποδήμασι χρῆσθαι παραινούσας. *Inter omnia verò maximè Evangelicas Salvatoris voces obſervandas eſſe exiſtimabat, tum eas, quæ binas prohiberent tunicas, tum eas quæ calceorum uſum omittendum monerent.* Et paulò pòſt de eodem: Λέγεται γοῦν καὶ πλειόνων ἐτῶν γῆν πεπατηκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑποδήματι. *Dicitur igitur pluribus annis terram calcâſſe, nullo unquam calceo uſus.* Si Domini præceptum περὶ τῶν ὑποδημάτων, ita interpreteris, ut Heraclas ille faciebat, Marcus cum Matthæo neceſſariò pugnabit. Sed aliter interpretabantur antiqui in Ægypto Monachi, qui *ſcandalia*, velut à Domino permiſſa, geſtabant; *calceos*, hoc eſt, ὑποδήματα, velut interdicta, recuſabant. Caſſianus de habitu Monachorum, lib. I. cap. X. pag. 26: *Calceamenta verò, velut interdicta Evangelico præcepto, recuſantes, cùm infirmitas corporis, vel matutinus hiemis rigor, ſeu meridiani æſtus fervor exegerit, tantummodo caligis ſuos muniunt pedes: hoc interpretantes, uſu earum, vel Dominica permiſſione ſignari, ut ſi in hoc mundo conſtituti cura & ſollicitudine carnis hujus omnimodis exuti eſſe non poſſumus, nec ab ea penitus prævalemus abſolvi, ſaltem occupatione levi & implicatione tenui neceſſitatem corporis explicemus.* Mox: *Quibus tamen caligis quanquam licito utantur, utpote Domini mandato conceſſis, nequaquam tamen pedibus eas inhærere permittunt, cùm accedunt ad celebranda ſeu percipienda ſacroſancta myſteria, illud æſtimantes etiam ſecundùm literam cuſtodiri debere, quod dicitur ad Moyſen, vel ad Jeſum filium Nave,* Solve corrigiam calceamenti tui, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. *Caligas* vocat σανδάλια: & ita verſio vulgaris reddidit. Gloſſæ: Σανδάλιον, Gallicula. Eadem igitur erat differentia inter ὑπόδημα & σανδάλιον Græcis, quæ Latinis inter *calceum* & *ſoleam*. Romani cum togam deponebant, exuebant & calceos: ad menſam accubituri ſoleas, depoſitis calceis, ſumebant, & cœnatoria veſte togam mutabant. Fortè facillima explicatio & conciliatio hæc eſt. Chriſtum voluiſſe Apoſtolos eſſe in neceſſariorum apparatu ἀπεριέργους, nec multum de amictu ſollicitos. Poſſe quidem illos in primo egreſſu calceos & ſcipionem aſſumere, ita tamen ut alicubi ejecti non dubitent vel nudipedes in officio ſuo orbem peragrandi pergere, de divina cura ſecuri.

Ὑποδιάκονος.

Ὑποδιάκονος ille eſt, qui aliàs dictus ὑπηρέτης; ubi vide num. II. Eorum in Eccleſia Conſtantinopolitana erant ſeptuaginta, ut ex Heraclii Auguſti Novellis, in Bibliotheca Juris Canonici, pag. 1367. patet. Illis conjugium prohibitum. Decreto XXXIV. Leonis Papæ: *Ne Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur.* Eodem Can. XXV. Eccleſiæ Africanæ. In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Codicis, num. XLV: Ἐὰν πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος γαμήσῃ, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτει. *Si Presbyter, aut Diaconus, aut Subdiaconus matrimonium contraxerit, ſacerdotium amittit.* Reliqua ſub voce Ὑπηρέτης quærenda.

Ὑπόδουλος.

Non habent Lexica. Eſt ὑποτεταγμένος, *ſubjectus*. Theophilus, lib. II. ad Autolycum, pag. 256: Θεὸς ποιήσας ἄνθρωπον, καὶ εὐλογήσας εἰς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληρῶσαι τὴν γῆν, ὑπέταξεν αὐτῷ ὑποχείρια καὶ ὑπόδουλα τὰ πάντα. *Cùm Deus creâſſet hominem, eique benedixiſſet, ut creſceret & impleret terram, omnia ei ſubdita & ſubjecta fecit.*

Ὑπόθεσις.

Variæ hujus vocis ſignificationes ex Lexicis haberi poſſunt. Inter alia notat etiam *materiam & argumentum* libri, vel etiam exiguæ partis libri: Græci aliàs περιοχὴν appellant. Suidas: Ὑπόθεσις, περιοχή. *Argumentum.* Gloſſæ: Ὑπόθεσις, *argumentum*. Notat περικοπὴν, certam libri *ſectionem*, ἀνάγνωσιν, & ἀνάγνωσμα. Vide in Περικοπὴ, in Ἀνάγνωσις, num. III. in Ἀνάγνωσμα, num. I. Hoc ſenſu ſumitur à Chryſoſtomo in Matthæum: Ἀνάσχεσθε μικρὸν διαλεγομένων ἡμῶν περὶ τῆς ὑποθέσεως. *Ferte nos paucis de hac ſectione, lectione, vel contextu loquentes.* Idem, Homil. XXXVII. t. V. quæ eſt III. in Lazarum, pag. 242: Φέρε οὖν καὶ σήμερον τῆς αὐτῆς πάλιν ἁψώμεθα ὑποθέσεως. *Age igitur etiam hodie eundem tractemus contextum, eandem materiam, vel idem argumentum.* Et paulò pòſt: Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι προλέγομεν ὑμῖν πολλάκις πρὸ πολλῶν ἡμερῶν, ἵνα ἐν ταῖς μεταξὺ ταύταις ἡμέραις τὸ βιβλίον λαβόντες, καὶ τὴν περικοπὴν ἅπασαν ἐπιόντες, καὶ καταμαθόντες τί μὲν εἴρηται, τί δὲ ὑπολέλειπται, εὐμαθεστέραν ὑμῶν ποιήσητε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων. *Propterea*

Digitized by Google

etiam vobis crebrò multis antè diebus prædicimus contextum, de quo ſumus locuturi, ut interea temporis, ſumto libro, lectâq; tota ſectione, poſteaquam intellexeritis, quid dictum ſit, & quid reſtet dicendum, mentem veſtram aptiorem reddatis ad ea audienda, quæ pòſt dicentur.

Ὑποθηκάριος.

Ὑποθηκάριος, *hypothecarius.* Balſamon ad Can. XVII. Chalced. pag. 343. ex lib. V. Baſilic. Πᾶσα ἀγωγὴ προσήκουσα σεπτῷ οἴκῳ, εἴτε προσωπικὴ, εἴτε ὑποθηκαρία ἐστὶν, οὐχ ὑπερβαίνει τὰ τεσσαράκοντα ἔτη. *Omnis actio venerabili domo competens, ſive ſit perſonalis, ſive hypothecaria, quadraginta annos non excedit.* Suidas in πρίσκος, ex auctore incerto: Ὁ νόμος ἐμποδὼν ἵστατο, τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἁπάσας εἰς τριακοντοῦτιν παραγραφὴν ἄγων, ὀλίγας δὲ ἄττας, καὶ τὰς ὑποθηκαρίας πάσας τεσσαράκοντα ἐνιαυτῶν μήκει ἐκκρίνων. *Lex obſtabat, cæteras quidem omnes cauſſas ad annorum triginta præſcriptionem redigens, paucas verò quaſdam, & hypothecarias omnes quadraginta annorum ſpatio excludens.*

Ὑποκάμισον.

Ὑποκάμισον, *ſubucula.* Suidas: Ἐπενδύτης, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποκάμισον λέγεται. *Superindumentum, intimum pallium, quod & ὑποκάμισον vocatur.* Theophylactus in cap. V. Matthæi, pag. 33: Χιτὼν κυρίως τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ὑποκάμισον. *Tunica propriè dicitur, quam nos ſubuculam dicimus.* Hodiè ποκάμισο dicitur. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: ποκάμισο. *Induſium.* χιτὼν, ἱμάτιον. Item: ποκαμισάκι. *Tunicula.* χιτώνιον. χιτωνίσκος. Vide Gl. Meurſii.

Ὑπόκρισις. Ὑποκριτής.

I. Ὑπόκρισις, eſt *ſimulatio*, & peculiariter ea, cùm dicitur de eo, qui externa ſpecie probitatem ſimulat, cùm ſit improbus. Et ὑποκριτὴς eſt *ſimulator.* Veteres Gloſſæ: Ὑπόκρισις, *diſſimulatio.* Ὑποκριτὴς, *hypocrita, diſſimulator, ſimulator.* Heſychius: Ὑπόκρισις, εἰρωνεία, ὑπουλότης, δόλος. *Simulatio, fallacia, fraus.* Theophylactus in cap. VI. Matthæi, pag. 34: Ὑποκριταί εἰσιν, οἱ ἄλλο μὲν ὄντες, ἄλλο δὲ φαινόμενοι. *Hypocritæ ſunt, qui aliud quidem ſunt, aliud verò eſſe videntur.* Cyrillus Alexand. lib. VII. de Adoratione, pag. 245. 246. multa habet de hypocritis. Inter alia dicit, *eos habere* εὐκατάστατον, ἐλαφρὸν, κατάπλαστον τὸ χρηστὸν, καὶ ὥσπερ δέρος τῷ κωδίῳ καταςκιάζειν τὴν λύκου μορφὴν, *mutabilem, levem, & fictam benignitatem, & velut ovina pelle lupi formam tegere.* Vide in voce Ἔνδυμα, num. II. Idem Cyrillus, ibid. de eorum natura: Τίς ἢ ποῖος τῶν ὑποκριτῶν ὁ βίος; ἆρ' οὐχὶ τὸ ἐν ὄψει μὲν ἀνθρώπων ὁρᾶσθαι χρηστοὺς, καὶ τὸ δοκεῖν μὲν εἶναι, μὴ μὴν ἔτι καὶ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν χρηστούς; *Quænam vel qualis hypocritarum vita? Nónne, ut coram hominibus quidem videantur benigni, & ut videantur quidem eſſe, revera autem non ſint benigni?*

II. Ὑπόκρισις eſt *prolatio, pronunciatio vocis.* Ita ſumitur à Chryſoſtomo, Homil. XXXIV. in I. ad Corinthios: Παρὰ στιγμὴν μόνην, καὶ παρὰ ὑπόκρισιν μόνην ἀναγνώσεως, πολλὰ πολλάκις ἄτοπα ἐτέχθη νοήματα. Gentianus Hervetus interpretatur: *Ex puncto ſolo, & ex ſola lectionis ſimulata actione abſurdi ſæpe orti ſunt ſenſus.* Hic ὑπόκρισις nihil minùs quàm *ſimulata actio*: eſt *dictionis mera prolatio.* Proinde ὑπόκρισιν eodem ſenſu dixit Chryſoſtomus, quo Demoſthenes, teſte Plutarcho, interrogatus, *quid primum, quid ſecundum, quid tertium eſſet in arte Oratoria*, reſpondit, τὸ πρῶτον ἐν ῥητορικῇ εἶναι ὑπόκρισιν, καὶ τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον. Cicero de eo dicit: *Pronunciationi in toto genere dicendi palmam dedit, eidem ſecundum & tertium locum.*

Ὑπομνηματογράφος.

Ὑπομνηματογράφος ſuffragia Epiſcoporum notabat, ſcribebatq; quicquid illi præceperat Antiſtes, vel, ut Cl. Meurſius, perſcribendis commentariis vacabat. Erat autem duplex; in Palatio unus, alter in Eccleſia. Palatini mentio eſt in l. *Si quos.* LIX. Cod. de Decur. Et apud Procopium in Jeſaiam: Φασὶ δὲ, ὡς τοῦ προφήτου τοὺς παρὰ τοῦ θεοῦ λόγους κηρύττοντος παρῆσάν τινες οἱ λεγόμενοι ὑπομνηματογράφοι τὰ λεγόμενα σημειούμενοι. *Dicunt autem, Propheta verba Dei prædicante adfuiſſe quoſdam, qui dicuntur Hypomnematographi, & ea, quæ dicebantur, conſignâſſe.* Eccleſiaſticus ſecundum poſt Exocatacœlos locum tenebat, ut diſcimus ex recenſione Johannis epiſcopi Citri, quæ exſtat in ejus Reſponſis. Sed poſtea, mutato ordine, quintus factus eſt, ut diſcimus ex indice Codini. Ipſum nomen declarat ejus officium, quod etiam Codinus ita deſcribit: Ὁ ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ γράφειν τὰ ὑπομνήματα. *Hypomnematographus, qui ad ſcribenda commentaria* eſt ordinatus. Ejus etiam mentio in Concilio Florentino, ſect. X. cap. XIII. pag. 300. Ἐλειτούργησε δὲ ἀντ' αὐτοῦ ὁ ὑπομνηματογράφος. *Sed ejus*, nempe magni ſcriniarii: *vicem ſupplevit in ſacris peragendis Commentariorum ſcriptor.* Et ſect. XI. cap. IV. pag. 318. Καὶ εἶπε καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον ὁ ὑπομνηματογράφος ἄνω εἰς τὸ πύργυλον μεγαλοφώνως ἄνευ τῆς προσθήκης. *Quin & noſter Commentariorum ſcriptor ſanctum Symbolum è ſublimi pergula, voce ſonora recitavit, absq; Additamento.* Vide Gloſſarium Meurſii.

Ὑπομονή.

Ὑπομονὴ, *patientia*, eſt ea virtus, quâ pii & fideles patientes ſunt in perferendis afflictionibus, maximè in perſecutionibus propter juſtitiam. Eam veteres pluribus commendant. Pauca attuliſſe ſufficiet. Chryſoſtomus Homil. CXVII. t. VI. dicit: Ῥίζα πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐστιν ἡ ὑπομονὴ, μήτηρ εὐσεβείας, κλάδος εὐφροσύνης, καρπὸς ἀμάραντος, πύργος ἀκαταμάχητος, λιμὴν ἀχείμαστος. *Radix omnium bonorum eſt patientia, mater pietatis, ramus lætitiæ, fructus nunquam marceſcens, turris inexpugnabilis, portus tranquillus.* Idem, epiſt. VII. ad Olympiadem: Ὑπομονῆς ἴσον οὐδὲν, ἀλλ' αὕτη μάλιστά ἐστιν ἡ βασιλὶς τῶν ἀρετῶν, ὁ θεμέλιος τῶν κατορθωμάτων, ὁ λιμὴν ὁ ἀκύμαντος, ἡ ἐν πολέμοις εἰρήνη, ἡ ἐν κλύδωνι γαλήνη, ἡ ἐν ἐπιβουλαῖς ἀσφάλεια, ἡ τὸν κατορθωκότα ἀδάμαντος στεῤῥότερον ποιοῦσα. ἣν οὐχ ὅπλα κινούμενα, οὐ στρατόπεδα παρατατλόμενα, οὐ μηχανήματα προσαγόμενα, οὐ τόξα, οὐ δόρατα ἀφιέμενα, οὐκ αὐτὸ τῶν δαιμόνων τὸ στρατόπεδον, οὐχ αἱ φοβεραὶ φάλαγγες τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, οὐκ αὐτὸς ὁ διάβολος μετὰ πάσης αὐτοῦ παρατατλόμενος τῆς στρατιᾶς καὶ τῆς μηχανῆς παραβλάψαι δυνήσεται. *Nihil eſt, quod patientiam æquare poſſit, verùm ipſa maximè eſt regina virtutum, rerum præclarè geſtarum fundamentum, portus tranquillus, in bellis pax, in tempeſtate ſerenitas, in inſidiis ſecuritas: quæ illum, qui ei ſtudet, adamante firmiorem reddit, hancq; naturam habet, ut eam nec arma mota, nec inſtructi exercitus, nec adhibita tormenta, nec tela, nec haſtæ emiſſæ, nec ipſum dæmonum agmen, nec terrifica adverſariarum poteſtatum phalanges, nec deniq; Diabolus ipſe cum omnibus ſuis copiis machinisq; in aciem prodiens detrimento ullo afficere poſſit.* Et epiſt. XVI. ad eandem: Βασιλὶς τῶν ἀγαθῶν, τῶν στεφάνων ἡ κορωνίς. *Regina bonorum, coronarum apex.*

Cyril-

Digitized by Google

Cyrillus Alex. in Actis Epheſinis, pag. 266: Ἔϛιν ἡ ὑπομονὴ παντὸς ἡμῖν πρόξενος ἀγαθοῦ καὶ προμνήϛρια· ὁδὸς εἰς εὐδοκίμησιν· τροφὸς ἐλπίδος τῆς εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. *Patientia omnia bona nobis conciliat & procurat: eſt via ad nominis ſplendorem: eſt altrix ſpei futuri ſeculi.* Iterum Chryſoſtomus Homil. LI. in Acta, pag. 895: Τὸ κακῶς παθεῖν, καὶ φέρειν γενναίως, μέγα κέρδος ἔχει· ἔϛι γὰρ ἁμαρτημάτων λύσις τὸ παθεῖν κακῶς· ἔϛι φιλοσοφίας γυμνάσιον· ἔϛιν ἀρετῆς διδασκαλία. *Variis affici incommodis, & hoc ipſum generoſè ferre, magnum habet lucrum: malis enim affici, peccatorum eſt ſolutio: eſt philoſophiæ gymnaſium: docet etiam virtutem.* Vox ergo ipſa nos docet, adverſas res & perſecutiones eſſe perferendas. Chryſoſtomus Homil. XIV. in epiſt. ad Romanos, pag. 120: Τὸ τῆς ὑπομονῆς ὄνομα, ἱδρώτων ἐϛὶν ὄνομα, καὶ καρτερίας πολλῆς. *Patientiæ nomen, ſudorum nomen eſt, & multæ tolerantiæ.* Patientia autem noſtra non uno tantùm die duret. Chryſoſtomus Homil. II. in II. ad Theſſal. pag. 226: Ἡ ὑπομονὴ ἀπὸ χρόνου φαίνεται πολλοῦ, οὐκ ἐν δύο καὶ τρισὶν ἡμέραις. *A multo tempore apparet patientia, non in duobus aut tribus diebus.* Nec tamen ſub afflictionibus ἀναίσθητοι eſſe debent fideles. Didymus ad v. 5. cap. VI. Jobi, in Catena, pag. 167: Οὐκ ἀναίσθητον εἶναι δεῖ τὸν δίκαιον, κἂν καρτερῶς φέρῃ τὰ θλίβοντα· αὕτη γὰρ ἀρετή ἐϛιν, ὅταν αἴσθησιν τῶν ἐπιπόνων δεχόμενός τις, ὑπερφρονῇ τῶν ἀλγηδόνων διὰ τὸν Θεόν. *Licèt juſtus fortiter ferat adverſa quæ premunt, ſenſum, tamen omnem humanitatis exuere eum non oportet. Virtus enim ea eſt, ſi quis rerum acerbarum ſenſu percepto, dolores Dei cauſſâ contemnat.* Impia proinde fuit Juliani reſponſio, qui Chriſtianos ad ſe accedentes, & de perſecutionibus conquerentes his excepit verbis: Ὑμέτερόν ἐϛι πάσχοντας κακῶς, ὑπομένειν· τοῦτο γὰρ τοῦ ὑμετέρου θεοῦ τὸ παράγγελμα. *Veſtrum eſt mala patientes, tolerare: hoc enim Dei veſtri mandatum eſt;* Socrates hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XIV. pag. 222. b.

Ὑποπίπτω. Ὑπόπτωσις.

Juvat hìc ea repetere, quæ in primo capite obſervationum noſtrarum habentur.

Tertia pœnitentium ſtatio à veteribus vocatur ὑπόπτωσις, & in eo conſtituti, dicuntur ὑποπίπτειν. Ὑπόπτωσις eſt *ſubjectio*, ſive *ſubſtratio*, à verbo ὑποπίπτειν, *ſe ſubjicere, ſubſternere*, ut vel ſolus Canon XVI. Ancyranus nos docet: & idem eſt quod κατάπτωσις, Heſychio teſte. Mirum igitur, quâ vel ratione, vel Grammatica fultus Bellarminus, lib. I. de Pœnitentia, cap. XXII. t. III. pag. 1182. ὑπόπτωσιν interpretetur *contemplationem rerum ſupernarum.* Exiſtimavit, ſine dubio, à verbo ὑποπτεύεσθαι vocem deductam eſſe. At nec ſenſus, nec Grammatica, nec exempla tales admittunt nugas.

Autores Latini variis modis enunciant, quod Canones Græci per ὑπόπτωσιν & ὑποπίπτειν exprimunt. Dionyſius Exiguus, Can. XI. Concilii Nicæni, Græca, ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται, reddit, *ſeptem annis omni ſe contritione dejiciant.* Alia antiqua translatio: *Septem annis inter pœnitentes ſint.* Epitome Canonum Adriani Pontificis, ut & Dionyſius Exiguus in Concilio Ancyrano, ſemper, ubi eſt ὑπόπτωσις & ὑποπίπτειν, transferunt aut *pœnitentia*, aut *pœnitere.* Tertullianus hunc gradum *Exomologeſin* vocat. Vide in voce Ἐξομολόγησις, num. III. Cùm verò *pœnitentiam* interpretantur ὑπόπτωσιν, & ὑποπίπτειν *pœnitere*, eo ipſo docent, μετάνοιαν, aliquando pro ὑποπτώσει accipi. Exempla afferimus in voce Μετάνοια, num. III. Imò ὑπόπτωσις & ὑποπίπτειν ſatis frequenter pro omnibus pœnitentiæ gradibus accipitur: unde ὑποπίπτειν eſt *pœnitentiam agere.* Rem exemplis illuſtremus. Quod Can. IV. Concilii Ancyrani eſt, ἐνιαυτὸν ἀκροάσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, id Ariſtinus in Synopſi Canonum hujus Concilii, Can. III. his ſolis exprimit verbis: Ἐπὶ ἑξαετίαν ὑποπιπτέτωσαν, *ſex annos pœnitentiæ ſeſe ſubmittant.* Quod Can. VI. ejuſdem Concilii eſt ὑποπεσεῖν τρία ἔτη καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, id Ariſtinus ibidem exprimit, πενταετίαν ὑποπίπτειν, *quinquennio pœnitentiæ ſubjici.* Plura ibidem occurrunt hujus rei exempla. Eodem ſenſu ὑποπίπτειν uſurpatum invenias à Symeone Logotheta, in Synopſi Canonum Concilii Ancyrani, Can. IX: Ὁ μὴ μόνον ἐθελουσίως τεθυκὼς, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἀναγκάσας, δεκαετίαν ὑποπιπτέτω. *Qui non ſolùm voluntariè ſacrificaverit, ſed etiam alium coegerit, decem annos pœnitentiæ ſubmittatur.* Quod hic eſt δεκαετίαν ὑποπίπτειν, illud in ipſius Concilii Canone nono eſt τρία ἔτη τὸν τῆς ἀκροάσεως δέχεσθαι τόπον, ἐν ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνεῖν χωρὶς προσφορᾶς, *tribus annis Auditionis locum ſuſcipere, per aliud ſexennium Subſtrationis, alio autem anno ſine oblatione communicare.*

Quid autem ὑπόπτωσις fuerit, ex ipſis Conciliorum Canonibus vix colligi poteſt: intelligitur tamen ex Dionyſio Areopagita, de Eccleſ. Hierarch. cap. V. pag. 313. nihil aliud fuiſſe, quàm γονυκλισίαν, *genuum flexionem*, unâ cum ipſius corporis incurvatione: ea namque ratione pœnitens ſubmittebat ſe, ſuccumbebatque τῷ ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένῳ πρεσβυτέρῳ, ut loquitur Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. XVI. pag. 98. Verba Dionyſii ſunt: Κοινὰ μὲν ἐϛι τοῖς ἱεράρχαις καὶ ἱερεῦσι, καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν ἡ πρὸς τὸ θυσιαϛήριον προσαγωγὴ, καὶ ὑπόπτωσις. *Communia quidem ſunt & Pontificibus, & Sacerdotibus, & Miniſtris, cùm conſecrantur, acceſſus ad altare, & ſubſtratio.* Et infrà: Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαϛήριον προσαγωγὴ καὶ ὑπόπτωσις αἰνίσσεται. *Ad divinum itaque altare acceſſus & ſubſtratio innuit*, &c. Quæ *ſubſtratio* nulla alia fuerit, quàm illa, ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαϛηρίου, *utroque genu flexo ante altare.* Et: Ὁ δὲ ἱερεὺς ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαϛηρίου. *Sacerdos autem flexis ante altare genibus.* Et: Ὁ δὲ λειτουργὸς ἕνα τοῖν ποδοῖν κλίνας. *Miniſter verò altero genu flexo.* Nec aliud voluiſſe Dionyſium, colligitur ex Maximi ſcholiis, pag. 85. qui ſic interpretatur: Ὑπόπτωσις, ἡ γονυκλισία. *Subſtratio*, id eſt, *genuum flexio.* Audiamus nunc aliquot veterum de hoc gradu teſtimonia. Gregorius Neo-Cæſ. vel alius potiùs, qui fini Epiſtolæ ejus Canonicæ explicationem graduum pœnitentiæ attexuit, pag. 41. ὑπόπτωσιν ſequentibus deſcribit verbis: Ὑπόπτωσίς ἐϛιν, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱϛάμενος, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. *Subſtratio eſt, ut intra Templi portam ſtans, cùm Catechumenis egrediatur.* Baſilius M. Can. LVI: Ἐν δὲ ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος ἐξελεύσεται. *Septem autem annis cum iis, qui in Subſtratione ſunt, orans egredietur.* Et Canone LXXV: Ἔπειτα, εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν, καὶ προσέπεσε τῷ Κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας, καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδότω αὐτῷ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. *Deinde, ſiquidem illam, nempe* Orationem, *cum lacrymis exquiſivit, & Domino cum cordis contritione, & vehementi abjectione ſupplex procidit, datur ei Subſtratio aliis tribus annis.* In hoc gradu conſtituti, dicebantur uſitatiſſimè ὑποπίπτειν, Gabriel, Philadelphiæ Metropolita, in libello de Pœnitentia: Ὁ τῆς ὑποπτώσεως τόπος ἐϛὶν ἔνδον τοῦ ναοῦ,

καλόπιν τοῦ ἄμβωνος, ἐν ᾧ ἵςανλαι οἱ ὑποπίπλοντες, οἵτινες μελὰ τῶν κατηχυμένων ἐξέρχονται τοῦ ναοῦ, ἡνίκα τὸ, Ὅσοι καληχούμενοι προέλθετε, ὑπὸ τοῦ διακόνου ἐκφωνηθῇ. *Subſtrationis locus eſt intra Templum retro Ambonem, in quo ſtant qui ſubſternuntur, qui cum Catechumenis exeunt è Templo, cùm illud*, Quicunque Catechumeni eſtis, diſcedite, *à Diacono promulgatur.* Theorianus, Legat. Armen. p. 154. ὑποπίπλειν dicit eſſe, ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵςασθαι, καὶ ἐξιέναι μελὰ τῶν κατηχυμένων, *intra Eccleſiam quidem ingredi, ſed retro Ambonem ſtare, & cum Catechumenis exire.* Ita etiam Balſamon ad Can. XI. Conc. Nicæni, pag. 291. Ἑπλὰ ἔτη ὑποπίπτειν, ἤτοι ἵςασθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, ὄπισθεν μέντοι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχυμένων. *Septem annis ſubſterni ſive intra Eccleſiam ſtare, ſed poſt Ambonem, & cum Catechumenis exire.* Vide eundem ad Can. IV. Ancyranum, pag. 768. & Zonaram ad Can. XI. Nicænum, pag. 58. ad Can. IV. Ancyranum, pag. 289. ad ejusdem Concilii Can. V. pag. 290. ad Can. VI. 291. & ad Can. VII. p. 292. Gregorius Nyſſenus in epiſt. ad Letoium, Can. V. tom. II. pag. 120. Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ ἐννάδι μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν ἐπιςροφῇ προσευχόμενον οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μετουσίαν τοῦ ἁγιάσματος δηλαδή. *In tertio autem novenario cum ſubſtratis in converſione orans, ut perveniat ad communionem, ſacramenti videlicet.* Zonaras ad Can. X. Greg. Thaumaturgi: Ὑποπίπλειν, τουτέςι, τῆς τάξεως τῶν ὑποπιπτόντων, οἵτινες ὑποσυνεύχονται μὲν τοῖς πιςοῖς εἰσιόντες εἰς τὸν ναὸν, ἐξέρχονται δὲ ὡς οἱ κατηχούμενοι. *Succumbere, hoc eſt, ab eorum, qui ſuccumbunt, ordine; porrò hi cum fidelibus quidem orant, Templum ingredientes: cæterùm more Catechumenorum egrediuntur.* Hujus tertii gradus pœnitentes, nullam precum Eccleſiæ communionem habebant, ſicut neque Catechumeni. Id colligitur ex quarto gradu, qui Σύςασις vocatur, in quo Pœnitentes ad preces Eccleſiæ communionemque Orationum admittebantur. Omnes Canones teſtantur, hujus tertii gradus Pœnitentes Eccleſiâ digredi ſolitos ante Orationes fidelium: Sic Can. XIX. Laodic. ſic alii omnes, qui ſimul cum Catechumenis egredi jubent, quos nemo admittat fidelium Orationibus interfuiſſe, ſicut neque ex conſequenti Pœnitentes, quia unà cum illis egredi jubebantur. Si quidam Canones dicant, eos unà cum Catechumenis orare, id de tempore eſt intelligendum; non quòd easdem cum iis preces, vel eodem ſimul loco confuſi orârint: tantùm, quòd eodem etiam tempore ſuas preces recitârint.

Ὑποπόδιον.

Ὑποπόδιον, *ſcabellum*, ſumitur

I. *Propriè*, pro exiguo ſcamno, quod ſedentium pedibus ſubjicitur. Veteres Gloſſæ, Ὑποπόδιον, *ſcabellum, ſubſellium, ſuppoſitorium.*

II. *Metaphoricè.* Sic

1. per ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Θεοῦ, *ſcabellum pedum Dei* denotatur *Templum Jeroſolymitanum* ſeu *ſanctuarium*, Pſal. XCIX. 5. ubi ſic explicat Theodoretus, pag. 792: Ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πάλαι μὲν ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς ἐνενόμιςο· νῦν δὲ αἱ κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν ἐκκλησίαι, ἐν αἷς τῷ πανυγίῳ Θεῷ προσφέρομεν τὴν προσκύνησιν. *Scabellum* pedum ejus, *olim quidem templum Jeroſolymitanum exiſtimabatur: nunc verò Eccleſiæ, quæ ubiq; terrarum & marium ſunt, in quibus ſanctiſſimo Deo adorationem offerimus.* Idem in cap. XLIII. Ezechielis, ad v. 7. pag. 524: Ὁ μακάριος Δαυὶδ ὑποπόδιον τοῦ Θεοῦ τὸν θεῖον ὀνομάζει ναόν. *Beatus David* ſcabellum Dei *divinum templum nominat.* Iterum ad verſ. 1. cap. II. Jeremiæ, pag. 290: Ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Θεοῦ ὁ θεῖος Δαυὶδ τὸν θεῖον ὀνομάζει ναόν. Scabellum pedum Dei *divinus David divinum appellat templum.*

2. per *ſcabellum pedum Dei* intelligitur *terra*, quæ ei ſubjecta eſt Jeſ. LXVI. 1: Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. *Cœlum thronus meus, & terra ſcabellum pedum meorum.* Ad quæ Theodoretus, pag. 142: τὴν τοπικὴν διὰ τούτων ἐκβάλλει λατρείαν καὶ δείκνυσιν ἑαυτὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων δημιουργὸν, καὶ χειροποιήτου ναοῦ μὴ δεόμενον. *Loco definitum his verbis excludit cultum, docetq; ſe cœli ac terræ Dominum eſſe, aliarumq; rerum omnium conditorem, & manufacto templo non egere.* Vide etiam Matth. V. 35. & Actor. VII. 49. Non ergo audiendus Baſilius M. qui in Viſionem ſecundam Jeſajæ, pag. 813. vult, *terram dici ſcabellum pedum*, διὰ τὸ τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους τὰ τελευταῖα τῶν περὶ Θεοῦ μόλις χωρῆσαι δύνασθαι, *quod homines in terra degentes vix tandem poſſint capere quæ vel extrema de Deo celebrantur.* Nec etiam Damaſcenus, qui, lib. I. Orthod. fidei, cap XVI. p. 57. hoc ad incarnationem Chriſti refert, his verbis: *Terra* vocatur ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Θεοῦ· ἐν αὐτῇ γὰρ διὰ σαρκὸς τοῖς ἀνθρώποις συνανεςράφη, *ſcabellum pedum Dei: in ea enim per carnem cum hominibus eſt verſatus.* Similia habet Suidas in voce Ὑποδήματα. Ὑποπόδιον ἤκουσεν ἡ τοῦ Κυρίου ἐνανθρώπησις, ὡς ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεῖσα, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναςραφεῖσα, καὶ τὸ τέρμα τῆς γῆς καταλαβοῦσα. *Domini incarnatio dicta eſt* ſcabellum, *quòd in terra viſa fuerit, & cum hominibus verſata, & terræ fines occupârit.*

2. per *ſcabellum pedum Meſſiæ*, quod dicuntur hoſtes ejus fore, intelligitur eorum *omnimoda & ignominioſa ſubjectio.* Vide Pſal. CX. 1. Matth. XXII. 44. Marci XII. 36. Lucæ XX. 43. Act. II. 35. Hebr. I. 13. & c. X. 13. Theophylact. ad ultimum locum, pag. 977. illud τίθεσθαι ὑπὸ τοὺς πόδας, explicat per ὑποτάσσεσθαι & καταπατεῖσθαι, *ſubjici & pedibus proteri, conculcari.*

Ὑποσαγής.

Lexica hanc vocem non habent. Eſt autem ὑποσαγής, *clitellarius*, à nomine σάγη, quod ſignificat idem quod σάγμα, *clitellas, ſtrata jumentorum.* Suidas: Σάγη, τὸ τοῦ ὄνου ἐπίθεμα. *Onus, quod aſino imponitur.* Hinc jam ἀσαγὴς, *oneribus ferendis non aſſuetus*, & ὑποσαγὴς, *clitellarius, oneribus ferendis aſſuetus.* Utrumq; legitur in Dialogo cum Tryphone, apud Juſtinum Martyrem, p. 273. edit. Græco-Latinæ; ubi hæc leguntur: Ὡς τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν σύμβολον ἦν ὁ ἀσαγὴς πῶλος, οὕτως καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ ὑμετέρου λαοῦ ἡ ὑποσαγὴς ὄνος· τὸν γὰρ διὰ τῶν προφητῶν νόμον ἐπικείμενον ἔχετε. *Quemadmodum Gentium nota fuit pullus, oneribus ferendis non aſſuetus: ita & popularium veſtrorum aſina clitellaria: habetis enim, quæ per Prophetas vobis impoſita eſt, legem.*

Ὑποσημασία.

Non habent Lexica. Eſt *ſubſcriptio.* Zonaras ad Can. XXX. Concilii Chalced. pag. 122: Οὐ θέλοντες σημειῶσαι διὰ ὑποσημασίας οἰκείας τὰ συνοδικῶς ψηφισθέντα. *Non volunt propria ſubſcriptione à Synodo decreta obſignare.*

Ὑπόςασις.

I. Ὑπόςασις eſt *perſona*, quæ eſt, ut definitur à Logicis, *ſubſtantia prima, intelligens, incommunicabilis, non pars alterius, nec ab alio ſuſtentata.* Hoc ſenſu Hebr. I. 3. Chriſtus dicitur eſſe χαρακτὴρ τῆς ὑποςάσεως αὐτοῦ, *character perſonæ ipſius*, id eſt, Patris. Ὑπόςασιν enim hoc loco non ſignificare *eſſentiam*, ex eo patet, quòd Filius non rectè diceretur eſſe *character*, ſeu

imago

Digitized by Google

imago eſſentiæ Patris, hoc eſt, repræſentare eſſentiam ejus, cùm eſſentia Patris ſit etiam & ipſi Filio & Spiritui Sancto communis. Hinc ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν, *unio hypoſtatica* duarum in Chriſto naturarum, de qua in voce Ἕνωσις, num. II. 1. ſub lit. *c*. Sed de loco Apoſtoli agemus in voce χαρακτήρ. Ὑπόστασιν verò notare *perſonam*, docent Veteres. Theodoretus Dial. I. t. IV. p. 6. Ὥσπερ τὸ ἄνθρωπος ὄνομα κοινόν ἐστι ταύτης τῆς φύσεως ὄνομα, οὕτω τὴν θείαν οὐσίαν τὴν ἁγίαν τριάδα σημαίνειν εἰλήφαμεν. τὴν δέ γε ὑπόστασιν, προσώπου τινὸς εἶναι δηλωτικήν, οἷον, ἢ τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τὴν γὰρ ὑπόστασιν, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν ἰδιότητα, ταυτὸν σημαίνειν φαμὲν, τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἀκολουθοῦντες. *Sicut nomen* Homo *commune eſt toti huic naturæ: ita divinæ ſubſtantiæ nomen ſanctam Trinitatem ſignificare accepimus: hypoſtaſim vero perſonam aliquam deſignare, nempe, vel Patris, vel Filii, vel Spiritus Sancti. Nam hypoſtaſim, & perſonam, & proprietatem, idem ſignificare dicimus, ſanctorum Patrum doctrinam ſequentes.* Leontius de Sectis, pag. 388. Ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ταυτόν ἐστι παρ' αὐτοῖς. *Hypoſtaſis & perſona idem eſt apud illos*, ſc. Patres. Hinc Athanaſius Dial. I. de SS. Trinitate, t. II. pag. 170. Ἡ ὑπόστασις ἰδιότητα ἔχει, ἥτις οὐκ ἔστι κοινὴ τῶν τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑποστάσεων. *Hypoſtaſis proprietatem habet, quæ non eſt communis ejuſdem eſſentiæ hypoſtaſibus.* Athanaſius & Cyrillus in expoſ. orthod. fidei, pag. 427. ὑπόστασιν ita definit: Ὑπόστασίς ἐστιν οὐσία μετά τινων ἰδιωμάτων, ἀριθμῷ τῶν ὁμοειδῶν διαφέρουσα. Τουτέστι, πρόσωπον ὁμοούσιον. Πρόσωπα δὲ λέγομεν ἐπὶ Θεοῦ ἀσώματα καὶ ἀσχημάτιστα. *Hypoſtaſis eſt ſubſtantia cum proprietatibus quibuſdam, numero ab iis, quæ ſunt ejuſdem ſpeciei, differens. Hoc eſt perſona ejuſdem eſſentiæ. Perſonas autem de Deo dicimus incorporeas & figurâ carentes.* Hinc ibidem tres dicuntur eſſe in divinis hypoſtaſes. Πόσας ὑποστάσεις ἐπὶ τῆς θεότητος ὁμολογεῖς; Τρεῖς· πατέρα, υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα. *Quot in Deitate hypoſtaſes confiteris? Tres: Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.* Hinc etiam apud Heſychium: Ὑπόστασις, πρόσωπον. *Hypoſtaſis, perſona.* Vide multa apud Suidam in voce Ὑπόστασις. Confer, quæ habes in Πρόσωπον, num. II. 1. ſub lit. *b*. Hic verò illud minimè prætereundum, inter ipſos etiam olim Orthodoxos graviſſimam fuiſſe ortam controverſiam de voce ὑπόστασις, aliis τρεῖς ὑποστάσεις eſſe dicentibus, aliis μίαν ὑπόστασιν admittentibus. Græci docebant τρεῖς εἶναι ὑποστάσεις, Latini verò hanc locutionem refugiebant, quia ὑπόστασιν vertebant *ſubſtantiam*: ideò autem dicebant μίαν ὑπόστασιν Latini, quia una eſt οὐσία, & utramque Græcam vocem eodem vocabulo Latino interpretabantur, tum ὑπόστασιν; tum οὐσίαν Latinè *ſubſtantiam* appellantes. De quibus Athanaſius in epiſt. ad Antiochenſes, t. I. pag 577. Eorum verba ſic refert: Μίαν λέγομεν ὑπόστασιν, ἡγούμενοι ταυτὸν εἶναι εἰπεῖν ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν. *Unam dicimus hypoſtaſim, exiſtimantes, idem eſſe, dicere hypoſtaſin & ſubſtantiam.* Synodus Sardicenſis, cui ipſe etiam magnus Athanaſius interfuit, anno CCCXLVII. celebrata, eodem modo ſenſit. Patet hoc ex epiſtola ejus Synodali ad totius orbis Epiſcopos ſcripta, quam affert Theodoretus, hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. VI. ubi inter alia, p. 595. hæc leguntur: Τὸ τῶν αἱρετικῶν σύστημα φιλονεικεῖ, διαφόρους εἶναι τὰς ὑποστάσεις τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἶναι κεχωρισμένας. ἡμεῖς δὲ ταύτην παρειλήφαμεν καὶ δεδιδάγμεθα, καὶ ταύτην ἔχομεν τὴν καθολικὴν παράδοσιν, καὶ πίστιν, καὶ ὁμολογίαν, μίαν εἶναι ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ οἱ αἱρετικοὶ οὐσίαν προσαγορεύουσι, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Hæreticorum cohors contendit, diverſas eſſe hypoſtaſes Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & eas eſſe ſeparatas. Nos autem hanc accepimus, & didicimus, & hanc habemus Catholicam traditionem, & fidem atque confeſſionem unam eſſe hypoſtaſim, quam ipſi hæretici ſubſtantiam vocant Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Et mox, pag. 596. dicunt iidem Patres, μίαν εἶναι ὑπόστασιν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, *unam eſſe hypoſtaſim Patris & Filii.* Item: Ἡμεῖς πιστεύομεν καὶ διαβεβαιούμεθα, καὶ οὕτω νοοῦμεν, ὅτι ἡ ἱερὰ φωνὴ ἐλάλησεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, καὶ διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἑνότητα, ἥτις ἐστὶ μία τοῦ πατρὸς, καὶ μία τοῦ υἱοῦ. *Nos credimus, & affirmamus, & intelligimus, divinam hanc vocem*, Ego & Pater unum ſumus, *de unitate hypoſtaſis, quæ in Patre & Filio unica eſt.* Hic per ὑπόστασιν ſemper intelligitur *ſubſtantia*. Alioqui veriſſimum eſt, quod habet Ammonius ad illum locum Joh. X. 30. in Catena in Johannem, pag. 272. Σημαίνει, ὅτι οὐκ ἐστὶ καθ' ὑπόστασιν ἓν ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, εἶπε τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ. ἓν γάρ εἰσι τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῇ δυνάμει. *Ut oſtenderet, Patrem ac Filium non quid unum eſſe ſecundum hypoſtaſim, idcirco dixit*, Ego & Pater. *Subſtantiâ ſiquidem & virtute unum ſunt.* Confer, quæ habes in voce Οὐσία, num. II. Ita autem loquebantur Orthodoxi, *cùm ob Latinæ linguæ anguſtiam & verborum inopiam non poſſent hypoſtaſim ab eſſentia diſtinguere*: διὰ στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης καὶ ὀνομάτων πενίαν, ut ſcribit, de hac re loquens, Gregorius Nazianzenus, Orat. XXI. quæ eſt in laudem Athanaſii, pag. 395. Maluerunt igitur dicere τρία πρόσωπα, *tres perſonas*, ut ibidem monet Nazianzenus. Vide in Πρόσωπον, num. II. 1. ſub lit. *b*. Latini odio hæreſis Arianæ refugiebant dicere *tres hypoſtaſes*; Græci autem odio hæreſis Sabellianæ *unam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti hypoſtaſim* dicere prohibebant. Ob eam de vocabulis contentionem, habita eſt Synodus Alexandriæ, præſentibus ibi cum magno Athanaſio Epiſcopis ex Italia, Arabia, Ægypto, & Lybia: & in ea Synodo utriſque auditis, ac percepta utrorumque ſana mente, conſtitutum eſt, ut deinceps ſe invicem pro Orthodoxis agnoſcerent, neque per inutiles λογομαχίας pacem Eccleſiæ dirumperent. Eaque de re ſcripta eſt Synodi nomine epiſtola ad Antiochenos; quæ exſtat in operibus Athanaſii, t. I. pag. 577; quâ quid in Synodo geſtum ſit, narrant Patres, & Antiochenos ad concordiam hortantur, atque ut nolint de locutionibus iſtis λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, μηδὲ ταῖς τοιαύταις λέξεσι διαμάχεσθαι, ἀλλὰ τῷ φρονήματι τῆς εὐσεβείας συμφωνεῖν, *inutiliter verborum reciprocare pugnam, nec talibus locutionibus dimicare, ſed pia mente conſentire.* At ajunt, moroſos homines ἐπὶ τοῖς λεξειδίοις φιλονεικοῦντας non ob aliud rixari, niſi quòd Eccleſiæ pacem invideant, ipſique ſchiſmate delectentur. Celebrationem hujus Synodi Alexandrinæ referunt Baronius & Calviſius ad annum Chriſti CCCLXII. Idem facit Libellus Synodicus. Imperium tum obtinebat Julianus apoſtata. Ex illo tempore & Latini *tres hypoſtaſes*, & Græci *tres perſonas* eodem ſenſu dicebant. Teſtis eſt Gregorius Nazianzenus Orat. XXXIX. pag. 630. Verba ejus adduximus in voce Πρόσωπον, num. II. 1. ſub lit. *b*. Idem, Orat. XXXII. pag. 520. Τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκομεν, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, εἴτ' οὖν προσώποις, ὅ τισι φίλον. μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. Τί γὰρ φατὲ οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐσίας ὑπολαμβάνοντες, λέγετε; μέγα οἶδ' ὅτι βοήσετε

τα τῶν οὕτως ὑπειληφότων. μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τριῶν δογματίζετε. Τί δαὶ οἱ τὰ πρόσωπα, μὴ ἕν οἷόν τι σύνθετον ἀναπλάττετε, καὶ τριπρόσωπον ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως; ἄπαγε, καὶ ὑμεῖς ἀντιβοήσετε· μηδὲ πρόσωπον ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἴδοι Θεοῦ, ὃς οὕτως ἔχει. Τί οὖν ὑμῖν αἱ ὑποστάσεις βούλονται ἢ τὰ πρόσωπα; προσερήσομαι γάρ. τὸ τρία εἶναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν· ὑπερευγε. Πῶς ἂν τινες σωφρονοῖεν μᾶλλον καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, κἂν ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; *Unum quidem, quod ad eſſentiam, ac diviſionis omnis expertem adorationem, agnoſcimus: tria autem, quantum ad hypoſtaſes, ſive perſonas, ut nonnulli malunt. Deſinant enim, qui de his inter ſe contendunt, ineptire: perinde ac ſi fidei noſtræ pietas in nominibus, non in rebus, conſiſtat. Quid enim dicitis, qui tres hypoſtaſes aſſertis? An hoc eo dicitis, quòd tres eſſentias exiſtimetis? Non eſt apud me dubium, quin adverſus eos, qui ita exiſtimant, ingentem clamorem excitaturi ſitis. Unam enim & eandem horum trium eſſentiam profitemini. Quid vos, qui perſonas dicitis, num unum velut quiddam compoſitum animo fingitis, ac tres facies, aut humanam omnino formam habens? Abſit, ipſi quoque inclamabitis: ne faciem quidem Dei, quæcunque tandem illa eſt, unquam ille videat, qui ita ſentit. Quid igitur, ut interrogare pergam, vobis hypoſtaſes volunt, aut perſonæ? Nimirum tria eſſe, quæ dividantur, non naturis, ſed proprietatibus: Optimè. An fieri poteſt, ut quidam magis inter ſe concordent, atque idem dicant, quàm cùm ita ſentiunt, tametſi alioqui ſyllabis diſcrepent?* Ariani tamen conſtanter ὑποστάσεως vocem rejecerunt. Ita enim Acacius in Synodo Conſtantinopolitana, ſub Conſtantio anno CCCLX. celebrata: Οὐκ ὀφείλει ὑπόστασις περὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ὀνομάζεσθαι. *Non debet hypoſtaſis de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto uſurpari*, ita de eo refert Socrates: hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XLI. pag. 1 3. b. Idem fecerunt Euſebiani; qui & ipſi Ariani; ut teſtatur Athanaſius de Synodo Ariminenſi & Seleucienſi, t. I. pag. 906. Verba eorum ſunt: Οὐδὲ ὀφείλει ὑπόστασις περὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ὀνομάζεσθαι. *Neque debet hypoſtaſis de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto nominari.*

II. Ὑπόστασις notat *ſubſiſtentiam*, id quod revera exiſtit. Theodoretus in Ἀτρέπτῳ· Ἡ ὑπόστασις τὸ ὑφεστός ἐστι. *Subſiſtentia id eſt, quod revera exiſtit.* Suidas: Ὑπόστασις κυρίως τὸ καθ' ἑαυτὸ ἰδιοσυστάτως ὑφιστάμενον. ἔστιν οὖν πρᾶγμα ὑφεστός τε, καὶ οὐσιῶδες, ἐν ᾧ τὸ τῶν συμβεβηκότων ἄθροισμα, ὡς ἐν ἑνὶ ὑποκειμένῳ πράγματι καὶ ἐνεργείᾳ ὑφέστηκεν. *Hypoſtaſis propriè, quod per ſe, & per propriam ſubſiſtentiam ſubſiſtit. Eſt igitur res & ſubſiſtens, & eſſentialis, in qua congeries accidentium, tanquam in uno ſubjecto, re & actu, ſubſiſtit.* Eadem leguntur apud Theorianum, Legat. Armen. pag. 16. Ita ad Hebræos cap. XI. v. 1. πίστις dicitur eſſe ἐλπιζομένων ὑπόστασις: de quo loco actum in voce Πίστις, num. II. ſub lit. ב. num. 4. ſub lit. *f.* Atque hoc ſenſu ὑπόστασις & σχῆμα, ſeu προσωπεῖον, opponuntur. Chryſoſtomus Homil. XX. in epiſt. ad Romanos, p. 175. Κἂν πλοῦτον εἴπῃς, κἂν δόξαν, κἂν σώματος ὥραν, κἂν τρυφὴν, κἂν ἄλλ' ὁτιοῦν τῶν δοκούντων εἶναι μεγάλων, σχῆμα μόνον ἐστὶν, οὐ πρᾶγμα ἀλήθεια, ἐπίδειξις, καὶ προσωπεῖον, οὐχ ὑπόστασίς τις μένουσα. *Etiamſi divitias dixeris, etiamſi gloriam, etiamſi corporis venuſtatem, etiamſi delicias, ſive aliud quodcunque ex iis quæ magna eſſe videntur, figura tantummodo ſunt, non ipſius quæ in rebus eſt, veritatis demonſtratio; perſona quædam ſcenica, non conſiſtens rerum ſubſtantia.* Ita κατὰ δόκησιν & καθ' ὑπόστασιν opponuntur. Athanaſius, t. II. pag. 319. Μηδὲν νοεῖν κατὰ δόκησιν, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν καὶ ἀλήθειαν. *Nihil cogitare ſecundùm opinionem, ſed ſecundùm rem naturâ & verè ſubſiſtentem.*

III. Ὑπόστασις notat *fiduciam, confidentiam; fundamentum, quo quis nititur.* Ita Paulus II. ad Corinth. IX. v. 4. ὑπόστασιν τῆς καυχήσεως, *ſubſtantiam gloriationis*, vocat τὴν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἤτοι τὴν οὐσίαν τῆς καυχήσεως, *ſubjectum, & rem ipſam, vel gloriationis eſſentiam, fundamentum.* Eodem modo c. XI. v. 17. In his ὑπόστασις *fiduciam, confidentiam* deſignat, deducta voce à verbo ὑφίσταμαι, quod ſignificat *ſuſtineo, non cedo adverſario, ſed intrepidè adverſus iſtum conſiſto.*

Ὑποστέλλω.

I. Ὑποστέλλω & ὑποστέλλομαι peculiariter *de metu* dicitur, & ſignificat *reformido, refugio, vereor.* Heſychius: Ὑποστειλάμενος, φοβηθείς. *Qui formidavit.* Item: Ὑποστέλλεται, φοβεῖται, *timet.* Suidas: Ὑποστειλάμενος, φοβηθείς. Sic accipiunt Interpretes ad Hebr. X. 38. Ἐὰν ὑποστείληται, &c. Quod Theodoretus interpretatur: Ὑποστολὴν, τὴν ἀμφιβολίαν ἐκάλεσεν. Ὑποστολὴν *appellat dubitationem*, ſc. ex metu ortam. Eodem modo exponit idem, epiſt. CXXII. Ὑποστολὴν, τὴν δειλίαν ὠνόμασεν. Ὑποστολὴν *nominavit timiditatem, metum.* Theophylactus verò in hoc caput, pag 987. Ἐὰν ὑποστείληται ὁ δίκαιος, τουτέστιν, ἀμφιβολίαν τινὰ πάθῃ καὶ διστάγμόν· ἢ τὸ, ὑποστείληται, ἀντὶ τοῦ, ὑποταπεινωθῇ τοῖς πειρασμοῖς. *Si ambiguitatem quandam patiatur vel hæſitationem: aut, ſi tentationibus ſuccubuerit.* Hos ergo juxta Interpretes ὑποστολὴ opponetur τῇ πίστει, quæ omnem ex metu ortam dubitationem de promiſſionibus Dei reſpuit. Hinc etiam Heſychio ὑποστολὴ eſt δειλία. *Fugiendi*, vel *refugiendi* ſignificatio occurrit ad Gal. II. 12. ubi de Apoſtolo Petro, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν, *ſubtrahebat & ſegregabat ſe ipſum.* Theophylactus: Ὑπέστελλεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς μετὰ τῶν ἐθνικῶν συναναστροφῆς. *Subtrahebat ſeſe à converſatione cum gentibus.* Hinc ὑποστολὴ apud Heſychium & Suidam etiam eſt φυγὴ, *fuga.* Vide Theſaurum Stephani.

II. Ὑποστέλλομαι ſignificat *celo, occulto.* Heſychius: Ὑποστειλάμενος, ὑποκρυψάμενος. *Abſcondens, celans, occultans.* Ita etiam Suidas. Ita ſumitur Actor. XX. 20. & 27. Οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν. Senſus: *Eorum, quæ ad ſalutem veſtram conducere arbitrabar, nihil vos celavi.* Optimè verſio in vulgarem linguam Græcam: Μὴ δὲ κανένα ἀπὸ ἐκεῖνα ὁ ποῦ ἦταν ὠφέλημα δὲν σᾶς ἔκρυψα. Huc, ſine dubio, reſpiciens Suidas: Ὑπεστειλάμην, ἀπεκρυψάμην. Quod Portus malè vertit, *Detexi.* Imò verò eſt, *occultavi, celavi.* Sic Philo: Φράσω, μηδὲν ὑποστειλάμενος. *Eloquar, exponam, nec quidquam occultabo, celabo.* Joſephus lib. VI. de bello Jud. cap. ult. Οὐκ ἂν ὑπεστειλάμην εἰπεῖν ἅ μοι τὸ πάθος κελεύει. *Non occultavi, non recuſavi dicere, quæ me animus jubet.* Plutarchus in lib. Quomodo adulator ab amico, &c. Μηδὲν ὑποστέλλεσθαι, μηδ' ἀποσιωπᾶν τῶν συμφερόντων. *Nihil eorum, quæ utilia ſunt, celare, neque ſilere.* Ita Clemens Alexandr. lib. VI. Stromat. pag. 649. de Filio Dei: Ὁ δὲ ἀγάπην τὴν πρὸς ἡμᾶς παθὼν, οὐδὲν ἂν ὑποστείλαιτο εἰς διδασκαλίαν τῆς γνώσεως. *Qui propter ſuam in nos charitatem paſſus eſt, ille nihil quod facit ad doctrinam cognitionis celavit.*

Ὑποτύπωσις.

Suidæ ὑποτύπωσις eſt χαρακτὴρ, λόγος. *Character, oratio.* Veteres Gloſſæ: Ὑποτύπωσις. *Diſpoſitio. Deformatio.* Bis legitur apud Apoſtolum: nempe I. Timoth. I. 16. ubi Apoſtolus dicit, *ſe ideo miſericordiam conſecutum eſſe*,

Digitized by Google

eſſe, ut Chriſtus in eo oſtenderet omnem patientiam, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον, *ad informationem* (ita etiam in veteri Gloſſario, pro, *deformatio*, legendum) *eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam.* Πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν. Simile ad Roman. IV. 23, 24. ubi de Abrahamo agitur. Sic Sirach. XLIV. 16. de Enocho: Μετετέθη, ὑπόδειγμα (quod hic πρὸς ὑποτύπωσιν) μετανοίας ταῖς γενεαῖς. *Translatus eſt in exemplum pœnitentiæ generationibus.* Ὑποτύπωσιν μελλόντων πιστεύειν, ut II. Petri II. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν. Heſychius ex hoc loco Apoſtoli, πρὸς ὑποτύπωσιν, πρὸς σημεῖον, *in ſignum.* Oecumenius ad præſentem locum, pag. 744. Πρὸς ὑποτύπωσιν, πρὸς ὑπόδειγμα, πρὸς ἀπόδειξιν, πρὸς παράκλησιν. *Ad informationem, ad exemplum, ad ſpecimen, ad conſolationem.* Et Theophylactus, pag. 750. explicat, πρὸς ὑπόδειγμα, πρὸς παράκλησιν, πρὸς προτροπήν, *ad exemplum, ad conſolationem, ad adhortationem.* Alter locus eſt II. Timoth. I. 13: Ὑποτύπωσιν ἔχε τῶν ὑγιαινόντων λόγων. *Formam habe ſanorum ſermonum.* Ὑποτύπωσιν, *delineationem.* Metaphora deſumta eſt aut à re pictoria, aut ab architectonica. Ad rem pictoriam referunt Chryſoſtomus, Theodoretus & Theophylactus. Chryſoſtomus, Homil. III. in hanc Epiſtolam, pag. 339: Καθάπερ ἐπὶ τῶν ζωγράφων, ἐνετύπωσά, φησίν, εἰκόνα σοι τῆς ἀρετῆς, καὶ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων ἁπάντων, ὥσπερ τινὰ κανόνα καὶ ἀρχέτυπον καὶ ὅρους καταβαλὼν εἰς τὴν σὴν ψυχήν· ταῦτα οὖν ἔχε· κἂν περὶ πίστεως, κἂν περὶ ἀγάπης, κἂν περὶ σωφρονισμοῦ δέῃ τι βουλεύεσθαι, ἐκεῖθεν λάμβανε τὰ παραδείγματα· οὐ δεήσει σοι παρ' ἑτέρων εἰκόνα ζητεῖν, πάντων ἐκεῖ κατακειμένων. *Pictorum, inquit, more imaginem tibi virtutis impreſſi, & omnium quæ Deo grata ſunt, veluti normam & primigeniam formam, atque compendia tuæ indidi animæ. Hæc igitur habeto: & ſive de fide, ſive de charitate, ſive de modeſtia aliquid conſulere te oporteat, inde tibi exempla accipe. Non tibi neceſſe erit ab aliis mutuari imaginem, cùm omnia ibi repoſita ſint.* Theodoretus ad eundem locum, pag. 494. Μιμοῦ, φησί, τοὺς ζωγράφους, καὶ καθάπερ ἐκεῖνοι τοῖς ἀρχετύποις προσέχοντες, σὺν ἀκριβείᾳ ἐκείνων ζωγραφοῦσιν εἰκόνας· οὕτω καὶ σὺ οἷόν τι ἀρχέτυπον ἔχε τὴν παρ' ἐμοῦ περὶ πίστεως καὶ ἀγάπης γεγενημένην διδασκαλίαν. *Imitare, inquit, pictores, & quemadmodum illi attendentes ad exemplaria, horum imagines accuratè depingunt: ita & tu velut primigenium exemplum habe traditam à me tibi doctrinam de fide & caritate.* Tandem Theophylactus, pag. 805: ὥσπερ ζωγράφος ἔγραψά σοι, καὶ ὑποτυπωσάμην εἰκόνα καὶ ἀρχέτυπον, ἵνα πρὸς τοῦτο ἀφορῶν καὶ αὐτὸς ζωγραφῇς ταύτην τὴν ὑποτύπωσιν τῶν ἐμῶν λόγων· τουτέστι, τὸ ἀρχέτυπον ἔχε, κἄν τι δέῃ ζωγραφῆσαι, ἀπ' αὐτῆς λάμβανε καὶ ζωγράφει· πάντα γὰρ ἐκεῖ ἐναπόκειται. *Pictoris inſtar depinxi atque expreſſi tibi imaginem & primigeniam formam, ad quam ipſe reſpiciens, hanc ſermonum meorum formam depingere poſſis: hoc eſt, primigeniam formam habe, ac ſi quid pingendum fuerit, ab illa imagine ſume, ac pinge: illic enim omnia repoſita ſunt.* Vulgatus interpres ὑποτύπωσιν peritè reddidit *formam.* Cicero in Officiis: *Species, forma, & notio boni viri.* Lib. III. Tuſcul. quæſt. *Forma vitæ beatæ Epicuri, verbis Zenonis expreſſa.* Lib. II. de Finibus: *Habes undiq; expletam & perfectam, Torquate, formam honeſtatis.* Lib. I. Offic. *Formam ipſam & tanquam faciem honeſti vides.* In Oratore: *Eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrabimus.* Seneca, epiſt. VIII. ad Lucilium: *Hanc ergo ſanam & ſalubrem formam vitæ tenete, ut corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis eſt.* Quaſi diceret, ὑγιαίνουσαν ταύτην βίου ὑποτύπωσιν ἔχε. Hieronymus de matre & avia Demetriadis, *Quarum imitatio forma virtutis eſt.* Ὑποτύπωσις λόγων hîc ferè, qui ad Rom. XVI. 17. διδαχῆς τύπος. Confer, quæ diximus in voce Τύπος, num. III.

Ὑπωπιάζω.

Vetus Gloſſarium: Ὑπώπιον. *Sugilla.* Ὑπωπιασμός. *Sugillatio.* Aliæ Gloſſæ: *Subgillatus,* ὑπωπιασθείς. *Sugillatus,* ὑπωπιασθείς. *Sugillat,* πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ. Vetus Onomaſticon: *Sugillo,* ὑπωπιάζω. Heſychius: Ὑπωπιάζομεν, ταπεινοῦμεν, μαραίνομεν. ὑπωπιασμὸς γὰρ ταπείνωσίς ἐστι σώματος. *Humiliamus, tabefacimus* vel *marcidum reddimus: ὑπωπιασμὸς enim eſt depreſſio corporis.* Multa habet Suidas. Præcipua huc transferimus. Ὑπωπιάζω, τὸ ὑποτηρῶ. ἐκ τοῦ ὑπώπια, ὃ σημαίνει τοὺς ὀφθαλμούς. *Faciem ſugillo: faciem contundo: à nomine* ὑπώπια, *quod oculos ſignificat.* Hîc ὑποτηρῶ meritò ſuſpectum, nec tamen, quî reſtitui debeat, nunc occurrit. Nec ὑπώπια denotat *oculos,* ſed aliud quid, ut poſtea videbimus. Idem ad Ariſtophanem de Pace, p. 453: Ὑπωπιασμένην, ἀντὶ τοῦ σφόδρα πληγεῖσαν περὶ τὰ ὑπώπια. ὑπώπια δέ εἰσι τὰ ἐγκύματα καὶ κρούσματα, ἅπερ κονδύλους φασί. *Sugillatæ, pro, graviter percuſſæ circa partes oculis ſubjectas.* Ὑπώπια *verò ſunt tumores, & pulſationes, quas vocant* κονδύλας, vel κονδύλους, *vibices, tubercula.* Idem Suidas: Ὑπώπια, τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς πελιδνώματα, ἢ τὰ ἐξ αὐτῶν ἐξιόντα πῦα. *Livores ſub oculis apparentes: vel ipſum pus inde manans.* Item: Ὑπώπια, οἱ τύλοι, οἱ γινόμενοι ἐν ταῖς χερσὶν ἀπὸ τῆς ἐργασίας. λέγεται δὲ ὑπώπια, καὶ τὰ ἀφ' οἱασδηποτοῦν πληγῆς τραύματα. *Calli; qui propter opificium, in manibus naſcuntur. Dicuntur etiam* ὑπώπια, *ſugillationes, & à qualicunque plaga vulnera.* Heſychius: Ὑπώπια, τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς οἰδήματα. ἀπὸ μέρους δὲ ὅλην τὴν ὄψιν δηλοῖ καὶ τὰ πελιώματα. Scribendum, πελιδνώματα. Ὑπώπια *ſunt tumores, vel livores ſub oculis apparentes: à parte autem totam declarat faciem, & livores.* Eſt autem ὑπώπιον ex ὑπὸ, id eſt, *ſub,* & ὤψ, hoc eſt, *oculus,* unde Galenus quaſi ὑποφθάλμιον dici ait. Sunt verò ὑπώπια *maculæ, quæ ſub oculis, ſive ciliis contingunt.* Ὑπωπιάζειν ergo eſt *ſugillare,* id eſt, percutere, ut ſub oculis contingant vibices ac maculæ luridæ. Uſus hoc pacto Plinius, lib. XXXI. cap. IX. loquens de ſale: *Ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſugillatisq; cum myrrhæ pari pondere.* Et lib. XXIII. cap. IV: *Caryotæ cum cotoneis & cera & croco ſugillata emendant.* Et lib. XXVIII. cap. IX: *Caſeus recens cum melle ſugillata emendat.* Ex his jam facilè intelligitur, quid ſit ὑπωπιάζειν. Bis legitur in N. Teſtamento. Prior locus eſt Lucæ XVIII. 5. ubi injuſtus Judex promittit, ſe viduam ſibi moleſtam vindicaturum, ne ad extremum veniens ὑπωπιάζῃ αὐτόν, *ſugillet eum:* ita Vulgatus, metonymiâ à vibicibus faciei impreſſis ad animum factâ. Ita Syllam Valerius Maximus ait *præturæ repulsâ ſugillatum fuiſſe.* Commodè etiam reddas, *Ne obtundat me.* In Terentii Adelphis: — *Ne me obtundas hac de re ſæpiùs.*
Ubi Donatus: *Ne me ſæpe & moleſtè interpelles: nam obtundere eſt, aliquid ſæpe & odiosè repetere.* Ibidem,
— *An ego toties de eadem re audiam?*
Ad quæ idem Donatus, *hoc eſt, obtundere.* Hinc apud Gellium, lib. II. cap. XXIII. pag. 106. *Plorando, orando, inſtando, atq; objurgando aliquem obtundere,* Cæcilius Comicus. Cicero Orat. VI. in Verrem: *Non obtundam diutius aures veſtras.* In Orat. *Ne brevitas defraudâſſe aures videatur, néve longitudo obtudiſſe.* Poſterior locus eſt

I. Co-

Digitized by Google

I. Corinth. IX. 27. ubi Apoſtolus de ſe dicit: Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα. Vetus: *Caſtigo corpus meum.* Beza: *Contundo corpus meum.* Uterque recte. Lucretius: *Contuſa labore corpora.* Cicero pro Flacco: *Membra uxoris lapidibus & fuſtibus debilitavit, manum contudit, digitos confregit, nervos concidit.* Hæc Pauli verba veteres de σκληραγωγίᾳ intelligunt. Chryſoſtomus Homil. XXIII. in hanc epiſtolam, dicit illud ὑπωπιάζω facere contra ὑπὸ ἐπιθυμίας γαστρὸς κατεχομένους, καὶ ἀνιέντας αὐτῇ τὰς ἡνίας, καὶ προσχήματι τελειότητος τὴν γαστριμαργίαν τὴν ἑαυτῶν πληροῦντας, *eos, qui ventris implendi deſiderio tenentur, & ei laxant habenas, & prætextu perfectionis ſuam implent ingluviem.* Dicit, Apoſtolum hoc verbo id innuere: Πολὺν ὑπομένω πόνον, ὥστε σωφρόνως ζῆν· εἰ γὰρ καὶ δυσείκτος ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ τῆς γαστρὸς τυραννίς, ἀλλ' ὅμως αὐτὴν χαλινῶ, καὶ οὐκ ἐκδίδωμι ἐμαυτὸν τῷ πάθει, ἀλλὰ πάντα ὑπομένω πόνον, ὥστε μὴ παρασυρῆναι. *Multum ſuſtineo laborem, ut moderatè & temperanter vivam. Nam etſi non facilè litigari poſſit cum cupiditate* (ita interpres minus accuratè: tu reddes, *cùm cupiditas ſit obſtinata, cùm difficulter cedat.* Vide in Δυσείκτος) *& ventris tyrannide, eam tamen refreno, nec me huic dedo affectui, ſed omnem ſuſtineo laborem, ne ſeducar.* Mox: Κατασφίγγω, καὶ ὑποτάττω μετὰ πολλῶν τῶν ἱδρώτων αὐτήν. *Eam coërceo, & cum multis ſubjicio ſudoribus.* Theodoretus, pag. 166. illud, ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα, refert ad φιλοπονίαν καὶ ἐγκράτειαν, *laborem & continentiam.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 439: Οὐκ ἀφίημι τῇ γαστρὶ καὶ τῷ σώματι τὰς ἡνίας, ἀλλὰ περισφίγγω αὐτὸ καὶ ὑποτάσσω· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, τουτέστι, δαμάζω καὶ ὡς δοῦλον ἄγω. *Non laxo frena ventri & corpori, ſed illud coërceo atque ſubjicio: illud enim vult ὑπωπιάζω & δουλαγωγῶ, hoc eſt, domo, & tanquam ſervum duco.* Pro ἀφίημι, legendum ἐφίημι. Theophylactus, pag. 239: Ὑπωπιάζω, τουτέστι, πυκτεύω πρὸς τὸ σῶμα· ὑπώπια γὰρ λέγονται τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς τραύματα, ἃ ἐν τῷ πυκτεύειν ἐγίνοντο. Τὸν οὖν ἀγῶνα τὸν πολὺν, τὸν πρὸς τὴν φύσιν δείκνυσι. *Pugno contra corpus.* Ὑπώπια *enim dicuntur vulnera ſub oculis, quæ inter pugnandum infligebantur. Magnum igitur certamen, quod eſt adverſus naturam, oſtendit.* Aliam etiam affert interpretationem: Τινὲς δέ, ὑπωπιάζω, ἰδιωτικώτερον εἰρῆσθαι νομίζουσιν, ἀντὶ τοῦ, λιμῷ παραδίδωμι τοῦτο· ὅπερ οὐκ ἔστιν· ὑποπιέζω γὰρ ὤφειλεν εἶναι. *Nonnulli verbum* ὑπωπιάζω, *magis propriè dictum putant, pro eo quod eſt, fami trado corpus. Verùm ea interpretatio non eſt admittenda: oporteret enim eſſe* ὑποπιέζω. Eſt autem ὑποπιέζω, juxta Suidam, τὸ μετρίως πιέζω, *moderatè premo.* Atque ita legit Clemens Alexandr. Stromat. lib. III. pag. 469. Ὁ Παῦλος, Αὐτό μου τὸ σῶμα ὑποπιέζω καὶ δουλαγωγῶ, φησίν. *Ipſum corpus meum, inquit, premo, & in ſervitutem redigo.* Et Baſilius Homil. in Pſal. XXIX. p. 195. Quædam exemplaria legunt ὑποπιάζω, cum o, quod eſt à Dorico πιάζω, pro πιέζω, *premo, affligo.* Heſychius: Πιαζόμενος, θλιβόμενος, *afflictus, vexatus.* Quamvis autem & hæc lectio huic loco ſatis eſſet conveniens, & verſio Græca vulgaris pro ὑπωπιάζω, habeat θλίβω, nihil tamen urget, cur receptam deſeramus lectionem. Suidas: Ὁ ἀπόστολος· Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, τουτέστι, πρὸς ἄσκησιν αὐτὸ μετ' ἐπιστήμης, καὶ φρονήσεως γυμνάζω· καὶ πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων συνέργειαν, οὐ πρὸς ἀσέλγειαν ὑπονοοῦμαι. *Apoſtolus:* Contundo corpus meum, & in ſervitutem redigo. *Hoc eſt*, ad virtutis & pietatis *exercitationem cum ſcientia, & prudentiam exercens traduco, & ad rerum meliorum adjumentum, non ad luxuriam* id exercere *cogito.* Chryſoſtomus Homil. de Pœnitentia & Virginitate: Ὑπωπιάσωμεν τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγήσωμεν, ἵνα μὴ ἡ ψυχὴ δουλωθῇ τῷ διαβόλῳ. *Contundamus corpus & in ſervitutem redigamus, ne anima ſerva fiat diaboli.* Plura de verbo ὑπωπιάζειν, vide in annot. Budæi in Pandect. & imprimis apud P. Fabrum, qui admodum fusè de Græco ὑπωπιάζω, & Latino *ſugillo* diſſerit, lib. III. ἀγωνιστ. cap. XIV. ſed & multus eſt in utriuſque vocis interpretatione Cornelius Janſenius commentar. in Concordiam Evangelicam, cap. CXXIV. ad verba illa Evangeliſtæ, *Ne in noviſſimo veniens ſugillet me.* Vide etiam Etymolog. Voſſii in *ſugillare.*

Ὕσσωπος.

Multa de hac voce Clariſſimus Bochartus de Animalibus parte I. lib. II. cap. L. Præcipua inde excerpimus, &, ubi commodum, vel etiam neceſſarium, alia addimus. In agni Paſchalis ſanguine intingi jubetur *faſciculus hyſſopi*, quâ aſpergantur ædium poſtes & ſuperliminaria. Ita Levit. XIV. 6. 7. ex cedro, coccino, & hyſſopo fit aſpergillum, quo in aquam, & immolati paſſeris ſanguinem, immerſo leproſus ſepties aſpergitur, ut à lepra ſua mundetur. Eò alludens Propheta David à peccatis ſuis purgari cupit *hyſſopo*, ut ſit mundus, Pſal. LI. 9. Hinc Heſychius: Ὕσσωπος, βοτάνη σμήχουσα. *Hyſſopus, herba abſtergens, ſeu purgans:* Suidas: Ὕσσωπος, βοτάνη ῥυπτική. Δαβίδ· Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι. Οὐδεμίαν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων εἰργάζετο· αἴνιγμα δὲ τι σημαίνει· ὑσσώπῳ τὸ αἷμα τοῦ προβάτου ταῖς φλιαῖς ἐπιρράναντες, τοῦ ὀλοθρεύοντος τὰς χεῖρας διέφυγον· τύπος δὲ ἦν ἐκεῖνα τῶν σωτηρίων παθημάτων· αἷμα γὰρ κἀνταῦθα, καὶ ξύλον σωτήριον, καὶ σωτηρία τοῖς μετὰ πίστεως προσιοῦσι χορηγουμένη. Sic corrupta apud Suidam verba ex Theodoreto in Pſal. LI. unde deſumta ſunt, reſtituimus. *Hyſſopus, herba detergendi vim habens. David:* Aſperges me hyſſopo, & mundabor. *Nullam peccatorum remiſſionem operabatur: ſed occultum quiddam ſignificat. Qui agni ſanguine poſtes hyſſopo aſperſerunt, exterminatoris manus evaſerunt. Illa autem ſalutaris paſſionis figura erant. Sanguis namque etiam hic, & lignum ſalutare, & ſalus his oblata, qui cum fide accedunt.* Hebræum אזוב, *hyſſopum* denotat, juxta vetuſtiſſimos interpretes, quos palàm ſequitur Apoſtolus ad Hebr. IX. v. 19. Hodie tamen hæc verſio in quæſtionem vocatur: Tremellius maluit *muſcum* exponere: Levinus Lemnius in herb. Bibl. explicatione, cap. XXVI. exiſtimat, eſſe herbam, quam *adiantum* ſive *capillum Veneris* vocant, ea ratione ductus, quòd ſecundùm Salomonis effatum I. Reg. IV. 33. ſit exigua, & parietibus adhæreat. Hunc ſequitur Schindlerus in voce אזוב. Piſcator *libanotidem*, ſeu *rorem marinum* eſſe vult. Vide eum quæſt. XXII. in Exodum, & P. Tarnovium in cap. XIX. Joh. & Rivetum in cap. XII. Exodi, Feſſelii etiam Adverſ. ſacror. lib. V. cap. X. אזוב verò eſſe *hyſſopum.* Bochartus ſequentibus probat rationibus. 1. eſt vocum ſimilitudo: neque enim quiſquam eſt, qui non fateatur ad אזוב alludere Græcum ὕσσωπος, quæ ratio, utut ſola non multùm proſit, tamen, cùm aliæ accedant, ſuum pondus habet. 2. *Hyſſopus* apud Chaldæos & Æthiopes eodem nomine venit, quo apud Hebræos. 3. Vix credibile eſt, Græcos Interpretes, qui ὕσσωπον conſtanter reddunt, in voce אזוב potuiſſe falli. Quia, cùm ſacros libros interpretati ſunt, ſtabat adhuc Judæorum reſpublica, in qua τοῦ אזוב quotidianus erat uſus in iis aſpergendis & repurgan-

Digitized by Google

purgandis, quæ per אזוב aſpergi & repurgari Lex juſ-ſerat. Neque enim abſque אזוב mundari poterat quiſquam, qui mortui contactu ſe polluerat. Idem de leproſis judicium, quos à morbo ſanatos Chriſtus ad ſacerdotes ablegabat, ut à Moſe præſcripta facerent, Matth. VIII. 4. Marci I. 44. Lucæ XVII. 14. Sacerdos igitur tum nullus fuit, quem fugerit quid eſſet אזוב. Et Græci Interpretes ſi ignoraſſent, rei tam protritæ doctores habuiſſent paſſim obvios. 4. Neque in errore tam craſſo illos ſecutus eſſet divinus Scriptor, qui Corinthis πολυγλωττίαν ſuam in plena Eccleſia, non ſine aliqua jactantia, oſtentantibus, ſe pluribus loqui linguis ſcribit, quàm illos omnes, I. Corinth. XIV. 18. 5. Sed neque hic contemnenda eſt Joſephi autoritas, qui, cùm Sacerdos fuerit unus è primis, & in eo miniſterio conſenuerit, τῷ אזוב ſæpe uſus eſt propter cauſſas jam allatas. Tamen is, Græcos ſecutus, Regem Salomonem tradit de qualibet arbore ſuam dixiſſe parabolam ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου, *ab hyſſopo uſq; ad cedrum*: qui locus à Bocharto pluribus explicatur, & contra eos vindicatur, qui negant de *hyſſopo* ibi agi.

Affertur etiam locus alius, ex Joh. XIX. 29. quo probare nituntur, hyſſopum non eſſe אזוב. ubi Evangeliſta: *Illi autem, cùm ſpongiam aceto implevиſſent*, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, *& hyſſopo circumdediſſent, ori ejus admoverunt.* Quem ſi conferas cum Matth. XXVII. 48. *Cùm ſpongiam cepiſſet, & aceto impleviſſet*, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, *& calamo circumdediſſet*; & cum Marci XV. 36. *Cùm ſpongiam aceto impleviſſet*, περιθεὶς τε καλάμῳ, *calamoq; circumdediſſet*: ſtatim colliges, in Johanne ὑσσώπῳ περιθέντες, idem eſſe, quod περιθεὶς καλάμῳ apud Matthæum & Marcum. In his enim ut *calamus*, ita in illo *hyſſopus ſpongiâ aceto plenâ circumdatur*, & Chriſto in cruce ſitienti offertur. Johanni igitur cum Matthæo & Marco non convenit, niſi ſtatuas illis *calamum* idem eſſe, quod *hyſſopum* Johanni. Ut ſenſus ſit, impios homines, ut Chriſto in cruce ſitienti illudere pergerent, ſpongiam aceto plenam pro vero potu illi obtuliſſe. Et, quia in cruce ſublimis erat, nec ſola manu poterant ad illius os pertingere, ſpongiam hyſſopi cauli circumpoſuiſſe, qui caulis à Johanne *hyſſopus*, à Matthæo & Marco *calamus* appelletur. Sunt viri pii & docti, qui, loca hæc duo ἐναντιοφανῆ ſic conciliare conati, ut unum incommodum vitarent, in alterum inciderunt. Nam, ut vocetur *calamus* herbæ caulis, in qua nihil eſt δονακῶδες, res eſt ſine exemplo. Κάλαμος quidem non eſt ſola *arundo*, ſed propriè τοῦ σίτου καυλὸς, *frumenti caulis*, ut habetur in Heſychio. Unde ad alia transfertur, & *calamus* dicta fiſtula ex calamis conflata. & *ſtipula* καλάμη. *Et propriè calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc eſt, culmum ac ſegetem.* Ita Donatus ad Comicum. Et *calamus* ſcriptorius, quomodo cùm Græci κάλαμον nunquam ſumſerint, hujus tamen uſus à Romanis ad Chaldæos, Arabes, Æthiopes, & Perſas eſt propagatus. Sed calamum pro herbæ caule, qui neque ſit nodoſus, neque concavus, qualis eſt hyſſopi caulis, vix uſpiam reperire eſt. Præterea, quomodo ſpongia, hyſſopi cauli defixa, vel involuta, ad Chriſti crucifixi os admoveri potuiſſet? Debent, qui in magna turba in exemplum ſtatuuntur, tam ſublimes evehi, ut omnibus ſint conſpicui, nec viſum intercipiant peditibus, ſi qui equites fortè adſint. Non dubium igitur, quin, ut cæteri patibularii, ita etiam cruciarii in ſublime acti fuerint. Unde eſt, quòd Artemidori Onirocritic. lib. IV. cap. LV *gloriam* ſignificat, ſi quis ſe crucifigi ſomniat, διὰ τὸ ὑψηλότερον εἶναι τὸν ἐσταυρωμένον, *quia qui crucifigitur ſublimior eſt.* Itaque, ut de Hamane, Eſth. VIII. 9. 10. taceam, in crucem cubitorum quinquaginta ſublato, de Regulo legitur apud Silium,

--- --- *Vidi, cùm robore pendens,*
Italiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.

Et de Hippolyto martyre in Prudentio,

--- --- *Crux iſtum tollat in auras.*

Et apud Nonnum de ipſo Chriſto, Joh. XIX. v. 18.

Εἰς δόρυ τετράπλευρον, ἐπήορον, ὑψόθι γαίης
Ὄρθιον ἐξετάνυσσαν. --- ---

Supra lignum quadratum, ſublime, ſupra terram Erectum extenderunt.

Proinde זקף Chaldæis *in altum evebere*, ſed Syris *crucifigere* eſt. Et ipſa *crux* זקיפא utriſque dicitur *ab attollendo.* Quò Chriſtus reſpiciens Joh. III. 14. *Ut Moſes*, inquit, *Serpentem exaltavit in deſerto, ita Filium hominis* ὑψωθῆναι δεῖ, *exaltari oportet.* Vide etiam Joh. XII. 32. Ad hanc porrò altitudinem quid faciat hyſſopi caulis, quem ferè cubitalem eſſe, ex Iſaaco Ben-Omran, docet Bochartus: alii minorem eſſe dicunt. Mesve hyſſopi duo habet genera, hortenſem & montanam; quarum illa ſemicubitalis, hæc brevior eſt. Ajunt hyſſopum in Judæa majorem eſſe, ut Sinapi: de quo Chriſtus Matth. XIII. 31. Et arboreſcere colligunt ex eo, quòd dicitur Salomon de omni arbore diſſeruiſſe à cedro uſque ad hyſſopum, quaſi hyſſopus ſit arbor. Unde Joſephus, Καθ' ἕκαστον γὰρ εἶδος δένδρου παραβολὴν εἶπεν, ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου. *De omni arborum ſpecie parabolam dixit, ab hyſſopo uſq; ad cedrum*, ſed reſpondetur, pro *arboribus* Hebraicè haberi עצים ligna, quæ vox extenditur usque ad λινοκαλάμην Joſuæ II. 6. Hoc præcipuum, quòd hyſſopi rami non ſolùm exiles ſunt, ſed & humi jacent. Iſaacus Ben-Omran: *Et extenduntur rami ejus in terræ ſuperficiem.* Ne ergo quiſquam ſibi fingat, illos eſſe firmos & rigidos, ita ut calamorum vicem præſtare poſſint, ſunt qui receptam Johannis lectionem ſolicitant, &, pro ὑσσώπῳ, οἰσύῳ legi volunt, vel ὑσσῷ, vel ὑσσώπῳ. Tot enim diverſæ de hoc loco reperiuntur conjecturæ. Bochartus exiſtimat, omnia poſſe conciliari, ſi, ſolùm caſu mutato, pro ὑσσώπῳ, ſcribatur ὕσσωπον, totusque locus ita legatur: *Illi autem, cùm ſpongiam aceto impleviſſent*, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὕσσωπον περιθέντες, *& hyſſopum circumdediſſent, ori illius admoverunt.* Sic Spongia hyſſopum non circumdederit, ſed hyſſopus ſpongiam, ut, aceti acore cum hyſſopi amaritudine mixto, fieret potus ingratior. Reliqui duo Evangeliſtæ de aceti ſpongia egerant, & quomodo calamo alligata Chriſti ori fuiſſet admota. Sed hoc unum prætererant, quod Johannes hic ſupplet, ſpongiam illam fuiſſe hyſſopo circumdatam, ut non ſolùm acerbus, ſed & amarus eſſet Chriſti potus. Quod ſcire noſtrà intererat, quia ſic perfectè adimpletum eſt Davidis vaticinium, quo, ſub perſona Chriſti loquens, Pſal. LXIX. 22. *Fel*, inquit, *in cibum mihi dederunt, & aceto me potaverunt in ſiti mea.* *Fel* reddimus Hebræum ראש cum vulgo interpretum, cùm ſit propriè herbæ amaræ genus in ſegetibus naſcens, Hoſeæ X. 4. quæ cum abſinthio ſæpe jungitur ut æquè amara. Exempla vide Deuter. XXIX. 18. Jerem. IX. 15. Then. III. 19. & Amoſi VI. 12. Mirabilis igitur eſt hæc prophetia, in qua & aceti fit mentio, & herbæ amaræ illi adjunctæ. Amaram enim in Judæa eſſe hyſſopum probat Bochartus ex Iſaaco Ben-Omran. Hanc ſententiam ex veteribus haud obſcurè ſequitur Theodorus Heracleotes, qui in Catena in cap. XIX. Joh. pag. 442. Πάντων τῶν εἰς αὐτὸν γεγραμμένων ἔργῳ λοιπὸν ἐπιτελεσμένων, ἓν μόνον ὑπελείπετο, εἰς ἔλεγχον τῆς ἐκείνων ὑπερβαλλούσης κακίας, τὸ προσαγαγεῖν αὐτῷ σπόγγον ὄξους μεστὸν μεθ' ὑσσώπου. *Omnibus jam, quæ de ipſo ſcripta erant, opere completis, unum reſtabat ſolùm, ad exceſſum malitiæ eorum arguen-*

Digitized by Google

I. Corinth. IX. 27. ubi Apoſtolus de ſe dicit: Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα. Vetus: *Caſtigo corpus meum.* Beza: *Contundo corpus meum.* Uterque rectè. Lucretius: *Contuſa labore corpora.* Cicero pro Flacco: *Membra uxoris lapidibus & fuſtibus debilitavit, manus contudit, digitos confregit, nervos concidit.* Hæc Pauli verba veteres de σκληραγωγίᾳ intelligunt. Chryſoſtomus Homil. XXIII. in hanc epiſtolam, dicit illud ὑπωπιάζω facere contra ὑπὸ ἐπιθυμίας γαστρὸς κατεχομένους, καὶ ἀνιέντας αὐτῇ τὰς ἡνίας, καὶ προσχήματι τελειότητος τὴν γαστριμαργίαν τὴν ἑαυτῶν πληροῦντας, *eos, qui ventris implendi deſiderio tenentur, & ei laxant habenas, & prætextu perfectionis ſuam implent ingluviem.* Dicit, Apoſtolum hoc verbo id innuere: Πολὺν ὑπομένω πόνον, ὥστε σωφρόνως ζῆν· εἰ γὰρ καὶ δυσείδοτος ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ τῆς γαστρὸς τυραννίς, ἀλλ᾽ ὅμως αὐτὴν χαλινῶ, καὶ οὐκ ἐκδίδωμι ἐμαυτὸν τῷ πάθει, ἀλλὰ πάντα ὑπομένω πόνον, ὥστε μὴ παρασυρῆναι. *Multum ſuſtineo laborem, ut moderatè & temperanter vivam. Nam etſi non facilè litigari poſſit cum cupiditate* (ita interpres minus accuratè: tu reddes, *cùm cupiditas ſit obſtinata, cùm difficulter cedat.* Vide in Δυσείδοτος) *& ventris tyrannide, eam tamen refreno, nec me huic dedo affectui, ſed omnem ſuſtineo laborem, ne ſeducar.* Mox: Καταστέλλω, καὶ ὑποτάττω μετὰ πολλῶν τῶν ἱδρώτων αὐτήν. *Eam coërceo, & cum multis ſubjicio ſudoribus.* Theodoretus, pag. 166. illud, ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα, refert ad φιλοπονίαν καὶ ἐγκράτειαν, *laborem & continentiam.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 439: Οὐκ ἀφίημι τῇ γαστρὶ καὶ τῷ σώματι τὰς ἡνίας, ἀλλὰ περισφίγγω αὐτὸ καὶ ὑποτάσσω· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, τουτέστι, δαμάζω καὶ ὡς δοῦλον ἄγω. *Non laxo frena ventri & corpori, ſed illud coërceo atque ſubjicio: illud enim vult* ὑπωπιάζω *&* δουλαγωγῶ, *hoc eſt, domo, & tanquam ſervum duco.* Pro ἀφίημι, legendum ἐφίημι. Theophylactus, pag. 239: Ὑπωπιάζω, τουτέστι, πυκτεύω πρὸς τὸ σῶμα· ὑπώπια γὰρ λέγονται τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς τραύματα, ἃ ἐν τῷ πυκτεύειν ἐγίνοντο. Τὸν οὖν ἀγῶνα τὸν πολὺν, τὸν πρὸς τὴν φύσιν ἐδείκνυσι. *Pugno contra corpus.* Ὑπώπια *enim dicuntur vulnera ſub oculis, quæ inter pugnandum infligebantur. Magnum igitur certamen, quod eſt adverſus naturam, oſtendit.* Aliam etiam affert interpretationem: Τινὲς δὲ, ὑπωπιάζω, ἰδιωτέρον εἰρῆσθαι νομίζουσιν, ἀντὶ τοῦ, λιμῷ παραδίδωμι τοῦτο· ὅπερ οὐκ ἔστιν· ὑποπιέζω γὰρ ὤφειλεν εἶναι. *Nonnulli verbum* ὑπωπιάζω, *magis propriè dictum putant, pro eo quod eſt, fami trado corpus. Verùm ea interpretatio non eſt admittenda: oporteret enim eſſe* ὑποπιέζω. Eſt autem ὑποπιέζω, juxta Suidam, τὸ μετρίως πιέζω, *moderatè premo.* Atque ita legit Clemens Alexandr. Stromat. lib. III. pag. 469. Ὁ Παῦλος, Αὐτό μου τὸ σῶμα ὑποπιέζω καὶ δουλαγωγῶ, φησίν. *Ipſum corpus meum, inquit, premo, & in ſervitutem redigo.* Et Baſilius Homil. in Pſal. XXIX. p. 195. Quædam exemplaria legunt ὑποπιάζω, cum ο, quod eſt à Dorico πιάζω, pro πιέζω, *premo, affligo.* Heſychius: Πιαζόμενος, θλιβόμενος, *afflictus, vexatus.* Quamvis autem & hæc lectio huic loco ſatis eſſet conveniens, & verſio Græca vulgaris pro ὑπωπιάζω, habeat θλίβω, nihil tamen urget, cur receptam deſeramus lectionem. Suidas: Ὁ ἀπόστολος· Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, τουτέστι, πρὸς ἄσκησιν αὐτὸ μετ᾽ ἐπιστήμης, καὶ φρονήσεως γυμνάζω· καὶ πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων συνέργειαν, οὐ πρὸς ἀσέλγειαν ὑποποιοῦμαι. *Apoſtolus:* Contundo corpus meum, & in ſervitutem redigo. *Hoc eſt*, ad virtutis & pietatis *exercitationem cum ſcientia, & prudentiam exercens traduco, & ad* rerum *meliorum adjumentum, non ad luxuriam* id exercere *cogito.* Chryſoſtomus Homil. de Pœnitentia & Virginitate: Ὑπωπιάσωμεν τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγήσωμεν, ἵνα μὴ ἡ ψυχὴ δουλωθῇ τῷ διαβόλῳ. *Contundamus corpus & in ſervitutem redigamus, ne anima ſerva fiat diaboli.* Plura de verbo ὑπωπιάζειν, vide in annot. Budæi in Pandect. & imprimis apud P. Fabrum, qui admodum fusè de Græco ὑπωπιάζω, & Latino *ſugillo* diſſerit, lib. III. ἀγωνιστικ. cap. XIV. ſed & multus eſt in utriusque vocis interpretatione Cornelius Janſenius commentar. in Concordiam Evangelicam, cap. CXXIV. ad verba illa Evangeliſtæ, *Ne in noviſſimo veniens ſugillet me.* Vide etiam Etymolog. Voſſii in *ſugillare.*

Ὕσσωπος.

Multa de hac voce Clariſſimus Bochartus de Animalibus parte I. lib. II. cap. L. Præcipua inde excerpimus, &, ubi commodum, vel etiam neceſſarium, alia addimus. In agni Paſchalis ſanguine intingi jubetur *faſciculus hyſſopi*, quâ aſpergantur ædium poſtes & ſuperliminaria. Ita Levit. XIV. 6. 7. ex cedro, coccino, & hyſſopo fit aſpergillum, quo in aquam, & immolati paſſeris ſanguinem, immerſo leproſus ſepties aſpergitur, ut à lepra ſua mundetur. Eò alludens Propheta David à peccatis ſuis purgari cupit *hyſſopo*, ut ſit mundus, Pſal. LI. 9. Hinc Heſychius: Ὕσσωπος, βοτάνη σμηκτική. *Hyſſopus, herba abſtergens, ſeu purgans:* Suidas: Ὕσσωπος, βοτάνη ῥυπτική. Δαυίδ· Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι. Οὐδεμίαν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων εἰργάζετο· αἴνιγμα δέ τι σημαίνει· ὑσσώπῳ τὸ αἷμα τοῦ προβάτου ταῖς φλιαῖς ἐπιῤῥάναντες, τοῦ ὀλοθρευτοῦ τὰς χεῖρας διέφυγον· τύπος δὲ ἦν ἐκεῖνα τῶν σωτηρίων παθημάτων· αἷμα γὰρ κἀνταῦθα, καὶ ξύλον σωτήριον, καὶ σωτηρία τοῖς μετὰ πίστεως προσιοῦσι χορηγουμένη. Sic corrupta apud Suidam verba ex Theodoreto in Pſal. LI. unde deſumta ſunt, reſtituimus. *Hyſſopus, herba detergendi vim habens. David:* Aſperges me hyſſopo, & mundabor. *Nullam peccatorum remiſſionem operabatur: ſed occultum quiddam ſignificat. Qui agni ſanguine poſtes hyſſopo aſperſerunt, exterminatoris manus evaſerunt. Illa autem ſalutaris paſſionis figura erant. Sanguis namq; etiam hic, & lignum ſalutare, & ſalus his oblata, qui cum fide accedunt.* Hebræum אזוב, *hyſſopum* denotat, juxta vetuſtiſſimos interpretes, quos palàm ſequitur Apoſtolus ad Hebr. IX. v. 19. Hodie tamen hæc verſio in quæſtionem vocatur: Tremellius maluit *muſcum* exponere: Levinus Lemnius in herb. Bibl. explicatione, cap. XXVI. exiſtimat, eſſe herbam, quam *adiantum* ſive *capillum Veneris* vocant, ea ratione ductus, quòd ſecundùm Salomonis effatum I. Reg. IV. 33. ſit exigua, & parietibus adhæreat. Hunc ſequitur Schindlerus in voce אזוב. Piſcator *libanotidem*, ſeu *rorem marinum* eſſe vult. Vide eum quæſt. XXII. in Exodum, & P. Tarnovium in cap. XIX. Joh. & Rivetum in cap. XII. Exodi, Feſſelii etiam Adverſ. ſacror. lib. V. cap. X. אזוב verò eſſe *hyſſopum.* Bochartus ſequentibus probat rationibus. 1. eſt vocum ſimilitudo: neque enim quisquam eſt, qui non fateatur ad אזוב alludere Græcum ὕσσωπος, quæ ratio, utut ſola non multùm proſit, tamen, cùm aliæ accedant, ſuum pondus habet. 2. *Hyſſopus* apud Chaldæos & Æthiopes eodem nomine venit, quo apud Hebræos. 3. Vix credibile eſt, Græcos Interpretes, qui ὕσσωπον conſtanter reddunt, in voce אזוב potuiſſe falli. Quia, cùm ſacros libros interpretati ſunt, ſtabat adhuc Judæorum reſpublica, in qua τοῦ אזוב quotidianus erat uſus in iis aſpergendis & re-

purgan-

purgandis, quæ per אזוב aſpergi & repurgari Lex juſſerat. Neque enim abſque אזוב mundari poterat quiſquam, qui mortui contactu ſe polluerat. Idem de leproſis judicium, quos à morbo ſanatos Chriſtus ad ſacerdotes ablegabat, ut à Moſe præſcripta facerent, Matth. VIII. 4. Marci I. 44. Lucæ XVII. 14. Sacerdos igitur tum nullus fuit, quem fugerit quid eſſet אזוב. Et Græci Interpretes ſi ignoràſſent, rei tam protritæ doctores habuiſſent paſſim obvios. 4. Neque in errore tam craſſo illos ſecutus eſſet divinus Scriptor, qui Corinthiis, πολυγλωττίαν ſuam in plena Eccleſia, non ſine aliqua jactantia, oſtentantibus, ſe pluribus loqui linguis ſcribit, quàm illos omnes, I. Corinth. XIV. 18.5. Sed neque hic contemnenda eſt Joſephi autoritas, qui, cùm Sacerdos fuerit unus è primis, & in eo miniſterio conſenuerit, τῷ אזוב ſæpe uſus eſt propter cauſſas jam allatas. Tamen is, Græcos ſecutus, Regem Salomonem tradit de qualibet arbore ſuam dixiſſe parabolam *ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου, ab hyſſopo uſq; ad cedrum*: qui locus à Bocharto pluribus explicatur, & contra eos vindicatur, qui negant de *hyſſopo* ibi agi.

Affertur etiam locus alius, ex Joh. XIX. 29. quo probare nituntur, hyſſopum non eſſe אזוב. ubi Evangeliſta: *Illi autem, cùm ſpongiam aceto implevissent, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, & hyſſopo circumdediſſent, ori ejus admoverunt.* Quem ſi conferas cum Matth. XXVII. 48. *Cùm ſpongiam cepiſſet, & aceto impleviſſet, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, & calamo circumdediſſet*; & cum Marci XV. 36. *Cùm ſpongiam aceto impleviſſet, περιθεὶς τε καλάμῳ, calamoq; circumdediſſet*: ſtatim colliges, in Johanne ὑσσώπῳ περιθέντες, idem eſſe, quod περιθεὶς καλάμῳ apud Matthæum & Marcum. In his enim ut *calamus*, ita in illo *hyſſopus ſpongiâ aceto plenâ circumdatur*, & Chriſto in cruce ſitienti offertur. Johanni igitur cum Matthæo & Marco non convenit, niſi ſtatuas illis *calamum* idem eſſe, quod *hyſſopum* Johanni. Ut ſenſus ſit, impios homines, ut Chriſto in cruce ſitienti illudere pergerent, ſpongiam aceto plenam pro vero potu illi obtuliſſe. Et, quia in cruce ſublimis erat, nec ſola manu poterant ad illius os pertingere, ſpongiam hyſſopi cauli circumpoſuiſſe, qui caulis à Johanne *hyſſopus*, à Matthæo & Marco *calamus* appelletur. Sunt viri pii & docti, qui, loca hæc duo ἐναντιοφανῆ ſic conciliare conati, ut unum incommodum vitarent, in alterum inciderunt. Nam, ut vocetur *calamus* herbæ caulis, in qua nihil eſt δονακῶδες, res eſt ſine exemplo. Κάλαμος quidem non eſt ſola *arundo*, ſed propriè τοῦ σίτου καυλὸς, *frumenti caulis*, ut habetur in Heſychio. Unde ad alia transfertur, & *calamus* dicta fiſtula ex calamis conflata. & *ſtipula* καλάμη. *Et propriè calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc eſt, culmum ac ſegetem.* Ita Donatus ad Comicum. Et *calamus* ſcriptorius, quomodo cùm Græci κάλαμον nunquam ſumſerint, hujus tamen uſus à Romanis ad Chaldæos, Arabes, Æthiopes, & Perſas eſt propagatus. Sed calamum pro herbæ caule, qui neque ſit nodoſus, neque concavus, qualis eſt hyſſopi caulis, vix uſpiam reperire eſt. Præterea, quomodo ſpongia, hyſſopi cauli defixa, vel involuta, ad Chriſti crucifixi os admoveri potuiſſet? Debent, qui in magna turba in exemplum ſtatuuntur, tam ſublimes evehi, ut omnibus ſint conſpicui, nec viſum intercipiant peditibus, ſi qui equites fortè adſint. Non dubium igitur, quin, ut cæteri patibularii, ita etiam cruciarii in ſublime acti fuerint. Unde eſt, quòd Artemidori Onirocriticῶν lib. IV. cap. LV *gloriam* ſignificat, ſi quis ſe crucifigi ſomniat, *διὰ τὸ ὑψηλότερον εἶναι τὸν ἐσταυρωμένον, quia qui crucifigitur ſublimior eſt.* Itaque, ut de Hamane, Eſth. VIII. 9. 10. taceam, in crucem cubitorum quinquaginta ſublato, de Regulo legitur apud Silium,

--- --- *Vidi, cùm robore pendens,*
Italiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.

Et de Hippolyto martyre in Prudentio,

--- --- *Crux iſtum tollat in auras.*

Et apud Nonnum de ipſo Chriſto, Joh. XIX. v. 18.

Εἰς δόρυ τετράπλευρον, ἐπήορον, ὑψόθι γαίης
Ὄρθιον ἐξετάνυσσαν. --- ---

Supra lignum quadratum, ſublime, ſupra terram Erectum extenderunt.

Proinde זקף Chaldæis *in altum evehere*, ſed Syris *crucifigere* eſt. Et ipſa *crux* זקיפא utriſque dicitur *ab attollendo*. Quò Chriſtus reſpiciens Joh. III. 14. *Ut Moſes*, inquit, *Serpentem exaltavit in deſerto, ita Filium hominis* ὑψωθῆναι δεῖ, *exaltari oportet*. Vide etiam Joh. XII. 32. Ad hanc porrò altitudinem quid faciat hyſſopi caulis, quem ferè cubitalem eſſe, ex Iſaaco Ben-Omran, docet Bochartus: alii minorem eſſe dicunt. Meſve hyſſopi duo habet genera, hortenſem & montanam; quarum illa ſemicubitalis, hæc brevior eſt. Ajunt hyſſopum in Judæa majorem eſſe, ut Sinapi: de quo Chriſtus Matth XIII. 31. Et arboreſcere colligunt ex eo, quòd dicitur Salomon de omni arbore diſſeruiſſe à cedro uſque ad hyſſopum, quaſi hyſſopus ſit arbor. Unde Joſephus, Καθ' ἕκαστον γὰρ εἶδος δένδρων παραβολὴν εἶπεν, ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου. *De omni arborum ſpecie parabolam dixit, ab hyſſopo uſq; ad cedrum*, ſed reſpondetur, pro *arboribus* Hebraice haberi עצים ligna, quæ vox extenditur uſque ad λινοκαλάμην Joſuæ II. 6. Hoc præcipuum, quòd hyſſopi rami non ſolùm exiles ſunt, ſed & humi jacent. Iſaacus Ben-Omran: *Et extenduntur rami ejus in terræ ſuperficiem.* Ne ergo quiſquam ſibi fingat, illos eſſe firmos & rigidos, ita ut calamorum vicem præſtare poſſint, ſunt qui receptam Johannis lectionem ſollicitant, &, pro ὑσσώπῳ, οἰσύῳ legi volunt, vel ὑσσῷ, vel ὑσσύτῳ. Tot enim diverſæ de hoc loco reperiuntur conjecturæ. Bochartus exiſtimat, omnia poſſe conciliari, ſi, ſolùm caſu mutato, pro ὑσσώπῳ, ſcribatur ὕσσωπον, totuſque locus ita legatur: *Illi autem, cùm ſpongiam aceto impleviſſent*, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὕσσωπον περιθέντες, *& hyſſopum circumdediſſent, ori illius admoverunt.* Sic Spongia hyſſopum non circumdederit, ſed hyſſopus ſpongiam, ut, aceti acore cum hyſſopi amaritudine mixto, fieret potus ingratior. Reliqui duo Evangeliſtæ de aceti ſpongia egerant, & quomodo calamo alligata Chriſti ori fuiſſet admota. Sed hoc unum prætererant, quod Johannes hic ſupplet, ſpongiam illam fuiſſe hyſſopo circumdatam, ut non ſolùm acerbus, ſed & amarus eſſet Chriſti potus. Quod ſcire noſtrâ intererat, quia ſic perfectè adimpletum eſt Davidis vaticinium, quo, ſub perſona Chriſti loquens, Pſal. LXIX. 22. *Fel*, inquit, *in cibum mihi dederunt, & aceto me potaverunt in ſiti mea. Fel* reddimus Hebræum ראש cum vulgo interpretum, cùm ſit propriè herbæ amaræ genus in ſegetibus naſcens, Hoſeæ X. 4. quæ cum abſinthio ſæpe jungitur ut æquè amara. Exempla vide Deuter. XXIX. 18. Jerem. IX. 15. Then. III. 19. & Amoſi VI. 12. Mirabilis igitur eſt hæc prophetia, in qua & aceti fit mentio, & herbæ amaræ illi adjunctæ. Amaram enim in Judæa eſſe hyſſopum probat Bochartus ex Iſaaco Ben-Omran. Hanc ſententiam ex veteribus haud obſcurè ſequitur Theodorus Heracleotes, qui in Catena in cap. XIX. Joh. pag. 442. Πάντων τῶν εἰς αὐτὸν γεγραμμένων ἔργῳ λοιπὸν ἐπιτελουμένων, ἓν μόνον ὑπελείπετο, εἰς ἔλεγχον τῆς ἐκείνων ὑπερβαλλούσης κακίας, τὸ προσαγαγεῖν αὐτῷ σπόγγον ὄξους μεστὸν μεθ' ὑσσώπου. *Omnibus jam, quæ de ipſo ſcripta erant, opere completis, unum reſtabat ſolùm, ad exceſſum malitiæ eorum arguen-*

Digitized by Google

arguendum, ut offerrent illi ſpongiam aceto plenam cum hyſſopo. Sed quia pleriſque viſum eſt, hyſſopum in Johanne idem eſſe, quod calamum apud alios Evangeliſtas, caſus fortè à ſcribis mutatus, & pro ὑσσώπῳ περιθέντες, ſcriptum ὑσσώπῳ, ut caſu conveniret cum aliorum καλάμῳ.

Ὑστεροβουλέω.

Lexica hoc verbum non habent. Ὑστερόβουλος eſt, *qui poſt factum conſultat*, ut ſerò ſapientes Phryges. Hinc ὑστεροβουλία, Heſychio interprete, ἐσχάτη βουλὴ, μετάνοια, μετάμελος, *ſerum conſilium, ſera pœnitentia.* Cyrillus Alex. ad verſ. 19. cap. I. Jeſaiæ, pag. 22. Σκαιότητος καὶ βίου φιλαμαρτήμονος καρπὸς ἡ ἀνόνητος ὑστεροβουλία. *Fructus malitiæ & vitæ flagitioſæ, eſt inutilis pœnitentia.* Idem lib. V. cap. I. in Joh. pag. 464. Ἀπράκτοις ὑστεροβουλίαις δαπανώμενοι. *Qui inutilibus ſeris conſumuntur conſiliis.* Et lib. VI. in Joh. pag. 645. de impiis: Κατοιχήσονται εἰς ᾅδου κολασθησόμενοι, καὶ ἀνόνητον ἕξουσι ὑστεροβουλίαν. *Ibunt ad inferos puniendi, nec quicquam illis ſera pœnitentia proderit.* Inde jam eſt ὑστεροβουλέω, *poſt factum ſapio, ſera conſilia capio.* Cyrillus Alex. lib. V. cap. III. in Joh. pag. 499. Τὸ ὑστερίζειν ἐν ἀγαθοῖς, καὶ ὑστεροβουλεῖν εἰς τὸ χρήσιμον, ὄνησιν μὲν ἔχον οὐδεμίαν ἐρῶται, θρῆνον δὲ μᾶλλον τὸν ταῖς ῥαθυμίαις πρέποντα προξενεῖν. *Virtutes retro abjicere & bene agendi ſera conſilia capere, nullius utilitatis eſſe comperitur, ſed luctum potiùs ſegnitiei convenientem parere.*

Ὑψηλοκάρδιος.

Habent Lexica, ſed ſine auctore. *Qui corde eſt elato, arrogans, ſuperbus.* Heſychius Presbyter Cent. I. num. LXIII. ex Proverb. XVI. 6. Ἀκάθαρτος παρὰ Κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος. *Apud Dominum, quicunque ſuperbo eſt corde, immundus habetur.*

Ὑψηλοβατέω.

Non habent Lexica, ſignificat *ſublimem aëris regionem perambulo.* Chryſoſtomus Homil. LXIX. t. I. Edit. Paris. quæ eſt in Petrum & Eliam, pag. 761. de Elia: Λέγω Ἠλίαν τὸν προφήτην ἐκεῖνον, τὸν ἐπίγειον ἄγγελον, καὶ ἐπουράνιον ἄνθρωπον· τὸν χαμαὶ βαδίζοντα, καὶ τὰ οὐράνια ἡνιοχοῦντα· τὸν τρίπηχυν ἄνθρωπον, καὶ ὑψηλοβατοῦντα, καὶ εἰς αὐτὰς ἀναπετασθέντα τοῦ οὐρανοῦ τὰς ἀψῖδας. *Dico Eliam, Prophetam illum, terreſtrem Angelum, & cœleſtem hominem, qui humi quidem ambulabat & ea, quæ in cœlis ſunt, gubernabat: trium cubitorum hominem, & ſublimem aëris regionem perambulantem, & usque ad ipſa cœli faſtigia protenſum.*

Ὑψηλόφωνος.

Non habent Lexica. *Altiſonus.* Cæſarius, Dial. I. Interrogat. XX. Paulum vocat ὑψηλόφωνον τῆς πίστεως σάλπιγγα, *altiſonam fidei tubam.*

Ὕψιστος. Ὑψιστάριος.

Heſychius: Ὕψιστος, ὑψηλότατος. *Altiſſimus.* Ita vocatur Deus, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀνώτερον τῶν πάντων, *quia ipſe omnibus ſuperior eſt*: inquit Theophilus lib. I. ad Autolycum, pag. 246. Chryſoſtomus in Pſal. CXLIV. Θεὸν ὕψιστον καλῶν, οὐ τόπῳ αὐτὸν περιορίζω, ἀλλὰ τὸ ὑψηλὸν καὶ μεγαλεῖον αὐτοῦ τῆς φύσεως δηλῶ καὶ διεστηκὸς καὶ πάντων ἀνακεχωρηκός. *Deum altiſſimum dum voco, eum loco non circumſcribo, verùm ſublimitatem & majeſtatem naturæ ejus declaro, & quòd ab omnibus differat & ſeparatus ſit.* Quidam hæretici, qui Deum dicebant ὕψιστον, vocati ſunt ὑψιστάριοι. Heſychius: Ὑψιστάριος, αἱρετικὸς, ὥς φασι, τῶν τὸν ὕψιστον σεβομένων. *Hypſiſtarius, ut dicunt, hæreſis eorum, qui ſummum, ſive ſupremum colunt.* Suidas: Ὑψιστάριος. αἵρεσις τις Ὑψιστάριοι. οἱ τὸν ὕψιστον καλοῦντες. Hypſiſtarius. *Hypſiſtarii ſunt hæreſis quædam, qui Summum ſive Supremum invocant.* Eorundem meminit Greg. Nazianzenus, Orat. XIX. pag. 289. & errorem eorum deſcribit, quando de Patre ſuo hæc refert, Ῥίζης ἐγένετο βλάστημα οὐκ ἐπαινετῆς, οὐδὲ εὐφυοῦς εἰς εὐσέβειαν, οὐδὲ ἐν τῷ οἴκῳ θεοῦ πεφυτευμένης, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀτόπου καὶ ἀλλοκότου, ἐκ δυοῖν τοῖν ἐναντιωτάτοιν συγκεκραμένης, Ἑλληνικῆς τε πλάνης, καὶ νομικῆς τερατείας· ὧν ἀμφοτέρων τὰ μέρη φυγὼν, ἐκ μερῶν συνετέθη. τῆς μὲν γὰρ τὰ εἴδωλα, καὶ τὰς θυσίας ἀποπεμπόμενοι, τιμῶσι τὸ πῦρ καὶ τὰ λύχνα, τῆς δὲ τὸ σάββατον αἰδούμενοι, καὶ τὴν περὶ τὰ βρώματα ἔστιν ἃ μικρολογίαν τὴν περιτομὴν ἀτιμάζουσιν. Ὑψιστάριοι τοῖς ταπεινοῖς ὄνομα, καὶ ὁ παντοκράτωρ δὴ μόνος αὐτοῖς σεβάσμιος. *Ex radice ortus eſt minimè laudabili, nec ad pietatem rectè comparata, nec in Dei domo plantata, verùm admodum abſurda & prodigioſa, ex duabus rebus maximè contrariis, hoc eſt ex Gentili errore, & Legali vanitate conflata. Quarum utriusque partes quaſdam fugiens, ex quibuſdam partibus conflata & conſtituta eſt. Etenim illius quidem Idola & ſacrificia rejicientes, ignem & lucernas colunt, hujus autem ſabbatum & jejunam quandam à nonnullis cibis abſtinentiam venerantes, Circumciſionem aſpernantur. Atque humiles & abjecti homines Hypſiſtariorum nomen ſibi tribuunt, ac ſoli omnipotenti venerationem adhibent.* De iis etiam ſcribit Greg. Nyſſenus, Orat. II. contra Eunomium, t. II. pag. 440. Ὁ ὁμολογῶν τὸν πατέρα πάντοτε καὶ ὡσαύτως ἔχειν, ἕνα καὶ μόνον ὄντα, τὸν τῆς εὐσεβείας κρατύνει λόγον· βλέπων ἐν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, οὗ χωρὶς πατὴρ οὔτε ἐστὶν, οὔτε λέγεται· εἰ δὲ ἄλλον τινὰ παρὰ τὸν πατέρα θεὸν ἀναπλάσσοι, Ἰουδαίοις διαλεγέσθω, ἢ τοῖς λεγομένοις Ὑψιστιανοῖς· ὧν αὕτη ἐστὶν ἡ πρὸς τοὺς χριστιανοὺς διαφορὰ, τὸ θεὸν μὲν αὐτοὺς ὁμολογεῖν εἶναί τινα, ὃν ὀνομάζουσιν ὕψιστον, ἢ παντοκράτορα· πατέρα δὲ αὐτὸν εἶναι μὴ παραδέχεσθαι. ὁ δὲ χριστιανὸς, εἰ μὴ τῷ πατρὶ πιστεύοι, χριστιανὸς οὐκ ἔστι. *Qui Patrem ſemper & eodem modo ſe habere confitetur, unumque & ſolum eſſe confirmat, pietatis retinet doctrinam, intuens in Patre Filium, ſine quo Pater neque eſt neque dicitur. Quodſi aliquem alium Deum præter Patrem fingit, cum Judæis diſputet, vel cum his, qui Hypſiſtarii nominantur: quorum eſt hæc cum Chriſtianis differentia & diſcordia, quod ipſi Deum quidem confitentur eſſe quendam, quem nominant Altiſſimum, vel Omnipotentem: Patrem autem ipſum eſſe non admittunt. Chriſtianus verò niſi Deo Patri credat, Chriſtianus non eſt.* Hic, pro Ὑψιστιανοῖς, legendum eſſe Ὑψισταρίοις, ex Nazianzeno, Heſychio & Suida ſatis manifeſtum eſt. De his verò *Hypſiſtariis* nihil apud Epiphanium, Auguſtinum, Theodoretum, Damaſcenum, & alios, qui olim de Hæreſibus ſcripſerunt, legitur. Conſimile tamen quiddam ferè de Euphemitis ſeu Maſſalianis narrat Epiphanius, hæreſi LXXX. p. 450. Ait enim *eos ex Gentilibus ortos, nec Judaiſmo, nec Chriſtianiſmo attendere,* καὶ θεοὺς μὲν λέγειν, μηδενὶ μηδὲν προσκυνεῖν, ἑνὶ δὲ μόνον δῆθεν τὸ σέβας νέμειν, καὶ καλεῖν παντοκράτορα, *& deos quidem dicere, nullum tamen adorare, ſed unum ſolum venerari, eumque Omnipotentem vocare.* Refert etiam, eos *cum lucernarum igne* (λυχναψίαν vocat) *conventus habere.* Quæ quidem non multùm ab iis diſcrepant, quæ de *Hypſiſtariis* veteres ſcripſiſſe vidimus.

Ὑψόω.

I. Ὑψόω, *exalto*, aliquam rem aut perſonam, eſt eam *ſummopere laudare & celebrare.* Suidas: Ὑψοῦτε.

ἀντὶ

Digitized by Google

ἀντὶ τοῦ, ὑψηλὸν αὐτὸν κηρύττετε. Δαυΐδ· Ὑψοῦτε κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν. *Exaltate. Extollite, pro, Excelſum illum prædicate.* David, Pſal. XCIX. 5. *Extollite Dominum Deum noſtrum.* Suidas explicationem ex Theodoreto habet. Iterum Suidas: Ὑψώθητι· ἀντὶ τοῦ, Δεῖξον πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ ὕψος σου. Δαυΐδ· Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός. *Exaltare, pro, Mortalibus omnibus celſitudinem tuam demonſtra.* David, Pſal. LVII. 6. 12. *ſupra cælos, ô Deus, exaltare.* Iterum ex Theodoreto petita explicatio. Suidas: Ὕψωσεν, ἐπῆρεν. καὶ ὕψωσις, ἔπαρσις. *Exaltavit, laudibus extulit.* Et ὕψωσις, *exaltatio, elatio.* Quomodo Deus exaltetur, explicat Theodoretus, ad v. 14. Pſal. XXI. pag. 474. Οὐ ταπεινὸς ὢν ὁ θεὸς ὑψοῦται, οὐδὲ ὃ μὴ ἔχει προσλαμβάνει· ἀλλ᾽ ὅπερ ἔχει δείκνυσιν. εἰκότως τοίνυν εἶπεν, ὑψώθητι κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου. δείκνυται γάρ σου τὸ ὕψος διὰ τῆς ἀῤῥήτου δυνάμεως, ἣν ἡμεῖς ᾄδοντες καὶ ὑμνοῦντές σε διατελέσομεν, τὰς σὰς θαυματουργίας διεξιόντες. *Non quod DEUS humilis ſit, extollitur, neq; quod non habet recipit, ſed quod habet oſtendit. Jure igitur inquit,* Exaltare Domine in virtute tua. *Demonſtratur namq; tua altitudo per ineffabilem potentiam, quam nos canentes & celebrantes te continuè, pergemus tua mirabilia opera enarrare.* Atque hoc ſenſu paſſim in ſacris Literis hoc verbum ſumitur.

II. Verbum ὑψόω uſurpatur *de exaltatione Chriſti in crucem.* Ita ſumitur Joh. III. 14. Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. *Et ſicut Moſes exaltavit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet Filium hominis.* Dubitandum non eſt, quin hic Chriſtus ad crucem ſuam reſpiciat: quo ſenſu vox ὑψοῦσθαι, ut poſtea videbimus, etiam reperitur Joh. VIII. 28. & cap. XII. 32. 34. Impoſitus eſt ſerpens ille, ut Moſis hiſtoria loquitur, על־נס, Numer. XXI. 8. 9. Illud autem נס Rabbi Solomo interpretatur פרקה, *furcam.* Et quod hic in Syriaco eſt pro ὑψῶν רום, id Kimchi interpretatur זקף, unde eſt vox זקיפה, quæ *crucem* Syris ſignificat. Juſtinus Apologet. II. pag. 93. Edit. Græco-Lat. ſcribit, Λαβεῖν τὸν Μωσέα χαλκὸν, καὶ ποιῆσαι τύπον σταυροῦ, καὶ τοῦτον στῆσαι ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ. *Moſen accepiſſe æs, & figuram crucis feciſſe, eamq; ad ſanctum tabernaculum ſtatuiſſe.* De Chriſti crucifixione hoc etiam interpretatur Chryſoſtomus Homil. XXVII. in Joh. pag. 662. 663. ubi ænei ſerpentis cum Chriſto convenientiam multis exponit, & inter alia ſcribit: Εἰ πρὸς εἰκόνα χαλκῆν ὄφεως ἰδόντες Ἰουδαῖοι, διέφυγον θάνατον· πολλῷ μᾶλλον εἰς τὸν Ἐσταυρωμένον, πιστεύοντες, εἰκότως πολλῷ μείζονος ἀπολαύσονται εὐεργεσίας. *Si ad ænei ſerpentis ſimulacrum reſpicientes Judæi, mortem effugerunt; potiori profectò jure, qui in Crucifixum credunt, majori beneficio perfruentur.* Item: Ἐκεῖ δήγματα ὄφεων ἰᾶτο ὁ κρεμάμενος ὄφις, ἐνταῦθα τοῦ νοητοῦ δράκοντος ἐθεράπευσε τὰς πληγὰς ὁ σταυρωθεὶς Ἰησοῦς. *Illic ſerpentem morſus ſuſpenſus ſerpens ſanabat, hic draconis ſpiritualis plagas crucifixus Jeſus ſanavit.* Item: Ἐκεῖ χαλκὸς τὸ κρεμάμενον ἦν εἰς σχῆμα ὄφεως διατυπωθείς, ἐνταῦθα σῶμα δεσποτικὸν ὑπὸ πνεύματος κατασκευασθέν. *Illi æs ſuſpenſum erat in ſerpentis formam efformatum: hic corpus Dominicum à ſpiritu paratum.* Tandem: Οὐκ εἶπεν, ὅτι κρεμασθῆναι δεῖ, ἀλλ᾽ ὑψωθῆναι. ὅπερ γὰρ εὐφημότερον εἶναι δοκεῖ, διὰ τοὺς ἀκροωμένους, καὶ ἐγγὺς τύπου, τέθεικε. *Non dixit,* eum oportere ſuſpendi, *ſed* exaltari: *quod enim minùs ignominioſum eſſe videtur, & figuræ propius, poſuit propter auditores.* Theophylactus in cap. III. Joh. pag. 596. & de crucifixione & de glorificatione Chriſti illud, ὑψωθῆναι δεῖ, intelligit. Ὑψωθῆναι ἀκούων, νόει τὸ κρεμασθῆναι. Νόει δὲ καὶ τὸ δοξασθῆναι, καὶ γὰρ ὄντως ὕψος καὶ δόξα τοῦ Χριστοῦ ὁ σταυρὸς γέγονεν, ἐν ᾧ γὰρ ἐδόκει κατακριθῆναι, ἐν τούτῳ κατέκρινε τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου. Exaltatum *audiens, intellige ſuſpenſum eſſe. Intellige etiam, glorificatum eſſe: nam revera ſublimitas & gloria Chriſti, crux fuit. Per hoc enim, quo viſus eſt condemnari, condemnavit hujus mundi principem.* Eodem modo Theophanes, Homil. III. p. 18. Τὸ ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, διττὸν ὠδίνει τὸν νοῦν. τήν τε εἰς ὕψος ἀνασκολόπισιν, ἣν δι᾽ ἡμᾶς κατεδέξατο. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἐδοξάσθη διὰ τοῦ σταυροῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. *Iſtud,* exaltari oportet Filium hominis, *duplicem parit ſenſum: nam tum illam in altum ſuſfixionem ſignificat, quam noſtrâ cauſſâ ſuſtinuit: tum etiam gloriam indicat, quam ſecundùm humanam naturam per crucem obtinuit.* De glorificatione etiam exponit Ammonius in Catena in cap. III. Joh. pag. 96. Τὸ ὑψωθῆναι δὲ δηλοῖ τὸ ἐμφανῆ καὶ ἐπίσημον γενέσθαι τὸν Χριστόν. *Chriſtum autem* exaltari, *idem eſt ac conſpicuum & illuſtrem fieri.* Ὑψοῦσθαι de cruce intelligitur Joh. VIII. v. 28. Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, &c. *Cùm exaltaveritis Filium hominis,* &c. Ita explicat Chryſoſtomus in Catena in Joh. p. 231. Οἶδα, φησιν, ὅτι νῦν οὐ συνίετε τὰ λεγόμενα, οὐδὲ τίνα λέγω πατέρα· ὑπερβαίνει γὰρ ὑμᾶς ἐκεῖνα συνιέναι· ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γνώσεσθε τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν, καὶ ὅτι οὐδὲν ὑπεναντίον τῷ πατρὶ διαπράττομαι. *Scio, inquit, vos non intelligere modò quæ dicuntur, & quem Patrem dicam; ſuperant enim iſta captum veſtrum: ſed in cruce cognoſcetis virtutem meam, & quòd nihil Patri contrarium faciam.* Et Theophylactus in cap. VIII. Joh. p. 681. Ἐπειδὴ πολλὰ σημεῖα ποιήσας οὐκ ἐπεσπάσατο τούτους, περὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῖς διαλέγεται, &c. *Poſtquam multa ſigna feciſſet, nec tamen eos attraxiſſet, nunc de cruce cum iis loquitur.* Alia prorſus eſt ſententia Cyrilli lib. V. cap. IV. in Joh. pag. 516, qui ſcribit: Ὅταν ὑψώσητε, τουτέστιν, ὅταν τῆς ἐπ᾽ ἐμοὶ μικρᾶς τε καὶ χαμαιπετοῦς ἀποπαύσησθε διαλήψεως, ὅταν ὑψηλόν τε καὶ ὑπέρογκον φρονήσητε περὶ ἐμοῦ, καὶ θεὸν ἐκ θεοῦ πεφυκότα πιστεύσητε. Cùm exaltaveritis, *id eſt, cùm exiles de me atq; humiles cogitationis depoſueritis, cùmq; ſublime quidpiam, & plus quàm terrenum de me ſenſeritis, & Deum ex Deo eſſe credideritis.* Ultimus locus exſtat Joh. XII. v. 32. 34. ubi ὑψωθῆναι de cruce intelligitur. Ita intellexit Cyrillus Alexan. in Catena in Joh. cap. XII. pag. 316. Ἀντὶ τοῦ σταυρωθῆναι, τὸ ὑψωθῆναί φησι. *Pro crucifigi, exaltari dixit.* Theophylactus in hoc caput, pag. 742. Ἐὰν ὑψωθῶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. *Cùm in cruce exaltatus fuero.* Idem tamen Cyrillus, ubi ſuprà, per illud, ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, intelligit *gloriam & celebritatem mortis in cruce.* Ἄλλως τε φαίη τις ἄν, οἶμαι, καὶ σφόδρα καλῶς, ὕψος εἶναι τὸ ἐπὶ εὐκλείᾳ, καὶ δόξῃ νοούμενον τὸν ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατον· δοξάζεται γὰρ καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ. *Aliter etiam, & quidem meo judicio, pulchrè quis dixerit, per exaltationem intelligi gloriam & celebritatem mortis in cruce: hæc enim per Chriſtum honoratur & glorificatur.* Theophanes Homil. XXXIV. pag. 246. intelligit per ὕψωσιν, τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἀνάβασιν, *aſcenſionem ad Patrem.* Confer vocem Ἀνάληψις, num. II.

Ὕψωσις.

I. Ὕψωσις τοῦ σταυροῦ, *exaltatio Crucis.* De feſti hujus origine videatur Hoſpinianus noſter de origine feſtorum Chriſtianorum, menſe Septembri. Homil. IV. apud Theophanem, pag. 19. eſt εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, *In exaltationem pretioſæ &*

vivificæ Crucis. Celebratur apud Græcos decimo quarto die Septembris. Menologium ad 14. Sept. ἡ παγκόσμιος ὕψωσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *Univerſalis exaltatio pretioſæ & vivificæ Crucis.* Balſamon in Nomocan. Photii, tit. VII. ad cap. I. p. 921. ex Manuelis Comneni novella, inter feſta, quibus ab omni opere ceſſandum, refert ἡμέραν ιδ΄. τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, τῇ ὑψώσει τετιμημένην τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ, *diem decimum quartum Septembris, qui propter exaltationem vivificæ Crucis honoratur.* Georgius Alexandrinus de vita Chryſoſtomi, in Biblioth. Photii, Cod. XCVI. pag. 261. Τῇ ἡμέρᾳ τῆς ὑψώσεως, τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐστὶν αὕτη τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. *Die exaltationis, qui in decimum quartum Septembris incidit.* Quin & *Vigilia* apud Græcos honoratur. Menologium: Προεόρτιον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *Pervigilium precioſæ & vivificæ Crucis. Octava* etiam, quæ ἀπόδοσις τῆς ἑορτῆς ab illis appellatur, quaſi dicas *redditionem feſti.* Menologium: κά. Σεπτεμβ. ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *Viceſimo primo Septemb. Eadem die eſt octava vivificæ crucis.* Propter feſti hujus ſolennitatem ejuſdem memoria etiam die Dominica illud præcedente agitabatur. Conſtat ex Menologio, ubi hæc Dominica vocatur κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως. *Dominica ante exaltationem.* Et Dominica, feſtum illud excipiens, vocatur κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν. *Dominica poſt exaltationem.*

II. Ὕψωσις *uſurpatur de elevatione panis in S. Cœna.* Prioribus aliquot ſeculis panis in menſa poſitus benedicebatur, confringebatur in partes, diſtribuebatur, non in altum tollebatur, non monſtrabatur communicaturis fidelibus. Poſtea receptum eſt, ut, priuſquam confringeretur panis, elevatis manibus quaſi benedicendus Deo offerretur. Hujus *elevationis* mentio eſt in vita Evurtii Aurelianenſis Epiſcopi à Lucifero ſubdiacono ſcripta, qui Evurtius vixit Conſtantini M. temporibus. *Et ecce*, inquit, *in hora confractionis panis cæleſtis, cùm de more ſacerdotali hoſtiam elevatis manibus tertiò Deo benedicendam offerret præfatus Antiſtes, apparuit velut nix ſplendida ſuper caput ejus manus porrectis digitis oblatum benedicens.* En ter elevari ſolita hoſtia, priuſquam in partes confringeretur, & hoc fine elevata, ut quaſi Deo protenderetur benedicenda. In Liturgiis Græcis Baſilii & Chryſoſtomi etiam occurrit mentio hujus *elevationis*, ſed non ea parte, quà vulgò putatur, ea *elevatio* ibi memoratur, ut monemus in verbo Ἀναδεικνύω. S. Maximus in Dionyſii Areopagitæ cap. III. de Hierarch. Eccleſiaſt. pag. 68. Τάχα τὸν κεφισμὸν καὶ τὴν ὕψωσιν τῆς μιᾶς εὐλογίας, τοῦ θείου ἄρτου φησὶν, ὃν ὑψοῖ ὁ ἱερεὺς, λέγων, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. *Forſan elevationem & exaltationem unius benedictionis divini panis dicit, quem extollit ſacerdos, dicens, Sancta ſanctis.* In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 103. Ὅταν δὲ ἴδῃ ὁ διάκονος τὸν ἱερέα ἐκτείνοντα τὰς χεῖρας, καὶ ἁπτόμενον τοῦ ἁγίου ἄρτου πρὸς τὸ ποιῆσαι τὴν ἁγίαν ὕψωσιν. *Quando verò Diaconus viderit ſacerdotem extendere manus, & contingere ſanctum panem ad faciendam ſanctam elevationem.* In eadem Liturgia, pag 106. de poculo: Διάκονος ἔρχεται εἰς τὴν θύραν, καὶ ὑψῶν τὸ ἅγιον ποτήριον, δεικνύει αὐτὸ τῷ λαῷ, λέγων. Μετὰ φόβου θεοῦ καὶ ἀγάπης προσέλθετε. *Diaconus venit ad januam, & elevatum ſacrum calicem oſtendit populo, dicens: Cum timore Dei & charitate accedite.* Germanus in hiſt. Eccleſ. pag. 177. Μετὰ τὴν ὕψωσιν, εὐθὺς ὁ μερισμὸς τοῦ θείου ποιεῖται σώματος. *Poſt elevationem, ſtatim diſtributio divini corporis fit.* Ex his patet, elevationem ante ſymbolorum diſtributionem fuiſſe factam. Confer vocem Κοινωνικὸς, num. V. Nullum etiam hic adorationis veſtigium. Quamvis autem hujus ὑψώσεως fiat mentio in dictis Liturgiis, non tamen exiſtimandum, illam conſuetudinem jam tum in Eccleſia Græca fuiſſe uſitatam. Cyrillus certè ejus non meminit, nec alius quiſpiam ejus ævi Græcorum Patrum. Quicquid autem ſit, nemo, ut diximus, cùm elevaretur, olim ſe inclinabat fidelium, qui videbat, nemo adorabat: Honorius demum tertius in elevatione hoſtiæ ut populus inclinaretur conſtituit, initio ſeculi decimi Tertii. Vide Hoſpinianum noſtrum Hiſt. Sacrament. parte I. lib. II. cap. I. lib. III. cap. III. ad Canonis ſextam partem: lib. IV. cap. VI. lib V. cap. VII.

Φ.

Φαίνομαι.

Multa de hoc verbo Lexica tradunt, quæ hic non repetimus. Id tantùm obſervamus, quod ab illis omiſſum. Τὰ φαινόμενα apud Macarium opponuntur τοῖς νοητοῖς & πνευματικοῖς, & ſunt aliàs ὁρατὰ, vel αἰσθητά. Sic enim ille Homiliâ XX. ſtatim poſt initium: Ὥσπερ ἐν τοῖς φαινομένοις ἐάν τις γυμνὸς ᾖ, ἐν πολλῇ αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ ἐστὶ, καὶ φίλοι φίλους ἀποστρέφονται γυμνούς. — οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἀποστρέφεται τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐνδεδυμένας τὸ τοῦ πνεύματος ἔνδυμα. *Quemadmodum in rebus externis ſi quis nudus fuerit, ſummo pudore atque dedecore afficitur, & amici nudos averſantur amicos: — ita etiam DEUS averſatur animas non veſtitas indumento Spiritûs.* Homil. XXVI. p. 352. Ἐν τοῖς φαινομένοις τὰ γράμματα ἀτέλεστά εἰσι, καὶ οὐδεὶς οἶδε τοῦτο, εἰ μὴ σχολαστικὸς ὁ μετρίως μαθὼν γράμματα· οὕτω καὶ ὧδε, οὐδενὶ ἐστι καταληπτὸς ὁ θεὸς καὶ μετρητὸς, εἰ μὴ τοῖς γευσαμένοις ἐξ αὐτοῦ ἐκείνου, οὗ ἐδέξαντο, καὶ γνωρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν. *Inter ea, quæ oculis ſubjecta ſunt, literæ perfectionem aſſequi nequeunt; & hoc nemo ſcit, niſi ſcholaſticus mediocriter in literis eruditus: ita etiam hic, Deus nulli incomprehenſibilis eſt & immenſus, præterquam iis, qui ex illo ipſo guſtaverunt, quem ſuſceperunt, ac imbecillitatem ſuam agnoſcunt.* Ita quidem interpretatur Johannes Picus καταληπτὸς & μετρητὸς, ſed prorſus contra ſenſum: tu vertes: *Deus à nullo poteſt comprehendi & capi.* Homil. ead. pag. 356. ubi docet, quomodo ſe habeant τὰ φυσικὰ & τὰ πνευματικὰ, & ſubjicit: Ἐν τοῖς φαινομένοις, ἡ γῆ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἐκφύει τὰς ἀκάνθας. *In rebus ante oculos poſitis, ut plurimùm terra profert ex ſe ipſa ſpinas.* Iterum, ead. Homil. pag. 362. Ὥσπερ ἐν τοῖς φαινομένοις, ἐὰν ᾖ κακοποιὸς, καὶ λάβῃ ἀπόφασιν παρὰ τοῦ ἄρχοντος, λοιπὸν ὑπὸ τοῦ δήμου ὅλου βδελυκτός ἐστι καὶ ἐξουθενωμένος· οὕτως ὁ Κύριος ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ σταυροῦ, ὡς ἄνθρωπος μέλλων ἀποθνήσκειν κατευτελισμένος ἦν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων. *Quemadmodum in rebus terrenis, ſi quis improbus à Magiſtratu ſententiam acceperit, poſt hac ab univerſo populo aſpernabilis & abjectus habetur: ita Dominus tempore crucis, tanquam homo moriturus, vilipendebatur à Phariſæis.*

Φακιόλιον.

Qui φακιόλιον, *facialem* eſſe volunt, errant. Idem autem eſt quod πεζίδιον, *faſcia* vel *vitta*, quâ caput cingitur. Optimæ Gloſſæ: πεζίδιον βασιλικόν. *Diadema.* Πεζίδιον γυναικεῖς. *Faſcia. Lorum* vocat Balſamon. Nam *lorum* utrumque ſignificat, & *vittam*, quæ veſtis extremitatem ambit, & *faſciam* coronæ regiæ. Sic & πεζίδιον, quod apud Suidam eſt πεζίτιον. Suidas: Πεζίτια, στέμματα. *Coronæ.* Heſychius: Σιμικίνθια, φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. *Semicinctia, faſciæ, zonæ, oraria ſacerdotum.* Suidas: Σιμικίνθιον, φακιόλιον, ἢ σουδάριον. *Semicinctium, faſcia, vel ſudarium.*

Apud

Apud Achmetem φακιώλιον ponitur pro *diademate regio.* Suidas in Κίδαρις. Τινὲς δὲ κίδαριν λέγουσι περικεφάλιον πῖλον, ἢ στέφανον, ἢ φακιόλιον, ἢ πῖλον βασιλικὸν Περσῶν. *Quidam verò cidarim dicunt eſſe galerum pileo ſimilem, qui capiti imponitur, vel coronam, vel vittam, vel regium perſarum pileum.* Idem: Φάκελλος, τὸ τῆς κεφαλῆς φόρημα, ὃ καὶ φακιόλιον λέγεται. Φάκελλος, *faſcia capitis, quæ etiam* φακιόλιον *dicitur.* Φακιόλης Nicetæ eſt κυρβασία, *caſſis, galea.* Idem Nicetas φακιόλους appellat *vincula, quibus lignorum faſces alligantur,* qui φάκελοι apud antiquos, & meliores Græcos dicti. At contrà φάκελλον Suidas dici ait *faſciam capitis:* quæ vox vulgò Græcis *vinculum,* quo ſarmentorum manipuli ligantur, denotat. In Palladii hiſt. Lauſiaca, de Iſidoro, pag. 11. legitur φακιάλιον. Οὗτος ὁ ἅγιος μέχρις αὐτῆς τῆς τελευτῆς οὐκ ὀθόνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακιαλίου. *Hic ſanctus vir ad ipſam uſque mortem nullum geſtabat velamen linteum, exceptâ vittâ.* Ita φακιάλιον, cum Herveto, renitente licèt Cl. Meurſio, interpretor. Videntur autem Græci dixiſſe φακιόλιον pro φασκιόλιον, *faſciola.* Rectè Nonnoſus in Biblioth. Photii, Cod. III. pag. 5. φακιόλιον ſuo tempore dictum, veteribus φασκιόλην appellari notat. Verba ejus ſunt: Ὅτι τὰ ζανδάλια νῦν λεγόμενα, ἀρβύλας ἔλεγον οἱ παλαιοί. καὶ τὸ φακιόλιον, φασκιόλην. Ita enim emendandum. Vulgò editur φασώλιν. Licet etiam legere φασκιόλιν, pro φασκιόλιον. Sic φακιόλιον, πεζίδιον, ὠράριον, Græcis barbaris idem ſignificat, *inſtitam* ſcilicet, aut *lorum,* vel *faſciam.* Vide etiam Gl. Meurſii in φακεώλιον.

Φάκτον.

Φάκτον, *factum.* Balſamon ad Marci Patriarchæ Alex. quæſt. LXIV. Ὁ μὲν φάκτον ἀγνοήσας, οἷος ἂν καὶ ἔστιν, ἀξιοῦται κατὰ νόμους συγγνώμης. *Qui factum ignorat, qualicunque tandem ille ſit, juxta leges venia cenſetur dignus.* Photius in Nomoc. tit. IX. cap. XXXVIII. p. 150. Ἡ τοῦ φάκτου ζήτησις ἐπιτέτραπται τῷ δικαστῇ, οὐ μὴν ἡ τοῦ νόμου ἐπεξήγησις. *Facti quæſtio in poteſtate judicis eſt, non autem legis autoritas.* Zonaras ad Can. XI. Baſilii Cæſarienſis: Ὡς οὕτω τοῦ φάκτου ἔχοντος. *Cùm factum ita ſe habeat.* Sæpiſſimè legitur apud Juriſconſultos Græcos.

Φαλσεύω.

Φαλσεύειν, *falſare, corrumpere.* Libellus Synodicus, ſub Synodo XL. quæ eſt Conſtantinopol. Conſtantii. Ἀλλὰ τῆς διαθήκης φαλσευθείσης ὑπὸ Εὐσταθίου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐπιτρόπου. *Sed teſtamento ab Euſtathio Presbytero & curatore corrupto.*

Φαμιλία.

Φαμιλία, *familia.* Scribitur etiam φαμηλία & φαμελία. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Φαμελία, *familia.* Θεραπεία, οἰκία, οἶκος, οἴκησις, πατριά. Balſamon ad Photii Nomocan. tit. IX. cap. XXV. pag. 124. Ἐξῃρημένων τῶν χρεῶν τὰ λοιπὰ πράγματα καθάγονται εἰς τὸ διαιρεῖν τῇ φαμιλίᾳ τὸν κλῆρον δικαστήριον. *Exceptis nominibus reliquæ res deducuntur in judicium familiæ herciſcundæ.* Vide Gl. Meurſii.

Φάμωσα.

Scribitur φάμωσα, φάμουσσα. Vox eſt Latina: *Famoſa, libelli famoſi.* Photius in Nomocan. tit. IX. cap. XXXVI. pag. 148. Γενικῶς περὶ τῶν ὑβριζόντων ἢ τυπτόντων, ἢ ποιούντων φάμωσα. *Generaliter de iis qui faciant injuriam, vel verberant, vel famoſos libellos conficiunt.* Mox: Κεφαλικὴ τιμωρία ὥρισται κατὰ τῶν ποιούντων φάμωσα. *Capitale ſupplicium adverſus eos conſtitutum eſt, qui libellos famoſos faciunt.* Ad quæ Balſamon φάμωσα explicat per φλυαρίαν, quando ex Cod. hæc affert: Πᾶς ὁ εὑρίσκων φλυαρίαν ἐσφραγισμένην, ἢ ἀσφράγιστον, καὶ μὴ παραχρῆμα καίων, ἀλλὰ ἀναγινώσκων, ὑπόκειται τιμωρίᾳ ᾗ τινι ὑπέκειτο καὶ ὁ συντεθεικὼς τὴν φλυαρίαν. *Quiſquis libellum famoſum obſignatum vel non obſignatum invenit, & non ſtatim comburit, ſed legit, eidem ſit pœnæ obnoxius, cui is, qui libellum famoſum compoſuit.* Incertus autor apud Suidam in voce φάμωσα. Ἀπέσκωπτον δὲ εἰς Ἰοβιανὸν ᾠδαῖς, καὶ παρῳδίαις, καὶ τοῖς λεγομένοις φαμώσσοις. *Jovianum autem mordaciter deridebant,* eum inſectantes *canticis, & parodiis, & iis, quæ famoſa ſcripta dicuntur.* Hic ᾠδὰς vocat *cantica in alterius infamiam compoſita,* quæ *pſalteria* Paulo Juriſconſulto dicuntur lib. V. ſent. cap. IV. Gloſſæ legales: Φάμωσα· περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας. *Famoſa:* dicitur *de libris ſine autoris nomine* ſcriptis, *qui nugas continent.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Φανερολογία.

Non habent Lexica. *Clara & manifeſta diſputatio.* Marcus Eremita de Baptiſmo: Εἴ τις μετὰ τοσαύτην φανερολογίαν ἀπιστεῖ τοῖς εἰρημένοις, ἔργῳ ἐπιτηδευσάτω μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν. *Si quis poſt tantam tamq; claram diſputationem fidem non habeat iis, quæ dicta ſunt, re ipſa det operam, ut diſcat veritatem.*

Φανέρωσις.

Veteres Gloſſæ: Φανέρωσις. *Declaratio, manifeſtatio.* Athanaſius Orat. de Incarnat. Verbi, t. I. pag. 54. incarnationem Chriſti vocat τὴν ἐν σώματι φανέρωσιν τοῦ πατρικοῦ λόγου, *paterni Verbi in corpore manifeſtationem.* Reſpexit ſine dubio ad locum I. Timoth. III. 16. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. *Deus manifeſtatus eſt in carne.* Convenit cum illo Joh. I. 14. ἐγένετο σάρξ. Φανερῶσθαι ἐν σαρκὶ hic eſt, quod II. Joh. 7. ἐν σαρκὶ ἔρχεσθαι. Et Rom. VIII. 3. ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς πέμπεσθαι. Vide etiam Hebr. II. 14. Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. cap. V. pag. 90. Καὶ ποῦ ἄρα ἦν ἡ θυρίς, δι' ἧς ὁ Κύριος ἐδείκνυτο; ἡ σάρξ, δι' ἧς πεφανέρωται. *Ubi erat autem feneſtra, per quam oſtendebatur Dominus? Caro, per quam fuit manifeſtatus.* Hippolytus lib. de Antichriſto: Ὤφθη ... διὰ σαρκός. *Viſus eſt per carnem.* Ignatius ad Epheſios: Θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου. *Deo in humana carne manifeſtato.* Ἐφανερώθη, in carne manifeſtatus eſt, *in terra per carnem diverſabatur,* ut ad Lucæ X. Euthymius locutus. Item ad Lucæ XV. illud, Accendit lucernam, *Oſtendit in mundo ſuam carnem.* Latini Patres corporari uſurpant. Vide in Σωματόω.

Φαντασία.

I. Accipitur *in bonam partem,* & denotat,

1. *Cogitationem, imaginem rerum animo inſidentium,* &c. Suidas: Φαντασία ἔνδον ἔχει τὴν γνῶσιν. *Phantaſia intus habet cognitionem.* Hoc ſenſu ſumitur à Gregor. Nyſſeno in vita Ephræm, t. III. pag. 604. ubi de Ephræm ſcribit: Ταῖς τοιαύταις ἀεὶ περὶ κρίσεως ὁ μακάριος συνεχόμενος φαντασίαις ἔφευγε τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν κόσμῳ. *Cùm ergo in talibus de judicio cogitationibus beatus ille vir ſemper occuparetur, mundum, & quæcunque in eo ſunt, effugit.* Eodem ſenſu Chryſoſtomus, ſerm. II. ad Theodorum lapſum, t. VI. pag. 70. de vita æterna: Ἐννόησόν μοι τῆς ζωῆς τὴν κατάστασιν ἐκείνης, καθ' ὅσον ἐννοῆσαι δυνατόν. πρὸς γὰρ τὴν ἀξίαν ἡμῖν οὐδεὶς ἀρκέσει λόγος. ἀλλ' ἐξ ὧν ἀκούομεν,

ὥσπερ διά τινων αἰνιγμάτων, λάβωμέν τινα φαντασίαν ἀμυδρὰν αὐτῆς. *Conſidera mihi vitæ illius ſtatum, quoad eum cogitatione comprehendere licet: nulla enim oratio eum ſufficienter & pro dignitate exprimere poteſt: ſed ex iis, quæ audimus, tanquam per ænigmata quædam, ejus obſcuram quandam imaginem nobis in mente formemus.* Athanaſius Orat. contra Gentes, t. I. pag. 3. de homine: Ὁ Θεὸς τῶν ὄντων αὐτὸν θεωρητὴν καὶ ἐπιστήμονα, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητος κατεσκεύασε, δοὺς αὐτῷ καὶ τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἔννοιαν καὶ γνῶσιν, ἵνα τὴν ταυτότητα σώζων, μήτε τῆς περὶ Θεοῦ φαντασίας ποτὲ ἀποστῇ, μήτε τῆς τῶν ἁγίων συζήσεως ἀποπηδήσῃ. *Deus hominem, per ſimilitudinem quam cum ipſo habet, rerum creaturam ſpectatorem & peritum fecit, dum ipſi propriæ etiam æternitatis intelligentiam atque cognitionem largitus eſt, ut identitate retenta, neq; unquam de Deo cogitare deſinat, neq; à vita, quæ cum ſanctis degenda, reſiliat.* Et mox, pag. 8. Ἄνθρωποι κατὰ στέρησιν τῆς τοῦ καλοῦ φαντασίας, ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν ἤρξαντο καὶ ἀναπλάττειν τὰ οὐκ ὄντα. *Homines, meditatione & cogitatione boni privati, ſibi ipſis excogitare & fingere cœperunt res minimè exiſtentes.* Vide Theſaurum Stephani.

2. *Inſomnia; rerum imagines, quæ dormientibus obverſantur: viſa, viſiones.* Veteres Gloſſæ: Φαντασία. *Vana viſio, imago: vanitas, viſio.* Sunt φαντασίαι νυκτεριναί, *nocturnæ rerum ſpecies:* de quibus Iſidorus Peluſiota, lib.I. epiſt. IX. pag. 3. Αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι οὐ μόνον τῶν μεθημερινῶν εἰσι συντυχιῶν, καὶ ὁμιλιῶν ἀπηχήματα, ἀλλὰ καὶ τῆς ῥαθύμου συνηθείας γεννήματα. *Nocturnæ rerum ſpecies non modò diurnorum congreſſuum & colloquiorum reliquiæ & velut extremi ſoni ſunt: verùm etiam ſocordiæ & ignavæ conſuetudinis fœtus.* Eodem modo Baſilius M. in Julittam, pag. 372. Πεφύκασι γάρ πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι, ὡς τὰ πολλά, ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. *Solent quodam modo ſpecies in ſomniis obverſantes, ut plurimùm, reliquiæ eſſe & velut extremi ſoni diurnarum curarum.* Chryſoſtomus Homil. VI. t. V. pag. 21. Οἷα μεθ' ἡμέραν ἡ ψυχὴ μελετᾷν εἴωθε, τοιαῦτα καὶ καθ' ὕπνους φαντάζεται. *Quæ anima interdiu ſolet meditari, eadem in ſomnis imaginatur ſibi.* Iterum Baſilius M. in Pſal. XXXIII. pag. 215. Ὡς ἐπὶ πολὺ τὰ καθ' ὕπνον φαντάσματα τῆς μεθημερινῆς ἐννοίας ἐστὶν ἀπηχήματα. *Ut plurimùm quaſi tenor quidam ſoni ſemel editi ac diutius auribus inſonantis ſunt illæ, quæ per ſomnum recurrunt imaginationes conceptæ interdiu cogitationis.* Hic φάντασμα idem quod φαντασία. Veteres Gloſſæ: Φάντασμα. *Larva, viſio vana, oſtentum.* Suidas: Φάντασμά ἐστι δόκησις διανοίας, οἷα γίνεται κατὰ τοὺς ὕπνους. *Phantaſma eſt opinio mentis, qualis in ſomniis exiſtit.* Huc facit illud Greg. Nazianzeni:

Φροντίσιν ἠματίαις γὰρ ὁμοῖα φάσματα νυκτός.
Curis enim diurnis ſimilia ſunt viſa noctis.

Claudianus:

Omnia quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Hæc eadem nobis reddit amica quies.

Chryſoſtomus Homil. XXXV. in I. ad Corinth, pag. 489. Ὁ ὄναρ πλουτῶν, οὔτε τὰ χρήματα ἔχει, ἅπερ ἐφαντάζετο ἔχειν, οὔτε ἄλλο τι κακὸν ἀπὸ τῆς φαντασίας ταύτης λαβὼν ἀνίσταται. *Qui in ſomniis dives eſt, neque pecunias habet, quas ſe habere exiſtimabat, neque aliud aliquod malum ab iſta imaginatione paſſus ſurgit.* Baſilius M. Homil. IX. in Hexaem. poſt initium, pag. 112. ὥσπερ οἱ ὀνειροκρῖται τῶν φανέντων ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τὰς ἐξηγήσεις ποιούμενοι. *Ut ſomniorum interpretes, qui ad id reſpicientes quod ſibi propoſuerunt, eorum quæ ſecundùm quietem viſa ſunt, interpretationes afferre ſolent.* Idem in illa Moſis, *Attende tibi ipſi*, t.I. p. 347. ἀναπλάττειν ἑαυτῷ φαντασίας ἀνυποστάτους. *Imaginationes ſibi ipſi fingere rerum quæ nuſquam ſunt.*

II. Sumitur *in malam partem*, & notat

1. *Pompam, faſtum, arrogantiam*, &c. Hæc ſignificatio occurrit Actor. XXV.23. ubi de Agrippa & Bernice, *cùm veniſſet* μετὰ πολλῆς φαντασίας, *cum inſigni pompa, ſpecioſoq; admodum, ſive ſplendiſſimo apparatu.* Eodem ſenſu, quo I. Maccab. IX.37. μετὰ πολλῆς παραπομπῆς. Ubi vetus Interpres, ut & in Actis, *cum multa ambitione*, id eſt, pompa & exteriore apparatu. Plinius lib. I. epiſt. XIV. *Honeſtam quietem prætulit huic noſtræ ambitioni dicam, an dignitati?* Hieronymus in vita Hilarionis: *Cùm ingenti honore & comitatu.* Eraſmus: *Cum multo apparatu.* Beza & Piſcator: *Cum multa oſtentatione.* Hic etiam in Notis: *Cum multo ſplendore.* Piſcator obſervat. XXIV. ex v.29. cap.VI. Evangelii ſecundùm Matthæum: *Exemplum ejuſmodi faſtus proponitur in Bernice, uxore Agrippæ, quæ ingreſſa ſcribitur auditorium* μετὰ πολλῆς φαντασίας, *q. d. cum magna apparentia, id eſt, cum magno ſplendore & pompa.* Φαντασίας ergo nomine ea omnia comprehenduntur, quæ faciunt, ut Reges foràs prodeuntes cæteris hominibus majores mirabilioresque appareant: cujuſmodi eſt veſtium nitor, tubarum clangor, & id genus alia, imprimis verò immenſus affectantium numerus, ſine quo friget penè Regum & magnatum in publicum proceſſus. Chryſoſtomus Homil. II. ad populum Antiockenum, t. VI. pag.466. ad reges, Proceres, & magnates ſeculi iſtius divitiis florentes: Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τοὺς πολλοὺς οἰκέτας περιάγεις; τοὺς παρασίτους; τοὺς κόλακας; τὴν ἄλλην ἅπασαν φαντασίαν; οὐ χρείας ἕνεκεν, ἀλλ' ἀπονοίας μόνης, ἵν' ἀπὸ τούτων σεμνότερος τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἶναι δοκῇς. *Cujus rei gratiâ, cedò, multos tecum famulos circumducis? paraſitos? aſſentatores? reliquam omnem catervam, vel reliquum omnem apparatum? Non uſûs, ſed ſuperbiæ ſolummodo cauſsâ, ut propter hæc cæteris hominibus auguſtior eſſe videaris.* Idem, Homil. IV. in Matth. Καὶ τῷ μὲν Ναβουχοδονόσορ οὐκ εἰκὼν τοσαύτη, οὐ σατράπαι, οὐ στρατηγοί, οὐ στρατόπεδα ἄπειρα, οὐ χρυσίου πλῆθος, οὐκ ἄλλη φαντασία πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἤρκεσεν. *Nabuchodonoſoris quidem cupiditati non ſatisfecit tam ingens ſtatua, non ſatrapæ, non duces, non exercitus immenſi, non auri multitudo, non alius ſplendidus apparatus*, vel, *non aliæ res, quæ, ut magnus quis eſſe videatur, efficiunt.* Hic malè Anianus, *Non aliud quidquam, quod excogitare potuit.* Ibidem, non multò pòſt: Ἀλλὰ μὴ προσέχωμεν τοῖς τυμπάνοις, μηδὲ τοῖς αὐλοῖς, μηδὲ ταῖς κινύραις, μηδὲ τῇ λοιπῇ τοῦ πλούτου φαντασίᾳ. *Cæterùm ne curemus tympana, neq; tibias, neq; citharas, neque cæteras res, quibus efficitur, ut divites ſpectabiles incedant.* Iterum Homil. VIII. ad populum Antiochenum: Ἡ ἔξωθεν φαντασία τοῦ βασιλέως. *Exterior regis ſplendor, apparatus*, vel *pompa.* Homil. XVI. ad populum Antioch. Πρὸς τὴν κοσμικὴν φαντασίαν ἐπτόηται. *Ad mundanum ſplendorem, ad mundanum faſtum ſtupet.* Et ibid. Homil. XIX. Πᾶσα βιωτικὴ φαντασία, non eſt, *omnis humana opinio*, ſed, *omnis ſecularis pompa.* Idem in Martyrem Barlaam: Καταγέλασον πλούτου καὶ χρημάτων, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης τοῦ βίου φαντασίας. *Aſpernare divitias, ac pecunias, & omnem reliquam ſeculi pompam.* Idem ad v.7. Pſal.CX. Ἐνταῦθα δείκνυσι τὸ ταπεινὸν τῆς διαίτης, τὸ εὐτελὲς τῆς διαγωγῆς, ὅτι δὴ οὐ στοβῶν, οὐδὲ δορυφόρους ἔχων, οὐδὲ φαντασίαν τινὰ περικείμενος αἰσθητὴν

ταύτην

Digitized by Google

ταῦτα ἔπραττεν, ἀλλὰ λιτὸν βίον μετιών. *Hic oſtendit humilem ac vilem ejus vivendi rationem, quòd nullum faſtum præ ſe ferens, nullis ſtipatus ſatellitibus, nec ſenſibili aliquo, aut externo apparatu munitus, hæc fecerit, ſed tenuem victum perſequens.* Et in Pſal. CXX. Φεῦγε τὰς ἡδονὰς, καταπάτει τὴν φαντασίαν τοῦ βίου. *Fuge voluptates, externam ſeculi pompam conculca.* Ita etiam alibi eadem voce hoc ſenſu utitur, unum & alterum locum duntaxat videamus. Homil. VII. in II. ad Timoth. pag. 363. viduam ita compellat: Εἰ μέλλοις χήρα μένουσα τὸν αὐτὸν κόσμον ἔχειν, καὶ τὴν αὐτὴν φαντασίαν, καὶ τὴν αὐτὴν περιβολὴν, ἣν ζῶντος εἶχες τοῦ ἀνδρὸς, βέλτιον γαμῆσαι. *Si vidua permanens, eundem apparatum, & eandem pompam habitura es, quam vivente adhuc marito habuiſti, melius eſt nubere.* Et Hom. CXX. t. VI. de ultimo judicio: Ποῦ οἱ φίλοι; ποῦ ἡ τῶν βασιλέων φαντασία; ποῦ ἡ φαντασία τοῦ χρυσίου; *Ubi amici? ubi imperatorum & regum pompa, apparatus? ubi auri ſplendor?* Homil. XXXII. in epiſt. ad Romanos, 241. de Roma: Διὰ ταῦτα θαυμάζω τὴν πόλιν, οὐ διὰ τὸν χρυσὸν τὸν πολὺν, οὐ διὰ τοὺς κίονας, οὐ διὰ τὴν ἄλλην φαντασίαν, ἀλλὰ διὰ τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας τούτους. *Propterea hanc miror urbem, non propter copiam auri, non propter ſtatuas, non propter aliam pompam & exteriorem apparatum, ſed propter columnas illas Eccleſiæ,* nempe Petrum & Paulum. Sic alii quoque Patres locuti. Baſilius M. Homil. in Diteſcentes, pag. 395. Οὗτος ὁ πλοῦτος πρὸς τὰς κατ' οἶκον πολυτελείας παρέστω. ἐκεῖνος πρὸς τὰς ἔξωθεν φαντασίας ὑπηρετείτω. Cornarius reddidit, *ad externas imaginationes.* Tu vertes: *Iſtæ divitiæ præſtò ſint ſumtibus domeſticis: illæ verò ſerviant externæ pompæ.* Greg. Nazianzenus, Orat. III. pag. 80. Φόρων ἄνεσις, καὶ ἀρχόντων ἐκλογὴ, καὶ κλοπῶν ἐπιτίμησις, καὶ τἄλλα ὅσα τῆς προσκαίρου καὶ ἀκαριαίας μακαριότητος καὶ φαντασίας. *Tributorum relaxatio, & magiſtratuum delectus, & furtorum caſtigatio, aliaque omnia, quæ brevis & momentaneæ felicitatis ac pompæ ſunt.* Sic etiam apud Polybium in Excerptis lib. XVI. de P. Scipione, à Carthagine debellata reverſo, μεγάλην εἶναι συνέβαινε τὴν φαντασίαν περὶ τὸν ἄνδρα, *magnam ſpeciem ejus pompa habuit:* quem locum adducit Cl. Caſaubonus in Notis ad N. Teſtamentum. Addi poſſunt & alia ex Laërtio & Athenæo. Laërtius de Bione Philoſopho in vita ejus: Ἦν δὲ πολυτελὴς, καὶ διὰ τοῦτο πόλιν ἐκ πόλεως ἤμειβεν, ἐνίοτε καὶ φαντασίαν ἐπιτεχνώμενος. Ἐν γοῦν Ῥόδῳ τοὺς ναύτας ἔπεισε σχολαστικὰς ἐσθῆτας ἀναλαβεῖν, καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, σὺν οἷς εἰσβάλλων εἰς τὸ γυμνάσιον περίβλεπτος ἦν. *Erat quoque in ſumtibus magnificus:* vel, *in ſumtibus faciendis minimè parcus, ac propterea nunc hanc urbem, nunc illam adibat, interdum etiam arte id affectans, ut neſcio quis magnus videretur. Quamobrem Rhodi nautis perſuaſit, ut ſumtis ſcholaſticis veſtibus illum ſequerentur: quibus ſtipatus, cùm gymnaſium ingrederetur, valde ſpectabilis erat.* Quid ſit φαντασίαν ἐπιτεχνᾶσθαι, declarat ipſe Laërtius, ubi ait Bionem, ne ſolus in gymnaſium ingrederetur, nautas veſtibus ſcholaſticis amictos, aſſeclas, quò ſic auguſtiorem in modum, & majori cum pompa, ſpectandum ſe exhiberet. Apud Athenæum, Dipnoſoph. lib. V. hæc leguntur verba de Athenione quodam magna cum pompa Athenas ex legatione redeunte: Συνέτρεχον δὲ πολλοὶ καὶ ἄλλοι θεαταὶ, τὸ παράδοξον τῆς τύχης θαυμάζοντες, εἰ ὁ παρέγγραφος Ἀθηνίων εἰς Ἀθήνας ἐπ' ἀργυρόποδος κατακομίζεται φορείου, καὶ πορφυρῶν στρωμάτων, ὁ μηδέποτε ἐπὶ τοῦ τρίβωνος ἑωρακὼς πορφύραν πρότερον· οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καταχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς. *Concurrebant verò & alii complures ſpectatores, inopinatam rei novitatem admirantes, quòd adſcriptitius civis Athenion ſellâ argenteos pedes habente veheretur, & totus is eſſet purpureus, qui priùs ne ſuper pallio quidem purpuram vidiſſet: cùm ne Romanorum quidem quiſquam tantâ ſpecie ac pompâ, tantóque omnium faſtidio Atticam eſſet ingreſſus.* Alii: *Cùm ne Romanorum quidem quiſquam tantâ pompâ Atticæ luxum ſuperâſſet.* Pro, μετὰ πολλῆς φαντασίας, apud Virgilium, *Ingenti mole.*

Interea Reges, ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru.

Ubi Servius: *Ingenti pompa, ambitu: nam modò hoc ſignificat.*

2. *Fictam rerum ſpeciem: ſpectrum: præſtigias & ludibria dæmonum.* Pro *præſtigiis & ludibriis dæmonum* uſurpatur ab Athanaſio de Incarnatione Verbi, Νικώμενοι ταῖς παρὰ δαιμόνων φαντασίαις καὶ ἀπάταις. *Victi dæmonum præſtigiis & impoſturis.* Iterum Athanaſius Orat. contra Gentes, t. I. pag. 2. Τοῦ σταυροῦ γενομένου πᾶσα μὲν εἰδωλολατρεία καθῃρέθη· πᾶσα δὲ δαιμόνων φαντασία τῷ σημείῳ τούτῳ ἀπελαύνεται, καὶ μόνος ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται. *Poſt crucis adventum, omnis quidem idolorum cultus fuit abolitus: omnes verò dæmonum præſtigiæ hoc ſigno abiguntur, & ſolus Chriſtus adoratur.* Pro γενομένου omninò legendum παραγενομένου. Uſurpatur *pro quavis alia illuſione, & ficta rerum ſpecie.* Theodoretus epiſt. CIV. pag. 975. de quibusdam hæreticis: Μόνον Θεὸν ἀποκαλοῦσι τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὐδὲν ἀνθρώπειον ἔχοντα, ἀλλὰ φαντασίᾳ καὶ δοκήσει φανέντα τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον. *Deum tantummodò appellant Chriſtum Dominum, qui humani habeat nihil, ſed illuſione tantùm,* vel *ficta ſpecie, & opinione velut homo apparuerit hominibus.* Theorianus Legat. Armen. p. 180. de iisdem hæreticis: Δοκήσει καὶ φαντασίᾳ ψιλῇ Χριστὸν ὀφθῆναι ἄνθρωπον, οὐ μὴν ἀληθείᾳ καὶ κατὰ φύσιν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγονέναι φασίν. *Opinione tantùm & nudâ illuſione hominem fuiſſe viſum Chriſtum, non autem verè & naturâ ipſum hominem fuiſſe dicunt.* Chryſoſtomus Homil. XI. in Joh. pag. 598. de iisdem loquens, dicit: Εἰσὶν οἱ λέγοντες, ὅτι φαντασία τίς ἦν, καὶ ὑπόκρισις, καὶ ὑπόνοια τὰ τῆς οἰκονομίας ἅπαντα. *Sunt qui dicunt, fictam quandam ſpeciem, ſimulationem, & opinionem eſſe omnia, quæ de Incarnatione dicuntur.* Ignatius epiſt. ad Trallianos, pag. 14. de Chriſto: Κατεκρίθη, ἐσταυρώθη ἀληθῶς, οὐ δοκήσει, οὐ φαντασίᾳ, οὐκ ἀπάτῃ. *Condemnatus & crucifixus eſt verè, non opinione, non fictè, non per impoſturam.* Plura hujus ſignificationis exempla habes in voce λόγος, ſub lit. ר in prima Claſſe χειρομάχων, ſub lit. *a.* Ita Chryſoſtomus in cap. XIII. Matthæi: Ἡ ἡδονὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ ὁ καλλωπισμὸς, καὶ πάντα ταῦτα, φαντασία τίς ἐστιν, οὐ πραγμάτων ἀλήθεια. *Voluptas, & gloria, & ſuperfluus cultus, atque alia omnia his ſimilia, ſpecies quædam, non rerum veritas ſunt.* Hinc optimè Heſychius: Φαντασία, τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ἀλλὰ σχήματι. *Phantaſia eſt, quando quid non verè exiſtit, ſed ſpecie tantùm.* Malim legere, ἀληθῶς.

Φαντασιοδοκῆται.

Hanc vocem Lexica non habent. Φαντασιοδοκῆται à Theophylacto in cap. IV. Joh. pag. 605. vocantur illi hæretici, qui docebant, τὰ τῆς οἰκονομίας ἅπαντα φαντασίαν τινὰ εἶναι. De quibus ſub finem præcedentis vocis actum eſt. Verba Theophylacti ad initium dicti capitis ſunt: Καίτοι δὲ δυνατὸς ἂν ἐπισχεῖν τοὺς αὐτῷ φθονοῦντας,

κἂν εἰ καὶ αὐτοῦ ὥρμησαν, ὅμως ὑπεξίσαται, ὥστε μὴ φαντασίαν δόξαι τὴν οἰκονομίαν τῆς σαρκός. εἰ γὰρ συχνάκις διὰ μέσου αὐτῶν ἐξήρχετο, τί οὐκ ἂν εἶπον οἱ Φαντασιοδοκῆται, οἱ περὶ Μάνεντα λέγω, καὶ Οὐαλεντῖνον, καὶ τὸν κατάρατον Εὐτυχῆ; *Quamvis autem potens ſit cohibere invidentes ſibi, etiamſi impetu quodam nunc urgerent: non tamen hoc egit, ne videretur incarnatio illuſio quædam eſſe. Si enim ſæpe per medium illorum exiviſſet, quid non dixiſſent Phantaſiodocetæ*, id eſt, qui δοκήσει καὶ φαντασίᾳ, *opinione tantùm & ficta ſpecie* incarnationem Filii factam eſſe docebant, *Manichæi, inquam, Valentiniani, & Eutychiani?*

Φαρισαῖος.

I. *Explicatio vocis.* Phariſæi dicti ſunt à verbo פרש, *ſeparavit, ſecrevit, diſtinxit*, quia vita religioſiore ab aliis erant ſequeſtrati. Vide Lucæ XVIII. 11. Vitæ ſanctimoniâ ſeparati ab aliorum conſortio. *R. Aſer*, ut eſt in Itinerario Benjamini, הַפָּרוּשׁ, *Phariſæus*, שֶׁנִּפְרַשׁ, *qui fuit ſeparatus à negotiis mundi, & incubuit libris die noctuque, & jejunavit, nec carnem comedit.* Sic Epiphanius hæreſi XVI. pag. 21. Ἐλέγοντο Φαρισαῖοι, διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων διὰ τὴν ἐθελοπερισσοθρησκείαν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός. *Dicebantur* Phariſæi, *eo quòd ſeparati eſſent ab aliis, propter ſpontaneam ſuperfluam religionem apud ipſos receptam.* Phares *enim Hebraicâ linguâ ſeparationem ſignificat.* Rectè etiam & dilucidè oſtendit Suidas, quinam fuerint Phariſæi, & cur ita appellati: Φαρισαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἀφορισμὸς ἑρμηνεύεται. Phariſæi *ſunt, quos interpretari licet ſeparatos, eò quòd quaſi dividerent ſeſe atque ſepararent ab aliis omnibus hominibus, tum puriſſimo exquiſitiſſimoque vivendi genere, tum etiam præceptorum Legis ratione.* Phares *enim Hebraicâ linguâ ſeparationem ſignificat.* Nec aliter Chryſoſtomus Catenâ in cap. III. Joh. pag. 82. Φαρισαῖοι ἄνθρωποί εἰσι, τὴν προὔχουσαν ἐν Ἰουδαϊσμῷ αἵρεσιν μετερχόμενοι, ἔντονον βίον ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἀκρίβειαν. διὸ καὶ ὡς ἐπίπαν θρασεῖς εἰσι, καὶ ὑπερήφανοι, ὅθεν καὶ ταύτην τὴν ὀνομασίαν ἔχουσι. Φάρες γὰρ παρ' Ἑβραίοις, ὁ διῃρημένος. Ἐπεὶ οὖν καὶ οὗτοι διαιροῦσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ὡς ὑπερβάλλοντες φρονήσει καὶ βίῳ, ἀπὸ τοῦ Φάρες θέλουσι χρηματίζειν. Phariſæi *homines ſunt, præcipuam in Judaiſmo ſectam ſectantes, vitam ſeveriorem, ſummamque cùm Legis tum Prophetarum præ ſe ferentes accurationem: unde etiam ſe ubique jactitant, & ſuperbi ſunt, adeóque etiam inde nomen ſortiti ſunt.* Phares *enim apud Hebræos eſt ſeparatus. Cùm itaque etiam hi à cæteris Judæis, tanquam prudentiâ & vivendi ratione præſtantes, ſe ſegregarent, à* Phares *nominari volunt.* Theophylactus in cap. III. Matthæi, pag. 18. Φαρισαῖος ἑρμηνεύεται ἀποκεκομμένος. ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ βίῳ καὶ τῇ γνώσει ἀποκεκόφθαι, καὶ ὑπερέχειν τῶν ἄλλων. Phariſæus, *ſi interpreteris, eſt abſciſſus, ſegregatus. Videbantur enim Phariſæi in vita & cognitione ſeparati eſſe, & alios ſuperare.* Et in cap. V. Lucæ, pag. 340. Φαρισαῖος, ἀποκεκομμένος τῶν ἄλλων. Phariſæus, *ab aliis ſegregatus.* Et in cap. XI. Lucæ, p. 399. Οἱ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν, καὶ ἀποκεκομμένοι τῶν ἄλλων. Phariſæi *videbantur eſſe veluti aſcetæ, & ab aliis ſegregati.* Theophanes Homil. XVI. pag. 93. Φαρισαῖος, καθαρὸς ἑρμηνεύεται. Phariſæus, *ſi interpreteris, purum ſignificat.* Non hoc ſignificat, ſi vocis originem ſpectes: ſed quia Phariſæi puritatem & ſanctimoniam præ aliis ſingularem præ ſe ferebant, ideò, quod ad rem attinet nomini ſubjectam, vera eſſe poteſt hæc interpretatio. Phariſæus etiam erat Paulus ante converſionem ſuam, unde ad vocis originem reſpexiſſe videtur, quando ad Rom. I. 1. ſe vocat ἀφωρισμένον εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ; & quando ad Gal. I. 15. ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου. Vide Ravanellum in voce *Phariſæus.*

II. *Phariſæi erant homines ambitioſi, avari, crudeles*, &c. Hinc Chryſoſtomus Homil. XLVIII. t. VII. Ὅπου Φαρισαῖος, ἐκεῖ πονηρίας ἐργαστήριον, ἁμαρτίας καταγώγιον, ὑπεροψίας ὑποδοχή. *Ubi Phariſæus, ibi malitiæ ſedes, peccati diverſorium, contemtus receptaculum.* Plura ex hiſtoria Evangelica notiſſima ſunt.

Φάρμακον.

Φάρμακον, ut ex Lexicis notiſſimum eſt, duobus ſumitur modis:

I. *In bonam partem pro medicamento ſalutari.* Veteres Gloſſæ: Φάρμακον, θεραπεία. *Medicamentum.* Aliæ Gloſſæ: *Medicamentum.* Φάρμακον ἰάσιμον. Suidas: Φάρμακον, θεραπεία. Εἴρηται ἀπὸ τοῦ φέρειν ἅμα ἄκος. *Pharmacum, curatio. Dictum eſt* ἀπὸ τοῦ φέρειν ἅμα ἄκος, *quòd ferat ſimul remedium.* Ita etiam Euſtathius in Iliad. δ. Τὸ φάρμακον ἐπὶ ἀγαθοῦ παρὰ τὸ φέρειν ἄκος. *Pharmacum in bonam partem* dicitur *à ferendo remedio.* Vetus Homeri Scholiaſtes ad Il. δ. v. 191. Φάρμακα κυρίως ἐκεῖνα λέγονται, τὰ οἱονεὶ ἐπιφέροντα ἄκος, ὅ ἐστιν, ἴασιν. Ita de hujus vocis origine Grammatici. Sed potiùs eſt una vox, à præteritò πεφάρμακται, eliſâ literâ τ. Φαρμάσσειν prima ſua notione denotâſſe videtur *medicari*, hoc eſt, *mederi*, vel *veneno nocere.* Poſtea autem pro *fucare*, vel etiam *aſſentari* accipi cœpit. Veteres Gloſſæ: Φαρμάκῳ. *Veneno.* Heſychius omnes dictas ſignificationes conjungit, quando ſcribit: Φαρμάξαι, ὀξῦναι, βάψαι. *Acuere, inficere, intingere.* Φαρμάσσει, φαρμακεύει, θεραπεύει. *Medetur, ſanat.* Φαρματτόμενος, κολακευόμενος, ἀλειφόμενος. *Qui adulationibus inducitur & capitur: qui inficitur, illinitur.* Hinc apud Chryſoſtomum προσηνῆ φάρμακα, *lenia medicamenta.* Apud Clementem Alex. ἤπια φάρμακα, *mitia medicamenta.* Apud Chryſoſtomum, προφυλακτικὰ φάρμακα. *Medicamenta, quæ cauſſas morborum arcent præcavendo.* Apud Baſilium M. σωτήριον φάρμακον. *Salutare medicamentum.* Frequenter etiam *metaphora generali* ſumitur *pro quovis remedio.* Ita Chryſoſtomus lib. III. de Providentia, cap. XV. ἀθυμίαν vocat αὐστηρὸν, διαβρωτικὸν καὶ καθαρτήριον φάρμακον. Verba ejus ſunt: Ἀθυμία αὐστηρὸν, καὶ διαβρωτικὸν φάρμακον, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις καθαρτήριον τῆς πονηρίας τῆς ἐν ἡμῖν. *Mæror eſt medicamentum auſterum & corrodens, &, ut ita dicam, malitiæ noſtræ purgatio.* Idem, Homil. IX. t. V. Edit. Paris. pag. 141. in Sacra Scriptura nobis ſubminiſtrari dicit προφυλακτικὰ φάρμακα, & φάρμακα κατάλληλα. Integrum locum adſcribo: Διὰ τοῦτο ἡ τοῦ πνεύματος χάρις γραφῇ τοὺς τοῦ Κυρίου λόγους παραδοθῆναι πεποίηκεν, ἵνα προφυλακτικὰ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων φάρμακα ἐντεῦθεν λαμβάνοντες, τὴν ἐπηρτημένην κόλασιν διαφυγεῖν δυνηθῶμεν. διὰ τοῦτο καὶ τότε κατάλληλα τοῖς τραύμασιν αὐτῶν τὰ φάρμακα ἐπιτιθεὶς ὁ δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς, ἔλεγε, παραινῶν· Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης. *Propterea Domini ſermones ſcriptis mandari*

gratia

Digitized by Google

gratias Spiritu Sancti curavit, ut, dùm ex iis remedia depromimus, quibus adverſus paſſiones nos præmuniamus, imminens poſſimus effugere ſupplicium. Quamobrem tum quoque convenientia vulneribus eorum adhibens medicamenta Dominus noſter Chriſtus cohortabatur dicens: Intrate per anguſtam portam. Idem, Homil. XXIX. in Acta: Ἕκαστος τῶν οἰκείων τραυμάτων τὰ φάρμακα ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ἐκλεγέτω. *Unuſquiſque remedia adverſus propria vulnera ex divinis ſcripturis ſeligat.* Confer vocem Ἰατρεῖον, num. I. Idem Chryſoſtomus dicit, φάρμακον παραμυθίας ἐπιτίθεσθαι, *medicamentum conſolationis adhibere.*

II. *In malam partem pro veneno*, vel cum, vel ſine adjectione. Euſtathius, ubi ſuprà: Τὸ φάρμακον μέση λέξις, ἐπὶ μὴ ἀγαθοῦ λαμβανομένη παρὰ τὸ φέρειν ἄχος. *Pharmacum media vox eſt, in malam partem accepta dicitur ab afferendo dolorem.* Exempla ſuppeditant Lexica. *Medicamentum* quoque anceps vocabulum eſt. Itaque *mala medicamenta* dicunt Juriſconſulti. Frequenter tamen additur adjectivum. Veteres Gloſſæ: φάρμακον θανάσιμον. *Venenum mortiferum.* Aliæ: *Venenum.* Θανάσιμον φάρμακον. Apud Theodoretum θεραπευτ, ſerm. IX. & paſſim apud alios, tum profanos, tum ſacros Scriptores, δηλητήρια φάρμακα, *veneficia.* Uſitatiſſimè ἀμβλωθρίδια φάρμακα. *Pharmaca, quæ faciunt abortivum.* Suidas: Ἀμβλωθρίδια ἐκτρώματα. Τὰ ἐξημβλωμένα ἔμβρυα. Καὶ ἀμβλωθρίδιον, αὐτό τε τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν. *Fœtus abortivi. Fœtus immaturi, qui ex matris utero ſunt excuſſi. Et pharmacum, quod facit abortivum. Pharmacum, quod ex matris utero fœtum excutit. Quin etiam fœtus ipſe corruptus.* Heſychius: Ἀμβλωθρίδιον, ἄμβλωμα, βρέφος, ἔκτρωμα. *Fœtus abortivum, abortio, infans, abortus.* Fortè hic ſupplendum ἀτέλεστον βρέφος, *imperfectus infans.* Sic apud eundem in Ἀμβλωθρίδια, legendum ἀτέλεστα βρέφη. Idem: Ἀμβλωθρίδια, τὰ ἐξηπλωμένα, ἔμβρυα. Scribendum ἐξημβλωμένα. *Fœtus abortivi, partus imperfecti.* Sed redeamus ad φάρμακα ἀμβλωθρίδια. Eorum frequens mentio apud Scriptores Eccleſiaſticos. Athenagoras Legat. pro Chriſtianis, pag. 34. Τὰς τοῖς ἀμβλωθριδίοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν τε καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ θεῷ φαμέν. *Dicimus, mulieres medicamentis abortivis utentes, homines occidere, & rationem Deo reddituras.* Can. XCII. Concilii in Trullo: Τὰς τὰ ἀμβλωθρίδια διδούσας φάρμακα, καὶ τὰς δεχομένας τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια, τῷ τοῦ φονέως ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι. Malè in editis exemplaribus, διαβάλλεσθαι. *Eas, quæ dant abortionem cientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidæ pœnis ſubjicimus.* Ad hæc Balſamon, pag. 476. Ἐπίσης κολάζει ὁ κανὼν τῷ ἐπιτιμίῳ τοῦ φονέως, τὰς διδούσας φάρμακα δηλητήρια χάριν τοῦ ἀμβλωθῆναι τὰ ἔμβρυα, καὶ τὰς δεχομένας αὐτά. *Eâdem pœnâ, quâ homicidam, punit Canon eas, quæ dant venena, ut provocetur abortio, & eas, quæ illa accipiunt.* Ad eundem Canonem Zonaras, pag. 199. ἀμβλωθρίδια φάρμακα eſſe dicit, φάρμακα, δι᾽ ὧν τὰ ἔμβρυα διαφθείρεται, καὶ οὕτως νεκρὰ ἀποβάλλεται, *venena, quibus partus imperfecti corrumpuntur, atque adeò mortui* ejiciuntur. Can. XXI. Concilii Ancyrani hæc φάρμακα vocat φθόρια. Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν. *De mulieribus, quæ fornicantur, & partus ſuos perimunt, & medicamentis abortionem facientibus ſtudent.* Arſenius in Synopſi Canonum, Can. CXXIX. etiam appellat ἐμβρυοκτόνα φάρμακα. *Medicamenta, quibus fœtus necantur in utero.* Minutius in Octavio: *Sunt, quæ in ipſis viſceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant, antequam pariant.*

Φάτνη.

Duas hujus vocis ſignificationes apud Græcos obſervare licet.

I. Φάτνη eſt *præſepe*, id eſt, *propriè* locus concavus in ſtabulo, ubi pabulum jumentis apponitur. Eſt pars ſtabuli, & ſuam quiſque equorum φάτνην quaſi *menſam* ante ſe habuit. Hinc φάτνη & τράπεζα invicem alternant; hæc hominum propria, illa jumentorum, ſed hæc pro illa, & viciſſim, uſurpata. Heſychius: Φάτνη, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν. *Præſepe, & menſa, & jumentorum.* Et Suidas: Φάτνη, ἡ τράπεζα. *Præſepe, menſa.* Quod etiam confirmat locis ex Æliano duobus: quorum altero Meſſenii dicuntur τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς φάτνης ἐδηδοκότας σιτεῖ (Epicureos intelligit) ἐξελάσαι, *eos, qui ex præſepi eodem quodammodo eſitârant*, hoc eſt; convictu ejuſmodi uſi fuerant, *expuliſſe.* Quanquam, an ea Æliani ſint verba, an alterius alicujus Scriptoris, ex Æliano (qui de Epicureis expulſis à Romanis & Meſſeniis, rem ſimpliciter narrat Hiſt. Var. lib. IX. cap. XII. pag. 454.) id ſuis verbis narrantis, ambigi poteſt. Altero, neſcio quis, dicitur Antonini Imperat. θεραπεύειν καὶ ὑπαικάλλειν τὴν φάτνην, *menſam aſſectari abblandiendo & adulando, canis inſtar.* Huc etiam pertinet, quod Theron paraſitus apud Menandrum gloriatur; referente Æliano, hiſt. animal. lib. IX. cap. VII. pag. 188. Ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους, φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχε, *quod cùm homines, id eſt, opes, fortunaſque eorum, attereret, eoſdem tamen ipſos pro præſepi habuerit.* Illud, ῥινῶν, Geſnerus noſter vertit, *attereret*, tanquam à ῥίνη, *lima*, deductum ſit. Grotius verò, *cùm derideat naſoque ſuſpendat.* Poſſes etiam reddere, *decipiat.* Heſychius: Ῥινᾷν, ἐπὶ τοὺς ἐξαπατᾷν καὶ βουκολοῦντας. Qui corruptus locus ita reſtitui debet: Ῥινᾷν, ἐπὶ τοῦ ἐξαπατᾷν καὶ βουκολεῖν. Non igitur eſt ἀπὸ τῆς ῥίνης, *à lima*, ſed ἀπὸ τῶν ῥινῶν, *à naribus.* Verba autem paraſiti illius Menandrici hæc ſunt apud veterem Grammaticum ex Menandro:

—Ἔγωγ᾽ ἐπίσταμαι
Ῥινᾷν. — *Ego autem ſcio decipere.*

Grammaticus enim ille ῥινᾷν explicat per ἐξαπατᾷν, *decipere, fallere.* Suidas: Ῥινῶ, ῥινήσω, μυκτηρίζω. Ῥινώμενος, μυκτηριζόμενος. Ita enim apud eum legendum, & vertendum: *Derideo, naſo ſuſpenſo derideo. Qui deridetur:* non ut Portus. qui priora verba interpretatur: *Limo, limabo. Limâ polio, limâ poliam.* Huc etiam apprimè facit, quod Chryſoſtomus habet Hom. CLXVI. t. V. pag. 985. Φάτνη ἀλόγων ἐστὶ τράπεζα. *Præſepe brutorum eſt menſa.* Hinc ἐκφατνίζειν, *è menſa reliquias colligere, analecta tollere*, apud Euſtathium Odyſſ. μ᾽. Et ἐκφατνίσματα primariò proprieque ſunt, interprete Heſychio, τὰ ἐκβαλλόμενα, ὅτε καθαίρουσι τὰς φάτνας, *ea, quæ everruntur & abjiciuntur purgamenta, ubi jumentorum emundantur præſepia: præſepium purgamenta.* Athenæus verò lib. VI. accipit *pro reliquiis menſæ, quæ excutiuntur canibus.* Ibi enim Cynicos perſtringens Ulpianus, è miniſtris aliquem ſic alloquitur: Λεῦκε, κἂν ἐκφατνίσματά τινα ἄρτων ἔχῃς, δὸς τοῖς κυσί. *Luci, ſi quid fruſtulorum panis inter menſæ reliquias habes, canibus his des, obſecro.* Atque hoc ſenſu ſumitur φάτνη Lucæ XIII. 15. Λύειν τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, *aſinum à præſepi ſolvere.*

II. Φάτνη *impropriè*, ſeu *metonymicè* ſumitur *pro ſtabulo*,

bulo, in quo eſt præſepe. Ita accipienda hæc vox Jeſaiæ I, 3. Ἔγνω ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Cognovit aſinus præſepe Domini ſui. Quo denotatur, beſtias etiam ſtupidiſſimas, dominis ſuis, à quibus aluntur & reguntur, ſeſe ſubmittere, & ad locum, in quo paſcuntur, ſponte ſe recipere ad alimentum ſumendum. Quam ſignificationem ſatis confirmant verba Theodoreti ad præſentem locum, p. 4. Τρέχει εἰς τὴν συνήθη φάτνην ὁ ὄνος. *Aſinus in ſolitum ſtabulum currit.* Si enim intellexiſſet *præſepe propriè* dictum, non ſcripſiſſet, τρέχει εἰς φάτνην, ſed ἐπὶ, vel πρὸς τὴν συνήθη φάτνην. Et Baſilius M. in cap. I. Jeſaiæ, pag. 814. Ὄνος αὐτομάτως ἐπὶ τοὺς τῆς καταλύσεως τόπους ὁρμᾷ. *Aſinus vel non juſſus rectà contendit ad ſtabuli loca.* Ita Jobi XXXIX. 9. ubi Deus Jobum interrogat: Βουλήσεται δέ σοι μονόκερως δουλεῦσαι, ἢ κοιμηθῆναι ἐπὶ φάτνης σου; *Volet autem monoceros ſervire tibi, aut dormire in ſtabulo tuo?* Non certè in præſepi. Et Habacuc III. 17. Οὐχ ὑπάρξουσι βόες ἐπὶ φάτναις. Ubi tamen alia exemplaria, ἐν ταῖς φάτναις. *Non erunt boves in ſtabulis.* Quomodo enim in præſepibus eſſent boves, ex quibus aluntur? Nec aliter Latini loquuntur. Virgilius lib. VII. Æneid.

Setigeriq; ſues, atque in præſepibus urſi
Sævire. —

Quomodo autem urſi ſævire ibi, aut pertingere ad præſepe poſſunt? Libro eodem de equis:

Stabant ter centum nitidi in præſepibus altis.

Equi ſcilicet. Qui quomodo in præſepibus ſtabant: Varro de re ruſtica lib. I. *Illic laudabatur villa, ſi habeat culinam ruſticam bonam, præſepias laxas.* Hic *præſepia* ſunt βουστάσια & ἱπποστάσια. Nonius: *Præſepia, non tantùm quibus veterina pabulabantur animalia, ſed & loca tecta & clauſa.* Ex his deinceps facilè patere poteſt, quomodo accipienda ſint iſta Lucæ II 7. de B. Virgine: Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. *Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diverſorio.* Eruditi, ex opinione veterum, volunt, Virginem ſanctiſſimam Dominum *in præſepio repoſuiſſe.* Prudentius Cathemerinon Hymno XI. pag. 73.

O ſancta præſepis tui
Æterne rex cunabula,
Populisq; per ſeclum ſacra,
Mutis & ipſis credita.

Sedulius Carminum lib. II. pag. 59.

Quemq; procelloſi non mobilis unda profundi
Terrarum non omne ſolum, ſpatioſaq; lati
Non capit aula poli, puerili in corpore plenus
Manſit, & anguſto Deus in præſepe quievit.

Juvencus lib. I. de Evang. hiſtoria, pag. 258.

Illic virgo novum completo tempore fœtum
Edidit, & leni pannoſo tegmine motu
Texit, cui durum cunas præſepe miniſtrat.

Eadem etiam eſt aliorum ſententia. Hinc Iſidorus Peluſiota, epiſt. CCCLXXVIII. lib. I. pag. 98. *præſepe* vocat κυριοφόρον καὶ σεβάσμιον φάτνην, *dominiferum ac venerandum præſepe.* Verùm Viri doctiſſimi longè aliter ſentiunt. Iſta enim, ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν φάτνῃ interpretantur, *in ſtabulo eum reclinavit.* Nec obeſt vetus interpres, apud quem, *in præſepio*: nam pro *ſtabulo* poſuit: id enim & *præſepe*, & φάτνην ſignificare jam docuimus. Apud Lucam etiam, teſte Cl. Salmaſio, ex optimis & vetuſtiſſimis libris, legendum, ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν φάτνῃ, non ἐν τῇ φάτνῃ. Intelligitur φάτνη τοῦ καταλύματος, hoc eſt, *ſtabulum equorum*, quod adjunctum erat diverſorio. Κατάλυμα enim, ut & κατάλυσις, eſt *diverſorium* vel *manſio*, ubi quis viator requieſcit, aut cibum vel ſomnum capit, aut utrumque. Hinc καταλῦσαι apud Heſychium, τὸ ἀπολαῦσαι, εὐωχηθῆναι, *cibum capere, edere, convivari.* Suidas: Καταλύσας, εὐωχηθείς. *Qui convivatus eſt.* Iterum Heſychius: Κατάλυμα, οἴκημα, καταγώγιον. *Domicilium, diverſorium.* Item: Καταγωγή, κατάλυσις, κατάλυμα, πανδοχεῖον, οἴκημα. *Diverſorium, hoſpitium, domicilium.* Cùm igitur non eſſet locus præ nimia multitudine divertentium ἐν τῷ καταλύματι, *in ipſo diverſorio*, peperit Chriſtum Maria, faſciis involvit, & reclinavit ἐν φάτνῃ τοῦ καταλύματος, *in ſtabulo diverſorii*, quo jumenta accipi ſolent. Vide Cl. Salmaſium apud Balduinum Walæum in cap. II. Lucæ, & ibidem Heinſii Exercitationes.

Φελόνης. Φαιλόνης. Φαινόλης.

De his vocibus multa Cl. Salmaſius ad Ælium Spartianum. Præcipua hic dabimus, alia quoque addituri. Φαινόλης vox magnæ Græciæ, & ſemper ὁ φαινόλης dicitur, nunquam ἡ φαινόλη. Nam id Græcum non eſſet. Ὁ φαινόλης adjectivum eſt τοῦ χιτῶνος. Φαινόλης χιτών, *tranſlucens & perlucida tunica.* Quod poſtea in ſubſtantivum tranſiit, & ſimpliciter atque abſolutè dictus eſt ὁ φαινόλης, pro illo genere veſtis. Sic πυῤῥὸς χιτὼν cùm diceretur, πυῤῥὸς abſolutè dici cœpit, atque hinc Latini *byrrum* ſuum dixere. Nam *byrrus* Latinis, vel *burrus*, eſt qui Græcis πυῤῥός. Gloſſæ Philoxeni: *Burrum*, ξανθὸν, πυῤῥόν. Feſtus: *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum; unde ruſtici* burram *appellant buculam, quæ roſtrum habet rufum.* A φαίνω igitur φαινόλης, *qui lucet*, ut μαινόλης, à μαίνω, *qui inſanit.* Unde μαινόλης Διόνυσος, pro quo tamen uſitatius eſt μαινόλος. Heſychius: Μαινόλης, παράκοπος, ἔνθεος. An παράκοπτος? *Inſanus, demens, mente captus, numine afflatus.* Clemens Alexandr. in Protrept. pag. 9. Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι. *Dionyſium Mænolem orgiis Bacchi celebrant.* Sic σκωπτόλης, *irriſor*, à σκώπτω, *cavillor, irrideo.* Suidas: Σκωπτόλαι, φιλοσκώμμονες. *Deriſores, cavillationum amantes.* Κορυπτίλης, *qui cornibus impetit, ſeu ferit*, à κορύπτω, *cornu petu, arieto.* Heſychius: Κορυπτίλης, κερατιστής. Apud Rinthonem legendum ἔχοντα καινὴν φαινόλαν, non καινὰν, ut perperam habetur apud Heſychium, Pollucem, lib. VII. & in Etymologico magno, τὴν φαινόλαν ἀποδύσασθαι Malè ibi legitur τὰν φαινόλαν. Fœmininum nempe à φαινόλης, non eſt φαινόλη, ſed φαινολίς. Heſych.: Φαινολίς, λαμπρὰ φωσφόρος. *Clarus lucifer.* Sappho apud Schol. Eurip. Ἕσπερε πάντα φέρων, ἐπὶ φαινολὶς ἐσκέδασ' αὔως, Aliud videtur eſſe φαιλόνης apud eundem Heſychium, quando ſcribit: Φαιλόνης, ἢ λητάριον μεμβράϊνον, ἢ γλωσσόκομον. Lege εἰλητάριον. *Volumen membranarum, vel capſula, loculus.* Poſſes etiam interpretari, *involucrum membranaceum.* Suidas: Φαιλόνης, εἰλητὸν τομάριον μεμβράϊνον, ἢ γλωσσόκομον, ἢ χιτώνιον *tomus membranaceus, vel loculus, vel tunicula. Volutilis.* In Etymologico magno ſcribitur φελόνης. Φελόνης, inquit, εἰλητὸν τομάριον βεμβράνον, ἢ γλοσσόκομον, ἢ χιτώνιον. Suidas φαινόλην etiam interpretatur χιτωνίσκον, *tuniculam*, vel ἐφεστρίδα, *ſagulum, pallium, exteriorem veſtem*, ſecundùm veteres. II. Timoth. IV. 13. quædam exemplaria legunt φελόνην, alia φαιλώνην, vel φαιλόνην; alia tandem φαινόλην. Ubi Chryſoſtomus, Homil. X. in hanc epiſtolam, pag. 375. Φαιλόνην ἐνταῦθα τὸ ἱμάτιον λέγει. Τινὲς δέ φασι τὸ γλωσσόκομον, ἔνθα τὰ βιβλία ἔκειτο. Φαιλόνην *hoc loco vocat pallium. Nonnulli verò capſulam intelligunt, in qua libri erant repoſiti.* Eodem modo

Digitized by Google

modo, pro more, Theophylactus, pag. 831. Oecumenius, pag. 782. ἔνδυμα, *indumentum*, interpretatur. At φελόνην recentiores Græci, imò & vetuſtiores, dixerunt, quæ Latinis eſt *penula*. Quidam detortum eſſe exiſtimant, tranſpoſitis elementis, ex φαινόλης. Sed falluntur. φελλόνης, & inde φελόνης, tunicæ genus eſt. Cretenſium eſſe vocem notat Heſychius: Ἀμφιπώτας χιτῶνας ἢ φελλώνας. Κρῆτες φελλώνην λέγουσι. Quid ſi, cum Salmaſio, legamus: Ἀμφινώτας φελλόνας. Κρῆτες χιτῶνα φελλόνην λέγουσι. *Penulas dorſum cingentes & ambientes. Cretenſes tunicam vocant* φελλόνην. Hinc paſſim φελόνης & φελόνιον apud recentiores Græcos pro *penula*. Pallium ſacerdotale. Moſchopulus: φελόνης, ἱερατικὸν ἔνδυμα. *Pallium ſacerdotale*. Veteres Gloſſæ: φαινόλης, τὸ φελόνιον. *Penula*. Typicum Sabæ cap. XLV. pag. 87. Ἀνιστάμενοι οἱ ἱερεῖς, ἀποδύονται τὰ μαυρὰ φελόνια, καὶ περιβάλλονται ἀντ' αὐτῶν λευκά. *Surgentes ſacerdotes, exuunt nigras penulas, & earum loco albas induunt*. In Liturgia Chryſoſtomi, pag. 71. ſcribitur φαιλόνιον. Εἶτα λαβὼν τὸ φαιλόνιον, &c. *Poſtquam acceperit penulam*. Quid myſticè ſignificet, interpretatur Germanus in Hiſt. Eccleſ. p. 150. Τὸ δὲ φελόνιον ἐμφαίνει τὴν ἀπὸ κοκκίνου πορφύραν, ἥνπερ τῷ Ἰησοῦ ἐμπαίζοντες οἱ ἀσεβεῖς ἐφόρεσαν. *Penula denotat coccineam purpuram, quam Jeſu illudentes geſtandam impii dederunt*. Et paulò antè, pag. 149. Τὸ δὲ ἀπεζωσμένους τοὺς ἱερεῖς περιπατεῖν φελονίοις, δηλοῦσιν ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ σταυρῷ ἀπερχόμενος οὕτως ἦν βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. *Exutos autem Zonis ſacerdotes deambulare in penulis, id ſignificat Chriſtum in crucem abeuntem ita geſtâſſe crucem ſuam*. Plura de pallio hoc ſacerdotali vide apud Meurſium in voce φελόνης. Fortaſſe autem φελλόνης à voce φελλὸς deducitur, quæ *corticem arboris* ſignificat, & *ſuperficiem cujuslibet rei*. Unde & pro libri involucro pelliceo uſurpata eſt: nec dubium eſt, quin vox Latina *pellis* inde facta ſit. φελλὸς, *pellis*, ut φαινόλης, *penula*: πορφύρα, *purpura*: φοινίκεον, *puniceum*. Heſychius: φελλὸς, φλοιὸς δένδρου· καὶ τὸ τῶν βιβλίων ἔξωθεν σκέπασμα. *Cortex arboris, & librorum involucrum*. Suidas: φελλὸς, τὸ τῶν βιβλίων ἔξωθεν σκέπασμα. Ex pelle enim fiebant libris integumenta. Reperio etiam φαινόλιον apud recentiores Græcos. In hiſt. Concilii Florentini, ſect. X. cap. IV. pag. 283. Οὐκ ἔχει τὸ φαινόλιον. *Non habet penulam*. Et mox: Ἔλαβε φλωρία ὀκτωκαίδεκα διὰ τὸ φαινόλιον. *Accepit octodecim florenos ad emendam penulam*.

φθόνος.

I. *Definitio & objectum*. Heſychius: φθόνος, πάθος ἐπὶ τῇ τοῦ πέλας εὐπραγίᾳ. *Invidia, eſt perturbatio ob felicem rerum ſucceſſum proximi*. Damaſcenus lib. II. Orthodoxæ fidei, cap. XIV. pag. 128. φθόνος ἐστὶ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. *Invidia eſt triſtitia ex alienis proveniens bonis*. Oecumenius in cap. I. ad Romanos, pag. 255. φθόνος ἐστὶν ἡ ἐπὶ τοῖς τοῦ πλησίον καλοῖς βασκανία. *Invidia eſt ob proximi bona livor*. Eadem habet Suidas. Apud quem etiam hæc definitio legitur: φθόνος, πάθος λύπης ἐπὶ τῇ τῶν πέλας εὐπραγίᾳ τῶν ἐπιεικῶν τινός. *Invidia: perturbatio doloris, dolor, quo perturbatur animus, ob felicem rerum ſucceſſum alicujus viri boni, proximi* noſtri. Baſilius M. Orat. de Invidia, ſtatim poſt initium, pag. 445. Λύπη ἐστὶ τῆς τοῦ πλησίον εὐπραγίας ὁ φθόνος. *Invidia eſt dolor de proximi proſperitate ac rerum ſucceſſu conceptus*. Hinc Socrates, hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. XXII. pag. 184. φθόνος τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύειν φιλεῖ. *Invidia bonis inſidiari ſolet*. Et Iſidorus Peluſiota epiſt. CCCLVI. lib. III. pag. 397. φθόνος ταῖς εὐπραγίαις ἀντιστρατεύεσθαι πέφυκεν. *Invidia adverſus res ſecundas bellum inire ſolet*.

II. *Proprietas invidiæ eſt, quòd ſit pernicioſiſſima*. Hinc Chryſoſtomus φθόνον vocat ψυχόλεθρον, *perniciem animarum*. Photius, epiſt. I. pag. 31. eandem vocat πολυμήχανον καὶ πάντολμον θηρίον, *belluam imprimis audacem & verſipellem*. Baſilius Homil. de Invidia, pag. 446. Τί ἂν γένοιτο τῆς νόσου ταύτης ὀλεθριώτερον; φθορὰ τῆς ζωῆς, λύμη τῆς φύσεως, ἔχθρα τῶν παρὰ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν, ἐναντίωσις πρὸς Θεόν. *Quid hôc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, peſtis naturæ, adverſa omnibus bonis à Deo nobis datis, ipſi Deo contraria*. Et pag. 450. Κακὸν ἀφόρητον. ὄφεως δίδαγμα· δαιμόνων εὕρημα, ἐχθροῦ ἐπισπορὰ, ἀῤῥαβὼν κολάσεως, ἐμπόδιον εὐσεβείας, ὁδὸς ἐπὶ γέενναν, στέρησις βασιλείας. *Intolerabile malum: ſerpentis documentum, dæmonum inventum, inimici ſatio, punitionis arrhabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni cælorum privatio*. Plura vide mox ſub *Effectis*.

III. *Effecta* ſunt varia *tum reſpectu ejus, cui invidetur, tum ejus qui invidet*. Pauca ex plurimis adducemus: Chryſoſtomus Homil. XL. in Matthæum, pag. 269. de invidiæ malo ſic ſcribit: Τοῦτο διάβολον ἐξ ἀνθρώπου ποιεῖ. τοῦτο δαίμονα ἄγριον ἀπεργάζεται. οὕτως ὁ πρῶτος φόνος ἐγένετο. οὕτως ἡ φύσις ἠγνοήθη. οὕτως ἡ γῆ ἐμολύνθη. *Hoc ex homine facit Diabolum: hoc ſævum efficit dæmonem: hac ratione prima cædes patrata eſt: ſic natura fuit ignorata: ſic terra fuit contaminata*. Idem, Homil. XXXVII. in Joh. pag. 705. Καθάπερ οἱ μαινόμενοι καθ' ἑαυτῶν πολλάκις ὠθοῦσι τὰ ξίφη, οὕτω καὶ οἱ βασκαίνοντες πρὸς ἓν μόνον ὁρῶντες, τὴν λύμην τοῦ φθονουμένου, τῆς οἰκείας ἀλογοῦσι σωτηρίας. οὗτοι καὶ θηρίων χείρους. Ἐκεῖνα γὰρ ἢ τροφῆς δεόμενα, ἢ πρότερον παρ' ἡμῶν παροξυνθέντα, ὁπλίζεται καθ' ἡμῶν. οὗτοι δὲ καὶ εὐεργετηθέντες πολλάκις, τὰ τῶν ἀδικούντων εἰς τοὺς εὐεργέτας διέθηκαν. *Quemadmodum inſani in ſe ipſos ſæpiùs adigunt gladios: ita & invidi ad ſolum reſpicientes exitium invidioſi, ſuam negligunt ſalutem. Hi etiam feris pejores ſunt: illæ enim aut alimento egentes, aut priùs à nobis irritatæ, armantur adverſus nos: hi verò etiam beneficiis affecti ſæpiùs, ut injuriâ afficientes beneficos tractârunt*. Vide ibidem plura alia, quæ etiam in Miſcellaneis noſtris Græcis adduximus, p. 57. &c. Baſilius M. Homiliâ XXI. quæ eſt in aliquot Scripturæ loca, p. 539. Ἕτερον πάθος ἐμπολιτευόμενον τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀεὶ προσπεφυκὸς ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ μᾶλλον δαπανῶν τὴν καρδίαν, ἢ ὁ ἰὸς τὸν σίδηρον, ἡ βασκανία ἐστὶν, ἐν ᾗ πολλὰ μὲν ἐστι κακὰ, ἓν δὲ χρήσιμον, ὅτι κακόν ἐστιν αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ. Ὁ γὰρ βάσκανος, αὐτὸν μὲν τὸν βασκαινόμενον ὀλίγα βλάπτει, ἑαυτὸν δὲ δαπανᾷ τῇ λύπῃ καὶ τῷ στεναγμῷ, ἐπὶ τῇ εὐημερίᾳ τοῦ πλησίον· καὶ τὴν μὲν χώραν τοῦ γείτονος οὐκ ἠλάττωσεν, ἑαυτὸν δὲ κατεδαπάνησε τῇ βασκανίᾳ. *Alius eſt morbus, vitæ hominum peculiaris, & animis noſtris à natura inſitus, & corda magis conſumens, quàm ferrugo ferrum. Invidia eſt, in qua multa quidem ſunt mala, unum verò utile, quod mala & pernicioſa eſt ipſi autori. Invidus enim ei, cui invidet, parùm admodum nocet: ſeipſum verò conſumit triſtitiâ atque dolore ob felicitatem proximi: & agrum quidem vicini non imminuit, ſeipſum verò invidiâ conſumſit*. Idem, Homil. de Invidia, ſtatim poſt initium, pag. 445. φθόνου πάθος οὐδὲν ὀλεθριώτερον ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐμφύεται. ὃς ἐλάχιστα λυπῶν τοὺς ἔξωθεν, πρῶτον κακὸν καὶ οἰκεῖόν ἐστι τῷ κεκτημένῳ. ὥσπερ γὰρ ὁ ἰὸς σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναλίσκει. μᾶλλον δὲ, ὥσπερ τὰς ἐχίδνας φασὶ τὴν κυήσασαν αὐτὰς γαστέρα διεσθιούσας ἀπογεννᾶσθαι. οὕτω καὶ ὁ φθόνος τὴν ὠδίνουσαν αὐτὸν ψυχὴν πέφυκε δαπανᾷν. *Nihil mortalium animis invidiæ perturbatione | perni-*

cioſus contingit: *quæ ante omnia ipſi nocet autori, aliis verò quàm minimùm. Quemadmodum enim rubigo ferrum, ſic invidia hos, qui eam poſſident, conſumit. Vel etiam potiùs, ſicuti viperas dicunt corroſo matris ventre naſci: ſic etiam invidia concipientem ſe animam conſumere ſolet.* Integra Homilia digniſſima eſt quæ legatur. Greg. Nazianzenus Orat. XXVII. pag. 466. Φθόνος, ἡ δαπάνη τῶν ἐχόντων, ὁ τῶν πασχόντων ἰὸς, τὸ μόνον τῶν παθῶν ἀδικώτατόν τε καὶ δικαιότατον· τὸ μὲν, ὅτι πᾶσι διοχλεῖ τοῖς καλοῖς· τὸ δὲ, ὅτι τήκει τοὺς ἔχοντας. *Invidia, invidorum tabes, venenum eorum, qui eâ laborant, ſolus ex omnibus affectibus injuſtiſſimus ſimul, & juſtiſſimus: illud, quia bonis omnibus infeſtus eſt; hoc, quia poſſeſſores ſuos conficit & macerat.* Vide inſuper Chryſoſtomum Homil. XLVIII. in Joh. pag. 754. Homil. LV. in Joh. pag. 784. Homil. XXXI. in I. ad Corinthios, pag. 447. Homil. IX. t. VI. p. 363. & tomi ejusd. Hom. XXVIII. pag. 327. Gregorium Nyſſenum de vita Moſis, t. I. pag. 242. 243. & Orat. VII. de Beatitudinibus, eodem tomo, pag. 826. 827. ut alios penè innumeros taceam, etiam Theophanem, Hom. XII. pag. 72.

Φθόριον.

Φθόριος, *corruptivus, corrumpendi vim habens.* Hinc Φθόριον φάρμακον, apud Suidam in Ἀμβλωθρίδιον, *pharmacum, quod ex matris utero fœtum excutit.* Clemens Alexand. lib. II. Pædag. cap. X. pag. 194. Φθορίοις συγχρώμεναι φαρμάκοις, *pharmacis utentes ad enecandos fœtus.* Hæc pharmaca frequentiùs vocantur Φθόρια, ſine adjectione. Can. XXI. Ancyranus: Φθόρια ποιεῖν. *Medicamenta abortum efficientia adhibere.* Ad quem Balſamon, pag. 783. Φθόριόν ἐστιν ἅπαν φάρμακον φθεῖρον τὸ ἐγκυμονούμενον. Φθόριον *dicitur omne medicamentum, quo in utero conceptum perimitur.* Alexius Ariſtinus Can. XXI. Ancyranum ita expreſſit: Αἱ πόρναι λαμβάνουσαι φθόρια, δεκαετίαν ὑποπιπτέτωσαν. *Meretrices medicamenta enecandis fœtibus accipientes, decem annos pœnitentiæ ſubjiciantur.* Eisdem verbis eundem expreſſit Symeon Logotheta in Epitome Canonum. Confer vocem Φάρμακον, num. II.

Φιδεϊκόμισσα.

Φιδεϊκόμισσα, vel etiam Φιδικόμισσα. Vox Latina apud Juriſconſultos Græcos. Suidas: Φιδεϊκόμισσα, παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἐν πίστει καταλιμπανόμενα ὑπὸ τοῦ μέλλοντος τελευτᾷν. *Fideicommiſſa apud Romanos vocantur ea, quæ committuntur alicujus fidei ab eo, qui moriturus eſt.* Apud Heſychium: Φιδικόμισσος, ἡ διὰ μαρτύρων πίστις. *Fideicommiſſum, teſtimonium per teſtes dictum.* Theoph. Φιδεϊκόμισσα προσηγορεύθη, τουτέστι, τῇ πίστει καταπιστευθέντα. Φιδεϊκόμισσα *ſunt appellata, id eſt, fideicommiſſa.* Gregor. Nazianzenus in Teſtamento: Πλὴν ὧν ἂν ἐν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μου τισὶν ἰδικῶς καταλίπω, λεγάτου ἢ φιδεικομίσσου χάριν. *Præterquam quæ hoc teſtamento quibusdam privatim reliquero, legati aut fideicommiſſi gratiâ.* Photius in Nomocan. tit. II. cap. I. Καὶ λεγάτοις, ἢ φιδεϊκομίσσοις ἰδικοῖς, ἢ καθ' ὁμάδα. *Et legatis, & fideicommiſſis, ſeu ſpecialibus, ſeu univerſalibus.*

Φιλάγαθος.
Φιλαγάθως.

Φιλάγαθος, *amator probitatis, bonarum rerum ſtudioſus, amans bonos.* Veteres Gloſſæ: Φιλάγαθος. *Benignus.* Legitur etiam ad Tit. I. 8. & Sapientiæ VII. 22. Ut omnino mirum ſit, vocem hanc ab Henrico Stephano omiſſam eſſe. Dionyſius Areopagita epiſt. VIII. pag. 778. Deum vocat τὸν ὑπεράγαθον καὶ φιλάγαθον, *præbenignum, & benignitatis amatorem.* Theophylactus dicit, Apoſtolum ad Tit. I. 8. φιλάγαθον vocare τὸν ἐπιεικῆ, τὸν μέτριον, τὸν μὴ φθονοῦντα, *mitem, moderatum, minimè invidum.* Hinc adverbium φιλαγάθως, quod Lexica prorſus omittunt. Cyrillus Alexand. in cap. LIX. Jeſaiæ, pag. 828. Ἔνεστι τῷ Θεῷ καὶ τὸ πανσθενὲς, καὶ τὸ προσίεσθαι φιλαγάθως τὰς παρὰ τῶν καμνόντων λιτάς. *Ineſt Deo & omne robur, & quod ex quodam bonitatis amore admittit preces laborantium.* Hinc etiam φιλαγαθία, *bonorum amor.* Clemens Alex. Pædag. lib. III. cap. XI. pag. 248. Ψυχὴ κεκοσμημένη ἁγίῳ πνεύματι, καὶ τοῖς ἐκ τούτου ἐμπνεομένοις φαιδρύσμασι, δικαιοσύνῃ, φρονήσει, ἀνδρείᾳ, σωφροσύνῃ, φιλαγαθίᾳ τε, καὶ αἰδοῖ. *Anima Spiritu Sancto ornata, & iis, quæ ab ipſo oriuntur lætitiis inſpirata, juſtitiâ, prudentiâ, fortitudine, temperantiâ, bonorum amore & pudore.*

Φιλαίτατος.

Afferunt Lexica ex Xenophonte. Legitur etiam apud alios autores. Heſychius: Φιλαίτατος, φίλος σφόδρα. *Valde amicus, amiciſſimus, chariſſimus.* Cyrillus Alex. in cap. III. Jonæ, pag. 384. de Deo: Κἂν ἴδῃ μεταφοιτήσαντας ἐκ τῆς φαυλότητος εἰς τὸ ἀγαθὸν, μεθοχετεύεται καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ὅτι μάλιστα φιλαιτάτην αὐτῷ γαλήνην καὶ φιλανθρωπίαν. *Et ſi viderit ab improbitate ad probitatem transgreſſos, ipſe quoque ad manſuetudinem & humanitatem ſibi amiciſſimam tranſibit.* Et in cap. I. Mich. pag. 393. de Filio Dei: Ἐξ οἴκου τοῦ ἰδίου καὶ φιλαιτάτου λίαν αὐτῷ καταπεφοίτηκεν ὡς ἡμᾶς ἐξ οὐρανοῦ ὁ λόγος. *E domo propria & ſibi longè chariſſima Verbum è cœlo ad nos deſcendit.*

Φιλακροάμων.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. Legitur apud Heſychium: Φιλακριβοῦντες, μετ' ἀκριβείας διαχωρίζοντες, φιλακροάμονες. *Accuratè ſeparantes, audiendi cupidi.* Cyrillus Alex. ad cap. XI. Jeſaiæ v. 10. pag. 201. Ἅπερ ἔφη δι' αἰνιγμάτων, ταῦτα τοῖς φιλακροάμοσιν εὖ μάλα διατρανοῖ. *Quæ obſcurè dixit, ea audiendi cupidis perſpicuè explicat.* Idem, præfat. in Hoſeam, pag. 2. Εἰ ἀλλήλοις συμβαίνοντας ποιοῖντο τοὺς λόγους οἱ διερμηνεύειν εἰωθότες, ἀσφαλεστέρα που πάντως τοῖς φιλακροάμοσιν ἐγχεῖται γνῶσις. *Si, quorum munus eſt interpretari, inter ſe convenientia attulerint, audiendi cupidis certior utique notitia parietur.*

Φιλαλληλία.

Habent Lexica ex Heſychio, apud quem: Φιλαλληλίαν, οἱ φιλοῦντες ἀλλήλους. Hic verò omnino ſcribendum, Φιλάλληλοι. *Mutui amatores, mutuo amore ſe proſequentes.* Legitur autem ſubſtantivum apud Cyrillum Alex. lib. Glaphyr. in Deuteron. pag. 412. Τὸ ἐξ ἀγάπης καὶ φιλαλληλίας ἐπιστάξαι δάκρυον. *Amoris mutuæque dilectionis lacrymas profundere.* Et in cap. VI. Mich. pag. 448. dicit, ἀγαπᾶν ἔλεος, eſſe τῆς φιλαλληλίας ἔχειν τὰ αὐχήματα, καὶ τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης καταπλουτεῖν τὴν δόξαν, *mutui amoris ornamentis præditum eſſe, & fraterna charitatis gloriâ circumfluere.* Eodem

ſenſu

Digitized by Google

ſenſu uſurpatum reperias τὸ φιλάλληλον. Chryſoſtomus Homil. XII. ad populum Antiochenum, tom. VI, pag. 540. Ἀπὸ τῆς μελίττης καὶ τὸ φιλόκαλον, καὶ τὸ φιλόπονον μάνθανε, καὶ τὸ φιλάλληλον. *Ab ape munditiam, & ſolertiam, atque mutuum amorem diſce.* Oecumenius in cap. IV. Actorum, pag. 25. de primis Chriſtianis: Τὸ φιλάλληλον προσῆν αὐτοῖς. *Mutuus inter eos vigebat amor.* Reperitur etiam φιλάλληλος. Cyrillus Alexandrin. in cap. LVIII. Jeſaiæ, pag. 821. hæc conjungit: φιλοικτίρμων, φιλάγαθος, φιλάλληλος, εὐμετάδοτος καὶ κοινωνικός. *Miſericors, bonorum amans, mutuo amore flagrans, ad impertiendum facilis, & liberalis.*

Φιλαλλογενής.

Non habent Lexica. *Amans alienigenarum.* Cyrillus Alexandrinus lib. Glaphyr. in Numeros, p. 381. ad Johan. VIII. v. 48. Οὐ καλῶς λέγομεν, ὅτι Σαμαρείτης, &c. Εἰ μὴ φιλέλλην ἦσθα καὶ φιλαλλογενὴς, οὐκ ἂν ὅλως ἀνεμίχθης τοῖς ἐξ ἐθνῶν. *Si non amares Græcos & alienigenas, cum gentilibus utique nullum habuiſſes commercium.*

Φιλαμαρτήμων.

Pleraque Lexica hanc vocem negligunt, cùm tamen legatur Proverbiorum cap. XVII. v. 19. Φιλαμαρτήμων χαίρει μάχαις. *Amans peccata, delectatur jurgiis.* Apud Chryſoſtomum, φιλαμαρτήμων λαὸς, *populus peccata amans.* Cyrillus Alexandrin. in cap. LIV. Jeſ. pag. 770. Μυσαρᾶς ἡδονῆς τὰ κύματα φέρει τοὺς φιλαμαρτήμονας εἰς ᾅδου πυθμένα. *Abominandæ voluptatis fluctus peccatorum amantes in orci profundum ferunt.*

Φιλαπόστολος.

Non habent Lexica. *Amans Apoſtolum.* Dionyſius Alexandrinus in epiſtola contra Paulum Samoſat. Ὁ φιλαπόστολος Ὀνήσιμος, ὁ σπουδαῖος περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ ἀποστόλου. *Oneſimus amans Apoſtoli, ſtudioſus in miniſtrando Apoſtolo.*

Φιλαργυρία.

Meritò S. Apoſtolus I. Timoth. VI. v. 10. φιλαργυρίαν, quæ Heſychio etiam eſt φιλοχρηματία, vocat ῥίζαν πάντων τῶν κακῶν, *radicem omnium malorum.* Nam,

Omnis cauſa mali eſt amor, & diſcriminis omnis,
Conciſi argenti in titulos faciēſque minutas.

Chryſoſtomus, Homil. XI. in epiſtol. ad Romanos, pag. 85. poſtquam pluribus docuiſſet veritatem effati Apoſtolici, tandem ſubjicit: Ὅσα ἂν εὕρῃς κακὰ, κἂν ἐν οἰκίᾳ, κἂν ἐν ἀγορᾷ, κἂν ἐν δικαστηρίοις, κἂν ἐν βουλευτηρίοις, κἂν ἐν βασιλείοις, κἂν ὁπουδήποτε, ἐντεῦθεν πάντα ὄψει βλαστάνοντα. *Quæcunque inveneris mala, ſive domi, ſive in foro, ſive in judiciis, ſive in curiis, ſive in regia, ſive quocunque alio in loco, hinc omnia videbis naſci.* Ab eodem, Homilia XIV. in I. ad Corinthios pag. 332. vocatur ξένη καὶ κενὴ νόσος, ῥίζα τῶν κακῶν, παροῦσα γέεννα, *peregrinus & inanis morbus, radix malorum, præſens gehenna.* Item Homil. XX. in Geneſin, ἀκρόπολις τῶν κακῶν, καὶ ὁ κολοφὼν τῶν ἁμαρτημάτων, *ſummus malorum apex, & faſtigium peccatorum.* Idem, in Pſal. XLVIII. Τὴν τοῦ πλούτου ἐπιθυμίαν, *divitiarum cupiditatem*, vocat τὴν ἀκρόπολιν τῶν κακῶν, *malorum ſummum apicem.* Homil. XXIII. in I. ad Corinthios, pag. 395. Φύγωμεν τὴν φιλαργυρίαν, τὴν πτωχοποιὸν, τὴν ψυχοφθόρον, τὴν γεέννης φίλην, τὴν ἐχθρὰν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὴν μητέρα πάντων ὁμοῦ τῶν κακῶν. *Fugiamus avaritiam, quæ mendicos efficit, animas perdit, gehennæ amicam, hoſtem regni cælorum, matrem omnium ſimul malorum.* Polycarpus ad Philippenſes: Ἀρχὴ πάντων κακῶν φιλαργυρία. *Initium omnium malorum avaritia.* Eodem modo Phocylides:

Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Avaritia eſt mater omnis malitiæ.

Clemens Alexandrinus Pædag. lib. II. cap. III. pag. 162. Ὁ πλοῦτος οὐκ ὀρθῶς κυβερνώμενος, ἀκρόπολίς ἐστι κακίας. *Divitiæ, quæ non rectè adminiſtrantur, ſunt arx ſceleris & vitii.* Saluſtius de Republ. ordin. *Ubi cupido divitiarum invaſit, neque diſciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum ſatis pollet.* Diodorus Siculus in fragmentis: Ἡ φιλαργυρία διὰ τὴν ἐκ τοῦ συμφέροντος ἐλπίδα προκαλουμένη πολλοὺς πρὸς ἀδικίαν, μεγίστων κακῶν αἰτία τοῖς ἀνθρώποις γίνεται. *Avaritia, ob lucri ſpem multos ad injuſtitiam provocando, ſummorum malorum hominibus cauſſa exiſtit.* Rutilius Numantianus:

Auri cæcus amor ducit in omne nefas.

Servius ad Æneid. VI. *Ad quod flagitium homines non impellit auri deteſtanda cupiditas?* Chryſologus de auro, ſive iniquitatis Mammona, Sermone CXXVI. *Bella mandat, comparat bellatores, ſanguinem vendit, agit mortes, prodit patrias, urbes deſtruit, ſubdit populos, arces urget, vexat cives,* &c. *jus delet, faſque nefaſque confundit,* &c. *fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honeſtatem diſſipat, ſolvit affectus, innocentiam tollit, pietatem ſepelit, neceſſitudinem ſcindit, amicitiam ſubruit.* De eodem Seneca Controverſ. lib. II. Controv. VI. *Auget diſcordiam, urbes & terrarum orbem in bellum agitat, humanum genus --- in fraudes & ſcelera mutua inſtigat.* Quintilianus Declamatione CCCXXI. *Hæc latrones facit, hæc piratas: hæc intra muros etiam, atque intra domos noſtras & templa ſicas percuſſorum acuit: inde nata ſunt venena.* Juvenalis:

\- - - - - - - - *Nec plura venena*
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius ullum
Humanæ mentis vitium, quàm ſæva cupido
Immodici cenſus.

Cicero Orat. pro Roſcio: *Ex avaritia erumpit audacia, inde omnia ſcelera atque maleficia gignuntur.* Lactantius lib. VI. cap. XIX. *Hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnium ſcelerum genera orta ſunt.* Euripides apud Stobæum, ſerm. XCI.

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν.
Pecuniæ multorum malorum cauſſas præbent hominibus.

Timon, apud eundem, Serm. X. Στοιχεῖα ἔφη τῶν κακῶν εἶναι, ἀπληστίαν καὶ φιλοδοξίαν, *elementa malorum eſſe dixit, inſatiabilitatem & ambitionem.* Alia eodem ſpectantia paſſim apud autores, tum ſacros, tum profanos, obvia.

Φιλαυτέω.

Non habent Lexica. Deſcendit à φίλαυτος, *ſeipſum amans.* Heſychius: φίλαυτοι, οἱ ἑαυτοὺς φιλοῦντες, *ſeipſos amantes.* Ita etiam apud Baſilium in reg. brev. Interrogat. LIV. t. II. p. 546.

\- - - - *Quos ſubſequitur cæcus amor ſui.*

Seneca cap. X. de vita beata: *Inſolentiam & nimiam æſtimationem ſui, --- & amorem rerum ſuarum cæcum & improvidum.* Horatius in eodem argumento:

Stultus & improbus hic amor eſt, dignúsque notari.

Hinc jam φιλαυτεῖν, *ſe ipſum amare.* Cyrillus Alex. lib. VI. in Joh. pag. 646. de Phariſæis: Τὸν ἀληθῶς ἀγαθὸν, πονηρὸν εἶναί φασι, καὶ τὸ δύνασθαι κρίνειν ὀρθῶς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κατὰ τὴν τοῦ νομοθέτου διάταξιν ἐκ τοῦ φιλαυτεῖν ζημιουμένου. *Verè bonum, malum eſſe dicitis, & de quavis re rectè judicare poſſe juxta legulatoris edictum, hominis nimiùm ſui amantis eſſe dicitis.*

Φιλεγκλήμων.

Habent Lexica, ſed ſine Autore. *Amator querelarum, querulus: quadruplator, criminator.* Cyrillus Alex. in cap. I. Hoſeæ, pag. 15. Οἱ φιλεγκλήμονες Φαρισαῖοι. *Criminatores Phariſæi.* Et in cap. XIV. Zachariæ, pag. 808. Φιλεγκλήμονες καὶ λαλοῦντες ἀδικίαν κατὰ Θεοῦ. *Criminatores & iniquitatem contra Deum loquentes.*

Φιλελεήμων & Φιλέλεος.

Utramque vocem omittunt Lexica. *Miſericordiam amans, ſummè miſericors.* Prior occurrit Tobiæ XIV. v. 10. Γίνου φιλελεήμων καὶ δίκαιος, ἵνα σοι καλῶς ᾖ. *Tu eſto miſericors & juſtus, ut tibi bene ſit.* Poſterior legitur apud Cyrillum Alexandrinum in cap. II. Joelis, pag. 219. Ὁ τῶν ὅλων δεσπότης φιλάνθρωπός τε, καὶ φιλέλεος, οἰκτίρμων, καὶ ἀγαθός. *Univerſorum Dominus eſt benignus, & ſummè miſericors, miſericors, & bonus.*

Φιλεργέω.

Habent Lexica, ſed ſine autore. φίλεργος, *operis amans, operi deditus, ſedulus.* Aliàs φιλόπονος. Heſychius: φιλόπονος, φίλεργος, σπουδαῖος. Suidas: φιλόπονος, φίλεργος, περὶ τὸ πονεῖν πρόθυμος. *Laborum amans, operis ſtudioſus, ad laborem promtus: ſtrenuus.* Idem: φίλεργος, φιλόπονος. Hinc φιλεργέω, *ſedulus ſum, ſedulitate utor, labores amo.* Heſychius: φιλεργήζασι, (malim, φιλεργήσαντες) φίλεργοι, οἱ τὸ ἔργον φιλοῦντες. *Laboris amantes.* Suidas ex Anonymo: Ὑπὸ ῥᾳθυμίας, καὶ τῆς πρὸς τὸ φιλεργεῖν μαλακίας, ἀνόητοι καὶ ἀμαθεῖς. *Propter animi ſegnitiem, & laboris metum ac fugam, amentes & indocti.* Cyrillus Alexandrin. lib. X. in Joh. ad v. 22. cap. XV. pag. 904. φιλεργεῖν εἰς ἀρετὴν, *virtutem colere.*

Φιλευλαβής.

Non habent Lexica. *Religioſus, religionis amans.* Cyrillus Alexandr, lib. II. in Joh. cap. V. ad v. 40. cap. IV. pag. 201. Ἴστω διὰ τούτων ὁ φιλόθεός τε καὶ φιλευλαβὴς, ὅτι τῶν μὲν λυπούντων αὐτὸν ἀπανίσταται Χριστὸς, ἐνοικίζεται δὲ τοῖς εὐφραίνουσι διὰ ὑπακοῆς τε καὶ πίστεως ἀγαθῆς. *Ex his ſciat Dei amans & religioſus, Chriſtum quidem ab iis diſcedere, qui eum triſtitiâ afficiunt: apud illos verò habitare, qui ipſum per obedientiam & ſinceram fidem exhilarant.*

Φιληδονέω.

Non habent Lexica. φιλήδονος, ὁ χαίρων ταῖς ἡδοναῖς. *Voluptatum amans, qui voluptatibus delectatur.* Hinc φιληδονέω, *voluptatibus delector, voluptatibus indulgeo.* Cyrillus Alexandrinus lib. X. in Joh. pag. 895. φιληδονεῖν ἑλόμενοι, καὶ τὸν ἐξίτηλον ἐν τρυφαῖς τετιμηκότες βίον. *Voluptatibus indulgentes, & evanidam in deliciis vitam amantes.* Clemens Alexandrinus Strom. lib. III. pag. 466. Εἰς τοὺς πεπλανημένους τὰ νοήματα, εἰς ἡμᾶς, ὁ Σωτὴρ ἀφίκετο· ἃ δὴ ἐκ τῆς κατὰ τὰς ἐντολὰς παρακοῆς ἐφθάρη, φιληδονούντων ἡμῶν. *Ad eos, qui ſenſibus ſeu cogitationibus aberraverant, ad nos, inquam, venit Salvator: quæ quidem ex noſtra erga præcepta inobedientia corrupta ſunt, dum nimis avidè voluptates perſequeremur.*

Φίλημα.

I. φίλημα, *oſculum* eſt *ſymbolum charitatis & dilectionis:* & vocatur φίλημα ἅγιον, *oſculum ſanctum* I. Corinth. XVI. 20. id eſt; ut ibi interpretatur Theophylactus, pag. 320. ἄδολον, ἀνυπόκριτον, *dolo & ſimulatione carens.* II. ad Corinth. XIII. v. 12. ubi Chryſoſtomus, Homil. XXX. in hanc Epiſtolam, pag. 705. Τί ἐστιν, ἐν ἁγίῳ φιλήματι; μὴ ὑπούλῳ, μὴ δολερῷ, καθάπερ ὁ Ἰούδας τὸν Χριστὸν ἐφίλησε. Διὰ γὰρ τοῦτο τὸ φίλημα δίδοται, ἵνα ἐμπύρευμα τῆς ἀγάπης γένηται, ἵνα ἀνακαίῃ τὴν διάθεσιν, ἵνα οὕτως ἀλλήλους φιλῶμεν ὡς ἀδελφοὺς ἀδελφοί, ὡς παῖδες πατέρας, ὡς πατέρες παῖδας. μᾶλλον δὲ καὶ πολὺ πλέον. ἐκεῖνα γὰρ φύσεως, ταῦτα δὲ χάριτος. *Quid eſt,* oſculo ſancto? *Non ficto, non ſubdolo, quemadmodum Judas Chriſtum oſculatus eſt. Ob id enim nobis datum eſt oſculum, ut charitatis igniculus ac fomes ſit, ut affectum inflammet, ut hac ratione nos ipſos mutuò amemus, velut fratres invicem ſe amant, ut filii patres, ut patres filios: imò etiam multò vehementiùs. Illa enim natura ſunt, hac gratia.* De oſculo Judæ Athanaſius, Orat. in proditionem Judæ, tom. II. pag. 672. Ὦ φιλήματος αἵματος πεπληρωμένου. ὢ πολέμου κεχρωσμένου φιλήματι. ὢ φίλημα δῆγμα θανάτου γενόμενον. ὢ φίλημα ἀσπίδων ἰὸν ἐρευγόμενον. Ὃ πρὸς ἀγάπην ἐδιδάχθης, τούτῳ πρὸς ἀπάτην ἐχρήσω. *O oſculum, ſanguine plenum! ô bellum coloratum oſculo! ô oſculum, quod morſus lethalis factum eſt! ô oſculum, quod aſpidum eructavit venenum! Quod dare ad charitatem es edoctus, illo ad fraudem es uſus.* φιλήματος ἁγίου etiam fit mentio I. ad Theſſalonicenſes V. 26.

II. φίλημα ἀγάπης, *oſculum dilectionis,* in feſto Paſchatis apud Græcos uſitatum. De eo jam actum in voce Ἀσπασμὸς, num. II.

III. φίλημα, *oſculum* in ſacræ Cœnæ celebratione uſurpari ſolitum. Conſtitut. Apoſtol. lib. VIII. cap. XI. pag. 1013. Poſt orationem pro fidelibus Diaconus dicebat: Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ· καὶ ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον· οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκούς. αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας. *Oſculamini vos invicem oſculo ſancto: & oſculentur clerici Epiſcopum: viri Laici laicos: mulieres ſe invicem.* Ibidem, lib. II. cap. LVII. Εἶτα ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες τὸ ἐν Κυρίῳ φίλημα. *Poſtea oſculentur ſe invicem viri, & fœminæ ſe invicem oſculo, quod eſt in Domino.* Hoc oſculum Clemens Alexandrinus Pædag. lib. III. cap. XI. pag. 257. vocat φίλημα μυστικὸν, *oſculum myſticum.* Plura vide in vocibus Ἀσπάζομαι, num. III. & in Ἀσπασμὸς, num. I. Conſule etiam Cyrilli Jeroſol. Catech. myſt. V. Edit. Pariſ. Græco-Lat. pag. 239. 240.

IV. φίλημα τῶν μνηστευομένων, *oſculum ſponſorum.* Apud veteres haud temerè, nec facilè dabatur oſculum, ne ſponſo aut ſponſæ quidem; ſed ſemel tantùm, confirmandorum ſponſaliorum cauſſâ. Alexander Novel. de ſponſ. ait, *Confirmari ſponſalia datâ arrhâ & oſculo.* Proinde jus oſculi, quod erat argumentum magnum pu-

Digitized by Google

pudicitiæ veterum, jus augebat ſponſaliorum. Et quæ præbuerat oſculum, erat quaſi uxor, & plùs quàm ſponſa. De hoc oſculo Zonaras ad Can. XCVIII. Concilii in Trullo, pag. 205. Πάλαι φίλημα τῶν μνηστευομένων ἐπὶ τῇ μνηστείᾳ ἐγίνετο, καὶ ἀῤῥαβὼν τῇ γυναικὶ παρείχετο παρὰ τοῦ ἀνδρός. *Olim oſculum deſponſatorum in ſponſalibus dabatur, & arrha uxori à marito exhibebatur.* Et Balſamon ad eundem Can. p. 487. Φίλημα προέβη μέσον τῶν μνηστειῶν, καὶ ἀῤῥαβῶνες ἐδόθησαν χάριν ἀσφαλείας τῶν συναλλαξάντων μερῶν. *Inter deſponſatos oſculum proceſſit in ſponſalibus, & arrhæ datæ ſunt pro contrahentium partium ſecuritate.*

V. Φίλημα etiam adhibitum in ordinationibus ſacris. Vide in Ἀσπασμὸς, num. III.

Φιλογρήγορος.

Non habent Lexica. *Vigilias amans, vigilans.* Τὸ φιλογρήγορον, ſubſtantivè, *vigilantia.* Cyrill. Alexand. in cap. LVI. Jeſaiæ, pag. 796. de Sacerdotibus veteris Teſtamenti: Τὸ φιλογρήγορον τῶν ἐν ἀγέλαις κυνῶν ζηλοῦν οὐκ ἤθελον. *Vigilantiam paſtoralium canum nolebant æmulari.*

Φιλόδακρυς.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Lacrymarum amans,* id eſt, *qui proclivis eſt ad lacrymas.* Cyrillus ad Alex. lib. XII. in Joh. ad v. 25. cap. XIX. pag. 1064. Φιλόδακρύ πως ἀεὶ τὸ θηλειῶν ἐστι γένος, καὶ πολὺ δὴ λίαν εἰς θρήνους εὐπετὲς, ὅταν δὴ μάλιστα καὶ πλουσίας ἔχῃ τοῦ δακρύῤῥοεῖν τὰς ἀφορμάς. *Genus fœmineum, ſexus fœmineus ſemper quodammodo ad lacrymas proclivis eſt, & ad fletum maximè pronus, tum verò imprimis, quando multas lacrymandi cauſſas habet.*

Φιλοδέσποινος.

Non habent Lexica. Idem quod φιλοδέσποτος, *dominum amans.* Et quemadmodum τὸ φιλοδέσποτον ſignificat *amorem in dominum*, ita etiam τὸ φιλοδέσποινον. Chryſoſtomus Hom. XII. ad populum Antiochenum: Μίμησαι τοῦ ὄνου τὸ φιλοδέσποινον, καὶ τοῦ βοός. *Imitare aſini & bovis amorem in dominum.*

Φιλοζητητής.

Non habent Lexica. *Indagator, diſcendi cupidus: qui diſcendi causâ ſemper interrogat.* Cyrillus Alex. in cap. XLI. Jeſaiæ, pag. 529. Γεγόνασι γὰρ καὶ παρ' Ἕλλησι πολλοὶ φιλολόγοι τε, καὶ φιλοζητηταὶ, καὶ τῆς ἀληθείας ἐρευνηταί. *Fuerunt enim etiam apud Græcos multi literarum amantes, diſputatores, & veritatis indagatores.* Idem, lib. I. in Joh. cap. IX. pag. 102. Τίς τοῦ νόμου πρὸς τὴν διὰ τοῦ Σωτῆρος χάριν ἡ διαφορὰ, θεωρήσει ὁ φιλοζητητὴς, καὶ ἑταῖρος ἱδρώτων ἀγαθῶν. *Quænam ſit inter legem & gratiam per Salvatorem differentia, videbit diſcendi cupidus, & ſudorum ſocius.*

Φιλοθεάμων.

Habent quidem hanc vocem Lexica, ſed eam jejunè ſatis tractant. Apud Heſychium & Suidam, φιλοθεάμων, φιλοθεωρητής. *Spectandi cupidus, ſpectaculorum amans, contemplationum ſtudioſus, viſendarum rerum cupidus.* Cyrillus Alex. lib. II. in Joh. ad v. 1. cap. II. p. 135. Ἔρχεται δὲ μετὰ τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς εἰς τὸν γάμον. ἔδει γὰρ παρεῖναι τῷ θαυματουργῷ τοὺς τῶν παραδόξων φιλοθεάμονας. *Venit unà cum diſcipulis ſuis ad nuptias; oportebat enim ut miracula patranti adeſſent, qui rerum mirabilium ſtudio tenebantur.* Clemens Alexandr. Stromat. lib. I. pag. 316. Ὁ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας. *Qui veritatis contemplatione delectantur.* Ita etiam ibid. lib. II. pag. 369. Et lib. V. pag. 553. Ἀληθινοὺς φιλοσόφους λέγω, τοὺς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας. *Veros philoſophos dico eos, qui veritatis contemplatione delectantur.* Hinc Plutarchus conjunctim dicit, Ἀνὴρ φιλοθεάμων καὶ φιλομαθής. *Vir viſendi & diſcendi cupidus.* Baſilius M. Homil. VI. in Hexaem. pag. 68. Οἱ τῶν μεγάλων φιλοθεάμονες. *Rerum non mediocrium ſpectandarum avidi.* Et in Pſal. XLIV. pag. 257. Οἱ τοῦ ἀληθινοῦ κάλλους φιλοθεάμονες. *Qui contemplatione inardeſcunt veræ pulchritudinis.*

Φιλοθεέω.

Non habent Lexica. *Amator Dei ſum: ſum φιλόθεος, Dei amans.* Cyrillus Alexandr. in fine lib. XIV. de Adoratione, pag. 517. Καὶ ἱδρῶτες πρόκεινται βαρεῖς τῆς εἰς ἐγκράτειαν ἀγλαϊσμάτων, ὁ πολὺς ὁ λόγος, τῷ γε ὅλως φιλοθεεῖν ᾑρημένῳ. *Quamvis ornamentis temperantiæ graves ſint propoſiti ſudores, contemnit tamen ea omnia, qui revera Dei amator eſſe vult.*

Φιλοθεία.

Habent Lexica, ſed ſine autore. *Amor Dei.* Cyrillus Alexandr. in cap. LVI. Jeſaiæ, pag. 798. Ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοθείας ὁ θεσπέσιος προφήτης ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίαις ἐπιπλήττει. *Ex ſummo Dei amore divinus Propheta Judæorum linguæ incontinentiam reprimit.*

Φιλοθηρέω.

Non habent Lexica. Φιλόθηρος, *venandi ſtudioſus.* Φιλοθηρεία, *venandi ſtudium.* Inde verbum φιλοθηρεῖν, apud Suidam, φιλῶ ἀγρεύειν, *venationis ſtudioſum eſſe, venatione delectari.* Metaphorica ſignificatio apud Cyrillum Alexandr. aliquoties legitur. Lib. I. de Adoratione, pag. 8. Ἰτέον δὴ οὖν ἐπὶ τὸ χρῆναι φιλοθηρεῖν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν. *Pergendum igitur nobis eſt ad ea inveſtiganda, quæ utilitatem afferre poſſunt.* Et lib. V. de Adoratione, pag. 152. Χρῆναι γὰρ οἶμαι τὸ ὠφελοῦν εὖ μάλα φιλοθηρεῖν. *Magnopere obſervandum arbitror, quid utilitatem afferre poſſit.* Et lib. VII. pag. 245. Φιλοθηρεῖν τοῦ δικαίου τὴν γνῶσιν. *Juſti cognitionem inveſtigare.* Idem, lib. V. in Johan. cap. II. pag. 489. Διάκενον δόξαν φιλοθηρεῖν. *Inanem captare gloriam.* Et lib. X. adverſus Julianum, p. 630. Φιλοθηρεῖν τὸ ἀληθές. *Veri indagandi cupidum eſſe.*

Φιλοικτίρμων.

Legitur apud Plutarchum & Pollucem: unde etiam Lexica habent. *Qui libenter miſeratur, pronus ad miſericordiam,* vel *miſerendum.* Apud Cyrillum Alexandrinum ſemper ſcribitur φιλοικτείρμων. Lib. Glaphyr. in Numeros, pag. 408. Φιλοικτείρμονα καὶ ἤπιον καταστῆσαι θεόν. *Manſuetum & ad miſericordiam pronum reddere Deum.* Ad v. 14. cap. I. Jeſaiæ, pag. 15. Κατηλεεῖ πάλιν ὁ φιλοικτείρμων θεός. *Miſerabatur rurſus ad miſericordiam pronus Deus.* Mox, pag. 16. Deum ita introducit loquentem: Εἰμὶ χρηστός τε καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλοικτείρμων. *Sum benignus atque bonus, & ad miſerendum pronus.* Apud eundem tamen in cap. XXXVIII. Jeſaiæ, pag. 496. Χρηστὸς ἐστι καὶ φιλοικτίρμων ὁ τῶν ὅλων θεός. *Univerſorum Deus benignus eſt & ad miſericordiam pronus.*

Φιλόκαινος.

Habent quidem Lexica quædam, ſed ſine autore. *Novitatis ſtudioſus.* Legitur apud Cyrillum Alexandr. lib. VI. Glaphyr. in Geneſ. pag. 179. Φιλόκαινος ὁ ἄνθρω-

Digitized by Google

θρώπινος νοῦς, καὶ τῶν μὲν ἤδη προγεγονότων τὸν κόρον οὐκ ἀποτίθεται. τῶν δὲ οὔπω παρόντων, ἢ καὶ ἀρτίως πεπορισμένων μεταποιεῖται λίαν, καὶ ἀκμαιοτέραν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐπιθυμίαν εἰσδέχεται. *Mens humana novitatis eſt ſtudioſa: & eorum, qui priùs nati ſunt, ſatietatem non abjicit, eorum verò; qui nondum nati; aut alioqui recens acquiſiti ſunt, potiorem curam habet, & ferventiore eos amore proſequitur.* Loquitur, occaſione Joſephi, de parentibus, qui natu minimos infantes ſingulari amore complectuntur.

Φιλοκακοῦργος.
Φιλοκακούργως.

Hæ voces à Lexicographis omittuntur. Φιλοκακοῦργος, *doloſus, fraudulentus.* Cyrillus Alexandrinus in cap. XXVII. Jeſaiæ, pag. 371. de Diabolo: Δεινός ἐστι καὶ φιλοκακοῦργος. *Aſtutus eſt & fraudulentus.* Idem, lib. XII. in Joh. ad cap. XX. pag. 1110. de Chriſto: ᾔδει, ᾔδει, Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, τὴν τοῦ διαβόλου φιλοκακοῦργον γνώμην, καὶ τὸ εἰς ἀπάτην εὐμήχανον. *Sciebat, ſciebat, utpote verus Deus, Diaboli malignum animum & fraudis artificem.* Φιλοκακούργως, *doloſè.* Idem, Homil. Paſchali XXIII. pag. 279. Πολυπλόκων ἀπαλλάττεσθαι λογισμῶν καὶ φιλοκακούργως ἐξηρτημένων. *Perplexis ac doloſè contextis ratiocinationibus liberari.*

Φιλοκρινέω.

Theſaurus Stephani non habet. Quædam Lexica habent φιλοκρίνω, & interpretantur, *accuratè & libenter æſtimo; libens aliena æſtimo & de his judicium facio.* Sed ſcribendnm φιλοκρινέω, *ſtudioſè diicerno vel diſtinguo.* Cyrillus Alexandr. præfat. in Hoſeam, pag. 2. monet de lectione Prophetarum: Δεῖ ἕκαστα σαφῶς φιλοκρινοῦντας καὶ τὴν τῶν νοημάτων τάξιν, καὶ τὴν τῶν προσώπων διαφορὰν ἀναγκαίως ἐπιτηρεῖν. *Singula clarè & ſtudioſè diſcernenda, ſententiarumque ordo & perſonarum differentia neceſſariò obſervanda eſt.* Ita Gregor. Nazianzenus: Μὴ φιλοκρίνει μοι τὰς ἀξίας τῶν σε καθαιρόντων. *Noli mihi dignitates eorum, qui te purgant, curioſè expendere.* Baſilius Cæſarienſis: Καὶ οὐδεὶς ὁ τοῦ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος φιλοκρινῶν. *Nullus eſt, qui diſcrimen veritatis & mendacii facilè animadvertat.* Heſychius: Φιλοκρινεῖν, διαιρεῖν. *Diſtinguere, diſterminare.*

Φιλοπατορία.

Non habent Lexica. *Parentum amor.* Cæſarius Dialogo III. Interrog. CXXXI. Φιλοπατορίαν ἡμᾶς διδάσκει. *Amorem parentum nos docet.*

Φιλοπευστέω.

Lexica habent ex Heſychio & Suida. Φιλόπευστος, Suidæ, ἡδέως μανθάνων, περίεργος. *Sciſcitandi cupidus. Libenter diſcens. Curioſus.* Idem: Φιλοπευστεῖ, φιλοπραγμονεῖ. *Sciſcitandi cupidus eſt: curioſus eſt.* Heſychius: Φιλοπευστεῖν, ἀκούειν, μανθάνειν, ἐρωτᾷν. *Audire, diſcere, interrogare.* Item: Φιλοπευστοῦντα, ἡδέως ἀκούοντα, ἢ ἐρωτῶντα. *Libenter audientem, vel interrogantem.* Cyrillus Alex. ad v. 8. cap. I. Jonæ, pag. 372. ubi Jonas interrogatur, unde ſit? Φιλοπευστοῦσι χρησίμως, ὡς ἤδη μὲν κλήρῳ ἐπεγνωκότες, οὐκ ἔχοντες σαφῶς εἰδέναι τῆς πλημμελείας τὸν τρόπον. *Non ſine utilitate curioſi ſunt, ut qui ſortitò jam cauſam tanti mali indagâſſent, modum tamen peccati nondum apertè cognoviſſent.* Et in cap. III. Habac. pag. 552. Ἧκον πρὸς Χριστόν τινες τῶν Ἰωάννου μαθητῶν, φιλοπευστοῦντες καὶ λέγοντες, Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς, &c. *Venerunt ad Chriſtum quidam ex diſcipulis Johannis, curioſiùs ſciſcitantes & dicentes: Johannes Baptiſta miſit nos, &c.*

Φιλόπορνος.

Non habent Lexica. *Scortator.* Nilus, Paraneticorum cap. CCXXII. Οὐαὶ τῷ φιλοπόρνῳ: ῥυποῖ γὰρ στολὴν, καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐκβέβληται. *Væ ſcortatori: ſordidam enim reddit ſtolam, & è nuptiis ejicitur.*

Φιλοπραγματίας.

Non habent Lexica. *Rerum alienarum curioſus.* Cyrillus Alexandr. in cap. LIX. Jeſaiæ. p. 831. Ἦσαν πάντως φιλοπραγματίαι, καὶ δικορράφοι, καὶ πολὺ νοσοῦντες τὸ δύσερι. *Erant rerum alienarum prorſus curioſi, & cauſarum conſarcinatores, atque morbo contentioſè litigandi laborabant.*

Φιλοπτωχία.

Non habent Lexica. Φιλόπτωχος, *mendicorum ſeu pauperum amans, promtus ad juvandos mendicos & pauperes.* Φιλοπτωχία, *amor pauperum & mendicorum.* Athanaſius Orat. in proditionem Judæ, t. II. p. 670. ter hanc vocem habet: Ὦ φιλαργυρίας φιλοπτωχίας ἐνδυομένης προσωπεῖον. ὢ τῆς μισανθρώπου φιλανθρωπίας. Ἠδύνατο τοῦτο πραθῆναι, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς. κάπηλος φιλοπτωχίας Ἰούδας, καὶ αὐτὸ τῆς φιλοπτωχίας τὸ σχῆμα πραγματευόμενος. *O avaritiam, quæ amoris pauperum larvâ fuit induta! ô inhumanam humanitatem! Potuiſſet hoc vendi, & pauperibus dari. Caupo amoris pauperum Judas, & ex ipſa amoris pauperum ſpecie quæſtum facit.* Frequens vox apud alios etiam Patres.

φίλος.

Brevitati ſtudebimus, & ex innumeris pauciſſima ſeligemus.

I. *Proprietates veri amici* præcipuæ ſunt:

1. *quòd in rebus etiam adverſis diligat.* Theodoretus quæſt. XXVIII. in II. lib. Samuelis, pag. 282. Οὐ χρὴ εὖ μὲν πράττουσι συνεῖναι τοῖς φίλοις, δυσπραγίᾳ δὲ περιπεσόντας ἐᾶν. *Non oportet in rebus quidem ſecundis verſari cum amicis: ſin autem in res adverſas inciderint, eos deſerere.* Agapetus cap. XXXII. Ἡγοῦ τούτους εἶναι φίλους ἀληθεστάτους, τοὺς συνηδομένους μὲν ἐπὶ τοῖς χρηστοτέροις, ἐπιστυγνάζοντας δὲ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. *Veriſſimos amicos eſſe eos exiſtima, qui tecum gaudent in rebus lætis, triſtantur verò in adverſis.* S. Maximus de Charitate, Cent. IV. c. XCIII. & CXIV. Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα. ἐπειδὴ τὰς τοῦ φίλου συμφορὰς, ἰδίας λογίζεται. καὶ συνυποφέρει αὐτῷ μέχρι θανάτου κακοπαθῶν· πολλοὶ μὲν οἱ φίλοι, ἀλλ' ἐν καιρῷ εὐημερίας· ἐν δὲ καιρῷ πειρασμοῦ μόλις ἂν εὑρήσεις ἕνα. *Amicus fidus res eſt incomparabilis, quoniam amici calamitates ſuas eſſe exiſtimat, amicoque compatiens uſque in mortem, duram ejus vicem ac ſortem unâ tolerat. Multi quidem ſunt amici, ſed in rebus ſecundis ac proſperis: verùm tentationis tempore vix unum invenies.* Qui hoc non faciunt, τὴν φιλίαν μέχρι τραπέζης περιορίζουσι. Tales patina, non benevolentia conciliat. Talis amicitia, χύτρας φιλία, *ollæ amicitia.* Apud eos illud valet: Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. *Dum fervet olla, viget amicitia.* Scitè Owenus:

Te, bona dum ſplendet fortuna, ſequuntur amici,
Ut te, dum lucet Sol, ſolet umbra ſequi.

Item:

Invenies multos, ſi res tibi floret, amicos:
Si fueris pauper, nullus amicus erit.
Rebus in adverſis patientia vera probatur:
Rebus in adverſis vera probanda fides.

2. *quòd etiam abſentes diligat amicos.* Theodoretus epiſt. LXXVI. pag. 943. Τὴν εἰλικρινῆ φιλίαν κρατύνει μὲν γὰρ συνουσία, τοπικὴ δὲ οὐ διατέμνει διάστασις. ἰσχυρὰ γὰρ

τὰ

Digitized by Google

τὰ ταύτης διέργμα. *Sinceram amicitiam præſentia corroborat, locorum autem diſtantia non dirimit. Valida quippe hujus ſunt vincula.* Nempe, qui in amicitia, animoque noſtro mutuo affectu permanent, etiamſi corpore proficiſcantur aliò, nobiſcum tamen ubique perſiſtere, non minùs quàm ſi reapſe præſentes eſſent, cenſentur. In ea re non ineleganter ludit Ambroſius lib. V. epiſt. XXVI. *Occurri dico; quando enim abſui; quem toto ſequebar affectu, cui ſenſu ac mentibus inhærebam? Et certè major animorum præſentia eſt; tuum quotidianum iter legebam*, &c. Auguſtinus lib. VI. Confeſſ. cap. VIII. *Si corpus meum in illum locum trahitis, numquid & animum, & oculos meos? Adero itaq; abſens.* Victor ad Solomonem: *Te corde hinc geſtans abii, tecumq; reſedi.* Atque horum omnium autor videtur princeps Romanæ eloquentiæ lib. V. ad Famil. epiſt. XIII. Verba ejus ſunt, *Quantum potero, me ab omnibus moleſtiis & angoribus abducam, transferámque animum ad ea, quibus ſecundæ res ornantur, adverſæ adjuvantur: tecumq; & ero tantum, quantum patietur utriusque ætas & valetudo; &, ſi eſſe unà minùs poterimus, quàm volemus, animorum tamen conjunctione, iiſdem ſtudiis ita fruemur, ut nunquam non unà eſſe videamur.* Et Plinius epiſt. ad Sardum: *Poſtquam à te receſſi, non minùs tecum, quàm cùm apud te fui.* Clemens lib. VII. Recognit. *Aut ignoras, quia amici ſemper ſimul ſunt, & licèt corporibus ſeparentur, memoriâ tamen junguntur.* Eodem facit & locus, fictitii quidem ſcriptoris, ſed tamen veteris Clementis nomine, qui de vita Petri ſcripſit: Καὶ οὐκ οἶδας, ὅτι σύνεισιν οἱ φίλοι ταῖς μνήμαις, κἂν τοῖς σώμασιν ἐκείνων ἀπολιμπάνωνται. Huc etiam referri poteſt illud Nazianzeni, Orat. XXIV. Τὰ μὲν σώματα τόπῳ συνάπτεται. ψυχαὶ δὲ πνεύματι (ita etiam φιλίᾳ) συναρμόζονται. *Corpora quidem locus conjungit: animos verò ſpiritus* (amicitia) *copulat.* Et illud Baſilii M: Ἡμεῖς κεχωρισμένοι τοσοῦτον τοῖς σώμασι, τῇ διανοίᾳ σύνεσμεν ἀεί. *Nos tanto intervallo corporibus ſeparati, mente ſemper conjuncti ſumus.*

3. *quòd ſit alienus ab adulatione.* Agapetus cap. XXXII. Ἡγοῦ τούτους εἶναι φίλους ἀληθεστάτους, μὴ τοὺς ἐπαινοῦντας ἅπαντα τὰ παρὰ σοῦ λεγόμενα, ἀλλὰ τοὺς κρίσει δικαίᾳ πάντα πράττειν σπουδάζοντας. *Exiſtima eos veriſſimos eſſe amicos, non qui omnia laudant, quæ abs te dicuntur, ſed qui nihil non juſto judicio facere ſtudent.* Baſilius M. epiſt. LXXXIII. pag. 916. diſcrimen inter adulatorem & ſincerum amicum oſtendens, ſcribit: Ἐν τούτῳ μάλιστα φίλος κόλακος διενήνοχε, τῷ τὸν μὲν πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, τὸν δὲ μηδὲ τῶν λυπούντων ἀπέχεσθαι. *Hac in re potiſſimùm ab adulatore differt amicus, quòd ille, quæ grata ſunt, dicit: iſte verò non veretur & triſtia afferre.*

II. *Amicorum præſtantia & neceſſitas.* Chryſoſtomus Homil. LXXVIII. in Joh. pag. 879. Ἔστω τις μηδένα φίλον ἔχων, ὅπερ ἀνοίας ἐστὶν ἐσχάτης, ὁ τοιοῦτος ποίαν ζήσεται ζωήν; κἂν γὰρ μυριάκις ᾖ πλούσιος, κἂν ἐν ἀφθονίᾳ καὶ τρυφῇ, κἂν μυρία ἀγαθὰ κεκτημένος, πάντων ἔρημος καὶ γυμνὸς καθίσταται. *Sit quis nullum amicum habens, quod extremæ amentiæ eſt, talis qualem vivet vitam? Etiamſi enim ditiſſimus ſit, etiamſi omni copia & deliciis abundet, etiamſi innumera bona poſſideat, ab omnibus deſtitutus & nudus conſtituitur.* Vide ibid. plura. Idem, Homil. II. in I. ad Theſſal. pag. 170. Βέλτιον ἡμῖν σβεσθῆναι τὸν ἥλιον, ἢ φίλων ἀποστερηθῆναι. βέλτιον ἐν σκότῳ διάγειν, ἢ φίλων εἶναι χωρίς. Ὄντως φίλος πιστός, φάρμακον ζωῆς. ὄντως φίλος πιστός, σκέπη κραταιά. Τί γὰρ οὐκ ἂν ἐργάσαιτο φίλος γνήσιος; πόσην μὲν οὐκ ἂν ἐμποιήσειεν ἡδονήν; πόσην δὲ ὠφέλειαν; πόσην δὲ ἀσφάλειαν; κἂν μυρίους θησαυροὺς εἴπῃς, οὐδὲν ἀντάξιον γνησίου φίλου. *Satius eſt nobis extingui Solem, quàm amicis privari: melius eſt in tenebris degere, quàm ſine amicis eſſe. Reverà amicus fidus, pharmacum vitæ eſt: reverà amicus fidus protectio fortis eſt. Quid enim non efficeret amicus germanus? quantam quidem non generaret voluptatem? quantam verò utilitatem? quantam ſecuritatem? Etiamſi innumeros theſauros dixeris, nihil æquari poteſt cum germano amico.* Gregorius Nazianz. in principio Orat. VI. pag 136. Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδέν, οὐδέ τις σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ. Φίλος πιστός, σκέπη κραταιά, καὶ ὠχυρωμένον βασίλειον. Φίλος πιστός, θησαυρὸς ἔμψυχος. Φίλος πιστὸς ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν. Φίλος πιστός, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, κατὰ καιρὸν ἀνοιγόμενά τε καὶ μεταλαμβανόμενα. Φίλος πιστός, λιμὴν ἀναψύξεως. *Amico fideli nulla eſt comparatio: & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem illius. Amicus fidelis, protectio fortis & munitum palatium. Amicus fidelis, vivus theſaurus. Amicus fidelis, ſuper aurum & lapidem precioſum multum. Amicus fidelis, hortus concluſus, fons ſignatus, qui opportunè aperiuntur & communicantur. Amicus fidelis, ſolatii portus.* Quære ibidem plura. Conſule inſuper Chryſoſtomum, Homil. XL. in Acta, pag. 835. Homil. LXX. t. VI. pag. 722.

Φιλοσαρκέω.

Non habent Lexica. *Voluptatis, carnisq; ſtudio teneor: carnem amo & cuticulam curo.* Cyrill. Alexandrinus lib. II. in Johan. cap. V. pag. 191. de muliere Samaritana: Φιλόγελώς τε καὶ φιλοσαρκοῦσα γυνή. *Mulier riſum amans, & voluptatum carnisq; ſtudio dedita.*

Φιλοσαρκία.

Non habent Lexica. *Carnis ſtudium.* Cyrillus Alexandrinus lib. XI. in Joh. cap. X. pag. 988. Ἐφίζει τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὁλοσχερῶς ἀνακείμενοι, καὶ φιλοσαρκίας κρείττονα τὴν διάνοιαν ἔχοντες. *Deſiderio ad omne bonum penitus affixi, & mentem carnis ſtudio ſuperiorem habentes.* Et lib. ejusdem cap. XII. pag. 1004: Τίνες ἂν εἶεν οἱ τὴν καρδίαν ἔχοντες καθαράν, εἰ μὴ ἐκεῖνοι δὴ πάντως, οἱ τῇ πρὸς Θεὸν ἑνώσει τῇ δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι, φιλοσαρκίας ἁπάσης ἀναχωρήσαντες, &c. *Quinam erunt illi, qui cor habent purum, niſi iſti omnino, qui vi unionis ſuæ cum Deo per Filium in Spiritu, ab omni carnis ſtudio receſſerunt*, &c.

Φιλόσαρκος.

Hanc etiam vocem fruſtrà quæras in Lexicis. *Qui ſe corporeis oblectamentis totum tradit.* Cyrillus Alexandrinus in cap. I. Jonæ, pag. 731. Τὴν φιλήδονον καὶ φιλόσαρκον τιμᾶν ζωήν. *Voluptatibus & corporeis oblectamentis ſe totum tradere.* Theodorus Abucara: Τὸ φιλόσαρκον φρόνημα, *ex amore carnis profecta ſententia.* Olympiodorus in cap. III. Eccleſiaſtæ, pag. 625. Ἡ κτηνώδης καὶ φιλόσαρκος ζωή, ματαιότης ἐστί. *Brutalis & corporeis oblectamentis dedita vita, vanitas eſt.*

Φιλοσκώμμων.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. *Dicteriis mordacibus & ſcommatis gaudens, qui dicteria & ſcommata dicere amat.* Cyrillus Alexandrinus lib. II.

adverſus Julianum, pag. 38. Julianum vocat φιλοσκώμμονά τε καὶ εἰκαιόμυθον, *dicteriis mordacibus & ſcommatis gaudentem, cavillatorem & vaniloquum.* Suidas: Φιλοσκώμμονος, τὸ σκώπτειν φιλοῦντος. *Jocandi cum dicacitate ſtudioſi; cavillationis, jocorum & dicacitatis amantis.*

Φιλοσοφέω.

Quemadmodum apud Patres Græcos & Latinos φιλόσοφος notat *hominem pium*, & φιλοσοφία *vitam homine Chriſtiano dignam*; ut ſuo loco videbimus: ita etiam φιλοσοφεῖν ab iiſdem frequenter uſurpatur, cùm de Chriſtianiſmo, ſeu vita homine Chriſtiano digna loquuntur: item de doctrina pietatis. Exemplis aliquot rem illuſtrabimus. Chryſoſtomus Homil. LXXI. in Johan. pag. 851. Ὁ φιλοσοφῶν, οὐδὲν ἡγήσεται τὰ παρόντα, ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, ἐναντία πείσεται, πρὸς ἀράχνας καὶ σκιὰς καὶ ὀνείρατα, καὶ τὰ τούτων ἀσθενέστερα πράγματα ἐπτοημένος. *Qui philoſophatur*, id eſt, qui vitam verè piam ſectatur, vel etiam, qui res adverſas patienter fert, *præſentia nihili æſtimabit: qui verò non eſt talis, contrarium patietur, & vel aranearum telas, & umbras, & ſomnia, & res his imbecilliores timet.* Ne mireris, quòd φιλοσοφεῖν, *patienter ferre*, interpretor. Id enim aliquando ſignificat. Chryſoſtom. Homil. XVI. ad populum Antiochenum: Ἐὰν κακῶς παθὼν, εὐεργετήσῃς, ἐὰν κακῶς ἀκούσας, φιλοσοφήσῃς. *Si malè paſſus, benefeceris; ſi maledictis appetitus, ſapienter & patienter tuleris.* Gregor. Nazianzenus epiſt. LVIII. pag. 821. Εὖγε ὅτι φιλοσοφεῖς ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ γίνῃ πολλοῖς ὑπόδειγμα τῆς ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς καρτερίας. *Gratulor tibi, quod calamitates patienter fers*, vel patientiæ in calamitatibus ſtudes, *multisque tolerantiæ in rebus acerbis exemplum exiſtis.* Confer vocem φιλοσοφία. Cyrillus Alexandrinus lib. V. adverſ. Julianum, pag. 180. Οὐκ ἐν τοῖς τεχνυδρίοις τοῖς ὧδε κατεσκωμμένοις τὸ φιλοσοφεῖν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῷ εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν. *Non in levibus artificiis, quæ hic deriſui ſunt, philoſophia continetur, ſed veritatis agnitione.* De doctrina Chriſtiana frequenter legitur uſurpatum. Chryſoſtomus Homil. LXXX. in Joh. pag. 889. Τὸ διὰ ῥημάτων φιλοσοφεῖν εὔκολον, ἡ δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις, γενναίου τινὸς καὶ μεγάλου. *Verbis philoſophari*, id eſt, pietatem & veram fidem docere, *facile eſt: illud ipſum verò operibus demonſtrare, generoſi & magni animi eſt.* Eodem modo Iſidorus Peluſiota ad Athanaſium Presbyterum, epiſt. CLXXXIII. lib. II. pag. 211. Integrum epiſtolium adſcribo, quia verbi hujus vim nobis luculentiſſimè declarat. Τὸ μὲν διὰ λόγων φιλοσοφεῖν, εὔκολον· τὸ δὲ διὰ πραγμάτων, δυσχερές. Διὸ καὶ τὸ μὲν τῶν ἀκουόντων οὐ καθικνεῖται, τὸ δὲ καθάπτεται. τὸ μὲν γὰρ γέλωτα κινεῖ, τὸ δὲ ῥᾳθυμίαν ἀναστέλλει. καὶ τὸ μὲν εἰς ὀνείδη, τὸ δὲ εἰς ἐπαίνους τελευτᾷ. καὶ τὸ μὲν ἐνοχλεῖ, τὸ δὲ δυσωπεῖ τοὺς ἀκούοντας. οὐκ οὖν οὐ λεκτέον τὰ πρακτέα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρακτέον, εἴγε μὴ μέλλοιμεν ὀνείδη τε ἔχειν, καὶ εὐθύνας ὑφέξειν. *Sermonibus philoſophari promtum ac facile eſt; rebus autem arduum & difficile. Ac propterea illud auditorum animos minimè penetrat: hoc autem eos perſtringit: illud enim riſum movet, hoc inertiam reſtringit: illud in probra, hoc in laudes deſinit. Illud tædio & moleſtia, hoc pudore auditores afficit. Itaque curandum eſt, ut, quæ facienda ſunt, non modo dicamus, ſed etiam faciamus: ne alioqui & probra habeamus, & pœnas ſuſtineamus.* His gemina ſunt etiam ſequentia Chryſoſtomi, Homil. I. in Acta, pag. 610. Οὐδὲν διδασκάλου ψυχρότερον ἐν λόγοις φιλοσοφοῦντος μόνον. τοῦτο γὰρ οὐ διδασκάλου, ἀλλ' ὑποκριτοῦ. *Nihil frigidius doctore ſolis philoſophante ſermonibus: hoc enim non eſt doctoris, ſed ſimulatoris.* Homil. XXX. in Acta, pag. 783. Τί μέγα φρονεῖς; ὅτι διδάσκεις διὰ λόγων; ἀλλ' εὔκολον τοῦτο τὸ φιλοσοφεῖν ἐν ῥήμασι. δίδαξόν με διὰ τοῦ βίου τοῦ σοῦ. Αὕτη ἡ διδασκαλία ἀρίστη. *Cur magnificè de te ſentis? an quia doces ſermonibus? ſed hic philoſophandi modus per verba facilis eſt. Doce me per vitam tuam. Hæc eſt optima docendi ratio.* Idem de Virginitate, cap. XXXV. tom. VI. pag. 264. Ὁ χωρὶς ἔργων ἐν τοῖς λόγοις μόνοις φιλοσοφῶν, οὐδὲν ὤνησε μέγα τὸν ἀκροατήν. *Qui ſine operibus, ſolis philoſophatur ſermonibus, næ is auditorem haud magnopere juvat.* Huc faciunt illa Senecæ, epiſt. XVI. pag. 76. *Non eſt philoſophia populare artificium, nec oſtentationi paratum. Non in verbis, ſed in rebus eſt*, &c. Et epiſt. XX. pag. 93. *Facere docet Philoſophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem ſuam quiſque vivat, ne orationi vita diſſentiat, ut ipſa inter ſe vita unius, ſine actionum diſſenſione, coloris ſit.* Atque ex his jam facilè intelligitur, quid ſit φιλοσοφεῖν. Alias hujus verbi ſignificationes ſuppeditant Lexica vulgata, maximè Theſaurus Stephani.

Φιλοσοφία.

Varias, & quidem præcipuas tantùm, hujus vocis ſignificationes, apud Patres obvias, conſiderabimus.

I. Eſt *Philoſophia gentilis*, eaque duplex:

1. *Vera.* Hæc eſt ἐπιστήμη τοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐπίγνωσις, *ſcientia entis & veri cognitio*: apud Juſtinum in Dialogo cum Tryphone. Hæc, juxta Clementem Alexandrinum Stromat. lib. I. pag. 285. ζήτησιν ἔχει τῆς ἀληθείας καὶ τῆς τῶν ὄντων φύσεως, *habet inquiſitionem veritatis, & naturæ eorum, quæ ſunt.* De eadem idem paulò pòſt, pag. 288. Φιλοσοφίαν οὐ τὴν Στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε καὶ Ἀριστοτελικήν. ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί. Ὅσα δὲ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀποτεμνόμενοι παρεχάραξαν, ταῦτα οὐκ ἄν ποτε θεῖα εἴποιμ' ἄν. *Philoſophiam non dico Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream & Ariſtotelicam, ſed quæcunque ab his ſectis rectè dicta ſunt, quæ docent juſtitiam cum pia ſcientia, hoc totum ſelectum, dico Philoſophiam: quæcunque autem ex humanis amputata cogitationibus adulterârunt, ea nunquam divina dixerim.* His ſimilia habet lib. VI. Stromat. pag 642. Εἴη δ' ἂν φιλοσοφία, τὰ παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων, τῶν κατὰ φιλοσοφίαν λέγω, ἀδιάβλητα δόγματα μετὰ τοῦ ὁμολογουμένου βίου εἰς μίαν ἀθροισθέντα ἐκλογήν. ἃ καὶ αὐτὰ ἐκ τῆς βαρβάρου κλαπέντα θεοδωρήτου χάριτος, ἑλληνικῷ κεκόσμηται λόγῳ. *Eſt autem Philoſophia, quæ in unaquaque hæreſi (de iis loquor, quæ ſunt in Philoſophia) reprehendi non poſſunt decreta, cum vita congruente in unam coacta collectionem, quæ ipſa quoque à barbarâ divinitus datâ ſurreptâ gratiâ, Græcâ ornata ſunt eloquentiâ.* Hujus etiam conſideramus,

a. *Autorem*, qui eſt Deus. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. pag. 287. Φιλοσοφία θεόθεν καταφαίνεται ἥκειν εἰς ἀνθρώπους, οὐ κατὰ προηγούμενον, ἀλλ' ὃν τρόπον οἱ ὑετοὶ καταρρήγνυνται εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ εἰς τὴν κοπρίαν, καὶ ἐπὶ τὰ δώματα, &c. *Apparet, Philoſophiam venire divinitus ad homines, non principaliter, ſed quemadmodum pluviæ erumpunt in terram bonam, & in fimum, & ſuper domos*, &c.

b. *Utilitatem.* Eſt προπαιδεία quædam ad veritatem

Digitized by Google

tatem. Clemens Alexand. Stromat. lib. I. pag. 282. de Gentilium philoſophia ſcribit: Ἐπαιδαγώγει καὶ αὐτὴ τὸ ἑλληνικὸν, ὡς ὁ νόμος τοὺς Ἑβραίους, εἰς Χριστόν. Προπαρασκευάζει τοίνυν ἡ φιλοσοφία, προοδοποιοῦσα τὸν ὑπὸ Χριστοῦ τελειούμενον. *Ipſa etiam Græcos, ſicut Lex Hebræos, deducebat ad Chriſtum. Præparat ergo philoſophia, ei viam muniens, qui à Chriſto perficitur.* Et lib. eod. pag. 317, 318: Ὡς οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι οἱ καθέλκοντες τὴν ναῦν, οὐ πολλὰ αἴτια λέγοιντ' ἂν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἴτιον ἕν. οὐκ ἔστι γὰρ αἴτιος ἕκαστος τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις. οὕτω καὶ ἡ φιλοσοφία, πρὸς κατάληψιν τῆς ἀληθείας, ζήτησις οὖσα τῆς ἀληθείας, συλλαμβάνεται. οὐκ αἰτία οὖσα καταλήψεως, σὺν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰτία καὶ συνεργός. Τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. *Quemadmodum multi homines, qui navem trahunt, non dici poſſunt multæ cauſſæ, ſed una cauſſa ex multis: non eſt enim unusquisque cauſſa ut navis trahatur, ſed cum aliis: ita etiam philoſophia confert ad comprehendendam veritatem, cùm ſit inquiſitio veritatis, non quòd ſit cauſſa comprehenſionis, ſed cauſſa cum aliis & adjuvans, & fortè etiam cauſſa ſimul cauſſans.* Et paulò pòſt, pag. 319: Ἡ ἑλληνικὴ φιλοσοφία οὐ δυνατωτέραν ποιεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀδύνατον παρέχουσα τὴν κατ' αὐτῆς σοφιστικὴν ἐπιχείρησιν, καὶ διακρουομένη τὰς δολερὰς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιβουλὰς, φραγμὸς οἰκεῖος εἴρηται καὶ θριγκὸς εἶναι τοῦ ἀμπελῶνος. Καὶ ἡ μὲν, ὡς ἄρτος, ἀναγκαία πρὸς τὸ ζῆν, ἡ κατὰ τὴν πίστιν ἀλήθεια· ἡ προπαιδεία δὲ προσοψήματι ἔοικε καὶ τραγήματι. *Philoſophia Græca veritatem non facit potentiorem, ſed debilem adverſus eam efficit ſophiſticam argumentationem, & quia propulſat doloſas adverſus veritatem inſidias, dicta eſt vineæ apta ſepes & vallum. Et quæ eſt quidem ex fide veritas, tanquam panis, neceſſaria eſt ad vivendum. Quæ autem præcedit diſciplina, eſt obſonio ſimilis & bellariis.* Vide ibidem ſequentia. Et lib. VI. Stromat. pag. 645. dicit, Ἑλληνικὴ φιλοσοφία, στοιχειωτική τις ἐστὶ, καὶ προπαιδεία τῆς ἀληθείας. *Græca philoſophia elementa quodammodo docet, & eſt veluti diſciplina veritatem præcedens.* Hinc, Stromat. lib. VII. pag. 700. eandem vocat, φιλοσοφίαν ψυχῆς βελτιωτικὴν, *philoſophiam, quæ animam reddit meliorem.* Et lib. ejusdem, pag. 710: Ἡ ἑλληνικὴ φιλοσοφία οἷον προκαθαίρει καὶ προεθίζει τὴν ψυχὴν εἰς παραδοχὴν πίστεως. ἐφ' ᾗ τὴν γνῶσιν ἐποικοδομεῖ ἡ ἀλήθεια. *Philoſophia Græca veluti præpurgat & præparat animam ad fidem ſuſcipiendam, ſuper quam veritas ædificat cognitionem.* Quomodo etiam Philoſophia utiliter adhiberi poſſit ad Scripturæ interpretationem, docet Origenes Philocaliæ cap. XIII. pag. 41. & 42. Inter alia dicit, *Græcorum philoſophiam* τὰ οἱονεὶ εἰς χριστιανισμὸν, *quaſi ad Chriſtianiſmum eſſe poſſe* ἐγκύκλια μαθήματα, ἢ προπαιδεύματα, *circulares diſciplinas, vel præludia.* Poſtmodum illud ipſum illuſtrat exemplo à ſpoliis Ægyptiorum petito, quæ ad cultum ſacrum fuerunt adhibita. Vide etiam Greg. Nyſſenum in vita Gregorii Thaumaturgi, t. III. pag. 539. ubi dicit, Abrahamum προσεγγίσαι τρόπον τινὰ διὰ τῆς φιλοσοφίας τοῖς ἀλήπτοις, *quodammodo appropinquâſſe per Philoſophiam incomprehenſibilibus & captum effugientibus.* Et de Gregorio Thaumaturgo: Τῇ ἔξω φιλοσοφίᾳ δι' ἐπιμελείας καθομιλήσας, δι' ὧν ὁ ἑλληνισμὸς τοῖς πολλοῖς βεβαιοῦται, διὰ τούτων ὡδηγήθη πρὸς τὴν τοῦ χριστιανισμοῦ κατανόησιν. *Cùm in externæ Philoſophiæ ſtudio diligenter verſatus eſſet, per quas res pleriq; errores Græcorum ſtabiliuntur, iis deductus fuit ad Chriſtianæ religionis cognitionem.* Nec tamen hæc philoſophia omnibus utilis eſt, ſed piè tantùm ea utentibus. Præclarè Greg. Nazianzenus Orat. III. pag. 61: Ἡ φιλοσοφία τοῖς μὲν ἐπιεικέσιν ἀρετῆς ὅπλον, τοῖς δὲ μοχθηροτέροις κέντρον κακίας γίνεται. *Philoſophia probis quidem & honeſtis virtutis inſtrumentum ac ſubſidium eſt, improbis verò & flagitioſis vitii ſtimulus efficitur.* Multò minùs ad ſalutem conſequendam Gentilibus ſufficere potuit, quia extra Chriſtum nulla ſalus. Ac proinde cum grano ſalis illa Patrum dicta accipienda, imò benigna interpretatione mollienda, quæ contrarium aſſerunt. Ex eorum numero eſt Clemens Alexandrinus, qui affirmat Judæis legem Moſis, Gentibus Philoſophiam, ante Chriſti adventum, &eam, quam ipſe appellat, vocationem univerſalem Judæorum & Barbarorum in populum unum, ad ſalutem ſuffeciſſe. Sic enim Stromat. lib. VII. Ἰουδαίοις μὲν νόμος, Ἕλλησι δὲ φιλοσοφία μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. ἐντεῦθεν δὲ ἡ κλῆσις ἡ καθολικὴ εἰς περιούσιον δικαιοσύνης λαὸν κατὰ τὴν ἐκ πίστεως διδασκαλίαν. *Judæis quidem lex usque ad Chriſti adventum, Græcis vero philoſophia: hinc verò vocatio univerſalis in peculiarem juſtitiæ populum juxta doctrinam ex fide.* Vide Exercit. Caſauboni ſtatim poſt initium.

2. *Falſa;* quæ *Philoſophia* vocatur *impropriè*, & notat abuſum Philoſophiæ. Ita φιλοσοφίας vocabulum ſumitur ad Coloſſ. II. 8. nempe pro abuſu Philoſophiæ, atque adeò pro κενῇ ἀπάτῃ, *inani deceptione*, ut ſtatim ἐξηγητικῶς additur, ſpeciem ſapientiæ habente, unde fit, vitio eorum qui Philoſophiam profitentur, neque illam intra metas ſuas continent, ut ſubtilibus & vanis ſpeculationibus falſæ ac erroneæ doctrinæ in Eccleſiam introducantur, quibus mentes Chriſtianorum à ſimplicitate & veritate verbi divini abducuntur. De hac Philoſophia, & ejusmodi Philoſophis Tertullianus in Apologetico, cap. XLVI. pag. 76: *Mimicè philoſophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt, ut qui gloriam captant.* Et mox tales Philoſophos vocat *famæ negotiatores, verborum operatores, rerum deſtructores, erroris amicos, veritatis interpolatores & furatores. Verborum operatores* ſunt, qui διὰ λόγων, vel διὰ ῥημάτων, φιλοσοφοῦσι. Vide in φιλοσοφέω. Talem Philoſophum Hieronymus, epiſt. ad Pammach. de obitu Paulinæ, vocat *gloriæ animal, & venale rumorum mancipium.* Iterum Tertullianus in Apologet. cap. XLVII. *hæreticos ex Philoſophorum ſemine eſſe* dicit. Idem, lib. adv. Hermogenem, cap. VIII. pag. 413: *Hæreticorum Patriarchæ philoſophi.* De Præſcriptionib. adv. Hæret. cap. VII pag. 331: *Ipſæ hæreſes à Philoſophia ſubornantur.* Et mox: *Hinc illæ fabulæ & genealogiæ indeterminabiles, & quæſtiones infructuoſæ, & ſermones ſerpentes velut cancer; à quibus nos Apoſtolus refrænans, nominatim Philoſophiam teſtatur caveri oportere, ſcribens ad Coloſſenſes: Videte ne quis vos circumveniat per Philoſophiam & inanem ſeductionem.* Vide ibidem plura, & Auguſtinum, lib. III. Confeſſ. cap. IV. Hanc Philoſophiam Baſilius M. lib. de Spiritu Sancto, cap. III. pag. 146. vocat ματαίαν φιλοσοφίαν, *inanem Philoſophiam.*

II. Eſt *Philoſophia Chriſtiana:* quam Iſidorus Peluſiota, epiſt. DLVIII. lib. V. pag. 718. ita definit: Ἡμεῖς ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὁριζόμεθα, τὴν μηδὲν τῶν ἡκόντων εἰς εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν παρορῶσαν. *Nos veram Philoſophiam definimus*, dicentes, *eam eſſe, quæ nihil eorum, quæ ad pietatem & virtutem faciunt, negligit.* Hoc autem φιλοσοφίας vocabulum non uno modo apud Scriptores Eccleſiaſticos ſumitur. Notat quippe

1. *Vitæ ſanctæ ſtudium:* idque

a. *In genere.* Ita accipitur à Gregorio Nyſſeno, Orat. de Baptiſmo, t. II. pag. 217. ubi Baptiſmum

Digitized by Google

procraſtinantem ita alloquitur : Πολλοὺς χρόνους ἐχαρίσω τῇ ἡδονῇ, δὸς καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ σχολήν. Ἀπόδυσαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, &c. *Multum temporis dediſti voluptati : da etiam aliquid vitæ ſanctæ ſtudio. Exue veterem hominem*, &c. Idem, Orat. Catechet. cap. XVIII. t. III. pag. 74. eam vocat ὑψηλὴν φιλοσοφίαν, ἔργῳ μᾶλλον ἢ λόγῳ κατορθουμένην, *ſublimem & excelſam philoſophiam, quæ factis potiùs quàm verbis exercetur*. Theophylactus in cap. IX. Lucæ, pag. 367: Ἡ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία λόγῳ καὶ πράξει μερίζεται. καὶ οὔτε δεῖ λέγειν ἄπρακτα, οὔτε πράττειν ἄλογα. *Philoſophia noſtra verbo & opere conſtat : & neque dicenda ſunt, quæ facere non licet ; neque facienda, quæ dictu abſurda.* Vocatur πρακτικὴ φιλοσοφία ab Iſidoro Peluſiota, ep. CCII. lib. II. pag. 217. Ibidem, θεωρητικὴν φιλοσοφίαν dicit eſſe τὴν εὐσέβειαν, *pietatem*. Chryſoſtomus Homil. XV. in Matth. pag. 94: Ὥσπερ ἡ ἀπόνοια πηγὴ κακίας ἁπάσης ἐστὶν· οὕτως ἡ ταπεινοφροσύνη φιλοσοφίας ἁπάσης ἀρχή. *Quemadmodum arrogantia omnium vitiorum fons eſt : ita animi modeſtia omnis vitæ ſanctæ principium.* Idem, Homil. XXXIII. in I. ad Corinthios : Πλείονα νῦν ἀπαιτούμεθα φιλοσοφίαν. *Major nunc à nobis exigitur vitæ ſanctitas*, quàm ſub veteri Teſtamento.

b. *Vitam auſteram*, qualis olim Monachorum & aſcetarum fuit. Iſidorus Peluſiota epiſt. CXVI. lib. I. pag. 36. Monachum quendam ita alloquitur : Τί τῆς ἀρετῆς ἁψάμενος, καὶ τῆς ἄκρας φιλοσοφίας γευσάμενος, εἰς κακίαν παλινοστεῖς ; *Quid, poſtquam virtutem attigiſti, ac ſummam Philoſophiam deguſtâſti, ad vitium reverteris.* Hinc ἄκρα φιλοσοφία idem quod ἠκριβωμένη vel ἄκρα πολιτεία, *accuratiſſima, exactiſſima & maximè auſtera vivendi ratio.* Vide in voce Πολιτεία, num. I. 2. ſub lit. *k. & l.* Chryſoſtomus, Homil. LV. in Matth. pag. 356: Ἔστι καὶ πόλιν οἰκοῦντα, τὴν τῶν μοναχῶν φιλοσοφίαν ζηλῶσαι. *Poteſt etiam ille, qui in urbe habitat, Monachorum Philoſophiam*, id eſt, auſteram vitam, *æmulari*. Idem, Homil. XXI. in epiſt. ad Epheſios, pag. 875. de Juliano monacho : Οὗτος ἦν ἀνὴρ ἄγροικος, ταπεινὸς, καὶ ἐκ ταπεινῶν, οὐδὲ ὅλως τῆς ἔξωθεν παιδείας ἔμπειρος, ἀλλὰ τῆς ἀπλάστου φιλοσοφίας πεπληρωμένος. *Hic erat vir ruſticus, humilis & humili loco natus, & nec externæ philoſophiæ ullo modo peritus, ſed non ficta & haud ſimulata philoſophia plenus.* Maximè perſpicua ſunt illa Sozomeni, hiſt. Eccles. lib. V. cap. Οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπισημοτάτην τὴν ἐκκλησίαν ἔδειξαν, καὶ τὸ δόγμα ἀνέσχον ταῖς ἀρεταῖς τοῦ βίου οἱ τότε μετιόντες τὴν μοναστικὴν πολιτείαν. ὠφελιμώτατον γάρ τι χρῆμα εἰς ἀνθρώπους ἐλθοῦσα παρὰ Θεοῦ ἡ τοιαύτη φιλοσοφία. *Non minùs verò ſplendidiſſimam reddiderunt Eccleſiam, & doctrinam virtutibus ſuis tuiti ſunt ac ſuſtinuerunt, qui monaſticam eo tempore vivendi rationem ſectabantur. Hæc enim talis philoſophia, à Deo ad homines deſcendens, inſigni utilitate ſua minimè caret.*

2. *Religionem Chriſtianam.* Greg. Nyſſenus, Orat. III. in Reſurrect. Chriſti, t. III. pag. 433. de hominis Chriſtiani corpuſculo ſic ſcribit : Φέρει δὲ καὶ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους, καὶ τοῖς ἀγῶσιν ἐμμοχθεῖ τῶν καλῶν, τεμνόμενον σιδήρῳ, καὶ πυρὶ φλεγόμενον, καὶ ξαινόμενον μάστιξι, καὶ βαρυνόμενον ἀργαλέοις δεσμοῖς, καὶ πᾶσαν ὑπομένον λώβην, ἵνα μὴ προδῷ τὴν ἱερὰν φιλοσοφίαν, ὥσπερ τινὰ πόλιν καλλίπυργον κεκυκλωμένην τῷ τῆς κακίας πολέμῳ. *Tolerat autem etiam pro virtute labores, & in certaminibus honeſtarum rerum laborat & affligitur, dum vel ferro ſecatur, vel igni crematur, vel flagris cæditur, vel gravibus vinculis oneratur, & omnem ſuſtinet adverſitatem & afflictionem, ne ſacram prodat philoſophiam*, id eſt, Religionem, *tanquam egregiis turribus ornatam urbem quandam bello vitiorum atque nequitiæ circumſeſſam.* Ita Iſidorus Peluſiota, epiſt. CXXXIV. lib. IV. pag. 488. doctrinam Chriſtianam vocat νέαν καὶ εὐαγγελικὴν φιλοσοφίαν. Verba ejus ſunt : Τὰ νομικὰ καὶ προφητικὰ μαθήματα, προπαιδεύματά εἰσι τῆς νέας καὶ εὐαγγελικῆς φιλοσοφίας. τὰ μὲν γὰρ τῇ χειρὶ, ἡ δὲ τῇ ψυχῇ νομοθετεῖ. καὶ τὰ μὲν τὴν πρᾶξιν, ἡ δὲ ἔννοιαν εὐθύνει καὶ οἰακίζει. τὰ μὲν γὰρ γραμματιστῇ, τὰ δὲ ἄκρως φιλοσόφῳ ἔοικε. *Legales & Propheticæ doctrinæ præparatoriæ ſunt ad novam & Evangelicam Philoſophiam. Illæ enim manui, hæc verò animo Leges præſcribit. Et illæ quidem actionem, hæc verò cogitationem dirigit & gubernat. Illæ namque grammatiſtæ ſeu literatori, hæc verò ſupremo perfectiſſimóque philoſopho convenit.* Vocatur etiam ἡ ἄνω φιλοσοφία. Chryſoſtomus Homil. LXXXIII. in Joh. pag. 901 : Φρικτὸν ὁ θάνατος, καὶ φόβου γέμων, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῖς τὴν ἄνω φιλοσοφίαν εἰδόσι. *Terribilis eſt mors & timore plena, ſed non apud eos, qui ſupernam noverunt philoſophiam*, id eſt, doctrinam cœleſtem, unde argumenta contra mortis metum depromuntur.

3. *Patientiam.* Quemadmodum φιλοσοφεῖν, ut ſuo loco docuimus, aliquando eſt *patienter ferre* : ita φιλοσοφία quoque *de patientia* uſurpatur. Chryſoſtomus Homil. XII. in II. ad Corinthios : Ἀλλ' ὃ μυρίων χρημάτων φαιδροτέρους ποιεῖ, τοῦτο δίωκε, φιλοσοφίαν καὶ ἀρετήν. *Sed illud ſectare, quod infinitis pecuniis illuſtriores reddit, nempe patientiam ac virtutem.* Ita interpretatur Billius. Sic φιλοσοφίας γυμνάσιον, *patientiæ palæſtra*. Chryſoſtomus Homil. LI. in Acta, pag. 895 : Τὸ κακῶς παθεῖν, καὶ φέρειν γενναίως, μέγα κέρδος ἔχει. ἔστι γὰρ ἁμαρτημάτων λύσις, τὸ παθεῖν κακῶς. ἔστι φιλοσοφίας γυμνάσιον. ἔστιν ἀρετῆς διδασκαλία. *Magnum lucrum eſt, generosè ferre afflictiones : eſt enim ſolatio peccatorum, graviter affligi : eſt patientiæ palæſtra : eſt virtutis doctrina.*

4. *Diætam*, ſeu *vivendi rationem.* Hoc ſenſu ſumitur à Chryſoſtomo, Homil. III. ad populum Antiochenum, tom. VI. pag. 481 : Καθάπερ οἱ νοσοῦντες, ἂν μὴ διὰ παντὸς εὐτακτῶσιν, οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος τῆς μέχρι τριῶν καὶ τεσσάρων ἡμερῶν φιλοσοφίας· οὕτω καὶ οἱ ἁμαρτάνοντες, ἂν μὴ διὰ παντὸς σωφρονῶσιν, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον ἀπὸ τῆς διορθώσεως τῶν δύο καὶ τριῶν ἡμερῶν. *Sicut ægrotantes, niſi ſemper ordinatè vixerint, nullam inde habent utilitatem, etſi per tres aut quatuor dies diætam obſervent : ſic etiam peccantibus, niſi ſemper ſanctè vivant, nihil proderit duorum vel trium dierum correctio.*

Φιλόσοφος.

Varias etiam hujus vocis acceptiones paucis proponimus.

I. Φιλόσοφος, *Philoſophus eſt, qui de virtute diſputat.* Clemens Alexandr. lib. VI. Stromat. pag. 642 : Παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι λέγονται, οἱ τῶν περὶ ἀρετῆς λόγων ἀντιλαμβανόμενοι. *Apud Græcos Philoſophi dicuntur, qui diſputationes de virtute ſuſcipiunt.* Hinc quidam *Philoſophiam* dixerunt *eſſe ſtudium virtutis*, teſte Seneca, epiſtolâ LXXXIX. ad Lucilium, pag. 510.

II. *Patres philoſophum vocant hominem pium & fidelem.* Theodoretus Orat. de Charitate, tom. IV. pag.

Digitized by Google

pag. 691 : Ὁ τῷ ὄντι φιλόσοφος, καὶ φιλόθεος ἂν εἰκότως καλοῖτο. *Qui verè eſt philoſophus, is etiam jure appellatur Philotheus*, id eſt, Dei amans, religioſus, pius. Clemens Alexandr. Strom. lib. VI. pag. 642. Φιλόσοφοι λέγονται παρ᾽ ἡμῖν, οἱ σοφίας ἐρῶντες, τῆς πάντων δημιουργοῦ καὶ διδασκάλου, τουτέστι, γνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. *Philoſophi apud nos dicuntur, qui amant ſapientiam, quæ eſt omnium opifex & magiſtra, hoc eſt, Filii Dei cognitionem.* Apud Baſilium M. Conſtitut. Monaſt. cap. V. t. II. pag. 688 : Ὁ ἀκριβὴς φιλόσοφος φροντιστήριον ἔχων τὸ σῶμα, καὶ καταγωγὴν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ, κἂν ἐπ᾽ ἀγορᾶς ὢν τύχῃ, κἂν ἐν πανηγύρει, κἂν ἐν ὄρει, κἂν ἐν ἀγρῷ, κἂν μεταξὺ πλήθους πολλοῦ, ἐν τῷ φυσικῷ μοναστηρίῳ καθίδρυται, ἔνδον συνάγων τὸν νοῦν, καὶ φιλοσοφῶν τὰ αὐτῷ πρέποντα. Δυνατὸν γὰρ καὶ οἴκοι καθήμενον, ἔξω πλανᾶσθαι τοῖς λογισμοῖς. καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ὄντα, νήφοντα δὲ, ὡς ἐπ᾽ ἐρημίας εἶναι, πρὸς ἑαυτὸν τε, καὶ πρὸς Θεὸν μόνον ἐπιστρεφόμενον, καὶ οὐ δεχόμενον ταῖς αἰσθήσεσι, τοὺς ἐκ τῶν αἰσθητῶν τῇ ψυχῇ θορύβους προσπίπτοντας. *Qui accuratus Philoſophus eſt, is, cùm corpus ſuum curatum ſuarum domicilium, & animi ſedem firmiſſimam habeat, etiamſi in foro ſit, etiamſi in maximâ conventus celebritate, licèt in monte aliquo, licèt in agro, licet in media multitudinis frequentia, ſtabilis tamen in naturali ſuo monaſterio manet : quippe qui mentem ſuam introrſum ad ſe ipſum collectam habeat, & de rebus ad officium ſuum pertinentibus philoſophetur. Fieri enim poteſt, ut etiam domi ſedens cogitationibus ſuis forâs evagetur : & viciſſim, qui in foro medio verſatur, ſiquidem animo excubet, perinde eſt, ac ſi in ſolitudine eſſet conſtitutus, qui videlicet cogitationem ſuam ad ſe ipſum ac Deum ſolum converſam habet, ſenſibusque ſuis perturbationes omninò nullas admittit, quæ à rebus ſenſibilibus ortæ in animum incidere ſolent.* Hæc etiam ſatis commodè ad ſequentem referri poſſunt numerum. Macarius Homil. XVII. pag. 266 : Οὗτοι εἰσὶ σοφοὶ καὶ πολεμισταὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ φιλόσοφοι, οἱ ὁδηγούμενοι καὶ ποιμαινόμενοι κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὑπὸ τῆς θεϊκῆς δυνάμεως. *Illi ſunt verè ſapientes, & milites, & fortes atque Philoſophi, qui ducuntur & reguntur ſecundùm interiorem hominem à potentia divina.* Chryſoſtomus Homil. II. in Matth. pag. 12 : Ὥσπερ σῶμα αἰθέρος ἀπολαῦον καθαροῦ, ὑγιεινότερον ἐστι. οὕτω καὶ ψυχὴ φιλοσοφωτέρα τοιαύταις ἐντρεφομένη μελέταις. *Quemadmodum corpus, quod puro fruitur aëre, ſanitate etiam fruitur majore : eodem quoque modo anima eſt religioſior, quæ talibus innutritur meditationibus.* Idem, Homil. LXIII. in Joh. pag. 823 : Μέγα ἀγαθὸν πίστις, ὅταν ἀπὸ θερμῆς γίνηται διανοίας, ἀπὸ φίλτρου πολλοῦ καὶ ζεούσης ψυχῆς, αὕτη φιλοσόφους ἡμᾶς δείκνυσιν. *Eximium bonum eſt fides, ſi ex fervida oriatur mente, ex vehementi affectu & fervente anima : hæc nos pios reddit.* Confer verbum φιλοσοφέω, & vocem φιλοσοφία, num. II. 1.

III. Φιλόσοφοι vocantur, *qui vitam vivunt auſteram*. Euſebius lib. VI. hiſt. Eccl. cap. III. pag. 59. aliquoties hoc ſenſu uſurpat. De Heracla dicit, πλείστην φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήσεως ἀπόδειξιν παρεῖχε. *Multa ſpecimina auſteræ vitæ & exercitationis monaſticæ edidit.* Mox de eodem, βίῳ ἐγκαρτερῶν φιλοσοφωτάτῳ, *forti animo ferens vitam maximè auſteram.* Item: Τοιαῦτα δὴ φιλοσόφου βίου τοῖς θεωμένοις παρέχων ὑποδείγματα. *Talia auſteræ vitæ exempla ſpectatoribus præbens.* De eodem verbum φιλοσοφεῖν hoc ſenſu uſurpat. Πλείστοις ἔτεσι τοῦτον φιλοσοφῶν διετέλει τὸν τρόπον. *Pluribus annis in hujuſmodi auſtera vivendi ratione perſeverabat.* Et ejusmodi vitam vocat γνησιωτάτην φιλοσοφίαν.

IV. Ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος, *Philoſophus Eccleſiaſticus*, id eſt, orthodoxus Eccleſiæ doctor. Sozomenus hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. XII. pag. 67. a. ubi de conventu Alexandrino ſcribit : Ἐν τούτῳ δὲ πολλῶν πόλεων ἐπίσκοποι συνελθόντες εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἅμα Ἀθανασίῳ καὶ Εὐσεβίῳ, τὰ δεδογμένα ἐν Νικαίᾳ κρατύνουσιν. ὁμοούσιόν τε τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὡμολόγησαν, καὶ τριάδα ὠνόμασαν, οὐ μόνῳ τε στόματι, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ τέλειον χρῆναι δοξάζειν ἄνθρωπον, ὃν ὁ Θεὸς λόγος ἀνέλαβεν, εἰσηγήσαντο, καθὰ καὶ τοῖς πάλαι ἐκκλησιαστικοῖς φιλοσόφοις ἔδοξεν. *Hoc tempore multarum urbium Epiſcopi Alexandriæ convenerunt unà cum Athanaſio & Euſebio, & in Synodo Nicæna decreta confirmârunt. Et Spiritum ſanctum Patri & Filio coeſſentialem eſſe confeſſi ſunt, & Trinitatem nominârunt: docuerunt etiam, non ſolo ore, ſed & animo celebrandum eſſe hominem, quem Deus Verbum aſſumſit, prout etiam olim Eccleſiaſtici Philoſophi ſenſerunt.* Eccleſiaſtici Philoſophi ſunt illi, qui Philoſophiam, ſeu doctrinam profitentur Chriſtianam, & opponuntur τοῖς ἔξω φιλοσόφοις.

V. Φιλόσοφος eſt *modeſtus, ſe ipſum deſpiciens*, & opponitur κενοδόξῳ. Chryſoſtomus, Homil. II. in I. ad Corinthios, pag. 253 : Οἱ σύνδουλοι, καὶ τὰ ἐναντία κατωρθωκότες κατακρινοῦσι τοὺς διαμαρτάνοντας πάντας, τὸν ὠμὸν ὁ ἐλεήμων, τὸν πονηρὸν ὁ χρηστὸς, τὸν κενόδοξον ὁ φιλόσοφος. *Conſervi, & qui contraria rectè geſſerint, condemnabunt omnes qui peccant : crudelem miſericors, improbum probus : inanis gloriæ avidum modeſtus.* Ita rectè interpretatur Gentianus Hervetus.

VI. Φιλόσοφος eſt *patiens, qui placidè & moderatè mala fert.* Chryſoſtomus Homil. V. in epiſt. ad Hebræos, pag. 460 : Εὐχώμεθα μὲν οὖν τῷ Θεῷ, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. εἰσελθόντες δὲ φέρωμεν γενναίως. ἐκεῖνο μὲν γὰρ συμφέρον ἀνδρῶν, τὸ μὴ κινδύνοις ἐμβῥίπτειν ἑαυτούς. τοῦτο δὲ γενναίων καὶ φιλοσόφων, τὸ ἵστασθαι ἐμπεσόντας. *Deum ergo oremus quidem, ne intremus in tentationem : ſin autem intraverimus, eas forti animo feramus. Nam illud quidem eſt virorum ſapientum & moderatorum ſe in pericula non temerè injicere. Hoc autem fortium & mala moderatè ferentium, immoto & conſtanti animo eſſe, ſiquidem in ea inciderint.* Confer vocem φιλοσοφία, num. II. 3.

Φιλοσύντομος.

Non habent Lexica. *Brevitatis ſtudioſus.* Theophylactus ad Matth. XX. 30. de Matthæo : Ὁ οὖν Ματθαῖος φιλοσύντομος ὢν, περιέλαβεν ἐν ταὐτῷ τοὺς δύο τυφλούς. *Matthæus verò, cùm brevitatis eſſet ſtudioſus, ſimul utrumque cæcum complexus eſt.*

Φιλοτεχνήμων.

Non habent Lexica. Φιλότεχνος, *ſtudioſus artis alicujus, induſtrius, ingenioſus, ſolers.* Φιλοτεχνέω, *artium ſtudioſus ſum : artificiosè & ingeniosè ago.* Φιλοτέχνημα, *opus artificioſum & ſolers, opus ingenioſum.* Suidas : Φιλοτέχνημα, κατασκευὴ, καύχησις. *Opus magno ſtudio confectum, gloriatio.* Cyrillus Alexand. in Theſ. Aſſert. XXXI. pag. 329. conjungit, τοῦ παντὸς κόσμου ποιητήν τε καὶ φιλοτεχνήμονα, *totius mundi creatorem & ingenioſiſſimum opificem.*

Φιλοτησία.

Heſychius: φιλοτησία, πρόποσίς τις μετὰ τὸν δεῖπνον ὑπὲρ φιλίας. *Propinatio quædam poſt cœnam amicitiæ ergò.* Suidas: φιλοτησία, ἡ φιάλη ἡ διδομένη ἐν τοῖς πότοις· ἐν γὰρ τοῖς ϛυμποσίοις φιλοφρονούμενοι ἀλλήλους, ἐπεδίδοσαν οἴνου κύλικα, ἣν φιλοτησίαν ἐκάλουν. *Ipſa phiala, quæ dabatur in compotationibus. In conviviis enim alii alios amicè excipientes, tradebant vini calicem, quem philoteſiam vocabant*, id eſt, amoris & benevolentiæ teſtem: Item: Καὶ φιλοτησίας, τὰς δεξιώσεις διὰ τῆς φιλίας· καὶ φιλοτησίαν προπίνειν ἐςὶν, ἡνίκα τὶς ἐν ἀρίϛῳ ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῷ φιάλης πιὼν μέρος, τὸ λοιπὸν παράσχῃ φίλῳ, καὶ τὴν φιάλην χαρισάμενος. *Philoteſias, amicas exceptiones, quibus aliquis dexterâ porrectâ, amoris & benevolentiæ cauſsâ, ab aliquo excipitur, & ad potandum amicè invitatur. Et philoteſiam propinare, eſt, cùm quis in prandio, de phiala ipſi data poſtquam hauſit partem, reliquum amico tradit, & ſimul phialam largitur.* Ariſtophanis Scholiaſtes in Acharnenſ. pag. 300. φιλοτησίαν ἔλεγον τὴν φιάλην τὴν διδομένην ἐν τοῖς ϛυμποσίοις. *Philoteſiam dicebant phialam, quæ dabatur in conviviis.* Hinc jam intelligitur, quid velit Greg. Nazianzenus epiſtolâ LVIII. quæ eſt ad Philagrium, pag. 822. quando de Socrate ſcribit: Σωκράτης τὸν θάνατον ὑπὸ Ἀθηναίων κατακριθεὶς, ἐπειδὰν προσηνέχθη τὸ κώνειον, δέξασθαι μάλα ἡδέως, ὥσπερ οὐκ ἐπὶ θανάτῳ δεχόμενος, ἀλλὰ φιλοτησίας προπινόμενος. *Socrates ab Athenienſibus ad mortem damnatus, poſtquam cicuta oblata eſt, perlibenter accepit, perinde ac ſi non lethale poculum acciperet, ſed propinando amicos ad potandum invitaret.* Hoc ipſum etiam obſervat Theodoretus, Θεραπευτ. lib. III. pag. 519. ubi Platonem ait in rebus religionem ſpectantibus ad ritus receptos ſe attemperaſſe, τὴν Ἀθηναίων φιλοτησίαν ὀρρωδήσαντα, καὶ τὸ τῷ Σωκράτει προσενεχθὲν ὑφορώμενον κώνειον. In quo loco vertendo Acciaolus interpres dictionis venuſtatem prorſus corrupit, reddendo, τὴν Ἀθηναίων φιλοτησίαν ὀρρωδήσας, timens, *ne Athenienſium gratiâ benevolentiâque excideret.* Quid enim φιλοτησία ſit, ex iis, quæ jam dicta ſunt, maximè ex Nazianzeno, patet. Rectè ergo hæc in Edit. Pariſ. ſic correcta apud Theodoretum: *Propinationem metuens, & porrectam Socrati cicutam reformidans.* Hoc ipſum expreſſit Elias Cretenſis, Commentar. in Orat. III. Nazianzeni, pag. 326: *Socrates hâc pœnâ mulctatus eſt, ut vitam cicutâ finiret. Ille autem ſumtum cicutæ poculum hilari animo ac ſine ulla coloris mutatione hauſit.* Quin & Socratem ea ipſa voce uſum, morti jam vicinum, refert Ælianus, var. hiſt. lib. I. cap. XVI. pag. 375. Cùm enim ab Apollodoro miſſas, in quibus honorificentiùs efferretur, veſtes precioſas recuſaſſet: Falli multùm, ajebat, Apollodorum, εἰγε αὐτὸς πεπίϛευκεν, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησίαν, καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου πόμα, ἔτι ὄντως ὄψεται Σωκράτην; *ſiquidem ipſe crediderit, ſe poſt propinationem ab Athenienſibus factam, & veneni abſorptionem, adhuc verè viſurum eſſe Socratem.* His adjici poteſt illud Theramenis apud Ciceronem, Tuſcul. quæſt. lib. I. *Qui cùm conjectus in carcerem triginta juſſu tyrannorum venenum ut ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret. Quo ſonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conviviis ſolent nominare, cui poculum traditari ſint. Luſit vir egregius extremo ſpiritu, cùm jam præcordiis conceptam mortem contineret, verèque ei, qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus, quæ brevi conſecuta eſt.* Habes in his, Cicerone clariſſimè exponente, quid ſit ἡ φιλοτησία. Vide quoque Antiquitates Cl. Stukii noſtri.

Φιλοψογέω.

Non habent Lexica. φιλόψογος, *reprehenſionem amans*, id eſt, *qui reprehendendi ſtudio flagrat.* Hinc φιλοψογέω, *reprehendendi ſtudio teneor.* Cyrillus Alex. lib. I. Glaphyr. in Exodum, pag. 255: Καταχωνύων ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριςὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος, καὶ οὐχ ἑκόντα μεθιςὰς διὰ τὸ τῶν ἐχόντων ἐκπέμπειν αὐτά· καίτοι ἄξιον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι τοὺς τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν οὐ διέδρα λόγους. *Chriſtus in abyſſum quaſi defodiens malignos dæmones, expellendo ab iis, quos tyrannide ſua vexabant: etiamſi meritò ob id honore fuiſſet afficiendus, cavillatorum tamen criminationem non effugit.* Idem in cap. XXIX. Jeſajæ, pag. 418: Τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν προαναβλέπει τὴν κακουργίαν. *Eorum, qui reprehendendi ſtudio tenentur, prævidet malitiam.*

Φίσκος.

φίσκος, *fiſcus.* Frequens vox apud Jureconſultos Græcos & Grammaticos. Photius in Nomocan. tit. IX. cap. XXVII. pag. 130: Δίδωσιν ὅσου ὑτιλὶς ἐνιαυτοῦ τὸ τετραπλοῦν τῷ κλαπέντι, καὶ τῷ φίσκῳ τὸ τετραπλοῦν. *Dat ei cui ſurreptum eſt, quadruplum intra annum utilem: & fiſco quadruplum.* Apud Suidam: φίσκος, δημόσιον ταμιεῖον. *Fiſcus, publicum ærarium.* Vide Gl. Meurſii.

Φισκόω.

Non habet Gl. Meurſii. φισκόω, *fiſco addico, fiſco vindico.* Photius in Nomocan. tit. IX. cap. XXX. pag. 141: Φισκοῦνται τὰ τοιαῦτα πράγματα. *Tales res fiſco vindicantur.* In Conſtitut. Eccl. Collect. ex lib. I. Cod. tit. V. num. X: Οὔτε ὀρθόδοξος δύναται καθ' οἱονδήποτε τρόπον μεταφέρειν εἰς αἱρετικὸν ἀκίνητον πρᾶγμα, ἔχων ἐκκλησίαν ὀρθόδοξον· ἐπεὶ φισκοῦται. *Ne quidem orthodoxus aliquis ullo modo transferre poteſt in hæreticum rem aliquam ſoli, quæ orthodoxam contineat Eccleſiam. Fiſco namque vindicatur.*

Φλύαρος.

Veteres Gloſſæ: φλύαρος. *Argutus, garrulus, verboſus.* φλυαρία. *Garrulitas, verboſitas.* φλυαρία. *Argutiæ.* φλυαρῶ. *Arguto, garrio, blatero, effutio.* Aliæ: *Garrulus.* φλύαρος, βαττολάλος. *Verboſus.* Ἀδόλεσχος, φλύαρος. Heſychius: φλύαρος, φαῦλος, εὐήθης. *Garrulus, improbus, nequam, fatuus, ſtupidus.* I. Timoth. V. 13. ubi Apoſtolus de adoleſcentioribus viduis dicit, quòd ſint φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα, *verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.* ſunt φλύαροι

Inter femineas noctèsque diésque cathedras
Perſtant, atque aliqua ſemper in aure ſonant.

Sermoniatrices immodicas diceret Apulejus. Apud Plautum illa de toto ſexu ſuo in Aulularia:

— Haud falſa ſum nos odioſas haberi,
Nam multùm loquaces meritò omnes habemur.

Achilles Tatius lib. V: φιλόμυθον τὸ τῶν γυναικῶν γένος. *Fabuloſus eſt ſexus muliebris.* Fulgentius Mythol. I. *Mulierum verbalibus undis cauſidici cedunt, & Grammatici mutiunt, Rhetor tacet, & clamorem præco compeſcit.* Seneca lib. II. Declam. pag. 496: *Commiſſi muliebri garrulitati, quæ id ſolùm poteſt tacere, quod neſcit.*

Φλύαρος

Digitized by Google

φλύαροι ſunt *leves, futiles, & importunæ locutrices*, ſi verbis Gellii uti licet. Heſychius: Ἐφλυάρει, ἐλήρει, ἐματαιολόγει. *Nugabatur, blaterabat, inepta loquebatur*. Vide etiam in Γυνὴ, num. I. 3. Bene autem hoc vitium, ut otioſitati, ita & diſcurſationi conjunctum. Apud Epicharmum: Γυνὴ λάλος καὶ φιλέξοδος. *Mulier loquax & diſcurſationis amans*. Hieronymus in epiſtolis: *Garrulum neſcio quem, — circumforaneum*. Φλύαροι & περίεργοι, optimè conjungit Apoſtolus: hæc enim vitia connexa ſunt. Donatus in Hecyram Terentii: *Curioſitas ſignum eſt loquacitatis*: unde & Heſychius πολύμυθον non tantùm exponit φλύαρον, ſed & περίεργον. Iſidorus Peluſiota, epiſt. CLII. lib. III. pag. 315. Λάλον, ὡς τὰ πολλὰ, τὸ γυναικεῖον γένος, καὶ περίεργον. *Fœmineum genus, ut plurimùm, loquax & curioſum eſt*. Plutarchus περὶ ἀδολεσχίας. Τῇ δὲ ἀδολεσχίᾳ καὶ ἡ περιεργία, κακὸν οὐκ ἔλαττον, πρόσεστι· πολλὰ γὰρ ἀκούειν θέλουσιν, ἵνα πολλὰ λέγειν ἔχωσι. *Cum loquacitate verò conjuncta etiam eſt curioſitas, malum non minus: multa enim audire volunt, ut etiam multa loqui poſſint*. Theophylactus ad I. Timoth. V. 13 pag. 781. Οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, &c. Εἰκότως. περινοστοῦσαι γὰρ τὰς οἰκίας, οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὰ ταύτης πρὸς ἐκείνην φέρουσι, καὶ τὰ ἐκείνης εἰς ταύτην. καὶ ἀναγκαίως εἰς περιεργίαν ἐκ τοῦ ἐρευνᾶν πάντα, καὶ φλυαρίαν, ἐκ τοῦ λέγειν τὰ πάντων πρὸς πάντας, ἐκτραχηλίζονται. *Non ſolùm autem otioſæ, ſed & verboſæ*, &c. *Nec immeritò. Circumeuntes enim domos nihil aliud agunt, quàm quod quæ de hac audiant, ad illam perferant, & quæ de illa, ad hanc: ac neceſſariò tandem ad curioſitatem delabuntur omnia perſcrutando; & ad nugas, cùm quæ de omnibus audiverunt, omnibus etiam dicunt*. Confer verbum Περιεργάζομαι, num. I.

Φόβος.

Hæc vox duobus maximè modis ſumitur.

I. *Propriè*, & notat

1. *Timorem, ſeu metum ob imminens malum; ob Dei comminationes vel judicia*. Ita φόβος, juxta Suidam, ἐστὶ προσδοκία κακοῦ. Quod Cicero, lib. IV. Tuſcul. interpretatur: *Metus, opinio impendentis mali*. Ita Stoici φόβον definiunt. De hoc metu intelligenda illa Chryſoſtomi, Homil. XV. ad populum Antiochenum: Φόβος τῆς τιμωρίας οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τεῖχος καὶ ἀσφάλεια, καὶ πύργος ἀκαταγώνιστος. *Metus pœnæ nihil eſt aliud, quàm arx, munitio, & turris inexpugnabilis*. De eodem Clemens Alexandr. Stromat. lib. II. pag. 377. Ὁ ἐκ τοῦ νόμου φόβος, οὐ μόνον δίκαιος, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὸς, κακίαν ἀναιρῶν. *Qui ex lege eſt metus, non ſolùm eſt juſtus, ſed etiam bonus, ut qui aufert vitium*. Et Baſilius M. in Pſal. XXXIII. p. 225. Ὁ σωτήριος φόβος, καὶ φόβος ἁγιασμοῦ ποιητικὸς, φόβος ὁ κατ' ἐπιτήδευσιν, καὶ οὐχὶ κατὰ πάθος ἐγγινόμενος τῇ ψυχῇ, ὁποῖός ἐστι βούλει διηγήσομαι; Ὅταν μέλλῃς ἐπί τινα ὁρμᾷν ἁμαρτίαν, ἐννόησόν μοι ἐκεῖνο τὸ φρικῶδες καὶ ἀνύποιστον τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον, &c. *Timor ſalutaris, & qui ſanctitatem efficit; timor item qui ſtudio acquiritur, non qui per affectionem imprimitur animæ, vis enarrem qualis ſit? ſi in peccatum aliquod ruere cogitas, conſidera formidabile illud nec ulli tolerabile Chriſti judicium, &c.* S. Maximus. Cent. I. de Charitate, cap. LXXXI. duas timoris Dei ſpecies proponit; quarum prior, quæ huc pertinet, eſt, Ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, ὁ ἐκ τῶν ἀπειλῶν τῆς κολάσεως ἐντικτόμενος. *Timor Dei, qui ex minis ſupplicii nobis ingeneratur*. Hujus timoris varias utilitates nobis eleganter deſcribit Chryſoſtomus Homil. XV. ad populum Antiochenum, t. VI. pag. 560. Εἰ μὴ καλὸν ἦν ὁ φόβος, οὐκ ἂν πατέρες παιδαγωγοὺς τοῖς παισὶν ἐπέστησαν, οὐκ ἂν οἱ νομοθέται ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας. Τί γεέννης χαλεπώτερον; ἀλλ' οὐδὲν τοῦ ταύτης χρησιμώτερον φόβου. ὁ γὰρ τῆς γεέννης φόβος τὸν τῆς βασιλείας ἡμῖν κομίζει στέφανον. Ἔνθα φόβος ἐστὶν, οὐκ ἔστι φθόνος. ἔνθα φόβος ἐστὶ, χρημάτων ἔρως οὐκ ἐνοχλεῖ. ἔνθα φόβος ἐστὶν, ἔσβεσται θυμὸς, ἐπιθυμία κατέσταλται πονηρὰ, ἅπαν ἄλογον ἐξώρισται πάθος. *Niſi bonus eſſet timor, filiis patres pædagogos non præponerent, nec legislatores civitatibus ullos magiſtratus. Quid gehennâ gravius? ſed hujus metu nihil utilius: gehennæ namque timor, regni nobis affert coronam. Ubi timor eſt, invidia non eſt, ubi timor eſt, pecuniarum amor non vexat: ubi timor eſt, extinctus eſt furor, cupiditas improba correpta, omnis irrationabilis paſſio exterminata eſt*. Habes ibidem plura lectu etiam digniſſima.

2. *Metum mali appropinquantis*. Atque ita ſumitur.

a. vel *paſſivè*, pro metu, quo aliquis afficitur. Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. cap. IX. pag. 126. duplex genus timoris recenſet; quorum alterum cum pudore, alterum cum odio conjunctum. Cum pudore conjunctus metus, quo afficiuntur cives à bonis Principibus: cum odio, quo ſervi à difficilibus dominis. Utrumque tamen genus ad *timorem ſervilem, & timorem reverentiæ* commodiùs referri poteſt. Hoc ſenſu accipitur à Nazianzeno, epiſt. XIX. pag. 778. Οὐδὲ οἱ φόβοι τοῖς εὐφρονοῦσιν ἄχρηστοι. ὡς δὲ ἐγώ φημι καὶ λίαν, καλοὶ καὶ σωτήριοι. εἰ γὰρ καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἀπευχόμεθα, γινομένοις γε παιδευόμεθα. *Ne ipſi quidem timores prudentibus viris incommodi ſunt, quin potiùs, meâ quidem ſententiâ, valde commodi & ſalutares; nam etſi, ne exiſtant, optamus, iis tamen, cùm exiſtunt, erudimur*. Exemplum *timoris cum gaudio* permiſti exſtat in piis iſtis mulieribus, de quibus Matth. XXVIII. 8 Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, &c. *Ex exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, &c.* Ita Achilles Tatius: Τρέμων τρόμον διπλοῦν, χαρᾶς ἅμα καὶ φόβου. *Tremens tremore duplici, gaudii ſimul & timoris*. Joſephus Antiq. lib. XIX. de Claudio: Ἀνεβάσταζεν αὐτὸν οὐ πάνυ βαίνειν δυνάμενον ὑπὸ τοῦ φόβου καὶ χάρματος τῶν εἰρημένων. *Portabat eum, cum non admodum incedere poſſet, præ timore & gaudio eorum, quæ dicta erant*. Apuleius: *Pavore & gaudio — permixtus*. Virgilius:

Lætitia metuque avidi. —

Claudianus:

— *Mixtoque metu perterrita gaudet*.

Hieronymus in vita Malchi: *Quid tunc terroris nobis, quid gaudii fuit?*

b. vel *activè*, pro timore, quem aliquis incutit. Ita accipitur Judæ v. 23. Ἐν φόβῳ σώζετε. *In timore ſalvate*. Eos, qui graviùs & contumaciùs peccant, injecto vindictæ divinæ metu terrete. Seneca de Ira, lib. II. cap. XIV. *Aliquando incutiendus eſt his metus, apud quos ratio non proficit*. Idem, lib. VI. de Beneficiis, cap. XXIV. *Liberalia ſtudia* (parentes liberis) *inculcant, adhibito timore nolentibus*. Integra Apoſtoli ſententia eſt: Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι, οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε. *Et alios quidem, habito delectu, commiſeramini: alios verò terrore ſervate*. Senſus verborum Apoſtoli, monente Pricæo, eſt: Sunt gradus peccatorum, imò & habituum vitioſorum: vos ſingulis, prout uſus tulerit, medicinam adhibete. Ignatius ad Polycarpum: Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. *Non quodvis vulnus eodem emplaſtro ſanatur*. Iſidorus Peluſiota: Οὐ πᾶσι τὰ αὐτὰ ἁρμόττει βοηθήματα, οὐδὲ πάντες τοῖς αὐτοῖς θεραπεύονται.

Non

Digitized by Google

Non omnibus eadem conveniunt medicamenta, nec omnes iiſdem ſanantur.

Ovidius:

— Quoniam variant animi, variabitis artes:
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.

Seneca lib. I. de Clementia, cap. XVII. pag. 326. *Alius morbum ſuum exprobret, quosdam morbi curatione decipiat, citiùs meliúsq; ſanaturus remediis fallentibus. Agat princeps curam, non tantùm ſalutis, ſed etiam honeſtæ cicatricis. Nulli regi gloria eſt ex ſæva animadverſione.* Idem in principio epiſt. XXV. *Quod ad duos amicos noſtros pertinet, diverſâ viâ eundum eſt. Alterius enim vitia emendanda, alterius frangenda ſunt.* Livia ad Auguſtum Cæſarem, apud Dionem lib. LV. pag. 641. Καὶ δεῖ τοὺς μὲν λόγοις νουθετεῖν, τοὺς δὲ ἀπειλαῖς σωφρονίζειν, τοὺς δὲ καὶ ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ μετρίως πως μεταχειρίζεσθαι. *Et alios quidem verbis caſtigare, alios verò minis coercere oportet: alios verò tolerabili ratione tractare.* Homerus Il. μ. v. 267.

Ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσι
Νείκεον.
Alium blandis, alium duris verbis
Increpabant.

Cicero lib. III. Tuſcul. quæſt. *Ut in cauſſis non utimur ſemper eodem ſtatu, ſed ad tempus, ad controverſiæ naturam, ad perſonam accommodamus: ſic in ægritudine lenienda quam quique curationem recipere poſſit, videndum eſt.* In Conſtitut. Clementis, lib. II. cap. XX. Ἰατρὸς ὢν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Κυρίου, πρόσαγε θεραπείαν κατάλληλον ἑκάστῳ τῶν νοσούντων. παντὶ τρόπῳ θεράπευε, ὑγίαζε, σώους ἀποκαθίστα τῇ ἐκκλησίᾳ. *Cùm medicus ſis Eccleſiæ Domini, unicuique ægrotantium medicinam adhibe convenientem: omni ratione ſana, cura, ſalvos redde Eccleſiæ.* Vide I. Corinth. IX. 19. &c. I. Theſſal. V. 14. Addi etiam poſſunt ſequentia.

Virgilius:

Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris.

Seneca lib. I. cap. XIV. de Ira: *Corrigendus eſt qui peccat & admonitione, & vi, & molliter, & aſpere.* Euthymius ad Matthæi XVI. *Non ubique mitem eſſe præceptorem, ſed quandoque aſperum fieri: & interdum liberè ſe diſcipulis tradere ad refocillationem: interdum verò increpare ad correptionem: & iſta varietate illorum ſalutem procurare.* Similia paſſim obvia.

Hic verò *timor, ſive paſſivè, ſive activè* ſumatur, eſt triplex:

α. *Timor naturalis,* qui proficiſcitur ex ſenſu imbecillitatis naturæ noſtræ humanæ, nec per ſe peccatum eſt. Oecumenius in I. Petri II. pag. 151. vocat φόβον παθητικὸν, τουτέστι, τὸν διὰ κολάσεως πεῖραν τισὶν ἐγγινόμενον, ὃν καὶ τὰ θηρία φοβεῖται, *timorem patibilem, id eſt, talem, qui ob ſupplicii experientiam in quibusdam oritur, quem etiam beſtiæ metuunt.* Ipſe etiam Chriſtus à timore naturali, juxta naturam humanam, non fuit immunis, ut legitur Matth. XXVI. 38. & Hebr. V. 7. Agnoſcit hoc Damaſcenus Orthod. fidei lib. III. cap. XX. pag. 258. ubi inter φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη, quibus fuerit obnoxius, numerat πεῖναν, δίψαν, κόπον, πόνον, τὸ δάκρυον, τὴν φθορὰν, τὴν τοῦ θανάτου παραίτησιν, τὴν δειλίαν, τὴν ἀγωνίαν, *famem, ſitim, defatigationem, laborem, lacrymas, corruptionem, mortis recuſationem, timorem, agoniam &c.* Theophylactus in cap. XXVI. Matth. pag. 164. de Chriſto: Οἰκονομικῶς λυπεῖται, καὶ ἀδημονεῖ, ὅπως πιστώσηται ὅτι ἀληθῶς ἄνθρωπος ἦν. Τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ δειλιᾶν θάνατον. *Quòd mœſtus eſt & dolore afficitur, per diſpenſationem fiebat, ut confirmaret, ſe verè fuiſſe hominem. Humanæ enim naturæ eſt timere mortem.*

β. *Timor diffidentiæ,* ſeu *infidelitatis,* qui ex incredulitate proficiſcitur, ideoque tanquam vitium prohibetur & damnatur Jeſajæ VIII. 12. Τὸν δὲ φόβον αὐτοῦ μὴ φοβηθῆτε. *Timorem autem ejus,* nempe Aſſyrii, *ne timueritis.* Ad quæ Theodoretus, pag. 38. Παρεγγυᾷ διὰ τοῦ προφήτου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μὴ φοβεῖσθαι τούτων τὰς ἀπειλάς. *Præcipit Spiritus Sanctus per Prophetam, ne iſtorum,* Aſſyriorum, *minas timeant.* Et mox: Τὸν ἀνθρώπινον ἐξώρισε φόβον, ἐκέλευσε δὲ τὸν τῶν ὅλων φοβεῖσθαι Θεόν. *Humanum excuſſit metum, Deumq; univerſorum timere juſſit.* Hunc timorem deprecatur David Pſalmo LXIV. 1. Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου. *A timore inimici eripe animam meam.* Ad quæ Theodoretus, pag. 637. Ῥῶσόν μου τὴν διάνοιαν, ὥστε μὴ δεδιέναι τῶν πολεμίων τὰς προσβολάς. *Corrobora mentem meam, ne hoſtiles impetus formidem.* Et Baſilius Magnus in Pſal. XXXIII. pag. 224. Οὐ πᾶς φόβος ἀγαθός ἐστι καὶ σωτήριον, ἀλλ᾽ ἔστι τὶς καὶ ἐχθρὸς φόβος, ὃν ἀπεύχεται ὁ προφήτης ἐγγίνεσθαι αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, λέγων. Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου. ἐχθρὸς γὰρ φόβος ὁ θανάτου ἡμῖν δειλίαν ἐμποιῶν. ὁ προσώπων ὑπεροχὰς καταπτήσσειν ἡμᾶς ἀναπείθων. Καὶ ὁ ὑπὸ δαιμόνων ἐμπτοούμενος, τὸν ἐχθρὸν ἔχει φόβον ἐν ἑαυτῷ. καὶ ὅλως ὁ τοιοῦτος φόβος ἀπιστίας ἔοικεν ἔγγονον εἶναι πάθος. Οὐδεὶς γὰρ πιστεύων ἰσχυρὸν αὐτῷ παρεῖναι τὸν βοηθὸν, φοβεῖται ἀπό τινος τῶν ἐπιχειρούντων αὐτὸν ἐκταράσσειν. *Non quivis timor bonus eſt & ſalutaris, ſed eſt etiam quidam hoſtilis timor, quem Propheta deprecatur ac petit, ne in animo ſuo locum habeat, dicens:* A timore inimici eripe animam meam. *Hoſtilis enim eſt timor, qui mortis timorem nobis ingenerat, atque ut toti contrahamur pavore ad faſtum perſonarum eminentium ſuadet. Et qui à dæmonibus facilè conſternatur, hoſtilem in ſe timorem habet. Omnino autem hujuscemodi timor perturbatio animæ eſſe videtur pregnata ex infidelitate. Nemo enim qui credit, fortem illum ſibi adeſſe adjutorem, metuit quenquam eorum, qui ipſum conturbare conantur.* Huc etiam referri poteſt *timor ſervilis:* de quo Clemens Alexand. Pædag. lib. I. cap. IX. pag. 127. Τὸ δὲ ἕτερον εἶδος τοῦ φόβου μετὰ μίσους γίνεται. ᾧ δοῦλοι πρὸς δεσπότας κέχρηνται χαλεπούς. *Aliud autem metûs genus eſt cum odio conjunctum, quo ſervi utuntur erga dominos difficiles.* Et Chryſoſtomus Homil. XXI. t. V. Φόβος ἐστὶν ἐλπιζομένων κακῶν ἐπίτασις, ἐπὶ κατεγνωσμένῳ συνιστάμενος συνειδότι. *Timor eſt intenſio malorum imminentium, ortus ex conſcientia mala,* ſeu, *quæ ſeipſum damnat.* Theophylactus in cap. XIII. ad Romanos, pag. 130. Ἔστι φόβος, ὃν φοβοῦνται οἱ πταίοντες, ἐκ τοῦ πονηροῦ συνειδότος. *Eſt metus, quo terrentur ſcelera patrantes, ex mala conſcientia proveniens.*

γ. *Timor reverentiæ,* qui proficiſcitur ex ſeria conſideratione ejus, quem timemus atque reveremur. Clemens Alexand. Pædag. lib. I. cap. IX. pag. 126. Ἔστι φόβος μετὰ αἰδοῦς. ᾧ χρῶνται πολῖται πρὸς ἡγεμόνας ἀγαθοὺς, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν Θεὸν, καθάπερ οἱ παῖδες οἱ σώφρονες πρὸς τοὺς πατέρας. *Eſt timor cum reverentia conjunctus, quo utuntur cives erga bonos Principes, & nos erga Deum, quemadmodum modeſti filii erga parentes.* De eodem Theophylactus in cap. IX. Lucæ, pag. 372. Φόβος ἐπίτασίς ἐστιν εὐλαβείας, ὥσπερ καὶ ἡ εὐλάβεια συνεσταλμένος φόβος. *Timor eſt augmentum reverentiæ, ſicut & reverentia contractus timor eſt.* Idem, in cap. XIII. ad Romanos, pag. 130. dicit, φόβον eſſe αἰδῶ, καὶ εὐλάβειαν, καὶ ἐπιτεταμένην τιμὴν, *reverentiam,*

&

& pietatem, atque eximium honorem. S. Maximus Cent. I. de Charitate, cap. LXXXI: Ἔστι φόβος τοῦ Θεοῦ, ὃς αὐτῇ τῇ ἀγάπῃ συνέζευκται, εὐλάβειαν ἀεὶ τῇ ψυχῇ ἐμποιῶν, ἵνα μὴ διὰ τὴν τῆς ἀγάπης παῤῥησίαν εἰς καταφρόνησιν Θεοῦ ἔλθῃ. *Eſt timor Dei, qui cum ipſa charitate conjunctus eſt, reverentiam quandam ſemper animæ ingenerans, ne propter charitatis libertatem in contemtum Dei erumpat.* Oecumenius in I. Petri cap. II. pag. 151: Ἔστι φόβος ὁ σὺν ἐπιστήμῃ, ὃς καὶ εὐλάβεια καλεῖται. *Eſt timor cum ſcientia conjunctus, qui etiam reverentia vocatur.* De eodem timore etiam accipi poſſunt ſequentia Macarii, Homil. XVI. pag. 252. de electis Scribentis: Ἔχουσι φόβον, οὐ τῶν ἀρχαρίων τῶν φοβουμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα, ἀλλὰ φόβον καὶ μέριμναν πῶς διοικήσουσι τὰ ἐμπιστευθέντα αὐτοῖς πνευματικὰ χαρίσματα. *Habent metum, non novitiorum malos ſpiritus formidantium: ſed timent ac ſoliciti ſunt, quomodo rectè adminiſtrare poſſint ſpiritualia dona ſibi concredita.*

II. *Impropriè,* ſeu *metonymicè.* Sic φόβος ſumitur

1. *pro obedientia*, vel *honore* magiſtratui debito. Ita accipitur ad Romanos XIII. 7: Ἀπόδοτε τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον. Ubi Theodoretus, pag. 101: Καὶ τὸν φόβον, καὶ τὴν τιμὴν ὀνομάζει. ταῦτα γὰρ τοῖς ἄρχουσι παρὰ τῶν ἀρχομένων ὀφείλεται. *Et metum & honorem nominat. Hæc enim magiſtratibus debentur à ſubditis.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. in epiſt. ad Romanos: Ἐνταῦθα λέγει, ἀπόδοτε τὸν φόβον, τὴν ἐπιτεταμένην λέγων τιμὴν, οὐ τὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ συνειδότος φόβον. *Hoc loco dicit, reddite timorem, eximium honorem appellans timorem, non eum, qui ex mala conſcientia eſt.*

2. *pro humilitate,* quâ diffidentes nobis ipſis & viribus noſtris, agnoſcimus, nos ſolâ Dei gratiâ ſtare poſſe. De hoc timore Oecumenius in I. Petri cap. II. pag. 151: Φόβος προκαταρκτικός ἐστιν, ὃς τοῖς τῷ Κυρίῳ προσερχομένοις ἐπακολουθεῖ, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς πολλὰ ἐπὶ τιμωρίαν ἐγκαλούμενα. *Timor externus eſt, qui eos, qui ad Dominum accedunt, comitatur, quia ſibi multorum ſunt conſcii peccatorum, quæ pœnam repoſcunt.* Idem, in I. Joh. cap. IV. pag. 209: Προκαταρκτικὸς φόβος ἐστὶν, ὃς ὡς σύνδρομον ἐπιφέρεται τὴν κόλασιν διὰ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ δεινὰ, τοῦ προσιόντος Θεῷ φοβουμένου, καὶ διὰ ταῦτα προσιόντος, ἵνα μὴ κολασθῇ. *Externus timor eſt, qui etiam comitem infert pœnam propter mala ab ipſo patrata, eo, qui ad Deum accedit, metuente, & propterea accedente, ne puniatur.* Huc pertinet exhortatio Apoſtolica ad Philippenſes cap. II. 12: Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. *Cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini.* Ubi Theophylactus, pag. 595: Οὐ δι' ἐμαυτὸν, φησὶ, παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀλλ' ἵνα τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ποιῆτε μετὰ φόβου, καὶ τούτου ἐπιτεταμένου, καὶ μετὰ τρόμου. ἄνευ γὰρ φόβου οὐδὲν ἀγαθὸν κατορθοῦται, οὔτε ἐν ταῖς λογικαῖς τέχναις, οὔτε ἐν ταῖς βαναύσοις. Πῶς δὲ ὁ φόβος κατορθωθήσεται; ἐὰν ἐννοήσωμεν, ὅτι πανταχοῦ ὁ Θεὸς πάρεστι, καὶ πάντα ἀκούει, καὶ πάντα ὁρᾷ, οὐ τὰ πραττόμενα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐννοούμενα. Δουλεύσατε γάρ, φησι, τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Ἔστι γὰρ ἀγαλλίασις μετὰ τρόμου, ὅταν τὸ καλόν τις ποιῶν, καὶ τοῦτο μετὰ τρόμου, εὐπαῤῥησιαστον ἔχῃ τὸ συνειδός. *Non propter me ipſum, inquit, adhortor vos, ſed ut ea, quæ ad ſalutem veſtram ſpectant, faciatis cum timore, eóque vehementi & intenſo, & cum tremore. Sine timore namq; nihil boni perficitur, neque in artibus liberalibus, neq; in mechanicis. Quomodo autem timor perficietur? Si conſideremus, quod Deus ubique ſit præſens, omnia audiens, & omnia videns, non ſolùm quæ aguntur, verùm etiam quæ cogitantur.* Servite *enim, inquit,* Domino in timore, & exultate ei in tremore. *Eſt enim exultatio cum tremore, quando bonum aliquis faciens, idque cum tremore, conſcientiam habet maximè liberam.* Huc etiam faciunt ſequentia Theodoreti in Pſal. II. pag. 407. quando ad v. 11. quem Theophylactus adduxit, ſcribit: Οὐ γὰρ δεῖ μόνῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ θαῤῥῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ταύτῃ συνημμένην δικαιοσύνην, ἀγαλλομένους ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ, καὶ χαίροντας δεδιέναι καὶ τρέμειν. Ὁ γὰρ δοκῶν, φησὶν, ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. Ἐπειδὰν γὰρ φοβηθέντες τὸν δεσπότην, τὰ προσήκοντα διαπραξώμεθα, πλείστην ἐκ τῶν πραχθέντων ἡμῖν ἔχομεν τὴν εὐφροσύνην ἐγγινομένην, τοῦ συνειδότος ἀγαθοῦ μὲν τυγχάνοντος, μεγίστην δὲ ἡμῖν διὰ τούτου τὴν χαρὰν παρεχομένου. Ἐν τρόμῳ δὲ, τουτέστιν, ἐν κατανύξει· μήποτε ἡ τοῦ Θεοῦ χαρὰ εἰς τὴν τοῦ κόσμου μεταπέσῃ χαράν. *Non enim decet eos, qui ſalute lætantur & gaudent, benignitati tantùm confidere, ſed huic etiam conjunctam juſtitiam timere & tremere.* Qui enim, *inquit*, putat, ſe ſtare, videat ne cadat. *Cum enim Dominum timentes quæ decent fecerimus, plurimam ex rebus geſtis habemus jucunditatem, cùm & conſcientia eſt bona, & maximam ex ea percipimus voluptatem.* In timore autem, *id eſt, in compunctione: ne Dei gaudium in mundi gaudium aliquando decidat.* Oecumenius in cap. II. ad Philippenſes, pag. 666: Μετὰ φόβου καὶ τρόμου· οὐ γὰρ ἔνι ἄνευ εὐλαβείας, καὶ τοῦ δεδιέναι καὶ τρέμειν, ἀγαθόν τι πρᾶξαι. Πῶς δὲ ἔστι τὸ τρέμειν· ἐὰν ἐνθυμώμεθα, ὅτι πανταχοῦ πάρεστιν ὁ Θεὸς, καὶ πάντα ὁρᾷ καὶ ἀκούει· καὶ ὅτι χαλεπαὶ αἱ εὐθῦναι. Cum timore & tremore. *Fieri enim nequit, ut quis ſine reverentia, & ſine timore atq; tremore, boni quid faciat. Si conſideraverimus, Deum ubiq; præſentem eſſe, omnia videre & audire, & graves eſſe pœnas.* Ibidem Photius: Μετὰ φόβου καὶ τρόμου. Δεῖ γὰρ φοβεῖσθαι καὶ τρέμειν ἐν τῷ ἐργάζεσθαι τὴν ἰδίαν σωτηρίαν ἕκαστον, μήποτε ὑποσκελισθεὶς ἐκπέσῃ ταύτης· πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ πειρασμοὶ, καὶ πολλοὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες, ὅπουγε καὶ αὐτὸ τὴν ἀρετὴν ἀσκῆσαι ἐνίοις εἰς τοὐναντίον ἐκβέβηκεν, ἀπονοίας καὶ ὑπερηφανίας ὑπόθεσις γενόμενον· Δεῖ οὖν διὰ ταῦτα δεδοικότας καὶ τρέμοντας τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθαι. Cum timore & tremore. *Oportet enim timere & tremere quemlibet, dum ſuam operatur ſalutem, ne quando deceptus eâ excidat. Multæ enim ſunt tentationes, & multi inſidiantes, quandoquidem ipſum etiam virtutis ſtudium quibusdam malè ceſſit, cùm contumaciæ & ſuperbiæ factum ſit argumentum. Oportet igitur his ipſis territos & trementes ſuam operari ſalutem.*

3. *pro ultimo judicio.* Ita veteres explicant locum II. Corinth. V. 11. Εἰδότες τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. *Scientes timorem Domini.* Id eſt, τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν, *tremendum illud tribunal;* ut Chryſoſtomus & Theophylactus explicant. Eruditè Bullingerus noſter: *Hæc cùm ita habeant, cùm præmia nobis & ſupplicia ſint propoſita, horremus omnem impoſturam & inſinceritatem. Ut enim hominibus fucum faciamus ſimplicioribus & fallendi ignaris, Dei tamen cuncta cernentis oculos non fallemus. Scrutatur hic corda. Punit omnem impoſturam. Sinceritatem & integritatem in rebus poſcit quibuslibet.* Lyranus: *Scientes timorem Domini, id eſt, quòd valde timendus eſt Dominus, qui omnes eſt judicaturus.*

4. *pro religione ſeu pietate erga Deum.* Oecumenius in I. Petri cap. II. pag. 151. hunc timorem ita deſcribit: Φόβος τελειωτικὸς, δέους μὲν ἀπήλλακται, διὸ καὶ ἁγνὸς ὀνομάζεται, καὶ διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος. *Timor perficiendi vim habens, à metu quidem liber eſt, unde etiam purus vocatur, & in ſecula ſeculorum permanens.*

Hujus autem timoris obſervari debet,

a. *Præſtantia:* ubi etiam varia ejus *effecta.* Hinc Clemens Alexandr. Stromat. lib. II. pag. 360: Ὁ θεῖος φόβος ἔκκλισίς ἐστι κακοῦ. *Divinus timor eſt mali declinatio.* Libro eodem, pag. 377: Ὁ τοῦ ἀπαθοῦς Θεοῦ φόβος, ἀπαθής· φοβεῖται γάρ τις οὐ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἀποπεσεῖν τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ τοῦτο δεδιὼς τὸ τοῖς κακοῖς περιπεσεῖν, φοβεῖται καὶ δέδιε τὰ κακά· ὁ δὲ δεδιὼς τὸ πτῶμα, ἄφθαρτον ἑαυτὸν καὶ ἀπαθῆ εἶναι βούλεται. *Dei impatibilis timor, eſt impatibilis. Timet enim quis non Deum, ſed à Deo excidere. Qui autem hoc veretur, nempe ne in mala incidat, mala timet & veretur. Qui autem timet ne cadat, eſſe ſe ab interitu alienum vult & impatibilem.* Idem, Stromat. lib. VI. p. 663: Φόβος αἴτιος τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν πολλοῖς. *Timor multis cauſſa eſt ne peccent.* Chryſoſtomus Homil. IV. in Epiſt. ad Romanos, pag 26: Ὅταν ἐκβάλωσί τινες τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον, πάντα οἴχεται λοιπὸν τὰ κακά· ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, ἔχωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἀκριβῆ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον· οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνθρωπον, ὡς τὸ ταύτης ἐκπεσεῖν τῆς ἀγκύρας· ὥσπερ οὐδὲν σώζει, ὡς τὸ διηνεκῶς εἰς αὐτὴν βλέπειν. *Si qui excuſſerint Dei timorem, protinus omnia veniunt mala. Ut ne igitur hoc eveniat, ante oculos habeamus exactum Dei timorem. Nihil enim, nihil omnino hominem æquè perdit, atq; ſi contingat illum hâc ancorâ excidere: quemadmodum nihil contrà illum ſervat, quàm ſi aſſiduè ad illam reſpiciat.* Gregorius Nazianzenus Orat. LIII. pag. 756: Φόβος Θεοῦ ἀνθρώποις σωτήριος, σπάνιος δέ. *Timor Dei hominibus ſalutaris, ſed rarus eſt.*

b. *Neceſſitas;* Baſilius M. in Pſal. XXXIII. p. 222: Ἐὰν μὴ φόβος παιδεύῃ ἡμῶν τὴν ζωὴν, ἀμήχανον κατορθωθῆναι τὸν ἁγιασμὸν ἐν τῷ σώματι. Καθήλωσον γάρ, φησιν, ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ὡς γὰρ οἱ ὑπὸ τῶν ἥλων διαπεπαρμένοι, τὰ μέλη τοῦ σώματος ἀκίνητα ἔχουσι πρὸς ἐνέργειαν, οὕτως οἱ τῷ θείῳ φόβῳ τὴν ψυχὴν κατειλημμένοι, πᾶσαν τὴν ἐκ τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας ἐνόχλησιν διαφεύγουσι. *Niſi timor vitam noſtram inſtituat, fieri nequit, ut caſtitas & ſanctimonia in corpore obſervetur.* Confige *enim, inquit,* timore tuo carnes meas. *Nam quemadmodum qui corporis membra habent clavis transfixa, ad actionem quamlibet immobilia ea habent: ſi ei, quorum animam occupavit Dei timor, omnem prorſus importunam peccati ex perturbationibus occaſionem vitant.* Item: Μήτε ὀφθαλμὸς σαλευέσθω ἄνευ Θεοῦ· μὴ χεὶρ κινείσθω ἄνευ Θεοῦ· μὴ ἡ καρδία διανοείσθω τὰ μὴ εὐάρεστα τῷ Θεῷ, καὶ ὅλως ἀπὸ μηδενὸς ἄλλου σαλευθήτωσαν· μηδὲ αὐτοὺς τὶ κινείτω, εἰ μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. *Neq; oculus moveatur ſine Deo: ne manus moveatur ſine Deo: ne cor cogitet, quæ Deo non placent: & prorſus à nullo alio moveantur: neq; eos aliquid moveat, niſi timor Dei.*

Φοιδεράτος.

Φοιδεράτος. *Fæderatus.* Φοιδεράτοι. *Fæderati.* Militum genus. Juſtinianus Novell. XVII. pag. 297: Ἐὰν στρατιώτης, ἢ σχολάριος, ἢ φοιδεράτος, ἢ ἄλλος ἔνοπλος ἐν ἐξπεδίτῳ διάγῃ, &c. *Si miles, vel ſcholaris, vel fœderatus, vel alius armatus agit in expeditione,* &c. Suidas: Φοιδεράτοι· οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν. *Fæderati. Sic Romani vocant fœdere & amicitiâ ſibi conjunctos Scythas.* Erant etiam Gothi. In Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. V. ſect. XII. pag. 1287. Biblioth. Juris Canonici: Ἐξῄρηνται οἱ Γότθοι, οἱ γίνονται φοιδεράτοι, καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ τιμῶνται. *Excipiuntur Gothi, qui* fœderati *fiunt, &, prout Imperatoriæ majeſtati viſum fuerit, alios honores conſequuntur.* Malchus in excerptis de legationibus pag. 94. edit. Regiæ: Πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θρᾴκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Venerunt è Thracia legati Gothorum, qui fœdus cum Romanis contraxerant, quos Romani* fœderatos *vocant.* Vide Gl. Meurſii.

Φοίνιξ.

Φοίνιξ, vel Φοῖνιξ, *avem* denotat *& arborem.* Suidas: Φοίνιξ, τὸ δένδρον, καὶ τὸ ὄρνεον. *Arbor & avis.* Utramque ſignificationem examinemus.

I. *Avem* denotat. Pro phœnice ave duo citantur Scripturæ loca: unus ex Pſal. XCII. 12. Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. *Juſtus florebit velut phœnix.* Alter ex Jobi XXIX. 18: Ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, πολὺν χρόνον βιώσω. *De phœnice ave* locum ex Pſalmo interpretatur Tertullianus de Reſurrectione carnis, cap. XIII. pag. 571. his verbis: *Si parum univerſitas reſurrectionem figurat, ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſingula ejus non tam mori quàm deſinere dicantur, nec redanimari, ſed reformari exiſtimentur, accipe pleniſſimum atque firmiſſimum hujus ſpei ſpecimen. Siquidem animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſemetipſum libenter funerans renovat, natali fine decedens atque ſuccedens iterum* Phœnix. *Ubi jam nemo, iterum ipſe: quia non jam, alius idem. Quid expreſſius atq; ſignatius in hanc cauſſam? aut cui alii rei tale documentum? Deus etiam Scripturis ſuis:* Et florebit enim, *inquit,* velut phœnix, *id eſt, de morte, de funere: uti credas, de ignibus quoq; ſubſtantiam corporis exigi poſſe. Multis paſſeribus antiſtare nos Dominus pronunciavit: ſi non & phœnicibus, nihil magnum: ſed homines ſemel interibunt, avibus Arabiæ de reſurrectione ſecuris.* Nec ſolus Tertullianus iſta Pſalmi adeò ridiculè expoſuit. Siquidem Epiphanii qui nomen mentitur autor in Phyſiologo, ex *phœnicis poſt triduum redivivi* figmento, *Chriſti reſurrectioni triduanæ* fidem adſtruere conatus, Διὰ τοῦτο, inquit, ὁ Προφήτης, Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. Sed nemo eſt, qui non videat impoſuiſſe Patribus φοίνικα, vocem ambiguam, quæ & *palmam arborem, & phœnicem avem* ſignificat. Priori ſignificatione hic uſurpârunt LXX. Interpp. quod vel ſequentia docent: Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος, ὁ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. Πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι. *Juſtus ut palma florebit, & ſicut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur. Plantati in domo Domini, in atriis Dei noſtri florebunt.* Sic omnino vertendum, quia in tota ſerie orationis juſti cum arboribus, non cum avibus comparantur. Et verò Græca vox φοῖνιξ eſt pro Hebræa תמר, quæ nihil aliud ſonat, quàm *palmam:* nempe ſemper arborem deſignat, nunquam avem. Rectè proinde Theodoretus in hunc Pſalmum, pag. 770: Οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ, χόρτῳ παραπλησίως ἀνθήσαντες, συντόμως ἀπέσβησάν τε καὶ διεφθάρησαν· ὁ δὲ δίκαιος τῆς μὲν κέδρου τὸ δασὺ, καὶ θερμὸν, καὶ θρέψιμον, τοῦ δὲ φοίνικος μιμήσεται τὸ ὑψίκομόν τε καὶ κάρπιμον. διαρκεῖ δὲ ἀμφότερα καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαμένοντα χρόνον, χρόνου δὲ καὶ εἰς αὔξησιν δεῖται. *Peccatores quidem fœni inſtar cùm floruiſſent, brevi extincti, & corrupti ſunt. Juſtus verò cedri denſitatem, & calorem, & vim nutriendi: palmæ verò altas comas, & fertilitatem imitabitur. Utraque autem diuturno tempore permanent, & tempore ad creſcendum indigent.* Ad locum ex Jobo depromtum quod attinet; eum Hebræorum plerique, & Beda, *de phœnice* interpretantur: ac ſi Job id ſignificet, quod proverbio jactatur apud Græcos: *Phœnice vivacior.* Lucianus in Sectis, pag. 584: Ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιῷ. *Ne phœnicis annos vixerit.* Certè Hebræis id peculiare eſt, phœnicem ideo mortis expertem eſſe, quia

ſolus

Digitized by Google

ſolus abſtinuerit ab eſu vetiti fructus ; ut docet Cl. Bochartus de Animalibus, parte II. lib. VI. cap. V. ſunt etiam alii, qui vitæ phœnicis mille annos cum Hebræis aſſignant. Nonnus in Dionyſ. lib. XL.

Χιλιέτης σοφὸς ὄρνις ἐπ' εὐόδμῳ σέο βωμῷ
Φοῖνιξ τέρμα βίοιο φέρων.

Johannes Gazæus in ecphraſi tabulæ mundi, v. 566 :

Ἔστι δέ τις σοφὸς ὄρνις ἀπειρεσίων ἀπὸ κύκλων
Φοῖνιξ χιλιέτηρος, ἀεὶ περίμετρος ὁδεύων.

Martialis :

Qualiter Aſſyrios renovant incendia nidos,
Una decem quoties ſecula vixit avis.

Incertus in Phœnice ſub Lactantii nomine,

Quæ poſtquam vita jam mille peregerit annos.

Claudianus in Phœnice :

Namque ubi mille vias longinqua retorſerit æſtas.

Auſonius in epiſtola ad Paulinum :

Nec quia mille annos vivit Gangeticus ales.

Locum Jobi ex Hebræorum mente, ſed ſatis cunctanter, etiam explicat Beda. Verba ejus ſunt : *Palma autem arbor, ſecundùm Græcos* φοῖνιξ *dicitur. Avis quoque illa, quam multi facilè quidem vivere autumant,* φοῖνιξ, *eodem nihilominus vocabulo nuncupatur. Potuit fortaſſe de eadem hoc loco dixiſſe, ut ſicut illa nidum ſibi faciens, in ipſo poſt multa tempora à ſemetipſa concremari, & rurſus de ejuſmodi nidi cineribus fertur intra breve tempus reſurgere, quæ deinceps multis vivat temporibus. Fieri ergo poteſt, ut B. Job in ſimilitudinem avis illius dicat, ſe poſt mortem in carnis cinere, velut in nido pro tempore futurum, & inde reſurrecturum in gloriam ; atque hos æternos eſſe dies, quos multiplicandos ſibi fidelis Dei cultor expectet. Ita enim & ſuperius locutus eſt, dicens : Et rurſus circumdabor pelle meâ, & in carne mea videbo Deum.* Eadem ſententia fuiſſe videtur Olympiodori, qui in Catena ad Jobi locum, pag. 447 : Ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος, Ἔλεγον δὲ, μετὰ τῆς νοσσιᾶς μου γηράσειν, ἡ δόξα μου ἀνανεάσει παροῦσά μοι. Ταῦτα, φησι, κατ' ἐμαυτὸν ἐλογιζόμην, καὶ ἤλπιζον, ὅτι δικαιοσύνην συζῶν ἀειθαλὴς ἔσομαι, καὶ πολυχρόνιος. τοιοῦτον γὰρ ὁ φοῖνιξ. *Pro quibus Symmachus.* Dicebam autem fore, ut cum nido meo ſeneſcerem : gloria mea innovabitur præſens mihi. *Hæc, inquit, animo mecum verſabam, eamque ſpem fovebam, quod juſtitiam exercens perpetuò florerem, & vitam longævam ducerem ; hoc enim per* φοίνικα *ſignificat.* Poteſt tamen id ipſum commodè *de palma* accipi, quia dicit, ἀειθαλὴς ἔσομαι, quod *de arbore*, non *de ave*, dici ſolet. Interim, ut nihil de Contextu Hebræo diſputemus, ne ipſa quidem τῶν LXX. verſio admittit, ut hæc *de phœnice* accipiamus. Neque enim ſcripſerunt ſimpliciter, ὡς φοῖνιξ, ſed, ut omnem ambiguitatem vitarent, ὥσπερ στέλεχος φοίνικος πολὺν χρόνον βιώσω, quod neceſſariò reddendum, *ſicut truncus palmæ multo tempore vivam.* Nemo enim dixerit, ſe diu victurum *inſtar trunci phœnicis avis.* Maximè cùm Græcum στέλεχος tantùm de arbore, nunquam de animali, dicatur. Heſychius : Στέλεχος, ὁ κορμὸς τοῦ δένδρου. *Truncus, ſtipes, caudex arboris.* Igitur στέλεχος φοίνικος, nihil aliud quàm *palmæ truncus*, quomodo στελέχη φοινίκων ſunt *trunci palmarum*, Exodi XV. 27. Num. XXXIII. 9. & Sirach. L. 14.

Si quæras, *An inter aves detur Phœnix, qui unicus ſit in mundo, & ſexcentos annos cùm vixerit, ſeipſum comburat ; ex cujus cineribus alius denuò enaſcatur?* Reſpondetur,

1. Quoſdam ex Scriptoribus, non tantùm profanis, ſed etiam Eccleſiaſticis, hoc confidenter ſatis affirmare. Hanc avem nobis deſcribit Herodotus, lib. II. pag. 73. his verbis : Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ ὄνομα φοῖνιξ. ἐγὼ μὲν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ. καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, δι' ἐτέων (ὡς Ἡλιοπολῖται λέγουσι) πεντακοσίων. φοιτᾷν δὲ τότε φασὶ ἐπεὰν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. ἐστι δὲ ἐν τῇ γραφῇ παρόμοιος, τοσόσδε καὶ τοιόσδε. τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ, ἐρυθρά. ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ περιήγησιν ὁμοιότατος, καὶ τὸ μέγεθος. *Eſt & alia volucris ſacra, nomine phœnix, quam equidem nunquam vidi niſi in pictura. Etenim perrara ad eos commeat, quingenteſimo quoque (ut ajunt Heliopolitani) anno, & tunc demum cùm pater ejus deceſſit. Is ſi picturæ aſſimilis eſt, talis tantúsque eſt : Pennæ coloris partim aurei, partim rubei, maxima ex parte cùm habitu tum magnitudine ſimillimus aquilæ.* Claudianus in Phœnice, p. m. 152 :

Hic neque concepto fœtu, nec ſemine ſurgit,
Sed pater eſt, prolisque ſibi : nullóque creante
Emeritos artus fœcunda morte reformat :
Et petit alternam totidem per funera vitam.

Jarchas Indus apud Philoſtratum in vita Apollonii, lib. III. cap. XIV. ex quo Johannes Tzetzes, hiſt. Chil. V. num. VI. p. m. 85. 86.

Ὁ φοῖνιξ ὀρνεόν ἐστιν ἓν ἐν παντὶ τῷ βίῳ,
Ταὼνος ὡραιότερος, καὶ μείζων ἀσυγκρίτως,
Καὶ χρυσοπτερωδέστερος, θαῦμα καινὸν καὶ ξένον.
Τὰς καλιὰς δὲ πήγνυται δένδρεσιν ἐξ ἀρωμάτων.
Ἐπὰν δὲ θάνοι, γίνεται σκώληξ ἐκ τούτου πάλιν.
Ὃς φοῖνιξ πάλιν γίνεται, θαλπόμενος ἡλίῳ.
Phœnix avis eſt una in omni vita,
Pavone formoſior, & major citra collationem.
Atque auro decentior, miraculum novum ac peregrinum.
Nidulos autem compingit ex arboribus aromatum.
Poſtquam autem obierit, naſcitur vermis ex hac rurſus,
Qui rurſus phœnix fit, fotus à ſole.

Dion Caſſius, hiſt. Rom. lib. LVIII. pag. 732 : Εἰ δέ τι καὶ τὰ Αἰγύπτια πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσήκει, ὁ φοῖνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη. *Quòd ſi Ægyptia etiam res ad Romanos attinent, eo anno ibi phœnix apparuit.* Vide etiam Achillem Tatium de Leucipp. lib. III. Plinium hiſt. natur. lib. X. cap. II. Heſiodum apud Plutarchum de deſit. oracul. Tacitum Annalium lib. VI. Apoſtol. in Adag. Cent. XX. Parœm. XXXI. Ovid. Metamorph. lib. XV. & Amor. lib. II. eleg. VI. Statium Sylv. lib. III. Carm. II. Martialem lib. V. epigr. VII. Syneſium in Dione. Artemidorum de Inſomniis lib. IV. cap. XLIX. Ex Eccleſiaſticis Tertullianum & Epiphanium in Phyſiologo jam audivimus. Ambroſius de fide reſurrect. cap. VIII. *Avis in regione Arabiæ, cui nomen eſt Phœnix, redivivo ſuæ carnis humore reparabilis, cùm mortua fuerit reviviſcit. Solos non credimus homines reſuſcitari? atqui hoc relatione crebra, & Scripturarum autoritate cognovimus.* Et Hexamer. lib. V. cap. XXIII ; *Phœnix avis in Arabiæ locis perhibetur*, &c. *Doceat igitur nos hæc avis exemplo ſui reſurrectionem credere.* Eodem trahunt etiam alii hujus avis exemplum. Dracontius in Hexaëm. pag. 361 :

Phœnici exactam renovat Deus igne juventam,
Combuſtúsque ſenex tumulo, procedit adultus,
Conſumens dat membra rogus, ſine ſorte ſepulchri :
Ignibus extinctis, jam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax redivivo lumine candens,
Et ſcintilla vorax incendia vaſta reducit :
Et quod fumus erat, ſtridet jubar ignis anheli,
Igne vago rutilatur apex, fax cætera lambit,
Et cœlum repetens erecto crine vagatur.

Digitized by Google

Sunt etiam, qui exemplo Phœnicis utuntur *ad inexplicabile generationis divinæ myſterium illuſtrandum.* Id facit Greg. Nazianzenus, Orat. XXXVII. pag. 598. ubi inter varias generationis ſpecies etiam hanc recenſet de phœnice: Εἰ δὲ τῳ πιϛὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος ἐςὶ τρόπος γεννήσεως, αὐτὸ τι ὑφ᾽ ἑαυτοῦ δαπανώμενον καὶ τικτόμενον. *Quod ſi etiam cuiquam fidem facit hic ſermo, alius eſt generationis modus, ut idem animal à ſeipſo conſumatur & procreetur.* Idem, in Carmine III. quod eſt ad Virgines, pag. 65. *ad virginitatis illibatæ perenne decus* adhibet exemplum phœnicis:

Ὡς δ᾽ ὄρνιν φοίνικα φάτις θνήσκοντα νεάζειν
Ἐν πυρὶ τικτόμενον πολλῶν ἐτέων μετὰ κύκλα,
Τυφαλέης κονίης ξεῖνον γόνον αὐτογένεθλον,
Ὡς οἵ γε θνήσκοντες ἀείζωοι τελέθουσι,
Δαιόμενοι πυρόεντι πόθῳ Χριϛοῦ βασιλῆος.
Ut Phœnix moriens primos revireſcit ad annos,
In mediis flammis poſt plurima luſtra renaſcens,
Atque novum veteri ſurgit de corpore corpus:
Haud ſecus egregia redduntur morte perennes,
Dum pia divinis ardeſcunt pectora flammis.

Quò & Ambroſius in Pſal. CXVIII. Serm. XIX. retulit: *Phœnix coitus corporeos ignorat, libidinis neſcit illecebras; ſed de ſuo ſurgit rogo ſibi avis ſuperſtes, ipſa & ſui hæres corporis, & cineris ſui fœtus.* Fidentius Ruffinus in Symboli expoſitione, pag. 548. *ad Chriſti incarnationem* retulit. *Quid mirum videtur*, inquit, *ſi virgo conceperit, cùm Orientis avem, quam Phœnicem vocant, in tantum ſinè conjuge naſci vel renaſci conſtet, ut ſemper & una ſit, & ſemper ſibi ipſa naſcendo vel renaſcendo ſuccedat?* Suidas etiam phœnicis meminit in Φοῖνιξ. Περὶ τοῦ ὀρνέου ἱϛόρηται, ὅτι ὅταν αὐτὸ τὸ μοιρίδιον ἄγῃ, ἔρχεται εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν, οὐκ ἴσασιν ἄνθρωποι. Καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ποιησάμενος ἐκ κασίας καὶ σμύρνης πῦρ, ἀποθνήσκει. Καυθείσης δὲ τῆς πυρᾶς, μετὰ χρόνον ἐκ τῆς σποδοῦ σκώληκα λέγουσι γίνεσθαι. ὅντινα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι πάλιν φοίνικα, καὶ ἀφίπτασθαι εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖθεν ὅθεν ἦλθεν ὁ πρὸ αὐτοῦ φοῖνιξ. *De hac ave memoratur, eam, cùm ei fatum inſtat, in Ægyptum venire ex loco, quem homines ignorant. Cùm autem ipſa ſibi rogum ex caſia & myrrha confecit, moritur. Rogo verò cremato, paulò poſt, ex cinere vermem naſci dicunt, eumq; mutari, & rurſus fieri Phœnicem, & in Ægyptum avolare, eò unde prior Phœnix venerat.* Scribendum, ἐκεῖσε ὅθεν. Philoſtorgius hiſt. Eccles. lib. III. cap. XI. pag. 43: Ἀλλά γε δὴ καὶ ὁ φοῖνιξ, τὸ πολυθρύλλητον πτηνὸν, παρ᾽ αὐτοῖς τυγχάνει γινόμενος. *Quin & Phœnix, famoſa illa avis, apud eos* (Orientales) *naſcitur.*

2. Alios verò dubitanter admodum hoc aſſerere, ut de re parùm comperta, & ex fama tantùm nota, quæ tam ficti eſt pravique tenax, quàm conſcia veri. Ita Epiphanius in Ancorato, pag. 505: Περὶ δὲ τοῦ φοίνικος τοῦ ἀραβικοῦ ὀρνέου περισσόν μοι τὸ λέγειν. ἤδη γὰρ εἰς ἀκοὴν ἀφῖκται πολλῶν πιϛῶν τε καὶ ἀπίϛων. ἡ δὲ κατ᾽ αὐτὸν ὑπόθεσις τοιάδε φαίνεται. Πεντακοσιοςὸν ἔτος διατελῶν, ἐὰν γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐϛάντα, σηκὸν μὲν ἐργάζεται ἀρωμάτων, καὶ φέρων ἔρχεται εἰς πόλιν τῶν αἰγυπτίων, ἡλιούπολιν οὕτω καλουμένην, ταρσοῖς ἰδίοις τὰ ϛήθη τὰ ἑαυτοῦ μαϛίξας πολλὰ, πῦρ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ προφερόμενος, ἐμπίπρησι τὴν ὑποκειμένην ὕλην τοῦ τόπου, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ὁλοκαυτοῖ, καὶ πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ σὺν ὀϛέοις. Ἐκ θεοῦ δὲ οἰκονομίας νέφος ἀποςέλλεται, καὶ ὑετίζει, καὶ καταςβεννύει τὴν τὸ σῶμα τοῦ ὀρνέου καταδαπανήσασαν φλόγα. Νεκροῦ μὲν ἤδη ὄντος τοῦ ὀρνέου, καὶ ὀπτηθέντος ἀκρότατα, σβεσθείσης δὲ τῆς φλογὸς, λείψανα τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἔτι σῶμα περιλείπεται, καὶ πρὸς μίαν ἡμέραν ἀφανισθέντα σκώληκα γεννᾷ, ὁ σκώληξ πτεροφυεῖ νεοττὸς γενόμενος, τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἁδρύνεται, καὶ ἁδρυνθεὶς τοῖς τοῦ τόπου ἐξυπηρετουμένοις ἑαυτὸν ἐμφανίζει, καὶ αὖθις ἀνατρέχει εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα, καὶ ἀναπαύεται. *Cæterùm de Phœnice, Arabica ave, dicere ſuperfluum eſt. Jam enim ad aures multorum, & fidelium & infidelium, pervenit. Hiſtoria autem de ipſo talis apparet. Quingenteſimum annum agens, ubi cognoverit tempus mortis ſuæ inſtare, rogum ex aromatibus ſibi conſtruit, eúmque in urbem Ægyptiorum, quæ Heliopolis nominatur, defert, & propriis alis pectora ſua multùm pulſans, ignemq; à corpore ſuo eliciens, ſubjectam materiam in loco incendit, atque ſic ſe ipſum exurit, omnéſque carnes ſuas unà cum oſſibus. Verùm ex Dei diſpenſatione nebula demittitur, quæ pluviam effundit, & flammam corpus avis conſumentem extinguit. Cùm mortuus jam ſit phœnix, & extremè toſtus. Extincta autem flammà, reliquiæ carnis ipſius adhuc crudæ reſtant, quæ ad unum diem diſſipatæ, vermem gignunt. Vermis autem pennas producit, pullus evadens. Tertià verò die creſcit, & accepto incremento, his, qui in eo loco verſantur, ſe ipſum oſtendit, & rurſus ad propriam patriam recurrit ac quieſcit.* Clemens Conſtitut. Apoſtol. lib. V. cap. VII. dubitanter, & ex Ethnicorum ſententia fabulam de Phœnice proponit: *Ajunt, quandam avem eſſe ſoligenam, uberem præbentem reſurrectionis demonſtrationem, quam dicant comparem non habere, ſolámque in mundo reperiri. Phœnicem appellant, narrántque eam poſt quingenteſimum annum in Ægyptum advolantem, ſecúmque copiam cinnami, caſſiæ, xylobalſami adducentem, in loco, qui dicitur Solis ara, conſiſtere, ibique converſam ad ortum Solis, &, ut ajunt, ſupplicem, conflagrare, redigiq; in pulverem. Ex cineribus autem vermem exiſtere, eumq; calefactum novum Phœnicem formari, alitémq; factum in Arabiam, quæ eſt ultra Ægyptiacum ſaltum, advolare.* In ſuperiori loco Epiphanii notandum, eum rem, tanquam vulgi ſermone tritam narrare. Dicit enim, Ἤδη γὰρ εἰς ἀκοὴν ἀφῖκται πολλῶν πιϛῶν τε καὶ ἀπίϛων. Cyrillus Jeroſol. Catecheſi φωτιζομ. XVIII. pag. 155. ex Clementis fide rem narrat. Clementi dicam ſcribit Photius, Biblioth. Cod. CXXVI. pag. 306: *Legi*, inquit, *duas epiſtolas Clementis ad Corinthios:* μέμψαιτο δ᾽ ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις, ὅτι ὡς παναληθεςάτῳ τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται. *In quibus hoc meritò quis reprehendat, quòd Phœnicem avem adhibet, ut veriſſimum exemplum.* De Phœnice etiam dubitanter loquitur Origenes lib. IV. contra Celſum, pag. 229: Ἔτι δὲ, ὡς ὑπὲρ εὐσεβείας τῶν ἀλόγων ζώων μαχόμενος ὁ Κέλσος, παραλαμβάνει τὸ Ἀράβιον ζῶον, τὸν φοίνικα, διὰ πολλῶν ἐτῶν ἐπιδημοῦν Αἰγύπτῳ, καὶ φέρον ἀποθανόντα τὸν πατέρα, καὶ ταφέντα ἐν σφαίρᾳ σμύρνης, καὶ ἐπιτιθέντα ὅπου τὸ τοῦ ἡλίου τέμενος. Καὶ τοῦτο ἱςόρηται μὲν, δύναται δὲ, εἴπερ ᾖ ἀληθὲς, καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν, &c. *At ille contentioſè palmam hanc brutis aſſerit, producens etiam Arabicam alitem, Phœnicem, in medium, poſt multorum annorum intervalla in Ægyptum devolantem, eóque deferentem patrem ſuum defunctum in globo myrrhæ ſepeliendum in fano Solis. Id narratur quidem, ſed naturaliter poteſt eſſe, ſi tamen verum eſt.* Ita etiam Æneas Gazæus in Theophraſto ſuo, pag. 40: Καὶ τὸ ὄρνεον ὁ φοῖνιξ εἰς πεντακόσια ἔτη βιῶναι λέγεται. τελευτήσας δὲ καὶ ὅλως διαχυθεὶς, αὖθις ἀναβιώσει. *Et phœnix avis fertur in quingentos annos vitam producere: tum deinde mortua totáque conſumta reviviſcere.* Maximus Martyr libro ad Petrum illuſtrem contra Severi dogmata, refellit hoc commentum, cùm ex ratione, quæ docet impoſſibile eſſe τὸ τῶν

ὑπὸ

ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων μοναδικῆς ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν φύσεως, ut ullum animatorum ac ſenſibilium corporum, quæ generationi & corruptioni obnoxia ſunt, exiſtentiam quod attinet, ſit naturæ ſingularis. Tum etiam ex ſcriptura, in qua cùm Noë jubeatur aves in arcam nonniſi per paria admittere, quid tum de Phœnice factum, quem ſingularem eſſe volunt? Qui verò plura de hac materia deſiderant, adeant Cl. Bochartum de Animalibus, parte II. lib. VI. cap. V. Cinnum Gatakeri, cap. II. Voetii Diſput. de Creatione, ſub Opere quinti diei. Joh. Henrici Urſini Analect. ſacror. lib. III. cap. III.

II. *Arborem* denotat, nempe *Palmam*: de qua multa Johannes Meurſius, in Arboreto ſacro, cap. V. & Joh. Henricus Urſinus, in Arboreto Biblico, cap. XL. Hîc tantùm proponimus quorundam ſententiam *de palma adverſus pondera reniſu.* Victorinus Strigelius ad Pſal. XCII. v. 12: *Cùm in primo Pſalmo ſatis multa de palma ſint dicta, nunc tantùm Epigramma Alciati adſcribam, in quo imago Eccleſiæ, — oneri impoſito non ſuccumbentis, ſed conſtantiam præſtantis in ærumnis, pulcherrimè pingitur.* Tum Andreæ Alciati ex emblematum libro, quo palma, dum mole ſaxea incumbente premitur, in altum palmites ſurrectos emittens exhibetur, carmen ſubjungit; cujus diſtichon primum iſtud eſt,

Nititur in pondus palma, & conſurgit in altum;
Quò magis & premitur, hoc mage tollit onus.

Quid de hac ſententia tenendum ſit, docet nos Cl. Gatakerus, in Cinno ſuo, cap. II. Ejus verba adſcribo: At verò, ut nihil dicam de autorum veterum, qui plantarum hiſtoriam conſcripſerunt, alto planè & perpetuo hac in parte ſilentio; ipſa arboris natura palmitumque ratio commento iſti penitus adverſari clariſſimè deprehenditur. Palmæ ſiquidem cùm folia, quæ ramorum vicem gerunt, tum & palmites, unde fructus exoritur, ſponte ſua deorſum vergunt, ut arte etiam opus novellæ coma habeat adhibitâ, cujus ope erigatur. Theophraſtus hiſt. plant. lib. II. cap. VIII: Ἀναδοῦσι τὴν κόμην, ὅπως ὀρθοφυῆται, καὶ ῥάβδοι μὴ ἀποκρεμῶνται. *Comam conſtringunt, ut erecta ſuccreſcat, ne deorſum vergant dependentes virgulæ.* Proinde nihil hac in parte peculiare, aut præ aliis inſigne, palma obtinet. Unde ergo enata opinio iſta tam pervulgata, & pro comperta prorſus hactenus à pleriſque habita? Frondi mirum ni tribuerint quod eſt ligni, ſive materiæ, dos peculiaris. Hoc à Plutarcho diſcimus, qui Sympoſiac. lib. VIII. cap. IV. pag. 724. ſcribit, *ideo in certaminibus palmam ſignum eſſe victoriæ placuiſſe,* (Gellium audis, qui Plutarchum tranſcripſit, noct. Attic. lib. III. cap. VI.) *quoniam ingenium ejuſmodi ligni eſt, ut urgentibus opprimentibusque non cedat.* Plutarchi ipſius verba vis? habeas. Φοίνικος γὰρ ξύλον, ἂν ἄνωθεν ἐπιθεὶς βαρὺ (fortaſſe βάρος, vel βαρύ τι) πιέζῃς, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ. Id eſt, vertente Gellio: *Si ſuper palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas oneresque, ut magnitudo oneris ſuſtineri non queat, non deorſum palma cedit, nec infra flectitur; ſed adverſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recurvaturque.* Hoc & in ſeptimo Problematum tradidiſſe Ariſtotelem idem autor eſt Gellius: quod in eis tamen, quæ ſub Philoſophi nomine jam proſtant, nec unius hominis eſſe videntur, nuſquam comparet. A Xenophonte mutuatum, (nec falſus ariolus, puto) auguror Plutarchum, cujus etiam è verbis perperam acceptis, errorem illum de arbore ipſa enatum non ineptè ſuſpiceris. De Cyri inſtitutione lib. VII. hæc ille: Πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους, ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι. *Palmæ, pondere gravatæ, ſurſum recurvantur, velut aſini clitellarii;* ita enim κανθηλίους malim, licèt renitente Henrico Stephano, quàm cum Suida, μεγάλους *magnos*, ſive, ut Stephanus, *prægrandes*, vertere. Satis nota ſunt aſinorum dorſa repanda, quorum ab imitamento κανθήλια etiam ſunt dicta, τὰ ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς νεὼς ἐπικαμπῆ ξύλα τιθέμενα πρὸς σκηνοποιΐαν, *incurva quædam ligna in navis puppe poſita, quæ tugurii vicem præſtent.* Autor Heſychius. De ſuccreſcente ergo palma cepiſſe videntur commenti iſtius parentes primi, quod de ſucciſa ille dixerat. Cyrum refert, τοὺς πύργους, ſive *turres*, quas ad fluminis oram exſtruebat, φοίνιξι θεμελιῶσαι, *palmis exciſis ſubſtratisque* ideò *fundâſſe*, quòd eæ ponderi, quod erat inducendum, ſuſtinendo, ob cauſam priùs aſſignatam, commodiſſimæ viderentur. Cæterùm omnem nobis in negotio hoc ſcrupulum eximet Strabo, autor probatiſſimus; cujus iſta ſunt Geographiæ lib. XV. pag. m. 503: Ἴδιον δέ τι πάσχειν τὴν φοινικίνην δοκόν, στερεὰν γὰρ οὖσαν παλαιουμένην, οὐκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνειν, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω μέρος κυρτοῦσθαι τῷ βάρει, καὶ βέλτιον ἀνέχειν τὴν ὀροφήν. *Hoc ait eſſe peculiare,* (non *palmæ arboris, frondis, folii, palmitis,* ſed) *trabis è palmæ ligno confectæ, ut vetuſtate firmata, ponderi impoſito deorſum pergendo nequaquam concedat, ſed ſurſum fornicis inſtar convexa contendat, tectumque ædificii eò fortiùs ſuſtentet.* Quanquam iſtud non eſt palmæ ſolius proprium, ſed aliis quibusdam, haud multis tamen, cum palma commune. Siquidem Theophraſtus hiſt. plant. lib. V. cap. VII. p. 530. Βάρος δὲ ἐνεγκεῖν ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἐλάτη, καὶ ἡ πεύκη, ἁπαλαὶ τιθέμεναι. Οὐδὲν γὰρ ἐνδιδόασιν, ὥσπερ ἡ δρῦς καὶ τὰ γεώδη, ἀλλ' ἀντωθοῦσι. *Pondus ferre valentes ſunt abies & picea, ſi virides ponantur, neque enim oneri cedunt; ut quercus & ſtirpes terreæ magis, ſed renituntur.* Et mox: Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοίνιξ, ἀνάπαλιν γὰρ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται. τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται. ὁ δὲ φοίνιξ εἰς τὰ ἄνω. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην καὶ τὴν πεύκην ἀντωθεῖν. *Valet ad hoc & palma. In diverſum enim planè, quàm reliquæ, incurvatur: hæ enim deorſum incurvantur, illa ſurſum. Quin & abietem & piceam pariter reniti ferunt.* Hactenus Cl. Gatakerus.

Φόλα. Φόλλα. Φόλης. Φόλις. Φόλλις.

Hæc omnia recentioribus Græcis ſignificant *obolum.* Gloſſæ Græcobarbaræ: Ὅμοιος ὀβολός. ὁμοιασὴ φόλλα. Harmenopulus in Legg. Georg. Παρεχέτω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡμερήσιον κεράτιον ἕν, ἤγουν φόλας δώδεκα. Suidas: Φόλλις, ἀρσενικῶς, φόλλεως, ὁ ὀβολός. πληθυντικῶς, τοὺς φόλλεις. Φόλλις, φόλλεως, *maſculino genere, obolus: & pluraliter,* τοὺς φόλλεις, *obolos.* Idem alibi: Ὀβολοὶ δέ εἰσιν, ὃς καλοῦμεν φόλλεις. Ex ſuperioribus ſcribendum οὕς. *Oboli autem ſunt, quos vocamus* φόλλεις. Apud Euſebium, hiſt. Eccl. lib. X. cap. VI. pag. 114. b. in epiſtola Conſtantini ad Cæcilianum Carthaginenſem: Καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. *Eique ſignificavi, ut gravitati tuæ tria obolorum millia numerari curet.* Euſebius in epitome temporum, pag. 290: Ἐπὶ τούτου λεῖψις γέγονε τοῦ ἄρτου, ὥστε πραθῆναι τὸν ἕνα ἄρτον φόλλεων τριῶν. *Sub hoc,* Leone Imperatore, *tantus panis fuit defectus, ut unicus panis tribus obolis fuerit venditus.* Latini *follerales* vocant. Marcellinus Comes in Chronico: *Nummis, quos Romani teruntianos, Græci* follerales *vocant, Anaſtaſius ſuo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem diſtraxit.* Nempe quia duodeni follerales ſiliquam conficerent, plebi, ob exiguitatem precii, valde in commutando utiles erant. Vide Gl. Meurſii.

Φορέω.

Verbum φορεῖν naturæ mediæ inter recentem & veterem linguam, ſignificatione obtinet omnino recentem.

I. *Propriè & in ſenſu laxiore* nihil aliud ſonat, quàm adeſſe, & ea afferre, quæ rei cuilibet adminiſtrandæ conveniunt. In hiſt. Concilii Florentini, pag. 287. jubentur adeſſe in habitu ad dignitatem proprio, & ſuâ præſentiâ inter reliquos, unionis celebritatem cohoneſtare: Ὁρίζει ἵνα ὑπογράψητε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὑμεῖς, καὶ φορέσητε αὔριον καὶ εἰς τὴν ἕνωσιν. *Cenſet* Imperator, *ut vos ad cæterorum exemplum ſubſcribatis, & craſtino mane adſitis habitibus decori, ac geſtaminibus, unionis pompæ condecorandæ.* Mox: Μαθέτω ὁ βασιλεὺς, ὅτι οὔτε ὑπογράψομεν, οὔτε φορέσομεν. *Sciat Imperator, nos neq; ſubſcripturos, neque unionis celebritatem condecoraturos.* Eodem ſenſu in eadem materia ibid. pag. 290. ter uſurpatur: ſemel etiam συμφορεῖν. Vel ſignificat in pompa ſolenni perſonam gerere, per peculiaria indumenta, faſtigii ſui ſignificativum. In eadem hiſtoria, ſect. X. c. X. pag. 295: Φορέσαντες τὰς ἀρχιερατικὰς ἀλλαγὰς ἵσαντο. *Infulis Epiſcopalibus adornati conſtiterunt.*

II. *Ad Sacra* ſi referatur, ſignificat ad altare accedere veſtitum quibus decet ſacris ornamentis. In eadem hiſtoria, ſect. X. cap. X. pag. 295: πρὸ πάντων δὲ ἐπεδήμησεν ἐν ταύτῃ ὁ βασιλεὺς, εἶτα ἡμεῖς, καὶ εὐθὺς ὁ πάπας, ὃς καὶ ἐφόρεσε σὺν τοῖς Καρδηναλίοις καὶ ἐπισκόποις αὐτοῦ. *Primus & ante omnes Imperator ipſe intravit Eccleſiam, tum nos: & mox ipſe Pontifex, ſacris operaturus cum ſuis Cardinalibus & Epiſcopis.* Hinc φορέματα, *geſtamina, veſtes.* Item φορεσία. Corona pretioſa: φορεσία. *Habitus:* σχῆμα. Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo ſequentia habet, quæ huc pertinent: φόρεμα. *Indumentum.* ἐπίβλημα, ἐσθής. Φορεμένος. *Veſtitus.* ἐνδεδυμένος· φορῶ. *Amictum geſto.* τὸ ἀμφίεσμα φέρω. In Photii Nomocan. tit. III. cap. X. pag. 67: Περὶ φορεσίας καὶ ὑπουργίας ἀναγνωστῶν. *De habitu & miniſterio Lectorum.*

Φόρος.

I. *Tributum, vectigal.* Heſychius: Φόροι, δημόσιοι ἀπαιτήσεις. *Tributa: publicæ exactiones.* Suidas: Φόρος παρ' Ἀθηναίοις, ἡ τῶν χρημάτων φορά. *Apud Athenienſes* φόρος vocatur *ipſa pecuniarum collatio, tributum, vectigal.* Veteres Gloſſæ: Φόρος, τὸ ἐπίταγμα. *Tributum.* Aliæ: *Tributum capitulare.* ἐπικεφάλαιον, φόρος. Item: *Vectigal,* φόρος, τέλος. Juſtinus M. in Apologia ad Antoninum Pium, pag. 141: Φόρους καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ χριστοῦ. *Vectigalia & collationes eis, qui à vobis ſunt ordinati, exactoribus, præ omnibus ubiq; inferre contendimus: quemadmodum à Chriſto ſumus inſtituti.* Greg. Nazianzenus Orat. IX. pag. 158. de pœna primi peccati: Αὕτη μήτηρ χρείας, ἡ δὲ πλεονεξίας, ἡ δὲ πολέμων, πόλεμοι δὲ φόρων πατέρες. *Hæc eſt mater indigentiæ: indigentia verò avaritiæ: avaritia verò bellorum: ex bellis verò tributa ſunt orta.* Theophylactus in cap. XIII. ad Romanos, pag. 130. φόρον dicit eſſe τὴν λεγομένην κεφαλητίωνα, *capitum cenſum.* Veteres Gloſſæ, ut modò vidimus, vocant *tributum capitulare,* ἐπικεφάλαιον. Sed notiſſima eſt ſignificatio ex Lexicis.

II. Φόρος eſt *forum* tum *negotiantium,* tum *judiciarium.* Veteres Gloſſæ: *Forum,* ἀγορὰ, φόρος, Suidas: Φόρος, τὸ πωλητήριον. ὁ τόπος, ἐν ᾧ πωλοῦνται τὰ ὤνια. *Forum: rerum venalium locus. Locus, in quo res venales venduntur.* Photius in Nomocan. tit. IX. cap. XXX. ex lib. III. tit. XXIV. Conſtit. I. Ὁ μὴ ὢν ἰλλούστριος, ἀλλὰ μόνον λαμπρότατος, ἁρπαγὴν ἐν ἐπαρχίᾳ παρθένου πλημμελήσας, ἐκεῖ τοῖς νόμοις ὑποβάλλεται, μὴ χρώμενος φόρου παραγραφῇ. *Qui illuſtris non eſt, ſed tantummodo clariſſimus, ſi raptum virginis in provincia commiſerit, illic legibus ſubjugatur, nec fori præſcriptione utitur.* Zonaras ad Can. XVII. Chalced. pag. 112: Οἱ τῆς Συρίας μητροπολῖται τῷ τοῦ Ἀντιοχείας ὑπόκεινται φόρῳ. *Syriæ Metropolitæ Antiochieno foro ſubjecti ſunt.* Vide Gl. Meurſii, & Etymol. Voſſii in *Forum.*

Φοσσάτον.

Φοσσάτον, *foſſatum. Exercitus. Caſtra foſſâ munita.* Moſchopulus: Φοσσάτον, ὁ στρατός. *Foſſatum, exercitus.* Quid propriè ſit, diſcas ex Leonis Tacticis, cap. IV: Ἐκλέξῃ δὲ στρατιώτας ἀπὸ παντὸς ὑπό σε θέματος, μήτε παῖδας, μήτε γέροντας, ἀλλὰ ἀνδρείους, ἰσχυροὺς, εὐψύχους, εὐπόρους, ὥστε αὐτοὺς ἐν τῷ ἐξπεδίτῳ, ἤγουν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῦ φοσσάτου. *Ex omni ditione tuo imperio ſubjecta milites eliges, neque adoleſcentes, neque ſenes; ſed fortes, robuſtos, alacres, divites, ut in expedito cùm ſint, id eſt, in caſtris, & in ipſo cœtu ac multitudine exercitus, quod hodie foſſatum appellamus.* Dicitur etiam σίδερον, de quo ſuo loco. Ipſam etiam notat *Foſſam.* Robertus de Monte in Chronico ita uſurpat. *Rex Henricus,* inquit, *fecit foſſata alta & lata inter Franciam & Normaniam, ad prædones arcendos.* Poſteà etiam φουσσάτον dixerunt. Vide Gl. Meurſii. Geraſimus Vlachus habet, φουσάτο, *exercitus,* στράτος. Conſule etiam Briſſonium de verb. ſignificat. lib. VI. in *Foſſatum.*

Φουλκίζω.

Φοῦλκα eſt *laqueus.* Cyrillus in Lexico: Ἀγχόνη, βρόχος καὶ πνιγμονὴ ἡ διὰ σχοινίου, ὡς φοῦλκα. Hinc φουλκίζειν, *ſtrangulare.* Balſamon ad Photii Nomocan. tit. IX. cap. XXV. pag. 117: Τῇ κεφαλικῇ τιμωρίᾳ περιείχετο καὶ τὸ καίεσθαι, καὶ τὸ ἀποτέμνεσθαι, καὶ τὸ φουλκίζεσθαι. *In capitali ſupplicio continebatur, & uri, & capite truncari, & ſtrangulari.* Et mox: Λέγουσι, κεφαλικὴν εἶναι τιμωρίαν, καὶ τὸ καίεσθαί τινας, ἀποτέμνεσθαι, καὶ φουλκίζεσθαι. *Dicunt eſſe capitale ſupplicium, uri aliquos, capite truncari, & ſtrangulari.* Aliud eſt φουρκίζω, de quo ſuo loco jam agemus, v. Gl. Meurſii.

Φουρκίζω.

Φοῦρκα, *Furca.* Hinc φουρκίζω, *in furcam ago.* In Collect. Conſtitut. Eccl. lib. II. de ſacrilegis: Τινὲς τοῖς θηρίοις παραδίδονται, τινὲς φουρκίζονται. *Aliqui dantur ad beſtias, aliqui ſuſpenduntur in furca.* Dicitur etiam φουρκίω. Chronicon Conſtantinop. Καὶ συλλαβόμενος αὐτοὺς, ἐκεῖσε τούτους ἀνεσκολόπισεν, ἢ ἐφούρκισεν. *Et cùm eos cepiſſet, ibi eos in crucem ſuſtulit, vel in furcam egit.* Vide Gloſſ. Meurſii. Vult ille in φουλκίζω, φουρκίζειν nunquam eſſe *ſtrangulare,* ſed *in furcam agere.* Id verum, ſi vocis ſpectes originem. Interim hæc pro eodem uſurpari videas. Patet ex Theſauro Geraſimi Vlachi, apud quem: Φοῦρκα, *laqueus,* ἀγχόνη, βρόχος, non tantùm δίκρανος. It: Φουρκίζω, *ſuſpendo,* ἀπαγχονίζω. ἀγχονιάω. τῷ βρόχῳ ἀναρτῶ. στραγγαλεύω. It: Φουρκίζομαι, *laqueo me conſumo,* τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον ὑπομένω.

Φούρναξ.

Φούρναξ, *fornax.* Epiphanius contra Ebionæos, hæreſi XXX. pag. 64: Καμίνους τοίνυν ἔξωθεν τῆς πόλεως πολλὰς προσέταξε γενέσθαι, τάχα δὲ τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ, φούρνακας δὲ ἐπιχωρίως ταύτας καλοῦσι. *Caminos igitur extra urbem multos facere juſſit, fortè ſeptem numero: fornaces autem linguâ vernaculâ vocant.* Et mox: καὶ ῥαίνει ἑκάστῳ φούρνακι ἐκ τοῦ ὕδατος. *Et de aqua ſingulas fornaces aſperſit.* Vide Gl. Meurſii.

Φούρτιβον.

Φούρτιβον, *furtivum.* Balſamon ad Can. IV. Synodi Ancy-

Digitized by Google

Ancyranæ, p. 768: Τὰ φύρτιβα ἐδέποτε ἐσκαπιτεύεται, ἤτοι δεσποζεται. *Furtiva nunquam uſu capiuntur, ſeu dominio poſſidentur.*

Φῦρτον.

Φῦρτον, *furtum.* Balſamon ad Photii Nomocan. pag. 64: Ὁ τὸ μήπω καθιερωθὲν κλέψας, κατέχεται τῷ φύρτῳ. *Qui rem nondum dedicatam furatur, furti tenetur.*

Φρά.

Φρὰ, *frater.* In hiſt. Concilii Florentini, ſect. II. cap. XXIII. pag. 20: Ἔστειλαν ἐνταῦθα καὶ πρέσβεις τρεῖς ἱερωμένους, τὸν Φρὰ Ἰωάννην, τὸν Ἐρρικον Μαγκὲρ, καὶ τὸν Φρὰ Σίμωνα. *Miſerunt huc etiam tres legatos ordinis cucullati, fratrem Johannem, Henricum Mancer, & fratrem Simonem.* Et mox: Καὶ ὁ μὲν Φρὰ Ἰωάννης εἶπεν. *Et frater quidem Johannes dixit.* Vide Gl. Meurſii.

Φρατρεία. Φρατριάζω.

Quòd φρατρεία ſignificet *contubernium, ſodalitatem*, vel potiùs Curiam, id ex Lexicis ſatis notum. Eandem verò vocem denotare *conſpirationem*, & in malam accipi partem, non uſque adeò obvium. Hac autem ſignificatione accipitur & φρατρεία & φρατριάζω Can. XVIII. Concilii Chalced. ubi conjunguntur τὸ τῆς συνωμοσίας ἢ φρατρίας ἔγκλημα, *conjurationis vel ſodalitatis crimen.* Item συνομνύμενοι ἢ φρατριάζοντες, *conjurantes vel ſodalitates facientes.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 344: Φρατρία ἐστὶ, τὸ συνελθεῖν καὶ ὁμοφρονῆσαι τινὰς χάριν τοῦ ποιῆσαι τὸ δεῖνα κακόν. *Φρατρία eſt, cùm aliqui conveniunt & conſentiunt alicujus mali faciendi gratiâ.* Qui hoc faciunt, ibidem vocantur φατριασταὶ καὶ συνωμόται, *ſodales & mali conjuratores.* Zonaras ad eundem Canonem, pag. 112: Φρατρία ἐστὶ κακοθελὲς διαβούλιον, καὶ συμφωνία τινῶν ἐπὶ πράξεσι φαύλαις. *Φρατρία eſt malevolum conſilium, & conſpiratio quorundam ad patrandas actiones pravas.*

Φροντίς.

Suidas: Φροντὶς, ἀγωνία καὶ μέριμνα. *Anxietas animi & cura.* Chryſoſtomus in Pſal. CXII: Αἱ τῶν πραγμάτων φροντίδες σχίζουσι τὴν διάνοιαν, καὶ διατέμνουσι τὴν γνώμην. *Rerum curæ mentem diſtrahunt, & ſententiam mutant.* Nota hæc ſignificatio generalis. Hanc verò vocem *in ſpecie* denotare *Metropolitarum curam pro Eccleſia* id verò minùs obvium. Can. IX. Concilii Antiocheni: Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας. *Epiſcopos, qui ſunt in unaquaque provincia, ſcire oportet Epiſcopum, qui metropoli præeſt, curam & ſolicitudinem totius provinciæ ſuſcipere.* Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis Can. LV. Codicis Eccleſiæ Africanæ: *Quem ſcitis multarum Eccleſiarum, & ordinandorum curam ſuſtinere.* Græca habent: Ἐπειδὴ οἴδατε πολλῶν ἐκκλησιῶν καὶ χειροτονιῶν φροντίδα με βαστάζειν. Et mox: *Ego enim cunctarum Eccleſiarum, dignatione Dei, ut ſcitis fratres, ſolicitudinem ſuſtineo.* Græca: Ἐγὼ γὰρ, ὡς ἴστε ἀδελφοὶ, κατὰ συγχώρησιν θεοῦ, πολλῶν ἐκκλησιῶν φροντίδος ἀντέχομαι. Nicæni ſexti Canonis vetus verſio de Metropolitana Epiſcopi Romani provincia: *ut ſuburbicaria loca, & omnem provinciam ſua ſolicitudine gubernet.* Origenes lib. VIII. contra Celſum, ſub finem pag. 428. ubi reſpondet Celſo, qui Chriſtianos hortabatur ad Remp. capeſſendam & Patriam gubernandam: Ἡμεῖς δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει ἄλλο σύστημα πατρίδος, κτισθὲν λόγῳ θεοῦ, ἐπιστάμενοι, τοὺς δυνατοὺς λόγῳ, καὶ βίῳ ὑγιεῖ χρωμένους ἄρχειν, ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐκκλησιῶν παρακαλοῦμεν. οὐκ ἀποδεχόμενοι μὲν τοὺς φιλάρχους, βιαζόμενοι δὲ τοὺς διὰ πολλὴν μετριότητα τὴν κοινὴν φροντίδα τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ μὴ βουλομένους προπετῶς ἀναδέξασθαι. *Nos verò, cùm ſciamus oppidatim alias civitates per verbum Dei conditas, eos, qui vitâ & doctrinâ ſanâ ut præſint ſunt idonei, hortamur ad præfecturas Eccleſiarum; non ambitioſos probando, ſed modeſtos; & non temerè ſe in functiones tam arduas ingerentes cogimus ad communem Eccleſiæ Dei curam ſuſcipiendam.*

Φροντιστήριον.

Φροντιστήριον, quaſi dicas, *Locus cogitationum ſeu commentationum*, id eſt, Locus, in quo cogitationes noſtras explicamus, ſeu commentationes. Unde pro *Schola* ponitur. Notat etiam *Monaſterium, Cœnobium.* Heſychius: Φροντιστήριον, διατριβὴ, καὶ τὸ οἴκημα Σωκράτους καὶ τὸ σχολίον, καὶ μοναστήριον. *Phrontiſterium, ſchola, & Socratis domicilium & ſchola, item Monaſterium.* Pro σχολίον, ſcribendum σχολεῖον. Suidas: Φροντιστήριον, διατριβὴ, ἢ μοναστήριον. In Alexii Patriarchæ monumento apud Zonaram, pag. 794: Οἴκους ἁγίους ἠχρείωσαν, καὶ ἱερὰ ἠρήμωσαν φροντιστήρια. *Ædes ſacras reddiderunt inutiles, & ſacra Monaſteria deſolaverunt.* Et pag. 795: Γυναῖκες μὲν ἀνδρείων ἐπιστατοῦσι φροντιστηρίων, ἄνδρες δὲ γυναικείων φροντίζουσιν. *Mulieres quidem virorum Monaſteriis præſunt, viri vero curant cœnobia mulierum.* Gregorius Nazianzenus, teſte Gregorio Presbytero in vitâ ipſius, *Xenodochia* vocavit φροντιστήρια πτωχῶν. Πάντας τοὺς ἀσθενεῖς εἰς ταυτὸν ἤθροισε, φροντιστήρια ταῦτα καλέσας πτωχῶν. *Ægrotos omnes in unum coëgit, pauperum phrontiſteria hæc loca appellans.*

Φρουμεντάριος.

Frumentarii, quorum mentio apud Spartianum, milites erant, & ſingulis quidem legionibus certo numero adſcripti. Unde in veteribus inſcriptionibus: *Frumentarius legionis illius & illius.* Occurrit non rarò. Videntur hi originem habuiſſe à prima publici curſus inſtitutione, quem ad hoc introduxit Auguſtus, ut omnia minima maxima, quæ in provinciis gererentur, ſibi maturè ac celeriter annunciari poſſent, juvenibus primò diſpoſitis per militares vias, mox etiam vehiculis. Quibus hoc muneris injunctum fuit, ut res novas explorarent, & Cæſari nunciarent, vehiculisque publicis & per intervalla mutatis, iter accelerarent. Græcis ἀγγελιαφόροι, & γραμματηφόροι, atque etiam πτεροφόροι dicti, Latinis *frumentarii.* Cujus nominis hæc ratio, quòd cùm vehiculariæ rei præeſſent, frumentum militare, vel annonam militarem transvehendam à provinciis curarent, & in horrea militaria comportandam, vel etiam ex horreis in caſtra deferendam, ut publici curſus proſecutores. *Frumentarii* ſub prioribus Imperatoribus dicti, quos *veredarios* ſequens ætas appellavit: Iique omnino, qui Græcis ἀγγελιαφόροι vel γραμματηφόροι, quique literas ſacras ferebant, ut dicitur in Lege XXXV. Cod. Theod. tit. *de curſu publico.* Notus eſt ſancti Hieronymi locus in Abdiam, cap. I. ubi ſcribit, *eos, qui ætate ſua agentes in rebus, vel veredarii dicebantur, veteribus frumentarios fuiſſe nominatos.* Quorum appellationis hæc etiam afferri poteſt ratio, quod annonæ tributisque exigendis præeſſent, & provinciales ad ſolvendum compellerent, & cenſus curam agerent: nam eorum frumentariorum præfecti, iidem & cenſus erant magiſtri. *Frumentarii* quoque ôlim reis perſequendis, & exhibendis, atque in carcerem compingendis, & criminibus nunciandis operam dabant.

Atque

Digitized by Google

Atque hoc ſenſu legitur apud Euſeb. hiſt. Eccl. lib. VI. cap. XXXIX. pag. 67. b. aliis eſt cap. XL. ubi Dionyſius in epiſt. ad Germanum: Ἀλλὰ καὶ πρότερον τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας Φρουμεντάριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. *Verùm etiam prius ſub perſecutione Deciana, Sabinus eo tempore miſit frumentarium, qui me quæreret.* Cyprian. epiſt. ult. quæ eſt LXXXIII. pag. 224: *Cùm perlatum ad nos fuiſſet, fratres chariſſimi, frumentarios eſſe miſſos, qui me Uticam perducerent.* Nec alio ſenſu Capitolinus in Maximo & Albino: *Scriptum eſt præterea ad omnes provincias miſſis frumentariis, juſſumq́, ut quicunque Maximinum juvìſſet, in hoſtium numero duceretur.*

Φυλακτήριον.

Veteres Gloſſæ: Φυλακτήριον, *ſervatorium, amolimentum, amoletum, prævia.* Vel, ut Joſephus Scaliger corrigit, *prabia.* Idem Elenchi Trihæreſii cap. VII. טטפות inquit, *ſeptuaginta Interpretes,* ἀσάλευτα, *id eſt, amuleta verterunt. Itaque idem eſt* ἀσάλευτον καὶ φυλακτήριον. *Vtrumq́ enim eſt amuletum.* Idem, cap. ſequente: *Neque minùs Dominus noſter Jeſus Chriſtus phylacteria & fimbrias geſtavit, quàm Phariſæi.* Et paulò pòſt: *Chriſtus non quidem phylacteria damnat, quum lex illa præcepiſſet, & ipſemet, ut alii omnes Judæi, ea geſtaret, ſed ambitionem Phariſæorum exagitat, qui, ut ſupra alios ſanctiſſimi eſſe viderentur, ac Legis præceptorum obſervantiſſimi, ea latiora quàm reliqui Judæi, geſtarent. Quòd dilatarent igitur, non quòd ferrent, hoc eſt, ambitionem, non obſervationem, damnavit Dominus.* Camerarius: *Phylacteria iſta membranæ ſunt, quibus inſcribuntur quatuor Pentateuchi ſectiones, quarum* prima *continet novem priores verſus cap. VI. Deuteron;* ſecunda *IX. priores verſus cap. XIII. Exodi;* tertia *octo poſteriores ejuſdem capitis, hoc eſt, verſus inter nonum & decimum ſeptimum interjectos; &* quarta *continet ex Deuteron. cap. XI. verſus qui ſunt à decimo tertio ad vigeſimum ſecundum.* Hæc *phylacteria* accuratiſſimè deſcribit Cl. Buxtorfius Synagogæ Judaicæ cap. IX. ubi vide. Chryſoſtomus Homil. LXXII. in Matthæum, p. 453. ad quæſtionem, quid fuerint φυλακτήρια, reſpondet: Ἐπειδὴ συνεχῶς ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ θεοῦ, ἐκέλευσεν ἐγγραφῆναι βιβλίοις μικροῖς τὰ θαύματα αὐτοῦ, καὶ ἐξηρτῆσθαι αὐτὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν, (διὸ καὶ ἔλεγεν. Ἔσται ἀσάλευτα ἐν ὀφθαλμοῖς σου) ἃ φυλακτήρια ἐκάλουν ὡς πολλαὶ νῦν τῶν γυναικῶν εὐαγγέλια τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσαι ἔχουσι· καὶ ἵνα καὶ ἑτέρωθεν πάλιν ὑπομιμνήσκωνται, ὃ πολλοὶ πολλάκις ποιοῦσιν, ὡς ἐπιλανθανόμενοι, λίνῳ ἢ κρόκῃ τὸν δάκτυλον ἀποδεσμοῦντες, τοῦτο ὁ θεὸς ὥσπερ παιδίοις ἐκέλευσε ποιεῖν, κλῶσμα ὑακίνθινον ἐπὶ τῶν ἱματίων περὶ τὴν ᾤαν τὴν περὶ τοὺς πόδας ἀποῤῥάπτεσθαι. ἵνα προσέχοντες ἀναμιμνήσκωνται τῶν ἐντολῶν, καὶ ἐκαλεῖτο κράσπεδα. *Quoniam ſubinde beneficiorum Dei obliviſcebantur, idcirco Deus miracula ſua in libellis breviſſimè conſcribi, & manibus eorum appendi juſſit: unde etiam dixit,* Nec removebuntur ab oculis tuis. *Hæc* φυλακτήρια, id eſt, *conſervatoria, vocabant: ſicut multæ mulieres hodierno die Evangelia è collo ſuſpenſa habent: & ut aliunde etiam moneantur, quod multi ſæpè faciunt, ut obliviosi, filo digitum ſtrictiùs ligantes, id Deus ceu infantes facere juſſit; faſciam hyacinthinam in extremitate veſtis, quæ ad talos pertinet, aſſui præcepit; ut ad eam attendentes, recordentur præceptorum: hæc fimbria appellabatur.* Theophylactus in cap. XXIII. Matthæi, pag. 138: Πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. τοῦτο δὲ τοιοῦτον ἦν. ἐν τῷ νόμῳ ἔκειτο. Ἐφάψατε ἐπὶ τῆς χειρὸς ὑμῶν, καὶ ἔσται ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Ἔγραφον οὖν ἐπὶ δύο διφθερίων, τουτέστι, χαρτίων, τὰς δέκα τοῦ νόμου ἐντολάς. καὶ ἐτίθεσαν τὸ μὲν ἓν ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῶν, τὸ δὲ ἕτερον ἐκρέμων ἐπὶ τῆς δεξιᾶς. Dilatant phylacteria ſua & magnificant fimbrias veſtium ſuarum. *Hoc autem ita ſe habebat. In Lege habetur:* Alligabitis ea in manu veſtra, eruntque immota ante oculos veſtros. *Scribebant igitur in duabus chartulis decem Legis præcepta, & ponebant unam ſuper frontem, & alteram ſuper dexteram ſuſpendebant.* Vide ibidem plura. Iſidorus Peluſiota epiſt. CL. lib. II. ad Epimachum: Ἐπειδὴ τί ἐστι τὸ, μεγαλύνουσι τὰ φυλακτήρια, μαθεῖν ἐθέλων γέγραφας, ἴσθι ὅτι δελτία ἦν μικρὰ, ἴσω τὸν νόμον ἔχοντα, (malim ἔσω) ἅπερ ἐφόρουν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια τὰ μικρά. ἐπειδὴ γὰρ ὁ νομοθέτης εἰς τὸ ἔργον αὐτοὺς ἐμβαλεῖν, καὶ τὴν λήθην ἐξοστρακίζων ἐθέσπισεν, ἐξάψεις τὰ δικαιώματα ἐπὶ τῆς χειρός σου, τουτέστιν, ἐξαρτήσεις, κρεμάσεις, αὐτοὶ δὲ τοῦ μὲν ἔργου οὐδένα ἐποιοῦντο λόγον. περὶ δὲ τοὺς τελαμῶνας τῶν βιβλιδίων πολλὴν ἐποιοῦντο σπουδὴν, μέμψεως ἠξιώθησαν. *Quoniam, quid ſibi illud velit,* Magnificant phylacteria, *ut tibi exponam per literas à me petiiſti, illud ſcito, quòd perexigui quidam libelli erant, Legem intus continentes: quos quidem Judæorum magiſtri geſtabant, quemadmodum etiam nunc fœminæ parva Evangelia. Quandoquidem enim Legiſlator, ut eos in opus injiceret, atq́ oblivionem ab eis amoliretur, illud lege lata promulgarat,* Appendes juſtificationes in manu tua: *ipſi autem operis quidem nullam curam gerebant, at circa libellorum lora plurimum ſtudii adhibebant, idcirco reprehenſi ſunt.* Vide etiam Epiphanium hæreſi XV. pag. 20. Sub novo etiam Teſtamento φυλακτήρια, id eſt, amuleta, in uſu fuerunt, ſed ea damnat Can. XXXVI. Concil. Laodicenſ: Οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅτινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν. τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν. *Non oportet Sacerdotes aut Clericos facere quæ dicuntur phylacteria, quæ quidem ſunt animarum ipſarum vincula. Eos autem qui ferunt, ejici ab Eccleſia juſſimus.* Ita Nicolaus I. Pontifex Rom. in reſp. ad conſ. Bulg. c. LXXIX. citante Juſtello ad hunc Canonem: *Perhibentes quod moris ſit apud vos infirmis ligaturam quandam ob ſanitatem recipiendam ferre pendentem ſub guſture, requiritis ſi hoc agi de cætero jubeamus, quòd non ſolùm agi non jubemus, verùm etiam ne fiat, modis omnibus inhibemus: hujuſmodi quippe ligaturæ, phylacteria dæmonicis ſunt inventa verſutiis, & animarum hominum eſſe vincula comprobantur, ac ideò his utentes, anathemate Apoſtolica decreta perculſos ab Eccleſia pelli præcipiunt.* Hujuſmodi περίαπτα ſeu περιάμματα etiam Patres damnant. Vide in voce Περίαπτα.

Φυλακτήριοι.

Φυλακτήριοι, Can. LXI. Concilio in Trullo vocantur, qui φυλακτήρια talia, de quibus modò actum, dant. Vide ipſum Canonem. Ad eum Balſamon, pag. 433: Φυλακτήριοι λέγονται, οἱ κατὰ ἀπάτην δαιμονικὴν διδόντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις, δέματά τινα ἐκ σηρικῶν νημάτων ὑφασμένα, καὶ πυξία λεγόμενα ἔχοντα ἔσωθεν ποτὲ μὲν γραφὰς, ποτὲ δὲ ψευδῆ τινα ἕτερα τὰ παρατυχόντα. καὶ λέγοντες ὀφείλειν ταῦτα διηνεκῶς ἐκ τῶν τραχήλων τῶν λαμβανόντων αὐτὰ ἐξαιωρεῖσθαι εἰς φυλακὴν παντὸς κακοῦ. Φυλακτήριοι, hoc eſt, *amuletorum præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis, eis qui à ſe decipiuntur, vincula quædam ex ſericeis filis contexta, quæ &* πυξία *dicuntur, præbent: quæ aliquando quidem intus habent ſcripturas, aliquando verò falſa quædam alia, quæcunque inciderint. Dicunt autem hæc juvare, ſi ex collis eorum qui ea accipiunt, perpetuò pendeant, ad omne malum averruncandum.* Vide ibidem plura.

Φυρα-

Digitized by Google

Φύραμα.

I. *Propriè* accipitur, & notat

1. *maſſam luteam*, ſive γῆν ὑγρῷ φυραθεῖσαν, *terram humore commiſtam*, ut Suidas ſcribit; ex qua figulus vaſa fictilia conficit. Ita Apoſtolus ad Rom. IX. 21: Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; *Annon habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò ad ignominiam?*

2. *farinam maceratam & aquâ ſubactam.* Heſychius: Φύραμα, ζύμη. *Maſſa, fermentum.* Suidas: Φύραμα, στέαρ, ἢ τὰ ζυμούμενα ἄλφιτα. *Farina ſubacta & fermentata, farinæ aquâ contemperatæ.* Veteres Gloſſæ: Φύραμα, *maſſa.* Vide I. Corinth. V. 6. & ad Galatas V. 9.

II. *Impropriè & per translationem* ſumitur. Atque ita Φύραμα, *maſſa.*

1. *Judæi*, ſeu poſteri Abrahæ, aliorumque ſanctorum Patrum, ad Romanos XI. 16: Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα. *Si autem primitiæ ſanctæ & maſſa.* Ubi Theophylactus: Φύραμα καὶ κλάδους ὀνομάζει, τοὺς ἐκ τῶν πατριαρχῶν πιστεύσαντας. *Maſſam & ramos appellat eos, qui ex Patriarchis crediderunt.*

2. Νέον φύραμα, *maſſa nova* dicuntur eſſe fideles, id eſt, creaturæ novæ per renovationem ſpiritus, I. Cor. V. 7. Ubi Theophylactus: Ἵνα νέον φύραμα καὶ ἀμιγὲς κακίας ἦτε. *Ut ſitis nova maſſa, quæ non ſit vitiis mixta.*

3. *Corpus humanum.* Uſitatiſſima hæc ſignificatio apud Patres. Quoniam Deus hominem finxit è limo terræ, Genes. II. 7. &, ut Jobus, cap. X. 9. *Tanquam argillam effinxiſti me:* propterea *corpus humanum* vocatur φύραμα, id eſt, *maſſa lutea.* Elegantiſſimè Epictetus diſſert. lib. I. cap. I. corpus humanum dixit eſſe πηλὸν κομψῶς πεφυραμένον, *lutum affabrè maceratum.* Nota eſt de Prometheo fabula, quem è luto corpus homini effinxiſſe fabulantur. Unde ὁ Προμηθέως πηλὸς humanum genus dictum Callimacho, verſibus his:

Ἦν κεῖνος οὑνιαυτός, ᾧ ποτὲ πτηνόν,
Καὶ τὸν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν, οὕτως
Ἐφθέγγεθ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος.
Eratque tempus cùm volucrium ſecta,
Et quadrupes, & quicquid occulit pontus,
Vocem efferebat, & lutum Prometheum.

Hos verſus reperias apud Clementem Alexandr. Stromat. lib. V. pag. 597. & ex Clemente apud Euſebium, Præparat. lib. XIII. cap. XIII. pag. 394: componitquè cum Homeri illis, Iliad. η. v. 99:

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.
Enimverò vos quidem omnes aqua & terra fiatis.

Ut autem ille genus humanum *lutum Prometheum*, ita Columella lib. X. primos homines *creatam Prometheam* dixit. Greg. Nazianzenus Orat. pro pauper. Εἰκών τε εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ πηλῷ συμφύρομαι. *Et imago Dei ſum, & luto commiſceor.* Epiphanius, t. I. lib. III. hæreſi XXXVII. pag. 120. de Deo hominis lapſi miſerto: Ἔδει τὸν ὄντως ὄντα τεχνίτην, κεραμέως δίκην ἐπιμελόμενον τοῦ ἰδίου διὰ χειρῶν πεπλασμένου αὐτοῦ, πλάσματός τε καὶ ἄγγους, ἔτι πηλοῦ ὄντος, καὶ ὡς ὑπὸ ῥαγάδα ἀπόῤῥυμα γεγονότος τοῦ ἄγγους, μὴ ἐάσαι οὕτως, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα. *Oportebat eum qui verè artifex eſt, inſtar figuli curam gerere proprii per manus ſuas facti figmenti & vaſis, cùm adhuc lutum eſſet, & quaſi propter rimas perflueret, non ſic ſinere, ſed in antiquam maſſam permutare.* Jeſajas cap. LXIV. 8. ex verſione LXX. Interpp. Καὶ νῦν κύριε πατὴρ ἡμῶν σύ, ἡμεῖς δὲ πηλός, ἔργα τῶν χειρῶν σου πάντες. *Omiſerunt, quod minimè omittendum fuiſſet,* σὺ κεραμεύς. *Et nunc Domine pater noſter tu; nos verò lutum: tu figulus, nos manuum tuarum opus univerſi.* Ubi Theodoretus, pag. 138: Τῆς ἀρχαίας ἀναμιμνήσκει δημιουργίας, καὶ πατέρα καλεῖ, καὶ δεσπότην, καὶ πλάστην, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ὀνομάζει πηλόν, ἵνα καὶ διὰ τούτων ἀνοίξῃ τὰς τοῦ ἐλέου πηγάς. *Antiquam commemorat creationem, & patrem appellat, & dominum, & figulum, humanam verò naturam lutum nominat, ut ex his etiam miſericordiæ fontes aperiat.* Nec inficetum Heſychii Jeroſol. ænigmaticum illud, apud Photium Cod. CCLXXV. pag. 1525. in Davidem Θεοπάτορα: Ὁ πηλὸς πατὴρ τοῦ κεραμέως. *Lutum pater figuli.* Eodem ſpectat, quòd Apoſtolus II. Corinth. IV. 7. corpora noſtra nuncupat σκεύη ὀστράκινα, *vaſa teſtacea.* Vide in Σκεῦος, num. I. 1. Quin & Patribus frequentiſſimè φύραμα dicitur *corpus humanum, natura humana.* Chryſoſtomus Homil. XLII. in I. ad Corinth. pag. 526: Οὐ τὸ ἐκ γῆς γεγενῆσθαι ποιεῖ χοϊκὸν ἁπλῶς (ἐπεὶ καὶ ὁ κύριος ἀπὸ τῆς μάζης, καὶ τοῦ φυράματος τούτου ἦν) ἀλλὰ τὰ γήϊνα πράττειν. *Non ex terra natum eſſe, ſimpliciter facit terrenum (quoniam etiam Dominus ex hac maſſa fuit) ſed terrena facere.* Idem, Homil. CXI. t. V. pag. 720. de Chriſto: Ἦλθε μιμήσασθαι τὴν φύσιν, ἵνα ἁγιάσῃ τὸ φύραμα διὰ τῆς ἀπαρχῆς. *Venit ut imitaretur naturam, quò ſic maſſam ſanctificaret per primitias.* Ibidem de eodem: *Si perfectus ſtatim ſtaturâ fuiſſet homo,* ἤμελλον οἱ αἱρετικοὶ φάσκειν, οὐκ ἔτεκεν αὐτὸν ἡ παρθένος, οὐκ ἔλαβεν ἐκ τοῦ ἡμετέρου γένους τὸ φύραμα, *hæretici fuiſſent dicturi, non peperit eum virgo, non aſſumſit ex genere noſtro corpus humanum.* Idem, Homil. CLXI. t. V. de aſcenſione Chriſti: Σήμερον τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, τουτέστι, τὴν σάρκα εἰς οὐρανοὺς Χριστὸς ἀνήγαγεν. *Hodie Chriſtus primitias naturæ noſtræ, id eſt, carnem in cœlum ſubduxit.* Athanaſius t. II. pag. 324: Τὴν πλήρωσιν τοῦ νόμου, τὴν διὰ τῆς ἀπαρχῆς γενομένην, ὅλῳ λογίζεται τῷ φυράματι. *Legis impletionem, per primitias factam, toti naturæ humanæ attribuit.* Nicephorus Conſtantinop. in Actis Epheſinis, pag. 309. itidem de Chriſto: Τὸ χοϊκὸν ἡμῶν ἀνέλαβε φύραμα, καὶ κατάρα ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε. *Terrenum noſtrum aſſumſit corpus, & maledictio pro nobis eſt factus.* Damaſcenus, de fide orthod. lib. III. cap. XLIX. Chriſtum Deum aſſumſiſſe ait, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, *carnem animatam anima rationali & intelligenti, primitias noſtræ naturæ.* Theophanes Homil. XXIX. de aſcenſione Chriſti: Σήμερον τῆς ἀσωμάτων ἀξίας ὑπερήρθη τὸ βρότειον φύραμα. *Hodie mortalis maſſa*, id eſt, corpus humanum, *ſupra Angelorum dignitatem evecta eſt.*

Φυσιολογέω.

I. Φυσιολογεῖν ſignificat *de natura*, ſeu *de rebus naturæ diſſerere, diſputare.* Heſychius: Φυσιολογεῖ, περὶ φύσεως διαλέγεται. Clemens Alexandr. lib. IV. Stromat. pag. 475: Τὰ περὶ ἀρχῶν φυσιολογηθέντα τοῖς τε Ἕλλησι, τοῖς τε ἄλλοις βαρβάροις. *Quæ de naturalibus principiis & à Græcis, & ab aliis barbaris diſputata, vel tradita ſunt.* Vel eſt, *naturam rei exquirere.* Athanaſius in Synopſi Scripturæ, t. II. pag. 91. de Solomone: Ἐφυσιολόγησε περὶ πάντων τῶν τε ἐκ γῆς φυομένων, καὶ ὅλων τῶν ζώων. *Rerum omnium naturam exquiſivit, tum plantarum ex terra naſcentium, tum omnium animalium.* Clemens Alex. Pædag. lib. II. cap. VIII. p. 180: Οἱ ἰατροὶ ψυχρὸν εἶναι φυσιολογοῦντες τὸν ἐγκέφαλον, &c. *Medici, cum cerebrum frigidum eſſe ex diligenti naturæ contemplatione cognoſcant, &c.* Athanaſius de ſemente, t. I. pag. 1063: Οὐχ ἵνα φυσιολογήσωμεν τὰ δρώμενα, ἀλλ' ἵνα

προσκυνήσωμεν τὸ θαυματοποιόν. *Non ut naturam rerum viſibilium exquiramus, ſed ut miracula edentem adoremus.*

II. φυσιολογῶ eſt *phyſica*, ſive *naturali ratione probo, oſtendo.* Cæſarius, quæſt. XV. pag. 30. de Apoſtolo Paulo: Φυσιολογεῖ καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, ἀπὸ σάλπιγγος καὶ κιθάρας. *Ex rebus naturalibus, nempe à tuba & cithara, ſumit etiam exempla, Corinthiis ſcribens.* Ibidem: Ἐπεὶ παραδείγμασι βροτῶν κεχρῆσθαι πέφυκεν ἡ θεία γραφὴ, καὶ φυσιολογεῖ πολλάκις. *Quandoquidem exemplis à mortalibus hominibus deſumtis uti ſolet divina Scriptura, & naturalibus ſæpe rationibus utitur.* Hieronymus, Theologus Græcus, in libello de SS. Trinitate: Παρακαλῶ πάντα τὸν θέλοντα φυσιολογεῖν τὸν Θεὸν, φυσιολογῆσαι ἡμῖν πρὸ Θεοῦ τὴν τοῦ βραχυτάτου ψύλλου κατασκευὴν, &c. *Omnem, quicunque naturalibus rationibus Deum eſſe oſtendere vult,* vel potiùs, *qui naturam Dei indagare cupit, rogo, ut ante Deum naturam & conſtitutionem minimi pulicis exquirat,* &c.

Φύσις.

φύσις, *natura*, ſumitur

I. *pro eſſentia cujusque entis.* Ariſtoteles lib. II. Phyſic. c. 1. *naturam* ita definit: Φύσις ἐστὶν ἀρχὴ καὶ αἰτία κινήσεως καὶ ἠρεμίας ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. *Natura eſt principium & cauſſa motus & quietis in eo, quod eſt primò, & non per accidens.* Eandem definitionem reperias in Theoriani Legat. Armen. pag. 14. Gregorius Nazianzenus: Φύσις ἐστὶ τὸ εἶναι ἕκαστον τοῖον ἢ τοῖον. *Natura eſt, eſſe unumquodq; tale vel tale.* Hinc apud Athanaſium de Definit. t. II. pag. 44. Φύσις εἴρηται διὰ τὸ πεφυκέναι καὶ εἶναι. φύσις, *natura dicitur, quia exiſtit & eſt.* φύσιν autem ſumi pro *ſubſtantia & eſſentia* cujusque entis, ipſe teſtatur Ariſtoteles Metaph. lib. IV. c. IV. quando ita ſcribit, Καὶ ὅλως πᾶσα οὐσία φύσις λέγεται.

Atque ſic uſurpatur

1. *de Deo*, qui vocatur ἡ ἀνωτάτω φύσις, *ſuprema natura.* Cyrillus Alexandr. ἴδιον καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν τῆς ἀνωτάτω φύσεως, τῶν ἐσομένων ἡ γνῶσις. *Proprium & eximium bonum ſupremæ naturæ eſt, futurorum cognitio.* Vocatur μακαρία φύσις, *beata natura.* Baſilius Cæſar. Orat. I. in Hexaëmeron: Ὁ Θεὸς, ἡ μακαρία φύσις, *Deus, beata illa natura.* Ita etiam alii hanc vocem frequentiſſimè de Deo uſurpant. Theodoretus quæſt. LX. in Exodum, pag. 106: Ἡ θεία φύσις ἀνείδεός τε καὶ ἀσχημάτιστος. *Natura divina eſt ſine forma & figura.* Idem, in Pſal. CXIV. pag. 865: Ἐνδιαιτᾶται τῷ οὐρανῷ τῶν ὅλων ὁ Κύριος, οὐ περιγεγραμμένην ἔχων τὴν φύσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις τῶν ἁγίων ἀγγέλων χαίρων χοροῖς. *Habitat in cælo universorum Dominus, non circumſcriptam habens naturam, ſed choris Angelorum, qui ibi verſantur, gaudens.* Chryſoſtomus, Homil. III. in epiſt. ad Romanos: Θεὸς ἡ ἀνώλεθρος καὶ ἄτρεπτος φύσις. *Deus, immortalis illa & immutabilis natura.* Fruſtrà ergo Ariani in Synodo Syrmienſi decreverunt, φύσιν ἢ οὐσίαν de Deo dici non debere. Verba de illis in Synodico, C. L. hæc ſunt: Ἥτις σύνοδος ὅρον πίστεως ἐξέθετο ἄθεον, φύσιν ἢ οὐσίαν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν ἀπαγορεύοντα. *Hæc Synodus definitionem fidei expoſuit impiam, quæ vetat, naturam aut ſubſtantiam de Deo prædicari.* Sed de hoc actum in voce Οὐσία, num. II.

2. *de Chriſto*, in quo duæ ſunt naturæ, divina & humana. Cyrillus Alexandr. in epiſt. quadam ad Johannem Antiochenum, in Actis Epheſinis, pag. 239: Εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοῆται διαφορὰ, ἐξ ὧν τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν πεπρᾶχθαί φαμεν. *Unus Dominus Jeſus Chriſtus, quamvìs non ignoretur naturarum differentia, ex quibus ineffabilem unionem factam eſſe dicimus.* Apud Athanaſium de Definit. t. II. pag. 44: Ἐὰν ἐρωτήσῃ σέ τις, Ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, πόσας φύσεις ὁμολογεῖς; εἰπὲ, δύο, μίαν δὲ τὴν ὑπόστασιν. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς τὰς δύο οὐσίας καὶ φύσεις ἔχει ἀτρέπτους καὶ ἀκεραίους, τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἐν μιᾷ ὑποστάσει Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος γνωριζόμενος. *Si quis te interroget; Quot in Incarnationis diſpenſatione confiteris naturas? reſponde, duas: unam verò hypoſtaſin. Chriſtus enim duas naturas habet immutabiles & integras, deitatem & humanitatem, in una hypoſtaſi Deus perfectus, & homo perfectus.* Quintiani Anathematis. I. in epiſt. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram in Canones Concil. pag. 555: Πᾶς ὅστις λέγει μίαν φύσιν Θεοῦ λόγου καὶ σαρκὸς, καὶ οὐ δύο ἡνωμένας καὶ ἀδιαιρέτους, καθαιρείσθω. *Quiſquis unam naturam eſſe dixerit Dei Verbi, & carnis, non verò duas unitas & indiviſibiles, deponatur.* Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 631: Ὁμολογοῦμεν δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ οὐ πρὸ τῆς ἑνώσεως δύο φύσεις λέγομεν, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν. *Duas confitemur naturas poſt unionem in una hypoſtaſi, & in uno Chriſto Deo noſtro, nec duas quidem ante unionem naturas dicimus, unam verò poſt unionem.* Theodoretus in I. ad Corinth. cap. XV. pag. 200: Προσήκει εἰδέναι ὡς δύο τοῦ δεσπότου Χριστοῦ αἱ φύσεις. καὶ ὅτι ποτὲ μὲν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπείας ἡ θεία προσαγορεύει γραφὴ, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς θείας. κἂν γὰρ Θεὸν εἴπῃ, οὐκ ἀρνεῖται τὴν ἀνθρωπότητα. κἂν ὀνομάσῃ ἄνθρωπον, συνομολογεῖ τὴν θεότητα. *Sciendum eſt duas eſſe Chriſti Domini naturas: & quòd aliquando quidem Scriptura eum ab humana natura nominat, aliquando à divina. Sive enim Deum dixerit, non negat humanitatem, ſive hominem nominaverit, unà confitetur divinitatem.* Can. I. Concilii in Trullo, pag. 124: Confitemur ἕνα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ δύο συντεθέντα τῶν φύσεων, *unum Chriſtum Filium Dei ex duabus naturis compoſitum.* Damaſcenus lib. III. orthod. fidei, cap. V. pag. 193: Δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην, συνεληλυθυίας ἀλλήλαις, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθείσας, μίαν δὲ ὑπόστασιν ἐκ τῶν δύο φύσεων ἀποτελεσθεῖσαν σύνθετον. *Duas confitemur naturas, divinam & humanam, inter ſe conjunctas, & ſecundum hypoſtaſin unitas, unam verò hypoſtaſin ex duabus naturis perfectam & compoſitam.* Vide plura in Λόγος, ſub 4. Claſſe hæreſium, lit. *d.*

De hiſce verò *duabus in Chriſto naturis* duo præcipuè diſtinctiùs conſideranda:

a. *Duas* hàsce *naturas unum facere Chriſtum.* Id patet ex præcedentibus, quibus etiam ſequentia addimus. Johannes Antiochenus, in Actis Epheſinis, ad Cyrillum, pag. 237. ita ſcribit: Δύο φύσεων ἕνωσις γέγονε. διὸ καὶ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. *Duarum naturarum facta eſt unio: propterea etiam unum Chriſtum, unum Filium, unum Dominum confitemur.* Paulus Epiſcopus Nemes. ibid. pag. 277: Δύο φύσεων συνδρομὴ, θεότητος φημὶ καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα ἡμῖν ἀποτέλεσεν υἱὸν, τὸν ἕνα Χριστὸν, τὸν ἕνα κύριον. *Duarum naturarum concurſus, deitatis nimirum & humanitatis, unum nobis fecit Filium, unum Chriſtum, unum Dominum.* Chryſoſtomus Homil. LXVII. t. V. pag. 488: Δύο νοουμένων τῶν πραγμάτων, ἓν ἦν τὸ προσκυνούμενον πρόσωπον. *Cùm duæ res fuiſſent conſideratæ, nempe duæ naturæ, una erat perſona, quæ adorabatur.* In expoſitione fidei, quæ Juſtino M. tribuitur, pag. 178: Εἷς ἐστὶν ὁ υἱὸς, ὅ, τε λυθὲν, ὅ, τε τὸ λυθὲν ἀναστήσας. ὁ γὰρ ἄνθρωπος, ἐλύθη. ὁ δὲ Θεὸς, ἀνέστησεν. *Unus eſt Filius, & qui ſola-*

tus

Digitized by Google

tus eſt, & qui id, quod ſolutum fuerat, reſtituit: quatenus enim homo, ſolutus eſt: quatenus verò Deus, reſtituit. Gr. Nazianzenus Orat. XXXI. pag. 497: Ὃ ἦν ἐκένωσε, καὶ ὃ μὴ ἦν προσέλαβεν· οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀνασχόμενος. Θεὸς γὰρ ἀμφότερα, τό, τε προσλαβὸν, καὶ τὸ προσληφθέν. δύο φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ υἱοὶ δύο. μὴ συκοφαντείσθω ἡ σύγκρασις. *Id, quod erat, exinanivit: id, quod non erat aſſumſit: non duplex factus, ſed unum ex duplici natura fieri ſuſtinens. Ambo enim Deus, nimirum quod aſſumſit, & quod aſſumtum eſt: duæ naturæ in unum concurrentes, non duo filii. Ne quis hanc connexionem mendaci oratione premere contendat.*

b. *Unionem duarum in Chriſto naturarum factam eſſe* ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀχωρίστως, ut habetur Act. I. Concilii ſub Menna, pag. 569. Hoc etiam teſtatur Nicephorus Conſtantinopol. in Actis Epheſinis, pag. 308. quando dicit, *hanc unionem factam eſſe* ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, καὶ ὑπερφυῶς, *ſine confuſione, inſeparabiliter, & modo prorſus mirabili.* Idem Nicephorus in epiſt. ad Leonem P. R. ibid. pag. 310. Ἀποδέχομαι τὴν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον, ἥτις δύο φύσεις ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, σοφῶς ἐδογμάτισε. *Recipio Synodum Epheſinam, quæ declaravit ſapienter, duas in Chriſto naturas eſſe inconfuſè & inſeparabiliter.* Theodoretus Θεραπευτ. Sermone VI. de Chriſto: Πρόσφατος ὁ αὐτὸς καὶ αἰώνιος. οὐ γὰρ συνέχεε τὰς φύσεις ἡ ἕνωσις, οὐδὲ πεποίηκεν ὑπὸ χρόνον τὸν χρόνων τὸν ποιητήν. οὐδέ γε τὸ ἐν χρόνῳ γενόμενον, ἀπέφηνε προαιώνιον. ἀλλ' ἑκατέρα φύσις μεμένηκεν ἀκραιφνής. *Idem recens atque æternus eſt: neq; enim naturas confudit unio, neque fecit, ut eſſet ſub tempore, per quem tempora facta fuerant: nec quod in tempore natum eſt, ante ſecula exſtitiſſe declaravit: verùm utraque natura integra manſit.* Zonaras de Synodo Chalcedonenſi, pag. 93: Τὸν χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἐδογμάτισε, *Chriſtum in duabus naturis inſeparabiliter & inconfuſè docuit.* Synodicum, cap. XC. de eadem Synodo: Τὰς δύο φύσεις Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἀνεκήρυξε. *Duas Jeſu Chriſti Dei noſtri naturas indiviſè & incommixtè prædicavit.* Ibidem, cap. LXXXIII. Synodus Antiochena δύο φύσεις ἐπὶ χριστοῦ ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, *duas in Chriſto naturas incommixtas, indiviſasq; confitetur.* Ephræmius, Theopolitanus Patriarcha, in Biblioth. Photii, Cod. CCXXIX. pag. 796: Ἡ ἐξ ἡμῶν σὰρξ, ἑνωθεῖσα τῷ Θεῷ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν, οὐκ εἰς τὴν οὐσίαν μετεβλήθη τοῦ λόγου, εἰ καὶ Θεοῦ γέγονε σάρξ. οὐδὲ ὁ λόγος εἰς σάρκα, εἰ καὶ ἰδίαν οἰκονομικῶς ἐποιήσατο τὴν σάρκα, ἀλλ' εἷς μὲν λέγεταί καὶ ἔστι χριστὸς, σώζεται δὲ ἀδιατομήτως, καὶ ἀχωρίστως, καὶ τὰ ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς νοεῖται χριστὸς, οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, μὴ γένοιτο. ἀλλ' εἷς καὶ αὐτός. *Caro noſtra Deo verbo unita eſt hypoſtaticè, non in ſubſtantiam Verbi mutata eſt, etſi Dei caro facta eſt; neque Verbum in carnem, etſi per diſpenſationem propriam ſibi fecerit carnem: ſed unus idémque dicitur & eſt Chriſtus: Servatur verò indiviſè & ſine mutatione: & ea, ex quibus, & in quibus intelligitur Chriſtus, non alius & alius, abſit: Sed unus idémque eſt.* Hoc imprimis; ut jam etiam vidimus; Synodus Chalced. quæ fuit IV. Oecumenica, & in qua Eutyches & Dioſcorus damnati, diligentiſſimè inculcavit: docuit enim, teſte Photio, epiſt. I. pag. 10: Ἕνα τὸν χριστὸν, ἢ μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ δύο τὰς φύσεις, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐνθεωρεῖσθαι, *unum Chriſtum, vel unam ejus hypoſtaſin, & duas naturas, nempe divinitatem & humanitatem, ſine confuſione & diſtractione conſiderari.* Idem de eadem tradit Nilus de Synodis, in Biblioth. Juris Canonici, pag. 1157. Ibid. auctor incertus de Synodis, pag. 1163. De eadem Theorianus Legat. Armen. pag. 54: Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χριστὸν, υἱὸν, κύριον, μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον ἐδογμάτισεν, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης. οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἢ διαιρούμενον, ἀλλὰ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν χριστόν. *Unum & eundem Chriſtum, Filium, Dominum, unigenam, in duabus naturis inconfuſè, incommutabiliter, indivulsè & inſeparabiliter cognitum docuit, nunquam naturarum differentiâ ſublatâ propter unionem, ſervata verò potiùs proprietate utriusque naturæ, & in unam perſonam & unam hypoſtaſin concurrente. Non in duas perſonas diviſum, vel diſtractum, ſed unum & eundem Filium unigenam, Deum Verbum, Dominum Jeſum Chriſtum.* Multa, quæ huc faciunt, habet Chryſoſtomus Homil. CX. t. V. pag. 713, 714. ubi tandem concludit: Γνωρίζω τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ τὸ διάφορον. οὐ μερίζω τὸν ἕνα υἱὸν εἰς δύο υἱούς. *Agnoſco duarum naturarum ejus differentiam: non divido unum filium in duos filios.* Et Damaſcenus, Orthod. fidei lib. III. cap. III. pag. 181: Ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως ἡνώθησαν ἀλλήλαις αἱ φύσεις, μήτε τῆς θείας φύσεως ἐκστάσης τῆς οἰκείας ἁπλότητος, μήτε μὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἢ τραπείσης εἰς θεότητος φύσιν, ἢ εἰς ἀνυπαρξίαν χωρησάσης, μήτε ἐκ τῶν δύο μιᾶς γεγενημένης συνθέτου φύσεως. *Incommutabiliter, immutabiliterque unitæ ſunt inter ſe naturæ, neque divina natura à ſua ſimplicitate diſcedente, neque etiam humanâ vel in deitatis naturam converſâ, vel eſſentiâ ſuâ privatâ, neque ex duabus unâ compoſitâ naturâ factâ.* Vide ibidem plura, ut & cap. II. ejusdem libri pag. 177. Et libri ejusdem, cap. XVI. pag. 244. dicit: Αἱ φύσεις σώζουσι καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἑκάστη τὴν φυσικὴν ἰδιότητα. *Utraque natura etiam poſt unionem naturalem ſuam retinet proprietatem.*

Huic verò orthodoxæ de duabus in Chriſto naturis, & de uno Chriſto doctrinæ, variè ab hæreticis olim contradictum fuit. Etenim,

a. *Neſtorius,* cum ſuis aſſeclis, *docuit, duas in Chriſto eſſe perſonas.* De hac hæreſi jam ſufficienter actum in voce Λόγος, ſub. III. Claſſe Hæreticorum, lit. *b.* *Duas* idem *docuit ſeparatas in Chriſto eſſe naturas.* Theorianus Legat. Armen. pag. 56: Ὁ Νεστόριος δύο φύσεις ἔλεγε κεχωρισμένας, οὐχ ἡνωμένας εἰς ἓν πρόσωπον. *Neſtorius dixit, duas in Chriſto ſeparatas eſſe naturas, non in unam perſonam unitas.* Ibid. pag. 58. de eodem: Ἔλεγε δύο φύσεις κεχωρισμένας, καὶ δύο πρόσωπα, καὶ δύο χριστοὺς, καὶ δύο υἱούς. *Dicebat, duas eſſe naturas ſeparatas, & duas perſonas, & duos Chriſtos, & duos filios.*

c. *Eutychiani unam poſt unionem ſtatuerunt naturam.* Vide in Λόγος, ſub IV. Claſſe Hæreticorum, lit. *a.* Adde Zonaram, qui ad Concilium Chalced. pag. 92. de Eutychete: Τὰς δύο φύσεις τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν συγκραθῆναι, καὶ εἰς μίαν ἀποτελεσθῆναι φύσιν ἀσεβῶς ἐδογμάτιζεν, ὡς καὶ τῇ θεότητι προσαρμόζειν τὰ πάθη. *Duas naturas deitatis & humanitatis poſt unionem fuiſſe commixtas, & unam naturam factas impiè docuit, adeo ut etiam deitati paſſiones attribuerit.* Eandem fuiſſe hæreſin *Apollinarii,* dicit Eulogius, Archiepiſcopus Alexandr. in Biblioth. Photii, Cod. CCXXX. pag. 849.

Digitized by Google

Verba Apollinarii erant: Ὢ καινὴ κτίσις καὶ μίξις θεσπεσία! Θεὸς καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν. *O nova creatura, & divina miſtio! Deus & homo unam conficiunt naturam.* Idem ſtatuit *Valentinus*, cujus verba ibidem hæc ſunt: Τῶν Γαλιλαίων ἐπὶ χριστοῦ δύο φύσεις λεγόντων, πλατὺν καταχεόμεθα γέλωτα. ἡμεῖς γὰρ τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου μίαν εἶναι τὴν φύσιν φαμέν. *Galilæos duas in Chriſto naturas dicentes, riſu copioſo excipimus: nos verò viſibilis & inviſibilis unam naturam eſſe dicimus.* *Manichæus* quin etiam, ut eſt ibidem, dicere non fuſt veritus: Ὁ τοῦ ἀϊδίου φωτὸς υἱὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐφανέρωσεν, οὐ δύο φύσεις ἔχων, ἀλλὰ μίαν ἐν ὁρατῷ τε καὶ ἀοράτῳ. *Sempiterni luminis Filius propriam in monte eſſentiam manifeſtavit, non duas habens naturas, ſed unam in viſibili & inviſibili.* Vide in vocibus Μονοφυσῖται & Συνουσιασταί, num. II.

Hic verò nec illud tacendum videtur, apud Cyrillum Alexandr. de duabus in Chriſto naturis ſatis periculoſas occurrere locutiones. Ita enim ſcribit in Actis Epheſinis, pag. 243: Δύο μὲν φύσεις ἡνῶσθαι φαμέν, μετὰ τὴν ἕνωσιν δὲ, ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς, μίαν εἶναι πιστεύομεν τὴν τοῦ υἱοῦ φύσιν, ὡς ἑνὸς, πλὴν ἐνανθρωπήσαντος καὶ σεσαρκωμένου. *Duas quidem naturas unitas eſſe dicimus, ſed poſt unionem, utpote jam ſublata in duo ſectione, unam credimus eſſe Filii naturam, ut unius, ſed incarnati.* Et in epiſt. ad Eulogium, ibid. pag. 246: Ἡμεῖς ἑνώσαντες ταῦτα, (nempe τὴν σάρκα καὶ τὸν θεὸν λόγον) ἕνα χριστὸν, ἕνα υἱὸν, τὸν αὐτὸν ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν, καὶ λοιπὸν μίαν τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν σεσαρκωμένην. ὁποῖόν ἐστι καὶ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ εἰπεῖν ἀνθρώπου. ἔστι μὲν γὰρ ἐκ διαφόρων φύσεων, ἀπό τε σώματος φημὶ καὶ ψυχῆς. καὶ ὁ μὲν λόγος καὶ ἡ θεωρία οἶδε τὴν διαφοράν· ἑνώσαντες δὲ, τότε ποιοῦμεν μίαν ἀνθρώπου φύσιν. *Nos hæc unientes, unum Chriſtum, unum Filium, eundem unum confitemur Dominum, atque etiam per conſequens unam Dei naturam incarnatam. Quale etiam de homine dici poteſt. Eſt enim ex diverſis naturis, ex corpore, inquam, & anima. Et ratio quidem atque ſpeculatio novit differentiam. Quando verò iſta univimus, unam facimus hominis naturam.* Et paulò poſt: Τῆς ἑνώσεως ὁμολογημένης, οὐκέτι διΐστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν υἱὸς, μία φύσις αὐτοῦ ὡς σαρκωθέντος τοῦ λόγου. *Poſtquam unionem fuerimus confeſſi, non ampliùs à ſe invicem unita ſunt diſtracta, ſed unus eſt Filius, una natura ejus, ut incarnato Verbo.* Idem, lib. II. adv. Neſtorium, pag. 31: Μία νοεῖται φύσις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ αὐτοῦ τοῦ λόγου σεσαρκωμένη, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν νοοῖτ' ἂν εἰκότως. ἄνθρωπος γὰρ εἷς ἀληθῶς συγκείμενος ἐξ ἀνομοίων πραγμάτων, ψυχῆς δή λέγω καὶ σώματος. *Una eſſe intelligitur natura poſt unionem, nempe illa ipſius Verbi incarnata, quemadmodum etiam in nobis ipſis meritò intelligitur. Homo enim unus verè conſtans duabus diſſimilibus rebus, anima nimirum & corpore.* Theorianus Legat. Armen. p. 56. hæc affert Cyrilli verba: Ἡμεῖς ἑνώσαντες τὰς δύο φύσεις, ἕνα χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν, καὶ μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. *Nos duas unientes naturas, unum Chriſtum, unum Filium, unum Dominum confitemur, & unam naturam Verbi incarnatam.* Alia his ſimilia omitto. Hinc Leontius de Sectis, Act. IV. pag. 454. diſertè teſtatur, Theodoretum exiſtimâſſe, Cyrillum μίαν φύσιν docuiſſe, eodem modo quo Apolinarius. Et Felix, P. R. in epiſt. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram, pag. 540. dicit eos, qui ſtatuunt, poſt unionem μίαν εἶναι φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, *unam eſſe naturam Dei Verbi incarnatam*, τὴν Ἀπολιναρίου αἵρεσιν κρατύνειν, *Apolinarii hæreſin firmare.* Non deſunt tamen qui iſtam locutionem excuſant, & ab hæreſis ſuſpicione liberant. Id facit Leontius de Sectis, Act. VIII. pag. 522. quando de Cyrillo ſcribit: Οὐκ εἶπε τοῦ χριστοῦ μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, τὴν ἄλλην φύσιν δηλῶν. *Non dixit, unam eſſe Chriſti naturam incarnatam, ſed unam naturam Dei Verbi incarnatam, alteram naturam demonſtrans.* Theodoretus Presbyter de Incarnatione Domini, pag. 235, 236: Διὰ τῆς προσθήκης τοῦ (σεσαρκωμένην) δηλοῦσι τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος, ἣν ἡ φύσις τοῦ θεοῦ λόγου προσλαμβανομένη ἅμα τε καὶ σὺν ταύτῃ εἷς κύριος Ἰησοῦς χριστὸς γέγονεν. *Adjectione vocis*, incarnatam, *declarant naturam humanitatis quam natura Dei Verbi aſſumſit, & ſimul cum ea unus Dominus Jeſus Chriſtus factum eſt.* Nec ſolus ita locutus eſt Cyrillus, verùm etiam Athanaſius de Incarnatione Dei Verbi, t. II. pag. 30: Ὁμολογοῦμεν εἶναι τὸν αὐτὸν υἱὸν θεοῦ, καὶ θεὸν κατὰ πνεῦμα· υἱὸν δὲ ἀνθρώπου κατὰ σάρκα, οὐ δύο φύσεις τὸν ἕνα υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον. ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει καὶ προσκυνουμένην. *Confitemur eundem eſſe Filium Dei, & Deum ſecundùm ſpiritum: Filium verò hominis ſecundùm carnem, non duas naturas unum Filium* habere dicimus, *alteram quidem adorandam, alteram verò non adorandam: ſed unam naturam Verbi Dei incarnatam, cum carne ejus una adoratione adorandam.* Ita etiam Armenii ſtatuunt, quorum verba apud Theorianum, Legat. Armen. pag. 6. hæc ſunt: Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν χριστὸν, οὐ κατὰ τὸν Εὐτυχέα συγχέοντες, οὔτε κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἐλαττοῦντες, ἀλλὰ κατὰ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας. ὅτι μία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. *Dicimus unam eſſe naturam in Chriſto, non juxta Eutychem confundentes, nec juxta Apolinarium imminuentes, ſed Cyrillum Alexandrinum* ſecuti: *quoniam una eſt natura Verbi incarnata.* Quamvis autem Cyrillus, & eum ſecuti, per μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, intelligant *naturam humanam*, vix tamen nihilominus excuſari poteſt iſta locutio: nam etſi in Chriſto omnino una ſit *natura humana*, eſt tamen etiam *natura divina*, quæ humanam in unitatem perſonæ ſibi ſociavit, ac proinde minimè aſſerendum, quod tamen Cyrillum feciſſe vidimus; μίαν εἶναι φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὴν αὐτοῦ τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. Niſi dicere velimus, eos, qui ita ſunt locuti, per φύσιν, intelligere ὑπόστασιν. De qua ſignificatione num. IV. aliquid monebimus. Nec tamen Cyrillum vel Athanaſium propterea hæreſeos damnamus, ſed loquendi iſtum modum benigniùs interpretamur: minimè ignorantes, eos alibi paſſim clarè ſatis orthodoxam propoſuiſſe & defendiſſe ſententiam. Quando Cyrillus ita eſt locutus, id eum in finem fecit, ne duos ſtatuere videretur filios, ac proinde duas perſonas cum Neſtorio. Hinc anathematiſmus ejus quartus ita habet: Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διανέμει φωνὰς, ἢ ἐπὶ χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis duabus perſonis, ſive hypoſtaſibus, eas voces attribuit, quæ in Evangelicis & Apoſtolicis ſcripturis paſſim occurrunt, quavè à ſanctis de Chriſto, vel ab ipſo quoque Chriſto de ſe ipſo dicta ſunt, & alias quidem homini tanquam ſeorſum à Dei Verbo conſiderato adſcribit, alias verò tanquam Deo convenientes, ſoli Dei Patris Verbo adaptat, anathema ſit.* Ipſe Theodoretus Dialogo II. aliquot ex Cyrillo ſubjicit teſtimonia, quibus probat,

Digitized by Google

bat, eum, etiam poſt unionem duarum in Chriſto naturarum, agnoviſſe duas naturas. Unum & alterum huc referimus. Ejus in epiſt. ad Neſtorium verba ſunt: Καὶ ὅτι διάφοροι μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τὴν ἀληθινὴν συνενεχθεῖσαι φύσεις, εἷς δὲ ἐξ ἀμφοῖν Θεὸς καὶ υἱὸς, οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν. *Et quòd diverſæ quidem ſint naturæ, quæ in veram unitatem coaluerunt, unus tamen ex utraque Deus ac Filius, non ſublatâ naturarum differentiâ propter unionem.* Ex ejuſdem epiſtola ad Orientales: Δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε. διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. κατὰ ταύτην τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν, ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεοῦ λόγον σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν: *Duarum enim naturarum unio facta eſt: ideo unum Chriſtum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Secundùm hanc inconfuſæ unionis intelligentiam, confitemur ſanctam Virginem eſſe Deiparam, quòd Dei Verbum incarnatum ſit, & homo factum, & ex ipſa conceptione ſibi templum ex ea ſumtum univerit.* Item: Εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῶν φύσεων μὴ ἀγνοῆται διαφορὰ, ἐξ ὧν τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν πεπρᾶχθαι φαμέν. *Unus enim Dominus Jeſus Chriſtus, etiamſi non ignoretur naturarum differentia, ex quibus factam dicimus ineffabilem unionem.* Vide plura ex eodem teſtimonia tomo IV. Theodoreti, pag. 110. & 111. Hoc ipſum etiam ſatis evidenter probatur ex Homilia Pauli Emeſeni, recitata Alexandriæ in incarnationem Salvatoris, & in Cyrilli encomium in Actis Epheſinis, pag. 278. 279. quam ipſe etiam Cyrillus ſuo approbavit calculo. In dicta Homilia hæc leguntur: Ἔτεκεν ἡ ἁγία Μαρία τὸν Ἐμμανουὴλ, κατὰ μὲν θεότητα τῷ πατρὶ ὁμοούσιον. κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, ἡμῖν ὁμοούσιον· κατὰ μὲν τὴν θεότητα, ἀπαθῆ. κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητόν. *Peperit ſancta Maria Emmanuelem, ſecundùm Deitatem quidem ejuſdem eſſentiæ cum Patre, ſecundùm humanitatem verò, ejuſdem nobiſcum eſſentiæ: juxta deitatem quidem impatibilem: at juxta humanitatem, patibilem.* Item: Τὴν διττὴν φύσιν, καὶ τὸ μοναδικὸν πρόσωπον τοῦ υἱοῦ, ὁ θεολόγος Ἰωάννης λέγει. Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. δύο φύσεις, καὶ τοῦ μονογενοῦς τὸ ἓν πρόσωπον. *Duplicem naturam, & unam perſonam Filii eſſe dicit Johannes:* Et habitavit in nobis. *Duæ naturæ, & unigena una perſona.*

3. Φύσει ſignificat *reipſa, reverâ.* Atque ita accipitur ad Galatas IV. 8. ubi per eos, qui non ſunt φύσει θεοὶ, intelliguntur dii falſi, ſeu idola. Theodoretus refert ad στοιχεῖα, quæ à Gentilibus dicit θεοποιηθῆναι. Ita Cyrillus Alexandr. ſub anathematiſmo III. in Actis Epheſinis, pag. 212. duarum in Chriſto naturarum ἕνωσιν, *unionem*, vocat φυσικὴν, *naturalem*, id eſt, ἀληθῆ, *veram.* Et addit, eodem modo vocem hanc ſumi ad Ephes. II. 3. Ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, *eramus naturâ filii iræ*: φύσει, ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς. *Naturâ, pro verè.*

II. *Pro eo, quod cum re aliqua naſcitur.* Atque adeò ſumitur,

1. *pro ea pravitate & corruptione, quæ nobiſcum naſcitur;* quo ſenſu ante regenerationem *eramus* τέκνα φύσει ὀργῆς, *naturâ filii iræ*, ad Epheſ. II. 3. Quæ ad hunc locum annotata vide in voce Τέκνον, num. III. Pauca hîc addimus. Suidas, hunc ipſum locum ante oculos habens: Φύσιν λέγει τὴν ἔμμονον, καὶ κακίστην διάθεσιν, καὶ χρονίαν, καὶ πονηρὰν συνήθειαν. *Naturam vocat permanentem, & peſſimam affectionem, diuturnam etiam ac malam conſuetudinem.* Huc etiam pertinet illud, quod eſt παρὰ φύσιν, *contra naturam.* Athanaſius in definitionibus, t. II. pag. 53: Παρὰ φύσιν ἐστὶν, ὃ ὁ Θεὸς οὐχ οὕτως πεποίηκεν. ἢ ὅπερ ὅλως οὐ πεποίηκεν, οἷόν ἐστιν ἡ ἁμαρτία καὶ ὁ θάνατος. *Contra naturam eſt, quod Deus non ita fecit: vel, quòd prorſus non fecit: cujuſmodi eſt peccatum & mors.* Et mox: Κατὰ φύσιν μέν ἐστιν ὁ γάμος. παρὰ φύσιν ἡ πορνεία. *Secundùm naturam quidem eſt conjugium: contra naturam ſcortatio.*

2. *pro eo, quod naturæ noſtræ eſt proprium.* Ita Theodoretus ad Anathematis. III. Cyrilli, pag. 710: Ἡ φύσις ἀναγκαστικόν τι ἐστὶ, καὶ ἀβούλητον χρῆμα· οἷόν τι λέγω. Φυσικῶς πεινῶμεν, οὐ γνώμῃ τοῦτο πάσχοντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ. ἢ γὰρ ἂν οἱ πτωχείᾳ συζῶντες τοῦ προσαιτεῖν ἀπηλλάγησαν, τοῦ μὴ πεινᾷν τὴν ἐξουσίαν ἐν τῇ βουλῇ κεκτημένοι. Φυσικῶς διψῶμεν, φυσικῶς καθεύδομεν, φυσικῶς ἀναπνέομεν τὸν ἀέρα. *Natura eſt vis neceſſariò compellens, & res nobis adverſa. Exempli gratia, Naturâ eſurimus, non hoc arbitrio, ſed neceſſitate patientes. Profectò enim qui in mendicitate degunt, mendicare deſiiſſent, ſi poteſtatem liberam non eſuriendi haberent. Naturâ ſitimus, naturâ dormimus, naturâ reſpiramus aërem.* Hinc etiam Chryſoſtomus, Homil. XVII. ad populum Antiochenum: Μεγάλη ἡ τῆς φύσεως τυραννίς. *Magna naturæ vis eſt.*

III. *Apud Patres* φύσις *aliquando idem quod* οὐσία, *eſſentia.* Cyrillus Alexandr. in Catena in cap. XIV. Joh. pag. 362: Μία ἡ τῆς θεότητος φύσις ἐν προσώπῳ τε καὶ ὑποστάσει πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. *Una eſt Divinitatis eſſentia in perſona & hypoſtaſi Patris, & Filii & Spiritus ſancti.* Athanaſius Dial. I. contra Macedonium, t. II. pag. 269. Macedonianus dicit: Πάλιν τὰ τρία ἓν λέγω. *Rurſus tria unum dico.* Orthod. Ταῖς ὑποστάσεσιν οὐχ ἕν, ἀλλὰ τρία. *Hypoſtaſibus non ſunt unum, ſed tria.* Maced. Πῶς οὖν λέγω μίαν φύσιν; *Quomodo igitur unam dico eſſentiam?* Orthod. Ὅτι ὁμοίως ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὴν τοῦ πατρὸς ἀθανασίαν ἔχει, καὶ ὥσπερ Παῦλος, καὶ Πέτρος, καὶ Τιμόθεος φύσεως μιᾶς εἰσι, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, οὕτως πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις λέγω, καὶ μίαν φύσιν. *Quoniam ſimiliter Pater & Filius, & Spiritus ſanctus Patris immortalitatem habet: & quemadmodum Paulus, & Petrus, & Timotheus eandem habent naturam, & tres ſunt hypoſtaſes: ita Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum tres dico hypoſtaſes, & unam eſſentiam.* Φύσις ſumitur pro οὐσίᾳ, *ſubſtantia.* Greg. Nyſſenus in Orat. Catechetica, de Sacramentis loquens: Ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν. Locum habes ſub verbo Μεταστοιχειόω, num. IV. ſub lit. *b.* Ubi etiam alius ex Theodoreto adducitur.

IV. Φύσις apud Patres aliquando idem quod ὑπόστασις. Id de Cyrillo teſtatur Ephræmius in Biblioth. Photii, Cod. CXXVIII. pag. 784. ubi Photius de Oratione Ephræmi, quâ actio Synodica explicatur: Ἐν ταύτῃ πράξει τὸν θεσπέσιον Κύριλλον τῇ φύσει ἀνθ' ὑποστάσεως ἀλλαχοῦ τε παριστάγει χρήσασθαι, καὶ ἡνίκα λέγει μάλιστα μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην. οὐ γὰρ ἂν εἰπεῖν αὐτὸν πολλάκις τὰς δύο φύσεις ὁμολογηκότα, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας μίαν φύσιν. εἰ μὴ τὸ ῥῆμα τῆς φύσεως ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως παρειλήφει. *In hac ipſa actione B. Cyrillum* natura pro perſona *tum alibi uſum eſſe oſtendit, tum maximè quando dicit,* unam naturam Verbi incarnatam: *neque enim ipſum ſæpe duas naturas dicturum & confeſſurum fuiſſe, quemadmodum mutato conſilio unam naturam, niſi nunc naturæ voce pro* perſona *fuiſſet uſus.* Nicetas, Bizantinus Philoſophus, tractatu Apologetico pro Synodo Chalcedonenſi contra Principem Armeniæ: Θέλω μοι ἀνελεῖν τὸν μακάριον Κύριλλον τὰς ὑποστάσεις ἀντὶ τῶν φύσεων, καὶ τὰς

φύσεις ἀντὶ τῶν ὑποστάσεων ἐκλαμβάνοντα· οἷον φημί. Εἴ τις διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει. Ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις. *Et vide mihi ipſum etiam B. Cyrillum hypoſtaſes pro naturis; & naturas pro hypoſtaſibus uſurpantem. Exempli gratiâ: Si quis dividit hypoſtaſes. Et rurſus idem dicit: Inconfuſæ permanſerunt naturæ, hypoſtaſes videlicet.*

V. *Angeli vocantur* φύσεις, *naturæ.* Chryſoſtomus Homil. XXII. in Geneſin, eos vocat ἀσωμάτους οὐσίας, ἀσωμάτους φύσεις, *incorporeas ſubſtantias, incorporeas naturas:* Theodoretus quæſt. II. in Geneſin, ἀοράτους φύσεις, *inviſibiles naturas:* Chryſoſtomus in Pſal. XLV. ἀσωμάτους ἐννοίας, *incorporeas intelligentias:* Ignatius epiſt. ad Trall. ἀσωμάτους φύσεις, *incorporeas naturas.* Baſilius M. Orat. I. in Hexaëm. λογικὰς καὶ ἀοράτους φύσεις, *rationales & inviſibiles naturas:* Nazianzenus, Orat. XLII. pag. 676. ἡ πρώτη φωτεινὴ φύσις μετὰ τὴν πρώτην: *Prima lucida natura poſt primam:* Euſebius, Demonſtrat. Evang. lib. IV. pag. 105. ἀσωμάτους καὶ νοερὰς φύσεις, *incorporeas & intelligentes naturas.*

Φωλεός.

I. *Explicatio vocis.* Gloſſæ Græco-Lat. Φωλεός, *luſtrum, latebra, latibulum.* Heſychius: Φωλεόν, διδασκαλεῖον, ἢ οὗ τὰ θηρία κοιμᾶται, ἢ οὗ χορεύουσι καὶ διδάσκουσιν, οἱ δὲ σπήλαιον. *Pholeum* vocant *ſcholam, ludum litterarium, vel locum, ubi feræ cubant vel dormiunt: vel, ubi inſtituunt & docent: alii verò ſpeluncam.* Φωλεὸς apud Jones notat *ſcholam.* Suidas: Φωλεόν, τὸ παιδευτήριον Ἴωνες. ὅθεν ἀποφώλιοι, ἀπαίδευτοι. *Pholeum* vocant *Jones ſcholam: unde* ἀποφώλιοι *dicuntur homines indocti.* Heſychius: Ἀποφώλιος, μάταιος, ἀδόκιμος, εὐτελής, ἢ ἀπαίδευτος. *Vanus, reprobus, vilis, vel indoctus.* Φωλεὸς ferè de ſerpentibus dicitur. Suidas: Φωλεὸς σημαίνει καὶ τὴν κατάδυσιν τῶν ὄφεων. *Significat ſerpentum latebram.* Ἀλωπεκιαὶ ſunt, ut Heſychius habet, αἱ τῶν ἀλωπέκων καταδύσεις, *vulpium latebræ, luſtra.* Eandem aliquando ſignificationem ἰλεὸς ſortitur. Heſychius: Ἰλεός; θηρίου φωλεός. τίθεται ἡ λέξις καὶ ἐπὶ ἀλωπέκων. *Feræ luſtrum: dicitur etiam de vulpium foveis.*

II. Matthæi VIII. 20. & Lucæ IX. 58. dicit Chriſtus, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσιν, &c. *Vulpes foveas habent,* &c. Vulpes eſt animal ſolivagum, quod ἀλωπὰν & ἀλώπεκα dictum volunt ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, *ab errando, & divagando* in ſolitariis locis. Quòd verò Chriſtus dicit, αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσιν, &c. *hoc locutionis genere,* obſervante Cl. Bullingero noſtro, *omnium rerum penuriam & extremam tenuitatem notavit. Vulpes verò potiùs & aves, quàm alia animalia, ideò produxit, quia ad iſtorum naturam ingeniumq; alludens, aſtutiam, fraudem, ac levitatem Scribæ hac ratione taxare voluit,* ut idem Bullingerus doctiſſimè notat. Theophylactus in cap. VIII. Matthæi, pag. 44. itidem monet, iſto loquendi genere paupertatem Chriſti indicari. Verba ejus adſcribo: Οὗτος ἰδὼν τὰ πολλὰ σημεῖα, προσεδόκησεν ἐκ τούτων χρήματα συνάγειν τὸν Χριστὸν, διὸ καὶ σπουδάζει ἀκολουθεῖν αὐτῷ, ἵνα καὶ αὐτὸς συλλέγῃ. Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸς τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἀπαντῶν, μονονουχὶ τοῦτο φησί. προσδοκᾷς ἀκολουθῶν ἐμοὶ χρήματα συλλέγειν; οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἄοικός εἰμι; τοιοῦτος καὶ ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ ὀφείλει εἶναι. *Hic,* nempe ſcriba, *ut vidit multa ſigna, arbitratus eſt ex his Chriſtum quæſtum facere, & idcirco laborabat ut eum ſequi poſſet, quò & ipſe aliquid colligeret. Chriſtus autem cogitationi ejus occurrens, hunc ferè in modum loquitur: Exiſtimáſne, ſiquidem me ſequaris, te pecunias collecturum? non vides ne domum quidem mihi eſſe? Talem etiam eum eſſe oportet, qui me ſequitur.* Idem ad cap. IX. Lucæ, pag. 375. 376: Ἐπειδὴ εἶδε τὸν Κύριον πολὺν ὄχλον ἐπαγόμενον, ἐνόμισεν ὅτι ἀπὸ τούτων χρήματα συλλέγει ὁ Κύριος, καὶ ᾤετο καὶ αὐτὸς, εἰ ἀκολουθήσει τῷ Ἰησοῦ, συναγαγεῖν χρήματα. διὰ τοῦτο ἐν ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ Κύριος, μονονουχὶ λέγων αὐτῷ τοιαῦτα. Σὺ μὲν νομίζεις χρήματα συνάξειν ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν ἐμοί. οἴει γὰρ ὅτι ὁ ἐμὸς βίος τοιοῦτός ἐστιν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. τοσοῦτον γὰρ πτωχείαν εἰσηγοῦμαι καὶ διδάσκω, ὥστε τἆλλα μὲν ζῶα φωλεοὺς ἔχειν, ἐμὲ μηδὲ οἰκίαν. *Cùm videret Dominum magnam attrahere turbam, ſuſpicatus eſt, Dominum ab illa pecuniam colligere: & exiſtimavit, ſiquidem Jeſum ſequatur, ſe quoque pecunias collecturum: idcirco repellit eum Dominus, tantum non hoc illum modo allocutus: Tu quidem putas, te pecuniam collecturum, ſi me ſequaris: exiſtimas enim vitam meam talem eſſe: at res ita ſe non habet. Enim verò uſque adeò paupertatem doceo & induco, ut cùm alia quidem animalia foveas habeant, ego ne domum quidem.* Sunt ex veteribus, qui hic, ſed minùs convenienter, ad allegoriam confugiunt, & per *vulpes* atque *volatilia diabolos* intelligi dicunt. Id teſtatur idem Theophylactus in cap. VIII. Matthæi: Τινὲς δὲ ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ, τοὺς δαίμονας λέγουσι. Φησὶν οὖν ὅτι οἱ δαίμονες ἐν σοὶ ἀναπαύονται, καὶ ἐγὼ λοιπὸν οὐκ ἔχω ἐν τῇ σῇ ψυχῇ ἀνάπαυσιν. *Nonnulli vulpes & volatilia diabolos dicunt: quaſi diceret, Dæmones in te habitant, hinc ego in anima tua quietem non invenio.* Allegorica hæc interpretatio reperitur apud Cyrillum Alexandr. lib. X. in Joh. ad v. 24. cap. XIV. pag. 834. Ἀλώπεκας καὶ οὐρανοῦ πετεινὰ, τοὺς πανούργους καὶ ἀκαθάρτους ὠνόμασε δαίμονας, καὶ τὰ ἐγκόσμια ταυτὶ καὶ ἀέρια πνεύματα, ἃ ταῖς φιληδόνων καρδίαις ἐμφιλοχωροῦντε καὶ ἐναυλίζεται, τὴν τῶν ἰδίων θελημάτων ἔχοντα πλήρωσιν, στενοχωροῦντά τε οὕτω τὰς ἀθλίας τῶν δεχομένων ψυχὰς, ὡς τόπον οὐδένα παντελῶς ἀναπαύσεως ἐν αὐτοῖς εὑρίσκειν τὸν Θεόν. *Vulpes & volatilia cæli nominavit fraudulentos & impuros dæmones, & mundanos atque aërios illos ſpiritus, qui in voluptatibus deditorum cordibus libenter morantur & habitant, ſuam voluntatem implent, miſeraſq; eorum animas, quas occupant, ita affligunt & coarctant, ut Deus nullum prorſus quietis locum in illis invenire poſſit.*

Φωνή.

I. *Propriè* Φωνή ἐστιν ἐμψύχου ψόφος, διὰ τῶν φωνητικῶν γινόμενος μορίων. *Vox eſt animati ſonus, qui per partes voci formandæ deſtinatas editur.* Ita Suidas, apud quem plura vide. Baſilius M. in Pſal. XXVIII. pag. 182: Ἔστι φωνὴ, πληγὴ ἀέρος. ἢ τὸ γινόμενον εἶδος περὶ τὸν ἀέρα, πρὸς ὃν βούλεται τυποῦν τὸ φωνοῦν. *Vox eſt percuſſio aëris, aut ſpecies illa circa aërem, quam exprimere vult qui vocem emittit.* Heſychius: Φωνὴ, ἡ τοῦ ἀνθρώπου. *Vox homini tribuitur.* Hinc ἀδιάρθρωτος φωνή. *Vox inarticulata,* qualis eſt infantum, apud Chryſoſtomum. Φωνὴν διαρθροῦν, *articulatim loqui,* apud eundem. Notiſſima ſignificatio.

II. Φωνὴ, ſumitur *impropriè,* & variè uſurpatur. Vide Ravanellum. Nos rem ad compendium referimus.

I. Deo

Digitized by Google

1. *Deo tribuitur.* Baſilius M. in Pſ. XXVIII. pag. 182: Ἡ τοῦ κυρίου φωνὴ, ἑτερογενής τίς ἐστι. Φαντασιοῦντος τοῦ Θεοῦ οἷς ἀκούειν βούλεται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ὥστε ἀναλογίαν ἔχειν τὴν φαντασίαν ταύτην πρὸς τὴν ἐν τοῖς ὀνείροις γινομένην πολλάκις. *Vox Domini alterius eſt generis*; nempe quàm illa, de qua ſub primo numero eum audivimus loquentem; *propterea quòd imaginatione cum illis agit, quos vult audire vocem ſuam, ita ut analogiam imaginatio iſta habeat cum ea, quæ in ſomnis accidit.* Vide ibidem plura. Idem Homil. II. in Hexaëmeron, pag. 25: Ὅταν φωνὴν ἐπὶ Θεοῦ καὶ ῥῆμα καὶ πρόσταγμα λέγωμεν, οὐ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων ἐκπεμπόμενον ψόφον, οὐδὲ ἀέρα διὰ γλώσσης τυπούμενον τὸν θεῖον λόγον νοοῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ θελήματι ῥοπὴν διὰ τὸ τοῖς διδασκομένοις εὐσύνοπτον ἡγούμεθα ἐν εἴδει προστάγματος σχηματίζεσθαι. *In Deo cùm* vocem, verbum & præceptum *eſſe dicimus, non intelligimus eum ſonum, qui per vocis organa editur, nec aërem linguæ officio articulatum & impreſſum, ſed momentum illud, eamve inclinationem divinæ voluntatis cenſemus in præcepti ſpeciem formari.* Greg. Nyſſenus Orat. XII. contra Eunomium, t. II. pag. 775: Οὐ πάντως ἐπὶ Θεοῦ φωνὴν καὶ ῥῆμα ἡ τοῦ εἰπεῖν λέξις ἐνδείκνυται, ἀλλὰ τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ σύνδρομον ἀποφαίνουσα τὴν δύναμιν, αἰσθητικώτερον ἡμῖν τὴν νοητὴν ὑποδείκνυσι θεωρίαν. *In Deo vocem & verbum dictio hæc,* dixit, *minimè demonſtrat: ſed Dei voluntati comitem potentiam declarans, ſenſibus accommodatiùs intelligibilem oſtendit contemplationem.*

2. *Rebus inanimatis.* Quo ſenſu id fiat, docet Cyrillus Alex. in cap. II. Habacuci, pag. 539. ad v. 11. Ἀπονέμει πολλάκις ἡ θεία γραφὴ καὶ τοῖς ἀψύχοις τε, καὶ ἀναισθήτοις φωνάς, οὐχ ὡς φάναι τυχεῖν δυναμένοις, ἀλλ' οἷον αὐτοῖς πράγμασι μονονουχὶ διακεκραγόσι. *Scriptura divina tribuit ſæpe rebus etiam inanimatis & ſenſu carentibus voces, non certè quòd loqui poſſint, ſed quod rebus quaſi ipſis tantùm non clament.* Ita Pſal. XIX. 4. *cælis tribuitur vox,* quia elegantiâ ſuâ omnes res creatas ad Deum laudandum invitant. Ita explicat Theodoretus, ad hunc locum, pag. 465: Οὔτε λόγους, οὔτε ῥήματα προφέροντες, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν τάξιν ὑποδεικνῦντες, πᾶσαν τὴν γῆν καὶ θάλατταν εἰς τὴν θείαν καλοῦσιν ὑμνῳδίαν. *Nec ſermonem, nec verba proferunt, ſed proprium ordinem demonſtrantes, omnem terram atque mare ad divinas laudes decantandas invitant.* Quomodo illud fiat, etiam explicat Chryſoſtomus in verba Jeſajæ cap. XLV. 7: Μάθε, πῶς σιγῶν ὁ οὐρανὸς φθέγγεται. Ὅταν ἴδῃς αὐτοῦ τὸ κάλλος, τὸ μέγεθος, τὴν θέσιν, τὸ διαρκὲς, τὴν φαιδρότητα, καὶ ταῦτα πάντα συναγαγὼν παρὰ σαυτῷ, δοξάσῃς τὸν δημιουργὸν, εὐφημήσῃς τὸν ποιήσαντα, ὁ οὐρανὸς φωνὴν ἀφῆκε, διὰ τῆς γλώττης ἀναπέμψας τῷ Θεῷ δόξαν. *Diſce, qua ratione cælum tacendo loquatur. Cùm videris ejus pulchritudinem, magnitudinem, ſitum, perpetuitatem, ſplendorem, &, hæc omnia colligens apud te, conditorem glorificaveris, creatorem laudâris, tum vocem emiſit cælum, & per linguam Deo gloriam laudemq́; detulit.* Vide ibidem alia elegantiſſima in eandem ſententiam. Habentur autem hæc tomo III. edit. Pariſinæ, p. 897. Confer plura alia in voce Οὐρανὸς, num. II. 1. ſub lit. *B.*

Φῶς.

I. *Explicatio nominis.*

Φῶς, *Lux* ſumitur

a. *propriè*, pro qualitate illa nobiliſſima, quæ orbem illuſtrat. Suidas: Φῶς, ἡ τοῦ διαφανοῦς ἐνέργεια, καθὸ ἐστὶ διαφανὲς, τουτέστι, τὸ εἶδος, καὶ ἡ τελειότης αὐτοῦ. *Lumen eſt actus perſpicui, quatenus eſt perſpicuum, hoc eſt, forma & perfectio ejus.* Vide apud eundem plura. Vocatur τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου, *lux hujus mundi*, Joh. XI. 9. ſic vocatur *Lux phyſica*, primo die creationis facta, de qua conſulatur Feſſelius, Adverſ. ſacr. lib. VII. cap. II. pag. 119.

b. *Adjectivè*, pro *lucido, claro, ſereno*: ita ut φῶς idem ſit, quod πεφωτισμένος, *illuminatus.* Ita accipitur Epheſ. V. 8: Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Id eſt, interprete Theodoreto, τῷ θείῳ φωτὶ κατηυγάσθητε, *divina luce illuminati eſtis.* Huc pertinet illud Nazianzeni, Orat. XLVII. pag. 724. quando dicit, υἱοὺς φωτὸς *vocari* τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει, *qui ſcientiæ luce colluſtrati ſunt.* Conſule imprimis Cl. Vorſtii Philologiæ ſacræ cap. VIII. pag. 232.

c. *impropriè*, idque variè: Φῶς enim dicitur,

I. *Deus.* Greg. Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 451: Φῶς ὁ Θεὸς, καὶ φῶς τὸ ἀκρότατον, οὗ βραχεῖά τις ἀποῤῥοὴ, καὶ ἀπαύγασμα φθάνον, φῶς ἅπαν, κἂν ὑπέρλαμπρον φαίνηται. *Lux Deus eſt, atque adeò lux omnium ſuprema, cujus perexiguus quidam rivus ac radius ad inferiora pertingens, lumen id omne eſt, quod cernimus, quantumvis ſplendidum videatur.* Idem, Orat. XL. pag. 639: Θεὸς φῶς τὸ ἀκρότατον καὶ ἀπρόσιτον καὶ ἄῤῥητον, οὔτε νῷ καταληπτὸν, οὔτε λόγῳ ῥητὸν, πάσης φωτιστικὸν λογικῆς φύσεως. τοῦτο ἐν νοητοῖς, ὅπερ ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος, ὅσον ἂν καθαιρώμεθα φανταζόμενον, καὶ ὅσον ἂν φαντασθῶμεν, ἀγαπώμενον. καὶ ὅσον ἂν ἀγαπήσωμεν αὖθις νοούμενον, αὐτὸ ἑαυτοῦ θεωρητικόν τε καὶ καταληπτικὸν, ὀλίγα τοῖς ἔξω χεόμενον. *Deus ſummum & inacceſſibile lumen eſt, quod nec mente percipi, nec verbis explicari poteſt, naturam omnem ratione præditam illuminans, hoc in intelligibilibus, quod Sol in ſenſibilibus, eò ſe magis nobis contemplandum præbens, quò accuratiùs animos purgaverimus, eò rurſus magis amandum, quò magis contemplati fuerimus, eò denique magis cognoſcendum, quò magis amaverimus, ſeſe ipſe ſpeculans & comprehendens, ac perexiguè ad externa effundens.* Idem, Orat. XLIII. pag. 698: Φῶς ἦν ἀπρόσιτον καὶ ἀδιάδοχον ὁ Θεὸς, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, οὔτε μετρούμενον, ἀειλαμπὲς, τριλαμπὲς, ὀλίγοις ὅσον ἐστὶ θεωρούμενον. οἶμαι δὲ οὐδὲ ὀλίγοις. *Lumen inacceſſibile, ac ſucceſſioni minimè obnoxium, Deus, nec principium habens, nec finem habiturum, nec in dimenſionem cadens, perpetuo fulgore rutilans, trino ſplendore micans, atque ejusmodi, ut paucis, imò ne paucis quidem, perſpicua ſit ipſius magnitudo.* Jacobi I. 17. Deus vocatur πατὴρ τῶν φώτων, *pater luminum.* Rationem reddit Pachymeres in cap. I. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia pag. 9: Πατέρα τῶν φώτων λέγει, τὸν αὐτοφῶς ὄντα, καὶ δημιουργὸν, καὶ συντηρητικὸν τῶν φώτων, πατὴρ γάρ ἐστιν, ὁ παράγων καὶ τηρῶν τὰ ἐξ αὐτοῦ. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πατὴρ τῶν φώτων, ὃς καὶ πάσης κτίσεώς ἐστι δημιουργός. *Patrem luminum vocat eum, qui ipſemet lux eſt, & creator ac conſervator luminum: pater enim eſt, qui producit & conſervat quæ ex ipſo ſunt: ſic & Deus pater luminum, ut qui omnis creaturæ conditor exiſtit.* Ipſe Dionyſius Areopagita, cap. IV. de divinis Nominibus, ſect. V. pag. 468: Φῶς νοητὸν ὁ ἀγαθὸς λέγεται, διὰ τὸ πάντα μὲν ὑπερουράνιον ἐμπιμπλάναι νοητοῦ φωτός, πᾶσαν δὲ ἄγνοιαν καὶ πλάνην ἐλαύνειν ἐκ πασῶν, αἷς ἂν ἐγγένηται ψυχαῖς, καὶ πάσαις αὐταῖς φωτὸς ἱεροῦ μεταδιδόναι, καὶ τοὺς νοεροὺς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς ἀνακαθαίρειν τῆς περικειμένης αὐταῖς ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀχλύος, καὶ ἀνακινεῖν καὶ ἀναπτύσσειν τῷ πολλῷ βάρει

τοῦ

Digitized by Google

τοῦ σκότους συμμεμυκότας, καὶ μεταδιδοῦσα, πρῶτα μὲν αἴγλης μετρίας, εἶτα, ἐκείνων ὥσπερ ἀπογευομένων φωτὸς, καὶ μᾶλλον ἐφιεμένων, μᾶλλον ἑαυτὴν ἐνδιδοῦσα, καὶ περισσῶς ἐπιλάμπουσα, ὅτι ἠγάπησαν πολύ, καὶ ἀεὶ ἀνατείνουσα αὐτὰς ἐπὶ τὰ πρόσω, κατὰ τὴν σφῶν εἰς ἀνάνευσιν ἀναλογίαν. *Is, qui bonum eſt, lux intellectilis dicitur, quia omnem mentem ſupra cæleſtem implet lumine intellectili; omnem autem ignorantiam & errorem ex omnibus animis, in quibus eſt, ejicit, & ipſis omnibus lumen ſanctum impertit, eorumque oculos mentales à caligine ex ignorantia circumfuſa repurgat, & liberat; & excitat, atque aperit multa gravitate tenebrarum compreſſos & clauſos: datque primùm quidem mediocrem ſplendorem, deinde, tanquam deguſtato lumine, & oculis jam magis poſt deguſtationem lumen appetentibus, magis ſe impertit, & copioſius fulget, quia dilexerunt multùm; ac ſemper eas ulteriùs provehit proportione ſtudii earum ad aſpiciendum ſurſum.* Vide etiam Pachymerem ad hæc, pag. 522, 523. Ab eodem vocatur θεαρχικὸν φῶς, cap. I. de cœleſti Hierarchia, p. 2. ὡς ἀρχὴ τῶν λεγομένων θεῶν, ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων δικαίων, *ut principium eorum, qui dicuntur dii, Angelorum nempe, & juſtorum hominum.* Didymus in Catena, in cap. IV. Joh. cap. 131: Φῶς λέγεται, ἐπεὶ μὴ ὄψιν, ἀλλὰ νόησιν φωτίζει. *Lumen vocatur, eò quòd non viſum, ſed intellectum illuminat.* Idem dicitur φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, I. Timoth. VI. 16. de quo vide in Ἀπρόσιτος.

2. *Filius Dei.* Greg. Nazianzenus Orat. XXXVI. p. 591: *Filius Dei vocatur* Φῶς, ὡς λαμπρότης ψυχῶν, καὶ λόγῳ καὶ βίῳ καθαιρομένων. εἰ γὰρ σκότος ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ ἁμαρτία φῶς ἂν εἴη ἡ γνῶσις, καὶ βίος ὁ ἔνθεος, *ut animorum ſplendor, qui & vita & ſermone purgantur. Nam ſi ignorantia & peccatum tenebræ ſunt, lux profectò erit ſcientia, & vita divina.* Lumen vocatur Meſſias Pſ. XXXVI. 10: Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. *In lumine tuo videbimus lumen.* Ubi Theodoretus, pag. 533: Ὑπὸ γὰρ τοῦ παναγίου πνεύματος φωτιζόμενοι, τὰς τοῦ μονογενοῦς σου θεωροῦμεν ἀκτῖνας. *Nam à ſancto Spiritu illuminati, unigeniti tui radios contuemur.* De Meſſia hæc intelligenda eſſe, patet non ſolùm ex N. Teſt. Joh. I. 9. ſed ex ipſo etiam Chaldæo interprete, qui vocem באורך, *in lumine tuo*, reddidit בזיו יקרך, *in ſplendore gloriæ tuæ*, qui ſplendor nemo alius eſt, quàm ipſe Filius, quem Apoſtolus expreſſè vocat ἀπαύγασμα τῆς δόξης, Hebr. I. 3. Vide in Ἀπαύγασμα, num. II. Ita etiam Jeſajæ IX. 2. Meſſias vocatur φῶς μέγα, *lumen magnum.* Ubi iterum Theodoretus, p. 42: Τοῖς ἐθνικοῖς ἐπέλαμψεν ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ εὐαγγελίου, φῶς μέγα ὤν, φῶς γάρ ἐστι τοῦ κόσμου. *Gentilibus illuxit Chriſtus per Evangelium, qui magnum eſt lumen: lumen enim eſt mundi.* Ita etiam alibi paſſim Meſſias *lumen* vocatur. Tribuitur autem Chriſto nomen *Lucis* ob tres potiſſimùm cauſſas. Chriſtus enim eſt φῶς

α. Οὐσιωδῶς, *eſſentialiter*, reſpectu divinæ naturæ, quia eſt verus cum Patre & Spiritu ſancto Deus. Baſilius M. l. I. contra Eunomium, pag. 14: Φῶς ἑαυτὸν τοῦ κόσμου λέγει, τὸ ἀπρόσιτον τῆς ἐν τῇ θεότητι δόξης τῷ ὀνόματι τούτῳ διασημαίνων. *Lumen mundi ſe ipſum dicit, inacceſſibilem divinæ gloriæ majeſtatem hoc nomine ſignificans.* Hinc Ammonius, Catena in cap. I. Joh. dicit Filium eſſe τὸ θεολογούμενον φῶς, quam locutionem explicatam habes in verbo Θεολογέω, num. II. ſub lit. *c.* Confer, quæ in voce Ἀπαύγασμα, num. II. dicta ſunt: quorum tamen pleraſque ad ſequentem etiam rationem referri poſſunt.

β. Ὑποστατικῶς, *perſonaliter*, & quidem ratione æternæ à Patre generationis. Hinc à Dionyſio Areopagita, de cœleſti Hierarchia, cap. I. pag. 2. vocatur πατρικὸν φῶς, *paterna lux*: quia ex patre ante ſecula natus eſt, θεὸς ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, *Deus de Deo, Lumen de Lumine*, ut explicat Symbolum Nicænum. Vide etiam Tertullianum adv. Praxeam. cap. VIII. pag. 847. Optimè Cyrillus Alexandr. in Theſauro ſuo, Aſſert. IV. pag. 21: Εἰ φῶς ἐστιν ἐκ φωτὸς, τοῦ πατρὸς, ὁ υἱὸς πότε οὐκ ἦν ἐν πατρὶ τὸ φῶς αὐτοῦ; ὡς γὰρ ἀχώριστον τοῦ πυρὸς τὸ φωτίζειν, οὕτω καὶ τοῦ πατρὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενον φῶς. *Si lumen eſt de Lumine, de Patre, Filius, quando non fuit in Patre Lumen ejus? Quemadmodum enim ſplendor ab igne ſeparari non poteſt, ita nec à Patre ex eo genitum Lumen.*

γ. Ἐνεργητικῶς. De variis hujus Luminis cœleſtis effectis frequenter loquuntur Patres. Theophylactus in cap. I. Joh. pag. 560: Φῶς ὁ εὐαγγελιστὴς ὀνομάζει τὸν Κύριον, οὐ τοιοῦτον αἰσθητὸν, ἀλλὰ νοητὸν, τὴν ψυχὴν φωτίζον αὐτήν. *Lucem Evangeliſta nominat Dominum, non aliquam ſenſibilem, ſed ſpiritualem, quæ ipſam animam illuſtret.* Idem, in cap. XII. Joh. pag. 748: Φῶς ὁ υἱὸς, διά τε τὸ πλάνης ἀπαλλάττειν, καὶ τὸ νοητὸν σκότος λύειν, καὶ ὅτι ὥσπερ τὸ φῶς φανὲν, καὶ ἑαυτὸν δῆλον ποιεῖ, καὶ τὰ λοιπὰ ὁρατά. οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἐλθὼν καὶ φανεὶς ἡμῖν, ἑαυτὸν ἐγνώρισε καὶ τὸν πατέρα, καὶ πάσῃ γνώσει τὰς καρδίας τῶν παραδεξαμένων αὐτὸν ἐφώτισε. *Lux eſt Filius, & quia ab errore liberat, & quia diſcutit ſpiritales tenebras. Et ſicut lux quæ apparuerit, & ſe manifeſtam facit, ac cætera viſibilia: ita & Filius, qui venit & apparuit nobis, ſe ipſum notum reddidit ac Patrem, & omni ſcientia corda ſuſcipientium ſe illuſtravit.* In appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139: Φῶς λέγεται, ὅτι ἡμᾶς τοὺς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους τῆς ἀγνωσίας, τοὺς αἰχμαλώτους καὶ ἀγνώμονας περιαστράψας τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως αὐτοῦ, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν πρῶτον καταυγάσας, ἐπέστρεψε πρὸς τὴν ἀληθινὴν γνῶσιν αὐτοῦ. *Lux dicitur, quia nos in tenebris & umbra mortis ignorantiæ ſedentes, captivos & ingratos, circumfulſit lumine cognitionis ſuæ, & mentem noſtram priùs illuminavit, noſque ad veram ipſius cognitionem convertit.* Hanc ob cauſſam Cæſarius, quæſt. II. pag. 10. Chriſtum vocat ἄϋλον καὶ ἀνύκτερον φῶς, τὸ πάσης νοερᾶς τε καὶ λογικῆς φύσεως φωτιστικόν, *lumen à materia & caligine ſecretum, quod omnem intelligentem & rationalem naturam illuminat.* Ammonius ad v. 5. cap. IX. Joh. in Catena, pag. 249: Φῶς ἑαυτὸν εἶπεν, ὡς φωτίζων τὰς τῶν πιστῶν ψυχὰς, καὶ ὅτι ἔμελλεν ἀνοῖξαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ. *Lucem ſemetipſum appellavit, eò quòd fidelium animas illuminet, & quia cæci nati oculos aperturus eſſet.* Chryſoſtomus ibid. in cap. XII. pag. 327: Φῶς ἑαυτὸν ἐκάλεσε, διὰ τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλάττειν, καὶ νοητὸν λύειν σκότος. *Lucem ſe ipſum appellat, eò quòd errores pellat, & intellectus tenebras diſſipet.* Baſil. Cæſarienſis lib. I. contra Eunomium, pag. 14: Φῶς ἑαυτὸν τοῦ κόσμου λέγει, ὡς τῇ λαμπρότητι τῆς γνώσεως τοὺς κεκαθαρμένους τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς καταυγάζων. *Lucem mundi ſe ipſum dicit, ut qui ſplendore cognitionis eos, qui animi oculos purgatos habent, illuminat.* Greg. Nyſſenus Orat. X. contra Eunomium, t. II. pag. 673: Chriſtus vocatur φῶς, ὅταν ἐξαφανίζῃ τῆς ἀγνοίας τὸν ζόφον, *cum ignorantiæ caliginem diſcutit.*

3. *SS. Trinitas.* Chryſoſtomus, Homil. CXVIII. t. V. pag. 762: Ἔστιν ὁ θεὸς ἡμῖν φῶς, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὁ ἐξ αὐτοῦ πρὸ αἰώνων ἀπαθῶς γεννηθεὶς, φῶς λέγεται, καὶ τὸ ἅγιον καὶ ὁμοούσιον, καὶ ζωαρχικὸν πνεῦμα, φῶς. Φῶς καὶ φῶς, καὶ φῶς, ἀλλ' ἓν φῶς. - - - ὁ θεὸς φύσει τρισυπόστατον φῶς. *Deus nobis eſt lumen, & Verbum ejus, ante ſecula ex ipſo citra paſſionem genitum, lumen dicitur: & ſanctus, & coëſſentialis atque vitæ autor principalis ſpiritus lumen eſt: lumen, & lumen, & lumen, ſed unum*

Digitized by Google

unum lumen. --- *DEUS eſt lumen naturâ in tribus perſonis ſubſiſtens.* His gemina habet Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 594. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ υἱός· ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Πατήρ· ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ ἄλλος παράκλητος· ἦν, καὶ ἦν, καὶ ἦν· ἀλλ᾽ ἓν ἦν· φῶς, καὶ φῶς, καὶ φῶς, ἀλλ᾽ ἓν φῶς, εἷς Θεός. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, Filius: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, Pater: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, alius Paracletus: erat, & erat, & erat: ſed unum erat. Lux, & lux, & lux; ſed lux una, Deus unus.* Cæſarius, quæſt. III. pag. 14. SS. Trinitatem vocat φῶς ὑπέρχρονον, προαιώνιον, ἄναρχον, τριπρόσωπον, τρισυπόστατον, τριδέσποτον, τρίθρονον, τριλαμπὲς, τριαυγὲς, ἰσολαμπὲς, ἀναλλοίωτον, ἀχώριστον, ἀμείωτον, ἀνύχωρον, ἀλώβητον, μίαν οὐσίαν, &c. *Lucem exſuperantem tempus, ante ſecula exiſtentem, principii expertem, tres habentem perſonas, & tres hypoſtaſes, tres Dominos, tres thronos, tripliciter ſplendentem, tripliciter effulgentem, eodem modo ſplendentem, immutabilem, inviolam, integram, caliginis expertem, illæſam, unam eſſentiam,* &c. Athanaſius, t. I. pag. 237. & quæſt. LXXI. ad Antiochum, t. II. pag. 359. Τρισήλιον τῆς ἁγίας Τριάδος φῶς. *Trigeminum ſanctæ Trinitatis Sol, trigeminum lumen.*

4. *Angeli.* Greg. Nazianzenus, Orat. XL. pag. 639. poſtquam dixiſſet, Deum eſſe φῶς τὸ ἀκρότατον, ſubjicit: Δεύτερον φῶς ἄγγελος, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπορροή τις ἢ μετουσία, τῇ πρὸς αὐτὸ νεύσει καὶ ὑπουργίᾳ τὸν φωτισμὸν ἔχουσα. *Secundum lumen eſt Angelus, primi illius luminis veluti rivulus quidam aut participatio, per propenſionem ad illud, ac miniſterium illuminationem habens.* Et Orat. XLIII. pag. 698. eodem modo, poſtquam de SS. Trinitate fuiſſet locutus: Φῶτα δεύτερα, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπαυγάσματα, αἱ περὶ αὐτὸν δυνάμεις, καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα. *Secunda lumina, primique luminis radii, virtutes ipſum circumſtantes, atque adminiſtri ſpiritus.* Hinc idem, Orat. XXXVIII. pag. 617. Angelos vocat λαμπρότητας δευτέρας, λειτουργοὺς τῆς πρώτης λαμπρότητος, *ſecundos ſplendores, primi ſplendoris adminiſtres.* Et Orat. XLII. pag. 676. τὴν πρώτην φωτεινὴν φύσιν μετὰ τὴν πρώτην, *primam lucidam naturam poſt primam,* quæ Deus. Damaſcenus, Orthod. fidei lib. II. cap. III. pag. 69. Angelos vocat φῶτα δεύτερα νοερὰ, ἐκ τοῦ πρώτου καὶ ἀνάρχου φωτὸς τὸν φωτισμὸν ἔχοντα, *ſecunda lumina intellectualia, ex primo & principio carente lumine illuminationem habentia.* Dionyſius Areopagita cap. II. de div. Nominibus, Angelos vocat ὑπερουράνια φῶτα, *ſupercæleſtia lumina.*

4. *Doctrina verbi cæleſtis,* per quam vera lux θεογνωσίας in mentibus hominum accenditur, & via ſalutis luculenter demonſtratur. Greg. Nyſſenus, Orat. XII. contra Eunomium, t. II. pag. 714. Τὸ ἡλιακὸν φῶς ὄψεώς ἐστι διακριτικόν. ὁ δὲ τῆς διδασκαλίας τῶν μαθητῶν λόγος, ταῖς ψυχαῖς τὸν φωτισμὸν τῆς ἀληθείας ἐντίθησι. *Solaris lux, viſus eſt diſcretiva: ſermo autem doctrina diſcipulorum animis veritatis illuſtrationem immittit.* Hoc ſenſu accipitur Matth. V. v. 16. Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν. *Luceat lux veſtra.* Ad quæ Macarius, Homil. I. pag. 7. Ἀντὶ τοῦ, μὴ κρύψατε τὸ δῶρον ὃ ἐλάβετε, παρ᾽ ἐμοῦ, ἀλλὰ δότε πᾶσι τοῖς βουλομένοις. *Hoc eſt, Ne occultetis donum, quod à me accepiſtis, ſed impertimini omnibus volentibus.* Hinc Theophylactus ad eundem locum, pag. 28. ſcribit, Apoſtolos doctrinâ ſuâ illuſtrâſſe οὐχ ἓν ἔθνος ἕν, ἀλλὰ τὸν κόσμον, *non unam gentem, ſed mundum.* Et Theodoretus ad v. 105. Pſal. CXIX. pag. 898. dicit Apoſtolus, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς μεταλαχόντας, πάντας ἀνθρώπους φωτίσαι διὰ τῆς αὐτῶν διδαχῆς, *veræ lucis participes factos, omnes homines doctrinâ ſuâ illuſtrâſſe.*

9. *Apoſtoli & fideles Eccleſiæ Miniſtri.* Macarius Homil. I. pag. 8. Ὥσπερ τοῦ σώματος οἱ ὀφθαλμοὶ φῶς εἰσι, καὶ ὅταν οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγιεῖς ὦσιν, ὅλον τὸ σῶμα πεφώτισται· ὅταν δὲ παρεμπέσῃ τι καὶ σκοτιάσωσιν, ὅλον τὸ σῶμα σκοτεινόν ἐστιν· οὕτως οἱ ἀπόστολοι ὀφθαλμοὶ καὶ φῶς ὅλου τοῦ κόσμου ἐτέθησαν· --- Φῶς οὖν γενόμενοι οἱ ἀπόστολοι, φῶς διηκόνησαν τοῖς πιστεύσασι, τὰς δὲ καρδίας αὐτῶν φωτίσαντες τῷ ἐπουρανίῳ τοῦ Πνεύματος φωτὶ, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ πεφωτισμένοι ἐτύγχανον. *Quemadmodum oculi ſunt lumen corporis, qui ſi ſani fuerint, totum corpus lucidum eſt: ſi vero quidpiam incidat ut obtenebreſcant, univerſum corpus tenebroſum eſt: ſic & Apoſtoli conſtituti ſunt velut oculi & lumen totius mundi.* --- *Cùm ergo lux eſſent Apoſtoli, lucem adminiſtraverunt credentibus, & eorum corda illuminaverunt cæleſti lumine Spiritûs, quo & ipſi erant illuminati.* Iſidorus Peluſiota epiſt. XXXII. lib. I. pag. 10. Ἅπτει λύχνον ὁ Θεὸς ἱερέα, καὶ τίθησιν ἐπὶ λυχνίας τῆς ἑαυτοῦ φωτοφόρου καθέδρας, ἵν᾽ ἐξαστράπτῃ φωτισμὸν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ δογμάτων καὶ πράξεων, σκότους ἀπηλλαγμένων, ὅπως ὁρῶντες οἱ λαοὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς ζωτικῆς λαμπηδόνος, πρὸς ἐκείνας εὐθύνωνται, καὶ τὸν Πατέρα τῶν φώτων δοξάζωσι. *DEUS lucernam, hoc eſt, Sacerdotem, accendit, atque candelabro imponit, hoc eſt, ſuæ lucem ferenti cathedræ: ut & dogmatum & actionum ab omni caligine liberarum, ſplendorem Eccleſiæ, fulgetræ inſtar, afferat: quo nimirum plebs vivifici fulgoris radios ſpectans, ad eos ſeſe dirigat, Patrisque luminum gloriam prædicet.* Quamvis autem Apoſtoli Matth. V. v. 14. vocentur τὸ φῶς τοῦ κόσμου, non tamen eo ſenſu ac gradu ſunt *lux mundi,* quo Chriſtus dicitur τὸ φῶς, *vera illa lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum:* hoc enim ſenſu ipſe Johannes Baptiſta, *major omnibus natis ex mulieribus,* negatur eſſe *Lux,* Joh. I. v. 8. ſed quia ſunt λύχνοι καιόμενοι καὶ φαίνοντες, *lucernæ ardentes & lucentes,* Joh. V. v. 35. ſunt luminaria illuminata & illuminantia, à vera illa Luce illuminata & accenſa, ut lucem doctrinæ ſpargant, eaque mundi tenebras illuminent. Theophylactus, in cap. I. Joh. pag. 562. de Johanne Baptiſta: Ἐάν σε ἐρωτᾷ τις, ἆρα ὁ Ἰωάννης φῶς ἐστι; κατάνευσον. Εἰ δὲ οὕτως ἐρωτήσει. Ἆρα ὁ Ἰωάννης τὸ φῶς ἐστιν; εἰπὲ, οὔ. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτὸς τὸ φῶς κυρίως· ἀλλὰ φῶς κατὰ μετοχὴν, ἔχον τὴν λάμψιν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. *Si quis tibi dixerit, Eſtne Johannes* lux *? annue. Si autem interrogaris, Numquid Johannes* lux illa *eſt? dic, non. Non enim ipſe propriè lux eſt, ſed lux per participationem, habens fulgorem à vera luce.* Cyrillus Alex. de eodem, Catenâ in cap. I. Joh. pag. 22. Φῶς καὶ αὐτὸς, δηλονότι κατὰ μετοχὴν, ὡς πάντες οἱ ἅγιοι. *Ipſe quoque lux erat, videlicet per participationem, ſicut etiam omnes ſancti.* Ammonius ibidem: Οἱ ἅγιοι χάριτι ἔσχον τὸν φωτισμὸν, *ſancti per gratiam illuminationem acceperunt.* Confer numerum ſequentem.

7. *Chriſtiani & fideles omnes.* Chryſoſtomus Homil. LII. in Joh. pag. 772. Διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης

εἶναι βούλεται τὸν χριστιανόν. Τί δέ ἐστι τὸ φῶς; βίος λάμπων, μηδὲν ἔχων ἐσκοτισμένον· τὸ φῶς οὐχ ἑαυτῷ χρήσιμον, ἀλλ' εἰς ἑτέρους ἐπιδείκνυται τὴν ὠφέλειαν· οὕτως οὐ τὴν ἑαυτῶν ὠφέλειαν ἀπαιτούμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑτέρων. *Doctorem orbis Chriſtus vult Chriſtianum eſſe. Quid verò eſt lux? Vita fulgens & à tenebris immunis. Lux non ſibi ipſi utilis eſt, ſed aliis utilitatem confert. Ita non tantùm à nobis requiritur, ut nobis ipſis, ſed etiam aliis utiles ſimus. Fideles*; ut loquitur Chryſoſtomus, Homil. CXVIII. t. V. pag. 762. *ſunt* φῶς κατὰ μετουσίαν ἐκείνου, *lumen per participationem illius*, nempe lucis cœleſtis, ipſius Dei. Greg. Nazianzenus, Orat. XL. pag 639. Φῶς παρ' ἡμῖν οἱ θεοειδέστεροι, καὶ μᾶλλον Θεῷ πλησιάζοντες. *Lumen apud nos illi, qui Deo ſimiliores ſunt, propiùsque ad Deum accedunt.* Cyrillus Alex. Catenâ in cap. I. Joh. pag 23. Κατὰ μετοχὴν ἡ κτίσις, καὶ καλεῖται διὰ τοῦτο, καὶ γίνεται φῶς, εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀναβαίνουσα, διὰ τὴν τοῦ δοξάζοντος χάριν· οὕτω ἄγγελοι φῶτα, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι, κατὰ μετοχὴν δηλονότι. *Creatura per participationem* eſt lux, *quæ etiam ratione & vocatur, & fit lux, dum Dei ſic illam honorantis gratiâ, naturæ ſuæ fines tranſcendit. Hoc modo Angeli, & omnes ſancti, per participationem videlicet, lumina ſunt.* Chryſoſtomus, Homil. XLVI. t. V. pag. 305. Οὐχ ἑαυτῷ χρήσιμον εἶναι χρὴ μόνον τὸν χριστιανὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς. Τοῦτο ἐδήλωσεν ὁ Χριστὸς, ἅλας ὑμᾶς καὶ ζύμην καλέσας, καὶ φῶς. Ταῦτα δὲ ἑτέροις ἐστὶ χρήσιμα καὶ λυσιτελῆ. Καὶ γὰρ ὁ λύχνος οὐχ ἑαυτῷ φαίνει, ἀλλὰ τοῖς ἐν σκότει καθημένοις. Καὶ σὺ λύχνος εἶ, οὐχ ἵνα τοῦ φωτὸς ἀπολαύσῃς μόνος, ἀλλ' ἵνα τὸν πεπλανημένον ἐπαναγάγῃς. Τί γὰρ ὄφελος λύχνου, ὅταν μὴ φαίνῃ τῷ ἐν τῷ σκότει καθημένῳ; Τί δὲ ὄφελος χριστιανοῦ, ὅταν μηδένα κερδάνῃ, μηδὲ πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγάγῃ; *Non ſibi ipſi ſolùm utilem eſſe oportet Chriſtianum, ſed etiam multis. Illud declaravit Chriſtus, cùm ſalem vos, & fermentum vocâſſet, & lumen. Hæc verò aliis utilia ſunt & commoda. Etenim lucerna non ſibi ipſi lucet, ſed in tenebris ſedentibus. Etiam tu lucerna es, non ut ſolus lumine utaris, ſed ut errantem reducas. Quæ enim utilitas lucernæ, ſi non luceat in tenebris ſedenti? quæ etiam utilitas Chriſtiani, ſi nullum lucretur, nec ad virtutem traducat?* Hinc fideles vocantur υἱοὶ φωτός. Vide in Υἱὸς, num. I. 9.

8. *Bona opera.* Ad Rom. XIII. v. 12. *bona opera* vocantur τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, *arma lucis. Arma* quidem, quia juſti & boni bonis operibus adverſus peccatum & diabolum, quaſi armis, utuntur: hiſce enim defenditur homo contra inſultus ſatanæ, qui, quando hominem in bono occupatum invenit, re infectâ diſcedere cogitur. *Arma lucis* vocantur, quia à Deo ſumma Luce originem ducunt, & ab homine à Spiritu ſancto illuminato peraguntur, & ad lucem verbi divini, tanquam ad normam certiſſimam, exiguntur, & lucis internæ, quæ fides in Chriſtum eſt, ſunt quaſi radii & teſtimonia, Matth. V. v. 16. & in luce aperta fieri amant, Joh. III. v. 21. ubi Origenes, Catenâ in Joh. pag. 102. Πρὸς φῶς ἔρχεται πᾶς ὁ κατ' ἀρετὴν πράττων. *Ad lucem venit omnis, qui ex virtute vitam inſtituit.* Confer, quæ habes in voce Ὅπλον, num. I. Huc faciunt illa Chryſoſtomi, Hom. CXVIII. t. V. pag. 762. Δεξαμένη ἡ ψυχὴ τὸν ἀληθείας τὸν φωτεινὸν λόγον, καὶ αὐτὴ φῶς ἀποτελεῖται καὶ ἀκούει παρὰ τοῦ Παύλου· Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. Ὅταν οὖν δέξηται ἡ διάνοια τὸ φῶς τὸ εὐαγγελικὸν, καὶ κατὰ τὴν πίστιν φῶς ὀνομάζεται, ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὰ ἔργα. Λαμψάτω γὰρ, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν, &c. Ἀνάγκη γὰρ τὸν δεξάμενον φῶς πίστεως, ἐλθεῖν καὶ εἰς ἔργα φωτός. Οὐ μόνον δὲ εἶναι δεῖ τῷ πιστῷ τὴν ψυχὴν φῶς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ ἔργα λάμπειν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σωτήρ φησι· λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Ποῖον φῶς; ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, &c. Καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν. Τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φῶς ἁπλοῦν ἐστιν· ἀκτῖνας δὲ διαφόρους ἔχει οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ ταῖς ἐνεργείαις· — μία ἐστὶν ἡ λαμπρότης, ἀλλ' ἐρχομένη πρὸς ἡμᾶς πολλὰς λαμπρότητας ἀποτελεῖ, λαμπρότητα ἐλεημοσύνης, λαμπρότητα σωφροσύνης, λαμπρότητα φιλοξενίας, λαμπρότητα φιλοστοργίας. *Poſtquam anima lucidum veritatis verbum ſuſceperit, lux ipſa quoque redditur, & audit à Paulo:* Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. *Cùm autem lucem Evangelicam mens receperit, ratione fidei lux etiam nominatur, eodemque modo ratione operum.* Luceat *enim, inquit*, lux veſtra, *&c. Neceſſe namque eſt eum, qui fidei lucem receperit, ad opera quoque lucis progredi. Neque verò lucem tantùm eſſe oportet fidelis animam, ſed & per opera coram hominibus lucere.* Luceat enim, *inquit Salvator*, lux veſtra coram hominibus. *Qualis lux?* Ut videant bona opera veſtra, &c. *Ac vide rem mirabilem: Lux quidem à DEO procedens ſimplex eſt, ſed radios habet differentes, non naturâ, ſed operationibus. Unus eſt ſplendor, ſed veniens ad nos, multos ſplendores efficit; ſplendorem eleemoſynæ, ſplendorem caſtitatis, ſplendorem hoſpitalitatis, ſplendorem fraterni amoris.* Vide ibidem plura alia.

9. *Apertus & manifeſtus rerum ſtatus.* Notabilia ſunt verba Chriſti Joh. III. v. 20. Πᾶς φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, *Omnis qui malè agit, odit lucem*, &c. Omnium nempe impiorum natura & ingenium eſt, ut, dum pravis operibus intenti ſunt, in abſcondito iſta facere ſoleant, ne in publicam hominum notitiam & judicium incurrentes, admiſſorum malorum pœnas luant. Origenes ad hunc locum, in Catena in Joh. pag. 102. Ὁ φαῦλος, ἐνεργῶν τὴν κακίαν, παραιτεῖται φωτὶ συνεῖναι. *Improbus, cùm malè agit, luci ſe ſubtrahit.* Seneca epiſtolâ CXXII. pag. 803. *Gravis malæ conſcientiæ lux eſt.* Et Bernhardus de Conſiderat. lib. V. *Et turpium ſanè Deus eſt: lux eſt enim: & quid tam inviſum obſcænis flagitioſiſque mentibus?* Siquidem, ut Apoſtolus ad Epheſios V. v. 12. 13. Τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν. *Turpe eſt ac pudendum etiam profari illa, quæ in occulto iſti perpetrant.* Τὰ δὲ πάντα, ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς, φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. *Omnia autem manifeſta fiunt, cùm in lucem protracta ab eadem arguuntur. Etenim lux eſt, quæ res omnes conſpicuas facit.* Ita enim Cl. Gatakerus interpretatur, ut τὸ φανερούμενον ſignificatum tranſeuntem habeat, & πᾶν eidem in regimine ſubſtituatur.

10. *Bonitas, favor, benevolentia*, &c. Sic Pſ. IV. v. 7. φῶς, juxta Theodoretum, denotat παραψυχὴν, *conſolationem*: Juxta Chryſoſtomum, in eundem Pſalmum, τὴν ἀντίληψιν, τὴν κηδεμονίαν, τὴν συμμαχίαν, τὴν προνοίαν, *defenſionem, curam, auxilium, conſilium.*

11. *Gaudium.* Heſychius: Φῶς, τὸ ἡμέριον, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργηθὲν, καὶ τὸ πῦρ, καὶ ἡ χαρά. Clariſſimus Heinſius, in cap. XIV. Marci, pro, καὶ ἡ χαρὰ, ſcribendum dicit, καὶ ἡ ἐσχάρα, id eſt, *focus*. At hæc conjectura, imò corruptela, jam pridem à viris doctis eſt exploſa. Et verò ipſe Heſychius eam refutat, quando alio in loco ſcribit, φόως, φῶς, χαρὰ, σωτηρία. Ita χαρὰν & σωτηρίαν denotat Pſal. CXII. v. 4. Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς ἔθνεσιν. *Exortum eſt in tenebris lumen gentibus.* Ubi Theodoretus, pag. 857. Σκότος ποτὲ μὲν τὴν ἀγνω-

ἄγνοιαν, ποτὲ δὲ τὰς συμφορὰς ὀνομάζει, καὶ φῶς δὲ ὡσαύτως νῦν μὲν τὴν γνῶσιν, νῦν δὲ τῶν κακῶν τὴν ἀπαλλαγὴν προσαγορεύει. Tenebras *modo quidem ignorantiam, modò verò calamitates nominat: & lumen ſimiliter, nunc quidem cognitionem, nunc verò à malis liberationem appellat:* quæ certè liberatio gaudium gignit. Confer Jobi XVIII. v. 5. Pſ. XCVII. v. 11. & CXII. v. 4. Jeſ. XXX. v. 26. Nec ſolùm apud Autores ſacros id vox hæc ſignificat, verum etiam apud ipſum Homerum. Ut Il. ζ'. v. 5.

Αἴας δὲ πρῶτος Τελαμώνιος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
Τρώων ῥῆξε φάλαγγα, φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν.
Ajax autem primus Telamonius, ſeptum Achivorum,
Trojanorum rupit agmen, lumenque ſociis attulit.

Hic Euſtathius φόως *victoriam* interpretatur: Φόως, τὴν νίκην φησί. Vetus verò Scholiaſtes *lætitiam & ſalutem*: φόως, φῶς, χαρὰν, σωτηρίαν. Et Il. θ'. v. 282.

Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι.
Jaculare ſic, ſi fortè aliquod lumen Danais fias.

Hic quoque Euſtathius pro *victoria* ſumit: Φῶς δὲ κἀνταῦθα τὴν νίκην λέγει. Vetus verò Scholiaſtes: φόως, φῶς, σωτηρία. *Salus.*

12. *Baptiſmus.* Pachymeres in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de Eccl. Hierarch. pag. 272. Ἐν τῷ γεννηθῆναι διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὰ θεῖα ἀπολαβεῖν φῶτα. *Ubi per Baptiſmum renaſcuntur, & divina lumina accipiunt.* Hinc dies Baptiſmi Chriſti vocatur ἡμέρα τῶν φώτων, *dies luminum*, à Greg. Nazianzeno, Orat. XXXIX. ſtatim poſt initium, pag. 624. ubi hæc: Ἡ ἁγία τῶν φώτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφίγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τὸ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ βάπτισμα λαμβάνει, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. *Sanctus Luminum dies, ad quem pervenimus, quemque hodie divino beneficio celebravimus, pro principio quidem, Chriſti mei, hoc eſt, veræ lucis, omnem hominem in mundum venientem illuminantis, Baptiſmum habet.* Ipſius Orationis titulus eſt: Εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος. Nicetas ad hæc: *Baptiſmus Luminum nomine appellatur, quod purget & illuſtret. Quo etiam fit, ut faces eo tempore in lætitiæ ſignum accendamus. Ac principium quidem & cauſſa hujus feſti, Baptiſmus Chriſti eſt.* Id ſatis etiam perſpicuum ex titulo Orationis Greg. Nyſſeni in Baptiſmum Chriſti, t. III. pag. 366. qui talis eſt: Εἰς τὴν ἡμέραν τῶν φώτων, ἐν ᾗ ἐβαπτίσθη ὁ Κύριος ἡμῶν. *In diem Luminum, in quo baptizatus eſt Dominus noſter.* Pantoleon hoc feſtum vocat τὰ ἅγια φῶτα, *ſancta Lumina.* Typicum: Εἴδησις τοῦ ἁγιασμοῦ τῇ παραμονῇ τῶν ἁγίων φώτων. *Notitia benedictionis, quæ fit in vigilia ſanctorum Luminum.* Cedrenus in Romano Læcapeno, pag. 509. Ῥωμανὸς δὲ ταινιωθεὶς τῷ βασιλικῷ διαδήματι, στέφει κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῶν ἁγίων φώτων καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύζυγον Θεοδώραν. *Coronatus autem Romanus, ipſo eodem die Luminum*, Epiphaniæ ſcilicet, *uxorem quoque ſuam Theodoram coronat.* Xylander in Notis ad hunc locum: *Diem ſacrorum Luminum puto eſſe, quem aliàs purificationis Mariæ vocant,* Liechtmeß. Pamelius in epiſt. XXXIV. Cypriani, num. XIII. pag. 65. *Feſtum etiam, quod hodie* Purificationis, *olim, teſte Beda,* ὑπαπαντὴ *dicebatur, celebrat Homiliâ de Luminibus ſive ſecundis Epiphaniis D. Gregorius Nazianzenus.* Eadem aliorum etiam eſt ſententia. Sed nihil minus. *Purificatio* enim *Virginis*, Græcis ὑπαντὴ, ſive ὑπαπαντὴ, *Occurſus*, ut docemus in Ὑπαντὴ, ſecundo Februarii die celebratur: *Baptiſmi* verò *Chriſti feſtum* ſexto Januarii, tam apud Græcos, quàm Latinos celebratur. Id etiam maximè patet ex laudata Nazianzeni Oratione, in qua de Purificatione nullum omnino verbum facit, ſed de Baptiſmo duntaxat loquitur, atque etiam diſertis verbis ſub hujuſce Orationis initium, ut vidimus. *diem hunc Luminum pro principio Chriſti Baptiſmum accipere* ait.

II. *Proprietates.* De iis pauciſſima. Lux eſt optima, utiliſſima & ſuaviſſima. Theodoretus, quæſt. VII. in Geneſin, pag 7. Τὸ φῶς πρὸς ἐργασίαν τε καὶ φιλοπονίαν συνεργεῖ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὑποδείκνυσι τὰ ὁρώμενα, καὶ τὸν τούτων ποιητὴν ὑμνεῖσθαι παρασκευάζει. *Lux hominum operibus & laboribus confert, & apparere facit ea quæ videntur, excitatque ad horum creatorem laudandum.* Greg. Nyſſenus Orat. IX. contra Eunomium, t. II. pag. 669. Τὸ φῶς λύει τὸν ἐκκρατοῦντα (lego ; ἐπικρατοῦντα) ζόφον. *Lux caliginem prævalentem diſſipat.* Dracontius in Hexaëmeron, ſtatim poſt initium, pag. 351.

Lux jubar æthereum, lux noctis limes & umbræ,
Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,
Lux genitus factùsque calor, lux gratia Solis,
Lux decus aſtrorum, lux aurea cornua Lunæ,
Lux fulgor cæli, lux & primordia mundi,
Lux ſplendor flammæ, lux magni temporis index,
Lux honor agricolis, requies lux omnibus ægris, &c.

In verſu tertio, pro, *Calor*, potiùs legendum, *Color*: ut apud Prudentium, Hymno II. pag. 42.

Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa Solis ſpiculo,
Rebusque jam color redit,
Vultu nitentis ſideris.

Ambroſius lib. I. in Hexaëm. cap IX. *Qui ædificium aliquod dignum habitaculo patriſfamiliâs ſtruere deſiderat, antequam fundamenta ponat, unde lucem ei infundat, explorat: & ea prima eſt gratia, quæ ſi deſit, tota domus deformi horret incultu. Lux eſt, quæ reliquos domus commendat ornatus.* Hinc illud veterum Græcorum, accenſo lumine, aut in menſas allato: Φῶς ἀγαθόν! Cœl. Rhodig. lib. XV. Ant. Lect. XV. Baſilius Seleucienſis, Orat. I. pag. 3. Ἀλλὰ γὰρ ὥσπερ οἶκον τέως ἀκόσμητον, παραγαγὼν ὁ Θεὸς τὸ σῶμα τῆς κτίσεως, μετὰ τοῦτο προσάγει τὴν διακόσμησιν, τῷ τοῦ μεγέθους θαύματι κάλλος ἀνάλογον μηχανώμενος. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν ζωγράφων παῖδες προλευκαίνοντες τοὺς τοίχους, τὰ τῶν χρωμάτων ἄνθη διὰ τῆς τέχνης φυτεύουσιν· οὕτως ὁ δημιουργὸς πρὸς τὴν τοῦ κόσμου διακόσμησιν ἐπειγόμενος, φωτὶ πρῶτον λευκαίνει τοὺς τοίχους τῆς κτίσεως· Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς. *Etenim producto mundi corpore veluti domicilio hactenus inornato, Deus poſtea inducit ornamentum, parem cum magnitudinis miraculo pulchritudinem machinatus. Nam uti pictores antè parietes colorum floribus arte conſerunt: ita Creator adornatum mundi properans, luce primùm mundi parietes dealbat. Siquidem* dixit Deus, *inquit Moſes*, Fiat lux.

Φωταγωγικόν.

Φωταγωγὸς, *lucem adducens*, vel *afferens*. Heſychius: Φωταγωγὸς, ὁ τὸ φῶς φέρων. Apud Theodoretum Θεραπευτ. ſerm. X. Apoſtoli vocantur ξεναγοὶ, καὶ ποδηγοὶ, καὶ φωταγωγοὶ, *hoſpites, & duces, lucíque miniſtri.* Φωταγωγία eſt *illuminatio.* Idem Theodoretus, ibid. ſerm. I. de infidelibus Græcis ſcribit: ἔχουσι δὲ οἶμαι ἀμηγέπη ξυγγνώμην, οὔτε προφητικῆς δᾳδουχίας, οὔτε ἀποστολικῆς ἀπολαύσαντες φωταγωγίας, μόνην δὲ τὴν φύσιν ποδηγὸν ἐσχηκότες. *Digni ſunt autem, ut mihi quidem videtur, aliqua venia; cùm neque Prophetarum neque Apoſtolorum prævio lumine ducti fuerint, ſed natura tantùm duce uſi ſint.* Φωταγωγέω, *illumino, in rebus divinis inſtituo.* Ite-

rum Theodoretus, Θεραπευτ. ſerm. IV. ſub finem: Ὑπὸ τῆς ἀληθείας φωταγωγούμενοι. *A veritate illuminati, inſtituti, edocti.* Ammonius in Catena in cap. I. Joh. pag. 19. Ἡ σάρκωσις τοῦ μονογενοῦς φωταγωγεῖ τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν, καὶ πρὸς πᾶν εἶδος ἀρετῆς. *Incarnatio unigeniti hominibus facem præfert ad veram Dei cognitionem, & ad omne genus virtutum.* Hinc jam φωταγωγικὸς, quod Lexica omittunt, *illuminandi vim habens.* φωταγωγικὴ τάξις apud Dionyſium Areopagitam, Eccl. Hierarch. cap. I. num. VI. pag. 309. Τῶν ἱερέων φωταγωγικὴ τάξις. *Sacerdotum ordo illuminatorius.* Sic autem vocat ordinem ſacerdotum, quos oportet concionibus populum illuminare, ignorantiam depellendo, & per virtutes viam ad cœlum ipſis oſtendendo. φωταγωγικὰ verò ſunt *preces pro illuminatione*: Meurſius φωταγωγάρια appellat: qua autoritate, neſcio: ego certè in Typico, in Paracleticis, in Menologio & Triodio ſemper lego φωταγωγικόν. φωταγωγικὰ ex Horologio Græcorum exhibet idem Cl. Meurſius, quæ iiſdem verbis leguntur in Paracleticis, & in Triodio: eo tantùm diſcrimine, quod, in gratiam Lectoris, notamus. Meurſius ex Horologio ita proponit:

Λέγε τὰ φωταγωγάρια ταῦτα κατὰ ὀκτώηχον.

Ὁ τὸ φῶς ἀνατέλλων Κύριε, τὴν ψυχήν μου καθάρισον ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. Paracletice & Triodium addunt: Πρεσβείαις τῶν ἀσωμάτων, καὶ σῶσόν με. ΗΧΟΣ Α.

Τὸ φῶς σου τὸ ἀΐδιον ἐξαπόστειλον Χριστὲ ὁ Θεὸς, καὶ φώτισον τὰ ὄμματα, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας μου. In dictis additur: Πρεσβείαις τῶν ἀσωμάτων, καὶ σῶσόν με. ΗΧΟΣ Β.

Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου Χριστὲ ὁ Θεὸς, καὶ φώτισον τὴν καρδίαν μου. In aliis additur: Πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, καὶ σῶσόν με. ΗΧΟΣ Γ.

Ὁ τὸ φῶς ἀνατέλλων τῷ κόσμῳ σου, τὴν ἐν σκότει ψυχήν μου ὑπάρχουσαν, ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καθάρισον. Additur in aliis: Πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, καὶ σῶσόν με. ΗΧΟΣ Δ.

Φωτοδότα Κύριε ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ φώτισον τὴν καρδίαν μου. Additur ut in præcedenti.

ΗΧΟΣ ΠΛΑΓΙΟΥ Α.

Φῶς κατάπεμψον ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ τὸ μέγα ἔλεος. Nihil additur.

Διέγειρόν με Κύριε πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν, καὶ δίδαξόν με ποιεῖν τὸ θέλημά σου ἅγιε. Additur ut in præcedentibus.

ΗΧΟΣ ΠΛΑΓΙΟΥ Β.

Φῶς ὑπάρχων Χριστὲ φώτισόν με ἐν σοί.

φωταγωγικὸν verò, non φωταγωγάριον dici, ex ſequentibus manifeſtum eſt. Typicum Sabæ cap. V. pag. 5. Τὸ φωταγωγικὸν, ὅτε ὑπάρχει ἀλληλούϊα. Menologium, menſe Martio, ſæpe habet, φωταγωγικὸν τοῦ ἤχου. Ita etiam Triodium.

Φωτεμβολέω.

Non habent Lexica. *Lucem immitto.* Clemens Alexandr. lib. V. Stromat. pag. 563. Ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο αἴνιγμα ἡ λυχνία ἡ χρυσῆ, τοῦ σημείου τοῦ Χριστοῦ, οὐ τῷ σχήματι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ φωτεμβολεῖν πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. *Habet autem aliud quoque ænigma aureum candelabrum, non figurâ ſolâ, ſed eo etiam modo, quòd lucem immittit multifariam multiſq; modis in eos, qui in ipſum credunt.*

Φωτίζω.

I. *In lucem profero, patefacio, manifeſto.* Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. X. pag. 130. Ὁ Κύριος διὰ Ἱερεμίου φωτίζει τοῖς πλανωμένοις τὴν ἀλήθειαν. Interpres: *Dominus per Jeremiam illuminat eos, qui à veritate aberrant.* Quaſi ἀλήθεια ad πλανωμένους, non ad φωτίζει referatur. Inſulsè profectò. Tu vertes: *Dominus per Jeremiam errantibus patefacit veritatem.* Ita in Epictetum Arrianus, I. 4. ἀλήθειαν φωτίζειν, *veritatem in lucem proferre*, dixit. Suidas: φωτίζειν, εἰς φῶς ἄγειν. *In lucem producere, proferre.* Et addit: φωτίζειν τὸ καλὰ τὴν ἐντολὴν ἀπόῤῥητον. *In lucem proferre & patefacere illud arcanum, quod ipſis mandatum fuerat.* Hoc etiam ſenſu ſumitur in N. Teſt. Sic I. Corinth. IV. v. 5. Ὁ Κύριος φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. *Dominus manifeſtabit, in lucem proferet abſcondita tenebrarum.* Hic Theodoretus φωτίζειν explicat per γυμνοῦν; *aperire.* Et Theophylactus per ἀποκαλύπτειν, *revelare.* Nec aliter II. Timoth. I. v. 10. φωτίσαντος ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου. *Qui in lucem produxit vitam & immortalitatem per Evangelium:* Ubi Oecumenius, pag. 769. φωτίσαντος exponit per φανερώσαντος, *qui manifeſtavit*: Theodoretus, προμηνύσαντος, *qui præſignificavit.* Suidas in πυρσεύς, ex Anonymo: Πῦρ ἐξάπτει. Καὶ πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ, ἐκφαίνω, καὶ ἀνάπτω, καὶ ἄνωθεν δεικνύω τὸ κάλλιστον. *Ignem accendit. Igne ſublato ſignum dat è ſpecula.* Et, *Tanquam accenſa face tibi ſalutem oſtendo. & facem accendo, & de ſuperiore loco quod pulcherrimum eſt oſtendo.* Vide ibidem plura.

II. *Metaphoricè* uſurpatur *de ſpirituali mentis illuminatione*, & ſignificat, *mentis oculos illumino, doceo.* Pſ. XIX. v. 9. *Præceptum Domini lucidum*, ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμοὺς, *illuminans oculos*, ſcil. mentis, hoc eſt, intellectum dans & cognitionem, tam divinæ voluntatis, quàm noſtræ corruptionis. Theodoretus ad hunc locum, pag. 468. Ἡ ἐντολὴ φωτίζει τῆς διανοίας τὸ ὀπτικὸν, διδάσκουσα τίς ἡ τῶν ὅλων θεραπεία Θεοῦ. *Præceptum internos mentis oculos illuminat, docens quomodo univerſitatis Deus colatur.* Huc quadrat, quòd Aquila Ponticus verbum Hebræum הורה *docuit, inſtituit*, verbo φωτίζειν aliquoties reddidit; ut Exodi IV. v. 12. LXX. habent, συμβιβάσω σε, *inſtruam te*; Symmachus, ὑποδείξω, *oſtendam*; Aquila verò, φωτίσω. Pſ. CXIX. v. 33. הורני, doce me, Symmachus, ut obſervat Theodoretus, reddit, ὑπόδειξον, *oſtende*: Aquila & Theodotio, φώτισον. Prov. IV. v. 4. LXX. ἐδίδασκόν με, *docebant me.* Aquila, ἐφώτιζόν με. Imò & ipſi LXX. verbum Hebr. הורה verbo φωτίζειν interpretati ſunt Judic. XIII. v. 8. II. Reg. XII. v. 2. cap. XVII. v. 27. 28. Sic Hebr. VI. v. 4. verbum φωτίζεσθαι, *illuminari*, pro, *edoceri & in Religione Chriſtiana inſtitui, lucem cœleſtis veritatis agnoſcere & percipere*, accipitur, ita ut φωτισθέντες, ſint *illuſtrati luce veritatis ac Evangelii.* Plerique tamen Patres Græci & Latini locum iſtum referunt *ad Baptiſmum.* Loca produximus in voce Ἀναβάπτισις, num. II. 1. ſub litera *b.* & in Ἀνασταυρόω, num. II. φωτίζω apud veteres ſignificat *per inſtitutionem Catecheticam ad Baptiſmum præparo*, & γάλα illud ἄδολον inſtillo. Can. XLVI. Concilii Laodiceni: Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους, τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. *Quòd oportet eos, qui ad Baptiſmum præparandi ſunt, fidem ediſcere, & quintâ feriâ hebdomadæ Epiſcopo aut Presbyteris renunciare.* Eadem repetit Can. LXXVIII. in Trullo. Ad quem Zonaras, pag. 190. Κελεύει τοὺς φωτιζομένους, ἤτοι τοὺς πρὸς τὸ φώτισμα ἑτοιμαζομένους καὶ κατηχουμένους, τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἑκάστης ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν, ἃ διὰ τῆς ἑβδομάδος ἔμαθον, τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. *Jubet*

Digitized by Google

bet eos, qui illuminantur, id eſt, eos qui ad Baptiſmum præparantur & initiantur, myſterium fidei ediſcere, & quinta cujusque hebdomadæ die Epiſcopo vel Presbyteris recitare, quæ tota hebdomade didicerunt. Ita etiam hoc verbum exponit S. Maximus in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarch. pag. 14. Τοὺς προσιόντας δεῖ πρῶτον καθαίρεσθαι τῇ διδασκαλίᾳ τῶν διαιρετικῶν τῆς ἁμαρτίας συμφύρσεων. Εἶτα φωτίζεσθαι τῇ γνώσει τῶν θεοπνεύστων γραφῶν τὰ περὶ θεογνωσίας δόγματα, καὶ τότε τελειοῦσθαι τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ. *Accedentes oportet primò purgari doctrinâ eorum, quæ diſſolvere queant peccati commixtiones: deinde illuminari per cognitionem à DEO inſpiratarum ſcripturarum in decretis de DEI cognitione, & tum perfici regenerationis lavacro.* Idem ibidem ad verba Dionyſii, τοὺς μὲν φωτίζεσθαι, hæc notat: Σημείωσαι ὅτι τὸ φώτισμα πρὸ τοῦ βαπτίσματός ἐστι. *Nota; quòd illuminatio, inſtitutio, præcedat Baptiſmum.* Athanaſius in Synopſi Scripturæ, t. II. p. 8. uſurpat pro *doceo, inſtituo:* ubi de Jojada regem Joas inſtituente, ἐφώτισεν αὐτόν, inſtituit, *docuit eum.* Ita etiam Conſtitut. Apoſt. lib. II. cap. V. pag. 827. Ἐπιμελοῦ τοῦ λόγου ἐπίσκοπε, ἵνα ᾖ δυνατόν σοι πάντα κατὰ λέξιν ἑρμηνεύειν, καὶ ἐν πολλῇ διδαχῇ πλουσίως τρέφῃς καὶ φωτίζῃς τὸν λαόν σου τῷ φωτισμῷ τοῦ νόμου. *Meditare verbum Epiſcope, ut poſſis omnia ad verbum interpretari, & ut multâ doctrinâ affatim nutrias & inſtituas populum tuum, eum docendo doctrinam legis.* Baſilius M. ſub initium Homil. XXXI. pag. 631. Τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς φωτισθέντες. *Mentis oculis illuminati.* Idem, Homil. XV. pag. 501. Τὸ Πνεῦμα πάντας φωτίζει πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν. *Spiritus omnes ad agnitionem Dei illuminat*, id eſt, oculos mentis illuminat, ut Deum agnoſcant.

III. Φωτίζω ſignificat *illumino lumine Baptiſmi, baptizo.* Chryſoſtomus Homil. XLVI. in Acta, pag. 867. narrat, quodam tempore Presbyteros Baptiſmum negligenter quibusvis adminiſtráſſe, nullo delectu habito. Τῶν πρεσβυτέρων οὐδεὶς ἐφρόντιζεν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἐποίησαν φωτισθῆναι ἀθρόον ἐν μιᾷ νυκτὶ μυριάδας πολλάς, καὶ ἁπλῶς ἐβαπτίζοντο πάντες, οὐδὲν εἰδότες. *Nullus Presbyterorum curabat* Baptiſmum, *ſed leviter atque imperitè baptizari curabant confertim una nocte multas myriades: & ſimpliciter omnes baptizabantur, nihil ſcientes.* Greg. Nazianzenus, Oratione XXXIX. p. 632. de Chriſti Baptiſmo: Χριστὸς φωτίζεται, συναστράψωμεν. Χριστὸς βαπτίζεται, συγκατέλθωμεν ἵνα καὶ συνανέλθωμεν. *Chriſtus Baptiſmi lumine illuminatur, ſimul illuſtremur. Chriſtus baptizatur, ſimul deſcendamus, ut ſimul etiam aſcendamus.* Jobius in Biblioth. Photii Cod. CCXXII. pag. 595. Οἱ φωτιζόμενοι, ἑπτὰ ἡμέρας λαμπροφοροῦσι. *Baptizati ſeptem diebus candidati incedunt.* Confer Λαμπροφορέω, num. II. Canon III. Concilii Laodiceni: Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προσφάτως φωτισθέντας, προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ. *Quòd non oportet eos, qui recèns ſunt baptizati, in ordinem ſacerdotalem promoveri.* Quos Canon vocat προσφάτως φωτισθέντας, eos Balſamon, in ejus expoſitione, pag. 830. interpretatur, προσφάτως βαπτισθέντας, *recenter baptizatos.* Chryſoſtomus Homil. II. in II. ad Timoth. p. 338. Μὴ λέγωμεν κακῶς τοὺς διδασκάλους, μηδὲ ἀκριβολογώμεθα περὶ τούτων, ἵνα μὴ κακῶς ἑαυτοῖς διαθῶμεν. Τὰ ἡμέτερα ἐξετάζωμεν, καὶ οὐδένα ἐρῶμεν κακῶς. Αἰδεσθῶμεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ᾽ ἣν ἡμᾶς ἐφώτισαν. *Ne doctores maledictis impetamus, neque eorum acta ſcrupulosè exploremus, ne nosmet ipſos potiùs lædamus. Noſtra omnia diſcutiamus, nec cuiquam maledicamus. Revereamur diem illum, quo nos baptizárunt.* Greg. Nyſſenus dicit, τῷ βαπτίσματι φωτίζεσθαι, *lumine Baptiſmi illuminari.* Hinc φώτισμα & φωτισμὸς, *Baptiſmus:* Ἀφώτιστος, *non baptizatus:* Νεοφώτιστος, *recens baptizatus.* De quibus ſuis vide locis. Latini etiam Scriptores verbo *illumino* eodem utuntur ſignificatu. Cæſarius, lib. II. cap. XXV. *Illuminari per Baptiſmum.*

Φώτισμα & φωτισμός.

I. Hæ voces notant *ſpiritualem illuminationem mentis*, & *inſtitutionem in rebus divinis, quæ Baptiſmum præcedit*, prorſus ut φωτίζω. Vide ſub iſto verbo, num. II. S. Maximus in cap. III. Dionyſii Areopagitæ de cœl. Hierarch. pag. 14. Σημείωσαι, ὅτι τὸ φώτισμα πρὸ τοῦ βαπτίσματος. *Nota, quòd illuminatio præcedat Baptiſmum.* Clemens Alex. Strom. lib. V. pag. 578. Φωτισμὸς ἡ μαθητεία κέκληται, ἡ τὰ κεκρυμμένα φανερώσασα. *Diſciplina dicta eſt illuminatio, ut quæ manifeſtavit occulta.* Chryſoſtomus, Homilia LXXII. t. VI. pag. 730. Μόνη ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλία καὶ λαμπάς ἐστιν εὐσεβείας, καὶ κήρυγμα θεογνωσίας, καὶ φωτισμὸς τῆς θείας διδασκαλίας. *Sola Spiritus ſancti doctrina & fax eſt pietatis; & præconium cognitionis Dei, & illuminatio divinæ doctrinæ.* Cyrillus Alex. lib. X. in Joh. cap. IX. ad v. 17. cap. XVII. pag. 985. Οὐδεὶς χωρὶς τοῦ διὰ Πνεύματος φωτισμοῦ πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἴοι τις ἄν. *Nemo ſine illuminatione Spiritus ad veritatis cognitionem pervenire poteſt.*

II. Notant *Baptiſmum.* Dionyſius Areopagita, Hierarch. Eccleſ. cap. II. tit. part. II. pag. 214. Μυστήριον φωτίσματος. *Sacramentum illuminationis*, ſive *Baptiſmi:* & deinceps pluribus de hoc ſacramento agit. Theophylactus in cap. VIII. Marci, pag. 229. Φώτισμα λέγεται τὸ βάπτισμα. Ita ſæpiùs vocatur à Greg. Nazianzeno, Orat. XL. quæ eſt εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Pag. 638. dicit: Τὸ φώτισμα λαμπρότης ἐστὶ ψυχῶν· τὸ φώτισμα, βοήθεια τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας· τὸ φώτισμα, σαρκὸς ἀπόθεσις· τὸ φώτισμα, ὄχημα πρὸς Θεόν. *Baptiſmus eſt ſplendor animarum: Baptiſmus eſt infirmitatis noſtræ adjumentum: Baptiſmus eſt carnis depoſitio: Baptiſmus eſt vehiculum ad DEUM.* Liturgia Præſanctificatorum, in Euchologio, pag. 76. Baptiſmum ſæpe vocat φώτισμα.. Ibi habetur Εὐχὴ ὑπὲρ τῶν πρὸς τὸ ἅγιον φώτισμα εὐτρεπιζομένων. *Oratio pro iis, qui ad ſacrum Baptiſmum præparantur.* Ea verò talis eſt: Ἐπίφανον Δέσποτα τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τοὺς πρὸς τὸ ἅγιον φώτισμα εὐτρεπιζομένους, καὶ ἐπιποθοῦντας τὸν τῆς ἁμαρτίας μολυσμὸν ἀποτινάξασθαι. Καταύγασον αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει, στήριξον ἐν ἐλπίδι, τελείωσον ἐν ἀγάπῃ· μέλη τίμια τοῦ Χριστοῦ σου ἀνάδειξον, τοῦ δόντος ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. *Illuſtra, Domine, faciem tuam ſuper eos, qui ad ſacrum Baptiſmum præparantur, & qui deſiderant inquinamentum peccati excutere. Illumina eos in fide, confirma in ſpe, perfice in charitate: membra digna Chriſto tuo oſtende, qui ſeipſum dedit redemtionis precium pro animabus noſtris.* Cantacuzenus in hiſtoria: Ἀπὸ τοῦ ἁγίου φωτίσματος αὐτὸν ἀναδεξάμενος. *Qui eum è ſancto Baptiſmo ſuſcepit.* Chryſoſtomus Homil. XIII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 504. Πολλοὺς οἶδα τοῦτο παθόντας ἐγώ, οἳ προσδοκίᾳ μὲν τοῦ φωτίσματος πολλὰ ἡμάρτανον· πρὸς δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς τελευτῆς ἀπῆλθον κενοί. Ὁ γὰρ Θεὸς διὰ τοῦτο τὸ βάπτισμα ἔδωκεν, ἵνα λύσῃ τὰς ἁμαρτίας, οὐχ ἵνα αὐξήσῃ. *Novi multos, quibus hoc accidit, qui propter Baptiſmi exſpectationem multa peccabant: in die autem mortis exceſſerunt inanes. Deus enim propterea dedit Baptiſma, ut ſolvat peccata, non ut ea augeat.* Concilii Laodiceni Can. XLVII. Οἱ ἐν νόσῳ

παρα-

παραλαμβάνοντες τὸ φώτισμα. *Qui in morbo Baptiſma accipiunt.* Dionyſius Exiguus interpretatur: *Qui in ægritudine percipiunt Baptiſma.* In hiſtoria Anargyrorum, miraculo XXVII. pag. 496. de Martha quadam: Τῆς τοῦ ἁγίου φωτίσματος ἠξιώθη χάριτος. *Sancti Baptiſmatis donum accepit.* Cur autem Baptiſmus φωτίσματος nomine deſignetur, Juſtinus Martyr Apol. II. pag. 160. hanc reddit rationem: Καλεῖται τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. *Hoc lavacrum vocatur* Illuminatio, *quia mens eorum, qui hæc diſcunt, illuminatur.* Greg. Nazianzenus, Orat. XL. pag. 639. Baptiſmum φώτισμα καλοῦμεν, ὡς λαμπρότητα, *quia eſt ſplendor & claritas.* Dionyſius Areopagita, cap. III. de Eccleſ. Hierarch. pag. 242. Τὴν ἱερὰν τῆς θεογενεσίας τελετὴν, ἐπειδὰν πρώτη φωτὸς μεταδίδωσι, καὶ πασῶν ἐστιν ἀρχὴ τῶν θείων φωταγωγιῶν, ἐκ τοῦ τελουμένου τὴν ἀληθῆ τοῦ φωτίσματος ἐπωνυμίαν ὑμνοῦμεν. *Sacram divinæ regenerationis initiationem, quòd primam lucem conferat, omniumque divinarum illuſtrationum principium exiſtat, ex effectu illuſtrationis nomine celebramus.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. I. cap. VI. pag. 93. Baptiſmus vocatur φώτισμα, δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστι, δι' οὗ τὸ θεῖον ὀξυωποῦμεν, *illuminatio, per quam ſanctam illam & ſalutarem lucem intuemur, hoc eſt, per quam id quod eſt divinum perſpicimus.* Atque propter hunc effectum βάπτισμα & φώτισμα differunt: non enim omnis βαπτισμὸς eſt φωτισμὸς, neque omnes qui baptizantur illuminantur, licèt omnes qui illuminantur, ut plurimùm baptizentur. Hinc Chryſoſtomus, Homil CXVI. t. V. pag. 749. Οἱ αἱρετικοὶ βάπτισμα ἔχουσιν, οὐ φώτισμα· καὶ βαπτίζονται μὲν σώματι, ψυχῇ δὲ οὐ φωτίζονται· ὥσπερ γὰρ καὶ Σίμων ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οὐκ ἐφωτίσθη· οὕτω καὶ αὐτοὶ ἀκολούθως εὑρίσκονται. *Hæretici Baptiſmum habent, non illuminationem: & baptizantur quidem corpore, in anima verò non illuminantur: quemadmodum enim etiam Simon baptizatus fuit, ſed non illuminatus, ita etiam hi eodem modo reperiuntur.* Οἱ ἐπὶ τῶν φωτισμῶν τεταγμένοι κληρικοί. *Clerici, quibus baptizandi cura commiſſa eſt;* in Prato ſpirituali Joh. Moſchi cap. CCVII. pag. 1158. Cur verò ſolus Baptiſmus φώτισμα appelletur, cùm etiam aliæ τελεταὶ illuminent, interrogat Pachymeres in cap. III. Areopagitæ de Hierarch. Eccleſ. pag. 266. & reſpondet, id fieri, διὰ τὸ εἶναι ταύτην πασῶν τῶν θείων φωταγωγιῶν ἀρχὴν, *quia ſit omnium divinarum illuſtrationum principium.*

Φωτιστήριον.

Non habent Lexica. Quemadmodum φωτίζω & φώτισμα ſeu φωτισμὸς de Baptiſmo uſurpantur: ita etiam φωτιστήριον, & notat *Baptiſterium.* In Actis Concilii Carthag. pag. 118. Ἐν τῷ φωτιστηρίῳ τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης καθολικῆς ἐκκλησίας καθεσθέντων τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων. *Cùm ſanctiſſimi Epiſcopi ſederent in Baptiſterio ſanctiſſimæ Catholicæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.* Act. V. Concilii ſub Menna, pag. 720. Μαρίαν πολλάκις εἰσήγαγεν ἐν τῷ ἁγίῳ φωτιστηρίῳ. *Mariam ſæpiùs introduxit ad ſanctum baptiſterium.* Οἱ ἐπὶ τοῦ φωτιστηρίου, *qui ad baptizandum conſtituti ſunt;* in Prato ſpirituali Joh. Moſchi, cap. CCVII. p. 1158.

Φωτοβολέω.

Non habent Lexia. Significat *lucem emitto.* Apud Gregentium, in Diſputatione, Judæus dicit, τὰ στοιχεῖα ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ φωτοβολεῖν, *elementa in cœli firmamento lucem emittere.*

Φωτογονία.

Non habent Lexica. *Lucis generatio.* Dionyſius Areopagita, epiſt. IX. num. I. pag. 797. Ἀπαυγασμάτων πρωταγωγικαὶ φωτογονίαι. *Lucigenæ ſplendorum fœcunditates.*

Φωτοφάνεια.

Non habent Lexica. Eſt *illuſtratio, lucis apparitio;* ex φῶς & φαίνω. Eſt enim illuſtratio divinæ cujuſdam lucis apparitio, quam Areopagita aliàs ἔλλαμψιν vocat, & φωτοδοσίαν, id eſt, *lucis donationem.* Areopagita cap. I. de cœl. Hierarchia, ſtatim poſt initium: Πᾶσα πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος, εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ. *Omnis à Patre motæ illuſtrationis emanatio, in nos beneficè exundans, denuò ceu unifica vis, ad ſupera nos revocando implet.* Aliud exemplum vide apud Suidam in Ἐκπλαγής.

Φωτοφορέω.

Non habent Lexica. *Lumen fero.* Cyrillus Jeroſol. Orat. de Simeone, p. 850. t. XIII. Bibl. Patrum: Οἱ τῶν ἐθνῶν λαοὶ φωτοφοροῦντες. *Exterarum nationum populi lumina ferentes.*

Φωτωνυμία.

Non habent Lexica. *Lucis nomen,* quando nimirum Deus vocatur lux. Dionyſius Areopagita c. IV. de div. Nominibus, num. V. p. 468. Νῦν δὲ τὴν νοητὴν τἀγαθοῦ φωτωνυμίαν ἡμῖν ὑμνητέον, καὶ ῥητέον, ὅτι φῶς νοητὸν ὁ ἀγαθὸς λέγεται, διὰ τὸ πάντα μὲν ὑπερουράνιον νοῦν ἐμπιμπλάναι νοητοῦ φωτός· πᾶσαν δὲ ἄγνοιαν καὶ πλάνην ἐλαύνειν ἐκ πασῶν, αἷς ἂν ἐγγένηται ψυχαῖς. *Nunc autem intellectile boni à luce nomen nobis celebrandum eſt, & dicendum, quòd is, qui bonus eſt, lux intellectilis dicitur, quia omnem mentem ſupracœleſtem implet lumine intellectili: omnem autem ignorantiam & errorem ex omnibus animis, in quibus eſt, ejicit.*

X.

Χαιρετισμός.

NOn habent Lexica. Χαιρετίζω, *ſaluto, ſalvere jubeo.* Vide Theſaurum Stephani. Hinc χαιρετισμὸς, *amica compellatio, amica ſalutatio.* Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Χαιρέτισμα, χαιρετισμὸς, *ſalutatio,* ἀσπασμὸς, προσαγόρευσις. In hiſt. Concilii Florentini, ſect. II. c. XXVI. pag. 23. Ἀπένειμαν οὖν ἐκεῖσε τοὺς ἁρμοδίους χαιρετισμούς. *Peregerunt igitur ibi amicas compellationes.* Et ſect. IV. cap. XI. pag. 81. Προσείπομεν τῷ Δουκὶ τοῦ τοῦ βασιλέως χαιρετισμὸν δι' ἑρμηνέως. *Salutem plurimam ab Imperatore per interpretem Duci impertivimus.*

Χαλαζοβολέω.

Χαλαζοβολέω, *grandine ferio, grandinem ejaculor.* Clemens Alex. Strom. lib. VI. p. 631. Χαλαζοβολήσειν μελλόντων τῶν νεφῶν. *Quando nubes grandinem ſunt ejaculaturæ.*

Χαλκεύω.

Eam tantùm hujus verbi ſignificationem obſervamus metaphoricam, quam Lexicographi reliquerunt intactam. Significat autem *confirmo, corroboro.* Cyrillus Alex. lib. X. in Johannem, ad v. 7. cap. XVI. p. 910.

Τὴς

Digitized by Google

Τὰς μαθητὰς εὑρήσομεν κεχαλκευμένες διὰ τοῦ Πνεύματος. *Diſcipulos deprehendemus confirmatos & corroboratos per Spiritum.* Chryſoſtomus Hom. III. de Lazaro: Ἡμεῖς διὰ τῶν προφητικῶν καὶ ἀποστολικῶν βιβλίων τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν χαλκεύομεν, καὶ διεστραμμένην διορθοῦμεν, καὶ παλαιωθεῖσαν ἀνακαινίζομεν. *Nos per Prophetarum & Apoſtolorum libros animam noſtram cudimus quaſi, fabricamur*, vel, *confirmamus, depravatamq́; corrigimus, & inveteratam renovamus.*

Χαλκοπρόσωπος.

Non habent Lexica. *Æream habens faciem*, de homine impudenti. Chryſoſtomus Homil. III. adverſus Judæos, Jeſaias ad populum Judaicum dicit, cap. XLVIII. v. 4. Γινώσκω ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σε, (τουτέστιν, ἀκαμπής) καὶ τὸ μέτωπόν σε χαλκοῦν, τουτέστιν, ἀναίσχυντον. ὅτω γοῦν καὶ ἡμῖν ἔθος πολλάκις, τοὺς ἐρυθριᾷν μὴ εἰδότας, χαλκοπροσώπους καλεῖν. Scio quòd durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, *hoc eſt, inflexibilis*: & frons tua ærea, *hoc eſt, impudens. Sic & nos frequenter ſolemus eos, qui erubeſcere neſciunt,* χαλκοπροσώπους. *id eſt, æream habentes faciem appellare.* Latini dicunt *faciem, os, perfricare: homo perfrictæ frontis*, de eo, qui pudorem omnem abjecit, velut manu à vultu abſterſo pudore.

Χαρά.

I. *Explicatio vocis.* Heſychius: Χαρά, ἡδονή, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη. *Gaudium, voluptas, exultatio, lætitia.* Suidas: Χαρά, ἡδονή, εὐφροσύνη, τέρψις. *Gaudium, voluptas, lætitia, oblectatio.* Baſilius M. Homil. περὶ εὐχαριστίας, p. 359. Ἡ χαρά, οἷον σκίρτημά τι ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἐπαγαλλομένης τοῖς κατὰ γνώμην. *Gaudium velut exultatio quædam eſt ſubſilientis animæ & ſe diffundentis propter ea, quæ ex animi ſententia obvenerunt.* Chryſoſtom. Hom. XXI. t. V. Χαρά ἐστι καταθυμίων πλήρωσις, καὶ ἡδέων ἀπόλαυσις, καὶ ἀνιαρῶν λήθη. *Gaudium eſt deſideriorum impletio, & rerum ſuavium fruitio, triſtium verò oblivio.*

II. *Diviſio.* Duplex maximè *gaudium* eſt.

1. *Piorum.* De hoc Theodoretus in cap. LVII. Jeſaiæ, pag. 125. Μόνη κυρίως ἂν εἴη χαρὰ ἡ ἐκ καμάτων τε καὶ θλίψεων ζωὴν αἰώνιον πραγματευομένη· ἀλλὰ καὶ χαρᾶς ἀληθινῆς πληροῦνται οἱ δικαιοπραγοῦντες, οἷς ἔργων αὐτοῖς προχωροῦντος τοῦ σκοποῦ, καὶ ἀταράχου μενούσης τῆς ψυχῆς, καὶ γαληνιαζούσης ἐν αὐτῇ. *Vera illa demum fuerit lætitia, quæ ex laboribus & anguſtiis vitam æternam acquirit. Sed & verâ lætitiâ replentur qui juſtitiam colunt, dum res illis ex voto ſuccedunt, & omni perturbatione vacans animus, tranquillus manet in ſeipſo.* Χαίρετε ἐν Κυρίῳ, ad Philipp. III. 1. & cap. IV. 4. *verum gaudium.* Theodoretus ad priorem locum, pag. 334. dicit χαίρειν ἐν Κυρίῳ eſſe πάσης θυμηδίας πνευματικῆς ἐμφορεῖσθαι, *omni lætitia ſpirituali impleri.* Et Theophylactus, pag. 603. Τὸ κατὰ κόσμον χαίρειν, οὐκ ἔστι χαίρειν, ἀλλ' ἐν Κυρίῳ καὶ θλίψεις χαρὰν ἔχουσι. *Gaudere ſecundùm mundum, non eſt gaudere, ſed in Domino ipſæ etiam afflictiones gaudium habent.* Apud Baſilium in reg. brev. Interrogat. CXCIII. pag. 600. Τῷ ἐπὶ τοῖς κατ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου εἰς δόξαν Θεοῦ γινομένοις χαίρειν, ἡ ἐν Κυρίῳ χαρά ἐστιν. *In his, quæ ſecundùm mandatum Domini fiunt, gaudere, eſt in Domino gaudere.* Chryſoſtomus Hom. XVI. in Acta, pag. 703. Χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Αὕτη μεγίστη χαρά. Τοιαύτην καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔχαιρον· χαρὰ κέρδος φέρουσα, ἡ ἀπὸ δεσμωτηρίων, ἡ ἀπὸ μαστιγων, ἡ ἀπὸ διωγμῶν, ἡ ἀπὸ τοῦ κακῶς ἀκούειν, ἡ ἀπὸ τῶν λυπηρῶν πάντως ἔχουσα τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ὑπόθεσιν· ὅθεν καὶ εἰς χρηστὸν ἀπαντᾷ τέλος. *Gaudere in Domino. Iſtud maximum gaudium eſt, tali & Apoſtoli gaudebant, gaudium lucrum afferens, quod à vinculis, quod à flagellis, quod à perſecutionibus, quod ab obtrectationibus, quod à mæſtis omnino habet principium, & radicem, & occaſionem: unde & felicem ſortitur finem.* Cyrillus Alex. lib. X. in Johannem, ad v. 11. cap. XV. pag. 886. Πληρεστάτην ὄντως καὶ τελείαν εἶναι χαρὰν λογιζόμεθα, τὴν ἐν Θεῷ καὶ διὰ Θεόν, καὶ ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, διὰ τὸ πάγιον καὶ ἀκλόνητον τῆς ἐλπίδος. *Pleniſſimum revera & perfectum gaudium eſſe cenſemus, gaudium in Deo & propter Deum, & ob opera bona, propter firmam & immotam ſpem.* De hoc gaudio etiam intelligenda illa Chryſoſtomi Homil. XLIII. t. VII. Ὅπου χαρά, ἀπέδρα τῶν δακρύων τὸ σκυθρόν· ὅπου χαρά, φεύγει τὸ πένθος ἡ κατήφεια· ὅπου χαρά, λύπη οὐ πάρεστιν· ὅπου χαρά, εὐφροσύνης σύμβολα. *Ubi gaudium eſt, ibi exulat ex lacrymis ortus mœror: ubi gaudium, fugit luctus triſtitia: ubi gaudium, triſtitia non adeſt: ubi gaudium, lætitiæ ſigna.*

2. *Impiorum.* Hoc eſt *gaudium mundi*, de quo Joh. XVI. v. 20. Chryſoſtomus Homil. XVI. in Acta, pag. 703. Ἡ τοῦ κόσμου χαρὰ ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἡδέων, τελευτᾷ δὲ εἰς τὰ λυπηρά· οὐκ ἔστι δὲ κατὰ κόσμον χαίροντα, ὁμοῦ καὶ κατὰ Θεὸν χαίρειν· πᾶς γὰρ ὁ κατὰ κόσμον χαίρων, ἐπὶ πλούτῳ χαίρει, ἐπὶ τρυφῇ, ἐπὶ δόξῃ, καὶ δυναστείᾳ, καὶ ἀλαζονείᾳ. *Gaudium mundi incipit quidem à ſuavibus, deſinit autem in triſtitiam. Fieri nequit, ut ille, qui ſecundùm mundum gaudet, ſimul etiam juxta Deum gaudeat. Omnis enim, qui juxta mundum gaudet, in divitiis gaudet, in deliciis, in vana gloria, in potentia, in arrogantia* Vide ibidem plura. Imperfectum eſt hoc gaudium. Cyrillus Alexandr. lib. X. in Joh. pag. 886. Ἀτελῆ χαρὰν τὴν ἐν κόσμῳ φαμέν, διά τε τὸ εὐπαράφορον, καὶ τὸ ἐφ' οἷς ἥκιστα ἐχρῆν τελουμένην ἐρᾶσθαι, τοῦτ' ἔστι, πράγμασι κοσμικοῖς, ἃ φαντασμάτων καὶ σκιᾶς ἐξίπταται δίκην. *Imperfectum gaudium, gaudium in mundo dicimus, tum propter ipſius inconſtantiam, tum quia circa ea verſatur, circa quæ minimè oportebat, id eſt, circa res mundanas, quæ viſorum & umbræ inſtar evaneſcunt.*

Χαρακτήρ.

Χαρακτὴρ *perſonæ Dei* Patris eſt *Chriſtus*, Filius Dei, ac Hebr. I. v. 3. Id eſt, ut breviter exponit Piſcator, perſona, quæ perſonam Patris ad amuſſim refert: ſicut imago ceræ impreſſa, ad amuſſim refert imaginem inſculptam ſigillo: hoc igitur titulo *metaphoricè* inſignitur Chriſtus. Vulgatus χαρακτῆρα vertit *figuram*, non ſatis expreſsè, ait Beza, nempe, quia *figura* latiùs patet, quàm *character*: omnis enim character eſt figura, ſed non omnis figura eſt character, qui præter figuram hoc requirit, ut ſit expreſſus ad archetypum. Atque ita veteres hanc vocem de Chriſto interpretantur. Suidas: Κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν, τὸ πρόσωπον, ἤγουν ὁ χαρακτήρ, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, τὸν Υἱὸν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τουτέστι, πρόσωπον ὁμοούσιον τοῦ χαρακτῆρος καὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρός. *Secundum Eccleſiaſticam & Apoſtolicam traditionem, hypoſtaſis eſt perſona, id eſt, character, ut Apoſtolus dicit, Filium ſplendorem gloriæ, & characterem hypoſtaſeos ejus, hoc eſt, perſonam ejusdem eſſentiæ, characteris, & hypoſtaſeos Patris.* Theodoretus ad locum Apoſtoli: p. 397. Character ſubſtantiæ ejus. Καθ' ἑαυτόν, φησιν, ὑφέστη-

Digitized by Google

φέϛηκεν, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν Πατέρα. Τοὺς γὰρ πατρικοὺς περίκειται χαρακτῆρας. *Per ſe, inquit, ſubſiſtit, totum in ſe Patrem oſtendens. In ſe enim paternos characteres continet.* Idem, in Epitome div. decret. cap. II. pag. 256. Ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς ὁμοιότητος δείκνυσι, καὶ τὸ τῶν ὑποστάσεων διδάσκει διάφορον. Character ſubſtantiæ, *& perfectam ſimilitudinem oſtendit, & perſonarum docet differentiam.* Chryſoſtomus Homil. II. in epiſt. ad Hebræos, pag. 436. ad locum Apoſtoli: Τί δέ φησι; Καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Δηλῶν διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, ὅτι ὥσπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ ἐνυπόστατος, καὶ πρὸς ὑπόστασιν οὐδενὸς δεόμενος· οὕτω καὶ ὁ Υἱός. Ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἀπαράλλακτον δεικνὺς τοῦτό φησι, καὶ πρὸς τὸν ἰδιάζοντα χαρακτῆρα τοῦ πρωτοτύπου παραπέμπων σε, καὶ διδάσκων, ὡς ἐν ὑποστάσει ἐστὶ καθ' ἑαυτόν. *Quid autem dicit?* Et character ſubſtantiæ ejus. *Hac adjectione declarat, quod, ſicut Pater per ſe ſubſiſtit, & ſuam ad ſubſtantiam nullius indiget: ita etiam Filius. Hic enim eſſentiæ per omnia ſimilitudinem oſtendens, hoc dicit, & ad proprium characterem exemplaris te ablegans, & docens, eum per ſe ſubſiſtere.* Eodem modo Theophylactus, quem vide pag. 877. Greg. Nyſſenus contra Apollinarem, t. II. pag. 47. 48. Ὁ τοῦ ἀνθρώπου χαρακτὴρ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπόστασιν δείκνυσι· καὶ οἷος ὁ χαρακτὴρ, τοιαύτη πάντως καὶ ἡ ὑπόστασις. *Hominis character ſubſtantiam refert humanam: & qualis eſt character, talis utique & ſubſtantia.*

Χάρις.

I. Notat *gratiam*, quam Chryſoſtomus, Homil. XXXII. in epiſt. ad Romanos, vocat τὸ μέγιστον ὅπλον, τὸ τεῖχος τὸ ἄῤῥηκτον, τὸν πύργον τὸν ἄσειστον, *maxima arma, mœnia contra omnem ictum invicta, turrim inconcuſſam.* Præclarè Greg. Thaumaturgus, ſerm. I. in Annunciat. B. Virginis, pag. 11. Ὅπου Πνεῦμα ἅγιον, πάντα ἑτοίμως κατηρτισμένα· ὅπου θεία χάρις, πάντα τῷ Θεῷ δυνατά. *Ubi Spiritus ſanctus, cuncta promtè & incunctanter perficiuntur. Ubi divina adeſt gratia, omnia Deo ſunt poſſibilia.* Eodem referri poteſt illuſtris locus Joh. I. v. 16. Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. *Ex plenitudine ipſius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Quid ſit, χάριν ἀντὶ χάριτος, quæritur. Hæc non poſſunt accipi, quomodo illa apud Euripidem Helenâ: Χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. *Beneficium pro beneficio rependatur.* Alii ergo volunt, χάριν ἀντὶ χάριτος, ſive *gratiam pro gratia* dici, *gratiam ſub ratione gratiæ acceptam:* atque ita Cajetanus. Alii, *gratiam cooperantem, pro gratia operante:* atque ita Hugo Cardinalis. Alii, *gratiæ augmentum pro bono uſu gratiæ*, atque ita idem Hugo & Piſcator. Alii, *gratiam vitæ pro gratia fidei:* ita Auguſtinus & Aquinas. Alii, *gratiam gloriæ pro gratia militiæ*, ut Bernhardus de tempor. ſerm. LXXXVIII. Alii, *gratiam mercedis pro gratia juſtitiæ*, ut Auguſtinus de grat. & lib. arbitrio, cap. VIII. Alii, *gratiam felicitatis, pro gratia ſanctificationis*, ut Gregorius in Pſ. pœnitent. VII. Alii, *gratiam glorificationis, pro gratia juſtificationis*, ut Fulgentius ad Monim. lib. I. Alii, *gratiam apud Deum, pro Dei gratia erga Chriſtum*; atque ita Ferus, Flaccius, Hemingius, Cruciger. Alii, *gratiam ei, quam Chriſtus ipſe apud ſe habet, analogam; quo modo ceræ ſigillum ſuæ geminam impertitur imaginem;* atque ita Zacharias Conſtantinop. Calvinus & Preſtonus. Alii, *gratiam ſpiritualem pro terreſtri.* Alii, *novam pro veteri*, ἀντὶ τῆς παλαιᾶς τὴν καινὴν, *ſive Evangelicam pro ea, quæ fuit veteris Teſtamenti;* atque ita Chryſoſtomus Homil. XIV. in Johannem, Theophylactus in cap. I. Joh. pag. 569. Euthymius, Auguſtinus, Lyranus, Janſenius, Scaliger, Heinſius, Beza. Alii *gratiam ſummam*, ut Oecolampadius. Alii, *uberrimam, copioſiſſimam*; ita Muſculus & Aretius: ſive, *gratiam gratiâ cumulatam;* ut Dunæus Anglus: quod & probat Piſcator; improbat Beza, quia phraſis iſtiusmodi apud nullum Scriptorem Græcum idoneum reperiatur exemplum, quo Hebræo חן על חן, χάρις ἀντὶ χάριτος reſpondeat. Verùm producit Dunæus èx Theognide iſtud, v. 342.

> Τεθναίην δ' εἰ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν
> Εὑροίμην, δοίης τ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας.
> *Quin moriar, ſi nulla datur mihi meta malorum;*
> *Triſtia ſed mihi pro triſtibus adjicias.*

Planè ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν dixit, quo modo χάριν ἀντὶ χάριτος. *A plenitudine*, inquit, *illius accepimus nos omnes & gratiam gratiæ accumulatam.* Hæc colligit Clar. Gatakerus, Adverſ. ſacr. c. XXVII. & tandem ſubjicit: Liceat tamen & noſtram ſententiam proponere: ſed quæ re ipſa tamen cum noviſſima iſta ferè eſt eadem. Χάριν ἀντὶ χάριτος, ſive *gratiam loco gratiæ*, exiſtimo gratiam eſſe *gratiæ quaſi ſuccenturiatam, & jugiter ſuccedentem, ſubinde novam.* Quomodo & ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν Theognis, *triſtitia triſtibus, mœſta mœſtis, moleſta moleſtis, ſuccedentia*, ubi ſcilicet, ut Sophocles Ajace:

> Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.

Et, ut Senec. Herc. Fur. act. II.

> *Finis unius mali, gradus eſt alterius.*

Quemadmodum de ſe Job, cap. X. 17. *Vices & exercitus ſunt contra me*, id eſt; afflictionum turmæ ſibi invicem ſuccedentes me oppugnant. Et David Pſ. XLII. 8. *Abyſſus abyſſum invocat; omnes fluctus & undæ tuæ ſuper me tranſeunt*, id eſt, mala malis ita ſuccedunt, ut unda excipit undam, ſive, *ut ulcus ſupervenit ulceri*, uti Celſus lib. V. c. XXVIII. Hujus etiam loci eſt illud Lucæ II. 52. de Chriſto: Προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Profecit ſapientiâ & ſtaturâ, ac gratiâ: apud Deum & homines.* Multa de his verbis jam habes in voce Λόγος, ſub quarta Claſſe Hæreticorum Χριστομάχων, lit. c. Quæ ad vocem χάρις maximè ſpectant, ex Cl. Gatakero hic adjicimus. Reſpexiſſe videtur Evangeliſta, quod ſuprà dixerat, v. 40. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο Πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό. *Crevit autem puer, & Spiritu corroborabatur, implebaturque ſapientiâ: & gratia Dei erat ſuper illum.* Verùm de hoc loco morantur nos interpretes plerique: ſiquidem vulgata verſio: *Et gratia Dei erat in illo:* quam qui ſequuntur, de *gratia habituali*, ut loquuntur, ſive *infuſa, indita, immanente, inhærente* neceſſariò accipiunt. Quin & è noſtris Piſcator, *Gratiæ nomine intelligitur benedictio ex gratia ſeu favore profecta, & in Chriſtum collata.* Et Calvinus: *Generalior eſt*, inquit, *quæ ſequitur, locutio, gratiam Domini fuiſſe ſuper eum. Comprehendit enim, quicquid in ipſo excellentiæ reſplenduit.* Ita *ſapientiam* etiam ſub *gratiæ* vocabulo concludit. At Chemnitius Harmon. Evang. cap. XV. ita diſtinguit, ut Σοφία ſignificet *dona in mente, & intellectu;* χάρις verò *in reliquis animæ viribus, in ſermonibus, geſtibus, actionibus.* Neutri accedo, inquit Gatakerus. Accerſunt, quod dictum eſt v. 25. de Simeone, Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτὸν, hoc eſt, *donum prophetandi erat in illo.* Piſcator: *Spiritu ſancto præditus erat.* Caſtellio. Nec abnuerim, poſſe hoc de Simeone dici, quomodo de Chriſto ipſo dictum eſt Jeſ. LXI. 1. *Spiritus Domini eſt ſuper me*, quanquam & aliter quoque ſumi queat. Quaſi dicat, *Spiritus ſanctus eo tempore aderat illi*, vel etiam, *illi ſupervenerat:* quia ſequitur, *Spiritûs impulſu Templum intravit*, v. 27. Verùm hoc loco aliter ſumendum videtur, quòd *DEI gratia ſuper JESUM puerum extitiſſe* per-

Digitized by Google

perhibetur. Nec verò probari poteſt, quòd Cajetanus, qui & Vulgatæ errorem animadvertit, *Gratia Dei erat ſuper illum, tanquam ſuperintendens, gubernans, & fovens illum.* Ad veritatem propiùs acceſſit Gualtherus noſter, apud quem hæc leguntur: *Quia dilectus ille Dei erat, & ex Patris decreto homo factus fuerat, fieri non potuit, quin aſſumtum quoq; ab illo hominem Pater ſingulari gratia donaret, quæ illum omnibus gratioſum atq; acceptum faceret.* Chemnitius verò in ſenſum genuinum imprudens illapſus, ubi ſuprà laudatis ſubjunxit; *Sermonibus, geſtibus, actibus Chriſti adhuc pueri omnibus* (manârunt autem iſta, tam à ſapientia, quæ eſt menti & intellectui, quàm à gratia illa, quæ aliis animæ facultatibus inſidet) *additam fuiſſe peculiarem quandam gratiam divinam*, ſenſum hunc eſſe; *quòd puer hic omnium oculos & animos in favorem, in gratiam ſui convertit, non vulgaribus humanis dotibus, ſicut aliquando in puerili ætate fieri ſolet, ſed ob divinam quandam gratiam in ſermonibus, geſtibus & actibus pueri hujus ſupra ætatem effulgentem: unde puer hic amabilis, gratus, & acceptus fuit, non tantùm cognatis & notis; nec tantùm, quòd in Templo ſapientiâ quæſtionum & reſponſionum, omnes Doctores in admirationem, imò quaſi in ſtuporem convertit; ſed quòd inde animadvertebatur, puerum hunc divinâ gratiâ ipſi Deo ſingulari ratione gratum & acceptum eſſe.* Quibus verbis noviſſimis Evangeliſtæ mentem quaſi acu, quod dicitur, quanquam aliud agens tetigiſſe videtur. *Gratia Dei erat ſuper eum*, hoc eſt, *ſingulari quadam ratione Deo gratus acceptusq; fuit*, ut χάρις θεοῦ iſtic nōn tam ſit χάρις παρὰ θεοῦ, *gratia à Deo*, quàm χάρις παρὰ θεῷ, *gratia apud Deum.* Poteſtque commodè hic ita diſtingui χάρις, ſive *gratia*. Eſt *gratia*, χάρις συςαλικὴ, ſive *diſpoſitio* ejusmodi, *quæ hominum animos affectusq; conciliet, & gratum, amabilem, acceptum apud alios faciat.* De qua Pſal.XLV.2. Ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου. Latin. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: infuſa eſt labiis tuis*, Junius: *Effuſa eſt in labia tua*, Tigurini. Optimè Caſtellio: *Labra habes gratiâ perfuſa.* Sub Solomonis typo de Chriſto loquitur, de quo eodem ſenſu dictum legimus Lucæ IV. 22. Ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος. *Stupebant ad ſermones gratiæ ipſius*, id eſt, *ad ſermones gratioſos*, ſive *iſtiusmodi gratiâ tinctos.* Et eſt χάρις προσδεκτικὴ, *gratia, quâ quis alium gratum acceptumq; habet:* quæ eſt prioris illius effectus familiaris, de ea agitur I.Reg. II.6.& Act. II.47. Nec minùs donum Dei iſta, quàm ſuperior illa, quod agnoſcit Moſes Exodi XI. 3. David Pſal.CVI.46. Et Salomon Proverb. III.34. *Humilibus, ſive manſuetis, dat gratiam.* De illa ſumunt Gualtherus & Chemnitius: de iſta mavult Gatakerus. Eâ planè formulâ à Luca de Chriſto hîc dicitur, καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτὸν. quâ de Chriſtianis ab eodem dictum eſt Actor. IV.33. χάρις μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς. *Et gratia magna erat ſuper eos omnes*, id eſt, *magna fuit omnium gratia apud populum.* Piſcator: Gratioſos acceptosque admodum dicit fuiſſe, hos *apud homines*, illum *apud Deum*: hac autem *gratioſa exiſtimatione atq; acceptatione profeciſſe ampliusq; provectum* Chriſtum ſubjungit v. 52. *tam apud homines, quàm & apud Deum.* Quòd enim Eraſmus in hunc locum *anceps* eſſe ait, *an Chriſtum Evangeliſta ſentiat profeciſſe dotibus divinitus infuſis, an gratioſiorem fuiſſe factum commendatione virtutum in eo ſeſe proferentium*, tollit planè τὸ ἀμφίβολον, & huc trahit neceſſariò clauſula illa, παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, *apud Deum & homines*: quæ ſenſum priorem omnino reſpuit. Itaq; rectè Illyricus in Gloſſa: *Quotidie fiebat probatior Deo & hominibus.* Et in Clave adhuc luculentiùs: *Quotidie gratior & acceptior factus eſt Deo & hominibus; ex iis nempe, quæ gerebat.* Ita Theophylactus, καὶ τῷ θεῷ εὐάρεστα ἔπραττε, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαινετά. *Ea agebat, quæ & Deo grata erant, & ab hominibus collaudata.* Ipſe Chriſtus de ſe, Joh.VIII.29. Ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε. *Ea ſemper facio, quæ Patri ſunt grata.* Atq; ita Janſenius Concord.Evang.cap.XII. *Nomen* gratiæ *hic accipitur rectè pro acceptatione Dei, & favore, quo Filium ſuum, nosq; per illum ſibi gratos habet.*

II. Χάρις, & *Gratia*, à patribus ſæpe ponuntur.

1. *pro Baptiſmo.* Cyrillus Catech. Myſtag. IV. προσεληλύθατε τῇ χάριτι. *Accedere ad gratiam*, id eſt, *ad Baptiſmum.* Greg. Nyſſenus, Orat. adverſus eos, qui Baptiſmum differunt, t.II. pag.220. Ὄρη καὶ νάπαι βαπτίσατε, δένδρα καὶ πέτραι καὶ πηγαὶ δότε τὴν χάριν. *Montes & ſylvæ baptizate, arbores, & rupes, & fontes conferte Baptiſmum.* Vide hunc locum in Ἀμύητος, num.I. Ita etiam *Baptiſmus* vocatur χάρισμα, ut mox docebimus.

2. *pro S. Cœna.* Cyrillus Jeroſ. Catech. Myſtag. IV. ait Solomonem Eccleſiaſtæ IX.7. cùm dicebat, *Vade, & comede in lætitia panem tuum, & bibe*, intellexiſſe *de pane ſpirituali*, αἰνιττόμενος τὴν χάριν, id eſt, *Sacramentum Cœnæ Domini.* Apud Cyrillum Alexand. ſæpe occurrunt hæ locutiones, τῆς θείας χάριτος μεταλαμβάνειν, & προσιέναι πρὸς τὴν ἱεράτιον χάριν, de participatione Cœnæ Dominicæ. Simillimè apud Latinos, *venire ad gratiam.* Optatus, lib. V. de Euchariſtia loquens: *Veniunt gentes ad gratiam. Exhibet ille, qui invitare dignatus eſt: miniſterium exercet turba famulorum.* Id eſt, ſacerdotes. Partes ipſæ diſtribuendæ fidelibus ex pane fracto, *gratiæ* nomine veniebant, ut Auguſtini verba oſtendunt: *Unusquisq; accipit partem ſuam, unde & ipſa* gratia *partes vocantur.* Sic *gratia ſalutaris*, apud Cyprianum de Lapſis. *Gratia communionis*, & *ſanctæ communionis gratia*, apud Gratianum è Concilio Toletano, De conſecratione, diſtinct. IV. Can.II. Vide Cauſauboni Exercitat. XVI.num.XLVI.

Χάρισμα.

I. Χάρισμα ſignificat *donum.* Heſychius: Χάρισμα, δῶρον. *Donum.* Hoc ſignificatu frequenter uſurpatur in N.Teſtamento. Illuſtris imprimis locus I. Corinth. XII. 4. Διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσί. Vulgatus: *Diviſiones gratiarum ſunt.* Beza: *Diſcrimina donorum ſunt.* Bullingerus ad hunc locum: χαρίσματα, *dona gratuita, id eſt omne id, quod Deus nobis confert gratuitò, maximè animi bona.* Euthymius ad Joh.IV. ex Chryſoſtomo: *Divinus ſpiritus, cùm unus ſit, variis operationibus gratiam ac virtutem dividit.* Auguſtinus ſerm.LXXII. de Temp. in re alia, eodem ſenſu: *Pictor eadem arte facit murem, quà elephantem: diverſa opera, ſed ars una.* Ambroſius offic.lib.I. c.XLIV. *Alius diſtinguendæ lectioni aptior, alius pſalmo gratior, alius exorcizandis qui malo laborant ſpiritu ſolicitior, alius ſacrario opportunior habetur.* Theodoret. ad locum Apoſtoli, pag.179. Ἔδειξε πολλὰ μὲν καὶ διάφορα τὰ διδόμενα χαρίσματα, μίαν δὲ τὴν τούτων πηγήν. χαρίσματα δὲ καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ θείαν δίδοσθαι φιλοτιμίαν. *Oſtendit multa & varia eſſe, quæ dantur dona, ſed unum eorum eſſe fontem:* Dona *autem vocantur, quòd ex divina dentur liberalitate.*

II. Χάρισμα ponitur pro *mercede* ſive *præmio*, ſed *ex gratia collato*, apud Apoſtolum, ad Romanos VI.23. quod ex ὀψωνίου, ſive *ſtipendii* contrapoſitione patet. Verba Apoſtoli ſunt: Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος. Ad ea Piſcator: *Non dicit*, ἡ δὲ ζωὴ αἰώνιος χάρισμα τοῦ θεοῦ ἐστι, *ſed*, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος. *Hoc eſt, ſtudium ſanctitatis, quod proficiſcitur ex dono Dei. Hoc enim poſcit antitheſis. Metonymia efficientis eſt. Eſt vita æterna, id eſt, affert*

ſecum vitam æternam. Phraſis metonymica, qualis cap. VII.v.7. Num lex peccatum, *ſc.parit? Confirmat hoc articuli diſpoſitio, ſententiarum antitheſis, ſcopus quæſtionis.* Hæc Piſcator, & Piſcatore prior Joh.Calvinus; à quo is mutuatus eſt. *Falluntur*, inquit, *qui hanc propoſitionem ſic convertunt*, Vita æterna eſt donum Dei: *quaſi juſtitia* (*vita æterna*, legendum putat Cl.Gatakerus, unde hæc habemus) *ſit ſubjectum, donum Dei ſit prædicatum, quia nihil ad antitheton ille ſenſus pertineret: verùm ut jam docuit, peccatum nonniſi mortem parere; ita nunc ſubjungit, quòd donum iſtud Dei, noſtra ſcilicet juſtificatio & ſanctificatio, vitæ æternæ beatitudinem nobis afferat. Vel, ſi mavis, quemadmodum mortis cauſa peccatum eſt, ita juſtitia, quâ per Chriſtum donamur, vitam æternam nobis reſtituit.* Verùm, ut rectè Beza obſervat, *Etiamſi in priore quidem enunciato, mors ſit ſubjectum, ſtipendium peccati, attributum; & ex adverſo, in poſteriore enunciato, vita æterna, ſubjectum; donum, attributum, conſtabit ſibi antitheſis.* Interpretationem loci quam tuentur illi, quod attinet; poſſent quidem exempla pharaſeωs iſtiusmodi aptiora produci, quàm quod eſt à Piſcatore adductum; illud Joh. XII.50. Ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι. *Mandatum ipſius eſt vita æterna*, id eſt, ad eam perducit, vel producit eam. Et ibid.c.XVII.3.Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε. *Hæc eſt vita æterna, ut te cognoſcant.* Id eſt, tui cognitio vera vitam parit æternam. Verùm χάρισμα iſtic pro *ſanctitatis ſtudio*, coactum ſatis videtur: nec ad prædicationem figuratam & inſolentem confugere quicquam opus eſt, cùm ſimplex planè ad manum præſtò ſit. Tantum autem abeſt, ut antitheſeωs ratio ſenſum hunc exigat, ut repudiet potiùs & reſpuat. Siquidem non *peccatum* & *gratia*, ſed *peccatum* & *Deus*, tanquam Domini aut Imperatores ſibi invicem adverſi, ut in prioribus, v.22. ita iſtic opponuntur. Tum illius *ſtipendio* iſtius χάρισμα. Itaq; τῷ ὀψωνίῳ ſive ſtipendio quod ex adverſo reſpondeat, & præmii quandam rationem habeat, χαρίσματος nomine aliquid intelligi neceſſe eſt. Id Tertulliano nemo melius expreſſerit, qui de Reſurrect. carnis, cap. XLVII. p.585. *Stipendia enim delinquentiæ, mors: donativum autem Dei, vita æterna in Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Annon primo ſtatim aſpectu deprehendis, quàm aptè & concinnè ſibi invicem reſpondeant, *ſtipendium* & *donativum*? Nam languidiùs Beza, *donum*; & Caſtellio, *beneficium*. Ita Ammianus Marcellinus hiſt.lib. XVII. cap. VIII. *Gallicanis ſudoribus miles exhauſtus nec donativum meruit, nec ſtipendium.* Quod Apoſtoli verbis enunciare licet, οὔτε χάρισμα, οὔτε ὀψώνια ἔλαβεν. Iterum Tertullianus de præſcr.adv. hæreticos, c.XII. pag.333. *Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hoſtibus regibus, donativum & ſtipendium captat; niſi planè deſertor & transfuga & rebellis?* Qui & idem χαρίσματα paſſim *donativa* vertit. Adverſ. Marcionem lib. V. cap. VIII. pag. 790 *Dedit data filiis hominum, id eſt, donativa, quæ chariſmata dicimus.* Et ad uxorem, lib. I. cap. III. pag 274 *Meliorum donativorum ſectatores ſimus*: quod Apoſtolus, I.Corinth. XII. 31. τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα dixit. Hic tamen quædam exemplaria pro *donativorum*, legunt *donationum*. Et ad hunc ipſum, qui præ manibus eſt, locum alludens, de corona militis cap. I. p. 288. *De martyrii candida, laurea meliùs coronatus, donativum Chriſti in carcere expectat.* Sed & cum ſerie ac contextu reliquo diſſertationis Apoſtolicæ interpretationi huic optimè convenit. Scopus eſt Apoſtoli ut ſuadeat *Deo* potiùs *inſervire & militare* (utramq; enim collationem vocabula illa ὅπλα κ, ὅπλα, v.13.& 19. inſinuant) quàm *peccato*. Ratio, quâ potiſſimùm id ſuadeat, ducitur à diſſimili prorſus & adverſa utriusq; *mercede*. Siquidem *ſtipendium*, quod ſuis rependit *peccatum, mors* eſt: *donativum* verò, quod ſuis *Deus* largitur, *vita* eſt, & ea quidem *æterna*. Tertullianus, ubi ſuprà, de Reſurrect.carnis, cap.XLVII *Ita per totam hanc ſenſuum ſeriem ab injuſtitia & delinquentia membra noſtra divellens, & juſtitiæ & ſanctimoniæ adjungens, & transferens eadem à ſtipendio mortis ad donativum vitæ æternæ, carni utiq; compenſationem ſalutis repromittit; cui nullam omnino competiſſet imperari propriam ſanctimoniæ & juſtitiæ diſciplinam, ſi non ipſius eſſet & præmium diſciplinæ.* Itaque apud Suidam quod habetur, ὀψώνια, κέρδη, χαρίσματα, malim, inquit Gatakerus, inverſo ordine legere, ὀψώνια, χαρίσματα, κέρδη, ut *præmii*, ſive *lucri*, quòd ad *merentem* redeat, ſignificationem, utrumq; vocabulum hoc loco, quem & ſubjungit, obtineat, ὀψώνια & χαρίσματα. Sed nec illud omittendum, quod II. Maccab. XII. 45. vitæ ac beatitudinis piis in ſeculo futuro rependendendæ præmium, vocabulo huic finitimo χαριστήριον nuncupari videtur, his verbis: τοῖς μετ᾽ εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον. Quod *donativum* optimè vertitur. Sive enim χάρισμα, ſive χαριστήριον dixeris, illud diſertè deſignatur, quod מתן שכר, *donum mercedis*, id eſt, *donativum*, vel *merces gratuita* Hebræorum doctoribus, ut R. Tarphoni in Pirke aboth, cap.II.16. & aliis alibi dicitur. Interim rectè veteres obſervant, χαρίσματος nomine μισθὸν κατὰ χάριν, uti Apoſtolus loquitur ad Rom. IV.4. *mercedem gratuitam*, ſive gratuitò & ex gratia collatum deſignari. Atque ea ratione à *ſtipendio donativum* diſtinguitur. *Stipendium enim pro opere militiæ debitum redditur, non donatur;* inquit Auguſtinus Enchirid. cap.CIII. cùm *donativum* ex liberalitate Principis, munificentiam ſuam ſuis commendantis, exhibeatur. Unde etiam *liberalitas* vocatur à Tertulliano, in ipſo principio lib. de Corona militis: *Proximè facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum Imperatorum.* Quam *liberalitatem* Rhenanus rectè interpretatur de *donativo* militibus dato. Ita Chryſoſtomus, Homiliâ XII. in epiſt.ad Romanos, quamvis ad præſentia is potiùs referre videatur: Εἰπὼν ὀψώνια ἁμαρτίας, ἐπὶ τῶν χρηστῶν οὐ τὴν αὐτὴν ἐτήρησε τάξιν. οὐ γὰρ εἶπεν, ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων ἡμῶν, ἀλλά, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ, δεικνὺς, ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἀπηλλάγησαν, οὐδὲ ὀφειλὴν ἀπέλαβον, οὐδὲ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένετο. *Peccati ſtipendia cùm nominâſſet, de bonis verba faciens non eundem ſervavit ordinem. Neq; enim dixit, merces rectè factorum veſtrorum: ſed, gratia autem Dei; oſtendens illos ſuo marte liberatos non eſſe, neq; debitum accepiſſe, nec retributionem aut remunerationem laborum, ſed omnia gratiâ obveniſſe.* Et Chryſoſtomi veſtigia premens Oecumenius, pag.296. Οὐκ εἶπεν, ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων, ἀλλὰ χάρισμα, δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἐκ καμάτων, ἀλλὰ κατὰ χάριν ἀπηλλάγησαν τῶν ἁμαρτιῶν. *Non dixit, merces rectè factorum, ſed donativum, oſtendens, quòd non propter labores, ſed ex gratia à peccatis fuerint liberati.* Et Theophylactus, pag.60. Οὐκ εἶπεν, ἡ ἀντιμισθία ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὸ χάρισμα· οὐ γὰρ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων ἐλάβετε, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένετο ἐν χριστῷ Ἰησοῦ· αὐτὸς γὰρ ταῦτα ἐνήργησε. *Non dixit, merces quæ eſt à Deo, ſed donum. Non enim retributionem & remunerationem laborum accepiſtis, ſed ex gratia hæc omnia contigerunt in Chriſto Jeſu: ipſe enim hæc eſt operatus.* Meliùs Theodoretus ad eundem locum, pag.50. Ἐνταῦθα οὐκ ἔφη μισθὸν, ἀλλὰ χάρισμα. θεοῦ γὰρ δῶρον, ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος· κἂν γὰρ τὴν ἄκραν τις κατορθώσῃ δικαιοσύνην, οὐκ ἀντιταλαντεύεται τοῖς προσκαίροις πόνοις τὰ αἰώνια ἀγαθά. *Hoc in loco non dicit* mercedem, *ſed* gratiam: *eſt enim Dei donum vita æterna. Etſi quis enim ſummam & abſolutam*

lutam juſtitiam præſtiterit, bona tamen æterna laboribus temporaneis ex adverſo in ſtatera dependi non poſſunt. Optimè Auguſtinus de grat. & liber. arbitr. cap.IX. *Mors meritò ſtipendium; quia militiæ diabolicæ mors æterna, tanquam debitum, redditur. Ubi cùm poſſet dicere, & rectè dicere*, ſtipendium juſtitiæ vita æterna; *maluit dicere*, gratia Dei vita æterna; *ut hinc intelligeremus, non pro meritis noſtris, Deum nos ad vitam æternam, ſed pro ſua miſeratione perducere.* Et Fulgentius ad Monim. lib.I. *Cur mors ſtipendium, vita vero æterna gratia dicitur, niſi quia illa redditur, hæc donatur?* Alia loca ex Origene vide in Gatakeri Cinno, cap.VIII. extremo.

III. Χάρισμα notat *Baptiſmum*. Vocatur χάρισμα τῆς υἱοθεσίας, *gratia adoptionis*, à Theodoreto in epitome div. decret. c.XXVIII. t.IV. pag.316. Verba ejus ſunt: Οὐδεὶς τῶν ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μήπω δεξάμενος τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα· ὁ δὲ τῆς τοῦ βαπτίσματος τετυχηκὼς δωρεᾶς, πατέρα καλεῖ τὸν θεὸν, ὡς εἰς τοὺς υἱοὺς τελέσας τῇ χάριτι. *Nullus eorum, qui non ſunt initiati ſeu baptizati, dicere audet*, Pater noſter, qui es in cœlis, *cùm adoptionis gratiam nondum acceperit. Qui autem Baptiſmi donum conſecutus eſt, Deum Patrem vocat, tanquam in gratiæ filios adſcitus.* Hujus verò appellationis hanc reddit cauſſam Greg. Nazianzenus, Orat. XL. pag.638. Χάρισμα, ὡς καὶ ὀφείλουσι διδόμενον. *Gratia* vocatur, *quia etiam debentibus datur.* Clariùs Clemens Alex. Pædag. lib.I. cap.VI. pag.93. Καλεῖται χάρισμα, ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπιτίμια ἀνεῖται. *Vocatur gratia, quâ remittuntur pœnæ, quæ peccatis debentur.* Nempe Baptiſmus remiſſionis peccatorum eſt σύμβολον, & σφραγίς. Auguſtinus tract. VI. in ep. Johannis, pag 423. *Aliud eſt aqua ſacramenti, aliud aqua quæ ſignificat ſpiritum Dei. Aqua ſacramenti viſibilis eſt, aqua ſpiritûs inviſibilis eſt: iſta abluit corpus, & ſignificat quod fit in anima: per illum ſpiritum ipſa anima mundatur & ſaginatur.* Χαρισικάριος, *præbendarius*. Balſamon ad Can.XIX. Concilii II. Nicæni, p.543. Ὁ δὲ εὑρισκόμενος λαμβάνων, ἢ καὶ διδοὺς, εἰ μὲν ἐστιν ἡγούμενος, ἵνα ἐκδιώκηται ἐκ τῆς ἡγουμενείας· εἰ δὲ χαρισικάριος, ἐνδιωχθήσεται ἀπὸ τῆς μονῆς. *Qui accipere vel dare*, ſc. ἀποταγὰς, renunciationes, *inventus fuerit, ſi eſt quidem Monaſterii præfectus, ex præfectura expellatur: ſin autem præbendarius, è monaſterio expelletur.* Et pag.544. Ἔξεστι γὰρ ἀκώλυτον ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης τὸ τάσσειν, ἤπερ οἱ χαρισικάριοι, κἂν ὑπομνήματα ἔχωσι. *Citra ullum enim impedimentum ſanctiſſimo Patriarchæ licebit collocare, vel Præbendarios, etiamſi documenta habeant.* Hæc ſunt ex Conſtitut. Alexii Comneni. *Præbendarius* verò eſt, qui *præbendam* accipit, ut exponitur in Gemma.

Χαριτόω.

Quemadmodum χάρις eſt *gratia, favor*: ita χαριτόω ſignificat *gratioſum*, ſive *amabilem reddo, facio*: χαριτόομαι, *gratioſus*, ſive *amabilis fio*: κεχαριτωμένος, *gratioſus*, ſive *amabilis factus*. Bis legitur hoc verbum in N.Teſtamento. Prior locus eſt ad Epheſ.I.6. ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. Vulgatus: *Gratificavit nos.* Beza: *Gratis effecit ſibi gratos.* Eraſmus: *Charos reddidit nos.* Poſſes commodè reddere: *Gratioſos reddidit, acceptos habuit.* Atque ita interpretantur veteres. Chryſoſtom. Homil.I. in hanc epiſt. pag.767. Ἧς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, φησίν· οὐκ εἶπεν, ἧς ἐχαρίσατο, ἀλλ' ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς· τουτέστιν, οὐ μόνον ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἐπεράστους ἐποίησε. *Quâ gratioſos nos reddidit, inquit. Non dixit*, ἧς ἐχαρίσατο, *quam gratis donavit, ſed* ἐχαρίτωσεν, *id eſt, gratioſos reddidit. Hoc eſt, Non ſolùm liberavit à peccatis, ſed etiam fecit amabiles, deſiderabiles, ad ſui amorem allicientes.* Id enim ſignificat ἐπέραστος, juxta Heſychium, apud quem: Ἐπέραστος, ἐπιθυμητὸς, ἐράσμιος. Quomodo hoc factum ſit, convenientiſſimo ſimili explicat Chryſoſtomus: Καθάπερ ἂν εἴ τις λαβὼν ψωραλέον τινὰ, καὶ λιμῷ καὶ νόσῳ διεφθαρμένον, καὶ γήρᾳ, καὶ πενίᾳ, καὶ λιμῷ, εὐθέως εὔμορφον νεώτερον ἐργάσαιτο, πάντας ἀνθρώπους νικῶντα τῷ κάλλει, σφόδρα μὲν τὴν αὐγὴν ἀφιέντα ἀπὸ τῶν παρειῶν, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τοῦ ἡλίου ἀποκρύπτοντα ταῖς τῶν ὀφθαλμῶν βολαῖς, εἶτα ἐν αὐτῷ καταστήσειε τῷ τῆς ἡλικίας ἄνθει, καὶ μετὰ τοῦτο ἁλουργίδα περιβάλοι καὶ διάδημα καὶ πάντα τὸν κόσμον τὸν βασιλικόν· οὕτως ἐξήσκησε τὴν ψυχὴν ἡμῶν, καὶ καλὴν, καὶ ποθεινὴν, καὶ ἐπέραστον ἐποίησεν. ἐπιθυμοῦσι γὰρ ἄγγελοι παρακύψαι πρὸς τὴν τοιαύτην ψυχὴν, ἀρχάγγελοι, πᾶσαι αἱ ἄλλαι δυνάμεις. οὕτως ἡμᾶς καὶ ἐπιχάριτας ἐποίησε, καὶ ἑαυτῷ ποθεινούς. *Quemadmodum enim ſi quis acceptum quempiam ſcabioſum, & peſte, ac morbo ſenioque, & paupertate ac fame confectum & perditum, ſtatim formoſum fecerit juvenem, omnes homines pulchritudine vincentem, è genis quidem ſplendorem valde emittentem, & micantium oculorum ejaculationibus fulgores occultantem. Deinde eum conſtituerit in ipſo flore ætatis, & poſtea eum purpurâ induerit, & diadema impoſuerit, & omni ornatu ornârit regio: ita noſtram inſtruxit & ornavit animam, pulchramque fecit, deſiderabilem & amabilem. Cupiunt enim Angeli talem aſpicere animam, Archangeli, & omnes reliquæ virtutes. Ita nos etiam reddidit gratioſiſſimos, & ſibi deſiderabiles.* Eodem modo Theophylactus, pag.502. qui, inter alia, verbum ἐχαρίτωσεν exponit, χαριέντας καὶ ἐπεράστους ἐποίησε, *gratioſos & amabiles reddidit.* Theodoretus paucis: Ἀξιεράστους ἡμᾶς πεποίηκεν ὁ δεσποτικὸς θάνατος, δι' ἐκείνου γὰρ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἀποθέμενοι κηλῖδας, καὶ τῆς τοῦ τυράννου δυναστείας ἀπαλλαγέντες, τοὺς τῆς εἰκόνος τῆς θείας ἀνελαβόμεν χαρακτῆρας. *Dignos amore nos fecit mors Domini. Per illam enim, peccatorum depoſitis maculis, & à tyranni ſervitute liberati, divinæ imaginis characteres recepimus.* Et Oecumenius, pag.615. Ἐχαρίτωσε δὲ, πρῶτον μὲν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ἔπειτα δὲ ἐπεράστους ἐποίησεν ἀγγέλοις, ἀρχαγγέλοις, ταῖς ἄνω δυνάμεσι, τοῖς εὐηρεστηκόσιν αὐτῷ ἁγίοις. *Gratioſos reddidit, primò quidem in oculis ſuis, deinde verò amabiles fecit Angelis, Archangelis, virtutibus cœleſtibus, ſanctis, qui ipſi placent.* Ex his jam facilè patet omnibus, qui depoſita omni præſumta opinione judicare ſtudent, quo ſenſu hoc ipſum verbum in poſteriori loco, nempe Lucæ I.28. ſit accipiendum. Angelus B. Virginem ita compellat: χαῖρε κεχαριτωμένη. Vulgatus, Syrus, & Arabs: *Ave gratiâ plena.* Non temere repudianda hæc interpretatio. Neque eſt quòd vereamur, ne, ſi huic interpretationi locus detur, Virgo Maria ſuprà quàm par ſit extollatur. *Gratia* omnem vel umbram meriti & dignitatis excludit: & *gratiâ plena* dicitur Virgo, non *effectivè*, ſed *ſubjectivè*: non quòd plùs merita ſit quàm aliæ fœminæ, vel quòd gratiam aliis conferre poſſit, ſed quòd plùs ex divina benignitate acceperit, & conſecuta fuerit. Nec eſt, quòd offendamur, audientes de B. Virgine dici; *Gratiâ plena*: cùm de Eliſabetha quoq; dicatur, Lucæ I.41. *Repleta eſt ſpiritu ſancto.* Optimè doctiſſimus Cruſius: *Lucæ primo*, inquit, *vetus tralatio habet*, Ave gratiâ plena. *Hoc ſi idem ſit quod* gratioſa, *ſeu*, quæ gratiam *invenerit, ferri poteſt. Verùm adverſarii ſic intelligunt, tanquam beata Virgo poſſit hominibus dare gratiam, aut apud Deum impetrare, ac proinde precibus noſtris eſſe invocandam. Nos contrà intelligimus, hanc gratiam præ omnibus aliis fœminis à Deo datam ei fuiſſe, ut mater fieret ſeminis illius benedicti, quod initio ſtatim poſt lapſum generi humano promiſſum fuerat.* Illa igitur χαῖρε κεχαριτωμένη, ſi vulga-

Digitized by Google

tam verſionem retinere nolimus, convenienter reddentur: *Ave gratioſiſſimè habita, acceptiſſima*, quæ in gratia atque exiſtimatione apud Deum es ſingulari. Caſtellio nimis jejunè, *accepta*. Beza: *Gratis dilecta*. Piſcator: *Gratiam nacta: ad verbum, gratiata*. Atque hanc verſionem confirmant Angeli Gabrielis, qui optimus ſui interpres meritò cenſendus, verba mox ſequentia, v. 30. quibus dicti ratio redditur, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ, *inveniſti enim gratiam apud Deum*. Nec ſecus Sirach. XVIII. 17. ἀνὴρ κεχαριτωμένος, pro homine, qui cùm in ſumma ſit apud homines æſtimatione plus apud eos valeat hac ratione, quàm oratione blanda aut largitione etiam profuſa alii. Nec aliter veteres interpretantur. Theophylactus, in cap. I. Lucæ, pag. 304. Ὅπερ ἄνω εἶπε, κεχαριτωμένη, ὥσπερ ἑρμηνεύων φησὶν, εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κεχαριτῶσθαι, τὸ εὑρεῖν χάριν παρὰ θεῷ, τουτέστιν, ἀρέσαι θεῷ. *Quod ſuprà dixit*, κεχαριτωμένη, *quaſi interpretans dicit. Inveniſti enim gratiam coram Deo. Hoc enim eſt* κεχαριτῶσθαι, *gratiam inveniſſe apud Deum, id eſt, Deo placere.* Poteſtne quid dici luculentius? Quare ſi Theophylacto credimus, non aliter accipitur χάρις in participio κεχαριτωμένη, quàm in Hebraica loquendi formula, εὗρες χάριν. Sunt ex veteribus qui exiſtimant, B. Virginem propterea vocari κεχαριτωμένην, quia Chriſtum, gratiæ theſaurum, in utero geſtaverit. Ita Greg. Thaumaturgus, ſerm. I. in Annunciat. Virginis, pag. 12. Κεχαριτωμένη, ἐπειδὰν μετ' αὐτῆς ὅλος ὁ θησαυρὸς τῆς χάριτος ἐναπέκειτο. *Gratioſiſſimè habita, quoniam cum ipſa totus gratiæ theſaurus reconditus erat.* Vide apud eundem plura. Sed hoc coactum eſt, nec cum verbi hujus ſignificatione convenit, ut ex præcedentibus patet. Videri autem poteſt de hoc verbo Fullerus, Miſc. lib. I. cap. VIII. pag. 61. Lud. de Dieu in cap. I. Lucæ, & Boiſius, Anglus, in idem caput: Gatakerus in Cinno ſuo c. VIII.

Χαρτιατικόν.

Xylander in Notis ad Cedrenum: *Chartiaticum quid ſit, ſanè ignoro. Fortaſſis exactio fuit ad ſuſtentationem ſcribarum & Cancellariæ, ut vocant.* Imò χαρτιατικὸν eſt *tributum pro chartis* inſtitutum à Nicephoro Logotheta. Cedrenus, pag. 393. Τρίτη κακίνοια, ἐποπτεύεσθαι πάντας, καὶ ἀναβιβάζεσθαι τὰ τούτων δημόσια τέλη, παρέχοντας καὶ χαρτιατικοῦ ἕνεκα ἀνὰ κεράτια δύο. *Tertia mala excogitatio, omnium bona inſpici, indeque cenſum in publicum exigi juſſit, nomine tributi pro chartis præterea exactis in ſingulos duobus ceratiis.* Jacobus Cujacius, lib. IV. obſervat. cap. XVIII. pag. 308. de hac voce ita ſcribit: Ex ratione pannicularia officialibus *chartiacum præſtari.* Ulpianus ſcribit in l. Divus. D. de bon. damn. Ita enim legitur in P. Florentinis: quam lectionem confirmant hæc Zonaræ verba in Nicephoro, ἐπίπλας τριβάλλειο ἐπισκήπτων ἐπαύξειν σφᾶς τὰ δημόσια, ἀπαιτεῖσθαι δὲ καὶ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῷ νομίσματι δύο κεράτια. Eſt verò *chartiaticum* id, quod quaſi pro chartis officialibus datur: ſicut *Cerarium*, quod quaſi pro cera apud Ciceronem, ſicut *pulveraticum* ſive *pulveratica*, honorarium, quod quaſi pro labore & pulvere agrimenſoribus datur, in Conſtitut. quadam Theodoſii & Valentiniani, quæ apud Frontinum exſtat.

Χαρτυλάριος.

Χαρτυλάριος. *Chartularius.* Onomaſticon vetus: *Scriniarius*, χαρτυλάριος. Epiſt. XCIX. Photii inſcripta eſt Γρηγορίῳ διακόνῳ καὶ χαρτυλαρίῳ τῷ Ἀμασιάνῳ. *Gregorio Diacono & Chartulario Amaſiano.* Chartulariorum ordinem triplicem fuiſſe notat Cl. Meurſius Alius in Eccleſia, alius in Palatio, alius in exercitu occupatur. In Eccleſia quinque erant, pro numero τῶν ἐξωκατακοίλων. Quomodo fiant, docetur in Collect. Conſtitut. Eccleſ. ex lib. I. Cod. tit. II. ſect. XXV. Γίνονται οἱ χαρτυλάριοι, ἡγουμένου λιβέλλου καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκονόμου. *Chartularii libello præeunte fiunt, qui Patriarchæ & Oeconomi ſubſcriptionem habeat.* Qui in palatio, ὁ μέγας dicebatur, dignitatemque habebat proximam Protoſtratori, præfectus cum eo equiſonibus Imperatoris. Qui in exercitu erat, is militem conquirebat & conſcribebat. Vide Gl. Meurſii.

Χαρτοφύλαξ.

Chartophylax, præfectus chartarum, qui tabulas habet chartaceas ad jura Eccleſiæ pertinentes, chartarum cuſtos, qui privilegia, & ſimilia aſſervat, præfectus ſcriniorum, judex item cauſarum Eccleſiaſticarum & quæſtionum matrimonialium, defenſor in clericorum cauſſis, *veluti manus ſummi ſacerdotis dextera*, ſic enim appellat Codinus, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ. Et Balſamon addit: Καὶ καλεῖται τοῦ πατριάρχου στόμα καὶ χείρ. *Et vocatur Patriarchæ os atque manus.* De ejus officio Balſamon ad Can. IX. Concilii Nicæni II. pag. 509. Ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ ἐνεργεῖ δικαίῳ τοῦ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτου πατριάρχου πάντα τὰ τούτῳ ἀνήκοντα, ὡς ἐπισκόπῳ· ἀφορίζει γὰρ, διορθοῦται ψυχικὰ σφάλματα, διακόνους καὶ ἱερεῖς ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι, τὰ τῶν ἱεροτελεστιῶν πιττάκια ἐκτίθεται, καὶ ἄλλα τοιαῦτα τινά. *Et qui hoc tempore eſt Chartophylax, nempe Conſtantinopoli, ſanctiſſimi hujus temporis Patriarchæ jura omnia quæ ad eum pertinent, exercet, ut Epiſcopus: etenim excommunicat, animæ delicta corrigit: diaconos & ſacerdotes ordinari permittit: ſacrorum miniſteriorum tabulas, ſeu indices exponit: & quædam hujuſmodi alia.* Plura ex Gloſſario Meurſii peti poſſunt.

Χάσδιον.

Χάσδιον, vel χαρνίδιον eſt *pileus*, qui non exſurgit in cacumen ut galerus: qualis fuit καταῖτυξ in militia Homerica. Il. κ. v. 258.

--- Ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε
Ταυρείην ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον, ἥτε καταῖτυξ
Κέκληται. --- ---
--- *Et ejus capiti impoſuit caſſidem*
Taurinam ſine cono, & ſine criſta, quæ καταῖτυξ
Vocatur.

Vide Lexica. Καταῖτυξ eſt depreſſum genus galeæ, & ſine criſta: Φακιόλιον ſurrexit in turbinem vel elatum faſtigium, planè contrarium χασδίῳ, quod nihil ultra capitis peripheriam efferebat in ſublime. Inſignis eſt locus in Achmetis Onirocriticis cap. XXVI. ad utriusque differentiam monſtrandam, de quo vide Meurſium in φακιόλιον. In hiſt. Conc. Florentini, ſect. IV. cap. XXII. pag. 96. Ῥάβδους κατέχοντες πεντεσπιθαμιαίας χασδίοις κοκκίνοις ἐνδεδυμένας καὶ μέσον ἀργυροδιαχρύσῳ κεκοσμημένας περιεμβολήματι. *Qui virgas geſtabant quinque palmos longas in ſummitate coccineis capitellis ad inſtar pileorum rotundis fultas, & in medio circuitu limbis argenteo deauratis perpulchrè intercalatas.* Hic mirificè exprimitur χασδίου forma, dum pro capitellis in ſummo vertice baculorum ponitur, humilibus, rotundis, & ad naturam pileorum depreſſis. Vide Gl. Meurſii.

Χειμάζομαι.

I. *Propriè tempeſtate jactor*: ſed peculiariter hyberna tempeſtate, ſeu qualis hyeme in mari ſolet oriri. Act. XXVII. 18. Σφοδρῶς χειμαζομένων ἡμῶν. *Validè nobis tempeſtate jactatis.* Sic ναύτας χειμαζομένους,

nautas tempeſtate vexatos jactatosq; dixit etiam Lucianus. Vide Lexica vulgata.

II. *Metaphoricè* ſæpe uſurpatur de animo inconſtante, fluctuante, & navis inſtar huc illuc jactato. Chryſoſtomus Homil. LIII. in Matth. pag. 341. Ἐννόησον, πῶς τὸ τρυφῶντος εἰκὸς χειμάζεσθαι τὴν διάνοιαν, ὅταν δόξης ἐφίηται τῆς ὑπερβαινούσης αὐτόν. *Conſidera, quantopere jactari oporteat animum hominis in deliciis vitam agentis, quando gloriam appetit ipſum excedentem.* Idem, Homil. CLXVI. t.V. pag. 989. Μὴ ἀποστῶμεν τῆς ὁδοῦ· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, φησὶν ὁ Κύριος. Ὁ τοίνυν ἐκβαίνων ἐκ τῆς ὁδοῦ, πλανᾶται· ὁ ἔξω τῶν γραφῶν ὁδεύων, χειμάζεται. *Ne à via recedamus.* Ego ſum via, *inquit Dominus. Qui igitur viam deſerit, errat: qui extra ſcripturas incedit, fluctuat & jactatur.* Cyrillus Alexandr. ad v. 39. cap. XI. Joh. pag. 687. de Martha: Ὑπὸ ἀπιστίας αὕτη χειμάζεται τῇ ὑπερβολῇ τοῦ θαύματος. *Incredulitate fluctuat ob magnitudinem miraculi.* Baſilius Seleucienſis: Ὑπ' ἀγνοίας τὸν λογισμὸν χειμαζόμενοι. *Præ ignorantia animorum fluctuatione agitati.* Confer Jacobi I. 6. Apuleius lib. de Socratis Deo: *Motu cordis, & ſalo mentis ad omnes cogitationum fluctus æſtuare.* Seneca epiſt. LXXV. *Mutatio voluntatis indicat animum natare alibi, & alibi apparere, prout tulit ventus.* Eodem ſenſu *fluctuare* apud Ciceronem, IV. Acad. quæſt. *Non debere eos in ſuo decreto, ſicut in cæteris rebus fluctuare;* id eſt, marinorum fluctuum ritu huc atque illuc ventorum impetu commoveri. Apud eundem, *Fluctuans ſententia.*

III. Hic maximè illud quæritur Quinam Can. XVII. Ancyrani Concilii vocentur χειμαζόμενοι. Verba Canonis ſunt: Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι. Non uno modo vocem hanc accipiunt Interpretes.

1. Alii χειμαζομένους eos eſſe dicunt, *qui ſub ferula literas divinas audiebant*, id eſt, pœnitentes, qui deintegro, tanquam rudes & Catechumeni, erudiendi tradebantur. Atque hæc eſt ſententia Balſamonis ad hunc Canonem, pag. 780. Χειμαζόμενοι κληθήσονται κυρίως, οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἱστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῶν θείων γραφῶν, τόπον ἐπέχοντες χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα τῆς σωτηρίας εἰσελθεῖν μὴ παραχωρούμενοι. Hybernantes *appellabuntur propriè, qui ſunt in Narthece, & divinas ſcripturas audiunt, qui locum eorum tenent, qui* χειμαζόμενοι *vocantur, & in Eccleſiaſticum ſalutis portum non admittuntur.* Sed ſi hæc explicatio valeret, nulla gravior pœna in peccatores, quorum hoc Canone XVII. fit mentio, ſtatueretur, quàm in eos, de quibus præcedens Can. XVI. agit. At manifeſtum eſt, Concilium hoc graviorem in hos, quàm in alios pœnam ſtatuere voluiſſe. Si verò nihil aliud hoc Can. XVII. jubetur, quàm utroſque divinis Concionibus intereſſe poſſe, quomodo horum delictorum genera diſtincta, aut diſpares pœnas eſſe reperies? Deinde omnes omnino pœnitentes ante ὑπόπτωσιν, *ſubſtrationem*, ſcripturas cum Catechumenis audiebant, Ἀκρόασις enim, *auditio*, ſecundus erat gradus pœnitentiæ, quem decurrere, & per quem ad exitum pœnitentiæ pervenire omnes omninò tenebantur pœnitentes. Vide in Ἀκροάομαι & Ἀκρόασις. Quare nihil opus erat, à Concilio Ancyrano decerni, ut inter *Audientes* remanerent, quia pœnitentiam nequaquam explere potuiſſent ejuſmodi impudici, quorum hoc Canone fit mentio, quin denuò ſcripturas ſacras audiſſent. Cæterùm non magis rationi conſentaneum eſt ἀκροωμένους vocari χειμαζομένους, quam προσκλαίοντας, vel ὑποπίπτοντας: imò hoc nomine citiùs προσκλαίοντες intelligerentur quàm ἀκροώμενοι, quòd pro foribus templi manerent, ibique continuis lacrymis; ἀκροωμένοις verò fores Eccleſiæ paterent cùm ſcripturæ legerentur. Denique veriſimile eſt, his verbis, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, judicium Synodi, pœnamque integram, non verò partem pœnæ contineri: at ἀκρόασις erat pars pœnæ & judicii, quod pœnitentes ſubibant. Nec tandem illud prætereundum, quòd Concilii Eliberini Can. LXXI. perpetuâ pœnitentiâ punit ſtupratores puerorum. Jam verò non minori animadverſione digni ſunt illi, qui Can. XVII. Ancyrano recenſentur.

2. Alii χειμαζομένους eos eſſe dicunt, *qui pro templi foribus, ſub dio, orare, & pœnitentiam agere cogebantur.* Qui ob gravia delicta; ut eſt fornicatio, aut adulterium, pœnitentiam agebant, aut eam petebant, ſub quodam tecto pro templi foribus eos pœnitentiæ ritus, & exomologeſim peragebant, id eſt, Presbyteris advolvebantur, caris Dei adgeniculabantur, veniam deprecabantur, cæteros denique fratres, ut ſibi deprecatores eſſent, orabant. Verùm, qui graviora delicta, ut ſunt quæ hoc Canone commemorantur, commiſerant, quique perpetuam agerent pœnitentiam, non ſolùm ab Eccleſia, ſed ab illo etiam tecto arcebantur, qui hic χειμαζόμενοι videntur appellari. Tertulliani verba de Pudicitia, cap. IV. extremo, pag. 1001. *Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in ſexus, ultra jura naturæ, non modò limine, verùm omni Eccleſiæ tecto ſubmovemus, quia non ſunt delicta, ſed monſtra.* Atque hæc veriſſima videtur eſſe ſententia.

3. Supereſt tertia eorum, qui per χειμαζομένους intelligunt *dæmoniacos*. Atque ita Interpres hujus Canonis, qui, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, vertit, *inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo.* Ex Dionyſio Exiguo, qui eodem modo. Ita etiam Criſconius. Martinus Bracarenſis in Collect. Canonum, Can. LXXXI. *Inter dæmonioſos orare.* Ibidem: *Inter eos orare, qui tempeſtate jactantur, qui à nobis energumeni intelliguntur.* Ita Conſtitut. Apoſt. lib. VIII. cap. XII. pag. 1021. in Liturgia Jacobi: Παρακαλοῦμέν σε ὑπὲρ τῶν χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου· καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν ἡμῶν· ὅπως τοὺς μὲν τελειώσῃς ἐν τῇ πίστει, τοὺς δὲ καθαρίσῃς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ. *Oramus te pro iis, qui vexantur ab alieno ſpiritu: & pro fratribus in pœnitentia conſtitutis: ut hos quidem in fide perficias: illos verò purges ab operatione maligni illius.* Alexius Ariſtenus in Canon. XVII. Ancyranum; Χειμαζόμενοι δέ εἰσι κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον οἱ ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ κατεχόμενοι· οἱ μετὰ τῶν πιστῶν οὐ συνεχωροῦντο εὔχεσθαι, ἀλλὰ τόπους εἶχον ἀφωρισμένους, καὶ ηὔχοντο ἐν αὐτοῖς. Χειμαζόμενοι *verò ſunt, ſecundùm magnum Dionyſium, qui à ſpiritu pravo vexantur: qui cum fidelibus orare non permittebantur, ſed loca ſibi habebant præſcripta, in quibus orabant.* S. Maximus, ſcholiis in Dionyſium Areopagitam, de Eccleſ. Hierarch. cap. VI. pag. 87. pro eodem accipit χειμαζομένους & ἐνεργουμένους. Græcorum Euchologium precum ordinem habet *in vexatos à ſpiritibus immundis*, quos vocat χειμαζομένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων καὶ ἐπηρεάζοντας, *vexatos à ſpiritibus immundis, & noxam inferentes.* Antiquiſſimum Euchologium Barberinæ Bibliothecæ, referente Morino, tit. CCCCLX. ſimpliciter habet, Εὐχὴ ἐπὶ χειμαζομένων ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου. Cyrillus Alexandr. in cap. XLII. Jeſaiæ, pag. 544. etiam dicit, χειμαζόμενοι ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ. *Mali ſpiritus fluctibus jactati.* Hi ergo per χειμαζομένους intelligunt eos, *qui immundis ſpiritibus agitantur*,

quibus cùm quidam in Eccleſia locus, à fidelibus Catechumenis, pœnitentibus procul remotus aſſignaretur, in quo, cùm non vexarentur, orare poſſent. Juxta hos igitur hoc Canone Ancyrano, inter eosdem ejuſmodi ſcelerati & perditi homines, tanquam impuriſſimi relegantur, & idem in Eccleſia locus, ſi precibus Dei iram mollire cuperent, præſcribitur. *Inter hyemantes* igitur *orare* eſt inter Energumenos & eodem loco orare poſſe quemadmodum *Pœnitentes inter Catechumenos orare*, quæ loquendi formula frequentiùs occurrit in Canonibus, quâque nihil aliud ſignificatur, quàm pœnitentibus poteſtatem fieri ſtandi in Eccleſia cum Catechumenis, atque eodem loco & tempore orare poſſe, ita hos *ordinari & orare inter Energumenos*, nihil aliud eſt, quàm eis licere eodem loco preces ſuas offerre & orare. Zonaras verò ad hunc Canonem, p. 297. ingenuè fatetur, ſe neſcire, quid ſit εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, *Dæmoniacos* tamen non eſſe, aliquot rationibus probare nititur. Verba ejus adſcribo: *Χειμαζομένους δέ τινες καλοῦσι τοὺς δαιμονῶντας. οὐκ οἶμαι δὲ τούτους λέγειν ἐνταῦθα τοὺς τῆς συνόδου πατέρας.* Οἱ γὰρ δαιμονῶντες, ἢ δι' ὅλου μεμήνασι, καὶ οὐδέποτε εὔχονται ἀδιάλειπτον ἔχοντες τὴν μανίαν, ἢ ἐκ διαλειμμάτων πάσχουσι, καὶ ἐν τοῖς διαλείμμασιν, ὅτε σωφρονοῦσι, καὶ μεταλαμβάνειν παραχωροῦνται, κατὰ τὸν γ΄. κανόνα τοῦ Ἀλεξανδρέως Τιμοθέου. Εἰ οὖν τοῖς ἐκ διαλειμμάτων δαιμονῶσι συνεύξονται ἀδιακρίτως οἱ ἀλογευσάμενοι, ἠθέτηνται διὰ τούτου τοῦ κανόνος αἱ αἱρέσεις καὶ διαστάξεις τοῦ προλαβόντος κανόνος. Τί οὖν ἐστι τὸ, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. *Hybernantes verò nonnulli arreptitios dicunt; Sed ego eos hoc loco à Synodi Patribus intelligi, haud exiſtimo. Arreptitii namque vel omnino furioſi ſunt, ac perpetuò inſanientes nullo unquam tempore precationi vacant; vel ex intervallis laborant, eiſque interea, dum ſui compotes ſunt, ex Timothei Alexandrini Canone tertio, etiam communicare permiſſum. Quod ſi cum iis, qui ex intervallis à dæmone agitantur, ſine diſcrimine beſtiariis hujusmodi deſultoribus precari conceſſum ſit, quæcunque ſuperiori Canone de variis peccantium ordinibus conſtituta fuerunt, hic Canon evertit. Quid ſit igitur*, inter hybernantes orare, *haud facilè dixerim.* Ejûsdem ſententiæ eſt Balſamon, & Zonaram exſcribit, pag. 780. Addit verò, χειμαζομένους eos eſſe, qui in Narthece ſtantes, ſacraſque audientes ſcripturas, locum χειμαζομένων obtinent, neque in Eccleſiaſticum ſalutis portum admittuntur. Verba ejus jam ſuprà produximus.

Χείρ.

Χεὶρ, *manus*, duobus maximè modis accipitur.

I. *Propriè*, pro membro illo notiſſimo corporis humani. Cur manus nobis à Deo ſint datæ, docent nos Veteres. Greg. Nyſſenus de Anima & Reſurrect. t. III. pag. 251. Πρὸς τὸ ἔργον αἱ χεῖρες. *Manus datæ ſunt ad operandum.* Chryſoſtomus Homil. LXVII. t. VI. Χεῖρες ἐδόθησαν, ἵνα ἀνατείνῃς αὐτὰς εἰς εὐχάς. *Manus datæ ſunt, ut eas ad preces extendas.* Idem, Homil. X. in epiſt. ad Philippenſes, p. 62. Θεὸς ἐποίησέ σοι χεῖρας, ταύτας αὐτῷ κέκτησο, μὴ τῷ διαβόλῳ, μὴ εἰς ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας, ἀλλ' εἰς ἐντολὰς, καὶ εὐποιΐας, καὶ εἰς εὐχὰς ἐκτενεῖς ἀνατείνων αὐτὰς, εἰς τὸ τοῖς πεπτωκόσιν ὀρέγειν αὐτάς. *Deus tibi manus fecit: illas ipſi poſſide, non Diabolo, non ad rapinas & avaritiam, ſed ad mandata, & beneficia, & aſſiduas preces eas extendens, ad lapſis porrigendam manum.* Gregorius Nazianzenus Orat. XL. pag. 666. Καλὸν τὰς χεῖρας τελειοῦσθαι, ὡς ἐν παντὶ τόπῳ ὁσίας αἴρεσθαι, καὶ δράττεσθαι τῆς Χριστοῦ παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ Κύριος. *Præclarum eſt manibus luſtrari, & in omni loco puræ attollantur, Chriſtique diſciplinam, ne iraſcatur Dominus, apprehendant.* Huc facit Apoſtoli præceptum I. Timoth. II. 8. ubi χεῖρας ὁσίους ἐπαίρειν jubemur. Vide in Εὐχὴ, num. VI. 1. ſub lit. *B. b.*

II. *Impropriè*, Sic μεταφορικῶς & καταχρηστικῶς tribuitur,

1. *Deo*, & notat ejus potentiam, auxilium, bonitatem, juſtitiam, &c. Suidas: Χεῖρας Θεοῦ, ὁ Δαβὶδ, τὴν τοῦ Θεοῦ προμήθειάν φησι. *Dei manus, David ipſam Dei curam & providentiam appellat.* Idem: Χεὶρ, ἡ βοήθεια, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ δύναμις. *Manus, auxilium, poteſtas, potentia.* Theodoretus in cap. XLV. Jeſaiæ, pag. 109. Τὴν χεῖρα θεοπρεπῶς νοήσωμεν, μὴ σωματικὸν μόριον, ἀλλὰ θείαν ἐνέργειαν. Manum, *ut Deum decet, intelligamus, non corporeum membrum, ſed operationem divinam.* Idem in Pſal. LXXIV. ad v. 9 pag. 691. Χεὶρ Θεοῦ, ἡ ἐνέργεια. *Manus Dei, eſt operatio.* Idem, in Epitome div. decret. cap. I. pag. 251. dicit, *manum* vocari τῆς οἰκονομικῆς δυνάμεως ἐνέργειαν, *œconomicæ poteſtatis operationem.* Et mox, pag. ſeq. χεῖρα νοοῦντες, οὐ τὸ τοῦ σώματος μόριον, ἀλλὰ τὴν πάντα τεχνησαμένην καὶ κυβερνῶσαν ἐνέργειαν. *Per* manum *intelligentes, non corporis membrum, ſed omnia fabricantem & gubernantem operationem.* Ibid. cap. IX. pag. 271. ad illa Pſal. CXIX. Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, hæc habet: χεῖρας τοῦ Θεοῦ νοοῦμεν, οὐ σωματικά τινα μόρια, ἀλλὰ τὴν δημιουργικὴν αὐτοῦ δύναμιν. *Per* manus Dei *intelligimus, non corporea quædam membra, ſed creatricem ejus potentiam.* Gregor. Nyſſenus, Orat. VII. contra Eunomium, t. II. pag. 629. Ἡ τῶν δακτύλων μνήμη ἐπὶ Θεοῦ, καὶ τῆς χειρὸς, καὶ τοῦ βραχίονος, οὐ τὴν ἐξ ὀστῶν καὶ νεύρων καὶ σαρκῶν καὶ συνδέσμων τοῦ μέλους κατασκευὴν ὑπογράφει τῷ λόγῳ· ἀλλὰ τὴν πρακτικὴν αὐτοῦ καὶ ἐνεργητικὴν δύναμιν τῷ τοιούτῳ διασημαίνει ὀνόματι. *Cùm digitorum ſit mentio in Deo, & manûs, & brachii, non ex oſſibus & nervis & carnibus & vinculis membri conſtitutionem ſermone deſcribit, ſed activam ipſius & efficacem vim ac poteſtatem tali nomine ſignificat.* Et Baſilius Cæſar. lib. V. contra Eunomium, pag. 133. Χεῖρας ἀκούων Θεοῦ, τὸ ποιητικὸν αὐτοῦ γνώριζε σαφῶς. *Cùm* manus Dei *audis, vim faciendi ipſius planè cognoſcas.* Damaſcenus, lib. I. orthod. fidei, cap. XIV. pag. 51. Χεῖρας Θεοῦ νοοῦμεν τὸ ἀνυσικὸν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἡμεῖς τὰ χρειώδη, καὶ μάλιστα τιμιώτερα, διὰ τῶν οἰκείων κατορθοῦμεν χειρῶν. *Per* manus Dei *intelligimus efficacem virtutem operationis ejus. Nam nos utilia & maximè pretioſa adminiculo manuum efficimus.* Cyrillus Alexandr. in cap. XLIX. Jeſaiæ, pag. 674. Πλειαχοῦ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν χεῖρας ὀνομάζει Θεοῦ, τὰς δραστηρίους αὐτοῦ δυνάμεις, δι' ὧν εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παρήνεγκε. *Multis in locis ſacræ literæ* Dei manus *vocant actuoſam ejus potentiam, quâ omnia ad eſſe perduxit.* Idem, lib. III. Glaphyr. in Geneſin, pag. 104. Ἀεὶ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς ἔργου καὶ κατορθωμάτων, ἤτοι πρακτικῆς ἐνεργείας σημεῖον χείρ. *Semper in divinis ſcripturis* manus *ſignum eſt operis & rectè factorum, id eſt, activæ vel efficacis operationis.* Vide etiam Euſebium, præparat. Evang. lib. VIII. pag. 221. & confer voces Βραχίων, num. II. & Δεξιά, num. II. 1. *Manum* verò *Dei* non tantùm eſſe ſignum *potentiæ*, ſed etiam *vindictæ*, docet Didymus ad v. 11. c. I. Jobi, in Catena, pag. 34. Χεῖρα Θεοῦ διαφόρως ἐκληπτέον, ἢ τὴν κολαστικὴν, καὶ εἰς τοῦτο ὑπηρετικὴν δύναμιν, ἥτις καὶ σκεῦος ὀργῆς λέγεται, κατὰ τὸ, ἡ χείρ σου ἔθνη ἐξωλόθρευσεν· ἢ τὴν φρουρητικὴν, καὶ σκεπαστικὴν

δυνα-

δύναμιν, ὡς τὸ, ἐπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Manus Dei variè accipienda eſt: quædam enim eſt vindex, & ultionis adminiſtra poteſtas, quæ etiam vas iræ dicitur, de qua ſcriptum eſt, Manus tua gentes diſperdidit, *Pſal. XLIV. 2.* *Alia verò, poteſtas ejus eſt, quæ munit & protegit: ad quam illud pertinet*, Formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. *Pſal. CXXXIX. 5.*

2. *Filio Dei.* Sic Joh. III. 35. ubi Chriſtus dicit: Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. *Pater diligit Filium; & omnia dedit in manu ejus.* Ad quæ Ammonius in Catena in Joh. pag. 115: Χεῖρα ὧδε τὴν δύναμιν καλεῖ, ἣν ἔχει ὁ υἱὸς φυσικῶς, καὶ οὐ μεταληπτῶς, ὡς τοῦ ἀγαθοῦ παντὸς οὐσιωδῶς ὄντος ἐν Πατρὶ, καὶ ἐν δυνάμει νοουμένου τοῦ υἱοῦ. Λαμβάνει δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος ἣν εἶχεν ἐξουσίαν καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως ὡς Θεός. Manum *hic appellat potentiam, quam Filius naturâ ſuâ, non autem potentiâ habet; Patre nimirum omne bonum eſſentialiter continente, Filioq; per virtutem intellecto. Accipit autem ut homo poteſtatem, quam etiam ante incarnationem habuit ut Deus.* Ita etiam Joh. X. 28. Οὐχ ἁρπάσει τὶς αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. Non rapiet eas quiſquam de manu mea. Hic Chryſoſtomus in Catena, pag. 272: Χεῖρα ὅταν ἀκούσῃς, μηδὲν αἰσθητὸν εἶναι νομίσῃς, ἀλλὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν. *Si* manum *audis, nihil ſenſibile ſuſpiceris, ſed virtutem ac poteſtatem.* Vide etiam in Βραχίων, num. III. & in Δεξιά, num. II. 3.

3. *Spiritui Sancto.* Protogenes, Epiſcopus Sardicenſis, in Concilio Nicæno, parte II. cap. XX. pag. 132: Εἴωθεν ἡ γραφὴ ἢ χεῖρα ἢ βραχίονα καλεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. *Solet Scriptura vel* manum *vel brachium vocare Spiritum Dei Sanctum.*

Χειραγωγός.

Χειραγωγὸς, *qui manu ducit:* ut cæcum ducere ſolemus, cui viam præimus. Unde exponitur ὁδηγὸς τοῦ τυφλοῦ, *cæci dux.* Vide Lexica vulgata. Χειραγωγὸς etiam vocatur *patrinus, ſuſceptor, ſponſor, fidejuſſor, arbiter initiationis.* Dionyſius Areopagita cap. II. de div. Nominib. ſect. XI. pag. 428: Ὁ κοινὸς ἡμῶν καὶ τοῦ καθηγεμόνος ἐπὶ τὴν θείαν φωτοδοσίαν χειραγωγὸς, ὁ πολὺς τὰ θεῖα, τὸ φῶς τοῦ κόσμου. *Communis noſter ac præceptoris noſtri ad divinam illuſtrationem manuductor, qui multùm in divinis rebus exercitatus eſt, lux mundi.* Hinc χειραγωγέω, *manu duco.* Heſychius: Χειραγωγῶ, τῇ χειρὶ ἄγω. Chryſoſtomus Homil. I. t. V. pag. 1: Ὅσωπερ ἂν τῷ μεγέθει τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων ἐνδιατρίψωμεν, τοσοῦτον πρὸς τὸν γενεσιουργὸν χειραγωγούμεθα. *Quò diligentiùs magnitudinem pulchritudinis rerum creatarum conſideraverimus, eò magis ad creatorem deducimur.* Et Homil. XXII. tomi ejusd. pag. 135: Ἡ ψυχὴ οὐκ ἔστιν αὐτάρκης πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων κατανόησιν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν, ἀλλὰ τοῦ χειραγωγήσαντος αὐτὴν δεῖται. *Anima per ſe ſibi non ſufficit ad conſiderationem rerum cœleſtium, ſed manuductore indiget.* Idem, Homil. LXI. t. V: Ὁρῶ τὴν κτίσιν ἅπασαν, καὶ δι' αὐτῆς χειραγωγοῦμαι πρὸς τὸν δημιουργόν. *Video univerſas res creatas, & per eas manuducor ad earum opificem.*

Χείρεργον.

Non habent Lexica. *Opus manuum.* In Prato ſpirituali Joh. Moſchi, cap. XIII. pag. 1062: Τὸ ἐμὸν χείρεργον τρέφει με. *Manus meæ nutriunt me.*

Χειριστής.

Non habent Lexica. Significat *diſpenſatorem, œconomum.* Hac voce uſus eſt Cyrillus Alexandr. in epiſt. ad Domnum, de ſacerdotum quorundam audacia ita ſcribens: Βούλονται τοὺς μὲν οἰκονόμους τῆς ἐκκλησίας, ἤτοι τοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων χειριστὰς ἐκβαλεῖν, στῆσαι δὲ αὐτοὶ τοὺς κατὰ γνώμην ἰδίαν. *Volunt œconomos Eccleſiæ, aut certè Eccleſiaſticarum rerum diſpenſatores, ejicere, & quosdam alios ſibi propria autoritate conſtituere.*

Χειροβίωτος.

Henricus Stephanus in Theſauro ſuo fatetur, ſe vocem χειροβίοτος; ita enim ſcribit, pro χειροβίωτος, quemadmodum ἀποχειροβίωτος; nec apud Pollucem, nec apud alium inveniſſe. Eſt autem *victum manibus quærens, comparans.* Legitur apud Theodoretum, ſerm. IX. Θεραπευτ. ubi, χειροβίωτοι ἄνθρωποι, καὶ ἄγροικοι, καὶ πενίᾳ ξυζῶντες. *Homines manibus victum comparantes, rudes, & pauperes.* Tales aliàs vocantur χειρογάστορες, χειροβοσκοὶ, & ἀποχειροβίωτοι. Heſychius: Χειροβοσκεῖν, τὸ διὰ χειρῶν ζῶντα. *Manibus victum comparantem.* Idem: Χειρογάστορες, οἱ διὰ τῶν χειρῶν ζῶντες. Onomaſticon vetus: *Mechanicus*, ἀποχειροβίωτος. Vocantur etiam χειρόβιοι. Suidas: Χειρόβιοι, οἱ ἐκ χειρῶν ζῶντες, καὶ ταῖς τέχναις προσκαθήμενοι. Λέγονται καὶ ἀποχειρόβιοι. *Qui manibus victum ſibi parant, & qui artibus aſſident. Dicuntur etiam* ἀποχειρόβιοι, *id eſt, artifices, qui ex ſuis manibus vivunt, qui manu victum ſibi quærunt.* Apoſtolus Paulus de ſe, Actorum XX. 34. Ταῖς χρείαις μου ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. *Ad ea, quæ mihi opus erant, miniſtraverunt manus iſtæ.* Senſus eſt: Servum ad manus non habui, ipſæ manus meæ ſervierunt mihi. Cicero, lib. II. de natura Deorum: *Operis hominum, id eſt, manibus, cibi varietas invenitur & copia.*

Χειρόκμητος.

Manu laboratus, vel *elaboratus: manu factus.* Heſychius: Χειρόκμητα, χειροποίητα, ἤγουν ὑπὸ χειρῶν πεποιημένα. *Manibus facta, manibus elaborata.* Suidas: χειρόκμητα, ὑπὸ χειρῶν γεγλυμμένα· ἢ περιεξεσμένα. *Manibus elaborata, manibus ſculpta vel circumpolita.* Philo de mundo, χειρόκμητα ἔργα, *opera manibus elaborata.* Cyrillus Alexand. in cap. III. Nahumi, pag. 504. Ψεύδονται, καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν ὑποκλέπτοντες οἱ χειρόκμητοι θεοὶ, ἀργύριον καὶ χρυσίον. *Mentiuntur nomen, & divinitatis gloriam ſuffurantur dii manufacti, argentum & aurum.* Idem quod χειρότευκτος, de quo mox.

Χειρότευκτος.

Non habent Lexica. Eſt autem χειροποίητος, vel χειρόκμητος, *manu-factus.* Cyrillus Alexandr. in cap. XIX. Jeſaiæ, pag. 293. Ἔθος τοῖς ματαίων προσκυνηταῖς ὅρκιον ποιεῖσθαι τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων· οἱ μὲν γὰρ τὸν οὐρανὸν ὀνομάζουσιν. οἱ δὲ τὸν ἥλιον. ἕτεροι δὲ καὶ τὰ ἐν σηκοῖς χειρότευκτα. *Eſt ſolenne vanitatum cultoribus, juramentum pro ſuo cujuſque arbitratu, mundi elementis nuncupare. Alii enim cœlum nominant: alii ſolem: alii verò etiam in adytis manufacta.*

Χειροτονέω.

I. Τὸ χειροτονεῖν *in prima & propria ſignificatione* deſignat *electionem, quæ fit per ſuffragia manuum extenſione data:* notat *eligere per ſuffragia ad Epiſcopatum*, nimirum ex uſu Eccleſiaſtico: atque talis electio etiam à populo olim facta, ut demonſtravimus in voce Ἐπίσκοπος, num. II. 1. ſub lit. b. α. Atque in hac ſignificatione verbum χειροτονέω, & nomen χειροτονία, de

Digitized by Google

de quo poſtea, diu in Eccleſia uſurpata fuerunt, ita ut non ſumerentur pro *ordinatione* ſeu *conſecratione ſolenni Epiſcopi*, quæ tantùm per Epiſcopos fiebat. Hinc apud Suidam, χειροτονήσαντες, ἐκλεξάμενοι. *Qui elegerunt.* Exemplis & teſtimoniis probemus, χειροτονεῖν nihil aliud declarare, quàm *conſtituere, creare, deſignare.* Patet hoc ex Act. XIV. 23. ubi de Paulo & Barnaba: χειροτονήσαντες αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν. *Cùm illis conſtituiſſent Presbyteros per ſingulas Eccleſias.* Apud Chryſoſtomum, Homil. XXXII. in Matth. p. 218. hæc leguntur: Λανθανόντως ἑαυτὸν ἐμφαίνει τὸν τὸ κῦρος ἔχοντα. Εἰπὼν γὰρ, δεήθητε τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, οὐδὲν δεηθέντων αὐτῶν οὐδὲ εὐξαμένων, αὐτὸς αὐτοὺς εὐθέως χειροτονεῖ. *Tectè indicat, ſe ipſum eſſe, qui autoritatem habeat. Nam cùm dixiſſet*, Rogate Dominum meſſis: *& illi nec rogarent, nec precarentur, ipſe eos ſtatim deſignat.* Inſigne eſt illud Maximi Tyrii de Darii equo herum ſuum ſolo hinnitu regem Perſarum creante: Δαρεῖον οὐ πρότερον προσεκύνησαν Πέρσαι, πρὶν αὐτὸν ἐχειροτόνησεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὑβριστὴς ἵππος. *Darium non priùs adorârunt Perſæ, quàm equus laſciviens regem illum creâſſet.* Heſychius: Χειροτονεῖν, καθιστᾶν, ψηφίζειν. *Conſtituere, decernere, eligere.* Socrates, hiſt. Eccl. lib. I. cap. XXXVIII. pag. 190. b. de Conſtantino M. loquens, filios ſuos in imperii conſortium aſſumente, ſic ſcribit: Τὸν τῷ πάππῳ ἐπώνυμον Κωνστάντιον ἐν τῇ εἰκοσαετηρίδι κατέστησε καίσαρα· τὸν δὲ νεώτερον Κώνσταντα ἐν τῇ τριακονταετηρίδι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐχειροτόνησεν. *Avo cognominem Conſtantium vigeſimo Imperii ſui anno Cæſarem conſtituit: juniorem verò Conſtantem anno trigeſimo deſignavit.* Hìc κατέστησεν & ἐχειροτόνησεν idem prorſus valent. Theodoretus Orat. VIII. de Providentia, pag. 413. introducit Joſephum ad heram ſuam, quæ ipſum ad laſciviam pellicere conabatur, dicentem: Ἁπάντων μὲ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν κηδεμόνα κεχειροτόνηκεν ὁ δεσπότης, καὶ τὸν νεώνητον ἄνδρα ἡγεμονεύειν ἁπάντων ἐκέλευσε. *Me omnium quæ in domo ſunt curatorem dominus conſtituit, & nuper emtum novitiumq; ſervum omnibus præeſſe juſſit.* Ita *de electione*, non *de ordinatione*, intelligendum hoc verbum Can. XIX. Antiocheni Concilii: Ἐπίσκοπον μὴ χειροτονεῖσθαι δίχα συνόδου καὶ παρουσίας τοῦ ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας. *Epiſcopus ne eligatur abſque Synodo & præſentia Metropolitani provinciæ.* Zonaras ad præſentem Canonem, pag. 334. Σημειωτέον, ὅτι χειροτονίαν ὁ κανὼν ἐνταῦθα τὴν ψῆφον λέγει, οὐχὶ τὴν τελεσιουργίαν τοῦ ἐπισκόπου καὶ τὴν χειροθεσίαν. *Obſervandum eſt, præſentem Canonem* χειροτονίαν *vocare electionem, non conſecrationem Epiſcopi & manuum impoſitionem.* Balſamon quoque ad hunc Canonem, pag. 826. χειροτονεῖν explicat per ψηφίζεσθαι, *eligere.* Can. XIII. Cod. Eccleſiæ Africanæ, in verſione Græca, agit, περὶ τοῦ, μὴ ἐξεῖναι, ἐπίσκοπον, εἰ μὴ ἀπὸ πολλῶν, χειροτονεῖσθαι. *De eo, quòd non liceat Epiſcopi niſi à multis eligi.* Ubi Zonaras, pag. 402. Χειροτονίαν ἐνταῦθα, μὴ τὴν χειροθεσίαν καὶ καθιέρωσιν νοητέον, ἀλλὰ τὴν ψῆφον. *Per* χειροτονίαν *hic non debet intelligi manuum impoſitio & conſecratio, ſed electio.* Ibid. χειροτονεῖν, τουτέστι, ψηφίζεσθαι τοὺς ἐπισκόπους. *Eligere Epiſcopos.* Eodem modo Balſamon ad hunc Canonem, pag. 611. Nec aliter poteſt accipi in quæſtionibus ad Nicetam Metropolitanum Theſſalonicenſem, in his verbis: Τελεῖται χειροτονούμενος διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ διὰ τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου πνεύματος, καὶ τῆς τῶν ἀχράντων μυστηρίων μεθέξεως. *Conſecratur electus per impoſitionem manuum Epiſcopi, & per acceſſum ſanctiſſimi Spiritûs ſuper eum, & per participationem impollutorum myſteriorum.* En hìc poſt χειροτονίαν, *electionem*, ſuccedit demum ἐπίθεσις τῶν χειρῶν, *impoſitio manuum*, & τελείωσις, *conſecratio.*

II. Χειροτονεῖν ſignificat *impropriè ordinare* ſeu *conſecrare*, ac proinde *ad ordinationem, initiationem in ſacris & inaugurationem* refertur. Can. I. Apoſtol. Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. *Epiſcopus à duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur.* Hìc χειροτονείσθω notat *impoſitionem manuum*, quæ ad ordinationem Epiſcoporum & Presbyterorum pertinet. Ad hunc Canonem Balſamon, pag. 233. Ὁ ἀποστολικὸς οὗτος κανὼν περὶ χειροτονίας διαλέγεται τῆς παρὰ ἀρχιερέως τελουμένης ἐπ' ἐκκλησίας. οὐ μὴν περὶ ψήφου. *Hic Canon Apoſtolicus loquitur de ordinatione, quæ fit ab Antiſtite in Eccleſia: non autem de electione.* Ita etiam Can. II. Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω. *Presbyter ab uno Epiſcopo ordinetur.* Ad quem iterum Balſamon: Καὶ οὗτος ὁ κανὼν περὶ χειροτονίας ἀκολούθως νομοθετῶν παρίστησι καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ κανόνα ἐκλαμβάνεσθαι περὶ ἐπισκόπων χειροτονίας, οὐ περὶ ψήφου αὐτῶν. *Hic quoque præſens Canon de ordinatione conſequenter ſtatuens, probat etiam præcedentem Canonem accipi de ordinatione Epiſcoporum, non de eorum electione.* Balſamon in Collect. Conſtitut. Eccleſ. lib. III. ex Novellis, tit. I. Ἥττων τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω ἐπίσκοπος. *Epiſcopus minor annis triginta ne ordinator.* Confer vocem χειροτονία.

III. Χειροτονεῖν uſurpatur *de benedictione per orationem & impoſitionem manuum.* Ita accipitur, quando ſermo eſt de Diaconiſſis, ſubdiaconis, Lectoribus, cæteriſque miniſtris. Hoc ſenſu accipitur Conſtitut. Apoſtol. lib. III. cap. XI. pag. 896. Οὐκ ἐπιτρέπομεν πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ᾠδοὺς, ἢ πυλωροὺς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. *Non permittimus Presbyteris ordinare Diaconos, vel Diaconiſſas, vel Lectores, vel Subdiaconos, vel Cantores, vel Oſtiarios, ſed ſolis Epiſcopis.* Can. XV. Concilii in Trullo: Ὑποδιάκονος μὴ ἥττων τῶν εἴκοσι ἐτῶν χειροτονείσθω. *Subdiaconus minor annis viginti ne ordinator.* Confer vocem χειροτονία, num. III. & vide in Διακονισσα, num. V.

Χειροτονία & Χειροθεσία.

I. Χειροτονία ſumitur *pro electione*, ſeu *ſuffragii forma, quam in eligendis Epiſcopis ac Presbyteris vetus obſervavit Eccleſia.* Hæc autem vox, ut obſervat doctiſſimus Juſtellus ad Can. V. Laodicenum, ἀνέξωθεν in Eccleſiam translata eſt. Apud Athenienſes duplex erat ratio conſtituendi Magiſtratus: quidam enim per κλῆρον eligebantur, unde & κληρωταὶ ἀρχαὶ, *magiſtratus ſorte electi*: & locus, in quo deligebantur, κληρωτήριον dicebatur: quidam verò per χειροτονίαν, id eſt, porrectionem manuum, quæ in ſublime à populo dum aliquem probaret fieri ſolebat, & χειροτονηταὶ appellati ſunt. Id docet Demoſthenes contra Neæram, & Æſchines contra Cteſiphontem his verbis: *Magiſtratus*, inquit, *eſſe dicent eos, quos Theſmothetæ ſortiuntur in æde Theſei, & eos quos populus ſolet* χειροτονεῖν, *porrectione manuum declarare.* Hunc etiam ſuffragii ferendi modum apud Romanos uſu receptum teſtatur Cicero in Orat. pro Flacco: *Sic ſunt expreſſa*, inquit, *iſta præclara quæ recitantur pſephiſmata, non ſententiis, neque autoritatibus declarata, nec jurejurando conſtricta, ſed porrigenda manu, profundendóque clamore multitudinis concitata.* Hinc lapſu temporis civilis appellatio verſa fuit in ſacram. Hac enim notione accipitur Can. V. Concilii Laodiceni, *pro electione* videli-

Digitized by Google

videlicet, & ſuffragio populi, in his verbis: Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. *Quòd non oporteat electiones fieri in præſentia audientium.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 831. χειροτονίας ἐνταῦθα τὰς ψήφους ὀνομάζει ὁ κανών. χειροτονίας *hic Canon electiones nominat.* Zonaras ad Can. I. Apoſtolorum, pag. I. πάλαι αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο. ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσιν ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, συνήεσαν τὰ πλήθη· καὶ οἱ μὲν τὸν δεῖνα ᾑροῦντο, οἱ δὲ τὸν δεῖνα. ἵνα δ᾽ ἂν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται τείνειν τὰς χεῖρας, τοὺς τὴν ἐπιλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκαστον ψηφιζομένους, καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων αἱρούμενον, εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προάγεσθαι. κἀντεῦθεν ἐξελήφθη τῆς χειροτονίας τὸ ὄνομα. τούτῳ δὲ καὶ τῶν συνόδων πατέρες οὕτως εὑρίσκονται χρησάμενοι, καὶ τὴν ψῆφον χειροτονίαν καλέσαντες. Ἡ γὰρ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν πέμπτῳ κανόνι φησί. Μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασαν. ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τοῦ ἀρχιερέως μᾶλλον ἔθος πολλοὺς συνέρχεσθαι. ἐν δὲ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ εἰσάγεσθαι τινὰ αἰτιάματα τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναί τινας, καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. *Olim ipſum etiam ſuffragium nominatum eſt* χειροτονία. *Nam cùm populis civitatum licebat eligere ſacrorum præfectos, conveniebat ipſe populus, & alii quidem hunc, alii vero illum deligebant. Quatenus autem plurium ſuffragium vinceret, eligentes ferunt ſolitos extendere manus, & per manus ita porrectas numerabantur qui vel hunc vel illum delegiſſent, plurium verò ſuffragiis electum ſummo ſacerdotio præficere.* Χειροτονίας *nomen hinc ſumtum, quo ſic etiam Synodorum Patres inveniuntur uſi, ſuffragium nominantes* χειροτονίαν. *Laodicenſis nempe Synodus in Canone quinto dicit,* Non oportere χειροτονίας in audientium præſentia fieri. Χειροτονίας *autem appellârunt ſuffragia. In plena quidem Pontificis approbatione ſeu conſecratione magis obtinebat conſuetudo, ut plures unà convenirent: ſed in ſuffragiis ferendis, eò quòd electorum virorum crimina quædam proponerentur, aliquos vetatur adeſſe & hæc audire.* Vide etiam Balſamonem ad Can. I. Apoſtol. pag. 233. Confer, quæ habes in χειροτονέω, num. I. Zonaras ad Can. IV. Concilii Nicæni, pag. 52. χειροτονίαν hac ſignificatione ſumi docet. Ὁ τῆς συνόδου ταύτης κανών, inquit, κατάστασιν, καὶ χειροτονίαν τὴν ψῆφον ὀνομάζει. *Hujus Synodi Canon* κατάστασιν, *conſtitutionem &* χειροτονίαν *vocat ſuffragium, ſive electionem per ſuffragia.* Iterum, Zonaras ad Can. V. Laodic. pag. 341. χειροτονίας ἐνταῦθα τὰς ψήφους ὠνόμασεν ὁ κανών. *Hic Canon* χειροτονίας *vocavit ſuffragia.* Hinc Heſychius: χειροτονία, ἐκλογή. *Electio.*

II. Χειροτονία notat *ordinationem, initiationem in ſacris & inaugurationem.* Hinc Zonaras ad I. Canon. Apoſtol. obſervat: Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι λαχόντος, τελεσιουργία τῶν εὐχῶν, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπίκλησις· ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον. *Nunc quidem* χειροτονία *vocatur perfectio precum, ſanctiq; ſpiritus invocatio, dum ſacerdotio quis initiatur, & conſecrationem ſortitur, ex eo dicta, quòd Pontifex extendat manum benedicendo homini ad ſacra deligendo.* Eadem ſignificatione uſurpatur à Philoſtorgio, l.X. hiſt. Eccl. c.IV. p.136. ubi de Eunomianorum ab Arianis averſatione dicit, eos χειροτονίαν αὐτῶν μὴ προσίεσθαι, *ordinationem ab iis non admittere,* De hac ordinatione Chryſoſtomus Homil. LXII. t. VI. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἱερέων τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ κεφαλῆς τίθεται, ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τοῦ εὐαγγελίου τιάραν λαμβάνει. καὶ ἵνα μάθῃ, ὅτι καὶ πάντων ἐστὶ κεφαλή, ἀλλ᾽ ὑπὸ τούτους πράττει τοὺς νόμους, πάντων κρατῶν, καὶ τῷ νόμῳ κρατούμενος. *Idcirco in Eccleſia in ſacerdotum ordinationibus, Evangelium Chriſti capiti imponitur, ut diſcat is, qui ordinatur, veram ſe recipere Evangelii tiaram; atq; ut diſcat, quamvis ſit omnium caput, ſe tamen legibus iſtis ſubjici; & eum, qui omnibus imperet, legis imperio ſubeſſe.* Et Homil. XIV. in Acta, p. 690. Τοῦτο ἡ χειροτονία ἐστίν· ἡ χεὶρ ἐπίκειται τοῦ ἀνδρός· τὸ δὲ πᾶν ὁ θεὸς ἐργάζεται, καὶ ἡ αὐτοῦ χείρ ἐστιν ἡ ἁπτομένη τῆς κεφαλῆς τοῦ χειροτονουμένου, ἐάν, ὡς δεῖ, χειροτονῆται. *Hoc eſt ordinatio: manus viro ſuperponitur, totum autem Deus operatur, & illius eſt manus, quæ ejus qui ordinatur caput contingit, ſi, quemadmodum oportet, ordinatur.*

III. Χειροτονία notat *orationem ſuper hominem, cui manus imponitur.* De ea Zonaras ad Can. CXVII. Carthaginenſ. pag. 492. Ἐν ταῖς χειροτονίαις ὁ ἀρχιερεὺς ἐπιτιθεὶς τὴν χεῖρα τῇ τοῦ χειροτονουμένου κεφαλῇ, οὕτω τὰς εὐχὰς ἐπιλέγει. *In chirotoniis Epiſcopus, impoſita manu capiti ejus, qui ordinatur, ſic recitat preces.* Huc facit in Euchologio, pag. 80. & ſeqq. χειροτονία τοῦ ἀναγνώστου καὶ ψάλτου. χειροτονία ὑποδιακόνου, χειροτονία διακόνου. Confer verbum χειροτονεῖν, num. III. & mox ſub num. IV. numerum primum.

IV. Χειροθεσία olim fuit duplex.

1. Εὐλογίας, *benedictionis, non ordinationis,* ſeu *conſecrationis.* Sic χειροθεσία *pro benedictione, non pro ordinatione* ſeu *conſecratione* ſumitur Can. XIX. Concilii Nicæni, ubi de Diaconiſſis, Canonem integrum exhibemus in voce Διακόνισσα, num. V. ubi vide. Sic Can. XV. Chalced. Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας· ἡ δέ γε δεξαμένη τὴν χειροθεσίαν, &c. *Diaconiſſam mulierem ante quadrageſimum annum* non *initiari, & eam cum accurata probatione. Poſtquam verò manuum impoſitionem acceperit,* &c. Hic χειροθεσία *pro impoſitione manuum benedictionis* accipitur, *non ordinationis.* Ita qui ab Hæreticis ordinati fuerant, ſi ad Eccleſiam reverterentur, non de novo ordinabantur apud Orthodoxos, ſed ipſis pax dabatur impoſitione manuum privatâ & arcanâ, quam μυστικωτέραν χειροτονίαν appellat Theodoretus hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. VIII. in epiſtola ſynodica, pag. 547. ubi agit de Meletianorum Epiſcopis, ſive à Meletio ordinatis: Τοὺς δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, κοινωνηθῆναι ἐπὶ τούτοις. *Eos autem, qui ab eo ſunt conſtituti, arcanâ manuum impoſitione confirmatos, ad communionem his legibus admitti,* &c. Eadem habentur in Actis Concilii Nicæni I. parte II. pag. 176. An meliùs dixiſſet, μυστικωτέρᾳ χειροθεσίᾳ? Non enim ordinatio illa nova fuit, ſed manuum ſimplex impoſitio, quâ veluti confirmabantur in officio, in quo ordinati fuerant à ſchiſmatico Meletio. Ut enim non integer, nec plenus Baptiſmus iterum conferebatur jam baptizatis ab hæreticis vel ſchiſmaticis, ſed ſola impoſitione manuum, aut chriſmatione confirmabantur: (vide in voce Ἀγγελικός, num. IV. ſub lit. *A. c.*) ita ab hæretico ordinatus non iterum ordinabatur, ſed tantùm confirmabatur μυστικωτέρᾳ χειροθεσίᾳ. Juſtinus reſp. XIV. ad Orthodoxos, pag. 399. in Edit. Græco-Lat. ubi docet, non rebaptizari jam baptizatum ab hæreticis, neque ordinatos iterum ordinari: Τοῦ αἱρετικοῦ ἐπὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἐρχομένου τὸ σφάλμα διορθοῦται, τῆς μὲν κακοδοξίας, τῇ μεταθέσει τοῦ φρονήματος· τοῦ δὲ βαπτίσματος, τῇ ἐπιχρίσει τοῦ ἁγίου μύρου· τῆς δὲ χειροτονίας, τῇ χειροθεσίᾳ. *Hæretici ad orthodoxiam tranſeuntis lapſus corrigitur, pravæ quidem opinionis, mutatione ſenten-*

ſententiæ: baptiſmi autem, unguenti ſancti unctione: ordinationis verò, manuum impoſitione. Hæc eſt μυστικωτέρα χειροθεσία, quam ex hæreſi reſipiſcentibus Clericis adhiberi ſolitam ab Orthodoxis Juſtinus & Theodoretus narrant. Eam vocat μυστικὴν χειροτονίαν Theodoretus, quaſi *ſecretam & privatam ordinationem*, ut eam diſtingueret à publica, quæ præſentibus pluribus Epiſcopis & Presbyteris fiebat. Ita Can. VIII. Concilii Nicæni I. Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαροὺς ποτὲ, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. *De his, qui ſe Catharos nominant, ſi aliquando ad Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam redierint, viſum eſt ſanctæ & magnæ Synodo, ut accepta manuum impoſitione, ſic in Clero maneant.* Olim ergo in Eccleſia manus imponebantur hæreticis reſipiſcentibus, quibus poſt exomologeſim pax dabatur. Id etiam teſtatur Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium, hiſt. Eccleſ. lib. VII, cap. II. pag. 72. a. Παλαιοῦ γέ τοι κεκρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ. *Antiquus mos obtinuit, ut de talibus ſola adhibeatur oratio per manuum impoſitionem.* Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus in Græca collectione Canonum Eccleſiæ Africanæ, Can. LVII. cùm de Donatiſtis ageretur: Ἀναθεματιζομένου τοῦ τῆς πλάνης ὀνόματος, διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῆς χειρὸς ἀναδεχθῶσιν εἰς τὴν μίαν ἐκκλησίαν. *Anathematizato nomine erroris recipiantur per manus impoſitionem in unam Eccleſiam.* Talis χειροθεσία etiam intelligitur, nimirum εὐλογίας, *benedictionis*, Actor. VIII. 17. per quam fideles in primitiva Eccleſia acceperunt ſpiritum ſanctum: de qua Epiphanius hæreſi XXI. pag. 29. Διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων χειροθεσίας ἔλαβον πνεῦμα ἅγιον. *Per impoſitionem manuum Apoſtolorum acceperunt ſpiritum ſanctum.*

2. Χειροτονίας, ſeu καθιερώσεως, *conſecrationis*, ut ait Tharaſius Patriarcha Conſtantinopol. Act. I. Concilii Nicæni II. tom. III. Conciliorum. *Impoſitionis manuum*, quæ ad ordinationem Epiſcoporum & Presbyterorum pertinet, meminit D. Paulus 1. Timoth. IV. 14. & cap. V. 22. Ad poſteriorem locum Theodoretus: Ἐξετάζειν γὰρ πρότερον χρὴ τοῦ χειροτονουμένου τὸν βίον· εἶθ' οὕτω καλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὴν χάριν τοῦ πνεύματος. *Oportet enim priùs examinare vitam ejus qui ordinatur, deinde in ipſum invocare gratiam ſpiritus.* Et Optatus Milevitanus lib. I. *In Donatum ſunt hæ ſententiæ latæ: quòd confeſſus ſit, ſe rebaptizâſſe, & Epiſcopis lapſis manus impoſuiſſe, quod ab Eccleſia alienum eſt.* Hîc *impoſitio manuum* pro *ordinatione* ſumitur, quam iterari non debere veteres judicârunt. Hunc ſignificatum habet χειροθεσία Can. XXII. Antiocheno: Ἐπίσκοπον μὴ ἐπιβαίνειν ἀλλοτρίᾳ πόλει τῇ μὴ ὑποκειμένῃ αὐτῷ, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός. εἰ δὲ τολμήσειέ τις τοιοῦτο, ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν. *Epiſcopus non adeat alienam civitatem, quæ ei ſubjecta non eſt, ad alicujus ordinationem. Si autem quis tale quid auſus fuerit, irrita ſit ejus ordinatio.* Balſamon ad Can. V. Synodi Laodicenæ, pag. 831. Ἐν τῷ πρώτῳ ἀποστολικῷ κανόνι ἡ χειροτονία εἰς χειροθεσίαν ἐκλαμβάνεται. *In primo Canone Apoſtolico χειροτονία ſumitur pro impoſitione manuum*, id eſt, *pro ordinatione.* Confer verbum χειροτονία, n. II. χειροτονίᾳ, hac ſignificatione acceptæ, opponitur ἀναχειροτονία, & ἀναχειροτόνησις Can. XLVIII. Cod. Eccl. Africanæ, id eſt, *reordinatio.*

Χέρνιβον.

Non habet Gloſſarium Meurſii. Χέρνιψ propriè *aquam ſignificat, quâ manus abluuntur:* τὸ χέρνιβον, ſeu χερνίβιον, *vas in quo lavantur:* malluvium pro manibus, pelluvium pro pedibus: Græci utrumque una voce complectuntur. In Hiſt. Concilii Florentini, ſect. X. cap. X. pag. 296. Εἶτα ἔδωκαν αὐτῷ δύο μεγάλα χέρνιβα. *Poſtea ei dederunt duo magna malluvia.* Et mox: Οὗ καὶ νιψαμένου καὶ ἐκμαξαμένου τὰς χεῖρας τῇ ὀθόνῃ πάλιν ἐστράφη ὁ Φιλανθρωπινὸς, καὶ ἐλθὼν δέδωκε τὰ χέρνιβα καὶ τὴν ὀθόνην τοῖς δεδωκόσιν. *Cùm abluiſſet ac deterſiſſet manus mantili, Philanthropinus in ſuum rediit locum, & malluvia cum mantili reſtituit primis porrigentibus.*

Χερνιβόξεστον.

A præcedenti voce ortum vocabulum, ſignificat *malluvium politum.* Euchologium, pag. 81. Κελεύει δὲ ὁ ἀρχιερεὺς κομισθῆναι χερνιβόξεστον. *Jubet autem ſummus Sacerdos afferri malluvium politum.* Et paulò pòſt: ὁμοίως δίδωσιν αὐτῷ τὸ χερνιβόξεστον. *Similiter dat ei malluvium politum.* Et: Κρατῶν τὸ χερνιβόξεστον. *Tenens malluvium politum.* Vide Gloſſ. Meurſii.

Χιτών.

I. *Explicatio vocis.* Veteres Gloſſæ: Χιτὼν, *tunica.* Heſychius: Χιτὼν, ἐσθὴς, θώραξ, ἱμάτιον ἀνδρεῖον. *Tunica, veſtis, veſtis quæ pectus tegit, veſtis virilis.* Theophylactus in cap. V. Matth. pag. 33. Χιτὼν κυρίως, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ὑποκάμισον. *Tunica propriè dicitur, quam ſubuculam vel induſium vocamus.* Suidas: Χιτὼν, ἱμάτιον ἀνδρεῖον. Vetus Homeri Scholiaſtes ad Il. β'. v. 42. Ἰστέον, ὅτι ἐπὶ μὲν ἀνδρὸς χιτῶνα λέγει, ἐπὶ γυναικὸς δὲ πέπλον.

II. *Diviſio.* Ejus reſpectu χιτὼν, vel *tunica*, eſt

1. *Communis.* Huc pertinent

a. *Tunica protoplaſtorum*, de quibus Geneſ. III. 21. Καὶ ἐποίησε Κύριος ὁ θεὸς τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους. *Et fecit Dominus DEUS Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas*, vel *coriaceas.* De his verò variant veterum ſententiæ.

α. Alii intelligunt *carnem*, alii *arborum cortices.* De utriſque ſic Theodoretus, quæſt. XXXIX. in Geneſin, pag. 34. Οἱ μὲν ἀλληγοροῦντες τὴν θνητὴν σάρκα φασὶ τὰ δέρματα· ἄλλοι δέ τινες ἀπὸ φλοιῶν δένδρων τινὰς τοὺς χιτῶνας κατεσκευάσθαι εἰρήκασιν· ἐγὼ δέ γε οὐδέτερον τούτων προσίεμαι. τὸ μὲν γὰρ περίεργον, τὸ δὲ ἄγαν μυθῶδες. τῆς γὰρ θείας γραφῆς καὶ πρὸ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα διαπεπλάσθαι φησάσης, πῶς οὐ μυθῶδες τὸ λέγειν, μετὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς σάρκα αὐτοὺς εἰληφέναι θνητήν; τὸ δέ γε πολυπραγμονεῖν, πόθεν τῷ θεῷ δέρματα, καὶ διὰ τοῦτο καινὸν εἶδος περιβολαίων ἐπινοεῖν, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ. χρὴ τοίνυν στέργειν τὰ γεγραμμένα, καὶ εἰδέναι ὡς οὐδὲν ἄπορον τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ, καὶ θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν ἄπειρον ἀγαθότητα, ὅτι καὶ παραβεβηκότων ἐπιμελεῖται, καὶ δεηθέντας περιβολαίων, οὐ περιεῖδε γυμνούς. *Qui allegoriis delectantur, pelles ajunt eſſe carnem mortalem. Quidam verò alii è corticibus arborum tunicas iſtas paratas fuiſſe dixerunt. Ego verò neutrum horum approbo: hoc enim nimis curioſum, illud verò valde fabuloſum. Cùm enim ſcriptura divina dixerit, corpus formatum eſſe ante animam, quomodo fabuloſum non eſt, dicere Deum illis dediſſe carnem mortalem poſt transgreſſionem mandati? Curioſè verò inquirere, unde pelles Deus habuerit, & ob id novam amictûs ſpeciem excogitare, ſuperfluum mihi eſſe videtur. In iis ergò acquieſcendum, quæ ſcripta ſunt, & ſciendum, quòd omnium creatori nihil difficile & invium; & admirari oportet infinitam ejus bonitatem, quòd etiam delinquentium curam gerat, nec veſtimentis neceſſariis carere nudos permittat.* Utramque hanc ſententiam etiam proponit Athanaſius, quæſt. LV. ad Antiochum, t. II. pag. 352. Sed Theodoreti amplectitur. Οἱ μὲν φασιν, inquit,

Digitized by Google

inquit, ἐκ φύλλων δένδρων· οἱ δὲ πάλιν τὴν σάρκα ἡμῶν ταύτας τοὺς χιτῶνας εἶναι εἰρήκασιν. ἔδοξε δὲ ἑτέροις, τοῖς καὶ ἀληθεστέροις, ἐν ἀληθείᾳ χιτῶνας δερματίνους εἶναι τοὺς τῶν πρωτοπλάστων χιτῶνας. *Alii quidem dicunt, ex arborum foliis* ſc. tunicas iſtas fuiſſe factas: *alii verò rurſus, carnem noſtram tunicas iſtas fuiſſe dixerunt. Aliis verò, qui etiam fide digniores, viſum eſt, verè tunicas pelliceas eſſe primorum parentum tunicas.* De *carne* itidem accipit Greg. Nazianzenus, Orat. XXXVIII. pag. 619. Ἀδὰμ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας, ἴσως τὴν παχυτέραν σάρκα, καὶ θνητὴν, καὶ ἀντίτυπον. *Adam pelliceas tunicas induit, fortaſſe craſſiorem carnem, & mortalem ac renitentem.* De *carne*, ſeu *corpore*, etiam interpretatur Origenes. Sic enim de eo Epiphanius hæreſi LXIV. pag. 229. Ἐποίησεν αὐτοῖς χιτῶνας δερματίνους, καὶ ἐνέδυσεν αὐτοὺς, τὸ σῶμά φησιν ἐστί. *Fecit illis tunicas pelliceas, & induit eos, corpus eſt, inquit.* Et in Ancorato, pag. 494. de eodem: Τοῦτό φησι χιτῶνα δερμάτινον, τὸ σαρκῶδες τοῦ σώματος, ἢ αὐτὸ τὸ σῶμα μετὰ τὴν παρακοήν. *Hoc vocat tunicam pelliceam, carne præditum corpus, vel ipſum corpus poſt transgreſſionem.* De arborum corticibus tunicas accepit Diodorus in Catena MS. in Geneſin, & apud Theodoretum, quæſt. ſuprà laudata. Verba ejus ſunt: Ἐζήτηται, τί ἐστι χιτῶνας δερματίνους; ἀλλ' εἰ μὲν ζώων σφαγέντων ἐξ αὐτῶν ἐγένετο τὰ ἐνδύματα, εὔδηλον ὅτι ἐπέλιπε τὸ γένος τῶν σφαγέντων. ἄρτι μὲν τοῦ θεοῦ ἄῤῥεν τε καὶ θῆλυ πεποιηκότος, οὔπω δὲ οὐδενὸς τετοκότος· πρὸς τῷ κἀκεῖνο μὴ ἐνδέχεσθαι νομίζειν, ὅτι ζῶα σφάττεσθαι ἐκέλευσεν ὁ θεὸς, ὅτε μήπω κρεοφαγία ἦν ἐπιτετραμμένη τοῖς ἀνθρώποις. τοὺς μὴ ὄντας δὲ χιτῶνας ἔτι πλέον ἀπρεπὲς νομίζειν ὅτι παρήγαγεν ὁ θεὸς, ὃς ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου ποιήσει τοῦ ποιεῖν τι μὴ ὂν ἀπεπαύσατο, ὡς ἐν τούτῳ τοῦ κόσμου παντὸς συμπεράνας τὴν ποίησιν· εὔδηλον οὖν, ὡς οὐδ' ἂν χιτῶνας δερματίνους ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγεν. ἀλλὰ γὰρ ἠγνόησαν, ὡς ἔοικεν, οἱ περὶ τούτων ζητοῦντες, ὅτι δέρματα οὐ μόνον τὰ ἐκ τῶν ζώων ἀφαιρούμενα λέγεται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν δένδρων, ἃ καὶ φλοιοὺς ὀνομάζειν ἔθος τοῖς πολλοῖς· ἐκ δένδρων τοίνυν, ἐπιτηδείως πως φλοιοὺς ἐχόντων εἰς ἐνδυμάτων κατασκευὴν, ἐποίησαν οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ τὰ ἐνδύματα, τοῦ θεοῦ κατ' ἔννοιαν αὐτοῖς ὑποθεμένου, πῶς χρὴ τοῦτο ποιῆσαι. *Quæſitum eſt, quæ ſint* veſtes pelliceæ. *Nam ſi ex animalibus occiſis facta ſunt indumenta, perſpicuum eſt, quòd occiſorum animalium genus defecerit, cùm Deus paulò ante maſculum & fœminam creâſſet, nec adhuc ulli partus extitiſſent. Præterea nemo exiſtimare poteſt, Deum animalia jugulari præcepiſſe, quando nondum eſus carnium erat permiſſus hominibus. Multò minùs decet nos arbitrari, Deum veſtes, quæ non erant, produxiſſe: qui homine creato deſiit quicquam creare, quod non eſſet, quaſi in ipſo creationem univerſi mundi concludens. Conſtat igitur, Deum pelliceas veſtes non creâſſe ex nihilo. Sed fortaſſe ignorârunt, ut veriſimile eſt, qui talia quærunt, quòd* δέρματα *non ſolùm illa dicuntur, quæ ab animalibus auferuntur, ſed etiam quæ ab arboribus, quæ cortices vulgus appellare conſuevit. Igitur Adam indumenta confecit ex arboribus habentibus cortices aptas ad veſtimenta conficienda, Deo menti illius ſuggerente, quomodo id facere oporteat.* Mirum, unde hi habeant, δέρμα etiam *corticem* ſignificare. Certè veteres Gloſſæ δέρμα dicunt eſſe *tergum, pellem.* Nec aliter Lexicographi. Et, ſi vel maximè Græca vox hoc ſignificaret, repugnaret contextus originalis, in quo כתנות עור, *tunicæ pellis*, id eſt *pelliceæ.* עור nonniſi *de cute*, vel *pelle*, nunquam *de cortice* uſurpatur. In eadem Catena Origenes ſententiam, quam ipſi tribuit Epiphanius, rejicit, quando ſcribit: Λέγειν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας οὐκ ἄλλους εἶναι, ἢ τὰ σώματα, πιθανὸν μὲν, καὶ εἰς συγκατάθεσιν ἐπισπᾶσθαι δυνάμενον· οὐ μὴν σαφὲς ὡς ἀληθές. εἰ γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σάρκες καὶ ὀστᾶ εἰσὶ, πῶς πρὸ τούτων φησὶν ὁ Ἀδάμ. Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου; *Dicere, veſtes illas pelliceas nihil aliud eſſe, quam corpora, probabile quidem eſt, & ad aſſenſionem eliciendam efficax: at non evidens quòd ſit verum, ſi enim pelliceæ veſtes ſunt carnes & oſſa, quomodo antea dixit Adam*, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea? Idem inſulſum eſſe dicit, aſſerere, Deum veſtes pelliceas Protoplaſtis feciſſe. De quo poſtea.

β. Alii per χιτῶνας δερματίνους intelligunt *mortalitatem.* Horum ſententiam proponit & ſimul refutat Origenes in eadem Catena, his verbis: Τινὲς, δερματίνους χιτῶνας, τὴν νέκρωσιν, ἣν ἀμφιέννυται ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἡ Εὔα, διὰ τὴν ἁμαρτίαν θανατωθέντες, ἀπεφήναντο τυγχάνειν. Οὐ πάνυ τι οὐδὲ αὐτοὶ εὐχερῶς δυνάμενοι παραστῆσαι, πῶς ὁ θεὸς, καὶ οὐχὶ ἁμαρτία, νέκρωσιν ἐμποιεῖ τῷ παραβεβηκότι. πρὸς τούτοις, ἀνάγκην ἔχουσι λέγειν, σάρκα καὶ ὀστέα τῷ ἰδίῳ λόγῳ μὴ εἶναι φθαρτὰ, εἴγε ὕστερον τὴν νέκρωσιν οἱ πατέρες ἡμῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰλήφασι. *Nonnulli aſſeruerunt, veſtes pelliceas eſſe mortalitatem illam, quâ circumdati ſunt Adam & Eva, morti propter peccatum addicti. Sed iſti non facilè probare poſſunt, quomodo Deus, & non multò magis peccatum, mortalitatem parlat transgreſſori. Præterea neceſſe eſt eos dicere, carnem & oſſa propria ratione non eſſe corruptibilia, cùm poſtea patres noſtri propter peccatum mortalitatis conditionem acceperint.*

γ. Sedulius dicit *Draconem*, ſeu Satanam, *Adamo & Evæ poſt lapſum ficulna tegmina dediſſe:*

Dat nudis ficulna Draco mox tegmina victor.

Id verò non habet ex Contextu ſacro, ſed ex interpretatione Judæorum.

δ. Eorum tantùm vera eſt ſententia, qui cum Scriptura aſſerunt, Deum Protoplaſtis tunicas feciſſe pelliceas, iiſque eos veſtiviſſe. Hæc eſt ſententia Theodoreti, ut ſub lit. α. vidimus. Athanaſius de Cruce & paſſione Domini, tom. I. pag. 1012. Ὅτε ἥμαρτε, καὶ λοιπὸν ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, ἔλαβε δερματίνους χιτῶνας, ἐκ νεκρῶν ζώων γενομένους, σύμβολον ὄντας τῆς διὰ τὴν ἁμαρτίαν νεκρώσεως αὐτῷ προσγινομένης. *Cùm Adam peccâſſet, & morti jam eſſet obnoxius factus, accepit* Deus *pelliceas tunicas, ex mortuis animalibus factas, quæ erant ſymbolum mortalitatis, in quam propter peccatum inciderat.*

b. ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας, *tunicis binis indui.* Marci VI. 9. atque adeò, *tunicas binas comparare.* Matth. X. 10. Lucæ IX. 3. Chriſtus interdixit Apoſtolis, cùm primùm ipſos miſit, ut denotaret, quòd parati & expediti eſſe deberent ad obeundam ſibi demandatam provinciam. Duas tunicas habebant, qui ſe viæ accingerent. Vide Geneſ. XLV. 22. Chriſtus verò vult, Apoſtolos tunicâ ſolâ eâ, quâ induti eſſent, viæ ſe tradere. Seneca epiſt. ad Lucilium LXXXVII. pag. 476. *Interim hoc me iter docuit, quàm multa haberemus ſupervacua. --- Cum pauciſſimis ſervis, quos unum capere vehiculum potuit, ſine ullis rebus, niſi quæ corpore noſtro continebantur, ego & Maximus meus biduum jam beatiſſimum agimus.* Dum ait, *niſi quæ corpore noſtro continebantur*, voluit dicere, ſe duas non habuiſſe tunicas. Apulejus Herculis αὐτάρκειαν laudans in Apologia ſua, *Cùm terras peragraret, neq; una pelle veſtitior fuit, neq; uno baculo comitatior.* Confer vocem Μονοχίτων.

c. Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι. *Qui habet duas tunicas, det non habenti,*

Lucæ III.11. ſic ad Epheſ. IV.28. *μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι*, *tribuere neceſſitatem patienti.* Δύο χιτῶνας præciſè intelligere non eſt neceſſe: ſed ſenſus eſt, ex divitiis, (nam per veſtes ſæpe denotantur divitiæ) quas Deus nobis largitur, partem aliquam in uſus pauperum eſſe erogandam. Rectè Theophylactus ad hunc locum Chriſti, pag. 325. Τοῖς ὄχλοις παραινεῖ προσέχειν τῇ ἐλεημοσύνῃ· τὸν ἔχοντα δύο χιτῶνας κελεύων μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι. *Turbas admonet, ut eleemoſynæ vacent, jubens duas habentem tunicas dare non habenti.*

2. Χιτὼν ἄῤῥαφος, *tunica inconſutilis*, Joh. XIX. 23. Multa de hac tunica Viri docti. Vide Caſaubonum Exercitat. XVI. num. LXXXIV. Ferrarium apud Walæum in cap. XIX. Johannis. Juvat audire ſententiam Cl. Salmaſii, quam proponit ad Vopiſcum, pag. 400. Verba Vopiſci ſunt: *Cùm nonniſi rectas purpureas accepiſſent. Rectæ* hic ſunt *tunicæ*. Heſychius: Ῥεκτὸς, ἀνδρεῖος χιτών. *Recta, tunica virilis.* Item: Ῥεκτῶν, ἀπομάκτριον, ἢ ἱμάτιον. Quæ vox Latina eſt, non Græca. Multas Latinas gloſſulas habet ille doctiſſimus Grammaticus, quas cum Græcis confundit, non monens, cui dialecto, vel idiomati debeantur; quod ſæpe impoſuit doctiſſimis Viris. *Rectas* Feſtus eſſe ait *veſtimenta virilia, quæ patres liberis ſuis conficienda curant ominis cauſſa.* Quantum ad nominis rationem attinet, idem dictas eſſe autumat, *quòd in altitudinem & à ſtantibus texantur.* Iſidorus verò, *quòd ſurſum verſum texantur, & à ſtantibus.* Sic *ſurſum verſum texi*, & *in altitudinem*, de eodem genere texendi dicitur. Vetus autem fuit texturæ ratio, quà ſtantes mulieres texebant. Grammatici notant ad illud Homericum Il. α. v. 31. ἱστὸν ἐποιχομένην, *telam percurrentem*, ἱστουργοῦσαν καὶ ὑφαίνουσαν, *texentem*: item, ὑφαίνουσαν· ὀρθαὶ γὰρ ὕφαινον. *Texentem: ſtantes enim texebant.* Sic vulgò linteones ſtantes texebant. Servius ad illud Virgili:

Arguto conjunx percurrens pectine telas.

Aut ictu pectinis, aut manu percurrens: aut quia apud majores ſtantes texebant; ut hodie linteones videmus. At *in altitudinem texere*, quid ſit, non omnibus notum. Igitur *ſurſum verſum texere*, vel *in altitudinem texere*, eſt, quod Græci dicunt, ἄνω ὑφαίνειν. Quem texendi modum omnibus gentibus fuiſſe uſitatum, præterquam Ægyptiis, narrat Herodotus, lib. II. Ὑφαίνουσι οἱ μὲν ἄλλοι, ἄνω τὴν κρόκην ὠθέοντες. Αἰγύπτιοι δὲ κάτω. Nam ἄνω τὴν κρόκην ὠθεῖν, nihil aliud eſt, quàm ἄνω ὑφαίνειν, hoc eſt, *ſurſum verſum texere.* Ægyptii *deorſum verſum texebant*, qui tramam in inferiorem partem trudebant. Apud cæteras enim gentes cùm trama, vel fila infrà eſſent, in ſuperioribus texebatur veſtimentum: & ſic trama ſemper pectine ad ſuperiorem partem trudebatur & ducebatur. Atque id, *ſurſum verſùs texere*, vel *in altitudinem texere*, vocabant. Contrario modo Ægyptii, ex ſuperioribus, ubi erant fila, vel licia, ad inferiora procedebant, ubi veſtimentum, vel tela, quæ texebatur, inerat. Inſignis eſt locus Theophylacti in cap. XIX. Joh. pag. 825. quem jam adduxit Caſaubonus Exercitat. XVI. ſect. LXXXIV. verborum tamen ejus ſenſum minimè eſt aſſecutus. Verba Theophylacti ſunt: Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι ἐν Παλαιστίνῃ ὑφαίνουσι τοὺς ἱστοὺς, οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν ὄντων ἄνω μὲν τῶν μίτων, καὶ τοῦ στήμονος, κάτω δὲ ὑφαινομένου τοῦ πανίου, καὶ οὕτως ἀναβαίνοντος, ἀλλὰ τοὐναντίον, κάτω μὲν εἰσὶν οἱ μίτοι, ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα. *Alii autem dicunt, quòd in Palæſtina texant telas, non ut apud nos, apud quos ſuprà quidem ſunt licia, & ſtamen, infrà autem contexitur pannus, atque ita aſcendit: ſed contrario modo, infrà quidem ſunt licia, ſuprà verò texitur tela.* In his apertè diſtinguit Theophylactus morem Palæſtinorum in texendo à more Ægyptiorum. Illa enim verba, ὄντων ἄνω μὲν τῶν μίτων, κάτω δὲ ὑφαινομένου τοῦ πανίου, morem Ægyptiacum deſcribunt. Quæ autem ſequuntur, ἀλλὰ τοὐναντίον, κάτω μὲν εἰσὶν οἱ μίτοι, ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα, Palæſtinorum modum texendi ſignificat, quem illis communem fuiſſe cum cæteris gentibus affirmare poſſumus. Siquidem reliquæ gentes, ut ex Herodoto notatum, ἄνω τὴν κρόκην ὠθέουσι. Oportet igitur hunc Theophylactum Ægyptium fuiſſe, qui notat diverſum genus texendi apud Ægyptios & Palæſtinos. Nam illa, οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν, de Ægyptiis intelligenda: niſi velimus Græcos poſtea modum illum texendi Ægyptiorum uſurpâſſe. Ἀνακρέκειν etiam dicebant de illo genere texturæ, quæ fit *in altitudinem*, vel *ſurſum verſùs*. Et ἀνακρεκτὰ vocabantur illo genere texta. Iſidorus Peluſiota, epiſtolâ LXXIV. lib. I. de Galilæis: καθ' οὓς καὶ μάλιστα τὸ τοιοῦτον φιλεῖ γίνεσθαι ἱμάτιον, τέχνῃ τινὶ, ὡς αἱ στηθοδεσμίδες, ἀνακρεκτὸν ὑφαινόμενον. Quæ verba malè vertit Caſaubonus hoc modo: *Apud quos vel maximè indumentum ejuſmodi fieri ſolet, & arte quadam texi pectinem retrorſum impellendo, ut fit in faſciis pectoralibus.* Ἀνακρεκτὸν ipſe vult eſſe, *arte quadam textum, pectinem retrorſum impellendo.* Imò ἀνακρεκτὸν eſt in altitudinem textum. Et eandem rationem texendi innuit apud Galilæos Iſidorus, quam apud Palæſtinos Theophylactus. Ἀνακρέκειν non ſemper eſt *retrahere*, & *retrorſum ducere*. Sed ἀνὰ in compoſitione τὴν ἄνω σχέσιν aliquando denotat, ut Grammatici loquuntur: Ut in ἀναβάλλειν, ἀνατίθεσθαι, & aliis infinitis. Sic in verbo ἀνακρέκειν. Unde ἀνακρεκτὸν, quod *in altitudinem eſt percuſſum & textum.* Et notandum, quod ait de faſciis pectoralibus, quæ ſic vulgò texi ſolerent. Ita enim Feſtus *reticula recta* vocat, quæ ſurſum verſus texta erant, non ſecus ac tunicæ rectæ, hoc eſt ad verbum, ἀνακρεκτά. *Regillis tunicis albis, & reticulis luteis utrisque rectis, textis ſurſum verſum à ſtantibus pridie nuptiarum diem virgines inductæ cubitum ibant ominis cauſſâ, ut etiam in togis virilibus dandis obſervari ſolet.* Reticula non ſunt faſciæ pectorales, ſed capitales: & videntur eadem ratione, quâ στηθόδεσμα, texi ſolita: Græci κεκρυφάντας & κεκρυφάντια appellant. Obſervabis etiam, eam texturam, quæ ſurſum verſus fiebat, à ſtantibus factam; quæ fuit antiqua texendi ratio. Ægyptii, qui ex diametro oppoſitam texturæ formam ſequebantur, ſedentes texebant, & ab illis inſtitutum, ut à ſedentibus tela texeretur. Grammatici: Πρώτη δέ τις αἰγυπτία γυνὴ καθεζομένη ὕφανεν· ἀφ' ἧς καὶ αἰγύπτιοι Ἀθηνᾶς ἄγαλμα καθημένης ἱδρύσαντο. *Prima autem mulier quædam Ægyptia ſedens texuit; à qua etiam Ægyptii Minervæ ſimulacbrum ſedentis poſuerunt.* Ægyptii, qui ſedentes texebant, iidem & deorſum verſus tramam impellebant, quam texendi rationem omnes poſtea Græci videntur imitati. Vetus autem illa conſuetudo, & in altum texendi, & quæ à ſtantibus peragebatur, apud ſolos linteones remanſit. Sed & in Galilæa, & apud Palæſtinos illo etiam genere texturæ, veſtimenta detexi moris erat, ut ex ſuprà citatis Iſidori & Theophylacti poteſt cognoſci. Antiquo autem illo more, quo ſtantes texebant, non pectine, ſed ſpathâ tela percutiebatur. Inſignis ad eam rem Heſychii locus, ſed leviter corruptus, & ſic legendus: Σταδαῖον τὸ ὀρθὸν ὕφος, σπάθῃ κεκρουσμένον, ἢ κτενί. Ubi etiam notabis, ὀρθὸν ὕφος Græcis dici, quod ſurſum textum eſt, & à ſtantibus, ut Latini *rectas tunicas* dixerunt eo modo textas. Plinius de Caja Cæcilia: *Ea primùm texuit rectam tunicam, quales cum pura toga induuntur novæ nuptæ.* Inter veterem igitur & novam texendæ telæ rationem

hoc

Digitized by Google

hoc intererat, quòd veteres ſtantes, & ſurſum ſubtegmen impellentes, & ſpathâ percutientes telam texerent: at apud recentiores à ſedentibus tela texebatur, & pectine feriebatur, ac ſubtegmen deorſum trudebatur, quod inventum Ægyptiorum fuit, atque inde ad Græcos Romanoſque manavit. Utrumque genus eleganter deſcripſit & expreſſit Seneca. epiſt. XC. pag. 524. *Ecce Poſidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis qui plurimùm Philoſophiæ contulerunt, dum vult deſcribere primùm quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli ſolutoque ducantur: deinde quemadmodum tela ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendat, quemadmodum ſubtemen inſertum quod duritiam utrinque comprimentis tramæ remolliat, ſpatha coire cogantur, & jungi, textricum quoque artem à ſapientibus dixit inventam, oblitus poſtea repertum hoc ſubtilius genus, in quo*

Tela jugo juncta eſt, ſtamen ſecernit arundo.
Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis,
Quod lato feriunt inſecti pectine dentes.

Habes utrumque texendi modum, per ſpatham & per pectinem. Tela, quæ jugo jungebatur, quam & *jugalem* vocat Cato, eam ſedentes mulieres detexebant, & pectine feriebant. Quæ verò ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendebat, & ipſa *recta* erat, & à mulieribus ſtantibus & ambulantibus pertexi ſolebat. Meminit utriusque, *rectæ* ſcilicet & *jugalis*, Artemidorus lib. III. cap. XXXVI. Ἱςὸς ὀρθὸς, κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνει. χρὴ γὰρ περιπατεῖν τὴν ὑφαίνουσαν. ὁ δὲ ἕτερος ἱςὸς καθοχῆς ἐςι σημαντικὸς, ἐπειδὴ καθεζόμεναι ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες, τὸν τοιοῦτον ἱςόν. *Tela recta motum & iter denotat: texentem enim ambulare oportet. Altera vero tela detentionis ſeu retentionis ſignum eſt, quoniam ſedentes mulieres talem texunt telam.* De *recta tela* accipienda ſuperiora Homeri, ἱςὸν ἐποιχομένη. Vide Grammaticos. Ut *ad rectas* revertamur, hac ſpecie texturæ quidam ex antiquis Patribus textam fuiſſe Domini tunicam, τὴν ἄῤῥαφον ſcripſerunt. De quo videndus Caſaubonus. Ego verò, quoniam bellè ſe hic dat occaſio, non tenebo, quin moneam, tam veteres, quàm recentiores omnes in illa *inconſutili tunica* explicanda, tota regione aberraviſſe, & quomodo vox ἄῤῥαφος capienda eſſet, ignoraviſſe. Verba Evangeliſtæ ſunt: Οἱ οὖν ςρατιῶται ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Putârunt enim omnes, peculiare artificium, & texturæ ſpeciem non vulgarem in tunica Domini notari à divo Johanne. Itaque nemo non hactenus deſudavit quærendo & inveſtigando, quânam ratione tale detexi potuerit veſtimentum, quod ſuturam non habuiſſet: non poſſe enim per artem in tela hujusmodi veſtem fieri. Sed fruſtrà fuere. Rationem tantùm tangit & indicat Evangeliſta, quare milites, diviſis Domini palliis, ſolam ejus tunicam non diviſerint: & eam quidem, quòd eſſet ἄῤῥαφος, & in totum textilis, ut ſortirentur potiùs, quàm dividerent, aut ſcinderent, conſilium inter ſe cepiſſe milites. Nec verò exiſtimandum eſt, alterius generis tunicam geſtaviſſe, præter vulgares, & vulgò texi ſolitas in Palæſtina, & apud Galilæos: qui an ſpecialem modum texendi habuerint, neſcio. De illo certè, quem apud eos uſitatum fuiſſe Iſidorus & Theophylactus docent, ut nimirum in altitudinem texerent, & pectine ſuccuterent veſtimenta, jam oſtendimus, eum non fuiſſe peculiarem Palæſtinorum, ſed cum multis gentibus communem: ſiquidem & Romanis frequens & uſitatus fuerit, qui *rectas tunicas* eo genere textas vocabant. Potuerit igitur & eo modo fuiſſe texta Domini tunica, qui in illis tractibus & ſolitus & communis fuit. Nunc doceamus, quæ ſit ἄῤῥαφος tunica, & quo ſenſu ſit accipienda. Sciendum, ex tunicis alias fuiſſe χιςὰς apud Veteres, quæ & ῥαπτοὶ dicebantur & ζυμπορπητοί. alias ἀῤῥάφους, quæ ex toto tectæ concluſæque, & nulla parte ſutiles ſciſſileſque, quemadmodum ſunt camiſiæ noſtræ, & interulæ, ſive laneæ ſint illæ, ſive lineæ. Χιςοὶ igitur χιτῶνες erant, qui ex utraque parte in humeris fibulâ ſtringebantur. Pollux: Ὁ δὲ χιςὸς χιτὼν περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διείρετο. Περόνας illas ῥαφὰς etiam dicebant, & ῥαφίδας. quod ſtudioſè velim obſervari: nam in eo noſtræ hujus novæ interpretationis poſitum eſt fundamentum. Heſychius: Συμπορπητὸν, vel ζύμπορπον τὸν ῥαφαῖς συνειλημμένον κατὰ τοὺς ὤμους χιτῶνα. Hodie legitur, μὴ ῥαφαῖς contrario ſenſu verbi notioni. Σύμπορπον, vel συμπορπητὸν χιτῶνα vocat Heſychius, qui & χιςὸς dicebatur, & fibulis ſeu ῥαφαῖς altrinſecus in humeris comprehendebatur. Ῥαφαὶ ſunt Heſychio, quæ Polluci περόναι. Idem Heſychius: Ἑτερομάσχαλος, χιτὼν δουλικὸς ἐργάτικος, ἀπὸ τοῦ τὴν ἑτέραν μασχάλην ἔχειν ἐῤῥαμμένην, *quod alteram manuleam ſutam haberet*, hoc eſt, fibulatam, vel nodo ſtrictam. Ita enim hæc erat operaria ſervorum tunica, ut una quidem parte μασχάλην haberet, in quam brachium immitteretur, altera verò manuleam non haberet, ſed in modum pallii amiciretur, & fibulâ necteretur. Etymologicum magnum: Ἐξωμὶς χιτὼν ἅμα τε καὶ ἱμάτιον. ἦν γὰρ ἑτερομάσχαλος. καὶ ἀναβολὴν εἶχεν, ἣν ἀνίδουν τῷ κεύμβῳ. Sic emendamus illum Etymologi locum, in vulgatis inquinatiſſimum. Quam Heſychius ἐῤῥαμμένην μασχάλην dixit, hic autor *fibulâ ſtringi ſolitam, & nodo alligari* ſcribit. Nam id ſignificat κένυμβος, idem nempe quod κόμβος. Euſtathius autem κομβίοις συνδεῖν, pro *fibulis ſtringere* expoſuit, ad illud Homeri, Iliad. κ'. v. 133.

Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο φοινικόεσσαν.
Lanamque fibulis nexuit purpuream circum.
Ὃ ἐςι περόναις, ἤγουν κομβίοις συνέδησε.

Κομβίον igitur, vel κόμβος, & κένυμβος idem. Simile verò loquendi genus apud autores Latinos obſervatur, ut *ſutum* pro *fibulatum*, & *reſutum* pro *reſibulatum* dicerent. Vide etiam hæc Suetonii verba in Auguſto: *Sumenti virilem togam tunica laticlavi reſuta ex utraque parte ad pedes decidit. Reſutam* ibi non eſt aliter exponere, quàm *reſibulatam*, nodis ſcilicet ſolutis, quibus tenebatur in humeris ex utraque parte. Χιςὴ enim fuit illa *laticlavi tunica* & ῥαπτή. nam ῥαπτὰς & συμπορπητὰς easdem fuiſſe tunicas, contrà quàm Vir doctiſſimus putavit, nos alibi pluribus probamus, & hic jam non paucis oſtendimus. Eas ſcilicet, quæ fibulis, hoc eſt, ῥαφαῖς continebantur, & ſtringebantur. Hinc ῥαφίδα, περόνην exponunt Grammatici. Heſychius: Ῥαφὶς, ὑπόδημα, περόνη. Idem: Περόνη, ῥαφίς. Et περονήσασθαι, πορπήσασθαι. Sanè cùm ῥάπτειν nihil aliud ſit, ut Græci interpretantur, quàm τὰ διεσπασμένα συνδεῖν, ut ſcilicet præſtare fibulas, quæ in unum diſtantia jungunt, & diverſas veſtimenti partes colligunt inter ſe colligantque: συῤῥάπτειν περόναις apud Lucianum in Dialogo Ἔρωτες, eſt fibulis chlamydem connectere. Ὄρθριος ἀναςὰς ἐκ τῆς ἀζύγου κοίτης, τὴν ἱερὰν χλαμύδα τοῖς ἐπωμίοις περόναις συῤῥάψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑςίας ἐξέρχεται. Hinc ῥαφὴν Græci vocant veſtis aperturam, quæ fibulis committitur. Pollux: Κωμικὴ δὲ ἐσθὴς, ἐξωμίς. ἔςι δὲ χιτὼν λευκὸς, ἄσημος, κατὰ τὴν ἀριςερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων. Ἐξωμὶς, de qua loquitur Pollux, erat, ut omnes ſciunt, veſtimentum

ſervile, ἑτερομάσχαλον, quod ab una parte μασχάλην in modum tunicæ habebat, ab altera, more pallii diviſum erat & σχιστὸν, quà manus exerebatur, in humero fibulâ ſtrictum. A ſiniſtro latere dicit Pollux id veſtimenti ῥαφὴν non habuiſſe, hoc eſt, ἄῤῥαφον fuiſſe, quòd in morem tunicæ, totum ab ea parte concluſum & contectum eſſet, & μασχαλωτόν. A dextro verò latere, quo ſciſſile fuit, & adapertile, palliatim infibulabatur, & in humerum rejiciebatur: hoc eſt, quod ait Etymologicum magnum de exomide: καὶ ἀναβολὴν ἔχειν, ἢ ἀνέδεν τῶ κοσύμβῳ. Ab ea igitur parte σύῤῥαπτον fuit, id eſt, ζυμπορπητόν. Sic veſtimentum illud cæcum, & nullos habens exitus, quo Clytemnæſtra Agamemnonem è balneo exeuntem involvit, & involutum occidit, Lycophron ſcribit, nullas habuiſſe ῥαφὰς, id eſt, nullos exitus, aut aperturas, quibus caput emitteretur, aut brachia exererentur, pag. mihi 147.

Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξίδους
Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου,
Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένος
Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς.

Ῥαφὰς vocat Lycophron veſtis oras, quæ fibulis conſeruntur & committuntur. κροσσωτὰς autem appellat, quòd oræ veſtium ſummæ, & mediæ, quæ in lateribus, vel ante pectus fibulis ſtringebantur, & infimæ fimbriatæ eſſent. Pollux ἐχθοιβοὺς vocari ait τῶν ῥαφῶν συμβολὰς in tunicis, ubi ῥαφαὶ ſunt id, quod diximus. Nec enim ῥαφαὶ ibi accipiendæ ſuturæ veſtium filo conceptæ, ſed partes & oræ tunicarum, quæ fibulis inter ſe junguntur & committuntur. Hinc χιτῶνες ἄσχιστοι erant etiam ἄῤῥαφοι. De eo proinde genere tunicarum, quæ fibulis inter ſe junguntur, & committuntur, quæ fibulis ſtringuntur ex utraque parte, non fuiſſe Domini tunicam, indicare voluit Johannes, cùm dixit eam ἄῤῥαφον καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου. Ἐκ τῶν ἄνωθεν dixit, quòd in ſuperioribus tunicæ partibus eæ ῥαφαὶ vel fibulæ locum magis haberent, quibus ſtricta tenebatur, & ſedebat in humeris tunica. Sed & pleraſque per totum & uſque ad infimam oram nodis & fibulis fuiſſe ex utraque parte conſtrictas alibi docemus affatim. Ideò dixit ὑφαντὸν δι' ὅλου, ût nulla ſui parte ſciſſuram, & ὑπόκομμα eam habuiſſe oſtenderet, ſed integram totam fuiſſe ſignificaret. Tunicæ autem noſtræ lineæ laneæque ſunt ὑφαντοὶ δι' ὅλου. Nec, quò minùs ita ſint, prohibet, quòd conſutæ ſunt ex aliqua parte, & ſarcinatricis acu conceptæ. Sarcinatricis enim acus idem facit, quod pecten textoris. Ἀκεστικὴν veteres ὑφαντικῆς εἶδος eſſe dixerunt. Sed & artem illam, quæ acu pingit, & varias in veſtibus formas figuraſque ludit, ad ὑφαντικὴν pertinere ſcripſerunt, & ὑφαντικὴν appellârunt. Unde *acu colores intexere veſtimentis*, & *phrygionis arte veſtem texere* dicebant. Veteres autem ignoraviſſe artem illam, quâ hodie apud nos veſtes conficí moris eſt, cùm ex diverſis pannis ſectis, & ad modulum corporis, & invicem ſutis, veſtis exoritur, ſunt qui tradant: ſunt tamen etiam, qui non credant, & inter illos ego. Falluntur, inquam, qui putant, olim ex conciſis pannis veſtes minimè conſui ſolitas, ut nunc mos eſt. Nam lineæ, quas vulgò *camiſias* vocabant, quæ corporibus adſtrictæ, & membris aptæ fiebant, nullo modo tales in tela fieri poterant. Manicatæ quoque tunicæ, & ἄῤῥαφοι, qualis erat Domini tunica, ex inciſis partibus integrabantur, & acu conſuebantur. Exempli gratiâ: in tunicis manicatis manicæ ex inciſis pannis adſuebantur, nec tota tunica ullo modo cum ſuis manicis in tela fieri poterat. Brachæ quoque non aliter fieri poterant, quàm inciſione ac ſutura diverſorum pannorum. At tunicæ, quas Græci χιτῶνας vocabant, & cætera id genus veſtimenta, ut erant colobia Romanorum, & laticlaviæ tunicæ, quæ ex duabus plagulis conſtabant, in utroque latere per fibulas committi ſolitis, facilè in tela totæ fiebant, nec acum ſarcinatricis requirebant. Domini verò tunicam ἄῤῥαφον ita fuiſſe dictam, quòd nullam habuerit ſuturam acu factam, qui putârunt, valde errârunt. Ἄῤῥαφος ob eam rationem dicta eſt, quam poſuimus: eam propterea non diviſerunt milites, quia, ſi diviſiſſent, perdidiſſent. Cui enim uſui fruſta ejus adhiberi potuiſſent? At pallium ejus, quod ζυμπορπητὸν fuit, & σχιστὸν, atque etiam ῥαπτὸν, rectè ſcindi in partes dividique potuit. Veſtimenta enim id genus, quæ fibulis ſtringebantur, ut plerumque duplicia erant, ſic & chlamydes, lænæ, pallia, tunicæ, pepli muliebres, & cæteræ veſtes fibulatoriæ atque ἐμπορπηταὶ, duplices erant. Hinc mihi fit veriſimile, non unam tantùm veſtem à militibus fuiſſe diviſam, ſed duas: pallium nempe, & aliam veſtem ſuperariam, aut tunicam ἐπικάμισον, ut recentiores Græci dixere: atque ex his binis veſtibus, duplicibus ſingulis, quatuor partes eſſe factas. Ultimam autem, quam tunicam propriè vocat Johannes, quòd eſſet ἄσχιστος καὶ ἄῤῥαφος, non diviſere milites, ſed ſortiti ſunt, vel micuerunt, ut qui viciſſet, integram illam auferret, quæ ſciſſa vel diviſa nulli fuit uſui futura. Hactenus Cl. Salmaſius. Non piguit omnia ejus excerpere ad hanc rem verba, quia multa continent erudita, nec obſervationes ejus in Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores in multorum manibus verſantur. Sunt tamen viri docti, inter quos Ferrarius, quibus hæc Salmaſii ſententia non probatur. Ego interim nondum video incommoda inde emergentia, quæ eam rejiciendam evincant. Conferantur verba Salmaſii & exceptiones Ferrarii, & inde judicium fiat. Multa, ut etiam hoc addamus, Veteres de hac Chriſti tunica, cur fuerit ἄῤῥαφος, cur non fuerit ſciſſa. Paucis nos contenti erimus, quia ferè allegorica ſunt, & minùs ſolida. Severus in Catena in cap. XIX. Johannis, p. 441. Ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. Τοῦτο δὲ καὶ μυστήριον ὑπεμφαίνει, δεικνὺον ὡς ὁ κάτω γεννηθεὶς κατὰ σάρκα λόγος μονογενὴς, ἄνωθέν ἐστιν ἐκ Θεοῦ Πατρός. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ ἑκάστης ἀνθρωπίνης ψυχῆς σῶμα καθάπερ ἱμάτιον ὑπάρχει τι συμφυὲς, κατὰ τὸ εἰρημένον. Δέρμα δὲ καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἔνειρας· οὕτω καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος σῶμα χιτών τις νοούμενος συμφυὴς, διὰ τὸ ἀτρέπτως ἡνῶσθαι τῷ λόγῳ καθ' ἕνωσιν φυσικήν. Ἄνωθεν ἦν ὑφαντὸν, τουτέστιν, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως, καὶ οὐκ ἐκ ἀνθρωπίνης σπορᾶς. Inconſutilis, deſuper contexta per totum. *Hoc etiam aliquod myſterium inſinuat, ſcilicet unigenitum Verbum in terris ſecundùm carnem natum, deſuper eſſe ex Deo Patre. Cùm autem cujuslibet humanæ animæ corpus, quaſi indumentum quoddam ſit, illi cognatum, juxta illud*, Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & nervis compegiſti me: *ita quoque Salvatoris corpus, inſtar tunicæ cujuſdam illi agnatæ, intelligitur, quòd immutabiliter naturali quadam unione Verbo conjunctum ſit.* Deſuper *autem erat* contextum, *id eſt, ex Spiritûs Sancti illapſu ſeu influxu, non verò ex humano ſemine.* Theophylactus in cap. XIX. Joh. pag. 825. Τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἄνωθεν μὲν ὑφάνθη· πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἐπῆλθε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπεσκίασε τῇ παρθένῳ· ὁ γὰρ καὶ ἀνθρώπου φύσιν ἀνέλαβε τὴν κάτω οὖσαν

καὶ

Digitized by Google

καὶ πισῦσαν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν τῦ ἁγίου πνεύματος χάριτι συνέςη, καὶ συνεπάγη ἡ θεία σάρξ. Τὸ τοίνυν ἅγιον σῶμα τῦ Χριςῦ ἀμέριςόν ἐςι, τοῖς τέσσαρσι τῦ κόσμου μέρεσι μεριζόμενον καὶ διαδιδόμενον. καταχερματιζόμενος γὰρ ἐν τοῖς καθ' ἕνα, καὶ τὴν ἑκάςου ψυχὴν ἁγιάζων μετὰ τῦ σώματος ὁ μονογενὴς διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁλοκλήρως καὶ ἀμερίςως ἐν ὅλοις ἐςὶν, ὑπάρχων πανταχοῦ, οὐδαμῶς γὰρ μεμέριςαι, καθὰ καὶ Παῦλος βοᾷ. *Corpus Domini ſupernè quidem contextum eſt. Spiritus enim Sanctus venit ſuper Virginem, & virtus Altiſſimi obumbravit eam. Licèt enim hominis naturam ſuſceperit, quæ infrà eſt, & cecidit: tamen ſupernè Spiritus Sancti gratiâ conſtitit & compacta eſt divina caro. Igitur ſanctum corpus Chriſti indiviſibile eſt, & dividitur & communicatur quatuor orbis partibus. Diſtributus enim ſingulis, ſed uniuſcujuſque animam ſanctificans cum corpore per ſuam carnem unigenitus, & integer & indiviſus in omnibus eſt, ubique exiſtens: nunquam enim diviſus eſt, ſicut & Paulus clamat.* Theophanes Homil. XXVII. p. 209. Ὑπεδήλου δὲ ὁ χιτὼν τὴν ἁγίαν τοῦ λόγου σάρκα, ἣν σπέρμα καὶ ἡδονὴ οὐ συνέῤῥαψεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἦν ὑφανθεῖσα ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος. Εἰ γὰρ καὶ κάτω γεγέννηται κατὰ σάρκα ὁ λόγος, ἄνωθεν ἦν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. *Tunica verò ſanctam Verbi carnem ſignificabat, quam non conſuerat ſemen & delectatio, ſed ex gratia Sancti Spiritus erat ſupernè contexta. Quamvis enim in inferioribus Verbum ſecundùm carnem ſit genitum, in ſupernis tamen ex Deo & Patre erat.*

Χλοοποιέω.

Non habent Lexica. *Herbam produco.* Cæſarius Dial. I. Interrog. XLIII. Ὕδατος τὸ χλοοποιεῖν καὶ σήπειν. *Aqua vim habet producendi herbas, & putrefaciendi.*

Χοῖρος.

I. *Explicatio nominis.* Χοῖρος, *porcus*, ſumitur

1. *Propriè* Sic Matth. VIII. 31. Marci V. 12. & Lucæ VIII. 32. dæmones ſine Chriſti permiſſione non ſunt auſi invadere porcos. Ad quæ eleganter Chryſoſtomus, Homil. X. t. V. Edit. Paris. p. 160. Ὁ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν οὐκ ἔχων, πῶς ἀνθρώπων ἐγρηγορότων καὶ νηφόντων, καὶ ὑπὸ Θεοῦ φυλαττομένων, καὶ βασιλέα οἰκεῖον ἡγουμένων αὐτὸν, κρατῆσαι δυνήσεται; *Qui ne in porcos quidem ullam poteſtatem habet, quo tandem pacto homines vigilantes, & ſobrios, atque Dei ſeptos præſidio, & qui regem ſuum illum putant, ſuperare poterit?* Theophylactus in cap. V. Marci, pag. 214. Οὐδὲ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχουσιν οἱ δαίμονες, καὶ πολλῷ μᾶλλον κατὰ ἀνθρώπων, εἰ μὴ συγχωρήσει ὁ Θεός. *Ne in porcos quidem poteſtatem habent dæmones, & multò minùs in homines, niſi Deus permittat.*

2. *Impropriè*, ſeu *metaphoricè*. Sic per χοίρους intelliguntur *infideles, impii, homines deſperatæ malitiæ & impuritatis.* Chryſoſtomus Homiliâ XVI. in Geneſin, ad locum Matth. VII. 6. Οὐ περὶ χοίρων, ἀλλὰ τοὺς χοιρώδεις τῶν ἀνθρώπων αἰνίττεται, καὶ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ἐγκαλινδουμένους τῷ τῆς ἁμαρτίας βορβόρῳ. *Non de porcis* hic loquitur Chriſtus, *ſed eos intelligit homines, qui porcinum vitæ genus ſequuntur, & brutorum inſtar in peccati luto ſeſe volutant.* Idem, Homiliâ XXIII. in Matth. per χοίρους dicit intelligi, τοὺς ἐν ἀκολάςῳ βίῳ διατρίβοντας διὰ παντὸς, *in luto infrenis luxuriæ jugiter commorantes.* Theophylactus in cap. VII. Matthæi: Χοῖροί εἰσιν οἱ πιςοὶ μὲν, βορβορώδη δὲ βίον ἔχοντες. *Porci ſunt, qui quidem credunt, ſed lutulentam & porcinam vitam degunt.* Photius epiſt. LIV. pag. 110. Χοῖροι, οἱ φιλήδονοι, καὶ δυσώδεις, καὶ ἐμπαθεῖς. *Porci, ſunt voluptatibus dediti, malè olentes, & pravis affectibus dediti.* Iſidorus Peluſiota, lib. I. epiſt. CXLIII. p. 45. Χοῖροι, οἱ πάθεσι συμφυρόμενοι, καὶ χοιρώδη βίον μετερχόμενοι. *Porci ſunt, qui in vitioſis affectionibus volutantur, ac porcinum vitæ genus ſequuntur.* Clemens Alexand. Sromat. lib. V. pag. 571. Ὁ χοῖρος φιλήδονον καὶ ἀκάθαρτον ἐπιθυμίαν τροφῶν, καὶ ἀφροδισίων λίχνον καὶ μεμολυσμένην ἀκολασίαν μηνύει, ἀεὶ κνησιῶσαν, ὑλικήν τε καὶ ἐν βορβόρῳ κειμένην, εἰς σφαγὴν καὶ ἀπώλειαν πιαινομένην. *Porcus animal voluptati deditum & immundum, ciborum cupiditatem, & ſalacem in re Venerea libidinem, & inquinatam ſignificat intemperantiam, materialémque & in luto jacentem, & quæ ad cædem pingueſcit atque interitum.* Huc etiam facit illud Joh. Chryſoſtomi, Homil. XII. in epiſt. ad Hebræos, p. 499. Ὥσπερ οἱ χοῖροι κάτω νεύουσι πρὸς τὴν γαςέρα κύπτοντες, καὶ τῷ βορβόρῳ ἐγκαλινδούμενοι. οὕτω καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων βορβόρῳ χαλεπωτάτῳ ἑαυτοὺς μολύνοντες οὐκ αἰσθάνονται. *Sicut porci proni terram ſpectant, in ventrem inclinati, in cœno volutati: ita etiam multi homines teterrimo cœno ſe inquinantes, id non ſentiunt.* Aliàs homines, ob pravos mores, cum beſtiis comparari, docuimus in Ἀλώπηξ, in Γέννημα, num. II. & in voce Κύων. De loco Matth. VII. 6. *margaritas non eſſe projiciendas porcis*, actum in voce Μαργαρίτης, num. I.

II. *Uſus porci, qui à Deo interdictus erat Judæis:* de quo Clemens Alexand. Pædag. lib. III. cap. XI. pag. 254. Χοιρείων ἀπηγόρευσε μεταλαμβάνειν ὁ πάνσοφος διὰ Μωσέως παιδαγωγὸς, τῷ λαῷ τῷ πρεσβυτέρῳ. ἐμφαίνων, μὴ δεῖν τοὺς Θεὸν ἐπιβωμένους ἀκαθάρτοις ἀναμίγνυσθαι ἀνθρώποις, οἳ δίκην ὑῶν, ἡδοναῖς σωματικαῖς, καὶ δυσκαλίαις τροφαῖς, καὶ γαργαλισμοῖς ἀσελγέσι κνησιῶντες, πρὸς ἀφροδίτης κακόχαρτον ἡδονὴν χαίρουσι. *Sapientiſſimus per Moſen Pædagogus ſeniori populo porcinis carnibus veſci prohibuit: ſignificans, non oportere eos, qui Deum invocant, cum impuris verſari hominibus, qui porcorum inſtar corporalibus voluptatibus, obſcœniſq; cibis, & impudicis titillationibus prurientes, damnoſa Veneris voluptate perfunduntur.* Lactantius, Inſtitut. lib. IV. cap. XVII. *Eodem etiam ſpectat carnis ſuillæ interdictio: à qua cùm Deus abſtinere juſſit, id potiſſimùm voluit intelligi, ut ſe à peccatis atque immunditiis abſtinerent: eſt enim lutulentum hoc animal & immundum: nec unquam cœlum aſpicit, ſed in terra toto corpore projectum, & ore ventri ſemper & pabulo ſervit; nec ullum alium, dum vivit, præſtare uſum poteſt, ſicut cæteræ animantes.-- Interdixit ergo, ne porcina carne uterentur, id eſt, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad ſolam mortem nutriuntur: ne ventri ac voluptatibus ſervientes, ad faciendam juſtitiam inutiles eſſent, ac morte afficerentur. Item, ne ſe fœdis libidinibus immergerent ſicut ſus, quæ ſe cœno ingurgitat: vel, ne terrenis ſerviant ſimulacris ac ſe luto inquinent. Luto enim ſe obliniunt, qui deos, id eſt, qui lutum terramq; venerantur.* Auctor epiſtolæ de cibis Judaicis. cap. III. pag. 1065. apud Tertullianum: *Cùm Deus ſuem cibo probibet aſſumi, reprehendit utique cœnoſam, & luteam, & gaudentem vitiorum ſordibus vitam, bonum ſuum non in animi generoſitate, ſed in ſola carne ponentem.* Vide etiam Theodoret. Therapeut. Serm. VII. p. 585.

Χορός.

Hæc vox duplici potiſſimùm modo ſumitur:

1. *Propriè*, & notat *canentium atque ſaltantium collectam multitudinem.* Unde rectè Iſidorus lib. I. de divinis officiis, cap. III. *Chorus eſt concinentium hominum, & in coronam orbemvè lætitiâ exultantium agmen.* De cantu olim, in ſacris adhibito, & de Cantoribus à Davide inſti-

inſtitutis, nota res eſt. Notum eſt & illud, in Eccleſia hodieque Pſalmodiam retineri, & quidem choro, quibusdam in locis, biſariam diviſo. Illud autem fortaſſe non in vulgus notum, quem ea res auctorem habuerit. Id verò oſtendimus in voce Ἀντίφωνον, num. II. Addimus hic locum Suidæ, qui ita habet: Χορὸς, τὸ σύστημα τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ᾀδόντων. διῃρέθησαν δὲ οἱ χοροὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς δύο μέρη, ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, καὶ Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, διχῇ τοὺς δαυιτικοὺς ψαλμοὺς ᾄδοντες. ὅπερ ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον, εἰς πάντα περιῆλθεν τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. *Chorus. In Eccleſiis cantantium cœtus. Eccleſiarum autem chori in duas partes diviſi ſunt ſub Conſtantio, Conſtantini M. filio, & Flaviano Epiſcopo Antiocheno, biſariam Davidicos Pſalmos canentes: quod Antiochiæ primùm cœptum, poſtea in omnes mundi fines exivit.* Cedrenus, pag. 249. Τῷ κγ´ ἔτει τοῦ Κωνσταντίου, Φλαβιανὸς ὁ Ἀντιοχείας, τοὺς τῶν ψαλλόντων χοροὺς διελὼν, ἐκ διαδοχῆς τὴν Δαυιτικὴν ἐδίδαξε πρῶτος ᾄδειν μελῳδίαν. *Anno XXIII. Conſtantii Flavianus, Epiſcopus Antiochenus, Cantorum choros dividens, primus inſtituit, ut Pſalmi Davidici alternis canerentur.* Porrò choros pſallentium creberrimè nominant ſancti Patres: ut Chryſoſtomus Homil. XIV. in I. ad Timotheum, pag. 307. ubi etiam nocturnorum hymnorum meminit in Monaſteriis cantari ſolitorum à monachis, οἵτινες τὸν ὕπνον ἀποθέμενοι διανιστανται, τοῦ προεστῶτος αὐτοὺς διεγείροντος, καὶ ἑστήκασι τὸν ἅγιον στησάμενοι χορὸν, καὶ τὰς χεῖρας εὐθέως ἀνατείναντες, τοὺς ἱεροὺς ᾄδουσιν ὕμνους, *qui excuſſo ſopore ſurgunt, à præſide ſuo excitati, adſtantque ſacro inſtituto choro, protinùsque expanſis manibus ſanctos concinunt hymnos.*

II. *Impropriè* notat *multitudinem amicè conſpirantium in doctrina*, &c. Theodoretus præf. in Danielem, pag. 543. Εἰς τοσαύτην ἀναισχυντίαν ἤλασαν οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς καὶ τοῦ χοροῦ τῶν προφητῶν τοῦτον τὸν Δανιὴλ ἀποχοιρίζειν. *Eò impudentiæ proceſſerunt Judæi, ut à Prophetarum choro hunc Danielem ſegregent.* Ita *chorus divinarum poteſtatum*, χορὸς τῶν θείων δυνάμεων, apud Michaëlem Pſellum in Zoroaſtrem. *Chori Angelorum*, apud B. Eligium, Hom. I. Sic *Apoſtolorum chorus* dicitur à Fulgentio, ad doctrinam eorum reſpiciente, quæ concordi veritatis ſono omnem orbem terrarum perſonuit, lib. I. de Prædeſtinatione: *Ob hoc ipſum Apoſtolorum chorus, qui non ſpiritum hujus mundi acceperat, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, & ab ipſo ſibi eandem fidem poſcebat augeri.* Serapion in lib. contra Manichæos: *Cùm autem chorum Apoſtolorum contemplabimur, intelligemus ex peccatoribus & profanis hominibus fuiſſe collectum.* Chryſoſtomus Homil. CVIII. t. VI. de Petro, Ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ τῶν μαθητῶν. *Chori diſcipulorum coryphæus.* Idem, Homil. II. in Pſal. LI. de eodem: Ἡ κεφαλὴ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων. *Caput chori Apoſtolici.* Homil. VI. in Acta: Ὁ κορυφαῖος τοῦ μακαρίου χοροῦ. *Præcipuus beati chori.* Vide in Κορυφαῖος, num. I. 2. Sic *chorus virtutum.* Emanuel Palæologus Orat. de educatione regia, cap. LXXIII. Βουλοίμην δ᾽ ἂν ἔγωγε μὴ κεχωρίσθαι τούτου τοῦ χοροῦ, ἀγάπην καὶ μετριότητα. *Nolim ego ab hoc choro ſeparari dilectionem & modeſtiam.* Chryſoſtomus Homil. XLVI. in Matth. pagi 300. Ἀλγῶ, ὅταν τῶν ἄλλων ἠμελημένων, τὴν νηστείαν νομίζητε ἀρκεῖν εἰς σωτηρίαν ὑμῖν, τὸ ἔσχατον τοῦ χοροῦ τῆς ἀρετῆς ἔχουσαν μέρος. *Doleo, quando omnibus aliis neglectis, exiſtimatis jejunium, quod ultimum in choro virtutum occupat locum, vobis ad ſalutem ſufficere.*

Χρήματα.

I. *Explicatio vocis.* Heſychius: Χρήματα, οἷς τις δύναται χρῆσθαι. Χρήματα vocantur, *quibus aliquis poteſt uti.* Veteres Gloſſæ: Χρήματα, *pecuniæ, divitiæ.* Hoc ipſum diligenter inculcant Patres, nimirum χρήματα dici ab uſu legitimo. Chryſoſtomus Homil. LXXI. t. VI. Διὰ τοῦτο χρήματα λέγεται, ἵνα ἡμεῖς αὐτοῖς χρησώμεθα, καὶ μὴ ἐκεῖνα ἡμῖν. *Divitiæ propterea dicuntur* χρήματα, *ut nos illis utamur, non illæ nobis.* Idem, Homil. XIX. in Johannem, pag. 633. Χρήματα διὰ τοῦτο εἴρηται, ἵνα αὐτοῖς εἰς τὰς ἀναγκαίας χρώμεθα διακονίας, οὐχ ἵνα φυλάττωμεν. *Opes propterea dictæ ſunt* χρήματα, *ut iis ad neceſſaria utamur miniſteria, non ut eas aſſervemus.* Et Homil. LXXX. in Johan. pag. 893. Διὰ τοῦτο χρήματα λέγεται, ἵνα χρώμεθα εἰς δέον, οὐχ ἵνα φυλάττωμεν, καὶ κατορύττωμεν. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι κτήσασθαι, ἀλλὰ κτηθῆναι. *Propterea* χρήματα *vocantur, ut iis rectè utamur, non ut aſſervemus & defodiamus: hoc enim non eſt poſſidere, ſed poſſideri.* Homil. XI. in I. ad Timoth. pag. 292. Χρήματα λέγεται παρὰ τὸ κεχρῆσθαι, οὐ παρὰ τὸ κυρίους. Χρήματα *vocantur ab uſu, non à dominio.* Concinit Theophylactus in cap. X. Marci, pag. 246. Δεῖ μὴ ἔχειν τὰ χρήματα, τουτέστι, κατέχειν, ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς εἰς δέον. Χρήματα γὰρ εἴρηται παρὰ τὸ εἰς χρῆσιν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, οὐχὶ παρὰ τὸ κατέχεσθαι. *Non oportet divitias habere, hoc eſt, continere, ſed iis uti pro neceſſitate.* Χρήματα *enim, hoc eſt, opes dictæ ſunt, quia uſui ſunt hominibus, non autem quòd detinendæ ſint.* Hinc idem dicit in cap. XV. ad Romanos, pag. 151. Τὰ χρήματα κοινὰ πάντων, καὶ οὐ τῶν ἐχόντων μόνον. *Opes omnibus ſunt communes, nec ad poſſeſſores tantùm pertinent.* Vide etiam Chryſoſtomum Homil. X. in I. ad Corinthios, p. 305. pluribus probantem, divitias non nobis eſſe ſervandas, ſed etiam cum aliis communicandas.

II. *Uſus divitiarum* in eo conſiſtit, ut iis ad ſublevandam pauperum egeſtatem utamur: tunc enim non erunt malæ, ſed bonæ. Nam οὐχὶ τὰ χρήματα κακὰ, ἀλλ᾽ οἱ ἔχοντες αὐτὰ διαβάλλεσθαι ἄξιοι, *divitiæ non ſunt malæ, ſed qui illas poſſident, digni ſunt qui taxentur*, inquit Theophylactus in cap. X. Marci, pag. 246. Cavendum, ne ſint injuſtæ divitiæ, de quibus idem Theophylactus in cap. XVI. Lucæ, pag. 454. Ἀδικίας χρήματα ἐκεῖνα ὀνομάζονται, ὅσα ὁ μὲν Κύριος δέδωκεν ἀναλίσκεσθαι εἰς χρείας ἀδελφῶν, καὶ ὁμοδούλων, ἡμεῖς δὲ ἑαυτοῖς παρακατέχομεν. *Injuſtitiæ dicuntur divitiæ, quas nobis Dominus in uſus fratrum & conſervorum inſumendas dedit, nos autem nobis eas retinemus.* Plura vide in voce Πλοῦτος, num. III. IV. V.

Χρηματίζω.

I. Χρηματίζεσθαι, *pecuniam colligere*, ſeu *comparare, conquirere, quæſtum facere.* Chryſoſtomus Homil. LXII. in Matth. pag. 399. Ὥσπερ τὸ χρηματίζεσθαι, φιλαργυρίας ἐναντίον· οὕτω πρὸς τὸ δόξης ἐπιτυχεῖν, τὸ δόξης ἐρᾷν. *Sicut avaritia acquiſitioni pecuniarum contraria eſt: Sic cupiditas gloriæ, ad acquirendam gloriam parùm conducit.* Idem, Homil. XXXI. in Acta, pag. 788. Οὐκ ἔνι τῆς βασιλείας τυχεῖν, μὴ σταυρωθέντα. μὴ ἀπατῶμεν ἑαυτούς. Εἰ γὰρ ἐν πολέμῳ σωθῆναι οὐ δυνατὸν τρυφῶντα, καὶ χρηματιζόμενον, καὶ καπηλεύοντα, καὶ ῥᾳθυμοῦντα· πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ. *Fieri nequit, ut regnum conſequatur, qui non eſt crucifixus: ne ſeducamus nos ipſos. Si enim in bello ſervari non poteſt, qui in deliciis vivit, & lucri cupidior eſt, qui negotiatur & ignavus eſt: multò magis in hoc bello.* In Alexii Patriarchæ monumento apud

Zona-

Digitized by Google

Zonaram, pag. 794: Ἀπὸ ἐναγῶν, καὶ ἀπὸ ἐναγῶν ὁμοίως ζητῶν χρηματίζεσθαι. *Qui ex rebus ſimul ſacris & profanis quæſtum facere ſtudet*: qui per fas & nefas diteſcere ſtudet. Iſidorus Peluſiota: Ἐκ τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν χρηματίζεσθαι. *Ex alienis calamitatibus quæſtum facere.* Suidas: Χρηματίζεσθαι, χρήματα πράττεσθαι. *Pecunias exigere, comparare, quæſtum facere.* Idem: Χρηματίζεσθαι, πλουτεῖν. *Pecunias parare, divitem eſſe.* Extat etiam activum χρηματίζειν, pro χρήματα συλλέγειν, *pecuniam colligere*, apud Heſychium. Et in veteri Gloſſario: Χρηματίζω, *acquiro, pecuniam colligo.*

II. Χρηματίζω ſignificat

a. *Nominor, vocor, appellor.* Ita ſumitur Actor. XI. 26. Ἐγένετο δὲ πρῶτον χρηματίσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς, χριστιανούς. *Factum eſt autem, ut primùm Antiochiæ diſcipuli nominarentur*, vel *appellarentur Chriſtiani.* Χρηματίσαι hic eſt ὀνομασθῆναι, προσαγορευθῆναι, λεχθῆναι, κληθῆναι. Oecumenius in epiſtolam Judæ: Ἀστέρες δὲ πλανῆται χρηματίζουσι καὶ αὐτοί. *Stellæ erraticæ dicuntur & ipſi*, ſc. ſeductores. Vide etiam Roman. VII. 3.

b. *Nomino, voco, appello.* Ita uſurpat Baſilius M. Homil. in Pſal. VII. pag. 137. Αὕτη δὲ συνήθεια τῆς γραφῆς καὶ τοὺς χείρονας ſc. υἱοὺς, ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας χρηματίζειν μᾶλλον ἢ ἀπὸ τῶν πατέρων, καὶ τοὺς κρείττονας υἱοὺς ὀνομάζειν ἐκ τῆς χαρακτηριζούσης αὐτοὺς ἀρετῆς. *Hic autem mos eſt ſcripturæ, & pejores filios à peccato potiùs appellare quàm à patribus, & meliores à peculiari aliqua, quâ excellebant, virtute nominare.*

c. *Reſpondeo, loquor: divinitus admoneo.* Et χρηματίζομαι, *reſponſum accipio, divinitus admoneor, doceor.* Heſychius: Χρηματίζει, ἀποκρίνεται, λαλεῖ. *Reſpondet, loquitur.* Suidas, eodem modo: χρηματίζει, ἀποκρίνεται. Ad Hebr. XII. 25. Τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα. *Recuſantes eum, qui ſuper terram loquebatur*: ita Vulgatus. Beza: *Qui loquebatur Dei nomine.* Eraſmus ad hunc locum: Χρηματίζοντα, *id eſt, Qui oracula reddebat. Nec enim eſt ſimpliciter loqui, ſed ex oraculo reſpondere.* Non malè Theophylactus ad hunc locum, pag. 1019. Ἐπὶ γῆς χρηματίζοντα, τὸν Μωσῆν λέγει, ἢ καὶ τὸν θεὸν, τὸν ἀπ' οὐρανοῦ μὲν καταβάντα, ἐπὶ γῆς δὲ ὅμως χρηματίζοντα διὰ Μωσέως. Ἐν γὰρ τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ ἐχρημάτισε, τοῦτέστιν, ὡμίλησε, διελέχθη, διετάξατο. *Per eum, qui ſuper terram oracula reddebat, Moſen intelligit, vel Deum, qui è cælis quidem deſcendebat, ſuper terram tamen oraculum reddebat per Moſen. In monte namq; Sina* ἐχρημάτισε, *hoc eſt, locutus eſt, diſſeruit, ordinavit.* Chryſoſtomus, Homil. XXXII. in epiſt. ad Hebræos, pag. 593. Χρηματίζοντα interpretatur νομοθετοῦντα, *ſancientem, ordinantem, leges imponentem* vel *dantem.* Χρηματίζεσθαι eſt *divinitus moneri, Deo revelante aliquid diſcere, reſponſum accipere.* Ita Matth. II. 12. de Magis: Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ. Vulgatus: *Et reſponſo accepto in ſomnis.* Beza: *Et divinitus admoniti in ſomnio.* Non rejicienda vulgata hic verſio. Expendatur Ambroſii locus, quem citat Pricæus: *Anguſtæ mentes invitentur promiſſis, erigantur ſperatis mercedibus: bona mens, quæ ſine reſponſi cæleſtis ſyngrapha certamen arripuit, geminæ laudis fructum acquirit ſibi.* Nec eſt, quòd regeratur, nullam præiviſſe interrogationem. Nam & ἀποκρίνεσθαι in N. Teſtam. ſæpiſſimè uſurpari, etſi nulla præceſſerit interrogatio, notiſſimum eſt. Confer verbum Ἀποκρίνομαι. Theophylactus ad Matthæi locum, χρηματισθέντες explicat, παρὰ τοῦ θεοῦ ἀποκάλυψιν δεξάμενοι. *Poſtquam revelationem à Deo accepiſſent.* Et Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, κατ' ἀποκάλ— κελευσθέντες, *per revelationem juſſi.* Similiter Lucæ II. 26. de Simeone: Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. Beza: *Fueratq; ipſi divinitus nunciatum à Spiritu Sancto.* Non admodum neceſſarium hic *divinitus*, quia additur, *à Spiritu Sancto.* Vulgatus: *Et reſponſum acceperat à Spiritu Sancto.* Ubi *reſponſum* non eſt, quod datur interroganti, ſed ſimpliciter *dictum, compellatio, indicatio*, ut apud Hebræos מענה. Syrus: *Et dictum erat illi.* Arabs: *Et indicatum fuerat ei.* Et Hebr. XI. 7. de Noacho: Πίστει χρηματισθείς. Vulgatus: *Reſponſo accepto.* Beza: *Per fidem divinitus admonitus.* Ubi Theophylactus, pag. 990. Ἐχρηματίσθη παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦτέστιν, ἐδιδάχθη. *Edoctus fuit.* Theodoretus, κελευσθεὶς, *juſſus.*

Χρηματισμός.

I. Χρηματισμὸς eſt *reſponſum divinum* ſeu *oraculum*, aut *mandatum*. Heſychius: Χρηματισμὸς, ὀπτασία, νομοθεσία. *Viſio, legiſlatio*, vel *mandatum.* Ad Rom. XI. v. 4. Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; Vulgatus & Beza: *Sed quid dicit illi divinum reſponſum?* Idem quod χρησμὸς, *oraculum.* Heſychius: Χρησμὸς, προφητεία, πρόῤῥησις, ὁ παρὰ θεοῦ διδόμενος λόγος. *Oraculum, vaticinium, prophetia, prædictio, oratio à Deo profecta.* Chryſoſtomus Homil. XXIII. in epiſt. ad Hebræos: Χρηματισμὸς, προφητεία ἐστίν. Et Theophylactus in cap. XI. ad Romanos, pag. 107. Χρηματισμός ἐστιν ἡ τοῦ θεοῦ ἐπιφάνεια καὶ ὁμιλία. *Divinum reſponſum, eſt apparitio Dei, colloquium.* Oecumenius in idem cap. pag. 336. dicit eſſe λόγον τοῦ θεοῦ, *orationem Dei.*

II. Χρηματισμὸς eſt æra. In fragmento Porphyrii, quod legitur in Chronico Euſebii, pag. 60. non ſemel Χρηματισμὸς ponitur pro *æra*, ut doctiſſimus Scaliger obſervat. Ideò quòd Hiſpanis erat *Æra Cæſaris*, id Græcis fuerit χρηματισμός. Sic χρηματισμὸς Ἀντιοχέων ſæpe ab Evagrio dicitur *Æra Antiochenſium Juliana.* Pro quo malè redditur à Chriſtophorſono, *nominatio Antiochiæ*, aut *tempus, ex quo Antiochia nomen accepit.* Quod eſt ineptiſſimum. Nam verum quidem eſt, χρηματίζειν aliquando eſſe *nominari*: hic verò aliud longè eſt. Significat enim *negotiationem, actum publicum*, hoc eſt, ex quo negotiationum ad contractum aliud tempus inſtitutum eſt. Propterea ὁ χρηματισμὸς τῶν Σελευκιδῶν à Judæis vocatur ἀρίθμησις τῶν συμβολαίων, *Æra contractuum.* Vide Scaligeri Canon. Iſagog. lib. III. p. 301.

Χρηματολαίλαψ.

Non habent Lexica. *Pecuniarum violentiſſimus raptor.* Ignatius, epiſt. ad Magneſios, pag. 58. Οἱ τῶν γυναικῶν φθορεῖς, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμηταί, οἱ χρηματολαίλαπες. *Mulierum corruptores, alieniq; appetentes, & pecuniarum violentiſſimi raptores.* Conſtitut. Apoſtol. lib. II. cap. XLIX. pag. 873. illum teſtem admittendum eſſe dicunt, qui non ſit χρηματολαίλαψ, *pecuniarum violentus raptor.*

Χρῆσις.

Χρῆσιν ſignificare *uſum*, ex Lexicis notum: at notare *judicium*, ſeu *ſententiam*, id minimè obvium. Hoc ſignificatu legitur in Hiſtoria Eccleſ. Philoſtorgii, lib. VI. cap. I. pag. 82. Ὡς εὖ καὶ κατὰ καιρὸν τὴν ἱερὰν ἀποπέμψαι χρῆσιν. *Quòd bene commodèq; ſacrum judicium pronunciâſſet.* Et ſæpe in Bibliotheca Photii: ut Codice XXIX. pag. 17. ubi de Evagrio, ἔχει δὲ καὶ χρήσεις περὶ εἰκόνων. *Habet verò etiam ſententias de imaginibus.* Hoc

Digitized by Google

ſenſu & Anaſtaſii ecloga περὶ χρήσεων. Athanaſius, epiſt. ad Serapionem, t.I. pag. 168. Ὁ υἱὸς ἄτρεπτός ἐστι, καὶ ἀναλλοίωτος ὡς ὁ πατήρ. Καὶ τοῦτο Παῦλος ὑπέμνησεν ἐκ τοῦ Δαυὶδ λαβὼν τὴν χρῆσιν· Καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς Κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, &c. *Filius eſt immutabilis, nec ullam mutationem admittit, ut Pater. Atque hoc monuit Paulus ex Davide deſumtâ ſententiâ,* Pſal. CII. 25. *Initio tu Domine terram fundâſti.*

Χρηστοεπέω.

Non habent Lexica. *Blandis verbis utor, blandè loquor:* idem quod χρηστολογέω. Sæpe legitur apud Cyrillum Alexandrinum. Ut in cap. III. Jeſajæ, pag. 64. Περιφοιτῶντες οἱ Φαρισαῖοι τοὺς τῶν Ἰουδαίων οἴκους, χρηστοεπεῖν ἐπεχείρουν, ηὐλογημένον τε λαὸν ὠνόμαζον, καὶ κλῆρον Θεοῦ. *Phariſæi circumambulantes Judæorum domos, blandis utebantur verbis, & benedictum vocabant populum, atque hæreditatem Dei.* In cap. XI. Jeſajæ, pag. 195. Τοὺς χρηστοεπεῖν ᾑρημένους, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἀγαθοὺς εἶναι καλῶς ἀλήθειαν, ἀποτόμοις ἐλέγχοις μεθίστη πολλάκις ἐπί γε τὸ βίου ἑλέσθαι σωφρονέστερον. *Qui blandè loqui volunt, neque verè boni ſunt, hos acerbiſſimis reprehenſionibus convertit ſæpe* (Chriſtus) *ut vitam velint inſtituere moderatiùs.* In cap. III. Mich. pag. 408. Ψιλὸν ἐξ ὀμμάτων καταχέοντες δάκρυον, καὶ χρηστοεπεῖν ὑποκρινόμενοι. *Solas lacrymas profundentes, & bona ſimulatè loquentes.*

Χρηστολογέω.

Nec hoc verbum Lexica habent. Χρηστολογία eſt *blandiloquentia.* Ad Rom. XVI. 18. occurrit, ubi Theophylactus exponit; Κολακεία, ὅταν τὰ μὲν ῥήματα φιλίας ᾖ, ἡ δὲ διάνοια δόλου γέμουσα. *Adulatio, cùm verba quidem amicitiam ſonant, mens verò fraude abundat.* Hinc χρηστολογέω, idem quod præcedens χρηστοεπέω. Cyrillus Alex. in cap. XI. Jeſajæ, pag. 195. ad Luc. XX. 22. Ἄθρει ὅπως διελέγχει κολακεύοντας, καὶ χρηστολογοῦντας ἀποσείεται. *Ecce quomodo redarguat adulatores, & rejiciat blandis verbis utentes.*

Χρηστομαθής.

Non habent Lexica. Eſt, *bonarum rerum ſtudioſus,* χρηστὰ μανθάνειν ἐσπουδακώς. Cyrillus Alexand. lib. III. in Joh. pag. 268. Χρηστομαθὴς λίαν ἡ ἐν τούτοις περιεργία καὶ ζήτησις. *Utilis & bona in his curioſitas & inquiſitio.* Idem, lib. VI. in Joh. pag. 588. Χρηστομαθεῖς καὶ λίαν ἐπιεικεῖς οἱ σοφώτατοι μαθηταί. *Bonarum rerum ſtudioſi & valde lenes ſapientiſſimi diſcipuli.* Clemens Alex. Stromat. lib. I. pag. 291. Καθάπερ ἐν γεωργίᾳ, οὕτω καὶ ἐν ἰατρικῇ, χρηστομαθὴς ἐκεῖνος, ὁ ποικιλωτέρων μαθημάτων ἀψάμενος, ὡς βέλτιον γεωργεῖν τε καὶ ὑγιάζειν δύνασθαι· οὕτω κἀνταῦθα χρηστομαθῆ φημι, ὃ πάντα ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναφέροντα. *Quemadmodum in agricultura, ita etiam in medicina, ille utiliter didicit, qui varias attigit diſciplinas, ut poſſit meliùs colere & curare. Ita his etiam eum bene & utiliter eruditum exiſtimo, qui omnia ad veritatem refert.*

Χρισιάζω.

Non habent Lexica. Significat *fuco oblino.* Ἀ χρίω, *ungo, illino, inficio.* Hinc χρίσις, *unctio,* & χρισιάζω, *fuco.* Cyrillus, præfat. in Theſaurum, de meretricibus: Τὰ ἐν ταῖς γυναιξὶν ἑταιριζόμενα, τὸ ἐκ τοῦ πράγματος αἶσχος ταῖς ἐξ ἐπινοίας ἀφανίζειν οἰόμενα τέχναις ὡραΐζεταί τε καὶ χρισιάζεται. *Meretrices rei ipſius turpitudinem arte induſtriaque occultare putantes, ornant ſeſe fucoque illinunt.*

Χρίσμα.

I. Χρίσμα, *unctio,* notat *dona Spiritus Sancti.* Sic accipitur I. Joh. II. 20. 27. ubi Oecumenius, pag. 198. Χρίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει. *Unctionem dicit Spiritum Sanctum.* Hinc Deus dicitur *unxiſſe fideles,* II. Corinth. I. 21. Ὁ χρίσας ἡμᾶς Θεός. Ad quæ Theophylactus, p. 336. Ὁ Θεὸς ἔχρισεν ἡμᾶς καὶ ἐσφράγισε, τουτέστι, προφήτας, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἱερεῖς εἰργάσατο· —— ὥσπερ οὖν τὸ παλαιὸν οἱ ἱερεῖς καὶ βασιλεῖς ἐχρίοντο τῷ ἐλαίῳ· οὕτω καὶ νῦν ἡμεῖς τῷ πνεύματι ἐχρίσθημεν· *Deus nos unxit & ſignavit, hoc eſt, Prophetas, & reges, & ſacerdotes nos fecit. —— Quemadmodum igitur olim ſacerdotes & reges ungebantur oleo: ita etiam nos nunc Spiritu uncti ſumus.*

II. Notat *unctionem in Baptiſmo. Confirmatio* prioribus Eccleſiæ Latinæ temporibus ne de nomine quidem nota erat. Quis enim veterum Patrum meminit in hac ceremonia verbi *confirmare?* Non Tertullianus, non Cyprianus, non Ambroſius, non Auguſtinus, non Hieronymus, nec quiſquam veterum Latinorum Patrum mentionem facit *Confirmationis* hoc ſignificatu. Nec Græci verbum ullum habent, quod huic Latino reſpondeat. *Conſignandi* voce utuntur Latini, Græci σφραγίζειν; Vide in Σφραγίς, num. I. non *confirmandi.* In primitiva Eccleſia ſola manuum impoſitione celebrabatur: atque ita debuit, ſiquidem referatur ad eam Apoſtolicam manuum impoſitionem, quâ baptizatis Spiritum Sanctum dabant. Pars poſtea Baptiſmi integrans habita eſt, ſine qua nec perfectum eum cenſebant. Quod & ipſum quamvis antiquum ſit reſpectu recentioris ævi, ſi tamen Apoſtolica tempora & inſtituta reſpiciantur, planè eſt novum. Multò enim recentius, quod nunc agitur, & ab inſtituto ipſo, à quo derivata creditur hæc ceremonia, remotius, quòd Chriſmationem ſimul cum impoſitione manuum conjungunt, & ſeparatum à Baptiſmo ſacramentum ex ea conficiunt. Tertulliani ævo baptizati de lavacro egreſſi ſtatim ungebantur, & uncti impoſitionem manuum accipiebant. Sic enim ille lib. de Baptiſmo, cap. VII. pag. 389. *Exinde egreſſi de lavacro perunguimur benedicta unctione de priſtina diſciplina, qua ungui oleo de cornu in ſacerdotium ſolebant.* Vide ibidem plura. De impoſitione manuum ſtatim ſubjicit cap. VIII. *Dehinc,* inquit, *manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum Sanctum.* Hæ erant tres Baptiſmi, hoc eſt, unius ſacramenti veluti partes: Lotio, unctio, & impoſitio manuum. Cypriani ævo idem ſervabatur. Vide locum ex eo adductum in voce Ἔλαιον, num. II. 2. Idem, epiſt. LXXIII. ad Jubajanum, pag. 182. occaſione Samaritanorum credentium, dicit, Petrum & Johannem iis impoſuiſſe manus, in ipſos, precibus habitis, Spiritum Sanctum effuſum fuiſſe: & addit: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.* Ultimus erat ac ſummus baptiſmi actus, quo & conſummari credebatur & perfici, non verò confirmari. Hoc etiam novum fuit in iſto ultimo actu baptiſmi, ut ſoli Epiſcopi eam conſummationem tradere poſſent. Ideò ſi præſens eſſet Epiſcopus, ſtatim cum ipſo baptiſmo conferebatur; ſin abeſſet, differebatur. Qui lotus tantùm fuiſſet, non integrum habere putabatur baptiſmum. Et ita accipiendi plerique loci in Concilio Eliberino, qui ſine hac obſer-

vatione

Digitized by Google

vatione vix intelliguntur. Can. XXXVIII. ſic habet: *Peregrè navigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus, baptiſare in neceſſitate infirmitatis poſitum Catechumenum, ita ut ſi ſupervixerit, ad Epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.* Can. LXXVII. *Si quis Diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo vel Presbytero aliquos baptiſaverit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit.* In titulo hujus Canonis fit mentio *Confirmationis.* Sed recentia ſunt illorum Canonum lemmata. Nam per ea tempora nomen *Confirmationis* inauditum fuit. In toto Oriente nulla *Confirmatio* ſeparata fuit à Baptiſmo, ſive per unctionem fieret, ſive per ſolam manuum impoſitionem. Egreſſis è piſcina ſancti lavacri Catechumenis ſtatim chriſmatio adhibebatur ad Spiritum Sanctum accipiendum, ut conſtat ex Catecheſi Cyrilli: Καὶ ἡμῖν ὁμοίως, ἀναβεβηκόσιν ἀπὸ τῆς κολυμβήθρας τῶν ἱερῶν ναμάτων, ἐδόθη τὸ χρῖσμα. *Similiter etiam nobis, aſcendentibus ex piſcina ſacrorum laticum, data eſt unctio.* Conſtat etiam ex Canone XLVIII. Laodiceno, qui ita habet: Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μετὰ τὸ βάπτισμα χρίεσθαι χρίσματι ἐπουρανίῳ. *Quòd oportet eos qui baptizantur, poſt baptiſma inungi ſupercæleſti chriſmate.* Balſamon, ex Zonara, ad huncce Canonem, pag. 846. Χρίσμα ἐκάλεσεν ὁ κανὼν τὸ ἅγιον μύρον, καὶ οὐχ ἁπλῶς χρίσμα, ἀλλ' ἐπουράνιον, ὡς διὰ τῶν ἁγίων εὐχῶν, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιαζόμενον, καὶ ἁγιάζον τοὺς χριομένους, καὶ μετόχους αὐτοὺς ποιοῦν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. *Canon vocavit ſanctum unguentum chriſma, & non ſimpliciter chriſma, ſed ſupercæleſte, ut quod per ſanctas preces & invocationem Sancti Spiritus ſanctificetur, & eos qui inunguntur, ſanctificet, & regni cælorum faciat participes.* Notandum, hoc dici de his, qui baptizantur, ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μετὰ τὸ βάπτισμα χρίεσθαι. Hæc enim verba oſtendunt, in ipſo baptiſmo chriſma iſtud dari ſolitum è lavacro ſtatim egreſſis. Hoc nihil ſimile habet cum ea impoſitione manuum, quâ Apoſtoli baptizatis Spiritum Sanctum dabant. Primùm nullo chriſmate utebantur, ſed ſolummodo baptizatis manus imponebant. Præterea non ſtatim, nec in eodem actu baptizandi eam manuum impoſitionem adhibebant ad evocandum Spiritum Sanctum ſuper baptizatos, ſed iis, qui jamdudum baptizati fuerant, ut in eos Spiritus Sanctus deſcenderet, manus imponebant, ut patet ex Actor. VIII. 15. Præterea finis utriusque actionis diverſus, hujus nempe chriſmationis, & illius manuum impoſitionis, quæ ab Apoſtolis fiebat. Chriſmate baptizati ungebantur, ut participes fierent regni Chriſti, dum ſcilicet eodem unguento linebantur, à quo ipſi Chriſto nomen. At per manuum impoſitionem Apoſtolorum baptizati recipiebant Spiritum Sanctum cujus superventum efficaciter ſentiebant prophetando & linguis loquendo. Verùm audire tandem juvat veteres de hoc Chriſmationis ritu, ut eò faciliùs intelligatur, quis ejus fuerit uſus, quæ cauſſa. Jobius apud Photium, Cod. CCXXII. pag. 596. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα πρῶτον μὲν βαπτιζόμεθα, εἶτα τῷ μύρῳ χριόμεθα, ἐκεῖθεν τοῦ τιμίου ἀξιούμεθα αἵματος. *Primò enim etiam hîc,* ſub N. Teſtamento, *baptizamur, deinde unguento ungimur, inde precioſo ſanguine digni habemur.* Cyrillus Alexand. Catenâ in cap. IX. Joh. p. 285. hanc unctionem vocat κατηχήσεως & τελειώσεως χρίσμα. Ejus verba ſunt: Ὅτι ἀρτιγενὲς προσάγεται βρέφος, ἢ τῆς κατηχήσεως τὸ χρίσμα λαβεῖν, ἤτοι τὸ τῆς τελειώσεως ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι, ὁ προσάγων ὑπὲρ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν ἀναφωνεῖ. *Si recens natus infans adducitur, vel ut inſtitutionis unctionem accipiat, videlicet perfectionis unctionem in baptiſmo, eum adducens pro eo reſpondet Amen.* Olim Presbyteris non licebat χρίσμα conferre. Patet hoc ex epiſt. II. Photii, pag. 50. ubi de Bulgaris ſcribit: Ἀλλάγε δὴ, καὶ τοὺς ὑπὸ πρεσβυτέρων μύρῳ χρισθέντας, ἀναμυρίζειν αὐτοὶ οὐ πεφρίκασιν· Ἐπισκόπους ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, καὶ τὸ τῶν πρεσβυτέρων χρίσμα ἄχρηστον εἶναι, καὶ εἰς μάτην ἐπιτελεῖσθαι, τερατευόμενοι. *Sed & chriſmate inunctos à Presbyteris, denuò ungere non dubitant; ſeipſos Epiſcopos prædicantes, & Presbyterorum chriſma inutile eſſe, ac fruſtrà conferri, comminiſcentes.* Hanc ſententiam idem ibid. ita refutat: Οὐκ ἔξεστι, φασιν, ἱερεῦσι τοὺς τελουμένους μύρῳ ἁγιάζειν· ἀρχιερεῦσι γὰρ μόνοις ἐνομίσθη. Πόθεν ὁ νόμος, τίς δ' ὁ νομοθέτης; ποῖος τῶν ἀποστόλων; τῶν πατέρων δέ; ἀλλὰ τῶν συνόδων; ἢ πῶς καὶ πότε συνῆλθον; τίνων δὲ κρατήσασα ψήφοις; οὐκ ἔξεστιν ἱερεῖ μύρῳ τοὺς βαπτιζομένους σφραγίζειν; οὐκοῦν οὐδὲ βαπτίζειν ὅλως; οὐδὲ ἱερᾶσθαι. *Non licet, inquiunt, baptizatos ſacerdotibus oleo ſanctificare: hoc enim ſolis lege conceſſum Epiſcopis. Verùm unde illa lex? quis legiſlator? Ecquis Apoſtolorum? quis Patrum? quæ Synodus? ubi gentium illa, vel quando coacta? quorum ſuffragiis ſancita? Non licet ſacerdoti baptizatos oleo conſignare? Proinde nec baptizare omnino, nec ſacra facere.* Habebant omnino olim jus baptizandi non ſoli Epiſcopi, ſed etiam Presbyteri; ut docemus in voce Βάπτισμα, num. II. 2. ſub lit. *a.* ac proinde iiſdem licebat baptizatos ungere. Quidam hæretici, ad Eccleſiam Catholicam accedentes, non baptizabantur, ſed ungebantur. Vide in Αἱρετικὸς, num. IV. ſub lit. *A. c.* Chriſma non adhibebant Novatiani, de quibus Theodoretus, hæret. fab. lib. III. cap. V. pag. 229. 230. Τοῖς ὑπὸ σφῶν βαπτιζομένοις τὸ πανάγιον οὐ προσφέρουσι χρίσμα· διά τοι τοῦτο, καὶ τοὺς ἐκ τῆσδε τῆς αἱρέσεως τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας συναπτομένους χρίεσθαι οἱ πανεύφημοι πατέρες προσέταξαν. *Illis, quos baptizant, ſanctiſſimum chriſma non præbent. Propterea eos, qui ex hac hæreſi corpori Eccleſiæ conjunguntur, laudatiſſimi Patres inungi præceperunt.* Vide de Chriſmate Dionyſium Areopagitam cap. IV. Eccleſ. Hierarch. pag 280. & 281. & confer, quæ de eodem jam dicta ſunt in Βάπτισμα, num. III. 1. ſub lit. *A.* & in Ἔλαιον, num. II. 2. Diximus ſuprà, chriſma Apoſtolorum temporibus ſola manuum impoſitione fuiſſe celebratum. Teſtem habemus ex recentioribus Simeonem Theſſalonicenſem, cujus hæc ſunt ea de re verba: Τοῖς βεβαπτισμένοις ὑπὸ Φιλίππου, ὡς μόνον τὸ βάπτισμα δεξαμένοις, Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐπετίθουν τὰς χεῖρας, καὶ ἐλάμβανον πνεῦμα ἅγιον. Ὃ δὴ τὸ μυστήριόν ἐστιν· ἡ γὰρ ἐπίθεσις τῶν χειρῶν τὸ μύρον παρεῖχεν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐγίνετο, καὶ δι' αὐτῶν πολλοῖς ἄλλοις. Καὶ τότε μὲν ἐπίθεσις τῶν χειρῶν αὐτό ἐστι τὸ ἡγιασμένον καὶ λεγόμενον μέγα μύρον. *A Philippo baptizati, ut qui ſolum baptiſma ſuſcepiſſent, Petro ac Johanne imponentibus manus, Spiritum Sanctum accipiebant. Quod ſanè hoc myſterium eſt. Siquidem impoſitio manuum unguentum præbebat, ut & in Apoſtolis factum eſt, ac per ipſos multis aliis. Et tum quidem impoſitio manuum, ipſum eſt conſecratum ac magnum unguentum appellatum.*

Χριστιανίζω.

Chriſtianus ſum, Chriſtianum me eſſe profiteor. Origenes lib. V. contra Celſum, pag. 236. Παρὰ τῷ Παύλῳ, ἀκριβῶς τὰ Ἰουδαίων παιδευθέντι, καὶ ὕστερον ἐκ παραδόξου ἐπιφανείας Ἰησοῦ Χριστιανίσαντι, τοιαῦτ' ἐν τῇ πρὸς Κολοσσαεῖς λέλεκται. *Paulus, exquiſitè doctus in Judæorum literis, ac pòſt miraculoſa apparitione Jeſu Chriſtianus factus, hæc in epiſtola ad Coloſſenſes dicit.* Philoſtorgius,

Digitized by Google

hiſt. Eccl. lib. II. cap. V. pag. 10. ſcribit, Urphilam πολὺν εἰς τὴν Ῥωμαίων διαβιβάσαι λαὸν, διὰ εὐσέβειαν ἐκ τῶν οἰκείων ἠθῶν ἐλαθέντας, χριστιανισμὸ δὲ τὸ ἔθνος, *multum populum in ſolum Romanum traduxiſſe, ob pietatem proprii ſedibus pulſum, gentemq; illam Chriſtianam factam eſſe.* Et pag. 12. de eodem Urphila: Ὑπὸ Εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων χειροτονεῖται τῶν ἐν τῇ Γετικῇ χριστιανιζόντων. *Ab Euſebio, & ab iis, qui cum illo erant, Epiſcopis, ordinatus fuit Epiſcopus eorum, qui in Gothia Chriſtiani erant.* Chronicon Conſtantinop. Ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ Ἴβηρες ἐχριστιάνισαν. *In prima Synodo Hiſpani erant Chriſtiani.* Apud Socratem, hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. XXXVII. pag. 275. b. οἱ ἀκριβῶς χριστιανίζοντες, *accuratè vitam Chriſtianam ſectantes*, attentiores ſacro-ſanctæ diſciplinæ, de aſcetis. Oecumenius in cap. VIII. Actorum, pag. 50. Πολλὴ ἡ σπουδὴ ὑπῆρχε τελείως χριστιανίζουσι περὶ τὸ αἰσθητὸν βάπτισμα. *Magnum fuit eorum circa externum baptiſmum ſtudium, qui perfectè ſunt Chriſtiani.*

Χριστιανικός.

Non habent Lexica. *Chriſtianus.* Theodoretus in Prologo θεραπευτ. Χριστιανικαὶ δόξαι. *Chriſtianæ, ſeu Chriſtianorum ſententiæ.* Ibid. ſerm. II. Μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν οὗτοι γενόμενοι, τῆς χριστιανικῆς θεολογίας πολλὰ τοῖς οἰκείοις ἀνέμιξαν λόγοις. *Hi*, philoſophi quidam, *cùm fuerint poſt adventum Salvatoris noſtri, multa Chriſtianæ Theologiæ myſteria ſuis inſeruerunt libris.* Τὸ χριστιανικὸν κήρυγμα, *doctrina Chriſtiana prædicatio*, apud Juſtinum M. reſp. ad quæſt. CX. Orthod. Apud eundem, χριστιανικαὶ ἀποκρίσεις, *Chriſtianæ reſponſiones.*

Χριστιανισμός.

Χριστιανισμὸς eſt *profeſſio religionis Chriſtianæ.* Anonymus in vita Chryſoſtomi: Τοῦτο ὄντως χριστιανισμὸς, τὸ πιστεύειν ὀρθῶς καὶ ἀμέμπτως ἐμπολιτεύεσθαι. *Hic eſt verus Chriſtianiſmus, rectè credere, & inculpatè vivere.* Greg. Nyſſenus de profeſſ. Chriſtiana, t. III. pag. 271. Χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. *Chriſtianiſmus eſt imitatio divinæ naturæ.* Et mox: Ἡ τοῦ χριστιανισμοῦ ἐπαγγελία ἐστὶ, τὸ εἰς τὴν ἀρχαίαν εὐκληρίαν ἐπαναχθῆναι τὸν ἄνθρωπον. *Chriſtianiſmi profeſſio eſt, ut homo reducatur ad priſtinam & antiquam felicitatem.* Idem, Orat. I. in verbo, Faciamus hominem, t. I. pag. 150. Τί ἐστι χριστιανισμός; Θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. *Quid eſt profeſſio religionis Chriſtianæ? Cum Deo habere ſimilitudinem, quatenus in naturam humanam cadit.* Variæ ſunt veri Chriſtianiſmi notæ & proprietates. Eſt *modeſtia.* Macarius, Homil. XV. pag. 222. Τὸ σημεῖον τοῦ χριστιανισμοῦ τοῦτό ἐστι, τὸ ὄντα τινὰ δόκιμον τοῦ Θεοῦ, σπουδάζειν λανθάνειν ἀνθρώπους. *Hoc Chriſtianæ religionis ſignum eſt, ut qui Deo probatus eſt, homines celare cupiat, &c.* Nota eſt *pax & charitas.* Chryſoſtomus Homil. XXXI. in epiſt. ad Hebræos, pag. 587. Πολλά ἐστι τὰ χαρακτηρίζοντα τὸν χριστιανισμόν· μᾶλλον δὲ πάντων, καὶ κρεῖττον ἁπάντων, ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπη, καὶ ἡ εἰρήνη. *Multa ſunt, quæ Chriſtianiſmum exprimunt: magis autem quàm omnia, & meliùs quàm omnia, mutua inter ſe dilectio & pax.* Ejuſdem nota *vera fides.* Apud Greg. Nazianzenum, Orat. XX. pag. 349. dicit Baſilius ad Modeſtum præfectum, οὐ προσώποις τὸν χριστιανισμὸν, ἀλλὰ πίστει χαρακτηρίζεσθαι, *non perſonarum dignitate, ſed fide Chriſtianiſmum inſigniri.* Nec verò ſtatim verus Chriſtianus, qui ſe talem profitetur. Baſilius M. epiſt. II. Canone XLV. pag. 772. Ἐάν τις τὸ ὄνομα λαβὼν τοῦ χριστιανισμοῦ, ἐνυβρίζῃ τὸν Χριστὸν, οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ ἀπὸ τῆς προσηγορίας. *Si quis accepto nomine Chriſtianiſmi Chriſtum contumeliâ afficit, nullam ille ex nudo nomine utilitatem habet.* Ac proinde non eſt luſus Chriſtianiſmus. Chryſoſtomus, Homil. XLVI. t. V. pag. 305. Οὐκ ἔστι παίγνιον ὁ χριστιανισμὸς, ἀγαπητοὶ, οὐδὲ πρᾶγμα πάρεργον. *Non eſt res ludicra, dilecti, Chriſtianiſmus, nec opus negligenter & oſcitanter faciendum.* Manichæorum ſecta vocatur ἐκπολίζων χριστιανισμός. Vide in Ἐκπολίζω, num. II.

Χριστιανός.

I. *Explicatio nominis. Chriſtiani* vocantur

1. *Latiſſimè*, piè viventes & juſtè. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. IV. pag. 5. a. docet, Abrahamum, & reliquos veteris Teſt. fideles, Chriſtianos vocari poſſe: Πάντας ἐκείνους δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένους, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀνιοῦσιν ἄνθρωπον, ἔργῳ χριστιανούς, εἰ καὶ μὴ ὀνόματι προσειπών τις, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας. *Omnes illos juſtitiæ teſtimonium conſecutos, ſi ab Abrahamo ad primum aſcendamus hominem, ſi non nomine, ſaltem re ipſa ſi quis Chriſtianos appellaverit, à vero minimè aberrabit.* Idem Euſebius, demonſtr. Evang. lib. I. pag. 10. de Enocho dicit: Χριστιανικῶς, ἀλλ᾽ οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ἔζησε. *Chriſtiano, non Judæo dignam vixit vitam.* Et de Abrahamo: Δείκνυται, χριστιανικῶς, ἀλλ᾽ οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς βεβιωκώς. *Patet, eum Chriſtiano, non Judaico more vixiſſe.* Chryſoſtomus, Hom. CXXI. t. V. p. 792. de iis, qui ad Abrahamum uſque vixerunt: Τίνες ἦσαν; Ἕλληνες; ἀλλ᾽ οὐ συγχωρεῖ ἡ πίστις· Ἕλληνες οὐκ ἦσαν, οὐ γὰρ ἀπιστίᾳ συνέζησαν, δαίμοσιν οὐκ ἐδούλευσαν, ξοάνοις οὐχ ὑπετάγησαν, τῇ πλάνῃ τῶν δαιμόνων ἀντέστησαν, οὐ δύναντα τοίνυν Ἕλληνες ὀνομάζεσθαι· ἀλλὰ τί ἦσαν; Ἰουδαῖοι; ἀλλ᾽ οὐκ ἐδέξαντο τὸν νόμον, οὐκ ἐφύλαξαν σάββατα, οὐ παρετήρησαν βρωμάτων διαφοράς, οὐκ εἶχον περιτομήν. Εἰ τοίνυν οἱ ἀρχαῖοι μήτε Ἕλληνες, μήτε Ἰουδαῖοι ἦσαν, εὑρέθη ἕτερον ὄνομα τὸ δυνάμενον αὐτοῖς ἁρμόσαι. Δῆλον ὅτι χριστιανοὶ οὐ τῇ προσηγορίᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. *Quales erant? Gentileſne? ſed non permittit fides. Non erant Gentiles: non enim fuerunt infideles, dæmonibus non ſervierunt, ſimulacris non fuerunt ſubjecti, impoſturis dæmonum reſtiterunt. Proinde non poſſunt Gentiles vocari. Quid igitur erant? Judæi? Sed non acceperunt legem, non obſervarunt Sabbata, nec ciborum diſcrimina, non habuerunt circumciſionem. Si igitur veteres neq; Gentiles, neq; Judæi fuerunt, inventum eſt aliud nomen, quod ipſis poteſt aptari. Manifeſtum eſt, eos fuiſſe Chriſtianos non nomine, ſed potentiâ.* Imò ſunt ex veteribus, qui Chriſtianorum nomen ad ipſos etiam extendunt Gentiles. Id facit Juſtinus Martyr apologiâ ad Antoninum pium, pag. 153. Clemens Alexandr. Stromat. lib. V. VI. & VII. ut oſtendit Cl. Caſaubonus initio Exercitationis primæ adverſus Caſaubonum: & poſt eum Voſſius Diſputat. XXVI. quæ eſt de virtutibus Gentilium, Theſi XI. ubi etiam hanc ſententiam ſolidè refutat: quò Lectorem ablegamus.

2. *Latè*, qui Religionem Chriſtianam amplectuntur, & à Chriſto, Chriſtiani, id eſt, uncti, appellantur. Hoc ipſis nomen primò impoſitum fuit Antiochiæ, ut teſtantur Acta, cap. XI. 26. Suidas: Χριστιανοί. Ἐπὶ Κλαυδίου βασιλέως Ῥωμαίων, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος Εὔοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζαραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, χριστιανοί. *Chriſtiani. Sub Claudio Romanorum Imperatore, cùm Apoſtolo*

Digitized by Google

ſtolus Petrus Evodium Antiochiæ Epiſcopum ordinâſſet, qui olim vocabantur Nazaræi, & Galilæi, illi mutato nomine vocati ſunt Chriſtiani. Eadem habes apud eundem in voce Ναζηραῖος. Chryſoſtomus Homilia III. ad populum Antiochenum: Καθάπερ Πέτρος ἐν τοῖς ἀποστόλοις πρῶτος ἐκήρυξε τὸν Χριστὸν, οὕτως ἐν ταῖς πόλεσιν αὕτη πρώτη, ὥσπερ στέφανόν τινα θαυμαστὸν, τὴν τῶν χριστιανῶν ἀνεδήσατο προσηγορίαν. *Quemadmodum Petrus inter Apoſtolos primus prædicavit Chriſtum, ita inter urbes hæc*, Antiochia, *prima, tanquam coronâ quadam mirabili, Chriſtianorum appellatione fuit redimita.* Ignatius in epiſt. ad Magneſios, pag. 58. Ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐχρημάτισαν οἱ μαθηταὶ χριστιανοὶ, Παύλου καὶ Πέτρου θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν. *Antiochiæ diſcipuli appellati ſunt Chriſtiani, cùm Paulus & Petrus fundarent Eccleſiam.* Vide etiam locum ex Epiphanio infrà, num. VI. 1. Cur verò Chriſtiani vocemur, non tacent veteres. Theophylactus in cap. XV. Marci, pag. 283. Χριστιανοὶ λεγόμεθα, τουτέστι, κεχρισμένοι καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ τότε οἱ βασιλεῖς ἐλέγοντο χριστοί. *Chriſtiani dicimur, hoc eſt, uncti & ipſi, ſicut tunc reges dicebantur uncti.* Theodoretus in caput LXII. Jeſajæ, pag. 134. Οἱ τῷ Χριστῷ πεπιστευκότες, καινὴν προσηγορίαν ἐδέξαντο, οὐκ ἐξ Ἀβραὰμ, ἢ Ἰσραὴλ, Ἰουδαῖοι καλούμενοι, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ προσαγορευόμενοι τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Χριστιανοὶ γὰρ παρὰ πάντων καλοῦνται, οἵτε διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος τὸν Χριστὸν ἐνδυσάμενοι. *Qui crediderunt in Chriſtum, novam appellationem ſuſceperunt, non ex Abraham vel Iſraël Judæi nuncupati, ſed ex ipſo Chriſto domino nomen adepti. Chriſtiani quippe ab omnibus nominantur, ut qui per ſanctiſſimum baptiſma Chriſtum induerunt.* Gregorius Nyſſenus de profeſſione Chriſtiana, tom. III. p. 270. Τῇ μετοχῇ τοῦ Χριστοῦ τὴν τοῦ χριστιανοῦ προσηγορίαν ἐσχήκαμεν. *Participatione Chriſti, Chriſtiani appellationem adepti ſumus.* Theophilus lib. I. ad Autolycum, pag. 248. Ἡμεῖς τούτου εἵνεκεν καλούμεθα χριστιανοὶ, ὅτι χριόμεθα ἔλαιον Θεοῦ. *Propterea Chriſtiani vocamur, quia unguento ungimur divino.* Macarius Homilia XVII. pag. 255. 256. Οἱ τέλειοι χριστιανοὶ, οἱ καταξιωθέντες ἐλθεῖν εἰς μέτρα τελειότητος, καὶ γενέσθαι ἐγγύτατοι βασιλέως, οὗτοι τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ πάντοτε ἀφιερωμένοι εἰσίν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν προφητῶν τὸ χρίσμα ἦν ὅλον τιμιώτερον, ἐπειδὰν εἰς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐχρίοντο· οὕτω νῦν οἱ πνευματικοὶ τὸ ἐπουράνιον χρίσμα χριόμενοι, γίνονται χριστιανοὶ κατὰ χάριν, ὥστε εἶναι αὐτοὺς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐπουρανίων μυστηρίων. *Chriſtiani perfecti, qui digni cenſentur, qui ad gradum perfectionis perveniant, & regi proximi fiant, hi cruci Chriſti perpetuò conſecrati ſunt. Quemadmodum enim Prophetarum temporibus, unctio quippiam erat planè precioſum, cùm in Reges & Prophetas ungerentur: ita nunc ſpiritales, qui cæleſti unctione uncti ſunt, per gratiam evadunt Chriſtiani, ita ut ipſi ſint Reges & Prophetæ cæleſtium myſteriorum.* Cùm Macarius dicat, *unctione cæleſti unctos fieri Chriſtianos*, non incommodè hic tractabitur illa Quæſtio, *Quando homo Chriſtianus fiat?* Per chriſmationem fieri Chriſtianos, & hoc nomen tunc inde habere incipere à ſimilitudine unguenti, quo unctus eſt Chriſtus, plerique Patrum volunt. Id diſertis aſſerit verbis Cyrillus Jeroſolymitanus Catecheſi IV. Νεοφωτ. pag. 105. Τούτου τοῦ ἁγίου χρίσματος καταξιωθέντες, καλεῖσθε χριστιανοὶ, ἐπαληθεύοντες τῇ ἀναγεννήσει καὶ τὸ ὄνομα. Πρὸ γὰρ τοῦ καταξιωθῆναι ὑμᾶς ταύτης τῆς χάριτος, ταύτης τῆς προσηγορίας κυρίως οὐκ ἦτε ἄξιοι, ἀλλ' ὁδεύοντες προεβαίνετε εἰς τὸ εἶναι χριστιανοί. *Poſtquam hanc ſanctam conſecuti eſtis unctionem, vocamini Chriſtiani, unà cum regeneratione etiam nomen hoc confirmantes. Antequam enim hanc conſecuti eſtis gratiam, hac appellatione propriè non eratis digni, ſed eò procedere pergitis, ut ſitis Chriſtiani.* Ita etiam paſſim alii: non tamen omnes. Nam in quibusdam Eccleſiis Græcanicis, imò vel in plurimis prima die fiebant & dicebantur *Chriſtiani*, quà crediderant, & ſe credere profeſſi erant: ſequenti die in Catechumenos conſcribebantur: tertia exorcizabantur & inſufflabantur: poſtea inter Catechumenos diu manebant audientes ſcripturas: poſtremò baptizabantur. Cum Baptiſmo autem ſimul comprehendebatur chriſmatio, quia ultimus ejus erat actus. Conſtat hoc ex Canone VII. Conſtantinopolitano, qui de Montaniſtis & Sabellianis, aliisque hæreticis, hæc habet: Πάντας τοὺς ἀπ' αὐτῶν θέλοντας προστίθεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς Ἕλληνας δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς χριστιανοὺς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἶτα τῇ τρίτῃ ἐξορκίζομεν αὐτοὺς μετὰ τοῦ ἐμφυσᾷν τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον καὶ εἰς τὰ ὦτα· καὶ οὕτως κατηχοῦμεν αὐτοὺς, καὶ ποιοῦμεν χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν. *Omnes quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, velut Græcos admittimus: ac primo quidem die eos Chriſtianos deſignamus, altero Catechumenos, deinde tertio die exorcizamus eos, ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflando. Et ſic inſtituimus & erudimus eos, damusque operam, ut longo tempore in Eccleſia verſentur, & audiant ſcripturas: & tunc eos baptizamus.* In Occidente ſimiliter prima credendi profeſſione fiebant Chriſtiani, quam Concilium Eliberinum, Canone XLII. *fidem primam credulitatis* appellat. Prima illa fidei credulitate, cum impoſitione etiam manuum, quaſi benedictione, recipiebantur inter Catechumenos, & Chriſtiani tum demum dici incipiebant, ut liquet ex ejusdem Concilii Canone XLIV. Cùm Chriſtiani hoc modo fierent, & hoc nomen mererentur ex prima fidei Chriſtianæ profeſſione, manuum impoſitione, tunc etiam benedictionem accipiebant. Et de hac manuum impoſitione, non de Confirmatione, planè intelligi debet Canon XXXIX. ejusdem Concilii: *Gentiles ſi in infirmitate deſideraverint ſibi manum imponi, ſi fuerit eorum ex aliqua parte vita honeſta, placuit eis manum imponi, & fieri Chriſtianos.* Ita etiam Can. VI. Concilii primi Arelatenſis. Quod perperam *de Confirmatione* accipiunt viri doctiſſimi: non enim confirmabantur, qui ex Gentibus ad fidem accedebant priùsquam baptizati eſſent. At Canon ille de his loquitur, qui ad fidem acceſſere, & converſi ex Gentilitate fuere, cùm in infirmitate eſſent. His manus imponebatur, & Chriſtiani eo ipſo fiebant, & poſtquam inter Catechumenos diu manſiſſent, ſi nimirum ex morbo illo convaluiſſent, tum demum baptizabantur. Prima igitur illa impoſitione manuum dicebantur *Chriſtiani*, quæ ante Baptiſmum celebrabatur, ultima quâ perficiebantur, *fideles* ac *juſti*. Vide in πιστὸς, num. II. 1. ſub lit. *b.* *γ.* Unde & paſſim in vetuſtis illis Conciliis Occidentis *fidelis* idem eſt, qui Baptiſmum accepit. Hinc in Canone LIX. Concilii Eliberini *Chriſtianus* & *fidelis* ita diſtinguuntur. *Chriſtianus* eſt Catechumenus, qui ad fidem accedens manuum impoſitione prima meruit fieri Chriſtianus: *fidelis*, qui integrum ſuum Baptiſmum acceperat, hoc eſt, qui manuum impoſitione ultima perfectus fuerat.

3. *Strictè*, Orthodoxi vocantur Chriſtiani, &

hæreticis opponuntur. Photius in Nomocan. tit. XII. cap. II. ex Conſtitut. I. tit. I. lib. I. Codicis: Ὁ μὴ δοξάζων τὴν ἁγίαν τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι ἰσοδύναμον, οὔτε χριστιανὸς λέγεται, ἀλλὰ ἄφρων ἐστὶ, καὶ αἱρετικός. *Qui ſanctam Trinitatem in una Deitate pari poteſtate præditam non credit, Chriſtianus non dicitur, ſed veſanus eſt & hæreticus.* Johannes Antiochenus in Nomocan. tit. XXXVI. pag. 644. Biblioth. Juris Canonici, hæc ita effert: Jubet hæc Conſtitutio, ἵνα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μίαν θεότητα, μίαν οὐσίαν, μίαν δύναμιν εἶναι πιστεύωμεν. Καὶ οἱ μὲν οὕτω πιστεύοντες, χριστιανοὶ καλοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ ὡς αἱρετικοὶ ἀτιμοῦνται, *ut Patris, & Filii, & Spiritus Sancti unam divinitatem, unam eſſentiam, unam poteſtatem eſſe credamus. Et qui ita credunt, Chriſtiani vocantur: reliqui verò, ut hæretici, infames habentur.* Balſamon & Johannes Antiochenus hanc legem ſic acceperunt, quaſi hæretici non ſint Chriſtiani. Certè Arriani & Neſtoriani non dicuntur eſſe Chriſtiani in lib. VI. Cod. de hæretic. quæ ex veteribus libris, monente Fabroto, ſic emendanda: *Damnato portentuoſæ ſuperſtitionis auctore Neſtorio, nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, ne Chriſtianorum appellatione abutantur: ſed quemadmodum Arriani lege divæ memoriæ Conſtantini, ob ſimilitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur, ſic ubique participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Simoniani vocentur.* Quam emendationem confirmat Julius Pollux, Chriſtianus ſcriptor, in Chronico nondum in lucem edito, his verbis: Καὶ Ἄρειον, καὶ τοὺς ὁμοίους ἀποκηρύττων, καὶ προστάττων Πορφυριανοὺς αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν συγγράμματα πυρὶ παραδοθῆναι. *Arrium & ſimiles expellens, ſtatuensque: ut & ipſi Porphyriani appellentur, & ſcripta eorum exurantur.* Ipſe Conſtantinus in epiſtola ad Epiſcopos & populum, apud Socratem hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. IX. pag. 178. a. Νῦν ἔδοξεν Ἄρειον καὶ τοὺς Ἀρείου ὁμογνώμονας, πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι· ἵν᾽ ὧν τοὺς τρόπους μεμίμηνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν. *Nunc viſum eſt, Arrium, & idem cum ipſo ſentientes, Porphyrianos quidem appellandos eſſe, ut, quorum imitantur mores, eorum etiam appellationem habeant.* Legis hujus Conſtantini Magni mentio etiam in Actis Synodi Epheſinæ, pag. 273. Ἀρειανοὶ νόμῳ τοῦ τῆς θείας λήξεως Κωνσταντίνου, Πορφυριανοὶ διὰ τὸ ὅμοιον τῆς ἀσεβείας ἐκ Πορφυρίου προσαγορεύονται. *Ariani juxta legem glorioſæ memoriæ Conſtantini, Porphyriani propter ſimilitudinem impietatis à Porphyrio nominantur.* Arrianos jam olim Patribus nequaquam Chriſtianos fuiſſe viſos, patet ex Athanaſio, diſputat. I. contra Arianos, pag. 125. diſputat. II. pag. 156. & Orat. II. contra Arianos, p. 186. ad Serapionem, paginâ 367. Sic quoque autor Chronici Alexandrini, anno CCCLXXX. Grat. VI. & Theodoſio A. A. Coſſ. apud Euſebium in Chronico, pag. 284. χριστιανὸν Ariano opponit: Παρεσκεύασεν αὐτὸν ἡ Ἰουστίνα ἡ μητρυιὰ αὐτοῦ, ὡς χριστιανὸν ὄντα, σφαγῆναι· ἦν γὰρ ἐκείνη Ἀρειανή. *Juſtina, ejus noverca, curavit eum, quia Chriſtianus fuit, trucidari: ipſa enim erat Ariana.* In Appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139. Χριστιανός ἐστιν, ὁ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως βεβαίως κατέχων, καὶ φύλαξ ὑπάρχων τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἀκριβέστατος. *Chriſtianus eſt, qui confeſſionem fidei firmiter retinet, & qui vera dogmata accuratiſſimè cuſtodit.* Imò ex veterum Patrum ſententia omnes hæretici Chriſtianorum appellatione non cenſentur. Tertullianus de præſcript. adv. hæreticos, cap. XXXVII. pag. 338. *Si enim hæretici ſunt, Chriſtiani eſſe non poſſunt.* Lactantius lib. IV. cap. XXX. *Cùm enim Phryges, aut Novatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Anthropiani, aut Arriani, ſeu quilibet alii nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt hi, qui Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt.* Hieronymus in Apolog. III. adverſ. Ruffinum: *Quid loquar de hæreticis, qui licèt foris ſint, tamen ſe nominant Chriſtianos?* Auctor libelli de lapſis ad Novatianum: *Qui enim aliquando Chriſtiani, nunc Novatiani, jam non Chriſtiani.* Sanctus Hilarius in libro ad Conſtantium A. ſub initium: *Chriſtianus ſum, non Arrianus.*

II. *Synonymia.* Huc referimus *Chriſtianorum nomina* & epitheta.

1. *ipſis in bonam partem tributa.* Vocati fuerunt θεραπευταί. Vide in θεραπευτής, num. III. & 1. Macarius Homil. XVI. pag. 248. Οἱ χριστιανοὶ ἄλλου αἰῶνός εἰσιν, υἱοὶ Ἀδὰμ τοῦ ἐπουρανίου, γέννημα καινὸν, τέκνα πνεύματος ἁγίου, ἀδελφοὶ Χριστοῦ φωτεινοὶ, ὅμοιοι τῷ πατρὶ αὐτῶν Ἀδὰμ τῷ πνευματικῷ καὶ φωτεινῷ· ἐκείνης τῆς πόλεως, ἐκείνου τοῦ γένους, ἐκείνης τῆς δυνάμεως· οὐκ εἰσὶ τοῦ κόσμου τούτου, ἀλλὰ ἄλλου κόσμου εἰσί. *Chriſtiani alius ſeculi ſunt, filii Adami cœleſtis, progenies nova, filii Spiritus Sancti, præclari fratres Chriſti, ſpiritualis Adami patris ſui ſimiles, ac referentes ſplendorem civitatis illius, generis & virtutis: nequaquam ſunt hujus mundi, ſed alterius mundi ſunt.* Vide ibidem plura. Ignatius in epiſt. ad Epheſios Chriſtianos vocat θεοφόρους, πνευματοφόρους, ναοφόρους, ἁγιοφόρους, *Deo ſpirituque plenos, qui templum, qui ſancta ferunt.* Vocantur à Photio epiſt. I. pag. 19. χριστώνυμος τοῦ θεοῦ λαὸς, *populus, qui à Chriſto ſortitur nomen:* eodem ſenſu à Pachymere, præfat. in opera Dionyſii Areopagitæ, pag. 33. χριστώνυμος λαός.

2. *in malam partem,* ſeu per contemtum uſitatiſſimè vocabantur *Galilæi.* Auctor hiſtoriæ Damaſceni: *Tunc Theodas ait regi: Audivi enim te certamen magnum egiſſe adverſus Galilæos, & ſplendidiſſimo victoriæ diademate eſſe coronatum.* Ab Ethnicis, teſte Chryſoſtomo, Homil. LXIII. tom. V. pag. 439. Τὸ τῶν Γαλιλαίων ἔθνος. *Galilæorum gens* vocabantur. Julianus eos Galilæos vocabat. Gregorius Nazianzenus Orat. III. pag. 81. de Juliano: Ἐνθὺς καινοτομεῖ περὶ τὴν προσηγορίαν, Γαλιλαίους ἀντὶ χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας. *Statim novandum nobis cognomentum cenſuit, Galilæos pro Chriſtianis nominans, atque, ut ita vocaremur, publica lege decernens.* Socrates, hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. XII. pag. 222. a. Γαλιλαῖον εἰώθει ὁ Ἰουλιανὸς καλεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς χριστιανοὺς Γαλιλαίους. *Julianus ſolebat Chriſtum vocare Galilæum, & Chriſtianos Galilæos.* Theodoretus, hiſtor. Eccleſ. lib. III. cap. XVI. pag. 655. de eodem: Τοὺς χριστιανοὺς Γαλιλαίους ὠνόμαζεν, ἀτιμίαν αὐτοῖς ἐκ τῆς προσηγορίας προσάψειν ἡγούμενος. *Galilæos vocitabat Chriſtianos, hoc illis nomine infamiam ſe illaturum exiſtimans.* Cap. IV. lib. ejuſdem, pag. 643. Ἀπηγόρευσε τῶν Γαλιλαίων τοὺς παῖδας (οὕτω γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοὺς θιασώτας ὠνόμαζε) ποιητικῶν, καὶ ῥητορικῶν, καὶ φιλοσόφων μεταλαγχάνειν λόγων· *Vetuit ne Galilæi (ſic enim Salvatoris noſtri ſectatores vocitabat) poëticis, rhetoricis & philoſophicis ſtudiis operam darent.* Vocabantur etiam *Nazareni* & *Jeſſæi.* Epiphanius hæreſi XXIX. pag. 56. Πάντες χριστιανοὶ Ναζωραῖοι τότε ἐκαλοῦντο. Γέγονε δὲ ἐπ᾽ ὀλίγῳ χρόνῳ καλεῖσθαι αὐτοὺς Ἰεσσαίους, πρὶν ἢ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν λάβωσιν οἱ μαθηταὶ καλεῖσθαι χριστιανοί. *Tunc omnes Chriſtiani Nazaræi vocabantur. Contigit autem ut modico tempore appellati ſint Jeſſæi, priuſquam Antiochiæ inciperent diſcipuli vocari Chriſtiani.* Prudentius verbis Datiani:

Vos Nazareni adſiſtite,
Rudémque ritum ſpernite.

A' Gentilibus appellati *Chreſtiani.* Tertullianus in Apologetico, pag. 28. *ſed & cùm perperam Chreſtianus pronunciatur à vobis, de ſuavitate vel benignitate compoſitum eſt.* Juſtinus Martyr Apolog. II. pag. 136. Χρηστιανοὶ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. *Chreſtiani eſſe deferimur: atqui χρηστὸν,* hoc eſt, commodum & bonum *odiſſe, injuſtum eſt.* Lactantius lib. IV. cap. VII. *Ignorantium errore, mutatâ literâ, χρηστὸς dici ſolet.*

III. *Præſtantia hujus nominis: Chriſtianorum gloria & dignitas.* Theodoreto χριστιανὸς eſt *novum* illud *nomen*, de quo Jeſ. LXV. 15. Sic enim ille ad hunc locum, pag. 140. in Jeſajam: Καινὸν ἐστιν ὄνομα, καὶ οὐ παλαιόν. Μετὰ γὰρ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ δεσπότου χριστοῦ χριστιανοὶ προσηγορεύθησαν οἱ πιστεύσαντες· ἀντὶ δὲ πάσης τοῦτο προσφέρουσιν εὐφημίας οἱ ἄνθρωποι· ὅταν γὰρ ἐπαινέσασθαι βουληθῶσι, μετὰ τὰς πολλὰς εὐφημίας ἐπιλέγειν εἰώθασιν, ἀληθῶς χριστιανός· καὶ παρακαλοῦντες πάλιν εἰώθασι λέγειν, ὡς χριστιανὸς ποίησον, ἃ πρέπει χριστιανῷ ποίησον· οὕτω εὐφημίας καὶ εὐλογίας προσηγορία μεστή. *Novum nomen eſt, non vetus, quia poſt adventum Chriſti Domini Chriſtiani appellati ſunt, qui crediderunt. Omnis porrò laudis vice hoc proferunt homines in medium. Cùm enim laudare voluerint, poſt multas commendationes concludere ſolent, Verè Chriſtianus. Et rurſus, cùm exhortari libet, dicere ſolent, Age ut Chriſtianus, Fac quæ Chriſtianum decent. Ita laudis & benedictionis plena eſt appellatio.* Gregorius Nyſſenus contra Apollinarem, tomo III. pag. 261. vocat μέγα καὶ σεβάσμιον ὄνομα τῶν χριστιανῶν, *magnum & venerabile Chriſtianorum nomen.* Gregorius Nazianzenus Orat XVI. pag. 248. Τί ἡμεῖς; οἱ τὸ μέγα καὶ καινὸν ὄνομα κεκληρωμένοι, τὸ καλεῖσθαι ἀπὸ χριστοῦ τὸ ἅγιον ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, ὁ περιούσιος λαὸς, καὶ ἐξαίρετος, &c. *Quid nos? quibus magnum illud & novum nomen obtigit, ut à Chriſto nominemur, gens ſancta, regale ſacerdotium, populus ſelectus & peculiaris, &c.* Idem, Orat. XX. pag. 331. Ἡμῖν μέγα πρᾶγμα καὶ ὄνομα, χριστιανοὺς καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι. *Nobis magna res, & magnum nomen eſt, quod Chriſtiani & ſumus, & nominamur.* Macarius, Homil. V. pag. 79. Χριστιανῶν ἡ δόξα, καὶ τὸ κάλλος καὶ ὁ πλοῦτος ὁ οὐράνιος ἀλάλητός ἐστι, καὶ μετὰ πόνου καὶ ἱδρώτων, καὶ δοκιμασιῶν, καὶ ἀγώνων πολλῶν πορίζόμενος, τὸ δὲ ὅλον χάριτι Θεοῦ. *Chriſtianorum gloria & ſplendor ac divitiæ cæleſtes ſunt ineffabiles: & labore atq; ſudoribus, tentationibus, & certaminibus permultis comparantur. Quod quidem omne à gratia divina proficiſcitur.* Iterum Nazianzenus, Orat. III. pag. 63. Μέγας κλῆρος, τὸ πατρῷον καλλώπισμα, οἱ ἐπώνυμοι τοῦ Χριστοῦ, τὸ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκλάμψαν ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, τὸ πολλῷ πόνῳ καὶ πολλοῖς ἱδρῶσι συναυξηθέν. *Magna illa hæreditas, ac patrium decus, illi qui à Chriſto cognomentum habent, gens illa toto paſſim orbe lucens, regale ſacerdotium, multo labore multiſq; ſudoribus auctum.* Hinc Martyres, & alii Viri ſancti, interrogati, quinam eſſent? reſponderunt, ſe Chriſtianos eſſe, inque hoc nomine ſummam quæſiverunt gloriam. Lucianus Martyr; ut refert Chryſoſtomus, Homil. LXXV. t. V. quæ agit de ejus martyrio, pag. 532. varia interrogatus, πρὸς ἑκάστην ταύτην ἀπεκρίνατο, ὅτι χριστιανός εἰμι μόνον. Καὶ τοῦ δημίου λέγοντος, ποίας εἶ πατρίδος, τί ἐπιτήδευμα; τίνας ἔχεις προγόνους: ὁ δὲ πρὸς ἅπαντα ἔλεγεν, ὅτι χριστιανός εἰμι, *ad quamvis interrogationem reſpondebat, Ego tantùm Chriſtianus ſum. Et carnifice dicente, quænam eſt patria tua, quod vitæ inſtitutum? quos habes majores? Ille ad omnia reſpondit, Chriſtianus ſum.* Sanctus, Eccleſiæ Vienneſis in Gallia Diaconus & martyr, interrogatus, Unde eſſet, liberne an ſervus? ſemper reſpondit, Χριστιανός εἰμι. *Chriſtianus ſum.* Id teſtatur epiſtola Eccleſiæ Vienneſis & Lugdunenſis apud Euſebium, hiſtor. Eccleſ. lib. V. cap. I. pag. 45. b. In vita S. Gregorii hæc habentur: *Quodnam,* inquit Magnetius, *eſt nomen tuum, & quinam es tu, qui tantum audaciæ præ te fers?* Ad quod ille: *Ego primo & præcipuo nomine Chriſtianus appellor.* In paſſione Abundii: *Dixit Diocletianus ad Abundium, qui vocaris? Reſpondit Abundius presbyter, & dixit, primo nomine ſpirituali Chriſtianus ſum, & presbyter dicor; ſecundo vero corporali Abundius nuncupor, peccator, & ſervus ſervorum Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Cæſarius, Gregorii Nazianzeni frater, quòd Chriſtianus eſſet omnibus præferebat divitiis. De eo enim ſic Nazianzenus Orat. X. pag. 166. Πολλῶν καὶ μεγάλων ὑπαρχόντων αὐτῷ, πρῶτον ἦν εἰς ἀξίωμα χριστιανὸν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, καὶ πάντα ὁμοῦ παιδιά τις ἐκείνῳ καὶ λῆρος, πρὸς ἓν τοῦτο κρινόμενα. *Cùm multa & magna ipſi ſuppeterent, ad dignitatem tamen hoc primum erat, quòd Chriſtianus & eſſet, & nominaretur: ſic ut alia omnia cum hoc uno collata, ludus quidam ac nugæ ipſi eſſent.* Hoc ipſum coram Juliano urſit, ibidem pag. 168. Μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὸ χριστιανὸς εἶναί τε καὶ μένειν ἀνεκήρυξε. *Magna & clara voce Chriſtianum ſe & eſſe, & ſemper fore pronunciavit.* Huc etiam referri poteſt exemplum Joviani, in locum Juliani ab exercitu deſignati Imperatoris: de quo Socrates, hiſtor. Eccleſ. libro III. cap. XXII. pag. 225. b. Ἐβόα, μὴ βούλεσθαι λέγων βασιλεύειν ἀνθρώπων ἑλληνίζειν προαιρουμένων, αὐτὸς ὢν χριστιανός· ὡς δὲ φωνὴ κοινὴ πάντων ἐγένετο, ὁμολογούσα, καὶ αὐτοὺς εἶναι χριστιανοὺς, δέχεται τὴν βασιλείαν. *Clamabat, & dicebat, ſe nolle imperare hominibus Gentilium impietatem ſectari volentibus, cùm ipſe ſit Chriſtianus. Cùm igitur omnes communi voce profiterentur, ſe quoque Chriſtianos eſſe, imperium ſuſcipit.* Uſthadares (Cedrenus, pag. 234. eum vocat Uthaxadum) eunuchus, Saporis Perſarum regis pædagogus, ob religionis Chriſtianæ profeſſionem morti adjudicatus, id unum à Rege petit, ut publicè promulgetur, ſe non aliam ob cauſſam, quàm quòd Chriſtianus eſſet, mori. Sic enim de eo Sozomenus, lib. II. cap. IX. pag. 25. a. Ἀντὶ πάντων ὧν πώποτε κεχαρισμένος ὑμῖν ἐγενόμην, ἀπόδος μοι ταύτην τὴν ἀμοιβὴν, τὸ μὴ δόξαι τοῖς ἀγνοοῦσι τιμωρίαν ὑπέχειν, ὡς ἄπιστον περὶ τὴν βασιλείαν, ἢ ἄλλως κακοῦργον καὶ ἀλιτήριον· καὶ ὥστε τοῦτο δῆλον γενέσθαι, κῆρυξ βοῶν σημαινέτω πᾶσιν, ὅτι Οὐσθαζάδης τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, μοχθηρὸς μὲν οὐδαμῶς ἔν τινι ἐν τοῖς βασιλείοις φανείς· χριστιανὸς δὲ ὢν, καὶ τὸν ἴδιον Θεὸν ἀρνήσασθαι τῷ βασιλεῖ μὴ πειθόμενος. *Pro omnibus, quæ unquam vobis largitus ſum, hanc mihi des retributionem, ne videar ignorantibus ſuſtinere pœnam, quæ debetur perfidis erga regnum, vel aliàs facinoroſis & damnatis. Atque ut hoc omnibus innoteſcat, præco omnibus ſignificabit, Uſthadarem capite plecti, non quidem, quod contra regnum quidquam deliquerit, ſed quòd Chriſtianus ſit, & quòd Deum ſuum, regi obtemperans, abnegare noluerit.*

IV. *Nomini reſpondere debet vita.* Hoc urget Gregorius Nyſſenus de perfecta Chriſtiana forma, tom. III. pag. 277. Ἐπειδὰν τοῦ μεγίστου τε καὶ θειοτάτου καὶ πρώτου τῶν ὀνομάτων γέγονε παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου ἡμῖν κοινωνία, ὥστε τοὺς τῇ ἐπωνυμίᾳ τοῦ χριστοῦ τιμηθέντας χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι· ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πάντα τὰ ἑρμηνευτικὰ τῆς τει-

τοιαύτης φωνῆς ὀνόματα καὶ ἐν ἡμῖν καθαρᾶσθαι· ὡς μὴ ψευδώνυμον ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὴν κλῆσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὴν μαρτυρίαν ἔχειν· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ καλεῖσθαί τι τὸ εἶναι γίνεται· ἀλλ' ἡ ὑποκειμένη φύσις, οἵα δ' ἂν οὖσα τύχῃ, διὰ τῆς προσφυοῦς τοῦ ὀνόματος σημασίας γνωρίζεται. *Cùm omnium maximum, & diviniſſimum, & primum nomen Domini noſtri bonitas nobis impertiverit, ut Chriſti cognomine decorati appellemur Chriſtiani, neceſſe eſt, ut omnia nomina, quæ vocem hanc interpretantur, in nobis item conſpiciantur expreſſa, ne falsò vocati Chriſtiani videamur, ſed ex vita teſtimonium habeamus. Neque enim ex appellatione res fiunt, ſed earum ſubjecta natura, quæcunque tandem illa ſit, apti nominis ſignificatione declaratur.* Juſtinus M. Apologiâ II. pag. 136. Ὀνόματος προσωνυμία οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων. *Nominis appellatione neque bonum quidquam, neque malum, ſine factis ſub nomen ipſum cadentibus, judicatur.* Ibidem, pag. 141. Οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξεν ὁ Χριστὸς, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοὶ, κἂν λέγωσι διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα. *Qui non ita vivere comperiuntur ſicut Chriſtus docuit, certum id documentum eſt, eos non eſſe Chriſtianos, quamvis doctrinam Chriſti linguâ profiteantur.* Ignatius, epiſt. ad Magneſios, pag. 53. Πρέπον ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· οὐ γὰρ τὸ λέγεσθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι, μακάριον ποιεῖ. *Decet, non modò vocari Chriſtianos, ſed etiam eſſe: nec enim dici, ſed eſſe, beatum facit.* Balſamon ad CXI. Can. Cod. Eccleſ. Africanæ, pag. 729. Χριστιανὸς, ὁ μὴ ἀσκήσας πᾶσαν ἀρετὴν, ὀνόματι μόνῳ Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' οὐ πράγματι. *Chriſtianus, qui non omnem exercuerit virtutem, ſolo nomine dicitur Chriſtianus, ſed non re.* Iſidorus Peluſiota lib. IV. epiſt. XXXIV. pag. 430. Ὥσπερ τὸν φιλόσοφον οὐχ ἡ στολὴ καὶ βακτηρία δείκνυσιν, ἀλλ' ἡ παῤῥησία καὶ ἡ πολιτεία· οὕτω καὶ τὸν Χριστιανὸν οὐ σχῆμα καὶ λόγος, ἀλλὰ τρόπος καὶ βίος τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐφαρμόζων. *Quemadmodum Philoſophum non efficit pallium & baculus, ſed libertas loquendi & vita proba atq; honeſta: ita & Chriſtianum non facit habitus & oratio, ſed vita & mores rectæ rationi conſentientes.* Anaſtaſius & Cyrillus in compendiario orthodoxæ fidei explicatione, pag. 425. Τί ἐστι Χριστιανὸς; ὁ κατὰ Θεὸν ζῶν, καὶ εὐσεβῶς, καὶ θεαρέστως, καὶ χρηστῶς πολιτευόμενος. *Quis eſt Chriſtianus? Qui ſecundùm Deum vivit, & piè, & ex præſcripto divino, atq; probè vitam inſtituit.* Salvian. lib. IV. *Hoc ſit Chriſtiani hominis fides, ut qui Chriſtiani nominis opus non agit, Chriſtianus non eſſe videatur.* Ambroſius libro de dignitate Sacerdotii, cap. III. ſalubriter graviterque monet: *Quod ſumus profeſſione, actione potiùs quàm nomine demonſtremus: ut nomen congruat actioni, & actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane & crimen immane.* Sic Cyprian. tract. III. de Concord. prælat. ſeu de unitate Eccleſiæ: *Cæterum credere ſe in Chriſtum quomodo dicit, qui non facit, quod Chriſtus facere præcepit? aut unde perveniet ad præmium fidei, qui fidem non vult ſervare mandati?* Ambroſius Serm. in Dominica de Abrahamo: *Non ſolùm in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium namque eſt, Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſtiani non facere.* Confer quæ hic ſequuntur.

V. *Notæ veri Chriſtiani.* Clemens Alexandrinus in Protreptico circa finem, pag. 76. Ὥρα ἡμῖν μόνον τὸν θεοσεβῆ, Χριστιανὸν εἰπεῖν, πλούσιόν τε καὶ σώφρονα, καὶ εὐγενῆ· καὶ ταύτῃ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ μεθ' ὁμοιώσεως, καὶ λέγειν καὶ πιστεύειν, δίκαιον καὶ ὅσιον, μετὰ φρονήσεως γενόμενον ὑπὸ Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ εἰς τοσοῦτον, ὅμοιον ἤδη καὶ Θεῷ. *Nobis hoc nunc reſtat, ut dicamus, eum ſolum, qui eſt pius ac religioſus, eſſe Chriſtianum, & divitem, & temperantem, & generoſum, & ea ratione Dei imaginem cum ſimilitudine, & dicere & credere juſtum eſt, & ſanctum, ut qui à Chriſto Jeſu factus ſit cum prudentia, atque adeò jam quoque Deo ſimilis.* Gregorius Nyſſenus de perfecta Chriſtiani forma, tom. III. pag. 278. Χαρακτῆρες τοῦ ὄντως Χριστιανοῦ πάντα ἐκεῖνά ἐστιν, ὅσα περὶ τὸν Χριστὸν ἐνοήσαμεν· ὧν ὅσα μὲν χωροῦμεν, μιμούμεθα, ὅσα δὲ οὐ χωρεῖ ἡ φύσις πρὸς μίμησιν, σεβόμεθά τε καὶ προσκυνοῦμεν. *Veri Chriſtiani formam exprimunt illa omnia, quæ de Chriſto commemoravimus. Ex quibus ea, quæ capere poſſumus, imitamur: quæ verò in naturam noſtram ad imitandum non cadunt, ea veneramur & colimus.* Ibidem, pag. 295. Τρία τὰ χαρακτηριζόμενα τοῦ Χριστιανοῦ τὸν βίον ἐστὶ, πρᾶξις, λόγος, ἐνθύμιον. *Tria ſunt, quæ vitam Chriſtiani declarant, actio, ſermo, cogitatio.* Macarius, Homil. V. pag. 79. Ἐν τούτῳ διαφέρουσιν οἱ ἀληθεῖς Χριστιανοὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλὴ διάστασις μεταξὺ ἀμφοτέρων τυγχάνει, ἐν τῷ τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν πάντοτε ἐν τῷ οὐρανίῳ φρονήματι τυγχάνειν, καὶ τὰ αἰώνια ἀγαθὰ ἐνοπτρίζεσθαι διὰ τὴν μετουσίαν καὶ μετοχὴν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τῷ ἄνωθεν αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι, καὶ τέκνα Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ καὶ δυνάμει γενέσθαι κατηξιῶσθαι, &c. *In eo veri Chriſtiani diſcrepant ab univerſo genere hominum, nec parvum eſt inter utroſq; diſcrimen: nempe in eo, quòd animus atq; intellectus Chriſtianorum cogitationi cœleſti ſemper ſit deditus, æternaq; bona contempletur propter communicationem & participationem Spiritûs Sancti, quia deſurſum ex Deo nati ſunt, & in veritate & potentia, filii Dei ut fierent digni ſunt habiti,* &c. Vide ibidem plura, & confer numerum præcedentem.

VI. *Oppoſita.* Huc referimus

1. eos, *qui non à Chriſto, ſed ab hominibus denominari volunt.* Contra tales Ignatius in epiſt. ad Magneſios, pag. 58. Γενώμεθα ἄξιοι τῆς ἐπωνυμίας ἧς εἰλήφαμεν· ὃς γὰρ ἂν ἄλλῳ ὀνόματι καλῆται πλέον τούτου, οὗτος οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, &c. *Simus digni cognomento quod accepimus. Qui enim alio nomine appellatur præter hoc, hic non eſt Dei,* Prohibet hic Ignatius alio nomine quàm *Chriſtianorum* appellari. Hæreticorum enim eſt alio nomine quàm Chriſti ſeſe inſignire. Chryſoſtomus Homil. XXXIII. in Acta, pag. 799. Ἐκεῖνοι ἔχουσί τινας, ἀφ' ὧν καλοῦνται αὐτοῦ τοῦ αἱρεσιάρχου δηλονότι τὸ ὄνομα, καὶ ἑκάστη αἵρεσις ὁμοίως· παρ' ἡμῖν δὲ ἀνὴρ μὲν οὐδεὶς ἔδωκεν ἡμῖν ὄνομα, ἡ δὲ πίστις αὐτή. *Illi habent quosdam, à quibus denominantur, prout enim hæreſiarchæ nomen eſt, ita & ſecta vocatur. Apud nos autem nullus quidem vir nomen dedit, ſed fides ipſa.* Sic Hieronymus contra Luciferianos: *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſtiani, non à Domino Jeſu Chriſto, ſed à quoquo alio nuncupari, ut Marcionitas, Valentinianos: ſcito, non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXXI. pag. 506. Εἰ κτίσματι ἐλάτρευον, οὐκ ἂν Χριστιανὸς ὠνομαζόμην. Εἶτα τί γὰρ ὁ Χριστιανὸς τίμιον; οὐχ ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός; εἰ μὴ τοῦτο ὡς ἄνθρωπος πάθω, φιλίᾳ πρὸς αὐτὸν συγκεκραμένος. Καί τοι καὶ Πέτρον τιμῶ, ἀλλ' οὐκ ἀκούω Πετριανός· καὶ Παῦλον, Παυλιανὸς δὲ οὐκ ἤκουσα. Οὐ δέχομαι παρὰ ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι, παρὰ Θεοῦ γεγονώς. *Si creaturam colerem, Chriſtianus utiq; non appellarer. Cur enim Chriſtiani nomen venerabile eſt? Annon quia Chriſtus Deus? Niſi fortaſſe hoc humano more facio, amicitiâ nimirum cum eo conglutinatus. Atqui & Petrum honore proſequor: nec tamen Petrianus vocor: & Paulum, nec tamen Paulianus vocatus ſum. Non fero, me ab homini-*

bus

bus nomen ducere, qui à Deo ſum creatus. Vide ibidem ſequentia. Theophylactus in I. Corinth. I. pag. 166: Χριστιανοὶ ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἀπ' ἄλλου ἀνθρωπίνου ὀνόματος. *Chriſtiani à Chriſto, non ab alio quopiam humano nomine.* Epiphanius hæreſi XLII. pag. 161; Οὐ κηρύσσουσιν ἑαυτοὺς οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον· διὸ οὐκ ἔνι αἵρεσις, οὐδὲ ἐκκλησία εἰς ὄνομα ἀποστόλων ἀνηγορευμένη· οὐδὲ πώποτε γὰρ ἠκούσαμεν ἢ Πετρίνους, ἢ Παυλίνους, ἢ Βαρθολομαίους, ἢ Θαδδαίους· ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς ἓν κήρυγμα πάντων τῶν ἀποστόλων, οὐκ αὐτοὺς κηρυσσόντων, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον· διὸ καὶ ὄνομα τῆς ἐκκλησίας οἱ πάντες ἔθεντο ἕν, οὐχ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀρξαμένων χριστιανῶν καλεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἡ μόνη καθολικὴ ἐκκλησία, οὐκ ἄλλο τι ἔχουσα, ἀλλὰ Χριστοῦ χριστιανῶν οὖσα ἐκκλησία, οὐ Χριστῶν, ἀλλὰ χριστιανῶν, τοῦ μὲν ἑνὸς ὑπάρχοντος, τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς χριστιανῶν καλουμένων. *Non prædicant ſeipſos Apoſtoli, ſed Jeſum Chriſtum Dominum. Quapropter non eſt hæreſis, neque Eccleſia nomine Apoſtolorum prædicata. Nunquam enim audivimus Petrinos, aut Paulinos, aut Bartholomæanos, aut Thaddæanos. Sed ab initio una prædicatio omnium Apoſtolorum, non ſe ipſos prædicantium, ſed Chriſtum Jeſum Dominum. Et ideo nomen quoque Eccleſiæ omnes unum indiderunt, non de ſe ipſis, ſed Domini ipſorum Jeſu Chriſti, cùm ab Antiochia cœperint Chriſtiani vocari, hoc eſt, una ſola Eccleſia Catholica, non aliud quid habens, ſed Chriſti Chriſtianorum Eccleſia exiſtens, non Chriſtorum, ſed Chriſtianorum, illo quidem uno exiſtente, his verò ab uno Chriſtianis appellatis.* Idem, hæreſi LXX. pag. 352. de Audianis ita ſcribit: Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ φοβερὸν, τὸ παραλλάξαι ὄνομα χριστιανῶν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τῆς μὴ ἐχούσης ἐπίθετον ὄνομα, ἀλλὰ μόνον ὄνομα Χριστοῦ, καὶ χριστιανῶν, εἰς ὄνομα Αὐδιανῶν καλεῖσθαι, συντίθεσθαί τε καὶ ἀπαιτεῖσθαι σύνθημα ἀνθρωπίνης φύσεως, εἰ καὶ ἐπὶ τὸ ἀκραιφνὲς ὂν τῷ βίῳ, καὶ πάσῃ δικαιοσύνῃ τὸ τάγμα σεμνυνόμενον. *Atque hoc eſt horrendum illud, quod immutant nomen Chriſtianorum ſanctæ Eccleſiæ, quæ non habet impoſititium nomen, ſed ſolum nomen Chriſti: & quòd Chriſtiani Audiani vocantur, aſſentiunturq; in conſtitutionem humanæ naturæ, cujus ratio ab ipſis exigitur; etiamſi vitæ ſinceritate & omni juſtitia is ordo ſit ornatus.* Gregorius Nyſſenus de perfecta Chriſtiani forma, t. III. p. 275, 276: Τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χαρισαμένου τὴν κοινωνίαν ἡμῖν τοῦ προσκυνουμένου ὀνόματος, ὥστε ἡμᾶς ἐκ μηδενὸς ἄλλου τῶν περὶ ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι· κἂν πλούσιός τις ὢν τύχῃ, καὶ εὐπατρίδης, κἂν δυσγενὴς ᾖ ἢ πένης, καὶ ἐξ ἐπιτηδευμάτων τινῶν ἢ ἀξιωμάτων τὸ γνώριμον ἔχῃ, πάντων τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἀργούντων, μίαν εἶναι κυρίαν κλῆσιν τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι δεδώρηται, τὸ χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι. *Bonus Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos, qui in ipſum credimus, adorandi nominis ſui participes fecit, ut, ſive divites, ſive nobiles, ſive obſcuri, ſive inopes, ſive doctrinæ aut dignitatis inſignibus exornati ſimus, nulla tamen ex re, quæ nobis adſit, nominemur, ſed his omnibus rejectis, de uno nomine ipſius propriè appellemur Chriſtiani.* Et Athanaſius Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 308: Οὐδὲ πώποτε λαὸς ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Κυρίου, εἰς ὃν καὶ τὴν πίστιν ἔχομεν. Τῶν γοῦν μακαρίων ἀποστόλων, διδασκάλων ἡμῶν γενομένων, καὶ διακονησάντων τὸ τοῦ κυρίου εὐαγγέλιον, οὐκ ἐξ ἐκείνων ἐκλήθημεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ χριστιανοὶ καὶ ἐσμὲν καὶ ὀνομαζόμεθα. Οἱ δὲ παρ' ἑτέρων ἔχοντες τὴν ἀρχὴν ἧς νομίζουσι πίστεως, ἐκείνων εἰκότως ἔχουσι καὶ τὴν ἐπωνυμίαν, ὡς αὐτῶν γενόμενοι κτῆμα. *Nullus unquam populus ab Epiſcopis nomen habuit, ſed à Domino, in quem etiam credimus. Cùm igitur Apoſtoli beati, noſtri ſint facti doctores, nobisq; Evangelium Chriſti miniſtraverint, non ab illis vocati ſumus, ſed à Chriſto Chriſtiani & ſumus, & nominamur. Qui verò ab aliis ſuæ quam putant fidei initium habent, eorum quoq; meritò inſigniuntur nomine, utpote qui illorum facti ſunt hæredes.* Hic ergò obiter obſervetur impietas Bellarmini dicentis lib. IV. de Notis Eccleſiæ, cap. IV. pag. m. 220. t. II: *Papiſta deducitur à Papa, qualis fuit etiam Petrus, & Chriſtus ipſe, ut notum eſt.* Sic Chriſtus, qui Dominus eſt Eccleſiæ ſuæ, in ſervi & miniſtri locum detruditur, quales omnes Papæ & Epiſcopi ex officio ſunt, & de facto eſſe debent. Sic Papa Chriſto magis ac magis æquiparatur. Vide Notas Nicolai Vedelii in epiſt. ad Magneſios ab Ignatio ſcriptam, cap. X.

2. *Varias calumnias*, quibus Chriſtiani olim fuerunt onerati. Athenagoras in Legat. pag. 6; Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, οἰδιποδείους μίξεις. *Trium flagitiorum infamis rumor de nobis ſpargitur: impietas quæ deos tollat, epulæ Thyeſteæ, concubitus inceſti.* Thyeſtæ & Oedipi fabulæ ſatis protritæ ſunt. Vocant autem Thyeſteas epulas, quibus caro humana devoratur: & Oedipodeos coitus, inceſtos. Juſtinus in Dialogo cum Tryphone, Tryphonem ita alloquitur: Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους, καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην ἀποσβεννύντες τοὺς λύχνους, ἀθέσμοις μίξεσιν ἐγκυλιόμεθα; *An vos etiam de nobis creditis, homines nos vorare; & poſt epulum, lucernis extinctis, nefario promiſcuè concubitu involvi?* Quia dæmonum rejiciebant cultum, dicebantur ἄθεοι. Idem, Apolog. II: Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. *Hinc etiam ἄθεοι, hoc eſt, nullorum deorum cultores cognominamur.* Ad quæ reſpondet: Ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου, καὶ πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτου τε κακίας θεοῦ. *Profitemur nos talium qui habentur deorum eſſe expertes, & atheos: ſed non veriſſimi illius Dei, Patris videlicet juſtitiæ & caſtitatis, & virtutum aliarum, & ab omni vitioſitatis mixtione & labe alieni, expertes.* Præfectus Damaſcenus, ſub Imp. Maximino, infames mulierculas, ex foro raptas, minis eò adigere conatur, ut fateantur *ſe eſſe Chriſtianas, & nefanda patraſſe ſcelera*, ἀθεμιτουργίας; Chriſtianos ἐν αὐτοῖς τοῖς κυριακοῖς πράττειν τὰ ἀκόλαστα, *in ipſis templis fœdis ſeſe dedere libidinibus*: ut refert Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. IX. cap. V. pag. 101. b. Theophilus lib. III. ad Autolycum, pag. 266: dicebant Gentiles, apud Chriſtianos κοινὰς ἁπάντων εἶναι τὰς γυναῖκας, *omnium uxores eſſe communes*, eos ταῖς ἰδίαις ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ τὸ ἀθεώτατον καὶ ὠμότατον, πασῶν σαρκῶν ἀνθρωπίνων ἐφάπτεσθαι, *cum propriis ſororibus miſceri, &, quod ſummè impium & crudeliſſimum eſt, omnes humanas devorare carnes.* Bellorum, famis, aliarum calamitatum omnium dicebantur cauſæ; ut refert Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. IX. cap. VII. pag. 102. Tertullianus in Apologetico, pag. 26: *Chriſtianum hominem omnium ſcelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum exiſtimas.* Aliæ calumniæ paſſim ſunt obviæ in ſcriptis Chriſtianorum Apologeticis.

Χριστόγονος.

Non habent Lexica. *Chriſto genitus.* Clemens Alexand. in Hymno, pag. 268:

Digitized by Google

Χορὸς εἰρήνης, *Chorus pacis*,
Οἱ χριστίγονοι, *Chriſto geniti*,
Λαὸς ζώφρων, *Populus modeſtus*,
Ψάλωμεν ὁμοῦ θεὸν εἰρήνης. *Pſallamus ſimul Deum pacis.*

Χριστοκίνητος.

Non habent Lexica. *A Chriſto motus.* Gregorius Nyſſenus de Occurſu Domini, ſtatim in principio, t. III. pag. 444: Παῦλος ὁ θεόληπτος νοῦς, ἡ χριστοκίνητος γλῶσσα. *Paulus, illa divinitus rapi ſolita mens, illa à Chriſto moveri ſolita lingua.*

Χριστομάθεια.

Non habent Lexica. *Diſciplina Chriſti.* Ignatius in epiſt. ad Philadelphenſes, pag. 101: Παρακαλῶ ὑμᾶς, μηδὲν κατ᾽ ἐριθείαν πράσσετε, ἀλλὰ κατὰ χριστομάθειαν. *Obſecro vos, ut nihil per contentionem faciatis, ſed omnia juxta Chriſti diſciplinam.*

Χριστομάχος.

Χριστομάχος, *Chriſti oppugnator, qui contra Chriſtum pugnat.* Baſilius M. Homil. IX. in Hexaëm. pag. 122. poſt illa verba: Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. *Faciamus hominem:* Ἀκούεις, ὦ χριστομάχε, ὅτι τῷ κοινωνῷ τῆς δημιουργίας προσδιαλέγεται, δι᾽ οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὃς φέρει τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ; *Audis, ô tu, qui contra Chriſtum pugnas, Deum ipſum, ſuum in creandis rebus ſocium alloqui, per quem fecit & ſecula, qui portat omnia verbo potentiæ ſuæ?* Χριστομάχον vocat Arium, & omnes ejus aſſeclas. Idem, Homil. XV. pag. 504: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ὢ τοῦ θαύματος. Τὸ ἦν, ἴσον δύναται τῷ ἐν ἀρχῇ. Ποῦ ὁ βλάσφημος; ποῦ ἡ χριστομάχος γλῶττα, ἡ λέγουσα, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν; In principio erat Verbum. *O rem mirabilem!* Erat, *idem valet atque illud*, in principio. *Ubi eſt blaſphemus? ubi lingua Chriſtum oppugnans, dicens: Erat aliquando, quando non erat?* Sic frequenter Ariani apud Athanaſium, & alios Patres, vocantur Χριστομάχοι.

Χριστός.

I. *Explicatio nominis.* Χριστοί, *uncti* vocantur

1. *in genere*, *a.* oleo uncti. Suidas: Χριστὸς, ὁ κεχρισμένος ἐν ἐλαίῳ. *Chriſtus, unctus oleo.* Theophylactus in cap. I. Matthæi, pag. 4: Χριστοὶ ἐλέγοντο οἱ βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς· ἐχρίοντο γὰρ τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ τῷ ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ ἐπιτιθεμένου τῇ κεφαλῇ ἀναβλύζοντι. *Uncti dicebantur reges & ſacerdotes: inungebantur enim oleo ſancto è cornu, quod capiti ſuperponebatur, & diſtillabat.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. I. c. IV. pag. 3. b. reges, Prophetas & ſacerdotes Χριστοὺς appellari docet: Οὐ μόνους τοὺς ἀρχιερωσύνῃ τετιμημένους ἐλαίῳ σκευαστῷ χριομένους, τὸ τοῦ Χριστοῦ κατεκόσμει παρ᾽ Ἑβραίοις ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τοὺς βασιλέας, οὓς καὶ αὐτοὺς νεύματι θείῳ προφῆται χρίσαντες, εἰκονικούς τινας Χριστοὺς ἀπειργάζοντο· Ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν τῶν προφητῶν τινὰς διὰ χρίσματος Χριστοὺς ἐν τύπῳ γεγονέναι παρειλήφαμεν. *Non ſolos ſummos ſacerdotes, oleo artificiali inunctos, Chriſti nomen apud Hebræos ornabat, ſed etiam reges, quos ipſos quoque juſſu divino ungentes Prophetæ, iconicos quosdam Chriſtos efficiebant. Prophetarum quin etiam quosdam per unctionem chriſtos in typo factos eſſe accepimus.*

b. Qui ad uſum quempiam à Deo deſtinantur. Theodoretus ad v. I. cap. XLV. Jeſajæ, pag. 108: Οὕτω λέγει Κύριος τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ· Χριστοὺς ἡ θεία γραφὴ προσαγορεύει, οὐ μόνον τοὺς χριομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἴς τινα χρείαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων ἀφοριζομένους· οὕτω καὶ τῶν πρὸ τοῦ νόμου πατέρων μνημονεύσας ἔφη, Μὴ ἅπτεσθε τῶν Χριστῶν μου. Ἐνταῦθα μέντοι τὸν Κῦρον Χριστὸν ὠνόμασε, διδάσκων ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἐχειροτόνησε βασιλέα. Sic dicit Dominus Chriſto meo Cyro. *Chriſtos Scriptura ſacra vocat non ſolùm eos, qui unguntur, ſed etiam eos, qui ad uſum quempiam ab univerſorum Deo deliguntur. Sic patrum, qui Legem præceſſerunt, mentione facta dixit.* Nolite tangere chriſtos meos. *Hoc ſanè loco* chriſtum *appellavit Cyrum, docens illum abs ſe creatum fuiſſe regem.* Idem Theodoret ad Pſal. CV. 15. verba, quæ hic adducit, pag. 815. hæc habet: Χριστοὺς προσαγορεύει, οὐχ ὡς ἐλαίῳ κεχρισμένους, ἀλλ᾽ ὡς ἐκλεκτοὺς γενομένους. Chriſtos *appellat, non tanquam oleo unctos, ſed tanquam electos factos.* Hoc tamen alii referunt ad fideles, ut jam videbimus.

c. Pii & fideles. Greg. Nazianzenus Orat. XXI. pag. 378: Χριστοὺς οἶδε καλεῖν ἡ γραφὴ, τοὺς ζῶντας κατὰ Χριστόν. *Scriptura eos, qui ſecundùm Chriſtum vivunt,* chriſtos *appellare ſolet.* Euſebius Demonſtrat. Evangel. lib. I. pag. 9: Χριστοὺς ἐκείνους τοὺς πρὸ Μωσέως θεοφιλεῖς, ὥσπερ οὖν ἡμᾶς χριστιανοὺς, εὕροις ἂν κεκλημένους. *Illos, qui ante Moſen Deo chari fuerunt,* chriſtos *fuiſſe appellatos reperies, quemadmodum nos Chriſtiani vocamur.* Poſtea ſubjicit verba Pſal. CV. 15. & ſubjicit: ὥστε καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας ἡμῖν ὁμοίως ἐκοινώνουν. *Proinde nominis Chriſti appellationis æquè ac nos participes erant.* Confer vocem Χριστιανὸς, num. I. 1.

2. *In ſpecie* Meſſias vocatur *Chriſtus.* Suidas: Χριστὸς, ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν. *Chriſtus, ille Dominus & Deus noſter.* Hic obſervetur,

a. Quo ſenſu, & cur Χριστὸς, id eſt, *unctus* vocetur, cùm oleo materiali non ſit unctus? *Per unctionem* intelliguntur *dona Spiritus Sancti*, in naturam Chriſti humanam copioſiſſimè effuſa. Vide in voce Ἔλαιον, num. I. 1. Chryſoſtomus in Pſal. XLV. dicit Chriſtum tunc fuiſſe unctum, ὅτε ὡς ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα ἦλθεν ἐπ᾽ αὐτὸν, *quando velut in ſpecie columbæ Spiritus ſuper eum venit.* Theodoretus in epitome divin. Decret. cap. XI. pag. 279: Δῆλον, ὡς διὰ τὸ χρίσμα τοῦ πνεύματος ὠνομάσθη χριστός· ἐχρίσθη δὲ οὐχ ὡς θεὸς, ἀλλ᾽ ὡς ἄνθρωπος. *Manifeſtum eſt, quòd propter unctionem Spiritus appellatus ſit* Chriſtus. *Unctus autem eſt, non ut Deus, ſed ut homo.* Idem, epiſt. CXLVI. pag. 1032: Χριστὸς κέκληται, ὡς κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τῷ πνεύματι τῷ παναγίῳ χρισθεὶς, καὶ χρηματίσας ἀρχιερεὺς ἡμῶν, καὶ ἀπόστολος, καὶ προφήτης, καὶ βασιλεύς. Chriſtus *appellatus eſt, tanquam Spiritu ſanctiſſimo ſecundum hominem unctus, & vocatus Pontifex noſter, & Apoſtolus, Propheta & Rex.* Baſilius lib. V. contra Eunomium, t. II. pag. 117: Χριστὸς διὰ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν χρίσιν τὴν ἐν τῷ πνεύματι. *Chriſtus propter Spiritum & unctionem, quæ eſt in Spiritu.* Theophylactus in cap. I. Matth. pag. 4: Λέγεται ὁ κύριος, Χριστὸς, καὶ ὡς βασιλεύς· ἐβασίλευσε γὰρ κατὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὡς ἱερεὺς, προσήγαγε γὰρ ἑαυτὸν θῦμα ὑπὲρ ἡμῶν· ἐχρίσθη δὲ καὶ αὐτὸς κυρίως τῷ ἀληθινῷ ἐλαίῳ, τῷ ἁγίῳ πνεύματι. *Dicitur Dominus,* Chriſtus, *& ut rex, quia contra peccatum regnavit: & ut ſacerdos, obtulit enim ſemetipſum ſacrificium pro nobis: unctus autem eſt & ipſe propriè vero oleo, nempe Spiritu Sancto.* Chryſoſtomus Homil.

Digitized by Google

Homil. I. in epiſt. ad Romanos, pag. 6: Χριστὸς ἀπὸ τοῦ χρισθῆναι λέγεται, ὃ καὶ αὐτὸ τῆς σαρκὸς ἦν. Καὶ ποίῳ ἐλαίῳ ἐχρίσθη; ἐλαίῳ μὲν οὐκ ἐχρίσθη, πνεύματι δέ. Οἶδε δὲ καὶ τοὺς τοιούτους χριστοὺς ἡ γραφὴ καλεῖν. τὸ γὰρ προηγούμενον ἐν τῷ χρίσει πνεῦμά ἐστι, διὸ καὶ τὸ ἔλαιον παραλαμβάνεται. Chriſtus *dicitur, quòd ſit unctus; quod & carnis erat. Et quo tandem oleo unctus eſt? oleo certè minimè eſt unctus, ſed ſpiritu. Solet autem ſacra Scriptura etiam hos vocare* Chriſtos: *quod enim in ipſa unctione principem locum obtinet, Spiritus eſt: propterea etiam oleum aſſumitur.* Iterum Theophylactus in cap. I. ad Galatas, pag. 440: Χριστὸς ἀπὸ τῆς τοῦ πνεύματος χρίσεως, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἐχρίσθη, ἁγιάσας τὴν φύσιν ἐν τῷ προσλήμματι, καὶ διὰ ἡμῖν οὕτως ὀνομάζεσθαι. Chriſtus *à Spiritûs unctione, quâ pro nobis unctus eſt, ſanctificans naturam noſtram in aſſumta natura humana, ac nobis largiens ut ſic nominemur.* Oecumenius in cap. I. ad Romanos, pag. 245: Τὸ χριστὸς τὴν τοῦ πνεύματος χρίσιν δηλοῖ. *Nomen* Chriſtus *Spiritûs unctionem declarat.* Cyrillus Jeroſol. Catech. Illuminat. X. pag. 99: Χριστὸς καλεῖται, οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις κεχρισμένος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως εἰς τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀρχιερωσύνην χρισθείς. Chriſtus *vocatur, non quòd manibus humanis ſit unctus, ſed à Patre ab æterno ad ſubeundum ſummum pro hominibus ſacerdotium unctus.* Idem, Catech. III. Νεοφ. pag. 202: Ἐλαίῳ, ἢ μύρῳ σωματικῷ Χριστὸς ὑπ' ἀνθρώπων οὐκ ἐχρίσθη, ἀλλ' ὁ πατὴρ αὐτὸν σωτῆρα προχειρισάμενος τοῦ παντὸς κόσμου, πνεύματι ἔχρισεν ἁγίῳ. *Oleo, vel unguento corporali Chriſtus ab hominibus non eſt unctus, ſed Pater eum deſignatum Salvatorem totius mundi Spiritu Sancto unxit.* Et pag. 203: Ἐκεῖνος ἐλαίῳ νοητῷ ἀγαλλιάσεως ἐχρίετο, τουτέστι, πνεύματι ἁγίῳ, ἀγαλλιάσεως καλουμένῳ ἐλαίῳ, διὰ τὸ αἴτιον αὐτὸ τῆς πνευματικῆς τυγχάνειν ἀγαλλιάσεως. *Ille oleo ſpirituali lætitiæ ungebatur, hoc eſt, Spiritu Sancto, qui vocatur oleum lætitiæ, quia autor exiſtit ſpiritualis lætitiæ.* Aliud tamen, ſed valde ἀπροσδιόνυσον, etymon affert Juſtinus M. Apol. II. pag. 44. editionis Græco-Latinæ: Ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως υἱὸς, ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων, καὶ συνὼν, καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε. χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρίσθαι, καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν θεὸν, λέγεται. *Filius verò ejus,* ſc. Patris, *qui ſolus propriè dicitur Filius, Verbum ſimul cum eo ante creaturas naſcens & exiſtens, quoniam primitus per eum cuncta condidit & ornavit.* Chriſtus *quidem ex eo, quòd per illum Deus omnia conformaverit atque ornaverit, appellatur.* Ita Interpres, Joannes Langus. Verùm γεννώμενος non eſt *naſcens*, ſed qui *generatur*; & χρίσθαι nihil minùs quam *conformari*. Eruditè ergo ad hunc locum Joſephus Scaliger in Animadvers. ad Chronologica Euſebii: Quis non videt legendum καὶ συνὼν καὶ γενόμενος. Nam γεννώμενος, *qui generatur*, non *qui generatus eſt*. Si enim de Filii ante ſecula omnia generatione loqueretur, γεννηθεὶς dicendum fuiſſet, quia ſemel generatus eſt, & non generatur. Deinde illud συνὼν oſtendit, de coæternitate Filii cum Patre, non de Filio ante ſecula genito loqui, cui conſignificans verbum γενόμενος adjectum. Neque verò quis argutulus objiciat diſcrimen inter γεννηθέντα & γενόμενον. Nam hic γενόμενος non eſt *factus*, ſed ὢν, *qui jam erat.* Quod ſequitur, *Chriſtum dictum eſſe, quia Deus per eum condiderit omnia, & ornaverit*, tunc locum haberet, ſi τὸ χρίειν eſſet *condere & ornare*. Χριστὸς μὲν κατὰ τὸ κεχρίσθαι καὶ κοσμῆσαι. Legendum verò κατὰ τὸ καὶ χρῖσαι. *Dictus Chriſtus, quia Deus per eum unxerit & ornârit omnia.* Ego *ornandi* verbum quomodo applicem ad notionem τοῦ χρίειν, non video, niſi pro κοσμῆσαι legeremus, κατὰ τὸ καὶ χρῖσαι καὶ σμῆσαι, *unxerit & abſterſerit* omnia. Sed hoc divinare, non aſſerere. Hactenus Scaliger. Multò minus audiendi illi, qui volunt, ante incarnationem ex Virgine animam unitam eſſe Deo verbo, & ex eo tunc vocatum eſſe Chriſtum. De illis ſic Damaſcenus, lib. IV. orthod. fidei, cap. VI. pag. 288: Πότε ἐκλήθη Χριστός; Οὐχ ὥς τινες ψευδηγοροῦσι, πρὸ τῆς ἐκ παρθένου σαρκώσεως ὁ νοῦς ἡνώθη τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ ἐκτοτε ἐκλήθη Χριστός. Τοῦτο, τῶν Ὠριγένους ληρημάτων τὸ ἀτόπημα, προϋπαρξιν ψυχῶν δογματίσαντος. *Quando vocatus eſt Chriſtus? Non, ut quidam falsò adſtruunt, ante incarnationem ex Virgine, anima unita eſt Deo Verbo, & ex eo tempore vocatus eſt Chriſtus. Hæc enim eſt ex Origenis deliramentis abſurda ſententia, qui præexiſtentiam animarum docuit.* Vide ibidem reliqua.

b. Quid nomen Χριστὸς denotet? Theodoretus Dialog. III. Τὸ Χριστὸς ὄνομα ἐπὶ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν τὸν ἐνανθρωπήσαντα λόγον δηλοῖ. *Nomen* Chriſtus *de Domino & Salvatore noſtro uſurpatum, denotat Verbum incarnatum.* Greg. Nyſſenus Orat. VI. contra Eunomium t. II. pag. 598: Ἡ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία τὴν βασιλείαν ἐνδείκνυται. Chriſti *appellatio regnum denotat.* Idem, de profeſſ. Chriſtiana, t. III. pag. 269: Τὸ τοῦ χριστοῦ ὄνομα, εἰ πρὸς τὸ σαφέστερόν τε καὶ γνωριμώτερον ῥῆμα μετενεχθείη, τὸν βασιλέα σημαίνει, τῆς ἁγίας γραφῆς τὴν βασιλικὴν ἀξίαν τῇ τοιαύτῃ φωνῇ κατά τινα ἰδιάζουσαν χρῆσιν ἐνδεικνυμένης. Chriſti *nomen, ſi ad clarius magisq; perſpicuum & intellectu facilius verbum transferatur, regem ſignificat, cùm ſancta Scriptura hujusmodi voce, peculiari quodam uſu, regiam indicet dignitatem.* Et tomo eod. de perfecta Chriſtiani forma, pag. 277: Τῇ τοῦ Χριστοῦ προσηγορίᾳ κυρίως καὶ πρώτως τὸ βασιλικὸν διασημαίνεται κράτος. Chriſti *nomine propriè & primariò regium ſignificatur imperium.* Theorianus Legat. Armen. pag. 8: Τὸ χριστὸς ὄνομα, κυρίως τὸ συναμφότερον δηλοῖ, θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. *Nomen* Chriſtus *utrumque denotat, Deum ſimul & hominem.* Damaſcenus lib. III. orthod. fidei, cap. III. pag. 182: Τὸ Χριστὸς ὄνομα τῆς ὑποστάσεως λέγομεν, οὐ μονοτρόπως λεγόμενον, ἀλλὰ τῶν δύο φύσεων ὑπάρχον σημαντικόν. *Nomen* Chriſtus *hypoſtaſis eſſe dicimus, non unimodè dictum, ſed duarum naturarum eſſe ſignificativum.*

c. Variæ phraſes de Chriſto.

a. Εἶναι Χριστοῦ, *eſſe Chriſti*, quod eſt, à Chriſto creatum eſſe, Chriſti creaturam eſſe: vel etiam, ſubjici Chriſto, tanquam Domino. Chryſoſtomus Homil. X. in I. ad Corinth. pag. 302: Ἡμεῖς τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἔργον· ἡμεῖς τοῦ Χριστοῦ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντες. *Nos Chriſti ſumus, ut opus: nos Chriſti ſumus, ut ab ipſo creati.* Theophylactus in I. Corinth. III. pag. 190: Ἡμεῖς Χριστοῦ, ὡς ἔργον αὐτοῦ καὶ ποίημα. Ἡμεῖς δοῦλοι ἐσμεν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποίημα. *Nos Chriſti ſumus, velut opus ejus & figmentum. Nos ſervi Chriſti ſumus & figmentum.* Baſilius M. contra Sabellianos: Ἡμεῖς Χριστοῦ λεγόμεθα, ὡς δοῦλοι δεσπότου. *Nos Chriſti eſſe dicimur, ut ſervi Domini.* Oecumenius in I. ad Corinth. III. pag. 401: Ἡμεῖς Χριστοῦ, ὡς ἔργον ὄντες αὐτοῦ καὶ ποίημα. *Nos Chriſti ſumus, velut opus ejus & figmentum.* Vel, *Chriſti eſſe*, eſt ejus eſſe membrum, reſpectu naturæ humanæ: ejus eſſe figmentum, reſpectu naturæ divinæ. Ita Theodoretus in I. Corinth. III. pag. 136: Ἡμεῖς Χριστοῦ, ὡς μὲν ἀνθρώπου, μέλη· ὡς δὲ θεοῦ ποιήματα. *Nos ſumus Chriſti, ut hominis quidem, membra: ut Dei verò, figmenta.* Chriſti eſſe dicuntur fideles. Idem, in I. Corinth. XV. pag. 199. ad v. 23:

τοῦ Χριστοῦ καλεῖ, οὐ μόνον μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν νόμῳ καὶ πρὸ τοῦ νόμου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ἀρετῇ διαλάμψαντας. Chriſti *appellat, non ſolùm eos, qui poſt ejus incarnationem in ipſum crediderunt, ſed eos etiam, qui in lege & ante legem pietate & virtute inſignes fuerunt.*

β. Σὺν Χριστῷ εἶναι, *cum Chriſto eſſe*, eſt beatam & æternam vitam in cœlis agere cum Chriſto. Theodoretus ad I. Theſſal. IV. 16. pag. 377: Ὥσπερ αὐτὸς ὁ δεσπότης ἐπὶ νεφέλης φωτεινῆς ἀνελήφθη· οὕτω καὶ οἱ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότες, οἵ τε ἐκ νεκρῶν ἀνιστάμενοι, καὶ οἱ ἔτι περιόντες, ἐπὶ νεφελῶν ὀχούμενοι ὑπαντήσουσι τῷ τῶν ὅλων κριτῇ καὶ σὺν αὐτῷ διάγοντες τὸν ἀπέραντον αἰῶνα διατελέσουσι. *Sicut Dominus ipſe in nube lucida aſſumtus eſt: ita etiam qui in ipſum crediderunt, tum qui ex mortuis reſurgent, tum qui adhuc ſupererunt, nubibus ſubvecti obviam ibunt Judici univerſorum, & cum ipſo erunt per infinita ſecula.* Ad eundem locum Theophylactus, pag. 705: Οἱ δίκαιοι ἁρπάζονται, καὶ οὕτω τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν καρποῦνται, τὸ πάντοτε συνεῖναι Χριστῷ. *Juſti rapiuntur, atque hoc pacto ſummam bonorum referunt, nimirum, ut ſemper cum Chriſto ſint.*

γ. Ἐν Χριστῷ εἶναι, *in Chriſto eſſe*, id eſt, per fidem Chriſto inſitum eſſe. Sic Theophylactus illa, ad Roman. XVI. 7. Οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ, *qui & ante me fuerunt in Chriſto*, interpretatur, οἳ πρὸ ἐμοῦ ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ. *Qui ante me crediderunt Chriſto.* Et Theodoretus ad eundem locum, Ἐπαινεῖ αὐτοὺς καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς πίστεως· Πρὸ ἐμοῦ γάρ, φησι, γεγόνασιν ἐν Χριστῷ· μετ᾽ αὐτοὺς γὰρ ἐκλήθην ἐγώ. *Laudat eos etiam à tempore fidei:* Ante me enim, *inquit*, fuerunt in Chriſto: *poſt eos enim ego vocatus ſum.* Iterum Theophylactus ad Rom. XVI. 11. Τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ, τουτέστι, πιστούς. Qui ſunt in Domino, *hoc eſt, fideles.* Theodoretus ad v. 21. cap. IV. ad Philippenſes, pag. 341: Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Οὐ πᾶς ὁ ἑαυτὸν ἅγιον ὀνομάζων ἅγιός ἐστιν, ἀλλ᾽ ὁ τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ πιστεύων, καὶ κατὰ τοὺς αὐτοῦ πολιτευόμενος νόμους. Salutate omnem ſanctum in Chriſto Jeſu. *Non quicunque ſe ſanctum nominat, ſanctus eſt, ſed qui credit Domino Jeſu, & qui vitam ex ejus legibus inſtituit.*

δ. Εἶναι διὰ Χριστοῦ, *eſſe per Chriſtum*, id eſt, ab ipſo redemtum eſſe. Ita I. ad Corinth. VIII. 6: Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ. *Unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.* Ad quæ Theodoretus, pag. 159: Τό, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ, οὐ τὴν δημιουργίαν, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν αἰνίττεται· δι᾽ αὐτοῦ μὲν γὰρ τὰ πάντα, ἡμεῖς δὲ οἱ πεπιστευκότες δι᾽ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας τετυχήκαμεν. *Hoc,* & nos per ipſum, *non creationem, ſed ſalutem ſignificat. Per ipſum enim omnia, nos autem qui credidimus, per ipſum ſalutem ſumus conſecuti.* Et Theophylactus, pag. 226: Διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι παρήχθη, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν, καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι· τουτέστι, πιστοὶ γενέσθαι, καὶ ἐκ πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν μετελθεῖν. *Per Filium omnia ad eſſe perducta ſunt, & nos per ipſum perducti ſumus ut eſſemus, & ut benè eſſemus: hoc eſt, ut fideles efficeremur, atque ex errore ad veritatem traduceremur.*

d. In Chtiſto duæ ſunt naturæ diſtinctæ, ſed non ſeparatæ, neque confuſæ, divina ſcilicet, & humana. Vide in voce φύσις, num. I. 2.

e. Varia elogia & epitheta. Chryſoſtomus Homil. CV. t. VI. de Chriſto ſcribit ſequentia: Ὁ φοβερὸς ἐν βουλαῖς, ὁ πολυτίμητος μαργαρίτης καὶ προσδοκία τῶν ἐθνῶν, ἡ φωταγωγία τοῦ κόσμου, ἡ ἄνεσις τῶν θλιβομένων, ἡ λύσις τῶν δεδεμένων, ἡ λύτρωσις τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ ἀνόρθωσις τῶν πεπτωκότων, τὸ ἰατρεῖον τῶν νοσούντων, ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπηλπισμένων, ἡ βοήθεια τῶν καταπονουμένων, ἡ χαρὰ τῶν μετανοούντων, ἡ καταφυγὴ τῶν διωκομένων, ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας τῶν καταδυναστευομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, ἡ σαγήνη ἡ μὴ θανατοῦσα, ἀλλὰ ζωοποιοῦσα τοὺς ἐν τῇ ἁλμυρᾷ τοῦ κόσμου θαλάσσῃ βυθιζομένους, αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. *Terribilis in conſiliis, precioſa illa margarita & gentium exſpectatio, illuminatio mundi, requies afflictorum, ſolutio vinctorum, redemtio peccatorum, erectio lapſorum, medicina ægrorum, ſpes deſperantium, auxilium oppreſſorum, gaudium pœnitentium, refugium perſecutione preſſorum, Lex libertatis tyrannide oppreſſorum ab hoſte, rete non occidens, ſed vivificans in ſalſo hujus mundi mari ſubmerſos, fontes aquarum, fundamenta orbis.* Greg. Nyſſenus Orat. X. contra Eunomium, t. II. pag. 672: Πάντα γίνεται τοῖς σωζομένοις, ἵνα ἑκάστῳ πρόσφορον ἑαυτὸν ποιήσῃ· καὶ ὁδὸς, καὶ ὁδηγὸς, καὶ θύρα περιοχῆς, καὶ οἶκος καταφυγῆς, καὶ ὕδωρ ἀναπαύσεως, καὶ τόπος χλόης, ἣν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ νομὴν ὀνομάζει. *Hi qui ſalvantur omnia fit, ut unicuique ſeipſum commodum & idoneum reddat: & via, & viæ dux, & oſtium ſepti, & domus refugii, & aqua refocillationis, & locus herbæ viridis, quam in Evangelio paſcuum nominat.* Macarius, Homil. XXXI. pag. 423: Παράδεισος, ξύλον ζωῆς, μαργαρίτης, στέφανος, οἰκοδόμος, γεωργός, παθητός, ἀπαθής, ἄνθρωπος, Θεός, οἶνος, ὕδωρ ζῶν, πρόβατον, νυμφίος, πολεμιστής, πάντα ἐν πᾶσι Χριστός. *Paradiſus, lignum vitæ, margarita, corona, architectus, agricola, patibilis, impatibilis, homo, Deus, vinum, aqua vivens, ovis, ſponſus, bellator, omnia in omnibus Chriſtus.* Chryſoſtomus Homil. II. in Matth. pag. 9. eum vocat Θεὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει κρυπτόμενον, *Deum naturâ humanâ occultatum.* Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. X. cap. IV. pag. 108. b. eum vocat τὸν θαυματουργὸν, τὸν μεγαλουργὸν, τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, τὸν τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸν, τὸν παντοκράτορα, τὸν πανάγαθον, τὸν ἕνα καὶ μόνον Θεὸν, *miracula edentem, grandium rerum autorem, omnium Dominum, totius mundi conditorem, omnipotentem, optimum, unum & ſolum Deum* Paulò pòſt ab eo vocatur ὁ τῆς θεογνωσίας εἰσηγητὴς, ὁ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας διδάσκαλος, ὁ τῶν ἀσεβῶν ὀλετὴρ, ὁ τυραννοκτόνος, ὁ τοῦ βίου διορθωτής. *Cognitionis Dei autor, veræ pietatis doctor, impiorum deſtructor, percuſſor tyrannorum, vitæ corrector.*

f. Ejus typi ſunt varii: præcipuè

α. *Iſaacus.* Clemens Alex. Pædag. lib. I. cap. V. pag. 91: Ἰσαὰκ τύπος τοῦ Κυρίου, παῖς μὲν ὡς υἱός· καὶ γὰρ υἱὸς ἦν Ἀβραάμ, ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· ἱερεῖον δέ, ὡς ὁ κύριος, ἀλλ᾽ οὐ κεκάρπωται ὡς ὁ κύριος· μόνον ἐβάστασε τὰ ξύλα τῆς ἱερουργίας ὁ Ἰσαάκ, ὡς ὁ κύριος τὸ ξύλον· ἐγέλα δὲ μυστικῶς, ἐμπλῆσαι ἡμᾶς προφητεύων χαρᾶς τὸν κύριον, τοὺς αἵματι κυρίου ἐκ φθορᾶς λελυτρωμένους· οὐκ ἔπαθε δὲ μόνον εἰκότως ἄρα ὁ Ἰσαὰκ τὰ πρωτεῖα τοῦ πάθους παραχωρῶν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τοῦ κυρίου τὴν θεότητα αἰνίττεται, μὴ σφαγείς· ἀνέστη γὰρ μετὰ τὴν κηδείαν ὁ Ἰησοῦς μὴ παθών, καθάπερ ἱερουργίας ἀφειμένος ὁ Ἰσαάκ. *Iſaacus eſt typus & figura Domini: puer quidem ut filius: erat enim filius Abrahæ, quemadmodum Chriſtus Dei: hoſtia autem ſicut Dominus, ſed non oblatus eſt ut Dominus. Ligna ſolùm ſacrificii portavit Iſaacus, ut lignum Dominus. Myſticè autem riſit, prædicens fore, ut Dominus nos gaudio impleret, qui ſanguine Domini ab interitu & corruptione liberati ſumus. Solummodo autem jure Iſaacus non eſt paſſus, qui primas paſſionis partes Verbo ceſſerit: quin etiam ſignificat Domini divinitatem, dum non fuit occiſus. Surrexit enim poſt juſta facta funeris Jeſus non paſſus, quem-*

Digitized by Google

quemadmodum Iſaacus dimiſſus eſt è ſacrificio. Chryſoſtomus Homil. X. t. V. pag. 47: Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη ὁ Χριστός· τούτου τύπος Ἰσαὰκ εἰς θυσίαν ἀγόμενος· ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ σφαγὴ, καὶ οὐκ ἀντεῖπε τῷ γεννήσαντι Ἰσαάκ· τύπος γὰρ ἦν Χριστοῦ, ὃς ὑπήκουσε πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Ἰσαὰκ καὶ τέκνον ἦν ἐν τούτῳ καὶ θῦμα· ὁμοίως καὶ ὁ Χριστὸς υἱὸς Θεοῦ καὶ ἀμνὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· οὐ φείδεται τοῦ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ, ἀλλ' οὐδὲ Θεὸς τοῦ Χριστοῦ· τριήμερον μετὰ τὴν θυσίαν ἡ μήτηρ ὁρᾷ ζῶντα τὸν Ἰσαάκ· τριήμερον καὶ ἡ ἐκκλησία ἄφθαρτον ὁρᾷ τὸν Σωτῆρα. *Velut ovis ad mactationem ductus eſt Chriſtus: hujus figura Iſaacus ductus ad ſacrificium. Coram oculis mactatio, nec tamen inobediens eſt Patri Iſaacus: figura enim erat Chriſti, qui obediens fuit Patri usque ad mortem, mortem verò crucis. Iſaacus in hoc & filius erat & victima: ſimiliter & Chriſtus filius Dei & agnus, qui tollit peccatum mundi. Non parcit Iſaaco pater, ſed neque Deus Chriſto. Tertio die poſt victimam mater vivum videt Iſaacum: tertio etiam die Eccleſia incorruptibilem videt Salvatorem.* Vide etiam Nyſſenum Orat. I. in Reſurrect. Chriſti, ſtatim poſt initium, t. III. pag. 383. & Theodoretum quæſt. LXXIII. in Geneſin, pag. 56.

β. *Moſes* extendens manus. Greg. Nyſſenus Orat. I. in Reſurrect. Chriſti, t. III. pag. 383: Εἰ βούλει καὶ αὐτὸν τὸν Μωϋσέα λαβὼν τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει τὸν σταυρὸν διαγράφοντα, καὶ ὡς τῷ σχήματι τούτῳ τὸν Ἀμαλὴκ καταστρεφόμενον, ἔξεστί σοι βλέπειν ἐν τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον, καὶ τῷ σταυρῷ τὸν Ἀμαλὴκ ὑποπίπτοντα. *Si vis ipſum etiam Moſen conſiderare, manuum extenſione crucem deſcribentem, eaq́ forma Amalekitas in fugam vertentem, veritate figuram expreſſam, & Amalekitas cruci cedentes animadvertes.*

γ. *Ioſua.* Chryſoſtomus Homil. II. in Matth. pag. 10: Ἐκεῖνος εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, οὗτος εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθά· ἐκεῖνος μετὰ τὸ τελευτῆσαι Μωϋσέα, οὗτος μετὰ τὸ παύσασθαι τὸν νόμον· ἐκεῖνος ὡς δημαγωγὸς, οὗτος ὡς βασιλεύς. *Ille in terram promiſſionis* introduxit, *hic in cœlum & ad bona in cœlis repoſita: ille poſt mortem Moſis, hic poſtquam Lex ceſſavit: ille tanquam populi dux, hic tanquam Rex.* Vide etiam Juſtinum M. in Dialogo cum Tryphone, pag. 109.

δ. *Ionas.* Hic imprimis illuſtris fuit typus Chriſti, ut ipſe Dominus docet Matth. XII. 40. cap. XVI. 4. Lucæ XI. 30. Gregorius Nyſſenus, poſtquam Orat. I. in Reſurrect. Chriſti, t. III. aliquot recenſuiſſet paſſionis Chriſti typos, tandem pag. 384. ſubjicit etiam exemplum Jonæ. Μᾶλλον δὲ τὸ πάντων γνωριμώτερόν τε καὶ φανερώτερον, ἐκ τοῦ προφήτου λάβωμεν, δι' οὗ προγράφεται σαφῶς τὸ μυστήριον, τὸν Ἰωνᾶν λέγω, τὸν ἀπαθῶς κατὰ τοῦ κήτους καταδυόμενον, καὶ δίχα πάθους ἐκ τοῦ κήτους ἀναδυόμενον, τὸν καὶ τρισὶν ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶν ἐν τοῖς κητώοις σπλάγχνοις τὴν ἐν ᾅδου διατριβὴν τοῦ κυρίου προδιαγράψαντα. *Imò verò illud è Propheta, quod apertiſſimum & clariſſimum eſt, & quo myſterium planiſſimè declaratur, accipiamus, Ionæ nimirum exemplum, qui ſine læſione in cetum ingreſſus, & ſine moleſtia rurſum egreſſus, cùm in ejus viſceribus tribus diebus & totidem noctibus permanſiſſet, Domini apud inferos commemorationem indicavit.*

II. Ad *accidentia propria* referimus, quòd

1. *fuit ſine peccato.* Vide in Ἁμαρτία, ſub num. II. & in Ἀναμάρτητος, num. II.

2. *ſe ipſum humiliavit, & ſervus factus eſt.* Theodoretus ad Matth. XX. 28. in Pſal. CVII. pag. 848: Ὁ δοῦλος τοίνυν τῆς ληφθείσης φύσεως ὄνομα, οὐκ ἐπειδὴ δουλεύει ἐκείνη. πῶς γὰρ ἦγε τῷ Θεῷ συνημμένη λόγῳ, καὶ τὴν ἁπάντων δεξαμένη δεσποτείαν; ἀλλ' ἵνα δειχθῇ τῆς φύσεως αὐτῆς τὸ ἴδιον. οὐκ ἀξιώματος τοίνυν ἐνταῦθα τὸ δοῦλος, ἀλλὰ φύσεως δηλωτικόν. *Servus igitur aſſumtæ naturæ eſt nomen, non quòd illa ſerviret: quomodo enim id fieret, cùm eſſet cum Deo Verbo conjuncta, cumq́ rerum omnium imperium accepiſſet? ſed ut ipſius naturæ proprietas oſtenderetur. Non dignitatem igitur nomen* ſervi *hoc in loco*, nempe Pſal. CIX. 28. *declarat, ſed naturam.* Vide in Μορφὴ, num. II. 2. Iterum Theodoretus in Pſal. CX. pag. 850: Ἔλαβεν ὡς ἄνθρωπος, ὅπερ εἶχεν ὡς Θεός. οὐ γὰρ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, ἀλλ' ὕψιστος ὢν, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. *Ut homo accepit, quod ut Deus habebat. Neque enim cùm humilis eſſet, ſublimis effectus eſt: ſed cùm altiſſimus eſſet, & in forma Dei, humiliavit ſemetipſum, formam ſervi accipiens.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XVI. pag. 248: Μαθηταί ἐσμεν τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι τοῦ ἡμετέρου φυράματος, τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος τὴν σάρκα ταύτην καὶ τὸ γεῶδες σκῆνος, καὶ ὀδυνηθέντος, καὶ μαλακισθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν τὴν θεότητα. *Diſcipuli ſumus ejus, qui uſque ad naturam noſtram ſeſe dejecit, qui propter nos carnis hujus terreniq́ tabernaculi paupertatem ſubiit, & noſtrâ cauſſa in doloribus & languoribus verſatus eſt, ut nos divinitatis opes conſequamur.*

3. *Quòd pro nobis mortuus:* & quidem

α. juxta quoſdam Patres *pro omnibus ſine diſcrimine.* Theodoretus in cap. II. ad Hebræos, ad v. 9. pag. 405: Ὑπὲρ ἁπάντων τὸ σωτήριον ὑπέμεινε πάθος. *Pro omnibus ſalutarem paſſionem ſuſtinuit.* Baſilius M. in Pſal. XLVI. pag. 274: Ἐπεὶ ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων ἔμελλεν ὑψοῦσθαι πρὸς τὸν σταυρὸν, καὶ ὑπὲρ πάσης γῆς τὴν ὕψωσιν καταδέχεσθαι, διὰ τοῦτό φησιν, Ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. *Quoniam pro hominibus in crucem exaltandus erat, & pro univerſa terra exaltationem erat ſuſcepturus, propterea dicit: Exaltabor in gentibus, exaltabor in terra.* Macarius, Homil. XXIV: Εὐδόκησεν ὁ Κύριος ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ αὐτοῦ παθεῖν ὑπὲρ πάντων. *Voluit Dominus in ſuo ad nos adventu pro omnibus pati.* Chryſoſtomus Homil. LXXXIII. t. V. pag. 569. dicit Chriſtum propterea extra urbem paſſum eſſe, ἵνα μάθῃς, ὅτι καθολική ἐστιν ἡ θυσία, ἵνα μάθῃς, ὅτι ὑπὲρ τῆς γῆς ἁπάσης ἐστὶν ἡ προσφορὰ, καὶ ὅτι κοινὸς τῆς φύσεως ἡμῶν ἁπάσης ἐστὶν ὁ καθαρισμός, *ut diſcas, univerſalem eſſe hanc victimam: ut diſcas, eſſe oblationem pro tota terra, & communem eſſe totius naturæ noſtræ purgationem vel expiationem.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXV. pag. 436: Τὰ Χριστοῦ πάθη, δι' ὧν ἀνεπλάσθημεν, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ· πάντες δὲ οἱ τοῦ αὐτοῦ Ἀδὰμ μετασχόντες, καὶ ὑπὸ τοῦ ὄφεως παραλογισθέντες, &c. *Chriſti cruciatus, per quos omnes citra ullam exceptionem inſtaurati ſumus, qui eidem Adamo participavimus, atq́ à ſerpente in fraudem inducti,* &c. Idem, Orat. XLII. pag. 685: Τὸ μέγα καὶ ἄθυτον ἱερεῖον, ἵν' οὕτως εἴπω, ὅσον ἐπὶ τῇ πρώτῃ φύσει ταῖς νομικαῖς θυσίαις ἐγκαταμέμικται, καὶ οὐ μικροῦ μέρους τῆς οἰκουμένης, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ διαιωνίζον καθάρσιον. *Magna illa, &, quantum ad primam naturam, immactabilis, ut ita loquar, victima, legalibus ſacrificiis immixta eſt, illa inquam non exiguæ cujuſdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, ſed totius mundi nunquam intermoritura expiatio.* S. Maximus de Charitate, Cent. I. cap. LXXI: Χριστὸς, τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ἐνδειξάμενος, ὑπὲρ ὅλης τῆς ἀνθρωπότητος ἔπαθε, καὶ πᾶσιν ἐξ ἴσου τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἐχαρί-

ἐχαρίσατο. *Chriſtus, ſuâ nobis oſtensâ charitate, pro univerſo genere humano paſſus eſt, & omnibus ex æquo ſpem reſurrectionis gratuito largitus eſt.* Origenes lib. IV. contra Celſum, pag. 179: Νυνὶ δὲ ὑπὲρ τῶν πανταχοῦ ἁμαρτωλῶν, ἵνα καταλίπωσι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πιστεύσωσι τῷ θεῷ ἑαυτοὺς ἐπιδεδημηκέναι κεκήρυκται ὁ Ἰησοῦς. *Nunc pro omnibus, qui ubiquam ſunt peccatoribus, ut relictis peccatis credant ſeſe Deo, adveniſſe prædicatur Jeſus.* Cyrillus Alexandr. Catenâ in cap. I. Johann. pag. 47: Ἀλλὰ τότε μὲν ἔσωζε μερικῶς, οὐκ εἰς ἅπαντας ἐκτείνων τὸν ἔλεον. Τύπος γὰρ ἦν καὶ σκιά. Νῦν δὲ ὁ ἀληθινὸς ἀμνὸς ὑπὲρ πάντων ἄγεται πρὸς σφαγὴν, ἵνα τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ἀνέλῃ, ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον, ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν, ἵνα γένηται δεύτερος Ἀδὰμ, οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀρχὴ γένηται τῇ ἀνθρώπου φύσει παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ λύσις φθορᾶς, καὶ πρόξενος αἰωνίου ζωῆς. Καταπιὼν γὰρ ὁ θάνατος τὸν ὑπὲρ πάντων ἀμνὸν, πάντας ἐξήμεσεν ἐν αὐτῷ τε καὶ σὺν αὐτῷ. *Veruntamen tunc quidem,* nempe ſub veteri Teſtamento, *ex parte ſalutem attulit, at non ad omnes miſericordiam extendit: figura enim erat ac umbra: nunc verò verus Agnus pro omnibus ducitur ad mactationem, ut mundi peccatum auferat, & mortem pro omnibus obeundo, mortem abroget, quò ſecundus Adam, non ex terra, ſed è cælo, omniumque bonorum principium humano generi, ſolutio item interitûs, atque æternæ vitæ conciliator exiſtat. Cùm enim occiſum pro omnibus Agnum mors abſorpſerit, ſimul etiam in ipſo & cum ipſo univerſos evomuit.* Idem, lib. XI. de Adoratione, pag. 396: Γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, τῆς ἐξ Ἀδὰμ ἀποταξίας ἀφανίζων τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῆς εὐπειθείας τὴν εὐωδίαν ὡς ὑπὲρ ἁπάντων τε ἅμα καὶ ὑπὲρ ἑκάστου προσαγήοχε τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, καὶ δι' αὐτοῦ σεσώσμεθα. *Factus eſt obediens usque ad mortem, noſtræ ex Adamo contractæ defectionis abolendo culpam, obedientiæ gratum odorem tanquam pro omnibus ſimul & ſingulis Deo & Patri obtulit, & per eum ſervati ſumus.*

b. Juxta alios verò, *pro ſolis electis & fidelibus.* Theodoretus ad v. 28. cap. IX. ad Hebræos, pag. 438: Ἐπισημήνασθαι δεῖ, ὅτι πολλῶν εἶπεν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, καὶ οὐ πάντων· οὐ γὰρ πάντες ἐπίστευσαν. Τῶν οὖν πεπιστευκότων μόνων τὰς ἁμαρτίας διέλυσε. *Notandum eſt, quòd dixit, eum* multorum *peccata ſuſtuliſſe, non* omnium: *non enim omnes crediderunt. Eorum ergo tantùm qui crediderunt peccata ſuſtulit.* Theophylactus ad eundem locum ex Chryſoſtomi Homilia XVII. in Epiſtol. ad Hebræos, pag. 522. hæc habet: Τίνος ἕνεκεν εἶπε, πολλῶν, καὶ οὐ, πάντων; ἐπειδὰν μὴ πάντες ἐπίστευσαν. Ὁ μὲν γὰρ θάνατος αὐτοῦ ἀντίρροπος ἦν τῆς πάντων ἀπωλείας, καὶ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν· οὐ πάντων δὲ τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκε, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι αὐτούς· ὥστε ἄχρηστον ἑαυτοῖς τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐποίησαν, ὃ καὶ φρίκης ἄξιον. *Quare dixit,* multorum, *& non,* omnium? *Quoniam non omnes crediderunt. Mors enim ejus fuit æquivalens omnium interitui, ac quantum in ipſo eſt, pro omnibus mortuus eſt. Non omnium autem peccata ſuſtulit, quia ipſi noluerunt. Proinde inutilem ſibi Filii Dei mortem ipſi fecerunt; quæ res eſt ſanè horrenda.* Addit tamen & ſequentia Theophylactus: Εὗρον δὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰς τὸ, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν παραγραφὴν ἐκδεχομένην τὸ, πολλῶν, ἀντὶ τοῦ, πάντων· πολλοὶ γὰρ καὶ οἱ πάντες. *Reperi autem in Evangelio ad iſta* verba, ut animam ſuam in redemtionem daret pro multis, *annotationem accipientem illud,* multorum, *pro,* omnium. *Multi enim etiam ſunt omnes.* Clemens Alexandr. lib. VII. Stromat. pag. 703: Πῶς δ' ἂν ἐστὶ σωτὴρ καὶ κύριος, εἰ μὴ πάντων σωτὴρ καὶ κύριος; ἀλλὰ τῶν μὲν πεπιστευκότων σωτὴρ, διὰ τὸ γνῶναι βεβουλῆσθαι· τῶν δὲ ἀπειθησάντων κύριος, ἕως ἂν ἐξομολογήσασθαι δυνηθέντες, οἰκείας καὶ καταλλήλου τῆς δι' αὐτοῦ τύχωσιν εὐεργεσίας. *Quomodo autem eſt Salvator & Dominus, ſi non eſt omnium Salvator & Dominus? ſed eſt quidem Salvator eorum qui crediderunt, propterea quòd ſcire voluerint: eorum autem, qui non crediderunt, eſt Dominus, ſi, cùm potuerint confiteri, propriam & eis convenientem acceperint beneficentiam.* Theophylactus ad v. 20. cap. II. ad Galatas, pag. 459: Τοσαύτην δεῖ χάριν ὁμολογεῖν τῷ Χριστῷ ἕκαστον, ὅσην ἂν εἰ καὶ δι' αὐτὸν μόνον ἀπέθανεν· οἱ δὲ τῇ εὐεργεσίᾳ χρησάμενοι, οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντές εἰσι μόνοι. *Tantas oportet unumquemque gratias reddere Chriſto, quantas, ſi pro ipſo ſolo mortuum eſſet, exhiberet. Hujus autem beneficii participes ſunt illi ſoli, qui in ipſum crediderunt.* Hæc ex Chryſoſtomo deſumta ſunt in cap. II. ad Galatas, pag. 735.

4. *etiam in veteri Teſtamento fuit nota.* Chryſoſtomus Homil. VIII. in Johannem, pag. 588: Οἱ τοῦ θεοῦ φίλοι, καὶ θαυμαστοὶ, πάντες Χριστὸν ἐπέγνωσαν καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. *Dei amici & admirabiles viri, omnes Chriſtum cognoverunt etiam ante adventum ejus in carne.* Idem, Homil. CXI. t. V. pag. 716: Δύο διαθῆκαι, καὶ δύο παιδίσκαι, καὶ δύο ἀδελφαὶ τὸν ἕνα δεσπότην δορυφοροῦσι. Χριστὸς παρὰ προφήταις καταγγέλλεται, Χριστὸς ἐν καινῇ κηρύσσεται· οὐ καινὰ τὰ καινά· προέλαβε γὰρ τὰ παλαιά· οὐκ ἐσβέσθη τὰ παλαιά· ἡρμηνεύθη γὰρ ἐν τῇ καινῇ. *Duo ſunt Teſtamenta, & duæ ancillæ, & duæ ſorores, quæ Dominum unum, ſatellitum in morem, ſtipant. Chriſtus apud Prophetas annunciatur: Chriſtus in novo Teſtamento prædicatur: nova, non ſunt nova: vetera ſiquidem præceſſerunt: non extincta ſunt vetera, in novo enim Teſtamento ſunt expoſita.* Idem, Homil. X. in epiſt. ad Epheſios, pag. 814: Εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. Τί δέ ἐστιν ἓν σῶμα; οἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πιστοὶ, καὶ ὄντες, καὶ γενόμενοι, καὶ ἐσόμενοι, πάλιν καὶ οἱ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας εὐηρεστηκότες, ἓν σῶμά εἰσι. Πῶς; ὅτι κἀκεῖνοι τὸν Χριστὸν ᾔδεισαν. Πόθεν δῆλον; Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν, φησιν, ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Καὶ πάλιν, εἰ ἐπιστεύσατε, φησι, Μωϋσῇ, ἐπιστεύσατε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε, καὶ οἱ προφῆται· οὐκ ἂν δὲ ἔγραψαν περὶ οὗ ἠγνόουν ἃ ἔλεγον· εἰδότες δὲ αὐτὸν, καὶ προσεκύνουν. ὥστε κἀκεῖνοι ἓν σῶμα. *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma. Quid eſt autem unum corpus? Qui ſunt ubique terrarum fideles, & fuerunt, & futuri ſunt: rurſus qui & ante Chriſti adventum placuerunt, unum ſunt corpus. Quomodo? quoniam illi quoque Chriſtum noverunt. Undénam hoc conſtat? Abraham pater veſter, inquit, exultavit ut videret diem meum, & vidit, & gaviſus eſt.* Et rurſus: *Si crederetis Moſi, inquit, crederetis utique & mihi, de me enim ille ſcripſit, & Prophetæ. Non ſcripſiſſent autem, de quo ignorabant quæ dicebant. Cùm ipſum autem nòſſent, etiam adorabant. Quamobrem illi quoque ſunt unum corpus.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXII. pag. 398: Ἅμα μυστικός τις καὶ ἀπόρρητος οὗτος ὁ λόγος, σφόδρα πιθανὸς, ἐμοὶ γοῦν, καὶ πᾶσι τοῖς φιλοθέοις, μηδένα τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας τελευτώντων, δίχα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τούτου τυχεῖν. Ὁ γὰρ λόγος, ἐπαγγειλάμενος μὲν ὑστέροις καιροῖς

Digitized by Google

κρυφοῖς ἰδίοις, ἐγνωρίσθη δὲ καὶ πρότερον τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν. *Myſticum ſimul & arcanus hic ſermo eſt, mihi quidem, atque omnibus Dei amore præditis, admodum probabilis: neminem videlicet eorum, qui ante Chriſti adventum conſummati fuerunt, id ſine fide in Chriſtum eſſe conſecutum. Quanquam enim Verbum ſuo poſtea tempore liberè promulgatum eſt, puris tamen animis etiam antè innotuit.*

III. *Pugnantia ſeu oppoſita.* Huc referimus omnes illos, qui

1. docuerunt. *Chriſtum alium eſſe quàm Jeſum.* Tales fuerunt Sethiani & Ophitæ hæretici, de quibus Theodoretus hæret. fabul. lib. I. cap. XIV. pag. 205: Τὸν Ἰησοῦν ἄλλον λέγουσι παρὰ τὸν Χριστόν. Καὶ τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθῆναι, τὸν δὲ Χριστὸν οὐρανόθεν εἰς αὐτὸν κατελθεῖν. *Jeſum alium eſſe dicunt à Chriſto. Et Jeſum quidem ex virgine natum eſſe, Chriſtum autem de cœlis in ipſum deſcendiſſe.* Eandem hæreſin Simoni tribuit Oecumenius in I. Joh. cap. II. pag. 197: Σίμων ὁ ἀντίχριστος ἔλεγεν, ἄλλον εἶναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἄλλον τὸν Χριστόν· τὸν μὲν Ἰησοῦν, τὸν ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας, τὸν δὲ Χριστὸν, τὸν ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου καταβάντα ἀπ' οὐρανοῦ. *Impius ille Simon nugabatur, alium eſſe quidem Jeſum, & alium Chriſtum. Jeſum quidem eſſe eum, qui ex ſancta Maria natus, Chriſtum verò eum, qui apud Jordanem è cœlo deſcendit.*

2. *qui ſe Chriſtum appellarunt.* Tanta fuit Manetis impietas. De eo Theodoretus hæret. fab. lib. I. cap. XXVI. pag. 214: Ἐτόλμησεν ἑαυτὸν ὁ παμπόνηρος Χριστὸν προσαγορεῦσαι. *Auſus eſt nequiſſimus ſeipſum appellare Chriſtum.* Eadem fuit impietas Doſithei Samaritani, de quo Theophylactus in cap. XXIV. Matth. pag. 142: Ἔλεγεν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ὑπὸ τοῦ Μωσέως προαγορευθεὶς προφήτης. *Dicebat, ſe eſſe Prophetam à Moſe prædictum.*

3. docuerunt, *duas in Chriſto eſſe perſonas.* Vide in φύσις, num. I. 2. ſub lit. *α.* & in voce Λόγος, ſub III. Claſſe Hæreticorum, lit. *b.*

4. *unam poſt unionem naturam* ſtatuerunt. Vide in φύσις, num. I. 2. ſub lit. *β.* & in Λόγος, ſub Claſſe IV. Hæreticorum, lit. *a.*

5. docuerunt, *carnem Chriſti non veram, ſed putativam & phantaſticam fuiſſe, adeoq; Chriſtum non verè paſſum eſſe.* Vide in Λόγος, ſub I. Claſſe Hæreticorum, lit. *a.*

6. aſſeruerunt, *Chriſtum ſideream & aëream carnem habuiſſe.* Vide in Λόγος, ſub I. Claſſe Hæreticorum, lit. *b.*

Reliquas circa perſonam Chriſti hæreſes exhibemus in voce Λόγος, unde eas habere licet.

Χριστοτόκος.

Neſtorius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, negavit B. Virginem appellandam eſſe θεοτόκον, quia ſit χριστοτόκος. Theodoretus hæret. fab. lib. IV. cap. XII. pag. 245. de Neſtorio ſcribit: Γίνεται αὐτῷ πρῶτον τῆς καινοτομίας ἐγχείρημα, τὸ μὴ δεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον, τὴν τὸν Θεοῦ λόγον τεκοῦσαν ἐξ αὐτῆς σάρκα λαβόντα, θεοτόκον ὁμολογεῖν, χριστοτόκον δὲ μόνον. *Primus ei initæ novitatis gradus fuit, non oportere ſanctam Virginem, quæ Dei Verbum peperit, quod ex ea carnem ſuſcepit, Deiparam confiteri, ſed Chriſtiparam duntaxat.* Evagrius lib. I. cap. II. pag. 124. a: Neſtorius dixit, Mariam non eſſe θεοτόκον, ſed χριστοτόκον, & addidit, τὸν γενόμενον διμηναῖον, ἢ τριμηναῖον οὐκ ἂν Θεὸν ὀνομάσαιμι. *Bimeſtrem, vel trimeſtrem non appellaverim Deum.* Damaſcenus lib. III. Orthod. fidei, cap. XII. pag. 221. 222: Χριστοτόκον δὲ οὐδαμῶς φαμὲν τὴν ἁγίαν παρθένον, διότι ἐπ' ἀναιρέσει τῆς θεοτόκου φωνῆς, ὁ μιαρὸς καὶ βδελυρὸς καὶ Ἰουδαιόφρων Νεστόριος, τὸ σκεῦος τῆς ἀτιμίας καὶ ἐπὶ ἀτιμίᾳ τῆς μόνης ὄντως τετιμημένης ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν θεοτόκου, κἂν αὐτὸς διαῤῥήγνυται σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Σατανᾷ, ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐξεύρατο, ὡς ἐπηρεαζομένην. *Chriſtiparam autem nequaquam dicimus ſanctam Virginem, quia ad tollendum vocabulum* θεοτόκος, id eſt, *Deipara, ſceleſtus & abominabilis, atq; cum Judæis ſentiens Neſtorius, vas illud ignominiæ, & in contumeliam ſolius verè honoratæ ſupra omnem creaturam Deiparæ, tametſi ipſe cum Patre ſuo Satana dirumpatur, hanc appellationem injurioſam, invenerit.* Poſſet tamen ipſa etiam B. Virgo appellari χριστοτόκος, ni Neſtorii obſtaret hæreſis. Id docet Theorianus Legat. Armen. pag. 94. quando dicit, Ἠδυνάμεθα καὶ χριστοτόκον τὴν θεοτόκον καλεῖν· Χριστὸν γὰρ ἐγέννησε Θεὸν καὶ ἄνθρωπον· τοῦτο γὰρ δηλοῖ κυρίως τὸ ὄνομα· ἀλλὰ διὰ τὸ κακῶς ἐκλαμβάνεσθαι παρὰ τοῦ Νεστορίου τὸ σημαινόμενον τοῦ ὀνόματος, ὡς βλάσφημον ἀποδοκιμάζεται παρὰ τῶν ἁγίων τὸ ὄνομα. *Potuiſſemus Deiparam etiam nominare Chriſtiparam: peperit enim Deum & hominem: id enim propriè declarat nomen. Verùm, quia nominis ſignificatio à Neſtorio malè accipitur, tanquam blaſphemum rejectum eſt hoc nomen à ſanctis.* Confer vocem Θεοτόκος, & Acta Synodi Epheſinæ, pag. 3. 4.

Χριστοφόρος.

Χριστοφόρος, *Chriſtigerulus, Chriſtum ferens.* Ita ab Athanaſio non ſemel vocatur ſanctus Apoſtolus Paulus. Sic enim ille Orat. contra Gentes, t. I. pag. 6: Ἡ ψυχὴ ἀποστραφεῖσα τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὁδὸν, ἁμαρτάνει, καὶ τὸ κακὸν ἑαυτῇ πλάττει, οὐχ ὁρῶσα, ὅτι πεπλάνηται τῆς ὁδοῦ, καὶ ἔξω γέγονε τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ, εἰς ὃν ὁ χριστοφόρος ἀνὴρ, ὁ μακάριος Παῦλος ἀποβλέπων ἔλεγε, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. *Anima, quæ ſe avertit ab orbita Dei, peccat, & ſibi ipſi viam aperit ad malum, non obſervans, quòd à via aberret, & à ſcopo veritatis procul abſit, ad quem Chriſtigerulus vir, beatus Paulus, reſpiciens dixit, ſcopum verſus feror, ad palmam ſupernæ vocationis.* Ab eodem, Orat. de incarnatione Chriſti, t. I. pag. 63: Paulus vocatur χριστοφόρος ἀνὴρ, *vir Chriſtum ferens.* Idem de paſſione & cruce Domini, t. I. pag. 1021: Ὁ χριστοφόρος ἀνὴρ ὡς Θεὸς ἐστιν ἐπὶ γῆς, τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἀνεξίκακος γενόμενος, πᾶσι δὲ, ὡς σὺν ἡλίῳ περιπολῶν, τὸν οὐράνιον ἐπιδεικνύμενος βίον. *Chriſtigerulus vir tanquam Deus eſt in terra, erga homines quidem patiens exiſtens, omnibus verò, veluti cum ſole circumiens, cæleſtem vivens vitam.*

Χρονῖται.

Orthodoxi ab Eunomianis vocabantur χρονῖται. In epiſtola Aetii, apud Athanaſium Dial. II. de SS. Trinitate, t. II. pag. 192. hæc habentur verba: Ἐν καιρῷ τοῦ ἐπενεχθέντος ἡμῖν διωγμοῦ ὑπὸ τῶν χρονιτῶν. *Tempore perſecutionis adverſus nos excitatæ à Chronitis.* Ita autem ab iis falsò appellati fuiſſe videntur Orthodoxi, quaſi novam & brevi tempore durantem de Deo doctrinam habuiſſent. Colligitur ex iis, quæ paulò pòſt, pag. 193. ſequuntur. Ibi enim Orthodoxus Aetium interrogat: Τίνας δὲ λέγεις χρονίτας; τοὺς ἀπὸ

Digitized by Google

ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποςόλων μέχρι καὶ σήμερον αἰνοῦντας πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἢ τοὺς ἀπὸ ςὺν τοὺς χθὲς καὶ σήμερον φανέντας, καὶ αἵρεσιν ἔχοντας, ἐάσαντας τὸ πατρὸς, καὶ υἱοῦ ἅγιον ὄνομα; *Quos verò vocas Chronitas? Num eos, qui inde à temporibus ſanctorum Apoſtolorum in hodiernum uſq; diem laudant Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum, an verò eos, qui abs te heri demum & hodie orti, hæreſin fovent, & Patris atque Filii ſanctum nomen averſantur?*

Χρόνος.

I. Χρόνος, notat *tempus, temporis ſpatium.* Severianus: Χρόνος ἐςὶ μῆκος. *Tempus eſt ſpatium.* Gregorius Nyſſenus Homil. VII in Eccleſiaſten, t. I. pag. 430: Κοινὸν πάντων μετρουμένων μέτρον, ὁ χρόνος ἐςὶν, ἐν ἑαυτῷ περιέχων τὰ πάντα. *Communis menſura omnium quæ ſub menſuram cadunt, tempus eſt, in ſe omnia continens.* Mox: Χρόνος τοῖς πᾶσι τὸ γενικὸν μέτρον, ᾧ πᾶν τὸ γινόμενον παραμετρεῖται. *Tempus eſt omnibus menſura generalis, quæ quicquid fit & oritur, dimetitur.* Petrus Chryſologus ſermone CIII: *Tempora eundo veniunt, eſſe incipiunt, dum deſiſtunt.* Et χρόνος, tempus definitur numerus motûs, quoniam in nulla re, niſi in motu eſt. Theodorus Abucaras Opuſculo XXXIV: Ἀριθμὸς γὰρ κινήσεώς ἐςιν ὁ χρόνος, ὥςε κατὰ μὲν πρῶτον λόγον ἐν κινήσει ἐςὶν ὁ χρόνος· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ κίνησις ἐν τῷ κινουμένῳ ἐςὶ, καὶ ὁ χρόνος ἄρα ἐν τῷ κινουμένῳ ἐςὶ διὰ μέσου τῆς κινήσεως. *Tempus eſt numerus motûs. Itaq; ſecundùm priorem rationem tempus eſt in motu, cùmque motus ſit in mobili, etiam tempus erit in mobili, mediante motu.* Ejus tres ſunt partes, Gregorius Nyſſenus Orat. I. de Oratione, t. I. pag. 715: Ἐν τρισὶ τμήμασι τὸ χρονικὸν μετρεῖται διάςημα, τῷ παρῳχηκότι, τῷ ἐνεςῶτι καὶ τῷ μέλλοντι. *In tres partes ſpatium temporis dividitur: in præteritum, præſens, & futurum.* Baſilius M. Homil. I. in Hexaemeron, pag. 7: Τοιοῦτος ὁ χρόνος, οὗ τὸ μὲν παρελθὸν ἠφανίσθη, τὸ δὲ μέλλον οὔπω πάρεςι, τὸ δὲ παρὸν, πρὶν γνωσθῆναι, διαδιδράσκει τὴν αἴσθησιν. *Tale eſt tempus, cujus quidem præteritum evanuit, futurum verò nondum adeſt, præſens autem, antequam cognoſcatur, ſenſum tuum fugit.*

II. Χρόνος & καιρὸς differunt. Severianus: Χρόνος μῆκός ἐςι, καιρὸς εὐκαιρία. *Χρόνος eſt ſpatium temporis, καιρὸς eſt opportunitas.* Cæſarius quæſt. XXXV. pag. 66: Ἕτερον μὲν χρόνος, ἕτερον δὲ καιρός. Τὸ μὲν γὰρ μήκους ὑπάρχει σημαντικὸν, τὸ δὲ εὐκαιρίας· οὐ γὰρ φαμὲν, χρόνος ἐπέςη ἀμήτου ἢ τρυγητοῦ, ἀλλὰ καιρὸς, οὐδὲ χρόνος γῆμαι τὴν νεᾶνιν, ἀλλὰ καιρός. *Aliud quid χρόνος, aliud verò καιρὸς. Illud namq; ſpatium, hoc verò opportunitatem denotat. Non enim dicimus χρόνος inſtat meſſis, vel vindemiæ, ſed καιρὸς, neq; dicimus χρόνος eſt ducendi puellam, ſed καιρός.* Olympiodorus ad v. I. cap. III. Eccleſiaſtæ, pag. 617: Χρόνος μὲν ἐςι τὸ διάςημα καθ' ὃ πράττεταί τι· καιρὸς δὲ, ὁ ἐπιτήδειος τῆς ἐργασίας χρόνος· ὥςε ὁ μὲν χρόνος καὶ καιρὸς εἶναι δύναται· ὁ δὲ καιρὸς οὐ χρόνος, ἀλλ' εὐκαιρία τοῦ πραττομένου ἐν χρόνῳ γινομένη. *Χρόνος quidem eſt ſpatium illud, in quo fit aliquid: καιρὸς verò eſt opportunum tempus aliquid faciendi. Poteſt itaq; χρόνος quidem etiam eſſe καιρός· καιρὸς verò non eſt χρόνος, ſed opportunitas temporis in rebus peragendis, quæ fit in tempore.* Confer vocem Καιρὸς, num. I.

III. Χρόνος notat *annum.* Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Χρόνος. *Annus.* ἐνιαυτὸς, ἔτος. In Hiſt. Concilii Florentini, ſect. II. cap. VII. pag. 5: Χρόνοι παρῆλθον ἐγγὺς τριάκοντα. *Anni præterierunt propè triginta.* Sic *tempus* quoque uſurpavit Sedulius Carm. Paſch. lib. I.

Aulica depaſto mutans convivia fæno,
Pronus ab amne bibit, ſeptenáque tempora luſtrans
Omnibus hirſutus ſilvis & montibus errat.

Vide Gl. Meurſii.

Χρυσάργυρον.

Ita vocatur tributi genus, quod pro ſuis pariter & brutorum animalium excrementis dare homines cogebantur. Illud ſuſtulit Athanaſius Silentiarius, teſte Cedreno, pag. 294. ubi illud ſimul deſcribit: Ἀφῆκε δὲ καὶ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου· ὁ δὲ χρυσάργυρος τοιοῦτόν τι χρῆμα ἦν. Πᾶς πενόμενος καὶ προσαιτῶν, καὶ πᾶσα πόρνη καὶ ἀπολελυμένη, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ ἀπελεύθερος, συνεισφορὰν ἐποιοῦντο κοινὴν πρὸς τὸν δημόσιον, ὑπὲρ οὔρου καὶ κοπρίας, κτηνῶν τε καὶ κυνῶν τῶν ἐν ἀγροῖς καὶ πόλεσι διατριβόντων. Καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος νόμισμα ἀργυροῦν συνεισέφερεν, ὁμοίως καὶ ἡ γυνή. Ἵππος δὲ ἡμίονος καὶ βοῦς τὸ αὐτὸ συνεισέφερον, ὄνος δὲ καὶ κύων φόλλεις ἕξ. *Abolevit verò etiam tributum, quod* Chryſargyrum *dicebatur. Illud verò tributum tale erat. Quivis pauper & mendicus, quævis meretrix, quævis repudiata, quivis ſervus, quivis libertus, ærario aliquid pendebant, pro urina & fimo, pro jumentis & canibus in urbe & rure degentibus. Homo, ſive mas eſſet, ſive fœmina, nummum argenteum pendebat: tantundem equus, mulus & bos, aſinus autem & canis obolos ſex.* Qua verò occaſione hoc tributum fuerit ſublatum, Cedrenus ibidem docet. Vide Gl. Meurſii.

Χρυσόβουλλον.

Χρυσόβουλλον, *aurea bulla.* Obvia vox eſt in hiſt. Concilii Florentini, ſect. II. cap. XXIII. pag. 20: Χρυσόβουλλον δεδώκασιν ἐπὶ τούτοις. *Auream bullam ad horum confirmationem dederunt.* Sect. ead. cap. XXVI. pag. 24: Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐδώκαμεν καὶ τὸ χρυσόβουλλον τῆς ἁγίας βασιλείας σου. *Et ut hæc rata fierent, auream bullam Majeſtatis tuæ obtulimus.* Himerio vocantur χρυσαῖ δέλτοι. Sic Wippo de vita Cunradi Salici, *aureas literas*, appellat. Confer Κηρόβουλλον, & vide Gl. Meurſii.

Χρυσοκέφαλος.

Χρυσοκέφαλος, *qui caput habet auro redimitum.* In hiſt. Concilii Florentini, ſect. III. cap. XX. pag. 66: Εἶτα μηνύσατο ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης τοῖς τοποτηρηταῖς μετ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ χρυσοκεφάλου ἵνα ἀναδέξωνται τὴν τοποτήρησιν τῶν πατριαρχῶν. *Poſteà Imperator & Patriarcha accerſiverunt Vicarios, qui cæterorum Patriarcharum loca in Concilio deberent capeſſere, per me & Chartophylacem* ſeu *magnum Scriniarium.* Et ſect. IV. cap. XXIX. pag. 107: Δέδωκά σοι, τὸ γράμμα μετὰ τοῦ χρυσοκεφάλου. *Tibi diploma porrexi in manum, ego & magnus Scriniarius.* Eſt ergò χρυσοκέφαλος epitheton magni Scriniarii. Patet ex Balſamonis ſcholio ad tit. VIII. Nomokan. Photii, cap. I. pag. 89: Ἔδει δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ χαρτοφύλακος ὡς καδηναρίου πατριαρχικοῦ σκέπεσθαι μετὰ χρυσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν χαρτοφυλακίῳ ἀπόκειται. *Oportebat autem Chartophylacis caput, utpote Patriarchalis caddenarii, tegi aureâ tiarâ: quæ etiam in Chartophylacio ſita eſt.*

Ita

Ita Interpres. Perperam verò καδηναρὶν, pro καρδηναρὶν, vel καρδινάλιν, *Cardinalis*. Licet omnes quinque Exocata cœli, ſeu Proceres Eccleſiæ; quaſi Patriarchici Cardinales cluebant, in quorum cenſu Chartophylax numerabatur, tamen à cæteris in duobus præcipuè differebat: Patriarchalem equum ſolus Chartophylax jus habuit conſcendendi, in quibusdam ſupplicationibus, & auream tiaram capite geſtandi, quam apud ſe in ſolennitates reſervabat: unde χρυσοκέφαλος & χαρτοφύλαξ eadem ſonant.

Χύμα.

Χύμα apud recentiores Græcos, ut docet Geraſimus Vlachus, eſt *proclivitas*, καταφέρεια. Apud eosdem frequentiſſimè notat allocutionem latronis ad Chriſtum in cruce factam. Apparet ex Marco Hieromonacho de dubiis Typici, cap. XXXIX. pag. 113: Ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ ἐννάτῃ, ἄνευ τῆς στιχολογίας, μεθ' ἣν ψάλλομεν τὰ τυπικὰ, χύμα, ἤγουν τὸ μνήσθητι ἡμῶν κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Eadem habes etiam cap. XL. pag. 114. cap. XLI. pag. ead. cap. XLII. pag. 115. & cap. XLIII. pag. 116. Vide Gloſſarium Meurſii.

Χωλεύω.

Χωλεύω *propriè* eſt *claudico*: apud Scriptores Eccleſiaſticos *metaphoricè* frequenter uſurpatur. Apud Chryſoſtomum, lib. I. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, cap. X: Πρὸς τὴν πίστιν χωλεύειν. *Circa fidem claudicare.* Idem in Pſal. XLIX. dicit, περὶ τὴν πίστιν χωλεύειν, *in fide claudicare.* Idem, Homil. II. in Geneſin, tom. I. pag. 10. Περὶ τὰ δόγματα χωλεύειν. Verba ejus ſunt: Κἂν δόγματα ἔχωμεν ὑγιῆ, βίου δὲ ἀμελῶμεν, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τῶν δογμάτων· πάλιν, ἂν βίου μὲν ἐπιμελώμεθα, περὶ τὰ δόγματα δὲ χωλεύωμεν, οὐδὲ οὕτως ἔσται τὶ κέρδος ἡμῖν. *Etiamſi ſana habeamus dogmata, vitam verò negligamus, nihil ex dogmatibus utilitatis ad nos redundabit. Rurſus, ſi vitæ quidem rationem habeamus, circa dogmata autem claudicemus, neque ſic aliquod habituri ſumus lucrum.* Idem in Pſal. CXXVII. Τὰ τῆς μακαριότητος αὐτοῦ χωλεύει. *Ejus beatitudo claudicat.* Κἂν πλούσιος μὲν ᾖ, τὸ σῶμα δὲ πεπηρωμένος, χωλεύει τὰ τῆς μακαριότητος αὐτοῦ, καὶ τῶν πενομένων ἐστὶν ἀθλιώτερος. *Si ſit quidem dives, corpore verò mutilus, claudicat ejus beatitudo, & pauperibus miſerior eſt.* Clemens Alexand. Stromat. lib. II. pag. 380: Χωλεύει τὰ τῆς γνώσεως. *Cognitio claudicat.* Eodem ſenſu verbum *Claudico* frequens. Cicero lib. III. de Oratore: *Verùm ut in verſu vulgus, ſi eſt peccatum, videt: ſic, ſi quid in noſtra oratione quod claudicat, ſentit.* Lib. I. de N. Deorum: *Tota res vacillat & claudicat.* Lib. V. Tuſcul. *Beata vita, etiamſi ex aliqua parte claudicat, tamen ex multò majore parte obtinet nomen ſuum.*

Χωρεπίσκοπος.

Χωρεπίσκοποι dicti fuere *non regionum aut Parœciarum Epiſcopi*, ut vulgò ſibi perſuadent, τῆς χώρας ἐπίσκοποι, ſed τῶν χωρῶν *villarum* aut *vicorum*, ut rectè interpretatur Dionyſius Exiguus in Can. X. Antiocheno: *Qui in vicis, vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur.* Ex quibus conſtat, eum legiſſe in Græcis: Τοὺς ἐν ταῖς χώραις ἢ κώμαις καλουμένους χωρεπισκόπους. Pro quibus nunc perperam habemus: Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους. Poſtea, ne vileſceret honor & dignitas nomenque Epiſcopi in iſtis vicariis Presbyteris, ſtatutum eſt, ne vocarentur ἐπίσκοποι χωρῶν, vel χωρεπίσκοποι, ſed περιοδευταὶ, id eſt, *Curatores*. Ita enim ſanxit Canon. LVII. Concilii Laodiceni: Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς. Quod Exiguus interpretatur: *Quòd non oporteat in villulis, aut in agris Epiſcopos conſtitui, ſed viſitatores.* Χωρεπίσκοπον Damaſus epiſt. IV. *villanum Epiſcopum* interpretatur. Erant autem, ex quorundam opinione, Archidiaconi. Sigebertus in Chronico: *Damaſus Papa decrevit, ne quid contra Epiſcopos præſumant Archidiaconi, qui dicuntur Chorepiſcopi.* Poſteà ἔξαρχοι dici cœperunt. Scholiaſtes ad Canonem IX. Concilii Antiocheni: Χωρεπίσκοποι, οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι. Licebat autem illis ordinare Lectores, Subdiaconos, & Exorciſtas; ſed non Presbyteros, aut Diaconos. Patet ex Canone X. Antiocheno, qui ipſis concedit καθιστᾷν ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐπορκιστὰς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ πρεσβύτερον, μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾷν. Ita etiam Can. XIII. Ancyranus: Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν. *Chorepiſcopis non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare.* Damaſus P. R. epiſt. V: *Chorepiſcopis non liceat Sacerdotes conſecrare, nec Diaconos.* Leo I. P. R. epiſt. LXXXVIII. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ de Chorepiſcopis loquens: *Nam quamvis cum Epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio, quædam tamen Eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita noverint, ſicut Presbyterorum & Diaconorum conſecratio.* Poterant quoque dare literas εἰρηνικὰς, ſi irreprehenſibiles eſſent & inculpati. Canon. VIII. Antiochenus: Τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους διδόναι εἰρηνικὰς ἐπιστολάς. *Chorepiſcopi autem, qui ſunt irreprehenſibiles, dent literas pacificas.* Sunt, qui affirmant, illis curam etiam pauperum, fuiſſe demandatam. Damaſus epiſt. V. de Chorepiſcopis: *Quòd ipſi iidem ſint qui & Presbyteri, ſufficienter invenitur; quia ad formam & exemplum ſeptuaginta inveniuntur priùs inſtituti. Sed quia, Deo gratias, modò neceſſarii, (ſicut in primitiva Eccleſia propter ſtudium quod erga pauperes exhibebant,) non ſunt*, &c. Canon. XIII. Neo-Cæſarienſis: Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα, ὡς δὲ συλλειτουργοὶ, διὰ τὴν σπουδὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσφέρουσι τιμώμενοι. *Chorepiſcopi autem, ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta* ſcil. diſcipulorum, *ut autem comminiſtri, propter ſtudium in pauperes offerunt honorati.* Balſamon ad hunc Canonem, pag. 797: Ἔδοξε τοῖς πατράσιν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν χωρεπισκόπους παρὰ τῶν ἐπισκόπων προβάλλεσθαι, ἐφ' ᾧ διὰ τούτων γίνεσθαι τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς διανομὴν καὶ δαπάνην τῶν κυριακῶν χρημάτων, καὶ πτωχικῶν λεγομένων. *Viſum eſt patribus ad formam ſeptuaginta diſcipulorum, Chorepiſcopos ab Epiſcopis promoveri: ut per eos fieret pauperibus diſtributio & expenſa dominicarum pecuniarum, & eorum, quæ πτωχικὰ, ſeu pauperum bona dicuntur.* Quod Damaſus dicit, Chorepiſcopis pauperum curam in primitiva Eccleſia demandatam fuiſſe, falſum eſt. Hoc munus Diaconorum fuit. Vide in Διάκονος, num. II. 2. Vide Gl. Meurſii.

Ψ.

Ψάλλω. Ψαλμός.

I. E*Xplicatio nominis*, ubi *quid Pſalmus* ſit. Gregorius Nyſſenus tract. II. in Pſalmos, cap. III. t. I. pag. 295: Ψαλμός ἐστιν ἡ διὰ τοῦ ὀργάνου τοῦ μουσικοῦ μελῳδία. *Pſalmus eſt modulatio per inſtrumentum muſicum.* Baſilius M. in Pſal. XXIX. t. I. pag. 187: Ὁ ψαλμὸς, λόγος ἐστὶ μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρούηται. *Pſalmus ſermo eſt muſicus,*

Digitized by Google

quando concinnè apteq; ſecundum harmoniæ rationem ad organum pulſatur.

II. *Pſalmorum laus & utilitas.* Chryſoſtomus in Pſal. CXLVII: Μυρίων ἀγαθῶν αἴτιος ὁ ψαλμός· ἀφίστησι γὰρ τὴν διάνοιαν τῆς γῆς, καὶ πτεροῖ τὴν ψυχὴν, κουφίζει καὶ μεταρσίους ποιεῖ. *Infinita bona nobis conciliat Pſalmus: mentem enim à terra avellit, & animam quaſi alatam efficit, erigit, & ſublimes atq; excelſos efficit.* His gemina legas apud eundem in Pſal. XLII: Οὐδὲν οὕτως ἀνίστησι ψυχὴν, καὶ πτεροῖ, καὶ τῆς γῆς ἀπαλλάττει, &c. Integrum locum habes ſub verbo πτερόω. Idem, ad v. 3. Pſal. CXXXV. Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὅτι καλόν. *Pſallite nomini ejus, quoniam pulchrum eſt;* hæc habet: Τοῦτό φησι, δεικνὺς ὅτι ἔχει τινὰ καὶ καθ' ἑαυτὸ ἡδονὴν τὸ πρᾶγμα μετὰ τῆς ὠφελείας· τὸ μὲν γὰρ κέρδος αὐτοῦ τὸ προηγούμενον, τὸ εἰς τὸν Θεὸν ὕμνους λέγειν, τὸ τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρειν, τὸ μετάρσιον ποιεῖν τὸν λογισμὸν, τὸ παιδεύεσθαι δόγματα ἀκριβῆ, τὸ φιλοσοφεῖν περὶ τῶν παρόντων, καὶ περὶ τῶν μελλόντων· ἔχει δὲ μετὰ τούτων διὰ τῆς μελῳδίας, καὶ ἡδονὴν πολλὴν καὶ παραμυθίαν τινὰ καὶ ἄνεσιν, καὶ σεμνὸν ποιεῖ τὸν ᾄδοντα· καὶ ὅτι τοιούτους ἐργάζεται, δῆλον ἐκ τοῦ τὸν μὲν τῶν ἑρμηνευτῶν εἰπεῖν, ὅτι εὐπρεπὲς, τὸν δὲ, ὅτι ἡδύ. Ἀμφότεροι δὲ τὰ ἀληθῆ λέγουσι· κἂν γὰρ μυριάκις ἀσελγὴς ὁ ψάλλων ᾖ, αἰδούμενος τὸν ψαλμὸν, καταcοιμίζει τῆς ἀσελγείας τὴν τυραννίδα, κἂν μυρίοις ᾖ κακοῖς βεβαρημένος, καὶ ὑπὸ ἀθυμίας κατεχόμενος, κατακηλούμενος ὑπὸ τῆς ἡδονῆς κουφίζει τὸν λογισμὸν, πτεροῖ τὴν διάνοιαν, καὶ μετάρσιον ἐργάζεται τὴν ψυχήν. *Hoc dicit, oſtendens, rem ipſam habere quandam vel per ſe voluptatem unà cum utilitate conjunctam. Principale etiam ejus lucrum eſt, ad DEUM hymnos dicere quòd docet, quòd animam expurgat, cogitationem in altum extollit, vera & accurata dogmata docet, de præſentibus & futuris philoſophatur. Habet autem cum his per melodiam, & multam voluptatem, & conſolationem aliquam atq; recreationem, & facit eum, qui canit, gravem & venerandum. Quòd autem tales efficiat, clarum eſt ex eo, quòd alter quidem Interpretum dicit,* decorum: *alter verò,* ſuave. *Ambo verò vera dicunt. Etiamſi enim infinitis modis ſit petulans is, qui canit, dum Pſalmum reveretur, petulantiæ ſuæ tyrannidem ſopit: licèt malis innumerabilibus ſit oppreſſus, & ab ægritudine animi occupetur, dum à voluptate demulcetur, levat animum, extollit cogitationem, & animam in ſublime evehit.* De eadem Pſalmorum inſigni utilitate idem Chryſoſtomus pluribus loquitur Homil. XXVIII. in epiſt. ad Romanos, pag. 218, 219, 220. Hom. CIV. t. V. quæ continet προθεωρίαν εἰς τοὺς ψαλμοὺς, pag. 678. Et Homil. CV. pag. 680. Clemens Alexandr. Pædag. lib. II. cap. IV. pag. 165. Ὁ Ψαλμὸς ἐμμελής ἐστιν εὐλογία καὶ σώφρων. ᾠδὴν πνευματικὴν ὁ Ἀπόστολος εἴρηκε τὸν ψαλμόν. *Pſalmus eſt numeroſa & modeſta laudatio. Canticum ſpirituale Pſalmum dixit Apoſtolus.* De Pſalmorum utilitate agit etiam tota epiſtola Athanaſii ad Marcellinum, t. I. paginâ 959. & ſeqq. Luculentiſſimum imprimis Pſalmorum encomium habet Baſilius M. Hom. I. in Pſalmos, quæ continet proœmium in Pſalmos: pag. 125, 126, 127. Verba ejus huc transferre non pigebit. Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵν', ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ, πάντες ἄνθρωποι τὸ ἴαμα τοῦ οἰκείου πάθους ἕκαστος ἐκλεγώμεθα. Ἴαμα γάρ, φησι, καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. Ἄλλα μὲν οὖν προφῆται παιδεύουσι, καὶ ἄλλα ἱστορικοί. καὶ ὁ νόμος ἕτερα, καὶ ἄλλα τὸ εἶδος τῆς παροιμιακῆς παραινέσεως. ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν βίβλος τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον περιείληφε. προφητεύει τὰ μέλλοντα· ἱστορίας ὑπομιμνήσκει· νομοθετεῖ τῷ βίῳ· ὑποτίθεται τὰ πρακτέα· καὶ ἁπαξαπλῶς κοινὸν ταμιεῖόν ἐστιν ἀγαθῶν διδαγμάτων, τὸ ἑκάστῳ πρόσφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν ἐξευρίσκουσα· τά τε γὰρ παλαιὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἐξιᾶται, καὶ τῷ νεοτρώτῳ ταχεῖαν ἐπάγει τὴν ἐπανόρθωσιν· καὶ τὸ νενοσηκὸς περιποιεῖται· καὶ τὸ ἀκέραιον διασώζει· καὶ ὅλως ἐξαιρεῖ τὰ πάθη, καθ' ὅσον οἷόν τε, τὰ ποικίλως ταῖς ψυχαῖς ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνδυναστεύοντα· καὶ τοῦτο μετά τινος ψυχαγωγίας ἐμμελοῦς καὶ ἡδονῆς σώφρονα λογισμὸν ἐμποιούσης· ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δυσάγωγον πρὸς ἀρετὴν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τὸ πρὸς ἡδονὴν ἐπιῤῥεπὲς τοῦ ὀρθοῦ βίου καταμελοῦντας ἡμᾶς· τί ποιεῖ; τὸ ἐκ τῆς μελῳδίας τερπνὸν τοῖς δόγμασιν ἐγκατέμιξεν, ἵνα τῷ προσηνεῖ καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς τὸ ἐκ τῶν λόγων ὠφέλιμον λανθανόντως ὑποδεξώμεθα· κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἳ τῶν φαρμάκων τὰ αὐστηρότερα πίνειν διδόντες τοῖς κακοσίτοις, μέλιτι πολλάκις τὴν κύλικα περιχρίουσι. Διὰ τοῦτο τὰ ἐναρμόνια ταῦτα μέλη τῶν ψαλμῶν ἡμῖν ἐπινενόηται, ἵνα οἱ παῖδες τὴν ἡλικίαν, ἢ καὶ ὅλως οἱ νεαροὶ τὸ ἦθος, τῷ μὲν δοκεῖν μελῳδῶσι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τὰς ψυχὰς ἐκπαιδεύωνται· οὔτε γὰρ ἀποστολικόν τις οὔτε προφητικὸν παράγγελμα τῶν πολλῶν καὶ ῥᾳθύμων ῥᾳδίως ποτὲ τῇ μνήμῃ κατασχὼν ἀπῆλθε· τὰ δὲ τῶν ψαλμῶν λόγια καὶ κατ' οἶκον μελῳδοῦσι, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς περιφέρουσι· καί πού τις τῶν σφόδρα ἐκτεθηριωμένων ὑπὸ θυμοῦ, ἐπειδὰν ἄρξηται τῷ ψαλμῷ κατεπᾴδεσθαι, ἀπῆλθεν εὐθὺς τὸ ἀγριαῖνον τῆς ψυχῆς τῇ μελῳδίᾳ κατακοιμίσας. Ψαλμὸς γαλήνη ψυχῶν, βραβευτὴς εἰρήνης, τὸ θορυβοῦν καὶ κυμαῖνον τῶν λογισμῶν καταστέλλων· μαλάσσει μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς τὸ θυμούμενον, τὸ δὲ ἀκόλαστον σωφρονίζει· Ψαλμὸς φιλίας συναγωγὸς, ἕνωσις διεστώτων· ἐχθραινόντων διαλλακτήριον· τίς γὰρ ἔτι ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι δύναται μεθ' οὗ μίαν ἀφῆκε πρὸς τὸν Θεὸν φωνήν; ὥστε τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀγάπην ἡ ψαλμῳδία παρέχεται, οἷον σύνδεσμόν τινα πρὸς τὴν ἕνωσιν τὴν συνῳδίαν ἐπινοήσασα, καὶ εἰς ἑνὸς χοροῦ συμφωνίαν τὸν λαὸν συναρμόζουσα. Ψαλμὸς δαιμόνων φυγαδευτήριον· τῆς τῶν ἀγγέλων βοηθείας ἐπαγωγή· ὅπλον ἐν φόβοις νυκτερινοῖς, ἀνάπαυσις κόπων ἡμερινῶν· νηπίοις ἀσφάλεια· ἀκμάζουσιν ἐγκαλλώπισμα· πρεσβυτέροις παρηγορία· γυναιξὶ κόσμος ἁρμοδιώτατος· τὰς ἐρημίας οἰκίζει, τὰς ἀγορὰς σωφρονίζει· εἰσαγομένοις στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων στήριγμα, ἐκκλησίας φωνή· οὗτος τὰς ἑορτὰς φαιδρύνει, οὗτος τὴν κατὰ Θεὸν λύπην δημιουργεῖ. Ψαλμὸς γὰρ καὶ ἐκ λιθίνης καρδίας δάκρυον ἐκκαλεῖται. Ψαλμὸς τὸ τῶν ἀγγέλων ἔργον, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, τὸ πνευματικὸν θυμίαμα. Ὢ τῆς σοφῆς ἐπινοίας τοῦ διδασκάλου, ὁμοῦ τε ᾄδειν ἡμᾶς καὶ τὰ λυσιτελῆ μανθάνειν μηχανωμένου· ὅθεν καὶ μᾶλλόν πως ἐντυποῦται ταῖς ψυχαῖς τὰ διδάγματα· βίαιον γὰρ μάθημα οὐ πέφυκε παραμένειν, τὸ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἰσδυόμενον μονιμώτερόν πως ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνιζάνει· τί γὰρ οὐκ ἂν μάθοις ἐντεῦθεν; οὐ τῆς ἀνδρείας τὸ μεγαλοπρεπές; οὐ τῆς δικαιοσύνης τὸ ἀκριβές; οὐ σωφροσύνης τὸ σεμνόν; οὐ τὸ τῆς φρονήσεως τέλειον; οὐ μετανοίας τρόπον; οὐχ ὑπομονῆς μέτρα; οὐχ ὅ, τι ἂν εἴποις τῶν ἀγαθῶν; ἐνταῦθα ἔνι Θεολογία τελεία· πρόῤῥησις τῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας Χριστοῦ· ἀπειλὴ κρίσεως· ἀναστάσεως ἐλπίς· φόβος κολάσεως· ἐπαγγελίαι δόξης· μυστηρίων ἀποκαλύψεις· πάντα, ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμιείῳ, τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν τεθησαύρισται. *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata & utilis, propterea à Spiritu ſancto conſcripta eſt, ut ex ea, tanquam è communi quapiam curandarum animarum officina, medelam ſuo quiſque morbo ſalutarem atq; accommodam queat ſeligere.* Medicina enim, *inquit*, ſedabit magna delicta. *Alia proinde nos ipſi Prophetæ erudiunt, alia Hiſtorici, alia Lex, & rurſus alia ſpecies proverbialis exhortationis.*

Pſal-

Pſalmorum verò liber omnem ex omnibus utilitatem complectitur: futura prædicit: hiſtorias in memoriam revocat: leges ſancit vitæ: cuiq; agenda præſcribit: utq; ſemel omnia expediam, commune quoddam promtuarium eſt omnis bonæ doctrinæ, providâ ac ſolerti curâ ſuâ excogitans, quid cuique noſtrûm maximè conducat. Vetera enim animarum vulnera perſanat, & recens vulnerato celerem affert correctionem: & morbo affectum priſtinæ aſſerit valetudini: quod verò incolume eſt & integrum, id tuetur interim ac conſervat: deniq; omnem prorſus vitioſæ affectionis intemperiem, quoad ejus fieri poteſt, tollit, quæ variis modis animis in vita hominum imperat: idq; cum quadam animi oblectatione moderata & voluptate honeſtas menti inſerente cogitationes. Quoniam enim Spiritus ſanctus vidit genus hominum ad virtutem difficulter duci poſſe, &, quòd propter proclivitatem ad voluptates, rectam vitam negligeremus, quid facit? Delectationem ex melodia ipſis doctrinis immiſcuit, quò per delinitas ac permulſas aures, ſermonum utilitatem clàm ac velut aliud agentes ſuſcipiamus: planè juxta ſapientum medicorum conſuetudinem, qui his, qui cibos averſantur, auſteriora pharmaca bibenda præbentes, melle ſæpe poculum oblinunt. Propterea concinni pſalmorum cantus nobis excogitati ſunt, ut pueri ætate, aut etiam omnino moribus, canere quidem ſibi videantur, revera autem animas erudiant. Neq; enim quiſquam ex vulgo & ſegnioribus, apoſtolicum aliquod aut propheticum præceptum facilè unquam memoriâ complexus abiit: at Pſalmorum oracula & domi canunt, & medio in foro ſecum circumferunt. Et ſanè cùm quiſpiam animum præ ira valde efferatum habuerit, ubi primùm pſalmum ſibi incini percipit, mox ex animo operâ melodiæ diſcuſſa feritate abit ſerenior. Pſalmus eſt tranquillitas animorum: arbiter ineundæ pacis, tumultus & undas cogitationum ſedans ac compeſcens. Nam animæ partem iraſcibilem mollit, protervam verò caſtam facit. Pſalmus amicitiæ eſt conciliator, unio diſſidentium, pacis inter hoſtes ſtabiliendæ ſequeſter eſt. Quis enim inimicum adhuc poteſt ducere eum, cum quo unam ad Deum vocem emiſit? Quare etiam maximum bonorum, dilectionem, pſalmodia ſuppeditat, velut nodum quendam ad unionem ipſum concentum excogitans, & ad unius chori conſonantiam populum coaptans. Pſalmus dæmones fugat, Angelicam tutelam conciliat, ſcutum eſt inter timores nocturnos, diurnorum requies laborum, infantibus ſecuritas, in ætatis flore conſtitutis decus & ornamentum, ſenibus ſolatium, mulieribus mundus convenientiſſimus. Pſalmo ſequeſtri & velut parario ipſæ incoluntur ſolitudines: forenſes ſtrepitus moderatur pſalmus ac temperat. Incipientibus erudiri primùm, elementaris eſt inſtitutio pſalmus, proficientibus augmentum, perfectis ſuffulciendis ſtabile firmamentum: vox eſt Eccleſiæ. Hic feſtivitates exhilarat, hic triſtitiam quæ ſecundùm Deum eſt creat: Pſalmus enim etiam ex lapideo corde lacrymas elicit. Pſalmus Angelorum opus, cæleſtis reſpublica, ſpiritualis ſuffitus. O ſapiens Doctoris inventum, qui ſimul canere & utilia diſcere nos excogitavit! Unde etiam magis imprimuntur animis doctrinæ. Ita enim naturâ comparatum eſt, ut vix tantillum duret, quod invitus didiceris: cùm contrà id neſcio quo pacto memoriæ inſideat tenaciùs, quod cum peramœna quadam oblectatione & gratia irrepit atq; illabitur animo. Quid porrò non hinc poſſis edoceri? nónne fortitudinis magnificentiam? nónne exactam ſeveritatem juſtitiæ? nónne temperantiæ gravitatem? nónne abſolutam prudentiæ perfectionem? nónne pœnitentiæ modum? nónne patientiæ menſuram? nónne quicquid dicere poſſis bonorum? Hic reconditus eſt perfectæ theologiæ theſaurus: prædictio adventûs Chriſti per carnem, minæ judicii: reſurrectionis ſpes: terror intentati ſupplicii: promiſſiones gloriæ: myſteriorum revelationes. Omnia, velut in magno quodam & communi promtuario, in Pſalmorum libro repoſita ſunt.

III. *Tempus & locus*; ſeu, quando, & ubi Pſalmi canendi.

1. *Ad menſam canebantur & recitabantur Pſalmi.* Chryſoſtomus in Pſal. XLII: Ἐπειδὰν ὡς τὰ πολλὰ ἐν συμποσίοις ὁ διάβολος ἐφεδρεύῃ, μέθην, καὶ ἀδηφαγίαν ἔχων συμμαχοῦσαν αὐτῷ, καὶ γέλωτα ἄτακτον, καὶ ψυχὴν ἀνειμένην, μάλιστα τότε δεῖ καὶ πρὸ τραπέζης, καὶ μετὰ τράπεζαν ἐπιτειχίζειν αὐτῷ τὴν ἀπὸ τῶν ψαλμῶν ἀσφάλειαν, καὶ κοινῇ μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων ἀναστάντας ἀπὸ τοῦ συμποσίου, τοὺς ἱεροὺς ᾄδειν ὕμνους τῷ Θεῷ. *Cùm Diabolus ut plurimùm inſidietur in conviviis, cùm ebrietatis, & ingluviei, riſusq; profuſi, & remiſſi animi auxilio utatur: tunc maximè oportet & ante menſam, & poſt menſam ſe munire Pſalmorum præſidio, & ſimul cum uxore ac liberis ſurgentes à convivio, hymnos ſacros DEO canere.* Vide ibidem plurima alia de Pſalmis. Clemens Alexandr. Stromat. lib. VII. pag. 728: Θυσία τῷ Θεῷ ψαλμοὶ καὶ ὕμνοι παρὰ τὴν ἑστίασιν, πρό τε τῆς κοίτης. *Sacrificium Deo ſunt pſalmi & hymni, dum cibus ſumitur, & antequam cubitum itur.* Idem, Pædag. lib. II. cap. IV. pag. 165: Καὶ παρὰ πότον καθήκει ψάλλειν τῷ Θεῷ τῶν αὐτοῦ μεταλαμβάνοντας κτισμάτων. *Etiam in potu eû decet pſallere, cùm ejus creaturarum efficimur participes.* Et lib. VI. Stromat. pag. 659: Ἀμέλει καὶ παρὰ πότον ψάλλειν ἀλλήλοις συμπίνομεν, κατεπᾴδοντες ἡμῶν τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸν Θεὸν δοξάζοντες ἐπὶ τῇ ἀφθόνῳ τῶν ἀνθρωπείων ἀπολαύσεων δωρεᾷ, τῶν τε εἰς τὴν τοῦ σώματος, τῶν τε εἰς τὴν τῆς ψυχῆς αὔξησιν τροφῶν ἀιδίως ἐπιχορηγηθῆναι. *Certè etiam in Convivio nobis invicem pſallendo propinamus, noſtram incantantes cupiditatem, & Deum glorificantes propter copioſam donationem eorum, quibus utuntur & fruuntur homines, & quòd perpetuò ſuppeditata fuerint nutrimenta ad augmentum corporis & animæ.*

2. *In conventibus maximè ſacris pſalmi canebantur.* Patet hoc ex I. Corinth. XIV. 26. Etiam mulieres id faciebant: quod ſucceſſu temporis ſublatum. Iſidorus Peluſiota, epiſt. XC. lib. I. pag. 29: Οἱ ἀπόστολοι ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς γυναῖκας συνετῶς συνεχώρησαν· ἀλλ' ὡς πάντα εἰς τοὐναντίον ἐτράπη τὰ θεοφόρα διδάγματα, καὶ τοῦτο εἰς ἔκλυσιν, καὶ ἁμαρτίας ὑπόθεσιν τοῖς πλείοσι γέγονε, καὶ κατάνυξιν μὲν ἐκ τῶν θείων ὕμνων οὐχ ὑπομένουσι· τῇ δὲ τοῦ μέλους ἡδύτητι εἰς ἐρεθισμὸν παθημάτων χρώμενοι, οὐδὲν αὐτὴν ἔχειν πλέον τῶν ἐπὶ σκηνῆς ᾀσμάτων λογίζονται· χρὴ τοίνυν παύειν ταύτας καὶ τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ ᾠδῆς. *Apoſtoli, ut mulieres in Eccleſiis canerent, ſapienti conſilio permiſerunt. Verùm, ut omnia divina documenta in contrarium verſa ſunt, hoc quoque quàm plurimis in diſſolutionem ac peccati occaſionem, ceſſit. Siquidem ex divinis hymnis non ingenti compunctione afficiuntur: verùm cantus ſuavitate ad irritandas & exſtimulandas libidines abutentes, nihilo eam ſcenicis cantilenis præſtantiorem eſſe exiſtimant. Operæ precium igitur eſt, iis, ne deinceps in Eccleſia canant, interdicere.* Solos autem Davidis licebat publicè Pſalmos recitare ac canere. Can. LIX. Concilii Laodiceni: Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Quòd non oportet privatos Pſalmos in Eccleſia recitare.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 361: Ἐκτὸς τῶν ρν' ψαλμῶν τοῦ Δαυὶδ, εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σαλομῶντος εἶναι, καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο. *Præter CL.*

Pſalmos Davidis, reperiuntur etiam alii, qui dicuntur eſſe Solomonis, & quorundam aliorum, quos etiam privatos nominârunt, & ne in Eccleſia recitentur, ſtatuerunt. Eadem ad hunc Canonem habet Balſamon, pag. 850. Priſcos Chriſtianos, præter divina monumenta, pſalmos quosdam & hymnos in Deum componere ac decantare ſolitos fuiſſe, teſtatur Euſebius lib. II. hiſt. Eccleſ. cap. XVII. pag. 16. b. ποιοῦσιν ᾄσματα, καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν, διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν ῥυθμοῖς σεμνοτέροις χαράττοντες. *Cantica & hymnos omni metrorum & rhythmorum genere in Dei honorem conficiunt.* Et lib. V. cap. XXVIII. pag. 56. b. Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι, καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες; *Quot ſunt pſalmi & hymni à fratribus fidelibus antiquitus perſcripti, qui Chriſtum Verbum Dei, verum Deum eſſe hymnis concelebrant?*

3. *Ubiq; & ſemper Pſalmi poſſunt cani.* Baſilius Cæſarienſis epiſt. I. pag. 783: Τί μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι; εὐθὺ μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμᾶσθαι καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος ἐπ᾽ ἔργα τρεπόμενον πανταχοῦ αὐτοῦ τῆς εὐχῆς συμπαρούσης: καὶ τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἅλατι, παραρτύειν τὰς ἐργασίας; τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα, αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. *Quid beatius quàm hominem in terra concentum Angelorum imitari? ineunte ſtatim die in orationes ire? in hymnis & canticis creatorem venerari? Exinde ſole jam diluceſcente converti ad opera, nuſquam ſine oratione? deniq; canticis tanquam ſale condire actiones? ſiquidem hilarem alacremq; animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt.* Chryſoſtomus in Pſalm. XLII: Κἂν χειροτέχνης ᾖς, ἐν ἐργαστηρίῳ καθήμενος καὶ ἐργαζόμενος, δυνήσῃ ψάλλειν· κἂν στρατιώτης ᾖς, ἢ ἐν δικαστηρίῳ προσεδρεύων, δυνήσῃ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. *Etſi fueris opifex, poteris in officina ſedens & laborans pſallere. Etſi miles ſis, aut ſedeas in judicio, poteris hoc ipſum facere.* Theodoretus præfat. in Pſalmos: Ἔστιν ἰδεῖν τῶν μὲν ἄλλων θείων γραφῶν ἢ οὐδαμῶς, ἢ ὀλίγα, τῶν ἀνθρώπων μεμνημένους τοὺς πλείστους· τῶν δὲ πνευματικῶν τοῦ θεσπεσίου Δαυὶδ ᾀσμάτων πολλοὺς πολλάκις κἂν ταῖς οἰκίαις, κἂν ταῖς ἀγυιαῖς, κἂν ταῖς ὁδοῖς ἀπομεμνημένους, καὶ τῇ τοῦ μέλους ἁρμονίᾳ σφᾶς αὐτοὺς καταθέλγοντας, καὶ διὰ ταύτης τῆς θυμηδίας καρπουμένους τὴν ὠφέλειαν. *Licet videre pleroſq; homines, aut nihil, aut parum de aliis libris divinis mentionem facere; ſed de ſpiritualibus divinis Davidis canticis multos ſæpenumero, & in domibus, & in compitis, & in viis meminiſſe, cantuq; modulatione ſe ipſos demulcere, & per hanc animi delectationem utilitatem conſequi.*

IV. *Modus*, ſeu *quomodo canendum.* Id nos docet Apoſtolus ad Epheſ. V. 19. quando nos jubet ψάλλειν ἐν τῇ καρδίᾳ τῷ κυρίῳ, *pſallere in corde Domino.* Ad quem locum Theodoretus, p. 314: Τῇ καρδίᾳ ψάλλει ὁ μὴ μόνον τὴν γλῶτταν κινῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν εἰς τὴν τῶν λεγομένων κατανόησιν διεγείρων. *Corde canit, qui non ſolùm linguam movet, ſed etiam mentem excitat ad eorum, quæ dicuntur, intelligentiam.* Et Theophylactus, pag. 555: Ψάλλειν ἐν τῇ καρδίᾳ, τοῦτ᾽ ἔστι, μετὰ συνέσεως, καὶ μὴ ῥεμβομένης τῆς καρδίας· ὁ γὰρ προσέχων, οὗτος ἐν καρδίᾳ ψάλλει. In corde, *hoc eſt, cum intelligentia, & corde non vagabundo. Qui enim cum àttentione canit, ille corde pſallit.* Et Baſilius M. in Pſal. XXIX. pag. 190: Οὐκ εἴ τις τῷ στόματι προφέρει τὰ τοῦ ψαλμοῦ ῥήματα, οὗτος ψάλλει τῷ κυρίῳ· ἀλλ᾽ ὅσοι ἀπὸ καρδίας καθαρᾶς ἀναπέμπουσι τὰς ψαλμῳδίας· καὶ ὅσοι εἰσὶν ὅσιοι σώζοντες τὴν πρὸς Θεὸν δικαιοσύνην, οὗτοι δύνανται ψάλλειν τῷ Θεῷ τοῖς ῥυθμοῖς τοῖς πνευματικοῖς ἁρμοζόντως ἀκολουθοῦντες. *Non ſi quis Pſalmi verba ore proferat hic mox* Domino pſallit: *ſed quicunq; corde puro enunciat pſalmodiam, & quicunq; ſunt ſancti juſtitiam erga Deum ſervantes, hi demum Domino pſallere rhythmis ſpiritualibus concinne & conſentaneo ordine poterunt.* In genere ſumma cum devotione hymnis celebrandum eſſe Deum, docet Chryſoſtomus Homil. IV. de Incomprehenſibili, t. VI. pag. 415.

V. *Oppoſita.* Huc referri debet impium facinus Pauli Samoſateni, de quo Synodus Antiochena ſecunda in epiſt. ad Dionyſium Romanum, & Maximum Alexandrinum, Epiſcop. in hiſt. Eccleſ. Euſebii, lib. VII. cap. XXX. pag. 80. b. Ψαλμοὺς τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειε. *Pſalmos, qui in Domini noſtri Jeſu Chriſti honorem dicebantur, velut recentiores & recentiorum hominum, ſuſtulit: de ſeipſo verò in media Eccleſia, magno Paſchatis die, uxores pſallere mandavit: quibus vel auditis meritò quis contremiſcat.*

Ψαλμολογέω.

Non habent Lexica. Eſt autem ψαλμολογεῖν *pſalmos ſcribere.* Cùm Apollinariſtæ de Apollinarii Pſalterio magnificè ſentirent, dixit Nazianzenus Orat. LI. pag. 745. Καὶ ἡμεῖς ψαλμολογήσομεν, καὶ πολλὰ γράψομεν καὶ μετρήσομεν. *Nos quoq; Pſalmos condemus, ac multa conſcribemus, & verſibus complectemur.*

Ψαλτὴς, & Ψαλτήριον.

I. Ψαλτήριον eſt *inſtrumentum Muſicum.* Suidas: Ψαλτήριον, ὄργανον μουσικὸν, ὃ καὶ ναῦλα καλεῖται. *Pſalterium: inſtrumentum Muſicum, quod etiam Naula vocatur.* Veteres Gloſſæ: Ψαλτήριον, *Sambucum.* Gregorius Nyſſenus tract. II. in Pſalmos, c. III. t. I. pag. 295. Τὸ ψαλτήριον ὄργανόν ἐστι μουσικὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον· ἡ δὲ τοῦ τοιούτου ὀργάνου μουσουργία ψαλμὸς λέγεται. *Pſalterium eſt Muſicum inſtrumentum, quod ex ſuperioribus ſtructuræ ſuæ partibus ſonum edit; hujusq; inſtrumenti concentus, appellatur Pſalmus.* Eodem ferè modo Nicetas ex Athanaſio in Catena in Pſalmos; tomo II. Operum Athanaſii, pag. 511. Ἔστι τὸ ψαλτήριον ὄργανον μουσικὸν δεκάχορδον, ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον, ἐναρμονίως τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν ἐκ τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδόν. παρὰ μὲν Ἑβραίοις, Ναῦλα λεγόμενον, παρ᾽ Ἕλλησι δὲ κιθάρα ὀνομαζόμενον. *Pſalterium eſt inſtrumentum Muſicum decem chordarum, quod ex ſuperioribus ſtructuræ ſuæ partibus ſonum edit, concinnè ſonos ad vocis melodiam reddens: quod apud Hebræos quidem,* naula, *apud Græcos verò* cithara *nominatur.* Poſteriora confirmat Heſychius: quando ſcribit: Νάβλα, εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ, ἢ ψαλτήριον, ἢ κιθάρα. *Nabla, ſpecies organi Muſici, Pſalterium, vel cithara.* Theodoretus, in I. Regum, pag. 312. ad interrogationem, Τίνα διαφορὰν ἡ ναῦλα πρὸς τὴν κινύραν ἔχει; *Quod eſt diſcrimen inter nablam & citharam?* reſpondet: Ἀνὰ δέκα μὲν φθόγγους καὶ αὕτη κἀκείνη ἔχει. Φασὶ δὲ τὴν μὲν ναῦλαν δακτύλοις, τὴν δὲ κινύραν διακρούεσθαι πλήκτρῳ. *Decem quidem ſonos habet hæc & illa. Ajunt autem nablam quidem pulſari digitis, citharam autem plectro. Nablia*, Ovidio quoque in III. de Arte, eſt inſtrumentum muſicum:

Diſce autem duplici genialia nablia palma
Vertere: conveniunt dulcibus illa modis.

Eſt diminitivum à νάβλον, ſive νάβλα. Meminit & Athenæus lib. IV. ubi Sopatrum uſum docet. Scribit autem

Digitized by Google

autem per *b*, quod convenit cum origine Hebræa. Nam נבל eſt νάϐλον ſive ναϐλίον. Pleraque organa Muſica Græci accepere ab Orientalibus: quod & Politianus pluribus probat cap. XIV. Miſcell. Cæterùm propter affinitatem literæ *b* & *u*, pro νάϐλον & νάϐλη, etiam dixere ναῦλον & ναύλα, ut vidimus.

II. Ψαλτὴρ & ψαλτήριον notat *Pſalterium*, ſeu *Pſalmorum Davidis librum*. Canon II. Concilii Nicæni ſecundi: Ὁρίζομεν, πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν, πάντως τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν. *Decernimus, quemlibet ad Epiſcopalem gradum provehendum, Pſalterium omnino noſſe.* Theodorus Lector in Eclogis ex hiſt. Eccleſ. pag. 350. b. de Leone, Οὗτος οὐδένα ἐχειροτόνει, τὸ ψαλτήριον μὴ γινώσκοντα. *Hic nullum ordinabat, qui Pſalterium non noſſet.*

III. Ψαλτήριον, *Pſalterium*, eſt liber Eccleſiaſticus apud recentiores Græcos. Typicum cap. IV. Καὶ σχολάζει τὸ ψαλτήριον ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης μέχρι τοῦ σαββάτου τοῦ ἀντιπάσχα. *Et ceſſat Pſalterium à magna Feria quinta uſque ad ſabbatum Antipaſchæ.* In vita Palemonis Abbatis: Ἦν δὲ τοῦ ἁγίου γέροντος ἡ λειτουργία τοιαύτη· ἐν μὲν τῇ νυκτὶ ἔψαλλεν ὅλον τὸ ψαλτήριον καὶ τὰς ᾠδὰς ἀθορύβως. *Erat verò ſancti ſenis miniſterium tale. Nocte canebat totum Pſalterium & cantica ſine ullo ſtrepitu.* Et in vita ſancti Theodoſii: Καὶ ἐξέμαθε τὸ, τε ψαλτήριον, καὶ τὰς λοιπὰς θείας γραφάς. *Et addidicit Pſalterium, & reliquas divinas ſcripturas.* Nullus alius liber in divinis officiis frequentior eſt. Continet verò meros Pſalmos Davidicos, non mutato ordine, ſed uti in ſacris reperiuntur Bibliis, in certas tamen claſſes, plures vel pauciores Pſalmos, pro Pſalmorum longitudine, continentes, diſtinctos. Sectiones Græci vocant καθίσματα, ut ſuo loco docemus. Pſalterii autem recitandi modum per totum annum hunc Græcorum Eccleſia, docente Allatio, ſervat. A' vigeſima menſis Septembris ſingulis diebus tria καθίσματα recitant, in veſperis ea quæ ſunt *ad Dominum*, Pſalmumque, cui πολυέλεος nomen eſt, in pervigilio à Chriſti nativitate ad decimam quintam menſis Januarii, cùm ſolennitati Epiphaniæ Dominicæ finis imponitur. In Matutino bina καθίσματα, in Veſperis unum, adeò ut unaquaque hebdomada Pſalterium univerſum percurratur. A' decima quinta Januarii κάθισμα in Matutino adjungunt, in Lychnico verò, ea quæ *ad Dominum* ſunt, uſque ad ſabbatum Carniſprivii. Hebdomade verò Carniſprivii, ſubſequenteque, quæ ab edendo caſeo Τυρινὴ dicitur, in Matutino duo, in Veſperis alterum, ut Fratres paululùm quieſcant. At ſex Quadrageſimæ hebdomadibus ſingulis bis Pſalterium recitatur. Sancta hebdomade ſemel tantùm dicitur, finitque Feriâ quartâ: à Feria quinta, uſque ad ſabbatum Antipaſchæ, quæ eſt Dominica in Albis, ſilet. In pervigilio poſtmodum B. Thomæ, novâ nempe Dominicâ, quæ eſt in Albis, rurſus inchoatur illius lectio, non tantùm diebus Dominicis, ſed ſingulis etiam diebus; in Matutino ſcilicet, καθίσματα bina, in Veſperis unum, uſque ad vigeſimam menſis Septembris.

Ψάλτης.

Ψάλτης, *Cantor.* Can. XV. Laodicenus: Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Quod non oportet præter Canonicos Cantores, qui ambonem aſcendunt, & ex codice canunt, alios quoslibet canere in Eccleſia.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 345: Εὐταξίαν βούλονται οἱ τῆς συνόδου ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φυλάττεσθαι· διὸ καὶ μὴ δεῖν εἶπον ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὸν βουλόμενον, ἀλλὰ τοὺς ψάλτας τοὺς κανονικοὺς, τοὺς ἐν κλήρῳ δηλαδὴ τεταγμένους, τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ κεχειροτονημένους, τοὺς ἀπὸ διφθέρας ψάλλοντας. *Bonum ordinem Patres hujus Synodi in Eccleſiis obſervari volunt. Propterea etiam dixerunt, non oportere quemlibet in Eccleſiis canere, ſed Cantores Canonicos, in Clero nempe conſtitutos, in qualibet Eccleſia ordinatos, & ex codice canentes.* Ψάλλειν hoc loco eſt κατάρχεσθαι τῶν θείων ψαλτῳδημάτων· τὸ γὰρ συμψάλλειν καὶ λαϊκοὺς ἐπ' ἐκκλησίας οὐ κεκώλυται, *ſancta cantica incipere. Neque enim vetitum eſt, quò minùs etiam laici in Eccleſia concinant:* Scribit ad hunc Canonem Balſamon, pag. 834. De eorum officio idem Balſamon ad Can. XXII. Laodic. pag. 837: Τοῖς ψάλταις διακονία ἐδόθη τὸ ψάλλειν. *Cantoribus miniſterium datum eſt pſallendi.* Πρωτοψάλτης eſt *primus Cantorum*, qui magno numero, & ad viginti quinque redacti à Juſtiniano. Verba ejus hæc ſunt Novell. III. Θεσπίζομεν μὴ πλείους μὲν ἑξήκοντα πρεσβυτέρων κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, ἀναγνώστας δὲ ἑκατὸν δέκα, καὶ ψάλτας εἴκοσι πέντε. *Sancimus, ne in ſanctiſſima magna Eccleſia plures ſint quàm ſexaginta Preſbyteri, Lectores verò centum & decem, & Cantores viginti quinque.* Apud Latinos πρωτοψάλτης vocatur, *primicerius ſcholæ Cantorum.* Benno in vita Hiltebrandi: *Joannes, primicerius ſcholæ Cantorum, cum omnibus ſuis.* Codinus primum eum collocat in ſeptimo quinario officiorum eccleſiaſticorum. Cenſebatur verò inter Lectores. Joannes Epiſcopus Citri in Reſp. Ἀναγνωστῶν δὲ ὀφφίκια ταῦτα· ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, Λαοσυνάκτης ὁμοίως, ὁ παρά τισι λεγόμενος πρωτοψάλτης. *Lectorum verò officia hæc. Domeſticus dextri chori, domeſticus ſiniſtri chori, ſimiliter Laoſynacta, qui à quibuſdam dicitur Protopſaltes.* Confer vocem Δομέστικος, num. II. 1. Munus ejus, redigere in ordinem & numerum cantiones ac Cantores: item in univerſalibus vigiliis initium facere, dicendo ad Antiſtitem vel ſacerdotem præſentem, Εὐλόγησον δέσποτα. Vide Gl. Meurſii in Πρωτοψάλτης.

Ψαλτῴδημα.

Ψαλτῳδέω apud LXX. Interpretes eſt *laudes decanto*, & ψαλτῳδὸς, *laudum cantor.* Ab eadem origine ψαλτῴδημα, *cantus*; quod Lexicographi omittunt. Balſamon ad Can. XLI. Concilii in Trullo, pag. 410: Εἰς τὰς ἔξω γὰρ χώρας ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον ἐγκλείεται, ὁ βουλόμενος δίχα ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῶν συνήθων ψαλτῳδημάτων. *In externis enim regionibus, è veſtigio includitur qui vult includi, abſque epiſcopali permiſſione & conſuetis canticis.* Idem ad Can. LXXV. ejusd. Concilii, pag. 452: Διωρίσαντο οἱ πατέρες, μὴ γίνεσθαι τὰ ἱερὰ ψαλτῳδήματα διὰ τῶν βοῶν ἀτάκτων καὶ ἐπιτεταμένων, τὴν φύσιν παραβιαζομένων. *Statuerunt Patres, non eſſe ſacra canenda cantica inordinatis & intentis vociferationibus, & naturæ vim afferentibus.* Et ad Can. XV. Laod. pag. 834: Κατάρχεσθαι τῶν θείων ψαλτῳδημάτων. *Sancta cantica incipere.*

Ψευδοέπεια.

Ψευδοεπέω, *falſum* ſeu *mendacium dico, mentior.* Apud Heſychium, ψευδοεπήσωμεν, ψευδολογήσωμεν. Hinc ψευδοέπεια, *mendacium*: quod Lexicographi omittunt. Cyrillus Alexand. in cap. III. Habacuci, pag. 549: Λῆρος τοῦτο καὶ ψευδοέπεια. *Hoc eſt nugari & mentiri.*

Digitized by Google

Pſalmos Davidis, reperiuntur etiam alii, qui dicuntur eſſe Solomonis, & quorundam aliorum, quos etiam privatos nominârunt, & ne in Eccleſia recitentur, ſtatuerunt. Eadem ad hunc Canonem habet Balſamon, pag. 850. Priſcos Chriſtianos, præter divina monumenta, pſalmos quosdam & hymnos in Deum componere ac decantare ſolitos fuiſſe, teſtatur Euſebius lib. II. hiſt. Eccleſ. cap. XVII. pag. 16. b. ποιεῖν ᾄσματα, καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν, διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν ῥυθμοῖς σεμνοτέροις χαράσσοντες. *Cantica & hymnos omni metrorum & rhythmorum genere in Dei honorem conficiunt.* Et lib. V. cap. XXVIII. pag. 56. b. Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι, καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες; *Quot ſunt pſalmi & hymni à fratribus fidelibus antiquitus perſcripti, qui Chriſtum Verbum Dei, verum Deum eſſe hymnis concelebrant?*

3. *Ubiq; & ſemper Pſalmi poſſunt cani.* Baſilius Cæſarienſis epiſt. I. pag. 783: Τί μακαριώτερον τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι; εὐθὺ μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμῶντα καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος ἐπ' ἔργα τρεπόμενον πανταχοῦ αὐτοῦ τῆς εὐχῆς συμπαρούσης: καὶ τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἅλατι, παραρτύειν τὰς ἐργασίας; τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα, αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. *Quid beatius quàm hominem in terra concentum Angelorum imitari? ineunte ſtatim die in orationes ire? in hymnis & canticis creatorem venerari? Exinde ſole jam diluceſcente converti ad opera, nuſquam ſine oratione? deniq; canticis tanquam ſale condire actiones? ſiquidem hilarem alacremq; animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt.* Chryſoſtomus in Pſalm. XLII: Κἂν χειροτέχνης ᾖς, ἐν ἐργαστηρίῳ καθήμενος καὶ ἐργαζόμενος, δυνήσῃ ψάλλειν· κἂν στρατιώτης ᾖς, ἢ ἐν δικαστηρίῳ προσεδρεύων, δυνήσῃ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. *Etſi fueris opifex, poteris in officina ſedens & laborans pſallere. Etſi miles ſis, aut ſedeas in judicio, poteris hoc ipſum facere.* Theodoretus præfat. in Pſalmos: Ἔστιν ἰδεῖν τῶν μὲν ἄλλων θείων γραφῶν ἢ οὐδαμῶς, ἢ ὀλίγα, τῶν ἀνθρώπων μεμνημένους τοὺς πλείστους· τῶν δὲ πνευματικῶν τοῦ θεσπεσίου Δαυὶδ χρημάτων πολλοὺς πολλάκις κἂν ταῖς οἰκίαις, κἂν ταῖς ἀγυιαῖς, κἂν ταῖς ὁδοῖς ἀπομεμνημένους, καὶ τῇ τοῦ μέλους ἁρμονίᾳ σφᾶς αὐτοὺς καταθέλγοντας, καὶ διὰ ταύτης τῆς θυμηδείας καρπουμένους τὴν ὠφέλειαν. *Licet videre pleroſq; homines, aut nihil, aut parum de aliis libris divinis mentionem facere; ſed de ſpiritualibus divinis Davidis canticis multos ſæpenumero, & in domibus, & in compitis, & in viis meminiſſe, cantuq; modulatione ſe ipſos demulcere, & per hanc animi delectationem utilitatem conſequi.*

IV. *Modus*, ſeu *quomodo canendum.* Id nos docet Apoſtolus ad Epheſ. V. 19. quando nos jubet ψάλλειν ἐν τῇ καρδίᾳ τῷ κυρίῳ, *pſallere in corde Domino.* Ad quem locum Theodoretus, p. 314: Τῇ καρδίᾳ ψάλλει ὁ μὴ μόνον τὴν γλῶτταν κινῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν εἰς τὴν τῶν λεγομένων κατανόησιν διεγείρων. *Corde canit, qui non ſolùm linguam movet, ſed etiam mentem excitat ad eorum, quæ dicuntur, intelligentiam.* Et Theophylactus, pag. 555: Ψάλλετε ἐν τῇ καρδίᾳ, τοῦτ' ἔστι, μετὰ συνέσεως, καὶ μὴ ῥεμβομένης τῆς καρδίας· ὁ γὰρ προσέχων, ἐκεῖνος ἐν καρδίᾳ ψάλλει. In corde, *hoc eſt, cum intelligentia, & corde non vagabundo. Qui enim cum attentione canit, ille corde pſallit.* Et Baſilius M. in Pſal. XXIX. pag. 190: Οὐκ εἴ τις τῷ στόματι προφέρει τὰ τοῦ ψαλμοῦ ῥήματα, οὗτος ψάλλει τῷ κυρίῳ· ἀλλ' ὅσοι ἀπὸ καρδίας καθαρᾶς ἀναπέμπουσι τὰς ψαλμῳδίας· καὶ ὅσοι εἰσὶν ὅσιοι σώζοντες τὴν πρὸς Θεὸν δικαιοσύνην, οὗτοι δύνανται ψάλλειν τῷ Θεῷ τοῖς ῥυθμοῖς τοῖς πνευματικοῖς ἁρμοζόντως ἀκολουθοῦντες. *Non ſi quis Pſalmi verba ore proferat hic mox* Domino pſallit: *ſed quicunq; corde puro enunciat pſalmodiam, & quicunq; ſunt ſancti juſtitiam erga Deum ſervantes, hi demum Domino pſallere rhythmis ſpiritualibus concinno & conſentaneo ordine poterunt.* In genere ſumma cum devotione hymnis celebrandum eſſe Deum, docet Chryſoſtomus Homil. IV. de Incomprehenſibili, t. VI. pag. 415.

V. *Oppoſita.* Huc referri debet impium facinus Pauli Samoſateni, de quo Synodus Antiochena ſecunda in epiſt. ad Dionyſium Romanum, & Maximum Alexandrinum, Epiſcop. in hiſt. Eccleſ. Euſebii, lib. VII. cap. XXX. pag. 80. b. Ψαλμοὺς τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους, καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειε. *Pſalmos, qui in Domini noſtri Jeſu Chriſti honorem dicebantur, velut recentiores & recentiorum hominum, ſuſtulit: de ſe ipſo verò in media Eccleſia, magno Paſchatis die, uxores pſallere mandavit: quibus vel auditis meritò quis contremiſcat.*

Ψαλμολογέω.

Non habent Lexica. Eſt autem ψαλμολογεῖν *pſalmos ſcribere.* Cùm Apollinariſtæ de Apollinarii Pſalterio magnificè ſentirent, dixit Nazianzenus Orat. LI. pag. 745. Καὶ ἡμεῖς ψαλμολογήσομεν, καὶ πολλὰ γράψομεν καὶ μετρήσομεν. *Nos quoq; Pſalmos condemus, ac multa conſcribemus, & verſibus complectemur.*

Ψαλτὴς, & Ψαλτήριον.

I. Ψαλτήριον eſt *inſtrumentum Muſicum.* Suidas: Ψαλτήριον, ὄργανον μουσικὸν, ὃ καὶ ναῦλα καλεῖται. *Pſalterium: inſtrumentum Muſicum, quod etiam Naula vocatur.* Veteres Gloſſæ: Ψαλτήριον, *Sambucum.* Gregorius Nyſſenus tract. II. in Pſalmos, c. III. t. I. pag. 295. Τὸ ψαλτήριον ὄργανόν ἐστι μουσικὸν ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον· ἡ δὲ τοῦ τοιούτου ὀργάνου μουσουργία ψαλμὸς λέγεται. *Pſalterium eſt Muſicum inſtrumentum, quod ex ſuperioribus ſtructuræ ſuæ partibus ſonum edit; hujusq; inſtrumenti concentus, appellatur Pſalmus.* Eodem ferè modo Nicetas ex Athanaſio in Catena in Pſalmos; tomo II. Operum Athanaſii, pag. 511. Ἔστι τὸ ψαλτήριον ὄργανον μουσικὸν δεκάχορδον, ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν τῆς κατασκευῆς ἀποτελοῦν τὸν ἦχον, ἐναρμονίους τοὺς φθόγγους πρὸς τὴν ἐκ τῆς φωνῆς μελῳδίαν ἀποδιδόν. παρὰ μὲν Ἑβραίοις, Ναῦλα λεγόμενον, παρ' Ἕλλησι δὲ κιθάρα ὀνομαζόμενον. *Pſalterium eſt inſtrumentum Muſicum decem chordarum, quod ex ſuperioribus ſtructuræ ſuæ partibus ſonum edit, concinnè ſonos ad vocis melodiam reddens: quod apud Hebræos quidem,* naula, *apud Græcos verò* cithara *nominatur.* Poſteriora confirmat Heſychius: quando ſcribit: Νάβλα, εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ, ἢ ψαλτήριον, ἢ κιθάρα. *Nabla, ſpecies organi Muſici, Pſalterium, vel cithara.* Theodoretus, in I. Regum, pag. 312. ad interrogationem, Τίνα διαφορὰν ἡ ναύλα πρὸς τὴν κινύραν ἔχει; *Quod eſt diſcrimen inter nablam & citharam?* reſpondet: Ἀνὰ δέκα μὲν φθόγγους καὶ αὕτη κἀκείνη ἔχει. φασὶ δὲ τὴν μὲν ναύλαν δακτύλοις, τὴν δὲ κινύραν ἀνακρούεσθαι πλήκτρῳ. *Decem quidem ſonos habet hæc & illa. Ajunt autem nablam quidem pulſari digitis, citharam autem plectro.* *Nablia*, Ovidio quoque in III. de Arte, eſt inſtrumentum muſicum:

Diſce autem duplici genialia nablia palma
Vertere: conveniunt dulcibus illa modis.

Eſt diminitivum à νάβλον, ſive νάβλα. Meminit & Athenæus lib. IV. ubi Sopatrum uſum docet. Scribit autem

Digitized by Google

autem per *b*, quod convenit cum origine Hebræa. Nam נבל eſt νάϐλον ſive ναϐλίον. Pleraque organa Muſica Græci accepere ab Orientalibus: quod & Politianus pluribus probat cap. XIV. Miſcell. Cæterum propter affinitatem literæ *b* & *u*, pro νάϐλον & νάϐλη, etiam dixere ναῦλον & ναύλα, ut vidimus.

II. Ψαλτὴρ & ψαλτήριον notat *Pſalterium*, ſeu *Pſalmorum Davidis librum*. Canon II. Concilii Nicæni ſecundi; Ὁρίζομεν, πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν, πάντως τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν. *Decernimus, quemlibet ad Epiſcopalem gradum provehendum, Pſalterium omnino nôſſe.* Theodorus Lector in Eclogis ex hiſt. Eccleſ. pag. 350. b. de Leone, Οὗτος οὐδένα ἐχειροτόνει, τὸ ψαλτήριον μὴ γινώσκοντα. *Hic nullum ordinabat, qui Pſalterium non nôſſet.*

III. Ψαλτήριον, *Pſalterium*, eſt liber Eccleſiaſticus apud recentiores Græcos. Typicum cap. IV. Καὶ χολάζει τὸ ψαλτήριον ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης μέχρι τοῦ σαββάτου τοῦ ἀντιπάσχα. *Et ceſſat Pſalterium à magna Feria quinta uſque ad ſabbatum Antipaſchæ.* In vita Palemonis Abbatis: Ἦν δὲ τοῦ ἁγίου γέροντος ἡ λειτουργία τοιαύτη· ἐν μὲν τῇ νυκτὶ ἔψαλλεν ὅλον τὸ ψαλτήριον καὶ τὰς ᾠδὰς ἀθορύβως. *Erat verò ſancti ſenis miniſterium tale. Nocte canebat totum Pſalterium & cantica ſine ullo ſtrepitu.* Et in vita ſancti Theodoſii: Καὶ ἐξέμαθε τό, τε ψαλτήριον, καὶ τὰς λοιπὰς θείας γραφάς. *Et addidicit Pſalterium, & reliquas divinas ſcripturas.* Nullus alius liber in divinis officiis frequentior eſt. Continet verò meros Pſalmos Davidicos, non mutato ordine, ſed uti in ſacris reperiuntur Bibliis, in certas tamen claſſes, plures vel pauciores Pſalmos, pro Pſalmorum longitudine, continentes, diſtinctos. Sectiones Græci vocant καθίσματα, ut ſuo loco docemus. Pſalterii autem recitandi modum per totum annum hunc Græcorum Eccleſia, docente Allatio, ſervat. A' vigeſima menſis Septembris ſingulis diebus tria καθίσματα recitant, in veſperis ea quæ ſunt *ad Dominum*, Pſalmumque, cui πολυέλεος nomen eſt, in pervigilio à Chriſti nativitate ad decimam quintam menſis Januarii, cùm ſolennitati Epiphaniæ Dominicæ finis imponitur. In Matutino bina καθίσματα, in Veſperis unum, adeò ut unaquaque hebdomada Pſalterium univerſum percurratur. A' decima quinta Januarii κάθισμα in Matutino adjungunt, in Lychnico verò, ea quæ *ad Dominum* ſunt, uſque ad ſabbatum Carnisprivii. Hebdomade verò Carnisprivii, ſubſequenteque, quæ ab edendo caſeo Τυρινὴ dicitur, in Matutino duo, in Veſperis alterum, ut Fratres paululùm quieſcant. At ſex Quadrageſimæ hebdomadibus ſingulis bis Pſalterium recitatur. Sancta hebdomade ſemel tantùm dicitur, finitque Feriâ quartâ: à Feria quinta, uſque ad ſabbatum Antipaſchæ, quæ eſt Dominica in Albis, ſilet. In pervigilio poſtmodum B. Thomæ, novâ nempe Dominicâ, quæ eſt in Albis, rurſus inchoatur illius lectio, non tantùm diebus Dominicis, ſed ſingulis etiam diebus; in Matutino ſcilicet, καθίσματα bina, in Veſperis unum, uſque ad vigeſimam menſis Septembris.

Ψάλτης.

Ψάλτης, *Cantor.* Can. XV. Laodicenus: Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμϐωνα ἀναϐαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Quòd non oportet præter Canonicos Cantores, qui ambonem aſcendunt, & ex codice canunt, alios quoslibet canere in Eccleſia.* Zonaras ad hunc Canonem, pag. 345: Εὐταξίαν βούλονται οἱ τῆς συνόδου ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φυλάττεσθαι· διὸ καὶ μὴ δεῖν εἶπον ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὸν βουλόμενον, ἀλλὰ τοὺς ψάλτας τοὺς κανονικοὺς, τοὺς ἐν κλήρῳ δηλαδὴ τεταγμένους, τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ κεχειροτονημένους, τοὺς ἀπὸ διφθέρας ψάλλοντας. *Bonum ordinem Patres hujus Synodi in Eccleſiis obſervari volunt. Propterea etiam dixerunt, non oportere quemlibet in Eccleſiis canere, ſed Cantores Canonicos, in Clero nempe conſtitutos, in qualibet Eccleſia ordinatos, & ex codice canentes.* Ψάλλειν hoc loco eſt κατάρχεσθαι τῶν θείων ψαλτῳδημάτων· τὸ γὰρ συμψάλλειν καὶ λαϊκοὺς ἐν ἐκκλησίαις οὐ κεκώλυται, *ſancta cantica incipere. Neque enim vetitum eſt, quò minùs etiam laici in Eccleſia concinant:* Scribit ad hunc Canonem Balſamon, pag. 834. De eorum officio idem Balſamon ad Can. XXII. Laodic. pag. 837: Τοῖς ψάλταις διακονία ἐδόθη τὸ ψάλλειν. *Cantoribus miniſterium datum eſt pſallendi.* Πρωτοψάλτης eſt *primus Cantorum*, qui magno numero, & ad viginti quinque redacti à Juſtiniano. Verba ejus hæc ſunt Novell. III. Θεσπίζομεν μὴ περαιτέρω μὲν ἑξήκοντα πρεσϐυτέρων κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, ἀναγνώστας δὲ ἑκατὸν δέκα, καὶ ψάλτας εἴκοσι πέντε. *Sancimus, ne in ſanctiſſima magna Eccleſia plures ſint quàm ſexaginta Presbyteri, Lectores verò centum & decem, & Cantores viginti quinque.* Apud Latinos πρωτοψάλτης vocatur, *primicerius ſcholæ Cantorum.* Benno in vita Hiltebrandi: *Joannes, primicerius ſcholæ Cantorum, cum omnibus ſuis.* Codinus primum eum collocat in ſeptimo quinario officiorum eccleſiaſticorum. Cenſebatur verò inter Lectores. Joannes Epiſcopus Citri in Reſp. Ἀναγνωστῶν δὲ ὀφφίκια ταῦτα· ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, Λαοσυνάκτης ὁμοίως, ὁ παρά τισι λεγόμενος πρωτοψάλτης. *Lectorum verò officia hæc. Domeſticus dextri chori, domeſticus ſiniſtri chori, ſimiliter Laoſynacta, qui à quibuſdam dicitur Protopſaltes.* Confer vocem Δομέστικος, num. II. I. Munus ejus, redigere in ordinem & numerum cantiones ac Cantores: item in univerſalibus vigiliis initium facere, dicendo ad Antiſtitem vel ſacerdotem præſentem, Εὐλόγησον δέσποτα. Vide Gl. Meurſii in Πρωτοψάλτης.

Ψαλτῴδημα.

Ψαλτῳδεῖν apud LXX. Interpretes eſt *laudes decanto*, & ψαλτῳδὸς, *laudum cantor.* Ab eadem origine ψαλτῴδημα, *cantus*; quod Lexicographi omittunt. Balſamon ad Can. XLI. Concilii in Trullo, pag. 410: Εἰς τὰς ἔξω γὰρ χώρας ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον ἐγκλείεται, ὁ βουλόμενος δίχα ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῶν συνήθων ψαλτῳδημάτων. *In externis enim regionibus, è veſtigio includitur qui vult includi, abſque epiſcopali permiſſione & conſuetis canticis.* Idem ad Can. LXXV. ejusd. Concilii, pag. 452: Διωρίσαντο οἱ πατέρες, μὴ γίνεσθαι τὰ ἱερὰ ψαλτῳδήματα διὰ τῶν βοῶν ἀτάκτων καὶ ἐπιτεταμένων, τὴν φύσιν παραϐιαζομένων. *Statuerunt Patres, non eſſe ſacra canenda cantica inordinatis & intentis vociferationibus, & naturæ vim afferentibus.* Et ad Can. XV. Laod. pag. 834: Κατάρχεσθαι τῶν θείων ψαλτῳδημάτων. *Sancta cantica incipere.*

Ψευδοέπεια.

Ψευδοεπεῖν, *falſum* ſeu *mendacium dico, mentior.* Apud Heſychium, ψευδοεπήσωμεν, ψευδολογήσωμεν. Hinc ψευδοέπεια, *mendacium*: quod Lexicographi omittunt. Cyrillus Alexand. in cap. III. Habacuci, pag. 549: Λῆρος τοῦτο καὶ ψευδοέπεια. *Hoc eſt nugari & mentiri.*

Ψευδοεπέω.

Ex ſolo Heſychio afferunt Lexicographi. Sæpe legitur apud Cyrillum Alexandrinum. Exempla ſubjicimus. Ad v. 2. cap. I. Jeſajæ, pag. 1: Ἀμήχανον ψευδοεπῆσαι Θεόν. *Fieri nequit, ut Deus falſum dicat.* Idem, in cap. X. Jeſajæ, pag. 186: Οὐ γάρ ἐστι διαψεύδεσθαι τὴν ἀλήθειαν· οὐ ψευδοεπήσει Θεός. *Veritas non poteſt mentiri: Deus non dicet falſum.* In cap. III. Jonæ, pag. 382: Ἀκόλουθον ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς ἐπιψηφίζεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Ψευδοεπήσουσι γὰρ ἥκιστά γε, τὸ τῆς ἀληθείας πλουτήσαντες πνεῦμα. *Conſequens eſt, ſanctorum vocibus veritatem tribuere: nequaquam enim falſum proferent, qui ſpiritum veritatis affatim poſſident.*

Ψευδοεπής.

Non habent Lexica. *Falſa dicens. Falſiloquus.* Cyrillus Alexandr. in cap. IV. Jonæ, pag. 385. dicit Jonam fuiſſe iratum, ὅτι ψευδοεπής εἶναί τις καὶ βωμολόχος ἐδόκει, *quia falſiloquus & nugator eſſe videbatur.*

Ψευδοκατηγορία.

Non habent Lexica. Eſt *falſa accuſatio.* Cyrillus Alexand. ad v. 18. cap. XI. Joh. pag. 681. de reſuſcitatione Lazari: Πολλῶν ὄντων ἐκεῖ, εἰκότως ἁπανταχόσε διεδόθη ὁ λόγος· τῶν μὲν θαυμαζόντων, τῶν δὲ διὰ φθόνον λαλούντων τὸ γεγονὸς, πρὸς τὸ διαβολὴν ποιῆσαι τῷ θαύματι διὰ ψευδοκατηγορίας. *Cùm multi ibi eſſent, meritò res iſta apud omnes percrebuit: aliis quidem id, quod factum erat, mirantibus, aliis verò propter invidiam narrantibus, ut per falſam accuſationem miraculo calumniam affingerent.*

Ψευδολατρεία.

Non habent Lexica. *Falſus cultus.* Cyrillus Alexandr. in cap. XL. Jeſajæ, pag. 515: Ἀπεκομίσθησαν εἰς ψευδολατρείαν. *Ad falſum delapſi ſunt cultum.* Et in cap. XLVIII. Jeſajæ, pag. 644: Ψευδολατρείαν τοῖς ψευδωνύμοις προσάγειν θεοῖς. *Falſum cultum falſo nominatis adhibere diis.* Scribendum potiùs ψευδολατρεία.

Ψευδομυθέω.

Habent Lexica ex Heſychio, qui interpretatur per ψευδολογεῖν, *falſa* ſeu *mendacia loqui, mentiri.* Cyrillus Alexandr. in cap. VIII. Zachariæ, pag. 719: Ὑπισχνεῖται τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰ ὑπὲρ ἐλπίδα πολλάκις, ψευδομυθεῖ δὲ οὐδαμῶς. *Deus diligentibus ſe ſæpe ea promittit, quæ ſpem ſuperant, at nullo modo mentitur.*

Ψευδομυθία.

Suidas: Ψευδομυθία, ψευδολογία. *Falſiloquium, mendacium.* Cyrillus Alex. in cap. XXVII. Jeſajæ, pag. 378: Οὐ ψευδομυθία τὸ χρῆμα. *Hæc doctrina non eſt falſa.*

Ψευδοποιέω.

Ψευδοποιΐα.

Non habent Lexica. Ψευδοποιέω, *falſa narro.* Clemens Alexandr. Pædag. lib. III. cap. IV. pag. 229: Οἱ ψευδοποιοῦντες τὰς γυναῖκας, διημερεύουσι μετ᾽ αὐτῶν μύθους ἐρωτικοὺς ἀδολεσχοῦντες, καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν διαφθείροντες ψευδουργίᾳ καὶ ψευδολογίᾳ. *Qui mulieribus falſa narrant, toto die cum eis verſantur, amatorias fabulas nugaciter referentes, earumq; corpus & animas falſis factis, & verbis mendacibus enecantes.* Ψευδοποιΐα, *fallax fictio.* Idem Clemens, Pædag. lib. III. cap. II. pag. 220: Εἰ οὐδεμίαν εἰκόνα ὁ Μωσῆς παραγγέλλει ποιεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀντίτεχνον τῷ Θεῷ, πῶς ἂν εὐλόγως ποιοῖεν αἱ γυναῖκες αὗται, σφῶν κατὰ ἀνάκλασιν ἀπομιμούμεναι τὰς εἰκόνας· ἐς τὸ προσώπου τὴν ψευδοποιΐαν; *Si Moſes præcipit hominibus, nullam facere imaginem, quæ Deum arte repræſentet: quomodo hæ rectè fecerint mulieres, quæ fallaci perſonæ fictione ſuas per reverberationem imitantur imagines.*

Ψευδοποιμήν.

Non habent Lexica. *Falſus Paſtor.* Cyrillus Alexandr. in cap. LVI. Jeſajæ, pag. 801: Ψευδοποιμένες, ἄνθρωποι τὸν νοῦν κεκαυτηριασμένοι. *Falſi paſtores, homines cauterio reſectam habentes mentem.*

Ψευδοπροφητεύω.

Non habent Lexica. *Falſa vaticinor.* Cyrillus Alexandr. ad v. 28. cap. VII. Joh. pag. 449. de Judæis: Ἀληθινός ἐστιν ὁ πέμψας με, οὐ κατ᾽ ἐκεῖνον δήπου τὸν ὑμέτερον τὸν φιλοψευδῆ, τουτέστι, τὸν διάβολον, οὗ τὸ πνεῦμα λαβόντες, καὶ τὸ ψευδοπροφητεύειν ἀποτολμᾶτε. *Verus eſt, qui miſit me, minimè ſimilis illi veſtro* patri, *mendaciorum amanti, id eſt, Diabolo, cujus cùm accepetitis ſpiritum, audetis etiam falſa vaticinari.*

Ψεῦδος.

I. *Explicatio nominis.* Heſychius: Ψεῦδος, ἀπάτη, πλάνη. *Mendacium, ſeductio, error.* Gregorius Nyſſenus in vita Moſis, t. I. pag. 191: Ψεῦδός ἐστι φαντασία τις περὶ τὸ μὴ ὂν ἐγγινομένη τῇ διανοίᾳ, ὡς ὑφεστῶτος τοῦ μὴ ὑπάρχοντος. *Falſitas eſt phantaſtica quædam circa id quod non eſt comprehenſio, quaſi ſubſiſtat quod non eſt.*

II. *Proprietas mendacii* eſt, quod facilè deprehendatur & refutetur; cùm contrà veritas conſtans ſit & firma. Theodoretus præfat. in lib. III. hæret. fabul. pag. 226: Εὐδιάλυτον τὸ ψεῦδος, μόνιμον δὲ τῆς ἀληθείας τὸ κράτος. *Quod falſum eſt, facilè deſtruitur; firma autem & ſtabiles ſunt veritatis vires.* Chryſoſtomus Homil. XXIX. in Joh. pag. 668: Οὐδὲν τῆς ἀληθείας φανερώτερον ἢ ἰσχυρότερον γένοιτ᾽ ἂν, ὥσπερ τοῦ ψεύδους οὐδὲν ἀσθενέστερον, κἂν μυρίοις παραπετάσμασι συσκιάζηται· εὐφωράτατόν τε γὰρ καὶ οὕτω γίνεται, καὶ καταρρεῖ ῥᾳδίως. *Nihil veritate manifeſtius vel robuſtius eſſe poteſt, quemadmodum nihil infirmius mendacio & falſitate, etſi mille involucris obtegatur: nam etiam ſic facillimè deprehenditur, & nullo diffluit negotio.* Idem, Homil. LVIII. in Joh. pag. 794: Ἀλήθεια ἰσχυρὸν, ἀσθενὲς τὸ ψεῦδος· ἐκείνη μὲν γὰρ κἂν τῶν τυχόντων ἐπιλάβηται, λαμπροὺς αὐτοὺς ἀποφαίνει· τοῦτο δὲ, κἂν μετὰ τῶν ἰσχυρῶν ᾖ, ἀσθενεῖς αὐτοὺς δείκνυσι. *Veritas fortis eſt, mendacium verò infirmum. Illa, etſi apud homines è vulgo ſedem ſuam fixerit, eos reddit claros: hoc verò, etſi apud fortes commoretur, eos infirmos efficit.* Cyrillus Alexand. lib. X. de Adoratione, pag. 361: Νοσεῖ τὸ ψεῦδος οἴκοθεν μὲν τὸ ἄναλκι, καλλωπίζεται δὲ πολλάκις τοῖς ἐπεισάκτοις ὡραϊσμοῖς, καθάπερ ἀμέλει καὶ τῶν γυναίων τὰ ἄσεμνα. *Mendacium quidem per ſe infirmum eſt, ornatur verò ſæpiùs aſcititiis pigmentis, haud ſecus atque procaces & impuræ mulierculæ.*

Ψεύστης.

Baſilius Cæſarienſis in Pſal. CXV. pag. 315: Ψεύστης ὁ μὴ ἐκ πίστεως βοηθούμενος, ἀλλ᾽ οἴκοθεν ἐπὶ τὸν λόγον ἐρχόμενος, ταῖς ἀνθρωπίναις παρασκευαῖς πρὸς τὴν κατάληψιν τῆς ἀληθείας θαρρῶν, παραπελοῦ τῆς ἀληθείας ἐκπίπτων. *Mendax eſt, quisquis non à fide.*

Digitized by Google

ſed à ſe ipſo mutuatus auxiliarem verborum vim, ad dicendum proſilit, ad veritatis apprehenſionem ſupellectili nitens atque apparatu humanæ eloquentiæ, cùm à veritate longiſſimè aberret. Quomodo verò ad Rom. III. 4. Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης dicatur, ita explicat Greg. Nyſſenus cap. X. de Virginitate, t.III. pag. 142: Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος φωνῇ ἐπιτρέπων τὴν τοῦ ἀφράστου φωτὸς ἑρμηνείαν, ὄντως ψεύστης ἐστίν· οὐχὶ τῷ μισεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ τῷ ἀσθενεῖν περὶ τὴν τοῦ νοηθέντος παράστασιν. Omnis homo mendax. *Hoc eſt, homo omnis, qui ineffabilis luminis interpretationem ſermoni permittit, hic revera mendax eſt: non quia veritatem odit, ſed quoniam ad ejus, quod mente comprehenditur, explicationem infirmus eſt.* Vide ibidem plura. Oecumenius in I. Joh. III. pag. 203: Ὁ ἄλλο μὲν λέγων, ἄλλο δὲ ποιῶν, μὴ σύμφωνον ἔχων τῷ λόγῳ τὴν πρᾶξιν, ψεύστης ἐστί. *Qui aliud quidem dicit, aliud verò facit, nec conſentientem cum verbis habet actionem, mendax eſt.* Chryſoſtomus in Pſal. CXVI. Τί ἐστι, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης; οὐδεὶς οὖν ἀληθής; Πῶς οὖν ὁ Ἰὼβ ἀναγέγραπται ἄνθρωπος ἀληθινὸς, δίκαιος, θεοσεβής; τί δὲ καὶ περὶ τῶν προφητῶν ἐροῦμεν; εἰ γὰρ καὶ ἐκεῖνοι ψεῦσται, καὶ ἐψεύσαντο ἃ εἰρήκασι, πάντα οἴχεται· τί δὲ ὁ Ἀβραάμ; τί δὲ οἱ δίκαιοι πάντες; ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ κακὸν τὴν λέξιν ἁπλῶς ἐκδέχεσθαι, καὶ μὴ τὰ νοήματα περισκοπεῖν; τί οὖν ἐστιν ὅ φησι· πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης; ὃ ἀλλαχοῦ φησιν, Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη· ὃ καὶ ἕτερος προφήτης εἶπε, πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, τουτέστιν, εὐτελέστατον πρᾶγμα, παραῤῥέον, σκιᾷ ἐοικὸς, ὀνείρατι, εἰκόνι τινί. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐχ ἁπλῶς εἰκάζων ταῦτα λέγει, ἕτερος ἑρμηνευτὴς εἶπε· Διάψευσμα· καὶ ἄλλος, Διαψεύδεται· καὶ ἕτερος, ἐκλείπει· πολὺ δὲ τοῦτο ἐκείνου διέστηκε· τὸ μὲν γὰρ ψεύδεσθαι, κακίας ἐστὶ τῆς κατὰ ψυχήν· τὸ δὲ ἐκλείπειν καὶ διαῤῥεῖν καὶ παραῤῥεῖν, καὶ ὄναρ εἶναι καὶ ἄνθος καὶ σκιὰν, τῆς κατὰ φύσιν εὐτελείας. Ταυτὸν γὰρ λέγει, ὡς ὅταν εἴπῃ. Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός· καὶ πάλιν τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδὸς; καὶ πάλιν ὡς ὅταν λέγῃ οὗτος ὁ προφήτης, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐμνήσθης αὐτοῦ; πανταχοῦ τῆς φύσεως τὸ εὐτελὲς δηλῶν, καὶ οὐδαμινόν· καὶ γὰρ ἐπὶ ληΐων λέγομεν. Τὰ λήϊα διεψεύσατο· τουτέστιν, οὐδὲν ἐκόμισεν ἄξιον τῆς ἐλπίδος· καὶ ὁ ἐνιαυτὸς διεψεύσατο, τοῦτο δὴ πάλιν δηλοῦντες· ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ ἄνθρωπος πρᾶγμα οὐδαμινὸν καὶ εὐτελὲς, μάλιστα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς συμφορᾶς τὰ τοιαῦτα φιλοσοφεῖν εἰώθαμεν, καὶ τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν ἐπισκέπτεσθαι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ οὗτος ἐν ἀθυμίᾳ γενόμενος, καὶ τὴν φύσιν ὁρῶν ἐλεγχομένην, καὶ τὴν εὐτέλειαν καὶ οὐδένειαν αὐτῆς πανταχόθεν διαδεικνυμένην, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης φησί· τουτέστιν, οὐδὲν ἄνθρωπος· διὸ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγε. Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος. *Quid eſt,* Omnis homo mendax: *Nemo ergo eſt verus? Quomodo ergo Job deſcriptus eſt vir verus, juſtus, religioſus? Quid verò dicemus de Prophetis? Si enim illi mendaces quoque, etiam in iis, quæ dixerunt, mentiti ſunt, & omnia pereunt. Quid verò Abraham? Quid juſti omnes? Vides quantum ſit malum, dictionem ſimpliciter accipere, nec ſenſum conſiderare? Quid igitur eſt quod dicit,* Omnis homo mendax? *Id quod ipſe dicit alibi:* Homo vanitati ſimilis factus eſt. *Quod etiam alius Propheta dixit:* Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos fœni, *hoc eſt, res viliſſima, præterfluens, ſimilis umbræ, ſomnio, imagini cuidam. Et ut ſcias, me non levi & ſimplici conjectura adductum hæc dicere, alius Interpres dixit,* Falſum & mendacium. *Alius autem,* Mentitur: *alius,* Fallitur: *alius,* Deficit. *Hoc autem multùm ab illo differt. Mentiri enim eſt vitii, quod in animo ſitum eſt: deficere autem & diffluere, & præterfluere, & eſſe ſomnium, umbram, & florem, ſignificat naturæ vilitatem. Idem eſt enim quod id, quod alius dixit,* Ego ſum terra & cinis. *Et alius,* Quid ſuperbit terra & cinis? *Et rurſus ut quando dicit hic Propheta,* Quid eſt homo, quòd memor es ejus? *ubiq; naturæ vilitatem, & eam nihil eſſe, ſignificans. De ſegetibus enim dicimus, Ementitæ ſunt ſegetes, hoc eſt, ſpem noſtram ſefellerunt, nec, ut ſperabamus, tulerunt. Et, Annus eſt mentitus, hoc ipſum rurſus declarantes. Quoniam ergo homo res eſt vilis, atq; adeò nihili (hac autem philoſophia ſolemus uti maximè in calamitate, & quàm ſit nihili natura, conſiderare) ideò ipſe quoq; cùm eſſet animi anxius, & videret argui naturam, & quàm vilis eſſet & nihili, omni ex parte oſtendit.* Omnis, *inquit,* homo mendax. *Hoc eſt, Homo nihil eſt. Quocirca alibi quoq; dicebat:* Verumtamen in imagine tranſit homo. Quicquid autem ſit, ea videtur horum verborum convenientiſſima eſſe interpretatio, quæ ἄνθρωπον ψεύστην eum eſſe dicit, qui prorſus dubitat, vel multis dubitationibus conflictatur, nec valde timet, nec firmiter credit Deo. Nam & in ſanctis horum vitiorum reliquiæ manent. Huc etiam referri poſſet vexatiſſimus ille locus Joh. VIII. 44. de Diabolo: Ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Verùm cùm jam ſufficienter ſit examinatus in voce Πατὴρ, num. II. 2. ſub lit. *a.* eò Lectorem ablegamus.

Ψήφισμα.

De hujus vocis ſignificatione conſulantur Lexica. Nos ſolum ejus uſum paucis indicamus Eccleſiaſticum. Ψηφίσματα ſunt *ſuffragia*, quibus Epiſcopus eligitur. Johannes Antiochenus in Nomocan. ex Novell. CXXXVII. Juſtin. pag. 364: Χρὴ τὰ ψηφίσματα τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων ὑπὸ τοῦ κλήρου καὶ τῶν πρωτευόντων ἐν ταῖς πόλεσι γίνεσθαι. *Oportet electiones Epiſcoporum fieri Cleri & primorum civitatum ſuffragiis.* Et Novell. CXXIII. Δίδωμι ἄδειαν τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις, &c. *Poteſtatem facio iis, qui in electionibus ſuffragia ferunt,* &c. Mox: Οἱ δὲ ὀφείλοντες τὰ ψηφίσματα ποιεῖν. *Qui verò ſuffragia ferre debent.* Ita frequenter. Eandem ſignificationem habet ψῆφος. Vide de utraque voce exempla in Ἐπίσκοπος, num. II. 1. ſub lit. *b. α. β.* & *γ.*

Ψοφοδέεια.

Non habent Lexica. Heſychius: Ψοφοδεὴς, δειλὸς, κενόφοβος, ὁ καὶ τοὺς ψόφους καὶ τὰ ἐλάχιστα φοβούμενος. *Meticuloſus, timidus, inania timens, qui etiam ſtrepitus & minima quæq; timet.* Hinc ψοφοδέεια, *inanis timor, timiditas.* Cyrillus Alexand. in cap. III. Nahumi, pag. 513: Εἶτα τῆς ψοφοδεείας τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς, εὐφυᾶ ποιεῖται διήγησιν. *Statim hujus timiditatis cauſam afferens, ſcitam ponit narrationem.*

Ψυχαγωγέω.

Obvias hujus verbi ſignificationes ex Lexicis petere licet. Aliquando verò ψυχαγωγεῖν ἑαυτὸν, eſt *ſibi plaudere, ſibi blandiri, ſibi placere.* Hoc ſenſu uſurpat Chryſoſtomus ſub finem Homil. IV. in epiſt. ad Epheſios: Μὴ τοίνυν εἰκῇ ψυχαγωγῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς τοιούτοις ῥήμασιν, ἀλλὰ προσέχωμεν, καὶ φροντίζωμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Gentianus Hervetus vertit: *Ne nos ergo temere oblectemus & conſolemur his verbis, ſed attendamus, & ſalutis noſtræ curam geramus.* Potuiſſet concinnius hoc modo reddere: *Ne igitur fruſtra blandiamur animo noſtro hujuſmodi verbis,* &c.

Sic

Digitized by Google

Sic Cyprianus Serm. de lapſis: *Nec ſibi, quò minus agant pœnitentiam, blandiantur, &c.* Et epiſtolâ LV: *Sibi placent in juſtitia.* Idem: *Nec quiſquam ſic ſibi blandiatur de puro & immaculato corde, ut innocentiâ ſuâ fretus medicinam non putet eſſe adhibendam vulneribus.* Et epiſt. LII: *Nec ſibi in hoc novi hæretici blandiantur, quod ſe dicant idololatris communicare,* &c. Ambroſius lib. I. de Abrahamo, cap. IV. *Nemo blandiatur ſibi de legibus hominum.* Lactantius lib. IV. cap. ult. *Neminem ſibi oportet pertinaci concertatione blandiri.* Græci aliàs etiam dicunt ἑαυτὸν κολακεύειν. Vide in Κολακεύω.

Ψυχή.

Ψυχὴ, *anima, propriè* competit *corporibus viventibus.* Nempe,

1. *Animalibus in genere,* hoc eſt, *homini & bruto* ſimul. Hoc ſenſu frequenter ſumitur apud Hebræos vox נפש. Vide Levit. XI. 10. 46. Geneſ. I. 24. II. 7. XII. 5. Ad exemplum Hebrææ vocis etiam Græca ψυχὴ eandem ſignificationem recepit Apocal. XVI. 3: Καὶ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ. *Omne animal vivens mortuum eſt in mari.* Vide Cl. Vorſtii Philolog. ſacræ lib. I. cap. IV. Huc etiam referri queat, quòd Græci animal lucernas circumvolitans, & flammam exitio ſuo appetens, ψυχὴν vocant. Heſychius: Ψυχὴ, πνεῦμα, καὶ ζωΰφιον πτηνόν. *Spiritus & inſectum volatile.* Gloſſ. vetus cap. de Avibus, pag. 258: *Anima,* ψυχή. *Tabanus,* μύωψ. *Veſpertilio,* νυκτερίς. Interpres Nicandri, φαλαίνας vocari ait ψυχάς. Φάλαινα autem, inquit, Ῥοδίων ἐστὶν ὄνομα· οὕτω γὰρ αὐτοὶ τὰ περὶ τοὺς λύχνους πετόμενα θηρία καλοῦσι φάλαινα, *cicindela, Rhodiorum vox eſt: ita enim illi circa lucernas volitantia inſecta vocant.* Ejuſdem Interpres dicit φάλαιναν vulgò vocari ψύραν, καὶ ψυχὴν, καὶ κανδηλοσβέστην, *pyrauſtam, & animam, & lychnos extinguentem* beſtiolam.

2. *Homini ſpecialiter.* Atque ita ſumitur

א. *Impropriè,* idque

a. *Metonymicè*

α. *pro vita.* Huc pertinent locutiones

Τὴν ψυχὴν φιλεῖν, *animam diligere;* quod, per μείωσιν Hebræis familiarem, dicitur de iis, qui nihil habent hac vita charius; contrà, *non diligere animam ſuam* dicuntur illi, qui illam non dubitant periculis exponere, quoties id facto opus eſt: ut fecerunt Martyres. Chryſoſtomus Homil. in Joh. LXVII. pag. 837: Πῶς ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν, ἀπολέσει αὐτήν; ὁ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῆς ποιῶν τὰς ἀτόπους, ὁ χαριζόμενος αὐτῇ παρὰ τὸ δέον. Τί δέ ἐστιν, ὁ μισῶν αὐτήν; ὁ μὴ εἴκων αὐτῇ τὰ βλάπτοντα κελευούσῃ. *Quomodo qui amat animam, perdet eam? Qui abſurdis ejus cupiditatibus obtemperat, qui plus quàm decet ei indulget. Quid verò eſt,* Qui eam odit? *Qui ei noxia jubenti morem non gerit.* Theodorus Heracleota in Catena in cap. XII. Joh. ad v. 25. pag. 310: Ὁ θελήσας ἐνθάδε πρὸς ὀλίγον φείσασθαι τῆς ψυχῆς, ὄλεθρον αὐτῇ πρὸς τὸ μέλλον προξενεῖ. Ὁ δὲ ἀφειδήσας αὐτῆς ἐν τῷ παρόντι, καὶ τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καταφρονήσας ζωῆς, τὴν ἄφθαρτον αὐτῆς ἀΐδιον ἐν τῷ μέλλοντι πεϱιποιεῖ. *Qui hic ad modicum tempus animæ ſuæ parcere vult, in futurum illi damnum accerſet. Qui verò in præſenti illi non parcit, & vitam in hoc ſeculo contemnit, is ei immortalitatem comparat ſempiternam in ſeculo futuro.* Ammonius ibidem: Ἐκεῖνός ἐστιν ὁ φιλῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ ἀπολλύων αὐτὴν, ὁ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῆς ποιῶν τὰς ἀτόπους· Ὁ δὲ μισῶν καὶ σώζων αὐτὴν, ὁ μὴ πειθόμενος αὐτῇ ἐπιτατλούσῃ τὰ ἄτοπα. *Ille amat animam ſuam, & perdit eam, qui abſurdis ejus indulget cupiditatibus. Quia autem odit & ſervat eam, is eſt, qui eidem abſurda præcipiendi morem minimè gerit.*

Εὑρεῖν ψυχὴν καὶ ἀπολέσαι ψυχὴν, *invenire animam, & perdere animam,* Matth. X. 39. quò etiam pertinet, σῶσαι καὶ ἀπολέσαι ψυχὴν, *ſervare & perdere animam,* Matth. XVI. 25. Clemens Alex. Stromat. lib. II. pag. 407: Ὁ ἀπολέσας ψυχὴν, σώσει αὐτὴν ἤτοι μψοκινδύνως ὑπὲρ τοῦ σωτῆρος αὐτὴν ἐπιδιδοὺς, ὡς αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν· ἢ ἀπολέσας αὐτὴν ἐκ τῆς πρὸς τὸν συνήθη βίον κοινωνίας· ἐὰν γὰρ ἀπολύσῃ, καὶ ἀποστήσῃ, ἢ ἀφορίσῃ (τοῦτο γὰρ ὁ σταυρὸς σημαίνει) τὴν ψυχὴν ἡδυπαθείας τῆς ἐν τούτῳ τῷ ζῆν τέρψεώς τε καὶ ἡδονῆς, ἕξει αὐτὴν ἐν τῇ ἐλπίδι τῇ προσδοκωμένῃ, εὑρημένην καὶ ἀναπεπαυμένην. Qui perdiderit animam ſuam, ſervabit eam: *aut eam tradens, libenter adeundo pro Domino pericula: aut eam perdens, ex ea quæ eſt ei cum hac vita conſuetudine. Si enim ſolvere, abducere, & ſegregare (id enim crux ſignificat) animam volueris ab ea, quæ eſt in hac vita voluptate & oblectatione, habebis eam in ea, quæ exſpectatur ſpe inventam & conquieſcentem.* Theophylactus in cap. XVI. Matth. pag. 96: Εὑρίσκει τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ παρὸν, τουτέστι, σώζει, ὁ ἀρνούμενος, ὃς καὶ ἀπόλλυσιν ὕστερον· ἀπόλλυσι δὲ τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, ὃς μαρτυρήσει ὑπὲρ αὐτοῦ· ὃς καὶ εὑρήσει αὐτὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ ζωῇ αἰωνίᾳ. *Invenit animam ad præſens, hoc eſt, ſervat, qui negat, qui & poſtea perdit. Perdit autem animam, ſed propter Chriſtum, qui martyrium pro eo ſubit: qui & inveniet eam in incorruptibilitate & vita æterna.* Idem in cap. IX. Lucæ, pag. 369: Ὃς ἂν θέλῃ ζῆσαι κατὰ κόσμον, οὗτος ἀποθανεῖται κατὰ ψυχήν. *Qui voluerit vivere juxta mundum, hic morietur juxta animam.*

Ἐν ταῖς χερσὶν ἔχειν ἢ τιθέναι τὴν ψυχὴν, *in manibus habere vel ponere animam,* proverbio dicitur is, qui in diſcrimen manifeſtum ſe vitamque ſuam conjicit. Vide Judic. XII. 3. I. Sam. XIX. 5. & cap. XXVIII. 21. Ita fur nocturnus & perfoſſor parietum cogitur exſpectare necem à domino ædium ſibi inferendam, cùm liceat furem nocturnum omni jure impunè occidere. Eleganter Chryſoſtomus, Homil. II. ad Epheſios: Τί γὰρ, εἰπέ μοι, δυσκολώτερον, τί δὲ ἀηδέστερον, τὰς νύκτας ἀγρυπνοῦντα περιϊέναι, καὶ τοίχους διορύττειν, καὶ ἐν σκότῳ βαδίζειν, καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν ἐν χερσὶ, καὶ πρὸς φόνον παρατετάχθαι, καὶ τρέμειν, καὶ τεθνηκέναι τῷ δέει, ἢ πόνοις προσέχειν καθημερινοῖς, ἢ ἀσφαλείας ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας; *Quid enim, dic quæſo, eſt difficilius, quid injucundius, noctéſne obire vigilantem, & muros perfodere, & in tenebris ambulare, & animam habere in manibus, & inſtructum eſſe ad cædem, tremere atque mori metu: an quotidianis vacare laboribus, & in tuto eſſe cum ſecuritate?* Idem, Homil. X. in I. ad Timoth. Ἃ καὶ τοὺς ἀρχομένους ἔχειν δεῖ, σταυροῦσθαι, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ἀεὶ ἔχειν τὴν ψυχήν. *Quæ etiam ſubditis neceſſariò ineſſe debent, ſcilicet circumferre crucem ſuam, atq; in manibus ſemper habere animam.*

β. *Pro affectibus,* quales ſunt *deſiderium, cupiditas, voluntas, conſenſus, amor, ſpes, triſtitia,* &c. Sic Pſal. XLI. 3. Theodoretus dicit, παραδοῦναι εἰς ψυχὴν ἐχθρῶν, eſſe τὰς τῶν δυσμενῶν ἐπιβουλὰς, *inimicorum inſidias.* Ita Pſal. CXXXI. 2. ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, idem interpretatur. ὑψηλὴν ἔσχον διάνοιαν, *altam habui mentem.* Ad Epheſ. VI. 6. ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς, interprete Theophylacto, eſt, ἐκ πάσης τῆς δυνάμεως καὶ προθυμίας, *totis viribus & animi promtitudine.* Et ad Philipp. I. 27. Ὅτι στήκετε ἐν μιᾷ ψυχῇ, *quòd ſtatis in una anima,* de concordia debet intelligi. Theophylactus ad h. l. pag.

pag. 588. Ἐν μιᾷ ψυχῇ ἑστήκασιν ὁμονοοῦντες καὶ ὁμοψυχοῦντες. *In una anima ſtant unanimes & concordes.* Theodoretus dicit intelligi ζυμφωνίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις ὁμόνοιαν, *concordiam & in rebus divinis conſenſum.* Ad Coloſſ. III. 23. Καὶ πᾶν ὅ ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε. *Et quodcunque facitis, ex animo operamini.* Theophylactus, pag. 669. Τὸ ἐκ ψυχῆς, τοῦτο ἐστι, τὸ μετ' εὐνοίας, μὴ μετὰ δουλικῆς ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ ἐλευθερίας καὶ προαιρέσεως ποιεῖν. Ex animo, *hoc eſt, cum benevolentia, non cum ſervili coactione, ſed liberè & voluntariò facere.* Huc etiam pertinet illud Actor. IV. 32. Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.* Chryſoſtomus, Homil. XXXIII, in Geneſin, ad hunc locum reſpiciens: Ἦν πάντων ἡ ψυχὴ μία· οὐκ ἐπειδὰν ψυχὴν μίαν εἶχον ἅπαντες· πῶς γὰρ ἐν διαφόροις σώμασιν ὄντες; ἀλλὰ τὴν ἐπιτεταμένην ἡμῖν ὁμόνοιαν ἐπιδείκνυσιν. *Omnium erat una anima: non quòd omnes unam animam haberent: quomodo enim illud in diverſis corporibus fieri potuiſſet? ſed ſummam oſtendit concordiam.* Vide ad præſentem locum notata in voce Εἷς, num. I. 4. Ad hanc hujus vocis ſignificationem etiam referri poteſt vox illa Salvatoris noſtri, Matth. XXVI. v. 38. & Marci XIV. v. 34. Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. *Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem.* Similis locutio in Græco Jonæ IV. 9. Σφόδρα λελύπημαι ἐγὼ ἕως θανάτου. Theophylactus in cap. XXVI. Matth. pag. 164. Οἰκονομικῶς λυπεῖται καὶ ἀδημονεῖ, ὅπως πιστωθῇ ὅτι ἀληθῶς ἄνθρωπος ἦν. Τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ δεδιέναι θάνατον, διότι, καὶ παρὰ φύσιν εἰσῆλθεν ὁ θάνατος, καὶ διὰ τοῦτο ἡ φύσις φεύγει τοῦτον. *Per diſpenſationem mæſtus eſt & dolore afficitur, ut credatur verus eſſe homo. Humanæ enim naturæ eſt timere mortem, eò quòd præter naturam ingreſſa eſt mors, & propterea illam fugit natura.*

b. *Synecdochicè pro perſona,* ſeu *toto homine.* Quemadmodum ζῶμα aliquando notat *totum hominem,* ut docemus in iſta voce, num. II. 1. ita Hebræis magis familiare eſt ab altera hominis parte, *anima* ſcilicet, *totum* appellare *hominem.* Auguſtinus lib. VII. de Trinitate, cap. III. *A parte meliore, id eſt, anima, totum dicitur, cùm anima & corpus ſit totus homo.* In Novo Teſtamento hæc acceptio frequens. Roman. II. v. 9. Θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχήν. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam.* Cap. XIII. v. 1. Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Vide etiam Actor. III. v. 23. 41. & conſule Clar. Vorſtii Philolog. ſacr. part. I. cap. IV. Ita etiam Latini loquuntur. Tertullianus de Anima, cap. XIII. *Enimverò quis non animæ dabit ſummam omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata eſt?* Quantas animas paſco? *ait dives, non animos. Et animas ſalvas optat gubernator, non animos.* Cicero ad famil. lib. XIV. epiſt. XIV. *Vos, meæ chariſſimæ animæ, quàm ſæpiſſimè ad me ſcribite.*

c. *Catachreſticè pro corpore mortuo,* id eſt, cadavere & homine defuncto. Sic accipi poteſt vox ψυχὴ in illis Pſal. XVI. v. 10. & Actor. II. v. 27. Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. Quæ Beza in prima editione ſua rectè interpretatus erat. *Non relinques cadaver meum in ſepulchro.* Latini etiam autores *animæ* vocabulo hoc ſenſu utuntur. Virgil. lib. III. Æneid. *Animamq; ſepulchro condimus.*

2. *Propriè,* pro parte illa hominis præſtantiore, hoc eſt, *pro anima rationali.* De qua ſequentia diſtinctè veniunt conſideranda:

I. *Explicatio nominis.* Apud Athanaſium de Definitionibus, t. II. pag. 49. Ἡ ψυχὴ ἐκ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἔχει τὴν τῆς ψυχῆς προσηγορίαν. Ψύχειν γὰρ τὸ ζωοποιεῖν λέγεται· διὰ τοῦτο ἐκ τῆς ζωοποιοῦ ἐνεργείας ψυχὴ λέγεται, διὰ τὸ ζῶμα ζωοποιεῖν. *Anima ex propria operatione nomen* ψυχῆ *ſortita eſt.* Ψύχειν *enim ſignificat vegetare. Propterea anima ob vitalem operationem* ψυχὴ *dicitur, quia corpus vegetat* vel *vivificat.* Ψύχω ſignificat *refrigero, recreo, ventum facio:* an verò etiam ζωοποιῶ, incertum. Animam veteres ita definiunt, vel deſcribunt. Suidas: Ψυχὴ, πνεῦμα νοερόν. *Anima, ſpiritus intelligens.* Greg. Nyſſenus Orat. de Anima & Reſurrectione, tom. III. p. 189. Ψυχή ἐστιν οὐσία γεννητὴ, οὐσία ζῶσα, νοερὰ, ζώματι ὀργανικῷ καὶ αἰσθητικῷ δύναμιν ζωτικὴν καὶ τῶν αἰσθητῶν ἀντιληπτικὴν δι' ἑαυτῆς ἐνιοῦσα, ἕως ἂν ἡ δεκτικὴ τούτων ζυνέστηκε φύσις. *Anima eſt eſſentia generata, eſſentia vivens, intelligens, corporeis ſenſuum inſtrumentis vivendi, atq; ea, quæ cadunt ſub ſenſus, percipiendi facultatem ac vim per ſeſe ſuggerens & immittens, quamdiu capax earum rerum natura conſtare videtur.* Malè γεννητὴν οὐσίαν, *eſſentiam generatam* vocat, cùm ſit οὐσία γενητὴ; *eſſentia creata;* ut poſtmodum, ſub ſequenti numero, videbimus. Æneæ Gazæi Theophraſtus, paginâ 31. Ψυχή ἐστιν οὐσία λογικὴ, ἀεικίνητος, καὶ αὐτεξούσιος, ζωὴν ἐξ αὐτῆς ἔχουσα, καὶ ζώματι χορηγοῦν δυναμένη. *Anima eſt eſſentia rationalis, quæ ſemper movetur, & eſt ſui juris ac libera: quæ vitam ex ſe habet, & eam etiam corpori impertire poteſt.* Apud Athanaſium, quæſt. XVI. ad Antiochum, tom. II. pag. 336. Ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐστιν οὐσία νοερὰ, ἀσώματος, ἀπαθὴς, ἀθάνατος. *Anima hominis eſt eſſentia intelligens, incorporea, perturbationis expers, immortalis.* Quemadmodum Gazæus malè dixit, *animam habere vitam ex ſe,* ita hic autor eandem malè vocat ἀπαθῆ, niſi id de anima ante lapſum, & qualis à Deo creatur, intelligere velimus. Optimè Damaſcenus lib. II. orthodox. fidei, cap. XII. pag. 119. Ψυχή ἐστιν οὐσία ζῶσα, ἁπλῆ καὶ ἀσώματος, ζωματικοῖς ὀφθαλμοῖς καθ' οἰκείαν φύσιν ἀόρατος, ἀθάνατος, λογική τε καὶ νοερὰ, ἀσχημάτιστος, ὀργανικῷ κεχρημένη ζώματι, καὶ τούτῳ ζωῆς, αὐξήσεώς τε, καὶ αἰσθήσεως, καὶ γεννήσεως παρεκτική. *Anima eſt ſubſtantia vivens, ſimplex & incorporea, & corporeis oculis ſecundùm naturam ſuam inviſibilis, immortalis, rationalis, intelligens, figurâ carens, organico utens corpore: illi vitam, augmentationem, ſenſum & generationem impertiens.*

II. *Cauſſa efficiens,* ſeu creator animæ eſt *Deus,* ut ſcriptura paſſim teſtatur. Id teſtatur Pſal. XXXIII. 15. ubi Theodoretus, pag. 520. Πῶς οἷόν τε ἀγνοεῖν τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα τὸν ταύτην πεποιηκότα; *Quomodo poteſt fieri, ut, qui hanc animam fecit, motus ejus ignoret?* Hinc Deus Hebr. XII. v. 9. vocatur πατὴρ τῶν πνευμάτων, *Pater ſpirituum.* Theophylactus ad hunc locum, pag. 1011. Πατέρα πνευμάτων ἢ τῶν χαρισμάτων, καὶ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, ἢ, ὅπερ καὶ οἰκειότερον, τῶν ψυχῶν. *Patrem ſpirituum, vel donorum, vel incorporearum virtutum dixit: vel, quod magis proprium eſt, animarum.* Deum animas quotidie adhuc creare, diſertè teſtatur Æneas Gazæus in Theophraſto, pag. 29. Τὰς ἡμετέρας ψυχὰς λογικὰς οὔσας, ἔτι καὶ νῦν προβάλλεται παράδειγμα τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ διδασκαλίαν τῶν προυφεστηκότων ὡς ἐξ ἑνὸς δημιουργοῦ πάντα, καὶ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς πᾶσα λογικὴ καὶ νοερὰ δύναμις καὶ οὐσία προῆλθε, καὶ ὅτι πρέπει, μὴ ἀπιστήσητε εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς νεωστὶ φυομένους ἀποβλέποντες. *Animas noſtras rationis compotes, quotidie adhuc creat, videlicet indicium ipſius potentiæ: & documentum jam olim procreatarum facultatum originis: quam hi ſeu ratione, ſeu mente & intelligentia præditæ facultates*

tes & ſubſtantia, ex eodem omnes principio trahunt. Ac quòd hinc illæ quoq; provenerint, & proveniant, facilè credetis, ſi in vos ipſos recens creatos animos converteritis. Vide ibidem plura. Cæſarius Dial. II. Interrogat. CII. Ἡ ἄνθρωπος ὄργανον γεννᾷ, τὴν δὲ ψυχὴν τὸ θεῖον ἐνίησιν. *Homo organum generat, animam autem immittit Deus.* Idem hoc ipſum fusè probat Dial. III. Interrogat. CXL. Eam à Deo creari ſine peccato, & in corpore demum pollui, docuit Cyrillus Jeroſolymitanus Catech. IV. Illuminat. pag. 16. Μάνθανε καὶ τοῦτο, πρὶν παραγένηται εἰς τὸν δε τὸν κόσμον ἡ ψυχή, οὐδὲν ἥμαρτεν, ἀλλ' ἐλθόντες ἀναμάρτητοι, νῦν ἐκ προαιρέσεως ἁμαρτάνομεν. *Diſce etiam hoc, quòd anima ante ſuum in hunc mundum adventum nihil peccaverit: ſed poſtquam venimus ſine peccato, nunc voluntariè peccamus.* Creantur autem animæ ſimul cum corporibus, non ante ea. Id docet Theodoretus in Epitome div. Decret. cap. IX. pag. 272. Τὴν ψυχὴν ἁπλῆν εἶναι φαμὲν, καὶ λογικὴν, καὶ ἀθάνατον, οὐ μὲν προϋπάρχειν τοῦ σώματος. *Animam ſimplicem eſſe dicimus, & ratione præditam, & immortalem, non tamen ante corpus exiſtere.* Ibid pag. 274. Ἡ ἐκκλησία, τοῖς θείοις πειθομένη λόγοις, λέγει, τὴν ψυχὴν συνδημιουργεῖσθαι τῷ σώματι, οὐκ ἐκ τῆς ὕλης τοῦ σπέρματος ἐχούσης τῆς δημιουργίας ἀφορμὰς, ἀλλὰ τῇ βουλήσει τοῦ ποιητοῦ μετὰ τὴν τοῦ σώματος συνισαμένην διάπλασιν. *Eccleſia, divinis verbis obtemperans, dicit, animam unà cum corpore creari, non quæ ex ſeminis materia cauſſam habeat creationis, ſed quæ creatoris voluntate poſt corporis exiſtat formationem.* Lege ibidem ſequentia. Idem Θεραπευτ. Serm. V. pag. 552. Ἅπαντες ξυμφώνως διδάσκουσιν, ἀπὸ γῆς μὲν καὶ ὕδατος καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων διαπλασθῆναι τὸ σῶμα· τὴν δὲ ψυχὴν, οὐ προϋπάρχουσαν εἰς τοῦτο καταπεμφθῆναι. *Omnes uno conſenſu docent, ex terra & aqua cæteriſque elementis humanum corpus effictum eſſe: animam verò, non antè exiſtentem, in corpus immiſſam eſſe.* Severus in Catena in cap. IX. Johan. pagina 248. Ὅτι οὐ προϋπάρχουσιν αἱ ψυχαὶ, συνδημιουργοῦνται δὲ νεοπαγέσιν ὥσπερ τοῖς σώμασι, δηλοῖ καὶ ὁ Προφήτης Ζαχαρίας λέγων περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, Ὁ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. *Animas non exiſtere ante corpora, ſed recens efformatis ſimul per creationem infundi, Propheta quoque Zacharias teſtatur, dicens de univerſorum conditore Deo, qui fingit ſpiritum hominis in eo.*

Quamvis autem anima ſuum à Deo habeat ortum, non tamen eſt pars Dei, non eſt ex eſſentia Dei. Agapius quidam docuit τῆς θείας μοίρας τὴν ψυχὴν εἶναι, καὶ ὁμοούσιον τῷ θεῷ. *divinæ particulæ auram eſſe animam, & ejuſdem naturæ cum Deo*; ut refert Photius in Bibliotheca ſua, Cod. CLXXIX. pag. 404. Manichæi docuerunt, τὴν ψυχὴν εἶναι μέρος θεοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀποσπασθεῖσαν, ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἀρχόντων τῆς ἀντικειμένης ἀρχῆς τε καὶ ῥίζης καταβεβλῆσθαι ἐν τοῖς σώμασι, *animam eſſe Dei partem, & ab ipſo avulſam, in captivitate principum oppoſiti principii ac radicis, in corpora conjectam*; ut refert Epiphanius, hæreſi LXVI. pag. 270. Cerdo & Marcion; inquit Theodoretus in Epitome div. Decret. cap. IX. pag. 274. illud ἐμφύσημα, de quo Geneſ. II. 7. dixerunt eſſe μέρος τι τῆς θείας οὐσίας, *aliquam partem divinæ ſubſtantiæ.* Idem de ipſis aſſerit Chryſoſtomus, Homil. XIII. in Geneſin. Iterum Theodoretus de Marcione in Epit. divin. Decret. cap. V. pag. 264. Κατὰ τὸν δυσσεβῆ Μαρκίωνος λόγον ὁμοούσιος ἐστιν ἡ ψυχὴ τοῦ πεποιηκότος θεοῦ. *Secundùm impiam Marcionis ſententiam, conſubſtantialis eſt anima Deo.* Hæc ex Gentilium hauſta lacunis. Marcus Antoninus lib. II. de anima ſeu mente: Θείας ἀπομοίρας μέτοχος ὁ νοῦς. *Divinæ portionis particeps mens.* Ibidem: Τοῦ τὸν κόσμον διοικοῦντος ἀπόῤῥοια. *Gubernatoris mundi effluvium.* Lib. V. Sect. XXVII. Τοῦ Διὸς ἀπόσπασμα. *Particula à Jove avulſa.* Senecæ epiſt. XCII. *Dei pars eſt.* Horatius Serm. lib. II. Sat. II.

- - - - - *Divinæ particula auræ.*

Manilius, Aſtron. lib. II.

- - - - - - *Pars ipſa deorum eſt.*

Saniùs omnino Auguſtinus, epiſt. CLVII. *Animam, Dei non particulam eſſe, ſed creaturam.* Et de animarum origine lib. I. cap. IV. & lib. III. cap. III. *Ab illo, non de illo factam.* Tertullianus de Reſurrectione, cap. VII. pag. 569. *Deus verò animæ ſuæ umbram, Spiritus ſui auram, oris ſui operam viliſſimo alicui commiſerit capulo, & indignè collocando utiq; damnaverit?* Corpus hic *capulum* animæ vocat, id eſt receptaculum. Eadem etiam voce utitur ibidem, cap. XXXII. *Quam capulum, quam ſepulcrum.* Et cap. XXXVIII. *de capulis, de ſepulcris*; ſunt enim auctori hæc duo ſynonyma. Hinc illud Nonii Marcelli: *Sarcofagum, id eſt, ſepulcrum, veteres* capulum *dici volunt, quòd corpora capiat.* Macarius, Homil. I. pag. 14. Οὔτε φύσεως τῆς θεότητός ἐστιν ἡ ψυχὴ, οὔτε φύσεως τοῦ σκότους τῆς πονηρίας, ἀλλ' ἔστι κτίσμα τι νοερὸν καὶ ὡραῖον, καὶ μέγα καὶ θαυμαστὸν, καὶ καλὸν ὁμοίωμα καὶ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. *Neque natura divina eſt anima, neque rurſum naturæ tenebrarum & nequitiæ: ſed eſt creatura quædam intellectualis, ſpecioſa, inſignis, admiranda & præclara, ſimilitudo & imago Dei.* Æneas Gazæus in Theophraſto, pag. 30. *Deus animam* ὁμοούσιον μὲν οὐ πεποίηκεν, ὁμοίαν δὲ καὶ οἷον εἰκόνα, *ſubſtantiæ quidem ejuſdem ſecum non fecit, ſed ſimilem, & quaſi imaginem.* Chryſoſtomus, Homil. II. in Acta, paginâ 621. ſeptem maximè rationibus eorum refutat ſententiam, qui τὰς ψυχὰς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι φασι. 1. Βουλόμενοι δεῖξαι, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ κακὰ, ἕτερόν τι τούτου ἀσεβέστερον εἰσάγουσιν, ὁμόχρονα γὰρ αὐτῷ, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ πρεσβύτερον τὸν Θεὸν λέγουσι, τὸ γέρας τὸ μέγα καὶ αὐτοῖς διδόναι τολμῶντες. *Dum probare nituntur, Deum eſſe malorum autorem, aliud magis etiam impium inducunt: fingunt enim, mala juxta temporis ſpatium æqualia Deo, prædicantes, hunc nihilo vetuſtiorem quolibet illorum: nec verentur his ſenectutem ac longævitatem immenſam dare.* 2. Ἀνώλεθρον τὴν κακίαν φασίν· οὐ γὰρ τὸ ἀγέννητον ἀναιρεῖται. *Malitiam aſſeverant immortalem: neque enim interit, quod non naſcitur.* 3. Ταύτῃ τοι πολεμοῦσι, μὴ αὐτοὶ ἑαυτοῖς, καὶ προσαγανακτεῖν τὸν Θεὸν μᾶλλον παρασκευάζουσιν. *In hoc ipſi ſecum pugnant, ac majorem æterni Numinis indignationem in ſe provocant.* 4. Τὴν ἄστατον ὕλην τοσαύτην ἐπιτηδειότητα ἔχειν διδόασι. *Materiæ, quæ non ſubſiſtit, tantam vim tribuunt.* 5. Τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ τὴν πονηρίαν αἰτίαν φασὶ γεγενῆσθαι, καὶ ὅτι χωρὶς ταύτης ὁ ἀγαθὸς οὐκ ἦν ἀγαθός. *Divinæ bonitatis cauſſam malitiam fuiſſe dicunt, & quòd abſque hac bonus non fuerit bonus.* 6. Τὰς ἐκεῖ ἡμῖν ἀποκλείουσι τῆς θεογνωσίας. *Viam nobis præcludunt perveniendi ad cognitionem Dei.* 7. Τὸν Θεὸν εἰς ἀνθρώπους κατάγουσι, καὶ φυτὰ, καὶ ξύλα· εἰ γὰρ ἡ μὲν ἡμετέρα ψυχὴ τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας ἐστὶν, ἡ δὲ μετενσωματοῦται, καὶ εἰς σικυοὺς καὶ πέπονας ἐκβαίνει· ἄρα τοῦ Θεοῦ ἡ οὐσία ἐν σικυοῖς ἐστι. *Deum ad homines deducunt, imò ad plantas & ligna. Etenim ſi noſtra anima pars eſt ſubſtantiæ divinæ, anima verò demigrat etiam in corpora cucurbitarum & peponum, ſequitur, ſubſtantiam Dei etiam eſſe in cucurbitis.* Apud Athanaſium: de Definit. tomo II. pag. 51. Μηδεὶς ὑπονοείτω, ὅτι τὸ πνεῦμα, ὅπερ ἐνεφύσησεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἐκεῖνο ἐγένετο ψυχή· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἐκεῖνο ψυχὴν ἐδημιούργησεν· εἰ γὰρ ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα ψυχὴ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τάχα ἐκ τῆς οὐσίας

Digitized by Google

ὐσίας τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ ἔμελλεν εἶναι. Ἐὰν ὑπῆρχεν ἡ ψυχὴ ἐκ τῆς ὐσίας τοῦ Θεοῦ, διατί οὐκ ἔςι πάντοτε ἀναλλοίωτος, ἄτρεπτος, ὥσπερ ὁ Θεός; Ἐκεῖνος γὰρ λέγει· ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι, καὶ ὐκ ἠλλοίωμαι. Ἡ δὲ ψυχὴ ποτὲ μὲν οὖσα μωρά, ποτὲ δὲ φρόνιμος. καὶ ποτὲ μὲν ἁμαρτωλὸς, ποτὲ δὲ δικαία. Ταῦτα ἔχουσα, πῶς δύναται λέγεσθαι ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Θεοῦ; ὐκ ἔςι τοῦτο, ὐκ ἔςι. Τὸ δὲ ἐμφύσημα ἐκεῖνο ψυχὴν ἐδημιούργησεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ λογικὴν, καὶ νοεράν. *Nullus exiſtimet, ſpiritum, quem Deus homini inſufflavit, factum eſſe animam. Abſit. Sed ſpiritus ille creavit animam. Si enim ſpiritus iſte anima in homine, fortaſſe ex ſubſtantia Dei anima futura fuiſſet. Si anima ex ſubſtantia Dei exiſtebat, cur non ſemper eſt immutabilis & inconvertibilis, quemadmodum Deus? Ille enim dicit:* Ego ille ipſe ſum, nec mutor. *Anima verò modò ſtulta eſt, modò verò ſapiens: & modò quidem peccatrix, modò verò juſta. Hæc cùm habeat, quomodo ex Dei eſſentia eam eſſe dici poteſt? Hoc minimè eſt. Inſlatio vero iſta animam in homine creavit rationalem & intellectualem.*

III. *Proprietates animæ.*

1. Eſt *ſubſtantia ſpiritualis*, non corporea. Chryſoſtomus Homil. XIII. in Geneſin: Οὐσία τὶς ἀσώματος καὶ ἀθάνατος ἡ ψυχή. *Anima eſt eſſentia quadam incorporea & immortalis.* Et Homil. XXII. eandem vocat οὐσίαν ἀσώματον. Theodoretus quæſt. XXIII. in Geneſin, pag. 25. Ἡ ψυχὴ πνεῦμά ἐςιν ἀόρατόν τε καὶ νοερὸν, κτιςὸν, τῆς τῶν σωμάτων ἀπηλλαγμένον παχύτητος. *Anima eſt ſpiritus inviſibilis & intellectualis, creatus, expers craſſitudinis corporeæ.* Gregorius Nyſſenus de Anima, tom. II. pag. 108. Ἡ ψυχὴ οὐσία τίς ἐςιν ἀσώματος. *Anima eſſentia quadam incorporea eſt.*

Errant igitur,

a. qui eam corpus eſſe dicunt. Theodotus apud Clementem Alexandrinum, pag. 791. Καὶ ἡ ψυχὴ σῶμα. Ὁ γοῦν ἀπόςολος, Σπείρεται μὲν γὰρ σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται δὲ σῶμα πνευματικόν. Πῶς δὲ καὶ αἱ κολαζόμεναι ψυχαὶ συναισθάνονται, μὴ σώματα οὖσαι; *Etiam anima corpus eſt. Apoſtolus enim inquit:* Seminatur quidem corpus animale, excitatur verò corpus ſpirituale. *Quomodo verò animæ, quæ puniuntur, ſentiunt, ſi non ſunt corpora?* Quomodo intelligendus locus Apoſtoli, qui habetur I. Corinth. XV. 44. docebitur in voce Ψυχικός. Macarius, Homil. IV. pag. 47. Ἕκαςον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν σῶμά ἐςιν, ὁ ἄγγελος, ἡ ψυχὴ, ὁ δαίμων. ὅτι κἂν λεπτὰ ὦσιν, ὅμως ἐν ὑποςάσει καὶ χαρακτῆρι, καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς φύσεως αὐτῶν σώματα τυγχάνει λεπτὰ, ὥσπερ ἐν ὑποςάσει τοῦτο τὸ σῶμα παχύ ἐςιν. *Unumquodque pro natura ſua corpus eſt, ſive ſit Angelus, ſive anima, ſive dæmon. Licèt enim hæc corpora tenuia ſint, nihilominus in ſubſtantia; charactere & repræſentatione, pro ſubtilitate naturæ ſuæ, corpora ſunt ſubtilia: quemadmodum & corpus iſtud ſecundùm ſuam ſubſtantiam craſſum eſt.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XLV. pag. 719. Ψυχὴν vocat τὸ βραχύτατον τῶν νοητῶν μέρος, *omnium earum rerum, quæ intellectu percipiuntur, breviſſimum membrum.* Methodius in Biblioth. Photii, Cod. CCXXXIV. pag. 932. Αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων, σώματα νοερὰ ὑπάρχουσαι, εἰς λόγῳ θεωρητὰ μέλη διακεκόσμηνται, ταύτην λαβοῦσαι τὴν διατύπωσιν. ὅθεν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, καὶ τοῦ πλουσίου, καὶ γλῶσσαν, καὶ δάκτυλον, καὶ τὰ ἄλλα μέλη ἱςοροῦνται ἔχειν. *Animæ à creatore & Patre univerſorum corpora intellectualia condita, in membra, quæ ratione percipiuntur, exornatæ, hanc figuram acceperunt: unde apud inferos, ut in Lazaro & divite* videre eſt, *linguam, & digitum, & reliqua membra habere dicuntur.* Democritus & Epicurus, & omnes Stoici, σῶμα τὴν ψυχὴν ἀποφαίνονται, *animam corpus eſſe aſſeverant:* ut teſtatur Gregor. Nyſſenus, tract. de Anima, ſtatim ab initio, t. II. pag. 90.

b. qui Animam partim corpoream, partim incorpoream eſſe volunt. Gregorius Nyſſenus, Hom. XI. in Canticum, tom. I. pag. 638. huc inclinat, quando ſcribit: Ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ δύο φύσεων μεθόριός ἐςιν, ὧν ἡ μὲν ἀσώματός ἐςι καὶ νοερὰ καὶ ἀκήρατος, ἡ δὲ ἑτέρα σωματικὴ, καὶ ὑλώδης, καὶ ἄλογος. *Anima humana eſt in confinio duarum naturarum, quarum altera quidem eſt incorporea, & intelligens, & in quam non cadit interitus: altera verò corporea, & materialis, & expers rationis.*

Quando verò quidam ex Patribus volunt, *animas eſſe corpora*, ſunt qui ſententiam eorum ita emolliunt, eos tum *corporis* voce non *propriè* uti, ſed *impropriè*, pro *re verè exiſtente*. Confer, quæ dicta ſunt in voce Σῶμα, num. II. 2. in voce Ἄγγελος, num. 4. ſub lit. *A. b.* ubi, *NOTA:* quo ſenſu Macarius animæ etiam membra tribuit, ut jam monuimus in voce Μέλος, num. II.

2. Eſt *ſubſtantia inviſibilis*. Hoc ex eo ſequitur, quia eſt ἀσώματος. Repete ſuperiora. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. VI. pag. 696. Ψυχαὶ ἀόρατοι, ὐ μόνον αἱ λογικαὶ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ζώων. *Animæ non cadunt ſub aſpectum, non ſolùm quæ ſunt compotes rationis, ſed etiam animæ aliorum animantium.* Vide in Ἀόρατος, num. II.

3. Eſt *ſpiritus ſeparabilis, ſubſiſtens per ſe.* Hoc ex eo probatur, quia poſt mortem corporis piorum animæ deferuntur in cœlum, impiorum verò detruduntur ad inferos. Joh. Chryſoſtomus Orat. in XL. Martyres, tom. VIII. pag. 140. Ὅταν ἐξέλθῃ ψυχὴ δικαία ἐντεῦθεν, παραπέμπεται διὰ χειρῶν ἀγγέλων, καὶ παριςῶσιν αὐτὴν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἥτις ἐςὶν ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. *Anima juſti, quando hinc exceſſit, Angelorum manibus defertur, qui eam ſiſtunt in regia urbe, quæ eſt cœleſtis Jeruſalem.* Macarius Homil. XXII. pag. 311. 312. Ὅταν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ σώματος ψυχὴ ἀνθρώπου, μυςήριόν τι ἐκεῖ μέγα ἐπιτελεῖται. ἐὰν γὰρ ᾖ ὑπεύθυνος ἐν ἁμαρτίαις, ἔρχονται χοροὶ δαιμόνων, καὶ ἄγγελοι ἀριςεροὶ, καὶ δυνάμεις σκότους παραλαμβάνουσι τὴν ψυχὴν ἐκείνην, καὶ κρατοῦσιν εἰς τὸ ἴδιον μέρος. --- καὶ ὅταν ἐξέλθωσιν οἱ ἅγιοι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ σώματος, οἱ χοροὶ τῶν ἀγγέλων παραλαμβάνουσιν αὐτῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ ἴδιον μέρος, εἰς τὸν καθαρὸν αἰῶνα· καὶ οὕτως αὐτοὺς προσάγουσι τῷ Κυρίῳ. *Cùm anima deceſſerit è corpore hominis, tunc magnum quoddam ibi peragitur myſterium. Nam ſi fuerit illa peccati rea, accedunt chori dæmonum, & Angeli ſiniſtri, ac poteſtates tenebrarum apprehendunt animam illam, & imperio ſuo ſubjugatam, in proprium locum pertrahunt. --- Et cùm ſancti Dei ſervi è corpore exierint, chori Angelorum aſſumunt animas eorum in proprium locum, in purum ſeculum, atque ſic eos ad Dominum adducunt.* Theophylact. in cap. VIII. Matth. pag. 45. Ἡ ψυχὴ ἐξελθοῦσα, ὐκ ἐν τῷ κόσμῳ πλανᾶται. αἱ μὲν γὰρ τῶν δικαίων, ἐν χειρὶ Θεοῦ· αἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ αὐταὶ ἔνθεν ἀπάγονται, ὡς ἡ τοῦ πλουσίου. *Anima egreſſa, in mundo non errat. Juſtorum enim animæ in manu Dei ſunt: peccatorum verò & ipſæ hinc abducuntur, ut anima divitis.* Gregorius Nazianzenus Orat. X. paginâ 173. Πείθομαι σοφῶν λόγοις, ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς,

λῆς, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη, — θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται, καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, &c. *Sapientum verbis adducor ut credam, pulchram omnem animam & Deo charam, poſtquam corporis vinculis ſoluta, hinc exceſſerit, protinus bonum, quod eam manet, perſentientem & contemplantem, mirabili quadam voluptate affici, & exultare, & ſumma cum hilaritate ad Dominum ſuum tendere.* Cyrillus Alexandrinus in Catena in cap. XIX. Johan. pag. 443. Οὐκ ἐμφιλοχωροῦσι τοῖς μνήμασι τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ, τρέχουσι δὲ μᾶλλον εἰς χεῖρας τοῦ πάντων πατρός· τῶν δὲ ἁμαρτωλῶν εἰς τὸν τῆς κολάσεως τόπον κατασπωμένων, τουτέστιν, εἰς ᾅδην. *Sanctorum animæ non commorantur in monumentis; ſed potiùs ad univerſorum Patris manus properant: peccatorum verò ad locum ſupplicii, id eſt, ad inferos detruduntur.* Vide etiam fuſè Chryſoſtomum, Homil. XXXVI. quæ eſt ſecunda in Lazarum, tom. V. pag. 236. 237. ad Dionyſium Areopagitam, Hierarch. Eccleſiaſt. cap. VII. pag. 349.

Hic tamen nec illud prætereundum, paſſivam receptamque veterum, ad noſtrum uſque ſeculum, ſententiam fuiſſe, *Animas fidelium veteris Teſtamenti, non priùs in Paradiſum fuiſſe receptas, quàm eum morte ſua reſeraſſet Chriſtus, primuſque illum cum latrone eſſet ingreſſus.* Theophylactus in cap. XXVII. Matth. pag. 677. Χάρις τῷ κυρίῳ, ὅτι ἐκείνου ἀποθανόντος, καὶ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς χεῖρα τοῦ πατρὸς παρατεθέντος, ἐκ τότε καὶ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ εἰς χεῖρας τοῦ θεοῦ τίθενται, ἀλλ' οὐχ ὡς πρότερον ἐν τοῖς τοῦ ᾅδου μυχοῖς. *Gratia Domino, quòd, illo moriente & ſpiritum ſuum in manus Patris commendante, ex eo etiam tempore ſanctorum animæ in manu Dei ponuntur, & non, ut priùs, in inferni penetralibus.* Et in cap. XV. Marci, pag. 285. Καὶ τοῦτο κατώρθωσεν ἡμῖν ὁ κύριος. τὸ, εἰς χεῖρας τοῦ θεοῦ ἀναβαίνειν τὰ τῶν ἁγίων πνεύματα. πρώην γὰρ ἐν ᾅδου πάντων αἱ ψυχαὶ ἐκρατοῦντο, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ κηρύξας αἰχμαλώτοις ἄφεσιν. *Etiam hoc beneficium Chriſti eſt, quòd nunc ſanctorum ſpiritus in manus Patris aſcendunt, qui olim ab inferno tenebantur, donec veniret, qui prædicavit captivis remiſſionem.* Cyrillus Alexandrinus in Actis Epheſinis, pag. 167. Πάλαι μὲν ἀπαλλαττόμεναι τῶν σωμάτων, ἐν τοῖς ὑπὸ χθόνα μυχοῖς αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ κατεπέμποντο, πληροῦσαι τὰ τοῦ θανάτου ταμεῖα. Ἐπειδὴ δὲ ὁ χριστὸς τὸ ἴδιον πνεῦμα παρέθετο τῷ πατρὶ καὶ ταύτην ἡμῖν ἀνεκαίνισε τὴν ὁδόν. *Olim quidem hominum animæ à corporibus liberatæ in terræ penetralia mittebantur, mortis receptacula implentes. Poſtquam verò Chriſtus ſpiritum ſuum commendavit Patri, etiam nobis hanc reparavit viam.* Apud Athanaſium, quæſt. XIX. ad Antiochum, tom. II. pag. 338. Αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχαὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ὑπάρχουσιν, ὑποκάτω πάσης τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης εἰσίν. Αἱ δὲ τῶν δικαίων ψυχαὶ μετὰ τὴν χριστοῦ παρουσίαν, ὡς ἐκ τοῦ λῃστοῦ τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ μανθάνομεν, ἐν τῷ παραδείσῳ ὑπάρχουσιν. *Animæ peccatorum in inferis exiſtunt, infra omnem terram & mare ſunt. Juſtorum verò animæ, poſt Chriſti adventum, quemadmodum ex latrone in cruce diſcimus, in Paradiſo exiſtunt.* Hieronymus ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani: *Ante Chriſtum Abraham apud inferos, poſt Chriſtum latro in Paradiſo.* Eandem ſententiam clarè aſſerunt Auguſtinus lib. XX. de Civit. Dei cap. XV. Irenæus lib. V. cap. XXXI. Tertullianus lib. de Anima, cap. LV. Gregorius Thaumaturgus Orat. in Theophania. Baſilius in Pſal. XLVIII. Epiphanius hæreſi LXXVII. pag. 434. Hæreſi LXIX. pag. 337. Cyrillus Jeroſolymitanus Catech. IV. & XIV. Ambroſius de domin. Incarnat. Sacram. cap. V. & de myſterio Paſchæ cap. IV. & innumeri alii. Alios tamen aliter ſenſiſſe, jam audivimus. Verùm, hanc controverſiam ſolidè tractatam vide apud Voſſium Diſputat. VI. quæ eſt de ſtatu animæ.

4. Eſt *immortalis*. Immortalem eſſe probat Gregorius Thaumaturgus Diſputat. de Anima, pag. 45. & 46. Hinc ψυχὴ à Photio, epiſt. I. pag. 1. vocatur ἀθάνατον καὶ θεοειδὲς πρᾶγμα, *res immortalis & divina*. Non ergo audiendi illi inter Arabes Chriſtiani, qui, referente Euſebio, hiſtor. Eccleſ. lib. VI. c. XXXVII. pag. 67. 2. Ἔλεγον τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι, καὶ συνδιαφθείρεσθαι· αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι. *Dicebant animam humanam tunc quidem in præſenti tempore unà cum corporibus mori & cum iis corrumpi: in poſterum verò tempore reſurrectionis unà cum corporibus in vitam redituras.* Eadem eſt ſententia Tatiani Orat. ad Gentes, pag. 281. Samaritani etiam animarum immortalitatem negarunt, ut docemus in voce Σαμαρείτης, n. II. 2. Nec animæ immortalitati repugnat, quòd ei tribuitur mors: eſt enim mors ſpiritualis, quâ homines in peccatis dicuntur mortui: Vide in voce Θάνατος, num. II. 1. ſub lit. *b*.

5. Eſt *pars hominis nobiliſſima & præſtantiſſima*. Chryſoſtomus Homil. XCIX. tom. VI. animam vocat δέσποιναν, *dominam* corporis. Ejus verba ſunt: Ἐὰν ἡ δέσποινα, ψυχὴ λέγω, πορνεύῃ, τί τὴν θεράπαιναν, τὴν γαστέρα φημὶ, μαστίζεις; *Si domina, animam intelligo, ſcortetur, quid famulam, ventrem dico, flagellas?* Vocatur θεότμητος ψυχὴ, *ex Deo decerpta anima*, à Gregorio Nyſſeno, Orat. II. tom. II. pag 34. Baſilius de abdicatione rerum, tom. II. pag. 244. Ὅσον διαφέρει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ τῶν ἐν γῇ, τοσοῦτον διαφέρει ψυχὴ σώματος. Ψυχὴ, οὐρανοῦ μίμημα. ἐν αὐτῇ γὰρ κατοικεῖ ὁ κύριος· σὰρξ δὲ ἐκ γῆς ὑπάρχει, ἐν ᾗ κατοικοῦσι θνητοὶ ἄνθρωποι, καὶ ἄλογα ζῶα. *Quantò nobilitate cælum terrâ præſtabilius eſt, & dignitate cæleſtia terrenis præponderant, tantò, ſine dubio, anima corpore præſtantior eſt: ſiquidem ea cæli quaſi imago quædam eſt: in ea enim habitat Dominus. At caro ex terra eſt, in qua mortales habitant homines, & rationis expertia animantia.* Macarius Homil. VII. pag. 105. de anima: Ἔχει εἰκόνα καὶ μορφὴν ὁμοιάζουσαν τῷ ἀγγέλῳ. ὥσπερ γὰρ οἱ ἄγγελοι ἔχουσιν εἰκόνα καὶ μορφὴν, καὶ ὥσπερ ὁ ἔξω ἄνθρωπος ἔχει εἰκόνα, οὕτω καὶ ὁ ἔσω εἰκόνα ἔχει ὁμοίαν τῷ ἀγγέλῳ καὶ τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ μορφήν. *Habet utique imaginem ac formam accedentem ad ſimilitudinem Angeli. Quemadmodum enim Angeli imaginem habent & formam, & ſicut homo exterior imaginem habet: ita & homo interior imaginem habet, Angelo & exteriori homini ſimilem.* Anima eſt Dei habitaculum. Idem Macarius Homiliâ XLIX. paginâ 559. Ὥσπερ ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν εἰς τὸ κατοικῆσαι τὸν ἄνθρωπον· οὕτω καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου ἔκτισεν εἰς ἰδίαν οἰκίαν, εἰς τὸ ἐνοικῆσαι καὶ ἀναπαύσασθαι, ὡς ἐν ἰδίῳ οἴκῳ τῷ σώματι, ἔχων νύμφην καλὴν τὴν ἐράσμιον ψυχὴν, τὴν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ πεποιημένην. *Sicut Deus creavit cælum & terram, ut incolantur ab homine: ita etiam creavit corpus & animam hominis, in domicilium ſuum, ut habitet & requieſcat in corpore, tanquam in domo ſua: habens pro ſponſa præclara dilectam animam, factam ad imaginem ſuam.* Eſt corporis auriga. Chryſoſtomus Homil. XXX. tom. V. pag. 183. Ὅπερ ἐστὶν ἡνίοχος ἅρματι, καὶ κυβερνήτης πλοίῳ,

πλοίῳ, καὶ μουσικὸς ὀργάνῳ, τοῦτο εἶναι τῷ γηΐνῳ τούτῳ σκεύει τὴν ψυχὴν ὁ πλάστης ἐνομοθέτησεν· αὕτη γὰρ κατέχει τὰς ἡνίας, καὶ κινεῖ τὰ πηδάλια, καὶ τὰς χορδὰς ἀνακρούεται, καὶ εὖ μὲν τοῦτο πράττουσα, τὸ ἐναρμόνιον τῆς ἀρετῆς ἀνακρούεται μέλος. *Quod auriga eſt currui, & gubernator navi, & muſicus organo, id ipſum terreno huic vaſi creator voluit eſſe animam. Illa enim moderatur habenas, & gubernacula movet, & chordas movet: atque hoc concinnè agendo, ſuavem harmoniam virtutis pulſat.* Eſt veluti citharœdus. Theophylactus in cap. VII. ad Romanos, pag. 62. Ἡ ψυχὴ ἐστιν οἷόν τις κιθαρισὴς, τὰ δὲ μέλη κιθάρα. *Anima eſt inſtar citharœdi, membra verò ut cithara.* In ea maximè elucet imago Dei. Vide Gregorium Nyſſenum, Orat. II. tom. II. pag. 24. 25. 27. 28. 31. 32. Et confer vocem, Εἰκὼν, num. III. 3. Adde Macarium, Homil. XLVI. pag. 527. 528. Μέγα καὶ θεῖον ἔργον καὶ θαυμαστὸν ὄντως ἐστὶν ἡ ψυχή· ἐν γὰρ τῷ δημιουργῆσαι αὐτὴν, τοιαύτην ἐποίησεν ὁ θεὸς αὐτὴν, ὡς ἐν τῇ φύσει αὐτῆς μὴ ἐνθεῖναι κακίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν εἰκόνα τῶν ἀρετῶν τοῦ πνεύματος ἐποίησεν αὐτήν· ἔθηκεν εἰς αὐτὴν νόμους ἀρετῶν, διάκρισιν, γνῶσιν, φρόνησιν, πίστιν, ἀγάπην, καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ πνεύματος· ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν τῇ γνώσει, καὶ φρονήσει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ πίστει εὑρίσκεται, καὶ φανεροῦται αὐτῇ ὁ Κύριος. ἔθηκεν εἰς αὐτὴν διάνοιαν, λογισμοὺς, θέλημα, νοῦν ἡγούμενον· ἐνέθηκεν ἐν αὐτῇ καὶ ἄλλην πολλὴν λεπτότητα· ἐποίησεν αὐτὴν εὐκίνητον, εὔπτερον, ἄκοπον· ἐχαρίσατο αὐτῇ τὸ ἐν ῥοπῇ ἔρχεσθαι καὶ ἀπέρχεσθαι, καὶ τοῖς φρονήμασι διακονεῖν αὐτῷ, ἔνθα τὸ πνεῦμα βούλεται· καὶ ἁπαξαπλῶς ἔκτισεν αὐτὴν τοιαύτην, ὥστε γενέσθαι εἰς νύμφην καὶ κοινωνικὴν αὐτοῦ, τοῦ αὐτὸν μετ' αὐτῆς κεκρᾶσθαι, καὶ ἓν πνεῦμα μετ' αὐτοῦ εἶναι. *Magnum revera diviniúmque opus & admirandum eſt anima: utpote quam dum conderet Deus, talem creavit, ut cum illius natura nihil admiſceret vitii: ſed ad imaginem virtutum ſpiritus fecit illam: & in ea collocavit leges virtutum, diſcretionem, ſcientiam, prudentiam, fidem, dilectionem, & reliquas virtutes, ad imaginem ſpiritus. Siquidem adhuc in ea reperias nunc ſcientiam, prudentiam, dilectionem & fidem: eíque manifeſtatur Dominus: in illa poſuit intellectum, cogitationes, voluntatem, ac mentem ducem præcipuam. Conſtituit etiam in illa multiplicem aliam ſubtilitatem: fecit illam valde mobilem, volatilem & indefeſſam. Largitus eſt illi, ut momento ire redireque poſſit: & mente inſervire Domino, prout dictaverit ſpiritus. Atque, ut ſemel dicam, talem creavit illam, ut illa ſponſa ſit ejus & ſocia: ut contemperetur cum illa & cum eo fiat unus ſpiritus.*

IV. *Oppoſita.* Huc referimus eorum ſententiam, qui

1. Μετεμψύχωσιν, id eſt, transmigrationem animarum ex alio in aliud corpus docent, ſecundùm Pythagoræorum opinionem. Origenes in libro περὶ ἀρχῶν, ut refert Photius in Biblioth. Cod. VIII. pag. 9. μετεμψυχώσεις docuit. Olympiodorus in cap. III. Eccleſiaſtæ, pag. 625. Μανιχαῖοι μετεμψύχωσιν λέγοντες, τὴν ἀθάνατον ψυχὴν πάντα λέγουσιν ἐνδύεσθαι σώματα, καὶ λογικῶν, καὶ ἀλόγων, καὶ φυτῶν, καὶ ἑρπετῶν. *Manichæi metempſychoſin docentes, dicunt animam immortalem omnia ſubire corpora tam hominum, quàm brutorum, plantarum quoque atque reptilium.*

2. Μετενσωμάτωσιν, id eſt, animæ in diverſas corporum ſpecies migrationem ſomniant. Theodoretus hæret. fabul. lib. I. cap. XXVI. p. 214. de Manetis aſſeclis: Ψυχῶν μετενσωματώσεις λέγουσι γίνεσθαι, καὶ τὰς μὲν εἰς πτηνῶν, τὰς δὲ εἰς κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ ἑρπετῶν σώματα καταπέμπεσθαι. *Animas in varia corpora tranſire dicunt, & has quidem in volucrum, alias in jumentorum, & ferarum, & ſerpentium corpora immitti.* Æneas Gazæus in Theophraſto, pag. 10. Αἰγυπτίοις δοκεῖ, τὴν αὐτὴν ψυχὴν καὶ ἄνθρωπον, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ ὄρνεον, καὶ ἰχθὺν μεταμπίσχεσθαι. *Ægyptiis videtur, eandem animam cùm hominem, tum verò bovem, & canem, & avem, & piſcem induere.* Vide ibidem plura.

3. *Animam ante corpus exiſtere* ſtatuunt. Olympiodorus ad v. 3. cap. IV. Eccleſiaſtæ, pag. 627. Ἐντεῦθέν τινες προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν λέγουσι τοῦ σώματος. *Hinc quidam, animam ante corpus exiſtere dicunt.* Ita Origenes cum aſſeclis, de quibus Photius epiſt. I. pag. 11. Προϋπάρχειν οὗτοι τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων ἐληρώδουν, καὶ πολλὰ σώματα τὴν αὐτὴν μετενδύεσθαι. *Illi delirabant, animas ante corpora praexſtitiſſe, nec non unam & eandem animam multa corpora ſubingredi.* Harmenopulus de Sectis. ſect. IX. pag. 562. de eodem Origene: Προϋπαρξιν τῶν ψυχῶν κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἐδογμάτιζεν. *Animas ante corpora exiſtere, ſecundùm Gentiles, docuit.* De eodem Epiphanius, hæreſi LXIV. pag. 229. Τὴν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν λέγει προϋπάρχειν, ἀγγέλους δὲ ταύτας εἶναι καὶ δυνάμεις ἄνω, ἐν ἁμαρτίαις δὲ ἀμπλακησάσας, καὶ τούτου ἕνεκεν εἰς τιμωρίαν εἰς τοῦτο τὸ σῶμα κατακεκλεισμένας. *Animam humanam praexiſtere dicit, eſſe autem has Angelos & virtutes ſupernas in peccatis conſtitutas, & hanc ob cauſſam in ſupplicium in hoc corpus incluſas.* Hic error ex Platonicorum deliriis emanavit, de quibus Theodoretus in Epitome div. Decret. cap. IX. pag. 272. Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ Πλωτῖνος, καὶ οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀθανάτους εἶναι συνομολογήσαντες τὰς ψυχὰς, προϋπάρχειν ταύτας ἔφασαν τῶν σωμάτων, καὶ δῆμον εἶναι τινὰ ψυχῶν ἀναρίθμων, καὶ τὰς πλημμελούσας εἰς σώματα καταπέμπεσθαι, ὥστε τῇ τοιᾷδε καθαρθείσας παιδείᾳ, πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν ἴδιον χῶρον, τὰς δὲ κἀν τοῖς σώμασι παράνομον βίον ἀσπασαμένας, εἰς τὰ ἄλογα καταπέμπεσθαι ζῶα. *Pythagoras, & Plato, & Plotinus, & qui illius ſunt ſectæ, cùm immortales eſſe animas confiteantur, ante corpora exiſtere illas dixerunt, & populum quendam eſſe innumerabilium animarum, & in corpora mitti eas quæ peccant, ut tali purgatæ diſciplinâ, in proprium locum revertantur. Quæ verò etiam in corporibus iniquam vitam duxerint, in animalia ratione carentia demitti.* Confer verbum Σαρκόομαι. Hunc errorem pluribus ex profeſſo refutat Cyrillus Alexandrinus lib. I. in Johannem cap. IX. pag. 72. & ſeqq.

4. *Animam corpus eſſe* docent. Vide ſuprà, num. III. 1. ſub lit. *a.*

5. *Animam ab anima generari* nugantur. Hic fuit Apollinarii error, de quo Gregorius Nyſſenus, lib. de Anima, tom. II. pag. 103. Ἀπολιναρίῳ δοκεῖ, τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῶν ψυχῶν τίκτεσθαι, ὥσπερ ἀπὸ τῶν σωμάτων. προϊέναι γὰρ τὴν ψυχὴν κατὰ διαδοχὴν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου εἰς τοὺς ἐξ ἐκείνου τεχθέντας, καθάπερ τὴν σωματικὴν διαδοχήν. μήτε γὰρ ἀποκεῖσθαι ψυχὰς, μήτε νῦν κτίζεσθαι. *Apollinario videtur, animas ab animis creari velut à corporibus* corpora. *Quippe animam procedere vult ex traduce per ſucceſſionem à primo homine, ad eos qui nati ſunt ex iſto, inſtar corporeæ ſucceſſionis. Neque enim animas ſervari conditas, neque nunc creari.* At hunc errorem ibidem, pag. 102. ſic refutat Nyſſenus: Εἰ ἐξ ἀλληλογονίας αἱ ψυχαὶ γίνονται, καὶ φθαρταί εἰσι, καθάπερ τὰ ἄλλα, τὰ ἐκ διαδοχῆς γένους γινόμενα. *Si animæ ex mutua procreatione fierent, etiam mortales eſſent, velut alia quæ generis ſucceſſione fiunt.* Athena-

goras de Reſurrectione mortuorum, pag. 60. Οὐ ψυχαὶ ψυχὰς γεννῶσαι, ἵνα τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητρὸς οἰκειῶνται προσηγορίαν, ἀλλ' ἄνθρωποι ἀνθρώπους. *Non animæ animas gignunt, ut inde ſibi vendicent nomen patris aut matris; ſed homo hominem generat.*

6. *Animas eorum, qui violenta morte perierunt, dæmones fieri* dixerunt. Vide de his in voce Βιοθάνατος.

7. *Solas animas ſervari* volunt. Carpocratitæ, teſte Epiphanio, hæreſi XXVII. pag. 52. docuerunt, Ψυχῆς εἶναι μόνης σωτηρίαν, *ſalutem ſoli animæ obtingere.*

8. *Duas animas* homini tribuunt. Coſtantinus Chryſomalus, qui ſub Joanne Comneno vixit, dixit: Πᾶς χριστιανὸς δύο ἔχει ψυχάς, τὴν μὲν ἀναμάρτητον, τὴν δὲ ἁμαρτητικήν. *Omnis Chriſtianus duas habet animas, aliam quidem à peccato immunem; aliam verò peccato obnoxiam.* Contra hunc congregata fuit Synodus à Leone Styppiota, Patriarcha Conſtantinopolitano.

9. *Animas poſt exceſſum è corporibus in hoc mundo apparere* affirmant. Apud Athanaſium, tom. II. quæſtio XXV. ad Antiochum, pag. 340. ita formatur: Ἆρα ἐπισκέπτονται τὸν βίον αἱ προλαβοῦσαι τῶν ἀνθρώπων ψυχαί, ἢ οὔ; *Num animæ hominum mortuorum inviſunt & inſpiciunt vitam?* Reſp. Οὐδαμῶς. *Nequaquam, nullatenus.* Hic notetur manifeſta fraus: nam poſt illud, οὐδαμῶς, paucis interjectis, ſequentia per parentheſin adduntur: Περὶ δὲ τῶν ψυχῶν τῶν ἁγίων οὐ χρὴ ἀμφιβάλλειν. Interpres peſſima fide: *De animabus verò ſanctorum non eſt dubitandum, nam & poſt mortem, & in judicii die cognoſcunt omnia.* Ubi hæc poſtrema apparent in Græco? Et verò etiam Græcam de ſanctis additionem eſſe ſuppoſitiam, ex ſequenti quæſtione luce meridiana clarius eſt. Illa enim talis eſt: Εἰ ταῦτα οὕτως, πῶς ἐπιφαίνονται οἱ ἅγιοι πολλάκις ἐν τοῖς ἑαυτῶν ναοῖς καὶ σοροῖς; *ſi hæc ita habent, quomodo apparent ſancti ſæpius in ſuis templis & ſepulchris?* Certè, ſi de apparitionibus animarum ſanctorum non eſſet dubitandum, qua, quæſo, ratione hæc quæſtio locum haberet? Ipſa etiam reſponſio clarè ſatis docet, Autorem iſtum, quisquis tandem ſit, apparitiones animarum non credidiſſe. Ea ſic habet: Αἱ ἐν τοῖς ναοῖς καὶ σοροῖς τῶν ἁγίων γινόμεναι ἐπισκιάσεις καὶ ὀπτασίαι, οὐ διὰ τῶν ψυχῶν τῶν ἁγίων γίνονται, ἀλλὰ διὰ ἀγγέλων ἁγίων μετασχηματιζομένων εἰς τὸ εἶδος τῶν ἁγίων. Πῶς γάρ, εἰπέ μοι, μία οὖσα ψυχὴ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ἢ Παύλου, δύναται κατ' αὐτὴν τὴν ῥοπὴν ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ ἐπιφανῆναι ἐν χιλίοις ναοῖς αὐτοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ; *Sanctorum apparitiones, quæ in templis & ſepulchris fiunt, non fiunt per animas ſanctorum, ſed per ſanctos Angelos, qui in ſpeciem ſanctorum transfigurantur. Quomodo enim, dic quæſo, anima beati Petri, vel Pauli, cùm una ſit, eodem momento poteſt, dum ejus celebratur memoria, apparere in mille templis ejus in toto mundo.* Quid de Samuele à Pythoniſſa evocato ſentiendum ſit, docemus in voce Σαμουήλ.

Ψυχικός.

I. Hæc vox in ſcriptura uſurpatur,

1. *de corpore*, quale in hac vita geſtamus, I. Corinth. XV. v. 44. Ita explicat Theophylactus in hanc Epiſtolam, pag. 308. Ἔστι σῶμα ψυχικόν· ὃ νῦν ἔχομεν ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ. Eſt corpus animale: *quod jam habemus in præſenti vita.* Et Photius apud Oecumenium pag. 486. Ψυχικὸν σῶμα λέγει, τὸ γεῶδες καὶ βαρύ. ἢ ἁπλῶς, τὸ θνητὸν ἀνθρώπου σῶμα. Corpus animale *dicit, terrenum & grave: vel ſimpliciter, mortale hominis corpus.* Alii verò exiſtimant, ψυχικὸν vocari, quia ab anima, non à Spiritu Dei regatur. Ita Theophylactus in I. Corinth. XV. pag. 308. Ψυχικὸν σῶμα, τὸ ὑπὸ τῶν ψυχικῶν δυνάμεων διοικούμενον, καὶ ἐν ᾧ ἡ ψυχὴ τὸ κῦρος καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. Corpus animale *eſt, quod animæ viribus gubernatur, & in quo anima dominatum & imperium habet.* Theodoretus in I. ad Corinth. XV. pag. 205. Ψυχικὸν καλεῖ, τὸ ὑπὸ τῆς ψυχῆς κυβερνώμενον. Animale *vocat, quod ab anima gubernatur.* Methodius apud Oecumenium in idem caput, pag. 487. Ψυχικὸν ἐκάλεσε, τὸ τῇ ψυχῇ καὶ οὐ πνεύματι ἁγίῳ διοικούμενον. Animale *vocat, quod ab anima, non à Spiritu Sancto regitur.*

2. *de homine non renato.* Suidas: Ψυχικὸν καλεῖ ὁ ἀπόστολος, τὸν τοῖς ἀνθρωπικοῖς λογισμοῖς τὰ πράγματα ἐπιτρέποντα, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν μὴ δεχόμενον. Animalem *vocat Apoſtolus eum, qui res humanis rationibus committit, & ſpiritus operationem non admittit.* Locus eſt I. Corinth. II. v. 14. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ. *Animalis autem homo non percipit quæ ſunt Spiritûs Dei.* Ad hunc locum Theodoretus, p. 131. Ψυχικὸν καλεῖ τὸν μόνοις τοῖς οἰκείοις ἀρκούμενον λογισμοῖς, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος διδασκαλίαν μὴ προσιέμενον, οὔτε μὴν ἐπιγνῶναι δυνάμενον. Animalem *appellat eum, qui eſt contentus propriis cogitationibus, & ſpiritus doctrinam non admittit, ſed neq; illam poteſt intelligere.* Theophylactus ad eundem locum, pag. 181. Ψυχικός ἐστιν ἄνθρωπος ὁ τὸ πᾶν τοῖς τῆς ψυχῆς λογισμοῖς διδούς, καὶ μὴ νομίζων δεῖσθαι τῆς ἄνωθεν βοηθείας, μηδὲ πίστει θέλων δέχεσθαί τι, ἀλλὰ πάντα μωρίαν ἡγούμενος τὰ μὴ ἀπόδειξιν ἔχοντα. Animalis homo *eſt, qui omnia animæ ſuæ ratiocinationibus tribuit, neque ſuperno auxilio indigere ſe exiſtimat, neque fide quicquam accipere vult, cæterùm ſtultitiam omnia arbitratur, quæ demonſtrationem non admittunt.* Vide etiam Chryſoſtomum Homil. VII. in I. ad Corinthios, pag. 285. Chryſoſtomus apud Oecumenium, ad præſentem locum, pag. 394. Ψυχικός ἐστιν, ὁ κατὰ σάρκα ζῶν, καὶ μήπω τὸν νοῦν φωτισθεὶς διὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ μόνην τὴν ἔμφυτον καὶ ἀνθρωπίνην σύνεσιν ἔχων, ἣν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐμβάλλει ὁ δημιουργός. Animalis *eſt, qui ſecundùm carnem vivit, neq; adhuc à ſpiritu illuminatam mentem habet, ſed qui ſolam inſitam & humanam intelligentiam habet, quam creator omnium animis indit.* Theophylactus in caput I. Lucæ, pag. 309. Ψυχικὸν ἄνθρωπον λέγει τὸν κατὰ φύσιν ζῶντα, καὶ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς διοικούμενον. Animalem hominem *dicit eum, qui juxta naturam vivit, & humanis rationibus regitur.* Et in cap. XIV. Lucæ, pag. 435. Πᾶς ἀνθρώπινα φρονῶν, καὶ μηδὲν τῶν ὑπὲρ φύσιν δυνάμενος νοῆσαι, ψυχικὸς λέγεται, ὡς ψυχῇ καὶ πνεύματι διοικούμενος. *Omnis qui humana ſapit, & non valet intelligere ea quæ ſupra naturam,* animalis *dicitur, ut qui anima & ſpiritu gubernetur.* Et in caput VI. Johannis, paginâ 653. Ψυχικὸς ἄνθρωπος, τουτέστιν, ὁ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ ψυχικοῖς, ἤτοι φυσικοῖς ἑπόμενος. Animalis homo, *hoc eſt, qui ſequitur cogitationes humanas & animales, ſive naturales.* Iſidorus Peluſiota epiſt. CXXVII. lib. IV. pag. 483. Ψυχικοὺς καλεῖ, τοῖς λογισμοῖς καὶ συλλογισμοῖς καὶ διαλογισμοῖς μᾶλλον ἐπερειδομένους, καὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον ἐκ τούτων νομίζοντας εὑρίσκειν.

εἰσὶ

οἷοί εἰσιν οἱ παρ' Ἕλλησι Σοφοί. Animales *vocat eos, qui ratiocinationibus, & ſyllogiſmis & diſputationibus potiùs innituntur, & ex his ſe inventuros arbitrantur id, quod juſtum ſit & utile: quales ſunt ſapientes apud Gentiles.* Ita Judæ v. 19. Ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. *Animales, ſpiritum non habentes.* Ubi Oecumenius, pag. 231. ψυχικοὺς dicit eſſe, τοὺς κατὰ τὴν τοῦ κόσμου συμπεριφορὰν ζῶντας, *qui juxta hunc mundum vivunt.* Olympiodorus in cap. VI. Eccleſiaſtæ, pag. 643. Ψυχικός ἐστιν, ὁ θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ παρὰ τὸ δέον χρώμενος. Animalis *homo eſt, qui ira & concupiſcentia præter æquum utitur.* Irenæus lib. V. cap. VI. *Si defuerit animæ ſpiritus, animalis verè eſt, qui eſt talis.*

II. Ψυχικοὶ, *animales*, Orthodoxi per contumeliam vocati à Tertulliano jam Montaniſta. Contra *Pſychicos* ſcripſit librum de Jejuniis. Alibi quoque hoc nomine onerat orthodoxos. Lib. IV. adv. Marcionem, cap. XXII. pag. 716. *De quo inter nos &* Pſychicos *quæſtio eſt.* Libro adv. Praxean, cap. I. pag. 844. *Et manet chirographum apud* Pſychicos, *apud quos tunc geſta res eſt, exinde ſilentium. Et nos quidem poſtea agnitio Paracleti, atq; defenſio, disjunxit* à Pſychicis. Et alibi ſæpiùs. Quos verò, & cur ſic appellet, exponit Rhenanus ad librum adv. Praxean his verbis: *Non poſſum autem divinare, quos innuat hoc vocabulo, niſi fortè Orthodoxos nolentes commentitiam Montani Prophetiam recipere. Enimverò conſtat Montanum in ſua conficta Prophetia damnâſſe ſecundas nuptias, exegiſſe plures Quadrageſimas, exegiſſe martyria, prohibuiſſe fugam in perſecutione. Quorum primum cùm concedat Apoſtolus I. Corinth. VII. altera verò duo nuſquam præcepta ſint, tertium non interdictum legatur vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis; meritò falſum Montani dogma damnavit Eccleſia. At Tertullianus, nimio ſtudio caſtitatis, abſtinentiæ, & martyrii, novam illam Prophetiam complexus eſt, nec jam ab Eccleſia damnatam deteſtatus: quæ res illi meritò odium concitavit. Unde Prophetiam Montanicam reſpuentes* Pſychicos, *id eſt,* animales *vocat, ac ſi* carnales *dicat; tanquam novum ſpiritum Paracletum Montanicum agnoſcentes* ſpiritales *fuerint, ſcilicet.* Confer vocem πνευματικὸς, num. II. 2. ſub lit. *d.* Tertullianum verò eos, qui Prophetiam reſpuebant Montanicam, vocare *Pſychicos*, manifeſtè docet Clemens Alexandrinus, ſtromat. lib. IV. pag. 511. his verbis: Μὴ τοίνυν ψυχικοὺς ἐν ὀνείδους μέρει λεγέτωσαν ἡμᾶς οἱ προειρημένοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Φρύγες· ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς τῇ νέᾳ προφητείᾳ μὴ προσέχοντας, ψυχικοὺς καλοῦσι. *Ne ii ergo, qui prius dicti ſunt, probri loco nos* Animales *dicant: quin etiam Phryges: jam enim ii quoq; illos, qui novam non attendunt Prophetiam,* Animales *appellant.* Quanquam hoc de Gnoſticis, nequiſſimis & ſpurciſſimis hæreticis, commodiùs intelligi poſſit, qui Chriſtianos Catholicos arguebant quaſi idiotas & nihil ſcientes, & *Pſychicos* vocabant, eoſque de ſeculo eſſe dicebant: ſemetipſos autem extollebant, *ſpirituales & perfectos* vocantes, & *ſemina electionis*: ſicut de iis ſcripſit Irenæus, lib. I. cap. I. Confer vocem Γνωστικὸς, num. II.

III. Ψυχικὸν, apud recentiores Græcos, eſt *eleemoſyna.* Geraſimus Vlachus in Theſauro ſuo: Ψυχικόν. *Eleemoſyna.* Ἐλεημοσύνη. Ψυχικός. *Beneficus.* Ἀγαθοποιός. Ψυχικώτερος. *In egentes beneficus.* Φιλόπτωχος. In hiſtoria Concilii Florentini, ſect. IX. cap. II. pag. 251. Μόλις δὲ ποτὲ ἐδόθη καὶ τὸ σιτηρέσιον, εἰπόντος τοῦ Καμεραρίου, ὡς ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ πατριάρχου ὅτε ἐδόθη, καὶ τοῦτο τὸ ψυχικὸν τοῦ Πάπα, ὥσπερ ἂν εἰ ἐῤῥίπτετο εἰς τὸ πέλαγος. *Tandem verò difficulter prodiit ſtipendiorum ſolutio, non ſine acerbiſſimo Camerarii dicterio, ut accepimus à Patriarcha: quem dixiſſe ferunt, Habeant ſibi Græcorum mendicabula hanc Papæ eleemoſynam, non meliùs collocatam, quàm ſi in mare præcipitaretur.*

Ψυχοβλαβής.

Non habent Lexica. *Animam damno afficiens.* Theophylactus in cap. XIV. Lucæ, pag. 442. Οὐ δύναται χριστοῦ εἶναι μαθητὴς ὁ μὴ ἀποτασσόμενος πᾶσιν· ἀλλ' εἰρηνεύων πρός τινα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ψυχοβλαβῶν. *Non poteſt Chriſti diſcipulus eſſe, qui non renunciat omnibus, ſed pacem habet cum his, quæ in hoc mundo animas damno afficiunt.*

Ψυχοδιάβατος.

Non habent Lexica. *Animam penetrans, pertranſiens.* Timotheus, Jeroſol. Presbyter, ſermone de Simeone, ῥομφαίαν, de qua Lucæ II. vocat ῥομφαίαν ψυχοδιάβατον, *gladium animam penetrantem, tranſeuntem*: pag. 847. tomi XIII. Biblioth. Patrum.

Ψυχόω.

I. *Propriè* ſignificat *animo, animatum reddo, animam & vitam indo, vivum facio.* Et ψυχοῦσθαι, *animatum & vivum fieri, animam ſumere.* Veteres Gloſſæ: Ψυχῶ, *animo.* Theodoretus θεραπευτ. ſerm. V. de Moſe: Περὶ γὰρ δὴ τῆς ἐγκύμονος τῆς ἐκ τινῶν πληγῶν ἀμβλωσκούσης, διαλεγόμενος, διαμορφοῦσθαι πρότερον ἐν τῇ νηδύϊ λέγει τὸ βρέφος· εἶθ' οὕτω ψυχοῦσθαι. *Ubi enim de prægnante muliere mentionem facit quæ plagis affecta pariat abortivum, formari prius in alvo matris infantem ait, at tunc deniq; animari.* Chryſoſtomus Homil. CXLII. t. V. pag. 892. Τί εὐκολώτερόν ἐστι, παρθένον τεκεῖν, καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν παρθένον πάλιν μεῖναι· ἢ ῥάβδον εἰς ζῶον ψυχωθῆναι, καὶ ἀπὸ ζώου πάλιν ῥάβδον γενέσθαι; *Quid facilius eſt, virginem parere, & poſt partum virginem manere: an verò virgam animalis inſtar animatam & vivam fieri, & ex animali rurſus virgam fieri?* Idem, Homil. in aſcenſionem Domini, de Tabitha: Νεκρὸν σῶμα τὰ τῶν χηρῶν δάκρυα ἐψύχωσε. *Corpus mortuum viduarum lacrymæ vitæ reſtituerunt.* Idem dicit carnem Domini noſtri ἐψυχωμένην ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, *animatam eſſe ex ſancta Virgine.* Athanaſius Orat. contra Gentes, t. I. pag. 48. Νεύματι θείου καὶ πατρικοῦ λόγου ἁπλῶς πάντα ψυχοῦται καὶ κινεῖται. *Nutu divini & paterni Verbi omnia animantur & moventur.* Idem, Dial. IV. de SS. Trinitate, t. II. p. 239. Apollinariſta de corpore Chriſti interrogat: Θείᾳ ἦν ἐμψυχίᾳ ψυχωθέν; *Num divina animatione fuit animatum?* Orthod. Σὺ γὰρ ἀθεεὶ ἐψυχώθης. *Tu enim ſine Deo fuiſti animatus.* Apoll. Φυσικῶς ἐψυχώθην. *Naturaliter ſum animatus.* Cyrillus Alex. lib. I. de Adoratione, pag. 9. de corpore Adami: Ἐψυχοῦτο τὸ πλασθὲν ἀῤῥήτῳ δυνάμει. *Formata illa maſſa, ineffabili virtute animata fuit.*

II. *Impropriè. Calcar & ſtimulum addo.* Theophylactus epiſt. I. Πάλαι γὰρ νεκρωθέντας ἡμᾶς τῷ ῥυπώδει βίῳ, ἐκ τῶν σῶν γραμμάτων πρὸς ἀρετὴν ἐψύχωσας. *Tu enim nos olim vitâ ſordidâ emortuos, literis tuis ad virtutem animâſti & excitâſti.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. CXXI. lib. V. pag. 589. Λόγος πολὺς τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ ἐν τῷ συντόμῳ τὸ ἀπαράλειπτον ἔχων, ὑπὸ τοῦ χρέους μάλιστα ψυχωθείς. *Oratio multis conſtans ſen-*

Digitized by Google

ſententiis, &, quæ, licèt brevis ſit, nihil tamen omittit, à tempore maximè animata. Theophanes Homil. I. pag. 2: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷον σῶμα ἔστω τῷ λόγῳ τῆς ἑορτῆς, φέρε δὲ καὶ ταῖς ἔνδοθεν θεωρίαις τοῦτον ψυχώσωμεν. *Verùm hactenus dicta quaſi corpus inſtituta de hoc feſto die orationi ſint: age ergo interiorum rerum conſiderationem quaſi animam illi inſeramus.*

Ψυχωφελής.

Vulgata Lexica ex Suida habent, apud quem: Ψυχωφελὲς καὶ ψυχωφέλεια. *Animam juvans, quod animæ prodeſt. Et Animæ utilitas.* Cyrillus Alex. lib. II. in Joh. cap. V. pag. 210. ad cap. V. v. 14: Πρόφασιν τῆς πρὸς αὐτὸν διαλέξεως τὸ ψυχωφελὲς ἐποιεῖτο παράγγελμα, μηκέτι πλημμελεῖν λέγων, &c. *Occaſionem ejus alloquendi ſalutaris illa admonitio præbuit, quâ jam non ampliùs peccandum dixit.* Joh. Moſchus, præfat. in Pratum ſpirituale: Τὰ ψυχωφελῆ τῶν πατέρων κατορθώματα. *Animas juvantia Patrum rectè facta.*

Ω

Ὠβλίας.

JAcobum Apoſtolum, minorem dictum, fratrem Domini, & primum Jeroſolymis Epiſcopum, cognomento ὠβλίαν appellatum fuiſſe, tradit Euſebius, hiſt. Eccles. lib. II. cap. XXIII. pag. 19. a. ex Joſepho, Hegeſippo ſcribendum, his verbis: Διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ ὠβλίας, ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη. *Ob eximiam juſtitiam ipſius, dictus eſt juſtus &* Oblias, *quod eſt Græcè* περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη, *munitio populi & juſtitia.* Idem docet Epiphanius, hæreſi LXXVIII. pag. 438: Ἔσχε δὲ οὗτος ὁ Ἰωσὴφ πρωτότοκον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπικληθέντα ὠβλίαν, ἑρμηνευόμενον τεῖχος, καὶ δίκαιον ἐπικληθέντα. *Habebat autem hic Joſephus primogenitum Jacobum cognominatum* Obliam, *quod ſignificat murum, & cognominatum juſtum.* Idem etiam repetit Jobius Monachus Commentar. lib. IX. apud Photium, Cod. CCXXII. pag. 641: Ὠβλίαν αὐτὸν τὸ πλῆθος, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον παῤῥησίαν, τουτέστι, περιοχὴν καὶ σκέπην τοῦ λαοῦ, κατωνόμαζον. *Ipſum populus, propter virtutis magnitudinem, atq; agendi cum Deo libertatem,* Obliam, *hoc eſt, populi præſidium & protectionem, vocabat.* Corrigendus Pachymeres, qui in cap. VII. Dionyſii Areopagitæ de Hierarch. Eccleſ. pag. 370: Ἰωβλίας γὰρ ὁ Ἰάκωβος, οἱονεὶ δίκαιος ἐπωνομάζετο. *Jacobus enim* Joblias, *quaſi juſtus, cognominatus eſt.* Cùm verò litera β, in ὠβλίας, nimis abludat ad Hebræorum פ, quam vox Hebræa עפלעם, id eſt, *locus munitus, munitio, arx, turris populi, Ophleam,* refert, *Ophliam* dictum fuiſſe, & ſic interpretamento Hegeſippi, Epiphanii & Jobii ſatisfieri, docet Reineſius var. Lect. lib. III. cap. II. pag. 356. Doctiſſimus Anglorum, Nicolaus Fullerus, lib. III. miſcell. ſacr. cap. I. cognomen Apoſtoli petitum è commate ult. Pſal. XXIX. & Ὀζλιάμ, *Oz-leam,* id eſt, *robur populo,* pronunciandum eſſe contendit, itaque Euſebium & Jobium emendare jubet. Acutè, & doctè, ut ſolet. At quia Judæis uſitatum fuit cognomen *Ophliæ;* hoc enim Matthiam, Simonis atavi ſui filium habuiſſe, Joſephus lib. de vita ſua commemorat; non erit inconveniens τὸ Ὠφλιάμ, à עפל & עם q. d. *arx populi,* Δημοσθένης, Λαοκράτης, vel τὸ *Ophlias,* Hebr. עפליה, quod eſt ὀχύρωμα τοῦ θεοῦ, vel ἀπὸ τοῦ θεοῦ, *munitio Dei, præſidium à Deo,* retinere. Neminem autem turbet, quòd Matthias iſte à Joſepho ὁ Ἠφλίας λεγόμενος, ab interprete *cum Aphliæ cognomine,* appellatur. Aſpirationem enim ע, *Ain,* & cum raſura quadam gutturis proferendas literas Græci & Latini, ob barbarum & inſolentem ſonum, plerumque corruptè proferunt, ut fatetur D. Hieronymus Comment. in epiſt. ad Titum, audimusque modò per Latinorum vocalem primam, modò per ſecundam, modò per quartam geminam ſeu apicatam, hellanico ω reſpondentem exprimi. At cur apud Joſephum Ἠφλίας eſt, non Ὠφλίας, inquis? Id factum ideò, quia is vocalem longam Cholem neglexit, ſolam aſpirationis poteſtatem repræſentare contentus; uti Chaldæi quoque eam ipſam vocalem cum Kamez lato permutare ſolent.

Ὠδίν.

I. *Propriè.* Heſychius: Ὠδῖνες, τοκετοί. Suidas: Ὠδὶς, ἡ ἐκ τοῦ τοκετοῦ ὀδύνη. *Dolor ob partum, partûs dolor.* Theodoretus in Pſal. CXVI. ad v. 3. pag. 866: Κυρίως ὠδῖνες καλοῦνται αἱ πρὸ τοῦ τόκου τῆς τικτούσης ὀδύναι. *Ὠδῖνες propriè vocantur illi dolores, qui partum parturientis præcedunt.*

II. *Impropriè:* & notat

1. *Summum dolorem, graviſſimam afflictionem & calamitatem.* Chryſoſtomus in Pſal. VII: Ὅταν ἐὰν βούληται ἡ γραφὴ ἀφόρητόν τινα ἡμῖν ὀδύνην ἐνδείξασθαι, τῷ ὀνόματι τῆς ὠδῖνος αὐτὴν ὑπογράφει. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν. Ὠδῖνες ἔλαβον κατοικοῦντας φυλιστιείμ, τουτέστι, φόβος, τρόμος, πόνος, ὀδύνη. Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος. Ὅταν λέγωσιν. Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται, ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ. Ἐνταῦθα δύο αἰνίττεται, καὶ τὸ ἀφόρητον, καὶ τὸ ἀπροσδόκητον. Καὶ ὁ Ἐζεκίας. Ὅτι ἥκει ἡ ὠδὶν τῇ τικτούσῃ, ἰσχὺν δὲ οὐκ ἔχει τοῦ τεκεῖν, τὸν ἀφόρητον αὐτοῦ φόβον καὶ πόνον διὰ τῆς ὠδῖνος ἐνδεικνύμενος. *Quando vult Scriptura intolerabilem aliquem dolorem oſtendere, eum partus doloris nomine deſcribit. Proinde alibi dicit, I. Reg. V:* Pariendi dolores ceperunt habitantes Philiſthiim, *hoc eſt, timor, tremor, labor, & dolor. Et rurſus Paulus, I. Theſſal. V. 3:* Quando autem dixerint, Pax & ſecuritas, tunc eis repentinus imminet interitus, quemadmodum dolor parturiendi ei, quæ uterum gerit. *Hic duo ſignificat, & eſſe intolerabile, & eſſe inopinatum. Et Ezechias:* Venit dolor parturienti, non habet autem vim pariendi, *intolerabilem ejus timorem per dolorem partus indicans.* Huc pertinent ὠδῖνες ᾅδου, Pſal. XVIII. 5. de quibus Theodoretus in hunc locum, pag. 455: Ὠδῖνας ᾅδου καὶ θανάτου καλεῖ θανατηφόρους κινδύνους. καθάπερ γὰρ αἱ ὠδῖνες, παρ' αὐτὸν γίνονται τὸν τόκον, οὕτω οἱ μέγιστοι κίνδυνοι τῷ θανάτῳ πελάζουσι. Dolores mortis & inferni *nuncupat internecina pericula. Quemadmodum enim dolores ſunt prope ipſum partum: ſic maxima diſcrimina ad mortem appropinquant.* Idem in Pſal. CXVI. pag. 866: Ἐκ μεταφορᾶς ὠδῖνες ᾅδου προσαγορεύονται, αἱ αὐτῷ πελάζειν τῷ θανάτῳ παρασκευάζουσαι ξυμφοραί. *Ex translatione* dolores inferorum *vocantur illæ calamitates, quæ propè ipſam mortem ducunt.* Eadem habet Suidas. Heſychius: Ὠδῖνες, πόνοι, ἀλγηδόνες. *Labores, dolores.*

2. *Baptiſmum,* quia per illum regeneramur: hinc πνευματικαὶ ὠδῖνες, *Spiritualis partura.* Chryſoſtomus, lib. III. de Sacerdotio, cap. V. t. VI. pag. 17. de ſacerdotibus ſcribit: Οὗτοι γάρ εἰσιν, οὗτοι, οἱ τὰς πνευματικὰς πιστευθέντες ὠδῖνας, καὶ τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτραπέντες τόκον. *Hi enim ſunt, hi ſunt, inquam, quibus tum concredita eſt ſpiritualis partura, tum etiam per Baptiſmum partus commiſſus eſt.*

Ὠδὸν

Ὠδίνω.

Hoc verbum duplici maximè modo ſumitur:

I. *Propriè*, & ſignificat *à partu doleo, partûs doloribus crucior, parturio.* Veteres Gloſſæ: Ὠδίνω, *parturio.* Heſychius: Ὠδίνει, τίκτει, ἢ ἐγκυμονεῖ. *Parit, vel prægnans eſt, uterum fert.* Suidas: Ὤδινον, ἐνεκυμόνησαν, ἀπέτεκον. *Dolore partûs cruciabantur, parturierunt, pepererunt.* Uſitata & ubique obvia ſignificatio.

II. *Impropriè*, ſic paſtores Eccleſiæ dicuntur ὠδίνειν, vehementi cum dolore, ſolicitudine & labore parturire, ad doctrinam fidei, illos qui ab ea defecerunt, revocare & reducere ad Galatas IV. 19: Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Ad quæ Theophylactus, pag. 475: πάλιν ὑμᾶς ὠδίνω, διὰ τῆς διδασκαλίας πάλιν ἀναγεννῶ. *Iterum vos parturio, per inſtitutionem iterum regenero.* Oecumenius ad eundem locum, pag. 600: πάλιν ὑμᾶς ὠδίνω διὰ τῆς διδαχῆς. πάλιν γεννῶ διὰ τῆς κατηχήσεως. *Rurſus vos parturio per doctrinam; rurſum genero per inſtructionem catecheticam.*

Sed, ut diſtinctiùs hanc impropriam conſideremus ſignificationem, verbum ὠδίνω accipitur.

1. *in bonam partem.* Significat *vehementer cupio.* Chryſoſtomus Homil. III. de verbis Jeſajæ, t. III. Edit. Paris. pag. 854: Αὐτοὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν Ὀζίαν πρὸς ὑμᾶς ἐροῦμεν νῦν, παλαιὸν καταβάλλοντες χρέος, καὶ χρονίας ὠδῖνας ἀκροάσεως λύοντες· ὠδίνει γὰρ ἕκαστος ὑμῶν, εὖ οἶδ᾽ ὅτι, τῆς ἱστορίας ἀκοῦσαι ἐκείνης. *Ipſi verò nunc de Ozia diſſeremus, antiquum debitum ſolventes, & diuturna deſideria audiendi implentes. Nam vehementer deſiderat, ſat ſcio, unusquiſque veſtrum hiſtoriam illam audire.* Significat *procurare, conciliare, efficere.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. CCV. lib. III. pag. 337: Ἡ ἐνταῦθα ἀδοξία, δόξαν ἀθάνατον ὠδίνει· καὶ ἡ ἑκούσιος πενία, πλοῦτον οὐράνιον τίκτει. *Hujus vitæ ignominia nunquam intermorituram gloriam parturit: & ultrò ſuscepta paupertas cœleſtes opes parit.* Chryſoſtomus: Ταῦτα τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὠδίνει. *Hæc regnum cœlorum pariunt, conciliant.* Idem: Ταῦτα εὔκλειαν ἀθάνατον ὠδίνει. *Hæc immortalem pariunt gloriam.* Ita Cicero, *parere honores alicui, Laudem ſibi parere, Parere alicui otium.* Theophanes Homil. III. pag. 18: Τὸ, ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, διττὴν ὠδίνει τὸν νοῦν. *Verba hæc,* Exaltari oportet filium hominis, *duplicem pariant ſenſum.* Et Homil. XXIV. pag. 153: Διπλῆν ἀπορίαν ὠδίνει τὰ παρόντα. *Dupli cem præſentia pariant dubitationem.* Cyrillus Alex. Homil. Paſchali XIII. pag. 180: Σκιὰ ὁ νόμος, καὶ τῆς ἀληθείας ὠδίνει τὴν μόρφωσιν. *Lex eſt umbra, & veritatis formam parit.*

2. *in malam partem.* Cyrillus Alexandr. lib. VI. in Joh. pag. 605. de Judæis: Ἀνύγκριτον ὠδίνοντες φθόνον κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ. *Summâ invidiâ flagrantes contra Salvatorem noſtrum Chriſtum.* Chryſoſtomus ad eos, qui ſcandalizati ſunt, lib. I. de Joſepho: Μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν δουλείαν τὴν προτέραν, καὶ τὴν δευτέραν, πάλιν μοι θάνατος ἐμελετήθη, καὶ συκοφαντία τῆς προτέρας χαλεπωτέρα, καὶ ἐπιβουλὴ, καὶ ἔφοδος, καὶ δικαστήριον διεφθαρμένον, καὶ κατηγορία αἰσχύνην ἔχουσα πολλὴν, καὶ σφαγὴν ἡμῖν ὠδίνουσα. *Poſt fratrum inſidias, & cædem, & ſervitutem, cùm priorem, tum poſteriorem, rurſus mortem mihi machinabantur, & calumniam priori graviorem, & inſidias, atque inſultus, & judicium corruptum, & accuſationem multa probra habentem, quæ noſtram cædem parturiret.* Iſidorus Peluſiota de Juda proditore: Ὤδινε τὴν ἐπιβουλὴν ὁ ἀλιτήριος. *Sceleſtus ille inſidias parturiebat.* Theodoretus θεραπευτ. Serm. VI. Τὸν παμπόνηρον δαίμονα, τὸν τὴν ἁμαρτίαν ὠδίναντα, ἐξελάσαι τῆς γῆς καὶ παραπέμψαι τῷ ζόφῳ. *Nequiſſimum dæmonem, peccati autorem de terræ facie profligatum ad inferiorum tenebras relegare.* Et ſerm. V. pag. 77. Οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δὲ ἐκεῖνα πρεσβεύοντες, οἱ δὲ τούτων τε κἀκείνων ἐναντίαν δόξαν ὠδίνοντες. *Alii quidem hæc, alii verò illa aſſerentes, alii rurſus & his & illis contrariam opinionem parturientes.* Apud Suidam: Οἱ πολῖται ὤδινον κατ᾽ αὐτοῦ φθόνον γενναῖον. *Cives adverſus ipſum gravem invidiam conceperunt & pepererunt.* Item: Ὠδίνων τὴν καθ᾽ ἡμῶν λοιδορίαν, ἀθρόον ἐξέχεας. *Parturiens contra nos maledicentiam, eam confertim effudiſti.*

Ὠκυποδέω.

Non habent Lexica. Ὠκύπους, *pedibus celer.* Hinc ὠκυποδέω, *feſtino.* Cæſarius Dial. I. Τὰ γύναια ἐπὶ τὸ σωτήριον μνῆμα ὠκυποδοῦντα. *Mulierculæ ad Salvatoris ſepulchrum cum feſtinatione contendentes.* Et Interrog. XCIX. ὠκυποδεῖν τὰ οὐράνια τέρματα, *celeri curſu peragrare cœleſtes terminos.*

Ὠμοφαγία.

Habent quidem Lexica, ſed ſine autore. Ὠμοφάγος, *crudivorus, crudis cibis veſcens.* Heſychius: Ὠμοβόρος, ὠμοφάγος. *Crudivorus.* Idem: Ὠμοφάγους δαῖτας, τοὺς τὰ ὠμὰ κρέα μερίζοντας καὶ ἐσθίοντας. *Crudas carnes dividentes & edentes.* Homerus, lupos & Leones vocat ὠμοφάγους. Vide Il. ε΄. v. 782. η΄. v. 256. λ΄. v. 479. ο΄. v. 592. π΄. v. 157. Hinc ὠμοφαγία, *crudorum voratio, eſus crudarum carnium.* Clemens Alexandr. in Admonit. ad Gentes, pag. 9. Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων. *Dionyſium Mænolem orgiis Bacchi celebrant, crudarum carnium eſu ſacram agentes inſaniam, & cæſarum carnium peragunt divulſionem.* Etiam Latinis eſt in uſu vox *omophagia.* Arnobius lib. V. adv. Gent. *Bacchanalia etiam prætermittimus inania; quibus nomen* omophagiis *Græcum eſt, in quibus furore mentito, ſequeſtrata pectoris ſanitate circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei nomine ac majeſtate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus diſſipatis.*

Ὠμοφόριον.

Ὠμοφόριον, *humerale.* Veſtis Patriarcharum & Epiſcoporum. Euchologium in χειροτονίᾳ. Epiſcopi, pag. 88: Καὶ οὕτως ἐπιτίθησι τῷ χειροτονηθέντι τὸ ὠμοφόριον, λέγων, Ἄξιος. *Atque ita ordinato imponit humerale, dicens, Dignus.* Zonaras in Conſtantino Copronymo: Ἀναστασίου βαδίζοντος ὄπισθεν τοῦ Γερμανοῦ Πατριάρχου, καὶ πατήσαντος τὸ ἐκείνου ὠμοφόριον, ἔφη. *Cùm Anaſtaſius incederet pone Germanum Patriarcham, & ejus humerale calcâſſet, dixit,* &c. Hildebertus de Offic. Miſſæ, vertit *Humerale.*

— Scapulas humerale tegebat
Præſulis intrantis interiora ſacri.

Referebat autem figuram Agni. Iſidorus Peluſiota epiſt. CXXXVI. lib. I. pag. 41: Τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὠμοφόριον ἐξ ἐρέας ὄν, ἀλλ᾽ οὐ λίνου, τὴν τοῦ προβάτου δορὰν σημαίνει, ὅπερ πλανηθὲν ζητήσας ὁ Κύριος, ἐπὶ τῶν

οἰκείων ὤμων ἀνέλαβεν. *Humerale Epiſcopi, quod ex lana non ex lino contextum eſt, ovis illius, quam Dominus aberrantem quæſivit, inventamq́; humeris ſuis ſuſtulit, pellem deſignat.* Aliud erat Patriarchale, aliud Epiſcopale. Priori deſignabatur ſtola Aaronis, poſteriori ovis perdita; habebatque etiam cruces intertextas, quæ ita imitandum eſſe Chriſtum innuerent. Clariſſimè Germanus in Hiſt. Eccleſ. pag. 150. Τὸ ὠμοφόριόν ἐστι τοῦ ἀρχιερέως, κατὰ τὴν στολὴν τοῦ Ἀαρὼν, ἥνπερ ἐφόρουν οἱ ἐν νόμῳ ἀρχιερεῖς, σουδαρίοις μακροῖς τὸν εὐώνυμον ὦμον περιτιθέντες, κατὰ τὸν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ. Τὸ δὲ ὠμοφόριον, ὃ περιβέβληται ὁ ἐπίσκοπος, δηλοῖ τὴν τοῦ προβάτου δορὰν, ὅπερ πλανώμενον εὑρὼν ὁ Κύριος, ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ ἀνέλαβε, καὶ σὺν τοῖς μὴ πεπλανημένοις ἠρίθμησεν. Ἔχει δὲ καὶ σταυροὺς, διὰ τὸ καὶ τὸν Χριστὸν ἐπὶ τοῦ ὤμου βαστάσαι τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Ἔτι δὲ καὶ οἱ θέλοντες κατὰ Χριστὸν ζῇν, ἐπὶ τῶν ὤμων αἴρουσι τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ κακοπάθεια. σύμβολον γὰρ κακοπαθείας ὁ σταυρός. *Humerale eſt Pontificis, ad exemplam ſtolæ Aaronis, quam geſtabant ſub lege Pontifices, ſudariis longis lævo humero circumponentes, ad ſignificandum jugum mandatorum Chriſti. Humerale autem, quo Epiſcopus circumdatur, ſignificat ovis pellem, quam errantem cùm Dominus inveniſſet, ſuper humeris ſuis aſſumſit, & iis, quæ non erraverant, annumeravit. Habet autem & cruces, quia Chriſtus ſuper humero ipſe quoque geſtavit crucem ſuam. Præterea etiam qui volunt ſecundùm Chriſtum vivere, ſuper humeris tollunt crucem ſuam, id eſt, afflictionem: ſymbolum enim afflictionis crux eſt.* Vide Gl. Meurſii. Latini etiam *pallium* vocant. Iſidorus lib. X. Orig. cap. XXIV. *Pallium eſt, quo adminiſtrantium ſcapulæ conteguntur, ut dum adminiſtrant, expeditiùs diſcurrant.* Alcuinus: *Pallium Archiepiſcoporum ſuper omnia indumenta eſt, ut lamina in fronte Pontificis. Pallium nihil eſt aliud, niſi diſcretio inter Archiepiſcopum & ejus ſuffraganeos.*

Ὤν.

Hæc vox Deo maximè competit, ejusque æternitatem notat. Suidas: Ὤν, ὑπάρχων. ἐπὶ δὲ Θεοῦ ὢν, ἤγουν αἰδιος. Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. *Ens, exiſtens. De Deo verò dictum* ὢν, *idem valet ac* ἀΐδιος, *æternus. Ego ſum ille Deus æternus.* Juſtinus Martyr in Cohortatione ad Græcos: Θεὸς τὴν ἀϊδιότητα τῷ Μωϋσῇ σημῆναι θέλων, Ἐγώ εἰμι, ἔφη, ὁ ὤν, τῆς ὢν συλλαβῆς οὐχ ἕνα μόνον δηλούσης χρόνον, ἀλλὰ τοὺς τρεῖς, τόντε παρεληλυθότα, καὶ τὸν ἐνεστῶτα, καὶ τὸν μέλλοντα. *Deus æternitatem Moſi ſignificare volens, dixit,* Ego ſum exiſtens, *ſyllabâ* ὢν *non unum tantùm tempus declarante, ſed tria, præteritum nempe, præſens & futurum.* Theodoretus quæſt. I. in Geneſin, pag. 3. Τὸ, ὁ ὢν, τοῦ ἀϊδίου δηλωτικόν ἐστιν. *Illud,* qui eſt, *æternitatem ſignificat.* Chryſoſtomus Homil. III. in Johannem, pag. 567. Ὥσπερ τὸ ὂν, ὅταν μὲν περὶ ἀνθρώπων λέγηται, τὸν ἐνεστῶτα χρόνον δηλοῖ μόνον. ὅταν δὲ περὶ Θεοῦ, τὸ ἀΐδιον δείκνυσιν· οὕτω καὶ τὸ ἦν, περὶ μὲν τῆς ἡμετέρας λεγόμενον φύσεως, τὸν παρελθόντα χρόνον σημαίνει ἡμῖν, καὶ αὐτὸν τοῦτον πεπερατωμένον· ὅταν δὲ περὶ Θεοῦ, τὸ ἀΐδιον ἐμφαίνει. *Quemadmodum* ὂν, *ſi quidem de hominibus dicatur, præſens tantùm tempus notat: ſi verò de Deo, æternitatem oſtendit: ita etiam vox* ἦν, *erat, de noſtra quidem natura ſi dicatur, præteritum nobis tempus deſignat, idq́; circumſcriptum; de Deo verò, æternitatem indicat.* Idem Homil. XV. in Johannem, pag. 614. Τὸ ὢν τοῦ ἀεὶ εἶναι σημαντικὸν, καὶ τοῦ ἀνάρχως εἶναι, καὶ κυρίως. *Hoc verbum,* qui eſt, *ſempiternum, & ſine principio, & verè ac propriè eſſe ſignificat.* Theophylactus in cap. VIII. Johan. pag. 691. ad verſ. 58. Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Αὕτη ἡ λέξις τὸ εἰμὶ ἐπὶ Θεοῦ κυριωτέρα, ἅτε τοῦ διηνεκῶς εἶναι καὶ ἀεὶ σημαντική, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν τῇ παλαιᾷ ταύτῃ κέχρηται, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. *Antequam Abraham fuiſſet, ego ſum. Illud verbum,* ſum, *Deo propriè convenit, eò quòd perpetuus ſit & ſempiternus, id quod hoc verbum ſignificat: ſicut etiam Pater ejus in Veteri Teſtamento hoc verbo uſus eſt.* Ego ſum qui ſum. Damaſcenus orthod. fidei lib. I. cap. XII. pag. 46. Δοκεῖ κυριώτερον πάντων τῶν ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων ὀνομάτων εἶναι, ὁ ὤν. Καθὼς αὐτὸς χρηματίζων, τῷ Μωϋσεῖ ἐπὶ τοῦ ὄρους φησίν· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον, καὶ ἀόριστον. *Videtur maximè proprium inter omnia nomina eſſe, quæ de Deo dicuntur, illud,* qui eſt: *quemadmodum ipſe dans reſponſum Moſi in monte dixit;* Qui eſt, miſit me ad vos. *Totum enim in ſeipſo comprehendens, habet ipſum eſſe, velut quoddam pelagus eſſentiæ infinitum & interminatum.*

Ὥρα.

Ὥρα notat *tempus rei alicui gerendæ vel opportunum, vel præſtitutum;* quod & *tempeſtatem* Latini nuncupant. Heſychius: Ὥρα, καιρός. *Hora, tempus opportunum.* Cyrillus Alexandrinus lib. V. cap. I. in Johann. pag. 458. Τὴν ὥραν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τὸν ἑκάστῳ πρέποντα πράγματι καιρὸν εὑρήσομεν. *Inveniemus,* horam *in divinis ſcripturis idoneum cuique rei tempus notare.* Pro *tempore opportuno* ſumitur Matthæi XIV. v. 15. Ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθε. *Præteriit tempeſtas,* ſive *tempus* moræ opportunum. Roman. XIII. v. 11. Ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. *Tempus eſt,* ſive *tempeſtivum eſt, ut è ſomno excitemur;* ut expergiſcamur. Hic ὥρα eſt καιρὸς, quemadmodum Theodoretus explicat: Ἀντὶ τοῦ, καὶ μάλιστα ὅτι ὁ καιρὸς οὐχ ὕπνου, ἀλλ' ἐγρηγόρσεως. *Quaſi dicat, Et maximè quia non eſt tempus dormiendi, ſed expergiſcendi.* Suidas: Ὥρα, καιρὸς ἐπιτήδειος. *Hora, tempus opportunum.* Vide apud eundem exempla. Sumitur pro *præſtituto tempore,* quod & προθεσμία nuncupatur, Johan. VII. verſ. 30. Οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. *Nondum venerat tempus ejus,* præſtitutum nempe, quo tradendus erat ad mortem. Anonymus in Catena ad hunc locum, pagina 213. Ὥραν ἐν τούτοις τὸν καιρὸν διαῤῥήδην φησὶ, δηλονότι τὸν τοῦ πάθους καὶ τὸν τοῦ τιμίου σταυροῦ. *Horam hic perſpicuè tempus vocat, paſſionis nimirum ac precioſæ crucis ſuæ.* Severus ibidem: Τοῦτο εἴρηται οὐχ ἵνα κατὰ τοὺς λήρους τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου σοφῶν, ὥρας τινὸς νοήσωμεν ἀναγκαστικὴν ἀποκλήρωσιν, ἣν εἱμαρμένην καλοῦσι, βιαίως ἐπὶ τὸ παθεῖν ἄγειν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα τοὐναντίον μάθωμεν, ὅτι καὶ πολλάκις οἱ Ἰουδαῖοι προελόμενοι καταχεῖν ἄκοντα, οὐ κατεῖχον, ἀλλ' ὅτε αὐτὸς ἐβούλετο, καὶ κατὰ τὴν ὥραν ἣν ἐδικαίωσε, καὶ ἡνίκα τὸ παθεῖν εὔκαιρον ἐλογίσατο. Πάντα γὰρ ἐξ ἀρχῆς κατὰ καιρὸν καὶ ἁρμοδίως διέθηκέ τε καὶ ᾠκονόμησε. Τὸ οὖν τῆς ὥρας ὄνομα, τὸ ἀκριβὲς τῆς προνοίας, καὶ τῆς σοφίας τοῦ Σωτῆρος ἐνδείκνυται, ὅτι οὐδὲ ἐν ἀκαιρῷ, οὐδὲ ἐν βραχυτάτῳ καιροῦ ῥοπῇ, κατὰ τὸ ἔκκαιρον διασφάλλεται, ἀλλὰ πάντα ἐν τάξει καὶ προσηκόντως οἰκονομεῖ. *Id non ſecundùm ſapientum hujus ſeculi nugas dictum, ut certam & inevitabilem horæ cujusdam neceſſitatem cogitemus, quam fatum vocant, quæ ipſum vi quadam ad patiendum adigat: ſed contrà intelligamus, Judæos quidem ſæpenumerò eum antea comprehendere conatos invitum, minimè cepiſſe, ſed quando voluit, eaq́; horâ quâ ipſe æquum eſſe duxit, ac paſſionem ſuam fore opportunam judicavit. Omnia enim ab initio, congruo quæq́; tempore diſpoſuit atq́; ordinavit.* Horæ ergo nomen, *exactam Salvatoris providentiam*

Digitized by Google

tiam ſapientiamq; declarat, ut quam ne punctum quidem & breviſſimum temporis momentum opportuni prætereat ac fallat, ſed omnia eo, quo par eſt, & ordine & modo diſponat. Ammonius ibidem: Διὰ τούτου μανθάνομεν, ὅτι ἑκὼν ἔπαθε, καὶ οὐκ ἐκ πλεονεξίας Ἰουδαϊκῆς συλληφθείς. Ὥραν δὲ λέγει τὴν εὔκαιρον τῶν πραγμάτων ἔκβασιν. *Hinc ducimus, Chriſtum ſponte paſſum, & Judæorum viribus minimè ſuperatum.* Horam *autem, vocat opportunam rerum executionem.* Eodem modo ὥρα notat tempus præſtitutum Joh. XIII. 1. Ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, *venit ejus hora*, nempe tempus paſſionis. Ad quæ Theodorus Heracleota, in Catena, pag. 330. Ὥραν πολλαχοῦ ὀνομάζει τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν, ἐν ᾗ ἔδει αὐτὸν τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν πληρώσαντα, καὶ ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν προσενεγκόντα μεταβῆναι ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα. Horam *frequenter appellat feſtum Paſchatis, quo paſſionis diſpenſationem erat conſummaturus, & ſe ipſum pro nobis precium redemtionis oblaturus, ac deinde ex hoc mundo ad matrem commigraturus.* Ammonius ibidem: Ὥραν λέγει τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν, καθ᾽ ἣν πέπονθεν. Horam *vocat feſtum Paſchatis, quo paſſus eſt.* Sic Socrates apud Platonem in apologia: Ἀλλὰ γὰρ ἤδη μοι ὥρα ἀπιέναι. *Nunc verò mihi inſtat tempus abeundi.* Iterum Joh. VIII. 20. Οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. *Nondum venerat hora ejus*, tempus præſtitutum. Chryſoſtomus in Catena ad hunc locum, pag. 227. Οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ, τουτέστιν, οὐδέπω καιρὸς ἐπιτήδειος, καθ᾽ ὃν ἦλθε σταυρωθῆναι. Nondum venerat hora ejus, *hoc eſt, nondum aderat tempus paſſioni præſtitutum.* Ammonius ibidem: Οὔπω ἦν καιρὸς, καθ᾽ ὃν ἤθελε παθεῖν. *Nondum aderat tempus, quo pati volebat.* Theophylactus in cap. VIII. Joh. pag. 678. Ὁ ἐπιτήδειος καιρὸς τοῦ θανάτου αὐτοῦ οὔπω ἐνειστήκει, καθ᾽ ὃν ἔμελλεν ἑαυτὸν δοῦναι. *Idoneum mortis tempus, quo ſe ipſum traditurus erat, nondum inſtabat.*

Ὡραιόμορφος.

Non habent Lexica. Eſt ὡραίαν ἔχων τὴν μορφὴν, *formâ ſpecioſus.* Chryſoſtomus Hom. de abnegatione Petri, t. VI. Edit. Paris. p. 628. Ὥσπερ ἐν τοῖς παροῦσιν ἄνθρωπος ὁ κειρόμενος, καὶ ἀνώδυνος μένει καὶ ὡραιόμορφος εὑρίσκεται. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν πληγὴν δεχόμενος ὡς κουρὰν ἐδέξατο, ὀδύνην μὴ ὑπομείνας καὶ τὴν εὐμορφίαν τῆς ἀναστάσεως μηνύσας. *Ut in noſtra hac vita qui tondetur homo, & nullo dolore afficitur, & formâ ſpecioſus apparet: ita quando vulnus Chriſtus accipiens quaſi tonſuram ſuſtinuit, nec dolorem ullum perpeſſus eſt, & reſurrectionis pulchritudinem indicavit.*

Ὡράριον.

Vide Ὀράριον.

Ὡρολόγιον.

Horologium eſt liber Eccleſiaſticus apud Græcos, ita vocatus, quòd Horas diurnas & Officia contineat: Latini *Diurnum* dicerent. Præter Horas & Meſoria, & alia, quæ ſingulis Officiis neceſſariò dicuntur, ut Troparia, Pſalmos, preces varias, habetur *Canon compunctivus, Canones Paracletici in B. Virginem, & Angelum cuſtodem, & deprecatorius in omnes Angelos & ſanctos, officium ſatis amplum ſanctiſſimæ Communionis, & alia minutiora.* Demum annectuntur *Cyrilli Alexandrini* Oratio de exitu animæ & de ſecundo adventu, *Chriſtophori Patritii Mitylenai* Troparia Proſomia dicta totum Menologium complectentia, *Paſchalium* annorum quinquaginta quatuor, *Jonæ Gialeni* Selenodromium perpetuum, *Nicephori Paſchalei* de jejuniis Græcorum tractatus, linguâ eorum vulgari.

Ὡς.

De hac particula iſtud monuiſſe ſufficiet, eam aliquando *affirmandi vim* habere. Illuſtre exemplum hujus ſignificationis occurrit Joh. I. 14. Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. *Et majeſtatem ejus vidimus majeſtatem ut unigeniti Patris.* In hoc loco torſit aliquantum antiquiſſimos Eccleſiæ ſcriptores τὸ ὡς, quòd hæretici in eo luderent, ac vulgò dicerent, οὐ μονογενοῦς μὲν, ἀλλ᾽ ὡς μονογενοῦς, *non unigeniti quidem, ſed quaſi unigeniti.* Unde veteres illud pro ὄντως, *revera*, poſitum volunt. Chryſoſtomus Homil. XII. in Johannem, pag. 600. ad hunc ipſum locum: Τὸ ὡς ἐνταῦθα οὐχ ὁμοιώσεώς ἐστιν, οὐδὲ παραβολῆς, ἀλλὰ βεβαιώσεως καὶ ἀναμφισβητήτου διορισμοῦ. ὡσανεὶ ἔλεγεν. Ἐθεασάμεθα δόξαν, οἵαν ἔπρεπε καὶ εἰκὸς ἦν ἔχειν μονογενῆ καὶ γνήσιον υἱὸν ὄντα τοῦ πάντων βασιλέως θεοῦ. *Particula* ὡς *hoc loco non eſt ſimilitudinis, neque parabolæ, ſed confirmationis, ac certiſſimæ definitionis. Quaſi dixiſſet, Vidimus majeſtatem, qualem habere decebat unigenitum & germanum Filium omnium Regis Dei.* Theophylactus in cap. I. Joh. pag. 568. Τὸ ὡς ἐνταῦθα οὐχ ὁμοιώσεώς ἐστιν, ἀλλὰ βεβαιώσεως, καὶ ἀναμφισβητήτου διορισμοῦ. ὥσπερ βασιλέα βλέποντες μετὰ δόξης πολλῆς προερχόμενον, λέγομεν, ὅτι ὡς βασιλεὺς προῆλθεν, ἀντὶ τοῦ, ὡς ὄντως καὶ κατὰ ἀλήθειαν βασιλεύς, οὕτως οὖν κἀνταῦθα τὸ ὡς μονογενοῦς ὀφείλομεν νοῆσαι, ἀντὶ τοῦ, ἡ δόξα, ἣν ἐθεασάμεθα, ὡς τῷ ὄντι κατὰ ἀλήθειαν υἱοῦ δόξα ἦν πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. *Hoc loco* ὡς *non eſt ſimilitudinis, ſed confirmationis & determinationis indubitatæ verbum: ſicut cùm videmus Regem magna cum gloria venientem, dicimus, quòd velut rex proceſſerit, hoc eſt, quod verè ſit Rex: ita etiam hoc loco illud, ut unigeniti, intelligere debemus, pro: Majeſtas, quam vidimus, revera fuit majeſtas Filii plena gratia & veritate.* Theophylactus in cap. II. ad Philippenſes, pag. 594. Δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀντὶ τοῦ, διαπρέπειν ἔχειν τὸν μονογενῆ. τὸ γὰρ, ὡς, σημαίνει καὶ διστάγμον, σημαίνει καὶ βεβαίωσιν. *Gloriam tanquam Unigeniti à Patre, hoc eſt, qualem decet habere unigenitum.* Ὡς *enim tum dubitationem ſignificat, tum confirmationem.* Hoc ipſum etiam explicat Iſidorus Peluſiota, epiſt. CCCCLXXIII. lib. I. pag. 119. his verbis: Εἰ ἐλαττώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ σημεῖον νομίζουσιν οἱ κακόχολοι, τὸ τῷ εὐαγγελιστῇ περὶ αὐτοῦ εἰρημένον, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, ἐλαττούσθω καὶ τὸν θεὸν εἰς ἀγαθότητα νομιζέτωσαν, τοῦ Δαβὶδ λέγοντος, Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ θεός. Εἰ δὲ ἐνταῦθα κατ᾽ ἐπίτασιν τὸ, ὡς ἀγαθὸς, εἴρηται, κἀκεῖ τὸ, ὡς μονογενοῦς, κατὰ βεβαίωσιν καὶ ἐμφάσιν γέγραπται. *Si Dei Filium hoc argumento imminui exiſtimant homines malè feriati, quòd de eo ab Evangeliſta dictum eſt,* Gloriam tanquam unigeniti à Patre, *Dei quoque bonitatem propterea imminui exiſtiment, quod David his verbis utatur,* Quam bonus Iſraëli Deus? *Quòdſi hoc loco hæc verba,* Quàm bonus, *per amplificationem dicta ſunt: illi quoque hæc verba,* Tanquam unigeniti, *per confirmationem ac ſimilitudinem ſcripta ſunt.* Tandem negari non poteſt, illud ὡς pro ἀληθῶς, poni. Exemplum eſt Hoſeæ V. 10. Ἐγένοντο οἱ ἄρχοντες Ἰούδα ὡς μετατιθέντες ὅρια. Ubi Cyrillus Alex. ὅτι δὴ πάντως μεθιστᾶσιν ὅρια. *Facti ſunt ut qui transferunt terminum,* hoc eſt, *omnino terminum transferunt.* Nec hoc latuit Rabbinos, qui Caph ibi, לאמתת הדבר, *ad confirmationem rei,* poſitum affirmant.

Ὠσαννά.

Ὠσαννὰ, vox compoſita eſt ex duabus vocibus Hebræis, הושיעה נא, in unum contractis, & ſignificantibus, *ſerva nunc.* Suidas: Ὠσαννὰ, δόξαν σημαίνει· καὶ γὰρ ὁ μὲν εἷς Εὐαγγελιστὴς λέγει· Εἰρήνη τῷ υἱῷ Δαυΐδ. Καὶ ὁ ἕτερος· Δόξα τῷ υἱῷ Δαυΐδ· ὥστε τὸ, ὠσαννὰ, δόξαν σημαίνει. Παρά τισι δὲ, Σῶσον δὴ, οὐκ ὀρθῶς. Hoſanna, *gloriam ſignificat. Nam alius Evangeliſta dicit;* Pax filio Davidis. *Et alius:* Gloria filio Davidis. *Quamobrem Hoſanna gloriam ſignificat. Apud quosdam verò eſt*, ſerva nunc: *ſed non rectè.* Imò verò ſignificat, *ſerva nunc, ſalva quaſo*, ut linguæ Hebrææ gnari nôrunt. Malè etiam apud Juſtinum M. Reſponſ. L. ad Orthodoxos, pag. 255. Ὠσαννὰ μεγαλωσύνη ὑπερκειμένη. Hoſanna *magnificentia excellens.* Rectè Theophylactus in cap. XXI. Matth. pag. 121. Τὸ ὠσαννὰ, οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ὕμνον ἢ ψαλμὸν σημαίνει, οἱ δὲ, ὃ καὶ ἀκριβέστερον, σῶσον δή. Hoſanna *quidam dicunt, quòd hymnum vel pſalmum ſignificet: alii autem, quod etiam accuratius eſt, ſerva quaſo.* Et in cap. XI. Marci, pag. 252. Τὸ ὠσαννὰ, κατὰ μέν τινας σημαίνει, σῶσον δή· κατὰ δέ τινας σημαίνει, ὕμνος· πλὴν κρεῖττον τὸ πρῶτον. Hoſanna *juxta quosdam ſignificat*, ſalva obſecro: *juxta quosdam verò* hymnum. *Rectius tamen eſt quod primò dictum.*

Digitized by Google

SUPPLEMENTA
ET
ADDITIONES
Authore Viro Cl.
JOH. HENRICO SUICERO
Joh. Caſp. Filio.

Digitized by Google

Ad pag. 5. **A**Βίωτος, de hominibus poſt lapſum dicit Euſeb. Lib. I. H. E. c. 2. p. 8. quod multo deteriores Adamo facti θηριώδη τινὰ τρόπον καὶ βίον ἀβίωτον inſtituerint. Valer. *Vitam vitæ expertem.*

p. 5. Epiph. Serm. in Sepulchr. Chriſti. p. 268. Abelem vocat τὸν πρωτόθνητον καὶ πρωτοδίκαιον ποιμένα, Χριςοῦ ποιμένος τύπον τῆς ἀδίκου σφαγῆς.

p. 8. De Abrahamo Epiph. Serm. in Sepulchr. Chriſti, p. 268. ἐκεῖ Ἀβραὰμ ὁ χριςοπάτωρ θύτης, ὁ τὴν ξιφῶ ξίφος ὁμοῦ, καὶ θνητάθνητον θεῷ θύσας θυσίαν παράλβιον, qui Enſe ſine Enſe, lethale ſine letho ſacrificium Deo obtulit.

p. 10. Ἄβρωτος καὶ ἄποτος, qui nec edit, nec bibit. Epiph. in Phyſiol. pag. 203.

p. 18. Ἀγάπη τὰ φλεγμαίνοντα μόρια τοῦ θυμοῦ θεραπεύει, πονηρὰς δὲ ἐπιθυμίας ἐπιῤῥέουσας ἴςησιν ἐγκράτεια. Dictum *Serapionis* Thmuitarum Epiſcopi apud Socrat. lib. 4. c. 23. p. 237.

p. 17. Ἀγαμία. Ἐκκρίνῳ γνώμῃ τὴν ἀγαμίαν ἀσκεῖν. Soz. lib. I. c. 12. pag. 419.

p. 24. De Agapis ſeu Conviviis Chriſtianorum conſule *Sueur* ad Annum Ch. 364. Binos ex Tertulliano locos, quorum prior Apol. adv. gent. C. 39. poſterior lib. ad Marc. occurrit, exhibet *Dillherr* in Elect. p. 74. 75. Vide etiam *Feſſel. Advers.* Sacr. lib. I. Cap. 13.

p. 28. Conf. *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 10. c. 1. pag. 427. 428.

p. 29. Ἀγγαρεύω, eſt ex villis & municipjis animalia ad vehendas ſumere ſarcinas, quod ἐν κοινῷ ςρατοπέδῳ licitum fuiſſe docet Bald. *Walæus* in Evang. p. 55. ex *Salmaſio.*

p. 30. Ἄγγελος. De hac voce multis agit *Bynæus* de Natali J. Chr. p. 9-12. eamque etiam Gentilibus in uſu fuiſſe demonſtrat.

p. 42. Angelis gentes eſſe ſubjectas docet Epiph. hær. 51. p. 456. 457. Immo in omnibus vicariam Deo operam præſtare. hæreſ. 64. p. 544.

Inter Angelos eſſe ordinem imperantium & parentium docet *Theodor.* Orat. 7. de provid. pag. 403.

p. 44. Inter Angelos eſſe generum ac veluti nationum divortia putat *Boclus* apud *Epiph.* hær. 64. pag. 556.

p. 49. Ἀγεννητογενής. Ab ingenito genitus. Occurrit hæc vox in Epiſt. Arii ad Euſeb. Nicom. in Theod. Hiſt. E. L. I. c. 4. p. 537.

Ἀγέννητος. Hoc eſſe πατρὶ οἰκεῖον ἀξίωμα multis docet Alexander in Epiſt. de Ario apud Theod. L. I. H. E. c. 3. p. 534. Οὐκ ἀπρεπὲς μὲν τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἐνυτιθὲς εἰς θεὸν τὸ τοῦ ἀγεννήτου ὄνομα, μηδαμοῦ δὲ ἐν θείᾳ γραφῇ ῥηθέν. Οὐδεὶς γὰρ μεμνηκώς ποτὲ γεννητὸν ἐκεῖνον θεόν. Epiph. hær. 76. p. 941.

Ἀγεώργητος. Τὸ ἀγεώργητον ἔθνος ἐγεώργησε προθύμως, ζυνεργὸν ἔχων τὴν θεόσδοτον χάριν, incultam gentem diligenter divinæ gratiæ ope nixus excoluit. Theod. L. I. c. 22. pag. 571. de Frumentis. p. 53.

Ἀγιάζω, ſignificat etiam *Sacra tracto.* Occurrit p. 56.
hæc ſignificatio apud Theod. L. II. H. E. c. 13. pag. 609. ubi *Liberius* Conſtantio dicit: Μὴ διὰ τῶν ἐπιςκόπων ἀμύνε τὴν ἔχθραν βασιλεῦ, αἱ γὰρ χεῖρες τῶν ἐκκλησιαςικῶν εἰς τὸ ἁγιάζειν ἐνκχωρεῖν ὀφείλουσι. Noli per Epiſcopos inimicitias tuas vindicare: manus enim Epiſcoporum *ſanctificationi* vacare debent.

Ἁγιασεία, Conſecratio. Epiph. de Expos. fid. pag. p. 57.
1098.

Ἅγιοι frequenter vocantur *Cælites*, quorum fe- p. 61.
licitatem pulcre deſcribit Epiph. hær. 79. pag. 1056.

Epiphanius L. I. de Hæres. T. 2. Hær. 26. p. 97. p. 65.
Ἁγνείαν Chriſti dicit fuiſſe ἀμέτοχον σωμάτων καὶ ἀμιγῆ, id quod probat ex loco Joh. 20. Noli me tangere, &c.

Epiphanius Lib. I. Hæres. 30. p. 127. Adamum p. 76.
vocat τὸν πρῶτον πλασθέντα τε καὶ ἐμφυσηθέντα ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιπνοίας.

Adam ἥττον τῆς θείας ἐντολῆς φροντίσας, εἰς τουτονὶ p. 80.
τὸν θνητὸν καὶ ἐπίκηρον βίον κατέπεσε, καὶ τὴν ἐπάρατον ταυτηνὶ γῆν τῆς πάλαι ἐνθέου τρυφῆς ἀντικατηλλάξατο. Euſeb. L. I. H. E. c. 2. p. 8.

Ἀδάμας, Epiphanius hær. 64. pag. 553. Ange- p. 81.
los & mentes humanas dicit eſſe quædam ἀθάνατα καὶ ἀδάμαντα.

Ἀδελφίς. Vide *Feſſel.* Advers. S. Lib. 5. c. 11. p. 84.

Ἅδης, Ἅδην nunquam *infernum* apud Helleniſtas p. 88.
vel N. T. Scriptores, ſed ſemper aut *mortem*, aut *ſtatum poſt mortem* notare, aſſerit *Grotius* in Matth. cap. 16. p. 162. 163.

Confer *Sueurs* Hiſtoriam ad Ann. 395. pag. p. 89.
500.

Epiphanius lib. I. de Hæres. p. 49. dicit Chriſtum p. 92.
deſcendiſſe εἰς τὰ καταχθόνια ἐν θεότητι καὶ ψυχῇ. Vide quoque Socrat. l. 2. c. 37. p. 133. *Athanas.* apud *Epiphan.* hæres. 77. p. 1002. Conf. p. 1030. item in Expos. fid. p. 1099.

Ἀδιάκριτος. Πνεῦμα ἀδιάκριτον κεκτημένοι ἐν Χριςῷ. p. 96.
Spiritum indivulſum poſſidentes in Chriſto. Ignat. ad Magnes. p. 62.

Ἀδριαντοπλαςία, ſtatuarum confectio. Epiph. T. p. 100.
I. pag. 8.

Ἀδιάφθορα ἀντίγραφα vocat Epiphan. in Anc. pag. eand.
36. §. 31. Exemplaria SS. quæ correctoris temerarii manum non ſunt paſſa.

Azyma. Sabbatius Novatianorum Presbyter in p. 105.
hæc prorupit verba Ἐπικατάρατος ὁ ἔξω ἀζύμων τὸ πάσχα ποιήσας. Socrat. l. 7. c. 5. p. 342. qui hanc ſententiam vocat ἀγροικικὴν πρόληψιν.

Ἄθεος,

Digitized by Google

Ἡ ἁμαρτία οὐκ ἔστι τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῆς κακῆς προαι-
Ad ρέσεως. *Theod.* Dial. I. p. 9. Item Tom. 4. p. 180.
p. 217. Ἀμαύριος. Vide *Epiph.* hæreſ. 73. p. 884.
p. 225. Ἀμετάθετος. Ἀμετάθετος ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια. Nobis à melioribus ad deteriora mutabilis mens non eſt. Dictum Polycarpi apud *Euſeb.* l. 4. c. 15. p. 132.
p. 227. Ἀμετρόφωνος. Ἀμετρόφωνοι προφῆται *loquaces* Prophetæ vocantur Montanus & ipſius femellæ. *Euſeb.* l. 5. c. 16. p. 181.

Ἀμὴν, hujus vocabuli & uſum & emphaſin ex *Petito* probe explicat *Wallæus* in Matth. p. 182. Vide etiam *Grotium* in Matth. p. 36.
p. 235. Ἀμυντήρια. Sic vocabantur *ungulæ ferreæ* quibus Martyres laniabantur, apud *Euſeb.* l. 8. c. 10. p. 303.
p. 238. Ad verbum Ἀναβαπτίζω vide *Sozom.* l. 6. c. 26.
p. 252. Μεγίστην καὶ ἀνάγραπτον χάριν ἔχειν τινί. *Sozom.* l. 2. c. 15. p. 463.
p. 274. Ἀναίμακτος. Conſtantinus M. ad Saporem Perſarum Regem ſcripſit: In Chriſtianorum Religione nihil poſſe reprehendi; ἥγε μόναις εὐχαῖς ἀναιμάκτοις πρὸς ἱκεσίαν Θεοῦ ἀρκοῦνται. *Sozom.* l. 2. c. 15. p. 463. Nos in Chriſto habere ἀναίμακτον θυσίαν docet *Epiph.* Serm. de Reſurr. p. 278.
p. 277. Ἀνακεφαλαιόω. Aliam hujus verbi ſignificationem deprehendimus apud Theodor. Dial. I. p. 34. 35. Ubi, de incarnatione Chriſti inter alia, ita ſcribit: Cum ille (Adam) ex terra ſumtus atque à Deo formatus ſit, Ἔδει καὶ τὸν ἀνακεφαλαιούμενον εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπλασμένον Ἄνθρωπον, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τῆς γενέσεως ἔχειν ὁμοιότητα, quæ ita reddit Interpres: oportet utique eum qui hominem à Deo effictum in ſe ipſo inſtauraret, &c. Sed male: Rectius: oportuit hominem à Deo formatum & ſecum in unum quaſi redactum, &c. Id quod patet ex ſeq. p. 35. Hæc omnia (nempe ſanguis & aqua ex latere fluentia) Symbola ſunt carnis è terra ſumtæ, ἣν εἰς αὐτὸν ἀνακεφαλαιώσατο τὸ ἴδιον πλάσμα σώζων.

Epiphanius hæreſ. 31. p. 201. dicit Chriſtum rediturum ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα.
p. 281. Ἀναλήψιμος τοῦ Σωτῆρος ἑορτή. *Socrat.* l. 7. c. 26. p. 368.
p. 285. In Epiſtola Athanaſii ad Jovianum de fidelibus defunctis dicitur, quod ſint ἀναλύσαντες ἐν Κυρίῳ, lib. 4. H. E. *Theod.* c. 3. p. 662.
p. 291. Ἀναντίθετος, cui contradici non poteſt. *Epiph.* in Ancor. p. 54.
p. 303. Ἀνασκαλεύω. Occurrit hæc vox in Epiſtola Euſebii Nicomedienſis apud *Theod.* l. 1. H. E. c. 5. p. 538.
p. 307. Subjectum reſurrectionis fuiſſe verum Chriſti corpus multis docet *Epiphanius* l. 1. de hæreſ. p. 49.
p. 313. Reſurrectionem multis probat *Theod.* de hær. fab. lib. 5. c. 19. p. 293 — 296.
eand. p. *Epiphanius* lib. 1. de hæreſ. p. 25. Reſurrectionem ſequentibus probat rationibus 1. quia ſanguis Abelis etiam poſt obitum dicitur clamaſſe. 2. quia Enoch μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον. 3. quia Sara effœto utero ſuppreſſiſque menſtruis αὖθις ἀναζωογονουμένη εἰς καταβολὴν σπέρματος, καὶ ἡ πρεσβῦτις κυοφοροῦσα τίκτει ob ſpem venturæ aliquando reſurrectionis. 4. quia Jacob & Joſeph de oſſibus ſolliciti ὡς οἱ περὶ ἀπολλυμένων ἐνετέλλοντο. 5. quia Aaronis virga germinavit & fructus protulit εἰς ἀνάστασιν φέρουσα. 6. quia Moſes Rubenitis benedicens ita loquitur: Vivat Ruben & non moriatur.

Vide eund. hæreſ. 56. p. 477. 478.
p. 314. De ſemine Proclus apud Epiphan. hæreſ. 64. pag. 560. Τὰ σπέρματα γυμνὰ καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς τὴν γῆν, καὶ τελεσφορούμενα πάλιν ἀποδίδοται, κλ'.

Hoc ſimile pulcherrime diductum vide in *Epiph.* Ad
hæreſ. 64. p. 550. p. 315.
Epiphan. hæreſ. 64. p. 560. eand. p.
Vide etiam *Theodor.* in Epit. Div. Decret. c. 20. eand. p.
p. 296. 297. 11:

Ἀνάστασις. *Euſebius* H. E. p. 28. vocat ἀνάστασιν θνητὴν, *mortalem Reſurrectionem*, quando ſub lege frater fratri ex uxore vidua improli, ſemen excitabat. Verba ipſius notatu digna hæc ſunt: Ὅτι οὐδέπω δέδοται ἐλπὶς ἀναστάσεως σαφὴς, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ· ἵνα ἀνέκλειπτον μένῃ τὸ ὄνομα τοῦ μετηλλαχότος.

Ἀνατύπωσις. Hominem εἰς βελτίω ἀνατύπωσιν in p. 323.
reſurrectione reformandum dicit *Epiph.* hæreſ. 37. p. 269.

Ἀναχαιτίζειν τῆς ἁμαρτίας τὴν ῥύμην. *Theod.* Orat. p. 326.
7. de Provid. p. 403.

Ἀνέπαφος, *Intactus.* *Theod.* tom. 4. p. 183. Cum p. 337.
Chriſtus corpus & animam aſſumſiſſet, ſervavit illa τῶν τῆς ἁμαρτίας κηλίδων ἀνέπαφα.

Ἀνεπιλόγιστος. De generatione Chriſti æterna di- p. 339.
cit Theod. l. 1. H. E. c. 11. quod τρόπος τῆς γεννήσεως ἀνέκφραστος καὶ ἀνεπιλόγιστος πάσῃ γεννητῇ φύσει, *incomprehenſibilis.*

Ἀνεπίσκεπτος. Οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος p. 340.
Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς, neque enim divina gratia eos deſtituerat &c. De Alcibiade & aliis Martyribus, *Euſeb.* l. 5. c. 3. p. 168.

Ἀνεπισκόπητος. Similem ferme locum reperias eand. p.
apud *Euſeb.* l. 8. c. 1. ubi dicit ante perſecutionem Diocletiani, tantam fuiſſe Eccleſiæ corruptionem, ut de placando Numine ne quidem cogitarent, quin potius οἷά τινες Ἄθεοι ἀφρόντιστα καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡγούμενοι, alia quotidie aliis criminibus adjecerint.

Ἀνερμάτιστος ἐν θεοσεβείᾳ in pietate non firma- p. 342.
tus. *Origen.* contr. Celſ. lib. 1. p. 2.

Ἀνὴρ notat quandoque *Sponſum*, ut Matth. I, 16. p. 344.
vid. Bald. *Walæum* p. 7.

Ἀνέσπερος. Chriſtus pulchre dicitur; τὸ φῶς p. 343.
τὸ ἀνέσπερον. *Epiphan.* Serm. in Sep. Chr. p. 267.

Præclara Sententia *Socratis*, lib. 6. c. 7. p. 311. p. 349.
Ἀκολουθεῖ ἐξ ἀνάγκης τῷ Ἀνθρωπομόρφῳ, τὸ Ἀνθρωποπαθές. Item *Epiphan.* hæreſ. 70. p. 815. πῶς δύναται εἶναι τὸ ὁρατὸν τοῦ ἀοράτου παραπλήσιον; πῶς τὸ σωματικὸν τοῦ ἀσωμάτου; πῶς τὸ ἁφὴν ἔχον τοῦ ἀναφήτου;

Ἀνομβρητικός. Pater dicitur ἀνομβρητικὸς πνεύμα- p. 364.
τος ἁγίου apud *Epiphan.* hæreſ. 76. p. 944.

De Eunomio & Aëtio vide *Sozom.* l. 6. c. 26. p. 365.

Ἀντίγραφον. Σπουδαῖα καὶ ἀρχαῖα ἀντίγραφα vo- p. 373.
cantur proba & vetuſta exemplaria S. Scripturæ. *Euſeb.*

Ἀντιλήπτωρ. *Epiphan.* hæreſ. 59. p. 494. Deum p. 376.
pulchre vocat ἀντιλήπτορα τῆς ἀγαθοεργίας τῶν πιστῶν, καὶ ἀπὸ τῶν παραπτωμάτων τελεώτατα μετανοούντων, καὶ ἐπιστρεφόντων, καὶ μεταμελομένων.

Ἀντίληψις. Τὴν ἐπὶ πᾶσιν ἵλεω καὶ εὐμενῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀντίληψιν γραφῇ παραδιδόναι. *Euſeb.* H. E. lib. 1. c. 1. Valeſius vertit propitium ac benignum *præſidium.*

Ἀντιμίμημα. Ἀντιμίμημα τῶν ἐπιγείων δύνηται εἶναι p. 377.
πνευματικὰ καὶ ἐπουράνια· μεταλαμβανόμενα ὡς ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν. *Epiph.* hæreſ. 42. p. 345.

Digitized by Google

Ad p. 380. Ἀντιπαρεξάγω. Philo à Cajo Caligula ignominioſe repulſus Judæos confidere juſſit. Γαίω μὲν αὐτοῖς ὠργισμένω, ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν Θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος. Deum ſibi hoſtem conſtituente. *Euſeb.* H. E. p. 44.

p. 380. Ἀντιπαράθετος. Ἀντιπαράθεσις. Ex adverſo comparatum habens. Vide *Epiph.* in Ancor. p. 12. 13.

p. 383. Epiphanius hæreſ. 55. p. 472.

Epiph. hæreſ. 51. p. 453. Agnum paſchalem fuiſſe dicit ἀντίτυπον τοῦ Σωτῆρος. Idem Serm. de Reſurr. p. 278. τὸ νῦν πάσχα ἀντὶ παλαιοῦ μυστήρια ἀντίτυπα commemorat.

Apud Origen. lib. 2. contr. Celſ. p. 97. legimus Chriſtum ἐν σώματι ἀντιτύπῳ excitatum fuiſſe.

p. 395. Ἀνύποιστος. Ἀνύποιστος θέα ſpectaculum minime tolerandum. *Euſeb.* lib. 8. de Martyr. Palæſt. c. 2. p. 320.

p. 397. Ἀνώλεθρος. Μόνον χρημάτων ἀνάλωτόν τε καὶ ἀνώλεθρον ἡ παρὰ χριστιανοῖς ἀρετὴ πέφυκεν. *Euſeb.* l. 8. c. 14. p. 313. Regnum cœlorum pulchre vocatur ἀνώλεθρος βασιλεία, apud Theod. H. E. l. 2. c. 2. p. 585.) (ἐπίκηρος βασιλεία, caducum regnum. Ibid.

p. 405. De morte Judæ multis differit *Feſſelius* Adv. Sacr. l. 1. c. 11. p. 63.

p. 412. Ἀπαράβατος apud *Epiphan.* hæreſ. 76. pag. 983. ſignificat *immutabilem*. Verba ſic ſe habent ἡ τριὰς μὲν ἔστιν ἀδιάσπαστος, τὰ δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς γενόμενα διασπᾶζεται· καὶ ἡ μὲν μεταβάλλεται, ἡ δὲ ἀπαράβατον ἔχει τὴν φύσιν, κλ᾽.

p. 413. Ἀπαράθετος. *Incomparabilis.* Τὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ ἀπαράθετον. Ignat. ad Trall. p. 6.

Ἀπαράθραυστος. Ἡ ἐκ Θεοῦ συνεργία ἄμαχός ἐστι καὶ ἀπαράθραυστος. *Euſeb.* de Vit, Conſt. lib. 1. cap. 27. p. 421.

p. 415. Vide *Sozom.* lib. 4. c. 22. p. 575.

p. 418. Ἀπαραποδίστως, adverb. Occurrit apud *Euſeb.* H. E. p. 41. ubi dicit Evangelium per univerſum orbem ἀπαραποδίστως decurriſſe.

p. 420. Ἀπαραφυλάκτως. Ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν ἐξόμνυσθαι. Licenter fidem abnegare. *Euſeb.* l. 4. c. 7. p. 120.

p. 421. Ἀπαρνησιθεΐα. Hanc docuit ſequaces *Elxai*, cum negaret ullum eſſe crimen ſi quis perſecutionis tempore idola veneretur, μόνον ἐν τῇ συνειδήσει μὴ προσκυνήσῃ. *Epiph.* l. 1. de hæres. p. 40.

p. 425. Τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγων, συναιρεῖ καὶ τὸ πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστιν ἀπαύγασμα. Splendorem gloriæ qui negat, primariam lucem una tollit, cujus eſt ſplendor. Ita argumentatur Alexander in Epiſt. contra Arium apud *Theod.* l. 1. c. 3. p. 530.

p. 426. Ἀπαυθαδιάζομαι. Ἡ ἀνθρωπεία φύσις ὑπερφρονουμένη μὲν ἀπαυθαδιάζεται, καὶ εἰς φιλονεικίαν καὶ νεωτερισμοὺς καθίσταται· ἀπολαύουσα δὲ τῶν ἴσων, μετριάζειν καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν φιλεῖ. Natura ita comparati ſunt homines, ut deſpecti quidem *inſoleſcant*, & contentioni ac rebus novis ſtudeant; ubi vero æquum adepti ſunt, moderate ſe gerant, & in eodem ſtatu permaneant. *Sozom.* lib. 6. cap. 25. p. 672. 673.

Euſeb. lib. 5. c. 16. p. 181. ἀπαυθαδισμένον πνεῦμα, arrogantiſſimum Spiritum tribuit Montano.

p. 428. Ἀπειρολόγος. Sermonis ignarus. *Epiphan.* Serm. in Feſt. Palm. p. 256.

p. 432. Ἀπερίεργαστος, Hypoſtaſis filii πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει ἀπερίεργαστος, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπερίεργαστός ἐστι. Alexander in Epiſt. ad Alex. apud Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 533.

Ἀπερίεργος· φυσικὴ καὶ ἀπερίεργος φρόνησις, naturalis ac ſimplex prudentia. *Sozom.* lib. 1. cap. 12. p. 417.

Ἀπερίστατος. Χηρῶν ἀπεριστάτων ἐπίσκοπος καὶ ἐπίκουρος, viduarum omni patrocinio deſtitutarum curator atque auxiliator, vocatur Seleucus quidam Martyr apud Euſeb. de Mart. Pal. cap. 2. p. 340. Ad p. 433.

Ἀπηρυθριασμένως. De Marcione dicit *Euſeb.* l. 4. c. 11. p. 124. quod fuerit ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν, *impudentiſſime* blaſphemans. p. 435.

Ἀπλήρωτος. *Epiphanius* hæreſ. 30. p. 162. Τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου pulchre vocat ἀπλήρωτα.

Ἀπόδειξις. Quid ſit ἀπόδειξις πνεύματος καὶ δυνάμεως, explicat Origen. contra Celſ. lib. 1. p. 5. p. 441.

Ἀποκατάστασις. Aſcenſionem Chriſti vocat *Euſeb.* lib. I. H. E. c. 2. Τὴν εἰς οὐρανοὺς ἔνθεον ἀποκατάστασιν· ἕως τοῦ ἀποκαταστῆσαι αὐτοὺς εἰς Ἱερουσαλὴμ; bis ſie in Jeruſalem angelanget. 3. Esdr. cap. 5. v. 2. Καὶ ἀπεκατέστησεν Ἀβραὰμ τῷ Ἐφρὼν τὸ ἀργύριον. Geneſ. 23, 16. p. 452.

Ἀποκεραμόω apud *Epiph.* in Phyſiol. p. 210. forte notat *tegula ferire*.

Ἀποκηρύσσω. Ἀπεκηρύχθησαν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀνεθεματίσθησαν. Alexander Epiſc. in Epiſtola de Arianis apud Soc. l. 1. c. 6. p. 12. edit. Valeſ.

Ἀποστάσιον. De Libellis repudii & ceremoniis in illius datione obſervari ſolitis. Vide *Dillberr.* Elect. p. 41. ſeq. p. 472.

Ἀποσύνακτος. *Epiph.* hær. 76. p. 916. p. 479.

Arius impie docebat Chriſtum eſſe ξένον καὶ ἀλλότριον καὶ ἀπεσχοινισμένον τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας. Vide *Socrat.* l. I. c. 6. p. 11. edit. Valeſ.

Ἀποταξία. *Epiph.* hær. 75. p. 906.

Ἀπόσχισμα. Ἡ πρόσφατος τοῦ ἀποσχίσματος αἵρεσις vocatur Montani ψευδοπροφητεία apud *Euſeb.* lib. 5. c. 16. p. 180.

Ad vocem Ἀποταγή. *Epiphan.* hæreſ. 40. p. 291. Ibid. p. 292. ἀποταξίαν vocat. p. 483.

Ἀποτρόπαιος. Locus in quo Arius vocatur ἀποτρόπαιος τόπος, locus fugiendus apud *Sozom.* lib. 2. c. 30. p. 491. p. 485.

Ἀπροσληπτικῶς. Τοῦτο πρέπον ἐστὶν ἀξιώματος οὐσίας Θεοῦ, τὸ ἀπροσληπτικῶς μὴ ἐπιδεῖσθαί τινος ἀξιώματος, ἀλλ᾽ ἔχειν αὐτὸ ἀϊδίως ἐν τῇ ἰδίᾳ ταυτότητι. *Epiph.* hær. 76. p. 955. p. 496.

Ἀπροστάτευτος. Πόλις ἀπροστάτευτος, urbs rectore deſtituta. *Euſeb.* p. 60. Hiſt. E.

Ἀραδιούργητος. Polycrates in diſſenſione de die Paſchatis dixit, ἡμεῖς ἀραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, nos *verum* ac *genuinum* agimus diem, apud *Euſeb.* l. 5. c. 24. p. 191. p. 499.

Arii genus, mores & habitum deſcribit *Epiph.* hæreſ. 69. p. 727. 729. p. 502.

Arius αὐτόχρημα (reipſa) εἰκών τε καὶ ἀνδριάς ἐστι τοῦ Διαβόλου. *Epiph.* hæreſ. 69 p. 734.

Arianos vocat δευτέρους κυριοκτόνους, καὶ ἀθετητὰς τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐνθέου θεληματικῆς. p. 737. Ἄνδρας παρανόμους καὶ χριστομάχους, Alexand. Epiſc. Alex. in Epiſt. apud Socrat. lib. 1. p. 10. Eorum hæreſin appellat ἐσχάτην καὶ χριστομάχον αἵρεσιν. Docuerunt enim eodem teſte ξένον τε καὶ ἀλλότριον καὶ ἀπεσχοινισμένον εἶναι τὸν λόγον τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας.

Ipſe Arius Sententiam ſuam exponit in Epiſtola ad Euſebium Nicomed. apud Theod. lib. 1. H. E. c. 4. p. 537.

Epiph. hær. 69. Arii dogma vocat ἐμβεβροντημένην πίστιν, μᾶλλον δὲ ἀπιστίαν, καὶ κακοπιστίαν, p. 728.

Ἀρετὴ

Ad p. 505. Ἀρετὴ ἤθους καὶ τρόπων ἐςὶ κατορθώματα. *Conſtantinus* in Oratione ad Sanctos p. 572.

Monachus quidam dicebat Virtutem natura unicam eſſe, εἰδοποιεῖσθαι δὲ αὐτὴν ἐν ταῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς, hoc addito ſimili; ut lumen ſolis figura caret; à feneſtris tamen per quas intrat ſolet figuram accipere. Socrat. l. 4. c. 23. p. 236.

Quatuor eſſe virtutes cardinales *Gregorius* quidam Monachus dixit; φρόνησιν, ſapientiam, cujus ſit τὸ θεωρεῖν τὰς νοερὰς καὶ ἁγίας δυνάμεις δίχα τῶν λόγων. Fortitudinem, cujus ſit τὸ ἐγκαρτερεῖν τοῖς ἀληθέσι καὶ πολεμουμένοις, καὶ μὴ ἐμβατεύειν εἰς τὰ μὴ ὄντα, Temperantiam, cujus ſit τὰ παρὰ τοῦ πρώτου γεωργοῦ δέχεσθαι σπέρματα, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐπισπορέα. Denique Juſtitiam, cujus ſit τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστου λόγον ἀποδιδόναι. Socrat. l. 4. c. 23. p. 236.

p. 510. Ἀρνησίθεος. Ἀρνησίθεος κακία vocatur doctrina Pauli Samoſateni à Patribus Synodi Antiochenæ apud Euſeb. l. 7. c. 29. p. 280.

p. 513. Ἀῤῥητοποιΐα. Ὑπερβολὴ αἰσχρουργίας καὶ ἀῤῥητοποιΐας. Euſeb. p. 51.

p. 523. Ἀρχαῖος. Non ſemper *antiquum*, ſive *priſcum*, ſed etiam πρῶτον *primum*, *præcedens* notare obſervat *Feſſel.* Adv. Sac. lib. 4. c. 10. p. 387.

p. 532. Non eſſe *duo rerum principia* demonſtrat *Epiphan.* hæreſ. 40. p. 300. 301.

p. 532. Ἀρχηγέτης. Μυστηρίων Ἀρχηγέται vocantur *Apoſtoli* ab *Epiphan.* hæreſ. 79. p. 1060.

p. 533. Ἀρχιερεύς. Ita vocatos eſſe non ſolum qui ſummo Pontificatu fungebantur, verum etiam Principes 24. Sacerdotalium familiarum, docet *Grotius* in Matth. p. 17. Conf. Pol. Synopſ. in Matth. p. 53. 54.

p. 535. Ἀρχιερωσύνη. Sic vocat *dignitatem Epiſcopalem* Theod. l. 1. H. E. c. 1. quando de Alexandro Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopo dicit, illum fuiſſe τῆς ἀρχιερωσύνης ἐγχειρισθέντα τοὺς οἴακας. Cap. 2. vocat ἀρχιερατικὴν λειτουργίαν. Similiter Sozom. l. 2. c. 17. p. 466. dicit; Athanaſium οὐκ αὐθεὶ perveniſſe ἐπὶ τὴν ἀρχιερωσύνην.

p. 537. Ἄρχων. De magiſtratus inſtitutione & neceſſitate vide *Theodor.* Orat. 7. de prov. p. 396. Ὁ Θεὸς τὴν ἀταξίαν τῆς ἁμαρτίας τῇ τάξει τῆς ἡγεμονίας ἐξήλασε, καὶ τὴν ἐκείνης πλεονεξίαν τῷ κανόνι τῆς νομοθεσίας ἐῤῥύθμισε. Id. Orat. 7. p. 398.

Cur Deus ſæpe malis ſævisque regimen committat, & quodnam ſubditorum tali in caſu ſit officium, docet *Theodor.* Orat. 7. de provid. p. 404.

p. 540. Apud Euſeb. l. 6. c. 28. p. 228. Maximinus dicitur juſſiſſe interficere τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αἰτίας.

p. 543. Ἄσαρκος. De Martyre quodam dicit Euſeb. lib. de Mart. palæſt. c. 11. p. 338. ἄσαρκος ὥσπερ καὶ ἀσώματος, οὐδ' ἐπαΐειν ἔδοξε τῶν ἀλγηδόνων.

p. 547. Ἀσιάρχαι. Mentio horum fit Actor. 19. 31. & pluribus de illis agit *Valeſ.* in notis ad Euſeb. p. 72.

p. 548. Αὐτοπαρθένους ἀσκητρίας vocat Euſeb. lib. de Mart. Pal. c. 5. pag. 326.

p. 549. Ἀσκός. Locum Matth. 9. 18. explicat quoque *Epiph.* hær. 42. p. 303.

p. 550. Ἆσμα. Καὶ τοῦτο δὲ προειπεῖν ἀναγκαῖον, ὡς τρία τοῦ Σολομῶντος ἐδιδάχθημεν εἶναι συγγράμματα, τὰς παροιμίας, καὶ τὸν ἐκκλησιαστὴν, καὶ τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων, καὶ αἱ μὲν παροιμίαι τὴν ἠθικὴν ὠφέλειαν τοῖς βουλομένοις προσφέρουσιν; ὁ δὲ Ἐκκλησιαστὴς τῶν ὁρωμένων ἑρμηνεύει τὴν φύσιν, καὶ τοῦ παρόντος βίου τὸ μάταιον ἐκδιδάσκει, ἵνα μαθόντες αὐτῶν τὸ ἐπίκηρον, ὡς παριόντων καταφρονήσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ὡς μενόντων ἐπιθυμήσωμεν. Τὸ δὲ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων τὴν μυστικὴν συνάφειαν τῆς νύμφης καὶ τοῦ νυμφίου διδάσκει: ὡς εἶναι τὴν πᾶσαν τοῦ Σολομῶντος πραγματείαν κλίμακα τινα, τρεῖς ἔχουσαν τοὺς βαθμοὺς, τὸν ἠθικὸν, τὸν φυσιολογικὸν, τὸν μυστικόν; δεῖ γὰρ τὸν εὐθὺς προσιόντα τῇ εὐσεβείᾳ, καθαρθῆναι πρότερον διὰ τῆς ἀγαθῆς πράξεως τὴν διάνοιαν, εἶθ' οὕτως κατοπτεῦσαι τῶν παριόντων τὸ μάταιον, καὶ τῶν δοκούντων τερπνῶν τὸ ἐπίκηρον; καὶ ἐνθένδε λοιπὸν ἀναπτῆναι, καὶ τὸν νυμφίον ποθῆσαι, τὸν τὰ αἰώνια ἐπαγγειλάμενον ἀγαθά. Theodor. in Cantic. Cantic. p. 994.

Ἀστρολογίαν Epiphanius l. I. de hæreſ. p. 35. vocat ἀσύστατον καὶ φρενοβλαβῆ μωρολογίαν. Ad p. 561.

Ἄτεκνος. Epiph. in Vit. Boph. p. 238. Τὰ ὕδατα Ἱεριχὼ ἄτεκνα καὶ ἁλμυρὰ vocat. p. 568.

Ἀτεχνολόγητος. Τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀτεχνολόγητον τῆς πίστεως. Theod. lib. 4. fab. hær. p. 244. p. 569.

Ἀτόλμητος. Epiph. hær. 76. p. 991. p. 570.

Ἄϋπνος. Deo tribuitur ἄϋπνος κατὰ τῶν ἀσεβῶν μισοπονηρία, inſomnis adverſus improbos ſemper armata ſeveritas. Euſeb. l. 9. c. 8. p. 352. p. 576.

Τὸ αὐτεξούσιον *Methodius* apud Epiphan. hæreſ. 64. ſæpius vocat τὸ ἐφ' ἡμῖν, illudque nimium extollit his verbis: Ἐφ' ἡμῖν τὸ πιστεῦσαι κεῖται καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι. Ἐφ' ἡμῖν τὸ κατορθώσασθαι καὶ ἁμαρτήσασθαι, ἐφ' ἡμῖν τὸ ἀγαθοποιεῖν καὶ τὸ κακοποιεῖν. p. 577.

Liberum arbitrium fato opponit Epiphanius l. I. de hæreſ. p. 35. 36. p. 578.

Αὐτοαγαθότης. Hæc vox etiam occurrit apud *Epiph.* hæret. 76. p. 959. p. 580.

Αὐτοδέσποτος. Apud *Epiph.* hær. 64. p. 552. homo dicitur αὐτοδεσπότῳ βουλῇ malitiam elegiſſe. p. 581.

Αὐτόματον. *Caſu.* Ἐστὶ ὡς ἀληθῶς ἐπίφθεγμα τὸ αὐτόματον ἀνθρώπων ὡς ἔτυχε καὶ ἀλογίστως φρονούντων κλ'. Vid. Conſtant. Orat. ad Cœl. Sanct. p. 575. p. 585.

Αὐτόματος. Αὐτόματα λουτρὰ, vocantur aquæ ſuapte natura calidæ. Sozom. lib. 2. c. 34. p. 495. p. 585.

Αὐτοπροαίρετος. Adami poſteri dicuntur τὰ λογικὰ καὶ ἵμερα τῆς ἀνθρώπων ψυχῆς σπέρματα αὐτοπροαιρέτου κακίας ὑπερβολῇ corrupiſſe. Val. *Spontaneæ malitiæ facinoribus.* Euſeb. lib. I. H. E. cap. 2. pag. 9. p. 586.

Αὐτοσύνεσις. Ita Chriſtus vocatur apud *Epiphan.* hær. 77. p. 1024.

Αὐτοσύστατος, ſeipſum commendans. Ἡ ἀλήθεια αὐτοσύστατος ἐκ πολλῶν τεκμηρίων. *Epiph.* in Anc. p. 40. §. 35.

Αὐτουσία.) (Ἑτερουσία. Occurrit apud *Epiph.* ſæpius. Vid. hær. 76. p. 959. Ibid. p. 976. Αὐτουσία ἐστὶν ὁ Θεὸς πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτερουσία. p. 587.

Ἀφιέρωσις. Τῶν ἄρτι νεοπαγῶν προσευκτηρίων ἀφιερώσεις; oratoriorum recens conſtructorum *Conſecrationes.* Euſeb. l. 10. c. 3. p. 596.

Arſenius Monachus juniores monachos qui deliquerant à communione minime ſeparabat, ſed eos qui provecta eſſent ætate, λέγων ὅτι νέος ἀφορισθεὶς καταφρονητὴς γίνεται· ὁ δὲ προκύψας τῆς ἐκ τοῦ ἀφορισμοῦ ὠδίνης ταχεῖαν λαμβάνει τὴν αἴσθησιν. *Socrat.* l. 4. c. 23. p. 233. p. 600.

Ἀφυλλορροῦσα. Ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἀφυλλορρόως πυκάζουσα, olea fructifera in domo Dei frondibus nequaquam defluens. *Epiph.* ſerm. in feſt. palm. p. 252. p. 607.

Βαβυλών. *Euſeb.* l. I. H. E. c. 2. p. 9. de ſtructoribus turris Babylonicæ dicit, quod voluerint γῆν οὐρανῷ ἐπιτειχίζειν, καὶ μανίᾳ φρονήματος ἐκτόπῳ αὐτὸν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν πολεμεῖν. p. 613.

Digitized by Google

Ad Βαπτίζω. Plurima congeſſit huc ſpectantia Pol.
p. 622. in Synopſ. Matth. pag. 79. 80.
p. 629. De *Baptiſmo* multis agit *Sueur* in Hiſt. Eccl. ad Ann. 266. Grotius in Matth. p. 22. 23.
p. 638. De *baptiſmi fine* multis agit Theod. Hæret. fab. lib. 5. c. 18. pag. 292. & oſtendit Baptiſmum non ſolum donare remiſſionem veterum peccatorum, ſicque ut Meſſaliani docebant eſſe ξυρῷ τὰς προγεγενημένας ἀφαιρούμενον ἁμαρτίας, verùm etiam eſſe artham *futurorum bonorum*.
p. 647. Vid. Theod. Hæret. fab. lib. 5. cap. 18. p. 292.
p. 649. Theodoretus hæret. fab. lib. 5. cap. 28. pag. 316. Baptiſmum vocat τῆς υἱοθεσίας χάρισμα.
p. 662. Βαρβαρωνυμία. Epiph. lib. 1. c. 2. Hæreſ. 25. p. 78. de Nicolaitis: Φαντασιάζειν φιλοτιμουμένη τοὺς ἀπατωμένους διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐκπλήξεως, καὶ ἐπιπλάσει τῆς τοῦ ὀνόματος βαρβαρωνυμίας.
p. 668. De hoc *Regno œconomico* dicit Euſeb. l. 1. H. E. c. 3. p. 13. quod Chriſtus non fuerit ad illud ἀνδρῶν δορυφορίαις προαχθείς, hominum ſatellitio evectus.

Ἄναρχος καὶ ἀκατάπαυστος vocatur hæc Βασιλεία in Epiſtola Synodica Sardicenſi apud *Theod.* lib. 2. c. 6. p. 593.
p. 678. Βιάζεσθαι. Vide Grotium in Cap. 10. Matth. p. 112.
p. 694. IV. Βίος etiam notat *vitam Secularem* & βιοῦν vitam ſecularem agere. Vid. *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 112. 113.
p. 707. Sic Valentinianus judicavit Deum Ambroſii ordinationem ἐπὶ ὁμονοίᾳ ἐκκλησίας βραβεύειν. Soz. l. 6. c. 24.

Βραβευτής. Miniſtri Evangelii pulchre vocantur βραβευταὶ εἰρήνης. Soz. l. 1. c. 19. p. 434.
p. 716. lin. 49. Addit autem verba ſequentia, οὐχ ἕνεκεν πολιτείας προτρεπόμενοι, οὐχ ἕνεκεν ἀρετῆς μείζονος καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἀλλὰ βδελυκτὰ τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου γεγεννημένα ἡγούμενοι. p. 410.
p. 718. Βύρσα. In fabula Didonis dicitur pro *Bozra*: quod arcem, munimentum notat. Vide not. ad Appian. t. I. p. 2.
p. 719. Βωμολόχος. Βωμολόχος ὁμιλία. Colloquium Sacrilegum. Alexander in Epiſt. de Ario apud Theod. l. 1. H. E. c. 3.
p. 724. Conjugii neceſſitatem Theod. Hæret. fab. l. 5. c. 7. ſimili à meſſe deſumto probat: quia mors homines demetit, colonos requiri qui novam ſementem faciant. Idem de Conjugio multis agit, Cap. 25. p. 307. ſeq.

Γαλιλαία.) De Galilæa Palæſtinæ pluribus agit *Bynæus* de Natal. Chriſti. p. 21. ſeq.
p. 725. *Conjugium* eſſe *honeſtum* contra *Simonianos* docet Epiph. l. 1. tom. 2. p. 59.
p. 733. Epiphanius hæreſ. 59. p. 496. Expreſſe dicit Eccleſiam ὅπου ἀκριβεῖς Κανόνες οἱ ἐκκλησιαστικοί, non ſolum à Sacerdotio arcere, τοὺς δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας, verum etiam non admittere τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα ὄντα, niſi ab illius conſuetudine ſe continuerit, vel ea orbatus fuerit, idque διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης.
p. 736. Conjugia fratrum cum ſororibus cum genus humanum ab una ſtirpe propagandum eſſet, non fuiſſe παράνομα, ſed talia demum fuiſſe facta πληθυνθέντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς γενεᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἐκπεπληρωμένης docet Epiph. hæreſ. 39. p. 287. 288.
p. 737. Valentiniani ſuas μυσταγωγίας πνευματικὸν γάμον vocabant, teſte Euſeb. l. 4. c. 11. p. 124.
p. 745. Γενεαλογία. In Genealogia Chriſti quomodo Matthæum & Lucam inter ſe conciliet *Euſebius*. Vide H. E. l. 1. c. 7. p. 21.

Γενεά. De hac voce conſule *Bynæum* de Nat. Chr. p. 138. 139. Ad p. 753.

Duplicis generationis meminit *Epiph.* hæreſ. 66. p. 655. p. 755.

Valentinus Bardeſanes & alii, Chriſti ex virgine generationem dixerunt eſſe παροδικὴν *trajectitiam*, eo quod nihil ex virgine ſumſerit. Theod. præf. in Dial. tom. 4. p. 2.

Γένεσις notat 1. ortum vel originem, ſive ſeriem generis. 2. &c. Hebraiſmo deſcriptionem illorum, quæ generationem ſequuntur; vita acta, res geſtas ut Geneſ. 27, 2.

Alexander in Epiſt. de Ario pulchre dicit hanc generationem οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας ταῖς τομαῖς, ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀποῤῥοίαις, ἀλλ᾽ ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκδιηγήτως factam eſſe. Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 533.

Facta hæc generatio ἀχρόνως, ἀκαταλήπτως, ἀπαθῶς, ἀχωρίστως. Vide apud Socrat. lib. 2. c. 19. & 30. Conf. *Epiph.* hær. 69. p. 750. & hær. 78. p. 1035.

De *generatione* filii Dei *æterna* vide pulchrum *Epiph.* locum hær. 76. p. 942. item p. 945. p. 757.

Γεννητός. Filium γεννητὸν quidem, ſed non κτιστὸν eſſe docet recte *Epiph.* hær. 76. p. 951.

Γῆ. *Terra.* Theod. Serm. 2. de pror. tom. 4. p. 335. eam vocat τὴν κοινὴν τροφὸν καὶ μητέρα καὶ τάφον. p. 760.

Γῆρας. Γῆρας θανάτου προοίμιον. Theod. orat. 8. de Prov. p. 406.

Γινώσκειν, quod denotet mulieris cum Viro conſuetudinem pluribus illuſtrat Bynæus de Nat. Chr. p. 122 — 125. p. 761.

Theod. Serm. 3. de pror. p. 352. de *Cuſtodia Linguæ* paucis ita loquitur; Ἐπίθες ταύτῃ πύλας τὸν λόγον, καὶ πυλωρὸν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. p. 765.

Γνῶσις. Τὴν μὲν ἀπ᾽ ἀνθρώπων ἐπισυμβαίνουσαν γνῶσιν προσεχὴς μελέτη καὶ γυμνασία κρείττονα ποιεῖ. Τὴν δὲ ἐκ Θεοῦ χάριτος ἐγγινομένην, δικαιοσύνη καὶ ἀοργησία καὶ ἔλεος. Socrat. l. 4. c. 23. p. 237. Dictum *Baſilii Cappadocii.* p. 769.

Chriſtum non fuiſſe γόητα, contra Celſ. probat Orig. lib. 1. p. 53. hoc argumento quia οὐδεὶς τῶν γοήτων δι᾽ ὧν ποιεῖ ἐπὶ τὴν τῶν ἠθῶν ἐπανόρθωσιν καλεῖ τοὺς θεασαμένους, καὶ λ. p. 776.

Γραμματεύς. Scribarum officium præcipuum fuiſſe ut Pontificibus aſſiderent una cum Senioribus in judiciis & publico Conſilio, quod συνέδριον vocabant, multis probat *Valeſ.* in notis ad Euſeb. p. 46. Conf. *Grotium* in Matth. p. 17. Bald. *Walæum* p. 15. in Matth. Pol. Synopſ. in Matth. p. 54. p. 781.

Veritas. Οὐδεμία λέξις τῆς ἁγίας γραφῆς διαπίπτει. Epiphan. lib. 1. hæreſ. 29. p. 118. p. 794.

Αἱ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν ἀληθεῖς καὶ ἄπλαστοι, καὶ ἀνωμολογημέναι γραφαὶ vocantur Euſebio lib. 3. H. E. c. 25. p. 97. p. 797.

Tali dilemmate Theodotum & ipſius ſequaces recte urſit Euſeb. l. 5. c. 28. p. 198. Ἢ γὰρ οὐ πιστεύουσιν ἁγίῳ πνεύματι λελέχθαι τὰς θείας γραφάς, καὶ εἰσὶν ἄπιστοι· ἢ ἑαυτοὺς ἡγοῦνται σοφωτέρους τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρχειν, καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσι. p. 801.

Scripta Moſis & Prophetarum eſſe introductionem ad Chriſtianiſmum docet Orig. lib. 2. contr. Celſ. p. 59. Ibid.

Γυναικάριον. De Ario & Achilla ſcribit Theod. l. 1. H. E. c. 3. quod quotidie ſeditiones concitaverint, mox δικαστήρια συγκροτοῦντες διὰ ἐντυχίας γυναικαρίων ἀτάκτων ἃ ἠπάτησαν, mox τὸν χριστιανισμὸν διασύροντες ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τὰς παρ᾽ αὐτοῖς νεωτέρας. p. 806.

Δαιμόνια Platoni in Apologia Socratis ſunt δαιμονίων πράγματα, ut ἀνθρώπεια ἀνθρώπων πράγματα: p. 813.

Δαιμο-

Δαίμονες vero aut ipſi Dei, aut Deorum filii ſpurii.

Ad p. 814. Δαίμων ſemper in vituperio ponitur.) Contrarium patet ex Actor.17,18. Apoc. 3,13.

p. 828. Δεισιδαιμονία. Conſtantinus M. ſuperſtitionem pulchre vocabat ἀπάτην καὶ ἀθεότητος πρόβολον. Vide Euſeb. l.4. de Vit. Conſt. c.29. p.540.

p. 836. Δένδρον. Epiph. in Phyſiol. p.222. diſtinguit inter δένδρον κοῦφον καὶ ἀκάρδιον, arborem ſideratam & inanem; & inter δένδρον ὁλοκάρδιον, arborem ſolidam.

Δενδροκόλαψ, Picus. Epiph. in Phyſiolog. p.222.

p. 848. Δημώδης. Φύσει τὸ δημῶδες ἔνθερμον, plebs ſuopte ingenio ferventior eſt. Socrat. l. 4. c.20. p.230.

Διαβολή. Ἰσχύει διαβολὴ ὅταν ὁ διαβάλλων ἀξιόπιστος ᾖ. Socrat. l.1. c.35. p.71.

p. 855. De voce Διαθήκη pluribus agit *Grotius* in Evang. pag.1.2.

p. 878. Διάλεξις. *Siſinnius* Nectarii Lector rectè dixit ὡς αἱ διαλέξεις οὐ μόνον οὐχ ἑνοῦσι τὰ σχίσματα, ἀλλὰ καὶ φιλονεικοτέρας τὰς αἱρέσεις ἀπεργάζονται. Hinc ſuaſit ad Schiſmata tollenda, ut διαλεκτικαὶ μάχαι fugiantur, contra ἐκδόσεις τῶν παλαιῶν admittantur. Socrat. l.5. c.10. p.267.

Quidam Laicorum ἀκέραιον τὸν νοῦν ἔχων in Synodo Nicæna I. hæc protulit verba, ὁ Χριστὸς καὶ οἱ Ἀπόστολοι οὐ διαλεκτικὴν ἡμῖν παρέδοσαν τέχνην, οὐδὲ κενὴν ἀπάτην, ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην πίστει καὶ καλοῖς ἔργοις φυλαττομένην. Socrat. l.1. c.8. p.20.

p. 879. Διαμαστίγωσις. Eximius apud Tertullianum locus eſt de horrendo Lacedæmoniorum ritu ita appellato, ad Martyres, p. 430. " Nam quod hodie apud Lacedæmonas ſolennitas maxima eſt » Diamaſtigoſis, i. e. flagellatio, non latet. In » quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes » flagellis affliguntur aſtantibus parentibus & pro» pinquis, & uti perſeverent adhortantibus. Orna» mentum enim & gloria deputabitur majore qui» dem titulo, ſi anima potius ceſſerit plagis, quàm » corpus. Igitur ſi tantum terrenæ gloriæ licet de » corporis & animi vigore, ut gladium, ignem, » crucem, beſtias, tormenta contemnant, ſub » præmio laudis humanæ poſſum dicere, modicæ » ſunt iſtæ paſſiones ad conſecutionem gloriæ cœ» leſtis & divinæ mercedis.,,

p. 889. Διαφωνία. Non omnem circa leviora diſſenſum, communionem rumpere debere, graviter docet Conſtantinus M. in Epiſt. ad Alex. & Arium, apud *Socrat.* l.1. c.7. p.17.

p. 892. Μονογαμίαν præfert Διγαμιæ Epiph. hæreſ.48. p. 410.411.

p. 893. Conf. Epiphan. hæreſ. 59. p.496.

p. 904. De Origine Euſeb. l.6. c.3. p. 205. Οἷον τὸν λόγον, τοιόνδε φασὶ τὸν τρόπον, καὶ οἷον τὸν τρόπον, τοιόνδε καὶ τὸν λόγον ἐπεδείκνυτο.

Valentinianus ad Epiſcopos: Ἴστε σαφῶς ὁποῖον εἶναι προσήκει τὸν ἀρχιερωσύνης ἠξιωμένον, καὶ ὡς οὐ χρὴ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ βίῳ τοὺς ἀρχομένους ῥυθμίζειν, καὶ πάσης ἀρετῆς ἑαυτὸν ἀρχέτυπον προτιθέναι, καὶ μάρτυρα ἔχειν τῆς διδασκαλίας τὴν πολιτείαν. Theod. l.4. H.E. c.5. p.665.

p. 906. Δίδραχμα. Hoc in uſum templi penſitatum fuiſſe uſque ad Veſpaſiani tempora docet *Grot.* in Matth. p.170.171. *Tributum Cæſareum* fuiſſe contra aſſerit *Petitus* apud *Wallæum* p.189.190.

p. 907. Διέξοδος, peculiarem habet ſignificationem apud Euſeb. de Mart. Pal. c.11. p.336. quando Valentem Æliæ urbis Diaconum à divinæ ſcripturæ peritia commendans, dicit etiam ſine codice potuiſſe γραφῆς ἀπομνημονεῦσαι διεξόδους, integras paginas memoriter recitare.

Δίκαιος. Conf. *Grotius* in Matth. p.9. Pol. Synopſ. in Matth. p. 35. Ad p. 908.

Ἐδικαιώθησαν, hoc eſt, ut Siculi loquuntur, ſup- p.916.
plicio affecti ſunt. Cicero in Verrem lib. 5. c. 57. nam malefici & nocentes homines, cum pœnas dant ſuorum injuſtorum factorum juſti quodammodo fiunt, qui antea erant injuſti & iniqui.

Διπλῆ. Τὴν διπλῆν τῆς λέξεως *Origenes* lib. I. contr. p. 922.
Celſ. p.15. Moſi tribuit & intelligit *Allegoriam*.

Eccleſia neminem propter fidem perſequitur. Οὐκ p. 931.
εἰωθὸς διώκειν τῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ, οὔτε μὴν ζήλῳ τῆς ὀρθῆς πίστεως. *Socrat.* lib.7. c.3. p.340.

Δοκηταί. Sic vocabantur Hæretici *Cerdoniani*, p. 936.
qui negarunt Chriſtum à Maria genitum, aut carne revera fuiſſe veſtitum, ἀλλὰ δοκήσει ὄντα, καὶ δοκήσει πεφηνότα, δοκήσει δὲ τὰ ὅλα πεποιηκότα. Epiph. hæreſ. 40. p. 300.

Δοκεῖ ſæpe more Hebræorum πλεονάζει. Vid. Pol. Synopſ. in Matth. p. 84.

Δοκίμιον, τὰ δοκίμια τῆς θεοσεβείας. *Epiph.* hæreſ. p. 937.
48. p.410.

Δολότροπος. Δολότροπα τεχνάσματα, impoſturæ p. 939.
callidæ. *Epiph.* Serm. de Aſſumt. p. 288.

Δουλεία. De ſervitute, Hebræorum ſervorum con- p. 959.
ditione, manumiſſione &c. multis differentem vide *Feſſel.* Adverſ. lib.3. c.1.

Vide Theod. Dial.3. p. 123. Περιουσίαν ἐμφαίνει p. 968.
δυνάμεως τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς τὸ ἀδύνατον, Theod. Dial. 3. p. 124.

Ἑαυτοῦ, ἑαυτοῖς. Quanquam proprie tertiæ per- p. 980.
ſonæ ſit, uſurpatur tamen & in prima perſona ut Act.23,14. Rom.8,23. & 15,1. Vide Pol. Synopſ. in Matth. p.85.

Ἐγκίσσημα. Peccatum apud Epiph. hæreſ.79. p. p. 994.
1065. pulchre vocatur ἐγκίσσημα τοῦ ξύλου, fœtus ad infelicem arborem conceptus.

Ἐγκράτεια. Etiam *abſtinentiam à certis cibis* v. 9. p.1001
carne notat; hinc Theod. p.316. eam vocat κρεοφαγίας ἀποχήν. Dicit autem Eccleſiam nihil de tali abſtinentia præcepiſſe, neminemque τῶν εὐφρονούντων καταχρίνειν τὸν ἐσθίοντα.

Ἐθελοακρότης. Ἐθελοακρότης τῆς δικαιοσύνης, affecta- p.1005
ta juſtitiæ perfectio. Epiph. in Ancor. p.19.

Ἔθος. De diverſitate *Rituum Eccleſiaſticorum* mul- p. 1006
tis agit *Sozom.* l.7. c.19. p.734. ubi inter alia dicit Εὔηθες εἶναι ἐθῶν ἕνεκεν ἀλλήλων χωρίζεσθαι περὶ τὰ καίρια τῆς θρησκείας συμφωνοῦντας.

Εἴδησις, Alia eſt τῆς ἐννοίας καὶ τῆς θεωρήσεως; alia πε- p.1008
ρὶ χρήσεως καὶ ἐνεργείας. *Epiph.* hæreſ. 69. p.769.

Εἰ μή. Sæpe poni pro Conjunctione adverſativa ἀλλὰ, prout etiam ἐὰν μὴ, docet *Feſſel.* Adv. Sacr. lib.4 c.4. p.334.

Τὸ νῷ θεατὸν καὶ διανοίᾳ περιληπτὸν, οὔτε μορφὴν ἐπιτη- p. 1012
δεῖ δι' ἧς γραφηθείη, οὔτε σχήματος ἀνέχεται, ὡς ἂν εἰκόνος ἢ τύπου, *Conſtantinus* in Orat. ad Sanct. p. 571.

Origenes lib. I. contra Celſ. p. 6. probat Heracliti p. 1017
dictum, λεσχηνεύειν τοῖς δόμοις τοὺς προσιόντας ὡς θεοῖς τοῖς ἀψύχοις, *eos qui ad Deos inanimes accedant, perinde facere acſi fabulentur cum parietibus.* lib.2. p.131. dicit templa & Imagines ἁρμόζειν μᾶλλον δαίμοσιν ἢ τῷ Θεῷ. Chriſtum quoque mentem ἀπὸ παντὸς αἰσθητοῦ, οὐ μόνον φθαρτοῦ ἀλλὰ καὶ φθαρησομένου ad cultum ſummi Dei traduxiſſe. Pulcherrimum locum vide p.135.

Ideo quidam in *Anima* Imaginem Dei poſitam p. 1018
eſſe dicebant, quia ſit ut Deus ἀόρατος, ἀπερίγραπτος,

κινητικὴ, διανοητικὴ, λογιστική. Quos *Epiph.* hæres. 70. p. 815. his refutat verbis: Ὁ Θεὸς ἐπέκεινα μυριοπλασίων παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ ἔτι περιττότερός ἐστιν ἀκατάληπτος, καὶ ἀπερινόητος & quæ plura ſequuntur.

Audæus, quod ad imaginem Dei creatus Adam dicitur, ἀποκρότως βούλεται ὁρίζειν εἶναι τοῦτο πληρούμενον κατὰ τὸ σῶμα. *Epiph.* hær. 70. p. 813.

Εἰκὼν ἀπηκριβωμένη καὶ ἀπαράλλακτος τοῦ πατρὸς vocatur Filius ab Alexandro in Epiſtola de Ario. Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 534. Vide ap. Socrat. l. 2. c. 10. p. 87. Synodi Antiochenæ fidei expoſitionem.

Acacius apud *Epiph.* hæreſ. 72. Chriſtum ſimiliter vocat Οὐσίας τε καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης ἀπαράλλακτον εἰκόνα. Item τὸ ἔκτυπον καὶ τρανὲς ἐκμαγεῖον τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας. Plura vide ap. eundem *Epiph.* hær. 72. p. 839. 840. 841. Εἰκὼν vocatur οὐχ ὡς ἄψυχον ἐμψύχου, οὐδ' ὡς ἐνέργεια τέχνης, οὐδ' ὡς ἀποτέλεσμα ἐνεργείας, ἀλλ' γέννημα τοῦ γεννήσαντος. Idem hæreſ. 73. p. 880. Conf. hær. 76. p. 915.

Ad p. 1030 Εἱμαρμένη. Εἱμαρμένην Θεοῦ εἶναι προαίρεσιν, & quæcunque de *fato* à Gentilibus dicuntur, falſa eſſe pluribus demonſtrat *Conſtantinus* in Orat. ad SS. p. 572.

Fatum Stoicorum *Epiphanius* l. 1. contra hæres. p. 13. ita oppugnat; Εἰ εἱμαρμένης τὸ σοφίζεσθαι, καὶ συνεθίζεσθαι, τὸ λογικὸν γενᾶσθαι καὶ ἄλογον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, πανσάσθωσαν νόμοι. Conf. eund. p. 35. ubi demonſtrat *Judicium* & *Fatum* ſimul conſiſtere non poſſe.

p. 1031 a. Εἰρεσιώνη. *Ireſione* eſt oleæ ramus lana velatus, habens omnigenos terræ fructus dependentes, ut ait Suidas, qui deducit ab Ἔριον, lana. Talis fuit Athenienſium Ireſione, i. e. faſciculus levis è plurium arborum frondibus & fructibus concinnatus quem geſtabant. Herodotus in vita Homeri. In Samo hybernans Calendis, potentiorum ædes adiens aliquid accipiebat, canens hæc Carmina quæ Ereſione, Εἰρεσιώνη, h. e. Ramalia vocabantur, ducente eum comitantéque aliquot puerorum indigenarum choro pag. 571. Talis fuit Judæorum Hoſchanna, Lulaph, quam Joſephus etiam εἰρεσιώνην appellat. Antiq. III. XIII. 81. Vide hic II. p. 1602.

p. 1044 *Epiphan.* hæreſ. 64. p. 531. Origenem vocat ἐρευνητὴν τῶν ἀνερευνήτων, καὶ ἐκβίβασιν τῶν ἐπουρανίων, quæ poſtrema ita vertit *Petavius*: *Scrutatorem qui cælos ipſos prætergreſſus eſt.*

p. 1045 Ἐκδιαιτάομαι. Ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιῃτημένοι, priorum inſtitutorum labe corrupti. Euſeb. l. 1. H. E. c. 2. p. 9.

p. 1047 Ἔκθεσις. Bene olim *Sophronius* Paphlago, εἰ τὸ ἑκάστης ἡμέρας ἰδίαν ἐκτίθεσθαι βούλησιν, πίστεως ἐστὶν ἔκθεσις, ἐπιλείψει ἡμᾶς ἡ τῆς ἀληθείας ἀκρίβεια. Soz. l. 4. c. 22. p. 575

Ἐκκήρυκτος. Hæc vox occurrit apud Euſeb. l. 6. c. 43. de Novato, quem τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐκκήρυκτον ποιήσασθαι Eccleſiarum in Africa Antiſtites decreverunt.

p. 1049 Ἐκκλησία. De hac voce vide *Grot.* in Matth. c. 16. p. 161. 162. Eccleſia vocatur apud Euſeb. l. 10. c. 4. p. 372. λόγων ἀγαθῶν ἑστία, σωφροσύνης παιδευτήριον, καὶ θεοσεβείας σεμνὸν καὶ θεοσεβὲς ἀκροατήριον.

p. 1059 Eccleſiam Navi ſimilem eſſe docet *Epiph.* hæreſ. 60. p. 508.

Ἐκκλησία Ῥωμαίων, vocatur Ἀποστόλων φροντιστήριον καὶ εὐσεβείας μητρόπολις. Sozom. l. 3. c. 8. p. 508.

p. 1061 Ἐκκλησιαστικός. Tertiam ſignificationem addit *Valeſius* in notis ad *Euſeb.* p. 42. nempe ut denotet eum qui in Clero conſtitutus eſt, & ſeculari ſeu laico opponitur.

Epiph. in Ancorato p. 13. expreſſe dicit Spiritum Ad
S. ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ procedere. p. 1071

Ἐκτοπίζω. Gentiles Religionem Chriſtianam vo- p. 1073
cabant νέαν καὶ ἐκτετοπισμένην, χθὲς καὶ οὐ πρότερον φανεῖσαν, novam & *peregrinam.* Euſeb. H. E. l. 1. c. 2. p. 5.

Ἔλεγχος. Ἐλέγχω. Conf. *Feſſel.* Adv. S. l. 4. c. 2. p. 1081
p. 314. 315.

Quinam pauperes Eleemoſyna ſint ſublevandi, p. 1084
Atticus E. Conſt. docuit *Calliopium* Nicæenſis Eccleſiæ presbyterum, his verbis, erogabis eam πάντως τοῖς αἰσχυνομένοις τὴν αἴτησιν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς ἐμπορείαν διὰ βίου τὴν γαστέρα προστεθεικόσι, qui omni vitæ ſuæ tempore ventrem ad quæſtum propoſuerunt. Μηδὲ θρησκείαν λογίσῃ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, ἐνὸς καὶ μόνου γενόμενος τοῦ τρέφειν τοὺς πεινῶντας, ἀλλὰ μὴ λογιστεύειν τοὺς τὸν ἡμέτερον τρόπον μὴ φρονοῦντας. *Socrat.* l. 7. c. 25. p. 366.

Ἐλευθεροστομέω. Εὐγενεῖ καὶ ἀτρόμῳ γλώττῃ ἐλευθεροστο- p. 1089
μοῦν. Euſeb. l. de Mart. Pal. c. 4. p. 324.

Ἐμμανουήλ. Quot modis Chriſtus *Immanuel* dica- p. 1100
tur vid. *Feſſel.* Adverſ. Sacr. l. 6. c. 1. p. 8. Δηλοῖ τὸ ὄνομα τὸν μεθ' ἡμῶν Θεὸν, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν, τὸν τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναληφότα Θεὸν, τὸν ἑνωθέντα ταύτῃ Θεὸν, τὴν τοῦ Θεοῦ μορφὴν, καὶ τὴν τοῦ Δούλου μορφὴν ἐν ἑνὶ υἱῷ γνωριζομένην. Theod. in dial. p. 34.

Ἐμπολιτεύω. De Beryllo teſtatur Euſeb. l. 6. c. 33. p. 1101
quod docuerit Filium μὴ θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικὴν, paternam duntaxat in ſe reſidentem.

Ἐμπορεία. Ἡ πολυτίμητος ἐμπορεία τοῦ νοητοῦ φωτὸς p. 1101
appellatur doctrina Chriſti ab Euſeb. p. 52.

Ἐμφέρεια. Ἐμφερής. Utraque vox de Filio uſur- p. 1103
patur in Epiſt. Alexandri de Ario, apud Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 532. 533. Ubi Filius dicitur τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς σώζειν. Item ἐμφερὴς τῷ πατρὶ εἶναι.

Ἐμφύσημα. *Epiph.* Serm. in Sepulchr. Chr. *Ima-* p. 1104
ginem Dei per Chriſtum reſtauratam vocat τὸ ἀρχαῖον ἐμφύσημα p. 274.

Finem *Incarnationis* Phileas in Epiſtola ad Thmu- p. 1108
itas apud Euſeb. l. 8. c. 10. ita exponit: Novimus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν μὲν ἁμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφόδια δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν εἰσόδου ἡμῖν καταβάληται. *Subſidia itineris.*

Φασὶ δέ τινες ὅτι κοσμήσας αὑτὸν Κροῖσος παντοδα- p. 1112
πῶς, καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον, ἤρετο Σόλωνα, εἴτι θέαμα κάλλιον τεθέαται; ὁ δὲ ἀλεκτρυόνας εἶπε, φασιανούς, καὶ ταώς, φυσικῷ γὰρ ἄνθει κεκόσμηνται, καὶ μυρίῳ καλλίονι. Diogen. Laert. in Vita Solon. conf. Matth. IV. 29.

De hac unione hypoſtatica obſervanda regula p. 1128
Theodor. Dial. 3. pag. 151. Ἡ ἕνωσις κοινὰ ποιεῖ τὰ ὀνόματα.

Ἐξαγκωνίζω. Impedio. Epiph. Serm. de Aſſumt. p. 1132
p. 289.

De Helena matre Conſtantini M. ſcribit Theod. p. 1140
l. 1. c. 17. p. 565. quod mortua ſit ταῖς ἐξιτηρίοις αὐτὸν (Conſtantinum) ἐπικλύσασα εὐλογίαις, poſtquam eum in exitu vitæ uſitata benedictione cumulaſſet.

Ἐξοδίασις. Ἡ τῶν στρατιωτῶν ἐξοδίασις, militaris ex- p. 1141
peditio apud Theod. l. 2. H. E. c. 13. p. 609.

De Ἐξομολογεſi conſulatur *Sueur* Hiſtor. ad An- p. 1144
num 213.

Ἐπαγγελία. Δῆλον ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀμετάθετός ἐστιν ἐπαγ- p. 1157
γελία. Epiph. l. 1. Hæreſ. 29. p. 117.

Ἔπαινος. Καθόλου ὁ ἔπαινος οὐκ εἰς καιρὸν γενόμενος

βλάπτει

βλάβην ἐπιφέρει τοῖς δεχομένοις· ταῖς γὰρ εὐφημίαις θαῤ-
ῥοῦντες, καὶ τὸ πᾶν κατωρθωκέναι νομίζοντες, οὐχ ὁμοίως εἰς
τὸ τῆς ἀρετῆς τρέχουσι στάδιον. *Theod.* in Jeſ. p. 18.

Ad Ἐπαρκέω. De hac voce agit *Valeſ.* in not. ad Eu-
p. 1158 ſeb. p. 140.
p. 1159 Ἐπελαφρίζω. Ἡ θεία δύναμις τοῖς ὅσοι τὸν χαλεπὸν
ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπομένουσιν ἐπελαφρίζουσα τοὺς πόνους καὶ τὴν
προθυμίαν ἐπιῤῥωννῦσα παρίσταται. Euſeb. de Mart. Pa-
læſt. c. 2. p. 320. *allevans.*
p. 1160 Ἐπηρεάζω. De hac voce vide *B. Walæum* pag. 57.
in Matth.
p. 1163 Ἐπιβατήρια. Τὰ ἐπιβατήρια τῆς ἐκκλησίας ἐπιτελεῖν,
feſtivitatem dedicationis peragere. *Socrat.* lib. 1. c.
28. p. 65.
Ἐπιδημία. Vide locum inſignem apud Origen.
lib. 1. contr. Celſ. p. 43.
Ἐπιδικάζεσθαι. Ἐπιδικασία. De his vocibus videa-
tur *Grotius* in Matth. p. 6. 7.
p. 1167 Ἐπικαινοτομέω. Stephanus in lite de rebaptizandis
Hæreticis ſtatuit μὴ δεῖν τι νεώτερον παρὰ τὴν κρατή-
σασαν ἀρχῆθεν παράδοσιν ἐπικαινοτομεῖν. *Euſeb.* l. 7. c.
3. p. 251.
p. 1168 Ἐπίκληρος. Quænam puellæ apud Judæos fue-
rint ἐπίκληροι docet *Grotius* in Matth. p. 6.
p. 1169 Ἐπιμέτρησις. Ἡ ἄνωθεν ἐπιμέτρησις, Dei diſpenſa-
tio. *Sozom.* l. 1. c. 9. p. 413.
p. 1174 Ἐπισκιάζω. De hac voce ex *Gomaro* docte diſſe-
rentem vide *Bynæum* de Nat. Chr. p. 133. 134.
p. 1184 Euſebius Pamphili in locum Euſtathii Antiocheni
ſurrogatus, ſedem illam recuſavit. Νόμος γὰρ ἐκκλη-
σιαστικὸς ἐκώλυε τὸν ἅπαξ ἡγησάμενον ἐκκλησίας, ἐπι-
σκοπὴν ἄλλην μὴ μετιέναι. *Sozom.* l. 2. c. 19. p. 469.
p. 1189 *Epiſtolæ formatæ*, τύποι vel τετυπωμέναι quæ fue-
rint, vide *le Moine* in Sylloge Tom. 2. p. 7.
p. 1194 Ἐπιστρέφεια. Aliam ſignificationem habere vide-
tur apud Euſeb. l. 7. c. 11. p. 258. ubi *Æmylianus*
Præfectus in exilium abire juſſit conventus ſacros
interdicit, his additis minis, οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ δέουσα
ἐπιστρέφεια, non enim deerit congrua *animadverſio.*
p. 1198 De utraque *Chriſti Apparitione* agit Theod. lib. IV.
p. 299.
p. 1203 Ἐπίχειρα. Πᾶς πονηρίᾳ χρώμενος κατάλληλα τὰ ἐπί-
χειρα δρέπεται. Theod. in Jeſ. p. 18.
p. 1204 Ἐποφθαλμίζω, de Euſebio Nicomedienſi Socrat.
l. 1. c. 3. p. 10. Ἐποφθαλμίσας τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομη-
δέων, *Valeſius* vertit ad Nicomedienſem Epiſcopa-
tum transgreſſus eſt.
Ἐπώδυνος. *Ammon* quidam Monachorum in Æ-
gypto parens conjugi ſuæ caſtitatem ſuaſit, expo-
nens illi ὅσα ὁ γάμος ἔχει φορτικά, ὅπως τε ἐπώδυνος
ἡ μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσις. *Socrat.* lib. 4.
c. 23. p. 232.
p. 1206 Ἐργάζομαι. Hoc vocabulum ſæpius notare, *com-
parare*, *negotiari* docet *Feſſel.* Adv. S. lib. 4. c. 3. p.
325. 326.
p. 1209 Ἔργον pro nummis, fœnore & uſura ſumi, unde
ἐργολαβία, & ἐργολαβεῖν ad omnes quæſtus inhone-
ſtos transfertur; docet *Feſſel.* in Adv. S. l. 1. c. 1. p. 11.
p. 1213 Ἐρίπτυσμα, *Sputum.* *Epiph.* in Ancor. p. 41.
Ἐρυθρὸς. *Mare erythræum* unde dictum. vid. *Feſſel.*
Adv. S. lib. 4. c. 11. p. 388.
p. 1216 Abraham αὐτόπτης καὶ ἱστάτωρ ἠξίωται εἶναι τοῦ υἱοῦ τοῦ
Θεοῦ. *Sozom.* l. 1. c. 1. p. 398.
p. 1220 Εὐαγγέλιον. De hac voce conſule *Grotium* in
Matth. p. 3.
p. 1221 Πλήρωσις τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν τὸ ἀπερίσπαστον τοῦ
Εὐαγγελίου. *Epiph.* hæreſ. 66. p. 669.
p. 1224 Hoc Evangelium Matthæi fuiſſe litteris He-
braicis ſcriptum docet *Epiphan.* lib. 1. Hæreſ. 30.
pag. 127. Conſentit *Grotius* in Matth. p. 4. Con-
trarium demonſtrat *Bald. Walæus* in Evang. p. 1. 2.
Εὐδοκητὴς, *approbator.* Pater apud *Epiph.* in ex- Ad
poſit. fidei, p. 1098. vocatur εὐδοκητὴς τῆς τοῦ υἱοῦ p. 1240
ἐνσάρκου παρουσίας.
Εὐένδοτος, *mollis*, *tener*, der ſich bald ergiebt. p. 1242
Occurrit apud *Euſeb.* l. 6. c. 41. p. 239.
De triplici Eunuchorum genere prolixe agit p. 1255
Epiph. hæreſ. 58. p. 490. 491. 492.
Εὐπαράγωγος, *flexibilis*, der ſich leicht bereden p. 1259
läßt. Occurrit apud *Euſeb.* lib. 6. c. 41. p. 239.
Εὑρεσιλογέω, idem quod εὑρεσιεπέω. Occurrit p. 1293
apud *Euſeb.* H. E. p. 20. ubi in diſſenſu Matthæi &
Lucæ de ſtirpe Chriſti, dicit τῶν πιστῶν ἕκαστος ἀγνοίᾳ
τ' ἀληθοῦς εὑρεσιλογεῖν εἰς τοὺς τόπους πεφιλοτίμηται. *Valeſ.*
Veras locorum interpretationes excogitare.
Εὔριπος. Εὔριπος γνώμη, animus mobilis, in-
conſtans. *Theod.* l. 2. H. E. c. 2. p. 585.
Εὐσέβεια. Διὰ τῆς εὐσεβείας καὶ ἡ εἰρήνη φυλάττεται, καὶ p. 1264
πόλεμος καταλύεται, καὶ πολέμιοι τρέπονται, καὶ ἀνί-
στανται τρόπαια, καὶ νίκη βραβεύεται. Theodoſius ad fi-
lios apud Theodor. l. 5. H. E. c. 25. p. 740.
Εὐφώρατος. Εὐφώρατον τὸ ψεῦδος, mendacium p. 1268
quod facile deprehenditur. *Theod.* lib. 2. H. E. c. 3.
p. 586.
Solum Deum eſſe invocandum ex Antiquitate p. 1273
Eccleſiaſtica multis probat *Sueur* ad Annum 407.
Εὐχὴν καθαρὰν αἱμάτων καὶ ῥύπου commendat Con-
ſtantinus M. in Epiſtola ad Saporem. Vid. *Sozom.*
l. 2. c. 15. p. 464.
De precum efficacia *Conſtantinus* in Orat. ad Cœl.
Sanct. p. 602. Ἀνίκητον χρῆμα ἡ δικαία προσευχὴ· καὶ
οὐδεὶς ὁσίως λιτανεύων ἀποτυγχάνει τοῦ σκοποῦ· οὐδὲ γὰρ πα-
ραλείπεται κόσμος (h. in l. prætextus) ἀποτεύγματι.
Μέγα ὅπλον εὐχὴ τῆς ἐκκλησίας. *Epiph.* Serm. de
Reſur. p. 281. Vide ibid. preces ferventes pro libe-
ratione Eccleſiæ.
Ἐφέορτια. Celebritatis officia. *Epiph.* Serm. in p. 1288
Feſt. Palm. p. 257.
Ζιζάνια. De *hæreticis Theophilus* Antiochenſium p. 1298
Epiſcopus dicit, apud *Euſeb.* l. 4. c. 24. quod ζιζα-
νίων δίκην τὸν εἰλικρινῆ τῆς Ἀποστολικῆς διδασκαλίας σπό-
ρον corruperint.
Ζωγρέω. Vide *Feſſel.* Adv. Sacr. l. 5. c. 5. p. 435. p. 1301
Zona Symbolum Virginitatis. Unde *Zonam ſol-* p. 1308
vere eſt virgineum florem delibare. Vide *Feſſel.* Adv.
Sacr. l. 2. c. 24. p. 165.
Homines cum Animantibus tum ratione Virtu- p. 1312
tutum, tum ratione Vitiorum comparari pulchre
docet Theod. Serm. 5. de Provid. p. 367.
Εὐφραίνεσθαι ἐστὶ, μανθάνοντά τι καὶ φρονήσεως μεταλ- p. 1316
λαμβάνοντα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ· ἥδεσθαι δὲ, ἐσθίοντά τι,
ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι. Plato in Protagor.
Ἡδυπάθεια. Τῆς τῶν σωμάτων ἡδυπαθείας καταπτύ- p. 1317
σας, corporis voluptates deſpiciens. *Euſeb.* lib. de
Mart. Palæſt. c. 4. p. 323.
Ἦθος. Τὰ ἤθη τὰ ἔθη ποιεῖ, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀντεξού-
σιον. *Theod.* Orat. 7. p. 397.
Ἧπαρ. Epiph. in Phyſiologo, dicit Vulturem p. 1334
τῇ ἥπλῃ τῆς γαστρὸς voracitate omnes aves ὑπερακοντί-
ζειν p. 198.
Ἡρωδιανοί. Ita dicti qui Herodem Regem ſuſce-
pere pro Chriſto. *Dillher.* p. 81.
Ἠβόκατος. *Evocatus.* Ita dicebantur milites ho- p. 1335
noratioris loci, qui confectis jam ſtipendiis dimiſ-
ſi, ad militiam evocabantur à Principe. *Valeſ.* in
not. ad Euſeb. p. 50.

Θάλασ-

Digitized by Google

Ad Θάλασσα, quaſi θάρασσα unde ταράσσω. *Fuller.*
p.1336 M. S. p. 233.
p.1337 Mors οὐδὲν ἄλλο ἢ διάκρισις καὶ διαχωρισμὸς ψυχῆς
1338 ἀπὸ σώματος. *Epiphan.* ex Proclo.

Mors alia eſt διὰ σώματος ἀπαλλαγῆς, alia διὰ καταδίκης. *Epiphan.* l. 1. de hæreſ. p. 26.

De *Morte*, quod inevitabilis pulchre *Sozom.* l. 2. c. 10. p. 458. Τοῦτο ἄφυκτον παντὶ τικτομένῳ τέλος.

p.1341 De *morte piorum* commode dici poteſt, quod olim Proclus apud *Epiph.* hæres. 64. p. 547. de morte Adami dixit, nempe Deum illum mori voluiſſe, ἵνα διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς διαιρέσεως ἡ ἁμαρτία κάτωθεν αὐτόπρεμνος πᾶσα διαφθαρῇ· ὡς μηδὲ κἂν βραχύτατον ῥίζης ἐαθῆναι μέρος, ἀφ' οὗ νέοι βλαστοὶ πάλιν ἁμαρτημάτων ἀναβλύζωνται. Conf. eund. p. 549.

p.1343 Martyrum mors. *Symeon* à Sapore occiſus teſtimonio Scripturarum oſtendebat ζωὴν μὲν ἀληθῶς εἶναι τὸ ὧδε ἀποθανεῖν· τὸ δὲ διὰ δειλίαν προδοῦναι Θεὸν, ὁμολογουμένως θάνατον. *Sozom.* l. 2. c. 10. p. 458.

p.1345 Θατεροκλινής, ex alia parte infirmus. *Euſeb.* l. 3. H. E. c. 27. p. 99.

Θαῦμα. Θαυματουργός. Quomodo θαυματουργοὶ ſint explorandi docet *Origen.* lib. 2. contr. Celſ. p. 91.

p.1356 Θεάνθρωπος. Ἐστὶ Θεὸς ἄνθρωπος, ἀπὸ πατρὸς μὲν γεννηθεὶς ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως. Ἄνθρωπος δὲ ἀπὸ Μαρίας, διὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν. *Epiph.* hæreſ. 54. p. 465.

p.1347 Θεηγόρος. Apoſtoli vocantur Θεηγόροι in Epiſtola Alexandri de Ario apud Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 528. Edit. Pariſ.

Θεήλατος. Ita vocatur *homo execrandus* apud *Epiph.* hæreſ. 42. p. 326.

p.1360 ὁ Θεόπαις. Ita Chriſtum vocat *Epiph.* Serm. in Sepulchr. Chr. p. 261.

p.1363 De hac ἀποθεώσει pulchre *Euſeb.* Edit. Vul. p. 71. Ἐὰν μὴ Ἀνθρώπῳ Θεὸς ἀρέσῃ, Θεὸς οὐ γίνεται· οὕτως καλὰ γε τοῦτο Ἄνθρωπον Θεῷ ἵλεων εἶναι προσήκει.

p.1365 *Epiph.* hæreſ. 51. p. 429. memorat τὴν τῶν ποιμένων διὰ τῶν Εὐαγγελισαμένων Ἀγγέλων Θεοπτίαν.

p.1369 Dei deſcriptionem egregiam habes apud Theodor. Tom. 4. hæreſ. fab. lib. 5. p. 250.

p.1371 Epitheta Dei. Ὁ Θαυματουργὸς, ὁ μεγαλουργὸς, ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πανάγαθος, ὁ εἷς καὶ μόνος Θεός. *Euſeb.* l. 10. c. 4. p. 373.

p.1376 Θεὸς ὅλος ἔννοια, ὅλος θέλημα, ὅλος νοῦς, ὅλος ὀφθαλμὸς, ὅλος ἀκοὴ, ὅλος πηγὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ οὐδενὸς οὕτω πάθους περιέχεται. *Epiph.* hær. 33. p. 216. Vide ſimilem locum hæreſ. 70.

IV. Unum eſſe Deum ex ἐναρμονίῳ τῶν πάντων ὁμονοίᾳ pulchre demonſtrat Conſtant. in Orat. ad Sanctos p. 569.

p.1380 *Manus Dei* eſt τῆς οἰκονομικῆς δυνάμεως ἐνέργεια. *Theod.* hæret. fab. lib. 5. p. 251. Sive eſt ἡ τὰ πάντα τεκτηναμένη καὶ κυβερνῶσα ἐνέργεια. p. 252.

p.1381 Θεός ἐστιν ἀκατάληπτος, πνεῦμα ἀπερινόητον, πάντα περιέχων, ὑπ' οὐδενὸς περιεχόμενος. *Epiph.* hæreſ. 70. p. 820.

p.1385 Θεοσέβεια· οὐκ ἐπάναγκες ἡ θεοσέβεια, ἀλλὰ ἐκ προαιρέσεως ἡ Δικαιοσύνη. *Epiphan.* hæreſ. 60. p. 506.

p.1395 Θερμουργός. Paulus Pamphili in martyrio Socius, vocatur θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων, *fervidus in agendo* & ardore Spiritus plenus apud *Euſeb.* de Mart. palæſt. c. 11. p. 336.

Θερμός. De hac voce ejusque uſu agit *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 2. c. 22. p. 160. 161.

De Thermis quas Theod. Serm. 2. de Provid. Tom. 4. p. 336. pulchre ἀχειροποιήτους appellat locum inſignem habes ibidem.

Θηριόθεον. *Epiph.* Serm. in feſt. palm. p. 254. Ἴδε τὰ πρὶν θηριόθεα (gentes prius efferas) ἐν σοὶ τυγχάνοντα Ad p.1398
πρόβατα.

Θῆλυ. Allegorice *Epiphanius* hæreſ. 37. p. 269. ex- p.1399
ponit quæ de ſerpente *mulierem* primo ſeducente leguntur: Τρέπεται ἐπὶ τὸ θῆλυ, τουτέστι, τὴν τῶν Ἀνθρώπων ἄγνοιαν, καὶ πείθει τοὺς ἐν τῇ ἀγνοίᾳ, ἐπειδὴ οὐ δύναται τὸν στερεὸν λογισμὸν ἀπατῆσαι. Θηλυκοῖς γὰρ ἀεὶ νοήμασι προσπελάζει, ἡδονῇ τε καὶ ἐπιθυμίᾳ, τουτέστι, τῇ ἐν Ἀνθρώποις θηλυνομένῃ, καὶ οὐχὶ τῷ στερεῷ λογισμῷ, τῷ εὐλόγως τὰ πάντα νοοῦντι, καὶ Θεὸν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν νόμου ἐπιγινώσκοντι.

Θηριομαχέω. Duobus modis hoc factum: aut e- p.1400
nim aliquis cum beſtiis pugnabat in Theatro, aut cum hominibus in beſtias converſis. Ita Heraclitus Epheſius Epiſt. 1. ad Hermodorum Epheſiorum cives converſos eſſe in beſtias, quippe qui ſe arment in mutuas cædes, quod ne Leones quidem faciant. Hinc Epheſii dicti ſunt *beſtiæ*, atque hoc eſt, quod Apoſtolus I. Cor. XV. 32. ſcribit, ſe pugnâſſe cum beſtiis ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, quod verbum in Concordantiis Stephani omiſſum eſt: Tales beſtiæ fuerunt Demetrius cum aſſeclis, Actor. XIX. Quo ſenſu Ignatius ad Tarſenſes ſcripſit: ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, οὐχ ὑπὸ ἀλόγων θηρίων βιβρωσκόμενος, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρωπομόρφων. A' Syria Romam uſque cum beſtiis depugno, non quòd à brutis feris devorer, ſed à feris humanam gerentibus formam exagiter. Prioris generis mentio fit apud Joſephum, quum ex devictâ gente Judaicâ Cæſareæ plurimi contra beſtias depugnare debebant, ἐν ταῖς πρὸς τὰ θηρία μάχαις. Alia eorum ratio, qui beſtiis objecti fuerunt dilaniandi παραβληθέντες, quales memorat B. Jud. VII. XX. priores armati, poſteriores vincti, ſaltem nudi. Beza Eraſmum vellicat, quòd Paulum feris beſtiis objectum tradat, 1. Cor. XV. 32. quum non objectus fuerit, ſed pugnaverit & ne pugnaverit quidem ad literam, ſed Metaphoricè.

Θησαυρός. Forte ex Hebr. תשורה quod munus p.1400
notat. I. Sam. 9, 7. Vide Pol. Synopſ. ad Matth. p. 59.

Θλίψις. Afflictiones Dionyſius pulchre vocat γυ- p.1403
μνάσιον καὶ δοκίμιον, apud *Euſeb.* l. 7. c. 22. p. 269.

Θρῆνος. Ὃν οὐκ ἀνεκλήσατο λόγος, τοῦτον πολλάκις p.1405
διώρθωσε θρῆνος. *Theod.* in Jeſ. p. 4.

Θρησκεύσιμος. Τόποι θρησκεύσιμοι vocantur *loca religioſa*, apud *Euſeb.* l. 7. c. 13. p. 262.

Θρόνος. De thronis Regum differentem conſule p.1408
Bynæum de Nat. Chr. p. 113 -- 116.

Ἀποστολικὸς θρόνος, item θρόνος πέτρου vocatur ſe- p.1409
des Epiſcopalis Romana. *Sozom.* l. 4. c. 15. p. 558

Epiphanius l. 1. hæreſ. 29. p. 118. Θρόνος Δαβὶδ καὶ βασιλικὴ ἕδρα ἐστὶν ἡ ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ Ἱερωσύνη ὅπως ἀξίωμα βασιλικόν τε καὶ ἀρχιερατικὸν ὁμοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάψας ὁ Κύριος δεδώρηται τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, τὸν θρόνον μεταγαγὼν ἐν αὐτῇ τὸν τοῦ Δαβὶδ· μὴ διαλείποντα εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἐπισκοπικὸς θρόνος. *Sozom.* l. 7. c. 3. p. 706. Vi- p.1410
de Soz. l. 1. c. 2. p. 403. & c. 17. p. 430.

Θυρίς. Θυρίδες ἡμῶν ὑπάρχουσι τὰ τοῦ σώματος αἰσθη- p.1416
τήρια, βλέμμα, ἀκοὴ, καὶ τὰ ἄλλα, δι' ὧν θάνατος εἰς ἡμᾶς εἰσπορεύεται εἰ δι' αὐτῶν ἁμαρτήσωμεν. *Epiph.* de hæreſ. l. 1. p. 27.

De *Sacrificiis* recte dicit *Theod.* in Jeſ. p. 8. quod p.1420
non προηγουμένως Judæis injuncta fuerint, ſed ὥστε παιδαγωγίαν γενέσθαι τῆς ἄλλης ἐντεῦθεν αὐτοῖς πολιτείας.

Euſeb. l. 4. de Vit. Conſt. c. 45. p. 449. preces vo- p.1425
cat θυσίας ἀναίμους καὶ μυστικὰς ἱερουργίας.

Hoc ſenſu ſcribit *Theod.* l. 1. H. E. c. 29. p. 581. p.1428

Hiero-

Digitized by Google

Hieroſolymam fuiſſe translatum τὸ θεῖον θυσιαστήριον βασιλικοῖς τε παραπετάσμασι καὶ κειμηλίοις λιθοκολλήτοις χρυσοῖς ornatum. *Altaria* hæc ſive tabulas ſacras fuiſſe ligneas ad V. uſque ſeculum demonſtrat Sueur ad Annum 368.

Ad p. 1430 *Jacobum* Domini fratrem appellatum fuiſſe, διὰ τὸ ὁμοδίαιτον, διὰ τὸ σύντροφον, διὰ τὸ ἐν τάξει ἀδελφοῦ αὐτὸν ἐσχηκέναι, δι' ὃν εἶχεν Ἰωσὴφ μόνον πρὸς τὴν Μαρίας γνησιότητα. κλ'. docet Epiph. hæreſ. 78. p. 1045. ubi ſimul multa ἄδηλα de eo memorat. Vide quoque, p. 1046.

p. 1438 Ἰδιότροπος. Ἰδιότροπον ὑπόστασιν habere filium demonſtrat Alexander in Epiſt. apud Theod. l. 1. H.E. cap. 3.

p. 1441 In V. T. Sacerdotes debebant eſſe *corpore integro*, non par ratio N. T. τῇ γὰρ Ἐκκλησίᾳ σώματος μηδὲν μέλει εἰ γὴ μόνον ἄρτιος ἦ τοῖς τρόποις ὁ Ἱερεύς. Soz. l. 6. c. 30. pag. 685.

p. 1444 Ἱερωσύνη. Christus dicitur ἀθάνατον καὶ ἀγήρω ἱερωσύνην εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα διακατέχειν. Euſeb. l. 1. H. E. c. 3. p. 14.

p. 1445 Jeroſolyma ſæpiſſime vocatur Eccleſia N. T. variis de cauſſis, quas exponit *Feſſel.* Adv. Sacr. l. 7. c. 1. p. 99.

p. 1447 Ἰησοῦς. Ὁ τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν δεύτερος αἴτιος (ſubdola hæc) ὁ τῆς θεογνωσίας εἰσηγητής. Ὁ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας διδάσκαλος. Ὁ τῶν ἀσεβῶν ὀλετήρ. ὁ τυραννοκτόνος· ὁ τοῦ βίου διορθωτής. Euſeb. l. 10. c. 4. p. 373. Ὁ τῶν ἀπεγνωσμένων Σωτήρ, deploratorum ſervator.

De nomine Jeſus prolixe & docte differentem vide *Bynæum* de natali Chriſti. p. 88. -- 99. Nempe primo ſcriptum הושע, dein Moſe auctore יהושע, mox literis ה & ו uſu detritis ישוע, tandem abjecto ע contracte ישו.

p. 1454 Ἵνα, Platoni in Eytuphr. eſt *ubi*; adducit verſum Homericum: ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς. ubi timor, ibi & pudor. Porro ſubjungit: Οὐ δοκεῖ μοι εἶναι, ἵνα δέος ἔνθα καὶ αἰδώς· --- ἀλλ' ἵνα γε αἰδὼς ἔνθα καὶ δέος εἶναι. Item, οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν, ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς, ἀλλ' ἵνα μὲν αἰδώς, ἔνθα καὶ δέος, οὐ μὲν τοίγε ἵνα γε δέος πανταχοῦ αἰδώς; ἐπὶ πλέον γὰρ οἶμαι δέος αἰδοῦς, μόριον γὰρ δέους αἰδώς, ὥσπερ ἀριθμοῦ περιττόν, ὥστε οὐχ ἵνα περ ἀριθμός, ἔνθα καὶ περιττόν, ἵνα δὲ περιττόν, ἔνθα καὶ ἀριθμός. & quæ deinceps ſequuntur.

p. 1458 Ἰσαάκ. Τῇ μιμήσει τετίμηται τῆς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θυσίας, δέσμιος παρὰ τοῦ πατρὸς τῷ βωμῷ προσαχθείς. Soz. l. 1. c. 1. p. 395.

p. 1457 Ἰούδας. Cajanos, qui laudabant Judam quaſi ſaluti noſtræ egregie conſuluiſſet, ita refutat Epiph. hæreſ. 38. p. 281. Οὐ παρέδωκεν αὐτὸν (Chriſtum) ἵνα γένηται ἡμῖν εἰς σωτηρίαν· ἀλλὰ κατὰ ἄγνοιαν, ζῆλον καὶ φιλαργυρίαν ἀρνησάμενος. Conf. p. 282.

De Juda proditore. Vid. Orig. l. 2. contr. Celſ. p. 65.

p. 1468 De Joanne Baptiſta Epiphan. hær. 62. p. 516. ᾧ ἐδόθη τὸ μήνυμα τοῦ προκηρύγματος, καὶ ἡ ἑτοιμασία τῆς ὁδοῦ τοῦ Κυρίου.

p. 1476. Joſephum *Epiph.* Serm. de Sepulchr. Chriſti pulchre vocat ἀνανδρον τῆς Μαρίας ἄνδρα. p. 262.

TOM. II.

pag. 1. Καθαιρετικόν. Libellus depoſitionis. Socrat. l. 2. cap. 1.

p. 8. Καθάρσιον. *Martyrius* quidam Cilix *Baptiſmum* & *Sacerdotium* vocavit καθάρσια τῶν ἁμαρτημάτων apud Soz. l. 7. c. 10. p. 716.

Καθιέρωσις. Quomodo templorum dedicatio facta olim fuerit ex Euſeb. Hiſt. Eccl. l. 10. c. 2. & 3. docet *Sueur* ad Annum 335. Ad p. 11.

Καινότης. Ἡ καινότης ἐπαινουμένη ἔτι μᾶλλον ἐπιδιδοῦν καὶ πρὸς νεωτερισμὸν ἕρπει· ἀπαυθαδιαζομένη τε καὶ τῶν πατρικῶν ὑπερφρονοῦσα, ἰδίους ἐτίθει νόμους· καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις περὶ θεοῦ δοξάζειν οὐκ ἠξίου· ἀεὶ δὲ ξενά προσιοῦσα δόγματα οὐκ ἠρέμει τῶν καινῶν καινότερα σπουδάζουσα. Sozom. l. 4. c. 27. p. 585. p. 18.

Καινοφωνία. Ex uſu vocabulorum ἀγράφων χρῆσθαι ἡ πᾶσα γέγονε σύγχυσις τε καὶ ἀκαταστασία τῶν Ἐκκλησιῶν. Socrat. l. 1. c. 8. p. 26. 27. p. 19.

Ἄμεινον ἐστὶν ἀμαθέστερον διαλεγομένους ὀρθῶς περὶ θεοῦ δοξάζειν, ἢ καινότητας ὀνομάτων ἐπεισάγειν διαλεκτικῆς τερθρείας συγγενεῖς. Soz. l. 4. c. 17. p. 563.

Epiph. l. 1. Tom. 2. Hæreſ. 24. p. 72. οὐκ ἐνυπόστατον τὸ κακόν ἐστι. --- ἐπείσακτον δὲ διὰ προφάσεως ἑκάστῳ τῶν ποιούντων τὸ κακὸν ἐστιν. p. 21.

Κακοπιστία. Epiph. in Ancor. pag. 13. Χείρων ἡ κακοπιστία τῆς ἀπιστίας. Rationem addit, quod hæc fidei acceſſione corrigatur; illa vero plerumque ſit ἀκατόρθωτος. p. 24.

Καλέω. Καλεῖσθαι quandoque ſignificat *rem voce indictam* conſequi, ut Matth. 5, 9. 1. Joh. 3. 1. Vide Grotium in Matth. p. 32. ſæpe in Sacris N. T. libris ponitur pro εἶναι, quod etiam τοῖς ἔξω familiare, ut multis docet Bynæus de Nat. Chriſti, p. 109. p. 25.

De voce Κανών. vide Clariſſ. Chriſt. Iſelii Diſſert. de Canone N. T. ubi inter alia aſſerit, eam apud græcos Authores, haud raro iſtud in bilance denotare, quod latini examen (das Züngli) vocant; Ariſtoph. in Ran. καὶ κανόνας ἐξοίσεις, καὶ πήχεις ἐπῶν: ad quæ Scholiaſtes: Κανών. κυρίως τὸ ἐπάνω τῆς τρυτάνης ὄν, καὶ εἰς ἰσότητα ταύτην ἄγον: eandem inter voces ἐν τῇ στατικῇ uſurpari ſolitas poſuit in Onom. Pollux. l. 4. c. 24. p. 37.*

Καπηλεύω. πωληθέντα τε πρότερον ἔργα ἀλλότρια παραδεχόμενοι, δεύτερον πωλοῦσι πάλιν οἱ κάπηλοι. Caupones nimirum emtas prius ab aliis res aſſumunt, quas ſecunda opera ipſi diſtrahant. Plato in Polit. Ubique etiam Plato per Κάπηλος, καπηλεύειν deſignat negotiatores, qui non ſua opera vendunt, ſed ab aliis facta emunt, ut rurſus vendant, animo lucrandi: ita ſemper κάπηλον & αὐτοπώλην diſtinguit. Vide an Apoſtolus non hanc ſignificationem ſequatur. p. 41.*

Κατάλειμμα. Κατάλειμμα τοὺς εὐσεβείᾳ κοσμουμένους προσαγορεύει. *Theod.* in Jeſ. p. 20. p. 52.

Ad locum Gal. 3, 10. ita Epiph. Hær. 42. p. 350. τὸ ὑπὸ κατάραν εἶναι φησὶν ὅτι ἐν τῷ νόμῳ ἀπειλὴ ἐτύγχανε κατὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς, ἕως ὅτε ἦλθεν ὁ ἄνωθεν ἐλθών, καὶ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ φυράματος σῶμα ἀμφιάσας, μετέβαλε τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν. p. 57.

Καταρτίζω. Vide *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 1. cap. 3. p. 31. 32. p. 59.

Κατηγορία, κατήγορος. Pulchra eſt Theod. ſententia lib. 1. H.E. c. 31. p. 582. Οὐ χρὴ μόνοις τοῖς κατηγοροῦσι πιστεύειν, κἂν ἄγαν ὦσιν ἀξιόχρεοι, ἀλλὰ θατέραν τῶν ἀκοῶν τῷ κατηγορουμένῳ φυλάττειν. p. 69.

Catechumenorum quatuor genera recenſet *Sueur* in Hiſt. E. ad Annum 216. p. 61. p. 72.

Κενολατρεία, inanis cultus. Epiph. Hær. 78. p. 1055. p. 87.

Κενοτάφιον, Pythagoræi Cenotaphia extruebant illis, qui deſciſſent à Philoſophia, reflexo curſu ad vitam idioticam. Orig. l. 2. contr. Celſ. p. 67.

Κεραίας *apices Litterarum* non vero *puncta vocalia* notare docet Grotius in Matth. p. 36. p. 89.

Ad Κίων. Alexander in Epiſt. de Ario Apoſtolos vo-
p. 105. cat τοὺς πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κίονας. Vide Theod. l. 1. H.E. c.3. p.528. edit. Paris.

p. 110. Κλῆρος. De ſortibus Athletarum agit *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p.88.89.

p. 113. Epiphanius de divina vocatione. Hær.48. p.415. Οὓς ἐκάλεσε, μετὰ προαιρέσεως κέκληκεν, οὐκ ἀνάγκην ἐπιβάλλων, οὐ κλοιὸν ἐπιτιθέμενος, dicit enim omnes ſitientes venite ad me. Jeſ. 55. 1. Item ſi quis vult venire ad me &c. Matth. 16, 24.

p. 120. Κοιλιοφορία. in utero geſto. Epiph. t. 2. p.297.

p. 122. Cur Chriſtiani ſoliti fuerint Sacra ſua ad Martyrum ſepulchra celebrare docet Euſ. l.4. c.15. p.135. nempe εἰς τὴν τῶν προηθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

p. 124. Κοινολογία. Pater dicitur κοινολογούμενος τῷ υἱῷ ἐπὶ τῆς ἀνθρωπογονίας, collocutus cum Filio de Hominis Creatione, dicens, Faciamus hominem, &c. Euſ. l.1. H.E. c.2. p.6.

Κοινός. Κοινόω. Frequenter notat immundum ac ſordidum. *Feſſel.* Adv. S. lib.4. cap. 7. pag. 376. Locum Matth. 15, 11. illuſtratum vide apud *Grotium*, pag. 156.

p. 125. Κοινωνία ἰδιωμάτων. Pulchram Regulam vide apud Theod. Dial.2. p.72. Nempe cum de *Natura* loquimur ſua cuique tribuenda eſſe, humanitati & Divinitati: cum autem de *Perſona* ſermo eſt, communia facienda eſſe, quæ naturarum ſunt propria. Dial. 3. p.151. Κοινὰ τοῦ προσώπου γέγονε τὰ τῶν φύσεων ἴδια. Οὐ σύγχυσιν εἰργάσατο τῶν φύσεων ἡ κοινότης τῶν ὀνομάτων, p.152.

p. 137. Κολοφών. Soz. l. 6. c. 24. Agellium & quosdam alios Epiſcopos, dicit fuiſſe Novatianorum κυρίους, καὶ κολοφῶνας.

Κόλπος. Abrahæ ſinum Epiph. Hær.42. pag.339. pulchre vocat ζωτικὸν κόλπον τῆς τοῦ Ἀβραὰμ μακαριότητος. Plurimas Phraſes à *Sinu* deſumtas explicat *Feſſel.* Adv. S. l.4. c.9. p.378.

p. 140. Κομφέκτωρ. *Confectores* dicebantur qui beſtias efferatas populo ſtragem minitantes, in amphitheatro conficiebant. Diverſi hi erant à *Beſtiariis*, qui cum beſtiis pugnabant. Vid. *Valeſ.* in not. ad *Euſeb.* p.72.

p. 146. Κορβᾶν. Senſum loci Matth. 15, 5. 6. multis illuſtrat *Grotius* pag. 154. 155. Seldenus ap. *Walæum* p.162. 163.

p. 151. Objectiones quasdam etiam ſolvunt S. Patres. 1. Chriſtus dicit cœlum & terram tranſitura. Matth.24. David Cœlum fumi inſtar periturum. Pſal.102, 27. Reſp. Ἔθος ἀπώλειαν καλεῖν τὰς γραφὰς τὴν πρὸς τὸ ἄμεινον ὁδόν, ὅτε, καὶ εὐμορφότερον τροπὴν τοῦ πρόσθεν σχήματος. *Epiph.* Hær. 64. p.555.

p. 155. Κρᾶμα. Vinum aqua dilutum in SS. Cœnæ uſu veteres adhibuiſſe patet ex Theod. Dial. 1. p.17.

p. 157. Κρατοτύραννος. Epiph. Serm. in Sep. Chriſti Satanam vocat τοῦ κράτους κρατοτύραννον, p.269.

p. 157. Εἰς τὸ κρεῖττον κομψευόμενοι, divino numini illudentes. Soz. l.4. c.14. p. 555. περὶ τοῦ κρείττονος λέγοντες ἐνχειροῦς τὰ παρισάμενα. Id. ibid.

p. 177. Κτίζω. Veteres Theologi & præcipue qui ante Concilii Nicæni tempora ſcripſerunt, per vocabulum κτίζειν non ſolum *creationem* intellexerunt, ſed omnem generaliter *productionem*, tam quæ ab æterno eſſet, quam illam quæ in tempore. Valeſ. in not. ad Euſ. p.8. Sic Socrat. l.2. c.21. p.105. dicit in loco Solomonis Prov.8. τὸ ἔκτισε poſitum eſſe pro κατέταξε ἢ κατέστησε, & τὸ κτίζειν non ſemper notare τὸ γεγονὸς ἐξ ἀνυπαρξίας.

Κύησις. Chriſti conceptio vocatur ἄφραστος κύησις. Sozom. l.1. c.1. p.399. Ad p. 182.

Δέκα ἄνδρας Σπαρτιατῶν προσείλοντο αὐτῷ ξυμβούλους, ἄνευ ὧν μὴ κύριον εἶναι ἀπάγειν στρατιὰν ἐκ τῆς πόλεως. *Thucyd.* Hiſt. l.4. p.194.

Λαϊκός. Etiam laici qui erant ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς Ἀδελφοὺς permittentibus Epiſcopis imo rogantibus ad populum conciones habebant, ut ex Epiſtola Alexandri Epiſc. Hieroſol. docet Euſ. l.6. c.19. p.222. p. 209.

Conf. Forbeſ. lib. 7. Inſtruct. Theol. cap. 2. pag. 304. 305. p. 216.

De *reliquiarum cultu* prolixe agit *Sueur* ad Ann. 406. p. 223.

Sic Heſychius Monachus dicitur abſtuliſſe τὸ λείψανον Præceptoris ſui *Hilarionis*, illudque ex Cypro in Palæſtinam deportaſſe, apud *Sozom.* l.3. c.14. p.519. eand. p.

Λήγατον, Legatum. *Epiph.* expoſ. fid. p.1084. p. 233.

Λιπαρός. Λιπαρὸν γῆρας, extrema Senectus. Euſ. lib. 6. c. 11. p.212. p. 247.

Λιτανεία. Supplicatio à λιτή, ῆς, ſupplicatio, ſupplices preces, obſecratio, & illud à λίσσειν, λίσσεσθαι, λίτεσθαι, λιτάζεσθαι & λιτανεύειν, idem quod ἱκετεύεσθαι, δέεσθαι. Sumitur vel generaliter pro precibus publicis & ſupplicationibus ad Deum ſive gratiarum actoriis, ſive rogationibus tempore periculoſo, famis, peſtis, belli. Vel in ſpecie pro illis proceſſionibus quibus urbs, cœtus, corpus integrum Societatum progreditur cum labaris, cruce, hoſtia, pro pellendis à frugibus tempeſtatibus & ejusmodi. Apud Patres hoc ſpecialiore ſenſu non occurrit. Suidas. λιτανεία καὶ λιτὴ ἡ παράκλησις. In Eccleſia Judaica res uſurpata, vox ſemel in ſacris, aliquoties in Apocryphis occurrit. In Sacris Pſ. XLIV. ſ.45. 13., יְחַלּוּ עֲשִׁירֵי עָם deprecabuntur divites populi, quod LXX. reddunt: Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι. Maccabaicus autem Scriptor preſſiore ſenſu aliquoties adhibet poſteriore libro & ſequiore ævo, ἐποιοῦντο τὴν λιτανείαν 2. Maccab. III. 20. Rem ipſam quod attinet, ante tempora repoſitæ in Templum arcæ ſub Tabernaculo portatili & mobili accidit tales proceſſiones fieri, cumprimis quum ad aliam atque aliam ſedem transferenda eſſet; aliter re ſe habente in Templo extructo, ubi locum habuit Pſaltis verbum: Surge Domine in requiem tuam: Tu & arca Sanctificationis Tuæ. Pſalm CXXXI. CXXXII. quod Chryſoſtomus, Auguſtinus, Theodoretus exponunt, ne amplius incertis ſedibus vagaretur: Neque ex Templo ad pompam in proceſſionibus perlatam eam eſſe legimus, imò ſub ſecundo Templo non fuit. Apud Gentiles Litaniarum in ſpecie dictarum uſus longè fuit antiquiſſimus, frequentiſſimus & maximopere idololatricus. Homerus aliquoties uſus eſt, λίσσομ' ὑπὲρ θυέων, precor per ſacra. Πάντας ἐλιτάνευε κυλινδόμενος κατὰ κόπρον: Omnibus ſupplicavit, volutus in cœno. Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο: Etenim Litæ, i. e. preces ſunt Jovis magni filiæ, claudæque rugoſæque, ſtrabæque oculis. Apud Ælianum adoleſcens Athenienſis in Senatum venit, καὶ λιπαρήσας, enixè oravit, ut liceret ſibi ſtatuam Fortunæ emere. l. IX. c. 39. Cumprimis Litaniæ cum Proceſſione publica fiebant in honorem Dianæ & Cereris,

Deûm

Digitized by Google

Deûm Matris, quæ ſi quis accuratius & prolixius noſſe deſideret, Du Choulino amplíſſime docebit: Annua magnæ Sata refer Cereri. Terque novas circum felix eat Hoſtia fruges. Virgil. & Ovidius. Illic accendit geminas pro lampade pinus. Proceſſionem illam, ritusque omnes hodiernis proceſſionibus Pontificiis omni modo ſimiles, ut nec ovum ovo ſimilius eſſe poſſit, deſcribit Apulejus Metamorphoſeon lib. XI. p. 282. ſ. editionis Plantinianæ 1600. Sed & ex Ethnicis auctoribus ritè hauſta confirmat Polyd. Vergilius de rerum Inventoribus lib. VI. cap. XI. pag. 455. "Hoc "Ethnici faciebant, dicente Virgilio de Didone, ob "inopinatum Trojanorum adventum gaudente:

"Sic memorat, ſimul Æneam in Regia ducit
"Tecta, ſimul divûm Templis indicit honorem.

"id eſt, ut ait Servius, juſſit fieri Supplicationes, "Ita Romani factitabant & aliæ pleræque gentes, "à quibus ad nos ritus ejusmodi dubio procul "manavit, nam in Supplicationum noſtrarum "pompa ſolent ludicra quædam præcedere h. e. "Ordo militaris, equitum, peditumve, vel effigies aliqua arguta, loquax, ridicula, aut magnis malis latè dehiſcens, dentibusque ſonitum "faciens, valdè formidoloſa, ac aliæ oblectationes ludicræ vagari, in quibus prophetæ repræſentantur, alati pueri concinunt, chorus inducitur fœminarum &c. & quod per partes ulterius Vergilius ille proſequitur. De Chriſtianorum Proceſſionibus tribus primis ſæculis apud Patres & Scriptores Eccleſiaſticos nihil occurrit, neque apud Græcos, neque apud Latinos; Caſalius ipſe Romanus non religione tantùm, ſed & natione Scriptor Sidonium Apollinarem citat lib. V. Epiſt. XIV. de hoc negotio ita ſcribentem: "Quicquid illud eſt, quod vel otio vel negotio "vacas, in Urbem tamen *Rogationum* contem"platione revocabere, quarum nobis ſolemnita"tem *primus* Mamertus pater & Pontifex Reveren"diſſimo exemplo, utiliſſimo experimento inve"nit, inſtituit invexit Vixit autem a hic Mamertus, ſub Juſtino Imperatore ſexto poſt Chriſtum natum ſæculo. Sed dum hoc Caſalius profitetur, uti illum iſthæc fateri neceſſe eſt, ipſe ſibi contradicit, quum paulò ante ita ſcribit: "Cœpit uſus Pro"ceſſionum in Eccleſia à Conſtantini temporibus, "cum vidiſſet in ſomnis ſignum Crucis in Cœlo "ſplendidè collocatum, dictumque ſibi fuiſſet: O "Conſtantine! *In hoc vince.* Juſſit eruditos ex "auro & lapidibus pretioſis in vexillum ſanctæ Cru"cis transformare ſignum, quod *Labarum* vocabatur. Ergo ſaltem tribus prioribus ſæculis nec labarum, nec proceſſio fuit; ergo circumgeſtatio illius non obtinuit; ergo proceſſionibus ejusmodi locus non fuit; ergo adhuc plus integro Sæculo uſque ad Mamertum Eccleſia ſine Litaniis ejusmodi Eccleſia Chriſtiana eo uſque fuit; ergo Litaniarum illarum origo nec ab Judæis, nec ad primos Chriſtianos deducenda eſt, ſed juxta horum aliorumque Scriptorum Pontificiorum confeſſionem tota ritui Ethnico debetur. Quod autem aliqui tacentes de eo Patres inferre audent, de eo adhuc aliquid dicendum nunc eſt. Tertullianum afferunt, ejusque nuda hæc verba citant: *Et proceſſio modeſta, & Eccleſia unica.* Libr. de præſcript. adv. hæreticos cap. 43. Sed quid hoc cum eo, quod hodie tanta ſuperſtitione cum Jovis ſui circumgeſtatione peragitur? Hieronymum afferunt ad Euſtoch. de Cuſtodia Virginit. Epiſt. XII. "Martyres tibi quærantur in cubicu"lo tuo; nunquam deerit cauſa procedendi, ſi "ſemper quando neceſſe erit, proceſſura ſis; Eadem frivola ratio ex ſolius verbi procedendi inductione torta, quaſi de Litaniis & proceſſionibus publicis ſ. Rogationibus in honorem Sanctorum ageretur? Auguſtinum afferunt de Civit. Dei lib. XXII. cap. VIII. Sed legatur caput illud ab initio ad finem nihil de Litania Proceſſionali reperietur, procedimus ad Populum, ait, plena erat Eccleſia. Imò non poterat Auguſtinus in Eccleſia docere, niſi è domo in Eccleſiam procederet. Itaque de λιτανείαις, quales in Eccleſia Romana obtinent, apud Patres Græcos nihil, nihil apud Latinos quod cum modernis in paritatem venire poſſit, quod verò totum ex Gentiliſmo hauſtum ſit, præter ea quæ jam dicta ſunt, alius ex Pontificiis Abramus in Orat. Ciceronis pro Balbo pag. 690. 691. fuſiſſimè & clariſſimè docebit.

Λόγος. Apud Autores profanos ſæpiùs librum Ad
notare docet *Feſſel.* Adv. Sacr. l. 4. cap. 10. pag. p. 250.
384.

Plato in Theoteuto, ἐπιστήμην, definit; δόξαν ἀληθῆ μετὰ λόγου. quam definitionem tamen, ut cæteras omnes, claudicare ſubtiliter diſputat. Ibi tres ſignificationes vocis λόγος ſeu μετὰ λόγου ponit. 1. Τὸ τὴν αὑτοῦ διάνοιαν ἐμφανῆ ποιεῖν διὰ φωνῆς μετὰ ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων, ὥσπερ εἰς κάτοπτρον ἢ ὕδωρ τὴν δόξαν ἐκτυπούμενον εἰς τὴν διὰ τοῦ στόματος ῥοήν. 2. Τὸ ἐρωτηθέντα τί ἕκαστον, δυνατὸν εἶναι τὴν ἀπόκρισιν διὰ τῶν στοιχείων ἀποδοῦναι τῷ ἐρομένῳ. id nimirum eſſe δόξαν ὀρθὴν habere; aut 3. Τὸ ἔχειν τι σημεῖον εἰπεῖν ᾧ τῶν ἁπάντων διαφέρει τὸ ἐρωτηθέν.

Vide ſimilem ſententiam apud Sozom. l. 8. cap. p. 252.
2. p. 756.

Μονογενὴς καὶ πρωτογενὴς λόγος. Euſeb. l. 10. c. 4. p. 253.
p. 371. Λόγος ἀπ' οὐρανοῦ, ἐκ κόλπων πατρῴων γεγεννημένος ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως. Epiph. l. 1. de Hæreſ. pag. 47.

Euſeb. l. 1. H. E. c. 2. pag. 6. Chriſtum vocat p. 259.
τὸν θεῖον καὶ πρωτόγονον λόγον, divinum ac primogenitum verbum.

Chriſtum cum carne animam rationalem aſſum- p. 265.
ſiſſe hac probat ratione Theod. Dial. 2. p. 48. 49. quia ὁ δημιουργὸς καινουργῆσαι τὴν ἀμαυρωθεῖσαν εἰκόνα θελήσας, ὅλην τὴν φύσιν γενεάρχου (Adami) ἀναλαβὼν πολλῷ τῶν προτέρων ἀμείνους ἐνετύπωσε χαρακτῆρας.

Μάγος. Vide Synops. Poli in Matth. pag. p. 282
48. 49.

Μάγος. Τοὺς δὲ Μάγους περὶ δὲ θεραπείας θεῶν διατρίβειν, καὶ θυσίας καὶ εὐχάς, ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους, ἀποφαίνεσθαί τε περὶ οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι, καὶ γῆν, καὶ ὕδωρ; τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν, καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἄῤῥενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας --- ἀσκεῖν τε καὶ μαντικὴν καὶ πρόῤῥησιν, καὶ αὐτοῖς θεοὺς ἐμφανίζεσθαι λέγοντες. Diogenes Laertius in Prooem. de Vit. Philoſ. ubi plura de Inſtitutis Magorum.

Magos ex Arabia veniſſe docet Grotius in Matth. p. 283.
pag. 16.

Digitized by Google

Ad p. 291. Maccabæi unde dicti fuerint, anquirit *Fuller.* Miſc. Sacr. l. 2. c. 13. nempe vel à מכח plaga & בי per me; vel à כבה extinguere, ut extinctorem notet; vel à כאב, quaſi dolorem adferens; Alii cum *Goodvvino* in Moſe & Aar. deducunt à literis initialibus Exod. 15. 11. מי כמכה באלים יי. Vide p. 5.

p. 300. Μαρὰν ἀθά. Pluribus de hac formula diſſerit *Dillberr.* in Elect. l. 2. c. 19. p. 276.

p. 303. Παρθένος ἄχραντος, incorrupta virgo. Epiph. l. 1. Hæreſ. 28. p. 115. Conf. Hæreſ. 42. pag. 352. item hær. 78. pag. 1038. Ἀρχηγὸς τῆς παρθενίας. hær. 78. pag. 1042. pag. 1043. ſcribit Mariam Matrem fuiſſe διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἄχραντον δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν τιμὴν καὶ τὸ σκεῦος τὸ θαυμαστόν.

Epiph. Hær. 78. pag. 1054. probe monet ἀσφαλισώμεθα μὴ πῶς τὸ περισσοτέρως ἐγκωμιάσαι τὴν παρθένον γένηταί τινι εἰς ἄλλο πρόσκομμα φαντασίας.

In Sermon. de Laudibus B. Virginis eam vocat μεγαλώνυμον καὶ ὁσίαν, καὶ ἀπειρόγαμον, καὶ θεοτόκον. p. 291. Item τριάδος νύμφην, τὸ παναρρήτον τῆς οἰκονομίας κειμήλιον, p. 292. Χωρὶς θεοῦ μόνη πάντων ἀνωτέρα ὑπάρχει, p. 293. Αὐτὴ οὐρανοῦ καὶ γῆς μεσίτης πέφυκεν ἑνότητα ποιήσασα. Ibid. Ἡ πύλη τῶν οὐρανῶν de qua Ezechiel cap. 44. Τὸ ἀλατόμητον ὄρος, τὴν ἀκρότομον ἔχουσα πέτραν Χριστόν. p. 294.

Rurſum p. 295. ita eam compellat, χαῖρε παναγία παρθένε ἡ τὸ πῦρ τῆς θεότητος ἀφλέκτως, ὡς νοερὰ βάτος, κατέχουσα. κ. λ.

Ἀμίλυντος ναός. Epiph. t. 2. pag. 297.

p. 306. Mariam poſt Chriſti partum Viro fuiſſe mixtam, qui ſtatuunt, eos Epiph. hær. 78. pag. 1044. dicit ἐμπαροινεῖν εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ μὴ τιμᾷν τὸ τετιμημένον σκεῦος. Placet de perpetua Mariæ Virginitate ejuſdem ἐπίχειρσις, τί δὲ ὠφέλησεν ἡμᾶς, εἰ καὶ συνήφθη ὅπερ μὴ γένοιτο, περὶ τοῦ ζητεῖν; ποῖον δὲ μᾶλλον ἐστιν αἱρετώτερον, τὸ παραδοῦναι τὰ πράγματα τῷ θεῷ, ἢ βιάζεσθαι ἡμῖν τὸ χείρονα, pag. 1047.

p. 308. Collyridianorum hæreſin pulchre Epiph. hær. 79. p. 1058. vocat εἰδωλοποιεῖν.

Maria erat templum Dei, non Deus templi: & ideo ille ſolus adorandus, qui operabatur in Templo. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. cap. 12. Vide *Forbeſ.* Inſtr. l. 5. c. 7. p. 236.

p. 324. De voce Μέθη, μεθύειν & variis Ebrietatis modis differentem conſule *Feſſel.* in Adv. S. l. 3. c. 5. pag. 245.

p. 339. Longe plura vide apud Epiph. Hær. p. 471.

Melchiſedek panem & vinum protulit, προτυπῶν τῶν Μυστηρίων τὰ αἰνίγματα, ἀντίτυπα τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Epiph. Hær. 55. p. 472.

p. 342. Conf. Theod. Dial. 2. p. 56. 57.

p. 343. Τὸν μὲν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὑρίσκομεν ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν μὲν ἁμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφόδια δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν εἰσόδου ἡμῖν καταβάληται. Euſeb. l. 8. c. 10. p. 302.

Mediatoris nomen θεότητος καὶ Ἀνθρωπότητος εἶναι δηλωτικὸν probat Theod. Dial. 2. p. 56.

p. 353.* Cebetis Tab. §. 205. Ἐὰν ἡ μετάνοια αὐτῷ συναντήσῃ, ἐξαίρει αὐτὸν ἐκ τῶν κακῶν, καὶ συνίστησιν αὐτῷ ἑτέραν δόξαν, καὶ ἐπιθυμίαν, τὴν εἰς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἄγουσαν.

Sozom. lib. 1. cap. 3. pag. 405. dicit ἐκ μετανοίας δεύτερον τετάχθαι καθαρμόν. Φιλάνθρωπον γὰρ ὄντα θεὸν συγγνώμην νέμειν τοῖς ἐπταικόσιν, εἰ μεταμεληθῶσι, καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς τὴν μεταμέλειαν βεβαιῶσι. Conf. præclarum Epiph. locum hæreſ. 59. p. 493.

Theodoretus Tom. IV. p. 313--316. multis pœnitentiam contra Novatianos defendit. Ad p. 357.

Chryſoſtomi dictum, χιλιάκις μετανοήσας εἴσελθε. Vide Socrat. l. 6. c. 21. p. 330.

De gradibus pœnitentiæ conſulatur *Sueur* ad Annum. 213. p. 360.

Μετουσία. *Frumentius* primus Indis Chriſtianorum nomen patefecit, καὶ σπέρμα παρέσχετο τῆς τοῦ Δόγματος μετουσίας. Soz. l. 2. cap. 24. pag. 479. p. 368.

Μίασμα. Μόνα μιάσματα τὰ ἁμαρτήματα. Soz. l. 1. c. 12. p. 418. p. 369.

Μίξις. Ἀκόλαστοι καὶ καταβεβλακευμέναι μίξεις, intemperantes & diſſoluti concubitus. Soz. l. 1. c. 8. p. 412. p. 370.

Μισθός. Non laudem hominum, ſed divinas promiſſiones eſſe mercedem quam pii expectant, docet. Theod. Orat. 9. de Prov. p. 427.

His verbis Luc. 14. 26. Chriſtus voluit οὐχ ἵνα μισῶμεν πατέρας, ἀλλ' ἵνα μὴ ὑπαγώμεθα πατέρων καὶ μητέρων, (*aliquid deeſſe videtur) ἐπιταγὴν ἑτέρας πίστεως, ἢ τρόπῳ παρὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος διδασκαλίαν. p. 372.

Μνηστεύομαι. Cur Maria Joſepho deſponſata fuerit, cauſſas exponit *Bald. Walæus* in Evang. p. 8. De genuina vocis ſignificatione pluribus agentem vide *Bynæum* de Natal. Chriſti p. 28 - 31. p. 372.

Μοναστήριον. Jam Seculo IV. quædam Monaſteria facta fuiſſe σπήλαια λῃστρικὰ docet Theod. l. 4. H. E. p. 670. p. 374.

Μοναχός. De Monachorum Origine, inſtitutis &c. conſuli poterit *Sueur* ad Ann. 317.

Quidam cuncta à Monachis ob quinque cauſſas fieri dixit, διὰ θεόν, διὰ φύσιν, δι' ἔθος, δι' ἀνάγκην, διὰ ἔργον χειρῶν. Soc. lib. 4. cap. 23. pag. 236.

Hæc Monachorum inſtituta laudat l. 7. c. 17. p. 354. Τὴν συνεχῆ νηστείαν, τὸ ὀλίγα φθέγγεσθαι, τὴν ἀποχὴν τῶν ἐμψύχων, καὶ πολλὰ δὲ καὶ ἐλαίου. Eos quoque fuiſſe περὶ τοὺς πτωχοὺς σπουδαίους, & in carceribus detentos ἀόκνως inviſiſſe, & pro multis apud Judices interceſſiſſe: Exemplo Antonii hæc omnia probat Soz. l. 1. c. 13. pag. 420. ſeq. Plenius Monachorum inſtituta diducentem Vide lib. 3. c. 14. p. 517. lib. 6. c. 32. p. 691.

Monachi olim labore manuum victum quærebant. Hinc illa cujuſdam ſententia apud Socrat. l. 4. c. 23. p. 234. ὅτι ὁ μοναχὸς εἰ μὴ ἐργάζοιτο, ἐπίσης τῷ πλεονέκτῃ κρίνεται.) Vide Soz. l. 6. c. 28. p. 679. Conf. Epiphan. Hær. 70. p. 812.

Aridiore & æquabili victu utebantur. Hinc illud cujuſdam apud Socr. l. 4. c. 23. p. 235. Τὴν ξηροτέραν καὶ μὴ ἀνώμαλον δίαιταν ἀγάπῃ συζευχθεῖσαν θᾶττον διάγειν τὸν μόναχον εἰς τὸν τῆς ἀπαθείας λιμένα.

Nefas ipſis erat ἀπειθεῖν τοῖς ἐπιτατομένοις. Soz. l. 6. c. 29. p. 684.

Extra urbes in locis à turba remotis degebant. Hinc Antonius Sozomeno teſte l. 1. c. 13. p. 13. dicebat, τοὺς μὲν ἰχθύας τὴν ὑγρὰν οὐσίαν τρέφειν· μοναχοῖς δὲ κόσμον φέρειν τὴν ἔρημον. Ἐπίσης δὲ τοὺς μὲν ξηρᾶς ἁπτομένους τὸ ζῆν ἀπολιμπάνειν. Τοὺς δὲ τὴν μοναχικὴν σεμνότητα ἀπολλύειν τοῖς ἄστεσι προσιόντας.

Mo-

Digitized by Google

Monachorum veſtitum deſcribit *Sozom.* l. 3. c. 14. p. 515. Induebant Διφθέρας exemplo Heliæ, habebant χιτῶνας ἀχειριδώτους, in capite κουκούλιον, ζώνην τὴν ὀσφῦν περισφίγγουσαν καὶ ἀναβολέα redimiculum humeros & brachia ſuſtinens.

Ad Μονογενής. Ex eo quod Chriſtus ſit unigenitus,
p. 375. non eſſe creatum probat Theod. Hæret. fab. l. 5. p. 253.

p. 376. Μονομέρεια. Occurrit hæc vox in Epiſtola Synodica Sardicenſi apud Theod. l. 2. c. 6. p. 592. ubi acta contra Athanaſium κατὰ μονομέρειαν confecta fuiſſe dicuntur.

p. 378. Μορφόχροος. Pulchram formam habens. Epiph. in Phyſiol. p. 205.

p. 381. Religionis Chriſtianæ myſteria pulchre à Conſtantino M. vocata μυστήρια τῆς εὐμενείας τοῦ Θεοῦ. Soz. l. 2. c. 28. p. 488. ab Epiph. τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν χριστοῦ ζωτικὸν μυστήριον. hær. 76. p. 958.

Καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον. Herod. lib. 8. cap. 7.

p. 385. Μωϋσῆς. Euſeb. lib. 1. H. E. cap. 2. p. 9. dicit Deum per Moſen dediſſe εἰκόνας καὶ σύμβολα Σαββάτου τινὸς μυστικοῦ καὶ περιτομῆς, ἑτέρων τε θεωρημάτων νοητῶν εἰσαγωγάς, non vero αὐτὰς ἐναργεῖς τὰς μυσταγωγίας. Ipſius cultus vocatur συμβολικὴ λατρεία, p. 11.

p. 386. Ναζωραῖος. De Nazaræenis multis diſſerit Grotius in Matth. p. 4. 5.

Quomodo illud Matth. cap. 2. 23. intelligendum ſit, docet idem pag. 21. Conf. Pol. Synopſ. in Matth. p. 68. 69.

Epiphan. hær. 40. p. 298. Ναὸν ἔλεγε τὸ ἴδιον σῶμα λυόμενον μὲν διὰ χειρῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν ἀποκτεινόμενον.

p. 387. Fullerus M. S. lib. 2. cap. 9. probare conatur Templa Chriſtianorum Apoſtolicis temporibus fuiſſe ædificata.

p. 392. Νεκρός. Quis ſit ſenſus divinæ Legis, de non tangendo mortuo explicare conatur Epiph. l. 1. de Hær. pag. 26. 27. Nempe voluiſſe Deum innuere expiatione opus eſſe illis qui Chriſtum occiderunt, donec ipſis dies occidat, ac nova Lux per Baptiſmum oriatur.

Mortuorum memorias commendat, & preces pro mortuis laudat, Epiph. Hær. 75. p. 911.

Ναυργέω. Ναυργία. Τὸν ἄνθρωπον ναυργήσας ἐφόρεσεν ὁ λόγος — ἡ ἐκκρίτῳ ναουργίᾳ κοσμηθεὶς ἐκ τῆς τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ θειότητος. Theod. Dial. 1. p. 38.

p. 397. Νεωτερισμός. Athanaſius petente Euſebio ut Arianos reciperet, reſpondit, μὴ δεκτοὺς εἶναι τοὺς ἐπὶ νεωτερισμῷ τῆς ἀληθείας αἵρεσιν εὑρόντας. Soz. l. 2. c. 18. p. 468.

p. 402. Τετρὰς καὶ προσάββατον νηστεία ἐστὶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ὡρισμένη. Epiph. hær. 75.

Tria apud veteres Chriſtianos fuiſſe jejunandi genera; primum quartæ & ſextæ feriæ; ſecundum quadrageſimale; tertium ſtrictiſſimum ὑπέρθεσις dictum, multis docet *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 106.

De jejuniis pluribus quoque agit *Sueur* in H. E. ad Annos 206. 364. 391. 392.

p. 405. Diverſas fuiſſe τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις, docet etiam Euſeb. l. 5. c. 23. p. 190.

p. 408. Ἀνακλιθῆν ἐστὶ ἐν κυριακῇ νηστεύειν. Epiph. Exp. fid. p. 1105.

Epiph. in expoſ. fid. p. 1104. dicit in Eccleſia je- Ad
junia obſervari ὅπως ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν αἱ νηστεῖαι p. 409.
ἡμῖν εὐλόγιστοι θεῷ γίνωνται, ut nobis expiandis ſceleribus à Deo imputentur.

Νικόλαος. De Nicolao teſtatur Theodor. Hær. p. 410.
fab. lib. 3. pag. 226. 227. eum temperantia fuiſſe inſignem, liberos τὴν ὑπὲρ φύσιν ἁγνείαν docuiſſe, filium habuiſſe ἠΐθεον cœlibem, & filias virgines permanſiſſe.

Νίπτω. De ſuperſtitioſa manuum lotione Ju- p. 411.
dæis ſolemni vide Grot. in 15. cap. Matth. pag. 153.

Νομοθετέω. Πανταχοῦ θεὸς νομοθετεῖ τὰ μὲν εἰς p. 416.
χρείας: τὰ δὲ εἰς τύπους, τὰ δὲ εἰς ἀποκάλυψιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἀγαθῶν, ὧν ἐλθὼν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔδειξε τὴν πλήρωσιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Epiph. Hær. 33. p. 225.

Νόμον eſſe ὃ τις νομίζει, & politicas leges εἶναι τοῦ ὄντος εὕρεσιν egregie demonſtrat Plato, in Minos.

Epiphan. Hær. 42. p. 370. Νόμον vocat τὴν ἀρ- p. 420.
χὴν καὶ τὴν ῥίζαν τοῦ κηρύγματος.

Epiphanius l. 1. de Hær. p. 18. Ἡ νομοθεσία ἡ ἐκ p. 421.
θεοῦ τοῖς Ἰουδαίοις δοθεῖσα παιδαγωγοῦ δίκην, ὡς καὶ παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος, σωματικῶς μὲν διαστελλόμενος, πνευματικὴν δὲ ἔχων τὴν προσδοκίαν, ἐδίδασκε περιτέμνεσθαι, σαββατίζειν, ἀποδεκατοῦν, κλ.

Et pag. 19. Οἱ τύποι ἐν τῷ νόμῳ ἦσαν, ἡ δὲ ἀλήθεια, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἐκεῖ γὰρ ἡ περιτομὴ ἡ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα χρόνῳ ἕως τῆς μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι, τοῦ Βαπτίσματος τοῦ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα Θεοῦ. Καὶ ἦν ἐκεῖ Σάββατον κατέχον ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα Σάββατον, τουτέστιν, εἰς ἀνάπαυσιν Χριστοῦ, ἵνα ἐν Χριστῷ σαββατίσωμεν ἀπὸ ἁμαρτημάτων· καὶ ἦν ἐκεῖ πρόβατον ἄλογον θυόμενον, καθοδηγοῦν ἡμᾶς εἰς τὸ μέγα πρόβατον καὶ ἐπουράνιον ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου θυθέν.

Similia *Ptolemæus* in Epiſtola ad Florum habet, in quibus teſte Epiphanio ἀληθεύει. Vid. Hær. 33. p. 220. Conf. 227.

In lege Ceremoniali omnia fuiſſe σωματικὰ docet p. 425.
Orig. l. 2. contr. Celſ. p. 61.

Epiphan. in Ancor. p. 82. §. 76. Mentem vocat p. 432.
ἡγεμόνα καὶ ἡνίοχον τοῦ παντὸς σκήνους, διακριτήν τε ἀγαθῶν καὶ φαύλων, δοκιμαστὴν τῶν ἐν ἡμῖν εὖ γινομένων.

Pag. 84. dicit ὡς ὀφθαλμοὶ ἐν τῷ σώματι, οὕτως νοῦς ἐν ψυχῇ. Statim addit, eam eſſe τὸ ἐννοητικὸν τῶν ἀνθρώπων.

Epiphan. in Ancor. p. 116. Noachum vocat λεί- p. 439.
ψανον τοῦ κόσμου μετὰ τὸν κατακλυσμόν.

Ξύλον nervum notare multis probat *Valeſ.* in not. p. 447.
ad Euſeb. p. 75. 88.

Οἰκέω. Verbum οἰκεῖν brevem ſæpe moram in p. 456.
aliquo loco deſignare, docet *Feſſel.* in Adv. S. lib. I. cap. 7.

Οἰκονομία τῆς λατρείας apud Epiph. Hær. 75. vo- p. 458.
catur cultus divinus, p. 906.

Veteres Græci οἰκονομίαν vocarunt quicquid Chri- p. 460.
ſtus in terris geſſit ad procurandam ſalutem generis humani. Itaque ἡ πρώτη τοῦ Χριστοῦ οἰκονομία eſt incarnatio; ſicut poſtrema οἰκονομία eſt paſſio. *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 4.

Ὀλίγγραφος. De hac voce vide *Valeſ.* in not. ad p. 471.
Euſeb. p. 125.

Ὀλόῤῥιζος. Ὀλόῤῥιζος δόξα, gloria firmiter fundata. Epiph. Tom. 2. p. 295.

Digitized by Google

Ad Παραίτιος. Τῶν ἀγαθῶν παραίτιος Θεός. Bono-
p. 580. rum auctor Deus. *Euſeb.* l. 10. c. 3. p. 371.

p. 581. Παρακαταθήκην in loco Pauli 2. Timoth. 1. 12. deſignare *animam* contendit *Feſſel.* in Adv. S. lib. 3. c. 3. pag. 238.

p. 586. Παραλαμβάνω. Παράληψις. Ubi de ſponſo ſponſaque ſermo eſt, *domum ductionem* notat. *Grot.* in Matth. pag 9.

p. 589. Παράστασις. Demonſtratio. Euſeb. l. 6. cap. 19. pag. 221.

Παραστατικός. παραστατικὰ φιλανθρωπίας τῆς ὅλων προνοίας. Euſeb. H. E. argumenta quibus clementia divini Numinis commendatur.

p. 591. Παραχαράσσειν τὴν ἀλήθειαν. Euſeb. lib. 4. c. 14. p. 128.

Salmaſium corrigit. *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 62.

p. 592. Παρέκστασις. Eſt falſa vel ficta Ecſtaſis, ad furorem accedens, à dæmone procurata. Vide *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 98.

p. 593. Παρθενία. Hanc multis Conjugi ſuæ recens nuptæ ſuaſit *Ammonius* Monachorum in Ægypto parens apud *Socrat.* l. 4. c. 23. p. 232. Inter alia dixit παρθενίαν παρὰ θεὸν εἶναι ποιῶ. De παρθενίᾳ multis quoque agit *Epiphan. hær.* 61. p. 507-511. Inter alia dicit ἁμάρτημα εἶναι μετὰ τὸ ὁρίσαι παρθενίαν, εἰς γάμον τρέπεσθαι. Hæreſ. 63. p. 523. dicit ſe intelligere παρθενίαν ἀληθεύουσαν, ἔνδοξον καὶ ἐνάρετον, οὐ μεμολυσμένην Conſ. hæreſ. 78. p. 1048. Vide ipſius Expoſ. fid. pag. 1103. Ἀγγελίμορφον παρθενίαν vocat Serm. de Aſſumt. p. 290.

Calibes Sozom. l. 1. c. 9. vocat τοὺς παρθενίαν καὶ ἀπαιδίαν διὰ θεὸν ἀσκοῦντας. Epiph. hær. 63. p. 523. Cœlibatum vocat τὸν μέγαν χαρακτῆρα τῆς τῶν Ἀγγέλων μιμήσεως.

p. 594. Παρθένος, παρθενία, παρθενεύεσθαι, παρθενών. De hiſce omnibus conſule *Bynæum* de Natali Chriſti p. 24-27.

Παρθένος. Vide *Grot.* in Matth. p. 14. Pol. in Syn. in Matth. p. 41. 42. De loco Jeſ. VII. Epiph. hær. 30. p. 143. ſeq.

p. 595. Origen. contra Celſ. lib. 1. p. 27. 28.

p. 596. Uſque ad tempora Trajani manſit Ecclesia παρθένος καθαρὰ καὶ ἀδιάφθορος, ἐν ἀδήλῳ που σκότει φωλευόντων εἰσέτι τότε, τῶν, εἰ καί τινες ὑπῆρχον παραφθείρειν ἐπιχειρούντων τὸν ὑγιῆ κανόνα τοῦ σωτηρίου κηρύγματος. Sed poſtquam ſacer Apoſtolorum cœtus extinctus eſſet, τῆς ἀθέου πλάνης τὴν ἀρχὴν ἐλάμβανεν ἡ σύστασις, διὰ τῆς τῶν ἑτεροδιδασκάλων ἀπάτης. Tum enim γυμνῇ κεφαλῇ τῷ τῆς Ἀληθείας κηρύγματι τὴν ψευδώνυμον γνῶσιν ἀντικηρύττειν ἐπεχείρουν. Euſeb. l. 3. c. 32. p. 104. 105.

Id. l. 4. c. 22. p. 142. ex Hegeſippo adducit hæc verba. Διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον. οὔπω γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις.

p. 597. Παροδεύω. *Tranſeo.* *Baſilius* M. ad Modeſtum Valentis præfectum οἰκῶ τὴν γῆν ὡς ἀεὶ παροδεύων, in terris dego quaſi peregrinus. Sozom. lib. 6. cap. 16. p. 658.

Παροικία. De hac voce ſequentia habet *Valeſius* in not. ad Euſeb. p. 4. Παροικία ſignificat Eccleſiam apud Chriſtianos Scriptores, idque ideo, quia Eccleſia in terris eſt inquilina & πάροικος, ejus autem patria & municipatus in cœlo eſt. Sumitur autem dupliciter. Interdum *generaliter* pro tota diœceſi, interdum *ſtrictius* pro particulari Eccleſia in quam ſinguli fidelium adſcripti ſunt.

p. 605. Πάροχος. Ὁ τῶν ἀγαθῶν πάροχος, bonorum dator vocatur Deus apud Euſeb. lib. 2. de Vit. Conſt. p. 454.

Πατάς. Conf. *Feſſel.* Adv. Sacr. l. 1. c. 9. Ad p. 607.

Paſcha ἀναστάσιμον *Socrat.* l. 1. c. 9. vocat τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν. p. 34. paulo ante nos παρ᾽ αὐτῆς τὴν τῆς ἀθανασίας εἰλήφειν ἡμέραν. p. 33. *Epiph.* hæreſ. 69. p. 735. illud vocat τὴν ἁγίαν θεοῦ πανάρετον ἡμέραν. p. 621.

Multis de tempore Paſchatis celebrandi agit Epiph. hær. 70. p. 822-826. p. 625.

Πάσχω, πασχητίαω, πασχητιᾶν; πασχητιασμὸς de rebus pudendis dici docet *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 2. c. 26. p. 171. p. 629.

Τὰ πάτρια; notant tum antiquitatem, tum leges. *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 74. p. 637.

Πατρονομία. Occurrit hæc vox ap. Euſeb. l. 3. c. 1. p. 483. Πατρονομούμενοι μᾶλλον, ἢ ἐπ᾽ ἀνάγκαις ἀρχόμενοι, patria poteſtate potius, quam vi ac neceſſitate recti. p. 646.

Epiph. in Ancor. p. 138. Paulum vocat κήρυκα ἱερόν, καὶ πληρωτὴν Ἀποστολικῆς διακονίας. Theod. Tom. 4. p. 190. Paulum vocat σκηνοῤῥάφον. p. 649.

Περιγραφή. Περιγραφὴν ἐλάμβανε προφητεία. Euſ. H. E. p. 18. completa videbatur Prophetia. Οὐσίας περιγραφὴ vocatur differentia ſive proprietas perſonalis in SS. Trinitate, apud Euſeb. l. 6. c. 33. quando de Beryllo dicit illum docuiſſe, Dominum ac ſervatorem noſtrum μὴ προϋφεστάναι κατ᾽ ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν, πρὸ τῆς ἐν ἀνθρώποις ἐπιδημίας. p. 670.

Περιπέτασμα. In cauſis gravioribus, maxime criminalibus ſolebant περιπετάσματα ἐφέλκεσθαι, in levioribus autem removeri aut pandi. Vide *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 1. cap. 1. pag. 6. Explicat p. 7. quid ſit *ad velum ſiſti.* p. 682.

Chriſtus vult nos φρονίμους εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. Epiph. hæreſ. 37. p. 275. p. 684.

Eccleſia Chriſti in Cantico *Columba* vocatur, διὰ τὸ ἄκακον, καὶ ἥμερον, καὶ καθαρώτατον τοῦ ζώου. *Epiphan.* hæreſ. 35. p. 261. Alibi, nempe hæreſ. 37. p. 275. dicit hoc fieri διὰ τὸ ἄκακον, καὶ μακρόθυμον, καὶ ἀμνησίκακον τοῦ ζώου. p. 687.

Περιεκτικός, comprehendens, Epiph. Tom. 2. pag. 1. p. 692.

In hunc ſenſum ſcribit *Epiphanius* lib. 1. de Hæreſ. p. 17. Abrahami poſteros ἐπὶ σώματος σφραγῖδα φέρειν ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου, εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῶν θεοσεβείᾳ. p. 693.

Circumciſio Chriſti. Cur Chriſtus fuerit circumciſus rationem pandit Epiph. Hæreſ. 30. p. 153. p. 695.

Origenes apud Euſeb. lib. 6. c. 25. p. 227. de Petro dicit, quod ei tanquam fundamento ſuperſtructa ſit Eccleſia Chriſti, adverſus quam nec ipſæ inferorum portæ prævaliture ſint. p. 710.

Petrum vocat Theod. l. 1. H. E. cap. 1. νικηφόρον ἀγωνιστήν. p. 711.

Πιστικός. Λόγος πιστικὸς apud *Origen.* lib. 1. contra *Celſ.* p. 30. Theodoretus Therap. Serm. I. κατὰ δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον, πίστις ἐστὶν ἑκούσιος τῆς ψυχῆς συγκατάθεσις, ἢ ἀφανοῦς πράγματος θεωρία, ἢ, περὶ τὸ ὂν ἔστασις καὶ κατάληψις τῶν ἀοράτων τῇ φύσει σύμμετρος, ἢ διάθεσις ἀναμφίβολος ταῖς ψυχαῖς τῶν κεκτημένων ἐνιδρυμένη; δεῖται μέν τοι ἡ πίστις τῆς γνώσεως, οὔτε γὰρ πίστις ἄνευ γνώσεως, οὔτε γνῶσις δίχα πίστεως γένοιτο ἄν, ἡγεῖται μέν τοι τῆς γνώσεως ἡ πίστις, ἕπεται δὲ τῇ πίστει ἡ γνῶσις, ἔχεται δὲ τῆς γνώσεως ἡ ὁρμή, ἀκολουθεῖ δὲ ταύτῃ ἡ πρᾶξις, δεῖ γὰρ πιστεῦσαι πρῶτον ἐκμαθεῖν. γνόντα δὲ ὁρμῆσαι, ὁρμήσαντα δὲ πρᾶξαι; ἄδει γὰρ τὰ p. 724.

πρῶτα

Digitized by Google

πρῶτα ςοιχεῖα μαθεῖν οἷόν τε, μὴ τῷ γραμματιςῇ πεπιςευκότα, ὅτι τοιῶσδε χρὴ τὸ πρῶτον ὀνομάζειν, καὶ τοιῶσδε τὸ δεύτερον, καὶ τ' ἄλλα ὡσαύτως; εἰ γὰρ δὴ εὐθὺς ἀπιςοίη φάσκων, μὴ χρῆναι ἄλφα τὸ πρῶτον προσαγορεῦσαι, ἀλλ' ἕτερον αὐτῷ ὄνομα ἐπιθεῖναι, οὐκ ἂν μάθοι τ' ἀληθὲς, ἀλλ' ἀνάγκη περιπλανᾶσθαι, καὶ τὸ ψεῦδος ὑπολαμβάνειν ἀλήθειαν; εἰ δὲ πιςεύσας τῷ διδασκάλῳ, κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους τὰ μαθήματα δέξαιτο, ἕψεται ὅτι τάχιςα τῇ πίςει ἡ γνῶσις.

Plutarch. Πολιτικὰ παραγγέλματα; ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ χειροήθη καὶ πρᾶον ἑκουσίως οὐδὲν ἀλλ' ἡ πίςις εὐνοίας καὶ καλοκἀγαθίας δόξα καὶ δικαιοσύνης παρίςησιν; τοῦτο γὰρ μάλιςα τῆς πίςεως τῆς ψυχῆς τὸ μέρος ᾧ πιςεύομεν ἁλώσιμόν ἐςι.

Ad Quæ *fidei præcipua* ſint *capita* recenſet *Epiph.*
p. 725. hæreſ. 31. p. 202. Idem hær. 76. p. 932. doctrinam fidei ſimilem ſemper manere docet. Hanc hæreſ. 77. p. 1008. vocat ἀπερίεργον, καὶ ἑδραίαν, καὶ ἀμεταπίςωτον, καὶ δικαιοτάτην ἐν πᾶσιν.

Fidem pulchre deſcribit. t. 2. p. 304.

p. 729. Ἐν πίςει οὐκέτι ψεῦδος. εἰ γὰρ ψεύδεται, οὐ πίςις. *Epiph.* hær. 42. p. 340.

p. 745. Πλάνη, πλανάω, πλανάομαι. Τὸ πεπλανημένον σοβαρὸν ἀεὶ καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Τυφλὸν γὰρ ἡ κακία, καὶ ἀσύνετον ἡ πλάνη. *Epiph.* l. 1. de hær. p. 41.

Ἡ πλάνη κατ' αὐτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γίνηται κατάφωρος. Πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεςέραν ἑαυτὴν παρέχει διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις. Id. Hæreſ. 31. p. 173. Simile addit de *vitro* Smaragdum mentiente.

Πᾶσα πλάνη ἔχει πρῶτον τὴν τύφλωσιν, ἔπειτα τὴν κενοφωνίαν. *Epiph.* Hæreſ. 53. p. 461.

p. 753. Πληρόω, συμπληρόω. Sæpe cum impleri dicuntur anni aut dies, non id intelligitur de impletione dierum anni, aut horarum diei, ſed numeri ipſorum annorum vel diei. Ut Luc. 2, 21. 9, 51. Vide *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 3. c. 1. p. 192. 193.

p. 755. Πλευσιποτάμιτος χώρα, Regio fluviis abundans. In vita *Epiphan.* p. 333.

p. 761. Ἀδικίας ἐφόδιον τοῦ πλούτου τὰ ῥεύματα. Theod. Serm. 6. de Provid. p. 378.

p. 764. Πνεῦμα, de vario hujus vocis in SS. uſu multis agit *Bynæus* de Nat. Chriſti. p. 126.

De Spiritu omni recte dicit *Epiphan.* in *Ancor.* p. 51. Πνεῦμα ῥύσιν οὐχ ὑφίςαται, οὐ τομὴν, οὐ συςολὴν, οὐ μείωσιν, οὐχ ἅπλωσιν (expanſionem) οὔτε τι τῶν τοιούτων.

De Spiritu S. notatu digna ſunt Epiphanii verba in Ancor. p. 78. §. 73. Τὸ πνεῦμα ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ μόνος ὁδηγὸς ἀληθείας, νόμων ἐξηγητὴς ἁγίων, πνευματικοῦ νόμου ὑφηγητὴς, προφητῶν καθηγητὴς, Ἀποςόλων διδάσκαλος, εὐαγγελικῶν δογμάτων φωςὴρ, ἁγίων ἐκλογεὺς, φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐξ ἀληθινοῦ φωτός.

p. 769. *Spiritum* S. pulchre deſcribit *Epiph.* hær. 74. pag. 898. Conf. Ancorat. pag. 11. Deitatem Spiritus demonſtrat Theod Hæret. fab. lib. 5. cap. 3. p. 257.

p. 774. Διακονικὸν καὶ τρίτον τῇ τάξει, καὶ τῇ τιμῇ, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἀλλοῖον τὸ Πνεῦμα ἰσχυρίζοντο. Soz. l. 6. c. 22.

p. 787. Ποιεῖν ut Latinorum facere ſæpius pro ſacrificare ſumi, docet *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 4. c. 2. p. 303.

Ποιεῖν Platoni libr. 11. de legibus eſt adoptare, & υἱὸς ποιητὸς eſt filius adoptivus. ὃν μὲν ἑτέρῳ ποιεῖσθαι διδῷ, quem (pater) alii adoptandum dederit: Παῖς μὴ ἐπί τινι κλήρῳ πεποιημένος, filius ad aliquam hæreditatem non vocatus ſeu adoptatus. Cum hac ſignificatione non ſolum apud Platonem, ſed etiam apud alios ſcriptores Græcos frequenter occurrit.

Ἔνθεος πολιτεία. Euſeb. l. 4. c. 7. p. 121. Ad

Ἀποςολικὴ πολιτεία. Soz. l. 2. c. 14. p. 462. p. 797.

Ἡ κατὰ νόμους πολιτεία, vivendi ratio legibus ibid. conſentiens vocatur gentiliſmus à Porphyrio apud Euſeb. l. 6. c. 19. p. 220. hinc paulo poſt vocat Ἑλληνικὸν τρόπον.

Πολυγαμία. Polygamiam fuiſſe licitam ἵνα αὐξηθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, aſſerit Theod. Tom. 4. p. 801. pag. 307.

Πολύτλητος. πολύτλητος ἀνδρεία vocatur Marty- p. 804. rum conſtantia, in perferendis multiplicibus tormentis. Euſeb. l. 5. p. 154.

Lucæ verba ita explicat *Epiphan.* hær. 42. p. 336. p. 810. Κριτὴν λέγει τὸν Δημιουργὸν, πράκτορα δὲ ἕκαςον τῶν αὐτοῦ Ἀγγέλων, μέλλοντα ἀπαιτεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς τὰ πεπραγμένα.

Πρεσβεύω. Τὸν θεῖον πρεσβεύειν λόγον, verbum Dei p. 824. prædicare. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. c. 1. p. 3.

Πρεσβύτερος. Quinam inter Judæos fuerint p. 825. *Seniores*, quæ eorum *autoritas*, quod officium multis docet *Grot.* in c. 15. Matth. p. 152. 153. Item pag. 164.

Tarbula Symeonis Soror una cum famula *ſerra* p. 833. *biſariam ſecta* patibulo ſuffixa fuit. Soz. lib. 2. cap. 12. p. 460.

Προαρραβωνίζομαι. Occurrit hæc vox apud eund. Euſeb. de vita Conſt. l. 1. p. 407. quando pulcre ita ſcribit: θεὸς ὁ κοινὸς τῶν ὅλων Σωτὴρ μείζονα ἢ κατὰ θνητοὺς λογισμοὺς τοῖς εὐσεβείας ἐραςαῖς ἀγαθὰ παρ' ἑαυτῷ ταμιευσάμενος, τὰ πρωτόλεια τῶν ἐπάθλων ἐνθένδε προαρραβωνίζεται primitias futurorum præmiorum in anteceſſum quaſi pignus dat in hoc ſeculo &c.

Πρόγνωσις. Etiam hominibus futurorum præ- p. 837. ſciis tribuitur. Sic Soz. l. 1. c. 13. p. 421. dicit *Antonium* fuiſſe ἔμπλεων τῆς θείας προγνώσεως. Ubi porro monet in hoc veram felicitatem non conſiſtere, ſed ἐν τῷ σέβειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῦ φυλάττειν. Addit S. Antonium hac de cauſa eum qui futura prævidere cupit hortatum eſſe, ut animam ſuam purget τοῦτο γὰρ δύνασθαι διορατικὴν τὴν ψυχὴν ποιεῖν, καὶ τῶν ἐσομένων ἐπιςήμονα, τοῦ θεοῦ τὸ μέλλον προαναφαίνοντος. Idem teſtatur *Pachomium* futura prævidiſſe. l. 3. c. 14. p. 518.

Πρόγονος. Χρὴ εἰδέναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ ταύτης θνητόν p. 839. τε καὶ διαῤῥέον καὶ τὸν πρόγονον χοῦν (avitum pulverem ex quo orti ſumus) ἐξ οὗ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀποῤῥέομεν. Theod. l. 5. H. E. c. 17. p. 726. 727.

Πρόληψις & Φιλονεικία in Veri inquiſitione maxi- p. 843. me nocent & difficulter ſanantur. Vide Orig. contr. Celſ. l. 1. p. 40.

Ἀνέφικτος τῶν θείων πηδαλίων ὁ λόγος, Incom- p. 844. prehenſibilis eſt divinæ Gubernationis ratio. Theod. Tom. 4. p. 277.

Epiph. hær. 64. p. 544. dicit Deum habere τὴν παν- p. 844. τελικὴν καὶ γενετικὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν ab ipſo τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος omnium dependere, & veluti navigium quoddam, τῷ τῆς σοφίας οἴακι ἀκλινῶς τὸ πᾶν διευθύνειν.

De *Providentia* conſule Theod. Serm. 10. Tom. 4. p. 275. Decem Sermonibus hanc materiam præclare tractat Tom. 4. inde à pag. 319-439. Inter alia hoc format Serm. 2. pag. 337. argumentum: Τί γὰρ

ὑπ

καὶ πεποίηκε τούτων ἐπιμελεῖσθαι μὴ θέλων; τίνος δὲ χάριν οὐ κήδεται; ὡς δυνάμενος μὲν, οὐ βουλόμενος δέ; ἢ βούλεται μὲν οὐ δύναται δέ, κλ'.

Ad p. 847. Alia proprietas eſt quod ſit παναγαθὸς καὶ φιλανθρωποτάτη ἡ τῶν ὅλων πρόνοια, optima & clementiſſima. Euſeb. p. 51.

Τίς ἀξίως θαυμάσει τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας τὸ ἀγαθὸν, τὸ δυνατὸν, τὸ ἐν ἀπόροις εὔπορον, τὸ ἐν ἀμηχάνοις εὐμήχανον, τὴν μεγαλουργίαν, τὴν εὐπορίαν. Theod. Serm. I. de Provid. Tom. 4. p. 331.

eand. Epicurus ἀπρονοησίαν τῷ κόσμῳ εἰσηγήσατο. Vide Epiph. lib. I. de Hæres. p. 14. 15.

p. 852. De *Proſeuchis* agit pluribus *Vales.* in not. ad Euſeb. p. 28.

p. 853. Προσήλυτος. De *Proſelytis* vide *Goodwinum* lib. I. cap. 3.

p. 857. De προσκυνήσει conſule *Grot.* in Matth. pag 17.

p. 859. Baſilius M. maſcule *Modeſto* Valentis præfecto reſpondit, κτίσμα ὤν, οὐκ ἀνέξομαι τὸν ὁμοιον προσκυνεῖν καὶ θεὸν ὁμολογεῖν. Sozom. lib. 6. c. 16. pag. 658.

Πᾶν τὸ κτιστὸν οὐ προσκυνητόν. Epiph. hær. 64. p. 532.

p. 864. Προσφορὰς ἑτέρας ὑπὲρ τῆς ἐν νόμῳ προσενέγκαι τῷ θεῷ ἐπέτρεψεν ὁ χριστὸς, πίστεως, Εὐσεβείας, καὶ ἀγαθότητος, ἁγνείας τε καὶ πολιτείας. *Epiph.* hær. 66. pag. 670.

p. 868. Τεκμήριον πολλάκις τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν τῶν προσώπων ἡ θέσις, κλ'. Theod. Orat. 8. de Provid. p. 414.

eand. Voce πρόσωπον ad diſtinguendum Patrem à Filio & utrumque à Spiritu S. etiam utitur *Epiph.* hær. 48. p. 414.

p. 870 Προφητεία. Aliam eſſe διὰ τύπου ſive πραγμάτων, & aliam διὰ λόγου ſive ῥημάτων multorum teſtimoniis probat *Grotius* in Matth. p. 11.

Τὸ περὶ μελλόντων ἀληθὲς τοῖς ἐκβάσεσι κρίνεται. Orig. lib. 2. Contr. Cels. p. 72.

Demonſtrationem propheticam ἰσχυροτάτην vocat ἀπόδειξιν. p. 79.

p. 871. 872. Οἱ προφῆται τὰ εἰς χριστὸν τετυπωμένα προανεφώνησαν. *Epiphan.* hær. 40. pag. 301. Hinc hæres. 42. pag. 332. pulchre eos vocat προαποιμαστὰς τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας.

Ὁ προφήτης μετὰ καταστάσεως λογισμοῦ καὶ παρακολουθήσεως ἐλάλει, καὶ ἐφθέγγετο ἐκ πνεύματος ἁγίου, τὰ πάντα ἐῤῥωμένως λέγων. *Epiphan.* hær. 48. pag. 404.

Apud Ægyptios ſummus Sacerdos, qui reliquis Sacerdotibus & Paſtophoris præeſſet, & templorum reditus cæteris diſtribueret, dictus eſt *Propheta.* Vide *Vales.* in not. ad Euſeb. p. 63.

p. 869. Πρωτευαγγέλιον. Ipſam vocem quamvis claram & per ſe intelligibilem & Græcam inter Græcos veteres nondum inveni; notat. *A.* Primum Evangelium à Deo ipſo pronuntiatum in Paradiſo, quod habemus Genes. III. 15. *B.* Hoc etiam nomine venit aliquis b. Jacobi Apoſtoli liber Apocryphus, illius qui filius Joſephi & frater Domini dicitur, agit de Nativitate & rebus Mariæ, inter Orthodoxographa Monumenta Patrum, Bellarminus tamen de Script. Eccl. p. 32. *ab Eccleſia nunquam receptum* teſtatur, & Alſtedius 600. pene annis hujus & Liturgiæ Jacobi à Chriſtianis mentionem non factam Hornbek. Miſcell. Poſtum. I. 3132. Heideg. Enchirid. Biblian-drum illum librum edidiſſe Bezam multosque doctos offendebat, ut ipſe ſuâ ad Bullingerum Epiſtola teſtis eſt.

Epiph. Serm. in Sep. Chr. Adamum vocat πρωτόκτιστον, καὶ πρωτόπλαστον, καὶ πρωτόθνητον. pag. 273. Ad p. 874.

Πρωτομάρτυς. Sic de ipſo Euſeb. H. E. pag. 38. πρῶτος δ' αὐτῷ φερώνυμον τῶν ἀξιονίκων τοῦ χριστοῦ μαρτύρων ἀποφέρεται στέφανον. p. 875.

Eccleſia Chriſti vocatur ἡ τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησία apud Soz. l. 2. c. 30. p. 49. p. 883.

Πρωτότυπος. Πρωτότυποι γραφαὶ vocantur ab Euſeb. l. 6. C. 16. contextus S. libri V.T. ſermone Hebræo conſcripti.

Πτεροκοπίω. Alis exuo. *Epiph.* Serm. de Aſſumt. p. 2[illegible]8. p. 884.

Πτερύγιον templi quid fuerit ex Spanhemio docet *Walæus* in Matth. p. 30. Vid. Pol. Synops. in Matth. p. 100. p. 886.

Πτωχοὶ εἰσὶ ταπεινοφρονοῦντες. *Epiphan. hær.* 66. p. 701. p. [illegible]8.

Πτωχοτροφεῖον. Talia olim ab Eccleſiarum Antiſtitibus excitata, ut mutilatis & imbecillis ad victum neceſſaria ſuppeditentur. *Epiphan.* hær. 75. pag. 905. p. 889.

Πῦρ. In monte Ætna ὡς ἀπὸ πηγῆς ἀναδιδόμενον αὐτόματον παμφλέγει πῦρ. Sozom. lib. 2. cap. 24.

Ῥακά. De hac voce agit *Dilherr.* Elect. l. 2. c. 20. p. 298. *Walæus* in Matth. p. 45. p. 900.

Ῥαπίζω. De hac voce conſule Caſaubonum ap. Bald. *Walæum* p. 54.

Ῥηγιον. Ῥήγιον. Ignatius Ep. ad Philippenſes p. 46. 146. edit. Vedelian. ἀπέστειλα ὑμῖν ταῦτά μου τὰ γράμματα διὰ Εὐφρανίου τοῦ ἀναγνώστου ἀνδρὸς θεοτιμήτου καὶ πιστοτάτου, συντυχὼν περὶ Ῥήγιον ἀναγομένῳ ἐν πλοίῳ. Tranſmiſi vobis literas meas per Euphranium, Lectorem, Virum à Deo honoratum, & fidum fortè nactus eum circa Regionem, cum jam navem aſcenſurus eſſet. Quæ Vedelius ſuppoſititia eſſe coarguit, hac ratione: quod nemo dixerit, quid ſibi vox Ῥηγίονες velit, conjecturam enim eſſe, quod quidam loci nomen eſſe putent. Si reliqua omnia pro ſinceritate Ignatianæ Epiſtolæ in ſalvo eſſent, hæc vox mihi negotium non faceſſeret, potuit utique Rhegium Julium, extremus adverſus Siculos portus fuiſſe. Unius literulæ immutatio nihil impedit. Scripſit ad Philippenſes, vult ut Orationes fiant pro Antiochenſibus, unde vinctus Romam trahebatur: Rhegium in via, uti vincto Paulo perinde Κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον. Actor. XXVIII. 13. p. 902.

Roma vocatur ἡ μεγαλόπολις. in Orat. Conſtantini ad SS. Cœtum p. 598. p. 913.

Σαβαώθ. Hoc nomen non eſſe proprium ὄνομα, ſed ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος, exiſtimat *Epiphan.* l. 1. de Hæres. Tom. 2. Hær. 26. p. 92. δύναμιν θεοῦ ὑποφαίνον. p. 915.

Expreſſe dicit Euſeb. l. I. H. E. c. 4. pag. 16. de Fidelibus ante Abrahamum & Moſen, quod neque σώματος περιτομὴ, neque Σαββάτων ἐπιτήρησις ipſis curæ fuerit. p. 917.

Epiph. hær. 30. p. 159. Chriſtum vocat μέγα Σάββατον κ. αἴδιον. p. 919. 920.

Σάββατον δευτερόπρωτον quid fuerit lepide explicat *Epiph.* hæres. 51. p. 452. 453.

De Sabbato pluribus agit *Epiphan.* hær. 66. pag.

702-705. Inter alia dicit licuiſſe Sabbatum λύειν ἐπὶ ἀγαθοεργίᾳ, id quod exemplo Joſuæ probat totos ſeptem dies Hierichuntis mœnia circumeuntis. *Item* cum nemo operatus fuiſſet, μόνον τὸ θυσιαστήριον οὐκ ἤργει. *Porro* Deum Sabbatum dediſſe ἵνα ὁ ἄνθρωπος γινώσκῃ τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀνάπαυσιν. ἀντίτυπα γὰρ εἶναι ταῦτα τῶν ἐπουρανίων. *Tandem* abrogato illo Sabbato δέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος τὸ μέγα σάββατον, ὅπερ ἐστὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, ἡ ἀνάπαυσις ἡμῶν, καὶ ὁ σαββατισμός.

De Sabbati abrogatione ἀξιομνημόνευτα ſunt verba *Epiph.* Hær.30. p. 159.

Ad Σαδδουκαῖος. De horum Origine & dogmatibus
p. 922. conſule Poli Synops. in Matth. p. 82.

p. 925. Σάλπιγξ. Σάλπιγγες ἦσαν οἱ προφῆται. Σάλπιγξ δὲ μεγάλη ἡ ἁγία φωνὴ τοῦ Κυρίου ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. *Epiph.* hær. 51. p. 454.

p. 930. Σανδάλιον. Quid fuerint *Sandalia* docet *Dillherr* in Elect. lib.2. c.16. p.259.

p. 934. Σαρκοφόρος. Valentinianus, Valens & Gratianus in Epiſt. ad Diœceſin Aſianam ſcripta dicunt Chriſtum eſſe θεὸν σαρκοφόρον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον θεοφόρον, Theod. lib. 4. cap. 7. pag. 667. Conf. *Epiphan.* Hær. 42. p. 327.

p. 948. Σήκρητον. *Secretum*, quale ſeculares Magiſtratus habent. Euſeb. lib. 7. cap. 30. pag. 280. *Cancellaria.*

p. 960. De hujus Simonis aſſeclis pulchrum vide locum apud Euſeb. l.2. c. 1. p.39.40.

p. 964. Σιωπή. Non ſemper ad calumnias ſilendum, ἀποπνίγω γὰρ καθ' ἑαυτῶν δοῦναι τῶν συκοφαντιῶν τὴν ἀπόδειξιν τῇ σιωπῇ. *Socrat.* p. 43. Sunt verba Euſebii Nicomedienſis. Vid. Sozom. l. 2. c. 16. p.464.

p. 973. Σκινδαψός. Eſt genus inſtrumenti muſici tetrachordi, quo mulieres præcipuè utebantur. Apud Diogen. Laert. Timon de Zenone: Νῦν δ' ἦχον ἐλάσσονα σκινδαψοῖο. Dillherr. Elect. p. 21.

p. 981. Σκυθισμός. Scythiſmus, pro Sectæ ſeu Hæreſeos alicujus appellatione apud Epiphanium venit Scaliger in Notis ad Euſebium 250. 2. *Hujus Seculi homines* Σκύθαι *à veteribus Patribus Eccleſiaſticis vocantur, eorumque idolomania* σκυθισμὸς καὶ βαρβαρισμὸς, *Author Epiphanius. Extenditur uſque ad tempora Abraham. Quanquam Epiphanio ab Adam ad diluvium* βαρβαρισμὸς *duràſſe dicitur: à diluvio ad Abraham* σκυθισμός. *Sane videntur id ex interpretatione Apoſtolici dicti collegiſſe, ad Coloß. III. 11.* ὁ βάρβαρος, ὁ σκύθης, οὐχ' ἕλλην, ὁ Ἰουδαῖος. *Nam hinc hæreſes* nominat S. Epiphanius βαρβαρισμὸν, σκυθισμὸν, ἑλληνισμὸν, Ἰουδαϊσμόν. Contr. hær. l. 1. §. 8. p. 8. item 4. editionis Latinæ. Hi patres multam ſibi in ſcribendo libertatem ſumpſerunt & ex meris vocibus finxerunt quæ ipſis ſine alio fundamento in mentem venerunt.

p. 984. Chriſtus vocatur ἡ πρὸ αἰώνων νοερὰ καὶ οὐσιώδης Σοφία ab Euſeb. l. I. H. E. c. 2. p. 5. ἡ πρωτόγονος καὶ πρωτόκτιστος Θεοῦ σοφία, p. 9.

p. 991. Σοφιστής. Sophiſtas *Methodius* apud *Epiphan.* hær. 64. p. 564. pulchre vocat μιμητὰς εἰδώλων ἀληθείας, ἀλήθειαν μὴ γινώσκοντας, καθάπερ ζωγράφους.

p. 994. Σπέρμα. Τὰ προφητικὰ καὶ ἀποστολικὰ σπέρματα vocantur Religionis Chriſtianæ fundamenta apud Euſeb. l. 5. p. 176.

p.1006 *Crux* vocatur ab Euſebio l. I. de Vit. Conſt. c. 32. p. 424. Ἀθανασίας σύμβολον, item τρόπαιον τὸ κατὰ τοῦ θανάτου νίκης. Rurſum νικητικὸν ἀλεξιφάρμακον p. 447. ζωῆς φυλακτήριον, p.448. σωτήριον καὶ ζωοποιὸν σημεῖον. pag. 451. φόβητρον καὶ κακῶν ἀμυντήριον. Ibid.

Figuræ Crucis magnam Virtutem attributam fuiſſe docet *Dillherr.* in Elect. lib. 1. c. 25. pag. 156. 162. Ad p. 1009

De inventione Crucis Vid. Sueur. ad Ann. 326. p. 1013

Στοιχεῖον. Μεγάλα στοιχεῖα magna lumina vocat Polycrates apud Euſeb. l. 3. H. E. c. 31. *Johannem* ac Philippum Apoſtolos, &c. p. 1039

Στοιχείωσις εἰσαγωγική. Euſeb. H. E. p. 75. prima elementa. p. 1040

Στολή. Ἀξιοτίμητος στολὴ vocatur Baptiſmus ap. Theod. l. 3. H. E. c. 1. p. 638.

Συγγενής. De hac voce conſule *Bynæum* de Nat. Chr. p. 143-145. p. 1066

Epiph. hær. 65. p. 610. utitur voce ὑποκαταβαίνω, quando de divina συγκαταβάσει ita ſcribit; ὁ πατὴρ ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ Υἱοῦ σωματικοὺς ἔχων ὄγκους, νοηματικοὺς δὲ ἔχων λόγους, ὑποκαταβαίνων τὴν αἴσθησιν τοῦ ἀνθρωπότητος, εἰς αἴσθησιν παραστάσεως. p. 1068

Συγκατατίθεσθαι. Aſſentiri. Πολλῷ διαφέρει μετὰ λόγου καὶ σοφίας συγκατατίθεσθαι τοῖς δόγμασιν, ἤπερ μετὰ ψιλῆς τῆς πίστεως. *Origen.* contr. Cels. Lib. I. p. 12. p. 1074

Sacramenta vocat Euſeb. l. 10. c. 3. p. 371. Σωτηρίου πάθους ἀπόῤῥητα σύμβολα, myſtica ſalutaris paſſionis ſymbola. p. 1082

Συμφρατριάζω. De *Meletio* Socrates l. 1. c. 6. pag. 14. Συνελαμβάνετο τῷ Ἀρείῳ, κατὰ τὸ Ἐπισκόπου συμφρατριάζων αὐτῷ. p. 1105

Συναγωγή. Vid. *Grotius* in Matth. pag. 29. 110. p. 1106

Hebr. dicitur עדה, & notat 1. Cœtum quemcunque. 2. Locum in quo conventus habetur, quæ loca alias dicta ſunt διδασκαλεῖα, φροντιστήρια, προσευχαί. Primo cœperunt in Exilio Babylonico, quum templo carerent, &c. Vidè Pol. Synops. in Matth. p.111.112.

Conſule quoque *Sueur* ad Ann. 400. pag. 546-548. p. 1117

Συνέδριον. De *Synedriis.* Vide *Grotium* in Matth. 5. §. 22. p. 1131

De bona Conſcientia vid. Sozom. lib. 8. pag. 794. p. 1132

Videatur *Vales.* in not. ad Euſeb. pag. 156. 157. p. 1134

Patres Antiocheni inter alia Samoſatenum carpunt, quod habuerit Mulieres συνεισάκτους, idque ideo, quia ex ejusmodi mulierum contubernio plures partim in præceps lapſi ſint, partim in ſuſpicionem venerint; addunt: Etiamſi quis conceſſerit, τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, tamen etiam τὴν ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην vitandam fuiſſe, ne quem σκανδαλίσῃ, néve aliquos μιμεῖσθαι προτρέψηται. Vide Euſeb. l. 7. c. 30. p. 282. p. 1138

Συνέρχεσθαι. Geminam habet ſignificationem; vel enim *domicilii* vel *thori* deſignat conjunctionem. Vide Grot. in Matth. I. p. 9. p. 1160

Συνθήκη, Conventus. Οὐκ ἄλογον συνθήκας παρὰ τὰ νενομισμένα ποιεῖν τὰς ὑπὲρ Ἀληθείας. *Orig.* contr. Cels. lib. 1. p. 5. p. 1164

Σύνθημα, Teſſera. De *teſſeris*, unde dictæ, & quod aliæ *mutæ*, aliæ *vocales* fuerint differentem conſule *Feſſelium* in Adv. Sacr. lib. 1. c. 1. p. 9.

Ἄλλων

Ad p.1166 Ἄλλως δ' ἐδυνάτο τὰ μεγάλα τῶν σκεμμάτων ἢ διὰ συνόδων κατορθοῦσθαι, majoris momenti controverſiæ non aliter, quam per Synodos componi poſſunt. Euſeb. l. I. de Vit. Conſt. c. 51. p. 434.

De Synodis conſulatur *Sueur* in Hiſt. Eccl. ad An. 314.

p.1190 Συντυχεῖν. Luc. 8. 19. colloqui, convenire notat. *Feſſel.* Adv. Sacr. l. 4. c. 10. p. 385.

p.1192 Soz. l. 6. c. 6. p. 645. de Juliano dicit: Ἐφώρατο χριστιανῶν, ἱερῶν αὐτοὺς ἐγκλείων καὶ σύστασιν τοῦ δόγματος τοῖς κινδύνοις πορίζομένους. Commendationem religionis ſuæ.

Euſeb. Edit. Vales. p. 41. Μὴ τῇ ἐξ ἀνθρώπων ἐπιμελείας τε καὶ συστάσεως ἡ σωτήριος τοῦ θείου κηρύγματος δεῖται διδασκαλία.

p.1196 Σφραγίζω. I. Impoſitionem manuum frequenter notari hac voce docet *Vales.* in not. ad Euſeb. pag. 134.

p.1198 Σφραγίς. Vide *Vales.* in not. ad Euſeb. p. 51.

Δεσποτικὴ σφραγὶς vocatur apud Theod. l. 4. H.E. c. 15. p. 681. ἁγία καὶ βασιλικὴ σφραγίς. *Epiph.* l. I. de Hæres. p. 50.

p.1202 *Dionyſius ad Novatum* ſcripſit, Ἔδει καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. Euſeb. l. 6. c. 43. p. 247.

p.1216 Σωμασκία. Ἄνδρες ἐντέχνοις τισὶ σωμασκίας, παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶσι ἐνδεικνύμενοι; Viri qui exercitatis ante corporibus ſtupendæ exhibent artis ſuæ ſpecimina. Euſeb. l. de Mart. Palæſt. c. 6. p. 326.

p.1225 Plato Dialogo VI. de Rep. Hunc qui voluptates *corporis ſpernit, neque pecuniæ cupidus eſt, appellat ἄνθρωπον σώφρονα.

In Charmide idem *Plato.* Τὸ γνῶθι σεαυτὸν definitionem σωφροσύνης eſſe tradit: Et illi σώφρων audit ὁ ἐπιστήμων ὤν τε οἶδεν, ὅτι οἶδεν, καὶ ἃν μὴ οἶδεν, ὅτι οὐκ οἶδε; qui intelligit ſe ea ſcire, quæ ſcit, & ea neſcire, quæ neſcit: vel σώφρων eſt, ὃς ᾔδει ἅτε ᾔδει, καὶ ἃ μὴ ᾔδει; τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δὲ ὅτι οὐκ οἶδε, qui intelligit, quæ ſciat & quæ neſciat; illa quod ea ſciat, hæc quod ea neſciat. Confer Apoſtoli φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, item μὴ ὑψηλοφρονεῖν.

p.1232 Ταμίας. Deus pulchre dicitur τοῦ πολέμου εἶναι ταμίας, apud *Socrat.* l. 7. c. 22. p. 362. Item ὑγείας ταμίας ap. *Soz.* l. 2. c. 6. pag. 452.

p.1239 De Sepultura Conſule *Sueur.* Hiſt. ad ann. 211.

Judæos cadavera Regum non cremaſſe, ſed tantum aromata & ſupellectilem docet Dillherr. Elect. l. 2. c. 24. g. 322. Nec contrarium evincit Jabeſitarum factum 2. Sam. 31. Illi enim Saulis & filiorum cadavera exuſſerunt, quia jam fœtore gravia, & à vermibus arroſa.

p.1246 De *precibus pro mortuis* agit *Sueur* ad Ann. 395. p. 583. & quæ *origo*, quis *finis* ſive ſcopus illarum fuerit docte ex Antiquitate Eccleſiaſtica oſtendit.

p.1252 Τεκνοκυΐσκω. Epiph. Hær. 78. pag. 1048. de Moſe dicit, quod μετὰ τὸ προφητεῦσαι non amplius τεκνοκυΐσκει.

p.1263 Τελεσιουργία. Notat dedicationem templorum. Vide Soz. l. 4. c. 22. p. 573. c. 26. p. 584.

p.1264 Τελετή. Euſeb. l. 4. c. 11. p. 124. tribuit Valentinianis ἀτελέστους τελετάς, καὶ μυσαρὰς μυσταγωγίας, profanas initiationes & abominanda myſteria.

Τελώνης. Hæc ſunt deſumta ex *Salmaſio*, prout videbis apud *Bald. Walæum* in Matth. p. 58. De Publicanis vide *Goodwinum* in Moſe & Aar. l. 1. c. 2. Ad p.1266

Τήγανον: *Craticula*, quid fuerit, docet *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 89. p.1274

Τληπάθεια. Μοναστικὴ τληπάθεια, monaſtica tolerantia. Soz. l. 1. c. 13. p. 412. p.1275

Τράγος. Duos hircos fuiſſe typos duarum naturarum in Chriſto, τὸ ἀφιέμενον τῆς ἀπαθοῦς, τὸ δὲ σφαττόμενον τῆς παθητῆς ἀνθρωπότητος docet Theod. Dial. 3 p. 136. p.1278

Uſſerii ſententiam probat *Valeſ.* in not. ad Euſeb. p. 142. p.1282

Trinitatem deſcribit Epiph. T. 2. p. 304. p.1287

Μένει ἡ Τριὰς ἐν ἀκαταληψίᾳ, καὶ ἐν δόξῃ ἀνεικάστῳ καὶ ἀκαταλήπτῳ. Epiphan. Hær. 70. p. 816.

Ἐνυπόστατον εἶναι τὸν πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν Υἱὸν, ἐνυπόστατον τὸ ἅγιον Πνεῦμα ſolide demonſtrat *Epiph.* hær. 57. p. 482. 483. pluribus hoc contra Sabellium proſequitur. hær. 62. p. 514. 515. Conf. Ancor. p. 15. p.1289

Τρία πρόσωπα ἀπερίγραφα, καὶ ἐνυπόστατα, καὶ ὁμοούσια, καὶ συναΐδια, καὶ αὐτοτελῆ. Epiph. hær. 72. pag. 843. Conf. hær. 74. p. 891. Τρία ἅγια, τρία συνάγια, τρία ὑπαρκτὰ, τρία συνύπαρκτα, τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, τρία ἐνεργὰ, τρία συνεργὰ, τρία ἐνυπόστατα, τρία συνυπόστατα, ἀλλήλοις συνόντα. κλ'.

Idem in *Ancorato.* p. 12. Ἦν ἀεὶ πατὴρ καὶ ἦν ἀεὶ υἱὸς, οὐ συνάδελφος, ἀλλ' υἱὸς γεννηθεὶς ἀνεκδιηγήτως, καὶ ὀνομαζόμενος ἀκαταλήπτως, σὺν πατρὶ δὲ ὢν ἀεὶ, μηδέποτε διαλείπων τοῦ εἶναι. Πατὴρ ὢν ἀγέννητος, καὶ ἄκτιστος, καὶ ἀκατάληπτος. Υἱὸς γεννητὸς, ἀλλὰ καὶ ἄκτιστος, καὶ ἀκατάληπτος. Πνεῦμα ἅγιον, ἀεὶ, οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔγγονον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ υἱοῦ, Πνεῦμα ἅγιον.

Rurſum p. 28. Μονὰς ἐν τριάδι, καὶ τριὰς ἐν μονάδι, μονοειδῶς, μονουμένως, εἷς Θεὸς πατὴρ ἐν Υἱῷ, υἱὸς ἐν πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι. Conf. p. 71. §. 67. & p. 79 §. 73.

Locum Genes. I. *Faciamus hominem.* &c. ſic eludere voluit *Photinus*, Deum ſic allocutum *Verbum* ſuum, non *Filium*, ſed recte reſpondet *Epiph.* hær. 71. p. 831. Οὔ τις πότε πρὸς τὸν ἐνδιάθετον αὐτοῦ λόγον, ἢ τὸν προφορικὸν ἐπιτείνεται τὴν συμβουλίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔμφυτον, καὶ ἅγιον αὐτοῦ λόγον τῆς μιμήσεως τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας ποιεῖται τὴν μετὰ πάσης σοφίας ἐξήγησιν. Conf. in Ancor. p. 33. §. 28. p.1291

Ex loco Jeſ. 6. 3. *Epiph.* in Ancor. p. 31. Trinitatem demonſtrat.

Conf. Epiſt. Damaſi apud Soz. l. 6. c. 23. p.1296

Liberius Ep. Rom. ſcripſit ad Orientis Eccleſias p.1299 Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον πρεσβεύειν. Soz. l. 6. c. 22. p. 666. Id. cap. 23. dicit omnes Eccleſias Occidentis τριάδα ἰσότιμόν τε καὶ ἰσοδύναμον credidiſſe, *Maxentio* Mediolanenſi Epiſc. excepto, qui ad Arii dogma propendebat. Conf. *Epiph.* hær. 72. p. 834.

Τρίφωτος, terlucidus. *Epiphan.* T. 2. pag. 296. p.1315

Σταυροειδὲς τρόπαιον, vocatur Conſtantini M. labarum à *Socrate* l. 1. c. 2. pag. 7. p.1318

Pinytus Eccleſiæ Gnoſſiorum Epiſcopus monuit p.1323 *Dionyſium* Corinthiorum Epiſc. στερροτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διατέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις, τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. Euſeb. l. 4. c. 23. p. 144.

Epiph. in Vit. Proph. pag. 245. de Amaſia Bethelis p.1329 Sacerdote ſcribit, quod Amoſum συχνῶς τυμπανίσας ei inſuper per inſidias convitiatus ſit.

Ad De *Typis* obſervanda regula *Theod.* Dial. 2. p. 56.
p.1338 ὁ τύπος οὐκ ἔχει πάντα ὅσαπερ ἡ ἀλήθεια. Conf. 5. 59.

p.1339 Τύπος, peculiaris ſignificatio occurrit in colloquio Liberii cum Conſtantio apud Theod. l. 3. cap. 13. p. 608. ubi Conſtantius dicit τὰ ἤδη τύπον ἰσχηκότα ἀναλύεσθαι οὐ δυνατόν ἐστι, quæ jam conſtituta ſunt, refringi nequeunt.

p.1351 *Aqua Siloam.* Jeſ. 8. 6. quid ſit, docet *Epiphan.* Hær. 35. pag. 261. eſſe doctrinam τοῦ ἀπεσταλμένου; hunc eſſe Chriſtum à Patre miſſum. *Leniter hanc aquam fluere*, quia nihil contineat κατάστρωτον ἢ ἐπίπλαστον. pag. 262. dicit Doctrinam Chriſti eſſe ἄδηλον (ſine ſtrepitu) καὶ ἀψοφοποιόν, καὶ ἀφαντασίαστον, καὶ ἀκόμπαστον.

De *Aqua luſtrali* vide *Sueur* ad Ann. 335.

p.1355 Quinam in *S. Sacr. Filii Dei* vocentur pluribus exponit *Bynaus* de Nat. Chr. p. 106. 109.

* In Prophetis ubi Deus Prophetam alloquitur, ſapiſſime illum appellat υἱὲ ἀνθρώπου; an Chriſtus non huc reſpexerit, videant alii.

p.1359 De *Filiatione* ſecundæ Perſonæ pulchra ſunt verba Alexandri in Epiſtola de Ario; Ἡ υἱότης αὐτοῦ κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων. Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 530.

Idem ibid. vocat ipſius υἱότητα γνησίαν καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικήν, καὶ κατεξαίρετον.

Epiphan. in Ancorato pag. 10. hæc habet: Υἱὸς ἀεὶ οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ πατρὶ, οὐ συνάδελφος, ἀλλ' υἱὸς γνήσιος ἐκ πατρὸς γεγεννημένος φυσικὸς υἱὸς, οὐ θετός. Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, οὐ συνούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος, κλ'. Pulcherrima apud eund. ibidem. pag. 24. vide.

Unigenitus eſt Filius. Hinc pulchre infert Epiph. in Ancor. pag. 53. Εἰ υἱός ἐστι μονογενὴς, οὐκ ἔστι τις ἴσος αὐτοῦ, οὔτε ἀντιπαράθετος, ὅμοιος ὢν τῷ υἱῷ ὁ υἱὸς θεοῦ.

Cur vocetur Ἀγαπητὸς docet Ibid.

p.1362 Ex verbis Pſalmi 110. 3. (vel juxta Græcos 109. 3.) *Ex utero ante luciferum genui te*, ita argumentatur pro Deitate Filii Alexander in Epiſtola ſua de Ario: Τί δὲ καὶ τὸ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, οὐχὶ ἄντικρυς τῆς πατρικῆς μαιεύσεως, φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα, οὐ τρόπων ἐπιμελείᾳ καὶ προκοπῆς ἀσκήσει, ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτην λαχόντος. ὅθεν καὶ ἀμετάπτωτον ἔχει τὴν υἱότητα ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρός. Theod. l. I. H. E. c. 3. p. 531.

p.1371 Theod. in Epit. div. Decret. p. 279. Ἠβουλήθη αὐτὴν τὴν ἡττηθεῖσαν φύσιν καταγωνίσασθαι τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν νίκην ἀπολαβεῖν.

p.1373 Ὕλη. Materiam non eſſe τῷ δημιουργῷ σύγχρονον pulchre probat *Epiphanius* lib. 1. de Hæres. pag. 13. his rationibus, 1. quia ſic eſſet καθ' ἑαυτὴν ἑαυτῆς δεσπόζουσα, καὶ οὐχ ὑποτασσομένη. 2. Εἰ ὁ δημιουργὸς παρὰ ταύτης λαμβάνει προβολὴν (quaſi germinationem ut opus producere poſſit) ταύτην ἐνεργησάμενος, ἀδράνεια τις αὐτῷ, καὶ ἔρανος διὰ ἀπορίαν τοῦ προσποριζομένου οὐκ ἀπὸ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐξ ὑποκειμένων ἀλλοτρίων, ὅπως τὸ ἴδιον ὑποστήσεται δημιούργημα, nonnulla hæc eſſet imbecillitas, ac veluti egenti facta contributio, &c.

Idem hær. 36. pag. 265. Ὕλην alio ſenſu ſumit, quum dicit eam eſſe τὴν ἐκ διανοίας φυομένην συναφῆ ἐνθύμησιν, καὶ βορβορώδεις λογισμοὺς τῆς ἁμαρτίας, addita hac ratione. φύονται γὰρ ὡς ἀπὸ πηλοῦ δυσοδμία τε καὶ ἀκάθαρτος ἀποφορὰ, *peſtilens vapor.*

Ὑπέρμαχος. Ἡ τῆς Ἀληθείας ὑπέρμαχος δύναμις. Eus. l. 5. c. 16. p. 179. Ad p.1378

Ὑπερένδοξος. Epiph. Serm. in Reſurr. p. 277. feſtum reſurrectionis vocat πασῶν τῶν ἑορτῶν ὑπερένδοξον.

Ὑπερόμοιος. Epiph. Hær. 76. p. 914. dicit Filium eſſe Patri non ſolum ὅμοιον, ſed ὑπερόμοιον, διὰ τὸ ταυτὸν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἴσον πατρί. p.1379

Ὑπήλατα ſunt medicamenta, quæ alvum ſubducunt, ex ὑῶν & ἐλαύνω. Theod. Orat. 6. de prov. p. 391. p.1381

Ὑποκαταβαίνω, vide συγκαταβαίνω. p.1389

Μὴ ταρασσέτω τὸ τῶν ὑποστάσεων ὄνομά τινας. Διὰ τοῦτο γὰρ ὑποστάσεις οἱ ἀνατολικοὶ λέγουσιν, ἵνα τὰς ἰδιότητας τῶν προσώπων ὑφεστώσας καὶ ὑπαρχούσας γνωρίσωσι. Epiph. hær. 73. p. 863. p.1395

Quomodo ὑπόστασις ab οὐσία differat paucis docet Theod. Dial. I. Tom. 4. pag. 4. Ἡ οὐσία τὸ ὂν σημαίνει, καὶ τὸ ὑφεστὼς ἡ ὑπόστασις. κλ'. & pag. 6. Τὴν ὑπόστασιν καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν ἰδιότητα ταυτὸν σημαίνειν φαμέν.

Locum Joh. 10. 30. *Ego & Pater unum ſumus* pulchre explicat Alexander in Epiſt. de Ario quando ita ſcribit, τοῦτο φησὶν ὁ Κύριος οὐ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων. ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σώζειν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, τὴν κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἐκτυπος χαρακτήρ. Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 532. p.1396

Hæretici patrem & filium unum eſſe dicebant, διὰ τὴν συμφωνίαν καὶ ὁμόνοιαν, quos refutat Synodus Sardicenſis in Epiſt. apud Theod. l. 2. H. E. c. 6. p. 596.

Ὑποφήτης. Athanaſius in Epiſt. Conſtantini vocatur τοῦ προσκυνητοῦ Νόμου ὑποφήτης, Venerandæ Legis interpres. Soz. l. 3. c. 2. p. 498. p.1399

Ὑποψήφιος. Τῇ δοκιμασίᾳ τοῦ λαοῦ ὑποψήφιος ἦν, de Maximo Hieroſol. Epiſc. Soz. l. 2. cap. 20. pag. 470.

Ὑψηγορία. Πανηγυρικὴ ὑψηγορία. *Socrat.* l. 1. c. 1. p. 5. p.1405

De *Phariſæis* conf. Pol. Synops. in Matth. p. 81. p.1417

Phariſæorum πολιτεία erat διάφορος, teſte Epiph. in Ancor. p. 133. Habebant quoque σχήματα ἐθελοθρησκευτικὰ τῆς ἐνδομενίας.

Φεγγοτόκος. Cœlum pulchre vocatur φεγγοτόκος οὐρανός. *Epiph.* de Aſſumt. Chr. p. 286. p.1421

De *oſculis* Chriſtianorum diſſerit *Dilherr* Elect. l. 2. c. 4. pag. 180. In genere vero de *Oſculis* & variis oſculorum modis, ſpeciebus &c. prolixe agit *Feſſel.* Adv. S. l. 3. c. 7. p.1430

Φιλοπρωτεία. Τὴν ἐκκλησίαν παρὰ Θεοῦ καὶ Ἀποστόλων μίαν παραδοθεῖσαν φιλονεικίαι καὶ φιλοπρωτεῖαι εἰς πολλὰς διῃρῆσθαι. Soz. lib. 7. c. 2. pag. 706. edit. Vales. p.1433

Φιλονεικία & πρόληψις in veri agnitione plurimum obſunt, & difficulter evelluntur teſte *Orig.* contr. Cels. l. 1. p. 40.

Φιλοσώματος. De Cerintho Euſeb. l. 3. Hiſt. c. 28. φιλοσώματος ἦν καὶ πάνυ σαρκικός. p.1438

De *falſa Philoſophia* Laicus quidam Confeſſor in Synodo Nicæna 1. dixit, Chriſtum & Apoſtolos nobis non tradidiſſe διαλεκτικὴν τέχνην, οὐδὲ κενὴν ἀπάτην, ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην, πίστει καὶ καλοῖς ἔργοις φυλαττομένην. Socrat. l. 1. c. 8. p. 20. p.1439

Ad Religionem Chriſtianam Euſeb. l. 6. c. 19. pag.
p.1441 211. vocat ἔνθεον φιλοσοφίαν, quando de Ammonio dicit illum τὰ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραια καὶ ἀδιάπτωτα ad extremum uſque vitæ terminum retinuiſſe.

p.1463 Φραγελλόω. Flagellationis Judaicæ modum ex Buxtorfio deſcribit *Dilherr.* Elect. lib. 2. c. 18. pag. 172. 173.

Φρόνημα. Πολλῶν γὰρ γενομένων καὶ μεγαλοφρόνων, ὑδεὶς ὅς ὑκ ὑπερβληθεὶς τῷ φρονήματι ὑπὸ σῦ πέφευγε. Quamvis enim eſſent plures, iique qui de ſe magnifice ſentirent, nullus tamen fuit, qui non à te faſtu ſuperatus exceſſerit. *Plato* Alcib. 1. ab init. Quæ ſequuntur oſtendunt φρόνημα, *faſtum, inſolentiam, arrogantiam* ſignificare.

p.1465 *Epiph.* Φυλακτήρια fuiſſe putat πλατέα σήματα πορφύρας, purpureos clavos. lib. 1. de Hær. pag. 32. 33. Conf. in Ancor. p. 134.

Φυλακὴ, non *diurnas*, ſed *nocturnas* eſſe *cuſtodias* docet *Epiph.* hær. 42. p. 335.

p.1467 Φυλοκρινέω. Occurrit hæc Vox apud *Euſeb.* l. 8. c. 4. p. 295. Φυλοκρινεῖν καὶ διακαθαίρειν τὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἀναφερομένους, recenſere ac luſtrare eos, qui in exercitu merebant.

p.1469 Φύσις. Ἡ φύσις θείας ἐστὶ προστάξεως διάκονος, ὑκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτης. *Conſtant.* in Orat. ad S. Cœtum. p. 597.

p.1480 Cur Deus φῶς vocetur docet *Feſſel.* Adv. S. l. 7. c. 2. p. 135.

Deus Pater vocatur πρωτότυπον φῶς cujus Filius eſt ἀπαύγασμα. Vide Theod. lib. 1. H. E. c. 3. pag. 530.

Πρωτόκτιστον φῶς, Lux primigenia. Epiphan. hær. 76. p. 946.

p.1481 Φῶς προαιώνιον, æternum lumen. Euſeb. H. E. l. 1. c. 1. p. 5.

Cur Filius Dei *Lux* vocetur, docet pluribus *Feſſel.* Adv. S. l. 7. c. 2. p. 136. 137.

p.1488 Φωταγωγία. Εὐαγγελικὴ φωταγωγία, Doctrina Evangelii. Epiph. l. 1. de Hær. p. 51.

p.1495 Χαμαικοιτεία, humi cubatio. *Epiphan.* in Phyſiol. p. 219.

p.1496 Χαρακτήρ. Ex charactere de Libris Sacris judicabant veteres, & ſpurios ab illis hac nota diſcernebant: Ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ ἀποστολικὸν ἐναλλάττει χαρακτήρ. *Euſeb.* lib. 3. cap. 25. pag. 98. Item καθαρὸν τῆς Ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ὐκ ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. c. 38. p. 110.

p.1503 De Voce χαριτόω prolixe agit *Bynæus* de Natal. Chr. p. 54-59.

p.1512 Χειρόγραφον. Chirographum quod Chriſtus cruci affixit, carnem ipſius fuiſſe docet Theod. Tom. 4. pag. 186. hoc argumento, ἐν γὰρ τῷ σώματι πᾶς ἄνθρωπος, οἱονεί τινα γράμματα, πήγνυσι τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας.

Χειροθεσία. *Novati* Ordinationem Cornelius apud Euſeb. l. 6. cap. 43. vocat εἰκονικὴν καὶ ματαίαν χειροθεσίαν.

p.1514 De Χειροτονία multis agit *Selden.* l. 1. de Synedr. c. 14. p. 314. ſeq. Quomodo differant χειροτονία, χειροθεσία, καὶ ἔκτασις τῶν χειρῶν, docet *Goodwin* in Moſ. & Aar. l. I. c. 5. p. 47. 48.

p.1515 De *Impoſitione manuum* conſule *Sueur* Hiſt. ad An. 269. item ad A. 458. p. 467.

eand. Vocatur hæc μυστικωτέρα χειροτονία à Patribus Synodi Nicænæ II. apud Socrat. l. 1. c. 9. p. 28.

Χιλιονταετία. Occurrit hæc Vox apud Euſeb. l. 3. Hiſt. c. 28. p. 100. Ad p.1518

Χιλιονταετηρίς. Apud *Epiph.* hær. 77. p. 1031.

Χήρανδρος. De Eccleſia χριστῦ *Epiph.* in Serm. Teſt. Pſalm. ὐκέτι χήρανδρος ἀλλὰ θεάνδρος ἐξανθῦσα, non amplius vidua, ſed Dei ſponſa effloreſcis. p. 253.

Χερυβείμ. *Epiph.* Serm. in Sepulchr. Chr. p. 266. *Cherubim* vocat ἐξαπτέρυγας θεῦ ὑπουργύς. Τετράμορφα ζῶα. p. 296.

Sententiam hanc tenuit Methatius apud *Epiphan.* p.1520
hær. 64. p. 546.

Ἄρρηκτον χιτῶνα vocat Alexander. apud Theod. l. p.1526
1. c. 3. H. E.

Χοροστασία. Tripudium. *Epiphan.* in Serm. in Feſt. p.1528
Palm. p. 254.

Χρηστομάθεια. Λόγοι πλείστης χρηστομαθείας ἐμπλεῳ, Sermones utiliſſimæ eruditionis copia referti. p.1533
Euſeb. l. 6. c. 13. p. 215.

Χρίσμα. De *unctione* pluribus agit *Sueur* ad Ann. Chr. 267. 364.

Χριστεμπορία. Quando quis Chriſtum quæſtui ha- p.1536
bet. Theod. l. I. c. 3. p. 225. edit. *Parıs.*

Χριστιανὸς. οἱ τῆς τῦ σωτῆρος προσηγορίας τετυχηκό- p.1538
τες. Theod. l. 3. c. 11. p. 649.

Pulchram ſubnectit Chriſtiani deſcriptionem, quod ſit ἀνὴρ διὰ τῆς τῦ χριστῦ γνώσεως καὶ διδασκαλίας σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καρτερίᾳ τε βίῳ καὶ ἀρετῆς ἀνδρίᾳ, εὐσεβείας τε ὁμολογίᾳ ἑνὸς καὶ μόνῳ τῦ ἐπὶ πάντων θεῦ διαπρέπων. p. 16. in edit. Valeſ.

Ἡ χριστιανῶν προσηγορία πρῶτον αὐθέτι ὥσπερ ἀπ' εὐθαλῦς καὶ γονίμυ γῆς ἀναδίδοται. Euſeb. H. E. pag. 42.

Veritatem Religionis Chriſtianæ Origenes contra Celſum probat his argumentis. 1. Quia ipſius Profeſſores, μέχρι θανάτυ ἀγωνίζονται ὑπὲρ χριστιανισμῦ, pag. 21. 2. Quia Chriſtus non ut *tyrannus* alios ſecum à Legum obedientia ſubduxit, nec ut *latro* manum ſuorum armavit, nec ut *opulentus* largitionibus allexit, ſed ut *Doctor* divinus homines Deo conciliavit. p. 24.

Chriſtianorum nomen apud Euſeb. l. 5. c. 1. vo- p.1543
catur πάντιμος καὶ ἔνδοξος καὶ ζωοποιὸς προσηγορία. p. 160.

Χριστομαχέω. Occurrit hæc Vox in Epiſt. Alexan- p.1549
dri de Ario; ἅπαξ προθέμενοι χριστομαχεῖν παραχρῶνται καὶ τὰς φωνὰς τῦ Κυρίυ, κλ'. Soc. l. 1. c. 6. p. 12. edit. Val.

Χριστὸς. Triplex ipſius Officium Euſeb. H. E. l. 1. p.1550
c. 3. p. 12. ita exprimit, quod fuerit μόνος, ἀρχιερεὺς τῶν ὅλων, καὶ μόνος ἁπάσης τῆς κτίσεως βασιλεὺς, καὶ μόνος τῶν προφητῶν ἀρχιπροφήτης.

Πνεύματι χρίεται ὐχ ἡ ἀθάνατος φύσις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν μονογενές. Theod. Dial. I. p. 43. ex *Flaviano* Conf. Tom. 4. p. 279.

Χριστῦ ἐπιτυγχάνειν. Memorabilia ſunt *Ignatii* ver- p.1553
ba, quum Romam deduceretur vinctus. Nunc Chriſti diſcipulus eſſe incipio, μηδὲν με ζηλῶσαι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησῦ χριστῦ ἐπιτύχω. πῦρ καὶ σαυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν, ἀλεσμοὶ ὅλυ τῦ σώματος, κολάσεις τῦ Διαβόλυ εἰς ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησῦ χριστῦ ἐπιτύχω. Euſeb. l. 3. c. 36. p. 107.

Reges uncti pulchre vocantur εἰκονικοί τινες χριστοί. p.1555
Euſeb. l. I. H. E. c. 3. p. 12.

Χριστοφόρος· οἱ χριστοφόροι μάρτυρες, apud Euſeb. l. 8. p.1560
c. 10. p. 302.

Ad p.1562 Χρυσόστομος. Γένος ἦν τῶν εὐπατριδῶν, ἀγαθὸς τὸν βίον, λέγειν καὶ πείθειν δεινός. κλ'. Soz. l. 8. c. 2.

Θείως πολιτευόμενος, τὸν ἐκ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐνετίθει ζῆλον τοῖς ἀκροαταῖς. Ib.

Ἐπίσημος τοῖς μὲν εἰδόσι τῇ πείρᾳ τοῖς δὲ ἀγνοοῦσι, τῇ φήμῃ. Ib.

Ἐλεγκτικὸς τῇ φύσει καὶ κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐν δίκῃ ἀγανακτῶν. Id. c. 3.

Ἦν ἄνθρωπος διὰ ζῆλον σωφροσύνης πικρότερος, καὶ πλέον ἐκ νέας ἡλικίας θυμῷ, μᾶλλον ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο. καὶ διὰ τὴν ὀρθότητα βίου οὐκ ἀσφαλὴς πρὸς τὰ μέλλοντα. δι' ἁπλότητα δὲ εὐχερής. Ἐλευθεροστομίᾳ τε πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο. καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν ὠφελῆσαι τὰ τῶν ἀκουόντων ἤθη. Ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικὸς τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸν ἐνομίζετο. *Socrat.* l. 6. c. 3. p. 303.

p.1563 De *Chorepiſcopis* conſulatur *Sueur* in Hiſt. ad Ann. 341.

p.1574 Ψευδοπροφῆται. Pſeudoprophetas & Pſeudoapoſtolos ita deſcribit Euſeb. l. 4. c. 22. p. 143. ex Hegeſippo, οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ.

Ψοφοδεής. Ψοφοδεὴς καὶ δεισιδαιμονέστατος vocatur *Maxentius* apud Euſeb. l. 8. c. 14 p. 311. Ad p.1576

Ψυχή. Anima duplex eſt ζωτικὴ ſive φυτικὴ & λογικὴ quam νοῦν vocant. *Apolinarius* hominem ἐκ τριῶν συγκεῖσθαι dixit, ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς τῆς ζωτικῆς, καὶ αὖ πάλιν ἐκ τῆς λογικῆς. *Theodoretus* vero Dial. 2. p. 48. hanc ipſius ſententiam impugnat. p.1577

Μετεμψύχωσις aliter vocatur ὁ τῶν ψυχῶν μεταγγισμός, vide *Epiph.* de Hær. l. I. p. 13. ubi hanc transfuſionem animarum refutat. p.1587

Olim in Arabia erant, qui docuerunt Animas κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι, καὶ συνδιαφθείρεσθαι, αὖθις δὲ ποτὲ κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι. Vide Euſeb. l. 6. c. 37. p. 233. p.1589

Chriſtum non carnem ſolum, ſed etiam Animam rationalem habere contra Apolinarium probat Theodor. Dial. 2. p. 48.

Ὡσαννά. Vide *Dilherr.* lib. 7. Elect. cap. 20. pag. 299. ſeqq. p.1601

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Autorum tum Græcorum, tum Latinorum, quorum in hoc Theſauro frequenter fit mentio; addito etiam in plerisque loco & tempore impreſſionis.

A.

Abbo Floriacenſis.
Achilles Tatius.
Achmes.
Acta Concilii ſub Menna.
Synodi Nicænæ.
Paſſionis Martyr. Abdonis & Sennes.
Adelboldus.
Adhelmus.
Ægineta.
Ælianus, Tiguri Græco-Lat. apud Geſneros, in folio.
Ælius Spartianus.
Æmilius Probus.
Ænea Gazæi Theophraſtus, Græco-Lat. Tiguri apud Andream Geſnerum, anno 1560. in folio.
Æſchines.
Æſchylus.
Æſopus.
Aetius.
Agapeti capita admonitoria, Græco-Lat. Tiguri apud Andream Geſnerum, anno 1560. in folio.
Agatharchides.
Agathias.
Agellius, Coloniæ Agrippinæ, anno 1557. in octavo.
Agobardus.
Agylæus.
Albaspinæi obſervationum libri, Pariſiis anno 1631. in folio.
Alciatus.
Alcimus Avitus.
Alcuinus Monachus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Aphrodiſæus.
Alexander Halenſis.
Alexander Monachus.
Alexii Ariſtini Synopſis Canonum, Græco-Lat, Pariſiis, anno 1661. in folio.
L. Allatii de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis conſenſione libri tres: ejusdem Diſſertationes de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum, & de Miſſa Præſanctificatorum, Coloniæ Agrippinæ, anno 1648. in quarto.
- ejusdem diſſertationes de libris & rebus Eccleſiaſticis Græcorum. Pariſiis, anno 1646. in quarto.
- idem de Templis Græcorum recentioribus, & de Narthæce Eccleſiæ veteris. Colon. Agrippinæ, anno 1645. in octavo.
Amalarius.
Amama Sixtinus.
Ambroſius.
Ambroſius Camaldulenſis.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Amœnus.
Amphilochii, Epiſcopi Iconii, oratio de occurſu Domini, de Deipara, & de Simeone: tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Græco-Lat. Pariſ. anno 1644. in folio.
Anacreon.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
- Cæſarienſis.
- Monachus.
- Sinaita.
- Theopolit. Patriarcha.
Andreas Cæſarienſis.
Andreas Cretenſis.
Andreæ Jeroſolymitani Sermo in ſalutationem Angelicam, Græco-Lat. Baſileæ, anno 1550. in folio.
Andronicus.
Anonymus in Pſalmos.
Anſegiſus.
Antiochus Monachus.
Anthologia.
Apollinarius.
Apollodorus.
Apollonius Rhodius.
Apoſtolii Proverbia Græco-Lat. Lugduni Batavorum, anno 1653. in fol.
Appiani hiſtoria. Græco-Lat. anno 1670. in octavo.
Apulejus.
Aquila.
Arator.
Archias.
Archiepiſcopus Leucadis.
Aretæ commentarius in Apocalypſ. Græcè, Veronæ anno 1532. in fol.
Aretæus.
Argyropylus.
Ariſteas de 70. Interpret. ad Philocratem, Græco-Lat. in folio: tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Pariſiis anno 1644.
Ariſtides.
Ariſtinus. Vide Alexii Ariſtini.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arnoldus, Abbas Bonævallis.
Arnulphus Lexovienſis.
Arrianus.
Arſenius.
Artemidorus.
Aſceticorum ſcriptor.
Aſterii, Amaſeæ Epiſcopi, homiliæ quinque Græco-Lat. in fol. tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Pariſiis anno 1644.
Athanaſii opera omnia, Græco-Lat. duobus tomis diſtincta, & in folio Pariſiis impreſſa, anno 1627.
Athenæus.
Athenagoræ legatio pro Chriſtianis: ejusdem de reſurrectione mortuorum. Græco-Lat. in folio Tiguri apud Andr. Geſnerum, anno 1559.
Auctor ad Interrogationes orthodoxorum.
- libri de cardinalibus Chriſti operibus.
- quæſtionum Athanaſio adſcriptarum
- reſutationis actorum Nicænorum.
- vitæ Theclæ.
Auguſtini opera.
Auguſtinus Steuchus.
Avicenna.
Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus.
Auſonius.

B.

Balæus.
Baldricus.
Baldus Bernhardinus.
Balforeus.
Balſamonis commentarii in Canones Apoſtolorum, Conciliorum generalium & provincialium, in Patrum epiſtolas Canonicas, & Photii Nomocan. Græco-Lat. Pariſiis in folio, anno 1620.
Barlaam.
Barnabas.
Baronius.
Barthius.
Baſilica.
Baſilius Cæſarienſis, aliàs Magnus, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1618.
Baſilii Seleucienſis opera, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1622.
Becanus.
Becmannus de originibus Lat. linguæ, anno 1629. in octavo.
Beda.
Bellarminus.
Benno.
Bernhardinus Franciſcus.
Bernhardus.
Berno abbas Augienſis.
Beroſus.
Beurerus.

Biblio-

Digitized by Google

Index Autorum.

Beza.
Bibliotheca Canonicę tomi duo, Gręco-Lat Pariſiis in folio, anno 1661.
Biel Gabriel.
Bignoninus.
Billius.
Blaſtarius Matth.
Blondellus.
Bochartus.
Bodinus.
Boëchius.
Boiſius Johan. Anglus, Londini anno 1655. in octavo.
Bonaventura.
Bovius Joh. Carolus.
Breviarium Concilii Hipponenſis.
Breviarium Græcorum.
Brightmannus Thomas.
Briſſonius, Lugduni anno 1559. in fol.
Britannicus.
Brixianus.
Brixius Germ.
Brodæus.
Brouchthonus Hugo.
Budæus.
Bullingerus.
Burchardus.
Buxtorfius.
Jonas le Buy.

C.

Cæſar.
Cæſarii quæſtiones Theolog. & Philoſoph. in quarto, Auguſtæ Vindelicorum, anno 1616.
Cajetanus.
Q. Calaber.
Callimachus.
Calpurnius.
Calvinus.
Camerarius.
Camero.
Caninius.
Caniſius.
Canones Apoſtolorum & Conciliorum, Græco-Lat. in folio, Tiguri apud Andr. Geſner. anno 1559.
Cantacuzenus.
Capacius.
Capellus.
Capitolinus.
Capnio.
Carolus Paulus.
Carrio.
Caſaubonus.
Caſſandri Liturgica.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Caſtellio.
Catena in Pentateuchum. M. S.
Catena in Jobum, Græco-Lat. in fol. Londini, anno 1637.
Catena in Johannem, Græco-Lat. in fol. Antverpiæ, anno 1630.
Catena in Pſalmos.
Catullus.
Cedreni Annales, Græco-Lat. in fol. Baſileæ, anno 1566.
Centuriatores Magdeburgenſes.
de la Cerda.
Chariſius.
Chemnitius Martinus.
Chriſtianus.
Chriſtophorſonus.
Chronicon Alexandrinum.
Chryſippus Jeroſol. Presbyter.
Chryſologus.
Chryſoſtomi opera omnia in tomos octo diſtributa, Græcè in folio, Etonæ, anno 1612.
Chytræus.
Ciaconius.
Cicero.
Cidonius. Vide Cydonius.
Cinnamus Joh.
Claudianus.
Clementis Alexandrini opera, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1641.
Clementis Conſtitutiones.
Cluverius.
Cocus Robertus.
Codex Theodoſianus.
Codinus de originibus Conſtantinopol. Græcè M. S.
Columbanus.
Columella.
Comes Natalis.
Commentarius in Canticum, tomo 3. Bibliothecæ Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Comnena Anna.
Comneni Alexii conſtitutiones.
Comneni Manuelis conſtitutiones.
Comnenus Iſaacus.
Conſtantini Cabaſilæ quæſita ad Joh. Epiſcop. Citri, M. S.
Conſtantinus Manaſſes.
Conſtitut. Apoſtolorum. Vide Zonar.
Conſtitut. Eccleſiaſtic. collectio per Balſamonem, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1661.
Corderius.
Coreſſius Georg.
Corippus.
Cornarius.
Corona precioſa.
Cotterius.
Cragius Nicolaus.
Creygthon in hiſtoriam Concilii Florentini, Hagæ Comitis, anno 1660 in folio.
Criſconius.
Critopuli Confeſſio Eccleſiæ Orientalis Græco-Lat. in quarto, Helmſtadii, anno 1661.
Crojus.
Cruſius
Cujacius.
Cunæus.
Curopalates Johannes.
Curtius.
Cydonii oratio de contemnenda morte, Græco-Lat. in folio, Tiguri, anno 1559.
Cyprianus.
Cyrilli Alexandrini operum Græco-Lat. tomi 6. Pariſiis in folio, anno 1638.
Cyrilli Jeroſolym. Catecheſes, Græcè, in octavo. Pariſ. anno 1564.
Ejusd. oratio de occurſu Domini & Simeone, in tomo 13. Biblioth. Patrum, in folio, Græco-Lat. Pariſiis, anno 1644.
Cyrillus Scythopolitanus.

D.

Dallæus Johannes.
Damasceni dialogus contra Manichæos Græco-Lat. in octavo, Baſileæ, anno 1578.
ejusdem libri 4. de orthodoxa fide, Græco-Lat. in folio, Baſileæ, anno 1548.
Damascenus hypodiaconus Theſſalonicenſis.
Damianus Petrus.
Danæus Lambertus.
Debuius Reinold.
Demetrius Chomatenus.
Cyzicenus.
Democritus.
Demoſthenes.
Deuſingius Ant.
Diaconus.
Didymus.
de Dieu.
Dieuſius.
Dilherrus Joh. Michaël.
Dio Caſſius.
Dio Chryſoſtomus.
Diodorus Siculus.
Diodorus Tarſenſis.
Dionyſii Alexandrini epiſtola adverſus Paulum Samoſatenſem, tomo 12. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Dionyſii Areopagitæ opera, cum paraphraſi Pachymeræ, & S. Maximi ſcholiis, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Dionyſii Exigui codex Canonum Eccleſiaſticorum, Latinè, in folio, Pariſiis, anno 1661.
Dionyſii Halicarnaſſei opera, Græco-Lat. in folio, Francofurti an. 1586.
Dionyſius Periegetes.
Dioſcorides.
Donatus.
Dorothei Archimandritæ doctrinæ, tomo 12. Bibliothecæ Patrum, in folio, Græco-Lat. Pariſiis, anno 1644.
Dracontius.
Druſius.
Druthmarus Chriſtianus.
Ducæus Fronto.
Dunæus.
Duportus.
Durandus.
Duſſeldorpius Franc.

E.

Eliæ Cretenſis reſponſiones ad Dionyſium Monachum. MS.

idem

Index Autorum.

idem in Orat. Nazianzeni, in fol. Pariſiis, anno 1630.
Eligius.
Ennius.
Ennodius.
Epheſinæ Synodi acta, Græcè in folio, apud Commelinum, anno 1591.
Ephræmius Syrus in Bibliotheca Photii, Græco-Lat. in folio, Rothomagi, anno 1653.
Epictetus.
Epiphanii opera, Græcè, in folio. Baſileæ, anno 1543.
Eratoſthenes.
Erotianus.
Erpenius.
Etherianus Hugo.
Etymologici M. auctor.
Evagrii hiſtoria Eccleſiaſtica, Græcè, Pariſiis, in folio, anno 1544.
Eucherius.
Euchologium, Græcè, Venetiis, in octavo, anno 1648.
Eudemus.
Eulogius.
Eunapius.
Euripides.
Euſebii Pamphili hiſtoria Eccleſiaſt. ejusdem pręparatio & demonſtratio Evangelica, Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1544.
ejusdem Chronicon Græcum, in folio, Amſtelodami, anno 1658.
Euſtathius.
Euſtathius Antèceſſor.
Euthalius Diaconus.
Euthymius.
Eutropius.
Ezechiel Tragicus.

F.

Faber Petrus.
Faber Stapulenſis.
Fabrotus ad Balſamonem, in folio, Pariſiis, anno 1661.
Facundus Epiſcopus.
Fagius.
Faſti Idaciani.
Faſti Capitolini.
de Faulx Remaclus.
Ferrandus Fulgent.
Ferus Joh.
Feſſelii adverſaria ſacra, in quarto, Wittebergæ, anno 1650. & 1658.
Feſtus.
Fileſacus.
Firmicus Julius.
Flodoardus.
Florentini Concilii hiſtoria, Græco-Lat. in folio, Hagæ Comitis, anno 1660.
Forbeſius Johannes.
Fornetius Rodolfus.
Fracaſtorius Hier.
Francus Franciſcus.
Früchlinus.
Frontinus Julius.
Fulbertus.
Fulgentius.
Fulgentius Manciodes.
Fulleri miſcellanea ſacra, in octavo, Heidelbergæ, anno 1618.
Fungeri Etymolog. trilingue in quarto, Lugduni, anno 1607.

G.

Gabriel Philadelphiæ Metropolita.
Gabriel Corinthius.
Galenus.
Gallus Confeſſor.
Gaſſendus.
Gatakeri Cinnus, in quarto, Londini, anno 1651.
ejusdem de novi Inſtrumenti ſtylo diſſertatio, in quarto, Londini, anno 1648.
ejusdem Notæ in Antoninum, in quarto, Cantabrigiæ, anno 1652.
ejusdem Adverſaria miſcellanea, in folio, Londini, anno 1659.
Gaudentius.
Gaza.
Gazæus Joh.
Gelaſii Cyziceni commentarius actorum Concilii Nicæni I. Græco-Lat. in octavo, Pariſiis, anno 1599.
Gellius. Vide Agellius.
Genebrardus.
Gennadius.
Gentilis Scipio.
Georgius Acropolita.
Georgius Alexandrinus.
Gerbertus.
Germanicus.
Germanus Conſtantinop. Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1560.
Gerſon Joh.
Geſnerus.
Gildorpius.
Gloſſaria varia, in folio, Lugduni Batavorum, anno 1600.
Glycas.
Gobarus Stephanus.
Goclenius.
Gomarus.
Gothofredi exercitationes ſacræ, in octavo, Genevæ, anno 1649.
ejusdem diſſertationes in Philoſtorgium, in quarto, Genevæ, anno 1643.
Gothofredus Viterbienſis.
Gratianus.
Gregentii diſputatio cum Judæo, in Biblioth. Patrum tomo 12. Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1644.
Gregorius Magnus.
Gregorii Nazianzeni opera Græco-Lat. duobus tomis diſtincta, in folio, Pariſiis, anno 1630.
Gregorii Neo-Cæſar. aliàs Thaumaturgi opera, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1622.
Gregorii Nyſſeni opera, Græco-Lat. in tres domos diſtributa, in folio, Pariſiis, anno 1638.
Gregorius Presbyter.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Metropolita Corinthi.
Gretſerus.
Grotius Hugo.
Gruterus Janus.
Gualtherus Tarvanenſis.
Gualtherus Rodolphus.
Guietus.
Gyraldus Lilius.

H.

Hadrianus.
Hardingus.
Harmenopulus de ſectis, & de fide orthodoxa, Græco-Lat. in octavo, Baſileæ, anno 1578.
Haymo.
Hegeſippus.
Heideggerus.
Heinſius Daniel.
Heliodorus.
Hemingius.
Hephæſtio.
Heriveus, Archiepiſc. Remenſis.
Hermogenes.
Herodianus.
Herodotus.
Hervetus Gentianus.
Heſiodus.
Heſychius Lexicographus.
Heſychii Presbyteri ſermo ad Theodulum, tomo 12. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Hierocles.
Hieronymus.
Hilarius.
Hildebertus.
Himerius.
Hincmarus.
Hippocrates.
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores, Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1544.
Homerus.
Horatius.
Hornbeckius.
Horologium Græcorum.
Horus.
Hoſpinianus.
Hottingerus.
Huetius.
Hydatius.

I.

Jamblichus.
Janſenius.
Ignatii epiſtolæ, Græco-Lat. in quarto, Genevæ, anno 1623.
Ignatius Diaconus.
Illyricus Flaccus.
Interpres Arabs.
Interpretes Græci, vulgò 70. dicti.
Interpres Græcus Vulg.
- Latinus Vulg.
- Syrus.
- Tigurinus.
Jobius, in Biblioth. Photii, Græco-Lat. in fol. Rothomagi, anno 1653.
Johannes Antiochenus.
- Cinamus.
- Epiſcopus Citri.

Digitized by Google

πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν οἷοί τε, μὴ τῷ γραμματιστῇ πεπιστευκότα, ὅτι τοιῶσδε χρὴ τὸ πρῶτον ὀνομάζειν, καὶ τοιῶσδε τὸ δεύτερον, καὶ τ' ἄλλα ὡσαύτως; ὁ γὰρ δὴ εὐθὺς ἀπιστεῖ φάσκων, μὴ χρῆναι ἄλφα τὸ πρῶτον προσαγορεύσαι, ἀλλ' ἕτερον αὐτῷ ὄνομα ἐπιθεῖναι, οὐκ ἂν μάθοι τ' ἀληθὲς, ἀλλ' ἀνάγκη περιπλανᾶσθαι, καὶ τὸ ψεῦδος ὑπολαμβάνειν ἀλήθειαν; ὁ δὲ πιστεύσας τῷ διδασκάλῳ, κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους τὰ μαθήματα δέξαιτο, ἕψεται ὅτι τάχιστα τῇ πίστει ἡ γνῶσις.

Plutarch. Πολιτικὰ παραγγέλματα; ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ χειροήθη καὶ πρᾶον ἑκουσίως οὐδὲν ἀλλ' ἡ πίστις εὐνοίας καὶ καλοκἀγαθίας δόξα καὶ δικαιοσύνης παρίστησιν; τοῦτο γὰρ μάλιστα τῆς πίστεως τῆς ψυχῆς τὸ μέρος ᾧ πιστεύομεν ἁλώσιμόν ἐστι.

Ad Quæ *fidei præcipua* ſint *capita* recenſet *Epiph.*
p. 725. hæreſ. 31. p. 202. Idem hær. 76. p. 932. doctrinam fidei ſimilem ſemper manere docet. Hanc hæreſ. 77. p. 1008. vocat ἀπερίεργον, καὶ ἑδραίαν, καὶ ἀμεταποίητον, καὶ δικαιοτάτην ἐν πᾶσιν.

Fidem pulchre deſcribit. t. 2. p. 304.

p. 729. Ἐν πίστει οὐκέτι ψεῦδος. οὐ γὰρ ψεύδεται, ἡ πίστις. *Epiph.* hær. 42. p. 340.

p. 745. Πλάνη, πλανάω, πλανάομαι. Τὸ πεπλανημένον σοβαρὸν ἀεὶ καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Τυφλὸν γὰρ ἡ κακία, καὶ ἀσύνετον ἡ πλάνη. *Epiph.* l. 1. de hær. p. 41.

Ἡ πλάνη κατ' αὐτὴν μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ γυμνωθεῖσα γένηται κατάφωρος. Πιθανῷ δὲ περιβλήματι πανούργως κοσμουμένη, καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀληθεστέραν ἑαυτὴν παρέχει διὰ τῆς ἔξωθεν φαντασίας τοῖς ἀπειροτέροις. Id. Hæreſ. 31. p. 173. Simile addit de *vitro* Smaragdum mentiente.

Πᾶσα πλάνη ἔχει πρῶτον τὴν τύφλωσιν, ἔπειτα τὴν κενοφωνίαν. *Epiph.* Hæreſ. 53. p. 461.

p. 753. Πληρόω, συμπληρόω. Sæpe cum impleri dicuntur anni aut dies, non id intelligitur de impletione dierum anni, aut horarum diei, ſed numeri ipſorum annorum vel diei. Ut Luc. 2, 21. 9, 51. Vide *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 3. c. 1. p. 192. 193.

p. 755. Πλειστοποτάμιστος χώρα, Regio fluviis abundans. In vita *Epiphan.* p. 333.

p. 761. Ἀδικίας ἐφόδιον τοῦ πλούτου τὰ ῥεύματα. Theod. Serm. 6. de Provid. p. 378.

p. 764. Πνεῦμα, de vario hujus vocis in SS. uſu multis agit *Bynæus* de Nat. Chriſti. p. 126.

De Spiritu omni recte dicit *Epiphan.* in *Ancor* p. 51. Πνεῦμα φύσιν οὐχ ὑφίσταται, οὐ τομὴν, οὐ συστολὴν, οὐ μείωσιν, οὐχ ἅπλωσιν (expanſionem) οὔτε τι τῶν τοιούτων.

De Spiritu S. notatu digna ſunt Epiphanii verba in Ancor. p. 78. §. 73. Τὸ πνεῦμα ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ μόνος ὁδηγὸς ἀληθείας, νόμων ἐξηγητὴς ἁγίων, πνευματικοῦ νόμου ὑφηγητὴς, προφητῶν καθηγητὴς, Ἀποστόλων διδάσκαλος, εὐαγγελικῶν δογμάτων φωστὴρ, ἁγίων ἐκλογεὺς, φῶς τὸ ἀληθινὸν ἐξ ἀληθινοῦ φωτός.

p. 769. *Spiritum* S. pulchre deſcribit *Epiph.* hær. 74. pag. 898. Conf. Ancorat. pag. 11. Deitatem Spiritus demonſtrat Theod Hæret. fab. lib. 5. cap. 3. p. 257.

p. 774. Διακονικὸν καὶ τρίτον τῇ τάξει, καὶ τῇ τιμῇ, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἀλλοῖον τὸ Πνεῦμα ἰσχυρίζοντο. Soz. l. 6. c. 22.

p. 787. Ποιεῖν ut Latinorum facere ſæpius pro ſacrificare ſumi, docet *Feſſel.* Adv. Sacr. lib. 4. c. 2. p. 303.

Ποιεῖν Platoni libr. 11. de legibus eſt adoptare, & υἱὸς ποιητὸς eſt filius adoptivus. ὃν μὲν ἑτέρῳ ποιεῖσθαι διδῷ, quem (pater) alii adoptandum dederit: Παῖς μὴ ἐπί τινι κλήρῳ πεποιημένος, filius ad aliquam hæreditatem non vocatus ſeu adoptatus. Cum hac ſignificatione non ſolum apud Platonem, ſed etiam apud alios ſcriptores Græcos frequenter occurrit.

Ἔνθεος πολιτεία. Euſeb. l. 4. c. 7. p. 121. Ad

Ἀποστολικὴ πολιτεία. Soz. l. 2. c. 14. p. 462. p. 797.

Ἡ κατὰ νόμους πολιτεία, vivendi ratio legibus ibid. conſentiens vocatur gentiliſmus à Porphyrio apud Euſeb. l. 6. c. 19. p. 220. hinc paulo poſt vocat Ἑλληνικὸν τρόπον.

Πολυγαμία. Polygamiam fuiſſe licitam ἵνα αὐξηθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, aſſerit Theod. Tom. 4. pag. 307. p. 801.

Πολύτλητος. πολύτλητος ἀνδρεία vocatur Martyrum conſtantia, in perferendis multiplicibus tormentis. Euſeb. l. 5. p. 154. p. 804.

Lucæ verba ita explicat *Epiphan.* hær. 42. p. 336. Κριτὴν λέγει τὸν Δημιουργὸν, πράκτορα δὲ ἕκαστον τῶν αὐτοῦ Ἀγγέλων, μέλλοντα ἀπαιτεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς τὰ πεπραγμένα. p. 820.

Πρεσβεύω. Τὸν θεῖον πρεσβεύειν λόγον, verbum Dei prædicare. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. c. 1. p. 3. p. 824.

Πρεσβύτερος. Quinam inter Judæos fuerint *Seniores*, quæ eorum *autoritas*, quod officium multis docet *Grot.* in c. 15. Matth. p. 152. 153. Item pag. 164. p. 825.

Tarbula Symeonis Soror una cum famula *ſerra bifariam ſecta* patibulo ſuffixa fuit. Soz. lib. 2. cap. 12. p. 460. p. 833.

Προαρραβωνίζομαι. Occurrit hæc vox apud eund. Euſeb. de vita Conſt. l. 1. p. 407. quando pulcre ita ſcribit: θεὸς ὁ κοινὸς τῶν ὅλων Σωτὴρ μείζονα ἢ κατὰ θνητοὺς λογισμοὺς τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς ἀγαθὰ παρ' ἑαυτῷ ταμιευσάμενος, τὰ πρωτόλεια τῶν ἐπάθλων ἐνθένδε προαρραβωνίζεται primitias futurorum præmiorum in anteceſſum quaſi pignus dat in hoc ſeculo &c.

Πρόγνωσις. Etiam hominibus futurorum præſciis tribuitur. Sic Soz. l. 1. c. 13. p. 421. dicit *Antonium* fuiſſe ἔμπλεων τῆς θείας προγνώσεως. Ubi porro monet in hoc veram felicitatem non conſiſtere, ſed ἐν τῷ σέβειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῦ φυλάττειν. Addit S. Antonium hac de cauſa eum qui futura prævidere cupit hortatum eſſe, ut animam ſuam purget τοῦτο γὰρ δύνασθαι διορατικὴν τὴν ψυχὴν ποιεῖν, καὶ τῶν ἐσομένων ἐπιστήμονα, τοῦ θεοῦ τὸ μέλλον προαναφαίνοντος. Idem teſtatur *Pachomium* futura prævidiſſe. l. 3. c. 14. p. 518. p. 837.

Πρόγονος. Χρὴ εἰδέναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ ταύτης θνητόν τε καὶ διαρρέον καὶ τὸν πρόγονον χοῦν (avitum pulverem ex quo orti ſumus) ἐξ οὗ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν ἀναρρέομεν. Theod. l. 5. H.E. c. 17. p. 726. 727. p. 839.

Πρόληψις & φιλονεικία in Veri inquiſitione maxime nocent & difficulter ſanantur. Vide Orig. contr. Celſ. l. 1. p. 40. p. 843.

Ἀνέφικτος τῶν θείων πηδαλίων ὁ λόγος, Incomprehenſibilis èſt divinæ Gubernationis ratio. Theod. Tom. 4. p. 277. p. 844.

Epiph. hær. 64. p. 544. dicit Deum habere τὴν παντελικὴν καὶ γενετικὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν ab ipſo τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος omnium dependere, & veluti navigium quoddam, τῷ τῆς σοφίας οἴακι ἀκλινῶς τὸ πᾶν διευθύνειν. p. 844.

De *Providentia* conſule Theod. Serm. 10. Tom. 4. p. 275. Decem Sermonibus hanc materiam præclare tractat Tom. 4. inde à pag. 319-439. Inter alia hoc format Serm. 2. pag. 337. argumentum: Τί γὰρ

καὶ

καὶ πεποίηκε τούτων ἐπιμελεῖσθαι μὴ θέλων; τίνος δὲ χάριν οὐ κήδεται; ὡς δυνάμενος μὲν, οὐ βουλόμενος δέ; ἢ βούλεται μὲν οὐ δύναται δὲ κλ'.

Ad p. 847. Alia proprietas eſt quod ſit παναγαθὸς καὶ φιλανθρωποτάτη ἡ τῶν ὅλων πρόνοια, optima & clementiſſima. Euſeb. p. 51.

Τίς ἀξίως θαυμάσει τὸ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας τὸ ἀγαθὸν, τὸ δυνατὸν, τὸ ἐν ἀπόροις εὔπορον. τὸ ἐν ἀμηχάνοις εὐμήχανον, τὴν μεγαλουργίαν, τὴν εὐπορίαν. Theod. Serm. I. de Provid. Tom. 4. p. 331.

eand. Epicurus ἀπρονοησίαν τῷ κόσμῳ εἰσηγήσατο. Vide Epiph. lib. I. de Hæres. p. 14. 15.

p. 852. De *Proſeuchis* agit pluribus *Vales.* in not. ad Euſeb. p. 28.

p. 853. Προσήλυτος. De *Proſelytis* vide *Goodwinum* lib. I. cap. 3.

p. 857. De προσκυνήσει conſule *Grot.* in Matth. pag 17.

p. 859. Baſilius M. maſcule *Modeſto* Valentis præfecto reſpondit, κτίσμα ὢν, οὐκ ἀνέξομαι τὸν ὁμοίως προσκυνῶν ἢ θεὸν ὁμολογῶν. Sozom. lib. 6. c. 16. pag. 658.

Πᾶν τὸ κτιστὸν οὐ προσκυνητόν. Epiph. hær. 64. p. 532.

p. 864. Προσφορὰς ἑτέρας ὑπὲρ τὰς ἐν νόμῳ προσενέγκαι τῷ θεῷ ἐπέτρεψεν ὁ χριστός, τουτέστιν, Εὐσεβείας, καὶ ἀγαθότητος, ἁγνείας τε καὶ πολιτείας. *Epiph.* hær. 66. pag. 670.

p. 868. Τεκμηριοῖ πολλάκις τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν τῶν προσώπων ἡ θέσις, κλ'. Theod. Orat. 8. de Provid. p. 414.

eand. Voce πρόσωπον ad diſtinguendum Patrem à Filio & utrumque à Spiritu S. etiam utitur *Epiph.* hær. 48. p. 414.

p. 870 Προφητεία. Aliam eſſe διὰ τύπου ſive πραγμάτων, & aliam διὰ λόγου ſive ῥημάτων multorum teſtimoniis probat *Grotius* in Matth. p. 11.

Τὸ περὶ μελλόντων ἀληθὲς τοῖς ἐκβάσεσι κρίνεται. Orig. lib. 2. Contr. Celſ. p. 72.

Demonſtrationem propheticam ἰσχυροτάτην vocat ἀπόδειξιν. p. 79.

p. 871. Οἱ προφῆται τὰ εἰς χριστὸν τετυπωμένα προανεφώνησαν. *Epiphan.* hær. 40. pag. 301. Hinc hæres. 42.

872. pag. 332. pulchre eos vocat προσημαντὰς τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας.

Ὁ προφήτης μετὰ καταστάσεως λογισμῶν καὶ παρακολουθήσεως ἐλάλει, καὶ ἐφθέγγετο ἐκ πνεύματος ἁγίου, τὰ πάντα ἐῤῥωμένως λέγων. *Epiphan.* hær. 48. pag. 404.

Apud Ægyptios ſummus Sacerdos, qui reliquis Sacerdotibus & Paſtophoris præeſſet, & templorum reditus cæteris diſtribueret, dictus eſt *Propheta.* Vide *Vales.* in not. ad Euſeb. p. 63.

p. 869. Πρωτευαγγέλιον. Ipſam vocem quamvis claram & per ſe intelligibilem & Græcam inter Græcos veteres nondum inveni; notat. *A.* Primum Evangelium à Deo ipſo pronuntiatum in Paradiſo, quod habemus Genes. III. 15. *B.* Hoc etiam nomine venit aliquis b. Jacobi Apoſtoli liber Apocryphus, illius qui filius Joſephi & frater Domini dicitur, agit de Nativitate & rebus Mariæ, inter Orthodoxographa Monumenta Patrum. Bellarminus tamen de Script. Eccl. p. 32. *ab Eccleſia nunquam receptum* teſtatur, & Alſtedius 600. pene annis hujus & Liturgiæ Jacobi à Chriſtianis mentionem non factam Hornbek. Miſcell. Poſtum. I. 3132. Heideg. Enchirid. Biblian-drum illum librum ediſiſſe Bezam multosque doctos offendebat, ut ipſe ſuâ ad Bullingerum Epiſtola teſtis eſt.

Epiph. Serm. in Sep. Chr. Adamum vocat πρωτόκτιστον, καὶ πρωτόπλαστον, καὶ πρωτόθυτον. pag. 273. Ad p. 874.

Πρωτομάρτυς. Sic de ipſo Euſeb. H. E. pag. 38. πρῶτος τὸ αὐτῷ φερώνυμον τῶν ἀξιονίκων τοῦ χριστοῦ μαρτύρων ἀποφέρεται στέφανον. p. 875.

Eccleſia Chriſti vocatur ἡ τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησία apud Soz. l. 2. c. 30. p. 49. p. 883.

Πρωτότυπος. Πρωτότυποι γραφαὶ vocantur ab Euſeb. l. 6. C. 16. contextus S. libri V. T. ſermone Hebræo conſcripti.

Πτεροκοπῶ. Alis exuo. *Epiph.* Serm. de Aſſumt. p. 2 8. p. 884.

Πτερύγιον templi quid fuerit ex Spanhemio docet *Walæus* in Matth. p. 30. Vid. Pol. Synops. in Matth. p. 100. p. 886.

Πτωχοὶ εἰσὶ ταπεινοφρονοῦντες. *Epiphan. hær.* 66. p. 701. p. [illegible].

Πτωχοτροφεῖον. Talia olim ab Eccleſiarum Antiſtitibus excitata, ut mutilatis & imbecillis ad victum neceſſaria ſuppeditentur. *Epiphan.* hær. 75. pag. 905. p. 889.

Πῦρ. In monte Ætna ὡς ἀπὸ πηγῆς ἀναδιδόμενον αὐτόματον παμφλάζει πῦρ. Sozom. lib. 2. cap. 24.

Ῥακά. De hac voce agit *Dilherr.* Elect. l. 2. c. 20. p. 298. *Walæus* in Matth. p. 45. p. 900.

Ῥαπίζω. De hac voce conſule Caſaubonum ap. Bald. *Walæum* p. 54.

Ῥέγιον. Ῥήγιον. Ignatius Ep. ad Philippenſes p. 46. 146. edit. Vedelian. ἀπέστειλα ὑμῖν ταῦτά μου τὰ γράμματα διὰ εὐφρανίου τοῦ ἀναγνώστου ἀνδρὸς Θεοτιμήτου καὶ πιστοτάτου, συντυχὼν περὶ Ῥήγιον ἀναγομένῳ ἐν πλοίῳ. Tranſmiſi vobis literas meas per Euphranium, Lectorem, Virum à Deo honoratum, & fidum fortè nactus eum circa Regionem, cum jam navem aſcenſurus eſſet. Quæ Vedelius ſuppoſititia eſſe coarguit, hac ratione: quod nemo dixerit, quid ſibi vox Ῥηγίονες velit, conjecturam enim eſſe, quod quidam loci nomen eſſe putent. Si reliqua omnia pro ſinceritate Ignatianæ Epiſtolæ in ſalvo eſſent, hæc vox mihi negotium non faceſſeret, potuit utique Rhegium Julium, extremus adverſus Siculos portus fuiſſe. Unius literulæ immutatio nihil impedit. Scripſit ad Philippenſes, vult ut Orationes fiant pro Antiochenſibus, unde vinctus Romam trahebatur: Rhegium in via, uti vincto Paulo perinde Κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον. Actor. XXVIII. 13. p. 902.

Roma vocatur ἡ μεγαλόπολις. in Orat. Conſtantini ad SS. Cœtum p. 598. p. 913.

Σαβαώθ. Hoc nomen non eſſe proprium ὄνομα, ſed ὄνομα δοξολογίας τοῦ θεότητος, exiſtimat *Epiphan.* l. 1. de Hæres. Tom. 2. Hær. 26. p. 92. δύναμιν θεοῦ ὑπερφαίνων. p. 915.

Expreſſe dicit Euſeb. l. I. H. E. c. 4. pag. 16. de Fidelibus ante Abrahamum & Moſen, quod neque σώματος περιτομὴ, neque Σαββάτων ἐπιτήρησις ipſis curæ fuerit. p. 917.

Epiph. hær. 30. p. 159. Chriſtum vocat μέγα Σάββατον, καὶ ἀΐδιον. p. 919. 920.

Σάββατον δευτερόπρωτον quid fuerit lepide explicat *Epiph.* hæres. 51. p. 452. 453.

De Sabbato pluribus agit *Epiphan.* hær. 66. pag. 702

Digitized by Google

702-705. Inter alia dicit licuiſſe Sabbatum λύειν ἐπὶ ἀγαθοεργίᾳ, id quod exemplo Joſuæ probat totos ſeptem dies Hierichuntis mœnia circumeuntis. *Item* cum nemo operatus fuiſſet, μόνον τὸ θυσιαστήριον οὐκ ἤργει. *Porro* Deum Sabbatum dediſſe ἵνα ὁ ἄνθρωπος γινώσκῃ τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τ̀ μελλόντων τὴν ἀνάπαυλαν. ἀντίτυπα γὰρ εἶναι ταῦτα τ̀ ἐπουρανίων. *Tandem* abrogato illo Sabbato δέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος τὸ μέγα Σάββατον, ὅπερ ἐστὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, ἡ ἀνάπαυσις ἡμῶν, καὶ ὁ Σαββατισμός.

De Sabbati abrogatione ἀξιομνημόνευτα ſunt verba *Epiph.* Hær.30. p. 159.

Ad Σαδδουκαῖος. De horum Origine & dogmatibus
p. 922. conſule Poli Synops. in Matth. p. 82.

p. 925. Σάλπιγξ. Σάλπιγγες ἦσαν οἱ προφῆται. Σάλπιγξ δὲ μεγάλη ἡ ἁγία φωνὴ τοῦ Κυρίου ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. *Epiph.* hær. 51. p. 454.

p. 930. Σανδάλιον. Quid fuerint *Sandalia* docet *Dillherr* in Elect. lib.2. c.16. p.259.

p. 934. Σαρκοφόρος. Valentinianus, Valens & Gratianus in Epiſt. ad Diœceſin Aſianam ſcripta dicunt Chriſtum eſſe Θεὸν σαρκοφόρον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον θεοφόρον. Theod. lib. 4. cap. 7. pag. 667. Conf. *Epiphan.* Hær. 42. p. 327.

p. 948. Σήκρητον. *Secretum,* quale ſeculares Magiſtratus habent. Euſeb. lib. 7. cap. 30. pag. 280. *Cancellaria.*

p. 960. De hujus Simonis aſſeclis pulchrum vide locum apud Euſeb. l.2. c. 1. p.39.40.

p. 964. Σιωπή. Non ſemper ad calumnias ſilendum. ἀτοπον γὰρ καθ' ἑαυτῶν δοῦναι τ̀ συκοφαντιῶν τὴν ἀπόδειξιν τῇ σιωπῇ. *Socrat.* p. 43. Sunt verba Euſebii Nicomedienſis. Vid. Sozom. l. 2. c. 16. p.464.

p. 973. Σκινδαψός. Eſt genus inſtrumenti muſici tetrachordi, quo mulieres præcipuè utebantur. Apud Diogen. Laërt. Timon de Zenone: Νοῦν δ' εἶχον ἐλάσσονα σκινδαψοῖο. Dillherr. Elect. p. 21.

p. 981. Σκυθισμός. Scythiſmus, pro Sectæ ſeu Hæreſeos alicujus appellatione apud Epiphanium venit Scaliger in Notis ad Euſebium 250. 2. *Hujus Seculi homines* Σκύθαι *à veteribus Patribus Eccleſiaſticis vocantur, eorumque idolomania* σκυθισμὸς καὶ βαρβαρισμὸς, *Author Epiphanius. Extenditur uſque ad tempora Abraham. Quanquam Epiphanio ab Adam ad diluvium* βαρβαρισμὸς *duraſſe dicitur: à diluvio ad Abraham* σκυθισμός. *Sane videntur id ex interpretatione Apoſtolici dicti collegiſſe, ad Coloſſ. III. 11.* οὐ βάρβαρος, οὐ σκύθης, οὐχ' ἕλλην, οὐ Ἰουδαῖος. *Nam hinc hæreſes* nominat S. Epiphanius βαρβαρισμὸν, σκυθισμὸν, ἑλληνισμὸν, Ἰουδαϊσμόν. Contr. hær. l. 1. §. 8. p. 8. item 4. editionis Latinæ. Hi patres multam ſibi in ſcribendo libertatem ſumpſerunt & ex meris vocibus finxerunt quæ ipſis ſine alio fundamento in mentem venerunt.

p. 984. Chriſtus vocatur ἡ πρὸ αἰώνων νοερὰ καὶ οὐσιώδης Σοφία ab Euſeb. l. I. H. E. c. 2. p. 5. ἡ πρωτόγονος καὶ πρωτόκτιστος Θεοῦ σοφία, p. 9.

p. 991. Σοφιστής. Sophiſtas *Methodius* apud *Epiphan.* hær. 64. p. 564. pulchre vocat μιμητὰς εἰδώλων ἀληθείας, ἀλήθειαν μὴ γινώσκοντας, καθάπερ ζωγράφους.

p. 994. Σπέρμα. Τὰ προφητικὰ καὶ ἀποστολικὰ σπέρματα vocantur Religionis Chriſtianæ fundamenta apud Euſeb. l. 5. p. 176.

p.1006 *Crux* vocatur ab Euſebio l. I. de Vit. Conſt. c. 32. p. 424. Ἀθανασίας σύμβολον, item τρόπαιον τ̀ κατὰ τοῦ θανάτου νίκης. Rurſum νικητικὸν ἀλεξιφάρμακον p. 447. ζωῆς φυλακτήριον, p. 448. σωτήριον καὶ ζωοποιὸν σημεῖον. pag. 451. φόβητρον καὶ κακῶν ἀμυντήριον. Ibid.

Figuræ Crucis magnam Virtutem attributam fuiſſe docet *Dillherr.* in Elect. lib. 1. c. 25. pag. 156- 162. Ad p. 1009

De inventione Crucis Vid. Sueur. ad Ann. 326. p. 1013

Στοιχεῖον. Μεγάλα στοιχεῖα magna lumina vocat Polycrates apud Euſeb. l. 3. H. E. c. 31. *Johannem* ac Philippum Apoſtolos, &c. p. 1039

Στοιχείωσις εἰσαγωγική. Euſeb. H. E. p. 75. prima elementa. p. 1040

Στολή. Ἀξιοτίμος στολὴ vocatur Baptiſmus ap. Theod. l. 3. H. E. c. 1. p. 638.

Συγγενής. De hac voce conſule *Bynæum* de Nat. Chr. p. 143-145. p. 1066

Epiph. hær. 65. p. 610. utitur voce ὑποκαταβαίνω, quando de divina συγκαταβάσει ita ſcribit; ὁ πατὴρ ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ Υἱοῦ σωματικοὺς ἔχων ὄγκους, νοηματικοὺς δὲ ἔχων λόγους, ὑποκαταβαίνων τὴν ἀσθένειαν τ̀ ἀνθρωπότητος, εἰς αἴσθησιν παραστάσεως. p. 1068

Συγκατατίθεσθαι. Aſſentiri. Πολλῷ διαφέρει μετὰ λόγου καὶ σοφίας συγκατατίθεσθαι τοῖς δόγμασιν, ἤπερ μετὰ ψιλῆς τ̀ πίστεως. *Origen.* contr. Celſ. Lib. I. p. 12. p. 1074

Sacramenta vocat Euſeb. l. 10. c. 3. p. 371. Σωτηρίου πάθους ἀπόρρητα σύμβολα, myſtica ſalutaris paſſionis ſymbola. p. 1082

Συμφρατριάζω. De *Meletio* Socrates l. 1. c. 6. pag. 14. Συνελαμβάνετο τῷ Ἀρείῳ, κατὰ τοῦ Ἐπισκόπου συμφρατριάζων αὐτῷ. p. 1105

Συναγωγή. Vid. *Grotius* in Matth. pag. 29. 110. p. 1106

Hebr. dicitur עדה. & notat 1. Cœtum quemcunque. 2. Locum in quo conventus habetur, quæ loca alias dicta ſunt διδασκαλεῖα, φροντιστήρια, προσευχαί. Primo cœperunt in Exilio Babylonico, quum templo carerent, &c. Vidè Pol. Synops. in Matth. p.111.112.

Conſule quoque *Sueur* ad Ann. 400. pag. 546-548. p.1117

Συνέδριον. De *Synedriis.* Vide *Grotium* in Matth. 5. §. 22. p.1151

De bona Conſcientia vid. Sozom. lib. 8. pag. 794. p.1152

Videatur *Vales.* in not. ad Euſeb. pag. 156. 157. p.1154

Patres Antiocheni inter alia Samoſatenum carpunt, quod habuerit Mulieres συνεισάκτους, idque ideo, quia ex ejuſmodi mulierum contubernio plures partim in præceps lapſi ſint, partim in ſuſpicionem venerint; addunt: Etiamſi quis conceſſerit, τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, tamen etiam τὴν ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην vitandam fuiſſe, ne quem σκανδαλίσῃ, néve aliquos μιμεῖσθαι προτρέψηται. Vide Euſeb. l. 7. c. 30. p. 282. p.1158

Συνέρχεσθαι. Geminam habet ſignificationem; vel enim *domicilii* vel *thori* deſignat conjunctionem. Vide Grot. in Matth. I. p. 9. p.1160

Συνθήκη, Conventus. Οὐκ ἄλογον συνθήκας παρὰ τὰ νενομισμένα ποιεῖν τὰς ὑπὲρ Ἀληθείας. *Orig.* contr. Celſ. lib. 1. p. 5. p.1164

Σύνθημα, Teſſera. De *teſſeris,* unde dictæ, & quod aliæ *mutæ,* aliæ *vocales* fuerint differentem conſule *Feſſelium* in Adv. Sacr. lib. 1. c. 1. p. 9.

Ἄλλως

Ad p.1166 Ἄλλως ἐδυνατὸν τὰ μεγάλα τῶν σκεμμάτων ἢ διὰ συνόδων κατορθώσασθαι, majoris momenti controverſiæ non aliter, quam per Synodos componi poſſunt. Euſeb. l. I. de Vit. Conſt. c. 51. p. 434.

De Synodis conſulatur *Sueur* in Hiſt. Eccl. ad An. 314.

p.1190 Συντυχεῖν. Luc. 8. 19. colloqui, convenire notat. *Feſſel.* Adv. Sacr. l. 4. c. 10. p. 385.

p.1192 Soz. l. 6. c. 6. p. 645. de Juliano dicit: Ἐφήσατο χριστιανῶν, ἱερῶν αὐτοὺς ἐκκλησιῶν καὶ ζυστάσει τοῦ δόγματος τοῖς κινδύνοις πορίζομένης. Commendationem religionis ſuæ.

Euſeb. Edit. Vales. p. 41. Μὴ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιμιξίας τε καὶ ζυστάσεως ἡ σωτήριος τοῦ θείου κηρύγματος δεῖται διδασκαλία.

p.1196 Σφραγίζω. I. Impoſitionem manuum frequenter notari hac voce docet *Vales.* in not. ad Euſeb. pag. 134.

p.1198 Σφραγίς. Vide *Vales.* in not. ad Euſeb. p. 51.

Δεσποτικὴ σφραγὶς vocatur apud Theod. l. 4. H.E. c. 15. p. 681. ἁγία καὶ βασιλικὴ σφραγίς. *Epiph.* l. I. de Hæres. p. 50.

p.1202 *Dionyſius ad Novatum* ſcripſit, Ἔδει καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ᾽ ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. Euſeb. l. 6. c. 43. p. 247.

p.1216 Σωμασκία. Ἄνδρες ἐντέχνοις τισὶ σωμασκίας, παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶσι ἐνδεικνύμενοι; Viri qui exercitatis ante corporibus ſtupendæ exhibent artis ſuæ ſpecimina. Euſeb. l. de Mart. Palæſt. c. 6. p. 326.

p.1225 Plato Dialogo VI. de Rep. Hunc qui voluptates *corporis ſpernit, neque pecuniæ cupidus eſt, appellat ἄνθρωπον ζώφρονα.

In Charmide idem *Plato.* Τὸ γνῶθι ζεαυτὸν definitionem σωφροσύνης eſſe tradit: Et illi ζώφρων audit ὁ ἐπιστήμων αὐτὸς οἶδεν, ὅτι οἶδεν, καὶ ἃ ἂν μὴ οἶδεν, ὅτι οὐκ οἶδε; qui intelligit ſe ea ſcire, quæ ſcit, & ea neſcire, quæ neſcit: vel ζώφρων eſt, ὃς ᾔδει ἅτε ᾔδει, καὶ ἃ μὴ ᾔδει; τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δὲ ὅτι οὐκ οἶδε, qui intelligit, quæ ſciat & quæ neſciat; illa quod ea ſciat, hæc quod ea neſciat. Confer Apoſtoli φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, item μὴ ὑψηλοφρονεῖν.

p.1232 Ταμίας. Deus pulchre dicitur τῶν πολέμων εἶναι ταμίας, apud *Socrat.* l. 7. c. 22. p. 362. Item ὑγείας ταμίας ap. *Soz.* l. 2. c. 6. pag. 452.

p.1239 De Sepultura Conſule *Sueur.* Hiſt. ad ann. 211.

Judæos cadavera Regum non cremaſſe, ſed tantum aromata & ſupellectilem docet Dillherr. Elect. l. 2. c. 24 g. 322. Nec contrarium evincit Jabeſitarum factum 2. Sam. 31. Illi enim Saulis & filiorum cadavera exuſſerunt, quia jam fœtore gravia, & à vermibus arroſa.

p.1246 De *precibus pro mortuis* agit *Sueur* ad Ann. 395. p. 583. & quæ *origo*, quis *finis* ſive ſcopus illarum fuerit docte ex Antiquitate Eccleſiaſtica oſtendit.

p.1252 Τεκνοκυῆσαι. Epiph. Hær. 78. pag. 1048. de Moſe dicit, quod μετὰ τὸ προφητεῦσαι non amplius τεκνοκυῆσαι.

p.1263 Τελεσιουργία. Notat dedicationem templorum. Vide Soz. l. 4. c. 22. p. 573. c. 26. p. 584.

p.1264 Τελετή. Euſeb. l. 4. c. 11. p. 124. tribuit Valentinianis ἀτελέστους τελετὰς, καὶ μυσαρὰς μυσταγωγίας, profanas initiationes & abominanda myſteria.

Τελώνης. Hæc ſunt deſumta ex *Salmaſio*, prout videbis apud *Bald. Walæum* in Matth. p. 58. De Pu- Ad p.1266
blicanis vide *Goodwinum* in Moſe & Aar. l. 1. c. 2.

Τήγανον. *Craticula*; quid fuerit, docet *Vales.* in not. p. 1274
ad Euſeb. p. 89.

Τλησιπάθεια. Μοναστικὴ τλησιπάθεια, monaſtica tole- p.1275
rantia. Soz. l. 1. c. 13. p. 412.

Τράγος. Duos hircos fuiſſe typos duarum natura- p.1278
rum in Chriſto, τὸν ἀφιέμενον τῆς ἀπαθοῦς, τὸν σφαττόμενον τῆς παθητῆς ἀνθρωπότητος docet Theod. Dial. 3 p. 136.

Uſſerii ſententiam probat *Vales.* in not. ad Euſeb. p.1282
p. 142.

Trinitatem deſcribit Epiph. T. 2. p. 304. p.1287

Μόνη ἡ Τριὰς ἐν ἀκαταληψίᾳ, καὶ ἐν δόξῃ ἀνεικάστῳ καὶ ἀκαταλήπτῳ. Epiphan. Hær. 70. p. 816.

Ἐνυπόστατον εἶναι τὸν πατέρα, ἐνυπόστατον τὸν Υἱὸν, ἐνυπό- p.1289
στατον τὸ ἅγιον Πνεῦμα ſolide demonſtrat *Epiph.* hær. 57. p. 482. 483. pluribus hoc contra Sabellium proſequitur. hær. 62. p. 514. 515. Conf. Ancor. p. 15.

Τρία πρόσωπα ἀπερίγραφα, καὶ ἐνυπόστατα, καὶ ὁμοούσια, καὶ ζυναΐδια, καὶ αὐτοτελῆ. Epiph. hær. 72. pag. 843. Conf. hær. 74. p. 891. Τρία ἅγια, τρία ζυνάγια, τρία ὑπαρκτὰ, τρία ζυνύπαρκτα, τρία ἔμμορφα, τρία ζύμμορφα, τρία ἐνεργὰ, τρία ζυνεργὰ, τρία ἐνυπόστατα, τρία ζυνυπόστατα, ἀλλήλοις ζυνόντα. κλ.

Idem in *Ancorato.* p. 12. Ἦν ἀεὶ πατὴρ καὶ ἦν ἀεὶ υἱὸς, οὐ ζυναδελφὸς, ἀλλ᾽ υἱὸς γεννηθεὶς ἀνεκδιηγήτως, καὶ ὀνομαζόμενος ἀκαταλήπτως, ζὺν πατρὶ δὲ ὢν ἀεὶ, μηδέποτε διαλείπων τοῦ εἶναι. Πατὴρ ὢν ἀγέννητος, καὶ ἄκτιστος, καὶ ἀκατάληπτος. Υἱὸς γεννητὸς, ἀλλὰ καὶ ἄκτιστος, καὶ ἀκατάληπτος. Πνεῦμα ἅγιον, ἀεὶ, οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ ζυναδελφὸν, οὐ πατράδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔγγονον, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ υἱοῦ, Πνεῦμα ἅγιον.

Rurſum p. 28. Μονὰς ἐν τριάδι, καὶ τριὰς ἐν μονάδι, μονοειδῶς, μονωνύμως, εἷς Θεὸς πατὴρ ἐν Υἱῷ, υἱὸς ἐν πατρὶ ζὺν ἁγίῳ πνεύματι. Conf. p. 71. §. 67. & p. 79 §. 73.

Locum Genes. I. *Faciamus hominem.* &c. ſic elude- p.1291
re voluit *Photinus*, Deum ſic allocutum *Verbum* ſuum, non *Filium*, ſed recte reſpondet *Epiph.* hær. 71. p. 831. Οὔ τις ποτὲ πρὸς τὸν ἐνδιάθετον αὐτοῦ λόγον, ἢ τὸν προφορικὸν ἐπιτρέπεται τὴν ζυμβουλίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔμφυτον, καὶ ἅγιον αὐτοῦ λόγον τῆς μεγάλης τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας ποιεῖται τὴν μετὰ πάσης ζοφίας ἐξήγησιν. Conf. in Ancor. p. 33. §. 28.

Ex loco Jeſ. 6. 3. *Epiph.* in Ancor. p. 31. Trinitatem demonſtrat.

Conf. Epiſt. Damaſi apud Soz. l. 6. c. 23. p.1296

Liberius Ep. Rom. ſcripſit ad Orientis Eccleſias p.1299
Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον πρεσβεύειν. Soz. l. 6. c. 22. p. 666. Id. cap. 23. dicit omnes Eccleſias Occidentis τριάδα ἰσότιμόν τε καὶ ἰσοδύναμον credidiſſe, *Maxentio* Mediolanenſi Epiſc. excepto, qui ad Arii dogma propendebat. Conf. *Epiph.* hær. 72. p. 834.

Τρίφωτος, terlucidus. *Epiphan.* T. 2. pag. 296. p.1315

Σταυροειδὲς τρόπαιον, vocatur Conſtantini M. laba- p.1318
rum à *Socrate* l. 1. c. 2. pag. 7.

Pinytus Eccleſiæ Gnoſſiorum Epiſcopus monuit p.1323
Dionyſium Corinthiorum Epiſc. στερροτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν ὑπ᾽ αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διατέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις, τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. Euſeb. l. 4. c. 23. p. 144.

Epiph. in Vit. Proph. pag. 245. de Amaſia Bethelis p.1329
Sacerdote ſcribit, quod Amoſum ζυχνῶς τυμπανίσας ei inſuper per inſidias convitiatus ſit.

Digitized by Google

Ad De *Typis* obſervanda regula *Theod.* Dial. 2. p. 56.
p.1338 ὁ τύπος οὐκ ἔχει πάντα ὅσαπερ ἡ Ἀλήθεια. Conf. 5. 59.

p.1339 Τύπος, peculiaris ſignificatio occurrit in colloquio Liberii cum Conſtantio apud Theod. l. 3. cap. 13. p. 608. ubi Conſtantius dicit τὰ ἤδη τύπον ἐσχηκότα ἀναλύεσθαι οὐ δυνατόν ἐστι, quæ jam conſtituta ſunt, refringi nequeunt.

p.1351 *Aqua Siloam.* Jeſ. 8. 6. quid ſit, docet *Epiphan.* Hær. 35. pag. 261. eſſe doctrinam τοῦ ἀπεσταλμένου; hunc eſſe Chriſtum à Patre miſſum. *Leniter hanc aquam fluere*, quia nihil contineat κακόφωνον ἢ ἐπίπλαστον. pag. 262. dicit Doctrinam Chriſti eſſe ἄδηλον (ſine ſtrepitu) καὶ ἀψοφώδη, καὶ ἀφαντασίαστον, καὶ ἀκόμπαστον.

De *Aqua luſtrali* vide *Sueur* ad Ann. 335.

p.1355 Quinam in *S. Sacr. Filii Dei* vocentur pluribus exponit *Bynæus* de Nat. Chr. p. 106. 109.

* In Prophetis ubi Deus Prophetam alloquitur, ſæpiſſime illum appellat υἱὲ ἀνθρώπου; an Chriſtus non huc reſpexerit, videant alii.

p.1359 De *Filiatione* ſecundæ Perſonæ pulchra ſunt verba Alexandri in Epiſtola de Ario; Ἡ υἱότης αὐτοῦ κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπεροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων. Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 530.

Idem ibid. vocat ipſius υἱότητα γνησίαν καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικὴν, καὶ κατ' ἐξαίρετον.

Epiphan. in Ancorato pag. 10. hæc habet: Υἱὸς ἀεὶ οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ πατρὶ, οὐ συνάδελφος, ἀλλ' υἱὸς γνήσιος ἐκ πατρὸς γεγεννημένος φυσικὸς υἱὸς, οὐ θετός. Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, οὐ συνούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος, κλ'. Pulcherrima apud eund. ibidem. pag. 24 vide.

Unigenitus eſt Filius. Hinc pulchre infert Epiph. in Ancor. pag. 53. Εἰ υἱὸς ἐστι μονογενὴς, οὐκ ἐστί τις ἴσος αὐτοῦ, οὔτε ἀντιπαράθετος, ὅμοιος ὢν τῷ υἱῷ ἐν υἱοῖς θεοῦ.

Cur vocetur Ἀγαπητὸς docet Ibid.

p.1362 Ex verbis Pſaltis 110. 3. (vel juxta Græcos 109. 3.) *Ex utero ante luciferum genui te*, ita argumentatur pro Deitate Filii Alexander in Epiſtola ſua de Ario: Τί δὲ καὶ τὸ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, οὐχὶ ἄντικρυς τῆς πατρικῆς μαιεύσεως, φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα, οὐ τρόπων ἐπιμελείᾳ καὶ προκοπῆς ἀσκήσει, ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτην λαχόντος. ὅθεν καὶ ἀμετάπτωτον ἔχει τὴν υἱότητα ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρός. Theod. l. I. H. E. c. 3. p. 531.

p.1371 Theod. in Epit. div. Decret. p. 279. Ἠβουλήθη αὐτὴν τὴν ἡττηθεῖσαν φύσιν καταγωνίσασθαι τὸν ἀντίπαλον, καὶ τὴν νίκην ἀπολαβεῖν.

p.1373 Ὕλη. Materiam non eſſe τῷ δημιουργῷ σύγχρονον pulchre probat *Epiphanius* lib. 1. de Hæres. pag. 13. his rationibus, 1. quia ſic eſſet καθ' ἑαυτὴν ἑαυτῆς δεσπόζουσα, καὶ οὐχ ὑποτασσομένη. 2. Εἰ ὁ δημιουργὸς παρὰ ταύτης λαμβάνει προβολὴν (quaſi germinationem ut opus producere poſſit) ταύτην ἐνεργησάμενος, ἀδρανής τις ἂν εἴη, καὶ ἐστὶν ὁ δι' ἀπορίαν τῷ προσποριζομένῳ οὐκ ἀπὸ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐξ ὑποκειμένων ἀλλοτρίων, ὅπως τὸ ἴδιον ὑποστήσεται δημιούργημα, nonnulla hæc eſſet imbecillitas, ac veluti egenti facta contributio, &c.

Idem hær. 36. pag. 265. Ὕλην alio ſenſu ſumit, quum dicit eam eſſe τὴν ἐκ διανοίας φυομένην ῥυπαρὰν ἐνθύμησιν, καὶ βορβορώδεις λογισμοὺς τῆς ἁμαρτίας, addita hac ratione. Φύονται γὰρ ὡς ἀπὸ πηλοῦ δυσοδμία τε καὶ ἀκάθαρτος ἀποφορὰ, *peſtilens vapor*.

Ὑπέρμαχος. Ἡ τῆς Ἀληθείας ὑπέρμαχος δύναμις. Eus. l. 5. c. 16. p. 179. Ad p.1378

Ὑπερένδοξος. Epiph. Serm. in Reſurr. p. 277. feſtum reſurrectionis vocat πασῶν τῶν ἑορτῶν ὑπερένδοξον.

Ὑπερόμοιος. Epiph. Hær. 76. p. 914. dicit Filium p.1379
eſſe Patri non ſolum ὅμοιον, ſed ὑπερόμοιον, διὰ τὸ ταυτὸν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἴσον πατρί.

Ὑπήλατα ſunt medicamenta, quæ alvum ſubdu- p.1381
cunt, ex ὑπὸ & ἐλαύνω. Theod. Orat. 6. de prov. p. 391.

Ὑποκαταβαίνω, vide συγκαταβαίνω. p.1389

Μὴ ταρασσέτω τὸ τῶν ὑποστάσεων ὄνομά τινας. Διὰ τοῦτο p.1395
γὰρ ὑποστάσεις οἱ ἀνατολικοὶ λέγουσιν, ἵνα τὰς ἰδιότητας τῶν προσώπων ὑφιστώσας καὶ ὑπαρχούσας γνωρίσωσι. Epiph. hær. 73. p. 863.

Quomodo ὑπόστασις ab οὐσία differat paucis docet Theod. Dial. I. Tom. 4. pag. 4. Ἡ οὐσία τὸ ὂν σημαίνει, καὶ τὸ ὑφεστὼς ἡ ὑπόστασις. κλ'. & pag. 6. Τὴν ὑπόστασιν καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν ἰδιότητα ταυτὸν σημαίνειν φαμέν.

Locum Joh. 10. 30. *Ego & Pater unum ſumus* p.1396
pulchre explicat Alexander in Epiſt. de Ario quando ita ſcribit, τοῦτο φησὶν ὁ Κύριος οὐ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων. ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σώζειν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, τὴν κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἐκτυπος χαρακτήρ. Theod. l. 1. H. E. c. 3. p. 532.

Hæretici patrem & filium unum eſſe dicebant, διὰ τὴν συμφωνίαν καὶ ὁμόνοιαν, quos refutat Synodus Sardicenſis in Epiſt. apud Theod. l. 2. H. E. c. 6. p. 596.

Ὑποφήτης. Athanaſius in Epiſt. Conſtantini voca- p.1399
tur τοῦ προσκυνητοῦ Νόμου ὑποφήτης, Venerandæ Legis interpres. Soz. l. 3. c. 2. p. 498.

Ὑποψήφιος. Τῇ δοκιμασίᾳ τοῦ Λαοῦ ὑποψήφιος ἦν, de Maximo Hieroſol. Epiſc. Soz. l. 2. cap. 20. pag. 470.

Ψυχαγωγία. Πανηγυρικὴ ψυχαγωγία. *Socrat.* l. 1. c. 1. p.1405
p. 5.

De *Phariſæis* conſ. Pol. Synops. in Matth. p. p.1417
81.

Phariſæorum πολιτεία erat διάφορος, teſte Epiph. in Ancor. p. 133. Habebant quoque σχήματα ἐθελοθρησκευτικὰ τῆς ἐνδομενίας.

Φεγγοτόκος. Cœlum pulchre vocatur φεγγοτόκος p.1421
οὐρανός. *Epiph.* de Aſſumt. Chr. p. 286.

De *oſculis* Chriſtianorum diſſerit *Dillherr* Elect. l. p.1430
2. c. 4. pag. 180. In genere vero de *Oſculis* & variis oſculorum modis, ſpeciebus &c. prolixe agit *Feſſel.* Adv. S. l. 3. c. 7.

Φιλοπρωτεία. Τὴν ἐκκλησίαν παρὰ θεοῦ καὶ Ἀποστό- p.1433
λων μίαν παραδοθεῖσαν φιλονεικίᾳ καὶ φιλοπρωτείᾳ εἰς πολλὰς διῃρῆσθαι. Soz. lib. 7. c. 2. pag. 706. edit. Vales.

Φιλονεικία & πρόληψις in veri agnitione plurimum obſunt, & difficulter evelluntur teſte *Orig.* contr. Cels. l. 1. p. 40.

Φιλοσώματος. De Cerintho Euſeb. l. 3. Hiſt. c. 28. p.1438
φιλοσώματος ἦν καὶ πάνυ σαρκικός.

De *falſa Philoſophia* Laicus quidam Confeſſor in p.1439
Synodo Nicæna 1. dixit, Chriſtum & Apoſtolos nobis non tradidiſſe διαλεκτικὴν τέχνην, οὐδὲ κενὴν ἀπάτην, ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην, πίστει καὶ καλοῖς ἔργοις φυλαττομένην. Socrat. l. 1. c. 8. p. 20.

Reli-

Ad Religionem Chriſtianam Euſeb. l. 6. c. 19. pag.
p.1441 221. vocat ἔνθεον φιλοσοφίαν, quando de Ammonio dicit illum τὰ τῆς ἐν θεῷ φιλοσοφίας ἀκέραια καὶ ἀδιάπτωτα ad extremum usque vitæ terminum retinuiſſe.

p.1463 Φραγελλῶ. Flagellationis Judaicæ modum ex Buxtorfio deſcribit *Dilherr.* Elect. lib. 2. c. 18. pag. 272. 273.

Φρόνημα. Πολλῶν γὰρ γενομένων καὶ μεγαλοφρόνων, οὐδεὶς ὅς οὐκ ὑπερβληθεὶς τῷ φρονήματι ὑπὸ σοῦ πέφευγε. Quamvis enim eſſent plures, iique qui de ſe magnifice ſentirent, nullus tamen fuit, qui non à te faſtu ſuperatus exceſſerit. *Plato* Alcib. 1. ab init. Quæ ſequuntur oſtendunt Φρόνημα, *faſtum*, *inſolentiam*, *arrogantiam* ſignificare.

p.1465 *Epiph.* Φυλακτήρια fuiſſe putat πλατέα σήματα πορφύρας, purpureos clavos. lib. 1. de Hær. pag. 32. 33. Conf. in Ancor. p. 134.

Φυλακὰς, non *diurnas*, ſed *nocturnas* eſſe *cuſtodias* docet *Epiph.* hær. 42. p. 335.

p.1467 Φυλοκρινεῖν. Occurrit hæc Vox apud *Euſeb.* l. 8. c. 4. p. 295. Φυλοκρινεῖν καὶ διακαθαίρειν τοὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἀναφερομένους, recenſere ac luſtrare eos, qui in exercitu merebant.

p.1469 Φύσις. Ἡ φύσις θείας ἐστὶ προστάξεως διάκονος, οὐκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτης. *Conſtant.* in Orat. ad S. Cœtum. p. 597.

p.1480 Cur Deus φῶς vocetur docet *Feſſel.* Adv. S. l. 7. c. 2. p. 135.

Deus Pater vocatur πρωτότυπον φῶς cujus Filius eſt ἀπαύγασμα. Vide Theod. lib. 1. H. E. c. 3. pag. 530.

Πρωτόκτιστον φῶς, Lux primigenia. Epiphan. hær. 76. p. 946.

p.1481 Φῶς προαιώνιον, æternum lumen. Euſeb. H. E. l. 1. c. 1. p. 5.

Cur Filius Dei *Lux* vocetur, docet pluribus *Feſſel.* Adv. S. l. 7. c. 2. p. 136. 137.

p.1488 Φωταγωγία. Εὐαγγελικὴ φωταγωγία, Doctrina Evangelii. Epiph. l. 1. de Hær. p. 51.

p.1495 Χαμαικοιτεία, humi cubatio. *Epiphan.* in Phyſiol. p. 219.

p.1496 Χαρακτήρ. Ex charactere de Libris Sacris judicabant veteres, & ſpurios ab illis hac nota diſcernebant: Ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ ἀποστολικὸν ἐναλλάττει χαρακτήρ. *Euſeb.* lib. 3. cap. 25. pag. 98. Item καθαρὸν τῆς Ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας οὐκ ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. c. 38. p. 110.

p.1503 De Voce χαριτόω prolixe agit *Bynæus* de Natal. Chr. p. 54-59.

p.1512 Χειρόγραφον. Chirographum quod Chriſtus cruci affixit, carnem ipſius fuiſſe docet Theod. Tom. 4. pag. 186. hoc argumento, ἐν γὰρ τῷ σώματι πᾶς ἄνθρωπος, οἱονεί τινα γράμματα, πήγνυσι τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας.

Χειροθεσία. *Novati* Ordinationem Cornelius apud Euſeb. l. 6. cap. 43. vocat εἰκονικὴν καὶ ματαίαν χειροθεσίαν.

p.1514 De Χειροτονία multis agit *Selden.* l. 1. de Synedr. c. 14. p. 314. ſeq. Quomodo differant χειροτονία, χειροθεσία, καὶ ἔκτασις τῶν χειρῶν, docet *Goodwin* in Moſ. & Aar. l. I. c. 5. p. 47. 48.

p.1515 De *Impoſitione manuum* conſule *Sueur* Hiſt. ad An. 269. item ad A. 458. p. 467.

eand. Vocatur hæc μυστικωτέρα χειροτονία à Patribus Synodi Nicænæ II. apud Socrat. l. 1. c. 9. p. 28.

Χιλιονταετία. Occurrit hæc Vox apud Euſeb. l. 3. Hiſt. c. 28. p. 100. Ad p.1518

Χιλιονταετηρίς. Apud *Epiph.* hær. 77. p. 1031.

Χήρανδρος. De Eccleſia χριστοῦ *Epiph.* in Serm. Teſt. Pſalm. οὐκέτι χήρανδρος ἀλλὰ θεάνδρος ἐξανθοῦσα, non amplius vidua, ſed Dei ſponſa effloreſcis. p. 253.

Χερουβίμ. *Epiph.* Serm. in Sepulchr. Chr. p. 266. *Cherubim* vocat ἑξαπτέρυγας θεοῦ ὑπουργούς. Τετράμορφα ζῶα. p. 296.

Sententiam hanc tenuit Methatius apud *Epiphan.* p.1520
hær. 64. p. 546.

Ἄῤῥηκτον χιτῶνα vocat Alexander. apud Theod. l. p.1526
1. c. 3. H. E.

Χοροστασία. Tripudium. *Epiphan.* in Serm. in Feſt. p.1528
Palm. p. 254.

Χριστομάθεια. Λόγοι πλείστης χριστομαθείας ἔμπλεοι, p.1533
Sermones utiliſſimæ eruditionis copia referti. Euſeb. l. 6. c. 13. p. 215.

Χρίσμα. De *unctione* pluribus agit *Sueur* ad Ann. Chr. 267. 364.

Χριστεμπορία. Quando quis Chriſtum quæſtui habet. Theod. l. I. c. 3. p. 225. edit. *Pariſ.* p.1536

Χριστιανός. οἱ τῆς τοῦ σεσωκότος προσηγορίας τετυχηκότες. Theod. l. 3. c. 11. p. 649. p.1538

Pulchram ſubnectit Chriſtiani deſcriptionem, quod ſit ἀνὴρ διὰ τῆς τοῦ χριστοῦ γνώσεως καὶ διδασκαλίας σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καρτερίᾳ τε βίου καὶ ἀρετῆς ἀνδρίᾳ, εὐσεβείας τε ὁμολογίᾳ ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ διαπρέπων. p. 16. in edit. Valeſ.

Ἡ χριστιανῶν προσηγορία πρῶτον αὐτόθι ὥσπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου γῆς ἀναδέδοται. Euſeb. H. E. pag. 42.

Veritatem Religionis Chriſtianæ Origenes contra Celſum probat his argumentis. 1. Quia ipſius Profeſſores, μέχρι θανάτου ἀγωνίζονται ὑπὲρ χριστιανισμοῦ, pag. 21. 2. Quia Chriſtus non ut *tyrannus* alios ſecum à Legum obedientia ſubduxit, nec ut *latro* manum ſuorum armavit, nec ut *opulentus* largitionibus allexit, ſed ut *Doctor* divinus homines Deo conciliavit. p. 24.

Chriſtianorum nomen apud Euſeb. l. 5. c. 1. vocatur πάντιμος καὶ ἔνδοξος καὶ ζωοποιὸς προσηγορία. p. 160. p.1543

Χριστομαχία. Occurrit hæc Vox in Epiſt. Alexandri de Ario; ἅπαξ προθέμενοι χριστομαχεῖν παραπέμπονται καὶ τὰς φωνὰς τοῦ Κυρίου, κλ'. Soc. l. 1. c. 6. p. 12. edit. Val. p.1549

Χριστός. Triplex ipſius Officium Euſeb. H. E. l. 1. c. 3. p. 12. ita exprimit, quod fuerit μόνος, ἀρχιερεὺς τῶν ὅλων, καὶ μόνος ἁπάσης τῆς κτίσεως βασιλεὺς, καὶ μόνος τῶν προφητῶν ἀρχιπροφήτης. p.1550

Πνεύματι χρίεται οὐχ ἡ ἀθάνατος φύσις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν μονογενές. Theod. Dial. I. p. 43. ex *Flaviano* Conf. Tom. 4. p. 279.

Χριστοῦ ἐπιτυγχάνειν. Memorabilia ſunt *Ignatii* verba, quum Romam deduceretur vinctus. Nunc Chriſti diſcipulus eſſe incipio, μηδέν με ζηλώσαι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ χριστοῦ ἐπιτύχω. πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπαὶ μελῶν, ἀλυσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κολάσεις τοῦ Διαβόλου εἰς ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ χριστοῦ ἐπιτύχω. Euſeb. l. 3. c. 36. p. 107. p.1553

Reges uncti pulchre vocantur εἰκονικοί τινες χριστοί. p.1555
Euſeb. l. I. H. E. c. 3. p. 12.

Χριστοφόρος· οἱ χριστοφόροι μάρτυρες, apud Euſeb. l. 8. p.1560
c. 10. p. 302.

Ad p.1562 Χρυσόστομος. Γένος ἦν τῶν εὐπατριδῶν, ἀγαθὸς τὸν βίον, λέγειν καὶ πείθειν δεινός. κλ'. Soz. l. 8. c. 2.

Θείως πολιτευόμενος, τὸν ἐκ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἐνετίθει ζῆλον τοῖς ἀκροαταῖς. Ib.

Ἐπίσημος τοῖς μὲν εἰδόσι τῇ πείρᾳ τοῖς δὲ ἀγνοοῦσι, τῇ φήμῃ. Ib.

Ἐλεγκτικὸς τῇ φύσει καὶ κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐν δίκῃ ἀγανακτῶν. Id. c. 3.

Ἦν ἄνθρωπος διὰ ζῆλον σωφροσύνης πικρότερος, καὶ πλέον ἐκ νέας ἡλικίας θυμῷ, μᾶλλον ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο. καὶ διὰ τὴν ὀρθότητα βίου οὐκ ἀσφαλὴς πρὸς τὰ μέλλοντα. διὰ ἁπλότητα δὲ εὐχερής. Ἐλευθεροστομίᾳ τε πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο. καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν ὠφελῆσαι τὰ τῶν ἀκουόντων ἤθη. Ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικὸς τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸν ἐνομίζετο. *Socrat.* l. 6. c. 3. p. 303.

p.1563 De *Chorepiſcopis* conſulatur *Sueur* in Hiſt. ad Ann. 341.

p.1574 Ψευδοπροφῆται. Pſeudoprophetas & Pſeudoapoſtolos ita deſcribit Euſeb. l. 4. c. 22. p. 143. ex Hegeſippo, οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Ὑψοδετής. Ὑψοδετὴς καὶ δεισιδαιμονέστατος vocatur *Maxentius* apud Euſeb. l. 8. c. 14 p. 311. Ad p.1576

Ψυχή. Anima duplex eſt ζωτικὴ ſive φυτικὴ & λογικὴ quam νοῦν vocant. *Apolinarius* hominem ἐκ τριῶν συγκεῖσθαι dixit, ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς τῆς ζωτικῆς, καὶ αὖ πάλιν ἐκ τῆς λογικῆς. *Theodoretus* vero Dial. 2. p. 48. hanc ipſius ſententiam impugnat. p.1577

Μετεμψύχωσις aliter vocatur ἡ τῶν ψυχῶν μεταγγισμός, vide *Epiph.* de Hær. l. I. p. 13. ubi hanc transfuſionem animarum refutat. p.1587

Olim in Arabia erant, qui docuerunt Animas κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, ἅμα τῇ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι, καὶ συνδιαφθείρεσθαι. αὖθις δὲ ποτὲ κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι. Vide Euſeb. l. 6. c. 37. p. 233. p.1589

Chriſtum non carnem ſolum, ſed etiam Animam rationalem habere contra Apolinarium probat Theodor. Dial. 2. p. 48.

Ὡραῖα. Vide *Dilberr.* lib. 7. Elect. cap. 20. pag. 299. ſeqq. p.1601

INDEX

INDEX

Autorum tum Græcorum, tum Latinorum, quorum in hoc Theſauro frequenter fit mentio; addito etiam in pleriſque loco & tempore impreſſionis.

A.

ABbo Floriacenſis.
Achilles Tatius.
Achmes.
Acta Concilii ſub Menna.
Synodi Nicænæ.
Paſſionis Martyr. Abdonis & Sennes.
Adelboldus.
Adhelmus.
Ægineta.
Ælianus, Tiguri Græco-Lat. apud Geſneros, in folio.
Ælius Spartianus.
Æmilius Probus.
Ænea Gazæi Theophraſtus, Græco-Lat. Tiguri apud Andream Geſnerum, anno 1560. in folio.
Æſchines.
Æſchylus.
Æſopus.
Aetius.
Agapeti capita admonitoria, Græco-Lat. Tiguri apud Andream Geſnerum, anno 1560. in folio.
Agatharchides.
Agathias.
Agellius, Coloniæ Agrippinæ, anno 1557. in octavo.
Agobardus.
Agylæus.
Albaspinæi obſervationum libri, Pariſiis anno 1631. in folio.
Alciatus.
Alcimus Avitus.
Alcuinus Monachus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Aphrodiſæus.
Alexander Halenſis.
Alexander Monachus.
Alexii Ariſtini Synopſis Canonum, Græco-Lat. Pariſiis, anno 1661. in folio.
L. Allatii de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis conſenſione libri tres: ejusdem Diſſertationes de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum, & de Miſſa Præſanctificatorum, Coloniæ Agrippinæ, anno 1648. in quarto.
- ejusdem diſſertationes de libris & rebus Eccleſiaſticis Græcorum. Pariſiis, anho 1646. in quarto.
- idem de Templis Græcorum recentioribus, & de Narthæce Eccleſiæ veteris. Colon. Agrippinæ, anno 1645. in octavo.
Amalarius.
Amama Sixtinus.
Ambroſius.
Ambroſius Camaldulenſis.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Amœnus.
Amphilochii, Epiſcopi Iconii, oratio de occurſu Domini, de Deipara, & de Simeone: tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Græco-Lat. Pariſ. anno 1644. in folio.
Anacreon.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
- Cæſarienſis.
- Monachus.
- Sinaita.
- Theopolit. Patriarcha.
Andreas Cæſarienſis.
Andreas Cretenſis.
Andreæ Jeroſolymitani Sermo in ſalutationem Angelicam, Græco-Lat. Baſileæ, anno 1550. in folio.
Andronicus.
Anonymus in Pſalmos.
Anſegiſus.
Antiochus Monachus.
Anthologia.
Apollinarius.
Apollodorus.
Apollonius Rhodius.
Apoſtolii Proverbia Græco-Lat. Lugduni Batavorum, anno 1653. in fol.
Appiani hiſtoria. Græco-Lat. anno 1670. in octavo.
Apulejus.
Aquila.
Arator.
Archias.
Archiepiſcopus Leucadis.
Aretæ commentarius in Apocalypſ. Græcè, Veronæ anno 1532. in fol.
Aretæus.
Argyropylus.
Ariſteas de 70. Interpret. ad Philocratem. Græco-Lat. in folio: tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Pariſiis anno 1644.
Ariſtides.
Ariſtinus. Vide Alexii Ariſtini.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arnoldus, Abbas Bonævallis.
Arnulphus Lexovienſis.
Arrianus.
Arſenius.
Artemidorus.
Aſceticorum ſcriptor.
Aſterii, Amaſeæ Epiſcopi, homiliæ quinque Græco-Lat. in fol. tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Pariſiis anno 1644.
Athanaſii opera omnia, Græco-Lat. duobus tomis diſtincta, & in folio Pariſiis impreſſa, anno 1627.
Athenæus.
Athenagoræ legatio pro Chriſtianis: ejusdem de reſurrectione mortuorum. Græco-Lat. in folio Tiguri apud Andr. Geſnerum, anno 1559.
Auctor ad Interrogationes orthodoxorum.
- libri de cardinalibus Chriſti operibus.
- quæſtionum Athanaſio adſcriptarum
- refutationis actorum Nicænorum.
- vitæ Theclæ.
Auguſtini opera.
Auguſtinus Steuchus.
Avicenna.
Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus.
Auſonius.

B.

Balæus.
Baldricus.
Baldus Bernhardinus.
Balforeus.
Balſamonis commentarii in Canones Apoſtolorum, Conciliorum generalium & provincialium, in Patrum epiſtolas Canonicas, & Photii Nomocan. Græco-Lat. Pariſiis in folio, anno 1620.
Barlaam.
Barnabas.
Baronius.
Barthius.
Baſilica.
Baſilius Cæſarienſis, aliàs Magnus, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1618.
Baſilii Seleucienſis opera, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1622.
Becanus.
Becmannus de originibus Lat. linguæ, anno 1629. in octavo.
Beda.
Bellarminus.
Benno.
Bernhardinus Franciſcus.
Bernhardus.
Berno abbas Augienſis.
Beroſus.
Beurerus.

Digitized by Google

Beza.
Bibliotheca Canonicę tomi duo, Gręco-Lat Pariſiis in folio, anno 1661.
Biel Gabriel.
Bignoninus.
Billius.
Blaſtarius Matth.
Blondellus.
Bochartus.
Bodinus.
Boëthius.
Boiſius Johan. Anglus, Londini anno 1655. in octavo.
Bonaventura.
Bovius Joh. Carolus.
Breviarium Concilii Hipponenſis.
Breviarium Græcorum.
Brightmannus Thomas.
Briſſonius, Lugduni anno 1559. in fol.
Britannicus.
Brixianus.
Brixius Germ.
Brodæus.
Brouchthonus Hugo.
Budæus.
Bullingerus.
Burchardus.
Buxtorfius.
Jonas le Buy.

C.

Cæſar.
Cæſarii quæſtiones Theolog. & Philoſoph. in quarto, Auguſtæ Vindelicorum, anno 1616.
Cajetanus.
Q. Calaber.
Callimachus.
Calpurnius.
Calvinus.
Camerarius.
Camero.
Caninius.
Caniſius.
Canones Apoſtolorum & Conciliorum, Græco-Lat. in folio, Tiguri apud Andr. Geſner. anno 1559.
Cantacuzenus.
Capacius.
Capellus.
Capitolinus.
Capnio.
Carolus Paulus.
Carrio.
Caſaubonus.
Caſſandri Liturgica.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Caſtellio.
Catena in Pentateuchum. M. S.
Catena in Jobum, Græco Lat. in fol. Londini, anno 1637.
Catena in Johannem, Græco-Lat. in fol. Antverpiæ, anno 1630.
Catena in Pſalmos.
Catullus.
Cedreni Annales, Græco-Lat. in fol. Baſileæ, anno 1566.
Centuriatores Magdeburgenſes.
de la Cerda.
Chariſius.
Chemnitius Martinus.
Chriſtianus.
Chriſtophorſonus.
Chronicon Alexandrinum.
Chryſippus Jeroſol. Presbyter.
Chryſologus.
Chryſoſtomi opera omnia in tomos octo diſtributa, Græcè in folio, Etonæ, anno 1612.
Chytræus.
Ciaconius.
Cicero.
Cidonius. Vide Cydonius.
Cinnamus Joh.
Claudianus.
Clementis Alexandrini opera, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1641.
Clementis Conſtitutiones.
Cluverius.
Cocus Robertus.
Codex Theodoſianus.
Codinus de originibus Conſtantinopol. Græcè M. S.
Columbanus.
Columella.
Comes Natalis.
Commentarius in Canticum, tomo 3. Bibliothecæ Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Comnena Anna.
Comneni Alexii conſtitutiones.
Comneni Manuelis conſtitutiones.
Comnenus Iſaacus.
Conſtantini Cabaſilæ quæſita ad Joh. Epiſcop. Citri, M. S.
Conſtantinus Manaſſes.
Conſtitut. Apoſtolorum. Vide Zonar.
Conſtitut. Eccleſiaſtic. collectio per Balſamonem, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1661.
Corderius.
Coreſſius Georg.
Corippus.
Cornarius.
Corona precioſa.
Cotterius.
Cragius Nicolaus.
Creygthon in hiſtoriam Concilii Florentini, Hagæ Comitis, anno 1660 in folio.
Criconius.
Critopuli Confeſſio Eccleſiæ Orientalis Græco-Lat. in quarto, Helmſtadii, anno 1661.
Crojus.
Cruſius
Cujacius.
Cunæus.
Curopalates Johannes.
Curtius.
Cydonii oratio de contemnenda morte, Græco-Lat. in folio, Tiguri, anno 1559.
Cyprianus.
Cyrilli Alexandrini operum Græco-Lat. tomi 6. Pariſiis in folio, anno 1638.
Cyrilli Jeroſolym. Catecheſes, Græcè, in octavo. Pariſ. anno 1564.
Ejuſd. oratio de occurſu Domini & Simeone, in tomo 13. Biblioth. Patrum, in folio, Græco-Lat. Pariſiis, anno 1644.
Cyrillus Scythopolitanus.

D.

Dallæus Johannes.
Damasceni dialogus contra Manichæos Græco-Lat. in octavo, Baſileæ, anno 1578.
ejuſdem libri 4. de orthodoxa fide, Græco-Lat. in folio, Baſileæ, anno 1548.
Damascenus hypodiaconus Theſſalonicenſis.
Damianus Petrus.
Danæus Lambertus.
Debuius Reinold.
Demetrius Chomatenus.
Cyzicenus.
Democritus.
Demoſthenes.
Deuſingius Ant.
Diaconus.
Didymus.
de Dieu.
Dieuſius.
Dilherrus Joh. Michaël.
Dio Caſſius.
Dio Chryſoſtomus.
Diodorus Siculus.
Diodorus Tarſenſis.
Dionyſii Alexandrini epiſtola adverſus Paulum Samoſatenſem, tomo 12. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Dionyſii Areopagitæ opera, cum paraphraſi Pachymeræ, & S. Maximi ſcholiis, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Dionyſii Exigui codex Canonum Eccleſiaſticorum, Latinè, in folio, Pariſiis, anno 1661.
Dionyſii Halicarnaſſei opera, Græco-Lat. in folio, Francofurti an. 1586.
Dionyſius Periegetes.
Dioſcorides.
Donatus.
Dorothei Archimandritæ doctrinæ, tomo 12. Bibliothecæ Patrum, in folio, Græco-Lat. Pariſiis, anno 1644.
Dracontius.
Druſius.
Druthmarus Chriſtianus.
Ducæus Fronto.
Dunæus.
Duportus.
Durandus.
Duſſeldorpius Franc.

E.

Eliæ Cretenſis reſponſiones ad Dionyſium Monachum. MS.

Index Autorum.

idem in Orat. Nazianzeni, in fol. Pariſiis, anno 1630.
Eligius.
Ennius.
Ennodius.
Epheſinæ Synodi acta, Græcè in folio, apud Commelinum, anno 1591.
Ephræmius Syrus in Bibliotheca Photii, Græco-Lat. in folio, Rothomagi, anno 1653.
Epictetus.
Epiphanii opera, Græcè, in folio. Baſileæ, anno 1543.
Eratoſthenes.
Erotianus.
Erpenius.
Etherianus Hugo.
Etymologici M. auctor.
Evagrii hiſtoria Eccleſiaſtica, Græcè, Pariſiis, in folio, anno 1544.
Eucherius.
Euchologium, Græcè, Venetiis, in octavo, anno 1648.
Eudemus.
Eulogius.
Eunapius.
Euripides.
Euſebii Pamphili hiſtoria Eccleſiaſt.
ejusdem præparatio & demonſtratio Evangelica, Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1544.
ejusdem Chronicon Græcum, in folio, Amſtelodami, anno 1658.
Euſtathius.
Euſtathius Antèceſſor.
Euthalius Diaconus.
Euthymius.
Eutropius.
Ezechiel Tragicus.

F.

Faber Petrus.
Faber Stapulenſis.
Fabrotus ad Balſamonem, in folio, Pariſiis, anno 1661.
Facundus Epiſcopus.
Fagius.
Faſti Idaciani.
Faſti Capitolini.
de Faulx Remaclus.
Ferrandus Fulgent.
Ferus Joh.
Feſſelii adverſaria ſacra, in quarto, Wittebergæ, anno 1650. & 1658.
Feſtus.
Fileſacus.
Firmicus Julius.
Flodoardus.
Florentini Concilii hiſtoria, Græco-Lat. in folio, Hagæ Comitis, anno 1660.
Forbeſius Johannes.
Fornetius Rodolſus.
Fracaſtorius Hier.
Francus Franciſcus.
Früchlinus.
Frontinus Julius.
Fulbertus.
Fulgentius.
Fulgentius Manciodes.
Fulleri miſcellanea ſacra, in octavo, Heidelbergæ, anno 1618.
Fungeri Etymolog. trilingue in quarto, Lugduni, anno 1607.

G.

Gabriel Philadelphiæ Metropolita.
Gabriel Corinthius.
Galenus.
Gallus Confeſſor.
Gaſſendus.
Gatakeri Cinnus, in quarto, Londini, anno 1651.
ejusdem de novi Inſtrumenti ſtylo diſſertatio, in quarto, Londini, anno 1648.
ejusdem Notæ in Antoninum, in quarto, Cantabrigiæ, anno 1652.
ejusdem Adverſaria miſcellanea, in folio, Londini, anno 1659.
Gaudentius.
Gaza.
Gazæus Joh.
Gelaſii Cyziceni commentarius actorum Concilii Nicæni I. Græco-Lat. in octavo, Pariſiis, anno 1599.
Gellius. Vide Agellius.
Genebrardus.
Gennadius.
Gentilis Scipio.
Georgius Acropolita.
Georgius Alexandrinus.
Gerbertus.
Germanicus.
Germanus Conſtantinop. Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1560.
Gerſon Joh.
Geſnerus.
Gildorpius.
Gloſſaria varia, in folio, Lugduni Batavorum, anno 1600.
Glycas.
Gobarus Stephanus.
Goclenius.
Gomarus.
Gothofredi exercitationes ſacræ, in octavo, Genevæ, anno 1649.
ejusdem diſſertationes in Philoſtorgium, in quarto, Genevæ, anno 1643.
Gothofredus Viterbienſis.
Gratianus.
Gregentii diſputatio cum Judæo, in Biblioth. Patrum tomo 12. Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1644.
Gregorius Magnus.
Gregorii Nazianzeni opera Græco-Lat. duobus tomis diſtincta, in folio, Pariſiis, anno 1630.
Gregorii Neo-Cæſar. aliàs Thaumaturgi opera, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1622.
Gregorii Nyſſeni opera, Græco-Lat. in tres domos diſtributa, in folio, Pariſiis, anno 1638.
Gregorius Presbyter.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Metropolita Corinthi.
Gretſerus.
Grotius Hugo.
Gruterus Janus.
Gualtherus Tarvanenſis.
Gualtherus Rodolphus.
Guietus.
Gyraldus Lilius.

H.

Hadrianus.
Hardingus.
Harmenopulus de ſectis, & de fide orthodoxa, Græco-Lat. in octavo, Baſileæ, anno 1578.
Haymo.
Hegeſippus.
Heideggerus.
Heinſius Daniel.
Heliodorus.
Hemingius.
Hephæſtio.
Heriveus, Archiepiſc. Remenſis.
Hermogenes.
Herodianus.
Herodotus.
Hervetus Gentianus.
Heſiodus.
Heſychius Lexicographus.
Heſychii Presbyteri ſermo ad Theodulum, tomo 12. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Hierocles.
Hieronymus.
Hilarius.
Hildebertus.
Himerius.
Hincmarus.
Hippocrates.
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores, Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1544.
Homerus.
Horatius.
Hornbeckius.
Horologium Græcorum.
Horus.
Hoſpinianus.
Hottingerus.
Huetius.
Hydatius.

I.

Jamblichus.
Janſenius.
Ignatii epiſtolæ, Græco-Lat. in quarto, Genevæ, anno 1623.
Ignatius Diaconus.
Illyricus Flaccus.
Interpres Arabs.
Interpretes Græci, vulgò 70. dicti.
Interpres Græcus Vulg.
- Latinus Vulg.
- Syrus.
- Tigurinus.
Jobius, in Biblioth. Photii, Græco-Lat. in fol. Rothomagi, anno 1653.
Johannes Antiochenus.
- Cinamus.
- EpiſcopusCitri.

Digitized by Google

- Jejunator.
- Metropolita Naupacti.
- Moſchus, in tomo 13. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1644.
- Henſenius.
- Monachus.
- Teutonicus.

Jornandes.
Joſephi opera, Græco-Lat. in folio, Genevæ, anno 1634.
Jovius Paulus.
Irenæus.
Iſidorus Hiſpalenſis.
- Mercator.

Iſidori Peluſiotæ epiſtolæ, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, 1638.
Julianus apoſtata.
- Halicarnaſſenſis.
- Toletanus.

Junius Franciſcus.
Junius Patricius.
Ivo.
Juretus.
Juſtellus.
Juſtinianus Imperator.
Juſtini Martyris opera, Græco-Lat. Pariſiis, anno 1636. Et Græcè ibid. in folio, anno 1551.
Juvenalis.
Juvencus.

K.

Kircherus.
Kirchmannus.

L.

Lactantius.
Laertius Diogenes.
Lampridius.
Lancelotus.
Langus Joh.
Laurenbergii Antiquarius in quarto, Lugduni, anno 1622.
Leo Johannes.
Leo Africanus.
- Bulgariæ Epiſcopus.
- Grammaticus.
- Imperator.

Leonis Romani epiſtola ad Flavianum, tomo 13. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Leonardus Presbyter.
Leontius Cæſar, Cappadociæ Epiſcop.
Leontii Byzantini tractatus de ſectis, Græco-Lat. in octavo, Baſileæ, anno 1578.
Leopardus Paulus.
Levita Benedictus.
Leunclavius.
Libanius Sophiſta.
Libellus Synodicus, Græco-Lat. in Biblioth. Juris Canonici, in folio, Pariſiis, anno 1661.
Lindanus.
Lindenbrogius.
Lipſius.
Liturgia Baſilii M.
- Chryſoſtomi.
- Clementis.
- Jacobi. Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1560.

Livius.
Longi Paſtoralium libri 4. Græco-Lat. in quarto, Franeketæ, anno 1660.
Lucanus.
Lucianus.
Lucilius
Lucius Ludovicus.
Lucretius.
Luitprandus.
Lycophron.
Lyranus.

M.

Macarii orationes, Græcè, in octavo, Pariſiis, anno 1559.
Magentius.
Magius.
Malaxus.
Malchus.
Maldonatus.
Manilius.
Mantuanus.
Manuel Epiſcopus Bellenſis.
- Palæologus.

Manutius Paulus.
Marcellinus Comes.
Marculphus.
Marcus Antoninus, Græco-Lat. in quarto Cantabrigiæ, anno 1652.
- Epheſinus.

Marci Eremitæ capita de lege ſpirituali, Græco-Lat. in folio, Baſileæ, anno 1550.
idem de Paradiſo, de Pœnitentia, de Baptiſmo: ejuſdem præcepta ſalutaria, tomo 13. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Marcus Hieromonachus de dubiis Typici, Græcè, in folio, Venetiis, anno 1615.
Marci Patriarchæ Alexandrini quæſtiones ad Balſamonem. M. S.
Macrinus.
Marius Victor.
Martialis.
Martianus Capella.
Martinius.
Martyr Petrus.
Martyr Hippolitus.
Martyrologium Romanum.
Maſius.
Matthæus Monachus.
Maurus Rabanus.
Maximi centuriæ quatuor de Charitate Græco-Lat. in folio. Baſileæ, anno 1550.
ejuſdem ſcholia in Dionyſium Areopagit. Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Maximus Taurinenſis.
Maximus Margunius.
Medus Anglus.
Mekerchus.
Melanchton Philippus.
Menander.
Mendoza Franciſcus.
Menna. Vide Zonaras.
Menologium, Venetiis, diverſo tempore impreſſum. In folio.
- Baſilianum Vaticanum.

Mercerus.
Methodii Patriarchæ Chronicon Gr. M. S.
Meurſius.
Michaël Singelus.
Micrologus.
Minucius Felix.
Modeſtinus.
Modeſtus Archiepiſc. Jeroſolymis.
Montacutius.
Morinus.
Mortonus Thomas.
Moſchopulus.
Munſterus.
Muretus.

N.

Nazarius.
Nemeſius.
Neubrigenſis Guilielmus.
Nicander.
Nicephori Chartophylacis reſponſiones ad Theodoſium Monachum. M. S.
Nicephori Conſtantinop. confeſſoris Canones: M.S.
Nicephorus Blemmida.
Nicephori Gregoræ hiſtoria Byzantina, Græco-Lat. in folio, Baſileæ, anno 1562.
Nicephorus Homologeta.
Nicetas Choniates.
Nicetæ Metropolitani Heracleæ reſponſa ad Conſtantini Epiſcopi. M. S.
Nicolaus Epiſcopus Methon.
- Metropol. Corcyrenſis.

Nili Monachi capita parænetica, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Nonius.
Nonnus.
Notitia Rom. Imperii.

O.

Oecumenius in acta Apoſtolorum & Epiſtolas, Græcè, in folio. Veronæ, anno 1532.
Olearius.
Olympiodorus in Eccleſiaſten, tomo 13. Bibliothecæ Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Onomaſticon vetus Græco-Lat. in folio, Lugduni Batavorum, anno 1600.
Onuphrius.
Oppianus.

Digitized by Google

Optatus Milevitanus.
Origenes contra Celſum, & ejusdem Philocalia, Græco-Lat. in quarto, Cantabrigiæ, anno 1658.
Oroſius.
Orpheus.
Oſorius.
Oſtorodius.
Otto Friſingenſis.
Overallus Johannes.
Ovidius.
Owenus

P.

Pachymera paraphraſis in Areopagit. Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Pacianus.
Palladii hiſtoria Lauſiaca, Græcè in quarto, Lugduni Batavorum, ann. 1616.
Palmerius.
Pamelius.
Pamphilus.
Pandectæ.
Pantoleontis ſermo εἰς τὰ ἅγια φῶτα, Græco-Lat. in fol. Baſileæ, an. 1550.
Papias.
Paraphraſis Chaldaica.
Paracleticum, Græcè, in folio. Venetiis, anno 1640.
Pariſius Matthæus.
Parkerus.
Paſor.
Paulinus.
Paulus Burgenſis.
- Diaconus.
- Patavinus.
Pauſanias.
Pentecoſtarium, Græcè, in folio. Venetiis.
Perkinſius.
Perronius Cardinalis.
Perſius.
Petavius.
Petilianus.
Petitus Samuel.
Petronius.
Petrus Alexandrinus.
- Antiochenus.
- Bleſenſis.
- Chryſologus.
- Mangus.
- Pictavienſis.
- Vigenſis.
Peutingerus.
Pſocbenius.
Phavorinus.
Philander.
Philaſtrius.
Philemon.
Philes.
Philo.
Philoponus.
Philoſtorgii hiſtoria Eccleſiaſtica, Græco-Lat. in quarto Genevæ, anno 1643.
Philoſtratus.
Philotheus.
Philoxenus.
Phlegon.
Phocas Johannes.
Phocydides.
Phoebadius.
Photii Bibliotheca Græco-Lat. in folio. Rothomagi, anno 1653.
ejusdem epiſtolæ Græco-Lat. in folio. Londini, anno 1651.
ejusd. Nomocanon. Græco-Lat. in Biblioth. Juris Canon. Pariſiis, in folio, anno 1661.
Phranzes.
Phrynichus.
Piamon Abbas.
Pindarus.
Pinellus Lucas.
Piſcator.
Plato.
Plautus.
Pleſſaus.
Plinius.
Plutarchus.
Polanus.
Politianus.
Pollux.
Polybius.
Polycarpus.
Polychronius.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Porphyrius.
Porteſius Joh.
Portus Æmilius.
Poſſevinus.
Poſſidonius.
Pricæi Commentarii. Londini in folio, anno 1660.
Primaſius.
Priſcianus.
Prochorus.
Proclus ad Armenios de Fide. Græco-Lat. in tomo 12. Biblioth. Patrum, in folio. Pariſiis, anno 1644.
Procopius.
- Gazæus.
Propertius.
Proſper.
Protogenes, Epiſcop.
Prudentius.
Pſellus.
Ptolemæus.

Q.

Quintilianus.
Quintinus.

R.

Rabanus.
Rabbi David.
Radevicus Friſingenſis.
Radulfus.
Rapertus Monachus Sangallenſis.
Rathrannus Corbeienſis.
Ravanellus.
Reineſius.
Remigius.
Rhegino.
Rhenanus Beatus.
Rhodiginus Cœlius.
Ribera.
Ricius.
Rigaltius.
Rittershuſius.
Rivetus.
Ruffinus Aquileienſis Presbyter.
Ruricius.
Ruſticus Elpitius.
Rutilius Numatianus.

S.

Sagax Landulfus.
Salluſtius.
Salmaſius.
Salmero.
Salmona, Archiepiſc. Gazæ.
Salvianus.
Sanctius Caſpar.
Sarravius.
Scaliger Pater & Filius.
Scapula.
Schindlerus.
Schmidius Eraſmus.
Scholiaſtes Æſchyli.
- Apollonii.
- Ariſtophanis.
- Euripidis.
- Harmenopuli.
- Heſiodi.
- Homeri.
- Horatii.
- Juvenalis.
- Pindari.
- Plutarchi.
- Sophoclis.
- Theocriti.
- Thucydidis.
Scotanus.
Schottus.
Scorſus.
Scotus Marianus.
Scultetus.
Sedulius Scotus.
Seldenus.
Seneca.
Serapion.
Serenus.
Serrarius.
Servius.
Severianus.
Severinus.
Severus.
Sidonius.
Sifanus.
Siffridus Prebyter.
Sigebertus.
Sigismundus, Baro, de rebus Moſcoviticis.
Silius Ital.
Simeon. vide Symeon.
Siricius.
Sirmundus.
Siſinnius Patriarcha Conſtant. M. S.
Sixtus Senenſis.
Smyrnæus.
Socratis hiſt. Eccleſiaſt. Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1544.
Solinus.

Sophocles.
Sophronius.
Sozomeni hiſt. Eccleſiaſt. Græcè, in folio, Pariſiis, anno 1544.
Spanhemius Frid.
Statius.
Stella Joh.
Stephanus Henricus.
Stephanus de urbibus, Græcè, in folio, Florentiæ, anno 1520.
Steuchus Eugubinus.
Stobæus, Græco-Lat. in folio, Tiguri, anno 1559.
Strabo, Græco-Lat. in folio, Genevæ, anno 1587.
Strabo Walafridus.
Strigelius Victor.
Stuckius.
Suareſius.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitius Severus.
Surius.
Sylburgius.
Symeonis Logothetæ epitome Canonum, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1661.
Symeon Magiſter.
Symeon Metaphraſtes.
Symeon Theſſalonicenſis.
Symmachus.
Synaxarium.
Syneſii opera Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1640.
Syntagma de Anargyris, Græco-Lat. in quarto, Viennæ in Auſtria, anno 1660.

T.

Tacitus.
Targum Jeroſolymit.
Tatianus contra Gentes, Græcè in folio, Tiguri, anno 1560.
Terentius.
Tertullianus.
Thalaſſii centuriæ quatuor de Charitate & Continentia, Græco-Lat. in folio, tomo 13. Biblioth. Patrum, Pariſiis, anno 1644.
Themiſtius.
Theocritus.
Theodoreti opera omnia Græco-Lat. in folio, & in quatuor tomos diſtributa, Pariſiis, anno 1641.
Theodori Abucaræ varia opuſcula Græco-Lat. in tomo 12. Biblioth. Patrum, in folio. Pariſiis, an. 1644.
Theodorus Anagnoſta.
- Ancyræ Epiſcopus.
- Antiochenus.
- Heracleota.
- Hermopolites.
- Mopſveſtenus.
Theodorus Petreorum Epiſcopus.
Theodorus Presbyter de Incarnatione Domini, Græcè, in quarto. Pariſiis, anno 1559.
- Prodromus.
- Studites.
Theognis.
Theognoſtus Alexandrinus.
Theophanis homiliæ Græco-Lat. in folio. Pariſiis, anno 1645.
Theophanes Nicænus.
Theophilus Protoſpatarius.
Theophilus Antiochenus ad Autolycum, Græcè, in folio, Tiguri, anno 1560.
Theophraſtus.
Theophridus Abbas.
Theophylacti commentaria in quatuor Evangelia, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1635.
- ejusdem commentaria in omnes Pauli epiſtolas, Græco-Lat. in folio. Londini, anno 1636.
Theophylacti Simocattæ hiſtoria Mauriciana, Græco-Lat. in quarto.
Theoriani cum Catholico diſputatio, Græco-Lat. in octavo, Baſileæ, anno 1578.
Thomas Aquinas.
- Magiſter.
Thucydides.
Tibullus.
Tilenus.
Timotheus Alexandrinus.
Timothei, Presbyteri Jeroſolymit. Oratio de Propheta Simeone, Græco-Lat. in tomo 13. Biblioth. Patrum, in fol. Pariſiis, anno 1644.
Tiraquellus.
Tirius Maximus.
- Wilhelmus.
Titius Joh.
Titi Boſtrenſis, expoſitio in Lucam, tomo 13. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in fol. Pariſiis, anno 1644.
Toſſanus.
Trebellius Pollio.
Tremellius.
Triclinius.
Triodium, Græcè, Venetiis, in folio.
Triſmegiſtus.
Tullius Joh.
Turnebus Adr.
Turrianus.
Typicum Sabæ, Græcè, Venetiis, anno 1615.
Tzetzes.

V.

Valerius Flaccus.
- Maximus.
Valla Laurent.
- Nicolaus.
Varinus.
Varro.
Vechnerus Daniel.
Vedelius.
Vegetius.
Vellejus Paterculus.
Venantius Fortunatus.
Vergilius Polydorus.
Verinus Simplicius, i. Cl. Salmaſius.
Victor Cl. Marius.
Victor Antiochenus Presbyter.
- Maſſilienſis.
- Tunenſis.
- Uticenſis.
Victorinus.
Victorius.
Vigilius.
Vincentius Lyrinenſis.
Vindicianus.
Virgilius.
Joh. Jac. de Vitriaco.
Vitruvius.
Vives.
Vlachus Geraſimus.
Ulpianus.
Voetius.
Vopiſcus.
Vorſtius.
Voſſius Joh. Gerard.
Urſinus Fulvius.
- Johannes.
- Joh. Henricus.
Uſſerius.
Vulcanius.
Vulcobius.

W.

Walæus Bald.
Waldenſis.
Wanefridus.
Watſius.
Wibbo.
Wolfius Hieronym.

X.

Xenophon.
Xiphilinus.
Xylander.

Z.

Zacharias Chryſopolitanus.
Zachariæ Mitylenenſis diſputatio de Mundo, in tomo 12. Biblioth. Patrum, Græco-Lat. in folio, Pariſiis, anno 1644.
Zanchius.
Zeno Veronenſis.
Zenobius.
Zonaræ Commentaria in Canones Apoſtolorum, Græcè, in octavo, Pariſiis, anno 1558.
ejusdem expoſitio Canonicarum epiſtolarum, Græco-Lat. in folio. Pariſiis, anno 1622.
ejuſdem Commentarii in Canones Apoſtolorum & Conciliorum: quibus adjiciuntur Concilium Conſtantinopol. ſub Menna, & Conſtitutiones Apoſtolorum, Græco-Lat. in folio. Pariſiis, anno 1618.
Zoſimus.
Zwinglius.
Zygomala Theodoſ.

Digitized by Google

INDEX

Locorum Scripturæ, qui in toto hoc Opere vel laudantur, vel explicantur: ubi litera *a*, numeris præpoſita, priorem; *b* verò, poſteriorem denotat tomum; numeri verò ſubſequentes, paginam deſignant.

Geneſis.

*Cap.I.*vers.1.a.pag.527 b.787.v.2.a.11,739.b.765 780,976.v.4 b.1072 v.5. a.1040 v.16. a.1320. v.21.b.787 v.24 25 b.535,facie priori.1577.v.26.a.1026.b.98,1289.1292 v 27 a.1025.b 787. v.28.b.470

*Cap.*II.v.3.b 917.v.4 a.688.v.7.a.286.b.1467.1581. v.9.b.444.v.17.a.791,1344

*Cap.*III. v.1.b.535.facie poſteriori, bis.v.5.a.850.v.6 a.806.v.9.b.462.v.13 a.806 v.14.b.534, facie poſteriori,535, facie poſteriori. v.17. a.757. v.22.a.78,1037. v.24. b.1518

*Cap.*IV. v.1. b.18,166,1367. v.4.a.1419.v.13.a.137. v.26.b.493

*Cap.*V. v.1.a.687.b.787.v.2.b.787. v.3.a.1023.v.24. a.1130,1264.v.29 b.438

*Cap.*VI v.1,2.a.351,1003.v.2. a 37,351. b.1358.v.3. a 38 v.4.a.351 v.7.b 787. v.9. b.688

*Cap.*VIII. v.7.a.1295,1296.v.20.a.1419. v.21.b.689

*Cap.*IX.v.6.b.1292. v.25. a.959

*Cap.*X.v.8.a.761. v.9.a.761.v.10. a.613

*Cap.*XI.v.7.b,1293.v.9. a.613

*Cap.*XII.v.5. b 1577

*Cap.*XIII.v.4. a.529

*Cap.*XIV.v.13.a.6.v.18.337.bis

*Cap.*XV.v.9.b.691

*Cap.*XVII.v.4.b.695.v.7.b.695

*Cap.*XVIII.v.5. a.518.v.6. b.1208.v.7.b.1208.v.20, 21.b.462.v.18.a.446

*Cap.*XIX.v.24.b 194.bis. v.26.a.179

*Cap.*XX. v.18.b.695

*Cap.*XXI.v.8.a.440,960

*Cap.*XXII.v.2.a.28.v.12.a 28

Cap. XXIII. v. 4. b. 597. v. 16. b. 391. facie priori.

*Cap.*XXIV.v.14.b.595.v.16.b.595.v.21.b.52. v.55. b.595

*Cap.*XXVI.v.30.a.960

*Cap.*XXVII.v.36.b.884

*Cap.*XXVIII.v.20.a.518

*Cap.*XXIX.v.18.a.446.v.20. a.446. v.24. b.1293. v. 25.b.587

*Cap.*XXX.v.23. a.1475.v.24. a.1475

*Cap.*XXXI.v.39. b.589. v.53.b.512

*Cap.*XXXII.v.28.a.1464

*Cap.*XXXIII.v.4. a.553.v.13.b.990

*Cap.*XXXIV.v.1.b.52. v.3.b.595

*Cap.*XXXVIII.v.9.b.297,1208

*Cap.*XL.v.13,19.b.1270

*Cap.*XLII.v.21. a.228

*Cap.*XLIII. v.11. b.331.v.18. a.529. v.20.a.529.v.31 a.999.v.34.b.325

*Cap.*XLIV.v.28.a.1399

*Cap.*XLV.v.22.b.1520.v.27.a.265.267

*Cap.*XLVI.v.4. b.4

*Cap.*XLVII.v.24.a.755.v.31.b.857

*Cap.*XLVIII.v.13.a.836.v.14. a.836.v.16. a.36. v.17 a. 836. v. 18. a.836

*Cap.*XLIX. v.9. b.1044

*Cap.*L.v.2. a.1124. v.26. a.1124

Exodus.

*Cap.*I.v.10. b.62. v.11. a.1206. v.17.a.1310. v.18.a. 1310.v.22. a.1310

*Cap.*II.v.10.b.385.facie poſteriori.v.23. a.1277

*Cap.*III.v.2.a.672. v.7. a.1206

*Cap.*IV. v.12 b.1078.1490. v.15. b.1078

*Cap.*VII. v.11. a.1430.1431

*Cap.*VIII.v.12. a.1277

*Cap.*X.v.27. b 952

*Cap.*XI v.3. b.1499

*Cap.*XII. v.6. b.613. v.8 9. b.613. v.10. b. 613. 617 v.12. b.615.v.13. b.608. v.16.a.1329.v.21.b.609 v.23. b.608.v.26 b. 1139.v.46.b.613

*Cap.*XIII.v.4.b.609 v 21.b.1049

*Cap.*XIV.v.4 a.105.v.10.a.1277. v.15. a.1277.v.31. b.720

*Cap.*XV.v.21. a.1136.v.27.b.1455

*Cap.*XVI.v.4.a.519.v.15. b.278.v.30.b.916. v.31. a. 167. v.33 34. b.102

*Cap.*XVIII.v.16 b.178.v.21.a.908

*Cap.*XIX.v.25 a.755

*Cap.*XX.v.4.a.1012.v.5. a.1012.v.11.a.55

Cap XXII.v.25.a 821. v.28.a.1370

*Cap.*XXIII. v.10. a.755. v.14. a.1171. v. 15. b.609. v.16. b.667 1272

*Cap.*XXV.v.22.a.943.v.30.a.521

*Cap.*XXVI.v.32. b.1051.v.33.b.54.v.37.b.1051

*Cap.*XXVII.v.10.b.1051

*Cap.*XXVIII. v.41.a.55

*Cap.*XXIX.v.2. a.106. v.17.a.927

*Cap.*XXXI. v.4. a.536.

*Cap.*XXXII.v.5.a.1010

*Cap.*XXXIII.v.19. b.494. v.20. b.1068.v.23. b.497, facie priori.

*Cap.*XXXIV.v.5.b 494.v.6.b.293.v.18.b.609

*Cap.*XXXV. v.32. a.536

*Cap.*XXXIX. v.29. b.959

*Cap.*XL.v.34.35. a.943

Leviticus.

*Cap.*I.v.6.b.332.v.8 a.928

*Cap.*II.v.13.a.180,192. v.51,52.b

*Cap.*V.v.7.b.691.v.11.a.1420

*Cap.*VIII.v.3.a.1060

*Cap.*X.v.11. b.1078

*Cap.*XI.v 10.b.1577.v.16. b.944. v.44. b.1257. v.46 b. 1577

*Cap.*XII.v.6.b.691.bis. v.8. b.691

*Cap.*XIII.v.46.b.226 v.51,52.a.1100

Cap. XIV. v. 6. b. 959, 1402. v. 7. b. 1402. v. 44. a. 1100.

*Cap.*XVI.v.8.a.468

*Cap.*XVIII. v.21. a.1325

*Cap.*XIX.v.14. b.967.v.28. b.67

Digitized by Google

*Cap.*XX.v.2,3,4,5.a.1325
*Cap.*XXI.v.5.b.67. v.19.a.1289
*Cap.*XXIII.v.2.a.1329.v.3.a.1329.v.4.a.1324.b.611 v.5. b.609,1273. v.6. b.1273 v.7. a.1329.b.216. v.8.a. 1329.b.216.v.10. b.1273.v.11. b.1273. v.21. b.216.v. 32.b.916.v.35.a.1329 v.36. a.1141,1329.v.39.b.1272
*Cap.*XXIV. v.6.a.521. v.8.a.521
*Cap.*XXVI.v.34.a.1240.v.35 b.916
*Cap.*XXVII. v.21. a.600. v 28.a.272

Numeri.

*Cap.*III. v.13. a.56
*Cap.*IV. v.3.b.828.v.31,32.b.1051
*Cap.*V.v.2 b.226. v.15.a.1420. v.21.a.407. b.716.v. 22.a.407.b.716. v.27.a 407
*Cap.*VI.v.2.a.589.v.23 b 804
*Cap.*VII. v.2.b.639.v.10,11.a.990.v.84.a.990
*Cap.*VIII.v 24.b 828
*Cap.*IX.v.11.b.613
*Cap.*XI.v.12.b.1319.v.22.b.539
*Cap.*XIV. v.18.b.293
*Cap.*XVI.v.3.a.434.v.7.a.434. v.13.b.331
*Cap.*XVII.v.10.b.102
*Cap.*XVIII.v.9.a.205.v.19.a.178,179
*Cap.*XX.v.8.a.1060.v.17.b.450.v.22.b.450
*Cap.*XXI.v.8,9. b.1407
*Cap.*XXIII.v.7. b.283,569
*Cap.*XXIV.v.8. a.1067
*Cap.*XXV.v.4.b.570. v.13.a.1297
*Cap.*XXVIII.v.7. b.958. v.18.b.216
*Cap.*XXIX. v.35. a.1141.
*Cap.*XXX.v.5.a.361. v.12.a.361
*Cap.*XXXI.v.15.a.1302.v.18.a.1302.v.26.b.639
*Cap.*XXXII.v.28.b.639
*Cap.*XXXIII. v.4. b.615.v.9. b.1455
*Cap.*XXXVI. v.1.b.639

Deuteronomium.

*Cap.*I.v.31.b.1319.v.39.b.399
*Cap.*IV. v.9. b.1078, bis. v.10. a.1060. v.15. a.1012, 1013.v.19.a.559.v.32.b.787
*Cap.*VI.v.7.b.836.v.16.b.654.v.22.a.906
*Cap.*XI. v.20.b.616
*Cap.*XIII.v.3.a.906
*Cap.*XIV.v.19.a.1325
*Cap.*XV.v.8.a.821. v.17.a.140
*Cap.*XVI. v.1. b.609. v.2. b.609.v.3. a.1141. v.5.a. 964.v.8.a.1141.v.9.b 1273.v. 13.b.1272
*Cap.*XVII.v.3. a.559.1325
*Cap.*XVIII. v.13. b.1257
*Cap.*XX. v.16. a.1302
*Cap.*XXI.v.14.b.1407.v.23.a.1341
*Cap.*XXII. v.19. b.595. v.20.2 ,24,26,27. b.595
*Cap.*XXIII. v.1.a.1256.v.4.b 283
*Cap.*XXVII. v.15. a.228.229
*Cap.*XXVIII.v.48.b 216.v.56. b.656. v.58.b.493
*Cap.*XXIX.v.18. b.1404
*Cap.*XXX.v.15. a.918
*Cap.*XXXI.v.12.a.1060. v.20. b.332. v.28. a.1060
*Cap.*XXXII. v.5. a.745. v.11. a.105. b.1319.v.24.a. 179. v. 36. a. 17
*Cap.*XXXIII.v.2.b.343. v.22. b.1044
*Cap.*XXXIV. v.5. a.957

Joſua.

*Cap.*I.v.14.a.1308
*Cap.*II.v.6.b.1404.v.11.a.361.v.13.a.1302
*Cap.*III.v.11.b.102.v.13.b.102
*Cap.*IV.v.13.a.1308
*Cap.*V.v.1. a.490
*Cap.*VI.v.18.19.a.271.v.25. a.1302
*Cap.*VII.v.12,13.a.361
*Cap.*VIII.v.9.a.988
*Cap.*IX.v.20.a.1302.v.22.b.587
*Cap.*XIV.v.15.a.80
*Cap.*XIX.v.49. a.539. v.50.a.539

Judices.

*Cap.*III.v.24. b.815
*Cap.*VIII.v.19.a.1310
*Cap.*XII.v.3. b.1578
*Cap*XIII.v.8.b.1490
*Cap.*XIV.v.8.b.330. v.14.b.332. v.18.b.229

Ruth.

*Cap.*IV.v.1.a.499

I. Samuel.

*Cap.*I.v.22.a.440
*Cap.*II.v.5.a.982.v.18. b.959.v.24.a.158
*Cap.*III. v.8. b 989
Cap IV.v.12. a.943
*Cap.*IX.v.9. a.703
*Cap.*XIV.v.25,26.b.330.v.29 b.332
*Cap.*XVI.v.22. a.990
*Cap.*XIX.v.5.b.1578.v.17.b.587
*Cap.*XX. v.41.a.1161
*Cap.*XXI.v.6 b 971
*Cap.*XXIV.v.4.b.815. v.15.b.198
*Cap.*XXV.v.41.b.815
*Cap.*XXVI. v.5.b.212.v.7.b.212
*Cap.*XXVII.v.9.a.1310. v.11.a.1310
*Cap.*XXVIII.v.12. b.587. v.21 b.1578

II. Samuel.

*Cap.*II.v.22.b.1208
*Cap.*IV.v.12. b.136
*Cap.*VIII. v.14.b.926
*Cap.*IX.v.8.b.198
*Cap.*XII.v.5,6,7.&c. a.213.v.16.a.185.v.20.a.185.v. 31.b.832
Cap XIV.v.2.a.185.v.33.a.553
*Cap.*XV.v.5.a.555.v.6.a.1415.v.30.a.1162
*Cap.*XVI.v.9.b.198.v.22.a.990
*Cap.*XVII.v.10.b.229
*Cap.*XIX.v.5.a.1162
*Cap.*XX.v.8. a.1306
*Cap.*XXII.v.20.a.1240

I. Regum.

*Cap.*I.v.47.b.859
*Cap.*II.v.5.a.1307.v.6.1499
*Cap.*III.v.13.a.362.v.25.b.459
*Cap.*IV.v.31.b.989.v.32.b.569.v.33.b.1402
*Cap.*VI.v.9.b.120.v.15.b.120
*Cap.*VII.v.15,16.&c.b.1051.v.41.b.1051
*Cap.*VIII.v.9.b.102.v.21.b.102. v.54.a.777
*Cap.*IX. v.9.a.703
*Cap.*XI.v.5.a.1325.v.7.a.1325.v.14.a.989
Cap XVI.v.26. b.926
*Cap.*XIX.v.13.b.368, facie priori. v.14.a.1297.v.18. a.1325.v.20.a.483
*Cap.*XXI.v.10.a.1246.v.13.a.1246

II. Regum.

Cap. I. v. 8. a. 1309. b. 368, facie poſteriori.

Cap.

Cap.II.v.3.b.872.v.10.a.498.v.11.a.1317.v.14.a.498.b.368, facie priori.
Cap.III.v.39.a.444
Cap.IV.v.29.a.552
Cap.V.v.2 a.1307.v.14.a.623
Cap.VI.v.6.a.622.v.23.a.1307
Cap.VII.v.4.a.1310
Cap.IX.v.33.a.408
Cap.X.v.16.a.1297.v.19.b.459
Cap.XI.v.14.b.1051
Cap.XII.v.2.b.1490.v.9.b.102
Cap.XV.v.11.a.148.v.30.a.395
Cap.XVII.v.24.a.613.v.27,28.b.1490.v.30.a.613
Cap.XVIII.v.32.b.331
Cap.XIX.v.28.b.66
Cap.XXI.v.7.b.386, facie poſteriori.
Cap.XXIII.v.7.b.1051.v.10.a.1325.v.26.a.362
Cap.XXV.v.16.b.1051.v.19.b.1051.v.20.b.1020

I. Chronicorum.

Cap.VII.v.40.b.639
Cap.VIII.v.6.b.639.v.10.b.639.v.13.b.639.v.28.b.639
Cap.IX.v.9.b.639
Cap.X.v.13.b.930.v.14.b.930
Cap.XVI.v.27.a.119
Cap.XX.v.3.b 832.v.22.a.1144
Cap.XXI.v.14.a.906
Cap.XXIII.v.3.b.828.v.27.b.828
Cap XXIV.v.31.b.839
Cap.XXVII.v.22.b.639

II. Chronicorum.

Cap.II.v.11.a.906
Cap.III.v.11.a.906.v.16,17.b.1051
Cap.V.v.10.b.102
Cap.VI.v.13.b.1051
Cap.VII.v.5.a.989.v.9.a.990,1141.v.20.b.569.
Cap.XIII.v.5.a.178,179
Cap.XV.v.8.a.989.v.9 a.1060
Cap.XIX.v.3.a.1264.v.8.b.639
Cap.XX.v.21.a.1144
Cap.XXIII.v.13.b.1051.v.20.b.639
Cap.XXIV.v.8.b.102.v.10.b.102.v.11.b.102.v.22.a.444
Cap.XXV.v.20.a.409
Cap.XXVI.v.12.b.639
Cap.XXX.v.24.a.424
Cap.XXXV.v.7 a.424.v.11.b.609.v.13.b.609
Cap.XXXVI.v.15.a.56

Eſra.

Cap.III.v.8.b.828.v.11.a.346.v.12.b.639
Cap.IX.v.6.b.532.facie poſteriori.

Nehemias.

Cap.II.v.5.b.572
Cap.VI.v.14.a.444
Cap.VIII.v.7.a.228.v.20.a.1141
Cap.IX.v.2.b.476.v.15.a.519

Eſther.

Cap.I.v.3.a.960.v.5.a.1264
Cap.III.v.9.a.935
Cap.V.v.4.a.960.v.8.a.960.v.12.a.960.v.14.a.960
Cap.VI.v.12.a.1162
Cap.VIII.v.9,10.b.1403

Job.

Cap.I.v.6.a.38.b.1358.v.11.a.1246.v.21.a.805
Cap.III.v.13.b.121
Cap.IV.v.14.a 883.b.977
Cap.V.v 2.a.1246
Cap.VI.v.4.a.679.b.1391.v.6.a.181.v.14.a.1177.v.18.a.1143
Cap.VII.v.1.b.793.v.20.b.46
Cap.VIII.v.20.a.148
Cap.IX.v.26.a.104
Cap.X.v.9.b.1467.v.16.b.230.v.17.b.1498
Cap.XI.v.14.a.68
Cap.XIV.v.5.a.691
Cap.XV.v.28.a.68.v.35.b.120
Cap.XVI.v.2.b.586
Cap.XVII.v.14.b.634
Cap.XVIII.v 5.b.1487
Cap.XIX.v.12.a.987.v.25.b.730.v.25.a.320
Cap.XXIV.v.16.a.921.v.19.a.714
Cap.XXVI.v.14.a.712
Cap.XXIX.v.4.a.1177.v.18.b.1454
Cap.XXX.v.27.b.120.v.29.b.943,944
Cap.XXXI.v.9.a.987.v.26,27.a.1325
Cap.XXXII.v.4.a.149.v.8.b.1078.v.9.a.71
Cap.XXXIV.v.27.a.918
Cap.XXXVII.v.5.a.712
Cap.XXXVIII.v.7.a.33.v.19.a.68.v.28.b.471
Cap.XXXIX.v.9.b.1421.v.32,33.a.104
Cap.XLII.v.11.a.545

Pſalmi.

Pſal.I.v.1.b.9,275.v.3.b.446.v.5.a.359.v.6.a.358
Pſal.II.v.7.b.953.v 9.b.899.v.11.b.1452.v.12.a.1352
Pſal.III.v.4.a.375.v.6.b.436
Pſal.IV.v.2.a.913.v.4.b.504, facie poſteriori.v.7.b.1486
Pſal.VI.v.1.b.1073.v.2.b.545.v.6.b.277
Pſal.VII.v.3.b.232.v.8.a.148.v.9.a.913.b.158.v.10.a.1211.b.45.v.11.b.171.v.18.b.493
Pſal.VIII.v.2.b.494.v.4.b.520, facie priori, v.10.b.494
Pſal.IX.v.3.a.1316.b.493.v.8.a.987.v.9.b.159
Pſal.X.v.2.b.896.v.7.b.813.v.8.a.987.v.9.b.232
Pſal.XI.v.4.b.1044.v.7.a.981
Pſal.XII.v.6.b.89.v.8.a.745
Pſal.XIII.v.2.a.702
Pſal.XIV.v.5.a.745
Pſal.XVI.v.10.a.94.b.1579
Pſal.XVII.v.1.a.913,1277.v.3.b.895.v.8.b.886.v.12.b.232
Pſal.XVIII.v.5.b.1594.v.7.b.386, facie poſteriori, & 387, facie priori.v.20.b.453.v.30.b.895.v.40.a.1306
Pſal.XIX.v.2.b.520, facie priori, & 524.v.3.b.436.v.4.b.1479.v.9.b.1490.v.10.b.161.v.11.a.918
Pſal.XXI.v.14.b.233

Pſal.

Pſal. XXII. v. 2. a. 991. v. 23. a. 85
Pſal. XXIII. v. 1. b. 790. v. 4. 898. 1243. v. 5. b. 327
Pſal. XXIV. v. 1. b. 754. v. 3. b. 514, facie poſteriori. v. 6. a. 745. v. 7. a. 943. v. 21. a. 147
Pſal. XXVI. v. 2. b. 895
Pſal. XXVII. v. 4. a. 444. v. 7. a. 444. v. 13. a. 740
Pſal. XXVIII. v. 2. a. 712. v. 4. a. 444. v. 7. a. 1143. v. 8. a. 754
Pſal. XXIX. v. 9. a. 1080
Pſal. XXX. v. 1. 990
Pſal. XXXII. v. 2, 3. b. 501, facie priori. v. 4. a. 149. v. 7. b. 1243. v. 8. b. 1079. v. 9. a. 71. v. 12. b. 290
Pſal. XXXIII. v. 2. a. 1246. v. 6. b. 525, 771, 1293. v. 11. a. 13. v. 12. b. 111. v. 15. b. 1580. v. 18. a. 1278. v. 22. a. 1343
Pſal. XXV. v. 9. b. 927. v. 17. b. 233. v. 19. b. 420
Pſal. XXXVI. v. 7. a. 11. v. 9. b. 325, 326, 327. v. 10. b. 1481. v. 17. a. 709
Pſal. XXXVII. v. 1. a. 613. v. 5. a. 215. b. 454. v. 8. a. 613 v. 15. b. 909. v. 25. a. 518
Pſal. XXXVIII. v. 2. b. 545. v. 3. a. 679. v. 7. a. 418
Pſal. XXXIX. v. 1. a. 765. v. 5. b. 290. v. 7. a. 1011
Pſal. XL. v. 8. b. 98, 120
Pſal. XLI. v. 3. b. 1578. v. 10. b. 884
Pſal. XLII. v. 2. a. 829. v. 8. b. 1498. v. 11. b. 233
Pſal. XLIV. v. 2. b. 1511. v. 3. a. 12. v. 5. b. 90. v. 20. a. 1144. v. 23. b. 1384
Pſal. XLV. v. 2. b. 1499. v. 7. a. 1409. v. 8. a. 1076
Pſal. XLVI. v. 2. a. 1006
Pſal. XLVII. v. 4. a. 891
Pſal. XLVIII. v. 19. a. 1144, 1246
Pſal. XLIX. v. 5. a. 1331. v. 14. b. 454
Pſal. L. v. 12. b. 754. v. 21. b. 350. v. 23. a. 1425
Pſal. LI. v. 6. a. 915. b. 497, facie poſteriori. v. 9. b. 1402 v. 10. a. 989. v. 12. b. 45. v. 19. b. 45
Pſal. LII. v. 7. a. 740
Pſal. LIV. v. 16. a. 444, 692. b. 597
Pſal. LVI. v. 2. a. 1175
Pſal. LVII. v. 5. b. 233. v. 6, 12. b. 1407
Pſal. LVIII. v. 4. b. 837
Pſal. LIX. v. 6. b. 200
Pſal. LXI. v. 5. b. 886. v. 6. b. 112
Pſal. LXII. v. 1. a. 929. v. 5. a. 1246
Pſal. LXIII. v. 3. a. 943. v. 20. a. 1012
Pſal. LXIV. v. 1. b. 1450. v. 3. b. 433
Pſal. LXV. v. 4. a. 880. b. 433. v. 6. a. 880. v. 7. a. 1006. v. 9. a. 1307. v. 11. b. 433. v. 12. a. 1118
Pſal. LXVI. v. 6. a. 1247. v. 10. b. 894
Pſal. LXVII. v. 10. a. 578. v. 27. a. 1246
Pſal. LXVIII. v. 3. a. 719. v. 8. b. 744. v. 9. b. 61. v. 19. a 139
Pſal. LXIX. v. 5. b. 420. v. 12. b. 569. v. 22, 23. a. 444. b. 1404
Pſal. LXXI. v. 7. a. 1295. v. 12. a. 971
Pſal. LXXIII. v. 15. a. 746. v. 20. a. 1012. v. 27. b. 809
Pſal. LXXIV. v. 9. b. 1510. v. 11. b. 137
Pſal. LXXV. v. 10. b. 90, 91, bis.
Pſal. LXXVIII. v. 2. b. 569. v. 22. b. 1322. v. 23. a. 1415. v. 24. b. 299. v. 25. a. 519
Pſal. LXXIX. v. 12. a. 982, bis. v. 13. a. 345
Pſal. LXXX. v. 2. a. 943. v. 3. a. 1213. v. 6. a. 519. v. 10. b. 81. v. 16. a. 760
Pſal. LXXXI. v. 10. b. 422. v. 17. b. 332
Pſal. LXXXII. v. 1. a. 1370. v. 3. a. 768. v. 6. a. 1370. b. 1358
Pſal. LXXXIII. v. 5. b. 290. v. 6. b. 290. v. 8. a. 376. v. 13. b. 290
Pſal. LXXXIV. v. 2. a. 1239. v. 10. a. 1320
Pſal. LXXXVI. v. 14. b. 193
Pſal. LXXXVIII. v. 14. a. 709
Pſal. LXXXIX. v. 7. b. 1359. v. 11. b. 80. v. 17. b. 91, v. 34. a. 223. v. 35. a. 510. v. 44. b. 1208
Pſal. XCI. v. 4. a. 1175
Pſal. XCII. v. 10. b. 91. v. 12. b. 1454, 1459. v. 13. b. 81
Pſal. XCIV. v. 2. a. 1150. v. 13. a. 1331
Pſal. XCV. v. 10. a. 745. b. 453
Pſal. XCVI. v. 11. a. 1321
Pſal. XCVII. v. 11. b. 1487
Pſal. XCIX. v. 4. a. 1144. v. 5. b. 1393, 1407.
Pſal. CII. v. 10. a. 518. v. 25. b. 1533. v. 27. b. 520, facie poſteriori.
Pſal. CIII. v. 3. b. 410
Pſal. CIV. v. 6. a. 11. b. 669. v. 15. a. 1079. v. 16. a. 520. v. 24. b. 985. v. 30. a. 320. b. 615, 787
Pſal. CV. v. 15. b. 1550. bis. v. 22. b. 989. v. 37. b. 118. v. 39. b. 1043. v. 40. a. 519. b. 299
Pſal. CVI. v. 1. a. 1144. v. 3. b. 161. v. 19. a. 1012. v. 20. a. 1010, 1012. v. 45. b. 351. v. 46. b. 1499
Pſal. CVII. v. 41. b. 637
Pſal. CVIII. v. 8. a. 376
Pſal. CIX. v. 8. a. 1176. v. 28. b. 1556
Pſal. CX. v. 1. a. 1294. b. 12, 194, 195, 1394. v. 4. b. 337 v. 7. b. 1414
Pſal. CXI. v. 9. b. 494
Pſal. CXII. v. 2. a. 746. v. 4. b. 976, 1486, 1487. v. 9. a. 914. b. 91, 796
Pſal. CXIV. v. 2. a. 56
Pſal. CXV. v. 14. a. 1272. v. 17. b. 454. v. 18. a. 1272
Pſal. CXVI. v. 1. b. 731. v. 3. b. 1594. v. 7. b. 1243. v. 9. a. 740
Pſal. CXVII. v. 1. a. 1144
Pſal. CXVIII. v. 12. b. 333. v. 14. a. 1299. v. 22. b. 96, 242. v. 24. a. 1332
Pſal. CXIX. v. 9. b. 394, facie priori. v. 27. a. 918. v. 33. b. 1490. v. 56. a. 918. v. 91. a. 957. v. 93. a. 918. v. 94. a. 918. v. 105. b. 1484. v. 135. a. 1379. b. 868. v. 140. b. 895. v. 141. a. 918. v. 164. a. 981, 1280
Pſal. CXX. v. 5. b. 597
Pſal. CXXIV. v. 2. a. 351
Pſal. CXXVI. v. 5. b. 665. v. 6. a. 760
Pſal. CXXIX. v. 8. a. 1248
Pſal. CXXX. v. 1. b. 367, facie poſteriori.
Pſal. CXXXI. v. 2. b. 1578
Pſal. CXXXII. v. 7. a. 943. v. 8. a. 943. b. 102. v. 17. b. 91
Pſal. CXXXV. v. 7. a. 1400. v. 12. a. 710
Pſal. CXXXVI. v. 2. a. 1371
Pſal. CXXXVII. v. 7. a. 444
Pſal. CXXXVIII. v. 8. a. 444
Pſal. CXXXIX. v. 5. b. 1511. v. 16. a. 688. v. 21. b. 371. facie poſteriori.
Pſal. CXL. v. 8. a. 1175. v. 9. a. 809
Pſal. CXLIII v. 1. a. 913
Pſal. CXLVI. v. 7. a. 1144
Pſal. CXLVIII. v. 3. a. 1322, 1327. v. 5. b. 787. v. 14. b. 91
Pſal. CXLIX. v. 9. a. 119

Proverbia.

Cap. I. v. 4. b. 535, facie poſteriori. 1367. v. 7. a. 526
Cap. III. v. 6. b. 508. v. 9. a. 424. b. 807. v. 12. b. 546. v. 18 b. 988. v. 34. b. 1499

*Cap.*IV. v.3. a.28. v.4.b.1490. v.25. b.988
Cap. VI. v.8.b.333
Cap. VII. v.11. b.467. v.12.b.902
*Cap.*VIII. v.5.b.535, facie poſteriori. v.12.b.535, facie poſteriori. v.22.a.530. b.179, 605, 1365, 1368
Cap. IX. v.1.b.1253. v.12.b.988
Cap. X. v.15. b.849
Cap. XI. v.5. b.508. v.26.b.964
Cap. XII. v.31. a.217
Cap. XIII. v.3. b.849
Cap. XIV. v.25. b.535. facie poſteriori. v.18. ibid. v.30. a.119
Cap. XVI. v.6. b.1405
Cap. XVII. v.3. b.894. v.19. b.1427
Cap. XVIII. v.15. b.525
Cap. XIX. v.17. b.758
Cap. XXI. v.19. b.987
Cap. XXII. v.3. b.535, facie poſteriori.
*Cap.*XXIV. v.10. b.1367. v.24. a.809
Cap. XXV. v.16. b.330
Cap. XXVII. v.21. b.894. v.24. a.589
Cap. XXVIII. v.1. b.232
Cap. XXIX. v.17. b.988
Cap. XXX. v.30 b.229

Eccleſiaſtes.

Cap. II. v.5. b.572
Cap. III. v.1. b.1561
Cap. IV. v.3. b.1588
Cap. VII. v.8. b.887. v.29. a.1266
Cap. IX. v.4. b.197. v.7. b.1500. v.8. a.635
Cap. XII. v.7. a.286

Canticum.

Cap. I. v.9. b.687. v.15. a.179
Cap. II. v.9. a.953. v.14. b. 687. v.15. a.202
Cap. IV. *v.*1. a.179
Cap. V. v.2. b.687. *v.*6. b.391, facie priori. *v.*12. a. 179. *v.*14. b.591, facie priori.
Cap. VI. *v.*2. q.1154. *v.*8. b.687
Cap. VIII. *v.*13. b.572

Ieſaias.

*Cap.*I. v.1.b.473. v.2.b.1573. v.3.a.338.b.1421,1432. v.13.a.1328. v.14,15,16. a.1456. v.19. b.1405. *v.*21. b.804. v.22. b.42. v.29. a.338
*Cap.*II. v.2.b.514. facie poſteriori,& 1050.v.3.b.418. 514, facie poſteriori. v.12,13.b.367, facie poſteriori.
Cap. III. v.2.b.825. v.10.a.755
Cap. IV. v.5.b.1043
Cap. V. v.16.a.506. v.27. a.1307. v.30. b.977
Cap. VI. v.1. b.793, 1067. *v.*2. a.394. *v.*10. b.384. facie priori.
*Cap.*VII. v.14.b.594. v.15. b.332. v.18. b.333
Cap. VIII. *v.*9.b.192. *v.*10,b.192. v.12. b.1450. *v.* 14. b.244
Cap. IX. *v.*2. b.1481. *v.*6. b.547, 634
*Cap.*X. v.3.a.1177.b.1384. v.22.b.1188.v.26.a.986
Cap. XI. v.10. b.1426
Cap. XIII. v.7.a. 490.v.21. b.943, 944
Cap. XVI. v.11. a.989. v.14. b.1270
Cap. XVIII. v.2. a.477
Cap. XX. v.2. a.395. v.3. a.395. v.4. a.395
Cap. XXIV. v.22. a.1177
Cap. XXV. v.4. a.1175
Cap. XXVI. v.8. b.161. v.19. a.320
Cap. XXVII. v.1. b.323
Cap. XXVIII. v.16.a.172.b.97. v.56.b.242
Cap. XXIX. v.6.a.1177. v.10.b.384. facie priori, v. 16.a.529. v.19.a.431
Cap. XXX. v.2,3.a.1175. v.26. b.1487
Cap. XXXI. v.5.b.609
Cap. XXXIII. v.15.b.384, facie priori. v.18.a.782
Cap. XXXIV. v.13.b.943, 944
Cap. XXXV. v.9. b.
Cap. XXXVII. v.17.b.533, facie priori.
Cap. XL. v.3. b.871. v.13. b.1078. 1079. v.14. b. 1078
Cap. XLII. v.5. b.787. v.7. b.1346
Cap. XLIII. v.1. b.787. v.17. a.1244. v.20. b.943, 944
Cap. XLIV. v.25. a.985
Cap. XLV. v.1. b.1550. v.7. b.22, 1479. v.14. a. 1355. v.18 b.787
Cap. XLVI. v.4.a.1295,1296
Cap. XLVIII. v.4.b.1494
Cap. L. v.6.b.132. v.9.a.718, 986
Cap. LI. v.1.a.931.b.242. v.5.a.709. v.6. b.520, facie poſteriori. v.8.a.743. v.11.a.986. v.21.b.327. v.22. b.327
Cap. LII. v.9.a.209. v.10.a.710, 838. v.15. b.614
Cap. LIII. v.1.a.709,838. v.4.a.546. v.7.b.613. v.8. a.744. v.10.a.744. v.11.b.730
Cap. LIV. v.13.a.900
Cap. LV. v.1.a.721. v.3.b.518, facie priori. 740
*Cap.*LVI. v.3 a.1256.b.134. v.4.a.1256. v.5.a.1256. v.10. b.198, 201
Cap. LVII. v.7.b.367, facie poſteriori.
Cap. LVIII. v.10.b.977
Cap. LIX. v.9.b.977. v.16.a.838. v.19.a.493
Cap. LX. v.8.b.688
*Cap.*LXI. v.1.a.139,140.b.1498.v.2.a.1118. b.665. v.6. a.1441
Cap. LXIV. v.8.b.1467
Cap. LXV. v.1. a.1264. v.5. a,838. v.15. b.1543. v.17. b.179,615. v.23.a.760
Cap. LXVI. v.1. b.1394. v.20. b.212. v.21. b.227. v.22. b.179, 615

Ieremias.

Cap. I. v.5.a.906
Cap. II. v.1.b.1394. v.24.b.786. v.27.b.634. v.34. b.960
Cap. IV. v.4. b.695
Cap. V. v.10. b.843
Cap. VI. v.15.a.2177. v.26.a.28
Cap. VIII. v.12. a.1177
Cap. IX. v.4.b.884. v.15.b.1404
Cap. X. v.15.a.1177. v.19.b.518, facie poſteriori.
Cap. XI. v.19.b.613. v.20.a.918
*Cap.*XIII. v.22.b.571
Cap. XIV. v.3.a.1162. v.4.a.1162
Cap. XV. v.9.a.1047. v.19. b.710.
Cap. XVI. v.7. b.813. v.19.a.376
Cap. XVII. v.6.a.184. v.20,21.b.871
Cap. XVIII. v.19. a.918
Cap. XX. v.7.a.940
Cap. XXIII. v.24. b.1069
Cap. XXIV. v.40. a.906
Cap. XXV. v.37,38. b.230
Cap. XXVII. v.19.b.1051. v.22.b.1051
Cap. XXIX. v.22.b.659. v.26.a.906
Cap XXX. v.10.b.1208
Cap. XXXI. v.14. b. 327. v.32. a.906. v. 33. b. 616

Digitized by Google

*Cap.*XXXIII. v.4. b.843. v.18. b.227. v.21,22. b.227
*Cap.*XXXV. v.14,15. b.871
*Cap.*XXXVI. v.23. a.800
*Cap.*XLIII. v.13. a.1326
*Cap.*XLVI. v.22. a.398
*Cap.*XLVIII. v.40. a.104
*Cap.*L. v.39. b.943, 944
*Cap.*LII. v.17. b.1051. v.20, 21, 22. b.1051

Threni.

*Cap.*III. v.10. b.230. v.19. b.1404. v.44. b.384, facie priori. v.64. a.444
*Cap.*IV. v.3. b.944. v.14. a.1003. v.20. a.1175

Ezechiel.

*Cap.*I. v.5. a.1313
*Cap.*IV. v.2. b.843
*Cap.*VII. v.16. b.687
*Cap.*X. v.14. a.1313. v.15. a.1313. v.16, 17. b.367, facie poſteriori.
*Cap.*XI. v.19. b.44
*Cap.*XIV. v.5. a.589. v.7. a.589
*Cap.*XVI. v.4. a.181
*Cap.*XVII. v.22. b.80. v.24. a.267
*Cap.*XX. v.25. a.879
*Cap.*XXVI. v.20. a.740
*Cap.*XXVII. v.17. b.331
*Cap.*XXVIII. v.17. b.571
*Cap.*XXXII. v.10. a.490
*Cap.*XXXIII. v.32. b.119
*Cap.*XXXIV. v.21. b.91
*Cap.*XXXV. v.5. a.988
*Cap.*XXXVI. v.26. b.44,46
*Cap.*XXXVII. v.1. a.320
*Cap.*XXXIX. v.19. b.325
*Cap.*XLIII. v.7. b.1393

Daniel.

*Cap.*II. v.13. a.932. v.34. b.242, bis. v.47. a.1371
*Cap.*III. v.3. a.990. v.29. a.928
Cap. IV. v.13. a.1003. v.17. a.1003
*Cap.*VI. v.8. a.931. v.9. a. 931. v.10. a.777. v.15. a. 931. v.22. b.5
*Cap.*VII. v.2. a.1336. v.10. a.688. v.11. b.1333. v.25. a.800
*Cap.*IX. v.22. b.1078. v.26. a.392
*Cap.*XII. v.3. a.1324. v.12. b.94

Hoſeas.

*Cap.*II. v.19. b.434. v.20. b.434
*Cap.*IV. v.8. a.205. v.13. b.1190. v.14. b.210.1265
*Cap.*V. v.10. b.1600. v.14. b.230. v.23. b.501, facie priori.
*Cap.*VI. v.1. b.379, facie priori. v.6. a.1087
*Cap.*VII. v.12. b.544
*Cap.*IX. v.4. b.1245. v.7. b.786. v.10. a.589
*Cap.*X. v.4. b.1404. v.12. a.755, 871
*Cap.*XI. v.11. b.687. v.19. b.687
*Cap.*XII. v.3. b.884. v.6. b.1068. v.12. a.446
*Cap.*XIII. v.2. a.1325. v.7, 8. b.230

Ioël.

*Cap.*II. v.28. b.767

Amos.

*Cap.*I. v.3. b.832
*Cap.*III. v.6. b.23
*Cap.*V. v.23. b.503, facie priori.
*Cap.*VI. v.5,6. b.503, facie priori. v.12. b.1404
*Cap.*VIII v.10. a.28. v.11. a.520

Abdias.

v.4. b.367, facie poſteriori.

Ionas.

*Cap.*I. v.8. b.1433
*Cap.*III. v.4. b.1270. v.9. b.924. v.10. b.23
*Cap.*IV. v.5. a.1175. v.9. b.851,1579. v.11. b.398

Micheas.

*Cap.*I. v.8. a.395. b.943
*Cap.*II. v.8. b.368, facie priori.
*Cap.*III. v.11. a.446
*Cap.*IV. v.1. b.367, facie poſteriori, 514. facie poſteriori, 1050. v.2. b.419.514, facie poſteriori.
*Cap.*V. v.1. b.133
*Cap.*VII. v.1. b.874

Habacucus.

*Cap.*II. v.11. b.1479. v.20. b.387, facie priori.
*Cap.*III. v.2. a.506. v.4. b.90. v.17. b.1421

Zephonias.

*Cap.*I. v.7. a.268. v.12. a.492
*Cap.*III. v.4. b.786

Haggæus.

*Cap.*I. v.4. b.120. v.6. b.325

Zacharias.

*Cap.*III. v.9. b.241
*Cap.*V. v.4. b.513, facie priori.
*Cap.*VI. v.13. a.506
*Cap.*IX. v.9. a.358
*Cap.*XII. v.10. a.28

Malachias.

*Cap.*III. v.1. a.1467, 1468. b. 386, facie poſteriori. v.6. a.283. v.8,9. b.884. v.16. a.688
*Cap.*IV. v.2. a.1320. v.5. a.1318

Liber Sapientiæ.

*Cap.*I. v.22. a.267
*Cap.*II. v.1. a.285
*Cap.*III. v.16. a.591
*Cap.*V. v.3. b.359,569
*Cap.*VII. v.1. b.876. v.13. a.438
*Cap.*VIII. v.2. b.839
*Cap.*X. v.1. b.876
*Cap.*XIII. v.11. b.972
*Cap.*XIV. v.8. a.596. v.20. b.942
*Cap.*XV. v.13. a.845. v.17. b.943
*Cap.*XVIII. v.20. b.657. v.21. a.246

Eccleſiaſticus, ſive Sirach.

*Cap.*I. v.8. b.1368. v.12. b.293. v.20. b.293. v.28. a.876
*Cap.*II. v.6. a.376
*Cap.*III. v.6. b.293. v.14. a.376. v.16. a.285
*Cap.*V. v.13. a.766
*Cap.*VII. v.10. a.879
*Cap.*VIII. v.11. a.988
*Cap.*IX. v.5. b.52. v.8. b.52, & 373, facie priori. v. 25. b. 849
*Cap.*XI. v.22. a.267
*Cap.*XII. v.4. a.376. v.17. a.1399
*Cap.*XIV. v.26. a.68

Digitized by Google

Cap. XVII. v.2.a.691. v.21.a.346
Cap. XVIII. v.1.a.528. v.11.a.1076. v.17.b.1505
Cap. XIX. v.5.a.394. v.24.a.1005
Cap. XX. v.25.a.431
Cap. XXI. v.19.b.273
Cap. XXIV. v.4.b.978. v.11.a.68. v.29.a.929
Cap. XXVII. v.21.a.431
Cap. XXIX. v.1,2.a.822. v.12.a.376. v.27.a.376
Cap. XXX. v.2.b.491. v.8.b.833. v.22.b.293
Cap. XXXIV. v.30.a.623
Cap. XXXV. v.18.b.294
Cap. XXXVI. v.14.b.874. v.24.b.1053
Cap. XXXVIII. v.16.b.684
Cap. XXXIX. v.15. b.502, facie poſteriori. v.18. b. 502, facie poſteriori. v.21. b.332
Cap. XL. v.13.b.811
Cap. XLIII. v.2.b.971
Cap. XLVI. v.5.a.971
Cap. XLVII. v.1.a.362
Cap. L. v.10.a.267. v.14.b.1455
Cap. LI. v.31.a.68

Tobias.

Cap. II. v.9.a.285
Cap. III. v.8.a.467
Cap. V. v.14.b.523
Cap. VIII. v.5.b.1053
Cap. XII. v.10.a.914. v.14.b.684
Cap. XIII. v.16.b.843
Cap. XIV. v.10.b.1429

Baruch.

Cap. II. v.18.b.532, facie poſteriori.
Cap. III. v.19.a.591

Epiſtola Ieremiæ.

v.11.a.718. v.59.b.972

Judith.

Cap. V. v.1.b.967. v.11.b.62
Cap. IX. v.11.a.431
Cap. X. v.20.b.62
Cap. XII. v.8.a.623
Cap. XIII. v.6.a.375
Cap. XVI. v.23.a.273

III. Eſræ liber.

Cap. I. v.58.b.916
Cap. III. v.3.a.285
Cap. IV. v.33, &c. a.187
Cap. VII. v.7.a.990

Adjectiones ad librum Eſther.

Cap. III. v.9.a.935

Hiſtoria Suſannæ.

v.23.a.205. v.42.a.772

Hiſtoria Draconis.

v.27.b.943

I. Liber Maccabæorum.

Cap. I. v.53.a.1179
Cap. II. v.7.a.56
Cap. III. v.17.a.547. v.18.b.525. v.45.a.56
Cap. IV. v.2.a.1160. v.7.a.900. v.36.a.989. v.38.a. 56. v.54.a.989. v.56.a.990. v.59.a.990
Cap. V. v.1.a.989
Cap. VIII. v.2.a.836
Cap. IX. v.37.b.1414. v.73.a.591
Cap. XIII. v.7.a.267. v.37.a.616
Cap. XIV. v.18.a.836. v.26.836. v.48.a.836
Cap. XV. v.8.b.530. facie priori.

II. Liber Maccabæorum.

Cap. II. v.9.a.990. v.13.a.272. v.19.a.991
Cap. III. v.22.b.541. v.24.a.1196
Cap. IV. v.1.a.846. v.16.a.73. v.35.b.1322.
Cap. V. v.13.a.591. v.17.b.367. facie priori.
Cap. VI. v.1.b.800. v.6.b.916. v.14.b.295. v.19.b. v.28.b.
Cap. VII. v.5.b.659. v.16.a.596. v.27.b.1319. v.34. b.367. facie priori.
Cap. VIII. v.25.a.285
Cap. IX. v.1.a.285. v.14.a.1446
Cap. X. v.2.a.845. v.8.a.935
Cap. XI. v.25.b.800
Cap. XII. v.4.a.718. v.6.b.171. v.7.a.286. v.15.a.971. v.24.a.776. v.45.b.1502
Cap. XIV. v.4.a.616. v.35.a.494. v.46.a.409
Cap. XV. v.21.b.1268. v.23.a.971. v.29.a.971. v.36. a.935

III. Liber Maccabæorum.

Cap. I. v.15.b.50
Cap. VI. v.30.b.1327

Matthæus.

Cap. I. v.1.a.687. v.12.b.493. v.16.a.1475. v.19.a. 908. b.571. v.20.a.447,811. b.262. v.25.a.762,1295. b.306,878
Cap. II. v.1.b.283. v.2.a.558. v.4.a.781. v.7.a.166.b. 283. v.11.a.1400.b.238. v.12.b.1531. v.16.a.166.b.283
Cap. III. v.2.a.665. v.3.a.1468. v.4.a.167,1306, 1309.b.330. v.6.a.222,1145. v.7.a.754. v.9.a.9,966, 1396.b.241. v.10.a.398. v.11.a.193,625,629,630. v. 12.a.201. v.15.a.645,913. v.16.b.766. v.17.a.28, 915,1240.
Cap. IV. v.3.b.655. v.4.a.518. v.5.a.1446. v.7.b. 654. v.10.b.216,217. v.12.b.105. v.16.b.976. v.18. a.190. v.19.a.191. v.21.b.60. v.24.a.158.b.946
Cap. V. v.1.b.288. v.3.b.887. v.4.a.743. b.665. v.5. a.740. b.577. v.6.a.929. v.8.b.7. v.9.a.1036. v.12.a. 931. v.13.a.182,183,184.193 v.14.a.963. b.1050, 1484. v.16.a.949.b.1483,1485. v.18.a.152.b.88,89.bis. 152,520, facie poſteriori. v.19.a.666. b.89. v.20.a.911. v.21.a.523. v.22,&c. a.86. v.23,24.a.553. v.28.a.811. b.373, facie priori. v.29.b.336,531, facie poſteriori, v.34.b.513, facie poſteriori, 522. v.35.a.670. b.1394. v.37.a.229. v.42.a.822. v.43.a.1294. v.44.a.931. b. 419. v.45.a.1323. b.472,1257. v.48.b.17,1256
Cap. VI. v.1.a.914. v.2.a.434. v.3.a.508.836.b.1255. v.5.a.434. v.6.b.1233. v.7.a.446,674. v.9.b.493,1044. v.10.a.1348. v.11.a.1169.&c. v.12.b.530, facie priori, v.13.b.807. v.14.b.530, facie poſteriori. v.16.a.434. b.11. v.17.a.185. v.19.20.a.666.717,718,921. v.21.a. 1401. v.22.a.86.436.b.530, facie priori, bis. v.23.a.86. 534, facie priori. v.24.a.86,371,915,959. b.197, 216, 372.facie priori. v.25.a.1111. v.26.a.888.b.1233. v.28. b.52. v.29.b.1414. v.33.a.665. v.34.a.441,1289.b.21.
Cap. VII. v.1.b.160. v.3.a.86,938. v.6.b.199,200, 300.1527,1528. v.9.b.618. v.12.b.419. v.13,14.a.1112. b.452,1211. v.15.a.1112.b.836. v.16.a.590,673. v.17. b.931. v.18.b.931. v.21.b.193. v.23.a.762,771.b.476.
Cap. VIII. v.4.b.318,1403. v.5.b.581. v.17.a.546. v.19.a.1037. v.20.a.203.b.98,1477. v.22.b.392, facie poſteriori. 393, facie priori. v.23.b.288. v.24.b.387, facie priori. v.25.b.288. v.31.b.1527
Cap. IX. v.2.a.1296. b.1253. v.1.a.878. v.8.a.949. v.12.a.1433. v.13.a.909,1087. v.18.a.549. v.20.a.116. b.117. v.24.b.10. v.30.a.1099. v.32.b.203. v.33.b. 203. v.34.a.541. v.36.b.981
Cap. X. v.2.b.706,707. v.4.a.406.b.960. v.5.a.1006.

b.926.v.7.a.665.v.9.a.186, 1307,1309. v.10.b.377,facie priori.1386.1387,1520.v.16.a.154.b.535,facie poſteriori; 536.ibid. 684. v.18. b.318. 319. v.20.b.771. v.23.a.931.b.1243. v.24.a.903.958. v.25. b.446. v.28. a. 963.v 31.a 888. v.32. b.476.v.33.a.510.v.34.a.906. v.37.b.372, facie priori. v.38. b.1005. v.39. a.1310 b, 1578

Cap.XI. v. 5. b.203. v.8.b.296. v.10.a. 1467.v.11.a. 666, 986, 1468, v.12. a.685.v.13. b.419.v.14.a.1318. v.16. a.743. v.19. a.915.v.21.b.9:4. v.25.a. 345.455. 457.1143,1144,1240. b.398.987. v.26. a.1240.v.28. a.437.b.145.v.29.a.1298,1299.b.577.688.1341.v.30. a.1298,1299.

Cap. XII.v.4.a.521.v.5.a.85.b.419.v.11.a.985.v.12. a.888.v.18.a.1240. v. 22. b. 203. v. 24.a.541.v.26. a. 669.v.28 a.820. v.31.a.241,698,699.b 443.1355. v. 32.a.141,699 v.33. b.931. v.34. a.754, 964.v.36.b. 274. v.38.a.455.v.39.a.745. v.40.a.310.b.43,1555.v. 46. a.84. v.47. a.84.

Cap. XIII. v.3.a.760.v.5.a.678. v.7.a.468. v.11. b. 381,facie poſteriori.v.13.a.704. v.15.b.384.facie priori.v.16.a.703 b.525.v.17.a.702.909.v.19.b.808. v. 21. a.678.v.22.a.149. b.681.v.25.a.121.v.31.b.1404.v.33. a.1300.v.35.b.497. facie poſteriori. v.38. b.808.v.39. a.121.v 43.a.1324,v.44. a.10402. v.45,46. b.300.v.52. b. 60.286. v.54. b.985. v.55. a.1430. b. 1254. v.57. b. 872

Cap.XIV.v.6 a 746.v.8.b.836. v.15.b.v.19.a.279.v. 15.b.1598.v.19.b.279.v.23. b.1233.v.31.a.931

Cap.XV.v.11. a.439. v.15. b.569. v.19. a.696. v.21. b.460. v.27. b. 980. b. v.24. a.476. v.26. b.198.201.v. 30.b.103.v.31.a.949.b.203.v.34.a.517.b.539. v.35.a. 279

Cap.XVI.v.4.a.745.b.1555.v.6.a.1300.v.12.a.1299. b.618 v.13.b.698.v.15.b.107.v.18.a.803.b.698,1050 v.19.b.106.v.23.b.941,968. v.24. a.420.b.1005.v.25. b.1578.v.26.a.369

Cap.XVII. v.2.b.709. v.5. a.28.1174,1240. v.14. a. 776.v.15.b.946.v.17.a.745.v.24 b.605.819

Cap. XVIII. v. 3. b.400,547. v.4 b.400,547. v.6. b. 661.v.7.a.123.244 b 967.v.9.b.53 , facie poſteriori, v. 10.a.43.v 15.a.216,1081. v.17. a.603.1052.v.18.a.71, 105.b.107.v.20.a.1051.v.21.a.981. v.24. b.530, facie priori, b.1230.v.29,30 b.581

Cap.XIX.v.5,6.b.9 5.v.9. a.895. v.10. a.137. v.11. a.1000. v.12. a.1255,1258,1259. v.13,14,15.b.547.v. 14.b.548.v.16.a.13.v.17.a.1038,1355.v.21. a.1402.v. 24.a.964.b.28.v.28. a.1409. b.159,550,553,634.v.29. a.811

Cap.XX.v.4.a.909.v.7.a.909.v.15.b.534. facie priori,v.21.a. .037.v.22.a.628,653. v.23.a.628.653.b.313, 813.v.28.a.377.393 b.1555. v.30. b.1444

Cap.XXI.v.8.b.1281.v.12.a.1311.b.386.facie poſteriori, v.15.b.83. v.23. a.370.v.24.a.784.v.25.a.630.b. 525.v.29.a.1193.b.165.v.33.a.760.v.35.a.841. v.42.b. 97,242. v.43.a.1006

Cap.XXII.v.4 a.826.v.11.a.1111. v.15. a.987.v.16. a.901.v.20.b.1338.v.29.a.784.v.32. b.393. facie priori, v.35. a.782. v.36. b.381, facie poſteriori, 419. v. 38. b. 38 ,facie poſteriori,v.44 b.1394

Cap. XXIII. v.2. b.424. v.4. a.821,974,1298. v.5. b. 156.v.6.a.825.v.9.v.15.b 1358.v.21.b.386,facie poſteriori,v.24.b.29.v.27.b.143. v.29. a.909. v.30. a.114.v. 31.a.114.v.33.a.754. b.535. facie priori, v.34.a.477.v. 36. a.227.743. v.38. a.392

Cap.XXIV.v.2.a.392. v.7. a.447,1006. b.275.v.11. a.986.v.15.a.677.v.21.a.246. v.22. b.136. v.24. a.906, 964.v.27.a.561. v.28. a.104. v.30. b.1008. v.34. a.743. v.35.b.151,520,facie poſteriori,v.36 b.164.462. v.37. b.688.v.38.b.51.v.39.b.51. v.40.41. a.1037. v.42.a.69. v.43.a.921.b.109. v.45.b.741,961. v.49. b.325.v.51.a. 926

Cap.XXV.v.3.a.1076.v.4.a.1076.v.8 a.1076. v.13. a.69.v.15,& ſeqq.b.1231.v.32. a.927,1006.b.835.893. v.33.a.836.v.35. b.1284.v.36.a.1178.b.676.v.40.a.85, 1084.v.46.a.1304

Cap. XXVI. v. 2. b. 610. v.12. a.1124. v.17. b.610. v.28.b.615.v.29. a.755. v.30. b.503, facie priori. v.38. b. 1449.1579. v. 41. b. 655. v.53. a. 966. v.67. b.132, 901

Cap.XXVII. v.5.a.405. v.22. b.613. v.33. b.155.v. 37. a.137. v.38. a,1037. v.44. b.235.832. v.46. a.991, 1177.b.613.v.48 b.1403. v.50. a.1277. b.613. v.51.b. 54. v. 52. b.121. v. 54. b. 6 5. v. 57. b. 286. v.59. a. 1125

Cap.XXVIII. v.1.a.1040. v.2.a.1413. v.4.a.490.v.5. a.445. v.8. b. v.19. a.635. b.180,286.515, facie priori, 1294. v.20. a.1296

Marcus.

Cap.I.v.2.a.1467. v.3. a.1468. v.4. a.222,638. v.5.a. 1145.v.6.a.167.b.330.v.7. a.1450. b.1386. v.8. a.625, 634. v.9. a.1331. v. 1. a.28,1240,1331. v.15. a.665.v. 16.a.190.v.17.a.191.v 19. a 963. b.60. v.20. a.1331.v. 25.a.406. v.26. a.663. v 28. a.158. v.31. a.986. v.36.b. 706. v. 40. a.776. b.581. v. 43. a. 1099. v.44. b. 318, 1403

Cap.II.v.1.a.1433 v.17.a.1433 v.19. a.963. b.457.v. 20.a.1331.v.22. a.549

Cap.III. v.5. b.897. v.17. a.712. v.18. b.960. v.28.b. 1355.v.29.a.699.v.31. a.84

Cap.IV.v.11.b.381,facie poſteriori,v.18. a.149. v.22. 457

Cap.V. v.7. a.663.v.12. b.1527. v.30. b.463. v.35.b. a.981. v.39. b.10

Cap. VI. v. 2. b.985. v.3. a.1430. v.4. b. 872. v.5. a. 963, 964, 970. b. 457. v. 8 a. 1307, 1309. v. 9. b.377, facie priori, 1387,1520. v.11. b.318.v.13.a.986.v.17.b. 993. v. 20. a. 908. v. 21. a. 746. v. 39. a. 279. v. 40. a. 279

Cap.VII. v.17. b.569.v.22.b.534, facie priori, v.27. b.198.v.28.b.980.v.37. b.203

Cap.VIII. v.6 a.279. v.7. b.539. v.12. a.1100.v.15.a. 1300.v.32.b.606.v.33.b.941.v.34.a.421 b.1005.v.35. a.1310.v.37.a.369

Cap.IX.v.7.a.28,1174.v.17.b.946. v.25.b.946.v.26. a.663.v.47.b.531, facie poſteriori. v.49.a.180.192.v.50. a. 177,182,184

Cap.X.v.2.a.811.v.8.b.935. v.12. a.899. v.13. b.547. v.14.b.547.548.v.15.b.548.v.17.a.13.776.v.21.a.1402. b.1005.v.25.b.28.v.30.a.141.v.37.a.1037. v.38. a.628. v.39. a.628. b.813

Cap.XI.v.30. a.630

Cap.XII.v.2.a.760. v.3.a.841.v.5. a.841. v.10.a.784 b.97.v.19.b.318,v.28.a.781.v.36.b.1394.v.39. a.825.v. 43. a.227

Cap.XIII.v.2.b.241. v.9. b.318. v.14. a.677. v.20.b. 136.v.22.a.964.v.30.a.743.v.31.b.520,facie poſteriori, v.32.b.164,268.v.33.a.69.v.35.a.69

Cap.

Digitized by Google

Cap. XIV. v.1. b.610. v.3. b.390. facie poſteriori. v.5.a.1099. v.12. b.610. v.25.a.755. v.34. b.1579. v. 38.b.615. v.48.a.455. v.51.a.1037. v.65.b.132,901. v.72.a.1160

Cap. XV. v.22.b.155. v.27.a.1037. v.28.a.784.v.32. b.235. v.34. a.991. v.36. b.1403. v.38. b.54

Cap. XVI. v.1.a.1124. v.4.a.1413. v.9.a.311, 1040. v.15. b.180. v.16. a.649.. v.17. a.766, 1151. v.46. a. 1125. v.19.a.282

Lucas.

Cap. I. v.1. b.753. v.4. b.70,744. v.6.a.221, 908. v.9.b.386, facie priori. v.13.b.493. v.15.b.958. v.17.a. 1318. v.28.b.1504. v.30.b.1505. v.31.b.493. v.32.a. 1409. v.34.a.763. v.35.a.1174.b.494. v.41.b.1504.v. 49.a.971. v.50.a.743. v.54.a.375. v.69.b.91, v.75. a.911. v.78. b.997. v.79.b.11,977. v.80. a.1331

Cap. II. v.1.a.932. b.466. v.2. a.440. v.4. b.637. v.7.b.878. v.8.a.68.b 789. v.14.a.1241. v.19.b.1079. v.20.a.948. v.21. b.493. v.22.a.1042. v.23.24.b.419, 422,691. v.25.b.1498. v.26.b.1531. v.27.b.1498. v. 29.a.464. v.34.b.244. v.35.b.909, 1592. v.38.a.346, 1144. v.40.b.985,1498. v.44.a.774.b.1165. v.52. b. 268, 985, 1498

Cap. III. v.2.a.963. v.3.a.638,964. v.4.a.1468. v.5. a.964. v.6. b.540. v.7.a.754 v.8. b.241.v.9.a.398. v.11.b.1521. v.14.a.882. v.16.a.625, 634, 1450, b. 1386. v.17.a.201. v.22.a.28,1240. v.23.a.1475

Cap. IV. v.1. b.654. v.4.a.518. v.8.b.941. v.15.a. 949. v.17.a.295. v.18.a.139 b.889. v.19.a.1118.v.21. a.784. v.22.b.273,1499. v.24.b.872. v.29.a.408.b.8. v.41.a.663

Cap. V. v.4.a.293. v.7.a.718. v.8.a.776. v.10.a. 191,1302. v.12.a.1037. v.14 b.318. v.17.a.782. v.25. a.949. v.26.a.949. v.29.a.960. v.31.a.1433. v.32.a. 909. v.37.a.549

Cap. VI. v.4.a.521. v.13.a.476. v.15.b.960. v.21.a. 743. v.22.a.603. v.24 a.434. v.27.a.1294. v.34.a.822. v.35.a.430,822. v.36. a.438. v.38. b.758. v.40.a.903. b.60. v.41. a.938. v.43. b.931. v.44.a.673, 963. v.49. b.811

Cap. VII. v.6.b.981. v.12. a.1065. v.16.a.986.v.22. b.203. v.25.a.1215. b.296. v.27. a.1467.v.28.a.1468. v.35. a.915. v.37. a.205

Cap. VIII. v.3. a.671, 1120. v.10.b.381, facie poſteriori. v.14.a.149,695. v.17.a.457. v.19. a.84. v.27. b.946.v.28.a.663.v.31.a.12.v.32.b.1527.v.48.b.1253. v.49. b.981. v.52. b.10.

Cap. IX. v.1 b.288. v.3.b. 377, facie priori. 1520. v.14. a.279. v.23. a.421. b.1005. v.24.a.1310.v.31.a. 287.1142.34.a.1174. v.35.a.28.39. b.946. v.41.a. 343.745.v.47.a.878. v.51.a.282. v.58.a.203.b.98, 1477.v.60. b.392, facie poſteriori.v.61.a.483

Cap. X. v.1. b.288. v.4.a. 552.b.1386. v.13.b. 924.v.17.b.288.v.19.a.1080. v.21.a.345,357, 1100, 1143, 1144. b. 398. v.24.a.702. v.25.a.781. v.26. b. 419. v.34.b.558.v.45.a.393

Cap. XI. v.1.a.477. v.2.a. 1348. b.493. v.4.b.530, facie priori. v.14.b.203. v.17. a.477. v.20.a.820,821. v.30.b.1555. v.31.a.1142. v.32.a.362. v.34.a.436.b. 530 facie poſteriori.534, facie priori. v.38.a.638.v.41. a.1120. v.45.a.781. v.46. a.821, 974, 1298. v.49.a. 477.b.984. v.51.a.227. v.53.a.478

Cap. XII. v.1. a.1300.b.618. v.2.a.457. v.7.a.888. v.8.b.476. v.10.a.699. v.21.b.758. v.24.a 888. v.17. b.52. v.29.a.134.b.367, facie poſteriori. v.32 b.688. v.33.a.332,1402. v.35.a.1307.b.619. v.36.a.285. v. 39.a.921. v.42.b.462, 963. v.46.a.926. v.49.b.891. v.50.a.628,653. v.51.a.906. v.58.b.820

Cap. XIII. v.2.b.530, facie priori, v 4.b.530, facie priori. 613. v.7.b.58. v.15.b.1420. v.21.a.1300. v.32. a.202.b.994. v.33.a.334

Cap. XIV. v.12. a.374,836. v.13.a.960.b.128. v.14. a.360. v.16.a.825,826. v.18.a.1040.b.83. v.26.b.372, facie priori. 864. v.27.b.1005. v.33.a.480. v.34.a. 177,184. v.35.a.184,193

Cap. XV. v.12.a.1162. v.13.a.567. v.14 a.823. v.15. b.134. v.20.a.553 v.21.b.525. v.22.a.906. v.24.a. 906. v.24.a.263. b.165. v.32.a.263

Cap. XVI. De Lazaro, b.206. v.2. b.457. v.8. b. 1357. v.13.a.371.955,959. v.15 a.676. v.17 b.88,89. v.20.b.664. v.22.b.138. v.24.a.821. v.25.a.743

Cap. XVII. v.1. a.334 b.967. v.9. a.957. v.10.a. 957,1208. v.14.b.1403. v.18.a.1264 v.22.a.995. v. 24.a.561. v.27 b.51. v.30.a.448. v.33.a.1310. v.34. 35,36.a.1057. v.37.a.104

Cap. XVIII. De Phariſæo, a.911. v.1.a.1047. v.2.b. 172. v.5.b.1400. v.7.b.294. bis. v.8 b.294. v.11.b. 1417. v.16 b.547 v.19.a.13. v.21.a.1402.b 759. v.25. b.28. v.30.a.141. v.33.b.532, facie poſteriori.

Cap. XIX. v.40.a.9. v.41.a.819. v.44.a.1177. b. 241

Cap. XX. v.4.a.630.b.525. v.9.a.760. v.10.a.841. v.11.a.841. v.13.b.462. v.17.b.97. v.20.a.987. v.22. b.1533. v.34.a.141. v.35.a.141. v.36.a.360,1458, v. 43.b.1394. v.46.a.825. v.48.a.1065

Cap. XXI. v.3 a.227. v.4.a.1085. v.5.a.272. v.11.b. 275. v.13.b.318. v.23.a.246. v.26.a.490. v.28.a.361, 452,464. v.32.a.743. v.33. b.520, facie poſteriori. v. 34.a.695. b.449. v.35. b.11,867. v.36 a.69,361

Cap. XXII. v.1.b.609. v.3.a.1115. v.7.b.609,610. v.18.a.755. v.30.a.1409.b.159. v.31.b.446,961. v.41. a.115,777. v.43.b.577. v.44.a.115,1072. v.40.b.655. v.63.a.841. v.71.a.478

Cap. XXIII. v.16.b.546. v.18.a.131.b.613. v.22.b. 546. v.31.b.446. v.33 b.155. v.39.b.235. v.43.b.953. v.45. b.54. v.46.a.409. v.49.a.774. v.43.a 1125

Cap. XXIV. v.1.b.380, facie poſteriori. v.2.a.1413. v.12. b.454, v.18.b.597. v.31.a.592. v.35.b.106. v. 36.a.1032. v.47.b.180

Johannes.

Cap. I. v.1. a.530, 1357. b.254. v.2.a.530. v.6.a. 1468. v.9. b.1481. v.10.b.153. v.11.a.1456.b.1510. v.12.a.945. b.71,493,617.724,1252. v.14.b.254 260, 269,934.1412, 1600. v.15.a.944. v.16.b.755, 1497. v.17.a.189.190.b.1060. v.18.a.401. b.137,500, facie priori. v.20. b.476. v.23. a.1468. v.26.a.625,634. v.27.a.1450 b.1386. v.28 a.681. v.29.a.133,289. b. 613. v.32. b.764. v.33.a.625, 634. b.764. v.36. b. 613

Cap. II. v.1.b.1431. v.4.a.811. v.8.a.536. v.9.a.536. v.12.b.307. v.19. b.386, facie poſteriori, v.21. ibid. v. 22.a.784. v.23.b 493. v.24.b.56

Cap. III. v 3.a.396,397,964. v.4.a.964. v.5.a.649, 964.b.772. v.6.a.756.b.772. v.8.b.780. v.14.a.882. b.534, facie poſteriori. 1355,1404,1407. v.15.b. ibid. v.16.b.376, facie priori. v.17.a.216. v.18.a.359,360.

Digitized by Google

b.493. v.20.b.1486. v.21.b.1485. v.27.a.1249. v.31. a.396. v.33.a.1075.b.1197. v.35.b.1511

*Cap.*IV. v.6.b.1273. v.10.b.1350. v.12.b.927.v.13. b.1351. v.14.a.929. v.20.b.927. v.23.a.190. v.24.a. 190.b.764. v.34.b.1370. v.35.b.1270. v.44.b.872. v.46.a.671. v.48.b.949,1268. v.49.a.671. v.53. a.671

*Cap.*V. v.2.a.649. v.6.a.1073. v.14.b.1593. v.17. a.455,1204. v.19.a.309,964. v.21.a.142,417,986. v.22.b.166. v.23.b.17,162,1370. v.24.b.161,347, 1370. v.25.a.317. v.26.b.487. v.28.a.317,360. v.30. b.159.1370. v.31.b.316. v.34.a.1468. v.35.a.1468.b. 1484. v.37.b.1370. v.39.a.784,1209. v.43.a.391

*Cap.*VI. v.1.a.1336. v.9.a.1037,1395.b.539. v.10.a. 279. v.11.b.539.v.27.a.717.b.1197.v.29.b.724.v.31. a.519.b.299. v.35.a.929.b.617. v.40.a.305,361. v.41. a.520. v.42.b.474,759. v.45.a.216,900.b.832. v.46. a.333. b.500, facie priori. v.47.b.740. v.48.a.520. v. 53.a.1436.b.616,1139. v.54.a.316. v.55.a.717.b.616. v.56.b.722. v.63.b.1355. v.70.a.853

Cap. VII. v.3.b.289. v.4.b.153. v.7.a.964.b.153. v.12.b.215,1282.v.16.a.904.v.24.b.159.v.28.b.1574. v.30.b.1598. v.35.a.883,884.v.37.a.1328,1329.v.38. a.784.b.119. v.39.a.947,949,950.b.772. v.42.a.784. v.43.b.1201. v.50.b.410. v.52.a.986

*Cap.*VIII. v.10.b.603. v.11.a.205. v.15.b.939,1581. v.20.b.1599. v.25.a.529. v.28.a.282.b.1104,1407, 1408. v.29.b.1500. v.34.a.955. v.40.a.189. v.44. a.472,755,853.b.535, facie posteriori. 635,1357,1576. v.45.a.189. v.46.a.189. v.47.a.1383. v.56.a.1322.

*Cap.*IX. v.1.b.1345. v.3.a.206. v.4.b.436. v.5. b.1482. v.16.b.1201. v.22.a.603. v.39.a.703,1454. b.161

*Cap.*X. v.1.1414.b.108,109,153. v.3.a.1417. v.8. b.108,109. v.12,13.b.371, facie priori. v.14.a.762. v. 15.a.393. v.17.a.393. v.22.a.988. v.24.a.134.b.606. v.28.b.1511. v.30.b.1396. v.34.a.55,61,1461. v.38. b.730

*Cap.*XI. De Lazaro, b.208. v.3.a.545. v.4.a.545. v.9.a.436.b.1480. v.11.b.121,1383. v.13.b.122. v.18. b.1573. v.25.a.305. v.26.a.482.b.850. v.31.b.1249. v.33.a.1099. v.34.b.208,268.462,463. v.35.a.817. v. 38.a.1099,1100. v.40.b.727, bis. v.44.b.83. v.50.b. 336. v.52.b.1252. v.54.b.606

*Cap.*XII. v.3.b.390, facie posteriori. v.13.a.615. v.19.b.153. v.20.a.1090. v.23.a.950. v.24.a.314. v.25.a.1310.b.1577. v.26.a.948. v.27.b.363. v.28.a. 950, bis. b.494. v.31.a.144.b.153. v.32.b.1404,1407, 1408. v.34.a.282.b.1407,1408. v.35.a.436.b.976. v.36.b.1357. v.38.a.158,709. v.40.b.897,1346. v.45. a.1396. v.50.b.1501

*Cap.*XIII. v.1.a.1436.b.347,1599. v.2.a.1115. v.4. &c. b.815. v.5.b.915. v.14.b.815. v.15.b.1341. v.16. a.475,958. v.18.a.784.b.884. v.20.b.723. v.21.a. 1100.v.23.a.1188.v.25.a.1188. v.31.a.948,950. v.33. a.977. v.34.a.560,1126.b.419,615. v.35.a.20,548.b. 833

*Cap.*XIV. v.1.b.721,724.v.2.a.1305. v.4.b.451.v.6. a.187.228.b.451,1060. v.7.a.610.b.500, facie priori. v.9.a.416.b.497. facie priori. v.12.b.942. v.16.b.584, 1054.v.17.b.767.v.18.b.772.v.19.b.127. v.22.b.152. v.24.b.1478. v.27.a.438,1033,1034.v.28.b.324,460, 1368. v.30.a.144,541.v.31.a.985

Cap. XV. v.1.a.234,760.b.800. v.2.b.489. v.3. b.256. v.5.a.234.v.11.a.225.b.1496. v.12.a.1004.b. 419. v.15.b.1221. v.19.a.1219.b.153. v.20.a.958.b. 62. v.22.b.1429. v.25.b.420. v.26.b.584,767

Cap. XVI. v.2.b.215. v.7.a.568.b.584,1494. v.8. b.153. v.11.a.144,541. v.13.a.189,190.b.767. v.14.b. 210,211,1238. v.15.a.1380.b.210,211. v.16.b.1271. v.20.b.1496. v.25.a.418.b.601. v.30.b.719

Cap. XVII. v.1.a.947. v.2.a.1043. v.3.a.1376.b. 1370,1501. v.5.a.530.b.843. v.11.a.1039. v.12.a.784. b.1358. v.15.b.808. v.17.a.55.b.1492. v.19.a.56. v.21. a.1039. v.22.a.945

Cap. XVIII. v.1.b.80. v.11.a.597. v.16.b.842. v.22.b.901. v.19.b.490. v.23.a.841. v.39.a.464. v. 40.b.613

Cap. XIX. v.1.b.547. v.3.b.901. v.10.a.464. v.15. a.133. v.17.b.155. v.18.b.1404. v.19.a.138.b.1274. v. 21.a.563. v.23.a.512.b.1521. v.24.a.784. v.25.b.303, 909,1431. v.26.a.811. v.27.b.1156. v.29.b.62,1403. v.30.b.428,839,1191. v.31.&c.b.613,920. v.34.a.12. b.382, facie posteriori. v.39.b.410. v.40.a.1124

*Cap.*XX. v.1.a.1413.b.916.973. v.17.a.281.b.630. v.19.a.1032,1413. v.21.a.1032.b.107. v.22.a.949. v.23.a.214,1148.b.107. v.26.a.1032,1413. v.27.b. 742,1071. v.29.b.950. v.31.b.729. v.39.a.1125. v. 40.a.1125

Cap. XXI. v.7.a.1159. v.9.b.539. v.10.b.539. v. 13.b.539. v.15,&c.a.266.b.462. v.19.a.949. v.22.a. 1471. v.23.a.1041

Acta Apoſtolorum.

Cap. I. v.2.a.282. v.4.b. v.5.a.625,630,635. v.8.b.767. v.11.a.282. v.15.b.492,707,711. v.18.a. 407. v.20.a.1176. v.21.b.288. v.22.a.282.b.288. v. 24.b.46

Cap. II. v.1.b.667. v.4.a.766. v.10.a.1093. v.27. a.94,907.b.1579. v.29.b.605,639. v.30.a.1409. v.35. b.1394. v.36.196,787. v.38.a.223,635. v.40.b.1207. v.41.b.134. v.42.b.105. v.46.a.24.438,592.b.106. v.47.b.1499

Cap. III. v.1.a.1280. v.2.a.1286. v.6.a.174. v.7.a. 985. v.12.a.455. v.13.a.947. v.15.a.532. v.23.b.1579. v.25.b.637. v.41.b.1579

*Cap.*IV. v.11.b.97,242. v.12.b.492. v.13.a.1438.b. 605. v.19.a.909. v.20.a.964. v.21.a.464. v.24.b.787. v.32.a.1039,1436.b.1579. v.33.b.1499

*Cap.*V. v.3.a.1115.b.769. v.4.b.769. v.6.a.1075. b.1196. v.9.a.1075. v.10.a.1075. v.13.b.134. v.15.a. 1174. v.29.a.539. v.33.a.880. v.36.a.362. v.37.a.362. v.39.a.1264. v.40.a.464,841.b.546

*Cap.*VI. v.1.a.1092,1093. v.4.b.779. v.5.b.1018. v.9.a.362

Cap. VII. v.1.a.343. v.2.a.943. v.6.a.959.b.121. v.8,9.b.639. v.18.a.362. v.19.a.1310.b.62. v.20.a.557. v.38.b.343. v.41.a.1010. v.44.b.1340. v.49.b.1394. v.51.a.754.b.785. v.52.a.1089.b.343. v.53.a.881.b. 252,422. v.54.a.714.880. v.57.a.406. v.60.a.777. b.121

Cap. VIII. v.10.a.969. v.15.b.1535.b.16.a.635. v. 17.b.1517. v.32.b.613. v.33.a.744

Cap. IX. v.1.a.1296. v.2.a.477.b.454. v.5.a.281. v.14.b.493. v.15.b.971. v.22.b.1078. v.26.b.134.189. v.29.a.1093,1094. v.42.b.722

Cap. X. v.2.a.908. v.6.b.440. v.10.a.1072. v.14. a.439. v.18.b.440. v.22.a.908. v.23.b.440. v.25.b. 860. v.26.a.985.b.860. v.28.b.134. v.29.a.1120.

v.30.

Digitized by Google

v.30.a.1215. v.32.b.440. v.37.a.627. v.38.a.812. v.42.b.163. v.45.a.1075. v.48.a.635

*Cap.*XI. v.16.a.625,634. v.20.a.1093. v.26.b.1531, 1538. v.29.a.862

Cap. XII. v.2.b.1328. v.5.a.1072. b.1387. v.25. b.753

Cap. XIII. v.2.b.219. v.3.a.464. v.8.a.755. v.14. b.921. v.15.a.247.b.250. v.18.b.1319. v.24.a.627, 1042. v.32.b.955. v.33.b.955. v.35.a.907. v.36.b. 121. v.42.b.921. v.43.a.1093

*Cap.*XIV. v.1.a.1089,1093. v.4.a.477. v.5.a.1089. v.14.a.477. v.15.b.787. v.16.a.744. v.17.a.216. b.497, facie priori. v.23.b.1513

Cap. XV. v.8.b.46. v.10.a.1298. v.18.a.774. v.20. a.113,933. v.21.a.744. v.29.a.113. v.33.b.712,786. v.35,36.a.464. v.39.b.602

*Cap.*XVI. v.4.a.933. v.13.b.852,921. v.17.b.441. v.24.b.446. v.25.a.1280

Cap. XVII. v.5.a.67. v.7.a.932. v.9.a.66. v.16. b.602,779,1051. v.18.b.552,994. v.19.a.504. v.21.b. 119. v.22.a.504,828. v.23.a.719.b.942. v.24.b.390, facie poſteriori. 787. v.25.a.334. v.26.a.691. b.787, 867. v.34.b.134

*Cap.*XVIII. v.3.b.981. v.4.a.1089, 1093. v.5.b. 779. v.18.a.483. v.21.a.483. v.25.a.627.b.70. v.28. a.485

*Cap.*XIX. v.1,2.b.778. v.3.a.624,627. v.4.a.627. v.5.a.635. v.9.b.199. v.10.a.1089. v.12.b.498, facie priori. 959. v.13.a.1151. v.19.b.670. v.23.b.454. v. 24.b.100, 390, facie priori. v.25.a.66. v.27.a.1082. b.381, facie poſteriori. v.29.a.66. v.34.a.1040. v.36. b.850

*Cap.*XX. v.9.a.424. v.11.a.24. v.16.b.667. v.17. a.1180.b.826. v.19.b.216. v.20.a.900 b.1398. v.21.a. 1089. v.24.b.753. v.26.b.7. v.28.a.906,1052,1180. b.826, bis. v.30.a.362. v.34.b.1512. v.35.a.376. v.36. a.777

*Cap.*XXI. v.3.a.324. v.5.a.777. v.11.a.1307. v.15. a.471. v.16.b.440. v.20.a.1297. b.459. v.21.b.69. 459. v.24.b.69,70. v.25.a.113. v.36.a.133. v.38. b.957

Cap. XXII. v.3.a.1297. v.4.b.454. v.16.a.633. v.19.b.722. v.28.b.93,795

Cap. XXIII. v.1.b.800. v.3.a.444. b.144. v.5.b. 366. facie priori, v.24.a.884

Cap. XXIV. v.5.b.276. v.14.b.454. v.15.a.360. v.16.a.495.b.1152. v.18.b.   v.23.b.454. v.25. a.1000

*Cap.*XXV. v.23.b.1414. v.26.b.197

*Cap.*XXVI. v.3.a.772. v.4.a.73. v.5.a.398,1405. v.11.a.697. v.14.a.281. v.24.b.1226. v.25.b.1226

Cap. XXVII. v.8.b.586. v.13.b.586. v.14.a.718. v.15.a.394. v.18.b.1506. v.20.b.440. v.29.a.63. v. 30.a.63. v.44.a.884

*Cap.*XXVIII. v.2.a.661. v.3.b.5. v.4.a.661,1399. b.534, facie poſteriori. v.6.b.715. v.7.b.440. v.11.b. 588,589. v.15.b.1228. v.21.a.779. v.27.b.384, facie priori.

Epiſt. ad Romanos.

*Cap.*I. v.1.a.55,600,1221,1230.b.113,1418. v.4.b. 514, facie poſteriori. 366. v.5.b.733. v.6.b.113. v.7. a.60,1032. v.8.a.1435.b.733. v.9.a.1445.b.215,216, 217. v.14.a.660,1089.b.985. v.16.a.709,969,1089. v.18.a.188. v.19.a.775. v.20.a.402. b.497, facie priori. v.30.b.1377

Cap. II. v.1.b.658. v.4.b.293. v.6.b.180. v.9.a. 1090.b.1579. v.11.a.497. v.12.a.366. v.13.a.676.b. 419. v.14.b.417. v.16.a.905,1230. v.18.a.889. b.70. v.20.b.378. facie poſteriori. 397. v.24.a.697. v.26. a.917. v.29.b.693

Cap. III. v.2.a.325. b.248,719. v.3.b.59,725. v.4. a.915. b.1575. v.5.a.351. b.   v.7.b.1060. v.8. a.697. v.10.a.909. v.19.b.419. v.20.b.422. v.24.a. 464. b.738. v.25.a.1448. v.27.b.419

*Cap.*IV. v.4.b.1502. v.11.a.446.b.695,1008. v.13. b.695. v.14.b.59,87. v.15.b.505. v.16.b.695. v.18.a. 1094. b.734. v.19.a.376. v.20.a.875. v.21.b.731, 752. v.25.a.309

*Cap.*V. v.5.a.1075,1096. v.6.a.12. v.7.a.12.b.1276. v.12.a.210. v.14.b.   v.15.a.381. v.19.a.217. v.20. a.1454. v.21.a.910

Cap. VI. v.2.a.211. v.3.a.635,639. v.4.a.306,309. 639.b.18. v.6.a.352,955.b.59,216,1215. v.7.a.915. v.8.a.263. v.9.a.744. v.10.a.205. v.11.a.211.b.801. v.12.b.1211, 1343. v.13.b.497, facie priori. v.17.a. 139,957,1301.b.1340. v.18.a.211,959. v.22.a.211. v.23.a.1304.b.540,1500

Cap. VII. v.2.a.895.b.59. v.3.a.895.b.416. v.6.b. 58. v.7.a.831.b.1501. v.9.a.264. v.12.b.424. v.14.a. 353.b.424,781,932. v.15.a.761. v.23.b.417, ter. v.24. b.1212. v.25.b.417

Cap. VIII. v.1.b.679, 689. v.2.b.418,772. v.3.b. 1412. v.4.a.917.b.679. v.5.b.934. v.6.b.938. v.7. a.1386.b.938. v.8.b.937. v.9.a.1030,1453.b.766,937. v.10.a.1114.b.779. v.11.a.306,316. v.12.b.937. v.13. a.665.b.937,1215. v.14.b.766. v.15.a.229. v.16.b. 1252. v.17.a.945.b.1252. v.18.a.448. v.19.a.448.b. 179. v.20.b.179,614. v.21.a.280,1094.b.151,1252. v.23.a.423,463. v.27.a.1211. v.29.a.1023.b.375, facie poſteriori. 880, 882. v.33.a.915. v.38.a.47.b.179. v.39.a.446

*Cap.*IX. v.3.a.268,270,271. v.4.a.943. v.5.b.782, facie priori. v.12.a.523. v.14,15.b.1219. v.21.b.1467. v.22.b.65. v.26.a.523. v.28.b.1187. v.31.b.423. v.32, 33.b.244. v.33.b 244. v 33.b.244,968

*Cap.*X. v.1.a.1242. v.3.a.911, bis. v.4.b.420,421. v.5.a.911,912. v.9.b.621. v.10.b.477. v.12.b.738. v. 13.b.493. v.14.b.729. v.15.b.729. v.16.a.158. v.20. a. 1264

*Cap.*XI. v.4.a.776.b.1532. v.7.b.897. v.12.b.755. v.16.b.1467. v.19.b.658. v.20.b.619. v.22.a.484. v. 25.a.1457.b.754,897. v.26.a.1457. v.29.a.222. v.33. a.614.b.653,983

*Cap.*XII. v.1.a.1442.b.217,992,997. v.2.a.275.b. 24,395, facie priori. 1257. v.3.b.658,1226. v.7.a.862. v.8.a.436,438.b.581,827. v.9.a.19,478.b.134. v.11.a. 1296.b.216,581,779. v.13.a.61,931. v.19.a.443,907. b.504, facie poſteriori.

Cap. XIII. v.1.a.539,696,1579. v.2.a.885.b.161. v.4.b.323. v.5.a.245,539. v.6.b.222. v.7.b.1451. v.9. a.277. v.11.a.986.b.1384,1598. v.12.a.1113, 1209, 1332.b.435,436,497, facie priori. 976,1485. v.13.a. 436,1332.b.203. v.14.a.1113,1114, 1453

*Cap.*XIV. v.1.a.376,546. v.2.a.546. v.5.b.731. v.9. a.263. v.11.a.777. v.13.b.968,969. v.14.a.439. v.15. a.1207. v.16.a.14. v.17.a.912. v.18.a.221.b.216. v. 20.a.1207. v.21.b.968. v.23.a.875

Cap. XVI. v.1.a.376. v.4.a.1432. v.8.a.870. v. 1060. v.9.a.948. v.14.a.15. v.16.a.1426,1445. v.18. b.1277.

Digitized by Google

b.1277.v.19.b.753,949. v.26.a.1239.b.125, bis. v.27. b.219.v.29.a.1248. b.754

Cap.XVI.v.1.b.1192.v.2.a.446. b.197. v.3.a.446, 489.b.70,1216. v.5.a.422,1051. b.710. v.7.a.477.b. 1553.v.8.a.446.v.10.a.937.v.11.b.1553. v.12. a.446. v.13.a.446.v.14.b.791. v.17. b.1400. v.18. a.148.776, 1248.b.119,216,801,1533. v.23. a.540. b.464. v.25.a. 905,1230.v.26. b.733.

I. ad Corinthios.

Cap.I. v.1. b.113,1222.v.2. b.728 v.3.a.1032.v.6.b. 318. v.7. a. 447. v. 9. b.125,740. v.10. a. 1039. b.601, 1201.v.12.a.1230.b.1202.v.13. a 247. v.17.b.87,985. b.252.v.18.b.252 v.20. a.141,782.b.384, facie poſteri-ori.985,986,987.v.21.b.99,385, facie priori. 493,985. v.24.a.969. b.984. v.25. b.385, facie poſteriori. v.26.a. 702,1237.b.987.v.27.b.987.v.28 b.59.v.30 a.58,377, 463. v.33.b.

Cap.II.v.1.b.1048. v.2. b.167. v.4. b.99. v.5.a.970. b.985.v.6.a.54.b.59,984,1258. v.7.b.38, facie poſteri-ori.v.8.a.541.b.195.v.9.b.531, facie poſteriori. v.10.a. 614,1211.v.13.b.781. v.14.a.206. b.766,1590. v.15.b. 783.v.16.b.432,770,1079

Cap.III.v.1.a.353.b.783,932,1048,1054. v.2.a.717, 721.b.323.v.3. a.351,353.b.679,932.v.4.a.353.b.932. v.6.a.760.1104.v.7. a.760.1104. b.395, facie poſterio-ri.v.8.a.760.v.9.a.758.v.12. b.446.v.13.a.630.v.16.b. 388.facie poſteriori,766.v.17.b.388. facie poſteriori. v. 19.b.384. facie poſteriori. v.20.a.878

Cap. IV. v. 1. a. 1264. b. 381. facie poſteriori. 464. 1381.v 2.b.463,741.v.3.a.1331.v.4.a.338.v.5.b.1490. v 6.a.477.v.7.a.323,875.b.728.v.9.a 477.b.993.v. 10. a 547. b.384, facie priori. v.11. b. 133. v.12. a.697. b. 581.v.14.b.1253.v.15.b.544. v.17.b. 196,454. v.18.a. 72,135. v.21. b.898

Cap.V. v.1.a.811. v.2.b.941.v.3.b.936. v.5.b.940.v. 6. a.1300. b.1467. v.7. a.106. b.621,1467. v.8. a.187, 190.b.618.v.11.b.374,facie poſteriori.

Cap.VI.v.1.a.340.b.1277.v.2.b.159. v.3. a.47,695. b.159.v.4.a.695.v.9.b.297.v.11. a.634. v.13. b.59,119, bis.v.14.a.309,310.v.16.b.935.v.17.b.134.v.18.a.243. v.19.b.770.v.10. a 949

Cap. VII. v. 1. a. 351. b. v. 2. a. 1000. v. 5. a. 1000. v.7.a.448,1000. v. 8. 897. v. 9. a. 897, 1000. b. 895. v. 10.a.811.v.11.a.811.v.14.a.60.v.19.a.716.v.20.b.113. v.22. a.430,956. v.23. a.956. v.25. a.768. v.26. b.743. v.28.b.936. v.31.b.151,1200.v.35.a.433.v 36.a.1265. v. 37. a. 245. v. 39. a.379,843,895,897. b.196. v.40.a. 843

Cap.VIII. v. 3. a.762. v.4. a.833,1009. v. 6. a. 1038, 1553.b.804.v.10.a.768.v.13.a.141. b.969

Cap.IX.v.1.b.509.v.5.a.810.v.7. b.540 v.10.a.351, 760,1094.v.13.a.178.v 16. a.245. v.17. a.325. b 458, 720. v.19. a.959. b.1449. v.20. b.1072. v.21. a.366. b. 658.v.22 b.1072.v.24.a.549,707. v.25. a.998. b.1016. v.26. a.107.v.27.a.1107.b 1401

Cap.X.v.1.b.457.v.2. a.624. b.723. v.3. b.299,617, 781.v.4 b.242,617,781.v.5. b.412. v.6. b.1341,&c. v. 9.b.654.v.11.b.1341. v.12. a 702. v.13.b.655,740. v. 16. a.1249. b.125,126,813,1114. v.17 a.1250. v.21.a. 964,1428.b.1279.v.26. b.754.v.28. b.754 v.32. a.495

Cap.XI. v.2. b.582. v.3. b.95,96. v.5. a.807. v. 7. a. 1025.v.18.b.1202.v.19.a.120,122,123,245,937.1453 b. v. 20. a. 24,827. v. 21. a. 24, 27. b.192,1116. v.13. b.1349. v.24 a.241. v.25. a.241. b.813. v.26. a.241. b. 1084.b.1339.v.28.a.979.v.29. a.875. v.31.b.160,658. v.32.b.545.v.34.b.161

Cap. XII. v. 2. b. 24. v. 3. a. 270. v. 4. b.1500. v.6.a. 1115. v.8. b.250. v.9. b. 727. v.11. b.774. v.13 a.635, 644.b 395, facie priori. v.17. b.336. v.18 b.336 v.19. b.336.v.20.b.336.v.21.a 964.v.22.b.336.v 25.b.1202. v. 26. b.336,658. v.28. a.376,906. b.827. v.31. b.157, 1501

Cap. XIII. v.1. a.35,766. v.2. b.381, facie poſteriori. v.3.b.78. v.4.b.293,696.v.5. b.603. v.6. a.188. v.8 a.2. b.59. v.9.b. 497, facie priori. 658.v. 11. b.399. v. 13. b.733

Cap. XIV. v.1. a.931. v.6. a.605. v.9. a.107. v.11. a. 660. v.16. a.227,229,1438, bis. 1439. v.18. b.1403.v. 19.b.70.v.20.b.24,1259.v.21. b.419,420. v.23.a.1439. v.26.b.1568.v.34.a.716,808.v.35. a.808. v.37. b.412, 783

Cap.XV. v.1. a.1230. v.2. a.314. v.8.a.1073.v.12.a. 310 v.14.b.99.v 18. a 446. b.121. v.20. a.423. v.23.a. 423.b.1552.v 24.a.668.b.59. v.26.b.59. v.28.b.460.v. 29.a.640,&c. 646.v.31.a.95,445. b.313. v.32 a.1399. v.33. b 472. v 36, &c. a.314. v 41. a.888. v 42.a.95 b. 1213.v.44.b 782,1583,1589.v.45.a.80.v.47 a.74,353. v.48.a 353,1203. v.49.a.353,1203.v.50. a 95 b.937.v. 52.a.571. b.911.v 53.a.95.b.1211.v.54 b.1211. v.56. b.423. v.58 a.1207

Cap.XVI. v.1. b.247. v.2. a 1120. b 247.917.v 8.b. 667.v.9.a.1415.v 10.a.1207. v.13. a.69. b.619. v.15.a. 422,862.b.710.v.19.a.1051. v.20. b.1430. v.22. a.268, 269, 604

II. ad Corinthios.

Cap.I.v.2.a.1052.v.6.a.1094.v.9. a.455. v.12. a.436, 1030.b.987. v.17.b.958.v.18.b.740. v.20. a.228. v.21. b.1534. v.22.a.512

Cap.II.v.2.b.596.v.6.a.1195.v.10.b.746.v.11.b.413. v.12.a.1415.v.13.a.483.v.14.a.1407.v.17. a.722,1029, 1030. b.42,591

Cap. III. v. 1. b. 1194. v. 3. a. 869. v. 5. a. 323. v.6. a. 780,880.b.423.v.7.a.861. v.8. a.861. v.9. a.861. v.12. a. 1094. b. 605. v. 14. a. 247. b.897. v.18. a.413. b.44. 772

Cap.IV. v.1.a.1047.v.2.a.94.b.508,591.v.3.a.1230 v.4. a.144,1028,1370. v.7. a.1402. b.970,1468. v.8.a. 469.v.10.a.445,446.b.393,facie poſteriori.v.11.a.445. v.13.a.257,1086.b.652,974.v.16. a.351.v.17. a.1404. b.449.v.18. a.701,1404

Cap.V. v.3. a.1112. v.5. a.512. v.8. a.1045,1240. b. 658. v.11. b.1452. v.13. b.1226. v.16. a.307. v. 17. a. 523. b.150,177,178. v.18. a. 1149. b.114. v.21. a.204. 205

Cap. VI. v. 2. b. 19. v. 3. a. 495. b. 969. v. 4. a. 246, 548, 870. v.7. b. 497, facie priori. v. 9. a. 445. v. 11. a.363.v.14.a.1218.b.125,619.v.15. a.678.b.619. v.16. b. 465

Cap.VII.v.1.a.63.v.2.b.747.v.10.a.223.b 279

Cap.VIII.v.2.a.437,438.v.3.a.573.v.4.a.862.b.125, 581. v.11.a.1120. v.23. a.475

Cap.IX.v. .a.862. v.3 b.87.v.4.b.1398.v.5.a.1249. v.6. a.1086. v.8.a.576. v.9. a.914. v.10. a.755. v.12.a. 862.b.220.v.13.a.438

Cap.X.v.2 b.679.v.3.b.1041.v.4. b.497, facie poſte-riori.v.5.a.138.v.13.b.508. v.18. b.1192

Cap.XI.v.2. b.687. v.3. a.436. b.535, facie utraque.

v.6.

Digitized by Google

v.6.a.1439. v.8.b.540. v.10.b.1060. v.12.a.605. v.13. a.477, 1112. v.14.a.852. b.379 facie priori. v.15.a. 444,477, 870. v.17.b.1398. v.18.b.938. v.20. b. 269 v.22.a. 1093. v.25. a.718. b.786. v 29.b.896

Cap.XII. v.2. b.521. v.4. b 521. v.5.a. 547. v.7.b. 133. 942.975, bis. v.9.a.546.b.975. v.10.a.246, 546, 1240. v.15.a. 823. v.17.b.747. 749. v.18.b.747. v.22. a.1093

Cap.XIII. v.4.a. 309. 547. v.8. a.188, 964. v.10. b. 60. v.11.a.1371. b.60. v.12. b.1430. v.13. b.125

Epiſt. ad Galatas.

Cap. I. v.4. a.143. v. 8. a.46, 270. v.9.a. 270. v.14. b. v.15. b.1418. v.18. a. 1465. v.19. 1430. v.24. a.446

Cap. II. v.4. a.1088. v.5. b.1060. v.6. a. 888. v.7. a. 325. b.720. v.8. b.914. v.9. a.837. b.1044, 1053. v.12. b. 1398. v.14. a. 1081. b.1060. v.20. a 447, 1435. b.733, 1558

Cap. III. v.1. b.1013, 1318. v.5. a.1115. v.10. b.57. v. 13. a.377, 1341. b.57, 689. v.15. a.351. v.16. a 523. v.19. a.624, 885, bis, b.252, 342, 422, 423. v.20. b.343. v.24. b. 217. 421. 544. v.27. a.635, 644, 1112, 1113, 1114, 1453. v.29. b.695

Cap. IV. v.1. a.412, 888. v.2. a.412. v.3. a.412. b.398, 1039. v.4. a.412, 811. b.613, 754. v.5. a.377, 412. v.8. b. 1475. v.9. a.397. b.1039. v.13. a.547. v.15. b.552, facie priori, v.19. a.1113. b.378, facie priori, 1253, 1595. v.21. b.419. v.26. b.645

Cap. V. v.2. a.1088, 1298. v.4. b.59. v.5. a.1095. v.6. b.783. v.9. a.1300. b.1467. v.10. a 444. v.12. a.1255. 1258. v.13. a.1088. v.16. b. 938. v.17. b.777. v. 19. a. 1209. b.936. v.20. a.120. v.21. b.203, 658. v.22. a.15. v. 26. a.1213

Cap. VI. v.1. a.87. 810, 1266. b.60, 546. v 2. a.497. b. 419, 1322. v.4 a 936. b.587. v.6. a.1207 b.70. bis, 125. v. 7. a.1086. v.9. a.1048. v.10. a.811. v.14. a.446. b.153. v. 15. b.179. v.16. b.37. v.18. b 778

Epiſt. ad Epheſios.

Cap. I. v.1. a.61. v.2. a.1032, v.3. a.1246. v.4. a. 143, 423. 530. v.5. a.1240. v.6. b.1503. v.9. a.1241. v. 10. a.277, bis. 278. b.754. v.12. a.1095. v.13. b.767, 1060. v.14. a.512. b.112. v.17. a.943. 944. b.768. v.18. a.1095. v.21. a.141. b.492, 787. v.22. a.906. v.23. b. 756

Cap. II. v.1. b. 392, facie poſteriori. 1048. v.2. a. 143. 541, 1115, b.679, 1357. v.3. b.938, 1475, bis. v.5. b.1222. v.8. b.728, 1206. v.10. a.293. b.179. 679. v.12. a.109. b.795. 796. v.14. b.427, bis. v.15. a.932. v.20. b.242, bis. 1048, 1056. v.22. a.536

Cap. III. v.2. b.458. v.6. b.1191. v.7. a.870. v.10. b.893. v.12. b.732, bis. v.13. a.1048. v.15. b.637. v.17. a.447, 1113, 1114. b.617. v.19. b.755

Cap. IV. v.1. a.446, 903. v.5. a.651. v.8. a.139. v. 10. b.787. v.11. a.906, 1234. b.791. v.13. a.412, b.727, 757. v.14. b.181, 329, 399. v.16. a.1307. b.1080. v.18. b.897. v.19. a.411. b.575. 751. v.22. a.352. v.23. b.18. v.24. a.352, 911, 1113. v.26. a.1323. b.504, facie poſteriori. v.27. a.848, 907. v.28. b.1521. v.29. b.931. v.30. a.463

Cap. V. v.1. b.658, 1356. v.2. a.1126. v.3. b.751. v. 4. a 306. v.5. a.1010. b.750. v.6. b.87, 274, 1357. v.8. b.679, 1480. v.9 a.911. v.11 a.1209. b.124. v.12. b. 1486. v.13. b.1486. v.14. a.986. b.10. v.16. a.1330. b.19, v.18. a.566, 567. b 326, 1349. v.19. b.1569. v.26. a. 639. b.278. v.29. b. 936. v.31. a.351. b.935, 936. v.32. b.382, facie priori.

Cap. VI. v. a. 909. b. 197. v.5. a.436, 438. v. 6. b. 534, facie priori, 1578. v.7. b.216. v.11. b.329. v 12. a. 531. b.148. 783, 793. v.13. a.1330. v.14. a.1113. b 619. v.15. a.1221. b.619. v.16. a.679. 808. v.17. b.322. v.20. b.251

Epiſt. ad Philippenſes.

Cap. I. v.1. a.1032, 1180. v.7. a.909. b 99. v.8 b.997. 998. v.10. a.1029. b. v.21 b 92. v.22. b.936. v.23. a.284. v.24 b.78, 936. v. 27. b.800. 1578

Cap. II. v.1. b.997. v.2. a.1039. v.3. a.1213. v.6. b. 377, facie poſteriori. v.7. a.414. 957, 1264. b.87. 377, facie poſteriori. v.9. b.494. 787. v.12. b.1451. v 13. a. 221, 1115, 1241. v.15. a.211, 745. v.17 a.1426. b.993. v.25. a.476. v.27. a.545 v.30. b.220

Cap. III. v.1. b.1495. v.2. a 702. b.66, 201. 658. v.3. b.658. v.4. a.9. v.5. b.416. 692 v.6. a.221. v.8. b.978, 980, v.9. a 911. v.11. a.361. v 14 a 707. v.15. b.1258, 1265. v.16. b.37, bis. v.17. b.1340. v.19. a.145. 1370. b. 801, v.20. b.645. 799, 1221. v.21. b 365, facie priori. 1210

Cap. IV. v.3. a.689. v.4. b.1495. v.7. a.1033. v. 10. a. 267. v.12. b.380, facie priori. v.18. a.434, 1426. v.21. b.1553

Epiſt. ad Coloſſenſes.

Cap. I. v.2. a.1032. v.5. b.1060. v.10. b.679. 800. v. 11. a. 970. v.12. b.112. v.13. b.1357. v.14. a.464. v.15. a.415, 1028. b.179, 875. 879. 1365. v.16. a 31, 402, 528, 531. b. 151, 879. v.18. b.881. v.20. a.139, 1302. v 23. a. 870. b.180. v.25. b.458. 753. v.26. b.382, utraque facie. 458. v.27. a 1095. v.29. a.1115

Cap. II. v.1. a.1193. v.2. b. 730, 1080. v. 3. a. 457. 1401. v. 5. b.733. 936. v.8. b.1038, 1440. v 9. b 386. facie poſteriori. 755, 1215, 1216. v.10. b.95. v.11. a.429, 609. v.12. a. 260, 639. b. 393. facie poſteriori. v.13. a. 172. b.392, facie poſteriori. v.14. a.933. b.426. v.15. a. 1406. b.571, 606. v.16. a.716. b.920. v.17. b.920. 1215. v. 18. a.44, 707, 1096. b.48, 1348. v. 19. b.1080. v.20. 21, &c. a.716. v.23. a.804

Cap. III. v.4. a.448. v. 5. b.393. facie priori. 749, 750, 751. v.6. b.1357. v.8. a.696. v.9. a.201, 352. v.10. a.352, 1113. b.19. v.11. a.661. v.12 a.1113. b.997. v.14. a.20. v.15. a.707. b.79. v.22. a.436. 438. b.534, facie priori. v.23. b.1579. v.24. b.217

Cap. IV. v.2. a.69, 247. v. 3. a. 1415. b. 382, facie poſteriori. v.6. a.182. b.274. v.14. a.1433. v.15. a.1051. v. 16. a.1052. 1193. v.17. a.703. b.753

I. ad Theſſalonicenſes.

Cap. I. v.1 a.1032, 1051. b.1067. v.3. a.1206. b.734. v.5. a.1230. b.753 v.7 b.1340. v.9 a.1042 b.1370

Cap. II. v.1. a.1042. v.4. b.720. v.10. a.221. b.517, facie poſteriori. v.12. b.800. v. 13. a. 158. 1115. b.252, v.16. a.1347. v.17. a 471. v.20. b 517, facie poſteriori.

Cap. III. v.3. b.923. v.5. b.655. v.7. a.246. v.10. b. 59. v.13. a.57, 221

Cap. IV. v.3. b.810. v.4. b.971. v.5. b.542. v. 6. b. 747. 1376. v.9. a.900. v.14. a.446. v.15. b.163. v.16. a.317, 446, 447. b.163, 392, facie priori. 1553. v.17. b.163

Cap. V. v.2.b.109.v.5. b.436,976,1357. v.6.a.69.b. 10.v 7.b.10.v.12 b.742,826,840.v.14.a.371,376.567 b.1449.v.15.a.931. b.577. v.21. b.1281. v.23.a.54.b. 1221

ad II. ad Theſſalonicenſes.

Cap. I.v 2.a.1032.v.6.a.1030.v.11.a.15,1207

Cap. II v.3.a.354.b.1358.v.4.a.391.b.387, facie priori 942.v.8.a.390.392,444,1202. b.59.v.9.a,389,970. b 1078.v.10.b.1078.v.11.a.391. v.12. a.1240.v.14.a. 1230.v.15. b.578

Cap. III.v.3. b.740,808. v.6. a.905. v.7.a.568.v.9.b. 1341.v.11.a.568.b.119,658,670

I. ad Timotheum.

Cap. I.v.2.a.1032.v.3.a.1193. v.4.a.431. v.5.b.7.v.6. a.561.v.8.b 424.v.9. a.395.678,908.1433. v.11.a.325, 1222.b.289. v.13.a 698. v.15.b.152.480,616,1181.v. 16.b.1398. v.17.a. 142,401,596,670.b. 983. v. 18. b. 1041.v.20. a.601. b.940

Cap. II.v.1.a.824,1127.v.2.a.694.v.4. b.1050,1064, 1207.v.5.a.1039.b.345.v.6.a.377. b.318. v.7. a.901.v. 8.a.878.1276.b.1510. v.9. a.808.b.64,65,147.v.10.a. 1157.v.11.a.808.v.12.a 573.716,808. v.13.a.77.v.14. a.806.v.15. a.808.b.1227

Cap. III.v.1.a.1176. b.252,480,740. v.2.a.338.892, 893.895.896,897.898,900 b.147,410,601 .v 3.b.601 751,752.v.4.a.1266.v.5.a.1052.v.6. a.848. b.395, facie priori. 1348. v 8. a.918, 1442. b.467,468.602. v 10.a. 936. v.11.a 848. b.410. v.12. a.728,896. v.13. a.614.v. 15.a.323.b.465.1043.v.16.a.282.915,1197.b.381, facie poſteriori 479, 14012

Cap. IV. v.1.a.121,735. b.163,164.v.2.a.79,1153. v.3. a.716,735. b.1060. v.4. a.439. v. 5. a.1125. v.6. a. 1127.b.857. v.7.a.803.b.672. v.8. a.804. v.9.b.480. v. 10.a.1095.v.12.a.65,323.b.394, facie priori.829,1341. v.13 a.247.901,1193. b.581.v.14.b.824,827,1517.v. 16.b..1207

Cap. V.v.4. a 235,810.1265. v.6. a.1345 b.992.v.7. b.1048. v.9. a.860, 864. 893.898. v.10. a 1158. b.442. 814.1254. v 11. b.66. v.12. a 759. b.725. v.13. b. 670. 1446. v.14. a.495,605.v.17. b.779,825, bis. 827. v.20. a.1081.b.672.v.21.a.901.b.856.v.22.b.124,1517.v.23. a.54,545. b.468

Cap. VI.v.1.a.697.v.2.a.376.v.4. b.1348.v.5.a.1265. b.573.v.6.a.576.v.7.a.805. b.152.v.9. a.363.718. v.10. b.680,1427.v.11.a.354,664,931. b.457. v.14.a.1202. v.15.a.670.971.b.289.v.16.a.40,109,494,495.b.1481. v.17.b.763.v.18.a.15.b.128.v.20.a.678.b.87,581,582. v.21.a. 561. b.779

II. ad Timotheum.

Cap. I. v.2. a. 1032. v. 3. a. 1073. v. 6. a. 266. v. 7. a. 971. b.1224. v.9.b.114. v.10.a.1147,1202.1490. v12. b.152. v.13. v.14.b.581,582. v.16.a.328.b.1222. v.18. b.194,1049

Cap. II. v. 3. b. 1041. bis. v.5. b.414.1016. v.6.a. 759.b.1207. v.7.b.412. v.8.a.875,905,1230,1231.v.9. b.64,251. v.11.a.263. b.480.740. v.13. a.510.964. b. 424.740. v.15. a 937. b.508, 1060. v.16. a.678. b.87, 672.673. v.17.a.123,720.b.673. v.18.a.318,323.561. v.19.a. 762,771. v.20.b.969,970, bis. v.21. b.970. v. 22.a.931,1167. v.23. b.672. v.24. b.752. v.25.b.546. v.26.a.139,29 ,1301

Cap. III. v.2.a.698. b.658. v.3.a.344,557.596,848. v.4. b.658.849.1348. v.5. b. 378, facie poſteriori. 379, facie priori. v.6. a.139. v. 8. a.918, 1430. v.9. a.139. v. 10.a.72. b.618. v.12. a.931. v.13. a.776. v. 14. b. 743. v. 15. a. 780. b.989. v. 16. a.515,784,787.901. v.17.a. 787. b.60

Cap. IV. v.1.a.1202. v.2.a.146.v.3.a.343,1194.b.118, 199. v.4.a.157. v.5. b.753. v.6.a.284, & ſeqq. b.993.v. 7.a.1106.b.1041.v.8 a.665. b.171.v.10. a.144. v.13.b. 341.1422.v.14.a.443.v.17.b.99,233.v.18.b.808,1208. v. 22. b. 779

Epiſt. ad Titum.

Cap. I. v.1. a.189. v.3.a. 325,425. b.99,458. v.4.a. 1032.v.5.a.1180. b.826.v.6.a.330,893.v.7.a.136,572, 1180. b.464.601,751.826, bis. v.8.a.1000. b.517, facie poſteriori. 1426.v.9. a.371.901,905. b.252.v.11.a.324 b.42.v.12.a.738.1399. v.13.a.485.v.16.b.476

Cap. II. v.2. b.410. v.3. a.848,960. b.64,829. v.4.b 1223.v.5.a.697.b.466. v.7. a.901.b.1341.v.8. b.273.v. 11. a.1197,1201. b.603. v.12. a.421,510,543,1166. v. 13.a.1202,1371.b.382, facie priori. 577.v.14. a.1297. b.678. v.15.a.485. v.30.864

Cap. III. v.1.a.539.v.2.a.696.v.3.a.955. b.720.v.54. a.275,276,397,639.649. b.278,395, facie priori. 559, 1222.v.6.a.1075.v.7.a.329. v.8.b.252,480.v.9.b.672, 1060.v.10.b.672. v.11. a.582

Epiſt. ad Philemonem.

v.2.a.29,1051.v.3 a.1032.v.8. a.1162.v.10.b.998.v. 11.b.658 v.12.b.998. v.20 b.491.v.21.b.732

Epiſt. ad Hebræos.

Cap. I. v 1. a.249. b.284.285. v.2. a.141. v 3. a.425, 838.b.12 494,1394.1481,1496. v.5.b.494,953, bis.v. 7.b.222.v.8.a 1409 v.9.a.1076. v.11.b.365, facie priori.v.12.b 520, facie poſteriori.v.13.b.1394.v.14.a.43.b. 222,778

Cap. II.v 2. a.885,886. b.252,422,446. v.3.b.446.v. 4 b.871.v.9 b.1556.v.10.a.532. v.11. a.85. v.12.a.85. v.14.b.1412.v.16. a.281.v.17.a.85.b.741

Cap. III.v.1.a.476.v.2.b.741,788. v.6.a.1096,1206. v.7.b.955.v.13. b.955.v.14. a.526.b.734

Cap IV.v.12.b.254.v.13. b.179,1285. v.14.a.1358. v.16.a.1408

Cap. V. v.1. b.71. v.2. b.71. v. 5. b.953. v. 6. b. 337. v.7.a.1277.b.1449.v.8.b.658. v.12. a.721,1041.b.70, 248,1037,1323.v.13.a.721. b.398. v.14. a.134,771.b. 399, 1323

Cap. VI. v.1. a.1095,1209. b.733,1258. v.2. a.651.v. 4.a.241. b.115,358,1490. v.5.a.141. b.358.v.6.a.275, 276,321,397. b.358,571. v.10. a.862. v.11. a.1206.b. 753.v.12.a.1206.v.14.a.1246.v.16.b.511,512.v.17.18 b.513, facie priori. v.19.a.63,1096. b.57.743. v.20.a. 535

Cap. VII.v.1.b.337.v.2.b.337. v.3.a.425,745.b.339, 441,658.v.4.b.639. v.11. b.337. v.15.a.362.b.337.v. 16. b.426.v.17. b.337.v.22. b.337. v.24. a.412,744.v. 25.a.535.v.26.a.147 v.27.a.325

Cap. VIII. v.1.a.1408.b.94. v.2.b.520, facie poſteriori.v.5.b.1340.v.7.a.221.v.10.a.906

Cap. IX. v.1.a.917 b.147.v.2. a.521.v.4. b.102.v.5.a. 1449.v.9. b.567.v 10.a.625.b.19,658.v.13.a.55.v.14 a.1209. v. 16. a.855. v.17. a.855. v. 18. a.989.v.19.b. 1352,1402.v.24.a.383,385. v.26. b.613.v.28.a.381.b. 1557

Cap.

Cap. X. v.1.a. 1022. v.3.a.701.v.5.a.1042.b.61,152. v.7.b.98.v.11.b.219. v.13.b.1394.v.16. a.906. v.19. b. 606 v.20.a.989 b.451.v.22. b.46.616,645,752,1153. v.23.b.740. v.24. b. 602. v.27. b.658.v.29 .b.53.571, 767.v.34.a.1402. v.36. a.1206.v.38. b.1398.

Cap. XI.v.1.a.12[illegible]1.b.734. v.3. a.141. b. 60. v.5. a. 1130, 1264. v.6.b.740. v.7.b.771.1532 v.10.b.795.v. 13.a.442.446,552.v.19.b.566.v.21.b.857,898.v.23.a. 557. v.24.a.510.v.27.a.401.b.368.facie poſteriri. v.29. b.656. v.33.a.913. v.35. b.657. 1327. v.36. b. 656. v. 37. b. 368. facie priori 449,653,656, 831, 1328.

Cap. XII.v.1.a.209 b.396, facie poſteriori. 447. v.2. a.532. b.728, 1004. v.3. a.1047.v.4.a.114.v.5.b.653. v. 6.b.546. v.9. b.1580. v. 14. a. 57,931.v.16.a. 678. v.23. a.909.b.779.883.v.24.a.114.b.614. v.25.b.446, 1531. v.29. a.493.1365.

Cap. XIII. v.2 b.440 v.4 a.725. v.7.a.274,322, 323. b.741. v.8. b.955. v.9. a.905.b.440.v.10.a 1427.v.15. a.325,345,1415.b.478,493.v.16. a.1236. 426.b.126, 128. v.17. a. 70. b.128, 826. v.18.a.323. v.21. b.59. v. 24. b.742.

Epiſt. Jacobi.

Cap. I.v.4 a.515,1206. v.5.a.437. v.6. a.875. 930. b. 367. facie poſteriori. 1507. v. 8. a. 930. v.13. a.427. b. 654.v.15.b.373.facie priori. v.17.a.396. b.1480. v.18. a.423. v.19.a.766.v.21.a.1104. v.22.b.587.v.23. b.867 v.26.a.1405.v.27.a.1405. b.153.

Cap. II.v.2.a.1215.v.5.b.152.v.7.a.697. v.13. b. 66. v.19. b.719 v.26 b.779.

Cap. III. v.3.a.1193. v.6.b.1324 v.9. a.1246. v.10. a. 1248. v.15.a.396. v.17. a. 396.

Cap. IV.v.1.b.793.v.3.a.823.v.8. a.930. b.7.v.11. b. 161. v.13.b.786.

Cap. V. v.2.a.718. v.3.b.164. v.5.b 992.v.12.a.229. v.14.a.185, 1078. v.15.a.986. b.29. v.20.a.394.

I. Epiſt. Petri.

Cap. I. v.1.a.884. b.914. v.2.a.1032. v.3.a.397,756. v.4.a.1402.v.5.a.448.v.7.a.448. b.894. v.13. a.448. b. 619. v.18. b.613. v.19. a.232.b.613

Cap. II. v.2.a.721,901.v.5 a.325,1441,1442. v.8. b. 244. v.9.a.1441,1442.b.679.v.11.a.442.b.793. v. 12. a.1177.v.13.b.180.v.20.b.134.v.22.b 171.v.24.a.263

Cap. III.v.3.b.149.v.7.a.808.b.971.v.8.a.1039 v.9. b.577. v.15.b.16 v 20 a.623,657. v.21. a. 385,623, 644,649,657. b.689. 1044

Cap. IV.v.1.b.577.v.2.a.139,1166,1302.b.464.v.3. b.203.v.4.a.696.b.440. v.8.a.396,1072. v.11. b. 248. v.12.b.440,894.v.14.a.446.v.15. a.197. v.17. b.446. v.18.a.217. b.446.1206.

Cap. V.v.1.b.825. v.3.b.110. v.5.a.996.v. 8. b.232. v.13.a.613. b.913

II. Epiſt. Petri.

Cap. I. v.2,a.1032. v.3.a.506. v.9. b.383.facie poſteriori.v.11.a.1042.v.15.a.287,1142. v.17.a.915. v.19. a.247

Cap. II.v.1.a.120. v.3.a.1103.1265. v.5.b.51.v. 8. b.602,779. v.10.a.573.v.13.a.27.b 997. v.18. b. 938. v.19.b.543. v.20.a.510.v.22. b.200

Cap. III.v. 2.a.665. v.4.b.121.v.7.b.520,facie poſteriori. v.9.b.294.v.10.b.110,520. facie poſteriori. v.12. b.162. v.13. b.552, 615. v.16.b.1042.

I. Epiſt. Johannis.

Cap. I.v.1.a.530. v.6.a.188.v.7.b.1257.v.8.b.587.

Cap. II. v.1.b.583.v.13. b.808.v.14. b. 808. v.16. a. 175,823.1166.b 449. v.18.a.389. v.20. b.1534. v.22. a.389. v.27. b.1534.

Cap. III. v.2. a. 945. v.3.b.17. v.4.a.203.v.5.a.133.v. 6.a.211.v.8.a.211.v.9.a.206.v.12.b.730.v.14.a.263.v. 20. a.529. v.23. b.493

Cap. IV. v.3.a.389,390.v.12.a.402.b.1068. v. 16. b. 730

Cap. V. v.3. a.1299.v.7.b.254.v.13.b.493. v.16. a. 214. v. 19. b.808

II. Epiſt. Johannis.

v.1.b.825. v.3.a.1032. v.4.b.680.v.7.b.1412.v.11. b.125

III. Epiſt. Johannis

v.1.b.825. v.3. b.680. v.4.b.680. v.5.b.741, v. 15. a.1032.

Epiſt. Judæ.

v.2.a.1032 v.3.a.223. v.9. a.696. b. 1277. v.10. a. 199. v.12.a.23.27.b.63,446,997. v.16.b.341. v.19.b. 1591. v.23, b. 1448.

Cap. I. v.4.a. 1032. v. 5. a.670. v.6. a.1442. v. 10. b. 184. v.13. a.1306. 1310. v.16. b. 908

Cap. II. v.2.a.477. v.4.a.759. v.10. a.558. v. 12. b. 908. v.16. b.908 v.17.a.1126. v.23. a.1211. b.46

Cap. III. v.1.b.992. v.3.b.582. v.4 b.492.v.7.b.106. v.11.b.210.582,1016.v.12.a.1126.b.1044,1053.v.14 a.228.526.v.15.a.449,1296.v.18. b.895. v.21. a.1408

Cap. IV. v.6.a.1313. v.7. a. 1234

Cap. V. v.5. b.231. v.9.a.1126.v.12.a. 1248

Cap. VI. v 4. b.210. v.8. b. 1251. v.9.b.320. v.11.a. 523. v.12. b. 924. v 14. b.520, facie poſteriori.

Cap. VIII. v. 12. b. 757.

Cap. IX.v.1.a.12.v.4.a.523.v.11.b.1358.v.14.a.1030

Cap. XI.v.18.b.493

Cap. XIII. v.2.a.389.v.4.a.389. v.6.b.493

Cap. XIV. v.3.a.1126. v.4.a.139,1301. b.597.v.8.a. 613. v.13. a.445. b.393. facie priori.

Cap. XV. v.6. a.1306, 1310

Cap. XVI. v.3. b.1577. v.9. b.493. v.14.b.162.v.19. a. 613

Cap. XVII. v.5.a.613. v.9.b. 913. v.14.a.670

Cap. XVIII.v.2.a.613.v.3.b.66.v.7.a.390.b.66,1056 v.9.b.66. v.10.a.613.v.13.b.899.v.17. a.1337.v.21. a. 613

Cap. XIX.v.10.b.868.v.13.b.254, 493. v.15. b.908. v.20. a.392. v.21. b. 908

Cap. XX. v.5.a.263.v.6.a.1345. v.10. a.392. v.11.b. 520, facie poſteriori. v.12. a.688

Cap. XXI. v.1.b.520, facie poſteriori. v.5.b.615

Cap. XXII. v.2.b.444. v.9.b.860. v.15.b.200.v.20. a.229.

Digitized by Google

INDEX

Rerum præcipuarum, Theſauro Græco contentarum: ubi litera *a*, priorem, *b* verò poſteriorem tomum denotat, numeri autem ſubjecti, paginarum numeros deſignant.

A.

Aronis epitheta, tom. a. pag. 1
Abbas, καθηγούμενος, b. 10
κοινοβιάρχης, b. 123
Abbatiſſa, ἡγουμένη, a. 1315
καθηγουμένη, b. 10
Abel unde dictus, a. 5
de eo Archonticorum blaſphemia, ibid.
ejus elogia, a. 5, 6
vocatur πρωτομάρτυς, a. 5. b. 875
Ἄβιωτος βίος, a. 639
Abnegare ſe ipſùm quid, a. 420, 421, b. 511
Abnegare Deum tempore perſecutionis licitum eſſe, docuerunt Eſſæi, b. 477
Abraham unde ſic dictus, a. 6, 7
dicitur Hebræus, & cur, ibid.
ejus elogia generalia, a. 7, 8. ſpecialia, a. 8. ubi de ejus fide, patientia, hoſpitalitate.
quomodo, & cur tentatus, b. 653
Abrahami Apocalypſis eſt liber apocryphus, a. 451
Abrenunciatio in Baptiſmo, a. 481, &c.
vocatur ἄρνησις, a. 511
Abſis quid, a. 611, 612
Abundantia, πλεονεξία, b. 748
Abyſſus varia ſignificat, a. 10, &c.
Acclamationes, b. 173. acclamationes in Concionibus ſacris, b. 174, &c. damnantur, b. 175, 1676
Accommodo me aliorum captui, συμμετριάζω, b. 1103
συμπλάττω, b. 1104
φωνηπιάζω, b. 1165
συντραυλίζω, b. 1188
συγκαταβαίνω, b. 1067
Accuſatio falſa, ψευδοκατηγορία, b. 1573
Acephali, hæretici quidam dicti, a. 155
Acta Apoſtolorum. Varia hujus libri nomina, b. 822, de ejus dignitate & utilitate. Eum quidam rejecerunt, b. 823
cur vocentur πράξεις, b. 821
Acta Pauli, Petri, Andreæ, Johannis & Thomæ, b. 823
Acta & miracula differunt, b. 821
Acta Synodorum, πρακτικά, b. 820
Acutùm cernens, ὀξυδερκής, b. 894
Adamiani, vel Adamitæ hæretici, a. 81
eorum hæreſis, a. 805
Adam unde non dictus, & unde dictus, a. 74
ejus varia epitheta, ibid.
ejus cauſſæ internæ & externæ, a. 75
ejus proprietates, ibid.
ejus peccatum, a. 76
vide etiam, Peccatum.
in eo omnes peccârunt, a. 210
de ejus ſepultura, a. 80. b. 156
in voce κρανίον.
vocatur πρωτόπλαστος. b. 876
πρωτόκτιστον ἄγαλμα, b. 874
omnibus cauſa mortis extitit, in πρόξενος, b. 848
ante lapſum ἀναμάρτητος, a. 288
fuit mutabilis, in voce σωμάτιον, b. 1218
per Chriſtum ſervatus, a. 80
Adami Apocalypſis, liber apocryphus, a. 451
Adamus ſecundus, a. 80
Ἀδελφαί, vocata propudia, a. 83
Adelphiani, a. 1285
Ἅδης ſumitur pro ſepulchro, a. 88
pro ſtatu animarum poſt mortem corporis, a. 89
pro loco damnatorum, ibid.
Aditum ad Patrem habemus per Chriſtum, in προσα-γῆς, b. 853, & 863, in πρόσοδος.
Adoptatus, εἰσποιητός, a. 1043
Adoptio, υἱοποίησις, b. 1354
Adopto, υἱοποιέω, ibid.
Adoratio duplex, civilis, b. 857
& religioſa, b. 859. &c.
adorationis religioſæ objectum ſolus Deus, ibid.
Chriſtus adorandus quatenus θεάνθρωπος, ibid.
Adventus Chriſti duplex, b. 603
Adventus Chriſti ad judicium dicitur ἐπιδημία, a. 1164
dicitur ἐπιφοίτησις, a. 1203
Adulari, σαίνειν, b. 922
Adulterium propriè quid, b. 372, facie poſteriori.
Synecd. eſt inordinata cupiditas, b. 373, facie priori.
Metaph. eſt idololatria, b. 373, facie poſteriori.
denotatur per πορνείαν, b. 809
vocatur πλεονεξία, b. 749
de eo uſurpatur πλεονεκτεῖν, b. 747
Adultero, corrumpo, νοθεύω, b. 414
παραχαράττω, b. 591
Ægrè fero, βιοφορέομαι, a. 694
Ægyptii animalia deificârunt, a. 1363
Evangelium ſecundum Ægyptios, a. 1224
Ælia dicta Jeroſolyma, a. 1446
Aër eſt elementum, a. 107
aërem cædere quid, ibid.
in aërem loqui quid, ibid.
aëris utilitates, ibid.
Aër notat ſudarium, a. 108
Aër vocatur ſpiritus, b. 780
Æternus eſt Deus, a. 142
Æthiops dæmonem notat, a. 112
Affectiones, πάθη, b. 541
ita vocantur naturales animi paſſiones bonæ & malæ, ibid.
pravis affectionibus ſervire, duriſſima ſervitus, b. 542, 543
iis reſiſtendum, b. 543
Afflictiones piorum ſunt δοκιμασία, a. 1403
ſunt utiles, ibid.
ſunt faciles & parvæ durationis, a. 1404
de diſcrimine afflictionum piorum & impiorum, ib.
nos Deo conjungunt, b. 456
iis ne perturbemur, b. 440
dicuntur tentationes, b. 656
afflictiones graviſſimæ, vocantur ὠδῖνες, b. 1594
denotantur per ποτήριον, b. 813

Ἀγάπη

Index Rerum.

Ἀγάπαι, convivia Chriſtianorum, a.23
ante S. Cœnam celebratæ, a.24
poſt eam celebratæ, a. 25
earum abuſus, a. 27
Ἀγαπηταί, adoptivæ ſorores, a.27
Ἀγαπητοὶ vocantur viri cum Diaconiſſis habitantes, a. 27)
Ἁγίασμα notat Templum, a. 56
S. Cœnam, a. 56
aquam luſtralem, a. 57
Ἅγιος quid, a. 59
hæc vox tribuitur Deo, a. 59,60. hominibus, a.60. rebus Deo conſecratis, a. 61. S. Cœnæ, a.62
Ἅγια locus in Templo, ibid.
Ἅγιος uſurpatur in acclamationibus, a. 63
Agnoetæ hæretici, a. 65. b. 268
Agnus Chriſtus, & cur, a 232
agno comparatur innocens, a. 233
Ἀγὼν vita noſtra eſt, a.73
Agricola vocatur Deus Pater, a.760
miniſtri Eccleſiæ ſunt agricolæ, ibid.
Agricultura, γεηπονία, a. 741
Alæ notant Dei providentiam, &c. b. 886
Angelis tributæ quid notent, ibid.
Alabaſtrum unde dicatur, & quid ſit, a. 174
Alcyon, b.943
Alius & alius in SS. Trinitate eſt, non aliud & aliud, a. 196 aliud & aliud eſt in perſona Chriſti, ibid.
Allegoricus ſenſus. De eo uſurpatur θεωρία & θεωρία, a. 1395
Alogi hæretici, a.199. cur ſic dicti, ibid.
Altare V. Teſt. vocatur ἄψυχον θυσιαστήριον, a. 1227
Novi Teſt. altaria quatuor ſunt generum: 1. eſt Chriſtus. ibid. 2. eſt Eccleſia, ibid. 3. Eccleſiæ membra, a.1428. 4. menſa Domini, ibid.
qualia Chriſtiani habeant altaria, a.719
quibus in Eccleſia Græca ad altare ingredi liceat, quibus non, a. 1429
Altiſſimus dicitur Deus, b. 1405
Alumnus, τρόφιμος, b. 1323
Ἁμαρτία ἀναπολόγητος, a. 294
ἀναπότρεπτος, ibid.
ψυχικὴ & σωματική, a. 212
θανατικὴ, θανάσιμος, ἀδιόρθωτος καὶ ἀμετανόητος, ἄφυκτος, ἀναπολόγητος, ἀσυγχώρητος, a.213, 214
συγγνωστὴ, ἀπολογίαν ἔχουσα, a. 213
Ambon quid, a.217
Gr. δεικτήριον, a. 825
Ambulare ſecundùm carnem, a. 679
ſecundùm hominem, ibid.
in peccatis, ibid.
in bonis operibus, ibid.
Amen quid ſignificet, a. 227
Amicus. Ejus proprietates ſunt, quòd in rebus adverſis diligat, b.1434
quòd etiam abſentes diligat amicos, ibid.
quòd ab adulatione ſit alienus, b. 1435
Amicorum præſtantia & neceſſitas, ibid.
Ἀμήτωρ quomodo Chriſtus, a 424
Amo Deum, φιλοθεῶ, b. 1432
Amo me ipſum, φιλαυτέω, b. 1428
amans Apoſtolum, φιλαπόστολος, b.1427
amans dominum φιλοδέσποτος, b.1431
amans alienigenam, φιλαλλογενής, b. 1427
amans peccata, φιλαμαρτήμων, ibid.
Amor, ἀγάπη, ſumitur propriè, a.18
impropriè, a. 25
duplex eſt, divinus, a.18. & humanus, a. 19
ejus præſtantia, a. 19, 20
duplex, bonus & malus, a. 1214
Amor boni, φιλαγαθία, b. 1426
Amor Dei, φιλοθεΐα, b. 1432
Amor mutuus, φιλαλληλία, b.1426
Amuleta, a. 995
περίαπτα dicuntur, b. 668
φυλακτήριον, dicitur, b. 1465, 1466
Amuleta dantes, φυλακτήριοι dicuntur, b.1466
Anabaptiſmus. Vide in Baptiſmus, Iteratio Baptiſmi.
Anabaptiſta, καταβαπτιστής, b. 47
Ἀνακεφαλαίωσις. Pro eo Græci etiam dicunt σωματοποιΐαν, b. 1218
Anachoretæ, a. 327
Anagoge quid, a. 253. ei opponitur hiſtoria, ibid.
Ἀναλήμματα quid, b.719
Ἀνάργυροι quinam fuerint, a.296
Ἀνάῤῥησις in ordinatione Epiſcoporum, &c.a.299
Ἀναστάσιμος ἡμέρα vocatur reſurrectionis Chriſti dies, a. 304
Ἀνάστασις κοινὴ eſt reſurrectio univerſalis, a. 312
alia ejus nomina, ibid. (a.311
ἀναστάσιμος ἡμέρα dicitur reſurrectionis Chriſti dies,
ἀναστάσεως Cœnobia & Templa, ibid.
Ἀνάθεμα & ἀνάθημα differunt, a. 268, &c.
Ἀνάθεμα notat abalienationem, a.296. æternum exitium, a. 270. rem Deo conſecratam, a.271
eſt duplex; commune, a.603. ſingulare, a. 604
Ἀνάθημα ſignificat donarium, a. 270
Andreæ Acta, b. 823
Angelici quales hæretici, a.29
Angelus. Conſideratio nominis, a. 30
definitio, a. 31. cauſa efficiens, ibid.
cur creationis Angelorum non meminerit Moſes, ib.
quando creati, a.32, 33. 34
eorum proprietates:
1. ſunt ἀσώματοι, a.34, &c.
2. ſunt ἀόρατοι, a. 40
3. ſunt ἄφθαρτοι & ἀθάνατοι, ibid.
4. ſunt περίγραπτοι, ibid.
5. ſunt ἄτρεπτοι, a. 41
cur eis tribuantur membra, a. 35
quomodo ſub forma corporea apparuerint, ibid.
iis quidam tribuerunt corpora, a.36
unde natus ille error, a.37, &c.
Angeli boni vel mali, a.41
bonorum nomina, ibid.
bonorum proprietates, ibid.
naturâ ſunt mutabiles, a.1005
leonibus conferuntur, b.231
eorum miniſterio Lex data, b.422
Angeli vocantur ἀρχαὶ, a. 531
δυνάμεις, a. 969
ἐγρήγοροι, a.1003
filii Dei, b. 1358
θεοφόροι, a.1392
νόες, b.433
υἱοί, b. 529, facie priori.
πνεύματα, b. 778
φύσεις, b. 1477
φῶς, b. 1483
Angelorum bonorum effecta reſpectu Dei, a. 42
reſpectu creaturarum, ibid.
an cuivis ſuus aſſignatus Angelus, a.43
eorum cultus damnatur, a. 44, &c.
Angelis quomodo tribuantur aures, b.527
quomodo oculi, b.534
cur igni comparentur, b.891
Angelorum panis, a. 519

Digitized by Google

quomodo ſancti ſint Angelos judicaturi, b.159,160
Samaritani negârunt Angelos eſſe, 927
Angeli mali, boni à Deo creati, a.814,950
ſponte ſunt lapſi, a. 851
primum eorum peccatum ſuperbia, ibid.
ſunt incorporei, a.814
futura ignorant, a. 815
puniunt malos, ibid.
ſine Dei permiſſione nihil poſſunt, ibid.
eos ad priſtinam dignitatem aliquando reverſuros eſſe docuit Origenes, a.816
eorum nomina, a.47
vocantur ἀρχαί, a.531
Angelus Satanæ quid, b. 950
Angelus fœderis Chriſtus ſub Veteri Teſtamento apparuit, a. 35,36
Anima competit animalibus in genere, b.1577
in ſpecie competit homini, & notat vitam, ibid.
animam diligere quid, ibid.
animam invenire & perdere quid, b.1578
in manu ponere animam quid ſit, ibid.
Anima notat affectus, ibid.
Anima notat perſonam, ſeu totum hominem, b. 1579
notat corpus mortuum, ibid.
notat animam rationalem, ibid.
Anima rationalis quid, b. 1580
ejus cauſa efficiens Deus, ibid.
non tamen eſt pars Dei, non eſt ex eſſentia Dei, b. 1581
ejus proprietates ſunt:
quòd ſubſtantia ſpiritualis, non corporea, b. 1583
non eſt corpus, b.1583. 1584
quòd ſubſtantia inviſibilis, b.1584
quòd ſpiritus per ſe ſubſiſtens, ibid.
Animæ fidelium an ante Chriſti aſcenſionem fuerint in cœlum receptæ, b.1585
Anima eſt immortalis, b.1586
eſt pars hominis nobiliſſima, ibid.
μετεμψύχωσιν ſtatuerunt Pythagorici, b. 1587
quidam μετενσωμάτωσιν docuerunt, b.366, facie poſt. & ibid.
Animam ante corpus exiſtere quidam ſtatuerunt, b. 1588
eam ab anima generari quidam dixerunt, ibid.
Animas eorum, qui violenta morte pereunt, dæmones fieri, quidam nugati ſunt, b.1589
Animas ſolas ſervari dixerunt Carpocratitæ, ibid.
quidam duas homini tribuerunt animas, a.774. & b.1589
quidam affirmant, animas poſt exceſſum è corporibus in hoc mundo apparere, ibid.
Animæ immortalitatem negârunt Samaritani, b.927
Anima rationalis vocatur ſpiritus, b. 779
Animam aſſumſiſſe Chriſtum negârunt Apollinariſtæ, b. 264
Animæ pulchritudo, b. 26
Animæ carcer eſt corpus, b.1212
Animarum in corpora immiſſio dicitur μετένδυσις, b. 266. in μετενδύομαι.
Anima ſublimis, ὑψαυχενής ψυχή, b.519
Animam γεωργεῖν quid, a.759
Animæ ſalutaris, ψυχωφελής, b. 1593
Animal Varia animalium genera, a. 1311
alia munda, alia immunda, ibid.
de quatuor animalibus apud Ezechielem, a. 1313
Animale corpus quid, b.1589
Animales. ψυχικοί, per contumeliam vocati Orthodoxi, b.1591
Animalis homo, eſt homo non renatus, b. 1590
Animatum reddo, ψυχόω, b. 1592
Animus vocatur ſpiritus, b.779
Annona, σιτηρέσιον, b. 963
Annonæ flagellatores reprehenduntur, ibid.
Annunciationis dies, ἀναγγελισμός, a. 1233
Annus, χρόνος, b. 1561
Annus acceptus quid, a. 1118
Annus benignitatis, ibid.
Annus lugubris, a. 1119
Annus duplex, lunaris & ſolaris, a. 1117
Anomœi hæretici, cur ſic vocati, a. 365
alia eorum nomina ibid.
hujus hæreſis origo, a.366
Ἀνόμοιον Filium Dei dicebant hæretici, b.485
Anthologium liber Eccleſiaſticus, a.345
Ἀνθρωπόμορφον quidam hæretici Deum eſſe dixerunt, a. 348, 566
Antichriſtus, a. 389, &c.
Antiminſia quid, a 377
Antipaſcha quid, a. 380
Antiphonum quid, a.387
Antiſtes, προεστώς, b. 840
Antitypum quid, a 383
Ἀπαρχή, caro noſtra, a. 424
Ἀπάτωρ quomodo Chriſtus, ibid.
Apes notant hoſtes crudeliſſimos, b. 333
earum ſedulitas & prudentia, ibid.
Ἀφανίζειν πρόσωπον, a. 590
Aphthartodocitæ, a. 594, b. 268
Apocalypſis uſurpatur de ultimo Chriſti adventu a.448
notat patefactionem rerum occultarum, ibid.
ita κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur Apocalypſis Johannis, a. 449
de ejus auctore & auctoritate variæ ſententiæ, ibid.
vocatur ἡ τελευταία τῆς χάριτος βίβλος, a. 687
Apocalypſes adulterinæ, a.450, &c.
Apocriſiarius, a.456
Apocryphi libri cur ſic dicti, a.458
etiam vocantur Eccleſiaſtici, ibid.
vocantur βιβλία ἀκανόνιστα, a.151
Apocryphi libri ſunt varia Acta Apoſtolis adſcripta, b. 823
variæ Apocalypſes, a. 450
Enochi prophetia, a.1131
doctrina Apoſtolorum, a. 905
epiſtola Barnabæ & Clementis, item epiſtola ad Laodicenſes, a. 1192
ἀνάληψις Μωσέως, a.282. b.386, facie priori.
parva Geneſis, a.749
viſiones Pauli, b. 499
Apollinariſtæ vocantur σαρκολάτραι, b.933 (264
Apollinariſtæ negârunt in carne Chriſti eſſe animam, b.
Apoſtaſia, a.472
Apoſtata, ἀτιμαγέλας, a. 569
Apoſtatæ, a. 472
Apoſtatam & hæreticum Græci ſæpe confundunt, a. 124
Apoſtolici viri, a.474
Apoſtolici hæretici quidam, ibid.
lapſis poſt Baptiſmum pœnitentiam negârunt, b.357
Apoſtolicum certum quoddam Canticum, a.474
Apoſtolium eſt templum Apoſtolo alicui ſacrum, a.473
Apoſtolus ſignificat legatum, a. 475
notat Chriſtum, a.476
notat duodecim Apoſtolos, ibid.
quoſvis Eccleſiæ doctores, a. 477
etiam Imperatores, ibid.
Judæi quoque ſuos habebant ἀποστόλους, ibid.

ἀπόσ

Digitized by Google

ἀπόστολοι ſunt literæ dimiſſoriæ, ibid.
Apoſtolus eſt liber Eccleſiaſticus, ibid.
Apoſtolus κατ' ἐξοχὴν Paulus, & ejus Epiſtolæ, ibid.
Apoſtoli cur fuerint homines plebeji, a.476
fuerunt piſcatores, b. 921
fuerunt piſcatores hominum, a.191
ſunt medici, a. 1434
vocantur portus, b. 246
vocantur κοινοὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, a. 903
vocantur ἱερομύσται, a. 1444
vocantur κυβερνῆται, b.182
vocantur πνευματεκλήτορες, b. 784
vocantur φῶς, b.1484
vocantur διάκονοι, a. 870
Apoſtolorum doctrina eſt liber dubiæ fidei, a.905
Apoſtolis æqualis, ἰσαπόστολος, a. 1459
Apparitio Dei, Θεοφάνεια, a. 1196
Appellatio. De appellationibus, a. 1063
Aqua propriè quid, b.1350
Aqua viva, ibid.
Aqua notat dona Spiritûs S. ibid.
Aquæ uſus duplex; communis, & ſacer, b. 1351
Aqua luſtralis, b. 135, 1352
vocatur ἁγίασμα, a. 70. & ἁγιασμός, a. 71
Aquæ in Baptiſmo nomina, b. 1352
Aquarum diviſio, ibid.
Aquam quinam coluerint, ibid.
Aquam loco vini in S. Cœna adhibebant hæretici quidam, b. 1349
Aqua in Baptiſmo non ſalvat, ſed gratia Spiritus Sancti, a. 649
Aqua & ſanguis ex latere Chriſti effluxerunt, a. 112
Aquila viſu pollet acutiſſimo, a. 103
altiſſimè volat, ibid.
longæva eſt, ibid.
avium rex eſt, a. 104
eſt rapax & carnivora, ibid.
pullos ſuos curat, a. 115
Aras quales habeant Chriſtiani, a. 719
Arbitrium liberum. Quæ de eo veterum fuerit ſententia, a.577
illud homo ante lapſum habuit, a.75
ante regenerationem ad bonum non habet homo, a. 579
Arbor ſcientiæ boni & mali, b. 444
cur ita vocata, b. 445
Arca fœderis, b. 102
in ea tantùm fuerunt tabulæ Legis, ibid.
Arca Noachi & ejus reliquiæ, ibid.
eſt typus Eccleſiæ, b.103
Ἀρχὴ aliquando notat æternitatem, a. 527
Ἀρχὴ vocatur Pater in divinis, ibid.& 530
quomodo accipiatur Geneſ.I,1. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, &c. a. 528
Archidiaconus, a. 532
Archiepiſcopi erant Patriarchæ, a. 533, 534
Archiepiſcopi αὐτοκέφαλοι qui, a. 583
Ἀρχιερεὺς Chriſtus, a.534
Architriclinus, a 536
Archivum, ἀρχεῖον, a.524
Ἀρχόμενοι vocantur Catechumeni, a. 542
Ἄρχων vocatur Diabolus. *Vide*, Diabolus.
Ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου qui ſint, a. 541
Ἄρχοντες Athenis qui, a. 542
Archontici oleum & aquam mortuorum capitibus affundebant, b.1250
Ἀρχοντικὰ ſunt officia Eccleſiaſtica, a.537
Argumentum libri, ὑπόθεσις, b. 1388
Ariani dicti ἐξουκόντιοι, a. 1152.
ſunt κτισματολάτραι & ἀνθρωπολάτραι, b. 181
docuerunt, Filium quidem eſſe Deum, ſed minorem Patre, b. 136
Aries notat paſtorem gregis Dominici, b. 171
Ἀριστερὶ hæretici quidam, a. 507
Arius quis fuerit, & ejus dogmata, a. 502
Arma juſtitiæ & lucis, b. 497, utraque facie.
Arrogans, οἰηματίας, b. 455
Arrogantia, ὄγκος, b. 448, &c.
Artifex, βάναυσος, a. 621
Ἄρτος unde dicatur, a. 516
quid ἄρτος βεβαρημένος a. 518
Artotyritæ hæretici, a.521
Aſcendere & Deſcendere quomodo Deus dicatur, b. 1069
Aſcenſio Chriſti vocatur ἡ εἰς οὐρανὸς ἔνδοξος ἀποκατάστασις a. 1117
dicitur ἀνάληψις, a.281
dicitur ἀνέλευσις εἰς τὸν οὐρανόν, a. 333
vocatur ἄνοδος, a.362
vocatur ἔλευσις εἰς οὐρανόν, a. 1089
Aſcenſionis Chriſti dies vocatur ἐπισωζομένη, a. 1194
Aſcenſionis Chriſti feſtum vocatur ἀναλήψιμος ἑορτή, a. 282
Aſſenſus in fide requiritur, b.731
Aſtrologia præſtigiatrix, ἀστρογοητεία, a. 561
Aſtrologia judiciaria prohibita, ibid.
Aſtutia quædam laudabilis, a. 939
mala quæ, a. 940
Atheus quis, a. 109, 110
Chriſtiani immeritò ἄθεοι dicti, a. 110
Atomi. Ex iis mundum conſtare quidam ſunt opinati, a. 570
Attributa Dei ſunt negativa & affirmativa, a.487,488, 1376
alia propria, alia impropria, a.1376, &c.1379 1380
Avaritia mater malorum, in ἐκβακχεύω, a. 1043, & b. (1427
eſt ſummum malum, b.681
cur vocetur idolatria, b.749
Avarus χρηματολαίλαψ, b. 1532
Avarus, πλεονέκτης, b. 749
Auceps vocum, λεξιθήρας, b. 224
Aucupari voces, λεξιθηρεῖν, ibid.
Audacia quid, a. 1405
Audiendi cupidus, φιλακρόαμων, b. 1426
Audientes apud Latinos ſunt Catechumeni, a.170, b. 72 ſecundùm Pœnitentium gradum conſtituebant, a. 170
Aures Deo tributæ notant τὸ πανήκοον, b.526
Auris notat hominem audientem, b 525
quid ſit, Qui habet aures ad audiendum, audiat, b. 526
quomodo Deo tribuatur, ibid.
quomodo Angelis tribuatur, b.527
Aurum Magi Chriſto offerunt, b. 239
Αὐτοχειρία damnatur, a. 589
Auxilium, ῥοπή, b. 910
ſine auxilio divino nihil poſſumus, ibid.
Ἄξιος, Dignus, in electione Imperatorum & Clericorum uſitata vox, a.39, 400
Azymum quid, a. 105, 106

B.

Babylon notat Romam, a.613
Baculo cædo, ῥαβδίζω, b. 902
Baculus impropriè notat præſidium, conſolationem, curam, &c. a. 617, b. 898

Digitized by Google

eſt ſymbolum regni, a. 617. b. 898
eſt inſigne Epiſcopatus, a. 617
Balnea quid, a. 618
balneorum abuſus, a. 619
Balneum eſt Eccleſia, a. 618
Balneum peccati pœnitentia, ibid.
Baptiſmus. Immergo, καταδύω, emergo, ἀναδύω, ἀνανεύω, ἀνακύπτω, a. 259, &c.
Immerſio, κατάδυσις, ibid. emerſio, ἀνάδυσις, ibid.
origo immerſionis & emerſionis trinæ, ibid.
alii ſemel immergebant, ibid.
qui damnati ab Eccleſia, ibid.
βάπτισμα notat immerſionem, a. 623. diluvium, ib. tranſitum per mare rubrum, ibid.
notat legales ablutiones, a. 625
Baptiſmus Johannis. Vide, Johannes.
Baptiſmus Chriſti, a. 627
Baptiſmus lacrymarum, ibid.
Baptiſmus ſanguinis, ibid.
Baptiſmus ignis, a. 629
Baptiſmi cauſa efficiens & principalis & inſtrumentalis, a. 630
baptizandi jus habebant ſoli Epiſcopi & Presbyteri, ibid. aliquando Diaconi, a. 631
etiam Laici in caſu neceſſitatis, a. 631
baptiſmus mulierum à quibus admiſſus, à quibus damnatus, a. 632
Baptiſmi materia duplex, externa, nempe aqua, a. 632
deinceps etiam oleum, a. 633
emerſio & immerſio, ibid.
interna, ablutio à peccatis, ibid.
Baptiſmi forma. Variæ formulæ adhibitæ: aliæ ab Orthodoxis, a. 634. &c. aliæ ab hæreticis, a. 637. 638
Baptiſmi finis, a. 638, &c.
eſt ſignum remiſſionis peccatorum, ſanctificationis, reſurrectionis, a. 638, 639
eſt ſymbolum unionis noſtræ cum Chriſto, a. 643, 644
eſt teſſera religionis, a. 644
Baptiſmi objectum non ſunt mortui, non adulti in Religione nondum inſtituti, non furioſi & dæmoniaci, a. 646
ejus objectum ſunt adulti, priùs inſtituti, a. 647
infantes, de quorum Baptiſmo dubitatur, ibid.
hæretici quidam ad Eccleſiam accedentes, a. 130, 647, infantes in Eccleſia nati, a. 647, &c.
Baptiſmi effecta: abolitio peccati, a. 648
ſalus noſtra, a. 649
ejus efficacia pendet à Spiritu Sancto, a. 649, 650. b. 363
de ejus neceſſitate, a. 650, 651
de infantibus abſque Baptiſmo decedentibus, ibid.
Baptiſmus unus eſt, a. 651
ejus efficacia ſe per totam extendit vitam, a. 652
non eſt iterandus, ibid.
Baptiſmi adjuncta varia, a. 653, 654
Baptiſmi circumſtantiæ reſpectu loci: in cœtu fidelium adminiſtrandus, a. 654, 655
aliquando in privatis ædibus, ibid.
reſpectu temporis: quo ætatis tempore infantes fuerint baptizati, a. 655. 656
quo anni tempore fuerint baptizati, a. 656, &c.
Baptiſmi cognata, a. 657
Baptiſmi oppoſita, a. 658
qui eum rejecerint, ibid.
Baptiſmus non eſt in ſenectutem differendus, b. 116
de Baptiſmo Clinicorum, b. 115
aqua in eo μεταστοιχειοῦται, b. 363
Baptiſmus SS. Trinitatem probat, b. 1294
ejus typus Circumciſio, a. 242, b. 694
Baptiſmum itero, ἀναβαπτίζω, πάλιν βαπτίζω, &c. a. 238, eum tertiari poſſe ſtatuit Marcion, ibid.
ſingulis annis baptizabantur Æthiopes, ibid. Hemerobaptiſtæ ſingulis diebus, a. 239
quidam omnes hæreticos converſos rurſus baptizabant, a. 130. alii quoſdam tantùm, a. 131
Baptiſmi iteratio vocatur ἀναβάπτισις, ἀναβάπτισμα, ἀναβαπτισμός, a. 239
qui rebaptizârint, ibid.
legitimus Baptiſmus non eſt iterandus, a. 240
abrenunciatio in Baptiſmo vocatur ἀποταγή, ἀπόταξις, ἄρνησις, a. 480, 511
de unctione in Baptiſmo, b. 1534
oleo ungebantur baptizandi, a. 633
unctionis in eo iteratio vocatur ἀναμυρισμός, a. 290
nudi baptizabantur, a. 429
quid in Baptiſmo ἀποτάσσομαι & συντάσσομαι, a. 481
quid ἀποταγή & ἀπόταξις, a. 483
teſtes ſeu ſuſceptores in Baptiſmo dicuntur ἀναδεχόμενοι, ἀναδεξάμενοι, ἀνάδοχοι, & de eorum officio, a. 257
per Baptiſmum homo ἀναμορφοῦται, per eum dicimur ἀναχωνεύεσθαι, 413
veſtis in Baptiſmo induta vocatur ἄμφια τοῦ βαπτίσματος, a. 236
non baptizatus, ἀβάπτιστος, a. 3
ἀμύητος, a. 234
ἀσήμαντος, a. 544
ἀσφράγιστος, a. 565
ἀτέλεστος, a. 568
ἀφώτιστος, a. 607
Baptiſmus adulterinus, παραβάπτισμα, b. 565
παραφώτισμα, b. 590
poſt Baptiſmum lapſos qui non receperint, a. 357, 358
quis in eo uſus fuerit Diaconiſſarum, a. 865
de Baptiſmo uſurpatur τελειόω, b. 1259
Baptiſmus Chriſti vocatur ἐπιφάνεια, θεοφάνια, a. 1198, &c.
cur baptizatus, a. 645, &c.
baptiſmi ejus dies vocatur ἡμέρα τῶν φώτων, b. 1487
columba in eo ſuper Chriſtum deſcendens qualis fuerit, b. 689
Baptiſmus Johannis vocatur εἰσαγωγικὸν βάπτισμα, a. 1041
fuit προμελέτημα ad baptiſmum perfectionem, b. 843
Baptiſmus vocatur ἀναγέννησις, & cur, a. 243
ἀναχώνευσις, a. 327
βάπτισις, a. 658
δῶρον, a. 979
ἔνδυμα, a. 1112
ἐφόδιον, a. 1291
θεογενεσία, a. 1352
μεγάλη περιτομή, b. 693
μύησις, b. 380
μυσταγωγία, ibid.
μυστικὸς καθαρμὸς & καθάρσιον, b. 8
myſticum lavacrum, b. 278
μυστήριον, b. 383, facie priori.
παλιγγενεσία, b. 550
πνευματικαὶ ὠδῖνες, b. 1594
Symbolum, b. 1083
σφραγίς, b. 1198
τελείωσις, b. 1261
τελετή, b. 1265
ὑἱοθεσία, b. 1358

Φῶς

Digitized by Google

φῶς, b. 1487
φωτισμα, φωτισμὸς, b. 1492
χάρις, b. 1500. χάρισμα, b. 1586
Baptiſta dicitur τελειωτής, b. 1263 (1493
ὁ ἐπὶ τοῦ φωτισμοῦ τεταγμένος· ὁ ἐπὶ τοῦ φωτιστηρίου, b.
Baptiſterium eſt locus Baptiſmi, a. 659. dicitur etiam
κολυμβήθρα, ibid. & b. 139
μήτηρ τῆς υἱοθεσίας, b. 1353
πηγὴ ἱερῶν ναμάτων, b. 715
φωτιστήριον, b. 1493.
Baptizatus, μεμυημένος, b. 380. facie priori.
Baptizati vocantur τελεσθέντες, & τελούμενοι, b. 1266
recens baptizatus, νεοβάπτιστος, b. 393
νεόκτιστος, ibid.
νεοφώτιστος, b. 396
Baptizandorum nomina in certos libros relata, a. 440
dicuntur ἀπογράφεσθαι, a. 441
Baptizati veſtibus candidis induti, a. 1215. b. 213
quid baptizari pro mortuis, a. 640, &c.
Baptizari in Moſen quid, a. 623, 624
Baptizo, καταφωτίζω, b. 68
φωτίζω, b. 1491
Barathrum quid, a. 659
Barbarus. Vocis etymon, a. 660
qui vocentur barbari. ibid. & 661
Barnabæ epiſtola ſuppoſititia, a. 1192
Βδέλυγμα ἐρημώσεως quid, a. 677
Beatus quis dicatur, b. 289
Beatus quo ſenſu Deus, ibid.
Βέλη πεπυρωμένα quid, a. 679
Belli peritus, ἐμπειροπόλεμος, a. 1101
Bellum propriè quid, b. 792
aliquando utilius pace, ibid.
Bella ſequi recuſant Chriſtiani, ibid.
à legitimis tamen non abhorruerunt, ibid.
Bellum impropriè notat magnam afflictionem: ita vita noſtra perpetuum bellum, b. 793
Benedicere aliquando ſignificat maledicere. a. 1246
Benedictio, quâ ordinantur Epiſcopi & Presbyteri, a. 1248
Beneficia Dei vocantur κατορθώματα, b. 78
Benignus, εὐκάρδιος, a. 1244
Beſtia aliquando notat ſerpentem, a. 1399
Beſtiis homines quidam ſimiles. ibid.
Biblia quidam memoriter recitabant, a. 473
Blandè loquor, χρηστοεπέω, χρηστολογέω, b. 1533
Blandiri ſibi, ψυχαγωγεῖν, b. 1576
Blaſphemare nomen Dei quid, a. 697
Blaſphemia notat ſalutarem objurgationem, a. 701
Blaſphemia adverſus Spiritum Sanctum quid, a. 699
Blaſphemia contra Chriſtum cur remittatur, & contra Spiritum S. non, a. 700
Blaſphemus, παλίμφημος, b. 553
Boanerges, a. 712
Bona omnia à Deo ſunt, in ὕπαρχος, a. 1110. & in θεόδοτος, a. 1385
Bona Eccleſiaſtica dicuntur κυριακά, b. 192
Bonitas Dei, a. 1379
Bonum aliud verum a. 13. aliud apparens, a. 14
Bonus propriè ſolus Deus, a. 13
Brachium notat potentiam humanam, a. 709
notat potentiam divinam, ibid.
quid Deo tributum notet, ibid.
notat Filium Dei, ibid.
notat Spiritum S. a. 710.
Brevitatis ſtudioſus, φιλοσύντομος, b. 1444
Breviloquus, βραχυεπὴς, βραχύλεκτος, a. 710
Bulla quid, a. 706

C.

Cæcitas duplex, corporalis, b. 1345
& ſpiritualis, b. 1346
eſt malum graviſſimum, b. 532, facie poſteriori.
præſtat laborare cæcitate corporali, quàm ſpirituali, ibid.
Cain. Vocis origo, b. 17
vocatur πρωτοφόνος, b. 884
Cainiani hæretici, b. 18
Calceorum uſus, b. 1386
cur eorum uſu diſcipulis interdixerit Chriſtus, b. 1387
Calix. Vide, Poculum.
Calvaria, locus, ubi Chriſtus crucifixus, cur ſic dictus, b. 155
Camelus. Etymon vocis, b. 27
proverbia, quæ de camelo in N. T. occurrunt, explicantur, b. 28
Campanarum loco Græci adhibent certa tigna, b. 448
Cancelli, κιγκλίδες, b. 103
Candelabrum, μανουάλιον, b. 300
Canes denotant viliſſimos homines, b. 197. infideles, b. 198. contemtores verbi Dei, b. 199. ſceleratos homines, b. 200. impudentes, b. 201
Canes ſepulchrales, b. 1251
Canon, ſeu regula, quid, b. 37
ita vocatur doctrina ſacris literis comprehenſa, ibid.
notat ordinem Clericorum, b. 40
notat tributum, b. 41
Canones Apoſtolorum, b. 38
Canones Conciliorum vocantur ὅροι. b. 515. facie priori.
Canones ſcribere, conſtituere, κανονίζειν, b. 34
in Canonem Scripturarum referre, κανονίζειν, b. 35
Canonici libri quomodo vocentur, a. 797. b. 35
vocantur ἐκκλησιαζόμεναι γραφαὶ, a. 1061
ἐνδιάθετοι γραφαὶ, ἐνδιάθετοι βίβλοι, ἐνδιάθηκοι βίβλοι, a. 1111.
κανονικὰ βιβλία, κανονιζόμενα & κεκανονισμένα βιβλία, a. 151. b. 35
quinam ſint libri Canonici V. T. quinam N. Teſt. a. 797, 798, 799
Canonicæ literæ quæ, b. 35
Cantica varia ſcripſit Arius, a. 551
Canticum canticorum, a. 550
quidam illud immeritò rejecerunt, ibid.
ejus lectio non omnibus promiſcuè conceſſa fuit, a. 551, 791
Cantiones poſt Cœnam cani ſolitæ, ἀποδειπνιον, a. 44
Cantor, ψάλτης, b. 1571
Cantorum primus, πρωτοψάλτης, b. 1572
Capax multorum, πολυχώρητος, b. 807
Captivitas alia bona, alia mala, a. 138, 139
Caput eſt membrum corporis ſupremum, b. 95
ponitur pro eo, qui primas tenet, ibid.
eſt ſenſuum domicilium, b. 97
eſt membrum nobiliſſimum, b. 98
notat ſummam pecuniæ, b. 92
notat ſumma rerum capita, b. 93
notat partes librorum majores, b. 94
notat ſectionem, ibid.
notat ſententiam Scripturæ, ibid.
Caput noſtrum Chriſtus, b. 95
Caput Eccleſiæ Chriſtus, a. 1056
Caput Chriſti Pater, b. 96
Carnales in ſcriptura vocantur, in quibus ſunt reliquiæ vitioſitatis naturalis, b. 931
qui carni & affectibus ejus toti deditiſunt, b. 923

Digitized by Google

qui exiguos in cognitione Chriſti fecerunt progreſſus, b 932

Caro totum aliquando notat hominem, b. 935
hominem carnalem & ad peccatum pronum, b.936
commoda, bona caduca, b. 938
quid, ſecundùm carnem ambulare, b 937
quid, ſecundùm carnem vivere, ibid.
quid, in carne eſſe, ibid.
quid, ſecundum carnem eſſe, ibid.
quid, ſecundum carnem cogitare, b. 938
quid ſit prudentia carnis, ibid.
quid ſit concupiſcentia carnis, ibid.
quid ſint opera carnis, ibid.

Carnem veram aſſumſit Filius Dei, b. 261.
Carnem geſto, σαρκοφορέω, b. 934
Carnem geſtans, σαρκοφόρος, ibid.
Carnem amo, φιλοσαρκέω, b. 1436
Carnis amor, φιλοσαρκία, ibid.
Carnem amans, φιλόσαρκος, ibid.
Carnibus veſcor, κρεωφαγέω, b. 157
Carnis ejusdem, ὁμόσαρκος, b. 489
Caro noſtra vocatur ἀπαρχή, a. 424
Caſtigationes divinæ ſunt utiles, b.545
Caſtigo, σωφρονίζω, b. 1223
Caſtigo ſignificat punio, b. 544
ſignificat paternè caſtigo, ibid.
Caſtitas, σωφροσύνη, b. 1226
Caſtitas in conjugio dicitur σωφροσύνη, b. 1227
Caſtitas columbæ, turturis, b. 685
Caſtitatis portus conjugium, b. 247
Catabolici qui, b. 48
Catecheſis vocatur γάλα, a. 721
μαιευτικὰ λόγια, b. 248
de ea uſurpatur γαλακτοτροφέω & γαλακτοτροφία, a 722
Catecheſi recens imbutus, νεοκατήχητος, b.393
Catechetica epiſtola, a. 1189
Catechetica inſtitutio, μύησις, b. 380
Catechumeni, b.71,72
vocantur ἀρχόμενοι, a. 542
vocantur εἰσαγόμενοι & εἰσαγωγικοί, a. 1041
eorum duo ſunt genera, b. 72
iis datus fuit ſal, a. 182
preces pro iis vocantur παράθεσις, b. 579
eorum oratio, a. 1282
Catechumeni & fideles opponuntur, b. 742
Cathari hæretici, b. 8.
Catholica eſt Eccleſia, a. 1059
Catholica Eccleſia quæ, b. 14
Catholica fides, b. 15
Catholica epiſtola, ibid.
Catholici qui vocentur, b. 14
Catholici Epiſcopi, b. 16
Catholici opponuntur SS. Trinitatem negantibus, a. 125
Cauſa rerum omnium, παναίτιος, b. 556
Cauteriata conſcientia quid, b. 79
Cauterium quid, ibid.
Cedrus inde dicta, b. 80
notat arborem, ibid.
notat ſuperbos & potentes, ibid.
non putreſcit, ibid.
eſt arbor maxima, b. 81
juſti cum ea comparantur, ibid.
Cerei in funeribus accenſi, b. 1244
Cerinthiani negãrunt Filii deitatem, b. 1362
Cerinthus in balneo periit, a. 128
Certamen, σκάμμα, b. 966
præſens vita eſt certamen, a. 73, 693
Certare legitimè quid, b. 414
certandum, ſi coronari velimus, b. 415
Cervis cur comparentur fideles, a. 1080
Chalcedonenſis Synodi deſcriptio, b. 1171
Character perſonæ Dei Patris eſt Filius, b. 1496
Chariſſimus, φίλτατος, b. 1426
Charitas eſt θεοδίδακτος, a. 1386
Chartophylax, b. 1506
Chartularius, b. 1505
Χειρῶν ἀδίκων ἄρχειν, a. 537
Chirographum, quod contra nos erat, vocatur Lex ceremonialis, b. 426
Chorepiſcopus quis, b. 1563
Chorus propriè notat canentium multitudinem, b. 1528
notat etiam multitudinem conſpirantium in doctrina, b. 1529
Chreſtiani dicti Chriſtiani, b. 1543
Chriſma, ſeu unctio in Baptiſmo, b. 1534
Chriſtianiſmus quid, b. 1257. 1537
Chriſtianus, χριστιανικός, b. 1537
hæc vox ſumitur latiſſimè, & notat piè viventes, b. 1538
ſumitur latè, & notat eos, qui Religionem Chriſtianam amplectuntur, b. 1538, &c.
ſumitur ſtrictè, & notat orthodoxum hæretico oppoſitum, b. 1540, 1541
quando homo Chriſtianus fiat, b. 1539
Chriſtianorum alia nomina: in bonam partem, b. 1542
in malam partem, ibid.
eorum dignitas & præſtantia, b. 1543
nomini reſpondeat vita, b. 1544. 1545
veri Chriſtiani notæ, b. 1545
qui Chriſtum induit, Chriſtianus eſt, a. 1113
quidam ab hominibus, non à Chriſto denominari volunt, b. 1546
variæ calumniæ, quibus Chriſtiani fuerunt onerati, b. 1458
Chriſtiani immeritò ἄθεοι dicti, a. 110
Chriſtianus ſum, χριστιανίζω, b. 1536
Chriſtus, χριστὸς, unctus Ita vocantur oleo uncti. b. 1549
qui ad uſum aliquem à Deo deſtinantur, b. 1550
pii & fideles, ibid.
in ſpecie Meſſias vocatur Chriſtus, & quo ſenſu, ibid.
quid vox χριστὸς de Meſſia denotet, b. 1552
quid ſit, εἶναι χριστοῦ, ibid.
quid, σὺν χριστῷ εἶναι, b. 1553
quid, ἐν χριστῷ εἶναι, ibid.
quid, εἶναι διὰ χριστοῦ, ibid.
varia elogia & epitheta Chriſti, b. 1553, 1554
ejus nomen κοσμοσωτήριον, b. 154
ejus varii typi, b. 1554, &c.
ſe ipſum humiliavit & ſervus factus eſt, b. 1555
pro nobis, & quidem pro omnibus, mortuus eſt, item in ἀντάλλαγμα & ἀντάξιος, a. 393. b. 1556
pro ſolis electis & fidelibus mortuus eſt, b. 1557
etiam ſub V. T. notus fuit, b. 1558
quidam docuerunt, Chriſtum alium eſſe quàm Jeſum, b. 1559
Manes ſe ipſum vocavit Chriſtum, ibid.
Chriſtus ſine peccato fuit, ἀπλημμελής, a. 435
eſt παναμωμος, b 556, 1555
ſolus ſine peccato eſt, a. 207, 287, bis.
Chriſtus quomodo dicatur factus peccatum, a. 204
affectibus humanis, ſed ſine peccato, fuit obnoxius, a. 595
quomodo ἀπάτωρ & ἀμήτωρ, a. 424
eſt ἄρτος ἐπιούσιος, quem in Oratione Dominica petimus, a. 1171

eſt

Digitized by Google

eſt panis, a. 519. panis vitæ, a. 520
eſt panis è cœlo, ibid.
eſt ἀρχηγὸς τῆς πίστεως, τῆς ζωῆς, τῆς σωτηρίας, a. 532
eſt ἀρχιποίμην. a. 534
eſt agnus, a. 232. Vitis, a. 234. vocatur ovis, b. 834
eſt altare N. Teſt. a. 1427
dicitur lapis, b. 241. 242
eſt lapis angularis, b. 96. 241, &c.
cur dicatur lapis angularis, a. 172
eſt caput noſtrum, a. 1056, b. 195
eſt caput Eccleſiæ, a. 1056
vocatur ἔνθεος καὶ οὐράνιος λόγος, b. 260
eſt Manna, b. 300
cur vocetur veritas, a. 187
eſt Sol juſtitiæ, a. 1320
eſt medicus, a. 1433
eſt medicus ἀφαρμάκευτος, a. 592
eſt oſtium, a. 1414
eſt πρῶτος ἱεροτελεστής, a. 1444
eſt Eccleſiæ ſponſus, b. 434
eſt lapis offendiculi, b. 244
quomodo factus maledictio, b. 57
quomodo ſapientiâ profecerit, b. 268, 269
quomodo finis Legis, b. 420
ſolus eſt Mediator noſter, b. 343. 345
eſt Mediator ſecundum utramque naturam, ibid.
alias non poſſet eſſe Mediator, b. 344
per eum habemus aditum ad Patrem, in προσιτὸς & in πρόσοδος.
eſt petra, ſuper quam Eccleſia ædificata, b. 705
eſt Paſtor, b. 790
eſt propitiatorium noſtrum, a. 1448
vocatur πρωτομάρτυς, b. 875
eſt veſtis noſtra, a. 1452
quomodo ſit via, b. 451
confertur leoni, b. 231
an fuerit faber lignarius, b. 1254
vulnera oſtendit per συγκατάβασιν, b. 1071
ejus oppugnator, χειρομάχος, b. 1549
quomodo ſanguinem ſudârit, a. 115
non eſt θεοφόρος ἄνθρωπος, ſed θεός. a. 1390
veram aſſumſit naturam humanam, a. 722
quidam docebant, eum non veram, ſed phantaſticam aſſumſiſſe carnem, a. 260
Chriſti corpus non eſt ἀνόητον, a. 363
ejus corpus etiam ante paſſionem fuiſſe ἀπαθὲς, docuerunt hæretici quidam, a. 594
eum verè paſſum eſſe quidam negârunt, b. 260
qui dixerint, deitatem ejus paſſam eſſe, a. 1361
ejus adventus duplex, b. 603
ejus regnum duplex, eſſentiale & perſonale, a. 668
adventus ejus ad judicium quomodo fulguri comparetur, a. 561
ejus deſcenſus ad inferos, a. 92, &c.
ejus reſurrectio, a. 307, &c. Vide etiam Reſurrectio Chriſti.
ejus caro quomodo deificata, a. 1392, 1393
ejus caro vocatur σὰρξ θεοφόρος, a. 1390
ejus natura humana quo ſenſu dicatur ὁμόθεος, b. 474
natura ejus humana vocatur πρόσλημμα & πρόσληψις, b. 862
ejus caput Deus Pater, b. 96
fratres Chriſti qui dicantur, a. 84, 85
unam in eo naturam agnoverunt Acephali, a. 156 Eutychiani, b. 268. Monophyſitæ, b. 377
in eo unam agnoſcentes naturam, dicti Synuſiaſtæ, b. 1183
in perſona Chriſti eſt ἄλλο καὶ ἄλλο, non ἄλλος καὶ ἄλλος, a. 196
in eo duæ naturæ poſt incarnationem, b. 272, 1469. Vide etiam, Natura.
eum nudum dicentes hominem, ſunt ἀνθρωπολάτραι, ἀνθρωπολατρεῖς, a. 347
eum ex ſemine Joſephi natum eſſe, quidam docuerunt hæretici, b. 265, 266
eum nudum eſſe hominem, docuerunt hæretici, b. 266
qui dixerint in eo duas eſſe perſonas, b. 267. damnata hæc hæreſis, ibid.
cur fuerit circumciſus, b. 696
cur fuerit baptizatus, a. 645, &c.
quomodo à ſe ipſo nihil facere poſſit, a. 330
quomodo in nobis formetur, b. 378
quomodo homo è cœlo, ſeu cœleſtis dicatur, a. 1203, 1204
quomodo adhuc præſens in terra, in ἐπιδημίᾳ, a. 1188
adoratur, quatenus eſt θεάνθρωπος, non quatenus homo, b. 860
crucifixus, ubi Adamus ſepultus, in κρανίῳ, b. 155
ejus corpus vocatur templum, b. 386. faeie poſteriori.
ejus corpus eſt Eccleſia, a. 1056, 1057
Chriſtus duas habet voluntates, 1544
eum induere quid, a. 1350
quomodo ſe derelictum dixerit, a. 991
quando ſe aliquid ignorare dixit, id factum οἰκονομικῶς, b. 462
an in ſpelunca natus, b. 996
Chronitæ cur ab Eunomianis vocati orthodoxi, b. 1560
Cibus ſolidus, στερεὰ τροφή. notat myſteria Religionis, (b. 1323
notat Cœnam Domini, ibid.
notat verbum Dei, ibid.
Ciborum delectus, b. 401
quomodo à Græcis vocetur, a. 715
duplex eſt: licitus, ibid. illicitus, ibid.
Cibus notat alimentum ſpirituale, b. 717
notat perfectiorem doctrinam, ibid.
Ciconiarum pietas, a. 380
Circumciſio, b. 692
duplex eſt, carnis & cordis, ibid.
magna circumciſio dicitur Baptiſmus, b. 693
cur Judæis data fuerit, b. 693, &c.
cur Chriſtus fuerit circumciſus, b. 696
fuit figura Baptiſmi, a. 242
eam tolerârunt Apoſtoli per συγκατάβασιν, b. 1072
cur vocetur κατατομή, b. 66, &c.
Civis cœli, οὐρανοπολίτης, b. 519
Civitas quid propriè, b. 793
ejus dignitas in qua re conſiſtat, ib.
impropriè notat regionem, b. 794
notat Paradiſum, novam Jeroſolymam, b. 795
cœleſtis civitas, οὐρανόπολις, b. 519
Claudico, χωλαίνω, b. 1563
Clavium poteſtatem quidam ſoli Petro datam volunt, b. 106
alii omnibus Apoſtolis & Miniſtris, b. 107
Clementis epiſtola ſuppoſititia, a. 1192
Clericorum & Laicorum diſtinctio antiqua eſt, b. 111
Clinicus in genere quis, b. 114
in ſpecie, in lecto baptizatus, b. 115
Clinicorum duo genera, ibid.
Cloaca, σωτήρια, b. 1222
Codex, liber, διφθέρα, a. 925
Cœleſtia ſunt æterna, mundana verò tranſitoria, b. 1104 in συμπαραμαρτυρίᾳ.

Digitized by Google

Cœlibatus Gr. ἀγαμία, a. 17
de eo ſententia Græcorum & Latinorum, a. 733
Cœlicolæ, b. 83
Cœlum ſumitur propriè, b. 519
ejus cauſa, Deus, b. 520
finis, gloria Dei, ibid.
quomodo cœli enarrent gloriam Dei, ibid.
adjuncta cœli, motus & figura, ibid.
alii negant cœlum moveri, ibid.
mutabitur cœlum, ibid.
cœlum aereum, æthereum, b. 520. 521, 522
cœlum beatorum, ibid. hoc vocatur alias cœlum tertium, cœlum cœlorum, thronus Dei, b. 522
duos tantùm cœlos quidam agnoſcunt, b. 523
quidam cœlum dixerunt æternum, b. 524
gentiles cœlum dixerunt Deum, & illud adorârunt, ibid.
quidam cœlum dixerunt ab Angelis eſſe creatum, ib.
Cœlum ſumitur impropriè, & notat Deum, b. 525
notat ſigna cœleſtia, incolas cœli, ibid.
quomodo cœlis vox tribuatur, b. 1479
quomodo cœlum ſit thronus Dei, & quomodo Deus in cœlo dicatur habitare, b. 523
cœlum vocatur templum Dei, b. 387. facie priori.
cœlum beatorum vocatur civitas, b. 795
eſt patria piorum, b. 645
cœlum Dei cognitionem docet, a. 689
cœlum γεωργὸν quid, a. 758
de cœlo uſurpatur ἀψίς. a. 611
cœlum novum, b. 179
in cœlum penetro, οὐρανοβατέω, b. 519
Cœmeterium, b. 122
Cœmeteria extra urbes erant, 3002
in cœmeteria martyrum conveniebant fideles, ibid.
hæreticorum cœmeteria non adeunda, a. 129
Cœna Domini. De pane euchariſtico quæritur, an hoſtiæ ſint probandæ, b. 1112
an panis azymus, an verò fermentatus adhibendus, b. 1113
de ritibus pani annexis. De panis ſanctificatione & conſecratione, ibid.
de panis fractione, b. 1114
de diſtributione panis, b. 1115
errant hic, qui panem in privatis Miſſis non diſtribuunt, ſed ſoli comedunt, ibid.
errant, qui panem non dant in manus, ſed ori ingerunt, 1117
errant, qui hoſtiam aſſervant, b. 1120
de delatione Euchariſtiæ ad ægrotos & abſentes, a. 1250. b. 1120
Euchariſtia publicè à ſacerdotibus aſſervata, & ad ægrotos delata, b. 1122
de Vino in S. Cœna. Damnantur, qui ſolam adhibebant aquam, b. 1123, 1349
an vinum aquâ dilui neceſſe ſit, b. 1124
communio ſub utraque ſpecie neceſſaria, b. 1125
an panis & vinum ſeorſim ſumi debeant, an verò ſufficiat intincta, b. 1127
forma S. Cœnæ eſt unio ſignorum cum re ſignata, in qua tota mutatio ſacramentalis eſſe probatur, b. 1128
ſoli fideles participes fiunt corporis & ſanguinis Chriſti, b. 1130
panis in S. Cœna poſt conſecrationem eſt corruptibilis, ibid.
cum pane & vino olim in altari alia conſecrabantur, b. 1131
quis panem & poculum populo miniſtraverit, a. 871. b. 1134
ſolis adultis & baptizatis S. Cœna danda, b. 1135
ad S. Cœnam non admiſſi nondum baptizati, Catechumeni & Pœnitentes, ibid.
non admiſſi infantes, b. 1136
infantibus tamen olim data Euchariſtia, ibid.
ad eam non admiſſi Energumeni, furioſi ac mente capti, b. 1139
nec excommunicati, ibid.
mortuis non data Euchariſtia, b. 1142
non fœminis, quæ menſtrua patiuntur, non Laicis digamis, b. 1143
finis S. Cœnæ reſpectu Chriſti eſt commemoratio mortis ejus, b. 1143
reſpectu noſtri eſt communio ſpiritualis cum Chriſto, 1144
& unio fidelium inter ſe, ibid.
proprietates S. Cœnæ ſunt, quòd eſt actio Eccleſiæ communis, non privata, 1145
quòd crebrò ſumenda, ibid.
quoties olim ſumta, ibid.
connexum S. Cœnæ eſt ſolennis gratiarum actio, b. 1147
& defunctorum mentio, ibid.
Cœnæ Dominicæ celebratio deſcribitur, a. 1055
de ejus reliquiis, b. 224
particulæ panis reſiduæ ponebantur in Artophorio, a. 522
reliquiæ vocantur περισσεύματα, b. 682
oſculum ante S. Cœnæ celebrationem adhibitum, a. 553. b. 1430
Panis in S. Cœna varia nomina, a. 521
vocatur ἄρτος εὐχαριστηθείς. a. 1268
vocatur εὐχαριστία, a. 1269
partes panis vocantur μερίδες. b. 341
panis & vinum ſunt ἀντίτυπα corporis & ſanguinis Chriſti, a. 383. 384
ſunt τύπος, b. 1338. &c. figura, ibid. ſymbola, b. 1083
vocantur ἀρχισύμβολον, a. 535
vocantur εἰκών, a. 1012
Cœna Domini vocatur τὸ ἄγαθόν, a. 14
ἀγάπη, an etiam δοχή, a. 960, 961
τὰ ἅγια, a. 62
ἁγίασμα, ἁγιάσματα, a. 56
ἁγιασμός, a. 58
ἄχραντον, vel ἄχραντα μυστήρια, a. 610
δεῖπνον, δεῖπνον κυριακὸν, δεῖπνον μυστικόν. a. 826. 827
δωρεά. a. 979. δῶρον, ibid.
δῶρον ἐξιτήριον, juxta Caſaubonum, ſed malè, a. 140
εὐλογία, a. 1249
de εὐλογίαις in Parœcias & ad ægrotos miſſis, a. 1250
εὐωχία πνευματική. a. 1288
ἐφόδιον, a. 1292. ἐφόδιον morientibus datum, ibid.
θυσία, & cur, a. 1423
κοινωνία, & cur, b. 126, &c.
κυριακόν, b. 192
μυσταγωγία ἱερά, b. 381
μυστήριον, b. 383
προσφορά, b. 864
τράπεζα, b. 1279. &c.
panis conſecratus vocatur παναγία, b. 555
τὸ τέλειον vocatur S. Cœna, b. 1259

τελετή.

Digitized by Google

τελετή, b. 1265
τροφὴ πνευματική. b. 1323
Cœna Domini denotatur per fractionem panis, b. 105
χάρις vocatur. b. 1500
quid in ea ἀναδεικνύω & ἀνάδειξις, a. 254
de elevatione panis in ea, b. 1409
quomodo iſta elevatio vocetur. Vide, Elevatio panis.
de Cœna uſurpatur ἀναφαίνω, a. 325
in ea panis & vinum dicuntur μεταστοιχειοῦσθαι, b. 363
quomodo hoc intelligendum, ibid.
quid in ea ἁγιάζειν, a. 486
celebratio ejus vocatur λατρεία, b. 218
participatio ejus dicitur μετάληψις, b. 349
acceſſus ad eam dicitur πρόσοδος, b. 863
Cœnam Domini ſumere, eſt κοινωνεῖν, b. 125
ad eam admittere, eſt κοινωνεῖν, ibid.
eam accipere, μεταλαμβάνειν, b. 348
eam accipere, μετέχειν, b. 366. facie poſteriori.
acceſſus ad eam, προσέλευσις, b. 851
ad eam accedere, ibid.
item προσιέναι, b. 853
Cœnam adminiſtrare, λειτουργεῖν, b. 220
Cœnobium, κοινόβιον, b. 123. συνοδία, b. 1165
Coerceo, κολάζω, b. 131. σωφρονίζω, b. 1223
Coexiſtens, συνύπαρκτος, b. 1189
Coexiſtentia, συνύπαρξις, ibid.
Cogitationes Deo notæ, a. 878
Cognitio Dei, θεογνωσία, a. 1352
Cognitio perfectiſſima, notitia Dei, a. 770
Deus cognoſcitur ex ſcriptura, a. 1373
ex proprietatibus, ibid.
ex creatione, ibid.
Cognitio Dei naturalis, a. 1374
Cognitio Dei eſt ſacrificium, a. 1426
quidam eſſentiam Dei ſibi notam eſſe dixerunt, a. 771, 773
Cognitio ſui ipſius neceſſaria, a. 761
Cognitio denotatur per viſionem, a. 500, in ὁράω.
Cognitio requiritur in fide, b. 730
Cognoſcere ſignificat cum affectu amoris agnoſcere, approbare, a. 762
uſurpatur de conſuetudine maris & fœminæ, ibid.
Collecta, λογία, b. 247
Collegium, συμπτεῖον, b. 1216
Colloquia prava bonos corrumpunt mores, b. 472. in ὁμιλία.
Colloquium cum Deo eſt ſcripturæ lectio, a. 784
Collybiſtæ qui, b. 135
Columba eſt avis ſimplex, placida, manſueta, a. 154, 155 b. 684, 685
eſt caſta, b. 685
eſt avis timida, b. 687
fuit nuncia decreſcentium in diluvio aquarum, b. 688
in Baptiſmo in Chriſtum deſcendens qualis fuerit, b. 689, &c.
Columbarum in ſacrificiis uſus, b. 691
Columna nubis & ignis quid, b. 1042
quid 1. Timoth. 3. 15. στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, b. 1043, &c.
Comes rerum privatarum, b. 141
Comes excubitorum, ibid.
Comes largitionum, ibid.
Comitatus, b. 142
Commendatio, σύστασις, b. 1192
Commendatitia epiſtola quid, b. 1194
Commenſalis, σύντροφος, b. 1188
Commentaria, σημειώσεις, b. 952
Commonitorium, b. 142
Commorari, ποιεῖν, b. 786
Communicatio, κοινωνία, notat eleemoſynam, b. 125
Communicatio idiomatum, ἀντίδοσις, a. 372
Communio duplex, Eccleſiaſtica & Laica, b. 127
minima & major, b. 51
Communis multis, πολύκοινος, b. 804
Compater, σύντεκνος, b. 1186
Competentes vocantur Catechumeni, b. 73
Concilium. Vide, Synodus.
Concilia duo habent decretorum genera, ὅρους & διατυπώσεις, b. 1180, &c.
Concio, ὁμιλία, b. 473
Concorpor, σύσσωμος, b. 1191
Concors, ὁμοθυμής, b. 490
Concubitus, συγκατάθεσις, b. 1074
Condeſcendo. Vide, Accommodo me aliorum captui.
Condire corpora ad ſepulturam, ἐνταφιάζειν, a. 1124
Confeſſarii, πνευματικοί. b. 784
Confeſſio, ὁμολογησία, b. 478
Confeſſio peccatorum. Ejus nomina, a. 215
ejus objectum: ſoli Deo confitenda, a. 215, 295. & 1068. in ἐκπομπεύω.
eſt neceſſaria, a. 216
debet eſſe ſincera, ibid.
de ea uſurpatur ἐξομολογέομαι, ἐξομολόγησις, a. 1144, 1145
qualis adhuc hodie ſit in Eccleſia Orientali, a. 1145
Confeſſio auricularis Eccleſiæ Romanæ ignota erat Eccleſiæ Græcæ, a. 1146
confiteri peccata, ἐξαγορεύειν τὴν ἁμαρτίαν, a. 1132
Confeſſio peccatorum, ἐξαγόρευσις, ibid.
ejus utilitas, ibid.
ſumitur pro univerſa pœnitentiæ actione, a. 1149
Confeſſores, b. 312, 478
ita vocantur omnes veri Chriſtiani, b. 478
qui tormenta propter Chriſtum ſufferunt, ibid,
qui ſemel coram magiſtratibus ſunt confeſſi, b. 479
Confirmatio, σφραγίς, b. 1198
in primitiva Eccleſia fuit inaudita, b. 1534
Confirmo, χαλκεύω, b. 1494. σφραγίζω, b. 1196
Confiteri aliquando ſignificat laudare, celebrare, gratias agere, b. 478
Conjugium qui damnârint, a. 724, 735
illud damnârunt Adamitæ, a. 805
Encratitæ, a. 1001
quænam ſint illicita conjugia, a. 736
Conjugium eſt à Deo, a. 724
omnibus Ordinibus conceſſum, a. 725
permiſſum fuit Clericis, ibid.
in eo vixerunt Apoſtoli, 728
Presbyteri etiam, Epiſcopi & Diaconi, a. 725, 729
non eſt prohibitum, b. 1227
finis ejus eſt propagatio generis humani, a. 731
eſt honorabile, ibid.
eſt conjunctio arctiſſima, a. 732
pietati nihil officit, ibid.
in eo caſtitas locum habet, p. 1227
eſt portus caſtitatis, b. 247
Conjugium ſecundum non damnat Eccleſia, a. 892
qui illud damnârint, a. 893
Conjugium unicum commendat Eccleſia, a. 892
Conjugium tertium quibus conceſſum, quibus prohibitum, b. 1308
Conjunctio fidelium cum Deo, οἰκειότης, b. 455
Conſcientia duplex: bona; de cujus præſtantia vide b. 1152
mala: ejus incommoda deſcribuntur, b. 1153

Digitized by Google

Conſcientia eſt judex ἀδέκαστος, ibid.
eſt πικρὸς κατήγορος, a. 582. in voce αὐτοκατάκριτος.
Conſecratio ſacerdotum dicitur τελείωσις, b. 1262
Conſentiens, ὁμοψυχής. 490.
Conſentio, ὁμοψυχέω, ibid.
Conſilium, νοῦς. b. 432
Conſilium commune, κοινοβουλία, b. 124
Conſilium inane, κενοβουλία, b. 86
Conſilii mutatio, ἑτεροβουλία, a. 1217
Conſiſtentia, σύστασις, eſt gradus pœnitentiæ, b. 1192
Conſortium pravum bonos mores corrumpit, b. 472
Conſpirare, φρατριάζειν, b. 1463
Conſpiratio, φρατρία, ibid.
Conſtantinopolis vocatur nova Roma, b. 914
Conſtantinopolitani primi Concilii deſcriptio, b. 1170
ſecundi deſcriptio, b. 1171
tertii deſcriptio, 1172
Conſtituere, ποιεῖν, b. 787, &c.
Conſtitutio, σημείωμα, b. 951
Conſtitutiones Apoſtolorum vocantur διαταγαί. a. 886
διδασκαλία & διδαχὴ, a. 902, 905
eas alii receperunt, alii rejecerunt, a. 886
Conſubſtantialis, ὁμοούσιος, b. 480
Conſubſtantialitas, ὁμοουσιότης, b. 488
Conſubſtantiatio Lutheranis non rectè tribuitur, b. 1184
Conſuetudo eſt bona, vel mala, b. 1160
mala, utut inveterata, vitanda, a. 1006. b. 1160
Conſuetudinis vis magna, b. 1161
Conſuetudo eſt altera natura, a. 1160, 1161
inveterata difficulter corrigitur, a. 974. in δυσέκνιπτος.
Conſuetudines an ſine diſcrimine obſervandæ, a. 1006
Contentio quid, a. 1212, 1213
Contextus ſacer vocatur ἔδαφος, a. 1004
Continentiæ encomium, a. 997, &c.
in quibus rebus conſiſtat, a. 1000
etiam in conjugio locum habet, a. 1001
Contraria in eodem ſubjecto ſimul eſſe nequeunt, in ἀσυμφυής. a. 564
Controverſiarum judex ſcriptura. a. 788, 789
Conventus, σύναξις, b. 1109
σύλλογος, b. 1111
συνέδρια, b. 1165
Conventus illicitus, παρασυναγωγὴ, παρασύναξις, b. 589, 590
Conventus illicitos celebro, παρασυνάγω. b. 589
Converſio Judæorum, a. 1456, 1457
Cor eſt membrum præſtantiſſimum, b. 44
eſt ſedes cogitationum, ibid.
eſt divinæ gloriæ ſpeculum, ibid.
Cor terræ quid, b. 43
Cor lapideum & carneum, b. 44
Cor rectum, b. 45
Cor contritum, ibid.
Cor purum, ibid.
Cor verum, b. 46
Cor novum, ibid.
Cor Angelis tributum quid, b. 43
Cordium ſcrutator Deus, b. 46
Cornu metaph. notat potentiam, b. 90
notat potentiam Dei, ibid.
notat potentiam fidelium, b. 91
notat potentiam impiorum, ibid.
notat gloriam, b. 90
Corona ſacerdotalis quomodo vocetur, a. 737
vocatur πεταλίσθρα, b. 564
vocatur στέφανη, b. 1015, 1017
Corona nuptialis, b. 1016
Corona victorum, ibid. & 1017
Corporaliter, σωματικῶς, ſignificat verè, revera, b. 1216
Corpus quid propriè, b. 1209
vocatur οἰκία ψυχῆς, b. 1210
γεώδες περίβλημα ψυχῆς, ibid.
eſt carcer animæ, a. 464. b. 1212
Corpus eſt ſepulchrum, σῶμα, σῆμα, b. 1210
vincula corporis quid, ibid.
Corpus humile, ſeu vile, ibid.
σῶμα φθαρτόν. b. 1211
Corporis corruptio utilis, ibid.
σῶμα ψυχικὸν quid, b. 1211, 1589
σῶμα θνητόν. b. 1211
Corpus ſpirituale quid, b. 782, 1213
Corpus incorruptibile & immortale quid, b. 1213
Corpus dicitur σκεῦος, b. 971
Corpus humanum vocatur φύραμα, b. 1467
Corpus notat ipſum hominem, b. 1213
præcipuè ſervum, ibid.
notat veritatem umbris legalibus figuratam, b. 1215
notat veterem hominem, ibid.
notat omnem rem creatam, ibid.
notat totam orationis ſeriem, ibid.
Corpus Chriſti fuiſſe ἀπαθὲς docuerunt hæretici quidam, a. 594
verum corpus poſt reſurrectionem retinuit Chriſtus, a. 312. Vide etiam, Reſurrectio Chriſti.
illud poſt reſurrectionem fuiſſe aëreum docuit Origenes, 311
Corpus Chriſti Eccleſia eſt, 1056
Corpori conveniens, σωματοπρεπής. b. 1219
Corpori includi, σαρκοῦσθαι, b. 933
Corporis ejuſdem, σύσσωμος. b. 1191
Corporis pulchritudo, b. 25
Correctio, σωφρονισμός. b. 1224
Corrector, b. 146
Corrigiam ſolvere quid, a. 1450
Corroboro, χαλκεύω, b. 1495
Corruptibilis, ἔμφθαρτος, a. 1103
Κορυφαῖος quid propriè, b. 708
Petrus Apoſtolorum κορυφαῖος, ibid.
Creare, ποιεῖν, b. 787
Creatio vocatur γένεσις, a. 749
vocatur δημιουργία, 845
vocatur κοσμογένεια, 148
Creatio notat propriè productionem ex nihilo, b. 177
impropriè notat regenerationem, ibid.
an omnia ſimul, an verò ſucceſſivè creata, a. 528
Creatio tribuitur Spiritui S. b. 771
Creatio hominis SS. Trinitatem probat, b. 1289. &c.
Creatio cognitionem Dei nos docet, b. 1373, &c. 1567 &c.
Creator univerſorum Deus an ſit appellandus δημιουργὸς, an verò ποιητὴς, vel κτίστης, a. 846
Creatura notat rem creatam, b. 179
notat rerum creatarum univerſitatem, ibid.
notat totum genus humanum, b. 180
notat ordinationem politicam, ibid.
Creaturarum genera, ibid.
Creatura nova quid, b. 178
Creaturarum cultus, κτισματολατρεία, b. 180
Creaturarum cultor, κτισματολάτρης, b. 181
Credo, πιστεύω, ſignificat novi, perſuaſum habeo, 719
ſignificat fidei alicujus rem aliquam committo, ibid.
ſignificat fidem alicui habeo, b. 720.
ſignificat Religionem Chriſtianam amplector, ibid.
quid, Credere in Deum, b. 721
quid, Credere in Chriſtum, b. 722

Digitized by Google

quid, πιστεύειν εἰς Θεόν. ibid.
an, πιστεύειν εἴς τι, & πιστεύειν τι, æquipolleant, ibid.
de phraſi, Credo in Eccleſiam, b. 722,723,&c.
Cribrare, σινιάζειν, b. 961
Criminator, φιλεγκλήμων, b. 1429
Cruciari, πυροῦσθαι, b. 896
Crucifer, σαυροφόρος, b. 1014 (589
Crucifixionis Chriſti dies vocatur μεγάλη παρασκευή.
Crux, σαυρὸς, quid. b. 1003
unde crux Chriſti fuerit facta, ibid. (b. 1004
cur mortem crucis, non aliam, ſuſtinuerit Chriſtus,
Crucis Chriſti elogia, ibid.
Crux notat mortem, quam quis in cruce perfert, ibid.
notat afflictionem graviſſimam, b. 1005
notat ſignum crucis, b. 1006
ſigno crucis ſe ſignare vetus conſuetudo, b. 1009
de Cruce, quæ Conſtantino M. apparuit, b. 1006
de ſigno Crucis, quod adventus Chriſti ad judicium erit ſignum, b. 1008
de adoratione Crucis, b. 1012
crucis adoratio, σαυροπροσκύνησις, b. 1002
crucis ſigno ſignare, σφραγίζειν, b. 1196
Crux Chriſti tropæum eſt, b. 1318
Cucullа, b. 154
Cultus falſus, ψευδολατρεία, b. 1573
Cultus legalis quomodo vocetur, b. 117
Cultus Evangelicus quomodo vocetur, ibid.
Cultus rationalis quid, ibid.
Cunctatio, τριψηγία, b. 1316
Cupiditates aliæ naturales & neceſſariæ: aliæ naturales, ſed non neceſſariæ: aliæ neque naturales, neque neceſſariæ, ſed ſupervacaneæ, a. 1166
quid ἐπιθυμίαι περιττικαί. b. 1167
Cupio vehementer, ὀδίνω, b. 1595
Curioſè ſcrutor, περιεργάζομαι, b. 670, 671
πολυπραγμονέω, b. 805. μεταλλεύω, b. 350
Curioſè non inquirendum in facta Dei, a. 459, 460
Curioſus, φιλοπραγματίας, b. 1434
Curro velociter, ὀξυδρομέω, b. 496
Curſor, b. 154

D.

Dæmon quid, a. 813
Dæmoniaci, χειμαζόμενοι, 1508
non baptizandi, a. 646
Damnatorum pœnæ æternæ, a. 91. ſunt inæquales, ibid.
Danielis prophetiam quidam rejecerunt, a. 801, 802
Davidis varia epitheta, a. 824
vocatur θεοπάτωρ, a. 1362
Debita ſunt peccata noſtra, b. 530
Decalogus. Ejus variæ appellationes, a. 830
vocatur νομοθεσία, b. 416
vocatur νόμος κατ᾽ ἐξοχήν. b. 422
vocatur νόμος φυσικὸς, ibid.
vocatur πλάκες ſimpliciter, vel cum epithetis, b. 745
θεότευκτοι πλάκες, a. 1386
θεοχάρακτοι πλάκες, a. 1392
de ejus diviſione, a. 830, 831
Decretum, ſententia, ὅρος, b. 514, facie poſteriori.
Decretum, ζημίωμα, b. 951
Degenero, ἐξετεροτροπέω, a. 1139
Deificatio, ἐκθέωσις, a. 1047, in ἐκθειάζω, θέωσις, a. 1398
Deifico, θεόω, a. 1392, &c.
ἐκθειάζω, ἐκθεόω, a. 1046
θεοποιέω, a. 1363
caro Chriſti quomodo deificata, a. 444, 1392, &c.
fideles quomodo deificentur, a. 444, 1393
Deipara eſt beata Virgo, a. 1387. b. 304
Deitatem alicui adſcribere, θεολογεῖν τινα, a. 1355, &c.
Deitati Chriſti qui adſcripſerint paſſionem, a. 1361
Delectus ciborum, b. 401
Deliciæ licitæ & laudabiles, b. 1326
illicitæ & noxiæ, ibid.
Denarius numerus, eſt numerus perfectionis, a. 829
Depoſitum παρακαταθήκη, b. 581, 582
Derelictionis ſpecies, a. 991, &c.
Derelictus in cruce quomodo Chriſtus, a. 991
Deſcendere & aſcendere Deus dicitur per συγκατάβασιν, b. 1069
Deſcenſus Chriſti ad inferos, a. 92, &c.
Deus. Unde vox θεὸς, a. 1365
nullum eſt nomen, quo Dei natura perfectè exprimi poſſit, a. 1368
quomodo Deo nomen tribui poſſit, quomodo non, ibid.
ejus nomen ineffabile, in voce ἀνεκφορος, a. 333
blaſphemare Dei nomen quid, a. 697
nomen Dei ſumitur οὐσιωδῶς, a. 1369
ſumitur ὑποστατικῶς, ibid.
nomen, Deus, impropriè ſumitur, & tribuitur diis falſis, ibid.
Magiſtratibus, a. 1370
hominibus piis, ibid.
Vide etiam, Nomen.
varia Dei epitheta, a. 1371
vocatur Deus deorum, ibid.
Deus dilectionis, ibid.
Deus pacis, ibid.
Deus magnus, ibid.
modi, ex quibus Deum cognoſcere licet, a. 1373, &c.
Vide, Cognitio Dei.
Deus unus, b. 373. in μοναρχία.
Deus eſſentiâ unus, perſonis trinus, a. 1375
attributa Dei. Vide, Attributa Dei.
attributa propria ſunt vel abſoluta, a. 1376. vel relata, a. 1378
attributa impropria, a. 1379
Deum eſſe ſcimus, quid ſit, ignoramus, a. 1381
Deus nequit perfectè definiri, ibid.
ejus deſcriptio, a. 1382
homines quomodo dii vocentur, a. 1370, 1382
variæ circa Deum hæreſes, a. 1383
quidam docuerunt, alium eſſe Deum veteris, alium N. Teſt. a. 1384
Dei poſteriora quid, b. 497. in ὀπίσθια.
Deus quomodo in cœlo habitare dicatur, b. 522, 523
quomodo cœlum ſit thronus ejus, b. 522
proprietates Dei explicatu difficiles, in voce δυσέξιστος, a. 974
ejus eſſentiam quidam ſe nôſſe dixerunt, a. 771
Deo quomodo tribuantur humana, in θεοπρεπῶς & θεοπρεπῶς, a. 1364
de eo ſcriptura per ἀνθρωποπάθειαν loquitur, a. 348, 349, 1379, 1380
cur ſcriptura de eo, tanquam de re corporea loquatur, a. 709
qui ei tribuerint formam humanam, 348, 566. & b. 335, in μελογραφέω.
cur ei tribuatur forma humana, a. 358
Deus caret figura & corpore, a. 331. in ἀνείδεος, & 565, in ἀσχημάτιστος.
eſt ἀσώματος, a. 566
quomodo ei tribuatur auris, b. 526
quomodo manus, b. 1510
quomodo brachium, a. 709

quo-

Digitized by Google

quomodo oculus. Vide Oculus.
dicitur ἀκοίμητος ὀφθαλμός, a. 158
quomodo ei tribuatur oblivio, b. 233
quomodo vox. b. 1479
quomodo pœnitentia, ibid.
quomodo dicatur βαδίζειν, a. 614
imagine non eſt effingendus, a. 531, 1012
vocatur γεωργός. a. 748
omnium vult ſalutem, a. 1348
in quibus habitet, a. 1110. in voce ἐναυλίζομαι.
bonum & malum Deum eſſe, dixerunt Gnoſtici, a. 774
Deus eſt æternus, a. 142
ejus æternitatem denotat, quod vocatur ὁ ὤν. b. 1597
Dei Patris proprietas eſt ἀγεννησία, ἀγέννητος, a. 48, 49
Deus eſt ἀναλλοίωτος, immutabilis, a. 283
eſt ἄναρχος, a. 300. &c.
eſt ἀπειράγαθος, infinitè bonus, a. 427
eſt πανάγαθος, b. 555
eſt ὑπερώνυμος ἀγαθότης, b. 1381
eſt bonus, a. 13, 1379
ſolus propriè bonus, a. 13
eſt αὐτοάγαθος & αὐτοαγαθότης, a. 580
eſt ἀπειρέγυιος, a. 428
eſt ἀόριστος, infinitus, a. 403
eſt ἄπειρος, a. 428
eſt infinitus, a. 580
eſt ἀπερίγραπτος, a. 432
eſt ἀπερίγραφος, ibid.
eſt immenſus, a. 1376
eſt ἀπερινόητος, incomprehenſibilis, a. 432. & b. 1410, in φαίνομαι.
eſt ἀχώρητος, a. 610
eſt ἀόρατος, inviſibilis, a. 469
eſt inviſibilis, a. 401
quomodo ergo dicatur viſus, a. 401. b. 500, in ὁράω.
dicitur viſus per συγκατάβασιν, b. 1068
Deus eſt ἄποσος, quantitatis expers, a. 472. b. 811, in ποσόν.
eſt ἀπροσάντητος, a. 493. ἄπλετος, a. 494
eſt ἀριστοτέχνης, a. 509
eſt αὐτοαγαθότης, a. 580
eſt αὐτοάπειρος, ibid.
eſt αὐτοζωή, a. 581
eſt αὐτοσοφία, a. 586.
eſt ἄφθαρτος, a. 595
quomodo fidelis dicatur, b. 740
dicitur fons, πηγή, b. 713
dicitur fons reſpectu Filii & Spiritus Sancti, b. 714
eſt longanimis, a. 336. b. 293
quo ſenſu μακάριος, b. 289
eſt μακαρία φύσις, b. 1469
dicitur νοῦς ἀκέραιος, b. 433
quomodo magnus dicatur, b. 329, 330
vocatur Sol, a. 1320
nulla re indiget, a. 334
eſt omnipotens, a. 370, in verbo ἀντιξάγω, a. 382. in ἀντιστατέω, a. 588. in ἀντοφῶς, b. 556
eſt ἀπειροδύναμος, a. 428
ſolo verbo omnia facit, b. 272, 273
in rebus perplexis exitum invenit, a. 470
ei etiam difficillima ſunt facillima, b. 810
ei omnia ſunt facilia, a. 1243, in εὐήλατος, a. 1245, in εὐκατέργαστος.
ei nihil impoſſibile, a. 795, in δυσήνυτος, a. 976, in δυσκατέργαστος.
non poteſt, quæ naturæ ejus ſunt contraria, a. 964, 965. Vide etiam, Potentia Dei.
Deus eſt omniſcius, a. 774, 1097, 1098, 1377
novit occulta, in ἐγκάρδιος, a. 991
eſt cordium ſcrutator, b. 46
quomodo ſcrutari dicatur, a. 1211
omnia videt, eſt πανδερκής, b. 558. & b. 559, in παντεπόπτης.
Deus eſt omnipræſens, a. 1378
eſt juſtus, a. 1379
Dei erga homines benignitas, b. 851, in προσπαθῶ.
Deus eſt perfectiſſimus, b. 1256
eſt ὑπεράγαθος, b. 1375
dicitur ὑπεράρχιος ἀρχή, b. 1376
dicitur ὕψιστος, b. 1405
quomodo φῶς, b. 1480
quomodo πατὴρ τῶν φώτων, ibid.
quomodo Pater fidelium, b. 456. 457
quomodo dicatur tradere cupiditatibus cordium, & in reprobam mentem, b. 574
quomodo dicatur excæcare, b. 1346
quomodo dicatur dormire, b. 1384
quomodo dicatur ſedere, b. 11.
quomodo dicatur vigilare, a. 69
cur igni comparetur, b. 890
cum leone confertur, b. 230
Dei præſcientia non eſt cauſa peccati, b. 837, &c.
Deus non eſt auctor peccati, a. 207
Deus mala permittit, b. 077
non eſt auctor hæreſium, a. 120
omnia cum Deo incipienda, a. 542
ſine eo omnes actiones noſtræ ſunt irritæ, in καταλιμαίνω, b. 51
Deus non poteſt mentiri, a. 611
ſe ipſum negare non poteſt, a. 510
quomodo non poſſit peccare, a. 130
Deus Pater vocatur agricola, a. 760
Deus eſt Rex, a. 670
Deum amo, φιλοθέω, b. 1432
Dei amor, φιλοθεΐα, ibid.
Deus ex creatione cognoſcitur, a. 775
Deum credere, eſt cognitio perfectiſſima, a. 770
Deus non dicendus αὐτοπάρακτος, nec αὐτοποιητός, a. 585, 586
Deus omnium in nobis bonorum auctor, a. 1385
ſolus concupiſcentiá caret, a. 337, in ἀνεπιθύμητος.
ſolus ſine peccato, ibid. in ἀνεπίδεικτος.
Deorum multitudo, πολυαρχία, b. 801
Deus hujus mundi quomodo Diabolus, a. 144
Dextera dignior eſt ſiniſtrá, a. 836
eſt fidei & amicitiæ ſymbolum, ibid.
eſt ſymbolum ſubmiſſionis, a. 837
Dextera tribuitur Deo, & notat potentiam atque auxilium Dei, a. 837
notat gloriam Dei, ibid.
notat Filium Dei, a. 838
Dextera Patris eſt Filius, in πανσθενής. b. 560
Diabolus propriè calumniator, a. 848
cur malus ſpiritus ita vocetur, a. 849
alia ejus nomina & epitheta, a. 850
cum reliquis ſpiritibus malis, bonus à Deo creatus, ibid.
ſponte ſua lapſus eſt, a. 851
primum ejus peccatum ſuperbia, ibid.
callidus eſt, & noſtris nos oppugnat armis, a. 852
piis maximè inſidiatur, a. 853
reſipiſcentia in eum non cadit, ibid.
Diabolus etiam notat hominem nequiſſimum, ibid.
Diabolus vocatur ἀρχέκακος, a. 525
vocatur ἄρχων δαιμονίων, a. 541

voca-

Digitized by Google

vocatur ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ibid.
vocatur ἄρχων τοῦ κόσμου, ibid.
quomodo Deus hujus mundi, a. 144
eſt ἀρχηγὸς πάσης κακίας, a. 960
eſt pater mendacii, b. 635
dicitur ὁ παμβέβηλος, b. 555
propiè ὁ πονηρὸς dicitur, b. 807
leoni confertur, b. 232
cur draco vocetur, a. 961
vocatur ſerpens, b. 535, facie poſteriori.
utitur συγκαταβάσει, b. 1073
Diaconiſſæ vocantur πρεσβύτιδες, b. 829
quales fuerint in primitiva Eccleſia, a. 864
de earum miniſterio circa Baptiſmum, a. 865
alia earum officia, a. 866
an Laicis fuerint annumeratæ, a. 867
de earum ætate, a. 868
de earum numero & abrogatione, a. 868, 869
Diaconus notat Apoſtolum, a. 870
Epiſcopi vocati Diaconi, ibid.
quivis Clericus & Diaconus, ibid.
Diaconi vocati, qui eleemoſynas diſtribuebant, ibid.
calicem & panem in S. Cœna miniſtrabant populo, a. 871
iis etiam licebat baptizare, a. 631, 871
de eorum officio circa Baptiſmum, a. 872
foribus Templorum præerant, ibid.
pro populo orabant, ibid.
iis non licebat publicè docere, a. 873
de eorum ordinatione, a. 874
iis licuit uxores habere, ibid.
Diaconi vocantur λειτουργοί, b. 222
Diæta denotatur per Philoſophiam, b. 1442
Dialectica quid, & ejus uſus, 1069
ejus abuſus, 877
Dictum Scripturæ, ῥητὸν, ῥῆσις. b. 904
Dies ſumitur propriè, & notat diem artificialem, a. 1327
ſumitur impropriè: ſic dies malus & bonus, a. 1330
dies humana, a. 1331
N. Teſt. tempora vocantur dies, ibid.
Dies Dominica quomodo vocetur, a. 1327. b. 184
vocatur ἀναστάσιμος, a. 304
quomodo in eo ſacra fuerint peracta, a. 1055
de ejus antiquitate, b. 184
de ejus celebratione, b. 185
Dies feſtus quomodo vocetur, a. 1328
Dies exaltationis, ἡμέρα ὑψώσεως, a. 1329
Dies magnus quis, a. 1328
Diei ultimi judicii nomina, a. 1329
Digitus quomodo tribuatur Deo, a. 820
Digitus Dei Spiritus Sanctus, ibid.
quomodo digiti tribuantur ſpiritibus, a. 821
digitorum uſus, ibid.
Diluvium quomodo Græcis vocetur, b. 50, 51
vocatur Βάπτισμα, a. 623
vocatur πανάγιον, b. 392
Diœceſis quid, a. 919
notat provinciam, a. 920
notat Epiſcopatum, ibid.
notat parœciam, a. 921
Diptycha varia ſunt, a. 921
Diſcendi cupidus, φιλοζητητής, b. 1431
Diſciplina Chriſti, χριστομάθεια, b. 1549
Diſcipuli Chriſti vocantur Apoſtoli, b. 288
LXX. diſcipuli, ibid.
omnes Chriſtiani, b. 289
LXX. diſcipuli vocantur διακονηταί, a. 861
Diſcipulorum eſt credere doctoribus, b. 287
optimè de iiſdem ſentire, ibid.
non tantum ad eorum doctrinam, ſed etiam ad opera reſpicere, ibid.
Diſpenſatio vocatur miniſterium Evangelii, b. 458
Diſpenſator, χειριστής, b. 1511
Diſpenſatores vocantur Eccleſiæ miniſtri, b. 464
Diteſcere volentes in varias incidunt tentationes, a. 718
Dives παγκτήμων, πολυκλήμων, b. 541, 804
Dives donis, πλουτόδωρος, b. 757
Dives valdè, ὑπέρπλουτος, b. 1380
Dives eſt, qui rebus ſuis vivit contentus, b. 759
Divites non tantùm boni, ſed etiam mali, b. 790
œconomi tantùm ſunt divitiarum, a. 1085
Divinitus moneri, χρηματίζεσθαι, b. 1531
Divitiæ veræ ſunt divitiæ ſpirituales, b. 759
Divitiæ bonis & malis dantur, b. 760
in quem finem dentur, b. 761
non ſalvant, b. 847. in προξενίῳ. bis.
Divitiæ bonæ ſunt iis bene utentibus, b. 761
eas poſſidentibus ſæpe ſunt noxiæ, ibid.
ſunt inconſtantes & fluxæ, b. 762. a. 1252, in εὐμετάπτωτος, a. 1238, in εὐάλλακτος.
cur dicantur χρήματα, b. 1530
de earum uſu, ibid.
Divortium, δίστιν, a. 907
Doceo, συμβιβάζω, b. 1078. φωτίζω, b. 1490
Doctor ſit fidelis & ad docendum aptus, a. 903
ea faciat, quæ ipſe docet, a. 904
Doctrina Chriſtiana diſtinguitur in ἔκφορα & ἀπόῤῥητα, b. 379, facie poſteriori.
Doctrina Evangelii vocatur δόγμα, a. 933
vocatur κήρυγμα, a. 934
vocatur μάθημα, b. 284
vocatur μυστήριον, b. 382, facie poſteriori.
Doctrina de fide vocatur διατύπωσις, & ὅρος, b. 515
Doctrinæ reſpondeant facta. a. 904. b. 252, 795, 796
Dogma notat decretum, a. 932
notat ritum ſeu cerimoniam legalem, ibid.
notat decreta Synodorum, a. 933
notat doctrinam, ibid.
Dogma & κήρυγμα quomodo differunt, a. 934
Dolor ſummus dicitur ὠδὶν, b. 1594
Dolus quidam laudabilis, a. 939
Dolus malus, a. 940
Dominica dies, b. 184
ejus antiquitas, ibid.
cur appelletur ἡμέρα κυριακή, b. 185
de ejus celebratione & ſanctificatione, ibid.
Dominicorum dierum per totū annum nomina, b. 186
Dominicæ diei nomina, a. 1327
dicitur ἀναστάσιμος, a. 303
dicitur κυριώνυμος, b. 197
olim ſola celebrata, a. 1155
quomodo ſacra in ea fuerint peracta, a. 1055
Dominica in albis, a. 380
Dominica orthodoxiæ, b. 507
Dominus, κύριος. Hæc vox tribuitur Deo, & notat idem quod Θεός, b. 193
tribuitur Filio Dei, b. 194
tribuitur Spiritui Sancto, ibid.
tribuitur Patri & Filio ſimul, ibid.
tribuitur Meſſiæ, b. 195
ſæpe notat Chriſtum, ibid.
Dominus gloriæ, ibid.
Domus Dei vocatur Templum, b. 465
Dormire quomodo Deus dicatur, b. 1384
Dormire eſt peccati caligine premi, b. 10
eſt mori, b. 10, 121

Digitized by Google

Dormitio notat mortem, b. 121
Δουλεία & Λατρεία an differant, b. 216
Draco cur vocetur Diabolus, a. 961
Dubitatio eſt initium intelligentiæ & doctrinæ, a. 1158
in ἐπαπόρησις.

E.

Ebionitæ negârunt Filii deitatem, b. 1361
Ebrietas, μέθη, notat immoderatum vini uſum, b. 325
notat continuatam ebrietatem, ibid.
notat ebrietatem ſaturitatis & hilaritatis, ibid.
notat copiam bonorum, b. 325, 326
notat copiam malorum & calamitatum, &c. b. 327, 328
Ebrietas ſobria, b. 326
Ebrietatis varia effecta, b. 328
Ebrietas Noachi, b. 325
Ebrietas eſt αὐθαίρετος δαίμων, a. 573
Ebrius eſt νεκρὸς ἔμψυχος, a. 1106
Eccleſia notat generaliter quemvis conventum, a. 1049
notat cœtum, a. 1061, in ἐκκλησιαστήριον.
ſpecialiter notat cœtum electorum, a. 1050
cœtum eorum, qui eandem doctrinam orthodoxam profitentur, ibid.
notat minimum cœtum, a. 1051
quamvis fidelium familiam, ibid.
alias acceptiones vide ibid. & in ſeqq.
notat locum, in quo cœtus convenit, a. 1053
quoties in Eccleſiis olim fideles convenerint, ibid.
Eccleſia una eſt per totum terrarum orbem diſperſa, a. 1058
eſt Catholica, a. 1059. b. 14
eſt perpetua, a. 1059
eſt triumphans & militans, ibid.
extra eam non eſt ſalus, ibid.
Eccleſia eſt columna & ſtabilimentum veritatis, ibid.
non ſemper eſt multitudine inſignis, ibid.
Eccleſia viſibilis, αἰσθητὴ σύναξις, b. 1111
Eccleſia matrix, b. 321
Eccleſiæ caput ſolus Chriſtus, a. 1056
ejus ſponſus Chriſtus, b. 434
Eccleſia eſt corpus Chriſti, a. 1056
eſt altare, a. 1427
eſt balneum, a. 618
eſt βραβεῖον, a. 676
eſt πνευματικὸν διδασκαλεῖον, a. 902
eſt hæreditas Dei, b. 110
vocatur mons, b. 514, facie poſteriori.
eſt portus, b. 245
vocatur πλήρωμα χριστοῦ, b. 756
Eccleſia Chriſtianorum vocatur συναγωγή, b. 1106
Eccleſia eſt templum Dei, b. 387, facie priori.
vocatur virgo, b. 596
Eccleſiam γεωργεῖν quid, a. 758
in Eccleſia ſunt boni & mali, a. 201
an in eam credendum, b. 722
Eccleſiæ Miniſtri vocantur ἄρχοντες, a. 540
Eccleſiæ typus arca Noachi, b. 103
Eccleſiaſtica bona, πτωχικά, b. 887
Eccleſiaſtica gubernatio vocatur ἀρχὴ ἀναίμακτος, ἀρχὴ πνευματική, a. 531
Eccleſiaſtica officia vocantur ἀρχοντικαί, a. 537
Ecebolii hiſtoria, a. 185
Eclipſis vocatur πάθος, b. 543
Effigies, ἐκμαγεῖον, a. 1067
Effrenis, ἔξωνος, a. 1139
Εἰκὼν ἀμετακίνητος Patris eſt Filius in SS. Trinitate, (a. 225
Εἰκὼν ἀπαράλλακτος Patris eſt Filius, a. 415
Electio pendet ab εὐδοκίᾳ Dei, a. 1241
Eleemoſyna vocatur διακονία, a. 862
vocatur εὐλογία, a. 1249
vocatur κοινωνία, b. 125
vocatur ψυχικόν, b. 1591
Eleemoſyna eſt connexum jejunii, b. 409
ad eam colligendam in Templis, & in privatis ædibus erant κιβώτια, b. 101
eam erogent divites, a. 1083
etiam pauperes, a. 1084
cauſſæ, ad dandam eleemoſynam impellentes, a. 1084
danda eſt ex animo, a. 1085
quia Deus non reſpicit donum, ſed animum, ibid.
danda ex noſtris bonis, non ex rapina, ibid.
ejus præſtantia, a. 1086
ſimilis eſt ſacrificio, ibid.
ſimilis eſt ſementi, fonti, ibid.
Eleemoſynam pauperi datam ipſe Chriſtus accipit, b. 1074
Eleemoſynarii vocati Diaconi, a. 870
Elementa initiorum eloquii Dei quid, b. 1037
Elementa mundi quid, b. 1038
Elementa doceo, στοιχειῶ, b. 1039
Elevatio panis in Euchariſtia vocatur ὕψωσις, ἀνύψωσις, καθαιρμός, a. 255. b. 1409
Èlias & Enochus an Antichriſtum ſint oppugnaturi, a. (392
Eliæ epitheta, a. 1317
de ejus in cœlum raptu variæ ſententiæ, a. 1317, &c.
de ejus ante judicium reditu, a. 1318
ejus nomine intelligitur Johannes Baptiſta, ibid.
Emerſio in Baptiſmo, ἀνάδυσις, a. 260
ἀνάνευσις, a. 291
Encænia. Hæc vox varia notat, a. 988
vocantur ἀνοίξια, a. 364
Energumeni, a. 1115
Enochi translatio, a. 1130
ejus Prophetia, a. 1131
non eſt mortuus, b. 922. in παγηνεύω.
Enochus & Elias an Antichriſtum ſint oppugnaturi, a. 392
Ens, exiſtens, ὤν, Deo maximè competit, b. 1597
Enthuſiaſtæ, a. 1286
Eparchia quid, a. 1159
Epheſini Concilii deſcriptio, b. 1170
Epileptici qui, b. 945
Epiſcopatus muneris nomen, non dignitatis, a. 1176
Epiſcopatum aliquando notat diœceſis, a. 920
Epiſcopus eſt nomen curæ, non dignitatis, a. 1178
in Eccleſia qui ſint Epiſcopi, a. 1179
olim iidem qui Presbyteri, a. 1180. b. 825
olim à tota Eccleſia electi, a. 1181
electi à Clero & primatibus civitatis, a. 1181
electi ab Imperatoribus & Magiſtratibus, ibid.
de ætate Epiſcoporum, a. 1183
nemo eligebatur Epiſcopus, niſi qui priùs per omnes tranſiviſſet Ordines, a. 1184
de eorum officio, ibid.
duo olim Epiſcoporum genera: alii enim docebant, alii Sacramenta adminiſtrabant, a. 1185
primus Epiſcopus, qui poſtea Archiepiſcopus, ibid.
Epiſcopi habebant jus baptizandi, a. 630
vocati ſunt Diaconi, a. 870
vocati ſunt Presbyteri, b. 825
Epiſcopus, ἔφορος, a. 1293
ἡγήτωρ, a. 1314
θεωρός, a. 1397
ἱεροτελεστής, a. 1444
περιοδευτής, b. 676

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi uxores habebant, a. 725
eorum ſedes dicitur ἀψίς, a. 612
Epiſcopi ordinandi dicuntur ἐπιχειροτονεῖσθαι, & quid illud ſit, a. 1167
Epiſtolarum varia genera, a. 1189
Epiſtola formata, b. 35
Epiſtola Barnabæ ſuppoſititia, a. 1192
Clementis ſuppoſititia, ibid.
ad Laodicenſes ſuppoſititia, ibid.
Epiſtolæ Apoſtolorum. De quibuſdam olim dubitatum, a. 1189
Pauli Epiſtolas rejecerunt Etceſæi, & alii hæretici, a. 1190
Marcion decem tantùm Pauli Epiſtolas recepit, ibid.
utramque ad Timotheum quidam rejecerunt, ibid.
quidam Epiſtolam ad Hebræos rejecerunt, & cur, ibid.
quidam tres tantùm Epiſtolas Catholicas receperunt, a. 1192
Epithalamia olim uſitata, a. 733
Ἐπιχαιρέκακοι ne ſimus, in ἐφήδομαι, a. 1289
Equuleus, ξύλον, b. 447
Eremita, ἐρημίτης, a. 1212
Eſdræ & Zoſimæ Apocalypſis, liber apocryphus, a. 451
Eſſentia, οὐσία, quid, b. 527
Deo tributa, quid, ibid.
analogicè tantùm de Deo uſurpatur, non propriè, b. 528
Eſſentia aliquando idem quod natura, b. 528, 1476
Eſſentiæ nomen cur de Chriſto uſurpari cœperit, b. 528
Eſſentiæ cœleſtes, Angeli, b. 529
Eſſentiæ alterius, ἑτερούσιος, a. 1219
Eſſentiam Dei ſe nôſſe quidam affirmârunt, a. 771
Ἑτερούσιον Filium dicebant hæretici, b. 485
Eva primò peccavit, a. 806
Evæ Evangelium, a. 1224
Evangelica doctrina vocatur μάθημα, b. 284
Vide, Doctrina Evangelii.
Evangeliſta quis vocetur, a. 1234
Evangeliſtis quænam adſcribantur animalia, ibid.
Evangelium ſumitur latè, & notat lætum nuncium, a. 1220
notat præmium, ibid.
ſumitur ſtrictè, & quidem vel propriè pro annunciatione gratiæ in Chriſto, ibid. Varia ejus epitheta, a. 1221
vel impropriè pro quatuor Evangeliis, a. 1222
cur quatuor ſint Evangelia, ibid.
Evangelia adulterina quæ, a. 1223, 1224
Evangelium ſumitur apud Græcos pro libro quatuor Evangeliorum, a. 1225
de more per Evangelia jurandi, ibid.
Evangeliorum lectiones à ſtantibus auditæ, a. 1226
Evangeliorum liber in Synodis in throno collocatus, ibid.
Evangelia è collo geſtabantur, a. 1227
è lectis ſuſpendebantur, ibid.
capiti Sacerdotum, in eorum conſecratione, imponebantur, ibid.
de Evangeliorum lectione in Eccleſia Græca, a. 1228
Evangelii cauſa efficiens principalis & inſtrumentalis, a. 1230
Evangelia quidam corruperunt, a. 1231
quinam quædam Evangelia rejecerint, ibid.
Evangelia vocantur ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων πυκτίς, b. 889
quatuor Evangeliorum liber vocatur τετραευαγγέλιον, b. 1269
Evangelium vocatur Lex, b. 418
vocatur λόγος συντετμημένος, b. 1187
vocatur ſapientia Dei, b. 984
Evangelii prædicatio vocatur κήρυγμα, b. 99
vocatur λόγος διδασκαλικός, b. 251
eſt ſacrificium, a. 1426
eſt theſaurus, a. 1402
Evangelii doctrina vocatur myſterium, b. 382, facie poſteriori.
Evangelium quomodo potentia Dei, a. 969
Evangelii miniſterium vocatur οἰκονομία, b. 458
Evangelii & Legis convenientia atque diſcrimen, b. 425
Euchariſtia vocatur S. Cœna, & cur, a. 1269, 1270
Euchitæ, a. 1285
alia eorum nomina, ibid. & 1286
Euchologium qualis liber, a. 1287
Eunuchus quid, a. 1255
eorum genera, ibid. & 1256
Euphemitæ, a. 1286
Euripus quid, a. 1293
Euſebius Pamphili an fuerit Arianus, b. 1364
Eutychiani unam in Chriſto naturam agnoſcunt, b. 271, 1472
Exacionitæ vocantur Eunomiani, a. 1254
Exactor, ἐργοληπτής, a. 1206
πρακτήρ, πράκτωρ, b. 819
Exaltatio Crucis quale feſtum, b. 1408
de exaltatione panis in S. Cœna uſurpatur ὕψωσις, ἀνύψωσις, κυφισμός, a. 255. b. 1409
Exalto, ὑψόω. Quomodo Deus exaltetur, b. 1407
Chriſtus dicitur exaltatus in crucem, ibid.
Exarchus quis, a. 1135
Exarchus Diœceſis, a. 1137
Exarchus Provinciæ, a. 1138
Ἔξαρχος quo ſenſu Petrus, b. 709
Excæcare quomodo dicatur Deus, b. 1346
Excito, impello, inſtigo, ψυχίω, b. 1592
Excommunicari, ἀποβάλλεσθαι, a. 438. ἀποκινεῖσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας, a. 452
ἀποκοινωνεῖσθαι, a. 453
ἀποσχίζεσθαι, a. 479
ἐκβάλλεσθαι, a. 1044
τῦ τῆς ἐκκλησίας χιλῶνος ἀποσφραγίζεσθαι, a. 470
ἐκκηρύττεσθαι, a. 1049
ἐκκόπτεσθαι, a. 1065
Excommunicatio, ἀκοινωνησία, a. 159
alia eſt Eccleſiaſtica, alia Laica, a. 160, 161
Excommunicatio, ἀφορισμός, a. 600
eſt duplex, levior: quæ vel Clericorum, vel Laicorum, ibid. & 601
vel gravior, quæ dicitur παντελὴς ἀφορισμός, a. 602
hæc eadem aliis vocibus exprimitur, a. 603. Hæc rurſus vel ſimplex eſt, ibid. vel ἀνάθεμα, ibid. & 604
Excommunicatus. Cui officio Eccleſiaſtico, propter facinus aliquod, non licet fungi, dicitur ἀνενέργητος, a. 335. ἀνωφέλητος, a. 398
Excommunicatus dicitur ἀνεκκλησίαστος, a. 332
dicitur ἀποκήρυκτος, a. 452
dicitur ἀποσύνακτος, a. 479
dicitur ἀπόβλητος, a. 438, 439.
dicitur ἐκκήρυκτος, a. 1048
Excommunicati quando dicti Clerici, a. 161. quando Laici, ibid.
Exequiæ, ἐκκομιδή, a. 1064
ἔξοδος, a. 1141

Digitized by Google

ψῦμα, b. 372. facie poſteriori, μνημόσυνον, ibid.
ὅσια, vel ὁσία, b. 518. facie priori.
Exercitatio corporis inutilis, a. 804
Exitus notat mortem, a. 1242
Exorciſmus, a. 1150, &c. dicitur ἐξορκισμὸς, a. 604
Exorciſtæ, a. 1150
Exorcizo, ἐξορκίζω, a. 1293
Exul, ἔξοικος, a. 1143
Ezechielis epitheta, a. 1439

F.

Facetus, κομψοεπής, b. 143
σαμαίρδακος, b. 925
Facies pro priè quid, b. 867. b. 784
Deo tribu ta quid notet, b. 68
Facio. Quomodo Act. 2. 36. Jeſus dicatur factus Dominus, b. 733, 734. b. 787
quomodo Hebr. 3, 2. Qui fecit eum, b. 788
Facta reſpondeant doctrinæ. Vide, Doctrina.
Factum, φάκλον, b. 1411
Faſcia, φακιόλιον, b. 1410
Fatum oppugnatur, a. 750
ex fati neceſſitate non ſunt alii boni, alii mali, a. 578
Feriari, σαββατίζειν, b. 916
Fermentum notat falſam doctrinam, a. 1300
notat corruptos mores, ibid.
Feſtino, οἰκοποδεῖν, b. 1596
Feſtum Chriſtianorum verum eſt ceſſatio à peccatis, a. 1156
Feſti dies, ἡμέραι ἑορταστικαί, a. 1154
Feſti dies V. & N. Teſt. a. 1155
Fidelis quomodo dicatur Deus, b. 740
Fidelis, πιστὸς, ſi de hominibus uſurpetur, ſumitur activè & paſſivè, activè notat ſincerum, veracem, b. 740
notat eum, qui ſincerè obit munus ſuum, b. 741
notat eum, qui credit promiſſionibus Dei, & Religionem Chriſtianam amplectitur, b. 741
notat eum, qui diſtinguitur à Catechumeno, ſeu, qui admittitur ad S. Cœnam, b. 742
paſſivè notat, qui dignus eſt, cui credatur, cui aliquid committatur, b. 743
Fideles à Miniſtris vocantur filii, b. 1252
vocantur filii Eccleſiæ, b. 1253
vocantur τρόφιμοι τῆς πίστεως, τρόφιμοι τῆς ἐκκλησίας, b. 1323
Fideles vocantur φῶς, b. 1484, 1485
Fides, πίστις, ſumitur activè, & notat veritatem, ſinceritatem, b. 725
ſumitur paſſivè, & notat id, quod creditur, ſeu doctrinam fidei, ibid.
notat notitiam & aſſenſum, b. 726
Fides hiſtorica, miraculorum temporaria, b. 727
Fides vera, & electorum propria, cujus objectum ſolus Deus, ibid.
ejus cauſa principalis, Deus, b. 728
non eſt naturalis, b. 729
ejus cauſa inſtrumentalis, verbum Dei, ibid.
Fidei veræ partes ſunt: cognitio, b. 730
aſſenſus, b. 731. fiducia, b. 732
Fidei veræ proprietates ſunt, quòd neceſſaria, b. 732
quòd conjuncta cum ſtudio bonorum operum, b. 733
quòd beneficia Dei ſibi applicet, a. 1435, b. 733
quòd firma & ſolida, b. 733, 734
quòd res judicio humano impoſſibiles apprehendat, b. 734
Fides & λογισμοὶ opponuntur, b. 736
Fidei effecta generalia, b. 737
ſpecialia fidei effecta ſunt, quòd ſola juſtificet, ibid.
quòd non ſit mortua, ſed efficax, b. 738, 739
quòd aditum patefaciat ad Deum, b. 739
quòd peccata tegat, b. 740
Fides recens plantata, νεόφυτος πίστις, b. 396, facie priori.
Fides ſine pia vita inutilis, b. 795, 796
Fides non admittit quævis citra rationem, a. 198, 199
Fides firma, ἐρριζωμένη πίστις, b. 905
Fidei ejuſdem, ὁμόπιστος, b. 489
Fidei ſymbolum, μάθημα, b. 285
Fiducia in fide requiritur, b. 732
Figura corporis Chriſti eſt panis & vinum in S. Cœn, b. 1338
Figuro, fingo, σωματοποιεῖν, b. 1219
Filius. Hæc vox conſideratur generaliter, & notat eum, qui ex viro & fœmina genitus eſt, b. 1354
Filius vocatur, qui eſt filius adoptione, b. 1356
Filius alicujus eſſe dicitur, qui mores ipſius imitatur, ibid.
ſic pii vocantur filii Dei, ibid.
Filii Dei quo ſenſu dicamur, b. 1252
Filii Dei ſumus ex gratia, a. 419
in ἀπαραιτήτως.
Filii vocantur à Miniſtris fideles, b. 1253
Filii Eccleſiæ, dicuntur fideles, b. 1253
Filiæ iræ, ibid.
Filii Diaboli, dicuntur impii, b. 1357
Filii ἀπειθείας qui, ibid.
Filius gehennæ, ibid.
Filii lucis & diei, dicuntur pii, ibid.
Filius. Hæc vox conſideratur ſpecialiter. Ita Filii Dei vocantur Angeli, b. 1358. potentiſſimi quique, ibid.
Filius. Hæc vox ſumitur ſpecialiſſimè. Atque huc pertinet æternus Dei Filius, b. 1359
cur vocetur Filius Dei, ibid.
varia ejuſdem epitheta & nomina, b. 1360
vocatur Filius dilectionis, b. 1357
cur vocetur υἱὸς ἀνθρώπου, b. 1355
eſt αὐθυπόστατος, a. 576
propriam habet hypoſtaſin, a. 1437
ejus generatio æterna eſt γέννησις, a. 756
quomodo facta generatio, a. 757
eſt incomprehenſibilis, ibid.
non eſt curioſè ſcrutanda, b. 818. in πραγματολογία.
Filius Dei eſt γεννητὸς, non γενητὸς, a. 752
ea, quæ Patris ſunt, habet ſecundum naturam, non μεταληπτῶς, a. 349
vocatur λόγος, b. 253
cur λόγος vocetur, b. 256. &c.
an Sermo, an verò Verbum dici debeat, b. 256
ejus, quatenus λόγος eſt, varia epitheta, b. 260
Filius Dei eſt Dominus, ac proinde Deus, b. 194
ejus Deitas probatur, b. 1360, &c.
eſt ejuſdem eſſentiæ cum Patre, b. 1239, in ταυτότης.
eſt Patri per omnia ſimilis, a. 415, &c. & 1103, in ἐμφέρεια & ἐμφερής.
eſt Patri æqualis, a. 1460, in ἰσοκλεής, a. 1461, in ἰσομοιρέω, a. 1464, in ἰσουργός.
eadem operatur, quæ Pater, b. 1238, in ταυτουργία.
verus Deus, quia dicitur eſſe ἀπαύγασμα gloriæ Patris, a. 425
quia συνθεολογεῖται, b. 1163
Patri ὁμόθρονος, b. 475
Patri σύνθρονος, b. 1164

Patri

Patri ὁμόβουλος & ὁμοδύναμος, b. 474
est ejusdem voluntatis cum Patre, b. 1151. in συνεθελητής, b. 1160, in συνευδοκητής.
est æternus, a. 530, 859
ſemper cum Patre exiſtit, a. 564, in ἀσυναλείπτως.
est Patri συνάναρχος, b. 1108
est ἄναρχος, a. 301
ejus exiſtentia ab æterno vocatur προαιώνιος ὕπαρξις, ἡ πρὸ αἰώνων γέννησίς τε καὶ ὕπαρξις, ibid.
quomodo non ſit ἄναρχος, a. 302
est ἀπαράλλακτος εἰκὼν Patris, a. 415
ſimul cum Patre imperat, b. 1073
est ἄτρεπτος, a. 517
est αὐτοαλήθεια, αὐτοαρετή, a. 580
est αὐτοδικαιοσύνη, a. 581
est αὐτοδύναμις, ibid.
est αὐτόθεος, a. 582
est αὐτολόγος, a. 584
est παντουργικὸς, omnipotens, b. 563
vocatur ῥίζα, a. 943
vocatur γέννημα, a. 753
vocatur brachium, a. 709
quomodo ei tribuatur manus, b. 1518
vocatur μονογενὴς, & cur, b. 375
quomodo vocetur ὅρος τοῦ πατρὸς, b. 514
vocatur Paracletus, b. 583
vocatur φῶς, b. 1481. Vide, Lux.
est αὐτοφῶς, a. 588
est potentia Patris, b. 560. in πανσθενής.
est ſapientia Dei, b. 985
Filius Dei est character perſonæ Patris, b. 1496
non est πρωτόκτιστος, ſed πρωτότοκος, b. 874
æquè ac Pater nobis largitur bona, b. 1151. in συνδοτής.
quomodo diem ultimi judicii ignorare dicatur, variæ veterum ſententiæ, b. 165, &c.
quomodo nihil à ſe ipſo facere poſſit, a. 965
Oppoſita. De iis, qui Filii deitatem oppugnârunt, b. 1306, 1361, &c.
eam negârunt Ebionitæ, Cerinthiani, Samoſateniani, ibid.
Arius docuit, eum quidem eſſe Deum, ſed minorem Patre, b. 1307, 1362
Arianorum argumenta examinantur, b. 1365, &c.
quomodo Pater major Filio, b. 1368
an, quia à Patre miſſus, non ſit Deus, b. 1370
veram carnem aſſumſit, b. 261
naturam humanam aſſumſit ſine mutatione divinæ, b 271
cur carnem aſſumſerit, b. 1371
cur Filius potiùs, quàm Pater aut Spiritus S. incarnatus, b. 1371, 1372
eum non aſſumſiſſe veram carnem, quidam docuerunt, b. 260
eum Patri eſſe ἀνόμοιον docuerunt hæretici, a. 365
eum Patri eſſe ὅμοιον κατὰ τὴν βούλησιν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν, qui docuerint, a. 503. b. 485, &c.
Arius docuit, eum eſſe creaturarum, a. 502. 503
cum eſſe Patris ſervum, qui docuerint, a. 503
eum non eſſe ὁμοούσιον, ſed ὅμοιον Patri qui docuerint, ibid.
eum eſſe diverſæ eſſentiæ à Patre, ſeu ἑτερούσιον, docuerunt hæretici, b. 485
alii ἀνόμοιον dicebant, ibid.
alii ὁμοιούσιον, ſeu ὁμοούσιον, ibid.
quorum tamen ſententia non fuit eadem, b. 488
Fimbrias dilatare quid, b. 156
Fingo, figuro, σωματοποιέω, b. 1219
Fiſcus, φίσκος, b. 1446
Fiſco addico, φισκεύω, ibid.
Flagello, παιδεύω, b. 546
Fletus, πρόσκλαυσις, est Pœnitentium gradus, b. 853, &c.
Fluctuo, χειμάζομαι, b. 1507
Fœminæ ſunt φλύαροι, b. 1446
ſunt ad lacrymas proclives, b. 1431
Fomes, ὑπέκκαυμα, b. 1374. 1375
Fons dicitur Deus, b. 713. reſpectu Filii & Spiritus Sancti, b. 714
Fonti comparatur Scriptura, a. 800. b. 714
Forma Dei quid, b. 377
Forma ſervi quid, ibid.
Formata, b. 35
Formo, μορφοποιέω, μορφόω, b. 378
quomodo Christus in nobis formetur, ibid.
Formoſus, ὡραιόμορφος, b. 1599
Fornax, φούρναξ, b. 1462
Fornix cœli, a. 621
Fortitudo quid, a. 328, 329
Fortitudo, παῤῥησία, b. 606
Fortuna. Per fortunam Regis non jurârunt Christiani, b. 1348
Forum, φόρος, b. 1461
Fractio panis in S. Cœna, b. 1114
notat S. Cœnam, b. 105
Frater Domini quomodo Jacobus, a. 1430
Fratres quinam dicantur, a. 84
quinam dicantur fratres Christi, ibid.
Fratres germani, παῖδες ὁμοκοίλιοι, ὁμομήτριοι, &c. b. 475
Fratres ſe invicem Christiani appellabant, a. 86
Fraternitas in primitiva Eccleſia quid, a. 87
Fraudulentus, φιλοκακοῦργος, b. 1433
Frumentarii qui dicantur, b. 1464
Fucare, χρωτίζειν, b. 1533
Fulguri quomodo comparetur ultimus Christi adventus, a. 561
Fulguribus conſpectis, veteres Christiani ſe ad terram inclinabant, ibid.
Funus. Vide, Sepultura.
Funus efferre, ἐκκομίζειν, a. 1064
ἐκφέρειν, a. 1074
Funus, ἐκκομιδή, a. 1064
Funeris elatio, ἐκφορά, a. 1074
Fur quis propriè, b. 108
impropriè fures ſunt falſi doctores, ibid.
Furi comparatur adventus Domini, b. 109
Furtum, φοῦρτον, b. 1463
Furtum aliquod laudabile, b. 117
tale Iſraelitarum in Ægypto, ibid.
Fuſtuarium, b. 1329

G.

Galilæi dicti Christiani, b. 1542
Gaudium, χαρά, quid, b. 1495
Gaudium duplex, piorum & impiorum, b. 1495, 1496
Gaudium denotatur per φῶς, b. 1486
Gaudium mundanum inconſtans. In voce εὐτραφέρος, a. 1260
Gehennæ memoria utilis, in ἐκζάω, a. 1119
Generatio varia ſignificat, a. 743, &c.

Digitized by Google

verba Jeſ. 53. Generationem ejus quis enarrabit? quomodo intelligenda, a. 744
Generatio Filii æterna vocatur γέννησις, a. 756
quomodo facta, a. 757
incomprehenſibilis eſt, ibid.
Γενέσια quid, a. 746
Geneſis vocatur βίβλος τῆς δημιουργίας, &c. a. 688
Geneſis parva, liber apocryphus, a. 749
Genethlia quid, a. 746
Genethlia & Geneſia differunt, ibid.
Genethlia notant diem, quo Martyres martyrii coronam ſunt adepti, a. 747
Genethlialogia, a. 562
Γενέσια & γενέθλια ſæpe confunduntur, a. 751, &c.
Genua flectere ſignificat reverentiam alicui exhibere, a. 776
Genua flectere ad nomen Jeſu quid, ibid.
Genua flectere coram Deo quid, a. 777
in precibus genua flectebant veteres, ibid.
quando γονυκλισία in precibus fuerit omiſſa, ibid.
Gigantes qui dicti, a. 760
Gladius notat pœnam, vindictam, b. 323
metaph. Deo tribuitur, ibid.
Magiſtratui tributus quid notet, ibid.
notat verbum Dei, a. 322
Gladius anceps doctrina Evangelii, b. 908
Gladius notat dolorem acerbiſſimum, b. 909
Gladius ψυχοδιάβατος, b. 1592
Gloria varia ſignificat, a. 943, &c.
Filius Dei vocatur δόξα, a. 943
etiam Spiritus S. a. 945
Gloria humana eſt vana & inconſtans, a. 946
Gloria inanis, κενοδοξία, b. 86
varia inde mala, ibid.
Glorificatus quomodo dicatur Chriſtus, a. 947
qui dicantur Deum glorificare, a. 948. &c.
Γλῶσσα ἀπύλωτος, a. 498
Γλῶσσα ἀχαλίνωτος, a. 608
Gnoſtici, hæretici, a. 772
Gradus gloriæ in vita æterna, a. 1304
Gradus Pœnitentium quatuor:
πρόσκλαυσις, b. 853
Ἀκρόασις, a. 170
ὑπόπτωσις, b. 1391
σύστασις, b. 1192
Græci vocantur omnes Græci populi, a. 1089
in N. T. omnes non Judæi, ibid.
item religionem Judaicam amplexi, ibid.
Grandinem ejaculor, χαλαζοβολέω, b. 1494
Gratia, χάρις, b. 1497
notat Baptiſmum, b. 1500
notat S. Cœnam, ibid.
Gubernator, οἰακοστρόφος, b. 455
Gubernatores vocantur Apoſtoli, b. 182
Guberno, οἰακοστροφέω, b. 455
πηδαλιουχέω, b. 715

H.

Hæmorrhouſæ ſtatua, a. 116, &c.
Hæreditas Dei Eccleſia eſt, a. 110, 111
vita æterna eſt hæreditas, a. 112
Hæreſis notat electionem, a. 119
notat ſectam, a. 120
notat errorem, ibid.
Hæreſium cauſa non eſt Deus, ibid.
ſed Diabolus, a. 121
negligens ſcripturæ lectio, ibid.
φιλονεικία & arrogantia, ibid.
Hæreſes cur à Deo permittantur, a. 122
cur ſint neceſſariæ, a. 123
ſunt exitiales, ibid.
Hæreticus notat ſchiſmaticum, a. 124
notat à Religione Chriſtiana prorſus alienum, ibid.
notat propriè dictum hæreticum, ibid.
Hæreticum & apoſtatam Græci ſæpè confundunt, ibid.
Hæretici apud veteres dicuntur, qui Trinitatem negant, a. 125
qui quatuor Conciliorum ſtatuta non recipiunt, ibid.
qui vel parum à judicio Catholicæ Eccleſiæ recedunt, ibid.
Hæretici ſunt noxii, a. 126
ſunt inconſtantes & fallaces, ibid.
Scripturam depravant, ibid.
Eccleſiæ ſe immiſcent, a. 127
ſunt fugiendi, a. 128
eorum cœmeteria non adeunda, a. 129
nullum cum iis commercium habendum, a. 129
eorum libri non legendi, ibid.
benignè tractandi, ut ad Eccleſiam redeant, ibid.
recipi volentes, libellos dabant, ibid.
quidam omnes rebaptizabant hæreticos, a. 130
alii verò quoſdam tantùm, ibid.
quidam tantùm ungebantur, a. 131
in errore perſeverantes, non affecti ſupplicio, ſed excommunicati, a. 132
Hæretici ſimiles ſunt gangrænæ, a. 720
ſimiles vulpibus, a. 202
Hagiographa vocantur γραφεῖα, a. 783
ἁγιόγραφα, a. 59
Hebdomada, feſtum Paſchatis excipiens, vocatur διακαινήσιμος, a. 860
Hebdomada magna quæ, a. 980
Hebræi. Epiſtola ad Hebræos à quibuſdam rejecta, & cur, a. 1190, 1191
Evangelium ſecundum Hebræos, a. 1231
Helleniſmus notat Paganiſmum, & elegantem Græcè loquendi rationem, a. 1092
Helleniſtæ qui, a. 1091, 1093
Hemerobaptiſtæ, a. 239, 1332
Herbam produco, χλοοποιέω, b. 1527
Herbas edens, ποηφαγής, b. 786
Hermæ liber Paſtor dictus, b. 791
Hierarcha, a. 1439
Hierarchia, a. 1440
Hircus ἀποπομπαῖος, a. 468
Hiſtopodes Eunomiani, a. 1254
Hiſtoria quid, a. 1465, 1466
notat ſenſum literalem, a. 1466
Hiſtoria & anagoge opponuntur, a. 253
Hodie ſignificat ab æterno Pſal 2, 7. alii tamen hoc referunt ad Filii incarnationem, a. 953. &c.
Homo, ἄνθρωπος. Explicatio nominis, a. 350
non tam hominis naturam, quàm accidentia ſignificat. Hinc,
ſecundum hominem loqui, a. 351
ſecundum hominem ambulare, ibid.
notat miſeram conditionem, ibid.
quid, υἱοὶ ἀνθρώπων, ibid.
quid, ἄνθρωπος ψυχικός, ibid.
quid, ὁ ἔξω ἄνθρωπος, ibid.
quid, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, a. 352
quid, καινὸς ἄνθρωπος, ibid.
quid, σαρκικὸς ἄνθρωπος, a. 353
quid, χοϊκὸς ἄνθρωπος, ibid.
quid, ἄνθρωπος Θεοῦ, a. 354

quid,

Digitized by Google

quid, ἄνθρωπος ἁμαρτίας, ibid.
ſolus pius verè homo eſt, a. 353
Hominis cauſæ. Internæ, corpus & anima, ibid.
externæ: efficiens prima, Deus, ibid. & 355
deinde mas & fœmina, a. 355
Homo ad imaginem Dei creatus, a. 355, 357, 1024
in qua re imago illa conſiſtat, variæ ſententiæ, a. 1025, &c.
cur ultimò creatus, a. 356
modo prorſus admirando creatus, ibid.
ſolus homo θεόπλαστος, a. 1362
ejus creationem præceſſit deliberatio, b. 837. in προβούλιον.
Homo creatus ad Dei gloriam, a. 356
Hominis præſtantia, quia omnia in ejus gratiam creata, a. 357
quia corpore erecto creatus, a. 357, 358
ſolius hominis corpus cur erectum, b. 495
homo eſt ὀρθοπρόσωπος, b. 508
quia ſolus ad imaginem Dei creatus, a. 358
Hominis creatio SS. Trinitatem probat, b. 1289, &c.
Homo ante lapſum habuit liberum arbitrium, a. 75
fuit juſtus, ſanctus, immortalis, ibid.
Homines pii vocantur θεόφιλοι, a. 1392
Homines quomodo dicantur deificari, a. 1363, 1393, 1398
Homo eſt κοσμοπολίτης, b. 148
eſt parvus mundus, b. 369, 370
ſine Deo nihil boni poteſt, a. 579, 1005
Homo ad peccatum proclivis, a. 1260. in εὐπάρεισος.
Homines quidam ſunt θηρία, a. 1399
Homouſiaſtæ dicti Orthodoxi, b. 480
Hora quid notet, b. 1598
Horologium, liber Eccleſiaſticus apud Græcos, b. 1599
Horreum publicum, δημόσιον, a. 848
Hoſanna quid denotet, b. 1601
Hoſpes aliquando idem quod rerum ignarus, b. 597
Hoſpitium eſt hæc vita, a. 692
Hoſpitio excipio, ξενοδοχέω, b. 442
Hoſtiæ in Cœna S. an probandæ, b. 1111, &c.
Hoſtium teſtimonium firmum eſt, b. 317
Humana omnia mutabilia, fluxa, inconſtantia, a. 1259. in εὐαλλοίωτος, a. 1252. in εὐμάραντος, & b. 496. in ὀξύῤῥοπος.
Humana omnia, propter inconſtantiam, circulo ſimilia, b. 182. eandem ob cauſam fluvio ſimilia, b. 811
Humerale, ὠμοφόριον, b. 1596
Humilis, modeſtus, ἀφιλόκομπος, a. 598
Humilis, ταπεινός, b. 1234
Humilitas, εὐφροσύνη, b. 1225, 1235
qualis virtus, b. 1235
eſt virtus præſtantiſſima, b. 1235, 1236
Hydroparaſtatæ, b. 1123, 1349
Hymnus quid, b. 1373
Hymnorum ſpecies, ibid.
Hypocrita quis, b. 1389
Hypoſtaſis notat perſonam, b. 1394, 1395
aliquando idem quod οὐσία, b. 1395
notat id, quod revera exiſtit, b. 1397
notat fiduciam, b. 1398
Hypoſtaſis & natura confunduntur, b. 1476
Hypoſtaſin propriam habens, ἰδιοσύστατος, a. 1437
Hypoſtaſin propriam habet quælibet perſona in divinis, ibid.
Hypotypoſis quid, b. 1398, &c.
Hypſiſtarii hæretici quidam cur dicti, b. 1405
Hyſſopus quid, 1402, &c.

I.

Jacob quomodo adorarit ad faſtigium baculi ſui, b. 857, &c.
Jacobus Apoſtolus vocatur ἀδελφόθεος, a. 83
vocatur frater Domini, & cur, a. 1430
cur ὠβλίας dictus, b. 1593
de Epiſtola Jacobi olim dubitatum, a. 1190
Jacobus & Johannes cur Boanerges dicti, a. 712
Jannes & Jambres, a. 1430
Identitas, ταυτότης, b. 1239
Idiota quis, a. 1438
Idololatræ ſunt Ariani, a. 1009
Idololatria cur vocetur avaritia, b. 749
eſt μοιχεία, b. 373
eſt πορνεία, b. 809
Idolum & imago aliquando idem ſignificant, a. 1013
Idolum quomodo nihil in mundo, a. 1009, 1010
Idola ſunt βδελύγματα, a. 676
Jejunium ſpirituale eſt abſtinentia à vitiis, b. 400
Jejunium externum & corporale, b. 401
Jejunii tempora, b. 402
Jejunium quadrageſimale, b. 404
non eſt inſtitutum ab Apoſtolis, ibid. & 405
cur obſervetur, b. 406
Jejunium feriæ quartæ, ſextæ & Sabbathi, b. ibid. & 407
Jejunium diei Sabbathi prohibitum, b. 408
In ſabbatho, quo Chriſtus in ſepulchro fuit, jejunabant veteres, a. 465
Jejunium diei Dominicæ prohibitum, b. 408
Jejunii effecta & elogia, b. 409
in ὁμόσκηνος, b. 489
ejus connexa ſunt eleemoſyna & oratio, b. 409
Jejunia rejecerunt Meſſaliani, ibid.
Jejuno, ἀσιτέω, a. 547
Jeroſolyma unde dicatur, a. 1445
vocatur Ælia, a. 1446
ejus epitheta, ibid.
eſt typus Eccleſiæ, a. 1447
Jeroſolyma cœleſtis οὐρανόπολις, b. 519
Jeſaiæ epitheta, a. 1334
ſerra diſſectus, b. 831
Jeſſæi dicti ſunt Chriſtiani, b. 1542
Jeſus cur ſic dicatur, a. 1447
Ignatius panis Dei fieri cupit, b. 132. in κολακεύω.
Ignavus, ὀκνόφιλος, b. 470
Ignis purgatorius verus quis, b. 891
Vide, Purgatorium.
Ignem qui coluerint, b. 889, 890
refutantur, b. 890
Igni cur Deus comparetur, ibid.
Igni comparantur Angeli, b. 891
Ignorantia. Quando Chriſtus aliquid ignorare dicitur, id fit οἰκονομικῶς, b. 462
Illuminatio, φωταγωγία, b. 1488, in φωταγωγικόν.
φωτισμός, b. 1492
Illumino, φωτίζω, b. 1490
Illuſtratio, φωτοφάνεια, b. 1494
Imago Patris ἀπαράλλακτος in divinis eſt Filius, a. 415, 1028

que-

quomodo dicamur conformandi imagini Filii Dei, a. 1023
Imago Dei. Ad eam homo conditus, a. 1024
ea in homine per lapſum depravata, a. 78
Vide etiam Homo.
Imagines Dei prohibitæ, a. 1012
Imagines Dei & ſanctorum quatuor prioribus ſeculis non fuerunt cultæ, a. 1014, &c.
ſub finem quarti ſeculi tantum ornatus, non cultus gratia in Eccleſias introductæ, a. 1018, &c.
earum cultus quomodo invaluerit, a. 1019
Imago ſæpe pro idolo ſumitur, a. 1013
Imbres lapidum, b. 411
Immenſitas Dei, a. 1376
Immerſio, βάπτισμα, a. 623
Immerſio & emerſio in Baptiſmo.
Vide, Baptiſmus.
Immiſericors, ἀφιλοικτίρμων, a. 598
Immortalis quomodo ſolus Deus, a. 109
Imperatores Conſtantinopolitani vocantur βασιλεῖς, a. 669
Imperatorum inauguratio quomodo facta, a. 670
in eorum inauguratione uſurpatur ἐπαίρω, a. 1157
Imperitia, ἀφιλομαθία, a. 598
Imperitus, ἀφιλομαθὴς, ibid.
Imperium Romanum vocatur οἰκουμένη, b. 466
Impietas, ἀσέβεια, ejus ſignificata, a. 543
oritur ex oblivione Dei, ibid.
ſe ipſum arguit, ibid.
ſolers eſt & audax, ibid.
Impietas, ἀφιλοθεΐα, a. 597
Impius ἀσεβὴς, quis, a. 543
quomodo ἀσεβὴς & ἁμαρτωλὸς differant, a. 544
Impius, ἀφιλόθεος, a. 597
Impoſſibile ſex potiſſimum modis dicitur, a. 963, &c.
Impoſtor, ἐπιθέτης, a. 1165
Imprecationes quomodo à piis uſurpatæ, a. 443, 444
Impudens χαλκοπρόσωπος, b. 1495
Inane quid dicatur, b. 320
Incantatio, incantator, a. 776
Incarnatio Filii Dei eſt myſterium, b. 381
cur Filius Dei carnem aſſumſerit, a. 1362, in θεοπλασία, b. 604, 1371
cur Filius potius, quam Pater aut Spiritus S. incarnatus, ibid.
Incarnatio propter peccata noſtra facta, b. 470. in ὀλεθροποιός.
propter ſalutem noſtram facta, b. 343
facta per συγκατάβασιν, b. 1070
Filius Dei veram aſſumſit carnem, b. 261
Incarnationem illuſionem vocantes, dicuntur φαντασιοδοκῆται, b. 1416
quidam docuerunt, Chriſtum non aſſumſiſſe veram carnem, b. 260
eam negarunt Gnoſtici, a. 774
quidam dixerunt, Filium Dei aeream aſſumſiſſe carnem, b. 262
quidam eum per Mariam, tanquam per canalem, tranſiviſſe docuerunt, ibid.
Hujus ſententiæ refutatio, b. 263
Chriſtum ex ſemine Joſephi natum eſſe quidam docuerunt, b. 265, 266
Incarnatio Filii DEI vocatur, ἀνάληψις, a. 281
ἀνδρικὴ θεουργία, a. 1388
de ea uſurpatur ἀνθρωπίζεσθαι, a. 346
vocatur ἀνθρώπησις, ibid.
ἄφιξις, a. 599
γέννησις κατὰ σάρκα, ἡ ἐκ παρθένου γέννησις, ἔνσαρκος γέννησις, a. 756, 940
ἡ ἐν σαρκὶ διαγωγὴ καὶ περιπόλησις, a. 854
εἴσοδος, a. 1042
ἔλευσις, a. 1089
ἐνανθρώπησις, ἐνανθρωπότης, a. 1109
de ea uſurpatur ἐνανθρωπέω, a. 1108
vocatur ἐνδημία, a. 1110, 1111
ἔνσαρκος γένεσις, &c. a. 1121
ἐνσώματος παρουσία, a. 1122
ἐνσωμάτωσις, a. 1123
ἐπιδημία, a. 1164
de ea uſurpatur ἐπιδημέω, a. 1163
ἐπιφάνεια, a. 1197
θεοφάνεια, a. 1198
ἐπιφοίτησις, a. 1202, 1203
θεοπλασία, a. 1362
κάθοδος, b. 12, 13.
κατάβασις, b. 48
κατέλευσις, b. 68
κένωσις, b. 88
οἰκονομία, a. 1538, b. 460, 461
de ea uſurpatur σκηνῶσαι, b. 529
vocatur πάροδος, b. 597
παρουσία, a. 1122, in ἐνσώματος, 603, 604
πρόελευσις, b. 840
de ea uſurpatur σαρκοποιεῖσθαι, b. 934
σαρκοῦσθαι, b. 933
σαρκοφορέω & σαρκοφόρος, b. 934
σάρκωσις, ibid.
σωματοποιέω, b. 1218
σωματόω, ibid.
φανέρωσις, b. 1412
Incomprehenſibilis, ἀπρόσβλητος, a. 493
Inconſtans εὐπαρακόμιστος, εὐπαράφορος, εὐπάροιστος, a. 1260
Incorruptibilis Deus, a. 595
Inculco, προσενηχέω, b. 840
Index πίναξ, b. 718
Induere Chriſtum quid, a. 1113
Indurare quomodo Deus dicatur, 896, 897
Infans notat hominem imperitum, b. 397
notat rerum ignarum, b. 398, 399
Infantes, παιδία, denotant expertes malitiæ, &c. b. 547
Infantes facile decipiuntur, b. 399
Infantes fidelium baptizandi, a. 647
abſque Baptiſmo decedentes an ſalventur, a. 650
Infantes Bethlehemitici ſunt martyres, b. 310
Inferorum memoria utilis, in ἐνιζάνω, a. 1119
Inferi ubi ſint, a. 90
pœnæ apud inferos æternæ, a. 91
erunt inæquales, ibid.
cum perenni fluvio comparantur, b. 812
Infinitus eſt Deus, a. 403, 428, 580
Infirmitas notat afflictionem, tentationem, a. 546
Infirmus, ἀσθενὴς, qui morbo laborat, 545, qui circa fidem errat, a. 546
Inflammari, πυροῦσθαι, b. 895

Ini-

Inimicus quomodo odio habendus, a. 1294
Inſtauratio mundi vocatur μεταποίησις, b.361
de ea uſurpatur μεταστοιχειόω, μεταστοιχείωσις, b. 362
Inſtigo, Ψυχίω, b.1592
Inſtitutio, Φωτισμός, b.492
Inſtrumenta muſica. Vide Organum.
Inſtrumentum dicitur σκεῦος, b.971
Inſultare aliorum calamitatibus, a. 1158. in ἐπανδρίζομαι.
Intelligibilia, νοούμενα, b.412. νοητά, b.413
Interceſſor noſter Chriſtus, b.853
in προστάτης, b. 863, in πρόσοδος.
Inveſtigare, Φιλοθηρεῖν, b.1432
Invictus, ἀχείρωτος, a.609
Invidia quid, b. 1423
est pernicioſiſſima, b. 1424
ejus varia effecta, ibid.
omnium malorum cauſa, a. 1042. in ἀσχημάζω.
Inviſibilis Deus, a.401, 469
quomodo ergo viſus, a. 401, b. 500, in ὁράω.
dicitur viſus per συγκατάβασιν, b. 1078
Invocationis objectum Spiritus S. b.772
Jobi elogia & epitheta, a.1471, 1472
vocatur θεόπληκτος, a. 1363
de ejus genere, a.1472
quis librum ejus ſcripſerit, a.1472, 1473
libri hujus utilitas, ibid.
Johannes Baptiſta. Ejus varia epitheta. a. 1467
vocatur Elias, a.1318
vocatur ἑτοιμαστής, a.1219
vocatur μεσίτης, b. 342
vocatur pœnitentiæ præco, b. 351
quomodo maximus inter natos ex mulieribus, a. 1468
ejus Baptiſmus vocatur εἰσαγωγικὸν βάπτισμα, a. 625
ejus Baptiſmum non contuliſſe Spiritum S. ibid.
eundem non obſignâſſe remiſſionem peccatorum, a. 626, ibid.
alii tamen aliter ſentiunt, ibid.
eum fuiſſe inferiorem Baptiſmo Chriſti, ibid.
alii ſtatuunt, eum fuiſſe perfectum, a.627
quomodo minimus in Regno coelorum eo fuerit major, a.666. &c.
Johannes Evangeliſta. Ejus epitheta, a.1470
appellatur κατ' ἐξοχὴν, Theologus, a.1359
vocatur ἐπιστήθιος, a.1188
vocatur Sol Evangelii, a. 1322
de ejus exilio, a. 1470
de ejus morte, a.1471
quomodo Martyr dicatur, b. 313
cum Cerintho eodem uti balneo recuſat, a.128
de ſecunda & tertia ejus Epiſtola olim dubitatum, a. 1190
Johannis Acta, b. 823
Johannes & Jacobus cur Boanerges dicti, a.712
Jonas typus Chriſti, b. 1555
Joſephus, qui putabatur maritus Mariæ, a. 1475
Joſua typus Chriſti, b. 1555
Jovis dies, πέμπτη, b.661
Ira, θυμὸς, quid, a. 1411
ſumitur propriè, & eſt juſta, vel injuſta, a. 1412
ſumitur impropriè, & notat pœnam, a.1413 ibid.
quomodo Deo tribuatur, a. 1413, b.505
Ira, ὀργὴ, quid propriè, b. 504
quænam ſit juſta, ibid.
quænam injuſta & illicita, b. 504, facie poſteriori.
impropriè notat iræ effectum, b. 505, facie priori.
eſt αὐθαίρετος μανία, a. 573
Irenarchæ qui, a. 1031
Irremiſſibile peccatum, ἄφυκτος ἁμαρτία, a. 607
Vide etiam, Peccatum.
Iſaacus vocatur πρωτομάρτυς, , 875
eſt typus Chriſti, b. 1554
Iſraël. Origo vocis & ſignificatio, a. 1464
Judæus. Judæorum varia epitheta & nomina, a. 1454, &c.
vocantur θεοκτόνοι, a. 1354
vocantur κυριοκτόνοι, b.193
vocantur προφητοκτόνοι, προφητοφόνται, b. 83
ſunt σκληροκάρδιοι & λιθοτράχηλοι, b.245
Chriſtianis non licet quicquam cum iis commercii habere, a. 1455
de Judæorum converſione, a. 1456. &c.
Judas proditor. Ejus Epitheta, a.1457
an ſeipſum ſtrangulârit, a. 405, &c.
Judas, frater Jacobi. De eius Epiſtola dubitatum, a. 1190
Judæ Evangelium, a. 1224
Judex. Hoc nomen tribuitur Deo, b.171
tribuitur hominibus, ibid.
Judex injuſtitiæ Luc. 18. 2. quis, b.172
Judex controverſiarum Scriptura, a.789
Judicare aliquando eſt condemnare, b.160
Judicare ſecundum carnem quid, b. 158
Judicare ſecundum faciem, ibid.
Judicium, κρίσις, b.1532
Judicium rectum, ὀρθοκρισία, b. 508
Judicium aliquando eſt condemnatio, b.161
notat juſtitiam, rectum judicium, ibid.
Judicia ſunt præcepta, mandata, b. 161, 162
Judicium ultimum. Ejus varia nomina, a. 1329, b.162
vocatur λογοθέσιον, λογοθεσίας ἡμέρα, b.249
ejus cauſa efficiens, b. 162
objectum ejus omnes homines, b. 163
cur ejus tempus incertum, b.164
quomodo Filius Dei diem ultimi judicii ignorare dicatur, b.164, 165, &c.
finis ejus eſt patefactio juſtitiæ Dei, b.170
&, ut ejus conſideratione ad pietatem accendamur, ibid.
Judicium tribuitur Deo, Chriſto, Apoſtolis, Sanctis, b. 159, 160
Jugum quid in Scriptura, a.1298
Jugum Chriſti lene, a. 1298, 1299
Julianus vocatur Θύτης, a.1429
Juramentum quid propriè, b.509, 510
impropriè notat certam affirmationem, b.510
notat etiam perverſam jurandi conſuetudinem, quæ damnatur, ibid.

Digitized by Google

Juramenti objectum ſolus Deus, b.511
quomodo Jacob juraverit per timorem patris ſui, b. 512
quomodo Joſephus jurârit per vitam Pharaonis. ibid.
Juramentum ſervandum, b. 513. facie utraque.
illud in N. Teſt. prorſus eſſe ſublatum volunt veteres b. 513. facie poſteriori.
mos per Evangelia jurandi, a.1225
per fortunam Imperatoris non jurârunt veteres Chriſtiani, b.1348
Juſtificatio noſtra eſt finis reſurrectionis Chriſti, a. 309
Juſtifico in Scriptura notat abſolvo, juſtum & innocentem pronuncio, a. 915
Sola fide juſtificamur, a. 910, 911, 915. 916. b.737
Juſtitia ponitur pro juſtificatione, a. 910
Juſtitia noſtra Chriſtus, ibid.
Juſtitia notat conformitatem cum Lege, a.911, 1106
Juſtitiam ſibi tribuens, arrogans eſt & Deo exoſus, ibid.
Juſtitia notat vitam piam & ſanctam, a. 912
notat æquitatem, ibid.
notat innocentiam, bonam & juſtam cauſam, a. 913, 1108
notat legitimas obſervationes, ibid.
notat beneficentiam, a.913, 914
notat juſtitiam Dei, a.914
Juſtitia Dei, a. 1379
ea poſtulat, ut ſit reſurrectio mortuorum. a. 313
Juſtitia ipſa Filius Dei eſt, a. 581
Juſtus. Hæc vox uſurpatur de perſonis. Ita juſti vocantur pii & fideles, a. 908
ita juſtus, eſt innocens, bonus, probus, ibid.
ita juſtus, qui eſt perfectus & ſine macula, a. 909
hypocrita etiam dicitur juſtus, ibid.
Hæc vox uſurpatur de rebus: & ita ſignificat æquum, rectum, ibid.
Juventus ad peccata proclivis eſt, b. 394, facie priori.
contemtui expoſita, ibid.
non contemnenda, ibid. & facie poſteriori.

L.

Labarum quid, b. 204
Labor inanis, εἰκαιοπονία, a.1011
Laborem amo, φιλεργέω, b. 1429
Laboris amans, φιλεργός, ibid.
Lac & mel in Baptiſmo dabantur infantibus, a. 721
Lac notat prima Religionis rudimenta, ibid.
notat doctrinam veritatis, ibid.
Lacte alo, γαλακτοτροφέω, a. 722
Lacrymæ. Fœminæ ad eas ſunt proclives, b. 1431
in φιλόδακρυς.
ſunt piorum lavacrum, b.278
ſunt ſpongia, quâ peccata abſterguntur, b. 999
earum origo, a. 817
earum utilitas, a. 819
Chriſtus eſt lacrymatus, a. 817, 818
Laicus, b. 209
Laici vocantur βιωτικοί. a.696
baptizabant in caſu neceſſitatis, a. 631
Laicorum & Clericorum diſtinctio antiqua eſt, b. 111
Lampadem trado, μεταλαμπαδεύομαι, b.348
Laodicenſes. Epiſtola ad eos ſuppoſititia, a.1193
Lapis dicitur Chriſtus, b. 241. &c.
Lapis angularis Chriſtus, b. 96, 242
cur Chriſtus lapis angularis, a.172
Lapis offendiculi Chriſtus, b. 244
Lapſos poſt Baptiſmum qui non receperint, b. 356, 357
Larva, προσωπεῖον, b.866. &c.
πρόσωπον, b. 868
Laſcivia omnis denotatur per πορνείαν, b. 810
Λατρεία & δουλεία an differant, b.216
Latro uterque quomodo Chriſtum blaſphemâſſe dicatur, b.235
Latronis in Cruce converſio mira & ſolatii plena, b.236
an ſtatim in Paradiſum fuerit ingreſſus, b. 237
Lazarus. Vocis etymon, b. 205
narrationem de divite & Lazaro quidam parabolam eſſe volunt, b.206
alii dicunt hiſtoriam eſſe, ibid.
alii volunt eſſe hiſtoriam παραβολικῶς tractatam, b. 207
de Lazaro, quem Chriſtus à mortuis ſuſcitavit, b. 208
Lectiones, ἀναγνώσεις, quid, a. 247
ἀναγνώσματα, a. 249
Lectores in Eccleſia ἀναγνῶσαι, a.250, &c.
de eorum officio, ibid.
Lector, ὑπαναγνώστης, b. 1374
Lectus nuptialis, παστάς, b. 607
Legitimè certare quid, b. 414
Legiſperitia, νομομάθεια, b. 416
Legiſperitus νομοΐστωρ, ibid.
Lego, παραναγινώσκω, b. 587
Leo unde dicatur, b. 228, &c.
eſt animal robuſtiſſimum, b. 229
eſt rex ferarum, ibid.
eſt terribilis beſtia, a.973
in θηριόνητος.
Leoni confertur Deus, b. 230
Chriſtus, b.231
Angeli, ibid.
Diabolus, b.232
homines impii & tyranni. ib.
Levitæ vocantur Miniſtri N.T. b.227
Lex notat ſectam, b.416
notat jus, auctoritatem, ibid.
Lex in membris quid, b. 417
Lex peccati quid, ibid.
Lex mentis, ibid.
Lex viva quæ, a. 1105
Lex naturalis, vel non ſcripta, vocatur νόμος φυσικὸς, νόμος δίχα γραμμάτων, νόμος ἄγραφος, νόμος ἔμφυτος, b. 417
vocatur θεοχάρακτα γράμματα, a.781. 1392
vocatur νόμος ἔμφυτος, a. 1104
Lex mortis quid, b. 418
Lex ſpiritus vitæ, ibid.
Lex quomodo litera occidens, a.780
Lex quid, b.418
notat omnem doctrinam à Deo profectam, ibid.
notat Scripturam V.T. b. 419
notat Pentateuchum, ibid.
notat Pſalmos & Prophetas, b. 420
Lex ſcripta, νόμος γραπτὸς, ibid.
Lex vocatur γράμματα νομικὰ, a.780
vocatur μαρτυρία, b.318

Digitized by Google

Legis finis Chriſtus, b. 420, 28
Lex eſt προκατήχησις cultus Evangelici, b. 843
ad Evangelium deducit, b. 639
in προεισβολή.
eſt παιδοκόμος ad Chriſtum, b. 548
eſt pædagogus & προμελέτησις ad Chriſtum, b. 843
eſt pædagogus ad Chriſtum, b.544
quomodo pædagogus ad Chriſtum, b. 221
vocatur pædagogia, b.543
quomodo per Legem agnitio peccati, b.421
Legis cauſa efficiens principalis Deus, unde vocatur θεόδοτος νόμος, b. 422
cauſa inſtrumentalis ſunt Angeli, a. 885, b.422 & Moſes. b.422
Legis datæ finis quis, b.422
Legis diviſio. Dividitur Lex in νόμον ἠθικὸν, moralem; cujus varia nomina, b. 423
in νόμον ἱερατικὸν, ceremonialem, b.425
hæc Lex ceremonialis vocatur chirographum, quod contra nos erat, b.426
vocatur Lex mandati carnalis, b.426, &c.
finis legis cerimonialis, ibid.
adumbrabat Meſſiam, b.427
ejus abrogatio, b.428
lex etiam dividitur in νόμον πολιτικὸν, forenſem, b. 429
Lex eſt ſancta & bona, b.424
eſt ſpiritualis, ibid.
Legis & Evangelii convenientia atque diſcrimen, b. 425
Legem ab Angelis datam eſſe quis docuerit, b. 429
Legis ceremonialis obſervationem adhuc neceſſariam eſſe docuit Ebion, ibid.
Libellaticorum duo genera, b. 240
Libellus ſupplex χειράριον τῆς δεήσεως, b. 1200
Libelli ab hæreticis converſis dati, a.129, 130
Liber triplex Deo tribuitur, providentiæ, judicii univerſalis, & vitæ, a.688, 689
Liber naturæ eſt totum hoc univerſum, a.689,867
Liber verè quis, a.1088
Liberos curo, παιδοκομέω, b.548
Liberos occido, παιδοκτονέω, b.549
παιδοκτονέω, τεκνοκτονέω, b.1252
Liberorum cædes, τεκνοφαγία, b.1254
Liberalis, κοινωνικὸς, b. 128
Libertas Chriſtiana, a.1088
Libertas in reprehendendo dicitur παῤῥησία, b. 606
πλουσιόδωρος, b.757
Libertas loquendi παῤῥησία, b.605
Lignum notat arborem, b. 444
Lignum viride & aridum quid, b. 446
Ligno utuntur Græci loco campanæ, 447, 448
Lingua Deo tribuitur per ἀνθρωποπάθειαν, a. 763
Angelis tribuitur, ibid.
homini tributæ nomina, ibid.
uſus ejus duplex: ſalutaris nempe, a. 763, 764
eſt manus orantium, a. 764
ea evulſa Martyres locuti, ibid.
& noxius ejus uſus, a. 765
ejus abuſus difficulter tollitur, ibid.
linguam compeſcere ſummæ eſt artis, a.766
difficulter coercetur, a. 1245
in ἰκάτοχος.
Literæ nudæ adhærere, b.443
in ξηρός.
Literæ Canonicæ, b. 35
circulares, a. 1002
formales, ibid.
communicatoriæ, γράμματα κοινωνικά. b.128, 129
dimiſſoriæ, ἀπολυτικαὶ γραφαί. a.462
Epiſcopales, a.1177
pacificæ, a. 1034
Liturgia quid b.220
Locuſtæ, quas Johannes ediſſe dicitur, a. 167.&c.
Λογισμοὶ, ratiocinationes humanæ & fides opponuntur, b.736
Λόγος eſt ἀνθυπόστατος, a. 576
Longævitas, μακροζωΐα, μακροημερεύσις, b.293
Longanimis eſt Deus, b. 293, 294
Longanimitas quid, ibid.
ejus commendatio, b. 296
quinam longanimitate Dei abutantur, a. 1291
Loquaces ſunt fœminæ, b.1446, 1447
Loti uxor quomodo ſtatua ſalis facta, 179, 180
Luciferiani Clericis poſt acceptum ordinem lapſis negârunt pœnitentiam, b.357
Luctus piorum mutabitur in gaudium, b.1495
Lunam Deum eſſe dixerunt Gentiles, a.1367
Lunatici qui, b.945
Lutheranis non rectè tribuitur conſubſtantiatio, b. 1184
Lux propriè quid, b. 1479
filii lucis qui, b. 1480
Lux ſumitur impropriè, ita Deus dicitur eſſe φῶς, ibid.
Filius Dei appellatur lux, b. 1481
ita autem Filius vocatur οὐσιωδῶς, ὑποστατικῶς & ἐνεργητικῶς, b.1481, 1482
SS. Trinitas vocatur φῶς, b. 1482
Angeli vocantur φῶς, b. 1483
doctrina cœleſtis vocatur φῶς ibid.
Apoſtoli & fideles miniſtri vocantur φῶς, b.1484
Chriſtiani & fideles vocantur φῶς, ibid. & 1485
bona opera vocantur φῶς, b.1485
Lux notat manifeſtum rerum ſtatum, b. 1486
notat favorem, gaudium, ibid.
notat Baptiſmum, b. 1487
proprietates lucis, b.1488
Lucem emitto, φωτοβολέω, b.1493
Lucem immitto, φωτεμβολέω, b.1489
Lucis generatio, φωτογονία, b.1494
Luxuria vocatur πλεονεξία, b. 751

M.

Maccabæorum primus liber an Canonicus, b. 291
de reliquis eorum libris veterum ſententia, b.
Macedoniani Spiritum ſanctum dixerunt eſſe creaturam, b. 774
Macerare ſeipſum, ταριχεύειν, b.1236
Macto pecora, μηλοσφαγέω, b.368
Magiſter. Magiſtrorum varia genera, b.282
Magiſtratus eſt à Deo, a. 531, 538
ejus eſt, bonis bona, malis mala tribuere, a.538
eſt utilis. ibid.

Digitized by Google

eſt neceſſarius, ibid.
ei debetur obedientia, a. 538, 539
ejus eſt virtutes plantare, & vitia extirpare, a. 539
ejus eſt ſubditorum ſaluti conſulere, ibid.
ejus eſt religionem curare, ibid.
vocantur Dii, a. 1370
Magiſtrianus, b. 281
Magnus quomodo Deus dicatur, b. 323, 324
Magus. Qualia Magi Chriſto obtulerint dona, b. 238, 283
ex Perſide venerunt, b. 283
quando ad Chriſtum acceſſerint, ibid.
eorum adventus Judæorum impietatem arguit. ibid.
hæc vox etiam in malam partem ſumitur, b. 284
Magorum ſtella quomodo vocetur, & qualis fuerit, a. 558
Mala quæ dicantur & ſint, b. 21. 22
Mala Deus permittit, b. 1077, 1078
malum aliquando opponitur utili, commodo, b. 21
Maledictio quomodo factus Chriſtus, b. 57, 58
Malitia quid, b. 20, 21
Malitia, κακία, aliquando notat afflictionem, b. 21
per antiphraſin notat innocentiam, b. 24
Malus, πονηρὸς, propriè Diabolus, b. 807
Mammonæ & Deo ſervire nemo poteſt, a. 955
Mandra quid, b. 297, 298
Manes, hæreticus, unde ſic dictus, b. 586
ſe vocavit Chriſtum, b. 1559.
ſe vocavit Paracletum, b. 585
Manna unde dicatur, b. 298
vocatur alias panis è cœlo, b. 299
panis cœleſtis, ibid.
panis Angelorum, ibid.
cibus ſpiritualis, ibid.
panis ἀχειρογεώργητος, a. 608, 609
Manna vocatur Chriſtus, b 300
Manna ſuppedito, μαννοδοτέω, ibid.
Manſionarius, προσμονάριος, b. 862
Manſionarius quis, b. 587
Mantile, ἐγχείριον, a. 1004
Manufactus, χειρόκμητος, χειρότευκτος, b. 1512
Manus. Manibus victum comparans, χειροβίωτος, ibid.
Manuum impoſitio, σφραγίς, b. 1199
Mare quid, a. 1333
notat ſtagnum, a. 1336
præſens vita mare eſt, ibid.
Margaritæ notant doctrinam cæleſtem, b. 300
non ſunt projiciendæ porcis, ibid.
ſic vocantur micæ panis in Cœna Domini, b. 301, 302
vincula ſua margaritas vocat Ignatius, b. 302
Maria. Explicatio vocis, b. 303
Mariæ quatuor in Scriptura, ibid.
Mariæ Virginis elogia & epitheta, b. 303, 304.
vocatur ἀείπαις, a. 102
vocatur ἀειπάρθενος, ibid.
vocatur μητροπάρθενος, b. 369.
vocatur παρθενομήτωρ, b. 594
an ſemper virgo manſerit, b. 305
quomodo conceperit, b. 304. 305
an clauſo pepererit utero, b. 306
an ſine dolore pepererit, b. 306, 307
an ei poſſit tribui λοχεία, b. 278
vocatur θεοδέχος, a. 1353
vocatur θεομήτωρ, a. 1360
vocatur θεοτόκος, & quando ita appellari cœperit, a. 1387
an ſit appellanda θεοτόκος, b. 304
quidam eam vocant ἀνθρωποτόκον, a. 359
χριστοτόκον vocat Neſtorius, b. 1559
vocatur μητρόθεος, b. 369
Mariæ aſſumtio eſt dormitio, b. 122.
an ſit mortua, b. 307
an ſit adoranda, b. 308
quomodo Joſephi uxor dicatur, b. 307
quomodo κεχαριτωμένη dicatur, b. 1504
Martyr eſt Chriſtus, b. 309
Martyres ſunt, qui propter Chriſtum moriuntur, b. 310
alia Martyrum nomina & epitheta, b 311
infantes Bethlehemitici ſunt Martyres, b. 310
qui in carcere ob Chriſtum moriuntur, vel à beſtiis occiduntur, &c. ſunt Martyres, b. 312
qui propter Deum patiuntur, etſi non moriantur, ibid.
qui fratres ægrotos viſitant, b. 314
qui Martyres in carcere viſitant, ibid.
qui virtutibus Chriſtianis ſtudent, ibid.
qui bonorum temporalium privationem patienter ferunt, ib. & 315
qui mori, quam magicis artibus ad recuperandam valetudinem uti, malunt, b. 315
Martyres non ſunt adorandi, ſed imitatione honorandi, b. 311
Martyres inſignes, μεγαλομάρτυρες, b. 323
Martyrum mors non eſt mors, b 797
Martyri dicatum templum, vocatur Μαρτύριον, b. 319
dies ille, quo Martyres coronam Martyrii acceperunt, vocatur, γενέθλια, b. 747
Martyres exſecta lingua ſunt locuti, a. 764
Martyres dicuntur τελειοῦσθαι, b. 1261
Martyrium notat templum Martyri dicatum, b. 319
Martyrium, μαρτυρία, b. 317
Μαρτύριον, b. 319
Martyrium eſt ſacrificium, à 1426
Martyrium quidam hæretici rejiciebant, b. 477
illud non eſſe ſubeundum, docuerunt Gnoſtici, a. 774
Donatiſtæ illud appellant mortem violentam, a. 1133
Martyrium ſubeo, μαρτυρέω, b. 315
Maſſa, φύραμα, b. 1467
Judæi per maſſam denotantur, ibid.
quid nova maſſa, ibid.
corpus humanum dicitur φύραμα, ibid.
Mathematici ab Eccleſia damnati, b. 285
Matricula, b. 322

Digitized by Google

Matrimonium clandeſtinum , λατρευγαμία , b. 209
Matrix Eccleſia, b. 321
Matthiæ Evangelium , a.1224
Mechanicus , ἀποχειροβίωτος, &c.a. 488
Mediationis Chriſti effecta remittere peccata , b. 344
fideles ſalvare , ibid.
Deo nos conjungere , ibid.
Mediator eſt medius inter duos, b. 342
Mediator noſter Chriſtus, b.853
in πρεσιτὸς , & πρόσοδος , b. 863
ſolusChriſtus mediator noſter,b 345
Mediator quomodo Moſes, b. 342
Mediator eſt pacificator , b. 343
ita Chriſtus eſt mediator noſter , ibid.
Chriſtus θεάνθρωπος eſt Mediator , b. 343, 344
Mediator perfecte juſtus eſſe debuit : b. 344
Medicus περιοδευτὴς , b. 676
Medicus proprie quis , a. 1433
ſani non egent Medico, ibid.
Medicus eſt Chriſtus , a. 1433 , 1434
eſt Medicus ἀφαρμάκευτος , a.592
Medici ſunt Apoſtoli & omnes Miniſtri , a. 1434
Medici ſunt pauperes , ibid.
Mediocritas , μετριότης , b. 368
Mel duplex , domeſticum & ſylveſtre , b. 330
Mel , quo Johannes Baptiſta uſus , ibid.
Melle abundabat Judæa , ibid.
ejus neceſſitas apud Judæos , b. 332
Mel & lac in Baptiſmo dabantur infantibus , a. 721
Melchiſedech Abrahamo protulit panem & vinum , b. 337 , 338
quidam exiſtimârunt , eum non fuiſſe hominem , ibid.
quidam dixerunt , eum fuiſſe ſpiritum ſanctum ibid.
alii Angelum , ibid.
alii Filium Dei , ibid.
alii Sem , filium Noachi, b. 339
fuit verus homo , ibid.
quomodo dicatur ἀπάτωρ & ἀμήτωρ , ibid.
Meletiani poſt Baptiſmum lapſis pœnitentiam negârunt , b. 357
Melote , b. 368 , facie priori.
Membrum notat partem corporis , b.336
membro uno patiente , reliqua ſimul patiuntur , b. 337
Membrum notat internas animæ facultates , b. 337
Membra humana quidam Deo attribuerunt , b. 335
Membra amputo , μελοκοπέω , ibid.
Memoriæ martyrum , b. 372 , facie poſteriori.
Memoriter recito , ἐκστηθίζω , a. 1072
Mendacium , ψευδολογία, b. 1572
ψευδομυθία , b. 1573
Mendacium facilè refellitur , a.1238 , 1239. in εὐδιάλυτος , b. 1190. 1574
Mendacii pater Diabolus , b. 635 , 636
Mendax , ψευδοεπής , b. 1573
Mendax quis , b. 1574, &c.
quomodo omnis homo mendax , b. 1575
Mendicus , λώταξ , b. 281
Mens notat rationem , b.432
propoſitum , vel conſilium, ibid.
Mens Chriſti quid , ibid.
Mens intemerata vocatur Deus, b.433
Angeli vocantur mentes, ibid.
Mens vocatur ſpiritus , b 779
mentis oculi quid , b. 534 , facie priori.
Menſa Domini vocatur altare , a. 1428
Menſa notat Cœnam DOMINI , b.1279 , 1280
notat cibum menſæ impoſitum , b.1280
Mentior , ψευδολογέω, b. 1573
ψευδομυθέω , ibid.
Mentiri neſcius Deus , a. 611. in ἀψευδέω.
Mercenarius Joh. 10. quis b. 371. facie priori.
Merces bonis operibus promiſſa non eſt debita , ſed gratuita , b. 370 , facie utraque.
Meſſaliani , a. 1285
alia eorum nomina , ibid.
Meſſias vocatur Paſtor , b.790
Μετάνοια notat inclinationem. b.360
Μετάνοια ἀμεταμέλητος , quid , a. 222, &c.
Μετεωρισμὸς quid , b.367
Metropolita , b. 369
Metropolitani dicuntur ὑπέρτιμοι , b. 1380
Miniſtri Eccleſiæ ſunt agricolæ, a 760
vocantur θεραπευταὶ τῶν ψυχῶν , a. 1394
ſunt medici , a.1434
vocantur οἰκονόμοι , b. 464
Miniſtri Eccleſiæ vocantur Paſtores , b. 791
vocantur προκαθήμενοι. b.842
vocantur στρατιῶται , b.1041
vocantur φῶς , b. 1484.
Miniſtri verbi prius explorandi , a. 936 , 937
ſint inculpati , a.338 , 339
Miniſterium Eccleſiaſticum θεραπεία , a. 1394
Miniſterjum Evangelii vocatur οἰκονομία, b. 458
Miraculum quid , a. 1345
Miracula olim fuerunt neceſſaria, b.949
jam non amplius ſunt neceſſaria , b.950
Miracula & acta differunt , b. 821
Miracula patro, τερατοποιέω , b. 1268
Mirari rei novitate in ſtuporem rapi,b.440
Miſericordia quid , a. 1087
eſt Deo gratiſſima , utiliſſima , & laudabilis , ibid.
Miſericordia , σπλάγχνα. b. 997
Miſericors , φιλελεήμων, φιλέλεος, b.1429
φιλοικτίρμων , b. 1423
Miſſa dicitur à dimiſſione cœtus , a.461
Miſſa præſanctificatorum , b.840 , 841
Miſſio Spiritus ſancti , καταβολή. b. 48. in καταβολικῶς.
Mobilis per ſe , ταυτοκίνητος , b.1238
Modeſtia , σωφροσύνη , b. 1226
Modeſtia quid , a.1165
Moles , ὄγκος , b. 448. &c.
Molles qui 1.Cor.6. b.297
Mollis veſtis, b.296
Momentum temporis , ῥοπὴ , b. 911
Monachalis habitus , σχῆμα μοναχικόν. b. 1201

Digitized by Google

Monachus quis, b.374. facie poſteriori.
tempore Apoſtolorum nulli erant, ibid.
de eorum origine, ibid.
eorum habitus duplex, μικρὸν καὶ μέγα σχῆμα, ibid.
vocantur ἀναχωρηταί, 327, 328
dicuntur ἀναχωρεῖν, ibid.
vocantur ἀποταξάμενοι, a. 480
de eorum vita uſurpatur ἀποταγή, a. 480, 481
Monachi vocantur ἀσκηταί, a. 548
vocantur ἀσκούμενοι, ibid.
vocantur ἔγκλειστοι, a. 994
vocantur θεραπευταί, a. 1394
Monachus καλόγηρος, b.26
Monachus vocatur ῥακενδύτης, b. 900. ῥακολυτέω.
vocatur ῥασοφόρος, b.902. in ῥασοφορέω.
vocatur συνοδίτης, 1166
de Monachis uſurpatur ἀσκέω, ἄσκησις a. 547, &c.
item ἀσκητικὴ πολιτεία, ἀσκητικὸς βίος, ibid.
de iisdem uſurpatur ἡσυχάζω, ἡσυχαστὴς, & ἡσυχαστήριον, a. 1335
Monarchia notat unius Dei numen, b.373
Monaſterium, b.374
vocatur ἡγουμενεῖον, a. 1315
λαύρα, b. 218
μάνδρα, b.297, 298
μονή, b. 375
σεμνεῖον, b. 947
συνοδία, b. 1615
φροντιστήριον, b. 1464
Monaſterii præfectus, ἡγούμενος, a. 1315
Monaſtica vita, μοναχικὴ διαγωγή, a.854
Μονήρης βίος, a. 694
vocatur σκληραγωγία, a. 973
denotatur per Philoſophiam, b. 1441
Monialis, ἀσκήτρια; a. 548
vocatur νοννίς & νόννα, b.429
Monogamia, b. 375
Monophyſitæ, b. 377
Monothelitæ, b. 376
refutantur, a. 1350
Mons vocatur Eccleſia, b. 518. facie poſteriori.
Montaniſtæ poſt Baptiſmum lapſos non receperunt, b. 356
Morbus notat privationem ſanitatis, b. 430
metaph. notat peccatum, ibid.
cur morbi à Deo immittantur, ibid.
Mordeo, δάκνω, metaph. quid, a.816. 817
Mori, ἀποψύχειν, a. 490
Mori in Domino quid, a.445, &c.
Mors quid propriè, a. 1337
ejus ſubjectum abſolutum omnes homines, a. 1338
ejus ſubjectum reſtrictum, corpus, a.1339
ejus cauſa, peccatum, a.1339
ejus proprietates, a.1339, &c.
ejus ſemper ſimus memores, ibid.
cur hora mortis incerta, a. 1340
amicorum mors moderate ferenda, a. 1341
mortis piorum encomia, ibid.
Mors naturalis, a.1342
Mors violenta, a. 1343
Mors immatura, ibid.
Mors eſt ἀποδημία, ἀνάλυσις, ἔξοδος, ἱμάτιον, κοίμησις, λιμήν, ὕπνος, a. 1343
Mors ſumitur improprie. Huc refertur mors ſpiritualis fidelium & infidelium, a. 1343
Mors æterna, a. 1343
Mors vocatur ἀνάλυσις, a.284, 286, 1343
de ea uſurpatur ἀναλύω, a.284
vocatur ἀποδημία, a.287, 442
ἀπόλυσις, a. 461
ἐκδημία, a. 287, 1045
ἐξαγωγή, a. 1132
ἔξοδος, a. 287, 1142
eſt κοίμησις, b.122
eſt ſomnus, b. 121, 1383
eſt μετάβασις, a. 287, b. 347
vocatur μετάθεσις, b. 348
vocatur μετάστασις, b. 346
eſt portus, b. 246
Mors piorum & Martyrum vocatur τελείωσις a. 1262
per mortem iidem dicuntur τελειοῦσθαι, b. 1260, 1261
Mors martyrum non eſt mors, b.797, lit. h.
Mors vocatur σκοτεινοφόρος, b. 976
Mortem ſibi conſciſcere, ἐξάγειν ἑαυτόν, a.1132
Morte violenta qui perit, vocatur βιοθάνατος, a. 690.
Mortem violentam Donatiſtæ dicunt eſſe martyrium, a.1133
Mortis Chriſti fructus, b. 614
quomodo horum fructuum participes fiamus, b. 615, &c.
Mortificatio corporis, b.393, facie priori.
Mortificatio animæ, ibid.
Mortificatio membrorum, ibid.
Mortificatio Domini, b. 393. facie poſteriori.
Mortui quomodo mortuos ſepelire poſſint, b. 392, facie poſteriori.
oculi mortuorum comprimebantur, b.2. &c.
de eorum compoſitione ad ſepulturam uſurpatur περιστέλλω, b. 684
Mortui oleo ungebantur, a.1077
Mortuorum cultus, νεκρολατρεία, a.392
de precibus pro mortuis, b. 1246
Mortuorum memoria τριήμεραι, a. 1315
Mortui non ſunt baptizandi, a. 646
Moſes unde ſic dictus, b.385
ejus epitheta & varia elogia, ibid.
vocatur mediator, b. 342
ejus tantum libros quidam hæretici receperunt, b. 386
Moſis ἀνάληψις, a. 282, b.386
Moſis apocalypſis, liber apocryphus, a. 451
Moſes fuit typus Chriſti, b. 1555
Moſis libri vocantur Lex, b.420
Moſis Baptiſmus, a. 623, &c.
In Moſen baptizari quid? a. 624
Moſes erat tardiloquus, a. 708
quomodo αἴσθησις τοῦ θεοῦ, a. 557
Mulier eſt à Deo creata, a. 806
à Deo creata, non à Diabolo, a. 355
cur mulieribus reſurrectio Chriſti primum patefacta, a.806, &c.
ſunt ad miſericordiam proclives, a. 807, 1272 in ἐνέμπτωται, ibid.
ſunt loquaces, a. 807
velent capita in Eccleſia, ibid.
honeſto ſe amictu ornent, a. 808
eis non licet Eccleſiaſtica obire officia, ibid.
ſe domi contineant, b.466. in οἰκουρός.
communes mulieres habuerunt Adamitæ, a. 805

Digitized by Google

Mulieres ἀρμαμαξοφόροι, ἀλαβαστροφόροι, μυροφόροι, a. 542
Multitudo, ἑσμὸς, a. 1215
νιφὰς, b. 411
Mundus notat rerum creatarum univerſitatem, b. 149
ejus cauſa efficiens Deus, ibid.
quidam dixerunt, mundum eſſe genitum, ibid.
alii dixerunt eum eſſe ab Angelis creatum, ibid.
non eſt ἀντεπάρεικτος, a. 585
non eſt αὐτοποίητος, a. 586
quidam eum ex atomis eſſe dixerunt, a. 570
quidam plures ſomniarunt mundos, b. 150
Mundus eſt ex nihilo, ibid.
quidam dixerunt, eum eſſe ex præexiſtente materia, ibid.
Mundi finis eſt gloria Dei, b. 151
non eſt adorandus, ibid.
Mundi interitus erit κατὰ ποιότητας, b. 151, 152
hæc mundi renovatio vocatur ἀνακαίνισις, a. 275
vocatur μετασχημάτισις & μετασχηματισμὸς, b. 365
vocatur παλιγγενεσία, b. 550
Mundus notat imperium Romanum, b. 152
notat terram, in qua homines vivunt, ibid.
notat homines, qui in mundo vivunt, ibid.
notat reprobos, infideles, &c. b. 153
notat homines corruptos, b. 604
notat res terrenas, b. 153
notat turbam, ibid.
Mundus eſt liber, ex quo Deus cognoſcitur, a. 836
in δέλτος. Deum eſſe docet, a. 689, 1373, 1567, &c.
quomodo ſancti mundum ſint judicaturi, b. 159, 160
Mundus parvus eſt homo, b. 369, 370
Mundum ἔμψυχον eſſe qui dixerint, a. 1105
Mundo ſalutaris, σωτήκοσμος, b. 1220
Muſica inſtrumenta. Vide organum.
die Dominico ceſſabant inſtrumenta muſica, b. 186
Mutuus amor, φιλαδελφία, b. 1426
Myrrham Magi Chriſto offerunt, b. 238, 239
Myſterium unde dicatur, b. 381, facie priori.
notat rem arcanam, b. 381, facie poſteriori.
notat rem arcanam ſacram, ibid.
ita Incarnatio Filii Dei eſt Myſterium, ibid.
ſpiritualis Chriſti cum Eccleſia conjunctio eſt myſterium, b. 382, facie utraque.
doctrina Evangelica & myſterium, b. 382, facie poſteriori.
ſacramenta vocantur myſteria, ibid.
Myſteria ἄχραντα S. Cœna, a. 610
Myſteria non curioſè ſcrutanda, b. 805

N.

Narthex locus in templo, b. 391
Natalis, νατάλιον, b. 392
Nativitatis Chriſti nomina, a. 1327
Nativitas Chriſti vocatur ἐμφάνεια, a. 1102
θεοφάνεια, θεοφάνια, a. 1389
ἐπιφάνεια, a. 1179, &c.
Natura, φύσις, notat cujuſque entis eſſentiam, b. 1469
uſurpatur de Deo, qui vocatur μακαρία φύσις, &c. ibid.
uſurpatur de Chriſto, in quo duæ ſunt naturæ, 271, 1469, &c.
hæ duæ naturæ unum faciunt Chriſtum, b. 1470
unio duarum naturarum quomodo facta, b. 1471
variæ hæreticorum ſententiæ. Neſtorius docuit, duas in Chriſto eſſe perſonas, b. 1472
Eutychiani unam poſt unionem naturam eſſe dixerunt, b. 268, 1472
periculoſæ Cyrilli Alexandr. de naturis Chriſti locutiones producuntur, b. 1473
ſed excuſantur, b. 1474
Acephali unam in Chriſto agnoverunt naturam, a. 156
Monophyſitæ unam agnoverunt naturam in Chriſto, b. 377
unam in Chriſto naturam agnoſcentes, vocantur Synuſiaſtæ, b. 1183
naturam humanam Filius Dei aſſumpſit ſine mutatione naturæ divinæ, b. 270, 271
natura Chriſti humana vocatur πρόσλημμα, b. 862
πρόσληψις, ibid.
natura Chriſti humana quomodo ὁμόθεος, b. 474
Vide etiam in Deifico.
Naturæ vox denotat corruptionem, quæ nobiſcum naſcitur, b. 1475
notat id, quod naturæ noſtræ proprium eſt, b. 1476
apud Patres aliquando φύσις eſt idem quod οὐσία, ibid.
aliquando idem quod ὑπόστασις, ibid.
Naturæ alterius, ἑτεροφυὴς, a. 1219
Nazareni dicti Chriſtiani, b. 1542
Neceſſitas hypothetica, a. 244
Neceſſitas coactionis, a. 245
Neceſſitas aliquando notat calamitatem, a. 246
Negare ſeipſum Deus non poteſt, a. 510
Negativa Dei attributa, ἀποφάσεις, a. 487
Vide etiam, Attributa.
Negligens, βάναυσος, a. 622
Negligentia βαναυσία, a. 620
Neſtorius duas in Chriſto ſtatuit perſonas, b. 1472
Nicæni Concilii I. deſcriptio, b. 1169
Nicænum Symbolum rejicientes, ſunt hæretici, a. 125
Nicodemus. Ejus epitheta, b. 410
ejus Evangelium, a. 1224
Nilus ab Ægyptiis cultus, b. 1352
Noachus unde dictus, b. 438, 439
ejus epitheta, ibid.
fuit typus Chriſti, b. 688
de ejus arca, b. 102
arca Noachi fuit typus Eccleſiæ, b. 103
ebrietas Noachi cur deſcripta, b. 325
Nobilitatis genera, a. 1277
vera nobilitas à virtute eſt, ibid.
Nomen ſumitur pro cujuſque rei aut perſonæ nomine proprio vel appellativo, b. 491
pro re & perſona, b. 492
Nomen Dei. Deus propriè nomen non habet. ibid.
quomodo ei nomen tribuatur, ibid.
nomina Dei duplicia ſunt, ibid.
quid nomen Dei in Oratione Dominica ſignificet, b. 493
Nomen Dei ſumitur pro ipſo Deo, ibid.
notat attributa & opera Dei, b. 494
Nomen Dei blaſphemare quid, a. 697
Nomen notat excellentiam, b. 494
Nominis ejuſdem, ταυτώνυμος, b. 1239
Notariorum genera, b. 431
Notitia Dei naturalis aſſeritur, a. 775
Novatiani dicti à Novatiano, non à Novato, a. 239, 357
rebaptizant, a. 239, 299
lapſis poſt Baptiſmum pœnitentiam negant, b. 357

Novi-

Digitized by Google

Novitatis ſtudioſus, φιλόκαινος, b. 1432
Novitius, νεόφυτος, b. 395
Nox notat ignorantiam, b. 435
notat tempus poſt hanc vitam, b. 436
notat afflictiones, ibid.
notat tempora V. Teſt. ibid.
Nox. Ejus finis reſpectu Dei, eſt gloria Dei, b. 436
reſpectu hominum, eſt eorum quies, b 437
Nubes notat multitudinem, b. 396, in νέφος.
Nudæ literæ adhæreo, b.443, in ξηρός.
Nugari, σπερμολογεῖν, b.948
Numen, σέβασμα, b. 942
Nuptiæ. In iis adhibitæ coronæ, b. 1016, 1019
ab iis abſit omnis levitas, a. 737
ab iis abſint ſaltationes, b. 517, facie utraque.
Nuptialis lectus παςάς, b. 607
Nutus, νεῦμα, b. 696

O.

Oblatio, προσαγωγή, b. 850
προσκομιδή, b. 857
προσφορά, vocatur Cœna Domini, b.864
Oblias cur dicitur Jacobus Apoſtolus, b. 1593
Oblivio quomodo Deo tribuatur, b. 233
Obolus, φόλα, φόλλα, &c. b. 1460
Occulta Deus novit, in ἐγκάρδιος, a. 991
Occultare συσκιάζειν, b.1190
Oculus quid, b.530
oculorum uſus & finis, ibid.
cur duo homini dati, b. 531. facie priori.
Oculus eſt membrum utiliſſimum & nobiliſſimum, b. 531
quid ſit, oculum eruere & abjicere, ibid.
oculi ſunt indices mentis, b. 532
Oculus tribuitur Deo, & notat iram. b. 533
providentiam, cognitionem, ſcientiam, ibid.
Oculus Dei varia habet epitheta, vocatur ἀκοίμητος ὀφθαλμός, ibid.
Oculus Dei vocatur ἀλάθητος ὀφθαλμός, πανεπίσκοπης, &c. ibid.
Oculi Angelis tributi quid, b. 534
Oculi tribuuntur menti vel cordi, ibid.
Oculus malus quid, ibid.
ad oculum ſervire quid, ibid.
Oculus omnia videns, ὄμμα παντέφορον καὶ ἀκοίμητον, b. 473
Oculi mortuorum compreſſi, b.2, 3
Odiſſe, eſt minus diligere, b. 371, 372
Odium duplex, juſtum & injuſtum, b. 371
Odium mutuum, τὸ μισάλληλον, b.370
Odio ſe invicem proſequentes, μισάλληλοι, ibid.
Oeconomus quis, & unde dicatur, b.465
fidelis ſit, ibid.
Oeconomi, qui res Eccleſiaſticas gubernabant, & curam pauperum habebant, b.464
Oeſtrus quid, b. 468
Offero, προσάγω, b. 850
Officialis, b. 538
Olea eſt ſignum pacis, b. 688
Oleum notat dona Spiritus Sancti, a. 1076
notat veram fidem, ibid.
eſt lætitiæ ſignum, a. 185, 1076, 1078
oleo ungebantur mortui, a. 1077
item baptizandi, a. 633, 1077
ægri & infantes à lamiis læſi, a. 1078
Omnipotens, παγκρατής, b. 541
πανσθενής, b. 560
παναλκής, b. 556
παντοκράτωρ, b. 562
hoc epithetum ſoli Deo competit, ibid.
παντουργικός, b. 563
Omnipotens eſt Deus, a.370
ἀντεξάγω, a.382
in ἀντιςατέω, a.428
in ἀπειροδύναμος, a. 586
in αὐτόπτης, a.1243
in ἰνήλατος, b. 556
in παναλκής.
Omnipotens eſt Deus, quia ſolo nutu omnia efficere poteſt, b. 53
in κατανεύσιμος.
Omnipotentia. Vide, Potentia Dei.
Omnipræſentia Dei, a. 1378
Omniſcientia Dei, a. 1377
Omniſcius Deus, in ἀπειρόγνωςος, a.428
in γνωςός, a. 774, & a.1097
in ἐμβατεύω.
Ὅμοιον quotuplici modo dicatur, b. 486
Ὅμοιον Patri qui dixerint Filium, a.502
in Ἄρειος.
Ὁμοιούσιον Filium Patri dicebant hæretici, b.485
Omophagia, b.1596
Ὁμοουσιαςαὶ vocantur Orthodoxi, b.480
Ὁμοούσιος quid ſignificet, ibid.
quando hæc vox uſurpari cœperit, b.481
quinam hanc vocem rejecerint, & cur, b.484
Ὁμοούσιον Patri Filium eſſe qui negârint, a.502
in Ἀέτιος.
Onus ὄγκος, b. 448
Operari adhuc quando Deus dicitur, id de providentia intelligendum eſt, a. 1204
Opes cur vocentur χρήματα, b. 1530
earum verus uſus, ibid.
Ὀφθαλμὸς ἀνύςακτος, a. 396
Ὀφθαλμὸς πανδερκὴς καὶ ἀπαραλόγιςος Deus, 418
vide etiam, Oculus,
Ophitæ hæretici, & eorum varia nomina, b.537, 538
eorum errores, b. 538
Optimus, πανάγαθος, 555
Opus bonum, κατόρθωμα, b.77
de bonis operibus ne gloriemur, b.78
bona opera πολιτείας nomine veniunt, b. 796
vocantur φῶς, b. 1485
opera bona ſunt, quæ juxta Dei voluntatem fiunt. a. 767, 1208
opera mala ſunt, quæ præter Dei voluntatem fiunt. a. 1208, 1209
opera bona non merentur vitam æternam, 958, 1208, b.1222
iis promiſſa merces eſt gratuita, non debita, b.370 facie poſteriori.
eorum tamen ſtudium non eſt negligendum, b.1122
opera bona ſunt Deo notiſſima, a. 253
etiam mala, ibid.
opera reſpondeant doctrinæ, b. 252, 253
Vide etiam, doctrina.
Opus fidei quid, a. 1206
Opus Dei, a. 1207
Opus Domini, ibid.
Oraculum, χρηματισμός, b. 1532
Oracula, λόγια, b.248
Orarium, b. 498
Oraria, ὀθόναι, b. 455
Oratio, προσευχή, quid, b.851, &c.
orantium geſtus varii, a. 1275
multi ad Orientem converſi orabant, & cur, ibid.
oraturi prius manus abluebant, a. 1276
clara voce orabant, a.1277

non

Digitized by Google

non tamen in precibus ſemper clara vox requiritur, a. 1278
Exultatio ſub orationis finem apud veteres, a.1278
Oratio, S. Cœnæ celebrationi præmiſſa, vocatur προτέλειος εὐχὴ, a. 1282
Oratio Dominica præſtantiſſima oratio eſt, a. 1283
ejus varia nomina, ibid.
vocatur προσευχαὶ, b. 852
eam Catechumeni non recitabant, a.1284
eam ſolam recipiebant Bogomili, a.1281
Oratio eſt connexum jejunii, b. 409
Vide etiam, Preces.
Oratorium, ταμιεῖον, Lat. cubiculum, b. 1233
Orcheſtra quid, a. 141
Ordinatio ad officium, κατάστασις, b.63
de ἀναῤῥήσει, in ordinatione Epiſcoporum, &c. a.299
Organorum muſicorum origo, b. 500. facie utraque.
eorum uſum rejicit Eccleſia vetus, ibid.
cur Judæis fuerint conceſſa, b. 500, 501
quidam ea in Eccleſia Chriſtiana defendunt, b. 501, &c.
Orphanotrophorum officium, b. 515, 516
Orthodoxiæ Dominica, b. 507
Orthodoxus quis, b. 506
Orthodoxi vocantur ἐκκλησιαστικοί, a. 1062
vocantur ὁμουσιασταὶ, b. 480
Os Apoſtolorum Petrus, b. 709, 710
Oſculum eſt ſymbolum charitatis, b. 1430
in celebratione S. Cœnæ uſitatum fuit, a. 553, b. 1430
in ordinationibus ſacris adhibitum, a.555, b.1431
Oſculum ſponſorum, b. 1430
Oſculum pedum, a. 555
Oſculum in feſto Paſchatis, a. 554
Oſtiarius, b. 518
vocatur θυρωρὸς, a. 1416
vocatur προθύραιος, b. 842
Oſtium eſt Chriſtus, a. 1413
Scriptura oſtio ſimilis, a. 800
Otiuſus ſum ἀφιλεργέω, ἀφιλοεργέω a., 597
Otium, ἀφιλεργία, ibid.
otia dant vitia, b. 496 in ὀξύῤῥοπος.
Ovis vocatur Chriſtus, & cur, b. 834
pii vocantur oves, ibid.
Ovis ſpeciem præ ſe ferens, προβατόσχημος, b. 835

P.

Pacificæ literæ, a. 1034
Pædagogia lex vocatur, b.543
Pædagogus ad Chriſtum lex eſt, in προμελέτησις, b. 421, 544, & 843
Pædagogi noſtri in Chriſto ſunt Paſtores Eccleſiæ, b. 544
Pædagogi officium, ibid.
Pædagogi vocantur ſponſores in Baptiſmo, ibid.
Pædobaptiſmus adſtruitur, a. 647 &c.
Palatinus, b. 549
Pallium, πάλλιον, b. 554
Palma, φοῖνιξ, b. 1459
de palmæ adverſus pondera reniſu quid ſentiendum, ibid.
Palmarum dies, βαϊοφόρος, a. 617
Palmularius, b. 555
Panis notat panem propriè dictum, a. 517
notat quodvis alimentum, a. 518
Chriſtus eſt panis vitæ, a. 520
eſt panis è cœlo, a. 520
Panis cineris & lacrymarum quid, a. 518
Panis Angelorum quid, a. 519
propoſitionis panes, a. 521
Panis in S. Cœna varia habet nomina, ibid.
vocatur μετάληψις, b. 349
Panis benedicti fruſtum, κατακλαστὸν, b. 50
Panis ἀχειρογεώργητος, Manna, a. 608, 609
Panis è cœlo Manna, b. 299
Panis Angelorum eſt Manna, ibid.
Panis ἐπιούσιος quid, a. 1169. &c.
Papæ olim vocabantur omnes Epiſcopi, b. 564
Parabola quid, b. 566
eſt typus, exemplar, b. 567
eſt narratio allegorica, b. 567
eſt dictum obſcurum, b. 568
notat apophthegma, b. 569
notat proverbium ſarcaſticum, ibid.
Parabolæ ultra ſcopum non ſunt extendendæ, b. 569. (570
Parabolani qui., b. 565
Paracletice eſt liber Eccleſiaſticus, b. 582
Paracletus. Hæc vox tribuitur toti SS. Trinitati, b. 583
tribuitur Filio, ibid.
tribuitur Spiritui S. & cur, b. 584
ita vocari voluit Manes, b. 585
Paradiſus quid, b. 571, &c.
κατ' ἐξοχὴν notat hortum, in quo primi parentes collocati, ibid.
ejus præſtantia, b 572
fuit locus terreſtris & corporalis, ibid.
metaph. notat ſedem beatorum, b. 573
Scriptura eſt paradiſus, ibid.
Paradiſus. An latro in cruce converſus ſtatim in Paradiſum fuerit ingreſſus? variæ veterum ſententiæ, b. 236, 237, &c.
Paraſceve qualis dies, b. 589
Parentes liberis colligant theſaurum virtutum, non divitiarum, b. 1191
Parentum amor, φιλοπατορία, b. 1433
Parœcia quid, b. ~~547~~ 597
præſens vita eſt παροικία, b. 692
diœceſis aliquando notat parœciam, a. 921
Paroxyſmus in bonam partem notat incitamentum, b. 602
in malam partem notat exacerbationem, ibid.
Participatio S. Cœnæ dicitur μετάληψις, b. 349
Paſcha duplex: aliud Judæorum, b. 607
aliud Chriſtianorum, b. 621
Paſchatis Judæorum nomina, b. 608, 609
non dicitur à πάσχω, b. 609
de tempore Paſchatis, b. 609, 610
agni Paſchalis mactatio notabat liberationem ex Ægypto, b. 612
liberationem à peccato, b. 612
mortem Chriſti, b. 613, &c.
Paſcha Chriſtianorum duplex, σταυρώσιμον & ἀναστάσιμον, b. 621, 622
à quo ejus celebratio inſtituta, b. 623
quo tempore celebratum, b. 623, &c.
variæ de tempore celebrandi Paſchatis controverſiæ, b. 624
Paſchatis dies vocatur ἀναστάσιμος ἡμέρα, a. 303, 304
Paſchatis feſtum vocatur πασχαλία ἱερὰ, πασχάλιος ἡμέρα, b. 629
Paſchatis hebdomada, vocatur magna hebdomada, a. 980

Digitized by Google

de oſculo in feſto Paſchatis, a. 554
Paſcha celebro, πασχάζω. b.629
Paſco metaph. uſurpatur, a.1216
Paſſio Chriſti. Quidam negárunt, Chriſtum verè paſſum eſſe, b.260
diei paſſionis nomina, a. 1327
Paſtor propriè quis, b. 789
hæc vox impropriè tribuitur Deo, b.790
Meſſiæ, ibid. miniſtris Eccleſiæ, b. 791
Paſtor qualis liber, b. 791
Paſtores Eccleſiæ vocantur προκαθήμενοι, b.842
comparantur arietibus, b.171
iis vigilandum, a. 70
Paſtor falſus, ψευδοποιμήν, b.1574
Patefacio, manifeſto, φωτίζω, b. 1489, 1490
Pater. Hæc vox, uſurpata de Deo, ſumitur ἰσοτιμως.
Ita Deus vocatur Pater reſpectu omnium creaturarum, b. 629
reſpectu fidelium, b. 630
Ex eo, quod Deum vocamus Patrem, ſummus ejus erga nos amor patet, b. 631
hoc nomen eſt cornu copiæ omnium bonorum, ib.
hæc Dei humanitas noſtri nos admonet officii, ibid.
Patris vox ſumitur ὑποστατικῶς, & notat primam SS. Trinitatis perſonam, b. 633
Pater reſpectu Filii & Spiritus S. vocatur αἰτία, ἄτιος, ἀρχὴ, &c. ibid.
vocatur ἀρχὴ, a. 303, 527
vocatur ἀρχίφωτος πατὴρ, αἴτιος, πηγὴ, a. 527
vocatur ἀρχίφωτος, a. 536
Patris vox notat etiam Filium, b. 634
Patris proprietas eſt ἀγεννησία, a. 48
Pater eſt ἀγέννητος, a. 49
eſt ἀναίτιος, a. 274
ſolus eſt ἄναρχος, & quomodo, a.302
quomodo major Filio, b.1368
quomodo caput Chriſti, b. 96
quomodo neminem judicet, b. 162
Pater fidelium quomodo Deus, b. 456
Patris vox tribuitur creaturis, & quidem vita carentibus, b. 634
creaturis vita donatis, b.735
& notat auctorem, ibid.
ita Diabolus dicitur pater mendacii, ibid.
notat doctorem, præceptorem, b. 637
Patrem odio habens, μισοπάτωρ, b. 371
Patientia quid, b. 1390
ejus præſtantia, ibid.
denotatur per philoſophiam, b. 1442
Patria fidelium cœlum eſt, b. 645
Patria noſtra eſt cœleſtis Jeroſolyma, 1447
Patriarcha vox unde componatur, b.638, &c.
Patriarchæ apud Judæos, b.639
apud Montaniſtas, b. 640
apud Chriſtianos ita appellantur in genere omnes Epiſcopi, ibid.
ſtricte qui ſic dicantur, b. 641
quot hoc nomine appellati, b. 643
Patriarchæ erant Archiepiſcopi. a. 533, 534
Paucitas hominum, σπανανδρία, b. 992
Pauliniſtæ hæretici, b. 647
Paulus Apoſtolus. Unde dictus Paulus, b. 648
varia ejus epitheta & elogia, 649, 650, &c.
vocatur Apoſtolus κατ᾽ ἐξοχὴν, b. 650
vocatur θεόληπτος νοῦς, a. 1354
vocatur οὐρανοπολίτης, b. 519
vocatur παιδοχεῖον τοῦ ἁγίου πνεύματος, b. 559
vocatur ὑψηλόφωνος σάλπιγξ, b. 1549
vocatur χριστοκίνητος γλῶσσα, b. 1549
quinam Epiſtolas ejus rejecerint. Vide Epiſtolæ Apoſtolorum.
Paulus Apoſtolus. Ejus Acta, b.823
ejus Apocalypſis, liber apocryphus, a. 451
ejus viſiones rejiciuntur, b.499, facie poſteriori.
Pauper dicitur, qui deſtituitur bonis hujus mundi, b. 661
qui ſua ſorte non eſt contentus, ibid.
Pauperes nihil metuunt, b.662
eos curat Deus, b. 663
in primitiva Eccleſia ad fores templorum mendicabant, b. 663, 664
veteribus ſummæ erant curæ, b.664
iis benefaciens, Deo hoc præſtat, b.1074
Pauperes ſunt medici noſtri, a. 1434
eorum qui ſpiritualiter pauperes ſunt, potus eſt miſericordia Dei, b. 246
quinam ſint pauperes ſpiritu, b. 887
Pauperum partus, miſericors eſt, b.246
Pauperum amor, φιλοπτωχία, b.14,34
Paupertas eſt partus, b.246
eſt grave onus, b. 662
non eſt mala, ibid.
regnum cœlorum nobis conciliat, b. 848
in πρόξενος.
non damnat, ibid. in προξενία.
Pax duplex: bona, quæ vel humana, donum Dei præſtantiſſimum, a.1031, 1032.
vel divina; de cujus præſtantia & conſtantia, a.1033, 1034
Mala pax, a. 1034
Pax vocatur δῶρον ἐξαίρετον, a. 1140
Peccator quis, a. 203, 204
omnes homines ſunt peccatores, a. 205, 206
Peccatum quid, a. 203, 204
notat victimam pro peccato, a. 204, 205
quomodo Chriſtus peccatum factus, ibid.
à peccato nemo in hac vita immunis: a. 205, 209
ſolus Chriſtus ſine peccato, a. 207, 287
ejus cauſa non eſt Deus, a. 207
Deus peccata permittit, non efficit, b.1077
præſcientia Dei non eſt eorum cauſa, b. 837, 838
ejus cauſa Diabolus, a. 207
homo, a. 208
eſt res fœdiſſima, a. 208
eſt accidens, non ſubſtantia. ibid.
primò dulce eſt, poſtea amarum, ibid.
peccata nos ſeparant à Deo, a. 208
Peccati primi nomina, a. 210
ejus cauſæ, a. 76, 77
omnes in Adamo peccarunt, a. 210
Peccatum regnans quid, a.211
non regnans quid, ibid.
Peccata ſunt inæqualia, a.212
Peccata aliena cernimus, noſtra non obſervamus, a. 215, 938
Peccatum remiſſibile, a.213
irremiſſibile, & ejus nomina, a. 214
vocatur ἄφυκτος ἁμαρτία, a.606, 607
ἀσύγγνωστος ἁμαρτία, a.562
ἀνατόνητος ἁμαρτία, a. 294
ἀνατρίγητος ἁμαρτία, ibid.
hoc irremiſſibile peccatum, eſt peccatum in Spiritum S. a. 214
Peccatum in Spiritum S. quid, a. 698, &c.
Peccatorum remiſſio. Quomodo Miniſtri peccata remittant, a.214, 1148
Vide Remiſſio peccatorum.
Peccatorum confeſſio. Peccata Deo confitenda. a. 295

Pec-

Digitized by Google

Peccata piorum cur in ſcriptura notentur, a. 251
Peccata per Baptiſmum abluuntur, a. 633, 634, 638
ea eluunt lachrymæ, a. 819
eorum balneum eſt pœnitentia, a.618
Peccati agnitio quomodo per Legem, b.421
Peccata comparantur ſpinis, a. 149
Peccatum vocatur δυσαπόνιπτον, a. 973
vocatur ἐλευθεροφθόρον, b. 470
vocatur ἁμαρτία ταλαιπωροποιὸς, b. 1230
dicitur morbus, b.430
Peccata ſunt debita, b.350, facie priori.
Pecuniam ex aliqua re conficere, a. 1134, 1135
Pecuniam colligo, χρηματίζομαι, b.1530
Pelagus quid, b. 661
notat multitudinem, ibid.
Pentateuchus vocatur Lex, b.419
eum ſolum receperunt Samaritani, a.801, 802
Pentecoſtarium eſt liber Eccleſiaſticus, b. 667
Pentecoſte vocatur πνεύματος ἡμέρα, a. 1328
Pentecoſte, b. 667
eſt reſurrectionis quædam imago, ibid.
ejus celebratio pendet ab inſtitutione humana, ibid.
Peregrina utor lingua, ξενοφωνέομαι, b.443
Peregrinatio eſt præſens vita, a.442, 692
Perfectus, παντέλειος, b. 561
Perfectum quid dicatur, b. 1255
Deus eſt perfectus, b. 1256
nemo in hac vita perfectus, ibid.
quomodo ergo jubeamur eſſe perfecti, b. 1257
quo ſenſu homo pius dicatur perfectus, b.257, 1258
Perfidia, κακοπιστία, b. 24
Perfunctoriè ago, ἀφοσιόομαι, a. 605
Pericope S. Scripturæ, b. 673, 674, &c.
Periculum aliquod bonum, b. 104
nemo ſe periculis objiciat, ibid.
Permiſſio Dei, b. 1077
Perſona, ὑπόστασις, quid, b. 1394, &c.
Perſonæ vox an de SS. Trinitate adhiberi debeat, olim diſceptatum, b. 868
Perſona in Chriſto una, non duæ, b.267
duas in Chriſto ſtatuit Neſtorius, b.267, 1472
Perſpicuitas eſt παῤῥησία, b. 605
Pes. Pedum uſus, b. 814
pedes ſanctorum lavare quid, ibid.
quid, pedes tegere, b.815
cur pedes tribuantur Deo, Angelis, b. 816
Peſtis θανατικὸν, a. 1337
Peſtis notat morbum, b. 275
notat hominem perditum, ibid.
Petra. Quo ſenſu Chriſtus dicat, ſe ædificaturum Eccleſiam ſuper petram. Hic alii per petram intelligunt quemvis fidelem, b. 698, 699
alii Petri doctrinam, ſeu confeſſionem, b.700, 701
alii ipſum Petrum, b. 702
alii Chriſtum per petram intelligunt, b. 705
Petra cur dicatur Petrus, b. 698, 703
Petrus Apoſtolus. Ejus varia nomina & epitheta. Quædam ei primatum quendam tribuunt, & eximias virtutes ejus reſpiciunt, b.706, &c.
quædam nomina ei tributa, notant excellentiam muneris, b. 710, &c.
quædam ſunt mixti generis, b. 711
quomodo πρῶτος vocetur, b. 706
quomodo princeps Apoſtolorum vocetur, b. 707
vocatur κορυφαῖος, b. 708
vocatur ἔξαρχος, a. 1136. b. 709
os Apoſtolorum, b. 709, 710
ejus in loquendo libertas & fervor, ibid.
vocatur ἀπαρχὴ, b. 710
quomodo dictus petra, b.698, 699
vocatur fundamentum Eccleſiæ, b.710
vocatur columna, firmamentum, fulcrum, ibid.
ei dicuntur commiſſæ claves regni cœlorum, b.711
vocatur κλειδοῦχος, ibid.
vocatur Paſtor univerſalis, ibid.
multa Petro tribuuntur elogia, quæ cum aliis Apoſtolis & Eccleſiæ Doctoribus ei ſunt communia b. 711, &c.
Petrus Apoſtolus, De ejus trina negatione, a. 382 in ἀντίσταθμος.
Petri Acta, b. 823
Petri Apocalypſis, liber apocryphus, a. 450
de ejus poſteriori epiſtola olim dubitatum, a. 1190
Petri Evangelium, a.1223
Phantaſia notat faſtum, b. 1414
notat ſpectrum, b. 1416
notat cogitationem, b. 1412
notat inſomnium, b. 1413
Phariſæi unde ſic dicti, b. 1417
Pharmacum ſumitur in bonam partem, & notat ſalutare medicamentum, b. 1418
notat venenum, b. 1419
Philippi Evangelium, 1224
Philoſophari eſt vitam homine Chiſtiano dignam vivere, b. 1437
Philoſophia duplex. Gentilis nempe vera, b. 1438
quid ea ſit, ibid.
ejus auctor Deus, ibid.
ejus utilitas, ibid. & 1439
& falſa Philoſophia, b. 1440
Chriſtiana, quæ notat vitæ ſanctæ ſtudium, b. 1440
notat religionem Chriſtianam, b. 1441
notat patientiam, b. 1442
notat vivendi rationem, ibid.
Philoſophus. Philoſophi vocantur, qui vitam vivunt auſteram, b. 1443
notat hominem modeſtum, & opponitur κενοδόξῳ b. 1444
notat hominem patientem, ibid.
notat eum, qui de virtute diſputat, b. 1442
pius vocatur Philoſophus, ibid.
Philoſophus Eccleſiaſticus, eſt orthodoxus Eccleſiæ doctor, b. 1443
Phœnix. Multa de phœnice, b. 1454, &c.
an Phœnicis exemplum reſurrectionem probet, a. 314, &c. b. 1555, &c.
Φῶς πρωτόγονον, ἀρχέγονον, a. 524
Phylacteria, a. 995
in ἐγκόλπιος, b. 1465
Pietas quid, & ejus præſtantia, a.1264
ejus præſtantia & neceſſitas, b. 1453
eſt ſumma ſapientia, b.986
Pietas vera, ἀρίστη πολιτεία, b.796
Piger, ὀκνόφιλος, b. 470
Pileus, χάδιον, 1506
Piſcatores fuerunt Apoſtoli, b. 921
fuerunt piſcatores hominum, a. 190, 191
Πίστις ἄτρεπτος καὶ ἀπερίτρεπτος, a.434
Pittacium quid, b. 744
Pius, θεόφοβος, a. 1389
eſt verè ſapiens, b. 986
pii vocantur dii, a. 1370
pii vocantur θεοφόροι, a. 1392
Plaudo συγκροτέω, b. 1075
Plenitudo benedictionis Evangelii, b.734

Plenitudo temporis, ibid.
Plenitudo terræ, ibid.
Plenitudo gentium, ibid.
Plenitudo tribuitur, Deo, b.755
tribuitur Chriſto, ibid.
in Chriſto dicitur eſſe plenitudo divinitatis & donorum ſpiritualium, ibid.
Plenitudo Chriſti dicitur Eccleſia, b.756
Plenitudo Chriſti dicitur perfecta Chriſti cognitio, b. 757
Pneumatomachi qui dicti, b. 785
Poculum notat afflictiones, b. 813
Poculi in S. Cœna varia epitheta, ibid.
Pœnæ temporales juſtè à Deo infliguntur, b. 130
ſunt utiles, ibid.
Pœna æterna, ibid.
Pœnæ damnatorum æternæ ſunt, a.91
ſunt inæquales, ibid.
Pœnæ Canonicæ vocantur ἐπιτίμια, a.1195
Pœnitentia. De vera pœnitentia uſurpatur μεταμέλεια & μεταμέλομαι, b. 350
Pœnitentia efficax quæ, b. 353
varia veræ pœnitentiæ epitheta, ibid.
ejus cauſa efficiens principalis Deus, b.354
ejus effecta ibid. & 355
ejus proprietates: eſt donum Dei præſtantiſſimum, b. 355
ei in hac vita tantum locus, ibid.
non eſt procraſtinanda, b.356
qui poſt Baptiſmum lapſis pœnitentiam negarint, ib.
Pœnitentia inefficax etiam vocatur μετάνοια, b. 358
Pœnitentia in Deo quid, b. 351
ei impropriè tribuitur, b. 360, 361
Pœnitentia eſt balneum peccati, 618
notat ſtationem pœnitentium in Eccleſia primitiva, b. 359
aliquando notat ὑπόπτωσιν, b.360
Pœnitentium ſtationes, b.359
vocantur βαθμοὶ, a. 614
vocantur τόποι τῶν ἐπιτιμίων, a.1195
Pœnitentium gradus quatuor, a.169, 170
1. Πρόσκλαυσις, b.853, &c.
2. Ἀκρόασις, 170
3. Ὑπόπτωσις, b. 1391
4. Σύστασις, b. 1192
Poetici libri, στιχήρεις βίβλοι, b. 1020
Pollinctor, νεκροστόλος, b.393
Polygamia eſt, cum quis eodem tempore plures ducit uxores, b. 801, 802
cum quis ſucceſſivè plures ducit, b.802
Pontificis Romani primatus, a.1185, 1186, &c.
Porcus ſumitur propriè, b.1527
ſumitur impropriè, & notat infideles ac impios, ibid.
porcorum eſu Judæis fuit interdictum, b. 1528
Portitor, τελώνης, b.1266, 1267
Portus vocantur Apoſtoli, b.246
Portus eſt mors, ibid.
Portus eſt Eccleſia, b.245
Portus eſt paupertas, b. 246
Portus ſpiritualiter pauperum eſt miſericordia Dei, ibid.
Portus pauperum miſericors eſt, ibid.
Portus eſt S. Scriptura, b.245
Portus eſt caſtitatis conjugium eſt, b. 247
Poſteriora Dei quid, b. 497
facie priori.
Potens, μεγαλοδύναμος, b. 323
πολυδύναμος, b. 803
Potentia Dei notat Evangelium, a. 969
Potentia Dei, a. 965
quidam ſtatuunt, Deum ea tantum poſſe, quæ velit, a.966
plura poteſt quam vult, ibid.
omnia poteſt, quæ contradictionem non involvunt, a. 967
quæ Deus non poſſit, a. 968
Vide etiam omnipotens.
Potentia ipſa Filius Dei, a.581
Potentiæ ejusdem, ἰσοσθενής, b. 1239
Poteſtas, παῤῥησία, b. 606
Præceps, προαλής, b.833
Præceptor ſit fidelis, & ad docendum aptus, a. 903
ea faciat, quæ ipſe docet, a. 904
Præcipito, πλευματίζω, b. 886
Prædicatio Evangelii vocatur κήρυγμα, b. 99
Præpoſitus, b. 818
Præputium aliquando notat vitioſitatem naturalem, a. 171
Prærogativa, πρωτοτόκιον, b.878
Præſanctificatorum Miſſa, b 840. 841
Præſanctificatus panis in Miſſa dicitur ἀντίδωρον, a. 373
Præſcientia, πρόγνωσις, b.873, &c.
Præſcientia Dei non eſt cauſa peccati, ibid.
Præſepe, φάτνη, quid, b. 1420
notat ſtabulum, in quo eſt præſepe, b. 1420, 1421
Prætextus, παραπέτασμα, b. 588
προκάλυμμα, b. 842
προσωπεῖον, b. 866
σχῆμα, b. 1200
Pragmatica ſanctio, b. 817
Prato comparatur Scriptura, a. 800
Preces. Quæ à Deo ſint petenda, a. 1272
orandum ex fide, a. 1273
Precum præſtantia, a.1274
earum objectum Deus, a. 1273
geſtus inter orandum, a.1275, &c.
tempus precum, a. 1279, &c.
oppoſita precum, a.1281
Precum variæ ſpecies, a. 1281, &c.
in iis in tempeſtiva loquacitas vitanda, a. 674
earum condimentum lachrymæ, a. 820
ſunt ſacrificium, a.1424
cur ſæpe non exaudiantur, b. 990
Preces pro Catechumenis dicuntur παράθεσις, b.579
Preces, pro pace vocantur διακονικὰ, a. 864
Preces pro mortuis, b. 1246
rejiciuntur, a. 924
Preces ad mortuorum ſepulchra, b. 1248
Vide etiam, Oratio.
Presbyter quis, b. 825
Presbyteri vocantur Epiſcopi, ibid.
ſic poſtmodum dicti Sacerdotes, b. 827
ſic etiam appellati cuſtodes diſciplinæ Eccleſiaſticæ ibid.
de Presbyterorum officio, b.827. 829
de tempore ordinationis eorum, b. 828
iis licuit uxores habere, a. 725
habebant jus baptizandi, a. 630
Presbyterium quid, b.824
Primatus temporis, πρεσβυτεία, b. 707
primatus ἀρχοντικὸς, ibid.
Primatus Pontificis Romani, a.1185, 1186, &c.
Primicerius, b. 831
Primipilarius, b. 830

Digitized by Google

Primitiæ, πρωτόλειον, b.875
earum variæ ſpecies, a. 422, &c.
primitiæ Achajæ, ibid.
pri mitiæ creaturarum, b. 423
primitiæ dormientium, ibid.
primitiæ ſpiritus, ibid.
Primogenitus, πρωτόγονος, b.874
Primogenitus quis, b. 877
nempe qui primus inter fratres natus. Deinde etiam, qui primò natus, etſi non habeat fratres, b. 878
atque ita Chriſtus eſt πρωτότοκος, ibid.
Primogenitus omnis creaturæ quomodo Chriſtus, b. 879
ita vocatur reſpectu naturæ divinæ, ibid.
alii putant, eum ita vocari propter aſſumtam carnem, b.880
alii hoc referunt ad regenerationem, ibid.
Primogenitus ex mortuis quomodo Chriſtus, b.881
quomodo primogenitus inter multos fratres, b. 882
Primogeniti vocantur electi, b.883
Principia duo, bonum & malum, ſtatuerunt Manichæi, a. 531
Marcion tria ſtatuit, a. 532
Privati commodi ſtudium omnium malorum cauſa, a.1100
Privilegium, b. 830
Proceſſio Spiritus S. vocatur ἐκπεμψις, πρόοδος. De ea uſurpatur ἐκπορεύεσθαι, &c. a.1068, &c.
vocatur προέλευσις, b. 840
vocatur πρόοδος, b.848
Proceſſio Spiritus S. ex Filio, a. 1070
alii ex Græcis eam rejiciebant, alii eandem admittebant, a. 1070, 1071
Proclivis, ἐνέμπτωτος, εὐεπίφορος, a. 1242, 1243
εὐκαταπίμπτος, εὐκατάτρεχος, a. 1244, 1245
Proclivitas, εὐεμπτωσία, a. 1421
Procraſtinatio, τριψεργία, b.1316
Procurator quis, b 843
Prodigium quid, b.1268
Prodigium & ſignum differunt, b. 949
Progenies viperarum quid, a 754
Propheta quid proprie, b. 870
Prophetarum epitheta, b.871
olim dicti βλέποντες, a.703
vocantur videntes, b. 499
facie poſteriori.
vocantur ἔνθεοι, a. 1117
vocantur θεόληπτοι. a. 1354
vocantur πνευματοφόροι, b. 785
locuti ſunt, afflati à Spiritu ſancto, b.871
etiam intellexerunt, quæ dixerunt, ibid.
Prophetarum filii qui, b.872
Prophetæ ſunt omnes Chriſtiani, ibid.
Prophetas à bono Deo eſſe, negavit Simon Magus, & alii, ibid.
Prophetæ vocantur Lex, b. 420
Prophetis futura revelavit Spiritus ſanctus, b. 840
in προσευχίῳ.
Propitiatorum, ἱλαστήριον, quid, a.1448
Proprietas, ἰδιότης, a.1437
Proprietates, quibus perſonæ divinæ diſtinguuntur, vide in ἰδιότης & ἰδίωμα, a.1537, 1438
vocantur γνωρίσματα, b.769
Proprium facio, ἐξιδιοποιοῦμαι, a.1139
Proſeucha, locus orationis, b.852.
Proſopopœia utitur Scriptura, b. 869
προσταρία, quid b. 707
πρωτομάρτυς vocatur Abel, a. 5. 6.
Stephanus, Abel, Iſaacus, & ipſe Chriſtus, b.857
Protopapas quis, b. 876
Protoplaſtus dicitur Adam, ibid.
Protoplaſtorum tunicæ quales fuerint, b. 1518, 1519
Protoſpatharius, b. 877
πρωτοσταρία quid, b. 707
πρωτοστάτης quis ibid.
Proverbium, παροιμία, quid, b.600
Proverbia Salomonis vocantur πανάρετος σοφία, b.557
vocantur Σοφία, b.787
Providentia quid, b.844
ejus objectum res omnes & ſingulæ, a. 493, b.844
eâ omnia reguntur, b.715
πηδαλιουχίᾳ, b. 396, facie poſteriori in νεῦμα.
eam etiam mala non effugiunt, b.846
eam ad minutiſſima quæque ſe non extendere, docet Syneſius, a.1066, in ἐκλεπτουργίᾳ.
Providentiâ Dei omnia fiunt vel κατ᾽ οἰκονομίαν, vel κατ᾽ εὐδοκίαν, vel κατὰ συγχώρησιν, b.846
ea eſt imperſcrutabilis, b. 847
eam qui negârint, ibid.
ejus arcana non ſunt curioſè ſcrutanda, b.670, 805
omnia ad utilitatem noſtram diſpenſat, b.457
in οἰκονομίᾳ.
Providentia Dei vocatur οἰκονομία, b.458
Pſalliani, a. 1285
Pſalmus quid, b. 1564
Pſalmorum laus & utilitas, b. 885
in πτερῷ, 1565, &c.
maximè in conventibus ſacris canebantur, b.1568
ubique & ſemper cani poſſunt, b. 1569
quomodo Deo canendum, ibid.
Pſalmi vocantur Lex, b.420
vocantur νομοθεσία, b. 416
Pſalmorum cantum alternatim factum quis inſtituerit, a. 388
Pſalmos ſcribo, ψαλμολογῶ, b.1570
Pſalterium quid, ibid.
apud recentiores Græcos eſt liber quidam Eccleſiaſticus, b. 1571
Pſychici per contumeliam dicti ſunt orthodoxi, b. 784, 1519
Publicanus, b. 166, 1267
Publicanorum vituperium, b.1267
Pulchritudo quomodo Deo tribuatur, b. 25
Pulchritudo corporis, ibid.
animæ, b.26
Purgatorium vocatur πῦρ καθαρτήριον, vel καθαρτικόν, b.891
an detur Purgatorium, b. 892
Patrum teſtimonia contra Purgatorium, b.892, 893
nullum eſt, quia pœnitentiæ poſt hanc vitam non eſt locus, b.355
Purificationis feſtum, ὑπαντὴ, vel ὑπαπαντὴ, b.1373
Purus moraliter dicitur homo regenitus, b. 7
notat innocentem, ibid.
Puſillanimis ſum, μικροψυχῶ, b. 370

Q.

Quæſtor, ὑποδέκτης, b.1386
Quæſtum facere ex re aliqua, ἐμπορεύεσθαι, a.1101
Quæſtum facere ex aliorum calamitatibus, b.817
Quadrageſimæ hebdomada quarta vocatur μεσονήστιμος, b. 346
Quadrageſimale jejunium, τεσσαρακοστὴ, b. 1268, 1269
vide de eo, b. 409, &c.
non eſt inſtitutum ab Apoſtolis, b.405
cur obſervetur, b. 406

Digitized by Google

Quantitate Deus caret, in ποσῷ, b.881
Quattidecimani, b. 627, &c.
vocantur etiam Sabbatiani, b. 915

R.

Raſa geſto, ῥασοφορεῖν, b. 901
Ratio, νοῦς, b. 432
ejus præſtantia, b. 253
Ratiocinationibus humanis in rebus fidei locus non eſt dandus, b. 735
Recens baptizatus, νεοβάπτιστος, b.393
νεόκτιστος, ibid.
νεοφώτιστος, b.396
Reconciliatio pœnitentium duplex, b. 51, 52
Redemtionis noſtræ myſterium vocatur οἰκονομία, b. 462
Referendarius, b. 899
Regeneratio Matth. 19.28. quid, b.550, &c.
eſt opus Spiritus Sancti, b.771, 772
Regeneratio vocatur.
ἀλλοίωσις, a. 195
ἀναγέννησις, a. 243
de ea uſurpatur ἀναζωγραφεῖν, a. 264
ἀνακαινίζω, a. 275
ἀνακαινισμός, a. 276
ἀνακεφαλαιόομαι, a.278
ἀνακεφαλαίωσις, ibid.
ἀνακτίζω, a. 280
ἀνάκτισις, ibid.
ἀναμόρφωσις, a.289
ἀνανέωσις, a. 291
ἀνάπλασις, a.292
ἀνάστασις, a. 306
ἀναστοιχείωσις, a.322
de ea uſurpatur ἀναστοιχειόω, a. 321
ἀναχαλκεύω & ἀναχωνεύω, a. 327
ἀναχώνευσις, a. ibid.
γένεσις, a. 751
γέννησις, a. 756
ἐγκαίνισις, ἐγκαινισμός, a. 990
θεογενεσία, a. 1351
de ea uſurpatur καινοποιέω, b. 18
καινουργία, b. 19
κτίσις, b.177
μεταβολή, b. 347
μεταποίησις, b. 361
μετάστασις, b. 362
de ea uſurpatur μεταστοιχειόω, ibid.
μεταστοιχίζω, b.365
μεταστοιχείωσις, b. 362
de ea uſurpatur μεταχαλκεύω, μεταχαράττω, b. 365
νεουργέω, b. 394. facie poſteriori.
παλιγγενεσία, b. 549
παλιντοκία, b. 554
Regnum Dei eſt potentiæ, a. 663
eſt gratiæ, a. 664
cujus adventum petimus in Oratione Dominica, ibid.
Regnum gloriæ, a. 665
per regnum veteres ſæpe intelligunt vitam piam, a. (664
quomodo minimus in regno cœlorum major Johanne, a. 666, &c.
Regnum eſt Regnum οἰκειώσεως, vel κατ' οἰκείωσιν, & κατὰ δημιουργίαν, b. 457
Regula, ſeu Canon, quid, b. 37
Relegare, ῥελεγατεύειν, b. 902
Religio Chriſtiana vocatur δόγμα, a. 933, 934
vocatur φιλοσοφία, b.1441
Religioſus, φιλευλαβής, b. 1429
Reliquiæ vocantur Martyrum corpora, b. 223
Reliquiæ vocantur etiam alia, ibid.
an ſint adorandæ, b. 224
Reliquiæ S. Cœnæ, ibid.
Remiſſio peccatorum. Ejus nomina, a. 214
cuſa principalis Deus, ibid.
inſtrumentales, Miniſtri, ibid.
remiſſa culpâ, remittitur pœna, a. 215
eam obſignat Baptiſmus, a.633, 634, 638
Renunciatio, μήνυμα, b.396
Repetere, ῥεπετιτεύειν, b. 903
Reprehenſiones quænam utiles, b.1080, 1081
Repudiare, ῥεπουδιατεύειν, b. 903
Repudium, ῥεπούδιον, ibid.
Reſipiſcentes dicuntur ἀναζῆν, a. 263
Reſipiſcentia vocatur ἀναζώωσις, ibid.
Vide etiam, Pœnitentia.
Reſurrectio, ἀνάστασις, a. 304
vocatur ἀναβίωσις, a. 242
ἀναγέννησις ἐκ νεκρῶν, a. 243
ἀναστοιχείωσις, a. 322
γέννησις, a. 756
εἰς ἀφθαρσίαν μεταποίησις, ἡ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατάστασις vel ἀναστοιχείωσις, a. 317
Reſurrectio notat auctorem reſurrectionis, a. 305
notat reſurrectionem ad vitam æternam, ibid.
notat regenerationem, a. 305
Reſurrectio alia particularis, alia univerſalis, a.307. 312
Reſurrectio Chriſti vocatur ἀνάστασις δεσποτική. a. 307
diei Reſurrectionis Chriſti nomina alia, a.1328
vocatur ἀναστάσεως ἡμέρα, a. 311
in eo Sacerdotes exclamant, Ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, ibid.
vocatur ἀναστάσιμος ἡμέρα, a. 304, 311
vocatur λαμπρά, b. 212
vocatur λαμπροφόρος ἡμέρα, b. 213
Reſurrectionis Chriſti memoria vocatur encænia, a. 988
Chriſtus poſt reſurrectionem verum retinuit corpus, a. 307
quomodo ergo Patres quidam ei tribuant σῶμα πνευματικὸν, imò ἄσαρκον, a. 308
ſua virtute reſurrexit, non aliena, a. 308, 309
quomodo ergo à Patre dicatur excitatus, ibid.
cur mulieribus primum patefacta, a. 806
Reſurrectionis Chriſti finis eſt juſtificatio noſtra, a. 309
reſurrectio noſtra ſpiritualis, ibid.
reſurrectio noſtra, a. 310
tertio die reſurrexit Chriſtus, a. 310, 311
Reſurrectionem Chriſti imaginariam fuiſſe dicunt Manichæi, a. 311
deitatem reſurrexiſſe docuit Eutyches, ibid.
corpus Chriſti poſt reſurrectionem fuiſſe aëreum docuit Origenes, ibid.
Reſurrectio univerſalis vocatur ἀνάστασις κοινὴ, τελευταία καὶ κοινὴ, καθολικὴ, μεγάλη, παγκοσμικὴ, παγκόσμιος, δευτέρα ἀνάστασις, a. 312
vocatur ἡ ἐκ νεκρῶν πανάνθρωπος ἀνάστασις, b. 556
Reſurrectio certo futura, a. 312, 313, &c.
ejus ſubjectum abſolutum homines mortui, a. 315
limitatum, corpora, non animæ, ibid.
ejus efficiens ſolus Deus, a. 316
finis reſpectu electorum, ſalus & gloria æterna, a. 317
reſpectu reproborum, æterna pœna, ibid.

Reſur-

Digitized by Google

Reſurrectio eſt unum ex præcipuis fidei capitibus, & ſpei noſtræ fundamentum, a.317
eam credentes, bonis operibus ſtudent, a.318
Reſurrectionis Oppoſita.
quidam nullam aguoſcebant reſurrectionem niſi ſpiritualem, a. 318
alii aliud corpus ſuſcitatum iri dixerunt, a.319
alii reſurrectionem omnem negârunt, a.319. b.927
quidam putârunt, impios non reſurrecturos, a. 359.
alii ſomniârunt, reſurrectionem Deum quendam eſſe, a.319
quidam dixerunt, reſurrectionem ante diluvium fuiſſe ignotam, ibid.
alii, Jobum eam ignorâſſe, affirmârunt; ibid.
alii, ad Lazari usque tempora ignotam fuiſſe, tradiderunt, ibid.
Pontificii negant, pro ea in V. Teſt. reperiri teſtimonia, ibid.
Rex, ῥήξ, b. 903
Rex eſt quivis fidelis, a. 670,
Deus eſt Rex, ibid.
Rheda, ῥαιδίον, ῥέδιον, ῥέδα, b.899
Ridiculus, γαμάρδακ۞, b. 925
Riſus alius licitus, alius illicitus,741,742
ab immodico riſu abſtinendum, a. 742
lætitiam denotat, a.743
Rixa quid, a.1212,1213
Roga quid, b.906
Rogalia quid, b. 908
Roma unde dicatur, b.913
vocatur ἑπτάλοφ۞, ibid.
nova Roma Conſtantinopolis vocatur, b.914
vocatur Babylon, a. 613
Romania quid, b. 912
Romphæa quid, b.908
Rotæ inter ſupplicia veterum, b.1324
Rubus, è quo Deus cum Moſe locutus,a.672
quid notârit, ibid.
Rudimenta, προκατήχησις, b.843
στοιχείωσις, b.1040

S.

Sabantum quid, b. 914
Sabbatiani, b.915
dicti τεσσαρεσκαιδεκατῖται & τετραδῖται, b. 1269
Sabbatum quid & unde dicatur, b. 916
notat hebdomadam, b.916,917
omnia Judæorum feſta vocantur Sabbata, b. 917
quando inſtitutum, ibid.
ejus finis, ut ſit dies cultui divino impendendus, b. 918
ut denotet ceſſationem à peccatis, b. 918.919
ut ſit ſymbolum diei Dominicæ, b. 919
Sabbatum magnum quod, b. 920
Sabbati abrogatio, ibid.
Sabbatum etiam Chriſtiani quidam ſunt feriati, ibid.
Saccus eſt pœnitentiæ ſymbolum, b. 924
Saccum fero, σακκοφορεῖν, ibid.
Sacellarius, b. 923
Sacerdos dicitur ἀρμοστής, a. 509
dicitur ἱερομόναχ۞, a.1443
dicitur ἱεροτελεστής, a.1444
notat Epiſcopum, a.1441
omnes pii ſunt ſacerdotes, a.1442
Sacerdos. Primis Eccleſiæ C[illegible]næ temporibus Miniſtri Verbi non fuerunt vocati Sacerdotes, a. 1441
Sacerdotes dicuntur, qui olim vocati erant Presbyteri, b. 827
Sacramenta vocantur myſteria, b. 382. 383
vocantur ſymbola, b. 1082
vocantur τελεταί, b.1265
eorum efficacia non pendet ab intentione Miniſtri, b. 383. facie poſteriori.
Sacrificia V. Teſt. a. 1418
cur ea Deus præceperit, a. 1418.1419, 1420
Judæis fuere præcepta per συγκατάβασιν, b.1069
varia ſacrificiorum genera, a. 1410
Sacrificia N. Teſtamenti. Chriſti ſacrificium quomodo vocetur, a.1421
Sacrificia impropriè vocantur bona opera, ibid.
S. Cœna vocatur ſacrificium, ibid.
cur S. Cœna vocetur ſacrificium, a. 1422, &c.
Sacrificium eſt, cùm corpora noſtra Deo conſecramus, a. 1424
cùm Deum laudamus, a.1425
eleemoſyna eſt ſacrificium, a. 1426
martyrium eſt ſacrificium, ibid.
prædicatio Evangelii eſt ſacrificium, ibid.
cognitio Dei eſt ſacrificium, ibid.
Sagittæ notant pœnas à Deo immiſſas, a.679
Salarium, συνήθεια, b.1163
Salire igne quid, a.192, &c.
Salis utilitas, a.177
ſalis fœdus quid, a.178
ſalis ſtatua quid. a.179,180
ſal adhibitus ad ſacrificia, a.180
ſale adſpergebantur infantes recens nati, a.181
ſal cibos reddit gratos, ibid. (182
ſal ponitur pro ſancta & ſpirituali ſapientia, a. 181,
ſal dabatur Catechumenis, ibid.
ſal notat Spiritus S. dona, a. 182
ſal terræ dicuntur Apoſtoli & Miniſtri Eccleſiæ, a. 183
ſal dicuntur omnes Chriſtiani, ibid.
ſal agros reddit ſteriles, a.184
Saltatio, ὄρχησις, b. 516
Saltationum origo, ibid.
Saltationes licitæ quæ, ibid.
illicitæ & ab Eccleſia prohibitæ, b.516, 517
earum deteſtatio, b.517
Salvator potiùs, quàm Servator dicendus Chriſtus, b. 1220, 1221
Salus noſtra ſoli gratiæ divinæ adſcribenda, b. 1222
pendet à Dei εὐδοκίᾳ, a. 1241
Deus omnium ſalutem vult, a. 1348
Salutatio, χαιρετισμός, b.1494
Salutatorium quid, a.556
Samaria unde dicta, b.925,926
Samaritæ unde dicti, b.926
Samaritanorum dogmata, b. 927
eorum ſectæ quatuor, b.927,928
Samoſateniani negârunt Filii deitatem, b. 1362
Samuel. Quidam verum Samuelem à pythoniſſa revocatum fuiſſe dicunt, b. 928
qui refutantur, ibid.
alii ſpectrum fuiſſe dicunt ſub ſpecie Samuelis, b. 928, 929
alii à Deo efformatam fuiſſe Samuelis ſpeciem dixerunt, b. 930
Sanctificans, ἱερουργός, b. 518
Sanctificatio eſt opus Spiritûs Sancti, b.766,771, &c.
eſt finis reſurrectionis Chriſti, a. 309

eam

eam obſignat Baptiſmus, a. 639
Sanctifico, ἁγιάζω, quid ſignificet, a. 54, &c.
Sanctiſſimus, πανάγιος, b. 555
Sanctuarium mundanum, b. 147
Sancti vocantur θεοφόροι, a. 1392
Sanguis notat cædem, a. 114
notat ſummum dolorem, a. 115
Sanguis & aqua ex latere Chriſti effluxerunt, a. 112
Sanguinis eſu abſtinuerunt olim Chriſtiani, a. 113
Sanguinem quomodo Chriſtus ſudârit, a. 115
Sanguinis baptiſmus, a. 628
Sanitas mentis, σωφροσύνη, b. 1225
Sapientem reddo, σοφοποιέω, b. 991
Sapientem reddens, σοφοποιός, ibid.
Sapientia tribuitur Deo; & ſic ſapientia Dei eſt vel οὐσιώδης, vel ὑποστατική, b. 983, 984
Deus eſt αὐτοσοφία, a. 586, b. 983
ſapientia Dei eſt πολυποίκιλος, b. 983
ſapientia Dei eſt Filius Dei, b. 984
Sapientia tribuitur hominibus, quorum reſpectu ſumitur pro eloquentia, b. 985
pro rerum divinarum & humanarum ſcientia, ibid.
pro vera Dei cognitione, b. 986
pro magno ingenii acumine, b. 987
Sapientia ſumma eſt vera pietas, b. 986
Sapientiâ quomodo profecerit Chriſtus, b. 268, 269
Sapientiæ datrix, σοφοδότις, b. 991
Sapientia vocantur Proverbia Salomonis, b. 987
Sapientiæ liber eſt apocryphus, b. 988
Sapientiæ liber quomodo vocetur, b. 988
Sapientiæ Sirach liber vocatur πανάρετος, b. 557
Sapientia Solomonis Ψευδεπίγραφος etiam vocatur πανάρετος, b. 557
Sapientiam donans, σοφοδώρος, b. 991
Saraceni unde dicti, b. 939
Satanas. Vocis origo, b. 939
hoc nomen tribuitur Diabolo, ibid.
tribuitur iis, qui voluntati divinæ adverſantur, b. 940
Satanæ tradere quid, ibid.
Sataniani vel Satanici, b. 1287
Scabellum pedum Dei quid, b. 1393
notat templum Jeroſolymitanum, ibid.
notat terram, b. 1394
Scamma, b. 964, &c.
Scandalum proprie quid, b. 967
eſt quodvis impedimentum, offendiculum, ibid.
Scandalum duplex, datum & acceptum, b. 969
Scandala cur neceſſariò veniant, a. 244, 245
Scena quid, b. 972
præſens vita ſcena eſt, ibid.
Schiſma quid, b. 1201
eſt graviſſimum peccatum, b. 1202
Schiſmaticus quis, b. 1203
aliquando idem quod hæreticus. a. 124
Schiſmatici dicuntur ἀποσχίζοντες, ἀποσχισταί, a. 479
Schola, διδασκαλεῖον, a. 902
φροντιστήριον, b. 1464
φωλεός, b. 1477
Scholaris, σχολάριος, quid, b. 1204
Scholaſticus notat hominem elegantem, & opponitur barbaro, b. 1205
notat hominem eloquentem, ibid.
notat advocatum, ibid.
notat judicem, b. 1206
notat eum, qui in fictis litibus ſe exercet, ibid.
Scholia, σημειώσεις, b. 951, 952
Scortatio quid propriè, b. 808
impropriè eſt defectio à Deo, b. 809
eſt idololatria, ibid.
Scribæ & Legisperiti iidem ſunt, a. 781
Scriniarius, b. 977
Scrinium, ibid.
Scriptura ſacra vocatur γραφή, θεόπνευστος γραφή, ἱερὰ γραφή, θεία γραφή, ἁγία γραφή, a. 784
vocatur γραφαί, θεῖαι γραφαί, κυριακαὶ γραφαί, &c. ibid.
vocatur βιβλία, θεῖα βιβλία, a. 687
vocatur γράμμα, γράμματα, ἱερὰ γράμματα, a. 780
vocatur δέλτοι θεολογικαί, a. 835, 836
vocatur θεοπαράδοτα λόγια, a. 1360
vocatur θεία πυκτίς, θεία πυκτή, b. 889
vocatur θεολογία, a. 1358
vocatur λόγια, a. 248
vocatur λόγοι θεόπνευστοι, b. 252
vocatur παράδοσις, b. 576
Scriptura S. eſt epiſtola Dei ad homines, a. 784, 1189
eſt ἰατρεῖον, a. 1432
eſt portus, b. 245
eſt theſaurus, a. 1401
fonti confertur, b. 714
paradiſo confertur, b. 573
Scripturæ cauſa efficiens principalis eſt Deus, a. 784
eſt à Spiritu Sancto, a. 426, in ἀπηχάζω.
unde conſtet, eam eſſe à Deo, a. 785
ejus cauſa impulſiva reſpectu hominis quæ, a. 786
cauſæ inſtrumentales, Prophetæ & Apoſtoli, a. 787
Scripturæ forma duplex, interna & externa, a. 787
ejus ſtylus noſtro captui accommodatus, ibid.
cur in ea quædam intellectu difficilia, a. 796, 1101
ejus idiomata diligenter obſervanda, a. 1438
Scripturæ finis multiplex. Data eſt, ut variis inſerviat uſibus, a. 787
ut ſit judex controverſiarum, a. 788
ut ſit regula fidei & morum, ibid.
ſuppeditat medicamenta adverſus morbos ſpirituales, b. 1418
Scriptura in linguas vernaculas transferenda, a. 792
in ejus lectione auxilio Spiritus Sancti nobis opus, a. 793
ad antecedentia & conſequentia attendendum, ibid.
nudæ literæ non adhærendum, ibid.
accuratè, non obiter, legenda, a. 662, 1210
Scripturæ lectio neceſſaria eſt & utilis, a. 247
eſt colloquium cum Deo, a. 784
ejus lectio duplex, publica & privata, a. 790, &c.
publica lectio qualis fuerit apud veteres, a. 790
privata lectio omnibus commendatur, ibid.
Scripturam quidam memoriter recitabant, a. 473
Scripturæ proprietates ſunt conſenſus & veritas, auctoritas, perſpicuitas, a. 794, 795
item perfectio, utilitas, a. 797
quædam tamen in ea ſunt obſcura, a. 796. Cur? ibid.
Scripturæ diviſio. Libri alii ſunt Veteris, alii N. Teſt. a. 797, &c.

Digitized by Google

Scripturæ cognata, a. 800]
Scripturæ oppoſita, ibid.
ea abutuntur hæretici, ibid.
qui eam abolere ſtuduerint, ibid.
qui eam depravârint, ibid.
eam corrumpunt hæretici, a. 126
quinam V. Teſt. rejecerint, a. 801
ſolum Pentateuchum receperunt Samaritani, a. 801, 802
quinam N. Teſt. rejecerint, vel de librorum quorundam auctoritate dubitârint, a. 802
Scripturæ expoſitio, ἐκδοχὴ, a. 1046
Scripturæ locus vel dictum, ῥητὸν, ῥῆσις, b. 904
Scrutor, μεταλλεύω, b. 350
Scrutari curioſè, πολυπραγμονεῖν, b. 805, 806
Scrutari ſolicitè, a. 806
Scrutari aliena peccata non debemus, b. 671
Sectiones Scripturæ, b. 673
Seculum notat vitam noſtram, a. 140
notat tempus mille annorum, a. 141
notat præſentem & futuram vitam, ibid.
notat mundum corruptum, a. 143
Sedere quomodo Deus dicatur, b. 11
Semicinctium, b. 959
Senſus Scripturæ, νόημα, b. 413
Senſus allegoricus. De eo uſurpatur θεωρία & θεωρία, a. 1395
Senſus literalis, ἱστορία, a. 1466
Senſus myſticus, διάνοια, a. 879
νοῦς, b. 433
Sententia, decretum, ὅρος, b. 514
Sententia, χρῆσις, b. 1532
Sepelire, ἐκκομίζειν, a. 1064
Septem. Numerus ſeptenarius notat multos, a. 981
eſt numerus perfectionis, a. 982
Sepulchra vocantur κοιμητήρια, b. 122
Sepulchris dealbatis cur Phariſæi ſimiles, b. 143, 144
Sepulchrum vivum τάφος ἔμψυχος, quid b. 1251
Sepultura. Varii ritus circa ſepulturam in genere, b. 1240, 1241
in funeribus hymni canebantur, b. 1242
corpora honeſtè ſepeliebantur, b. 1244
corpora defunctorum novis veſtibus induebantur, ibid.
veteres ſolebant ὀφθαλμοὺς καθελεῖν, ibid. σῶμα περιστέλλειν, ibid. & b. 684. συστέλλειν, b. 1196
loculus ad orientem ponebatur, b. 1244
cerei accendebantur, ibid.
ſepulchra floribus ſpargebantur, b. 1245
de epulis ſepulchralibus, ibid.
orationes in funeratione recitatæ, b. 1246
preces ad mortuorum ſepulchra, ibid.
ad ſepulchra lacrymæ fundebantur, b. 1249
de aliis circa ſepulturam ritibus, ibid.
oleum & aquam mortuorum capitibus affundebant Archontici, b. 1350
ſepulchra extra urbes erant, b. 1239
Sepultura Adami, a. 80, 81
Sepultura extemporanea, τάφος αὐτοσχέδιος, b. 1250
Sequi Chriſtum quid, a. 162
Sereniſſimi, γαληνότατοι, vocati Imperatores, a. 723
Sermo eſt προφορικὸς vel ἐνδιάθετος, b. 250
Sermo vocatur Filius Dei, b. 253
cur ita vocetur, b. 256
Sermo fidelis, b. 252
Sermo ſapientiæ, b. 250
Sermo vivus quis, a. 1105
Serpens quid propriè, b. 534, facie poſteriori.
Serpens æneus quid notârit, ibid.
Serpens vocatur homo aſtutus, callidus, b. 535. facie pr.
Diabolus vocatur ſerpens, ibid.
Scribæ & Phariſæi vocantur ſerpentes, ibid.
Serpens à Deo bonus creatus, 2263
eo Diabolus uſus eſt ad hominem ſeducendum, ibid.
Serpens qualis fuerit, qui Evam ſeduxit, b. 535. facie poſt.
Serpentis præcipua proprietas eſt aſtutia, ibid.
ejus aſtutia & prudentia inde patet, quia cutem exuit, ibid. & 536
quia hominem veſtitum aggreditur, b. 536. facie pr.
quia caput illæſum ſervare ſtudet, ibid.
quia bibiturus, venenum deponit, b. 536. facie poſt.
Serpentum inſtar prudentes nos eſſe cur jubeat Chriſtus, ibid.
Serpens æneus an typus Chriſti, a. 386, 387
Serpens vocatur θηρίον, a. 1399
Serpentem adorârunt Ophitæ, b. 538
Serta ſponſis impoſita, a. 733
Servire Deo, præſtantiſſima ſervitus, a. 956
Servire Deo & Mammonæ nemo poteſt, a. 955
Servire duobus dominis quomodo nemo poſſit, a. 958
Servitus duriſſima, pravis ſervire affectibus, b. 543
Servus propriè qui peccato ſervit, a. 955
Servus ſervorum quomodo Pontifex Romanus, a. 959
Seſſio Chriſti ad dexteram Dei Patris vocatur ἡ ἐκ δεξιῶν καθέδρα, b. 9
quomodo tribuatur Chriſto hæc ſeſſio, in καθίζησις, b. 11, 12
Sicarius, σικάριος, b. 957
Sicera quid, b. 958
Signum, σίγνον, b. 956
Signum, σημεῖον, quid, b. 949
Signum & prodigium differunt, ibid.
Signa olim fuerunt neceſſaria, ibid.
nunc non ſunt neceſſaria, b. 950
Silentiarius, b. 958
Simeon vocatur θεοδόχος, a. 1353
Simon Zelotes, b. 960
Simon Magus, ibid.
Simplicitas, ἁπλότης, notat ſinceritatem, a. 436
notat integritatem & puritatem, ibid.
notat liberalitatem & beneficentiam, ibid.
Simplices ſunt columbæ, a. 154, 155
Simulare pietatem, ἐπιμορφάζειν εὐσέβειαν, a. 1169
Simulatio, σκηνή, b. 972
Siniſtri: hæretici quidam ſic appellati, a. 507, 508
Sinus quomodo Deo tribuatur, b. 137
Sinus Abrahæ, b. 138
Sirach eſt liber apocryphus, a. 1, 2, 3
Sirenes quid, b. 943. &c.
Sitire, ſitis, notant deſiderium, a. 928
Societas mala corrumpit bonos mores, b. 472
Sodomitæ dicuntur ἀνδροβάται, a. 329
Sol unde Græcis ἥλιος dicatur, a. 1319
hæc vox ſumitur propriè pro luminari magno, a. 1319, 1320
ſumitur impropriè, & ita Deus ſol appellatur, a. 1320
Chriſtus eſt ſol juſtitiæ, ibid.
SS. Trinitas cum ſole comparatur, a. 1321
Johannes Evangeliſta vocatur ἥλιος τοῦ Εὐαγγελίου, a. 1322
Solis finis reſpectu Dei, eſt gloria ejus, ibid.
reſpectu creaturarum quis ejus finis, a. 1323
omnibus lucet, ibid.
juſti inſtar ſolis ſplendebunt, ibid.
eclipſes ſolis, a. 1324

Digitized by Google

ſolem dixerunt Deum Gentiles, a. 1365
de ejus cultu, a. 1324
ſol non eſt adorandus, a. 1326, 1327
Solea, σωλέας, in Templis, b. 1208
Somnia ſimilia ſunt actionibus divinis: b. 1413
Somnus pro morte ponitur, b. 121, 122
eſt mortis imago, b. 1383
hæc vita ſomnus eſt, a. 691
Somnus ſumitur pro vitiis & peccatis, b. 1384
quomodo Deo tribuatur, ibid.
Sotores. Ita dicta propudia, a. 83
Sorores ſe invicem Chriſtianæ appellabant, a. 86
Spadones dicti Eunomiani, a. 1253
Spatharius, b. 991
Species, larva, imago, μόρφωσις, b. 378, 379
Speciem præ ſe ferentes, μόρφωσις, b. 378
Spelunca. An Chriſtus in ſpelunca natus, b. 996
Spes quid propriè, a. 1094
quid metaphoricè, ibid.
quid metonymicè, ibid.
eſt vel divina, vel humana, ibid.
de ſpe divina obſervandum, eam ſumi pro fide, a. 1095. pro re ſperata, ibid.
Spei divinæ objectum Deus, ibid.
ejus proprietates: non pudefacit, ibid. eſt firma & conſtans, a. 1096
ejus vis maxima, b. 810, in πίςει.
varia ejus effecta, a. 1096
Spinis comparantur peccata, a. 149
Spiritualis, πνευματικός. Hæc vox uſurpatur de rebus, & ſic πνευματικὸν dicitur, quod habet ſignificationem myſticam, b. 781
πνευματικὰ vocantur myſteria ſalutis, ibid.
corpus ſpirituale quid, b. 782
Hæc vox uſurpatur de perſonis, & quidem de Angelis, b. 783
ſpiritualis dicitur homo regeneratus, ibid. qui alios cognitione Dei ſuperat, ibid. qui donis extraordinariis inſtructus eſt, ibid.
veteres quidam hæretici ſeſe πνευματικοὺς appellârunt, b. 784
Spiritûs vox de Deo uſurpata ſumitur ἐνεργῶς, b. 764
ſumitur ὑποςατικῶς, & denotat tertiam perſonam SS. Trinitatis, ibid.
hæc perſona vocatur πνεῦμα cum variis epithetis, b. (764
vocatur ſpiritus Dei, b. 765
vocatur πνεῦμα ἅγιον, b. 766
vocatur ſpiritus gratiæ, b. 767
vocatur ſpiritus promiſſionis, ibid.
vocatur ſpiritus veritatis, ibid.
vocatur ſpiritus ſapientiæ & revelationis, charitatis, fidei, b. 768
eſt αὐτοκύριος, a. 584
eſt αὐτοφῶς; a. 588
vocatur δόξα, a. 945
vocatur ἐκφαντορικὸν πνεῦμα & ἐκφαντορικὴ δύναμις, a. 1074
vocatur παράκλητος, & cur, b. 584
vocatur ζωαρχικὸν φῶς, a. 1300
vocatur digitus Dei, a. 820, 821
Spiritum S. eſſe verum Deum, probatur in genere, b. 768, 769
probatur in ſpecie:
quia vocatur Deus, b. 769, 770
quia vocatur κύριος, b. 194
quia vocatur συγγενές, b. 1066, 1067
quia Patri eſt συνάναρχος, b. 1108
quia eſt ἄναρχος, a. 302
quia συνθεολογεῖται, b. 1163
quia Patri ὁμόθρονος, b. 475
quia ejuſdem gloriæ cum Patre & Filio, ταυτόδοξος, (b. 1237
quia ejus templum ſumus, b. 770
Spiritum Sanctum eſſe
verum Deum, probant ejus operationes: ut ſunt, Creatio, b. 771. Regeneratio, vivificatio, ſanctificatio, b. 771, 772
quia omnium in nobis donorum auctor, b. 772
quia in nomine ejus baptizamur, b. 772
quia eſt objectum invocationis & glorificationis, b. 772, 773
Spiritus S. nomen eſſe ἐνεργείας tantùm nomen, docuerunt Simoniani, b. 773, refutantur, b. 774
quidam Spiritum S. dixerunt ſervum & miniſtrum Dei, b. 774. refutantur, ibid.
alii dixerunt, eum eſſe creaturam, a. 1333. b. 775, 1307. refutantur, b. 775, 776, 777
negare, Spiritum S. eſſe Deum, ἀποξενίζεται ἀπὸ θεότητος, a. 467
Spiritûs Sancti nomen metonymicè notat effecta & dona ejus, b. 777
quomodo Spiritus nondum fuiſſe dicatur, b. 778.
Spiritûs S. adventus, ἐπιφοίτησις, a. 1203
dicitur καταβολή, b. 48
Spiritus S. proceſſio, ἔκπεμψις, a. 1067
Vide, Proceſſio.
Spiritus S. quibus detur, b. 24. in χαρίτος.
Spiritu S. afflatus, πνευματοφόρος, b. 785
Spiritu S. afflari, πνευματοφορεῖσθαι, θεοφορεῖσθαι, a. 1390
à Spiritu S. motus, πνευματοκίνητος, b. 784
Spiritus S. notatur per brachium, a. 710
denotatur per oleum, a. 1076
Spiritus S. eſt veſtis noſtra, a. 1453
in Baptiſmo Chriſti in ſpecie columbæ apparuit, b. 689, &c.
quomodo ei tribuatur manus, b. 1511
ejus dona aquæ comparantur, b. 1350, 1351
Spiritûs vox ſumitur de ſpiritu creato, & notat Angelum bonum, b. 778. Angelum malum, ibid. hominem, animam rationalem, ibid. notat mentem, animum, aërem & ventum, b. 779, 780
Spiritus mali vocantur ἀρχαί, a. 531
vocantur πρακτοψηφισαί, b. 820.
Spiritu malo agitari, πνευματιᾶν, b. 871
Spongia, quâ peccata abſterguntur, ſunt lacrymæ, b. 999
Sponſor in Baptiſmo, ἡγεμών, a. 1314
παιδαγωγός, b. 544
Sponſus fidelium Deus, b. 434
Sponſus Eccleſiæ Chriſtus, b. 434, 435
Sponſorum oſculum, b. 1430, 1431
Sportula, b. 999
Stadium, ςάδιον, b. 1000
præſens vita ſtadium eſt, a. 692
Stationes Pœnitentium. Vide Pœnitentium gradus.
Stella Magorum quomodo vocetur, & qualis fuerit, a. 558, 559
Stellas deos eſſe putârunt Gentiles, a. 559, 1367
eas eſſe ἐμψύχους docuit Origenes, a. 559
Stephanus vocatur πρωτομάρτυς, b. 875
ejus elogia & epitheta, b. 1018
vocatur θεοκίνητος ςέφανος, a. 1354
Stephani Apocalypſis, liber apocryphus, a. 451
Stipendium, ὀψώνιον, b. 540
Stipula quid I. Cor. III. b. 446
Stolidus, brutis ſimilis, κτηνοπρεπής, b. 177
Στόμα ἀπύλωτον, a. 498
Στόμα ἀχάλινον, a. 608

Stra-

Digitized by Google

Strangulare, φιλλίζειν, φιμοῦν, b. 1462
Struthocamelus, b. 944
Studioſus rerum bonarum, χρηστομαθής, b. 1533
Studium inane, κενοσπουδία, b. 87
Stultitia notat privationem veræ ſapientiæ, b. 384, 385
dicitur de eo, quod non verè tale eſt, ſed hominum tantùm opinione, b. 385
Stultitia prædicationis quid, ibid.
Stultitia Dei ſapientior hominibus, ibid.
Stupro, διαπαρθενεύω, a. 880
Subdiaconus quis, b. 1388
Subdiaconi dicuntur ὑπηρέται, b. 1381
de eorum officio, ibid. & 1381
Subditus, ὑπόδουλος, b. 1388
Subjectio tertius Pœnitentium gradus, b. 360
Subſcriptio, ὑποσημασία, b. 1394
Subſellium, συμψέλλιον, b. 1105
Subſtratio tertius Pœnitentium gradus, b. 360. 1391
Subtiliter differo, λεπτολογέω, λεπτομυθέω, b. 226, 227
Subucula, ὑποκάμισον, b. 1389
Succeſſor verus & falſus quis, a. 854
Sudarium, b. 982
Suffragium, ψήφισμα, b. 1576
Suggeſtus, ἀναλόγιον, a. 825
Sumtuoſus, βάναυσος, a. 621
Superbia, ὑπερηφανία, quid, b. 1377
eſt graviſſimum peccatum, b. 1348, 1377
eſt primum malorum Angelorum peccatum, a. 851
Superbus, βάναυσος, a. 621
Superbus, ὑπερήφανος, quis, b. 1377
Superbus, ὑψηλοκάρδιος, b. 1405
Superior, potentior, κρείσσων, b. 157
Supero, ὑπεραίρω, b. 1376
ὑπερέχομαι, b. 1378
ὑπερβαίνω, b. 1377
Superſtitio ſpontanea & ſuperflua, ἐθελοπερισσοθρησκεία, a. 1005
Superſubſtantialis, ὑπερούσιος, b. 1379
Superſubſtantialitas, ὑπερουσιότης, ibid.
Suſceptorum ſeu teſtium in Baptiſmo nomina & officium, a. 258, 259
Suſceptor vocatur πνευματικὸς πατήρ, b. 637
vocatur σύντεκνος, b. 1186
vocatur χειραγωγός, b. 1511
de iis uſurpatur προσάγω & προσαγωγή, b. 850
vocantur ἀναδεχόμενοι, a. 258
vocantur ἀνάδοχοι, ibid.
vocantur καθηγεμόνες, ibid.
vocantur ἡγεμόνες, a. 1314
vocantur παιδαγωγοί, b. 544
Suſtineo, τολμάω, b. 1276, &c.
Sutor, σκυτοτόμος, b. 981, &c.
Συγκατάβασις Dei erga nos, b. 851
in προσαθύρω, & 1068
Vide Accommodo me aliorum captui.
Symbolum quid in genere, b. 1082
Symbola vocantur in genere ſacramenta, b. 1082
Symbolum vocatur Baptiſmus, b. 1082, 1083
Symbola vocantur panis & vinum in S. Cœna, b. 1083
Symbolum fidei, b. 1084
Symbolum fidei, μάθημα, b. 285
Symbolum Eccleſiæ Romanæ, ſeu Apoſtolicum.
Tota ejus hiſtoria deſcribitur, b. 1086, &c.
de eo quæritur:
an illud ſoli Apoſtoli condiderint, b. 1090
an ſinguli Apoſtoli ſingulos ſcripſerint articulos, ibid.
an ab Apoſtolis conditum, b. 1091
affirmant quidam, quorum argumenta proponuntur, ibid.
argumenta, quibus probatur, illud non eſſe ab Apoſtolis conditum, b. 1092, &c.
Symbolum Eccleſiarum Orientalium duplex eſt; contractius & brevius, b. 1093, 1094
fuſius & explicatius, b. 1094, 1095, &c.
Symbolum Nicænum, b. 1095
de ejus recitatione in S. Cœnæ celebratione, b. 1097
Synagoga, σύναξις, b. 1109
Chriſtianorum Eccleſia vocatur Synagoga, b. 1106
Synaxaria, b. 1108
Synaxis vocatur Cœna Domini, b. 1111, &c. Vide, Cœna Domini.
Syncellus, b. 1074
Synodica epiſtola, a. 1189
Synodorum genera quatuor: b. 1166
1. Epiſcopi cum pleriſque vicinis Epiſcopis, b. 1167
2. Metropolitæ cum omnibus Provinciæ Epiſcopis, ibid.
3. Patriarchæ cum Metropolitanis & Epiſcopis totius Diœceſis, b. 1168
4. Concilia œcumenica, b. 1169
Concilia œcumenica ſex ſunt:
Nicænum, b. 1169
Conſtantinopolitanum I. b. 1170
Epheſinum, ibid.
Chalcedonenſe, b. 1171
Conſtantinopolitanum II. ibid.
Conſtantinopolitanum III. b. 1172
de Synodorum convocatione, b. 1172
de earum auctoritate, b. 1180, &c.
in Synodis Evangeliorum liber in throno collocatus, a. 1226, 1227
Synuſiaſtæ dicti Apollinariſtæ, b. 1183

T

Tabellio, ταβελλίων, b. 1228
Taberna, ταβέρνα, ibid.
Tabularius, b. 1229
Talentum quid, 1230
in Nov. Teſtam. tantùm metaphoricè uſurpatur, ibid.
Talionis lex, ταυτοπάθεια, b. 1239
Ταριχεύω & ἐνταφιάζω differunt, a. 1124, 1125
Taſcodrugitæ, b. 1237
Temerarius, προπετής, b. 833
Temperantiæ encomium, 998
Templum, ναός, notat quamvis domum vel locum, ubi cultus Dei peragitur, b. 386, facie poſteriori.
Chriſtus corpus ſuum vocat templum, ibid.
cœlum vocatur templum Dei, 387, facie priori.
Eccleſia vocatur templum Dei, ibid.
Templa an tempore Apoſtolorum fuerint, ibid.
nulla tum erant, a. 1061. in ἐκκλησιαστήριον.
quando exſtrui cœperint, b. 387, facie utraque, &c.
Templum Dei & Spiritus S. ſunt fideles, b. 389
hinc Spiritus S. probatur deitas, b. 770
Templorum apud Græcos formæ, b. 388, 389, &c.
partes templorum apud Græcos, b. 390, &c.

Digitized by Google

Templa argentea Act. 19. b. 390, facie utraque.
Templa manufacta, b. 390, facie poſteriori.
quoties Chriſtiani olim in templis convenerint, a. 1053
quid in iis egerint, ibid.
Templum vocatur ἁγίασμα, a. 56
ἐκκλησιαστήριον, a. 1061
εὐκτήριον, a. 1245
κυριακὴ, κυριακὸν, a. 191, bis.
οἶκος Θεοῦ, b. 465
προσευχή, b. 852
ἐκκλησία, a. 1053
Templi ſacrarium vocatur ἀψίς, a. 612
Templum eſt ἰατρεῖον, a. 1432
Templum exſtruo, ναοποιέω, b. 386
Templum ingreſſuri manus lavabant in Nymphæo, b. 433, 434
in templorum atriis erant labra, pollubra, fontes, &c. b. 276, 277
Templum Jeroſolymitanum vocatur ſcabellum pedum Dei, b. 1393
Tempus, χρόνος, quid propriè, b. 1561
notat annum, ibid.
Tenebræ propriè quid, b. 976
impropriè notant errorem & ignorantiam, ibid.
notant afflictiones & pœnas, b. 977
Tentatio duplex: bona, quæ à Deo eſt, b. 652
cur Deus homines tentet, ibid.
tentatio à Deo immiſſa, utilis eſt, b. 848. in πρίξιος.
de tentatione Abrahami, b. 653
Tentatio mala, b. 654
Tentatio ſeductionis, ibid.
non eſt adſcribenda Deo, ibid.
Tentationes impropriè denotant afflictiones, b. 656
Terminus vitæ certus eſt, a. 691
Terra quomodo dicatur ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, a. 739
communis omnium mater eſt, a. 740
Terra viventium quæ, a. 740
Terra notat bona, quæ poſſidemus, ibid.
Terra vocatur ſcabellum pedum Dei, b. 1394
Teſtamentum novum vocatur Θευργία, a. 1388
vocatur νέον γράμμα, a. 780
vide etiam in Διαθήκη, a. 856
Teſtamentum vetus vocatur παλαιὰ πυκτὴ, vel πυκτίς, b. 889
Vide etiam Διαθήκη, a. 856
Teſtamentum vetus vocatur διαθήκη, a. 855, 856
vetus per novum non eſt abrogatum, a. 856
vetus & novum non ſunt contraria, ibid.
auctore & ſubſtantiâ conveniunt, ibid.
in quibus differant, a. 857
Teſtamenti novi tempora vocantur ἡμέρα, a. 1331. veteris verò νύξ, ibid.
Teſtamentum novum quinam rejecerint, a. 802
quinam vetus rejecerint, a. 801
Teſtimonium vocatur Lex, b. 317
notat doctrinam, a. 318
notat accuſationem, redargutionem, a. 318, 319
Teſtimonium hoſtium non eſt rejiciendum, a. 317
Tetraditæ dicti Sabbatiani & Manichæi, b. 1269
Tetraodium, b. 1273, 1274
Texendi ratio apud veteres, b. 1521, &c.
Theologia eſt doctrina de Deo, a. 1356
eſt doctrina de SS. Trinitate, a. 1357
notat divinam Chriſti naturam, ſeu doctrinam de ea, ibid.
refertur ad naturam Chriſti divinam, ut οἰκονομία ad humanam, a. 1358
Theologus quis, a. 1359
ita vocantur omnes Veteris & N. Teſt. ſcriptores, ibid.
in ſpecie ſic vocantur Prophetæ & Apoſtoli, ibid.
κατ' ἐξοχὴν Johannes Evangeliſta & Nazianzenus, ibid.
Theopaſchitæ, a. 1361
Theſaurus quid propriè, a. 1400
ipſæ opes vocantur theſauri, a. 1401
Theſaurus notat copiam rerum bonarum, ibid.
rerum malarum, ibid.
notat omne id, quod eximium eſt. Ita Scriptura S. theſaurus eſt, a. 800, 1401
prædicatio Evangelii theſaurus eſt, a. 1402
vita æterna theſaurus eſt, ibid.
virtutes ſunt theſaurus, ibid.
Thomæ Acta, b. 823
ejus Apocalypſis, a. 451
ejus Evangelium, a. 1223
Thronus tribuitur Deo, a. 1408
fidelibus Eccleſiæ triumphantis, ibid.
notat regnum, a. 1409
notat regimen Eccleſiaſticum, a. 1410
Thronus gratiæ, a. 1408
Thronus Dei quomodo cœlum, b. 522
Thus Magi offerunt Chriſto, b. 238, &c.
Thymelici, a. 1411
Timor eſt metus ob imminens malum, b. 1447
ſalutaris timor, ibid.
notat metum, quo aliquis afficitur, b. 1448
notat metum, quem alius incutit, b. 1448
Timor eſt triplex: naturalis, b. 1449
timor diffidentiæ, & timor reverentiæ, b. 1450
Timor notat obedientiam, vel honorem Magiſtratui debitum, b. 1451
notat humilitatem, quâ nobis ipſis diffidimus, & ſoli Deo fidimus, ibid.
notat ultimum judicium, b. 1452
notat pietatem erga Deum, ibid.
hujus timoris præſtantia & neceſſitas, b. 1453
Timor inanis, ψευδοδίεια, b. 1572
Titulus, τίτλος, quid, b. 1274
Tonitru. Ejus cauſa efficiens prima Deus, a. 712
ejus cauſæ naturales, ibid.
ejus finis & effectum, ibid.
Tonitrui filii cur Jacobus & Johannes vocentur, a. 612, &c.
Tonſura infantium poſt Baptiſmum, τριχοκουρία, b. 1315
Tonſura Monachorum, ἀποκαρή, a. 454
Tractare, τρακτάζειν, b. 1278
Tractoria quid, b. 1279
Traditio notat ipſam Scripturam ſacram, b. 576, &c.
Traditiones aliæ ſunt de fide, aliæ de conſuetudinibus, b. 578
Traditores qui, a. 800
Trado. Quomodo Deus dicatur tradere cupiditatibus, & in reprobam mentem, b. 574, &c.
Transfiguratio Chriſti per συγκαταβάσεως facta, b. 1071

Digitized by Google

Tranſitus per mare rubrum vocatur βάπτισμα, a. 623, &c.
Tranſplanto, μεταμοσχεύω, b. 352
Trapezita, b. 1281
ubi locus extet, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, ibid. & ſeqq.
per Trapezitas Patres ſæpe intelligunt eos, qui animum defæcatum ad lectionem Scripturæ afferunt, b. 1283
per Trapezitas intelliguntur depravatores Scripturæ, b. 1284
pauperes vocantur trapezitæ Chriſti, b. 1284
Tribunal, τριβουνάλιον, b. 1307
Tribunus, τριβοῦνος, b. 1308
Trigamia quibus conceſſa, quibus prohibita, b. 1308
Trinitas vocatur τρισαύγαστος κρήνη, item τρισυπόστατος κρήνη, b. 1315
vocatur τριὰς ὑπερούσιος, ὑπέρθεος & ὑπεράγαθος, b. 1375
vocatur φῶς, b. 1482
vocatur τριδιέπολον φῶς, b. 1309
τρίθρονον φῶς, τριλαμπὲς φῶς, b. 1309
vocatur τριπρόσωπος, b. 1310
vocatur τριαδικὸν κράτος, b. 1287
Trinitas in divinis quid notet, b. 1287
an hac voce, in Scriptura non expreſſa, uti liceat, b. 1288
quando hæc vox uſurpari cœperit, ibid.
ejus elogia & epitheta, b. 1288. 1289
Trinitas demonſtratur ex Vet. Teſtam. b. 1289, 1290, &c.
maxime ex creatione hominis, ibid.
demonſtratur ex N. Teſt. b. 1294
ex Baptiſmo, b. 1294, 1295
probatur ex antiquitate Eccleſiaſtica in genere, b. 1295
in ſpecie probatur ex una indiviſa adoratióne & collaudatione Trinitatis, b. 1296
probatur ex δοξολογίᾳ, b. 1297
probatur variis ſimilitudinibus, b. 1297, 1298
Trinitatem ut credamus ad ſalutem neceſſarium eſt, b. 1298
de perſonarum in SS. Trinitate ταυτότητι & ἑνότητι, b. 1299, &c.
tres perſonæ ſunt ταυτοειδεῖς, b. 1237
ſunt indiviſæ, a. 96, 97
Trinitatis opera omnibus perſonis ſunt communia, b. 1238. in ταυτουργίᾳ.
in ea eſt ἄλλος κἀ ἄλλος, non ἄλλο κἀ ἄλλο, a. 196
in ea eſt μονότης, b. 376, facie poſteriori.
in ea eſt diſtinctio, non diviſio, a. 858, &c.
tota SS. Trinitas eſt ἄτρεπτος, a. 571
eſt ἄναρχος, a. 301
Trinitatem oppugnant, qui dicunt, unam eſſe perſonam trinominem, b. 1303. 1304, 1353
alii deitatem Filii negabant, ac proinde Trinitatem rejiciebant, b. 1306
alii Filium dixerunt minorem Patre, & Spiritum S. eſſe creaturam Filii, b. 1307
Trinitatem qui negant, ſunt hæretici, a. 125
Triodium eſt liber Eccleſiaſticus, b. 1316
Triſagius hymnus, b. 1310
ejus origo, b. 1310, 1311
de additione ad eum, b. 1312
diſcrimen inter τρισάγιον & hymnum ἐπινίκιον, b. 1314
Triſtitia ſecundùm Deum, b. 279
Triſtitia ſecundùm mundum, b. 280
Tritheitæ, b. 1309
Troglodytæ qui, a. 1253
Tropæum quid, b. 1317, 1318
crux Chriſti eſt tropæum, ibid.
Troparia, b. 1318, &c.
Tunica, σιχάριον, b. 1019, 1020
Tunica, χιτών, b. 1518
Tunicæ protoplaſtorum quales fuerint, ibid.
quid ſit, duas tunicas comparare, b. 1520
quid ſit, Qui duas habet tunicas, det non habenti, ibid.
quid χιτὼν ἄῤῥαφος, b. 1521
Tunicam unam habeo, μονοχιτωνέω, b. 377
Tunicam unam habens, μονοχίτων, ibid.
Turris quid propriè, b. 893
metaph. turris dicitur ſpes in Deo collocata, b. 894
turres vocantur magnates & potentes, ibid.
Turris ſublimis, ἑκατομμήκης πύργος, b. 519
Turris Babylonica vocatur πύργος ὑπερύψηλος, ἑκατομμήκης πύργος, b. 1378
Turturis caſtitas, b. 685, &c.
Turturum in Sacrificiis uſus, b. 691
Tympanum quid, b 1327, 1332
Typicum eſt liber Eccleſiaſticus, b. 1335
Typicorum duo genera, b. 1336
Typus notat operis rudem delineationem, b. 1337
notat figuram, quâ aliud quidpiam deſcribitur, b. 1338
panis & vinum in S. Cœna vocantur typus, ibid. 1339
Typus notat formulam, ad quam aliud quidpiam depingitur, b. 1340
notat exemplum, ibid. & 1341
Tyrannus. Hujus vocis origo, b. 1342
notat regem, principem, b. 1343
nunc in malam partem accipi ſolet, b. 1343
Tyranni leonibus comparantur, b. 232

V.

Væ eſt particula dolentis, b. 518, facie poſteriori.
eſt particula imprecandi, ibid.
Vagari cogitationibus, ῥεμβεύομαι, b. 902
Valedictoria oratio, λόγος ἐξιτήριος, a. 1140
ἐξόδια ῥήματα, a. 1141
λόγος συντακτήριος, b. 1184
λόγος προπεμπτήριος, b. 1185
Valentiniani, a. 1286
Vaniloquentia, Vaniloquus, a. 1010, 1011
Vanum quid dicatur, b. 320
Vaſa teſtacea, b. 969
Vaſa lignea, b. 970
Vaſa aurea & argentea, ibid.
Vaſa dominica, ibid.
Vas, Σκεῦος, notat rem, b. 971
notat corpus, ibid.
notat inſtrumentum, ibid.
Vaticinor falſa, ψευδοπροφητεύω, b. 1574
Vectigal, φόρος, b. 1461
Velum templi Jeroſolymitani quid, b. 54
cur in morte Chriſti ſciſſum, b. 54. 55
Velum in templis Chriſtianorum, b. 56
Velum notat cœlum tertium, b. 56. 57
Venandi ſtudioſus ſum, φιλοθηρέω, b. 14, 32
Veneris dies dicitur παρασκευή, b. 589

Digitized by Google

Venire quomodo Deus dicatur, a. 1213
Venter notat gulam, a. 737. b. 119
notat libidinem, a. 738
aliquando notat cor, b. 119
quorum Deus ſit venter, ibid.
Ventus vocatur Spiritus, b. 780
Verbum vocatur τροφή, b. 1323
Verbum vocatur Filius Dei, b. 253
cur verbum vocetur, b. 256, &c.
Verbum caro factum ſine mutatione, b. 270, 271
Verbo ſuo Deus omnia facit, b. 272
Verbum Dei vocatur gladius, b. 322
Verbis facta reſpondeant, a. 1105
Veritas eſt una, non multiplex, a. 187
eſt conſtans & firma, a. 1239
ἰυλάλυτος, b. 1574. in ψεῦδος.
eâ nihil potentius, b. 1190
Veritas opponitur umbris legalibus, a. 190
Veritas Dei reſurrectionem poſtulat, a. 314
Veritas ipſa Filius Dei, a. 580
cur vocetur veritas, a. 187, 188
Verſus librorum ſacrorum, b. 1025, &c.
Veſpillo, κοπιάτης, b. 145
κοπιῶν, b. 146
Veſtibulum, πρωτοδκίν, b. 839
Veſtibulum templi, προαύλιον, b. 833, 834
Veſtium finis & uſus, a. 1453
Veſtis noſtra Chriſtus, a. 1452
Veſtis animæ virtus, 1453
Veſtis noſtra Spiritus S. ibid.
Veſtis mollis, b. 299, 297
Veſtes baptizatorum quomodo appellatæ, a. 1215
Veſtis in Baptiſmo induta, ἄμφια τοῦ βαπτίσματος, a. 237. νεοφωτιστικὰ ἐνδύματα, a. 1112
Veſtibus albis indutus, λευχείμων, b. 228
Veſtibus albis indutus ſum, λευχειμονέω, ibid.
Via propriè quid, b. 450
Via quomodo Chriſtus, b. 451
Via eſt modus agendi, cogitationes, &c. b. 454
eſt oratio colendi Deum, ibid.
Via eſt præſens vita, ibid. & a. 442
Via lata quid, b. 452
Via arcta quid, ibid.
Via ad virtutem arcta, ibid.
Via ad vitia lata eſt, b. 453
Viæ Dei, ibid.
Viaticum morientibus datum, a. 1292
Vicarius, τοποτηρητής, b. 1277
Videre ſignificat cognoſcere, intelligere, a. 703. b. 500. in ὁράω.
diligenter conſiderare, a. 702
ſedulò cavere, ibid.
Deus quomodo viſus, b. 500. in ὁράω.
dicitur Deus videri per συγκατάβασιν, b. 1068
Videndi cupidus, φιλοθεάμων, b. 1431
Videntes olim dicti Prophetæ, a. 703
Viduæ ſeniores Diaconiſſæ, b. 829
Vigilare quomodo Deus dicatur, a. 69
omnibus hominibus vigilandum, ibid.
maximè Paſtoribus Eccleſiæ, a. 70
Vigilans, φιλεγρήγορος, b. 1431
Vini uſum prorſus rejecerunt hæretici quidam, b. 467
ſed refutantur, ibid.
Vinum non eſt malum, ſed ebrietas vituperanda, b. 468
Viperæ morſus periculoſus, b. 715, 716
Viperarum progenies quid, a. 754
Virga. Vide, Baculus.
Virginitas quid, b. 593
in V. Teſt. non commendatur, ibid.
ejus elogia, b. 593, 594
Virginitas notat caſtitatem & animæ puritatem, b. 594
eam rejecerunt Ebionitæ, ibid.
Virgo propriè notat innuptam puellam, b. 594, 595
notat virginem Deo conſecratam, b. 596
Virgo metaph. vocatur Eccleſia, ibid.
Virgo Maria an χριστοτόκος. an verò θεοτόκος dicenda, b. 1559
Virgo Maria vocatur θεομήτωρ, a. 1360
Vide, Maria.
Virgines in Evangelio prudentes vocantur λαμπαδηφόροι παρθένοι, a. 1076
earum lampades vocantur ἐλαιόθρεπτοι λαμπάδες, ibid.
Virtus, ἀρετή, a. 504
ſit voluntaria, perfecta, a. 505
ejus præſtantia & varia effecta, a. 505, 506
ſummo ſtudio quærenda, a. 506.
eſt veſtis animæ, a. 1453
Virtutes ſunt theſauri, a. 1402
Virtutes piorum cur notentur in ſcripturà, a. 252, 253
Virtutis ejuſdem, ταυτοθελής, b. 1239
Viſcera notant filium, b. 998
Viſibilia, φαινόμενα, b. 1410
Viſio Dei, θεοπτία, a. 1365
Viſio notat certam cognitionem, a. 1396
in θεωρέω, b. 500
in ὁράω.
Viſiones vocatur Prophetarum prædictiones, b. 499
in ὅρασις.
Viſiones Pauli rejiciuntur, ibid.
Viſitatores, περιοδευταί, b. 676
Vita notat certam vivendi rationem, a. 693, 694
varia vitæ genera, a. 693
impiorum vita eſt βίος ὑγρὸς ἄνετος, &c. a. 694
Vita reſpondeat doctrinæ. Vide, Doctrina.
Vita eſt Chriſtus, a. 1302
Vita hominis triplex, animalis, ſpiritualis, & æterna. a. 1302, 1303
Vita æterna. Ejus varia epitheta & elogia, a. 1303
vocatur ἄλυπος βίος, &c. a. 694
vocatur ἀπόλαυσις, a. 459
καιρὸς ἀμοιβῆς, a. 233
hæreditas, b. 112
λῆξις, b. 233, 234. &c.
eſt theſaurus, a. 1402
Vita æterna datur ex gratia, a. 1304. b. 112
quo ſenſu dicatur χάρισμα, b. 1500, 1501, &c.
in ea futuri gradus gloriæ, a. 1304, 1305
Vitæ terminus eſt certus, a. 691
Vita præſens eſt ἀγών, a. 73, 693
eſt ὕπνος, σκηνή, ὄναρ, a. 691
eſt δεσμωτήριον, στάδιον, προχάραγμα, σκίασμα, a. 692
eſt παροικία, ἀποδημία, πανδοχεῖον, ὁδός, ibid.

eſt

Digitized by Google

eſt σκιὰ, στάδιον, ἀγὼν, πολύμοχθος βίος, ἀβίωτος βίος, a. 692, 693
eſt ἀποδημία, a. 442. 692
eſt ærumnoſa vita, a. 693
cur ſit laborioſa, b. 853, in προσηλίω.
eſt mare, a. 1336. eſt πολύζαλος θάλασσα, b. 804
eſt πανδοχεῖον, a. 692. b. 559
eſt παροικία, a. 692. b. 597
eſt perpetuum bellum, a. 932. b. 773
eſt perpetuum certamen, a. 1106, 1107
flumini ſimilis eſt, b. 811
rotæ ſimilis eſt, b. 1324
ſcenæ ſimilis eſt, b. 972
eſt ſtadium, a. 692, 693. b. 1000
eſt via, a. 692. b. 454
Vitis metaph. Chriſtus, a. 234
Vitis, nomen eſt militaris dignitatis, b. 110
Vivendi ratio, πολιτεία, c. 795, &c.
Vivus mortuus, νεκρὸς ἔμψυχος, a. 1106
Umbra eſt præſens vita, a. 692
Unctio, χρίσμα, notat dona Spiritus Sancti, b. 1534
notat unctionem in Baptiſmo, ibid.
Unctionis in Baptiſmo iteratio dicitur ἀναμυρισμός, a. 290
Unctio extrema, εὐχέλαιον, a. 1271
Uncti hæretici converſi, a. 131
Unigenitus cur dicatur Dei Filius, b. 375. facie poſter.
Unionis variæ ſpecies, a. 1128, 1129
Unionis noſtræ cum Chriſto ſymbolum eſt Baptiſmus, a. 643, 644
Unitas, μονότης, b. 376, facie poſteriori.
Unitas in SS. Trinitate, ibid.
Unus ponitur pro alius, a. 1037
pro aliquis, pro unicus ſeu ſolus, a. 1038.
notat conſenſum, a. 1039
notat numerum ordinalem, a. 1040
quando unus dicitur eſſe Deus, an Filius & Spiritus S. excludatur, a. 1038
Vocatio duplex: alia ad munus, b. 113
alia ad ſalutem & gratiam, quæ eſt gratuita, ibid.
Voluntas Dei antecedens & conſequens, a. 1348
ut voluntas Dei fiat orandum, a. 1348, 1349
Voluntates in Chriſto duæ, a. 1350
Voluntatis identitas, ταυτοβουλία, b. 1237
Voluptas bona, a. 1315
Voluptas mala, & ejus incommoda, a. 1316. ſunt noxiæ, b. 848, in πρόξενος.
Voluptas videtur eſſe dulcis, b. 452, 453
Voluptatibus deditum eſſe, φιληδονεῖν, b. 1429
Voluptatibus dediti, αὐτάρκεις, a. 586
Votum, Εὐχή, a. 1272
προσευχή, b. 852
Votis omnibus expetendus. πολύευκτος, b. 803
Vox quid propriè, b. 1478
impropriè Deo tribuitur & rebus inanimatis, b. 1479
quomodo cœlis vox tribuatur, ibid.
Voces aucupari, θηρολεκτεῖν, a. 1400
Ὑπάντωσις quid, b. 1391
Ὑποτύπωσις quid, b. 1398
Uranoboſcæ qui, a. 1252, in Εὐνόμιος.
Usque, ἕως, varia in ſcriptura ſignificat, a. 1294, 1295
Uſura, τόκος, unde dicatur, b. 1275
Uſura, τοκοληψία, ibid.
Uſuras voraces damnant veteres, b. 1275, 1276
Ut, quem uſum habeat in ſacris, a. 1454
Ut, ὡς, aliquando affirmandi vim habet, b. 1600
Utilis valde, μεγαλωφελής, b. 323
Vulpes quomodo dicantur habere foveas ſuas, b. 1477. &c.
vulpibus ſimiles ſunt homines aſtuti, a. 201, 202
Herodes ob aſtutiam vulpes dictus, a. 202
vulpibus comparantur hæretici, ibid.
Vultus Deo tributus quid notet, b. 868
Uxores habeant Diaconi, a. 876
quinam uxores habuerint communes, a. 734, 735

X.

Xenodochium, b. 442

Z.

Zelotes quomodo Deus, a. 1298
Zelus duplex, bonus & malus, a. 1297
Zelus quomodo Deo tribuatur, ibid.
Zizaniis hæretici ſunt ſimiles, a. 127
Zona. Ejus ſubjectum ſunt lumbi, a. 1306
Zonarum uſus, a. 1306, &c.
eas projiciebant idolis ſacrificare nolentes, a. 1307, &c.
earum ſpecies, a. 1309.

ACCLA-

Digitized by Google

ACCLAMATIO VOTIVA

Ad Opus

Pietate, Doctrinâ, Eruditione variâ elaboratiſſimum,

conſummatiſſimum,

Rerum ſacrarum & ad Religionem, præſertim Chriſtianam

ſpectantium, Penu pleniſſimum:

A

REVERENDO ET PRÆCLARISSIMO

VIRO,

IOH. CASPARO SVICERO,

Tigurino:

SS. LL. Profeſſore meritiſſ. celeberr.

Canonico digniſſimo

publico bono editum.

Ἔργον ἀπαρτίσθη μεγαλεῖον ἀγήραον αἰὲν,
Ὅ, τι κεν ἡ ΚΥΡΙΟΥ πρῶτον χάρις ἔμβαλε θυμῷ,
Καὶ θάρσει ἄρξαι, καὶ εὐπραγίῃφι τελέσσαι.
Ἦ θαυμαστὸς ἔφυ πόνος, ἀδύνατός τε καθ᾽ αὐτὸν
Ἀνδρὶ μόνῳ, πολυασχόλῳ ὄντι, ἅπαντι δ᾽ ἑτοίμῳ.
Οἴδαμεν ἐντεῦθεν τὴν θεῖαν ἄνωθεν ἀρωγὴν,
Ἧς κεν ἄνευ οὔτις μερόπων εὖ ἄρξεται οὐδὲν,
Οὔτε καλῶς κολοφῶν᾽ ἐπιθήσει πράγμαλι ἐσθλῷ.
Οὐκοῦν πρῶτα Θεῷ χάρις ὑψιμέδοντι διδοῖτο.
Εἶτα, τίς ἀρνήσει ἢ ἐπίφθονος, ἢ ἀμαθαίνων;
ΣΟΥΙΚΗΡΟΥ ἀρετῇ σπουδῇ τε ἀείσετ᾽ ἔπαινος.
Χαίρομαι, εὐχόμενος βίον ὄλβιον ἐς τὸν αἰῶνα!

Verſio.

EXactum eſt ingens Opus, ære perennius omni,
Gratia quod DOMINI primum ſuggeſſit, & auſu
Felici, & læto ſucceſſu expreſſit in orbem.
Mirandus labor eſt, & ineluctabilis uni
Pluribus adſtrictóque Viro, cunctisque parato.
Noſcimus hoc ipſo divina juvamina cœli:
Queîs ſine nemo hominum quicquam feliciter unquam
Aut incepit opus, læto aut abſolvere fine
Quivit: & hinc princeps debetur gloria JHOVÆ.
Poſtea, quis neget hoc, niſi iners atque invidus? omni
SVICERI ſtudium & virtus cantabitur ævo.
Gratulor: & publico, precor, ut ſis ſalvus in ævum!

JOH. RODOLFUS WETSTENIUS,

SS. Theol. D. & in Acad. Baſilienſi Prof.

Digitized by Google

005646871
Digitized by Google